Dispvtationvm de sancto matrimonii sacramento, tomi tres / a uctore Thoma Sanchez.

Contributors

Sánchez, Tomás, 1550-1610.

Publication/Creation

Antverpiæ : Apud Henricvm Aertssivm, 1626.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/bry7k847

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org



DISPVTATIONVM DE SANCTO MATRIMONII SACRAMENTO, TOMI TRES,

Auctore THOMA SANCHEZ Cordubensi, è Societate IESV.

Editio hæc ſtrema Superiorum auctoritate correcta: in qua, præter vim Auctoris locorum, quò faciliùs inueniantur, citationes charactere diſtinctæ ſunt.

Tomus hic primus continet libros ſex: quorum Primus agit de Sponſalibus Secundus, de Eſſentia & conſenſu matrimonij in genere; Tertius, de Conſenſu clandeſtino; Quartus, de Conſenſu coacto; Quintus, de Conſenſu conditionato; Sextus, de Donationibus inter coniuges, ſponſalitia largitate, & arris.



ANTVERPIÆ
Apud HENRICVM AERTSSIVM,
ANNO M. DC. XXVI.
Cum Priuilegio Cæſareo, Regis Galliæ, & Principum Belgarum.

SHELLDONE
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

ILLVSTRISSIMO

AC

IEVERENDISSIMO

D PETRO

DE CASTRO

QVINONES

ARCHIEPISCOPO GRANATENSI

THOMAS SANCHEZ SOC. IESV S. P. D.

QVÆ, insita naturæ propensione impulsus, & sciendi cupiditate inflammatus, per multos annos, assiduis laboribus, priuatim mihi congesseram, Clarissime Princeps, ea nunc accuratiùs limata per otium, & longè vberiùs locupletata; aliquando tandem aspiciunt lucem. Neque verò cunctandum mihi, aut diutiùs deliberandum fuit, quem potissimùm hisce meis lucubrationibus, quantulæcumque demum illæ sunt, Patronum adoptarem. Videliceiam inde ab auspicato Pontificatu tuo felicissimo ita me tibi deuinctum teres eximiis promeritis, totus vt in ære tuo sim. Quòd si has primitias meorumstudiorum, tibi multis nominibus debitas, velut perpetuæ erga te obseruantiæ pignus non offerem, magno me scelere obstrictum existimarem. Et verò quæ de Matrimonij Sacramento diuturna commentatione enodata profeimus, cui nisi præstantissimo Sacrorum Antistiti maximè debeantur? Qua verò è Theologorum arcanis reconditisque litteris explicantur, deque Iuris prudentium placitis depromuntur, ad quem potiùs referentur, quàm ad eum, qui & Iuris vtriusque prudentiam apprimè calleat; & sacram Theologiam subciuis operis, in tanta publicorum munerum mole, non attigerit modò leuiter, sed bene penitus combiberit? Debetur præterea tibi hoc opus, non meo solùm, sed totius etiam Societatis nomine, quam pro tua singulari humanitate perpetuò foues, ornas, & tueris. Accipe igitur, vigilantissime Pontifex, quasi nostræ obseruantiæ obsidem, perexiguum hoc munusculum: illudque (quæ tua est benignitas, quodque Principes maxime decet) non ex tenuitate sua, sed ex incensa tibi gratificandi voluntate, vt spero, ponderabis. Vale.

ELOGIA
DE
P. THOMA SANCHEZ.

Ex elogiis Scriptorum Societatis IESV, auctore
P. Petro Ribadeneira.

THOMAS SANCHEZ, *natione Hispanus, patria Cordubensis, à puero nostrum institutum complexus est, atque in Societate liberales disciplinas didicit, quæstiones de moribus docuit. Vir fuit in quo virtus cum doctrina, ingenium cum assua legendi auiditate certauit, & qui non minùs vtriusque Iuris quàm Theologiæ cognitione excultus fuit. Scripsit pereruditos* De Sacramento Matrimonii *tomo tres, doctis viris valdè probatos. Scribebat etiam* Summam Casuum (*vt vocant*) Conscientiæ. *Sed tum priuum tomum haberet absolutum, & secundum inchoatum, ecce tibi præpropera mors filium abrupit, & SANCTIVM nostrum annum* LIX. *agentem sustulit è medio in Collegio nostro Granatensi* XIX. *Maij anni salutis* M.DC.X. *Fama est,* THOMAM SANCTIVM, *quo tempore Societatem ostram ambiebat, sæpè à Superioribus repulsam passum, quòd impeditioris esset linguæ, Cordubæ in templum sanctissimæ Virginis Mariæ, quod à Fonte sancto nomen habet, confugisse, & multis suspiriis lachrymisque à* DEIPARA *Virgine efflagitasse, impedimentum illud vt auferret, quò in Societatem admitteretur, atque etiam professum se domum suam non reuersurum, nisi quod petebat, impetrasset. Quid multa? impetrauit, & sublato impedimento, ad Societatem aggregatus est.*

Ex libro P. Ioannis Crombecij de studio perfectionis.

P. THOMAS SANCHEZ, Cordubensis, quem ante vnum annum Deus d laborum præmia euocauit, vir, dum viueret, domi nobilis, humilitatis laude & iuris vtriusque ac Theologiæ eruditione illustris, cùm adolescens à Societate nostra, cuius ingressum summi votis expetebat, ob linguæ impeditæ defectum excluderetur, fata ad B. Virginem prece, à quare cedere noluit, donec ipsa se voti compotem fecisset, minimè ipe sua frustratus est, soluto linguæ impedimento: & ad Societatem admissus perpetuum se magnæ Matris cultorem atque imitatorem exhibuit: cùm multis religiosarum virtutum ornamentis, tum integerrima vitæ sanctitate ac columbina simplicitate amirabilis. Idem a Clemente VIII. Pontifice Maximo, obilla celeberrima de Matrimonio scripta exin defessosque labores pro sancto habitus, venerationi fuit. Hic ergo tantus vir hanc nostram negotionem cum summo vitiorum odio, virtutisque amore singulari, sic coluit atque exercuit, vt omnem rota hçc nostra doctrina desumi reuocarique posse videretur. Quotidie, quæ negotiationi subiicienbat, proponebat manè, & in libellum secretiorem referebat: decursu dieiexercebat, quæ propofuisset: certis denique temporibus à se rationem exigebat incredibili lucro, atque eo profectu, qui ei sanctitatis famam ac venerationem peperit. Educam è libello rationum spiritualium eius, quæ manu propria annotabat ad praxim, quæque post eius obitum reperta, nostro proposito admodum hic opportunè reddentur, atque in primis his verbis: *Vita mea quotidiana atque vniuersa similis esse debebit negotiationi spirituali, nec non mercatori cupido, & ad omne lucrum intento: acquirimo omnium circa caritatem, mea commoda alienis posthabebo: disrumpar potius quàm alienareferam aut leuulgem delicta, neq; alqs eadem, quamuis leuia, & ioco referentibus aurem præbebo. Conabor omnibus modis cogitationes fouere sublimes.* Hæc de fraterna charitate.

De patientiæ exercitio subiungit: *Negotiomea versari quoque debet in omni patiētiæ exercitatione. Renigrè feram, si contingat mihi necessaria deesse, & ex obliuione ea mihi minimè suppeditari. Hoc vnū maximè curabo, vt ei omnium accuratissimè seruiam, qui me maiori molestia & vexatione affecerit. Quando ex cubiculo egrediar, me ad hoc comparabo, atque etiam optabo, vt aliquid aduersi mihi inferatur. Quod si quem aliquid petiturus accedam, Deum precabor vt id mihi denegetur, aut certè minimè tribuatur saltem ex errore aut obliuione; vt ita perpetiendi materia mihi non desit.* Hactenus eius verba: quibus adeò prolixè re ipsa respondebat, vt præ magnitudine factorum nulla aut certè obscura verba esse videantur.

Adiicia-

Adiiciamus quæ domandarum perturbationum sensuumque studio atque custodia exercebat. *Non minor*, inquit, *hostis ero voluptatum ac deliciarum, quam ipsius cacodæmonis.* Ex quo capite sensibus aut vix vtebatur, aut dumtaxat quando opus erat: nunquam florem naribus admouisset: res nouas nec audiebat, nec ab aduenientibus fratribus aliisve quidquam scisciabatur. Sed ipsum in hoc argumento progredientem audiamus: *Si quando*, ait, *congregatos aut circumspicientes videro, non subsistam; nec contuebor vt quid fiat videam. Per domum ita defixis in terram oculis incedam, vt dumtaxat transeuntium vultus agnoscam honoris exhibendi gratia; præterea nihil. In triclinio singulari vtar modestia, non modò benedictionis aut gratiarum actionis, sed & toto refectionis tempore. Ne lancem ipsam quidem adspiciã, nisi quando oblata à me sumenda erit.* Hactenus scripta. Taceo corporis flagellationes, ieiunia, gustus mortificationes, quibus iustum volumen implere posset: redeo ad beati viri leges atq; obseruationes. *Quidquid*, inquit, *mihi oblatum fuerit, eo solo vescar, nullo adiecto aut oleo, aut aceto, sale, aut condimento: neque toto vitæ meæ decursu certis ciborum generibus vtar, quod meo palato mirum in modum arrideant; etiã si nudo pane tunc temporis contentus esse debeam. Illud omnino intactum relinquam, in quod appetentia mea fertur ardentius. Me mortificabo in ferculis insarre compositis, in arrocreis, saccaro aut melle conditis. Si contingat mensæ ministrum alios, me prætermisso, inferire; hoc à Deo petam, vt mei penitus maneat immemor. Circa potum aliquid relinquam, quantumuis necessitati naturæ satisfactum non sit.*

De silentio, quod diligentissimè seruabat, hæc sibi præscripsit: *Extraordinarium mihi silentium indicam: daboq; operam, vt ab omni conuersatione mea aliquid de Deo loquar; neque hoc tantum cum domesticis, sed etiam cum externis, vt q aliquid de diuinis à me acceptum domum referant.*

De paupertatis studio sequentia ascripta erant: *Paupertatis amator ero maximus; cibisq; dumtaxat vtar, quibus vesci Religiosos pauperes decet. In itinere nihil mecum, quod delicias sapiat, deferam; nec pulullum, aut vestes non necessarias.*

De proposito humilitatis exercendæ sic habet: *Vt nouitium primi anni semper me geram: & vt pro tali habear, & vt talis ab omnibus agnoscar, efficiam. Nec aliquid, quod in laudem meam redundet, dicam aut faciam: neque vt quis me doctum aut prudentem reputet, annitar. Quoties absque censura nouissimum obtinere locum in Refectorio potero, lubens occasionem captabo.*

Addamus aliqui de obedientiæ virtute. *In obedientia*, ait, *accuratissimus ero, etiam littera inchoata relicta. Folium arboris in horto non contingam: non decutiam vel vnum persicum. Filum vnum absque facultate aut tribuam aut accipiam nunquam.*

De studio orationis, quam rebus omnibus, & maximè studiis (quæ ad duodecim horas extendebat quidem quotidie ad vesperam vsque ieiunus) adhibebat, dicendum esset: sed sufficiet institutò nostro, si sola eius verba adferamus. *Omnis*, inquit, *cura mea & sollicitudo erit, Sanctissimum Sacramentum, IESVS Crucifixus, Virgo Maria, erga quam singulari studio afficiar. Ad illam vt matrem in omnibus necessitatibus, difficultatibus studiisq; recurram: per eam Deo gratias agam pro quouis opere facto in Dei obsequio: per eam veniam precabor pro quouis defectu admisso: per eam illos Deo commendabo, qui mihi molestiã aliquã exhibuerunt.* Hæc ille. Gestabat verò verba ista, *Sanctissimum Sacramentum*, IESVS *Crucifixus & Virgo Maria*, pietatis causa, in Breuiario: & ad horum verborum pronunciationem omnis infestatio ac molestia, si quæ superuenisset, abscedebat. Certè circa hæc contigerunt miracula quædam præclara, quæ referre non est huius loci: vnicum addam, antequam finiam; mensibus ac septimanis singulis solitum fuisse modò in huius, modò in illius virtutis acquirendæ studium incumbere. Examinabat se circa finem mensis aut hebdomadæ, notatis erroribus: hæc praxi. *Mense Aprili* (qui fuit vitæ eius postremus) *Sanctissimo Sacramento plurima deuotio & caritas: Christo Crucifixo multa patientia: Beatæ Virgini exactum silentium. Prima hebdomada nihil: secunda, impatientia exigua: tertia, tres paruæ: quarta, duæ paruæ.* Addidit & illud in reuerentiam Sanctissimi Sacramenti: *Quotidie illud quinies visitabo: diebus Iouis octies, adhibita vna verberatione, & gestatione cilicij, cum continua tanti mysterij recordatione, & adhibita singulari cura lucri spiritualis. Octo diebus ante solemne illius festum, & totidem post, quotidie Litanias recitabo, disciplinam faciam, cilicium gestabo, solitis orationibus vnius præterea horæ spatium adjiciã, singularem curam adhibebo me ad tantũ festum disponendi: histe verò diebus octies illud visitabo: in professo Sacrum vnum audiam, duas horas amplius solitis oratione impendam.* IESV *Crucifixo facia diebus Veneris, quod die Iouis dixi me facturum: idem die Sabbati in honorem Diuæ Virginis. Diebus octo ante quodlibet festum Christi Domini, aut Dominæ nostræ, item in professis, sic me præparabo, vt de ipso Sanctissimi Sacramenti festo superiùs dixi: idemq; præstabo octo diebus ante Paschæ, Pentecostes, & Sanctissimam Trinitatem.* Hactenus ex eius manuscripto. Parum esset, nec admodum admiratione dignum, si in solo proposito rerum agendarum huius sancti viri perfectio staueretur: facilè enim est proponere, sed qui proposuerit, & exercuerit, hic magnus vocari meretur in regno cælorum. Id certè ceteris admirabilius; quòd totis quadraginta tribus annis, quibus in Religione vixit, imò & ante ingressum, nunquam animum in quouis prædictorum exercitiorum vel minimùm remiserit, aut aliqua intermiserit, quibuscuis impedimentis, iisque multiplicatis, interuenientibus. Quantumuis grauem personam apposità dimittebat, vel audito pulsu ad orationem, vel cùm instabat exercitiorum eius distributio.

Ex his videre liquet, quantum meritorum cumulum secum in cælum detulerit hic vigilans mercator spiritualis, quòve ad inuentionem suarum fructus inibi comedat: iuxta frequentem repetitionem illorum verborum ab ipso factam: *Dicite iusto, quoniam bene, quoniam fructum adinuentionum suarum comedet.*

FACVLTAS R. P. PROVINCIALIS PROVINCIÆ FLANDRO-BELGICÆ.

CAROLVS SCRIBANI Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Flandro-Belgica, potestate ad id mihi facta à Reu. admodum P. N. Mutio Vitelleſco Præpoſito Generali, facultatem concedo heredibus Martini Nutij Typographis Antuerpienſibus, vt opus de Matrimonii Sacramento à P. Thoma Sanchez noſtræ Societatis compoſitum, & virorum grauium atque ſapientium iudicio eiuſdem Societatis in Hiſpania iam olim examinatum & approbatum, typis mandent. In quorum fidem has literas manu mea ſcriptas, & officij mei ſigillo munitas dedi, Antuerpiæ die 17. Februarij anni M. DC. XVII.

Carolus Scribani.

SVMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

MATTHIAS, *Diuina fauente clementia, electus Rom. Imperator, ſemper Auguſtus, diplomate ſuo ſanxit, ne quis* Tomos Tres Diſputationum de ſancto Matrimonii Sacramento, auctore R. P. Thoma Sanchez Cordubenſi, è SOC. IESV, *per totum Romanum Imperium, aut Regna ac Prouincias Imperio ſubiectas, præter heredum Martini Nutij p. m. voluntatem, intra decennium imprimat, vel imprimi curet. Qui ſecùs faxit, præter exemplarium confiſcationem; decem marcharum auri puri fiſco Cæſareo inferendarum pœna mulabitur, vti latiùs patet in litteris datis Ratisbonæ VII. Septemb. M. DC. XIII.*

Signat

MATTHIAS.

Ad mandatum S. Cæſ. Maieſt. proprium.

Io. Barvitius.

R. Queſtenberg.

PRIVILEGIVM REGIS GALLIARVM.

LE Roy par ſes lettres patentes à permis aux heritiers de feu Martin Nutius marchands libraires iurez d'Anuers d'imprimer, vendre & debiter eux ſeuls vn liure intitulé *Diſputationes de ſancto Matrimonij Sacramento tomis tribus comprehenſæ, auctore Thoma Sanchez, Soc. IESV Theologo.* faiſant treſexpreſſes inhibitions & defences à tous marchands libraires & autres perſonnes, tant de ſes Royaumes & pays; qu'aultres eſtrangers trafiquans en iceux, d'imprimer le dict liure ou partie d'iceluy, ou d'en expoſer en vente d'aultre impreſſion, que de celle des dicts heritiers, ſur peine aux contreuenans, de confiſcation des exemplaires & aultre amende arbitraire; & de tous leurs deſpens, dommages & intereſts, comme plus à plein eſt contenu es dictes lettres. Donné à Bourdeaux le 10. Octob. 1615.

Signé par le Roy en ſon Conſeil.

Du Fos.

SVMMA PRIVILEGII REGIS HISPANIARVM.

PHILIPPVS *Dei grana, Hiſpaniarum Rex Catholicus, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Sereniſſimus Belgarum Princeps diplomate ſuo ſanxit & cauit, ne quis* Diſputationes de Sacramento Matrimonii tribus tomis diſtinctas, auctore R. P. THOMA SANCHEZ Cordubenſi, Societ. IESV Theologo, *præter Martini Nutij Typographi Antuerpienſis voluntatem in Belgio imprimat, vel imprimi curet, aut alibi locorum impreſſas in has Inferioris Germaniæ ditiones importet, venalesue exponat qui ſecus fecerit, præter inuectorum impreſſorumque exemplarium confiſcationem alia graui pœna pecuniaria mulctabitur, vt latiùs patet in litteris ea de re Bruxellæ datis die 28. Nouembr. anno 1623.*

Signat

Steenhuyſe.

MArtinus Nutius dictum hoc ſuum ius & priuilegium in *Henricum Aertſſium* Typographum iuratum Antuerpienſem tranſtulit; ſed ita, vt nonniſi pro vna impreſſione domi eiuſdem *Aertſſij* procurata locum & valorem hæc iuris ceſſio & tranſlatio habeat. Ita teſtor hac 9. Septembr. Anno 1625.

Martinus Nutius.

INDEX
DISPVTATIO
QVÆ CONTINENTVR
IN HOC VOLVMINE.

LIBER PRIMVS.

De Sponsalibus.

DIsp.1. Vnde dicantur, & quid sint sponsalia quæque eorumdem definitiones desiderent ad sui valorem pag 1

Quid nomine sponsi, sponsæ, sponsalium, & matrimonii, viri & vxoris in decretis, & statutis intelligatur: & aliqua inferuntur ad nonnullorum textuum interpretationem, n. 1 & sequentibus.

Disp. 11. Vtrum ex sponsalibus id ius acquirant sponsi, vt eius violatio sit adulterium. 4

An hæc circumstantia sit necessario confitenda, n. 4. & sequent.

An filii concepti ex concubitu cum aliena sponsa de futuro sint naturales, n. 8.

Disp. III. An sufficiat ad valorem sponsalium promissio mere interna. 6

An promissio mere interna obliget siue stando in iure positiuo, siue stando in iure naturæ, n. 2. & sequentibus.

Disp. IV. An promissio interna facta Deo docendi aliquam, obligat. 7

Quid si vouerat matrimonium eo quod se fragilem experitur, ibi n. 6. & sequentibus.

Quid quando matrimonium est causa pia, n. 9. & sequentibus.

Disp. V. An necessarium sit vt promissio constituens sponsalia, sit mutua. 9

An quando alter tantum promittit, maneat obligatus, ibi à n. 7.

An promissio simplex quæ mutua non est, obliget ad mortalem culpam, n. 17. & sequentibus.

Disp. VI. An promissio matrimonii absenti facta, nullo pro absente stipulante, obliget irreuocabiliter ante absentis acceptationem. 13

An promissio, vel donatio indigeat acceptatione stando in iure communi, ibi à n. 1.

An idem sit attento iure regni Castellæ, n. 18. & sequentibus.

Quid in promissione matrimonii facta absenti, n. 2. & seq.

Disp. VII. An promissio matrimonii facta absenti alioquo pro eo stipulante, obliget irreuocabiliter. 18

Quis possit pro alio stipulari attento iure communi, num. 1. & sequentibus.

An ex stipulatione alteri per alterum facta, oriatur obligatio naturalis, n. 14 & sequentibus.

An saltem iure canonico oriatur obligatio, n. 20. & sequentibus.

Quid si iuramento firmetur, n. 23 & sequentibus.

Quid attento iure regni Castellæ n. 27. & sequentibus.

Quid de promissione matrimonii, aliquo pro absenti stipulante, n. 29. & sequentibus.

Disp. VIII. Qualis deliberatio in promissione desideretur, vt constituat sponsalia. 25

An destituti sensibus, vt surdus, mutus, & cæcus possint contrahere sponsalia, & matrimonium, n. 11. & sequentibus.

Quid demens & ebrius, n. 15. & sequentibus.

An detur amens in vna aut altera re, qui in ceteris rebus ratione vtatur, eaque sit matrimonii & aliorum sacramentorum, n. 22 & sequentibus.

Disp. IX. An sufficiat ad sponsalia, promissio absque animo vere promittendi aut se obligandi. 29

Quid si adsit iuramentum animo iurandi, non tamen se obligandi, n. 8. & sequentibus.

Quid si aliquis dubitet de promissione ipsa, vel de animo se obligandi, n. 11. & sequentibus.

Disp. X. An promissio ficta matrimonii, obliget ratione fraudis, & iniuriæ illatæ.

An, quando vir est notabiliter dignior, vel præbuit indicia fictæ promissionis matrimonii, teneatur defloratam ducere, num 2. & sequentibus, & teneatur restituere, n. 18. & 19.

Quid quando fœmina ignorauit excessum, vel si nouit, taliter ei fides data est, vt potuerit existimare verè dari, n 20. & 21.

Quid si ficte promittat fœminæ quam nouit corruptam, & illa tradat suum corpus, n. 22. 23. & 24.

Quid quando contrahentes sunt æquales, & nullum aliud damnum sequitur, & alter vere promittit, alter autè ficte, nu. 25. & 26.

Quando ficte promittens non tenetur ducere, an rogatus a iudice possit negare promissionem, n. 27 & 28.

Disp. XI. An, qui ficte contrahit matrimonium, teneatur vere contrahere. 36

Disp. XII. An sponsalia clandestina valeant. 38

Disp. XIII. An sit peccatum sponsalia clandestina contrahere. 39

Disp. XIV. An notabilis disparitas inter contrahentes disparitatis conscios, eatenus vel causam iustam irritandi præbeat. ibid.

Disp. XV. Qui sint habiles ad sponsalia contrahenda. 40

Disp. XVI. Quæ cæcæ desiderentur ad sponsalia. ibid.

Disp. XVII. Vtrum sponsalia aut matrimonium contrahere ante ætatem legitimam, sit peccatum. 43

Disp. XVIII. Per quæ verba contrahantur sponsalia & matrimonium, vbi de omnibus verbis affirmantibus. 44

Disp. XIX. An, per verba negatiua, vt. Nullam aliam à te, quàm te, præter te, nisi te, duco, aut ducam, contrahar: sponsalia, aut matrimonium. 48

Disp. XX. Vtrum matrimonium clandestinum inter puberes, obliget vt sponsalia, saltem si iuramento affirmentur. 49

Disp. XXI. Vtrum matrimonium inter puberes, vel puberem, & impuberem, habeat vim sponsalium. 51

Disp. XXII. Vtrum subarratio annuli sit sufficiens sponsalium, aut matrimonii indicium, vbi de aliis signis. ibid.

Disp. XXIII. Vtrum sint sponsalia, vel matrimonium, si parentes contrahant pro filiis præsentibus, & tacentibus. 52

Quid si exitant, ibi à n. 6

Quid si parentes pro filiis absentibus, vel infantibus, an satis sit si postea tacitè ratum habeant parentum, aut extraneorum factum, ibi à n. 16.

Disp. XXIV. Promittentes matrimonium alienum, ad quid teneantur, vbi latè de alieni facti promissione. 54

Disp. XXV. Vtrum, quando promissioni alieni facti additur pœna, eximatur abilla faciens quod in se est, vt alter impleat. 55

Disp. XXVI. Vtrum verba promissionis debeant ferri in personam determinatam, vel sint sponsalia, si aut promittat quandam ex filiabus, ipsis consentientibus. 56

Disp. XXVII. Vtrum sponsalia obligent sub culpa lethali. 58

Disp. XXVIII. Quando teneatur, qui sponsalia nullo præfixo termino contraxit, ea implere. ibid.

Disp. XXIX. Vtrum cogendus sit implere sponsalia, qui iniustè ea implere renuit.

Disp. XXX. Vtrum licitum sit pœnam sponsalium contractui adiicere. 60

Vtrum ea pœna valeat, quando non per modum pœnæ, sed per modum interesse petitur, ibi n. 11. & sequentibus

Disp. XXXI. Vtrum, si pœna sponsalibus adiecta soluatur, teneatur recipiens restituere. 62

Disp. XXXII. Vtrum pœna contractui sponsalium adiecta, firmetur iuramento, & si soluatur, possit repeti absque periurio, siue obtenta, siue non, relaxatione iuramenti. 63

Disp. XXXIII. Vtrum validè interponatur pœna in matrimonio, per quam non minuitur patrimonium, sed tantum consistit in lucro perdendo, aut non acquirendo, vt si legatur aliquid sub condi-

INDEX DISPVTATIONVM.

conditione certi matrimonii ineundi. 69
Disp. XXXV. Vtrum pœna consistens in lucro non acquirendo, retrahens à matrimonio, validè apponatur, vt si legatum, vel donatio fiat sub conditione ducendi vitam cœlibem. 74
Disp. XXXV. Vtrum possint aliæ in contractu sponsalium apponi 79
Vtrum valeant in quacumque quantitate, ibi à n 7.
Vtrum possint constitui in specie, vt in fundo, ibi à n. 11.
Vtrum possint vtrimque constitui, ibi à n.13.
Disp. XXXVI. Ad quem pertineant aliæ datæ, siue sequatur matrimonium, siue non. 81
Disp. XXXVII. Vtrum in foro conscientiæ ante vllam iudicis sententiam, teneatur arras recipiens, si culpabiliter frägit sponsalium fidem, ipsas restituere, & pœnam legalem dupli, & conuentionalem quadrupli. 82
Disp. XXXVIII. Vtrum licitum sit in sponsalium contractu, pignora & fideiussores interuenire. 83
Disp. XXXIX. Vtrum in matrimonio spirituali, vt religionis ingressu, licitum sit pœnam & arras apponere. 84
Disp. XL. Vtrum validum sit pactum appositum in sponsalium contractu, vt vir sub certa pœna teneatur in certo oppido cum vxore morari trahere, & sic non teneatur vxor eum sequi, si ipsa pacti fide, alio habitandi gratiam igrer. 85
Disp. XLI. Vtrum quando nullum initum est pactum, de habitatione in certo loco, teneatur vxor virum alio migrantem, sequi. 86
Disp. XLII. Vtrum sponsalia dissoluantur per ingressum religionis professione non secuta. 88
Disp. XLIII. Vtrum sponsalia iurata dissoluantur per religionis ingressum, vel teneatur iurans, prius contrahere matrimonium, quam religionem ingrediatur. 89
Vtrum saltem possit prius contrahere, quamuis post sponsalia iurata, vouerit religionem, vel castitatem, si animo firmissimo contrahat, ingrediendi religionem ante consummationem, ibi num. 6. vsque ad 10.
Vtrum quando nullum votum emisit, possit eodem animo contrahere, ibi n. 11. & 12.
Disp. XLIV. Vtrum post sponsalia cum virgine contracta, & sub ea spe defforata liceat defforatori, ingredi religionem, siue non contracto matr. siue eo contracto, ante consummationem. 91
Disp. XLV. Vtrum qui prius votum religionis, aut castitatis emisit, virginemque defforauit fide data de matrimonio contrahendo, teneatur ad matrimonium, vel potius ad votum. 92
Disp. XLVI. Vtrum sponsalia dissoluantur per votum simplex castitatis subsequens. ibid.
Vtrum qui sic vouit castitatem, possit contrahere matrimonium, vel teneatur ingredi religionem, n. 12. & 13.
Vtrum esto ita vouens possit inire matrimonium, obliget id votum, an prorsus irritum sit ibi n. 14 & 15.
Disp. XLVII. Vtrum ordinis susceptio dirimat sponsalia, ita vt licitè sponsus possit spreta sponsalium fide ad sacros ordines promoueri. 94
Disp. XLVIII. Vtrum dirimantur sponsalia per matrimonium aliud contractum. ibid.
Disp. XLIX. Vtrum priora sponsalia dissoluantur per posteriora, subsecuta copula cum posteriori femina. 95
Disp. L. Vtrum priora sponsalia dirimantur per posteriora iuramento firmata. 96
Disp. LI. Vtrum sponsalia impuberum dissoluantur per dissensum impuberis ad pubertatem accedentis. ibid.
Vtrum huiusmodi sponsalia firmentur iuramento, ibi nu. 21. & sequentibus.
Disp. LII. Vtrum sponsalia dissolui possint mutuo consensu. 99
Quid si iuramento firmata sint. ibi n 6 & sequentibus
Disp. LIII. Vtrum si sponsalibus contrahendis terminus præfixus sit, & accedenti termino alter non impleat, maneat alter liber. 101
Disp. LIV. Vtrum dissoluantur sponsalia, alterius profectione & absentia. 102
Vtrum sponsa de futuro teneatur sponsum sequi: & sit iusta dissolutionis sponsalium causa, si velit sponsus mutare domicilium, ibi n. 14.
Disp. LV. Vtrum sponsalia ob alterius fornicationem corporalem, vel spiritualem dissoluantur. 104
Vtrum si vi præcisa cognita sit sponsa, dissoluantur, ibi n. 7.
Quid si vir vi præcisa fornicetur, ibi n. 8.
Vtrum comprehendantur delicta, si vterque fornicetur. n. 9.
Disp. LVI. Vtrum dissoluantur sponsalia ob superueniens impedimentum dirimens, aut impediens. 105
Verum is cuius culpa impedimentum accidit, teneatur dispensationem procurare, ibi n. 4.
Disp. LVII. Vtrum ob fœditatem notabilem, nasi, aut oculorum amissionem, aut morbum superuenientem, dissoluantur sponsalia. ibid.
Disp. LVIII. Vtrum dissoluantur ob morum asperitatem, aut sæuitiam, aut ob capitales inimicitias inter sponsos ortas. 106
Disp. LIX. Vtrum dissoluantur ob paupertatem superuenientem, vt si sponsa diues erat, ad paupertatemque redacta sit. ibid.
Disp. LX. Vtrum iurans se aliquam ducturum, teneatur eam ducere, si cum diues ipsa sit, dotem destinate renuat. 107
Disp. LXI. Vtrum dissoluantur sponsalia timore mali exitus, aut scandalorum, aut ratione contradictionis paternæ, aut dispensatione Pontificis aut Episcopi. ibid.
Disp. LXII. Quæ aliæ regulæ generales tradi possunt ad dissoluenda sponsalia. 108
Disp. LXIII. An causæ sufficientes ad sponsalium dissolutionem, quando post ipsa contingunt: sufficiant si præcedunt ac sunt probabiliter ignoratæ. ibid.
Disp. LXIV. Vtrum dum causæ iustæ dissoluendi præcedunt, & sunt probabiliter ignoratæ, dirimant ipso iure sponsalia. 110
Disp. LXV. Vtrum si dolus non det causam contractui, quia eo affectu sponsus contraxit: vt si causam iustam dissoluendi nosset, non desisteret, possit ob causam præcedentem probabiliter ignoratam sponsalia dissolucre. 115
Disp. LXVI. An sponsus accedens ad sponsam post causæ dissoluendi sponsalia notitiam, censeatur remittere, ita vt ob illam nequeat dissoluere. ibid.
Disp. LXVII. Vtrum in casibus in quibus dissolui possunt sponsalia ob causas superuenientes, vel præcedentes ignoratas, si iuramento stabilita sint, sit necessaria iuramenti relaxatio. 112
Disp. LXVIII. Vtrum sponsus vitio laborans, quod si alter nosset, iure optimo posset dissoluere sponsalia, possit cogere alterum vitium ignorantem, vt seruet sponsalium fidem. 113
Disp. LXIX. Vtrum sit necessaria auctoritas iudicis ad dissoluenda sponsalia, dum causæ iustæ illa dissoluendi adsunt. 114
Disp. LXX. Vtrum si causa dissolutionis sponsalium occulta, infamiæ grauis nota afficiat, ut si sit occulta sponsæ reputatæ virginis fornicatio, possit in iudicio detegi, vt ea dissoluantur. 115
Disp. LXXI. Qualis probatio impedimenti matrimonii desideretur, vt Ecclesia illud impediat, ac sponsalia dissoluat. ibid.
Disp. LXXII. Vtrum sufficiat confessio alterius, vel vtriusque sponsi, impedimenti, ad dissoluenda sponsalia. 117
Disp. LXXIII. Qualis certitudo causæ sufficiens sit, vt in foro conscientiæ possit alter à sponsalibus resilire. 118

LIBER SECVNDVS.

De essentia & consensu matrimonij.

Disp. I. Quid sit matrimonium, & in quo eius essentia vertatur. 118
Disp. II. Vtrum matrimonium sit homini naturale. 119
Disp. III. Vtrum matrimonium sit sub præcepto. ibid.
Disp. IV. Quando sit matrimonium institutum in lege naturæ, & in euangelica. 120
Disp. V. Quæ sit materia & forma sacramenti matrimonii. ibid.
Disp. VI. Quis sit minister sacramenti matrimonij: an ita sit sacerdos, vt ante Tridentinum matrimonium celebratum absque sacerdotis præsentia non fuerit sacramentum. 121
Vtrum coniuges peccato lethali affecti contrahentes matrimonium, lethaliter delinquant, quatenus ministrant ibi numer 3. & 4.
An sacerdos in mortali assistens nuptiis, vel nuptiarum benedictionem celebrans peccet lethaliter, ibi n. 5
Disp. VII. Vtrum matrimonium in lege naturæ, & veteri fuerit sacramentum. 122
Disp. VIII. Vtrum post legem euangelicam matrimonium infidelium, vel fidelis cum cathechumena, Pontificis dispensatione contractum, sit sacramentum. ibid.
Disp. IX. Vtrum matrimonium infidelium, cum ambo baptizantur, efficiatur sacramentum, eisque gratiam conferat. ibid.
Disp. X. Verum matrimonium fidelium, in lege euangelica sit sacramentum. 123
Vtrum matrimonium sit vnum sacramentum, an plura, ibi nu 3.
An possit separati ex contrahentium intentione ratio sacramenti vt si aliqui fideles vellent inire matrimonium ita vt contractus esset, non tamen sacramentum, ibi n. 6.
Disp. XI. Vtrum matrimonium per procuratorem contractum sit validum. 124
Vtrum post concilium Tridentinum validum sit, ibi nu. 19 & sequentibus.
Vtrum sit necessarium dari potestatem procuratori coram paroco & testibus, ibi num. 22. & 23.

Vtrum

INDEX DISPVTATIONVM.

Vtrum matrimonium contractum per procuratorem, sit sacramentum, ibi n. 26. & sequentibus.

Disp. XII. Vtrùm matrimonium per epistolam contractum, sit validum, & sacramentum. 119

Disp. XIII. Quo iure matrimonium indissolubile sit, & vnde hæc indissolubilitas proueniat. ibid.

Disp. XIV. Vtrum Pontifex dispensare possit in matrimonio rato. 132

Vtrum statuere possit vt matrimonium ratum dissolaatur per subsequens consummatum, ibi n. 1. & 4.

Disp. XV. Vtrum vt valida sit dispensatio Pontificis in matrimonio rato, desideretur iusta causa. 135

Disp. XVI. Quæ sint causæ iustæ vt Pontifex dispensare possit in matrimonio rato. 136

Disp. XVII. Vtrum possit Pontifex dispersare in matrimonio consummato infidelitatis tempore si ambo coniuges baptizentur, vt possint aliud inire matrimonium priori dissoluto. 137

Disp. XVIII. Vtrum per professionem religionis dissoluatur matrimonium ratum. ibid.

Vtrum dirimatur per professionem Equitum ordinum militarium, ibi n. 7. & 8.

Vtrum per promissionem ad Episcoparum, vel ordinem sacrum, ibi n. 9.

Disp. XIX. Quo iure professio religionis matrimonium ratum dirimat. 138

Disp. XX Vtrum quando post matrimonium ratum, ambo coniuges communi consensu profitentur, vel vnus profitetur, alter verò vouet castitatem, dissoluatur matrimonium ratum. 139

Disp. XXI. Quando dicatur matrimonium consummatum, ita vt iam neutri coniugi liceat altero inuito ad religionem transire. an sit tale dum vir penetrat vas absque feminis effusione. ibid.

Vtrum necessarium sit, vt femina etiam semimet, ibi à n. 10.

Vtrum copula præcedens efficiat matrimonium consummatum, ibi à n. 12.

Disp. XXII. Vtrum copula vi extorta consummet matrimonium, ita vt professione secuta non soluatur vinculum, vel Pontifice dispensante.

Vtrum saltem possit sponsa vi oppressa ad religionem transire, ibi à num. 5. 142

An quando solo metu coacta est possit ad religionem transire, ibi à num. 11

An peccet vir metu aut vi copulam extorquens, ibi à num. 13.

An vim passa possit incontinenti semen expellere, ibi n. 17

Disp. XXIII. Vtrum si sponsi irrent se matrimonium non consummasse, credatur illis. 144

Disp. XXIV. Vtrum liceat quandocumque sponsis ad religionem transire, vel sit ad id tempus præscriptum. ibid.

Vtrum bimestre concessum sponsis, c. Ex publico, de conuers. coniug. detur ad deliberandum de religionis ingressu, vel ad profitendum, ibi à n. 2.

An esto detur ad profitendum, sit correctum per Trid. sess. 25 de regul. c. 15. ita vt sponso ingredienti non liceat profiteri ante annum nouitiatus expletum, ibi à n. 6.

An illud bimestre ita sit præcisum vt iudici non liceat arctare, nec protogare, ibi à n. 11.

Quot dierum sit illud bimestre, ibi à n. 14.

An si sponsi nolint religionem ingredi, teneantur statim ad reddendum debitum, vel possint frui illo bimestri, ibi à n. 14.

An si tempore illo, vel alio à iudice præscripto, neuter sponsus ad religionem transiit, possit eo tempore transacto, ad religionem transire, ibi à n. 16.

Disp. XXV. An metus contrahentium consensus desideretur ad matrimonium, sitque eius causa efficiens. 147

Disp. XXVI. An ita sit necessarius consensus ad matrimonium, vt nequeat de potentia Dei absoluta absque proprio consensu cõtrahentium consistere. ibid.

Disp. XXVII. An in republica Christiana, vel seculari sit potestas ad coniungendũ aliquos matrimonio, absque eorũ consensu. 149.

Disp. XXVIII. Quod sit obiectum in quod ferri debet consensus matrim. vt illud valeat, vt debeat esse consensus in copulam. ibid.

Disp. XXIX. Vtrum necesse sit bona aliqua quibus matrimoniũ exercere assignare: & ea debeant esse finis intentus in matrimonio, ita vt si contrahens habeant intentionem contrariam, non sit matrimonium. 150.

Quis finis debeat intendi in matrimonii contractu, vt culpa vitetur, ibi n. 14 & sequentibus.

Disp. XXX. Vtrum sufficiat consensus internus, vel necessè sit signo aliquo externo exprimi. 154

Disp. XXXI. Vtrum sufficiat consensum signis exprimi, vel sint necessaria verbi. ibid.

Vtrum matrimonium solis signis contractũ, sit sacramentũ, à n. 7

Vtrum verba in matrim. contractu sint de necessitate præcepti, ita vt valentes loqui peccent solis signis contrahendo. ibi à num. 9

Quæ verba constituant matrimonium, & quæ signa: & an sufficiat parentes, aut alios nomine contrahentium respondere, ibi remissiuè, num. 11.

Quis cõiugũ debeat prius interrogari & verba proferre, ibi n. 12.

Disp. XXXII. Vtrum necessarium sit vtriusque coniugis consensum simul absque temporis interuallo præstari. 157

Vtrum satis sit quæcunque distantia, inter vnius & alterius consensum, intercedat, ibi à n. 6.

Vtrum quando aliquis fictè consensit, aut inualide ratione metus, ratificetur matrimonium, si postea interne solus ipse cõsentiat, ibi à n. 8.

Vtrum per Trident. sess. 24. c. 1. de matrim. hæc correcta sint, ibi n. 26 & sequenti.

Disp. XXXIII. Vtrum sufficiat ad matrim consensus illorũ, qui putant subesse impedimentum dir. mẽs quod re vera nõ subest. 158

Disp. XXXIV. Vtrum sit sufficiens consensus quando duo deuo contrahunt, vel affecta vxorio se cognoscunt ex errore quo existimant prius matrimonium validum fuisse. ibid.

Disp. XXXV. Vtrum cum aliqui habentes impedimentum dirimens occultum, contrahunt, sit necesse impedimento detecto vtriusque consensum renouari: vel satis sit obtenta dispensatione occulte consentire eum, qui impedimenti conscius est. 160

Disp. XXXVI. Vtrum detecto impedimento, dispensatione que occultè obtenta, sit necesse alterum coniugum certiorem fieri de priotis matrimonii nullitate: vel eo ignorante, existimantique prius matrimonium valuisse, consensus verbis reuocati, vel copula coniugali ratificetur tale matrimonium. 161

Disp. XXXVII. Vtrum matrimonium legitime coram parocho & testibus initum, sit iterum coram ipso celebrandum si reperiatur nullum ob occultum impedimentum. 164

An sufficiat ad reualidandum hoc matrimonium copula affectu maritali, vel alia ex quibus ante concilium conficiebatur matrimonium, ibi n. 6.

Disp. XXXVIII. An teneatur confessarius monere coniuges, qui bona fide matrimonium validum esse putant. 167

Disp. XXXIX. Vtrum coniux nullitatis matrimonii conscius, possit quando id probare nequit, reddere debitum, eo quod ab Ecclesia per censuras compellitur, vel quia alias vitæ aut famæ iacturam patietur, & quibus mediis huic cõsuli possit. 170

Disp. XL. Vtrum quando matrimonium est nullum ob impedimẽtum occultum, possit aliquando Episcopus dispensare in eo impedimento, 173

An possit aliquando ante contractum matrimonium, ibi n. 7.

An possit vicarius Episcopi, ibi n. 12.

An possit Episcopus delegare hanc dispensandi facultatem, ibi n. 13

An possit generaliter delegare, vel soli vicario specialiter deputato. & similiter casus papales occultos sibi commissos per Trid. sess. 24. c. 6. de reform. n. 17

Disp. XLI. Vtrum matrimonio bona fide ex parte vtriusque coniugis inito, si dubiũ perueniat, possit dubitans reddere, & petere. 177

Vtrum agere contra conscientiam dubiam sit peccatum, ibi n. 2.

Vtrum in dubio in materia iustitiæ melior sit possidentis conditio, ibi à n. 10.

Vtrum extra materiam iustitiæ melior sit possidentis conditio, ibi à n. 32

An matrimonio bona fide vtriusque inito, si alter dubitet, possit dubitans reddere & petere, ibi à n. 42.

An lite pendenti de matrimonii valore, possit dubitans petere & reddere, & separandi sint coniuges, ibi à n. 51

An si alter coniux asserat se fictè consensisse, possit alter petere & reddere, n. 52.

An matrimonio bona fide vtriusque inito, si postea vterque dubitet, possit petere & reddere, ibi à n. 54

Disp. XLII. Vtrum cum alter coniux mala fide contraxit, dubius de morte prioris, vel de alio impedimento dirimenti, possit petere & reddere. 188

Quid si vterque mala fide contraxit, ibi à n. 7.

Disp. XLIII. Vtrum quando impedimentum potest propria voluntate amoueri, vt si sit seruitus ignoratæ, heresis sit cõiugi dubitãti, aut hæ moueri de vxoris seruitute, petere & reddere. 189.

Disp. XLIV. Vtrum coniux optans matrimonium esse nullum, possit petere & reddere 190

Disp. XLV. Quando possit coniux esse certus, & quando dubitare de matrimonii nullitate. 191

An sufficiat testimonium alterius coniugis, dicentis se fictè consensisse, ibi à n. 2

An sufficiat protestatio qua alter coniux ante matrimonium protestatus est, se fictè consentire, ibi à n. 17.

An sufficiat vnus testis affirmans adfuisse impedimentum dirimens, ibi à n. 25.

An ad dissoluendum matrimonium desiderentur duo testes, vel fama sufficiat, ibi à n. 30.

An confessio vtriusque coniugis affirmantis impedimentum, sufficiat, ibi n. 33.

Disp. XLVI. Qualiter constare debeat de coniugis obitu, vt possit alter aliud inire matrimonium. 196

An desideretur certus mortis nuncius, vel sufficiat alia moralis certitudo, ibi à n. 5.

An sufficiat vnus testis, à n. 10.

An sufficiat fama mortis ibi à n. 13.

INDEX DISPVTATIONVM.

LIBER TERTIVS.

De consensu clandestino.

Disp. 1. Quotupliciter dicatur matrimonium clandestinum, & quando tale dicatur ad incurrendas clandestini pœnas. 197

An sit clandestinum ad incurrendum illius pœnas, si denunciationes omittantur. ibi à n. 5.

Quid si publicè celebretur, omissis tamen denunciationibus. ibi à num. 9

Disp. II. An si matrimonium clandestinum, nullum sit, vt quia absque parocho & testibus celebratur, incurrantur pœnæ clandestini. 201

Quid si matrimonium clandestinum, irritum sit ratione consanguinitatis, aut alterius impedimenti. ibi n 7.

Disp III. An matrimonium clandestinum, irritum foerit ante Tridentinum, sitque culpa lethalis illud contrahere. 203

Disp. IV. Qualiter potuerit Ecclesia irritare matrimonium clandestinum. 205

Disp. V. Vtrum denunciationes sint de essentia matrimonii. 208

Vtrum saltem sint de præcepto præmittendæ matrimonio. ibi à num. 5

Disp VI. Vbi, & quomodo debeant fieri denunciationes. 209

Disp. VII. Quis possit dispensare in denunciationibus, ne præmittantur matrimonio. 210

An possit vicarius Episcopi in illis dispensare. ibi à n. 9

An possit parochus ibi à num. 13.

An possit Episcopus delegare alicui hanc dispensationem, ibi à num. 18.

Disp. VIII. An ad dispensandum in denunciationibus desideretur iusta causa, & iudicialis eius cognitio. 213

An hæc dispensatio possit extra diœcesim fieri. ibi n. 6.

Disp. IX. Quæ sint causæ iustæ ad dispensandum in denunciationibus. 214

Disp. X. An concurrentibus prædictis causis teneatur ordinarius dispensare. 216

An liceat ei cum quo dispensatur in denunciationibus, imponere aliquam mulctam pecuniariam. ibi à n. 8

An si Episcopus neget hanc dispensationem, possit ab eo appellari. ibi à n. 11.

An si Episcopus petitam dispensationem iniustè deneget, vel non sit recursus ad ipsum, possit absque dispensatione omissis denunciationibus matrimonium celebrari. ibi à num. 15.

Disp. XI. An quando celebratur matrimonium, non præmissis denunciationibus, sit peccatum lethale illud consummare, non solum prima vice, antequam præmittantur. 221

Disp XII. An sit peccatum mortale matrimonium consummare ante benedictiones Ecclesiæ. 222

An ante has teneatur alter coniux reddere debitum. ibi n. 13.

Disp XIII. An ex vi harum denunciationum teneatur qui impedimentum occultum novit, illud propalare. 224

Quid si accepit sub secreto etiam confessionis non verè confitendo. ibi n. 15. & sequentibus.

Disp. XIV. An si ordinarius petat à volentibus contrahere, an aliquo impedimento ligati sint, teneantur impedimentum fateri. 226

Quid, si impedimento illo laborans obtinuit dispensationem in foro conscientiæ. ibi n. 4.

Disp XV. Quale sit officium ordinarii, & quale parochi circa contractum matrimonii, & qualiter se debeant habere, quando norunt extra cõfessionem impedimentum matrimonii, & qualiter quando norunt dispensationem pro solo conscientiæ foro obtentam esse à contrahentibus. 227

Disp. XVI. An ordinarius vel parochus cognoscens impedimentum matrimonii in confessione, possit, & teneatur denegare petentibus matrimonium. 233

An aliquis possit ex scientia confessionis iuuari ad externum regimen. ibi n. 2. & sequentibus.

An teneatur dicere scientia confessionis ad faciendum, vel omittendum aliquid, quæ teneretur facere, vel omittere, si extra confessionem sciret. ibi n. 6. & 7.

Qualiter se debeat habere, quando in confessione novit impedimentum. ibi à n. 8.

Disp. XVII. An ita sit necessaria præsentia parochi & testium ad matrimonii valorem, vt in nullo casu aliter contractum valeat. 235.

An in mortis articulo, quando periculum est in mora, & est valde necessarium matrimonium, possit contrahi absque parocho, & testibus. ibi à n. 5.

An ex Episcopi dispensatione possit in aliquo casu matrimonium contrahi absque parocho. ibi à num. 6

Quid si contrahentes sint infideles, & contrahant in oppidis subiectis iurisdictioni Ecclesiæ. ibi n. 8.

Quid si contrahentes ignorent inuincibiliter decretum irritans clandestinu, ibi à n. 9.

Disp XVIII. Vtrum teneantur coram parocho & testibus contrahere peregrini & forenses locorum vbi non obligat decretum Tridentini. 238

An peregrini teneantur legibus & consuetudinibus loci in quo hospitantur, vel per quem transeunt. ibi à n. 3.

An hi teneantur legibus & consuetudinibus sui domicilii, dum ad tempus absunt. ibi à n. 17.

An incolæ locorum vbi decretum Tridentini non obligat, teneantur sum loco hospitij, vel per quem transeunt, matrimonium inire, coram parocho & testibus contrahere, si ibi decretum Tridentini obliget. ibi à n. 15.

An incolæ locorum in quibus decretum Tridentini obligat, incuntes matrimonium in loco vbi non obligat, illæ transeuntes, teneantur coram parocho & testibus contrahere, ibi à num. 17.

An captiui apud infideles, validè contrahant absque parocho & testibus. ibi à n. 31.

Disp. XIX. An ad matrimonij valorem desideretur proprij parochi vtriusque contrahentis assistentia, vel sufficiat sit parochus aut vtriusque, aut neutrius. 244

An valide assistat parochus alterius contrahentis dum celebratur matrimonium in parochia alterius contrahentis, qui alienæ parochiæ est. ibi à n. 7.

Quid, si parochus proprius vtriusque, vel alterius contrahentis assistat matrimonio, extra vtriusque parochiam, vel in aliena de consensu. ibi à n. 13.

An peccet, puniendusque sit parochus assistens matrimonio in aliena parochia. ibi à n. 17.

Disp. XX. An parochus matrimonio assistens debeat esse necessario sacerdos. 247

An parochus non sacerdos possit dare licentiam sacerdoti assistendi matrimonio. ibi à n. 6.

An possit dare licentiam non sacerdoti assistendi. ibi à n. 9.

Disp XXI. An parochus excommunicatus, suspensus, vel irregularis, validè assistat matrimonio. 250

An valide det licentiam alteri assistendi talis parochus, ibi à num. 6.

Quid, si parocho interdicta sit sacramentorum administratio, ibi à num. 10.

Disp. XXII. An matrimonium contractum coram parocho existimato, carenti tamen legitimo titulo, sit validum. 252

An gesta in vtroque foro, ab habenti titulum putatiuum, concurrenti communi errore, valeant. ibi à n. 4.

Quid si habens titulum putatiuum, non sit iudex ordinarius, sed delegatus. ibi à n. 13.

An valeant gesta, licet impedimentum sit iuris diuini, & naturalis, & excommunicationis. ibi à n. 21.

An valeant sic gesta, etiam respectu scientium impedimentum. ibi à num. 40.

An sufficiat ad hoc communis error absque titulo à legitimo superiore. ibi à n. 48.

Quid, si legitimus titulus occulto delicto amissus est, aut occultè reuocatus. ibi à n. 55.

Quid de matrimonio contracto coram parocho putatiuo, ibi à num 60.

Quid, si licentia assistendi matrimonio sit fictè concessa, ibi à num. 64.

Quid, si sint opiniones de parochi iurisdictione, & vera sit coram Deo opinio carere illum iurisdictione. ibi num. 65.

Disp. XXIII. Quis dicatur proprius parochus, vt valide assistat matrimonio. 264

An sufficiat parochus domicilij originis. ibi à n. 6.

An requiratur verum domicilium vt parochus possit assistere, vel satis sit animus habitandi in ea parochia maiori anni parte. ibi à num. 9.

Disp XXIV. Vtrum habens duo habitationis domicilia, possit indifferenter coram alterutro parocho cõtrahere matrimonium. 270.

Quid, quando duo sunt parochi in solidum alicuius parochiæ. ibi num 6.

Disp. XXV. Quis sit proprius vagorum parochus ad illos coniugendum matrimonio, & qui dicantur vagi. 276

INDEX DISPVTATIONVM.

Quæ diligentia præmissa coniungendi matrimonio, ibi num. 9. & 10.

An valeat matrimonium à vagis contractum, omissa ea diligentia ibi n. 10.

Quid, si forenses sint, vel saltem alter, ibi n. 8 & 9.

An si alter sit parochianus, alter verò vagus, possit assistere matrimonio parochus vagi ibi n. 14.

Disp. XXVI. Qualiter possint religiosi in nouo Indiarum orbe matrimonio assistere, & quid possint circa vagos. 273

Disp. XXVII. An Archipresbyter Ecclesiæ cathedralis possit interesse matrimonio in tota diœcesi. 275

Disp. XXVIII. Quis vltra parochum censeatur ordinarius, vt possit assistere matrimonio, & alii sacerdoti licentiam assistendi dare. ibid.

Disp. XXIX. An vicarius generalis Episcopi censeatur ordinarius vt possit matrimonio adesse, & alii sacerdoti licentiam assistendi dare. 276

An vicarius generalis Episcopi possit in tota diœcesi audire confessiones, & exponere confessarios. ibi à n. 14.

Quid de vicariis capituli sede vacanti, vel Abbatum, vel habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, ibi n. 4 & 19.

Quid de vicario foraneo, n. 10. & 20.

Disp. XXX. An vicarius Episcopi reuocatus morte ipsius Episcopi, aut reuocatione facta per ipsum, dum sibi non intimatur: vel si suspensa eius iurisdictio excommunicatione, vel suspensione Episcopi, valide assistat matrimonio, vel alii sacerdoti licentiam assistendi concedat. 280

Disp. XXXI. An soli parochi proprietarij, sed delegati, quos Episcopi constituunt, & ad nutum ipsius amoueri possunt, & vicecurari instituti à parochis proprietarijs, possint alteri sacerdoti licentiam assistendi matrimonio concedere. 282

Disp. XXXII. An si Episcopus, aut constitutio Synodalis interdicat parocho dare licentiam administrandi sacramentũ nisi approbatis ab Episcopo: vel si Episcopus parocho prohibeat certas personas matrimonio coniungere, & Episcopi prohibitione neglecta parochus det licentiam assistendi matrimonio, nõ approbatus ab Episcopo, vel interfit illi matrimonio sibi interdicto, valeat. 285

Disp. XXXIII. An si Episcopus, aut parochus committat sacerdoti, vt interfit matrimonio, dummodo sponsis præcipiat sub excõmunicatione, ne consumment, donec denunciationes præmittantur: vel vt interfit præmissis denunciationibus: vel si impedimentum non habeant sponsi, an si sacerdos interfit non iniuncto eo præcepto, vel non præmissis denunciationibus: vel non præmisso examine, an impedimentum habeant, valeat matrimonium. 288

Quid, si licentia extorqueatur dolo, vel metu, ibi n. 5. remissiuè.

Disp. XXXIV. An si priuatus sacerdos cui parochus committit interesse matrimonio, assistat illi extra parochiam, sit validum. 289

Disp. XXXV. An licentia concessa per parochum assistendi matrimonio, debeat esse specialis & expressa. 291

An satis sit licentia quæ habetur per ratihabitionem, ibi à n. 15.

Disp. XXXVI. An si Episcopus vel parochus concessit licentiam assistendi matrimonio, sacerdoti, & ille ignarus licentiæ, vel conscius illius non per certum nuncium destinatum, assistat, vel si reuocata erat, nec sit sibi intimatum per destinatum nuncium, valeat. 294

An talis licentia possit ad libitum reuocari, ibi n. 9.

Disp. XXXVII. An sacerdos crediturus sit dicentibus se habere licentiam à proprio parocho, vt eos matrimonio coniungat. 296

Disp. XXXVIII. An sint de essentia matrimonii; aliqua parochi verba, saltem de præcepti necessitate. 297

Disp. XXXIX. Qualis præsentia parochi & testium desideretur ad matrimonii valorem, an satis sit, si casu, aut vi, aut dolo ad id vocati, interfint, vel intelligant consensum contrahentium per interpretem. 298

Quid, si licentia assistendi matrimonio metu extorqueatur, vel dolo interpretetur, ibi n. 13. & 14.

Disp. XL. Vtrum ad valorem matrimonii satis sit, parochum & testes interesse sponsalibus iuramento stabilitis: vel sponsalibus, si postea sponsi occultè se cognoscant animo vxorio: vel coram eodem parocho & testibus intercedant copula, vel alij tactus, ob quos olim sponsalia transibant in matrimonium: vel matrimonio contracto inter impuberes, vel inter puberem, & impuberem, vbi malitia non supplet ætatem, vt postea efficiatur verum matrimonium per copulam maritalem, vel per alios actus, ex quibus olim resultabat verum matrimonium. 301.

Disp. XLI. Quot testes & quales requirantur in matrimonio, vt sit validum. 302

An exigatur testes in matrimonio rogatos esse, ibi n. 7.

An exigatur in procuratore ad contrahendum matrimonium, certa ætas n. 8.

Disp. XLII. Vtrum sit pœna matrimonij clandestini, vt filii ex eo nati, quando fuit nullum ob aliquod impedimentum, illegitimi censeantur, non obstanti bona fide parentum ignorantium impedimentum. 305

An filii nati ex matrimonio clandestino valido, sint legitimi, ibi n. 8.

Disp. XLIII. An si matrimonium clandestinum inualide contractũ, ob impedimenti ignorantiam, postea publicetur, approbetur que ab Ecclesia, eo quod nullum est detectum impedimentum, filij inde nati sint legitimi, siue nati ante approbationem Ecclesiæ, siue post. 308

Disp. XLIV. Vtrum matrimonium clandestinum validum habeat vim efficiendi legitimam prolem, antea susceptam à parentibus habilibus ad contrahendum matrimonium tempore conceptionis, aut natiuitatis prolis. 309

Disp. XLV. An sint aliæ pœnæ matrimonii clandestini. 311

Disp. XLVI. Quæ sint pœnæ ipsorum clandestinè contrahentium, ibid.

Quæ sint pœnæ ipsorum testium assistentium, ibi n. 7. & 8.

Disp. XLVII. Vtrum clandestinè contrahentes possint exhæredari. 313.

Disp. XLVIII. Quæ sint pœnæ parochi, vel alterius sacerdotis assistentis matrimonio clandestino. 314

An excommunicatio lata, Clem. 1. de priuileg. contra regulares solemnizantes matrimonium, absq; parochi licentia, sic correcta per suspensionem, arbitrio Episcopi impositam in Trid. sess. 24. c. 1. de matrim. ibi n. 8.

Disp. XLIX. An si parochus alienus vel sacerdos qui non est parochus dat licentiam assistendi matrimonio, incurrat suspensionem triennalem. 316

Disp. L. An si parochus triennio suspensus, eo quod assitit matrimonio clandestino, iterum interfit suspendaturque triennio; priori nondum elapso, à quo tempore incipiat hoc posterius triennium. 318

Disp. LI. An parochus suspensus ab officio, quia interfuit clandestino, sit consequenter suspensus à beneficio, possitque illo priuari. ibid.

Disp. LII. An parochus suspensus eo quod interfuit clandestino, possit absolui ab Episcopo, vel eius vicario. 321

Disp. LIII. An pœnæ matrimonii clandestini indigeant iudicis sententia. ibid.

Disp. LIV. An solius iudicis ecclesiastici sit penas has inferre clam contrahentibus, possitque iudicem laicum in hac causa procedentem, inhibere. 323

LIBER QVARTVS.

De consensu coacto.

Disp. I. Quid, & quotuplex sit metus? Et quas conditiones exigat, vt cadat in virum constantem. 324

Disp. II. An metus viri constantis necessariò petat eligi minus malum ad vitandum maius? vel possit esse talis timor, licet ob illum eligatur maius malum: vt si timore mortis inculso eligat quis fornicari. 327

Disp. III. An metus cadens in virum constantem consideretur absolutè nullo habito respectu ad patientem metum, ac proinde in omnibus sit æqualis: vel potius attendatur patiens metum, & sic minor metus in femina, vel in pusillanimi sufficiat. 328

Disp. IV. An mala metum iustum incutientia debeant necessariò timeri in propria persona, vel satis sit in persona consanguineorum, affinium, amicorum, domesticorum. 329

Disp. V. Quæ sint mala, quorum timor cadit in virum constantem. 332.

Quid, de infamiæ metu, ibi à n. 13.

Quid, de metu excommunicationis, ibi à n. 17.

Quid, de patrimonij amissionis timore, ibi à n. 20.

Quid, de metu amittendi magni lucri, ibi à n. 27.

Disp. VI. An timor reuerentialis cadat in virum constantem. 335

An solus timor reuerentialis sat sit ad irritandum matrimonium, ibi n. 7.

An satis sit ad annullandum professionem, ibi à n. 17.

An sufficiat metus reuerentialis cum minis, quando minans non solitus est eas exequi, ibi à n. 20.

Timor reuerentialis respectu quorum superiorum sit, ibi à n. 24.

An metus solus reuerentiæ annullet consensum tacitum consurgentem ex præsentia cum taciturnitate, ibi à num. 35.

Disp. VII. An preces importunæ incutiant metum viri constantis. 342.

Disp.

Disp. VIII. An contractus metu graui initi, sint nulli ipso iure. 344
An per illos transferatur dominium, ibi n. 5
Disp. IX. An metu leui extorta sint in foro conscientiæ obnoxia restitutioni. 348
Disp. X. An preces importunæ incutiant metum saltem leuem, efficianteq; inuoluntarium mixtum, ita vt eis extortum, sit in foro conscientiæ restituendum. 352
Disp. XI. An blanditiæ inferant metum leuem, ita vt eis extorta, sint in foro conscientiæ restituenda. 354
Disp. XII. An metus cadens in virum constantem, iniustè illatus irritet matrimonium. 355
An constitutio procuratoris metu facta, valida sit ibi à n. 12.
An dotis, & arrarum constitutio metu facta, valeat, ibi n. 23.
Disp. XIII. An metus iuste illatus annullet matrimonium eo metu initum. 360
Disp. XIV. An iure naturæ, vel solo iure humano irritum sit matrimonium metu initum. 363
Disp. XV. An matrimonium metu contractum, sit omnino irritum, ita vt nullam prorsus obligationem pariat, sed alteruri liceat altero inuito resilire. 365
Disp. XVI. An peccet matrimonium ineiens metu cadenti in virum constantem. 367
Disp. XVII. An metus leuis aliquando matrimonium irritet. 368
Disp. XVIII. An validum sit matrimonium metu viri constantis initum, eodemque metu consummatum, ita vt prius illud matrimonium inualidum, ratificetur copula metu extorta, aut spontanea. 369
Disp. XIX. An sponsalia metu viri constantis inita, sint nulla ipso iure, sicut & matrimonium. Vel solum annullanda, instar aliorum contractuum. 373
Disp. XX. An matrimonium metu contractum, firmetur iuramento. 374
An quoties actus est secluso iuramento inualidus, & legetenus probatus, firmatique debet iuramento, desideretur id iuramentum sponte metuque secluso præstitum esse, à n. 2.
An possit peti ab Episcopo relaxatio iuramenti siue metu graui, siue leui extorqueatur, ibi à n. 6.
An matrimonium metu graui initum, reddatur validum iuramento, ibi à n. 11.
An iuramentum adiectum matrimonio metu graui extorto, obliget, ita vt relaxatione indigeat, ibi à n. 14.
Disp. XXI. An sponsalia metu graui inita, firmentur iuramento, vel saltem iuramentum obliget, relaxationeque indigeat. 377
Disp. XXII. Vtrum Pontifex, aut princeps secularis possit subditos, aut pater filios cogere ad matrimonium. 379
An impedientes matrimonium incurrant excommunicationem Tridentini sess. 24. de matrim. c. 9 n. 8. & sequentibus.
Disp. XXIII. An culpam admittant filij non obedientes patentibus præcipientibus aliquod matrimonium: vel ipsis inscijs, aut inuitis ineuntes matrimonium. 386
Disp. XXIV. An possit filia inuitis parentibus non clandestinè nubens exheredari. 382
Disp. XXV. An leges permittentes filias exhæredari, eo quod ipsis inuitis nubant, sint correctæ iure canonico. 384
Disp. XXVI. An teneantur parentes dotem constituere filiabus, ipsis inuitis nubentibus. 385
An teneatur pater alimenta præstare filio absque eius consensu matrimonium ineunti, & eius vxori, ibi n. 20. & 21.
Quod matrimonium dicatur indignum. ibi n. 23. & seq.
Disp. XXVII. Qualiter probetur metus. 388
An credendum potius sit duobus de metu deponentibus, quam multis de spontanea voluntate. ibi n. 1. & 3.

LIBER QVINTVS.

De consensu conditionato.

DISP. I. Vtrum matrimonium possit contrahi sub conditione generali, & sub conditione speciali extrinseca, illudque suspendat: vt, Si vixerimus, si tu consenseris, si non es consanguineus, si Deo vel Ecclesiæ placuerit. 389
Disp. II. An conditio extrinseca necessariò euentura, adiecta matrimonio, vt, Si eras sol orietur, reddat ipsum conditionale, & suspendat consensum. 391
Disp. III. An conditio impossibilis adiecta matrimonio, ipsum vitiet, vel ea reiecta, sit legitimum & absolutum matrimonium. 392.
Disp. IV. An omnes conditiones impossibiles siue de præsenti, siue de futuro, aut præterito apponantur, reiiciantur à matrimonio. 397.
An reiiciantur conditiones per naturam impossibiles, ibi numero 5.
Quid de conditionibus de solo iure impossibilibus, n. 6 & 7.
Quid de conditionibus de facto solo impossibilibus, ibi à n. 12.
Quid si conditio per accidens ex solo temporis lapsu sit impossibilis, ibi à n. 15.
Quid de conditione impossibili contra substantiam matrimonij, ibi n. 19.
Disp. V. An hæc conditio reputetur impossibilis, Si Pontifex dispensauerit, atque ita obiecta sponsalibus inter consanguineos reiiciatur, & sponsalia tanquam purè contracta, sint prorsus inualida. 400
An obtenta dispensatione sint vera sponsalia, ibi à n. 22.
Quid si non adiiciatur tali promissioni ea conditio, Si Pontifex dispensauerit, ibi à n. 25.
Quid si impedimentum non sit dirimens, sed tantum impediens, matrimonium, per Pontificem, aut per Episcopum dispensabile, ibi à n. 28.
An resiliens ab his sponsalibus, teneatur alteri expensas dispensationis, & quascunque alias factas, soluere, ibi à n. 32.
An hic promittens teneatur dispensationem procurare, & cuius expensis, ibi à n. 35.
An inter hos liceant tactus, & oscula licita sponsis de futuro, ibi à n. 38.
Disp. VI. An conditio honesta, & possibilis adiecta matrimonio, illud suspendat. 405
Disp. VII. Quando conditio hæc adiecta sponsalibus aut matrimonio, Si patri placuerit, censeatur impleta, vt ex tunc purificentur. 406
Disp. VIII. An matrimonium contractum sub conditione honesta, efficiatur ea impleta validum absque nouo consensu. 408
An idem dicendum sit, quando contrahentes erant inhabiles, incontinentque matrimonium ea conditione, Si Pontifex dispensarit, ibi à n. 9.
Quando aliquis contrahit cum duabus sub conditione honesta, & simul vtraque impetur, quod matrimonium præualeat, ibi à n. 12.
Quid si sponsalia cum duabus ineantur sub conditione, & simul ambæ conditiones implentur, ibi à n. 17.
An sit aliquid circa hæc per Tridentinum immutatum, ibi à n. 20.
An si contrahatur matrimonium coram parocho & testibus, sub conditione honesta, efficiatur post Tridentinum, validum absque nouo consensu, vel sit opus vt parochus & testes assistant verificationi conditionis, ibi à n. 23.
Disp. IX. An conditio contraria substantiæ matrimonij, aut eius bonis, siue sit de præsenti, præterito aut futuro, ipsum annullet. 413.
Disp. X. An conditio contraria bonis matrimonii si honesta sit, illud annullet. Vt, contrabo tecum, modo ambo seruemus castitatem. 415
Quid, de hac conditione, Si priùs ita te castitatis voto astringas, vt nunquam à me petas, nec reddas, ibi n. 3.
Quid, de conditione nunquam exigendi, ibi n. 4.
Quid, de conditione non cohabitandi simul, n. 5.
Quid, de conditione, vt liceat ingredi religionem, ibi n. 6.
Disp. XI. An casset matrimonium hæc conditio, vt alter coniux nō teneatur reddere, quoties alteri non licet exigere. 417
Disp. XII. An si infideles ineant matrimonium, ea conditione, vt liceat eis repudium, aut pluralitas vxorum, eo modo quo eis in lege sua hæc permittuntur, valeat matrimonium. ibid.
Disp. XIII Quando conditio contraria matrimonio apponatur ab altero solo contrahenti, an illud vitiet. 418
Disp. XIV. An sponsalia reddantur nulla, quando adiicitur conditio substantiæ contraria. ibid.
Disp. XV. An conditio turpis non contraria matrimonio, nec bonis eius ipsum suspendat. 419
Disp. XVI. An hæ conditiones, Si mecum concubueris, si te virginem inuenero, si in primo concubitu mihi placueris, reiiciantur tanquam turpes. 420
Disp. XVII. An sicut conditiones turpes, & impossibiles reiiciuntur à matrimonio, ita etiam à sponsalibus reiiciantur. 421
Disp. XVIII. An conditiones impertinentes reiiciantur à matrimonio, vel illud suspendant. ibid.
Disp. XIX. An omnia de conditionibus tradita, dicenda sint de modo, demonstratione, & causa, quando hæc sunt honesta, impossibilia, contrariantur substantiæ matrimonij, aut sunt turpia. ibid.

INDEX DISPVTATIONVM.

LIBER SEXTVS.

De Donationibus inter coniuges, sponsalitia largitate, & arris.

DISP. I. An donatio inter coniuges valida sit. 414
Disp. II. Verum valeat donatio inter coniuges qui veri non sunt, sed putatiui. 426.
Disp. III. Verum in aliquibus casibus valida sit donatio inter virũ & vxorem. 427
Disp. IV. An valeat donatio inter coniuges, ex qua donans non efficiatur pauperior. 429
An sit contra motum proprium Clementis VIII. vel contra votum paupertatis, si roget religiosus volentem sibi donare, vt donet alij, ibi n. 7.
An permissum sit in foro externo, & conscientiæ, debitori repudiare hæreditatem, vel legatum in creditorum fraudem, ibi n. 8 & 9.
An possit prælatus repudiare hæreditatem, vel legatum monasterio, aut ecclesiæ debita, absque solemnitate requisita in alienatione rerum ecclesiasticarum, ibi n. 10 & sequentibus.
An dicta omnia habeant locum, quando non est hereditatis repudiatio, sed cessio in aliquius fauorem, ibi n. 16 & 17.
An remissio vsufructus paterni sit donatio qua computetur in melioratione tertiæ, & quintæ, & possit reuocari tanquam inofficiosa, ibi à n. 18.
Qualiter valeat licentia testandi concessa per parentes, filio, ibi à n. 19.
Disp. V. An possit vxor renunciare lucris constante matrimonio acquisitis, vel acquirendis, in viri fauorem, & è contra. 436
Disp. VI. Verum valeat donatio remuneratoria inter coniuges. 437.
An vxor debeat omnia obsequia viro, ita vt nullum dignum sit remuneratione, ibi n. 13. & 14.
Disp. VII. An valeat donatio qua alteruter coniux alteri dotem constituit.
Disp. VIII. An dos constituta per virum vxori, minuat legitimam debitam ascendentibus, vel descendentibus, atque ita extrahenda sit de toto hereditatis corpore, aut potiùs de ea parte de qua maritus potest liberè disponere, vt in Castella de quinta bonorum parte, si habeat descendentes: vel de tertia, si habeat ascendentes. 440
Disp. IX. An confessio qua maritus confitetur se dotem recepisse ab vxore, vel tantam dotis quantitatem, nec constat de vera receptione, aut non de tanta summa, nec an ficte causa honoris, aut alia affecta sit, censeatur animo donandi eam dotem, aut ex cessum illum facta, validaque sit talis donatio.
Disp. X. An donatio causa mortis valida sit inter coniuges. 442
Disp. XI. An donatio inualida inter coniuges, iuramento confirmetur. 443
An similiter confirmetur homagio id est, pleito omenaje, ibi à n. 8 vit fatetur dotem receptam, firmetur iuramento. 444
Disp. XII. An donatio præsumpta consurgens ex confessione, qua
Disp. XIII. An donatio facta contra prius non donandi iuramentum, firmetur iuramento. 445
Disp. XIV. An donatio inter coniuges firmetur morte naturali donantis. 446
An requiratur traditio vt hæc donatio inter coniuges confirmetur morte, ibi à n. 6. 448
An desideretur vt coniux donans prius decedat, ibi à n. 10.
An exigatur vt donatio excedat summam quingentorum aureorum absque insinuatione, ibi à n. 14.
Disp. XV. An vt donatio inter coniuges morte confirmetur, desideretur vt donans in eadem voluntate permaneat vsque ad mortem, nec expresse, nec tacite donationem reuocans. & quando censeatur reuocata tacite. 451
Disp. XVI. An donatio inualida inter coniuges, dum morte confirmatur, retrotrahatur ad tempus donationis factæ, tam quoad dominium, quam quoad fructus. Et semel reuocata, seu cessata, reuocetur aut calletur quoad fructus perceptos. 453
Disp. XVII. An donatio inualida inter coniuges confirmetur morte ciuili, vt exilio, seruitute, professione religionis alterius. 455
Disp. XVIII. An donatio sponsalitiæ largitatis inter sponsos de futuro valida sit. Et quando acquiratur ei, cui donatur. 456
Disp. XIX. An acquiratur sponsalitia largitas per matrimonium nondum consummatum, secuta traductione sponsæ ad sponsi domum, aut per copulam præcedentem. 458
Disp. XX. An quando sponsalia fiere nulla ob aliquod impedimentum, lucretur sponsa per osculum, aut copulam aliquid sponsalitiæ largitatis.
Disp. XXI. An quando sponsalia non casu, vt morte, absque tamen vtriusque culpa dissoluuntur, vt communi consensu, amissione oculorum, ingressione religionis, voto, lucretur sponsa largitatem sponsalitiam. Et quid, si alter caulam dedit, vt quia formicatus est, vel in longinquum profectus. 460
Disp. XXII. An si arra intercedat, lucretur sponsa cõsummato matrimonio largitatem sponsalitiam, & arras, vel detur electio. Et si matrimonium casu non sequatur, & adsit osculum, possit sponsa eligere medietatem localium vel arrarum. 462
Disp. XXIII. An sponsalitia largitas non tantum ante initum matrimonium, sed etiam post dari possit. 463
Disp. XXIV. In qua quantitate donari possit sponsalitia largitas, & vbi nulla est dos, valida sit, & qualiter taxanda. 466
Disp. XXV. An vestes, & reliqua quæ mittit sponsus sponsæ, censeatur sponsalitia largitas, & acquirantur integra per copulam, & dimidia per osculum. 467
An vestes traditæ per virum vxori, vel è contra, cæteraque localia censeantur donari, vel ad solum vsum accommodari, ibi à numero 2.
Quid de vestibus, & cæteris donatis inter sponsos de futuro, an attento iure communi censeantur sponsalitia largitas, ibi à n. 27.
Quid attento iure regni Castellæ, ibi à n. 19.
An si socer donet vestes nuru, nurus eas sibi comparet, vel censeantur donatæ filio, ac proinde filius teneatur eas conferre, ibi à n. 31.
Disp. XXVI. An donata à consanguineis sponsæ, sponso, vel è contra, censeantur sponsalitia largitas, & morte illius acquirantur. 471.
An donata à consanguineis viri vxori, censeantur viri donati, vel vxori, & è contra, ibi à n. 2.
Quid de donatis à consanguineis sponsi sponsæ, & è contra, ibi à n. 21.
Disp. XXVII. Quæ sit arrarum natura, quo pacto acquirantur, & an dentur in virginitatis præmium, ita vt eas restituere teneatur quæ virgo non est. 476
An peccet fœmina quæ mediis aliquibus defectum virginitatis occultat, & vt virgo nubit, ibi à n. 7.
An hæc fœmina teneatur dotem restituere, quam vi maritus credens esse virginem, assignauit, ibi n. 5.
Disp. XXVIII. An arræ constitui possint constante matrimonio. 478.
Disp. XXIX. In qua quantitate possint arræ promitti. 479
Disp. XXX. An decima pro arris promissis sit computanda iuxta bona quæ maritus bona fide possidet, ita vt illis euictis minuenda non sit. 481
Disp. XXXI. Qualiter computanda sint bona maioratus viri, ad taxandam bonorum decimam, quam arrarum nomine promittere potest. ibid.
Disp. XXXII. An antapocha (vulgo *contraescritura*) de non petenda certa quantitate promissa viro noceat vxori quoad arras, ita vt non computanda sit ea quantitas inter bona viri. 482
Disp. XXXIII. An in foro conscientiæ valida sit promissio arrarum vltra decimam. 484
Disp. XXXIV. An donatio arrarum vltra decimam confirmetur iuramento: vel saltem illud obseruandum sit. ibid.
Disp. XXXV. An soluto matrimonio incumbat vxori & eius heredibus probare arras promissas non excedere decimam bonorum mariti partem, vel potius viro & eius heredibus, incumbat probare excedere. 485
Disp. XXXVI. An arræ minuant legitimam ascendentibus aut descendentibus debitam, vel extrahendæ sint de ea parte, de qua potest maritus in præiudicium ascendentium, aut descendentium disponere.
An donatio remuneratoria extrahenda sit more æris alieni ex toto hereditatis corpore, vel de ea parte de qua donans potest libere disponere, ibi à n. 2. 486
An possit pater tempore vitæ, vel mortis, quascunque eleemosynas facere, aut opera pia instituere in præiudicium legitimæ filiorum, vel extrahenda sint de parte de qua potest libere disponere, ibi n. 5. & 6.
An minuæ donationes, & eleemosynæ factæ à parentibus dum viuunt, extrahendæ sint de ea parte de qua possunt libere disponere, ibi à n. 8.
Quid de arris promissis, ibi à n. 14.
Quid de sponsalitia largitate, ibi n. 17 & 18.
Disp. XXXVII. An mortuus cui dos non soluitur, vel non integre, teneatur integras arras promissas soluere. 488
Disp. XXXVIII. An pupillus vel minor sine auctoritate tutoris, aut curatoris, iudicisque decreto possit arras constituere. 489
An minor, vel pupillus carens tutore, aut curatore, vel illum habens, contrahens eius licentia, vel absque ea obligetur naturaliter & ciuiliter, ibi à n. 4.
An pupillus, vel minor habens tutorem, aut curatorem, si absque eius licentia contrahat, obligetur naturaliter, ibi à nu. 19.

An possit arras promittere, aut sponsalitiam largitatem absque iudicis decreto, & curatoris auctoritate, ibi à n. 37.
Disp. XXXIX. An filiusfamilias possit arrhas promittere inconsulto patre. 497
Disp. XL. An mulier quæ ad secundas nuptias minimè transit, possit superstitibus ascendentibus, vel descendentibus, disponere ad libitum de arris. 497
Disp. XLI. Virum mulier ad secundas nuptias tranziens superstitibus filiis ex priori matrimonio habitis, possit disponere de arris à priori viro acceptis, sicut de aliis propriis bonis: vel teneatur eas reseruare filiis prioris matrimonii, illique succedant in eis æqualiter. 500

LIBER SEPTIMVS.

De Impedimentis matrimonij.

DISP. I. An integrum sit Pontifici impedimenta matrim. irritantia statuere. 5
An si sine iusta causa ea statuat, teneat factum, ibi n. 5 & 6.
An possit Pontifex aliquos priuatos reddere inhabiles ad ineundum inter se matrim. ibi n. 7. & an possit infideles, ibi n. 3.
An possit certam personã reddere omnino inhabilem ad matrim. ibi n. 8.
An possit Episc. impedimenta in sua diœcesi statuere. ibi n. 9. & 10.
Disp. II. An Pontifice suo præcepto aut constitutione interdicenti matrim. sit inualidum contra eam prohibitionem initum. 7
An matrim. validè contractum sit in pœnam separandum, quando lite pendenti aut contra iudicis prohibitionem est initum, ibi n. 14. & 11.
Sponsalia contra eam prohibitionem inita an sint valida, ibi n. 9.
Disp. III. An Princeps secularis etiam infidelis possit impedimenta dirimentia statuere. 9
An apud Iudæos sit potestas impedimenta dirimentia statuendi? Et an si nunc contrahant in gradibus lege Mosaica interdictis, valeat matrim. ibi n. 6.
An si fideles subditi Principi infideli contrahant cũ impedimento dirimenti statuto per illum Principem, valeat matrim. ibi n. 7
An Princeps fidelis possit infidelibus sibi subditis statuere impedimenta, ibi n. 8.
An impedimenta à Pontifice nunc statuta ligent infideles sibi subditos, ibi n. 8.
An quæstio circa matrim. vel diuortium orta inter infideles subiectos Principi Christiano, pertineat ad forum seculare. Et quid, si alteruter sit fidelis, ibi n. 9.
An valeat matrim. si infidelis contrahat apud fideles, cum impedimento dirimenti à suo Principe infideli, statuto: vel si fidelis contrahat apud infideles, cum impedimento dirimenti apud solos fideles, ibi n. 10.
Disp. IV. An efficax sit consuetudo ad impedimenta noua dirimentia statuendas vel statuta abolenda: & proinde ad reddendos quospiam inhabiles ad matrim. quæ iure habiles erant, vel è contra habiles, qui iure erant inhabiles. 11
Disp. V. Virum impedimenta siue impediencia, siue dirimentia ità obligent, vt nullus meritus excuses? constituantque dubitè malitiam in matrim cum illis inito: specialisque malitia necessario fatenda afficiant copulã illicitam inter sic impeditos habitã. 17
Disp. VI. Quot & quæ sint impedimenta dirimentia, vel solùm impedientia, & an conuenienter assignentur: & qualiter aliquot ex impedientibus intelligantur. 20
Disp. VII. An feriarum tempore interdicantur benedictiones nuptiarum, matrim. inire, consummate, sponsam in sponsi domum traducere. 22
Disp. VIII. An tempore interdicti Ecclesiastici, vel cessationis à diuinis liceat matrim inire, aut nuptias benedicere. 26
An sine vir, sine femina interdicti sint, possint benedictiones suscipere nuptiales, seu matrimonio copulari, ibi n. 5. & 18.
Disp. IX. An tempore quo coniuges sunt excommunicati, validè & licitè ineant matrim. siue excommunicatio sit maior, siue minor. 30
Quale peccatum sit si non excommunicatus contrahat matrim. cum excommunicato maiori vel minori excommunicatione, vel si vterque eadem censura ligatus sit, ibi à n. 6. ad 11.
An excommunicato interdictum sit sponsalia inire etiam iuramento firmata, ibi n. 12.
An ei veritum sit benedictiones nuptiales recipere, ibi n. 13.
An teneatur præmittere confessionem matrim. qui peccato vel excommunicatione ligatus est, ibi n. 14.
An validè & licitè matrim ineat, aut benedictiones nuptiales recipiat suspensus, aut is cui interdictus est Ecclesiæ ingressus, ibi n. 15.
Disp. X. An Catechismus impediat matrim. ineundum.
Disp. XI. An vota simplicia, & iuramenta castitatis, religionis, non ineundi matrim. assumendi ordinis sacri, impediant matrim. 36
An peccet contrahens cum habente votum castitatis, ibi n. 11.
An habenti votum, & roganti an liceat, vel matrim. valeat, possit responderi valere, ibi n. 12.
An si vexetur variis tentationibus, & passim succumbat, liceat illi consulere vt ineat matrim. & generaliter minus malum ad vitandum maius, ibi à n. 14.
Disp. XII. Quid sit raptus, quæve eius pœnæ attento iure antiquo, & qualiter attento eodem iure sit impedimentum matrim. 43
An eisdem pœnis subdatur femina rapiens virum, ibi à n. 24.
An rapta subeas raptori amittat eius bona, quæ sibi lex ciuilis in raptus pœnam deferebat. ibi à n. 27.
In quo consistat malitia specialis raptus in foro conscientiæ: & quando matrim. ineundo impedimentum sit, ibi à n. 30.
Disp. XIII. Quando attento decreto Trid. raptus dirimat matrim. ac sit obnoxius excommunicationi, ac pœnæ in eo decret. s. 54
An similiter dirimat sponsalia, ibi n. 17.
Disp. XIV. An stuprum sine raptu contingere possit, ita vt specialem luxuriæ speciem necessariò confitendam constituat. 56
Disp. XV. An incestus cum consanguineis vel affinibus impediat matrim. 61
Disp. XVI. An vxoricidium & viricidium matrimonio impedimentũ præstent. 65
Disp. XVII. Qualis culpa sit ligatum aliquo impedimento impedienti matrim inire: quo iure traducta sint quis in illis dispenset? & an impediant debiti petitionem. 66

De Impedimentis dirimentibus.

De Impedimento erroris & conditionis.

Disp. XVIII. An error personæ, qualitatis, vel fortunæ, dirimat matrim. & quo iure? & quando error qualitatis in personæ errorem redundet. 68
Disp. XIX. An error conditionis seruilis matrimonium dirimat: & quo iure 72
Quid si pro tempore determinato concedatur libertas, ibi n. 3.
Quid si libertas sit concessa post certum tempus, ibi n. 4.
Quid, si error conditionis sit concomitans: vel post manumissionem ignoratam cognoscatur ancilla affectu vxorio: vel post cognitam seruitutem? & an ita nullum sit matrim. vt libero non licuerit coniugi seruo reddire: & an pendente lite super seruitute possit aut teneatur liber reddere? Remissiuè n. 5.
An sit necessarium iudicium Ecclesiæ ad hanc separationẽ, ibi n. 7.
Quid, si sit error seruitutis ascriptiæ, vel originariæ, aut conditionis libertinæ, ibi n. 9. & 10.
An valeat matrim. quando ignorantia conditionis est leuissima, ibi à n. 19.
Quid, si sit error in æquali aut digniori conditione, ibi à n. 22.
Disp. XX. Quando ancilla libertatem consequatur ex matrim. permissu domini inito: & an tunc matrim sit validum. 80
Quando acquirat ancilla libertatem ex dotalibus instrumentis confectis, ibi n. 9.
An domino docenti ancillam, manent ea libera, & filii ante nati, ibi n. 16. & seq.
Disp. XXI. An serui possint inuitis dominis matrim. inire, nefasque sit impedire: & an coniugi potiùs quam domino satisfacere teneantur. 85
Disp. XXII. An domino permissum sit mittere seruum coniugatum vendendum in partes longinquas. 86
Disp. XXIII. An seruitus possit post matrim. venire, alterutro coniuge se in mancipium venundante. 88
Disp. XXIV. Verius patentis conditionem filii sequantur quoad nobilitatem ac seruitutem. 90
Filius ex parte nobili, & matre ancilla, an sit nobilis, ibi n. 2. & 3.
An domino promittente ancillæ libertatem, sit efficax promissio, ibi n. 21. & 22.

De impedimento voti solemnis & ordinis.

Disp. XXV. Quæ sit differentia essentialis inter votum simplex & solemne, & in quo solemnitas illa consistat. 95
Qualiter sint veri religiosi, qui in Soc. Iesv vota simplicia bienni emiserunt, ibi n. 15.
Votum simplex & solemne religionis an differãt specie, n. 6 & 19.
Disp. XXVI. Quo iure per professionem religionis dirimatur matrimonium subsequens. 100
Disp. XXVII. An ordini sacro sit iure diuino annexa continentia: & obligatio ad illam sit ex voto solemni, an potiùs ex sola Ecclesiæ constitutione, & in quo essentialiter voti illius solemnitas consistat. 101
An Episcopatui sit annexa iure diuino continentia, ibi n. 7.
An votum solemne castitatis annexum ordini sacro, differat specie, & ex natura rei à voto simplici, & solemni professionis, ibi n. 18.
An clericus in sacris constitutus, & simul religiosus, fornicans, teneatur vtramque circumstantiam fateri, aut satisfaciat dicendo se votum emisisse, ibi à n. 19.

Disp.

Disp. XXVIII. An facet ordo vel Episcopatus dirimat matrimon. & quo iure. 110

Disp. XXIX An ordo facet vi vel metu assumptus obliget ad castitatem, & impediat ac dirimat matrim. 112

Disp. XXX. An ordo facet infantiæ tempore, aut ante pubertatem assumptus obliget ad castitatem ac matrimonium dirimat. 114

Disp. XXXI. An ordines minores impediant matrimonium: culpâ ne fit ab illis recedit: aut eos animo non vitentis progrediendi assumere. 115

Disp. XXXII. An sola licentia coniugis sufficiat vt alteruter coniux possit licitè post matrimonium consummatum ad religionem transire. 118

Disp. XXXIII. An professio coniugis de licentia spontanea alterius emissa absque aliis iure requisitis valida sit, nec professus revocari possit, sed matrimonio in seculo cogendus sit profiteri. 124

Disp. XXXIV. An professio coniugis ignorante altero facta aut sciente, & contradicente, sit valida: an potius is professus sit revocandus, & revocatus ad quid teneatur, siue vivo siue mortuo altero coniuge. 128

An possit coniux relictus in seculo, inuito alio sic professo religionem ingredi, ibi 25.

An si vterque coniux licentia alterius minimè obtenta professus fuit conscius fuit ignarus professionis alterius, valeat professio, alterique alterum revocare possit, ibi n. 24.

Disp. XXXV. An quando licentia extorta fuit per coniugem professum, metu, aut dolo, aut nulla interfuit, sed sola dissimulatio manentis in seculo, valida sit professio: nec ius competat revocandi. 134

Disp. XXXVI. An coniugi qui professus est absque licentia, vel cum ea per dolum aut metum extorta, liceat redire, quando manes in seculo, postea adulterium admisit. 136

An absque licentia vxoris ad ordines sacros promotus sit ipsa postea fornicanti restituendus, ibi n. 4.

Disp. XXXVII. An coniux sine licentia coniugis professus, ac eius mortis conscius in professione persistens, ignarus illius nullitatis, aut nolens ratificare, etsi non vetus professus sit, possit transacto quinquennio reclamare, aut occultè religionem deserere. 137

An decretum Trident. sess. 25. de regul. c. 19. sundetur in præsumptione, dum concedit quinquennium ad reclamandum: & sic non habeat locum in foro conscientiæ, ibi à n. 6.

An id quinquennium procedat solùm à tempore scientiæ nullitatis professionis, ibi à n. 18.

An transacto quinquennio possit hic audire remedio restitutionis, ibi à n. 20.

An id Tridentini decretum intelligatur de iis, qui in perpetuum sunt inhabiles, vel etiam ad tempus, & durat impedimentum inhabiles efficiens toto eo quinquennio, ibi à n. 30.

An hic professus invalidè, transacto quinquennio, & destitutus omni remedio in foro externo ad reclamandum, teneatur regulam & vota seruare, atque professionem ratam habere, & dum non ratam habet, possit alimenta monasterii suscipere, suffragia ferre, & ad ordines promoueri, ibi à n. 36.

An vt ratificetur professio illa invalida, sit necessario iterandus nouitiatus, ibi à n. 45.

An sit quoque necessaria nona ipsius professi & monasterii ratificatio, conscio vtroque nullitatis prioris professionis: ac sint repetendæ cæremoniæ ac ratificata professione, possit is professus retinere locum, & priuilegia alia antiquitati prioris professionis irritæ correspondentia, ibi à n. 59.

Qualiter coniugatus possit transacto quinquennio reclamare contra professionem, quam sine valida coniugis licentia emisit: & quid exigatur vt illa professio conualescat, ibi à n. 69.

Disp. XXXVIII. An possit maritus sine vxoris licentia ad ordines promoueri, & sic promotus ad quid astringendus sit. 154

Disp. XXXIX. An sola vxoris licentia possit vir ad ordines promoueri: quidve ampliùs desideretur: & ea sola promotus possit ab vxore reuocari. 157

Disp. XL. An vxor cuius licentia vel dissimulatione vir ad ordines sacros promotus est, ita teneatur ad castitatem, vt vito mortuo non possint valide matrimonio iungi. 159

Disp. XLI. Quid exigatur, vt integrum sit marito, ad Episcopi aut Cardinalis dignitatem promoueri. 160

Disp. XLII. An clericus in minoribus constitutus validum matrimonium iniens amittat beneficia Ecclesiastica. ibid.

Disp. XLIII. An per contractum matrim. nitum amittat clericus beneficia. 164

Disp. XLIV. An per matrimonium amittantur pensiones instar beneficiorum. 167

Disp. XLV. An non tantùm peccet retinens beneficium, vel pensionem, post contractum matrim. sed etiam quia ea recipit, aut retinet, animo non permanendi in clericata, sed transeundi ad matrimonium.

Disp. XLVI. An per contractum matrimonii amittat clericus in minoribus constitutus priuilegia clericalia. 172

An desideretur ad id monitio aut iudicis sententia, ibi à n. 18.

An clericus coniugatus seruans omnia requisita, gaudeat in eiui libus priuilegio fori, ibi n. 21. & 22.

An possit capi à iudice seculari pro debito descendenti ex causa ciuili, ibi n. 23.

An si vacet negotiationibus, armaq; deferat, gaudeat priuilegiis, n. 24. 25.

An si semel dimissam habitum resumat gaudeat priuilegiis, n. 27. 28. 29.

An mortua vxore gaudeat omnibus priuilegiis, n. 30.

Disp. XLVII. An vxor clerici coniugati gaudentis priuilegio canonis & fori, fruatur eisdem priuilegiis. 176

Disp. XLVIII. An constituti in ordine sacro, professi, consanguinei, affines, aut quocumque alio impedimento dirimenti affecti incurrant excommunicationem locum do matrimonium. 177

Disp. XLIX. An in sacris constitutus transiens ad matrimonium, vel coniugatus ad ordines absq; licentia vxoris, sit irregularis. 180.

De Impedimento cognationis carnalis.

Disp. L. Quid sit consanguinitas, linea & gradus, & qualiter gradus computentur. 182

Disp. LI. An in recta ascendentium & descendentium linea consanguinitatis, sit iure naturali initum matrim. in quocumque gradu vsque in infinitum: an potiùs vsque ad præscriptum gradum, & quotum. 184

Disp. LII. An omnes consanguinitatis gradus in linea transuersa prohibita Leuit. 18. dirimant iure naturali matrim. ac proinde obligent nunc: & esto non omnes, an saltem aliquis gradus in ea transuersa linea dirimat iure naturali matrim. 188

Disp. LIII. Ad quotum consanguinitatis gradum extendatur prohibitio matrimonij iure Ecclesiast. eo. 193

De impedimento cognationis spiritualis.

Disp. LIV. Quid sit cognatio spiritualis: ex quibus Sacramentis & inter quas personas oriatur, & quo iure matrimonium impediat ac dirimat. 194

Disp. LV. An per Sacramentum Pœnitentiæ contrahatur aliquod cognationis vinculum, ratione cuius sit specialis luxuriæ circumstantia necessariò fatenda, accedens ad finem confessionis. 196.

Disp. LVI. Quis actus in patrinis desideretur, vt cognationem spiritualem in baptismo vel confirmatione contrahant. 198

Disp. LVII. An cum plures duobus baptizatum vel confirmatum tangunt, aut de sacro fonte leuant baptizatum, omnes illi cognationem spiritualem contrahant. 199

Qualis culpa sit plures duobus adhibere patrinos, aut duos viros, duásve feminas, attento iure antiquo, & iure nouo Tridentini, n. 4. & 6.

An possit Episcopus in hoc dispensare, ibi n. 2. & 7.

An possint vir & vxor esse simul alicuius patrini, ibi n. 5.

Disp. LVIII. An ad contrahendam cognationem spiritualem exigatur aliqua intentio in patrinis, vitra externam baptizati vel confirmati susceptionem. 205

Disp. LIX. An susceptio patrini sit ita personalis, vt non possit per procuratorem exerceri, atque ita non possit per procuratorem cognatio spiritualis contrahi. 204

An vniuersitas possit per syndicum cognationem contrahere, ibi n. 7.

An si procurator esset reuocatus, nec factus certior de reuocatione teneret infantem, contraheret cognationem qui illum constituit, ibi n. 8.

An ipse procurator cognationem contrahat, ibi n. 10. 11. & 12.

Disp. LX. An infidelis vel hæreticus sit capax cognationis spiritualis actiuæ, vel passiuæ, vel si non confirmatus sit patrinus baptismi vel confirmationis. 207

Disp. LXI. An in quacumque ætate possit quispiam esse patrinus, & cognationem contrahat. 209

Disp. LXII. An si baptismus & confirmatio irrita sint, aut si baptismus in casu necessitatis priuatim ministretur, otiatur cognatio ex parte baptizantis, & ex parte susceipientis patrini. 210

An ex iteratione solemni baptismi priuatim collati oriatur cognatio, ibi n. 4.

Quid si nondum integrè natus baptizetur, & postea rebaptizetur, ibi n. 7.

Quid si ratione dubii quis sub conditione rebaptizetur, ibi n. 6.

An baptizans in necessitate filium concubinæ possit illam ducere, ibi n. 21.

De impedimento cognationis legalis.

Disp. LXIII. Quid & quotuplex sit adoptio: & quando cognatio legalis ex illa consurgens impediat ac dirimat matrim. 212

An si superueniat matrimonio, impediat debitum peti, n. 9.

An superueniens sponsalibus ea dirimat, ibi n. 20.

Quo iure inductum sit hoc impedimentum, ibi n. 21.

An hoc impedimentum perpetuò duret, & inter quas personas, & vsque ad quotum gradum, ibi 24. & seq.

An sit cognatio inter adoptantem & carnales adoptati parentes, ibi n. 26.
An inter fratres adoptiuos, nempe, ab eodem parente adoptatos, sit cognatio, ibi n. 28.
An sit inter filios duorum frattum adoptiuorum, ibi n. 29.
An filius adoptiuus possit contrahere matrimonium cum filia carnali illegitima adoptantis, vt filius carnalis illegitimus cum filia adoptata, ibi n. 30
Inter adoptantem & ascendentes adoptati vsque ad quotum gradum non possit consistere matrimonium ibi à n. 31.
An possit adoptans contrahere cum filia filiæ adoptatæ, vel cum filiis illegitimis adoptati, n. 35. 36.

De impedimento affinitatis.

Disp. LXIV. Quid sit affinitas, & qualiter in ea gradus computentur, & quid ad eam contrahendam desideretur. 217
An oriatur affinitas ex penetratione vasis, semine virili non intromisso, ibi n. 7.
An desideretur feminis vtriusque coniugis commixtio ad affinitatem, ibi n. 10.
An ex matrimonio rato oriatur affinitas, an sola publica honestas, ibi n. 11.
Disp. LXV. An affinitatis vinculum ortum ex copula coniugali aut illicita, sit naturale, atque ita ab infidelibus contrahatur, vt obsit matrimon. contrahendo post conuersionem ad fidem. 221
Disp. LXVI. An aliquis affinitatis gradus iure naturæ matrimonium dirimat. 223
Disp. LXVII. Ad quotum affinitatis gradum extendatur prohibitio matrimonij iure Ecclesiastico, siue adhuc ex copula licita, siue illicita contracta sit. 226
An sit incestus, accessus ad consanguineam vltra secundum gradum eius, cum qua quispiam fornicatus est, ibi n. 7. & 8.
An quando cum duobus consanguineis dispensatum est, vt matrimonio iungantur, copula inter illos sit incestus, ibi n. 9.
Quid efficiat affinitas superueniens matrim. contracto, ibi n. 10.

De impedimento publicæ honestatis.

Disp. LXVIII. Quid sit hoc impedimentum, & an oriatur ex quibuscumque sponsalibus certis & absolutis, quamuis irritis: & ad quotum gradum extendatur. 228
Disp. LXIX. An ex sponsalibus incertis aut conditionalibus oriatur hoc impedimentum. 234
Disp. LXX. An ex matrimonio rato, siue absoluto, siue conditionali, valido, seu irrito, oriatur impedimentum publicæ honestatis: & ad quotum vsque gradum. 233

De impedimento disparis cultus.

Disp. LXXI. An inter personas dispares cultu, vt inter fidelem & infidelem, vel catechumenam, sit verum matrim. & quo iure. 235
An Pontifex dispensare possit vt vrd matrim. intatur, ibi n. 10.
Disp. LXXII. An matrimonium inter personam Catholicam & hæreticum valeat. 238
Qualis culpa sit, & an liceat in Germania, & aliis locis, vbi sunt permixti Catholici cum hæreticis, ibi n. 4. & 5.
An sponsalia inter eos valeant, ibi n. 3.
Disp. LXXIII. An matrimonio inter fideles inito, liceat alteri coniugum ad fidem conuerso cum infideli habitare: possitne ab illo discedere. 239
Infidelium matrimonium quando valeat, & an efficiatur sacramentum, quando ad fidem conuertuntur. ibi n. 1. & 3.
Quid, quando conuersus ad fidem repudiarat tempore infidelitatis legitimam vxorem, aut plures duxerat, ibi n. 4. & 5.
An tempore primitiuæ Ecclesiæ esset tantum consilium, vt ad fidem conuersus remaneret cum coniuge infideli, ibi n. 7. & seq.
An post id tempus liceat coniugi fideli habitare cum infideli, ibi n. 11. & seq.
Quem debeat sequi proles, quando alter solus parens est fidelis, ibi n. 16.
Disp. LXXIV. An infideli coniugi ad fidem reducto, altero conuerti nolente, aut nolente habitare sine contumelia Dei, aut sine attractione ad peccatum, integrum sit, matrimonium illud dissoluere, & ad aliud transire. 242
Quid sit nolle habitare sine contumelia Dei, vel sine pertractione ad peccatum, ibi n. 6.
An desideratur sententia iudicis vt hoc matrimonium possit dissolui, ibi n. 11.
An ex Christi priuilegio sit hæc matrim. dissolutio, n. 4. & 10.
An desideretur fidelem prius moneri, cum cõuerti velit, ibi à n. 12.
An necessarium sit vt iudex terminum præfigat, intra quem infidelis conuertatur, ibi n. 17. & 18.
Qualis certitudo de obstinatione alterius coniugis sit necessaria, ibi n. 16.
Disp. LXXV. An in prædictis casibus, quibus licet fideli matrimonium dissoluere, & ad aliud transire, dissoluatur statim matrim. an prius tunc quando infidelis ad alias nuptias transit. 247
Disp. LXXVI. An in casibus quibus licet fideli transire ad aliud matrimonium propter infidelis obstinationem, liceat similiter fideli transire ad religionem, ordines, aut votum castitatis emittere: ac per hæc dissoluatur matrimonium. 249
Disp. LXXVII. An quoties dissoluitur matrimonium per transitum fidelis ad aliud coniugium, vel professionem religionis, liceat infideli ad alias nuptias transire, siue conuertatur, siue in infidelitate permaneat. 251

De impedimento criminis.

Disp. LXXVIII. Vtrum crimen machinationis mortis alterius coniugis dirimat subsequens matrimonium. 252
Disp. LXXIX. An adulterium, interuenientibus promissione futuri matrimonii, aut ipsius contractu de præsenti cum adultera, dirimat subsequentes cum illa nuptias. 257

De impedimento bigamiæ, secundis nuptiis, ac bigamia.

Disp. LXXX. An secundæ nuptiæ primis non dissolutis sint iure naturæ interdictæ, ac irritæ. 265
Quis possit in vxorum pluralitate dispensare, ibi n. 9.
Disp. LXXXI. An secundæ & sequentes nuptiæ, prioribus morte alterius coniugis dissolutis, liceant. 269
Disp. LXXXII. An secundis nuptiis benedictio imprecanda sit, & quam poenam incurrat sacerdos benedicens. 270
Benedictiones hæ à quo parocho fiat confitendum: & quis censeatur quoad hoc proprius parochus: & quam poenam incurrat alius benedicens, ibi n. 2. & 4.
An sit peccatum omittere benedictiones, vel consummare ante illas, & quibus temporibus sint interdictæ. ibi n. 6. 7. & 8.
Disp. LXXXIII. Quid & quotuplex sit bigamia, & qualiter ex vera bigamia irregularitas oriatur. 274
Disp. LXXXIV. Qualiter contrahatur irregularitas ex bigamia interpretatiua. 277
Disp. LXXXV. Qualiter contrahatur irregularitas ex bigamia similitudinaria eo quòd professus aut in sacris constitutus matrimonium contrahit. 281
Disp. LXXXVI An bigamiæ irregularitas extinguatur per baptismũ, professionem, vel dispensationem: & quis dispensare possit. 283
Disp. LXXXVII. Quæ sint pœnæ iure ciuili statutæ feminis intra annum luctus nubentib. & an ex sint iure canonico correctæ. 286
Legatum sub conditione non transeundi ad secundas nuptias, an debeatur intra annum, ibi n. 28.
An viduæ debeantur alimenta, dum ei non restituitur dos, etiam si transeat ad secundas nuptias, ibi n. 30.
An vestes vidualis sint dandæ viduæ ex bonis mariti: & ex restituendæ sint, si transeat ad secundas nuptias ibi n. 31.
An lectus quotidianus: & qualis debeatur coniugi viduæ ex bonis alterius: & sit restituendus à mitente ad secundas nuptias, ibi n. 32.
Disp. LXXXVIII. Quæ sint pœnæ secundis nuptiis inflictæ in fauorem filiorum prioris matrimonij, & an ex eius iure canonico correctæ. 293
Disp. LXXXIX. Qualiter coniux transiens ad secundas nuptias teneatur reseruare bona à coniuge defuncto habita, filiis prioris matrimonij. 303
Disp. XC. An pœnæ coniugi eranscunti ad secundas nuptias statutæ lotum habeant in viduã fornicanti, nec sint iure canonico correctæ. 306
Disp. XCI. An pœnæ à testatoribus in suis testamentis impositæ secundis nuptiis sint correctæ iure canonico. & quãdo per transitum ad secunda vota aut turpiter viuendo incurrantur. 312
An relicta sub conditione caste & honestè viuendi perdantur per secundas nuptias, ibi n. 14.
An perdantur per veneam fornicationem, ibi à n. 31.
An per tactus inhonestos, ibi à n. 38.
An legatum sub conditione abstinendi à secundis nuptiis amittatur per fornicationem, aut per transitum ad illas, si ex se fuit iustæ, aut non consummatæ, ibi à n. 41.
An legatum relictum coniugi à coniuge, dum cum filiis commorabitur, perdatur per secundas nuptias. ibi à n. 47.
Quibus possit dari legatum feminis maritandis, ibi à n. 54.

De impedimento impotentiæ.

Disp. XCII. An impotentia coeundi, & qualis, impediat ac dirimat matrimonium. 333
An impotentia temporalis ignota alteri contrahenti dirimat, ibi n. 3 & 4.
An impotentia solùm seminandi intra vas, aut retinendi semen, dirimat, ibi à n. 7.
An matrimonium eunuchorum valeat, ibi à n. 14.
An senes validè contrahant, ibi à n. 19.
An valeat matrimonium fœminum, ibi n. 25. & 26.
An valeat, quando mulier nequit absque vitæ periculo parere, ibi n. 27. & 28.
Quid, si pariat filios mortuos, ibi n. 29.
Disp. XCIII. An impotentia naturalis perpetua, quæ nulla ratione est absoluta erga omnes, sed respectiua erga feminam aliquantulum arctam, aut virginem, dirimat respectu illius matrimonium, & quando censeatur perpetua. 339
An possit vir clausturam virginis aliquo instrumento reserare, vt sibi reddatur aptæ: an potius vbi est timor huius reserationis, sit separanda mulier, ibi n. 29.

An

INDEX DISPVTATIONVM.

An fœmina virgo, vel aucta, ac nupta, teneatur incisionem pati, vt viro aperiatur, ibi à n. 30.

An ea renuente incisionem liceat illis vsus coniugii, ibi n. 36.

An separato matrimonio ratione frigiditatis, vel arctitudinis, sit vtrique coniugi interdicendus vius coniugis alterius, ibi n. 37.

Quid, si facta incisione nequeat vir vxorẽ illã cognoscere, ibi n. 38

Disp. XCIV. An impotentia ad copulam ex maleficio consurgens dirimat matrimonium. 346

Qualiter maleficiis impediatur potentia coeundi: & ex quibus signis maleficium cognoscatur, ibi à n. 1. ad 6.

Disp. XCV. An liceat maleficio parato petere vt maleficium maleficio soluat: & quibus modis licite solui possit. 349

Disp. XCVI. An liceat maleficij signum destruere, vt dæmon nocere desinat. 352

Disp. XCVII. An impotentia perpetua vtrique coniugi nota, vel saltem illi qui potens est, dirimat matrim. aut saltem possint illud inire, vt habitent tamquam fratres: & ad id teneantur. 353

Disp. XCVIII. An impotentia perpetua, siue absoluta, siue respectiua, vndecumque consurgat, dirimat iure naturali matrimonium, an solo Pontificio. 356

An infideles contrahentes cum hac impotentia, validè contrahant, ibi n. 7.

Disp. XCIX. An matr. ratione impotentiæ naturalis aut maleficij dissoluto, sit restaurandum, quando coniux impotens ad alias nuptias transiit, aut fornicatur est, & quoties restaurandum sit: & quid si vir sic separatus sit iã professus, aut sacris initiatus sit. 357

Disp. C. An si sententia dissoluens prius matrim. sit bis confirmata, aut legitimo tempore non sit ab ea appellatum, retractanda sit comperto errore: & coram quo iudice, & quo remedio, an potius sententia causa coniugali transeat in rem iudicatam. 364

Disp. CI. An dissoluto matrimonio ratione impotentiæ vtriusuis coniugis, & comperto errore ex impotentia fornicatione, aut posterioris nuptiarum consummatione, integrum sit potenti celebrare diuortium ob eam impotentis copulam. 366

Disp. CII. An impotentia perpetua superueniens matrimonio id dirimat, eiusve vsum impediat. 369

Disp. CIII. Quando dubitatur an impotentia præcesserit, an secuta sit matrim. vel facto examine an sit vera perpetuáve, an præsumatur eam præcessisse, an potius subsecutam, vel non esse veram nec perpetuam, vt matrimonium valeat. 370

An in dubio impotentiæ liceat dubitanti matrimonium inire, & eo inito petere & reddere, ibi num. 10.

Disp. CIV. An impotẽtia temporalis defectu ætatis requisitæ ad matrim. proueniẽs, id dirimat, & quo iure, & quota sit hæc ætas. 372

An valeat matrimonium, quando adepta pubertate adhuc deest generandi potentia, ibi n. 14.

Quanto tempore sit tunc expectandum, ac considerandum an ea impotentia sit perpetua, ibi à n. 16.

Quid nomine malitiæ intelligatur, dum dicunt textus malitiam supplere ætatem in matrimonio, ibi à n. 20.

Qualiter probandum sit adesse potentiam generandi ante pubertatem, & discretionem requisitam, vt valeat matrim. ibi à n. 24.

Quando dicatur puer prope annos pubertati, ibi à num. 37.

Disp. CV. An impotentia ex morbi statu consurgens, vt quis contrahens est in mortis articulo, desperata iam salute, irritet matrimonium: an potiùs id valeat, prolemque antea conceptam legitimet, etiam in substitutis frandem. 378

Disp. CVI An hermaphroditus possit inire matrimonium: & iuxta quem sexum. 380

Disp. CVII. Ad id declarandum matrimonium, irritum ratione impotentiæ si tarn constantis, desideretur experientiæ triennium, atque aliqua alia probatio. 382

Disp. CVIII. An quando impotentia non constat, sed signa eius dubia sunt, atque vterque coniux fateatur impotentiam, desideretur triennii experientia, & aliqua alia impotentiæ probatio, vt ratione illius dissoluatur matrimonium. 383

Disp. CIX. An quando alter coniux fatetur impotentiam, altero negante, desideretur triennium, & quæ alia probatio: & vter coniugi potiùs ã de habenda sit. 389

Disp. CX. A quo tempore computandum sit triennium iure præscriptum coniugibus ad experiendam impotentiæ veritatem. 392

Disp. CXI. An triennium experientiæ debeat esse continuum, ac ita integrum, vt si aliquid desit, supplendum omnino sit. 394

Disp. CXII. An si ante vel post triennii lapsum coniux propria auctoritate recedat, allegans alterius impotentiam, ac matrimonium non esse consummatum, sit ante omnia coniux impotens spoliatus restituendus. 395

An si impotens fateatur in iudicio adulterium à se admissum, vt vel sic se esse potentẽ concludat, possit spoliatus ea vti confessione, vt ratione adulterii denegetur restitutio, ibi n. 15. & 15.

An si confitens ille sit minor, possit aduersus hanc confessionem restitui, ibi n. 17.

Disp. CXIII. Quales debeant esse matronæ de sponsæ virginitate deposituræ, & quibus diligentiis præmissis, ac qualiter deponere debeant: & recusari an possint: ac publicatis attestationibus aliæ receptæ & quid possit iudex ex officio in causis coniugalibus. 399

Disp. CXIV. An coniugi vtrique impotenti liceat aduersus matrimonium proclamare, allegata sua impotentia: an potius soli coniugi potenti id ius competat. 404

LIBER OCTAVVS.

De Dispensationibus.

DISP. I. Quid sit dispensatio: & an strictè interpretanda sit. An in dispensationibus valeat argumentum à maiori ad minus, ibi à n. 31. 3

Disp. II. An potestas dispensandi sit laxè interpretanda. 10

An Capitulum sede vacanti, & prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, & superiores religionis possint dispensare in omnibus casibus, quos Trid. sess. 24. de reform. cap. 6 concedit Episcopis, ibi à n. 10. ad 23.

An potestas ad dispensandum in votis vel iuramentis extendatur ad ea commutanda, ibi à n. 14.

An facultas dispensandi vel commutandi concessa circa vota, extendatur ad iuramenta soli Deo facta? vel ad vtrumque vinculum simul, ibi à n. 16.

An potens legitimare spurium in genere, vel adulterinum, & incestuosum, possit quando vtrumque vitium in eodem reperitur, ibi à n. 27.

Disp. III. An dispensatio personarum distinctionem exigat, ita vt nequeat à prælatis erga semetipso exercerei, in casibus in quibus possunt eum subditis dispensare. 16

Disp. IV. An prælati non solùm verbis, sed facto ipso dispensent, quando admittunt scienter ad aliquem actum habentes iuris impedimentum ad illum, vel patiuntur ab illis exerceri. 20

Disp. V. An possit Episcopus dispensare in lege Pontificia, vel Concilii, saltem quando in ea dispensari posse conceditur, nec explicatur cui. 24

Quando dicatur constitutio Pontificia vel Concilii, ibi n. 6.

Disp. VI. An Pontifices & solus sit dispensare in impedimentis, siue iure diuino & naturali, siue solo humano dirimentibus matrimonium. 26

Quid possit commissarius cruciatæ circa hæc impedimẽta, ibi à n. 23

Quid possint religiosi virtute suorum priuilegiorum circa illa, ibi n. 28. & 29.

Disp. VII. An possit Pontifex dispensare in radice matrimonij, quando irritè contractum est, efficiendo vt dispensatio retrotrahatur, & legitimetur proles antea habita, quoad temporalia & spiritualia? & quando censeatur hoc facere. 31

Disp. VIII. An Papa possit dispensare in voto solemni clericorum aut monachorum: & quæ causæ ad hoc desiderentur. 37

An hi cũ quibus dispensatũ est absq; causa, peccent vxores ducendo, nec validè ducant, nec possint petere & reddere, ibi n. 4. 10.

An hi teneantur ad officium diuinum. ibi n. 9 & 11.

An possit Pontifex cum his dispensare, vt ad tempus matrimonium ineant, vt donec proles habeant, ibi n. 9.

Disp. IX. An Episcopus dispensare possit aliquando in votis castitatis, religionis, & non nubendi absolutè emissis: vbi & disputatur de omnibus votis ad hæc pertinentibus, & de iis in quæ hæc vota commutantur. 42

An parochi possint aliquando in votis, in quibus potest Episcopus dispensare, ibi n. 27.

Disp. X. An possit Episcopus in his votis dispensare, quando pœnalia aut conditionalia sunt. 47

Disp. XI. An possit Episcopus dispensare in votis castitatis emissis post matrimonium ab altero vel vtroque coniuge. 51

Disp. XII. An possit Episcopus dispensare in voto castitatis, aut in affinitate aut cognatione spirituali ad petendum debitum. 53

Disp. XIII. An in iuramentis castitatis & religionis possit Episcopus dispensare. 55

Disp. XIV. An Episcopus dispensantibus in casibus sibi permissis in lege superioris, aut propria, integrum sit multam pecuniariam imponere: & possint dispensare, licet impetrans priùs Pontificem adierit, siue concesserit, siue denegarit dispensationem: siue notint Pontificem solitum esse ex causa denegare. 56

Quid si ipse Episcopus denegarit dispensationem, & alius iam se Pontifici præsentarit, ibi n. 8.

An tunc dicatur tam is casus deductus ad forum contentiosum, vt non liceat Episcopo in illo dispensare, ibi n. 9.

Disp. XV. An virtute bullæ vel iubilei possint commutari vota religionis & castitatis, ac iuramenta, ac cetera vota, quæ matrimonium impediunt: aut dispensari ad petendum debitum, cum voto castitatis, affinitate vel cognatione spirituali. 58

An transacto iubileo possint commutari vota, quæ tempore illius non sunt commutata, ibi à n. 16.
Quid, si postea non lucretur ille iubileum? & an tunc reuiuiscant vota cõmutata, & aliæ censuræ à quibus ille absolutus erat, ibi à n. 19.
An hæc commutatio virtute bullæ vel iubilei possit fieri extra cõfessionem, ibi n. 21.
Disp. VI. Quid possint regulares per sua priuilegia circa dispensationem & commutationem votorum castitatis, & religionis, & aliorum matrimonio obstantium: & ad petendum debitum cum astrictis voto castitatis, aut cum affinitate & cognatione spirituali. 63
An hæc facultas intelligatur cum subditis Episcopi soliut. in cuius diœcesi sunt religiosi, ibi n. 10.
An hæc commutatio & dispensatio debeat esse in confessione, ibi n. 11.
Quid possint circa iuramenta, ibi n. 1. & 7
Disp. VII. An dispensatio in lege propria, superioris, aut inferioris facta absque causa valeat. 66
Quid si adest causa legitima, at non est præmissa eius cognitio à dispensante, ibi à n. 10.
An præsumatur causa in principe, aut alio inferioti dispensante, ibi n. 14. & 15.
An credatur superiori dicenti se ex iusta causa dispensare, aut habere commissionem ad dispensandum, aut aliquid aliud faciendum, ibi n. 16 & seq.
An Archiepiscopus vel Episcopus possit dispensare in lege synodi diœcesanæ, & solus ipse habeat votum decisiuum in ea, eiusve legibus astringatur, ibi à n. 32.
An Archiepiscopus sit superior synodo prouinciali, nec eius legibus astringatur, sed in eis dispensare possit, ibi à n. 35.
Disp. VIII. An dispensatio in quauis lege absque legitima causa concessa sit culpæ obnoxia: eademque culpa petentem dispensationem atque ea vtentem afficiat. 71
Disp. IX. Quæ sint causæ dispensandi in impedimentis matrim. dirimentibus. 74
Dotis competentis defectus & nobilitas contrahentium qualiter verificentur, ibi n. 6 & à n. 16.
Disp. X. Quæ sint iustæ causæ ad dispensandum in votis castitatis, ac religionis, cæterisque matrimonium impedientibus. 79
An quando adsunt votum & iuramentum eiusdem rei, exigatur maior causa ad dispensandum, vel commutandum, ibi n. 30.
An eædem causæ requirantur ad dispensandum in iuramentis, quæ in votis, ibi n. 1.
Disp. XI. An taciturnitas veri vel expressio falsi vitiet rescripta & dispensationes. 83
Error nominis, aut diœcesis eius cum quo dispensandum est, an vitiet dispensationem & cætera rescripta, ibi à n. 37. vsque ad 39.
An si gratia concedatur motu proprio, per hoc suppleatur vitium taciturnitatis veri, aut expressionis falsi, ibi à n. 47. vsque ad 52.
An tota dispensatio totumque rescriptum vitietur ex taciturnitate veri, aut expressione falsi in sola illius parte contingenti, ibi à n. 53 vsque in fin.
Disp. XII. An dispensatio posterior circa eandem rem sit subreptitia, si in ea prioris non fiat mentio. 99
Disp. XIII. An plura impedimenta occurrentia sint necessariò in eadem dispensatione exprimenda. 103
Disp. XIV. Quæ exprimenda sint in dispensatione circa impedimenta matrim. dirimentia. 105
An in consanguinitate exprimendum sit affinitate, publica honestate, cognatione spirituali, an duplici titulo orta sit: & an affinitas ex multiplici fornicatione, etiam si contingat post expeditam dispensationem a Pontifice, vel ab ordinario, ibi à num. 2. 2. 8.
Potestas dispensandi in aliquo gradu an extendatur ad eum duplicatum, etiamsi alter sit inferior: & an potens dispensare in duobus gradibus, vel altero consanguinitatis, & altero affinitatis, possit, quando vtrisque gradus in eodem reperitur, ibi num. 9 10.
Quæ alia explicanda sint circa impedimenta consanguinitatis, affinitatis, cognationis spiritualis, publicæ honestatis, voti, ibi à n. 12 vsque ad 21.
An sit explicandum quando contrahentes distant inæqualiter à stipite, an potiùs sufficiat mentio remotioris gradus, ibi à n. 23 vsque ad 35.
Quando concurrunt affinitas & publica honestas, an sit vtriusq; mentio facienda, ibi à n. 36. vsque in fin.
Disp. XV. An in dispensatione matrim. inter consanguineos, vel affines, vel habentes aliud impedimentum dirimens, sit copulæ inter eos habitæ mentio facienda. 111
Quid si matrimon. scienter initum sit, & consummatum in gradu prohibito, vel inter habentes impedimentum dirimens, an sit eius mentio facienda, & quid, quando spe facilioris dispensationis, aut ignoranter ab altero coniuge vel ab vtroque initum est. ibi à n. 2. ad 32.
Quid, si id matrim. fuit clandestinum: aut sola fuere sponsalia, aut spes futuri matrimonii, ibi à n. 33. vsque ad 36.
Quid, si copula incestuosa fuit habita spe facilius impetrandæ dispensationis, ibi n. 37. & 38.
Disp. XVI. An dispensatio impetrari possit absque mandato eius cui impetratur. 118
An prosit ignorantia, an à solo acceptionis tempore, ibi n. 5.
An satis sit dispensationem ab altero contrahentium impetrati, vt prosit vtrique, ibi n. 67.
Disp. XVII. An commissio dispensandi, & generaliter potestas delegata cesset morte vel cessatione officii eius, cui committitur: an potius transeat tũc ad successorẽ in dignitate vel officio. 119
Qualiter possit officialis Episcopi expedire has dispensationes in foro externo commissas, si prior officialis obiit, vel ipse officio functus est: & an vbi duplex est officialis, licebat nunc hunc, nunc illum adire: & liceat eidem vel alteri corrigere priorem sententiam, qua per errorem declarata est dispensatio in foro conscientiæ expediendа, ibi à n. 36. vsque in fin.
Disp. XVIII. An commissio dispensandi in matrimonij impedimentis, & generaliter quæuis potestas, delegata expiret morte vel cessatione officii delegantis, re integra contingentibus. 127
Quando dicatur res integra, à n. 8. vsque ad 19.
Potestas delegata ad 3 teras iustitiæ quando expiret morte concedentis re integra, ibi à n. 30. vsque ad 44.
An commissiones dispensandi factæ a Papa ordinariis in matrim. impedimentis, censeantur factæ nomine personæ Pontificis, an potiùs nomine sedis, ibi n. 41. & 46.
An gratia concessa ad beneplacitum personæ, vel sedis, vel donec concedens reuocet, aut aliud ordinet, vel aliquid faciat, expiret morte, cessatione officii, suspensione, excommunicatione, futia concedentis, ibi à n. 48. ad 63.
An gratia absolutè concessa, siue facta, siue faciенda, expiret morte concedentis re integra? vbi de licentia audiendi confessiones, testandi, recipiendi ordines, & de aliis licentiis, ibi à n. 64 vsque ad 85.
Quid de dispensat. obibus commissis in foro conscientiæ confessariis, & in foro externo ordinariis, & de priuilegiis bullæ, à num. 86. vsque in fin.
Disp. XIX. An dispensationes & cæteræ gratiarum literæ expirent, si nondum literis expeditis concedens obeat atque ad sui valorem scripturam diligent. 144
An pensio possit solui, & recipi solutio literis non expeditis, n. 5.
Disp. XX. Quo tempore verificari debeant causæ dispensationis, & an eis postea cessantibus euanescat dispensatio. 145
Mandatum seu commissio dispensandi, an habeat vim dispensationis, ibi n. 12.
Disp. XXI. An dispensatio in voto castitatis, vel religionis, vel non nubendi, ad matrimonium ineundum, extinguatur priori matrimonio: vel eo cum quo dispensatur egresso dispensantis territorium. 149
An si duo voto castitatis astricti, impetrent dispensationem ad contrahendum mutuo, possint cum aliis contrahere, & soluto eo matrimonio ad aliud transire, ibi n. 14.
Disp. XXII. An si dispensationi impetratæ renuncietur, possit amplius ea prodesse. 162
Quid si quis renuntiet dispensationi voti vel iuramenti, vel si hæc commutata sint, & voueus relicta commutatione semel accepta, eligit iterum prius votum, an possit redire ad commutationem, ibi n. 5.
An vires amittat dispensatio, si impetrans cancellet vel concidat literas, ibi n. 5.
An si dispensatione obtenta vt duo consanguinei contrahant, alter vel vterque ad alias nuptias transeat, vel impetret dispensationem ad contrahendum cum alio consanguineo, pereat prior dispensatio. ibi n. 6.
Disp. XXIII. An priuilegium seu dispensatio semel concessa possint reuocari, & ita reuocatione cessent. 163
An priuilegia bullæ reuocentur per iubilæum concessum vigesimo quinto quoque anno, ibi n. 10.
An priuilegia transeuntia contractum censeantur reuocata per reuocationem generalem, nisi fiat specialis mentio, ibi n. 3.
An princeps hæc reuocans teneatur ad aliquam recompensationem, ibi n. 9.
Disp. XXIV. Qualiter intelligantur clausulæ dispensationum, quæ in foro conscientiæ, expediuntur a sacra pœnitentiaria. 155
An confessarius has dispensationes expediens teneatur veritatem causæ examinare, quando ea sibi constat, valeatque dispensatio si confessarius ignarus veritatis causæ dispenset, si tamen ipsa vera sit, ibi n. 24. 25. 26.
An ad has dispensationes fori conscientiæ expediendas exigatur consilium sacramentalis, ibi n. 28. 29. 30.
An hæ dispensationes sint adeo gratis expediendæ, vt si in dispensatione fori externi tacita sit qualitas, ob quã solet exigi compositio, si ea proponatur in sacra pœnitentia, vt dispensetur in foro conscientiæ, possit ea compositio exigi, ibi n. 31.
Disp. XXV. Qualiter intelligantur dispensationũ clausulæ, quæ in foro externo officialibus diœcesanis expediẽdæ cõmittuntur. 165

An

INDEX DISPVTATIONVM.

An ordinatio has dispensationes expedienti ita interdicatur munerum receptio, vt etiam esculenta gratis oblata, & dispendium sui laboris teneatur restituere, ibi à n. 9. vsque ad 14.

An teneatur iudicialem causarum cognitionem præmittere, nec satis sit aliter de earum veritate cum certiorē fieri, ibi n. 15. & 16

An valeat dispensatio, si non præmissa veritatis causarum notitia dispenset, si tamen in se veræ sint, eodem n. 15

An dum matrimonium irritum instauratur in foro externo, sint iterum denunciationes in Ecclesia faciendæ: & quid, quando nullum matrimonium erat initum, sed post semel factas denūciationes diu differtur, an sint iterandæ, ibi n. 20.

Disp. XXXVI. Cuius expensis dispensatio impetranda sit. Et an restituens postea fide matrim. data, ob religionis ingressum, aliámve causam, teneatur integras dispensationis expensas soluere. 169

An vir defloratus virginem, aut mulierem bonæ famæ infamans, illa siue ante, siue post, fide matrim. data, possit religionem ingredi, & si ingrediatur, teneatur integras expensas soluere, ibi à n. 8 vsque ad 12.

LIBER NONVS.

De Debito coniugali.

Disp. I. An actus coniugalis sit secundùm se licitus. An in eo conferatur gratia ex opere operato, ibi n. 3. 171

Disp. II. An sit sub præcepto tam petere quam reddere, & quando obliget. 172

An ex natura matrimonii oriatur obligatio reddendi, & ius petendi, ibi n. 3.

Disp. III. An peccet coniux reddens se impotentem ad debitum coniugale. 175

An coniuges in abstinentijs nimijs vouendis sint pares, ita vt neuter altero inuito eas vouere possit, ibi n. 7.

An tale votum, vel magnæ peregrinationis, sit ipso iure irritum, ibi n. 8.

An possit alter sine alterius licentia habitum mutare ibi n. 9.

An vir excusetur a ieiunio, vt reddat debitum, ibi n. 10. Vel vxor ne reddatur deformis, n. 11. vel quia præcipit vir ne ieiunet, n. 13

An puella excusetur à ieiunio, ne efficiatur deformis, ac difficilius nubat, n. 12.

Disp. IV. An coniuges teneantur cohabitare, & se mutuò adire. 177

An vxor & filii teneantur soluere de suo, quæ pater aut vir inops mutuo accepit, insumpsitque in eis alendis, si ipse soluendo non sit, ibi n. 28. & 29.

Disp. V. An vir possit vxorem non traducere, aut traductam domo expellere, ob dotem nō solutam, aut vxoris culpa publicatā. 183

Disp. VI. An quoties debitum exigens peccat, reddens similiter peccet, aut possit debitum negare. 186

An coniugi qui affinitatem aut cognationem contraxit, teneatur alter reddere, ibi n. 8. 9. & 10.

An voto castitatis astricto teneatur alter reddere, ibi n. 7.

An coniugi interdicto à debiti petitione fas sit reddere alteri petenti priori bimestri ante consummatum matrimonium, vel post adulterium admissum. ibi n. 14. & 15

Disp. VII. An coniux cui interdictum est petere ob affinitatem, cognationem, aut votum, possit aliquando petere. 191

Disp. VIII. An actus coniugalis ex debiti finis defectu vitietur: & specialiter, si exerceatur ob bonum solius sacramenti. 193

Disp. IX. An actus coniugalis in vitandæ fornicationis finem rebutus, culpa vacet. 194

Disp. X. An ad salutem recuperandam vel instaurandam liceat actus coniugalis. 196

Disp. XI. An causa voluptatis sit culpa accessus ad coniugem. 197

Disp. XII. An diebus feriatis, publicarum supplicationum, ieiuniorum, nefas sit vti actu coniugali. 198

An diebus feriarum, quibus benedictiones nuptiales interdicuntur: vel ante benedictiones Ecclesiæ, aut ante denunciationes, aut priori bimestri ante consummatum matrimonium, liceat actui coniugali vacare, ibi remissiue, n. 1.

Disp. XIII. An die qua recipiendā aut recepta est Eucharistia, liceat actui coniugali vacare. 201

Disp. XIV. An actus coniugalis licitè exerceatur, existente vtroque aut altero coniuge excommunicato. 203

An omnis participatio etiam in diuinis permissa sit vxori cum viro excommunicato, ibi à n. 4. & quid è contra, à n. 14.

An vir excommunicatus possit vxorem, qua spoliatus est, repetere, ibi n. 23. & 24.

An ob viri excommunicati pertinaciam possit vxor dotem repetere, ibi n. 25.

Disp. XV. An actus coniugalis in loco publico aut sacro exercitus sit culpa lethalis, Ecclesiamque polluat. 207

Quid de aspectibus, cogitationibus, desideriis, confabulationibus, nutibus, tactibus in loco sacro, ibi à n. 25.

Quid nomine loci veniat, ibi à n. 23.

Disp. XVI. An concubitus coniugalis vitiosus sit ratione modi, quando variatur situ, seruato tamen vase legitimo. 214.

An coniugi sic exigenti teneatur alter reddere, ibi n. 8.

Disp. XVII. Vtrum sit culpa lethalis quoties in actu coniugali, vase naturali omisso vsurpatur innaturale: aut vtriusque coniugis semen non simul data opera, vel extra legitimū cōgressum emittitur: aut ex impotentia superuenienti extra vas effunditur. 216

Disp. XVIII. An abusus vxoris contra naturam, siue sodomiæ, siue solius molliciei culpam admittendo, sit grauior quā inter solutos, habeatque circumstantiā adulterii necessariò cōstituendā. 220

Disp. XIX. An sit culpa lethalis, siue coniuges, siue soluti, ante copulæ consummationem desistant, maximè si alter seminarit. 221

Disp. XX. Qualis culpa sit habito legitimo coniugali actu, fœtus conceptionem impedire, aut iam concepti abortum procurare, etiam vbi id ad matris vitam tuendam desideretur. 225

Disp. XXI. Num actus coniugalis ratione damni prolis imminentis vitietur, vt si menstrui tempore debitum petatur, reddaturve. 226

Disp. XXII. An illicitus sit actus cōiugalis, tempore impægnationis, aut post partū ante purificationē, aut ablactationē infantis. 229

Disp. XXIII. An tempore furoris, alterius vel vtriusque coniugis, sit licitus actus coniugalis. 230

Num liceat duos amentes, qui matrimonio iuncti non sunt, permittere habere copulam, aut illos sic copulare, ibi n. 6.

Quid, si vterque vel alter coniux ebrius sit, ibi n. 12.

Disp. XXIV. Verum cum propriæ salutis detrimento teneantur coniuges debitum sibi reddere, & cohabitare, aut licitè possint, vt si alter lepra aliōve morbo contagioso affectus sit. 232

Disp. XXV. Vtrum excusetur coniux à debito reddendo propter dānū rei familiaris: vt si plures adsint liberi, quam alij possint: aut ob vitādum damnum in fama, aut in bonis fortunæ, magnamue vrbitatem comparandam. Aut ne concipiatur proles ex sanguine maculato: vel quia dubius est valor matrimonii. Vel quia alteri coniugi eius nullitas constat, aut lis pendet. 236

Disp. XXVI. Vtrum ratione cognationis spiritualis post matrim. ortæ, ex eo quòd alter alterius aut communem filium baptizatit, aut in Baptismo vel Confirmatione tenuerit, impediatur vsus matrimonii. 237

Quid, si coniux filium communem, aut alterius coniugis, teneat in catechismo, ibi n. 11.

Disp. XXVII. An ratione affinitatis ortæ inter cōiuges post matri. impediatur debiti petitio: & quoto gradu consanguinitatis debeat esse persona cognita carnaliter cum coniuge innocēte 239

Quid de coniuge cognoscente affinem sui coniugis, vel eam cum qua habet impedimentum publicæ honestatis, an possit debitum exigere, ibi n. 4.

Quid, si fuit incestuosus cum consanguinea suæ vxoris, vel alio impedimento impedienti affectus, matrimonium aliud iuit, an possit petere debitum, ibi n. 5.

Quid, si fuit coniux incestuosus cum propriis consanguineis, ibi n. 6. & 7.

Disp. XXVIII. An si vterq. cōiux mutua copula cum alterius cōsanguineis effectus sit affinis: vel si vtrique cognationem spiritualē contraxerit: vel si ab altero affinitas aut cognatio alterius causa cōtracta sit, arceantur ambo à debiti petitione & redditione. 243

Disp. XXIX. An vbi affinitas vel cognatio contingit ante consummatum matrimonium, liceat coniugi sic affini vel cognato reddere, vel teneatur religionem ingredi. 244

Disp. XXX. An desideretur iudicis sententia, vt coniux affinis vel cognatus priuetur debiti petitione. 245

Disp. XXXI. An affinitas orta ex copula vi vel metu habita impediat debiti petitionem. 246

Disp. XXXII. An coniux ignorantia iuris vel facti effectus affinis, aut cognatus alterius coniugis, priuetur debiti petitione. 247

An ignorantia iuris, excommunicationem ferentis, excuset ab ipsa, ibi à n. 7.

Quid, si adsit scientia iuris prohibentis, at ignoretur excommunicatio in ipsa lata, ibi n. 12 & 13.

Quid sit dicendum de irregularitate, suspensione, interdicto, & aliis pœnis, an ab ipsis excuset ignorantia, iuris illas imponentis quando factum alias esse damnum scitur, ibi à n. 15. ad 19.

Quid, si sola sit ignorantia pœnarum aliarum ab excommunicatione, ibi n. 20. & 21.

An ignorantia facti excuset à pœnis, & quid, si sit ignorantia qualitatis facti, aut concomitans, ibi à n. 23.

Qualis ignorantia iuris vel facti excuset, an sat sit quæcumque vincibilis, vt eæ incurrantur, vel necessaria sit crassa, aut dolus, ibi à n. 29.

Quid, si ignoretur consanguinitas, vel ius priuans debiti petitione, ibi à n. 43.

Disp. XXXIII. An votum castitatis, religionis, aut non ineundi matrimonii ab altero, aut ab vtroque coniuge ante matrimonium emissum, impediat debiti petitionem, aut redditionem. 258

Disp. XXXIV. An qui post votum castitatis, religionis, assumendi ordinis sacri, abstinendi à matrimonio contrahendo, illud iniit, peccet prima vice consummando: acceptoinde quo hæc vota ob-

obseruet, teneatur religionem ingredi. 263
Disp. XXXV. An vota castitatis, religionis, ordinis sacri suscipiendi, non ineundi matrimonium post illud emissa licita ac valida sint, impediantque actum coniugalem. 265
Quando votum partim rei bonæ ac possibilis, partim malæ, indifferentis, aut impossibilis obligat, ibi à n. 2
Disp. XXXVI. Vtrum vota simplicis castitatis, religionis, non inundi matrimonii, ordinis sacri suscipiendi, ab altero coniuge de licentia alterius emissa sint valida & licita, atque vsum coniugij interdicant. 271
Disp. XXXVII. An quando coniuges communi consensu, aut seorsum, emittunt votum simplex castitatis, religionis non ineundi matrimonii, vel vir ordinis sacri recipiendi, & mulier castitatis, aut alter castitatis, alter vero religionis, possint debitum petere & reddere, & talia vota sint licita. 274
Quid si absque vote pactum inierint etiam iuramento firmatum non petendi nec reddendi, ibi à n. 18.
Disp. XXXVIII. Vtrum proles habita à coniugatis, qui post mutuum communi consensu votum castitatis, aut ordinem sacrum alterius, aut professionem alterius, vel vtriusque commutati sint, sit legitima. 279
Disp. XXXIX. Vtrum possit vir irritare vota ab vxore ante matrimonium emissa vel post, sine sua licentia, siue tunc impleuda, siue facta in tempus soluti matrimonij: licet sint castitatis & religionis: & sic irritata reuiuiscant. 281
Disp. XL. An vota vxoris quæcumque etiam castitatis, facta de licentia viri, possit idem vir irritare: atque soluto matrimonio minime reuiuiscant. Ea quid de votis castitatis aut religionis, aut à viro ordinis sacri, à femina verò religionis aut castitatis mutuo consensu emissis. 290
Disp. XLI. An vota omnia vxoris, etiam de licentia prioris viri emissa tempore illius matrimonii possit vir subsequens irritare. Atque idem generaliter de quocumque superiore succedenti in officio. 294
Disp. XLII. An possit vxor irritare aliqua viri vota, præsertim castitatis, absque sua licentia, vel cum illa, mutuove consensu facta, ante & post matrimonium, vel in tempus soluti matrimonij: vel sequens vxor vota tempore prioris matrimonii à viro facta, & vota sic irritata non reuiuiscant. 296
Disp. XLIII. An sit voti irritatio, si vir aut superior dicat vxori, aut subdito, se nolle vt faciat quod promisit: & teneatur subditus detegere votum superiori oppositum præcipienti: vel petere licentiam implendi, quando est de re prohibita. 299
Disp. XLIV. An delectationes morosæ in actu coniugali cogitato, tactus, aspectus, & verba turpia, liceant coniugatis, seclusa pollutionis periculo: etiamsi ob aliquod impedimentum, vt votum, affinitatem, periculum salutis, non possint exercere actum coniugalem. 301
Disp. XLV. An liceant tactus, aspectus, & verba coniugatis cum periculo pollutionis: vbi & generaliter, quando periculum pollutionis efficiat mortale, quod alias tale non erat. 304
Disp. XLVI. An tactus, aspectus & colloquia, sint licita sponsis de futuro. Et quando hæc inter solutos sint peccata mortalia. 311
Disp. XLVII. An liceat sponsis de futuro delectari in cogitatione copulæ habendæ, vel viduis in cogitatione copulæ habitæ tempore matrimonij.

LIBER DECIMVS.

De diuortio.

Disp. I. Vtrum diuortium quoad matrimonij vinculum, quod repudium vocant, fuerit ante legem euangelicam licitum Hebræis aut Gentilibus, & quid post illius publicationem. 310
Disp. II. Vtrum ob adulterium dissolutum matrimonium quoad vinculum, ita vt integrum sit innocenti ad alias nuptias transire 322
Disp. III. Vtrum ratione adulterij licitè fit diuortium quoad toram & habitationem: fiatque in hoc ambo coniuges æquales 323
An diuortium ratione adulterij sit de iure naturæ, ibi n. 4.
An ratione adulterij admissi tempore, infidelitatis possit peti diuortium, n. 5.
Intra quotum temporis spatium possit accusatio adulterij proponi ad diuortium, ibi n. 9.
Disp. IV. An voluntas fornicandi, quodvis peccatum fornicationis contra naturam, siue cum propria vxore, siue cum alia femina, aut masculo, aut bestia, aut femina cum femina admissum: penetratio vasis absque seminatione: aut seminatio intra vas absque penetratione, tactus & amplexus, & oscula, iustam præbeant diuortio causam. 335
Disp. V. An detur aliqui casus, in quibus non liceat diuortij propter adulterium. 339
Disp. VI. Qualiter accipienda sit compensatio adulterij vtriusque coniugis, ante latam diuortij sententiam, ita vt neutri liceat ab altero diuertere. 334
An exceptio adulterij sit peremptoria, ibi n. 12.
Disp. VII. Vtrum quando vterque coniux est adulter, & alter resipiscit altero in fornicatione persistente, possit coniux emendatus diuortium celebrare. 336
Disp. VIII. Vtrum compensentur adulteria etiam quoad accusationem ciuilem ad priuationem dotis, & criminalem ad pœnam mortis, ita vt viro adultero non liceat adulteram ciuiliter aut criminaliter accusare. 337
An ob adulterium vxoris lucretur vir dotem, & bona paraphernalia, & reliqua vxoris bona: & vxor donationem propter nuptias, ibi à n. 2.
Quis iudex cognoscat de adulterio, siue ciuiliter, siue criminaliter agatur, ibi à n. 15.
An cœpta accusatione criminali vxoris adulteræ, possit vir transire ad ciuilem, ad dotem luendam, diuortiumque celebrandum: & è contra cœpta criminali ad ciuilem, ibi à n. 18.
An, si coniuges reconcilientur, retrupetent omnia bona ob adulterium alteri coniugi acquisita, ibi à n. 21.
An adulteræ teneatur vir alimenta ministrare, ibi à n. 23.
Disp. IX. An quando coniux innocens lapsus est in adulterium post sent. compensentur adulteria, & teneatur ad priorem adulterum redire, eique bona propter adulterium lucrata restituere. 347
An sententia diuortij transeat in rem iudicatam, ibi n. 1. 2. 3. & 4.
An possit retractari sent. diuortij, quando reperitur Ecclesia falsis probationibus, aut tacita veritate decepta: quamuis cõiuges iã statum mutarint, ibi à n. 6.
An professio & votum simplex dolo & ex falsa causa emissa valeant, ibi à n. 13.
Disp. X. An coniux adulter lata diuortij sententia, liber maneat ab onere coniugali, ita vt minime teneatur reconciliari innocenti repetenti: sed possit ipso inuito ad religionem ordinesve transire, aut voto castitatis simplici se astringere. 316
Disp. XI. An possit coniux innocens inuita vxore adultera in seculo manenti ad religionem aut ordines sacros transire, votumve simplex castitatis emittere. 361
Disp. XII. Vtrum coniux innocens possit auctoritate propria ab adultero diuertere, ita vt nec in foro externo sit ei restituendus. 364
Quid, si iudex defectu probationum cogat innocentem reddere debitum, ibi n. 6.
An lite pendenti teneatur innocens reddere, n. 7.
An adulter sit ipso iure priuatus debiti exactione, n. 9.
An coniux innocens possit ab adultero diuertere quoad habitationem, propria auctoritate, & quando sic diuertens sit restituendus coniugi spoliato repetenti, ibi à n. 10
Quæ notitia adulterij ad diuertendum sufficiat: & ex quibus actibus illud probetur, ibid. à n. 39.
An liceat viro obseruare vxorem, vt deprehensa in adulterio resipiscat: aut ei adulterandi occasionem offerre, ibi à n. 52.
Disp. XIII. An vir teneatur vxorem in adulterio persistentem dimittere, aut iam resipiscentem sibi reconciliare. 376
An similiter vxor teneatur à viro adultero diuertere, ibi à n. 27
An vir teneatur vxori adulteræ alimenta denegare, ibi n. 27.
Disp. XIV. An copula coniugalis, aliisve actus coniugales cum coniuge adultero, illusive retento in propria domo, sint adulterij condonatio: ita vt deinceps amittat coniux innocens ius diuertendi & accusandi ciuiliter & criminaliter. 384
Disp. XV. Vtrum ratione adulterij spiritualis, quod est hæresis, vel apostasia à fide, in quod alter coniux dilabitur, liceat catholico diuortium: ac vtrique ad alium statum transire, vt ad professionem, vel viro ad ordines. 385
An si catholicus copulã aut alios actus familiaritatis habeat cum hæretico, ante vel post sententiam censeatur ita condonare, vt non possit diuertere ibi n. 16.
Disp. XVI. Vtrum ratione fornicationis spiritualis, quæ est hæresis, non liceat diuortium, quando alter coniux admittit fornicationem carnalem, sed vtraque compensetur. 395
Quid si vterque coniux sit hæreticus, ibi n. 4.
Disp. XVII. An ob alia crimina, præter adulterium carnale & spirituale detur diuortium. 396
Disp. XVIII. An propter coniugum sæuitiam detur diuortium. 399
Quid propter amentiam coniugis, ibi n. 18.
Qualis cautio præstanda sit, vt teneatur alter redire, ibi à n. 34.
An propter sæuitiam coniugis, quando celebratum est diuortium, liceat alteri vel vtrique coniugi transitus ad religionem vel ordines, ibi n. 49.
An id liceat coniugi sano ob alterius furorem, n. 48.
Disp. XIX. An in sententia diuortij ferenda, & causis matrimonialibus inter Indorum neophytos, sit exactè ordo iudiciarius seruandus. 406
Quid possint in his causis religiosi apud illos cõmorantes, ibi n. 2
An accusationem adulterij debeat secreta monitio præcedere, & ad pœnam talionis inscriptio, ibi n. 3. & 4.
Disp. XX. Apud quem & cuius expensis alenda sit soboles diuortio facto, siue culpa alterius, siue absque culpa. 407
Quid, si matrimonium repetatur inualidum, ibi n. 11.

Disputationum finis.

DISPVTATIONES DE S. MATRIMONII SACRAMENTO,

AVCTORE THOMA SANCHEZ
E SOCIETATE IESV.

PROOEMIVM.

SVMMARIVM.

Vtilitas operis, num. 1.
Doctores de hoc disputantes, 2.
Diuisio totius operis, 3.
Matrimonij varia nomina, 4.

1 CVM typis mandare decreuissem nonnullas materias de officijs ad mores pertinentibus, operæ pretium duxi, initium à sancto matrimonij Sacramento sumere; quòd maximam hominibus vtilitatẽ præ se ferat, non Theologis solũ, sed vtriusque iuris professoribus: dehinc quòd omne personarũ genus in nodos huius materiæ non facilè soluendos, frequenter incurrat: ad extremum quòd variæ multiplicesque vtilitates ex huius tractatus cognitione promanẽt. Cùm enim matrimonium, tum Sacramenti, tum etiam contractus rationem induat, qua parte Sacramentum est, multa ad Sacramenta pertinentia disputantur: & cùm hodie coram Parocho & testibus celebrandum sit, quàm plurima scitu dignissima explicantur ad iurisdictionem vtriusque fori, & maximè ad pœnitentiæ Sacramentum conducentia. (vtrumque enim Sacramentum iurisdictionem Parochi ordinariam, aut delegatam desiderat.) Qua autem parte contractus est, enodantur multa mirum in modum ad veram contractuum cognitionem necessaria: obiterque multa inferuntur ad varias materias morales. quæ omnia vt facilè inueniantur, Indicem solito copiosiorem tum disputationum ac dubiorum, tum etiam rerum notabilium, adijciemus. Quamobrem vitio tribuendum mihi non est, si in longũ sermo protractus alicui visus fuerit: tum quòd materia difficilis est, tum etiam & præcipuè, quòd si brevitati consulerem, obscurior fortè quàm par est, noster tractatus euaderet. Nec iure aliquis mihi succenseat, quòd tot auctores, & inter illos iuniores referam: (quod minùs graue aliquibus videbitur,) id enim consulto facio, primò, quia non tanti meam facio doctrinam ac rerum cognitionem, vt non possim minimi auctoris testimonio eamdem illustrare: deinde, quòd Doctores illustriores, & minimè spernendos imitor, qui referre auctores neotericos non dedignantur: denique quòd ad multorum vtilitatem hic noster Tractatus dirigitur, inter quos nonnulli, Doctores antiquiores grauioresque ad manus minimè habebunt: alij fortasse non percipient: multi verò brevitati consulentes neotericum aliquem, qui breui in summam multa redegerit, consulent. Quare vt omnium votis respondeam, *omnibus omnia factus*, more beati Pauli, antiquiores, iuniores, Theologos, ac iuris vtriusque peritos refero. Quòd si inter auctores referendos mendosum aliquid fuerit inuentum; vel editionibus varijs, ipsarúmve editionum mendis, vel typographiæ, vel calami lapsui tribuendum est; vel (quod humanum est) in Doctoribus ipsis percipiendis me facilè errare posse non diffiteor; lectionis verò defectui nollem adscriberetur. nihil enim aut ferè nihil refero, quod ipse oculis non viderim, & si prę manibus librum aliquem non habui, illum refero qui eundem alleget.

De hac re disputat *Magister*, cum ceteris Theologis, 4. *d.* 26. *vsque ad* 42. Doctores iuris Pontif. 4. *decret. & in 6. titul. de sponsal. & in decret. causa* 23. *& sequent.* Doctores iuris Cæsarei, *c. de sponsal. & 4. partit. per totam*: Summarum auctores verb. Sponsalia, & Matrimonium. *Nauar. sum. c.* 22. *à nu.* 19. *Anton. Cucu. lib.* 5. *institut. maiorum à t.* 10. & multi varios tractatus de matrimonio in lucem edidêre. 2

Totum de matrimonio tractatum duobus voluminibus includam. Prior vsque ad matrimonij impedimenta tractabit: posterior verò ab ipsis impedimentis initium sumet. Prius autem hoc volumen sex libros continebit. Primus de spõsalibus disputabit. Secũdus de essentia matrimonij & consensu ad ipsum requisito. Tertius de consensu clandestino. Quartus de consensu metu extorto. Quintus de consensu conditionato. Vltimus de donationibus inter virum & vxorem, sponsalitia largitate, & arrhis. Arguet fortasse aliquis me, Theologus cùm sim, Theologorum Principis Diui Thomæ ordinem nõ fuisse secutum, qui sponsalium tractatui aliqua de matrimonio præmisit: quem reliqui Theologi imitãtur. Ego verò quãuis maximi (vt par est) doctrinam ac methodum D. Thomæ faciam, quia tamen in 4. Sentent. non ita dilucidè ac in partibus scripsit, nec morte præuentus quartum ad partium summam redegit: claritatis gratia à sponsalibus, quæ ad matrimonium ineundum dispositio sunt, initium sumendum duxi. nec desunt mihi quos imiter: nam Gregorius IX. iuris Pontificij collector, in 4. decret. vbi de matrimonio sermo habetur, à sponsalibus incipit. 3

Quatuor sunt nomina synonyma, quibus matrimonium nuncupari solet: Matrimonium, Nuptiæ, Connubium, Coniugium. Matrimonium dicitur, quia mulier nubit vt mater efficiatur: auctore *Gellio l.* 18. *c.* 6. deriuante matrimonij etymologiam, à matris nomine nondum comparato, sed comparando. *Greg.* 9. *c.* 2. *de conuers. infidel.* inde deriuat, quia mulier in partu, & ante, & post partum varios labores sustinet: vel tandem quia mater certa est, cùm tamen pater incertus sit. Appellatur autem Nuptiæ, & Connubium, ab obnubendo, seu velando, quia quasi nube obtegitur virgo velamine quodam, dum benedicitur. Cuius ratio esse potest in peccati admissi erubescentiam, dum à serpente decepta virum suum fefellit: vel faciem, & caput obtegit, quo se viro inferiorem, illíque subditam ostendat. Cuius rei testimonium est illud *Gen.* 22. vbi videns Rebecca virum suum Isaac deambulantem, obuiam ei veniens caput suum velauit. Appellatur tandem Coniugium ab effectu, eò quòd duos, vt vna caro efficiantur, coniungit. 4

LIBER PRIMVS
DE
SPONSALIBVS.

DISPVTATIO I.
Sponsalia vnde dicantur, & quid sint sponsalia, quasq; conditiones desiderẽt ad sui valorem?

SVMMARIVM.

Sponsalia vnde dicantur, & quotpliciter accipiantur, num. 1.
In lege, vel statuto, nomine vxoris, vel viri, an intelligatur sponsi de futuro n. 2.
Quando lex loquitur de matrimonio, viro, vel vxore, an intelligatur de sponsa de præsenti nondum cognita, n. 3.
Quando dicatur dispositio fauorabilis, & quando odiosa, n. 4.
Statuto statuto. vt vxori decedenti sine liberis, viri dotis partem lucretur, an eam acquirat. si sponsa de præsenti incognita decedat, n. 5.
Intellectus ad cap. 3. de sponsa, vxorem vbi de percussione clericum inuentum cum sponsa de futuro, aut præsenti, n. 6.
Sponsalia quid sint, & quæ conditiones exigant: & distributio totius, quæ tota hac ordine contexitur, n. 7.
An sponsalia sint sacramentalia, n. 8.

1 DE Sponsalibus acturus, ab ipso nomine initium sumens, dico sponsalia à spondendo dicta. Cuius duplex est ratio. Prima, quia spondere est sponte promittere, at in hoc contractu maximè requiritur spontanea promissio. Secunda, quia mos erat antiquis, vt puella nuptura promitteretur viro à patre, vel tutore, vel amicis, vt ex *A. Gell. l. 4. c. 4.* deducit *Alciat. l. 1. parer. c. 2.* & scribit *Varr lib. 5. de ling. lat.* Vnde Lysiteles apud Plaut. in Trinummo: *Spondeo ergo tuam natam vxorem mihi? CH. Spondeo.* & inde, qui promittebantur, dicti sunt Sponsus & sponsa, quasi alteri promissi, qui promittebat autem, dictus est sponsor: ipse verò contractus, sponsalia, quia sponsa non à se, sed ab alio promittebatur. Et hanc nominis rationem cõstituit *iurisconsul. l. 2. & 3. ff. de sponsal. & l. Sponsio. ff. de verb. sig.* Sumuntur verò sponsalia tripliciter, Primò pro futuri matrimonij promissione. Secundò, pro matrimonio non consummato: vnde sponsa sic appellatur, nupta alteri per verba de præsenti nondũ cognita. Sic accipitur *c. Tertio loco, de præsum. & ca. & sicuti, de sponsa duor. & c. Coniuges, c. Qui desponsatam 27. q. 2.* & Matt. 1. *Cum esset desponsata.* Tertiò, dicuntur sponsalia, munera quæ à sponso sponsæ dabantur *l. 1. C. sine opt. ex rescript.* & ita vsurpatur 1. Reg. c. 18. *Non habet Rex sponsalia necesse.* Propriorem autẽ, & frequentiorem est prima significatio, qua sponsas propriè intelligimus, quas de futuro appellamus. *Ant. tubr. de sponsal. n. 4.* vbi *Panor. n. 3. Alex. de Nevo n. 4. Felyn. n. 1. prope initium. V. Item aduerto Ioan. Lop. tract. de matri. nu. 1.* habetur *tom. 9. Tract. nou. Conrad. Lagus in method. iur. 1. de nup. Cons. 4. decret. p. 1. 4. 1. n. 4. fine. Ant. Cucus l. 5. inst. it. maior. t. 10. n. 3.* Imò sponsam de præsenti iurisperiti vocant vxorem post nuptialem benedictionem, seu carnis copulam, antea verò eam non appellant vxorẽ, seu maritatam, aut coniugatã: sed solum sponsam de præsenti. *c. Ex publico, de conuersione coniug.* Et ratio est, quia quodãmodo est adhuc promissa, respectu effectus matrimonij vt benè *Panor. c. Tertio loco, de præs. fine, & Conar.* alios referens *d. c. 1. num. 4.* In iure autem aliquando sponsa de futuro appellatur vxor. *c. 29. Inuenit, de sponsal.* ibi, *quia ipsa coniux ipsius fuisse dicitur. Glossa vet. Coniux.* id est spõsa. Et similiter in sacris literis eodẽ modo aliquando vsurpatur. Vt *Gen. 19.* vbi Iacob dixit ad Laban: *Da mihi vxorem meam*, quæ tamen tantùm erat sibi promissa. Aliquando etiam sponsus, & sponsa de præsenti, qui quidem matrimonium consummarunt, vocantur vir & vxor. *V. Omnes Rex. c. Cum initiatur c. Coniuges. c. Coniugium. 27. q. 2.* Idem *D. Aug. l. 4. conf.* & refertur *c. Institutũ, 27. q. 2.* & constat ex *c. 1. Matth. Iacob genuit Ioseph virũ Mariæ. &. Noli timere accipere Mariã coniugẽ tuã.* De ritibus autẽ quibus apud veteres celebrabãtur sponsalia: consule *Petr. Gregor. Syntag. iuris p. 2. l. 8. c. 2. per tot.*

Hinc refert *Conar. d. cap. in fin* quoties de sponsis mentio occurrerit, in aliqua lege, aut alia quauis parte, intelligi de sponsis solis de futuro: nisi aliud suadeat communis ac frequens loquendi vsus, eiúsve intentio, qui legem cõdidit, contractum, vel testamentum fecit. Idem docent *Perez. lib. 5. ord. t. 1. l. 1. f. 4. v. Item apud. & v. Quæro verum. Lud. Lop. 2. p. instruct. in noua edit. materia de matrim. ca. 36. f. 1031.* & idem docent de statuto loquente de vxore, vt non intelligatur de sponsa: in loquente de sponsa, & vt non intelligatur de vxore: *Ant. rubr. de sponsal. n. 4. Præpositus ibi nu. 6.* quia statutorum verba propriè intelligenda sunt *ca. In nostra. & ibi Innoc. de iudic. l. 3. §. Hæc verba, & ibi Bart. ff. de neg. gest.* Sed hoc sanè intelligendum est hac distinctione: aut enim materia est odiosa, aut fauorabilis, aut indifferens: si materia est odiosa, vt si statutum contineat filiam maritatam non succedere patri, vel marito; tunc minimè comprehenderetur sponsa de futuro: si autem materia sit fauorabilis, comprehenderetur etiam sponsa de futuro nomine vxoris, & nomine mariti sponsus de futuro, de quo est bonus textus, & ibi per *Cynum l. Non sine. C. de bon. quæ liber.* sic *Abb. c. Tertio loco. de præsum. fine. & ca. ex publico, de conuer. coniugat. n. 9. & Rubr. de sponsal. nu. 5.* vbi *Alex. de Nevo n. 6. & ibi Fel. nu. 1. & d. c. Tertio loco nu. 4. Sylues. v. Sponsalia q. 1. Dicit. 2. Angel. ibi n. 1. Tabiena §. 1. Armil. nu. 1. Gregor. Lop. p. 4. t. 1. antel. 1. ad finẽ, Al. Carrerius l. 1. de sponsal. c. 5.* habetur *to. 9. tract. nou. Ant. Cucus l. 5. inst. it. maior. t. 10. num. 8. & 9.* fauet *gloss. l. Solet. 10. ff. de his qui not. au. inf. verb. Non nocet*; vbi ex eo textu infert ius loquens de vxore non trahi ad sponsam: quia odia sunt restringenda. Et loquitur ibi textus de sponsalibus de futuro, vt testatur ibi *gloss. v. Sponsam.* & videntur etiam tenere *Suar. l. 2. fori. 1. de los casamientos, nu. 34. Art. Gabr. to. 2. com. l. 11. verb. Matrim. appellatione, in nuca editione, f. 91.* vbi aiunt in odiosis nomine vxoris non venire sponsam: quare secùs videntur sentire in fauorabilibus. Quamuis *Tiraq. post leges connubiales gloss. 2. n. 21.* defendat in fauorabilibus etiam nõ intelligi sponsam de futuro, & refert pro se *Bald. l. Sol. 5. §. Quæ verum. n. 2. ff. de his qui not. infam.* Sed potiùs *Bald.* ibi fauet nostræ sententiæ. Quando autem materia est indifferens, dicemus sequenti corollario.

Secundò, infert *Conar. 4. decr. 2. p. c. 1. initio nu. 1.* cum aliis quos refert, quẽ sequuntur *Matienzo l. 5. recop. t. 2. l. 5. glos. 6. n. 1. Gomez. de iuram. 1. p. c. 51. nu. 2.* omnia iura loquentia de matrimonio, & de marito, & vxore accipiẽda esse, qui modo matrimoniũ per verba de præsenti contractũ est, quãuis copula secuta minimè sit. Quia nuptias non concubitus, sed consensus facit *l. Nuptias. ff. de regul. iur.* nisi (ait *Matienzo n. 2.*) ex communi vsu loquendi, vel ex materia subiecta, vel ex legis intentione, quæ colligitur ex materia subiecta, vel ex alia simili causa deprehendatur, leges de matrimonio loquentes, intelligi de copula consummato. Verùm in hoc, sicut in corollario præcedenti, distinguendum est: aut enim materia est odiosa, aut fauorabilis, aut indifferẽs: si est odiosa, nomine vxoris, vel mariti, vel matrimonij non veniunt sponsalia contracta per verba de præsenti, nec sponsi ipsi de præsenti ante consummationem: si autem est indifferens, veniunt qui contraxerũt per verba de præsenti, siue consummarint matrimonium, siue non: non autem comprehẽduntur sponsi de futuro, quãdo autem materia est fauorabilis, dixi in corollario præcedenti. Sic docent *Panor. d. c. Tertio loco, fine. & ibi Vel. nu. 4. Sylu. v. Sponsal. q. 1. dicto 2. Auendaño, referens Ancb resp. 10. nu. 3. Ant. Cuc. l. 5. inst. it. maior. t. 10. n. 8. & 9. Alex. Carrer. l. 5. de sponsal. cap. 4.*

Rogabis quando dicatur dispositio fauorabilis & quando odiosa? Resp. esse considerandum primum dispositionis intentum: si enim id sit, in fauorem alicuius statuere-

est

est fauorabilis, licet in damnum, & odium alterius redundet: si verò primum intentum sit in alicuius odium, & pœnam, quamuis cedat in alterius fauorem, est odiosa. Quia ex primario fine attendenda est dispositio. Sic colligitur ex *gloss. c. Si propter, de rescript. in 6. verb. Primi anni.* vbi illam constitutionem reseruantem fructus vacaturæ Episcopo mortuo, appellat fauorabilem: quia principaliter edita est in fauorem Episc. vt debita persoluat, quamuis in eorum damnum quibus obuenire debebant, redundet. Et tenet ibi *Domin. n. 9. Francus n. 6.* idem tenet *gloss. c. Sciant cuncti, de elect. in 6. verb. Alios, & ibi Domin. fine, Francus ibi, fine, Bart. l. 1. Qui exceptione, 40. in princ. n. 2. per illum text. ff. de cond. indeb. & ibi Alber. n. 1. Salic. n. 1. idem Bart. l. Si quis nec causam, in princ. n. 6. ff. si cert. pet. at. & ibi Paul. n. 4. Fel. c. 1. de sponsa. nu. 14. vers. Aliud est. & c. Non dubium, n. 2. de sent. excom.* & dicit esse optimum text. ad hoc probandum. *ca. 2. §. Statuimus, de decim. in 6.* ibi. *cùm non sit dicendum asperum, sed pium potius, & benignum. Additio ad Panorm. c. Non dubium, de sent. excom. nu. 3. verb. Pœnali. Sylues. verb. Interpretatio, fine, Couar. cum aliis, quos refert 1. var. c. 11. nu. 5. Mandos. reg. 10 de anali. qu. 3. nu. 7. Flaminius de resign. benefic. l. 12. qu. 2. num. 23. & seqq.* vbi alios refert. Hæc tamen doctrina quamuis ita communiter recepta sit, non caret graui scrupulo: quia *Ioan. Andr. c. 1. de locato n. 5.* apertè sentit constitutionem emanantem principaliter in fauorem, si pœnam tamen contineat, restringendam esse: vt aduertit ibi *Panor. n. 10.* qui sic conciliat, vt extendenda sit, quatenus est fauorabilis, restringenda verò, quatenus est odiosa. Idem *gloss. l. 2. Cod. de in ius vocand. verb. Liberis,* vbi *Bartol. n. 1. Bald. n. 4. Alex. n. 5. Salic. nu. 2. & 3. Iason n. 4. Paul. d. l. Si quis nec causam, n. 5. Alciatus l. 5 parad. c. 16. n. 6.* Quare videtur corruere doctrina illa communis: si enim quatenus fauorabilis est constitutio, extendi debet, quatenus autem pœnalis, restringi: iam non attenditur principale constitutionis intentum, ad discernendum sit fauorabilis, & extendenda, nec ne. Sed ea doctrina communis, vt vera sit, intelligenda est, quando odium à fauore distingui nequit: tunc enim ex principali intento fauoris, aut odij iudicanda est fauorabilis, aut odiosa: quoties vero fauor, & odium distingui commodè possunt, tunc verum habet alia doctrina hic tradita, vt extendenda sit, quatenus est fauorabilis, restringenda verò, quatenus est odiosa. Sic *Couar. lib. 1. var. c. 11. num. 5.*

5 Tertiò infertur, quid dicendum sit in ea quæstione, an stante statuto, vt vxore absque liberis decedente, vir partem dotis lucretur, si sponsa de præsenti nondum cognita obeat, pars illa dotis viro acquiratur? Videtur enim ex dictis nu. 3. colligi, acquiri viro, cùm in fauorabilibus, nomine vxoris & viri, sponsi de præsenti comprehendantur: fauorque vici sit hæc acquisitio: & permulta alia, quæ cõgerit *Felin. 2. Tertio loco, de præsum. n. 1.* quam sent probabilem esse asserit *ibi n. 2.* eamq; tenent multi, vt testatur *Abb. c. Ex publico, n. 7. de conuers. coning.* & eam docet *Gomez. Arcas. l. 79. Taur. n. 1.* Sed breuiter dicendum est, minimè lucrari eam dotis partẽ: est enim materia odiosa, cùm sponsa sine causa eam dotis partem amittat. Et ità hanc partem latè probant *Abb. d. c. Ex publico n. 7. & seqq.* & latiùs *cons. 1. n. 4. & seq.* *vel. 1. Bald. Anchar. Salic.* quos refert, & sequitur *Fel. d. c. Tertio loco, n. 2. Costanus tract. de spons. 2. Quid sint sponsalia, num. 11.* habetur *tom. 9 tract. nou. Tabiena ver. Sponsalia, §. 1. fine.*

6 Quartò infertur interpretatio ad *cap. 3. de sent. excomm. ad fin. vers. Nec ille,* vbi habetur non esse compellendum ad sedem Apostolicam accedere, vt absolutionem obtineat, percussorem clerici turpiter inuẽti cum vxore, matre, sorore, vel filia propria: & quamuis prima facie nõ videatur inde colligi, non incurrere excommunicationẽ, sed eam minimè reseruari Pontifici: at omnes, nemine (quod viderim) discrepante, intelligunt eum text. vt is percussor non incurrat excommunicationem; vt clarè denotant à contrario sensu, verba statim sequentia, illius text. Posset tamen aliquis existimare nõ habere locum eam decisionem, nisi clericus repertus esset cum vxore carnaliter cognita: & incurrere excommunicationẽ, qui clericum repertum cũ sponsa de præsenti incognita, percuteret. Quia cùm res hæc sit exorbitans à iure communi, & clericis odiosa, nomine vxoris, non comprehendetur sponsa de præsenti nõdum cognita: iuxta proximè n. 3. tradita. Ceterum dicẽdum est, nec in hoc casu incurrere, sed nomine vxoris intelligi quamcumq; spõsam de præsenti: vt testatur ibi *gloss. verb. cum vxore, Anton. n. 13. Anchar. fin. Abb. nu. 9. D. Antonin. 3. p. t. 24. c. 1. §. 2 casu 7. Sylues. Excommunicatio 6. §. 5. dicto 10.* asserens esse omnium: quamuis immeritò dubitatiuè loquatur *Iud. Lop. 2. p. instruct. materia de matri in 2. edit. c. 36. f. 1031. §. Ex predictis etiam secundo.* Quia ratio illius text. suadet etiam in hac materia exorbitanti, & odiosa, nomine vxoris comprehendi sponsam de præsenti: mens enim Pontificis fuit excusare maritum ab hac excommunicatione, ob iniuriam adulterij grauissimam sibi illatam, ob quam iure ciuili conceditur sibi accusatio, & quia vix potest continere dolorem, vt habetur *l. Gracchus 4. C. ad l. Iul. de adult.* Quæ ratio pariter militat in quacumque spõsa de præsenti: cùm verè committatur cum illa adulterium, violetúrque alienus torus, *l. 1. t. 17. p. 7.* & ius ciuile æquè concedit viro accusationem huius adulterij. *l. Si vxor 13. in prin. ff. ad l. Iul. de adult.* Imò *Couar. 4. decret. p. 1. c. 1. nu. 12.* quem sequuntur *Ant. Cucus l. 5. institut. maior. t. 10. nũ. 5. & Lud. Lopez proximè citatus,* ait, quamuis percutiens clericum inuẽrum cum propria spõsa de futuro, incurrat excommunicationem: ratione tamen iniuriæ sibi illatæ non reseruari absolutionem Pontifici, sed posse ab Episcopo absolui, & probat; quia ex *cod. c. 3.* apparet percutientem clericum cum sorore fornicantem excusari. Sed profectò meâ sententiâ verum non est: quia si ratio hæc aliquid probat, dicendũ esset, percutientem clericum repertum cum sponsa de futuro immunem esse ab excommunicat. sicut de percutiente repertum cum sorore, statuitur *illo c. 3.* Vnde necessariò dicendum est cum *gloss. Ant. Anchar. Abb. D. Ant. Sylues. proximè citatis,* solùm intelligi eum text. de sponsa de præsenti, siue cognita sit, siue non: & cùm excommunicatio percutientis clericum, sit Pontifici reseruata, *c. Si quis suadente, 17. q. 4.* nec inueniatur textus hunc casum excipiens, dicendum est hunc percussorem innodari excommunicatione Pontifici reseruata. A iure enim antiquo absque expresso text. corrigente discedere non licet *l. Præcipimus, C. de appellat.* eò vel maximè, quia cùm res hæc sit clericis odiosa, & solùm textus excipiat percutientem repertum cum vxore, nomine vxoris comprehendi non debet sponsa de futuro; iuxta proximè num. 2. dicta. Et in propijs terminis Couarruuiam reprobat *Vivaldus candelabro sacramentorum 1. p. materia de sponsalibus, num. 11.*

His præmissis ad sponsalium definitionem descendo, sic definitur à Nicolao Pontif. *c. Nostrates, 30. qu. 5.* & à *Iurisconsul. l. 1 ff. de sponsal.* Sunt futurarum nuptiarum promissio. Solùm enim propositum nullam obligationẽ, nec sponsalium vinculum inducit. Quare triplex desideratur conditio, vt valida sint. Prima, vt sit promissio futuri matrimonij. Secunda, vt sit inter personas iure habiles ad contrahendum. Tertia, vt verbis, aut signis manifestetur de quibus conditionibus seorsum, disputationibus seqq. agendum est, præmissa tamẽ disputatione proxima, de iure quod acquiritur per sponsalia de futuro, vt sit adulterium, nec ne, eius iuris violatio: & hoc ordine, procedendum est, primò de natura & qualitatibus promissionis requisitis, vt constituant sponsalia: deinde de contrahentiũ habilitate, vbi de ætate requisita. Deinceps de verbis constituentibus sponsalia, atq; matrimonium. Postea de obligatione consurgenti ex sponsalibus, & coactione ad ipsa, siue iuridica, siue ex conuentione partium, adiecta pœna, aut arrharum amissione. Tandem de sponsalium dissolutione, & probatione requisita ad ipsa impedienda, & ita absoluetur primus hic liber. 7

Id demum obseruandum est, *D. Th. 4. d. 27. qu. 2. a. 1. ad 6.* appellare sponsalia, sacramentalia quædam matrimonij, sicut exorcismum baptismi. Quod minimè intelligas, sponsalia habere sanctitatem aliquam præuiam ipsi 8

sacramento matrimonij, sicut exorcismi habent sanctitatem aliquam: qua ratione dicuntur sacramentalia: sed dicuntur à D. Thoma sacramentalia matrimonij, id est, prævia ad ipsum matrimonij sacramentum. Vt bene aduertit *Petrus de Ledesm. de matrim. q. 43. a. 1. f. 96. §. Vltimò supponendum.*

DISPVTATIO II.

Vtrùm ex sponsalibus id ius mutuum acquirant sponsi in corpus, vt violatio huius iuris fornicando cum altero, sit adulterium: aut saltem circumstantia necessariò confitenda?

SVMMARIVM.

Prima opinio, esse adulterium, num. 1.
Vera sententia, non esse adulterium, n. 2.
Solutio argumentorum, & intellectus ad l. Si vxor ff. ad leg. Iul. de adulter. & ad l. 1. t. 17. p. 7. n. 3.
An accessus ad sponsam de futuro sit circumstantia necessario confitenda, prima opinio, non esse, n. 4.
Secunda opinio esse necessariò confitendam, n. 5.
Tertia opinio vera, media, n. 6.
An sit distincta species & adulterium reduplicatiuè, n. 7.
An filij concepti ex concubitu cum aliena sponsa de futuro, sint naturales, & traditur intellectus ad l. 1. ff. de his qui notan. infam. & ad l. 11. Tauri n. 8. & ibi an nati ex habente votum sint naturales.
Soluuntur argumenta, quibus probatur esse circumstantiam confitendam, n. 9.
An sit circumstantia, si sponsa ex voluntate sponsi fornicetur, n. 9. fin.

1 DVo petit disputatio præsens: alterum, an concubitus hic sit adulterinus: alterum, esto adulterinus non sit, ita tamen peccati malitiam augeat, vt sit circumstantia necessariò confitenda. Circa primum aliqui censent eum concubitum adulterinum esse, ad hunc ialtem effectum, vt sponsus fornicatem sponsam possit de adulterio accusare. Probant ex *l. Si vxor. 13. in princ. ff. ad leg. Iul. de adult.* ibi, *D. Verus, & Antoninus rescripserunt, etiam in sponsam hoc idem vindicandum: quia nec matrimonium, qualecumque, nec spem matrimonij violare permittitur.* Vbi manifestè de sponsalibus de futuro est sermo, nam de præsenti, non spes matrimonij, sed matrimonium ipsum dicuntur. Secundò potest probari ex *l. 1. t. 17. p. 7. in princ.* ibi, *adulterio es tenido que hombre face, haciendo con muger casada, o desposada con otro.* Et ita hanc sent. tenent *Gloss. c. Quemadmodum, verb. Sponsam, de iureiur. Abb. c. Discretionem n. 4. de eo qui cogn. consang. & ibi Alex. and. de Neuo, n. 11. Alberic. I. Males. §. Quærebatur, n. 5. fin. & ibi Oldr. ff. ad l. Iul. de adult. Greg. Lop. l. 1. verb. O desposada, t. 17. p. 7.* & nouissimè hanc sententiam fortiter defendit *Sarmient. lib. 1. select. c. 5. n. 1. & seq.* Sed tandem concludit *n. 4.* esse verè adulterium: atque ex Theologis, idem docuit *Palud. 4. d. 27. qu. 1. art. 3. in princ. num. 17.*

2 His tamen minimè obstantibus, dicendum est non esse adulterium. Probatur ex adulterij definitione, quam tradit Gelasius Pont. *c. Lex illa, ad fin. 36. qu. 1. & D. Thom. 2. 2. qu. 154. art. 8. corpore*: est alieni tori violatio. Sed accedens ad sponsam de futuro, minimè violat alienũ torum, cùm hic ante matrimonium de præsenti non concedatur sponsis: ergo adulterium non admittit. Secundò probatur ex *l. Inter. 6. in princip. ff. ad l. Iul. de adult.* ibi, *Sed propriè adulterium in nuptam committitur.* & ex *l. 81. Tauri, hodie l. 4. t. 20. lib. 8. nouæ recop. Castellæ* ibi, *Si alguna muger estando casada, o desposada por palabras de presente cometiere adulterio.* At sponsa de futuro nõ est nupta, ergo accessus ad illam, adulterinus non est. ita docent *Gloss. cap. Quidam desponsauit, verb. Sed morbus, 27. q. 2. Ant. c. Discretionem, nu. 6. de eo qui cogn. consang. & ibi Card. nu. 2. Anan. c. 1. de adult. n. 2. fin. Fel. rub. de sponsal. n. 1. in princ. Couar. 4. decret. 1. p. c. 1. nu. 8. Gregor. Lop. p. 4. t. 1. immediatè ante l. 1. Anton. Gom. l. 8. o. Tauri, nu. 47. vers. Dubium tamen est, Anton. Cucus l. 5. institut. maior. t. 10. n. 4. Cantera in suis quæst. crim. sub §. de adulter. num. 26. Iul. Clar. l. 5. recept. sent. §. Adulterium, vers. Sed hæc omnia. Collan. de sponsal. t. Quid sint sponsalia, nu. 18. & 17.* habetur *to. 9. tract. Alex. Carrer. l. 1. de sponsal. c. 3. fin.* habetur *eodem to. 9. Perez lib. 5. ordin. t. 1. l. 1. §. Item deducitur. Azebedo lib. 8. recop. t. 10. l. 3. n. 5.* & ex Theologis, *Enriquez. l. 11. de matrim. c. 15. nu. 4. Vivald. candelab. sacrament. 1. p. materia de sponsalib. nu. 9. Ludou. Lopez. 1. part. instruct. in noua edit. cap. 29. §. Ad hæc libet, & 29. materia de matrimonio, c. 36. §. Aduertendum est tertiò, Manuel. 1. tom. sum. 2. edit. c. 53. n. 3. fin.*

Ad 1. argum. prioris sententiæ respondent *Couar. Gregor. Lop. n. 2. citati, & Alex. Carrer. ibi relatus*, concedi vindictam sponso, non ratione adulterij, sed quia est atrox iniuria sibi illata. Ad 2. dico intelligi eam l. de sponsa per verba de præsenti, nondum cognita: & ita sentit non tantùm committi adulterium cum vxore iam cognita, sed etiam cum sponsa de præsenti nondum cognita.

Circa secundũ dubium, an circumstantia sponsalium, esto nõ constituat adulterium, sit tamen necessario explicanda in confessione, ex Doct. antiquioribus disputãtem inueni neminem; ex iunioribus, perpaucos: & tres inuenio sententias. Prima docet minimè esse explicandã. Hanc tenet *Couar. 4. decret. 1. p. c. 1. num. 14.* quem sequitur *Vivald. candelab. sacrament. 1. p. materia de sponsal. num. 10.* & dicit esse probabilem *Petr. de Ledes. de matrim. q. 43. a. 1. dub. vlt.* Probat *Couar.* quia solæ circumstantiæ mutantes speciem sunt necessariò confitendæ, hæc autem non mutat speciem, cùm adulterium non sit. Secundò potest probari, quia iniuria afficiens aliquem, vt fustibus cædens, censetur etiam fratribus cæsi iniuriam irrogare, & tamen non tenetur fateri hanc circumstantiam iniuriæ illatæ fratribus: ergo similiter quamuis accedens ad sponsam de futuro, iniurius sit sponso, non tenebitur id fateri. Tertiò probatur, quia per sponsalia tantũ contrahitur obligatio mutua tradẽdi corpus per matrimonium, non autem obligantur sponsi ad abstinendum ab alieno concubitu, ante matrimonij contractum: ergo alienus concubitus non continet circumstantiam sponsalibus aduersam, nec confitendam. Vltimò, quia sic se habent sponsalia ad matrimonium, sicut votum religionis ad professionem: sicut enim illa sunt promissio tradendi corpus, matrimonium verò ipsa traditio: ita hoc est promissio tradendi se religioni, professio autem est traditio. Sed per votum simplex religionis, non acquirit religio ius ad promittentem, nec obligatur ex eo voto ad non tradendum corpus alteri per fornicarium concubitum; quare is concubitus non continet circumstantiam necessariò fatendam: ergo similiter per sponsalia neuter sponsus in corpus alterius ius acquirit, nec obligatur ad non fornicandum cum alio, sed tantum ad non contrahendum matrimonium cum alio, quod solum priori promissioni repugnat: ac proinde ea circumstantia non est confitenda.

Secunda opinio docet eam circumstantiam esse necessariò fatendam, tam ex parte sponsæ de futuro, si cum alio fornicetur, quàm ex parte sponsi, si ad aliam accedat. Hanc tenent *Sarmient. lib. 1. select. c. 5. n. 3. Lud. Lop. 1. p. instruct. cap. 29. §. Ad hæc libet*, & hanc sequitur tamquam longè probabiliorẽ *Petr. de Ledesm. de matrim. q. 43. a. 1. dub. vlt.* Prob. primò, quia est duplex malitia, altera fornicationis; altera fractorum sponsalium. ob id enim dirimi possunt, *c. Quemadmodum, de iureiur.* Nec obstat dicere, non inferri iniuriam, quia fornicans obligatus manet, innocens verò liber. Non (inquam) obstat, quia etiam quando alter constitutus non implere sponsalia, manet non ipse, sed solus alter liber, & tamen est culpa mortalis contra spõsalium fidem præterea, quia hæc libertas ex iniuria per alienum coitum irrogata, oritur. Secundò, fornicatio talis est contraria fidei datæ in sponsalibus, ergo duplici afficitur malitia. Antecedens probo ex *l. Si vxor. 13. in princip. ff. ad l. Iul. de adult.* ibi, *neque spem matrimonij violare permittitur.* vbi Iurisconsultus appellat fornicationem, violationem sponsalium. Et confirmatur, vti re alteri ex iustitia debita vsu ipsi nociuo, est contra iustitiam: vt si equus mihi sit debitus ex contractu, quamuis nondum illius dominus sim, & aliquis oculum ab eo erueret, iniustitiæ crimen admitteret: ergo cum corpus spõsorum sit ex iustitia debitũ, licet nondum traditũ, abusus eius per fornicationẽ adeò nocius & infestus alteri sponso, erit vltra fornicationẽ, iniustitiæ etiamẽ, & sic ea circũstantia diuersa specie erit confitenda.

To

Tertiò probatur quãdo sponsa de futuro fornicatur; atrocem iniuriam irrogat sponso, adeò vt leges concedant vindictam, vt dixi num. 3. exponiturque probabilissimo concipiendi periculo, atque ita iniustitiæ erga virum futurum, qui sobolem putans esse suam, alet, in bonisque eius succedet. Ergo vltra fornicationem, est alia iniustitiæ species. Sed dices hoc de sola sponsa fornicante probare: hoc tamen non obstat, quia ius par vterque in corpus alterius per sponsalia comparat, sicut adulterium tam feminæ, quàm viri necessariò fatendum est, quamuis hoc minus graue, ac iniuriosum sit. Tandem, quia secundùm communẽ sentent. liciti sunt amplexus & oscula inter sponsos de futuro, eò quòd sponsalia sunt initium quoddam matrimonij, ac proinde concedunt ius vtẽdi voluptate præambula matrimonialia: ergo per sponsalia acquiritur ius in corpus, aliàs nullus illius vsus concederetur: & consequenter violans hoc ius per fornicationem, reus erit vltra fornicationem, iniustitiæ admissæ, necessariò aperiendæ in confessione. Et hæc sententia est valde probabilis.

6 III. sententia est media, & quam veriorem existimo, vt ea sponsalium circumstantia necessariò fatenda sit, quando se tenet ex parte fœminæ, id est, dum aliquis fornicatur cum sponsa alterius de futuro: tunc enim tenetur fornicans, & ipsa sponsa fateri hanc sponsalium circumstantiam: at quando se tenet ex parte viri, quia sponsus de futuro fornicatur, hæc circumstantia non est de necessitate detegenda in confessione. Hanc sentent. in nullo authore ita expressè reperi, at eam videntur amplecti *Ante. Cucu l. 5. inhibit. maior. t. 10. n. 7. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 55. nu. 3. fin. Iud. Lop. 2. p. instruct. materia de matrim. cap. 36. §. Aduertendum est tertiò*; aiunt enim accedentem ad sponsam de futuro, teneri explicare hanc circumstantiam. & subticere de ipso sponso: rationesque eorum de sola sponsa probant: & scio alios innumeros doctos hoc ipsum sentire. Et probatur de sponsa, rationibus II. sentent. quæ satis vrgẽt. Probatur autem nõ esse in sponso circumstantiam. Quia quamuis etiam contineat ea fornicatio iniuriam, ac circumstantiam diuersam specie, iniustitiæ aduersus ius acquisitum sponsæ per sponsalia: vt apertè probant eædem rationes secundæ sententiæ; verùm cùm ea iniuria reputetur prudentum arbitrio, leuis in fornicatione sponsi de futuro, non excedit limites culpæ venialis, ac proinde nõ est necessariò fatenda: quod secus est in sponsæ fornicatione, quæ atrox est sponsi iniuria: sicut fornicari cum fœmina ad furandum dimidium argenteum, habet coniunctam furti circumstantiam mutantem speciem: quia tamen materia est leuis, est solum culpa venialis, nec necessariò fatenda est.

7 Hinc fit quamuis hic accessus non sit verè adulterium (vt diximus n. 2.) mutare tamen peccati speciem, cùm vltra fornicationem sit iniustitia aduersa sponsalium fidei: vt probaui n. 5. reducituque ad speciem adulterij, vt benè dixit *Petrus de Ledesm. de matrimon. q. 43. art. 1. dub. vlt. immediatè ante argumentorum solutionem.* & ratio est, quia in eo accessu iniustitia inuenitur, sicut in adulterino: sed in hoc contra ius perfectum, & in re, in illo autem, contra ius imperfectum, & ad rem. Et hoc tenendum est, quamuis *Enriq. l. 11. de matrim. c. 13. num. 4.* dixerit nec esse adulterium, nec mutari moris speciem.

8 Secundò infertur filios cõceptos ex fornicatione cum sponsa de futuro, nõ esse adulterinos. Quia ea fornicatio verè adulterium nõ est. Sic *Couar. 4. decret. 1. p. c. 1. nu. 13. Iud. Lop. 2. p. instruct. materia de matri. c. 36. §. Aduertendum est tertiò* subticuere tamen an dicendi sint naturales, an spurij; id tamen declarauit *Sarmient. l. 1. select. c. 5. n. 5.* dicens non esse naturales. Quia solutus dici non potest, qui sponsalium fide strictus est, cùm eo statu durante aliud matrimonium inire nequeat. Et ita probat *l. 1. in fin. ff. de his qui not. an. infam.* vbi inter personas, quæ infamia notantur, enumerantur, qui bina sponsalia, binasve nuptias eodem tempore contractas habuerint. Potest etiam probari ex *l. 11. Taur. hodie l. 9. t. 8. lib. 5. recop.* ibi, *Ordenamos que entonces se digan ser los hijos naturales, quando al tiempo que nacieron, o fueron concebidos, sus padres podian casar con sus madres iustamente, sin dispensacion.* Sed qui contraxit sponsalia, non potest iustè absque dispensatione à sponsalibus resiliens eam ducere, ex qua concepit illum filium, ergo is filius non est naturalis. Et confirm. quia hac ratione filij nati ex eo qui simplex castitatis votum emisit, non sunt naturales, vt defendit *Cernantes l. 11. Tauri nu. 145. & seqq.* Quia nequit licitè stante voto contrahere. Ceterùm dicendum est eos esse naturales: quia tempore conceptionis poterant parentes, non obstantibus sponsalibus, validè, peccando tamen, contrahere matrimonium: & dum *lex 11. Tauri* postulat vt parentes possint iustè contrahere, intelligit, id est validè, quia non habent impedimentum dirimens. Vt docet *Enriquez. l. 11. de matrim. c. 20. n. 3.* Idemque tradunt hac ratione, dicentes filios genitos post simplex castitatis votum, esse naturales, *Lara de alimentis. l. Si quis à liberis, nu. 93. ff. de liberis agnos. P. Molin. 1. to. de iust. tract. 2. disp. 167. f. 949.* & colligitur ex *c. Porro, de diuort. in fin.* vbi dicitur, officij Episcopi esse ea matrimonia dissoluere, quæ illicitè contracta sunt, vbi apertè intelligitur, id est, invalidè: aliàs non esset matrimonium, quamuis cum peccato initum, dissoluendum. Colligitur etiam ex *l. 5. t. 19. p. 4.* vbi enumerans filios naturales, & distinguens contra spurios, ait, *el mismo es de los que nacen de las mugeres, no auiendo entre ellos embargo de parentesco, o de orden, o de religion, o de casamiento.* Ecce qualiter omnia impedimenta, quæ enumerat, vt filij non dicantur naturales, sint dirimentia matrimonium: cùm ergo in hoc casu, nullum sit impedimentum dirimens, filij erunt naturales. Nec obstat *l. 1. ff. de his qui not. an. infam.* quam magni facit *Sarmiento* pro sua sententia: quia intelligitur de sponsalibus de præsenti nondum copula consummatis, vel nuptijs, id est, consummatis copula.

Ad 1. argum. propositum n. 4. pro 1. sententia dico, esto 9
ea circumstantia non mutaret speciem, dum sponsa de futuro fornicatur, satis esse, vt aggrauet notabiliter, iuxta communissimam, ac longè veriorem sententiam: nedum commutet speciem, & reducatur ad adulterium: vt dixi n. 7. Ad 2. nego consequ. est enim longè dispar ratio. nam fustibus cædens aliquem, dicitur indirectè afficere iniuria fratres illius, & non quasi delinquat contra specialem obligationem, qua tenebatur consulere honori fratrum, atq; ita nulla est specialis malitia, & deformitas: at accedens ad sponsam de futuro, admittit iniustitiam contra speciale vinculum sponsalium, violans ius ad rem, sponso acquisitum: & consequenter continet ea fornicatio vltra incontinentiæ malitiam, specialem iniustitiæ deformitatem, sponsalibus aduersam. Ad 3. negatur conseq. quia quamuis in eo conueniant sponsalia, & votum simplex religionis: longè tamen dissident in hoc, quod votum simplex religionis, sit Deo, nec religio aliquod ius acquirit: per sponsalia tamen quæ sunt iustitiæ contractus, quilibet sponsus acquirit ius iustitiæ ad corpus alterius, quod violatur, si alteri tradatur, etiam quantum ad vsum.

Ad 1. ex argumentis propositis n. 5. pro 2. sentent. quatenus probat contra nostram, idem esse in sponso fornicante, fateor inueniri duplicem illam deformitatem: at deformitas iniuriæ, est leuis, & venialis, nec est simile, quando femina omnino resilit à sponsalibus iustè: quia est directè contra sponsalium fidem, & ita materia est grauis, & culpa mortalis. Ad 2. similiter fateor esse contrariam, non omnino fidei sponsalium, quia non prorsus illæ dissoluit, sed ex parte innocentis: & esse duplicem malitiam, altera tamen leuis est. Ad 3. fateor eam circumstantiam in femina esse fatendam, & æquale ius habere vtrũque in alterius corpus; at quia nõ est æqualis iniuria, ideo ea circumstantia ex parte feminę constituit culpam mortalem, non autem ex parte viri: nec est simile post contractum matrimonium: tunc enim vtriusque adulterium est necessariò fatendum: quia cùm sit vsurpatio rei alienæ inuito domino, est grauis iniuria: item directè opponitur

nitur bono fidei sacramenti matrimonij, per quod obligantur coniuges ad mutuam corporis traditionem, negandumque cuilibet alij corpus, qua ratione, non cessaret adulterij circumstantia, quamuis viro consentiente admitteretur: at in sponsalibus non est talis obligatio. quare si ex sponsi voluntate sponsa fornicatur, cùm cesset iniuria sibi illata, fornicatio illa tantum contineret malitiam incontinentiæ. Ad vltimum, concedo sponsum violare illud ius, sed in materia leui.

DISPVTATIO III.

Vtrùm sufficiat ad sponsalium valorem, promissio merè interna, facta homini, matrimonij futuri; vel obliget vt promissio?

SVMMARIVM.

An promissio interna sat sit ad sponsalia, num. 1.
An obliget in vim promissionis, attento iure positiuo, n. 2.
Dominium an transferatur per actum internum, n. 3.
An obliget standò in iure naturæ, prima opinio, obligare, n. 4.
Secunda opinio verior, non obligare, n. 5.
Soluuntur argumenta prioris sententiæ, n. 6.

1 CIRCA 1. conditionem ad sponsalia requisitam, quæ est promissio, statim dubitatio occurrit, an sola mente promissio facta sufficiat. Quæ bifariam fieri potest, aut soli homini, aut Deo: in præsentiarum dubitatur, quando fit soli homini, disputatione autem sequenti sermo erit, quando fit Deo. Et manifestum est, qualitercumque fiat promissio sola mente, non sufficere ad sponsalia. quia est cõtractus inter homines, vltro citroque obligatorius, mutuamq; ac reciprocam promissionem desiderans: vt constat ex definitione spõsalium tradita disp. 1. n. 7. Vnde difficultas in eo versatur, an in ratione promissionis obliget.

2 Secundò, videtur certum, stante iure positiuo minimè obligare promissionem internam homini factam. Quia ius positiuum acceptationẽ petit, vt obliget; vt latè disp. 6. dicemus, & quamuis ibi disputabimus, an requiratur acceptatio, quando fit causæ piæ: & an consurgat obligatio naturalis ante acceptationem: & an iure regio Castellæ hæc acceptatio desideretur per *l. 2. 4. 16. lib. 5. recop.* Verum omnia hæc videtur intelligenda, quãdo promissio externè fit, vt denotant ea verba *d. l. 2 pareciendo que alguno se quiso obligar à otro.* Innotescere enim id minimè potest, nisi externa sit. Quæ omnia doctè aduertit *P. Molm. tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 266. §. Vt autem ad id.*

3 Tertiò, est certum, dominium per actum merè internum, transferri non posse. Quia hæc translatio per traditionem fit. *l. Traditionib. C. de pact. l. Quoties. C. de rei vendic.*

4 Tota autem difficultas est, an secluso iuris positiui dispositione, attento solo naturæ iure, promissio interna homini facta, obliget: vt si mente aliquis se obliget, non verò per modum voti, sed feminæ ad ducendum illã? Duplex est sent. 1. ait obligare. Probatur primò, quia non implere continet mendacium: redditur enim dictum falsum. Et confirm. quia saltem est infidelitas, quæ culpa est iure naturali prohibita: sicut infidelis Deo dicitur, *Eccles. 6.* qui promissa Deo non reddit. Prob. secundò, quia obligatio promissionis cùm sit ex lege priuata, quã promittens sibimet spontaneè que imponit à nulla alia voluntate pendere videtur, nec aliena voluntas acceptans confert vim legis, & obligandi, promissioni. Et confirm. quia radix tota obligationis in his vinculis voluntarijs est animus se obligandi, in tantum, vt qualiscumque sit externa promissio, deficiente hoc animo non obliget. Tertiò, quia maius est vinculum promissionis internæ, quàm solius propositi, vt ex se constat, ergo aliquam obligationem illa addit, aliàs nihil inter ea distaret. Quartò, quia acceptatio necessaria nõ est ex naturæ iure, vt promissio obliget: ergo nec vt externè fiat. Probatur conseq. quia signa externa solùm desiderantur propter acceptationem. Quintò, si promissio interna iuramento firmetur, obligat: ergo per actum merè internum potest aliquis homini obligari, & ita euertitur fundamentum, cui contraria sent. innititur. Sextò, si quis heri actu intento promisit homini, hodieque ipsi significet, non denuo promittens, illo acceptante, manet obligatus: ergo antea erat: probo conseq. quia illa significatio non obligauit. Septimò, possessio sola voluntate nõ possidendi amittitur. *l. 1. §. Si vir. l. 3. §. In amittenda, & l. Si quis, 2. §. vlt. ff. de acquir. possess.* imò & dominium, vt quando res pro derelicta habetur; ergo promissio interna obligat. Tandem, quia promissio facta infanti, etiam de matrimonio contrahendo, obligat: vt dicemus disp. 6. nu. 15. & 27. Quę tamen merè interna videtur. cùm incapax acceptandi infans sit. Quare hanc sent. tuentur *Ledesm. 2. p. quarti q. 18. ar. 1. dub. 13. Palacios l. 5. de contract. c. 11. §. Porro vt meam. Mendoza lib. 1. de pact. c. 4. n. 8.* & ait *n. vlt.* posse eum, cui facta est hæc promissio mentalis, si confessione promittentis sibi constaret, & rem promissam repetere non posset, occulta compensatione sibi satisfacere: & in hanc magis inclinat *P. Molin. to. 2. de iust. tract. 2. disp. 266. paulo ante argument. solutionem:* & eam dicunt esse probabilem *Sotus, Angles, Aragon, pro 2. sententia referendi:* & est satis probabilis.

Secunda sent. cui adhæreo, ait nullam obligationẽ inducere, etiam standò in iure naturali, sed posse liberè reuocari. Prob. primò, quia vnus non obligatur alteri, nisi per modum sibi connaturalem, & humanum, qui est verbis vel signis externis: ergo quamuis Deo, *qui cordium scrutator est*, 1. Reg. 16. possit homo obligari actu interno, homini tamen qui sola externa intuetur, non potest. Secũdò probatur, quicumque superior absolutus, & independens ab alio, inducens obligationem per aliquam legẽ, potest pro libito validè reuocare, ita vt iam non obliget: sed homo liberè inducit in seipso obligationem promissionis, ergo quamdiu superior absolutus est, quia alter nondum acceptauit, potest liberè reuocare. Tertiò prob. ex *l. Qui absenti. ff. de acquir. possess.* ibi, *qui absenti seruo scribit, vt in libertate moretur, non eam mentem habet, vt statim velit serui possessionem dimittere, sed magis destinationem suam in id tempus conferre, quo seruus certus factus fuerit.* Si ergo in promissione in absentia facta, etiam externa, deest ex natura rei animus se obligandi, donec absens acceptet, à fortiori in promissione interna, & consequenter minimè obligabit. Hanc tenent *D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 1. corp. & 4. d. 38. q. 1. a. 1. quæstiunc. 1. Abulen. c. 30. Num. quæst. 44. corp. Turrecr. 17. q. 1. c. 1. n. 2. Tabiena Votum 1. in princ. & q. 4. n. 5. & Sotus,* quamuis dubius, in hãc magis inclinat *l. 3. de iust. q. 5. a. 3. post 2. conclus. vers. De donatione autem & l. 4. qu. 5. a. 1. ad 1. & l. 7. qu. 2. art. 1. in solut. ad 1. vers. Quod si contra arguas. Cord. sum. qu. 134. Mercado l. 6. de contract. c. 16. §. En todos estos. Garcia de contract. 1. p. c. 3. f. 41. Aragon. 2. 2. qu. 88. a. 3. f. 992. §. Dico 2. Lud. Lop. 1. p. instruct. in 2. edit. cap. 177. §. Ad quæstionem exiſtimo. Angles florib. 2. p. q. 1. de voto, art. 2. difficult. 4. Enrique 2. lib. 13. de excom. cap. 17. num. 5. in comment. lib. 1. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 65. §. Datim in princ.* & docet esse probabilem *P. Molina citatus pro priori sent.* & videntur tenere *Ricard. 4. d. 38. ar. 5. q. 1. init. & Angel. Votum 1. init.* vbi dicunt omnem promissionem licitam, si acceptetur ab eo cui fit, obligare, & tenet *Gutier. l. 2. quæst. can. c. 22. n. 4.*

Ad 1. argument. & confirmationem, nego esse mendacium, aut infidelitatem, quia ea videtur inesse tacita conditio illi promissioni internæ, si alteri intimata ab eo acceptetur: nec est simile de promissione interna, facta Deo, quia ei omne cor patet. Ad 2. distinguo antecedens, obligatio promissionis pendet à sola propria voluntate, tamquam à principali mouente, & tribuente vim obligandi, tam promissioni, quàm acceptationi alterius: concedo. ab non pendet à voluntate acceptantis, tamquam à conditione, sine qua non ortur obligatio: nego. Ad confirmat. fateor totam obligationis radicem, esse promittentis voluntatem: desideratur tamen acceptatio alterius, vt conditio sine qua non. Ad 3. quo ad hoc est maius vinculum, quia promissio interna, est obligationis radix, & ita licet nondum intimata sit, maiorem vim habet, quàm propositum, eam tamen minimè exercere valet, donec intimetur; vt catena ferrea maiorem ligandi vim habet,

quam

quam tenuis filus, at hanc vim non exercebit, nisi applicetur. Ad 4. nego stando in iure naturæ, non esse necessariam acceptationem, vt dicemus disp. 6. n. 10. Ad 5. si iuramentum illud fiat Deo, obligabit, quia habet rationem voti: secus si fiat homini more promissionis humanæ: vt dicemus disp. 7. Ad 6. in eo casu durat adhuc moraliter præcedens promissio, cùm revocata non sit, & ad hoc intimatur, vt acceptetur, quare accedente acceptatione nihil desideratur. Ad 7. quamuis internus actus sufficiat ad aliquid in se ipso amittendum, non tamen sufficit ad ius in alterum transferendum per contractum: cum more humano obligatio in contractibus oriatur. Ad vltimum, promissio facta infanti præsenti non est interna, nec stando in iure naturali obligaret, sed obligat solo iure positiuo, quo cautum est fauore infantis non requiri acceptationem: vt dicemus disp. 6. n. 15.

DISPVTATIO IV.

Vtrùm saltem promissio interna facta Deo, quæ voti rationem habet, ducendi aliquam in vxorem, obliget?

SVMMARIVM.

Promissio facta Deo matrimonij, si inde bonum commune sequatur, vt alias sit in præcepto, an obliget, n. 1.

Quid, quando est promissio contrahendi animo ante consummationem professionis, n. 2.

Quid si fiat hac conditione, nisi Deus aliud salubrius mihi inspiraverit, n. 3.

An omnis actus virtutis sit materia voti, vel tantum quando eius prælatio non est maius bonum, n. 4.

Votum non ludendi, quando ludus est actus virtutis, an obliget, n. 5.

An obliget votum matrimonij, quando quis se experitur fragilem: prima opinio, non obligare, n. 6. contraria verior, n. 7. & soluuntur argumenta, n. 8.

Quid quando votum est matrimonij ob causam piam, & quando matrimonium, & legatum relictum consanguineæ pauperi sit causa pia num. 9.

Prima opinio, obligare, n. 10. & verior, n. 11.

Quando votum præcludit aditum ad perfectius bonum, si in se includat bonum, quod est materia voti, an obliget, n. 11. & 13 fin.

Soluuntur argumenta, n. 13. & ibi, an valeat votum contrahendi, vel ducendi pauperem.

1 NEMINI dubium est promissionem Deo factam matrimonij contrahendi ex se, nisi aliis vestiatur circumstantiis, invalidam esse, eò quòd cælibatum, quem matrimonio digniorem esse definit *Trid. sess. 24. can. 10.* impedit: votum enim est promissio meliotis boni, teste *D. Thom.* quem omnes sequuntur, *2. 2. q. 88. a. 2. corp. fin.* Similiter est certum hoc votum obligare casu, quo matrimonium esset in præcepto, vt si vouens defloraret virginem fide data de matrimonio: quia nunc præstantius est matrimonium: cùm sit in præcepto. Item quando ex eo matrimonio speraretur vtilitas maxima totius reipublicæ: vt pax inter principes Christianos, bellorumque sedatio, vel copiosa infidelium conversio. Quia tunc vtilius esset ad Dei honorem matrimonio copulari. Extra hos verò euentus, triplici circumstantia potest votū hoc vestiri, vt merito dubitari possit, an tūc obliget. Prima est, si quis voveat firmissimo animo professionem ante matrimonii consummationē. Secunda est, quando id voueret in remedium concupiscētiæ, quia se nimis fragilem experitur. Tertia, quando intuitu pietatis voueret ducere pauperem. Quare in triplici hoc casu præsens difficultas locum habere potest.

2 Quo ad 1. casum, videtur id votum esse validum: quia est de re bona, vt de Sacramento, eiusque gratia recipienda. Secundo, quia non præcludit viam ad maius bonum: cùm ante matrimonij consummationē possit vovens ingredi religionem, idque in animo habeat. Et ita *Sotus li. 7. de iust. q. 1. a. 3. vers. Sed an saltem licere*, inquit valere votum matrimonij, si vtrimque votum castitatis emissum sit; vt contigit in matrimonio B. Virginis. Verūm dicendum est validum esse id votum, si esset aliqua peculiaris ratio, ob quam ad Dei honorem id matrimonium expediret, vt euenit in matrimonio B. Virginis: secluso tamen hoc casu nullo modo esse validum. Probatur Primò, quia ducere vxorem eo animo est regulariter illicitum, vt dicemus infrà disp. 45. n. 7. Secundò, quia est votū de re inutili, & cōtra matrimonij naturam, quod ad sobolem procreandam institutum est. Quod si dicas non esse inutile, sed ad recipiendam illius Sacramenti gratiam: nil cōfert hæc cursio, quia gratia vberior recipi potest per alia Sacramenta, & absque tertij damno; eo vel maximè quòd gratia matrimonij ad eum finem confertur, ad quem matrimonium institutum est, & ideo id votum regulariter irritum esse docet *Aragon. 2. 2. q. 88. a. 2. f. 982. col. 1. initio.*

Hinc infero contra *Sot. lib. 7. de iust. q. 1. a. paulo ante solut. argum vers. Quod si arguat*, dicentem valere votum, quo aliquis vouet matrimonium, nisi salubrius aliquid de ipso Deus disposuerit: infero (inquam) id votum esse irritum. Quia ea conditio tacitè cuilibet voto inest: cùm votum non infrigat, qui in melius commutat, *c. Peruenit, de iureiur.* quare eius expressio operari minimè debet, vt votum alias irritum, valeat. Expressio enim eorum, quæ tacitè insunt, nil operatur, *lib. 4. ff. de legat. 1.* Item quia impeditur maius bonum, nempe religio, & cælibatus. & præcluditur via Spiritui sancto, ne perfectiorem viam inspiret, nisi id faciat antequam matrimonium celebratum sit. 3

Pro solutione 1. argum. obseruandum est quosdam virtutis actus repetiri, quorum priuatio perfectius bonum continet, eò quòd includunt accessum ad res terrenas, mensque circa eas euagatur: inter hos numeratur ludus honestus, amicorum conuiuium, vesci cibis saluti vtilibus, quæ ad vrbanitatem, aut ad alias virtutes pertinent: est tamen votum de his rebus irritum. gratis enim Deo est ab his abstinere. Eodem modo se habet matrimonium; quamuis enim sanctum sit, ac gratiam conferat, votū illius non est Deo acceptum, eò quòd eius priuatio est melior: quia mentem à diuinis auocat. quod egregiè docuit *Palud. 4. d. 38. q. 1. n. 22.* vbi obiiciens votum non ducendi vxorem, esse irritum, eò quòd non contrahere est malum cum sit priuatio boni matrimonij: respondet his verbis: *Priuatio boni, quæ includit maius bonum, est bona. Sic est hic, quia matrimonium habet actum carnalem, & distractionem mentis, & licet non contrahere matrimonium, non includat vacationem Dei, tamen secundum communem modum loquendi in vovere non contrahere matrimonium, includitur disponi melius in Deum, & non impediri à Deo, impedimentis, quæ matrimonium causat.* 4

Ad 2. dico ex natura sua præcludere viam: quia ex parte sua ducens vxorem obligat se ad consummandum, nisi religionem eligat, & alias contrahere matrimonium, esset vanum & inutile.

Hinc infertur non ita cautè locutum *Manuel. 1. tom. sum. in 2. edit. c. 189. num. 10.* vbi ait votum non ludendi minimè obligare, quo ad ludum, qui ratione honestæ recreationis exerceatur: quia est contra bonos mores, cùm ludus honestus, sit actus virtutis eutrapeliæ, teste *D. Th. 2. 2. q. 168. 4. 2. corp.* Sed dicendum est obligare ratione dicta num. præcedenti, licet enim sit actus virtutis, ac continet accessum ad creaturas, mentisque euagationem: quamobrem gratius Deo est carnem domare, à recreatione hac honesta abstinendo: sed vbi absolutè esset votum non ludendi, bene existimo non comprehendi hunc ludū, nisi expresè aut tacitè vouens aliud intenderet, vel ratione periculi limites ludi honesti transgrediendi. Quia mens iurantium ea videtur esse, vt à ludo illicito, quo bona dilapidantur, abstineant. 5

In 2. casu, quando vovet aliquis matrimonium, quia se fragilem, actu frequenter carnis tentationibus succumbentem, experitur: duplex est sent. 1. non obligare. Prob. quia esto hunc consilium sit vxorem ducere, voto tamen se ad id astringere, est Spiritui sancto viam præcludere, ne perfectiora & efficaciora media inspiret, ad eum finem comparandum. Et confirmatur, quia efficitur vovens, impotens in perpetuū, ad continentiæ & religionis statū; cùm tamen tentationes illæ cessare possint. Secundò, quia sce- 6

lus est vti matrimonio vitandæ fornicationis gratia, teste *D.Tb.4.d.31.q.2.a.2.ad 2.* vbi addit non esse ad hoc institutum matrimonium: ergo dirigere matrimonium, in hunc finem, est culpa, & consequenter votum de ineundo matrimonio ob hunc finem, irritum erit. Tandem, quia non obstante hoc voto, licitum est huic ingredi religionem: ergo votum est irritum. Et ita tenent *Sot.l.7.de iust.q.1.a.3.vers. Contra hanc autem Arag.n.2.2.q.88.a.2.f.982.col.2. ante §. Sed restat vlic. & multi Neoterici docti.* & est probabilis.

7 Secunda sententia verior ait id votum validum esse, ac obligare ad ducendam vxorem. Prob. primò, quia huic est melius, & consilium ducere vxorẽ, iuxta illud D. Pauli 1.Cor.7 *Melius est nubere quàm vri.* ergo id votum, tanquam de meliori bono, firmum erit. Et confirmatur, quia ad honorem Dei, & vt gratius ei aliquid sit, non refert quid in vniuersali, & in se consideratum, præstantius sit, sed quid hic & nunc præstet, (actus enim humani ex circumstantiis adiunctis bonitatem, aut malitiam sortiuntur, sed huic est melius attentis omnibus circumstantiis vxorem ducere: ergo valet votum.

Secundò, quia si habens concubinam, à qua difficillimè recedere posset, voueret se illam ducturum, vt vel sic à peccati statu desisteret, teneretur vtique, nisi mallet religionem, cùm id sit salubertimum consilium, multoque gratius Deo, quàm prædicto periculo expositũ in sæculo manere: ergo. Et confirm. quia quilibet doctus, & prudens confessarius attenta illius fragilitate, lapsuumq; frequentia, obligaret eum ad id, nisi religionem eligeret, etiam si votum non emisisset. Ergo à fortiori, voto emisso. Tertiò, quia si hic emitteret votum, vel eam ducendi, vel intra annum religionem ingrediendi, videtur absque dubio teneri ingredi, nisi vellet eã ducere: ergo ducere vxorem in hoc euentu, est legitima voti materia: aliàs votum illud disiunctiuum, inualidum esset, cùm altera eius pars non esset materia apta voti. Tandem, quia hoc votũ non impedit consilium, nec continet descensum à perfectioti continentiæ statu, ad imperfectiorem matrimonij, sed potius est sanius huic consilium, matrimonium, & ascendit ab iniquissimo concubinatus statu, ad matrimonium: ergo valet votum. Et ideo hanc sent. amplectuntur *Caiet.2.2.q.88.a.2.dub.vlt. Nauar.sum. Hisp. & Latin.c.12.n.43.fin. Bellar.l.2.de Monach.c.14. Enriquez.l.11.de matrim.c.6.n.5. P. Molina to.1.de iust.tract.2.disp.149.§. Verum enim vero. Angles sorib.2.p.qu.1.de voto, a.1.dissic.12. Ludou. Lop.1.p.instruct.c.44.§. Votum absolute. Philiar. de offic. sacer. to.1.p.2.l.3.c.17.n.3. Manuel 2.to.sum.cap.94.n.14. & communiter iuniores docti.*

8 Ad 1.argum. ex propositis nu.6. dico, quamuis votum matrimonij ex se maiora bona impediat, secùs tamen est in hoc homine. Ad confirm. fateor effici impotentem; at id huic præstantius est. Ad 2. dico cum *Caiet.2.2.q.88.a.2. dub.vlt.* esse peccatum vti matrimonio, ad vitandam fornicationem, quando alia via facilè vitari potest: secus, quando esset difficile, vt in præsenti casu. Ad vltimum, nego consequ. vt sponsalia, & matrimonium ratum, & votum perpetuo seruiendi xenodochio, valida sunt, quamuis iis non obstantibus, licitum sit religionem profiteri.

9 In 3.tandem causa, quando in honorem Dei vouet aliquis matrimonium, eò quòd est causa pia; supponendum est quando matrimonium sit causa pia: & vt sit talis, non satis est, vt sit cum paupere, sed debet promitti pietatis intuitu, secus si affectionis, aut consanguinitatis causa. Sic dicit *Rald.l.Illud n.1. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi duo exigit, vt causa pia sit, nempe, vt concurrat pietas personæ, & causa pietatis fiat: vnde (inquit) si quis diuiti leget, quamuis animo Dei se legare asserat, non est causa pia: quia deficit pietas in persona. Et è contra, si pauperi legasset aliquis, non intuitu pietatis, non esset legatum pium: quia deficit pietas in causa. Quod expressè colligitur ex *l.35.t.4.p.5.* vbi ponderans ea lex, quando alimenta sint causa pia: sic ait, *las despensas que vn home ficiere en criar à otro por Dios.* vbi *Greg. Lopez. verb. Seria*, dicit legem illam innixi in eo quod nutritor alucrit causa pietatis. Idem *Panor. in proœm. decret. Greg. parte quæ incipit, Gregorius diuiditur n.25. & 26. & ibi Fel. parte, quæ sic incipit, Greg. Epist. n.25.* vbi explicantes, quando promissio fit causa pia, asserunt id esse, quando intuitu Dei fit. idem *Tiraq. de priuil. pia causa, in præfat n.3.* vbi duplicem conditionem assignatam requirit, vt legatum pium sit, qui tota illa præfat. consulendus est. Hinc quando aliquid promittitur, vel legitur consanguineo pauperi, nõ censetur legatum pium: præualere enim præsumitur sanguinis affectionem, cùm ea naturalis sit: (quamuis fateat hoc non carere difficultate, contrarium enim tenent satis probabiliter alij, quos refert & sequitur *Gutier. cons. 26.n.8.* & saltem vbi primum in legato fit mentio paupertatis, est legatum pium: vt optimè probat ibi *Gutier.*) sed præsumi præuelare affectionem, & non esse legatũ pium: ex multis Doctoribus probat ibi *Tiraq. n.16.17.* quamuis ipse cogitandum relinquat: & idem tenet cum multis, quos refert *Menoch. de præsumpt. l.4 præsum.115.à n.6. ad 10.* In matrimonio tamen potest esse vt promittatur diuiti, & sit causa pia, vt si puella dives pudicitiam prostitueret, & quidam vt illam ad meliorem frugem vitamque honestam reuocaret, promitteret illi matrimonium, esset causa pia: quia iam concurrit pietas in persona, & in causa.

Hoc supposito videtur id votum obligare, non absolutè ad ducendum illam, sed ex suppositione, si vouens non eligat religionem. Quia, si sub conditione voueret, Si ducero vxorem, ducam pauperem, absque dubio valeret: ergo licet ea conditio non exprimatur, valet. Probo consequi nam ea conditio tacitè inest, ea enim non adiecta, esto votum validum esset, posset manere in perpetua continentia, vel religionẽ ingredi: eò quod vterque status est perfectior. Secundò, quia id votum duo includit, alterum ducendi vxorem, alterum autem, vt ea pauper sit: ergo quamuis prius non obliget, obligabit tamen posterius, si velit matrimonium inire: cùm sit opus valdè pium. Et cõfirm. quia videtur vouisse elecmosynam supererogationis, se ipsum illi tradendo, quasi vice dotis, Tertiò, quia si quis iuraret mulieri, se eam ducturum, vt illius inopiam subleuaret, teneretur vtique: cuius ratio est, quia iramentum præstatur in fauorem hominis, sed hoc votum emittitur etiam in fauorem illius pauperis: ergo similiter obligat. Quartò, quia si quis sic voueret, aut se continentem vitam ducturum, aut cum femina panpere contracturum matrimonium, validum esset votum: ergo illa pars posterior est materia legitima voti, aliàs votum disiunctiuum esset irritum. Demum probatur ex regula, quam tradunt *Palud. 4. d. 38. q. 1. n. 29. & 30. D. Antonin. 2.p.tit.11.c.2.ante §.1. vers. Nota tertiò. Sylust. Votum. 1. q. 4. fin. Tabiena Votum. 1. fin.* quando votum includit aliquod bonũ, quod potest esse ipsius materia, est validum, licet illud perfectiora bona excludat: vt si quis voueat laxiorem religionem, seq; in ea permansurum, ratum est votum: quia prædicta religio est materia sufficiens voti, respectu sæcularis vitæ, licet non respectu strictioris religionis: sed ita contingit in præsenti casu, nam votum ducendi hanc pauperem includit aliquod bonum; quod potest esse materia voti, nempe elecmosynam illam: ergo validum est, & obligabit, non obstante, quòd prædudat viam ad statum altiorem. Ideo hanc sententiam supponit *Armilla verb. Votum, num.22.* ait enim ligatum duplici voto incompatibili, altero religionis, & altero ducendi pauperem, teneri dignius votum obseruare: proindeque supponit hoc votum esse validum. Et docent de voto ducendi meretricem, vtà peccato tesipiscat, *Enriquez. lib.11. de matrim.c. 6.n.5. Philiarcus de offic. sacerd. tom.1.p.2.l.3.c.17.n.3.*

Cæterum quamuis hæc argumenta, fortissima esse videam, persuadere mihi non possim hanc opinionem, & ideò illam solùm veram esse credo, casu quo sub conditione voueret, Si ducturus sum, ducam pauperem: similiter si pressus carnis tentationibus, & expertus se non posse continere, voueret se ducturum vxorem pauperem, aut meretricem, in honorem Dei, valeret. Quia iam votum ducendi, obligat: vt diximus num.7. & illud addi-

tum

tum est opus pium. Verùm quando nullus habetur respectus ad propriam fragilitatem, sed tantùm ad id opus pium exercendum, credo votum irritum esse, ad nilque obligare: quare licet velit vxorem ducere, non tenebitur illam pauperem, aut meretricem, quam vouit, accipere. Et ratio est, quia ex parte voti præcluditur via Spiritui sancto, ne altiorem statum inspiret, & continet descensum à perfectiori continentiæ statu, ad imperfectiorem matrimonij: quæ totalis est ratio ob quam vniuersi affirmant matrimonium non esse legitimam voti materiam. Et confirm. quia hic non se obligauit sub conditione, si vxorem ducat, nec ad duo, scilicet ad ducendam vxorem, & vt ea sit pauper, sed absolutè, & per modum vnius, ad ducendam pauperem: ergo non potest fieri diuisio, vt affirmemus valere quo ad hoc, vt ducenda pauper sit, non autem quo ad ducendi obligationem.

13 Ad 1. argum. ex propositis n. 10. dico alio modo exprimi, quàm tacitè insit; quia quando exprimitur, non obligat se vouens ad matrimonium, nec ex parte sua præcludit viam digniori statui, sed casu quo indigniorem matrimonij eligat, obligat se ad id opus pium ducendi pauperem, aut meretricem: at dum non exprimitur, ex parte voti obligat se ad statum imperfectiorem: qua ratione votũ matrimonij, regulariter est nullum, quamuis in eo etiam tacitè includatur, nisi vouens perfectiorem viuendi normam amplectatur. Ad 2. ea non includit per modum plurium votorum, sed per modum vnius, & tamquam quid indiuiduum: vnde vel totum votum, est validum, aut totum irritum. Ad cõfirmationem, fateor eam esse eleemosynam, at nõ est voti materia, quia impedit perfectius bonum. Ad 3. si iuramentum illud fieret soli Deo, non obligaret, sicut nec votum: si verò fieret ipsi mulieri, obligaret vtique sicut & promissio simplex ipsi facta: quia dum aliquid homini promittitur, modò id licitum sit, nil refert perfectius ne an imperfectius sit. Ad 4. dico consulendam esse vouentis intentionem, nam si solum sub ea disiunctione vouere voluit, votum prorsus est irritum: si autem quasi sub conditione, in hoc sensu. Voueo me vitam continentem acturum, aut si duxero vxorem, ducturum pauperem, valeret vtique vt dixi n. 12.

Ad vltimum dico, eam regulam procedere, quando impleto voto, nõn omnino præcluditur via ad illud bonum perfectius, vt dum quis vouet perseuerantiam in religione laxiori: quia etiam post id votum, & professionem patet aditus ad strictiorem: secus quando voto impleto, omnino præcluditur via ad statum perfectiorem: vt consummato matrimonio non est transitus ad continentiæ, aut religionis statum.

DISPVTATIO V.

Vtrùm quæcũque promissio externa, sufficiens sit ad sponsalia constituenda, vel saltem vt promittens teneatur: an potiùs desideretur promissionem esse mutuam?

SVMMARIVM.

Ad sponsalia exigitur promissio mutua, n. 1.
Satis est vt altero expressè promittente, alter tacitè repromittat, per aliqua signa, & quæ sint illa, & an sat sit taciturnitas, n. 2.
Quæ vertantur in dubium, in hac disputatione, n. 3.
An censenda sit repromissio, quando altero promittente, alter acceptat.
Prima opinio affirmatiua, n. 4.
Secunda vtrior negatiua, n. 5. & ibi explicatur, tacens quando censeatur consentire.
Soluitur argumentorum, n. 6.
Post n. 6. pendentur cætera summaria huius disputationis.

1 IN hac disputatione, citra controuersiam est, desiderari mutuam promissionem, vt sponsalia sint: idque colligitur ex *l. 1. ff. de sponsal.* vbi vocantur sponsalia, repromissio, id est, reciproca promissio. Et ratio est, quia cùm sponsalia sint præuia matrimonio, quod vtriusque contrahentis vinculum desiderat; ipsa quoque necessariò exigant mutuam promissionem, & vtrimque vinculum.

2 Satis tamen est, vt repromissio alterius, tacita sit per aliqua signa, quæ ipsius etiam promissionem indicent. Nam tam sponsalia, quàm ipsum etiam matrimonium, aliorum contractuum more, tignis celebrari possunt. Quæ verò sint hæc signa, dicemus latè infrà hoc lib. disp. 22. per totũ & disp. 16. n. 6. Suppono etiam exigi acceptationem promissionis, vt disput. sequenti tractabimus, vbi etiam, an ad hanc acceptationem, sufficiat taciturnitas.

3 Tria tamen vertuntur in dubium. Primũ, an censenda sit repromissio, sufficiens ad sponsalia, quando alter fidẽ dedit de matrim. contrahendo; alter verò non repromisit expressè, sed acceptauit promissionem: vt dicendo, Placet, vel Accepto, vel Gratias tibi ago pro beneficio in me collato. Secundum, an esto non sit repromissio, maneat tamen qui fidem dedit obligatus ad matrimonium, alter verò qui minimè repromisit, ab obligatione immunis. Tertium, an hæc simplex contrahendi matrimonium promissio obliget ad mortale.

4 Circa I. dub. aliqui censent eam acceptationem esse repromissionem, atque ita vera confici sponsalia, & vtrumque manere obligatum. Probatur, quia sicut matrimonium claudicare nequit, sed ex vtraque parte, aut ex neutra debet esse validum, ita & sponsalia similiter: sed dicente altero per verba de præsenti, Accipio te in meam; si mulier respondeat, Placet, est matrimonium: vt dicemus hoc lib. disp. 18. n. 10. ergo dicente altero, per verba de futuro, Accipiam te in meam; si mulier respondeat, Placet, erunt vera sponsalia: & censebitur illa repromissio. Et confirm. quia acceptans videtur virtualiter repromittere: censetur enim velle vtrimque partem obligationem contrahi, prout in matrimonio contingit. Hanc sententiam docet *Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 2. n. 4. Veracruz. append. ad speculum, dub. 9. ad 2. fol. 44. Enriquez l. 11. de matrim. c. 13. §. 2.* vbi addit desiderari, vt sponsalia non sint, ita alterum promissionem acceptare, vt expressè repromissionem excludat. Et videntur tenere *D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 18. initio. Rosella Verb. Sponsalia, nu. 1. & ibi Sylues. initio*, vbi aiunt esse sponsalia, si alter se acceptare, ostenderit. Videntur etiam idem sentire *Tabiena verb. Sponsalia, q. 3. n. 4. fin. Nau. Sum. Hisp. c. 22. n. 22.* asserunt enim, non esse sponsalia, si altero promittente, alter minimè acceptet: quare à contrario sensu, videntur dicere secus esse, quando acceptat. Nec caret probabilitate hæc sententia.

5 Verius tamen est minimè sufficere acceptationem promissionis, vt censeatur repromissio, & acceptans alligetur. Probatur, quia in dubio, obligatio inducenda non est, cùm sit contra possessionem voluntatis, suam libertatem possidentis: sed acceptans illam promissionem, potest acceptare, in quantum est in sui fauorem, nempe, vt solum promittens ipsi obligetur: ergo si aliud obligationis mutuæ signum non interfit, minimè dicendum est ex illa acceptatione repromittere, & obligari. Et confirm. quia tacens censetur consentire, in quantum est in sui fauorem, non tamen in sui præiudicium, *regul. Qui tacet, de regul. iur. in 6.* quæ in hoc casu verificatur, vt docet ibi *gloss. & Innoc. c. in Gen. de elect. n. 8. Panor. c. Nouit, de præsumpt. nu. 1. & ibi Fel. n. 19. Couar. q. practic. c. 15. n. 5.* & latè *Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 42. n. 4. Fulu. Pacian. l. 1. de probation. c. 30. n. 4.* vbi alios referunt. De qua regula vltra dictos, consulendus est *idem Couar. 3. var. c. 15. nu. 4. vers. Etenim, Greg. Lop. l. 1. t. 161. p. 4. verb. Otorgando, & l. 23. tit. 34. p. 7.* & latius aliis *Fulu. Pacian. d. c. 30. & toto cap. 29.* vnde taciturnitas non est sufficiens consensus signum, ad obligandum personam: vt bene docet *glos. l. Fulus familias, 8 verb. Non probatur ff. de procurat. Dynus reg. Is qui tacet. 44. de reg. iur. in 6. n. 3. Bald. l. Si fi. n. 4. C. ad S. C. Vell. Ful. Pacian. d. c. 29. n. 15.* ergo similiter acceptans promissionem, censetur solum acceptare, in quantum est in sui fauorem, vt alter maneat sibi obligatus, nõ autem in sui præiudicium, vt ipse obligetur: taciturnitas enim est quædam tacita acceptatio, vt dicemus disp. seq. n. 11. Et ideo hanc sententiã tenent *Soto 4. d. 27. qu. 2. a. 1. post 1. conclus. vers. In contrarium tamen, Lud. Lop. 2. to. instruct. mate-*

ria

ria de matrimonio,c.36.fol. 1032.§. Praterea quoniam, Petrus de Ledesm.de matrim.quæst.43.a.1.dub.1.§.In hac difficultate, vers. Sit conclusio:& in solutione ad 6.

6 Ad contrarium argumentum dico ,disparem esse rationem, nam matrimonium nullatenus claudicare potest, nec alia ratione acceptari, quam vt matrimonium: sponsalia tamen, quamuis vt sponsalia claudicare nequeant, at quatenus continent promissionem, possunt claudicare,& potest esse promissio vnius,absque alterius repromissione:quare possunt acceptari in quantum promissio obligans solum promittentem. Ad confirmationem,nego id censeri, sed acceptar,in quantum est in sui fauorem.

SVMMARIVM.

An quando alter solas promisit,manent ipse obligatus.Prima sententia manere, num.7.
Quid referat obligare vt sponsalia,vel vt promissionem,n.8
Secunda sententia,non obligari nisi repromittat in continenti,n.9.
Tertia sententia, neutrum obligari,n.10
Sententia auctoris media,n.11.12.13.& 14.
Quando alter dum differt repromittere,manet alter liber,n.11.
An si gratuita promissioni accedat repromissio sint sponsalia,n.13.
Si promissio fiat respectiuè & alter non repromittat statim, repromittat tamen antequam prior mutet consensum, sunt sponsalia: & credendum est ipsi dicenti mutasse voluntatem,n.14.
Quando sit promissio gratuita,& quando respectiua.n.15.
Soluuntur argumenta,& explicatur l.Continuus ff.de verb.oblig n.16.
Post n.16.ponuntur summaria reliqua huius d.Disputationis.

7 DVBIVM II. An dato non sit repromissio ,illa simplex acceptatio,is tamen qui fidem dedit,obligetur ad cõtrahendum matrimonium,altero minimè obligato. Tres inuenio sententias. Prima ait,eum qui fidem dedit astringi ad matrimonium contrahendum,non vi sponsalium, cũ ea nulla sint,quia defuit repromissio,sed vi simplicis promissionis. Ratio est, quia quamuis sponsalia claudicare nequeant,sed aut vterque, aut neuter obligatus manere debeat:at simplex promissio potest esse ex parte vnius,altero immuni ab obligatione manente :vt contingit dum aliquid liberaliter promittitur: ergo cùm hîc, alter promiserit matrimoniũ,altero nil repromittente, solus promissor obligabitur. Sic docet *Guillermus*, quem refert & sequitur *D. Antonin.3.p.tit.1.c.18.initio.vers. Nota ergo. Rosella vers.Sponsalia,n.1.*vbi *Tabiena q.3.n.4.fin. Armilla n.3.fin. Soto 4.d.27.q.1.a.1.post 1.conclusionem, vers. in contrarium, Nauar. summa,c.22.Hispanc n.22.vers.1o quarto.Latinc n.25.init.Bart à Ledesma dub.8.de matrim.§. Annotare operæ hic primo.Ludou. Lopez.tom.2.instruct.materia de matrim c.36 f.1031.§. Perpendendum est,& f.1032.§.Praterea quoniam, Petrus de Ledesma de matrim.q.43.a.1.dub.1.ad 6.Segura 2.p.direct.c.15.n.14.Manuel 1.tom.summæ 2.edit.c.244.n.1.conclusion.1.* & supponere videtur *Enriquez l.12.de matrim.c.13.n.2.* ait enim quando alter expresè excludit repromissionem non esse sponsalia, nec sub mortali obligare:quare supponit aliquam contractam esse obligationem.

8 Refert tamen multùm an promissio hæc obliget vi sponsalium,an vi simplicis promissionis: cum priori casu oriatur impedimentum publicæ honestatis:posteriori autem minimè.

9 Secunda sententia ait,si is cui promissio fit,incontinẽti acceptet,obligari sponsorem:si tamen non statim,sed ex temporis interuallo,non obligari.Probatur ex *l.Continuus 137.in princ.ff.de verb.obligat.*ibi. *Continuus actus stipulantis, & promittentis esse debet,vt tamen aliquod momentum naturæ interuenire possit:& continuo responderi stipulanti oportet Ceterum si post interrogationem aliud agere cœpit nihil proderit,quãuis eadem die spopondisset,*sic. *Angel.verb.Sponsalia,n.19.*vbi *Sylvest.initio.*

10 Tertia sententia ait,si alter non repromittat, neutrum obligari.Probatur,quia matrimonij promissio nõ est gratuita & liberalis donatio,sed contractus onerosus,Facio, vt facias,ergo habet implicitè tacitam conditionem,si alter similiter se obliget:ac proinde non se obligante, nulla consurget ex priori promissione obligatio.Et confirmatur ex doctrina *glossi l.In vendentis,verb.In vendentis, C.de contrah. empt Bart.l.1.n.3.C.de summa Trinit.*vbi *Las n.24.* qui docẽt, quoties verbum, Volo, adiungitur actui, qui ita ex duorum voluntate pendet,vt absque mutuo consensu perfici nequeat,minime disponere, nisi vtriusque consensus accedat, vt Volo vendere : cuius rationem reddit ibi *Bart.* quia verba contractus iuxta ipsius naturam intelligi debent,*l.Si vno ff.locati.l.Si stipulatus,ff.de verbis*, ergo cùm matrimonium ex duorum consensu perficiatur, illud promittens nihil disponere censetur,nisi vtriusque consensus ac promissio accedat.Sic docet *Veracruz append.ad spec.dub. 9.ad 2.fol.44.*& videtur tenere *P.Molina to.2. de iust.tract. 2. disp.263.fol.69.ante §.Non defuerunt*, vbi ait, id interesse inter gratuitam promissionem,& non gratuitam,sed respectiuam,vt pretij in emptione, ducendi aliquam vxorem, in sponsalibus, quòd prior est absoluta, & statim promittentem obligat:posteriot verò suapte natura est conditionalis.Si & retribuas ac repromittas, atque ea de causa ante vtriusque promissionem completam,neutrum obligat,sed cuique licet liberè resilire.

Vt tamen has sentent. conciliem, suppono suspensionem matrimonij bifariam fieri posse, primò gratis, per modum cuiusdam liberalis promissionis,nulla ex iustitiæ debito expectata repromissione:secundò, non gratis,sed respectiuè,& per modum contractus conditionalis expectantis alterius repromissionem:vt in omnibus contractibus vltro citroque obligatoriis contingit.

Sit prima concluſ.quãdo matrimonij promissio fit gratis & liberaliter; tunc altero acceptante promissionem, nec repromittente,solus promittens obligatur: & in hoc casu 1.sent.verum habet,& probatur eius ratione.

Secunda concluſ.si tunc alter post acceptationem diu distulerit repromissionem , & matrimonium perficere, censetur contemnere,atque ita qui promisit, manebit liber ex tacita remissione Quia cùm promissio matrimonij mutuam ex se repromissionem exigat,tendatque ad matrimonij complementum,euidens contemptus,ac tacitæ remissionis signum apparet,diu repromissionem, ac matrimonium protrahere.Ita *Soto 4.d.27.q.1.art.1.post.1.concl. vers.In contrarium,Lud Lop.2.to instruct. materia de matrim.c. 36.§.Praterea quoniã.*Hoc autem tempus arbitrio prudẽtis attentis circumstantiis occurentibus perpendendum est.

Sed rogabis,an,si præcedente hac gratuita matrimonij sponsione,alter ex gratitudine repromittat, consurgant vera sponsalia.Posset aliquis partem negatiuam opinari, hac ductus ratione. Sponsalia habent veram contractus naturam,vltro citroque obligatorij,sed duæ illæ sponsiones sunt duo actus dissoluti,& à se inuicem dependentes, & proinde non habent veram contractus naturam : vt si ego aliquid tibi donarem, & tu vicissim mihi ex sola gratitudinis lege,non essent contractus;Do,vt des, sed duæ simplices donationes dissolutæ:ergo mutuæ illæ promissiones minimè sponsalia efficient. At credo effici vera sponsalia. Probatur ex definitione sponsalium, tradita disp.1.num.7.concurrit enim hîc mutua promissio matrimonij,verusque contractus, vltro citroque obligatorius consurgit, nec ad sponsalium veritatem desideratur, vt propriè sit contractus, Facio, vt facias; sed satis est, vt vtrimque obligatio ad matrimonium accedat, quamuis altera gratis, & independenter ab altera. contracta sit. Nec est simile de duplici illa donatione,quia cùm ex neutra parte fuerit obligatio, nullo modo potest habere rationem contractus,vltro citroque obligatonj.

Tertia concluſ.si promissio illa non gratis facta sit, sed respectiuè,& per modum contractus,tunc necessaria est repromissio alterius;& dum ea non accesserit, prior promissio non est efficax ad obligandum promittentem, sed potest liberè,ac tuta cõscientia à fide præstita resilire. Hæc concluſ.apertè probant rationes III. sententiæ, quæ in hoc euentu verissima est. Et insuper probatur,quia dum celebratur contractus, vltro citroque obligatorius, antequam vtraque pars se obliget, nondum est contractus perfectus,sed ante contractus perfectionem liberè potest alteru-

alteruter resipiscere, ergo. Et in hoc casu vera est etiam 2. sent. nempe, vt obligetur promittens, exigi vt statim alter acceptet, & repromittat: addendum est tamen, vt omnino veritati consonet, quamuis statim alter non repromittat, sed post temporis intervallum; si tamen is, qui fidem dedit per modum contractus, adhuc in eadem voluntate persistat, vera conficientur sponsalia; dummodo continuitas sit moralis inter vtramque promissionem Prob. quia ad matrimonium non desideratur simultas, ac continuitas physica consensuum, sed sat est moralis: vt infrà l. 2. disp. 32. per totam latè probabimus, & explicabimus. Id tamen admonuerim, fidem in vtroque foro adhibendam esse priori assertæ consensum revocasse: vt bene aduertit *Anton. 1. p. tit. 4. de sponsal.* Eáque ducitur ratione, quia in dubio præsumitur sub ea conditione consensisse, si aliter statim repromittat.

15 Dices tamen, quando censebitur per modum contractus, & quando gratis promittere? Resp. promittentis intentioni standum esse: quod si de ea minimè constet, ex coniecturis desumptis ex antecedentibus deprehendetur. Si enim, de matrimonio inter eos contrahendo tractabatur, manifestum est promissionem non esse gratuitam; si autem nullatenus de hoc sermo erat, sed ob aliquod beneficium acceptum, quasi se gratum exhibens promisit, censetur ex gratitudine, ac beneuolentia promisisse, & non per modū contractus respectiuus: in dubio autem censetur iuxta sponsalium naturam, quæ est vt sit contractus mutuus & respectiuus, promittere: quare altero non repromittente, minimè tenebitur.

16 Ad argum. 2. sent. desumptum ex *l. Continuus* (nam l. & III. sent. argumenta nostram, vti ostendimus confirmat) resp. loqui in stipulatione, in qua verba cum illa solemnitate sunt de substantia, & summo iure agitur, & physicè intelligitur continuitas, secus in contractibus aliis bonæ fidei, quale est matrimonium, & sponsalia; sufficit enim moralis consensuum continuitas.

SVMMARIVM.

Promissio simplex obligat ad mortale quando inde sequitur damnum, & quid sit, n. 17. & an pallium, n. 20.
Quando nullum aliud damnum sequitur præter quam priuari re promissa, opinio non obligare, n. 18.
An promissio non mutua matrimonij obliget ad mortale, n. 18. & 16.
Secunda sententia media, n. 19.
Tertia sententia, obligare ad mortale & restitutionem, n. 20.
Idem in vtroque foro quibus deficit falsa præsumptio, certissimum est, n. 20.
Exigitur animus se obligandi, & quando censeatur nō esse ad mort. n. 21.
Quid, si non exprimatur causa promissionis, n. 22.
Quid, quando res sunt mutatæ, n. 23.
Quæ sit materia notabilis, vt fractio promissionis sit mortalis n. 24.
Omissio votum faciendi promissionis an sit mort. n. 25. & solmetur arg. n. 27.

17 DVBIVM 3. An promissio matrimonij non mutua, casu quo obligat solum promittentem, obliget sub culpa lethali. Huius decisio pendet ex illa quæst. an promissio simplex homini facta, ab ipsoque acceptata, obliget sub mort. Dicitur autem promissio simplex, seu nuda, seu pactum nudū, quia nec roboratur ex eo, quod res promissa sit aliàs debita, nec onus imponitur, nec firmatur iuramento, nec vestitur stipulatione, aut traditione rei, vt benè docent *Sylu. verb. Pactum q. 2. Aug. ibi. init. Soto l. 7. de iust. q. 2. a. 1. ad 1. Couarr. de pact. p. 2. §. 4. n. 12.* Et quidem quando res promissa leuis est, constat eius transgressionem esse venialem. Similiter nemo dubitat esse mortalem fractionē fidei promissionis simplicis, quando inde sequitur aliud notabile damnum. Vt si promisi alicui mutuum centum aureorum, & ille promissioni fidens non quæsiuit aliunde, ex quo graue in rebus suis detrimentum patitur. Vnde status huius quæstionis est, quando ex promissione non impleta, nullum aliud sequitur proximo damnum, quàm carere te illa notabili sibi promissa.

18 Triplex igitur est sententia: Prima ait esse venialem. Prob. quia frangere hanc fidē non opponitur iustitiæ, sed tantū virtuti veracitatis: nam sicut proferre dicta menti consona, est actus veracitatis, ita adæquare facta promissis. Vnde *Cic. l. 1. de offic.* definit veracitatem esse dictorum conuentorumque constantiam: ergo frangere hanc fidem, solùm continet mendacij malitiam; mentiri autem non est mortale, quando mendacium non est perniciosum. Et confirm. quia quantum attinet ad mores: eadem omnino deformitas apparet, siue quis verbis mentiatur loquens contra mentem, siue facto ipso violans fidem, sed illa, vbi nō est pernicios, est ven. ergo hæc. Secūdò, prob. quia nō implere promissum, est tantùm decipere, hoc autē solùm est veniale: vt constat, quando quis profert mendacium officiosum animo decipiendi, ergo & nō implere promissum. Hanc sent. videtur tenere *D. Thom. 2. 2. q. 88. a. 3. ad 1.* vbi dicit secundùm honestatem ex qualibet promissione hominem homini obligari. Sed verè eam non tenet, quia statim se explicat intelligere per debitum honestatis, debitum naturale, & in foro conscientiæ, provt distinguitur contra debitum ciuile, & ita explicat ibi *Caiet.* Videtur etiam tenere idem *D. Thom. 4. d. 38. q. 1. a. 1. quæstiunc. 1. corp.* vbi ait promissionem nudam non habere plenam obligandi vim. Sed nec in hoc loco huius est sententiæ nam per plenam obligationem intelligit eam, qua quisquam vinculo maiori ligatur, vt iuramento: vnde simul etiam dicit votum simplex non habere plenam obligandi vim, sed votum solemne: cùm tamen constet votum simplex obligare sub mortali. Hanc tamen sent. tuetur *Caiet. 2. 2. q. 113. a. 1. dub. 4. & in sum. verb. Perfidia*, vbi & *Armil. n. vnico, Soto 4. d. 20. q. 2. a. 2. paulo ante §. At vero, quamuis, Francisc. Garcia de contract. p. 12. c. 3. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 47. a. 5. dub. 2. concl. 1. f. 255. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 13. n. 2. & l. 13. de excomm. c. 17. n. 5. & 6.* vbi addit non implentem hanc promissionem minimè teneri restituere, nisi post iudicis sententiam. Vnde iuxta hanc opinionem dicendum est promissionem matrim. quando non est mutua, solùm obligare sub ven. Et ita docet *Enriquez. cod. c. 13. n. 2. Petrus de Ledes. proximè cit.*

Secunda sent. asserit non omnem promissionem simplicem obligare ex iustitia, & sub mortali, sed id ex promittentis intentione pendere: si enim ex sola morali honestate se intendat obligare, vt frequentius contingit, nō est culpa lethalis eius violatio: si verò ex iustitia, est mort. obligans ad rei promissæ damnorumque restitutionem. Probat, quia gratuita promissio ex sola promittentis liberalitate proficiscitur, & est lex priuata, quam sibimet imponit, ergo in ipsius potestate est, illa solùm se obligare ex morali honestate, vel ex iustitia. Sic *P. Molin. t. 2. de iust. tract. 2. disp. 262. ad fin.* & tunc ait censeri velle ex iustitia astringere, quando publico instrumento, aut chirographo à se subscripto se obligauit: aut quando ita se intenderet constituere homini debitorem, sicut dum aliquid vouet, se astringit Deo. Quando verò non tantum onus intendit sibi imponere, solum existimandum esse intendisse se obligare ex honestate morali. 19

Tertia sent. verior, ait promissionē simplicem acceptam ab altero, ex genere suo obligare ex iustitia, & sub mort. nisi repromisse paruitas excuset. Ad cuius probationem præmitto promissionem nondum acceptatā minimè esse pactum, eo quòd non est duorum cōsentio, sed solùm offerentis promissio, acceptatam verò esse verè pactum, vt constat ex pacti definitione tradita *in l. 1. in princ. ff. de pact. & in l. 3. ff. de pollic. Pactum est duorum consensus, atque conuentio.* Sed quando promissio est acceptata, concurrit duorum in idem placitum, atque consensus, ergo verè & propriè habet rationem pacti. Sic ita docet *Bartol. in l. Iuris gentium. §. Igitur num. 1. ff. de pact. Abb. c. 1. de pact. n. 4. Angel. verb. Pactum. n. 3. Sylu. ibi q. 2. Tabiena qu. 1. n. 2. Armil. num. 1. Ant. Gom. to. 2. var. c. 11. n. 3. P. Molin. to. 2. de iust. tract. 2. disp. 252. §. Pactum seu pactio.* Hoc supposito probatur hęc sententia: communicatio ferri non potest nisi pro mort. *c. Nemo Episcoporum. 11. q. 3.* sed pactum non seruans potest excommunicari, vt constat ex *c. 1. de pact.* ibi, *aut inita pacta suam obtineant firmitatem, aut conuentus si se non cohibuerit, ecclesiasticam sentiat disciplinam.* ergo peccat lethaliter. Secundò, probatur ex 20

communi hominum consensu; omnes enim odio habent illos qui fidem præstitam minimè seruant, perfidosq; vocant, & reputant quasi infames: vnde *D. Aug. Epist. 51. ad Bonifac.* & habetur *cap. Noli. 23. q. 1.* ait fidem præstitam etiam hostibus seruandam esse, ergo signum est eius fractionē esse mortalem. Tertiò probat. ex c. *Qualiter, de pactis, ibi studiose agendum est, vt ea, quæ promittuntur, opere compleantur.* vbi *Panorm. n. vnico* ponderat dictionem, Promittuntur, vt loquatur de simplici promissione. Quartò ex D. Chrys. & habetur *c. Iuramenti. 22. qu. 5.* vbi docet inter simplicem loquelam, & iuramentum Deum non constituere differētiam: quem textum explicans *Abb. dict. c. Qualiter, fin.* ait quoad obligandum licet grauius peccet iuramenti transgressor, ergo obligat ad mort. Quintò, violare obligationem rei grauis, est mort. sed non soluere promissum in re graui est huiusmodi, cùm ex qualibet promissione secundùm omnes oriatur obligatio, ergo. Sexto, eadem ratio iustitiæ proportionaliter sumpta obligat ad soluendum promissa homini, & Deo; non enim tenetur homo soluere promissa Deo, quia Deus est, sed quia liberè se ad illa astrinxit: sed hæc obligatio est grauis, & sub mort. respectu Dei, ergo etiam respectu hominis, licet non tam grauis. Et confirm. quia si, vt volunt aduersarij, in violāda nomini fide sola est mendacij culpa, & ob id ven. similiter esset venialis fractio voti: quia non tenetur Deo non est cu-pa lethalis, vt dum quis fictè ore tenus aliquid vouet, mentitur quidem Deo, & solùm est ven. ergo, vel vtraque fractio, vel neutra est mort. Septimò, quia seruare fidē non solùm pertinet ad veracitatem, sed etiam ad iustitiam: promittere enim non est vtcumque verum dicere, sed astringendo fidem alteri: quare vt ait *Cic. l. 1. offic.* hæc fides est iustitiæ fundamentum. Et confirm. quia promissio, quæ fit coram Notario & testibus, obligat ex iustitia, & ad mort. sed assistentia horum non addit nouam obligationem, sed probat iam contractam: ergo. Tandem prob. quandocumq; in foro externo iure quis compellitur adimplere promissum, tenetur ex lege iustitiæ sub mort. implere in foro interno; vt fatetur ipse *Caiet. auctor contr. sent. in Sum. verb. Perfidia:* & constat, quia idem in vtroque foro seruandū est, vbi forus externus non innititur falsæ præsumptioni, nec in pœnam, quæ iudicis sententiam deiiderat, damnat, vt optimè aduertunt *Soto l. 4. de iust. q. 5. a. 3. vers. 4. arguitur. Couar. c. Cum esses. num. 7. de testam. Ledesm. 2. 4. q. 18. a. 1. dub. 12. f. 227. col. 2. initio.* Sed promittens cogitur in foro externo stare promissis. *l. 2. t. 16. lib. 5. recop. Castell.* nec lex hæc pœnalis est, aut falsæ præsumptioni innitens, vt constat: ergo. Et confirmat. quia iudicis sententia eò tendit, vt vnicuique ius suum reddat, æqualitatemque constituat; hoc enim est medium, & finis iustitiæ, ergo si taliter promittens non erat alias ex iustitia obligatus, non poterat per iudicem ad id compelli. & ideo hanc sententiam tenent ex iuris petitis *Anton. c. 1. de pact. n. 2. Panor. c. Qualiter in fin. eod. t. Alex. de Neuo. c. Debitores, de iureiur. n. 9. Ferum. c. 1. de pact. n. 30. Angel. verb. Pactum n. 4. & ibi Sylu. q. 4. & verb. Lex. q. 10. dicto 12. Nauarr. sum. c. 18. Hisp. n. 3. & 9. Latine n. 6. Couarr. de pact. 2. p. §. 4. n. 13. vers. Quidam autem: Ioan. Molina de disp. reuius inter forum conscientiæ, & contentiosum, disser. 17. Mendoza de pact. l. 1. c. 4. n. 2. & seqq.* & concludit *n. vlt.* teneri restituere non implentem promissum, eumque cui promissio facta est, posse occulta compensatione vti. Et ex Theologis eam vigetur tenere *Caiet. 2. 2. q. 88. a. 1. in princ.* vbi ait promissionem simplicem de re leui non obligare ad mortale, secus de re notabili: idem tenet *Ricard. 4. d. 38. a. 3. q. 3. Dionys. eod. d. 38. q. 2. §. Quæritur item. Abulens. c. 30. n. 50. ad 52. Guillerm.* quem refert & sequitur *D. Anton. 2. p. tit. 10. c. 1. §. 4. Tabiena verb. Pactum, q. 2. n. 3. Soto l. 7. de iust. q. 2. a. 1. ad 1. vers. At vero in contrarium: Medina l. 5. de sacr. hominū continentia c. 23. §. Sed ais rursus. Nauarra l. 2. de restitut. in noua edit. c. 2. dub. 7. coroll. 3. n. 319. Angles floribus 2. p. q. 1. de voto a. 2. dissic. 3. conc. 1. Bart. Ledesm. dub. 8. de matrim. §. Annotare oportet hic primo, Aragon. 2. 2. q. 88. a. 3. f. 991. §. Hoc tamen non obstante. Lud. Lop. 1. p. instruct. in 2. edit. c. 180. §. Verum & hic, & l. 2. de contract. c. vlt. ad fin. vers. At vero, Manuel 2. to. sum. cap. 27. initio Mercado l. 6. de contract. cap. 16. statim in princ.* idem expressè *Palacios l. 5. de contract. c. 11. §. Ego igitur vt summatim.* ait enim esse crimen, homini promittere animo non implendi, quando materia est grauis, secus si leuis: vbi manifestè intelligit de crimine mort. nam dicit secus si levis; & quantumuis materia levis sit, est peccatum veniale mendacij admissi in ea fictione.

Intelligenda tamen est hæc sent. dummodo quis verè promittat animo se obligandi: si enim ficta sit promissio, non tenetur ex vi illius adimplere: vt de qualibet obligatione voluntaria traditur. *l. Obligationum, la primera ff. de act. & obligat.* & in specie de promissione, *l. 1. t. 11. p. 5.* ibi *promissiones, otorgamiento, que facen los homes por palabras, è con intencion de obligarse, & l. 2. t. 16. lib. 5. recop. Castella:* & constat, quia cum promissionis obligatio sit spontanea voluntate contracta, vbi deficit voluntas se obligandi, deficit ipsa obligatio. Sic *Ricard. Caiet. D. Anton. Ang. Sylu. Tabien. Nauarr. Angles, Lud. Lop. n. præcedentes allegati: Armil. verb. Perfidia, n. vnico, Aragon. 2. 2. q. 88. a. 3. f. 991. Matienzo l. 5. recop. t. 10. l. 7. glos. 2. n. 19.* Ex quo plurimæ promissiones excusari possunt à mortali, quia per eas non intendunt homines se obligare præcisè, sed ex quadam benenola honestate, vel ignorant tātam ex simplici promissione consurgere obligationē, existimantes solùm obligari ad suum tuendum honorē: vnde in proverbium abiit, verba vrbanitatis minimè obligare. Indicia verò quibus discerni potest non habuisse animum se obligandi sub mort. sunt duo: primum, si requisitus vt promissionem iuramento firmet, id recusét non ob iuramenti reuerentiā, sed ne teneatur sub mort. Secundum, si quando promittit, rogaretur an vellet se obligare ad mortale, respōderet se nolle. Sic *Caiet. 2. 2. qu. 88. a. 1. paulo post princ. Lud. Lop. 1. p. instruct. in 2. edit. c. 180. Aragon. d. a. 3. f. 992.*

Secundo, intelligenda est hæc sentent. dummodo exprimatur in promissione causa ipsius: ea enim nō expressa, non obligat, quia præsumitur per errorem facta, atque ita non potest allegari consensus naturalis, cùm nil sit tam contrarium consensui, sicut error. *l. Si quis per errorem, ff. de iurisd. om. iud.* Item quia tūc solùm etiam iure canonico datur actio contra promittentem, teste *Couarr. de pact. 2. p. §. 4. n. 14.* ita docet Collectarius, quem refert, & sequitur *Abbas c. Si cautio. n. 2. de fide instrum. & Ant. ibi n. 8. Angel. verb. Pactum n. 4.* vbi *Tabiena q. 2. Armill. n. 2.* & addunt *Angel. Tabien. & Armil.* nec in foro conscientiæ tunc obligare. Venius tamen est causæ adiectionem solùm desiderari in iure, ne ioco & absque animo promittendi facta præsumatur, & per errorem: quare si alia via constaret de promittentis voluntate, nec ex errore promisisse, compelleretur etiam in foro externo seruare fidem: vt docet *Anton. Gom. 2. tom. var. c. 11. n. 4. fin. & Couar. d. n. 14.* vbi ait præsumi donationem, quando constat nō ex errore causæ promisisse, sed cognouisse ex nulla causa se debere. Quare cùm in foro conscientiæ cesset præsumptio, obligabit promissio; quamuis causa expressa minime sit. ita *Sylues. verb. Pactum, q. 4. Nauarr. sum. c. 18. Hisp. n. 9. Latine, n. 6. Matienz. l. 5. recop. t. 16. l. 2. glos. 1. n. 12. fine.* Aduertunt etiam bene *Panorm. Sylues. Angel. Tabien. Armil. Couarr. ibid.* liberalitatē donandi præsumi esse causam, & quando est causa pia, præsumi fauore animæ factam.

Tertiò, intellige nisi res sint notabiliter mutatæ: hæc enim mutatione secuta non obligat promissio. De qua cōditione multa dicenda essent: seu ne amplius in hac re immorer, consulendi sunt DD. III. sententiæ, & specialiter *P. Molina tomo 2. de iustitia, tract. 2. disp. 272.*

Tandē rogabis quæ censenda sit materia grauis in promissione simplici, vt eius violatio sit mortalis? *Nauarr. sum. c. 18. Hisp. n. 4. Latine, n. 7.* ait eam esse, quæ satis est vt illud furtum sit mortale, quia vtrobique iustitia violatur, vt dixi *Ximus n. 20.* Contrarium tamen & meritò, sentit *Ludouic. Lop. 1. p. instruct. in noua edit. c. 180. §. Tertio requiritur, & l. 2. de contract. c. vltimo ad fin. §. At vero,* vbi ait cū *Ioanne de la Pena* quod, quamuis furtum decem argenteorum esset mortale, non tamen esset sufficiens materia, vt violatio promissionis donandi illos, esset mortalis: secus si esset promissio

donan-

donandi 100. Vnde credo quadruplo maiore materiam exigi in promissione, quam in furto. 1. quia non adeò constat promissionem simplicem obligare ex iustitia sub mort. vt vidimus, cùm tamen certissimum sit furtum prohiberi sub mort. ergo multò grauior materia petenda est in promissione, cuius obligatio non est adeò certa. Item, quia non credendum est, animum promittentis esse in re tam leui tam grauiter se obligare velle. Præterea quia esto vtraque obligatio oriatur ex iustitia, obligatio tamen soluēdi promissa multò minor est: perfidia enim in promissione non aufert rem alienam, cuius alter sit dominus, sicut furtum. Item, quia multò leuior est iniuria, cuius signum est, quia multò grauius conqueruntur homines de re furto ablata, quàm de fide violata, grauiorque pœna correspondet furto. Item, quia communis DD. sent. tradit maiorem quantitatem desiderari, vt furtum vxoris, aut filiorum sit mort. quàm vt furtum extranei: quia rationi dissonat, vt pater familias ita inuitus sit, ac ægrè ferat furta vxoris & filiorum, ac extranei: sed simili ratione æquitas minimè patitur, vt quisquam eo rigore exigat nummos sibi ex beneuolentia, & liberalitate promissos, ac si ex mera prorsus iustitia, vt ratione emptionis debiti essent: vnde c. *Ex parte, de censibus*, habetur liberaliter oblata, benignè exigenda esse.

25 Hinc fit rigidè satis locutum esse *Nauarrum l. 2. de restit. c. 12. in non adst. dub. 7. corroll. 3. n. 329.* vbi censet promittētem liberaliter vnum sacrum animo se obligandi, omittentemq; delinquere lethaliter, quia detrimentum spirituale ex omisso sacro, est magnum, grauiusque quocunq; temporali. Item, quia vouens Deo sacrum, nec implens, mortaliter peccat. Sed rigida, & minus vera est opinio: non enim damnum spirituale conferendum est cum tēporali; alias promittens semel orat. angelicam, & omittens peccaret mortaliter, & similiter consulens veniale: damnum enim illatum ex omissione illius orationis, & ex veniale admisso, cùm spirituale sit, antefertur cuicumq; temporali. Quare adiudicandum an sit damnum graue, conferendum est temporale cum temporali, & spirituale cum spirituali, in genere autem damnorum spiritualium non est tanti momenti omissio sacri liberaliter promissi, vt censenda sit mortalis. Nec est simile de voto, nam pertinet ad religionem, & est in ordine ad Deum, & ita multò strictius obligat: qui enim voueret se quotidie recitaturum tertiam circuli virginei partem, semel omittens peccaret mortaliter: quod secus esset, si homini promitteretur.

26 Ex his demum infertur promittentem gratis, & non per modum contractus alicui matrimonium, quamuis non accedat repromissio, quo casu diximus n. 12. obligare tanquam promissionem simplicem, teneri sub mort. eidem seruare: quia est promissio simplex in materia grauissima: & ita docet *Bart. à Ledesm. dub. 8. de matrim. §. Annotare hoc oportet primo.*

27 Ad 1. argum. 1. sent. negatur maior, quia ad fidelitatem spectat etiam, vt soluatur quod ex promissione debetur, & sub hac ratione fidelitas transcendit terminos veracitatis, & accedit ad iustitiam quasi commutatiuam. Ad confirm. negatur anteced. quia læditur proximus, dum sibi debitum ratione promissionis negatur. Ad 2. decepto, quando non est grauiter perniciosa decepto, est venialis: hic autem grauiter nocet proximo.

28 Ad argum. 2. sent. fateor, in promittentis potestate situm esse velle se obligare, & sub qua culpa: at dum non habet contrariam intentionem, sed simpliciter promittit rem notabilem, naturæ promissionis non ignarus, dicimus eam obligare ex iustitia sub mortali: quia censetur velle iuxta promissionis naturam se astringere: vt dum absolutè vouet, aut iurat.

DISPVTATIO VI.

An promissio matrimonij contrahendi absenti facta, ita oliget, vt ante absentis acceptationem reuocari nequeat?

Th. Sanchez. de matrim. Tom. 1.

SVMMARIVM.

In quo versetur difficultas huius disputationis. n. 1.
An promissio donatio, & quicunque contractus in absentia celebratus, sit reuocabilis stando in iure communi, ante absentis acceptationē. 2.
An exigatur intimari donationem per nuncium ad id destinatū, vel ipsa 3.
An sufficiat acceptatio relata in promittentis arbitrium, vt si voluerit, vel sibi placuerit. 4
An post mortem donantis possit acceptari: vel possint hæredes donatoris reuocare. 5.
An hæredes donatarij possint post ipsius mortem acceptare. 6.
An mandatum donandi, vt si missa nuncio donum, expiret mandantis morte, n. 7. & explicatur l. 2 ff. de donation.
Quid si is nuncius differat intimare donatario, & interim donans obeat, cui teneatur restituere. 8.
An expiret mandatum morte mandantis, quando est causa pia, vel scholasticorum, aut quando constitutus est procurator ad donandum. 9.
An ex naturali iure sit reuocabilis donatio absque acceptatione. 10.
An quando donatio sit præsenti, & tacenti, censeatur acceptata. n. 11. & ibi an in dubio censeatur præsens, & explicatur l. Optimum. C. de contrab. stip. & l. Si qui tacet, de reg. iur. in 6.
Qualis præsentia esse debeat. 12.
Quid si is, cui promittitur, non audiat verba promissionis, aut ignoret promissionem obligare, & quales circumstantiæ promissionis, & acceptationis, exigatur n. 13.
An ex donatione non acceptata oriatur obligatio naturalis, & quid de iure canonico, aut si iuretur, remissiue. 14.
Quid si fiat infanti. 15.
Quid si fauore causæ piæ. 16.
Quid si fieret causa pia per modum voti, & quid referat hoc modo fieri vel per modum donationis. n. 17. & in dubio an censeatur votum, vel promissio humana, eodem n. 17.
Post n. 17. inuenies summaria, quæ desiderantur.

Disput. hæc procedit quando promissio matrimonij est merè gratuita, independens ab alterius repromissione: nam quando est respectiua, potest reuocari ante alterius repromissionem, nedū ante acceptationem. Vt dixi disp. præced. nu. 14. Et potest hæc promissio dupliciter fieri, 1. si ita fiat absenti, vt nullus ipsius nomine accepteti 2. modo, ita vt quisquam absentis vice accepter & in priori casu est præsens disp. in posteriori verò, disp. ieq. est sermo. Pendetq; hæc quæstio ex illa, an donatio, vel promissio absenti facta reuocari possit ante ipsius acceptationem. Quare ea quæst. præmittenda est: & deinde disputabitur altera, quid in matrimonij promissione cēsendū sit. 1

Circa 1. quæst. an donatio, vel promissio absenti facta reuocabilis sit ante acceptationem: quia potissima difficultas est, quid dicendum sit iuxta nouissimū ius regium Castellæ, præmittendum est, quid iure communi, & antiquo Castellæ sancitum sit, vt deinceps ad ius nouissimum eiusdem regni gradum faciamus. Iure ergo communi, & antiquo regio Castellæ, donatio, vt perfecta sit & irreuocabilis, donatarij acceptationem desiderat, qua nondum secuta, liberè reuocari potest. *l. Absenti ff. de don. l. Nec ambigi. C. eod. l. l. 2. 3. t. 11. & l. 4. t. 4. p. 5.* quod idem est in quocunq; contractu; nullus enim vim habet efficaciter obligandi, donec mutuus cōsensus accedat. *§. In his. Inst. de emp. & vend. l. Contractus C. de fide instr. l. 1. fin. ff. de contrab. empt. l. 2. ff. de act. & oblig. l. 56. in prin. l. 63. l. 91. fin. l. 93. fin. t. 18. p. 3. l. 1. t. 11. p. 5.* & docet *Greg. Lop. l. 4. t. 4. p. 5. v. No lo puede, Molin. l. 4. de primog. c. 2. n. 61. 62. Burg. de Paz. iunior. q. 10. cauil. n. 5.* vbi multos refert, *Azeb lib. 5 recop. t. 16. l. 2. n. 20.* Et ratio est manifesta, quia obligatio non oritur nisi ex mutuo duorum consensu, *l. 1 ff. de pact.* Vnde fit vt etiam vota Deo facta obligatoria non sint, quando Deus ipse ea minimè acceptat, vt si sint de rebus indifferentibus. 2

Imò non satis est, vt donatio, vel promissio iure cōmuni perfecta, & irreuocabilis sit, si aliquis, qui audiuit donationem, aut promissionem absenti factam, id proprio motu donatario referret, sed requiritur nuncius ad hoc ab ipsomet donante destinatus, vel epistola & ratio est, quia hęc acceptatio est vt perficiatur cōtractus, cuius perfectio in voluntatum vnione consistit *l. 1 ff. de pact.* At absentiū voluntates non coniunguntur, nec in vnam veniūt, nisi voluntas vnius alteri per epistolam vel nūcium ad id ab eo missum, intimetur. Ita habetur expresse *l. 4. t. 4. p. 5.* ibi: *Mēsagero cierto que le embie à dezir señala damente lo que le da &c. l. 3. §. 11. p. 5.* ibi, *embiando à prometer o dezir por su carta firmada; o* 3

per su mensagero cierto. & docet gl.l. 1. fine, ff. de contrah empt. & l. Consensu, verb. Consentire ff. de act. & oblig. & l. Nec ambigi, statim in prin. C. de donat. & ibi Cyn. & Salic. fin. Bart l. Absenti, n. 1 ff. de donat. & ibi Cumen. & Paul. à Cast. n. 2. Capitinus multos referens decis. 180. n. 8. Mincharca li. 2. controu. vsu frequentium. c. 15. n. 8. Greg. Lop. dicens communem contra Lud. de Roma l. 4. v. No lo puede, t. 44. p. 5. V. Salobos in antinomia iuris, lit. D. nu. 176. Iul. Clar. l. 4 recept. §. Donatio, q. 12. vers. Sciat. Ant. Gabr. cum aliis, quos refert to. 1. communi. l. 4. vers. Donatio, in mea edit f. 210. col. 1. Angelo de meliorat. l. 1. gl. 5. nu. 28. Barbosa l. Quæ dotis, 34. n. 54. ff. solu. matri. Azebedo lib. 5. recop. t. 16. l. 2. n. 20. P. Molin. t. 2. de iust. tract. 2. disp. 264. paulò post princ. §. Dubium est. si quis absenti. Nec placet temperamentum, quod amplectuntur Greg. Lop. & Azebedo ib. vbi asserunt opinionem Lud. de Roma esse ver. nempe sufficere, vt intimetur absenti per nuncium non ad id destinatum, si absens donatarius certior factus de donatione, perstiterit donatore in eadem voluntate, (quod præsumitur, nisi de reuocatione constet,) acceptarit donationé, vel rei donatæ possessionem: & referri pro se Greg. Lop. Baldum. Non placet (inquam) quia cõmun. & verior sent. docet contra Baldũ in hoc, vt refert, & sequitur Capitinus dict. decis. 180. num. 9. vbi multos refert: quod clarè probat doctrina Bart. d. l. Absenti n. 1. Cum. ani. & Pauli ibi n. 2. vbi docent, si ego domi existẽs donarem Titio fundum, & ille casu audiens diceret sibi placere, non esse perfectã & irreuocabilem donationem.

Nec sufficit, vt donatio, vel promissio irreuocabilis sit, acceptatio donatarij collata in promittentis, vel donãtis arbitrium, vt Si voluerit, vel tibi placuerit, acceptet: adhuc enim posset reuocari, donec absolutè acceptetur: vt bene aduertit P. Molin. to. 2. de iust. tract. 2. disp. 264. §. Quando ii cui promis. 10.

5 Non modica tamen est difficultas, an mortuo donãte ante acceptationem, possit donatarius acceptare. Videtur enim non posse: quia voluntates donantis, & donatarij vnitæ nõ sunt ante donantis obitũ, nec post vniri possunt, cum mortui nulla sit voluntas, Si gratuita de reg. iur. in 6. ergo per eam acceptationem non potuit perfici donatio. & ita tenet Andr. de Isern. quem refert & sequitur Greg. Lop. l. 4. v. No lo puede fin. t. 44. p. 5. Tiraq. Paul. Dec. Ant. Rob. in. Chass. an. quos refert Molin. lib. 4. de primog. c. 2. n. 76. fin. Burg. de Paz. cons. 33. n. 14. Azebedo lib. 5. recop. t. 6. l. 2. nu. 11. Alij verò censent posse acceptari, si notarius nomine absentis ante donãtis obitum stipulatus fuerat: eaque ducuntur ratione, quia ex acceptatione tabellionis acquisitum fuerat donatario perfectum ius ad rem promissam vel donatã ex promissione, vel donatione irreuocabili. sic Couar. rubr. de testam. 3. p. n. 13. Gutier. c. Quamuis pactum, in prin. n 57. P. Mol. to. 2. de iust. tract. 2. disp. 264. §. Iuxta hactenus dicta. Verius tamen est absolutè posse acceptari post donantis mortem, & ita tenet Mol. l. 4. de primog. c. 2. n. 77. & ratio est, quia ante acceptationem donatio ex parte donãtis fuit valida, & perfecta, quãuis reuocabilis, vt expresse habetur l. Nec ambigi, C. de donat. Nec fuit ante acceptationem reuocata: nec hæredum donatoris præiudicium in consideratione est: censentur enim vna & eadem persona cum defuncto. Item quia mortuo donante ante donationis acceptationẽ non potest hæres donatoris reuocare: facultas enim reuocandi non transit ad hæredes, vt docent Couar. 3. variar. c. 14. n. 17. Iul. Clar. l. 4. recept. §. Donatio qu. 13. ad fin. Molin. alios referens d. a 2. n. 77. decis. Pedemont. 70 n. 9. quod tamen inutile profusse esset, si ea donatio iã non posset acceptari, & perfici, ipsa enim iam morte esset reuocata. Nec tamẽ dicendum est hanc sent. locum habere, quando donans ante mortem, nuncium, aut epistolam ad intimandam donationem misisset. Quia cùm illud non sit mandatum donandi, quod morte mandãtis finitur, sed donatio perfecta, censetur dutare voluntas donantis in nuncio, aut epistola, per quam intimanda erat. Quia illa gratia iam erat ex parte donantis facta, & nuncius erat executor seu intimator illius gratiæ: quando autem gratia facta est, potestas executoris ad illam exequendam tanquam accessoria gratiæ, non expirat morte concedentis: c. Si super gratia, de offic. delegat. in 6. Si autem donans nondum destinasset nuncium, aut epistolam scripsisset, clarum est post mortem non posse acceptari: cùm iam non possit destinari nuncius, aut epistola scribi ab ipso donante, quod omnino desideratur, vt acceptatio donationis in absentis facta, quicquam prosit, vt dixi proximè n. 3.

An verò è contra mortuo donatario possint ipsius hæredes acceptare: negant multi, quos refert decis. Pedemont. 70. n. 9. idem Greg. Lop. l. 4. v. No lo puede fin. t. 44. p. 5. Ant. Gab. to. 1. communium in mea edit. l. 4. v. Donato absentis nomine f. 210. Burg. de Paz q. 10. ciuili. n. 37. Sed probabilius est posse, quia illa donatio erat ex parte donantis valida, & perfecta, & hæres personã defuncti repræsentat. Sic docent Tir. aq. Canalsan. Chassan. Plotus, Soarez, quos refert & sequitur decis. Pedemont. 70. n. 10. Couar. rub. de testam. 3. p. n. 13. paulò ante finem, Molin. cum aliis quos refert, l. 4. de primog. c. 1. n. 77. fin. P. Molin. to. 2. de iust. tract. 2. d. disp. 264. §. Iuxta hactenus dicta: quãuis ipse alio fundamento ducatur, loquiturq; quando notarius nomine absentis acceptaret. Sed ea conditio minimè necessaria est: vt dixi n. præcedenti.

Summopere tamen obseruare oportet latum esse discrimen inter donationem, seu donandi promissionem, vt cùm quis externis verbis promittit, aut donat aliquid absenti, mittitq; nuncium vel epistolam, vt illum certiorem faciat: & inter donandi mandatũ, vt dum non donat, nec promittit, sed nuncio, aut famulo mittit donũ, vt absenti donetur. nã quãdo est donatio, aut promissio, potest acceptari post donantis mortẽ: vt diximus n. 3. quãdo verò est donandi mãdatum, expirat mandantis morte. l. Mandatũ, C. Mandati. & ideò eo ipso censetur tacitè reuocatum, antequã donatarius acceptet: sic habetur expresse l. 2. §. Sed si quis ff. de don. ibi, Sed si quis donaturus mihi pecuniam dederit alicui, vt ad me perferret, & ante mortuus erit, quã ad me perferatur, non fieri pecuniã domini mei constat. vbi gl. v. Constat, rationem huius esse ait, quia ius dandi nõ habuit procurator, eò quòd mandatum morte cessarit: & eundem text. explicans Couar. rub. de test. 3. p. n. 13. ait ibi tractari de mandato donandi, quod mandantis obitu finitur, nõ autem de donatione. Idem docet Ant. Gom. to. 2. var. c. 4. n. 3. P. Mol. to. 2. de iust. tract. 2. disp. 263. paulo post princ. & §. Illud postremo, & bene addit rem illam tradendam esse hæredibus mandãtis, non verò donatario. Consentit etiã l. Absenti ff. de don. quæ addit idem esse etiam si per seruum donatarij ineatur donum, nisi eo animo tradatur seruo, vt statim sit domini: (quia servus, vt disput. sequenti dicemus, potest pro domino stipulari,) & reprobat idem P. Molin. ad disp. 263. immediatè ante §. Dixi mandatum. Greg. Lop. l. 23. t. 5. p. 5. v. Muriendo, vbi ait, si pecunia sit iam nuncio numerata, nõ expirare mandatum obitu mandantis; sed posse nunciũ illam tradere donatario: & hoc dicit esse contra iura citata, nisi intelligatur de nũcio eius, ad quem donũ mittitur, destinato ab ipso vt illã recipiat. Sed falsa pace P. Molin. Greg. Lop. minimè dicit, quod ex ipso refert. nam remittit se ad dicta per Bartol. l. Eius qui in prouin. n. 22. ff. si cert. pet. vbi agit Bart. de mandato mutuandi pecuniam, an mandantis obitu exstinguatur: & distinguit, si non transferatur dominium illius pecuniæ in mandatariũ, extinguitur: secus, si transferatur: quia nunc non est simplex mandatum, sed nuncius ac verus dominus nomine suo mutuat. in dubio autem an fuerit dominium translatum, dicit id censeri quando pecunia numerata tradita est, & ei quando sacculo inclusa. Quod quidem verissimum est.

Hinc infertur, si quis non statim donans, aut promittens mittat aliquid donandum Titio, & nunciatum missi donum vsurpet, aut iniustè differat manifestare Titio, vt accepter, & interim donum mittens obeat, teneri nunc ium ad duplicem restitutionem, alteram hæredibus donatoris, quia mandatum donantis morte cessauit: alteram donatario, quia iniustè in causa fuit, ne illud donum compararet, quasi duplam quantitatem tenebitur restituere: vt egregiè aduertit P. Molin. d. disp. 263. §. Iuxta hactenus dicta.

Hoc

9 Hoc tamen moderandum est nisi mandatū sit ad causas pias, vt si quisquam alicui mandaret certam eleemosynam largiri, ac te integra mandans decederet: nam fauore piæ causæ non expirat mandatū obitu mandantis, & ideò eleemosyna illa largienda est. & ita cum multis defendit *Tiraq. de priuil. pia causa, priuil.* 82. *&* 131. *& de priuil. scholast. priuil* 80. addens idem esse fauore dotis, & fauore scholasticorum: idem docet de pia causa, *Conar. 1. var. c. 14. n.* 16. *P. Molin. d. disp.* 263. §. *Dixi mandatū.* & probatur ex *l. 81 pater, in prin. ff. de manumiss. vindicta*, vbi mādatum fauore libertatis nō expirat mandantis morte. Addit bene *idem Molin. cū Aut. Gom. 2. to. var. c. 4. n.* 3. diuersum esse si quis cōstitutus sit procurator cum donandi potestate, nā si interim mandans decedat, procuratorq; doner, cū ipse & donatarius mandantis obitū ignorent, valida erit donatio. Nā gesta per procuratorem dū eius reuocatio fuit expressa, siue tacita ignoratur, valore suo nō destituūtur, *l. Si mandassem, l. Inter causas, ff. mand. l. Vero procuratori, in prin. & §. 1 ff. de solut.*

10 Vtrùm autem iure naturali, secluso positiuo promissio aut donatio reuocari possit ante acceptationem, varij sunt DD. Nam *Conarr. de pact. 2. p. §. 4. fine*, quem sequitur *P. Molin. to. 2. de inst. tract. 2. disp.* 263. §. *Nihilominus quod ex solo, & seq.* sustinet eā acceptationem solo iure positiuo exigi, quare stando in iure naturali reuocari non posset ante acceptationem. Quam etiam sententiam necessario tueri debent ij DD. quos disp. 3. nu. 4. retuli asserentes promissionem internam secluso iure positiuo obligare: & DD. quos disp. seq. n. 16. referam, dicentes non obstante dispositione iuris ciuilis oriri obligationem naturalē ante acceptationem. & probatur, quia naturalis obligatio meo cōsensu oritur, *l. Stichum. §. Naturaliter ff. de solut.* Sed cōsensus donantis in absentia perfectissimus est, nisi lex resistat, ergo secluſa lege positiua donatio, aut promissio absenti facta obligationem parit. Præterea quia promissio facta ciuitati reparandum, quod per incendium, terræ motū, aut aliam ruinam perijt, vel facta ob gratitudinē propter honorem à ciuitate, aut republica promittenti concessum; item quando opus promissum est ciuitati, fierique cœpit; item si facta est ciuitati, & municipibus tradita, valet ante acceptationem, ita disponente iure ciuili: vt probat *idem Molin. dict. d. disp.* 263. §. *In principio huius.* Si tamen iure naturæ desideraretur acceptatio, id minimè disponeret ius ciuile. Cæterùm verius esse credo iure ipso naturæ acceptationē desiderari, vt promissio, aut donatio obliget. Quia acceptatio donationis est de ipsius substātia, vt multis probat *Molin l. 4. de primogen. c. n.* 62. *fin.* Item quia donatio, & promissio iure naturæ exigunt consensum, & animum se obligandi, vt validæ & irreuocabiles sint, vt constat, sed qui promittit, aut donat, non videtur consentire, & animum se obligandi habere, donec alter acceperit: vt egregiè dixit *Iurisconsultus l. Qui absenti. ff. de acquir. possess.* ergo iure naturæ exigitur acceptatio. Et ideò hanc partem videtur tenere *Soto l. 3. de instit. q. 5. a. 3. v. De donatione autem.* vbi docet, cum donatio relationem dicat ad accipientem, non omni obligationem ante ipsius acceptationem. Idem videtur tenere *Moli. d. c. 2. n.* 62. *fin.* dum docet acceptationem esse de donationis substantiā. Idem necessariò tenentur dicere DD. quos disp. 3. n. 5. retuli, affirmantes donationē internam etiam secluso iure positiuo non obligare. si enim ius naturæ non exposceret acceptationem, non opus esset donationem manifestare, cum ea manifestatio propter acceptationem donatarij fit. Nec obstat 1. fundamentum partis aduersæ, quia fateor naturalē obligationem à consensu deduci tanquam à causa principali, dependenter tamen ab alterius acceptatione, tanquam à conditione, sine qua non donans in absentia censetur consentire. Nō obstat secundum, quia non obstante dispositione iuris naturalis exigentis acceptationem, potuit ius ciuile fauore aliquarum causarum statuere, vt in illis acceptatio non desideretur. Sicut voluntas minus solēnis defuncti attento naturali iure seruanda esset, ius tamen ciuile ob publi-

11 cum bonum seruandā non esse decreuit. Quando autem promissio, aut donatio fieret præsenti, & tacēti, quamuis non desint, qui negent id sufficere: vt sunt aliqui, quos refert & sequitur *Tiraqu. l. Si vnquam, v. Libertū. n.* 68. *C. de reuoc. donat.* & ex Theologis idem docent *Angles floribus 2. p. q. 1. de voto, a. 2. difficult. 3. concl. 2. fol.* 90. *Manuel 2. tom. summæ c.* 27. *conclus. 4. n.* 4. qui ea ducitur ratione, quod tacens respuere videatur, cum motis sit recipientem beneficium statim gratias agere. Item quia cum sit cōtractus inter homines, ea externa acceptatio exigitur, quæ donanti constare possit: at taciturnitas nec est signum consensus, nec dissensus. *reg. Is qui tacet. 44. de reg. iur. in* 6. vbi *Dyn. n.* 1. ait tacere esse medium inter consensum, & dissensum. Nihilominus dicendum est non reuocari posse si fiat præsenti & tacenti. Quia quoties de tacentis cōmodo agitur, censetur tacens in sui fauorem consentire: vt probaui supra disp. 5. n. 5. Et ita docent in hoc euentu non desiderari aliam acceptationem, *Syl. verb. Pollicitat. n. vn.* asserens communem idem *Aug. Cort. iunior, Andr. ab Ex ea, Cagnolus*, quos refert, & sequitur *Moli l. 4. de primog. c. 2. n.* 76. *Conar.* appellans falsam priorem sent. *rubr. de testam. 3. p. nu.* 13. *Inl. Clar. l. 4. receptar. §. Donatio. qu.* 14. *vers. Sed pone, Menterrosus in sua pract. tract.* 7. *Mincheca l. 2. controu. illust. c.* 62. *à nu.* 12. *Menoch. de præsum. l. 3. præsum.* 42. *n.* 4. *Gutier. c. Quāuis pactum, in princ. n.* 58 *Azebedo lib. 5. recop. t. 6. l. 2. n. 11. decis. Pedem.* 70. *nu.* 12. nec dissentit, sed potius consentit *Aut. Gom. to. 2. var. c. 9. n.* 2. cū cōmuni opinione quam refert; solū enim negat in onerosis præsumi consensum tacentis. Et ex Theologis idē docent *P. Moli. to. 2. de inst. tract. 2. disp.* 264. §. *Dubiū deinde est: & disp.* 270. §. *In foro autem conscientiæ Ind. Lop. 1. p. instr. in* 2. *edit. c.* 180. §. *Hanc Ioseph.* imò satis esse solā donatarij scientiam probat ea *decisa Pedemon. n.* 12. cum multis quos refert; & *Auendaño c. Prætor. 2. p. c. 1. n.* 2. *Gutier. d. n.* 58. & facit carmen illud vulgatum, *Quis nisi mentis inops oblatum respuat aurum?* Nec obstat 1. argumentum contrariū, quia sæpè recipiens beneficium ob verecundiam, vel aliam causam tacet, vnde ea taciturnitas non est signum contemptus promissionis, vel donationis. Non obstat etiam *reg. Is qui tacet.* quia ideò appellatur tacere mediū inter consensum & dissensum, quia ad vtrumque potest se habere; in fauorabilibus enim est consensus, in onerosis autē dissensus. Pulchrum tamen dubium occurrit, quid si in specta donationis scriptura non constet, an donatarius fuerit præsens, necne: quid de iure præsumatur? quia si præsumitur præsens, donatio erit valida, & irreuocabilis: si autem præsumatur absens, donatio ad libitum reuocari poterit, tanquā absenti facta. & quidē *Boer. decis.* 353. *n.* 3. *Auend. c. Præt. 2. p. c. 1. n.* 4. *fin.* sentiunt præsumi præsentiā: idem sequi videtur *Gut. ut. c. Quamuis pactum, in prin. n.* 58. vbi quæstionē hanc tangit, & ad Boētium se remittit. Et probatur ex *l. Optimam.* 14. *C. de contrab. & commit stipu.* ibi *credi omni modo, & ferunt. alioqui.* vbi id docet *gl. verb. Si ferum, & verò. In eo diu:* & clarius *gl. l. 1. v. Inter præsentes, C. eod. t.* vbi docet præsentiam in dubio præsumi. 2. Prob. ex doctrina *Tiraq. post leges connub. gl. 8. De ion mary, n.* 30. *& Menoch. de præsump. l. 6. tota præsumpt.* 19. vbi cum multis probant in dubio præsentiæ, vel absentiæ, præsumi præsentiam in loco habitationis: His tamen non obstantibus tenendum est præsentiam non præsumi, quia in facto consistit, & facta non præsumuntur, nisi probentur, *l. Quæcunque, in fin. ff. de probat.* item prob. ex *l. 2. C. de statuis & imagin.* ibi, *sua probet accessisse præsentia.* & ita per hunc text. docet *ibi Bald. n. vnic. Alberic. ibi n. vn. Paul. d. Mensa n.* 6. *C. de sacrosanct. Eccles. Fel. c. Tenor. n. 3. de sent. & re iudic. Menoch.* alios referens *de præsump. l. 6. præsumpt.* 18. *nu.* 1. *&* 2. *Mascard. 1. vol. de probat. concl. n.* 165. *n.* 1. Nec obstat *d. l. Optimam*, quia ibi constabat per scripturam præsentia rei: vt bene aduertunt *Bald. & Alber proximè citati.* Non obstat etiam doctrina *gl. l. 1. verb. Inter præsentes, C. de contrab. & commit stipul.* quia loquitur quando instrumentum mentionem facit de actu, qui fieri non potest nisi per præsentes, vt si dicat aliquem fuisse stipulatum, cùm enim de natura stipulationis sit, vt fieri nequeat inter absentes, ne præsumatur falsitas in Notario, præsumitur stipulantium præsentia: secus tamen

in donatione, & simplici promissione, quæ absenti fieri potest. *l. Absenti ff. de donat.* Tandem non obstat doctrina Tiraquelli & Menochij, quia loquuntur de præsentia in loco domicilij: cùm enim communis sit ibi habitatio, ex frequenter accidentibus præsumitur in eo loco præsentia: secus autem est de præsentia, & assistentia contractui ad eius valorem requisita, quam *idemmet Menochius præsumptione immediatè precedenti* affirmat non præsumi.

12 Id tamen monuerim, dum taciturnitas præsentis censetur acceptatio, accipiendum esse de morali præsentia, qua tacens intelligit promissionem sibi fieri. Si enim verba promissionis minimè audiat, vel eorum sensum non percipiat, taciturnitas illa non est acceptationis signum. Probatur, quia acceptatio est actus liber, ergo supponit rei acceptatæ cognitionem. Colligitur etiam manifestè ex §. *In hac re, Inst. de verb. obl.* ibi, *vtrum autem latina, an græca, vel qualibet alia lingua stipulatio concipiatur, nihil interest: scilicet si vterque stipulantium intellectum eius lingua habeat.*

13 Hinc sequitur, qui promissionis verba accipit veluti dicta per modum fictæ vrbanitatis, licet taceat, non videri acceptare: atque adeò potest reuocari promissio, quamuis alter vero animo promiserit: & idem dicendum est de eo, qui ignorat ex huiusmodi promissione obligationem oriri. Quia nullus acceptat nisi quod nouit, sed talis homo non habet cōceptum illius rei, quæ est promissio, sed tātum huius vocis, Promitto: quod perinde est, ac si solū propositum acceptaret. An autem requiratur continuitas acceptationis cum promissione, dixi disp. præc. n. 12. & 14.

14 Vtrùm autem ante acceptationē, esto non oriatur ciuilis obligatio, cōsurgat tamen naturalis, & in foro conscientiæ, & an iure canonico detur actio, & an sublato iuramento firmetur talis promissio aut donatio, dicemus disp. sequ.

15 Fallit tamen doctrina, quam hucusque tradidimus, nempe requiri acceptationem, vt donatio, aut promissio irreuocabilis sit, primo si fiat infanti: nam fauore ipsius quamuis consensum habendi expers sit, non exigit acceptationem: per textum in *l. Iubemus, C. de emancip. liber.* ibi, *nisi infantes sint*, vbi licet emancipatio fieri non possit absque emancipati consensu, fallit in infante. Et ita tenet *Decius cons. 245. n. 3. Parisius cons. 77. n. 33. l. 1. Molin. l. 4 de primog. c. 2. n. 75. Burgos de Paz. qu. 10. ciuil. n. 18. Azebedo lib. 5. recop. t. 16. l. 2. n. 22.* & constabit ex dicendis n. 27.

16 Secundo fallit fauore causæ piæ: nam donatio vel promissio facta causæ piæ, vt irreuocabilis sit, acceptationem non desiderat. sic docent multi, quos refert *Tiraq. de priuil. pia causa, priuil. 115. nu. 1. Felin. c. 1. de pact. n. 7. decisio Pedemontana 70. n. 10.* quamuis aliquantulum dubitat idem *P. Mol. to. 2. de iust. tract. 2. disp. 265. §. incipienti, Felin. tamen.* Et probat, quia sicut leges ciuiles, quę testamenta manus solemnia irritant, vim non habent in causis piis, eo quòd irritare non possint spectantia ad causas pias, quæ attento iure naturali valida erant: ita cum attento iure naturali donatio, vel promissio facta causæ piæ, ablq; acceptatione valida sit, nec iure pontificio statuatur cōtrarium: iura ciuilia acceptationem exigentia locum nō habebunt in causis piis. Cæterum contrarium & communius, & probabilius est. Quia acceptatio non solū iure ciuili desideratur, sed ex ipsa promissionis, aut donationis natura, quæ tacitam habet conditionem, si acceptetur, nec alio pacto cēsetur promittens, aut donās velle se obligare, vt proximè dixi n. 10. Præterea quia (vt disp. seq. dicemus) ex donatione non acceptata nulla obligatio naturalis, aut ciuilis attento vtroque iure consurgit, & per hoc patet solutio ad fundamentum contrarij. Nec obstat si dicas promissionem, aut donationem causæ piæ factam, ipsi Deo fieri, qui vbique est præsens, & acceptat, quia non fit immediatè & directè Deo, sed homini, vnde more humano debet fieri, nempe in præsentia donatarij acceptantis. & ita hanc sent. amplectuntur *gl. l. Illud, v. Alia, fin. C. de sacrosan. Eccles. & ibi Bartol. n. 6. Bald. n. 2. Albericus n. 1. Paul. n. 6. Salic. num. 1.* & multi quos refert, & sequitur *Tiraq. de priuil. pia causa priuil. 115. nu. 2. Couar. sub de test. am. 3. p. n. 13. initio, & 2. var. c. 14. n. 16. Ant. Gom. 2. var. c. 4. n. 2. Greg. Lop. l. 4. verb. No lo puede, t. 4. p. 5. Ant. Gabr.* alios referens *tom. 3. comm. t. de verb. oblig. conc. 1. nu. 72. Cephalus cons. 440. nu. 32. Gama decis. 381. n. 3. Molin. l. 4 de primog. c. 2. n. 58. Iul. Clar. l. 4. recept. v. Donatio, qu. 12. fin. Burgos de Paz. q. 10. ciuil. nu. 31. Gutier. c. Quamuis pactum, in princ. n. 55. Matienzo lib. 5. recop. t. 10. l. 7. gl. 2. n. 9.* & ex Theologis *Manuel. 1. tom. summæ 2. edit. c. 95. n. 1.*

Obseruandum tamen est, si promissio fieret illi piæ causæ ob Dei honorem, ita vt animus promittentis non feratur in rem creatam, cui promittit, sed in Deum, vt Promitto Deo me datorum tali Hospitali, tūc valeret, vt votum, quia est promissio facta Deo. Sic *Bart. l. Illud, n. 6. C. de sacros. eccles. Rosella, Angel. Syluest. v. Vollicitatio n. vn.* Nec refert si dicat vouens, Voueo Deo, vel promitto tali pauperi, aut Hospitali: si enim eius intentio feratur in Deū, erit votum, si autem in dubio simus an voluerit donare, aut promittere homini, vel vouere Deo, valebit vt votum, vt bene dixit *Bartol. d. l. Illud, n. 6.* Quia in causis pijs dum in absentia promissio fit, communiter intentio fertur in Deum. refert tamen multum an obliget, vt votum, vel vt promissio facta homini, ab ipsoque acceptata: nam priori casu potest iuxta veriorem sententiam commutari, & per dispensationem Episcopi tolli, instar aliorum votorum, cùm nullum ius per votum homini acquiratur, sed soli Deo posteriori autem non potest, absque hominis consensu, cui per contractum illum ius acquisitum est, tolli.

SVMMARIVM.

Prima sententia, iure regni non exigit acceptationem n. 18.
Secunda verior, exigit n. 19.
An attento eodem iure exigatur nuncius destinatus, vt valeat acceptatio. n. 20
Solutio argumenti, & explicatur l. 1. t. 16. lib. 5 nouæ rec. n. 21.
Post. 21 enumeratur reliqua summaria modus d. Operationis.

Dvbivm I. An attento iure nouissimo regni Castellæ promissio, an donatio acceptationem petat, vt irreuocabilis sit. Hactenus quid iure cōmuni & antiquo regio sancitum sit disputauimus: in præsentiarum autē quæritur, quid iure regni Castellæ nouissimo dicendum sit. Et difficultas versatur circa intellectum *l. 2. tit. 16. lib. 5. recop.* ibi, *Pareciendo que alguno se quiso obligar à otro por promission, o por algun contracto, o en otra manera, sea tenido de complir, y no pueda poner excepcion que no fue hecha esta stipulation, o que fue hecho el contracto entre absentes, o que fue hecho à otra persona presente en nombre de otros entre absentes.* Per quam legem aliqui censent corrigi ius commune, & obligare promissionem, vel donationem factam absenti ante eius acceptationem, nec posse reuocari: at vt efficiatur executioni mandetur, pendere ex acceptatione: si enim alter acceptare nolit, nō tenetur donans. Probatur ex illis verbis, *en qualquiera manera, y no se pueda oponer que el contracto fué hecho entre absentes*: sic docent *Suarez. Quoniam in prioribus, in declarat. ad leg. sic 8. princip. num. 7. Greg. Lop. d. l. tit. 11. §. 3. v. Gran pro, Ant. Gom. 2. var. c. 11. n. 18. & 20. cas. 6. & c. 9. nu. 3. & ca. 4. n. 3. Manchaca l. 3. de success. creat. §. 21. nu. 43. Diuenas reg. 219. limit. 1. Villalpando l. 22. t. 1. p. 7. §. 60. nu. 12. Perez lib. 3. Ordin. t. 8. l. 3. Matienzo lib. 5. recop. t. 10. l. 7. gl. 2. n. 19. & 21. Angulo de meliora, d. l. 1. glos. 5. nu. 28. & glos. 8. n. 17. fin.* & hanc iure æquissimo posse defendi testatur *Couar. de pact. 2. p. §. 4. nu. 15. vers. 4.* Et ex Theologis *Palacios lib. 5 de contract. cap. 11 §. Vt meam, & duplici seq. Lud. Lop. 1. p. instruct. in 2. edit. c. 177. P. Molin. tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 263. §. Iuxta hæc, & 264. fine.* & est probabile.

Multò tamen certius est legem regni voluisse corrigere solemnitatem stipulationis iure ciuili requisitam, vt quod alter interroget, Promittis mihi, & alter respondeat, Promitto, noluisse tamen excludere acceptationis necessitatem, & sic tam donatio, quā quilibet alius contractus potest reuocari ante acceptationem. Prob. ex illis verbis *d. l. 2.* ibi, *pareciendo que alguno se quiso obligar à otro*, ibi animus se obligandi desideratur, sed nullus censetur habere animum se obligandi, donec pars acceptet. *l. Qui absenti, ff. de acquir. poss.* ibi, *qui absenti seruo scribit, vt in libertate moretur, non eam mentem habet vt statim velit seruo possessionem dimittere, sed magis dilationem suam in id tempus conferre, quo seruus certior*

facta

factũ fuerit, ergo non obligatur ante acceptationem. Item constabit magis ex dicendis n.21. vbi d.l.2. magis explicabitur. & ideò hanc partem tuentur Conar. l.1. var.c.14.n.13. Greg. Lop.l.4.t.4.verb. No lo puede p.5.5. Auenda.c.prato.2.p.c.29. n.11. Villalobos in sua antinom.iuris, lit. D. nu.176.173. Mol.l.4. de primog.c.2.à n.61. Grosius l.iuris gentium, §. Agitur nuda, num. 27. ff. de pact. Olanus in concord.iuris, lit.P.ver. Pollicitatio, nu.36. & lit.D.à n.43. vsque ad 48. Perez addit ad Segur.l.Filius dum in ciuitate, nu.75. ff. de verb. oblig. Monterrosus in sua pract.tr.tit.7.f. 115. ad finem, Burgos de Paz. cons.14.n.20. fine, & alter Burgos de Paz. minor.q.10. cir.à n.23. & n.45. Meres de maiorat.1.p.qu.36. n.2. & q.68.n.1. Gutier.c. Quamuis pactum, in prin.nu.35. Azebedo lib.5.recop.t.16.l.2.nu.20.fin. Et ex Theologis Enrique. lib. 13. de excommun.c.17.n.6. Nauarra lib.3. de restit. in 2.edit.cap.2. p.4.dub.1.n.270. Manuel 1.to summ. in 2.edit.c.95.n.1.

20 Obseruandum tamen est, quamuis d.l.2. non tollat acceptationem, tollere tamen solemnitates alias requisitas, vt quod sit per nuncium ad id destinatum, vel per epistolam: quare satis est vt quilibet nunciet inscio donatore. Sic Mol.d.c.2.n.26. Burg.q.10.cir.nu.24. Angulo dicés ab omnibus recipi de meliorat.l.1.gloss.5.n.28. Gutier.c.1. Quamuis pactum, in prin.n.59. Greg. Lop.l.4.tit.4.p.5.verb. No lo puede. vbi credo loqui iuxta legẽ regni, ibi enim agit quid corrigat hæc lex. Verum pace tantorum virorum persuadere mihi non possum hoc voluisse legem regni, quia vt acceptatio sit per nuncium destinatum, vel per epistolam, non pertinet ad solemnitates iuris ciuilis, sed ad substãtiam, & naturam acceptationis, vt probaui n.3. vbi dixi id requiri, vt voluntates vniantur, à qua coniunctione contractus perfectio pendet l.1.ff. de pactis: quod bene declarauit Iul. Clar. l.4. recept. v. Donatio, q.12. vers. Sed pone. vbi ait non posse inter absentes dici intercessisse consensum effectum, nisi nuncius vel epistola intercedat: ergo manifestè hoc pertinet ad substantiam & perfectionem cõsensus. Præterea quia si clam vouerem Deo me daturum aliquid xenodochio, & aliquis audiens id intimaret illius administratori vouum, vt nequeat commutari instar aliorum votorum, quæ soli Deo emittuntur, non enim videtur per talem intimationem factam præter vouentis consensum, ius acquisiri loco pio. & ita hanc partem videntur tenere aliqui regnicolæ, vt Barbosa, Azebedo, Molina, qui (vt retuli n.3.) asserunt necesse esse, vt donatio acceptetur per nunciũ destinatũ; nec meminere huius correctionis per legem regni.

21 Ad argum.1. sent. desumptum ex l. regni, dico omnes propositiones vniuersales in legibus contentas intelligẽdas esse formaliter, & præcisè, & existentibus terminis habilibus: vt si dicat lex, valere contractũ filij de familias peculio, intelligẽda est formaliter, & ex parte talis peculij: posset enim aliũdè irritari, vt si metus vel dolus intercesserit: sic ergo dum d.l.2. contractum inter absentes irritum decernit esse validum, nec absentiam opponi posse, intelligit ex hoc solo capite non fieri irritum, vt erat iure communi irritus inter absentes enim non poterat esse stipulatio: at ex alio capite poterit esse irritus, aut irritari, quia deficit acceptatio, quæ necessariò est ad substantiam consensus, & vt contrahens velit se obligare. Et (vt summatim dicam) in hoc consistit differentia inter ius antiquum, & nouissimum regni, quod iure antiquo opponi poterat absentia, etiam secuta acceptatione: non enim subsistebat donatio, aut promissio, absque stipulatione, quæ necessariò donantis & acceptantis præsentiam desiderabat: ius autem nouissimum regni solam petit acceptationem, siue in præsentia, siue in absentia fiat.

SVMMARIVM.

An matrimonij promissio facta absenti obligetur in quibus casibus habeat locum hæc disp. n.22.

Prima sententia affirmat obligare ante acceptationem, n.23.

Secunda sententia vertit, non obligare: & vbi canones nil disponunt, standum est legibus etiam in rebus canonicis, n.24.

Quid quando matrimonium initum est causa pia, an desideretur acceptatio, n.25.

Quid si ea promissio fiat præsenti, & tacenti, n.26.

Quid si fiat infanti, n.27.

An requiratur promissionem insinuari per nuncium ad id destinatum, n.28.

An sufficiat, vt coram nuncio illo acceptatio fiat, n.29.

Quid quando coram persona coniuncta, vel patente promissionem proditi qui, quam, & is intimat, n.30.

An exigatur, vt acceptatio sit coram eodem nuncio n.31.

Quando inframittitur inter cedit, an adhuc exigatur acceptatio, nu 32.

Solutio ad argum. & explicatur c. Veniens, qui clerici vel vouen n.33.

DVBIVM II. An promissio matrimonij facta absenti 22
obliget irreuocabiliter ante absentis acceptationem, nemine pro eo stipulante, seu acceptante. Hactenus egimus de promissione in communi non acceptata, vt inde gradum faceremus ad matrimonij promissionem: & meminisse oportet hanc disp. locum tantum habere, quando promissio est gratuita, vt dixi n.1.

Aliqui censent non desiderari acceptationem, vt pro- 23
missio matrimonij obliget. Prob. ex c. Veniens, qui clerici vel vouen. vbi promissio matrimonij absenti facta, ponitur tãquam valida, & constat ex contextu nullum absentis nomine acceptasse, ibi, *mulier cuidam viro absenti fide data se nupturam promisit.* Sic videtur tenere *Guillermus*, quem refert & sequitur *D. Antonin. 3.p.t.1.c.18. init. ver. Nota ergo. Tabiena v. Sponsalia, q.3.n.4. fin.* vbi *Armilla n.3. fin.* asserunt enim, si quis mulieri det fidem, & illa nihil respondeat, nec aliquo modo se acceptare ostendat, non esse sponsalia, teneri tamen promittentem eam ducere: ergo apertè sentiunt, vt promissio matrimonij obliget, nullam desideran externã acceptationem. Idem tenentur dicere DD. disp. seq. n.20. referendi, dicentes promissionẽ absq; acceptatione obligare iure canonico. nam cùm hæc res spiritualis sit, iuris canonici regulis est metienda. Idem etiam tenetur dicere quos eadem disp.n.18. referam, asserentes ex promissione non acceptata oriri obligationem naturalem, & in foro conscientiæ. Et ii adhibeatur iuramentũ, quos eadẽ disp. n.23. referam, tenentes obligare tunc promissionem, non acceptatam, dicent tunc obligare. Et quando matrimoniũ est causa pia, idẽ docebunt, quos retuli hac disp. n.16. sentientes fauore piæ causæ non desiderari acceptationẽ.

Sit tamen prima concl. promissio matrimonij facta ab- 24
senti nullo pro eo acceptante, est reuocabilis in vtroque foro ante absentis acceptationem. Prob. quia promissio facta absenti est reuocabilis ante acceptationẽ, vt probauimus tota hac disp. nec inuenitur aliquid speciale statutum de matrimonij promissione, vt constabit ex n.33. vbi explanabitur textus, cui contrariã sententia innititur, ergo idem de ea dicendum est. Dices tamen omnes textus allegatos hac disp. nu. 2. decidentes exigi acceptationem, esse iuris ciuilis, quod circa matrimoniũ eum res spiritualis sit, nil disponere potest. Facilis est solutio, nam in materia matrimonij, & alijs ecclesiasticis, vbi leges non sunt canonibus contrariæ, iudicandum est secundum leges: vt optimè probat c.1. *de noua operis nunci. v. Quia vero*, ibi *sacrorum institut. canonum principum constitutionibus aduersantur.* & docet *ibi gl. verb. Admittuntur, Host. ibi, cod. verb. Iom. And. nu.5. Ant.n.5. Anchar.n.9. Henric.n.5. Card.n.2 oppos.1. Panor nu.2. & c.2. de despons. impub n.2.* vbi *Alex. de Neuo nu.3. Greg. Lop.l.fin.v. A furto, p.t.3.p.4. Ant. Cuc.l.1. anst. maior.t.1.nu.13. P. Moli.tom.2. de inst.tr.alt.2.disp.263.§. Operæpretium tamen erit*: ius autem canonicũ non est in hoc contrarium iuri ciuili, sed vtroq; iure acceptatio desideratur: vt dicam d. disp. seq. nu.11. Et ita conclusio hæc est *glosse c. Veniens, qui clerici vel vouen.* vbi ponitur tamquam valida promissio matrimonij absenti facta, & ait *glos. verb. Promisit absenti, Per interpositam personam, quæ mandatum habebat ad hoc, alias nihil est*: & ibi *Ioan. Andr. nu.8.* sic inquit, *potest sponderi absenti, dummodo sciat, vel ratum habeat*, & ibi *Host. & Anchar. simile* sic aiũt, *absenti fide data per literas, vel per nunciũ*: idem *Azebedo l.5. recop.t.16.l.2.nu.20.* Et ex Theologis *Veracruz 1.p. speculi a.16.§. Sed dubitatur, vtrũ*, vbi ambo asserunt promissionẽ matrimonij, sicut & alios contractus posse reuocari ante absentis acceptationem. Idem videntur clarè tenere *Aug. v. Sponsal. nu.19.* & ibi *Sylu. init.* vbi aiũt promittentẽ fœminæ matrimoniũ. quæ nullatenus repromittit, teneri fidem seruare si illa statim accepter, secus verò non: manifestè ergo petunt acceptationẽ, etiã

quando promissio in præsentia fit, nedum in absentia.

25 Secunda conclus. idem dicendum est, licet matrimonium sit causa pia; eius enim promissio facta homini reuocabilis est ante absentis acceptationem. (quando autem sit causa pia, dixi disp.4.n.9.) Prob.quia hac disp. nu. 16. verius esse diximus in causa pia exigi acceptationem. Si tamen ea matrimonij promissio fieret Deo casu quo valida est, (quem casum explicuimus disp.4.n.12.) esset firma, nec posset reuocari, posset tamen illius voti dispensatio, aut commutatio obtineri absque absentis consensu: vt diximus hac disp.n.17.

26 Tertia concl. sufficit, vt ea promissio matrimonij censeatur acceptata, & obliget, si fiat præsenti & tacenti, quia ea censeatur sufficiens promissionis acceptatio (vt dixi hac disp.n.11. & duplici seq.) nam cuilibet est vtile, vt absque aliqua propria obligatione alter sibi obligatus sit; at quãdo matrimonij promissio est gratuita, solus promittens obligatus manet, (vt dixi disp.præced.n.12.) Et ita hanc conclusionem tenet *Lud.Lop.2.p instruct. materia de matrim. cap.26.fol.1032.col.1.§. Præterea quoniam.* Quamuis contrarium significent *Angel. verb.Sponsalia, n.19. & ibi Sylvest. initio*, dum dicunt obligare eam promissionem, si femina statim voluerit, secus autem non: quare supponere videntur non sufficere taciturnitatem, si enim ea sans esset, non peterent aliam acceptationem.

27 Quarta concl. si promissio matrimonij fiat infanti, vt si maior septennio promittat matrimonium infanti, non requiritur acceptatio, vnde promittens resilire nequit, sed tenetur expectare donec infans ad septennium perueniat, & si tunc noluerit, manet promittens liber; si verò voluerit, tenetur seruare fidem. Prob.quia fauore infantis non requiritur acceptatio, (vt dixi hac disp.n.15.) & ita docent *D.Antonin.3.p.tit.c.18. ante §. 1. Sylu.v. Sponsalia.q.2. dict.2 fin.* vbi *Tabiena q.4.§.5. Armilla n. 4. Barth. à Ledesm. de matrim.dub.11 conclus.4. Manuel 1.to.sum.in 2. edit.c.245.nu.7.* Quamuis contrarium videatur tenere *Cardin.c. De illis, el primero: de despons. impub. nu.2.* vbi ait posse resilire, si ambo sint infantes, vel alter, eo quòd sponsalia sunt nulla. Sed hæc ratio nil probat.nã ea promissio non obligat vi sponsalium, quæ vtriusq; promissionem postulant, sed vi simplicis promissionis gratuitæ: qui enim infanti promittit, eius re promissionẽ, cuius incapax est, minimè exspectat.

28 Quinta concl. vt promissio matrimonij absenti facta, irreuocabilis sit, oportet, vt absenti intimetur per nuncium ad id à promittente destinatum, vel epistolam, nec sufficiet si aliundè certior factus absens acceptet. Prob. quia in reliquis promissionibus id desideratur iure communi, & regni, vt dixi hac disp.n.3. & 20. Et tenent expressè *gl. c.Veniens, verb.Promisit, qui cleric.vel vouen. & ibi Host. & Anchar initio*, quorum verba proximè retuli n.24.

29 Sexta concl. dum coram nuncio à promittente misso alter acceptat, statim est firma & irreuocabilis promissio. Prob.quia ex eo, quod mittitur nuncius ille, vt intimet, censetur is quasi procurator & gerens promittentis vices, vt promissionis acceptatio coram ipso facta, censeatur fieri coram mittente, & nomine mittentis accepterit: sicut quamuis priuilegium iuxta communem sent. non prosit absenti ante acceptationem, verum dũ aliquis nuncium misit, valet vbi priuilegium imoto scit nuncio, & is acceptat, vt docent *Host. c. 1. concess. prab.in 6. col.5. vers. Facultatem.* quod legit post 5. decretal. inter Extranag. Innocent. & tenet ibi *Imol. num.6. v. Facultatem, Archid. ibi n.3. super eod. vers. Ioan. Andr.n.8. Anchar.n.6. Domin. ibi §. Ex parte, v. Quæro an indistinctè sit verum. Franciscus eodem §.n.3. Ant. in præm. decret.al.§. Greg.n.26. Sylu. verb. Renunciatio. q.4. & verb. Priuilegium.q.vlt. Rosella verb. Indulgentia, nu.8.* & ibi *Tabiena n. 30. q.29.* Item quia si nuncio mittam donum, statim vt donatarius acceptat, irreuocabile est, nec opus est, vt mittenti de acceptatione constet: ergo similiter in promissione gratuita matrimonij. Tandem pro hac parte facit doctrina *Felin.c. Si cautio, de fide instrum.n.24. vers. Primus,* & aliorum, quos ibi refert, vbi asserunt confessionem absenti parte factam non valere, nisi nomine absentis interuenisset nuncius. Facit etiam doctrina *Astensis*, quem refert & sequitur *Sylvest. Matrimonium 5.q.12.* vbi dicit idem esse notificare nuncio, ac si notificaretur mittenti nuncium.

Obseruandum tamen est, quoties fidem do matrimonij absenti, coram petenti à me, vt contraham cum illa, qui ex parte illius se habet, quia ex persona cum absenti coniuncta, & de illius matrimonio agit, visus sum velle, vt absenti intimet, & sic post intimationem, & absentis acceptationem, si promissio illa gratuita fuit, non poterit reuocari. Dixi, si gratuita fuit, nam de promissione respectiua sermo erit disp.seq.n.31. 30

Vtrùm verò oporteat, vt coram eodem nuncio accepter, vel satis sit coram altero: dicam disp. seq.n.35. 31

Quid autem dicendum sit, si in promissione matrimonij absenti facta interueniat iuramentum, dicemus disp. seq.n.39. 32

Ad argum.1.sententpropositum n. 23. desumptum ex *c.Veniens*, constat ex dictis n.24. vbi auctores retuli explicantes eum textum, quando per nuncium, vel epistolam promissio absenti facta est. 33

DISPVTATIO VII.

Vtrùm dum quis promittit matrimonium absenti coram tertio stipulanti, seu acceptanti nomine absentis, teneatur implere, vel possit resilire ante absentis acceptationem?

SVMMARIVM.

Vtilitas huius disputationis, & in quo versetur difficultas, n.1.

Quotuplex possit fieri promissio, quoties alter pro altero stipulatur, n.2.

Quid stipulatio operetur circa irreuocabilitatem promissionis; & quæ paßim verba debeant formari, n.3. & explicatur l. Si ita stipulatus, la sexta §. Chrysogonus ff. de verb. obl.4.

Quis possit pro alio stipulari citra tuæ communi, & an sufficiat mandatum generale, n.4.

An frater pro fratre, aut mater pro filio stipulari possint, aut cum ipsius stipulantis interest, n.5.

An pater pro filio possit stipulari, n.6.

Quid si filius sit emancipatus, n.7. & ibi quid de naturalibus, & quid de ascendentibus.

Quid de tutore, & curatore, n.8. & quid de parocho, n.10.

Quid de his, qui sunt sub alterius potestate, vt de filio pro patre, religioso pro monasterio, seruo, aut famulo pro domino & hero, discipulo pro magistro, n.9.

An fautore causa pia, & dotis possit alter pro altero stipulari, n.10.

An Notarius possit stipulari pro absente, n.11.

An in contractibus onerosis & reciprocis possit alter pro altero stipulari, n.12.

Quæ sint dubia hic disputanda, n.13.

Fos. n.13. nouem alia huius disputationis summaria.

QVÆSTIO hæc vtilissima est, frequentissimè enim contingit: nam prius inter parentes vel fœminæ consanguineos de matrimonio ineundo tractatur, datúrque de illo fides, & cùm in eo statu res est ita constituta, vt vir velit, promiseritque cum femina contrahere, certior ea redditur. Dubitatur ergo, an ea promissionis verba dicta parentibus vel consanguineis, vel quibuscunq; aliis pro absenti acceptantibus, ita obligẽt, vt ante absentis acceptationem nefas sit resilire. Quæ quidem quæstio ex ea pendet an alter alteri stipulari possit, id est acquirere obligationem absenti, seu acceptare promissionem, vel contractum absentis nomine absque speciali ipsius mandato. 1

Supponendum 1. est, tripliciter posse verba promissionis formari, 1. quando promissionis, & executionis verba diriguntur in absentem, vt Promitto Titio absenti. 2. Quando promissionis in præsentem, executionis verò in absentem, vt Promitto tibi me daturum Titio. 3. Quando impersonaliter, tacita persona cui promitto, vt Promitto me daturum Titio. 2

Secundo supponendum est, quamuis quosdam stipulari posse pro alio, id operetur vt donatio vel promissio ea stipulatione secura reuocari minimè possit, semper tamen à donatarij ratihabitione & consensu pendet, vt firma omninò sit, vt bene aduertit *P. Mol. to.2 de iust. tract.1. disp.264.* 3

§. Iure

§. *Iure etiã concessum est.* hic tamẽ effectus stipulationis tunc temporis habet locum, quando verba promissionis diriguntur in præsentem, vt Promitto tibi me daturum Titio; si enim dirigantur in absentem, vt Promitto Titio, talis promissio reuocari potest ante absentis acceptationẽ, quamuis is, qui præsens est absentis nomine stipuletur. Prob. quia cùm tunc nullo modo contrahatur cum præsente, sed omnino cum absenti, per stipulationẽ præsentis nullo modo censetur acceptatus contractus. Item, quia præsens non est, cui ego promitto, & proinde non est ille à cuius voluntate firma meæ promissionis obligatio pendet. Præterea, quia licet *gl. Stipulatio ista*, §. *Si stipuler. verb. Fieri. ff. de verb. obl. & l. Multum, verb. Potest. sine. C. Si quis alteri, vel sibi, & l. Quoties*, §. 1. *verb. Suo. ff. de admin. tut. & peri. tuto. & Bart. d.* §. *Si stipuler, in princip.* vbi *Bella pertica. & Paulus*, dicant esse speciale in tutore & curatore, vt valeat ipsorum stipulatio, & acquiratur obligatio absenti, quando verba promissionis dirigũtur in absentẽ. Et probant ex *l. Eũ qui*, §. *fin. ff. de constit. pecun.* fatentur tamen esse specialissimum in tutore, imo, & in illo meritò negant *Angel. d. l. Stipulatio ista.* §. *Si quis insulam, & Iason ibi*, §. *Si stipuler, n. 9. Iac. de Arcto, Imola, Raphael, Cuman. Alex. Roman. Baldus* ibi dicens communem, & probant ex *d. l. Quoties, vnico*: respondetque ibi ibi *Las. ad l. citat. am* pro opposita sententia, dupliciter. Et absq; aliqua distinctione huiusmodi stipulationem nullius esse momenti, docet *Cõar. de pactis. 2. §. 4. num. 9.* Rogabis tamen, quid dicendum si verbis impersonalibus promissio facta sit; vt Promitto me daturum Titio. *Bart. l. Stipulatio ista*, §. *Si stipuler, n. 2. v. Tertius modus, & l. Si ita Stipulatus, la 6.* §. *Chrysogon. nu. 1.* vbi & *Ang. ff. de verb. obl. & Ant. Gab. to. 3. com. l. 3. d. de verb. obl. concl. 1. nu. 60.* dicunt stipulationem esse nullam, licet stipulantis interesit, quia videtur ea promissio facta absenti. Et probant ex *d.* §. *Chrysogon.* ibi, *quod patrono dari libertus stipulatus est, inutile est.* Cæterum dicendum est valere huiusmodi stipulationem, quando stipulantis interest. Et ratio est, quia cum in hoc casu dubium sit in quem verba promissionis dirigantur, scilicet an in præsentem, vel in absentem, censenda sunt in præsentem dirigi, vt actus valeat, *l. Si seruus communis meus.* §. 1. *& l. antepen. ff. de stipu. seruo.* Item probatur ex *l. Quoties in stipulationib. ff. de verb. obl.* vbi habetur, verba, in stipulationibus ambigua interpretanda esse ita, vt stipulatio valeat, vbi *Las. n.* 1. dicit, licet stipulatio sit strictæ iuris, strictèque intelligenda, *l. Quicquid astringenda in princ. ff. de verb. oblig.* recipere tamen interpretationem, vt valeat. Quia in dubio is sensus eligendus est, qui actum valere facit, *l. a. Abbate prope finem, de verb. sign.* Præterea, quia verba sunt in communi modo significandi intelligenda, *c. Ex literis, el primero, de sponsalibus.* At communiter intelliguntur huiusmodi verba dirigi in præsentem, quando ipsius intererat: & sic solet peti tradei obseruatio, vulgò la palabra. Tandem probatur ex *l. Stipulatio ista.* §. *Si stipuler, fin. ff. de verb. obl.* ibi, *si procurator meo dare stipulatus sim, vires habebat, & si creditori meo, quia interest meo.* Nec obstat *d.* §. *Chrysogon.* quia ibi non intererat liberti stipulari pro domino. Et ita hãc partem tuetur *Las.* dicens esse indubitatam *d. l. Stipulatio ista*, §. *Si stipuler, num. 10. vers. Tertius modus, & ita Imola, Alex. Roman. Cuman.* idem *Paulus, d.* §. *Chrysogonus.*

4 Supponendum est 3. attento iure Cæsareo, & antiquo regio Castellæ non posse alterum alteri stipulari, id est acquirere obligationem, seu pro eo acceptare. habetur expresè §. *Si quis alij, &* §. *Alteri, Inst. de inut. stipul. & l. Stipulatio ista*, §. *Alteri, &* §. *Si stipuler ff. de verb. obl. & l. 7. tit. 11. p. 5.* Nec sat est ad acceptandum, seu stipulandum pro alio mandatum generale, sed requiritur speciale, vt docet *gl. c. Si tibi absenti, v. Habuerũ, de prob. in 6. Con. 3. var. c. 16. nu. 4. & multi alij*, quos refert & sequitur *Burgos de Paz. q. 10. limit. num. 12.*

5 Imo nec fratres pro fratribus stipulari possunt. *Paul. & Aimon*, quos refert & sequitur *Burgos de Pac. q. 10. limit. num. 19.* Nec mater pro filijs, cùm non habeat eos in potestate. Sic *Bart. l. Quod dicitur, la segunda, nu. 8. ff. de verb. obl. & ibi Iason n. 38. & multi alij*, quos refert & sequitur *Ant. Gabr. to. 3. comm. l. 4. concl. 1. n. 49.* Quod si opponas §. *Sed & si quis. Inst. de inut. stip. & l. Stipulatio ista*, §. *Si stipuler, & §. Si quis insulam, ff. de verb. obl. & l. 11. t. 11. p. 5.* vbi habetur posse aliquem alij stipulari, quando sua interest: at matris videtur interesse, vt detur filio: die cum glossã eo. §. *Sed & si quis, v. Valet*, valere non vt quæratur actio ei, pro quo fit stipulatio, sed qui stipulatus est agere actione ex stipulatu ad interesse. Et debet esse interesse pecuniarium, & non tantum affectionis, vt latè *Iason d. l. Stipulatio ista* §. *Alteri, nu. 12.* & multi alij, quos refert & sequitur *Ant. Gabr. d. concl. 1. num. 10. 12. & 13.* contra alios, quos refert *nu. 11.* Non tamen caret hoc difficultate; & credo verius esse posse matrẽ pro filio stipulari, quod tenent *Bald. Aret. Cornetus*, quos refert & sequitur *Menoch. cons. 162. n. 4. & 6. vol. 2. Suarez. l. 1. t. de las arras nu. 69.* Item quia pater potest stipulari pro filio emancipato, vt dicemus n. 7. Cùm tamen à sua potestate exemptus sit.

Excipiuntur tamen aliqui, qui pro alijs stipulari possunt, vt pater pro filio. Qua in re breuiter sic distinguendum est: aut stipulatur aliquid dandũ filio, vel faciendum pro filio: si aliquid dandum filio existenti sub patris potestate, si id dandum est eius generis, vt acquiratur patri, vt profectitium, quo ad proprietatem, & vsumfructum, & aduentitium, quoad vsumfructum, valet, vt potest ex *l. Quod dicitur, la segunda, & l. Dominus seruo. ff. de verb. obl.* Si verò non acquiritur patri, vt castrense, vel quasi, tunc si stipuletur, vt filio, vel vt legitimus administrator, valet: si verò vt extraneo, non valet. Sic *Bart.* multos textus allegans dicta *l. Quod dicitur, n. 4. Anchar. c. Sicut, de sponsal. nu. fin.* Si autem pater stipulatur pro filio ob benemerita, si benemerita sunt erga extraneum, tunc stipulatur pater pro filio, vt filio, & sic valet, quia tunc nequit dici patrem motum esse ad stipulandum pro filio ob ea benemerita, cùm non sint erga patrem, sed tantum propter affectionem paternam; si verò benemerita sint erga patrem, & ob ea monetur pater ad stipulandum pro filio censetur stipulari tanquam pro extraneo, idem enim fecisset pro extraneo, qui talia beneficia in ipsum contulisset. ita *Bart. d. l. Quod dicitur, n. 2* & alij multi, quos refert *Las. n. 20.* vbi alios referens id reprobat, asseritque censeri stipulari pro filio vt filio, etiam quando pater stipulatur ob beneficia in ipsummet patrem collata, & sic valere. Quia debet præsumi propter filiationem fieri: & latissimè probat, & hoc mihi magis placet. Si verò pater stipuletur aliquid faciendum pro filio familias, si factum personæ filij cohæreat, talis stipulatio valet, quo ad filium, non verò quo ad patrem, nisi sua interest interesse pecuniario, sicut si stipularetur pro extraneo. Si autem factum personæ filij non cohæreat, vt filio scribendum esse librum, idem dicendum est, quod de stipulatione dandi. Sic *Bartol.* multa allegans *d. l. quod dicitur. n. 4. Anchar. d. c. Sicut, n. fin. Ant. Gabr. d. concl. 1. n. 44.*

Si autem stipulatio sit pro filio familias pro tempore, 7
quo sui iuris erit, valet, si stipuletur pater pro filio; vt filio; secus si pro ipso, vt extraneo. Sic *Anchar. & Bart. proxime citati.* Imo in ijs casibus in quibus potest pater stipulari pro filio familias, potest pro ipso emancipato. Quia paria sunt aliquid fieri in tempore aliquo, & conferri in illud tempus, *l. Quod sponsa, C. de donat. ante nup. l. In tempus. ff. de hered. instit.* Sed potest stipulari pro filio in tempus, quo sui iuris erit, vt proximè dixi, ergo & pro filio sui iuris effecto. Sic *Bart. d. l. Quod dicitur n. 7. Iason ibi n. 24.* vbi alios refert idem *Ant. Gabr. d. concl. 1. num. 28.* qui idem dicit *num. 29.* de omnibus ascendentibus per lineam paternam, & *n. 34.* id negat de filijs naturalibus.

Similiter tutor potest pro pupillo, & curator pro ma- 8
nori stipulari; probatur, quia pater non tantùm vt pater, sed etiam, vt legitimus administrator potest stipulari pro filio, vt dixi n. 6. sed tutor & curator est legitimus administrator: ergo. Item, quia succedit loco patris, & omnia rata irritat quæ potest pater irritare. Sic docet *glossa* §. *Alteri, verb. vt supra, Inst. de inutil. stip.*

Item qui sub aliorum sunt potestate comparatione eo- 9
rum, sub quorum potestate sunt, possunt stipulari: vt filius fami-

familias pro patre, seruus pro domino, Monachus pro monasterio. Habetur expresse §. *Si quis alij, Inst. de inut. stip. & l.73.11 p.5.* quod adeo verum est, vt licet tot sint distinctiones (vt vidimus n.6.7.& 8.) ad affirmandum quando pater stipulari possit pro filio: at filius indistincte potest pro patre stipulari. Sic *tas.l. Quod dicitur, la segunda nu.13.ff. de verb.obl.* Qui verò sui iuris sunt, non possunt acceptare loco eorum, quibus ex parte subduntur: vt famulus loco heri, filius sui iuris effectus loco patris, aut matris, discipulus loco magistri: vt bene *P. Molin. tom. 2. de iust. tract.2. disp.264.§. Alij verò.*

10 Vtrùm verò fauore causæ piæ possit alter pro altero stipulari, non conueniunt omnes: quidam enim asserunt nō posse, & satis probabiliter. Quia *c. Quamquam de vsur. in 6.* agitur de restitutione vsurarum, quæ causa pia est, & ponderatur fuisse parochum, qui persona publica est, stipulatum, quasi secus sit de alijs, & in parocho ipso solum in hoc casu posse stipulari probat *P. Molin. to. 2. de iust. tract. 2. disp.264.§. Parochus.* Et ita tenet *Speculat. ti. De arbitro, & arbitratore, §. Sequitur, nu.35. & t.de emphyt. §. Nunc dicamus v.74. nu.95. Ant. Gab. to.3. com.l.3.t. de verb. obl. concl.1.n.72. & multi alij,* quos refert *Tiraq. de priuil. pia causa priuil.114.nu.3.* & ipse *n.4.* dubius manet. Communior tamen ac vetior sententia habet, fauore piæ causæ posse alterum alteri stipulari: per *l. Cum ff. solut. matrim.* vbi habetur fauore dotis posse alterum alteri stipulari, quod etiam tenent multi, quos refert *Tiraq. d. priuil.114.n.1.* quibus alij multi tenent contrarium in dote, quos refert *Ant. Gab. to. 3. com. l. 3. t. de verb. obl. concl.1.n.75.* ergo similiter fauore causæ piæ, quia causa pia tantum fauoris habet quātum dos, vt late *Everardus in loco à dote ad piam causam.* Nec obstat *d.c. Quamquam*, quia ibi non tam agitur de causa pia, quam de conscientiæ exoneratione, quod ad officium parochi pertinet. & ita hāc sent. tenet *Panor. in proem. decret. Greg. parte que incipit, Greg. diuiditur n.26. & ibi Fel parce, que incipit Greg. epist. num.25. Bal. l. Illud, C. de sacrof. eccles. n. 2. & ibi Paul. fi. Iason l. Qui Roma, §. Flauius, n.24. & l. Stipulatio ista, §. Alteri, n.6 ff. de verb. obl. Angel. Instit. de adop. §. Cum autem, n.5. Ioachim. Inst. de inut. stipul. §. Si quis alteri, n.8. Mol. l.4. de primog. c.2. n.65. Gutier. c. Quamuis pactum, in princ. nu.55. & alij quos refert Tiraq. d. priuil.114. nu.1.* & dicunt *Bald. Ang. Iason, Paul.* esse hoc verum, quamuis verba promissionis in absentem causam piam dirigantur, quod tamen additum non credo propter dicta n.5.

11 Similiter de notario est controuersia: censent enim aliqui posse pro absente stipulari, eo quod est persona publica, nec posse promissorem retrocedere etiam ante absentis ratificationem. Sic tenent multi, quos refert *decis. Pedemont. 70 n.4. idem Couar. rubr. de testam. 3.p.n.13. & l.1. var. cap. 14.n.11. & 13. Villalobos in antinom. iuris, lit. D nu.175. Rolandus cons.19.nu.9.l.1. Iul. Clar. l.4. recep. §. Donatio, qu 13.v. Primo ergo casu, Gutier. c. Quamuis pactum, in princ. nu.54. Matienzo lib.5. recop.1.10.l.7. gloss 2. num.10. & duplici seq. Seraphin. de priuilegijs iuramenti priuil.24 nu.4.* & ex Theologis *P. Mol. to. 2. de inst. tract.2. disp.264.§. Quartò tanquam opinio, Manuel 1. tom. sum. c.95.nu.1.* Verius tamen est posse adhuc reuocari ante absentis ratificationem, non obstante notarij stipulatione, donationem, seu promissionem à notario absentis nomine acceptatam. Tum quia non est textus tribuens facultatem notario stipulandi pro absenti extra iudicium: leges enim id concedentes si bene expendantur loqui videntur in iudicio, *l.1.§. Exigere, C. de Magist. conuent. l. Non aliter ff. de adoptio. l.7.t.12 p.5.* Tum etiam, quia licet statuto caueatur, vt alter alteri stipulari possit, intelligitur secuta absentis ratificatione: vt docet *Paul. Alex. Curt. Dec.* quos referunt & sequuntur *Molin. li.4. de primog. c.2. nu.63. Burgos de Paz. q.10. ciuilis. nu.31. Gutier. c. Quamuis pactum, in princ. nu.55.* Et ita hanc sententiam defendūt *Tiraq. tract. de iure conflit. 3.p. limit.3. nu.8. & seq. Bephalus cons.33. num.16. l.1. Molina d. c.2. à n.69. ad 72. Burgos de Paz. d.q.10. à nu.14. & innumeri alij,* quos refert & sequitur *decisio Pedemont. 70. nu.2.3. & 5. Azebedo lib.5. recop.1.16. l.2. n.25.*

12 Vnum tamen maximè obseruandum est, dum diximus quosdam stipulari posse pro alijs, & ipsis stipulantibus nō posse donationem, vel promissionē reuocari etiam ante absentis ratificationē, accipiendū esse in contractibus lucratiuis: nam in onerosis & respectiuis, & vltro citroque obligatorijs non satis est cuiuscūq; stipulatio, vt firmus & irreuocabilis sit contractus, sed necessarius est consensus absentis, quo se mutuo obliget. Prob. quia certissimū est ante vtriusq; partis obligationē nihil perfectū effici posse, *l. Contractus, C. de fide instrum.* ergo antea potest quilibet resilire. Itē quia cū sint contractus respectiui, habent tacitam conditionem, si alter in grauamine, aut retributione consentiat: ergo ante huius conditionis acceptationem liberum est resipiscere. Item quia absens potest non acceptare, ergo similiter contrahens cū absente potest resilire: nō enim cōtractus claudicare debet, *l. Iulianus 14. Si quis à colludente ff. de act. emp.* claudicaret autē si contrahens astrictus esset, absens verò omni obligatione solutus foret. Sic *Mol. l.4. de primog. c.2.n.66. & 71. Gutier. cap. Quamuis pactum, in princ. n.55. P. Mol. to 2. de iust. tr.2 disp.264.§. Quinto, quando.*

His suppositis, vt quæstioni principali de matrimonij promissione satisfaciamus, oportet alias ex quibus pendet præmittere. Quinque igitur quæstiones disputandæ sunt. Prima, An ex stipulatione alteri per alterum facta oriatur obligatio naturalis. 2. An de iure canonico obliget. 3. An si firmetur iuramento, obliget. 4. An attento regio Castellæ iure, obliget. 5. Quid de promissione matrimonij aliquo pro absente stipulante. 13

SVMMARIVM.

Duplex est obligatio alia naturalis & in foro conscientiæ, & alia ciuilis. 14.
Naturalis obligatio est duplex, & quando sit obligatio in foro conscientiæ. 15.
Quo pacto in genere oriri obligationem naturalem ant ciuilem, nu.16.
An ex stipulatione alterius, vel ex promissione vt non acceptata oriatur obligatio naturalis prima opinio tenet, oriri, n.17.
Quando pactum primi, ale non valet, nec valet secunda, n.17. & 19.
Secunda opinio vetior, non oriri, n.18.
Soluuntur argumenta, & explicatur l Stichum ff. de solution. n.19
Post n.17. inuenies alia summaria, quæ à fideiussore.

I. QVÆSTIO est an ex stipulatione eius, qui pro altero stipulari non potest, esto non oriatur actio ciuilis, id est ius ciuile nullam cōcedat actionem, oriatur tamen obligatio naturalis, & in foro conscientiæ. Quod est quærere, an ex promissione non acceptata ab absenti consurgat in foro conscientiæ aliqua obligatio implendi. Præmittendū est primò duplicem oriri posse ex contractu obligationē: altera est ciuilis, id est ad quam implēdam datur actio in foro externo: altera est naturalis, id est ad quam implendam licet non detur actio in foro causarū, obligat tamen in foro conscientiæ: quod enim naturaliter obligat, constringit in foro conscientiæ, quamuis actio ciuilis deficiat. *c. fin. de consuet.* & docent optimè *Bart. extrau. Ad reprimendū. v. Denuntiationem, n.10. Anchar. reg. Possessor. nu.19. de reg. iur in 6. Abb. c. Quia plerique n.43. de immun eccl. Ang. v. Obligatio, nu.2.* vbi *Sylu. quæst.1. Tabiena q.1. Armilla num.2. Couar. c. Cum esset. de testam. nu.5. Matienzo lib.5. recop.5. 4.l.1 gloss.10. num.11.* & ex Theologis *Cordub. summa, q.155 Lud Lop. 1.p. instruct. in 2. edit. tio. c.124.§. Igitur. Molin. to.1 de iust. tract.2. disp.224.f.1198.* 14

Secundò præmittendū est duplicem esse obligationem naturalē, quædam est tātum ex honestatis & gratitudinis debito, quæ propriè obligatio nō est, nec eius transgressio peccatum inducit. Et de hac non agimus. Altera est, quæ oritur ex vinculo legis naturalis, & hęc obligat in foro cōscientiæ, licet ius ciuile non concedat actionem, vt proximè dixi: vt de fraudans citra iusti pretij dimidium tenetur naturaliter, non tamen ciuiliter restituere: sic *Couar. de pact. 2.p §.4.n.5.* & de hac obligatione est quæstio præsens. 15

Tertio præmittenda est regula ad cognoscendū, quādo ex aliquo cōtractu oriatur obligatio naturalis, & quando ciuilis, & regula ea est: Si lex reprobet contractū, ipsumq; prohibeat et resistēs, neutra obligatio oritur. Probatur ex *l. Non dubiū, C. de legib.* ibi, *nullum pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos volumus subsecutum, qui contrahere lege contrahere prohibente. & l. Cum lex. 47. ff. de fideiussor.* ibi, *cum lex rendentibus occurrere voluerit, fideiussor quoq; liberatur.* 16

ergo

ergo lege resistente nulla obligatio oritur: quia si naturalis oriretur, fideiussor non liber, sed astrictus maneret, *l. Quod enim* 8. *& l. Fideiussor.* 17. §. *Fideiussor. ff. de fideiuss. & l.* 5. *t.* 12. *p.* 5. & ratio regulæ est, quia licet ex quolibet contractu ex se obligatio naturalis consurgat, ius enim naturæ fidem in contractibus seruandam prescribit: at lex ob publicum bonum potest hanc obligationem impedire: videtur autem id manifestè efficere, quando contractui resistit ipsum omnino vitians & cassans. Sic *glos. & d. Cum lex, verb. Cum lex. Bart. ibi n.* 4. *& l.* 1. *num.* 8. *ff. de nouat. Angel.* §. *Pupillus n.* 3. *Inst. de inutil. stip. Iason l. Frater à fratre. nu.* 44. *v.* 3. *difficul. ff. de condict. indeb. Fortun. l. Veluti. ff. de iust. & iure, Sylueil. verb. Obligatio q.* 4. vbi *Angel. nu.* 10. *Tabiena q.* 5. *nu.* 6. *Couar. de pact. 2. p.* §. 4. *n.* 6. *vers. Tertiò, & v. Quintò, Seraphinus de priuil. iuram. priuileg.* 57. *n.* 5. *Spino spec. testium. gl.* 15. *princip. n.* 50. *Azebedo* alios referens *li.* 5. *recop. t.* 1. *l.* 1. *num.* 24. quamuis minus verè *Mincheca de success. creat. l.* 3. §. 30. reprobet hanc regulam, dicens resistere legem contractui, non esse sufficiens signum, vt non oriatur obligatio naturalis. Si autem lex humana minimè contractui resistat ipsum reprobans, nec assistat denegans ei actionem in foro externo, tunc contractus hic destitutus manet auxilio iuris ciuilis, sub fomento tamen iuris naturalis, quare sola naturalis obligatio verum in foro conscientiæ debitum producens, consurget. Sic *Bart. l.* 1. *n.* 8. *ff. de uentr. Couar. de pact. 2. p.* §. 4. *nu.* 6.

17 His præmissis circa quæstionem propositam duplex est sent. Prima ait oriri obligationem naturalem. Probatur, quando contractus principalis non valet, nec pœna etiam adiecta valebit, tanquam accessoria enim sequitur naturã principalis, *reg. Accessorium. de reg. iur. in* 6. & docet *gl. l. Si patronus,* §. *Patrono, v. Fabiana. ff. Si quis in fran. patro. Nauar. c.* 1. *de coniug. leprof. n.* 10. *Ioan. Lup. rubr. de don.* §. 2. *nu.* 3. & multis probant *Pinel. l.* 2. *p.* 1. *c.* 1. 2. *nu.* 26. *C. de rescin. vendit. Padilla l.* 2. *n.* 74. *Peralta l. Cum pater.* §. *A filia num.* 15. *ff. de leg.* 2. *Ant. Gom. d.* 45. *Tauri n* 30. Sed valet pœna adiecta stipulationi alteri per alterum tactæ: vt expressè habetur *l. Stipulatio ista,* §. *Alteri, ff. de verb. obl.* ergo talis stipulatio nõ est prorsus nulla. 2. Prob. quia obligatio naturalis oritur ex consensu, *l. Stichum.* §. *Naturaliter ff. de solut.* sed hic est consensus promittentis, & stipulantis, ergo est obligatio naturalis. Et ita hanc sent. tenent *gl. l. Stipulatio ista,* §. *Alteri, v. Nihil interest, c. l.* 2. *ff. de verb. obl. & l.* 11. *v. Consensum. & l. Si vnus,* §. *Pactus, verb. In pact. ff. de pact. Bart. d. l. Stipulatio ista,* §. *Alteri, num.* 8. *& ibi Iason dicens communem num.* 20. *idem Bart. l.* 1. §. *Conuentionis, num.* 5. *ff. de pact. Abb. cap. Inter vniuersas, num. vlt. de elect. & c. Si cautio n.* 6. *de fide instrum. Felin. in prooem. Greg. decret. al. parte, quæ incipit Greg. epist. n.* 27. *& c.* 1. *de pact. num.* 8. *Fort. d. l. num.* 23. *ff. de pact. Couar. de pact. 2. p.* §. 4. *num.* 9. *Ant. Gabr. to.* 3. *comm. l.* 3. *t. de verb. obl. concl.* 1. *nu.* 66. *Mincheca de success. creat. d.* 3. §. 30. *nu.* 10. *Marienzo li.* 5. *recop. t.* 16. *l.* 2. *gl.* 5. *n.* 3. *Gutier. repet. d. vnica, Cum quando non petentium partes n.* 34. Quam tamen sententiam aliqui ex his Doctoribus intelligunt, quando verba promissionis dirigiuntur in præsentem, vt Promitto tibi meo debitori Titio: secus si in absentem, vt Promitto Titio. Quia in priori casu contrahitur cum præsenti, & ita concurrit mutuus illius, & promittentis consensus: in posteriori verò nullo pacto contrahitur cum præsenti. Sic limitant *Panor. d. c. Si cautio n.* 6. *Fel. Ias. Mincheca d. n.* 6. *Couar. Gutier. Ant. Gabr. proximè citati.* quamuis enim *Couar.* valde obscurè loquatur *eo nu.* 9. *v.* 9. *amitto, at in fin. & v.* 10. se explicat, & ita intelligit illum *Marienzo d. gl.* 5. *n.* 6. & hæc sentent. cum hac moderatione intellecta est valde probabilis.

18 Secunda sententia, quam veriorem reputo, ait non oriri naturalem obligationẽ. Prob. quia dum lex contractui resistit, nulla oritur naturalis obligatio, vt dixi nu. 16. Sed lex huic contractui resistit illum omnino cassans, vt clarè videtur probare §. *Si quis alij, Inst. de inutil. stipul.* vbi dicitur, si quis alij stipuletur, nihil agere, & *l. Si ita stipulatus, l.* 6. §. *Chrysogonus, v. Nullam ff. de verb. oblig.* vbi dicitur nullam prorsus oriri obligationem: & *l. Certi condictio,* §. *Quæsitum, v. Nulla, & vers. Inutiliter ff. si cert. petat.* appellatur talis stipulatio nulla & inutilis, & *vers. Idem quæri, & v. Numerauit,* æquiparantur sub conditione impossibili stipulari, & alij stipulari: sed in priori casu stipulatio est prorsus nulla, vt dicitur ibi, & *l. Impossibilis. ff. de verb. oblig.* ergo & in posteriori. 2. quia §. *Alteri. inst. de inutil. stipul. & l. Stipulatio ista.* §. *Alteri, & §. Si stipuler. ff. de verb. obl. & l.* 7. *t.* 11. *p.* 5. dicitur non posse alterum alteri stipulari, sed negatio iuncta verbo Potest, inducit necessitatem, & tollit omnem potentiam, *gl. celebri regula, Non potest de reg. iur. in* 6. *verb. Non potest. Iason l. Non dubium, num.* 30. *C. de legib.* ergo nulla oritur obligatio: nam si naturalis oriretur, non esset actus omnino impossibilis. Tandem quia contractus requirit consensum duorum, vt perfectus sit, *l.* 1. §. *de pactis*, sed in hoc casu non concurrit consensus duorum: nam tantum verbo tenus promitto præsenti, cum executio & effectus promissionis sit in absentem, nec huius, qui præsens est eam implere interest: ergo ante acceptationem absentis nullam parit obligationem, & reuocari poterit. Et confirmatur, quia quamuis assereremus seclusa lege positiua obligare hanc promissionem, at ius ciuile in reipublicæ commodum ad lites relegandas decernere potuit has promissiones nullam vim obligandi habere: id autem manifestè statutum videtur in ibus citatis. Quare hanc sententiam tenent *Bart. l. Si vnus,* §. *Pactus, num.* 16. *ff. de pactis, Reiner de Forlinio, Angel. Raph. Cuman. Paul. Alex. l. Stipulatio ista.* §. *Alteri ff. de verb oblig. Panorm. in prooem. decret. Greg. parte quæ incipit Gregorius diuidit. num.* 25. *Ant. Gom. tom.* 2. *var. cap.* 9. *num.* 1. *Molin. d.* 4. *de primog. cap.* 2. *num.* 61. *P. Molin. to.* 2. *de inst. tract.* 2. *disp.* 263. §. *Operæpretium. &* loquitur expressè *Panorm.* quando verba promissionis diriguntur in præsentem, & addit posse absque peccato promittentem ante absentis acceptationem resilire: & *Molina d. c.* 2. *nu.* 62. loquitur etiam quando verba promissionis diriguntur in præsentem, nam *n. num.* 65. reprobat *gloss. am. cap. Quoties cordi oculus* 1. *quæst.* 7. *verb. Et per te,* dicentem obligare, quando verba promissionis diriguntur in præsentem: & hinc sent. valde fauet *Couar. de pactis, 2. p.* §. 4. *num.* 10. nam vbi dixerat *nu.* 9. oriri naturalem obligationem, quando verba promissionis diriguntur in præsentem: dicit *n.* 10. *vers.* 11. esse valde dubiam hanc sententiam, & inuitum illi accedere, eò quod est communis, & facilius posse defendi, ius illi resistere, & sic non oriri naturalem obligationem.

Ad 1. argum. dico cum *Couar. de pact. 2. p.* §. 4. *nu.* 4. *v. Deinde,* vbi alios refert, quod quando contractus principalis nõ valet, non valet etiã adiectio pœnæ: est verũ, nisi ratio ob quam contractus principalis non valet, deficiat, quãdo pœna adijcitur, quod hic contingit, quia ideo stipulatio alterius pro altero non valeti quia sua non interest; at quando pœna adijcitur, deficit hæc ratio, quia sua interest: nam ea pœna ad stipulantem pertinet, & ipsi soluenda est, & ideo valet adiectio pœnæ: vnde dicit *Ioachim. Inst. de inutil. stipul.* §. *Alteri*, quod in hoc casu non ponitur pœna tanquam accessoria ipsi stipulationi, sed est quasi nouus contractus, & sic vtile per inutile non vitiatur. Ad 2. desumptum ex *l. Stichum*, respondeo obligationẽ naturalem oriri ex consensu, quando illi lex humana nõ resistit, at hic resistit. sic respondet *Couar. d.* §. 4. *n.* 6. *vers. quarto, fin.* 19

SVMMARIVM.

An ex stipulatione alteri per alterum facta oriatur obligatio iure canonico? prima opinio, & vi, n. 20.

Secunda verior non oriri, 21.

Soluuntur argum. & explicantur n. 1. *& n. Qualiter, de pact. & ca. Si ille absenti, de probat. in* 6. *n.* 21.

Fost. n. 22. *innumeræ aliæ summæ in, quæ de sunt.*

QVÆSTIO II. An ex stipulatione alteri per alterum facta oriatur obligatio iure canonico. Duas cõtrarias communes opiniones refert *Oroscius l. T. de pactis, an prime. n.* 16. *& seq. ff. de pactis.* Prima sent. est obligare talẽ stipulationẽ de iure canon. Prob. stipulatio alteri per alterum facta est pactum, vt docet *glossa l.* 1. *verb. Idem, fin. ff. de pact. & ibi Bart. in prime. n.* 2. Sed iure canonico ex pacto nudo oritur obligatio, *c.* 1. *de pactis*, ibi, *inita pacta suam obtineant firmitatem.* ergo 2. Prob. ex *cap. Qualiter, de pact.* ibi: *studiosè agendum est, vt* 20

ea,

ea, quæ promittuntur opere complentur. vbi verbum Promittuntur nimis generale est, & non petit vt intercedat pactum, sed vnius tantum promissio. 3. Prob. ex *cap. Si tibi absenti, de prob. in 6.* vbi habetur si episcopus conferat absenti beneficium, non statim acquiri absenti; episcopum tamē non posse reuocare, donec absens certior factus nolit acceptare. Ita tenent *Ant. c. Si cautio. nu. 7 fin. de fide instru. & ibi Panor. num. 6. gl. c. Quoties cordis, verb. Et per te. 1. q. 7. Alex. de Neuo. c. Sicut, num. 15. de sponsal. Imol. l. Stipulatio ista, §. Si stipuler ff. de verb. oblig. Fortun. l. 1. num. 23. 24. ff. de pactis, Silu. verb. Lex qu. 10. dict. 12. Couar. de pact. 2. p. §. 4. num. 9.* vt clarius se explicat *vers. 9 fin. & vers. 10. Ant. Gabriel tom. 4. comm. l. 4. t. de verb. oblig. concl. 1. nu. 68. Matienzo lib. 5. recop. t. 16. l. 2. gl. 5. nu. 4. Gutier. repetit. l. vnica C. Quando non petent. part. num 34. & de iur. aman. 1. q. c. 36. nu. 3.* Imo de simplici promissione nondum acceptata, docet idem *Panormi. d. c. Qualiter, nu. vnico.* Hinc inferunt *Syluest. & Matienz.* non posse promittentem in foro conscientiæ resilire. Moderantur tamen hanc sent. *glossa, Panor. d. c. Si cautio. nu. 6. Couar. Ant. Gabr. & Gutier.* quando verba promissionis diriguntur in præsentem, vt Promitto tibi me daturum Titio: & est satis probabilis hæc sententia, cum hac moderatione.

21 Secunda sent. probabilior dicit etiā iure canonico non valere stipulationem alteri per alterum factam: prob. ex *c. Quamquam, de vsuris in 6.* vbi probatur non posse quemquam alteri acquirere nisi persona publica sit, vt notarius, vel sacerdos parochialis. Item quia *c. 1. de pact.* tantum definit inita pacta esse seruanda, & sic pactum nudum iure canonico obligare: in quo corrigitur solemnitas stipulationis iure ciuili requisita, non verò acceptatio necessaria. quia non dicitur pactum etiam nudum, nisi duorum consensus concurrat. *l. Labeo. ff. de verb. sign. l. si ego. ff. de negot. gest.* Et ita hanc sent. tenent *Panorm. c. Inter vniuersas, nu. vlt. de elect. in 6. & proem. decret. al. Gregor. parte, quæ incipit, Gregorius diuiditur nu. 25. & c. Si cautio n. 6. de fide instrumentor.* vbi *Felin. nu. 8. Iason l. Stipulatio ista, §. Alteri. n. 5. ff. de verbor. oblig. Molin. l. 4. de primogen. c. 2. n. 62. Gutier.* mutans sententiam quam prius tenuerat, *c. Quamuis pactum, in 2. edit. in princ. nu. 55. Ant. Gom. to. 2. variar. c. 9. n. 1. P. Mol. to. 2. de iust. tract. 2. d. 263. §. Operæ pretium.* & loquuntur *Panor. & Felin.* expresè, quando verba promissionis diriguntur in præsentem: ne decipiatur aliquis eo, quod dicunt via denunciationis euangelicæ posse procedi, vt hic promittens seruet fidem: id enim asserunt, quia sentiunt oriri obligationē naturalem, quod reprobaui, n. 18. Et eodē pacto loquuntur, quando verba promissionis diriguntur in præsentem. *Mol. n. 65. & Gutier. d. n. 55.* nā reprobant *gl. d. c. quoties* asserentem obligare promissionem, quādo verba diriguntur in præsentem.

22 Ad 1. argum. fateor esse pactum quando stipulatur persona, quæ potest stipulari, quia cum sua interest, geratque absentis vices, est legitima persona ad acceptandum: secus quando non est ex ijs, qui stipulari possunt, quia, cum sua non interest, ore tenus solum fit ei promissio, & sic non est legitima persona, vt accepter, & ita *cap. primum, de pactis* loquitur de eo, quod verum pactum est, scilicet, quando persona legitima stipulatur. Ad 2. desumptum ex *c. Qualiter*, dico ibi esse sermonem de promissione acceptata. Ad 3. ex *c. Si tibi absenti.* dico cum *Couar. de pact. 2. p. §. 4. n. 5.* loqui in beneficialibus, in quibus est speciale, quia beneficij collatio nō est donatio, sed executio eius quod Episcopus tenebatur facere, & ideo ius canonicum statuit, statim valeret.

SVMMARIVM.

Quando stipulatio pro altero facta firmatur iuramento, an valeat, & opinio, valere, n. 13.
Secunda verior negatiua, n. 14. & ibi an sit periurus.
Quid si iuramentum fiat soli Deo, n. 25.
Solutio ad argum. n. 26 & explicatur c. Si verò, de iureiur.
Post nu. 26. reperies alia summaria.

QVÆSTIO III. An valeat stipulatio alteri per alterum facta, ita vt retrocedere non liceat ante absentis acceptationem, si iuramento talis promissio firmetur. Duplex est sent. Prima an valere, nec posse promissorem retrocedere, quia hoc iuramentum non est contra bonos mores, vt constat, nec contra bonum commune, ergo seruandum est *c. Si verò, de iureiur.* Hanc tenet *Bart. l. Si quis pro eo, nu. 12. ff. de fideiuss. Iaso l. Stipulatio ista, §. Alteri, nu. 4. ff. de verb. obl. & ibi Alex. n. 9. Bald. l. Nam & poitea, §. Iusiurandum. nu. vn. ff. de iureiur. Panorm. in proœm. decret. al. parte quæ incipit, Gregorius diuiditur n. 25. & ibi Fel. parte quæ incipit, Gregor. epist. nu. 24. Ant. & Imola,* quos refert, & sequitur *Couar. de pact. 2. p. §. 4. nu. 11. & 16. Rolan. l. 1 cons. 19. n. 29. & 30. Ant. Gabr.* cum multis alijs, quos refert *to. 3. comm. 2. de verb. obl. concl 1 nu. 69. Minchaca de succes. creat. l. 3. §. 30. n. 10. decis. Pedemont. 70. num. 9.* limitans quando iuramentum est de futuro. *Seraphinus de priuil. iuram. priuil. 24. n. 2. & 3. Gutier de iuram. confirm. 1. p. c. 36. nu. 4. & 5.* & ex Theologis. *P. Mol. tom 2. de iustitia tract. 2. disp. 263. ad finem,* & addit *Gutier.* idem esse quando verba promissionis diriguntur in absentem. Idem tenet quando verba promissionis diriguntur in præsentē, *gl. c. Quoties cordis oculus, verb. Et per te. 1. q. 7.* Imo licet nullus stipuletur nomine absentis, quando adest iuramentum non reuocandi, non posse reuocari, tenet *Greg. Lop. l. 4. t. 4. verb. No lo puede, p. 5. Villalobos in antin. iuris. lit. D. num. 174. Gutier. de pact. in 1. edit. in princ. n. 54. & 55. Molin. d. disp. 263. §. Responderi potest.* Et adhuc quamuis iuramentum non adsit, si promittens absenti promittat se non reuocaturum, dicunt *Greg. Lop. & Molin. proximè cit.* non posse reuocare etiam ante absentis acceptationem. & hæc sententia est satis probabilis.

Secunda tamen sent. cui adhæreo, ait, quamuis adsit iuramentum, & pactum non reuocandi, posse adhuc ante absentis acceptationem reuocari. Prob. quia iuramētum sortitur naturam primordialem, & conditionem actus super quo interponitur, *l. 9. C. de non num. pecun. l. si. ff. qui satisd. cogantur, l. 27. verb. Otrosi decimos 1. 11. p. 3.* Sed donatio facta absenti habet ex sui natura primordiali tacitam conditionem, Si acceptetur nec aliter est vitus donans velle se obligare, vt probaui disp. præced. n. 10. ergo pactum, & iuramentum non reuocādi eam habet tacitam conditionem si acceptetur, & proinde ante acceptationem absentis potest reuocari. Item quia per iuramentum vel pactum nemo obligatur nisi consentiat ille, cui fit, vt docent *Archidiac. c. Quicunque, 22. q. 5. fin. Ant. & Panor. ca. Sicut. l. 3. de iureiur. Iason l. Non erit, §. fi. n. 1. & 10. ff. de iureiur.* Tandem quia licet Deus adducatur in testem talis promissionis, at cum sit homini facta, & non ipsi Deo per modum voti, Deus minimè acceptat, donec homo ipse, cui iurans obligatur, accepter: ergo ante eius acceptationem nihil ita firmum actum est, quin reuocari possit. & ita de priori sententia dubitant *Panorm. ca. Cùm contingat, de iureiur. nu. 23. & ibi Alciat. n. 121. Ioachim Inst. de iniur. slip. §. Si quis alteri, nu. 7.* & hanc 2. sent. docent *Bald.* sibi contrarius *d. c. Cùm contingat concl. 5. num. 26. Faber. & Roman.* & multi alij, quos refert *dicis. Pedemontan. 70. nu. 8. Dec. cons. 342. nu. 25. 26. Molin. l. 4. de primog. c. 2. n. 65. 66. Burgos de Paz senior cons 14. nu. 21. & Burgos de Paz iunior. q. 10. cumul. nu. 46. Gutier. ca. Quamuis pactum, in 2. edit. in princ. n. 55.* mutans sentent. quam ibi in priori edit. secutus fuerat. & loquuntur *Gutier & Molin. d. n. 65.* etiam quando verba promissionis diriguntur in præsentem: reprobant enim *gl. d. c. Quoties.* quæ contrarium dixit, quando verba promissionis in præsentem diriguntur. Nec audiendus est *Azebedo lib. 5 recop. t. 16. l. 2. n. 25.* vbi ait valere, quidē reuocationem, reum tamen esse periurij reuocantem: nam in contrarium sunt cæteri Doctores citati, aiunt enim subintelligi conditionem, Si absens acceptauerit: vnde cùm ante acceptationem impleta non sit conditio, nullum ius acquisitum est absenti, ac proinde iuramentum minimè obligat, & poterit absq; periurij metu promissio reuocari.

Obseruandum est hanc sent. accipiendam esse, nisi iuramentum fieret ipsi Deo propter eius honorem de promissione aliqua præ implenda: tunc enim haberet rationem voti, & sic reuocari non posset: cum tamen ius non acquiratur homini, sed soli Deo, potest per relaxationem, vel commutationem, tolli inconsulto homine: vt in ma-

teria de iuramento tenent communiter Doctores.

Ad argum. contrarium desumptum ex *ca. Si vero, de iure-iuran.* dico iuramentum, quod non est contra bonos mores esse seruandum, nisi habeat tacitam cõditionem, quæ nõdum impleta est: vt, qui iurauit aliquam se ducturum, reus non est periurij, si ipsam postea fornicantem minime ducat, quia iuramentũ illud tacitã habebat conditionem, Si res in eodem statu permanserit: quæ conditio defecit, & ita non obligat iuramentũ, vt habetur *c. Quemadmodum, de iureiur.* Sic ergo iuramentum donandi absenti, & non reuocandi donationem, tacitam habet conditionẽ, Si pactum id iuramẽto stabilitum acceptetur, vt benè explicat *Molin. Burgos de Paz iunior, Gutier. n.* 55. quos retuli n. 24.

SVMMARIVM.

An iure regni attento valeat stipulatio pro ultero facta, n. 27 *& ibi refertur 1. opinio asserens valere.*

Secunda sent. verior, non valere: & explicatur l. 2 *t.* 16. *lib.* 5. *recop. Castella, n.* 28.

Post n. 28. *hal'entur caetera summaria.*

27 QVÆSTIO IV. An attẽto iure notissimo regni Castellæ possit quilibet stipulari pro alio, atq; ita correctum sit ius commune. Quidam id asseuerant, per *l* 2. *t.* 16. *lib.* 5. *recop.* ibi, *y no pueda ponter excepcion, que no fue hecha estipulacion, ó que fue hecho el contracto entre absentes, ó que fue hecho a otra persona privada en nombre de otros entre absentes.* Sic *Couar. de pact.* 2. *p.* §. 4. *n.* 10. *v.* 15. *Greg. Lop. l.* 7. *t.* 11. *p.* 5. *v. Tercera persona, Gutier. repet. l. vn. n.* 35. *C. Quando vtus poten. par. & de iuram. 1. p. cap.* 36. *nu.* 3. *Matienzo lib.* 5. *recop. t.* 16. *l.* 2. *gl.* 5. *n.* 6 *P. Molin.* 2. *tom. de iust. tract.* 2. *disp.* 264. *fin.* addit que ex omnium sententia esse iuxta huius regni ius donationem absenti factam, quando priuatus nomine absentis acceptauit, effici statim irreuocabilem: & loquuntur expresse *Greg. Lop. l.* 48. *v. En nome. l.* 5. *p.* 5. *& Matienzo d. l.* 2. *glos.* 5. *n.* 6. etiam quando verba promissionis diriguntur in absentem.

28 Fateor horum auctoritatem esse magni momenti, nec contemnendã: verùm persuadere mihi non possum hanc sententiam, quia non video vbi *d. lex* 2. corrigat ius commune; scopus enim illius est solùm corrigere stipulationis solemnitatem iure communi petitam, vt dixi disp. præc. n. 19. non tamen acceptationem necessariam ad donationem, & ita lex illa 2. vt promissio absenti facta obliget, petit, vt promittens animum se obligandi habeat, ibi, *pareciendo que alguno se quiso obligar à otro*, & suppositio eo animo procedunt cætera, quæ sequuntur, *no se pueda poner excepcion, que fue hecho el contracto entre absentes, ó que fue hecho à otra persona privada en nombre de otro.* Sed hunc animum se obligandi nemo habet ante absentis acceptationem, vt probaui d. nu. 19. ergo ante absentis acceptationem talis stipulatio nil operabitur. Item quia, vt stipuletur persona cuius interest, & non quicunq; priuatus, non pertinet ad solemnitates iure ciuili requisitas, sed ad ipsam acceptationis substantiam, quæ petit vnionem voluntatum promittentis, & eius, cui promissio fit, vt probaui disp. præc. n. 3. & 20. Sed, quando priuatus cuius nihil interest, stipulatur, seu acceptat nomine absentis, minime vniuntur hæ voluntates: nam stipulans non repræsentat absentis personam, & promissio ore tenus ipsi fit, cum sua nihil interest: quod mire explicatur §. *Alteri, Inst. de inutil. stipul.* ibi, *inutiles sunt stipulationes, vel obligationes, vt vnusquisque acquirat sibi, quod sua interest: caterum se aliis detur, nihil interest stipulatoris* ergo manifestè *d. l.* 2. non decernit firmam & irreuocabilem esse donationem priuato stipulanti nomine absentis: sed sensus illius est, quamuis non seruetur solemnitas stipulationis iure ciuili requisita, firma sit promissio in absentia facta, acceptatione secuta, siue priuatus, siue quilibet alius, siue nullus absẽtis nomine stipuletur: quod quidem iure communi attento non sufficiebat, sed reuocari poterat etiam acceptatione absentis secuta, nisi persona cuius interesset, stipulata esset: & in ea stipulatione seruaretur solemnitas iuris ciuilis, de qua dixi disp. præced. num. 19. Et ita pro hac sententia videntur esse *Molina, Burgos de Paz, & Azebedo*, qui (vt hac disp. n. 11. retuli) asserunt notarium, quamuis persona publica sit, minime posse stipulari pro absente, & non obstante ea stipulatione posse reuocari promissionem ante absentis acceptationem, & tamen manifestè loquuntur attenta etiam *d. l.* 2. quam ex professo, & latissimè ibi explanant.

SVMMARIVM.

An promissio matrimonij stipulante aliquo pro absente valeat: duplex est promissio matrimonij, n. 29.

Prima opinio ait valere, n. 30.

Promissio respectiua quamuis pia sit, potest reuocari ante acceptationem absentis quocunque pro absenti stipulantis, n. 31.

Fallit si stipulans aliquid nomine proprio promittat: non essent tamen sponsalia, & posset stipulans fidem remittere, n. 32.

Quid quando promissio est respectiua, & alter promisit nuncio misso ad petendum matrimonij promissionem, n. 33.

Quid si medio illo nuncio promissi matrimonium absenti, qui coram eodem nuncio repromittat, n. 34.

Quid si coram alio repromittat, n. 35.

Quid si promissio gratuita matrimonij fiat stipulante aliquo pro absente, & quando censeatur stipulari, an sufficiat ad id presentia, n. 36.

An possit hic stipulans remittere fidem, nu. 37. *& explicatur reg. Nihil tam naturale. ff. de reg. iur.*

An quando est causa pia matrimonium, possit reuocari quocunque stipulante pro absenti, n. 38.

Quid si iuramentum intercedat, an possit promissio reuocari, n. 39.

Seruatur argum. & explicatur c. Sicut, de sponsalibus n. 40

29 QVÆSTIO V. An promissio matrimonij in absentia facta, aliquo stipulante, seu acceptante nomine absentis, ita obliget, vt reuocari minime possit? Hucusque de stipulationis obligatione multa præmisimus, vt inde quid in matrimonij stipulatione sentiendum sit, colligere mus: iã tandem ad ipsam promissionem matrimonij accedimus, & vt clarè ac distinctè procedamus, reuocanda est in memoriam distinctio illa promissionis matrimonij habita disp. 5. n. 11. nempe alia est respectiua, & per modum contractus, vltro citroque obligatorij, alia verò gratuita non expectans repromissionem. Tres ergo priores concluf. de promissione respectiua erunt: cæteræ verò de gratuita.

30 Circa quæstionem hanc aliqui censent esse speciale in matrimonij promissione, vt possit alter alteri absenti stipulari, id est acquirere illi obligationem, & proinde iuxta illos non poterit promittens resilire etiam ante absentis acceptationem. Prob. ex *c. Sicut, de sponsalib.* vbi quidam iurauit patri se eius filiam ducturum, & tamen ponitur promissio tanquam valida. sic *gloss. cap. Vbi non est, vers. Nihil, 30. q. 2. Alex. de Neto, d. c. Sicut, nu.* 15. & (vt in simili dixi disp. præced. n. 23.) DD. asserentes stipulationem hanc naturaliter, & iure canonico obligare, & quando firmatur iuramento, idem dicent in hac promissione matrimonij.

31 Prima tamen concluf. sit, quando promissio matrimonij est respectiua, quicunque nomine absentis stipuletur, absque illius speciali mandato ad repromittendum, & quamuis verba promissionis diriguntur in præsentem, vt Promitto tibi me ducturum Mariam, potest ante absentis repromissionem, quæ vicissim priori contrahenti nota sit, reuocari. Prob. ex dictis in hac disput. nu. 12. vbi probauimus, neminem pro alio stipulari posse in contractibus vltro citroque obligatorijs, & non obstante stipulatione liberum esse contrahenti retrocedere, donec mutua obligatio alterius nota sibi sit.

32 Intellige tamen hanc concluf. nisi alter stipulans contraheret promittendo pro absenti matrimonio, quæ promissio intelligitur id est se facturum, & curaturum, (vt dicemus infra disp. 24. n. 11.) tunc enim non potest promittens resilire. & ratio est, quia est mutuus contractus vtrinque celebratus, & sicut stipulans potest cogi, vt curet & faciat, quod in se est, ad quod se obligauit, & ita promittens tenetur fidem seruare. Item probatur ex *cap. Sicut, de sponsalibus*, ibi, *cum parochianus tuus P. mulierem se ducturum in coniugem in manu patris eiusdem P. iurauit, quod eam sibi traderet in vxorem*, vbi ponderatur patrem iussisse pactum tradendi puellam, vt promissio patris firma esset. Non tamen sunt sponsalia, quia nec parentes ipsi contrahere possunt sponsalia pro filijs absque eorum consensu, *c. vnic. §. fin. de disponsat. impub. in 6.* Potest tamen stipulans antequam pars absens intimet præmittere hanc spõsionem, quia obligi-

tio non est acquisita absenti, sed huic stipulanti: at si intimaret absenti, & ille acceptaret, iam non posset remittere: quia ius, vt alter sibi fidem seruaret, cessit in absentem, in cuius fauorem stipulatus fuerat.

33 Secunda concl. quando promissio est respectiua, quātis alter promittat nuncio misso à sponsa ad petendum promissionis fidem, dum non intimatur sponsæ, vt repromittat, illaq; repromiserit, potest adhuc resilire. quia ante alterius repromissionem contractus nondum est perfectus: nec nuncius potest nomine absentis repromittere, nisi speciale ad id, mandatum habeat, vt in matrimonio definitum est, *c. fin. de procur. in 6.* & consequenter idem in sponsalibus dicendum est, *l. Oratio. ff. de sponsal.* eo quod sunt initium quoddam matrimonij: & quamuis nuncius ille promissionem matrimonij acceptare possit, (vt dixi disp. præced. nu. 19.) non tamen ea acceptatio sufficit, vt alterius promissio respectiua efficiatur irreuocabilis: exigitur enim ad id mutua promissio contractum perficiens, vt dixi hac disp. n. 12.

34 Tertia concl. quando promissio est respectiua, si mittatur nuncius non tantū ad petendam matrimonij promissionem, sed vt mittētis promissionem alteri intimet, satis est, vt alter coram illo repromittat, vt sponsalia perficiantur, neutrique absque alterius consensu reuocare liceat. Prob. quia solū desiderabatur alterius repromissio, sed in hoc casu iā concurrit, ergo sunt vera sponsalia. Dices forsan hanc repromissione non esse intimatā priori promittenti, vt ab ipso acceptetur. Resp. eo ipso quod nuncius missus est ad intimandam promissionē respectiuam, quæ ex natura sua repromissionem expectat, facultatem habet acceptandi nomine mittentis repromissionem, vt dixi disp. præced. n. 29. & constabit ex DD. allegandis n seq.

35 Non modica tamen est difficultas, an sufficiat non coram eo nuncio, sed coram quocunque alio repromittere. multi enim asserunt, si quis per literas, aut nuncium intimet suum consensum in matrimonium fœminæ, non satis esse, vt recipiens literas, vel nuncium interius consentiat, sufficere tamen si consensum exprimat, vel mittenti literas, rescribendo ipsi, vel alij cuicunque. Sic *Archid. cap. Nec illud num. 5. 30. q. 5. & c. fin. prope finem, de procurat. in 6.* vbi *Ioan. Andr. prope finem, Anchar. fin. Dominicus ibi §. Sanctum. 3. & ibi Franciscus n. 5. Fel. cons. 40. n. 12. Zasius cons. 3. n. 8. vol. 1. Alex. cons. 146. n. 11. vol. 5. Ang. Matrimonium 2. nu. 20. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 19 ante § 1. Assensi, & Rodensis*, quos refert, & sequitur *Sylvest. Matrimonium 5 q. 12. Tabiena Matrimonium 2. q. 6 nu. 7. Veract. 2. speculi. a. 16. dub. 7. vers. Sed de modo, Enriquez l. 11. de matrim. c 2. num. 6. in commento, lit. M. Vivald. candel. sacram. 19. materia de matrim. num. 46.* Ceterum dicendum est necessariam esse repromissionem illam, & acceptationem fieri coram nuncio à promittente misso, vel saltem per epistolam, aut nuncium repromittentis eidem promittēti missum, ante quam intimationem promittenti factam poterit liberè resilire, cùm nondum sit contractus perfectus, eo quod repromissio non est intimata promittenti, nec eius nuncio: nec sufficiet, si coram alio acceptet, & casū perueniat ad promittentis aures repromissio illa: vt dicebam disp. præc. n. 28. Probatur, quia in matrim. & sponsalibus sicut traditio & promissio debet esse sensibilis ei, cui fit, ita etiam acceptatio & repromissio: cùm non sit maior ratio de vna, quam de alia, imo maior ratio militat, vt acceptatio & repromissio illa sit sensibilis, cùm sit vltimum complementum: ergo nec matrimonium, nec sponsalia perficiuntur, donec acceptatio traditionis, & repromissio constet se tradenti, vel promittenti per nuncium ad id destinatum, vel nuncio ab eodem misso, qui ad id videtur habere potestatem. Et confirm. quia si quando matrimonium, vel sponsalia contrahuntur inter præsentes, vir diceret. Accipio, vel accipiam te in meam, & ipsa secreto responderet, ita, vt nec verbo, nec signo perciperet vir eius consensum, non esset matrimonium, nec sponsalia. Quia perinde est, ac si ille consensus internus esset, cùm verba, vel signa requisita in sponsalibus, & matrimonio non ordinentur, vt alijs notus sit consensus, sed ipsismet contrahentibus, qui se tradere & acceptare debent, ergo. Tandem, quia nemo acceptare potest quod sibi ignotum est, ergo si non manifestetur acceptatio, & repromissio prior promittenti: vel eius nuncio, sed alij, qui nō mittatur, vt illi intimet, non sufficiet. Pro hac sententia videtur *Hostiens. sum. 4. de sponsalibus, §. Qualiter contrahantur, n. 6.* vbi hæc inquit, *Absens absenti desponsari potest si absens hoc sciat, puta. quia nuncium misit, vel de conscientia sua hoc fit, vel postea ratum habet.* idem videtur tenere *Alex. de Neuo, cap. Dilectus, de sponsalibus, num. 21.* vbi dicit non esse matrimonium, si dicam alij, donec perueniat ad alterius notitiam idem videntur tenere *Abul. c. 29. Genes. qu. 10. & Soto 4. d. 27. q. 1. a. 3. vers. Postremo tandem*, vbi dicunt matrim. non solùm exigere duarum personarum legitimum consensum, sed etiam, vt is sit mutuus; dici autem mutuum, quando vtrique constat alterum in eum cōsentire; & requiri intimari eidem mittenti, nec sufficere cuicumq; alij, docent *Veracruz. append. ad spec. dub. 3. fin. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 18. f. 1282. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 45. a. 3. dub. vlt. in solut. ad 1.*

Quarta concl. quando promissio in absentia facta est gratuita, si fiat coram personis, quæ absentis nomine stipulari possunt, quas retuli hac disp. à n. 5. vsque ad 9. non potest promittens retrocedere, si ille præsens absentis nomine stipuletur, & promissio fiat per verba directa in præsentem, vt Promitto tibi mē contracturum cum Maria, vel per verba impersonalia, vt Promitto me contracturū cum Maria: secus si verba promissionis dirigantur in absentem, vt Promitto Mariæ absenti matrimonium. Probatur, quia (vt dixi n. 3.) non potest promissio reuocari facta per verba impersonalia, vel per verba directa in præsentem stipulāti eo, qui stipulari potest nomine absentis, secus quando per verba directa in absentem. Dixi autem, stipulanti eo, qui stipulari potest, quia non sufficeret eius præsentia, vt diceretur stipulati, sed oportet, vt nomine absentis acceptet: vt colligitur ex *gl. l. Illud. verb. Alia, fin. C. de sacros. Eccles. & ibi Bart. n. 6. Bald. num. 2. Alber. n. 1. Paul. n. 4. Salic. n. 2.* vbi dicunt, quamuis donet aliquis causæ piæ coram multis, non valere nemine acceptante pro causa pia: ergo sentiunt non dici stipulari per solam præsentiam, & clarius hoc videtur tenere *Angel. Inst. de adopt. §. Cum autem n. 5.* vbi ait notarium stipulātem pro absente sic dicturum esse, vt valeat, Promittis mihi recipienti pro Titio absente.

Rogabis tamen an hic stipulans absentis nomine casu quo stipulari potest, remittere valeat hanc sponsionem? videtur enim posse, quia omne vinculū eo modo dissolui potest, quo colligatum est *l. Nihil tam naturale ff. de regul. iur.* ergo si per promissionem huius stipulantis obligatio cōtracta est, per eiusdem remissionem dissoluetur. Dicendum tamen est non posse. quia per eius stipulationem ius est absenti acquisitum: vnde *regul. illa, Nihil* non procedit post ius comparatum tertio. & ita tenuit Senatus Pedemont. vt refert *decisio Pedemont. 70. num. 14. & Mari. de Affictis*, quam ibi refert. Quamuis collector illarum decisionum dicat se tenuisse contrarium.

Vltima conclusio, quando promissio matrimonij facta absenti est causa pia, si verba promissionis in præsentem dirigantur, vt Promitto tibi me ducturum Mariam pauperem, & præsens stipuletur absentis nomine, non potest reuocari, quando promissio illa gratuita est. Probatur ex dictis num. 19. vbi fauore causæ piæ diximus quemlibet posse stipulari verbis directis in præsentem: secus si verba dirigantur in absentem, nec potent reuocari, quando verba sunt impersonalia per dicta n. 36.

Tandem nota in omnibus casibus in quibus promissionem matrimonij factā absenti diximus posse reuocari ante acceptationem, posse etiam licet adsit iuramentum de non reuocando, nisi iuramentum illud fiat per modū voti Deo, casu quo matrim. possit esse materia voti, quem explicuimus supra disp. 4. num. 7. & casu quo valeret iuramentū per modum voti posset cōmutari, & relaxari absque absentis consensu. Prob. ex dictis hac disp. n. 14. & 34.

vbi

vbi diximus promissionem nõ acceptatam reuocari posse, licet iuramento firmetur, nisi iuramentum fiat per mõdum voti, quo casu diximus posse relaxari, & commutari.

40 Ad arg. desumptum ex *c. Sicut, de sponsalib.* constat ex dictis n. 32. ibi enim pater non solum stipulatus est pro filia, sed nomine suo contraxit, promittendo se traditurũ filiã.

DISPVTATIO VIII.

Qualis deliberatio desideretur, vt promissio legitima sit ad sponsalia constituenda?

SVMMARIVM.

In quo difficultas versetur, & quot sint hic disputanda, n. 1.
Triplex est in voluntate motus, n. 2.
Quotuplex est deliberatio, n. 3.
Prima sententia requiri plenam deliberationem in quacunque promissione, & in voto, & an facta calore iracundiæ valeant, n. 4.
Secunda sententia verior, non requiri, n. 5. Et ibi, an sufficiat deliberatio, quæ satis est ad peccatum mortale.
An semper sufficiat deliberatio, quæ satis est ad peccatum mortale, n. 6.
Quid præmeditandum sit, vt sit deliberatio sufficiens ad sponsalia constituenda, n. 7. & an id possit fieri absque temporis mora.
An sit sufficiens iudicium defectus deliberationis requisita, si transacto subito illo motu pœniteat actus gesti. n. 8.
An error, aut metus tollat deliberationem requisitam, vt valeant sponsalia, remissiue, n. 9.
In dubio cum quis calore iracundiæ contrahit, an præsumendum sit defuisse debitam deliberationem, n. 10.
Solvuntur argum. & explicantur l. 2. ff. ad l. Iul. maiest. & l. Quicquid. ff. de reg. iur. n. 11. & an sufficiat deliberatio virtualis, remissa.
Post n. 11. tomantur summaria, quæ desid. rantur.

1 CVM promissio includat actum intellectus ordinantis, & deliberantis, & voluntatis animum se obligandi & promittendi habentis, duplici ex parte claudicare potest, ne sponsalia constituat: nempe, aut deliberationis, aut propositi obligandi, & promittendi defectu.

In præsenti ergo disputatione sermo erit de deliberationis defectu: in sequenti verò de defectu propositi se obligandi. Defectus autem deliberationis potest ex duplici causa oriri: aut ex parte ipsius actus, quia subito, & impræmediato motu gestus est: aut ex parte subiecti, quia deliberandi incapax est. Rursus hæc incapacitas potest prouenire, aut quia subiectum destituitur sensibus requisitis, quibus edoceri possit naturam, & vim contractus, vt si sit natura surdus, & mutus, vel à natiuitate surdus omnino & cæcus: aut quia rationis expers est, vt sunt amentes, & ebrij. De his ergo omnibus in hac disputat. agendum est. Et ideò triplex erit difficultas. I. Quando sponsalia nulla sint ex defecta præmeditationis. II. Quando defectu sensuum. III. Quando defectu sanæ mentis.

2 DIFFICVLTAS I. Quando sponsalia nulla sint ex defectu deliberationis, quia impræmeditato, & subito passionis iracundiæ motu contracta sunt.

Præmittendũ est primò, in volũtate triplicem esse motum, qui quamuis variè appellari, & explicari soleant, at melius *Almain. l. 3. mor. a. c. 24. & Petr. de Soto de institt. sacerd. tract. De discrim. peccatorum, lect. 8.* sic explicant. quidam est primò primus, qui ita celer est, vt nullo pacto sit in hominis potestate illum cohibere, & hic non est liber, nec in hoc aliqua culpa reperiri potest. Alius est secundo primus, qui impediri & cohiberi potest, sed sub tenui libertate: & in hoc motu culpa lethalis inueniri non potest, quia imperfectè liber est, bene tamen culpa venialis, cum aliqua libertate gaudeat. Alius est perfectus, & deliberatus, pleneque liber, qui ex ratione dirigente, & voluntate libera procedit; & in hoc inuenitur plena ratio culpæ.

3 Præmittendũ est secundò dupliciter dici actũ deliberatũ. Primò, vt distinguitur cõtra motũ primo primũ, in quo nulla est libertas, & secundo primũ in quo est tenuis libertas, & insufficiens ad culpã mort. Secundo modo, quando adest maturũ consilium, præuiaque deliberatio omnium circumstantiarũ, quæ in ea re occurrere possunt. In prima acceptione omnis actus gaudẽs libertate requisita ad peccatum mort. dicitur deliberatus, non autẽ in secunda acceptatione. Est igitur difficultas an ad spõsalia cõstituenda sufficiat prior deliberatio: an verò posterior requiratur.

Quidam censent non sufficere eam deliberationem, 4
quæ ex calore iracundiæ procedit, sed requiri plenam & maturam. Prob. ex *c. Diuortiũ, de pœnit. d. 1. & ca. Si quis iratus, 2. q. 3. & regula, Quicquid calore, 48. ff. de reg. iur. & l. 3. ff. de diuor.* quibus in locis expresè habetur, quod calore iracundiæ fit, non prius ratũ esse, quã si perseuerantia apparuerit iudicium animi fuisse. Secũdò prob. ex *l. 2. ad l. Iul. maiest.* vbi habetur iuramẽtũ calore iracũdiæ præstitũ minimè ligare. Tertiò, quia alias sponsalia præuisa si ebrietatis tempore celebrarentur, valida essent, quia homicidium præuisum esset culpa lethalis. Autorẽ huius sent. in propijs terminis inueni neminem: at in genere huius senten. videntur asserentes contractus calore iracundiæ gestos ratos non esse, nisi cũ plenum iudicium adest, confirmẽtur. hi sunt *gloss. d. 5. Si quis iratus, verb. Si quis, & l. 3. Statum in princ. ff. de diuort. Bart. d. reg. Quicquid. n. vnico, & ibi Decius. n. 1. Iud. de Roma sing. 508. & Iaf. l. Si filiam, nu. 5. C. De inoffic. test.* vbi generaliter docet facta iracundiæ calore non valere, & *nu. 6.* tantũ excipit donationẽ factam causæ piæ: & eodem modo *Felinus c. Matthæus, n. 2. not. ab. 2. de simo. Tiraq. de pœnis tẽper. causa 1. nu. 24. & de priuil. pia causa, priuil. 18.* ducunturque per *l. Licitatio, 9. in prin. ff. de public. & vectig.* ibi, *licitatio vectigalium, quæ calorem licitantis vltra modum solita cõductionis instauit, ita demũ admittenda est, si fideiussores idoneos, & cautiones is, qui licitatione vicerit, offerre paratus sit.* vbi *gloss. verb. Paratus sit*, quia sic videtur perficerare. Quæ tamen (ni fallor) parũ probãt, agit enim de speciali casu licitationũ in subhastationibus, frequentissimè enim licitantes certatim præter volũtatẽ ẽ; (quod vulgo dicimus *por tema, mas que voluntad*) prætiũ vltra modum augent, cui malo voluit lex cõsulere: vnde nõ video fundamentũ, ob quod extendenda sit ad alios contractus calore iracundiæ celebratos, cũ in eis eadem ratio nõ militet. Pro hac etiã sent. sunt DD. alij asserentes iuramentũ, & votũ calore iracundiæ facta nõ obligare: hi sunt *gloss. c. Dudũ, verb. Calore, & ibi Host. super. eod. verb. Ant. c. Sicut ex literis, de iureiur. n. 9. Panor. d. c. Dudũ, n. 8. & c. Sicut ex literis, nu. 2. & c. Si verò, n. 7. de iureiur. Roma sing. 508. Tiraq. de pœnis temp. caus. 1. n. 26. 27.* Et ex Theologis *Rican. 4. d. 38. a. 2. q. 2.* Addũt tamen *Ant. & Panor.* quandam regulã ad cognoscendum quando gesta calore iracundiæ irrita siut: de qua dicã n. 8.

Nihilominus dicendum est eam deliberationem suffi- 5
cere, & exigi, quæ ita materia lethalis culpæ sufficeret, vt cõsensus esset culpa mortalis: vnde si quis ita, aut alio passionis motu subito percitus sponsalia cõtrahat, si tanta est passio, vt rationis iudiciũ obtenebrarit, & deliberationem ad peccatum mort. requisitam impedierit, vt si illo subito motu hominem interimeret, non esset mortale: tunc sponsalia non erunt valida defectu deliberationis: si autem non ita impedit, deliberationem, quin homicidium illud tunc admissum esset culpa lethalis: sponsalia erunt valida. Prob. ad requiri, quia sponsalia suapte natura obligant ad mortale, ergo petunt deliberationem ad mortale requisitam. & confirm. quia minor deliberatio nõ est sufficiens ad violandã fidem sponsalium, nec vt actus sit simpliciter voluntarius. Præterea prob. quia septennio præscriptum est à iure ad cõtrahenda spõsalia. *c. Literas, c. Accessit, c. Ad dissoluendum, de sponsal. simp.* sed in illa ætate adeò tenera impossibile est moraliter puerũ plena libertate, & maturo cõsilio prædiũ esse, vixque ea gaudebit, quæ ad culpã mortalẽ desideratur. Itẽ quia ea deliberatio sufficiẽs est ad tradendum se diabolo, & ad votum, vt constat ex *c. Sunt qui opes, 17. q. 4. & c. Veniens, de voto.* ergo sufficiet ad sponsalia. Et ita pro hac sent. sunt *Nauar. sum. Latina, c. 18. n. 7. & Hoss. n. 3. & P. Molin. to. 2. de iust. tract. 2. disp. 267. initio,* vbi generaliter docent hoc in omni promissione homini factã: idẽ docẽt in alio simili, nẽpe in voto: & iuramento, *Io. And. c. Dudũ, n. 20. de conuers. coniug.* vbi *Ant. n. 25. Card. nu. 2. opposit. 5. Anchar. n. 10. Alex. de Neuo. c. Sicut ex literis, de iureiur. n. 18.* vbi *Imola sui. & Felin. n. 3. & 4. Decius reg. Quicquid, n. 2. ff. de reg. iu. Nauar. sum. c. 12. nu. 24. & 26. & c. Nõ debuit, 32. qu. 1. in priori edit. n. 100. Syl. Votũ 2. q. 13. & Iuramentũ 4. q. 9. Angel. Iuramentum*

ramentum 5.n.8. Tabiena Votũ 1.q.1. Armil. verb. Votum, n.6. Gutier. l.2.q.canonic.c.22.n.7. Et ex Theologis idé docent *Palu. 4.d.38.q.1.n.9.& 10. D. Antonin. 2.p.t.11.c.2.initio, Cajet. 2.2.q. 88.art.1.& in sum. verb. Votum, Soto l.7. de iust. qu.1.a.2. Vigner. Instit.c.5.§.5.ver.14. Alcoçer l. de ludo cap.13. Metina l.15. sum.c.14. §.6. Palac. 4.d.38.disp.1. Manuel 2.to. sum.c.92.nu.1. Aragon. 2.2. qu.68.a.1.fol.965. Angles floribus 2.p.q.1 de voto, a.1.dissic.3. Lud. Lop.1.p.instruct.c.43.* & in propriis terminis sponsalium ita docent *Palud.n.9. D. Anton. Sylu. Votum, 2.q.13. proxime citati.*

6 Hæc tamen sententia intelligenda est, modo concurrat legitima ætas, nempe septennis: si enim ante eam ætatem adesset in puero iudicium, & deliberatio sufficiens ad mortale, dubium est an satis esset ad valorem sponsalium, de quo tractabimus infrà disputat. 16. num. 15.

7 Vt autem adsit deliberatio sufficiens ad mortale, & sic ad votũ, & sponsalia, debet præmeditari is, qui vouit, aut contrahit causam, nempe iram, angustiã, morbi, belli, vel aliam passionem, & amorem impellentem, & finem quẽ intẽdit. Sic *Palud. 4.d.38 q.1.n.5. D. Anton. 2.p.t.11.cap.2.initio, vers. Nota sexto,* & hoc quidé docet *Cajet. 2.2.q.89. a.1.* circa primam conditionem ad votum requisitam, magisque explicat à priori dicens requiri, vt aliquis conferat id de quo deliberat cum eius opposito, alias non esse simpliciter liberum, & huius ratio est, quia discursus, quo intellectus rem aliquam cum eius opposito confert, aperit viam, vt voluntas possit rem illam amplecti, vel repudiare, illi ostendens in vtroque aliquam boni rationem, quam eligat: quare vbi non est talis collatio, non est simpliciter, & perfectè libertas. Non tamen mora temporis magna ad hanc deliberationem exigitur, etiam dùm iudiciũ aliqua passione conturbatũ est, vt bene docent *Palud. nu.9. D. Anton. Sylu. & Cajet. proxime citati*, & hic addit posse eam deliberationem imperceptibiliter fieri, vt si occurrat homini irato volenti vouere, Quid facis? & adhuc voueat: imò *Navar.c.12.nu.26. Lud. Lop.1.p.instruct.c.43. paulò post princ.§.In momento*, asserunt non exigi, vt ea deliberatio præcedat tempore, sed solo naturæ ordine votum, vel contractum.

8 Hinc infertur non admittendã esse eam regulam quã tradit *Angel. Votum 1.n.6.* quem sequitur *Tabiena Votũ 1.qu.1. Supplem. Gabr. 4.dist 38.q.1.a.1.* vbi docet si transacta periculi angustia eum, qui vouet, vel contrahit, pœniteat, signũ esse, defuisse requisitam deliberationem, & proinde non obligare. Nec etiam admittenda est regula, quam tradunt *Anton.c.Sicut ex literis, num.9 de iureiur. Pavor.c. Si verò, eod.tit. n.7.* vbi docent si cessante calore iracundiæ, minimè votum aut iuramentum emissum esset, non obligare. Sed neutra regula est admittenda: quia sæpè eorum, quæ ex magna deliberatione gesta sunt, facientem pœnitet. Præterea, quia calore iracundiæ multa fiũt deliberatione sufficienti ad culpam lethalem, quæ eo calore secluso minimè admitterentur. & ita priorem regulam reprobant *Palud.4.d.38.q.1.n.10. Gutier.l.2.q.canonic.c.22.n.14. D. Anton.2.p. t.11.cap.2 initio, ver. Nota sexto, Sylu. Votum. 2.qu.13. Soto l.7.de iust.quæst.1.a.2.vers. Colligamus ergo, Angles floribus, 2.p.q.1.de voto,a.1 dissic.3 post 3 conclus. Aragon.2.2.q. 88.art.1.f.966. Manuel 2.to.sum.c.92.n.1.* In hoc tamen sensu admitti potest prior illa regula, quando scilicet dubitatur an vehemens passio rationis vsu priuarit, tunc enim licet non sit certa, est tamen aliquantulum probabilis coniectura, si statim pœniteat facientem, defuisse deliberationem. Et ita se explicuit *Tabiena in 2. edit. Votum 1.q.1.num.2.*

9 Vtrùm autem quando sponsalia ex errore procedunt, vel ex metu, tollatur deliberatio sufficiens, vt valida sint: dicemus infrà, de errore quidem, hoc libro disp. 64. De metu autem lib. 4. disput. 19.

10 Rogabis tamen, quid si sit dubium, num iracundia, aut perturbatio priuarit vouentẽ, aut contrahentẽ sponsalia, deliberatione requisita? *Pavor.c.Dudũ, n.8. de conuers. coniug. Alex. de Neuo, c.Sicut ex literis, nu.18.* vbi & *Felin. nu.3. de iureiur.* aiunt iudicandum esse pro voto, quia semper præsumitur deliberatio: & ego ita existimo, quia raro contingit, vt in tantùm iracundia exardescat, vt rationis vsum impediat, sicut rarissimè occidens alterum ex vehementi iracundia, excusatur à mortali. Item quia qualitas, quæ naturaliter homini inest, semper adesse præsumitur: vt probat *Menoch.* ex Alciat. *de præsump.l.1.q.14.n.3.* Nec in hoc euentu possessio est pro libertate voluntatis, sed potius pro voto, & sponsalibus: quia est certũ votum & sponsalia contraxisse, dubitatur tamen de rationis vsu. Tandem, quia quãuis gesta iracundiæ calore præsumantur inconsultè facta: vt docent *Tira.q. de pœnis temper. tota causa 1. Menoch. de præsumpt. l.1.q.13. nu.21.* at non præsumitur defuisse deliberationem requisitam ad culpam lethalem, sed solũ maturum consilium, tandem hoc probatur ex dicendis disput. seq. nu.13.

Ad 1. & 2. argumentum desumptum ex illis textibus, dico eos textus intelligi cum iracũdia priuat rationis vsu, & deliberatione requisita ad culpam mortalem. Ad 3. cõstabit ex dicendis n.19. & 20. vbi etiam explicabo an sufficiat deliberatio virtualis.

SVMMARIVM.

An surdus & mutus à natura possit contrahere sponsalia, n 12.
Quid si simul cæcus sit, n. 13.
Soluuntur argumenta, n.14 & explicatur c. Cùm apud. de sponsal.
Post n.14 inuenies reliqua summaria.

DIFFICVLTAS II. est, Vtrùm desti tui sensibus, quibus naturam & vim contractus edoceri valeant, vt surdi & muti à natura, possint contrahere sponsalia, videtur enim nõ posse. Primo, quia quãuis instincta naturæ norint, quid copula sit, illiusque ardore premantur brutorum more, at impossibile videtur, nosse quid matrimoniũ sit, vt importat ius in alterius corpus: ergo in illud non possunt consentire: nihil enim volitũ, quin præcogniti. Secũdò, quia mutus, & surdus à natura donare nõ potest, vt docet *gloss. l. Qui id quod 34.§. Mutus. verb. Donar. ff. de donat.* vbi cũ textus dicat mutũ, aut surdũ donare posse: ait *glossa* id verũ esse quando non à natura, sed postea casu supernenit: quod idem multis citatis docet *Ant. Gom.* de quocunque contractu *to.2. variar.c.14.n.29.* Sed minoris præiudicij est, quocunque alius cõtractus, & facilius cognosci potest, ergo à fortiori nõ potest contrahere sponsalia & matrim. Tertiò exc. *Cùm apud, de sponsal. sicut in princ.* ibi, *consuluisti nos an muti, & surdi possint alicui matrimonialiter copulari.* vbi cum in plurali loquatur, videtur loqui de diuersis, quorum alter mutus, alter verò surdus sit, alias si de vno intelligeret textus, esset solœcismus: & ita cum intelligit *gloss. verb. Surdus*, quare videtur ibi glossa huius sent. & eam tenet *Anchar. ibi, n.5. Bald. l. Discretis, nu.1. C. qui testam. fac. poss.* vbi *Ias. n.8. Angel. Fulgos. Iud. de Roma ibi, Flaminius de resignat. benefic. l.q.3 n.26. Bellus in œconomia canon. class.2.c.4.§.7 lit.G.* Ceterum venus existimo posse mutum simul, ac surdum, si intellectum perspicacem habeat, ita vt signis edoceri possit, quid sit matrimonium, & signis indicare consensum validè contrahere sponsalia, & matrimonium. Probatur ex *d.c. Cùm apud.* vbi in responsione sic dicitur, *videtur si talis* (nempe mutus, & surdus, de quo erat quæstio) *velit contrahere, non debet sibi denegari.* vbi cum loquatur in singulari, videtur intelligere de eodem vtroque morbo laborante. Præterea, quia aliqui muti ita sunt perspicacis & acuti ingenij, vt multa explicatu difficillima facilè signis manifestent, aliaque ipsis significata intelligant: vt experientia ipsa testatur. Tandem, quia hi secundùm omnes possunt confiteri, & absolui, ergo & contrahere matrimonium. Quare hanc sententiam defendunt *Host. d.c. Cùm apud. super vers. Surdus, Ioan. Andr. ibi. nu.15. Anton.n.6. Cardin. nu.1. Panor. fin. Alex. de Neuo nu.12. Præpos. n.5. Henric.c.Tuæ, de sponsal. nu.1. & 2. Parisius cons.63.vol.4. Covar.4. decret. al.2.p.c.4.2.§.nu. Angel. Matrimonium 3. impedim.18 initio. Tabiena Matrimonium 2.q.6.nu.7. sine, Greg. Lop. l.5.tit.2.p.4. verb. Que fuese, Brun. de sponsal. concl.14.n.5. & 8.* habetur *to.9.* tractatuum, *Cassanus de sponsal. tit. qui possunt contrahere sponsalia, nu.20.* habetur *eod.to. Matien 2.o l.5. recop.t.1.rubr. gloss.1.n.67.* Poterit autem iudex deprehendere, & colligere consensum legitimum ex gestis, & signis; est enim difficillimum hos posse habere legitimum consensum: vt bene docet *Angel. proxime ci-*

tatus.

tarus. Sic *Host. Ioan. Andr. Ant. Henr. Panor. Alex. de Neuo, Greg. Lop. ibid.* adduntq; in dubio consulendum esse principem.

13 Si autem aliquis sit simul mutus, & surdus, ac cæcus: *Hostiens. Ioan. Andr. Ant. Card. Panor. Alex. de Neuo nu. 14. & 15. Henr. Ang. Tabiena, Greg. Lop. Brun. nu. præced. allegati*, asserunt posse contrahere matrim. Quod tamen me nullo modo percipere posse fateor, & ita meritò id negat *Anchar. d. cap. Cum apud nu. 5.* quamuis hæc non à natura habeat, sed casu, nisi antequam in hæc incideret, nosset quid esset matrim. & *Alex. Carret. l. 1. de sponsal. cap. 4.* id negat etiam de eo, qui tantùm est surdus, & cæcus à nativitate: quod verum credo, quia mutus solis signis edoceri potest, quid sit matrimonium: cæcus autem signa hæc percipere nequit: nec etiam verba, cùm simul surdus sit.

14 Ad 1. arg. dico signis posse doceri, si perspicax ingenium habeat. Ad 2. dico merito ius ciuile prohibuisse his ceteros contractus inire, quia facilè deciperentur, cùm difficillimum sit eos contractus vim nosse: matrimonium tamen nullibi reperitur prohibitum, quia durissimum esset eos compellere continenter viuere, & remedium in libidinis ardorem à Deo naturæ autore concessum denegare. Ad 3. dico in responsione locutum esse Pontificem in singulari: præterea interrogatio potest explicari, cùm loquatur de diuersis, quorum alter surdus tantum est, alter verò mutus, sed eo ipso quod mutus est, surdus esse intelligitur, cùm causa defectus loquelæ sit surditas.

SVMMARIVM.

An qui rationis desituti sunt, vt infani, & mente capti, possint celebrare sponsal. & matrimonium: explicatur c. Neque furiosus, 32. q. 7. n. 14.
Quid si dilucidis intervallis gaudeant, n. 16.
In dubio an aliquis sit sanæ mentis, & contraxerit tempore dilucidi intervalli, quid præsumatur n. 17.
An pecet amens dilucida habens intervalla, contrahendo matrimoniū, 18.
An ebrius contrahere possit sponsalia, & matrimonium n. 19.
Quid si tempore sanæ mentis prouidit, & voluit contrahere, n. 20.
An deliberatio, & voluntas virtualis sufficiat ad valorē sponsaliorum, n. 21.
An dentur aliqui partim insani, partim autem sanæ mentis, & liberum arbitrium detur in aliquibus rebus, in alijs verò non: prima opinio negatiua, n. 22.
Secunda opinio vera, n. 23.
Soluuntur argumenta, n. 24.

15 DIFFICVLTAS III. est, An insani, & mente capti deliberationem habere valeant, vt possint validè contrahere sponsalia & matrim. *Glossa c. Dilectus, de sponsalibus, verb. Furore.* videtur sentire spōsalia & matrimonium cum furioso contracta esse valida, si contrahens erat furoris conscius: & potest probari ex decreto Fabiani Pontificis, & habetur *c. Neque furiosus 32. q. 7.* ibi, *neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt, sed si contractum fuerit, non separentur.* Merito tamen prædictam glossam reprobant *Præpos. in d. c. Dilectus, n. 2. & Couar. 4. decret. 2. p. c. 2. n. 7. fin.* quia furiosum non posse contrahere, nō oritur ex iniuria alteri contrahenti illata, vt si alter conscius sit, videatur illam remittere, ac proinde valida sint sponsalia: sed oritur ex deliberationis defectu, liberiq; consensus, cuius furiosus expers est. Nec obstat *c. Neque furiosus.* nam intelligitur de matrim. contracto ante furorem, vt sensus sit, furiosos nullo modo posse contrahere matrim. furoris tempore, sed si contraxerint (intellige ante furorem) separandum non esse matrimonium propter furorem superuenientē. Et ideo sit conclusio, vt sponsalia valeant, requiritur vt vterque contrahens sit sui compos, rationisq; vsum habeat: quare si alteruter insanus sit, spōsalia ex tūt nulla. Sic definitur *c. Dilectus, de sponsal.* & idem habetur *l. 6. c. 2. p. 4.* & deducitur argum. ex *Clement. Si furiosus, de homicidio.* & ex *l. Furiosum. C. qui testam. fac. pos.* Ex quibus constat, à furioso fieri nihil posse consensum liberum exigens, qualem petunt sponsalia, & matrimonium. Et idem dicendum est de mente capto, nam exæquatur furioso, *l. 2. & ibi Bald. C. de curat. furios.* & est textus *tunct. gloss. verb. Extra mentem, cap. Sicut, de regular.* & pulchrè docet cū multis *Nauar. c. Si quando, de rescript. except. 10. num. 5.* vbi concludit mente captum esse genus ad patientem sequam & quietam mentis alienationem. Et ita docet *Couar. 4. decret. 2. p. c. 2. nu. 8. Greg. Lop. l. 6. t. 2. p. 4. verb. El que fuese. Enriquez l. 11. de matrim. c. 4. num. 3.* quod intelligendū est de mente capto, qui omnino rationis vsu destituitur: secus est, si non careat omnino intellectu, quē vulgo *tonto, o atontado* appellamus, vel dicimus, *no tiene tāta sabiduria como Salomone.* ironicè: hic enim spōsalia & matrimonium inire potest, vt bene cum Socino docet *Greg. Lop. proximè citatus.* & ratio est manifesta, quia deliberatione sufficientem habet ad lethaliter delinquendum.

Intelligenda tamen est conclusio, quando furiosus, vel 16
mēte captus perpetuo furore laboraret: si etim dilucidis interuallis gaudeat, potest eo tempore spōsalia & matrimonium contrahere: tūc enim rationis vsus particeps est: constatque ex *c. Quamuis 7. q. 1.* & ex *l. Diuus ff. de offic. præsidis*, & docent ex Theologis *D. Tho. 4. 34. quæst. vnica, art. 4.* vbi *Richardus a. 4. q. 1. D. Bonauen. a. 5. q. 1. Sotus q. vnic. art. 4. concl. 1.* & reliqui Theologi. & ex iuris peritis, *gloss. cap. Neque furiosus 32. quæst. 7. initio, & c. Dilectus, de sponsalibus, verb. Furore.* vbi *Ioan. Andr. num. 5. Henricus num. 1. Alex. de Neuo num. 16. Præpositus num. 1. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 2. num. 5. & reliqui.*

Dubitabis tamen, quid præsumatur in dubio? Dicito 17
sic: quando non constat eū de quo tractatur, antea furore correptū esse, nō præsumitur furiosus, sed sanæ mentis: vt constat ex *l. 2. C. qui testam. fac. pos. & l. Nec codicillos, C. de codicil.* & ratio est clara, quia natura ipsa homines sanæ mētis producit, quare asserēti aliquē insanū esse, aduersatur præsumptio, quæ à natura ipsa descēdit. Sic *Couar. 4. decret. 2. p. c. 2. n. 5. Menoch.* multos referēs *lib. 6. de præsumpt. præsumpt. 45. n. 18.* Ex quibus autē conjecturis hoc deprehendatur prosequitur ibi latè *Couarr. n. 6 & Menoch. n. 24.* Hoc tamē vnum aduerto, iudicari sanæ mentis, vt validè contrahat spōsalia, quādo eā deliberationē habet, quę in materia graui sufficeret ad culpā mortalē: vt de confectione testamēti docet *P. Mol. 1. 2. de iust. tr. 2. disp. 136. f. 735.* quia (vt diximus n. 5.) ea deliberatio sufficit, & necessaria est ad valorē sponsaliū. Quando autē constat aliquē demētia affectum fuisse, nec constat cōsensisse habere dilucida interualla, præsumitur adhuc demens. Sic *Couar. num. 6. Menoch.* multos allegans contra alios, *d. præsumpt. 45. n. 59. & cons. 82. n. 220. l. 1.* Quod tamē procedit, si probatū fuerit furorem dūrasse quodam continuo tempore vt anno, vel mense: secus si probatur in aliquibus actibus furiosum fuisse: non enim præsumitur permanere furorem. Sic *Couar d. n. 6. Menoch. d. præsūp. 45. n. 62.* referens alios, *Lud. Lop. ibi. 2. p. instit. mater. de matrim. c. 39. f. 1057.* Similiter nō præsumitur furorē durare, vbi peritorum testimonio probatur ex accidenti, quod iam cessauit, contigisse. Sic *Couar. cū aliis eo nu. 6. Lud. Lop. ibi.* Tādem si furiosus lucida habeat interualla, cū dubitatur an actus tempore furoris, an sanæ mentis gestus fuerit. *Enriq l. 11. de matrim. c. 4. n. 3.* ait in dubio præsumi rationis vsum, dicendum tamen est præsumi tempore furoris gestum esse. Et ratio est, quia cū furoris morbus suapte natura perpetuus, insanabilis, ac desperatus sit, præsumitur durare omni tempore, & illa dilucida intermissa sunt per accidens, ideoque minimè præsumuntur. *l. Si vero, §. Qui pro rei qualitate, ff. de satisd. eog.* Sic multis citatis, *Præpos. c. Dilectus, n. 2. de sponsal. Medi. l. 2. de primog. c. 9. n. 30. Menoch. multos referens, d. præsump. 45. n. 68. Gama p. 1. decis. 100. P. Mol. to. 1. de iust. tract. 2. disp. 136. f. 735.* Limita tamen nisi ex actus qualitate, qui ita bene gestus est, vt ostendat non factum esse à demente præsumatur gestum tempore sanæ mentis. Sic *Couar. n. 7. & Lud. Lop. proximè citati, Menoc. cū aliis d. præsum. 45. n. 66. Matienz. l. 5. recop. t. 1. sub. gloss. 1. n. 67.* Similiter præsumitur furiosus, quo ad actus, qui paulò post furoris tempus aguntur, non autem quoad illos, qui longo interuallo cessāt. *Cou. cū aliis, n. 6. Menoch. d. præsump. 45. nu. 69. Lud. Lop. ib.*

Obseruandum tamē est, quamuis habitu furiosus, si in- 18
terualli lucidi tempore ducat vxorē, validè cōtrahat, peccare tamen contrahendo, quia inconeus non est ad prolē educandam. Sic videtur sentire *D. Th. 4. d. 34. q. vnica, ar. 4.* vbi ait non esse tutū hūc contrahere: & *D. Bonauen. ibi. ar. 3. q. 1.* vbi dicit, hūc non debere contrahere propter periculū: & *Soto ibi, q. vnic. a. 4. concl. 1.* quem sequitur *Petr. de Ledes,*

de matrim.qu.58.a.3 dub.2.in solut.ad 2. vbi vterque ait, nonnihil iniuriæ irrogari sacramento, & si vterque contrahens frequenter amentiam pateretur, forsan esse mortale. Limitat *Soto* nisi per alias coniunctas personas prolis educationi satis consuleretur. Sed *Petro de Ledesm.* non videtur hæc limitatio ita certa, eo quod educatio illa munus est parentum. Mihi verò placet moderatio Soti, nam ex causa iusta id munus alij committi potest, qualem esse parentum amentiam, nemo dubitabit: & si dicas, Abstineant matrimonio contrahendo: dutum est ipsos ad vitam continentem astringere, & maximè si grauibus carnis stimulis tempore sanæ mentis vrgeantur.

19 Ex dictis infertur, quid de ebrio dicendum sit, is enim si ebrietatis tempore contrahat matrimoniũ, aut sponsalia, nihil facit: quia consensu libero, & debita deliberatione caret. Sic *Henr.c. Dilectus, de sponsal.n.4. D.Antonin.3.p.t.1.c.19.ante* §.1. *Conar.4.decret.1.p.c.2.n.9. Greg. Lop.l.6.t.2.p.4. verb. El que fuese*: quod à pœnitente negatur, si intelligatur, prout *D.Anton. Conar. & Greg. Lop.* intelligunt, quando ita ebrius est, vt rationis vsu orbatus sit.

20 Non immeritò tamen dubitabis, quid dicendum sit, si ebrius & demens tempore sanæ mentis voluntatem habuerunt contrahendi sponsalia, aut matrimonium, eamque tempore ebrietatis, aut dementiæ exequantur. Posset enim aliquis existimare valida esse: quia baptismus eo tempore collatus, validus esset propter voluntatem præcedentem. Et fortius vrget, quia non deficit deliberatio requisita ad peccatum mortale: homicidium enim tunc cõmissum si tempore quo sui compotes erãt, præuisum esset, culpa lethalis esset. Dicendum tamen est non sufficere eã voluntatem, nec est simile de baptismo, nam in matrim. & sponsalibus ipsi contrahentes sunt ministri, & actus ministri necessariò debet esse humanus: sicut si aliquis sui compos audiuit confessionem, & factus insanus absoluere, nulla esset absolutio: & similiter si tunc baptizaret, quãuis antea id in animo haberet, irritus esset baptismus. Non obstat etiam mala præuisa imputari tunc ad culpam, tum quia bonum ex integra causa, malum autem ex singulari defectu, teste *D. Dionysio c.4. de diuin.nom.* Vnde cùm sponsalia, & matrimonium sint quoddam bonũ, exigunt plenam libertatem, at peccatum cùm malum sit, satis est in sua causa sit volitum. tum præcipuè, quod cùm homo teneatur vitare homicidia, & alia peccata, eo ipso, quod sciens se in ebrietate illa admittere, & cũ possit, non curat ea vitare, indirectè, & virtute ea vult: at cùm non teneatur vitare sponsalia, & matrimonium, non censetur voluntas virtualis circa illa. Sic *Ledesm.1.p.4.qu.60.art.3. Veracruz 1.p.art.spec.4.41.concl.5. Petr.de Ledesm.de matrim.q.58.art.3.dub.1. Matienzo lib.5.recop.t.1 rubr.gloss.1.num.208.*

21 Hinc infertur ad sponsalia & matrimonium, non sufficere voluntatem virtualem. Sic *Anglas* in quodam simili docet *floribus 2.p.q.1.de voto, a.1.diffic.3.concl.4.* vbi ait votum emissum ex simili deliberatione irritum esse: ac proinde idem diceret in sponsalibus, eadem enim deliberatio ad vtrunque desideratur, vt dixi hac disp.n.5. & probat, quia si is qui sciret dum ebrius est, multa se emittere vota, & liberè inebriaretur, haberet virtualem deliberationem vouendi, & tamen vota essent nulla, sicut si sciret se perpetrare homicidium, & inebriari vellet, virtute eligeret ea homicidia. Sed dicendum est sufficere virtualem voluntatem, quia sponsalia sunt volita in se, vnde dispar est ratio de homicidio volito ab ebrio, quia tantum est volitum in sua causa præuisa, & quia (vt dixi nu. præced.) homicidium tunc admissum censetur virtute volitum, non autẽ sponsalia, vel vota tunc admissa. Et ideo *Nauar. sum. Latina, & Hispan.c.12.n.26. Lud. Lop.1.par. instruct. cap. 43. paulo post princ. Aragon.2.2.q. 88.a.1.fol. 966.* meritò docent ad voti valorẽ sufficere voluntatem, & deliberationem virtualem, qua in se ipso volitum est: quare idem dicerent in sponsalibus. & probatur: quis enim diceret, quod is, qui deliberatè cœpit exequi eas cæremonias, quæ præcedere solent matrimonium, aut professionem, non sit verè professus, aut legitimo matrimonio coniunctus, ex eo, quod tempore professionis, aut matrimonij non habeat deliberationem, propter animi perturbationem, vel attentionem ad alia: sicut si simili voluntate facturus factum accedat, verè consecrabit ex voluntate virtuali, quamuis consecrationis tempore ad alia diuagatus non attendat.

Tandem egregium dubium se offert, vtrùm quisquam in omnibus ferè rebus possit esse rationis particeps, in vna verò, aut altera eiusdem expers, atque ita capax sit contractus quoslibet, & matrimonium celebrãdi, sacramenta percipiendi, & peccata confitendi: Videtur enim id fieri minimè posse. nam omnis nostra cognitio initium sumit à sensibus, authore philosopho, nihil enim in intellectu, quod prius non fuerit in sensu, ergo vitiata sensuum principe imaginatiua, intellectus non poterit rectè ratiocinari, quod ad libertatem desideratur. Et confirm. ex doctrina *D.Thom.2.sent.d.25.qu.1 a.2.ad 7.* vbi dicit vsum liberi arbitrij impediri per accidens, quia ad id vsus rationis exigitur, & ad rationis vsum imaginatiua virtus, quæ per organi læsionem impeditur: ergo cùm in quocunque demente necessariò saltem virtus imaginatiua læsa esse debeat, impedietur vsus rationis, & liberi arbitrij. Secundò probatur, quia omnis potentia eodem modo respicit omnia sua obiecta, vt visus omnes colores, & si circa vnũ obiectũ vitietur, eodem vitio, quo ad reliqua laborabit: ergo si ex imaginatiuæ læsione intellectus, quoad aliquod obiectũ deficit, perperam ratiocinãdo, deficiet quo ad reliqua, & ita, vel in omnibus vel in nulla re delirabit. Tandem quia alias daretur eundẽ hominem capacem esse meritj in vna materia, & nõ in alijs. Quare *Victoria relectione ad quos tenentur homo veniens ad rationis vsum, nu.19.* tanquam probabilius sustinet non posse aliquem vsum rationis habere in vna materia, & non in alijs, dicitque maniacos, & phreneticos habere rationis vsum circa omnem materiam, etsi tamen circa aliquam, quasi naturaliter & immicibiliter.

His tamen minimè obstantibus credo verius esse inueniri sæpe delirantes in aliqua speciali materia, ac proinde in illa rationis, liberi arbitrij, meriti, atque demeriti expertes, sed naturaliter brutorum instar imaginatione ducti: in alijs verò ratione vti, & libere operari, capaceisque esse merendi, & demerendi, ac subinde posse fateri, alia facta mẽta recipere, spõsalia ac matrimonium celebrare. Cognoscemus autem hunc rationis vsum in delirantibus circa aliqua materia, ex præsenti statu factis aliquibus interrogationibus; & perspecto an norint discernere inter bonum & malũ: id enim indicium est mentis cõstantiæ, quod sit bene se habere ad ea, quę offeruntur, vt pulchrè *Hippocrates l.2. aphoris. aphor.35.* Probat etiã *l. Hi qui, 12. in fin. ff. de tutor. & curat.* ibi, *non est nouũ quosdã, & si mẽtis suæ valeburtur ex fermonibus cõpotes esse*, vbi *Gloss.v. Ex sermonibus*, ait ex fermonibus alicuius cõuinci sit sanæ mẽtis, nec ne. Probatur hęc sententia tripliciter. Primò auctoritate, deinceps experiẽtijs, demum ratione. Prob. ergo primò auctoritate *Auicẽnæ l.3. fen.1. tract. 3.c.2. in medio*, vbi hæc ait, *nos vero dicimus, quod quãdo apostema fit in parte anteriori, corrumpit imaginationem, cum ergo est talis incipiunt colligere villos ex vestibus: quod si sit in medio, corrumpit cogitationem, & turbatur in eo, quod agit.* ecce qualiter cõcedit imaginatiuę lęsionem, & cõsequenter phrenesim, mania, cogitatione, seu ratione illęsa. Idem docẽt *Galen.l.4. de loc. affect.c.1. & c.4. & l. de symp. differentijs.c.3. Leon. Fuchs.* auctor alioquin reprobus, *l.1. de medendis morbis.a.20. fin. in princ. Donat. Anton. l. de medẽdis human. corp. malis, c.6.* vbi omnes hi docẽt esse phreneticos, qui ratione manẽte illęsa imaginatione deprauate mouẽtur. idẽ docet *Actius tetrab. 1. ser.2.c.2. initio*, vbi hæc dicit, *Aut enim imaginatiua facultas solũ læsa est, seruatur autẽ ipsis ratiocinatiua, & memoria: aut ratiocinatiua solũ læsa est, seruatur autẽ imaginatiua, & memoria: aut etiã imaginatiua læsa est, seruatur autẽ memoria. Quibus igitur imaginatio læsa est, ij iudicãt quidẽ rectè, imaginantur autẽ peruersè: quibus verò ratio solũ læsa est, imaginãtur quidẽ rectè, iudicant autẽ non rectè: quibus autẽ memoria læsa est, nullius autem facultas lęsa est, nec recordantur, imo neque omnino rectè imaginantur, neque iudicant.*

Et ex Theologis, *Victoria relectione ad quid teneatur homo veniens ad vsum rationis, num.* 19. sustinet tanquam probabile posse aliquos habere vsum rationis in vna materia, & non in alijs. Et multi Theologi doctissimi è nostra Societ. Iesu, quos de hac re cõsului, sunt nostræ sententiæ. Secundò probatur experientijs, quibus tota philosophia naturalis, ex cuius principijs quæstio hæc decidẽda est, innititur: autor est *Aristot. 1. met. c. 1.* Prima ergo experientia est, quam refert *Galen.* de Theophilo medico ægrotante *lib. de symptomatum differ. c. 3.* is enim cùm alioquin prudenter se gereret, & discereret, atque eos, qui aderant exactè cognosceret, tibicines tamen quosdam arbitrabatur esse in angulo cubiculi, seque illos videre putabat, & assiduè clamans iubebat eos expelli, & quando conualuit, perfectè recitabat omnia verba & gesta eorum, qui ipsum inuiserant. Ecce qualiter imaginatione læsa, phrenesique occupata permanebat in rebus gerendis prudentia, & discursus ad differendum, & omnium exacta cognitio, quæ omnia vsus rationis manifesta indicia sunt. 2. experientia est, quam de semetipso refert *idem Galen lib. 4. de locis male affectis, cap. 1.* cùm enim ardenti febre laboraret, & festucas atri coloris eminere, & floccos similiter in vestibus esse putabat, quos auferre tentans, nihilque sub digitis eductum inueniens, accuratius vehementiusque id efficere conabatur; audiens tamen amicos, qui tunc aderant, dicentes. Videtis hunc floccos euellere, & festucas colligere: statim intellexit, & cùm sic animo constaret, vt rationalis in eo facultas non vacillaret, Rectè (inquit) dicitis ô amici, proinde, ne phrenesis me arripiat, auxilio estote. Ex quibus manifestè constat, neque in Theophilo, neque in Galeno rationem læsam esse, sed solam imaginationem: vtramque experientiam refert *idem Leon. Fuschius l. 1. de med. morbis ca. 20.* Ratim in principio, ad hoc idem comprobandum. 3. experientia est, cuius ego sum testis oculatus. his proximè diebus nouus pastorem quendã, qui de Trinitatis, ac incarnationis mysterio interrogatus necessariam pro captu rationẽ reddebat, peccataque frequenter confitebatur, sensu etiam & ratione præditus erat ad oues ducendas ac pascendas, & de stipendio suis operis debito paciscendum, & denique in omnibus ratione ducebatur, si hoc vnũ excipias, quod vehementer angebatur, ne ad habitum monachalem induendum cogeretur: precibatur autem, & enixè contendebat, vt chirographo aliquo sibi dato tutus redderetur fore, vt nullo tempore ad id compelleretur: illoque sibi tradito mirum in modum lætabatur. Chorcas ducebat, & quicquid sibi iniungebatur, libentissimè executioni mãdabat. quod euidens signum est solam imaginatiuã, quoad eam materiam, læsam esse. Tandem probatur ratione, supposito triplici principio apud philosophos certo. I. est, deliry causa est humor, aut vapor feruentissimus in cerebri substantiam, in eiusq; ventriculos effusus, cuius impulsu mens in falsa quædam & fictitia traducitur. Quod inter alios bene explicat *Fernelius l. 5. de part. morbis cap. 2.* II. principium est maximam esse imaginatiuæ facultatis virtutem ad alterandum corpus, excitandosq; humores. cuius effectus mira aliqua refert *Abulens. ca. 30. Gen. q. 9. fine*, ex D. Hieronymo, vnde ex huius facultatis virtute diliriũ potest prouenire, experientia ipsa teste: vidimus enim non paucos ex vehementi aliqua imaginatione delirasse. III. principiũ est, effectus, qui ex imaginatiua proficiscuntur, sunt in duplici differentia; quidam ita ab imaginatiua procedunt, vt postea permaneant, eo quod alias causas conseruantes habeant: alij verò pendẽt ab actu imaginatiuæ in fieri & conseruari, quia carent alijs causis à quibus conseruentur: vt humor melancholicus ex rei tristis imaginatione consurgens manet cessante actu imaginatiuæ: alteratio autem ex rei turpis meditatione, ea finita cessat. Idem cernimus in delitio: aliud enim est, quod pérpetuò durat, eo quod idem humor calidissimus tenaciter occupat cerebri partes, habetque sufficientes sui conseruationis causas: aliud verò est, quod breui finitur, eo quod vapor ex quo prouenit, debilior fit. His ergo suppositis probatur nostra sent. sic, deliriũ prouenire potest ex vehemẽti aliqua imaginatione, ita vt ab illa dependeat in fieri & conseruari, ergo contingere potest aliquem hominem dum cõsideret aliquod obiectum, delirare, licet dum alia percipit, non deliret, sed deliberatione vtatur. Nec obstat principium quod vrget oppositum sentientes, nimirum libertatem indiuisibilem esse, nec percipi posse, qua ratione circa aliquod obiecta integra perseueret, circa alia verò omnino lædatur. Hi enim si vniuersim loquantur, certum est falsum illos assumere. In primis enim actus primo primi in nobis sunt necessarij, actus verò secundi sunt liberi, siue sint circa diuersa obiecta, siue circa idem; deinde in Christo Domino reperti sunt aliqui actus voluntatis omnino necessarij, huiusmodi erat amor Dei procedens ex visione beatifica, & alij perfectè liberi, vt obedientiæ, quo mortem subijt: imò circa idemmet obiectũ habuit actus, & necessarios, & liberos. nam actus amoris Dei, qui necessariò sequebatur ex visione beata, necessarius erat: qui verò ex scientia infusa, liber. Vt docent *Duran. 3. d. 18. q. 2. Paluel. ibi. q. 2. a. 2. Capreolus 1. d. qu. 3. circa fin. ad argu. cont. 4. concl. Ferrara l. 3. cont. gentes ca. 62. ad fin. Soto l. 3. de nat. & grat. cap. 7.* quinimo circa idem omnino obiectum, vt circa proximũ cognitum per eandem visionem beatam, in Christo & Beatis est duplex actus amoris, alter necessarius, alter verò liber: vt tenet *Suarez 3. p. q. 19. a 3. disp. 39. sect. 2. in 3. sent.* Nulli ergo mirum esse debet si asseramus in aliquo homine posse dari actus necessarios, & liberos circa obiecta diuersa, & cognita medijs cognitionibus valde diuersis, cuiusmodi sunt cognitio elicita media specie aliquo humore vitiata, & cognitio alterius obiecti elicita media alia specie illæsa, & perfecta.

Ad 1. arg. & confirm. fateor discursum circa illud obiectum ab imaginatiua vitiata repræsentatũ errare, at circa alia, erga quæ imaginatiua illæsa est, nõ errat. Ad 2. quamuis ex ratione sua eodem modo respiciat potentia omnia obiecta, si illa eodem modo se habeant, ceterum per accidens prouenire potest, vt aliter versetur circa illud obiectum, ac circa alia: vt explicatum est. Ad 3. admitto quod infert: id tamen non est inconueniens, vt explicui. 24

DISPVTATIO IX.

An sufficiat ad sponsalia promissio externa ficta, qua vterque, vel alteruter contrahens, caret animo verè promittendi, aut se obligandi, saltem si iuramento stabiliatur: vel quando de promissione, aut de intentione se obligandi, est dubium?

SVMMARIVM.

Quotupl. iter contingat non habere animum se obligandi. n. 1.
Quæ vera sint, & quæ in dubium vertantur. 2.
Quando deficit animus promittendi, an sit culpa lethalis, & obliget. n. 3.
& vbi, an sufficiat, vt hic ficte consentiens postea consentiat interne.
Quid quando animus promittendi, non tamen se obligandi, sequitur, esse sponsalia & esse votum si emissum. 4.
Opinio vertitur, nec esse sponsalia, nec votum. 5.
Quid si velit se obligare ad solum veniale, vel ad paucos in sponsalibus, & voto. 6.
Soluuntur argumenta, & explicatur l. 1. § 1. ff. Si vsusfruct. pet. & illud brocardicum, Qui vult antecedens, vult & consequens. n. 7.
Post n. 7. inseruntur alia summaria.

DVPLICITER contingere potest non habere animum se obligandi. 1. positiuè, vt si promittens actum positiuum habeat, quo obligari nolit. 2. negatiuè: vt si nec habeat voluntatem se obligandi, nec cõtrariam. Et hoc rursus bifariam euenit. 1. quando explicitè eam voluntatem se obligandi non habuit, implicite tamen, & virtute id voluit. Vt quando quis est conscius naturæ promissionis, & obligationis ex illa consurgentis, nec habuit intentionem contrariam. 2. modo, quando nec implicitè nec explicitè habuit intentionem se obligandi, nec etiam contrariam: vt si promittens ignarus sit naturæ promissionis, & obligationis qua ligat. 1

Certum igitur est si promittentes animum se obligandi

habeant, non tamen implendi, esse vera sponsalia, obligareque quia pessima non implēdi intentio rem promissam, non eximit ab obligatione, quæ ex ipsa promissione animo se obligandi emissa, naturaliter consurgit. Similiter est certum, si promittēs se habuit negatiuè primo modo dicto, quia explicitè non habuit animum se obligandi, habuit tamen implicitè, & virtute, eo quod dum promisit, conscius erat promissionis naturæ, licet huius non meminerit, tunc manere obligatum. Quia ex voto naturaliter manet obligatio, & ex quacunq; promissione: quare intendens promittere, nec apponens explicitè intentionem contrariam, censetur intendere se obligare. Qui enim vult antecedens, censetur velle cōsequens, quod ex illo naturaliter infertur. *l.1.§.1.ff si vsusfruct petatur.* Et ita in omni promissione tenet *Fortun.c.1.de pact.n.30.* & in alio simili, nempe in voto. (vtraq; enim obligatio ex promittentis spontanea voluntate oritur) docent *Aragon. 2.2.qu. 88.art.1.fol.969.col.2. Manuel 2.to.sum.c.92.nu.7.* & nullum reperi in hoc discrepante. Quare tunc erunt vera sponsalia: Idē dicendum est, quando tempore, quo fides data est, adfuit vera se obligandi intentio, quamuis statim fide data promittens haberet animum se non obligandi. Quia iam obligatio ex promissione orta fuerat. Ité certum est, quando promittens habuit se negatiuè secundo modo, quia nec explicitè, nec implicitè habuit voluntatē se obligandi, nec contrariam: vt quia naturam promissionis, & obligationē ex ea consurgere prorsus ignorabat, vel existimabat nō obligare, nec manere obligatum. Quia obligatio promissionis consurgit ex spontanea promittentis voluntate, sed in hoc casu omnino inuoluntaria est, cùm nihil magis voluntati contrarium, quàm ignorātia, & error. *l. Si per errorem ff. de variis. omn. iudic.* Item, quia ignorantia, & error circa substantiam rei promissæ, irritat obligationem, eo quod voluntatem auferat, at multò magis pertinet ad promissionis naturam virtus obligandi: ergo huius virtutis ignorantia voluntatem, & obligationē aufert. Præterea, quia in hoc casu verè non vult promittere, cùm per hanc vocem Promitto, non intelligat promissionem & obligationem oriri. Tandem, quia *l.3.ff. de act. & oblig.* expressè traditur neminem se obligare nisi animum se obligandi habeat. & ita loquens de sponsalibus, tenet *Petr. de Ledesm. matrim.q.43.a.1.dub.2.* & in voto docet *Aragon.d.a.1.f.970.col.2. Manuel d.c.91.num.8.* indeque vterque infert ignorantes inuincibiliter castitatis votum annecti ordini sacro, non teneri ex vi voti ad castitatem defectu voluntatis: sicut de infante ad ordinem sacrum promoto fatentur omnes. Intelligendum tamen est nisi ignorans promissionis naturam, velit eam tēre promittere, qua ceteri promittunt: tūnc enim implicitè, & virtute obligari vult. Tota igitur difficultas est, quādo promittens habuit promittendi animum, & positiuè habuit animum se non obligandi Et de huiusmodi promissionis fictæ obligatione, bifariam disputari potest: 1. an obliget ex vi promissionis, & sponsalium: 2. an saltem obliget ratione frandis ad resarciendam iniuriam illatam. Et in priori casu est disputatio præsens: in posteriori verò disp. sequ. erit sermo. Triplex igitur dubiū in præsentiarum agitandū est. Primum, an promissio ficta animo promittendi facta, & expressio non se obligandi, constituat sponsalia, ex vi; promissionis obliget. Secūdū, quid si iuramēto stabiliatur. Tertiū, quid si dubitatur de promissione, aut de animo se obligandi.

3 DVBIVM I. Quando promissio fit animo promittendi, non tamen se obligandi, an obliget. Et quidem si omnino promissio ficta sit ore tenus solum, quia deficit animus promittendi, manifestum est, nec esse sponsalia, nec ex vi promissionis obligare, quia verè non est promissio, sed promissionis fictio. Erit autem difficultas an si post consentiat internè, sint verè sponsalia. De qua l.2. disp.32.nu.9. vsque ad 13. Est tamen culpa lethalis, quia est mendacium perniciosum: in quolibet enim contractu vtrinque obligatorio, qualis est sponsaliū, lex iustitiæ præscribit, vt vterque verè contrahat. Sic *Cauet. verb. Sponsalia, & ibi Armilla n. 14. Nauar. sum. c.22.n.76. Veracruz.* dicens ab omnibus receptum esse, *3.p. spec. tit. 19.concl.1. Barth. à Ledes. de matrim. dub. 14.* Quod tamen tripliciter limitandum censeo. Primò, nisi eo pacto fides daretur, vt alter facilè colligere posset iocosè dari, nec inde damnum aliud sequeretur. Secūdò, nisi promissio sit ex altera tantùm parte, & non mutua, nec inde detrimentū aliud rēdundat: quia cùm tunc contractus non sit, minimè est mendaciū pernicios ū. Tertiò, nisi grauis necessitas vrgeat ad ūc fictè promittendum, vt ob vitandum magnum scandalū. Nam (vt disp.11.n.2. dicemus) in hoc casu non est mortale fictè contrahere matrimonium, nedum spōsalia: & ibi disputabimus an sit veniale: & cùm fictè contrahere sponsalia, sit minus grave quàm fictum matrimonium, minor causa desiderabitur.

In eo igitur difficultas versatur, quando promissio fit animo promittendi, non tamen se obligandi, an sint vera sponsalia, & ex vi promissionis obliget. Duplex est sent. I. esse vera sponsalia, & obligare Prob. obligatio est naturalis affectus promissionis, sicut ignis calefactio sequitur, posito igne, velit, nolit apponens, calefactio sequetur, ita posita promissione, animoq; promittendi, statim consurget obligatio. Et confirm. quia qui vult antecedens, vult necessariò consequens. *l.1.§.1.ff si vsusfruct. pet.* ibi, *& idem si vsusfructum legetur, necesse est tamen, vt sequatur cum aditus,* & licèt *Enerardus loco à concessione antecedentis ad concessionem consequentis.* Sed obligatio consequitur promissionem: ergo qui vult promissionem, necessariò vult obligationem. Secundò, quia alias esset in promittentis potestate, velle se ad mortale, vel veniale astringere. Tertiò, quia dās formā subinde dat consequentia formam, ergo apponēs promissionem, subinde apponit obligationem, quæ ipsam consequitur. Et ita in sponsalibus docet *Petr. de Ledesm. de matrim.q.43 a.1.dub.2.* & in alio simili, nempe in voto, docet *Soto lib.7.de iust.qu.1.ar.2.vers. Tertio eodemque modo, Led. l.1.* dicens idem docuisse *Peña 1.p.instruct.c.42. §. Secundum. Sotum, & c.43.§. Quamuis voti. Manuel 2.to.sum.c.92.n.7. Arag. 2.qu.88.a.1.f.969.§. Contrariū tamē Gutier. l.2.q.can.c.22.n.*

II. sentent. verior affirmat, nec esse sponsalia, nec ex vi promissionis obligare. Prob. ex *c.fin. de cond. appos.* vbi conditio contraria substantiæ matrimonij, ipsum annullat, & licet verba, & intentio essent contrahendi: ergo cùm de natura promissionis, & sponsalium sit animus se obligandi, vbi contrarius animus adfuerit, nulla erunt. Et confirm. quia quamuis intentio contraria matrimonio mente reseruata, ipsum annullat, vt si animus sit ducendi vxorem ad tempus: sicut dicemus l.2.disp.19 nu. 11. 2. Prob. quia omnis obligatio, quæ nō est ex lege, oritur ex privata hominis voluntate: ergo vbi deest se obligandi voluntas, deficit obligatio. Dices, spontalia ex hominis voluntate consistere, ijs tamen contractis obligatio est ex iure diuino, & naturali: hoc tamen non obstat, quia lex diuina, & naturalis non obligat circa rem spontaneam, nisi supposita voluntate hominis obligationem sibi imponentis, ergo vbi defuit animus se obligandi deest obligatio. Tādem, quia obligatio promissionis consurgit ex lege privata, quia promittens sibi imponit, nulla autem lex obligat, nisi legislator obligare intendat. Quare hanc sent. tuetur *Rom. quæst. l.11.de matrim.c.13.n.2.* & in alio simili, scilicet in voto docet *Ricar. 4.d.38.a.3.q.2.a.1 2.D. Bonau. ibi a.1.qu.1.n.33. d.39.a.3.q.1.n.46. D. Ant.2.p.t.11.c.2.animo. Angel. v. Pactum 4.* & *Votum 1.n.7. Sylueſt. v. Metus q.8.* & *v. Pactum, 3.q. Armilla n.2.* & *verb. Iuramentum, n.14. Tabiena v. Pactum, q.2. Tabiena C. de rectit. q.23.§. His non obstantibus, Nauar. sum. c.12. n. Viguer. Instit. c.5.§.3.n.14. Palat. 4.d.29 disp.1.f.66. col.1.*

Dubitabis tamē, quid si adfuit animus obligandi saltem ad veniale, an sint vera sponsalia. Quidam censent cum alio simili, vt in voto non esse in potestate voventis obligare se ad culpam mortalem, vel venialem, vel ex obiecto magnitudine id pensandum esse, quia quamuis obligatio voti, & promissionis, quoad exercitiū pēdeat ex voluntate intētione, quantitas tamē obligationis sumitur ex natura rei, iuxta materiæ qualitatē. Sic *Soto l.7.de iust.qu.1 ar.*

Per hæc ad id. Cordub. a sum. q. 188. princ. 1. Sed dicendum est quamuis in materia leui non sit in vouētis potestate obligare se ad mortalia, quia talis voluntas vt iniqua & irrationabilis non acceptatur à Deo, cùm & præcepta, & leges superiorum non possint ad mortale in re leui obligare, vt bene probat *Castro l. 1. de lege pœnali, c. 5. docum. 2.* & in voto docent *Soto, & Cordub. proximè citati*, idem *Soto l. 8. de iust. q. 1. a. 7. dub. 1.* Ceterum in quacunque materia graui potest se ad solam venialem culpam obligare, quia promissio est lex priuata, quam promittens sibi imponit; at legislator potest sub veniali velle obligare in materia graui. Item quia si potest se ad nullam culpam astringere, vt dixi n. 5. à fortiori poterit ad solam venialem. Hoc colligitur ex *Enriquez. l. 5. de pœnit. c. 21. n. 5.* vbi dicit posse vouentem ad solam pœnam se obligare. Vnde credo posse similiter in sponsalibus velle se ad solam venialem culpam astringere, & esse vera sponsalia, sicut esset verum votum, quo se ad veniale obligaret, quia iam est vera promissio, cùm adsit animus promittendi, & se obligādi, nec est de essentia, vt obliget ad mortale: si verò solùm esset animus se ad pœnam astringendi, credo non esse votum, nisi tantū circa pœnā; esset enim perinde, ac si vouēs diceret, Promitto mille aureos pauperibus, si luxero: obligatio enim solū in pœnam cadit: & eodem modo si per sponsalia esset animus se ad solam pœnā obligādi, nec essent sponsalia, nec promissio: quia omnimoda obligatione distituūtur, cù in illis promissio pœnæ minimè valeat, *c. Gemma, de sponsalibus.*

7 Ad 1. argum. distinguo antecedens, quando promissio vera est, fateor: secus quando non est vera, vt contingit, quando deficit animus se obligandi: cùm enim adiciatur conditio naturæ promissionis contraria, deficit veritas promissionis. Ad confir. dico volentem efficaciter antecedens, velle consequens, at adiciens animum non se obligandi, minimè vult efficaciter promittere, sed fictè, & ore tenus. Ad 2. fateor id sequi, non tamen esse inconueniens, vt dixi n. 6. Ad 3. concedo antecedens de veram formam dante, qui autem promittit absque animo se obligandi, veram promissionis formā à promittentis mente pendētem, aufert: & tantum est apparens, & ficta promissio.

SVMMARIVM.

An si promissio facta animo promittendi, non tamen se obligandi, iuramento firmetur, obliget. Lopinio, obligare n. 8.
Secunda vertur, non obligare. n. 9.
Soluuntur argumenta, & explicatur c. Quamquam, 22. q. 5. nn. 10.
Post num. 10. innumeræ aliæ summaria.

8 DVBIVM II. An si promissio matrim. iuramēto stabiliatur, obliget, veraque sponsalia constituat, quando adest animus iurandi, & expressus non se obligandi: nam quādo deest etiam animus iurandi, fateantur omnes, nec vi iuramenti obligare: sicut diximus n. 5. de promissione. Aliqui cēsent obligare. Probatur ex doctrina, quam tradunt *Angel. Iuramentum 4. iunio, Sylues. Iuramentum 3. q. 2.* vbi docent aliter contrahi obligationem in voto, quàm in iuramento; in illo enim contrahitur per intentionem, in hoc verò per deliberatam verborum attestationem. 2. Prob. ex D. *Isidoro*, & habetur *c. Quacunque. 22. qu. 5.* ibi, *quacunque arte verborum quis iuret; Deus tamen, qui conscientia testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur, intelligit.* Sic videntur tenere *Hostien. c. Ad audientiam. super verb. Resignauit, de his quæ vi*, & ibi *Ioan. Andr. n. 8.* vbi aiunt licet promissio nō obliget absque animo se obligandi, at in iuramēto aliud statuere Ecclesiam: sed eos intelligit *Imola ibi n. 5.* vt sentiant in conscientia id iuramentum non obligare, sed tantum in foro Ecclesiæ, eo quod non credit assecuti se caruisse animo se obligandi. Sed expressè hanc sent. tenent *Caiet. 2. 2. qu. 89. art. 7. ad 4. Soto l. 8. de iustit. q. 1. a. 7. ad 4. vers. At vero profecto. Couar. de pact. 1. par. §. 5. n. 2. Gutier. l. 2. quæst. canonic. c. 22. n. 31. Lud. Lop. 1. parte instruct. c. 42. §. Secundum Sotum. Manuel 1. to sum. 2. edit. c. 192. n. 4. & 2. to c. 92. n. 7. Aragon 2. 2. q. 89. a. 7. §. Quarta concl. f. 1081. Enriquez. l. 11. de matrim. c. 13. num. 2. in commento, lit. Z.* quamuis in voto teneat contrarium. & hoc dicit tutius *Tabiena verb. Iurare. qu. 11.* Vnde iuxta hanc sententiam dicendum est vera effici sponsalia.

Verius tamen est non obligare ex vi iuramēti, aut promissionis, nec esse sponsalia: probatur iisdem rationibus, quibus n. 5. id probauimus de promissione. vtraque enim obligatio procedit ex spōntanea hominis voluntate sibi legem imponentis, nec commoda discriminis ratio intet vtramque obligationē designari potest. Item ex *D. Gregor. l. 26. moral. c. 7.* & habetur *c. Humanæ, 22. q. 5.* vbi ait humanas aures talia verba nostra iudicare, qualia foris sonant, Deum autem qualia ex intimis proferuntur. Quare hanc sent. videtur expressè tenere *D. Th. 3. d. 39. q. 1. a. 3. quæstiunc. 3.* vbi dicit iuramentum ex ipsa iurantis, vt iuramentum est, ratione, non obligare nisi iuxta iurantis intentionem: & tenet *D. Bonauen. 3. d. 39. a. 3. qu. 1. n. 49. & ibi Ricar. a. 2. qu. 1. Gabr. ibi qu. 1. a. 2. concl. 5. D. Antonin. 2. p. t. 10. c. 6. vers. Quintus casus, fine. Medina C. de confessione. q. De dispensat. in reuelanda confess. ad 2. Palacios 4. d. 26. disp. 1. s. 665. col. 1. Pibiarc. de spec. Sacerd. to. 1. p. 2. l. 3. c. 16. §. Sed dubium est.* Et ex iuris peritis *Ant. c. Si vero, de iureiur. n. 5.* vbi *Abbas n. 9. Alex. de Neuo, num. 38. Fel. n. 8. vers. Et declara. Imol. n. 7. Fortun. de vlt. fine illat. 22. nu. 477. & seqq. Rosella verb. Iurare, num. 19. Angel. Iuramentum 5. num. 8. 10. 32. Syluester Iuramentum 4. q. 17. 19. Armilla v. Iuramentum nu. 14. Sayrobin. de priuil. iuram. priuil. 110. num. 16. Gutier. de iuram. 1. p. c. 57. n. 20.*

Ad 1. argumentum ex propositis num. 8. respondeo negando eam doctrinam, vt bene eam impugnat *Medina C. de restit. q. 23. §. His non obstantibus.* Sed dicendum est vtramque obligationem pendere ex intentione promittentis, vel iurantis. Ad *c. Quacunque arte*, dico intelligi, dum quis iurat animo se obligandi, non tamen implendi, vel quando iurat assertorie rogatus iudice, contra mentem petentis iuramentum. 10

SVMMARIVM.

An in dubio vtrùm quis promiserit marito, homini, vel monasterio votum teneatur, & quid quando id opinatur. n. 11.
An in dubio animi se obligandi in primis promissione, & voto, teneatur. Lopinio, non teneri. 12.
Verior opinio, teneri n. 13. & ibi qui libet profertur dictum, quod ipse velle habet.
Quid in dubio vsus rationis, dum promisit matrimonij, vel votum sit. n. 13. & 14.
Soluuntur argumenta, & explicatur c. 1. De his quæ vi, n. 14.

DVBIVM III. Vtrùm dubitans num sponsalia contraxerit, vel animum se obligandi habuerit, teneatur, Et in proti casu dum dubium est de promissione, videtur teneri: nam dubitans de voto à se emisso, tenetur implere, vt docet *Cordub. Sum. q. 147.* Item, quia quamuis in dubio potior sit possidentis conditio, *reg. iur. In pari. 65. de reg. iur. in 6. & reg. In pari. 170. ff. eodem tit.* exigitur tamen, vt possessionem illam iuuet bona fides possidentis, vt diximus libro 2. disp. 41. n. 25. quæ per dubium excluditur. Ceterum dicendum est, si sufficienti adhibita diligentia adhuc manet dubius, vtrùm matrimonium promiserit, minimè teneri: & idem est si dubitat de voto à se emisso. Probatur, quia in dubio melior est possidentis conditio, non tantum in materia iustitiæ, sed in quacunque alia, vt diximus lib. 2. disput. 41. num. 31. Sed in hoc dubio voluntas possidet suam libertatem, cùm de vinculo contrahendo dubitetur, ergo in hoc dubio pro libertate iudicandum est. Item, quia hoc in sponsalium fauorem cedit, magnam enim exigunt libertatem, *c. Gemma, de sponsalibus.* cedit etiam in voti fauorem, cùm enim sit opus religionis libertate, ac spontaneam voluntatem petit. Item quia vbi tractatur de obligatione contrahenda, stricta interpretatio facienda est, *c. 1. de iureiur. in 6. Quicquid astringendæ, ff. de verb. oblig.* qua ratione ductus *Abb. 149. Cum clerici, fine, de verbor. signific.* ait iuramentum generaliter præstitum restringendum esse quantum fieri potest, vt minus obliget iurantem. Nec obstat requiri bonam fidem possidentis, quia ante hoc dubium, bona fide possidebatur libertas, nec dubium superueniens, quod sollicita diligentia vinci nequit, tollit bonam fidem, vt bene probat *Couar. reg. poss. ff. 2. p. §. 7. nu. 4.* 11

Sarmien. 2. select. c. 10 n. 5. cum aliis, quos referunt. Quare in voto hoc videtur sentire *gloss. c. Ex parte, de censibus proximè ante verb. Ex parte,* vbi ait in dubiis licere sequi quod libuerit, & videtur loqui de voto, de quo textus ille agit. Et expresè de voto hoc sentiunt *Soto l. 7. de iust. q. 3. art. 2. docum. 2. vers. Sed est hic. Metina l. 1. sum. c. 14. §. 7. f. 90. Capua l. 2 decis. c. 31. fine, Manuel 2to. sum. c. 99. n. 5. Enriquez l. 11. de matrim. c. 11. n. 5. & l. 8. de Eucharist. c. 45. n. 3. in commen. lit. P. Lud. Lop. 1. part. instruct. c. 45. §. Dubitans de voto.* quare idem dicent hi Doctores de dubitante an promiserit matrimonium: cùm eadem prorsus ratio sit. Dixi consulto non teneri, quando dubitat, si enim opinetur se vouisse, ita vt oppositum non opinetur probabiliter, tenetur quidem, quia habet assensum: si autem pro vtraque parte opinionem probabilem haberet, liceret quamcumque amplecti.

12 In posteriori autem casu, vbi aliquis est certus de promissione matrimonij, aut voto, dubitat autem de animo se obligandi, vel an sciret obligare: posset aliquis existimare nō teneri. Primo, quia in dubio non præsumitur animus se obligandi in iuramēto metu extorto, vt docent *Hostiens. c. Ad audientiam, super verb. Resignauit, de his quæ vi, & ibi Ioan. Andr. nu. 8. Abb. c. Si vero, de iureiur. n. 10. D. Ant. 2. p. t. 10. c. 6. §. Quintus casus, Rosella verb. Iurare n. 19. Sylu. Iuramentum, 4. qu. 7. dict. 4. Seraphinus de primileg. iuramen. primil. 110 n. 16.* Quare *Angel. Iuramentum. 5. n. 10.* ait in hoc dubio non obligare iuramentū. Secundò, quia perinde videtur dubitare de animo se obligādi, ac dubitare de ipsa promissione, quia deficienti animo, nō est promissio. Tertio, quia in hoc dubio videtur prævalere possessio libertatis, qua voluntas gaudet. Quartò ex doctrina, quam tradūt *Soto l. 7. de iust. q. 3. a. 2. docum. 2. p. Sed est hoc. Caput. l. 2 decis. c. 31. fin. Bosa casu 49. in sua sum. f. 233. Vegal. 4. sum. casu 417.* vbi dicūt dubitantē puerū de rationis vsu dum vouit, minimè teneri, nec sufficere quamcumque opinionem vsus rationis, sed exigi rem esse adeò certam, vt nulla, aut tenuissima sit apud viros prudentes dubitatio. Tandem probatur ex *c. 1. de his quæ vi, ad finem,* ibi, *Si legitime probatum fuerit, non timore mortis prædictam mulierem religionem intrasse.* Ex quo textu constat mulierem habitum demittentem professione iam emissa, cogendam esse ad religionem, si monasterium probauerit sponte professam esse, ergo in dubio an valuerit professio, possessio est pro voluntaris libertate: alias non monasterium, sed ipsa teneretur probare metum.

13 Dicendum tamen est in hoc dubio teneri. Prob. quia verba exterius prolatata sunt naturaliter signa intētionis, & nullus præsumitur dicere, quod in corde non habet: vt latè probo l. 3. disp. 15. n. 9. quod adeo verum est, vt etiam in iuramento metu extorto, vbi vehemēs coniectura defectus animi se obligandi propter metum, concurrit, verissimum sit præsumi animum se obligandi, vt delicti præsumptio vitetur, vt docet *Alex. de Neuo c. Si vero, de iureiur. n. 42. Imola, c. Ad audientiam, de his quæ vi. n. 5. Couar.* appellans oppositum manifestum errorem, *4 decret. 2. p. c. 3. §. 5. nu. 3.* ergo vbi constat de promissione, dubitatur autem de animo se obligandi, præsumptio & possessio est pro animo se obligandi verbis promissionis id significantibus. Secūdò, quia promissione cōsequitur naturaliter obligatio, nisi expresè opponatur negatio cōtraria: ergo dum de promissione constat, & dubitatur de cōtrario animo, præsumptio & possessio est pro obligatione. Et confirm. ex doctrina *Soti l. 8. de iust. q. 1. a. 7. ad 4 colu. 25 ante vers. Ex secundo autem,* vbi hæc ait, *Quæcumque actio exterior deliberata secum natura sua affert agendi intentionem, & ideo nisi per formalem negationem mentis excludatur, semper intelligitur vna concurrere cū actione:* ergo in dubio ea intentio præsumitur. & pro ea est possessio. Nam qualitas, quæ à natura ineſt, semper ineſſe præsumitur, vt probat *Menoch. de præsump. l. 1. q. 14. n 3.* Et amplius confirmatur, quia huius possessionis signum est, statim ac aliquis ait se iurasse, vel promisisse, non rogatur an habuerit animum se obligandi, quasi is animus præsumatur. Tertiò potest probari ex dictis disp præced. n. 10. vbi idē probauimus in dubio an promittēs habuerit debitam deliberationem. Quartò, quia *D. Th. 2. 2. q. 89. a. 9. ad 3.* supponere videtur, quando est dubia iuramenti obligatio, eo quod de materia dubitatur, sit licita nec ne, obligare, ait enim posse tūc Episcopū dispensare: ergo idem dicendum est, quando est dubium de animo se obligandi: quia perinde irritum est iuramentum defectu debitæ materiæ, ac defectu huius animi. Quintò, quia quando dubium est an iuramentū obliget, nō potest aliquis propria auctoritate contrauenire: vt docent *Sylu. Iuramentum. 1. 5. q. 1. Angel. Iuramentum. 6. n. 1. Tabiena verb. Iurare q. 20. Cotta,* quem refert & sequitur *Gratian. tom. 269 n. 9. Gutier. de iuram. 1. p. c. 72. n. 7.* ergo in dubio possessio est pro iuramenti obligatione: & consequēter idem erit de qualibet alia promissione, cùm pariter ad omnes, ac ad iuramentum exigatur animus se obligādi: vt dixi n. 9. Sextò, quia probato factō præsumitur interuenisse omnia ad factum requisita, vt docet *Panorm. c. 1. de his quæ vi, n. 9. per c. In præsentia, de probat.* vbi probata professione præsumitur professum habuisse legitimam ætatem, & neganti incumbit probatio, ergo cùm constet de promissione, præsumetur in dubio animus se obligandi, ad eius valorem requisitus. Tandem, quia forus externus cognita huius dubij veritate sententiam ferret in promissionis fauorem pro qua est præsumptio, ergo idem in foro conscientiæ sentiendum est: vterque enim forus, vbi externus falsæ præsumptioni non innititur, idem iudicat: vt probaui disp. 5. n. 20. Et pro hac sententia sunt *Felin. c. Si vero, de iureiur. nu. 8. vers. 4.* declarat *Gutier. de iuram. 1. p. c. 57. n. 20.* vbi docent iuramentum coactum in dubio animi se obligandi, seruandum esse: & *Nauar. l. 3. consilior. in 1. edit. § 34. de voto, cons. 4. fi.* vbi ait vouentem castitatem, simulque religionem, incertum tamen de intentione, an absoluta, an potius casu quo ingrederetur religionem, teneri, dum dubitat de intentione, reputare se obligatū ad castitatem, licet non admittatur ad religionem. quia est certus de votō, dubius tamen de intentione. & *Cordoba sum. q. 147.* vbi ait in dubio an votum obliget esse necessariò petendam dispensationem. & *D. Antonin. 2. p. t. 11. c. 2. initio, v. Nota 6.* ait tutius esse implere in dubio animi se obligandi.

Ad 1. argum. ex propositis num. 12. dico eos Doctores agere de iuramento coacto, in quo coactiō præbet vehementem fictī consensus coniecturam: & adhuc in illo reprobauimus eam doctrinam n. 13. Ad 2. negatur antecedens, quia dum omnino dubitatur de promissione, nulla est ex parte promissionis possessio, sed tota se tenet ex parte libertatis. quando autem promissio est certa, & dubius animus, tunc possessio & præsumptio est ex parte promissionis. Ad 3. nego in eo casu esse possessionem ex parte libertatis. Ad 4. neganda est ea doctrina, & sic distinguendum, si emittens votum, septennium expleuerit, cùm iam ius præsumat vsum rationis, is in dubio præsumendus est: secus ante septennium, in quo casu nisi expresè constet de rationis vsu, nec votum, nec sponsalia obligabunt: vt latius dicemus disp. 19. n. 10. Ad vltimum desumptū ex *c. 1. de his quæ vi,* varios affert intellectus *gloss. ibi verb. Mortis. Anton. n. 29. Panor. n. 9. Imol. n. 16. Antonius* igitur intelligit ex eo textu non constare, cui onus probandi incumbat, nam impersonaliter loquitur: sed bene reprobat *Imol. n. 16. vers. Sed certè,* quia textus probandum dicit fœminam sponte professam esse, hoc autem monasterio incumbebat probare, erat enim contra fœminæ intentionem. Secūdò respondent *gloss. & Panorm.* tā feminæ, quàm monasterio incumbere probandi onus, illi timoré mortis incussum, huic verò professionem à muliere emissam. Sed nec placet hæc solutio, quia apertè opponitur textui ibi *si legitimè probatum fuerit non timore mortis religionem intrasse,* vbi manifestè loquitur de probatione facienda à monasterio: contrarium enim probatura erat mulier, vt intentum assequeretur. Vnde eligenda est alia solutio *gloss. & Panor. ibid.* monasterium debere probare non interuenisse metum, non quasi positiuè id probare debeat: sed fœminam probaturam metum, & eo ipso, quod non probet, censetur monasterium suam probasse intentionem.

Et tandem melius respondeti potest, teutera monasterium probaturum non intercessisse metum, quia ex parte fœminæ erat possessio, & præsumptio iuris per metum professam esse, ex eo quod erat coniugata, viroque spoliata fuit, & in fauorem spolij præsumitur consensus metu extortus: vt constat ex c.2. *de restit. spoliat.* ibi, *quia non est verisimile, quod sponte iuri suo renunciauit, qui renunciat spoliatus.*

DISPVTATIO X.

Vtrùm ficta matrimonii promissio, esto non obliget, vt sponsalia, vel promissio, constringat tamen ad standum promissis ratione fraudis, & iniuriæ illatæ fictè promittendo?

SVMMARIVM.

Quando promissio ficta est gratuita, an obliget, & in quo versetur difficultas, & quot sint difficultates tractanda, n.1.
Quid quando sub ea spe virginem deflorans, Prima opinio, non teneri, 2.
Secunda opinio verior, docetur, n.3.
Quid si non fuit promissio mutua, & defforata est fœmina, n 4.
Quid si conditione deficiente sint, n. 5.
Qualis debeat esse hæc disparitas, n 6.
Quid si ex promittendi modo fœmina potuit fraudem percipere, n.7.
Quid si in his casibus iuramentum intercedat, n 8.
Quid si sequatur scandalum, n 9.
Quid si malus exitus sperabatur n.10.
Quid si vir decipiatur credens fœminam esse virginem, vel in alia qualitate, n.11. & an tunc teneatur restituere.
Quid si, vbi dolum nouit, cognouit fœminam, n.12.
Quid si fœmina defforata postea cum alio fornicetur, vel aliquid ei superueniat, ob quod sponsalia possint dissolui, & an tunc teneatur vir restituere, si ipsam non ducat, n.13.
Quid si tantum tactus, & osula intercesserint fide data de matrim. n.14.
Quid si nolit fœmina aut parentes eius, aut fidem dans aliam duxit, vel ad sacros ordines promotus est, n 15.
Quid si defforans duxit aliam, an vidua efficitur teneatur defforatam ducere, remissius, n 16.
Soluuntur argum. n.17. & post n.17 inuenies cetera sumamaria.

1 CVm (vt diximus disp.5. nu.11.) promissio matrimonij dupliciter fiat, aut merè gratis, quando ex altera parte tantum fit; aut per modum contractus, dum mutua est: quando priori modo fit, si nullum aliud damnum fœminæ redundet, non tenetur fictè promittens eam ducere, licet id fictè non animo se obligandi iurarit, secluso fractionis iuramenti scandalo, quia non tenetur ex vi promissionis, aut iuramenti, vt dixi disp. præced. n.5. & 9. nec ratione iniuriæ, nulla enim est, cum nó fit contractus, Do vt des, vel, Facio vt facias, nec damnum aliquod sequitur. & ita docet *Petr. de Ledesma de matrim. q. 45. art. 4. dub. 1.* & quamuis anceps maneat, num saltem sub veniali teneatur, credo tamen nec esse veniale, ratione dicta. Vnde difficultas in eo vertatur, quando est mutua promissio, vel si fuit ex parte alterius tantum, interfuit alius contractus, sub ea spe tradidit fœmina corpus? Sex igitur quæstiones in hac disp. agitandæ sunt. Prima, quando ratione fictæ promissionis fœmina defforata est. Secunda, quando vir est notabiliter dignior, esto non teneatur ducere, teneatur ei damnum refarcire. Tertia, quid si fœmina cùm excessum ignorabat, aut prudenter credidit verè sibi promitti. Quarta, quid si fœmina sub ea spe cognita, nó erat virgo. Quinta, quid quãdo contrahétes sunt pares, & promissio fuit mutua, nec aliud damnum, quam fictæ promissionis redundat. Sexta, an quando promittens non tenetur ducere, rogatus à iudice possit negare promissionem.

2 QVÆSTIO I. An fictè promittens matrimonium, & sub ea spe defforans virginem, teneatur eam ducere. Aliqui censent non teneri, sed satis esse ducere, vel dotem constituere, quia iustitia commutatiua tantùm petit æquale reddi, potest autem id fieri satisfaciendo pecuniis. Sic videntur tenere *D. Anton. 3. p.t.1. c.19. initio, & Supplement. Gabriel. 4. d.28. qu.1. a.2. concl.5. Bart. à Ledesm. de matrim. dub.19. f.* 1296. vbi aiunt teneri hunc eam ducere, vel aliter satisfacere: & aliqui Theologi neoterici censent hoc esse probabile, vt refert *Petr. de Ledes. n. seq. allegandus.*

Omnino tamen dicendum est teneri sub culpa lethali 3
eam ducere. Prob. quia iustitia commutatiua non tantum petit reddi æquale, sed vt idemmet reddatur ex iustitia debitum, vt si equum furatus sum, nulla restituta pecunia satisfaciam, vnum enim pro alio inuito creditore soluinó potest *l.2. §. Matri. ff. si cert. pet.* Sed hic ex iustitia cómutatiua tenebatur habere consensum, vt constat in omnibus contractibus, in quibus interuenit Do vt des, vel, Facio vt facias: ergo cùm possit restituere adhibendo eundé consensum ex iustitia debitum, tenebitur ad id. Et confirm. quia quamuis damnum violatæ virginitatis, possit æque pecunia refarciri, eo quod amissa virginitas non potest in eadem specie restitui, at iniusta fícti consensus deceptio non potest æque compensari, nisi auferendo iniustam dolum, veroque cõsensu præstito, quia potest in propria forma restitui. Nec potest vere dici æquale, dũ non facit in propria specie. Secundò, quia in omnibus contractibus, in quibus interuenit Do vt des, vel, Facio vt facias, vbi alter ex sua parte impleuit, tenetur alter implere, quamuis fictè contraxerit, eo quod tenebatur ex iustitia vere contrahere, vt si fictè promisi Petro centum aureos, vt eat Romam, vbi Petrus adiuit, teneor dare. ergo cum hic contractus fuerit mutuus, mulierque iam impleuerit tradendo corpus, tenetur fictus promissor implere eam ducendo. Et ita docent *D. Th. 4. d.28. q. vnic. a.2. ad 4. Ricard. ibi, a.2. q.3. fine, Palud. q.1. a.2. concl.4. & 5. n.14. & seq. Henric. c. Ex parte, nu. 6. de sponsalibus, D. Anton. 2. p.t.5. c.6. §.1. Rosella Matrimonium 4. n.2. Angel. verb. Stuprum, nu.2. Sylvest. verb. Luxuria, q.5. Tabiena verb. Restitutio, q.22. nu.23. Armil. ibi. nu.21. Victoria de matrim. n.265. in sum. Nauar. sum. c.16. n.18. Ledesma 2. p. q.18. a.2. ante dub.2. f.241. col.1. Veracruz 3. p. specu. 19. concl.5. Cordoba sum. q.50. & quæstionario l.1. qu. 13. dict.2. Enriquez l.11. de matrim. c.11. n.2. Beja sum. casu 18. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 76. f. 189. col.1. in.2. edit. & 2. p. materia de matrim. c.36. f.1035. col.2. Salon. 2. qu.2, 62. a.2. controu.5. fin. Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 208. n.8. Vega l.2. sum casu 239. Petr. de Ledesma de matrim. qu. 45. a.4. dub.1. ad confirm. tertij, Capual. 2. decis. c.78. n.3. Spino spec. testament. glos. 15. principali, n.73.*

Hinc infero, idem dicendum esse, quamuis non fuerit 4
mutua promissio, sed vir fictè promisit fœminæ matrimonium, vt se defforandam ei traderet, cui promissioni virgo innitens tradidit corpus, quia est perfectus contractus, Facio vt facias & virgo iam impleuit: quare omnes rationes n. præced. allatæ hoc probant, & DD. ibi citati distinctè loquuntur de promissione: solus *Manuel 1. to. sum. 2. edit. c.208. n.9.* aliquantulum trepidat, appellans hoc magis probabile, & pium.

Hæc tamen sententia aliquibus modis limitanda est, 5
Primò nisi vir notabiliter conditione excedat, tunc enim fœmina huius excessus conscia non potest allegare se deceptam esse, debuit enim scire, virum adeo dispariem fictè sibi polliceri matrimonium. Hæc ratio communiter traditur, ea tamen non probat vniuersaliter, sed quando fœmina excessum norat: ideo n.21. tradam rationem vniuersaliorem. Quod si opponas hunc violasse iustitiam ficte promittendo: soluam nu.19. Sic docent *D. Thom. D. Anton. Sylues. Armil. Tabien. Angel. Nauar. Cordub. Veracruz, Enriquez. Lud. Lop. Capua. Vega. Petr. de Ledesm. Beja, Salon, Spino citati nu.3. Nauarra l.2. de restit. c.3. p.4. dub.2. in 2. edit. n.427.*

Rogabis tamè qualis debeat esse hæc disparitas: quamuis enim omnes conueniant debere esse notabilem, at 6
quidam stricte loquuntur: vt *Petr. de Ledesm. de matrim. qu. 45. a.4. dub 1. concl.2.* exemplificat, vt si fœmina sit agricolæ, aut fabri filia, & vir filius Comitis. Sed multo minor disparitas sufficit. Quare hoc arbitrio prudentis relinquitur, qui eam esse disparitatem iudicet, vt merito fœmina se decipi credere debuerit: vt optime *Angel. verb. Stuprum, n.1. Nauar. sum. c.22. n.76.* & ideo melius exemplificant alij Doctores, si vir nobilis sit, fœmina autem agricolę filiastra *D. Anton. 2. p.t.5. c.6. §.1. Nauar. sum. c.16. n.18. Cordoba in quæstionario l.1. q.13. dict.2. Capua l.2. decis. c.78. nu.6. Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c.208. num.8.* Idem dicendum est quamuis

genere-

genere pares sint, si notabiliter diuitiis impares sint, vt bene *Nau. sum. Latina, c. 16. n. 18. Veracruz 3. p. Spec. art. 19. concl. 3. Corduba ea quæst. 13. d. 2. Beja casu 18. Ludou. Lopez vtroque loco, n. 13. citatus.*

7 Secundò limita, nisi fœmina ex verbis, aut aliis claris coniecturis facilè poterat fallacem animum promittentis nosse, tunc enim sibi debet imputare, & voluntariè videtur fraudi consensisse. Sic *D. Thom. D. Antonin. Angel. Sylu. Tab. Armill. Petr. de Ledes. Enriquez, Iud Lop. Capua allegati n. 3.*

8 Immo hæ duæ limitationes verum tenent, quamuis iuramentum fictum sine animo se obligandi, intercesserit: quia id iuramentum non obligat ex vi iuramenti, vt dixi disp. 9. n. 9. sic videntur expressè tenere *D. Antonin. Nauarr. Sylues. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 76. f. 187. col. 1. citatis num 3.* cùm enim dixissent teneri fictè promittentem defloratam ducere, & maximè si iuramentum intercessit, subdunt nisi sit notabilis disparitas, vel alia signa fraudis appareant: & tenet expressè *Capua l. 2. decis. c. 78. n. 6.*

9 Tertiò limita, nisi ex eo matrimonio scandalum magnũ timeatur probabiliter: tunc enim excusatur fictè promittens. Sic *D. Antonin. 2. p. t. 5. c. 6. §. 2. Sylu. verb. Luxuria, q 5.* qui subdunt petendam esse fidei datæ remissionem: hoc tamen non est necessarium, & ita credo eos sentire: aliàs nil dicerent, nam remissione obtenta, nulla est opus causa, vt fides non seruetur. Quare dicendum est cum ipsismet satis esse pecuniis damnum illatum refarcire: quod quidem clarius constabit infrà disp. 14. numer. 3. vbi probabimus idem dicendum esse, quando vera esset promissio, nedum quando est ficta.

10 Quartò limita, nisi ex eo matrimonio probabiliter malus exitus timeatur, vt si promittens norit puellam esse notabiliter leuem, vnde probabiliter pessimum exitum timeat. Sic *Enriquez l. 11. de matrim. c. 11. n. 2. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 208. n. 8.*

11 Quintò limita, nisi fœmina decipiat virum, dicendo, vel fingendo se esse virginem, quia in iniurijs datur compensatio, imo licet ipsa non deciperet, si promittens fictè matrimonium existimabat eam virginem, & postea compertum non esse, non tenetur eam ducere. Probatur, quia hæc est vera causa dissoluẽdi sponsalia vera, nedum ficta. Sic *Corduba sum. qu. 49. & in quæstionario, l. 1. q. 13. dict. 3. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 76. f. 190. col. 1. Petr. de Ledes. de matrim. qu. 45. a. 4. dub. 1. ad confirm. tertij, Manuel 1. to. sum. in 2. editione, c. 208. nu. 8.* Rogabis tamen an teneatur hoc casu vir restituere fœminæ aliquid ratione copulæ: & quidem quando fœmina non decipit, asserunt *Corduba, cad. q. 13. dict. 3. & Manuel cod. n. 8.* teneri restituere, quia fœmina non fuit deceptionis causa, nec aliquam iniuriam intulit viro, qua compensetur iniuria ipsi illata. Verum, quando fœmina decepit virum fingendo se virginem, credo nil teneri virum restituere: tantùm enim tenebatur ducere, & fœmina sua deceptione causa fuit, vt ab hac obligatione vir eximatur. Hinc infero non tantum, quando vir deceptus est in virginitate: sed etiam quoties est alia deceptio notabilis sufficiens ad vera sponsalia dirimenda, non teneri eam ducere, quia eadem est ratio.

12 Aliqui intelligunt hanc limitationem, nisi postquam vir defectũ virginitatis nouit, eam carnaliter cognoscat. Quia tunc videtur confirmare promissionem. Ipsi non probant, sed potest probari *exc. Per tuas, de condit. apposit.* vbi habetur promittentem sub conditione videri ab ea recedere per carnalem copulam, præsumique matrimonium, vbi *glos. verb. Præsumendum,* ait hoc esse fauore matrimonij inductum, quia per copulam videtur à conditione recedere, & exprimere consensum de præsenti. Sed credo hanc limitationem non esse veram: nam *textus c. Per tuas,* loquitur quando vera sponsalia præcesserant. Item quia hæc est præsumptio, quæ in foro conscientiæ in quo veritati statur, cessat. At hic nunquam consensit, & si decepit, deceptus est, & vbi cessauit deceptio, nil promisit, & maximè hoc verũ est, retenta opinione, quam amplectemur n. 23. promittentem fictè corruptæ nõ teneri eam ducere.

Similiter non tenebitur ducere 13 fœmina defloratà posteà cum alio fornicetur, quia hæc est causa iusta recedendi à veris sponsalibus. Et ita de eo, qui contraxit clandestinè, & fœminam cognouit, non teneri ducere, si posteà fornicetur, docet *Nauar. l. 4. consil. in priori edit. tit. de sponsalib. cons. 1. n. 6.* & idem crederem quoties superuenit causa notabilis sufficiens ad sponsalia dissoluenda. Quia eadem est ratio. Addit *Nauar.* teneri tunc restituere damnum, casu quo ante fornicationem tenebatur: quis autem sit casus iste, explicat *n. 4.* quando scilicet vi, aut dolo eam defloraret, secus quando sponte: & ratio est, quia fornicatio subsequens obligationem iam contractam non peremit: quare de eo, qui fictè promisit, videtur dicenduꝫ teneri restituere, quia dolo extorsit copulam. Cæterum veritis credo non teneri: quia ante fornicationem tantum tenebatur veram facere promissionem, eam ducendo, in falsitate enim promissionis versabatur iniustitia: ergo si culpa fœminæ non tenetur eam ducere, ad nil amplius tenebitur. Imo, quando vi defloratur, & pacto inito conuenerũt vir & fœmina de matrimonio contrahendo, ad illam iniuriam refarciendam, si posteà fœmina fornicetur, nil tenetur vir restituere, quia quamuis ratione violentiæ tenebatur eam dotare, hæc tamen obligatio pacto vtriusque commutata est in matrimonium contrahendum, ergo postquam obligatio matrimonij culpa fœminæ cessauit, prior obligatio non reuiuiscet: nam obligatio semel extincta non reuiuiscet. *l. Cum ex causa, C. de remiss pignor.*

Si autem fictè promittens virgini, tantum haberet tactus cum ea, nó teneretur eam ducere, sed alio modo restituere: vt bene *Nauar. l. 4. consil. in 2. edit. tit. de sponsalibus cons. 20.* quia non tanta est iniuria.

Demum obseruandum est, quando fictè promittens 15 iam non potest fœminam defloratam ducere, quia sacris initiatus est, vel alteri matrim. copulatus est, teneri illi fœminæ de nuptijs prouidere. Sic docent *D. Tho. Sylu. Tabiena, Petr. de Ledes. citati n. 3. idem Soto 4. d. 27. q. 1. art. 3. vers. Alia præcipua:* quod non intelligas, vt teneatur integrè dotare, sed eo modo quo tenetur vi vel fraude defloratis virginem. Si autem fictus promissor velit puellam sic deceptam ducere, & parentes eius nolint, tenetur ei restituere, dotem constituendo iuxta *Sylu. verb. Luxuria, q. 5. §. Nauar. sum. c. 16. n. 18. Enriquez l. 11. de matrim. c. 11. nu. 2.* vbi *tamen commentator l. 1.* dicit esse probabile ad nihil teneri, quando ipsa recusat matrimonium. Sed ego existimo, nec in priori casu teneri: satisfecit enim, si ad ipsam ducendam paratus fuit, hoc enim in corporis pretium spopondit: ergo quamdiu per ipsum non stetent, quominus matrimonium sequatur, libere est ab alia obligatione.

Vtrùm verò si fictus promissor, casu quo tenebatur de- 16 floratam ducere, inuite aliud matrimonium init, & viduus efficiatur nondum restitutione facta, teneatur ad prius matrimonium, dicam infrà disput. 49. n. 4. & 5.

Ad argumentum prioris sententiæ propositum nu. 2. 17 respondeo non æquè satisfacere, si non reddat debitum in propria specie: vt satis probaui n. 3.

SVMMARIVM.

An quando vir sit notabiliter dispar, vel probabile sit malum exitum fœminæ timeri, excusetur defloratus a restituendo vera sponsalia. Prima opinio, teneri. n. 18.
Secunda vtrius, non teneri. n. 19.
Post n. 19 tangitur alia summaria.

QVÆSTIO II. Vtrùm, quando vir est notabiliter dis- 18 gnioris cõditionis, vel alia indicia præbuit ficti consensus: ita vt fœmina facilè posset præsumere dolum, teneatur defloratus ea ficta promissione ei aliquid restituere (non enim teneri eam ducere, hinc vsque probauimus.) aliqui censent teneri restituere, quia dolo defloratur, & subinde iniustiam admisit. Ita *Soto 4. d. 27. qu. 1. a. 3. vers. Alia præcipua, Nauar. sum. Matina, c. 22. n. 76. & c. 16 Latinæ, & Hispanice. 18. Ledes. 2. p. 4. qu. 18. a. 2. ante dub. 2. conclus. 3. f. 241. col. 1. Veracruz 3. p. spec. a. 19. concl. 3. Corduba in quæstionar. l. 1. qu. 13. vers. Secundum dictum, & vers. Tertia pars, Beja casu 18. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 19. f. 1294. Lud. Lop. 2. p. instruct. in 2. edit. mate-*

via de matri. c.36.f.1036.& 1.p.c.76.f.189.col.1.fin. & seq. Petr. de Ledes. de matrim.q.45.a.4.dub.1.concl.2. Capua l.2.decis.c.78. n.6.fine, & hanc sent. dicit probabilem *Enriquez l.11.de matrim.c.11.n.2.inuito commento lit.G.* & eam supponit *Nauarra l.2.de restit.c.3.p.4.dub.2.in 2.edit.n.427.* Non tamen omnino conuenit inter hos DD. circa quantitatē restituendam nam *Nauar.cod.c.16.n.18. Corduba, Veracruz, Beja* sentiūt teneri integrè restituere, eo modo, quo decipiēs, vel vi corrumpens: eo quod talis ficta promissio habeat vim precū importunatum, quæ violentiæ æquipollent. Melius tamē *Soto, Capua, Lud. Lop. Petr. de Ledes.* dicunt, non ita integrè teneri restituere, sed prudentis arbitrio, considerantis ex vna parte damnum, ex altera verò sua sponte fœminam deceptam esse: & hæc sententia est satis probabilis.

19 Probabilius tamen credo, nil teneri restituere, quia cùm propter notabilē disparitatē, vel alia fraudis aperta signa viderit fœmina, vel prudenter videre debuerit, se decipi, & nulla necessitate coacta in stuprum consenserit, liberè videtur consensisse. Item, quia quamuis fictus promissor deliquerit contra iustitiam intentione decipiendi, at ea intentio esse actu suo destituta est, fœmina enim seipsam decepit, intentio autem sola mente retenta non obligat ad restitutionem. Ita videtur sentire *D.Tho.4.d.28.q. vnic.art.2.ad 4.* quem sequuntur *D.Anton 3.p.t.1.c.19. initio, Rosella Matrim.4.n.2. Sylu.Matrim.4.qu.8. Tabiena, verb. Restitutio.q.22.§.23. & Matrim.2.q.7.§.8.fin.* vbi hic ait, *si quis dolosè contraxit, & extorsit copulam à virgine, & cum alia contraxit, tenetur ei satisfacere, & prouidere de nuptijs, nisi fuerit multo melioris conditionis, vel aliud euidens signum fraudis adfuerit, tunc enim non tenetur etiam prouidere de nuptijs secundum quosdam, quia præsumitur velle decipi.* & docent expresè *Angel. verb. Stuprum, n.1. Armil. verb. Restitutio, nu.22. Victoria sum. de matrim.n.265. Lud. Lop.l.1. de contract.c.50. in solut. ad 5.f.187. Vega l.2. sum. casu 239.* & dicit probabilem hanc sententiam *Enriquez, num. precedenti citatus.*

Ad argum. contrarium constat ex dictis n.19.

SVMMARIVM.

An quando fœmina ignorauit excessum, aut si nouit, taliter ei promissa defloratæ, vt prudenter credere potuisse vere promittere, teneatur ficta promissione

Prima opinio, teneri n.20.

Secunda non teneri, n.21. Post quem ieiunies cetera summaria.

20 QVÆSTIO III. An fictus promissor matrimonii multò dignioris conditionis teneatur defloratā ducere prorsus ignaram excessus illius, vel si erat cōscia, taliter ei promisit, vt vir prudens merito crederet verè promittere. Duplex est sent. Prima docet teneri: quia est contractus, & mulier ex sua parte impleuit. Nec potest dici à se ipsa decepta esse, leuiterq; fidē adhibuisse: ergo tenetur eam ducere: nec satis est pecuniis satisfacere, cū in propria specie satisfieri possit. Sic videntur tenere *D.Tho.Sylues t, D.Anton. Angel. Armil. Tabiena, Nauarr. Lud. Lop.* vbi eos retuli n.5. *Sotus 4.d.27.q.1.a.3.vers. Alia præcipua*, vbi dicunt fictum promissorem notabiliter digniorem non teneri fœminam ducere, quia præsumitur fœminam voluisse decipi: cùm ergo in hoc casu cesset hæc præsumptio, videntur clarè sentire teneri: idem videntur tenere *Enriquez l.11 de matrim.c.11.n.2.* vbi ait non teneri ducere, quando fœmina nouit excessum: idem tenet expresè *Nauarra l.2.de restit.c.3.p.4.dub.2. in 2.edit.n.427.* & hæc sententia est satis probabilis.

21 Secunda sententia probabilior assirmat teneri restituere instar vi vel fraude defloratis, nō tamen ducere. Probatur, quia non tenetur ad eam ducendā ratione promissionis, fuit enim ficta & inualida; nec ratione iniustitiæ & iniuriæ illatæ, quia iustitia non obligat ad restituendum plus quam damnū æstimatur: sed damnum ablatæ dolo virginitatis non tanti æstimatur, ac virum notabiliter digniorem eam fœminā ducere: ergo nulla ratione tenetur. Et confirm. quando in contractu seruatur æqualitas, vno implente tenetur alter implere, at quādo est inæqualitas, non tenetur fictè contrahens integrè implere, sed æquale reddere tenetur: quare si res promissa reddita in propria specie esset multo inæqualior, non esset reddenda, sed iustum pretium rei per alterum contrahentem gestæ: ergo cùm matrimonium promissum sit multo inæqualius defloratioui, non tenetur ad id fictè promittens. Quod si vrgeas, contra iustitiam hunc negasse consensum, ergo si lege iustitiæ erat debitus, necessariò erit modo præstandus, cum nulla causa noua eximens ab hoc iustitiæ debito, adsit. Respondeo non peccasse contra iustitiam negando consensum, cùm enim esset multo inæqualior defloratioui, non tenebatur ex iustitia habere cōsensum: quare tantùm iniustus fuit in ea deceptione, forte enim fœmina cōsentire nollet, si æqualis recompensa esset ei reddēda. Sicut promittēs meretrici valde superfluum in sui corporis vsum pretium fictè tamē, iniustus est decipiendo, non tamen tenebatur ex iustitia habere consensum reddēdi nisi æquale. Hanc dicit esse valdè probabilem *Corduba in quæstion ar.l.1.q.13.vers. Secundum dictum, & Veracruz* dicit esse probabilem *3.p.spec.a.19 cōclus.4.* & tenet *Manuel 1.to sum. in edit.c.208.nu.8.* & videtur tenere *Pet.de Ledesm.de matrim. q.45.a.4.dub.1.concl.2.* reddit enim rationem, cur notabiliter dignior non teneatur ad matrimonium, quia nemo inæquale restituere tenetur. Idem videtur sentire *Capua l.2. decis.c.78.n.6.* ait enim teneri dotare, quādo tam constanter promisit, vt minimè fallendi animus præsumatur. Nec placet moderatio huius sententiæ, quam ponit *Manuel cod. n.8.* nempe teneri ducere, quando fœmina viro dixisset se nullo modo consensuram, nisi chirographo sibi tradito matrimonij promissionis: quia in hoc casu noluit virtute decipi, & sic ait respondisse viros doctissimos. Sed minus sibi constat quia etiam dum fœmina ignorauit excessum, noluit virtute decipi: vnde indistinctè dicendum est minimè teneri, ratione æqualitatis in contractu.

Ad argumentum constat ex proximè dictis in hac secunda sententia.

SVMMARIVM.

An si quis fictè promittat fœmina quam nouit corruptam, matrimonium, si tradat corpus, teneatur. Prima sententia, teneri, n.22.

Secunda contra, non teneri, n 23.

Quid si erat vidua bonæ famæ, vel aliud damnum patitur, n.24.

Post n 24. immenies alia summaria.

QVÆSTIO IV. An fictè promittēs corruptæ matrimonium, teneatur, si corruptionis conscius sit, & vterque paris conditionis sit, & sub hac spe tradidit fœmina ei corpus. Quidam aiunt teneri, quia fuit cōtractus, nec est disparitas inter contrahentes, nec fraus aliqua ex parte fœminæ. Ita *Palud.4.d.28.q.1.a.2 concl.4.nu.14. Corduba sum.qu. 49. Lud. Lop.1.p.instruct.in 2.edit.c.76.f.189.col.2.* & *2.p. materea de matrim.c.36.f.1035.col.2. Manuel 1.to summ.in 1.edit.c. 208.n.8.* falsò allegans *Sotum & Nauar.* & limitat, quando est mutua promissio. Et hæc sententia est probabilis. 22

Probabilius tamen credo nō teneri, sed alio modo iniuriam compensare, quia eam ducere non est æquale copulæ cum corrupta, sed longe maius. Sic docent *Veracruz 3.p.spec.a.19 concl.6. Enriquez l.11. de matr.c.11.n.2. in commento, lit.B. Lud. Lop.1.p.instruct.c.77.§. Hinc emergit.* 23

In hoc tamen casu crederem veram priorem sententiam, quando esset vidua bonæ famæ, infamiamque ex copula contraheret, ob quā inepta redderetur matrimonio, quia non videtur aliter posse refarciri damnum. Sic *Nauar.lib. 4.consil.de sponsal.in priori edit. cons.48. in posteriori, cons.7. Lud. Lop.1.p.instruct.c.77.§. Hinc etiam liquet Pet.de Ledes.de matrim.q45.ar.4.dub.1 in solut.ad confirm.tertij.* Nec audiendus est *Veracruz 3.p.spec.art.19. concl.6.* dicens fictum promissorem non teneri ducere corruptam cuiuscunque sit conditionis. 24

SVMMARIVM.

An quando contrahentes sunt æquales, nec aliud damnum sequitur, teneatur fictus promissor ad matrim. Prima sententia, teneri, n.25.

Secunda contra, non teneri, n.26.

Post quem ieiunies cetera summaria.

QVÆSTIO

25 QVÆSTIO V. An si contrahentes sponsalia, æquales sint, & alter vere promittat, teneatur fictus promissor cõtrahere, quando nullum aliud præter violatam fidem, sequitur damnum. Aliqui asserunt (& est probabile) teneri. probatur, quia quamuis non teneatur ratione promissionis, tenetur tamen ratione iniustitiæ admissæ. Quod sic probo, hic violauit iustitiam ficto consensu, ergo tenetur habere veram, vt iniustitiam auferat, nec satis erit pecunias satisfacere, quia non satisfit in eadem specie debita, nec vere consentiendo reddetur inæquale: quia, sicut vir se obligauit fœminæ, ita fœmina illi, & vtraque obligatio æqualis est. Sic *Petr. de Ledesm. de matrim. q. 43. art. 1. dub. 4.*

26 Dicendũ tamen est non teneri, quia licet peccarit contra iustitiam intendens in re grauissima decipere; at quia re vera, & coram Deo alter sibi non obligatur, iniustitia illa & deceptio manit in intentione, nec habuit effectũ, vnde si maneret fictus promissor obligatus coram Deo, redderet inæquale: sicut si ficte promitterem Petro 100. aureos si Romam peteret, & antequã petat, dissoluo contractum, iniustitiã non admitto, nam ratione promissionis, quę ficta fuit, minime teneor, nec ratione iniurię, quia alter nihil dedit, nec amisit: & sicut ego non sum obligatus, ita nec alter mihi. Sic tenent *Veracruz 3. p. Specul. art. 19. concl. 5. Cordub. in quæstionar. l. 1. q. 23. vers. Secundum dictum. Enriquez l. 11. de matrim. c. 11. n. 2. in commento littera L. & cap. 13. n. 2.* vbi dicit tunc tantum obligare, quando sequeretur scandalum vel iniuria tertij *P. Mol. t. 2. de iust. tract. 2. disp. 352. f. 591. ante vers. Illud est obseruandum.*

Ad argumentum contrarium dico peccasse contra iustitiam ficto consensu, quoad intentionem, non tamen habuit effectum, cum nullum damnum, nec aliqua alterius obligatio subsequatur.

SVMMARIVM.

An quando fictus promissor non tenetur dicere, possit rogatus à iudice negare promissionem & vbi de variis iuramenti æquiuocationibus, n. 27. Quid quoties verè promittens non tenetur implere n. 28.

27 QVÆSTIO VI. An quando fictè promittens immunis est à matrimonij obligatione, possit rogatus à iudice negare se promisisse. Breui resp. posse, ne si fateatur promissionem, cum intentionem probare nequeat, cogatur ad matrim. Prob. quia cum iudex roget, vt ad matrim. debitum cogat, sensus interrogationis est. Promisisti matrim. ita vt tenearis? ergo vere respondit. Non promisi, intelligẽdo ita vt teneat. Sic tenet *Nauar. c. Humanæ aures, 22. qu. 5. in q. 1. n. finali*, vbi ait rogatum à iudice, num hæc verba protulerit, Accipio te in meam, posse iuramento negare se dixisse, si fictè ea protulit. Idem tenet in propriis terminis, *Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 245. nu. 12.* & probatur ex ea doctrina, quam cum aliis, quos refert, tradit *Couar. 5. variar. c. 2. n. 4.* interrogatum à iudice num mutuo receperit nummos, quos re vera iam non debet, posse iurare se non recepisse: quia non recipit ita vt tunc teneatur soluere: & ex ea doctrina, quam tradit *Sylues. verb. Mendacium qu. vlt.* vbi dicit clericum à custodibus rogatum, num aliqua portet, vt gabellam soluere compellatur, posse iuramento negare, intelligendo se nihil portare, ex quo gabellam debeat: & tandem ex illa doctrina, quam tradunt *idem Sylu. Iuramentum 3. q. 2. Nauarr. sum. c. 12. nu. 8. Philiarcus de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 3. c. 14. fine*, nempe rogatum ab vibis custodibus num veniat ex tali loco, quem falsò putant peste infectum esse, si norit minimè peste affici, posse iurare se ex eo non venire, intelligendo, ex eo peste infecto, vt custodes rogare debent.

28 Ex his infero, idem dicendum esse quoties aliquis verè promisit matrim. non tamen tenetur seruare fidem ob aliquam causam, vt quia altera fornicata est, & cæteras: potest enim iuramento negare promissionem, intelligendo, ita vt teneatur. Quod non tantum intelligo verum esse, quoties certa est causa non implendi promissum, sed etiam quando sapientium iudicio est probabile non teneri seruare: potest enim iurare se non promisisse, ita vt teneatur: quia tuta conscientia innitens opinioni probabili, potest se non obligatum existimare, & hanc partem tueri.

DISPVTATIO XI.

Vtrùm fictè contrahens matrimonium per verba de præsenti, absque interno consensu, teneatur verè contrahere?

SVMMARIVM.

An secundum matr. m contractum post illud fictum sit validum, & expectatur c. Is qui fidem, de sponsal. num. 1.
Et vbi an sufficiat, vt fictus consentiens postea interne consentiat.
An peccet fictè contrahens matrimonium quamuis nulla causa interueniat, n. 1. & quid si iuret matrimonium, & de variis iuramenti æquiuocationibus, eod. n. 2.
An fictè contrahens matrim. teneatur verè contrahere. Prima opinio, non teneri, num. 3.
Secunda, teneri, num. 4.
Opinio auctoris, num. 5.
Quid si non sit vxor, cum 6.
Quid si promittens non habuit copulam, n. 7.
Quid si disparata conditiones sint, vel alia fraus, signa apparent, n. 8.
Quid si teneatur scandalum, vel malum exitus, n. 9.
An fictus sit contrahens ab eo quem verè contrahat, n. 10.
Soluuntur argumenta, n. 11.

QVamuis disput. hæc potius ad librum sequentem, vbi de consensu requisito ad matrimonium agitur, pertineat: consultius tamen duxi hic disputare, quia est valde præcedenti annexa, & ex eisdem principijs decidenda est. Constat igitur matrim. aliud fictum, inualidum esse defectu consensus: verum autem tandem sit, vt hic fictus postea interne consentiat: dicam lib. 2. disp. 32. à nu. 9. vsque ad 13. Non tamen constat, an secundum matrim. post illud contractum, validum sit, nam *Hostiensis c. Is qui fidem, de sponsal. prope finem*, licet dubius teneat hoc secundum matrim. irritum esse. idem *Ioan. Andr. ibi num. 4. Anchar. nu. 5.* & videntur censere esse probabile, *Anton. ibi, nu. 8. Præpos. nu. 3. fine.* soluta enim appellant oppositam sententiã tutiorem, & ducuntur textu *d. c. Is qui*, ibi, *licet præsumptum primum matrim. videatur: contra præsumptionem tamen huiusmodi non est probatio admittenda. Ex quo sequitur, quod nec verum, nec aliquod censeatur matrimonium, quod de facto est postmodum subsequutum.* vbi clarè videtur hoc matrim. fictum ex statuto Ecclesiæ esse impedimentum dirimens matrim. postmodum subsequutum. Dicendum tamen est posterius matrim. esse validũ: nullus enim reperitur textus statuens matrim. posterius dirimi per prius fictum, nec obstat *d. c. Is qui fidem*, nam bene respondet *Abb. ibi n. 4.* illum textum non disponere secundum matr. esse irritum, sed illatiuè loqui, si primum matrim. quod de iure præsumitur, verum sit, secundum esse nullum: quare si prius sit irritum, non habebit locum illatio, & secundum erit legitimum. & ita docent *D. Thom. 4. d. 27. q. 1. a. 2. quæstunc. 4. ad 1. Palud. 4. d. 28. q. 1. a. 2. concl. 3. nu. 13. Soto 4. d. 27. q. 1. a. 3. vers. Alia præcipua, Adrian. 4. q. 2. de matrim. ad 2. Veracruz 3. p. specul. ar. 19. in solut. ad 3. Petrus de Soto lect. 3. de matrim. §. Primum igitur, Barth. à Ledesma de matrim. dub. 19. f. 1295. Capua l. 2. decis. 4. 78. num. 5. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 208. n. 7. Enriquez l. 11. de matrim. c. 11. n. 3.* & ex iuris peritis, *Panor. d. c. Is qui, n. 4. & ibi Vincen. & Alex. de Neuo num. 3. Alanus summa confessorum, & Astensis*, quos refert & sequitur *ibi Henricus n. 12. Rosel. Matrimonium 4. n. 2. Angel. Matrimonium 2. n. 15. Sylues. Matrimonium 4. q. 8. Nauar. sum. c. 22. n. 78.* & hanc partem dicunt esse tutiorem *Anton. d. c. Is qui, n. 8. & ibi Præpos. nu. 3 fine.*

Deinde constat hunc fictè contrahentem matrimonium peccare mortaliter: infert enim notabilem iniuriam in re grauissima, alteri contrahenti. Sic *Caietan. sum. verb. Matrim. c. Matrim. potest ex septem capitib. reddi vitiosum. §. Et secundo, & ibi Armil. n. 65. Nau. summa c. 22. n. 67. Petr. de Soto lect. 3. de matrim. §. Primum igitur. Ant. Cucus l. 5. instit. matrim. l. 11. n. 46. Petr. de Ledesm. de matrim. qu. 45. a. 4. dub. 1.* Quod tamen intelligendum est, nisi ex vrgenti causa, vt gratia vitandi magni scandali, id faceret. Sic *Nauarr. eo c. 22. n. 78.* vbi absolutè dicit tunc nõ peccare: quod difficultate non

c. acc.

caret,quia ea fictio videtur quoddam mendacium, cùm aliud verbis,quam mente contrahens profiteatur. Verùm credo,nec ventaliter peccare si æquiuocatione vtatur, dũ verba profert(ea enim vti,vbi iusta causa subest, communis sententia habet)vt,si intelligat, Accipio te in meam, si ad id teneor. sicut in simili allegant *Sylu. Iuramentum,4. qu.7.§.2. Angel.Iuramentum 5.nu.8. Nauar.sum.c.12.n.14. Lud. Lop.1.p.instruct.c.42.* coactum à latrone iurare se daturum illi numos,posse absque periurio id iurare,retinendo mẽte, Si ad id secluso iuramento teneor,nec esse periurium si intendat non dare,scions minimè teneri. Similiter etiam id probatur ex doctrina, quam tradunt *Angel.Iuram. 4.aut.Sylues.Iuramentum 3.q.2. Tabiena verb.Iurare,n.14. Armil.verb.Iuramentum n.16. Nauar.d.c.12. n.9. Lud.Lop.d.c.42. Philiarcus de offic.Sacerd.to.1.p.2.l.3.c.14.ad finem.* vbi concedunt fœminam excommunicatam,eo quod non cohabitat viro,quem nouit non esse suum,posse in articulo mortis constitutam iurare se cohabitaturam, intelligendo si ad id teneatur, vt vel sic excommunicationis obsolutionem obtineat: & tamen non potest habere animum cohabitandi; ergo similiter in nostro casu licebit vti eadem æquiuocatione. Quod si opponas irritum reddi sacramentum:dico cum *Enriquez l.11.de matrim.c.9.n.6.* diuersum esse in hoc sacramento, & in alijs sentiendum, cum enim vltra sacramenti rationem, contractus naturam induat,potest ea ratione qua contractus est, absque sacramenti iniuria irritum reddi;quãdo causa iusta ad id cogit.

3 His præmissis duplex est sent. 1. docet non teneri fictè contrahentem matrim.verè consentire. Prob.nam fictè professus non tenetur secluso scandalo verè profiteri, sed potest ad eum locum se recipere, vbi cesset scandalum, ergo similiter fictè ducens vxorem, non tenetur cessante scandalo verè ducere: vtrobique enim est ficta traditio, illic monasterio, hic autem vxori, & iniuria recipientis. Antecedens fatentur *Sotus l.7.de iust.q.1.a.2.vers. An vero,qui tale votum. Nauarr.c.Statuimus,19.q.3.n.75. Angles floribus 2.p. qu.1.de voto.a.1.dissic.4. Enriquez l.11.de matrim.c.11.num.3 fin. Aragon 2.2.qu.88.a.1.f.969.col.1.initio Manuel.2.to summ.c.92. n.5.* Item,quia nullam iniuriam irrogare videtur,cum neuter maneat verè obligatus,vt in simili dixi de sponsalibus, disput.præced.n.26. Potest etiam probari aliis vrgentissimis rationibus,quibus infrà l.4.disp.15.n.54.probabimus metu extortum à fœmina matrimonium, quamuis ipsa postmodum velit ratificare matrimoniũ illud, minimè teneri. Hanc sentent.videntur tenere *Host. c. Exparte de sponsal. D. Anton.3.p.t.1.c.19. initio, Tabiena Matrimonium 2. q.7.§.8.fine*,dicunt enim fictè contrahentem sequuta copula teneri ducere,vel aliter satisfacere: fauent etiam *Rosella,Angel.Sylu.Barth.à Ledesm.f.1297.Manuel*, quos retuli n.1. *Conar.4.decret.2.p.c.2.n.4.* vbi tunc fictè contrahentem obligant ad verum consensum, quando interfuit virginis defloratio: quasi aliud sentiant, quando solus adfuit fictus consensus. Et in propriis terminis eã tenet *Ledesm.2.p.4.qu. 47.art.4.* & apertè sentit esse probabilem *Victoria summ. de matrim.n.252.* dicit enim oppositum non sufficienter probari,& sentiunt esse probabilem aliqui moderni teste *Pet. de Ledesm.de matrim.q.45.art.4.dub.1.§. In hac difficultate.fin.*

4 Secunda sent. docet teneri. Prob. quia est vtrinque contractus,Do,vt des,& alter iam impleuit tradẽdo potestatem sui corporis per verum matrim. ergo fictor tenetur verè implere.Secundò,quia sequitur alteri grauissimũ damnum,cùm enim in foro Ecclesiæ probare nequeat fictum alterius cõsensum, nõ permittetur aliud inire matrim. cogeturque continenter viuere. Tandem probari potest rationibus, quas afferam l.4.disp.15.nu.4.ad probandum cogentè fœminã ad matrim. teneri ipsa volente, ratificare.Hanc sent.videtur tenere *D.Tho.4.d.27.qu.1.a.2. quæstiunc.4.ad* 1:ait enim hunc fictè contrahentem puniri in foro Ecclesiæ,& in foro pœnitentiæ: cùm ergo in foro Ecclesiæ sit certũ cogi ad illud matrim.videtur sentire idẽ esse in foro conscientiæ. & expressè eam tenet *Scotus 4.d. 30.q.1.vers.Respondeo stante illo dolo, Maior 4.d.27.qu.1.Adrian.*

4.q.2.de matri.ad 2. Sotus 4.d.27.q.1.a.3.vers.Alia præcipua, Pet. de Soto dicens esse indubitatam, *lect.3.de matri.§. Primum agitur. Nauar.sum.c.22.n.76. Metin.l.1.sum.c.16.§.13.f.231.col. 2. Enriq.l.11.de matrim.c.11.n.3. Bañez 2.2.q.77.a.3.dub.1. ad 2. consir. Petr.de Ledesm.de matrim.q.45.a.4.dub.* asserens priorem sententiam esse probabilem.

Sit concl. hæc secunda sentent. moraliter, & regulariter est verissima:nam semper sequitur notabile damnum fœminæ,tum in fama,quare alij nubere non poterit:tum etiam,quia non permitteretur aliud inire matrim.Cæterùm si nullum ex his damnis, nec aliud notabile sequeretur, probabiliorem reputo priorem sententiam, his enim seclusis damnis maximè vrgent eius rationes. 5

Hæc autem secunda sententia extenditur, vt vera sit, quamuis fœmina ficte ducta,non sit virgo: adhuc enim damnum grauissimum patietur,cùm continenter viuere compellatur,Ita *Sotus,Banez,Petr.de Ledesm.num.4. allegati*, quod verum quidem est,nisi ipsa virum deciperet fingendo,vel dicendo se esse virginem, vt bene *Sotus, & Petr.de Ledesm.ibi.Enriq.l.11.de matr.c.11.n.2. & 3.* Quod idem dicerem, quando ipsa minimè decepit, verùm communiter virgo reputabatur,& vt talè vir ducebat, aliàs nullo modo eam ducturus, tunc enim fictè contrahens non tenetur verè contrahere:quia notabile damnum patietur cõtrahendo cum corrupta, & notabilis est mutatio inter eam quam virginem credebat,& inter non vere virginem. Itẽ quia hæc est legitima causa dissoluendi sponsalia vera. 6

Extenditur secundò,vt vera sit, quamuis fictè contrahens minime copulam habuerit, adhuc enim tenetur vere contrahere, quia adhuc damnum illud sentit decepta, vt compellatur ab alio abstinere matrimonio. Sic videtur tenere *Sotus n.4.citatus*,ait enim teneri ducere,præsertim si cognouit eam: idem *Petr.de Ledesm.d.a.4.dub.1.concl.1.in 4. prob.* vbi ait esse veram hanc sententiam, quamuis nullum aliud damnum sequatur,quàm iniuriæ ficti consensus. 7

Extenditur tertiò hæc sent. quantumuis contrahentes disparis conditionis sint, adhuc enim tenetur fingens cõsensum,verè contrahere. Sic *Barth.à Ledesm.de matrim.dub. 19.f.1297.* Hoc tamẽ non placet,sed vetius esse credo non teneri,quia est maxima in contractu inæqualitas, vnde satisfaciet alio modo resarciendo iniuriam. Sic *Rosella Matrimonium 4.n.2. Angel.Matrimonium n.15. Sylu.Matrimonium 4.q. 8. Sotus 4.d.27.q.1.a.3.vers.Alia præcipua. Nauar.sum.c.22.nu. 76. Enriquez l.11.de matrim c.11.n.3. Petr.de Ledesm de matrim.q. 45.a.4.dub.1.concl.2.* Quanta autem debeat esse hæc disparitas,dixi disp.præc.nu.6.Idẽ credo siue fœmina disparitatẽ norit,siue ignorarit,vt dixi loquẽs de sponsalibus, disp. præced.n.21.eisdẽ rationibus; quia est maxima in contractu inæqualitas,& matrimonia inter valde dispares, infelicissimos exitus habere solent. Idẽ credo quoties contrahens manifesta ficti consensus indicia præbuit: quia tunc ipsa fœmina se decepit qua ratione disp.præc.n.19.defendimus ad nullã teneri restitutionem fictũ promittentem. 8

Similiter non teneretur fictè contrahens vere contrahere,quando pessimi exitus probabiliter timerentur: vt bene *Enriquez l.11.de matrim.c.11.num.3. Petr.de Ledesm.d.art. 4.dub.1.concl.2.*& diximus idem de sponsalibus, disp. præced.n.10.& idem credo quando grauissimum scandalum timeretur:vt de sponsalibus dixi disput. præced. num.9. 9

Tandem id obseruandum est, quoties ficte contrahens tenetur vere contrahere, absoluendum non esse, donec vere contrahat, quamuis se contracturum proponat. Quia attentis circumstantijs, & rei grauitate,maximo expositus est periculo perstitendi in deceptione. Sic *Enriquez d.c.11.n.3. Petr.de Ledesm.* asserens sic tenere multos grauissimosque viros *d.dub.1.concl.1.fine, Barth.à Ledesm.dub. 19.de matrim.* Quod temperandum credo, nisi ea contritionis signa præberet pœnitens, vt merito aciure optimo persuadeat sibi confessarius, illum statim contracturum: vt de eo, qui iussus restituere in alijs confessionibus nondum restituit,asserunt communiter Doctores. 10

Ad 1.argum. priotis sent. nego consequent. nam fictè contra- 11

contrahens matrimonium, si non verè contrahat, irrogat grauem iniuriam fœminæ, & matrimonium est in vtriusque contrahentis fauorem, at si fictè professus non ratificet, non videtur in graue religionis damnum, & religio potius ordinatur in bonum profitentis, quam è contra; qua ratione communis sent. docet extrahentem absque vi, vel fraude professum, nil teneri restituere. Ad secundum fateor ratione solius ficti consensus, si aliud damnum minimè sequatur, non teneri: vt diximus nu. 5. Argumenta autem secundæ sententiæ solum probant subsequuto alio damno teneri verè contrahere, & non ex ratione ipsa contractus ficti: nam neutere vera manet obligatus verò matrimonio, & ita seruatur æqualitas.

DISPVTATIO XII.

Vtrùm promissio constituens spõsalia necessariò fieri debeat coram parocho & testibus, atque ita sponsalia clandestina irrita sint?

SVMMARIVM.

An valeant sponsalia clandestina. 1. Sent. non valere. n. 1.
Pœna imposita clandestinis matrimoniis, an cesseat in sponsalibus clandestinis sponsalibus, & exponitur cap. 1. de consanguin. nu. 2. usque 6. n. 1.
Sententia vera, valere, post. 1.
Lex correctoria reducenda ad ius commune, est extendenda, n. 2. & ibi casus omissus manet in dispositione iuris communis.
Soluuntur arg. & explicatur l. Oratio ff. de sponsal. & l. Si quis tutor ff. de ritu nupt. n. 3.

1 DIFFICVLTAS huius disputat. in eo versatur, an sicut *Trident. sess. 24. de matrim. c. 1* irritauit matimon. clandestinum, ita sponsalia clandestina irritarit. Quidam enim censent eo ipso illa irritasse. Probant primò ex l. *Oratio. ff. de sponsalib.* *Oratio qua quasdam nuptias senatorum inhibuit, de sponsalib. nihil locuta est: recte tamen ducitur sponsalia in his casibus ipso iure nullius esse momenti*, Et ex *l. Si quis tutor. 60. versi. Quamuis ff. de ritu nupt.* ibi, *quamuis verbis orationis cautum sit, ne vxorem tutor pupillam suam ducat, tamen intelligendũ est, nec despondere quidem posse.* Ergo eo ipso, quo Trident. irritauit matrim. clandestinum, censetur similia sponsalia irritasse. Secundò, nam pœna imposita matrim. clandestino, censetur imponi clandestinis sponsalibus, vt docet *Panor. c. fin. de cland. despons. n. 6. Bonifac. clem. 1. de consang. num. 56. Franc. Nicostius, C. de edendo, rub. n. 32. Castillo l. 29. Tauri, n. 10. Menoch. consil. 69. n. 66. & seq. vol. 1.* ergo. Tertiò, quia inhabilis ad matrimonium est inhabilis ad spõsalia, sed Trident. inhabilitat ad clandestinum matrimonium, ergo ad clandestina sponsalia. Et confir. sicut se habet matrimonium absolutum, ad sponsalia absoluta, sic clãdestinum, ad clandestina: sed prohibito absolutè matrimonio sunt irrita sponsalia, ergo irritato clandestino, irritantur clandestina. Hanc senten. videtur tenere *Alex. de Neuo, rubr. de sponsal. n. 6.* vbi ait, quoties annullatur matrim. eo ipso annullari sponsalia: & *Menoch proxime citat.* ait enim vitium clandestinitatis, quo vitiatur matrim. vitiare clandestina sponsalia: & tenet expresè *Albor noz. tract. de art. contract. l. 4. t. 1. Matienz. lib. 5. recop. t. 1. rubr. glos. 1. n. 45. init. & n. 51. fine.*

2 Dicendum tamen est non esse necessarium sponsalia celebrari coram parocho & testibus, sed clam contracta valida esse. Prob. lex Tridentini irritans matrim. clandestinum, est correctoria iuris communis, & proinde extẽdenda non est vltra casum expressum, *l. Præcipimus, C. de appellat.* ergo cùm solum irritet matrimonium clandestinum, non debet extendi ad sponsalia, sed tanquam casus omissus relinquendus est in dispositione iuris communis, *l. Commodissimè, ff. de liber & post.* Et confirm. quia non militat eadem ratio prohibendi, matrim. enim clandestinũ prohibetur ad vitandum concubinatum, quo priori matrimonio clam inito spreto, contrahens aliam publicè ducebat: cùm enim de priori matrimonio ecclesiæ non constaret, cogebat ad secundum, quod verè concubinatus erat: quod in sponsalibus minimè locum habet. nam matrimonium contractum prioribus sponsalibus contemptis, validum est. Secundò, quia lex correctoria, per quam reducimur ad ius commune, est fauorabilis, & extendenda, atque ita omnis intellectus, per quam ad ius commune reducimur, fauoré continet & extendi debet, eo quod res facilè ad suam naturam redit. Docet optimè *glos. c. Statutum, verb. Numerandum, de præben. in 6. Tiraq.* latè probans *de primog. q. 24. n. 2. & seqq. Lud. Gom. regula cancel. de iure quæsito non tollendo, q. 16. amit. Conar. 3. var. c. 6 n. 4. Nauarr. de pœnit. d. 6. c. 1. §. Laboret, nu. 19. Anton. Gom. to. 1. var. c. 5. nu. 11. Molin. l. 3. de primog. c. 4. n. 25. Gutier. de iuram. 1. p. c. 51. nu. 8. Enriquez l. 3. de pœnit. c. 14. n. 7. in commento litera K.* sed intelligendo decretum Tridentini, vt non irritet sponsalia clandestina, reducimur ad ius commune, quo attento valida erant: ergo is intellectus tanquam fauorabilis, amplectẽdus est. Tertiò, quia pœna apposita contrahentibus matrimoniũ, non afficit contrahentes sola sponsalia, vt *clem. 1. de consanguin.* excommunicantur ducentes consanguineam, & tamen non ligat ea censura, sola sponsalia celebrantes, eo quod in odiosis nomine matrim. non veniunt sponsalia, vt dixi disp. 1. n. 2. atque ita docent *glossa clem. 1. de consang. verb. Contrahere & ibi Stephan. & Paulus*, quos refert & sequitur *Card. ibi qu. 18. & 19. idem Card. c. fin. de cland. despons. & ibi Host. & Calderin. Ant. ibi nu. 15. Auchar. nu. 17. Alex. de Neuo nu. 15. Præpos. n. 5. Fel. rubr. de sponsal. nu. 1. Curtius iunior l. 2. n. 58. ff. de iurisd. omn. iud. Iason l. Cum quidam, n. 13. ff. de liber. & post. Tiraq. post leges connubiales, glos. 2. nu. 18. Sylu. Excommunicatio 9. casu 41. nu. 78. vers. 6. Angel. Excommunicatio 7. casu 41. n. 2. Rosella Excommunicatio 1. casu 43. n. 6. Tabiena Excommunicatio 5. casu 49. q. 1. §. 2. Cauet. verb. Excommunicatio, c. 47. & ibi Armill. n. 45. D. Ant. 3. p. t. 24. c. 34. Sotus 4. d. 29. qu. 2. a. 2. ad fin. vers. Sed arguit. Nauar. summ. c. 27. latinè n. 141. hispanè n. 142. & latinè c. 22. n. 43. Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. inst. nu. 22. Gregor. Lop. 4. t. 1. ante l. 1. Suarez l. 2 fori 2. de los casamientos, num. 34. Ant. Cabr. to. 2. commun. in mea edit l. 17. verb. Sponsalia fol. 312. Veracruz 1. p. spec. a. 10. §. Est autem secundo, Perez l. 5. ordin. t. 1. l. 2. init. Oroz. l. 1. nu. 24. ff. de iurisd. omnium iud. Salcedo pract. c. 73. vers. 9. Vivald. candel. sacram. materia de spons. sal. c. 4. nu. 47. Cord. sum. q. 52. Capua l. 4. decis. c. 23. nu. 5. Azebed. lib. 5. recop. t. 1. l. nu. 10. Spino specul. testam. gloss. 15. nu. 84. Lud. Lop. 2. p. instruct. materia de matrim. c. 37. f. 1041. col. 2. Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 25. post 6. concl. Vega l. 6. sum. c. 104.* ergo annullatio matrimonii clandestini, non extenditur ad similia sponsalia. Quare hanc sent. tenent *Nauar. sum. lat. c. 25. nu. 144. & l. 3. cons. in 1. edit. t. de voto, cons. 6. num. 3. & lib. 4. t. de consan. consil. 3. n. 7. in 2.* verò *cor. de vot. consil. 3. n. & l. 5. t. de apost. consil. 4. num. 3. vers. 5. Veracruz. append. ad spec. dub. 9. Cord. sum. q. 52. Gutier. l. 1. q. canonic. c. 18. nu. 9. fin. & de iuram. 1. p. c. 51. à n. 3.* & concludit n. 8. ita esse sæpè practicatum, & tenere grauissimos iurisperitos nemine contradicente, *Perez l. 5. ord. t. 1. l. 1. f. 39. col. 1. §. Contrarium. Spino spec. testam. gloss. 15. nu. 79. & 80. Lal. C. Ius sum. casuum reseruat. casu 19. Enriquez l. 11. de matrim. c. 5. nu. 8.* & sic dicit tenuisse *Conar., Veracr. & Basilios*, de hac re consultos. *& c. 13. nu. 8. Salcedo pract. c. 73. vers. 6. Mendoza de pact. l. 1. c. 4. n. 61. Palacios 4. d. 40. q. vlt. fin. Gallego de cognat. spirit. c. 13. Azebed. l. 5. recop. t. 1. l. 1. num. 14. & seqq. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 85. fin. & 2. p. materia de matrim. c. 37. f. 1041. col. 1. & c. 39. f. 1061. col. 1. Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 8. f. 1219. Segura direct. iudic. 2. p. c. 15. n. 1. & 4. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 45. a. 5. circa 2. punct. dub. 4. f. 180. col. 2. fin. Manuel to. 2. sum. in 2. edit. c. 244. n. 10. Vivald. candelabro sacram. 1. p. c. 4. de sponsal. n. 28. & 47. Vega lib. 6. summæ casu 104.* & tandem ita declaratum esse à Cardinalibus referunt *Gutier. Azebed. Segura, Enriquez, Manuel, Petr. de Ledesm. ibidem.*

Ad I. argum. desumptum ex *l. Oratio, & l. Si quis tutor*, dico intelligendas esse primo, quãdo prohibetur matrimonium absolutè, seu omnibus modis: cùm enim tunc nullo modo possit cõtrahi matrim. spõsalia erunt promissio rei illicitæ, & sic nulla; at contrahentes clandestinum matrimonium, tãtum sunt inhabiles ad clãdestinè cõtrahendum: quare promissio clandestina valet: est enim res licitæ promissio, nempe matrimonij contrahendi eo pacto quo iubet Ecclesia. Secundo modo sunt intelligẽdæ quando

quando est eadem ratio in prohibitione matrimonij, & sponsaliorum: sic *Alexand. Gyn. Decius*, quos refert & sequitur dicens esse omnium, *Nauarr. lib. 4. consiliorum, 1. edit. tit. de consanguin. cons. 3 n. 6. in 2. vero lib. 5. tit. de rapt. cons. 4. nn. 2. Oroscius l. 2 nu. 24 ff. de iustitia & iure omn. mod. Gutier. de iuram. 1. p. c. 51. n. 9.* & multi alii, quos refert & sequitur *Salcedo pract. c. 73. §. Nec superioribus*: at non est eadem ratio prohibitionis matrimonij, & in sponsalibus, vt dixi n. 2. Tandem intellige, quando prohibitio matrimonij est perpetua, secùs quando est temporalis, vt in hoc casu, & ita explicant *Decius, Nauar. Gutier. proxime citat. Greg. Lop. part. 4. tit. 1. ante l. 1. fine, Azebedo lib. 5 recopil. t. 1. l. 1. nu. 17.* Ad secundum negatur antecedens, vt probaui n. 2. Ad tertium fateor, quando aliquis est perpetuò inhabilis ad matrimon. quocumque modo contrahendum, vt dixi in solut. ad 1. Ad confirmationem negatur maior, quia prohibito matrimonio absolutè, sponsalia non possunt cadere super materiam licitam: sicut cadunt, quando solum prohibetur clandestinum, esset autem vera, quando sponsalia caderent supra matrimonium illo modo quo est vetitum, scilicet clandestinum, si enim duo promitterent clam contrahere, essent multa sponsalia, tanquam rei illicitæ promissio.

DISPVTATIO XIII.

An saltem culpa sit, sponsalia clandestina contrahere?

SVMMARIVM.

Prima opinio, esse culpam. n. 1. & prohibitum aliquo prohibetur omne, per quod pervenitur ad illud. nn. 1. & 2.
Secunda vera, non esse culpam.

1 DVPLEX est sententia. Prima ait esse culpam, quia eo ipso, quod *cap. fin. de clandest. desponsat.* prohibetur matrim. clandestinum, cèsentur prohibita sponsalia clandestina, Quia prohibito aliquo censetur prohibitum omne id, per quod pervenitur ad illud, *l. Oratio ff. de sponsal.* & probat multa cumulans *Rebuff. c. Postulastis, in princ. nu. 1. & seq. de clerico excomm. ministr.* ergo prohibito matrimon. censentur prohibita sponsalia, quæ via sunt ad illud. Sic tenent *glos. clem. 1. de consanguin. verb. Contrahere. Hostiensis d. c. fin. super verb. Contrahenda, & ibi Ioan. Andr. nu. 4. Cardin. fine, Ancharan. nn. 17. Alb. nu. 6. Alex. de Neuo n. 15. Præpos. n. 5. Angel. verb. Clandestinum, n. 4. Syluest. Matrimonium 6. q. 7. dict. 5. & 6. Fabrena v. Sponsalia, q. 1. n. 2. & ibi Armilla nu. 14.* & innuit *l. 1. tit. 3. part. 4.* & docet ibi *Greg. Lopez verb. Que los desposs. Roscella verb. Impedimentum, impedim. 1 n. 13. Perez lib. 5. ordinam. tit. 1. l. 2. anno.* Et ex Theologis *Palud. 4. dist. 28. qu. 2. a. 2. nu. 14. Caietan summa, verb. Sponsalia*: immo *Caiet. & Armil.* dicunt esse peccatum mortale, quod idem docet *Barthol à Ledesm. de matrim. diab. 14.* vbi consuetum est denunciationes præmittere. Et pro hac sententia est *Synodalis constitutio Toletana. 4. tit. 4. lib. 4.* ibi, *otrosi considerando de quantos conuenientes son causa los clerigos, que se arrenuen interuenir en los dissorios, o matrimonios prohibidos, mandamos, que ningun clerigo intervenga en ellos, aunque sean de fauore.* ergo supponit sponsalia clandestina esse prohibita.

2 Secunda sententia omnino tenenda docet esse licita. Probatur, quia nullo iure prohibentur. nam *c. fin. de clandest. desponsat.* tantum prohibetur matrimonium clandestinum, & axioma illud, Prohibito matrimonio censetur prohibitum omne id, per quod ad illud pervenitur, desumptum ex *l. Oratio ff. de sponsalibus*, non habet locum in hoc casu: vt probaui disputatione præced. n. 3. vbi tripliciter limitata est *illa lex*. Nec obstat doctrina communis ff. 1. allegata, asserens prohibitionem matrimonij clandestini factam *d. c. fin.* extendi ad sponsalia: nam *Hostiensis ibi*, quem reliqui sequuntur, fatetur id non haberi ex illo textu, sed ex ratione textus: eo quod eadem inconuenientia ex sponsalibus clãdestinis sequantur, cùm sæpè per copulam, & alios actus, transeant in matrimonium: quod cùm hodie cessarit per decretum *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* illa prohibitionis ratio cessat, neque etiam sunt prohibita iure nouo: nam Tridentinum solum prohibuit matrimonium clandestinum, nec id decretum ad sponsalia extenditur: vt probaui disp. præced. n. 2. Quare hanc sententiam tenet *Veracruz appendic. ad specul. dub. 9. f. 44. §. Ad dubium. Lud. Lop. 2. p. instruct. materia de matrim. c. 37 f. 1041. col. 2. Salcedo pract. c. 73. vers. 9. & §. Ex quibus. & §. Est sané*, intelligit constitutionem Tolet. pro priori sententia allegatam, quando sponsalia sunt prohibita ob canonicum aliquod impedimentum, vt inter consanguineos, & *Petr. de Ledesm. de matrim. qu. 45. a. 5. circa secundum punctum, dub. 4.* refert Cardinalium responsum continens præceptũ Tridentini, vt matrimonium celebretur coram Parocho & testibus, non extendi ad sponsalia.

DISPVTATIO XIV.

Vtrùm notabilis contrahentium vero animo sponsalia disparitas, ea irritet: vel saltem cautam iustam irritandi præbeat, quando contrahens conscius erat conditionis alterius?

SVMMARIVM.

Rationes ad probandum non valere sponsalia inter impares, n. 1.
Vera sententia valere, n. 2.
An possint irritari, quando timetur magnum scandalum, aut possimus exire & odia quamuis contrahentes pares sint, n. 3.
Quid quando pater contradicit, n. 4.
Elumuntur argumenta, & explicatur an promissio prodigo obliget, nu. 5. tandem n. 1.

VIDENTVR ea sponsalia, aut irrita aut saltem irritanda esse: quia si quis prodige meretrici spondeat pro corporis visu, non tenetur implere ita prodige, cùm ut peccatum: vt docent *Sot l. 4. de iust. q. 7 a. 1. ad 2. vers. Au vero contra Ledes. 2. p. q. 18. a. 5. §. Circa 2. memb. f. 264 col. 2. Mercado l. 6. de contract. c. 11 f. 479. vers. Verum aliud difficultas vrget. Salon. 2. 2. q. 62. a. 5. controu. 4. post 3. concl. §. Ex quo sequitur, Bañez col. a. 5. dub. 5. concl. 3. Manuel 2. to. sum. c. 40. num. 4. & Sanch. Sanch. Palatios, Bañes, Manuel*, esse verum, quamuis promissio iuramento firmetur: sed promissio matrimonij facta notabiliter impari, est prodiga, ergo non obligat. Secundò, quia quoties in contractu est notabilis deceptio, omni iure rescindendus est: & si dicas non esse deceptionem, quia cõtrahẽs nouerat inferiorem alterius conditionem: contra, quia promittens immodicum per modum pretij & contractus, non tenetur totum soluere, sed iustum & æquale pretium, sed immodicè promittit, & non gratis, sed per modum contractus, quæ spondeat notabiliter impari, ergo non tenetur. 1

Dicendum tamen est valida esse sponsalia, quia cùm contrahens sit dominus rei promissæ, & conscius notabilis excessus, videtur velle liberè cedere iure suo, & excessus donationem facere. Sic tenet *Veracruz 3. p. specul. a. 19. concl. 2. Cordub. in quæstionar. l. 1. q. 13. dub. 1. & P. Molin. to. 1. de iust. trait. 2. disp. 271. f. 113.* vbi optimè hoc explicat dicens, quamuis puella nobilis & dives male faciat sponsalia cõtra patris voluntatem cum ignobili aut paupere contrahendo, eo quod executio esse nequeat, sine aliorum scãdalo, & ipsius puellæ dedecore, & ita prodige, & cum peccato promiserit, teneri, & neminem audere affirmare oppositum, eo quod est contra Ecclesiæ praxim, huiusmodi fidem seruare cogentis. 2

Hoc tamen limitandum est, nisi scandalum magnum ex eo matrim. probabiliter timeatur. Quia virtus iustitiæ obligare nequit ad actum, qui sine peccato impleri non potest, sed contrahere matrim. cum magno illo scandalo est apertè lethalis culpa, cũ notabiliter charitas proximi lædatur, dissoluatur parentum pietas, & cognatorũ amicitia. & colligitur ex *c. Cum in tua, de sponsal. ibi, de fama, vel scandalo*: & ita docet ibi *glos. verb. Scandalo, Panor. ibi n. 4. Alex. de Neuo n. 6. Præpos. n. 2.* vbi docet, quando vehementer scandalum timetur ex matrimonij contractu inter cõtrahentium consanguineos, posse & debere iudicem interdicere matrimonium: *idem Panorm. c. Requisiuit. de sponsal. num. 4.* vbi ait Ecclesiam compulsuram non esse implere 3

sponsalia, quoties nix æ inter parentes contrahentiũ probabiliter timentur. Et melius id expresiè docent *Fel.cons. 26.n.21. Navarr.sum.c.16.n.18. Menoch.cons.1.n.44. & 66.vol. 1.Cord.d.qu.13.paulo post princ.vers.Dixi regulariter, Gutier.lib 1. q.canon.c.20.n.20. & 23. Capua l.2.decis.c.78.n.3. Lud. Lop. 1.p. instruct.c.76 in 2.edit.fol.189.col.2.* Et loquuntur *Navarr. Gutier.n.23. Cordoba, Capua, Lud. Lop.* quamuis sequuta sit virginis defloratio sub ea spe matrimonij futuri: quod quidem verissimum est propter rationem dictam. Et idem dicendum est, licet nulla sit inter contrahentes disparitas, vt bene *Lud. Lop. ibi.* Cautè tamen considerandum est hoc scandalum, non enim quodcunque sufficiet; sæpe enim vanæ minæ iactantur, terroresque opponuntur, & discordiarum pericula intentantur, quæ tamen experientia teste, vbi defecerunt illæ impetus, & matrimonium celebratur, in nihilum recidunt, faciéque animi conciliantur, sedaturque omnis tempestas. Idem dicerem quoties est timor probabilis pessimi exitus, vt odij capitalis inter ipsos contrahentes. sic *Menoch.eo n.66. Gutier.n.23.*

4 Hinc infertur, quod docet *Gutier.ea qu.20.nu.23.* posse patrem impedire sponsalia filij contra eius voluntatem inita, sane intelligendum esse, nempe quando scandalum dictum probabiliter timetur, alias enim cum filius teneatur fidem seruare, vt dixi n.2. non potest pater tuta conscientia impedire ne filius suam obligationẽ exequatur.

5 Ad primum dico eam doctrinam negandam esse, vt bene negat *P. Molin. allegatus n.2.* quia licet promissio ex liberalitate processerit, at exequutio non est ex liberalitate, sed ex debito: quare cùm in exequutione nulla sit prodigalitas, sed debiti impletio, tenetur in vtroque foro integrè implere, non obstante promissionem prodige, & cum peccato veniali faciam effectiue promittens fœminæ pecunias, vt tradat corpus, promittendo peccat, tenetur tamen implere: vnde potest dici esse peccatum ex parte modi promittendi, non ex parte rei promissæ. Secundò dico, esto ea doctrina vera esset, adhuc est diuersa ratio, nam promittitur pecunia in pretium, nec est animus liberè donandi, quæ secus hic contingunt. Ad secundum dico non esse deceptionem, quia contrahens disparitatem nouerat, nec obstat replica, quia non promittitur per modum pretij.

DISPVTATIO XV.

Qui sunt habiles ad sponsalia contrahenda?

SVMMARIVM.

Qui sunt habiles ad sponsalia n.1.

Omne impedimentum perpetuum, quod impedit matrimonium, licet non dirimat, Aptitudo sponsalia, n.2 & quod si est temporale, pro illo tempore eodem n.2.

1 HACTENVS de promissione, quæ est prima conditio ad sponsalia requisita, egimus: iam de contrahentium habilitate, quæ est secunda conditio, agendum est. Hæc tamen habilitas in secunda consistit: alterum est, vt contrahentes nullo impedimento affecti sint: & de hoc est disput. præsens: alterum verò, vt ætatem iure præscriptam habeant, & de hoc duplici disp. sequetur sermo. Sit igitur conclus. Illæ solæ personæ habiles sunt ad spõsalia, inter quas consistere potest matrim. ratio est manifesta, quia sponsalia sunt promissio futuri matrimonij, ergo inhabiles ad matrimonium, sunt inhabiles ad sponsalia.

2 Obseruandum tamen est, quamuis impedimentum minimè dirimat matrim. sed solum impediat licitè contrahi, dissoluere tamen, & prorsus irrita reddere sponsalia, si ipsa præcedat. & ratio est, quia promissio rei illicitæ obligare non potest, sed dum ad est impedimentum impediens, est illicitum matrim. ergo spõsalia, quæ sunt eius promissio, obligare nequeunt, sed prorsus irrita erunt. Sic *Petr. Soto lect.28. de matrim. §. Ad sponsalia, Navar. l.4. consil.t. 1. de sponsal. in 1. edit. cons. 38. à nu. 6. in 2. cons. 5. à n. 6.* vbi latè probat inualida esse sponsalia Catholici cum hæretica, quia illicitum est cum ea contrahere matrim. quamuis validum sit. Hæc tamen accipienda sunt, quando impedimentum est perpetuum, secus enim quando est temporale: nam impuberes contrahere possunt sponsalia: cùm tamen pro tunc non possint contrahere matrim. Similiter qui vouit castitatem ad tempus, non potest licitè eo tempore matrimonium inire, validè tamen contrahit sponsalia, & tamen constat ex *l. Non solet, 10.ff. de his qui notan. insam.* vbi notat *gloss. verb. Non nocet, & ibi Bald. num.2. Navar.l.4.cons.in 1.edit.t.de consang.cons.3.nu.7. Greg.Lop.p.4. t.1.ante l.1.fin. Gutier.de iuram.p.1.c.5.1.n.9. Azebedo lib.5.recop. t.1.l.1.nu.17. Petr.Gregor.syntagm.iuris p.2.l.8.c.5.nu.4. Petr de Ledesm.de matrim.qu.47.a.5.dub.2.* Rursus hoc intelligendum est, nisi promissio esset contrahendi pro eo tempore quo adest impedimentum, vt qui per biennium promisit castitatem, si daret fidem de matrim. statim contrahendo, animo illud consummandi intra id tempus, illi citè promitteret, ac proinde sponsalia essent nulla.

DISPVTATIO XVI.

Quæ ætas desideretur in contrahentibus, vt habiles sint ad sponsalia?

SVMMARIVM.

Quot difficultates sint disputanda n.1.

Septennium completum petunt sponsalia, & satis est si vltima dies incepta sit, & septennio præsumitur rationis vsus n.1.

Quid si septennio ambo sint aliter ob rationis cares it, & explicatur l. In sponsalibus ff. de sponsal. n.3.

An exigatur, vt septennium illud metaphysicè completum sit n.4.

Si matrimonia septennia contrahantur sponsalia, non valent, nisi postea ratificentur n.5.

Quæ sint signa huius ratificationis, an habitatio mutua, vocalissimi, &c. & exigatur expressa ratificatio, vbi non simul habentur n.6.

An vt hæc signa ratificent prima sponsalia inualida, exigatur contrahentes posse fuisse conualida: & sumitur ad ratificandum professio non voti inualidi. & quid si existimans fuisse inualidum denuò velit n.7.

Post n.7 numeros alios summaria.

QVATVOR difficultates continet præsens disputatio. Prima est, quæ ætas necessaria sit ad sponsalia. Secunda, an malitia suppleat ætatem. Tertia, an satis sit quæcunque ætas, malitia ætatem supplente. Quarta, an satis sit ita malitia suppleat ætatem, vt puer capax sit lethalis culpæ.

DIFFICVLTAS I. An septennium completum desideretur ad sponsalia. Videtur enim non esse præscriptam ætatem per *l. In sponsalibus contrahendis n.14. ff. de sponsal.* ibi, *in sponsalibus contrahendis ætas contrahentium definita non est, sicut in matrimonio.* Sit prima conclus. septennium completum desideratur in sponsalibus cõtrahendis. Fatentur omnes, & constat ex *c. Litteras,* ibi, *antequam septimum annum compleuisset, &c. Accessit, de desponsat. impub.* ibi, *antequam septimum annum compleuisset, & c. Ad dissoluendum eod. tit. & l. In sponsalibus contrahendis fine ff. de sponsal. & l. si t. 19. 4.* & ratio est, tum *D. Th. 4. d. 27. q. 2. a. 2.* quem omnes sequuntur, quia septennio completo incipit communiter rationis vsus, & libertas. Vt manifestè probatur ex *l. Si infans, §. vlt.* iuncta *l. Pretuit, C. de iure deliber* nam *illa l. Potest,* dicitur requiri voluntatem pupilli, vt ipsi acquiratur hæreditas, & *l. Si infans 6. §. vlt.* dicitur posse maiorem septennio acquirere. Ergo supponit habere voluntatem, & *d. l. In sponsal.* ibi, *si modo ad sponsalia ab vtraque persona intelligatur,* id est, *si non sint minores, quam septem annorũ.* Item quia alias non posset ius canonicũ prescribere sponsalia, tunc contracta valida esse, cum absque propria contrahentiũ voluntate consistere nequeant, & voluntas libera nõ sit, vbi deest vsus rationis: & septennio hunc aduenire, vltra alios latè probat *Mandos. de ætate minori, c. 4. n. 2.* Hinc colligitur ratio, cur ius canonicũ cathol. ætatem ad sponsalia in viris & fœminis præscripserit, eamque tamen diuersam ad matrim. petat: quia ad spõsalia sufficit rationis vsus, qui eodem tẽpore viris & fœminis aduenit, ad matrim. vero potentia generãdi desideratur, quæ tardius in viris reperitur: hanc rationem reddit *D. Tho. d. a. 2. ad 3.* Sufficit tamen si vltima septennij dies nõ sit completa, sed incepta, & hoc fauore matrimonij, sicut fauore testamenti idem statutum est *l. Quæ ætate, ff. de testam.* nec enim est minus fauorabile matrimonium, quàm testamentum. Sic *Covarr. 4. d. cret. 1. p. c. 2. n. Mandos. de ætate minori, c. 14.*

11 Exce-

11. Enrique c.l.11. de matrim. c.13.num.2. Lud.Lop.2.p.instruct. de matrim.c.37.fol.1039.col.2.fine.

3 Intellige tamen, si septennes vsum rationis habeant, si enim aut vterque, aut alter illum adeptus non sit, sponsalia sunt irrita: atque ita intelligitur l. In sponsalibus contrahendis ff. de sponsal. dum ait non esse præcipitam ætatem sponsalibus, sicut matrimonio; nam in matrimonio semper sufficit ætas præscripta iure, in sponsalibus autem non semper: sæpè enim septennio completo deest rationis vsus, tic gloss. ibi, fine. Geffred. sum. t. de desponsat. impub. nu. 3. Matrim. de Gratis inter consilia matrim. Zilett. cons. 15. n. 7.

4 Rogabis tamen an necessarium sit, vt septennium omnino completum sit, vel sat sit moraliter completum esse, quia parum deficit. quod dubium procedit; quando non constat malitiam supplere ætatem: nam quando constat, id disputabimus n. 8. & 9. Et quidem aliqui censent sufficere moraliter completum esse, vt si duo, vel tres dies deficient: quia quod parum distat à re, parum aut nihil distare videtur, teste Arist. 2. Phys. sic videtur sentire D. Tho. 4. d. 27. q. 2. a. 2. ad 7. quem sequuntur D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 18. initio Sylvester verb. Sponsalia, q. 2. dict. 2. vbi Tabiena qu. 4. nu. 5. Turrecr. c. Vbi non est, n. 2. fine. Soto qu. 2. Perez. lib. 5. ord. tit. 1. lib. 1. fol. 6. §. 2. opinio, Bart. à Ledes. de matrim. dub. 11. fol 1240. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 37. f. 1036. vbi ait valere sponsalia contracta à proximis septennio, quia quod parum distat à re, nihil distare videtur. Sed re vera non est huius sententiæ: quia expressè agit, quando malitia supplet ætatem. Idem expressè docent, quando duo vel tres dies deficiunt, Ioann. Andr. c. Litteras, nu. 2. de desponsat. impub. Henric. c. Accepit, de desponsat. impub. nu. 2. & 3. Vega l. 6. sum. casu 101. Idem dicit, licet desit hebdomada, Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 244. nu. 2. Idem si desit aliquid amplius hebdomada, docent Sot. 4. d. 27. qu. 2. a. 2. ad 3. Vinald. candel. materia desponsal. 1. p. nu. 15. Idem Victoria sum. de matrim. nu. 284. Veracruz. 1. p. speculi. a. 16. §. Primo sponsalia. vbi dicunt valere sponsalia, quando contahentes septennio nimis propinqui sunt: idem l. final. tit. 1. p. 1. ibi siete años, o poco menos. Verum probabilius mihi est, exigi septennium metaphysicè completum, vbi de malitia ætatem supplente non constaret. Probatur, quia vel vna die deficiente, verè non diceretur septennium completum, sed inceptum. Item quia ad testamentum in quo requiruntur quatuordecim anni completi, si vna dies deesset, non valeret testamentum: & ita l. Qui ætate ff. de testament. tanquam quid specialiter notandum, definitur sat esse vltimam diem anni decimi quarti ceptam esse: similiter non valeret professio, si vna dies deficeret ad decimi sexti anni complementum. Ita tenet Alex. de Neuo, c. Litteras de desponsat. impub. fin. & videntur tenere Castar. r. & DD. n. 2. in fine allegati, qui tanquam quid speciale dicunt fauore matrimonij satis esse vltimam diem septennij inchoatam esse.

5 Secunda conclusio, si vterque, vel alter contrahens minor septennio sit, nec malitia suppleat ætatem, sunt nulla sponsalia: nisi post legitimam ætatem expressè, vel tacitè ratificentur. Sic definitur c. Litteris. c. Accepit de desponsat. impub. & c. vnic. in prin. & §. Porro, tod. t. in 6. & ratio est, quia sponsalia sunt promissio mutua, ergo si saltem alter defectu ætatis incapax sit promittendi, corruent sponsalia.

6 Huius autem tacitæ ratificationis signum erit, si adueniente legitima ætate contrahentes simul habitent, habetur c. vnic. de desponsat. impub. in 6. initio. Quia ex cohabitatione præsumitur eiusdem voluntatis perseuerantia. Sufficit autem si hæc mutua habitatio sit in domo viri, vel mulieris, vel cuiuscumque: vt docent Host. c. Litteras, de desponsat. impub. prope fin. & ibi Ioan. And. fine, Anton. num. 5. Alex. de Neuo, n. 7. & 8. Francus d. c. vnico. in princ. n. 3. Brunel. de sponsal. concl. 5. n. 1. habetur to. 9. tract. Si autem non simul habitent, non intelliguntur consentire, nisi verbo, vel facto eorum, liquidò appareat ipsos in eadem voluntate perstitere. Habetur expressè d. c. vnico, vbi gloss. verb. Verbo, inquit, vt quia facti maiores vocant se sponsos: eadem Rosella verb. Impedimentum, impedim. 13. n. 8. Angel. Matrimonium 3. impedim. 14. nu. 12. Sylvest. Matrimonium 8. q. 14. dict. 8. Anton. Cucus l. 5. institut. maiorum to. 10. nu. 12. facto verò censentur ratificare, vt quia post septennium simul iacent, vel se osculantur vt sponsi: gloss. d. c. vnico, ver. Vel facto, Rosella, Sylu. Ant. Cucus. & Brunel. proxime citati: item facto, vt si alter alterius domum petit, vel mittit munuscula à spõsis mitti consueta. sic gloss. c. Litteras, ver. Placere, de desponsat. impub. & ibi Anchar. nu. 8. Alex. de Neuo, nu. 8. Prapos. nu. 2. Angel. n. 12. citato: de qua munerum missione, & subarratione, quando sit signum sponsalium, vel matrimonij, dicemus latè infrà tota disp. 22. Hinc infertur minus bene aliquos sentire dicentes, vbi deest mutua habitatio, exigi expressum consensum. Hi sunt Archid. d. c. vnic. nu. 3. Hostien. d. c. Litteras prope fin. & ibi Alex. de Neuo num. 8. Sed contrarium colligitur ex d. c. vnic. vbi decidit quando contrahentes non simul habitant, satis esse verbo, vel facto ostendere eandem voluntatem permanere: si facto, ergo satis est consensus tacitus, & ita expressè reiecta priori opinione tenent Ioan. Andr. d. c. vnico, nu. 4. & ibi Domin. ante §. Idem quoque, Francus ibi, in princ. n. 5. & videtur tenere Anton. d. c. Litteras, n. 5. Hæc autem omnia accipienda sunt, si adsit internus consensus, illo enim deficiente, quamuis ex iis signis præsumantur in foro externo sponsalia, non erunt tamen valida in foro conscientiæ.

Id tamen monuerim, tunc hæc signa inducere tacitum 7
consensum, quando contrahentes notitiam habent sponsalium tempore infantiæ initorum: vbi enim ea ignorantur, nullus consensus repetiri potest nihil enim volitum, quin præcognitum. Sic Anchar. c. Litteras, de desponsat. impub. n. 8. Francus c. vnico, eodem t. in 6. in princ. num. 5. Brunell. de sponsal. concl. 5. n. 1. Exigitur etiam, vt norint sponsalia illa tempore infantiæ celebrata, fuisse nulla: si enim ex errore, quo putabãt esse valida, ea ratificent, nihil agunt: quia error tollit consensum. l. Si per errorem. ff. de iurisdict. omn. iud. ibi Francus ibi. Et probatur quia vt professio inualida firmetur per actus tacitam professionem inducentes, exigitur, vt profitens norit priorem professionem fuisse nullã. & velit eis actibus eam ratificare, ac si denuo nuncupasset: vt docet Navar. l. 3. consil. 1. de regular. in 1. edit. consil. 36. nu. 3. & consil. 37. n. 2. in 2. cons. 35. nu. 4. Item probatur, quia si quis inualidè religionẽ voueat, & postmodum ex ignorantia ratificet, non manet obligatus, sed oportet, vt velit ratificare habita notitia nullitatis prioris voti: vt bene docent Rosella Votum 2. nu. 13. & Matrimonium 4. n. 5. Sylu. Matrimonium 4. §. 10. Navarr. sum. Latina c. 12. n. 71. Similiter si quis dubio motus an votum à se emissum fuerit validũ, & ob id denuo voueat, non tenebitur ad votum, vbi sciuerit prius votum fuisse nullum, nisi constet voluisse ita se obligare, quãuis sciret prius votum irritũ fuisse: quia ea ratificatio fuit ex errore, nec censendum est habere absolutũ vouẽdi animum, sed ex suppositione falsa valoris prioris voti: vt docent Cordoba sum. qu. 146. 147. Manuel 2. to. sum. c. 99. num. 7. Vega lib. 5. summæ, casu 97. & 105. ergo similiter ad ratificandũ priora sponsalia inualida, erit necessaria scientia nullitatis illorũ.

Ad argum. contrarium constat ex dictis n. 5.

SVMMARIVM.

An malitia suppleat ætatem prima opinio negatiua, n. 8.
Secunda verior, n. 9.
Quorsum deseruit præscriptio septennij ad sponsalia, nu. 10 & 11.
Soluuntur argumenta, n 12.
Post quem annum censentur religiosi summaria.

DIFFICVLTAS II. Vtrùm in sponsalibus malitia sup- 8
pleat ætatem: id est an valeant sponsalia ante septennium, si eo tempore rationis vsus contrahentibus adsit. Duplex est sent. Prima negat. Primò, quia vbi certa ætas iure præscribitur, præuenire nequit, vt constat in professione & testamẽto. Secũdò, quia si valẽt spõsalia, si ante septennium discretio adsit, & post septennũ non valẽt ea deficiente, ergo perperã ius præscripsit septennũ, sed consultius decideret valere spõsalia ab habẽtibus rationis vsum cõtracta. Sic tenent Abb. c. Iuuenis, n. 5. & c. Gemma, n. 6. de desponsat. Marian. Soc. cons. 3. vol. 1. Rosella verb. Impedimentũ, impedim. 13. n. 9. Angel. verb. Sponsalia, n. 5. & clariùs Matrimonium 3. imped. 14. n. 2. Brunel. de sponsal. concl. 4. n. 5. Alex. Carret l. 1. de sponsal. c. 7.

vterque habetur tom. 9. tract. idem videntur tenere Hostien. sum. tit. de sponsal. nu. 5. & 8. vers. Effectus Archid. c. vn. de desponsat. impub. in 6. ante nu. 1. & ibi Domin. § 1. Henric. cap. Accessit, de desponsat. impub. n. 2. & 3. vbi dicunt tantum malitiam supplere ætatem, quando fœmina ante septennium fuit tentata ad copulam, tunc enim dicunt oriri publicã honestatem propter copulæ intentionem, per c. Iuuenis de sponsal.

9 Secunda sententia multo verior affirmat malitia supplente ætatem, validè contrahi sponsalia ante septenniũ. probatur ex ratione Iurisconsulti, l. In sponsalib. La 1. ff. de sponsalib. dicentis satis esse sponsos quid agant, intelligere: ergo si puer præcocis ingenij, & iudicii, quid in hoc contractu agat ante septennium intelligit, erit validus. Secundò, quia cùm sponsalia sint via & dispositio ad matrimonium, eo ipso, quod ius disposuit in matrimonio malitiam supplere ætatem, c. De illu, el 2. de desponsat. impub. censetur idem in sponsalib. disposuisse per l. Oratio, ff. de sponsal. & ita tenent ex Theologis D. Thom. 4. d. 27. q. 2. a. 2. ad 7. D. Antonin. 3. p. t. 18. init. summ. conf. ff. l. 4. t. 1. qu. 5. Sotus 4. d. 27. q. 2. a. 2. ad 3. Ledesm. 2. 4. q. 45. a. 2. Enriquez l. 11. de matrim. cap. 13. n. 9. Philiarc. de offic. Sacerdot. to. 1. p. 2. l. 2. c. 1. Vivald. candel. 1. p. t. de sponsa. n. 14. Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 11. fol. 1240. Vega l. 6. sum. casu 101. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 43. a. 2. dub. 2. Lud. Lop. 2. p. instruct. materia de matrim. ca. 37. f. 1039. Manuel 3. to. sum. 2. edit. c. 244. nu. 3. & ex iuris peritis gloss. c. Iuuenis. de sponsal. verb. Debita. & c. sponsa, eodem tit. sin. & 30. q. 2. in summa. verb. Sponsalia. Goffredus sum. t. de sponsal. num. 8. & 11. Ioann. Andr. c. vnic. de desponsat. impub. in 6. num. 1. vbi Franc. in princ. n. 2. idem Ioan. And. d. c. Iuuenis n. 9. vbi Innoc. initio, Anton. nu. 5. Card. n. 1. Anchar. n. 4. Gald. r. & Io. de Fano, quos refert & sequitur Alex. de Neuo, ibi nu. 19. Præpos. nu. 7. Bald. cons. 44. vol. 4. Pisana ver. Sponsalia n. 3. vbi Syluest. qu. 2. dict. 2. Tabiena q. 4. n. 5. Armil. n. 4. Turrec. c. Vbi non est, n. 2. fin. 30. q. 2. lex finalis. t. 1. q. 4. Couar. 4. decret. 1. p. c. 2. n. 1. Mart. de Garatis inter consilia matrim. Zoleti. cons. 15. n. 7. Gostanus de sponsal. tit. Qui possint contrahere sponsalia, n. 2. habetur tom. 9. tract. Anton. Cacus l. 5. instit. maior. t. 10. n. 11. Gutier. authen. Sacramenta puberum, n. 5. C. Si aduer. vendit. Perez lib. 5. Ordina. t. 1. l. 1. f. 6. vers. 2. opinio, Ant. Gabr. to. 2. comm. l. 17. in mea edit. f. 312. vers. Sponsalia.

Ex his infertur ideò ius præscribere septennium, vt 10 præsumatur rationis vsus: in ea enim ætate nisi contrarium manifestè appareat, præsumitur rationis vsus in puero, non autem ante eam ætatem. Sic Ioan. Andr. c. Iuuenis, de sponsal. n. 9. vbi Anchar. an. n. 4. Alex. de Neuo, n. 10. & c. Litteras, de desponsat. impub. fin. Henric. c. Accessit. nu. 2. de desponsat. impub. & ratio est, quia in dubio, & vbi contrarium non apparet inspicimus annorum numerum, alias frustra ius annos præscripsisset. Idem ex Theologis docet Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. t. 37. f. 1039. col. 2 fin.

11 Tandem infertur ante septennium non esse sponsalia, nisi probetur contrahentes esse doli capaces: septennio tamen completo esse sponsalia, nisi probetur non esse doli capaces. sic Henric. c. Accessit n. 2. de desponsat. impub.

Ad primum argumentum dico, id esse verum, nisi iure expressum sit contrarium in aliquo casu æquiualenti, vt contingit hic: sicut explicui n. 9. Ad secundum constat ex dictis n. 10. & 11. præscripsit enim ius eam ætatem, vt tunc vsus rationis, & sponsalia esse vera præsumatur, & nõ antea.

SVMMARIVM.

An in quacunque ætate præueniatur vsus rationis, sint vera sponsalia. Prima opinio negans, nu. 13. & ibi quando dicatur infans proximus septennio.
Secunda verior, n. 14.
Possit quem inuitare reliqua summaria.

DIFFICVLTAS III. An in quacunque ætate malitia præuenit, valeant sponsalia, vt si via ordinaria, vel per miraculum accelerctur vsus rationis longè ante septẽnium: vel necessarium sit vna cum rationis vsu, ætatem septennio proximam esse. Aliqui censent vna cum vsu rationis exigi ætatem septennio proximam, nec sufficere vsum rationis antea habitum. Prob. primò, quia ideò ius præscripsit septennium completum, vt id exigatur, vel saltem, quo moraliter potest dici septennium, quod est ætas septennio proxima. Secundò, quia in matrimonio non satis est, vt malitia suppleat ætatem, id est, vt potentia generatiua reperiatur ante pubertatem, sed vltra requiritur discretio, & prudentia requisita ad coniugalem consensum: vt constat ex c. finali. de desponsat. impub. vbi hæc malitia nuncupatur prudentia: & ex c. Continebatur eodem tit. vbi textus ponderat copulam. Cũ ætate pubertati proxima, vt matrimonium ante pubertatem initum valeat: ergo similiter in sponsalibus non satis erit vsus rationis quicunque, sed talis qualis septennio, vel proximè aduenit. Pro hac sent. videntur ex Theologis D. Tho. D. Ant. Ledesm. Barth. à Ledesm. Lud. Lop. Vega citati nu. 9. Victoria sum. de matri. n. 284. Veracruz 1. p. Spec. a. 16. vers. Prima sponsalia: & ex iuris peritis gloss. 30. q. 2. in sum. verb. Sponsalia. Goffred. sum. t. de spons. nu. 11. Innoc. An. Card. Turrecr. Syla. Tabiena, Gutier. Perez citati eod. n. 9. lex fin. t. 1. p. 4. vbi omnes hi dicunt malitiam supplere ætatem, quando puer est septennio proximus: & tenent expressè Enriquez l. 11. de matrim. c. 13. nu. 9. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 43. a. 2. dub. 2. Non tamẽ conuenit inter hos DD. quando dicatur infans septennio proximus. Quidam enim id contingere asserunt, quando deficit semestre. Sic Innoc. c. Iuuenis, initio, de sponsal. & ibi Ioan. Andr. nu. 9. Ant. n. 8. Anchar. n. 4. Præpos. n. 7. Melius tamen alij sentiunt hoc prudentis arbitrio remittendum esse: in quibusdam enim citius, in aliis verò tardius acceleratur. Sic D. Thom. D. Anton. Turrecr. Sotus, Lud. Lop. fol. 1040. col. Barth. à Ledesm. f. 1241. Petr. de Ledesm. Enriquez, Perez, n. 9 allegati. idem Goffred. sum. t. de desponsat. impub. n. 5. Couar. idem. Si seruosus 3. p. init. n. 5.

Probabilius tamen est, valida esse sponsalia in quacunque ætate contracta, si via ordinaria, vel miraculosè vsus rationis acceleretur. Prob. quia septennium non præscribitur quasi id necessarium sit, sed quia ætate præsumitur ius vsum rationis aduenire, vt diximus n. 9. 10. & 11. ergo si quacunque ætate ante septennium vsus rationis aduenit, erunt vera sponsalia: non enim maior est ratio de proximis septennio, vel multo minoribus, si eodem rationis vsu gaudeant. Hanc sententiam tenet Alex. de Neuo, c. Iuuenis, de sponsal. nu. 19. vbi ait si constet de prudentia pueri 6. ætatis anno, valere sponsalia: & Anton. Gab. to. 2. comm. in mea edit. l. 17. fol. 312. vers. Sponsalia, vbi dicit esse communem sententiã valere sponsalia quadriennio contracta, si adsit rationis vsus. Idem tenent aliqui, vt refert Petr. de Ledesm. de matrim. q. 43. a. 2. dub. 2. & ipse dicit eam esse probabilem.

Ad primum argumentum negatur antec. sed ideo id factum est, quia communiter tunc aduenit rationis vsus. Ad secundum dico disparem esse rationem, nam matrimonium semel contractum indissolubile est, & ideo vltra potentiam generandi requiritur discretio & prudentia: sponsalia autem ab impuberibus contracta, solubilia sunt, si alter pubertatem adeptus reclamat: & ideo nil mirũ est, si ad ea contrahenda qualiscunque vsus rationis sufficiat.

SVMMARIVM.

An sufficiat is vsus rationis ante septennium, qui satis est, vt puer delinquat lethaliter, opinio negat. nu. 15.
Secunda verior affirmans, n. 16.

DIFFICVLTAS IV. An sufficiat is rationis vsus ante septennium ad sponsalia contrahenda, qui satis est, vt puer ille possit lethaliter delinquere. Aliqui negant. Sic D. Tho. 4. d. 27. q. 2. a. 2. ad 2. Lud. Lop. 2. p. instruct. c. 37. de matrim. f. 1039. Petr. de Ledes. de matrim. q. 43. a. 1. dub. 1. Enriquez l. 11. de matrim. c. 13. nu. 9. Probat D. Thom. quia ad delictum lethale satis est aduertentia præsentis mali, nec aliqua futurorum prouidẽtia desideratur: ad sponsalia tamen cum sint obligatio ad futurum & perpetuum statum, requiritur etiam futurorum prouidentia.

His non obstantibus probabilius credo sufficere eum vsum rationis, qui ad culpam lethalem satis est. Prob. quia is vsus rationis satis est ad obligandum se per votum solemne ordinis sacri, quod tamen est perpetuum, & per votum simplex religionis, quæ est obligatio status perpetui, & maior quã sponsalium, quia votum annexũ ordini sacro

sacro, nullo modo solui potest, nisi per dispensationem Pontificiam: votum etiam illud religionis indiget eadem dispensatione, vel paterna irritatione, nec potest propria pueri voluntate dissolui: at sponsalia sola pueri voluntate puberis facti, dirimi possunt. Secundò prob. quia si ea futurorum prouidentia, quam postulat prior sententia desideraretur; incaute præscriptum esset septennij tempus: ea enim tenerrima ætate præsentium non habet puer prouidentiam, nedum futurorum: & vix eo rationis vsu gauderet, vt capax sit lethalis culpæ. Pro hac sententia sunt cæteri DD. allegati n. 9. absolutè docentes, vsu rationis præueniente, posse sponsalia contrahi ante septennium.

DISPVTATIO XVII.

Vtrùm culpa sit, sponsalia, aut matrimonium ante legitimam ætatem contrahere?

SVMMARIVM.

Qua sit dubitandi ratio, & an c. 2. de despons. impub. contineat præceptum, n. 1.
An sit culpa ante pubertatem sponsalia contrahere, opinio affirmans, num. 2.
Secunda opinio affirmans, esse culpam ante septennium contrahere nu. 3.
Tertia sententia verior non esse culpam, & explicatur inmo n. 6. cap. 2. de despons. impub. n. 4.
An sit mort. matrimonium ante legitimam ætatem celebrare, prima opinio affirmans, n. 5.
Verior opinio negans, n. 6.
Recedendum est à propria verb. significatione, vt iuris correctio vitetur, num. 6.

1 DISPVTATIONIS huius difficultas versatur circa intellectum c. 2. *de despons. impub.* ibi, *Districtius inhibemus, ne aliqui, quorum vterque, vel alter ad ætatem canonibus determinatam non peruenerint, coniungantur: nisi forte aliqua vrgentissima necessitate intercedente, vtpote pro bono pacis, talis coniunctio tolleretur.* Quod si quis dicat hæc verba minime præceptum continere, vt sentit *Ioan. Andr. ibi. nu.* 1. aberrat profectò, quia textus dicit, *districtius inhibemus*: & ex doctrina *Archid. c. Interdixit, 32. d.* in omni prohibitione continetur præceptum, & grauibus verbis vtitur Pontifex: quare merito *Hostiens. ibi, initio, & Alex. de Neuo, num.* 2. dicunt non esse leue contrauenire: quare esse præceptum obligans ad mortale, docent *Palud. 4. d. 28. qu. 2. a. 1. nu. 8. & 10. Rosella Matrimonium 2. n. 6. Angel. Matrimonium 3. impedim. 16. nu. 7. Sylu. Matrimonium 5. qu. 6. & ver. Sponsalia, qu. 1. dict. 1. Tabiena Matrimonium 2. q. 6. n. 7. Nauar. sum. Hisp. c. 22. nu. 31. Enriquez l. 11. de matrim. c. 13. nu. 13. Petr. de Ledes. de matrim. q. 43. a. 2. dub. 3.* Est igitur difficultas an præceptum hoc de sponsalibus, vel de matrimonio intelligatur. Prius agemus de sponsalibus: deinde autem de matrim.

2 Dubitatur ergo an textus intelligatur de sponsalibus. triplex est sententia. Prima, intelligi de sponsalibus, & prohiberi non tantum ante septennium, sed etiam ante pubertatem. Et ratio prohibitionis est, ne contra bonũ commune matrimonia impediantur; quando enim vterque, vel alter est impubes, oritur publica honestas, & facile puberes effecti ab eis resiliunt, impeditúrque ne possint eorum consanguineis matrimonio copulari: & ex tali dissolutione, discordiæ rixæque oriuntur. Sic *glossa d. cap. 2. verb. Coniungantur, Hostiens. ibi super eodem verbo, Ioan. Andr. nu. 5. Anchar. n. 3. Card. ibi, ad finem, Ant. nu. 7. Alex. de Neuo num. 10. Rosella Matrimonium 2. n. 6.* & clarius *verb. Iniuriam, nu. 3. Syluester Matrimonium 5. q. 6. & verb. Sponsalia, q. 3. dict. 1.* vbi aliquantulum moderatur hanc sententiam, dicit enim intelligi de sponsalibus non motu proprio, sed aliorum persuasione contractis ante pubertatem: & dicunt *Rosella, & Sylu.* culpam hanc esse lethalem.

3 Secunda sent. intelligit hunc textum de sponsalibus contractis ante septennium. Prob. quia textus dicit *ante ætatem canonibus determinatã*, quæ septennij est. Sic *Innoc. cod. c. 2. Sotus 4. d. 27. q. 2. a. 2. ad 1.* Idem docent addentes esse peccatũ mortale tunc contrahere spõsalia, absque legitima causa, & Episcopi licentia, *Nauar. Enriq. Petr. de Ledes. citati n. 1.* quod explicat *Petr. de Ledesm.* pueros peccare mortaliter, si tunc habent rationis vsum, & à fortiori consulentes, & inducentes eos ad contrahendum.

Tertia sent. multo probabilior ait textum non intelligi 4
de sponsalibus, & sic nullo modo esse culpam lethalem contrahere sponsalia ante septennium. Et textum non intelligi de sponsalibus, docet *Panor. eo. c. 2. nu. 5. & ibi Præpos. n. 2.* Et prob. quia textus dicit *non coniungantur*, at sponsalia non sunt proprie coniunctio, sed coniunctionis promissio, & cum res pœnalis & prohibitoria sit, non est extendenda vltra proprium significatum. Quod autem non sit mortale, probatur, quia nulla irrogatur iniuria tertiæ personæ, nec sacramento, cum sponsalia sacramentum minimè sint. sic tenent aliqui Theologi, vt refert *Petr. de Ledes. d. dub. 3.* idem *Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 244. nu. 2.* imo nec culpam venialem in hoc contractu inuenio, cum nullo iure prohibeatur, & si pueri ante septennium rationis vsu destituti sint, expertes sunt culpæ, & nihil prorsus agunt, sed more psittaci verba proferunt: si autem vsus rationis septennium præueniat, ea esset ætas canonibus præscripta ad sponsalia: vt late probauimus disp. præced. n. 9. Quare non video quo pacto ius prohibere potuerit sponsalia ante rationis vsum contrahi.

Rursus de matrim. vrgentius est dubium. Quare aliqui 5
censent culpam esse lethalem illud ante legitimã ætatem inire. Prob. quia *in textus d. c. 2.* saltem de matrim. loquitur, continetque præceptum obligans ad mort. vt ex multis probaui n. 1. Item, quia infertur sacramento iniuria, redditur enim irritum ætatis defectu. Sic docent *Palud. Angel. Sylues. Tabien. Nauar. Petr. de Ledes. Enriq. allegati nu. 1. Manuel 1. to. sum. in 1. edit. c. 244. nu. 2.* & addit *Petrus de Ledes.* hoc verum esse, quamuis malitia præueniat ætatem: propter *d. c. 2.* prohibitionem. Moderantur tamen hanc sent. *Ang. Sylues. Palud. Tabiena, Nauar. Enriquez*, nisi ex Episcopi licentia, & iusta intercedente causa matrimonium ante legitimam ætatem celebretur, vt habetur *d. c. 2.*

Mihi tamen hæc sent. certa non est, sed oppositam re- 6
puto valde probabilem, ne probabiliorem dicam 1. quia à iure antiquo recedendum non est absque textu expresso, eo quod iuris correctio est odiosa, & omnino vitanda, *l. præcipimus, C. de appel.* quod adeo verum est, vt gratia vitandæ iuris correctionis, à propria verborum significatione recedendum sit, vt docent *Anton. c. Cum dilectus, num. 15. & ibi Imol. nu. 12. de consuetud. Abb. c. Cum olim fine, de sent. & re iudicat. Felin. c. Non potest, eod. t. num. 8. vers. Limita duplicitèr, Alex. cons. 85. n. 12. l. 4. Gozad. cons. 43. n. 2. Beroius c. Quoniam nu. 31. de iure patron. Meres de maior. 1. p. qu. 1. n. 74. Gutier. d. 3. pract. qu. 15. nu. 34.* Sed matrimonium de præsenti inter impuberes est permissum multis canonibus, & interpretantur quasi essent verba de futuro *c. ap. finali. de despons. impub. c. vnic. §. Idem quoque, eod. t. in 6.* ergo non est dicendum *d. ca. 2.* correxisse hæc iura, cum optime possit interpretari, ne corrigat. Item quia *Panorm. eo. cap. 2. num. 1. & Præpos. ibi num. 2.* explicant illum textum, vt tantum prohibeat ne impuberes, vel pubes cum impubere contrahant matrimonium, simulque copulæ carnali dent operam, ne postmodum de matrimonij valore dubitetur. Quod si vrgeas textum permittere hanc coniunctionem propter pacis bonum, non posset autem permitti copula: respondeo permitti quidem posse, quando iudicio Episcopi probabile esset malitiam præuenire ætatem, vrgentissimáque causa concurrente, quamuis de potentia ad copulam dubium esset aliquale, & si experientia facta comperiretur nondum adesse potentiam, esset illud matrimonium sponsalis iuris interpretatione, vt dixi.

Ad primum argumentum propositum nu. 5. constat ex dictis. Ad secundum dico nullum sacramentum irritari, quia illud matrimonium tantum habet vim sponsalium iuris interpretatione, & si esset dubium de malitia præueniente ætatem, contraheretur ea lege tacita, & quæ iure inest, vt valeat eo modo, quo valere potest, *d. c. vnico, §. Idem quoque.*

DISPVTATIO XVIII.

Per quæ verba contrahantur sponsalia, & per quæ matrimonium?

SVMMARIVM.

Quando verba sunt dubia, in foro conscientiæ standum intentioni num. 1.
Quid si verba non explicent consensum, at intentio contrahentium sit vere per ea contrahere, n. 2.
An vbi est vsus, vt apud Indos, explorandi consensum de præsenti per verba de futuro, satis sint ea verba futuri ad matrimonium, & apud ipsos ratione vsus sufficiant hæc verba ad sponsalia, Sepeliam te cum morieris, vel ad matrimonium sufficiat apud eosdem Indos, vno dicente Ducam te, alius respondeat, Forte & ego ducam te, & ratum sequatur traductio in domum. & copula. n. 2.
In foro externo non standum mentis contrahentium, sed communi verborum intelligentiæ, & quæ alia consuetudo attendenda sint: & in dubio vtri contrahentium fauendum, n. 4.
In dubio an in fauorem matrimonij iudicandum sit, & quid quando est impedimentum impotentiæ, n. 5.
An hoc procedat in foro conscientiæ, n. 6.
Opinio singularis vnius Doctoris, an præferatur communi, fauore matrimonij, & causæ piæ, n. 7.
Quando intentio non constat, & verba sunt dubia, qualiter iudicandum sit. n. 8.
Quotupliciter possint formari verba, de quibus dubium est, an constituant sponsalia, vel matrimonium, n. 9.
Quando verba quæ ad sonum, & significationem sunt de præsenti, vt Accipio, habeo, teneo, ex more prius debo tibi sicut vxori, reputo te in vxorem, vel si alter respondet, Placet, vel Volo, nu. 10. & ibi quid de his verbis, Volo te in vxorem.
Quid quando sunt de præsenti, quæ ad sonum & significationem, ac propter admixtam fidem de futuro, vt Accepto te in craſtinum, n. 11.
Quid quando verba sunt omnino de futuro, vt Accipiam, ducam te, non explicato verbo Promitto, n 12.
Quid, Promitto quod te desponsabo, n. 13.
Quando sonus est de futuro, & sensus de præsenti, vt Ex nunc te habebo in vxorem, vel ducam, n. 14.
An tunc sit contractus matrimonij, non vero sacramentum, n. 15.
Quid quando non additur particula, Ex nunc, vt Habebo te in vxorem, prima opinio esse matrimonium, n 16.
Secunda opinio, esse dubia ea verba, n. 17.
Tertia sententia verior, constituere sponsalia, n. 18.
Non te derelinquam pro alia meliori, n 19.
Posthac vel ex nunc ero meus, vel illo meus n. 20.
Solumntur argumenta, & quod antur ca. Ex parte, de sponsal. & c. Si quis diuinis, 30 q. 5. & explicatur quando leges in decreto inserta, vim canonum habeant, n 21.
Volo te habere in vxorem, te ducere, vt placet, prima sententia, non esse sponsalia, nec matrimonium, n 22.
Secunda, esse matrimonium, n 23.
Tertia distinguit, n. 24.
Quarta sententia, omnia ea verba constituere sponsalia: quæ probabilior est, n. 25.
Quid si ea verba essent dicta ad interrogationem alterius quærentis, Vis mecum contrahere? vel si esset vsus per ea verba contrahere matrimonium, n 26 & quid, Volo te ducere, & in te exsequire.
Quid si præcessisset tractatus de contrahendo matrimonio, n. 27.
Quid, Volo ex nunc te habere pro vxore n. 28.
Quid de his verbis, Volo te esse vxorem, n. 29.

1 CVM disputatum sit de prima & secunda conditione ad sponsalia requisitis: superest, vt tertia, nempe de verbis ad ea contrahenda requisitis, disputemus: & quia commode discerni nequeunt verba plurima, quibus spōsalia ab eis quibus matrim. contrahitur, celebrantur, sed sub iudice est num sponsalia, num vero matrim. constituantur: ideo simul disputabitur, quando sponsalia, quando vero matrimonium, ijs verbis contrahatur, præmissis aliquot fundamentis. Primo supponendum est, quando verba sunt dubia, in foro conscientiæ standum esse intentioni contrahentium, si de illa constet. Prob. ex *cap. Intelligentia, de verb. sign.* Item, quia verba habent vim obligandi, quatenus explicant consensum internum, & contractus ex intentione legem accipiunt, *reg. Contractus, de reg. iur. in 6.* Item, quia hæc obligatio est lex quædam particularis, quam homo sua sponte sibi imponit, obligatio autem legis à legislatoris mente pendet: nec in hoc fundamento aliquis discrepat.

Hinc inferunt aliqui DD. non esse, quoad forum con-
2 scientiæ, & Deum, curandum de verbis externe prolatis, quando de contrahentium intentione constat. sic *Hostiensis c. ex parte, initio, & ibi Henric. num. 1. de spons. Angel. Matrimonium 2. n. 23. Sylvest. Matrimonium 2. q. 10. dict. 6. Navar. sum. c. 22. Hispan. n. 80. Latine n. 79.* & addunt *Ang. Sylvest. & Navar. Hispanè eo. n. 80.* adeo hoc verum esse, vt si intendant contrahere de præsenti, quamuis verba sonent de futuro, esset verum matrim. Sed si hoc corollarium vt iacet intelligatur, est prorsus à veritate alienum, quia cum sponsalia & matrim. sint contractus humanus, non sola intentio sufficit, sed necessarium est verbis, vel signis aptis, vt alter contrahentium alterius animum intelligat, explicari: intentio enim mente retenta nihil operatur in humanis contractibus *l. Cum in plures, 62. §. Locator horrei. ff. locati.* vbi *Bart. in princ.* ex eo textu colligit propositum mente retentum, nec parti expressum, nihil reuelare: vnde mens illorum Doctorum hæc est, si desit intentio, & consensus internus, qualiacunque sint verba, nulla sponsalium aut matrimonij oritur obligatio: & è contra, si adsit intentio se obligandi vinculo matrimonij aut spōsalium, & ea manifestetur aliquo signo externo alteri, ita vt ambo contrahentes intelligant se mutuo per illa verba velle contrahere matrimonium, vel sponsalia, satis erunt qualiacunque verba. Et ratio est aperta, quia cum de ratione matrimonij, vel sponsalium non sint expressa verba, vel signa, sufficit si verbis id significantibus, vel si verba id non significent, signo externo sibi mutuo animum indicent. Quare optime *Sot. 4. d. 27. q. 2. a. 1. post 2. concl. vers. Quod si. & Bart. & Ledesm. de matrim. dub. 8 prope fin. Palacios 4. disp. 27. dub. 1. fol. 577. col. 2.* asserunt licet consensus contrahentium sint de præsenti, si non sibi mutuo per verba de præsenti explicentur, sed per verba de futuro, non esse matrimon. quod idem dixit *Petr. de Ledesm. de matrim. q. 45. a. 3 dub. 2. ad 7.* vbi dicit, si contrahentes velint cōtrahere, & intelligant se velle matrimonium inire, quomodocumque explicetur consensus, & per quæcunque verba, esse matrimonium.

Ex his infertur minimè placere, quod dicit *Palacios prox-*
imè citatus; nempe Indos apud Mechoacam solitos matrim. contrahere per verba futuri, non vere contrahere matrimon. licet possent imponere futuro significationem præsentis. Idem videtur tenere *Alex. de Neuo, cap. Ex literis, de 1. de sponsalibus, n. 18.* vbi dicit verba importantia sponsalia de futuro, importare de præsenti, si loci consuetudo id obtinuerit, dummodo talia verba sint, vt significationem præsentis aptari possint. Hoc (inquam) non placet, quia si consuetudo est inter illos significandi consensum de presenti per ea futuri verba, iam adest consensus de præsenti, & signum externum sufficienter eum consensum exprimens: siquidem illa verba ex communi vsu inter illos indicant consensum de præsenti, & ita procedet doctrina tradita 11. 2. scilicet vbi vtrique contrahenti constat de intentione, impertinens esse, siue verbis de præsenti, siue de futuro vtantur. Item, quia, vt dicemus n. 26. ex multis, licet hæc verba, Volo tecum contrahere, importent consensum de futuro, si alicubi vsus esset ea accipere, vt indicent consensum de præsenti, illis vere contraheretur matrim. idem probat doctrina *Veracruc. 1. p. spec. art. 19. fin.* vbi ait aliquos Indos sic inire sponsalia, Sepeliam te quando moreris, & esse vera sponsalia: & *eodem 4. vers. Dubitatur tertiò*, & ipsum sequens *Barth. à Ledes. de matrim. dub. 25. f. 137. & seq.* vbi ait apud Indos Mechoacenses esse in vsu, vt vno dicente, Ego ducam te, alius respondeat, Forte & ego ducam te: & licet ex natura rei hæc non sint sponsalia, quia non est promissio determinata, at ex vsu hæc & priora ea sese vera sponsalia: quia ex ipsorum consuetudine per illa verba satis explicatur animus.

Supponendum est secundò in foro externo non stan-
dum intentioni contrahentium, eo quod ea Ecclesiam lateat, sed communi verborum intelligentiæ, cogetunque vtentes in eo sensu verba retinere, quem communiter recte intelligēntibus generare solent: & sic stabitur regulis, quas statim subijciam n. 10. & seq. de aliquorum verborum intellectu. Sic expressè decidit *cap. Ex literis, et 1. de sponsal.* & vniuersi fatentur. Sunt etiam attendendæ aliæ conjecturæ

ræ,vt loquentium qualitas.& condirio. *c. Solita de maiorit. & obed.*& docet cum alijs *Conar. 4. decret. 2. p. c. 4. §. 1. num. 2. Ant. Cucus l. 5. institut. maior. t. 11. n. 38.* Item attendendum est de quo tunc temporis tractabatur,si enim de matrim. verba dubia censendum est constituere matrimon. & si de sponsalibus,sponsalia: vt colligitur ex *c. Intelligentia, de verb. sign.*& docent *Palud. 4. d. 27. q. 2. a. 4. concl. 5. nu. 27. Veracruz 1. p. Spec. a. 17. dub. 2.* & dicemus in simili casu infrà nu. 27. Et generaliter in dubio facienda est interpretatio contra illum, qui potuit apertius suam mentem declarare. *l. 2. ff. de pactis*, vt si dicat se voluisse contrahere sponsalia, & alter oppositum,alteri credetur,& è cõtra: hoc excepto, quòd si is, qui primò verba protulit, dixit verba certa & clara sponsalium,vel matrimonij, secundùm eundem intellectum debent intelligi verba sequentis : quia videtur ad interrogata respondere. Sic *Palud. ibi, Petr. de Ledesm. de matrim. qu. 45. a. 3. dub. 1. concl. 4.* quam exceptionem,vt verba sequentis debeant intelligi iuxta præcedentis verba,tunc accipe, quando verba sequentis sunt æquinoca, & dubia, secus si essent determinata, & clara: vt bene *Veracruz 1. p. Spec. a. 47. dub. 2.* Et tandem in dubio fauendum est fœminis, quia simplicius res tractare solent, facilliusque à vitis decipiuntur. Sic *Enriquez l. 11. de matrim. c. 11. n. 6. Barthol. à Ledesm. dub. 9. de matrim. fol. 1234. Petrus de Ledesm. d. dub. 1.*

5 Maximè tamen obseruandum est in dubio sit matrimonium, necne, in matrimonij fauorem sententiam ferendam esse: quia matrimonij fauor multus est: vt constat ex *c. Ex literis, de probat.* vbi decidituir existentibus probationibus paribus iudicem absoluere debere, præterquam in liberali causa: vbi *glos. verbo, In liberali*, ait, *Vt in matrim. & c. fin. de sent. & re iudic.* decidit textus, duobus iudicibus ordinarijs diuersis sententias proferentibus,præferri sententiam in fauorem rei, nisi in causa fauorabili matrimonij; & ita docent *Ioan. Andr. c. Ex parte, de sponsalibus, nu. 3. Hostien. ibi Ant. n. 10. Anchar. n. 7. Henric. n. 5. Alex. de Neuo, nu. 27. Præpos. n. 6. fi. & 7. fin.* dicens omnes approbare, *Gard. c. a fin. n. 1. fin. de clandest. desponsa. Abb. c. fin. nu. 7. de desponsa impub. Lapus allegat. 56. nu. 14. Alciat. l. 1. respon. cons. 13. n. 15. Angel. verb. Sponsalia, n. 7.* vbi *Sylu. q. 5. Tabiena q. 3. nu. 4. Arnolla n. 3. Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 3. n. 9. Brunel. desponsa. conclus. 5. n. 5. Alex. Carrer. d. 1. de sponsa. c. 12. Ant. Cucus l. 5. institut. maior. t. 11. n. 156. Vngarellus addit. ad Angelum, matrim. 2. nu. 12. Mascard. de probat. conclus. 1027. n. 1. qui num. 3.* excipit, nisi dubium de matrim. oriatur ex impotentiæ impedimento, de qua re dum de eo impedimento tractauerimus, disputabitur.

6 Sed dubitabis vtrum hoc intelligatur in foro conscientiæ,nam *Enriquez n. 11. de matrim. c. 13. n. 4. fin.* ait doctrinam hanc in foro externo accipiendam esse, vt in dubio sit matrimonium necne, pro matrimonio sit iudex sententiam laturus: nam in foro conscientiæ nemo in dubio tenetur ad onus matrimonij: & *c. 11. n. 5.* ait in dubio æquali de consensu,an accessus fuerit habitus consensu coniugali,liberum esse accedentem. quia in dubio melior est conditio possidentis: vt in voto. Sed dicendum est, in vtroq; foro in dubio de consensu, & consequenter de matrim. iudicandum esse in fauorem valoris matrimonij. Prob. nam inter vtrumque forum nõ est discrimen, quoad matrimonij vinculum: id enim, quod in foro conscientiæ nõ est matrimonium, non est etiam in foro externo,& è contra: Ecclesia enim non potest facere, vt sit matrimonium, quod inualidum est, sed tantum in cognoscendi modo versatur differentia: nam in foro interno statur confessioni propriæ, in externo autem allegatis & probatis: vt optime *Conar. 4. decret. 2. p. c. 2. nu. 2.* cum ergo constita omnino veritate dubij valoris matrimonij. & nõ ex falsâ præsumptione, iudex in foro externo iudicare debeat esse matrimonium: idem in foro interno sentiendum est. Et confir. quia vterque forus idem iudicat, vbi externus non innititur falsæ præsumptioni, vt dixi disp. 5. num. 20. Et ita hanc partem tuentur *Conar. 4. decret. 1. p. c. 4. §. 1. n. 9. Greg. Lop. d. 3. t. 1. p. 4. verb. Concella, Menoch de præsump. l. 3. præsum. 1. num. 30.* vbi dicunt dubitantem de consensu,& quo affectu accesserit ad sponsam, compellendum in vtroque foro ad matrim.& in vtroque foro præsumi habuisse consensum: & reprobant quandam distinctionem satis obscuram *Sylueſteri Matrimonium 2. qu. 15.* nisi (inquiunt) post tale dubium contraxisset cum alia, tunc enim debet præferri posterius matrimonium certum, priori dubio. Nec obstat simile de voto in dubio non obligante, quia id est verum in voto simplici, vbi nulla est traditio, & sic non est possessio ex parte alterius, quæ præualeat, qualis est in matrimonio.

Hinc infertur, opinionem singularem alicuius Doctoris matrim. sustinentis, præferri plurium sententiæ illud impugnantium, nisi textui aperto innitantur. Sic *Hostiens. c. Si vir, de cognat. spirit. super verb. Aliter, Ioan. Andr. num. 3. Ant. fine, Anchar. n. 3. Abb. n. 3. Henric. nu. 4. Neuo num. 3. Præpos. n. 2. Felin. rubr. de sponsa. n. 6. ver. 9. Dec. c. Dilecta, nu. 4. de appell. Barbat. cons. 6. n. 2. vol. 1. Berous c. 1. nu. 271. de constit. Roscella verb. Impedimentum, impedi. 2. nu. 7. Anto. Gabr. in mea edit. tom. 2. communi. l. 11. f. 95. col. 1. nu. 1. Menoch. alios referens, de præsump. l. 2. præsump. 71. n. 30. & seq. Anton. Cucus lib. 5. institut. maior. t. 11. nu. 157.* Et idem dicit *Berous*, quando opinio fauet causæ piæ: & opinionem fauentem matrimonio, vel causæ piæ præferendam esse docet etiam *Nauar. sum. c. 27. hispanè n. 286. Latinè n. 287.* Et probatur ex *c. Licet ex quadam, fine, de test. & attest.* ibi, *tolerabilius est aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam coniunctos legitimè contra statuta Dei separare.* limitant optimè *Alex. de Neuo & Præpos. ibi*, dummodo opinio illa singularis probabili rationi innitatur. 7

Hinc rursus infertur, quando intentio contrahentium constare nequit, & verba dubia sunt, sicut in foro externo, ita in foro conscientiæ iudicandum esse iuxta communem verborum intelligentiam, & iuxta regulas statim à nu. 10. tradendas. probatur, quia in voto, & in quibuscunque cõtractibus, quando de intentione non constat, ad communem verborum intellectum confugimus. Sic docet *Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 1. n. 10. & q. 2. ar. 4. concl. 5. n. 27. fine, Angel. Matrimonium 2. num. 8. Lud. Lop. 2 instruct. cap. 36. de matrim. f. 1033. col. 2.* quod accipiendum est, quando contrahentes verborum significationem intelligebant, nam vbi esset ignorantia, deest voluntas. 8

Supponendum est tertiò, verba quibus possunt matrimonium, vel sponsalia contrahi, esse quintuplicia : quædam sunt de præsenti, vel de futuro, quo ad sonum, & significationem: vt, Accipio, vel, Accipiam te in meam: alia quo ad sonum & significationem de præsenti, sed propter aliquod adiunctũ fiunt de futuro, vt, Accipio te in crastinũ: alia de futuro, quo ad sonum, sed de præsenti, propter aliquod adiunctũ, vt, Ex nunc te habebo in meã: tandem alia sunt dubia, quę sensum efficiãt, vt, Volo te habere in vxorẽ, vel esse meã. Insuper omnibus verbis dictis potest bifariam contrahi; affirmatiuè, vt in exemplis positis, vel negatiuè, vt, Nullam ducam nisi te. In præsenti disp. agemus de verbis affirmantibus: in seq. verò de negantibus. 9

Circa verba primi generis, quæ quo ad sonum & significationem sunt de præsenti, vt, Accipio te in meam, manifestum est constituere matrim. *c. per. de sponsal.* Similiter est matrim. Habeo, teneo te in vxorẽ, ex nunc prouidebo tibi sicut vxori, ex nunc reputo te in vxorem. Quia hæc omnia important consensum de præsenti. Sic *Palud. 4. d. 27. q. 2. a 4. num. 25. Brunel. de sponsal. concl. 13. nu. 1. Palacios 4. d. 27. q. 1. f. 571. col. 1.* Est etiam matrimonium si alteri coniugi dicenti, Accipio te in meã, respondeat fœmina. Placet. Sic *Hostiens. c. Si inter, in princ. de sponsal. Ioan. Andr. n. 3. Anton. nu. 5. Anchar. n. 2. Abbas Antiquus, & Panor. n. 7. Alex. de Neuo num. 13. Præpos. n. 2. Conar. 4. decret. 2. p. c. 4. §. 1. nu. 1.* & idem esset si responderet Consentio. vt docent *Host. Ioan. Andr. Ant. Alex. de Neuo, Anchar. Panor. Præpos. ibi.* Idem si quærenti, Vis hanc in vxorem? respondeat vir, Placet, vel Volo, & similiter fœmina. Sic *Hostien. c. Exparte, de sponsal. vbi Henr. nu. 3. Angel. Matrimonium 2. nu. 10. Summ. confess.* quam refert & sequitur *Sylues. Matrimonium 2. q. 10. dub. 6.* Idem si dicat, Volo te in virũ, alter coniux, & alter respõdeat, Volo te in vxorem: nam licet dubium sit (vt videbimus nu. 22.) quando 10

verbum

verbum Volo, iungitur infinitiuo, an sit matrim. at quando iungitur accusatiuo rei manifeste indicat consensum de præsenti, & constituit matrim. Sic *Couarr.* dicens esse certum, 4. *decret.* 2. p. 4. §. 1. n. 4. *Gutier. qu. can.* l. 1. c. 21. *num.* 27. *Palacios* 4. d. 27. *qu.* 1. *fol.* 572. *col.* 2. *Lud. Lop.* 2. p. *instruct.* 1. *cap.* 36. *de matrim. fol.* 1034.

11 Deinde circa verba, quo ad sonum & significationem de præsenti, de futuro autem propter adiunctum, vt, Accipio te in crastinum, & deinceps: *Ledesma* 2. p. 4. *qu.* 47 4. 3. ait constituere matrimon. quare re vera consensus est de præsenti. Sed dicendum est solum constituere sponsalia: quia consensus est de futuro, nec statim accipitur in vxorem fœmina. Sic *Victoria sum. de matrim. nu.* 251. *Petrus de Ledes. de matrim. q.* 45. *a.* 3. *dub.* 1.

12 Rursus circa verba, quo ad sonum, & significationem de futuro, dicendum est constituere sponsalia, siue addatur verbum Promitto, vt, Promitto me ducturum Mariamue simpliciter proferantur, vt Ducam, vel accipiam Mariam, quia in matrim. humano hæc verba ex communi Ecclesiæ consensu, recipiuntur, vt promissoria. quare bene *Enriquez* l. 11. *de matrim. c.* 13. *n.* 19. 1. *Petr. de Ledes. de matrim. qu.* 43. *a.* 1. *dub.* 1. *resp. Secundo adverti debet*, aiunt hæc verba constituere sponsalia, non vt significant præmunciationem futuri euentus, aut voluntatis propositum, sed vt significant promissionem in actu exercito. Huius sent. sunt DD. qui ponentes modos, quibus contrahuntur sponsalia, ponunt, Ducam te, accipiam te. Sic *D. Tho.* 4. *d.* 27. *qu.* 2. *a.* 1. *ex p. Richard. dist.* 27. *q.* 1. *Paludi. ibi qu.* 2. *a.* 4 *concl.* 4. *n.* 26. *D. Anton.* 3. *p. t.* 1. *c.* 18. §. 2. *Sot.* 4. *d.* 27. *qu.* 2. *art.* 1. *concl.* 3. *& ibi Palacios disp.* 1. *fol.* 571. *col.* 1. *Barth. à Ledes. dub.* 9. *de matrim. vinculo, Vinal. can.* 1. *part de sponsal. cap.* 3. *num.* 19. Ita ex Iuris peritis, *Goffred. summa* 1. *de sponsal. n.* 4. *Hostiens. sum. eod. tit. nu.* 6. *Ioan. Andr. arati. de sponsal. n.* 1. habetur to. 9. *tract. Turrecr. ca. Vbinam est*, 30. *qu.* 2. *a.* 3. *n.* 4. *Rof. de Matrimonium nu.* 2. *nu.* 15. *Sylvest. verb. Sponsalia. init.* vbi *Tabiena q.* 3 *n.* 4. *Armil. nu.* 3. *Mart. de Garatis inter consilia Mar. mondata Zeleti, cons.* 15. *num.* 6. *Majcard. alios referens, de probat. concl.* 133. *nu.* 2. *Ioan. Lupus tract. de matrim.* 1. *p. num.* 4. *Alex. Carrerius* l. 1. *de sponsal. a.* 6. vterque habetur tom. 9. *tract.* Imo clarius id dicunt *D. Tho. D. Ant. Sylvest. Vinald. ibi. dem.* dicunt enim contrahi sponsalia nuda promissione, vt, Accipiam te: & adhuc apertius *Richard. Goffred. Turrecr. Rosella, Tabiena, Armil. Ioan. Lupus, Soto, Barth. à Ledes.* aiunt enim contrahi nuda promissione, vt, Ducam te, vel fidei datione, vt, Promitto me ducturum vt expresse *Alex. Carrerius dict. c.* 6. ait vtroque modo contrahi sponsalium obligationem, sed vrgentiorem addito verbo Promitto:

13 Rogabis tamen de his verbis, Promitto me desponsaturum Mariam. Quidam verba dubia esse aiunt, & intellecta de desponsatione de præsenti, esse sponsalia: intellecta autem per verba de futuro, esse promissionem de sponsalibus contrahendis: in dubio autem attendendam consuetudinem loci. Sic *Sylu. verb. Sponsalia qu.* 6. *dict.* 4. falso tamen refert Antoninum, & Card. Idem *Angel. verb. Sponsalia. nu.* 11. vbi *Tabiena q.* 7. *num.* 8. Alij sentiunt si proferens verba, Te desponsabo, intelligat per annulum, non esse sponsalia, nisi consuetudo loci aliud habeat: si vero intelligat, id est, Sponsalia contraham, esse sponsalia. Sic *Prosper. c. Si inter. fin. de sponsal.* Dicendum tamen est non esse sponsalia, sed promissionem de sponsalibus contrahendis: quia idem est, Te desponsabo, & Tecum sponsalia contraham. Sic *Ant. c. Si inter nu.* 8. *de sponsal. Card. ibi qu.* 2. & 3. *Henric. c. Is qui, nu.* 13. *eod. tit. Alex. de Neuo d. c. Si inter, num.* 13. *Mallu in repertor. verb. Sponsalia non contrahuntur, Tiraq. de retract. conuent. ad fi. n.* 5. 4. *Couar. alios referens* 4. *decret.* 1. *p. cap.* 4. *initio. no.* 1. *Greg. Lop. l.* 1. *verb. El prometimiento, t.* 1. *p.* 4. Quod intelligendum est nisi consuetudo loci habeat per ea verba contrahi sponsalia: sic *Card. & Alex. de Neuo ibi.*

14 Deinde circa verba, quę sonant de futuro, at significant de præsenti ratione adiuncti, quando iunguntur particulæ illæ adiunctæ, verbis importantibus exequutionem, manifestum est constituere matrimonium: vt, Ex nunc, vel semper, vel omnibus diebus vitæ meæ, vel deinceps, vel posthac, vel ab hoc tempore, habebo te, vel tenebo te in vxorem, vel prouidebo tibi sicut vxori, vel tractabo te sicut vxorem, vel eris mea vxor. Prob. ex *c. Ex parte, de sponsal.* vbi definitur esse matrimonium, si quis fœminæ iurauit ab eo tempore se eam in vxorem habiturum, idem *c. Si quis diuum.* 30. *q.* 5. quia reuera important consensum de præsenti, si enim deinceps, seu semper est habenda fœmina in vxorem, ergo modo est vxor: & in hoc conueniunt tres sententiæ referendæ. Dixi, quando verba exequutionem significant, quia si eam non importent, erunt sponsalia, vt, Deinceps ducam, vel accipiam te in vxorem. Sic *Palacios* 4. *d.* 27. *q.* 1 *fol.* 571. *col.* 1.

Quidam Theologi teste *Petr. de Ledesma de matrim. q.* 43. *a.* 3. *dub.* 1. *fine*, existimant in hoc casu esse verum matrimonium, minime tamen Sacramentum: quia si quis dicat, Ex nunc te baptizabo in nomine Patris, &c. simul ablueno non esset baptismus: quia non sunt verba de præsenti, quamuis signum, seu factum ipsum denotet intentionem de præsenti. Sed omnino dicendū est, esse sacramentum, quia nullus est matrimonij contractus in lege Euang. qui sacramentum nō sit. Nec obstat simile de baptismo, quia verba determinata habet, qualia non habet matrimonium, sed sufficiunt verba vel signa qualiacunque sint experimentia consensum præsentem. Sic *Petr. de Ledesm. ibi.*

Tota verò difficultas est, quando verbis futuri temporis importantibus exequutionem, nulla additur particula faciens significare de præsenti, vt, Habebo, tenebo, tractabo te vt vxorem, vel prouidebo tibi vt vxori. Triplex est opinio. Prima, esse matrimonium. Prob. ex *c. Si quis diuum.* 30. *q.* 5. vbi dicitur esse matrimonium si quis iurauit fœminæ se in vxorem eam habiturum: idem *c. Ex parte, de sponsal.* quamuis enim in verbis vnius addatur. Ab hoc tempore, in alterius tamē verbis absolutè dicitur, Te habebo. Secunda, quia hæc verba significant exequutionem actus consummati, vnde contrahentes videntur tacite præsentem consensum significare: obligant enim se ad matrimonij exequutionem, nec potest aliquis habere quandam in vxorem, nisi prius cum ea contrahat: &, qui vult consequens, scilicet habere eam in vxorem, vult necessario antecedens, nempe cum ea contrahere, *l. Illud, ff. de acquir. hered. c. Præterea, de offic. delegat.* Tertia, si apponatur. Ex nunc est matrimonium, ergo licet non apponatur: quia subintelligitur, si enim in obligatione non determinatur dies, sed continenti contrahitur obligatio. *l. In omnibus, ff. de reg. iur. l. Eum qui Kalendis ff. de verb. obligat.* ita docent *Gloss. c. Si quis diuum*, 30. *qu.* 5. *verb. Habiturum, & ibi Archid. Goffred. sum. tit. de dando est despons. n.* 6. *Speculator. 1. de sponsal. tit. n.* 6. *Hostiens. sum. tit. de matrim.* §. *Qualiter contrahatur, n.* 3. *Innoc. c. Ex parte, de sponsal.* vbi *Alanus, Vincent. & Philip. Card. ibi num.* 1. *q.* 1. *& Abb. ibi* dicens communē. *n.* 3. 6. 7. *Præpos. n.* 6. *Turrecr. c. ap. N. illud, § Sed obijcitur*, 30. *q.* 5. *Rosella Matrimonium* 3 *num.* 5. *Sylu. Matrimonium* 2. *q.* 9. *& 10. Angel. Matrimonium* 2. *num.* 9. *& 10. Tabiena Matrimonium* 2. *q.* 9. *nu.* 10. *Arctin. cons.* 142. *Alex. cons.* 152. *num.* 4. *l.* 5. *Greg. Lop. l.* 2. *t.* 1. *p.* 4. *verb. E prometo. Villalobos in communi lit. M. nu.* 58. *Ant. Gabr. to.* 2. *communi in quæ edit. lib.* 1. *verb. Matrimonium, f.* 91. *& 93. Brunel. de sponsal. concl.* 13. *num.* 8. *Menoch. de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 3. *num.* 3. & est sententia satis probabilis. Quæ limitanda est, nisi præcedant verba clare significantia contractū sponsalium, vt Promitto me ducturum, & habiturum Mariam pro legitima vxore: tunc enim sunt solum sponsalia: quia verba dubia significantia actus exequutionem, reflunguntur, & declarantur à verbis præcedentibus clarū sponsalia significantibus: arguitur to ex *c. Sedes de rescrip. & clem. Non potest de procurat. & Lex. Cui dubia. ff. de rebus, critico, elocq. leg.* & docent *Hostien. ubi sup. Ex parte, de sponsalib. paulo post prin.* vbi *Ioan. Andr. n.* 3. *Ant. nu.* 10. *Card. n.* 1 *q.* 2. *Anchar n.* 5. *Henric. n.* 4. *Alex. de Neuo num.* 2. *Præpos. n.* 6. *Specul. at. tit. de sponsal. initio, n.* 7. *Rosell. Panor. num.* 2. *Sylvest. q.* 9. *Tabien. Greg. Lop. Menoch. nu.* 4 *proxime citati. Docent. Iurant, not. ab.* 3. *de probat. Brunel. d. concl.* 13. *nu.* 4. *Couarr. 4. decret. 2. p. c.* 4. §. 1 *n.* 1. *Gutier. alios referens, quæst. canon. l.* 1. *a. c.* 21. *n.* 36. Et ex Theologis, *Lud. Lop. 2. p. instruct. ca.* 36. *de matrim.*

1033. *Manuel 1.to.sum.in nona edit.c.216. n. 6.* Similiter è contra, quando verba præcedentia sunt dubia, explicantur à sequentibus aperte significantibus matrim. vt, Non habebo alium in vxorem, &c, Accepto te in vxorem, tunc enim erit matrim. Sic *Ferretus cons. 86. num. 1. & 2. Menoch. d. præsumpt. 3. num. 5.*

27 Secunda sententia docet verba esse dubia, quare si significent. Ex nunc, esse matrim. sin minus, sponsalia. Sic *Sotus 4. dist. 27. q. 2. art. 1. post 2. conclus. vers. Est tamen.*

28 Tertia sent. probabilior affirmat tantum esse sponsalia. Prob. quia ea verba, Habebo te in vxorem, intelligi possunt omnino vera, quamuis modo non habeam, sed tempore futuro, vt constat, ergo non significant consensum de præsenti. Item, quia hæ loquutiones sunt æquivalentes: Pro aliquo tempore futuro habebo te in vxorem, &, Habebo te in vxorem, sed priores non constituunt matrim. ergo nec posteriores. Deinde, quia hæc verba, Habebo te in vxorem, licet statim obligationem producant, non tamen obligant ad statim exequendum: ergo non statim est celebratum matrim. sed obligationi satisfiet postea celebrando. Hanc tuentur *Ioan. Andr. c. Ex parte, nu. 3. de sponsa. Anchar n. 4. Henric. sine. Alex. de Neuo nu. 27. Hugo, & Laurentius c. Si quis domum 30. qu. 5. Angel. Authen. quib. mod. natur effici. legit. § fin. collat. 6. Couar. 4. decret. 2. p. c. 4. § 1. n. 5. Gutier. q. canonicu. l. 1. c. 21. à nu. 29. ad 36. Ant. Cucus l. 5. instit. maior. t. 11. n. 43.* Et ex Theologis, *Palud. 4. d. 27. q. 2. ar. 4. concl. 4. n. 26. Adrian. q. 2. dub. 13. de matrim. Veracruz 1. p. Spec. a. 17. dub. 4. Enriquez l. 11. de matrim. c. 11. nu. 6. Barth. à Ledes. de matrim. dub. 9. Petr. de Ledes. de matr. q. 45. a. 3. dub. 2. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 36. f. 1033.* Nec placet moderatio Antonij Cuci, nempe esse matrim. si addatur verbum Promitto, vt, Promitto me habiturum in vxorem: quia supponit contractum matrimonij. Sed non video vnde supponatur, nec quam vim habeant constituendi matrim. ratione verbi Promitto. Placet tamen limitatio, quam ponit *Gutier. ibi. nu. 35.* vt sit matrim. si loci consuetudo obtineat, vt ea verba, Habebo te in vxorem, importent consensum de præsenti: vel si tunc temporis de matrimonio tractabatur, & ijs verbis prolatis sequatur traductio ad domum.

29 Ex his infertur non esse audiendos asserentes hæc verba, Numquam te derelinquam pro alia, constituere matrim. hi sunt *Hostien. c. Ex parte, de sponsal.* vbi *Ioan. Andr. nu. 3. Anton. n. 10. Anchar. a. 7. Henric. nu. 5. Alex. de Neuo n. 27. Præpos. n. 8. Angel. Matrimonium 2. n. 11. Rosella Matrimonium 3. num. 6. Syluest. Matrimonium 2. q. 10. dict. 5. Brunel. de sponsal. concl. 13. nu. 1. Villalobos in commun. lit. M. n. 57. Ant. Gabr. in mea edit. to. 2. communn. verb. Matrimonium f. 93.* Sed contrarium est tenendum. quia non significant consensum de præsenti. Sic Felix Maleolus, quem refert & sequitur *Couar. 4. decret. al. 2. p. c. 4. § 1. num. 3.*

20 Hæc tamen verba, Posthac eris meus, vel ex nunc. constituunt matrim. quia significant consensum de præsenti. Sic *Sotus 4. d. 27. q. 2. a. 1. post 2. concl. vers. Est tamen Barth. à Ledes. de matrim. dub. 9.* Si tamen dicat vterque contrahens, Esto meus, & esto mea, *Palacios 4. d. 27. q. 1. f. 572. col. 2.* dicit, esse verba ambigua. Melius tamen alij dicunt non constituere matrim. quia est futurum imperatiui, quasi rogantis, & petentis consensum, vt, Esto meus hæres, non significat statim esse hæredem. Sic *Palud. 4. d. 27. q. 2. a. 4. concl 5. nu 27. Sotus & Barth. à Ledesm. proxime citati, Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 36. fol. 1033. col. 1.*

21 Ad argum. primæ sententiæ propositæ nu. 16. dico, ad *c. Ex parte*, ex particula adiuncta, Ab hoc tempore, consensum de futuro importare de præsenti, & licet mulier respondens non repetat eam particulam, subintelligitur tamen, cum respondeat iuxta verba præcedentia viri. Ad *c. Si quis domum*, respondet optimè *Gutier. l. 1. quæst. can. c. 21. nu. 32. 33.* non esse decretum pontificium; nec alicuius sancti, sed esse desumptum ex *auth. Quibus modis natur. efficiant. legitimi, §. Quoniam autem collat. 6.* & solum à Gratiano inseri, nec esse ab aliquo Pontifice confirmatum: tunc enim solùm leges in decreto relatæ censentur vim canonis obtinere, quando in canone aliquo pontificio insertæ fuerint: vt docet etiam *Ripa c. 2. n. 80. de rescrip. Sebast. Medices de legib. 1. p. q. 3. nu. 9. Menoch. de adipisc. possess. remedio 4. nu. 842. & seq.* Ad secundum dico, necessario velle antecedēs, pro eo tempore, quo vult consequens, at consequens, nempe habere vt vxorem, non vult statim, sed pro tempore quo contrahat matrimonium. Ad tertium dico, concludere teneri statim contrahere, non tamen contraxisse.

Tandem circa verba dubia, vt, Volo tecum contrahere, te ducere, te habere in vxorem: est quadruplex sent. Prima ait, nec constituere matrimonium, nec sponsalia, Sic *Astensis l. 8. Summ. tit. de matr. q. 7. Sum. confess. l. 4. t. 2. q. 4.* 22

Secunda sententia dicit constituere matrimonium. Sic *Cardin. c. Ex literis, el 1. n. 1. fin. de sponsal.* 23

Tertia sententia distinguit, si verbum Volo, vel Placet, adiungatur infinitiuo indicanti initium actus, cuius; suspensionem, erunt sponsalia, vt Volo contrahere, ducere, accipere te in vxorē: si vero verbo denotanti exequutionem actus perfecti. est matrimonium, vt, Volo te habere, tenere in vxorem. Sic *Ioan. Andr. c. Ex literis, el 1. prope finem, de sponsal. & ibi Calder. & Anchar. n. 27. Panor. n. 5. Alex. de Neuo, n. 18.* & quamuis ibi dicat esse matrimonium, Volo te ducere, at recantat palinodiam *c. Ex parte, n. 24. 25. de sponsal.* vbi *Henricus n. 3. Spec. tit. de sponsal. instito, n. 6. Iason l. Scrui, 5 in princ. n. 4. & 23. ff. de legat. 1. Angelus Matrimonium 2. nu. 8. Sylueſt. Matrimonium 2. q. 9. Tabiena Matrimonium 2. q. 9. num. 10. Brunel. de sponsal. concl 13. n. 6. Anton. Cucus l. 5. instit. maior. tit. 11. num. 42.* & ex Theologis *Palud. 4. d. 27. q. 2. a. 4. conclus. 5. num. 27. Vualdus candelabro 1. p. de matrim. nu. 49. Lud. Lopez 2. p. instruct. c. 36. de matrim. fol. 1034. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 216. nu. 6.* Limitat tamen *Palud.* nisi sint aliquæ coniecturæ ex quibus colligatur animus sola sponsalia contrahendi, vt quia tunc de illis agebatur. Et hæc sent. est probabilis. 24

Quarta sententia quam eligo, conuenit cum præced. esse sponsalia, Volo tecum contrahere, vel te ducere: negat tamen esse matrimonium, Volo te habere, tenere in vxorem, sed sunt solum sponsalia. Prob. quia ea verba verificantur, licet proferens modo nolit esse suam vxorem, sed tempore futuro. Sic tenent *Anton. c. Ex literis, el 1. nu. 9. de sponsal.* vbi tantum concedit esse matrimonium, quando dicuntur ad alterius interrogationem, *Villalobos referens Bertonum, in communibus, lit. M. nu. 65. Menoch. de arbitrar. lib. 2. centur. 5. casu 496. n. 23. & 29. Gutier. q. canon. l. 1. c. 21. nu. 26.* & videtur expresse tenere *Couar. 4. decret. 2. p. c. 4. § 1. n. 4.* dicit enim dubium valde esse, constitui matrimonium ijs verbis, Volo te habere, propter ea, quæ statim dicet: scilicet non esse matrimonium, Habebo te in vxorem. 25

Adde ea verba, Volo te ducere, non constituere matrimonium, quamuis addatur, Et in te consentire per verba de præsenti. Sic *Menoch. alios referens, de præsumpt. l. 3. præsump. 3. n. 6.* Limitandum est tamen, nisi consuetudo loci haberet per ea verba, Volo te ducere, vel tecum contrahere, celebrari matrimonium: quia cum contrahentes consuetudinis non ignari ijs verbis vtuntur, satis sibi ipsis indicant velle matrim. inire. Sic *Ioan. Andr. c. Ex literis, el 1. prope finem, de sponsal. & ibi Card. nu. 1. Alex. de Neuo num. 18. Couar. 4. decret. 2. p. c. 4. § 1. num. 4. Anton. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 11. num. 42. Gutier. qu. canon. lib. 1. cap. 21. nu. 24. Salzedo reg. 275. Bernardo Diaz, in additon.* Limita secundò, nisi ea verba deliberate prolata essent, id est ad interrogationem alterius quærētis, Vis mecum contrahere? Sic *Anton. cap. Ex literis, el 1. nu. 9. de sponsal. Couarr. Gutier. Ant. Cuc. Salzedo hoc n. allegati: Manuel 1. tom sum. 2. edit. cap. 216. num. 6.* Sed merito contrarium tenet *Sotus 4. d 27. q. 2. a. 1. post 2. conclus. vers. Eadem fere*, quia velle contrahere, non est contrahere. 26

Rursus limita, nisi præcessisset tractatus de contrahendo matrimonio de præsenti: tunc enim esset sufficiens coniectura animi contrahendi matrimonium, per hæc verba mutuo dicta, Volo tecum contrahere. Sic *Cardin. clem. 1. q. 20. de consangu. Couar. Anton. Cucus, Gutier. Salzedo, num. præced. allegati. Veracruz 1. p. spec. art. 17. conclus. 3. Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 9.* 27

Si

28 Si autem illis verbis, Volo te habere, vel tenere in vxorem, adderetur particula, Ex nunc, esset verum matrimonium: sicut dixi n. 14. esse matrimonium, Ex nunc te habebo in vxorem. Sic *Enriquez lib. 11. de matrim. c. 11. num. 6.*

29 Tandem de illis verbis Volo te esse vxorem: *Menoch. de arbit. lib. 2. centur. 5. casu 496. nu. 11.* ait constituere matrimonium. Sed melius dicendum est, esse verba æquiuoca: vt sentiunt *Veracruz 1. p. spec. art. 17. dub. 1. Palacios 4. d. 27. qu. 1. f. 572. col. 1. Gutier. q. can. l. 1. cap. 21. n. 28. Enriquez l. 11. de matr. cap. 11. n. 6. Barth. à Ledesm. dub. 9. de matri. Pet. à Ledesm. de matr. qu. 45. a. 3. dub. 1. vers. Secundo notandum.* Quare si eo verbo Volo explicetur velle eligentis, seu velle efficax, est matrimonium: quia sufficienter explicatur consensus de præsenti, si verò appetitus quidam, seu velle ineficax, nec sunt sponsalia. Quia appetere matrimonium, nec promittere est. Sic *Veracruz, Gutier. Barth. à Ledesm. ibi.*

DISPVTATIO XIX.

Vtrùm per verba negantia, vt, Non contraham cum alia à te, vel quàm tecum, vel præter quàm tecum, vel nisi tecum, contrahantur sponsalia, vel matrimonium?

SVMMARIVM.

Quando est pura negatio, vt Nullam aliam à te ducam, an sint sponsalia, vel ad quid obligent ex verbis, num. 1.
Quid, quando apponitur simul affirmatio, vt Nullam aliam, sed te ducam. n. 2. explicatur l. Quibus. §. Quidam Titio ff. de condit. & demonstr.
Quid, Nullam aliam ducam nisi te: eodem est sponsalia, num. 3.
Secunda sententia, ff. de his non aquiparan, num 4.
Tertia sententia, an sit sponsalia, num. 5.
Quid, Non aliam nisi te, num 6.
Quid si aliud ex conditoris colligatur, nu. 7. & soluitur argumenta.
Quid, Nullam aliam dicam, quàm te n. 8.
Quid, Nullam ducam præter te: eodem est sponsalia, n. 9.
Secunda sententia, non est, num: 10.

1 IN hac quæst. certum est, quando est pura negatio, ita vt neque explicitè, nec implicitè includatur affirmatio, non esse matrimonium, nec spōsalia: vt Nunquam aliam à te ducam, quia consensus non præstatur per meram negationem. Sic *Palud. 4. d. 27. qu. 1. a. 1. n. 10. Adri. qu. 2. de matr. dub. 12. Sotus 4. d. 29. qu. 2. a. 3. vers. De hac autem negatiua Veracruz 1. p. spec. art. 17. dub. 5. Angles floribus 1. p. qu. 2. de matr. conditionato, diffic. 9. fol. 545. Lud. Lop. 2 p. instruct. cap. 36. de matri. f. 1034. & seq. Barth. à Led. dub. 9. de matr.* Rogabis tamen an ex his verbis oriatur aliqua obligatio: nam *Sotus, & Lud. Lop.* videntur sentire nullam oriri obligationem, dicunt enim ex his verbis nullum contractum consurgere: idem videtur sentire *Ang°*, ait enim esse puram negationem: nam si nullus contractus, nulla est obligatio, & si mera est negatio nullus omnino est consensus. Sed existimo eos intelligere nullum contractum matrimonij, nec sponsalium, nec obligationem ducendi hanc, oriri: de hoc enim agebant, & non intelligunt inde nullam consurgere obligationem. Vnde dicendum est promittentem illis verbis negatiuis, Nullam aliam à te ducam, minime teneri illam ducere, dum à matrimonio abstinuerit, si tamen matrimonium inire velit, teneri eam ducere: quia ad hanc obligationem contrahendam satis est omnia alia matrimonia negare, alias prædicta verba, A te, essent prorsus inutilia. Et confirmatur, quia si non adderet, Nullam aliam à te, sed absolute sponderet nullam se ducturum, teneretur ab omni matrimonio abstinere: ergo eo ipso, quod addidit, Aliam à te, quod est idem, ac Te excepta, solum sibi reseruat posse hanc ducere, casu quo matrimoniū eligat. Et ita docent *Palud. Adrian. Veracruz, Barth. à Ledesm. proximè cit. Anton. Cucus lib. 5. institut. maior. tit. 11. num. 45.*

2 Deinde certum est, si addatur affirmatio, esse sponsalia, vel matrimonium: vt Non aliam, sed te ducam, sponsalia: Non aliam, sed te duco, est matrimoniū. Quia, Sed te, est exceptio affirmatiua ducendi illam. Sic *Adrian. Sotus, Lud. Lop. n. 1. citati.* Similiter Ducam, & non aliam, nisi te, sunt sponsalia: Duco, & non aliam, nisi te, est marrimonium: quia non tantum est negatio ducendi aliam, sed affirmatio ducendi hanc. Sic *Adrian. Ant. Cucus, Lud. Lop. nu. 1. relati, Couar. 4. decret 2. p. c. 4. §. 1. nu. 8. Gutier. quæst. can. l. 1. c. 21. num. 17. 19. 20.* Et hinc infert *Couar. n. 10.* intellectum ad *Quibus. §. Quidam Titio. ff. de condit. & demonstr.* vbi haberat esse legatum conditionale, per hæc verba negatiua, Hæres ne des Titio centum, nisi mater mea moriatur: quia præcesserat oratio affirmans, Lego Titio centum, & deinde negans, Ne des nisi mater mea moriatur.

Tota autem difficultas est, an dum quis ait, Nullam aliam ducā nisi te, illa dictio, Nisi, solam negationem includat, & ita non constituat matrim. adiuncta verbo præsentis temporis, nec sponsalia, si verbum futuri sit: vel potius includat affirmationem ducendi illam, & sic constituat matrimonium, vel sponsalia, (non enim curo verborum, & ideo consulto omitto diuersas opiniones, quas refert *Couar.* aliam sentientem constituere matrimonium, aliam verò sponsalia) Tota enim difficultas consistit in significatione particulæ, Nisi. Triplex est sent. Prima est concludere affirmationem, & ita esse sponsalia, vel matrim. iuxta verbum adiunctum: quia dictio, Nisi, cum sequitur negationem, affirmat, vt Nullus nisi Petrus currit, est affirmare Petrum currere, & non alios; & quando sequitur affirmationem, negat, vt Omnes nisi Petrus currunt, est affirmare alios currere. Petrum verò minimè. *L. si eum, §. Qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & l. Athone, C. de transact.* vbi *Bartol. & reliqui, Dynus reg. Peccatum, de reg. iur. in 6. num. 2. Iason Inst. de action. in princ. n. 5. Rebuffus multos refert de verb. sign. l. 216. prope fin. §. Nisi.* Sed in præsenti casu, Nisi, sequitur negationem ducendi aliam, ergo affirmat hāc ducendam esse. & ita docent *Ant. 4. Ex parte, n. 10. de sponsal. & ibi Abb. n. 8. & sunt additionatores ibi. Card. n. 4. Præpos. nu. 7. Barbat. cons. 6. volum. 1. Alex. cons. 152. volum. 5. num. 4. Iason l. Titione, n. 4. C. de transact. & ibi Curt. iunior. nu. 5. Dec. n. 6. Purpurat. num. 49. Alciatus l. 1. respons. cons. 13. n. 13. Iac. Leonisa inter cons. matrim. consil. 52. n. 3. & 4. vol. 1. Rosella Matrimonium 3. num. 4. Angel. Matrimonium 2. n. 12. Sylu. Matrimonium 2. qu. 10. n. 3. Villalobos in commun. lit. M. n. 56. Anton. Gabr. in mea edit. to. 2. commun. l. 11. verb. Matrimonium fol. 93. Anton. Cucus l. 5. institut. maior. t. 11. nu. 44. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 3. n. 8. Vargarellus addit. ad Angelum Matrimonium 2. nu. 12.* Et ex Theologis, *Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 1. num. 10. Adrian q. 2. de matrim. dub. 12. Palacios 4. d. 27. qu. 1. fol. 572. col. 1.* Constituunt tamen *Anton. & Angel.* discrimen inter hæc, Non habebo aliam nisi te, & Non ducam aliam nisi te: nam priora verba non constituunt sponsalia, eo quod verbum Habeo, solam voluntatem habitualem importet: secus de posterioribus verbis. Sed hæc differentia non placet, & idem in vtroque casu dicendum est. Insuper *Adrian. ibid.* differentiam agnoscit inter hæc, Non ducam aliam, nisi te, quæ ait esse sponsalia: & Non ducam aliam mulierem, nisi te, quæ nihil efficere dicit, quia æquiualet huic, Nullam aliam ducam, & tu es alia mulier, quæ propositio falsa est. Sed hanc distinctionem merito reprobant *Sotus, Couar. n. 6. Gutier. n. 12. Lud. Lop. referendi nu. 4. & 5.* dicentes vtrumque dicendi modum æquiualere, & exponentem debere esse, Non tu es alia, sed tu es aliqua mulier.

Secunda sententia ait esse verba æquiuoca, si sensus sit exceptiuus, id est, Præter te, sunt sponsalia, vel matrimonium: quia æquiualet huic, Non ducam aliam, & te ducam; si verò conditionalis, id est, Si aliquam duxero, non ducam aliam, nec sunt sponsalia, nec matrimonium: quia non important consensum determinatum, sed conditionalem. Sic *Sotus 4. d. 29. qu. 2. art. 3. vers. De hac autem negatiua. Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 25. fine. Petr. de Led. fin. de matrim. q. 43. a. 1. dub. 2. vers. Quarto aduertendum.*

Tertia sent. cui adhæreo, ait, nec esse sponsalia, nec matrimonium, & manifeste loquuntur DD. quando sensus est exceptiuus: in communi enim loquendi modo non sensum facit, Nullam ducam, nisi te, & ita *Bart. l. Si eum. §. Qui iniuriarum, ff. si quis cautio*, ait in his loquutionibus, Nulli vendā, nisi tibi, accipi. Nisi, exceptiuè: quare eam doctrinā, quam tradunt de dictione, Nisi, quā retuli nu. 1. vt coniuncta affirmatiuæ neget, & negatiuæ affirmet, tradun-

dunt etiam de dictione Præter, vt referam num. 9. quasi sentientes vtramque dictionem idem importare. Præterea, quia omnes DD. huius sentent. reprobant primam dicentem constituere sponsalia: at ea sententia loquitur de dictione, Nisi, in sensu exceptiuo, alias manifeste esset falsa. cum enim conditionalis nihil ponat in esse, luce meridiana clarius est in sensu conditionali non constituere matrimonium, nec sponsalia. Dicit ergo hæc sententia nec esse matrimonium, nec sponsalia, sed promissionem conditionalem, Si aliquam ducturus sum te ducam. quare potest liberè sic promittens à matrimonio abstinere. Probatur ex *l. Si sterilis, § penult. ff. de act. empt.* ex qua colligunt multi, quos refert & sequitur *Padilla l. Actione, num. 11. C. de transact.* promittentem non vendere, nisi huic, minimè teneri vendere, sed solum teneri huic, casu quo vendiderit. Idem probatur ex *l. Titia, § fin. ff. de manum. testam.* ibi, *Omnia hæc, nisi rationes reddiderit.* item ex communi modo loquendi, cui (vt dixi disp. præc. n. 4. & 8.) standum est in vtroque foro, quando de intentione non constat. nam si quis promittat nullam se religionē, nisi Cartusiam professurum, nemo affirmabit teneri Cartusiam ingredi, sed tantum teneri alias religiones non ingredi, & liberum sibi esse Cartusiam eligere: & tantum supposita religionis electione, teneri Cartusiam ingredi: ergo similiter dicendum est in nostro casu. ita docent *Specular. tit. de sponsal. in princ. n. 1. & ibi, in addit. Ioan. And. Ioan. de Lignano*, quem refert & sequitur *Alex. de Neuo, c. Ex parte, n. 31. de spons. Cepola cons. 1. ex cunctibus, Alciat l. Actione, C. de transact. num. 16. Couar. 4. decret. 2. p. c. 4. § 1. n. 8. Nauar. cap. 22. Hispan. nu. 25. in sum. & l. 4 cons. in 1. edit. tit. de spons. cons. 48. in 2.* verò *cons. 7. Greg. Lop. l. 2. verb. E promeio, tit. 1. p. 4. Gutier. q. canon. l. 1. c. 21. n. 13. & seq.* Et ex Theologis, *Veracruz 1. p. Specul. ar. 17. dub. 5. Angles floribus, 1. p. qu. 2. de matrim. condit. dissic. 9. fol. 545. Enriq. l. 11. de matrim. c. 13. n. 4. fine, & c. 12. nu. 7. Pedraca in summa precepto 6. §. 19. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. cap. 216. nu. 7. & c. 244. num. 6. Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 9. Vega lib. 6. sum. casu 92.*

6 Aliqui temperant hanc sent. nisi contrahens diceret, Nolo aliam nisi te, tunc enim aiunt esse matrimonium: quia æquivalet huic Volo te, & non aliam. Sic *Specul. & Greg. Lop. n. 5. allegati, Brunel. de spons. concl. 13. n. 5. fine.* Sed merito cum *Alciato* distinctionem hanc reprobat *Gutier. l. 1. q. can. c. 21. num. 21.* Vnde alij authores indistinctè locuti sunt.

7 Intellige tamen hanc 3. sent. nisi ex coniecturis appareat voluisse contrahentes per ea verba matrimonium, vel sponsalia inire, vt si de hoc tunc temporis tractabatur. Sic *Specul. Alex. de Neuo, Cepola, Greg. Lop. Gutier. n. 18. allog. n. 5.*

Ad argumentum primæ sententiæ propositum n. 3. dico quicquid sit in simplicibus affirmationibus, in quibus forte dictiones exceptiuæ iunctæ affirmationi negant, & negationi affirmant, (licet in illis id etiam neget *Couar. allegatus num. 5.*) Verum in promissionibus, & contractibus ea doctrina non est vera, sed sensus est conditionalis, propter communem loquendi vsum.

8 Ex dictis infertur quid sentiendum sit de dictione Quam, vt Nullam aliam, quàm te ducam: *Sotus & Barth. à Ledesm. citati n. 4.* asserunt esse æquiuocam locutionem, imò *Sotus* dicit fortan esse sensum verè negatiuum, vt Non ducam aliam à te. Sed verius est idem importare, quòd Nisi; nam vtraque dictio idem significat: vt notat *Laurent. Valla lib. 3. elegant. cap. 54.* & constat ex *l. Consulta, C. de testam.* idem *Couar. 4. decret. 2. p. c. 4. § 1. n. 7. Gutier. q. canon. lib. 1. c. 21. nu. 15.* quare *Menoch. lib. 3. de præsump. præsump. 5. n. 8. Ant. Cucus lib. 5. instit. maior. tit. 11. nu. 44.* idem prorsus sentiunt de vtraque locutione. Vnde dicendum est non constituere sponsalia, nec matrimonium, sed constringere sic promittentem, casu quo matrimonium eligat, ad ducendam illam: sicut diximus n. 5. de dictione Nisi. Sic *Nauar. sum. lat. c. 22. n. 27. vers. Decimo, Vivald. Candel. 1. p. de sponsal. c. 4. num. 27.*

9 Tandem infertur quid dicendum sit de dictione, Præter, vt Nullam ducam, præter te. Quidam affirmant includere affirmationem ducendi hanc, & ita esse sponsalia: quia (vt tradunt Logici) sic exponitur, Nullam aliam à te ducam, & te ducam: vt Nullus homo præter Petrum currit, æquivalet huic, Petrus currit, & nullus alius. Item, quia dictio Præter si sequitur affirmationem, negat, si negationem, affirmat, vt docent *Bartol. l. Si eum, §. Qui iniuriarum, num. 7. ff. si quis cautio. Alberic.* dicens communem *in suo diction. verb. Prater, Iason Inst. de act. in princ. num. 3. Imola clem. Multorum, num. 10. de penis, additionator ad Innoc. cap. Dudum, el 2. de elect. fin. Rebuff. alios referens de verb. sign. l. 22. fine*: de cuius dictionis significatione consulendus est latè *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 11. n. 73.* Cum ergo in nostro casu sequatur negationem ducendi, continebit affirmationem ducendi hanc. & ideo hanc sententiam tenet *Sotus 4. d. 29. qu. 2. art. 3. vers. De hac autem negatiua, Angles floribus, 1. p. qu. 2. de matrim. condit. difficul. 9. fol. 545. Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 25. fine, Und. Lop. 2. p. instruct. de matrim. ca. 36. fol. 1035. Enriquez l. 11. de matrim. c. 12. num. 7.* & idem dicent DD. allegati nu. 3. sentientes idem de dictione Nisi, & est sententia satis probabilis.

Oppositum tamen est probabilius; sed dicendum est, 10
quod diximus nu. 5. de dictione Nisi, nec matrimonium, nec sponsalia constituere, sed promissionem conditionalem. Probatur, quia, vt ibi probauimus, dictio, Nisi, eundem sensum exceptiuum facit, quem dictio, Præter quare DD. ibi allegati id docentes quando apponitur dictio Nisi, idem docebunt, quando dictio, Præter. Insuper probatur ex *c. Adjicimus, 16. qu. 1.* ibi, *Statuimus, vt nullus præter Domini Sacerdotes audeat prædicare*, non tamen inde sequitur posse omnes sacerdotes prædicare, esset enim manifestè falsum: & ita in proprijs terminis tenet *Enriquez* hanc sententiam *l. 11. de matrim. c. 13. num. 4. fine.*

Ad argumenta dico ex communi loquendi modo, nec in promissionibus, nec in contractibus eum sensum facere, sed conditionalem.

DISPVTATIO XX.

Vtrùm verba de præsenti inter puberes prolata clandestinè, & quæ constituunt matrimoniū clandestinum irritum iuxta Tridentinum, habeant vim sponsalium, & vt talia obligent, saltem si iuramento firmentur?

SVMMARIVM.

In quo consistat difficultas, num. 1.
Prima sententia, obligare, vt sponsalia, num 2.
Iusiurandum habet vim faciendi, vt actus invalidus eo modo quo geritur, valeat meliori modo, quo valere potest. num. 2.
Secunda sententia, non obligare vt sponsalia, & explicatur c. vnic. de despons. impub. in 6. & quando illa non valent vt gerunt, valeat eo modo, quo valere potest, num. 3.
Quid si iuramento firmetur matrimonium clandestinum, num. 4.
Quid si sequentium sit fama aut virginitatis damnum, & an tunc teneatur restituere contrahens, num. 5.
Quid si clam contrahites voluerunt se obligare eo modo, quo possunt, n. 6.
Solumntur argumenta, num. 7.

1 HACTENVS egimus de verbis futuri temporis sponsalia constituentibus, in præsentiarum disputandum est vtrum aliqua verba præsentis temporis possint sponsalia constituere, & in duplici euentu potest quæstio præsens habere locum. Prior est, cum verba de præsenti suapte natura constituunt matrimonium, at quia defectu ætatis non potest illud inter contrahentes consistere, vertitur in dubium, an ea verba constituant sponsalia: & de hoc disp. seq. erit sermo. Posterior est, cum contrahentes habiles sunt, claudicat tamen contractus defectu solemnitatis assistentiæ parochi & testium, quam petit *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* & de hoc est præsens disputatio, cuius difficultas in eo consistit, an Tridentin. ita irritarit matrimonium clandestinum puberum, vt nullam prorsus matrimonij sponsalijúmve obligationem pariat.

Duplex est sent. Prima ait matrim. clandestinū obligare, 2
vt sponsalia, probatur ex ratione text. *c. vnic. de spons. impub. in 6. §. Idē quoque.* vbi habetur matr. impuberū obligare, vt sponsalia, vt actus, qui nō valuit eo modo quo gestus est, valeat modo quo geri poterat: ergo similiter quamuis

matrimonium clandestinum puberum, non valeat, vt matrimonium, valebit tamen, vt sponsalia: cùm enim Trident. (vt diximus disp. 12. n. 2.) non irritarit sponsalia clandestina, sic valere potuit. Et confirm. quia vbi id, quod fieri poterat, includitur sub eo quod fit, actus inualidus eo pacto quo fit, valet eo pacto quo fieri poterat. *l. Tam angusti. ff. de seruitut.* vbi id notant *Aug. Alber. & Floriamu, & cõmunit.* vt refert, & sequitur *Couar. 4. decret. 1. p. c. 1. fine*, sed contractus matrimonij includit contractum sponsalium, vt docet *ibi Couar.* & ratio est aperta, quia cum matrim. sit vinculum perpetuum, vt deinceps coniuges vnum sint, eo ipso quòd aliqui consentiunt in matrimonium, volunt tunc, & tempore futuro iungi, & ita hæc verba Accipio te in meum, claudunt hæc, Accipio te in futurum: ergo. Confirm. amplius, quia matrim. clandestinum inter impuberes valet vt sponsalia, (vt dicã disp. seq. nu. 2. & 5.) cum tamen ibi sit duplex impedimentum, alterum clandestinitatis, alterum verò defectus ætatis: ergo à fortiori inter puberes, inter quos est vnum solum impedimentũ. Secundò, quia saltem, quando iuramento firmatur, valebit vt sponsalia, quia iuramẽto ea inest virtus, vt faciat valere actus alias inualidos, eo modo quo valere potuerũt, vt latè probat *Gutier. cum aliis de iuram. 2. p. c. 1. nu. 3. & duobus seq.* Et ideo hanc sententiam tenent *Veracruz 2. append. ad specul. dub. 9. concl. 2. Enriquez* asserens sic declarasse Cardinales. *l. 11. de matrim. c. 5. n. 4. Corduba q. m. 9. 52. fin. Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 18. fol. 1284. Ortiz q. m. c. 16. de matrim. fine, Vega l. 6. sum. casu 120 & l. 4. casu 264.* Et est satis probabilis.

3 Secunda sententia quam amplector, asserit nullã prorsus parere obligationẽ. Prob. Primò ex ipso decreto Trident. ibi, *ad sic contrahendũ eos sancta Synodus omnino inhabiles reddit*: ergo taliter contrahentes nihil prorsus efficiunt: si enim valeret contractus, vt sponsalia, non essent omnino inhabiles, sed aliquo modo essent habiles: sicut *c. vn. de despon. impub. in 6.* loquens de matrimonio impuberum, non appellat eos inhabiles, sed potius dicit valere cõtractum, vt sponsalia. Et confirm. quia Trident. decernit eum contractum esse irritum & nullum, ergo non valet vt sponsalia, aliàs nõ esset nullus, sed aliquo modo validus. Secundò, quia quoties ius resistit cõtractui, nulla prorsus ciuilis, aut naturalis oritur obligatio, vt dixi supra disput. 7. n. 16. Sed Tridentinũ resistit huic contractui, illumq; pœna afficit tanquam peccata fouentem, & contra bonos mores, ergo ex eo nulla oritur obligatio. Tertiò, quia, quando actus non valet, vt agitur tunc valet eo modo quo valere potest, quando est defectus ex parte causæ efficientis, vt contingit in matrimonio impuberũ: habet enim debitam formam, solùm claudicans defectu ætatis contrahentiũ; secus quando defectus contingit ex parte causæ efficientis, & formæ: tunc enim prorsus corruit contractus, vt bene *Bart. l. 1. §. Si quis ita, num. 5. ff. de verb. oblig. Domin. d. c. vnic. §. Idem quoque, vers. Ad 4. & ibi Francus n. 2. vers. Vltimò nota, Peckius c. In malis, n. 2. de reg. iur. in 6. Azebedo lib. 5. recop. t. 1. l. 1. nu. 32. & seq.* Sed in hoc casu claudicat matrimonium ex parte causæ efficientis, cùm Tridentinum reddat contrahentes inhabiles: & ex parte formæ, deest enim solennitas essentialis ibi requisita, ergo. Et confirm. quia adhuc quando contractus solùm claudicat ex parte causæ efficientis, si ius illi resistat, nec valet vt agitur nec vt agi potuit, vt optimè *Dominc. ibid. vers. Venio ad primum, &* constat ex *ca. Quod in dubijs. de renunciat.* vbi licet clericus possit renunciare beneficium in sui præiudicium, si renunciet in manibus laici, dicitur renunciationem esse nullam, eò quòd ius illi renunciationi resistat: Tridentinum autem resistit matrimonio clandestino. Et ideo hanc sequuntur *Nauar lib. 4. consil. in 1. edit. t. de sponsal. consi. 1. n. 3. in 2. t. de cland. despon. cons. 3. n. 3. Gutier. de iuram. 1. p. c. 51. à n. 28. ad 37. Azebedo l. 5. recop. t. 1. l. 1. num. 25. 33. & 36. Albornoz in arte contract. l. 4. t. 8. Spino spec. testam. gloss. 15. nu. 78.* & ex Theologis, *Palacios 4. d. 28. qu. vlt. prope finem, vers. Exquiris. Petr. de Ledesm. de matrim. qu. 45. art. 5. punct. 2 post 4. dub. f. 182. concl. 1. Manuel 3. tom sum. in 2. edit. cap. 220. n. 1. Vega l. 6 sum. casu 104. & 122.* & videtur supponere *Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. cap. 37. fol. 1041. col. 1.*

Idem dicendum est, licet iuramento firmetur, quia tali contractui resistit, estque contra bonos mores, in quo casu iuramentum omni prorsus obligatione destitutum *reg. Non est obligatorium, de reg. iur. in 6.* sic *Gutier. ibid. Azebedo num. 28.*

Intellige tamen hanc sententiam, nisi ratione damni illati: si enim clandestinè contrahens copulam habuerit, licet non teneatur ratione contractus fœminam ducere, tenetur tamen ratione iniustitiæ, & damni fœminæ illati iniusta illa deceptione, vt de fictè promittẽte dixi disput. n. 3. Sic *Petr. de Ledesm. concl. 2. Manuel. Vega casu 122. relatis* qui solus explicat si fœmina erat virgo. Et *Manuel* loquitur etiam, quando animo decipiendi sic contraxit. Probabilius tamen credo non teneri, quãdo animo decipiendi sic contraxit, licet virginem defloraverit. quia quoties vir intellexit, vel potuit, & debuit intelligere se decipi, non tenetur deceptor eam ducere: vt dixi disput. 10. nu. 11. Sed in hoc casu fœmina scire debuit se decipi, cum forma contrahendi matrimonia tradita in Tridentino deficiat, & sit tam vulgaris, vt sit crassissima ignorantia id nescire: ergo Sic *Nauar. l. 4. consil. tit. de sponsal. in 1. edit. consil. 1. nu. 2. tit. de cland. despon. consil. 3. nu. 4.* vbi hæc ait, *in qui matrimonium contraxit absque parocho & testibus cum virgine, & eam defloravit, ad eam modum satisfacere tenetur, vel non tenetur eo modo satisfacere tenetur, qui defloravit virginem volentem, & deceptam.* Vbi nota amplius censere *Nauarrum*, non teneri restituere nam defloranti virginem volentem, nil tenetur restituere: idem quoad matrimonium docet *Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 19. fol. 1293. fine, & seq.* Immo credo non teneri eam ducere, licet vero animo contraxerit illud matrimonium, & eam defloravit. Prob. quia non tenetur ratione contractus, qui prorsus irritus fuit: nec ratione iniuriæ illatæ, quia ipsa sciuit, vel scire debuit matrimonium esse nullum, & pœna grauissima dignum. Et confirmatur, quia maiorem intulit iniuriam, quando fictè contraxit, nam vltra defiorationem, interfuit iniuria doli: ergo quando fictè contraxit, non tenetur, vt probaui, à fortiori, quando verè; cum in vtroque euentu contractus sit nullus, & in priori grauior fuerit iniuria, & hoc videtur tenere *Nauar. proxime citatus*: indistinctè enim de clandestinè contrahente, virginemque defloranti, dixit eã ad obligationẽ astringi, qua defloratam virginem volentem tenetur: quare eadem ratione dicendum est hunc minimè teneri restituere. Et tandem confirmatur ex doctrina quam tradunt *Sotus 4. d. 29. qu. 2. art. 1. vers. Hoc tamen addo. Enriquez l. 12. de matrim. c. 10. nu. 4. Capua l. 2. decis. cap. 8. nu. 12.* vbi dicunt promittentem consanguineæ matrimonium, si Papa dispensauerit, eamque defiorantem, non teneri Papa dispensante, eam ducere, eò quòd contractus est iure reprobatus: cum tamen valdè dubium sit an contractum esse reprobatum, ergo à fortiori in nostro casu non tenebitur, cùm constet matrimonium clandestinum iure reprobatum esse, & redditum prorsus nullum.

Rursus intellige Secundò sent. nisi clandestinè matrimonium contrahentes, animum habuerint se obligandi eo modo quo possunt: cum enim potuerint per sponsalia se obligare, sic manebunt obligati, non ex contractu de præsenti qui nullus est, sed ex sponsalibus in eo cõtractu implicitis contentis: sicut *Tridentinum sess. 25. de regular. c. 15.* irritat omnino professionẽ minoris sexdecim annis, si tamen adminor professus est, intendit se obligare eo modo, quo potuit, tenebitur vinculo voti simplicis, quo astringi potuit. Sic *Petr. de Ledesm. concl. 3. & Manuel relati n. 3. Vt Manuel* dum Salmanticæ doceret, vt eum refert & sequitur *Vega l. 6. sum. casu 120.* Sed credo adhuc non teneri. Quia contractus externus omnino nullus est, intentio autem sine actu externo valido intentionis significatiuo nõ potest obligare ad sponsalia, quæ sunt contractus inter homines. Nec obstat dicere in matrim. virtute clandestinæ sponsalia, & ex alia parte adesse legitimã intẽtionem: quia quando explicatur inter puberes per sola verba de præsenti,

tam contractus de præsenti, quam de futuro sub eo inclusus omnino corruit, vt probaui nu. 3. vnde sola manet intentio destituta signo aliquo externo sufficienti ad producendam obligationem inter homines. Nec est simile de professione, quia obligatio voti simplicis est in ordine ad Deum, cui omne cor patet, quare sola intentio sufficiens fuit ad obligandum.

7 Ad 1. argum. & primam confirm. patet ex dictis num. 3. quia inter impuberes solum claudicat contractus ex parte causæ efficientis, nec ius ei resistit, sed illum fouet, volens obligare, vt sponsalia: inter puberes tamen claudicat ex parte formæ, & illi ius resistit.

Ad 2. confirm. nego conseq. quia Tridentinum irritauit clandestinum, quod olim erat validum, non tamen, quod erat inualidum ratione ætatis, vt dicemus disput. seq. num 5.

Ad 2. constat ex dictis n. 4. nam contractum, cui ius resistit, minimè firmat iuramentum, vnde ea doctrina est vera, vbi ius non resistit contractui. Ad declarationem Cardinalium, quam affert *Enriq. citat. n. 1.* dico de ea minime constare, nec ipse refert verba, nec alij, qui post ipsum scripserunt, ipsius meminere: & fortè est quædam, quam referemus disp. seq. n. 5. quæ solum loquitur de matrimonio contracto inter puberem, & impuberem, quod vim sponsalium habere dicemus ibi.

DISPVTATIO XXI.

An matrimon. siue clandestinum, siue publicũ contractum inter impuberes, vel inter puberem & impuberem, habeat vim sponsalium, quando malitia non supplet ætatis defectum?

SVMMARIVM.

Prima opinio, non valere, vt sponsalia, nu. 1. & ibi iunctis n. 4. quando in obligationibus si actus nõ valet vt sit, valent eo modo quo valere potest. Actus non operatur vltra agentium intentionem, eodem num 1.
Secunda opinio iure communi valere. num. 2.
Quid si impuberes tantum intendebant contrahere matrimonium n. 3.
Soluuntur argumenta, num 4.
Quid post Trident. sess. 24 cap. 1. de matrim num. 5.

1 DISPVTATIO hæc potest habere locum standō in iure antiquo, & attento decreto Tridentini; & in vtroque casu disputãda est. Circa primum aliqui antiquiores, (vt refert *Couar. 4. decret. 1. p. c. 3. nu. 3.*) existimarunt, nec esse matrimoniũ, nec sponsalia: & *Petr. de Ledes. de matrim. qu. 45. art. 5. pun. 2. post dub. 4. fol. 182. col. 2.* ait in foro conscientiæ, nisi habuerint expressam obligandi se intentionem meliori modo, quo poterant, nec esse matrim. nec sponsalia: & textus oppositum decidentes, præsumptiuè, & in foro externo procedere. Et prob. ex doctrina *Bartoli*, quæ communis est, teste *Couar. proximè cit. l. 1. §. Si quis ita, num. 5. ff. de verb. oblig.* vbi per illum textum ait, quoties agitur de contrahenda obligatione à duorum voluntate pendenti, actũ non valentem eo modo quo fit, minimè valere modo quo fieri potuit: quia actus agentium non debent vltra eorum intentionem operari, *l. Non omnis, initio ff. si cert. pet.*

2 Dicendum tamen est id matrim. obligare, vt sponsalia: sic enim definitur, *cap. fin. de despons. impub. & cap. vnic. §. Idem quoque, eod. tit. in 6.* vbi amplius dicitur ex eo matrim. tandem ex veris sponsalibus, oriri publicæ honestatis impedimẽtum, & id procedere in foro conscientiæ probatur, quia vbi forus externus non innititur falsæ præsumptioni, vterque forus idem iudicat, vt dixi disp. 5. num. 20. & in matrimonio, ac eius impedimentis, idem in vtroque foro sentiendum est: vt dixi disp. 18. nu. 6. & 8. sed cognita veritate, & vbi non constat de opposita intentione, iudex in foro externo iudicabit esse sponsalia, & ex his oriri publicam honestatem: ergo idem in foro conscientiæ censendum est. Et ratio huius decisionis est, ob contrahentium intentionem, qui videntur voluisse sponsalia contrahere, casu quo matrimonium minimè valeret: & quando actus includitur in eo, quod fit, si non valet eo pacto quo fit, valet meliori modo quo valere potest: sponsalia autem virtute clauduntur in matrimonij contractu: quæ omnia explicui disp. præced. n. 1. vnde non est dicendum extendi actum vltra contrahentium intentionem, sed in illo actu, quando contrahentes non habuerunt expressè intentionem contrariam, includitur intentio se obligandi, eo modo quo poterant. Quare hoc matrim. obligare, vt sponsalia, indistinctè docent *gloss. c. fin. de despons. impub. verb. Subarrata.* vbi *Anton. n. 4. Præpos. num. 3. idem gloss. cap. vnic. de despons. impub. in 6. §. Idem quoque, verb. Matrimonium*, vbi *Francus n. 2.* & omnes ibi: *Goffred. sum. t. de sponsal. nu. 5. Hostiens. c. Anobis, de despons. impub.* vbi *Ioan. Andr. n. 2. Anchar. fin. Abb. nu. 2. Henric. n. 1. Alex. de Neuo nu. 7. l. 6 t. 1. p. 4. Nauar. sum. lat. cap. 22. n. 57. & l. 4. cons. 1. de despon. impub. in 1. edit. cons. 1. in 2. consil. 2.* vbi explicat habere locum etiam in foro conscientiæ. *Angel. verb. Sponsalia, n. 7.* vbi *Sylues. q. 1. dict. 1. Tabiena nu. 3. Arm. nu. 3. Couar. 4. decret. 1. p. c. 3. n. 3. Brunel. de sponsal. concl. 6. n. 2. Costanzus de sponsal. t. Quibus mod. contrah. nu. 3.* vterque habetur to. 9. tract. *Ant. Cuc. l. 5. instit. moior. t. 10. nu. 14. Perez. l. 5. ordin. t. 1. l. 1. f. vers. Dubitatur, Spino spec. gloss. 51. n. 78.* Et ex Theologis, *D. Ant. 3. p. t. 1. c. 18. initio, Victoria sum. de matrim. num. 284. Soto 4. d. 35. q. vnic. a. 5. vers. Ad quæstionem, Ledes. 2. p. 4. q. 60. ar. 1. f. 504. col. 1. Veracruz 1. p. Specul. a. 16. & append. dub. 9. concl. 2. Palacios 4. d. 28. q. vlt. ad fin. vers. Exquiris, Lud. Lop. 2. p. instruct. c. 37. de matrim. f. 1040. Enriquez l. 11. de matrim. c. 13. nu. 2. & 5. & c. 1. n. 4. Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 220, nu. 2. Vinald. candel. tit. de sponsal. 1. p. c. 3. n. 20.*

Hoc tamen concedendum est priori sententiæ. hæc non 3
esse sponsalia verè & simpliciter, sed iuris interpretatione, vt ait *Sylvest. Matrimonium 5. qu. 8. ad fin.* & ita ait præsumere ius voluisse se obligare eo modo, quo possunt: vnde dicendum est, si re tantùm expressè intenderunt matrimonij vinculo se constringere, non manebunt in foro conscientiæ ad sponsalia obligati, at vbi ea intentio expressa non fuit, videntur secundum ius contrahere, & erunt sponsalia: sicut suprà disput. 18. nu. 6. diximus Ecclesiam præsumere, habentem copulam post sponsalia accedere affectu maritali, & consurgere matrimonium, *cap. Is qui fidem, de sponsal.* quod matrimonium præsumptum, est in vtroque foro validum, vbi non constat de opposita intentione. Similiter ergo in hoc casu in vtroque foro standum est præsumptioni Ecclesiæ, sponsalia esse præsumentis; nisi oppositus animus constet.

Ad arg. dico eam doctrinam *Bart.* explicatam esse disp. 4
præced. nu. 3. quando actus est nullus ex defectu formæ: quod hic non contingit. Vel dic eam habere locũ, quando obligatio, quæ contrahi poterat, non includitur in obligatione contracta: vt bene explicat *Couar. citatus num. 1.*

Demum dubitatur an *Triden. sess. 24. c. 1. de matrim.* cor- 5
rexerit hoc ita vt si matrim. clandestinè contractum sit inter impuberes, vel inter puberem & impuberem, omnino corruat. Quidam Neoterici affirmant corrigere ius antiquum, ac proinde hodie non esse sponsalia: quia is contractus peccat in forma, eum deficiat solemnitas requisita in Trident. eique ius resistit. Sed dicendum est ius antiquum incorrectum manere, & ita hodie habere vim sponsalium. Quia Trident. solis veris matrimonijs formam præscripsit, illisque clandestinè celebratis resistit: at huiusmodi impuberum, vel quando alter est impubes, contractus, nec est, nec fuit verum matrimonium, sed iuris interpretatione sponsalia. Sic *Nauar. sum. lat. ca. 22. n 57. Lud. Lop. d. c. 37. fol. 1041. col. 1. fine, & seq.* & ita declararunt Cardinales, vt refert *Petr. de Ledesma citat num. 1. fol. 181 colum. 2.* & multi ex allegatis num. 2. pro hac sententia, scripsere post Tridentinum, & tamen absolutè illam tenent.

DISPVTATIO XXII.

Vtrùm subarratio annuli, sit sufficiens sponsalium, aut matrimonij indicium?

SVMMARIVM.

Subarratio est signum aquinecum, num. 1.
Attendenda est in hoc locis consuetudo, num. 2.

Quid si verba vnius præcesserint, num. 3.
An oporteat annulum in medio digito poni, num. 4.
Quid quando tractabatur inter amicos de matrimonio contrahendo, n. 5.
Quid si dum tractabatur de matrimonio fœmina manum dedit, vel corpus viro, n. 6. & ibi tacens habetur pro consentiente in obligatione contrahenda, vbi interuenit aliquis actus positiuus & vbi remissiuè alia signa.
Quid quando parentes miserunt annulum, num. 7.

1 HACTENVS egimus de verbis expressis, quibus matrimonium, vel sponsalia contrahuntur : cùm autem signis verborum vices supplentibus, celebrari possint; iam de illis agendum est : breuique de annuli subarratione agam. latius autem videre volens, consulat *Menoch. & Mascard.* quos statim referam. Sit prima concl. ex se loquendo subarratio est signum æquiuocũ : quarè si nihil præcesserit, ex quo matrimonium, aut sponsalia præsumi valeant, neutrius signum erit. Quia ex alijs causis, vt ex amore turpi, fieri potest. Sic *Panor. cap. fin. nu. 7. de despons. impub. Gregor. Lop. l. 2. verb. Diciendo, t. 1. p. 4. Cellanus de sponsal. t. Quibus modis contrahantur, n. 7.* habetur to. 9. tract. *Menoch. alios referens de præsump. l. 3. præsump. 2. num. 1. & seq. Mascard. de probat. concl. 1024. n. 2. & seq.* & ex Theologis, *Sotus 4. d. 27. qu. 2. a. 1. concl. 3. Barthol. à Ledesm. dub. 9. de matrim.*

2 Secunda conclusio, si consuetudo loci sit, vt annuli traditio significet sponsalia, vel matrim. præsumitur iuxta loci cõsuetudinem. Sic *glossa. cap. Femina, 30. q. 5. fin. Ant. c. fin. nu. 8. de despons. impub.* vbi *Abb. n. 7. & Alex. de Neuo, nu. 12. Cardin. Zab. q. 1. & c. pen. de sponsal. q. 2. Lapus allegat. 56. num. 5. 14. & 16. Arct. cons. 13. n. 4. Cepola cons. 1. cir. n. 4. Ang. verb. Sponsalia, num. 7.* vbi *Sylues. q. 5. Armilla n. 3. Tabien. q. 3. nu. 4. Couar. 4. decret. 2. p. c. 4. initio, n. 3. Cellanus de sponsal. t. Quibus modis contrahãtur, n. 8. & 9. Menoch. de præsumpt. 2. nu. 6.* Et ex Theologis, *Veracruz. 1. p. Spec. art. 16. dub. 3. Barth. à Ledesm. dub. 9. de matrim.*

3 Tertia conclusio, si verba vnius præcesserint, immissio annuli, & receptio, operatur verbũ expressum alterius, & consensum. Quare si verbum matrimonij præcessit, operatur matrim. si verò sponsalium, sponsalia : quia tacens consentit facto ipso, dum annulum recipit: arg. *l. Paulus. ff. rem rat. hab.* Sic *glossa. c. Tua, de sponsal. verb. Verba, & cap pen. eod. tit. verb. Dicente,* vbi *Ant. n. 9. idem Anton. ca. fin. nu. 8. de despons. impub. Abbas, Alex. de Neuo, Sylu. Angel. Tabiena, Armil. Couar. Menoch. n. 4. Veracruz, Barthol. à Ledesm. citati, num. 2. Mascard. de prob. concl. 1024. nu. 2. & 3. Villalobos in commun. lit. M. nu. 59. Ant. Gabr. in mea edit. to. 2. cõmun. l. 11. verb. Matrimonium f. 90.*

4 Aliqui hoc temperant, quando annulus in medio digito annulari ponitur: quia ibi est quædam vena, quæ in cor ipsum protenditur : & ideò in signum mutuæ dilectionis in eo imponitur. Sic *Mascard. d. concl. 1024. n. 6.* addit tamẽ cum *Panor. cap. fin. nu. 7. de despons. impub.* attendendam esse loci cõsuetudinem : & videtur tenere *Enriquez. l. 11. de matrim. c. 13. n. 6.* dicens enim annulum esse signum, addit positum in medio digito. Dicendum tamen est id requiri, vt præsumatur matrimonium, quando verò non ponitur in medio digito, præsumi sponsalia. Quia cum sponsalia non sint ipsa coniunctio, sed coniunctionis promissio, non oportet annulum in medio digito poni, vt cordium coniunctio significetur. Sic *Anton. c. Illud, nu. 7. de præsump. & cap. fin. nu. 8. de despons. impub.* vbi *Alex. de Neuo nu. 13. Prepos. num. 4. Aretin. consil. 13. n. 4. Menoch. d. præsumpt. 2. num. 10.*

5 Quarta conclusio, quando habito tractatu inter amicos de matrim. contrahendo misit sponsus arras, vel iocalia, nihil aliud exprimẽs, & sponsa acceptauit, sunt sponsalia. Quia hoc est sufficiens signũ mutuæ promissionis, quãdo sponsę de tractatu constitit. sic *glossa. c. Tua, de sponsal. verb. Verba. Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 1. n. 10. Rosella Matrimonium 2. n. 17. Cordub. sum. q. 193. Enriquez. l. 11. de matrim. c. 13. n. 6.* addens idem esse si pecunias nomine sponsalitiorum mittat.

6 Quinta concluſ. si cum tractaretur de matrimonio contrahẽdo, viro promittenti matrimonium, fœmina requisita sponte manum dedit ad fidẽ recipiendam, sunt sponsalia. quia id sufficiens repromissionis signum est, tacens enim cõsentire censetur etiam, vbi agitur de obligatione personæ contrahenda, si aliquis actus positiuus cõcurrat: vt bene tradunt *Abb. c. Cum virum, nu. 3. de regular. Ant. Gom. l. 52. Taur. n. 24.* sic *Palud. 4. d. 27. qu. 1. a. 1. n. 4. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 18. init. Rosella verb. Sponsalia, num. 1.* vbi *Sylues. initio.* Idem ctederẽ, si sponsus promitteret matrimonium, dummodo ipsa traderet corpus, ipsaq; statim traderet; traditio enim illa est sufficientissimum repromissionis indicium. Secus autem esset, si quis fœminæ manum capiat, dicens, Do tibi fidem de matrimonio contrahendo, si enim ipsa nil respondeat, non est sufficiens signum : & ita non erunt sponsalia. Sic *D. Anton. ibi, Tabiena verb. Sponsalia, q. 3. nu. 4.* & ibi *Armil. num. 3. Barth. à Ledesm. dub. 9. de matrim.* De alijs autem signis promissionis habes suprà disput. 16. nu. 6. Ex his infertur intellectus *glossæ. cap. fin. verb. Subarrauit, de despon. impub. & c. Tenor, verb. Subarrasset, de senten. & reiud.* vbi ait ex subarratione præsumi matrimonium : intelligitur enim, quando alterius verba præcesserunt, vt ipsemet se explicat *cap. pen. verb. Dicente, de sponsal.* vel quando sic haberet consuetudo, vt bene *Couar. 4. decret. 2. p. c. 4. initio, n. 3.*

Tandem quando parentes ipsi miserunt annulũ: *glossa. fin. verb. Subarrauit, de despon. impub.* dicit præsumi sponsalia. Sed melius *Abb. eo. c. fin. n. 7.* vbi *Alex. de Neuo num. 12. Mascard. de prob. concl. 1024. num. 6.* dicit non præsumi, nisi donationem, quare nisi ex filij consensu mittat, nil prorsus agetur. Sic *Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 2. nu. 8.* dicens hoc apertè sentire *Prepos. d. c. fin. num. 6.*

DISPVTATIO XXIII.

Vtrùm sit taciti matrimonij, vel sponsalium signum, quando præsentibus & tacentibus, qui contrahunt, alij ipsorum nomine respondent, absque expresso ipsorum consensu?

SVMMARIVM.

In quo versetur difficultas & quæ à ſputanda sint, num. 1.
Prima opinio nõ satis esse tacere quando parẽtes contrahunt pro filio, n. 2.
Secunda opinio verior, satis esse, num. 3.
Quid si timere reuerentia taceat filius, num. 4.
Soluntur argum. & explicatur c. 1. de despons impub. num. 5.
Poſt num. 5 inuenies alia summaria.

NON disputamus, quando contrahentes procurator rem constituunt, vt ipsorum nomine contrahat; de hoc enim in 2. libro disputabitur: sed tantùm, quãdo absque ipsorum licentia præsentium & tacentium, vel absentium, & cùm conscij fuerint, tacentium, parentes, vel alij eorum nomine contrahunt per verba de futuro, vel de præsenti coram parocho & testibus : an priori casu fiant sponsalia, & posteriori matrimonium: eadem enim est ratio, cum vterque contractus internum consensum signo externo manifestatum petat : atque ita tota difficultas contendit, an taciturnitas illa præsentis, & intelligentis, quod nomine suo agatur, si adsit consensus internus, (eo enim deficiente, in quocumque euentu manifestum est nullum fieri,) sit sufficiens signum exprimens internum consensum, vt sic legitima sponsalia, aut matrimonium constituantur. Rationem autem dubitandi offert *cap. vnicum de despons. impub. in 6. §. fin.* ibi, *Ex sponsalibus quæ parentes pro filijs puberibus, vel impuberibus contrahunt, si filij expresse consentiant, vel tacitè, vt si præsentes fuerint, nec contradixerint, obligantur, & ex eis oritur iustitia publicæ honestatis : & est idem, si filij tempore sponsalium absentes, & etiam ignorantes, eadem sponsalia postea ratificauerint, tacitè, vel expressè.* Circa quod decernuntur tres quæstiones disputandæ sunt. Prima, an sufficiat ea taciturnitas quando parentes pro filijs cõtrahunt. Secunda, an sufficiat, quando alij à parentibus. Tertia, quid quando parentes vel alij contraxerunt pro absentibus.

QVÆSTIO I. An quando parentes contrahunt sponsalia vel matrimonium pro filijs præsentibus & tacentibus, cum contractum intelligant, valida sint. Quidam dicunt id non satis esse, nisi aliud signum concurrat. quia taciturnitas in re tam graui non satis exprimit consensum, eò maximè, quòd ex verecũdia, alijsve causis procedere possit. Item, quia *cap. 1. de despons. impuber.* constituere videtur differentiam inter infantes, & pueros doli capaces,

vt pro illis possit pater contrahere, pro his verò minimè. & ita tenent *Angel. Matrimonium 2. nu. 5. Supplem. Gabrielis 4. d. 27. qu. 1. a. 2. concl. 4. & quidam Neoterici*, vt referunt *Petr. de Ledesm. & Enriquez n. 6. allegandi.*

3 Sed omnino tenendum est sufficere ad matrimonium, & vera sponsalia constituenda, quia sic expressè decidit*ur c. vnic. § fin. de despons. impub. in 6.* cuius decisionis ea est ratio, quia cum parentes plus filios, quàm seipsos diligãt, *l. Isti quidem, 8. ff. de eo quod met. caus.* præsumitur rectè eos filijs consulere: quare præsentia, & taciturnitas filiorum iure optimo consensus reputatur. Et ita tenent omnes *DD. allegandi n. 6. & 7.* vltra illos *gloss. cap. Honor. autur, verb. Non de sponsalibus, 32. qu. 2. Villalobos in commun. lett. M. nu. 60. Navar. sum. c. 22. Lat. n. 58. bisp. n. 21. fin.* dicens esse omnium.

4 Limitant aliqui, nisi filius metu reuerentiali parentum taceat. Sic alios allegans *Felin. c. Nonne, de præsump. num. 8. & 23. Brunel. de sponsalib. concl. 11. n. vnic. Veracruz 2. p. Spec. ar. 5. fin.* Sed quo ad forum conscientiæ parum prodest hæc limitatio, si enim internus consensus defuit, nihil prorsus actum est: si verò is adfuit, pendet valor matrimonij, vel sponsalium ex cognitione, an talis fuerit metus reuerentialis, vt annullet matrimonium, & sponsalia, de quo latissimè *l. 4.* vbi de consensu coacto agemus: proderit tamen, vt in foro externo ex ea taciturnitate consensus minimè præsumatur.

5 Ad *c. 1. de despons. impub.* omissis alijs intellectibus, dico cum *Abb. ibi n. 3. & Alex. de Nevo ibi, in fine*, nullam constitui differentiam, quoad iuris effectum, sed tantum quoad decentiam, & honestatem; cùm enim pueri doli capaces consentire possint, deceret parentes pro illis contrahere: quod secus est in infantibus, qui consensus expertes sunt

SVMMARIVM.

An sit hoc speciale dum parentes pro filijs contrahunt. Prima opinio negans, n. 6.
Secunda verior, n. 7.
An quando alij respondent, satis sit tacita contrahentium rat. habitio, n. 8.
Quid quando mater respondet præsente filio & tacente, n. 9.
Quid si filius sit emancipatus, n. 10.
Quid si sit spurius, vel ex coitu d. in nato. n. 11.
Quæ differentia sit quoad forum conscientiæ, sine parentes, sine alij respondeant, n. 12.
Vtrum hæc incertitudo sit per Trident. num. 13.
Quid si sit conjugando, vt gubernatores verbum respondeant, vt apud Indos, n. 14.
Soluuntur argum. & emendatur cap. 1. de matrim. contracto contra interd. Eccles. num. 15.
Post quem tractatus cætera summariè.

6 QVÆSTIO II. An sit speciale dum parentes pro filijs contrahunt, vt sufficiat prælentia, & taciturnitas. Duplex est sent. Prima ait non esse speciale, sed idem dicendũ esse de quocumq; extraneo. Prob. quia agitur de re naturaliter appetibili, & fauorabili, in qua tacens cõsentire censetur: vt diximus supra disp. 5. n. 5. Secundò ex *ca. 1. de matrim. contract. contra interd. Eccles.* vbi iudicantur sponsalia, contracta à fratre pro sorore præsente & cõsentiente, & non intelligi de expresso consensu cõstat, quia statim textus ponderat aliqua taciti consensus signa, frustra autem ea põderaret, vbi cõsensus esset expressus. Sic tenent *gloss. c. vnic. de despons. impub. in 6. § fi. verb. Sponsalia*, & eam sequi videtur *Dom. ibi, in fin.* eandem tenet *Hostis. n. d. cap. 1. & ibi Anchar. nu. 2.* & ex Theologis. *Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 234. num. 4.* idem tenent alij Theologi cum quadam moderatione: aiunt enim discrimen esse inter internum, & externum forum. in illo enim quicumque respondeat satis est ad valorem matrimonij vel sponsalium: in hoc autem, minime, nisi parentes, aut tutores sint: quia alijs respondentibus minimè præsumitur is consensus internus. Sic videtur tenere *Ricardus 4. d. 27. art. 1. qu. 3. ad 2.* & expressè tenent *Victoria sum. n. 250. Sotus 4. d. 27. q. 1. art. 3. vers. Præsens autem, Ledesm. 2. p. 4. q. 47. art. 2. f. 449. col. 1. Angles sterilibus, 1. p. qu. de essentialibus matrim. art. 2. dub. 3. f. 529. Enriquez l. 11. de matrim. c. 2. num. 6. iuncto commen. lit. P. Petr. de Ledesma de matrim. qu. 45. art. 2. dub. 3. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 39. f. 1055. colum. 2. fin. & seq. Barth. à Ledesm. dub. 19. de matrim. fol. 1263. Vivald. cand. sacram. 1. p. de matrim. n. 39. Vega lib. 3. sum. casu 152.*

Secunda sent. multo probabilior affirit esse speciale in parentibus: vnde si alij respondeãt, desiderabitur aliud signum consensum internũ exprimens, vt valeant sponsalia vel matrimonium. Probat. quia *cap. vnico, § fin. de despons. impub. in 6.* tanquam quid speciale hoc de parẽtibus statuitur. 2. Quia quamuis matrimonium appetibile sit: at cum certa muliere, vel viro contrahere possit esse hocium, quare cum parentum munus sit filios matrimonio collocare, & præ nimio amore, quo ipsos prosequuntur, præsumatur fore, vt ipsis bene consulant, iure optimo iudicatur consensus ex præsentia filij tacentis, quę ratio in alijs non ita militat: & ita videtur sentire *D. Tho. 4. d. 27. q. 1. a. 2. quæstiunc. 2. ad 3.* vbi videtur ponere tanquam speciale, vt verba parentum sufficiant præsentibus filijs, & tacentibus. & tenent expressè ex Theologis *Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 1. concl. 1, n. 4. & q. 2. a. 3. concl. 4. n. 19. & 20. D. Ant. 3. p. t. 1. c. 2. ante § 1. fin. Veracruz 1. p. Spec. a. 5. fine, Palacios 4. d. 27. qu. 1. f. 570. col. 1. initio.* Et ex iuris peritis *gloss. c. 1 de matrim. contract. verb. Præsente*, vbi *Innoc. n. vnico, Abb. n. 2. Cardin. n. 1. Alexan. de Nevo num. 10. & 11. Idem Innoc. cap. 1. de despons. impub. num. vnico*, vbi *Card. n. 2. Alanus, Tancred. Vincent. Guillerm.* quos refert & sequitur *Henric. ibi num. 5. Archid. cap. vnico, de despons. impub. in 6. prope finem, & ibi Ioan. Andr. fin. Francus ibi § Porro, num. 3. & 4. & ibi Anchar. n. 3. idem Panorm. c. Nonne, de præsumpc. nu. 1.* vbi *Felin. n. 8. Ant. c. Tua, n. 7. de sponsal. & ibi Præpos. num. 11. Ioan. de Imola in repetit. super illud c. Rosella Matrimonium 2. n. 17. Angel. verb. Sponsalia, n. 4.* vbi *Sylvest. 3. p. 2. dicto 5. Armilla nu. 6. Tabiena q. 5. n. 6.* (minus tamen bene addit idem, esse, quando frater pro sorore contrahit:) *Hippolytus singul. 147. Covar. 4. decret. 2. p. c. 4. initio, nu. 4.* appellatque priorem sent. falsam. Idem tenet *Brunel. d. sponsal. conclus. 11. num. vnic. Costanus de sponsalibus, 5. Qui possunt contrahere n. 22.* vterque habetur to. 9. tract. *Greg. Lop. l. 10. verb. No les puede, tit. 1. p. 4. Ant. Gabr. in unca edit. tom. 2. communium, lib. 11. verb. Matrimonium, fol. 91. Matienzo lib. 5. recopil. rubr. glos. 1. n. 26.*

Imo *Innocent. c. 1. n. vnico, de despons. impuber.* docet, quando alij à parẽtibus respondent, desiderari expressam ratificationẽ. Sed verius est, sufficere tacitã: vt docent *Ant. eod. c. 1. fin. Ioan. Andr. c. vnic. eod. tit. in 6. fine, & ibi Francus, § fi. n. 4.*

Idem quod de patre dictum est, sentiendum est cum mater pro filio præsente & tacente contrahit sponsalia, vel matrimonium. Tum quia *d. c. vnico*, de parentibus est sermo, sub quo nomine vterque parens includitur: tum etiam. quia decisio illius textus non innititur patriæ potestati, sed amori paterno, vt diximus n. 7. qui ardentior est in matre. Deinde. quia in his spiritualibus. vt præclarè dixit *Innoc. c. 2. n. 1. de regul. & ibi Abb. nu. 6.* præferenda est ratio naturalis dispositioni ciuili: nam patria potestas de iure ciuili est, naturaliter autem filius vtrique parenti subditus est, ac obedire tenetur, quà ratione tuentur ibi matrem posse filium offerre religioni. Sic *Ioan. And. d. vnico, num. 2. & ibi Domin. § fi. initio*, vbi *Anchar. n. 3. Franc. n. 3. Præpos. Henric. D. Antonin. Ang. Tabiena, Brunel. allegati nu. 7. Palud. 4. d. 27. q. 2. art. 3. concl. 4. nu. 19.*

Hinc infertur idem dicendum esse, licet filius emancipatus sit: cum textus indistinctè loquatur, nec patriæ potestati inhiratur. Sic *Innoc. c. 1. de matrim. contract. n. vnic. Ioan. Andr. d. c. vnic. n. 2. Francus ibi, § Porro n. 3.* vbi & *Dominic. Henric. ca. 1. de despons. impub. num. 5. Brunel. de sponsal. concl. 11. num. vnic.*

Secundò infertur, idem dicendũ esse de filijs spurijs. & ex damnato concubitu genitis: eò quòd in hoc consideratur reuerentia iure naturæ debita. iuxta doctrinã *Bart. l. 2. n. 4. ff. de accusation.* vbi docet quoties iura voce naturali vtuntur, vt parentum, liberorum, non curandum esse de dispositione iuris ciuilis disponentis spurios appellandos non esse filios: *auth. Ex complexu, C. de incest. nupt.* sed ius naturale attendendum esse. Sic *Ancharan d. ca. vnic. § fin. nu. 3.* vbi *Francus n. 3. Brunel. d. concl. 11. num. vnico.*

Tertiò infertur contra priorẽ sent. latum esse discrimen

in foro vtroque, si parentes pro filijs præsentibus, & tacentibus contrahant sponsalia, vel matrimonium, vel sint alij extranei: nam in priori casu, si non constat de interno dissensu, censebuntur etiam in foro conscientiæ sponsalia, vel matrimonium, & si verè fuit internus consensus, erunt vera sponsalia, vel matrimonium: illud enim est sufficiens signum externum, internum consensum exprimens, propter iuris dispositionem, & rationem allatam nu. 7. in posteriori verò, etiam si constet de interno consensu, in neutro foro erunt sponsalia, vel matrimonium, quia deficit externum signum sufficienter manifestans internum illum consensum, vt probaui num. 7.

13 Inquires tamen an *Trid. sess. 24. c. 1. de matrim.* correxerit hæc, *Veracruz 1. p. spec. a. 5. fine* ait correxisse, & ita sive quicumque, sive parentes contrahant pro filijs præsentibus, & tacentibus, nihil efficere: cùm petat parochum & testes, mutuum contrahentium consensum intelligere. Sed dicendum est nil conexisse, non quo ad sponsalia, quia de illis non meminit: nec quo ad matrimonium, quia dū parentes coram parocho & testibus matrimon. ineunt, filiorum præsentium & tacentium nomine, constat vtique parocho & testibus de contrahentium consensu parentum voce explicato. Sic *Veracruz 1. p. spec. ar. 6. fin. & a. 7. fin.* & multi ex DD. allegatis nu. 6. & 7. cum post Trident. scripserint, huius correctionis non meminerunt.

14 Moderanda tamē est hęc secunda sent. nisi consuetudo loci obtinuerit per alios explicari consensum: vt contingit apud Indos, qui ita serui, ac timidi sunt, vt nec pedem moueant absque gubernatoris consensu: quare dum matrimonium ineunt, non solent ipsi verba proferre, sed eorum nomine gubernator: & est signum externum sufficiens ad exprimendum consensum internum, ex pattiæ consuetudine, dum ipsi præsentes sunt & tacent: vt in simili dixi dispat. præced. n. 2. Et ita docent *Veracruz 1. p. spec. a. 7 Matienzo lib. 5. recop. in rubr. gloss. 1. n. 28. & seq.*

15 Ad 1. argum. positum n. 6. constat ex ratione differentiæ assignata n. 7. vbi etiā probauimus matrimonium cum hac vel cum illa, sæpe esse nociuum. Ad 2. desumptum ex *c. 1. de matrim. contract.* dico *cum gloss. ibi verb. Præsente*, adfuisse expressum consensum, & ponderat textus alia signa tacita, vt confirmet eum consensum fictitium non fuisse. Vel dic, vltra taciturnitatem interfuisse alia signa tacita consensum exprimentia.

SVMMARIVM.

Quando parentes pro filijs absentibus, vel infantibus contrahunt, an satis sit posse illos ratificare. 1. Sent. satis esse, num. 16.
Secunda versor non sat esse, & an sit discretio inter parentes, & extraneos, n. 17. & explicatur ibi & tota hæc cōtr. vnic. de desponsat. impub. in 6.

16 QVÆSTIO III. Verum quando parentes contrahunt sponsalia pro filijs absentibus, vel infantibus, qui doli capaces non sunt, satis sit si dum postmodum nouerunt, vel facti sunt doli capaces, idque norunt, taceant non reclamantes. dixi de sponsalibus: quia in matrimonio locum id habere non potest, cùm consensus præstari debeat coram parocho & testibus, nisi dicas habere locum etiam in matrimonio quando prior contractus parentum, coram parocho & testibus initus est, & coram eisdem certiores fiunt pueri doli capaces, & tacent non reclamantes. Quidam aiunt id satis esse: quia eadem prorsus est ratio, ac quando ipsis præsentibus, & tacentibus parentes contrahunt. Sic docent *D. Th. 4. d. 27. q. 2. a. 2. ad 1. Palud. ibi. qu. 1. art. 1. concl. 1. n. 4. Victoria sum. de matrim. n. 267. Sotus 4. d. 27. qu. 2. a. 2. ad 1. Enriquez l. 11. de matrim. c. 13. num. 5. Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 11. cond. 3. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 43. ar. 2. dub. vlt. concl. 2. Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 234. nu. 4.* addens idem esse dicendum, sive parentes, sive extranei contrahant puerorum nomine. Et ex iuris peritis *Anchar. c. vnic. §. Porro, n. 3. de desponsat. impub. in 6.* vbi *Imola* dicit forte hoc esse verum, & videtur tenere *Alex. de Neuo. cap. 1. de matrim. contract. n. 11.* vbi ait filij præsentiam vel scientiam haberi pro consensu, & est satis probabile.

17 Verius tamen est non satis esse, quia textus *cap. vnico de desponsat. impub. in 6. §. fin.* manifestè constituit differentiam inter sponsalia à parentibus nomine filiorū præsentium & tacentium contracta, quo casu dicit valere, si non contradixerint: & inter contracta filijs absentibus, quo casu dicit non valere, nisi certiores facti ratificauerint tacitè, vel expressè: ergo in hoc casu vltra taciturnitatem, pera alia expressa, aut tacita signa consensus. (Quæ autem sint hæc signa, dixi tota disput. 22. & disp. 16. n. 6.) Et potest esse ratio, quia quando puer præsens est, & intelligit quid nomine tuo agatur, magis præsumitur, si dissentiat, illum reclamaturum, quam dum absens est: quo casu sæpe obliuiscitur, vel parum curat forte existimans se posse postmodum reclamare, vel nondum consensum præstitisse. Ita docent *Ioan. Andr. d. c. vnic. n. 2.* vbi *Dominic. §. Porro. & ibi Franc. n. 4. Ant. c. Tuæ, nu. 7. de sponsal. Card. c. 1. n. 2. de desponsat. impub.* vbi *Henricus n. 4. Brunell. de sponsal. concl. 11. num. vnic.* Et ex Theologis, *Corduba sum. q. 193. Vega l. 6. sum. cap. 31.* Vnde in hoc casu nullum est discrimen, sive parentes contrahant pro filijs, sive extranei: vt bene tradunt *Anton. eod. tit. 7. Card. eod. nu. 2.* Ad argum. contrarium constat ex ratione differentiæ proximè tradita.

DISPVTATIO XXIV.

Vtrùm, esto dum parētes vel alij absentium nomine promittunt matrim. non sint sponsalia, nec absentes obligentur, ad quid promittentes obligentur, & si id iurent, periurij sint rei?

SVMMARIVM.

In quo consistat difficultas, num. 1.
An attento iure communi, & regio antiquo Castellæ, valeat facti alieni promissio num. 2.
Qui casus excipiantur, num. 3.
Quid si pœna adijciatur, num. 4.
Quid si promittat alienum factum eius, quem cogere potest. num. 5.
An etiam iure ciuili valeat promissio matrimonij alieni, num. 6.
Quid si iuramentum accedat, n. 7.
Quid iure canonico, num. 8.
Quid in foro conscientiæ, n. 9.
Quid attento iure nouissimo Castellæ, n. 10.
Ad quid teneatur promittens alterum matrimonium, n. 11.
Quid si tepide & fictè id curet. num. 12. & ibi de voluente religionem qualiter teneatur curare, vt admittatur.
Quid si est negligens in facto alieno curando, quid teneatur restituere, num. 13.
Soluuntur argumenta. num. 14.

VIDETVR firmantem iuramento promissionem facti alieni, esse periurum, & ad nihil obligari: quia promittit alienum factum, cùm de facturi voluntate dubitet sit, & ita rem dubiam iurat. Rursus cùm rem sibi impossibilem spondeat, eò quòd factum alienum in sua potestate non sit, videtur eum ab omni obligatione immunem esse. Vnde difficultas in eo versatur, qualiter alieni facti promissio accipienda sit, & obliget.

Quia vero ius commune, & antiquum regium Castellæ discrepat à iure nouissimo eiusdem regni, & à canonicos quid omnibus his iuribus attentis sentiēdum sit, præmittemus: deinde ad matrim. alieni promissionem gradum faciemus. Incipiendo igitur à iure ciuili, & regio antiquo, præmittendum est attento hoc iure promissionem alieni facti minimè obligare, §. *Si quis alteri, & §. Si quis alium, & §. Versa vice, Inst. de inut. stipul. l. 11. t. 11. p. 5.* Si quis verò promittat se facturum, & curaturum, & alius id exequatur, valet vtique promissio: quia est facti proprij. Si tamen non exprimeret se curaturum, sed absolute promitteret factum alienum, non subintelligitur se facturum, & curaturum, & ideò promissio non valeret. *l. Stipulatio ista §. Habere, in princ. & §. Sed si quis promittit. ff. de verbor. oblig.* & docent *Abbas c. Ex litteris, el 2. de sponsal. n. 6. & ibi Alex. de Neuo nu. 12. Couar. de pactis, 2. p. §. 5. nu. 1. Ant. Gom.* multos referens *2. variar. c. 10. num. 23.* idem habetur *l. 11. t. 11. p. 5. & ibi Greg. Lop. verb. Que procurare, Gutier. de iuram. 1. p. c. 44. nu. 1. Gama dec. 32. nu. 2. Matienzo lib. 5. recop. 16. d. 2. gloss. 6 nu. 3. Acosta do cal. 2. n. 41. Olanus in concord. iuris, lit. O. n. 9. P. Molin. to. 2. de iust. tract. 2. disput. 268. §. Quod ad secundum.*

Triplicem

3 Triplicem tamen casum excipit illa *lex* 11. *t.* 11. *p.* 5. in quo promissio alieni facti valet. Primus est, si quis suos hæredes aliquid daturos, vel facturos promittat: idé habetur *l. fin. C. de contrahend. & committ. stipul.* Secúdus, nisi promissio fiat in iudicio, veluti si quis promittat fore, vt aliquis iudicio sistat, vulgo *estara a derecho*, vel rem iudicatam ratam habeat, vulgo *estara à lo juzgado, y sentenciado*, & tunc tenetur promittens ad interesse, nisi alius adimpleat: vt habetur *illa l. 11. & l. Quoties quid ff. de verb. obl. & l. 2. ff. rem rat. habe.* Tertius, si quis promittat rem pupilli incolumem seruandam. ita habetur illa *l. 11. & l. Prætoria, ff. de prætor. stipul.* & ratio est, quia in his casibus iuris interpretatione, promittens factum alienum, censetur promissor interesse, si alius non adimpleat.

4 Vltra hos casus valet iure etiam ciuili promissio facti alieni pœna adiecta, vt si promittens se ad aliquam pœnam astrinxerit, nisi alter adimpleat: tunc enim facti proprij casu, quo alius non efficiat, promissio est, *l. Stipulatio ista, in princ. vers. vltimo. ff. de verb. obl. &* §. *Versa vice, Instit. de inutil. stipul.* & docet *gloss.* §. *Si quis alium, verb. Non obligatur, Instit. eod. tit. Conar. Matienzo, Azebedo, n.* 24. *Olanus, P. Molina,* §. *De iure communi, citati, num.* 2.

5 Secundò, valet, quando est promissio facti illius, quem promissor cogere potest, vt filij, vel serui: sic *gloss. c. Electi, de rerum, verb. Vigilia,* 19. *d. Anton. Gom.* 2. *variar. c.* 10. *n.* 3.

6 Tertiò, valet etiã iure ciuili promissio matrimonii alieni, sic *gloss. c. nuic. verb. Nihil,* 30. *q.* 2. *Alex. de Neuo, c. Ex litteris, el* 2. *n.* 12. *de sponsal. Præpos. c. Sicut, eod. tit. nu.* 6. *Conar. n.* 1. *Gutier. n.* 2 *P. Molina,* §. *Quod ad secundum, allegati n.* 12.

7 Quartò, valet si accedat iuramentum: quia ne credatur facti alieni sponsorem permium admisisse, rem incertam promittendo, in eo iuramento subintelligitur se facturũ, & curaturum. Item quia iuramentum habet vim clausulę. Si actus non valet vt ago, valeat eo modo, quo possit valere: vt dixi disp. 20. n. 2. Sic tenent *gloss. cap. Ex rescripto, sine. de iureiur. additio ad gloss.* §. *Siquis alium, post verb. Non obligabitur, Instit. de inutil. stip. Abb. c. Ex litteris, el* 2. *n.* 6. *de spons.* vbi *Alex. de Neuo n.* 12. *& seq. Præpos. n.* 7. *Sylu. verb. Sponsalia, q.* 6. vbi *Angel. n.* 9. *Alex. Raphael, Iason, Paris. Corsetus,* quos refert & sequitur dicens esse communem, *Conar. de pactis, 2. p.* §. 5. *nu.* 2. *Greg. Lop. l.* 11. *verb. Que procurare, t.* 11. *p.* 5. *Villalobos in commun. lit. P. n.* 522. *Aut. Gom.* 2. *var. c.* 10. *n.* 23. *P. Mol. to.* 2 *de iust. tract.* 2. *disp.* 268. §. *Quarto, quando, Gutier. de iur. can. 1. p. c.* 44. *n.* 3.

8 Quintò, valet iure canonico. & ita in materia canonica id ius seruandum est, quia cum ius ciuile huic obligationi non resistat, sed solùm ei minimè assistat, æquitas canonica poscit eam admitti, intelligiq; promittentem facturum, & curaturum. Sic contra *Alciat l.* 4. §. *Caio. nu.* 139. *ff. de verb. obl. & Anton. Gom. dict. c.* 10. *n.* 23. dicentes, necesse canonico esse validam: docent *Anton. c. Ex litteris, el* 2. *de sponsal. nu.* 9. *Abb. ibi, n.* 6. dicens hoc esse æquissimũ, quamuis iure non probetur: *Alex. de Neuo, ibi n.* 13. *Alex. & Iason l. Stipulatio ista, in princ. n.* 5. *ff. de verb. obl. Felin. c. Ex rescripto, num.* 18. *de iureiur. Villalob. in commun. lit. P. n.* 521. *Conar. nu.* 1. *& 2. Gut. nu.* 2. *Matien. n.* 4. *Azebedo n.* 42. *P. Molina,* §. *Quod ad secund. alleg. nu.* 1.

9 Demum obligat etiam promissio facti alieni in foro conscientiæ: cum enim ius ei nõ resistat, oritur ex ea obligatio naturalis. sic *Conar. ibi nu.* 2. *Mol. d. disp.* 208. §. *Quod si is.*

10 Maior autem difficultas est, an attenta *l.* 2. *t.* 16. *tit.* 5. *nouæ recop.* Caltel. valeat promissio facti alieni. Nam *Anton. Gom. to.* 2. *var. c.* 10. *n.* 23. *& Perez l.* 3. *ord. t.* 8. *l.* 3. §. *Ita habetur, fol.* 620. dicunt etiam attenta hac l. nõ valere. Sed hoc non est mirum, quia in antiquo ordinamento, quod solum verque vidit, hæc lex valde æquinoca erat, dicebat enim sic, *O que se obligo vno de dar a otro, o de hazer.* Verùm *in noua recopil.* cui standum est, clarè hoc deciditur, ibi, *O que se obligo alguno que daria otro, o haria alguna cosa.* quare attenta hac l. dicendum est promissionem facti alieni obligare, & accipiendam esse, vt sponsor se astringat ad curandum, vt alius efficiat: & sic docent *Greg. Lop. l.* 11. 11. *p.* 5. *verb. Que procurare, Gutier. de iur. can. 1. p. c.* 44. *nu.* 6. *Olanus in concor. iuris, lit. O. n.* 9. *& in correct. legum part. n.* 94. *Matienzo li.* 5. *recop. t.* 16. *l.* 2. *glos.* 6. *nu.* 5. *Azebedo ea l.* 2. *nu.* 41. *P. Molina d. disput.* 268. §. *Quod ad secundum.*

His ergo præmissis sit concluſ. Promittens matrim. pro absente & inscio, etiam iuramento præstito, non est periurij reus, sed tenetur bona fide, & absq; fraude & fictione adhibere omnem diligentiam, quam rei qualitas exposcit: quòd si alter adhuc nolit, liber manet. Prob. quia (vt dixi num. 6.) etiam attento iure ciuili promissio alieni matrim. valet, & sensus spondentis est, se facturum, & curaturum, vt alter impleat: ergo iurans hoc, verè proprium factum spondet, & non rem dubium aut impossibilem, & adhibita diligentia sibi possibili, promissioni & iuramento satisfaciet. sic docent *D. Tho. 4. d. 29. q. vnic. a. 4. ad* 3. *D. Bonau. ibi qu.* 3. *fin. D. Antonin.* 3. *p. t.* 1. *c.* 18. *ante* §. 1. *vers. Item, qui contraxerunt, & c.* 7 *fin. Soto* 4. *d.* 29. *q.* 1. *a.* 4. *ad* 3. *Corduba sum. q.* 171. *punct.* 1. *Petr. de Ledesm. de matrim. q.* 43. *a.* 2. *dub. vlt. concl.* 1. *Vega l.* 5. *sum. casu* 558. Et ex iuris peritis *gloss. c. vnic.* 30. *qu.* 2. *verb. Nihil, & c. Sicut verb. iurantis, de sponsal. & c.* 1. *verb. Præsente, de matrim. contract.* vbi *Hostien. Anton. n.* 2. *Præpos. nu.* 1. *Alex. de Neuo, nu.* 2. *idem Hostien. c. Ex litteris, el* 2. *de sponsal. & ibi Innoc. Anton. n.* 9. *Præpos. nu.* 4. *Abb. c. Gemma n.* 9. *de sponsal. Henricus, c. Ad audientiam, n.* 2. *eod. t. Frederic. cons.* 117. *Franc. Aretin. cons.* 142. *initio, Rosella verb. Sponsalia, nu.* 5. vbi *Ang. nu.* 9. *& Iuramentum* 5. *nu.* 34. *Sylues. Matrimonium,* 2. *qu.* 11. *d.* 9. *& Iuramentũ* 4. *§u.* 21. *& v. Sponsalia, q.* 6. vbi *Tabiena q.* 7. *n.* 8. *& qu.* 8. *nu.* 9. *& ibi Armilla n.* 8. *&* 11. *Maranta pract. in quibusdam quæst. quas in fine disputat. q.* 7. *n.* 19. *Conar. de pactis, 2. p.* §. 5. *nu.* 1. *Gutier. de iuram. 1. p. c.* 44. *n.* 2. *Anton. Gabr. t.* 2. *commun. in mea edit. l.* 14. *verb. Promittens, fol.* 245.

12 Hinc infertur minimè satisfacere fidei præstitæ, promittentem factum alienum, si fictè & simulatè, ita vt ipso petendi modo voluntatem parum propensam ad id assequendum indicet, (quod vulgo, *pedir por complimento* appellamus) postulet. Et ita *Hostien. cap. Ex litteris, el* 2. *de sponsalibus*, dicit teneri ad procurandum, *sine plica, & sine fictione*, hoc est, *sin doblez, y con verdad.* & ceteri DD. allegati nu. 11. dicunt teneri bona fide eniti. Et tenet expressè *Maranta q.* 7 *proxime tit. nu.* 2. & confert doctrina *Nauar. c. Statuimus* 9. *q.* 3. *n.* 14. vbi docet astrictum religionis voto, quod ex facto alieno pendet: nempe ex ipsius admissione ad monasterium, teneri bona fide quærere religionem ipsum admittere volentem, nec satisfacere ore tenus petendo, nutibus autem, aut alijs verbis, vel per alias personas significando se optare non admitti.

13 Tandem si promissor facti alieni negligens fuit, tenetur per se ipsum id præstare, quod alius effecturus erat, quod si minimè possit, tenetur quantum id fieri intererat, damnaq; ex ea omissione subsequuta restituere: quia iniustè totius huius damni causa fuit, & ita habetur *l.* 11. *tit.* 11. *p.* 5. & docet *Molin. to.* 2. *de iust. tract.* 2. *disp.* 268. §. *Quod si is.*

14 Ad arg. nu. 1. proposita constat ex dictis n. 11. non enim promittitur res dubia, aut impossibilis, vt ibi expositi.

DISPVTATIO XV.

Vtrùm quando promissioni alieni facti, alienique matrimonii adiicitur pœna, si promittẽs adhibita sufficienti diligentia id assequi nequeat, immunis sit pœnæ?

SVMMARIVM.

Prima sent. iure communi non esse immunem pœna, n. 1.
Secunda sententia distinguit, n. 2. *(Tenet.*
Tertia verior, esse immunẽ, n. 3. *& ibi pœna tantũ tenetur debui suos an-*
Quid si adsistat alterum cum effectu facturum, n. 4.
Ad quid teneatur certo promittens factum alienum, dubius de alterius voluntate, n. 5.
Quid si constet promittentem velle in omni euentu se ad pœnam astringere, & quando id constabit, n. 6.
Quid si promisit dare certum fideiussorem, & ille nolit, n. 7.
An attento iure Castellæ, l. 11. *tit.* 11. *p.* 5. *sic correctum sui communi, & teneatur promissor soluere, quod in se est, ad eam pœnam, & explicatur ea lex, n.* 8.
Quid quando pœna consistit in lucro amittendo, vt dum legatur alicui si quidpiam fecerit, n. 9.
Soluuntur argumenta, n. 10.

1 CVM dixerimus disput. præced. n. 4. valere omni iure promissionem alieni facti adiecta pœna: & valet etiam eadem pœna adiecta in matrimonij promissione per extraneos, vt diximus disp. 30. nu. 5. Disputandum est ad quid huiusmodi promissor astringatur, vt pœnam euadat. Et 1. disputabitur itando in iure communi, deinde verò an ius commune correctum sit in hoc Castellæ regno. Stando ergo in iure communi, triplex est sent. Prima ait non excusari à pœna, quia is promissor, aut prænidit, aut præuidere debuit difficultatē: cum factum ex aliena voluntate pendēs spoponderit, ergo sibi imputare debet, nec difficultas hæc præuisa ipsum à pœnæ obligatione eximet. Secundò, quia eo ipso, quod rem sibi impossibilem promisit sub pœna, videtur omnino se ad pœnam astringere, casu quo alter nolit. Sic tenent *Franc. Aretin. Car. Ratum, Alciat. Iason.* quos refert *Couar. de pactis* 2. p. §. 5. n. 3.

2 Secunda sent. docet sic distinguendum esse, si expresiè promisit se curaturū, vt alter impleat, excusatur adhibita diligentia, & altero nolente: si autem directè promisit factum alienum sub certa pœna, aut iuramento firmauit, & tunc similiter excusatur, quia resoluitur ea promissio in se facturum, & curaturum, vt dixi disp. præced. n. 7. Si autem non iurauit, tunc iure canon. & in tribunali Ecclesiast. absoluitur à pœna: quia resoluitur in se facturum, & curaturum, vt dixi cad. disp. nu. 8. iure autem ciuili, & sic in tribunali seculari nō excusabitur à pœna, & interesse, nisi quoties difficultas faciendi contigerit, non in ipso facti alieni promissore, sed in eo qui factus est. & ratio est, quia cū iure ciuili valeat hæc promissio ratione pœnæ adiectæ, & non aliàs, signum est valere, quo ad pœnam promissam in omni euentu, in quo factum promissum non impletur. hanc tenet alios referens, & fatens esse contra communem, *Couar. de pactis*, 2. p. §. 5. n. 4. & 5.

3 Tertia sent. multo probabiliot affirmat, immunē esse à pœna, & interesse. Prob. quia difficultas, quæ est impossibilitas in facti obligatione, excusat à pœna, & interesse, *l. fin. §. Idem iuris ff. ad leg. Rhodiam, de iactu*, ibi, *nec per eum staret quominus id faceret, remissam sibi esse pœnam sperauerit. Idem iuris obseruabimus si probabili fuerit nauiam morbo impeditum nauigare non potuisse. Idem dicemus, si nauis cum veritas fecerit sine dolo, & culpa eius.* Idem habetur *l. 2. fere per totam ff. si quis cautio.* Secundò, quia durissimum, & contra ius est immunem culpæ, pœna damnorumque solutione non eximi, contra Brocardicum illud vulgatè collectum ex *l. Sanctimus, C. de pœnis*, pœna tātum debet suos tenere authores. Tertiò, quia maximè iuxta regni Castellæ, iuxta quod valet hæc promissio facti alieni, vt diximus disp. præc. n. 10. immo & iure communi casu quo valet, resoluitur in se facturum & curaturum, ergo si promissor faciat, & curet, liber exit à pœna, & interesse, cum fidem seruauerit. Hanc tenent *Frederic. Marth. de Affictis, Aug. Alex. Socin. Felin. Purpur. at. Curtius, Crotius, Thomas Grammat. Lancelot. Paris.* & multi alii, quos refert *Couarr. d. §. 5. n. 3.* dicens esse communem fere omnium, *Bartol. l. Contius nu. 5. Iisad ff. de verb. obl. Anton. à Gemma, nu. 7. fine de sponsal.* vbi *Anchar. fin. Alb. nu. 9. Alex. de Neuo, nu. 19. Præpos. n. 7. fine, Rosella verb. Sponsalia, n. 7. Angel. ibi nu. 14. Sylues. ibi, q. 8. dicit. 1. Tabiena q. nu. 9. fin. Decius reg. 144. nu. 4. ff. de reg. iur. Marant. pract. in quæst. quas in fine disputat. qu. 7. per tot.* & maximè *nu. 20. Brunel. de sponsal. concl. 16. n. 6. Villalobos in commun. lit. P. nu. 91. Greg. Lop. l. 84. verb. Equisara. t. 18. p. 3. & l. 11. verb. Tenudo, t. 11. p. 5. Ant. Gabr. 3. to. comman. in mea edit. l. 3. de pact. concl. 2. nu. 2. Ant. Cucum l. 5. instit. maior. t. 12. n. 196. Gutier. de iuram. 1. p. c. 44. nu. 3. Matien. 20 l. 5. recop. t. 16. l. 2. gloss. 6. n. 6. Lancel. inst. iuris can. l. 2. t. de sponsal. verb. Liberum. Molina to. 2. de iust. tract. 2 disp. 268. §. Quod si iu.*

4 Immo licet promissioni addatur, Promitto alterum facturum cum effectu, adhuc promissor pœna eximitur, faciens quod in se est. Quia ea verba important non simulatè, sed verè, & bona fide se curaturum, hoc est contra multos quos refert *Couarr. de pactis*, 2. p. §. 5. *num.* 6. *& Rolandum cons.* 6. *n.* 33. *l.* 11. *& P. Molinam, d. disp.* 268. §. *Quod si iu* dicentes teneri ad pœnam: nisi (inquit *P. Molina*) ex circumstantiis constaret ad nihil se voluisse astringere, si id non consequeretur, sed solum id infirmasse ita enixè fretus precibus, & industria sua, alium id effecturum, & ad significandum, quando conatu & diligentia id erat curaturus, & id intellexit is cui pollicitus est. Sed nostram sent. *Lancelot. Paris. Matth. de Affict. Gramm.* quos refert & sequitur *Couar. eod. n. 6. Franc. Arct. cons.* 142. *Decius, Marant.* 20. *Gutier. Ant. Gabr. relati n.* 3.

Hoc tamen fatendum est, si promittens sciebat, se minimè obtenturum, aut ea de re dubitabat, decepisse eo promittendi modo cum cui spopondit, vt illi promissioni innitens contractum oneroſum iniret, alias non futurus, vt si aliquam vxorem duxit, quia promisit se obtenturum à rege officium, & id tanquā certum suasit, cum id certum esse intelligeret, teneri in foro conscientiæ ad reparationem rei promissæ restituere, quia iniustus deceptor fuit. Sic docet optimè *P. Molina ea disput. at.* 268. §. *Quod si*

Secundò fatendum est, si de contrahentis animo constaret, voluisse astringi ad pœnā, vel interesse in omnem euentum, tunc vtique teneri, nec excusari eo, quod fecerint, quod in se ipsis est: vt si promiserunt se alterum ad domum seruaturos, vel de propris bonis soluturos, qui tunc non promittitur factum alienum, sed proprium in eum euentum, si alius non efficiat, nec habet rationē pœnæ, sed cōpensationis facti alieni, quod gerendū erat. *Decius reg.* 44. *n.* 5. *ff. de reg. iur. Marant. pract. quæst. quas in fine ponit. q.* 7. *n.* 23. *Couar. de pact. 2. p. §.* 5. *n.* 5. *fere, Ant. Gab.* 3. *comm. l.* 3. *de pact. conc.* 2. *n.* 9. exemplificat *Couar. cum aliis, quos refert n.* 6. *Maranta & Ant. Gabr. eodem*, vt si addatur in contractu non posse excusari, quia fecit quicquid in se est: & *idē Ant. Gabr. vsque ad finem illum conclusionis* constituit alios modos quibus possit explicari hæc voluntas.

Tertiò, similiter dicendū est, si quis sub certa pœna promittat Titium fideiussorem, & adhibita omni diligentia nolit Titius fideiubere, eximi quidem à pœna, sed non nisi alio fideiussore æquè tuto præstando. Sic *Bald. Arct.* quos refert & sequitur *Ant. Gab. d. concl.* 2. *n.* 2.

Grauior autem difficultas est, an ius commune hactenus enodatum, correctum sit per *regium Castellæ, l.* 11. *t.* 5. *ibi, si el otro no lo cumpliere, tenudo sera el de lo cumplir, o dello pechar con los daños, y menoscabos. Greg. Lop. ibi vera. Tenudo*, satis vrgere eam legem contra communem opinionem, & ita aliqui censent eam corrigere, & promissorem facti alieni adhibentem omnem possibilem diligentiam, non eximi à pœna conuentionali, si alter non impleat. Sic *Villalobos vt antea, Couar. & regij, lit. P. num.* 40. *& in c. nouit. lit. P. nu.* 522. *Olanus in concord. iuris, lit. P. n.* 78. *Azebedo lib.* 5. *recop. tit.* 16. *l.* 1. *num.* 42. Verius tamen est non corrigi, sed intelligendam esse ad legem, si promissor in adhibenda diligentia defecerit. Quia verbis adeo generalibus non est credibile dignum voluisse receptissimam sent. corrigere & statuere, vt contra omne ius expers culpæ, sit reus pœnæ, sic *Gutier. de iuram. 1. p. c. 44. n.* 3.

Demum quid dicendum sit de pœna consistenti in foro non comparādo, vt dum legatur Titio sub conditione, si aliquid fecerit, & præter omnem culpam id facere minimè potuerit: dicam infra disp. 33. n. 19. & sequentib.

Ad arg. Respond. Ad 1. negando consequentiam, quia re vera is promissor minimè factum alienum spondet, sed proprium, quod sibi facile est, nempe se facturum, & curaturum. Ad 2. negatur antecedens, quia re vera factum proprium sibi possibile pollicitus est.

DISPVTATIO XXVI.

Vtrùm verba promissionis, vt sponsalia constituant, debeāt necessario ferri in personā determinatam, vel sint sponsalia, si pater vnam ex filiabus promittat, ipsis consentientibus?

SVMMARIVM.

Non sunt sponsalia, nec vtitur rep. dimentum solemnis copulæ, nisi ferantur in personam determinatam, n. 1.

Electio est patris promittentis, & si vnam offerat excusatur. & si omnes obeant praeter vnam, tenetur illam dare, n. 2.

Quid si omnes praeter vnam decedant sed pater dum promisit, non intendebat illam dare, n. 3.

Quid si sponsus aliquam ex illis carnaliter cognouit, an pater teneatur illam tradere, n. 4.

Si pater promisit dare filiam certam, & illa recusante sororem, ad quid teneatur, n. 5.

Si quis promittat se vnam ex pluribus ducturum, & illa consentiant, cuius est eligere, n. 6.

Quid si post eam promissionem, vnam ex illis carnaliter cognoscat. 1. sent. attento iure antiquo non transire in matrimonium, n. 7.

Secunda verior transire, n. 8.

Quid si illa non praebuerant consensum, vel tradens corpus certior iam facta erat de promissione, n. 9.

Quid si promisit cum vna ex incertis fœminis contrahendum, & quandam cognoscat, n. 10.

Quid si pluribus simul promitteret, n. 11.

An attento Tridentin. sess. 24. c. 1. de matrim. promisso illa ducendi vnã ex certis fœminis transeat per copulam in sponsalia cum illa. & generaliter omnia sponsalia conditionalia per copulam transeunt in absoluta, n. 12. & si copula illa & promissio sit coram parocho & testibus, sit matrimonium.

An si condicio sit dandi certam dotem, recessum videatur à conditione per copulam, n. 13.

SIt prima conclusio, certũ est non esse sponsalia, quo- 1
ties promissoris verba nõ feruntur in personã certam, vt si pater promittat se vnam ex pluribus filiabus daturum, & illæ consentiant: nec oriri publicã honestatẽ. Quia sicut matrim. necessario esse debet cum persona certa, ita sponsalia, quæ eius initium sunt. & ita docent omnes.

Secunda concl. electio semper est promissoris: id enim 2
generale est in omni promissione alternatiua, *regul. In alternatiuis, de reg. iur. in 6. & §. Praterea Inst. de action. & l. Plerique. ff. de iure dot. & l. Si ita, ff. de contrah. empt.* vn de pater promittens vnam ex filiabus, offerens quamcumq; excusatur, quamuis alter eã ducere nolit. *l. Si in empt. §. Si emptio. ff. de contrah. empt. & l. Cum in ff. de condit. ande.* Si autem antequam aliquam ex illis offerret, & omnes vna dempta, obirent, teneretur superstitem dare. expresiè habetur *l. 11. t. 1. p. 4.* & ratio est, quia aliter fidem minimè implere potest. & ita docent *Goffred. sum. t. de desponsat. impub. nu. 14. 15. 16. Henric. c. Ad audientiam, n. 2. de sponsal. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 4.* 18. *ante §. 1. vers. Item qui contraxerunt. Rosilla verb. Sponsalia, nu. 4.* vbi *Angel. n. 9. Sylvest. q. 6. Tabiena q. 7. n. 8. Armilla nu. 8. Brunel de sponsal. concl. 5. n. 6.*

Addit autem *illa l. 11. tit. 1. p. 4.* patrem promittentem vnam ex filiabus, teneri superstitem cæteris obeuntibus dare, quamuis dum promisit nõ habuisset in animo illam dare, sed quandam aliam. quia re vera indefinitè promisit, & nullam aliam dare potest. Quamuis autem hoc verum sit in foro externo, in quo verbis externè prolatis statur, in foro tamen conscientiæ sic distinguendum est: si absolutè promisit, volens se absolutè obligare, quamuis animum habuerit dandi certam, tenetur vtique dare aliã superstitem. Quia aliud est habere animum dandi illam, & aliud præcisè obligandi se ad dandam illam solam: quando verò externa promissio non omnino vera fuit, quia tantum habuit animum se obligandi ad certam tradendam, tunc si aliud damnum, aut scandalum minimè sequatur, non tenebitur aliam superstitem dare, quia fictè promittens matrimonium; non tenetur in foro conscientiæ implere, si aliud damnum non sequatur, vt latè probaui supra disp. 10. n. 26. 3

Rogabis tamen, an si sponsus copulam habuit cum aliqua ex filiabus à patre promissis, teneatur pater illam tradere. Nam *Henricus c. Ad audientiam, n. 2. de sponsal.* asserit teneri: quia iam nullam ex aliis sororibus potest tradere, propter affinitatem cum illis contractam. Sed dicendum est, nisi hæc filia cognita contraxerit sponsalia determinatè cum illo cognoscente patrem nec illam, nec aliam teneri tradere: non aliam, quia impedit affinitas: non illam, quia pater eligere poterat, nec delictum alterius potuit eum hac facultate priuare: & hæc procedunt supposito hodie non transire ea sponsalia conditionalia in matr. nec 4
in sponsalia absoluta, vt dicemus num. 12. si enim transirent, illa esset danda.

Tertia conclusio, si pater promittat Titio Mariam, & 5
casu quo nequeat, eius sororem, tenetur tradere Mariam, sin autem possit: aut Maria tacitè, vel expresiè consensit sponsalibus, non sub cõditione, vt pater pollicitus est, sed absolutè, & tunc non potest sororem tradere, impediente publica honestate orta ex prioribus sponsalibus absolutis, & validis: si autem illa non consensit, vel tantum sub conditione, quæ impleta non est, tenetur vtique sororem dare iuxta promissa: cum nullum publicæ honestatis impedimentum obstet, iuxta *c. vnic. de sponsal. in 6.* Sic *Henricus, D. Anton. Rosella n. 5. Angel. n. 10. Sylvest. allegati, n. 2.*

Quarta conclusio, si quis promittat vnam ex pluribus 6
consentientibus ducere, potest eligere quam maluerit, & electa tenebitur: quia omnes illę repromiserũt, & promissoris est electio: vt probaui n. 2. sic habetur *l. 9. tit. 11. p. 4.* & docet *ibi Greg. Lop. verb. Ouiese*, itaque si promissio cœpit à patre, eius est electio, & alter repromittens tenetur illam ducere: è contra autem dicendum est quando ab alio cœpit promissio; quia priori casu pater est promissor, posteriori autem alius, & semper promittentis est eligere.

Grauis autem difficultas est, an attento iure antiquo 7
si quis se vnam ex pluribus ducturũ promittat, & postmodum aliquam ex illis carnaliter cognoscat, sponsalia illa transeant in matrim. Quidam negant: quia sola sponsalia vera transeunt per copulam in matrim. per *c. Is qui fidem, de sponsa.* hæc autem non sunt sponsalia, vt dixi n. 1. dic *gl. c. Ex literis, el 2. verb. Sub iuramento de sponsal. & ibi Innoc. nu. vnico, Card. n. 4. Henricus num. 2. & duplicia seq.* Addit tamen *gloss.* cogendum esse illam ducere: idem *Henricus*, subdens iudicis officio, & non ad instantiam partis id faciendum esse: & hoc, quando non potest aliam ex his quibus promisit, propter affinitatem contractam cum illis, ducere: secus quando posset. Sed *Innoc. ibi* dicit nullo modo cogi posse contrahere cum illa, sed posse licitè aliam ducere.

Verum probabilius est transire in matrim. Quia ea 8
erant sponsalia conditionata ante electionẽ, qua sequuta manent absoluta, hanc autem electionem tactam esse per copulam censetur: nam per copulã purificatur conditio, & sponsalia conditionata transeunt in matrim. *c. De illis, de condit. appos.* sic tenent *Hostien. sum. t. de matr. nu. 17. & c. Ex literis el 2. de spons.* vbi *Ioan. And. n. 10. Anton. n. 16. Anchar. n. 7. Abb. n. 7. Alex. de Neuo n. 25. Præpos. n. 6. D. Ant. 3. p. t. 1. c. 18. ante §. 1. vers. Item qui contraxerunt, Rosel. Matrimonium 3. n. 9. sum. confess. & Pisana*, vt refert & sequitur *Sylvest. Matrimonium 2. q. 11. Mont. alu. l. 11. t. 1. p. 4. Gregor. Lop. l. 9. t. 1. p. 4. verb. Ouiese*, & videtur approbare *illa lex: Couar. 4. decret. 1. p. c. 4. §. 1. n. 17. Alex. Carrer. l. 1. de sponsal. c. 12. Villalobos* dicens esse comm. sententiam *in commun. lit. P. n. 528. Ant. Cucus l. 5. milit. maior. t. 10. n. 29. Anton. Gabr. in mea edit. to. 2. comm. l. 16. s. 245. & seq. verb. Promittens, Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 1. n. 13. & 14. Spino speculo testam. gl. 15. n. 95.* & tãdem *Ang. Matrimonium 2. n. 22.* dicit hanc sent. tenẽdam esse, ante quam hic transeat ad secundas nuptias, si verò iam transierit, tenendam esse priorem sententiam: sed merito *Sylvest.* hanc distinctionem reprobat. Et quamuis hi DD. solùm loquantur, dum quis promisit vni ex pluribus sororibus matrimonium indefinitè, à fortiori procedit, quando hæ non sunt cognatæ, vt bene *Greg. Lop. d. ver. Ouiese.*

Intellige tamen hanc sent. quando illæ promittenti 9
matrim. repromiserant: secus enim, cum nullo modo sint sponsalia non transibunt in matrim. Sic *Ioan. Andr. c. Ex literis, el 2. de spons. n. 8. Ant. n. 14. Anchar. n. 6. Alex. de Neuo nu. 23. Præpos. n. 5. Greg. Lopez l. 9. verb. Ouiese, t. 1. p. 4.* addit *Alex. de Neuo, eod. n. 23.* quamuis fœmina tepore promissionis non consenserit, ignorauit enim illam, si tempore copulæ illius conscia erat, videre ratificare, & consequenter transire sponsalia in matrimonium.

Intellige secundò, dum promissio fuit cũ vna ex certis 10
fœminis, secus si cum vna ex incertis, vt si quis promittat se ducturum quandam ex fœminis Cordubensibus: tunc

enim

enim sponsalia non sunt, & consequenter per copulam cum quadam ex illis, non consurget matrim. Sic *Hostien. c. Ex literis, el 2. de spons.* vbi *Ioan. Andr. n. 9. Ant. n. 15. Anchar. n. 6. Abb. n. 7. Alex. de Nouo, n. 23. Præpos. nu. 5. Rosella Matrimonium 3. n. 9. Sylues. Matrimonium 2. q. 12. Ant. Cucus l. 5. instit. maior. t. 10. nu. 30.* Et reddunt hi DD. hanc rationem, quia in hoc casu potest impleri promissio ducendo aliam, cùm enim hæ fœminæ non sint cognatæ, non oritur affinitas, sed meritò eandem sententiam sustinens, reprobat rationem *Gregor. Lop. l. 9. verb. Ouiese, tit. 1. p. 4.* Sed legitima ratio est, quia omnes illæ non consenserunt promissioni, si enim consensissent eadem (inquit) ratio est, quæ in superiori casu, & ita essent sponsalia conditionata cum illa, & transirent per copulam in matrim.

11 Intellige Tertiò, si promissio contrahendi fuit cũ vna ex pluribus, secus si pluribus dixisset quispiam, Promitto me omnes vos ducturũ: quamuis enim ipsæ cõsentirent, & sequuta esset copula cum aliqua ex illis, non esset matrimonium: quia non potuerunt esse sponsalia, eò quòd promittens nulli se obligauit in solidum, sed æquè cum aliis. Sic *Ioan. Andr. & Socin.* quos refert & sequitur *Gregor. Lop. l. 9. verb. Ouiese, tit. 1. p. 4.*

12 Tandem dubitatur, vtrum attento decreto *Tridentini sess. 24. c. 1. de matrim.* cum iam certum sit illa sponsalia conditionalia non transire in matrim. per copulam cum quadam ex illis fœminis, cessarunt enim matrimonia præsumpta: dubitatur (inquam) an saltem per copulam illam efficiantur sponsalia pura & absoluta, & vt talia obligent ad contrahendum. *Spino spec. testam. gloss. 15. n. 65.* affirmat. Sed cum hæc sunt sponsalia conditionalia ante electionem, vt diximus nu. 8. decisio huius quæstionis pendet ex illa, an sponsalia sub conditione honesta inita, transeant in sponsalia absoluta & pura, quando ante conditionis euentum spõsi carnaliter commiscentur. Et quidem si cõditio iam defecerat, manifestum est non recedi per copulam à conditione: quia iam sponsalia omnino dissoluta erant. Ita docent *Hostien. c. Per tuas, fin. de condit. appos. & ibi Anch. nu. 3. Abb. nu. 4. Ang. Matrimonium 3. impedimento 3. n. 2. Couar. 4. decret. al. 2. p. c. 3. §. 1. num. 13. Greg. Lop. l. 5. verb. Si desponsat, t. 4. p. 4.* Quare difficultas procedit quãdo nondum defecit conditio, sed adhuc est in pendenti, & videtur sponsalia manere pura, quia ablata conditione pura manent, sed per copulam videtur recessum à conditione, *c. De illis, & c. Per tuas, de condit. appos.* ergo. Verius tamẽ est non effici sponsalia pura, nec recedi à cõditione. Et ratio est, quia ea præsumptio inde oriebatur, ne Ecclesia præsumeret delictum fornicationis vt presumebat accessum affectu cõiugali, & subinde cõsensum de præsenti. vnde, vt optimè dicit *Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 3. post concl. vers. Sed rursus sciendũ*, si affectus esset fornicarius, non videtur recedi à conditione: sed hodie iam non potest esse affectus coniugalis, sed semper est fornicarius, cum per copulam illam occultam non transeant sponsalia in matrim. ergo iam nullo modo videtur recedi à conditione, vt sponsalia maneant pura. Vnde in nostro casu dum aliquis promisit vnam ex certis se ducturum, quamuis ad aliquam ex illis carnaliter accedat, nõ manẽt sponsalia pura. Si tamen prior promissio fieret coram parocho, & testibus, & coram eisdem copula affectu coniugali, maneret ius antiquum illæsum, & esset matrimon. iuxta dicta num. 3. seruatur enim forma præscripta in Tridentino.

13 Id tamen monuerim, si conditio adiecta sponsalibus sit de dote cõstituenda, quamuis antiquitus recedi videbatur à conditione per copulam, & hodie etiam si omnia fiant coram parocho & testibus: id tamen est ad hunc effectum, vt non spectetur conditionis euentus ad purificandum matrimonium, non tamen, vt dotis soluendæ obligatio extincta sit: quia hoc nullo iure deciditur. Sic *Sotus 4. d. 29. q. 2. art. 3. post 3. conclus. vers. Contra hoc autem.*

DISPVTATIO XXVII.
An sponsalia obligent sub culpa lethali?
SVMMARIVM.

Prima sent. non obligare sub mortali, n. 1.
Secunda tenenda, obligare sub mortali, & explicatur l. 1. C. de spons. nu. 2.

HActenvs de conditionibus ad sponsalia cõstituenda requisitis, egimus: iam de obligatione ex ipsis consurgenti disputandum est. Hæc autem potest oriri, vel ab intrinseco, ratione præcepti naturalis obligantis ad fidem seruandam: & de hac obligatione erit sermo hac disputatione, & sequenti. vel ab intrinseco, & hoc vel ratione coactionis iudicialis, quia iudex cogit: vel conuentionalis, quia ex partium conuentione pœna per fidem frangentem soluenda, adiecta est, aut traditæ arræ per eundem amittendæ. Et de his coactionibus est habendus sermo disput. sequ. Videtur igitur, sponsalia minimè obligare sub culpa lethali, per *l. 1. C. de sponsal.* ibi, *alij desponsata renunciare conditioni, & nubere alij non prohibetur*, vbi *glos. & Cynus*, dicunt idem esse secundum ius can. & *Gratianus* idem tenet *sub dub. 27. q. 2. §. Sed aliud, & §. fin.* & tamquam probabile hoc ponit *c. Requisiuit, de spons. n. 6. Abb. Panor.*

Sed tamquam certum tenendum est obligare sub culpa lethali sponsalia. Prob. ex *c. Atho. c. Desponsatas, c. De conuersi, 27. q. 2. & c. 2. & c. Ex literis, el 2. & c. Requisiuit*, de spons. quibus in locis supponitur sponsalia ad sui implementum obligare: & cum res sit grauis, maximaque inferatur iniuria alteri, si non impleantur, necessario dicẽdum est obligationem hanc esse sub mortali. Item, quia omnis contractus obligat ex iustitia, sed hic est contractus, Facio vt facias: est enim mutua & reciproca obligatio, ergo obligat ex iustitia, & sub mortali, vnde *l. 1. C. de sponsal.* in contrarium adducta est per canones correcta. Hanc sent. tenent ex Theologis *D. Thom. 4. d. 27. q. 2. art. 1. ad 2. Palud. ibi q. 2. post 3. concl. nu. 14. D. Ant. in 3. p. tit. 1. c. 18. fine, & §. 1. Caiet. summa verb. Sponsalia, Sotus 4. dist. 27. q. 2. a. 5. vers. Reliqui, Pet. de Soto lect. 18. de matrim. §. Quo ad primum, Veracruz 1. p. specul. a. 16. initio, Veguer l. institut. c. 16. §. 7. vers. Septimo, Cordub. in quæstion. l. 1. qu. 13. init. Enriquez l. 11. de matr. c. 13. n. 2. Perez Ledesm. de matrim. q. 43. art. 1. dub. 3. P. Molin. tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 271. fol. 113. ad finem, Manuel 1. tomo sum. in 2. edit. c. 24. n. 1. Vinald. Candel 1. p. de sponsal. c. 4. n. 23. Lud. Lop. instruct. 2. p. de matr. c. 39. f. 1061. col. 1. Bejas sum. casu 18. Barth. a Ledesm. de matrim. dub. 8. fol. 1229. Vega l. 6. sum. casu 105.* Et ex iurisperitis *Abb. c. Ex literis, el 2. de spons. n. 3. Felin c. de pactis, declar. 6. Tuscr. c. Vbi non est, 30. q. 2. a. 6. n. 7. Angel. verb. Sponsalia, num. 10. vbi Sylues. q. 4. dict. 1. q. 10. dict. 3. Tabiena ibi qu. 6. n. 7. Armilla n. 7. Brunel. de sponsal. concl. 16. n. 9. Couar. 4. decret. 1. p. c. 4. mot. nu. 2. Sarmiento l. 1. select. c. 5. num. 3. Alex. Carreras l. 1. de sponsal. c. 11.* habetur to. 9. tractat. *Ant. Cucus l. 5. instit. maior. t. 10. n. 21. Perez lib. 5. ordin. t. 1. l. 1. f. 39. vers. Contrarium tamen. Anastas. Germonius l. 3. de sacrorum immunitatib. c. 21. nu. 86. 87. Gutier. de iuram. 1. p. c. 51. n. 5. Matienzo lib. 5. recop. rubr. glos. 1. nu. 34. Azebedo eodem lib. tit. 1. l. 1. nu. 15. Imola l. Titia, in principio, nu. 8. ff. de verb. oblig.*

DISPVTATIO XXVIII.
Quando teneatur implere, qui contraxit sponsalia nullo præfixo termino?
SVMMARIVM.

Prima opinio, teneri statim, n. 1.
Secunda verior, cum distinctione, n. 2 & ibi quãdo debitor nullo termino præfixo teneatur soluere.
Soluuntur argum. & explicatur reg. In omnibus obligationib. ff. de reg. iur. & l. Eum qui, §. Quoties ff. de verb. oblig. n. 3.

VIDETVR hunc promittentem teneri statim habito commoda opportunitate implere: ex *l. In omnib. obligat. ff. de reg. iur.* vbi habetur in omnib. obligationibus absque termino præfixo contractis, præsenti die deberi. & *l. Eum qui. §. Quoties. ff. de verb. oblig.* vbi quod sine termino præfixo debetur, statim debetur. Item, quia cõmunis sensus habet emittentem votum nullo præfixo termino, teneri statim, vbi commodè potuerit, implere: quod maximè in religionis voto verum habet: cuius rationem reddit

Paludanus

Palud. 4. d. 38. q 3. art. 2 concl. 2. fin. D. Anton. 2. p. tom. 11. ca. 2. §. 1. Silueſt. Votum 2. q. 5. Suarez 1. to. de ſacram. qu. 71. art. 4. diſp. 31. ſect. 2. fol. 446. col. 2. quia per hoc vótum dedicat vouens totum vitæ ſuæ tempus Deo, & ita tenetur ſtatim implere, ne Deum eo tempore, quo votum differt, defraudet. Qua ratione vtuntur etiam *Palud. D. Ant. & Sylu.* ad probandum non ſatisfacere obligationi promittentẽ fœminæ matrim. ſi ante mortem contrahat: quia promiſit toto vitæ ſpatio cum ea conuiuere, ergo eſt in mora, ſi ſtatim habita oportunitate nó impleat, cò quòd defraudat ſpõſam eo tẽpore. Sic tenet *Bart. à Ledeſ. de matrim. dub. 13. initio.*

2 Cæterum dicendum eſt, ſi dies appoſita minimè ſit obligationi, nec alia conditio, non teneri promiſſorem ſtatim implere, ſed tantum requirente eo, cui promiſſio facta eſt, tunc vero cum alter petit, teneri contrahere, ſi commodè poteſt. Ratio eſt, quia id generale eſt in omni debito, abſque diei præfixione, ſolùm enim tenetur debitor à creditore requiſitus ſoluere, vt conſtat ex *l. Debitores præſentes, C. de pignoribus*, vt id docet *gloſſ. verb. Conuenendi, Hoſtien.* quem refert ac ſequitur *Abb. ca. fin. nu. 19. de præſcript. & c. Licet Heli, de ſimonia, n. 13. Palud. 4. d. 38. q. 3. a. 2. nu. 14. Angel. verb. Mora n. 1. D. Ant. 2. p. t. 11. c. 2. §. 1. Sylu. Votum 2. qu. 3. fi. & verb. Mora q. 1.* vbi *Tabiena n. 1. Armilla n. 1. Metina C. de reſtitut. qu. 2. §. Ad aliud quod quarto, Nauar ſum. c. 17. num. 97. Manuel 2. to ſum. c. 43. nu. 4.* Quod pro foro conſcientiæ intelligendum eſt niſi creditor petere non audeat etiam ex timore reuerentiali; tunc enim quamuis creditor non petat, conſtituitur in mora promiſſor: vt bene *Ang. Sylu. Tabiena, Nauar. Manuel. ibid.* qui bene addit idem eſſe dicendum, quando ex obliuione creditor non petit, & ratio huius doctrinę eſt, quia ex quo creditor debitũ nouit, & potens commode petere, debitum minime petit, videtur conſentire dilationi. Sic ergo in ſponſalibus abſque termino contractis, dicendũ eſt, quod ſi conſcius alter ſponſus, minimeque oblitus, & potens commode petere, non petat ea impleri, tutus eſt promiſſor: ſi vero alter petat impleri, vel ſi minime petat, id eueniat ex obliuione, aut quia non audet, nõ eſt tutus promiſſor, ſed tenetur ſtatim habita commoda opportunitate implere quod maxime pro fœminis aduertendum eſt: licet enim maxime cupiãt ſponſalia perfici, ſæpe non audent petere, vel non inſtant ob ſponſorum timorem, vel ne tædio affecti deſiſtant: vnde ſponſi tuti non erunt, quia ea dilatio non eſt volũtaria.

3 Ad 1. argum. deſumptum ex duabus illis legibus, dico eas intelligi, quando creditor debiti conſcius illud petit, vel ſi non petat inuitus ob timorem id faciat. Ad 2. diſparitas eſt ratio, quia in voto creditor, qui eſt Deus, ſemper petit: nec ratio adducta obſtat, quia dum alter ſponſus poteſt petere, & non petit, videtur libere dilationi conſentire; quare nulla ſibi inogatur iniuria.

DISPVTATIO XXIX.

Vtrùm cogendus ſit per Iudicem ſponſalium fidem ſeruare, qui citra legitimam cauſam ea implere recuſat?

SVMMARIVM.

Ratio dubitandi ob duos textus qui ſecum pugnare videntur, n. 1.
Prima ſententia, non eſſe cogendum, 2.
Secunda ſententia diſtinguit, 3.
Tertia vetior, eſſe cogendum, niſi ſcandala timeantur, & conciliantur c. Requiſiuit. & c. Ex literis, el 2. de ſponſalibus, n. 4.
Quando iuramentum eſt ſtudioſum cogendum, 5.
An oporteat ſcandala probari, 6.
Non debet iudex ſtrictiſſima cogere, 7.
Quando latio cenſoris fuerit ſpretus nimis pertinax, eſt abſoluendus, 8.
Vterque iudex poteſt ad ſponſalia cogere n. 9 & explicatur l. 7. 2. p. 4.
Soluuntur argumenta, n. 10.

1 RATIONEM dubitandi nobis offerunt duo textus, qui ſecum pugnare videntur: alter eſt, *cap. Ex literis, el 2. de ſponſal.* vbi decidi videtur cogendum eſſe: ibi, *quia contra iuramentum venire periculoſum eſt, mandamus, vt eum moneas, & ſi monitu non acquieuerit, cenſura compellas, vt in vxorem recipiat.* Alter eſt. *c. Requiſiuit, eod. t.* vbi oppoſitum ſanciri videtur: ibi, *cum libera eſſe debeant matrimonia, monenda eſt potius quam cogenda: cum coactiones difficiles ſoleant exitus habere.* Cui conſonat *c. 2. eod. t.* ibi, *commonendi ſunt & omnibus modis inducendi.*

Triplex eſt ſent. Prima ait non eſſe cogendũ, ſed ſi monitis non acquieuerit, relinquendũ eſſe. Prob. ex *c. Requiſiuit, de ſponſal.* vbi potius monendum, quam cogendũ eſſe deciditur. Secundò, quia cum excommunicationis metus cadat in virum conſtantem, coactus excommunicatione contrahens matrim. inuitus, & inualidè contrahit. Hãc videtur tenere *D. Tho. 4. d. 27. qu. 2. a. 1. ad 2.* vbi tanquã certũ relinquit non eſſe cogendum, vbi deeſt iuramentum, vbi autem illud adeſt, refert duas ſent. & in vltimo loco dicentem non eſſe cogendum: quare illam videtur amplecti. Et illam tenent *Angel. verb. Sponſalia, n. 42.* vbi *Armill n. 7. Anaſt. Germonius de ſacror. immunit. l. 3. c. 21. n. 86. Angles floribus 1. p. q. de eſſentialibus matrim. a. 4. diſſic. 4. Segura directer. iudic. 2. p. c. 15. num. 4. & ſeq. Manuel 1. to. ſum. an 2. edit. c. 244. n. 1.* vbi limitat, niſi ſequatur infamia: & explicant *Armilla & Angles*, hanc ſent. eſſe veram, quamuis ſponſalia iuramento ſtabilita ſint. 2

Secunda ſent. ait, tantum cogendũ eſſe, quando ſponſalia iuramento cõfirmauit. Prob. ex *c. Ex literis, el 2. de ſponſalibus*, vbi rationem coactionis textus reddens, ait ſic, *quia contra iuramentum venire periculoſum eſt.* Sic docent ex iuris peritis *gloſſ. c. De illis, el 1. de diſſenſ. inter pub. verb. Iudicio, & cap. 2. verb. Inducendi, de ſponſal.* vbi *Prepoſ. num. 5 Conrad. Lagus in method. iuris t. de nupt. 1. Tabiena v. Sponſalia, q. 8. n. 9. fine Mynchaca de ſucceſſ. creat. §. 28. n. 15. Pet. Greg. ſyntag. iuris p. 2. l. 3. c. 2. nu. 8.* & videtur tenere *Alexat. l. Titia, nu. 4. ff. de verb. obl. & Mart. de Garatis inter conſilia matrim. Z. 1. conſil. 15. nu. 11.* vbi aſſerunt iuramento interueniente cogendum eſſe: & ita à contrario ſenſu videtur ſentire aliud eſſe iuramento deficiente: & clarius his tenet *Seraphin. de priuil. iuram. 4 priuil. 138. num. 2.* vbi refert tanquam iuramenti priuilegium, vt ratione ipſius compellat Eccleſia ſponſalium fidem ſeruare. Et ex Theologis eam tenent *Sotus 4. d. 27. q. 2. art. 3. verſ. Quod ſi rogas, Veguer. l. inſtit. c. 16. §. 7. verſ. 7. Bart. à Ledeſ. de matrim. dub. 8. fol. 1229. & dub. 10. fine, Beja ſum. caſu 18. Vega l. 2. ſum. caſu 513.* addunt *Sotus & Vega*, etiam ſi iuramentum adſit, non eſſe cogendum, niſi multa ſperentur commoda, & nullum inconueniens timearur.

Tertia ſent. multo probabilior, docet prius monẽdum 4 eſſe, & ſi renuat, cogendum eſſe per cenſuram: (addit *Enrique c. ſtatim citandus*, & per carcerem,) niſi attẽtis circumſtantijs prudenter arbitretur iudex, ex inuitis nuptijs grauia mala & ſcãdala timeri, vt perpetuas diſſenſiones, iurgia inter cõiuges, virum relicta vxore diſceſſurum: & hoc eſt quod *c. Ex literis, el 2. de ſponſal.* dicitur, cogendum eſſe niſi rationabilis cauſa obſtiterit: & ita intelligitur *c. Requiſiuit, eod. t.* vbi dicitur non eſſe cogendum: intellige, quãdo rationabilis cauſa obſtiterit: & conſtat ex ratione, quam textus ſubiungit, ibi, *cum coactiones difficiles ſoleant exitus habere.* Vel poteſt exponi *d. cap. Requiſiuit*, ibi, *monenda eſt potius, quam cogenda*, id eſt prius: vt habetur *d. cap. Ex literis.* Et ita *gloſſ.* explicat *d. c. Ex literis, verb. Compellas, & ibi Innocent fine, Alex. de Neuo nu. 28. Goffred. ſumma, tit. de ſponſ. n. 10.* Probatur prima pars huius ſententiæ, ſcilicet cogendũ eſſe, ſiue ſpõſalia iurata ſint, ſiue nõ, ex *d. c. Ex literis*, vbi habetur eſſe cogendũ. Secundò, quia iudex tenetur ex officio cõpellere ad reddendum vnicuique quod ſuum eſt & ex iuſtitia debitum: ſed contrahens ſponſalia tenetur ex iuſtitia ſeruare fidem, quamuis ea non iuraritt: vt probaui diſp. 27. nu. 2. Ergo tenetur iudex ipſum compellere. Et confirm. quia hæc compulſio ratione iniuſtitiæ admiſſæ locũ habet, quæ ſiue ſponſalia iurentur, ſiue non, committitur. Tertiò, quia Eccleſia non tantum iurantẽ, ſed ſimpliciter promittẽtem compellit: *c. 1. 2. & 3. de pactis, & c. Iuramenti, 22. q. 5.* Nec obſtat *d. c. Ex literis.* ad coactionem pondetate iuramentum: quia narrat facti contingentiam, non autem eo quod ſoli iuramento ius compellendi innitatur. Prob. autẽ ſecunda pars, nõ eſſe compellendũ, quãdo grauia ſcandala timentur,

tur. Quia iudicis est compellere, vbi fini matrimonij expediret (ex fine enim desumenda est necessitas mediorum.) sed in eo casu non expedit fini matrimonij cogere, sed potius mutuum obsequium, quod ipsius finis est, impediretur, & perturbabitur. Item quia tunc iudex coactionem denegans, actori fauet, vitat enim ipsius graue damnum, vt si petenti proprium gladium ad se necandum, iudex denegaret. Tandem, quia expedit Ecclesiam minus malum permittere, vt maius vitet, maius autem malum est scandala & perpetuas inimicitias oriri, quam fidem sponsalium frangere: iuste igitur Ecclesia hoc permittet, gratia illud vitandi. Et ideo hanc sent. tenent, siue sponsalia firmata sint iuramento, siue sola fide, *glos. ca. 2. de sponsal. verb. Interpositione*, vbi *Abb. n. 4. Alex. de Neuo nu. 13. Felin. nu. 14. Hostien. cap. De illu, el 2. de despons impub. fin.* vbi *Ioan. Andr. n. 4. Anton. n. 5. Anchar. n. 4. Henricus n. 7. idem Henricus c. Requisiuit, de sponsal. n. 3.* vbi *Alex. de Neuo* dicés esse communem, *n. 10. Præpos. n. 2. idem Abb. c. Ex literis, el 2. de sponsal. n. 3. idem Felin. c. 1. de pactis, num. 12. Couar.* dicens oppositum sent. esse erroneã. *4. decret. 1. p. c. 4. initio nu. 3. Rosella verb. Sponsalia, nu 3. Brunel. de sponsal. concl 16. num. 10. Alex. Carrerius l. 1. de sponsal. ca. 11. Greg. Lop. l. 2. verb Quando, & l. 7. verb. Apremiar, el 1. tom. 1. p. 4. Lancelot. inst. iuris canon. l. 2. t. de sponsalib. verb. Compelli, Perez lib. 5. ordin. t. 1. l. 1. fol 3. §. Ex his infertur, Gutier.* dicens esse receptissimam in tribunalibus Ecclesiasticis, *de iuramen. 1. p. ca. 51. nu. 4. & quæst. canon. l. 1. q. 18. n. 10. Menoch. cons. 386. n. 1. vol. 4. Azebedo lib. 5. recop. t. 1 l. 1. nu. 15. & 16.* & ex Theologis *Palacios 4. d. 27. disp. 2. f. 609. fine, & seq. Enrique l. 11. de matrim. cap. 13. n. 4. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 43. art. 1. dub. 3. Iud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 38. f. 1048. & seq.* Et pro eadem sent. sunt alij DD. qui absolute dicunt contrahentem sponsalia, cogendum esse, nec distinguunt iuramento firmata sint, nec ne. Sic *glos. cap. Sic quippe, 27. quæst. 2. verb. Queritur, Goffredus sum. t. de sponsal. n. 10. Bald. l. 1. C. de sponsal. nu. 7. Card. c. Ex literis, el 2. num. 3. fin. de sponsal. Turrecr. c. Vbi non est, 30. q. 2. ar. 7. nu. 8. lex 7. t. 1. p. 4. & ibi Montalu. Sylvest. ver. Sponsalia, qu. 4. fin. Sarmiento lib. 1. selectar. c. 5. num. 5. Navar. l. 4. cons. in 2. edit. t. de desp. impub. cons. 2. fine, Ant. Cucus l. 5. instit. t. maior. t. 10. num. 20. & 21.* Et ex Theologis *D. Bonauen. 4. d. 29. q. 3. Palud. 4. d. 27. q. 1. ar. 2. n. 14. D. Ant. 3. p. t. 1. ca. 18. fin. Pet. de Soto, lect. 18. de mat. §. Quo ad primum, Phuliarc. de offi. sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. c. 1. §. Sponsalium.*

5 Hoc tamen fatendum est, quando iuramentum sponsalia firmarit, studiosius compellendum esse promittentem ratione maioris vinculi, & religionis iuramenti. sic *Abb. c. Ex literis. el 2. de sponsal. n. 4. Alex. de Neuo, ca. Requisiuit, cod. t. n. 10. Rosella verb. Sponsalia n. 3. Greg. Lop. l. 7. verb. Apremiar, el 1. t. 1. p. 4. Perez lib. 5. ordin. t. 1. l. 1 f. 3. § Ex his infertur.*

6 Cum autẽ iudex à coactione desistere debet ob scandali timorem, necesse est, vt id iuridicè sibi constet: vt tenet *Petr. de Ledesm. de matrim. q. 43 a. 1. dub. 3.* Verum id necessarium esse minime credo: totum enim id negotium arbitrio & prudentiæ iudicis videtur esse commissum, vt videtur probari ex *c. Requisiuit, de sponsal.* ibi, *monenda est potius quam cogenda, & c. 2. eod. t.* ibi, *commonendi sunt, & omnibus modis inducendi:* quare credo sufficere, vt iudex ex circumstantijs, quas præ oculis habet, prudenter arbitretur ea scandala sequenda esse.

7 Deinde id concedendum est primæ sent. iudicem prudenter debere procedere absque strictissima coactione, ne consensus requisitus ad matrim. deficiat: quare si sponsum ita obstinatum esse videat, vt libere matrimonio cõsentire repugnet, monitione potius, quam exactissima coactione vtatur: & hoc est, quod sensit *c. Requisiuit, de sponsal.* ibi, *monenda est potius, quam cogenda.* Sic *Vortum c. 1. de pactis, nu. 30. Couar. 4. decret. 1. p. c. 4. init. num. 5. Alex. Carrer. 1. de sponsal. cap. 11. Ant. Cucus l. 5. instit. tit. maior. t. 10. n. 20. & 21. Menoch. cons. 386. n. 2. vol. 4. Azebedo lib. 5. recop. t. 1. l. 1. n. 16. Gutier. de iuram. 1. p. c. 51. n. 4. Zuniga de voto q. 1. à num. 53.*

8 Hinc infertur iudicem si censura lata, viderit sponsum esse pertinacem, nihilque censuram prodesse, absoluturum esse à censura, quamuis sponsus absolutionem minime petat. Pro hac parte est *glos. cap. 2. de adulter. fin. Innocent. c. Ex literis, el 2. de sponsal.* vbi asserunt finaliter non esse compellendum: & docent *Ioan. Andr. d. c. Ex literis, n. 12.* vbi *Ant. nu. 11. & 12. Anchar. n. 5. Henric. n. 4. Præpos. fine, Gutier de iuram. 1. p. c. 51. n. 4.* & ex Theologis *Phuliarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. c. 1. Iud. Lop. 2. p. instruct. de matr. c. 38. f. 1049.* Quare non est audienda *glos. d. c. Ex literis, verb. Compellas, & c. Sic quippe. 27. qu. 2. verb. Queritur:* nec *Goffred. sum. t. de sponsal. nu. 10.* vbi dicunt finaliter compellendum esse: & addit *Goffredus* nunquam absoluendum esse donec pareat.

Demum obseruandum est, iudicem vtriusque fori competentem esse ad hanc coactionem, dummodo de sponsalium valore minime agatur, quo casu solus Ecclesiasticus adiri posset: dum autem sponsalia certa sunt, iuxta allegata & probata, (certa, inquam, fiunt, id est probatur esse contracta, nec an valida sint, lis est:) potest iudex secularis ad ea compellere, quamuis iuramẽto confirmata sint: siquidem cogit ad aliorum contractuum fidem non violandam. Sic *Abb. c. Ex literis, el 2. de sponsal. n. 4. Rosella ver. Sponsalia, n. 3. Brunel. de sponsal. concl. 16. n. 6.* Vnde infertur intellectus ad *l. 7. t. 1. p. 4. fin.* ibi, *esta apremia debe ser fecha por la santa Iglesia*, intelligitur enim regulariter, quia communiter opponitur, vel sponsalia non fuisse valida, vel esse legitimam rescindendi causam, de qua solus Ecclesiasticus cognoscit: vbi autem hęc minime opponuntur, competens est etiam iudex secularis.

Ad arg. 1. sent. proposita nu. 2. ad textum constat ex dictis n. 4. Ad 2. dico metum excommunicationis, quando iuste infertur, non cadere in virum constantem: vt diximus l. 4. disp. 14. n. 2. Deinde non adhibetur stricta & absoluta coactio, sed si promittens recuset ad tempus excommunicatur, per modũ medicinæ, & si sit pertinax, absolutitur, ne liber consensus desideretur: vt diximus nu. 7. & 8.

DISPVTATIO XXX.

Vtrùm in contractu sponsalium pœna apponi possit, soluenda per frangentem fide ipsorum?

SVMMARIVM.

Quotuplex sit pœna, & de qua sit præsens disputatio, n. 1.
Non valet pœna, & est veniale eam apponere, n. 2.
Quid si apponatur inter contrahentium consanguineos, vel amicos, vel eos, qui possunt grauia damnum contrahentibus inferre, vel tuerem, &c.
Quid quando promissa illa pœna per parentes facta nullo modo necessitatem inducat contrahentibus, n. 4.
Quid si apponatur inter extraneos, nu. c. vbi quando de mandato parentum, vel contrahentium apponunt extranei, n. 5.
Quid si promittatur pœna inter contrahentem, & extraneum, n. 6.
Quid si apponentes pœnam non deducant sponsalia, per viam promissionis obligationis, n. 7.
An valeat pœna apposita circa conditionem non contrahendi matrimonium, n. 8.
An valeat pœna circa matrimonium non dissoluendum, n. 9.
An valeat fauore matrimonij pœna, vt ne vir teneat concubinam, n. 10.
Quid si pœna est modica, n. 11.
An per modum interesse valeat pœna. Prima opinio, valere, n. 12.
Secunda, non valere, nisi dolose aliter se habuerit, n. 13.
Tertia distinguit, n. 14.
Sententia auctorum, n. 15.
Valet promissio soluendi interesse, sub nomine impositæ, non sub nomine pœnæ, n. 16.
Soluuntur argumenta, n. 17.

SVPPONENDVM est in contractu sponsalium posse interuenire, aut pœnam, aut arram, quæ datur in signum contrahendi matrim. aut pignus, & fideiussores. Intuper pœna est duplex, quædam quæ vere pœna est, quæ cõsistit in proprio patrimonio minuendo, vt cum adijcitur pœna sponsalibus soluendæ certæ quantitatis per frangentem hdem: alia autem, quæ cõsistit in non acquirendo aliquo lucro, quæ non est propriè pœna, vt dum legatur, vel promittitur aliquid Titio, si vxorem duxerit, vel ab vxore ducenda abstinuerit: non est autem hæc propriè pœna, quia non implens, nihil deperdit, sed solum non lucratur, agendum est igitur in seq. disp. primò de pœnis: deinde de arris, pignoribus, & fideiussoribus. Præsens ergo disputatio est de pœna, quæ vere pœna est, diminuens proprium patri-

patrimonium,an valide adiiciatur contractui sponsalitiũ.

2 Prima concl. pœna adiecta contractui sponsaliu m,est prorsus irrita: quare violans fidem non tenetur in vtroque foro eam soluere. Sic definitur expresse *c. Gemma, de sponsal. & l.Titia.134.ff. de verb.oblig.& l.fin.C.de sponsal.& l. 39.tit.11.p.5.* Et ratio est, vt matrimonij libertati consulatur,ne timore pœnæ soluendæ coactè ineatur, & hæc concl.est omnium. Verùm sola culpa venialis esset adicere pœnam:quia cum ea minime valeat, & subinde non compellat ad matr.non videtur res adeo grauis. Sic *Caiet. sum.verb.Sponsalia, & ibi Armil. n.14.* & culpam continere probabitur amplius,disp.32.n.11.

3 Secunda concl.non tantũ pœna est irrita,dũ per ipsos sponsos apponitur,sed etiam quando inter eos, qui ipsos sponsos ita iure sanguinis attingunt, vt probabile timore, vt inducantur ad matrim.ne consanguinei pœnã soluant. Prob.quia eadem ratio prohibitionis militat in hoc casu. Item quia *c.Gemma, de sponsal.* annulat pœnam constitutam à parentibus sponsorum.Et ita tenent *gloss. l. Titia,in princ.v.Matrimonia.ff.de verb.oblig.*vbi *Bart.n. 1. Imola n.4.Iason n.12. Alciat.n.10.Ioan. Andr.d.c.Gemma,n.2. & 9.fin.* & ibi *Host. Anton.n.7. Anchar.n.6.Card.n.3.q. 4. Abb.n.9. Henric.n. 2.* & 3. *Alex.de Neuo n.18.Prepos.n.7.Guillem. Bened. c. Raynutius. de testam.verb. Qui cũ alia.n.98.Socin cons.3.vol.1.Rosella verb. Sponsalia n.7.*vbi *Sylu.q.8.dict.1. Angel.n.14. Brunel. de sponsal. concl.16.n.6.Matth.de Perusio inter consulta matrim. Zileti,cons. 6.n.5.Conar.4.decret.2.p.c.3.§.7.n.5.Greg. Lop.d. 39.v. Quicren, t.11.p.5. Villalobos in commun.lit. P.n.87. Anton.Gabr.in mea edit.tom.2.commun.l.14.verb.Pœna,f.103. Ant. Cucus l.3.anstit. maior t.12.n.193.Matienzo lib.5.recop.t.1.in rubr.gloss.1.num.2. Azebedo lib.cod.t.2.l.2.n.3.Gratian.reg.83.n.15. Iud.Lop. 2. par. institut.de matrim.c.41.initio.* Idem dicendum est, quando apponitur inter ita stricta amicitia coniunctos sponsis,vt probabile sit eos timore ductos, ne amici pœnam soluãt, contracturos matrim.Sic docent *iidem DD. & Bald.l.fin.n.* 10.*C.de sponsal.*vbi *Alberic.n.5.Saluc.ibi n.12.Cuman.d.l. Titia, princ.n.8.*vbi *Paul.n.2.Matienzo dialogo relatorum 3.p.c.17 nu.* 8. Idem dicendum est, quando promittentes pœnam, possunt graue damnum contrahentibus inferre, nisi contrahant:quia similiter matrimonij libertas impeditur, timore enim ne eos offensos habeant, iacturam pœnæ facientes,contrahent:vt si promittentes sint, oppidi domini.Sic *Anton. Alex.de Neuo, Prepos.ibid.*Idem eadem ratione dicendum est, quoties pœnam promittentibus, sponsi subditi sunt:vt si sint eorum tutores. Sic *Specular.t.de sponsal.§.Primo igitur,n.2.Bart.cons.45.fine,vol.1. Alberic.l.fi.nu.5.C. de sponsal.Iason d.l.Titia.in princ.n.12.*vbi *Alciat.n.10.*

4 Hæc tamen conclusio intelligenda est,quando promissio pœnæ ita concepta est,vt matrimonij necessitatem inducat,ne ea incurratur:vt si parentes, vel sponsis coniuncti promittat pœnam, in eo euentu, quo matrim. minime sequatur:tunc enim non valebit:secus autem,quando promiserunt sub certa pœna se facturos,& curaturos, vel absolute matrim.filiorum,vel coniunctorum,(tunc enim resoluitur promissio in se facturos, & curaturos, vt dixi disp.24.n.11.)valet enim promissio pœnæ; quia tunc desinit omnino prohibitionis ratio, nulla enim necessitas sponsis matrim.ineundi, imponitur,timore, ne parentes, aut coniuncti pœnam incurrant: quia si hi cutent vt matrim.sequatur, eo minime secuto eximuntur à pœna: vt dixi disp.25.n.3.Item,quia tunc pœna minime eadit supra filiorum,aut coniunctorum matrim.sed super factũ ipsorum promittentium,nempe curam, & diligentiam adhibendam,vt matrim.sequatur:vt constat,quia hac adhibita,siue sequatur,siue non,matrimonii, minime debetur: at solum prohibetur sponsalibus adiicere pœnam. Tandem, quia hac pœna non arcetur matrimonii libertas, sed inducuntur parentes, vel coniuncti ad curam adhibendam.Et ita tenent *Imola d.l.Titia,in princ.n.4.*Et clarius *Alciat.ibi n.11.*quod verissimũ est: quamuis *Bald.l.fin.n.* 10. *C.de sponsal.*id reprobet,dicens in neutro casu valere.

5 Tertia concl.pœna apposita inter omnino extraneos ipsis sponsis, qui ipsos nullo modo ex dictis n.3.attingũt, valida est,quia nullo modo impeditur matrimonii libertas,eo quod nihili faciunt sponsi, si omnino extranei pœnam soluant.ita docent *vniuersi DD.alleg.nu.3. & specul. cit. ibi,in fin. Acosta l.Cum tale,§.Si arbitratu, limit.4.n.4.ff.de condit.& demonstr.* Quod accipiendum est, si extranei absque dolo nomine proprio, pœnã ex propriis bonis soluendã, spondeant,secus si mandato sponsorum, vel parentum, pœnam promittant:quia tunc haberent regressum contra mandantes.& ex eorum bonis soluenda esset: vnde eadẽ esset ratio prohibitionis.Sic *Host.sum.t.de sponsal.nu.2. Bald. l.fin.n.10.C. de sponsal. Anton.c.Gemma,de sponsal.n.7.fin. Cumanus d.l.Titia,in princ.n.8.*vbi *Imola n.4.Iason n.12. Alciat.n.* 10. *Matth.de Perusio inter consilia matrim.Zileti,consil.6.n.7.*

Quarta concluſ.non valet promissio pœnæ facta inter sponsum,& extraneum,vt si sponsus promittat extraneo pœnam,ni perfecerit sponsalia. Quia impeditur matrimonii libertas. Sic *Anchar.d.c.Gemma n.6.*vbi *Henricus n.4. Prepost.n.7.Salic.l.fin.n.12.C.de sponsal.Matth.de Perusio cit.nu. præced.*addit bene *Henr.eo n.4.* secus esse si extraneus promitteret pœnam contrahenti, valet enim, ac si extraneo promitteret:quia non impeditur matrimonii libertas. 7

Aliqui intelligunt. vt valeat promissio pœnæ inter extraneos, quando se obligant deducendo sponsalia contrahenda,non per viam principalis obligationis, sed per modum cuiusdam conditionis ad pœnam: vt si dicunt, Promittimus hanc pœnam, si Petrus non duxerit Mariã: tunc enim valet:secus si deducant in pactum, sponsalia per modum principalis obligationis, & pœnam vt tali obligationi accessoriam: tunc enim non valebit pœna, tanquam accessoria matrimonio,quod debet esse liberũ, vt si extraneus promittat sponsalia nomine Mariæ, adicta certa pœna nomine suo. Sic *Hostiensis d.c. Gemma,* vbi *Henricus n.3.Villalobos in commun.lit.P.n.88.* & videtur tenere *l.39.t.11.p.5.* Sed verius est,vtroque modo valere.quia neutro impeditur libertas in contrahentibus. Sic *Anton.d. c.Gemma n.7.*vbi *Anchar.n.6.Abb.n.9. Alex.de Neuo,n.18. Rosella, Ang.Sylu.Greg.Lop.alleg.n.3.Mat.de Perusio alleg.n.5.fin.* 8

Dubitabis tamen,quid dicendum sit, si mulier promisit alicui se non nupturam sub certa pœna. *Alberic.l.fin.C. de sponsal.n.10.* refert aliquos distinguere,dicentes valere, si ad certum tempus sit prohitio matrimonij, secus si in perpetuum:& alios dicentes valere in vidua, secus in virgine,qui omnes ea ducuntur ratione,quod in legatis reiicitur ea conditio perpetua in virgine,secus in vidua, vel si sit temporalis. Sed merito has sent.improbat *ibi Alberic. & ipsum sequens Alciat.d.l.Titia,in princ.n.5.* & docent minime valere in quouis illorum casuum. quia aliud est spe lucri ad matrim.inuitari,vel ab eo separari,quod in legatis,sub ea conditione contingit:aliud vero metu pœnæ amittendæ libertatem ad contrahendum matrim. requisitam auferri:quod contingit in præsenti contractu. 9

Quinta concl. similiter non valet pœna de matrimonio contracto dissoluendo,vt si ponatur pœna,si vir, vel vxor dissoluerit matrim.per ingressũ religionis,casu quo potest:vel accusauerit alterũ de adulterio,vel ex alia causa iusta petierit diuortiũ;quia omnimodam libertatem desiderat ius in matrim.& constat ex *d.l Titia, in fine principij,* ibi,*inhonestum visum est vinculo pœnæ matrimonia astringi, siue futura,siue iam contracta.* & docet *ibi gloss. v. Matrimonia,* & *ibi Cuman.n.1.Host.d.c.Gemma.*& *ibi Cardon.fin. Alex.de Neuo, n.9.Prepos.n.13. Ant.Cuc.l.5.institut.maior.t.12.n.191. Alciat.d.l. Titia. in princ.n. 6.* vbi optime addit, cum hodie attenta cuag. lege, repudia non sint licita,valet stipulatio pœnalis,si coniux repudiet coniugem,tamquam iuri cõformis.

Sexta concl. valet pœna fauore matrimonii, vt ne vir teneat concubinam.Sic *Bald.dict.l.in fin.* vbi *Alberic. nu.9. Iason d.l.Titia,in princ.n.19.Prepos.d.c.Gemma,n.13.* 10

Dubitabis tamen an valida sit pœna, quando est modica,attenta contrahentiũ dignitate:quidam enim valere affirmant,eo quod minime reddat timidiores contrahentes,ne libere contrahãt. Sic docent *Cynus l.fin.C.de sponsal.* 11

Ioan. Andr. c. Gemma, de sponsal. n. 9. vbi Henric. n. 10. Probabilius tamen est minime valere, qui a omnes textus citati n. 2. indistinctè pœnam prohibent, eo quod sit contra bonos mores in contractu, qui tantam libertatem desiderat, pœnam apponere. Item, quia cum pœnam adiicere odiosum sit, extendendum non est c. Odia. de regul. iur. in 6. Tandem quia l. Neque ab initio 14. C. de nupt. iunct. Authent. glos. verb. Necessitatem, itabetur promissionem 10. nummorum, minimè valere, cum tamen modica quantitas sint. Ita Bart. l. Titia in princ. in 4. ff. de verb. obl. vbi Cuma. n. 4. Imol. n. 6. Iason n. 21. Alciat. n. 11. Anton. c. Gemma, de sponsalib. nu. 8. vbi Anchar. q. 6. Card. n. 2. Abb. n. 8. Alex. de Neuo, n. 15. Præpos. nu. 9. Salicet. l. fin. n. 10. C. de sponsal. Rosella verb. Sponsalia. n. 7. vbi Angel. n. 14. Sylvest. q. 9. dict. 2. Villalobos in commun. litter. a P. n. 85. Matth. de Perusio inter consilia matrim. Zoleti, cons. 6. n. 17. & 2. & 3. Montaluus l. 39. fin. t. 11. p. 5. & ibi Greg. Lop. v. La pena, Couarr. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 7. n. 5. Alex. Carrei l. 1. de sponsal. c. 5. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. in rubr. glos. 2. n. 2. Arzobedo col. t. l. 2. n. 3. Iud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 41. nouiss. & c. 36. prope fin. Nec obstat ratio in contrarium adducta, quia quauis modica sit pœna, aliquantul ù impedit libertatem, & si non impedit, est per accidens: & in quodam speciali casu, què leges non considerant. l. Nam ad ea, ff. de legibus: ius autem contractum hunc omnino liberum, pœnæque nomunem esse voluit.

12 Tandem non modica difficultas est, an esto pœna, vt pœna minimè valeat, nec exigi possit, an saltem si alterius sponsorum interfit, damnumque patiatur, possit pœna exigi ratione interesse, in quantum interest, quando alterius culpa matrim. non iuitur. In quo triplex est sententia. Prima ait posse peti interesse, siue lucri cessantis, siue dani emergentis, vt si sponsi intereat matrim. perfici, eo quod sponsa locupletissima erat, nec ita locupletem inueniet. Sic gloss. licet dubitans, l. Titia, in princ. verb. Matrimonia. ff. de verb. oblig. idem videtur tenere gloss. vnica, l. 2. ff. de sponsal. idem tenet Card. cap. Gemma, de sponsal. n. 3. q. 4.

13 Secunda sententia ait, neutrum lucrum peti posse, nisi sponsus violans fidē, dolo inierit sponsalia, vt alter sponsus damnum illud patiatur. Prob. quia ob solutionem interesse timidior redderetur sponsus, ne à sponsalibus recedat, & ita plena matrimonij libertas impediretur: quæ fuit ratio prohibendi pœnam. Secundò, quia ius solum concedit arras l. fin. C. de sponsal. Tertio. quia lex Titia, in princ. ff. de verb. oblig. omnino irritat pœnam, quæ tamen valeret aliquo modo, si ratione interesse peti posset. Quartò, quia sciens, vel scire debens stipulationem pœnalem irritam esse, sibi imputare debet expensas factas in irriteti stipulationi irritæ. Et ita docent Hostiens. sum. t. de sponsal. §. 1. n. 2. Bart. d. l. Titia, in princ. n. 3. vbi Cumanus n. 1. Imola n. 5. Iason n. 18. Alciatus nu. 7. Alberic. l. fin. n. 6. C. de sponsal. Ioan. Andr. c. Gemma, de sponsal. nu. 7. Anton. n. 8. fin. Anchar. n. 12. Abbas n. 11. & Iacob. de Arretio, què ibi refert: Henricus n. 6. Rosella v. Sponsalia, n. 7. Ang. n. 16. Sylu. q. 8. dict. 2. Brunel. de sponsal. concl. 16. n. 8.

14 Tertia sent. ait exigi posse interesse consistens in damno emergenti, vt si alter sponsus ratione sponsalium expensas fecerat, non autem consistens in lucro cessanti, quod ex matrimon. prouenire debebat. Prob. quia interesse damni non potest species pœnæ appellari, sed refarctio damni: at lucrum cessans non potest dici propriè lucrum. nam matrim. minime ad lucrum illud dirigitur, nec ius ad illud habetur, nisi matrim. iam contracto. Sic tenet Dynus d. l. Titia, in princ. Bald. l. Sponsalia. ff. de sponsal. n. vnico, vers. In ea glossa, & l. fin. n. 9. C. de sponsal. vbi Salic. nu. 13. Alex. de Neuo, d. c. Gemma, n. 20. vbi Præpos. n. 12.

15 Sit concl. hæc tertia sent. est multo probabilior, sane intellecta, vt bene eam explicant Bald. Salic. & Præpos. proximè citati, nempe, quamuis promissionis pœnæ virtute, interesse damni peti non possit, eo quod promissio illa omnino inualida, nullam obligationem pariat: peti tamen potest ratione iniustitiæ à violante fidem admissæ, licet enim ea promissio pœnæ adiecta non esset, teneretur iniustus fidei violator hoc interesse restituere: sicut iniustè recedens à quocumque alio contractu: huic autem iuri naturali petendi damnum, stipulatio illa pœnalis nihil esse potest: tantum enim illa iure redditur irrita, non autem amplius decernitur, vt in pœnam illius amittatur exigendi damnum subsecutum ab iniustè resiliente.

Hinc infertur valere promissionem soluendi interesse sub nomine interesse, quamuis non valeat sub nomine pœnæ. Sic Anton. d. c. Gemma, n. 9. fin. & ibi Alex. de Neuo n. 2. explicans bene de interesse damni, non autem de interesse lucri, ratione dicta n. præc.

Ad argum. præpolita n. 13. dico, ad 1. non obesse interesse illum ortum ex pœna intrinsecè, & ex natura rei nexa sponsalibus: nam etiam timidior redditur recedens sponsalibus ob lethalem culpam, quam admittit: qui autem tenetur soluere interesse damni, ex natura rei & æquum, sicut omni peccato iniustitiæ: ius vero cum cum solam pœnam extrinsecam vetat. Ad 2. fateor sufficere loquendo de matrim. solum concedere arras, vel in omni iniustitiæ peccato iura vniuersa restitutionem damni præscribunt: resilire autem absque causa sponsalibus, iniustitiæ crimen est. Ad 3. fateor stipulationem illam omnino esse irritam, nec virtute illius peti posse interesse, sed ratione iniustitiæ: vt explicui nu. 15. Ad 4. interesse deberetur ratione stipulationis illius irritæ, imputare deberet stipulans, non autem ratione illius ob iniustitiam admissam, debetur.

DISPVTATIO XXXI.

An esto pœna sponsalibus adiecta minimè debeatur, & nulla sit, si soluatur, teneatur recipiens restituere.

SVMMARIVM.

Prima sent. tenet, & idem in lucro pecunia credita comparato, &
Secunda verior, non tenetur, & idem in illo lucro, n. 2. & solum
repetitio.
Soluuntur argum. & explicatur l. 8. & 9. t. 7. lib. 8. recop. Castella
initio n. 2. & l. final. C. de sponsal. explicatur n. 3.

DISPVTATIONEM hanc à nemine tactam inuenio, in alio simili, nempe in lucro comparato pecunia credita, disputant DD. Duplex igitur est sent. Prima affirmans recipientem restituere. probatur, quia promissio pœnæ est omnino irrita, nullasque vires habet, vt c. fin. in fin. C. de sponsal. ibi, *si cautio pœnam stipulationi adiecta fuerit interposita, ex vtraque parte nullas vires habebit.* Ergo videtur soluat tenetur recipiens restituere: probo consequentiam, quia cum soluens, nō gratis donet, sed virtute promissionis pœnalis, si transferretur dominium in recipientem, immunisque à restitutione euaderet, magnas vtique vires ex parte illius haberet promissio, & falso diceretur, ex neutra parte vires sortiri. Et confirm. si aliquis vere ductus soluat, quod metu coactus promiserit, existimans se illud debere ex ea promissione, tenetur recipiens restituere vt bene probat P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 297. Sed hic errore ductus soluit pœnam, credens se creditorem, cùm vere non sit, ergo tenetur recipiens restituere, 2. recipiens nullum ius habet ad pœnam, cum promissio irrita nullum ius pariat, ergo tenetur restituere. Hanc sent. in alio simili, nempe in lucro comparato pecuniis debitibus pecunia credita, tenent aliqui DD. dicentes restituendū esse, iuxta leges Castellæ 8. & 9. t. 7. l. 8. recop. *damos por ningunas qualesquier obligaciones, o escrituras, o fianças, que las tales personas cerca de esto hizieren*, eo quod haberet modi promissionem lucrum soluendi, irritam reddit. Hi sunt Sotus l. 4. de iust. q. 5. a. 2. fin. in 2. edit. ante solut. 4. Alexter l. de ludo c. 30. Metina l. 1. sum. c. 14. §. 29. Gutier. de p. c. 53. n. 1. & dicit esse tutiorem Iud. Lop l. 2. de contr. f. 387. Idem igitur dicerem in nostro casu, cum in vtroque æque reddatur irrita promissio iure humano. Et hæc sententia est satis probabilis.

Secunda sent. probabilior, ait recipientē minime teneri restituere, donec iurídice exactus, ad restitutionē compellatur. Prob. quia iura tantum irritant promissionem soluendi pœnam, quod est dicere, promittentem non

teneri soluere, quod vtique fatemur: at nullo pacto significant dominij translationem in recipientem, impediri, eumq; inhabilem effici ad retinendum: cum ergo pœnalia sint, extendenda minimè sunt ad hoc. Et confirmatur ex *l. Generaliter, 36. ff. de verb. oblig.* vbi dicitur stipulationes turpes nullius esse momenti, & tamen probabilissima sententia habet, esse ad hanc sensum nullius momenti, vt stipulans minimè teneatur soluere, si tamen soluerit, recipiens immunis sit à restitutione. Secundò, quia si bene inspiciantur cæteri textus stipulationem hanc pœnalem irritantes, solum denegare videntur actionem exigendi pœnam promissam, & tutum reddere promittentem à solutione, vt constat ex *c. Gemma, de sponsal.* ibi, *mandamus, quatenus si est ita, eundem B. vt ab extortione prædicta pœna desistat, Ecclesiastica censura compellas.* & *l. Titia, 134. ff. de verb. oblig.* ibi, *respondi ex stipulatione, qua præponeretur, cum non secundum bonos mores interposita sit, agenti exceptionem doli mali obstaturam.* & *l. 39. §. 1. ff. 17. §. 5.* ibi, *aquel que fizo la promision por el que no la quiere fazer, non cumplir, que non es tenudo de pechar la pena.* Nec mirum esse debet hoc, quia in aliis simile videmus: legatarius enim in minus solemni testamento relictus, iuxta opinionem, quam sequitur *Sotus l. 4. de iust. q. 5. a. 3. Alcoçer l. de ludo, cap. 23. Burg. de Paz l. 3. Taur. q. 5. n. 1482.* non tenetur legatum receptum restituere, cùm tamen hæres minimè teneatur illud soluere. Et hanc sent. docent in alio simili, dicentes perdentem ludo pecunia credita, non teneri soluere, si autem soluat, accipientem non teneri restituere: & *leges Castella n. 1. tit.* quæ promissionem irritant, intelligi ad eũ tantũ effectũ, vt perdens soluere minime astrictus sit. *Perez lib. 4. ord. t. 4. l. 9. vers. Sea tenudo, & cebedo lib. 8. recop. t. 7. l. 8. n. 8. P. Molin. to. 2. de iust. tract. 2. disp. 515. §. Quo ad secundam Enriquez l. 7. de indulgent. c. 35. n. 6. Bañez 2. 2. q. 32. a. 7. Aragon eod. a. 7. Salon. 22. ante q. 62. qu. de domin. a. 6. f. 560. & seq. Manuel 1. tom. sum. in edit. c. 189. n. 9. Vega l. 3. summ. c. 23. & 288.* & dicit esse satis probabilem *Lud. Lop. l. 2. de contract. c. 22. f. 387.* & eam tenuerunt multi viri Theologi, & iurisperiti doctissimi, vt refert *Alcoçer l. de ludo c. 30.* & ipse dicit eã esse probabilem. Sic ergo in nostro casu dicendũ est. Conceditur tamẽ soluenti repetitio pœnæ solutæ: quia quãuis turpiter stipulatus fuerit, nec turpiter, nec pro re turpi solui. vt bene probat *Alciat. l. Titia, in princ. n. 6. ff. de verb. oll.*

3 Ad 1. argum. negatur conseq. quia ad hunc sensum dicitur promissionem ex vtraque parte nullas vires habituram, quia neutra rem promissam soluere tenetur: non tamen vt soluta restituenda sit. Ad confirm. dico maiorem esse veram, quando solutum per errorem, est omnino indebitum, obnoxiumque restitutioni: secus quando nec est omnino indebitum, vt contingit in pœna promissa: solum enim indebita est, ad hunc sensum, vt promittens soluere non teneatur. Ad 2. nego anteced. solum enim priuatur iure exigendi, & quo ad hunc effectum est promissio irrita, non autem iure retinendi.

DISPVTATIO XXXII.

Vtrùm pœna contractui sponsalium adiecta, firmetur iuramento: & si soluatur, possit repeti, siue obtenta, siue non obtenta iuramenti relaxatione?

SVMMARIVM.

Iuramentum contra bonos mores non obligat: & explicatur reg. Non est obligatorium, de reg. iur. in 6. & an ex iuramento inique exacto adquiratur aliqua obligatio exigendi, vel soli Deo, n. 1. & explicantur c. Verum, & c. Si vero, de iureiur. quæ eorum explicantur, n. 2.

Quoties iuramentum non obligat, seu non valet, non est necessaria eius relaxatio, n. 2.

An differat inter hoc, iuramentum confirmat contractum, vel non confirmat: obseruandum tamen est, & obligat ad Dei honorem, n. 3.

Quãdo iuramentũ obligat sed non firmat contractũ, manet innatum, vt antea erat: quando vero firmat, efficitur validus & irritari nequit, n. 4.

Quando iuramentum non confirmat, habita relaxatione potest venire contra contractum. & manet innatum, secus quando confirmat, n. 5.

Quando confirmat, non datur absolutio, nec falsa solutione satisfit, nec potest repeti, secus quando non confirmat. n. 6. & ibi quid importet dictio, Consulto.

An dum non firmat, facta solutione possit repeti absque iuramenti relaxatione. & quid si fuit iuramentum de non repetendo, n. 7.

Iuramentum tunc non confirmat contractum quando contractus prohibetur ob publicam vtilitatem, secus quando ob priuatam, n. 8.

Qui iudo prohibetur ob publicam vtilitatem, non obligat iuramentum, nec indiget relaxatione, n. 9.

Quid si pr. habito feratur in personas, & non in ipsum contractum, n. 10.

Quando censeatur contractus ob bonum publicum prohibitus, & quando ob priuatum, n. 11.

Quando contractus est reprobatus adeo creditorie, quia in eo versatur turpitudo, non confirmatur iuramento, sed est iuramentum seruandum, & est locus repetitioni, relaxato iuramento, n. 12.

An debeat esse hæc turpitudo aduersus ius naturale, n. 13.

Quando non est turpitudo in recipiente, non committur momentanea solutione, posse dum repetendo, n. 14.

Potest Episcopus relaxare hoc iuramentum, vt soluendi vsuras, vel quãdo metu extorquatur, quando versatur turpitudo ex parte creditoris, n. 15. vbi quid quando est iuramentum faciendi id, ad quod alias tenebatur, & explicatur c. Debitores, de iureiur.

An sit necessarium petere relaxationem antequam iurans in periurium incidat non implendo, vt ea concedi possit, n. 16. & ibi frustra legis auxilium imploratur, qui in legem delinquit.

An possit commutari, vel relaxari per diploma cruciatum, concedens voterum commutationem, aut dispensationem, vel inuentorum, siue tertij præiudicio, n. 17.

An possit iurans accipiens soluat, adeo inditum, vt compellat partem remittere iuramentum. & quis iudex sit competens, n. 18. & ibi, an index laicus possit hoc iuramentum remittere.

Quæ, & quot sint difficultates disputanda, n. 19.

Posit n. 19. sequentes alia summaria.

QVÆSTIO hæc grauissima est, & ideò ad illius, & aliarum quæstionum, quæ passim disputantur de iuramento firmanti contractus solutionem præmittenda sunt aliquot fundamenta. Primum est explicatio *regulæ, Non est obligatorium, de reg. iur. in 6.* vbi habetur iuramentum contra bonos mores præstitum, nó esse obligatorium: dupliciter enim potest esse contra bonos mores, aut ciuiles, aut naturales: contra bonos mores ciuiles esse dicitur, quia licet res promissa in se non sit peccatum, inde tamen bonis moribus, quos in bene instituta republica seruari decet, potest facile præiudicium afferri: contra naturales autem esse dicitur, quando res promissa impleri non potest absque culpa lethali, vel veniali: dum ergo dicitur iuramentum contra bonos mores non obligare, intelligitur, quando est contra bonos mores naturales, secus quando solũ est contra bonos mores ciuiles. Ita tenent multi, quos refert *Conar. de pact. 34. in princ. n. 1.* idem cum multis aliis *Mischata de succes. creat. §. 28. n. 9. & seq. Gutier. de iuram. 1. p. c. 40. n. 4. P. Molin. to. 1. de iust. tract. 2. disp. 151. in solut. ad 1.* quamuis *Conr. ipse* hanc cõmunissimam distinctionẽ impugnet. Hoc tamen necessario fatendum est, tunc tãtum iuramentum homini præstitum, nó obligare, quando promittitur res, quæ absq; culpa saltẽ veniali impleri non potest. Sic *Abb. c. Cũ contingat n. 7. de iureiur.* & fatetur *Conar. eod. n. 1. vers. Tertio constat P. Molin. co tract. 2. disp. 149. §. His exemplis, 2. & to. 2. tract. 2. disp. 271. f. 117.* Vnde quoties ex parte iurantis res est licita, saltem ad redimendam vexationem, quãuis is cui iuramentũ præstatur, iniquè extorserit iuramentũ, est validũ, & obligatoriũ: vt constat ex *c. Debitores, de iureiur.* vbi dicitur obligare iuramentũ soluendi vsuras, quia promittentes, absque culpa ad redimendã vexationẽ iureiurando pollicitus est: ide cõstat ex *c. 2. de pact. in 6. & c. Cum contingat, de iureiur.* vbi traditur omnino seruandum esse iuramentum, cuius obseruatio non vergit in dispendiũ salutis æternæ: qua ratione iuramentum rei licitæ metu extortũ obligat. *c. Verum, & c. Si vero, de iureiur.* cuius rationem egregiè reddit *D. Thom. 2. 2. q. 89. a. 7. ad 3.* & ipsum sequuntur *Cardin. cons. 137. col. 2. Anton. d. c. Si vero, nu. 5.* vbi *Imol. n. 6. Alex. de Neu. c. 2. eod. t. nu. 5. Fortun. de vlt. fin. illat. 22. nn. 463. 464. Rolandꝰ. cons. 2. n. 77. vol. 1. Gutier. de iuram. 1. p. c. 37. n. 20.* quia ex iuramento duplex oritur obligatio, altera expressa facta homini & ex hac parte, iuramentum turpiter extortum, non obligat: homo enim nullum ius per iniustitiam acquirit: altera Deo, qui in testem inuocatur. atq; ita tenetur iurãs Deo seruare, quod per nomen suum promisit, si licitum sit. Quod clarè significatur, *c. Debitores, de iureiurando*, ibi, *si vero*

vero de ipsarum solutione iurauerint, cogendi sunt reddere domino iuramentum, vbi non dixit vsurario, quia ipse nullum ius acquisierit, sed domino. Vnde optimè *Couar. de pact. 2. p. §. 3. n. 2. vers. Primũ ex hoc intellectu*, probat, nec secundario acquiri obligationem creditori, ex ea promissione iurata.

2 Secundũ fundamentũ, quoties iuramentũ nõ obligat, seu non valet, non est necessario relaxatio, vt in simili de excõmunicatione inualida habetur *c. Solet, de sent. excomm. in 6.* Sic *Imola c. Cum contingat, n. 32. de iurei.* Fel. *c. 2. n. 2. eod. t.*

3 Tertium fundamentum est, latissimum est discrimẽ inter hæc, iuramentum confirmat contractum, & non confirmat contractum, sed obseruandũ est ob diuini nominis honorem, donec relaxetur: vt docet *Bart. l. Si quis pro eo, n. 10. ff. de fideiuss. Abb. c. Cum contingat, n. 8. versic. & c. 1. n. 12. de iureiur. Felin. eod. c. 1. n. 26. Paul. authent. Sacramenta puberum, n. 3. & ibi Iason n. 38. C. si aduer. vendit. Couar. de pactis, 2. p. §. 1. nu. 7. vers. Quicquid sit, & sequent. Caldas l. Si curatorem, verb. Minoribus n. 3. C. de in integr. restitut. Barbos. l. 17. §. n. 73. fin. & l. Alia 25. § Eleganter, n. 32. ff. solut. matrim.*

Et quod attinet ad præsens, triplex inter alias reperitur
4 differentia. Prima est, quando iuramentum obligat, nõ tamen firmat contractum, dimittitur cõtractus in sua natura, & si erat inualidus, adhuc manet inualidus: quia iuramentũ tunc temporis nullũ vinculum addit cõtractui, sed tantum obligat in ordine ad Deum, ne testis falsus sit, vt dixi n. 1. & cũ contractus sit in ordine ad hominẽ, cui per iuramentum hoc, nullum ius acquiritur, inde est, vt contractus ille nullam vim ex iuramento sortiatur. sic *Iason authẽ. Sacramenta, C. si aduers. vend. 38. Ant. Gom. 2. var. c. 14. n. 21.* At vero, quando iuramentum confirmat contractum, licet secluso iuramento esset nullus, efficitur firmus & irreuocabilis ratione iuramenti vt tradunt omnes, *c. Cum contingat. de iureiur. & c. 2. de pact. in 6. & d. authẽ. Sacramenta.*

5 Ex hac ortur secunda differentia, quando contractus non firmatur iuramento, sed iuramentum seruandum est, relaxato iuramento potest immediate veniri contra contractum: non enim obstat contractus, quia nullus erat: nõ iuramentum, quia relaxatione extinctum est. At si contractus firmetur iuramento, quamuis aliquando ratione læsionis, concedatur relaxatio, manet tamen validus contractus. Quia cum ex iuramento habuerit firmitatem, nõ debet cessante causa confirmami, rescindi, non superuenienti causa annullanti, *reg. Factum legitime, de reg. iur. in 6.* quare non statim potest veniri contra contractum, sed absolutio operabitur, ne incurratur in periurium, impugnãdo contractum. Sic *Angel. de Perus.* quem refert & sequitur *Abb. c. 1. de iureiur. n. 12. Ant. Gom.* multos referens *2. var. c. 14. n. 21. Greg. Lop. l. 6. t. 29. verb. Debe. p. 6.* & licet *Panorm. c. Cum contingat. de iurciur. nu. 9. fin. & ibi Alex. de Neuo. lit. Felin. c. 1. nu. 26. fin. eod. tit.* videantur censere contrarium, exilimantes, *contractum irritum manere iuramento relaxato, quoties* à solo iuramento robur accipiat: at intelligendi sunt, quando *absolutio plene concessa est ab ipsa contractus iurati* obligatione: quæ concedi non debet, *nisi iudici constet* causa plene discussa, contractum minime esse seruandum. Sic *Alciat. d. c. Cum contingat. n. 44. Couar. de pactis. 2. p. §. 1. n. 7. fine Gutier. d. authen. Sacramenta puberum, n. 22.*

Tertia differentia est, si contractus firmetur iuramẽto,
6 non licet amplius contrauenire, nec peti potest absolutio nec facta solutione datur repetitio, sed contractus omnino firmus & irreuocabilis manet: quod *significant ea verba d. authẽ. Sacramenta, ibi, inuiolabiliter custodiantur*: & verba *illa c. 2. de pactis, in 6. ibi, omnino seruari debebit.* Vt ibi animaduertunt *Dominic. n. 3. Francus n. 4.* nam dictio, Omnino importat, absque aliqua dispensatione: quia est dictio præcisa, vt docet *Iason l. 1. n. 3. ff. de iurisd. omn. iud. Alberic. in dictionar. verb. Omnino, Bertachin.* alios allegans, *in repertorio, eodem verb.* & ita importat præcisam executionem, *glos. clem. 1. verb. Omnino, de vita & hon. cler. Præpos. c. Tua, de sponsal. nu. 10. initio.* Vnde *Tiraq. Si vnquam, C. de reuoc. don. v. Reuertatur, nu. 78. & 79.* multos referẽs, ait significare, sine vlla exceptione, sine remedio, & ad vnguẽ: & n. 81. multis relatis ait, excludere omnem gratiam, & dispensationem: quod idem multis relatis docet *Mation. c. 10 lib. 5. recop. in rubr. gloss. 1. n. 39.* Si autem id iuramentum tantum obseruandum esset ob Dei reuerentiam, remedio relaxationis esset locus. Et cõfirm. quia non eo rigore loquitur textus, *c. Debitores, de iureiur. in.* vbi iuramentum non firmat contractum, sed solum ob Dei reuerentiam seruandum est. Et ita docent *Francus d. cap. 2. n. 1. Iason d. authẽ. Sacramenta puberum, num. 41. Couar. de pact. 2. p. §. 3. nu. vers. Secundo infertur, Caldas l. Si curatorem, C. de integr. restitut. verb. Minoribus, n. 3.* & ratio est, quia per talem contractum iuratum, acquisitum est iu tertio; cum enim ex parte ipsius nulla versetur turpitudo, iuramentum non tantum in ordine ad Deum, sed etiam in ordine ad ipsum, obligat, iusque parit. Quando vero iuramentum non firmè contractum, sed propter Dei honorem est seruandum, licitum est petere relaxationem, quæ facile concedenda est à prælato: quia cũ nullum ius acquiratur homini cui præstatur, sed soli Deo, vt dixi n. 1. prælatus, qui Dei vicarius est, potest eius nomine, relaxare, adestque iusta relaxandi causa: cum Deus solum acceptarit in fauorem illius tertij, cui nullum ius acquisitum est. Si autem nolit iuratis relaxationem petere, satisfaciens si statim vt soluat, repetat: quia iam impleuit iuramentum, & alter iniuste eam retinet. Sic *Bart. l. Si quis pro eo, n. 10. ff. de fideiuss. Iason d. authẽ. Sacramenta, nu. 41. Couar. de pactis, 2. p. §. 3. n. 2. in princ. Rominal. Instit. quibus alien. licet, in princ. n. 207. Caldas d. n. 3. proxime citato.* Et quamuis aliqui dicant illum contractum non firmari iuramento: & tamen non concedi absolutionem, nec repetitionem: sed vtrumque tantum concedi, quando non firmatur in odium creditoris, in quo est turpitudo, vt in iuramento soluendi vsurarias. *Anton. d. c. Cum contingat. n. 8. ad medium, & ibi Abb. nu. 8.* quo idem admittit *ibi Alciat. n. 76.* quantum ad absolutionem, quam denegandam esse dicit, nisi turpitudo sit in recipiente: dicit tamen *ibi & n. 75.* concedi repetitionem, quamuis non sit turpitudo in recipiente. Cæterum verum est, quod ex communi sententia diximus, concedi absolutionem, & repetitionem, quoties iuramentum non firmat contractum.

Hinc infertur, vbi iuramentum non firmat cõtractum, si solum sit de soluendo, facta solutione impletum est, & absque aliqua relaxatione posse solutum repeti, *c. audientiam, de his quæ vi, ibi, non obstante iuramento præstito, non ad non repetendum sed ad resignandum, solum modo tenebitur* sic *glo. ibi, verb. Resignandum. Hostien. ibi super vett. Non obstante Ioann. Andr. n. 2. Anton. n. 9. Anchar. n. 4. Abb. ibi in princ. n. 1. Couar. de pact. 2. p. §. n. 2. in princ. Gutier. de iur. 1. p. c. 55. nu. 8.* Si autem iuramentum fuit etiam de non repetendo, nõ potest solutum repeti ante iuramenti relaxationem. potest tamen ea concedi, cum nullum ius tertio acquisitum sit, & ea cessante potest solutũ repeti, *& contractus reuocari*: vt docent *glos. Hostien. Anton. Anchar n. 6. Abb. not. ab. 2. Couar. Gutier. nu. proxime citat. Bart. l. Si quis pro eo, n. 10. ff. de fideiussor.*

Sed rogabis quando iuramentum firmet contractum,
quando autem non confirmet, & obseruandum tit? Res est valde difficilis, longissimamq; disputationem admittans: verum quod attinet ad præsens, breui duplici regula explicabo. Prima regula sit, *quoties actus in fauorem publicæ* ea principaliter prohibetur, non confirmatur iuramentum, secus quãdo principaliter *ob priuatam vtilitatem, quamuis secundario*, & minus principaliter publicã vtilitatem contineat. Prob. ex *c. Si diligenti. de for. compet.* vbi decidit *irritum esse pactum iuratũ quo fori priuilegio clericus renunciat*, eo quod id priuilegium in totius clericalis status fauorẽ concessum sit. Et ratio est manifesta, quia iuramentum cõfirmat contractũ, modo nõ sit contra bonos mores, nec in præiudicium tertij, *c. Cum contingat. de iureiur.* vnde non confirmat, quando est contra publicam vtilitatem principaliter, quia illi tanquã tertio præiudicium principaliter, nec priuatus fauori publico renunciare potest, sed suo tantum: at quãdo est solus fauor publicus secundario, & in consequentiã, lex canonica de eo nõ

alm non oriatur magnum præiudicium bono publico, & renunciet is, cuius principaliter interest, & inde est, vt tunc iuramento confirmetur: & cõstat ex, c.2. *de pactis in 6. & auth. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit.* vbi contractus minorũ fauore, nulli confirmãtur iuramento: & ex *c. Cum contingat, de iureiur. & c.2. eod.t. in 6.* vbi alienatio fundi dotalis mulierum fauore, nulla, firmatur iuramento: item quia pacto priuatorum potest iuri priuato, non autem publico, derogari, *c. Si diligenti, de foro compet. & l. Iuris gentium, §. Si pactum, ff. de pactis.* Hæc regula quamuis negetur ab Imola, *d.c. Cum contingat, n.35.* est verissima, & ea tradunt *Bart. l. Si quis pro eo, n.7. & 8. ff. de fideiussor. Anto. d.c. Cum contingat, n.8. initio, & n.16. & ibi Abb. n.22. vers. Octauus casus, Alex. de Neuo ibi, n.6.27. & 35. Alciat. ibi, n.27. & sequent. Corneus d. auth. Sacramenta, n.48. & ibi Paul. nu. 8. & 9. ibi in repetit. Humber. de Bonenco n.115. & 120. Couar. de pact. 2.p. §.1. nu. 1. & 5. Anton. Gom. 2. var. c.14. n.24. & 26. Minchaca de success. creat. l.3. §.28. n.21. Rumin. al. inst. quib. alien. licet. in princ. nu.217. Ant. Gab. in mea edit. to.1. commun. l.9. t.618. Matienzo l.5. recop. t.2. l.2. glos.3. n.15. & 17. Gutier. de iur. 1.p. c.38. n. 15. Seraphin. 2. lios referens, de privil. iuramenti privil. 61, n.13.*

9 Imo quãuis *Corneus d. auth. Sacramẽta, n.48.* asserit id iuramentum appositum contractui prohibito principaliter ob publicam vtilitatem, relaxatione indigere; verius tamen est non indigere, sed omnino inualidum esse. probatur ex *c. Si diligenti, de foro comp.* vbi postquam statutum est irritum esse pactum iuratum, quo clericus foro renunciat, sic dicitur, *cum non sit beneficium hoc personale, sed potius toti collegio Ecclesiastico indultum, cui priuatorum pactu derogari non potest: nec iuramentũ licite seruari potuit, quod cõtra canonica statuta, illicitis pactionibus informatur.* ergo manifeste sentit textus, iuramentũ contra publicam vtilitatem nõ posse licite obseruari. & subinde non indigebit relaxatione. Et confirmatur quia ea nõ indiget; quãdo est in præiudicium tertii, *c. Cum contingat, de iureiur.* ergo à fortiori, quando bonũ commune lædit. Sic *Ant. d.c. Cum contingat, n.8. initio. Abb. n.22. v. Octauus casus, Al. de Neuo, n.27. Alc. n.29. Paul. d. auth. Sacram. n.9.*

10 Nec admittenda est limitatio huius regulæ, quam tradit *Bart. d. auth. Sacramenta, n.15. & l. Si quis pro eo, n.9. ff. de fideiussor.* quem sequuntur alii relati per *Gutier. d. auth. Sacramenta, n.35.* vbi ait, contractum principaliter, & primario interdictum ob priuatam vtilitatem, firmari iuramento, quando prohibitio legis fertur in ipsum contractum, vt ti lex præscribat non incundum esse contractum absque certa solẽnitate, secus si prohibitio feratur in personas: vt si lex sic decernat, nullus minor contrahat: tunc enim nõ firmatur iuramento. Sed hæc limitatio communiter reiicitur à multis: quos referũt & sequuntur *Couar. de pactis 2. p. §.2. n.7. Gutier. d. auth. Sacramenta, n.36. & seq.* vnde decendum est in vtroque casu firmari contractum iuramento.

11 Quæres tamen, quando contractus principaliter prohibeatur ob bonum publicum, & secundario ob priuatũ? Id explicant *Couar. de pactis, 2.p. §.1. n.6. & Matienzo lib.5. recop. 2. t.2. glos.3. n.18.* sic, *quãuis omnis lex primo & principaliter intendat bonum commune, at quando disponit de rebus priuatorũ, quia vtilitas immediatè detertur priuatis, dicitur* quoad executionem esse principaliter ob vtilitatem priuatam: vt dum *disponit de minorum contractibus, siue curatorũ auctoritate non celebrandis:* quando autem *disponit de rebus publicis, quia vtilitas immediatè resultat toti reip. dicitur principaliter intentione, & executione,* dirigi ad bonum commune. Vt dum disponit ne equi, aut arma, *aut pecuniæ regno extrahantur.* Quod idem clarius explicuit *Minchaca de succes. creat. libr.3. §.28. n.24.* vt tunc dicatur lex primario, & principaliter dirigi in executione, *ad priuatam vtilitatem, quando ex eius transgressione, bonum commune immediatè nõ læditur:* vt ex *alienatione fundi dotalis, nõ enim magis reip. interest, vt perueniat ad virum, quã ad alium ex ciuibus:* similè est, de legibus, ne minor contrahat absque curatore, ne vir conueniatur vltra quam facere potest. Quia in vtroque casu, quod minor amittit, vel à viro exigitur, apud aliquem ex ciuibus eiusdem reip. permanet. Secus autẽ est de legibus, ne pecuniæ, aut equi de regno extrahantur; immediatè enim regnum ipsum læditur, manens pauper; & indefensum. In dubio autẽ quoties lex disponit de commodo pecuniario, videtur principaliter fauorem priuatum respicere, & secundario publicum: vt Bartolum referens tradit *Alciat. c. Cum contingat, n.29. de iureiur.*

Secũda regula sit, quando contractus primo & principaliter prohibetur propter priuatam vtilitatem, semper firmatur iuramento, nisi reprobatus sit odio creditoris, in cuius fauorẽ iuratur, quia in ipso est turpitudo: tunc enim nõ confirmatur iuramẽto, quamuis iuramentũ seruandũ sit, donec relaxetur, & facta solutione potest solutũ repeti: vt dixi n.7. vt quando materia prohibita est, vt receptio vsurarum, vel iuramentum iniquo metu extorquetur: in vtroque enim casu creditor iniquè agit tenetur q; iure naturali accepta restituere. Probatur, tunc nõ confirmari iuramento ex *c. Cum contingat, de iureiur. & c.2. eod. tit. in 6. & c. 2. de pactis, in 6. auth. Sacramenta C. si aduers. vend.* qui text. decernunt iuramentum, minorum cõtractibus, dotisque alienationi, adiectum, esse omnino seruãdum, (id est, absque aliqua dispensatione, & remedio, vt dixi n.6. nisi vi, vel dolo præstitum sit) ergo à contrario sensu non est omnino seruandum, sed relaxationi locus est, vbi metus, aut dolus interfuit, & subinde contractũ minime cõfirmabit. Item ex *c. Debitores, de iureiur.* vbi iuramentũ soluendi vsuras, præcipitur obseruari, & statim conceditur repetitio. & ratio est, cur non confirmetur iuramento, ne sit vinculum iniquitatis, contra *c. Quanto de iureiurand.* vim tribuens cõtractui iniuste extorto: ratio autem cur obseruandum sit, est, ne Deus in falsum testem adducatur: quam latius explicui n.1. fine. sic docent *Bart. l. Si quis pro eo, n.10. ff. de fideiuss. & ibi Angel. Paul. d. auth. Sacramenta, n.8. & 9.* vbi *Corn. in repetit, n.40. & ibi Humbert. de Bonenco, in repetit. n.128.133. Anton. d.c. Cum contingat. n.8. ad mediũ, & ibi Abb. n.22. vers. Octauus casus: Alciat. ibi n.76. Couarr. de pactis, 2.p. §.3. nu.1. Gutier. de iuram. 1.p. c.40. n.5. vers. Non obstat, Barbosa l. Alia, 15. §. Eleganter, n.52.53. ff. solut. matrim. P. Molin. to.2 de iustit. tract.2. disp.515. pag.1682. & seq. §. Dubium est vtrum.*

Et debet esse hæc turpitudo de iure naturali, & diuino, 13
nam si est de iure humano, confirmabit contractum iuramentum: supplet enim id vitium: vt patet ex *c. Quamuis pactum, de pactis, in 6.* sic *Anton. c. Cum contingat. de iureiur. n.8. ad medium, Bald. ... Non dubium, nu.26. C. de legib.* & videtur clare tenere *Couar. de pactis, 2.p. §.3. n.2. vers. Secundo infertur*, vbi reddit rationem, cur contractus, quo quis iurat soluere vsuras, non firmatur iuramento: quia is contractus iure naturali nullus est omnino, nullamq; inducit obligationem, & non tantum iure humano: & *Gutier. de iuram. 1.p. c.40. n.5. vers. Non obstat*, vbi dicit requiri, vt turpitudo illa sit iure canonico, & *non tantum iure ciuili, aduersa.*

Hinc infertur, quãdo contractus est propter solam pti- 14
uatam vtilitatẽ reprobatus, nec id fit in turpitudinis creditoris odium, effici per iuramentũ, inexpugnabilem, nec impleri iuramentũ, momentanea solutione, statim repetendo. *Nec obstat sine causa esse rem solutã penes alterũ, & non sponte, sed metu perueniri, & sic posse repeti, saltem condictione sine causa: quia iuramentũ efficit firmũ contractum,* purgatque vitiũ nullitatis iure ciuili inductæ, & ita non sine causa, sed causa illius contractus res est apud alterum. Sic *Anton. d.c. Cum contingat, n.8. ad medium, Paul. d. auth. Sacramenta, n.8. & 9. Couar. de pactis, 2.p. §.3. n.2. vers. Secundo infertur, vbi merito improbat Bart. l. Seius & Augerius, n.4. ff. ad l. Falc.* dum dixit contractum à lege prohibitum in odium creditoris, confirmari iuramẽto, licet detur repetitio debitori, post solutionẽ. Sed hoc (inquit *Couar.* (falsum est, quia nec contractus talis firmatur iuramento, & si firmaretur, nõ daretur repetitio, vt dixi *n.6. vnde melius cẽset idem Bart. l. Si quis pro eo, n.10. ff. de fideiuss.* dum ait hunc *contractũ non firmari iuramẽto, & ideo dari repetitionẽ.*

Secundo infertur posse Episcopum relaxare iuramen- 15
tum, quando versatur turpitudo ex parte creditoris reci-

pientis: quia nullum ius ipsi acquiritur, sed lege iustitiæ tenetur restituere: & ita in iuramento soluendi vsuras docent *Innoc. c. Debitores, in fin. de iureiur.* vbi *Ant. n. 7. Abb. c. 1 nu. 6. eod. t. & ibi Alex. de Neuo nu. 14. & Imola n. 3. D. Ant. 2. p. t. 10. c. 6. §. Decimus casus, Nauar. sum. lat. in noua edit. c. 20. n. 17. Cõuar. 1. var. c. 4. n. 5.* & omnes in hoc conueniunt: tenemq; discendum est de iuramento metu extorto. Nec obstat, *c. Si vero, & c. Verum de iureiur.* vbi dicitur huiusmodi iuramenta solere a summis Pontificibus relaxari: quia respondent *Abb. eod. c. Verum n. 2. & Alex. de Neuo, ibi n. 3.* Pontificem narrare factum, non tantum quasi ea potestas sola Pontificis summo conueniat: vnde posse Episcopum relaxare, docent *Innoc. c. 3. de his quæ vi, n. 2. & c. Debitores, de iureiur. n. 2.* vbi *Anton. n. 7. Panor. c. Verum. eod. tit. n. 2. & ibi Alex. de Neuo nu. 3. Fel. 1. 1. eod. tit. n. 15. Angel. Iuramentum 6 motu, Sylu. Iuramentum 4. q. 7. dub. 1. & Iuramentum 5. q. 3. Tabiena, verb. Iurare, qu. 20 n. 21. D. Anton. & Cõuar. proxime cit. Enrique c. li. 7. de indulg. c. 35. n. 6. in comm. Iur. Q. A. Molin. to. 1. de iust. tract. 2. disp. 149. f. 842. Petr. de Led. de matrim. q. 47. a. 3. dub. 5. quod tamen circa 3. argum. §. Sed adhuc est aduertendum, Manuel. 1. to sum. 2. edit. c. 192. nu. 9.* Et generaliter quoties meſt turpitudo ex parte recipientis, sed scienter iurans patitur iniuriam, potest Episcopus relaxare, eadem ratione: vt docent *Abb. c. 3. de his quæ vi, n. 9. Imola c. Si vero n. 4. de iureiur. Angel. Sylu. Tabiena, Cõuar. Enri. ubi, Molina, Manuel, proxime cit. Idem Cõuar. de pact. 2 p. §. 3. n. 2. in prin. Aragon. 2. 2. qu. 89. art. circa solut. ad 3. concl. vlt.* Imò idem dicendum est, quamuis metu coactus aliquis sit ad iurandum se factũrum id ad quod alias tenebatur: potest enim petere ab Episcopo relaxationem, ne periurus sit non implendo: quia iniuriam passus est violenta iuramenti extorsione. Sic *Host. c. Ad nostram, el. 3. paulo post princ. super v. vero. Tale sunt de iureiur. & ibi Innoc. n. vnico, Ioan. Andr. n. 5. Abb. n. 3. Al. c. de Neuo n. 15. idem Abb. a. Perutio, n. 3. eod. t. & ibi Alex. de Neuo n. 6. Cõuar. reg. Peccatum, 2 p. §. 3. n. 7.* quam gloss. *d. a. Perutio, v. Extorsit*, significauit contrariumiam enim seruandum esse iuramentum, in eo, in quo iurans tenebatur de iure communi. Hinc infertur immerito trepidasse *Sotum l. 8. de iust. q. 1. a. 7. in solut. ad 3. an 4. membro respons. ad. 20.* vbi ait non consuesse Ecclesiam relaxare iuramentum, in quo est iniuria, sed quo metu extorquetur, quia *c. Debitores, de iureiur.* dicitur iuramentum soluendi vsuras implendum esse, nec ibi solutionis mentio fit, quamuis (inquit *idem Sotus*) non esse absurdum, hoc iuramentum relaxare. Sed immerito trepidauit: cum nullum enim est posse relaxari, quoties recipiens turpiter recipit: vt late probauit *& c. Debitores*, supplendum est per *c. Verum, & c. Si vero, de iureiur.* vbi in iuramento metu extorto dicitur concedendã esse relaxationem, ratione iniuriæ illatæ: & cũ ibi nunquam reseruetur, censetur concessa Episcopo, per *c. Nuper, de sent. excom.* quare cum simplex iniuria vertetur in iuramento soluendi vsuras, & quoties est turpitudo ex parte recipientis, idem de his iuramentis dicendum est.

16 Quidam hoc temperant dicentes posse concedi relaxationem, petitam antequam iurans in periurium incidat, eo quod tranſactum sit tempus intra quod se soluturum iurauerat: sed tunc cogendum esse soluere, & postea repetere posse, & ratio est, quia adhuc perseuerat in peccato nõ soluendo, & quia frustra legis auxilium implorat, qui in legem committit, *c. Quia frustra, de vsuris.* Sic *Gard. c. Debitores, de iureiur. fin.* vbi *Innoc. n. 8. Abb. d. c. 1. eod. t. n. 13. & ibi Fel. n. 28. Cõuar. de pact. 2 p. §. 3. n. 2. vers. Hæc autem, Brunerus in suo cõpendio, lat. l. v. Iurans soluere vsuras.* Intelligunt tamen hoc *Panor. & Felin. ibi*, quando perseuerat in peccato, secus, quando nõ perseuerat, vt si iuramẽt se non contrauenturu venditioni, & semel iam contrauenit. Similiter temperat *Fel. ibi*, nisi ex aliqua causa à periurio excusetur. Verum quicquid sit in foro externo, in quo nõ est certa hæc limitatio, imò verius est relaxationem concedi admisso iam periurio: quod docent *Anton. d. c. Debitores, ad fin. & ibi Alexand. de Neuo, n. 17. fin.* quia hic ad duo tenetur ex iuramẽto, scilicet ad soluendum termino præfixo, & ad simpliciter soluendũ eo tranſacto, *c. Dilecti, de dolo, & l. Celsus, ff. de arbitr.* vnde quamuis periurus fuerit non soluendo termino præfixo, potest relaxationem petere, ne deinceps soluere constringatur. Quicquid (inquam) sit in foro externo, verum in foro conscientiæ, non video cur non obstante periurio, excludatur ab obtinenda iuramenti relaxatione: nec ob eam petit, perseuerat in peccato, cum iam ad Ecclesiam confugiat, gratia consulendi sibi, vt à peccato eximatur.

Dubitabis tamen vtrum ititamẽta hæc contractui adiecta, an quo est turpitudo, & iniustitia in creditore, possint per diploma cruciatum, & priuilegia religiosorum, concedentia votorum commutationem, commutari? Affirmant aliqui: quia soli Deo acquiritur ius, vt diximus n. 2. & proinde voti rationem inducunt, non aliter quam si soli Deo iuramentum fieret: in quo casu posset vtique commutari. Sic *Bart. à Lede. dub. 23. de matrim. post 3. cons. f. 1354. Manuel 1. tom. sum. 2 edit. c. 231. n. 4. & c. 189. n. 9. & c. 244. n. 4.* Cæterum oppositum credo: quia bulla, & priuilegia locũ concedunt vota, & priuilegium Soc. Iesu solum concedit vota iuramento firmata: at huiusmodi iuramentum, quia ius ex eo homini ius non acquiratur, non habet rationem voti, cum non fiat Deo, nec pietatis intuitu, sed reuera homini fit. Admitto tamen posse hæc iuramenta relaxari, vel commutari per diplomata, (si forte concedant relaxationem, vel commutationem iuramentorum absque tertij præiudicio: quia cũ ex his iuramentis non acquiratur ius tertio, ex illorum relaxatione non infertur illi præiudicium. Sic *Petr. de Led. de matrim. q. 47. a. 3. dub. 3. quod tamen circa 3. arg. §. Sed adhuc est aduertendum.*

Si autem iurans nolit hoc remedio relaxationis vti, potest adire iudicem, vt compellat creditorem remittere huiusmodi iuramentum, & cum hæc sit materia spiritualis, potest iudex Ecclesiasticus ad id compellere etiam laicos per *c. 1. de iureiur.* ibi, *mandamus quatenus creditores ad iuramenta super vsuris sibi soluendis præstita relaxanda, Ecclesiastica districtione cogatis.* & ita docent *ibi Abb. n. 3. Alex. de Neuo, n. 8. Cõuar. 1. var. c. 4. n. 5.* Potest etiam iudex secularis ad id compellere laicos: cum enim sit competens ad cogendum ad soluendum iuramentum, per text. in *c. 2. de iureiur. in 6.* eadem ratione potest compellere ad relaxandum. & hic docet *Abb. c. 2. n. 3. de iureiur. & ibi Alexan. de Neuo, nr. 10. Federic. & Ludo. Roma*, quos refert & sequitur *Felin. c. 1. de iureiur. n. 22. Rodericus* quem refert & sequitur *Greg. Lop. l. fin. verb. Que la fize, tit. 20. p. 3. Matth. de Affictis de iurisd. Neapol. 265. nu. 3. Cõuar. proxime cit. & de pactis, 2 p. §. 3. n. 2. in prin. Graticus reg. 272. n. 6. P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 149. f. 844. §. Aliud excipe. Quamuis Sylu. c. Cum sit generale, de foro compet. n. 7. vers. Limita tertio*, dubitauerit, an possit hoc iudex laicus. Hoc tamen intelligendum est, quando constat de recipientis turpitudine, & teneri ipsum relaxare: si enim dubium sit, solus iudex Ecclesiasticus erit competens. Tradit *Abb. d. c. 2. de iureiur. in 6.* vbi *Alex. de Neuo, n. 3. idem Alex. c. Cum contingat, eod. t. n. 19. Tabiena v. Iurare, q. 20. n. 21. Matth. de Affict. & Molin. proxime citati.* Vnde *Abb. d. c. Cum contingat, n. 15.* tenet quotiescumque opinionum varietate, redimi probabile dubium de iuramenti valore, non posse secularem de hoc cognoscere. Intelligitur etiam, quando res circa quam præstitum est iuramentum, alioquin pertinet ad forum laicum: si enim ad eum minimè pertineat, non potest iudex Ecclesiasticus de hoc cognoscere. Sic *Molin. proxime cit.* Imo iudex Ecclesiasticus nolente parte remittere, potest id præstare. Quia hoc ipsum est absoluere, nec relaxare, sed remittit decem mendo non posse iurantem aliunde per aduersarium, ratione illius iuramenti. Sic *Alex. de Neuo, c. 2. de iureiur. n. 9.* Quod maxime confirmatur per ea, quæ docet *Molin. d. disp. 149. f. 844. & seqq.* vbi docet posse potestates laicas relaxare iuramenta, dum id bono publico expedire: & latè id probat.

His ergo præmissis, duplex est disputãda difficultas, circa pœnã iuramẽto promissam. Prima est an iuramẽto confirmetur, vel saltem id iuramentũ ferendũ sit, donec relaxetur. Secunda, vtrũ sustinendo opinionem dicentem iuramentũ obligare: satisfiat illi momentanea solutione, tantum repetendo, concedaturque repetitio, & relaxa-

SVA-

SVMMARIVM.

Prima opinio, firmari iuramento, n. 20.
Secunda verior, non firmari, n. 21.
Id iuramentum non obligat, nec relaxatione indiget, n. 22.
Soluuntur argumenta, n. 23.
Post quem inuenies summaria, quæ desiderantur.

20 PRIMA difficultas est, an pœna contractui sponsalium adiecta, firmetur iuramẽto; duplex est sententia. Prima tenet id iuramentum obligare: & quamuis DD. illius præter Corneum, non explicent an firmet contractum, at clare id videntur sentire, cùm innitantur huic fundamento, iuramentum illud non esse contra bonos mores. Prob. esto promissio pœnæ peccatum esset, cuius tamen impletio non esset contra bonos mores naturales, cum omni culpa vacet. vt constat, quia licet promittere pœnam, prohibitum sit, soluere tamen nullibi prohibetur; ergo iuramentum illud confirmat contractum, & obligat. Et confirm. quia promittens mulieri nummos, vt copiam sui corporis faciat, peccat vtique, tamquam ad malum inducens, at si iuramẽto promissum soluere, tenebitur iuramentum seruare, quia soluere, peccatum non est, & iuramentum, quod absq; peccato seruari potest, obligat. *c. Cum contingat, de iureiur.* Secundò, quia nullibi probatur iuramentum hoc, nec promissionẽ, esse contra bonos mores: nam *l. Titia, in princ. ff. de verb. obl.* tantum dicitur hanc promissionem non esse secundum bonos mores, ex quo non infertur esse contra bonos mores, datur enim medium inter hæc, esse secundum bonos mores, & contra bonos mores, sicut inter, esse secundum legem, & contra legem, nempe, esse præter legem: & inter bonam, & malam fidem, est medium: vt notat *gl. l. 3. §. Gemera, verb. Non bonam. ff. de acquir. possess.* & inter velle, & nolle, est medium, nempe, non velle, nec nolle, *l. 1. vers. Scientiam, & ibi gl. verb. Velle. ff. de tribut. actio.* Nec obstat *d. l. Titia* asseri, inhonestum esse interponere pœnam, quia stat aliquid inhonestum esse, & tamen licitũ: iuxta vulgare axioma. Non omne quod licet est honestum. Tertiò, hęc promissio non prohibetur tamquam publicæ vtilitati aduersa, vt constat ex reg. tradita nu. 11. non enim magis interest reipublicæ, si pœna soluẽda maneat apud soluentẽ, quam apud alium extraneum, cui promissa est, & soluitur: ergo confirmans iuramento: contractus enim ob priuatam vtilitatem prohibitus, firmatur iuramento: vt dixi n. 8. Et confir. quia in creditore recipiente pœnam promissam nulla repetitur turpitudo, cum receptio illa nulli iuri aduersa sit, nec recipiens tenẽatur restituere, vt dixi disp. præc. n. 2. ergo talis cõtractus iuramento firmatur, iuxta hic tradita, n. 22. Quartò, quia ludus pecunia creditæ, & promissio soluẽdi in eo amissa, eodem pacto prohibetur, ac promissio soluendi pœnã in sponsalibus, vt disp. præc. n. 2. vtrobique enim non omnino est irrita promissio, sed tantum quoad soluendi obligationem, sed illa firmatur iuramento, vel saltem iuramentum obligat secundum omnes, vt statim nu. 24. & 25. dicemus. ergo idem dicendum est in promissione pœnæ. Sic tenet *Alexan. de Neuo, c. Gemma, de sponsal. n. 10. Corn. cons. 294 per totum*, & maxime *nu. 5. vol. 4. & Fortun. quamuis dubitans, magis in hanc inclinat, de vltimo fin. illatione 20. nu. 359. Humb. de Bonenco repet. auth. Sacramenta puberum, n. 233. C. si aduers. vendit. Tabiena v. Sponsalia, qu. 8. nu. 9. Armilla. 86. n. 21. Minchaca de success. creat. l. 3. §. 28. num. 15.* limitans nisi pœna per parentes interponeretur, eo quod verisimile sit fore, vt metu pœnæ filios ad contrahendum cogant: *P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 151. fol. 863.* Et hæc sententia est satis probabilis. Et aduerte ex ijs, quæ dicunt *Alex. de Neuo, & Humb. de Bonenco citati*, colligi ipsos sentire iuramentum quidem obligare, non tamen firmare contractum, aiunt enim esse locum relaxationi, & repetitioni, eo modo, quo in iuramento soluendi vsuras. de qua re statim, n. 24. & 25. disputabimus. Cæteri vero DD. quamuis expresse non asserant (dempto *Corneo nu. 5.* id expressè dicente) firmare contractum, sed dicunt obligare iuramen-
21 tum, id tamen expresse sentire videntur.

Secũda sententia probabilior, docẽt huiusmodi promissionem non firmari iuramẽto. Prob. talis promissio interdicitur propter vtilitatẽ publicam, nam ratio prohibitionis est, ob matrimonij libertatem, vt expresse dicitur *l. fin. C. de sponsal.* ibi, *cum in contrahendis nuptijs libera potestas esse debeat. & c. Gemma, de sponsalib.* ibi, *cum itaque libera matrimonia esse debeant.* Maxime autẽ reip. expedit, libera esse matrim. ex coactis enim iurgia, dissensiones, mala liberorum educatio, & (vt habetur *c. Requisiuit, de sponsal.*) pessimi exitus sequuntur: quare *Iaf. l. Titia, in princ. n. 17. fin. ff. de verb. obl.* ait fauore publico interdici hãc promissionem: ergo nõ confirmatur iuramento, iuxta regulam traditam n. 8. Secũdò, ea promissio est contra bonos mores naturales, cum culpa venialis sit, vt diximus disp. 30. n. 2. & constat ex *d. cap. Gemma*, ibi, *& ideo talis stipulatio propter pœnæ interpositionem, sit merito improbanda*: id est, tamquam improba damnanda: non enim dixit, negatiuè, sc. Non est probanda, sed priuatiuè, Meritò est improbanda, si enim negatiuè, dixisset, posset dici solùm denegare illi assistentiam, & actionem in foro externo: cùm autem dixerit, priuatiuè, improbandam esse, manifestè significat tamquam improbam cõdemnandam, iusque illi resistere, tamquam bonis motib. aduersæ: & *l. Titia, in princ. ff. de verb. obl.* ibi, *inhonestum visum est, vinculo pœnæ matrimonia astringi*: vbi similiter pondero, non dixisse, negatiuè, Non honestum, quod non arguit esse aliquid illicitum: multa enim licita sunt, quæ tamen non decent: sed dixisse, Inhonestum priuatiuè, quasi debita honestate priuetur promissio illa, alias nõ diceretur inhonesta, sicut lapis, cui visus non debetur, non dicitur cæcus, sed non videns: si ergo debita honestate priuatur, culpam continet, & non firmabitur iuramento. Et confirm. quia non tantùm ea promissio culpa est, sed etiam soluere pœnam promissam, quamuis enim tradere pecuniam illam promissam, gratuita donatione, culpa vacaret, at ea non vacat, dum traditur virtute promissionis illius: est enim approbare promissionem cui vtrumque ius, illam improbans, resistit, & libertati matrimonij aduersatur. vnde nõ est simile, dum impletur promissio iurata soluendi vsuras, vel metu extorta, quia ea promissio licita fuit ad redimendam vexationem, & ita vt iuramentum illud obliget, necessarium est eam promissionem ex aliqua causa iustificari, vt optimè docent *Cayet. 2. 2. q. 89. art. 7. circa solut. ad 3. §. Ad euidentiam huius, Soto l. 8. de iust. q. 1. ar. 7. circa solut. ad 3. vers. Hæc omnia. Aragon. 2. 2. q. 89. art. 7. concl. 2.* & omnes. cum ergo in nostro casu promissio illa pœnæ, non sit actus iustificatus, quin potius peccatum sit, & nulla ex parte iustificetur, non firmabitur iuramento. Et confirm. amplius ex *c. Si diligenti, de foro compet.* ibi, *cùm non sit beneficium hoc personale, sed potius toti collegio Ecclesiastico indultum, cui priuatorum pacto derogari non potest: nec iuramentum licite seruari potest, quod contra canonica statuta illicitis pactionibus informatur*: vbi pondero textum asserere iuramentum firmans pactũ, quo clericus foro renunciat, non posse licite obseruari ob duplicem rationem, alteram, quia hoc inter dictum est ob publicum status clericalis fauorem: alteram vero, quia id pactum illicitum est contra ius canonicum: sed vtraque procedit in nostro casu, quia promissio illa soluendi pœnam, illicita est, & vtroque iure prohibita ob publicam vtilitatem, ergo similiter iuramentum soluendi pœnam, non potest licite seruari, & subinde non firmabit contractum. Tandem, quia alias iuramentum esset iniquitatis vinculum, contra *c. Quando, de iureiur.* Vim enim obligandi tribueret promissioni iniquæ. Et ideo hanc sent. tuentur *Bart. l. Si quis pro eo, n. 6. ff. de fideiuss. & d. l. Titia, in princ. num. 11.* vbi *Angel. n. 1. Cuman. n. 1. Alciat. nu. 2. fin. Salicet. l. fin. nu. 11. C. de sponsal. Anton. 4. Cum contingat, nu. 8. de iureiur.* vbi *Alex. de Neuo n. 43. fi. & ibi Imola*, quamuis dubius, *n. 33. idem Alciat. ibi n. 25. Præpos. d. c. Gemma. nu. 2. Henricus Ferrar. additionibus ad Specul. tit. de sponsal. §. Primò igitur, super verb. Modicam arram. Bertachin. repert. lit. M. v. Matrimonium, qua forma contrahatur, vers. Matrimonium debet esse liberum à pœna, Brunel. de sponsal. concl. 16. n. 5. Couar. rubr. de testam. 2. p. n. 17. Anton. Gom. 2. var. c. 14. n. 24. Anton. Cucus l. 5. inslitut. maior. t. 12. n. 194.* Nec placet limitatio

mitatio *Alciati d.l.Titia,in princ.n.11.*vbi limitat, nisi pœna modica sit, tunc enim ait promissionem firmari iuramento. Sed melius cæteri,& ipsemet *Alciat. d.c.Cum contingat,n.25.*indistincte hanc sententiam docent. Nam etiam modica pœna iure canonico est prohibita, vt dixi disput.30. num.11.

22 Ex dictis manifeste infertur hoc iuramentum minime obligare,& consequẽter nulla indigere relaxatione, prout diximus hic,n.1.Probatur,quia est contra bonos mores naturales,& contra bonum publicum,in quibus casib. iuramentum non obligare,diximus hic n.1.& 9.& ita docent expresse *Salic l.fin.n.11.C.de sponsal.Alciat. d. c. Cum contingat, nu.25.* & quamuis cæteri DD.citati nu.præced. hoc tacuerint, & solum expresserint iuramentum hoc minime firmare contractum,stetque non firmare,& obligare, dum non relaxatur:vt probauimus n.2.& seq.manifeste tamen volunt hoc iuramentum non obligare,cum omnes illi ea ratione vtantur, quia est contra bonos mores, quo casu omnino est irritum: *reg. Non est obligatorium, de regul.iur.in 6.*

23 Ad primum arg. ex propositis n.20.constat ex dictis n.21.vbi probauimus promissionẽ, & solutionẽ esse peccatum.Ad confirm. dispar est ratio, quia promissio illa soluendi pecunias,nullo modo est mala,imo bona,& actus iustitiæ, cum sit promissio soluendi mercedem debitam pro vsu corporis venali, & si aliquam malitiam habeat,ea est omnino extrinseca,ratione inductionis ad malũ: qua nullo modo vestitur solutio: at vero promissio soluendi pœnã, est omnino illicita contra matrimonij libertatem. Ad secundum constat ex dictis,num.20. Ad tertium nego antecedens, nam promissio hæc pœnæ non interdicitur ob commodum pecuniarium, sicut contractus minoris, & alienatio dotis, manifeste enim probaretur interdici propter vtilitatem priuatam: sed interdicitur ob matrimonij libertatem,quæ summopere in republica, necessaria est. Ad confirm.fateor non esse turpitudinem in creditore recipiente pecuniam promissam: verum id non arguit iuramentum illud firmare contractum, vel esse obligatorium: quando enim iuramentum, nec est contra bonos mores,nec publicam vtilitatem, tunc vt non confirmet contractum,quamuis obliget, est opus, vt turpitudo sit in creditore, & ideo contractus minoris firmatur iuramento. At promissio hæc est contra bonos mores, & publicam vtilitatem. & ideo quamuis nulla sit turpitudo in recipiente,qui non exigit, sed sponte solutam pœnam accipit,nec firmatur iuramento, nec obligat. Ad quartum dispar est ratio, nam ludus pecunia credita, solum propter priuatam vtilitatem est interdictus, ne res familiaris dissipetur: bono enim communi nihil refert, siue ciuis amittens, siue lucrãs eam pecuniam retineat: nec promissio soluendi hanc pecuniam amissam, culpam continet.

SVMMARIVM.

Prima opinio id iuramentum obligare, & posse relaxari & solutam pœnam repeti, n.24.

Secunda contraria, & verior, n.25.

24 SECVNDA difficultas est,vtrum sustinendo opinionem positam,n.20.iuramentum soluendi pœnam,in sponsalibus promissam, obligare; satisfiat momentanea solutione,statim repetendo, concedaturque repetitio, & iuramenti relaxatio.Id concedunt aliqui: sic *Neuo,c. Gemma.de sponsal.nu.10. & Humb.de Bonenco repet.auth.Sacramenta puberum,n.133.C.si aduer. vendit.* & in alio simili, nempe in iuramento soluendi amissa ludo ad creditum, docent *Nauarr. sum. Hisp.c.28.addit.ad n.15.c.19.& sum.Lat. in antiqua edit.c. 19.n.17.ad quintum, in noua* verò,*c.20.nu.17.ad 5. Gutier.de iuram.1.p.c.53.n.8.Cordub.sum.qu.94.Enriquez l.7. de indulg.cap. 35.n.6. Azebedo lib.8.recop.t.7.l.8.n.7. Philiarc. de offic.sacer.to. 2.p.2.l.5.c.2.n.11.Manuel 1.to summa,in 2.edit.cap.189.n.9. Capua l.2.decisio.c.121.num.12. Lud.Lop.2.p.instruct.in 2.edit.c.184. concl.4.& l.2.de contract.c.22.concl.1.§.2 pars concl.Carbo.q.42. de restitut. concl.* 2. qui omnes docent iuramentum id obligare,posse tamen per Episc.relaxari, & ita eximi iurantem à solutione:& addit *Manuel*,posse commutari per bullam: & quidam ex his dicunt iurantẽ satisfacere iuramento,soluentem,& statim repetentem.Sic *Nauar.Cordub.Gutier.n.7.Enriquez, Azebedo,n.6. Philiarc. Lud.Lopez proxime cit. Salon.2.2.q.62.ante ar.1.tit.de dominio, q.5.a.6.dub.speciali de ludo pecunia credita,f.560.Aragon.2.2.q.32.a.7.concl.3.f.779.* & addit *Gutier.n.9.*si iurauit, se non repetiturum, posse prius obtenta relaxatione huius iuramenti repetere. hi omnes solum innituntur textui *c.Debitores,de iureiur.* per quẽ constat iurantem soluere vsuras posse obtenta ab Episc. iuramenti relaxatione,non soluere,& si soluit, posse repetere.

Sed vt incipiam à iuramento soluendi amissa ludo ad creditum,omnino dicendum est,iurantem soluere, non posse obtinere ab Episcopo relaxationem iuramenti, nec satisfacere momentanea solutione, nec posse repetere. Prob.destruendo fundamentum,cui contrarij innituntur. Primò quia recipiens vsuras,tenetur iure naturali.& diuino restituere,& subinde turpitudo, & iniustitia reperitur in ipso recipiente,quam ob causam contractus ille nõ firmatur iuramento.& datur relaxatio,& repetitio,vt diximus n.12. sed recipiens lucrum pecunia credita comparatum,non tenetur restituere, iuxta veriorem sent.vt diximus disp.præc.n.2.quare nulla turpitudo in recipiente inuenitur:& esto teneretur restituere,turpitudo hæc, & iniustitia esset ex iure humano ciuili,quæ non obstat: vt dixi n.13.ergo nulla est ratio, cur contractus hic non firmetur iuramento,& cur concedatur relaxatio,& repetitio iuxta dicta n.14.& 6. Secundò, quia hic ludus non prohibetur primo & principaliter,quo ad executionem, propter publicam vtilitatem, sed ob priuatũ fauorem: nam pecunia illa amissa apud alium ciuẽ manet,& parum interest reip. siue hic siue ille ciuis retineat, in quo casu prohibetur contractus ob priuatam vtilitatem,vt dixi hic,nu.11.ergo talis contractus confirmabitur iuramento, nec erit locus relaxationi: iuxta dicta num.5.& 8. Et confirm. quia si velint aduersarij dicere prohiberi eum ludum primario, ob publicam vtilitatem, non loqui videtur consequenter, quia eo casu iuramentum non obligat, nec indiget relaxatione,vt probaui hic num.9. at ipsi fatentur obligare, & esse necessariam relaxationem. Alio fundamento posset probari prædicta sententia,nempe ex doctrina *Bart.in l.Si quis pro eo.n.9.ff. de fideiussor.* vbi dixit contractum prohibitum ob priuatam vtilitatem non firmari iuramento, quando verba prohibitionis diriguntur ad personas,quod contingit in præsentiarũ,nam *l.9 t.7.lib. 8. recop. Castella* prohibitio huiusmodi ludi fertur in personas, ibi, *mandamos,que ninguna persona,ni personas puedan iuegar, ni iuegue à credito,* vel *fiado:*quod si contractus non firmetur iuramento, erit locus relaxationi,& repetitioni iuxta dicta n.5.Sed hoc fundamentum etiam corruit: quia ea doctrina *Bart.* est communiter reprobata,vt dixi n.10.& ideo hãc partem optime tuetur *P.Molina to.2. de iust. tract.2.disp.515.fol.1682.vbi Verum autem,qui ita iurauit,* vbi bene addit duo: alterum est, si iuramentum illud esset metu extortum à lucrante, tunc posse relaxari, & esse locum repetitioni, iuxta dicta hic,n.15. quia iam turpitudo iure naturali prohibita, reperitur in recipiente, cum metu extorserit iuramentum soluendi,quod secluso iuramento indebitum erat. Alterum est,si iurantis mens fuisset, solum se astringere ad non denegandum lucranti traditionem, eo pacto, quo lex illa concedit, tunc ait posse repetere semel facta solutione: quoniam tradendo impleuit iuramentum. & in hoc casu ego crederem etiam ante traditionem, posse relaxari ab Episcopo iuramentũ: quia non confirmauit contractum ratione intentionis diminutæ iurantis, nec est in præiudicium illius,cui iuramentum præstitum est:quia parum refert illi traditio rei,quæ statim repeti potest. Ex his ergo deciditur quæstio nostra,de iuramento soluendi pœnam in sponsalibus promissam: si enim teneamus id iuramentum obligare, consequenter loquendo dicendum est, iuramentum non posse relaxari, nec posse repeti pœnam solutam, sed omnino manere contractum illum promissionis pœnæ,confirmatum,& irreuocabilem. Prob. quia illud

si illud iuramentum obligaret, dicendum esset non prohiberi contractum propter publicam vtilitatem, iuxta dicta n. 9. & ex alia parte non est turpitudo in creditore recipiente, cum nullam vim, metumue intulerit, nec teneatur restituere, vt dixi disp. præc. n. 2. ergo necessario dicendum esset, illum contractum firmari iuramento & ita cessare relaxationem, & repetitionem. Ex quibus omnibus satis confirmata manet nostra sent. id iuramentum nullius esse momenti, & omnino irritum.

DISPVTATIO XXXIII.

Vtrùm validè interponatur pœna in matrim. per quam non minuitur patrimonium, sed tantum consistit in lucro perdendo, aut non acquirendo, vt si aliquid legetur, aut donetur ea lege, vt donatarius, vel legatarius teneatur certum inire matrim. alias donationem, vel legatum amittat?

SVMMARIVM.

In quo versetur difficultas, & proponuntur duo textus, qui sibi aduersari videntur, n. 1. & ibi proponitur prima opinio.

An conditiones, quas reijcit ius à legatis, reijciantur etiam in foro conscientiæ quamuis conster de voluntate testatoris, n. 2.

Quando pœna consistens in lucro perdendo apponitur ab ipsis contrahentibus, n. 3.

Quid si cessat turpitudinis præsumptio: & concilientur ac explicantur ea. Dec. tract. de condit. appos. & l. Si ita stipulatus fuero te sisti, ff. de verb. obl. n. 4.

Quid si in donatione propter nuptias apponatur inter contrahentes ea conditio, Si mihi nupseris, n. 5.

Inter alios à contrahentibus. an valida sit pœna consistens in amittendo lucro, vt si legatur Maria sub conditione matrimonij, n. 6.

Valet si aliqua fœmina legetur, vel relinquatur hæreditas si Titio nubat, alias amittat, n. 7.

Quid si per viam modi relinquatur ea hæreditas, aut legatum, n. 8.

An possit apponi conditio legatario, vel hæredi, vt ducat fœminam de familia, aut aliam, cum qua extra dispensationem, nequit contrahere, & quid simile familiæ intelligatur, n. 9.

Quid si dictæ conditiones apponantur in legitima, n. 10.

Quid quando est matrimonium cum persona indigna, & id possumus, quod honeste possumus, n. 11.

Quid si vidua apponatur conditio, vt nubat indigno, n. 12.

Quid si virgo cui imponitur conditio, nubat alij ex paterno iussu, n. 13.

Quid si iussa contrahere cum nobili prima vice id impleat, et vidua facta ignobili nubat: & explicatur l. Bonis, §. Hoc sermone, ff. de verbor. sign. n. 14.

Quid si legetur Maria, si Titio nupserit. & Titio renuente obtinent legatum. An si postea Titius vel ei sanetur Maria: & quid si iussu contrahere in principio nolit, postea vero velit: & satis est conditionem semel extitisse: & si ejs mituor, an possit restitui, n. 15.

Quid si testator iubet, vt legatarius aliquam ducat, & ipse iam duxerat, & quo tempore expectandum sit legatarius, vt conditionem impleat: remittit, n. 15.

Quid si iussus contrahere cum certa prius aliam duxit, & videns effectus velit illam ducere: & cur relictum est legatum, si finis religiosus, prius vxorem ducat. & ea defuncta velit religionem ingredi, an consequatur legatum: & satis est conditionem extare tempore delatæ successionis, nn. 17.

An si hares vel legatarius ea lege, vt Mariam ducat, velit, & ipsa nolit, pereat legatum si Mariam postea volentem, ipse non ducat, n. 18.

Quid si iussus contrahere cum aliqua, ex culpa alterius conditionem impleat, quia ea non voluit vbi de conditione mixta pendente ex voluntate, aqua culpa alterius non impletur, n. 19. & quo modo temperandus sit, quando fœmina ducenda latitat.

Quid si fœmina prius alij nubat, & tam vidua velit illi grauato nubere, n. 20.

Quid si ea conditio apponatur non in vltima voluntate, sed in contractibus, & in maioribus, n. 21.

Quid quando non dicit testator, Lego Mariæ, si Titio nubat, sed, Lego Mariæ si Titius eam ducat: an debeatur legatum Mariæ, si per ipsum non stat n. 22.

Pœna consistens in non acquirendo lucro, an incurratur, quando aliquis facit quod in se est, n. 23.

Quid quando conditio mixta, vt si Maria Titio nubat, deficit casu, absque vestra culpa: quia Titius obijt, n. 24.

Quid in hoc casu fauore alimentorum, & si legatum est dotis, & alimenta fœmina alimenta non habet, vel fauore pia causæ, & libertatis, vel si conditio partem impleuit, & quid in maioratibus, & si sit modus, nn. 25.

Quid quando conditio mixta deficit testatoris facto: vt si legauit Ecclesiæ si in ea sepeliatur, & decessit excommunicatus, n. 26.

Quid quando illud matrimonium impeditur à quodam tertio, n. 27.

Verba exhortationis non inducunt grauamen, n. 28.

An legatum si fœmina nupserit, debeatur ingredienti religionem, n. 29.

Quid si ex coniecturis colligatur testatorem de veris nuptijs intellexisse vt si dixerit, Si nubat Titio, vel relinquat extremo si Maria nupserit: vel negatiue si Maria vidua non nupserit, n. 30.

Quid de legato virginibus maritandis, an possit dari ingredienti religionem. Prima opinio affirmans, n. 31.

Secunda verior negans, & legatum certæ personæ matrimonio collocandæ potest dari iam collocatæ, secus quando incerto: & explicatur auct. de sanctiss. Epist. §. Sed & hoc præsenti, n. 32.

Soluuntur argumenta initio proposita, n. 33.

HÆc disputatio in duplici casu agitari potest. Primus est, quando conditio est de matrimonio contrahendo. Secundus est, quando est de abstinendo ab eo: de priori conditione est disp. præsens: de posteriori verò erit sequens. In priori ergo casu, dubitandi nobis ansam præbent duo textus qui ex diametro aduersi videntur: alter est c. *De illis, de conditione appos.* vbi proponitur tamquam conditio valida & honesta, Contraham tecum, si certam quantitatem donaueris: dicitur enim ibi suspendere sponsalia, & ea nõ impleta, minimè obligare: quæ tamen secus essent, si turpis esset: omnino enim reijceretur, iuxta c. *fin. eod. tit.* Alter est l. *Si ita stipulatus fuero, te sisti* 97. §. *Si tibi nupsero ff. de verb. obl.* ibi, *si tibi nupsero, decem dare spondes: causa cognita denegandam actionem puto, nec raro probabilis causa huiusmodi stipulationis est. Idem si vir à muliere, eodem modo, non in dotem stipulatus est.* Ex qua manifeste colligitur conditionem hanc, Dabo certam quantitatem, si contraxerit matrim. turpem esse. Secundò, quia conditio viduitatem inducens, id est prohibens nuptias, repellitur à legato, l. *Titio ff. de condit. & demonstr.* sed cõditio, vt legatarius teneatur certum inire matrim. prohibet nuptias, præter illas præscriptas, ergo omnino reijcitur. Tertiò, quia saltem quando hæreditas relinquitur tali modo, & non per viam conditionis, cũ modus non suspendat, acquiretur statim hæreditas, cum obligatione modum seruandi, quo non seruato, ea priuabitur hæres, sed priuari hæreditate acquisita, est pœna consistẽs in proprio patrimonio minuendo: ergo saltẽ, quando per viam modi apponitur ea conditio, erit prorsus irrita, iuxta dicta disp. 30. n. 2. qua ratione ductus *Aretinus, l. Titia, in princ. ff. de verb. oblig.* ait minimè valere conditionem, quando non conditionis, sed modi naturam induit: vt Instituo Petrum hæredem, vt ducat Mariam.

1

Supponendum est pro hac & seq. disput. vtrum conditiones, quas reijcit ius à legatis, vt sunt impossibiles, siue de facto, siue de iure, quales sunt, quas ius reputat turpes, vt conditiones retrahentes à matrimonio, Si non nupserint: in solo foro externo reijciantur, vel etiam in foro conscientiæ. Aliqui enim asseuerant, si de testatoris voluntate certò constat, non voluisse legare, nisi his conditionibus seruatis, legatarium non seruantem conditionem, non posse in foro conscientiæ legatum retinere, nec hæredem teneri illud soluere: si autem incerta sit testatoris voluntas, stari iuris eas conditiones reijcientis interpretationi: si verò hæres dubitet de testatoris mente, non teneri soluere, donec condemnetur: eo quod in dubio melior sit possidentis conditio. Et prob. quia leges innituntur præsumptioni; præsumũt enim testatoris mentem non fuisse velle impleri eam conditionem, sub legati amissione, sed forus conscientiæ semper innititur veritati, aduersus præsumptionem: vt latè probat *Menoch. de præsumpt. l. 1. qu. 88. in princ. & per totam*: ergo quando constat de testatoris volũtate, ea seruanda est aduersus iuris dispositionem. Ita docent *Medina*, C. *de restitutione, q. 23. §. Ad tertium dicendum, Gutier. l. 2. q. can. c. 25. n. 13. & seq. Lud. Lop. d. 2. de contract. 4. 45. Paulo post princ. dict. 2. Barbon. qu. 44. de restitut. conclus. 5. & 6.* Cæterùm omnino tenendum est leges has in vtroque foro seruandas esse, quamuis constet de contraria testatoris voluntate. Quia non sunt pœnales, nec falsæ præsumptioni innituntur, sed sunt dispositiuæ & aduersus certissimam testatoris voluntatem, reiectis ijs conditionibus, ob commune reipublicæ bonum, hæreditatem vel legatum deferunt. Sic videntur tenere *Sylvest. verb. Hæreditas, 4. fin. Angel. verb.*

verb. Hæres, n. 21. vbi Tabiena, q. 16. n. 17. Armilla v. Hæreditas, nu. 22. Beja in jun. post casum 66. vbi aiunt, fœminam, cui aliquid relictum est, si non nupserit, posse capere legatum, nec teneri restituere, quamuis nubat: & in propijs terminis docent Couar. 1. var. c. 19. n. 10. Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 19. n. 4. Rimin. fil. iunior. cons. 215. nu. 173. vol. 2. Spino speculo testam. gl. 14. n. 70. Et ex Theologis, Ledesma 2. p. 4. q. 18. art. 1. dub. 12. f. 227. col. 3. P. Molin. to. 1. de iust. tract. 2. disp. 207 f. 1268. Lud. Lop. 2. p. instructor. de matrim. cap. 36. fol. 1037. Et quamuis difficultas hæc sit circa conditiones, quas ius reijcit: verũ circa eas, quas ius admittit, in vtroque foro recipiendas esse, nemini dubium est, cum menti, & voluntati testatoris cõsonent: de quibus in præsenti disputatione est sermo.

3 Sit prima conclusio, pœna consistens in lucro non acquirendo, interposita ab ipsis contrahentibus, irrita est: vt Promitto tibi centum, si mecum contraxeris matrimonium, *L. Si ita stipulatus fuero te sisti, 97. §. Si tibi nupsero, ff. de verb. obl.* & docet *ibi Bartol. Anton. à Gemma, de sponsal. n. 7.* vbi *Anchar. n. 8. Abb. n. 9. Alexand. de Neuo num. 16 Præpos. n 7. Rosella, verb. Sponsalia, num. 7.* vbi *Angel. n. 14. Sylvest. qu. 8. dicto 1. Couar. 4. decret. al. 2. p. c. 3. §. 3. n. 1. Brunellus de sponsal. concluf. 16. nu. 5. Alex. Carrer. l. 4. de sponsal. cap. 6.* & ratio est, quia intuitu libidinis præsumitur promittentem inducere alterum ad matrimonium.

Hinc infertur si esset turpitudinis præsumptio, valere
4 huiusmodi promissionem: vt si vir promittat fœminæ matrimonium, si 100. mihi dederis, intelligitur enim causa dotis: & in dubio inquit *Couar. eo. nu. 1.* non præsumi libidinis causam, sed honestam: si verò vir promittat vxori, tunc præsumitur libidinis causa, nisi vir sit ignobilior, aut senior, & ita vxori promittat in iuuentutis, aut nobilitatis compensationem: & ita conciliantur, *cap. De illis, de condit. apposita.* vbi approbatur conditio dandi certam quantitatem, à contrahentibus appositã: & *d. l. Si ita stipulatus*, vbi ea conditio reprobatur: prior enim textus intelligitur, quando causa iusta promittendi subest: posterior verò, quando ea desideratur. Sic docent *Abb. Barr. Alex. de Neuo, Præpos. Rosel. Angel. Sylvest. Couar. n. 1. & 2. Brunel. Alex. Carrer.* vbi n. 3. allegati sunt: idem *Angel. l. Titia in princ. nu. 2.* & ibi *Imola nu. 4. ff. de verb. oblig. Ioan. Lup. cap. Per vestras, de donat. inter virum & vxor. notab. 3. §. 21. n. 1. & 2.* Nec obstat obiectio *Alex. de Neuo*, qua impugnat expositionem datam ad *d. s. De illis*: eo quod textus dicat, *si mihi donaueris.* & dotis gratia largitum, non censetur donatum, cum ad onera matrimonij sustinenda detur *l. Pro oneribus. C. de iure dot.* Hac ratione *Alex. de Neuo d. s. De illis, num. 3.* impugnat expositionem traditam: quam tamen ample tuntur *Abb ibi n. 3. Præpos. n. 1. fin. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 3. n. 1.* non (inquam) obstat, quia textus non vsurpauit verbum, Donaueris, in rigorosa significatione, sed pro eo, quod est, dare ex aliqua causa: vt constat, quia ea donatio deducta est in pactum, & conditionem matrimonij contrahendi: ergo non fuit gratuita.

5 Secundò infertur, si vir causa donationis propter nuptias, promittat aliquid fœminæ, hac lege, si mihi nupseris, valere vtique, quia ea donatio non est gratuita, sed in præmium dotis receptæ, & permissa *l. Si constante, C. de donatio. ante nup.* & quamuis taceatur ea conditio. Si mihi nupseris, inest tacitè, per *l. Stipulatio, ff. de iure dot.* Sic contra Ioan. Andream per ipsum relatum, tenet *Bartol. l. Si ita stipulatus fuero te sisti, §. Si tibi nupsero, n. vnico, ff. de verb. obl.*

6 Secunda conclusio, inter alios à contrahentibus, valida est pœna consistens in lucro non comparando: vt si aliquid legetur Mariæ ea lege, vt Titio nubat, quare si illi nõ nupserit, non comparabit lucrum illud legati. & ratio est, quia hæc non est vera pœna, sed potius est spe lucri comparandi ad matrimonium inuitari. Sic habetur *Titio, §. 1. ff. de condit. & demonstrat. & l. 1. C. de instit. & substitut.* vbi id tenent omnes: *Anton. à Gemma, num. 7. de sponsal.* vbi *Ioan. Andr. num. 1. Cardin. num. 2. Anchar. n. 9. Abb. n. 9. Præpos. nu. 6. Bartol. Angel. Rosella, Sylvest. Couarru. n. 6. allegati, n. 3. Mantica* multos referens *de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 18. nu. 1.* & nemo de hac conclusione dubitat: vt constabit ex dicendis.

Hinc infertur valere conditionem, si testator præcipiat 7
fœminæ, vt alicui nubat, sub pœna hæreditatis, aut legati amissionis. patet ex *l. Cum ita legatum sit, vers. Si Titio nupserit, ff. de condit. & demonstrat. & l. 4.* ibi, *pero si el testador, & l. 22. t. 9. p. 6.* ibi, *esso seria.* & docet *Ioan. Lupus 1. Per vestras, notab. 3. §. 21. num. 1. de donat. inter vir. & vxor. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 3. n. 7. & 8. Tello l. 30. Tauri, n. 9. Mantica d. t. 18. nu. 2. Pelaez. de Mera* referens *Oldradum, & Arctinum, de maiorat. 1. p. quæst. 50. num. 1. P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 207. fol. 1265. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 41 f. 1076.*

Et quidem potest hoc fieri, non tantum per modum 8
conditionis, sed per viam modi: vt Instituo Titium hæredem vt ducat Mariam, quod si non duxerit, volo eum hæreditate priuari: hoc est contra Aretini sent. quam n. 1. retuli. Nec obstat tertia ratio ibi proposita, qua ductus est, nempe dum est modus, statim acquiri hæreditatem, & subinde eius priuationem esse pœnam consistentẽ in patrimonio diminuendo, quæ à sponsalibus reijcitur: dicendum est priuari lucro acquisito, esse verè pœnã, nisi acquirens priuetur ab eo, qui lucrũ, non absolutè, sed pacto aliquo, conditione, aut modo adiecto concessit. & ita tenent *Aret. l. Si ita stipulatus fuero te sisti, §. Si tibi nupsero, ff. de verb. obl. Oldrad. cons. 16. Ioan. Lupus n. 5. Couar. n. 7. Lud. Lop. citati, nu. 7. Molin. l. 2. de primog. c. 13. n. 4. Gutier. cons. 18 à n. 2. vsque ad 5.*

Secundò infertur valere conditionem, vt hæres, vel le- 9
gatarius contrahat matrimonium cum aliqua de familia: vt bene *Pelaez. de Mera de maiorat. 1. p. q. 51. nu. 1.* & constat ex dictis: nomine autem familiæ intelligitur persona in gradu permisso à iure canonico, quamuis obtineri possit dispensatio. quia verba testamenti intelligenda sunt secundum ius commune, non secundum speciale, quod per dispensationem obtineri potest, *l. fin. ff. de his qui ven. ætat. impetr.* Sic *Cartus*, quem refert & sequitur *Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 18. n. 6.* Vtrum autem valeat conditio ducendi consanguineam, dicam *l. 5. disp. 5. n. 19. 20. & 26.*

Hęc tamen secunda conclus. aliquibus temperamentis 10
intelligenda est. Primò igitur intelligitur, vt valeat conditio contrahendi matrimonium cum certa persona, nisi apponatur in legitima: cum enim lege debita sit, & proinde nullam gratiam testator faciat, nullam patitur conditionem. Sic *Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. nu. 7. Mantica multos referens, d. t. 18. n. 2. Molin. l. 2. de primog. c. 13. n. 4.*

Secundò intellige, quando grauatur hæres, vel lega- 11
tarius, ad ducendum personam dignam, si enim indigna ab ijs nuptijs, conditio reijcitur: vt habetur expresse, *l. Cum ita legatum, ff. de condit. & demonst. & l. 32. t. 9. p. 6. & l. 14. fin. t. 4. p. 6.* ibi, *fuera cndeçi a tal con quien le mandana casar el testador, fuesse a tal con quien no deuia.* & ratio est, quia id possumus, quod honestè possumus, *l. Nepos Proculo ff. de verb. sig.* Item quia durior est hæc conditio, quam viduitatis, vt docet *Iurisconsul. l. Cum tale, ff. de condit. & demon.* nam cum omnibus dempta persona indigna, contrahere prohibetur, & ita docent omnes.

Est tamen hęc secunda limitatio intelligenda, cum fœ- 12
mina, cui hoc grauamen imponitur, vidua non est, si enim vidua esset, non reijcitur omnino talis cõditio, vt indigno nubat, sed quamuis non teneatur illi nubere, tenetur tamen omnino ab alijs nuptijs abstinere, aliàs legatum amitteret. ratio est, quia sub illa conditione duo continentur, vnum expressum, scilicet, vt illi nubat, quod reijcitur, eo quod ille indignus est: alterum subintellectum, vt nulli alij nubat, vt expresiè dicitur, *l. Cum tale, ff. de condit. & demonstr.* quæ conditio in vidua, & viduo valet: vt dicemus disp. seq. num. 29. & 31. & ideo si huic secundæ conditioni minimè pareat, aliud ineundo matrimonium, amittet legatum. sic *Acosta del. Cum tale, §. Si arbitratu, ampliat. 3. num. 3. Tello l. 30. Tauri n. 9.*

Ex hac secunda limitatione infertur, legatum virgini 13
Titio nupserit, non effici caducum, nec amitti, si virgo sine ex paterno consensu alteri nubat. Et ratio est, quia ea conditio intelligitur si honestè potest, virgo autem nõ potest honestè nubere, nisi ex paterno consensu. Probatur quia

ex doctrina *Baldi consil.357.vol.1.* vbi ait, statuto dicente, vt Mediolanensis mulier extra Mediolanum non nubat, sub hæreditatis priuationis pœna, ea priuandam non esse, si extra nubat ex paterno iussu. & expresse docet *idem Bald. l.1.nu.9.C.de inst. & substit. Bertrand.consil.148.vol.1.Mantica de coniect.vlt.vol.l.11.t.18.fin.Molina l.2.de primogen.c.13.nu.12. Gratian.reg.83.n.9.* & videtur approbare *Couar. 4. decret.2.p. c.3.§.8.n.2.* vbi dicit se non mirari de hac doctrina: quamuis *Meres de maiorat.1.p.q.50.n.8.* dicat hoc magis esse pium quam tutum: & *Lud.Lop.2.p.instruct.c.36.fol.1037.* ait hoc esse verum in foro externo, secus in interno, vbi constaret de voluntate testatoris. Sed iam n. 2. diximus in his conditionibus admittendis, vel reijciendis, idem in vtroque foro seruandum esse.

14 Supersunt tamen aliquot dubia breuiter disputanda, circa hanc 2.conclus. Primum dubiũ sit, an iussus contrahere cum persona nobili, si nobilem ducat prima vice, & deinde viduus effectus ignobilem ducat, amittat legatũ, vel hæreditatem. Videtur enim non amittere, quia sermo simpliciter prolatus, intelligitur de prima vice, *l. Boues.§. Hoc sermone.ff.de verb.sign.* Sed dicendum est amittere, quia clauditur ibi conditio negatiua, quæ perpetua est, vt non ducat aliam, quam nobilem. Sic *Oldrad. cons. 16.n.3. Paul.de Castro.l.Hoc genus.ff.de cond. & demonstr.* & multi alij, quos refert & sequitur dicens ab omnibus recipi, *Peralta l. Vnam ex familia.§.Sed & si fundum.num.31.ff.de leg.2. Rolandus*, quem refert & sequitur *Mantica de coniect. vlt. vol.l. 11. t.18.num.3. Gratian.reg.83.n.10. Pelaez. de Meres de maiorat.1.p q.51.nu.36.* Quamuis contrarium teneat *Acosta.l.Cum tale.§.Si arbitratu.ampliat.3.n.10.ff.de condit. & demonst.* Nec obstat *d.l.Boues.§.Hoc sermone*, intelligenda enim est, nisi sermo simpliciter prolatus conditionem negatiuam includat, cum enim ea perpetua sit, de omnibus vicibus verificari debet.

15 Secundum dubium sit, si grauatus aliquam ducere, primò renuat, deinde autẽ pœnitentia ductus annuat, vtrum amiserit legatum, vel maioratum. Supponenda est doctrina *Baldi l.1.C.de inst. & substit.q.12.* vbi ait, si quis Mariam hæredem instituat, si Titio nupserit: ac ipso renuente hæreditatem obtineat, licet Titio postea volẽte, renuat Maria, non esse illam hæreditate priuandam: nam sufficit cõditionem semel extitisse, licet postea defierit, per *l.Si quis hæredem.C.de inst. & substit.* vt docent multi, quos refert & sequitur *Tir.aq.l.Si vnquam.v.Susceperit liberos.nu.151.C.de reuoc.donat. Molin.li.1.de primog.c.6.nu.17. Menoch.de præsumpt.l. 4.præsump.183.num.29.* & ita hanc doctrinam Baldi contra Cynum & Petrum amplectuntur multi, quos referunt & sequuntur *Tir.aq.l.Boues.§.Hoc sermone.nu.101.102.ff.de verb. sign. Pelaez.de Meres de maiorat.1.p.q.50.nu.13.* quicquid contra illam arguat *Acosta.l.Cum tale.§.Si arbitratu limit.6.nu.5. ff.de condit & demonstr.* Ex hac doctrina infertur decisio noui dubij: sic enim distinguendum est, si conditione grauans priuat ipso iure grauatum, si vbi primum requisitus fuerit, nolit conditioni parere, pœnitẽtia subsequens minimè prodest: eò quòd statim est ius acquisitum alteri successori, nemini autem variare licet, iure iam alteri cõparato vt docet *glos.c.Nosti, verb. Reuocare de electione*, & alij, quos refert & sequitur *Tir.aquel.d.l.Boues.§. Hoc sermone.fin. 23.n.5. Peralta l.3.num.1.ff.de legat.2.* Si autem non priuet, & omnia integra sint, quia nulli ius acquisitum est, proderit vtique pœnitentia. Sic *Pelaez de Meres de maiorat.1.p.q.50.n. 13.vbi num.14.* bene probat si grauatus minor sit, posse in priori casu restitutionis beneficio vti, aduersus conditionem non impletam: & *n.15.* probat, si grauamen modi naturam induat, & non conditionis, audiendum esse grauatum, postea volentem conditioni parere.

16 Quid autem dicendum sit, si grauatus aliquam ducere, iam illum duxerat: consule *Manticam de coniect. vlt. volunt. l. 11.t.18.n.16.17.* & 36. quanto autem tempore expectandus sit, vt conditioni pareat, consule eundem *ibi nu.23.* & 24.

17 Tertium dubium est, quid dicendũ sit, si iussus ducere Mariam primò aliam ducat, deinde verò viduus effectus, velit Mariam ducere. *Cornetus*, quem refert *Acosta, l. Cũ tale, §. Si arbitratu, limit.3 n.2.ff.de condit. & demonst.* asserit, in alio simili non perdere legatum: ait enim eum cui aliquid legatur, ea lege, vt monachus fiat, legatum consequi, si primò vxorem ducens, ea defuncta religionem ingrediatur. Verius tamen est conditionem iam defecisse in vtroque casu, & ita legatum non obtinere: per *l.Hac conditione filia mea, & l.Cum ita §.1.& l.Hoc genus ff.de condit. & demonstr. & l. Matrimonij.ff.qui, & à quibus.* Sic docet cum *Bart. & Baldo* per eum relatis, *Acosta ibid. n.2. & 3.* Quod bene limitat *Molina l.2.de primog.c.13.num.16.* dummodo tempore delatæ successionis, vel post illam delatam, conditioni minimè pareat: tunc enim irrecuperabiliter amittit legatum, conditio enim defecit: secùs si tempore delatæ successionis, parere velit conditioni: quia iam prius matrimonium dissolutum est, & tunc vult ingredi religionem, vel illud inire matrimonium, quod testator iniunxit: quia semper conditiones tempus delatæ successionis respiciunt, *l. Intercenit.ff.de legat.præstan.* ibi, *& placet sufficere in ea necessitudine, tunc esse, cum dies legati cessit.*

Quartum dubium est, quid si grauatus aliquam ducere 18
velit, illa autem nolit, & postmodum pœnitẽtia ducta annuat, grauatus autem tunc renuat: vtrum amittat legatũ, vel hæreditatem. De hac re latè *Mantica de coniect. vlt. vol.l. 11.t.18.à nu.38.& Menoch.de præsumpt.l.4.præsump.183.à nu.2.* & referunt aliquos dicentes minimè perdere: quia conditio censetur impleta, cum per ipsum non steterit: alios autem dicentes perdere: quia adhuc potest conditioni parere. Et ipsi cum Socino sic conciliant, si iam grauatus aliam vxorem duxit, vel obtinuit iam legatum, vel si non obtinuit, est legatum non quantitatis, sed speciei (illud enim non transit statim in legatarij dominium, cùm possit dari quæcumque quantitas, vt si legentur 10. tritici modij, hoc verò trãsit statim in legatarij dominium, vt si legetur talis fundus:) & si est hæreditas relicta, illam iam adiuit, non perdit: si autem nec est alteri matrimonio copulatus, nec obtinuit legatum, & est quantitatis, nec hæreditatẽ adijt, non consequetur: quia adhuc potest parere conditioni.

Quintum dubium est, an iussus cum aliqua contrahere 19
sub pœna amissionis legati, vel hæreditatis, vel maioratus, adhuc amittat, si absq; culpa ipsius conditio deficiat, quia altera non vult, vel prius obijt, quam ipse in mora constitutus sit. Primò dico, si conditio mixta, qualis est hęc pendens à duorum voluntate, deficiat ex culpa non grauati, sed alterius, cum quo contrahendum erat matrimi. vt quia non vult, habetur pro impleta. habetur expresse *l. 1. Cod.de inst. & substit. & l.In testamento, la 2.ff.de condit. & demonst. & l. 14.tom.4. & l 22.t.9 p.6.* Et docet *Mantica* alios referens, *de coniect.vlt.volunt.l.11.t.18.num.37. Menoch.de præsumpt.l.4.præsum.183.n.25. Molina l.2.de primog.c.13. nu. 14. P. Molin.tom.1.de iust.tract.2.disp.206.fin.& 207.fol.1265.* & addit *alter Molina eo n.14.* ob hoc possessorem, vel successorẽ maioratus iussum cum aliqua contrahere, solere illam acquirere, ipsaq; recusante posse liberè aliam ducere? & constituit ibi modum seruandum, quando fœmina data opera latitat.

Similiter dicendum est non deficere conditionem, sed 20
tamquam impletam reputari, si fœmina illa alij nubat: non enim tenetur grauatus viduam effectam ducere, quia censendum est testatorem de primis nuptijs intellexisse. Sic cum *Baldo, Imola & Acosta*, quos ibi refert *Molina d. c.13.n.17.* probat.

Hæc autem accipienda sunt, quando ea conditio in vl- 21
tima voluntate apponitur, secus, quando ponitur in contractu irreuocabili: nihil enim proderit cuiuscumque culpa conditio impleta non sit; & ratio est, quia id quod extraordinario iure in vltimis voluntatibus institutum est, non debet facilè ad contractus trahi. *l. 1. C. de inst. & substit.* vbi communiter id notatur. Sic tenent *Alex. Corn. Socin. Iason. Aretin.* quos refert & sequitur *Molina l.2 de primog. cap.13. n.19.* dicens hoc esse verius, licet contrarium magnam habeat æquitatem: idem *Roscella verb. Sponsalia, n.7. & ibi Angel. n.14. Sylvest.q.8. dict.1. Greg. Lop.l.14.vers. E no se le.t.4.p.6. Acosta l. Cum tale, §. Si arbitratu, lim.3.num.18.ff.de condit. & demonstr.*

monstr. P. Molina tom. 2. de iust. disp. 285. ad fin. licet multi quos referunt Acosta & Molina, contrarium teneant: quod dicit Molin. eo. n. 19. forsan admitti in primogenijs in contractu, sub ea conditione institutis, ex præsumpta institutoris voluntate.

22 Rogabis tamen, quid è contra dicendum sit, quando testator non vtitur hac forma, Lego Mariæ si Titio nupserit, sed lego Mariæ, si Titius cum ea contraxerit: an debeatur hæreditas, vel legatum, si per Mariam non stet, sed per Titium, vt matrimonium minime sequatur. Quidã aiunt non deberi, quia conditio apposita est principaliter in persona Titij, & in illius fauorem, atque ita in eius potestate esse debet, velit contrahere, nec ne: hanc tenẽt multi, quos refert & sequitur Menoch de præsumpt. l. 4. præsumpt. 183. à n. 32. Acosta l. Cum tale, §. Si arbitratu, lim. 6. num. 27. ff. de condit. & demonst. Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 18. n. 37. Alij verò tenent oppositum, quos refert ibi Menoch. Sed melius Greg. Lop. l. 14. verb. Si casare, t. 4. p. 6. quamuis aliquantulum dubius, ait, considerandum esse cuius intuitu & fauore testator matrimonium contrahi voluerit: nam si fauore mulieris institutæ, vel legatariæ, consequẽtur legatum, si per ipsam non stet; si vero fauore alterius, minimè consequetur: vbi id probat ex alijs.

23 Ex dictis infertur, quamuis faciens, quod in se est, minimè incurrat pœnam promissam ob factum alienum, vt diximus disp. 25. nu. 3. minimè tamen eximi à pœna consistenti in lucro non comparando: vt si cui pium legatum, aut donatio fiat, si efficiat vt matrim. aliquod contrahatur, eo non cõtracto, minimè obtinebit, licet omnem adhibuerit diligentiam, vt sequatur. Sic Rosell. verb. Sponsalia, n. 7. vbi Angel. n. 14. Sylvest. qu. 8. dict. 1.

24 Secundo dico, si conditio mixta absque neutrius culpa, casu deficiat, vt si Maria instituta, vel legataria ea lege, vt Titio nubat, antequam in mora sit obijt, vel ipse Titius, perit omnino legatum, vel institutio. habetur expresse l. Legatum, C. de cond. insertis, ibi, cuius mortuo filio prius quam matrimonium cum eo contraheres, conditio defecerit, nulla ratione deberi tibi existimas: & l. In testamento, l. 2. ff. de condit. & demonst. & l. 14. t. 4. p. 6. ibi, si acaeciese, que la mujer se muera, o aquel con quien la mandava casar, antes que se cumpla la condicion, no vale el establecimiento, o la manda que assi fuese hecha. & l. 22. to. 9. p. 6. & docent Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 18. num. 37. Molina l. 2. de primog. c. 13. num. 23. 24. 25. Menoch. de præsumpt. l. 4. præsump. 383. nu. 40. & 41. quamuis P. Moli. to. 1. de iust. tract. 2. disp. 207. f. 1265. & disp. 206. fine, asserat conditionem mixtam haberi pro impleta, si altera cum qua grauatus est aliquis contrahere, moriatur, secus, si ipse.

25 Hoc tamen sex modis limitandum est. Primo, nisi fauore alimentorum, si enim sit legatum alimentorum, cõditio casu deficiens, habetur pro impleta. Sic Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 22. nu. 32. 33. Menoch. alios referens d. præsumpt. 183. n. 42. Vnde fit vt legatum dotis puellæ relictum, hac lege, vt Titio nubat, si puella pauper sit, non deficiat Titij obitu: quia succedit loco alimentorum. sic Bald. Nouel. de dote 6. p. priuil. 76. n. 4. ad fin. & priuil. 77. n. 2. Con. cap. 1. de testam. n. 11. v. Quinto inde colligitur, Mantica ib. Perez. li. 5. ord. t. 2. l. 1. fol. 79. col. 45. verf. Est tamen notandum. Vtrum vero ea puella necessario debeat alij nubere, vt consequatur legatum, vel consequatur, vitam cælibem ducens, aut religionem ingrediens, & quid si ipsa obeat: dicemus nu. 30. Secundo limita fauore libertatis, habetur enim tunc cõditio mixta casu deficiens, pro impleta. sic cũ alijs Menoch. ibi n. 43. Tertio, fauore causæ piæ, quia valet arg. à libertate, ad causam piam, vt latè Enerardus loco à libertate, ad causam piam: & docet idem Enerard. ibi n. 18. & alios referẽs Menoch n. 44. Quarto, nisi cõditio partim impleta sit. Menoch. cum alijs n. 45. Quinto, nisi in primogenijs, & hoc ex præsumpta testatoris voluntate. sic latè probans Molina l. 2. de primog. c. 13. n. 26. Vltimo quando contrahendi præceptum, conditionis naturã induit, secus si modi: modus enim casu fortuito deficiens, habetur pro impleto. sic Acosta l. 2. select. c. 22. n. 7. Moli. d. c. 13. n. 24. & 25. addens communiter in primogenijs apponi tanquam modum: Menoch. l. 4. de præsumpt. præsump. 184. n. 1. & 2. nisi (vt inquit idem Menoch.) testator clare omnino velit modum impleri: si autem modus mixtus deficiat culpa eius in cuius persona implendus erat, habetur pro impleto; secus si culpa eius, qui implere tenebatur. sic Menoch. ea præsumpt. 184. n. 3. & 4.

Tertio dico, si conditio mixta testatoris facto deficiat, haberi pro impleta: vt si legauit parochię centum, si ibi sepeliatur, & decessit excommunicatus, ob quod in loco sacro sepeliri non potuit. sic Baldus l. vn. fin. C. de his quæ pœnæ nom. Rosella v. Legare, n. 3. Angelus v. Legatum, n. 10. Sylvest. Legatum 1. q. 4. & 6. Armilla v. Legatum, n. 8. Menoch. alios referens, de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 183. n. 46.

Vltimo dico, quando conditio mixta non impeditur à contrahentibus, sed à quodam tertio, qui v. g. matrim. impedit, censeri non impletam: legatarium tamen actionem habere ad interesse contra impedientem. Sic Molin. l. 2. de primog. cap. 13. num. 20. Menoch. multos referens d. præsumpt. 183. num. 38. 39. Fallit primo in maioratibus, ex præsumpta institutoris voluntate. Sic Moli. ibi. Secundo, si impediens soluendo interesse non sit, tunc enim habetur pro impleta, Molin. ibi n. 21. Menoch. n. 39. vbi textus, & DD. allegant. Tertio, si iuste tertius ille impediat: cum enim tunc ad interesse non teneatur, habebitur pro completa, sic alios referens Molin. ibi, n. 22. Menoch. n. 38. 39. Vltimo, si impediatur à tertio, cuius consensus requirebatur: quia tunc perinde est, ac si conditio impediretur ab eo, in cuius persona implenda erat: & sic habebitur pro impleta. sic Greg. Lop. l. 14. verb. Se muera, t. 4. p. 6.

Id demum obseruandum est, verba exhortationis per testatorem inducta, grauamen vel conditionem non continere: quod probatur ex ratione textus, c. Quod præcipitur (alias est, c. vlt. § Quod præcipitur) 14. q. 1. sic Meres de matrim. 1. p. q. 50. n. 16.

Vltimum dubium est, vtrum legatum relictum virginibus matrimonio collocandis, possit distribui virginibus religionem ingredientibus? Et quidem quando relinquitur legatum alicui personæ determinatæ, vt matrim. ineat, fere certum est deberi, si religionem ingrediatur, per §. Sed & hoc præsenti, auth. de sanctiss. episc. cellat. 9. & auth. Nisi rogati, C. ad SC. Trebell. sic docent Socinus l. Mulieri, nu. 12. ff. de condit. & demonst. Fulgos. cons. 53. Felin. cap. Ecclesia, n. 79. verf. Cæterum, de const. Nata cons. 296. nu. 4. Bald. Nouel. de dote p. 6. priuil. 77. n. 2. Sylvest. Legatum, 1. qu. 9. Loazes repet. l. Filius familias, §. Diui, nu. 139. ff. de legat. 1. Conar. 1. var. ca. 19. nu. 10. Acosta l. Cum tale, §. Si arbitratu, lim. 4. n. 5. Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 18. num. 36. Gutier. cons. 26. n. 13. & quæst. can. l. 1. cap. 32. nu. 20. Menoch l. 4. de præsumpt. præsumpt. 148. à nu. 13. ad 16. Perez. lib. 5. ord. to. 2. l. 1. tit. 45. v. Legatum relictũ. f. 79. vbi alios refert. Et ex Theologis P. Mol. dicens esse omnium, to. 1. de iust. tract. 2. disp. 207. conclus. 1. f. 1297. Lud. Lop. 2. part. instruct. de matrim. c. 36. fol. 107. In ratione autem huius decisionis discrepant DD. nam Baldus Nouel. eo primil. 77. nu. 2. & 5. dicit non inniti præsumptioni, sed contra expressam testatoris voluntatem id disponere, d. auth. idem sentire videtur Felin. eo. verf. Cæterum, ait enim rationem esse ne impediatur vita contemplatiua. Idem ex Theologis tenet expresse Beja summa, possessum 66. Cæterum omnino dicendum est eam decisionem inniti præsumptionis voluntatis testatoris, vbi enim oppositum minimè declarauit, præsumit ius fore, vt idem disponeret testator, si meminisset, casu quo iussus matrimonio initi, religionem ingrederetur, & hoc religionis fauore. & ita docet Conar. n. 11. Menoch n. 14. Mantica cod. l. 18. num. 31. Molina proximè citati, & permulti alij, teste Menoch. ibi. Sic constabit ex corollario statim inferendo.

Ex ratione huius decisionis infertur, vbi coniecturæ sunt testatorem de nuptijs carnalibus intellexisse, non consequi legatum, religionem ingredientem, quia cessat præsumptio dicta. sic Gut. Benedictus, c. Raynutius, v. Quo casu alia, n. 23. de testam. Mant. to. 1. l. 18. nu. 26. Menoch. d. præsump. 148. n. 2. Gutier. d. c. 32. n. 19. Prima autem coniectura est, quando testator legauit puellæ, si nubat personæ certæ: tunc enim

intelligi nequit de nuptiis spiritualibus: quare religionem ingrediens minimè consequetur. Sic *Baldus Nouell. de dote p.6. priuil.77.nu.3. Couar. c.3. de test.n.11. vers. Sexto ex proxima, Rosella, v. Legare, n.28. Acosta l. Cum tale, §. Si arbitratu, lim.6. n.2. ff. de cond. & demonstr. Mantica co.1 18.n.26. Menoch.ca presumpt.148.n.2.3.4.& 5. Gutier.d.c.32.n.17.* Si tamen illa persona certa obijt, antequam puella sit in mora, non obtinebit legatum, vitam cælibem ducens; sed aliud matrimonium inire debet; quia testator de matrim. carnali manifestè intellexit. sic *Bald. Nouel. de dote 6.p.prin.76.n.4.ad fi. & pen.77.n.1.& 3. Couar. d.c.3.nu 11. vers. Quinto inde colligitur, Perez. li.5.ord. t.2 l.1.col.45. vers. Est tamen notandum §.79.* potest tamen hoc casu puella religionem ingredi, & obtinebit legatum, quia cum matrimonio iniunctum à testatore impleri nequeat, verisimile est testatorem idem dispositurum, si in eo euentu puella religionem ingrederetur. Sic *Bald. Nouel.* quamuis aliquantulum dubius, *d.prin.77. n.5 & Couar. d.c.3.n 11. v. Sexto ex proxima.* Si tamen puella ipsa obeat, aut dies sit, ipsa obeunte (quo casu cum hæc conditio mixta sit, vt dixi n. 24 petit legatum,) non potest distribui alij puellæ religionem ingredienti, quia debet conuerti in similem vsum, nempe in aliud matrim. temporale, de quo testator intellexit. Sic *Bald. Nouel. eo priuil. 77.n.2. Couar. d.c.3.n 11. v. Sexto ex proxima.* Secunda coniectura est, quando testator reliquit tertio, si certa puella nupserit, tunc enim non obtinebit legatum, si puella illa religionem ingressa sit. sic *Acosta d.l. Cum tale, lim.4 num.5.* Cumanum referens *Menoch. de præsumpt 148.n.7.* vbi alios refert. Tertia est, quando testator negatiuè legauit, vt Lego centũ Titiæ, si non nupserit, (hæc enim cõditio, si Titia vidua sit, valet) tunc ergo intelligitur de nuptiis tẽporalibus: quare si Titia religionẽ ingrediatur, obtinebit legatum, quia intelligitur ea cõditio de nuptijs temporalibus, non enim verisimile est testatorẽ voluisse retrahere à religionis ingressu, sed ad eũ inuitare. Sic *Mantica d.l.18. n.26. Menoch d.præsumpt.148. n.6.* vbi multos alios refert.

31 Maior autem difficultas est, quando non certæ personæ matrimonio collocãdæ, sed indefinitè puellarum matrimonio legatum relinquitur, vtrum possit dari puellæ religionem ingredienti. Aliqui affirmant: per *auth. de sanct. epis. §. Sed & hoc præsenti, coll.9.* vbi dicitur conditionẽ nuptiarum esse inualidam, & pro nõ scripta haberi, quoties aliquis sub illarum cõditione, donauerit, vel reliquerit liberis, vel cuicumque personæ, hereditatem, vel legatum, & talis persona religionẽ ingrediatur. Secundo, quia non videtur maior ratio, siue legetur certæ personæ, siue incertis, sed priori casu debetur ingredienti religionem, ergo posteriori potest dari religionẽ ingredienti. Tertio, quia religionẽ ingrediens dicitur matrim. spirituale contrahere, vt *Bart. d. §. Sed & hoc præsenti, nu.2. & Cyn. auth. Nisi rogati, C. ad SC. Trebel. & ibi Bald. in prin. & Paul. de Castr. & Salic. notant, reddentes rationem illius decisionis: & confutat ex illo ad Tim. 1.c.5. Cùm luxuriata fuerint, in Christo nubere volunt, & ita hoc appellatur c.2. & c.vlt. de transact. præterea, quam tradunt Crottus l. Filiusfamilias, §. Diui, n.62. ff. de leg.1. Socin. c. Qualiter, el 2.q.fin. a penul. de accus. Rolan. cons. 55.num.20.lib.3.* nempe statutum aliquid disponens cõtra cognoscentem coniugatam, habere locum contra cognoscentem monialem. Vltimò quia *Iac. de S. Georgio in sua manuductura, Verb. Qui quidem innoctus, in fine,* ait se consuluisse cum multis præstantissimis viris, subditos ex consuetudine matrimonio, teneri similiter dum exeũt religionem ingredi. *Bald. d. auth. Nisi rogati, nu.11.* dicentem executores de putatos ad certam quantitatem pro virginum matrimonio distribuendam, nihil posse distribuere pro virginis ingressu in monasterium, quia hoc non habent in mandatis: explicat (inquã) vt minimè intelligat de legato, sed de mandato; illud enim late interpretandum est, *c. Cum dilecti, de donat. l. In testamentis. ff. de regul. iur.* hoc autem strictè, *c. Cum dilecta, de rescript. l. Diligenter, ff. mand.* & constat ex ratione eiusdem Baldi, scilicet, quia id nõ habebant in mandato. eiusdem senten. videtur *Boerius decis.3.n.13.* vbi doctrinam Baldi prædictam explicat, vt non tanta dos tribui possit ingredienti monasterium, quanta matrimonium ineunti.

Cæterum dicendum est id legatum distribui non posse ingredienti monasterium, sed solis matrim. temporale ineuntibus. Prob. quia dispositio illa *auth. de sanctiss. epis. §. Sed & hoc præsenti, collat. 9.* exorbitans est à iure petenti conditiones in vera & specifica forma impleri, & non in ficta, *l. Manius, & l. Qui heredi, ff. de cond. & demonst.* quare ad alios casus trahenda minime est, vt bene *Boerius in suis quæst. q.34. num.6. & 7. Decisio Pedemont.126.n.12.* sed loquitur de legato facto personæ certæ, ibi, *siue reliquerit suis liberis, siue alij cuicumque personæ,* ergo nõ est extendenda ad legatum relictum incertis personis. Et confirm. quia longe dispar est ratio, quia quando legatum relictum est certæ personæ sub nuptiarum conditione, & illa monasterium ingreditur, nõ potest legatum in specifica forma impleri, si alij feminæ nupturæ tribuatur, & testator habuit specialem actionem ad subueniendum illi feminæ: quare non est mirum, si ius præsumat voluisse illi legare testatorem, etiam casu quo ingrederetur religionem, dum de contraria eius voluntate minime constat: verùm quando legatur in certis personis matrimonio collocandis, potest omnino in vera & propria forma impleri, si matrim. temporale contrahentibus, detur, nec testator affectum habuit specialem ad eam, quæ religionem ingreditur. Tandem, quia simile videmus in hoc casu, legauit testator certæ virgini matrimonio collocandæ: si tempore testamenti iam nupta esset, posset vtique illi legatum dari, secus esset, si incertis matrimonio iungendis legatum esset: vt probant *Bald. l fin. C. de sent. quæ sine cert. quant. num.14. Alex. cons. 146.vol.5. Hippol. rubr. de fideiuss. n.85. Ioan. Lup. c. Per vestras, de don. inter vir. & vxor. notab.3.§.12.nn.6. Mexia ad l. Toleti, p.12. fundam.1.nu.35. Perez. lib.5.ord. t.2.l.col.45.v. Dubium est quotidianum, f.79.* & refert Iasonem: quamuis in neutro casu posse dari, affirment *Tiraq. l. Si vnquam, v. Susceperit, nu.178. C. de reuoc. donat. Mantica de coniect. vlt. vol. l.12.t.1.num.13.* nisi tempore testamenti, vel post illud conditum, dum mutare potuit testator, nouerit illam esse nuptam: sed primum est verius: ergo similiter in nostro casu, diuersum sentiendum est, si in certis legetur: & ideo hanc sent. tenent *Barbatius cons.23.num.2.vol.1. Bald. auth. Nisi rogati, n.11. C. ad SC. Trebel. Fel. c. Ecclesia, de const. q.6.n.76. ver. Et pro ista, Bald. Nouel. de dote, prin.77 nu.2. Guil. Benedict. c. Raynutius, v. Qui cum alia, n.31. de testam. Bertachin. in repert. ver. Legatum pium, vers. Legatum pro virgin. maritandis, Ioan. Lup. d.§.12. n.6. Lazes in repet. l. Filiusfamilias, §. Diui, nu.219. ff. de leg.1. Mantica de coniect. vlt. vol. l.8.t.5.nu.22. Baeza de non meliorat. c.14.nu.9. Perez d.l.1.f.75. col.31. ver. In casu vero, Gutier. cons.26.nu.13. & quæst. canon. l.1.c.32.nu.29.* & videtur expressè tenere *Couar. c.3. de testam. n.11. vers. Sexto ex proxima.* vbi doctrinam hanc *Baldi* videtur approbare. & immeritò *Nata* voluit explicare Baldum, vt loqueretur de mandatario: cùm ferè omnes citati, & *Con.* de executore testamentario illum intelligãt: & ita loquantur de legato relicto pro virginibus maritandis, & illa auth. quam *Bald.* cõmentabatur, & *ipsemet Bald. ibi,* de legatis sermonẽ habent: nec obstat ratio Baldi, scilicet, quia id executores in mandato nõ habent: nam etiam executoribus testamentariis datur mandatum legata exequendi. Hoc tamen fatendum est, si legatum esset ad matrimonio collocandas testatoris neptes, dandum esse neptì ingredienti religionem: nam propter præsumptam testatoris affectionem ergo sanguine iunctos, plenius & latius venit interpretandum legatum, *l. Aurelius, §. Titius testamento facto, ff. de liber. leg.* ibi *præsumptio enim propter naturalem affectum facit omnia patri videri concessa.* Sic *Nata cons.296. n. 6. Mantica d.t.5.nu.22.* Nec obstant adducta in contrarium: nam §. *Sed & hoc præsenti,* nõ sic intelligitur, vt ea conditio nuptiarũ habeatur pro nõ scripta, sed vt ex præsumpta testatoris voluntate habeatur pro impleta per ingressũ religionis:

gionis: vt bene explicat *Couar. 1. var. c. 19. nu. 11.* Sed loquitur in casu speciali, quando legatum sit certæ personæ. Ad 2. constat ex dictis, rationem enim dispartitatis assignaui. Ad 3. fateòr ingressum religionis esse quoddam matrim. sed metaphoricè & impropriè, conditio autem in vera, & specifica forma impleri debet. Ad 4. ea doctrina est neganda, & ita eam impugnant *Fel. in c. 20. n. 79. & Lazes hoc. n. cit.* Ad 5. similiter ea doctrina est neganda; nam consuetudines, & statuta odiosa extendere, contra rationem est.

33 Ad argum. n. 1. proposita, ad 1. dixi n. 1. & ad 3. respondi n. 8. ad 2. autem dico conditionē, quæ nō inducit viduitatē simpliciter, sed respectu certæ personæ minimè reiici.

DISPVTATIO XXXIV.

Vtrùm pœna consistens in lucro non acquirendo, retrahens à matrimonio, validè apponatur, vt si legatum, vel donatio fiat sub conditione ducendi vitam cælibem.

SVMMARIVM.

Quæ sint difficultates disputanda: & in ea relatione aliquæ conditiones habet etiam locum in foro conscientiæ, vbi de testatoris voluntate constat, n. 1.

An conditio abstinendi à matrim. vel arbitrio alicuius illud contrahendi, reiiciatur à contractibus, vel illos vitiet, nu. 2. vbi, an conditiones impossibiles vitiant contractus, & legata à legatis, & hæreditate, & donatione causa mortis, reiiciatur conditio inducens viduitatem, & potest legatarius, vel hæres vendicare, n. 3.

An hoc sit verum, casu quo legatarius vxorem ducere velit, quòd si nolit, non acquirat legatum, n. 4.

An conditio virginis adiecta in legato, non nubendi, valeat, vt saltem virtute illius teneatur à secundis nuptijs abstinere, & tradendum sit legatum sub cautione Mutiana, n. 5.

Quid si alicui legatur centum, si nupserit, & ducenta, si non nupserit. an si testator expressè disponat, vt casu quo nupserit, nihil detur: & casu omissus manet in vim communis dispositionis, n. 6.

Quid de conditioni, si Titius filius non habuerit, vel si se liberis discesserit, n. 7.

Quid si extremus legatur centum, si Berta non nupserit, & regatus sit ille Bertæ restituere, n. 8.

Quid si legatarius si non nupserit, negata sit id legatū alteri restituere, n. 9.

Quid si pari, tutori, vel curatori, vel amico, legetur aliquid, si Berta non nupserit, & Bertæ, & extraneo aliquid legetur, si ea non nupserit, num. 10.

Quid de conditione auertente à religionis ingressu, at ibi vidua apponitur, 11.

Quid si alicui legentur centum, si nupserit, quinquaginta verò si religionem ingrediatur. 1. opinio affirmans, n. 12. contraria verior, n. 13.

An licitè manus legetur filiæ si ingrediatur religionem quàm si nubat, & in maioratibus apponatur clausula excludens religiosos, n. 14.

An valeat legatum factum alicui si religionem ingrediatur, vel sacerdos fiat, vel continenter viuat, n. 15. aut, si castè & honestè viuat, ibi d.

Legatum factum alicui si religionem ingrediatur, an obtineat si nouitiatus tempore exeat, & vxor cui vir legat, si habitum extra ordinis assumat, & illa exeat: ponitur opinio negans, n. 16.

Contraria verior, n. 17. & explicatur l. Reprehendenda, C. de instit. & substit. vbi an voto religionis satisfaciat ingrediens. & egrediens: & sit differentia: voueo religionem, vel me fieri, aut esse.

Quid si legatarius sub conditione si religiosus fiat, priùs ducat vxorem, & deinde viduus fiat religiosus, n. 18.

Quid de conditione matrim. inundi arbitratu, vel consensu talis personæ, licet arbitrium imperet non nudam voluntatem sed prudentiale, n. 19.

An talis conditio si arbitratu alicuius femina nupserit, omnino reiicitur, n. 20.

An valeat, si pater in legato vltra legitimam, grauet filium, ne vxorem ducat sine matris, vel alicuius proximi consensu, n. 21.

Quid de conditione, vt filius non ducat vxorem sine patris consensu, n. 22.

Quid si ei, qui virginem deflorauit, aliquid legetur, si de consensu patris illam duxerit, n. 23.

Quid de conditione, si de consilio alicuius vxorem duxerit, & quid distet inter consilium & consensum, n. 24.

Quid in consilium, an quibus quis teneatur sequi consilium, vel esset periculum in mora, n. 25.

Quod si is cuius requiritur consilium, vel consensus, sit absens, n. 26.

Quod si is cuius est petendum consilium, vinus testatore decessit, n. 27.

Quid si apponatur conditio, si Titius non duxerit vxorem, habeat post mortem suam, vel post tale tempus, centum, n. 28.

Post n. 28. sequentes casus summaria.

1 DVplex est disputanda quæstio. Prior, in quibus casibus reiiciatur conditio nuptias prohibens: posterior, in quibus casibus valida sit. Supponendum autem primo est conditiones, quas ius reiicit, in vtroque foro inualidas esse, quamuis constet de contraria testatoris voluntate, vt dixi disp. præced. n. 2.

QVÆSTIO I. est, in quibus casibus ius reiiciat conditionem prohibentem nuptias. Sit prima concl. Conditio abstinendi à matrim. contractui adiecta non reiicitur, sed vitiat contractum, atque irritum reddit, quando virgini ea conditio imponitur: virgini (inquam) id est ei, quæ non contraxit, ac consummauit aliud matrim, vt dicemus nu. 29. & 30. vt si quis ei promittat 100. si non nupserit, promissio est irrita: & ratio est, quia hæc conditio reputatur iure impossibilis, vt bene P. *Mol. to. 2. de iust. tract. 2. disp. 285. fin. & Enrig. l. 11. de matrim. c. 12. nu. 6.* Nam quæ iure impossibilitantur, vocantur impossibiles, *l. Conditiones, quæ contra bonos mores, ff. de condit. inst. l. 3. §. 4. p. 6.* hæc autem iure impossibilitatur, vt n. 3. dicemus, & ita impossibilis est de iure. Conditiones autem impossibiles, quamuis reijciantur à legatis, non tamen à contractibus, sed illos omnino vitiant. *§. Si impossibilis, Inst. de inut. stipul.* ibi, *si impossibilis conditio obligationibus adijciatur, nihil valet stipulatio*: & idem in omnibus contractibus disponitur, *l. Non solum, ff. de act. & obl.* & bene docet cum aliis *Molina l. 2. de primog. c. 12. nu. 18.* nomine autem conditionum impossibilium ad hunc effectum comprehenduntur, & quæ natura, & quæ iure impossibilitantur: vt constat ex legibus citatis. & docet *idem Molin. ubi c. 12. num. 35.* & in propriis terminis conditionem hanc non nubendi vitiare contractum, docet *Acosta l. Cum tale, §. arbitratu, lum. 2. nu. 1. P. Molin. d. disp. 285. fine.* Addit *ibi Molina* vitiare has conditiones de iure contractum, nisi impleantur. Cui is tamen contrarium credo: quia *d. §. Si impossibilis, & d. l. Non solum*, dicitur nihil valere stipulationem, neque contractum sub conditione impossibili: at multū valeret, si ea conditione impleta obligaret. Praterea, quia falsum esset vitiare contractū, sed suspendere vtique more conditionis honestæ, eiusque obligatio ex conditionis implemento penderet: quare *Acosta eadem. 2. n. 2.* ait, minimè valere donationē, licet res tradatur virgini sub conditione, si non nupserit, & tanquam quid speciale ait, *nu. 3.* si quis promittat virgini 100. aureos, si accesserit Titij nuptias, non absurdè sentire eum, qui dicet illam cōditionem, nec vitiare, nec vitiari, & ita obtinere promissum, si virgo conditionem impleat: imò etiā in hoc casu credo vitiari cōtractum: quia perinde reputatur iure impossibilis, conditio, si arbitratu alicuius virgo nupserit, ac conditio, si non nupserit. vt dicemus n. 19. Rogabis tamen, quare ea cōditio, si non nupserit, & reliquæ impossibiles à contractibus nō reiiciantur, sed illos vitient, cū tamē à legatis reiiciantur, nec illa vitient: varias rationes affert *Sarmiento 2. select. c. 3. num. 1. & 2.* sed vltra illas, addo hanc: ideò ius ciuile non sustinet contractus reiecta conditione impossibili, quia contrahentes ipsi cum adhuc sint superstites, possunt suos contractus sic vitiatos ob conditionis impossibilitatem, efficere validos, remittendo conditionem impossibilem: at verò testator, qui iam obiit, nō potest suam dispositionem ad debitum modum reducere. vnde oportuit, vt per legem ipsam reduceretur, reiecta illa conditione: quod nō fit in pœnā sic testantis, quinimmo in ipsius fauorē, supposito enim voluisse illū de suis bonis disponere, fauor est illius dispositionis, quæ alias omnino corrueret, si ad debitum modum redigatur, vt valida sit.

Secunda concl. conditio abstinendi à nuptiis, omnino reiicitur ab hæreditate, vel legato, & ea reiecta, purè debetur: vt si virgini legentur 100. si non nupserit, obtinebit illa, quasi purè, & absque omni conditione illi relicta, esset. Habetur expresse, *l. Quoties, 22. l. Cum tale, 71. §. Mutius & l. Titia si non nupserit, ff. de cond. & demonstr.* & ratio huius decisionis est, vt habetur *l. 2. C. de indicta viduit.* quia vtique interest; vt multis ex legitimo matrim. procreatis, augeatur. Quod adeo verum est, vt ex multis probat *Acosta l. Cum tale, §. Si arbitratu, ff. de cond. & demonst. ampl. 1. per totam*, posse legatarium, id legatum vendicare, ac si talis cōditio apposita non esset. Idē dicendum est, si donationi causa mortis eadem conditio adiecta sit: vt bene docet *Acosta eo. §. Si arbitratu, ampliat. 2. n. 1. & 2.* & ratio est, quia conditiones impossibiles non tantum à legato, sed etiam à do-

nationē causa mortis reiiciuntur, *l. Quæ sub conditione, §. Et in mariti, ff. de cond. instit.* eo quòd cum reuocabilis sit, quo ad eum effectum inter legata computatur: vt tradunt *Acosta l. 1. selectar. c. §. n. 3. Ant. Gom. 2. var. c. 4. n. 18. Molin. lib. 2. de primog. c. 12. nu. 40. P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 206. concl. 2. & to. 2. d. 285. concl. 2.*

4 Ex his infertur non audiendum esse *Metinam, C. de restitut. q. 23. vers. Itaque quatuor conditiones*, vbi ait diuersimode reiici à legatis conditiones impossibiles ac turpes, & quæ nuptias prohibent, nam impossibiles & turpes, prorsus reiiciuntur: quæ autem nuptias prohibent, non absolute annullantur, sed tantum casu, quo legatarius matrimonium inire velit. Sed dicendum est absolute, & prorsus reiici, ac pro non scriptis haberi: vt docent *gl. l. Titia si non nupserit, ff. de condit. & demonst. fine, Couar. lib. 1. var. c. 19. nu. 10. Simanc. cons. 215. nu. 172. vol. 2. Mantica de coniectur. vlt. vol. lib. 11. tit. 19. n. 1.*

5 Secundo infertur non esse audiendum *Acostam, l. Cum tale, §. Si arbitratu ff. de condit. & demonst. lim. vlt. num. 5. & seqq.* vbi docet hanc conditionem, non ineundi matrimonij, non reiici, quasi nihil operetur, & pro non scripta habenda sit: sed nihil prorsus valere respectu primi matrim. valere tamen respectu secundi. Vt si virgini legentur 100. si non nupserit, obtinebit legatum, primæ vice nubens, illud tamen amittet, si secunda vice nubat. Et probat, quia ea cõditio, si non nupserit, cum sit negatiua, est perpetua, & proinde includit quodlibet matrim. futurum, ergo sicut valere relictum virgini, hac conditione, si secundò non nubat; & relictum hac conditione, si nec primò, nec secundò nubat, rescinderetur, quoad primas nuptias, non verò quoad secundas: similiter ea conditio negatiua, si non nupserit, valebit quo ad secundum matrim. reiecta quoad primum. Vnde infertur nu. 6. legatum non esse tradendum per heredem, absque cautione Muriana restituendi legatum, cum fructibus, secundis nuptiis initis. Sed dicendum est eam conditionē absolute & prorsus reiici, & haberi pro non scripta: vt docent omnes DD. citati n. præc. & ratio est, quia re vera testator de primis nuptiis intelligitur, *l. Bouet, §. Hoc sermone, ff. de verbor. sign.* Et licet verum sit conditionem negatiuam esse perpetuam, & omnes nuptias includere, id tamen tunc habet locum, quando vtilitatem, & modo iure permisso expetimur. Tandem quia si diceret: cum primis cautionem præstiturus esset, cuius tamen contrarium ex ipsomet Acosta diximus n. 3.

6 Tertio infertur, si legentur virgini 100. si nupserit, dummodo non nubat: quia ea conditio est nulla. habetur expresè *l. Titia, si non nupserit, ff. de condit. & demonstr.* & docent *Bart. & alij*, quos refert & sequitur *Couar. l. 1. var. c. 19. num. 9. & 10. Sylu. Matina. C. de rest. q. 23. v. Respondeo salvo meliori iudicio, & v. Ad* verum, quem sequitur *Gutier. l. 2. q. can. c. 25. nu. 15.* vbi vterque dicit in vtroque foro deberi legatum virgini, sub conditione si non nupserit, quando testator expressit suam voluntatem esse vt nubens nihil obtineret: vt si sic dicat, Lego Mariæ si non nupserit, & si fortè nupserit, nihil lego. & probat *Gutier.* quia iura loquuntur de simplici conditione non nubendi, quando autē testator vlterius procedit exprimendo suam voluntatem, nihil decidunt: vnde tamquam casus omissus remanet in iuris communis dispositione, *l. Commodissimè. ff. de li. & posth.* quod præscriptum testatoris voluntatem ad vnguem seruādam esse. Cæterum dicendum est omnino reiici eam conditionem, contra expressissimam testatoris voluntatem in vtroq; foro: vt probant disp. præc. n. 2. Item quia dum testator legauit 100. si nupserit, & 200. si non nupserit, virgini, apertè suam voluntatem exposuit, & tamen ius decreuit deberi illa 200. nubenti. Item id probo ex *l. Cum tale, §. Mauia, ff. de cond. & demonst.* ibi, *Mauia si non nupserit, fundum, cum moreretur legauit, & si nupserit, eam confestim ad legatum ad-*

mitti, vbi manifestè testator expressit suam voluntatem esse, vt Mæuia post mortem obtineret legatum, casu quoque tunc non nupserit, & tamen ita ius reiicit eam conditionem, vt nec tempus mortis exspectetur, sed statim deberi legatum, statuit: & reddit rationem *gl. verb. Eam confestim*; quia ideo testator voluit mortis tempus expectari, quia tunc, & non antea, certum est eam conditionem non nubēdi, impletam esse, cum autem ea conditio spernatur, superfluum est, eius diem expectari.

Tertia concl. conditio à liberis procreandis auertens, 7
similiter prorsus reiicitur: vt Lego Titio 100 si filios non habuerit, vel si sine liberis decesserit. ratio est, quia conditio non nubendi, iure reiicitur gratia procreandæ sobolis: vt dixi nu. 3. ergo à fortiori conditio auertens à sobole procreanda. Sic *Socin. cons. 98. n. 7. l. 3. Acosta l. Cum tale, §. Si arbitratu, ampliat. 1. n. 4. ff. de condit. & demonst.*

Quarta concl. non valet conditio, etiam si extraneo 8
legentur 100. si virgo non nupserit, & ea restituere rogatus sit illi virgini: debebitur enim legatum, licet nubat. Quia mulier ad viduitatem inuitatur, vt legatum comparet. sic *Acosta eodem §. Si arbitratu, ampliat. 5 per totam, Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 19. n. 5.*

Quinta concl. non valet etiam conditio, si mulier cui 9
relictum est legatum si non nupserit, rogata esset illud restituere, vt Lego Titiæ si non nupserit 100. vt det Titio, nam etiamsi nupserit, recipiet legatum, & restituet Titio, quia censendum est, ac si purè, & absque condizione recepisset, vt Titio restitueret. habetur expresè, *l. Non dubium, ff. de leg. 3.* & probat latè *Acosta ibi, tota ampliat. 6. Mantica eod. tit. 19. n. 4.* secus esset, (vt benè ait *ibi Mantica*) si legentur virgini 100. si non nupserit, & casu, quo nubat, eius fidei committatur, vt restituat Titio: nam etiam si nubat, retinebit legatum, nec restituet Titio. Habetur expresè *l. Quoties, ff. de condit. & demonst.* quia illud fidei commissum inducit viduitatem.

Sexta concl. non valet conditio nuptias prohibens, ad- 10
iecta legato relicto patri, tutori, vel curatori, vel amico ita connecto cum persona, quæ abstinere debet à nuptiis, vt probabile sit fore, vt ea abstineat, ne legatarius amittat legatum illud, vt in simili diximus de pœna sponsalibus adiecta, disp. 30. n. 3. Sic *Acosta d. §. Si arbitratu, tota ampl. 9.* & maximè *n. 6 & lim. 4. n. 1. & seq. Ant. Gab. to. 2. comm. l. 10. in mea edit. ver. Legatum, f. 19. Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 19. num. 5.* idem dicendum est si legatum illud relinquatur consanguineis, vt benè *Iason. l. 1. n. 1. C. de indict. viduit.* vt idē diximus de pœna, d. disp. 3. n. 3. Si autem legatum relinquatur Titio, & extraneo: si Titia non nupserit, reiicitur conditio pro parte Titiæ debita, & ita illam statim consequetur, valebit tamen pro parte extraneo relicta, & ita nubente Titia, nec illa, nec extraneus eam legati partem comparabit: sicut d. disp. 30. nu. 5. diximus valere pœnam sponsalibus per extraneos adiectam: quia non est verisimile Titiam à nuptiis detrahendam esse, ne extraneus illam legati partem amittat. sic *Mantica ibi.*

In dubium autē vertitur, an idem dicendum sit de con- 11
ditione auertente à nuptiis spiritualibus, vt si Titiæ legētur 100. si ingressa religionē non fuerit. Aliqui enim eam conditionē reiici sentiunt, per *auth. de sanctiss. Episc. §. Sed & hoc præsenti, coll. 9.* vbi habetur eā conditionē pro non scripta haberi. itē quia valet argumentum à matrim. carnali, ad spirituale, vt latè *Euer. loco à matrim. carnali, ad spirituale*: ergo sicut reiicitur a matr. carnali, ita à spirituali: sic *Bald. & Dec.* quos refert & sequitur *Acosta l. Cum tale, §. Si arbitratu ff. de condit. & demonst. ampl. 11. n. 1. Aretin. & Fel.* quos refert & sequitur *Paris. c. In præsentia, de prob. n. 137. & 143. Euerard. loco à matrim. carnali, ad spirituale, n. 5. Roland. cons. 55. n. 20. & 25. l. 3.* & ex Theol. *Metina, C. de restit. q. 23. §. Itaque quatuor cõditiones, Ledesm. 2. p. 4. q. 18. a. 1. dub. 12. f. 227. col. 3.* Addit *Acosta cum Decio* contra *Ang.* reprobari eandem conditionē etiam viduæ adiectā, quamuis secus sit in conditione nō nubendi: quia in conditione auertente à religione, cadē est ratio in virgine, & vidua: limitant tamen *idem Acosta, & Euerard.*

cum aliis, quos referunt, quando conditio nō ingrediendi monasterium est generalis, secus si prohibeatur ingressus talis monasterij: tunc enim valebit conditio, si alia monasteria sint, ad quæ commodè sic prohibitus, recipi possit. Cæterum multo verius est, eam conditionem minimè rejici, sed valere: quia quamuis religionis status perfectior sit, at ius non tribuit illi hunc fauorem. Item, quia quamuis conditio illa religioni aduersa sit, fauet tamen matrimonio, & sobolis procreationi. Item, quia non est verisimile aliquem arcendum à religionis ingressu, eò quod legato privetur, cum ad id ingrediatur, vt seculo & bonis temporalibus, per tria vota, renuntiet. Deinde quia ingressus religionis respicit graue tum ingredientis bonū; matrim. autem bonum reipubl. commune, quod in liberis procreandis versatur, vnde non mirum est, si ius nō ita faueat ingressui religionis, ac matrimon. vnde non obstat *auth.* in contrarium adducta, quia disp. præced. n. 32. illam explicuimus. Nec etiam obstat argum. à matrim. carnali, ad spirituale: illud enim, vbi eadem ratio in vtroque militat, locum habet, secus ubi diuersa, vt hic. Tandem, quia *d. auth. de sanctiss. episc.* tantum procedit ex præsumpta voluntate testatoris, non autem contra eius expressam voluntatem, vt probant disp. præc. nu. 29. & 30. ergo quando exprimit suam voluntatem esse, se non legare, vel instituere, casu quo legatarius religionem ingrediatur, ea conditio seruanda est. Et ita tenent *Couar. 1. var. c. 19. num. 10. Mantica cum Paulo, Alex. & Decio* per ipsum citatis *de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 18. num. 31. Menoch. de præsumpt. l. 4. præsumpt. 83. n. 18. & 19. & 23. Gutier. lib. 2. q. canon. c. 25. n. 5. P. Molin. to. 1. de iust. tract. 2. disp. 207. ad fin. in solut. ad 1.*

12 Ex his infertur decisio illius quæstionis, an si legentur Titio 200. si vxorem duxerit: 100. verò, si religionem ingrediatur, consecuturus sit, religionem ingressus, illa 200. vel 100. solum, pro vt testator disposuit? Multi enim affirmant eum consecuturum illa 200. eaque ratione ducuntur, quod illa conditio tanquam aduersa religioni inualida sit. Sic docent *Bart. & Socin. l. 2. ff. de his quæ pœnæ causa, n. 1.* (aliàs habetur hic tituius pœnæ nomine) *Ant. c. In præsentia, n. 27. de probat. & vix Aretin. n. 72. Felin. n. 37. Parisius nu. 134. Beroius n. 494. Iason. auth. Si qua mulier, n. 11. & 15. C. de sacrosanct. Eccles. Rosella verb. Legare, nu. 27. Ang. verb. Hæres, n. 21. Syla. Legatum, 3. q. 9. & Hæredit. 4. fin.* vbi *armil. num. 22. Tabiena v. Hæres, q. 16. n. 17. Rolan. cons. 35. nu. 17. l. 3. Euerar. loco a matrim. carnali. ad spirit. nu. 8. Acosta l. Cum tale, §. Si arbitratu, ampliat. 11. n. 5. ff. de condit. & demonst. Ant. Gab. to. 2. comm. in meæ edit. l. 10. verb. Legatum f. 8. & multi alij quos hi referunt.* Et ex Theologis *Beja summa post casum 66.* Limitat *Felin. ibi*, nisi testator certum monasterium designasset, vt Lego Titio centum, si nupserit, 50. verò, si ingrediatur tale monasterium: tunc enim si id monasterium ingrediatur, solum obtinebit 50. quod *Acosta ibid. n. 6.* sic intelligendum dicit, vt ingrediens illud monasterium, solum 50. obtenturus sit, at quodcumque aliud ingrediens, integra centum. Et hæc sententia probabilis est.

13 Tenendum tamen est, tanquam multo probabilius, ingredientem religionem, solum 100. consecuturum, quia conditio à religione retrahens, non est inualida, nec contra expressam testatoris voluntatem rejicienda est: vt latè probauimus, *nu. 11.* ergo vbi expressè testator disposuit, quid ingrediens religionem, consecuturus sit, quid autem vxorem ducens, id obseruandum est. Sic docent *Vald. auth. Nisi rogati, n. 11. C. ad SC. Trebell. & l. Deo nobis, nu. 1. & 2. C. de epis. & cleric.* vbi *Paul. n. 5. & d. auth. Nisi rogati, n. 3. & l. Titio centum, §. 1. in fine, ff. de condit. & demonst. Guiod. Benedictus c. Raynutius. verb. Qui cum alio, nu. 32. de testam. & multi alij*, quos referunt & sequuntur *Couar. lib. 1. var. c. 19. nu. 8. 9. & 10. Mantica de coniect. vlt vol. l. 11. tit. 18 nu. 29. & tribus seq. Decianus cons. 41. nu. 30. l. 1. Menoch. de præsumpt. l. 4 præsumpt. 85. n. 26. Perez l. 5. ord. t. 2. l. 1. ad fin. ante verb. Con buenos testemonios, Gutier. q. canon. l. 1. c. 32. nu. 58.* Et ex Theologis, *P. Molin. tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 207. f. 1268. Lud. Lop. 2. 9. instruct. de matrim. c. 36. fol. 1037.* Vt tamen euitentur opiniones, sic legari potest, vt ingrediens religionem id solum consequatur, quod testator vult: Lego Titiæ 100. & ei qui eam duxerit, ducenta. Sic *Bartol. Rolandus à Valle, nu. 31.* vbi alios refert, *citati n. præc. Mantica, n. 35. Gutier. n. 16. proximè citati.*

Obseruandum est, quamuis impium sit testatorem aliquam adijcere conditionem, eo fine vt à religionis proposito aliquem auertat: iustissimè tamē posse minus legare filiæ, si religionem ingrediatur, quàm si nubat, non ea eam à religionis proposito retrahat, sed quia maior dos nubenti necessaria est, & quia maiorem bonorum partem vult posteris & familiæ relinquere. Sic alios referens *Couar. n. 10. P. Molin. & Lud. Lop. relati n. præc.* Vnde in primogeniturę & meliorationibus ea conditio admittitur, vt nec Monachi, nec sacro ordine initiati succedere in eis possint. Hæc enim conditio non eo tendit, vt ab hoc statu retrahat, sed vt familia conseruetur. Sic *Iason. Lop. vbi de donat. §. 16. nu. 13. & 14. Couar. nu. 10. & 11. P. Molina cit. n. præced. Molina lib. 2. primogen. c. 12. n. 54. Marcarius epitoma fideicommiss. q. 31. Gutier. l. 1. q. canon. c. 25. n. 6.* vbi limitat cum *P. Molina n. 55.* quando maioratus est regia facultate institutus, nam quando vt tertia bonorum parte absque regia facultate, seruanda est ordo præscriptus, *l. 27. Tauri.*

De contraria autem conditione, quæ ad religionem inuitat, non est certum apud DD. an valida sit, vt si legatum fiat alicui ea conditione, vt religionem ingrediatur: quinam enim censent, inualidam esse, quando virgini apponitur, eò quòd viduitatem inducat, illiúque æquiualeat si non nupserit. sic *Bart. consil. 45. Rimin. al. cons. 215. num. 1. vsque ad 181. vol. 2.* Sed dicendum est eam conditionem valere, quia iustum est præmij spe ad religionem alliceri, nec conditio directè tendit ad nuptias impediendas, sed id per accidens, & indirectè est; directè autem tendit ad alliciat ad statum perfectissimum, nec præsumendum est eius voluisse conditionem hanc, ob matrimonij fauorem, annullare. Sic *Bald. auth. Cui relictum, n. 3. C. de indu. viduar. & ibi Paul. & Iason. num. 4. & Cornens* dicit hoc esse benignum *Couar. 1. var. c. 19. n. 10. Acosta, l. Cum tale, §. Si arbitratu, fam. num. 1. ff. de condit. & demonst. Ant. Gom. 1. var. c. 12. num. 78. Gabr. to. 2. comm. in meæ edit. lib. 10. verb. Legatum, f. 19. P. Molina to. 1. de iust. tract. 6. disp. 207. f. 1265.* Similiter valet conditio, Si fiat sacerdos, eadem ratione. sic *Couar. & P. Molina ibi.* Non tamen valet hæc conditio. Si continenter vixerit, quia directè expellit nuptias, secus si castè & honestè vixerit: quis ducens vxorem dicitur castè & honestè viuere, sic *Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 19. n. 29. & 30.*

Dubitabis tamen an legatum sub ea conditione ingrediendi religionem, relictum, comparet ingredienti, si ante nouitiatus exeat, qui in re multi satis probabiliter asserunt, minimè consequi, quia verba cum effectu intelligi debent, *c. Relatum, de cler. non resid.* nec præsumendum testatorem actum vanū voluisse, qualis est ingressus professione minimè secuta. Secundo, per *l. Beprehendendo, de instit. & substit. ibi, redigitur ad maritum, sicut bona matris si ei lucro, retinentur: quippe quam retinere, licet ad non rec. ff. s.* Ex quibus verbis constat non requiri perseuerantiam in conditione diuortij à viro, sub qua legatum relictum est: eò quòd conditio erat turpis, ergo à contrario sensu, quando conditio honesta est, qualis est religionis, requiritur perseuerantia. sic tenent *Paulus l. Si quis heredem, n. 3. C. de instit. & substit.* vbi *Alex. n. 2. & l. In substitutione, n. 12.* vbi *Incola, n. 4. ff. de vulg.* Et in simili casu de legato relicto per virum vxori, si assumpserit habitum tertij ordinis D. Francisci, minimè eam consequi, si seruet habitum dimiserit: docent *Bald. d. l. Si quis heredem, n. 6. Salic. n. 3. Bart.* autem *d. l. Si quis heredem, n. 2. & Angel. d. l. In substitutione*, dubitant, & nihil decidunt.

Verùm probabilius est legatum consequi. Probatur *l. quis heredem, 7. C. de instit. & substit.* ibi, *sancimus quandocunque implenda fuerit conditio, siue viuo eo, siue mortis tempore, siue post mortem, conditionem videri esse completā.* Ex quo textu colligunt omnes scribentes satis esse conditionē seruari, si per tempora mortis impleri, ergo satis fuit legatarū impleuisse

ingrediendo, quamuis postea exierit. Item, quia ingredi religionem, & in ea profiteri vt diuersa ponuntur, *c. Benefic. & c. Qui post votum de reg. in 6.* ibi, *religionem aliam etiam laxiorem ingrediatur, & profiteatur in ipsa.* ergo cum testator in conditione non memineriit professionis, sed solius ingressus, solo ingressu paretur conditioni: eo vel maximè, quia in dubio minimè præsumitur aliam testatoris intentionem esse, quam verba significent, *l. Labeo, §. Idem Tubero, ff. de supellect. legat.* Tandem, quia vouens religionis ingressum, satisfacit voto, si ingrediatur, & nouitiatus tempore exeat, quia votum ingressus, secundum formam iuris communis, quod annum probationis ad experiendū indulget, intelligendum est, vbi non constat de contraria intentione, vt auctor est *D. Thom. 2. 2. q. vlt. a. 4.* quem vniuersi sequuntur, ergo similiter conditio ingressus religionis adiecta à testatore, intelligi debet iuxta eandem iuris communis dispositionem: quia in dubio testatoris verba non debent intelligi, vt inducant aliquid à iure exorbitans, vt est casus notabilis, *l. Vxori, §. 1. ff. de legat. 3.* & cum multis docet *Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 6. t. 6. n. 1. & multis seq.* Et ita hanc sent. tenent *Lud. de Roma l. Permisceri, 52. §. Species, n. 4. ff. de acquir. possess. Iason. d. l. Si quis heredem, num. 13. Brunel. de spons. alibi, conc. 31. num. 12.* Pro qua sent. facit quod docet *Mantica* cum aliis quos refert, *de coniect. vlt. vol. l. 6. t. 11. n. 1.* nempe testatore filiū instituente hac forma. Si filios non habueris, substituo Caium, excludi substitutum habentis liberos, qui vno filio obiere, eo quod conditio semel exiitit, quamuis effectum non habuerit. Idem dicit *Iason. cod. n. 33.* casu quo vir vxori legaret, si habitum tertii ordinis assumpserit, legatum nimirum eam consequi, habitu semel assumpto, & postmodum dimisso: cuius contrariū tenuerunt *Bald. & Salic. citati n. præced.* Hæc tamen sent. intelligenda est, dummodo ingressus in religionem bona fide animo experiendi, fieret, exitusque ex causa iusta esset: si enim legatarius eo solo animo ingrederetur, vt obtineret legatum, postea exiturus, vel bona fide ingressus, absque iusta causa habitum dimitteret, non satisfaceret. sic dixit optimè *Fulgos. d. l. Si quis heredem, n. 2.* Et prob. non satisfacere, si animo exeundi ingrediebatur, quia testator non intendit actum vanum, qualis est iste. Item quia intendit ingressum religionis secundum formam iuris, quæ est, vt qui bona fide ingrediatur, animo experiendi. Item quia hoc ingressu non satisfit voto ingrediendi religionē: vt docet *D. Thom. 2. 2. q. vlt. ar. 4. ad 3. & ibi Caiet. Ricardus 4. dist. 38. a. 8. q. 3. & ibi Palud. q. 4. a. 1. Abulensis c. 30. Num. q. 93. ad 4. D. Antonin. 3. p. t. 16. c. 2. §. 4. Angel. Votum 3. n. 18. Sylvest. Religio 2. q. 19. Tabiena verb. Nouitius, q. 7.* vbi *Armilla n. 10. Vigur. l. iustus c. 17. §. 1. vers. 23. Palacios 4 dist. 38. disp. 1. f. 849.* Probatur etiam non posse ex sola libertate nouitius in iure concessa exire: quia testator ad aliquid astringere voluit, vt legatarius ille legatum obtineret, sed ingrediēs religionem secluso quocumque præcepto; tenetur si omnia grata inuenerit, sub culpa veniali permanere: ergo tenens, absque causa iusta retrocedat: & ita minimè satisfacit voto religionis, qui absque causa iusta egreditur: vt docent *Cauca & Armilla proximè cit. Angles floribus, 2. p. q. de voto, a. 2. dissi. 7. Pasarel super priual. Minimorum, c. 43. Manuel* dicat sic, Lego Titio, si ingrediatur religionem, vel si fit, aut fiat religiosus: quia in communi modo loquendi eodem pacto intelliguntur omnia verba hæc, quamuis in voto discrimen constituerint *Caiet. 2. 2. q. vlt. a. 4. dub. 1. Armilla & Palacios proximè cit. Cou. de pactis, 1. p. §. 3. nu. 12.* dicentes vouentem religionem, vel religiosum fieri, non vouere perseuerantiam, & ita satisfacere, si ex causa iusta exeat; vouentem verò se futurum religiosum, censeri vouere perseuerantiam, & ita reum esse voti, si egrediatur. Sed meritò contrarium tenuit in voto *Angles d. art. 2 diffic. 6.* & multi Neoterici viri doctissimi: quia nec testator, nec vouens has subtilitates attendunt, & in communi loquendi modo hæc omnia verba idem sonant. Nec obstat 1. arg. cōtrariæ sent. quia non est actus vanus, dum quis bona fide animo experiendi ingreditur, nec absque causa iusta egredi potest: ad quod cōditio illa astringit. Non obstat 2. quia diuersimodè respondetur ad illam *l. Reprehendenda, cum Iasone, d. l. Si quis heredem, n. 13.* & aliis quos refert. 1. Nō valere argumentum à contrario sensu, quando resultat absonus intellectus contra ius, at hic resultaret contra *d. l. Si quis heredem*, ex qua constat satis esse momento temporis conditionem impleri. 2. Nihil probare eam legem, quia imperator non innititur conditionis turpitudini, sed arguit à maiori ad minus, hoc modo; si non diuertisset, obtineret, ergo à fortiori redeundo. 3. Ex mente testatricis colligi, voluisse eam conditionem perpetuo durare, odio enim viri præcepit diuortium. Tandem in diuortio ibi præcepto includi conditionem negatiuam, non redeundi, quæ perpetua est. nam diuortium propriè est animo perpetuò recedendi, *l. Diuortium. ff. de diuort.*

Vtrum verò instituens sub conditione ingressus religionis, obtineat legatum, si prius vxorem ducat, & viduus effectus, religiosus fiat, dixi disp. præced. n. 17. 18

Septima concl. non tantum conditio non ineundi matrimonium, reiicitur à legato, sed etiam conditio ineundi arbitratu, vel consensu tertij; & ratio est, quia qui tenetur consensum, vel licentiam alicui petere, tenetur sequi, atque ita matrimonij libertas impedietur: hæc conclusio habetur expresse, *l. Cum tale, §. Rescriptum, ff. de condit. & demonst.* atque ita docent vniuersi. Nec admittenda est aliquorum limitatio, quos refert *Acosta ea l. Cum tale, §. Si arbitratu, ampli. vlt. n. 2. & 3.* qui intelligunt hoc, quando arbitrium dicit meram voluntatem, secus quando prudentiale iudicium: honestum enim est in matrim. illud sequi. sed meritò *Acosta ibi, n. 7. Molin. l. de primog. c. 13. n. 35.* cū aliis, quos referunt, id reprobant, quia cum ea cōditio obliget ad sequendum arbitriū illud, repugnat matrim. libertati. 19

Hæc tamē conclusio non ita accipienda est, vt ea conditio omnino reijciatur, sed cum duas claudat; alteram matrimonij ineundi, alteram verò, vt arbitratu talis personæ, hæc vt matrimonii libertati aduersa, reijcitur: illa verò, vt matrimonio fauens est: sic *Peralta l. 1. nu. 32. ff. de leg. 2. Acosta d. ampl. vlt. n. 17. Mantica* multos referens *de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 8. num. 8.* & consulendus est *Acosta*, qui circa istam conditionem, *d. ampliat. vlt. n. 22. & seq.* aliqua notatu digna animaduertit. 20

Hinc infertur contra *Ioan. Lup. c. Per vestras, notabili 3. §. 21. n. 4. de don. inter vir. & vxor.* quem sequitur *Pelaez de Meres de maiorat. 1. p. q. 50. nu. 8.* non valere conditionem, qua pater filium grauat, in legato vltra legitimam, ne absque consensu matris, vel alicuius propinqui, vxorem ducat, quia textus, & Doctores indistinctè eam conditionem reijciunt, vt aduersam matrimonij libertati: & quamuis id legatum debitum non sit, si tamen relinquatur, conditiones iuste improbatæ ab ipso reijcientur: sicut si extraneus legaret, & ita reprobat *Acosta dict. §. Si arbitratu, ampliat. vlt. n. 2.* 21

Secundo infertur contra Antonium de Prato, quem refert, nec improbat *Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11. t. 18. nu. 8. & Burgos de Pac. conf. 20. n. 5. & seq.* dicentem valere conditionem legato adiectam, ne filius absque paterno consensu vxorem ducat: id enim honestissimum, & omni iuri consonum est: infertur (inquam) eam conditionem minimè valere. quamuis enim honestum sit filios in matrimoniis contrahendis, voluntatem paternam amplecti, iura tamen omnimodæ matrimonii libertati consulere volentia, omnes conditiones illi quocumque modo aduersas, reiecerunt. sic *Acosta d. ampliat. vlt. n. 13. Suarez lib. 3. fori, tit. De los casamientos, l. 2. n. 21. & seq. Moli. l. 2. de primog. c. 13. nu. 35. Gamma decis. 314.* & ex Theologis *Enriquez l. 11. de matrim. c. 6. n. 6. & c. 12. n. 6. P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 207. f. 1264. Manuel 1. 10. sum. 2 edit. c. 133. n. 6.* 22

Tertio infertur, si quis ei, qui puellam violauit leget cē- tum. si de consensu patris illam ducat, valere legatum, reiecta ea conditionis parte de consensu patris, quare etiam 23

iam contra eius consensum illam ducens, obtinebit legatum. Sic *Acosta d. ampliat. vlt. n.* 13.

24 Octaua concl. non reijcitur à legato ea conditio vxorem ducendi cum consilio talis personæ: hæc est contra *Dynum. Bald. Aretin. Alberic. Ioan. de Imola, Iacob. à S. Georgio*, quos refert & sequitur *Acosta, l. Cum tale, §. Si arbitratu. Inst.* 11. *n.* 4. *& seq. ff. de cond. & demonstr.* Sed probatur, quia hoc distat inter consilium & consensum, quod iussus aliquid facere cum consensu, vel arbitratu alicuius, teneturillud sequi, at iussus facere cum consilio, petere quidem tenetur, sequi verò, minime, *l. Cum pater, §. Mando ff. de leg.* 2. *& l.* 23. *t.* 1. *p.* 5. & late *Menoch cons.* 69. *n.* 17. 18. *vol.* 1. *Gratian. reg.* 10. *num.* 1 docent, vltra Doctores citandos: ergo conditio matrimonij contrahendi, alicuius consilio petito, minime aduersatur libertati matrimonii: & ita tenent *Panor. c. Exparte, n.* 4. *de coniug.* vbi *Felin. n.* 1. *Decius, c. Si pro debilitate, n.* 9. *de offic. deleg.* Cynus, Aimon, Paul. à Castro, Alex. & multi alij quos referunt & sequuntur *Iason l. Turpia, §.* 1. *n.* 4. *ff. de leg.* 1. *Guill. Benedict. c. Raynutius, de test. v. Qui cum alia, n.* 88. *Peralta l.* 1 *num.* 32. *ff. de leg.* 2. *Couar.* 4. *decret.* 2. *p. c.* 3. *§.* 8. *num.* 3. *Suarez lib.* 3. *fori tit. De los casamientos, l.* 2. *nu.* 23. *Ioan. Lup. c. Per vestras, de don. inter vir. & vxor. not. ab.* 3. *§.* 3. *nu.* 7. *&* 8. *Molt. lib.* 2. *de primog. c.* 13. *nu.* 36. *Pelaez. de Meres de maior.* 1. *p. q.* 50 *n.* 9. *Menoch. cons.* 69. *nu.* 29. *vol.* 1. *Zephalus cons.* 319. *n.* 42. *Mantica de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *t.* 18. *nu.* 10. *Ant. Cucus lib.* 5. *inst. maior. t.* 12. *nu.* 210. *Gratian. reg.* 83. *n.* 13. Et ex Theologis *Enriquez lib.* 11. *de matrim. c.* 6. *n.* 6. *& c.* 12. *n.* 6. *Lud. Lop.* 2. *p. instruct. de matrim. c.* 36. *f.* 1037. *Manuel* 1. *to sum. in* 2. *ed. c.* 133. *n.* 6. Obseruandum tamen maximè est, iussum cum alicuius consilio aliquid facere non satisfacere, si tantum consilium requirat, sed teneri expectare aliquantulo tempore consilio, quamuis illud sequi non astringatur: vt bene *gl. c. Cum consuetudinis, verb. Consensu, de consuet. & ibi Host. super illo ver.* & probat ex *c. Cum in veteri, de elect. idem Abb. c. Cum vos, n.* 5. *de his, quæ sunt à prælat.* aliàs frustra esset consilium petere.

25 Intellige tamen hanc conclusionem duplici temperamento. Primo est, nisi in casibus, in quibus non satis est petere consilium, sed necessariò sequendum est: tunc enim ea conditio reijcitur, eo quod matrimonii libertati obstet: sicut conditio petendi consensum. sic *Moli. li.* 2. *de primog. c.* 13. *num.* 58. qui autem sint hi casus, consule DD. quos *ibi* refert *Molin.* Posterius est, quoties magnum periculum in consilij requisitione versaretur, adeo vt ex hoc non tantum videatur matrimonij libertas impedita, sed omnino sublata. sic *Abb. & Felin.* quos refert & sequitur *Molina ibi num.* 59.

26 Id obseruandum est, si is cuius consilium requiritur, absens sit, & periculum sit in mora, potest actus sine eiusdem consilio expediri. sic colligitur ex *gloss. clem.* 1. *de foro compet. verb. Diœcesanus*, & docet *Abb. ibi n.* 17. *Bart. l. Si plures, ff. de exercit. Rebuff. praxi beneficiorum, t. De forma vicariatus nu.* 95. *Tiraquell. l.* 16. *connub. gloss.* 8. *n.* 16. *Merez. de maior at.* 1. *p. q.* 50. *n.* 6. *fine, Gratian. reg.* 10. *fine*, & optimè facit per locum à simili, *c. vn. Ne sede vac. in fine, nu.* 6. Secus autem est, quando requiritur consensus: vt bene *Rebuff. ibid.* Dicitur autem non posse peti consilium, quoties is à quo petendum est, longe distat: vt bene *Abb. d. clem.* 1. *n.* 17.

27 Rogabis autem, quid dicendum sit, si is cuius requirendum erat consilium, viuo testatore decessit? Quidam dicunt amitti legatum, quia *l. Cum tale §. Rescriptum, ff. de condit. & demonst.* dicitur, si conditio, si cum consensu Titii aliqua nupserit, apponatur, licet Titius viuo testatore decedat, non amitti legatum: & reddit textus rationem, quia ea conditio inutilis est: ergo à contrario sensu, quando conditio vtilis est, qualis est petendi consilium, si is à quo petendum erat, decedat, amittetur legatum. Sic tenet *Suarez l.* 3. *fori, t. De los casamientos, l.* 2. *nu.* 23. *Alexan. Dec. & Felin.* quos refert & sequitur *Molin. lib.* 2. *de primog. c.* 13. *n.* 40. *&* 41. excipies primogenia Hispania, ob præsumptam institutorum voluntatem. Sed verius est non amitti, quoties per legatarium non stetit, quominus conditio impleatur, quia is cuius requirendum erat consilium, obiit, Quod defendit *Mantica* latè probans, *de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *t.* 18. *nu.* 11. quia est conditio potestatiua. Nec obstat *l. Cum tale*, loquitur enim, quomodocumque conditio deficiat, etiam culpa legatarij: & ideo inniritur defectui voloris conditionis; si enim valida esset, deficiens legatarij culpa, legatum annullaret.

Vltima concl. si legato adijciatur conditio hæc, Si Titius non nupserit, habeat post mortem suam centum, reijcitur non tantum conditio, sed etiam tempus, & statim legatum debebitur: secus si apponatur aliud tempus, siue certum, siue incertum, vt post biennium, vel cum Mæuius fuerit consul: tunc enim spreta non nubendi conditione, valebit temporis adiecto, & ante eius aduentum non debebitur. habetur expresse *l. Cum tale, §. Maniæ, ff. de cond. & demonst.* & ibi docent omnes, *Ant. Gom. l.* 1. *var. c.* 12. *n.* 78.

SVMMARIVM.

Conditio non nubendi in vidua valet, n. 29.

Femina vidua intelligitur, qui matrim. consummauit, non autem alia corrupta, n. 30.

Eadem conditio valet in viduo, n. 31.

Valet conditio arbitratu alicuius nubendi, imposita vidui. & quid si ille arbitrari nolit, vel minime arbitretur, n 32. *& quid si vxor superstes arbitratum decedat.*

Valet conditio non ducendi vxorem, imposita eunuchis, qui generare non queunt, n. 33.

Quid fauore causæ pia, vel libertatis, vt Lego virgini, si non nupserit, & si nupserit, substituo pauperes, vel talis seruo liber sit, n. 34.

Quod quando viduitas non est perpetua, & generalis, sed limitata quoad tempus, & personas, n. 35.

An valeat conditio, si Titius non nubat ante 25. annum, vel ante certum tempus certum, vel incertum, n. 36.

Quid si testator dicat, Lego Titiæ si nupta non erit. & quando debetur ad legatum n. 37.

Quid de conditione non nubendi in certo oppido, n. 38.

Quid de conditione non nubendi certæ personæ, n. 39.

Quid de conditione non nubendi ego vnis descendentes ex Iudæi, vel Saracenis. nu. 40. *& obiter num sint, qua diligentia adhibenda sit, ne pendente legatum, & an satis sit nubere nobili ex sola sinea paterna, vel ex priuilegio.*

Legatum fœmina si Titio non nupserit, quando debeatur, & an sit præstanda cautio, & conditio negatiua est perpetua, n. 41.

Iussum me contrahere cum Iudæa, si in primo matrimonio mea pareat, & si fallus videar parere, vel è contra in primo matrimonio parere, non autem in posterior. An amittat legatum, licet matrimonium non consummârit, & quid si matrimonium sit irritum, n. 42.

QVÆSTIO II. In quibus casibus conditio nuptias prohibens, valida sit? Prima conclusio, quamuis ea conditio virgini imposita reijciatur, admittitur tamen in vidua. *auth. de nuptijs, §. Quæ vero, collat.* 4. *auth. Cui relictum, C. de indict. viduit.* per quas authenticas correctæ sunt aliquæ, & antiquiores leges, quæ eas conditiones in viduis etiam reijciebant. Sic docent *Guil. Benedictus, c. Raimutius, de testam. verb. Qui cum alia, n.* 100. *& seqq. Couar.* multos referens 4. *decret.* 2. *p. c.* 3. *§.* 9. *num.* 11. *Acosta l. Cum tale, §. Si arbitratu, Inst. vlt. n.* 1 *ff. de cond. & demonst. Ant. Gom. l.* 16. *Tauri n.* 8. *& l.* 1. *n. c.* 12. *n.* 78. *Ant. Gab. in mea edit. to.* 2. *commun. l.* 10. *verb. Legatum, f.* 19. *Mantica de coniect. vlt. vol. lib.* 11. *t.* 19. *nu.* 2. *Matienz. in lib.* 5. *recop. t.* 1. *l.* 3. *gloss.* 2. *nu.* 14. *Gutier. lib.* 2. *quæst. can.* 25. *n.* 3. *Gratian. reg.* 83. *num.* 14. *P. Molin. tom.* 1. *de iust. tract.* 2. *disp.* 207. *f.* 1264. Et ratio est, quia honestum est à secundis nuptijs abstinere, *c. finali*, 31. *q.* 1.

Nomine autem virginis, cum in ea dicimus reijci conditionē nuptias prohibentem, intelligitur, quæ nulli nupsit, quamuis corrupta sit: vt docet *Ant. Gom.* alios referens, vtroq; loco, *Matienz. n, Gratian. n.* 3. *P. Molin. n. prac. tit.* Intelligitur etiā vidua, si matrim. non consummauit: vnde in sola vidua à viro cognita, ea conditio admittitur. sic *Bald. auth. Cui relictum*, vbi *Ang. Paul. Iason. n.* 2. *Dec. i. rub. C. de secund. nupt. n.* 4. *Acosta d. limit. vlt. nu.* 4. *Ant. Gom. & Ant. Gab. n. prac. allegati, Gratian. reg.* 83. *n.* 1.

Secunda concl. conditio prohibens nuptias, similiter non est valida in homine viduo. Hæc est contra *Paulum l. vlt. in princ. n.* 5. *C. de indict. viduit. & Iasonem ibi nu.* 28. sed probatur ex *auth. de nuptijs, §. Quæ vero, collat.* 4. *verf. Vnde sanctum ibi, siue vxor maritum*, item quia vir & vxor non debent ad imparia iudicari, *cap. Gaudemus, de diuort.* Sic *Corneus* [illegible] *fundat.*

Sanchez, n. 1. Iason. auth. Cui relictum, C. de indic. vidui. n. fin. Acosta l. Cum tale, §. Si arbitratu, lim. vlt. n. 1. ff. de condit. & demonstr. Con. 4 decret. 2 p. c. 3. §. 9. n. 3. Pinellus, l. fin. n. 17. C. de bon. mater. Ant. Gom. Matienzo, Molina f. 1265. Gratian. n. 14. citati nu. 29. Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 19. à n. 12. vsque ad 17.

32 Hinc infertur valere conditionem viduæ impositam, si arbitratu alicuius nupserit. Quia si potest imponi conditio perpetuæ viduitatis, à fortiori, vt non nubat, nisi de alicuius consensu. Sic contra Cumanum docet mulas referens *Acosta d. §. Si arbitratu, ampli. vlt. n. 5. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 3. gl. 2. n. 17. Gratian. reg. 83. nu. 14.* Si autem ille iustè arbitretur, tenetur femina eius arbitrium sequi, si autem arbitrari nolit, & mulier nupserit, admittetur ad legatum, quasi impleta conditione: cum per eam non steterit: sic *Acosta eadem ampliat vlt. nu. 6.* vbi addit si iniustè arbitretur, posse mulierem ad iudicem recurrere: & si ille viuo testatore obierit, desicere conditionem, & legatum: sed hoc vitiosum tenendum non est, vt probaui n. 27. quando vidua non fuit in mora petendi consensum.

33 Tertia concl. valet conditio non contrahendi matrimonium imposita impotentibus ad generandum, vt eunuchis: quare si contrahant, licet inualidè, attamen legatum, quia ea conditio ratione sobolis procreandæ reijcitur. In muliere tamen sterili non valet: quia sterilitas, nec est perpetua, nec matrimonium impedit. Ita *Acosta d. §. Si arbitratu, lim. 1. n. 1. 4. & 5.*

34 Quarta concl. valet conditio nuptias prohibens, fauore piæ causæ, vt si legetur virgini si non nupserit, vel si arbitrio Titij nupserit, quod si contra fecerit, transferatur legatum ad aliquam piam causam, quia libertas & causa pia æquiparari solent: vt cum aliis probat *Enerardus loco à libertate, ad piam causam*, sed fauore libertatis valet, vt si legetur sic, Si Titia nupserit, talis seruus liber sit, per *l. Titio, §. Seruis vsufructus, ff. de cond. & demonst.* & ita docent multi, quos referunt & sequuntur *Tiraquel. de priu. pia cau. priuileg. 18. Guil. Benedict. c. Raynutius, de testam. verb. Qui cum alia, n. 95. Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 18. n. 8. & t. 19. n. 11. Enerardus d. loco à libertate ad piam causam, nu. 6. Ant. Gab. to. 1. commun. l. 10. verb. Legatum fol. 19. Gratian. reg 83. nu. 16.* quamuis *Acosta* de hoc dubitet *d. §. Si arbitratu, lim. 10. n. 8.*

35 Quinta concl. conditio nuptias impediens non perpetuo, sed ad tempus, vel respectu solum aliquarum personarum, valida est. Hæc conitabit ex corollarijs sequentib.

36 Hinc infertur 1. valere legatum, si Titia non nubat intra certum tempus *l. Sed si hoc, §. fin. ff. de cond. & demonst.* & docet multos referens *Acosta d. §. Si arbitratu, lim. 8. n. 1. Antonius Gab. in me a edit to. 2. comm. l. 10. verb. Legatum, f. 19. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11. t. 19. nu. 6. Enriq. l. 11. de matrim. c. 6. n. 6.* vnde valet conditio, vt femina non nubat ante 25. annum: quia vsque ad illud tempus non reputat ius esse maritum morum. Sic cum *Iasone Mantica eod. n. 8. Enriquez eadem nu. 6.* Secus autem esset si in tam longum tempus, matrim. protrahi retur, vt verisimile esset, virginem non inuenturam tunc virum, cui nubat, sic *Mantica eod. n. 8. Gutier. q. am lib. 2. c. 25. n. 5.* Si autem tempus nimium protraheretur, ita vt diu impediretur matrimonium, tunc iudex arbitrabitur, quod tempus expectandum sit, reliquo rejecto. sic *Guil. Benedict. & Aret.* quos refert & sequitur *Gratian. reg. 83. n. 7.* Quare scrupulosè locutus est *Acosta ea lim. 8. n. 3.* vbi dixit non valere conditionem viduitatis temporalis, nisi ex aliqua causa iusta inducatur: bene tamen cõcludit *num. 9.* hoc debere apud omnes constare, si in tempus incertum conditio viduitatis apponatur, vt donec Titius moriatur non valere, quia æquiparatur perpetuæ: & alios refert.

37 Secundo infertur valere legatum sic relictum, Lego Titiæ si nupta non erit. Quia non inducit viduitatem perpetuam, si intelligitur si dum testator obierit, non fuerit nupta, & licet conditio viduitatis ad tempus incertum, non valeat; at dicta conditio nõ inuitat ad nõ nubendum, sed conferrur in casu, quo testatore decedente nupta non sit. sic *Acosta* latè probans, *d. §. si arbitratu, lim. 7 per totam.*

Tertio infertur valere conditionem non contrahendi 38
in certo oppido, quia extra illud contrahi potest, sic *Acosta d. §. Si arbitratu, ampliat. 8. n. 1. Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 19. n. 6. Meres de maior. 1. p. q. 51. nu. 1.* quod bene intelligit *Acosta*, quando extra illud oppidum posset commodè matrimonium iniri.

Quarto infertur valere conditionem viduitatis respe- 39
ctu certarum personarum: vt Lego Titiæ si non nupserit Caio, Titio, & Sempronio: habetur expresse *l. Cum ita, & sequenti, ff. de cond. & demonst.* & ibi redditur ratio, quia non prohibetur aliis nubere, quod intelligendum est cum *Acosta d. §. Si arbitratu, ampliat. 8. num. 1. & P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 207. fol. 1264.* quando moraliter loquendo, & spectatis circumstantiis occurrentibus, liberum ei relinqueretur re ipsa nubere, secus quando vltra eas personas nequit commode nubere.

Quinto infertur valere conditionem, ne matrim. con- 40
trahatur cum ignobili, descendente à Iudæis, vel Saracenis: quia relinquitur libertas cum aliis contrahendi. Sic *Greg. Lop. l. 5. t. 21. p. 2. verb. Con villana, Mol. l. 2. de primog. c. 13. n. 28. Gratian. reg. 83. nu. 12. Pelaez de Meres de maiora. 1. p. q. 51. n. 1. Azebedo lib. 5. recop. t. 6. l. 11. n. 10.* Et ex Theologis, *Enriq. lib. 11. de matrim. c. 6. n. 6. Manuel 1. to. summa 2. Act. c. 133. num. 6.* De diligentia autem, quam sic institutus debet adhibere, ad seruandum genus, consulendus est *Molina eod. c. 13. à nu. 29. vsque ad 35.* Vtrum autem satis sit nobilitas ex sola paterna linea, vel solo priuilegio concessa: consule *Greg. Lop. proxime citatum. & Pelaez de Meres totam q. 51.*

Obseruandum est hanc conditionem, Si Titia Caio nõ 41
nupserit, hoc habere, vt post Caij mortem legatum relictũ videatur: vnde, nec si alij nupsent, legatum statim adipiscetur, nec cautio Mutiana locum habet. Quia hoc proprium est conditionis negatiuæ, vt perpetua sit, eò quòd vis negationis est, vt totum, quod sequitur neget: vt bene docent *Alciatus, & alij*, quos referunt & sequuntur *Cou. 1. var. c. 13. n. 7. Acosta l. Cum tale, §. Si arbitratu, lim. 5. nu. 2. ff. de cond. & demonst. Mol. lib. 3. de primog. c. 10. n. 17. & 18. Gratian. reg. 231. n. 4.* Quare cum illa conditio. Si non nupserit, negatiua sit, intelligitur de quibuscumque nuptiis in perpetuum. Sic *Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11. t. 19. n. 9.*

Demum infertur, si iussus ne cum Iudæis, aut ignobili- 42
bus contrahat, in primo matrimonio non pareat, in secundo autem, pareat: vel è contra, in primo pareat, in aliis autem minimè, cum amittere legatum, quia ea conditio negatiua, cum perpetua sit, omnes nuptias claudit, maximè cum in omnibus illis eadem sit ratio prohibitionis. Sic *Pelaez de Meres de maior. 1. p. q. 51. n. 36.* qui late probat *n. 37.* hoc procedere, licet matrimonium non consummarit, coniuge obeunte, vel religionem profitente. Si autem matrimonium illud cum ignobili, vel descendente à Iudæis esset irritum, non immeritò dubitari posset, an amittatur legatum: propter ea, quæ infra l. 3. disp. 2. afferam ad probandum pœnas latas in matrimonium clandestinum, validas esse, & incurri, quamuis illud irritum sit: quia tamen tanquam verius ibi docebimus minimè incurri; dicendum est in hoc casu non amitti legatum, & ita docet *Pelaez de Meres, d. q. 51. n. 37.*

DISPVTATIO XXXV.

Vtrùm possint arræ in contractu sponsalium apponi, amittendæ per frangentem sponsalium fidem?

SVMMARIVM.

Quotuplicitèr usurpentur arra. & an opus sit explicari arrarum nomine dari, n. 1.
An valeant arra, & cur, non autem pœna, n. 2.
An oporteat eas tradi, n. 3.
An valeat, si quis sic dicat, Do tibi centum nomine pœnæ admittendæ si te non duxero, n. 4.
An probetur arrarum receptio propria confessione, n. 5.
Quæ difficultates disputanda sint, n. 6.
An arra possint constitui in qualibet quantitate, Lopicio negans, n. 7.

& secunda, distinguens, n. 8.
Tertia verior, valere in qualibet quantitate, n. 9.
Quæ cautela pro matrimonij contrahendi facultate dari possit: & solvuntur argumenta, n. 10.
An arra possint constitui in specie. Prima sententia negans, n. 11. Secunda verior, n. 12.
An arra possint utrinque constitui. Prima sententia negans, nu. 13. Secunda verior, n. 14.
Solvuntur argumenta, & explicatur l. Qui sic, ff. de solution. n. 15.

1 CVm de pœna actum sit, superest vt de arris disputemus, quæ tripliciter vsurpantur. Primo, pro quadam donatione, quam vir facit vxori in dotis præmium. Secũdo pro donatione propter nuptias. Tertio pro pignore, quod inter sponsos traditur in signũ complendi matrim. quod vulgò *dar señal* appellamus, sicut in aliis contractibus dum inter partes conuenit de ipsis perficiendis, solet aliquid in signum & pignus tradi perficiẽdi contractum: & in hac tertia acceptione vsurpatur in præsenti disp. nã de arris iuxta duas priores acceptiones, tractatum integrum proponam hoc 1. vol. li. 6. Exigitur autem dum traduntur arræ, & expressè dicatur dari in signum futuri matrimonii: nam simpliciter traditæ, spõsalitia largitas sunt: vt bene animaduertit *Ant. Gom. l. 50. Tauri n. 12.*

2 In hac disp. conuenit inter Doctores, licitum esse arras apponere amittendas per sponsalium fidei violatorem. habetur expresse *l. Arrii, & l. finali, C. de sponsal. l. 1. t. 11. p. 4. l. 84. t. 18. p. 3.* Rationes autem cur pœna interdicatur, non autem arræ, variæ assignantur, sed frequentior ea est, quia cum pœna non statim tradatur, sed promittatur in futurum, facile & incaute in magna quantitate promittitur: arra autem cum re ipsa tradi debeat in contractu sponsalium, in minori quantitate, & maturioti consilio tradetur: nec tantus suberit timor amittendi arras iã traditas, quantus soluendi pœnã promissam: faciliores enim multò sunt homines ad promittendum, quàm ad tradendum, vnde in prouerbium abiit. Facile est alienis promissis ditescere, & facilius est solutum amittere, quã denuò soluere: quare in amissione pœnæ grauior timor versatur, quàm in arrarum perditione: qua ratione meritò illa prohibetur, hæ autem permittuntur. Hæc autem ratio non caret scrupulo, quia ex ea colligitur pœnam modicam valere, non autem magnas arras: cum tamen pœnam modicam non valere, dixerimus disp. 30. n. 11. & magnas arras validas esse, dicemus hic, nu. 9. quare aliam rationem assignat *Gonz. de Suza*, quem refert & sequitur *Bald. l. final, nu. 8. C. de sponsal. Matth. de Perusio inter consilia matrimonialia Zilett, cons. 6. n. 18. & 19. Valasc. to. 1. cons. 2. num. 1.* quia arra datur in signum & ad securitatem matrimonii, pœna verò nõ pro securitate matrimonij, sed vt ad illud astringãtur contrahentes: quia ergo arra respicit actum fauorabilem matrimonij, si contrahatur, pœna verò actum odiosum, si non contrahatur, ideo arra valet, non autem pœna. Sed hæc ratio non caret etiam scrupulo. Quare dico cum *Iasone, l. Titia, in princ. n. 22. ff. de verb. obl.* vtramque rationem, & alias, quæ afferuntur, minime concludere, nec scrupulo carere, sed congruentiam quandam præ se ferre, quæ sufficiens fuit ad inducendum legislatorẽ, vt arris permissis, pœnã interdiceret.

3 Hinc infertur arras, vt valeant, necessario tradendas esse, quia leges permittentes arras loquuntur de arris traditis, vt constat ex *l. fin. C. de sponsal.* quæ passim vtitur verbo *acceperit arras*, quod traditionem denotat, *§. Item lapilli, Inst. de rer. diuis.* Item quia vbi non traderentur, nihil distarent à pœna: hoc videtur esse contra *gloss. c. Accedens, de procur. verb. Libera*, vbi dicit valere arras hinc inde promissas, & contra *Ioan. Lup. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 2. n. 2. fine*, vbi dicit arrarum promissionem, seu dationẽ valere. Sed nostrum corollarium est certissimum, & illud docent *Anton. Gemma, de sponsal. n. 8.* vbi *Card. nu. 2. Anchar. nu 10. Abb. n. 8. Alex. de Neuo, n. 23. Prepos. nu. 8. & 10. Bart. l. Titia, in princ. n. 6. ff. de verb. obl.* vbi *Iason. nu. 23. Angel. Paul. & Imola ibi, Bald. l. fin. n. 7. C. de sponsal. Socin. cons. 3. vol. 1. Tiraq. de vtroque retr. alt. l. 2. §. 7. n. 55. Rosella verb. Sponsalia, n. 7.* vbi *Angel. nu. 13. Sylues. verb. Sponsalia, q. 9. dict. 1. & 3. Brunellus de sponsal. concl. 16. nu. 3. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 7. nu. 7. & 9. Villalobos in communibus opin. lit. P. nu. 89. Suarez l. 3. t. de las arras, l. 1. init. Gregor. Lop. l. 39. t. 11. p. 5. verb. La pena, Ant. Gom. l. 50. Tauri, nu. 12. Ant. Gab. in mea edit. to. 1. commun. li. 1. verb. Arra, f. 58. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. rub. gl. 2. n. 3.* Et ex Theologis, *Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 36. prope finem.*

Secundo infertur, si quis sic dicat, Do tibi centum pro pœna, si matrimonium tecum non contraxero, & recipiã tradat illa 100. valere quidem, quia nomine tenus pœna est, re autem ipsa arra, cum tradatur: alias esset imponere legem verbis, & non rebus, contra *l. 1. & 2. C. com. de leg. & l. 2. ff. de condit. pecun. ad fi.* Sic *Imola l. Titia, in princ. n. 6. ff. de verb. oblig.* quamuis tandem id cogitandum relinquat: idq; decet valde commendans *Greg. Lop l. 39. fin. t. 11. p. 5.*

Grauis autem difficultas est inter Doctores, vtrum receptio arrarum probetur sola confessione recipiẽtis: quidam enim id negant, eo quod sit confessio inter personas suspectas, & rei prohibitæ. sic *Imola d. l. Titia, in princip. nu. 7.* vbi *Angel n. 1. Paul. n. 4.* Alij vero, & probabilius affirmant, quia arræ cum re ipsa recipiuntur, prohibitæ non sunt: quare confessioni recipientis standum est, dum contrarium non probatur. sic *Bart. d. l. Titia, in princ. nu. 7.* vbi *Angel. Cumæn. nu. 8. Iason. n. 28. Alciat. n. 13. Salic. l. fin. C. de sponsal. nu. 4. Abb.* quem refert & sequitur *Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 7. n. 10. Ant. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 12. nu. 206. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. rubr. gl. 2. n. 3.* & ex Theologis *Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 36. ad finem.*

His præmissis, triplex quæstio in hac disp. agitanda est. Prima, vtrum arræ possint constitui in quauis quantitate. Secunda, vtrum possint in specie, vt in fundo, apposita. Tertia, vtrum appositæ vtrinque valeant.

I. QVÆSTIO est, vtrum arræ possint cõstitui in quacunque quantitate? Triplex est sent. Prima ait non valere arras, quando tantæ sunt, vt contrahentium qualitate attenta, verisimile sit fore, vt timore arras amittẽdi, matrim. ineant. Prob. quia propter legis rationem à verbis eius recedendum est, & inhærendum sententiæ, vt notatur *l. Non dubium, C. de legib. & c. fin. de reg. iur. in 6.* sed ideo prohibita pœna, permittuntur arræ, quia illa, magna, hæ autem, modicæ, esse solent: ergo vbi hæ magnæ sunt, non valent. Et confirm. quia ideo pœna excluditur, ne matrimonij libertati obstet, ergo vbi arræ tantæ sunt, vt idem efficiant, similiter excludentur. & hæc sent. est valde probabilis. Sic *Ioan. And. c. Gemma, de sponsal. nu. 9.* vbi *Abb. n. 8. Henricus nu. 9. fin. Alex. de Neuo n. 15. & vbi Petrus Rauen. Cynus l. Titia, in princ. ff. de verb. obl. Rosella verb. Sponsalia, nu. 7.* vbi *Ang. n. 12. Sylu. q. 9. dict. 2. Brunel. de sponsal. concl. 16. n. 4.* Vnde *Ioan. And. & Gemma*, cum teneant modicam pœnam valere, vt retulimus disp. 30. n. 11. nihil discriminis inter pœnam & arram constituunt, sed vtramque valere in modica, neutram, autem in magna quantitate, dicunt: & ad textus promissis arras excludentes pœnam, respondent, ad ea, quæ frequentius accidunt, respexisse: solet enim magnam pœnam promitti, & modicam tradi arram.

Secunda sent. docet valere arras in quauis quantitate, dummodo dotis, vel donationis propter nuptias quantitatem, minime excedant, & dum hæ non intercedunt, quantitatem præscriptam, *l. Iubemus, ff. de repud.* scilicet tertiam bonorum partem. Et ratio est, quia hãc pœnam fabula dissoluens matrim. contractum, & par nõ est dirimere sponsalia maiori plecti pœna, sed pari passu procedere debent. *l. Neque, C. de nuptijs.* Sic docent *Bart. l. Titia, in princ. n. 5. ff. de verb. oblig.* vbi *Alciat. n. 13.* dicit hanc esse æquam, licet contraria receptior sit: *Salic. l. fin. nu. 15. C. de sponsal. Abb. d. c. Gemma, n. 8.* vbi *Prepos. n. 9. Suarez lib. 3. fori. ti. De las arras, l. 1. initio, de Brunel. de sponsal. concl. 16. n. 2. Ant. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 12. n. 206. & seq.*

Tertia sent. probabilior, docet valide apponi arras in quacunq; quantitate. 1. quia leges permittentes arras, genericè, & indistinctè loquuntur. 2. quia respiciant ad ea quæ frequentius accidunt, *l. Nam ad ea. ff. de leg.* & cum frequentius accidat modicas tradi arras, eas absolute ad-

fere: nec quia in quodam speciali casu magnas tradi contingat, noua lex eas irritans, cõstituenda esset: lex enim cessante ratione in particulari, minime cessat. Tandem, quia adhuc non mutat eadem ratio in magnis arris, quæ in pœna, cum enim illæ traditæ sint, facilius & sæpius amittuntur, quam nondum tradita pœna soluatur. Sic tenent *Hostiens. sum. t. de sponsal. §. 1. num. 1. Card. d. c. Gemma, n. 2. Bald. l. Spadi, n. 8. C. de spons. Ang. l. Titia, in princ. n. 2. ff. de verb. oblig.* vbi *Paul. n. 4. Cuman. n. 6. & 7. Imola n. 7. Iason nu. 21. Tabiena verb. Sponsalia q. 8. n. 9. initio, Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 7. nu. 9. Greg. Lop. l. 39. verb. La pena, t. 11. p. 5. Franc. Mansuetus inter consilia matrim. Zelati, to. 1. cons. 7. nu. 20. Matt. de Perusio inter cod. consil. cons. 6. n. 18. Anton. Gabr. in mea edit. tom. 1. commun. l. 1. verb. Arra, f. 58. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. rubr glos. 2. n. 4.* Et ex Theologis *Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 36. ad finem.*

10 Hinc infertur cautelam esse iustam pro matrimonii securitate, magnas arras tradere, & stipulari in quadruplum: & si contrahentes sint minores, facere, vt parentes tradant: id enim fieri posse dicemus disp. sequenti. Sic *Host. & Tabiena* prædicti allegati.

Ad argum. 1. dent. proposita, n. 7. constat ex dictis, cessat enim ratio in casu speciali tantum, & adhuc in illo non omnino cessat, vt ostendimus n. præc. nõ obstat argum. 2. dent. quia ea est pœna lege præscripta dissoluendi matrim: arræ vero ratione eam pœnæ non habent, cum tradantur.

11 II. Qvæstio est, vtrum arræ possint constitui in specie, vt in quodam fundo, vel necessario in quantitate numerata assignandæ sint? Quidam negant posse in specie constitui & dari: quia *lex fin. C. de sponsalibus*, permittens arras, de ipsis in quantitate numerata constitutis, loquitur, cæteraque annullat pœnas. Secundò, quia exigitur, vt arræ componi ter tradantur; dicit enim lex, *accipiat*, & vt duplicari possint, cum alius in duplum teneatur, quæ aptis in specie constitutis competere minime possunt, *l. 12. §. duplorum, ff. de leg. 1.* ita docent *Bart. d. l. Titia, in princ. n. 10. Ant. d. c. Gemma, n. 8.* vbi *Anchar. nu. 10. Abb. nu. 8. Alex. de Nero n. 26. Rosella verb. Sponsalia, nu. 7. Brunel. de spons. al. concl. 16. n. 3. Barrec. lib. 3. fori, c. De las arras, l. 1. initio.*

12 Cæterum verius est posse in specie constitui: 1. quia lex permittentes arras, indistincte loquuntur, expresse *l. 3. 4. 5. p. 3.* approbat arras in specie constitutas. 2. quia bene potest tradi possessio fundi pro arris dati, sicut traditur dum vẽditur: potest etiam tradi tãcte possessio, si per clausulam constituti tradens cõstituat se alterius nomine possidere. Potest etiam duplicari, si non secuto matrim. reddatur fundus, & eius æstimatio. Quare hanc sent. tenet *Speculat. t. De sponsalibus, §. Primo igitur, nu. 1. Bald. l. fin. n. 8. C. de sponsal. & ibi Salic. num. 2. Cuman. d. l. Titia in princ. n. 10.* vbi *Paul. n. 4. Arctin nu. 9. Iason n. 35. Alciat. n. 17. Imola n. 7. Præpos. & Gemma, n. 11. Angel. verb. Sponsalia, nu. 13.* vbi *Syluest. q. 9. dict. 3. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 7. nu. 7. Ant. Gab. in mea edit. to. 1. commun. l. 1. verb. Arra f. 58. Greg. Lop. l. 84. verb. Tal vi a. tit. lib. 5. recop. t. 2. rubr. gloss. 2. num. 2. Azebedo eod. lib. 5. t. 2. l. 2. n. 6. & 8. 3.* Ant. Cucus *lib. 5. inst. maior. t. 12. n. 203. & 207. Matienzo* & ex Theologis, *Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 36. ad fin.* Nec obstant argumenta contraria: quia eorum solutio constat ex dictis.

13 III. Qvæstio est, vtrum arræ possint vtrinque constitui, alterio tradente certam arrarum quantitatem, & altero reddente similiter arras. Quidam negant, eo quod re vera nihil videatur dari, *l. Qui sic, 55. ff. de solut.* ibi, *non alienantur nummi, qui sic dantur, vt recipiantur.* Sic Bart. *l. Titia, in princ. n. 9. ff. de verb. oblig. Ant. c Gemma, de sponsal. n. 8.* vbi *Abb. n. 8. Alex. de Nero n. 25. Præpos.* dicens communem. *n. 10. Rosella v. Sponsalia, n. 7.* vbi *Angel. num. 13. Sylvest. q. 9. dict. 3. Villalobos in summ. tract. 39. n. 88. Brunell de sponsalibus, concl. 16. n. 3. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. rubr. glos. 2. n. 3.* & est communis, & valde probabilis sententia.

14 Verum probabilius est valere, quia leges absolute permittunt arras, nec in vanum est hæc mutua traditio, quia dans arras perdit, quas dedit, & restituit quas accepit, si per ipsum fiat quominus celebretur matrim. & ita cessat argumentum contrariæ sent. desumptum ex *d. l. Qui sic*, nam ea lex procedit, quando dans aliquid, tantundem recipit pure, ita vt nullo casu teneatur reddere, at qui recipit arras, & tradit, tenetur tantundem arrarum reddere, & suas amittit, si culpabiliter resiliat. Vel 2. procedit ea lex quando datur aliquid adiecto pacto, vt incontinenti reddatur, at in nostro casu purè dantur arræ: & pure recipiuntur: quare sunt duo actus separati, non vnus cum altero coniunctus. Ita docent *Cynus l. fin. q. 6. C. de sponsal.* vbi *Bald. n. 7. Salic. n. 8. Paul. d. l. Titia, in princ. n. 4.* vbi *Iason. n. 31. Aretin. n. 8. Cuma. nu. 8. Alciat. n. 15. Specul. t. de sponsal. §. Primo igitur, nu. 1. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 7. & 8. Greg. Lop. l. 84. t. 18. p. 5. verb. Tal vi a. & hoc approbat expresse illa lex; Matt. de Perusio inter consilia matrimonialia Zelati, tom. 1. cons. 6. num. 24. Ant. Cucus l. 5. inst. maior. t. 12. n. 203. Ant. Gab. to. 1. in commun. in mea edit. l. 1. verb. Arra f. 58. Azebedo l. 5. recop. t. 2. l. 2. num. 6.* & multi consulentes, vt testatur *Abb. d. c. Gemma, n. 8.* & ex Theologis *Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 36. ad fin.* Hanc sent. moderatur *Cuman d. n. 8.* si arræ vtrinque traditæ, dinersæ naturæ sint, quia vnus quantitatem, alius vero speciem dedit: & *Alciat d. n. 15.* temperat: nisi æqualis summa arrarum vtrinq; tradita sit: sed neutra limitatio placet, & ideo cum cæteris Doctoribus dicendum est, indistincte valere: & expresse *Greg. Lop. d. l. 84. verb. Tal vi a*, docet valere arras, licet in eadem quantitate vtrinque tradantur.

Ad argumentum constat ex dictis nu. 14. vbi explicata 15
est *l. Qui sic. ff. de solution.*

DISPVTATIO XXXVI.

Ad quem pertineant arræ, siue matrimonium sequatur, siue non?

SVMMARIVM.

Opinio asserens lucrari recipientem arras matrimonio secuto, n. 1.
Antiqui frequens fides, & vtilitas ad dictum matrimonio secuto, n. 2. & vbi quod si honestas iustam resiliendi causam ipse tamen iniuste resiliat, quia non ignorat.
Nihil harum arrarum lucratur sponsa per oscula, n. 3.
Quæ absque culpa à sponsa ibi regitur, vt si inuenitur impedimentum dirimens antecedens, vel alia causa ipsa exeat, non amittit arras, n. 4. & ibi plura nouo hoste loca, vbi deficit culpa.
Quid si tradens arras, nouum impedimentum, ne sequatur matrimonium, num. 5.
Quid si tradens arras obijt, vel alter eius hæres, n. 6.
Quid quando alter tantum arras dedit, & is, qui nullas dedit, resilit ab sponsalibus, n. 7.
Quid si recipiens arras ita velam, n. 8. vbi quid si dicatur tacitè, vel expressè, vel alteri nomine suo locum, vel parentibus.
Quid quando vterque arras dedit, & recepit, n. 9.
A more communi recedens si teneri eum qui non tradidit arras, ad duplum, vel quadruplum, ponitur prima opinio affirmans, n. 10.
Tenetur opinio verior n. 11.
An si pars tradita arras promittens filij matrimonium, faciens quod in se est, amittat arras, ponitur prima opinio affirmans, n. 11.
Secunda vera negans, n. 13. & explicatur l. 84. t. 18. p. 5.

QVidam asserunt recipientes arras, sibi comparare 1
subsecuto matrimonio, & prorsus ignoro, quo fundamento ducantur. Sic *Hostiens. c. Gemma, de sponsal. ad fin. & ibi Henricus n. 9.*

Prima concl. sit. ea est harum arrarum natura, vt eas amittat tradens, si culpa sua matrim. minime sequatur: eo autem secuto, redeunt ad tradentem. constat ex *l. fin. C. de sponsalib.* & ratio est, quia sunt veluti pignora, & signa in venditionis contractu tradita, hæc autem amittit iniuste resiliens, & venditione celebrata recuperat, qui eas tradidit. Sic tenet *Hostiens.* sibi contrarius *sum. tit. de sponsalib. §. 1. num. 3. Abb. d. c. Gemma, n. 7.* vbi *Alex de Nero n. 27. Præpos. nu. 8. Angel. verb. Sponsalia, nu. 17.* vbi *Sylvest. q. 9. dict. 4. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 7. nu. 11. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. rubr. gloss. 2. n. 5. Ant. Gabr. in mea edit. tom. 1. commun. l. 1. verb. Arra f. 58.* Et ex Theologis *Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 36. ad fin.* An vero perdat arras, qui coram Deo habet iustam resiliendi causam, quia sponsa fornicata est, ipse tamen iniuste resilit, quia eam ignorat, dicam disp. 68. n. 10.

Secunda concl. nihil harũ arrarum lucratur sponsa per 3
oscu-

osculum: id enim nullo iure definitum est, sic *gloss. l. Arrii, verb. Defuncta, C. de sponsal. Ant. Gom. l. 50. Tauri, n. 12.*

4 Tertia concl. qui citra culpam à sponsalibus resilit, nõ amittit arras, quas tradidit, sed ipsi restituendæ sunt, verbi gratia, quoties iusta causa est recedendi à sponsalibus, vel alteruter religionem ingreditur, aut reperitur canonicum impedimentum inter illos: habetur *l. Arrii, & l. fin. C. de sponsal.* Et ratio est, quia vbi culpa abest, debet abesse pœna, *l. Sancimus, C. de pœnis*, & hanc conclusionem tenent vniuersi Doctores.

5 Hæc tamen concluſ. intelligenda est, si tradens arras, bona fide contraxit sponsalia, ignorans impedimentum: si enim conscius fuit, non potest arras traditas repetere: sic *gl. l. fin. verb. Reddi, C. de sponsal. Ant. d. c. Gemma nu. 8.* vbi *Alex. de Neuo, nu. 12.* Vnde si ibi reddantur, quia alter sponsus recipiens ignorabat tradentem mala fide contraxisse, tenebitur restituere, quia ex natura contractus eas amiserat, per ipsum enim culpabiliter stetit, cum impedimenti cõscius matrim. promiserit, arris in signum traditis.

6 Intellige secundo conclusionem, nisi tradens arras, in mora fuerit ante obitum suum, vel recipientis, contrahendi matrimonium: vt habetur *l. Arrii, C. de sponsal. & ibi gl. docet, verb. Præbuit*, & ita *Sylvest. verb. Sponsalia, q. 9. dict. 4.* aut impeditum ad contrahendum matrimonium, recuperare arras, nisi impedimento causam dederit.

7 Quarta concl. quando alter contrahens solus tradidit arras, & culpa non tradentis, matrim. minime sequitur; tenetur hic restituere duplum, id est ipsas arras receptas, & tantundem de suo patrimonio, & si conuentum fit, vt restituat triplum, vel quadruplum, tenetur ad hoc. sic habetur expresse, *l. fin. C. de sponsal.* (vtrum vero hoc locum habeat in foro conscientiæ, ante iudicis sent. dicam disp. seq. per totam.) & ratio est, quia si solum quod accepit teneatur reddere, nullam pateretur pœnam, nec seruaretur æqualitas. In hoc autem triplo, vel quadruplo, vt bene ait *Alex. de Neuo, d. c. Gemma, n. 21.* computandæ sunt arræ receptæ, sicut computantur in duplo restituendo, quare veluti dum tenetur duplum reddere, tenetur arras, & tantundem earum, ita, si triplum, bis tantundem, & si quadruplum, ter tantundem.

8 Excipe tamen nisi contrahens sponsalia sit minor viginti quinque annis, nec ætatis veniam impetrarit, tunc enim iure dentur arræ minori, sine tutori, vel curatori, vel alteri, nomine minoris recipienti, quamuis per ipsum minorem stet, non tenetur amplius, quam id quod recepit, restituere. sic habetur expresse *l. fin. C. de sponsal.* Vnde *Innocent. d. c. Gemma, n. vn. & ibi Ioan. And. n. 8. Ant. n. 8. Henricus n. 5. Alex. de Neuo num. 22. Host. sum. t. de sponsal § 1. n. 3. fine*, consulum, vt arræ parentibus tradantur, quia parentes si arras receperint, tenentur in duplum, vt expresse habetur *ea l. fin* vbi idem dicitur de auis, & ibi *gloss. verb. Conuenit*, idem dicit de tutore, vel curatore: quod bene *Salic. ibi nu. 5.* cum Cyno intelligit quando pater, vel mater, vel tutor recipit arras nomine proprio, promittendo matrimonium: secus si nomine filij, vel minoris.

9 Quinta concl. quando vterq; arras dedit, & recepit, iniustè resiliens suas perdet, & quas accepit restituet: sic enim ad dupli pœnam, *l. finali, C. de sponsal.* præscriptam, peruenitur. Sic *Dynus ea l. fin. & ibi Salic. n. 9.* qui bene hoc intelligit, quando vtraque arrarum quantitas æqualis est, nam si quam tradidit iniuste resiliens, esset minor, tenetur supplere vsque ad æqualitatem quantitatis arrarum alterius: cum alias non esset pœna dupli.

10 Non modica tamen est difficultas, vtrum hactenus dicta ex *l. fin C. de sponsalib.* vt non tradens arras teneatur ad duplum, & etiam ad quadruplum, si ita conuentum est, quando iniuste resilit, habeant locum attento iure canonico, *c. Gemma, de sponsalibus.* nam *Greg. Lop. l. 8. 4. t. 18. p. 3. v. Estadas*, dicit aliquos sentire non habere locum foro canonico attento, sed tantum teneri arras receptas restituere: & ipse quamuis dubius cogitandum relinquat, in hoc magis inclinat. Quia solutio illa dupli, vel quadrupli, est mera pœna, à qua matrimonia omnino eximuntur, per *c. Gemma.* Item quia militat eadem ratio prohibitionis, nam ea pœna quadrupli facile promittetur, cum minime reipsa tempore sponsalium tradatur: & ob hoc dicit *Greg. Lop.* forte *l. 1. t. 11. p. 4.* nullam dupli, vel quadrupli mentionem fieri, sed tantum vt nolens stare matrimonio, restituat arras receptas.

Sed verius est has leges non esse iure canonico correctas, 1. quia ius canonicum ideo prohibet pœnam, vt matrimonia libera sint: sed *lex. fin. C. de sponsal. fine*, vbi arras & duplum, vel quadruplum conceditur, negat aliam pœnã subdens, *quia matrimonia debent esse libera*; ergo sentit non esse hoc contra matrimonii libertatem, quam ius canonicum postulat. Item, quia adhuc non militat eadem ratio quæ in pœna, nam in pœna nihil traditur, sed totum promittitur: at in nostro casu arræ necessario debent ab altera parte tradi. quare non erunt regulariter magnæ, & consequenter, nec solutio dupli, vel quadrupli, ad quam potest alter contrahens se astringere: & ita cessant argumenta contrariæ sententiæ. & ita tenet communis sent. vt fatentur *ibi Greg. Lop.* & tenet expresse *Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 2. concl. 4. n. 3.* Pro hac etiam parte sunt DD. iuris canonici periti, qui asserunt teneri non tradentem arras, soluere hoc duplum, vel quadruplum: quod, si iuri canonico aduersaretur, non dicerent. hi sunt *Hostiens. sum. 1. de sponsal. § 1. n. 2. & d. c. Gemma, ad fin.* vbi & *Innoc. n. vn. Ioan. And. n. 7. Ant. n. 8. Anchar. num. 5 Alex. de Neuo n. 21. Præpos. n. 9. Card. q. 5. nu. 3. Rosel. verb. Arra, fin. Angel. ver. Sponsalia n. 17.* vbi *Sylvest. q. 9. dict. 4. D. Antonin. 3 p. t. 1. c. 18. Ante § 1. Ant. Gom l. 50. Tauri, n. 11.* Tandem quia disp. præced. n. 10. diximus cum Hostiens. & aliis, esse cautelam pro matrimonii securitate, promittere magnas arras, & stipulari quadruplum, quæ si contraria esset iuri canonico, nihil valeret.

Tandem dubitabis, an pater tradens arras, & promittens filiæ matrimonium, illas amittat si faciat quicquid in se est, vt filia adimpleat, & ipsa nolit? *Greg. Lop. l. 84. verb. Iuisiera, t. 18. p. 3.* tenet perdere, forte tamen, non duplum, vel quadruplum. hoc enim est pœna, & probat per illum legẽ ibi, *a tal pleito que si su fija no le quisiese tomar por marido, o el non gela quisiese dar, que el señorio y la possession, e la tenencia de aquella villa, o de aquella heredad, sea, e sinque en Iuan Garcia.* Item probat ex doctrina *Lasonis & Aretini*, quos ipse refert, dicentiũ promittentẽ factum alienũ, non eximi à pœna licet faciat, quod in se est. Tandem, quia aliàs posset facile colludi inter patrem & filiam, vt simularet pater se facere quicquid potest. & occulte consuleret filiæ, vt renueret.

Sed verius est non amittere arras, sed ipsi restituendas esse, quia hæ succedunt lobo pœnæ, & sunt velut pœna nisi matrim. contrahatur, pater autem faciens, quod in se est, pœnam euitat. vt dixi dub. 25. n. 3. sic tenet *Soto, sentent. conf. 3. vol. 1. n 9.* Nec obstat *d. l. 84.* quia vel loquitur, quando sic inter partes expresse conuentum est, vel quando pater non facit, quod in se est, iuxta tradita de pœna, *d. disp. 25. nu. 3.* & seqq. Non obstat etiam doctrina *Iasonis*, quia est contra communem: vt dixi *d. disp. 25. nu. 3.* Tandem non obstat vltima obiectio, quia similiter in pœnæ promissione locum habere posset ea collusio.

DISPVTATIO XXXVII.

Vtrùm in foro conscientiæ ante vllam iudicis sententiam, teneatur, qui fidem sponsalium culpa sua violat, arras receptas, & pœnam dupli legalem, ac quadrupli conuentionalem restituere?

SVMMARIVM.

Pœna legalis dupli non debetur ante sententiam sed sola arra, n. 1.
Pœnam conuentionalem quadrupli, 1. sententia, deberi n. 2.
Secunda non deberi antequam petatur, at nullam exigi sententiam, n. 3.
Tertia verior, non deberi ante sententiam, & vsurarios esse non obligari integram, sed quatenus interest, n. 4. & ibi, aliter præsumere solere secundum propriam eius naturam.
Potest præscribi ea pœna, n. 5.
Solumntur argumenta, n. 6.

Di

1 DE duplici pœna est quæstio proposita: altera est, pœna legalis imposita, *l. fin. C. de sponsal.* vt recipiens arras, si iniuste à sponsalibus resiliat, teneatur & ipsas, & duplum reddere: altera verò est conuentionalis, quando inter contrahentes conuentum est, vt resiliens teneatur quadruplum arratum soluere. Et quidem pœnam dupli minime deberi ante iudicis sententiam, apertum est: est enim pœna lege imposita, quæ iuxta omnes sententiam iudicis desiderat: sed solum tenetur hic arras receptas restituere: id enim pœna non est, sed conditio naturæ contractus annexa. & ita docent *Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 2. concl. 3. n. 13. Sylueſt. v. Arra q. 4.* vbi *Armilla n. 4. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 36. f. 1032. Vega l. 2. sum. casu 284.* De pœna autem conuentionali quadrupli non leuis est difficultas, pendetque ex ea vtrum pœna conuentionalis debita sit in foro conscientiæ, quando non imponitur pro interesse lucri cessantis, aut damni emergentis: (hoc enim interesse constat deberi ab iniuste resiliente à contractu.)

2 Triplex est sent. Prima ait pœnam conuentionalem debitam esse in foro conscientiæ. Prob. quia perinde est, ac si condemnatio interueniſſet, cũ pacto se obligarint contrahentes ad soluendam pœnam illam, & nil tam naturale sit, ac pacta seruari, *l. 1. ff. de pactis, & c. 1. de probatio.* Et cõfirm. quia cõditio quædam contractus est, vt resiliens eã pœnam soluat, ergo non est necessaria iudicis sententia: conditiones enim contractus statim obligant: ea non expectata. Sic tenet *Anchar.* licet aliquantulum dubius, *reg. possessor, de reg. iur in 6. n. 21. vers. Tertio quæro, Felin. c. 1. de constit. n. 46. vers. Limitatur tertio, & ibi Deci in 1. lectura, nu. 73. Minchaca lib. 1. controu. vsu frequen. c. 7. n. 21.* Et ex Theologis *Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 2. n. 13.* qua ratione dicit ibi hanc pœnã quadruplã statim soluendam esse in foro conscientiæ: & videtur tenere *Nauarra l. 3. de rest. c. 2. in 2. edit. dub. 10. n. 274.* vbi ait pœnam hanc in conscientia deberi post moram, ante vllam sententiam, & declarationem.

3 Secunda sent. ait non teneri resilientem, soluere pœnã conuentionalem, donec alius contrahens eam petat, illo tamen petente, statim teneri, nulla iudicis sententia expectata. Prob. quia sicut iudici exequenti legis pœnam non licet resilire; ita petenti pœnam ex conuentione debitã: petitio enim illa in pœna conuentionali, vices habet sententiæ iudicis in pœna legali, quare sicut in hac desideratur sententia iudicis; ita in illa, creditoris petitio. Sic *Corras. Cons. 69. fin. vol. 2. & cons. 55. nu. 22. vol. 3. Rebuff. in repert. l. Cunct. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. nu. 11. Minchac.* vbi contrarius, *de casu 260. n. 49. Padilla l. Si quis maior, n. 59. C. de transact. Gutier. de iuram. 1. p. c. 36. nu. 11. fine, Mexia taxa panis, conclus. 6. in 7 Theologos, P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 97. fine, Capuan. l. 2. dub. 6. n. 11. n. 32.*

4 Tertia sent. ait non deberi pœnam conuentionalẽ antequam iudex sententiam. Et hanc existimo probabiliorem, quamuis aliæ duæ sint satis probabiles. Prob. quia intẽtio contrahentium, & eas pœnas constituentium, quando aliud expressis verbis minime declarant in cõtractu, ea est, vt per tales pœnas compelli possint ad fidem seruandam, & teneantur ad eas secuta condemnatione: eorum enim intentio in dubio iuxta iuris communis pœnam imponẽtis, præscripsum, intelligenda est: nam actus præsumitur *de præsum. l. 6. nota præsump. 10.* Item quia sæpe expedit pœnas huiusmodi, eo quod rigidæ sint, moderari, vt fatetur *Minoch. de casu 260. num. 33. & seq.* Imò *Matthæus de Afflictis*, quem referunt & sequuntur *Anendañ in suo diction. v. Pœna conuentionalis, & Gutier. de iuram. 1. p. c. 36. n. 10.* ait stilo curiæ non fieri pœnæ conuentionalis condemnationem, nisi quatenus interest: vnde ait *Gutier.* probata ea consuetudine, si nullum interesse secutum fuerit, minime deberi pœnam: ergo necessaria est interuentio sententiæ iudicis, vt discussis, moderatione pœnæ, ac soluendi consuetudine, decernat quid soluendum sit. Tandem, quia non video, qua ratione probetur petitionẽ illam creditoris, vices habere sententiæ iudicis. Et ideo hanc sent. tenent ex Theologis. *Adrian. quodl. 6. a. 1. corol. 3. in parũ volum. f. 111. Ledesma 2. p. 4. q. 18. a. 3. f. 267. col. 2. Victoria*, quem refert & sequitur *Lud. Lop. l. 1. de contract. c. 31. f. 102. & l. 2. c. 34. f. 463. Palacios li. 4. de contract. c. 5. fol. 275. & seq.* quamuis limitet, dum pœna vtrumque contrahentem ligat, si à contractu resilierit, secus si alteri tantum imposita sit, vt si non solueris die præfixa, tenearis tali pœna, tunc enim dicit statim deberi in foro conscientiæ: sed hæc limitatio recipienda non est. Eandem sent. tenent *Beja summa, casu 41.* & ex iuris peritis *Nauar. sum. cap. 23. Hispanè, n. 98. Latinè, n. 67. & seq. Gutier. q. canon. l. 2. c. 20. n. 13.* & multi Neoterici doctissimi, quare in nostro casu dicendum est pœnam illam quadruplã conuentionalem, non deberi ante iudicis sententiam.

Ex his infertur, debitorem pœnæ conuentionalis posse eam præscribere, ita vt cesset actio illa ad pœnam, si spatio 30. annorum minime petatur, *l. Omnes, C. de præscrip. trigin. ann.* quia possidens, bonam fidem habet, cum eam offerre minime teneatur, iuxta 2. & 3. sententiam. Sic *Purpuratus*, quem refert & sequitur *Rebuffus repet. l. vnica, C. de sentent. quæ pro eo. glossa v. Prosequantur, n. 42.* 5

Ad argum. 1. sent. negatur perinde esse, ac si interuenisset condemnatio, quia pactum soluendi eam pœnam intelligitur secuta condemnatione: vt probauimus. Ad cõfirmationem, fateor esse conditionem contractus, vt soluatur pœna, verum ea conditio non est instar cæterarum: cæteræ enim ex natura sua nullam petunt condemnationem, aut actum iudicialem, quod secus est de pœna. Ad argumentum secundæ negandum est, eam creditoris petitionem vices obtinere sententiæ iudicis. 6

DISPVTATIO XXXVIII.

Vtrùm in contractu sponsalium possint interuenire fideiussores, & pignora?

SVMMARIVM.

Possunt interuenire fideiussores, & tenentur ad interesse, non tamen ad pœnam, n. 1.

Prima sententia, non posse interuenire pignora, n. 2. & secunda pars, n. 3.

Tertia vtrique distinguit, n. 4. & an valeant arra, quando nulla stipulatio pœnæ præcessit, & dicitur eas tradi pro pœna. Et in dubio interpretatio alium iuris culpa est, vt valeat.

1 CIrca fideiussores pro securitate matrimonii contrahendi, certum est eos interuenire posse: cum nullo iure id prohibeatur. Sic *Host. sum. t. de sponsal. §. 1. n. 2. fine, Alex. de Neuo, c. Gemma, n. 31. de sponsal. Alberic. l. fi. n. 7. C. de sponsal.* Non tamen tenebuntur ad pœnam, sicut nec ipsi contrahentes, quia non potest in plus fideiussor obligari, quam principalis: *Inst. de fideiussor, §. 1.* Sic *Host. & Alexan. de Neuo ibid.* tenebuntur tamen ad interesse, vt bene *Alex. de Neuo ibi*: nam contrahentes ipsos ad hoc teneri, diximus dis. 30. n. 15.

2 Circa pignora autem, triplicem inuenio sententiam: prima docet interuenire non posse, nisi pro interesse præstando, & eo soluto restituenda esse, quia *l. fin. C. de sponsalib.* remittitur omnis pœna, demptis arris. sic *Aut. c. Gemma, de sponsal. n. 9. & ibi Abb. n. 10.* & videtur eam sequi *Præpos. nu. 14.* & tenent *Rosella, verb. Sponsalia, num. 7.* vbi *Angel n. 15. Sylueſt. §. 8. dub. 3. Brunellus de sponsal. concl. 16. n. 7.*

3 Secunda sent. admittit pignora realiter tradita, quia vocantur arræ, *l. 1. C. Si rector. iuncta gl. verb. Pignora.* Item quia traduntur loco arrarum. Sic *Speculat. tit. de sponsal. §. Primo igitur, n. 4. Archid. 30. q. 2. cap. 1. Azo summ. tit. de sponsal. nu. 12. Hostiens. sum. t. de sponsal. §. 1. & d. c. Gemma, super verb. Propter pœna interpositionem, & ibi Innocent. n. vn. Ioan. Andr. nu. 7. Cardin. n. 3. q. 1. Alex. de Neuo, n. 30.* referens *Iacobum de Arctio: Feder. consil. 146. Imola l. Titia, in princ. n. 5. ff. de verb. obl.* vbi *Ias. n. 15.* addit *Imola*, siue dicatur pignora tradi pro arris, siue pro matrimonii obseruatione: & *Alexan. de Neuo*, dicit valere pignora licet pro arrarum securitate, quæ nondum traditæ sunt, dentur, si ea in quantitate consistant, vt si

pro

promittantur mille aurei nomine arrarum, nec tradantur, sed in pignus dentur mille tritici modij: quia succedunt loco arrarum, & eius naturam sapiunt, Insuper *Ioan. Andr. & Alex. de Neuo*, limitant, nisi pignora magna sint, attenta contrahentium dignitate, sicut eadem moderatione admittunt arras: vt diximus disp. 35. n. 7.

4 Tertia sent. verior est, si præcedat stipulatio pœnæ, & tradantur pignora, minime valere, secus arrarum stipulatione præcedenti. & ratio est, quia cum principale nõ valet, corruit accessorium, quod eius naturam sequitur: *reg. Accessorium, 42. de reg. iur. in 6. reg. Cum principalis, 138. ff. de regul. iur.* ergo cum pœna non valeat, arræ autem admittantur, pignora accessoria arris valida erunt, exclusis iis, dum pœnæ accedunt. Sic *glossa l. Titia, verb. Matrimonia ff. de verb. oblig. & ibi Bart. in princip. nu. 2. Alberic. d. fin. n. 3. C. de sponsal.* vbi *Salicet. nu. 14. Anchar. d. c. Gemma, n. 10.* vbi *Henricus nu. 8. Alex. Carrerius l. 1. de sponsal. c. 5.* In dubio autem, quando traduntur pignora, nulla præcedente pœnæ stipulatione valent: licet nulla mentio arrarum fiat, censetur enim ea pro arris tradi: vt docet *Henricus & Salicet. ibid.* nam in dubio ea interpretatio sumẽda est, vt actum faciat valere. nemo enim præsumitur eligere viam, vt sua dispositio subuertatur, *l. 3. ff. de milit. testam.* Quando autem nulla præcessit promissio pœnæ, & traditum est pignus, licet dicatur tradi pro pœna, valebit: sicut disp. 35. nu. 4. diximus valere arras traditas, licet nomine pœnæ tradi dicantur: quia nomine tenus pœna sunt. Sic *Imola* quamuis dubius, *d. l. Titia, in princ. n. 6. fine.* Nec admittenda est limitatio *Bart. & Anchar.* dicentium valere pignora, dum traduntur in quantitate, secus si in specie: nam similem arrarum limitationem reprobauimus, disp. 35. n. 12.

DISPVTATIO XXXIX.

Vtrùm in matrim. spirituali, vt ingressu religionis possit promitti pœna, vel tradi arra?

SVMMARIVM.

Prima opinio, non licere, & esse simoniam spe lucri ad spiritus in inuitare, n. 1.

Licet absque pacto, & conditione munera dare, ad inuitandum ad religionem, & baptismum, & reliqua spiritualia, n. 2. nec recipiens tenetur, quamuis ea non faciat, restituere.

Liceat etiam munera dare ad redimendum impedimenta, n. 3.

Verius est licere dare munera sub pacto, & conditione suscipiendi baptismum, & ingrediendi religionem, & alterum spirituale, n. 4.

Non valet pœna apposita in promissione ingressus religionis, n. 5. & ibi lex penalis, & quæcumque correctoria, quando non principaliter in odium aliquorum edita est, sed in animæ fauorem, ad vitandum peccata, est extendenda.

Valet arra, n. 6. Soluuntur argum. & explicatur c. Quam pio, 1. q. 2. n. 7.

7 IN hac controuersia, *Bart. l. Titia, in princ. nu. 12. ff. de verb. oblig.* dixit, nec pœnam, nec arras valere, & esse simoniam, siue metu pœnæ, siue præmij spe, siue nomine arræ, quouis modo pecunia intercedat, & incitetur quis pecunia ad religionis ingressum, per *cap. Non satis, de simonia*, ibi, *Prohibemus igitur ne ab his, qui ad religionem transire volunt, aliqua pecunia requiratur.* Bartolum omnino sequitur *Anchar. c. Gemma, de sponsal. nu. 7.* & *Cuman. dict. leg. Titia in princ. n. 2.* dicit spe præmij, aut metu pœnæ ad religionem inuitari esse simoniam: & idẽ docet de spe præmij, *Paul. ibi n. 3.* Et quidem non licere absque simoniæ vitio munera offerre conditione adiecta, & pacto vt recipiens ingrediatur religiõnem, docent *D. Thom. 2. 2. q. 189. a. 9. corpore. Hugo c. Quam pio, 1. q. 2. & ibi Archid. vers. In ea glossa, in fine. Host. c. Dilectus, el 2. de simonia, super verb. Inuitari*, vbi *Ioan. Andr. num. 7. Ant. n. 6. Anchar. n. 8. Abb. n. 7. Henricus n. 1. & 3. Anan. n. 5. Feli. n. 2. Turrec. d. c. Quam pio, n. 1. Angel. Simonia 3. n. 26. Syluest. Religio 2. q. 2.* Imo de baptismo, cum sit omnino necessarius ad salutem, non licere dona tradere ea lege, vt recipiatur, docent *Anchar. Ant. Abb. Felin. ibid. Abb. c. Cum in Ecclesia, de simonia, n. 7. D. Antonin. 2. p. t. 12. c. 2. §. 1. Rosell. Simonia 1. nu. 19. Aug. Simonia 3. n. 26. Syluest. verb. Simonia, q. 8. dict. 3.* vbi *Armilla n. 30.* & ducuntur omnes hi *c. Quam pio 1. q. 2. ex Bonifacio Pontifice*, ibi, *dum tamen omnis absit pactio, omnis cesset conuentio. & c. fin. de pactis*, ibi, *pactiones factæ a vobis pro quibuscumque spiritualibus obtinendis, cum in huiusmodi omnis pactio, omnis conuentio debeat omnino cessare, nullius penitus sint momenti. & c. Quæsitum, de rerum permut. ibi, pactione præmissa, quæ circa spiritualia, vel connexa spiritualibus, labem semper continet simoniæ.*

Sit tamen prima concl. offerre munera gratis, & absque aliquo pacto, ad captandam beneuolentiam, & inducendum ad baptismum, & ad religionem, & ad alia opera spiritualia, licitum est. In hac concl. conueniunt *D. Thom. reliqui, nu. 1. citati*, & est expressa sent. *D. Augustini, epistola Macedonium.* & habetur *c. penult. 23. q. 4.* & ratio est manifesta, quia est liberalis omnino donatio, nullo pacto, aut conditione vestita, & in egregium finem dirigitur. Non infertur accipientem munera, conscium intentionis donantis, minimè peccare accipiendo, integrumque illi esse postea annuere, vel renuere votis donantis quia ea donatio liberalis omnino fuit. Sic *Metina C. de restit. q. 27. in solut. ad 4. ver. Corollarie sequitur non parum referre, P. Molina de iust. tract. 2. disp. 93. fine.*

Secunda concl. pecuniis impedimenta auferre remanentia à baptismi susceptione, aut à religionis ingressu, licitum est: v. g. est aliquis affectus religionis instituro, impeditur eo quod æs alienum soluendo non sit, licitum est conuenire cum illo sic, Soluam debita, & ingredere religionem: similiter est Iudæus baptismum optans, impeditur timore restituendi per vsuras acquisita probabiliter, conceret, qui pecunias ad ea restituenda offerret, dummodo baptizetur. Quia hoc non est spiritualia emere, sed solum obstacula auferre. Sic docent *Archid. Felin. Turrec. Host. Armil.* vbi n. 1. retuli, *Abb. c. Cum in Ecclesia, de simonia, n. 7. Ant. Simonia 2. n. 13. Syluest. verb. Simonia, q. 8. dicto 3.*

Tertia concl. contra primam sent. probabilius est licitum esse offerre munera, ea lege & pacto, vt is cui offeruntur, efficiat aliqua opera spiritualia: v. g. vt recipiat baptismum, ingrediatur religionem, sacramenta frequentet, aut à peccatis recedat, dummodo non detur in gratium illius operis spiritualis, sed ad inducendum ad illa. Prob. primo, quia passim in sacris literis promittit Deus bona temporalia seruantibus præcepta, & id fieri per modum pacti & conditionis, constat ex *Genes. c. 12.* vbi dixit Deus Abrahæ hæc, *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, faciamq; te in gentem magnam*: & *Genes. 17. Ambula coram me, & esto perfectus, ponamque fœdus meum inter me & te, & multiplicabo te vehementer*: quæ verba manifestum pactum continent, vt dixit Zacharias Luc. 1. *Sicut iurauit ad Abraham patrem nostrum.* Secundò, quia disp. 30. n. 15. dixi cum multis DD. licitam esse conditionem legato adiectam, vt aliquis comparet legatarius, si religionem ingrediatur, vbi pactum continetur. Tertio, quia licitũ est donare vitã infideli hosti ad mortem damnatis, hac lege, vt baptizentur: quod vt communi receptum esse, dicit *Metina*, vsum approbans *q. 27. in solut. ad 4.* ergo licitum erit alia munera offerre eodem lege, & pacto: quia ea condonatio vitæ, pretio æstimabilis est. Quarto, quia durum est parẽtes damnare, qui pecunias & vestes filiis promittunt, si sacramẽta frequentent, vel à concubinis recedant: & dominos libertatem seruis promittentes, si baptizentur: & viros pios, qui meretricibus dotes, quibus in matrim. collocentur, spondent, si ad meliorẽ frugem se recipiant. nec potest dici in his casibus non interuenire pactum: quia hac conditione ita pactum deducta, & acceptata, promittunt, alias non darent. Quinto, quia licitum est contrahere matrim. cum infideli, hac lege, vt conuertatur. *c. Non oportet, 28. q. 1.* cur ergo non licebit alia munera offerre, eadẽ conditione adiectã? Sexto, quia offerre munera infideli, pacto inito, vt baptismum suscipiat, admittunt multi: vt *glossa c. Quam pio, v. Inuitari 1. q. 2. & c. Debet, 23. q. 4. glossa vnic. & c. Dilectus, el 2. de simonia v. Inuitari: & Archid. Host. Ioan. Andr. Henricus n. 1.* pro prima sententia citati, & *Syl. Gabella 5. q. 1. num. 3.* ergo similiter ad inducendum ad alia spiritualia licebit sub eadem conditione & pacto dona largiri: quia necessitas baptismi non

anfert quin res spiritualis & inuendibilis sit, & si ea oblatio ex natura sua simoniaca esset, necessitas baptismi minime excusaret offerentem, cum simonia contra ius naturale, & diuinum sit. Septimò, quia ea conditio iniqua non est ex se, nec alhecre ad res spirituales muneribus, iniquũ est, neq; item aliquem lucro excitatũ hæc efficere, quamuis simul intendat commodum temporale, dummodo in pretium rei spiritualis minime accipiat, ergo nulla est ratio, cur hoc illicitũ sit. Octauò, quia licitum est parentibus & dominis, verberibus & minis cogere filios & seruos, vt diebus festis sacro intersint, suo tempore confiteantur, à vitijs desistant, cur ergo non licebit muneribus datis sub ea conditione. Tandem, quia si huiusmodi pactum labé aliquam contineret, ea esset simoniæ, quod aduersarij vltro fatentur. & constat, quia nulla alia deformitas apparet, cum res petita in conditione, licita sit, & finis honestus intendatur: sed omnino est immune à simonia, ergo est licitum. Probatur minor, quia simonia est studiosa voluntas emendi, vel vendendi rem spiritualem: vt tradit D. Thom. 2. 2. q. 100. a. 1. quem omnes sequuntur, sed qui accepta pecunia religionem ingreditur pacto inito, nó vendit religionem, nec offerens pecuniam, emit: quia de ratione venditionis est, vt venditor aliquid tradat, & emptor aliquid accipiat: sed ingrediens religionem nihil tradit, nec offerens numera. aliquid recipit: qua ratione utitur *Cardin. c. Dilectus al 2. de simonia n. 3. & Syluest. Gabella 5. q. 2.* ad probandum nullam hic intervenire simoniam. Hanc sententiam tenet *Cardinalis*: & *Adrianus* saltem in rebus ad quas quis de præcepto tenetur. *quodlibeto 9 a. 3. dit. KK. pro pos. 2. in parua volumina bus f. 205. Matins, C. de restitutione, q. 27. in solutione ad 4.* saltem cum speratur aliquid maxime vtile futurum saluti muneribus inducti aut aliorum: & videtur tenere *Nauar. c. Inter verba, in 1. edit. cancl. 5. torell. 1. num. 20.* vbi hæc ait: *bien hazen los que proueen a sus hijos, y criados, y tambien a los que se confiessan, i comulgaren tal dia*: pro ea, dem sententia est *Angles floribus, 2. p. q. Quo teneatur restituere, a. 2. dissp. 35. castel. 6. f. 191.* vbi docet licitum esse pretio aliquem ad bonum inducere: & tandem hanc sententiam sustinet, & late probat *P. Molin. tom. 1. de iustit. tract. 2. disp. 93. cancl. 4. versus ad finem dispt.*

3 Quarta conclusio, si pœna apponatur in contractu ingrediendi religionem, cũ religiosis, vel ab eo homine inito, (si enim esset in voto facto Deo, sicut etiam in voto matrimonii ineundi quando id validum est, teneret pœna) est prorsus irrita. Probatur, quia quamuis hoc in matrimonio spirituali dispositum non sit, in solo enim tem- porali loquitur textus *c. Gemma, de sponsal.* eadem tamen omnino ratio, quæ est libertas, quam ius desiderat in matrimonio temporali, procedit in spirituali, eam totum ius canonicum, & maximè *Trident. sess. 25. de regular.* sum- mam in religionis professione libertatem exigat. Et consequenter, cum eadem subest ratio, ut late *Eucardus loco citato*, sed multo vrgentior ratio libertatis procedit, cum difficilius sit, & statum perfectionis contineat, majorem libertatem petit, quam matrimonium carnale, quod naturali appetitui conformior est. Præterea, quia decretum irritans pœnam in matrimonio temporali non est pœnale, nec in aliquorum odium, & punitionem editum, sed in favorem animarum ne ad occurrendum peccatis & scandalis, quæ ex matrimonio coactis sequuntur, lex autem quamvis pœnalis, lata principaliter in favorem animarum, est favorabilis, & extendenda ex identitate rationis, vt docent *Hostiens. c. pen. Abb. n. 5. & 6. Henricus n. 10. Alex de Nevo n. 7. Præpos. n. 3. Bart. Sanctorum a palacium, num. 19. C. si aduers. vendit.* vbi *Iason n. 72. Francus c. Sciant cuncti, de elect. in 6. nn. 6.* addens quantumcumque lex correctoria sit. *Castillo l. 49. Tauri, num. 14. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. 6 statio num. 11.* vbi alios refert: *Perez. lib. 5. ordinam. 11. l. 5. fol. 39. col. 1. Gratian. reg. 111. num. 6. Flamin.*

de resign. benefic. l. 11. q. 2. n. 17. Azebedo lib. 5 recop. tit. 1. l. 2. nu. 4. & idem, quando lex pœnalis est in favorem Ecclesiæ, dixit *glos. d. c. Sciant cuncti, verb. Alios.* quam sequuntur *Dominici. n. 6. & Francus n. 6.* ergo nil mirum est, si extendatur ad matrimonium spirituale, in quo eadem & fortior ratio militat, & ex professione metu pœnæ coacta, peccata & scandala animarum sequuntur.

Vltima conclusio, arræ valent in contractu ingredi- 6
endi religionem, vt si quis religiosus promitteret, se habitum indutuum, & in signum promissionis implendæ traderet arras, valerent: argumento deducto à matrimonio carnali, in quo valent, ad spirituale, & sicut illius libertati non repugnant, ita nec huius: nec interuenire arras, vitium aliquod simoniæ continet, cum nihil ematur, nec vendatur.

Ad textus adductos pro priori sent. respondetur, *c. Non* 7
furem, nihil probare: tantum enim decidit nihil conferendum esse religiosis, vt aliquem ad religionem admittant. Cæteri autem textus damnant ac simoniaca omnia pacta in rebus spiritualibus, in quibus aliquid traditur, & recipitur, quod secus est hic, vt explicum n. 4. in ultima ratione.

DISPVTATIO XL.

Vtrùm valeat pactum in sponsalibus adiectum, vt vir teneatur in certo oppido moram trahere cum vxore, & si vir fidem frangens aliò migret, teneatur vxor cum sequi, & valeat pœna frangenti fidem, imposita?

SVMMARIVM.

Primo sint nec pallium, nec pœnam, obligare: & ita tueri vxorem sequi virum n. 1

Secunda sententia verior, valere & explicatur lex Titio centum, §. Titio centum, l. 2 ff. de condit. & demonst. n. 2.

Quid si nouus causa recedendi superueniat, n. 3.

Quid si pactum iuramento confirmetur, n. 4.

An pacti fides violata, pœna interposita debatur, n. 5.

An vxor teneatur sequi virum pacto non seruato migrantem alio, n. 6.

An valeat tenditio primogeniturum, vt successor teneatur in certo oppido habitare n. 7.

An valeat legatum factum alicui, dum in certo oppido habitauerit, vel ea, conditio rescindenda sit, n. 8.

DIFFICVLTAS huius disputat. consistit in intellectu 1
textus, *l. Titio centum 70. §. Titio centum, d. 2. ff. de condit. & demonst.* ibi, *Titio centũ relicta sunt, ita vt à monumento meo, non recedat, vel vt in illa ciuitate domicilium habeat, potest dici non esse locum cautioni, per quam ius libertatis infringitur.* ex quo textu constat non valere conditionem legato adiectam, vt teneatur legatarius in certo loco habitare, eo quod quandam seruitutis speciem contineat: & proinde legatum relicta conditione deberi, ergo similiter eadem conditio à sponsalibus reiicietur. & ita sentiunt *Alex. de Nevo, c. 1. num 9. de coniug. lepros. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. Anitio n. 5. Ant. Gom. 2. variar. c. 10. nu. 24. Salzedo addit ad regul. 80. Bernardi Diaz, Azebedo lib 5. recop. tit. 6. l. 11. nu. 21. & 22.* & ex Theologis. *Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. cap. 54. fine.* Addunt *Ant. Gom. & Azebedo eod. num. 22.* virum non seruantem hoc pactum teneri ad interesse, si quod ex pacti obseruantia sequebatur vxori. addit *Azebedo* teneri etiam ad pœnam interpositam: sed melius *Alex. de Nevo, dict. c. 1. n. 10.* ait supposita pacti nullitate, minime obligare pœnam: quia quoties pactum irritum est, pœna ei accessoria corruit: vt probatur supra disp. 7. n. 17.

Sed multo certius est id pactum validum esse, & tene- 2
ri virum fidem seruare. Probatur, quia sicut in traditione rei suæ potest quilibet pactum interponere *cap. Verum, de condit. appos. & l. 1. C. de pact.* ita in traditione sui per matrim. Secundo, quia *c. Gemma, de sponsal. & l. Titia, ff. de verb. oblig.* sola pœna in matrimonio coniungendo, vel dissoluendo interposita, prohibetur, eo quod matrimonij libertati obsteret: sed hæc pœna est potius in matrimonij fauorem, vt conseruetur individua vita, & cohabitatio inter coniuges.

Tertiò quia *d.l.Titio centum*, reprobans conditionem habitandi in certo loco, intelligitur dum ea conditio vana est in nullius fauorem cedens, vt intelligunt *ibi Bart.d. §. Titio centum, n.4. Cumán. Imola, Paul. ibi, Alexan. de Neuo, Ioan. Lup. Gregor. Lop. ilatim allegandi, Acosta 2.select.c.19.nn.5. Pelaez de Meres, de maiorat.1.p.q.57.num.3.* Sed hoc pactum cedit in maximum vxoris fauorem, ne patria deserta, inter extraneos vitam agere cogatur. Tandem probatur ex *l.89.f.18. p.3.* ibi, *Otrosi prometio por si, y por sus hijos, de morar en tal heredamiento para siempre jamas.* quem textum dicit Gregor. Lop. ibi, *verb. Para siempre*, notandum contrà ea, quæ aduertuntur, *dict. §. Titio centum.* Et ita hanc sententiam sustinent *Hostiens. sum.t.de coniug.seruor. num.5.fin & c.1. qui matrim. accus. poss. paulo post princ.* vbi *Ioan Andr.nu.2. Ant.n.9. Anchar.n.5. Abbas antiquus, Petrus*, & communis ibi, vt refert & sequitur *ibidem Panorm.num.5. Prepos.nu.5. Cardin.c.2.cod.tit.nu.3. Alex. de Neuo* sibi contrarius, *dict.c.1.n.5. Henricus c.De illis, de sponsal.num.4. Romanus, & Iacob. de sancto Georgio*, quos refert *Ant. Gom.2.var.cap.10.nu.24. Barthol. de Bencelinis, & Andr. Siculus*, quos refert & sequitur *Ioan. Lup. rubr. de donat. §.2.nu.3. Bernardus Diaz reg.800. Rosella verb. Vxor.n.3.* vbi *Angel. n.9. Sylvest.q.8. Tabiena, q.2.n.3. Armilla num.6. Villalobos in communibus, tutera V.n.125. Greg. Lop.l.2.t.5.part.4.verb. Por que, Nauar. sum.c.14.num.20. Anton. Gabr. to.2. commun. in mea edit. lib. 14.verb. Pactum, f.175. & lib.19.verb. Vxor, fol.472. Practica forensis lib.1.t.de matrim. §.5. Anton. Cucus lib.5. instit. maior t.11. n.150. Pelaez de Meres de maiorat.1.p.q.57.n.2.* Et ex Theologis *speculum conscientiæ, tract.2.c.36. §.1. Pedraza 6. præcepto. §. 17. Lud. Lop.1.p.instruct.cap.54.ad finem, Capua lib.2.decisionum, c.59.n.2. Philiarcus de offic. sacerd.tom.1.p.2.d.4 c.19. vers.6. Manuel 1.tom.sum.c.15.n.2.*

Intellige hanc sententiam, nisi noua recedendi causa
3 supereniat, ob quam viro necessarium sit alio proficisci, vt quia cælũ est minus salubre, vel contraxit in ea oppido inimicitias capitales, tunc enim pacto spreto, quod in eo casu minimè intelligendum est, potest alio migrare: argumento, *l.Si conuenerat, cum duplices seq. ff.pro socio*, vbi decidituir societatem ex noua causa superuenienti dissolui posse ante tempus præfixum: & ita docent omnes *DD. n.præced. allegati, & Tira.q.1.connub.gloss.1.p.1.n.39.*

Quod adhuc verum est, quamuis id pactum iuramento firmatum sit, quia esset illicitum, quando ex causa su-
4 peruenienti opposteret virum abesse, & aliò migrare, daretur enim vtrique coniugi adulteria committendi ansa: quare nec pacto expresso iurato ad id coniuges se astringere possunt, *c.Tua, de iureiuran. & c.Veniens, de regul.* sic *Abb. c.Qui matrim.accus.poss.n.5. & ibi Alex. de Neuo n.6.*

Ex his infertur quoties nulla recedendi causa noua su-
5 peruenit, si vir pactum violet recedendo, astringi pœna pacto adiecta: cum enim pactum valeat, nec pœna aliquo iure reprobata sit, valebit vtique. sic *Anton.c.1. Qui matrim. accus.poss.n.9. & ibi Abb.n.5. Alex. de Neuo n.6.* Si autem noua recedendi causa superueniat, eum tunc pactum non obliget, non incurretur pœna, iuxta ea, quæ dixi hic, n.1. fine, Sic docent iidem, *& Tira.q.1.connub.gloss.1.p.1.nu.39. Perez lib.4.ordin.tit.11.l.29. Pelaez de Meres de maiorat.1.p.q.57.nu.7. Azebedo lib.6 recop.tit.3.l.29.fine.*

Secundò infertur, si vir non obstante pacto, absq; noua
6 superuenienti causa domicilium mutet, vxorem immunè esse ab obligatione ipsum comitandi. hoc est contra authores primæ sent. relatos n.1 & contra *Calderinum, c.1. de coniug.leprof.* dicentem adhuc teneri virum comitari, quia lex diuina astringens vxorem ad sequendum virum, fortior est quocumq; pacto. Sed contrarium dicendum est, nec lex diuina in hoc euentu obligat. Sic docent *Bernard. Diaz, Ang. Sylvest. Armilla, Nauar. Villalobos, Ant. Gab. co verb. Vxor, Spec. conscientiæ, Pedraza, Capua, Manuel.n.2.allegati.* Si tamen noua causa superueniat, ob quam licitè contra pactum recedit vir, tenetur vxor ipsum sequi in iis casibus, in quibus seclusо pacto tenebatur: quia cum tunc pactum non astringat, perinde iudicandum est, ac si pactum non esset. Sic *Hostiens. sum.tit.de coniug.serv.n.5.fine, Alex. de Neuo, Angel. Rosel. Sylvest. Tabiena, Armil. Nauar, Bernar. Diaz, Co n.2. Philiar. Specul. conscientiæ*, quos n.2. allegani. *Tira Pelaez de Meres, Perez, & Azebedo, n.5.citati.*

Tertiò infertur valere conditionem appositã in prin geniis, vt successor sub pœna amissionis maioratus, neatur in certo loco habitare, quia interest defuncti memoriam, & honoré, vt successor morã trahat in lo vbi domus & familia sua est, alio enim migrante succes te, facilius memoria nomenque institutoris aboletur. *Pelaez de Meres de maiorat. 1.p.q.57. per totam*, latè probat idem docet de melioratione tertii *Azebedo l.5. recop. tit. 11. num.22.* sed male refert *Molinam & Padillam.* quia ter id dicit. Et hoc intelligendum est, nisi iusta causa dendi superueniat: vt diximus n.3. de viro, & vxore. *Pelaez de Meres n.5.* Esset etiam iusta causa recedendi, si fu na in maioratu succedat, & alienigenæ nubat, iussus ad ipsius domicilium migret: quia vxor tenetur sequi Sic *Pelaez de Meres, n.4.* quamuis dicat hoc non carere pulo, eo quod fœmina in culpa sint, alienigenæ nubere

Id demum obseruandum est, diuersum esse si testa leget Titio sub conditione habitandi in certo opido, si leget, dum in tali oppido habitauerit: nam in prio fu, reiecta conditione, quæ seruitutis speciem contra debebitur legatum, quando ea conditio in nullius fau redundat: vt n.2. diximus, iuxta *l.Titio centum, §. Tita tum, el 2.ff.de condit. & demonstr.* in posteriori verò, non cietur is modus, quamuis in nullius fauorem cedat: enim invitatur legatarius ad speciem seruitutis, sed ut ceri, vt in certo loco habitet. Sic *Acosta 2.select.c.19.n.5.*

DISPVTATIO XLI.

Vtrùm cessante pacto vt vir teneatur in loco xoris habitare, astringatur vxor ipsum alio migrantem, comitari?

SVMMARIVM.

Vter teneatur sequi virum domicilium mutantem, n.1.
Non potest contrarium conjunctim fieri iudex, n.2.
Non tenetur quando sequi sine graui detrimento, n.3.
Nec tenetur quando vir parratrix vxorem ad peccandum, vel exponi vitæ periculo, n.4.
An exigatur, vt ex causa iusta vir mutet domicilium, n.5.
Quid quando vir vagari vult, n.6.
Quid si vir non solum vult vagari, sed vxor id ignorabat, ac propterea facile sequi, n.7
Quid quando vagatio non est temeraria sed ex iusta causa, nu.8. & quid quando vir virum peregrinationem exequitur.
Quid quando vir solum vult vagari, & vxor tanquam ei nubsit, & vir vagari vult absque iusta causa, n.9.
Quid si vxor vir vagari nec mutare domicilium, sed aliquo se ad tempus transferre, n.10.
Quid quando vir ob delictum timet aut excommunicatur. Primum nec non teneri virum ipsum sequi, n.11. Secunda verior, contraria, n.12.
An vxor teneatur alere virum sua culpa bannitum, n.13.
An vir teneatur aliquando sequi vxorem alibi migrantem, n.14.
Quid in hac re dicat iuris vterque, n.15.

IN triplici euẽtu potest discuti hæc quæstio. Prima quando vir aliò transfert domicilium: & de hoc in 1.conclusione, quinque numeris primis. Secundo quãdo vir vagari per diuersa loca intẽdit: & de hoc conclu. 2.à n.6. vsq; ad 10. Tertius est, quando nec vir tare domicilium, nec vagari intendit, sed aliò se transf causa ad tempus ibi morã trahendi: & de hoc agitur 10. Deinde quando vir sua culpa exulat, & an aliquando teneatur vir vxorem sequi.

Prima conclus. vxor tenetur sequi virum aliò migran vt transferat domicilium. conclus. est D. Augustini, & betur *c.Vnaquæque 13.q.2.* ibi, *vnaquæque mulier sequatur suum, sine in vita, sine in morte.* & ratio est, quia coniuges nentur ad mutuũ obsequium, quod præstare sibi nequ nisi simul habitent: & cùm vir sit mulieris caput, *ibi 1.ad Cor. 11.* infertur vxorem in hac cohabitatione esse viro. *l.Sicut, 48.ff.de oper. libert.* ibi, *nam hac cum ma nio consensit, in officio mariti esse debet.* De hac conclus. dubi

dubitare: & cum materia grauissima sit, tenetur ad hoc vxor sub culpa lethali, vt bene *Navar. sum. c.14.n.20. Capua l.2.decis.c.59.num.2. Philiarc. de offic. sacerd.1.to.p.2.l.4.c.19.vers. 6. Manuel 1.to.sum.c.15.n.2.*

2 Hoc adeo verum est, vt contraria consuetudo tanquã iuri diuino aduersa, nihil prosit. sic *gloss. c.1. de coniug. leprof. verb. Consuetudine*, vbi *Abb.n.3. Alexand. de Neuo num.4. & 6. Propos.n.2. & 3.*

3 Excipe tamen, nisi vxor absque graui detrimento virum sequi non posset, tunc enim ipsum sequi non teneretur, sicut nec debitum reddere cum notabili salutis iactura. sic *Soto 4.d.33.q.vnic.a.1.ad 2. fine.*

4 Secundò excipe, nisi vir vellet vxorẽ pertrahere ad peccatum, aut graui vitæ periculo vxor virum sequens exponeretur, tunc enim ad id non astringitur: cum vrgentius sit præceptum abstinendi à peccatis, vitamque tuendi. Sic *Rosella verb. Vxor, n.3.* vbi *Angel.n.9. Syluester q.8. Tabiena q.2. n.4. Armil.n.6. Navar. Capua, Philiar. num.1. allegati, Specul. conscientiæ tract.2 c.36.§.1. Pedraza sum.pracepto 6.§.17. Lud.Lop. 1.p.instruct.c.54. ad finem.* Hinc fit, vt vxor probabiliter timens fore, vt necetur à viro extra territorium, minime teneatur ipsum sequi: vt bene *Navar. lib. 4. consil in vtraque edit. tit. de donat. inter, consil.2.n.4.*

5 Difficultas tamen est circa hanc conclusionem, vtrùm desideretur causa iusta in viro mutanti domicilium, vt vxor teneatur eum sequi. Nam eam desiderari affirmat *Alex. de Neuo c.De illis, n.11. de sponsal. & c.1.nu.7. qui matrim. accus. poss.* Sed omnino tenendum est astringi vxorem præcepto comitandi virum, qualitercunque velit transferre domicilium, modo non ex causa turpi, & inhonesta. Probatur, nam alias nulla esset differentia inter virum & vxorem, quod absurdissimum, & contra omnium mentem esset: cum quando causa necessaria subest ex parte vxoris, teneatur vir ipsam sequi, vt dicemus nu.14. Item quia cum vir sit caput, ipsius est gubernare, & eligere domicilium, non autem vxoris, quæ gubernationi viri subest: ergo quomodocunque vir eligat aliud domicilium, modo nõ ob turpem causam, tenetur vxor virum sequi. sic *gloss.c.1. de coniug. lepr. verb. Sequatur, Hostiens. ibi, super eod. verb. Innoc n. vnic. Anton.n.11. Anchar.n.6. Abb.c. De illis, nu.4. de sponsal. Guillelmus* quem refert & sequitur *Rosella verb. Vxor, n.3. Lancelotus inst. iuris canon. tit. de sponsal. verb. Migrare.* Pro eadem sent. *gloss.c. Vnaquæque, verb. Sequatur, 15. q.2. Angel. verb. Vxor, n.9.* vbi *Syluester q.8. Tabiena q.2.n.3.* vbi docentes vxorem teneri sequi virum mutantem domicilium, solum excipiunt, quando ex causa inhonesta & turpi mutaret.

6 Secunda conclusio, si vir velit non habere certam sedem, sed hinc inde vagari, distinguendum est, aut enim tẽpore contracti matrimonij minime vagari solebat, aut si solebat, ad vxor ignorauit: & tunc non tenetur eum sequi: grauissimum enim onus est ipsam ad vagandum astringere: aut vagari solebat, nec id latuit vxorem, & tunc tenetur eum sequi: quia mores eius videtur approbare, & ad hoc onus se obligare. & ita intelligi debent *gloss. in cap. 1. de coniug. leprof. v. Sequatur, & ibi innocen. n. vnic. & Anton. nu.11.* idem *Innoc. c. De illis, n. vnic. de sponsal.* vbi dicunt vxorem non teneri sequi virum vagantem. hanc conclusionem tenent *gloss.c. Vnaquæque, 33.q.2. verb. Sequatur, &c. Si quis necessitate, verb. Fam. 34.q.1. Hostien c.1. qui matrim. accus. poss. paulo post princ. Abb.c. De illis, n.4. de sponsal. Henric. ibi n.3. & 4. Alex. de Neuo n.9. Propos.n.3. Anchar.c.1. de coniug. lepr. nu.6. Additio ad gloss. l. Mauia. §. Vxore, ff. de annuis legat. Cynus l.1. C. de vxor. Bald l. Qui manumittitur, num.1. C. de operis libert. Alex. l. Si cum tal. §.2. nu.12. Guillermus de Cauo, l. Obseruare, §. Proficisci, ff. de offic. proconf. Ioan. de Imola, ff. solut. matrim. in rubr. n.7. Gul. Benedictus c. Raynutius, verb. Cuidam Petro, n.89. de testam. Corsetus in singular. lit. V. verb. Vagabundus, Tiraq. l.1. connub. gloss.1.p. 2.n.39. Bernard. Diaz. reg. 800. & ibi Salzedo in addit. Ioan. Lop. Zalueta l.11.tit.13. fori, Turrecr. c. Si quis necessitate, nu.1. 34.q.1. Rosella verb. Vxor, n.3.* vbi *Angel.n.9. Syluest.q.8. Tabiena q.2.n.3. Armil. num.6. Navar. sum. c.14.n.20. Couar. 4. decret. 2.p.c.7. init. nu.5. Perez. lib. 4. ordin. tit. 11. l.29. Menoch. l.2. de arbitr. cent. 5. casu 469.n.45. & 7. Ant. Cucus l.5. inst. maior. to.11.n.149. & seq. Lancel. inst. iuris canon. l.2. tit. de sponsal. verb. Migrare, Azebedo l.6. recop. tit.3. l.29. fin. Gratian. reg. 499. nu.18.* Et ex Theologis *Pedraza sum.6. pracepto §.17. Capua l.2. decis.c.59. num.3. Philiar. de offic. Sacerd. 1.to.p.2.l.4. cap.19. vers.6. Lud. Lop. 2.p. instruct. de matrim. c.54. fin. Manuel 1.to. sum. c.15.n.2.*

Intellige tamen priorem partem conclusionis, vt vxor 7
non teneatur sequi virum non solitum vagari, vel dum ipsa ignorabat, vt vera sit, nisi facile posset vxor ei sociam se exhibere: tunc enim teneretur sequi, quia ex vna parte vrget lex matrimonij præscribens mutuam coniugum cohabitationem, & multa adulterij pericula vtrinque ex separatione, ex altera autem facilitas, vt eam legem vxor seruet, periculaque euitet. sic docent *Bald. Tiraquel. Perez. in. præcedenti allegati.*

Intellige secundo eandẽ priorem partẽ, quando nega- 8
tio temeraria esset, nullaq; iusta ratione fieret. secus quando non temere, sed iuste vir vagari vellet. Sic *Couar. Anton. Cucus nu.149. Lud. Lop. & Manuel citati n.6.* Sed hic intellectus non placet: quia adhuc est grauissimum onus astringere mulierem ad continuo vagandum, & pro hac parte est expresse *Propos. cap. De illis, n.3. de sponsal.* vbi docet vxorem teneri sequi virum, quando est breuis vagatio, & exhonesta & necessaria causa, secus quando est longa, nisi solitus esset vagari vxore id sciente. Pro eadem sunt *Host. c. 1. de coniug. leprof. & Abb. c. Quod super, de voto, num.8. Henricus d. c. De illis, num.4.* vbi *Hostien. & Henricus* asserunt non teneri vxorem sequi virum transfretantem ratione voti implendi. & *Abb.* dicit non teneri eum sequi votum peregrinationis exequentem. cum tamen hæc sit iustissima causa: intellige tamen Abbatem, quando peregrinatio esset lõga, quando enim breuis est, tenetur vtique, vt docent *Bart. & additio ad glossam, Angel. de Aretio, Propos. Menoch. num.5.* vbi eos retuli, n.6.

Intellige tertiò secundã conclusionis partem, vt vxor 9
teneatur sequi virum quando ipsius consuetudinem vagandi nouerat, vt vera sit, si vagari velit ex causa honesta. Sic *gloss. cap. Si quis necessitate, verb. Eam, 34.q.1. Gul. Benedictus, Propos. Turrecr. Rosel. Angel. Tabiena, Armil. Azebedo, Philiarc. relati num.6. Spec. conscientiæ, tract.2.cap.36.§.1.* sed hoc intelligitur, quando non est inhonesta & turpis vagandi causa: tunc enim cum vir vagando peccet, non tenetur vxor eius peccato consentire: & ita explicant hoc *Rosel. Angel. Syluest. Navar. num.6. alleg. Armil. verb. Vxor, num.6. Spec. conscientia proximè citatum*: si enim causa vagandi non sit turpis, licet non sit necessaria, imo temere, & absq; causa vir vagari velit, tenetur vxor, quæ eius consuetudinem nouerat, ipsum sequi. Sic *Couar. 4. decret. 2.p.c.7. anit nu.5. Anton. Cucus l.5. inst. maior. tom.11.n.149. Lud. Lop. 2.p. instruct. de matrim. c.54. fine. Manuel 1.to. sum. c.15.n.2.*

Difficultas tamen est, quando nec vir omnino eligit 10
domicilium mutare, nec vagari, nec solũ peregrinari, sed alio se transfert causa ibi ad tempus commorandi, & eo transacto ad domicilium redeundi. Quidã enim absolute dicunt, non teneri sequi, nisi domicilium transferant. Sic *Rosel. v. Vxor, n.3.* vbi *Angel.n.9. Sylu. q.8. Tabiena q.2.n.3. Armil. n.6. Pedraza sum. pracepto 6.§.17. Spec. conscientia tract.2.c.36.§.* 1. Credo tamen non sentire hos DD. solum teneri sequi, quando omnino domicilium mutat animo nõ redeundi, sed tantum velle dicere non in quauis peregrinatione, vel itinere teneri sequi: quod etiam diximus n.8. fine: atque ita statim tanquam exceptionẽ subdunt, nisi vir hinc inde velit vagari: quare dicendum est, si vir aliò migret animo citò redeundi, & peregrinatio esset longa, nõ teneri vxorem eum sequi: vt dixi n.8. fine: si vero animo commorãdi ibi ad longũ tempus, teneri utiq; ad eum comitandum, & ita docet *Henric. c. De illis, de sponsal. n.3.* vbi *Alex. de Neuo, n. 9.* & videtur tenere *Abb. ibid. num. 4.* dicit enim vxorem teneri sequi virum absque aliqua causa mutantem domici-

lium, & similiter quando ex causa iusta transfert se ad alia loca Vndæ hæc constituenda est differentia, dum vir mutat domicilium, vel dum transfert se ad tempus longum statim rediturus eo tempore transacto, vt in priori casu nulla causa desideretur, vt probaui n. 5. in posteriori vero, ea necessaria sit: vt sentiunt authores allegati.

11 Vrgentior tamen dubitatio est, quando vir ob delictum in exilium mittitur à domicilio: quidam enim dicunt vxorem non teneri ipsum sequi, quia par non est, vt vxor innocens patiatur incommodum culpæ viri, ob alienumque delictum puniatur. sic docent *Bald. l. Stium dotē, § Si maritus, n. 1. ff. solut. matrim.* vbi *Imola n. 17. fine, & rubr. ff. eod. t. num. 7. Alex. l. Mœvia, § fin. ff. de annuis legat. Additionator Bartoli ea l. Mœvia, § Vxore super verb. Format.* & refert pro se *Odofredum, & Alberic. Ioan. Lup. c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor in princ. § 9. n. 13. Enriquez l. 11. de matrim. c. 10 n. 4.* vbi idem dicit, quando vir excommunicatus est.

12 Sed probabilius est teneri sequi. Quia vxor debet sequi viri infortunium, *l. Si cum dotem, § Sin autem, ff. solu. matrim.* & ita viro excommunicato cohabitare tenetur, *c. Inter alia, de sent. excomm.* & ei tenetur debitum reddere, *cap. Quoniam multos, 11. q. 3.* Nec hoc est puniri vxorem ob viri delictum, sed pœna imponitur viro, & quia vxor iure diuino tenetur eum sequi ex causa necessaria, & inculpabili, alio migrantem, per accidens id infortunium patietur vxor, veluti seruus mariti idem exilij infortunium pateretur, dominum comitans, non per modum pœnæ, quia innocens est, sed quia iure seruitutis tenetur dominum sequi. Sic tenet *gloss. c. 1. Qui matrim. accus. poss. verb. Exut, vnde textu*, agit enim textus de viro, qui exit à ciuitate ob homicidium admissum; & ita culpa sua, & an *gloss* tunc teneri vxorem virum sequi idem *Host. ibi, super eod. verb. Ioan. Andr. n. 2. Anto. n. 9. Abb. n. 5.* & expresse de viro misso in exilium ob delicta, tenent *Hugo. c. Si quis necessitate, 34. q. 1. Gosfredus*, quem refert, nec improbat *Ioan. Andr. c. 1. Qui matr. accus. poss. n. 7. Ant. c. De illo, in fin. de sponsal.* vbi *Henric. n. 3. & Alex. de Neuo num. 11. idem Alex. de Neuo c. 1. Qui matrim. accus. poss. nu. 7.* vbi *Anchar. nu. 4. & 5. Bossius referens Cepolam, tract. crim. 1. De crimine læsa maiest. nu. 32. & 1. De bonorum publicat. n. 75.* qui idem dicit de viro excommunicato: & satis expresse id videtur dicere *Speculator tit. de dote post diuortium restituenda § Formatis, nu. 10. vers. Quid si vir est in banno*, vbi hæc ait, *Vxor communicabit viro si sit in excommunicatione, vel in banno.*

13 Hinc fit contra *glossam l. Si stipulata, in fin. verb. Contra sexus naturam, ff. de donat. inter vir. & vxorem*, si vir culpa sua bannitus, inops sit, teneri vxorem eum alere, *l. Mutuæ § Manente. ff. de iure dot.* & docent *Gozas, de crimine læsa maiest. q. 21. n. 4. Cephalus consil. 324. nu. 14. l. 3. Durum*, contra alios *reg. 68. limit. 10. Spec. & Rossius n. præced. alleg. Iul. Clarus l. 5 recept. in pract. crimin. § fin. q. 82. statuto, 2. vers Item quæro. Ant. Gabr. t. 2. comman. in mea edit. l. 9. § vlt. totius toni*: hæc autem obligatio alendi est fructibus dotis, si hi satis sint, sin autem, bonis paraphernis: vt docent *Ant. Gabr. & Iul. Clarus ibid.*

14 Vltima conclusio, quando vxor ex causa necessaria recedit à domicilio, illud transferens, tenetur vir ipsam sequi: quia quo ad mutua obsequia coniugalia pares sunt. sic *gloss. c. 1. de coning. leprof. verb. Sequantur* vbi *Host. ibi, super eo verb. Innoc. n. vnic. Ant. n. 11. Anchar. n. 6. Henric. c. De illo n. 4. de spon.* vbi *Alex. de Neuo, n. 12. Guillelmus*, quam refert & sequitur *Rosella verb. Vxor, n. 3.*

15 Ex dictis infertur in hoc consistere differentiam inter virum, & vxorem, quo ad comitandi obligationem: vt cùm vir caput sit, ipsiusque sit gubernare, possit ad libitum eligere domicilium, & vxor teneatur eum comitari: vxor autem cum subdita sit, ne queat habitationem eligere, & virum cogere, vt ipsam sequatur: dum tamen necessitate coacta domicilium mutat, ius matrimonij compellens virum cohabitare vxori, consequenter compellit, vt in eo euentu ipsam comitetur, quia hoc spectat ad mutua obsequia coniugalia, in quo pares sunt.

DISPVTATIO XLII.

Vtrùm per religionis ingressum professione non secuta dissoluantur sponsalia?

SVMMARIVM.

Prima sent. non dirimi nisi professione sequuta, n. 1.
Secunda verior dirimi, n. 2.
Quid si fraudulenter ingressus fiat animo exeundi, n. 3.
An vxor tantum ex parte manentis in seculo sponsalia dissoluatur. Prima opinio solùm dissoluit ex parte manentis in seculo. n. 4.
Secunda verior, ex parte vtriusque dissoluit. n. 5. & quando vxor mori debet, & quid si vterque ingrediatur religionem, & eodem tempore. n. 6.
Et solumtur argumenta, n. 6.

HACTENVS egimus de conditionibus ad sponsalia constituenda requisitis, & de eorum obligatione: superest tandem in hac vltima parte, de eorum dissolutione disputare. Circa quæstionem ergo propositam, duæ sunt sent. Prima docet sponsalia non dirimi religionis ingressu, nisi professione secuta, quare si tempore non soluto sponsus religionem deferat, teneri vtrumque fidē sponsalium seruare, quia ingrediens non statim iure suo exuere videtur, sed sub ea conditione si professus fuerit, cum ea petendi gratia ingrediatur, an sibi expediat sponsalia perficere, vel potius religionem profiteri. Hanc tenent dentur expresse tenere *D. Tho. 4. d. 27. q. 2. a. 3. ad 1. & Tabena verb. Sponsalia, q. 9. nu. 10.* dicunt enim dirimi per ingressum, quia est mors spiritualis: quam tamen solam professionem esse, constat. videtur etiam tenere *Richardus* 27. a. 3. q. 4. dicit enim solui per ingressum, eo quod dirimat matrimonium ratum; quod de sola professione significatur. Et eam expresse tenent ex Theologis, *Dueñas 4. d. 27. q. 3. a. 3. & ibi Palud. q. 1. a. 3. casu 5. vers. De ordine religionis, nu. 23. Celaia ibi, q. 3. Vigner. lib. in fit. c. 16. § 7. nu. Veracruz 1. p. specul. a. 21. casu 1.* & dicit esse probabilem *de Ledesm. de matrim. q. 43. art. 3. dub. 2.* Et ex iurisperitis *nulla verb. Sponsalia, num. 12. Conar. 4. decret. 1. p. c. 5 initia. vers sexto, Brunellus de sponsal. consil. 8. nu. 1. Alexan. Carrer de sponsal. c. 15. Collantus de sponsalibus, 1. Effectus sponsalium.* (hi tres habentur tomo 9. tract.) *Ant. Cucus l. 5. vsitat. nu. 10. n. 57. Turrecr. c. Vbi non est, 30. q. 2. a. 4. n. 5.* Et est satis probabilis sententi. Vnde subdit *Palud.* ingressum ante professionem sufficere, ut manens in seculo possit iudicem adire, qui ex causa iusta facultatem concedere poterit ad ineundi matrimonium, sed inconsulto iudice, vel eo negante facultatem, minime posse, sed teneri alterius professionem expectare.

Secunda sent. multo probabilior, affirmat per solum ingressum ante professionem dirimi, & proinde manentem in seculo aliud matrim. contrahere posse, & omnino solutum esse à priori fide data. Probatur, quia eo ipso, quod quis religionem ingreditur, satis declarat sponsalibus renunciare, ergo manens in seculo ab obligatione exemptus est. Secundò, quia ea persona est notabilis est: magno enim dedecori tribuetur, si illi quia monachus fuit, nubat, & è contra viro, si eandem ducat. Tertiò, quia sicut habetur noviciatus, & professio, sicut sponsalia, & matrimonium: ille enim dispositio est & via ad professionem, hæc autem ad matrimonium, ergo sicut professio dirimit matrim. ratum, *c. Ex publico, 20. conuers. coniug.* ita nouitiatus sponsalia. Quarto, quia non æquum tantū deferri sponsalibus, ac matrimonio, cum ergo adhoc dissoluendum sufficiat professio, minus ad illa dirimenda desiderabitur. Hanc videntur tenere *Innoc. c. Nouerit, qui cleric. vel vouent. inst. super v. Votum, & ibi Host. super eod. v. Ioan. Andr. n. 2. & Anchar. nu. 1.* vbi dicentes non dirimi sponsalia per votum à sponso emissum, subdunt ideo esse, si professionem fecisset, vel habitum sumpsisset. Et tenent ex iurisperitis *Ang. l. v. sponsalia, nu. 22.* vbi *Soto n. 10. casu 2. Nauar. sum. c. 22. Hisp. n. 23. Larin. n. 16. casu 2. Lop. l. 7. verb. Excusation, t. 1. p. 4.* Et ex Theologis, *Sotus 27. q. 2. a. 5. vers. Hoc tamen, Cordoba sum. q. 136. punct. 2. de Ledesm. de matrimon. dub. 13. casu 1. Enriquez libr. 10.*

matrim.c.14.nu.3. Vivald. Candel. 1.p.t.de sponsal.c.5.nu.40. Lud. Lop. 2.p. instruct. de matrim.c.38.§.1044. Petr. de Ledesm. de matrim.q.43.a.3.dub.2. Philiarc. de offic. sacerd. to.1.p.2.l.2.c.1. Manuel 1.to sum. in 2.edit.c.245.n.1. Vegal.3.sum. casu 323.

3 Hanc sent. intelligunt aliqui, vt vera sit, nisi ingressus religionis fraudulenter fiat animo egrediendi ad defraudandum alterum sponsum. Ita *Bart. à Ledesm. Manuel, & Vega ibid.* Sed hæc moderatio non est necessaria, vt manens in seculo liber sit, & potius tunc certius est eum liberum manere, quia constat alterum renunciare sponsalibus, cum ad hoc ingrediatur, vt ab ipsis resiliat. Vtrùm verò ipse ingrediens tunc liber maneat, dicemus n. 5.

4 Superest adhuc difficultas inter Doctores huius secundæ sententiæ, an per ingressum religionis professione non secuta, dissoluantur prorsus sponsalia ex parte vtriusque. Quidam enim id negant, asserentes dissolui ex parte manentis in seculo. quare si ingrediens habitum deserat, liberum erit manenti in seculo matrimonium perficere: eo tamen volente tenebitur alter contrahere: sicut per fornicationem sponsi nõ omnino sponsalia diriminuntur, sed solum ex parte innocentis. Quia quamuis ingrediens cedat iure suo, manens in seculo minimè cedit. Item 2. notabilis mutatio est ex parte ingredientis, quam manens in seculo pati potest, vltro eligens matrim. 3. quia non est æquaratio, vt nouitiatus omnino dissoluat sponsalia. sicut professio matrimon. ratum: quia in hoc casu inuenitur concessum à Christo hoc priuilegium, eo quod in professione est traditio, at in nouitiatu, & sponsalibus non inuenitur tale priuilegium. Præterea 4. non eodem modo se habent, nam in nouitiatu nulla includitur obligatio professionis emittendæ, qualis est in sponsalibus respectu matrimonij. Tandem, quia omnia vota simplicia, quæ obligationem continent, extinguuntur per professionem, minime autem per nouitiatum, sed suspensa manét, ergo similiter sponsalia, quæ matrimonij obligationem includunt, nõ dissoluentur omnino per nouitiatum, sed suspendentur ex parte ingressi. Et hoc est probabilissimũ, & ita docent *Petr. de Ledesma, Enriquez, Manuel, allegati nu. 2.* & bene hoc moderantur *Petr. de Ledesm. & Enriquez*, nisi manens in seculo, iam alia sponsalia contraxisset: tunc enim videretur iure suo pariter cedere.

5 Sed verius reputo, omnino ex parte vtriusque dissolui, quando sponsus bona fide ingreditur religionem, vt cõmunitèr fit, secus si dolosè, & animo statim exeundi: tunc enim nemini patrocinari debet, *cap. Ex tenore, de rescript.* Quare sicut manens in seculo potest liberè aliud inire matrimon. ita similiter nouitius ille si habitum deserat. Prob. quia quamuis expressum non inueniatur, ut nouitius omnino dissoluat sponsalia, sicut de professione respectu matrim. tati, at ex quadam proportione, & similitudine duci potest argum. vt sicut per professionem per quam consummate aliquis religiosus efficitur, dissoluitur omnino matrimon. ratum, sponsalia consummans: ita per nouitiatum, qui initium quoddam est professionis, & per quam nouitius initiative (vt ita dicam) fit religiosus, diuinitus omnino sponsalia, quæ matrimonij initium sunt. Et confirm. quia hæc dissolutio non solùm prouenit ratione notabilis mutationis, nec ratione renunciationis sponsalium, sed fauore status: sicut fauore status professionis diriminitur omnino matrimonium ratum, non autem ratione repugnantiæ, aut notabilis mutationis, alias dicendum esset matrim. consummatum similiter dissolui per professionem: quod hæreticum est. Et confirm. amplius, quia licet ingrediens religionem, protestaretur se nolle sponsalibus renunciare, vtque ad professionem, & licet vterque simul ingrederetur, in quo casu cessaret notabilis mutatio, cum in vtraque æqualis sit, adhuc dissolueretur sponsalia: ergo fauore status prouenit dissolutio. Tandem, quia votum religionis diriminitur per ingressum bona fide animo permanendi, ita vti vouens egredi manent: ergo talis ingressus sat est ad diriminendum omnino sponsalia: maior enim est obligatio voti religionis, quàm sponsalium, cum ea dirimat, secundum omnes. Huius sent. videntur cæteri authores 2. sent. allegati nu. 2. qui demptis tribus, quos nu. 4. retuli. indistinctè sentiunt per nouitiatum dissolui sponsalia: & tenent expresè aliqui neoterici doctissimi.

Ad argum. proposita n. 4. respondetur. Ad 1. & 2. constat ex dictis, quia ea totalis dissolutio prouenit fauore status. Ad 3. & 4. fateor non inueniri expressum, nec in omnibus esse similitudinem: sed ex quadam proportione, & similitudine ducitur argumentum, vt explicui. Ad vltimum nego consequ. dispar enim est ratio: vota enim simplicia non extinguuntur ratione status, & illius fauore, sed quia professio est mors quædam spiritualis, & professus quasi nouus homo resurgit: at spõsalia, & matrimonium, fauore status, non autem quia professio mors spiritualis sit: alias dissolueret etiam matrim. consummatum, & si argumentum aliquid probaret, conuinceret ex parte neutrius dissolui sponsalia: quod contrarij etiam negant. 6

DISPVTATIO XLIII.

Vtrùm casus præcedens verus sit, licet sponsalia iuramento firmata sint: ita vt iurans sponsalia possit non contracto matrimonio ingredi religionem?

SVMMARIVM.

In quo versatur difficultas, & quot quæstiones disputanda sint. n. 1.

An iurans sponsalia possit nõ petita relaxatione iuramenti, religionem ingredi. opinio tenens prius contrahere. n. 2. Secunda varior. n. 3.

Quid si vtrique necessitas prius contrahendi matrimonium. n. 4.

Soluuntur argumenta. n. 5. & vbi tractat nam. 10. explicatur c. Commissum de sponsal.

An qui sic iurauit sponsalia, si postea emisit votum religionis, contrahere possit animo firmissimo ingrediendi ante consummationem, religionẽ.

Prima opinio posse. n. 6. etiam de eo, qui vouit castitatem an possit vxorẽ ducere animo ingrediendi ante consummationem.

Secunda sent. varior non posse, vbi etiam de voto castitatis. n. 7.

An saltem liceat prius contrahere, ad vitandum scandalum infamiæ, aut vota periculum, aut dum includitur virgo, nec aliter religionem ingredi potest. n. 8. aut dum vterque castitatem vouere proposuit, ibidem.

Qui post votum castitatis contrahit animo ingrediendi religionem ante consummationem, an teneatur ad id, & absolutus virtute iubilæi à reseruatis, teneatur requisita ad illud consequendum implere. n. 9. & soluuntur argum. quæst. 1. n. 10.

An qui iurauit sponsalia, nec votum postea emisit, possit ducere vxorem, animo ingrediendi religionem ante consummationem: penitus opinio affirmans. n. 11.

Sententia negans varior. n. 12.

TOTA difficultas huius quæst. versatur in *c. Commissum, de sponsal.* intellectu, vbi consultus Pontifex de hac quæst. sic respondit: *Tutius est ea, religione iuramenti seruata prius contrahere, & postea si elegerit, ad religionem migrare*: unde eò tendit, vt vis iuramenti explicetur, an tanta sit, vt cogat ad prius contrahendum matrimon. quamuis eo contracto liberum sit iuranti sponsalia, religionem ingredi: & in hac disputatione solum vis est in iuramenti religione, si enim intercedit virginis defloratio, & infamia, dicam disput. sequ. Triplex igitur quæst. disputanda est. I. an sic iurans sponsalia, teneatur ante religionis ingressum, contrahere. II. Esto non teneatur, possit tuta conscientia, quamuis postea votum religionis emiserit, contrahere animo ingrediendi religionem, ante consummationem. III. An saltem quando nullum votum emisit, possit eodem animo contrahere. 1

I. QVÆSTIO est, an qui sponsalia iurauit, possit ingredi religionem matrimonio minime contracto, vel teneatur prius contrahere, vt iuramentum seruet. Duplex est sent. I. docet teneri prius contrahere, & posse ante consummationem ingredi religionem. Probatur 1. ex *d.c. Commissum*, vbi hoc dicitur tutius ob religionem iuramenti. 2. Quia qui iurauit se soluturum vsuras, licet post solutionem possit repetere, at ob reuerentiam iuramenti, tenetur 2

prius eas soluere, vt habetur c. *Debitores, de iureiuran.* 3. quia iuramentum factum in fauorem tertii, cui est ius acquisitum, non potest in melius commutari, vt si iurauí Petro, me daturum illi 100. aureos, non satisfacio si pauperiori dem mille. 4. quia qui tenetur soluere debita, si soluendo est, tenetur prius ea soluere, quam religionem ingrediatur, secundum omnes. sed hic per iuramentum contrahendi acceptatum à tertio est illi debitor, potestque implere citra religionis impedimentum, prius contrahendo, & deinde ante consummationem, ingrediendo religionem: ergo tenetur. Pro hac sentent. citatur *Scotus* 4. d. 30. q. 2. a. 2. *ante solut. ad* 1. Sed tantum dicit, voventi castitatem post sponsalia iurata videri consulendum, vt prius iuramenti fidem seruet contrahendo matrim. Sed hanc sent. tanquam probabilem defendit *Ricard.* 4. d. 29. a. 2. q. 4. & eam tenent *Nauar. c. Non dicatis, 12. q. 1. num. 3. & in operibus nouis, c. Qui portio. 12. q. 1. n. 8. Ledesm. 2. p. 4. q. 35. a. 3. Maiolus l. 1. de irregul. c. 34. num 6. Angles floribus 2. p. q. 11. de imped. matrim.* vbi de voto, *a. 3. dub. 1. f. 591. Vega lib. 1 sum. casu* 389.

3 II. sent. tanquam verissima, tenenda, docet posse religionem ingredi nõ contracto matrim. Probatur quia *c. Commissum, de sponsal.* tantum dicit tutius esse prius cõtrahere matrim. & proinde licet vt sonat, velimus intelligere, solum cõsilium importat, ergo potest tuto oppositum fieri. 2. quia iuramentum sortitur naturam & conditiones actus super quo interponitur, *c. Quemadmodum, de iureiur. & l fin. C. de non num. pecun.* vnde conditio tacitè in actu inclusa, includitur similiter in iuramento, sed promissioni matrimonii inest tacita conditio, nisi promittens, religionem elegerit, ergo & iuramento: constat minor, quia ipsimet matrimonio rato inest hæc conditio, alias nõ liceret ad religionem transire: nedum ipsis sponsalibus: & proinde cum ingrediens religionem, conditionem impleat. non erit perjurus, minimè contrahendo. 3. quia frustraneum omnino est contrahere matrim. animo ingrediendi religionem statim, cum sit deludere fœminam. quæ huius animi conscia, omnino reneueret tale matrimonium: nec momentanea illa solutione, re vera impletur iramẽtum: quoties enim nulla est in creditore turpitudo, iuramentum firmat contractum, nec impletur momentanea solutione: ut probauimus disput. 32. n. 14. eo vel maxime, quia dum illi fœminæ se contracturum iurauit, animus in matrim. permanendi adfuit, & sic à fœmina acceptatum est iuramentum. Et ideo hanc docent *gloss. d. c. Commissum, verb. Tutius, & ibi Innoc. n. vn. Hostien. super cod. verb. Ioan. Andr. n. 6. Card. n. 1. Anchar. n. 6. Anton. n. 9. Abb. n. 4. Alex. de Neuo, nu. 9. & 10. Prapos. n. 4. & 5. Angel. Iuramentum 4. n. 3. Sylues. Iuramentum 3. q. 5. & Religio 2. q. 5. & 9. Tabiena verb. Sponsal. q. 9. nu. 10. casu 1.* vbi *Armilla n. 12. Nauar. l. 3. cons. 1. de voto, in priori edit. cons. 6. fin. in posteriori, consil. 3 fine, Couar. 4. decret. 1. p. c. 5. initio, nu. 11. Ant. Cucus l. 5 institut. maior. 1. 10. n. 57. Alex. Carrer. l. 1. de sponsal. c. 15. Lancelot. instit. iuris canon. l. 2. 1. de sponsal. verb. Consultus.* Et ex Theologis *Ricard. 4. d. 29. a. 2. q. 4. Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 3. n. 22. vers. Quinto de sponsal. & d. 28. q. 1. fin. n. 18. & 19. Caiet. sum verb. Periurium promissorium, c. 2 circa fin. vers. Intellige 2. Sotus 4 d. 27. q. 2. a 5. vers. Dubium hic, Ledesm. 2. p. 4. q. 53. a. 2. f. 468. col. 4. Corduba sum. q. 136 fin. Enriquez l. 11. de matrim. c. 13. n. 3. & c. 14. n. 3. Lud. Lop. 2. p. instruct. c. 38. de matrim. f. 1044. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 43. a. 3. dub. 1 diffic. 2. Manuel l. 10. sum. 2. edit. c. 144. n. 5. Vega lib. 6. summæ casu* 41.

4 Hæc tamen sentent. intelligenda est, nisi necessitas vrgeret ad prius contrahendum. tunc enim teneretur, & ante consummationem posset ingredi religionem: vt si ita decori fœminæ satis consuleretur, vel proles ex ea nata, legitima efficeretur. Sic *Enriquez. d. c. 13. nu. 3. Petr. de Ledesm. proximè citat.* Hæc tamen obligatio non consurgit ex iuramenti viribus, sed ad reparandum damnum. De qua re latius disp. sequenti.

Ad 1. argum. ad *c. Commissum*, respondent *gloss. Abb. Ricard. Sotus, Angel. Sylvest. Lancelot. n. 3. allegati*, Pontificem intelligere tutius esse prius contrahere, non secundum rei veritatem, sed iuxta vulgi opinionem existimantis illum

5 esse periuri reum, nisi prius matrim. ineat. Sed hic intellectus displicet, si enim Pontifex de falsa vulgi opinione rogaretur, posset tolerari hic intellectus: cum tamen rogetur, quid re vera agendum sit, non dicendum est falsam vulgo opinionem, tanquam veram definitionem, decidêse. Quare dicendum est cum *Innoc. Ioan. Andr. Anchar. Abb. Prapos. Couar. Ant. Cuco, Ledesm citat. num.* 5. illum qui sponsalia iurarat, nondum de religionis ingressu deliberasse, vt cõstat ex iis verbis textus, *Et postea si elegerit*, quasi nondum animo statuisset, & ex alia parte instabat tempus, quo iuramentum astringebat, & ideo dicit Pontifex tutius esse statim contrahere matrimonium, ne termino transacto in periurium incidat: & contracto matrim. bimestre superest ad deliberandum de ingressu. Ad 2. dico, in iuramento soluendi usuras nullam tacitam latere conditionem, qualis inest iuramento matrimonii, si religio non eligatur. Ad 3. dico id esse verum nisi iuramento insit tacita conditio, Si in melius non commutauero. Ad 4. dico solutioni aliorum debitorum nullam inesse tacitam conditionem, vt inest huic debito.

II. QVÆSTIO. Vtrum qui sponsalia iurauit, licitè possit, quando post sponsalia, religionis voto se astrinxit matrim. inire, animo firmo ingrediendi religionem, ante cõsummationem. Quidam aiunt id licere Prob. ex *c. Commissum, de sponsal.* vbi de iurante sponsalia, ait Pontifex, tutius esse prius contrahere, & eum feciisse votum constat ex his verbis textus, *primata lege ductus, ad frugem meliorem reuersus suspirat*: votum enim primata lex est. 2. quia hic contrahens non agit contra votum castitatis, aut religionis, vtrumque enim tantum obligat ad non contrahendum animo cõsummandi, alias numquam liceret eo animo cõtrahere, absque voti dispensatione: cuius contrarium docemus, num. 8. 3. quia nulla infertur iniuria alteri cõtrahendo cum hic iure suo, quod habet, ingrediendi religionẽ ante consummationem, vtatur: & contractus vtrimque æqualis sit: idem enim alteri licet. Et confirm. quia vbi actus ex se non est contra iustitiam, animus quo fit, nullam iniuriam irrogat, cum intus maneat, sed ingredi religionem post matrimon. tantum non est contra iustitiam, ergo nec contrahere eo animo. Tandem, quia alias eum, qui tali animo contraxit, deberemus obligare, ne postea ingrediatur, vt iniuriam, quam inferre machinatus est, euitet. Sic tenent *Ant. c. Ex publico, de conuers. coniug. n. 9. Henric. d. c. Commissum, n. 8.* vbi *Alex. de Neuo. nu. 9. & 10.* & ex Theologis *Petr. de Ledesm. de matrim. q. 53 a. 1. dub. 1. post. 2 conclusion. vers. Secunda pars.* Pro eadem sent. sunt aliqui asseuerantes voto castitatis astrictum, non peccare lethaliter, si matrim. ineat animo firmo ingrediendi religionem ante consummationem: hi sunt *Caldcrinus c. Rursus, qui clerici vel vouen. Scotus 4. d. 38. q. vnic. prope fin. vers. Consimiliter si de peccato ageretur, Antisiodor. 3. sum. tract. 2. c. 2. q. 3. ad 3. obiectum, Aug. Matrimonium 3 impedim. 5. n. 1. Caiet. sum. verb. Matrimonium, c. 1. vers. Et sicut peccatum esse, Angles floribus, 2. p. q. 11. de imped. matrim.* vbi de voto, *a. 3. dub. 1. f. 591. Petr. à Ledesm d. dub. 1 conclus. 2.* ad decus cum *Scoto*, nullũ esse peccatum. Et hæc sent. est probabilis.

Sed multo probabilius est non licere absque culpa lethali. Prob. 1. quia patentissimo periculo exponitur ille contrahens, mutandi animum, & ita violandi votum, 2. quia non potest negari, quin aliquo modo deroget dignitati voti castitatis & religionis, ita contrahere, cum absolutè iure cautum sit huiusmodi vota impedire matrim. contrahendum, *c. Rursus, & c. Consuluit, & c. Insinuante, qui cler. vel vouent.* 3. quia rationi rectæ repugnat, vt quis tradat potestatem sui corporis alij, ad idque se obliget, quod implere minime intendit. 4. quia eo animo contrahens videtur illudere sacramentum, & notabilem infert iniuriam puellæ, nam cogit ipsam absq; nuptiis esse donec ipse proficiatur, & si egrediatur, esse vxorẽ monachi cum suo dedecore: & eo professo, non ita facile alij nubet, & suspicionis nota non leui afficietur, existimabunt enim multi eam defectam esse ob aliquod vitium: decipit etiam in re grauí puellã, nulla enim hoc animo cognito ipsi nuberet.

Ita

Ita gloss. d.c. Commissum, verb. Tutius, & ibi Hostien. paulo post princip. Ioan. Andr. nu. 3. Anton. nu. 9. Præpos. n. 5. idem Ioan. Andr. addunt. ad Speculator. t. de conuers. coniugat. ad fin. Pro eadem sent. sunt. Azz. Cucum l. 5. instit. maior. c. 12. nu. 20. & Ledesm. 2. q. 4. q. 55. a. 2. f. 468. col. 4. Manuel. t. 10. sum. 2. edit. c. 244. num. 5. vbi adhuc absque voto dicunt esse culpam lethalē eo animo contrahere. Pro eadem sunt alij DD. qui affirmant astrictum voto castitatis, eo animo ducentem vxorem, peccare lethaliter. Sic Ric. ard. 4. d. 38. a. 7. q. 1. fine. D. Anton. 3. p. t. 1. c. 4. fin. Rosel. verb. Impedimentum, impedim. 4. n. 9. Sylvest. Matrimonium 7. q. 5. dict. 2. Tabiena Impedimentum 2. q. 5. n. 6. Soto 4. d. 38. q. 2. a. 2. vers. Contra primam conclus. Petr. de Soto lect. 14. de matrim. ad fin. Nauar. sum. c. 22. nu. 73. & c. 16. lat. n. 30. Hisp. c. 28. addit. ad eundem n. 30. c. 16. Cordub. a sum. q. 136. punct. 2. Ledesm. proxime cit. Enriquez l. 12. de matrimon. 2. num. 8. Lud. Lop. 2. p. instruct. c. 50. ad fin. Vega l. 6. sum. casu 41. punct. 2.

8 In aliquibus tamen euentibus licitum erit habenti votum religionis, vel castitatis, contrahere animo firmo ingrediendi religionem, ante matrimonij consummationē. Left, cùm esset notabilis metus, quamuis non cadens in virum constantem, famæ propriæ aut amittendæ vitæ, nisi contraheret. Sic Nauar. sum. lat. c. 16. nu. 30. Hisp. c. 28. addit. ad eundem n. 11. est si voto astrictus alio modo nō potest religionem ingredi: quia inclusus retinetur. Sic Enriquez l. 12. de matr. c. 2. n. 8. & in comment. lit. D. ait quosdam dicere similiter licere sic contrahere, vt contracto matrim. vterque voueat continentiam: & alios hoc non admittere: quod omnino mihi placet, tum quia videtur irrisio sacramenti, & aliqualis iniuria irrogatur voto: tum etiam, quia si ea cōditione matrim. meant, est irritum: eo quod cōditio est cōtra matrimonij substantiā: vt l. 5. dicemus. III. est, nisi in casu raro, ad vitandum magnum scandalum. sic Manuel t. 10. sum. 2. edit. c. 244. n. 5. & quamuis ipse nō loquatur casu, quo votum præcedit, at etiam tunc verum est: quia Nauar. proxime citatus, ex quacunque causa virgenti id licere asserit, & nulla virgentior est hac.

9 Id tamen obseruandum est, siue dicamus voto castitatis astrictum delinquere contrahendo matrim. animo firmo religionis profitendæ ante consummationem, siue dicamus id esse licitum, nō teneri matrim. cōtracto religionem ingredi. Nec obstat Scotum, Caiet. Tabienam authores 2. sent. quos retuli num. 7. sentire teneri ingredi: quia in ea sunt sententia, vt cōtrahens post votum castitatis, peccet prima vice reddendo debitum, & teneatur ingredi religionem: tenendo tamen ad id non teneri: quod probabilius est, & docent multi: dicendum est nō teneri ingredi, & ita posse cōsummare reddendo, nunquam tamen posse petere. & ratio est, quia ex vi prioris voti castitatis nō tenebatur ingredi, quamuis matrimonium iniret, nec ex vi illius propositi tenetur: quia cum illud votum nō sit, sed simplex propositum, nullam obligandi vim sortitur. Sic Angel. Matrimonium 3. imped. 5. nu. 2. Victoria, & Frater Pena, quos refert, dicens esse probabile, Enriquez l. 12. de matrim. c. 2. num. 8. cui similę est, quod bene docet ipsemet Enriquez. lib. 6. de pœnit. c. 16. nu. 6. nempe absolutum virtute iniuriæ, quod ea ipse qui intendebat, à reseruatis, nō peccare, si postea mutato proposito minime consequatur, quia illud propositum nō est pactum, nec promissio, si tamen votum fuisset religionis, manifestum est teneri ante cōsummationem, ingredi, & peccare mortaliter, prima vice consummando, siue petat, siue reddat.

10 Ad argum. prioris sent. proposita n. 5. respondetur. Ad 1. illum de quo mentio fit eo c. Commissum, nō emisisse religionis votum: vt gloss. & omnes DD. iuxta can. cit. n. 7. super illud c. astantur. & constat, quia dicit textus, postea si elegerit religionem, & fuerat ad religionem, vbi clarè significatur nōdum animo firmasse ingredi, nedum vouisse. Nec obstant ea verba priuata lege ducta, quia gloss. verb. Lege, & Hostien. super eod. verb. remittunt lectorem ad c. Licet, de regular. vbi ponitur simile verbum, & cōstat nō accipi pro voto, sed gloss. eo. c. Licet, verb. Ex priuata, & Hostien. super eod. verb. explicant ex amore, & charitate Dei: addit Hostien. vel ex lege, quæ instinctu Sp. sancti cordibus imprimitur. Ad 2. dico, concludere nō omnino esse cōtra votum, at aliquo modo cōtra illud est, eiusque dignitati valde derogat. Ad 3. fateor vti iure suo, quando bona fide cōtrahit matrim. nō impediens Spir. sancti instinctum: & cōtractus in hoc euentu est vtrimque æqualis: secus quando dolosè, & nō animo consummandi, nec seruatur æqualitas: quia fœmina bona fide nubit. Ad confirmationem, & vltimum argum. dico cōcludere non esse contra iustitiam: dicitur tamen iniuria contra proximi charitatem, sic dolosè contrahere.

III QVÆSTIO est, vtrum dum sponsalia iurans, nullo 11
est astrictus voto, possit matrim. inire animo ingrediendi religionem antequam consummet. Affirmant aliqui licere, quia c. Commissum, de sponsalibus, id esse tutius dicitur, & idem à fortiori probant rationes adducto nu. 6. & DD. illius sent. & alii DD. relati n. 2. & vltra illos docent gloss. eo. c. Commissum, verb. Tutius, & ibi Hostien. paulo post princip. super verb. Susperat, Anton. n. 9. Abb. n. 4. Ioan. And. nu. 3. Alex. de Nevo n. 9. & 10. Præpos. n. 5. imo Anton. & Alex de Nevo dicunt melius esse contrahere, & hoc est probabile.

Sed verius est, esse culpam lethalem, exceptis casibus, 12
quos n. 8. descripsi, etiam dum est votum. Et hoc probant fere omnes rationes, n. 7. adductæ: & tenent Ledesm. 2. q. 4. q. 55. a. 2. f. 468. col. 4. Manuel t. 10. sum. sum. in 2. edit. c. 244. n. 5. & videntur huius sent. Sylvest. Soto, Nauar. Petr. de Soto, Lud. Lop. cit. nu. 7. cùm enim dicant post votum esse peccatum mortale contrahere hoc animo, inituntur que iniuriæ, & deceptioni alterius, quæ in hoc casu æqualis est, idem in hoc videntur sentire. Ad c. commissum respondi, num. 5.

DISPVTATIO XLIV.

Vtrùm post sponsalia cum virgine contracta, & sub ea spe defloratæ, liceat defloratori ingredi religionem, siue non contracto matrim. siue eo contracto, ante consummationem?

SVMMARIVM.

Prima opinio dicitur, n. 1. & secunda affirmans, n. 2.
Non potest ingredi, & vouit pro aliis iuxta creditores reddi non potest, n. 5.
Nec potest, quando sequitur notabilis infamia absque copula, n. 4.
Idem est, quando esset vidua honesta fama n. 5.
Quid quando non sunt vera sponsalia sed defloratæ filiæ promisit? adhuc tenetur eam ducere, n. 6.
Non satisfacit hoc ducendo, & ante consummationem ingredi religionem, n. 7.
Quid si post eam iniuriam illatam votum religionis emisisset, n. 8.

HANC quæst. disputant Cordub. sum. q. 182. Lud. Lopez 1
1. p. instruct. c. 77. vers. Sed grauius. dum virgo nō est defloratæ, grauem tamen famæ iacturam patitur, ipso promissore religionem ingrediente: & dicunt iuxta sent DD. asserentium debitis astrictum, qui breui soluendo nō est, posse religionem ingredi: idē dicendum esse in hoc euentu, & aliter teneri satisfacere virgini: secus tamē iuxta DD. asserentes illum non posse ingredi. Sed mea sent. neutri hoc dicent, quia fundamentum illius sent. est, ut cōstat ex D. Thom. 1. 2. q. vlt. a. 6. ad 3. quia est principalis author illius sent. & quē omnes ad ducē sequūtur. nam persona hominis est libera, nec obligatur ad debita, & ita cedēdo bonis satisfacit: quæ ratio omnino hic deficit: quia in hoc euētu non bona, sed ipsa persona vinculo iustitiæ astricta est.

Alii verò censent, & in quibusdam concertationibus 2
defenderunt, libetari hunc emisso castitatis voto: nedum religionis ingressu, ita refert Vsuald. candel. 3. p. c. 14. nu. 64. & meritò dicit esse id falsum.

Sit I. conclusio, sponsalia contrahens, & sub ea spe vir- 3
ginem defloras, non potest ingredi religionem, & tenetur eam ducere. Prob. quia moraliter loquendo nequit aliter iniuriam resarcire, ad quod persona iustitiæ vinculo alligata est: nec vnum pro alio, inuito creditore reddi potest. l. 2. §. Mutui. ff. si cert. petat. Pro hac sent. videntur Nauar. l. 3. consil. t. de voto, in 1. edit. cons. 6. fin. in 2. cons. 3. fin. vbi dicens promittentem matrim. posse religionem ingredi, subdit

cauere debere ne infamia sequatur fœminæ: vbi videtur sentire ea sequuta, illicitum esse: & tenet expresè dicens iurisperitos & Theologos consultos sic sensisse, *Enriquez l.11.de matrim.c.13.nu.3.in comment lit. K. & Manuel.1.to.sum. in 2. edit.c.245.n.11.* id docet etiam si non sit copula, si notabilis infamia rationabiliter sequatur, & in hoc etiam infamiæ casu dicunt esse tutius *Corduba, & Lud.Lop.n.1.alleg.*

4 Secunda cõclusio, idem dicendum est, quando copula nõ est secuta, notabilem tamen famæ iacturam, & meritò patietur fœmina, culpa promittentis matrim. quia hæc iactura non potest aliter commodè resarciri. Sic colligitur ex *Nauar.* & tenent tanquam tutius *Corduba, & Lud. Lop.* & expresè docet *Manuel*, quos omnes num. præced. retuli.

5 Hinc infero idem dicendum esse, quando esset vidua honestæ, ac bonæ famæ, & non infimæ sortis, & notabilis infamia ipsi sequeretur, & probatur eisdem rationibus.

6 Tertia conclus. idem dicendum est, quamuis sponsalia vera non essent: quia promissio ficta fuit: nam in iis casibus, in quibus fictus promissor tenetur deceptam ducere, de quibus latè supra tota disp.10. non potest ingredi religionem: vt probant eædem rationes.

7 Quarta conclus. in his casibus non satisfacit promissor, si contracto matrimonio, & non consummato religioné ingrediatur. Prob. quia matrimonio non resarcitur iniuria virginitatis, & famæ. Item, quia sic contrahere, est actus otiosus, & culpa non caret, ut probaui disp. præced. in fine. quare non est audiendus *Anton. à Corduba, sum.qu. 128.* consulens, vt hic fœminam ducat, & ante consummationem ingrediatur religionem, & loquitur, quando non defloruit, sed sequuta est notabilis infamia: vel intelligendus est, dum sic contracto matrimonio resarciretur fama: quod meo iudicio rarissimè continget, imo tunc grauiori suspicionis nota afficietur fœmina. & pro hac sententia est *Lud. Lop. cit. num. 1.* vbi solum concedit posse ingredi, quando cessaret infamia.

8 Ex dictis infero, si huiusmodi promissor in his euentibus, voto religionis se astringat, posse, & teneri matrim. contrahere, illudque consummare, nõ obstanti voto. quia non potuit in præiudicium fœminæ id fouere. Huiusmodi tamen votum non erit irritum, quare dissolutis sponsalibus ex quacunq; causa sufficienti, vel matrimonio morte fœminæ, tenebitur votum implere: vt in simili probabo disp.46.num.15. votum enim ex parte sua, validum fuit.

DISPVTATIO XLV.

Vtrùm qui prius votum religionis, aut castitatis emisit, virgineméque defloravit fide data de matrim. contrahendo, teneatur ad matrimonium, vel potius ad votum?

SVMMARIVM.

Certum est prius votum manere validum, & ad quid obliget: & in quo consistat difficultas, n.1.
Prima sententia, teneri ad votum, n.2.
Secunda verior, non teneri, n.3.
Idem de vidua honesta, n.4.
Quid si fœmina erat voti conscia, n.5.
Et solumntur argumenta, n.6.

1 NEMO dubitat prius votum adhuc vires obligandi habere: quare esto dicamus posse hunc contrahere matr. necessario dicendum est non posse petere debitum si est votum castitatis: & dissolutis sponsalibus ex causa iusta, vel mortua vxore teneri abstinere à nuptiis, & si votũ religionis fuit, teneri illam ingredi. Quare difficultas in eo versatur, an censeatur hæc legitima causa, vt voti implementum differatur, & teneatur defloram eam ducere.

2 Duplex est sent. Prima negat posse ducere. Quia obligatio posterior minimè potuit priori voto derogare. Et confirm. quia hac ratione dicemus infra disp.49.n.5. spõsalia posterius contracta accedente copula, non derogare prioribus. 2. Quia hic non tenetur ratione promissionis, quia nulla fuit, tanquam rei illicitæ contra votum, promissio: neque etiam ratione damni, quia violans virginé nuptiis nõ promissis, nõ tenetur eam ducere, sed aliter satisfacere: perinde autem est nõ adesse promissionem, vel esse nullam. Nec obstat si obiicias fictè promittentem resarcire ratione damni puellam defloratam ducere, vt diximus supra disp.10.n.3. cum tamen promissio nulla fuerit, quia in eo casu tenebatur vere promittere: in nostro autem nõ poterat vere promittere, obstanti voto. Hanc tenent *Nauar.l.4.cons.in 1.edit.1.de sponsal.cons.21. in 2.1. qui clericus. Rouen.cons.1. Manuel.1.to.sum.2.edit.c.208.n.11. Vmald. Cãnon. 3.p.c.14.n.65.iuncto n. 64.* & est valde probabilis.

Secunda sent, quæ plus mihi placet, asserit teneri eam ducere. Prob. quia votum non obligat rebus notabiliter mutatis, vt tradunt omnes tractat. de voto: hic autẽ notabilissima est mutatio, cum vinculum iustitiæ fortissimum superuenerit, & grauissimum proximi damnum, si votum impleatur. 2. Iustitię vinculum fortius est, quàm charitatis, sed ob charitatis vinculum superueniens, tenetur quis religionis votum præcedens suspendere, vt ratione parentum indigentiæ, ergo à fortiori propter vinculum iustitiæ quale est hoc. 3. Quia ex hoc, quod deflorator fœminam ducat, minimè absoluitur à voto, sed tantum voti executio ad tempus differtur: ergo sufficiens est causa tam virgens. 4. Quia ære alieno grauatus, si soluendo sit hoc nõ potest ingredi religionem, quamuis voto illius prius strictus fuerit, sed tenetur differre: & quamuis breui non possit soluere, si tamen est spes fore vt possit, probabilissima sententia est, nõ posse ingredi: & quamuis aliqui contrarium oppositum, huic fundamento innituntur, quod persona nõ sit obligata, vt dicebam disp. præc. nu.1. sed in hoc casu potest defloratur statim soluere ducendo fœminam, & persona est obligata, ergo nõ obstante priori voto tenetur. sic tenuere graues magistri Salmãtini, vt refert *Manuel n.præced.allegatus.* & alij viri doctissimi è Societate Iesv.

Idem credo, ob eadem rationes, de vidua honesta, & bonæ famæ, nec infimæ sortis, quæ aliàs notabilem famæ iacturam faceret.

Intelligenda tamen est hæc sent. si fœmina votum promittentis ignoraret: si enim nosset, de ipsam deciperet: si alter teneretur votum implere: vt in simili dixi disp.10.n. 5. de fictè promittente, excedente notabiliter cõditionem fœminam, excessum minime ignorantem.

Ad 1. argum. dico antecedens esse verum quando nõ sunt notabiliter mutatæ: hæc enim mutatione subsequuta, nõ dissoluetur omnino prior voti obligatio, vtrùm erit iusta causa eam differendi. Ad cõfirm. respondeo eadem disp.49.num.5. Ad 2. dico, teneri ratione voti simul, nec est simile, quando nulla interfuit promissio, tunc enim nullum ius habebat defflorata, ad petendum matrim. habet autem maximum, quando promissio adfuit, licet inualida propter causam sibi occultam, ratione deceptionis, & damni sibi illati, quod iustã causam præbet, vt prior obligatio, ob quam promissio inualida fuit, possit differri.

DISPVTATIO XLVI.

Vtrùm sponsalia dissoluantur voto simplici castitatis superuenienti?

SVMMARIVM.

In quo consistat difficultas, n.1.
Diuiduntur per votum simplex religionis, nu.2. & per simplex castitatis precedens, n.3.
Non diuisis propositum firmum celebratum n.4.
Sponso castitatem vouente alter eximitur ab obligatione n.5.
Quot sint difficultates disputanda, n.6.
Prima sent. votum castitatis subsequens dissoluere sponsalia, n.7 & 8. concurrant duo vincula incompatibilia, fortius prævalet.
Si post votum, inant vouens matrimonium cum alia, non peccat contra sponsalium fidem, n.8.
Secunda sententia verior, n.9.
Verum peccet, si vouens castitatem, post sponsalia, n.10.
Soluuntur argumenta, & explicatur c. Veniens, qui clerici vel vouentes 11. & c. Perueniet, de voto, n.
An vouens castitatem post sponsalia, possit contrahere matrimonium, vel

teneatur ingredi religionem. Prima sent. teneri ingredi, n. 12. Secunda sentat non teneri ingredi, sed posse, & si nolit ingredi, teneri contrahere matrimonium, n. 13.

An tale votum sit ex toto irritum, vel ad quid obliget. Prima sent. esse irritum, n. 14 Secunda vovisse emittere, n. 15.

1 DISPVTATIO præsens locum habet, quando solâ sponsalia concurrunt, si enim damnum virginitatis vel famæ: diximus duplici disp. præc. Et difficultas in eo consistit, vtrum tanta voti simplicis castitatis virtus sit, vt priora sponsalia dissoluat.

2 Et quidem si votum sit religionem ingrediendi, non est dubium sponsalia dissoluere: habet enim se respectu sponsalium, sicut votum solemne religionis, respectu matrimonij: ergo sicut hoc dissoluit matrimonium, ita illud, sponsalia. Sic *Nauar. sum. c. 22. Hisp. n. 25. Lat. n. 27. casu 10. Sylvest. Matrimonium 7. q. 5. dict. 5. Cordub. sum. q. 136. punct. 4. opin. 5. Enrique. lib. 11 de matrim. c. 14. n. 4. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 38. f. 1045. Petr. de Ledes. de matrim. q. 43. a. 3 dub. 2. dissi. 2. Philiarc. de offic. sacerd. to 1. p. 2. l. 2. c. 1.*

3 Similiter nemo dubitat votũ castitatis præcedens spõsalia, ipsa irritare. quia continẽt rei illicitæ promissionem.

4 Propositum tamen cælibatus seruandi in seculo, nulla ratione sponsalia dirimit, quia tale propositum si voto nõ firmetur, non constituit statum. (status enim requirit stabilitatem vitæ & obligationem, vt optimè *D. Tho. 2. 2. q. 183 n. 1.*) Sic *P. Molina to. 1 de iustit. tract. 2. disp. 149. f. 843. fin. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 43. a. 3. dub 3.* Nec aduersatur *Caiet. sum. verb. Peccatum promissorum, ad fin. c. 2. vers. Intellige secundò.* vbi dicit posse iuratem sponsalia manere in statu cælibũ: intelligendus enim est, voto castitatis emisso, alias non est status: de cuius adhuc veritate statim disputandum est.

5 Tandem in omni sententia certum esse debet, dum quidam sponsus castitatem vouit, alterum à fide sponsalium seruanda liberum esse, quia vouens eo ipso sponsalibus renunciauit. Item quia res sunt notabiliter mutatæ, cum enim vouens teneatur à debito petendo abstinere, grauissimum onus alteri esset, semper cogi ad petendum, maximè si esset fœmina. sic *Palud. 3. d. 27. q. 1. a. 3. casu 5. n. 23. Sylvest.* dicens esse indubitatum *verb. Sponsalia, q. 7. Cordub., Enrique., Lud. Lop. Petr de Ledes. allegati in 2. Manuel. 1. tom. sum. in 2. edit. c. 245. n. 3. Vegal. 6. sum. casu 41 punct. 4. opin. 5.*

6 His præmissis tres difficultates disputandæ sunt. I. an votum castitatis simplex, dissoluat etiam ex parte vouẽtis, sponsalia, atque licitè possit emitti, & seruari. II. si emittatur, & ita non dissoluat sponsalia, teneatur vovens religionem ingredi, vel possit matrim. inire. III. esto possit matrimonium contrahere, ad quid obliget votum.

7 DIFFICVLTAS I. Vtrùm post sponsalia licitè possit votum simplex castitatis emitti, illaque dirimat. Duplex est sent. Prima docet licitè emitti, & dissolubere sponsalia, nec vocẽtem posse matrim. antea promissum, inire. Prob. ex *c. Veniens, qui clerici, vel vouen.* vbi fœmina, vt à spõsalibus eximeretur, castitatem vouit, & rogatus Pontifex an non obstante voto posset nubere, respondet ob fornicationis periculum imungendam esse pœnitentiam, de voto violato, (id est, iuxta *gloss. verb. Voto*, animo violandi votum, & tandem esse nubendi licentiam, ergo votum castitatis præualet sponsalibus, alias non peccaret in votum, volens fidem sponsalium seruare, nubendo. Secundò, quia promissum nõ infringit in melius cõmutans. *c. Peruenit, de voto. ibi. Tertiò, quia sponsalibus semper inest tacita conditio, Nisi voluero ad melioté statũ transire: nullus enim ob magnum castitatis bonum censetur huic statui velle renunciare, nisi ob matrim. Quartò, quia vbi cõcurrunt duo vincula incompatibilia, & valida, fortius præualet. c. Si vir. de sponsal.* at vinculum voti castitatis est incompatibile cum sponsalibus, vt patet, & est fortius, quia inducit obligationẽ fidelitatis respectu Dei: sponsalia verò respectu hominis. Hanc tenẽt *Calderinus d. c. Veniens*, vbi *Anton. n. 9. Præpos. n. 2. Card. c. Rursus, qui clerici vel vouent. nu. 2. q. 1. Angel. l. 7. verb. Sponsalia, nu. 40. Turrecr. c. Vbi non est, nu. 5. 30. Greg. Lop. Excusatum, 5. 1. q. 4. Coll. annus de sponsal. tit. Effectus sponsaliarum, nu. 9. Alex Carrer l. 1. de sponsal. c. 16.* habetur uterque tomo 9. tractat. & ex Theologis videtur expressè tenere *D. Th. 4. d. 38. q. 2. art. 3. quæstiunc. 2. ad 1.* vbi hæc ait, *simili modo obligat votum simplex, sicut sponsalia, vnde propter votum simplex sunt sponsalia dirimenda.* & ferè expresse tenet *Palud. 4. d. 38. q. 3. a. 3. conclus. 4. nn. 36.* & clarè docent *Ricardus 4. d. 27. a 3. q. 4. Caiet. sum. v. Periurium promissorum, ad fin. c. 2. vers. Intellige, & Sotus 4. d. 27. q. 2. a. 5. vers. Vtrum Veracruz, 1. p speculi, a. 21. casu 12. Enrique. l. 11. de matrim. c. 14. nu. 4. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 13. casu 2. Manuel. 1. to. sum. 2. edit. c. 245. num. 2. Pet. de Ledes. de matrimon. q. 43. a. 3. dub. 3.* & est probabilissima sent. & tutissimè amplecti potest. & loquuntur *Caiet. Enrique., Manuel, Petrus de Ledesma* de sponsalibus iuramento firmatis.

Ex hac sent. infertur, si hic post votum castitatis cõtrahat matrimonium cum alia, reum esse voti, non tamen sponsalium priorum, quia iam omnino dissoluta erant. 8 9

Secunda sent. probabilior, asserit non dirimi sponsalia. Prob. ex *c. Veniens, qui clerici, vel vouen.* vbi fœminæ, quæ promisit matrimon. imponitur pœnitentia de fide mentita, id est, vt explicant *ibi Hostien. v. De fide, Ioan. Andr. n. 3. Anchar. n. 2. Alex. de Neuo n. 4.*) sponso, cũ per ipsam steterit, ne matrimonium sequatur: & tamen emisit postea votum castitatis, ergo votũ castitatis nõ dirimit sponsalia. Secundò, quia Deus non acceptat promissionem rei, prius alteri promissæ, & in eius præiudicium, vt si promisi equũm Petro, & postea repromitto Ecclesiæ, præualet prior promissio: sed sponsus per sponsalia, promisit suum corpus alteri, ergo repromissio eiusdem corporis facta Deo per votũ, non est illi accepta. Tertiò, quia nullo iure probatur inesse sponsalibus tacitam conditionem. Nisi statum continentium elegero. Sic tenent *gloss. dict. c. Veniens, v. De fœcritate, & ibi Abb. nu. 5. Alex. de Neuo n. 6. Hostiens. c. Rursus, qui clerici. vel vouen. paulo post princip.* vbi *Innoc. n. vnic. Ioan. Andr. nu. 2. Anchar. n. 1. Antonius* sibi contrarius, *n 5. Henricus n. 2. Sylvest. Matrimonium, 7. q. 5. d. 5. & verb. Sponsalia, q. 7.* vbi *Armilla n. 12. Tabiena in sum. Nauar. sum. c. 22. lat. n. 27. Hisp. n. 25. Ioan. Rumeil. de sponsal. concl. 8. n. 2 & concl. 51. n 3. Ant. Cucus l. 5. instit. maior. c. 10. nu. 84.* Et ex Theologis *Palud. 4. d. 27. q. 1. a 5. casu 5. n. 23. vers. Sexto de voto. D. Anton. 3. p. t. 1. c. 18. § 2. Cordub. summa, q. 136. puncto 4. opinione 5. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 38. f. 1045. Philiarc. de offic. Sacerd. tom. 1. p. 2. l. 2. c. 1. Vinald. candel. 9 3. c. 14. nn. 64.* & refert *Summam confessorum, Goffredum, & Astensem, Vegal. 6. sum. casu 41. puncto 4. opin. 5.* & dicunt esse probabilem *Barthol. à Ledesma, & Petr. de Ledes. & Enrique.* dicit esse valdè probabilem. Et quamuis *Hostiens.* loquatur de sponsalibus iuratis, ar cæteri indistinctè loquuntur: & expressè etiam, quando non sunt iurata, *Cordub. Lud. Lop. & Vegal ibidem.*

Obseruandum est aliquos DD. huius 2. sententiæ affirmare hunc post sponsalia, vouentem castitatem, peccare: quia videtur à sponsalibus recedere, cùm tamen non sit sufficiens causa votum illud. Sic *Sylvest. verb. Sponsalia, q. 7. Lud. Lop. Cordub. & Vega, cit. n. 9.* & addunt hi duo esse peccatum lethale. Sed hoc intelligo, dum voueret animo manendi in seculo, & à spõsalibus refiliendi, si enim aut animo ingrediendi religionem, aut perficiendi sponsalia matrimonio inito, obligandique se ad castitatem ex parte sua, in quantum potest, nullius culpæ reus esset: nam etiam coniugatis licitum est hoc modo vouere castitatem: posset etiam adhærens primæ opinioni probabilissimæ, vouere castitatem animo resiliendi à sponsalibus. 10

Ad 1. arg. ex *c. Veniens*, dico fœminam non petijsse licentiam nubendi illi, cui fidem dederat. is enim iam cum alia contraxerat, vt dicit idem textus, sed ad nubendum alij, quod dispensatione indigebat: valet enim votum respectu aliorum, vt dicemus num. 15. & referemus DD. sic explicantes hunc textum. Ad 2. respondeo textum loqui de voto, cum enim Deus sit creditor, potius rem meliorem acceptat: secus in promissione homini facta. Ad 3. nego antecedens, eam enim conditionem inesse, nullo iure probatur. Ad 4. respondeo maiorem esse veram, quando vtrumque vinculum validum est, 11

at votum non valet, quatenus est in sponsæ præiudicium.

12 DIFFICVLTAS II. Vtrum supposita hac secunda sent. teneatur qui post sponsalia, castitatis voto se astrinxit, religionem ingredi, vel possit matrim. illud inire. Quidã sentiunt teneri religionem ingredi, nisi remittatur sibi promissio matrimonij: ducũtur, quia quamuis per se, & ratione voti ad id nõ astringatur, per accidens tamen tenetur, eò quòd aliter votum perfectè implere nequit: cùm enim sponsalia non sint dissoluta, tenebitur manens in sæculo, matrim. inire, & reddere debitum: sicut votum castitatis emittens, si matrim. contrahat, tenetur ante consummationem, ingredi religionem: quia alio modo non potest perfectè obseruare votum. sic *Syluester v. Sponsalia, q. 7. Paluda. Nauar. Corduba, Lud. Lop. Vega, cit. n. 9.* & addunt *Syluest. Corduba, & Vega ibi, & Nauar. sum. Hisp. n. 22. n. 25. casu 10.* aut teneri ordinem sacrum suscipere, per quem sponsalia dissoluuntur. Et hæc sent. est probabilis.

13 Probabilius tamen est non teneri ad religionem, aut ordinem sacrum, sed posse ingredi, si velit, sin minus teneri sponsalia perficere matrimonio contracto. Prob. prior pars, quia hic religionem minimè vouit, & licet iam non aliter possit integrè seruare votum, non tenetur tam notabili mutatione, & tam difficili, ac est ingressus religionis, illud perfectè implere, vt docet probabilior sententia, de eo, qui voto castitatis emisso, vxorem duxit. Probatur posterior pars, quia sponsalia non sunt dissoluta, vt probaui nu. 9. ergo tenetur illa implere. Sic docent *gloss. Hostien. Innoc. Ioan. Andr. Anchar. Abb. Henricus, Anton. Alex. de Neuo, D. Anton. Tabiena, n. 9. allegati, Brunellus de spons. concl. 31. num. 3.* vbi omnes hi dicunt tunc vouentem cogendum esse, vel religionem ingredi, vel perficere sponsalia: ecce qualiter non obligant ad religionem, sed ad eam, vel ad sponsalia: & *Tabiena* expressè dicit non peccare perficiendo sponsalia.

14 DIFFICVLTAS III. Vtrum hoc votum cum sponsalia non dissoluat, nec impediat, quin vouens possit matrim. inire, sit irritum, vel ad quid obliget? Aliqui dicunt esse inualidum, ut refert *Innocen. c. Veniens, n. vnico, qui clerici, vel vouen.* idem tenet *Vualdus candel. 1. p. de sponsal. c. 5. n. 48.*

15 Sed prorsus tenendum est votum obligare in ipsius vouentis, non tamen in sponsæ præiudicium, id est, non potuisse se obligare ad nõ ducendam illam, cui fidem dedit, teneri tamen vel sponsa fidem remittente, vel ex causa iusta dissolutis sponsalibus, vel matrimonio dissoluto, omnino seruare castitatem, & constante matrim. non petere, posse tamen reddere. Probatur, quia etiam votum castitatis emissum à coniugato, valet in sui præiudicium. Secundò prob. ex *dict. c. Veniens*, vbi fœminæ, quæ post sponsalia castitatem vouit, sponso iam aliis nuptijs astricto, cõceditur dispensatio aliud matrim. ineundi, iniuncta pœnitentia de animo violandi votum: ergo votum fuit validum. sic tenent *gloss. eod. c. Veniens, sine*, vbi *Innoc. n. vnico, Hostien. ad finem, Ioan. Andr. n. 9. Anchar. n. 3. Cardin. ad finem, Abb. n. 5. Alex. de Neuo, nu. 6. & 7. Brunellus de sponsal. concl. 31. nu. 3.* & valuisse votum, supponunt *Palud. Syluest. Nauar. Corduba, Lud. Lop. citati nu. 12.* cum obligent hunc ad ingrediendam religionem, vt votum perfectè obseruet.

DISPVTATIO XLVII.

Vtrùm per Ordinum susceptionẽ, vel votum eos suscipiendi, dirimantur sponsalia, licitumque sit ijs non impletis, ad Ordines promoueri illum, qui sponsalia contraxerat?

SVMMARIVM.

Ordo sacer dirimit, non autem minores, & in quo consistat difficultas, num. 1.

Prima sententia, sponsalibus stantibus, posse ad ord. sacros promoueri, & voto ipsos suscipiendi, ea dirimi n. 2.

Secunda verior, n. 3. & ibi, quid si sponsus promoueatur à Papa ad episcopatum, & præcepta principum intelliguntur saluo iure alterius, ibid.

Quid teneatur facere, qui post sponsalia astrinxit se voto suscipiendi ordines sacros, n. 4. & ibi, an aliter maneat liber.

IN hac disp. certum est ordines minores post spõsalia assumptos, minimè ea dirimere, quo ad neutrum cõiugem: vt bene docet *Palud. 4. d. 27. q. 1. art. 3. casu 5. n. 21. num.* quia is status nõ repugnat matrimonio: secus autem de ordine sacro, cum incapacem matrimonij reddat suscipientem. Difficultas autem in hoc versatur, an spõsalium fide astricto liceat ad sacros ordines promoueri, & votum ad eos ascendendi, dirimat sponsalia.

Duplex est sent. Prima tenet posse hunc ad ordines sacros promoueri, & subinde votum ad ipsos ascendendi, spõsalia dirimere, quia in sacro ordine, solemne castitatis votum includitur, *c. vnic. de voto in 6.* Hanc supponunt *Syluest. verb. Sponsalia, q. 7. Nauar. sum. Hisp. c. 22. nu. 25. casu 10.* dicunt enim vouentem castitatem no eximi à spõsalibus, teneri tamen, vt impleat votum, ad religionem, vel ad ordines sacros suscipiendos: & idem dicent omnes, quos disp. præc. nu. 7. retuli, asserentes voto simplici castitatis dirimi spõsalia: & subinde idem dicerent de voto ascendendi ad ord. sacros, & expressè tenent *Sotus l. 7. de iust. q. 1. art. 3. punct. ante solut. arg. vers. Ita pariter ad 2. Corduba sum. q. 136. punct. 4. opin. 5. Enrique c. 1. 11. de matrim. c. 14. n. 4. Vega l. 6. sum. casu 41. puncto 4. opin. 5.* Et hæc sententia est probabilissima.

Secunda sententia probabilior, asserit spõsalia nõ dirimi voto ordinis sacri suscipiendi, nec illis astrictum posse ad sacros ordines promoueri. Prob. quia in ordine sacro votum inclusum, per se, & ex natura sua, simplex votum castitatis est, & per accidens tantum solemne dicitur, quia ex Ecclesiæ statuto effectum voti solemnis, qui est matrimonium cõtrahendum dirimere, sortitur: sed votum simplex castitatis nõ dirimit spõsalia, vt dixi disp. præced. num. 9. ergo nec votum ordinis sacri suscipiendi, etiam licet eum suscipere. Hanc tenet *Palud. 4. d. 27. q. 1. art. 3. casu 5. n. 21. vers. Quarto, Mãiolus* agens de spõsalibus iuratis, *l. 1. de irregular. c. 34. n. 6.* & in hanc magis inclinat *Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 38. f. 38. f. 1045.* Imo dicit bene *Palud. n. 22.* nõ solui spõsalia per electionem factam à Pontifice spõsi in episcopum, & præceptum ab ipso iniunctum, vt accepet, nisi ex certa scientia spõsalium, id faciat: quia præcepta Principum intelliguntur saluo iure alterius, *l. Nec enim, C. emancip. liber.* quando autem ex certa scientia id fecerit, censetur dispensare.

Id tamen fatendum est, spõsum voto se astringentem suscipiendi ordinis sacri censeri renunciare spõsalibus, eaque ita alterum liberum esse à spõsalium fide: vt dixi disp. præc. num. 5. de emittente votum castitatis, spõsus tamen, qui id votum emisit, nõ tenetur ingredi religionem, sed si ingressum in eam minimè eligat, tenebitur cõtrahere matrim. si tamen remittantur sibi fides, vel spõsalia ex iusta causa dirimantur, vel matrim. cõtractum dissoluatur, tenebitur ad votum implendum: ut similiter dixi de voto castitatis, disp. præced. n. 14. & 15.

DISPVTATIO XLVIII.

Vtrùm sponsalia dirimantur per matrimonium cum alia contractum?

SVMMARIVM.

Dirimuntur quando matrimonium est validum, & quid si est irritum, & in quo versetur difficultas, n. 1.

An eo matrimonio dissoluto obligent priora sponsalia, sent. affirm. n. 2.

Secunda verior non obligare, nu. 3. & quid si prioris sponsi alia nec consummata sit, nu. 4. & eidem n. 3 obligat, si semel cognouit, nec postea reuniuisset.

Quid si is virginem violasset, n. 5. & soluuntur argum. n. 6.

CVm matrim. fortius vinculum sit, nemini dubium est priora spõsalia dissoluere, si illud validum sit, & habetur, *c. Si inter. de sponsalibus, & c. 1. de sponsa duorum, & c. fin. 27. q. 2.* Si tamen irritum esset matrim. obligarent ad huc priora sponsalia: non enim præstat impedimentum, quod de iure nõ fortitur effectum, *reg. Non præstat, de reg. iur. in 6.* Sic *Ioan. Andr. c. Sicut, num. 4. de sponsal.* vbi *Anton. num. 3. Cardin. q. vlt. Anchar. n. 6. Præpos. n. 9. Henricus c. De illis, de spons. Palud. num. 5. Palud. 4. d. 27. q. 1. art. 3. casu 6. n. 24. Nauar. sum. c.*

c.21.n.23.*casu* 3. Maneret tamen alter sponsus à sponsalium fide liber: quia per eam contrahendi matrim. voluntatē, licet fuerit nullum, virus est alter à sponsalibus recedere: vt in simili dixi disp preced. fin. Difficultatis autē punctus in eo versatur, vtrum per matrim. validum, omnino priora sponsalia cum alia contracta, extinguantur, ita vt soluto matrimonio professione religionis, aut morte, nulla maneat illorum obligatio, sed penitus extincta sint.

2 Quidam censent non omnino extingui, & ita soluto matrim. teneri sponsum ad priora sponsalia. Prob. quia promissio simplex religionis, nō extinguitur per traditionem incompossibilem posteriorem matrim. consummati, sed suspenditur, & eo soluto, omnino obligat: ergo similiter promissio matrimonij, non extingueretur per traditionē incompossibilem alterius matrimonij. hanc tenent *Adrian.4.q.1.de matrim.ad 2. in parvis volum. f.394. col.2. Vega l.6.summa casu 125. Petr. de Ledesm.de matrim.q.45.art.3.dub.2. ad 2.fol.218. & f.l.120. vers. Secunda causa, & q.46.a.1.dub.1. fol.201.* & limitat *eo.vers. Secunda causa*, nisi sponsus ex eo matrimonio tot genuisset liberos, vt alio inito matrimonio, commodē eos edutare non posset: vel ita senex esset, vt non esset iam matrimonio aptus. Idem tenent viri doctissimi neoterici, & est probabile.

3 Probabilius tamen est omnino extincta esse, & proinde soluto matrim. nullam illa perficiendi obligationem superesse. Prob. quia per illud matrimonū extincta sunt, vt probant text. nu. 1. adducti, obligatio autem semel extincta, amplius non reuiuiscit, *l. Qui res, §. Aream ff. de solut. & l. Quæro, de condit. at d.4.* Item, quia cum sint obligationes eiusdem rationis, extinguitur prior per fortiorem superuenientem, vt votum strictioris religionis, omnino extinguitur professione sequuta in laxiori. Et per hoc cessat argum. contrarij. cessit. quia votum, & matrim. sunt obligationes distinctæ rationis, quædam enim sit Deo, altera autem homini, & ideo non mirum si obligatio voti non extinguatur, sed suspensa perseueret constante matrimonio: ex eis autem est de sponsalibus, & matrim. quæ sunt obligationes ejusdem rationis, factæ homini. Huius sent. ex Theologis, videtur esse *D.Bonauent. 3 d.39. a.3.q.2. fine*, vbi ait iurantem sponsalia: aliudque incuntem matrimonium, peccare mortaliter, & amplius non obligari. Et tenent expresse *Palud.4.d.28.q.1.art.1. conclus.4.nu.8. Supplem. Gabr.4.d.28.q.1.a.2.conc.2. Enriquez lib. 1. de matrim.c.14.nu. 2. & c.13.nu.3. Manuel.1.to.sum.in 2.editione, c.245.n.8.* & ex iuniperitis *Ioan. Andr. Anton. Cardin. Henricus, Anchar. nu.1. allegati: Alex. de Neuo, c. Litteras, n.7. de despons. impub. Præpos. c. Sicut n.8. de sponsal. Azebedo lib.5.recop.t.1.l.1.n.13. in fine.*

4 Hæc sent. adhuc vera est, licet priora sponsalia iuramento firmata sint, quia cum tale iuramentum firmet promissionem hominī factam, ea omnino extincta, cessat. sic colligitur ex *D.Bonauent. vbi. præted. allegato*: & tenet *Enriquez l.11. de matrim.c.13.n.3.*

5 Si tamen sponsus ea spe virginem violasset, teneretur soluto matrim. eam ducere, nō vt sponsalium, quæ extincta sunt, sed ratione damni illati: & in hoc casu loquutus est *Adrian.num.2. allegatus*: idem tenent *Barth.à Ledes. de matrim. dub.49.fol.1295. Enriquez lib.11. de matrim.c.13.n.3.* Quod intelligendum est cum Adriano, nisi iam aliunde esset satisfactum, & idem intelligo, quando esset mulier honestæ famæ, quæ notabilem eius iacturam passa esset, nec aliunde esset satisfactum.

6 Ad argum. contrarium, constat ex dictis n.3.

DISPVTATIO XLIX.

Vtrum priora sponsalia dirimantur per posteriora, copula subsequuta cum posteriori?

SVMMARIVM.

Non dissoluuntur ex parte habentis copulam, n.1.
Dissoluuntur ex parte prioris, n.2. & ubi quid si esset iusta causa recedendi à posteriori, vel contingat priora sponsalia dissolui. ibidem.
Aliquando dissoluuntur, ita vt cum altera contrahere valeat, n.3.
Aut ratione damni illati posteriori, cum qua fuit copula, dissoluuntur priora. Prima opinio dissolui, n.4.
Secunda verior, non dissolui, n.5.
Aliquando attenta æquitate posset prima opinio seruari, num.6. & quid quando prior promissio fuit occulta, & timet hic grave damnum, vel fore, ut obstet eadem n.6.

SIante decretum *Tridentini sess.24.c.1.de matrim.* sermo sit, & copula cum posteriori, affectu coniugali esset habita, non dubium est priora sponsalia dissolui, quia posteriora transibant in matrimonium, *c. Is qui fidem, de sponsal.* cum nunc autem cessarit matrimonium illud præsumptum, dicendum est non dirimi priora sponsalia, quia fides posterius data in præiudicium prioris fidei, irrita est. sic *Navar.sum.lat.22.nn.16. casu 3. Barth.à Ledesma de matrim. dub.13. init. & casu 8. Enrique c.l.11. de matrim.c.13. nu.3. Manuel 1.tom.sum.in 2.edit.c.245.nu.8. Pholiare de offic. sacerd. to. 1. p. 2. lib.2.c.1. Lud. Lop.2.p. instruct. de matrim.c.38.fol.1046.* constat etiam, quia ante Tridentinum, dum copula erat affectu fornicario, eò quòd posteriora sponsalia non transibāt in matrimonū, minimè prioribus derogabant, vt docent *Soto 4.d.27.q.2.a.4.dub.3. Navar. proximè citatus Ledesm.2.p.4. q.48.a.2.* cum ergo modo non transeant in matrimonū, in nullo euentu sufficient ad dissoluenda priora. 1

Hoc intelligendum est ex parte contrahentis posteriora sponsalia, nam ex parte alterius dissoluta manent, quamuis cum posteriori sponsa non habita sit copula, quia contrahens posteriora sponsalia, eo ipso prioribus renūciat, vt in simili dixi disp.47. fine. Vtrum autē si priora sponsalia contingat dissolui, teneatur hic ad posteriora, dicam disput.seq.num.6. & si fuerat iusta causa recedendi, dicam in quodam simili, eademmet disp.n.4. 2

Aliquando autem ita dissoluentur priora sponsalia per posteriora cum copula, vt neutrum matrim. inire possit: vt si copula & sponsalia posteriora fuerint cum consanguinea in primo gradu prioris sponsæ: tunc enim cum priori non potuit contrahi, ratione affinitatis ex copula cum consanguinea conturgentis: non etiam cum posteriori ratione publicæ honestatis, quæ ex prioribus sponsalibus validis orta est. sic *Navar.& Philiarcus n.1. citati.* 3

Difficultas tamen est, an quamuis non ratione sponsalium priora dirimantur per posteriora cum copula, ratione tamen damni illati, dissoluantur: id enim affirmat *Marsil 4.d.27.q.5.* vbi ait, si posterior esset virgo, insciaque priorum sponsalium, & defiorata esset sub spe promissi matrimonij, teneri defloratorem eam ducere: *& Palacios, 4.d.28.disp.1.s.628.col.1.* dicit forsan in conscientia hoc esse verum, & posse probari ex dictis disp.45.n.3. vbi sustinuimus ratione huius damni teneri defloratorē non obstante voto religionis, vel castitatis prius emisso, eam ducere. 4

Verius tamen est non dissolui, sed adhuc priorem esse ducendam, quia iniuria illata posteriori, non aufert ius suum priori: nec est simile de voto, quia ex voto oritur obligatio ex solā religionis virtute, ex promissione autem matrimonij cum defloratione, ex iustitia, cuius obligatio multò strictior est: deinde prius votum non omnino aufertur, sed suspenditur per matrimonium. at in nostro casu vtraque obligatio oritur ex iustitia, & prior per sequens matrimonium omnino extinguitur: vt dixi disp. præced. num.3. Tandem quia Deus non ita exactè promissionem sibi factam, impleri petit, ac homines: non enim cum damno, & iniuria tertij impleri vult; homines autem propter iniuriam alteri illatam, iure suo priuari nolunt. Sic *Scotus, Enriquez, Manuel n.1. allegati.* 5

Ex quadam tamen æquitate aliquando seruanda esset prior opinio, vt quando defiorata graue damnum pateretur magnamque honoris iacturam, prior verò leuiter læderetur: nam tenetur modicum illud damnum sustinere, ad vitandum proximi grauissimum. Sic *Lud. Lop. nu.1. allegatus, & Enriquez ibi cit.* ait, posse in hoc casu iudicem damnare, vt secundam ducat: & *in commento lit. F.* dicit posse conformari priori sententiæ. similiter si coram testibus pollicitus est posteriori, priori verò occultè, & probabiliter timet fore, vt censuris cogatur ducere posteriorem, vel 6

aliud

aliud notabile damnum, poterit eam ducere, quia prior rationabiliter hoc velle debet, sicut hic non tenetur ad alias restitutiones cum gravi jactura sua facta *Lud. Lop. ibi.*

DISPVTATIO L.

Vtrùm priora sponsalia dissoluantur per posteriora iuramento firmata?

SVMMARIVM.

Prima opinio affirmans, n. 1.
Contraria verior, n. 2.
Ex parte alterius manent soluta, n. 3.
Quid si dum iurauit posteriora sponsalia, fuerat iusta causa ab eis recedendi, n. 4.
Quid quando priora sponsalia contigerit dissolui. Prima opinio tenet ad post. riora, n. 5.
Secunda verior non teneri, n. 6. & ibi promissis tempore inhabili facta, non obligat tempore habili.
An iuramentum de re illicita, vel impossibili, obliget re illa possibili, & licita facta, n. 5. & 6.
Soluuntur argumenta, n. 7.

1 ALiqui existimant seruandum esse posterius promissum, & priori aliter satisfaciendum esse. Sic *Innocen. c. Veniens, n. 1. de iureiur.* vbi *Imola nu. 4.* dicit hoc posse sustineri: & tenuit *Abbas antiquus, teste Anton. c. sicut, de spons. fine.*

2 Cæterum dicendum est præualere priora sponsalia, quia iuramentum illud fuit de re iniqua, & in præiudicium tertij, quo casu nullo modo obligat. *reg. Non est obligatorium, de reg. iur. in 6. & c. Cum contingat, de iureiur.* Et ita tenent ex Theologis *D. Bonauent. 4. d. 28. in exposit. litera. Richard. 4. d. 27. a. 3. q. 4. fine, & ibi Palud. q. 1. a. 1. casu 6. num. 24. Supplem. Gabrielis ibi, q. 1. a. 2. D. Antonin. 3. p. t. 18. §. 1. & 2. Scotus 4. d. 27. q. 2. a. 4. dub. 3. Vigerius Lanfrit. c. 16. §. 7. vers. 7. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. lib. 2. c. 1. Enriquez 11. de matrim. c. 13. num. 3. Manuel. tom. sum. in 2. edit. c. 245. nu. 9. Vualdus candel. de spons. l. 3. c. 4. n. 24. Lud. Pop. 2. pars. instruct. 3. de matrim. c. 38. f. 1046. Barth. à Ledesma, de matrim. dub. 13. casu 2. Vega l. 2. sum. casu 497.* Et ex iurisperitis *Innoc. sibi contrarius, c. Sicut de spons. num. 1. Ioan. Andr. nu. 4. Anton. in fine, Anchar. n. 3. Abb. n. 8. Præpos. n. 5. Alexand. de Nevo nu. 11. & 13. Idem Hostien. c. Veniens, de iureiur. an. super verb. idem:* vbi *Ioan. And. n. 7. Anton. n. 7. Cardina. n. 3. Anchar. n. 6. Abb. nu. 6. Alexand. de Nevo, c. Exparte, de spons. n. 19. & 20. Angel. verb. Sponsalia nu. 25.* vbi *Sylvest. q. 10. d. 3. Tabiena, q. 6. n. 7. Armilla nu. 7. Lex. 8. tit. 1. p. 4. Conar. 4. decret. 1. p. c. 4. initio, nu. 3. Perez. lib. 5. ordinam. tit. 1. l. 1. fol. 3. vers. Ampliatur, Alex. Caverius lib. 1. de spons. c. 11. Gutier. de matrim. 1. p. c. 51. nu. 6. Lancelot. inst. iuris canon. l. 2. 1. de spons. verb. Compelli. Matienzo lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gloss. 1. num. 44.*

3 Ex parte tamen illius, cui prior fides data erat, soluta sunt sponsalia, vt dixi disput. præced. n. 2.

4 Si autem dum contracta sunt posteriora sponsalia, subesset iusta & sufficiens causa recedendi à primis, tunc tenetur hic ad posteriora. nam minime peccat posteriora contrahens, vt bene docet *Sylvest. verb. sponsalia, q. 10. dub. 3.* quare sponsalia erunt valida, & iuramentum obligabit.

5 Grauius autem dubium est, quando secunda sponsalia non fuerunt valida: quia contrahens primis ligatus erat, nec erat iusta recedendi causa: vtrum si ante celebratum matrim. cum prioti, dissoluantur spōsalia, teneatur hic ad posteriora. nam teneri affirmat *Conar. 4. decret. 1. p. c. 4. §. 1. n. 10.* & probat, quia licet priora vi sponsalium non tenuerint, valuere tamen vi promissionis. Secūdò potest vrgentius probari ex *c. Quidam de conuers. coniugat.* vbi si coniugatus in præiudicium vxoris profiteatur, non valet vt professio, tenet tamen in præiudicium suum, vt votum castitatis: ergo similiter posteriora sponsalia valebunt, in quātum non redundant in præiudicium priorum, quod contingit, si illis solutis obligare dicamus. Tandem, quia iuramentum rei illicitæ, si postea licita fiat, obligat: ut testatur *Nauar. sum. lat. c. 12. n. vlt.*

6 Verius tamen est minime teneri. Quia priora minime valuerunt, etiam in ratione promissionis, cum rei illicitæ promissio fuerint: & quod ab initio validum non fuit, tractu temporis non conualescit, *reg. Ndn firmatur, de reg. iur. in 6. & reg. Quod ab initio, ff. eod. tit.* Item si habens votum castitatis contrahat sponsalia, non tenetur ad ea, quamuis postea in voto dispensatus sit, quia ab initio nulla fuerunt ratione impedimenti impedientis, sed similiter in nostro casu fuerunt nulla ratione impedimenti priorum sponsalium, ergo. Item promissio emissa tempora inhabili, non obligat tempore habili: vt tradit *Abb. c. Placuit n. 4. de conuers. coniug. per illum text. & per c. Quidam, eod. tit.* ex quibus constat si coniugatus profiteatur, cum eo tempore sit inhabilis, non teneri mortuus uxore ad religionem redire. Tandem, quia votum de re impossibili non obligat, ea possibili facta, vt docuit *Fr. Pena*, quem refert & sequitur *Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 43. vers. Stultum est*: ergo similiter cum illa promissio fuerit illicita, quando postea licite impleri possit, non obligabit. Hoc tamen concedendum est priori sententiæ, in speciali casu teneri, nō ratione promissionis præcisæ, sed ratione damni illati virgini defloratæ, aut viduæ honestæ magnam famæ iacturam patienti: vt in simili dixi disp. 48. n. 5.

Ad 1 argum. & 3. constat ex dictis n præced. vtraque enim doctrina negāda est. Ad Secundū dic cum *Nauar. Lop. cons. in 1. edit. 1. de conuers. coniugat. cons. 4. nu. 3. & in 2. vero cons. 5. n. 3.* vbi ait votum coniugati castitatis in præiudicium vxoris esse validum, non tamen votum filiifamilias in præiudicium patriæ potestatis: quia ille potuit à principio se obligare ad partem in illo voto contentam, scilicet ad non petendum, hic autem ad nihil potuit se à principio astringere. Sic ergo in præsenti, cum aliis sponsalibus ligatus nullo modo potuerit fidem suam alteri astringere, posterior obligatio omnino est irrita.

DISPVTATIO LI.

Vtrùm sponsalia ab impuberibus contracta, dissoluantur per solum dissensum alterius pubertatem adepti?

SVMMARIVM.

Quæ sit dubitandi ratio, & quot quæstiones disputanda sint, n. 1.
An c. De illis el. 1. & c. Accepimus, de despons. impub. intelligantur de sponsalibus infantium. Primus intellectus, n. 2.
Secundus intellectus, n. 3.
Tertius intellectus, n. 4.
Textus intelliguntur de sponsalibus ab impuberibus celebratis, n. 5.
Nemo potest ante pubertatem resilire ad pubes factus quilibet, n. 6.
Non satis est mutuum consensum adhuc existendum ante pubertatem, n. 7.
An pro adeptam libertatem possit statim resilire. Opin. 1. non p. fit, n. 8.
Secunda verior, p. ff. n. 9. & ibi frustra expectatur exercitium cum malitia esse effectus.
Quid si pubes cum impubere contrahat, n. 10.
Et quid si cum infante, n. 11.
Quid si pater pro impubere contrahat, n. 12.
Quid si impuberes contrahant per verba de præsenti, n. 13.
An exigatur, vt statim ac puberes facti adepti fuerint, resiliant, & quando dicatur aliquid statim, vel in continenti fieri, n. 14.
An desideretur vllum consensum post puberes, vt sponsalia irrevocabilia fiant, n. 15.
Quid si impubes dissentiat ante puberem, nec dissensus innotescat, & postea pubes tam amplum recordetur, n. 16.
Quid si factus pubes dissensus solum interius, absque exteriori signo, manifestet, vel sit necessarium coram iudice reclamare, n. 17.
Reliquæ in variis cæteris summaria.

DVbitandi ansam nobis præbent, *c. De illis, el. 1. & c. Accepimus, de despons. impub.* vbi decidit impuberes resilire non posse ante pubertatem, à sponsalibus contractis: at vero adepta, posse. Vnde tres quæstiones agitandæ sunt. Prima, an hi textus intelligantur de sponsalibus infantium vel impuberum. Secunda, an concedant impuberibus facultatem resiliendi in utroque foro, vel solum in exteriori. Tertia, an impuberum sponsalia iuramento firmentur, ita vt neutri liceat amplius resilire.

QVÆSTIO I. Vtrum prædicti textus intelligantur de solis infantium sponsalibus, aliquid censent. hic *Lanoy, Tanus, & Vincentius*, & alii (vt refert *Hostien. sum. tit. de despons. impub. §. Quid iuris, nu. 11.*) & videtur tenere *D. Thom. 4. d. 27.*

q.1.a.3.ad 8. ait enim infantes contrahentes sponsalia, petitutos esse dissolutionem, ætatem legitimam adeptos, ne approbare videantur: fuerunt enim quidam sponsalium modus, & eodem pacto interpretantur hos textus *Navar. sum. Hisp.c.22.n.24.casu 16. Enriquez lib.11. de matrim. c.14. n. 7. Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1.p.2.l.2.c.1. Manuel 1.tom. sum. 2. edit.c.245.n.7.*

3 Alij verò interpretantur hos textus, de sponsalibus, non per ipsosmet impuberes, sed per alios ipsorum nomine contractis. Sic *D.Thom.cad. q.2.a.2.ad 1. Durandus 4.d.27. q.3.a.3.*

4 Alij verò quos refert *Goffred. sum. t.de despons. impub. nn.8.* dicunt intelligi de impuberibus contrahere intendentibus solum matrim. cum enim illud inualidum fuerit defectu ætatis, nec valuerit vt sponsalia, defectu intentionis, possunt adepti pubertatem resilire.

5 Sit tamen prima conclus. prædicti textus intelligantur de impuberum sponsalibus. Probatur, quia *d.c. De illis, ver. Si vero*, sic dicitur, *intra eosdem pubertatis annos altero existente, iam sponsalia contrahunt*: at infantes nequeunt sponsalia contrahere. Idem decidjtur ibi neutrum posse ante pubertatem resilire, sed si essent ab infantibus contracta, cū prorsus irrita sint, semper resilire possent. Sic docent *gloss. d.c. De illis, in casu postrimo, & ibi Host. init. & super verb. Pernecerit, Ioan. Andr. n.4. Innoc. init. Ant. nn.5. Anchar. init. & nn.1. & 4. Card. n.2. Abb. init. Henricus nn.3. Alex. de Neuo nn.14. Præpos. nn.1 idem Hostiens. summa, t. de despons. impub. §. Quid iuris, nn. Goffredus summa cod. t. n. 8. Rosella Matrimonialis 2. num.6. Angel. verb. Sponsalia n.37.* vbi *Sylvest. q.10. casu 12. Tabiena q. 9. n.10. casu 8. Armil. n.13. Conar. 4. decret. 1.p.c.5.§.1.nu.1. Greg. lop.l.7.verb. Excusacion. t.1.p.4. Navar. sum. Lat. c.22.nu.27. casu 6. & l.4. consilior. tit. de despons. impuber. in 1. edit. consil. 2. in 2. cons. 1. Gutier q.can. l.1.c.18 nn.10. Mariaz. l.5. recop.2.1. rubr. 3.n.51. Et ex Theologis Palud. 4.d.27.q.1.a.3. casu 10. num. 28. D. Antonin. 3.p.t.1.c.18.§. 1. casu 8. Sotus 4.d. 27.q.2.a.5.v. Tamenſi. Veracruz 1.p. speculi, a. 21. casu 14. Petrus de Ledesm. de matrim.q.43.a.3.casu 10. Vivald. candelab.p.1 de sponsal. c.5. nu. 44. Vega lib.6. sum. casu 104. Barth. à Ledes. dub. 11. de matrim. post 4. conclus. Lud. Lop. 2 part instructor. de matrim. ca. 38. fol. 1049. fine.*

6 Secunda conel. si duo impuberes sponsalia contrahāt, neuter potest ante pubertatem resilire, pubes tamen factus, potest quilibet: habetur c. *De illis, el 1. & c. A nobis, de despons. impub.* Et ratio prioris partis ea est, ne propter ætatis fragilem inconstantiam, sæpe contrahant, totiesq; à contractu resiliant: posterioris autem partis ratio est, quia quamuis iure permittente impuberes verè sponsalibus astringantur, idem tamen ius voluit, ob immaturum iudicium ne ita firma essent, quin eorum cuilibet pubertatem adepto, resilire liceret. Sic *gloss. Hostiens. super verb. Negauerit, Innoc. Ioan. Andr. Anchar. Card. Abb. Henricus, Præpos. D. Antonin. Bosd. Angel. Syluest. Tabiena, Armilla, Conar. Veracruz, Bart, & Ledes. Vivald. Vega, Lud. Lop. in præced. allegati, Ant. Cucus l. 5. inſtit. maior. t. 10. n. 76.*

7 Hinc infertur non sufficere mutuum impuberum consensum, vt ante pubertatem resilire possint, constat ex *d. c. De illis*, ibi, *vterque, sine alter reclamet.* & ratio est, ne ob debile iudicium, passim contrahant, & resiliant. Sic *Hoss. d.c. De illis super verb. Negauerit*, vbi *Ioan. Andr. n.4. Anton. n.5. Anchar. n.2. & n.4. init. Abb. n.5. Præpos. n.1. notab.1. Henricus nu. 5. Palud. Conar. Vivald. Lud. Lop. Vega, citati nu.5. Ant. Cucus lib. 5. inſtit. maior. t. 10. n. 76. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 14. nu. 6. mitto, in commento, littera Z.* quamuis *idem Enriquez cod. cap. 14. n. 7.* sibi contrarius, dicat posse ex mutuo consensu resilire, per *d.c. De illis*, quod tantum abest, vt hoc probet, vt oppositum expresse decidat, & ita credo esse errorem typographiæ.

8 Vtrum autem pubertatem prius adeptus, possit statim resilire non constat: nam *gloss. d.c. De illis, ver. Cum sponsalia, & ibi Cardinalis n.2.* credunt non posse, donec alter pubescat, quia aliàs nulla constitueretur differentia inter *vers. Si vero*, & *vers. vlt. eiusdem c. De illis.*

Tertia tamen concl. sit, prius pubes factus, potest statim resilire, nec tenetur pubertatem alterius expectare: vt clarè videtur decidi *d.c. De illis, v. Si vero*: & constat differentia inter illum, & vers. vltimum, nam *vers. Si vero*, loquitur textus, quando is, qui tempore spōsalium erat impubes, factus pubes reclamat: at *vers. vlt.* quando sponsalium tempore pubes erat, & reclamat altero impubere existente. Probatur etiam ratione, quia frustra expectatur euentus, cuius nullus est effectus, *c. Cum contingat, de offic. deleg.* ergo si prius factus pubes, potest altero pubertatem adepto, reclamare, poterit statim. Sic *gloss. ibi* contraria, *d. c. De illis, verb. Mouerit*, vbi *Hostiens. super verb. Negauerit, Ioann. And. n.4. Anchar. n.2. Abb. n.5. Henricus n.4. Alex. de Neuo n.15. & 16. Palud. Rosella, Angel. Sylvest. Tabiena, Armilla, Conar. n 2. Lud. Lop. f.1050. Vivaldus & Vega, allegati n 5.* idem sequitur *Lex 8 t.1 p.4. Brunel. de sponsal. cond. 7. n 1. Ant. Cucus lib. 5 inſtit. maior. t.10. n 80* & potius dicendum est teneri statim ac pubes factus fuerit, resilire, alias non posse: vt bene *Conar. n.2.* & dicemus n.14.

Quinta concl. pubes cum impubere contrahens, nunquam resilire potest, id autem licet impuberi, cum pubes fuerit, & non antea, habetur expresse *dict. cap. De illis, vers. Mulier.* Et ratio est, quia contractus potest in minoris fauorem claudicare: vt si minor absque tutoris auctoritate, & maior contractum ineant, illi soli reclamare permissum est *l. Non eo minus, G. de procurat.* sic *gloss. d c. De illis, vers Semel*, vbi *Hostiens. super verb. Negauerit, Innoc. initio, Ioan Andr. n.4. Anchar. n.4 Card. n.2. Henricus n.5. Alex. de Neuo n. 16. Præpos. n.1. Rosella, Angel Sylvest. Armilla, Tabiena, Conar. nu 5. Veracr. Lud. Lop. f.1050. Petr. de Ledesm allegati n.5 Navar lib 4. cons. tit. de despons. impub. in 1. edit cons. 2 in 2. cons. 1. Barth à Ledesm. dub.13 de matrim. casu 13 Enriquez lib.11 de matrim. c.13 nn.5. & c.14 n 7 Vega lib 6 sum casu 107.* Addunt, & bene, *Alex. de Neuo, & Navar.* etiam de consensu impuberis non posse puberem resilire: quia ob fragilem ætatem impubes consensu sufficienti ad sponsalium dissolutionem, caret: vt diximus n.6.

Quinta concl. si maior septennio contrahat cum infanti, non potest resilire, donec infans septennium habeat, & tunc eo volente, tenetur promissis stare, vt latè probaui supra disp.6.n 27.

Sexta concl. si parentes pro impubere sponsalia contrahunt, quoties valida sunt, non potest impubes resilire, donec pubescat: secus quando inualida sunt (quando autem sint valida, dixi disp.23 num 3. & 17.) Sic *Ioan. Andr c. De illis, el 1 de despons. impub. n.4.* vbi *Anchar. n 4.* & hoc pacto intelligendus est *Enriquez l. 11. de matrim. c.13 n.6.* vbi absolute dicit non posse impuberem ante pubertatem reclamare.

Septima concl. sicut à sponsalibus veris non licet resilire ante pubertatem, ita nec à præsumptis: vt si impuberes contrahant per verba de præsenti. habetur expresse *c. A nobis, de despons. impub.* & docet *ibi Hostien & Innoc fin. Ant. n.2. Card. n 1. Abb n 2. Alex de Neuo n.7. Præpos. c De illis el 1 n. 1. de despons. impub. Tabiena verb. Sponsalia. q 9. num.10. casu 8. Conar 4 decret. 1.p.c.5.§ 1.n.1. Ant. 1 Cucus l.5. inſt. maior. tit. 10.n.80.*

Octaua conclus. dum diximus conclusionibus præcedentibus posse impuberem factum puberem à sponsalibus resilire, intelligendum est, si statim pubertate adepta resiliat: alioquin postea non poterit. Quia ex quo statim non contradixit, visus est tacite consentire. Sic *Hostiens. d. c. De illis, initio, super v. Antequam*, vbi *Io. And. n.2. Ant. n 3. Anchar. n 2. & 4 Henric. n.5. Alex de Neuo n.15.* & licet *idem Ant. c. Ex litteris, de despons. impub. ad fin.* dubitauerit, & potius inclinauerit posse quandocumque resilire, nisi simultanea habitatio fuerit: at tandem concludit, tenendum esse debere in puncto pubertatis resilire. idem *Con. 4 decret. 1.p.c. 5.§.1.n 2. Lud. Lop 2 p instruct. de matrim c 38. fol 1050* idem videntur tenere *Angel verb. Sponsalia, n.37.* vbi *Sylvest q.10. Navar. summ. c 22 Hisp n. 23 Lat n 26 Veracruz 1.p spec. a 21. casu 14. Bart à Ledes. de matrim. dub. 13 casu 13.* dicunt enim

opor-

oportere dissensum esse, antequam tacite vel expresse consensus præbeatur: idem videtur tenere *Sotus 4. dist. 27. q. 2. a. 5. vers. Tamensi.* dicit enim dirimi sponsalia, si annos pubertatis ingressus illico dissentiat. Statim, autem intelligitur, triduo ante, vel post pubertatem. sic *Hostiens. Ioan. Andr. & Anchar. n. 4. ibid.* & quamuis ipsi non probent, potest probari, quia in iure dicitur incontinenti aliquid fieri, quod intra triduum fit, *l. fin. C. de errore aduocatorum*, ibi, *incontinenti, id est triduo*, & *l. fin. C. de iudicijs*, ibi, *illico autem, id est intra triduum.* Et confert doctrina Baldi ibi, & Felini, *c. Veniens, el 2. de testibus, n. 15. fin. Ripa l. 4. §. Condemnatum, ad fin. ff. de re iudicat. Mandosij de monitorijs, q. 31. n. 8.* vbi docent dici incontinenti probari, quod intra triduum probatur.

15 Hinc infertur non esse opus, vt factus pubes sponsalia ratificet, sed eò ipso quòd non reclamet, manere indissolubilia. Constat ex *d. c. De illis, el 1.* ibi, *si cum ad annos pubertatis venerint, reclamauerint, separentur.* ergo ad dissolutionem reclamatio desideratur, secus autem ad omnimodam firmitatem. Et ratio est, quia ideò ad matrim. requiritur nouus consensus, quia ante pubertatem contractum, inualidum erat, ergo cum sponsalia valida fuerint, non petunt nouum consensum, vt adepta pubertate, omnino firma sint. Sic *Hostiens. d. c. De illis, super v. Si verò*, & colligitur expresse ex vniuersis DD. nu. præc. allegatis, cum petant, vt pubes factus statim reclamet, ad sponsalia dissoluenda.

16 Rogabis tamen quid dicendum, si impubes ante pubertatem resiliat à sponsalibus, & postea non mutet eum dissensum, nec amplius recordetur post pubertatem, an maneant dissoluta sponsalia: videtur enim non manere, quia ille non dissensus nõ sufficiens fuit, cum ante pubertatem fuerit, ergo cum factus pubes non reclamauerit, iam videntur omnino firma manere. Item quia aliàs vanum esset & inutile dicere, non posse resilire ante pubertatem. Sed credo manere tunc dissoluta. Prob. quia ideo ratificantur, & firma fiunt sponsalia, non reclamando in puncto pubertatis, quia eo ipso, quod nõ reclamat, videtur in ea voluntate persistere: & ita aliqui DD. (vt retuli n. 14.) dicunt oportere impuberem reclamare, antequam expresse, vel tacite per lapsum temporis consentiat: at quando impubes dissentit, & amplius non mutat voluntatem, iam non in priori assensu videtur persistere, & sic non inducetur tacitus consensus, sed in dissensu videbitur perseuerare. Huius sent videntur *Hostien. c. De illis, el 2. paulo post princ. de desponsi. impub.* vbi *Ant. nu. 3. & Alex. de Neuo n. 16. Præpos. n. 1.* vbi docent non satis esse reclamare ante pubertatem, ad sponsalia dissoluenda, prodesse tamen ne impubes, censeatur adepta pubertate consentire, & ad declarandum voluntatem, in qua præsumitur perseuerare, & vt impediatur ratificatio per superuementiam pubertatis, & ideò consulunt, vt sæpe reclamet. Nec obstant in oppositum adducta, fateor enim per dissensum ante pubertatem, non dissolui, sed per habitum pubertatis puncto: cum in illo videatur perseuerare. Nec vanum est dicere antea non dissolui: quia si ante pubertatem dissolu erentur, possent tunc alia validè contrahi, & post dissensum illum, oporteret denuo illa cõtrahere, vt valida sint: cum tamen adhuc existente dissensu ante pubertatem sponsalia firma sint, si alia contraherentur, essent irrita, & satis est mutare voluntatem perseuerando in priori consensu, vt veniente pubertate, omnino firma & indissolubilia maneant.

17 Tandem non immeritò dubitabis, quid dicendum sit, si impubes toto tempore præcedenti perstitit in sponsalibus, at factus pubes, statim interius dissensit, vtrum hoc satis sit pro foro conscientiæ? Videtur enim nõ satis esse, per *c. De illis, el 1. de desponsi. impub.* ibi, *si reclamauerint, iudicio Ecclesiæ separentur*: vbi *Host. super verb. Negauerit, Ant. nu. 5. Ioan. And. n. 5. Card. n. 3. Henric. n. 6. Præpos. n. 5.* dicunt hanc reclamationem debere fieri coram episcopo, vel eius vicario, & ipsis deficientibus, coram honestis personis, vt in appellatione contingit, iuxta *c. fin. & ibi notata, de appellat.* ergo videtur hæc reclamatio necessaria. Præterea *D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 18. §. 1. casu 8. Ang. verb. Sponsalia, nn. 37.* vbi *Sylues. 4. 10. casu 12. Tabiena q. 9 nu. 10. casu 8. Armil. nu. 13. Bart. à Med. de matrim. dub. 13. casu 11.* tractantes, quando per dissensum puberis dissoluantur sponsalia ante pubertatem inita, dicunt id cõtingere, dum petit à iudice ea dissolui, & *Nauar. cum. c. 22. Hisp. n. 24. Lat. n. 27. casu 6.* dicit dissolui per absolutionem factam à iudice, ergo sentiunt non sat esse dissensum internum. Credo tamen satis esse pro foro conscientiæ, quia (vt dixi n. 14.) ideo sponsalia manent firma, dum impubes factus pubes non reclamat, nam tacitè videtur consentire, sed in hoc casu nullus est tacitus consensus coram Deo, sed expressus dissensus: ergo non ratificantur. Præterea, quia DD. n. præc. allegati, ideo asserũt prodesse reclamationem ante pubertatem, ne pubes videatur ratificare, sed dum est dissensus internus, deficit ratificatio in foro conscientiæ, ergo. Tandem: quia reclamatio illa coram iudice, videtur solùm ad forum externum desiderari, vt iudex pro dissolutione sententiam ferat: & sic intelligendi veniunt DD. citati reclamationem illam petentes.

SVMMARIVM.

Vtrùm textus permittentes impuberibus adepta pubertate, resilire à sponsalibus, loquantur permissiuè, & in foro externo. Prima opinio affirmans, n. 18.

Secunda verior, n. 19. & soluuntur argumenta, n. 20.

Post n. 20 tamen sunt summaria, quæ desiderantur.

QVÆSTIO II. Vtrùm iura concedentia impuberibus adepta pubertate posse à sponsalibus antea initis, resilire, loquantur permissiuè, & in foro externo. quidam enim affirmant. Prob. quia ridiculum videtur, & rationi dissonum asserere valida esse impuberum sponsalia, & minimè obligare, tempore quo implenda sunt: vt vanus esset cõtractus, si toto præcedenti tempore validus esset, eo tamen quo implendus esset, nõ obligaret. Et confirm. quia nullus sponsalia contrahit, vt inde oriatur honestatis publicæ impedimentum, sed vera contrahendi matrimonij obligatio. Secundo, quia *c. De illis, el 1. de desponsi. impub.* vbi hæc dissolutio permittitur, non videtur loqui in foro cõscientiæ, sed tantum compulsionem fori externi denegare. Quare *glos. ibi v. Iudicio, in fine*, ponderans ea verba textus: *si reclamauerit, nec voluerit in alterum consentire, poterunt iudicio Ecclesiæ separari*: inquit hæc, *si iuramentum non interuenit, non sunt inuiti compellendi, quia inuita nuptia solent exitus difficiles habere*: vbi aperte videtur sentire tantum esse permissionem, & denegari compulsionem, timore inde cõsecutis exitus: & hoc aperte sonant illa verba textus citata, quasi dicat, si rebelles fuerint, permittatur eis separatio. Pro hac sent. videntur *Ant. d. c. De illis, n. 5. & Alex. de Neuo nu. 14.* vbi asserunt impuberes, si doli capaces sint, non posse absque causa postea resilire: & tenet expresse *Hugo*, (vt refert *Henricus c. 2. de sponsal. nu. 7.*) idem *Angles floribus 1. p. q. 1. de essentialibus matrim. a. 4. diffic. 2. f. 535. concl. 2.*

Dicendum tamen est, textus procedere in vtroq; foro, & proinde ex solo impuberis dissensu adepta pubertate absque alia causa solui licite sponsalia. Probatur, quia ex sola reclamatione alterius pubertatem adepti, habetur *d. c. De illis*, sponsalia esse dissoluenda: & *c. A nobis, de desponsi. impub.* habetur idem, si autem esset solum permissio, puer monendus esset resiliens, vt dicitur *c. Ex litteris, el 2. & c. Requisiuit, de sponsal.* Præterea, quia hoc concessit ius, vt immaturo puerorum iudicio consuleret, ne tanto vinculo indissolubiliter obligari possint, sed non satis consultum esset sola permissione, peccarent enim lethaliter, resilientes. Tandem quia eodem pacto consuluit ius pueris circa sponsalia, quo circa vota: sed hæc licet valida sint, possunt ex solo patris, vel tutoris consensu, cassari in vtroque foro, ergo similiter sponsalia impuberũ, possunt in vtroque foro dissolui, ipsis impuberibus pubertatem adeptis dissentientibus. Sic tenent *Henric. c. 2. de sponsal. n. 9 summ. confess. t. de sponsal. q. 17. Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 3. casu 10. num. 18. Led. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 38. f. 1049. fine.*

20 Ad 1.argum.ex propositis,n.præc.negatur antecedens: quia ille contractus sponsalium habet hunc effectum, vt toto tempore præcedenti ante pubertatem, omnino obliget, & impediat alia sponsalia contrahi valide, & faciat oriri impedimentum publicæ honestatis, nec datur omnimoda libertas post pubertatem, sed tantum statim: vt diximus nu. 14. Sicut non est vanum impuberis votum, quamuis ad libitum possit à patre, vel à tutore irritari. Ad confirm. constat ex dictis, quia sponsalia impuberum nō tantum eum effectum habent. Ad 2. glossa non facit illi sententiæ, indifferenter enim de impuberibus, & de puberibus loquitur, quia in ea est opinione, vt ad nulla sponsalia etiam puberes cogendi sint, nisi iuramento firmentur: nec textus facit, vt probaui n.præced.

SVMMARIVM.

An sponsalia impuberum firmentur iuramento. Prima opinio negans, num. 21.
Secunda affirmans, & verior, n. 22.
An exigatur vt sint doli capaces, & quando tales dicantur. Prima opinio, dici tales post septennium, n. 23.
Secunda verior, nu. 24. vbi explicatur quando puer dicatur proximus pubertati.
Quando non sunt proximi pubertati, an ejus iuramenti relaxatione. 25.
Solvuntur argum. & explicatur c. Pueri & c. Parvuli, 22. q. 5. n. 16.

21 QVÆSTIO III. Vtrùm sponsalia impuberum ita firmētur iuramento, vt neutri liceat pubertatem adepto, resilire? Duplex est sent. Prima ait nō firmari, & ita reliquo posse. Prob. quia *c. Pueri, & c. Parvuli*, 22. q. 5. impuberes prohibentur iurare. 2. quia iuramentum additum contractui sortitur easdem contractus conditiones, *l. fin. C. de non nu. pecun.* sponsalia autem impuberum, iure habent tacitam conditionem, nisi facti puberes resilierint: & ad *c. Ex literis, el 2. de sponsal.* cui opposita sententia innititur, respondet hæc, illos impuberes non reclamasse post pubertatem, & ita merito cogi. Sic tenent quidam antiquiores, teste *Ioan. Andr. in c. Ex literis, nu. 3.* idem docent *Ant. c. De illis, el 1. de despons. impub. n. 5. & ibi Card. n. 1. Henric. c. 2. de sponsal. n. 9. Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 3. casu* 10. n. 18. & non caret probabilitate.

22 Secunda sent. multo probabilior, ait firmari iuramento, nec licitum esse resilire. Prob. ex *c. Ex literis, el 2. de sponsal.* vbi expressè dicitur impuberes iurantes sponsalia, cogendos esse ea perficere: & absque fundamento, ad libitumque videtur dictum eos non reclamasse post pubertatem. Præterea, quia quamuis de alijs impuberum contractibus non constet inter DD. firmenturne iuramēto, nec-ne id tamen prouenit, quia sc̃luso iuramento inualidi erant, cum ergo sponsalia impuberum sc̃luso iuramento valida sint, licet dissolubilia, dicendum est iuramentum adiectum ea confirmare, indissolubiliaque reddere. Sic tenent *gl. d. c. De illis, v. Iudicio*, vbi *Ioan. And. n. 4. Anchar. nu. 4. Abb. n. 6. Præpos. n. 1. Alex. de Nevo nu. 13.* Idem *gl. d. c. Ex literis, v. Sub iuramento*, vbi *Host. super v. Iurare, Ioan. And. n. 3. Ant. nu. 10. Anchar. n. 3. Abb. n. 6. Alex. de Nevo n. 15. Præpos. n. 4. fin. Cou. 4. decret. 2. p. c. 5. §. 1. n. 3. & de pactis, 3. p. §. 1. n. 3.* Et ex Theologis Enrig. *l. 11. de matrim. c. 14. n. 7. Vivald. Candel. de sponsal. p. 1. c. 3. n. 46. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 38. f. 1050.*

23 Hoc tamen iuramentum, vt firmet sponsalia, præstandum est ab impuberibus doli capacibus: vt fatentur omnes DD. n. præc. allegati: quando autem dicantur doli capaces ad hunc effectum, non constat inter eos: aliqui enim dicunt esse tales post septennium. sic *Abb. d. c. De illis, n. 6.* & videtur clare sentire *Alex. de Nevo d. c. Ex literis, nu. 16.* vbi quærens quando dicatur puer doli capax ad hunc effectum, respondet sic, Dic vt habetur *c. 1. de delictis puerorum*: in quo textu aperte vocatur doli capax, qui rationis vsu gaudet, nempe post septennium, & docet *ibi glo. verb. Grandiusculis, Host. ibi nu. Anchar. n. 3. Abb. n. 4.* & manifestè patet, quia textus ille decidit, pueros omnium peccatorum capaces, esse dempta carnali copula: quod manifestum est verificari, cum primum rationis vsum habent. idem videtur tenere *Host. d. c. Ex literis. verb. Iurare*, remittit enim se quando puer sit doli capax, ad *d. c. 1. de delict. puer.* vbi initio dicit esse doli capacem post septennium.

Sed dicendum est cum *Couar. vtroque loco, Vivald. & Lud. Lop. n. præced. allegatis*, quo ad hunc effectum dici doli capaces, quando ita proximi pubertati sunt, vt intellectum ac discretionem habeant, ad firma omnino & irrevocabilia reddenda sponsalia; non tamen amplius explicant, quando dicantur pubertati proximi: at generaliter ad contractus docent aliqui tunc esse, quando masculus excedit decimum, & dimidium annum, femina verò nonum & dimidium. Sic *gl. §. Pupillus, v. Infantiæ. Inst. de inut. stip. & gl. fin. l. 1. & ibi Bart. nu. 6. ff. de verbor. Navar. l. 4. cons. in 1. edit. t. de sponsal. cons. 39. n. 11. Caldas l. 1. Si curatorem, §. Minoribus, nu. 7. & 8. C. de in integr. restit.* & multi quos refert *Dueñas reg. 259. lim. 3.* & id de masculo definitur, *l. 6. n. 5. p. 6. & l. 4. t. fin. eadem p. & l. 8. t. 31. p. 7. & l. 9. t. 1. ead. p.* vbi *Greg. Lop. ver. Mayor*, dicit has leges non constituere differentiam inter mares & feminas, vnde vel dicendum esse eodem modo taxare in vtrisque, vel feminas dispositioni iuris communis relinquere: & tandem hoc credo potius arbitrio iudicis relinquendum esse, vt cum multis docet *ibi Dueñas, & Couar. 4. decret. 2. p. c. 5. n. 5. & Clem. Si furiosus, 3. p. inst. n. 5. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 1. casu 57. nu. 43. Gutier. auth. Sacramenta puberum, nu. 4. C. si adver. vendit.* quod iudicis arbitrium circa puerum, & feminam non excedentes dictam ætatem, vt iudicet proximos esse pubertati, maximis coniecturis, & cautissimè, & raro duci debet: post eam vero ætatem, non tam vehementes coniecturæ desiderantur. sic *Couar. 4 decret. 2. p. c. 5. n. 5. Dueñas reg. 259. limit. 3. ad finem, Menoch d. casu 57. n. 52.* 24

Vbi autem puer non esset ita doli capax, vt eius iuramentum confirmaret sponsalia, indiget relaxatione iuramenti: cum enim vsum rationis habeat, obligari Deo potuit, ea tamen facile concedenda est ab episcopo, ob ætatis imbecillitatem: sic in alio simili docet *Couar. 4. decret. 1. p. c. 5. §. 1. n. 4. & Lud. Lop. 1. de contract. c. 39. f. 485. Gratian. reg. 1. n. 4.* dicunt enim cæteros impuberum contractus non firmari iuramento, eius tamen relaxationem desiderari, & facile concedendam esse. 25

Ad 1. argum. ex propositis n. 21. respond. illos textus loqui de impuberibus quo ad testimonium ferendum, non enim cogendi sint iurare: & ita explicant fere omnes DD. iuris pontificij nu. 22. allegati. Ad 2. nego minorem, quando ius aliter disponit, at idem ius canonicum disponens, *c. De illis. 1. de despons. impub.* inesse tacitam conditionem sponsalibus impuberum, nisi post pubertatem resiliant: disponit, *c. Ex literis, el 2. de sponsal.* id deficere, quando iuramento firmata sunt. 26

DISPVTATIO LII.

Vtrùm sponsalia mutuo contrahentium consensu dissolui possint?

SVMMARIVM.

In quo consistat difficultas, & prima opinio, non licere, n. 1.
Vera sententia, licere, & explicatur c. 2. de sponsal n. 2.
Quam libertatem requirat ille consensus, & quando non exstat. n. 3. & quid, quando alter tantum resilit. n. 4.
An resilire dicatur ex eo, quod desinat, vel renuat implere sponsalia, nu. 5. & vbi fit augens fidem fides seruanda non est.
Quid si iuramento in fauorem partis firmata sint, n. 6.
Quid si iuramentum sit in solius Dei honorem. Prima opinio non excusat, n. 7.
Secunda verior, excusare, n. 8. & solvuntur argumenta, num. 9. & ibi, quid si vterque iuramento præmittat.

1 DIsp. huius difficultas consistit circa intelligentiam *c. 2. de sponsal.* ibi, *qui de contrahendo matrim. sibi fidem dederunt, commonendi sunt, & modis omnibus inducendi, vt fidem observent: si autem se ad invicem admittere noluerint, ne deterius inde contingat, potest in patientia tolerari*, vbi text. apertè videtur negare licitum esse mutuo consensu spōsalia dissolui, & solum permitti timore peioris exitus. & ita sentit *Hugo*, quem refert & sequitur *ibi gl. v. Tolerari. Io. Andr. c. De illis n. 1. ff. de sponsal. Lancelot. inst. iuris can. l. 2. t. de sponsal. v. Tolerari.*

2 Nihilominus dicendum est sponsalia puberum dissolui posse mutuo ipsorum consensu (dixi puberum, nam si vtreque, vel alter impubes sit, nō sufficit dissensus, donec

ad pubertatem accedat: vt dixi disp. præc. n. 7.) Prob. quia *c. 1. de sponsal.* adducit societatis similitudinem, quæ cum mero iure, & licite mutuo sociorum consensu dissoluatur, incõgruia esset, si ex sola permissione procederet. Vnde textus ille sic intelligendus est, iuxta fere omnes DD. allegandos: quia vulgi opinione attenta videntur hi vinculum fidei præstitæ offendere, monendi sunt contrahere, vt à mali apparentia desistant, quamuis malum non sit, & si nolint, tolerat Ecclesia, non solum permittens, sed approbans. Item, quia omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur, *c. 1. de regul. iur.* ergo cum sponsalia ex mutuo consensu consurgant, eodem dissoluuntur. Sic tenent ex Theologis, *D. Th. 4. d. 27. q. 2. ar. 3. ad 5. D. Antonin. 3. p. t. 1 c. 18. §. 1 casu 5.* & multi alij, n. 6. allegandi, idem dicentes, quando interuenit iuramentum. Et ex iurisperitis *Goffred. sum. t. de sponsal. n. 9. Host. c. 2. de sponsal. fi. Innoc. c. Sicut, eo. t. nu. vn. Henric. c. De illis, eo t. n. 5 Felin. d. c. 2. nu. 16. & c. 1. de iureiur. n. 2 Brunel. de sponsal. concl. 9 nu. 2. Mart. de Garatis inter cons. matri. Ziletti, cons. 15. nu. 9. Lex 8. t. 1. p. 4 Greg. Lop. eo. t. l. 7. v Excusacion.* & multi alij cod. n. 6. referendi.

5 Tria tamen sunt maxime obseruanda. Primũ est, sæpe remissionẽ alterius, & maximè feminæ, non esse liberam, sed quia alter sponsus vsq; adeò inuite, & contra voluntatem, tantoq; supercilio ostendit se velle perficere sponsalia, vt alter desperans se posse consequi, repugnans, & reluctans mortem gerat: (quod vulgo dicimus, *a mas no poder:*) sæpe etiam timore mali exitus, quia videt alterum notabiliter reluctari, minasque, & terrores incutere: sæpe etiam importunis precibus, inuite extorquetur remissio: quæ omnia quoties inuoluntarij mixti causa sunt, minime excusant remissione obtenta: sicut nec in aliorum debitorum remissione. Quando autem hæc omnia inuoluntarium habeant, ita vt in foro conscientiæ non excusent; dicam l. 4. disp. 9. n. 17. & disp. 10. n. 4. secus autem esset, quando alter lubens assentitur, obijcit tamen difficultates ad ineũdum matrim. & incõmoda, quæ inde emergent vt parentum repugnantiam, paupertatem, &cæteta: tunc enim remissio excusaret. Et quamuis sponsus ficte eam voluntatem ostenderet, quia nimirum, propositum habet nullo modo assentiendi, si tamen exterius se pactum ostendat, si altera remittere nolit, tutum eum reddet remissio: quia libera fuit, & malum propositum animo retentum, peccatum fuit in ordine ad Deum, iniuriam autem nullam intulit: sicut aliorum debitorum remissio ita obtenta, valida est, vt dicemus eadem disp. n. 9. n. 17.

4 Secundũ obseruandum est, quando altertantũ à sponsalibus resilit, quamuis ab obligatione immunis non sit, alter tamen immunis manet: eò quòd prior sponsalibus renuntiat. Sic *Sarm. t. fel. c. 5. n. 4. Enriq. l. 11. de matr. c. 14. n. 6.*

5 Tertium obseruandũ est, quando dicatur alter à sponsalibus resilire, vt alter liber maneat: id enim tũc eueniet, quando apparet alterum requisitum, vt contrahat, nolle eo tempore, nec alio contrahere: alioquin licet ille prouocatus dicat se nolle eo tempore contrahere, non sequitur eum dissentire. Quia forsan illud tempus non videtur sibi conueniens ad contrahendum. Sic *Conar. 4. decret. 1. p. c. 5. inst. n. 8. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 38. fol. 1047.* Sed hoc ita accipiendum est, quando nullus terminus sponsalibus contrahendis destinatus est: si enim is destinatus sit causa finiendæ obligationis, manebit alter liber, secus si causa illius solicitandæ: vt dicemus disp. seq. n. 5. & duplici seq. sic *Ant Cucus l. 5. institut. maior t. 10 nu. 70.* Vnde *Alex. de Neuo c. Sicut, de sponsal. n. 17.* dicit quando terminus præfixus non est, quantumcumque tempus lapsum sit, licet alter contradicat, alterum liberum non manere: quia potest petere coram iudice contradicentem compelli. Sed durum hoc mihi videtur, non enim tenetur alter litem mouere, & maxime si femina sit: & ideo dicendum est, quoties nullus præfixus est terminus, si alter requisitus, id renuat tanto tempore, vt sit in mora, peccetque lethaliter contra fidem spõsalium præstitam, iuxta dicta supra disp. 28 n. 2. alterum liberum manere, quia frangenti fidem, fides seruanda non est, *l. Cùm proponat. 21. C. de pactis, l. Si conuenerit, ff. pro socio, & c. Si infidelis, 28. q. 2.*

Maior autem difficultas est, quando spõsalia iuramento firmata sunt, vtrum consentu mutuo dissolui possint. Et quidem, si iuramentum illud in partis fauorem præstitum sit, conueniunt fere omnes satis esse mutuum consensum. Quia iuramentum dirigitur in Deum, tamquam in testem promissionis homini factæ, quare remittente homine, remittit etiam ipse Deus. sic *D. Th. 2. 2. q. 89. ar. 9. ad 2. Durand. 4. d. 27. q. 3. a. 3.* vbi *Paluel. q. 1. a. 3. casu 2. nu. 18. D. Antonin. 2. p. t. 10. c. 6. §. 4. Driedo l. 2. de libert. Christ. c. 14. pos. 3. Abulen. c. 5. Matt. q. 319. Sotus l. 8. de iust. q. 1. a. 9. ad 2. Cardaia, 4. d. 27. q. 3. Vet acer. 1. p. Specul. a. 21. ad fin. concl. 1. & 2. Bart. à Ledes. dub. 10. de matrim. f. 1238. Phil iare. de offic. sacerd. 1. part. 2. d. 2. c. 1. Enriq. l. 11. de matrim. c. 14. n. 6. Vinald. cand. 1. p. de sponsal. c. 5. n. 31. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 38. f. 1048. col. 2. Pet. de Ledes. de matrim. q. 43. a. 3. f. 120. v. 4. causa. Manuel t. 1. summ. in 2. ed. c. 24 5. n. 19.* Et ex iurisperitis *Speculat. t. De legat. §. Nunc ostendendum. v. Hoc quoque, sub v. 24. Oldrad. cons. 24. Host. c. Quintuallis. de iureiur. fi. Ant. a. 2. de sponsal. n. 9.* vbi *Card. n. 4. Anchar. n. 3. Abb. n. 5. Alex. de Neuo n. 16. Henricus n. 8. Felin. n. 16. & 35. Rosella v. Sponsalia n. 8.* vbi *Ang. nu. 20. Sylvest. q. 10. casu 1. Tabiena q. 9. nu. 10. casu Armil. n. 12. Idem Ang. Iuramento. 6. nu. 2. Sylvest. Iurament. 5. q. 8. & 9. Tabiena v. Iurare, q. 20. Armil. v. Iuramen. nu. 21. Brunel. de sponsal. concl. 9. nu. 1. & 2 concl. 16. n. 11. Nauar. sum. c. 22. Hisp. n. 22 Lat. nu. 25. casu 1. Con. de pactis, 1. p. §. 3. n. 1. & 4. decret. 1. p. c. 5. inst. nu. 1. Alex. Carrer. l. 1. de sponsal. c. 15. Ant. Cucus l. 5. inst. maior t. 10. num. 60 Petr. Gregor. Syntagm. iuris. p. 2. l. 8. c. 2. n. 8. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. gl. 1. n. 45. Menoch. de arbitr. l. 2. cent. 2. casu 103. n. 2. Lancelot. inst. iuris can l. 2. t. De sponsal v. Liberem. Mascard. de probat. concl. 1035. nu. 17. Mart. de Garatis inter cons. matrim. Ziletti cons. 15. n. 11.*

Quando autem iuramentum esset principaliter in honorem Dei præstitum, vt si intuitu pietatis quisquam iuraret feminæ pauperi, se eam ducturum, at tota res promissa cedit in fauorem partis, non conueniunt DD. an mutuo consensu possint sponsalia dissolui: duplex enim est sententia. Prima negat. Prob. primo ex doctrina *D. Th. 2. 2. q. 89. a. 9. ad 2.* vbi ait eum cui aliquid promittitur intuitu pietatis non posse remittere. Secundo, quia iuramentum factum Deo intuitu pietatis, voto æquiualet: vt tradunt omnes: in voto autem nihil potest persona priuata, cum sola Deo ius acquiratur. Tertio, quia id iuramentum Deo præstatur, cuius iuri alter renunciare nequit. Ita docere videntur *Ioan. And. cum Vincentio c. 2. de sponsal. n. 7. & 8. & Anchar. ibi n. 5.* & expresse docent *Ant. ibi nu. 9.* vbi *Abb. in fin. Alex. de Neuo n 28. Card. c. De illis, el 1. de despons impub. n. 2. Rosel. v. Sponsalia, n. 8.* vbi *Ang. n. 20. Sylvest. q. 10. casu 1. Alex. Carrer. l. 1. de sponsal. c. 15.* Et ex Theologis *Sotus l. 8. de iust. q. 1. a. 9. ad 2.* Et est probabilis. Ne tamen intelligas, velle hanc sententiam, vt sic iurans teneatur puellam nolentem ducere: hoc enim absurdissimum esset, cum matrimonium ex mutuo consensu constet: sed mens eius est, per remissionem promissionis alterius, non manere liberum iurantem, si adhuc remittens velit matrimonium.

Secunda sent. multo probabilior, ait mutuo consensu 6 dissolui posse, quia quamuis iuramentum Deo præstitum sit, ipse Deus recipit illud in partis vtilitatem, ergo pars cui debetur, remittere potest, sicut alia debita condonare. 2. quia ideo potest pater aliquã filiorũ vota irritare, vt omnia impuberum, & realia puberum minorum, & prælatus in votis subditi dispensare, quia potest tollere materiam, qua sublata votum cessat, sed similiter pars condonare potest sponsionem, in sui fauorem factam, ergo consequenter iuramentum. Hanc videtur tenere *Card. c. 2. de sponsal. n. 4.* & docent *Brunel. de sponsal. concl. 9. n. 2. Ant. Cucus l. 5. inst. maior t. 10. nu. 61. Nauar. Enriq. Vinald. Philiarc. Lud. Lop. allegati n. 6.* & fauent reliqui DD. ibi allegati, qui demptis paucis, quos n. 7. retuli, absolutè docent, sponsalia iurata partis remissione dissolui. Addit *Ant. Cuc.* fortè teneri hũc aliam pauperem ducere, quia promissio duo continebat, scilicet pauperem ducere, & hanc: ergo si iurans nequeat

vtrum-

vtramque implere, tenebitur alterum, *l. Celsus, §.1. ff. de recept. arbitr.* Sed oppositum dicendum est: quia huic pauperi præcisè promisit.

9 Ad arg.im. proposita n.6. respondetur, ad primum expresse loquí *D. Thomam*, vt constat ex eius exemplis, quãdo non redundat, & cedit tota res promissa in vtilitatem hominis, cui iuratum est, vt si quis iurat Deo se ingressurum religionem. Ad secundũ, quod quando tota res per votum promissa, cedit in alicuius vtilitatem, vt si promittam Deo me daturum eleemosynam Petro pauperi, potest similiter is remittere. Ad tertium, quod licet Deo acquiratur ius, & huic directè non possit renuntiare is cui fit promissio, at potest indirectè, & consecutiuè, eo enim ipso, quod cedit iure suo, vt potest, cõsequenter cessat ius Dei, quod est annexum iuri hominis illius. Et similiter credo posse mutuo consensu dissolui, licet vterque iurasset matrim. intuitu pietatis: posset enim alteruter cedere iure suo acquisito ex promissione, & iuramento alterius, & consequenter cessaret ius Deo acquisitum.

DISPVTATIO LIII.

Vtrùm dum terminus sponsalibus contrahendis præfixus est, eo tranacto maneat liber, is per quem non stetit?

SVMMARIVM.

In quo consistat difficultas, & proponuntur duo textus, qui sibi aduersari videntur n. 1.

Potest affigi terminus ad sistendum, vel tantum ad solicitandam obligationem, & quid iuxta vtrumque modum dicitur n. 2.

Quando terminus adijcitur ad sistendum, & quando ad solicitandam obligationem n. 3.

Prima opinio, lapsu termini dissolui sponsalia, n 4.

Secunda distinguens n. 5.

Quid quando lapsus est terminus culpa vtriusque, vel alterius tantum, num. 6.

Quid si alter suis legitimis impeditus n. 7. & quid si vterque. num. 8. & videndum n. 7. legitimo impedito non currit tempus.

Quid si terminus prefigatur à iudice, & quando id iudex facere possit n 9.

Tertia sententia negans, & explicatur c. Sicut, de sponsal. & l. Celsus. §. 1. ff. de recept. arbitr. n. 10. & vbi specialiter affirmati, inconuenit probatis.

1 TOta difficultas consistit, in duplicis textus, qui sibi aduersari videntur, concordia: alter est, *c. Sicut, de sponsalib.* ibi, *missis in tuum arbitrio suo certum terminum præfixit, intra quem illam duceret in vxorem, & per eum non stetit, quin ad statutum terminum matrim. consummarit.* ex quo constat liberum esse à sponsalium fide eum, absq; cuius culpa, sponsalia præfixo termino, impleta non sunt. Alter vero est, *l. Celsus, 27. §. 1. ff. de recept. arbitr.* ibi, *sed ipse recte putat duo esse arbitri præcepta: vnum, pecuniam dari: aliud, intra Kalendas dari.* ex quo patet in obligatione soluendi certo termino, duplicem claudi, vnam soluendi, alteram, eo termino: ergo non impleta hac posteriori obligatione in sponsalibus, superest prior.

1 Ad horum textuum concordiam, præmittendum est dupliciter posse terminum obligationi adijci, 1. ad restringendum, seu finiendam illam, & tunc lapso termino, cessat ex parte eius, per quem non stetit. *l. Si fideiussor, 29. §. fin. ff. mandati, vel contra*, ibi, *fideiussor si solus tempore liberatur*, vbi gl. v. *Fideiussor*, inquit sic, quia fideiusserat, vt ad tempus teneretur: & *l. Obligationum, 14. 2. paulo post princ.* ibi, *ad diem autem teneatis, ff. de act. & obligat.* Et ratio est, quia omnes contractus ex consensu contrahentium, vim obligandi accipiunt: *reg. Contractus, de reg. iur. in 6. & l. 2. ff. de act. & obl.* ergo si contrahentium voluntas fuit, terminum interponere, ad finiendam obligationem, eo tranacto, extinguitur ex parte eius, qui culpæ expers fuit. 2. modo potest adijci terminus, ad solicitãdum obligationis effectum, id est, ad constituendũ tempus, vt deinceps debitor in mora constituatur non soluendo, & tunc lapsus termini non extinguit obligationem. Ratio est, quia ibi sunt quasi duo contractus, vnus, faciendi, alter, certo termino, vt constat ex *l. Celsus, §. 1. ff. de recep. arbitr. & c. Cum dilecti, de dolo, & contum.* ibi, *cum mandatur alicui, vt ad certũ terminum se præsentet:* ergo licet contrahentis deficiat in contractu termini, manebit altero faciendi, astrictus. Deinde, quia terminus adijcitur tunc, vt debitor citius impleat, ergo non debet contrariam liberationem operari. hic docent *Ant. c. Sicut, de sponsal. n. 10. Abb. n. 11. Alex. de Neuo n. 18. Præpos. n. 7. Ang. v. Obligatio, n. 7.* vbi *Syls. q 11. Tabiena q. 3. n. 4. Armil. n. 4. Brunel. de sponsal. concl. 8. n. 4. Couar. 4. decret. 1 p. §. 5. init. nu. 8. Ant. Cucchi. §. inst. maior. §. 10. n. 67. & sequent. Lancelot. inst. iuris can. l. 2. t. de sponsal. ver. Terminum.*

Rogabis tamen, quando censeatur terminus adiectus 3 ad finiendam obligationem, & quando ad solicitandam, vbi de cõtrahentium animo minimè constat. Accipe duplicem regulam. Prior est, si terminus ab vnò tantũ contrahentium destinetur, vt alter intra illum impleat, censetur destinari tantum, ad solicitandum, vt si promittam tibi fore, vt veniam tem meam intra mensem, te non astricto ad emendum. sic *Ant. Abb. Alex. de Neuo, Præpos. n. præced. allegati.* Posterior regula sit, quando terminus ab vtroque contrahente imponitur, respectu alicuius per vtrumque implendi, si initio contractus adijciatur, id est ante quam contractus sit perfectè initus, & obligatio contracta, censetur adiectus causa restringendæ obligationis, vt eo tranacto, non duret: quia cum nullus sit contractus, nullaque obligatio orta, ille terminus est intrinsecus, & quasi pars obligationis, eiusque conditio, & subindè eo tranacto, deficit conditionis defectu: quando autè adijcitur obligationi iam perfectæ, & contractui consummato, censetur adiectus causa solicitãdi, nec ipsius lapsu obligatio extinguitur. Quia cum prior cõtractus iam sit perfectè initus, & orta sit absoluta obligatio, adiectio termini extrinseca est, & noui contractus initium: ergo eo termino tranacto non cessat prior obligatio absoluta, & à posteriori inde pendens. Sic *Ant. Abb. Alex. de Neuo nu. 18. & duplici seq. Præpos. Ang. Sylueſt. Tabiena. Brunel. Couar. Ant. Cucch. n. 68. & seq.* quos n. præallegati. *Imola c. Cum dilecti de dolo & contum. n. 14.* Limitationes huius regulæ subijciam vnà cum sponsalibus, n. 6. & duplici seq.

Hoc præmisso, circa quæstionem propositam, duplex 4 est sent. Prima ait, lapsu termini sponsalibus adiecti, semper ea dissolui, ex parte eius per quẽ non stetit. Prob. quia *c. Sicut, de sponsal.* indistinctè id dicitur. Deinde, quia cum sponsalia sint initium matrim. ijs perfectè initis non dicitur contractus consummatus, vnde licet ex intervallo adijciatur terminus, censetur contractui nõ perfectò adiectus, & consequenter iusta secundam regulam traditã n. 3. extinguet obligationem eius lapsus. 5. quia licet sponsalia sint contracta absolutè, negari nequit, quin sint respectiua, & tacitam conditionem recipient. Consentio in te, si tu cõsenseris in me. Sic ...ent *Card. c. Sicut, de sponsal. v. Oppono ad sit. & vbi Alex. de Neuo n. 21. Præpos. n. 7.* & pro hac sent. sunt aliqui DD. indistinctè & generaliter docentes lapsu termini dissolui sponsalia ex parte innocentis. hi sunt ex Theologis, *D. Thom. 4. d. 27. q. 2. a. 3. ad 2.* vbi *Paluel q. 1. a. 5. ſin 4 n. 20. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 18. ante §. 1. ſin Soto 4. d. 27. q. 2. a 5. caſu 5. Bart. à Ledeſ. dub. 13. de matrim. caſu 5 Veral. 1 p. ſpecul. d. 21. caſu 10. Philiarc. de offic. ſacerd. tom. 1 p. 2. l. 2 c. 1. Petr. de Indiſ. de matrim. q. 43 a 2. f. 121. cauſa 8: Vega l. 5 ſum. caſu 324.* Et ex iuniſperitis *gl. d. c. Sicut, v. Ad ſtatutum, Roſel. v. Sponſalia, n. 6.* vbi *Tabiena q. 9. n. 10 caſu 10. Armil. nu. 12 Nauſum. c. 22. Hiſp. n. 25. Lat. n. 23 caſu 7. Alex. Carrer. l. 1. de ſponſ. c. 15. Menoc. de arbit. l. 2. cent. 5. caſu 455. n. 8. Matienz. li. 5. recop. t. 1. in rub. gl. 1. n. 51.* & tandẽ expresse hanc sent. tenet *Enriq. l. 11. de matr. c. 14. n. 5.* nescio tamen, quo fundamẽto distinxit inter forum conscientiæ, & extremum, dicens in foro conscientiæ solui sponsalia lapso termino in ipsismet posito, secus in foro externo, quãdo ex intervallo, cum nec cessatio idè in vtroque foro dicendum sit, quandoquidè externus non innititur falsæ præsumptioni. Et hæc sent. probabilis est.

5 Secunda sent. probabilior, sic distinguit, si sponsalibus iam contractis, tractetur ex interuallo de die matrimonij celebrandi, lapsus termini neutrum liberat à sponsione: quia cum accedat contractui sponsalium perfectè inito, censetur adiectus ad solicitandam obligationem, nec eius lapsus obligationem extinguet iuxta 2. reg. traditam n. 3. si autem tempore ipso, quo sponsalia contrahuntur, apponuntur termini, vt si aliqui non absolutè dent sibi fidē de matrim. contrahendo, sed de contrahendo tali termino, tunc lapsus termini eximit ab obligatione illum, per quem non stetit: cum enim nullus sit contractus perfectè initus, sed in ipsomet sponsalium cōtractu terminus imbibitus sit, censetur adiectus ad extinguendam obligationem, iuxta eandem regulam: & in priori casu intelligitur *l. Celsus, §. 1. ff. de recept. arbit.* in posteriori autem, *c. Sicut, de sponsal.* vt constat ex ijs verbis textus *dicti c. Sicut*, ibi, *nisi iuramento suo certum terminum, intra quem dictam feminam duceret, præfixit.* vbi clarè loquitur de termino in ipsomet cōtractu interposito. Huius sent. expresse videtur *Archid. c. Nuptiarum, 27. q. 1.* vbi explicat *d. c. Sicut*, quando ita sponsi se obligarunt ad eum terminum, vt vltra non tenerentur, & tenent expresse *Abb. d. c. Sicut, n. 11. & c. De illa, de sponsal n. 5. & c. Cum dilecti, n. 12. de dolo & contumac.* vbi & *Imola* satis obscure, *n. 14. Ang. v. Sponsalia, n. 27. & v. Obligatio, n. 7.* vbi *Syluest. q. 11. & v. Sponsalia, q. 10. casu 5. Tabiena v. Obligatio q. 3. nu. 4. & ibi Armil. n. 4. Brunel. de sponsal. concl. 8. nu. 4. Couar. 4. decret. 1. p. c. 5. init. num. 8. Greg. Lop. l. 7. verb. Excusacion, t. 1. p. 4. Aut. Cicul. inscit. maior. t. 10. n. 67. & duplici seq. Vivald. Candel. p. 1. de sponsal. c. 5. nu. 40. Lancelot. inst. iuris can. l. 2. t. 1. de sponsal. v. Terminum, Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 38. f. 1047.*

6 Temperanda tamen est vtraque sent. & simul posterior regula tradita n. 3. vt per lapsum termini in ipsomet contractu adiecti, soluantur sponsalia, & obligatio cuiuslibet contractus: quando stetit per vtrumque contrahentem, quominus perficeretur matrim. & alius contractus, alias si sterit per alterum tantum, hic adhuc ligatur, ne ex culpa sua commodum reportet, alter verò liber manet: quod clare significat *c. Sicut, de sponsi.* dum ad eximendum sponsum ab obligatione, ponderat, *& per te non sterit*: & ita docet *Card. ibi, ad fin. Alex. de Neuo n. 20. Præpos. n. 7.* addens in dubio videri per alterum stare, quando vnus paratus est.

7 Hinc infertur, si is per quem stetit, culpa vacet, quia legitimo impedimento sponsalia, aut contractum, debito termino non perfecit, minimè dissolui, quia *c. Sicut*, ponderat illius per quem stetit, culpam. Deinde, quia cùm non stat per eum ad quem pertinet, quominus conditio impleatur, haberi debet proinde, ac si impleta esset: *reg. Cum non stat de reg. iur. in 6.* Tandem, quia legitime impedito non currit tempus, *c. Quia diuersitatem, de concess. prab. l. 1. C. de annali exceptione, auth. Nisi tricennale, C. de bon. matern.* vbi *Pinel.* melius cæteris explicat *nu. 31. Lud. Gomez reg. cancell. de public. resign. q. 7. Sarmiento l. 1. select. c. 11. n. 9.* Sicut docet *Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 3. casu 4. n. 20.*

8 Secundo infertur idem dicendum esse, quādo vterque iusto impedimento detentus, non perfecit tempore præfixo. Prob. ijsdem rationibus Sic *Ioan. Andr. c. Sicut, de sponsal. n. 4.* vbi *Card. ad fi. Alex. de Neuo n. 20. Præpos. nu. 7. fin.* Vnde non est audiendus *Aut. ibi nu. 10*, dicens tunc temporis vtrumque manere sponsalibus astrictum, minimè tamen peccare aliud matrimonium celebrando. In quo aperta est contradictio, si enim ligatus manet, peccat non implens: vel si non peccat, non manet ligatus,

9 Tandem vbi tempus designatur à iudice sponsalibus perficiendis, ob fornicationis periculum imminens: (id enim tunc potest, iuxta ea quæ habentur *cap. Expublico, de conuers. coning.*) potest eo tempore elapso is per quem non stetit, aliud inire matrimonium: quia terminus censetur appositus obligationi finiendæ, ne diutius cum fornicationis periculo nuptiæ protrahantur. Sic *Præpos. de illis, de sponsi. nu. 5. casu 5.* malè tamen refert *Hostiens. sum. t. de sponsal §. vlt. sentio*, id enim non dicit, sed agit de termino, per contrahentes assignato.

Ad textus n. 1. præpositos *gl. eo c. Sicut, v. Ad statutum*, nititur id c. concordare, cum ea *l. Celsus*, vt dispositum in ea lege, regulare sit: speciale autem, quod decidit *d. c. Sicut*, fauore matrimonij, vt vitetur imminens fornicationis periculum. Sed hic intellectus reijcitur, quia asserenti aliquid esse speciale incumbit probare, rationemque assignare, *l. antiquitas, 14. de vsufr.* ibi, *quare enim iste vsusfructus sibi tale vendicet priuilegium, vt à generali interemptione vsusfructus, ipse solus excipiatur?* Nec ratio *gl.* aliquid confert. quia solent leges biennalem, & triennalem moram aliquando concedere, vt dicemus disp. seq. n. 1. Item quia si aliquod speciale, & priuilegium admittendum esset, id vtique in fauorem matrimonij, & sponsalium, vt valeant, non vero vt destruantur, foret: in hoc enim sunt hi contractus fauorabiles: vt diximus supra disp. 18 n. 5. & duplici seq. Vnde explicandi sunt hi textus, & ad concordiam reducendi, eo pacto quo diximus n. 5. Ad 1. argum. propositum n. 4. constat ex dictis nu. 5. vbi is textus explicatus est. Ad 2. negatur anteced. quia in ratione sponsalium, omnino per promissionem mutuam perficiuntur: & longè distant à contractu matrimonij, sicut & votum simplex, à solemni. Ad vltimum negatur consequentia, quia conditio illa non adiecta est ipsi contractui sponsalium, qui absolutè initus est: quare eius defectu prior ille contractus non extinguitur.

DISPVTATIO LIV.

Vtrùm dissoluantur sponsalia ob alterius sponsi absentiam in longinquum profecti, absque alterius licentia?

SVMMARIVM.

Quid circa hoc ius canonicum, & quid ciuile disposuerit: & dispositum in vno correlatiuo, censetur dispositum in alio n. 1.

Quomodo intelligantur l. 2. C. de sponsal. l. 2. C. de repudijs, l. Sæpe ff. de sponsal. l. 5. 1. 7. 4. referuntur tres modi explicandi, nu. 2. 3. & 4. & an 4. & an index possit hoc tempus restringere, vel protrahere.

An standum sit dispositioni iuris canonici, ita vt eo ipso quod se transferat sponsus, maneat sponsa libera. Prima opinio standū esse iuri can. nu. 5. Secunda vera, n. 6. & ibi libere posse aliquid fieri, quod non potest.

Quid si sponsalia iurata sint, n. 7. & an exigatur licentia iudicis, n. 8.

An idem sit in foro externo & conscientiæ, in hoc casu n. 9.

An intelligatur secunda sententia de quauis absentia, n. 10.

Quid si sponsus absit in loco propinquo, n. 11. vel sit spes de proximo reditu, n. 12.

Quid si alter de alterius licentia, in longinquum profectus est, n. 13.

An ijs inita de futuro teneatur sequi sponsum, & sit iusta causa recedendi à sponsalibus, si velit sponsus domicilium mutare, n. 14.

DIfficultatis huius ansam non immodicam præbet ius ciuile, quod hac in re diuersum disposuisse videtur, quam ius canonicum: hoc enim, nullum præscribit tempus exspectandi sponsum absentem, sed liberum ait esse alteri, matrim. aliud ineundi, *c. De illis, de sponsal.* ibi, *si quis iuranit aliquam ducturum, & postea dimittit terram, se ad alias partes transferens, liberum erit mulieri cum alio contrahere, recepta de periurio pœnitentia, si per eam sterit.* Ius vero ciuile, varium hac in re videtur: nam *l. 2. C. de sponsal.* decidit sponsum absentem intra eandem prouinciam, biennio exspectandum esse: & *l. 2. C. de repudijs*, dicitur triennium exspectandum esse, & *l. Sæpe, ff. de sponsal.* statuitur, dum ex causa necessaria abest, exspectandū esse donec causa cesset: & *l. regni Castellæ, 8. t. 1. p. 4.* sic habetur, *quando alguno de ellos se va à otra tierra, ene lo puedan sallar, ni saber de ella, debe el otro esperar sasta tres años.* Et quamuis hæ leges nil de sponsæ absentia disponant, id euenit, quia raro ea contingit: cæterum idem dicendum est: quia sunt correlatiua, & ideo dispositum in vno, censetur in alio dispositum, *l. fin. C. de indict. viduit. l. fin. ff. de accept. l. 1. C. de cupre. l. 11.* quod intelligitur, dum in vtroque correlatiuo, eadem ratio subest: vt ex multis probat *Everardus loco à correlatiuis n. 8.* vt contingit hic: & ita idem dicendum esse de sponsę absentia, docent *Cyn & Bald. l. 2 fin. C. de sponsal. Alex. de Neuo d. c. De illis, nu. 16.* quod approbat *d. l. 8. partita*, ibi, *quando alguno de ellos se va a otra tierra.* Hæc ergo legum varietas, diuersimode conciliari solet à DD.

Tres

2 Triplex igitur est modus intelligendi has leges. Primus est, si sponsus absit ex causa necessaria, expectandum esse donec causa cesset, iuxta *l. Sæpe, ff. de sponsal.* si autem ex voluntaria, tempus esse arbitrarium: quia *l. 2. C. de repudijs.* triennium præscribens, agit de matrimonio. Sic *Anchar. c. De illis. n. 2. de sponsal.*

3 Secundus modus est, si absit ex causa iusta voluntaria, siue sit in eadem prouincia, siue in diuersa, biennio exspectandum esse, iuxta *l. 2. C. de sponsal.* non obstante triennio præscripto per *l. 2. C. de repub.* ea enim ius minime statuit, sed factum narrat: si vero ex causa necessaria, donec cesset impedimentum, iuxta *l. Sæpe. ff. de sponsal.* Sic *Cynus l. 2. C. de sponsal. Abb. c. De illis, eod. t. n.* 5.

4 Tertius dicendi modus est communior, & probabilior, qui sic conciliat leges: aut sponsus abest ex causa necessaria, vt ob parentum obitum, morbum, & cætera: & tunc expectandus est donec cesset impedimentum, iuxta *l. Sæpe. ff. de sponsal.* aut abest ex causa probabili, & iusta, non tamen necessaria, & tunc si in eadem sit prouincia, est biennio expectandus, iuxta *l. 2. C. de sponsal.* si in alia, triennio, iuxta *l. 2. C. de repud.* Sic *gl. l. 2. C. de sponsal. initio, Host. sum. t. de sponsal. n. 3. Ioan. And. c. De illis, de sponsal n. 6.* vbi *Ant. nu. 5. Alex. de Nevo nu. 14. Præpos. n. 4. Ang. v. Sponsalia nu. 26.* vbi *Sylvest. q. 10. casu 4. Brunel. de sponsal. concl. 8. n. 3. Navar. sum. c. 22. Hisp. n. 24. Latin. n. 26. casu 4. Covar. 4. decret. 1. p. c. 5. init. nu. 7. Aut. Cuzul 5. institut. maior. t. 10. nu. 64. Alex. Carrer. l. 1. de sponsalib. c. 15. Monch. de arbit. l. 2. cent. 5. casu 455. nu. 7. Matienzo l. 5. recop. t. 1. rubr. gl. 1. n. 48. Vivald. cand. 1. p. de sponsal. c. 5. nu. 36.* Quamuis non omnes hi DD. omnia hæc membra sic explicent, sed aliqua subticeant: quæ distinctio sic intelligenda est, nempe si sciatur quò sponsus se transtulerit, tunc procedit distinctio posita, quando est in eadem, vel diuersa prouincia: vbi autem id ignoratur, triennio expectandus est. Sic *Ioan. And. Alex. de Nevo, Covar. Matienzo proxime citati:* idque disponitur *l. 9. tit. 1. p. 4.* & docet *ibi Greg. Lop. v. No lo pueden.* Poterit autem iudex tempus hoc restringere ob fornicationis alterius sponsi periculum, vel ex alia iusta causa. Sic *Host. Ioan. Andr. Ant. Alex. de Nevo, Præpos. Sylvest. Covar. Greg. Lop. Matienzo proxime allegati,* idem *Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 3. casu 3. n. 19. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 18. §. 1. casu 2.* Similiter poterit ex causa iusta hoc tempus prorahere. Sic *Host. Palud. Sylvest. D. Antonin. Alex. Carrer. ibid.*

5 His ergo præmissis tota difficultas huius quæstionis est, vtrum ius canonicum correxerit ius ciuile, & ita non sit necessarium expectare tempus iure ciuili præscriptum. Duplex est sent. Prima ait ius ciuile non esse correctum, & ita tempus eo præscriptum, seruandum esse. Quia ius canonicum *c. De illis, de sponsal.* non negat tempus legale exspectandum esse, sed tantum decidit liberum esse sponsæ alij nubere, si sponsus abiit: quæ absentia iuxta legis ciuilis præscriptum accipienda videtur: legum enim correctio vitanda est, *l. Præcipimus, C. de appellat.* Sic *gl. d. c. De illis, verb. Liberum, & c. Sicut, de sponsal. v. Quinque, Host. d. c. De illis, ver. Liberum,* vbi *Ioan. And. n. 6. Ant. n. 5. Anchar. nu. 2. idem Ioan. And. c. Sicut, n. 8.* vbi *Abb. n. 11. Henric. c. In præsentia, de sponsal. n. 2. Lex 8. t. 1. p. 4. & ibi Greg. Lop. v. Fasta,* dicens communem: *Sylvest. v. Sponsalia, q. 10. casu 4. Rosella v. Sponsalia, nu. 8. Monoch. de arbitrarijs, l. 2. centur. 5. casu 455. n. 7. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. gl. 1. n. 48. Aut. Cucus l. 5. institut. maior. t. 10. nu. 64. & seq.* & ex Theologis, *Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 3. casu 3. num. 19. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 18. §. 1. casu 2. Viguer. l. institut. c. 16. §. 7. vers. 7. Pet. de Ledes. de matrim. q. 43. a. 3. vers. Septima causa:* & est satis probabilis.

6 Secunda sent. probabilior ait correctum esse ius ciuile per canonicum. Quare sponso in longinquam se regionem transferente, non obtenta sponsæ licentia, liberum esse huic relictæ, alij nubere. Prob. quia tam longe recedens, videtur cedere iuri sponsalium. Secundo, quia *c. De illis, de sponsal.* dicitur licitum esse, & posse relictam aliud libere contrahere matrimonium, si autem triennium, aut sponsæ licentiam expectare deberet, iam non posset liberè: argumento *gl. dem. Dudum, de sepult. ver. Liberè.* vbi dicit, Liberè denotare, non requiri licentiam: quam sequuntur *Abb. c. 1. n. 4. de offic. ordin. & ibi Barbat. & Alciat. notab.* 3. Et ratio diuersitatis inter ius canonicum, & ciuile, ea est: quia hoc solum bonum publicum cõsiderat, nec ad peccatum attendit, vt notatur *reg. Possessor male fidei, de reg. iur. in 6.* illud autem peccatum considerat, quare cum ob sponsi absentiam, immineat fornicationis periculum sponsæ, concedit illi posse libere contrahere. Hanc tenet *Card. c. De illis de sponsal. vers. Quæro quæ fuit ratio & ibi Abb.* licet aliquantulum dubius, *in fin. Alex. de Nevo nu. 15. Præpos. nu. 5. Minginger. c. Quoniam frequenter, §. Porro, nu. 17. vt lite non contestata, Ang. v. Sponsalia, n. 26.* vbi *Tabiena q. 9. nu. 10. casu 2. Armilla nu. 12. Brunel. de sponsal. concl. 8. nu. 3. Covar. 4. decret. 1. p. c. 5. init. n. 7. Navar. sum. c. 22. Hisp. nu. 24. Latin. n. 26. casu 4. Alex. Carrer. l. 1. de sponsal. c. 15. Lancelot. instit. iuris can. l. 1. t. de sponsal. v. Liberum.* Et ex Theologis, *Sotus 4. d. 27. q. 2. a. 5. vers. Decimo quando, Enriqu. l. 11. de matrim. c. 14. num. 5. Vivald. candel. 1. p. de sponsal. c. 5. à n. 36. Lop. Lop. 2. p instruct. de matrim. c. 38. f. 1047. Philiarc. de offic. Sacerd. to 1. p. 2. l. 2. c. 1. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 245. n. 4.*

Idem procedit, quamuis sponsalia iuramento stabilita sint: vt expresse deciditur, *c. De illis, de sponsal.* & ita dicitur, 7
sponsæ pœnitentiam de periurio iniungendam esse, si per illam stetit. sic *Abb. c. Sicut, n. 11. de sponsal. Ang. Sylvest. Navar. Covar. n. prac. & 5. allegati.*

Est tamen differentia, (vt tradit *Abb. eo c. Sicut, n. 11.*) inter sponsalia iurata, & non iurata: quod ad illa dissoluenda, requiratur iudicis auctoritas: secus tamen, ad hæc. Sed *Covar. 4. decret. 1. p. c. 5. init. n 7.* hanc distinctionem reprobat, dicit quelà vtroque casu requiri iudicis auctoritatem: idem *Anchar. c. De illis de sponsal. n. 3.* dicit enim necessarium esse Ecclesiæ iudicium, illudque ferè dum causa cognita: idem *Nav. n. 6. alleg.* dicit enim esse necessarium, iudicem, certum redeũdi tempus præscribere, vt eo transacto possit femina alij nubere. idem *Philiarc. ibid. cit.* dicit enim iudicis arbitrio relinqui tẽpus absentiæ sponsi: idem *Vivald. & Manuel. n. 6. relati,* dicunt enim iudicis licentia obtenta fas esse sponsæ alij nubere. Sed credo in neutro casu esse necessarium Ecclesiæ iudicium, sed vbi manifeste constat sponsum in longinquam regionem se trãstulisse, absque spe proximi reditus, posse sponsam aliud inire matr. Prob. quia *textus c. De illis, de sponsal.* loquens de ijs iuramento stabilitis ait liberum esse sponsæ cum altero contrahere, vbi autem aliquid liberè fieri potest, nulla desideratur licentia: vt probaui nu. 6. & ita tenet *Tabiena v. Sponsalia, q. 9 n. 10 casu 2. Armilla n. 12. Lancelot. instit. iuris can l. 2. t. de sponsal v. Liberum:* idem videntur expresse tenere *Sotus, & Enriquez n. 6. allegati,* dicunt enim posse libere statim cum alio contrahere adque probant, quia recedens in longinquum videtur iuri sponsalium cedere: at vbi alter cedit, nulla exigitur licentia, vt alter liber sit.

Alij autem differentiam agnoscunt inter forum conscientiæ, & externum: vt in illo standum sit iuri canonico, 9
nec sit necessarium obseruare tempus legale: in hoc autem, secundum ius ciuile, sententia ferenda sit. Sic *Enriq. l. 11. de matrim. cap. 14. n. 5.* Sed ego non capio cui innitatur fundamento differẽtia hæc: nam aut ius ciuile corrigitur per canonicum, aut non: si corrigitur, in vtroq; foro standum est iuri canonico, cum sit materia spiritualis: si non corrigitur, sed dum ius canonicum disponit posse libere contrahere intelligitur exspectato tempore legali, in vtroque foro hoc tempus seruandum est. Quare melius cæteri DD. n. 6. allegati, indistincte loquuntur.

Est autem hæc Secunda sent. intelligenda, non de qua- 10
cunque sponsi absentia, sed dum in terram longinquã se transfert: quod aperte significat ius canonicũ, *c. De illis, de sponsal.* ibi, *dimittit terram, se ad alias partes transferens:* & eodem pacto intelligenda est prior sent. quare *D. Th. 4. d. 27. q. 2. a. 3. ad 2. Montal l. 8. t. 1. p. 4. Veracr. 1. p. Specul. a. 21. casu 3. Tabien. Armil. Viguer. Sotus, Pet. de Ledes. n. 5. & 6.* pro vtraque sent. allegati, explicant hunc casum, quando sponsus abijt in partes longinquas: & *Ricard. 4. d. 27. a. 3. q. 4. & ibi Durandus.*

dus q.3.a.3. Palud. D. Antonin. Nauar. Synedr. Angel. Enriq. Philiarcus, ibid. allegati, & Bart. à Ledes. dub. 13 de matrim. explicant hunc casum, quando sponsus ad aliam regionem se transtulit: idem docent DD. quos n. seq. referam.

1 Hinc infertur, dum sponsus esset in loco propinquo, eum expectandum esse, vel requirendum, vt intra certum tempus contrahat matrimonium: & si iusto impedimento detineatur, non esse temere sponsalia dirimenda, sed attenta sponsæ qualitate, quæ forsan ex mora, fornicationis periculum pateretur. Sic Conar. 4. decret. 1. p. c. 5. init. n. 7. Matienzo lib. 5 recop. t. 1 rubr. gloss. 1. nu. 48. Vivald. & Lud. Lop. n. 6. relati.

12 Similiter intelligenda est vtraq; sententia, vbi de proximo sponsi reditu minime est spes, ea enim existenti, non dissoluentur sponsalia: quod apertè significant ea verba c. De illis, de spons. dimittit terram, se ad alias partes transferens: transferre enim se aliquo, diuturnitatem quandam importat: vt Cic. pro Cluentio, Totum se ad artes componendas transtulit: idem Acad. 4. Cur non se transtulit ad alios, & maxime Stoicos. Nec proprie dicetur aliquē dimisisse domum: & se in ædes Petri transtulisse, cum eum inuisit officij gratia. sic cum aliquid ab vno transferatur in alterum, perpetuum dominium, vel saltem diuturnum eidem conferri significatur. Exempla suppetunt passim apud Ciceronem, sufficiat modò illud Virgil. 1. Aeneid. Regnumq; à sede Latini Transferet, & longam multa vi muniet Albam, & 2. Æneid. Ferus omnia Iuppiter Argos Transtulit, incensa Danai dominantur in vrbe. Sic Abb. c. De illis. fine, & ibi Præpos. n. 5. Ang. v. Sponsalia, nu. 26. Sylues. ibi, q. 10. casu 4. Tabiena q. 9. n. 10. casu 2. Armilla nu. 12. Enriquez lib. 11 de matrim. c. 14. n 5.

13 Quando autem sponsus de licentia sponsæ se in longinquum transtulit, inter eosque conuenit de absentiæ tempore, tantum tenetur sponsa eo tempore expectare. Sic Ioan. And. d. c. De illis, n 5. & ibi Ant. n. 5. quare si tempore statuto non venerit, potest sponsa alij nubere: vt colligitur ex eisdem DD. & videtur tenere Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. c. 1. ait enim absolute, dissolui sponsalia, si sponsus tempore constituto non venit: quod ego intelligerem, nisi constaret sponsæ, inculpabiliter sponsum non venire tempore præstituto: vt dixi disp. præc. n. 7. quando terminus constitutus est sponsalibus perficiendis, & alter absque culpa non implet.

14 Demum ex dictis infertur sponsam de futuro non teneri sequi sponsum vagantem: vt colligitur ex c. De illis, de sponsal. & ibi tenet gl. v. Transferentes, & Host. super cod. v. Ant. n 6. Abb. n. 4. Henricus n. 1. Alex. de Neuo n. 7. Præpos. nu. 3. Lamelot. insl. sacr. can. t. de sponsal. v. Migrare. Ex quo subinde infertur, si post sponsalia contracta norit sponsa, velle sponsum mutare domicilium, se in alium locum tramferendo, non teneri eum ipso contrahere, sed esse sufficientem dissoluendi sponsalia, causam. Quia est notabilis mutatio, nec antea præcognita: nec sponsa tanto vinculo est astricta, vt teneatur sponsum sequi, sicut vxor virum.

DISPVTATIO LV.

Vtrùm sponsalia ob alterius fornicationem dissoluantur?

SVMMARIVM.

Dissoluuntur per sequentem fornicationem, n. 1.
Quid per precedentem, n. 2. vers. sed.
Quid per spiritualem, n. 3. & qui per viri fornicationem, n. 4.
Quid per raptum, & stuprum. & osculo suæ vxori suæ fœminæ, n. 5.
Dissoluuntur sponsalia ex parte fornicantis nu. 6. & ibi delictum non debet præstare immunitatem. & quod fauore alicuius introductum est, non debet in eius damnum retorqueri.
Quid, quando sponsa de futuro vi præcisa cognita est. num. 7. & quid si vir. n 8.
Quid si vterque fornicatur, an compensentur delicta, n. 9.

1 SIt prima concluſ. sponsalia etiam iuramento firmata, dissoluuntur per sequentem fornicationem. sic definitur, c. Quemadmodum, de iureiur. vbi duplex redditur ratio, prior, quia ea fornicatio matrimonio superueniēs, ipsum dissoluit quo ad totum: ergo à fortiori omnino dirimet sponsalia, per quæ obligantur sponsi ad contrahendum matr. & mutuam habitationem: posterior est, quia id instrumentum tacitam includit conditionem, nisi alter peccet in totū frangenti enim fidē fides seruanda nō est: & quia ob hoc fit fornicans suspectus de fide in futurū seruanda.

Vtrùm verò idem sit, quando fornicatio præcessit sponsalia? infra disp. 63. erit sermo, & de alijs causis præcedentibus ignoratis.

Secunda conclādem dicendum est dē fornicatione spirituali, vt si alter sponsus in hæresim labatur: est enim notabilissima mutatio. Hæc concl. ab omnibus admittitur.

Tertia concl. non est constituenda differentia, siue vir, siue femina post sponsalia fornicetur: nā similiter sponsalia dissoluuntur, quia similiter vir fornicans frangit fidem, & suspectus alteri redditur de fide in futurum seruanda. Item quia quo ad hoc non iudicantur vir & femina inæquales, c. Apostolus, 32. q. 7. Sic Abb. c. Quemadmodum, de iureiur. n. 4. Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 3. casu 1. n. 17. Brunel. de sponsal. concl. 8. n. 4. Menoch de arbitr. l. 2. centur. 5. casu 435. nu. 5 Conar. 4. decret. 1 p. c. 5. init. n. 2. Enriquez l. 21. de matrim. c. 14. nu. 6. Vivald. candel. 1 p. de sponsal c. 5. nu. 34. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 38. f. 1039. & cæteri DD. indistincte loquuntur, nec aliquem reperi de hoc dubitantem.

Quinta concl. potest vir à sponsalibus recedere, si post sponsalia tactus impudicos alterius, vt amplexus, & oscula patiatur. quia est notabilis mutatio, idque in magnum viri dedecus cedit. Item quia huiusmodi femina dicetur impudice viuere, legatumq; sibi relictum ex lege, vt caste & honeste viuat, amittit: vt cum Basil. probat Conar. 4. decret. 2 p. c. 7. §. 6. nu. 3. Tandem, quia oculorum amissio est iusta dissoluendi causa: vt habetur c. Quemadmodum, de iureiur. ne coniuges sibi displiceant, & matrim. malum eiuratum habeat, quæ in hoc euentu magis timeri possunt. Credo tamen non permitti sponsæ dissoluere sponsalia, ob huiusmodi tactus sponsi cum alia: quia id sponsæ non est dedecus: nec est mutatio alicuius momenti: & solum pares sunt ratione mutuæ fornicationis, ad dissoluendum sponsalia.

Quinta concl. hæc sponsalium dissolutio est in solius innocentis fauorem: quare fornicans astrictus manet, innocens autem, liber. Quia delictum proprium non debet immunitatem præstare fornicanti, & absolutionē à contractu. c. 2. de translatio. prælator. Præterea, quia quod fauore alicuius introductum est, non debet in eius damnum retorqueri, l. Quod fauore, C. de legib. & l. Nulla. ff. eo t. sic D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 18. §. 1. casu 6. Palud. 4 d. 27. q. 1. a. 3. casu 1. nu. 17. & 31. Rosel. v. Sponsalia, n. 8. vbi Ang. nu. 29. Sylues. q. 10. casu 7. Tabiena q. 9. n. 10. casu 6. Armil. nu. 12. Brunel. de sponsal. concl. 8. n. 4. Sotus 4. d. 27. q. 2. a. 5. p. Septimo dirimuntur, Nau. sum. c. 22. Lat. n. 27. ver. 9. Hisp. n. 25. Conar. 4. decret. 1 p. c. 5 init. nu. 2 Sarmient. 1. select. c. 5. n. 3. Ant. Cucus l. 5. inst. maior. t. 10. nu. 62. Alex. Carrer. l. 1. de sponsal. c. 15. Barth à Ledes. de matrim. dub. 13. casu 7. Enriq. l. 11 de matrim. c. 14. n. 6. Vivald. candel. ab. 1. p. de sponsal. c. 5. nu. 34. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matr. c. 38. f. 1039. Philiarcus de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. c. 1. Manuel 1. to. sum. 2. libr. c. 245. n. 6. Pet. de Ledes. de matrim. q. 43. 4. 3. caus. 6.

Tria tamen specialiter in dubium vertūtur in hac disp. Primū est, quid dicēdum, si sponsa vi præcisa, cognita sit, quidam enim negant præbere iustam causam dissoluendi sponsalia, quia spōsa culpa vacauit, nec similis copula iuridat separandi matrim. quo ad totum, vt omnes fatentur nec femina fidem frangit, nec suspecta redditur in futurum, quibus rationibus innititur textus, c. Quemadmodum, de iureiur. dum decidit sponsalia ob alterius fornicationem dirimi posse. Ita docent Tabiena verb. Sponsalia, §. 9. nu. 10. casu 6. Armilla ibi n. 12. idem limitantes si sponsus ad ordines promoueri anhelet, docent Rayuerius & Hugo, quos refert & sequitur Rosella verb. Sponsalia, num. 9. Sed dicendum est esse causam sufficientem dissoluendi, vt colligitur ex cap. Raptor, 27. q. 2. & tenet ibi gloss. verb. Noluerit, & ex. Si quippe, cad. qu. verb. Quæritur, & d. c. Quemadmodum, verb. Ope-

Oculos, vbi *Host. super v. Iuramentum, Ioan. And. n.15. Ant. n.13. Abb. n.12 Alex. de Nevo n.17. Imola nu. 10. fine, Lex 8. t.1.p. 4. & ibi Greg. Lop. verb. Robada. Brunel. de sponsal. concl. 8. nu. 4. Ang. v. Sponsalia, n.29.* vbi *Sylvester q.10. casu 7. Navar. sum. c.22. Lat. n.17. vers. Nono, Hisp. n.25. Covar. 4. decret. 1.p.c.5. init. nu. 2. Ant. Corn. l.5. infl. maior. t.10. n.62. Lancelot. instit. iuris can. l.2.t. de sponsal. v. Fornicata.* Et ex Theologis *Palud. nu.17. D. Antonin. Soto, Pet. de Ledes. Bart. à Ledes. Enriq. Manuel, Lud. Lop. Vivald. n.33.* quos omnes retuli nu. præced. Ducuntur autem fere omnes hi DD. quia vir eam ducens bigamus efficietur. Sed hæc ratio non generaliter probat, si enim sponsa vi cognita non esset alias virgo, vel sponsus viduus esset, ratio nihil probat, quia ex alia parte id vitium bigamiæ contracturus erat. Vnde vt ratio generalis sit, omnesque casus comprehendat (vt existimo comprehendere) ea esse debet, quia est notabilissima mutatio, & maxima infamię nota vir afficietur, tari enim credent omnino inuitam, cognitam esse: & qualitercumque id eueniat, abhorrent homines cum ea contrahere: & hac ratione vsus est *Sylvest. verb. Sponsalia, q.10. casu 7.* vbi reddens rationem huius (inquit) per ea, quæ dicentur casu vltimo, vbi dicit dissolui, quoties accidit noua causa, quæ à principio existens, impediret sponsalia contrahi.

2 Secundò dubium est, an similiter sponsalia dissoluantur per viri omnino inuiti, culpæque expertis fornicationem. Affirmant quidam, quia quo ad fornicationem ambo sponsi æquales iudicantur. Ita *gl. c. Sic quippe, fin. 27. q. 2.* & videtur tenere *Navar. sum. c.22. Hisp. n.25. Lat. n.27. vers. 9.* dicit enim indistincte dissolui ob alterius fornicationem violentam. At omnino contrarium credo, quia vir culpa vacat, quare ex hac parte non est cur dissoluantur: nec femina incurrit aliquam notam, vel aliquod aliud damnum, quare ad paria iudicantur, dum fornicatio culpabilis est, secus quando inculpabilis, quia vir cum ea contrahens, grave damnum patitur, femina autem nullum prorsus: & sauent huic sententiæ DD præced. allegati, cum omnes imitantur damno inde sponso redundanti, quæ ratio in sponsa cessat.

3 Vltimum dubium est, vtrum si vterque post sponsalia fornicetur, cõpensentur delicta, ita vt neutri liceat à sponsalibus resilire? Affirmat *Palud. 4.d.27.q.1.ar.3.num.17. vers. Quarto in compensando*: eaque ratione ducitur, quia in causa matrimonij vterque æqualis est, & mutua fornicatio compensatur, nec quamuis feminæ fornicatio grauior sit, permittitur diuortium viro fornicanti. Verius tamen est non esse compensationem fornicationi sponsæ cum fornicatione sponsi: quare licet femina fornicans nõ possit resilire ob sponsi fornicationem, potest tamen vir fornicans resilire, quia iniquè fieret compensatio, vbi detrimentum est multo grauius, vt est detrimẽtum viri ob fornicationem sponsæ: multo enim turpior est fornicatio in femina, vt ex multis probat *Tur. nu. l.1. connubial. n.45.* Qua ratione licet feminæ meretrici non liceat filiam ob meretricium exhæredare, *l. In arcesam, C. de inoffic. test. fine*, ibi, *nisi & ipsa similis condemnationis sit, cum in pari vitio turpitudinis sit*, patri tamen concubinario licitum est filiam meretricem exhæredare: quia turpitudo non est æqualis: vt cum alijs multis docet *Covar. c. Raynutius, de test. am. initio, n.15.* Nec similiter de matrimonio, locum habet: quia multo facilius soluuntur sponsalia, quam matrim. quo ad totum: illa enim, ob quamlibet mutationem notabilem superueniẽtem soluuntur, hoc autem minime. sic tenet *Enriquez* dicens esse communem sententiam *l.11. de matrim. c.14. nu.6*

DISPVTATIO LVI.

Vtrùm sponsalia dissoluantur ob superueniens iuris impedimentum?

SVMMARIVM.

Quando impedimentum superueniens est dirimens, soluuntur, n.1.
Quando est impedimentum tantum. Prima opinio affirmans, nu.2. Secunda veram negans, n.3.
An in cuius culpa contrahitur impedimentum, teneatur dispensationem impetrare, n.4.

QVando impedimentum est dirimens, fatentur omnes dissolui sponsalia: vt si contractis sponsalibus oriatur affinitas inter sponsos ex fornicatione cum consanguineis in primo vel secundo gradu: quia iam non potest inter illos consistere matrimonium. 1

Si autem sit impediens tantum; quid iam teste *Palud. 4. d.27.q.1.a.3.n.31.* tenent diuini, ex parte innocentis solum, ne alter ex crimine suo reportet commodum: quare licet obtineat dispensationem, non habet ius ad priora sponsalia: quia iam innocens ius dissolvendi acquisierat. Sed hoc dicit esse ptobabile *Palud. ibi. n.32.* & refert *Mayolum 4. d. 35.* Sed cum diligenter quæsierim, nõ inueni in ipso: idem videtur tenere *Soto 4.d.27.q.2.ar. 5. casu 8. & Lancelot. instit. iuris canon. l.2.t. de sponsal. verb. Diffamatus*, vbi vterque dicit dissolui ob affinitatem, vel cognationem, vel aliud quodcumque iuris impedimentum: & clarius videtur id tenere *Pet. de Ledes. de matrim. q.43. a.3. causa 3.* ait enim dissolui si superueniat quodcumque impedimentum ex ijs, quæ impediunt. 2

Existimo tamen hos DD. intelligere de impedimentis dirimentibus: omnia enim exempla, quæ subijciunt ex ijs sunt. Quare verius est non dirimi (si votum simplex excipias, de quo suprà disp. 46. num. 5. ratione speciali, id affirmaui.) quia talia impedimenta matrimonio obstant, dum res est omnino integra, secus quando sponsalia præcesserant: & sic inchoatio matrimonij. Præterea, quia impedimenta impedientia excepto voto, iuxta multos non sunt in vsu, nec dispensatione indigent, & ita tanquam verius tenet hoc *Palud. ibi. n.32.* 3

Rogabis autem, vtrum is cuius culpa contrahitur impedimentum dirimens, teneatur dispensationem impetrare, vt sponsalia perficiat: *Petr. de Ledes. de matrim. q.43. a. 3. causa 3.* affirmat teneri, quia culpa sua effectus est impotens, nec par est, vt immunitatem à fide præstita, delictum illi concedat. contra *c.2. de translat. prælat.* Et confirm. quia eo ipso, quod sponsa ius habet ad matrim. comparat ius ne iniuste impediatur: ergo spõsus, qui iniuste impediuit, tenetur ex iustitia impedimentum auferre, modo sibi possibili. Et hæc sent. placet, casu quo vir feminam defloraret, vel ea notabilem famę iacturam patiatur, ni ducatur in vxorem: vel si hęc cessent, potest facile dispensatio impetrari: secus quando nec hæc concurrunt, & dispensatio magnis expensis eget, & magna mora: vt quia Roma valde distat. promissio enim intelligitur rebus in eodem statu manentibus, *c. Quemadmodum, de iureiurando.* 4

DISPVTATIO LVII.

Vtrùm sponsalia dissoluantur ob fœditatem notabilem, aut amissionem nasi, aut oculorum, morbum contagiosum superuenientem alteri sponso.

SVMMARIVM.

Dissoluuntur etiam iurata si postea alter sponsus leprosus, paralyticus fiat, oculos aut nasum amitteret, nu.1. & ibi, iuramentum intelligetur rebus in eodem statu manentibus.
Idem de quolibet morbo contagioso superuenienti, vel precedenti ignorato, nu.2. & de epilepsia, vel si ei male oleat, vel mala fama superueniat, vt si criminis turpis alter damnetur.
Quid si alter vnum oculum amittat, n.3.
Quid si femina erat pulcherrima, & facta est notabiliter deformis, vel quæcumque alia notabilis deformitas superueniat, n.4.
In his casibus soluuntur tantum ex parte illius, qui illæsus est, n.5.
Soluuntur argumenta, & explicatur cap. Quemadmodum, de iureiurando & exempla non arcta aut regulam, n.6.

PRima concl. dissoluuntur sponsalia etiam iuramento firmata, fœditate notabili, vt oculorum, vel nasi amissione, vel turpiori alia superuenienti, vel paralysi, aut lepra. habetur expresse, *c. Quemadmodum, de iureiur. in princip.* & ibi redditur ratio, quia iuramentum intelligitur rebus in eodem statu permanentibus. 1

Se-

2 Secunda concl. idem dicendum est de quolibet morbo contagioso superuenienti alteri sponso: est enim notabilissima mutatio, vt si morbus Gallicus alteri superueniat. sic *Nauar. sum. c.22. Hisp. n.25. Lat. n.27. casu 8. Ant. Cucus li.5 inst. maior. t.10. nu.63. Enriq. l.11. de matrim. c.14. nu.6. Petr. à Ledes. de matrim. q.43. a.3. causa 5. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p.2. li.2. c.1.* Idem dic de graui infirmitate superuenienti incurabili, vt epilepsia. Sic *D. Thom. 4. d.27. q.2. a.3. ad 3. Palud. ibi, q.1. a 3. casu 7. n.25. Ant. Cucus d. n.63.* Idem dic si os male oleat, nec arte medica subueniri possit. sic *Ant. Cucus eod. n.63.* dicens multos iurisperitos consultos, in eandem sent. descendisse. Idem à fortiori censendum est, si animi, vel existimationis notabilis deformitas secuta sit, vt si sponsus furti, vel alterius criminis turpis damnatus sit, quia maior est morum & famæ, quàm corporum, habenda ratio. sic *Ant. Cucus to n.63.* Quando autem hæc præcedunt, ignorantur tamen, dicam disp. 63. per totam.

3 Quid autem, si alter oculus tantum amittatur? *Palud. 4. d.27. q.1. a.3. casu 7. nu.25.* negat dissolui, quia *d. c. Quemadmodum*, dicitur dissolui oculorum amissione, aut rei turpioris euentu. Credo tamen dissolui: nec textũ vim facere ju vtriusque oculi amissione, sed in notabili deformitate, & magna mutatione. satis autem notabilis est fieri coditem: quod colligitur ex ratione in textu subiuncta, quæ est promissionem intelligi rebus in eodem statu manentibus. Et confirm. quia infra disp. 62. n.3. dicemus ob quamcunque notabilem mutationem, quæ si à principio adesset, obstaret ne sponsalia contraherentur, ea dissolui: hæc autem mutatio absque dubio à principio impediret. Tandem probatur ex dicendis nu. sequ. Huic. sent. fauent *D Antonin. 3. p. t.1. c.18. §. 1. casu 3. Nauar. Philiarcus, & Pet. de Ledes. n. præced. allegati*, vbi dicunt dissolui ob oculi, vel nasi amissionem.

4 Vrgentior autem difficultas est, an si sponsa tempore sponsalium pulcherrima esset, dissoluantur sponsalia, ea effecta notabiliter deformi. Aliqui negant dissolui, quia textus *d. c. Quemadmodum*, solum hoc concesit, dum deformitas contingit ob oculorum, aut nasi amissionem. sic *Conar. 4. decret. 1. p. c 5. init n 6. Alex. Carrer. l.1. de sponsal. c.15. fine, Matienzo l.5 recop. t.1 rub. gl.1 nu.47. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c 38. f.1047.* Verius tamen mihi videtur dissolui, quia res non in eodem statu permanent, estque notabilissima mutatio, & talis quæ à principio existens, sponsalia impediret. Item quia ideo textus *d. c. Quemadmodum*, statuit ob eam notabilem deformitatem spõsalia dissolui, ne sibi inuicem sponsi displiceant, & matrim. sic contractum infelicem exitum habeat: vt docent *D. Thom. 4. d. 27. q.2. a.3. ad 3 & ibi Sotus q.2. a.5. casu 9.* at eadem prorsus ratio procedit in hoc casu: imo *Sotus ibi*, expresse dicit dissolui ob deformitatem superuenientem. Et mę lius *Innoc. d c Quem. admodum, n.3. & ibi Host super v. Profecto*, explicantes illum textum, illiusque rationem reddentes, hæc dicunt: *dissoluuntur sponsalia, quando notabilis deformitas superuenit, quia non manent res in eodem statu, cum non sit femina apta facere id, propter quod ducitur, scilicet tollere viro fornicandi occasionem: quia ad eam tam deformem accedere non valet*, quod prorsus in nostro casu contingit. huic etiam sententiæ fauent *gl. c. fin v. Cogi, de coniug. leprosor.* vbi *Abb. nu.2. & Alex. de Neuo n.2. Ant. c. Quemadmodum, de iureiur. in princ. nu.16. & ibi Imolan 5 Nauar. sum. c.22. Hisp. n.25. Lat. n. 27. casu 8.* vbi dicunt solui ob quamlibet notabilem deformitatem superuenientem.

Vltima concl. omnia prædicta intelliguntur, ex parte
5 illius, qui illæsus est: eo enim volente, soluuntur sponsalia, secus nolente, quia in fauorem illius hoc est. Quod intelligo nisi morbus incurabilis superueniens, talis esset, vt medicorum judicio notabiliter matrimonio noceret: non enim tenetur morbo affectus, tam notabili salutis detrimento, fidei sponsalium stare: maxime cum res non sint in eodem statu, sed notabiliter mutatæ.

6 Ad argum. propositum n.4. desumptum ex *d. c. Quemadmodum*, respondetur, illam deformitatem oculorum, aut nasi amissionis, aut lepræ, proponi ibi tantum exempli gratia: quod regulam non arctat, siue dispositionem *l.1. §. quod vulgo, ff. de vi, & vi armat. & l. Damni infecti §. qui lo. tio, ff. de damno infect.* & docet ex multis *Tiraqu. l. Si vnquam, verb. Libertis, n.37. C. de reuocan. don.* & ita videmus cum *tex. tus d. c. Quemadmodum*, explicuerit lepram, vel paralysim, DD. extendere ad morbum Gallicum, vt dixi nu. 2. cum tamen minus grauis sit.

DISPVTATIO LVIII.

Vtrùm propter morum asperitatem notabilem, seu sæuitiam alterius, denuo cognitam, vel propter capitales inimicitias inter sponsos ortas, dissoluantur?

SVMMARIVM.

Dissoluuntur ob morum asperitatem, vel sæuitiam, n.1.
Idem ob quamcumque causam sufficientem ad matrimonij iam contracti diuortium celebrandum, n.2.
Idem ob graues, & capitales inimicitias inter sponsos ortas, n.3.
Explicatur c. Veniens, qui cleric. vel vouent. n.4.

Videtur nõ dissolui propter morum asperitatem, vel sæuitiam. nam *c. Veniens, qui cler. vel vouen.* dicitur non dissolui, eo quod sponsa plura audierit de sponsi seueritate. Dicendum tamen est dissolui, quoties denuo agnoscitur notabilis morum asperitas, & sæuitia alterius. Probatur quia hæc est sufficiens causa diuortij matrimonij *c. Literas, de restit. spoliat. fine*: ergo à fortiori dissoluet sponsalia: hoc enim argumento vtitur textus, *c Quemadmodum, de iureiurand.* ad probandum fornicatione dirimi sponsalia: quæ ea est iusta diuortij causa. Sic docent *Abb. c. Veniens, qui cler. vel vouen. n.2.* vbi *Alex. de Neuo nu.2 Præpos. c. De illis, de sponsal. n.5. Ang. verb. Sponsalia, nu.41. Sylues. ibi, q.10. casu 15. Tabiena q 9 n.10. fine. Armillan. 13. Sotus 4. d.27 q.2. a 5. casu 11. Veracruz 1. p. speculi, a.21. casu 15. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p.2. lib. 2. c.1. Enriquez lib.11 de matrim. c.14. nu 6. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c.38. f.1051.*

Hinc infertur, eadem ratione idem dicendum esse de qualibet sufficienti causa ad faciendum matrimonij diuortium. Sic *Enriquez ibid.*

Tandem idem dicendum est, ob graues & capitales inimicitias inter sponsos ortas, ob rationem *c.2. & c. Requisiuit, de sponsal.* ne scilicet matrimonium infelices exitus habeat. Item, quia est noua causa, & notabilis mutatio superueniens. Sic *Host. sum. t de sponsal. §. vlt. Præpos. d c. De illis, n.5. Ang. verb Sponsalia, n.31.* vbi *Sylvest. q.10. casu 8. Tabiena q.9. n.10. casu 11. Armil. n.13. Nau. sum. c.22. Hisp nu.26. Lat. n.27. casu 11. Greg. Lop. l.7. t. Excusacion, t.1. p.4.* Et ex Theologis *Palud. 4. d.27. q.1. a. 3. casu 7. n.25. fin. Sotus eadem d. q.2. a.5. casu 11. Veracruz 1. p. spec. a. 21. casu 15. Enriquez l.11. de matrim. c.14. n.6. Pet. de Ledes. de matrim. q.43. a.3. causa 11. Bart. à Ledesm. dub. 13. de matrim. casu 9. Vega l.3. sum casu 325.*

Ad arg. desumptum ex *d. c. Veniens*, respondetur sponsam id non certo nouisse, sed ex auditu, secus tamen esset, si certo sciret, vt bene explicat *Alex. de Neuo ibi n.2.* quare timor ille vanus fuit: vt docet *ibi glosa verb. De seueritate, & ibi Abb. n.2.*

DISPVTATIO LIX.

Vtrùm sponsalia ob paupertatem superuenientem, dissoluantur: vt si sponsa, quæ diues erat, ad paupertatem redacta sit?

SVMMARIVM.

Quando dotis promissio præcesserit. Prima opinio negans dissolui, n.1. & secunda affirmans, n.2.
Quid quando nulla præcesserit dotis promissio, & an tunc censeantur omnia bona in dotem promissa. Prima opinio negans, nu.3. Secunda vera affirmans. n.4.
Quid, si sponsalia sint iuramento firmata, n.5.
Quid, si sponsus notabiliter pauperior fiat, nu.6. & quid quando alter notabiliter ditior, n.7.

In

1 IN duplici euentu potest disputari quæstio præsens: prior est, vbi dotis promissio præcessit. Posterior, vbi ea minime præcessit. In priori euentu, *Bald. c. Quemadmodum, de iureiur. n. 8. & ibi Alex. de Neuo n. 16.* dicunt minime dirimi sponsalia, eo quod sponsa, quæ diues erat, facultatibus iam lapsa, dotem promissam implere non possit: secus autem, quando mulier dolo non caruit, quia à principio nouit se non esse soluendo. Quia culpa omnino caret, & ita par non est, vt damnum dissolutionis sponsalium sentiat.

2 Dicendum tamen est dissolui sponsalia, nec teneri alteram eam ducere. Quia promissio dotis est veluti conditio, sub qua sponsalia celebrãtur, quare deficiente conditione, etiam citra fœminæ culpam, non obligabunt. sic docent omnes DD. allegandi n. 3. & 4. & vltra illos *Sotus 4 d. 27. q. 2. a. 5. casu 6. Bart. à Ledesm. dub. 13. de matrim. casu 10. Manuel 1. to. sum in 2. edit. c. 245. n. 5. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 45. 4 3. causa 9 Vega l. 3. summ. casu 325.* & ex iurisperitis. *Greg. Lop. l. 7. 7. Excusacion t. 1 p. 4. Brunel. de sponsal. concl. 8. n. 6. Monoch de arbitrarg. l. 2. centur. 5. casu 455. n. 6.* Et idem dicendum est, licet sponsalia iuramento firmata sint, quia iuramentum eadem contractus conditiones recipit. *l. fin. C. de non num pecun.* sic *Ant. Gab. in mea edit. to. 2. comm. lib. 17. t. Sponsalia f. 312. & Petrus de Ledesma proxime citatus.*

3 In posteriori autem casu, vrgentior est difficultas: & duplex est sent. Prima docet nulla dotis promissione præuia, non dissolui sponsalia ob paupertatem sponsæ supereuenientem. Ducitur autem, quia dote non promissa, non est verum omnia bona in dotem spondere: vt cum aliis docet *Couar. 4. decret. 1 p. c. 5. init. n. 5. Roland. de lucro dotis q. 75. Mascar. de probat. concl. 577. n. 2. Barbosa ff. solut. matrim. rub. 4. p. m. 32.* Item quia sibi sponsus imputare debet, vt nullam de dote tradenda pactum inierit. Sic docent *gl. c. Quemadmodum, v Oculos, de iureiur. & ibi Host. super verb. Iuramentum, Ioan. And. n. 15. Alex. de Neuo n. 16. Ant. n. 14. Imola nu. 10. Couar. 4. decret. 3 p. c. 5. init. num. 5. Alex. Carrer lib. 1 de sponsal. c. 15. fin. Ant. Gab. in mea edit. to. 2. commun lib. 17. verb. Sponsalia. f. 312. Monoch. cons. 386. nu. 3. vol. 4, Matienzo lib. 5. recop t. 1. rubr. gl. 1. n. 47. Petrus Greg. Syntagm. iuris p. 2. li 8. c. 9. n. 9.* Et ex Theologis, *Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 2. num. 14. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 38. f. 1047. Manuel 2. to. sum. 2. edit. c. 245. n. 3.* limitans, vt intelligatur, quando sponsus est ita dives, vt sustinendo sit matrimonij onera, vxoremque alendo. Et hęc sententia est satis probabilis.

4 Secunda sent. cui tanquam veriori adhæreo, docet dissolui. Prob. quia sponsa dives censetur omnia bona sua in dotem promittere, vt tradit *Bart. l. Si constante, n. 78. ff. solut. matrim.* & dicit esse probabile *Ioan. Lop. rub. de dem. §. 3. nu. 1. fine*, & cum multis docet *Ant. Gom. l. 50. Taur n. 17.* & notatur, *l. Mulier bona. ff. de iure dot.* ergo si facultatibus labatur, cum dotem tacite promissam soluendo non sit, deficienti conditione, sponsalia non obligabunt. Secundo, quia quicquid sit de hoc fundamẽto, quod satis dubium esse fateor, & de quo late consulendus est *Monoch. de præsumpt. l. 3. tota præsumpt. 6.* negari non potest, quin sit notabilissima mutatio, & quæ à principio existens, sponsalia contrahi impediret: ergo superueniens, ea dissoluet, iuxta regulam tradendam disp. 62. n. 3. Et confirm. quia promissio intelligitur rebus in eodem statu permanentibus, *cap. Quemadmodum, de iureiur.* hanc tenet *Abb.* aliquãtulum dubius, *to c. Quemadmodum n. 10. & Brunel.* similiter dubius, *de sponsal. concl. 8. n. 6. Angel. v. Sponsalia, n. 33.* vbi *Sylvest. q. 10. casu 9. Nau. sum. c. 22. Hisp. n. 26. Lat. nu. 27. Ant. Cucus l. 5. inst. maior. 2. to. n. 71.* & ex Theolog. *Enriq. l. 11. de matr. c. 14. nu. 6.*

5 Hinc infertur idem dicendum esse, si ea sponsalia iuramento firmentur, quia iuramentum similiter intelligitur rebus notabiliter non mutatis, *d. c. Quemadmodum.* sic *Ant. Cucus dict. n. 71.*

6 Secundo infertur dicendum esse, si sponsus tempore sponsalium ditissimus esset: nãci postmodum facto notabiliter pauperi, non tenetur sponsa nubere, quia est notabilissima mutatio, quæ à principio contractum impediret. sic *Ant. Cucus eod. n. 71.*

Si tamen vno sponso in eodem statu permanenti, alteri ingentissima diuitiarum copia accresceret, non ob id sponsalia dissoluentur: quia alter non effectus est deteriotis conditionis: vt si promisi vendere equum pretio, quod tunc iustum erat, nihil nocebit valor multo auctior traditionis tempore, & ita sentiunt viri doctissimi neoterici. 7

DISPVTATIO LX.

Vtrùm iurans se aliquam ducturum, nulla dotis promissione præmissa, teneatur ipsam ducere, si cum ipsa dives sit, nullam ei dotem assignare velit?

SVMMARIVM.

Prima opinio tenetur, & nulla dotis promissione præuia, non videri tacite actum de dote. n. 1.

Secunda verior, non teneri, & tacite tunc videri actum de dote, nu. 2. & ibi quid, si matrimonio promisso absque dotis sponsione, desponsata virgo obiit.

1 QVidam affirmant teneri, quãdo vir dives esset, onerosque matrimonij sustinere posset: quia fœmina dives non tenetur dotem minime promissam destinare: vt vltra DD. allegandos, probat cum alijs *Barbosa ff. solut. matrim. 4 p. rubr. n. 32.* Et ea est ratio, nam cum matrimonium sine dote constare possit, conditio destinandæ dotis extrinseca est: conditiones autem extrinsecæ non intelliguntur, nisi exprimantur, *l. Si ita stipulatus, §. Chrysogonus. ff. de verb. oblig.* Item, quia sibi sponsus imputare debet, nil de dote constituenda pactum esse. Sic docẽt *Couar. 4. decret. 1 p. c. 5. init. n. 5. Ant. Cucus l. 5. instit maior. t. 10. nu. 71. Matienco lib. 5. recop. t. 1. rubr. gl. 1. n. 47. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 38. f. 1048. & c. 36. f. 1036. col. 2. Manuel 1. to. summ. 2. edit. c. 97. num. 8.*

2 Quamuis tamen hoc probabile sit, probabilius credo non teneri: quia licet matrim. constare possit sine dote, non tamen decẽs & honestum est, vt dote priuetur. Quare conditio dotis non est omnino extrinseca matrimonio, & tacite de ea actum videtur, vel totius patrimonij mulieris, vt voluerunt multi DD. quos retuli disp. præc. n. 4. vel saltem partis patrimonij, iuxta viri dignitatem, vt notatur *l. Mulier bona, & l. Quæro, ff. de iure dot.* Et ita hanc sent. sustinent *Bald. c. Iuranti, de probat. nu. 3. & 4. Ioan. Lop. c. Per vestras de dan. inter vir. & vxor. not. ab. 3. §. 1. n. 4. Iason, Lancelot. & Sylua nuptialis*, vt refert sequitur *Gutier. de iuram. 1. p. c. 37. n. 3. in fine, Monoch. de arbitr. l. 2. cent. 5. casu 455. n. 6.* Et ex Theologis, *Palud. 4. d. 28. q. 1. a. 2. concl. 4. n. 14.* qui etiam in fortioribus terminis loquitur, nempe licet virginem promissione matrimonij habita, aliquis defloraret: intelligitur enim promissio dote constituta, iuxta propriam possibilitatem.

DISPVTATIO LXI.

Vtrùm dissoluantur sponsalia, si ex matrimonio scandala probabiliter, & mali exitus timeantur, vel propter paternam contradictionem, vel Pontificis, aut Episcopi dispensationem?

SVMMARIVM.

An dissoluantur timore scandali, aut mali exitus, n. 1. remissius.

Pontifex potest dispensare in sponsalibus etiam iuratis, n. 2.

Episcopus potest in sua diœcesi, quicquid Pontifex in toto orbe, non tamen potest in sponsalibus, n. 3.

1 CIrca timorem scandali, vel mali exitus, dixi supra disp. 14. num. 3. quando autem pater repugnat, dixi disp. 14. n. 4.

2 De dispensatione autem vtrum possit Pontifex, non est dubium posse Pontificem dispensare ex iusta causa, siquidem in matrimonio rato probabilissima sent. id cõcedit.

3 De Episcopo autem videtur id posse: quia quicquid potest Pontifex in vniuerso orbe, si ea excipias, quæ ad vniuersæ Ecclesiæ statum pertinent, vt res fidei definire, potest Episcopus in sua diœcesi, nisi ei specialiter per

Pon-

Pontificem aliquid reseruetur: vt docent *Abul. c.a.16. Matt. q.87. Sot. Victoria relect. de matrim. p.1. num.7. Sotus 4.d.27.q.1. a.4. vers. At quo tandem:* & melius *l.10. de inst. q.1. a.3. ad 2. & 4.d.22. qu.1. a.3. fine. Gambara de offic. leg. l.10. nu.466. & 476. Thesaur. Christiana relig. c.17. Nic. de Cusa l.2. de concor. Cathol. c.3. Veracruz 2.p. spec. a.28. posit 3. concl. vers. Ex ista conclus. Perez lib.3 ordinam. t.15. l.5. paulo post princ. & t.18. l.2. vers. Et statuti contra ellos, Enriq. lib.6. de panit. c.14. nu.7. in comment. lit. K. & l.10. de sacr. eccl. Ordinis, c.35. n.2. & li.12. de matrim. c.3. nu.2. in comment. lit. N. Aragon 2.2. qu.88. a.12. vers. Si quis autem quæras an omnis, ante 2. concl.* ad idem est *Maiolus li.5. de irreg. c.51. nu.4.* & refert Hugonem, vbi dicit posse Episcopum dispensare in omnibus casibus, qui sibi specialiter non reseruantur. Et ratio est manifesta, quia est pastor ordinarius in sua diœcesi, sicut Pontifex in toto orbe, licet sit ipsi subiectus, ergo in ijs in quibus Pontifex non limitat eius iurisdictionem, habet potestatem ordinariam: sicut quilibet confessarius potest æque ac Pontifex, ab omnibus peccatis absoluere, nisi per Pontificem, aut Episcopum casus aliquis reseruetur: ergo Pontifex potest in sponsalibus dispensare, cum nullibi reseruet hanc facultatem, poterit similiter Episcopus. Sed dicendum est non posse: vt bene docet *Palud. 4.d. 27.q.1. a.2 n.14.* quia ius est acquisitum tertio, quod nullus præter supremum principem auferre potest. Item, quia hac ratione Doctores negant posse Episcopum relaxare iuramentum tertio præstitum, nisi turpitudo ex parte illius tertij reperiatur. Præterea, quia iure Pontificio hoc reseruatur, vt constat ex c. *Ex literis, el 2. de sponsal.* vbi præcipit Pontifex Episcopis, vt compellant ad sponsalium fidem seruandam, in qua lege cum sit superior is, nequit Episcopus dispensare.

DISPVTATIO LXII.

Vtrùm aliæ regulæ generales tradantur ad sponsalium dissolutionem?

SVMMARIVM.

Cum vincula sint inæqualia, ad fortius vincit, & dissolvit sponsalia, n.vn. 1.

Quid quando sint duo æqualia, vtrum illorum prævaleat si sint incompossibilia, n.2.

Quid si noua causa superueniat, quæ à principio existens, impedisset sponsalia n.3

Quid si sponsalia essent iuramento firmata, n.4. & quid si ante causa superueniens, aliter eis nota fuerat, n.5.

An credendum sit iuranti quod sciens, scilicet causa à principio existisse se non curasse alterum, nu.6. & vbi ea quæ in animo contingunt, probantur partis iuramento.

1 TRiplex regula assignari solet. Prima est, cum vincula sint inæqualia, fortius etsi posterius sit, vincit. Hanc tradunt *Card. c. Sicut, de sponsal. n.1. Henricus, c. Rursus, qui clerici, vel vouentes. sextio. Maior 4.d. 27.q.3. fin. D. Antonin. 3.p.t. 1.c.18.§.2. Sylvest. v. Sponsalia, qu.7.* vbi *Tabiena q. vlt. Armilla n.13.* & probatur ex c. *Si inter, de sponsal.* Sed hæc regula sæpe deficit: nam sponsalia iurata fortius vinculum sunt non iuratis, & tamen si hæc præcedant, minime per illa dissoluuntur, vt probaui disp. 50. n.2. Præterea, matrimonium consummatum, fortius vinculum est matrimonio rato, & tamen non dirimit illud: nec d.c. *Si inter* eam regulam probat, sed ex quadam re speciali ibi definita, colligunt Doctores eam regulam generalem. Et ita eam reprobat *Bart. à Ledesm. dubio 13. de matrim. casu 2.*

2 Secunda regula est, quoties sunt duo vincula paria incompossibilia, prius prævalet, & dirimit posterius. Sicijdem DD. relati nu.1. & hæc est vniuersaliter vera, si vincula sint eiusdem rationis, vt posteriora sponsalia dirimantur per priora: at in vinculis diuersæ rationis fallit aliquando, quia maius vinculum videtur matrimonij rati, cum sit vinculum contractus, & sacramenti, quam professionis, quæ solius contractus vinculum continet: & tamen hæc subsequens, dirimit illud præcedens.

3 Tertia regula est, quando post contracta sponsalia, inconueniens aliquod notabile, aut noua causa, quæ à principio existens impediret ea contrahi, superuenit, præbens iustam dissoluendi causam. Ratio est, quia promissio non obligat vltra promittentis intentionem, sed intentio virtualis est promittentium, non se obligare in hoc casu, indissolubiliter: ergo est iusta dissoluendi causa. Et confirma, quia rebus notabiliter mutatis promissio non obligat, c. *Quemadmodum, de iureiurando*: in hoc autem euentu notabilis mutatio superuenit. Quod si obijcias hanc non esse liberalem promissionem, sed contractum: ad rescindendos autem cæteros contractus, hæc causa non sufficit: nam hæc regula communiter reprobatur in voto, cum sit liberalis promissio. Fateor hæc, verum diuersa ratio est in sponsalibus, maiorem enim libertatem petunt, cum ad mutuum amorem ordinentur, & ad contrahendum vinculum matrim confummati, omnino indissolubile, quod in voto, & cæteris contractibus minime contingit. Quam hanc regulam docent *Hostiens. sum. t de iureiur. n.3. Ant. d. c. Quemadmodum, n.13. Angel. v. Sponsalia, n.21.* vbi *Sylvest. q.10. casu 17. & verb. Pactum, §.4. & Iuramentum, 5.q.1. dist. 3. Armilla v. Iuramentum, n.35. Maior 4.d.27.q.3. Petr. de Soto lect. 18. de matrim. §. Nunc de ratione Navar. summ. c.22. Hosp. nu.2. Lat. 27. & l.4 conf. in 1. edit. conf. 34. in 2. conf. 9. Greg. Lop. l.7. t.1.p.4. verb. Excusacion, Veracruz c.1.p. speculi. q.21. casu 26. Enrique c.1. 11. de matrim. c.14. fin. Bart. à Ledesma dub.13. de matrim. post 13 casum, Pibiarc de offic. sacerd. to.2.p. 2.d. 2. c.1. Perez de Ledesma de matrim. q.43. a.3. causa 12. Manuel 1. to. sacr. tr.2. edit. a.245. n.11. Lud. Lopez. 2.p. instruct. de matrim. c.38. f. 103. D. Antonin. 2.p.t.10. c.6.§.3. Ant. Cucus li.5. inst. maior. t.10. fin.*

Hinc infero idem dicendum esse, quamuis sponsalia iuramento stabilita sint, quia iuramentum includit omnes conditiones contractus, cui adijcitur *l. fin. C. de non num pecun.* & intelligitur rebus in eodem statu manentibus, *c. Quemadmodum*, & ita in omni iuramento docent Hostiens. *Ant. D. Antonin. citati n. prac. & Sylvest. Iuramentum, 3.q.1. dub. 3. Armilla verb. Iuramentum, n.35. Vega lib.2. sum. c. fin. 292.*

Idem censendum est, quamuis hæc noua causa superueniens, vel aliæ sufficientes ad dissoluendas sponsalia, contingant postquam sponsus in mora fuit ea implendi: vt si tenebatur intra annum implere, & culpa sua biennio non impleuit, si eo transacto sponsa fornicetur, aut alia notabilis mutatio ei superueniat, non tenetur eam ducere, tenebitur tamen damnum resarcire, quod ex ea mora sponsæ redundauit. Et ratio est, quia vt optime docet *P. Molin. to.2. de inst. tract.2. disp.272. f.121. §. Sunt vero nonnulli*, si promissore in mora constituto, superueniat causa, quæ ante moram contingens, ab obligatione ipsum eximeret, non omnino de obligat: licet enim nō teneatur promissa implere, tenetur tamen ad interesse, & damna ex ea mora subsecuta, quia à tempore in oræ iniustitiā admisit.

Demum obseruandum est, asserenti se minime processurum, si à principio talis causa abesset, adhibendam esse fidem in vtroque foro, si iudicio prudentis viri confiderati negotij circumstantijs, verisimile sit nequaquam promissurum, si illam præcogitasset. Sic *Navar. summ. c.17. Lat. n.7 Hosp. n.5.* & potest esse ratio, nam ea, quæ in animo constituunt, cum hominibus innotescere nequeant, testibus probari non possunt, vt scientia, & ignorantia, & proinde partis iuramento probantur, vt optime *Couar. 2. var. c. 10. n.1.* & multi alij, quos referunt & sequuntur *Mascardus de probat. concl. 45. n.48. & concl. 94. n.5. Gratian. reg. 270. n.*

DISPVTATIO LXIII.

Vtrùm causæ sufficientes ad dissoluenda sponsalia, dum post ipsa accidunt, satis sint ad id, si sponsalibus præcedant, dum fuerunt probabiliter ignoratæ?

SVMMARIVM.

Prima opinio non sat esse, & specialiter in fornicatione, n.1.

Sufficiens causa præcedens ignorata n.2. & vbi inculpabiliter ignorata sunt non esse, & non apparere? & res dicitur fieri, quando primum innotescit, & cognoscitur c. Quemadmodum, de iureiurando.

Ob fornicationem sponsa præcedentem, quæ virgo putabatur, dissolvuntur. n. 3. & idem si putabatur virgo, & erat vidua.

Quid si erat vidua, vel alias corrupta: ponitur prima opinio negans, nu. 4. & secunda verior, n. 5.

Quid si tempore contractus sponsalium, eo affectu inita sunt, vt si contrahens sciret, adhuc ea iniret. n. 6 rem. sine.

Quid, si sponsalia iuramento stabilita sint. n. 7.

An ob fornicationem sponsa præcedentem ignoratam possit sponsa dissolvere sponsalia: ponitur opinio affirmans, nu. 8 & secunda verior, negans. n. 9

Quid, si demum sponsa sciat sponsum esse valde vitijs debitum. n. 10.

1 HActenus disputauimus de causis iustis sponsalia dissoluendi, in speciali: superest aliquas quæstiones agitare, quæ omnes illas causas concernunt. In quæstione ergo præsenti, Palud. 4. d. 27 q. 1. a. 3. nu. 33. & supplem. Gab. ea. d. q. 2. art. 3. dub. 5. problematicè hoc defendunt: & Palud. in eam partem magis propendet, vt eæ causæ præcedentes ignoratæ, nõ sufficiant: per c. Quemadmodum, de iureiur. vbi definitur spõsalia minimè dissolui ob fornicationẽ, vel morbum præcedentem. & idem Palud. n. 37. v. r. Tertio in oppositum, & n. 34. & supplem. eod. a. 3. dub. 4. dicunt quamuis probabile sit ob alias causas præcedentes ignoratas posse dirimi sponsalia: at ob fornicationem præcedentem dirimi posse, improbabile esse: quia ideò fornicatio subsequens dissoluit, quod verisimile non sit sponsam matrimonij fidem seruaturam, quæ sponsalium fregit. Quæ ratio deficit in fornicatione antecedenti, multi enim ante sponsalia incontinentes inueniuntur, qui ijs initis continent, & ad hoc matrimonio iunguntur, vt contineant, idem de fornicatione præcedenti docet Navar. l. 4. cons. in edit. de diuortijs, cons. 2. n. 1.

2 Sit tamen prima concl. causæ sufficientes aliæ à fornicatione, ad dissoluenda sponsalia, si post ipsa accederent, vt lepra, morbus gallicus, & cæteræ sufficiunt, licet contigerint ante sponsalia, si tamen erant ab altero probabiliter ignoratæ. Prob. quia si quis vendat occultando vitiam, est causa sufficiens ad dissoluendam venditionem, ergo à fortiori vitium occultum, est causa sufficiens ad dissoluenda sponsalia contracta, per illius vitij ignorantiam: cum nullus sit contractus tantam libertatem exigens, ac sponsalium. Secundo, quia in iure paria sunt, aliquid superuenire, & præcedere ignoranter. res enim dicitur fieri, quãdo primum innotescit, c. Pastoralis, de exceptionib. iuxta illud Marc. vlt. Data est mihi omnis potestas, id est, ex nunc est nota. Tertio, quia paria sunt in iure non esse, & non apparere. l. Duo sunt Titij, ff. de testam. tut. & l. Ut lege ff. de contrah. empt. ergo à contrario sensu paria sunt esse, & apparere, cùm ergo post sponsalia vitium appareat, tunc dicitur dirimi esse. Quarto, quia, l. vlt. C. de sponsal. habetur resilientem à sponsalibus ex causa præcedenti ignorata, non admittere arras; quod fecisset, si resiliendo culpam admitteret: vt dixi supra disp. 36. n. 2. Tandẽ, quia rebus notabiliter mutatis non obligat promissio. c. Quemadmodum, de iureiur. sed respectu huius res sunt notabiliter mutatæ, cum denuo inueniat vitium notabile prorsus ignoratum. Vnde dum d. c. Quemadmodum, asserit ur propter causas præcedentes non dissolui sponsalia: intelligi. d. c. Quemadmodum, verb. Præcedentem, vbi reddens rationem, cur ob præcedentem feminæ fornicationem, non licear sponso resilire ait, quia contrahendo cum ea, videtur mores eius approbare: & clarius Ant. ibi n. 3. addit enim, scienter contrahendo: cum enim nihil vsquã, quin præcognitum sit, ignorans non censetur approbare: & tenent expresse Vigor. lib. inst. c. 16. §. 7. vers. 7 sine, Sotus 4. d. 27. q. 2. a. 5. casu 9. Enriq. l. 11. de matrim. n. 14. n. 6 Bart. à Ledes. de matrim. q. 43. a. 3. casu 5. & tur dicere DD. allegandi nu seq. qui in fornicatione præcedenti ignorata id asserunt: ratio enim qua ducuntur, in omnibus alijs causis locum habet.

3 Secunda concl. ob fornicationem præcedẽtem sponsæ, potest sponsus, qui eam ignorabat, virginem esse existimans dissoluere sponsalia. Probatur rationibus præcedentis conclusionis. Item, quia causa hæc denuo cognita, notabilem mutationem facit, cum ignominiosum viro sit feminam corruptam ducere: & prudenter magni fit ductam virginem esse. Præterea, quia vir notabile damnum incurret, cum bigamus fiat; & proinde ad ordines, si illos eligat, promoueri non possit: & ita tenent Hugo c. Raptor, 27. q. 2. & pro eadem sunt gloss. & Ant. vt retuli n. præc. & docent expresse Rosella v. Sponsalia, n. 9. vbi Ang. n. 29. Sylvest. q. 10. casu 6. Tabiena q. 9. n. 10. casu 6. Armilla nu. 12. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 18. §. 1. casu 6. Navar. summ. c. 22. Hisp. n. 25. Lat. n. 27. casu 9. Sotus casu 7. Bart. à Ledes. casu 7. Pet. de Ledes. causa 6. Lop. Lop. co. c. 38. fol. 1049. Enriqu. quos omnes retuli n. præced. Cordub. sum. q. 49. P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 272. f. 120 §. Deinde si mulieri: Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. li. 1. c. 1 Manuel. to. sum. 2. edit. c. 245. n. 6. Vivald. Candel. p. 1. de sponsal. c. 5 n. 35. Imò idem dicendum est si sponsus putaret esse virginem, cùm tamen sit viduam tum ob irregularitatem, quam incurreret, & si forte ipse alias bigamus esset, nouam bigamiam incurreret, & ita difficilior redderetur dispensatio tum etiam, quia non infima nota est viduam ducere, & magis æstimant homines, virgo ne, an vidua sit ducenda in vxorem.

Grauius autem dubium est, dum sponsus notat sponsam viduam esse, vtrum ob fornicationem præcedentem sibi incognitam, ius habeat sponsalia dissoluendi? Nam Hugo, D. Antonin. Sylu. ff. Enriq. n. præced. allegati, id negant: & videntur à contrario sensu tenere Rosella, Angelus, Tabiena, Armilla, Cordub, Sotus, Bart. à Ledes. Pet. à Ledes. Vivald. ubi allegati, & Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 36. f. 1036. dicunt enim dissolui ob fornicationem præcedentem, quando sponsus putabat virginem esse: quare contrarium videntur sentire dum sciebat esse viduam. 4

Verius tamen est, adhuc posse sponsum recedere à spõsalibus, quia est notabilis mutatio, & causa nouè cognita; quæ virum prudentem merito retraheret in principio à sponsalibus contrahendis: magna enim infamiæ ac dedecoris nota afficitur ducens inhonestam, cùm tamen ipse putaret viduam honestam esse. Huic sentẽtiæ fauent Navar. & Philiarc nu. 5 relati: absolutè enim, & indistincte dicunt dissolui sponsalia ob fornicationem sponsæ præcedentem ignotam. Et fere expresse hoc tenet P. Molin. to. 2. de iustit. tract. 2. disp. 272. §. Deinde si mulieri, vbi dicit dirimi sponsalia per fornicationem præcedentem ignotam, per quam sponsa virginitatem amisit, aut quæ illam notabiliter reddidit magis infamem, quam antea esset nota. Si tamen sponsus conscius erat sponsam impudicam esse, & infamem ob fornicationes, licet postea detegantur aliæ fornicationes præteritæ, sibi ignotæ, quæ paulo plus infamem eam reddunt, non est sufficiens dissoluendi causa, quia non est notabilis mutatio: vt bene P. Molina ibid. 5

Vtrum autem ob has causas præcedentes possit sponsus resilire, dum eo affectu contraxit, vt si eas nosset, similiter contraheret: dicam disp. 65. 6

Tertia conclu. vtraque præcedens conclusio vera est, quamuis sponsalia iuramento stabilita sint: possunt enim adhuc dissolui ex eisdem causis præcedentibus ignoratis: & sic DD. omnes citati videntur intelligere: nam explicant casum c. Quemadmodum, de iureiur. vbi dicitur sponsalia iurata dissolui ob deformitatem, vel fornicationem subsequentem, non verò ob præcedentem: & dicunt intelligi, quando præcedens est cognita: ergo etiam loquuntur de sponsalibus iuratis. 7

Tandem an idem sit de sponsa respectu fornicationis spõsi ignoratæ, meritò dubitatur: Nam Nau. sum. c. 22. Hisp. n. 25. Lat. n. 27. casu 9. in ea videtur esse sent. vt possit sponsa ratione illius à sponsalibus recedere: ait enim indistincte posse dissolui spõsalia propter alterius fornicationẽ præcedentẽ ignotã. Et potest probari, quia possunt dissolui ob fornicationem viri subsequentem, ergo ob præcedentem. Probo consequentiã, ex fundamento 1. conclu. vbi probauimus in iure paria esse nunc sciti, & nunc esse. 8

5 Sed tanquam certum tenendum est oppositum. Quia nulla nota, nec ignominia est feminę, viro qui aliam cognouit, nubere, nec obstat ratio opposita; negatur enim consequentia: nam tunc paria sunt, nũc esse, & nunc cognosci, quando eadem est ratio impedimenti, idemque inconueniens, siue illud præcedat, siue sequatur, vt contingit in lepra, morbo gallico, & in cæteris huiusmodi: tunc enim quando erat ignotum vitium, perinde inuoluntaria est promissio, siue id præuiũ, siue subsequẽns sit: at in fornicatione viri, non est idem inconueniens, quando præcedit, & quando subsequitur. quia quando sequitur, dat ius dissoluendi sponsalia, eo quod est cõtra eorum fidem, indeq; suspicio oritur de non seruanda matrimonij fide: & ideo non dat ius dissoluendi, quando præcedit: quia cessat hæc ratio, quæ totalis est. at fornicatio feminæ vltra hanc rationem, concedit ius dirimendi ob infamiam viri, & notabilem differentiam, quæ versatur inter matrim. celebratum cum muliere honesta, vel inhonesta: quæ ratio æque procedit in fornicatione feminæ sequenti, vel præcedenti ignorata: & huius sent. videtur *P. Molin. n. 5. relatus*, quia non ob quamcunq; fornicationem præcedentem ignoratam, dissolutionem admittit, sed quando notabiliter magis infamat: quod in viro non contingit.

10 Id demum fatendum est, si sponsus existimabatur non valde vitiosus & denuo cognoscat sponsa esse notabiliter vitijs debitum, ita vt notabilem prudentis arbitrio mutationem hæc notitia efficiat, esse iustam causam, vt sponsa à fide præstita resiliat: quia talis esset, si denuo superueniret, & à principio cognita, impediret sponsalia contrahi.

DISPVTATIO LXIV.

Vtrùm, dum causæ iustæ dissoluendi sponsalia, probabiliter ignoratæ, præcesserunt: nõ tantum ius ipsa dissoluendi concedant, sed ipso iure ea irrita efficiant?

SVMMARIVM.

Vtilitas huius veritatis an sit irrita, vel irritanda, n. 1.

Quando dolus dat causam contractui sponsalium, sunt ipso iure nulla: & idem de quocumque alio contractu bonæ fidei, & quando dicatur dolus dare causam contractui, num. 2. & 3. vbi an hæc sponsalia sint nulla prorsus, vel solum ex parte decepti.

Quando alter sponsus non decepit, sed quidam tertius, vel ipsemet contrahens sua propria falsa existimatione deceptus est, prima opinio esse irrita, n. 4.

Secunda varior, non esse irrita, sed irritanda, n. 5.

Quando dolus non dedit causam contractui, non sunt irrita: & an sint irritanda, pena sua, n. 6.

Soluuntur argumenta, n. 7.

1 HVius rei cognitio necessaria valde est, propter publicæ honestatis impedimentum, si enim sponsalia valida sint, quamuis postea irritentur, otietur vtique: quod secus est, si ipso iure irrita sint.

2 Supponendum est dupliciter posse dolum in contractu reperiri: primo, ita vt det causam contractui: quod tunc euenit, quando secluso eo dolo, veritateque cognita, contrahendum non esset: vt si quis dolo vẽditoris ductus emat, aliàs nullo modo empturis. Secundo, vt non det causam contractui, sed in ipso incidat: quod contingit, quando adhuc veritate cognita contractus celebrandus esset, vt si emptor dolo venditoris inductus emit, adhuc tamen secluso dolo empturus, licet fortè non tanti. Sic *Rosel. v. Dolus*, n. 1. vbi *Angel. n. 9. Tabiena q. 7. n. 8. Armilla n. 6. Sylues. v. Culpa, q. 5. Metina C. de rescis. qu. 33. init. P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 352. paulo post principium*, & omnes.

3 Sit prima concl. quando dolus admissus per alterum sponsum, ipsoque culpæ reo existente, causam dedit contractui sponsalium, sunt ipso iure irrita, ita vt sponsus deceptus nullo modo ipsis astringatur. Prob. quia omnes contractus bonæ fidei, ex huiusmodi dolo irriti sunt, *l. Et elegantur, 7. in prin. ff. de dolo, & l. 57. 1. 5. p. 5.* Et ratio est, quoniam sic deceptus sponsus, consensurus minimè erat, sed errore ductus consensit, in quo alter per dolum & iniustitiam participauit, cum ergo error inuoluntarium causet, assensusque sit per dolum & iniustitiam extortus eius, cui alter consentiens se intendebat obligare, inualidus & inefficax erit: & ita omnes contractus bonæ fidei ex huiusmodi dolo irritos esse docent *Bart. d. l. Et elegantur, in prin. n. 9. Iason inst. de act. §. Actionum, n. 31. Couar.* multos alios referens *reg. Possessor, 2. p. §. 6. fi. Valascus de iure emphiteut. 1. p. q. 5. n. 9. Mol. d. disp. 352. concl. 1.* vbi multos alios refert, contra paucos quos pro opposita sententia refert *Couar.* dixi esse prorsus nulla ex parte decepti: quia ex parte decipientis, si ipse velit sponsalibus stare, non est modica difficultas an teneatur decipiens. De qua re infra l. 4. disp. 15. vbi similis quæstio tractanda est de matrim. per metum contracto, vtrum si coactus velit ratum habere illud matrimonium, teneatur, cogens. Et breuiter nunc probabilius credo, vtrumq; liberum esse à fide sponsalium, nisi aliud damnum secutum sit: ratione enim damni secuti posset decipiens teneri altero volente: sicut de ficte promittente, latè dixi supra disp. 10. posset etiam decipiens in pœnam fraudis cogi stare sponsalibus, volente altero: cuius tamen hæc, pœna sit, iudicis sententiam desiderat: & ratio est, quia cõtractus sponsalium claudicare nequit: & alijs rationibus latè pro disp. citata, contra alios, quos ibi refero, satis probabiliter oppositum sentientes, nempe ex parte solius decepti, irrita esse sponsalia.

Maior autem difficultas est, quando dolus causam dedit contractui sponsalium, sed doli illius particeps non fuit alter sponsus cõtrahens, sed quidam tertius, vel alter nullo causam dante, sed sua falsa existimatione deceptus est, videtur enim adhuc esse nulla sponsalia: quia de ipsorum ratione est mutua obligatio, sed hic deceptus nullo modo manet obligatus coram Deo, aliàs cũ nil nouum superueniat, non posset errore detecto resilire, cuius contrarium diximus disp. præced. n. 2. ergo hæc sponsalia sunt ipso iure irrita. Secundo, quia deficit consensus, cũ ex errore præstitus sit, & nihil magis contrarium consensui, quàm error, *l. Si per errorem. ff. de iurisd. omn. iudicum.* Tertiò, quia votum ex errore emissum, nullum prorsus est, vt si quis Romanam peregrinationẽ voueret, existimans Romam propinquam esse: nõ teneretur voto, certior factus de longissima distantia, vt fatentur omnes: ergo similiter sponsalia ex errore contracta, erunt prorsus nulla. Pro hac sententia sunt *Couar. dd. de contractibus, in sum. tot. operis, circa q. 57. dict. 3.* inter ea, quæ ponit in contractibus bonæ fidei: & *Metina q. 33. de restit. paulo post princ. iunct. vers. Aliud dubium*, vbi dicunt ex natura rei contractum inualidum esse, siue quis decipiatur ab altero contrahente, siue à quodam tertio, siue à seipso, quando deceptio fuit inuincibilis, & contractui causam dedit: nisi (inquiunt) ius humanum in hoc euentu consensum suppleat. Cum ergo in sponsalibus, supplere non possit, dicendum est irrita illos, sponsalia tunc esse nulla.

Secunda concl. verius est sponsalia tunc esse valida, deceptum tamen habere ius illa dissoluendi. Prob. quia alij contractus huiusmodi dolo initi, non sunt irriti, sed irritandi: quia non deficit substantialis consensus, vt probat optimè *Bart. d. l. Et elegantur, in princ. nn. 6. Cou. reg. Possessor, 2. p. §. 6. nn. 6. vers. 7. fin.* non enim error contingit circa substantialia contractus, sed circa causam ad contrahendum inducentem, nec ius humanum illos irritauit, nisi quando alter contrahens, doli particeps fuit: vt expresse colligi videtur ex *l. 57. 1. 5. p. 5.* ibi, *si otro alguno le mouiese razones engañosas, de manera que ge la ouiese de vender, dezimos que tal vendida como esta, se puede desfazer, e no vale, qui es sea fecha por menos de lo que vale, quier non.* Et confirm. quia vt optime probat *P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 352. §. Vt quod sentio*, quando dolus dans causam contractui procedit ex iniustitia alterius cõtrahentis, non irritat contractum ex solo consensus defectu, is enim consensus satis esset stando in iure naturæ ad contractus valorem: sed ex imperfectione consensus, vnà cum iniuria eius, cui hic obligandus erat, per contractum, quamuis enim error ille absque iniuria

cuius

circa causam contractus gratuiti, vt donationis, illum irriteret: secus est in contractibus onerosis: & ratio est, quia nullus contrahentium admitteret eam legem, si eam alter proponeret, neque ea lex communi expedit bono: cum ergo sponsalia sint contractus onerosi, error circa causam contrahendi contingens absque iniuria alterius sponsi, ea non irritabit. Et huius sent. videntur *Paiud. 4. d. 29. q. 2. a. 1. concl. 1. nu. 5. & a. 2. concl. 1. n. 11. & D. Anton. 3. p. t. 1. c. 19. §. 3. 3 alio post prim. Sylu. Matrimonium 3. q. 12.* vbi omnes hi asserunt sponsalia non vitiari ex falsa causa, vt Contraham tecum, quia es virgo, vel quia scio te esse diuitem.

6 Vltima concl. sponsalia dolo circa causam contrahendi inita, si is causam contractui non dederit, sed inciderit in contractum, quia scilicet eo cognito, contrahendi essent, minimè sunt irrita. Constat, quia huiusmodi dolus cæteros contractus non annullat, cum consensus nõ deficiat: & fatentur omnes DD. 1. conclusi citati. Vtrùm verò sic deceptus possit ea irritare, disp. sequenti erit sermo.

7 Ad argum. proposita nu. 4. resp. ad 1. reuera deceptum esse obligatum, non omnino & absolutè, sed dependenter, nisi velit vti beneficio iuris concedentis sibi posse sponsalia eo errore contracta dissoluere. Sicut contractus indi pecunia credita, validus est, etsi opponatur ex eo non oriri obligationem, quia amittenti non tenetur soluere: respondet bene *P. Molin. to. 2. de iust. tract. 2. disp. 315. ad 1.* amittentem esse obligatum, & lucrantem comparasse ius ad rem quam lucratus est, & verè esse illi debitam, dependenter tamen ex eo, quod perdens vti non velit priuilegio legis concedentis sibi posse non soluere. Ad 2. constat ex dictis nu. 5. vbi probauimus non deficere consensum circa substantialia cõtractus, sed circa contrahendi causam. Ad 3. constat ex dictis eodem nu. 5. votum enim est promissio quædam gratuita, & ita vitiatur errore illo: secus autem est de sponsalibus, quæ cõtractus onerosi sunt.

DISPVTATIO LXV.

Vtrùm cum dolus non dedit causam contractui sponsalium, quia sponsus ignorans causas sufficientes ad eorum dissolutionem, eo affectu contraxit, vt si eas nosset, non desisteret à contractu celebrando, possit ob eas nouè cognitas, illa dissoluere?

SVMMARIVM.

Rationes dubitandi, nu. 1. & vbi, conditio mente retenta nihil operatur, & tacita, & expressa, idem est iudicium.

Causa præcedentes ignoratæ si dolus causam contractui non dedit, non sufficiunt ad sponsalia dissoluenda. & idem de aliis contractibus, nu. 2. & solutur argumenta nu. 3. & explicatur l. Cum in plures, §. Locator horreis ff locati. & n. 4. quid dicendum, quando contrahens est dubius de voluntate.

1 QVod ea sponsalia dissolui possint, vrget. Primo, quia iuxta veriorem sententiam, si liber contrahat cum seruo, ignarus conditionis, matrim. est nullum, quamuis contrahens eo esset affectu, vt si sciret, adhuc cõtraheret: quia ibi non est consensus voluntarius positiuè, & actu, sed tantum habitu, & animi præparatione, sed similiter in nostro casu non est actu voluntas cedendi iure, quod habet sponsus ad rescindendũ sponsalia, ob eas causas ignoratas: sed tantum habitualis, & animi præparatione, ergo ea non impediet ius dissoluendi. Secundo, quia si sub cõditione contraheret sponsus, Contraham tecum si mille in dotem dederis, ea conditione non subsecuta minimè astringeretur promissione, quamuis eo esset affectu tempore cõtractus, vt minori summa promissa, adhuc se obligaret: sed contractui spõsalium tacitè inest cõditio, Nisi res notabiliter mutatæ inueniãtur: ergo nihil impediẽte promittentis affectu, inuenta denuo notabili mutatione præcedenti, non tenebitur promissis stare: tacita enim, & expressa, idem est iudicium, *l. De quibus, in fine ff. de leg. & l. Cum quid. ff. si cert. pet.* & latè *Eutrard. loco ab expresso, ad tacitum:* vbi n. 1. ait hoc facere ad hoc, vt sicut conditio expressa impedit ortũ obligationis, *l. Cedere diem, ff. de verb. sign.* ita etiam cõditio tacita. Tertio, quia conditio mente retenta nihil operatur in contractibus, *l. Cum in plures, 62. §. Locator horreis ff locati*, sed affectus ille, & voluntas conditionalis. Si scirem, adhuc contraherem, retinetur mente: ergo nihil operabitur, sed integrum erit sponso dissoluere sponsalia, perinde ac si eum affectum non habuisset.

2 Dicendum tamen est non esse licitum dissoluere. Probatur, quia decepto non permittitur contractum rescindere, vbi dolus causam non dedit, sed tantum agere ad interesse: vt probat cum alijs *P. Mol. to. 2. de iust. tract. 2. disp. 532. §. Dubium est, verum.* Item quia huiusmodi sponsalia ob notabilem mutationem, siue subsecutam, siue præcedentem ignoratam, possunt dissolui, ex tacita contrahentis voluntate: quia si ea mutatio à principio extitisset, vel cognita esset, impediret illa contrahi: vt dixi disp. 62. n. 3. sed in hoc casu, minimè impediret vt supponimus, ergo non dat ius rescindendi sponsalia. Et confirm. quia non potest dici notabilis mutatio denuo cognita, quæ non ignorata in principio contractus, illum non impediret. Huius sent. videtur *P. Molin to. 2. de iust. tract. 2. disp 272. f. 110. §. Deinde si mulieri*, vbi dicens promittentem mulieri, quam virginem existimabat, matrimonium, non teneri detecta defloratione: addidit quasi id limitans, Si vitium sciens non promisisset.

3 Ad 1. arg. contrarium, longe dispar est ratio, quia in eo matrimonio defuit consensus substantialis, qui debet necessario esse absque conditionis errore: eò quod ius aliter consensum irritet: quare vt verum esset matrim. necessariis erat consensus actualis: in nostro autem casu non deficit consensus substantialis, & tantum conceditur dissoluendi ius, ex habituali quadam voluntate, qua contrahens illius causæ cõscius minimè consentiret, quare cum hæc voluntas habitualis cesset per contrariã habitualem, nullum dissoluendi ius habebit. Ad 2. distinguẽda est minor, vt tunc vera sit, quando voluntas habitualis, & animi præparatio contrahentis est, vt ea causa cognita minimè contractum celebraret: quia solum inest ea conditio ex voluntate habituali, & tacita cõtrahentis: secus autem est, quando cõtraria voluntas habitualis aderat. Potest etiam secundò dici, non esse notabilem mutationem respectu huius, vt probaui n. 2. Ad 3. similiter distinguẽda est maior, vt vera sit in ijs conditionibus, quas oportet vtriq; contrahenti cognitas esse: secus autem quando conditio est ex illis, quæ contrariam voluntatem actualem, vel habitualem ei, quæ verbis exprimitur includunt: vt contingit hic: quia verba planum & absolutum omnino consensum indicant, & tantum ex præsumpta voluntate habituali, admittunt eam conditionem: sufficiet ergo contraria voluntas habitualis, intus latens.

4 Tandem vbi contrahens est dubius de voluntate habituali iudicanda est ea voluntas ex causæ grauitate: si enim sit ita notabilis, vt arbitrio prudentis grauem mutationem efficiat, præsumendum est si illam præcognosceret, eum minime contracturum: eum communiter talis sit contrahentium voluntas.

DISPVTATIO LXVI.

Vtrùm sponsus conscius causæ sufficientis precedentis ignoratæ, vel subsecutæ, dissoluendi sponsalia, censeatur remittere, si postea carnaliter sponsam cognoscat, ita vt ob illam causam non possit dissoluere?

SVMMARIVM.

Ratio dubitandi proponitur, n. 1.

Si sponsalia fuerunt valida, remittis per copulam sponsus ius rescindendi, n. 2. & ibi contingit in diuersis, & actualibus, censetur per copulam sibi remittere.

Quid si sponsus accedens carnaliter, habuit animum non remittendi, nu. 3.

Quid quando sponsalia fuerunt ipso iure nulla, nu. 4. & soluitur argumentum, n. 5.

Quid si femina promiserat matrimonium sub conditione si est virgo, & virgo non sit, an copula censetur remissum hoc vitium, n. 4.

VIdetur per copulam illud ius minimè remitti, quia quamuis per copulam antiquitus recessum videbatur à conditione sponsalibus adiecta, *c. De illo, & c. Per tuas, de cond. appos.* ad tamen erat, vt delicti præsumptio cessaret, quare cum hodie non cesset, iam non videtur recedi à conditione, vt dixi supra disp. 26. n. 12. ergo per illam copulam, non videtur ius illud remissum.

2 Sit prima concl. si sponsalia eo errore contracta, valida sunt, iuxta dicta disp. 64. nu. 5. tunc sponsus accedens carnaliter ad sponsam, censetur remittere ius rescindendi sponsalia, ratione causæ præcedentis ignoratæ, vel subsequentis, si illius causæ tempore copulæ cõscius erat: quare non poterit iam ob eam causam dissoluere. Prob. quia coniuges cõscij fornicationis habitæ post matrimonium, se cognoscentes, amittunt ius petendi diuortium: vt docent *D. Tho. 4. d. 35. q. vn. a. 1. corp. D. Bonau. ibi q. 1. Ricard. a. 1. q. 1. Palud. q. 1. a. 2. nu. 17.* quos omnes alij sequuntur: quod adeò verum est, vt etiam diuortio celebrato censeantur se reconciliare, & in matrimonio perseuerare teneantur, copula inter ipsos subsecuta: vt bene docent *Sotus 4. d. 36. q. vlt. a. 1. vers. Sextus casus, Bart. à Ledes. dub. 65. de matrim. casu 6.* Amittunt etiam per eam copulam ius accusandi, *l. si. vxor. 13. fin. ff. ad l. Iul. de adult.* ibi, *Abolenit enim prioris matrimonij delicta, reducendo eam.* & docet *gl. c. fin. de adult. verb. Fornicatione, & ibi Anantius n. 4. Abbas n. 7. Alberic. l. Consensu. nu. 9. Cæteros alios referens, 4. decret. 2. p. c. 7. §. 6. nu. 7. Gama decis. 234. n. 6. Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 2. n. 20. Paillà. l. Transigere, n. 94. C. de transact. Iul. Clarus l. 5 recept. §. Adulterium, n. 18. v. Caueat etiam, Barbosa l. 2. princ. p. 1. num. 101. ff. solut. matrim.* ergo similiter perdet sponsus ea copula ius rescindendi sponsalia. Secundo, quia non obstante fornicatione præcedenti, transibant antiquitus illa sponsalia in matrimonium, per copulam: vt tradunt cum alijs *Couar. 4. decret. 2. p. c. 4. §. 2. nu. 8. Ant. Cucus l. 5. inst. maior. t. 10. n. 38. Menoch. de præsumpt. 2. nu. 18. & 19.* qui etiam rationem reddit, quod cum aliter cognoscens omnem culpam, & delictum fornicationis remittat. Et in propriis terminis docent hanc conclusionem *Ant. Cucus t. d. 10. n. 33. Cordoba sum. q. 49. Iud. Lop. 1. p. instr. c. 77. §. Hinc emergit, Manuel t. 12. sum. 2. addit. c. 208. concl. 10. n. 10.* vbi docent remitti ius recedendi à sponsalibus ratione fornicationis sponsæ, copulà sponsi illius fornicationis non ignari: & amplius dicunt *Cordob. Iud. Lop. & Man.* quamuis tempore sponsaliũ existimasset sponsus eã esse virginẽ, adhuc enim dicũt, & bene, non posse resilire, si cõscius vitij, copulam cum ea habuit.

3 Hinc infero idem esse dicendum, quamuis haberet sponsus voluntatem non remittendi: adhuc enim nõ potest dissoluere sponsalia: sicut non potest petere diuortium matrimonij coniux, qui conscius fornicationis alterius, copulam habuit, licet haberet animum iniuriam nõ remittendi: nam ea remissio nõ à volũtate sua sed ex iure ipso proficiscitur. Si autem iam dissolutis sponsalibus haberet copulam, non censetur sponsam reconciliare, ita vt ad sponsalia teneatur: sicut diuortio celebrato, conualescit per copulã matrimonium, dispar enim est ratio, nam diuortio facto manebat vinculum prioris matrimonij, dissolutis verò sponsalibus nullum vinculum supererat.

4 Secunda concl. si priora sponsalia ipso iure erant nulla, iuxta dicta disp. 64. n. 3. si sponsus dum habuit copulã, consensum habuit permanendi in prioribus sponsalibus, sciens esse irrita: nec sponsa priorem consensum reuocauerat, manent firma: similiter si sciebat per illum actum, tacitè ratificari, nec contrarium consensum habuit, secus autem, si id ignorauit, vel habuit dissensum. Prob. prima pars, quia cum sponsa decipiens, habilis fuerit ad contrahendum, consensus ex parte sua validus fuit, & is dum non reuocatur, virtute durat, & solum desiderabatur cõsensus alterius, qui ratione doli inefficax erat; sed hic modò accedit, & manifestatur signo externo, nempe copula quæ consensus matrimonialis sufficiens indicium reputabatur, *c. Is qui fidem, de spons.* pedum ipsorum sponsalium, sicut fictè ducens feminam, si copulam animo matrimonij habeat, vel aliter consentiat, prion femina manenti in pristino consensu, reddit validum illud matrim. quod irritum erat, vt dicam l. 2. disp. 32. nu. 9. Prob. secunda pars, nempe idem esse, si copulam habeat sciens per illam ratificari priora sponsalia: quia sponsalia infantium, quæ nulla sunt, conualescunt per simultaneam habitationem, aut copulam scientia ratificationis huius postea habitam: vt dixi supra disp. 16. nu. 6. Prob. vltima pars, nempe si ignorauit priora sponsalia esse nulla, vel per eum actum ratificari, vel habuit dissensum, non manere valida, quia ad ratificationem exigitur nullitatis actus scientia, & eius ratificationis per sequentem actum: vt probaui eod. disp. 16. n. 7. si autem habuit dissensum, constat nullo modo ratificari: quia cum prior consensus fuerit nullus, est necessarius nouus, qui hic desideratur. Idem dicendum est, si quis virgini existimatæ, sub expressa conditione promittens matrimonium, Si es virgo. si enim virgo non sit, cum promissio defectu conditionis sit nulla, iudicandum est, si postea eam cognoscat, ac de sponsalibus nullis, quamuis copula habeatur defectu virginitatis iam cognito.

Ad arg. fateor per copulam hodie non recedi à conditione: sed nostra concl. non innititur huic fundamento, sed remissioni iniuriæ per copulam.

DISPVTATIO LXVII.

Vtrùm in omnibus euentibus, in quibus licitum est dissoluere sponsalia, ob causam præcedentem ignoratam, vel superuenientem, & iuramento stabilita sint, necessarium sit iuramenti relaxationem petere?

SVMMARIVM.

Prima opinio esse necessarium, n. 1.

Secunda vetior negans, n. 2.

Sponsalia non sunt conditionalia, ob tacitam conditionem in eis inclusam, n. 3.

QVidam affirmant: & probari potest; quia est iuramentum rei licitæ, quod necessario seruandum esset, nisi relaxetur. *c. Si vero, de iureiurando. Sic Sotus 4. d. 27. q. 2. a. 3. ad 1. Veguer. l. instit. c. 16. §. 7. vers. Septimo, fin.* & videtur tenere *Iud. Lop. 2. p. instruct. c. 36. de matrim. f. 1056.* dicit enim promittentem ei quam virginem esse putabat, non teneri implere, licet iurauit: quia potest petere iuramenti relaxationem.

Sed prorsus tenendum est nulla opus esse relaxatione: Quia si iuramentum conditionem cõtineret, ea non impleta, nulla desiderata relaxatione, non astringeret: sed in casibus omnibus dictis inest tacita conditio iuramenti, ergo. Prob. minor, quia iuramentum accedens contractui sortitur naturam, & conditiones ipsius, *l. fin. C. de non num. pecun.* sponsalia autem habent tacitam conditionem, Si res in eodem statu permanserint, id est, si causa non superueniat, aut præcedens, noue cognoscatur, legitima ad ea dissoluenda. Secundo prob. eadem minor, ex *c. Quem admodum, de iureiur.* vbi textus decidit fas esse absque permissione sponsalibus iuratis resilire. ob fornicationem subsequentem: & reddit rationem, quia subintelligitur conditio, si alter contra matrimonium non venerit: vt bi *gl. verb. Occidit, Hostiens. ibi super verb. Iuramentum, Ioan. And. n. 13. Anchar. n. 4. Ant. n. 13. Bald. in princ. Abb. n. 9. Imola nu. 3.* dicunt, licet iuramentum in hoc casu possit absque peccato obseruari, minimè tamen obligare: eò quod deficit tacita conditio, quæ inest, si res in eodem statu permanserit, *c. Ne quis, 22. q. 2. & l. Cum quis ff. de solut.*

Ne tamen hinc inferas sponsalia omnia esse conditionalia, cum tacitam includant cõditionem: id enim absurdum esset, sequeretur enim ex ijs ex causa nulla dissoluendis, non oriri impedimentum publicæ honestatis, vt contingit

tingit in sponsalibus verè conditionalibus, quando conditione deficiente dirimuntur, iuxta *c.vnic. de sponsal. in 6.* Sed dicendum est ea sponsalia non esse conditionalia, quia conditio tacite subintellecta non reddit actum conditionalem, *l.Conditiones, quæ extrinsecus, ff. de condit. & demonstr.& c.Significasti, cum ibi notatis, de elect.* & diffusè per DD.*l.3.ff.de legat.1.*,& ita notant omnes DD. iuris Pontificij,n.præced.allegati.

Ad argum. contrarium constat ex dictis n.2. iuramentum enim rei licitæ obligat,donec relaxetur, nisi deficiat conditio expressa,vel tacitè subintellecta.

DISPVTATIO LXVIII.

Vtrùm,dum alter sponsus vitio aliquo laborat, cuius si alter conscius esset, haberet iustam dissoluendi sponsalia causam,vt si post sponsalia fornicatus est, vel patitur morbum gallicum,possit compellere petendo coram iudice,vt alter sponsus ea impleat,à quibus iustè ob illius causæ ignorantiam resilit?

SVMMARIVM.

Quot sint difficultates disputanda,n.1.

Quid distet inter petere, & exigere: & coniux adulter potest petere debitum n.2.

An possit exigere,dum alterum latet eius adul. vitium: prima opinio, non posse n.3.

Secunda sententia verior posse, nu.4 & quid si alter suspicetur adulterium n.5.

Soluuntur argumenta,n.6.

An sponsus possit alterum sponsum ignarum suæ fornicationis, vel alterum causa ob quam iuste posset resilire, cogere ad standum sponsalibus Prima opinio non posse.n.7.

Secunda verior posse quando ejusmodi sponsalia fuerunt validasecum,si nul.a,n.8.

An si ob causa latuerat, vt sponsa fornicans, vel morbum patiens gallicum possit ob similem causam alterius patientis illum vitium, dissoluere sponsalia n.9.

An quando alter inuitè secundum suam conscientiam resilit, quia ignorat causam in altero existentem,amittat in foro conscientiæ ius,& soluantur argumenta,n.11.

1 DIsputationem hanc quæ frequentissima, & valdè necessaria est, apud neminem inueni: & ideò eius decisionem ex alterius decisione petenda est:quare duplex est tractanda quæstio. Prior est, vtrum adulter occultus ita ius exigendi debitum amittat, vt non possit in conscientia exigere ab innocenti ignorante illius adulterium. Posterior est disputatio hic proposita,quę ex prioris solutione pendet.

2 Circa primam quęstionem,supponendum est,hoc distare inter exigere,& petere:quod illud,importat coactionem,& est petere vt debitum:hoc autem,minime: petimus enim etiam gratis concedenda. Conuenit ergo inter omnes adulterum posse petere: non enim absolute matrimonij vsu priuatus est, sicut si incestum committeret, vel castitatem voueret. Tota autem difficultas est, an per adulterium latitans alterum coniugem, sit eo ipso priuatus iure exigendi debitum,ita vt si alter neget, licet petere lethaliter negando,ob erroneam conscientiam, cum lateat adulterium,quod ius negandi concedit: non possit ipsum compellere,vt reddat debitum.

3 Duplex est sent. Prima ait eo ipso esse priuatum iure exigendi,& tantũ posse humiliter petere. Prob.primo, quia statim ac coniux adulterium admittit, innocens re vera, & coram Deo est absolutus à debito reddendo,ergo adulter non potest petere tanquam debitũ,cum re vera debitum nõ sit. Prob.antecedẽs, quia si nosset alterius adulterium,maneret absolutus secundum omnes, notitia autem facti non absoluit re ipsa,sed factum ipsum, ergo ante notitiam erat re ipsa absolutus, & solum tenebatur ex conscientia erronea. Secundo,quia reddere ex obligatione, & exigere sunt correlatiua, sed vxor talis adulteri non tenetur re vera reddere, sed tantum ex conscientia erronea,ergo vir adulter non potest exigere. Tertio, creditore ratione ignorantiæ non petẽti debitũ,minime existimatur debitor ab obligatione soluendi,sed eo ipso, quod coniux adulteratur,est debitor alteri immunitatis,& exceptionis ab obligatione reddendi: ergo licet innocens ex ignorantia minime petat hoc libertatis debitum, nõ tamen adulter liber,nec potest ei libertati contrauenire, exigendo. Et confirm.quia in casibus in quibus lege cautum est,seruos libertate donari, licet hi ex ignorantia non petant libertatem, nequit dominus ijs ac seruis vti, cum vere liberi sint: iure autem diuino per adulterium vnius,innocens liber efficitur à reddẽdi obligatione:ergo Quarto,quia coniux occulte adulter non potest petere diuortium, nec debitum negare ob adulterium alterius coniugis sibi notum, licet alter suum ignoret, & ita non possit mutuam delictorum compensationem allegare, ergo similiter quando ipse solus est adulter,non potest alterum cogere ad reddendum,licet alter ob ignorantiam nõ opponat adulterij. Hanc sent.quæ valde probabilis est, sustinet *Tabiena Matrimonium, 4.q.6.n.7. Armil.v. Matrimonium, nu.77.Catharin.l.5.contra Caiet.tract.de sacram.matrim, Nauarr.Hisp.c.28.addit.ad n.21.c.22.v. Lo setimo:Lat.c.12.num.23. Castro l.2.de lege pœn.c.4.ad fin.Conar. 4.decret.2.p.c.7.§.2.nu.4.fin.*male tamen refert pro se Caietanum:*Enriquez l.11.de matrim.c.8.n.2.f.in commen.littera B. Pet. de Ledes. de matrim. q.62.art.1.dub.1.*& dicit esse hoc certum: eandem sententiam videntur tenere alij absolute docentes adulterum priuari iure exigendi debitum. hi sunt *Rosella v. Debitum,n.17.*vbi *Pisana n.14 & Armil.n.4. Ang.v.Adulterium,n.3. fine,* vbi *Syluest.q.6.n.8.fine, D. Antonin. 3.p.t.12.c.20.§.9. Manuel 1to.sum.in 2.edit.c.243.n.14.*

4 Secunda sent.probabilior,tenet coniugem adulterum, dum alterum adulterium latet,non perdere ius exigendi debitum,sed posse ab eo exigere. Prob. adulterum non posse exigere,est in pœnam sui delicti,dignus est enim cũ fidẽ matrimonij fregerit,vt ei fides minime seruetur: sed reus non tenetur prodere suum delictum,vt à iudice,vel ab vxore priuetur in illius pœnam, iure exigendi: ergo quamdiu delictum non constat vxori, vt adulterum per exceptionem elidat, nõ priuatur iure exigendi debitum, nec ipse adulter tenetur suæ pœnæ esse executor. Secundo,quia hæc est veluti pœna conuentionalis,iure diuino & naturali inducta,vt frãgenti fidem, fides nõh seruetur: sed pœna conuentionalis non debetur ante sent.iudicis, vel saltem antequam pars ipsa petat, vt probaui disp. 37. n.2.& 4. ergo. Tertio,quia matrim. est quædam societas & contractus & fœdus,in alijs autem cõtractibus & fœderibus,reus non est priuatus,sed priuandus:vt filius,qui occultum crimen in patrem admisit, exhæredatione dignum & socius in socium. Quartò,quia cum coniux ipso iure priuatur debiti petitione,videmus nõ esse in alterius potestate hanc pœnam ei remittere, vt si incestum cum sorore coniugis admittat, vel communem filium à sacro fonte leuet:ergo cum coniux innocens possit inferre,vel remittere adultero pœnã non exigendi debitum, signum est non ipso iure illum subire hanc pœnam, sed cum ei à coniuge innocenti infertur. Hanc tenent *Archid.c. In coniugio,32.q.1.*vbi *Turrec.in fi.*referens *Bernar.Hispanum: Caiet. opusc.17.responsf.responsione 4.*quod habetur *1.to.opusc.tract. 31. Sotus 4.d.36.q.vn.a.4 ver.Vtrum verò vxor.Pet.de Soto lect. 16.de matr.§.pen.*& quidam doctissimus Theologus,vt testatur *Castro* pro prioni sent.relatus: *idem Ledes. 2.p.4.q.64. a.2.f.519.col.1.2.& 3.Palac.4.d.35 disp.1.f.786.col.1. Matien.l. 5.recop.tit.rubr.gl.1.n.101.Enriquez l.11.de matrim.c.15.nu.6.*

5 Imo idem credo, licet coniux innocens suspicaretur alterum adulteratum esse, leuibus tamen indicijs, quæ non sunt sufficientia ad ipsum in foro conscientiæ excusandum:quia alter non tenetur tunc fateri suum crimen, nec innocens ius habet spoliandi reum iure petendi, & exigendi,donec eius delictum sufficienter noverit:quare illa exceptio adulterij,quam opponit, non est legitima etiam in foro conscientiæ.

6 Ad arg.prioris sent.respondetur: ad primũ non eo ipso innocentem esse absolutum ab obligatione reddẽdi, sed tantũ habere ius,quo se ipse possit absoluere in foro conscientiæ,si sibi factum constaret: & quamuis notitia facti

non absoluat, sed factum ipsum, est tamen conditio sine qua non, vt iuste possit se absoluere. Ad 2. nego minorem, imo secundum rem tenetur reddere, donec innocēs adulterij conscius se absoluat: nam ante talem absolutionem non est alter sua possessione spoliandus. Ad 3. distinguo minorem, est debitor ita vt teneatur se prodere, & spoliare, nego: sed est debitor ad hunc sensum, vt coniux innocens delicti conscius possit se absoluere: vt qui fregit contractus fidem, est debitor pœnæ conuentionalis, non ita vt teneatur illam offerre, sed ad hunc sensum: vt alter habeat ius ab illo exigendi. Ad confirm. dico, leges ipso iure donare seruo libertatem: quod hic non contingit. Ad 4. nego consequ. quia adultero non negatur diuortium ob similе alterius adulterium, in sui delicti pœnam: sed quia lex concedit soli innocenti diuortium, & ipse non est innocens: at adulter priuatur iure exigendi debitum, in sui delicti pœnam.

7 II. Qvæstio est, vtrùm sponsus possit cogere alterum, ad fidem spōsalium seruandam, quando aliquo vitio occulto laborat, cuius si alter conscius esset, posset iuste resilire. Et quidem, si quæst. præmissæ priorem sent. amplectamur, necessario dicendum est non posse: & in gratiam huius partis adhuc scrupulus duplex restat. Prior est, quia licet quando sponsus occultaret fornicationem, posset dici adhuc eum posse cogere ad sponsalia: quia pœna est delicti, priuari eō iure: cæterum dum occultat morbum gallicum, quo absque culpa laborat, non potest dici esse delicti pœnam, vt alter possit dissoluere sponsalia. quare saltem in casibus, in quibus absque delicto dirimuntur sponsalia, dicendum videtur non requiri vt alter iure dissoluendi spolietur: & ita non poterit alterum morbi ignarum, cogere. Posterior est, si quis promittat matrim. alicui sub conditione dotis tradendæ, ea non tradita non potest per alterum cogi implere, quamuis ille conditionis oblitus non allegat hanc exceptionem: sed sponsalia habent tacitam conditionem, vt dixi disp. præc. n. 2 nisi occurrat casus, ob quem licitum est ea dissoluere, ergo licet alter per ignorantiam huius casus occurrentis, non alleget illum, cogi non potest ad sponsalia.

8 Dicendum tamen est sustinendo posteriorem opinionē quæstionis præmissæ, si sponsalia fuerint valida, (quod quando sit, vel sint irrita, dixi tota disput. 64.) patientem vitium, posse cogere alterum sponsum stare sponsalibus, dum alter nescit talem scientia illud vitium, vt iuste possit à sponsalibus resilire. Prob. quia hic casus omnino similis est illi, sicut enim per adulterium vnius, eximitur alter ab obligatione reddendi, si illud quę sciret, posset obijcere: sic per fornicationem vnius, vel aliam iustam causam, eximitur alter ab obligatione implendi spōsalia, & si illam nosset, posset obijcere, & vtrobique est eadem dissoluendi ratio, scilicet, quia frangenti fidem, fides seruanda non est. Si verò sponsalia essent omnino nulla, quia dolus contractui causam dedit, manifestum est sponsum doli conscium, non posse alterum ignarum cogere: cum nullo vinculo alter astrictus sit, & ipse potius teneatur iniuriam resarcire, desistendo à contractu.

9 Id tamen obseruandum est, sponsum simili vitio irretitum non posse ob æquale vitium, petere sponsalium dissolutionem, licet suum occultum sit, vt femina, quæ fornicari est, vel morbum gallicum patitur, nō potest ob eundem morbum, vel viri fornicationem, petere eam dissolutionem: vt similiter dixi n. 6. fin. de diuortio petendo, quando vterque coniux paris delicti reus est: & consultò dixi de femina, quæ fornicata est: nam suprà disp. 55. n. 9. dixi virum fornicantem posse dissoluere sponsalia ob fornicationem fœminæ, quia delicta sunt imparia.

10 Demum ex dictis infertur eum, qui fornicatus est, vel aliud vitium patitur, ob quod alter si sciret, posset à sponsalibus validè contractis resilire, si dum est ignarus, resiliat, lucrari arras, & tuta cōscientia eas retinere: quia hæc est earum natura, vt iniustè resiliens eas perdat, vt dixi suprà disp. 56. n. 2. Sed hic ignarus causæ iniustè resilit, cum vere, & non ex conscientia erronea teneatur implere, dum causam illam ignorat, possit per alterum cogi: ergo hic resiliens perdit arras, & alter lucratur.

Ad duplex arg. propositum nu. 7. resp. ad 1. fateor tunc non esse propriè pœnam, sed aliquo modo, quam nō tenetur alter sibi infligere: est enim, quasi pœna conuentionalis, nam tacitè conueniunt partes, quando spondent sibi matrim. vt aduenienti causa notabilem mutationem facienti, non vt ipso iure dissoluantur sponsalia, sed vt alter ius acquirat, si velit, & sciat, dissoluendi. Ad 2. dico id procedere in sponsalibus vere cōditionalibus: quia cum conditio suspēdat, nulla oritur obligatio ante conditionis euentum: quare cum ea non euenerit, promittēs nullo vinculo astrictus erat, & ita cogi nequit: at conditiones quæ tacitè intelliguntur, non faciunt sponsalia conditionalia, vt dixi disp. præc. nu. 3. & subinde non suspendunt consensum, sed statim oritur obligatio, licet dissolubilis, si alter causam nolit, velitque ea vti.

DISPVTATIO LXIX.

Vtrùm necessaria sit iudicis auctoritas dissoluentis sponsalia, dum occurrunt causæ dissoluendi in præcedentibus disputationibus expositæ?

SVMMARIVM.

Prima opinio semper requiri auctoritatem iudicis, quoties valent sponsalia. n. 1.

Secunda, in aliquibus casibus non requiri, n. 2.

De scandalo non requiritur, n. 3.

Quid si causa dissoluendi est publica & certa, & sponsalia similiter publica, & oritur scandalum ex dissolutione. n. 4.

Quid si causa sit certa & occulta, & sponsalia similiter occulta. n. 5.

Quid si sponsalia sint publica, & causa certa & occulta, & quale periculum sit tunc propria auctoritate dissoluere. n. 6.

Quid si causa sit occulta sit, vt nullo modo probari possit, & sponsalia publica. n. 7.

Quid si causa dissoluendi est dubia. n. 8.

An sufficiat certitudo causæ operantium, & qualis certitudo facti, in vtroque foro sufficiat. n. 9.

Quis sit ius lex huius dispositionis. n. 10.

Solvuntur argumenta, & explicantur c. Duo pueri, & c. De illis, el. 2. de despons. impub. & c. Seculares, 33. q. 2. n. 11.

ALiqui cēsent sponsalia valida, nunquam posse propria auctoritate dissolui, probant ex *c. Duo pueri, de despons. impub.* vbi pœnitentia imponitur cuidam cō quòd iudicio Ecclesiæ irrequisito sponsam demiserit, & *c. De illis el 1. eod. t.* vbi de impuberibus dicitur, si ad puberta-tem venientes reclamant, iudicio Ecclesiæ separandos esse. Et *c. Seculares, 33. q. 2.* puniuntur, qui absque auctoritate Ecclesiæ separantur. Ita tenent. *Innocd. c. De illis, n. vn.*

Alij autem duplicem casum tantum excipiunt, in quo liceat propria auctoritate dissoluere. nempe in casu ingressus religionis, vel matrimonij alterius cōtracti & rati est, quia in his duobus casibus ius ipsum est notissimum, & causa est notoria: cum matrim. in facie Ecclesiæ celebrari debeat, & professio cum solemnitate. Sic docent ex Theologis D. Th. 4. d. 27. q. 2. a. 3. corp. & ibi Durand. q. 3. a. 3. Ricard. a. 3. q. 4. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 18. §. 2. fin. Vigner. l. inst. c. 16. §. 7. vers. 7. fin. Et ex iurisperitis, glos. c. De illis, el 1. de despons impub. verb. Iudicio, & ibi Ant. nu. 4. Goffred. sum. t. de despons. impub. n. 9. Host. sum. t. de sponsal. §. Et qualiter, nu. 10. vers. Et nota, quod in 5. casu. Ioan. Andr. cap. De illis, de sponsal. fin. vbi Henric. n. 5. Præpos. fin. c. Roscel. Matrimonium, 2. n. 6. & v. Sponsalia, nu. 9. vbi Armil. nu. 13. d. 8. t. 1. p. 4. & ibi Montalu. init. Cuman. 4. decret. 1. p. t. 5. nut. n. 12. Ant. Cucual. 5. instit. maior. t. 10. nu. 9. fine, Lancelot. inst. iuris can. l. 2. t. de sponsal. v. Iudicio Ecclesiæ. Addunt D. Anton. & Roscella, v. Sponsalia, n. 9. huic duplici casui alium, nempe quando fornicatio est notoria, & Henric. & Præpos. addunt alium, scilicet quando impedimentum superueniens quod consanguinitatis, vel affinitatis detegitur: & Præpositus addit, vel nisi quando alter initiatur ordine sacro.

Sit tamē prima concl. ex natura rei vbi est certitudo causæ, & facti, nulla desideratur auctoritas iudicis, sed si desideretur, est ratione scandali vitādi. Probatur quia

quia sponsalia tacitam conditionem habent, Nisi aliquis casus ex dictis accidat: quare occurrente aliquo ex ijs, licitum est ex natura rei propria auctoritate dissoluere: sicut deficiente cõditione. Sic colligitur ex omnibus DD. n. 4. 5. & 6. allegandis, solam enim culpæ causam assignãt, dum ortur scandalum, quo cessante à culpa liberant ea auctoritate propria soluentem, & tenet *Manuel t. 20. 2. sum. 2. edit. c. 245. n. 11.*

4 Hinc infertur si causa dissoluendi sponsalia publica sit ac certa, tam de iure, quàm de facto; de iure, quia est in iure expressa, & de facto. quia est certum talem causam adesse, tunc licet spõtalia sint publica, posse propria auctoritate dissolui: quia tunc scandalum cessat, cum dissolutionis causa publica sit. Sic tenẽt *Ang. v. Sponsalia, n. 42.* vbi *Syluest. q. 11. Tabiena q. 9. n. 10. fine, Nauar. sum. c. 22. Hisp. nu. 17. Lat. n. 28. Greg. Lop. l. 8. v. Mas en todas, t. 1. p. 4.* & ex Theologis *Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 3. fin. n. 36. Manuel proximè citatus. Pet. de Ledes. de matrim. q. 4 3. a. 3. dub. vlt. Bart. à Ledesm. dub. 13. de matrim. fi. Philiarc. de offic sacerd. to. 1. p. 2. l. 1. c. 1. Vega l. 6. sum. casu 105.* Temperant *Pet. de Ledes. & Bart à Ledes.* nisi oriatur scandalum: sed non est necesarium in hoc temperamentum, esset enim omnino passiuum in scandalum.

5 Secũdò infertur, si causa dissolutionis certa sit, de iure, & de facto, licet occulta, & sponsalia sint etiam occulta, posse propria auctoritate dissolui: quia cesat similiter scandalum. sic fatentur *Ricard. D. Antonin. & Viguer. citati n. 2. aliud n 37. Ang. Sylueſt. Tabiena, Nauar. Petr. à Ledes. Bart. à Ledesm. Vega allegati in præced. Turrecr. c. Vbi non est. 30. q. 2. n. 6. Valentia 1. p. Speculi. a 21. ad finem, Enriquez l 12. de matrim. c. 14. n. 1. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 38. ad finem.*

6 Secũda concl. dum causa certa est de iure, & de facto, occulta tamẽ, & sponsalia publica, iudicis auctoritas desideratur ad ea dissoluenda: non tamen esset culpa lethalis, sed solum venialis propria auctoritate dissoluere, nisi inde graue scandalum oriatur. Quia nullibi iure cauetur eam auctoritatem necesariam esse, & dissoluens iure suo vtitur. Sic *Ang. Sylueſt. Nauar. Enriquez, Philiarcus, Vega relati n. 4. & Tabiena ver. Sponsalia, q. 8. n. 10. fine* ait, forte non esse mortale.

7 Imo si causa ità occulta sit, vt probari nequeat coram iudice, vacabit culpa sponsalia publica, propria auctoritate dissoluere, quia petita licentia denegabitur probationes defectu, & ex alia parte recuperat innocens rem sibi debitam, quam iuxta omnes fas est propria auctoritate capere, quando in iudicio recuperari nequit. sic *Palud. n. 38. & Enriquez allegati n. 4.*

8 Tertia concl. dum causa dissolutionis est dubia, de iure, quia non est certum esse sufficientẽ, vel de facto, quia alter non est certus eam adesse, est peccatum lethale propria auctoritate soluere sponsalia. quia est probabile iniustitiæ periculum, dum spoliatur alter in dubio, iure sibi acquisito, vt impleatur fides data. Sic *Pet. de Ledesm. & Lud. Lop. citati n. 5.* & colligitur ex alijs allegatis n. 5. & 6.

9 Ne tamen intelligas exigi, vt vndequaque certa sit sufficientia causæ, ita vt nulla sit opinio contraria: vix enim casus contingeret: sed requiritur certitudo moralis, id est vt causa iuxta probabilem opinionem, sit sufficiens: quia in moralibus ad operandum hæc dicitur certitudo, cùm satis sit, vt quis tuto operetur, opinionem probabilem amplecti, & ita colligo ex *Lud. Lop. d. c. 38. ad fin.* vbi cautè dixit esse peccatum mortale, quando causa est dubia, dissoluere sponsalia, nisi auctoritate iudicis, vel viri docti asserentis esse sufficientem: quæ solam opinionem facit. Quæ autem certitudo facti requiratur, dicam disp. 71. & 72. pro foro externo: & disp. 73. pro interno.

10 Vltima conclu. index, cuius auctoritate sponsalia dissoluenda sunt. est solus ecclesiasticus, ordinarius, vel delegatus, quia hæc est materia spiritualis, non autem erit parochus: quia non est iudex in foro externo. Sic *Palud. 4. d. 27. q. 1. n. 38.*

11 Ad arg. proposita n. 1. respondetur, c. *Duo pueri*, & c. *Secundò*, loqui de matrimonio de præsenti, à quo alter coniux absque causa recesserat, vt clarè constat ex textu. Ad c. *Dilecti*, dico nolle textũ, esse necesarium Ecclesiæ iudicis, sed tantum iubere vt Ecclesiasticus iudex, si coram ipso impubes adepta pubertate reclamauerit, eum separet.

DISPVTATIO LXX.

Vtrùm, si causa dissolutionis sponsalium occulta, infamiæ grauis nota afficiat, vt si sit occulta sponsæ reputatæ virginis fornicatio, possit in iudicio detegi, vt ea dissoluantur?

SVMMARIVM.

Ratio dubitandi proponitur. n. 1.

Licitum ijs præmissa monitione, & quando liceat testium vitia occulta detegere, & furem occultum, ad vitandum damnum. n. 2.

RAtio dubitandi est, eo quod de iure naturæ sit proximi famam illæsam conseruare, cum vitium occultum est. 1

Sed breuiter dicendum est, non statim causam ad iudicem deferendam esse, sed prius monẽdam esse sponsam, vt desistat, vt vel sic infamiam euitet: sin autem velit, adeundos esse parentes, vel viros pios, vel prælatum, vt patrem, vel ipsam moneãt: quod si adhuc persistat, fas esse ad tribunal iudicis deferre. Sicut similiter dicunt DD. habentem impedimentum occultum ad ordines, vel matrim. prius esse monendum, aliaque media occulta adhibẽda, & si nihil profit, denũciandum esse. Prob. quia hic vtitur iure suo ad se tuendum, cum alio pacto defendere se minimè possit. Item, quia licitum est detegere vitia testium occulta, quando id est medium necesarium ad iustam defensionem: vt optimè *Sotus lib. 5. de iust. q. 7. art. 3.* & omnes alii docent. Tandem quia licitum est denunciare iudici furem occultum ad vitandum proximi damnum, secreta monitione non proficiente, vt benè docent *Tabiena v. Inquisitio, n. 6.* vbi *Armil. n. 8. Sotus de secreto, memb. 2. q. 6. paulo ante solut. ad 3. Cordub a sum. q. 111. Nauarra lib. 3. de reſt. c. 1. in 2. edit. nu. 357. & seq.* ergo à fortiori id licebit ad vitandum damnum proprium, ne cogatur sponsus implere sponsalia, quibus non astringitur. 2

DISPVTATIO LXXI.

Qualis probatio plena ac sufficiens sit, impedimenti matrimonij, vt Ecclesia illud celebrari impediat, sponsaliaque dissoluat?

SVMMARIVM.

An sufficiat vnus testis. n. 1.

Quid si non sit citatus, sed per partum producentem oblatus, vel si ingerat. n. 2.

Quid, si velit publicè, & in partu præsentia testificari, sed secretè, & absque sui nominis publicatione. Et quid si velit publicè, causa quo suam turpitudinem aperiat n 3

Quid, si testis sit denunciatus, vel accusatus, veltur pituitum propriam detegat. n. 4.

Et quid, si testis sit criminosus, n 5.

An accipiendum sit contrahentium iuramentum in probatione supplementum, n. 6

An quando allegatur causa dissolutionis culpam non continens, si matrimonium contrahatur, sufficiat vnus testis ad impediendum, n. 7.

Quid, quando sponsalia sunt iuramento firmata, an satis sit vnus testis, & qua circumspectione debeat talis testis deponere, n 8.

Quid quando testis non deponit, sed solum denunciat, n. 9.

An oporteat, vt testis ille iuret, n 10.

An exigatur, vt talis certo sciat, vel sufficiat iudicium licet alter certò sciens testetur absque iuramento: & quid, si impedimentum sit consanguinitatis. & qualiter consanguinei ad hanc probationem admittantur: & explicatur c. Licet ex quadam, de testibus, n 11.

Quid, si testis sit vilis, & quid in teste considerandum sit. & quid quando factum est ita occultum, vt alias probari nequeat n 12.

An satis sit fama impedimenti, n. 13.

Quid si sponsalia sint iurata, & explicatur c. Cum in tua, de sponsalibus n. 14.

Quid si fama constet iudici vt priuato, & an possit tunc absque ordine iudiciario inquirere, n. 15. & quid si sin contrarium sint clariora probationes, n 16.

An contra famam admittatur probatio consanguineorum, vel iuramentum volentium contrahere matrimonium, nu. 17. & quid de vxore. & quo differt à fama, n. 18.

1 IN hac disput. tractandum est, qualiter in foro externo sufficiant vnius testis dictum, & fama ad dissoluenda sponsalia, impediendumque matrimonium: & priores conclusiones de reste erunt: posteriores verò de fama.

Prima concluſ. impedimentum ne matrimonium contrahatur, plene probatur vnico teste. Habetur expresse *c. Super eo, el 2. de testibus. & attestat. & c. Preterea, el 2. de sponſ.* & huius rationem reddunt omnes DD. quia hic agitur de vitando peccato, ne impediti contra Ecclesiæ prohibitionem contrahendo, peccent. idem definitur *l. 18. t. 9 p. 4.* & nullus in hac conclusione discrepat.

2 Idem dicendum est, licet testis non fuerit citatus, sed per partem producentem iudici oblatus: non enim præsumitur ex hoc se ingerere argumento, *c. Constitutus, de testib.* secus vbi se ipsum ingereret, tunc enim sicut suspectus esset repellendus: argumento *l. Vxori, §. 1. ff de sal.* sic *Abb. c. Cum in tua, n. 2. de sponſal.* vbi *Alexan. de Neuo n. 4. Præpoſ. nu. 1. Bart. l. Post legatum. §. His verò, n. 1. ff. de his quibus vt indig. Maſc.* cum alijs quos refert *de probatio. concl. 1035. n. 3.*

3 Secundo idem dicendum est, quamuis testis nolit parte citata, & publicè, vt testimonium ferri debet, iuxta *c. 2. de test.* sed clam, & absq; nominis publicatione testari. Sic habetur *c. Preterea el 2. de sponſ.* & docent *Innoc. ibi n. vn. Ant. n. 6. Abb. n. 7. Alex. de Neuo n. 4. Præpoſ. nu. 4. Maſc. d. concluſ. 1035. n. 4.* Imo *gl. c. Preterea, v Publice, & Ioan. Andr. ibi n. 5.* asserunt testi publicè confitenti in casu illius textus, non esse fidem adhibendam: tum quia turpitudinem tuam tetur, tum etiam, quia dictum vnius non satis probat. Sed merito reprobant *Hoſt. ibi, paulo poſt princ. Ant. n. 7. Abb. nu. 7. Alexan. de Neuo n. 7. Præpoſ. n. 7.* tum quia maior est præsumptio contra clam deponentem, iuxta illud D. Bernard. ad Eugenium. *Hanc tibi conſtituat regulam vt omnem, qui palam veretur dicere, quod in auribus locutus eſt, ſuſpectum habeas.* tam etiam, quia vbi agitur de peccato vitando, vnus testis probat, vt dixi n. 1.

4 Tertio idem dicendum est, etiam si testis esset denunciator, vel accusator, allegaretque turpitudinem suã. Ita colligitur ex *c. Ad audientiam, de sponſal.* & ex *c. Iuratus, de probat.* & ex *c. 1. de conſangu.* vbi id tenet *Ant. n. 3. Abb. n. 6. Alex. de Neuo n. 6.* qui idem etiam docet, *d. c. Preterea nu. 4.* vbi *Præpoſ. n. 8. Maſc. d. concl. 1035. n 5.*

5 Quarto idem dicendum est, licet testis sit criminosus: vt constat ex *c. Preterea, el 2. de sponſal.* vbi testis turpitudinem suam allegat. Sic *Card. ibi n. 1.*

6 Aliqui censent in his casibus accipiendum esse iuramentum à contrahentibus, in probationis supplementum. Sic *Tancred.* & *Philip.* quos refert, & merito improbat *Alex. de Neuo c. Super eo, de conſang. n. 9.* quia cum vnicus testis plenè probet, vt dixi n. 1. nullo supplemento indiget.

7 Imo non tantum satis est vnus testis, vel fama ad impediendum, ne sponsalia compleantur, & plene probandum, quando opponitur impedimentum impediens matrimonium, sed etiam quando allegatur alia causa, qua existente nullum esset peccatum contrahere, vt si ad dissoluendum sponsalia alleget sponsus fornicationẽ sponsæ. Sic *Palud. 4. d 29. q. 1. a. 3. casu 1 nu. 17 fine:* & probatur ex *c. Super eo, el 2. de teſt. & atteſt.* Sed omnino tenendum est oppositum, quia quando agitur de alterius præiudicio, non satis est vnus testimonium, *c. Licet ex quadam, c. Veniens, c. In omni negotio, de teſtib. & l. Vt iuriſiurandi, C. de teſtib.* Sed hic agitur de præiudicio iuris alteri acquisiti, ne sibi fides præstita impleatur: & ab hac regula generali solum excipitur, quando opponitur impedimentum matrimonij, ratione peccati vitandi, vt dixi n. 1. ergo extendi non debet ad casum, vbi non agitur de peccato vitando, sed de solo tertij præiudicio. Quare *Panorm. cap. Preterea, el 2. de sponſal.* dicit casum illius textus esse valdè specialem, ratione peccati vitandi. Nec *d. c. Super eo*, oppositum probat, quia expresse loquitur, dum allegatur consanguinitas matrim. dirimẽs. Item, quia in hoc casu agitur de alterius peccato probando, scilicet fornicatione, quod non nisi duplici teste probatur: vt dicunt optimè aliqui DD. explicantes, *c. Duo pueri, de deſponſ. impub.* vbi textus dicit credi viro asserenti copulam, & dicunt id esse matrimonij fauore, quod copula firmabatur: secus fore, si non ad matrimonij valorem, sed ad probandum delictum ageretur: hi sunt, *Ioan. Andr. d. c. Duo pueri, fin.* vbi *Hoſt. ſuper v. Non cognouiſſe, Ant. n. 14. Abb. nu. 6. Alex. de Neuo n. 12.* Tandem, quia speciale est dum allegatur fornicatio, tamquam matrimonij impedimentum, vt concubitus cum consanguinea futuræ vxoris probetur vnico teste, vel fama, eo quod agitur de peccato vitando, vt bene *gloſſ. c. Preterea, de teſtib. & atteſt. verb. De auditu, & ibi Bald. n. 8. Campegius tract. de teſtibus, reg. 385. verſ. Tertio probatur, Maſcard. de probation. concluſ. 62. n. 7. & concl. 63. n. 1.* ergo non debet extendi ad casum, in quo non agitur de matrimonio impediendo, & vitando crimine.

Vtrùm autem concl. posita locum habeat, vbi sponsalia iuramento firmata essent: non constat inter DD. quidam enim censent non satis esse vnius testimonium, ad impediendum matrimonium: id enim clarè videtur decidi *c. Preterea, el 2. de sponſ.* & ratio est, ob iuramẽti religionem, Ecclesia enim certa est de periurio, ijs non impletis incerta autem de impedimẽto, & ita tutius eligit. Sic docent *gl. c. Super eo, de conſang. verb. Fama, & cor. Preterea, v. Niſi*, vbi *Ant. n. 8. Abbas fin. Cardin. fine, Henric. nu. 3. & 4. idem Ant. d. c. Super eo, nu. 6. Greg. Lop. l. 182. 9. 9. 4. verb. Per iuram, Leonissa inter conſilia matrim. Zileti, conſ. 49. n. 21.* Et ex Theologis *Palud. 4. d. 27. q. 1. art. 3. caſu 9 nu. 27.* & explicant *Greg. Lop.* & *Palud.* quamuis testis sit omnino integer. Sed verius est sufficere testem omnino integrum, quia non minus quàm fama probat, quæ sufficit ad dissoluendum sponsalia iurata, vt dicemus nu. 14. Nec obstat *d. c. Preterea*, quia ille testis non erat omnino integer, quia nomine non publicato deponebat, allegabatque turpitudinem suam. Sic *Abb. c. Super eo de conſang. nu. 7. & c. Super eo, de eo qui cognouit conſang. n. 5. Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. nu. 22. Maſc. de probat. conc. 1035. n. 10* & ex Theologis, *Veracruz 3. p. ſpeculi. art. 8.* addunt *Conar.* & *Maſcard.* debere testem esse omnino integrum, & circumspectissimè testimonium laturum: qua verò circumspectione, & qua integritate testis hic deponere debeat, relinquitur arbitrio iudicis: vt ait *Conar.* Eius dem sententiæ sunt *Hoſtienſ. eo. c. Preterea, ſuper v. Niſi iuramentum, & ibi Calderinus & Anchar. n. 4. Præpoſ. nu. 9. & c. Super eo, de conſanguin. fine*, vbi *Alex. de Neuo n. 9.* vbi dicunt impedire sponsalia iurata testem integrum, & bonæ famæ, si iudex attentis circumstantijs sibi persuadeat verum deponere.

Secunda concl. aliquæ qualitates concurrere debẽt, vt vnicus testis sponsalia perficiat, impediat. Prima est, vt testis deponat: si enim solum denunciaret, nõ impediret matrimonium, nisi probaret de fama. Sic *Petrus*, quem refert & sequitur *Alex. de Neuo c. Cum in tua, de sponſal. nu. 9. & 14.* per illum textum, quia vltra vnicum testem, famam petit.

Secunda qualitas est, vt testis iuret: parum enim creditur non iuranti *c. Tua, de cohabit. cleric.* sic contra *Card. c. Preterea, el 2. de ſponſal. n. 1.* docent *Hoſt. ibi initio, Ioan. And. num. 2. Abb. c. 1. de conſang. n. 4.* vbi *Alex. de Neuo n. 3. Præpoſ. n. 6. Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 21. Guti. r. quæſt. can. l. 1. c. 11. nu. 31. 32.* Et ex Theologis, *Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 3. caſu 9. n. 27. Lud. Lop. 2. p. inſtruct. de Euchariſtia, c. 76. f. 246.*

Tertia est, vt is testis asserat cum iuramento se certo scire impedimentum: aliàs de solo auditu testificans, nõ impediret, quamuis alter testis simul cum eo, absq; iuramẽto, de certa scientia deponeret: vnde maiorem fidem facit fama, vel vnicus testis iurans, quàm duo testes, quorũ vnus cum iuramento deponit de auditu, alter verò absque iuramento, de certa scientia: cum hi duo non impediant matrimonium, quod tamen vnicus testis, vel fama impedit, dum testis ille iurat de certa scientia. Sic *Abb. c. 2. de conſanguin. n. 2. & 3.* vbi *Alex. de Neuo n. 2. Præpoſ. nu. 6 Conar. Maſcard. Gutier. eo. n. 32. allegati n. præced.* & exigi, vt testis hic de certa scientia deponat, docet etiam *Nauar. l. 4. conſil. in 2. edit. t. de conſangu. conſ. 2. n. 1.* Excipiendum tamen est ab hac regula, vt non sufficiat testis de auditu deponens, nisi

nisi ad probandam consanguinitatem: tunc enim satis est de auditu testari, si testificetur iuxta formam, *cap. Ex quadam, de testib.* iic *Card. c.1. de consang. n.2.* vbi *Anchar. nu.2. Præpos. n.2. idem Præpos. Tuanos, cod. n.5.* vbi *Ant. nu.7. Alex. de Neuo n.7. Conar. 4. decret. 2.p.c.6.§.10.nu.21. Mascard. de probat. concl.1035.n.10. & concl.410.num.1. Gutier. quæst. can. l.1. c.11.n.34.* ad idem est *Nauar. d. cons. 2. proximè citato*, vbi ait quendam testem, vt matrim. impediret, deposuisse audiuisse à quondam suo maiori contrahentes esse consanguineos: & ait non impedire, quia est testis de auditu. qui cõsanguinitatem non probat, nisi à pluribus maioribus audiuisset, iuxta *d.c. Licet ex quadã*, idem *Mascard. ea concl.410. n.3.* vbi ait requiri testes esse personas graues, & deponere à maioribus audiuisse: & *n.4.* ait requiri, vt audierint ante litem motam, nam si post litem motam, nullam fidem facerent: facile enim id contingere potest, nisi (vt inquit *n.1. cum aliis*) si tales auditus post litem motam, in loco distantissimo, & nam.7. ampliat, vt habeat locum etiam quo ad matrim. impediendum. Maximè tamen aduertendum est duodecim illa requisita, *d.c. Ex quadam*, ad probandũ consanguinitatem ex solo auditu, tantum desiderari, dum agitur de matrim. contracto dirimendo: nam dum solum tractatur de eo impediendo, satis est vnicus testis de auditu impedimenti consanguinitatis, qui à maioribus audierit: dummodo is distinguat gradus clara computatione ab vtroque latere: vt probat *d.c. Licet*, ibi, *singulos gradus*. Sic *Gutier. cap.6. n.34.* & dicit ita praxi seruari: & idem videtur tenere *Mascard. d. concl.410. n.9. & 10.* vbi ait quo ad alios esse satis, quicunque quam ad matrim. dirimendum, satis esse testes qui de auditu consanguinitatis deponentes, sint fide digni, dummodo probẽt distincte gradus: (vt ait *idem Mascard. ibi, n.21.*) & ratio est, quia cum consanguinitas sub corporum sensum minimè cadat, necessaria est efficax ratio testimonij, vt testes probent. Sunt autem magis idonei testes ad probandam, vel negandam consanguinitatem, ipsi contrahentium consanguinei: quia nullis ità cõstat de parentela, nisi ipsorum interest, commodumque reportent: tunc enim tamquam in causa propria testificantes, admittendi non sunt: vt omnia hæc probat *Mascard. d. concl.410. n.33. & multis seqq.* Potest etiam consanguinitas probari per coniecturas, indicia, præsumptiones, cum sit difficilis probationis: vt probat *idem Mascard. concl. 1039. n.2. & 3.*

12 Vltima testis qualitas est, ne sit vilis persona, talis etiam, sponsalia etiam non iurata, perfici minime impediret. ita *Innocen. 4. Præterea, tit 2. de sponsal. fin. & c. Cum in tua, eo.t. nu.7.* vbi contra *Goffred. sunt fide accusat. fin.* concludit ad impediendum etiam peccatum futurum, non admitti vilem personam ad denunciandum, nisi factum ita clandestinũ sit, vt probari nisi per vilem personam, nequeat. Nam vbi deest facultas probandi, admittitur probatio aliàs non integra: vt est bonus textus, cum gl. *c. Cum dilecti, de dolo. & c. Præterea, de testibus*, & dicit communem *Ant. Gab. com. 1. conclu. n.1.18. in mea edit. verb. Testis. f.418.* Hinc intetturiudex considerare debere qualitatem personæ testificantis, & an sibi displiceat matrimonium, nec ne, & alias circumstantias: vt bene docent *Hostiens. & Calderin. c. Præterea. tit 2. de sponsal. & ibi Ioan. And. n.4. Ant. n.8. Anchar. n.4. Greg. Lop. l.18. verb. De vn. t.9. p.4.* Et ratio est, nam quæ sint veræ probationes, & quando testibus fides adhibenda sit, multum in iudicis arbitrio versatur: vt latè tradit *Menoch. de arbit. l.2. cent.1. casu 90.*

13 Tertia concl. fama impedimenti, plenè probat illud, ad effectum impediendi ne matrimonium contrahatur, habetur expressè *c. Super eo de consang. & l.18. t.9. p.4.* & docent omnes.

14 Et hæc conclusio est vera, quamuis sponsalia iuramento cõfirmata sint, quia *c. Super eo, de consang.* dicitur famam impedire matrimonium contrahendum fide data: vbi *gl. verb. Fide*, explicat, id est, iuramento, & ita docet *ibi gl. v. & Fama, Ant. n.6. Card. fin. Abb. n.5. idem Anchar. c. Præterea, tit 2. de sponsal. fin.* vbi *Henric. n.3. Alex. de Neuo n.17. Præpos.* dicens commun. *n.9. Conar. 4. decret. 2.p.c.6.§.10.nu.22. Mascard. de probat. concl.1035. n.12. Veracr. 2.3. spec. n.8.* Quare non est audiendus *Paiud. 4.d.27.q.1.n.3. casu 9.nu.27.* vbi tenet oppositum, per *c. Cum in tua, de sponsal.* vbi vltra personam fide dignam requiritur fama, eo quod sponsalia iurata erant. Sed hic textus minimè probat: id enim prouenit, quia testis non deponebat, sed tantum denunciauit, vt aduertit *ibi Alex. de Neuo n.9.*

Ea tamen fama non debet esse priuata, id est, si constet 15
iudici vt priuato, nam facta probatione in iudicio, non satis est ad impediendum matrimonium: vt bene *Abb. & Alex. de Neuo ibid.* & hic explicant *glossam cod. c. Cum in tua, verb. Licet*, obscurè loquentem: secus inquiunt, quando aliquid constat iudici vt notorium, quamuis enim id non probatur, potest iudex iuxta illud iudicare: vt videtur textus iuncta *gl. l. C. Quæ, & aduersus quos.* Potest etiam iudex ea fama priuata ductus, per se ipsum de plano, & sine aliquo ordine iudiciario diligenter de impedimento inquirere. Sic *Innoc. d.c. Cum in tua, n. vn.* vbi *Ant. nu. 4. Card. n.2. Anchar. n.3. Abb. n.4. Alex. de Neuo n.7. Præpos. nu.7.* & multi alij, quos refert & sequitur *Mascar. de probat. concl. 1035. n.13.* vnde *Card. & Præpos.* asserunt non esse opus, partem citare, nec facere, vt testes iurent.

Quarta concl. non satis esset fama ad impediendum 16
matrim. adhibitis de contraria fama clarioribus probationibus. Sic *gl. per illum textum, ca. Cum in tua, de sponsal. verb. Famam, & ibi Ant. fin. Anchar. n.4. Alban. n.3. Alex. de Neuo n.12. Præpos. n.4. Parisius cons. 64. n.24. vol.3. & cons 25. num.242. vol. 1. Nauar. Azpilcueta, de pœn. d.6. n.27. Mascar. de concl.1035. nu.14.*

Ad deponendum autem contra hanc famam admittitur etiam consanguineorum iuramentum, per *cap. Cum in* 17
tua, de sponsal. ibi, *vel contra famam huiusmodi coram auctore exhibitas proximorum.* Sic *Abb ibi, fine, & Alex de Neuo nu.13.* Imo hæc fama eliditur, eiusque probatio arbitrio iudicis, si contra illam, contrahere volentes iurent se non esse consanguineos: tunc enim iudicis arbitrio relinquitur iuxta personarum qualitatem admittere hoc iuramẽtum contra famam. Sic *Præpos. d.c. Cum in tua. n.4. Menoch de arbitr. l.2. cent.3. casu 245. n.4. & casu 454. n.1. & 2. Mascar. d. concl.1035. n.16.* & idem de parentum iuramento, asserunt *Præpos. & Menoch. ibid.*

Tandem rumorem sufficere ad impediendum matri- 18
monium, asserunt *Ant. c. Super eo, de eo qui cogn. consang. n.7. & ibi Præpos. n.4.* Differunt autem fama & rumor, quia illa est, quando maior pars vicinię acclamat; hic verò, quando aliqua pars, vt tertia, vel quarta, vt bene *Host. d. c. Super eo, in princ. Ioan. Andr n.2 Cardin. n.1. Ant n.4. Abb. nu 3. Alex. de Neuo n 3. Præpos. n.2. Aug. v. Fama, n.4.* vbi *Syluest. n.4. Tabiena in princ. Armilla n.1.* Vnde minus bene *Anchar. d.c. Super eo, n.2.* dicit rumorem esse, quando maior pars; famam verò, quando tota vicinia clamat. Verius tamen est, rumorem non sufficere, cum quia minùs probat quam fama, vt constat ex *d.c. Super eo*: tum etiam, quia nullibi reperitur rumorem impedire matrim. contrahi: vnde seruanda est generalis regula, vt omnes possint contrahere, qui non reperiuntur impediti *c. Cum apud. de sponsal.* sic *gl. d.c. Super eo, fine & ibi Card. fin. Alex. de Neuo n.8.*

DISPVTATIO LXXII.

Vtrùm confessio vtriusque, vel alterius sponsi, quod impedimentum subsit, sufficienter illud probet, sponsaliaque dissoluat?

SVMMARIVM.

Opinio, dicens sufficere confessionem sponsi, refertur, n.1. & explicatur c. Præterea, d. 2. de sponsal.

Sufficit vtriusque testimonium, licet iurata sint, n.2.

Sufficit testimonium vtriusque celebrati matrimonium, vn 3. non autem recentium, n.4.

Inno-

1 *Innocentius c. Super eo, de consang. n. vnico*, ait testimonium sponsi sufficere, si sponsalia iurata non sint: per *c. Praterea, el 2. de spons.* sed hoc ita vniuersaliter dictum bene reprobat *Alex. de Neuo d.c. Super eo n.7.* Nec *c. Praterea*, aliquid probat: quia ibi non sponsus, sed sponsi consanguineus impedimentum affirmabat.

2 Sit igitur prima concl. si vterque sponsus fateatur impedimentum, satis est ad dissoluenda sponsalia, quamuis iuramento firmata sint. Quia mutuo cõsensu possunt liberè dissolui: vt dixi supra disp. 52. per totam, dum vterq; autem fatetur impedimentum, satis explicat mutuam resilendi voluntatem. Sic *Anchar. d.c. Super eo, n.4.* vbi *Abb n. 5. Menoch. de arbitrar. l. 2. cent. 2. casu 103. nu. 2. Mascard. de probation. conclus. 1035. nu. 17. 18.* Et ex Theologis, *Veracruz 3 p. speculi, a. 8.*

3 Secunda concl. si alter tantum fateatur impedimẽtum, & sit ille, qui matrim. celebrari optat, satis est: argumẽto, *c. Attestationes.* & quod notat ibi *Hostiens. de despons. impub.* & ratio est, quia hic casus non differt à primo, quia alter volens non subsequi matrim. iam ex parte sua dissentit: hic vero eo ipso, quod impedimentum fatetur, recusat matrim. celebrari: quare mutuus consensus ad sponsalia dissoluenda concurrit. sic *Auton. d.c. Super eo, n.8. Abb. nu. 5. Mascard. d. n. 18 Menoch. d. casu 103. n. 3. Veracruz. d. a. 8.*

4 Vltima conclusio, si verò fatens impedimentum, sit ille, qui matrim. recusabat, non statur eius cõfessioni: quia est in suum fauorem, & in præiudicium iuris tertij acquisiti: confessioni autem huiusmodi non adhibetur fides. *14. q. 2. in princ.* sic *Ant. d.c. Super eo, n.8. & ibi Alex. de Neuo nu. 13. Abb. n. 5. Mascar. d. n. 18. Menoch. d. n. 3.*

DISPVTATIO LXXIII.

Qualis certitudo causæ sufficientis ad dissoluenda sponsalia, desideretur pro foro conscientiæ, vt licitè dissolui valeant?

SVMMARIVM. 1

Satis est cognitio sufficiens in foro externo. n 1.
Quid si vnus testis affirmet, licet sit consanguineus, vel sit fama. n 2.
Quid si ex aliorum relatione cognoscatur, & explicatur cap. Veniens, qui clerici vel vouent n. 3.

HActenus egimus de cognitione sufficienti pro foro externo: in hac autem disp. agendum est de ea, quæ pro foro conscientiæ sufficit, vt licitè alter à sponsalibus resiliat: & dicendum quidem est, eam sufficere, quę in foro externo satis esset, vt in alio simili, nempe ad faciendum diuortium propria auctoritate, docet *Sotus 4. d. 36 q. vnica, a. 4. vers. Circa singulas. Pet. de Ledesm. de matrim. q. 62. a. 3. circa secundam concl. notab. 1.*

Hinc infertur satis esse vnum testem de certa scientia sibi iurantem, vel famam, quia (vt dixi tota disp. 71.) hæc sufficiunt pro foro externo. Et pro hac parte faciunt aliqui DD. dicentes consanguineum videntem suum consanguineum, velle eam ducere, quam ipse carnaliter cognouerat, teneri impedimentum detegere: alterumque teneri credere: & probant ex *c. Si homo, 35. q. 3.* vbi expressè dicitur teneri reuelare consanguineo: quod idem docet *gloss. c. Praterea, el 2. de spons. al. verb. Publice*: ergo alter teneretur credere, frustra enim esset reuelatio, si alter credere non teneretur. Hi sunt *Archid. d.c. Si homo, & ibi Turrecr. Laurent. & Gosfred.* quos contra Vincentium & Tancredum refert & sequitur *Henric. d.c. Praterea, n.2* addit bene *Archid.* dummodo iuret, & coniecturæ sint eum non mentiri: quod etiam diximus disp. 71. n. 11. fine. Imo si esset persona fide digna, testificans, & de certa scientia testaretur, nec suspicio aliqua mendacij subesset, credo in foro conscientiæ non esse necessarium iuramentum: & quamuis disp. 71. n. 7. reprobauerim *Paludanum* sentientem vnico teste probati quamcumque causam dissoluendi sponsalia, licet matrim. absque peccato perfici posset: vt sponsę formicationem: pro foro tamen conscientiæ placet ea opinio, dummodo testis ille qualitatibus dictis affectus sit.

Hinc infertur satis esse, si relatione aliorum, vel propria experientia cognoscat quis, sponsum non fuisse virginem tempore sponsalium. Sic *P. Molin tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 272. f. 120. §. Deinde si mulieri.* Nec obstat *c. Veniens, qui clerici vel vouent.* vbi non excusat textus sponsam, quæ multa audierat de viri seueritate: quia (vt ait *ibi Alex. de Neuo n. 2.*) additus ille non fuit sufficiens ad certam notitiam, quia fortè fuit vanus rumor vulgi.

LIBER SECVNDVS
DE
ESSENTIA ET CONSENSV
MATRIMONII.

Diuisio totius libri.

Hucusque de sponsalibus, quæ præuia sunt, & dispositio ad matrimonium, egimus: iam matrimonij tractatum aggredientes, priùs in hoc secundo libro agemus de matrimonij essentia, & qualiter sacramentum sit, & cum eius definitione collocetur, esse vinculum indissolubile, agemus de eius indissolubilitate, & qualiter Pontificia dispensatione, aut religionis ingressu solui possit. Deinceps in genere, de qualitate consensus ad matrimonium requisiti, & de obiecto, & fine ipsius consensus, in sequentibus libris disputemus de consensu in particulari.

DISPVTATIO I.

Quid sit matrimonium, & in quo eius essentia consistat?

SVMMARIVM.

Matrimonium vnde dicatur, & quid sit. n. 1.
Quæ reperiantur in matrimonio. n 2.
Consummatio non est de eius essentia. n 3.
Nec consensus internus, nec externus contractus sunt id, in quo essentia matrimonij consistit. n 4. nec etiam mutua corporis traditio. n. 5. nec mutua obligatio ad reddendum debitum, eadem n. 5.
Matrimonium est vinculum quo coniuges vnus sunt. n. 6.
Vtrum id vinculum sit relatio realis. n. 7.
Explicatur matrimonij definitio. n. 8.
Matrimonium diuiditur in legitimum, ratum, & consummatum. & quid sint hæc. d. 9.

SVPPONENDVM primo est, matrimonium vnde dicatur, & quot nominibus appellari soleat: de quo satis dixi l. 1. in proœmio, n. 4. Definitur autè sic. Est coniũctio maritalis, viri & feminæ, inter legitimas personas, indiuiduã vitæ cõsuetudinẽ retinẽs. Hæc definitio dicitur

ditur c. Illud, *in fin. de præsumpt. & 27. q. 1. in fum. & l. 1. ff. de ritu nupt. & §. 1. Inst. de patr. potest & l. 1. 2. p. 4.*

2 Secundo supponendum est, in matrimonio 7. inueniri. 1. inuenitur mutuus consensus. 2. externus contractus. 3. mutua corporum traditio, quæ est immediatus illius contractus effectus. 4. quoddam vinculum ortum ex illo contractu. 5. quod immediatè sequitur ex his, scilicet mutua obligatio ad reddendum debitum. 6. ius quod est in vnoquoque ad alterum. 7. vsus, & consummatio matrimonij, & ex his videndum est in quo consistat matrim. quidditas.

3 Primo, ergo matrimonij consummatio non est de eius essentia: constat, quia beata Virgo verum contraxit matrimonium, *Matth. 1.* nec cognita est.

4 Secundo, nec consensus internus, nec externus cõtractus sunt id, in quo matrimonij essentia cõsistit, quia sunt causa efficiens matrimonij. Idem quia hi transeunt, matrimonium autem vsque ad mortem durat. Sic *D. Th. 4. d. 27. q. 1. a. 2. quæstiunc. 1. ad 2. Victoria sum. de matrim. n. 246. Ledesm. 2. p. 44. 46. a. 1. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 15. Pet. de Ledes. de matrim. q. 44. a. 3. concl. 1.*

5 Tertio, nec est quidditas matrimonij, mutua corporũ traditio: quia illa transit, matrimonio permanente: nec mutua obligatio, & subiectio ad reddendum debitum. Hæc enim alterius adulterio, vel ingressu religionis communi consensu cessat, manente matrimonij consummati vinculo. Sic *Bart. à Ledes. d. dub. 15. Pet. de Ledes. d. a. 3. concl. 4.*

6 Consistit ergo essentia matrimonij, seu matrimonium ipsum in vinculo illo, quo formaliter sunt coniuges vniti, quod oritur ex mutua traditione. Sic *D. Thom. Ledes. Victoria. Bart. à Ledes. Pet. de Ledesm. concl. vlt. cit. n. 4. Enriq. l. 11. de matrim. c. 8. n. 2.* vbi alios refert. & constat, quia mutuo se ponunt, & perimunt. Item, quia matrimonium idem est, quod coniugium.

7 Rogabis tamen, an hæc relatio sit realis? Aliqui dicunt esse relationem rationis, quia oritur ex contrahentium consensu, qui cum sit immanens, nihil in re ipsa ponit: & ita non potest producere relationem realem. Sic *Scotus 4. d. 26. q. un. Palud. ibi q. 1. a. 2. & q. 4. a. 3. Soto 4. d. 27. q. 1. a. 1. ad 2.* Sed verius est esse relationem realem. Quia fundatur in actione externa, & reali, scilicet, contractu externo, non enim sufficeret consensus internus. Sic alios referens *Enrique c. l. 11. de matrim. c. 8. n. 2. Pet. de Ledes. de matrim. q. 44. a. 3. f. 128. col. 1.*

8 Ex his venit explicanda matrimonij definitio: dicitur, coniunctio, quia in hac cõsistit matrim. essentia: dicitur, maritalis, id est, orta ex mutua traditione, vt explicetur fundamentum: nam in sponsalibus est vinculum ortum ex promissione: & ad differentiam coniunctionis militum sub vno duce; dicitur, viri & feminæ, vt explicetur subiectum: inter legitimas personas, hoc est non habẽtes impedimentum dirimens: dicitur, indiuiduam vitæ societatem retinens, id est, perseuerantem, vt explicetur finis matrimonij, qui est mutua habitatio, & non esse solubile, sicut alia vincula contractuum, quæ mutuo consensu tolluntur: cuius rationem reddam disp. seq. n. 3.

9 Tandem matrim. diuiditur in legitimum, ratum, & consummatum: legitimum dicitur, quod legitimo consensu contrahitur: quale est apud infideles; ratum dicitur, quando est sacramentum, nondum tamen copula carnali consummatum: & sic matrim. infidelium dicitur legitimum, non tamen ratum, quia non est sacramentum, vt expedite habetur *c. Quanto, de diuort.* & docent omnes, & explicat Conc. Colonien se, quos refert *Conar. 4. decret. 2. p. 6. 1. §. 3. n. 4.* matrim. vero consummatum est, quando est iam copula carnali perfectum.

DISPVTATIO II.

Vtrùm matrimonium sit homini naturale?

SVMMARIVM.

Proponuntur argumenta probantia partem negatiuam n. 1.
Explicatur qualiter sit homini matrimonium naturale n. 2.
Quare sit indissolubile, & fornicatio peccatum mortale, n. 3. & soluntur argum. n. 4.

VIdetur non esse naturale, quia alias contra naturam 1
esset & illicitum vouere virginitatem. Secũdò, quia inclinatio naturæ tantum est ad prolis generationem, & educationem debitam, ad quod satis esset virum & mulierem simul habitare, quamdiu proles indigeret.

Sit conclu. matrim. non est naturale, quasi ex proprijs 2
naturæ proueniẽs: vt moueri sursum est naturale igni: est tamẽ naturale, id est, ex inclinatione naturali proueniẽs. Concl. est *D. Th. 4. d. 26. q. 1. a. 1.* quem omnes sequuntur: & constat 1. pars, quia libero contrahentium arbitrio celebratur. Vt autem explicetur 2 pars, obseruãdum est, duo intendere naturam cuiuslibet, nempe seipsum conseruare & perficere: & quia hoc perpetuò fieri nequit, intendit secundò saltem per indiuiduorum multiplicationem conseruari. Hæc duplex naturæ intentio ex duplici appetitu: alter verò ad generationem, per quam natura multiplicatur: quæ vt facilius fieret addidit natura delectationem, quæ condimentum operationum est, teste *Philosopho 10. Ethic. c. 4.* cùm autem sit natura perfecta, non tantum intendit generationem, sed etiam prolem ipsam ad perfectionem vsque perducere, & ad perfectum hominis statum, vt homo est: habent enim filij à parentibus, esse, nutrimentum, & institutionem 18. *Ethic. c. 11.* ad quod necessarium erat matrimonium, vt parentes illa conferant puero: & quia matrimonium conducit ad hunc naturæ finem, dicitur homini naturale.

Hinc infertur matrim. debere esse indissolubile. Nam 3
si libera esset coniunctio, & vagus concubitus, esset incerta proles, & ex incertitudine tepesceret amor, & educationis cura. Hinc colligit *D. Th. 3. cont. gent. c. 12.* fornicationem, quæ est vagus concubitus, esse contra naturæ ius, & peccatum lethale: quia contrariatur debitæ propagationi naturæ humanæ. Hinc etiam *Philosophus 2. polit. c. 2.* carpit Platonem & Socratem dicentes vxores debere esse communes, ad maiorem hominum vnionem.

Ad 1. argum. dico non semper esse illicitum agere con- 4
tra inclinationem naturalem, nisi cum ratio dictat eam esse sequendam, vt abstinere aliquãdo à cibo contra naturalem appetitum. licitum est. Ad 2. nego minorem, quia per se, & ex natura sua ex vago concubitu sequitur maximum proli detrimentum.

DISPVTATIO III.

Vtrùm matrimonium cadat sub præcepto?

SVMMARIVM.

Olim obligabat singulos, nunc autem minimè, n. 3.
An cessaris hoc præceptum, opinio affirmans, n. 2. & verior negans, n. 3.
An si omnes homines demptis monachis perirent, tenerentur ad matr. n. 4. & ibi quid, si matrim. necessarium esset ad vitandas seditiones.

SIt conclusio, mattimonium dum genus humanum 1
paucis continebatur, obligabat singulos, nũc autem minimè. Et ratio est, quia sicut ad vitam sustentandam est necessarius cibus in indiuiduo, ita generatio ad speciei conseruationem, at tenetur homo seipsum conseruare cibum sumendo, ergo & speciem generatione. Sic *D. Th. 4. d. 26. q. 1. a. 2. corp. & ad 1.* quem alij sequuntur.

Vtrum autem prorsus multiplicatis iam hominibus, 2
matrimonij præceptum cessarit, non constat. nam affirmant quidam ita *D. Bonau. 4. d. 26. a. 1. q. 3. Ricard. ibi, a. 3. q. 3. Alex. de Neuo rubr. de sponsal. n. 20.*

Sed verius est extare, extiturumque matrimonij præce- 3
ptum, vsque ad mundi finem. Quia hoc est præceptum naturale, huiusmodi autem præcepta non extinguuntur cessante necessitate, licet pro tunc minimè obligent: vt cõstat in præcepto eleemosynæ. Item, quia Christus nulla præcepta naturalia abrogauit, sed tantum cerimonialia per legem nouam, præceptum autem matrimonij naturale est. Quare olim cum pauci homines erant, obligabat singulos, nunc autem illis multiplicatis tantum obligat remp. in communi, vt necessitate occurrenti compellat subditos. Sic *D. Thomas 4. d. 26. q. 1. & ibi Palud. q. 3. Durand.*

Pet.d.q.2.Sotus q.1.a.2.Ledesm. 2 p.4.q.43.a.2. Angles floribus,1. pos.1.de essentia matrim.d.26.q.1.a.2. dissp.3.f.522. & seq.Viguer l.instit.c.16.§.7.vers.3.Enriq l.11.de matrim c.1.n.5.Bart.à Ledesm.de matrim. dub. 3. & latissimè Pet. à Ledesm.de matrim.q. 4.a.2. Lud.Lop.2 p.instruct.de matrim. c. 34. Vivald.candel.1.p. de matrimonium.n.9. Vega l.3.sum.casu 144.

4 Tandem dubitatur vtrum omnibus pereuntibus præter monachos, tenerentur illi matrim.contrahere, Quidam negant.sed credendum esse tunc mundi finé adesse,dicunt.sic *Duran.Palud.1.Ledesm. Enriquez,Pet.de Ledesm.ibid.* Melius tamen sentiunt alij teneri, quia præceptum matrimonij naturale est, vrgenti necessitate obligans, tunc autem maximè vrget, nec secluſa Dei reuelatione finem mundi adesse constare poterit. Sic *Sotus, Angles, Vivald n. 10.Bart.à Ledesm.Lud.Lop.Vega ibid. P. Molina to.1. de inst. tract. 2.d.ſſ.22.f.169.* Posset etiam nunc occurrere casus,in quo aliquis teneretur matrimonium inire: vt quando sequerentur seditiones & bella,nisi principis filius vxorem duceret,tunc enim sub mortali teneretur: vt bene *Martin à Ledesm.d.q.43 a.2.* Hoc autem non esset ex vi præcepti matrimonij,quod tantum ratione multiplicandæ speciei obligat,sed teneretur ratione præcepti euitandi scandalum.

DISPVTATIO IV.

Quando matrimonium institutum sit in lege naturæ,& euangelica?

SVMMARIVM.

Ante lapsum Adami in officium naturæ institutum est: post, in concupiscentiæ remedium in lege nouæ,vt sit sacramentum,n.1.
Prima opinio est lege naturæ institutum esse ab Adamo,n.2.
Secunda vertitur, quando institutum in lege euangelica.n.4.& 5.

1 SVpponendum est,ante Adami lapsum matrimonium institutum esse in naturæ officium: eo autem secuto, in concupiscentiæ remedium, & tandem in noua lege institutum fuisse, seu eleuatum à Christo, vt esset sacramentum, quamuis autem hoc constet inter omnes: de tempore autem institutionis,tam in lege naturæ, quam gratiæ minim constat.

2 Et primo in lege naturæ,aliqui censent immediate institutum esse ab Adamo,in illis verbis,quæ Deo inspirante prolata sunt,*Gen.2. Hoc nunc os ex ossibus meis.* Prob.quia *Matt.* 19.probat Christus matrimonium esse indissolubile ex verbis institutionis,dicens, *quos Deus coniunxit,homo non separet:*& *ad Ephes.5.* ait Paulus, *Propter hanc relinquet homo,* & subdit, *sacramentum hoc magnum est*, vbi clarè significat ea verba ab Adamo prolata,fuisse institutionis verba. Tandem, quia *Trident. ſſ.24.* doctrina de sacramento matrimonij initio, dicitur matrim. multo antea fuisse ab Adamo signatum.& huius sent.videtur *D. Augustin.li.14.de ciuit. Dei c.22.*& tenent ex Theologis, *Magister 4.d.26. Alensis 4. p.q.2.memb.2.a.1.D.Bonau.4.d.26.a.1.q.2. Durand.eod.d. inter. in expos.litt.Ricard.ibi, art.1 q 3.Hugo l.2.de sacram. q.11. Vivald.ubi.l.de sacram.c.132. Adrian. 4.q.1.de matrim. Tapper.art.18. Lorca.initio Catharin cont.Cajet.q.1.de matrim. Ledesm 2.p.4.q. 44.a.2.* Et ex iurisperitis,*gl.c.vn.de voto,in 6.ver.Instatu, Goffred.sum.t.de sponsal.n.17.*& idem docet *Alex.de Neuo rubr. de sponsal.n.17.1 ex 4.1.2.p.4.& ibi Greg.Lop.verb. Que los bueſos, Monsalu.in expos.proœmij.q.4.& in prologo l 3 legum fori, Conar. 4.decret.2.p.c.§.vnico,n.6.*

3 Sed probabilius est, institutum simul, ac præceptum esse à Deo,illis verbis,quæ dixit *Gen. 1. Crescite & multiplicamini.* Primo,quia tunc Deus fecit copiam illis,vt iungerentur,& mutuam corporum traditionem concessit,in quo matrim.cõsistit. Secundo,quia illis verbis intimatur potissimus matrimonij finis, qui est hominum multiplicatio,ergo per illa institutũ est matrim. quo finis ille caparatur. Tandem, quia nulla alia institutione opus erat, quam ipsomet præcepto,sicut Eucharistiam instituit eam præcipiendo,Christus seruator noster,*Luc.22.Hoc facite in meam commemorationem:* postmodum autem matrim.contraxit Adamus,cùm dixit,*hoc nunc os.* Sic *D.Th.4.d.26.q.2. a.2.ad 4.Palud.ibi,q.1.ſi. Altisiodor.l 4.sum. tract.9.c.1.D. Antonin.3.p.t.1.c.2.ante §.1. Abulens.1. Reg c.8.q.42. Sotus 4.d. q.1.a.2.v.Nihilominus, Viguer.l.instit.c.16.§.7. v 1. Veracruz 1 p.Spec.a.1.init.& 2.p.a.3. Angles floribus 1.p. q.1. de essent. matr. d.26 a.2.dissic.1.f.522.Enriqu.l.11.de matr.c.1.nu.3. Vivald.ubi.l.1.p.de matr.n.7. Pet. de Ledesm.de matrim. q. 42.a.2.Vega l. sum.casu 144.*& ex iurisperitis,*gl.c.ſi.de frigid.& maleſic.in instutor, Turrecr.c Quidam,n.7.17.q.1.Sylvest. Matrimonium.1. q.2.Perez li.5.ord.t.1.l.1.f 20.§ Que es el paraiſo.* Nec obstant argumenta prioris sent. tantum enim probant matrim. esse magis declaratũ ab Adamo, sicut Christus extremã vnctionem instituit,manifestata autem est à D.Iacobo.

In lege etiam euangelica constat de fide, matrimonium eleuatum esse à Christo,vt sit sacramentum: quando autem,differẽt Doctores.Quidam enim dicunt institutum esse *Ioan.2.* dum Christus interfuit nuptiis. Sic *Viguer.l.instit.c.16.§.7.vers.1.* & *Ledesm 2.p.4.q.44 a.2.* refert hanc sent. & sequentem,neutramque de fmit.

Alij,& verius,dicunt *Ioan.2.* approbatum esse, institutum autem *Matth* 19. dum Christus illud commendauit eiusque inseparabilitatem præcepit,dicens. *Quos Deus coniunxit,homo non separet.* Sic *Adrian.q.1. de matrim. D.Antonin. 3.p.t.1.c.2.ante §.1.Victoria summ.de matrim.n.241. Sotus 4.d. 26.q.2.a.2.vers.Ex quo sit, Veracruz 1.p.Speculi, a.1.init.Pet. de Soto lect.2.de matrim.§ de instit.Palacios 4.d.1. disp.7.Enriq.l. 11.de matrim.c.2.n.1.Vivald.candel.de matrim.1.p.n.13.*

DISPVTATIO V.

Quæ sit materia & forma sacramenti matrimonij?

SVMMARIVM.

Referuntur varia sententia à n.1. vsque ad 5.
Sententia authoris,n.6.
Vtrum matrimonium non tantum dum est in fieri, sed dum est in facto esse,sit sacramentum, & quæ sit tunc eius materia,n.7.

VAriæ sunt sent.Prima ait verba contrahentium,esse materiam, formam autem verba sacerdotis, si matrimonium consideretur in quantum est sacramentum, licet in quantum est cõtractus, nõ exigat sacerdotis verba: credit enim matrimonium absque sacerdotis præsentia contractum,esse validum, non tamen sacramentum. Sic *Canus lib.8.de locis theologicis, c.5. in solut.ad 3.* cuius fundamenta referam,& reprobabo disp.seq.n.1.

Secunda sent.dicit consensus contrahentium esse materiam, verba autem quibus illi exprimuntur, formam, quia consensus informatur per verba.Sic *gl.c.Tua, de spons. v.Nec forma,& ibi Abb.n.10. Præpos. sine, Alex.de Neuo rubr. Sylvest.Matrimonium 1.q.1.Nauar. summ. Lat.c.22.nu.20. Bermada super primam partitam t.1.l.2.gl.2.n.19.fin.* Et ex Theologis, *Caprolus 4.d.26 q.vnic.a.3.ad 7. Deça ca q.1.a.3.notab.2.* Sed hæc sent.reijcitur,quia materia totalis sacramenti debet esse sensibilis, licet partialis, vt contritio in Sacramento pœnitentiæ,possit esse non sensibilis.

Tertia sent. ait, consensus esse formam, verba antecedentia materiam,quia cõsensus determinat, & petit verba, quæ eo secluso nihil efficerent. Sic *Major 4.d. 26.q.1.* Sed hæc sent.simili ratione reijcitur, quia consensus internus insensibilis est. forma autem sacramenti sensibilis esse debet, cùm sacramentũ sit signum externum.

Quarta sent.docet,contrahentes esse materiam, verba autem,formam, quia in cæteris cõtractibus ita contingit. sic *Palud.4.d.26.q.4.a.3.ad 2.n.23. Adrian. 4.materia de matr. q.1. D.Antonin.3.p.t.1.c.2.ante §.1. Pet. de Soto lect 3. de matr. Requiritur, & lect.4.vers. Sit igitur, Palacios 4.disp. 2.dub.2.* dicunt esse probabilem *Caprolus 4.d.26.q.vnic.a.3.ad 2.* & *Bart.à Ledesm.dub.6.de matr.* Et ex iurisperitis eam tenet *Corn. 4.decret.2.p.c.1.§.vnic.n.8.* Hæc autem sententia refutatur. Primo,quia in cæteris cõtractibus non potest, verbi gratia,res vendita,vel commutata, vel locata, dici materia ex qua conficitur contractus, sed tantum materia circa quam. Secundo,quia ad productionẽ gratiæ cõcurrit

sima materia, at contrahentes ipsi non concurrunt, nisi mediis actibus: ergo potius actus ipsorum debent dici materia.

Quinta sententia tenet, verba quæ à priori contrahente proferuntur, esse materiam, quæ verò à posteriori formam. Ducitur autem exemplo numeri, cuius vltima vnitas tamquam cæteras determinans, dicitur forma: ita, cum verba posteriùs prolata determinent priora, vt consummentur perficiaturq; matrimonium, priora erunt materia, posteriora vero forma. sic *Ricard. 4. d. 26. a. 4. q. 2. Angel. Matrimonium 1. n. 2. Victoria sum. de matrim. nu. 245. Ledesma 1. p. 4. q. 1. a. 6. Gris. Mi. sum. verb. Matrimonium, n. 15. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 2. nu. 5. Barth. à Ledes. dub. 6. de matr. Philiarc. de offic. sacerd. to. 2. p. 2. l. 2. c. 2. Vitald. Candel. 1. de matrim. num. 17. Vega l. 6. sum. c. 2. a. 117.* Sed contra hanc sententiam est, quia matrimonium non haberet materiam, & formam certas, sed vagas, & in contrahentium potestate esset, ex materia facere formam, & è contra. Secundò, quia verba vtriusque, æquè se habent ad matrimonij Sacramentum, ergo non est cur potius priora sint materia, & posteriora forma. Tertiò, quia posset vtriusq; consensus, simul verbis exprimi.

Vltima sententia amplectenda docet, verba, seu signa, quibus consensus exprimuntur, esse sibi inuicem materiam & formam, secundum diuersas rationes: in verbis enim contrahentium, est expressio mutuæ traditionis, qua quilibet tradit alteri, sui corporis potestatem, & secundum hoc, dicuntur materia: & expressio mutuæ acceptationis, qua quilibet acceptat traditionem sibi per alterum factam, & secundum hoc dicuntur forma. Probatur, quia traditio illa imperfecta est, & inefficax, donec acceptetur, & accedente acceptatione perficitur, & determinatur matrim. ergo vtraque verba sunt materia, quatenus important traditionem, & sic per sequentis determinantur: & sunt forma, in quantum important acceptationem: & sic vtrumque determinant. Item, quia hoc pacto saluatur hoc Sacramentum, sicut alia, constare rebus, tamquam materia, rebus (inquam) vel propriè, vel proportione quadam, & verbis tamquam forma: quia ea mutua traditio verbis facta, prout est quid informe, nec suum sortitur effectum, donec accedat mutua acceptatio, nec perficitur nisi per illam, dicitur res: at acceptatio, quia complet, & perficit, dicitur verba. Huius sent. videtur D. *Thom. 4. d. 26. q. 2. a. 1.* nam *in solutione ad 1.* dicit verba coniugum esse formam, & *ad 2.* actus coniugum esse materiam: vbi clarè per actus, intelligit eadem verba, quæ paulo ante dixerat esse formam: nulli enim alii actus coniugum præter verba requiruntur ad hoc Sacramentum perficiendum. Eandem sententiam tenent *Soto 4. d. 1. q. 1. a. 6. vers. Ad dub. & d. 26. q. 2. a. 3. Bellarmin. l. 1. de matrim. cap. 6. Suarez 3. to. de sacram. disp. 60. a. 8. disp. 2 sect. 1. Lud. Lop. 2 p. instruct. de matrim. c. 35. f. 1020. Angles florum 1. p. de matrim. q. 1. de essentia matrim. d. 26. a. 4. diffic. 1. concl. 2. f. 525. Spino spec. testament. gloss. 15. n. 13. Pet. de Ledesm. de matrim. q. 42. a. 1. dub. 4. concl. 7. Manuel 1. tom. sum. 2. cap. 6. 216. n. 3.*

7 Demum obseruandum est, quod sicut Sacramentum Eucharistiæ est Sacramentum non tantum dum est in fieri, sed etiam dum est in facto esse, nam species permanentes sunt signum sensibile interni alimenti per gratiam: & dum est in fieri; tota essentia consistit in verbis consecrationis: panis autem, & vinum concurrunt, vt materia circa quam: at dum postea permanet, species sunt materia ex qua. sic Sacramentum matrimonij est Sacramentum, dum est in fieri, & eius materia, & forma, sunt verba, & contrahentes sunt materia circa quam: est etiam Sacramentum postquam factum permanet, viuentibus enim coniugibus ea coniunctio est signum externum coniunctionis Christi, & Ecclesiæ, & tunc contrahentes sunt materia ex qua: & in hoc sensu est vera 4. sententia posita n. 4. sic *Bellarm. l. 1. de matrim. c. 6.*

DISPVTATIO VI.

Quis sit minister sacramenti matrimonij, an sit sacerdos, ita vt minimè sacramentum esset, ante Tridentinum, celebratum absque sacerdotis præsentia?

SVMMARIVM.

Prima sententia sacerdotem esse ministrum nec aliter celebratum esse sacramentum, n. 1.

Secunda opinio verior, contrahentes esse ministros, & fuisse sacramentum absque sacerdote celebratum, n. 2.

An contrahentes to mortali possent ex ea parte qua ministri sunt, peccare? prima opinio affirmans, n. 3. & contraria verior, n. 4.

An sacerdos assistens matrimonio to peccato mortali, vel venialiter peccet mortaliter, n. 5.

Soluuntur argumenta, n. 6.

ALIQVI asserunt sacerdotem esse ministrum matrimonij, in quantum sacramentum est, ita vt ante Tridentinum clandestinum matrim. legitimum fuerit, non tamen sacramentũ. ducuntur, quia actio sacramentalis est sacra, ergo ministrum sacrum, & formam sacram petit, ne contractus pure ciuilis, & prophanus sit. Secundo, probatur, post Tridentinum, quia *sess. 24. c. 1. de matrim.* iubet vt parochus habito contrahentiũ consensu, proferat ea verba, Ego vos coniungo, ergo verè parochus coniungit, & conficit matrimonium, ne verba falsa sint, Alias rationes huius sententiæ videbimus infra disp. 11. vbi agemus vtrũ matrimonium contractum per procuratorem, sit sacramentum: ita docet *Canus lib. 8. de locis Theologicis, c. 5. in solut. ad 3. auctor. enchiridij Conc. Colonien. §. De ministro, & §. Verbum itaque, & Petrus de Ledesm. de matrim. q. 42. a. 1. dub. 4. concl. 4. iuncta concluſ. vlt.* ait ante Tridentinum fuisse hoc probabile, secus post illud. 1

Cæterum omnino tenendum est nunquam parochum fuisse, nec post Tridentinum esse ministrum sacramenti matrimonij, sed ipsos contrahentes esse ministros conficientes sacramentum matrimonii: & ita ante Tridentinum, clandestinum matrim. fuisse verum sacramentum. Probatur primò, quia cum matrim. sit contractus, nec illius naturam Christus mutauerit, sed tantum eleuarit ad esse sacramenti, sequitur aliorum contractuum naturam, quæ est, vt ipsi contrahentes suis consensibus se ligent, nec alius præter ipsosmet, contractum efficiat. Secundò, quia ante Tridentinum matrim. clandestina erat vera matrimonia, & rata, vt definit ipsum *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* ergo & vera sacramenta, quia ideo *c. Quanto, de diuor. vers. Nam cũ matrimonium*, infidelium matrim. non appellatur ratum, quia sacramentum non est. Tertiò, quia verba parochi non sunt de essentia matrimonij, sed iis penitus omissis constat matrimonium: vt dicemus l. 3. disp. 38. nu. 4. ergo parochus nullo modo est minister: hic enim necessario profetre debet verba aliqua, quibus sacramentum conficiat. Quartò, quia Ecclesia olim cognoscebat de matrimoniis clandestinis, ergo erant sacramenta: si enim prophani contractus essent, iudex secularis de eis cognoceret. Quintò, quia Florentinum vbi de sacramentis, cum latè aliorum sacramentorum ministros explicuerit, huius tamen ministrum tacuit, quasi manifestum relinquens nõ alium esse sacramenti, & contractus ministrum. Tandem potest hæc sententia probari eisdem rationibus, quibus disp. 11. probauimus matrim. per procuratorem contractum, esse sacramentũ. Hanc sent. ante Trident. tenuerunt *D. Th. & cæteri DD. disp. præced. allegati*, qui actus ipsorummet contrahentium, siue sint verba, siue consensus, dicunt esse formam huius sacramenti: is enim est sacramenti minister, qui formam applicat: & *Soto 4. d. 26. q. 2. a. 3. vers. Hæc autem*, loquens ante Tridentinum, dixit oppositam sent. defendi non posse: & nunc etiam post Trid. tenet *Bellarm.* latè probans *l. 1. de matrim. c. 6. & duplici seq.* vocatq; oppositam temerariam, *Suarez 3. to. de sacram. q. 65. disp. 26. sect. 1. Enriquez l. 11. de matrim. c. 2. n. 7. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 21. Pet. de Ledes. de matrim. q. 42. a. 1. dub. 4. concl. 6. & vlt. Angles flor. lib. 1. p. q. 1. de essent. matrim. d. 26. a. 4. diffic. 2. f. 526. Lud. Lop. 1. p. instruct.* 2

instruct. de matrim. c.35.f.1024. Vega l. 6 sum. casu 117. Vivald. Candel. 1. p. de matrim. nu. 20. Manuel vocans oppositam sent. temeratiam, 1. tom. sum. in 2. edit. c. 216. nu. 3. & ex iurisperitis Perez. lib. 5. ordinam. tit. 1. l. 1 f. 39. & seq. §. Praterea necessarium.

3 Hinc inferunt aliqui, coniuges peccato lethali affectos, celebrantes matrim. peccare lethaliter, non solum ea ratione, quia sacramentum suscipiunt, quod indubitatum est, sed etiam quatenus ministrant, quia omnes fatentur ministrantes in mortali sacramẽtum ex officio, & tamquã ministros ad id deputatos peccare lethaliter: huiusmodi autem sunt coniuges. sic Navar. c. 1. §. Sacerdos, n. 10. de pœnit. d. 6. in solut. ad 5. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 42. a. 3. ad vltimum, & vt probabile ponit Suarez 3. tom. de sacramentis, q. 65. a. 4. disp. 16. sect. 4. & est probabile.

4 Sed multo verius est non peccare lethaliter, quia non sunt ministri consecrati ad id munus, sed solum illis concessum est necessitate quadam, quia oportuit materiam & formam in ipso contractu constitui, contractus autem fieri non poterat, nisi per contrahentium consensus: vnde solum ministri consecrati lethaliter delinquunt, si culpa mortali affecti ministrent. Sic Palud. 4. d. 5. q. 2. n. 22. Soto 4. d. 1. q. 5. a. 6. fin. Ledesma 1. p. 4. q. 5. art. 6. dub 3. Enriquez l. 11. de matrim. c. 2. fin. Lud. Lop. 2. p. instruct. de sacram. in genere, c. 59. concl. 4. & in hanc sententiam magis inclinat Suarez. n. precedens allegatus.

5 Nec sacerdos culpæ mortalis reus assistens matrimonio, peccat lethaliter, quia non est minister conficiens sacramentum, & benedictio, quam præstat, est sacramentale quoddam Sic Ledes. Enriquez, Suarez. Lud. Lop. n. præced. allegati, Vega l. 6 sum. casu 117. Nec etiam sacerdos in mortali, nuptiarum benedictionem celebrans hac ratione, lethaliter peccat. quia ea benedictio non est sacramentum, sed sacramentale. Sic Palud. & Lud. Lop. n. præced. allegati.

6 Ad 1. arg. propositum nu. 1. respondetur, esse actionem sacram, in quantum significat coniunctionem Christi cum Ecclesia, & eleuata est à Christo illa actio ad esse supernaturale Sacramenti: sicut baptismus à laico collatus, est actio sacra. Ad 2. dico ea verba significare, Coniunctos vos esse declaro, vel approbo coniunctionem vestram.

DISPVTATIO VII.

Vtrùm matrimonium in lege naturæ, & veteri fuerit Sacramentum.

SVMMARIVM.

Prima opinio, fuisse Sacramentum, n. 1.
Secunda non fuisse, n. 2.

1 QVIDAM fuisse Sacramentum asseuerant. quia erat rei sacræ signum. Sic Petrus de Soto, de matrim. l. 2. §. De institutione, Castro dicens esse omnium,, l. 11. contra hæres. verb. Nuptæ, hæresi 3. Catharin. l. 5. cont. Caietan. tit. de matrim. q. 5. & alij quos refert Enriquez. fusius allegandus.

2 Prorsus tamen dicendum est, nec fuisse Sacramentum, nec gratiam contulisse: sed contractum naturalem. Prob. quia Florentinum decr. de Sacramentis, numerat matrim. inter sacramenta nouæ legis, & distinguit hæc à Sacramentis veteris legis, quod gratiam conferant, quam illa minimè conferebant: & Tridentin. sess. 24 can. 1. dicit matrim. esse Sacramentum nouæ legis à Christo institutum: & decreto immediate ante canones, dicit matrimonia nouæ legis, gratia excedere connubia veterum. Sic Soto 4. d. 26. q. 2. a. 1. & 2. Ledesm. 2. p. 4. q. 44. a. 2. Bellarm. dicens oppositam sent. non esse tutam, l. 1. de matrim. c. 5. ad 2. Enriquez l. 11. de matrim. c. 2. num 1. & in commento, lit. V. dicit oppositam sent. esse falsam: Petr. de Ledesm. cum aliis, quos refert de matrim. q. 32. a. 2. fol. 69. Potest tamen dici fuisse Sacramentum largè, & impropriè: vt bene fatetur ibi Enriquez. & dicemus disp. seq. n. 1. de matrimonio infidelium, quia aliquo modo figurabat coniunctionem Christi cum Ecclesia, & licet non conferebat gratiam gratum facientem, potest dici contulisse aliquod genus gratiæ, siquidem hoc præstabat, vt actus ille coniugalis esset licitus.

DISPVTATIO VIII.

Vtrùm post legem euangelicam, matrimonia infidelium, vel fidelis cum catechumena, et Pontificia dispensatione contractum sit Sacramentum?

SVMMARIVM.

Matrimonium infid. lum non est Sacramentum, & explicatur Gaudemus. de diuort. n. 1.
Quid de matrimonio fidelis cum catechumena, n. 2.

VIDETVR esse Sacramentum, matrimonia infidelium, quia ita appellatur, c. Gaudemus, de diuort. Sed dicendum est non esse sacramentum, quia cum baptismus sit Sacramentorum ianua sit, vt definit Florentinum decretum de Sacram. baptismi, infideles incapaces sacramenti sunt. Quare d. c. Gaudemus, appellatur sacramentum, largè, & impropriè, in quantum aliquo modo designat vnionem Christi cum Ecclesia, licet impropriè, quia fide carent. Sic Abulens. 1. Reg. c. 9. q. 42. & seq. Soto 4. d. 26. q. 2. a. 3. ad 4. Viuald. 3. p. speculi, a. 35. Barth. à Ledes. dub. 5. de matrim. fine, Petr. de Ledesm. de matrim. q. 59. a. 2. dub. 1.

De matrim. autem contracto ex Pontificia dispensatione inter fidelem, & catechumenam aliquid dicunt alij sacramentum ex parte solius fidelis: quia ille solus est capax sacramenti capax. Sic Soto dict. a. 3. fine, & Eckius to. 4. hom. 2. de sacramentis, ait, dum alter ex infidelibus coniugatus conuertitur, resultare ex parte huius rationem sacramenti, quod ei gratiam confert. Sed dicendum est ex parte neutrius esse sacramentum, quia matrimonium in vtroque coniuge est vnum numero sacramentum, sicut est vnum numero matrimonium: ergo si in vno non est sacramentum, nec erit in altero. Sic Angles floribus, 1. p. de matrim. q. 5. fin. de disparit. cultus, a. 1. dub. 1. Enriquez l. 11. de matrim. c. 5. fin. lib. 12. c. 13. n. 3.

DISPVTATIO IX.

Vtrùm matrimonium infidelium, cùm ambo baptizantur, fiat Sacramentum, eisque gratiam conferat?

SVMMARIVM.

Dum infideles coniugati conuertuntur, non est opus, vt denuo contrahant verbis & testibus coram Ecclesia, n. 1.
Possunt sed non tenentur recipere benedictiones Ecclesiæ n. 2.
Vtrum fiat Sacramentum, cùm baptizantur: referuntur duæ sententiæ n. 3. & 4.
Sententia auctoris, n. 5. & soluuntur argumenta, n. 6.

CVM matrimonium apud infideles legitimè celebratur, & validum sit, vt constat ex 1. ad Corinth. 7. & decernitur, c. Gaudemus, de diuort. & c. De infidelibus, de conuersione dum ad fidem conuertuntur, opus non est, vt iterum contrahant parocho & testibus contrahant, quia eam formam præscripsit Trident. sess. 24. c. 1. de matrim. pro nuptiis inter fideles denuo contractis, infideles autem fideles facti matrimonium denuo contrahunt, sed in legitimo matrimonio priùs inito perseuerant. Sic Navar. in priori edit. lib. 1. consil. tit. 35. de diuort. consil. 4. fine, in posteriori autem, l. 3. t. de conuer. infidel. consil. 2. fine, Manuel. 1. to. sum. in 2. edit. c. 230. num. 1. Vega lib. 4. summa, c. 113. & 379.

Hinc infertur optime facere, si Ecclesiæ benedictiones, vulgo velationes, post baptismum recipiant, tenentur tamen ad id astringi, quia institutæ sunt, vt concomitarentur sacramentum matrimonij à fidelibus contractum, huiusmodi autem matrimonium, nec fuit sacramentum, nec fide suscepta contractum, quo solo tempore leges Ecclesiæ obligant. sic Veracruc. 1. p. speculi, a. 12. concl. 3. Martienz. lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gloss. 1. n. 134. Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 61. fol. 1562. Vega l. 4. sum. casu 113.

Dubium tamen non leue est, vtrum matrim. infidelium, dum ambo baptizantur, efficiatur Sacramentũ, gratiamque eis conferat. Triplex est sent. Prima ait, nullo modo esse Sacramentum. Prob. primò, quia quantumcumque vetera repetantur,

repetant, consensúsque renouent, non est nouum matrimonium, ergo nec novum sacramentum: cum igitur antea sacramentum non esset, nec erit modò. Et confirm. quia nouum Sacramentum indiget nouâ materia, & nouâ forma, quæ post baptismum minimè adhibetur: consensu enim iterato, non est novus, sed præteriti ratificatio. Secundò, quia in omni Sacramento est res, & Sacramentú quod in matrimonio fideliũ est vinculum inde resultans, sed vinculum matrimonii infidelium non potest esse res, & Sacramentum, hoc enim est effectus Sacramẽti, quem vinculum illud præcedit. Hanc tenet quidam grauis Doctor, vt refert *Veracruz 2. p. specul. art. fin. & multi discipuli D. Thomæ*, vt refert *Petr. de Ledesm. de matrim. qu. 59. art. 2. dub. 3.* & dicit esse valde probabilem, & vere ita est.

4 Secunda sent. docet effici sacramentum, gratiamque conferri, non tamen statim ac baptizantur, sed cum habent nouum consensum, aut antiquum verbis, vel nutibus, vel corpus maritali approbant. Prob. esse sacramentum, quia si facta venditio non est ita rata, quin in potestate quilibet ex contrahentibus, eam irritare, fit, dicitur propriè fidei denuo, cum ita firma efficitur, vt annullari nequeat de matrim. infidelium poterat ab alterutro dissolui, eo solo admittente fidem, & dum baptizantur, nouo consensu ratificant, vt amplius dirimi nequeat matrimonium, quod nunc dicitur contrahi, & subinde erit Sacramentum, tanquam matrim. post baptismum contractum. Secundò, matrimonium infidelium, nec est ratum, nec indissolubile, c. *Quanto, de diuort.* eo quod sacramentũ non fuerit, sed vbi baptizatur, fit indissolubile, ergo sacramentum Ecclesiæ, quod est propriũ Sacramenti matrimonii. Prob. antec. esse necessarium nouum consensum, quia non potest esse nouum sacramentum absque noua materia, & forma: prior autem consensus, cum tunc non esset sacramentum, nec modo est, quia iam transiit, non potest esse matrimonium, quod denuo sacramentum esse debet, 4 hinc 77. *de sacram. immediate ante* §. *Fortissima obiectio*, Bellarm. lib. 1. *de matrim. c. 5. fine*, Enriquez *lib. 11. de matrim. c. 8. fere de finem Petr. de Ledesm. de matrim. q. 59. a. 2. dub. 3.* malè *fine*, vbi dicit oportere, vt infideles suscepto baptismo denuo consentiant: quia loquitur, quando prius matrimonium fuit. Et est valde probabilis hæc sententia.

5 Tertia sententia, quæ mihi probabilior est, affirmat cum secunda effici sacramentum, gratiamque conferre dum infideles baptizantur: dissidet tamen ab ea, quia ait non requiri aliquem nouũ consensum, sed statim, ac baptizantur, tunc effectum subsequi. Prob. prior pars argum. tum, matrim. illud repræsentat vnionem Christi cum Ecclesia, cum in Christi fide contractum perseueret, efficiatque indissolubile, saltem vt matrim. ratum fidelium; ergo statim ac baptizantur, effici sacramentum. Huius sententiæ videtur D. Thom. 4. d. 39. q. *vnic. a. 2. ad 1.* dicit enim quia non contrahunt in fide Ecclesiæ, sed habitu, ergo statim ac baptizantur, effici sacramentum: alias frustra esset potentia illa, quæ ad actum non reduceretur. Et tenet cum eo *Palud. 4. d. 26. q. 4. a. 3. nu. 25. in solut. ad 5.* & ibi *Soto art. 3. concl. 2. Petr. Bosio arcticum. canon. classe 2. c. 4. 3. 7. Pasqualig. Vega l. 4. summæ, c. 5. n. 113.*

6 Ad 1. argum. propositum n. 3. respondetur esse nouum matrimonium, nouúmque vinculum, non omnino, sed in quantum prius matrimonium, quod erat contractus naturalis propriatus, & solubilis, efficitur insolubilis, sacer, & representans vnionem Christi cum Ecclesia, sicut in *Trident. sess. 24. de matrim. can. 1.* dicitur Christum instituisse matrimonium in lege noua, cum tamen iam institutum esset, quia illud, vt esset sacramentum indissolubile, euexit. Ad confirm. dico, eo ipso quod baptizantur, consentire in matrimonium præcedens, vt sit insolubile, signetque Ecclesiæ cum Christo vnionem, quare illi consensus eo signo externo expliciti, sunt noua materia, & noua forma. Ad 2. dico illud vinculum esse rem & sacramentum, nec omnino fuisse antea, vt proxime explicui. Ad vltimum arg. propositum n. 4. constat ex dictis, nam eo ipso quod infideles baptizantur, est nouus consensus, nouúsque actus, cum implicite velint prius matrim. esse insolubile.

DISPVTATIO X.

Vtrùm matrimonium fidelium, in lege noua sit Sacramentum?

SVMMARIVM.

Sententia dicens non esse vnicè sacramentum, n. 1.
Est vere sacramentum, & gratiam confert n. 2.
Quid in matrimonio sit sacramentum tantum, quid res tantum, quid res & sacramentum n. 3.
Gratia sacramentalis matrimonij, quos effectus habeat, n. 4. an sit vnicum sacramentum, n. 5.
An possit separari ex contrahentium intentione ratio sacramenti, vt si duo velint nos matrimonium ita vt non sit sacramentum, n. 6.

MVLTI hæretici negarunt matrimonium esse sacramentum: quos omnes late refert *Bellarmin. l. 1. de matrim. c. 1.* & ex Catholicis id negat *Durandus 4. d. 26. q. 3.* dicens non esse proprie, & vniuoce sacramentum, nec gratiam conferre; idem *gloss. c. fin. de sent. excom. in 6. verb. Sacramentis*, & dicit probabile *Palud. 4. d. 26. q. 4. init. n. 3.* & videtur tenere *Magister 4. d. 2.* argumenta tam Durandi, quàm hæreticorum proponit, & optime soluit *Bellarmin. lo. l. 1. c. 5.* & quæ sunt alicuius momenti, proponenda sunt disp. sequ. dum agemus an matrimonium per procuratorem contractum, sit sacramentum. 1

Sit prima conclusio, matrimonium fidelium in noua lege est vere & proprie sacramentum, gratiam conferens. Hæc conclusio olim non erat vsque adeo liquida, quãuis enim de fide esset, matrim. esse sacramentum, non tamen erat de fide gratiam conferre. post Florentinum autem res erat certa, non tamen de fide, vt ait *Soto 4. d. 26. q. 2. art. 3.* Sed post Trident. iam est de fide, vt constat ex *sess. 7. can. 7. & 8. & sess. 24. can. 1.* & eam latissime scripturæ locis, patrum testimoniis, & rationibus probat *Bellarmin. l. 1. de matrim. c. 2. & duplici seq.* Sed breui, vna, aut altera ratione probatur: matrimonium est institutum à Christo, vt probaui hoc lib. 2. disp. 4. nu. 5. & tamquam signum rei sacræ, conferens gratiam, ergo est vere & proprie sacramentum. Quod sit signum rei sacræ constat, quia est vinculum vnius cum vna, & omnino indissolubile, quod non potest aliunde prouenire, nisi ratione sacramenti repræsentantis vnionem Christi indissolubilem: vt late probabo disp. 13. Quod autem conferat gratiam, probatur, quia Deus non deficit in necessarijs, sed iugum intolerabile esset vinculum, quod nulla dispensatione, & in nullo euentu dissolui potest, absque Dei gratia: ego Christus huic necessitati consulens, instituit matrimonium, ita vt gratiam conferret. Deinde, quia institutum est, vt parentes sobolem pie & religiosè educerẽt, ad quod gratia desideratur. Tandem, quia in concupiscentiæ remedium est, quod vltra matrimonium, gratiam petit, frequens enim est, vt alter coniux morbum perpetuum, vel notabilem deformitatem incurrat, vel ablit, & ex actus coniugalis vsu libido ardet, nec in lege noua permittitur repudium, sicut in veteri: ergo ad hæc omnia, totaliter instituit Christus matrimonium, vt gratiam conferret, ne in tanto periculo, tantaque indigentia, deficeret. 2

Secunda conclusio, in hoc sacramento actus cõtrahentium sunt sacramentum tantum, effectus sacramenti, est res tantum; vinculum verò quo coniuges vniti perseuerat, dicitur res, & sacramentum. sic *D. Thom. 4. d. 26. q. 2. a. 1. ad 5.* quem alij sequuntur. 3

Tertia concluſ. gratia sacramentalis matrimonij habet 4

duplicem effectum, alter est, concupiscentiam reprimere: alter vero, efficere, vt coniuges fideliter sibi assistant, operas suas communicent, ac ptolem religiosè educent. Quia cum datur diuinitus facultas aliqua, dantur auxilia necessaria: cùm ergo per matrim. detur facultas ad mutuâ cohabitationem, prolisque generationem, gratia sacramentalis, seu peculiaris huius sacramenti hos effectus sortiri debet. sic *Ricard. 4. d. 26. a. 2. q. 3.* & multi alii.

5 Vtrùm verò sit vnicum sacramentum, non constat: nam aliqui neoterici, teste *Petr. de Ledesm. de matrim. q. 42. a. 1. dub. 3. ad 3.* sentiunt esse vnum contractum: duo vero sacramenta, quia multiplicantur iuxta numerum suscipientium, qui sunt duo. Alij vero, eodem teste, dicunt esse duo sacramenta partialia, & vnum totale, sicut contingit in duplici Eucharistiæ specie; & hoc dicit non esse omnino improbabile. Sed dicendum est esse vnicum sacramẽtum, vt bene docet *Petr. de Ledes. ibi*, cũ aliis, quos refert, & *Enriquez. l. 11. de matrim. c. 2. n. 1. Initio*, quia licet ibi sint plura materialiter, & in genere entis, at est vnicum signum repræsentans vnicam vnionem Christi cum Ecclesia, & vnica materia, & forma, ac neutra per se hoc repræsentat: quod longe aliter contingit in Eucharistiæ speciebus: cum quæuis per se constet ex sua materia, & forma, habeatque veram signi rationem, & gratiam conferat.

6 Tandem dubitatur, an fideles contrahentes matrimonium, possint ab eo ex intentione separare rationem sacramenti, si intendant verum inire matrim. ita tamen, vt sacramentum non sit? Breuiter dico, si ea intentio procedat ex errore, quo credunt matrimonium non esse sacramentum, intendunt tamen facere, quod fideles per matrim. efficiunt, esse verum matrimonii sacramentum, quia hic error non excludit debitam intentionem: vt bene docet *D. Thom. addit. q. 51. art. 2. ad 2. Enriquez. lib. 11. de matrim. c. 11. num. 5.* sicut, qui crederet baptismum esse fictionem, si baptizaret intendens facere, quod facit Ecclesia, vere baptizaret: si autem ea voluntas sit vera intentio separandi, quantum in ipsis est, rationem sacramenti à matrimonio, & celebrandi merum contractum naturalem, dicendum est non esse sacramentum defectu intentionis, vt docet optimè *Suarez. tom. 1. de sacramentis, q. 64. a. 10. disp. 13. sect. 2. ad fin.* Vtrum verò esset matrim. validum, in ratione contractus, non definit ibi: sed ex eius ratione clarè colligitur non esse validum: & videtur idem tenere *Petr. de Ledes. de matrim. q. 42. a. 1. dub. 7. in solut. ad 1. & 2.* & ita ego sentio, quia ex Christi institutione inseparabile est à contractu matrimonij, esse sacramenti, vnde intentio non conficiendi sacramentum, repugnat intentioni legitimæ faciendi matrimonium, vt est contractus, sicut è contra, qui intenderet facere sacramentum matrimonij. non autem contractum, nihil efficeret: quia ex Christi institutione hæc duo sunt inseparabiliter coniuncta, & ita mutuo se ponunt, ac destruunt: vnde non est simile, si obiicias, eum qui vellet assumere ordinem sacrum, non autem obligari voto castitatis, manere ordine insignitum, non autem ligatum voto: quia id votum non est ex iure diuino annexum ordini inseparabiliter, vt est matrimonij contractui esse sacramenti, sed tantum ex statuto Ecclesiæ, quæ circa sacramentorum substantiam nil potest immutare.

DISPVTATIO XI.

Vtrùm matrimonium contractum per procuratorem, sit validum, ac sacramentum conferens gratiam?

SVMMARIVM.

Quot sint quæstiones disputandæ, n. 1.

Ante Tridentinum, validum erat matrim. per procuratorem contractum, n. 2.

Non satis erat mandatum generale, expressis aliquibus requirentibus speciale mandatum, & clausula generalis subsecuta post casum requirentem speciale mandatum, extenditur ad similes, non autem ad maiores: & an ad sponsalia requiratur speciale mandatum, n. 3.

An exigatur exprimi personam, cum qua est contrahendum matrimonium, n. 4. & an sufficiat quacumque tempore distantia inter mandatum, vt procurator teneatur, eodem n. 4.

An procurator constitutus ad matrimonium, vel sponsalia contrahenda possit substituere, n. 5.

Et an ad sponsalia requiratur, vt detur potestas ad contrahendum cum facienti persona, & nullo modo reuocata sit.

Quid si ante contractum matrimonij reuocatio sit mandatum, & reuocatio non sit notificata procuratori, & quid in aliis negotijs, n. 6.

An in aliis contractibus dum per nuncium, vel epistolam celebrantur, possit reuocatio ipsius nuncij fieri, n. 7.

Quid si procuratus iura nescit, & de non reuocando procuratore, n. 8.

Quid si sola mente absque signo externo reuocatur facultas procuratoris, n. 9.

Quid si reuocetur tacitè, vt facto ipso, & voluntas facti, & verba, quibus facta illa manifestantur, & qua facta habent reuocationem indicare, n. 10.

Quid si misso procuratore, mittens nec consensit, nec dissensit, n. 11.

Quid si fortuitus occurrat misso procuratore, & talis permanet, & matrimonium procurator contrahit, n. 12.

Quid si cum misit procuratorem fuerit consensum, & post vero emisso tempore quo procurator contrahit: vel prius consensit, & tempore contrahendo dissensit, & tandem tempore quo procurator contrahit, consentit, n. 13.

Potest procurator constitui absque scriptura, n. 14.

An sit opus, vt procuratores virtusque contrahentis sint diuersi sexus, n. 15.

Quibus verbis debeat contrahere procurator, n. 16.

Quid si procurator excedat mandatum, & hoc est ad vnguem seruandum, n. 17.

Quid si dicatur in mandato, Do tibi facultatem contrahendi secundum formam Tridentini, vel præmissis denunciationibus, & si omissis matrimonium contrahatur, n. 18.

Pelli n. 19. communes alia summarie.

DISPVTATIO hæc grauissima est, & 4. in ea quæstiones disputandæ sunt. Prima est, an validum fuerit ante Trident. Secunda, an post Trident. sit validum. Tertia, tum exigatur dari mandatum procuratori, coràm parochio & testibus: & ibi remissiue, an sit necessarium, parochum & testes videre literas continentes mandatum procuratori datum. Quarta, an tale matrimonium sit sacramentum.

QVÆSTIO I. Vtrùm matrim. contractum per procuratorem, validum fuerit ante concilium Trident. Prima conclusio, validum fuit habetur expresè, *c. fin. de procurat. in 6. & c. Honorantur, 32. q. 2. & l. Sufficit. ff. de sponsal. & l. 5. §. 2. & l. 1. t. 1. p. 4.* Et ratio est, nam Christus eleuans matr. ad esse sacramenti, non immutauit contractus naturam, quia est, vt possit inter absentes, per procuratorem celebrari.

Secunda conclusio. Quatuor desiderantur cõditiones vt procurator absentis nomine validum matrimon. inire. Prima est, vt habeat speciale mandatum ad matrim. non satis est generale ad omnia negotia, expressis aliquibus exigentibus speciale mandatũ: sed debet esse nominatim ad matrim. Quia licet quando exprimuntur aliqui casus speciale mandatum petentes, clausula generalis subsequens extendatur ad alios casus non expressos exigentes similiter speciale mandatum, *c. Qui ad agendum, de procurat. in 6.* at non extenditur ad matrim. quia intelligitur de casibus, qui expressis similes sunt, non autem de longe maioribus. vt est matrimonium: per *Clement. Non potest. de procur.* Sic gloss. *d. c. Qui ad agendum, verb. Non expressos*, vbi *Imol. And. n. 3. Anchar. n. 2. Domin. §. Sed si aliquis, n. 2. Franc. eod. §. n. 2. gloss. d. c. fin. de procur in 6. verb. Speciale, & ibi Anchar. n. 1. Panor. c. Nonnulli, §. 1. n. 11. de rescript. Imola eod. §. num. 4. vers. Sed iuxta, Abb. c. Sedes, de rescript. nu. 8. Prepos. c. Tua, de sponsal. n. 10. Lancel. instit. iuris can. l. 2. t. de sponsal. verb. Specialiter, & exigit mandatum speciale definitur expresè, c. fin. de procurat. in 6.* Similiter etiam ad contrahenda sponsalia, requiritur mandatum speciale: quia sunt dispositio & via ad matrimonium: argum *l. Oratio ff. de sponsal.* sic tenet *Domin. d. §. in princip. n. 2.*

Secunda conditio est, vt sit mandatum ad contrahendum cum certa persona, nec sufficeret generale ad contrahendum cũ quacumque. Constat ex *l. Generali, 34. ff. de reuoc. instr.* ibi *generali mandato quærendi mariti filiæ familiæ, non sunt nuptiæ. rationis est, ita que personam eius patri demonstrari, cui matrimonio consensit, vt nuptiæ contrahantur, necesse est.* Sic gloss. *c. fin. de procurat. in 6. v. Speciale, & ibi Dominic. in princ. n. 2. fin. Anchar. n. 1. vers. Secundo nota, Francus n. 4. Abb. c. In causis, n. 5.*

& glos. Bartol. l. Filiusfamilias, nu. 9. ff. de donat. Angel. Matrimonium n. 2. n. 18. & 19. Sylvest. Matrimonium, 5 q. 9. Alex. cons. 146. vol. 5. Conar. dicens esse omnium *4. decret. 2. p. c. 4. init. num. 8. Anton. Gidor. tom. 2. communn. in meæ edit. l. 11. verb. Matrim. fol. 95.* Et ex Theologis, *Veracruz 1. p. Spec. a. 16. dub. 5. Enriquez l. 11. de matrim. c. 2. n. 2. Barth. à Ledesm. dub. 18. de matrim. init. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 42. a. 1. dub. 7. Vivald. candel. 1. p. de matrim. n. 44.* Sufficeret autem (vt bene dicit *Angel. d. n. 19.*) quamuis in mandato non exprimeretur persona, si ore tenus, vel per literas exprimeretur, quia (vt dicemus num. 14.) mandatum hoc scripturâ non petit, an verò sufficiat, vt quacumque temporis distantia intermedia procurator contrahat, dicam disp. 32. n. 7.

5 Tertia conditio est, vt procurator per se ipsum exequatur, non enim substituere potest, nisi expressè hoc in mandato contineatur, habetur expressè *d. c. fin. de procurat. in 6.* Et ratio est, quia eligitur industria personæ procuratoris dati ad matrim. Idem dicendum est de procuratore dato ad contrahenda sponsalia: per ea quæ dixi num. 3. fine, & docet *Ant. Caces l. 5. instit. maior. tit. 10. n. 17.* & eadem ratione dicendum est sequiri similiter secundam conditionem positam, & quartam ponendam, in procuratore, vt validè contrahat nomine absentis sponsalia.

6 Vltima conditio est, vt tempore quo procurator contrahit, non sit reuocata potestas; si enim reuocata sit, quamuis reuocatio lateat procuratorem, & alterum contrahentem, est irritum matrimonium. habetur expressè *d. c. fin.* vnde speciale est hoc in matrimonio, contra iuris regulam petentem procuratorem constitutum ad negotia, certiorem faciendum esse de reuocatione, vt ea prosit: *Clem. vnica, de renunc. c. Exparte, de rescript. l. Si mandassem, ff. mandat. l. 5. fin. ff. de contrah. empt. l. 1. ff. quod iussu.* & ratio specialitatis est, quia in cæteris contractibus potest ius suppleri consensum contrahentium, illisque renitentibus dominium transferre: in matrimonio autem minimè potest, hoc autem speciale esse in matrimonio, (quamuis non desint DD. id negantes, dicentesque idem contingere in aliis, quæ a libera voluntate pendent) docet *gloss. Clem. vnica, de renunc. verb. Ignoranter, & verb. Cadendum*, vbi *Anchar. nu. 6. Cardin. & Imola nu. 11. Bonifacius n 30. idem gloss. d. c. fin. verb. Ignoraret, Ioan. Andr. nu. 1. Domin. § Sane, n. 1. & 2. Anchar. n. 1. vers. Tertio nota, Francus n. 4. & 7. Philip. Probus ad. d. ad Monachum, nu. 1. idem gloss. c. Nec illud, 30. q. 5. verb. Vxor*, vbi *Archid. Bellamera, & Turrecr. fine, Felinus c. Edoceri, n. 11. & c. Exparte, num. 9. de rescript. & c. Si diligenti, n. 22. de foro compet. Sylvest. Matrimonium, 5. q. 11.* Et ex Theologis, *Veracruz 1. p. Spec. a. 16. dub. 6. Ind. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 47. f. 1120. Vivald. candel. 1. p. de matrim. n. 44.*

7 Valdè tamen distat, si contractus fiat per procuratorem, quo casu necessarium est intimari procuratori reuocationem, vt diximus n. præced. vel si fiat per nuncium, vel epistolam: nunc enim si ante præsentationem, mittentem præmeata, licet reuocatio non intimetur nuncio, vel epistolam recipienti, obligatio impeditur, *l. Si pater, ff. de manumiss. vindic. in princ.* vbi & *gloss. verb. Non fiat. Ioan. Andr. c. fin. de procurat. in 6. nu. 1. Dominic. § Sane, n. 2. Anchar. n. 1. vers. Sed hic quæro, Francus n. 7.* Et ratio differentiæ est, quia nuncius, & epistola est tam quam merum instrumentum, & organum, per quod dominus profert verba, & ita concipit verba in persona mittentis, vnde consensu domini deficiēte tēpore, quo profert verba, nil operatur epistola, aut nuncius, quamuis reuocationis ignarus sit: cum autem aliquis procuratorem constituit, facto illius voluit obligari, vnde necesse est eum per quem consensus præstatur, reuocationis conscium esse. Et hæc vera sunt, quamuis *gloss. l. 1. fine, ff. de contrab. empt.* neget discrimen, asseratque in vtroque euentu reuocationis notitiam desiderari.

8 Hæc autem procuratoris ad matrim. reuocatio, effectum habebit, reddetque illud irritum, quamuis iuramentum de procuratore non reuocando, præmissum sit: reuocans enim periurii reus erit. tenebit tamen reuocatio. Sic *gloss. d. c. fin. verb. Reuocatum*, vbi *Monachus, & Phil. Probus in addit. ad ipsum Ioan. Andr. ad finem, Domin. § fin. num. 5. Francus n. 5. & 6. Felin. c. Exparte, n. 12. de rescript. Sylvest. Matrimonium 5. q. 13. Rochus, Decius, Socinus*, quos refert & sequitur *Conar. 4. decret. 2. p. c. 4. init. n. 10. Seraphinus de priuil. iuramenti priuil. 75. num. 7.* Et ex Theologis, *Veracruz 1. p. Specul. a. 16. dub. 8. Ind Lop. 2. p. instructi. de matrim. c. 47 f. 1120. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 216. n. 8.*

Similiter valebit reuocatio procuratoris merè interna, 9
quo ad forum conscientiæ: licet quo ad externum incumbat reuocanti eum, testibus probare. Et ratio est, quia quantumcumque sint verba externa, deficiente interno consensu, non est matrimonium: & hæc ratio assignatur, *d. c. fin. de procurat. in 6.* ibi, *cum illius consensus defecerit, sine quo firmitatem habere nequiverit*: & sic tenet *D. Thom. 4. d. 29.* in finalibus verbis, exponens magistri literam.

Sufficiet etiam reuocatio tacita mandati: vt docet *Co-* 10
nar. 4. decret. 2. p. c. 4. init nu. 11. quem ex Theologis sequuntur *Ind. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 47. fol. 1120. Vivald. candel. 1. p. de matrim. nu. 44.* vnde satis est facto ipso contrario reuocare: hæc enim est voluntas tacita. Quia voluntas non tantum verbis, sed etiam factis demonstratur, *l. Paulus respondit, ff. rem rat. hab.* immò magis factis, quam verbis ostenditur: *l. Si tamen, §. Ei qui, ff. de adul. edict. & l. Reprehendendus*, vbi *Decius C. de instit. & substit.* de qua re multa congerit *Iason l. Apud Iulianum, §. Constat. ff. d. legat. 2. & l. Furiosū, n. 4. C. qui testam. fac. poss.* & sufficere facto reuocare, constat ex *l. fi. ff. de diuort.* ibi, *illud rectissimè placuit, quali quali voluntate intelligi possit patronum animum habere desisse quasi in vxorem.* & ibi, *vbicumque vel tenuis intellectus haberi potest nolentis nuptū*, & ponit *ea lex fin.* has coniecturas, ex quibus mutatio voluntatis colligitur, *si patronus sibi despondere aliam, vel destinauerit, vel matrimonium alterius appetierit, credendum est nolle huiusmodi nuptam*, vbi *gloss. verb. Destinauerit, & Odofredus ibi*, explicant, id est, proposuerit aliam habere in sponsam: & addit *Odofredus*, eo ipso tacite patronum declarare, se nolle libertam. Vnde *Conar. Vivald. Ind. Lop proximè citati*, dicunt prius mandatum reuocari dato mandato ad contrahendum cū alia: non enim verisimile est (vt ait *Ferretus cons. 281. n. 12.*) tractantem matrimonium cum aliqua, in priori voluntate contrahendi cum alia perstitere; & ratio est, quia cum consequens sine antecedenti esse nequeat, qui vult consequens, necessario videtur velle antecedens, *l. Illud ff. de acquir. haered. l. Ad legatum, & l. Ad rem mobilem ff. de procur.* cum ergo ad contrahendum cum secunda, necessarium sit à voluntate prioris matrimonii recedere dato mandato ad contrahendum cum secunda, reuocatur primum, *l. Si quis cum procurat. § fin. ff. de procur. & c. pen. eod. tit.*

Tertia conclusio, si postquam quispiam procuratorem 11
misit, nec consensit, nec dissentit, sed in aliis occupatur, valet matrimonium, quia durat prior consensus virtute, cum non sit obex contrariæ voluntatis: vt qui priùs baptizari voluit, si dormiens baptizétur, verum recipit baptismā. *c. Maiores, de baptism.* sic *Reinerius*, quem refert & sequitur *Sylvest. Matrimonium, 5. q. 10. Veracruz 1. p. Spec. a. 16. dub. 6. Barth. à Ledesm. dub. 18. de matrim. f. 1279. Enriquez l. 11. de matrim. c. 4. n. 4.*

Hinc infertur, si procuratore misso, dans mandatum in 12
amentiam incidat, & talis perseuerat, dum procurator nomine suo contrahit, valere matrimonium: manet enim virtute prior consensus, cum reuocatus non sit: sicut baptismus furiæ tempore receptus, petitus ante furiam, validus, *c. Maiores, de baptismo, fine*; sicuti si tunc temporis esset dormiens, valere matrim. Sic *Enriquez l. 11. de matrim. c. 4. n. 4.* Obicies tamen, si sacerdos audita confessione, amens fieret, & sic absolueret, nulla esset absolutio: quia ministri actus debet esse humanus, sed contrahentes per procuratorem sunt ministri matrimonii, & non procurator, vt dicemus num. 28. ergo si tempore quo consensum præbet procurator, qui mandatum dedit, rationis vsu destitutus sit, erit irritum matrimonium. Resp. argumentum concludere, per seipsum contrahentem, necessario debere esse sui compotem, dum contrahit. vnde nihil ageret,

si dormiens, vel insanus tunc esset: at dum contrahit per procuratorem, satis est, vt dum mandatum dedit, sui compos esset, nec reuocarit, & procurator dum eius præstat consensum, sit sui compos: vt in cæteris contractibus contingit, quia tunc contrahens non ministrat per seipsum, sed medio instrumento.

13 Quarta conclusio, si dum quis mandatum dedit, consensum finxit, tempore tamen quo procurator eius nomine cõtrahit, habet verum consensum, vălet matrimoniũ, quia cum eo tempore conficiatur, tunc desideratur consensus. Sic *Enriquez lib.11. de matrim. c.2.n.2.* vnde quocumque tempore intermedio dissensus sit, nihil refert, dummodo tempore quo celebratur matrimonium, consensus adsit.

14 Quinta conclusio, potest talis procurator constitui absque scriptura: vt generaliter de procuratore habetur, *l.13. t.5.p.3.* ibi, *è quando lo hi sieve de palabra*, & docent *gloss. l. Martus, verb. Prascripserit, C. de procurat.* vbi *Bart. Bald. Fulgos. Salic. Iason l.1 n.7. C. eod.t.* multos alios referens: *Petr. lib.3. ordin.t. 4. l.3. vers. Verum autem.* Et specialiter in mandato ad contrahendum matrimonium, tenet *Angel. cons.122.*

15 Sexta conclusio, diuersitas sexuum in procuratoribus ad contrahendum matrimonium, est impertinens: quare duo viri, vel duæ fœminæ possint esse contrahentium procuratores. Quia ea sexuum diuersitas, solum requiritur in ipsis, qui matrimonio iunguntur. Sic *Petr. de Ledesm. de matrim. q.42 a.1. dub.7.*

16 Septima conclusio, verba procuratoris contrahentis matrimonium, debent esse hæc, Talis consentit in te, vel accipit te in virum, vel vxorem, me mediante. Sic *Host sum. t. de sponsal. §. Qualiter contrahatur, Francus c. fin. de procurat. in 6. num. 4. Sylvest. Matrimonium 5 q.14. Couar. 4. decret. 2. p. c. 4. init. n.8. Gregor. Lop. l.5. t.2 p.4. verb. Con mandado, Ant. Gabr. in vita edit. t.2 communi l.11. verb. Matrimonium, f.94.* & alij quos hi referunt. Et ex Theologis, *Veracruz 1 p. spec. a.16. fin. Enriquez l.11. de matrim. c.2 n.2. Vmald. candel. 1 p. de matrim. nu.45.* Valebit etiam matrim. si dicat, Recipio te in virum, & vxorem, nomine talis personæ. Quia fere idem est sensus. Sic *Couar. Greg. Lop. Anton. Gabr. ibi.*

17 Octaua conclusio, si procurator mandati fines excedat, nil prorsus valet matrimon. vt si mandatum detur contrahendi certa dote constituta, & procurator contrahat ea conditione non seruata, nihil agit, quia mandatum ad vnguem seruandum est, *l. Diligenter, ff. Mandati*: & vbi quis limites potestatis sibi traditæ excedit, priuatus fendendus est: vt docet late *Monoch. de recuperanda possess. remedio 8. nu.13. & 17. & cons. 69. n.75. & seq. vol.1.* & ratio est, quia cum potestas sit limitata, in eo quod quis excedit, potestate caret, & est quidam priuatus.

18 Rogabis tamen, quid si in commissione dicatur, Do tibi facultatem contrahendi matrimonium, seruata forma Tridentini, vt semper dici solet, vtrum si omissis denunciationibus contrahat procurator, valeat matrimoniũ? Videtur enim nõ valere: quia ablatiuus ille absolutus importat ibi conditionem, *l. A testatore. ff. de condit. & demonstr.* forma autem præscripta in *Tridentino sess.24. c.1. de matrim.* est vt præmissis denunciationibus, coram parocho & testibus contrahatur. Breuiter dico, si ex ordinarij dispensatione omittantur, non esse dubium: quia forma Tridentini est præmissis denunciationibus, nisi ordinarius dispensauerit: idem dicendum est, si omittantur absque dispensatione, licet in mandato expresè diceretur, Do tibi facultatem contrahendi præmissis denunciationibus. Quia quoties eximitur in commissione forma iuris communis, eo modo, quo iuri communi inest, non est intentio inducendi nouam formam, & conditionem, sed est admonitio quædam, vt seruetur forma iuris communis: vt latè probabo lib.3. disp.33. n.3.

SVMMARIVM.

An matrimonium contractum per procuratorem valeat post Tridentin: ponitur opinio negans, num.19. & ibi forma debet impleri in specie, & sensu proprio, & non per æquipollens.

Verior opinio affirmans, valere, n.20.
Solvuntur argumenta, n.21.
Petens 11. omnibus cæteris summarijs.

QVÆSTIO II. Vtrum matrim. contractum per procuratorem, coram parocho & testibus sit validum post Tridentinum? Aliqui censent non esse validum, & hoc contractum esse *c. fin. de procurat. in 6.* Prob. primò, quia ideo olim matrimonium per procuratorem, valebat, quia sufficiebat ad illud mutuus consensus nudus, vt patet ex *l. Sufficit, ff. de sponsal.* vbi *Iurisconsultus* cum præmisisset sufficere nudum consensum ad sponsalia: hunc intulit sic, *Denique constat absentes absenti despondere posse*: vbi *gloss. verb. Constat*, idem intulit in matrim. sed hodie non satis est nudus consensus, sed coram parocho & testibus per *Trident. sess.24. c.1. de matrim.* ergo cessat matrim. inter absentes. Secundò, quia *Trident. d. c.1.* exigit vt parochus & testes intelligant contrahentium consensum, vt eius testes esse possint, at eum intelligere nequeunt, cum solũ procurator adest. Tertiò, quia Trident. pro forma petit, vt parochus præsens sit consensui contrahentium, cum aliter matrim. iuret: quæ autem requiritur præsentia pro forma, non impletur per procuratorem, *l. Obligari, §. Tutor statim, ff. de auctor. & consent. & §. Tutor autem, Inst. eod. t.* vbi quia præsentia tutoris exigitur pro forma, ad minoris contractus, non satis est tutorem per procuratorem adesse: vbi & *gloss. verb. Per ipsum*, hoc notat: vt etiam in simili docent *Archid. c. Illa quæ 10 q.2. Bald. Auth. Hoc ius, n 3. C. de sacros. Eccles. Rebus. in quibus alienationis rerum Eccl. n. 92. Rodaano de alienat. rerum Eccles. t. de tract. in princ.* nõ posse canonicos consentire alienationi rerum Ecclesiæ, per epistolam: quia eorum præsentia ius petit, *cap. In Genesi, de elect.* Quartò, quia forma in sensu proprio impleri debet, *c. Susceptum, de rescript. in 6.* ibi, *Rescriptum cessione, non morte.* vbi *gloss. v. Morte*, inquit, quia succedens, quo ad illam Ecclesiam videatur mortuus, at mortuus non est: & ibi *Domin. notab. 3.* inquit, vbi fit mentio de morte, intelligi de naturali, non de ciuili, & *l. fin. C. de his qui ven. ætat.* textus ait mentione facta de ætate, intelligi de naturali, & non de ea quam princeps supplet: vbi *gloss. verb. Restitutionibus*, ait non sufficere, quamuis hæc æquipollent: & *l. 3. §. Hæc verba, ff. de negot. gest. v. Hereditatem*, ait gloss. veritatem, non fictionem iuris considerari. Et non habetur in sensu proprio, sed etiam in magis proprio debet impleri: vt ex *c. Rodulphus, de rescript.* notat *Socin. l. Non solum, ff. solut. matrim. Beccius consil. 21. nu. 33.* & ratio est, quia forma debet impleri specifice, & non per æquipollens, *l. 3. §. Novum*, vbi omnes scribentes *ff. de nov. oper. nunciat. & l. 8. Si quis ita, de verb. oblig. c. Cum dilecta, de rescrip.* & multis citatis docet *Tiraq. de retract. conuent. §. 4. gloss. 6. num. 31. Matienzo lib. 5. recop. t. 4. l. 1 gloss. 4. num. 8.* ergo cum Trident. petat pro forma, præsentiam parochi consensui contrahentium, non satisfecit præsentia ficta, & æquipollens, sed dũ adest consensui per procuratorem præstito, ille non est proprie, sed fictè, & interpretatiuè consensus contrahentium: vt docet *gloss. c. Qui per alium, de reg. iur. in 6. fin. & ibi Dynus, nu. 6. Ioan. Andr. init.* & late *Bart. l. Si is qui pro emptore, à n. 57. ff. de vsucap.* & plures alij, quos refert & sequitur *Tiraq. post leges connubiales, gloss. 6. verb. Consentement, nu. 27.* & ita *Zilettus in cap. fin. de matrim. cons. 83. nu. 13.* ait quodammodo videri præsentes qui per procuratorem adsunt. Quintò, quia consensus tutoris requisitus, vere, & propriè præstandus est, & non fictè, vt per procuratorem: sicut ex multis probat *Tiraq. d. verb. Consentement, n. 27.* Trident. autẽ petit consensum contrahentiũ coram parocho. Sextò, quia petenti iure consensum aliquorũ intelligi, præsentia naturalis, & per se ipsos consentientiũ, desideratur: vt optime docet *Bald. l. 1. Cod. fide instr. & iure hast. fisc. lib. 10.* quem refert & sequitur *Iason l. 1. num. 8. ff. de verb. oblig.* ex doctrina Bart. ibi, dicentis idcirco stipulationem inter absentes non posse fieri per procuratorem, vel epistolam, quia debent se inuicem intelligere: ergo cum Tridentin. petat, vt parochus intelligat contrahentiũ consensus, debent contrahentes re vera, & naturaliter præsentes esse. Vltimo, quia *Tridentin. d. sess.* (vt con-

stat ex proœmio) voluit consulere maximis damnis ex clandestino matrim. consurgentibus, quibus non occurritur, si valeat matrim. per procuratorem: nulla enim certitudo de alterius contrahentis vita, vel consensu habeti potest, cum potuerit obiisse, vel consensum reuocasse. hanc sent. et ibi Barth. à Ld. sima dub. 18. de matrim. f. 1286.

19 Ceterum tenendum est id matrim. valere, nec corrigendum esse c. fin. de procurator. in 6. Prob. 1. ex praxi totius Ecclesiæ, passim enim post Trident. celebrantur matrim. per procuratores, esset que intolerabilis error in Ecclesia, tot matrim. irrita consentire. Secundò, quia finis Trident. irritantis clandestina est, vt constat ex d. c. 1. in proœmio, vt notum sit Ecclesiæ matrimonium, probarique possit, ne aliud publicè, aliud vero occulte celebretur: sed quando celebratur per procuratorem, coram parocho & testibus, satisfit huic fini, iam enim constat Ecclesiæ, & probari potest, sicut quilibet alius contractus gestus per procuratorem, sufficienter probatur, ita vt contrahens cogatur in foro externo stare illi. Et confirm. quia alia ratio dicti decreti, ne celebretur matrim. ab aliquo, quam à proprio parocho, vt docet Rota Florentina inter consilia Menoch. cons. 398. vol. 4. & Seraphin. decis. 657. 1. p. vers. Nam præsentia parochi cui etiam satisfit: q ita matrim. per procuratorem, celebratur coram proprio cõtrahentiũ parocho. Tertiò, quia ea quæ aliquin fieri non possunt, permittuntur, si per eum actum ad ius commune redatur: vt notant Bart. & alij, quos refert, & sequitur Cuar. 3. variar. c. 6. n. 4. & correctoria extenduntur, vt legum correctio vitetur, & ad ius commune redeatur: vt dixi l. 1. disp. 12. n. 2. Inde est, vt leges non sunt interpretandæ sint, ne antiquas corrigant, quamuis à propria verborum significatione recedatur, vt dixi eod. l. 2. disp. 17. n. 6. ergo cum asserendo matrim. per procuratorem valde inusitatum, redeatur ad ius commune, & eius correctio vitetur, sic dicendum est, licet aliqualiter verba imponentia, dicendo consensum contrahentium præstandum coram parocho, si per procuratorem id faciat: maxime, quia verba non impropriantur, non enim improprie dicimur à nobis fieri, quod de mandato speciali nostro fit: vt constat ex l. 3. Adipiscimur, ff. de acquir. possess. ibi, *adipiscimur enim possessionem per nosmetipsos*: quæ verba, etsi nimis personalia sunt, & sic videantur propriam personam exigere: statim paragraphus seq. ea lex decidit, per procuratorem acquiri possessionem, quasi per manum domini: & ita gloss. d. §. Adipiscimur, verb. Per nosmetipsos, addidit, non remotè quin & per alium. Quartò, quia Trident. irritat clandestina, quæ semper Ecclesia abhorruit, & puniuit, vt constat ex d. c. 1. in proœmio, vbi dicitur, quamuis matrim clandestina valida fuerint, ea semper Ecclesiã abhorruisse: & posteà sacri Lateranensis concilij vestigijs inhærendo, sed Ecclesia numquam censuit clandestinũ, nec puniuit matrim. per procuratorẽ contractum publice, imo illud approbauit l. fin. de procurat. in 6. ergo Trident. non irritauit huiusmodi matrimonium. Hanc sent. tenent ex Theologis, Veracruz append. ad Specul. dub. 3 fin. Bell. arm. l. 1. de matrim. cap. 5. vers. Atque hinc etiam. Enriquez l. 11. de matrim. cap. 2. n. 2. & in comment. l. 20. n. 3. Thesaur. sacerdot. 1. p. f. 117. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 42. a. 1. dub. 7. Led. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 35. f. 1027. Pobladura. de offic. sacerdot. 1. p. 2. l. 2. c. 1. Grisald. de matrimon. num. 16. Vivald. candel. 1. p. de matrim. n. 43. P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 254. init. Vega l. 4. sum. c. casu 264. Et ex iurisperitis, Navar. Gonz. Sylvr. in priori edit. cons. 2. n. 9. in posteriori, cons. 6. n. 9. vers. Ad secundum, Ant. Cucus l. 5. institut. maior. t. 11. nu. 35. Matienz. l. 5. recop. 2. 1. rubr. gloss. 1. nu. 32. Flamin. l. 19. de resignat. benef. q. 6. n. 11.

21 Ad argum. prioris sent. proposita, nu. 19. respond. ad 1. olim valuisse matrim. per procuratorem absque parocho & testibus, quia sufficiebat nudus & clandestinus consensus: at hodie cum is non sufficiat, nisi parochus & testes interesint, similiter non sufficiet nudus consensus per procuratorem, sed debet esse coram parocho & testibus. Ad 2. dico exigi præsentiam realem per se, vel per procuratorem, & vere parochum & testes intelligere consensum absentium, medio procuratore ad id specialiter destinato cum omnino absentis personam agat. Ad 3. nego, cum requiritur præsentia pro forma, non satis esse per procuratorem: nec est simile in tutore, eligitur enim industria personæ, & confidunt leges fore, vt ille melius pupilli rebus consulat. Similiter eligit ius industriam canonicorum, confidens ipsos bene Ecclesiæ rebus consulturos, & vult vt congregentur, vt rationes conferant, & clarius intelligant quid facere expediat. Ad 4. 5. & 6. respondeo, illa omnia bene probare ita esse, vbi non esset aliud ius explicans satis esse præsentiam illam per procuratorem: quando enim est id ius, vt in præsenti, ne eius correctio inducatur, recedi potest à propria verborum significatione: vt probaui n. 20. eo vel maxime, quod, vt ibi probaui, non improprie, licet non tam proprie, dicitur aliquis præsens per procuratorem. Ad vltimum negatur minor, imo occurritur illis damnis: vt probaui n. 20. & satis est certitudo moralis de consensu, & vt mittenti procuratorem, incumbat onus probandi se reuocasse: eadem enim certitudo solum habetur, dum præsentes contrahunt, possent enim ficte consentire.

SVMMARIVM.

Vtrum exigatur dari protestatem procuratori, coram parocho & testibus ponitur opinio affirmans, n. 22. & ob solemnitas requisita ad aliquem actum, censetur requisita ad commissionem dandam faciendi illum actum, n. 22. usque, n. 24.

Contraria verior, n. 22. & ibi, legum correctio non inducitur per tacitas voluntates, licet clausula nihil operetur: & si voluisset legislator, expressisset.

Vtrum desideretur vt parochus & testes videant literas mandati, n. 24.

Explicatur l. 39. Tauri hodie l. 13. t. 4. lib. 5. recop. n. 25.

Solumntur argumenta 25. & vltimum quem tamen ex causa summaria.

QVÆSTIO III. Vtrum valeat matrimonium per procuratorem, commissione ei absque parochi & testium præsentia, data? Videtur enim id desiderari, ex doctrina Rinaldi cons. 467. n. 78. & seq. vol. 4. docentis solemnitatem requisitam ad aliquem actum, esse necessariam ad dandam commissionem faciendi illum actum, & ita prohibente statuto donationem fieri absque quinque testibus, censetur prohibitum mandatum donandi absq; illis: & probat ex l. Oratio, ff. de sponsal. Vnde Bart. & alij, (vt retuli l. 1. disp. 13. n. 1.) colligunt, prohibito aliquo, censeri prohibitum omne id per quod peruenitur ad illud. ergo cum Trident. sess. 24. c. 1. de matrim. exigat præsentiam parochi & testium ad matrimonij valorem, eadem solemnitas desiderabitur ad valorem mandati contrahendi illud. Et confirm. ex l. 39. Tauri hodie l. 13. t. 4. lib. 5. recop. vbi disponitur eandem solemnitatem exigi in mandato testamentum conficiendi, quæ in ipso testamento exigitur: cuius rationem assignat Ant. Gom. ea l. 39. nu. 2. & Matienzo ea l. 13. gloss. 1. fine. quia eadem ratio, virtus, & effectus, quæ sunt in consequenti, dicuntur esse in antecedenti, arg. textus l. Illud, ff. de acquir. hæred. & ita cum pro testamenti falsitate vitanda, ius certam solemnitatem petat, merito illammet, in mandato ad testandum nomine alterius, desiderat, cum sit antecedens necessarium, vt alterius nomine testetur: ergo similiter in nostro casu, cum mandatum ad contrahendum matrimonium nomine alterius, sit antecedens, & præuium, vt tale matrimonium valeat, exigit eandem solemnitatem parochi & testium, quam ipsum matrimonium. 22

Dicendum tamen est, id non exigi, sed satis esse, vt procurator nomine absentis matrim. coram parocho, & testibus ineat. Prob. quia Trident. sess. 24. de matrim. c. 1. solum irritat matrim. quando ipsemet contractus non celebratur coram parocho & testibus, sed mandatum contrahendi non est ipse matrimonii contractus, ergo non petit eandem solemnitatem, alias decretũ maximè correctoriũ, extendendum valde esset. Secundò, quia praxis totius Ecclesiæ habet: vt post Tridentin. contrahatur matrim. per procuratorem, & numquam auditum est eam solemnita- 23

rem in mandato dando procuratori seruari. Tertiò, quia licet antiquo hæc solemnitas non petebatur, & Tridentinū non corrigit hoc expresse, nec per tacitos intellectus inducenda est legum correctio, quamuis clausula nil operetur: vt docet *Anton. cons.* 259. *n.* 2. & *Gutier. cum aliis* 3. *pract. q.* 15. *n.* 35. nedum vbi multum operatur, vt in præsenti, quamuis non corrigat ius commune. Tandem, quia si voluisset Trident. annullare dictum mandatum absque ea solemnitate, expressisset vtique, *l. Item apud Labeonem*, §. *Ait prætor. ff. de iniur. & c. Ad audientiam, de renunciat.*

24 Vtrum autem necessarium sit, vt parochus & testes dum assistunt matrimonio contracto per procuratorem, videant mandati literas: dicam lib. 5. disp. 8. n. 24.

25 Ad arg. propositum n. 22. negandā est ea doctrina, nec illam probat *l. Oratio ff. de sponsal.* cui satis respondi l. 1. disp. 22. n. 2. Ad confirm. dico esse specialem dispositionem in eo casu: primo ad vitandas commissariorum fraudes: vt dicitur *l.* 31. *Tauri, hodie l.* 5. *t.* 4. *lib.* 5. *recop.* ibi, *y los tales comisarios hazen muchas fraudes.* Secundò, quia tale mandatum ad testandum, non tam dicitur commissio ad testandum, quam testamentum, succeditque loco testamenti: quia continet institutionē hæredis, substitutiones, exhæredationes, meliorationes, dationes tutorum, quæ omnia si cōmissarius non faciat, per tale mandatum manent ipso iure facta, *l.* 33. *Tauri, hodie l.* 7. *t.* 4. *lib.* 5. *recop.* cum ergo tale mandatum loco testamenti succedat, mirum non est si lex eandem testamenti solemnitatem petat.

SVMMARIVM.

Ad matrimonium per procuratorem contractum sit sacramentum: potest opponi negans, n. 26.

Opinio vera est affirmans, n. 27. *& quis sit eius minister, quæ materia, & quæ forma, n.* 28.

An si procurator sit in mortali, dum contrahit, peccet lethaliter, n. 29.

An constituens procuratorem, teneatur esse in gratia eo tempore, quo verisimile est fore, vt procurator contrahat, n. 30.

An contrahentes per procuratores, possint petita per seipsos iterare, n. 31.

Soluuntur argumenta, & explicatur qualiter actus sacramentalis debet esse personalis, & vtrum illud matrimonium conferat gratiam physice, vel moraliter, n. 32.

26 IV. QVÆSTIO. Vtrum matrim. contractum per procuratorem, sit sacramentum? Quidam affirmant esse verum matrim. non tamen sacramentū. Prob. primò, quia quāuis sacramento pœnitentiæ, quatenus est quoddam iudiciū, non repugnet effici in absentiā, repugnat tamen eo, quod est sacramentum: ergo similiter repugnabit matrimonio, vt est sacramentum. Secundò, quia perceptio, & cōfectio sacramēti, est actus personalis, vt constat in omnibus aliis sacramentis. Tertiò, quia alias dormiens peccaret, vel reciperet gratiam, si eo tempore procurator nomine eius contraheret: cum enim tunc constituens, sacramentū recipiat, peccaret, si esset in mortali, & reciperet gratiam si esset dispositus: & subinde teneretur sub culpa lethali, tūc esse dispositus. Quartò, quia sacramentum est causa physica gratiæ, matrim. autem per procuratorem, non potest esse sic causa, quia consensus ipsorum: qui vere cōtrahunt, sunt materia, & forma, & iā transierūt. Quintò, quia DD. contrariæ sent. fatentur esse laudabile, si postea in præsentia renouetur consensus: si tamen prius matrimonium fuisset sacramentum, sacrilegum esset iterare, cum nō adsint noua materia, & noua forma. Sextò, quia ideo hostia absens nequit consecrari, quia ponitur in forma, pronomen demonstratiuum. Hoc, quod denotat materiam præsentē, nec absens potest absolui, quia ponitur in forma, pronomen demonstratiuum, Te; sed in forma matrimonij ponitur duplex pronomen demonstratiuum. Ego, & Te, vt constat ex *c. Licet, de sponsa duorum*, vbi ponitur hæc forma, *ego te accipio in meam*: ergo matrimonium, vt est sacramentum, non potest celebrari inter absentes. Hanc sent. tenent *Durand.* 4. *d.* 26. *q.* 3. *num.* 11. *Caiet. to.* 1. *opusc. tract.* 12. *de contract. matrim. q.* 2. *Canus l.* 8. *de locis Theol. c.* 5. *ad* 3. *Victoria sum. de matrim. n.* 244. *Viguer. lc. institut. c.* 16. § 7. *vers.* 4. *Onandus* 4. *d.* 28. *propos.* 2. *Fr. Petrus Martyr direct. curatorum, f.* 65. §. *Lo tercero se pregunta, Barth. à Ledesma* mutans sent. quam in priori edit. tenuerat, *dub.* 18. *de matrim. f.* 1280. *Fr. Prīa à Gallo*, vt refert *Enriquez lib.* 11. *de matrim. c.* 2. *nu.* 2. *in comment. lit B.* & dicunt esse probabilem *Soto* 4. *d.* 27. *q.* 1. *a.* 3. *post. At verò Ledesma* 1. *part.* 4. *q.* 44. *artic.* 3. *ad finem, Ludov. Lop.* 2. *p. instructorij, de matrimon. cap.* 35. *f.* 1027. *Petrus de Ledesma de matrimon. qu.* 42. *art.* 1. *dub.* 7. *conclus.* 1. limitans, vt expenditur à Caietano, nempe, vt fiat postea sacramentum, quando in præsentia ratificetur.

Sit tamen prima concl. prorsus tenendum est matrim. per procuratorē contractū esse sacramentū. Prob. primò, quia est verum matrimonium, ratum & indissolubile, ergo est sacramentum: probatur consequentia ex *c. Quanto, de diuort.* vbi habetur ideo matrim. Christianorum esse indissolubile, quia est sacramentum: & *ibi*, & *c. fin.* 28. *q.* 1. dicitur matrim. infidelium, legitimum, sed nō ratum, ac indissolubile, quia non est sacramentū. Secundò, quia Concilium Florent. & Trident. vt vidimus hoc 2. l. disp. 10. n. 2. absolute definiunt matrim. fidelium in lege noua esse sacramentum. Tertiò, quia vel Christus eleuans matrim. ad esse sacramenti, mutauit rationem contractus naturalis, vel nō: si primum, ergo in lege Euang. matrim. per procuratorē, non est legitimū in ratione contractus naturalis, sicut oppositi dicunt non esse in ratione sacramenti, quod tamen est contra *c. fin. de procurat. in* 6. si secundum, ergo & modo matrim. per procuratorem, est sacramentum: quia concilia clamant matrimonium, quod ante legem euang. erat merus contractus naturalis, esse modo sacramentum. Quartò, quia matrim. vt cōtractus, & vt sacramentum, est idem numero, & realiter: & tantum differt penes diuersos respectus, quia vt respicit vinculum contrahentium, dicitur contractus: vt autem eleuatur à Deo ad repræsentandum vnionem Christi cum Ecclesia, dicitur sacramentum: ergo vtroque modo debet habere eandem materiam, & formam, & causas agentes: & proinde si potest, vt contractus celebrari per procuratorem, poterit etiam, vt sacramentum. Hanc sent. tenent ex Theologis, *Soto* 4. *d.* 27. *q.* 1. *a.* 3. *vers. At vero, Petr. de Soto lect.* 3. *de matrim. vers. Respondetur, Catharin. l.* 5. *contra Caietan. c.* 3. *de matrim. Bellarmin. l.* 2. *de matrim. c.* 5. *in solut. ad* 11. & 6. 7. & 8. *Palacios* 4. *d.* 26. *dub.* 1. §. 556. *vers. Quarto respondeo, Enriquez* vocans oppositam communem falsam, *l.* 11. *de matrim. c.* 2. *n.* 2. *Angles floribus*, 1. *p. q.* 1. *de effect. matrim. d.* 27. *a.* 2. *dissic.* 4. *f.* 529. *Grisald. verb. Matrimonium, n.* 16. *Vivald. candel.* 1. *p. de matrim. nu.* 43. *Phil. arc. de essc. sacrā. tit.* 1. *p.* 2. *lib.* 2. *c.* 2. *Lud. Lop.* 2. *p. instruct. de matrim. c.* 35. *f.* 1027. *Petr. de Ledesm. de matr. q.* 42 *a.* 1. *dub.* 7. *concl.* 2. *Manuel* 1. *tom. com. edit. cap.* 216. *nu.* 1. & *c.* 220. *n.* 3. *Vega lib.* 4. *sum. casu* 264. *Cordoba l.* 1. *quæst. q.* 25. *fine.* Et ex iurisperitis *Navar. c. Fraires, de pœnitent. d.* 5. *n.* 95. & in hanc sent. magis inclinat *Covar.* 4. *decret.* 2. *p. c.* 1. §. *vnico, num.* 5. dicit enim priorem sent. esse dubiam: & eam tenet *Perez lib.* 5. *ordin. tit.* 1. *l.* 1. *f.* 2. *vers. Vtrum autem, & f.* 9. *vers. Vtrum autem. Matienzo lib.* 5. *recop. tit.* 1. *vlt. glos.* 1. *n.* 133. *Alborno lc.* 4 *de arte contractuum, tit.* 8.

Secunda concl. quando matrim. fit per procuratorē, nec procurator est minister, nec in ipso recipitur sacramentum, nec verba ipsius sunt materia & forma sacramenti, sed ipsi principales contrahentes sunt ministri, & recipiunt in se sacramentum, & expressiones consensuum ipsorum, quatenus innotescunt per procuratorem, sunt materia, & forma: procurator autem est conditio, sine qua non. Prob. hoc est vnioce matrim. cum eo quod per propriam personam contrahitur, non enim est duplex matrimonij sacramentum: ergo eandem materiam, formam, & ministrum habet. Secundò, quia vbi sunt materia, & forma, recipitur sacramentum, cum ergo matrim. recipiatur in principalibus contrahentibus, in ipsis erunt materia, & forma. Sic *Enriquez l.* 11. *de matrim. c.* 2. *nu.* 7. *in princ. & ad fin. Petr. de Ledesm. de matrim. q.* 42. *art.* 1. *dub.* 7. *ad* 4.

Hinc infertur minimè delinquere procuratorem, si dum contrahit, peccato lethali affectus sit: quia non recipit in se sacramentum, nec ministrat. sic *Enriquez ca. c.* 2. §. *Petr. de Ledes. ead. solut. ad* 4.

Secūdò infertur, mittentē procuratorē teneri sub culpa lethali

lethali esse in gratia, eo tempore, quo verisimile est fore, vt procurator nomine ipsius contrahat, quia tunc recipit sacramentum. Sic *Sotus 4.d.27. q.1. art.3. vers. Ad 2. respondetur, Fr. Molina 1.1. sum. c.16. §.13 f.232. col.1. Ludou. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c.35 f.1027. Petr. de Ledes. d.a. 1. ad finem, ante solut. ad 7.* & quamuis *Sotus, & Lud. Lop.* excusent ab hac culpa mittentem, quando prorsus ignorat, quo tempore matrimonium celebrandum sit. Verum nec tunc excusatur, quia sacramenti susceptio obligat ad debitam dispositionem sub lethali culpa, & ita vel tenetur non mittere procuratorem, vel toto eo tempore dispositus esse, quo probabiliter is contractaturus est.

31 Vltima conclusio, optime faciunt contrahentes per procuratorem, si postmodum ipsimet iterum matrimonium ineant, ad tollendos scrupulos. Quia quamuis cætera sacramenta repeti nequeant, eadem materia manente: hoc autem est in matrimonio speciale, cum enim sit contractus, eiusque naturam & conditiones retineat, potest ea parte, qua contractus est, cæterorum more sæpius iterari. Sic supponunt *Cajet. & Petr. de Ledesm.* quos retuli n.26. fine, cum dicant effici sacramentum, dum postea inter ipsos contrahentes iteratur. Et docent *Sotus 4. dist. 27. quæst. 1. art 3. vers. Non prorsus, Ludou. Lopez. 2. part. instruct. de matrim. cap. 35 fol. 1027.* iteratur autem, ne forte prior consensus tepescatus sit.

32 Ad argum. proposita nu. 26. respondetur, ad 1. absolutionem non posse præstari in absentia, iudicium enim externum potest inter absentes esse, eo quod diuersi sint accusator, testis, & reus, nec aliqua dispositio in reo petatur: secus autem de interno, vbi reus, testis, & accusator, est idem: & desideratur reum dispositum esse, eiusque dispositionem confessarium intelligere: vnde nó solum ea parte qua sacramentum est, sed etiam ea, qua iudicium est, reprogrus, in absentia præstari: matrimonio autem id nō repugnat, quatenus contractus est, cuius naturam ratio sacramenti minime immutat. Ad 2. dico, in aliis sacramentis actionem esse omnino personalem, ita vt nullo modo per substitutum exercen possit, secus autem in matrimonio quia cæterorum contractuum naturam sequitur: quare actio sacramentalis in ipso non est omnino personalis, sed tantum in hoc sensu, vt nulla alia persona præter ipsos contrahentes, vere conficiat, & in se recipiat sacramentū. Ad 3. dico non esse inconueniens dormientem delinquere lethaliter, vel gratiam recipere ratione consensus in via habiti, vt contingit in eo, qui volens baptizari, baptizatur dormiens: & fateor teneri esse in gratia tempore quo procurator contrahit: vt probaui n.30. Ad 4. *Ludou. Lopez. ex n.27.* fatetur id matrim. physicè conferre gratiā: sed recte *Petrus de Ledesma ibi allegatus*, dicit conferre moraliter: quia dum sacramentum præsens est, physice operatur, dum autem transit, & tantum moraliter est præsens, tamquam causa moralis operatur: vt contingit in sacramento, recedente fictione: cum ergo dum procurator contrahit, consensus principalium, qui sunt materia & forma, sint tantum moraliter præsentes, operabuntur instar causæ moralis. Ad 5. constat ex dictis, n. 21. Ad 6. nego consequentiam, quia in cæteris sacramentis ea verba præcisa sunt de sacramenti necessitate, matrimonium autem potest per quæcumq; verba, vel signa contrahi consensum explicantia.

DISPVTATIO XII.

Vtrum matrimonium per epistolam contractum, validum sit, & sacramentum?

SVMMARIVM.

Non antiquus erat validum, & qualiter celebrandum, n.1.
Quo tempore fit Tridentinum sit validum: opinio negans, n.2.
Contraria vocior, n.3. & verum sit sacramentum, n.4.

1 IVXTA antiquo constat matrim. per epistolam celebratum, validum fuisse: ex *l. Mulierem. ff. de ritu nuptiarum, l. Si de sponsal.* & docet *gloss. cap. Nec illud, 30. q. 5. verb. Vxor, Felin. c. Ex parte, n.10. de rescrip. Sotus 4.d.27.q.1 fine*, vbi *Sotus q.1.a.3. vers. At vero quamuis, Couar.* multos referens, *decret. 2.p.c.4.init n.11. fine, Perez lib.5.ordin.c.1.l.1 f.2.§. Quid autem sit in matrimonio:* & si antequam perueniat epistola ad alium contrahentem, reuocatus sit consensus, siue tacite, siue expresse, dicendum est idem, quod disp. præc. à n.6. vsque ad 14 dixi, quando contrahitur per procuratorem. Vtrum autem necessarium sit, vt recipiens literas, consensum explicet rescribendo mittenti, vel per nuncium ad id destinatum, vel potius satis sit cuicumque exprimere consensum; dixi late *l.1. disp.7. n.35.*

Dubitatur autem vtrum post *Tridentin. sess.24.c.1. de matrim.* validum sit? Quidam enim negant: quia cum necessarium sit consensum coram parocho & testibus præstari, & quando alter recipit literas, licet consentiat coram parocho, non sit sufficiens ad matrimonium, donec alter conscius acceperit: non videtur quo pacto vtriusque consensus possit coram eodem parocho & testibus præstari media epistola: procurator enim potestatem habet acceptandi, epistola autem minime. Sic docent *Petr. de Ledes. de matrim. q.45. a.3. dub. vlt. ad 1. Barth. à Ledesm. dub. 18. de matrim. à f.1286. Manuel. 1. tom sum. 2. edit. c.216. n.1. & c.220. n. 3.* & in hanc partem quamuis dubius, magis inclinat *Veracruz append. ad specul. dub. 3. fin.* 2

Sed probabilius esse, valere, existimo: ob rationes, quibus disp. præc. nu. 20. probaui matrim. per procuratorem initum, validum esse: non enim iuris correctio absque necessitate inducenda est: & declaratur amplius, explicando casus in quibus celebrato per epistolam matrimonio, potest vtriusque consensus coram eodem parocho, & testibus præstari. Primus casus est, quem ponit *Enriquez. statim allegandus*, si epistolam mittens, scribat se non solum facere sui corporis traditionem, sed ex tunc traditionem per alterum sibi faciendam, acceptare: tunc enim si epistola lecta coram parochō & testibus, alter consentiat, iā vtriusque traditio, & acceptatio fit coram eodem parocho & testibus. Secundus casus est, quem in nemine inueni, si recipiens epistolam, rescribat mittenti, se accepisse literas, in quibus vult ipsum in coniugem, & similiter ipsum velle: tunc enim si hac epistola rescripta lecta coram parocho & testibus recipiens coram illis consentiat, iam mutua acceptatio, & traditio cōstat parocho & testibus: quia illa epistola continet traditionem rescribentis, & acceptationē traditionis factæ à priori mittente: & prior mittens se tradit, & acceptat coram parocho & testibus. Hāc sent. tenet *Enriquez. l.11. de matrim. c.2. n.6. Lud. Lopez 2.p. instruct. de matrim. c.35. f.1027. col.2.* Pro eadem sent. sunt alii, qui post Trident. scripsere, & asserunt matrimonium contractum per epistolam, validum esse: cum tamen id minime assererent, si Triden. illud annullasset, hi sunt *Nauar. l.4 consilior. 1. de cognat. spirit. in priori edit. cons. 2. n.9. in posteriori cons. 6. n.9. vers. Ad 2. Perez lib.5. ordinam. tit.1.l.1.f.2.§. Quid autem sit in matrim. Matienzo lib.5. recop. t.1. rubr. gloss. 1. nu.32. Molina to. 2. de iust. tract.2 disp.254. init. Vega l.4 sum. casu 264.* 3

Tandem dubitabis, vtrum matrimonium per epistolam contractum, sit sacramentum? Qua in re nihil immorandum est: quia eadem prorsus est difficultas, quę de matrimonio per procuratorem inito: & qui hoc esse sacramentum negant; negabunt illud, quos retuli disp. præced. n.26. Nos autem, qui ead. disp. n.27. defendimus hoc esse sacramentum: idem dicemus de illo. 4

DISPVTATIO XIII.

Quo iure matrimonium indissolubile sit, & vnde hæc indissolubilitas proficiscatur?

SVMMARIVM.

Matrimonium ratum, & consummatum differunt quo ad significationem, n.1.
Consummatum est saltem iure diuino indissolubile, n.2.
Matrimonium consummatum infidelium, est indissolubile, nisi alter solum ad finem cauendi intret: & tunc dissoluitur ex Christi dispensatione, n.3.

Vnde

Vnde hæc indissolubilitas oriatur, & quo iure: referuntur tres sententiæ, n.4.5. & 6. & sententia auctoris, n.7. vbi explicatur c. Scripsit, 27. q. 2.

Indissolubilitas matrimonij consummati, non est ex iure naturæ, sed ex diuino, n.8.

Dissolubilitas matrimonij rati per professionem, & consummati infidelium per alterius conuersionem, est conformis eius naturæ, n.9.

Qualis indissolubilitas conueniat matrimonio rato iuxta naturæ, & aliis contrarijs obijcitur, n.10.

Refelluntur inscitiæ affirmantes posse Papam dispensare in matrimonio consummato, n.11.

Soluuntur argumenta, n.12.

1 CIRCA matrimonii essentiam disputauimus de materia, & forma illius, & qualiter sit sacramẽtum, & quo pacto per procuratorem, aut literas celebrari possit: superest, vt disputemus de ea definitionis particula, *indiuiduam vitæ consuetudinem retinens*, quæ continet matrim. indissolubile esse. Quæritur ergo, vnde hæc indissolubilitas oriatur, & quo iure sibi competat? Supponendum est, hoc distare inter matrim. ratum, & consummatum, quo ad significationem: quod ratum significat vnionem dissolubilem Christi cum anima existenti in gratia, vel si fateamur repræsentare vnionem Christi per charitatem cum tota Ecclesia, adhuc ea dissolubilis est, quoad membra Ecclesiæ, per culpam lethalem, quam admittunt: quamuis quo ad totam Ecclesiam indissolubilis sit: consummatum autem significat indissolubilem vnionem Christi cum Ecclesia per carnem assumptam: & ratio differentiæ huius significationis est, quia solum per matrim. consummatum fiunt coniuges vna caro, vt habetur expressè, *c.2. de conuers. coniug. & c. Lex 27. q. 2.* & colligitur ex *c. Agathosa, fine. 27. q. 2. & ex c. Martinus, de cons. spirit.* ibi, *efficiantur per coniugium vna caro*: vbi *gloss. verb. Per connubium*, id est, per carnalem copulam. quare solum matrimon. consummatum significat eam coniunctionem, per quam Christus factus est vna caro cum Ecclesia, per incarnationis mysterium. Prob. hæc differentia ex *D. Paulo ad Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia*, quia ea verba minimè dixit, nisi præmissis illis, *erunt duo in carne vna*: quod fit per copulam. Secundò probatur ex D. Augustino, & habetur *c. Non est dubium, 27. q. 2.* ibi, *non est dubium illam mulierem, non pertinere ad matrim. cum qua commixtio sexus non docetur fuisse*: vbi *gloss. verb. Ad matrimonium*, explicat, quod habeat in se coniunctionem Christi, & Ecclesiæ: & id explicatur *c. Cum societas, & est D. Leonis Papæ, ead. d. & q.* ibi, *Cum societas nuptiarum ita sit à principio instituta, vt præter commixtionem sexuum non habeat in se coniunctionis Christi, & Ecclesiæ sacramentum.* Tertiò, quia *Innoc. III. c. Debitum, de bigamis*, expressè definit matrim. ratum significare vnionem per charitatem, consummatũ verò per carnem assumptam. Quartò, quia defunctæ maritus ante consummationem, si iterum vxorem ducat, non fit bigamus, vt habetur *c. Debitum, de bigamis*, & ratio ibi redditur, quia matrim. ante copulam non significat vnionem Christi per carnem, si enim eam significaret, esset bigamus, quia nõ esset vnus vnius spõsus, sicut Christus est vnius Ecclesiæ sponsus: hic enim irregularitas bigamiæ contrahitur ex defectu sacramenti, id est, significationis. Tandem, quia si matrim. ratum significaret indissolubilem Christi cum Ecclesia vnionem, non posset dissolui per religionis ingressum: denotaretur enim eam vnionẽ solubilem esse. An differant verò essentialiter matrim. ratum, & consummatum, dicam disp. seq. in solut. ad 2.

2 Secundò supponendum est, certum esse in omni sententia, saltem iure diuino indissolubile esse matrim. consummatum: vt patet *Matth. 19.* vbi id præcepit Christus, ibi, *Quos Deus coniunxit, homo non separet*, & *1. Cor. 7. Hu, qui matrimonio coniuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere. & Rom. 7. Mulier viuente viro alligata est legi*, quæ omnia saltem de matrim. consummato intelligenda sunt.

3 Hinc infertur matrim. infidelium consummatum, indissolubile esse: lex enim Christi obligat omnes. Sic *Abulens. 1. Regum cap. 8. q. 45. & 192. fin.* & quamuis dissoluatur, si alter tantum conuertatur ad fidem: id contingit ex Christi dispensatione explicata per *D. Paul. ad Cor. 7.* vt tractantes de impedimento disparitatis cultus, dicemus.

Tota autem difficultas consistit, an ea indissolubilitas proueniat ex iure ipso naturali, & ex matrimonij natura, vel tantum ex iure diuino positiuo, ex ratione ipsa sacramenti, vel significationis, vel ex Ecclesiastico: & similiter idem dicendum sit de matrimonio rato? Quadruplex est sent. Prima vtrumq; matrimoniũ ex iure diuino naturali indissolubile esse fatetur. Ducitur primò, quia matrim. ex sua primæua institutione est indissolubile, vt constat ex *c. vnic. de voto, in 6.* vbi dicitur à Deo institutũ esse, & accepisse indissolubilitaté in statu innocentiæ: & ex *Trident. sess. 24. de matrim. Statim in principio*, ibi, *matrimonij perpetuum, atque indissolubilemque nexum, primus humani generis parens diuino afflatus instinctu pronunciauit, cum dixit, Hoc nunc os.* Et tamen, tunc nullum erat præceptum Ecclesiasticum, immo clarè ibi dicitur esse diuinum: nec erat aliquod diuinũ positiuum, nisi de abstinendo ab arbore vetita: ergo est præceptum diuinũ naturale de indissolubilitate. Secundò, quia quod competit alicui ex sua definitione, cõpetit naturaliter, est enim aut quidditas, aut propria passio, sed indissolubilitas cõpetit matrim. rato & consummato, ex sua definitione: vt patet ex definitione matrimonij tradita hoc 2. lib. disp. 1. n. 1. quæ æquè conuenit vtrique matrimonio, cum vtrumque sit vniuocè tale. Tertiò, quia si non esset naturali indissolubile, dissolui posset cæterorũ contractuum more, per mutuum consensum. Quartò, quia matrim. ex sua institutione, ordinatur ad educandam sobolem, quæ commodè fieri nõ potest, nisi suapte natura sit indissolubile: si enim fœmina nunc vni, nũc alij nubat, soboles erit incerta, maleque educabitur: & licet matrim. ratũ sobole careat, ordinatur tamen vt consummetur, & sobole augeatur. Quintò, quia magis contrariatur matrimonio dissolubilitas quam vxorum multiplicatio, illa enim contrariatur fini primæuo matrimonij, qui est propagatio, sobolisque educatio: hæc vero, fini secundario, qui est mutua coniugum habitatio, sed hæc est iure naturæ prohibita secundum omnes, ergo & illa. Sextò, quia in statu innocentiæ erat indissolubile, vt probaui in 1. arg. & colligitur ex illo Christi, *Matth. 19.* vbi docens permissum fuisse Iudæis repudium, subdidit, *ab initio non fuit sic*: clarè docens ab initio fuisse indissolubile, & tamen tunc non erat sacramentum, vt dixi hoc 2. l. disp. 7. nu. 2. ergo indissolubilitas matrimonij non prouenit ex sacramẽti ratione, sed ex lege naturæ. Hanc tenent *Lyra Matth. 19. paulo post princ. super verba, Qui respondens ait, Abulensis eodem c. 19. q. 45. Soto 4. d. 27. q. 1. a. 4. vers. Vnde ipsum Couarru. 4. decret. 2. p. cap. 7. §. 3. n. 5. Corduba l. 1 quæst 25. fol. 217. §. Secunda opinio, & f. 218. §. Ad rationes, Gutier. l. 1. q. canonicar. c. 17. n. 13. & 35. Barth. à Medina dub. 64. de matrim. f. 1567. Iud. Lopez 2 p. instr. de matrim. c. 39. f. 1053. Petr. de Ledesma de matrim. q. 67. a. 1. dub. 1.*

Secunda sent. docet prouenire ex præcepto Dei positiuo. ducitur, quia statim post naturam lapsam fuit repudium, idq; licitũ, secundum multos, vsque ad legem euangelicam Christus id prohibuit: ergo prouenit ex mero iure diuino positiuo. Sic *Abulen. 1. Reg. cap. 8. q. 97. init. & q. 103 & 113.*

Tertia sent. docet indissolubilitatem matrimonij rati prouenire ex iure humano Pontificio. Et quia fortiter vrget cõtra hãc sent. in statu innocentiæ fuisse indissolubile, cum tamen nullum esset tũc ius Ecclesiasticum. Respondit *Medina l. 5. de sacrorum hominum continent. c. 88.* tunc fuisse ex diuina voluntate, & præcepto indissolubile, quod præceptum postea cessauit, cum licitum fuerit repudium, donec Christus in lege euangelica *Matth. 19.* ad priorem statum matrim. restituit. Probatur, quia in lege naturæ & scripta soluebatur matrim. per repudium, quod tunc iam multos licitum erat, nec in lege euangelica præceptum est diuinum de matrim. rato non dissoluendo, illud enim *Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet*, intelligitur solum de matrim. consummato: vt probauimus num. seq. Hanc tenent *gloss. c. Ea publico, de cohuer. coniugator. verb. Consummatum, & ibi Hostien. eod. verb. Ioan. And. n. 9. Antonius n. 4.*

(sicut

sticer posset aliquis existimare hos tres DD. contrarium sentire: quia reprobant ibi glossam: sed tantum reprobant in eo, quod aiat matrim. esse ex humana constitutione, & dicunt esse ex diuina: eius tamen ratificationem, id est firmitatem, & indissolubilitatem, ex iure Ecclesiastico) eandem videtur expresse tenere *Innocent. d. c. Ex publico, fine*, vbi dicit circa matrim. ratum valere constitutiones Ecclesiæ. Eandem tenet *Beroius c. Quæ in Ecclesiarum, nu. 104. de constitut. Decius cons. 112. n. 5. Portius cons. 154. n. 7. Gozadin. cons. 2. n. 4. Brunel. de sponsalibus concl. 30. nu. 1.* Pro eadem sent. iunt DD. quos infra disp. 15. n. 1. referam, dicentes posse Pontificem validè dispensare in matrimonio rato, absque causa: id enim minimè posset, si esset iure diuino indissolubile. Eandem tenet ex Theologis *Medina lib. 5. de sacr. bonorum cautio. 2. & c. 73. fine.*

7 Quinta sen. quam cæteris probabiliorem existimo, ait duo. Primum est, aliqualem inseparabilitatem esse de natura matrimonij, & ita competere etiam matrim. rato, de iure diuino, & naturali: vt optimè probant rationes primæ sententiæ, quas retuli nu. 4. & vltra DD. ibi allegatos, tenet etiam *D. Thom. 4. d. 33. q. 2. a. 1. corp. Bellarmin. l. 1. de matrim. c. 4. paulo post princ. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 8. n. 2.* Secundum est, omnimodam indissolubilitatem non competere matrimonio, ex iure naturæ, nec ex ratione sacramenti, sed ex significatione, qua Christus euexit illud ad significandam vnionem indissolubilem Christi cum Ecclesia per carnem assumptam: & quia hæc significatio tantùm cõuenit in matrim. consummato, vt probaui n. 1. illud solùm esse omnino indissolubile. P. ob. primò non competere ex iure naturæ: quia ius naturæ semper manet immutatum; & idèo est apud omnes, & omni tempore, sed ante legẽ Euãg. potest per repudium dissolui etiam matrim. consummatum, & post legem euangelicam, potest etiam dissolui, quando est contractum in fidelitate, & alter coniux conuertitur ad fidem: ergo signum est non esse naturale. Secundò, quia si consideremus matrimonium, vt est in natura sua, ordinatum ad sobolem propagandam, ægrè potest reddi irritum, cur marito ob coniugis sterilitatem non liceat eã dimittere, vt aliam ducat: ergo vt est in remedium contra fornicationem institutum, cur vxor perpetuo morbo laborans, quæ huic malo remedio non adhibet, nõ poterit dimitti? ergo ad aliam rationem huius omnimodæ indissolubilitatis, recurrendũ est. Tertiò, quia sapientissimi Ethnici, præclarissimique iuris naturalis inuestigatores, putarunt licitum esse repudium: vt Romani testibus *Plutarcho in Romulo, Gellio lib. 15. c. 14.* & multis aliis, quos refert *Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 4. n. 1.* Et iurisconsulti sapientissimi existimabant ex multis causis licere repudium: vt constat ex *l. 1. 2. & fin. ff. de diuort. & l. Quæ quod ff. de donat. inter vir. & vx. & l. Et ideo, ff. de ritu nup.* Et apud *Persas* & *Themenses* permissum erat, vt scribit *Alexand. ab Alex. l. 4. dierum genial. c. 8.* & apud Cretenses, vt testatur *Strabo lib. 2. polit. c. 8.* & sapientissimus *Plato lib. de legibus, dialogo 11.* approbat ex aliquibus causis repudium: & de Catone refert *D. Augustin. lib. de bono coniug. c. 18. & de fide, cap. 4. n. 7.* & de Ciceron refert idem *D. Hieronymus l. 1. in Iouinianum*: ergo signum est non esse ex iure naturæ hanc indissolubilitatem. Quartò, quia *Matth. 19.* cum Christus restituisset matrimonij indissolubilitatem, quam de re noua, & alias inauditis, scandalizati sunt, & dixerunt: *si ita est, non expedit ducere*, ergo signum est non esse ex iure naturæ. Quintò, quia maior indissolubilitas competit matrimonio, ex eo quod est sacramentum, quàm ex eo quod sit contractus ciuilis, in officium naturæ, sed ex ratione sacramenti non habet esse omnino indissolubile. ergo, minorem statim probabo. Maior autem est communis DD. cum *Magistro 4. d. 31. a. 1. & 2.* vbi appellant bonum sacramenti, indissolubilitatem matrimonij: & constat ex D. Augustino, & habetur *c. Omne itaque, 27. q. 2.* ibi, *sacramentum, quia nullum diuortium*: vbi gloss. *verb. Sacramentum*, inquit sacramentum, id est, inseparabilitas. Et *idem D. Augustin. lib. 1. de nupt. & concupisc. c. 10.* inquit, *huius procul dubio sacramenti res est, vt mas & fœmina connubio copulati quamdiu viuunt, inseparabiliter perseuerent. & lib. de bono coniug. c. 7.* inquit, *quid sibi velit tanta firmitas vinculi coniugalis, quod nequaquam puto, tantum valere potuisse, nisi alicuius rei maioris quoddam sacramentum adhiberetur: & c. fin. de condit. appos.* vbi textus dicit reijci conditionem, Donec digniorem inueniã, quia est contra matrimonij inseparabilitatem: dicit *ibi glossa, verb. Donec, Hostiens. eod. verb. Ioan. Andr. n. 4. Greg. Lop. l. 5. verb. De aqui, 2. 4. 7. 4.* non valere: quia est contra sacramentum. Ecce qualiter omnes hi attribuunt matrimonio inseparabilitatẽ, quia est sacramentum. Quod amplius corroboratur: quia *Innoc. III. c. Quanto, de diuort.* ait matrim. fidelium, esse indissolubile: quia est sacramentum: & è contra, dicitur ibi, & *c. fin. 28. q. 1.* matrim. infidelium non esse ratum, & omnino indissolubile, quia non est sacramentum: vbi clarè indissolubilitas matrimonij tribuitur rationi sacramenti. quod denique clarè ait *Catechismus Pij V. ad parochos, tit. de matrim. §. Iam verò*, ibi, *quamuis matrimonio, quatenus natura est officium, conueniat, vt dissolui non possit, tamen id maximè fit, quatenus est sacramentum.* Cum ergo matrim. magis indissolubile sit ex ratione sacramenti, quàm ex ratione contractus, & ex illa parte non sit omnino indissolubile, vt statim probabo, manifestè infertur hanc omnimodam indissolubilitatem minimè habere, ex ea parte, qua contractus est. Probatur alia pars, nempe omnimodam indissolubilitatem matrimonij non proficisci ex ratione sacramenti: quia matrimonium, vt est sacramentum, non habet effectum indelebilem, vt characterem, nec significationem vinculi indissolubilis: matrim enim ratum sacramentum est, & solubile vinculum repræsentat, vt probaui n. 1. & ita sacramenti ratio non petit vt significet vinculum insolubile. Et confirm. quia matrim. ratum est verum sacramentum, & eiusdem prorsus rationis cum consummato, nec est omnino indissolubile, cum soluatur per religionis ingressum, & iuxta multos per Pontificiam dispensationem. Tandem probatur vltima pars, scilicet, conuenire matrimonio omnimodam indissolubilitatẽ, ratione significationis vinculi indissolubilis inter Christum, & Ecclesiam per carnẽ assumptam. Primò à sufficiente diuisione, si enim non inuenit ex Ecclesiæ cõstitutione, nec ex iure naturali, & diuino, nec ex ratione sacramenti, vt hæc omnia probata sunt: restat, vt conueniat ratione huius significationis. Secundò, quia in hanc causam refert perpetuò *D. Augustinus* hanc indissolubilitatem, vt *l. de bono coniug. c. 7. 15. 18. & 24.* Tertiò, quia ob huius significationis defectum, matrim. ratum non est omnino indissolubile: quod sic probatur, quia ex sua natura hoc non habet: DD. enim communiter probant indissolubilitatem matrimonij ratione debitæ educationis prolis, quæ in matrim. rato deficit: nec etiam habet ex Christi institutione, non enim est locus in scriptura, vnde id colligatur, nisi ex illis verbis Adami, *Genes. 2. Propter hanc relinquet homo patrem & matrem*, ita explicatis à Christo *Matt. 19.* vbi subdit, *Quos Deus coniunxit, homo non separet*: sed hic locus intelligitur de matrim. consummato, vt explicuit *Alexan. III. c. Ex publico, de conuers. coniug. fine*, ibi, *quod Dominus dixit, non licere viro dimittere vxorem, nisi ex causa fornicationis, intelligendũ est de his quorum matrim. est copula consummatum, sine qua confirmari non potest*: & eodem modo intelligit *D. Greg. Papa, & habetur c. Sunt, qui dicunt. 20. q. 2.* ibi, *sunt, qui dicunt religionis causa connubia debere dissolui: lex tamen diuina prohibuit, cum veritas per se dicat, Quos Deus coniunxit, homo non separet*: ecce qualiter intelligit eum locum de matrim. consummato, cum ex illo probet, non licere coniugem ad religionem transire: quod de matrim. rato esset hæreticum. Dicere autem Principis expositionem non esse legitimam, vt ait *Soto n. 4. allegat.* non rectè assentur, maximè cum *Alexand. 3. d. c. Ex publico*, asserat eam expositionem haberi ex sacris literis, & forsan alludit ad D. Pauli interpretationem *ad Ephes. 5.* vbi illemet verba ad matrim. Christi cum Ecclesia retulit, dicens, *Ego autem dico in Christo, & Ecclesia*: quæ tamẽ probaui num. 1. intelligi de matrim. consummato. Quod etiam

etiam inde constat, quia prius dixit Christus *Matth.19. Erunt duo in carne vna:* & postea addidit, *Quos Deus coniunxit, homo non separet:* ergo intelligit de matrim. consummato, per quod coniuges fiunt una caro. Nec obstant huic expositioni, duæ Soti obiectiones: prior est, quia ea verba *Genes.1. Hoc nunc os,* protulit Adamus ante matrimonii consummationem, & ex illis intulit Christus, *Matth. 9. Quos Deus coniunxit, homo non separet:* ergo de eodem matrimonio intelligitur consequens, de quo antecedens. Sed hæc non obstat, quia cum illa verba dixerit prophetice, nõ ad præsentem illum coniugij statum, sed ad futurum pertinebat: quare Christus non intulit indissolubilitatem ex illis verbis, quousque expressit copulã, dicens, *& erunt duo in carne vna.* Posterior obiectio est, quia *Nicolaus Pont. c. Scripsit, 27.q.2.* clarè videtur exponere illum locum de matrim. rato, ibi, *licet scriptum sit, Quos Deus coniunxit, homo non separet, Deus tamen, & non homo separat, quando diuini amoris vinculum, ex consensu vtriusque coniugis, matrimonia dissoluuntur ob religionem.* Sed hæc non obstat, quia Pontifex ibi loquitur de matrimon. consummato Lotharij regis, & reginæ, quæ à Pontifice petebat facultatem religionem ingrediendi viro relicto: cui Pontifex respondet, id fieri non posse, nisi quoad totum & viro contentiente, eademque vitam eligente. Et constat hæc expositio, quia si esset matrim. ratum, non desideraretur viri consensus, & eiusdem vitæ electio. Huius sent. videtur clarè *D. Tho. 1. 2. q. 102. a 5 ad 3.* ibi, *matrim. fuit in veteri lege, prout erat in officium naturæ, non autem prout est sacramentum coniunctionis Christi, & Ecclesiæ: vnde & in veteri lege dabatur libellus repudij, quod est contra sacramenti rationem:* & tenet expressè *4.d.27.q.1.a.3. quæstiunc.2. ad 1. & 3. D. Bonau. cad. d.a.3.q.2.* vbi *Durand. q.2.nu.15. Ricard. a.2.q.2.corp. Altisiodor. cens. l.4.sum. tract. 9.c.2.q. incidenti, quã ibi disputat. verf. Solutio ad hoc, Paulus Burgensis Matth.19. addit. 1. ad gloss & Deuter.24. addit.2. Caiet. opuscul. to.1. tract. 28. de matr.q. vnic. D. Antonin.3.p.tit.14.c.10. ante §.1. Arborens l.11. Theosoph.c.16 verf. Quartus est, an vir. Bellarm. l. 1. de matrim. c.4. paulò post princ. Enriquez l.11. de matrim.c.2.n.3. ad fin. Philiarcus de offic. sacerd. to.1.p.2.d.2.c.16.* Et ex iurisperitis. *gloss. c. Quapropter. 27.q.2. init. Anton. c. Ex publico, de conuers. coniug. n. 15.* vbi *Anchar. n. 11. Abb. n.13. idem Abb. c.2. eod. t. nu.6. Hostiens. sum. t. de conuers. coniug. n.7. Berous. c. Quæ in Ecclesiarum, de cons. n.105. Felinus cons. 26. n.17. & duplici seq. Portius cons. 154. n.7. Brunel. de sponsal. concl. 1. n.11. Navar. l.3. consil. 1. de conuer. infidel. in 1. edit. cons. 1. n.14. in 2.* verò, *consil. 3. n.14. Lancelot. instit. iuris canon. l.2. t. de sacram. matrim. verb. Incarnationis, Barbosa, ff. solut. matrim. 2.p. rubr. n.105. & sequenti.*

3 Hinc infertur hanc omnimodam indissolubilitatem non competere matrim. consummato, ex naturæ iure, sed ex Christi diuino præcepto politiuo impositio, *Matth. 19.* ibi, *quos Deus coniunxit, homo non separet:* vbi eleuauit matrim. ad esse sacramenti, & vt representaret indissolubilẽ Christi cum Ecclesia per carnem, vnionem. Prob. quia esse sacramentum, & hoc significare, non habet matrim. suapte natura, sed ex Christi institutione, ergo cum hinc proueniat omnimoda indissolubilitas, non prouenit ex iure naturæ, sed ex Christi institutione. sic *D. Thom. 4.d.33. q.2. art.1. ad 2. Paulus Burgensis, Matth. 19. addit. 1. & Deuter. 24. addit.2. Abulens. c.19. Matth. q. 45. ad 2. Metina lib. 5. de sacrorum hominum continentia, c.89. Veracruz c.p. spec. art.28.*

9 Secundò infertur, esto dicamus matrim. infidelium dissolui per alterius conuersionem, & ratum fidelium per professionem ex Christi dispensatione: hanc dispensationem Christi non esse præter, aut supra talis matrim. naturam: sed ipsi conformem, nam suapte natura non habet omnimodam indissolubilitatem, sed minorem, quàm cõsummatum fidelium: vnde sicut huius naturæ congruit morte naturali solui: ita illius, vt morte spirituali per professionem, vel regeneratione baptismi soluatur.

10 Petes tamen, quænam indissolubilitas conueniat aliquo modo, ex sua natura matrimonio, pro cæteris contractibus, quam conuenire diximus, nu.7. Resp. hanc matrimonij rati indissolubilitatem consistere in hoc, quod cæteri contractus possunt mutuo consensu dissolui, & a multis aliis causis, vt quia res sunt notabiliter mutata. Matrim. autem ex se est vinculum perpetuum, nisi à superiori causa dirimatur: itaque eo semel contracto non possunt coniuges mutuo consensu, nec ex quacunque alia causa illud dissoluere: sed hæc firmitas non omnino prouenit ex sua natura nudè sumpta, sed à sua natura, ut ab diuinæ institutioni: nam attenta huius contractus natura ante consummationem, non apparet cur non possint contrahentes mutuo consensu separari. Quia nulli facerent iniuriam: & sicut sua voluntate contractũ erat, ita poterant eadem dissolui: res enim per quas nascitur causas, per eadem dissoluitur §. *fin. Instit. quib. mod. obligat. tollitur.*

Demum infertur pessimè aliquos iurisperitos dixisse posse Pontificem ex causa dispensare in matrimonio consummato: quos refert, & reprobat *Conar. 4 decret. p.c.7. §.4.n.15.* & multi alij. Et *Enriquez l.11 de matrim. c.2.n.3. comment. lit. T.* refert *D. Anton. 3.p.t.1.c.11. §.3.* asserere Martinum V. & Eugenium IV. dispensasse in matrim. consummato, dispensationes tamen fuisse irritas: sed falsò id supponit D. Antonino: nam de matrimonio rato loquuntur. Et de hac omnimoda matrimonij consummati indissolubilitate, contra aliquos Catholicos, & hæreticos defendendus est Iarè *Bellarm. lib. 1. de matrim. c.15. & duplici seq.*

Ad arg. 1. sent. proposita n.4. quatenus militante contra hanc 4. sent. respondetur: ad 1.2.3.4. & 6. omnia illa probare, matrim. ex iure naturæ, & diuino habere aliquam indissolubilitatem, præ cæteris contractibus, quod non fassi sumus, n.7. vbi etiam ostendimus non probari esse omnino indissolubile, ex eo quod ad sobolem educandam ordinetur. Ad 5. negatur maior, quia repudiatio vxoris, & dissolutio matrimonij, non generaliter contrariantur primæuo matrimonij finitis enim est tantum ratum, vel consummatum absque sobole, vel ea iam commodè educata, non potest inde colligi eius indissolubilitas: vxoris verò multiplicatio, omnino, & semper contrariatur mutuæ habitationi, & ipsius matrimonij naturæ, quæ plenam corporis traditionem, & dominium continet, implicat enim plenè vni traditum, manenti ea traditione firmaterì tradi. Ad arg. 3. sent. propositum num. 6. facere non inueniri locum expressum in sacris literis, vbi negetur repudium matrimonij rati, habetur tamen ex traditione ab initio nascentis Ecclesiæ, ob nullam dissolui causam aliam ab inge noua, dempta religionis professione.

DISPVTATIO XIV.

Vtrùm possit Pontifex dispensare in matrimonio rato, vt soluto eius vinculo, possint hi coniuges aliud matrimonium inire?

SVMMARIVM.

Prima sententia non posse, n.1. & secunda posse, n.2. & ibi si vinculum matrimonium rati, à fortiori vincam it.

Verum posse lege generali Ecclesiæ, vt matrimonium ratum dissolutur per subsequens consummatum, n.3. Prima opinio posse n.4. & 5. & ratio eius posse, n.4. & explicatur l. seq. ff. de legibus.

Explicatur 1. Licet, de sponsa duorum, n.4. & ibi quando sunt Pontifex, aut princeps ans supremi Senatus, legem facitat.

Soluuntur argum n.5. & ibi, an dissentiat essentialiter matrim. ratum, & consummatum, & in quo vnus matrim. ratum dicimus consummatum, & explicatur 1. fin. de transact. in fol. ad 9.

QVÆSTIO hæc grauissima est, & in ea, duplex est sententia. Prima docet nõ posse Pontificem. Prob. primò, matrimonium ratum est vinculum perpetuum, & indissolubile, vt constat ex eius definitione tradita hoc 2. lib. disp. n.1. ergo nequit per Pontificẽ dissolui. Et confir. quia Pontifex nequit auferre id, quod est de alicuius definitione, cùm sit de eius essentia. Secundò, quia si posset dispẽsare in rato, posset etiã in consummato, cũ tantum differant accidentaliter, sicut res operans & nõ operans. Tertiò, ex illo *Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet,* quem locum etiam de matrimonio rato intelligi, probaui disp. præced. nu.7. Quartò, quia Pontifex nequit dispensare contra ius naturale,

vbi &c diuinitus. *S. Sent qui dam. 25.q.1. & c.sequenti*, sed indissolubilitas matrimonij rati, est de iure naturali, diuino, ergo. Quod si dicas posse, eò quod fundetur in consensu ex humana voluntate pendenti: contra, quia similiter posset in consummato, cum fundetur etiam in consensu humano: & sæpè ex tali dispensatione nulli inconuenientia, vt si vterq; coniux consentiat, nec sit soboles. Quintò, quia Pontifex nequit in sacramentis dispensare, nec eorum materias, aut formas alterare: hoc enim poterit id potestatè excellentiæ Christi, sed matr. ratum est humanum sacramentum, ergo. Sextò, quia non minoris efficaciæ est sanctificatio quam matrim. efficit, ea quam efficit sacramentale, vt benedictio calicis & vestium, sed hæc non potest per Pontificem auferri, ergo semel sanctificati & coniuncti per matrimonium, nõ possunt nõ esse tales dispensatione Pontificis. Septimò, quia Pontifex nequit facere, vt hostia semel consecrata, desinat esse talis, manentibus speciebus, ergo nec vt semel sanctificatus per matrim. desinat esse talis. Octauò, quia similiter posset Episcopus dispensare, cum nullibi reseruatum sit, & quæ potest Pontifex in toto orbe, possit Episcopus in sua diœcesi, nisi ei specialiter reseruetur: vt dixi lib. 1. disp. 61. nu. 3. quamuis Episcopus dispenset, nũquam auditum est. Sexto c. *fin. de transact.* ibi, *à securitate canonica, circa matrimonium uti non licebit*: vbi prohiberur transactio, siue dispensatio circa matrimonij sacramentum, vbi *gloss. verb. Sacramentum*, explicat, id est, vt matrimonia legitimè cõtracta seruentur, nulla dispensatio adhiberur ab Ecclesia: & *Panor. num. 3.* & explicat, quando per compositionẽ fieret aliquis status vinculum matrimonij. Vltimo, quia ex opposito sequitur, quod si post matr. ratum, vir cum alia cõsummet, tenebit hoc secundum matr. primo dissolutum, quia vinculum dissolubile est necesse dissolui per secundum maius & indissolubile superueniẽs priori indissolubili. Hanc sent. quæ probabilissima est, tenent communiter Theologi: illius videtur esse *D. Bonau. 4. d. 27. q. 3.* dicit enim matr. ratum habere quandam indissolubilitatem, vt non nisi morte, vel ingressu religionis solui possit. Et tenent expresè *Scotus 4. d. 31. q. 1. vers. Tertio modo dupliciter*, Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 2. n. 14. & q. 3. a. 5. nu. 22. & 23. dicunt. de potest. Eccles. c. 15. *Victoria sum. de matrim. nu.* 281. & 304. & relect. de potestate Papæ & concil. n. 1. concl. 1. ad 1. *Soto in 4. d. 27. q. 2. a. 5. vers. Et licet peregrè*, & 4. d. 27. q. 1. a. 4. *vers. Sed tamen nihil obstat rubinis*, addens contrariam sent. nec probabilitatis vmbram habere: *Petr. de Soto lect. 12. de matrim. Pasq. hoc, Ledesm. 2. q. 4. q. 69. a. 7. ad fin. Veracruz 2. p. spec. a. 21. ante 4. concl. Cordub. l. 1. quæst. q. 25. & q. 11. a. 2. f. 125. ad fin. Victor. sum. conf. 3. p. 2. de Papa, paulo post princ. Angles floribus, dub. 2. num. 2. fol. 581. Aragon 2. 2. q. 88. a. 11. fol. 1053. ante §. Probabilitatis vmbram habere: Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 64. fine, Lud. Lop. Stz. de matrim. c. 54. f. 1167. Petr. de Ledesm. de matrim. d. 4. dub. 1.* & dicit oppositam esse improbabilẽ: *Vega in Cæsa 399. & Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 239. n. 5.* dicit probabilem, sicut & contrariam, & neutram damnat. Et ex iurisperitis, *Alexand. de Neuo c. Dxas, num. 14. de testam. Lop. in l. 29. tract. de matrim. 1. p. nu. 30.* habetur *to. 9. sum. qui dicunt, 27. q. 2. a. 3. n. 5. fin. Tabiena verb. Dispensatio, q. 3. & 4. Conar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 4. nu. 13. Anton. Cucus l. 5. instit. Cæsar. 2. 2. nu. 275. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. glo. 1. num. 77. Gutier. l. 1. q. ex c. 17. à n. 12. fine, per multos sequentes, Bursatus cons. 207. n. 18. l. 2.*

2 Secunda sent. quę probabilior est, docet posse Pontificem dispensare. Prob. primò, quia in dubijs sententiæ standũ est. *c. Ad aures, de tempor. ordin. & c. Quid culpatur in Romano, & in maximè Pontificis*, cui totius Ecclesiæ regimen incumbit, & ita Spiritus sanctus magis ipsi assistit, & vsus Pontifices dispensarunt. Nam D. *Anton. 3. p. t. 1. c. 21. §. 7.* affirmat se vidisse bullas Martini V. & Eugenij IV. qui dispensarunt: & *Nauar. sum. Lat. c. 22. n. 21.* refert, ter vel quater ad petitionẽ suã Paulũ III. & Pium IV. dispẽsasse; & *Caiet. in opusc. to. 1. tract. 28. de matrim. q. vnic.* refert suo tẽpore sæpe Pontifices dispensasse: & *Enriquez l. 11. de mor. c. 8. n. 11. in comment. lit. F.* refert Gregor. XIII. vnica die cum vndecim dispensasse: & negari nequit, quin saltem res sit dubia, cum pro hac sent. sint multi & grauissimi DD. & bonæ rationes: ergo in hoc dubio standum est sententiæ Pontificum, qui sæpè dispensarunt. Secundò, quia Pontificis potestas, quantum licet, extendenda est, in ijs præsertim casibus, qui Ecclesiæ vtiles sunt: credendum enim est Christum, qui in necessarijs non deficit, suo Vicario contulisse plenam potestatem, ad ea, quæ bono Ecclesiæ regimini necessaria sunt: sed potestas dispensandi in matr. rato, erat valde necessaria in Ecclesia: sæpè enim eueniet vt matrim. rato dissolato, multa scandala cessent: quod frequentius contingebat ante Tridentin. cum multi clã cum vna, & ante consummationem publicè cum alia contrahebant, & Ecclesia cum non iudicet de occultis, compellebat ad posterius matrim. inualidum, & ita manebant hi absq; remedio: ergo credendum est Christum hanc potestatem Pontifici contulisse. Tertiò, Põtifex secundum probabilissimam sententiam, potest dispensare in voto solemni religionis, ergo & in matrim rato. Probo consequentiam, quia votum solemne est fortius vinculum, cum dissoluat matrim. ratum, & vtrobique est traditio, & minor in matrim. cum fiat soli homini; in voto autem, Deo, & hominis: si ergo potest Papa in maius vinculum, quod dissoluit ipsum matrim. ratum, à fortiori poterit in matrim. nam si vinco vincentem te, à fortiori vincam te, *l. de accessionibus. ff. de diuers. & temp. præscript.* Nec obstat, si assignetur ratio differentiæ, eo quod matrim. sit sacramentum: nam dicput. præced. n. 7. latè probaui ex hac parte non habere indissolubilitatem. Tandem matrimonium ratum nõ habet omnimodam indissolubilitatem, ex ea parte, qua est in officium naturæ, nec ex ratione sacramenti, nec ex ratione significationis, vt latè probaui disp. præc. n. 7. ergo non est cur Pontifex ob Ecclesiæ bonum non possit illud dirimere. Hanc sent. tenent communiter iurisperiti, vt *glo. c. Ex publico, de concurs. coniug. fin.* vbi *Goffred. Alanus, & Vincent. Innocent. ibi. fin. Host. verb. Consummatum. Io. an. Andr. n. 9. Anton. n. 16. Cardin. n. 2. q. 1. Abb. fine. & c. Ex parte, el 2. eod. t. n. 3. & c. fi. de sponsa duorum, n. 5.* vbi *idem Cardin. fine, & Henric. n. 4. & seq. & Præpos. fin. Archidiac. c. Quapropter, 27. q. 2. Bald. l. Deo nobis, in princ. nu. 7. C. de Epis. & cleric. & l. 1. nu 7. C. de sponsal. & c. Licet, n. 7. de translat. episc. Auchar. in repetit. super c. Canonum, de constitut. 30. & c. 2. de concurs. coniug. nu. 2. & d. cap. Ex publico, num. 11.* vbi & *Benedictus: Alexand. de Neuo c. Ad dissoluendum, n. 21. de despons. impub. Imola c. fin. n. 5. de transact. Felinus c. Quæ in Ecclesiarum, nu. 20. de constit.* vbi *Beroius, n. 104. & Decius n. 13. & cons. 112. nu. 3. & 603. n. 7. & 681. num. 13. Socinus senior cons. 28. l. 1. n. 6. Portius cons. 154. num. 7. Curtius iunior consil. 179. num. 28. Gozadinus consil. 2. num. 4. & 14. Celsus consil. 105. nu. 12. fin. Grattus consil. 1 nu. 31. vol. 1. Loazes tract. de matrim. dub. 2. in 2. argument. pro parte affirm. & tract. de nona conuers. paganorum, col. 33. Bertachinus in repert. verb. Papa, Rosella verb. Papa, num. 2. Angel. Matrimonium 3. impedimen. 13. num. 3. Syluest. verb. Diuortium, q. 4. Armil. verb. Dispensare, nu. 8. Enerard. loco à matrimonio carnali, n. 2. Huer. de Monte l. variar. quæst. q. 6. Conradus in templo iudicij, tit. de Pontifice: Selua tract. de tureur an. 4. p. num. 61. Sylua nup. l. 1. n. 152. 156. Brunel. de sponsal. concl. 1. nu. 11. & concl. 30. n. 1. Nauar. l. 4. consil. in priori edit. tit. de sponsal. consil. 49. in posteriori, consil. 3. & sum. Hispan. & Lat. c. 22. n. 21. & Hispan. c. 28. addit. ad eundem num. Villalobos in autinom. iuris, lit. P. num. 33. Gregor. Lopez l. 5. verb. Orden, t. 10. p. 4. Menoch. consil. 15. num. 9. volum. 1. & de præsumpt. l. 2 præsumpt. 10. nu. 37. & de arbitrarijs, l. 2. centur. 5. casu 455. num. 4. Borgasius de irregular. p. 6. t. de sponsal. fin. Anton. Gabr. tom. 2. commun. in mea edit. l. 14. verb. Papa, fol. 179. & sequent. & lib. 11. verb. Matrimonium. fol. 90. Phanucius de lucro dot.* quem refert & sequitur *Barbosa ff. sol. matrim. 2. p. rubr. 103.* Et ex Theologis *D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 2. num. 12. §. 3.* censent hãc esse probabilem, & *Victoria, Ledesma, citati pro priori sententia* idẽ censent: & tenent *Caiet. opusculis. to. 1. tract.*

tract.28 de matrim.q.vnic.Catharinus l.6.Contra Cajet.c.3.Medin.l.5.de sacrorum hominum continent.c.88.Bellarm.lib.2.de monachis,c.38.§.Altera solutio est, iuncto §. *Ad tertiam dico. Enriquez l.11.de matrim.c.8.nu.11.& l.12.c.5.n.3.& c.16.nu.7. Gris.d.l.verb.Matrimonium.n.21. Vivald. candel.1.p.de matrim. nu.32.Phil.arc.de offic. sacerd.to.1.p.2.l.2.c.16. Corona confessorum,4.p.tract.de matrim.c.8 nu.13.Ortiz sum. c.17.de matr.§. Quando dos.*

3 Verùm autem possit Papa statuere: vt matrimonium ratum dirimatur per subsequens copula consummatum? multi affirmant: & potest probari ex *c. Licet, de sponsa duorum, fine.* vbi *Alexander III.* definit non dirimi ratum per subsequens consummatum, & addit, *licet aliquando à prædecessoribus vestris fuerit aliter iudicatum.* Item, quia non videtur maior ratio, cur possit cum vno vel altero dispensare, & non possit id per statutum. Sic tenet *glos. c. Expublico, de constit.coming.fine, & ibi Alanus, Laurentius, & Goffredus, & Innoc. fine, Hostiens. super verb. Consummatum, Io.an. Andr.n. 9. Anton.16 idem Hostiens. c. fin.de sponsa duorum, verb. Volumus*: vbi *Card.in fine, Abb n.5. Henricus n.4. & seq. Archidiac. c. Quapropter,27.q.2. Anchar.repetit. super c. Canonum,de constit. n.28.* Et ex Theologis, *Medina lib.5.de sacrorum hominum continent.c.87.* Et pro hac sententia sunt Doctores, quos infra disp.19.nu.2.referam, asserentes Pontificem per generalem legem statuisse, vt professio dirimat matrimonium ratum, si enim potuit eam legem generalem edere: cur non potest aliam, vt dissoluatur per subsequens consummatum? & hoc est probabile. Immo communis sententia, teste *Conar.4.desret.2.p.c.7.§.3.n.5.* aiebat ante *d. c.Licet*, præferri posterius matrimonium consummatum, priori rato.

4 Sed verius est non posse; videtur enim quædam dissipatio, & daretur ansa per iniuriam dirimendi matrimonia rata, contrahendo, & consummando aliud: nec est verisimile Christũ dedisse eam pontifici potestatem, quæ in destructionem tendit. sic *Conar.d.c.7.§.4.n.15 Matienzo lib.5.recop.tit.1.rubr.glos.1.n.76.Gutier.q canonicis, l.1.c.17.nu. 22.Veracruz 2.p spec.a.28 conclu.4.in 2.ratione.* Et ad *c.Licet. ad ultimum n.proinde ad proprios sent.* respõdet optimè *Conar.eo. n.15.* ea indicia summorum Pontificum non pertinere ad canonum vniuersalium institutionem: sed ad quamdam litium decisionem. Nec obstat sententiam principis habendam esse pro lege, *l.fin.ff.de legibus*, eo quod princeps potest legem interpretari, & moderari, & reuocare, & sic cum edit sententiam in aliqua lite, videtur velle eum esse legis intellectum: quia id verum est, quando princeps etiam occasione alicuius controuersiæ inter priuatos, legem explicat, sententiam ferens, ea mente, vt illa interpretatio vim legis vniuersalis habeat: non autem, quando princeps, etiam Pontifex simpliciter ius, dicens priuatis, aliquam fert sententiam, non constituens, vt illius interpretatio generalis sit, nec expressim legis verba ita interpretans, vt inde constet voluisse principem illam interpretationem vim legis obtinere: vnde verbum Iudicasse. *d.c.Licet*, idem est, quod opinatos esse, vt tradit etiam *Cano l.5.de locis Theol.c.8.* hæc *Conar. ibi*: & de sent. supremi Senatus, quod non faciat legem, eo quod non potest inducere stylum derogando ius, docet optimè *Greg. Lop.l.9.t.38.p.3.verb.Como à los vicios.*

5 Ad argum. prioris sent. proposita n. 1. respondetur matrim. esse indissolubile, ad hunc sensum, vt non possit ab ipsis contrahentibus dissolui: & hoc sufficit, vt per se, & ex sua natura tale dicatur: hoc tamen non impedit quin à superiore potestate, scilicet Pontificia, possit dirimi; sicut votum ex natura sua dicitur vinculum perpetuum, eo quod vouens nequeat se ab ea obligatione eximere, quamuis superior dispẽsare possit. Ad confirm. dico, non esse de matrimonij essentia omnimodam indissolubilitatem, sed vt dissolui nequeat instar aliorum contractuum: vt dixi disput. præced. n.10. Vel secundò responderi potest, non posse tollere manente re ipsa, non enim dispẽsare potest, vt sit matrimonium, & ad tempus contractũ; verum quando dispensat in perpetuitate, non manet matrimonium, sed vterque coniux à vinculo soluitur: sicut Pontifex efficere nequit, vt aliquod votum sit, & minimè obliget: dum autem dispensat in voto, simul obligationem & votum ipsum destruit. Ad 2. *Gratianus*, quem refert & latè defendit *Medina lib. 5. de sacror. hominum continent. à c. 58. vsque ad 74.* docet differre essentialiter matrim. ratum, & consummatum, & *c.72.* dicit esse probabile: licet dicit verius esse, non differre essentialiter: quia alias matrimonium beatæ Virginis non fuisset verum completa essentia: & ita dicendum est cum *Bellarmin.l.2.de monachis,c.38. in solut.ad 1.* non differre accidentaliter, neque etiam essentialiter, sed differre tanquam perfectum integraliter, & imperfectũ: eo quod pars integralis aliqua in ipso desideretur: vt homo integer, & manu orbatus: & constat ex modo loquendi textuum, & DD. qui diuidunt matrim. in ratum & consummatum: cum tamen nullus appellet sacerdotium ratum, ante primam celebrationem: ad denotandum non esse purè accidentalem eam differentiam, sed desiderari in matrimonio rato perfectionem; non essentialem: habet enim integram essentialiter rationem signi, quæ essentialiter constituit sacramentum: non tamen habet integralem perfectionem, quæ complet illud in sua perfecta significatione vnionis Christi cum Ecclesia per carnem, in qua fundatur omnimoda indissolubilitas matrimonij consummati: & hinc etiam patet consummationem non esse perfectionem purè accidentalem, quia per matrim. datur potestas ad corpus, consummatio verò tendit ad tradendam possessionem: sicut ergo in venditione, per quam traditur potestas ad vsum rei non est omnino accidentalis traditio possessionis, sed integraliter completur, quæ prius essentialiter erat perfecta venditio: sic per eam consummationem, per quam traditur possessio corporis, completur integraliter matrimonium quod prius essentialiter perfectum erat. Ad 3. dico illum locum intelligi de matrim. consummato: vt latè probaui disput. præced. n.7. Ad 4. dic duplex esse ius diuinum naturale, aliud absolutum, vt de non fornicando, non mentiendo; & in hoc nullo modo Pontifex dispensat: aliud fundatum in actu, vel contractu humano, vt est votum & matrimonium ratum: & in hoc potest dispensare: & sicut quando dispensat in voto, non dicitur absolutè dispensare in iure naturæ, ex quo votum habet obligandi vim: sed tollit obligationis fundamentum, quam homo actu humano sibi imposuit, vt bene docet *D. Thom.2.2.q. 88.a.10.ad 2.* ita dum dispensat in matrim. rato, id facit destruendo fundamentum contractus humani: & quamuis idem fundamentum contractus humani, sit etiam in matrim. consummato: Christus tamen noluit eam potestatem Pontifici concedere, ratione significationis: vt dixi disput. præced. n.7. Ad 5. dico, licet matrimonium ratum sit sacramentum, pendere tamen ex contractu humano tanquam ex fundamento, super quem Papa potest: & ob id potest inhabilitare personas ad contrahendum matrimonium, non tamen ad baptismum, vel ordinem: quare dicendum est Ecclesiam nihil posse circa sacramenta, à contractu humano independentia, posse tamen quando ex illo pendent, non directè, sed indirectè, dissolucndo contractum semel initum, vel impediendo ne fiat. Ad 6. distinguo maiorem, non est minoris efficaciæ, id est, non est minoris virtutis & dignitatis, cõcedo: sed est multò maioris, longè enim dignius est facere sanctum per gratiam, quod præstat sacramentum: licet ea sanctitas amitti possit, quàm facere sanctum ministerialiter: non est tamen minoris efficaciæ, id est non est minus separabilis: nego: quia matrim. ratum non aliam sanctitatem efficit, quàm gratiam conferre, & repræsentare vnionem Christi per gratiam, quæ non tantum exigit subiectum, id est, coniugum subsistentiam, sed etiam immutationem voluntatis, qua mutata cessat hæc sanctitas. Effectus autem consecrationis calicis, & benedictionis aliarum rerum, tantum pendet ex subiecti consistentia, qua manente,

separatã

separari non potest. Ad 7. negatur consequ. quia corpus Christi habet necessariam connexionem cum speciebus, dum manent: non autem matrimonium ratum, cum personis. Ad 8. negatur sequela, quia dum dicunt DD. posse Episcopum in sua diœcesi, quidquid Pontifex in toto orbe, excipiendæ sunt res tam arduæ, circa quas de Pontificis potestate meritò dubitatur: cùm enim deceat grauissimas causas summo Christi vicario reseruari, censendum est Christum reseruasse. Vel 2. dic reseruari iure Pontificio, quippe *c. fin. de transact.* vt dicam in solutione ad sequentium. item, *c. Ex literis, el 2. de sponsal.* vbi præcipit Pontifex Episcopis, vt compellant ad sponsalia seruanda, de quibus ad matrim. ratum: in qua lege, cum sit superior, nequit Episcopus dispensare. Ad 9. dic intelligi eum primum de iudice inferiori, vt docet *ibi Imol. num. 5.* & patet ex contextu, Pontifex enim ibi instituit iudices Ecclesiasticos, quando partes ad compositionem, & transactionem inducere debeant. Ad vltimum. *Metina l. 5. de sacror. dominum concurrat. c. 89.* affirmat matrim. ratum dissolui per solemnes consummatum, nisi obstaret *cap. Licet, de Sponsalibus*: & sic contrahentes matrim. ratum solo iure Pontificio esse inhabiles ad aliud contrahendum: idem docet *c. 73.* Sed hæc sententia non est vera: primum enim matrimonium ratum, iure naturali & diuino impedit valorem sequentis consummati. Prob. quia copula non confirmat matrimonium, nisi quod prius fuerat ratũ, sed posterius est iure naturæ irritum: quoniam traditio alicui facta, impedit iure naturæ eiusdem rei alteri fieri traditionem: ita ipse Metina sensit *l. 4 controuers. 7. c. 39.* Vnde ad argumentum negatur sequela: & eius probatio falsum supponit, non posterius matrimon. consummatum, cum sit prioris firmam, non est vinculum, nedum indissolubile.

DISPVTATIO XV.

Vtrum desideretur iusta causa, vt valeat Pontificis dispensatio, in matrimonio rato?

SVMMARIVM.

Reiicitur communis sententia n. 1. 2. & 4.
Distinctio inter ordinariam, & absolutam principis. n. 3.
Probabile est validam esse dispensationem, absque iusta causa, n. 5.
Vera sententia non tenere, n. 6.
Adhuc dispensationem non exigitur mutuus coniugum consensus. n. 7.

1 IN hac quæstione satis confusè loquuntur DD. & vix vllus, qui explicet quid sentiat. Et ita varij sunt dicendi modi: quidam docent posse ad libitum dispensare: ita vt dispensatio teneat? quia indissolubilitas matrim. rati est de iure humano. sic clarè videntur tenere *gloss. c. Ex publico de coniugio, coning. sine. & ibi Alanus, Goffredus & Vincentius*: dicunt enim habere Pontificem plenissimam potestatem circa matr. ratum, quia naturam sortitur ex constitutione Ecclesiæ: idem tenentur dicere DD. quos retuli lib. disp. 13. n. 6. assententes indissolubilitatem matrimonii rati, esse ex iure humano: receptissimum enim est validam esse dispensationem principis in iure humano absque causa, licet princeps dispensando peccet. Et ita tenet expressè *Bersius c. Quæ in Ecclesiarum, de constit. nu. 104. Greg. Lop. l. 5. verb. Orden, tit. 10. p. 4. Metina l. 5. de sacror. hominum tract. c. 89.* quod *Greg. Lop. & Metina* temperãt, dummodo mutuus coniugum consensus accedat. Imo *Enriquez de matrim. c. 8. n. 11. in comment. lit. G.* quamuis fateatur hunc indissolubilitatem esse de iure diuino, & naturali, videri esse validam dispensationem concessam absque causa, quia sic expediebat, vt Christus concederet Pontifici.

2 Alij verò dicunt de potestate ordinaria non posse Pontificem dispensare, quamuis accedat mutuus contrahentium consensus, absque alia causa, posse tamen hoc accedente, de potestate absoluta. Sic *Hostiens. c. Ex publico, de coniug. coniugatorum, super verb. Consummatum*: vbi *Ioannes Andr. n. 9. Anton. n. 16. Henricus c. fin. l. de sponsa duorum, à nu. 4. Tucius, sectione conf. 28. nu. 6. vol. 1. Nata conf. 290. col. 2. ad fin. l. 2. Gozadinus conf. 2. n. 14. Roscila verb. Papa, nu. 2. Angel. Matrimonium, 3. impedimento 13. n. 3. Syluester verb. Diuortium, q. 4. Bonellus de sponsal. concl. 30. n. 1. Villalobos in antinomia iuris, lit. P. nu 33.* Et ad hanc distinctionem videtur alludere *Anchar. repetit. super c. Canonum, de constit. n. 30.* vbi dicit de potestate ordinaria non posse dispensare absque magna causa, quasi aliud sentiens de absoluta: & *Portius conf. 154. n. 7.* vbi ait posse de potestate ordinaria, legitima existenti causa, præsertim accedente vtriusque consensu, vbi de potestate absoluta videtur censere non exigi causam: eadem distinctione vtitur *Metina l. 5. de sacror. hominum tractat. c. 89.* dicit tamen de potestate absoluta, nec causam, nec mutuum consensum desiderari, de ordinaria vero exigi causam. Quia distinctione potestatis ordinariæ & absolutæ principis, passim iuris vtriusque DD. vtuntur, vt potest videri in *Couar. 3. var. c. 6. n. 8.*

Et si quæras, quid sit potestas ordinaria, & quid absoluta? *Bald. l. 1. n. 40. C. de seruit. & aqua*, sic definit potestatem principis absolutam. Est arbitrij plenitudo, nulli necessitati subiecta, nulliusque publici iuris regulis limitata: vt sic facta mentione talis potestatis, nulla exceptio obijci valeat, nihilque opponi possit, nec dici, Cur ita facis: vt docet *ibi Bald. n. 39. gloss. c. Quanto, de auctor. & vsu pall., verb. Veri, & l. Relegati sine ff. de pœnis, Abb. conf. 84. l. 1. & c. Ad hæc, n. 7. de rescript. Ant. c. Constitutus num. 3. de rel. domib. Decius c. Quia in Ecclesiarum, n. 98. iuncto n. 103. de constit. Felin. c. Nonnulli, §. Sunt & alij, n. 50 de rescript. Angel. Alber. Alexand. Hippolytus, Matth. de Afflictis, Capitus, Gozadinus, Gastal.* quos refert *Pinellus statim allegandus: idem Nata conf. 512. n. 19.* vbi ait, si aliquid etiam leue principem moueat, posse principem de plenitudine potestatis facere quidquid libet, iuxta illud antiquum axioma *si libet, licet.* Eandem potestatis absolutæ definitionem sequuntur *Ioan. Lop. l. 1. Tauri, num. 5. Rosa epito me successionum, c. 23. n. 75.* Et ad hoc tendit, quod affirmabat Caligula Alexandro Magno, (vt refert *Suetonius in Caligula, cap. 29.*) *Memento tibi omnia, & in omnes licere*: eò quòd principes erant instar deorum in terra. Sed hãc distinctionem potestatis ordinariæ & absolutæ, in principibus sic intellectam, meritò vocant falsissimam *Paris. ad Decium d. c. Quæ in Ecclesiarum, lit. T. Fortun. l. Gallus. §. Et quid si tantum, n. 290. & 301. 302. 311. ff. de li. & posth. Alciat. & alij*, quos referunt & sequuntur *Couar. 3. var. c. 6. nu. 8. Pinell. de rescind. vend. 1. p. rubr. c. 2. n. 24. & seq. Sarmiento 1. select. c. 8. nu. 20. Riminald. conf. 5. n. 48. & seq. vol. 1. Mincheca l. 1. controuers. illustr. c. 5. n. 15. & seq. Matienzo lib. 5. recop. t. 10. l. 3. gl. 12. num. 2. Spino speculo testament. glossa rubrica 1. p. num. 15. Mendoz. l. 1. de pactis, c. 5. n. 25.* quia quod princeps facere potest, etiam iuri humano derogans, id ad ordinariam principis potestatem pertinet: cùm enim sit supra ius humanum, ex sua ordinaria potestate, sicut potest illud cõcedere potest abrogare: quod autem contra ius naturale, & diuinum potest de facto, non ad potestatem, sed ad tyrannidem spectat: id enim possumus, quod iure possumus. *l. Sed licet, ff. de offic. præsidu*: vnde rex Antigonus etiam lumine fidei destitutus (vt de illo refert *Plutarchus in apophthegm.*) cum sibi diceretur, regibus quidquid vellent licitum esse, respondit, inter barbaros ac tyrannos ita censeri, cæteris autem solum iustum & honestum licere. Et Chilon, quidam ex septem sapientibus, (vt refert *Cælius Rhodig. l. 8. lect. antiquar. c. 1.*) dicebat principes instar deorum esse. quia tantùm id, quod iustum est, exequi debent. Et *Cornelius Tacitus lib. 3. annalium*, refert Caium Sestium differuisse principes instar deorum esse, sed nec à dijs nisi iustas preces exaudiri: & *Cicero 3. de legibus*, de simili potestate sic ait: *Mihi quidem pestifera videtur, quippe quæ in seditionem nata sit*: & *Aristot. lib. 5. Politicor. c. 10.* sic inquit. *Est tyranno voluptas proposita, regi honestas*: & optimè id explicatur *l. 14. tit. 5 p. 2.* ibi, *conesto concuerda la palabra de Iustiniano que dixo en razon desi, y de los otros Emperadores, y Reyes, aquello era su poder, que podia hazer con derecho.* Alio modo potest explicari hæc potestas absoluta, vt sit ea qua princeps in iure humano dispensat absque causa: tenet enim talis dispensatio, quã-

uis princeps peccet: sed hæc expositio non placet *Covar. dict. c.6.n.8.* quia adhuc ea potestas, ordinaria est in principe. Verum hanc distinctionem hoc secundo modo intellectam, credo optime defensari posse: sicut enim Theologi dicunt aliqua posse fieri à Deo de potestate ordinata, quæ scilicet, ordine, ac rerum naturali cursu immutato, potest Deus facere: alia verò de potestate absoluta, quæ potest supra rerum ordinem vniuersum: ita potestas ordinaria principis potest dici, ea qua princeps vtitur, secundùm leges humanas, quibus quo ad vim directiuam astrictus est: quando scilicet dispensat ex causa iusta in iure humano: potestas verò absoluta, quando nõ astrictus ijs legibus, validè dispensat in iure humano absque causa. Et ita dicetur non posse principem aliquid facere ex potestate ordinaria, quando non potest omnino licitè facere, vt dispensare in lege humana absque causa, licet si faciat, validum sit: & dicetur posse de potestate absoluta, quando potest validè, non tamen iustè: vt in eadem dispensatione in iure humano, absque causa, contingit: ex neutra autem potestate dicetur posse facere, quod nec iuste, nec validè facere potest, vt si in lege naturali dispensabili dispenset absque causa.

4 Alij verò dicunt posse Pontificem dispensare in matrimonio rato absque causa iusta: verum non explicant, valida sit, nec ne, dispensatio aliter facta. Sic *Anchar. c. Ex publico, de conuers. coniug. n.11. Imol. c. fin. de transact. num.5. Felin. c. Quæ in Ecclesiarum, de constit. n.20. & cons.26.n.19. Navar. sum. c.22.n.21. & l.4. consil.1.1. de sponsalib. in priori edit. cons.49. in posteriori, cons.2.* Et ex Theologis *Cajet. opusc. to.1. tract.28. de matrim. q vnic. Philiarc. de offic. sacerd. to.1. p.2. l.2. c.16.*

5 Sit tamen prima conclusio. Probabile est valere dispẽsationem Pontificis in matrimonio rato absque causa iusta concessam. In hac cõclusione conueniunt DD. primæ & secundæ sent. relati n.1. & 2. Et ratio est, quia est probabile indissolubilitatem talis matrimonij esse de iure humano: cuius sent. patronos retuli hoc 2. lib. disp.13.n.6.

6 Secunda conclusio. Verius est non tenere dispensationem absque causa iusta factam, quia, vt dixi dicta disp.13. n.7. hæc indissolubilitas est de iure naturali & diuino, in quo dispensatio Pontificis absque causa iusta cõcessa, est prorsus irrita: vt Theologi communiter, ac iuris vtriusq; DD. fatentur: & ita dicunt Pontificiam dispensationem in voto simplici, sine iusta causa, esse irritã: quia voti vinculum est de iure naturali, & diuino. Pro hac sent. sunt aliqui dicentes non esse tutum dispensatum, absque causa. Sic *Anchar. cons.239. fin. Decius cons.112.n.3. Covar.4. decret.2. p.c.7.§.4.n.14. Ant. Gabr. to.2. commun. in mea edit. l.14. verb. Papa f.179. & seq. Lud. Lop.2.p instruct. de matrim. c.54. f.1167.* Eiusdem sent. videntur alij asserentes non posse Pontificem dispensare absque iusta causa: vbi clarè videntur negare potestatem, & consequenter dicere, non tenere factum. hi sunt *Alb. c. Ex parte, tit 2. de conuers. coniug. num.3. Curtius iun. cons.170.n.28. Hugo cons.105.n.12. Menoch. de præsump. l.2. præsumpt.10.n.37. Barbosa ff. sol. matrim.2.p. rubr.n.105.* & eiusdem sent. videntur DD.3. opinionis, allegati n.4.

7 Vltima conclusio, vt Pontifex dispenset in matrimonio rato, non desideratur mutuus coniugum consensus, sed existenti causa iusta potest Pontifex dispensare, altero eorum inuito. Quia, si causa iusta subsit, repugnãtia alterius nequit Pontificis potestatem impedire, ne alteri habenti iustam dissoluendi causam, petentique dispensationem, consulat. Sic *Gozadinus cons.2.nu.14. Ant. Gabr. to.2. commun. l.11. verb. Matrimonium, in mea edit. f.90.* Et ex Theologis *Medina lib.5. de sacr. hominum. contr. c.89.*

DISPVTATIO XVI.

Quæ sunt causæ iustæ, vt Pontifex dispenset in matrimonio rato?

SVMMARIVM.

Opinio asserens non sat esse quamcũque causam iustam, reprobatur, n.1.
Est causa iusta, notabilis error in qualitate, & quantum expediat æqualis coniugum conditio, n.2.
Quid, de timore scandali futuri, & fornicationis, vel rixarum, n.3.
Quid, quando vir nititur vxorem expellere, n.4. & quid, si alteri superueniat lepra, n.5.
Quid, de impotentia superuenienti n.6. & quid si alter asserat se certo animo contrahendi, n.7.
Quid, vt vir sint episcopus, n.8. & an sit causa iusta, mutuum matrimonium, num.9.

QVIDAM dicunt non satis esse quamcunque causam, sed debere esse similem expressæ à iure, *c.2. de conuers. coniug.* quæ est religionis ingressus. Sic *Alb. c. Ex parte, tit 2. n.3. de conuers. coniug. & c. Ex publico, in fine, eod. tit.* dicit non posse Pontificem dispensare in matrimonio rato, nisi causa religionis ingressus. Sed meritò *Barbosa ff. solut. matr. rubr.2.p.n.105.* hanc sententiam reprobat, dicens sufficere alias iustas causas, quod clarius constabit ex causis assignandis statim.

Prima ergo causa iusta est notabilis in qualitate disparitas, quando scilicet contrahentes sunt notabiliter conditione impares, & affectione cæca, & leuitate quadam ducti, ineunt matrimonium. Et ratio est, quia matrimonium ordinatur ad mutuam amicitiam & concordiam, quæ inter beatitudines refertur, *Eccli.25.* ibi, *Vir & vxor. sibi bene consentientes*: nihil autẽ magis mutuæ amicitiæ ac benevolentiæ, quàm coniugum disparitas, aduersatur. & ita *Eccle.13.* habetur, *Omne animal diligit sibi simile*, & *Plato lib.8. de legibus* sic ait, *amicitia, quæ à dissimilibus proficiscitur, dura & aspera est.* Item, quia experientia teste, imparia connubia infœlices exitus habent. & ob id valde reipub. expedit pares cum paribus copulari: vnde Cleobulus vnus ex septem sapientibus aiebat, *par pari iugato coniux, quod impar ejt, aufugit*: & Chilon vnus etiam ex illis, idem præcipiebat. Et *Euripides in Rhæso, Nolim expotentioribus me ducere vxorem.* & *Ouidius in Epist. Deianira ad Herc. Si qua voles apte nubere, nube pari.* Quod adeo verum est, vt cõnubia inter impares, tanquam legitima existimarentur: vt docet *Leo Pontif epist.70. ad Rusticum*, & habetur *c. Non omnis, 32.q.2.* ibi, *nuptiarum fœdera inter æquales legitima sunt*: quasi contrarium sit inter inæquales. Et apud Romanos nuptiæ inter impares, illegitimæ habebantur: vt testatur *Boëtius in comment. topicorum Ciceronis*: ad quod comprobandum plura alia congerit *Tiraq. l.5. connubial. gl.1.p.5.n.16. & seq.* Et hanc causam esse sufficientem docent *Socinus sen. cons.28.n.8. lib.1. Decius cons.112. ad finem, Felin. cons.26.n.20. Celsus cons.105.n.12. fine, Navar. l.4. cons.t.1. de sponsal. in 1. edit. cons.49. in 2. cons.3. Menoch. cons.385.n.4. vol 4. & de præsumpt. l.2. præsump.10.n.39.*

Secunda causa est, grauis timor scandali magni futuri, quia id cedit in magnum damnum commune, indequerixæ graues & neces oriri solent. Sic *Felin. cons.26.n.19. Portius cons.154.n.22. & 24. Menoch. d. præsump.10.n.42. & d. cons.385.n.7.* vbi cum Portio addit, hoc futurum scandalum esse, ob fornicationis timorem, eo quod coniuges valde sibi displiceant: vel ob inimicitias, quæ inter eorum consanguineos timentur.

Hinc fit esse iustam causam, quando vir omni conatu quærit vxorem repellere, absque sanioris mentis probabili spe: vnde ex dissidentium voluntate, facile ad discordiam perpetuam, & vxoris necem deuenire potest: & ratio est, quia sicut duorum in vnum consensus amicitiam, ita dissensus discordias & inimicitias perpetuas parit. Quare Eugen. IV. dispensauit ob odium, quod inter coniuges emerserat: vt refert *Borgasius de irregular. p.6.t. de sponsal. n.74.* Sic tenent *Felinus cons.26.n.19. Cajetan. opusc. tom.1. tract.28. de matrim. q.vn. Menoch. d. cons.385.n.7.*

Tertia causa est, lepra alteri superueniens. Quia cum matrim. ordinetur ad mutuum corporis vsum, ratione sobolis procreandæ, & ardoris libidinis extinguendi, lepraque hunc vsum impediat, ob magnum contagionis periculum, matrimonij finis non obtinebitur. sic *Borgasius d.n.74.* dicens Martinum V. dispensasse ob lepram.

Hinc infertur esse iustam causam, impotentiam superuenientem ante matrim. consummatum, quia cessat matrimonij finis. Sic *Enriquez l.11. de matrim. c.16.n.7.* & credo hoc sentire *Alciatũ resp.21.n.16. & Menochium d. præsumpt.16.*

n.44.

n.44. vbi dicant sterilitatem esse iustam causam: nam si sterilitatis nomine impotentiam non intelligant, nescio quatenus alia sterilitas ante consummationem, cognosci valeat.

7 Quarta causa est, quando alter coniugatorum asserit se non habuisse animum contrahendi. Sic *Socin. senior cōs.* 58. n. 6. & 7. *Ias. Felin. cons.* 62. n. 22. *vers. Praterea dico, Menoch. in præsumpt.* 20. n. 45. & *d. cons.* 385. n. 12. quod credo verum, quando nullo modo induci possit, vt præstaret verum consensum, & ita ex eo matrim. tam coacto graues inimicitiæ oriantur.

8 Quinta causa est, vt vir efficiatur episcopus. sic *Paul. Bor-gasius de sponsalibus, fine.* Sed id credo verum, quando ijs finibus esset præditus, vt valde necessarium esset ad bonum commune, cum in episcopum promouetur: tunc enim causa bono communi consulendi, esset sufficiens: extra hanc autem euentum, non video cur sufficiat.

9 Vltima causa est, mutuus coniugum consensus. sic *Gregor. Lop. l. 4. verb. Orden, s. 10. p. 4. Mercu. d. 5. de sacr. hominum continentia, c. 89.* Sed hanc causam non esse sufficientem, tenent multi DD. quos retuli disp. præc. n. 2. asserentes non posse Pontificem ex potestate ordinaria ob mutuum continentiæ consensum, dispensare, si alia causa non subsit, & quamuis fateantur posse ex potestate absoluta, id negant, quia credunt nullam requiri causam vt validè dispenset, vt vbi explicui. Et *Barbos. ad. l. sol. matrim. rubr. 2. p. n. 9.* dicit non esse causam sufficientem mutuum consensum. Et ita credo, nisi quando inter se ita essent discordes coniuges, vt inde lices exitus absque remedij spe timerentur, vt dixi n. 3. & 4.

DISPVTATIO XVII.

Verum possit Pontifex dispensare in matrimonio consummato infidelium, dum ambo baptizantur?

SVMMARIVM.

Resolutio dubij proponitur, n. 1.
Ratio dubitandi proponitur, n. 2.

1 VIDETVR non posse, cum per baptismum fiat illud matrimonium sacramentum, vt dixi hoc l. 2. disp. 9. n. 5. & cū sit consummatum, repræsentabit indissolubilē vnionem Christi cum Ecclesia, quę est ratio omnimodę indissolubilitatis matrimonij cōsummati, vt dixi disp. 13. nn. 7. & 8. *Nauarr. lib. 3. consil. 1. de conuers. infidel. in 1. edit. cons. 1. in 2. cons. Soto in 4. dist. 28. q. 1. a. 2. dub. 2. n. 12.* Iatè hoc tractat, & defendit posse. Quam sententia mihi placet: quia firmius est matrim. ratū & consummatum infidelium, maiorem firmitatem sortitur matrimonium, ex ratione sacramenti, quam habet ratum fidelium, quàm ex ratione cōsummationis naturalis, quam solum habet matrim. cōsummatum infidelium: vt latè probaui dict. disp 13. num. 7. & ita docent alij. Hoc autem non, *c. Quanto, de diuort. & can. 28. quæst. 1.* cum ergo possit Pontifex dispensare in matrimonio rato fidelium, potest à fortiori in consummato infidelium: & fauet *Abb. c. Ex publico, nu. 14. de conuers.* vbi ait ex statuto Ecclesiæ dissolui matrimonium per conuersionem solam alterius coniugis. Nec obstat argumentum, quia cum post factum sacramentum, matrimonium consummatum sit, non repræsentabit indissolubilem vnionem Christi cum Ecclesia per carnem: & quod Pontifex dispensatione dissolui possit.

DISPVTATIO XVIII.

Vtrum per professionem religionis dissoluatur matrimonium ratum?

SVMMARIVM.

Quæstionis resolutio proponitur, n. 1. & 2.
Ex quo per professionem, num. 3. & ibi, remissiue, quid quando ambo coniuges profitentur, vel manent in seculo voluit contrarium.
Declaratur per votum religiosorum tertij ordinis D. Francisci, vel Beati D. Dominici, n. 4.
Quid per professionem vitæ Eremiticæ, n. 5.
Quid per votum coadiutorum formatorum Societatis Iesu, n. 6
Quid per professionem clericorum, vel monialium ordinum militarium n. 7
Quid per professionem equitum ordinum militarium, & an his sint veri religiosi, n. 8.
Quid per promotionē ad ordinem sacrum, n. 9 & ibi. quid de episcopatu.

QVIDAM, (vt refert *Glossa c. 2. de conuers. coniug. verb. Re-* 1
manere) dicunt, non dirimi vinculum matrim. rati, professione, sed manere inefficax, ita vt manens in seculo possit aliud inire matrimonium. Hos sequitur *Henric. de Gandauo quodlib. 5. q. 39. Erasmus in c. 7. 1. ad Corinth. Franc. Torrensis de VI. synodo.* & in eandem sent. propendēt *Claud. Espencæus l. 6. de continentia, c. 4.* ducuntur autem aliquibus ex argumentis, quibus hoc 2. lib. disp. 13. n. 4. probauimus matrimonium ratum esse indissolubile.

Alij verò (vt testatur *Panor. c. 2. n. 8. de conuers. coniug.*) di- 2
cunt dirimi vinculum, non tamen statim professione sequuta, sed dum manens in seculo, alio alligatur matrim.

Sit tamen conclu. vinculum matrimonij rati omnino 3
dirimuntur solemni religionis professione alterius spōsi: & coniux manēs in seculo, est omnino à vinculo solutus, potestque liberè ad alias nuptias transire. conclusio est de fide: definita est ab Eusebio Papa, & habetur *c. Desponsatam, 27. q. 2. & à D. Greg. Papa*, & habetur *c. Decreta legalia, 27. q. 2. & à Ioan. XXII.* & habetur in eius *extrauag. Antiquæ, de voto. & ab Alex. III. c. 2. & c. Ex publico, de conuers. coniug. & ab Innoc. III. c. Ex parte tua, eod. tit.* & nouissimè in *Trident. sess. 24. de matrim. can. 6.* ibi, *si quis dixerit matrim. ratum, non consummatum, per solemnem religionis professionem alterius coniugis, nō dirimi anathema sit.* Et quāmis alij textus dicebant per ingressum religionis dirimi, intelligebant de ingressu cum effectu, nempe professione sequuta, & ita explicuit *d. extrauag. Antiquæ, & Trident.* Secundò, prob. ex vsu Ecclesiæ, & Apostolorum traditione a Christo derivata: nā in primis D. Ioānes teste *Beda in proœmio in D. Ioan.* & aliis auctoribus grauibus nostri tēporis, id attribuentibus D. Augustino & Hier in eodem proœmio, vocatus est ex nuptijs ad apostolatum. Quamuis (vt verum fatear) hoc non ita sit, vt optimè probat *Toledo in c. 2. D. Ioan. annot. 13. & Cæs. Baronius to. 1. annal. Eccles. an 31. Christi, fol. 106. ex D. Hieron.* & *D. Augustino*, nec illa proœmia sunt ipsorū: & ex D. Ignatio. Et ideo omisso hoc exemplo, afferam alia. D. Teclam ante matrim. consummatum, conuertit D. Paulus, & ad vitam perfectiorem vocauit, teste *D. Ambro. l. 2. de virgin. & Epiph. hær. 58.* Et D. Alexius, Diuaque Cæcilia à nuptijs ad statum perfectiorem transierunt: vt testātur *Metaphrastes & Surius in eorum vitis*, & idem de Machario refert *D. Hier.* vt affert *Gratianus, c. Scripsit, 27. q. 2.* & alia huiusmodi exempla referunt *D. Gregor. l. 3. dialog. cap. 14. & D. Augustin. l. 8. confess. c. 6.* Quæ autem sit ratio, dicam tota disput. seq. & vtrum idem sit quando ambo sponsi profitentur, vel manens in seculo, continentiam vouet: dicam disp. 20.

Hinc infertur non dirimi matrimonium ratum, per 4
vota emissa à quibusdam fœminis religiosis D. Dominici, quas Beatas vocant, & quibusdam viris tertij ordinis D. Francisci: non enim solemniter profitentur: sed votis simplicibus se alligant. Sic *Abb. c. Ex parte, el 2. n. 13. de conuer. coniug. Angel. Matrimonium 4. n. 18. Lancelot. instit. iuris canon l. 2. t. de sponsal. verb. Religionem.* Et ex Theologis, *Victoria sum. de matrim. n. 256. Soto 4. d. 27. q. 1. a. 4. vers. Hinc sit neutrum, Ledesma 2. p. 4. q. 63. a. 3. fin.* Sunt tamen aliquæ Beatæ tertij ord. D. Francisci, quę in communi viuunt, profitēturque, & sunt veræ religiosæ, vt declarauit Sixtus V. sic *Angel. ibi*, & idem dicit *Soto 7. de iust. q. 5. a. 3. ante argum. solut.* de quibusdam Beatis D. Domini clausuram seruantibus: vnde bene dicunt harum professione dirimi matrim. ratum.

Secundò infertur, quòd quamuis olim dirimeretur vitę 5
eremiticæ in manu episcopi, vel alterius prælati professione, cò quòd solemnis esset, iā tamen nō est: sed eremitæ, aut nulla aut simplicia vota emittunt: vnde ijs votis non dirimitur matrim. ratum. Sic *Soto 7. de iust. q. 5. a. 3. ante arg. solutionem, Enriquez alios referens, l. 11. de matr. c. 8. n. 7.*

6 Tertiò infertur, quamuis dirimatur per solemnē trium, aut quatuor votorum professionē, in Soc. Iesu: non tamen dirimi per vota coadiutorum formatorum in ea emissa, sunt enim simplicia, quamuis publice emittantur: vt testatur Greg. XIII. in Bulla eidem concessa, incipienti, *Ascendente Domino*: & habetur *p. 5 constitut. eiusdem Societ. c. 4. init.* Sic *Enriquez eod. c. 8. n. 7.*

7 Quartò infertur dirimi per monialium & clericorum ordinum militarium sub clausura viuentium, & professionem: quia solemnius est. Et in hoc conueniunt omnes, & *Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. vers. Hinc fit neutrum.*

8 De professione autem equitum militarium ordinum, qui non viuunt in communi, nec vxores ducere possunt, vt sunt equites D. Ioannis, non constat inter Doctores: quidam enim dicunt ea nō dirimi matrimonium ratum: quia non vere, & propriè religiosi sunt, cum proprium retineant, moreque secularium extra clausuram viuant. Sic *Sotus loco proxime cit. & vers. Quocirca si mea, & l. 7. de iust. q. 5. a. 3. ad 3. vers. Quod si contra.* Sed dicendū est dirimi, quia est solemnis professio, alias non dirimeret matr. contrahendum: iuxta *c. vnicum de voto. in 6.* & hi equites verè, & propriè religiosi sunt: vt tenent multi, quos refert & sequitur *Bobadilla in sua pol. l. 2. c. 19. n. 11.* Sic docent *Nauar. l. 3. cons. 1. de conuers. coniug. at in 1. edit. cons. 1. in 2. vero, cons. 2. Corduba sum. q. 178 fine, Enriquez l. 11. de matrim. c. 8. n. 6.* & refert ita fecisse D. Gaston, Ducem Metinæ, sapientium cōsilio habito: & in statutis horum equitum per Pontificem approbatis haberi, posse ad eam religionem admitti aliigatos matrimonio rato: idem tenet *Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 48. ad 4. Petr. de Ledes. de matrim. q. 61. a. 2 ad 4. Barbosa, ff. sol. matrim. rubr. 2. p. n. 82. Manuel 1. 10. sum. 2 edit. c. 219. n. 2. & super bullam crucis. tam, §. 9. n. 123. Vega l. 6. sum. casu 17.*

9 Vltimò infertur, matrim. ratum minimè dissolui per ascensum ad ordinem sacrum, vel episcopatum: vt de ordine sacro definitum est à Ioan. XXII. *extrauag. Antiqua, de voto:* & de episcopatu constat, ex Ecclesiæ vsu, fatenturque omnes, quia ius de sola solemni professione hoc statuit: votum autem ordini sacro annexum, est per accidēs, solemne: nec status episcopalis, quamuis perfectior sit, cum mors spiritualis non sit, repugnat ex natura rei coniugio, sed ex solo Ecclesiæ statuto: vitæ autem monasticæ repugnat ex natura rei matrimonium postea cōtractum.

DISPVTATIO XIX.

Quo iure professio religionis dirimat matrimonium ratum?

SVMMARIVM.

Referuntur duæ sententiæ n. 1 & 2.
Sententia amplectens. n. 3. & ibi soluuntur argumenta.

1 TRIPLEX est sententia. Prima ait ex natura rei id professioni competere: & subinde ex iure naturali diuino. Ducitur primò, quia professio mors spiritualis est iuxta illud *Colos. 3. Mortui estis, & vita vestra abscōdita est in Christo:* & matrimonium ratum, cum solo consensu contrahatur, est vinculum spirituale: ergo sicut mors naturalis suapte natura dissoluit vinculum carnale matrimonij consummati, ita mors spiritualis professionis, dirimit ex natura rei vinculū spirituale matrimonij rati. Secūdò, quia ipsa ratio naturalis dictat, licitum esse ab imperfectiori, ad perfectiorem statum transitū, nulla tertio iniuria illata, vt contingit hic: non enim fit iniuria proli, cū ea non possit esse in matrim. rato: nec manenti in seculo, quia potest aliud inire matrimoniū: & quāuis esset aliqualis iniuria, nō tāta est quin bono religionis maximo cōpensari valeat. Huius sent. videntur esse *D. Thom. 4. d. 27. q. 1. a. 3. quæstiunc. 2. corp. Ricardus eād. d. a. 2. q. 2. Durand. q. 2. n 9. Palud. q. 3. a. 3. num. 10. Altisiodor. l. 4. sum. tract. 9. c. 2. in quæstione incidenti quam ibi disputat. vers. Solutio ad hoc: Arboreus lib. 11. Theosoph. c. 16. vers. Quartus an vir. Bellarm. li. 2 de monachis, c. 38. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 39 fol. 1053.* Et ex iurisperitis *Turrecremata c. Sunt qui dicant, 27. q. 2. a. 2. n. 3. Barbosa ff. sol. matr. rubr. 2. p. n. 76. Lancelot. inst. moris canon. l. 2 tit. de sponsal. verb. Sponsalia:* nam hi omnes probant hanc dissolutionem primatione posita: & expresè tenet *Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 4. 9. Ledes. 2. p. 4. q. 55. a. 2. & q. 69. a. 7. ad fin.*

Secunda sent. docet, dissolui solo iure Pontificio, ducitur à sufficienti diuisione, quia non dissoluitur iure naturali, nec diuino positiuo, ergo solo Pontificio humano. Prob. minor, quod nō dissoluatur iure naturali, latè probabitur n. seq. quod autem nō iure diuino positiuo, probatur: id enim absq; præcisa necessitate, multiplicandum non est, nec tale ius ex sacra pagina constat, & *D. Paulus 1. Corinth. 7.* multa, de matrimonij dissolutione egit, per cōtersionem ad fidem: non meminit autem de religionis professione. Nec habetur ex traditione, quia sancti, quorum disp. præc. n. 3. meminī, qui post matrimoniū ratum, transierunt ad perfectum, statim ad veram religionē non conuolarunt: vt de D. Alexio constat, ex *Metaphraste.* & de alijs, in eorum vitis; & ita non obstat aliquos illocum, ante ius Pontificium, quo prof. filio dirimit matrim. ratum, id feciſſe: quia cum nō transierint ad veram religionem, sed ad viram cœlibem, illud supra omne ius, ex reuelatione, & speciali Spiritus sancti instinctu, contigit. Restat ergo, vt hęc dissoluuo, ex solo iure Pōtificio fiat. Hanc tenent *Hostien. c. Ex publico, super verb. Consummatum, de conuers. coniug. & ibi Ioan. Andr. n. 9. Anton. sus 26. Anchar. repetit. super c. Canonum, n. 28. de constitut. Felin. cons. 26. nu. 19.* Et ex Theologis, *Gaudano quodlib. 5 q. 35. Medina l. 5. de sacr. hominum continentia, c. 86. & seq.*

Tertia sent. quam probabiliorem reputo, licet duæ præcedentes probabiles sint: asserit hoc cōpetere professioni, ex solo iure diuino positiuo, cōcedente Christo id priuilegium illi. Prob. quia non cōpetit ex natura rei, nec ex iure Pontificio, ergo ex iure diuino positiuo. Prob. primū, non competere ex natura rei, quia alias non posset dici matrim. ratum, ex natura rei indissolubile, id enim tale dici nequit, quod per causas naturales, solui potest: vt cæteri contractus naturales, sunt dissolubiles, quia in eorum natura dātur causæ sufficientes dissolutionis. Et confirm. quia si matrim. ratum ex natura rei dissolueretur per superuenientem fornicationem, non diceretur ex natura sua indissolubile. Secundò, quia artēta sola rei natura votum solemne emissum, post matrim. ratū, est prorsus inutum: ergo non potest per illud ex natura rei dissolui matr. ratū: patet antecedens, quia res vni tradita nequit validè alij tradi, absque domini consensu: per matr. autem traditum erat corpus alteri coniugi: non valet, si dicas hanc iniuriam compensari maiori religionis bono: quia hoc tātùm est verum, supposito Christi priuilegio, quo tamen includitur in matrim. rato, tacita quædam conditio, Nisi voluero ad religionem transire, alias enim ex natura rei non includeretur. Quod si constat: nam aut hoc maius bonum, est coniugis transeuntis ad religionem; & bonum bonum nō compensat iniuriam alteri illatam auferendo rem suam: debet enim esse maius bonum eiusdem iniuriam passi. aut est maius bonum coniugis manentis in seculo, & hoc nō: quia ipsi nil vtilitatis accrescit, aut maius bonum totius Ecclesiæ, quod manens in seculo, bono proprio præferre tenetur: & hoc non probat dissolui per hoc matrimonium; quia sæpe erit inutilis Ecclesiæ, & adeo rudis, vt ad id sit ineptus: item, quia similiter probaret per episcopatum dissolui: item similiter probaret de matrimonio consummato, saltem vbi non est proles: item solùm probaret licere ingredi, non tamē prius matrimonij vinculum dissolui. Tertiò, quia nullus est contractus ita indissolubilis, ac matrim. ratum: vt cōstat, cæteri enim contractus multis ex causis dissoluuntur, & præcipuè ex mutuo consensu, quod longè abest à matrimonio: at professio religionis nō dissoluit cęteros contractus, per quos ius acquiritur tertio, vt obligationem ad soluendum debita, venditionem. Dices hos non repugnare religioni: contra, seruitus repugnat religioni, & tamen, qui se in ser-

mam

uum verùm dit, nequit ad religionem conuolare. Quartò, quia contra ratio primæ sent. probat ex natura rei dissolubile: non prima, quia religionis professio non est vera mors spiritualis, sed metaphorica: item alias dissolueret matrim. consummatum. Item vota simplicia in religione approbata, vt in Soc. Iesu, sunt mors spiritualis, immo cũ eas renunciat honoribus, ac diuitijs in sæculo, mors est similis, iuxta illud *Pauli Gal. 2. Viuo ego, iam non ego.* Item si mors voluntaria, & non naturalis, & ita non apparet, quo pacto possit ex natura sua dissoluere contractum, ex quo natura indissolubilem. Præterea, quia etiam matr. ratum non concinet traditionem propriè spiritualem, cùm non tradatur corporum dominium, per contractum eorum, & sensibilem. Quod autem id nõ probet 2. ratio, quia religio est status perfectior, probatur, quia idem probaret de matrim. consummato. Quod si dicas fieri iniuriam proli, & relictæ fœminę cum iam sit defloratæ: cessante vtroque hæc iniuria, quando non esset proles, & relicta non iniuriaretur. Præterea, quia in matrim. rato potest esse fornicatio iniuria relictæ, quando absque seminis effusione deflorata esset, quo casu non est matrim. consummatum, vt dixi disp. 11. n. 5. Præterea, quia esse religionem statum perfectiorem, & mortem spiritualem, non probat dissolui prius matrimonij vinculum, non enim est incõpatibile cum vinculo matrimonij, vt cõstat, quando post matrim. consummatum, ambo communi consensu profitentur: cum videlicet enim professio, & manet matrimonij vinculum, sicut quando ante consummatum, ambo simul professionem faciunt, vel professio, & non dissoluitur vinculum matrimonij, vt docet *D. Thom. am.* & aliquos, vt dicam disp. seq. n. 2. Secundam probat manẽti vinculo matrimonij, posse alterum transire per commutationem ad statum perfectionem. Ex his ergo probatum restat per professionem non diuini ex natura rei matrim. ratum. Prob. alia pars, quoniam hoc non prouenire ex solo iure Pontificio, ex c. *Innotuit de conuers. coning.* vbi fatetur Alexand. III. hoc decretum fuisse ex quibusdam eloquijs interpretatione: & ex c. *Ex parte, el* 2. *de Conuers. coning.* vbi ait Pontifex sanctos ex reuelatione diuina, quæ spectat omnem legem, transijsse à matrim. rato ad statum perfectionem. Secundò, quia cum dissolutio matrimonij sit certissima, reduci debet in causam certã, incertissimam autem est, posse lege generali statui dissolutionem matrimonij rati: vt dixi hoc 2. lib. disp. 14. n. 4. ergo reduci debet ad Christi priuilegium, per quod omnia cõsonant. Tertiò, quia initium huius consuetudinis non inuenitur in vetustate in exemplis adductis disp. præc. n. 3. ergo credendum est hoc Christi priuilegium per traditionem ha- bitum, & ad hoc est duplex congruentiæ ratio adducta pro- bat sent. n. 1. & fortè hoc modo affertur à DD. ibi citati, & non quasi velint probare ex natura rei dirimi matr. per professionem. Noluit autem Christus id priuilegium dare respectu matrimonij consummati, quia significat indissolubilem vnionem Christi cum Ecclesia per fidem, & ratione iniuriæ prolis, & fœminæ in sæculo relictæ, quia cum per commixtionem fiant coniuges vna caro, esset acerbum eos diuidere: vt ait *Alex. III. c. 2. de conuers. coning.* Hanc sent. tenent *Scotus 4. d. 31. quæst. 1. vers. Tertio dò, Abulens. 1. Reg. 4. 8. q. 98. 103. 113. Victoria de potestate Papæ propos. 1. nu. 1. ad 1. Soto 4. d. 27. q. 1. a. 4. concl. 1. vers. Ad 3. Ioan. de Soto lect. 12. de matrim. §. Post hoc, Ledesma 2. part. q. 4. art. 3. fol. 516. col. 4. Cordub. l. 1. quæst. q. 25. §. Aduertendum est. Nauarr. c. 22. num. 27. Speculi. c. 28 concl. 2. Angles floribus, 1. p. q. 1. de matrim. d. 27. a. 3. diffic. 1. fol. 530. Enrique l. 11. de matr. c. 8. num. 3. Ledesma dub. 64. de matrim. fol. 1566. Petrus de Aragon. 2. 2. de matrim. q. 61. a. 2. concl. 4. fol. 561. Et ex iurisperitis. Bald. in l. 1. C. de incest. matrim. Maior 2. tit. 12. n. 277. Gutier. l. 1. quæst. can. q. 26. n. 35. 47. Rol. Segnentia primæ & secundæ sententiæ, constat ex dictis n. 3.*

DISPVTATIO XX.

Vtrùm quando post matrim. ratum, vterque coniux communi consensu profitetur religionem, vel alter profitetur, & manens in sæculo vouet continentiam, dissoluatur matrimonium ratum?

SVMMARIVM.

Quid conferat scire, an dissoluatur vinculum, nec ne n. 1.
Opinio asserens non dissolui, quando vterque profitetur, num. 2. & verior contraria n. 3.
Quid quando ille manens in sæculo, vouet continentiam, n. 4.

HÆc quæstio vtilis est, nam si dicamus vinculum matrimonij non dirimi, si alter post professionem fornicetur, adulter erit: & dispensante Pontifice in professione, non poterit aliud inire matrimonium, nisi simul Pontifex dispenset in matrimonio rato, contrarium autem in vtroque euentu dicendum est, si vinculum illud dissolui- tur. Ita aduertit *Ledesma 2. q. 4. q. 63. a. 3. f. 517.* 1

Aliqui ergo asseuerant non dissolui vinculum, cum vterque communi consensu profitetur: Quia quando vnus tantum profitetur, quantum in se est, renunciat vinculo coniugij, & ideò alter a vinculo illo absoluitur: dum vterque autem profitetur, neuter renunciat. Præterea, quia textus omnes, quos retuli disp. 18. nu. 3. decidentes matr. ratum dissolui per professionem, expresiè loquuntur, quando alter sponte religionem profitetur. sic *D. Thom. 4. d. 27. q. 1. a. 3. quæstiunc. 3. ad 1. Palud. ibi, q. 3. a. 2. concl. 2. nu. 11.* & clare videtur tenere *Palacios 4. d. disp. 2 f. 576. col 2. §. Est autem*, & censet esse probabile *Ledesm. status n. 1.* & videtur censere probabile *Enrique l. 11. de matrim. c 8. nu. 6. in commento, lit. D.* tantùm enim appellat oppositum *probabilius*. Et est probabile. 2

Sed multo probabilius est dissolui: quia hæc dissolutio non prouenit ex iuris proprij renunciatione, non enim sufficit ad eam, vtriusque coniugis renunciatio. nedum vnius: sed hoc oritur ex Christi priuilegio qui hoc professioni concessit, cò quòd mors spiritualis, & status perfectior sit: vt dixi disp. præc. nu. 3. quæ rationes æquè procedunt, siue vterque, siue alter profiteatur. Et ita hanc sent. dicit communiorem esse, & in eam magis inclinat *Ledesm. proximè cit.* & dicit esse probabiliorem, *Enrique 2. quem num. præced. retuli.* 3

Hinc infertur non audiendum esse *Paludanum allegatum n. 4.* qui dicit non dirimi matrimonium, quando cõmuni cõsensu alter professionem; alter autem in sæculo continentiam vouet: quia ambo sunt conformes in proposito. Sed hæc sententia nullo modo est tuta: quia textus allegati disp. 18. num. 3. absolute decidunt vinculum matrimonij rati dirimi per alterius professionem. 4

DISPVTATIO XXI.

Quando censeatur matrimonium consummatum, ita vt indissolubile efficiatur professione, aut Pontificis dispensatione?

SVMMARIVM.

Quando semen non recipitur in vasa naturalia, non est consummatum, num. 1.
Quocumque arte aut Dæmonum ministerio in vas recipiatur, est consummatum, n. 2.
Quæ sint difficultates dissutandæ, n. 3.
Quid si vir penetret vas fœmineum, non tamen intra vas seminet: ponitur prima opinio affirmans, n. 4. contraria, n. 5. & quid, si fœmina sola semineret n. 6.
An saltem quando vir defloranit fœminam post matrimonium ratum, non tamen seminauit, possit religionem ingredi, vel interdicatur ratione damni, n. 7.
An credendum si vere qui accessit ad sponsam, & dicit se non seminasse, num. 8.
Soluuntur argumenta, n. 9
Vtrum satis sit vtrum seminare intra vas fœmina non seminante: ponitur vera opinio affirmans satis esse, num. 10. & contraria probabilis, n. 11.
An semel fœmineum sit necessarium ad generationem, & possit diu Virginem illud ministrasse in Christi incarnatione, n. 12.

An copula præcedens matrimonium, efficiat illud consummatum: opinio affirmans. n 12.

Contraria vetor, n. 13 & explicatur l. Lecta, vers. Dicebam, ff si cert. pet.

Quod inconveniens sit, dicitur inesse, n. 12. item lo n 13.

1 IN hac disp. conueniunt omnes quacunque seminis effusione extra naturale vas, non consummari matrimonium: & colligitur clarè ex *c. Extraordinaria, 35. quæst. 3.* quod est Vrbani Papæ, vbi habetur pollutionem extraordinariam non producere affinitatem. Et ratio est, quia ea non est copula carnalis, nec efficit coniuges vnam carnem, sic docent omnes autores.

2 Similiter conueniunt consummari, quacumque arte semen recipiatur intra vas naturale, absque illius penetratione. quia ea copula sufficiens est generationi, per eamque sponsi vna caro efficiuntur. sic *D. Anton. 3. p. t. 1. c. 11. ante §. 1. Cordubæ summa, q. 178. Sotus 4. d 27. q. 1. art. 4. vers. Causa dirimendi, Corona confess. vlt. parte, materia de matrim. c. 8. nu. 12 Enriquez lib. 11. de matrim. c. 15. n. 3.* Et ex iurisperitis, *Alex. de Neuo, c. Fraternitati, num. 11. de eo qui cognou. consang. Roscllæ verb. impedimentum, imped. 14. n. 8. Syluest. Matrimonium 8. q. 15. dict. 2. Tabiena v. Impedimentum, impedimento 4. qu. 2. n. 3. Greg. Lop. l. 5. verb. Carnalmente, tit. 6. p. 4.* Et hoc verum est, quamuis dæmonis ministerio semen viri in vase debito recipiatur, vt docent *Roscllæ, Syluest. & Tabiena, ibi.*

3 Tria tamen vertuntur in quæstionem. Primũ, an sufficiat vasis penetratio absque seminis receptione. Secundum, an requiratur vtriusque sponsi seminatio. Tertium, an si copula matrimonium præcedat, illud consummet.

4 QVÆSTIO I. Vtrum matrim. censeatur consummatum dum sponsus vas fœminæ penetrat, minimè effundens semen intra vas. Duplex est sent. Prima ait sufficere, vt vir penetret vas, licet intra non seminet. Prob. quia *c. 2. de conuers. coniug.* dicitur posse alterum trãsire ad religionem, & per consequens matrimon. non esse consummatum, modo carnalis commixtio inter eos non interuenerit: & *c. Ex publico, & c. Ex parte tua, eod. tit.* modò carnalis copula non sit subsequuta: at hæc est vera carnalis copula, & commixtio. ergo. Secundò, quia cum hoc sit priuilegiũ cõcessum à Christo supra naturam matrimonij rati, quæ est vt sit insolubile, non debet ampliari, sed restringi, vt intelligatur, modò nulla carnalis coniunctio, etiam sine semine, intervenerit. Tertiò, quia vna ex causis ob quas Christus noluit concedere id priuilegium matrim. consummato, fuit gratia euitandi damni secuti sponsæ, quæ minus apta matrimonio maneret, at non minus inepta manet in hoc casu, quam si vir seminasset, ergo. Hanc tenent multi discipuli D. Thomæ, vt refert, eos sequens *Petrus de Ledesma de matrim. q. 61. a. 1. á f. 481. Medina l. 5. de sacrorũ hominum continentia, c. 76. & 79. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 239. n. 2.* Et pro hac sent. faciunt *Tabiena verb. Bigamia, q. 3. fin. & ibi Armil. n. 2.* dicunt enim esse bigamum, qui contrahit cum aliqua defforata ab alio citra seminationem: cum tamen prius dixissent: quod si prius matrimonium, vel secundum non sit consummatum, non est bigamus: & sic sentiunt ad matrimonij consummationem, sat esse vas penetrare.

5 Secunda tamen sententia longè vetior ait, id non sat esse, sed necessario requiri, vt semẽ virile vas spõsæ subintret. Prob. primò, quia copula carnalis, per quam cõsummatur matrimonium, est ea, per quam coniuges efficiuntur vna caro, vt constat, tum ex significatione, significat enim matrimonij consummatio, per eam carnis vnitatem mysterium incarnationis, per quod Christus per vnitatẽ carnis est Ecclesiæ coniũctus: tum etiam, quia *Alexand. III. c. 2. de conuers. coniug.* vbi dixit posse coniugem ante copulam ad religionem transire. subdidit rationem, his verbis, *quia cum non fuissent vna caro simul effecti.* Et ita apertè sentit talem debere esse copulam, per quam vna caro efficiantur; sed dum semen non recipitur intra claustrum fœminæ, non efficiuntur vna caro, vt clarè colligitur ex *c. Lex*, quod est Benedicti Papæ, *27. qu. 2* ibi, *propinquitas enim sanguinis*, iunctis verbis præcedẽtibus: dixerat enim non aliter fieri vnam carnem, quam si carnali copula sibi coniungant: & subdit hæc, *neque osculum parit propinquitatem, quod nullam facit sanguinis commixtionem*: & ita quod prius vocauerat carnalem commixtionem, modo vocat sanguinis, id est, seminis commixtionem. Et non effici vnam carnem, nisi vir intra vas seminet, vltra DD. allegandos, docent *D. Thom. 4. d. 41. q. 1. a. 1. quæstiunc. 4. ad 2. D. Bonauent. ead. d. q. 1. Ricardus ibid. a. 1. q. 1. gloss. c. Extraordinaria, fine 35. q. 3.* ergo per talem copulam non consummatur matrimon. Secundò, quia etiam absq; corporum coniunctione, vtili semine recepto intra vas, cõsummatur matrim. iuxta omnes, vt dixi n. 2. ergo tota cõsummationis ratio est, seminis receptio, & carnium commixtio est omnino impertinens. Tertiò, quia copula requiritur ad cõsummationem, quia ad generandum, alias copula Sodomitica consummaret matrimon. quod absurdissimum est. ex penetratione ante absque seminis effusione, non potest sequi generatio. Quartò, quia vltra significationẽ, potissima indissolubilitatis matrimonij consummati, ratio est, initia prolis, quæ esse non potest absque seminis receptione. Quintò, quia ex tali copula non oritur affinitas, vt ferè omnes tentur. quod inde prouenit, quia cum vir & vxor non efficiantur per eam copulam vna caro; consanguinei vnius non fiunt alteri coniuncti: ergo similiter ea copula non consummat matrim. cũ ad vtrũq; desideretur cõgressus vnã carnẽ effici. Sextò, quia, vt dicemus n. 10. DD. asseuerãtes non exigi semen fœmineum ad consummationem, ea ratione ducuntur, quod id semen ad generationem necessarium non sit: DD. autem contrarium opinantes, oppositò innituntur fundamento, vt dicemus n. 11. Quare omnes illi sentiunt eam solam copulam consummare, quæ ad generandum sufficit, qualis sola est, vbi semen intra vas naturale recipitur. Hanc tenent ex iurisperitis, *Vincentius, c. fin. de sponsal. Hugo 31. q. 3. ca. 1. Archid. c. Extraordinaria, 35. q. 3. & c. vnic. n. 3. de despon. impub. in 6. Innocen. c. Antiquitatem, sent. de despons. impub. Ioann. Andr. reg. Qua contra sent. fine. de reg. iur. in 6. Præpos. c. fin. 55. d. Henric. c. Fraternitati, nu. 10. de eo qui cognouit consang.* & videtur clarè tenere *Ambar. 3. p. priuc. iuncto fine.* principio enim dicit, non contrahi affinitatem, nisi vir intra vas seminet: & fine dicit inde colligitur esse, quando vir possit ingredi religionem: eandem supponunt *Abb. ibi fine, & Alex. de Neuo nu. 10.* Supponunt enim exigi, vt vir seminet, & solũ in dubium vertunt, an tequitatur seminã etiam seminare: eandem tenent *Roscllæ verb. Impedimentum, impedimento 14. n. 9. Syluest. Matrimonium, 8. q. 15. dicto 2. Tabiena ver. Impedimentum, imped. 14. qu. 2. n. 3. fin. Ant. Cucus l. 5. instit. maior. t. 12. nu. 243.* Et ex Theologis, *D. Ant. 3. p. t. 1 c. 11. ante §. 1. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. vers. Causa dirimendi, & vers. Hoc autem perplexum, Cordubæ sum. q. 178. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 8. nu. 8. & c. 15. nu. 13. Corona confess. vlt. p. materia de matrim. c. 8. n. 12. Vega lib. 3. summæ, casu 157 & l. 6. casu 17.*

Hoc autem verum est, licet viro penetrante, nec seminante, fœmina seminaret: quia id ad generationem minimè sufficit. sic *Syluest. & Sotus proximè citati.*

Id tamen obseruandum est, aliquos asserere sponsum sponsam virginem absque seminis immissione defloratẽ, arceri à religionis ingressu, ratione damni illati: quantis si ingrederetur, professione secuta, dissolueretur vinculum illius matrimonij, quod ea copula cõsummatum non est. Sic *Enriquez l. 11. de matrim. c. 8. n. 8. & c. 15. num. 13.* Et absque dubio id credo verum esse, quando sponsus dolosè sponsam defloraret; habens animum non consummãdi, sed ingrediendi religionem: quia etiam si solam defloret de matrimonio fidem, defloratione secuta non posset ratione damni religionem ingredi: vt dixi *l. 1. disp. 44. n. 5.* Quando tamen absque dolo id accidit, quia accessit animo consummandi, & non potuit propter debilitatẽ, vel quia impeditus est eo quod aliquis superuenit, & ratione honestatis secessit ab vxore. vel quia in ipsomet actu Spiritus sanctus religionem inspirauit, & ita ante cõsummationem se retraxit: credo posse ingredi: nulla enim iniuria

vere

vere irrogant sponsæ, cum nihil fraudulenter egerit spō-
sus, nec delicti reus sit, & iure suo vtatur. Præterea, quia
ius concedit bimestre, vt possint sponsi non consumma-
re matrimonium, & ingredi religionem, vt late dicemus
infra disp. 24. & tamen eo tempore moraliter loquendo
contingent oscula & tactus, ex quibus sponsa non leue
damnum patietur ad alias nuptias, & eo damno minimè
obstanti, quia sponsus suo iure vsus est, poterit religio-
nem ingredi.

7 Non crederetur autem in foro externo, sponso qui ad
sponsam accessit, dicenti se minimè seminasse: quia est
reus in causa propria, & cum frequēter seminatio cōtin-
gat, ea præsumitur: in foro autem conscientiæ fides ei ad-
hibenda esset. Sic *Archid. cap. Extraordinaria*, 35. q 3. *Petr. de*
Soto, quem refert & sequitur *Henric. c. Fraternitas, nu. 9. de*
eo qui cognouit consang. & ibi Alex. de Neuo nu. 8. Sylvest. Matri-
monium 8. q 15. dict 2. Greg. Lop. l. 5. verb. Carnalmente, t. 6. p. 4.
Et ex Theologis *Palud. 4. d. 41. q. 1. a 3. concl. 1. nn. 18. D. Anto-*
nin. 3. p. t. 1. c. 11. ante §. 1.

8 Ad 1 argum. ex propositis n. 4. respōdetur, eam solam
fieri veram carnalem copulam, per quam coniuges effi-
ciuntur vna caro, vt probaui n. 5. Ad 2. dico, in hoc euen-
tu non extendi priuilegium, nisi ex mente ipsius Christi,
qui illud concessit matrimonio consummato, ratione signifi-
cationis & damni prolis, vnde de ea consummatione, a-
pertè intellexit, quæ apta est, significationi, & proli susci-
piendæ, qualis sola est, vbi semen intra vas recipitur: vt
probauit eodem n. 3. Ad 3. argumentum fateor eam esse a-
equalem rationem: potissima tamen est significatio, &
damnum prolis, quæ hic desunt.

9 QVÆSTIO II. Vtrum censeatur matrim. consumma-
tum, si solus vir intra vas naturale fœminæ seminet: com-
munis sent. affirmat censeri consummatum, eoque inni-
tuntur fundamento, quod semen fœmineum ad generatio-
nem necessarium non sit, testē *Philosopho l. 2. de gener. anim.*
c. 3. quod sibi contrario, *l. 1. de sanit. tuenda, c. 1. & l. 2. de*
alimento & c. 4. 3. Auicen. l. 9. animal. c. 1. & multis alijs, quos
refert & sequuntur *Hugo Senensis super lib. Tegni Galeni, l.*
2. part. 3. cap. 4. dubitandum vero, & ficcum. Feltrio l. 8. met. aphys. q. 2. Et
ex Theologis *D. Thom. 3. p. q. 31. a. 5. ad 3.* quem ferè omnes
Theologi sequuntur: cum ergo copula generationi suffi-
ciens consummet matrim. vt latè probaui n. 5. & talis sit,
vbi vir solus intra vas fœmineum seminat, illa consum-
matur. Sic docent *Cardin. c. Fraternitati, fine, de eo qui cogn.*
consang. vbi Abb. sent. & Alex. de Neuo nu. 10. & clare videtur
tenere *Ambar. abi. nam paulo post princ.* ait ad affinitatem nō
requiri semen fœminæ, & *in fine* concludit, inde colligen-
dum esse, quando vir possit religionem ingredi. Idem vi-
detur clare tenere *Archid. c. Extraordinaria*, 35. q. 3. *fine*, vbi
contraria *Hugonis* sent. remittit se ad ea, quæ notauit
c. Significasti 36. d. vbi defendit semen muliebre non desiderari
ad generationem: & ita apertè sentit, nec ad consumma-
tionem exigi. Idem tenent *Sylvest. Matrimonium 8. q. 15. dict.*
2. dicens esse omnium, & refert Fredericum: quem etiam
in nullo loco ex ijs, qui citantur, inueni: *Rosel. verb. Impedi-*
mentum imped. 14. n. 8. Tabiena verb. Impedimentum, imped. 4.
q. 2. fine, Ant. Cucus l. 5. institut. maior. t 12. num. 243. Et ex
Theologis D. Ant. 3. p. t. 1. c. 11. ante §. 1. *Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4.*
ad 2. fine, Aragon. 3. Vega l. 3. somme, casu 157.

10 Sed quamuis hæc sent. communior & probabilior sit;
non tamen est adeo certa, vt quidam ex eius defensoribus
quod semen fœmineum non sit necessarium ad genera-
tionem, & illud non est certum: quia satis probabiliter
potest tenere contrarium, vt *Hippocrates & Galen.* quos re-
fert *Fonseca l. 8. met. aphys. q. 17. idem Ant. Andreas eod. lib. 8. q. 2.*
Valent. 2. controuers. medic. & Philosophic. c. 6. Vega l. 1. de arte
medendi cap. 3. & late *Pero Mato tract. de semine, à* §. *Iam vero,*
vsque in fine. Et ex Theologis *Abulens. paradox. 1. c. 48. Caiet.*
2. 2. q. 154. a. 12. §. *vltimo, incipienti, Ergo:* & multi alij cum er-
go fundamentum non sit certum, ita nec opinio illi inni-
tens: quod adeo probabile est, vt *Suarez 3. p. q 32. a. 1. disp.*
10. sect. 1. f. 282. fateatur cum aliis esse probabile ad fuisse
semen in Virgine, absque omni prorsus inordinatione, vt
ministraret conceptioni Christi materiam, vt sic esset ve-
ra & naturalis mater Dei: quod idem defendit *Pero Mato*
in append. ad tract. de semine, vbi quid naturale, & quid mira-
culosum fuerit in Christi conceptione, §. *An vero Maria*
virgo, & probat absque omni inordinatione, & concupi-
scentia posse decidi semen. Quare concludo esse proba-
bile non cōsummari matrim. nisi etiam fœmina seminet.
Prob. quia ad matrimonij consummationem requiritur
copula, ex qua sequi potest generatio, vt fatentur *Sylvest.*
& Tabiena, vbi allegati num. præced. & clare colligitur ex ex-
teris DD. cum inde probent consummati matrim. absque
fœmineo semine, quod non sit ad generationem necessa-
rium: sed probabile est nisi fœmina seminet, non posse ex
ea copula sequi generationem: vt probaui. ergo similiter
habet eandem probabilitatem, non esse consummatum
matrim. viro solo seminante. Item quia est probabile, per
solam vtriusque seminis commixtionem, fieri coniuges
vnam carnem: vt ex *D Th. D. Bonauent. Viguerio*, statim di-
cam: est etiam probabile non oriri affinitatem ex copula,
in qua mulier non seminat: vt ex aliquibus dicam: ergo
etiam est probabile ea copula non consummari matri-
monium: nam, vt probaui n. 5. ea sola copula consummat,
per quam coniuges efficiuntur vna caro, & quæ satis est
ad affinitatem producendam. Pro hac sent. videtur aper-
tè *D. Th. 4. d 41. q. 1. a. 1 quæstiunc. 4. ad 2.* vbi hæc dicit, *Vir &*
mulier efficiuntur vna caro per commixtionem seminum, vnde
quantumcumque aliquis claustra pudoris frangat, nisi commixtio
seminū sequatur, non contrahitur affinitas: quod iisdem verbis
docent *D. Bonau. 4. d. 41. q. 1. Viguer. Institut. c. 16.* §. *7. vers. 9.*
in secto impediment. vbi pondero hos asserere non effici vnam carnem, nec contrahi affinitatem: vnde consequenter iuxta dicta sequitur, nec consummari matrim. Ad idē sunt *Laurentius*, quem refert & sequitur *Archid. c. vnico, de*
sponsal. in 6. n. 3. & 4. & Duran. 4. d. 41. q. 1. a. 1. n. 7. vbi docent
non contrahi affinitatem, nisi adsit vtriusq; seminis com-
mixtio: & dicit *Archid.* hoc manifestè probari, *c. Lex, 27. q.*
2. ibi, *sed nec osculum parit propinquitatem, quod nullam facit*
sanguinis commixtionem. Et in propriis terminis tenent *Vin-*
centius, & Host. (vt refert *Sylvest. Matrimonium 8. q. 15. dict. 2.*)
Hugo 31. qu. 3. c. 1. Innoc. c. Fraternitati, initio, de eo qui cog. con-
sang. & ibi Ant. nu. 3. & videntur tenere *Hostien. eo c. Fraterni-*
tati fin. Ioan. Andr. ibi, n. 2. Henric. fine, Præpositi. n 2. vbi relata
hac sent. Innocentii, requiri vtriusque seminis commix-
tionem, hæc dicunt, *hac opinio non multum placet, quia non*
facile de commixtione seminis vtriusque fieret iudici fides, nisi secu-
ta prole: hoc ideo dico, quia sine seminum commixtione non fit gene-
ratio. Vbi pondero eos dicere non multum placere, quasi
aliquantulum, & tanquam probabilis ea opinio placeat:
& eos concludere ad generationem esse necessariam vtri-
usque seminis commixtionem: vnde infero iuxta dic-
ta, & esse etiam necessariam ad consummationem.

11 QVÆSTIO III. Vtrùm matrimonium consummetur per
copulam præcedentē? Id enim affirmat *Hippol. singul. 500.*
referens *Claudium & Syluam nuptialem*, & in hanc partem
inclinat *Bald.* licet nihil definiat, *c. Licet, de transl. episc.*
fin. & probat, quia matrim. sequens retrotrahitur ad co-
pulam præcedentem, & illam ita confirmat, vt prolem ex
ea habitam efficiat legitimam, *c. Tanta, qui filii sint legit.* ergo similiter confirmabit, vt censeatur habita post matri-
monium, illudque consummet. Et confirmat, quia cùm
id quod incontinenti fit, videantur in esse, *l. Lecta vers. Di-*
cebam ff. si cert. pet. saltem ita erit, quando paulò post copu-
lam, matrim. celebratur.

12

Sed dicendum est minimè consummari, quia matrim.
13 solum consummatur per copulam matrimonialem, illa
autem fornicaria est. Item per *c. Veniens, de sponsalibus*, vbi
probatur, vt sponsalia transeant in matrimonium, per co-

pulam,

pulam, iuxta *c.is qui fidem, de sponsal.* oportere, vt copula illa subsequatur matrim. Nec obstat 1. argum, contrarium, quia quamuis illa fictio admittatur fauore prolis, quæ non deliquit: æquum non est eam fauore fornicantium, admitti, contra regulam *l. Sine hæreditaria, ff. de negot. gest.* Nõ obstat etiam 2. argumentum, quia ea regula procedit per fictionem quoad iuris effectus, & nusquam legitur legem aliquid fingere in delinquentium fauorem, & ideo hanc sent. tenent *Paulus l. fin. n. 3. C. de episc. & cler. Boscheus tract. de nuptiis, l. 1. n. 8. Ripa rubr. ff. solu. matrim. n 25. Socin. iun. cons. 28. n. 6. & 16. Sylvest. Religio 2. qu. 9. & verb. Divortium, qu. 1. dict. 4. Tabiena verb. Impedimentum, impedimento 2. q. 3. nu. 4. fine, Navar. sum. 22. Hisp n. 85. Lat. n. 84. Conar. 4. decret. 1. p. c. 4. §. 1. nu. 15. Acosta l. Cum tale, §. Si arbitratu, ampliat. vlt. n. 19 ff. de cond. & demonst. Menoch. de præsumpt. l. 3. præsump. 1. n. 44. & 45. Barbosa alios refert ff. solu. matrim. rubr. 2. p. n. 107.* Et ex Theologis *Palacios 4. dist. 27. disp. 2. s. 585. Enriquez l. 11. de matrim. c. 8. n. 8. Petr. de Ledesma de matrim. q. 61. art. 1. fine.*

DISPVTATIO XXII.

Vtrùm copula per vim extorta ita consummet matrimonium, vt neutri sponso liceat ad religionem transire?

SVMMARIVM.

Quando post bimestre concessum à iure deliberandum de ingressu religionis sequitur copula vi extorta, illud consummat. n. 1.

Quæ sint quæstiones disputanda n 2.

An copula intra bimestre vi extorta, illud consummet. Prima opinio negans n. 3

Secunda verior, consummare, n 4.

Verum possit sponsa vi oppressa ingredi religionem: opinio negans, nu 5 & ibi, vbi nos non distinguit, nec nos distinguere decemus.

Opinio verior affirmans nu 6. & ibi nullum ex culpa sua commodum reportare debet, & sine sua culpa nemo debet suo iure priuari.

Quid si proles secuta sit, & commodè educari nequeat, n 7.

Vtrum vir vi copulam extorquens, possit ingredi religionem, n. 8.

Quid, si vir ante matrimonium consummatum tradat vxorem alteri desponsandam, an possit ingredi religionem, num 9. & soluuntur argumenta, n 10.

Quid quando metu sponsa cognita est? Opinio asserens non posse sponsam ingredi religionem, n. 11. Contraria verior, n. 12

An sponsus peccet cogens sponsam post bimestre, n 13. & quid, ante bimestre prima opinio non peccare, n 14. Contraria verior, n. 15.

An excusetur, vt peccet sponsus cogendo, vt sponsa asserat, se velle ingredi religionem, n 16.

Vtrum sponsa vim passa possit semen expellere, n. 7. & ibi, quid de possessione ab alio, & an liceat vi surripere à latrone suorum sibi ablatum, etiam in sum ecclesiæ.

1 QVÆSTIO hæc si intelligatur de copula vi extorta post bimestre concessum vxori ad deliberandum de religionis ingressu, dubio caret. Quia cum vir vtatur iure suo, vtendo corpore sibi debito, vere consummatur matrim. & neutri licet ad religionem transire. Sic *Ioan. Andr. reg. Quæ contra ius, de regul. sur. in 6. Præpos. c. final. 55. d. Sylvest. verb. Diuortiũ, q. 5.* vbi *Armil. nu. 6. Greg. Lop. l. 4. fine, t. 1. p. 4. Perez lib. 5. ordin. t. 1. l. 1. f. 12. vers. Circa præmissa dubium, Petr. de Ledesma de matrim. qu. 61. a. 1. f. 583.* Vnde tota difficultas est quando copula intra illud bimestre vi extorquetur.

2 Quinque igitur quæstiones disputandæ sunt. Prima est, vtrum per copulam intra bimestre extortam, consummetur matrim. Secunda, an saltem liceat sponsæ vim passæ, transire ad religionem. Tertia, an idem liceat, quando solo metu copula extorta est. Quarta, an sponsus sic cogens peccet. Quinta, an sponsa vi oppressa possit incontinenti semen expellere.

3 QVÆSTIO I. Vtrùm per copulam vi intra bimestre extortam, consummetur matrimonium? Quidam censent non consummari, & ita professione secuta, vel obtenta Pontificia dispensatione, dirimi matrimonij vinculum. Prob. quia matrim. consummatum repræsentat vnionem Christi cum Ecclesia per carnem, indeque omnimodam indissolubilitatem sortitur, vt probaui hoc 2. lib. disp. 13. nu. 1. & 7. ergo per eam solam copulam consummabitur, quæ hanc vnionem repræsentare potest. sed huiusmodi est sola copula voluntaria, cum vnio Christi voluntaria fuerit. Ita docent *Henricus c. fin. nu. 4. desponsa duorum, Armilla verb. Diuortium, n. 6.* & aliqui, vt refert *Durand. 4. d. 27. q. 2. n. 14* & tanquam probabile ibi relinquit *n. 15.* neutram enim partem definit, & *Palud. 4. d. 27. q. 3. a. 2. concl. nu. 10.* dicit hoc esse probabile. Idem videtur clarè tenere *Ioan. Andr. reg. Quæ contra ius, de reg. iur. in 6.* dicit enim copulam ad matrim. perfectum, requirere consensum: & idem videntur clarè tenere *Abb. c. 2. de conuers. coniug. fine, & Sylvest. verb. Diuortium q. 5.* dicunt enim non videri sponsam communicasse suum corpus, cum inuita sit cognita.

Sed tanquam certum tenendum est, matrim. consummari, & effici prorsus indissolubile. Prob. quia ea copula vi extorta efficiuntur coniuges vna caro, vt constat ex *c. Discretionem, de eo qui cogn. consang.* vbi definitur inde affinitatem oriri: quod nullo modo contingeret, nisi efficerentur vna caro: vt probaui d. sp. præced. n. 5. ergo. Et confirm. quia (vt probaui eod. n. 5.) copula ex qua oritur affinitas, consummat matr. cum ergo copula violenta sufficiens sit, vt oriatur affinitas, consummabit matrimonium. Secundò, quia ex parte viri, liberè fuit consummatũ matrimonium, ergo ex parte eius, est omnino indissolubile, quamuis sponsa profiteatur: & cũ matrimonij vinculum claudicare nequeat, idem erit ex parte sponsæ. Præterea, quia constitutio dissoluens matrimonium, tanquã odiosa, eo quod matrim. fauorabile sit, *c. fin. de sponsa. & re mulie.* non est extendenda, sed restringenda, vt intelligatur de matr. quod nullo modo consummatum est. Hanc sent. vt probabiliorem tenet *Palud. proximè cit. & Durand. ea nu. 15.* eam videtur sequi, cum constituat illam in vltimo loco. *Victoria* dicens esse certam, *sum. de matrim. n. 255. Ledesma* idem dicens, *2. p. 4. q. 36. a. 3. fine, Palacios 4. d. 27. disp. 2. s. 583. Enriquez l. 11. de matrim. c. 8. n. 10. Manuel 1. 19. sum. 2. edit. cap. 30. n. 2. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 54. fol. 1167. Petr. de Ledesma de matrim. q. 61. a. 1. fol. 583. Vegal 2. sum. cas. 500.* Et ex iurisperitis *Angel. Matrimonium 4. n. 17. Conar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 4. n 10. Perez lib. 5. ordin. t. 15. rubr. ad fin. Barbosa ff. solu. matrim. 2. p. rubrica, n. 106.* & DD. omnes referendi nu. 3. asserentes sponsam vi oppressam non posse ad religionem transire, sunt eiusdem sententiæ: si enim ea copula matr. non consummaret, posset vtique. Nec obstat argu cõtrarium, repræsentat enim vnionem Christi cum Ecclesia, quoad substantiam, nam fiunt coniuges vna caro, sicut Christus per carnem est vnitus Ecclesiæ: licet non quo ad modum, hæc enim vnio spontanea est, illa autẽ violenta.

QVÆSTIO II. Vtrùm saltẽ possit sponsa vi cognita intra bimestre sibi concessum, ad religioné transire? Duplex est sent. Prima & satis probabilis, negat posse. Primò, quia omnia iura clamant matrim. cõsummato, neutri coniugi altero inuito licere transitũ ad religionem, cum ergo non distinguant, vtrum copula vi, vel spõte habita sit, nec nos distinguere debemus, *c. Consuluisse, q. 5.* Secundò, quia vir vsus est iure suo exigendo corpus sibi traditum per matrimonij vinculũ. Tertiò, ex *c. fin. 55. d.* vbi deciditur non prodesse violenter oculũ erutum esse, quominus eo orbatus, irregularis sit. Quartò, quia ex ea copula potest nasci proles, cui per matris professionem maxima iniuria irrogabitur, non enim poterit commodè educari. Hanc tenẽt *Arvisa. c. fin. ad fin. d. 55. Hostien. sum. 3. de conuers. coniug. n. 9. vers. Quid si. Virgo Guido & Iacobus in suis disp.* quos refert & sequitur *Anton. t. 2. n. 3. de conuers. coniug. Bald. c Causam, n. 8. de probat. Sylvest. verb. Luxuria, q. 6. dict. 2. Rosella verb. Impedimentum, impedim. 1. n. 3. Barbosa rubr. ff. solu. matr. 2. p. n. 106.* & clare videtur tenere *Conar. 4. decret. 2. p. c. 7. § 4. n. 10.* quia licet tantũ dicit, non dirimi matrim. professione alterius, at DD. quos pro se refert, dicunt non posse ingredi: & ex Theologis videtur sequi tanquam probabiliorem, *Durand. 4. d. 27. 4. 2. n. 15.* & dicit esse probabilem, neutram definiens, *Victoria sum. de matrim. nu. 255.* & tenent *D. Anton. 2. p. t. 5. c. 7. §. 3. & 3. p. t. 1. c. 21. §. 1. fin. Sum. confess. l. 1. t. 8. q. 42. Sotus 4. dist. 27. q. 1. a. 4. vers. Quid autem iuris, Ledesm. 2. p. 4. q. 63. a. 3. fine, Enriquez l. 11. de matrim. c. 8 n. 10. Barth. à Ledesma dub. 64. de matrim. f. 1569. & seq. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 83. §. Caterum circa, & 2. p. de matrim. c. 54. fol. 1167. Vegal 2. de sum. cas. 500.*

Secunda

6 Secundi sent. multo probabilior, docet posse ingredi. Prob. sponsus grauem intulit iniuriam, cũ nõ haberet ius copulam extorquendi ante bimestre concessum, *c. Ex publico de coniug.* & illa non potest aliter ius suum recuperare nisi per ingressum, ergo potest ingredi religionem. Secundo, quia dolus nemini debet patrocinari, nec iam patiamur bonum impedire debet, ne culpæ reus inde commodum reportet *c. Ad nostram de empt. & vendit. c. Tua, de dolo. non resid. & c. Sedes de rescrip.* cum multis similibus quæ congerit *Tiraqu. de retract. lignag. §. 5. glos. 9. nu.* 68. Tertiò, quia propter adulterium, hæresim & cætera, potest vxor viũ deserere, & ingredi religionem, manente matrimonij vinculo, ergo & propter hanc violentiã: non enim minus est hæc cõtra ius matrimonii, quã illa. Quarto, quia hæreticũ iuris auferendũ nõ est a fœmina, quæ *c. Indultũ de reg. iur. in* 6. ergo. Quintò, quia sine sua culpa nemo debet iure suo priuari *c. Discretionem, ad fin. de eo qui ingred. consang.* cũ ergo fœmina inuita, & absque sua culpa fuerit cognita, non debet iure quod habebat ingrediendi religionem, priuari. Sexto, quia nõ solũ iniuste petitum non debitũ, sed qui præuenit tempus, §. *Plus alia de alio*, sed sponsa non tenetur reddere debitũ, post contracto bimestri à matrim. contracto, vt dictum fuit, ergo vir cogens antea reddere, est iniustitiæ reus, cum hæc iniuria non debet ipsi fauere, vt priuet vxorem ingrediendi religionem hanc tenent gloss. *c. sin. qui sine* 6. *Card. c.* 2 *q.* 2. *de conuers. coniug. & ibi Abb. fine, Host. Ioan. de prohat. n.* 4. *Brixiensis, & Ioan. de Deo*, quos *Ang. Ant. n.* 4. *Filippl. de Marsilijs l.* 1. *in princ. nu.* 87. *ff. ad Corn. de fals. & l.* 1. §. *Præterea n.* 12. *ff. de quæst. Turrecr. cap.* 6. *Greg. Lop. l. fine, t.* 1. *p.* 4. *Perez. lib.* 5. *ordin. t.* 1. *lib.* 1. *f.* 12. *vers. Gutierrez. Iulianus. Valasc. cons.* 29 *n.* 5. Et ex Theologis *Vbi* 17. *qu.* 3 *a.* 2. *concl.* 1. *nu.* 10. *Palacios* 4. *dist.* 27. *Manuel to.* 1. *sum. c.* 239. *nu.* 2. & dicunt esse probabilem *Victoria, Barth. à Ledesm.* quos retuli n. præcedenti.

7 Potest tamen per accidens fœmina vi oppressa, impedire ingressum, ratione damni prolis ex ea copulam sequitur quæ absque matre commodè educari nequit: secus si potest. Sic *Petr. de Ledesma proximè citatus.*

8 Non potest autem sponsus inuita sponsa per vim oppressa, religionem ingredi, quia ex parte sua voluntarie consummatum est matrimonium 2. & sponsæ id concessit. Sic *Manuel to.* 1 *sum.* 2. *addit. c.* 239. *nu.* 2 quamuis DD. allegati nu. 3. dicentes per copulam vi extortam non consummari matrim. teneantur dicere validam esse professionem, si sponsus profiteatur, nec posse reuocari, imo velle matrimonii dissolui, licet peccet sponsus ratione culpæ sequuti sponsæ ex sua culpa.

9 Nec aliqui censent sponsum, qui nondum matrim. consummauit, tradidit consanguineo sponsam violandã, non posse ingredi religionem, si tradiderit, vt ipsam reuocare violet. Sic *Ricardus* 4. *d.* 35. *a.* 2. *q.* 2. *Rosella verbo Impedimentum impedimento*, 1. *nu.* 4. & probat ex *c. Discretionem, de eo qui ingred. consang.* quod non facit ad rem, solum enim prohibit diuortium celebrati non posse, ob adulterium à vinculo permissum: & ideo hoc reprobant *Tabiena verb. Impedimento* 2. *q.* 3. *n.* 4. *fine, Palacios* 4. *d.* 27. *f.* 585. *Sanchez de matrim. impedimento* 2. *d.* 3. *n.* 2. quia cum matrim. adhuc consummatum non sit, bene potest ingredi religionem. Sed *Ricardus* fortasse intelligit ratione iniuriæ illatæ non posse licitè ingredi: & hoc verum est, quando alias ea iniuria sufficienter reparari non posset: si tamen de facto ingrederetur, discederet quidem vinque vinculum prioris matrimonii, quod per ingressum consummatum non erat.

10 Ad 1. ergo principale sen. proposita n. 5. respondetur ad 1. ea iniuria quæ ante matrim. absq; iniuria consummatũ est, & licet ea sit non explicent, colligi tur tamen ex aliis, qu n. 6. retulimus, probantibus nemini fraudem propriam patrocinaturam. Ad 2. negatur antec. quia per matrim. traditur statim corporis potestas, sub tacita conditione, nisi alter intra bimestre religionem eligat. Ad 3. dico, illum textum loqui de irregularitate, quæ cum ex membri defectu, & deformitate consurgat, non voluntatem, sed factum respicit. Ad 4. dicum solum probare, per accidens impedini tunc, quod n. 7. concessimus.

11 Qvæstio III. Vtrum quando sponsa non vi præcisa, sed metu cadente in virum constantem, oppressa est à sponso, possit religionem ingredi? Aliqui id admittentes, quando violenter oppressa est, id negant, quando metu, quia vis omnimoda libertate priuat, non autem metus, *l.* 1. *& l.* 2. *ff. de eo quod met. caus.* Sic *Ioan. And. reg. Qua contra ius, de reg. iur. in* 6. *Prepos. c. fin.* 55. *d. Card. c.* 2 *de conuers. coniug. q.* 2. *Syluest. verb. Diuortium, q.* 5. *& ibi Armil. nu.* 6 *Greg. Lop. l.* 4. *fin. t.* 1. *p.* 4. *Perez. li.* 5. *ordinam. t.* 1. *l.* 1. *fol.* 12. *vers. Circa præmissa dubium. Palacios* 4. *d.* 27. *disp.* 1. *f.* 583. Et est satis probabile.

12 Sed probabilius est posse, quia ratio ob quam permittitur ingressus, quando copula vi extorta est, non est defectus voluntatis, sed ratione iniuriæ illatæ, & iustitiæ à sponso admissæ, vt probauimus n. 6. similis autem iniustitia est, quando timore graui copulam extorsit. Et ita *Ledesma* 2. *p.* 4. *q.* 65 *a.* 3. *ad fin.* dicit idem esse de timore, & de violentia dicendum: quate in vtroq; casu sentit esse probabile posse sponsam ingredi: & tenet *Petrus de Ledesma de matrim. q.* 61. *a.* 1. *fol.* 584.

13 Qvæstio IV. est, Vtrum peccet sponsus vi, vel timore graui extorquens copulam à sponsa de præsenti? Et quidem, quando transactum est iam bimestre concessum à iure ad deliberandũ de religionis ingressu, DD. omnes initio huius disputationis citati supponunt non peccare: quia sponsus vtitur iure suo, exigendo sibi debitum, nec potest sponsa iuste denegare. Hoc tamen intelligi: quando tentatis aliis mediis pacificis nollet sponsa: si enim his intentatis, violentia vteretur sponsus, peccaret ratione modi, vt si potens rem suam pacifice recuperare, vi extorqueret. Sic *Syluest. verb. Luxuria, qu.* 6. *dub.* 2. & ita intelligit *D. Thomam* 2. 2. *q.* 154. *a.* 7. *ad* 4. vbi dicit sponsum vim interentem sponsæ, peccare, sed non esse raptorem iuxta *c. Lex illa.* 36. *q.* 1. *& c. Si quis virginem, 36. q.* 2. intelligitur enim vel quando ante bimestre, vel si post, non tentauit media pacifica. Quod si iuste peccare vi recuperantem rem suam, cum iudicis officium implorare teneatur: respondet *glos. d. c. Lex illa.* esse multo fortius ius in matrimonio, cũ enim vir habeat manum iniectionem in vxorem, ratione subiectionis potest illam propria auctoritate apprehendere: vt ex multis probat *Ant. Gom. l.* 80. *Taur. n.* 39.

14 Difficultas autem est vtrum intrà illud bimestre sponsus cogens, peccet? *Manuel* 1. *to. sum.* 2. *addit. c* 239. *nu.* 2. censet non peccare lethaliter, quia non infert iniuriam sponsæ, quæ adhuc potest religionem ingredi.

15 Sed dicendum est peccare lethaliter. Primò, quia aufert corporis integritatẽ, cum non habeat ius, donec bimestre transeat. Præterea, quia ius certum sponsæ transeundi ad religionẽ, reddit valdè dubiũ, & ligitiosum, & lite mota impediretur professio vsque ad litis conclusionẽ, magnisque sumptibus opus esset, & dubius esset litis euentus: fortè enim iudex amplectetur probabilissimam sent. docẽtem nõ posse ingredi. Præterea, quia fortè ex ea copula sequetur proles, ob quam sponsa impediretur ab ingressu. Deinde, quia DD. omnes allegati nu. 6. adeo grauem hanc iniuriam reputant, vt non obstante matrimonij consummatione credant esse sufficientem, vt sponsa possit perpetuum facere diuortium, profitẽdo religionem, manente sponso ligato matrimonii vinculo. Tandem, quia potest sponsus in foro externo puniri: vt docent *Bald. & Salic.* quos refert *Anton. Gom. l.* 80. *Taur. n.* 39. idemque docet *Couar. 4. decret.* 2. *p. c.* 7. §. 4. *num.* 11. pro culpa autem veniali, iniquum esset plecti in foro externo. Et ita hanc partem sustinent *Soto* 4. *d.* 27. *q.* 1 *art.* 4. *vers. Quid autem iuris, Petr. de Ledesma de matrim. q* 61. *art.* 1. *fol.* 583.

Tempera

16 Temperat tamen hanc sent. *Sotus proximè citatus*, quando sponsa affirmabat velle se religionem ingredi: in hoc enim casu ait peccare lethaliter sponsum cogentem: & fauet, quia *Bald. Salic. & Couar. proximè citati* dicunt non puniri sponsum cogentem, quando sponsa non præmeditabatur hunc ingressum. Sed melius *Petrus de Ledesma* absque ea limitatione loquutus est: & ita in hoc etiam casu credo esse culpam lethalem quia licet sponsa tunc non præmeditaretur, fortè eo bimestri per ius sibi concesso, Spiritus sanctus inspirabit, cui sponsus obstat, extorquens copulam nondum sibi debitam.

17 QVÆSTIO V. Vtrum sponsa per vim oppressa à sponso ante bimestre possit semen expellere? videtur non posse, quia est intrinsecè malum, & contra naturam ordinátem semen ad sobolis propagationem Sed si loquatur de fœmina, quæ non à sponso vim passa est, certum reputo, nisi incontinenti semen expulerit, non posse postea incontinenti autem valdè probabile est mihi, posse. Ducor ea communi doctrina, quam amplectuntur *Sotus lib. 5. de iust. qu. 1. art. 8. vers. De bonis autem. Bañes 2. 2. q. 64. a. 7. dub. 3. ad 2. Aragon eod. a. 7. f. 382. §. In hac difficultate explicanda, & ibi Salon controu. 2. §. Ex his sequitur, Manuel 1 tom. sum. 2. edit. c. 136. nu. 15.* quæ habet, licere priuata autoritate furem incontinenti vbi furtum arripuit, donec in loco tuto constitutus sit, percutere: & eam reputari defensam: similiter ergo reputabitur defensa, cum incontinenti, & statim ac semen receptum est, fœmina vim passa expellit: secus quando iam semen habet possessionem, & est quasi in loco tuto constitutum, tunc enim non erit defensa, sed intrinsecè malum. Et confirm. quia possit fœmina illa vim passa quocumque tempore membrum virile extrahere, si posset, quamuis semen effundendum esset, non enim teneretur id patì: ergo incontinenti ac effusum est potest similiter expellere, quia cum nondum semen habeat pacificam vasis possessionem, adhuc quasi in fieri, & in ipsa effusione reputatur esse. De sponsa autem de præsenti per vim cognita, id non affirmarem, quia iniuria est multo leuior, nec infamiam patitur, & damnum non est adeo graue. Nec de fœmina per metum cognita, quia copula fuit voluntaria, & cum peccato admissa.

DISPVTATIO XXIII.

Vtrùm si sponsi iurent se nondum matrim consummasse, sit illis in foro externo admittenda fides, vt possit alter ad religionem transire, & eo profitente, manens in seculo aliud matr. inire.

SVMMARIVM.

Non creditur quando sponsa non erat virgo, & domum sponsi traducta est. secus si traducta non sit, n 1.
Creditur si erat virgo, & aspecta talis apparet, n. 2.

1 SIT prima concl. Si sponsa non erat virgo, nec sponsi domum traducta sit, adhiberur illorum iuramento fides: cum ex aspectu probatio haberi nequeat, & non esse traductam, simul cum iuramento, sit vrgens indicium: si autem traducta esset, non creditur illis in matrimonij præiudicium, & dissolutionem: in hac enim non statur soli confessioni, *c. Super eo, de eo, qui cogno. consangui. Sic Hostien sum. 1. de conuers. coning. n. 9. vers. Quid si quis. Bald. I. Deo nobis. an princ. C. de epis. & cler. n. 7. Anchar. c. Ex publico, n. 3. de conuers coning.*

2 Secunda concl. Si erat virgo & talis post aspectũ apparet, licet domum sponsi traducta sit, creditur illis, quia omnis probatio vincitur, aspectu contrarium testificante. Sic *Anchar. ibi.*

DISPVTATIO XXIV.

Vtrùm liceat quandocunque ante matrimonij consummationem, sponsis ad religionem transire, vel sit tempus præscriptum?

SVMMARIVM.

In quo consistat difficultas, & quot difficultates tractanda sint, n. 2.
An bimestre concessum sponsis sit ad professionem, vel ad deliberandum de ingressu: referuntur duæ opiniones, n. 2 & 3.
Vera opinio ponitur, n. 4 & an possit iudex hoc tempus augere vel coarctare.
Soluuntur argumenta n. 5. post quem inuenies tres conclusiones.

HIVS disp difficultas consistit in intellectu *c. Ex publico, de conuers. coning.* ibi, *mandamus quatenus, si prædictus vir eam carnaliter non cognouerit, & eadem ad religionem transire voluerit, recepta ab ea sufficienti cautione, quod vel ad religionem transire, vel ad virum suum redire, intra duorum mensium spatium debeat: ipsam absoluat.* Circa quod decernũ sex difficultates tractandæ sunt. Prima, an illud bimestre sit ad deliberãdum de religionis ingressu, vel ad profitendũ. Secũda, esto dicamus dari ad profitendũ, sit correctũ per *Trident. sess. 25. de regular c. 5.* Tertia, an id bimestre sit præscriptũ, ita vt iudex nec prorogare, nec coarctare possit. Quarta, qualiter mensuretur id bimestre. Quinta, an casu quo sponsi non intendunt religionẽ ingredi, teneantur statim matrimonio inito ad debiti redditionem. Sexta, an transacto eo bimestri liceat sponsis ad religionem transire.

DIFFICVLTAS I. Vtrum bimestre præscriptum *c. Ex publico, de conuers. coning.* sit ad deliberandum de religionis ingressu, vel ad profitendum? Triplex est sent. Prima docet præscribi ad profitendum, ita vt teneatur sponsus religionem ingrediens intra illud bimestre profiteri, vel matrim. consummare. Prob. quia *c. Expublico*, præscribitur, vt debeat sponsa intra bimestre, ad religionem transire, vel ad virum redire: transire autem, vel ingredi religionẽ, est ad professionem admitti: vt constat ex *eod. c. Ex publico*, vbi dicitur alterius ingressu dissolui matrimonium: quod de sola professione verificatur. Secundò, quia si maneret in seculo teneretur per annum expectare, minùs bene, si consultum esset, cum aliis nuptiis copulari nequeat, donec alter profiteatur. Hanc tenent *Innoc. d. c. Expublico, vnico, & ibi Abb. n. 11. Præpos. c. fin. 55. d. Tabiena Matrimonium, 3. q. n. 4. Nauar. sum. c. 16. Hisp n. 16. Lor. n. 27.* Et videntur tenere *glos. c. Statuimus, verb. Habitum, de regularib. & Ricard. d. 27. a. 2. q. 2. ad 3.* vbi dicunt posse iudicem compellere sponsam ingredientem, intra certum tempus profiteri.

Secunda sententia sic distinguit, si alter sponsus ex alterius consensu ingrediatur, dabitur annus ad profitẽdum, quia eo ipso quod assensum præbet ingressui, videtur consentire: vt detur tempus ordinarium nouitiatus: si autem sine alterius consensu ingrediatur, habebit bimestre iuxta *dictum c Ex publico*. Sic *glos. c. Desponsatam, 27. q. 2. init.* & videtur clarè tenere *d. c Expublico, verb. Intra duorum*: & docent *ibi Ioan. Andr. n. 8. Cardin. qu. 6. Anchar. nu. 10. & Brunel de sponsal. concl. 30. n. 2.* Et notat *ibi glos.* quam sequitur *Hostien. ibi, super v. Intra duorum, & ibi Cardin. q. 7.* hoc bimestre currere à die qua iudex præfixit terminum: vel ex eo textu colligitur.

Tertia sententia, quam veriorẽ reputo, licet duæ precedentes probabiles sint, docet id bimestre dari ad deliberandum de religionis ingressu, ad profitendum verò dari integrum annum, qui annus à iudice coarctari nequit. Prob. quia hic annus non tantum datur in nouitiis fauorem, vt monasterij austeritates experiatur, sed etiam in monasterij fauorem, vt experiatur nouitij mores. *c. Ad Apostolicam, de regular.* ergo quamuis nouitius ob propriam factum possit iure suo spoliari, non tamen potest monasterium. Secundò, quia si iure licet sponso religionem ingredi, debet cum iuris priuilegio experiendi integro anno, licere. Tertio, quia à iure antiquo non licet recedere, absq; textu expresso, & ne iuris correctio inducatur, debẽt verba impropriari, vt dixi l. 1. disp. 17. n. 6. ergo cũ antiquo concederetur annus probationis, *d. c. Ad Apostolicam, &* 16. *Gonsalus* 17. *q.* 2. *nec d. c. Ex publico* expresse contrarium definiat, sed tantũ dicat debere intra bimestre transire ad religionẽ, quod potest intelligi de transitu per professionem, vel per assumptionem habitus nouitiorũ, non debet intelligi de professione, vt ius antiquum seruetur. Hanc tenent *Hostien. sum. 1. de conuers. coning.* &

d.c.Republic. sapor v. Iustra duorum, & ibi Ant.n.12. Armil.v. Diuortium,n.5. Et er Theologis, Palud.4.d.27.q.3.ar. 2.concl.2. n.14. D. Antonin.3.p.t.1.c.21.§.1. Sotus 4.d. 37.q.1.a. 4. verſ. At vero ſi ſupra Cayet.l.2. deciſ.c. 81.n.9 Bart. à Ledeſm. de matrim. dub.64.f.1367. Temperat tamen Hoſt.d.c.Ex publico, ſuper v. Interdum, & ibi Ant.n. 12. niſi magna interueniat cauſa, vtinam annum nouitiatus coarctet, tunc enim poterit.

5 Ad.2.ex propoſitis n.2.pro.1.ſent.reſpondetur,tráſitum pro tranſitu ad aſſumendum habitum nouitiorum,& licet non tam propriè dicatur hic tranſitus, quam mutatio per profeſſionem, neceſſe tamen eſt hic inuocatur iuris concedentis annum nouitiatus,& conſilio.Ad 2.dico nullam iniuriam irrogari,cum æquale vtrinque conditio, & ex alia parte, vt bono religioſi conſtituatur, oportuit nõ coarctare nouitiatus annum.

SVMMARIVM.

An ab homine conuocatur ad profitendum, corrigatur per Tridentinum. n. 6. & ibi lex poſterior limitatur per priorem ſpecialem, licet derogata ſit, & ponitur opinio negans corrigi per Tridentinum.

Verum quando corrigi. n. 7. & ibi, lex vniuerſalis negatiua, eſt generaliter intelligenda.

An ſponſa laudabiliter ingrediatur, teneatur ſponſus quadriennio expectare. n. 8.

Quæ ſi ſponſa religionis ſponſus variat religionem ingrediens, excat matrimonium. n 9.

Reprehenditur Sotus. ſeſſ. 25. de reg.c.15.n 10. iuncta n.6.

Adducuntur n. 10. & ibi iuncta n. 6. an tranſitus de vna religione in aliam, poſit annexi cauſam nouitiatus annum, profiteri in poſteriori, & poſſit habe remittari nouitiatus annus.

Ad obiecta in ſummario.

6 QVÆSTIO II. Verum retenta opinione probabili, n.2. allegata, dum ſponſis bimeſtre ad profitendum ſit concedum per Trident.ſeſſ. 25. de reg.c.15. ſtatuens nullum ad profeſſionem admittendum eſſe, niſi tranſacto integro nouitiatu anno? Duplex eſt ſent. Prima ait non eſſe correctum,& ſic cogendum eſſe ſponſum profiteri intra bimeſtre profectum, d.c. Ex publico, quamuis non expleuerit decimum 16.annorum,requiſitam eod.c.15.Ducitur,quia lex poſterior generaliter, & indiſtinctè loquens, limitanda eſt per ſpecialem antiquiorem, & iuxta illam intelligendus, niſi expreſſis verbis illi contradicat, l. Sed & poſteriores, ff. de legib. libi, poſteriores leges ad priores pertinent, niſi contrarias ſint. Quatuorque ff.l. Sciendum, v. Non compellí ff. qui ſatisfd. cogant. & ibi Bart.in princ.n.1. & Iaſon n. 4. idem Bart.in l. Omnes populi. 45.ff. de uſuf. & var. Bald.auth. Offeratur, n. 12. vmit. C.de ſanct. eccleſ. Abb.conſ.24.n.1.verſ. Secundo principaliter,vol.1. Decian.d.c.n.14.& Summa Lat.c.27.n.260. Innitentes huic ſententiæ, allegunt illam authenticam, Offeratur, multo poſteriorem reſtringi per l.d. Sciendum,antiquiorem. Quæ doctrina adeo vera eſt: vt procedat, licet in lege noua ſit diſpoſitio, non obſtante, debet enim intelligi lege contraria, quæ non poſſit cum hac ſuſtineri per aliquam limitationem, vel diſtinctionem, vt auth. de ſucceſſ. ab inteſt. circa medium, §. Vacantibus, Bart. ſuper extrau. Ad reprimendum, §. Suos oſſ.antibus, n.6.& d.l.Sciendum, n.2. vbi Iaſon n.4 & idem Iaſ.l.1.n.9.ff ſol. matr. Imo licet anteriores leges ſint, ſunt iuxta illas, ac ceteriores explicádæ l. Non omnium. ff. de legib. & ita docet cum Barth. Lud. Gom. reg. de regul.§.61.verſ. Tertium intellectus, Burg. de Paz. l.1. Tauri, n. 190. Non tantum per legem ſpecialem anteriorem, ſed etiam per rationem legis prioris, poſteriores leges limitari docet Bald. l. De pretio ff. de Publ. in rem act. cum ergo Trident. generaliter loquatur, reſtringendum eſt per ſpecialem eius antiquum, d.c. Ex publico, vt non intelligatur in ſpecialem hanc confirm. quia quando lex antiqua ponit caſum derogat illi caſui ſpeciali, vt optimè Ant. Gabr. in mea edit. 2.in commun. l.10.n.1.ex f.50.col.2. vbi id colligit ex Bart. & alijs: idem Azebedo lib. 5. recop.t. 4.l.1.n.52. ergo cum d.c. Ex publico, loquatur in caſu ſpecialiſſimo,& ob ſpecialiſſimam rationem, ne fiat præiudicium ſponſo manenti in ſeculo,ſi cogatur per annum expectare, & aliquando per quatuor annos, vt ſi ſponſa eſſet duodennis, Trident. ge-

neraliter ſtatuens profitendum non eſſe ante nõditiatus annum, & ante 16. annos expletos, non loquitur in hoc caſu ſpeciali, ſed quando nouitij ſponte ſua profitentur, nec profeſſionis dilatio cedit in alterius damnum. Secũdò prob.ex doctrina Corduba ſum.q. 38. & Enriq.li. 13. de excom.c.40.n.2.in comment.lit.O. vbi docent profeſſum tranſlatum ab vna religione non mẽdicante ad aliam non mẽdicantem. poſſe ante annum profiteri, iuxta c. Ad apoſtolicam, de reg. cui Trident. non videtur derogare in hoc caſu, cùm generaliter loquatur; maximè,quia idem Trident.ead. ſeſſ. 25. de regul.c. 21. concedit in caſu ſpeciali profeſſionem poſt ſemeſtre. Et hæc ſent. eſt ſatis probabilis: & eam videtur tenere Nauar.ſum.Lat.c.16.n.27. cum enim ſcripſerit poſt Trident. dicit concedi ad profitendum illud bimeſtre d.c. Ex publico, & non refert eſſe per Trident.correctũ, & tanquam probabile relinquit li.4.conſ.in 1.edit.1. de ſponſal.conſ.40.in 2.l.3.tit.de conuerſ.coniug.conſ.1. & quadam lite noſtra defenderunt ſuo patrocinio Doctor Vera, Maia, Solis, primarij moderatores Salmanticæ, iuris Pontificij, & Cæſarei Cathedratum:vt refert Enriquez.l.12. de matrim. 6.5 n.8.in comment.lit.T. 7

Secunda ſent.probabilior,ait corrigi per Trident.& ita non poſſe coarctari annum probationis,quia Trident.generaliter,& per verba negatiua ſtatuens, ne ante annum fiat profeſſio, eſt generaliter, & in omni caſu intelligendum:lex enim vniuerſalis,negatiua,eſt vniuerſaliter intelligenda.c.Soluta,§.ſi.de maior.& obed. & l. De pretio, ff. in Publ. in rem act.quod procedit etiam,quando maior ratio inuenitur, quare non debeat includere magis vnam ſpeciem, quàm aliam,vt docet Nauar.conſ.proxime cit.cuius ratio eſt, quia iuxta regulam logicam, negatio quicquid poſt ſe inuenit,deſtruit,& eius oppoſitum ponit.Secundo,quia ratio qua Trident. in eo ſtatuto ductum eſt, fuit vt nouitius eognoſcat, quam vitæ rationem ſuſceperit, experiaturq; illius difficultates, & an vires ſuppetant ad eas toto vitæ curriculo perferendas, ne ſi ante annum, primo vocationis feruore ductas,profiteretur profeſſione emiſſa, quando iam eſt omni remedio deſtitutus,facilè pœniteat,& vitam miſerrimã, angoribuſq; plenum agat:quæ ratio æquè militat in noſtro caſu.Sic tenet Enriq. l.12. de matr.c.5.n.8.& in comment. lit. F. dicit ſic pronunciatum eſſe in prædicta lite, & confirmatum in regia Vallifoleti Cancellaria, & ſic tenuiſſe multos iuriſperitos,ac Theologos. Idem Bart. à Ledeſ.de matrim. dub.64.f.1508. Palacios 4.d.27.diſp. 2.f. 528. Manuel 1. to ſum.2.edit.c.239.n. 2. Vega lib. 2. ſum.caſu 500. & in hanc magis videtur inclinare Nauar. conſiliis, quæ retuli n.præced.fin.licet neutram definiat.

Hinc infertur, ſi ſponſa duodennis tranſeat ad religionem, expectaturum ſponſum quadriennio:cum profiteri nequeat ante 16. annum expletum,iuxta Trident. ſeſſ. 25. de regular.c.15.ſic Enriquez.eo n. 8. 8

Obſeruandum tamen eſt, ſi alter ſponſus prætextu religionis,nimis differat matrim. conſummare,vagando de vna religione in aliam, intra nouitiatus annum, poſſe iudicem compellere dato termino peremptorio, vt maneat in vna religione, in qua completo nouitiatus anno profiteatur, vel ad ſponſum alterum redeat, & conſummet matrimon: quia alias cederet in magnum alterius ſponſi damnum, qui diu,imò, & toto vitæ ſpacio poſſet manere ligatus primo matrim.& ſic non poſſet ſibi mederi, aliud contrahendo. Sic Palud. 4. d.27.q.3 a.2.concl. 2.n.14. D. Antonin. 3.p.t.1.c. 21. §.1. Palacios 4.d.27.diſp.2.f.583.Enriq.li.11. de matrim.c.14.n.3.& l.12.c.5.n.8.fine. 9

Ad 1.arg.ex propoſitis n.6. reſpondetur,id eſſe verum, quando non cõſtat ex lege generali.corrigere ſpecialem: at ex tenore Tridentini, & eius decreti ratione colligitur velle corrigere: vt probaui. & eodem modo reſpondetur ad confirmat. Ad 2. dico illam doctrinam eſſe valdè dubiam,& Corduba eadem q. 38. in 2. edit. dicit videri id correctum eſſe per Tridentinum: & adhuc magis dubia eſt in caſu,in quo loquitur Enriquez. ibi cit. dicit enim tranſeuntem ad ſtrictiorem religionem vt ad Carthuſiam, poſſe 10

ante annum profiteri: & ita ea doctrina neganda est. Nec fauet c. *Ad Apostolicam*, quia tantùm decernit posse ex consensu religionis, & nouitij probationis anno renunciari quod *Nauar. d. 3. conf. in 1. edit. 1. de regul. conf. 31.* satissimè defendit correctum esse: & addit *nu. 5.* quamuis oppositum defendi posset probabiliter disputando, non tamen consulendo, vel iudicando. Secundo respondeo, esto ea doctrina esset vera, ille professus iam expertus fuerat asperitatem ciuilis religionis: sponsus autem minimè: quare nullo modo satisfit sum Concilij Tridentini.

SVMMARIVM.

An bimestre sit præscriptum, vt iudex non possit illud coartare, vel prorogare? potestne partes plus diuers. vel pr. actum, n. 11. & 12. Secundo n. 11. quando iudex possit prorogare, vt concilare terminū legalem. Verius est non posse. n. 12.

Solutiones ad quæsita n. 13. Post quem tempus incurrit in sententia.

11 QVÆSTIO. III. Vtrùm bimestre concessum sponsis, *c. Ex publico. de conuers. coniug.* ad deliberandum de religionis ingressu, sit præscriptum ita vt iudex nec possit prorogare, nec coarctare, vel sit arbitrarium? Videtur non posse, quia quamuis ex causa possit regulariter iudex terminum lege præscriptum restringere, vel prorogare, vt arbitratur *Bart. l. 2. n. 4. ff. de sent. & reiudic.* quem ibi communiter sequentes sequuntur, teste *Molin. l. 2. de primog. c. 14. n. 19.* at id non procedit, quando lapso termino ponitur pœna priuationis, vel alia similis, vt benè docet *ibi Molin. cum glossa, Baldo, Felin. decio*, quos ibi refert, et: sed hoc bimestre ponitur à iure, & eo transacto priuatur sponsus iure amplius deliberandi, & excommunicandus est, si neget debitum, ergo. Et confirm. quia ob id, secundum omnes, non potest iudex terminum ad appellandum concessum, restringere, vel prorogare. Et ideò hanc partem videtur tenere *glos. 6. ante pen. v. Nec acquieuerit. d. 91. & Couarr. v. Prima, 27. q. 2.*

12 Cæterum dicendum est hoc tempus esse arbitrarium & ita posse iudicem causa cognita restringere, vel prorogare: quia licet quando datur terminus a lege, absque iudicis ministerio, nequeat iudex restringere, vel prorogare, cum non sit supra legem: ita eus tamen est, vbi datur ministerio iudicis: vt contingit, *d. c. Ex publico*, vbi non signatur bimestre, sed mandatur iudici, vt deliguet vt benè docet *Dyn reg. Indultum, 17. n. 14. de reg. iur. in 6. & Cardin. statum citandum.* Et ideò hanc sent. tenent *gl. d. c. Ex publico, v. Intra duorum*, vbi *Card. q. 5. Abb. n. 11. Roscil. v. Debitum, n. 1.* vbi *Syluest. q. 1. causa 4. Armilla n. 5. Tabiena Matrimonium 3. q. 3. p. 4. Brunel. de spons. concl. 30. n. 2. Nauar. sum. c. 16. Hisp. n. 26. Lat. n. 27.* Et ex Theologis, *Ricard. 4. d. 27. a. 2. q. 2. ad 1. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 71. concl. 3. f. 598. Manuel t. 10. sum. 2. edit. c. 242. num. 1.* Non debet tamen iudex ab eo bimestri facile discedere: cum iuris terminus sit, vt docent *Card. Abb. Sylvest. Bart. à Ledes. ibid.*

13 Ad argum. propositum n. 11. & eius confirmat. constat ex dictis, nu. 12. ea enim doctrina vera est, quando terminus lege præscribitur absque iudicis ministerio, vt contingit in termino ad appellandum concesso.

SVMMARIVM.

Quot dies habeat mensis, quando ex aliqua lege sit illi ne mensis: referuntur varia opiniones, n. 14.

Dum lex disponit à quo tempore incipiat mensis, quot dies esse debeant, n. 15.

Hi dies computantur, de momento ad momentum: & an dies terminus dari possit computetur in termino, n. 16.

Quid si dies bissextus contingat in eo mense: referuntur quædam opinio, n. 17.

Verior opinio ponitur, n. 18. & ibi, sufficiens pro mensis 30. esse celebratæ victimæ die Februarij in quo est bissextus.

Quando dicatur dispositio fauorabilis, vel odiosa, vera sententia, n. 19.

Quot dies habeat mensis, quando non exprimit. à quo tempore incipiat mensis, n. 20. ubi de tridui gratia mensis cessante, quot dies contineat.

Bimestre datum ad deliberandum de religionis ingressu, quot dies habeat, n. 21.

Ætas ad professandum requisita, & annus nouitiatus an debeat de momento ad momentum compleri: ita vt non sufficiat victimam diem incepisse esse, & annum expirasse annum, & dies, & quia in anno bissextili, n. 22. & ibi summa est ratio, qua pro religione facit, & in annorabilium, dies inceptus habetur pro completo.

Qui explet 21. annum cras a die testam., an teneatur illa die nouum. Fest. n. 23 annuncio alia summaria.

QVÆSTIO IV. Quot dies continere debeat bimestre concessum, *c. Ex publico, de conuers. coniug.* vt sponsi de religionis ingressu deliberent? Neminem inuenio in præfinitis terminis disputantem: in genere autem, dum mentio iure fit mentio, quot dies contineat, disputant multi. Quidam dicunt viginti octo dies continere: ex quatuor hebdomadæ constituat. Alij verò dicunt continere triginta dies. Alij prudentis arbitrio relinquunt, potest videri in *Menoch. l. 2. de arbitrar. decentia 2. casu 50.*

Sit tamen prima concl. quando lex, vel statutum non cedens mensem, disponit à quo tempore mensis incipiat, vt à die electionis, vel à die per iudicem designanda, accipitur mensis, secundum quod occurrit in Kalendario, & quod ex illo mense deficit, accipitur de sequenti: ita habebit mensis ille triginta dies, vel triginta & vnus, vt in Kalendario occurrent: v. g. electio fiet de Ianuario, tres menses à die vacationis, & talis dies, fiat 8. Ianuarij, deficiunt ergo vsque ad numerum 31. dierum, quibus constat Ianuarius, septem dies: septima dies præfinita? prima trimestris, quia Ianuarius accipit à Februario 7. & totidem Februarius à Martio, & totidem Martius ab Aprili. Sic docent *gl. c. Quam sit, de elect. in 6. n. Martin. Domin. §. Electus, n. 2. Francus eo. §. n. 4. Bart. l. Cum bissextus. 1. ff. de verb. sign. Anton. c. Licet, n. 12. de suppleu. negl. prælat. Card. fin. Abb. n. 6. Bocchas de iure patron. ver. Honorificum. Lambertinus* alios referens, *de iure patron. lib. 2. p. 2. q. 2. Sylvest. Excommunicatio. 9. excomm. 32. q. 3. §. 63. Menoch. d. casu 50. n. 21. & seq.*

Computantur autem dies hi, de momento ad momentum: vt benè docet *Lambertinus ibidem.* Et ratio est, quia tempus incipiens ab aliqua die determinata, computatur regulariter de momento ad momentum, vt expressè habetur *l. 3. §. Minorem ff. de minor.* & aliis relatis docet *Menoch. Gom. l. 70. Taur n. 25.* Et in quibuscumque calibus occurrentibus, an tempus computetur de momento, ad momentum, vel potius dies ex qua terminus stanatur, computetur in termino; est latè videndus *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 11. an. 17.*

Quæres tamen, si dies bissextus contingat in eo mense, an illi duo dies computentur pro vno, vt computantur pro vno decidit, *c. Quæsiuit, de verb. sign. fin. & l. Cum bissextus ff. eo. t. & l. 3. §. Minorem, ff. de minor. Card. & Lambertin. n. 15.* dicunt seruandam esse regulam ibi traditam, & si in exemplo ibi adhibito, accideret in mense Febr. bissextus, dicunt illam diem non esse numerandam, & quamuis aliam diem computandam: non enim eo quadriennio dies crescunt in mense Feb. accipiendæ sunt sex à Martio dies, sed adhuc accipientur tres ad complendum triduum, quia dies Februario accessens, est ipsius Februarij.

Sed quamuis hoc sit satis probabile, veritas tamen est distinguendum esse, vt in fauora- ilibus, in mensibus odiosis, vnde ingrossatus duo dies pro vno cedant: secus in odiosis, vnde ingressus per mensem, si incipiat mensis Februarius bissextus, poterit celebrare victimam Febr. die. sic *gl. Quæsiuit, de verb. signif. v. Quasi. & c. Nullus, 55. d. fin. & c. Si propter. de reg. iur. 6. verb. Primi anni, Archid. d. cap. Nullus, Laurentius, Tamborin. Vincentius, Geffredus, Ioan. And. & Alterius*, quos refert, & sequitur *Henric. d. c. Quæsiuit, n. 6. & 7. & ibi Ant. n. 7. Card. fin. Anchar n. 2. Abb. n. 6. Domin. d. c. Si propter. super glossam, verb. anni, & ibi Anchar. n. 6. verf. Sed quid si, Francus n. 6. Sylvest. Aegas, fine, Angel. verb. Bissextus n. 1.* vbi *Tabiena ens. Bertrand. lib. 13. de excommun. c. 35. n. 2.* Hoc tamen intellige, quando computantur menses, vel annus: nam si computetur dies, vt si dicatur, Sis suspensus 40. diebus, computabitur dies bissextus: quia est verus dies: & sic erunt illi duo dies. Ex quo colligitur ex *l. 2. ff. de diuers & tempor. præscript. & docent gloss. verb. Videtur, Bart. l. Cum bissextus, num. ff. de verb. sign. & l. 3. §. Minorem, n. 3. ff. de minor. Abbas d. cap. Quæsiuit, d. c. Si propter. Card. §. Festum, vers. Nota quod in anno: Francus d. c. Si propter. n. 6.* Similiter intellige, quando suspensio esset ab homine

pos-

pleri in die 2. qui 6. Kal. Martij similiter dicitur: nempe 25. die mensis Febr. in puncto horæ respondenti puncto diei natiuitatis. Et ratio est, quia vtraque dies, vna censetur: & quia dies 2. est complementum quadriennij præcedentis, cui id deerat ad complementum circuli integri Solis per Zodiacum, ideo ad complementum illius ætatis, ea dies accipienda est. Sic ergo cum Tridentinum fauore minoris ætatis, decreuerit, ne professio valeat ante xvi. annum completum: ea ætas simili modo prorsus, de momento ad momentum, & si compleatur in anno bissextili 7. Kal. Martij. accepta 2. die, computanda est: & ita docet ibi *Molina*. Nec obstat argum. contrarium; quia hic concurrit minoris ætatis fauor, immo & ipsius religionis, credo hunc esse fauorem: cum enim sit altissimus, & perfectissimus religionis status, fauor ipsius est, vt in ea ætate assumatur, qua plenior est deliberatio, & cum eam præscripserit Tridentinum, vt sit sexdecim annorum, illa debet esse fauore minoris ætatis de momento ad momentum, completa: sicut in simili idem dispositum est fauore minoris ætatis, *d. l.* 3. §. *Minorem ff. de minor.*

Tertiò infertur, ætatem vt ieiunium obliget necessa- 23
riam, viginti vnius annorum, debere esse omnino completam, de momento ad momentum, computato natiuitatis puncto, quia fauore minoris ætatis, præceptum ante eos annos minimè obligat: vnde iuxta dicta n. præc. ætas prorsus completa esse debet. Vnde fit, vt si die ieiunij impleat aliquis eam ætatem: ante punctum quo implet, possit ientaculum sumere: quia ante id tempus, præcepto nõ astringitur: & semel eo sumpto, non tenebitur eo die ad ieiunium, quia iam non potest amplius ieiunare, cum id semel fractum sit: si autem ante punctum impletæ ætatis, ieiunium minimè fregisset, teneretur postea illud seruare, quia transacto eo puncto, iam præcepto ieiunij obligatur, & potest illud seruare, ergo tenetur.

SVMMARIVM.

An qui non iurandi ingredi religionem, teneatur intra bimestre, debitum reddere. Prima opinio tenens, n. 24.
Secunda, non teneri n. 25. & ibi, ad quid detur illud bimestre.
Fell n. 25. tuncuies alia summaria.

Qvæstio V. Vtrùm si sponsi nolint ingredi religio- 24
nem, teneantur statim inito matrimonio sibi inuicem reddere debitum? Quidam censent teneri statim, quia, cum per matrimonium transeatur statim dominium corporis in alterum coniugem, statim tanquam verus dominus, potest alter vti illo, nisi obsistet ingrediendi religionem voluntas, ergo cum ea deest, tenetur alter corpus concedere. Huius sent. videntur *Richardus 4. d. 27. a. 2. q. 2. ad 1. Nauar. sum. c. 16. Hisp. n. 26. Lat. n. 27. Palacios 4. d. 27. disp. 2. s. 583. Angles floribus, 1. p. de matrim. q. 6. de oblig. soluendi debitum a. 1. dissic. 4. s. 559. Fr. Medina l. 1. sum. c. 16. §. 13. s. 232. col. 1.* dicunt enim coniugem non teneri debitum reddere intra bimestre, si vult religionem ingredi, vnde contrarium videntur sentire ex voluntate deficienti, & tenet expresse *Angel. verb. Debitum, n. 14.*

Sed dicendum est non teneri, donec bimestre transeat 25
quia id tempus conceditur, *c. Ex publico, de conuers. coniu.* ad deliberandum de ingressu religionis: quamuis autem hodie neuter coniux ingredi intendat, potest tamen propositum in melius commutare, & ita licebit id tempus expectare. Præterea, quia id bimestre non tantum ad hoc conceditur, sed etiam vt sponsi præparent necessaria solemnitati nuptiarum, & ne sponsus cito sibi traditam sponsam parui pendat, pluris enim eam faciet si traditio differatur crescenti in eo cupidine fruendi illa; vt cum *D. Aug. l. 8. confess. c. 3.* docent *D. Th. 4. d. 27. q. 1. a. 3 quæstiunc. 2. ad 2. Turrecr. c. Sunt, qui dicunt 27. q. 2. a. 2. n. 3. fin. Rosella v. Debitum, n. 1.* vbi *Sylu. q. 1. causa 4. Tabiena Matrim. 3 q. 3. n. 4. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. vers. Præter hec qua dicta sunt Bart. à Ledes. de matr. dub. 71. col. 3.* huius sent. videntur *D. Th. proximè cit. D Bonau. 4. d. 27. a. 3. q. 2. Pal. 4. d. 32. q. 1. a. 1. num. 4. Sotus ibi, q. 1. a. 3. vers. Hanc quæstionem, Victor. de matr. n. 277. Enriq. l. 11. de matr. c. 15.*

ptuessem, secus quando esset per mensem Februarij: tunc enim eam dies accrescens ratione bissexti, sit verè Februarij non liceret vltima Febr. die celebrare.

19 Si quæras autem, quando sit dispositio fauorabilis, & quando odiosa, vt intelligamus duos dies bissexti pro vno poni pro duobus computandos esse: dixi l. 1, disp. 2. n. 4.

20 Secunda cond. quando ius, vel dispositio non exprimit aliquo tempore mensis incipiat, vt dum conceditur indulgentia vnius mensis, vel duorum, vel si promittat quispiã se seruicurum, tunc quidam dicunt illum mẽsem esse integrum: quia sic communiter menses accipiuntur: vt *n. 11. Laet. n. 12. de suppl. negl. prælat. & ibi abb. n. 6. Bart. Lud. & alij quos refert & sequitur Francus c. Quam sit, §. Edictum, 4. de elect. in 6.* Verius tamen est, tunc computatis omnibus diebus, accipiendam esse duodecimã anni partem pro quolibet mense: quia cum aliqui menses constent 30. alij vero 31. dies, nec assignetur principium mensis, non est cur potius hunc, vel illum numerum eligamus, vt hæc confusio vitetur, melior computatio est dicta: cum vnus mensis sit duodecima anni pars. sic *Bonac. d. 2. Quam sit §. Electus, nu. 2. vers. Si vero, Rochus de iure patr. n. 11. num. 3. q. 51. Lambert. de iure patr. l. 2. p. 2. q. 1. a. 14.*

21 Ex his infertur resolutio nostræ quæst. nam cum bimestre sit tempus ingressui in religionem, cũrat à tempore consummationis, & si iudex præscribat tempus, ab eo tempore ita menses computabuntur eo modo, quo tunc occurrit in Kalendario, & de momento ad momentum: vt *n. 15.* & seq. Quę resolutio vtilis valde est ad secũdum quando coniuges negantes sibi debitum, petent: & quando sponsus cogat sponsam, non posset amplius illa religionem ingredi, iuxta dicta hoc 2. l. disp. 22. n. 1. & 6.

22 Secundo infertur declaratio *Trident. sess. 25. de reg. c. 15.* pe- 26
tenti annis annum completum, & novitiatus intestandum, vt professio valida sit: posset enim aliquis se obligare ante esse vltimam xvi. anni diem, inceptam esse validam de vltima die novitiatus anni: & ita professum esse validum si fiat mane diei, qua novitius post completum integre sexdecim annos: vel mane diei, qua post integrum probationis annum, & posset duci, quia in fauorabilibus dies incepta, habetur pro completa, per *l. Qui cum §. de testam.* vbi testamenti fauore decernitur quod ætas requisita ad testandum impletur, sufficere *§. Minorem & ibi Bart. n. 2. Alber. in prine. Bald. in fi.* & alij multi quos refert *Hasmur de resig. benef. lib. 12. q. 8. n. 19.* & concludunt *n. 26.* hoc verum esse, quando tempus non designatur nisi per annos: qua ratione *l. 1. disp. 16. nu. 1.* dicebam ætatis septennis, requisitæ ad sponsalia, & puberis ad matrim. sufficere inceptam esse: ergo similiter in religionis, sufficiet diem illam inceptam esse: quia eadem est ratio, quæ pro religione facit: vt tradunt *Palud. 4. d. 38. q. 1. a. 15. & Sylu. Religio 3. q. 3. dict. 2.* Et maxime quia ad spirituale, ad spirituale valet argumentum: vt latè *Bonac. à maiori carnali.* Ceterum credo animum illum, de momento ad momentum complendum esse, quia *Trident.* ponit initium computationis illius anni, nempe assumptionis habitus, vbicunque autem decernitur certum tempus, debet computari de momento ad momentum: vt probauimus *n. 16.* Non tamen tenere anno vno diem: cum nullo iure id caueatur docent *Palud. 4. d. 38. q. 2. num. 15. Sylu. Religio 3. q. 3. dub. 3. Palacios 4. d. 38. disp. 1. s. 824. init. Enriq. de religion. l. 10. n. 2.* Similiter credo 16. annos impleri debere de momento ad momentum: vt de ætate minori disponitur expresse, *l. 3. §. Minorem, ff. de minor.* vbi dicitur, si annos, ne deinceps aliquis, minor dicatur, restituitur sibi concedatur, complendos esse de momento ad momentum: vbi gl. *v. Momentum*, ait hoc esse fauore minoris ætatis: & *P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 573. §. Attendere*, ait, si xxv. annus ætatis alicuius computetur 6. Kal. Martij anni bissextilis. censendum esse cõpleri in die 2. qui 6. Kal. Martij similiter dicitur: nempe 25. die mensis Febr. in puncto horæ respondenti puncto diei natiuitatis. Et ratio est, quia vtraque dies, vna censetur: & quia dies 2. est complementum quadriennij præcedentis, cui id deerat ad complementum circuli integri Solis per Zodiacum, ideo ad complementum illius ætatis, ea dies accipienda est. Sic ergo cum Tridentinum fauore minoris ætatis, decreuerit, ne professio valeat ante xvi. annum completum: ea ætas simili modo prorsus, de momento ad momentum, & si compleatur in anno bissextili 7. Kal. Martij. accepta 2. die, computanda est: & ita docet ibi *Molina*. Nec obstat argum. contrarium; quia hic concurrit minoris ætatis fauor, immo & ipsius religionis, credo hunc esse fauorem: cum enim sit altissimus, & perfectissimus religionis status, fauor ipsius est, vt in ea ætate assumatur, qua plenior est deliberatio, & cum eam præscripserit Tridentinum, vt sit sexdecim annorum, illa debet esse fauore minoris ætatis de momento ad momentum, completa: sicut in simili idem dispositum est fauore minoris ætatis, *d. l.* 3. §. *Minorem ff. de minor.*

Tertiò infertur, ætatem vt ieiunium obliget necessa- 23
riam, viginti vnius annorum, debere esse omnino completam, de momento ad momentum, computato natiuitatis puncto, quia fauore minoris ætatis, præceptum ante eos annos minimè obligat: vnde iuxta dicta n. præc. ætas prorsus completa esse debet. Vnde fit, vt si die ieiunij impleat aliquis eam ætatem: ante punctum quo implet, possit ientaculum sumere: quia ante id tempus, præcepto nõ astringitur: & semel eo sumpto, non tenebitur eo die ad ieiunium, quia iam non potest amplius ieiunare, cum id semel fractum sit: si autem ante punctum impletæ ætatis, ieiunium minimè fregisset, teneretur postea illud seruare, quia transacto eo puncto, iam præcepto ieiunij obligatur, & potest illud seruare, ergo tenetur.

SVMMARIVM.

An qui non iurandi ingredi religionem, teneatur intra bimestre, debitum reddere. Prima opinio tenens, n. 24.
Secunda, non teneri n. 25. & ibi, ad quid detur illud bimestre.
Fell n. 25. tuncuies alia summaria.

Qvæstio V. Vtrùm si sponsi nolint ingredi religio- 24
nem, teneantur statim inito matrimonio sibi inuicem reddere debitum? Quidam censent teneri statim, quia, cum per matrimonium transeatur statim dominium corporis in alterum coniugem, statim tanquam verus dominus, potest alter vti illo, nisi obsistet ingrediendi religionem voluntas, ergo cum ea deest, tenetur alter corpus concedere. Huius sent. videntur *Richardus 4. d. 27. a. 2. q. 2. ad 1. Nauar. sum. c. 16. Hisp. n. 26. Lat. n. 27. Palacios 4. d. 27. disp. 2. s. 583. Angles floribus, 1. p. de matrim. q. 6. de oblig. soluendi debitum a. 1. dissic. 4. s. 559. Fr. Medina l. 1. sum. c. 16. §. 13. s. 232. col. 1.* dicunt enim coniugem non teneri debitum reddere intra bimestre, si vult religionem ingredi, vnde contrarium videntur sentire ex voluntate deficienti, & tenet expresse *Angel. verb. Debitum, n. 14.*

Sed dicendum est non teneri, donec bimestre transeat 25
quia id tempus conceditur, *c. Ex publico, de conuers. coniu.* ad deliberandum de ingressu religionis: quamuis autem hodie neuter coniux ingredi intendat, potest tamen propositum in melius commutare, & ita licebit id tempus expectare. Præterea, quia id bimestre non tantum ad hoc conceditur, sed etiam vt sponsi præparent necessaria solemnitati nuptiarum, & ne sponsus cito sibi traditam sponsam parui pendat, pluris enim eam faciet si traditio differatur crescenti in eo cupidine fruendi illa; vt cum *D. Aug. l. 8. confess. c. 3.* docent *D. Th. 4. d. 27. q. 1. a. 3 quæstiunc. 2. ad 2. Turrecr. c. Sunt, qui dicunt 27. q. 2. a. 2. n. 3. fin. Rosella v. Debitum, n. 1.* vbi *Sylu. q. 1. causa 4. Tabiena Matrim. 3 q. 3. n. 4. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. vers. Præter hec qua dicta sunt Bart. à Ledes. de matr. dub. 71. col. 3.* huius sent. videntur *D. Th. proximè cit. D Bonau. 4. d. 27. a. 3. q. 2. Pal. 4. d. 32. q. 1. a. 1. num. 4. Sotus ibi, q. 1. a. 3. vers. Hanc quæstionem, Victor. de matr. n. 277. Enriq. l. 11. de matr. c. 15.*

n.7. & l.12.c.5.nu.8. Vinald.cand.cl. 1.p.de matr.nu.255. Lud.Lop. 2.p instruct.c.83.§. Caterum circa. Petr. de Ledes.de matrim.q.61. a.1.f.583. concl.2. Manuel 1.tom.sum.c.239.n.2. & c.242.n.1. Et ex iurisperitis, gl.c.Coniuges. 27.q.2. ver. Prima, vbi absolutè asserunt non teneri coniuges intra bimestre à contracto matrimonio, sibi debitum reddere: & tenent in propriis terminis Rosella v.Debitum, n.1. vbi Syluest q.1. causa 4. Tabrena Matrimonium 3.q.3.nu.4. Ledesm.2.p.4 q.66.a.1.f.525.col.4. Bart.à Ledesm.de matrim.dub. 71. concl.3. & videtur expresse tenere Armilla v.Debitum, n.5. Nec obstat argum. oppositum, quia transfertur statim dominium, sub ea tacita conditione, nisi velit alter coniux toto priori bimestri ad religionem transire. quare eo non transacto nequit dici voluntatem transeundi abesse.

SVMMARIVM.

An si ante illud bimestre ille consensus non transiit ad rem, quam possit eo transacto ingredi, proponitur vario dubitandi modo. n.26.

Definitur pro se. an.27. & vbi qui à duplex inter tempus ante bimestre, & post; & an voto religionis sponsus alterius, remoueatur tunc ingredi.

Sententia argumenta. nu.28. & vbi. nu.31. omnia alia posse fieri absque monitione, quando præcessit mandatum sub pœna excommunicationis; & qualiter se debeat habere iudex, qui sub excommunicationis pœna præcepit contra bimestre consummare.

26 QVÆSTIO VI. Vtrùm si bimestri transacto, vel tempore à iudice præscripto ad consummandum matrim. neuter sponsus ad religionem transiit, & matrim. consummatum non est, liceat adhuc transire, quantumcumque tempus elapsum sit? Videtur non posse: quia transacto eo bimestri, tenetur alter sponsus alteri debitum reddere, & potest ad id compelli: ergo non potest ingredi: cum hæc sint incompatibilia. Et confirm. quia quando iudex præcepit sponso: vt intra certum tempus ad religionem trãsiret, vel matrimon. consummet, sub excommunicationis pœna, potest, si neutrum fecerit, statim eo termino elapso excommunicare illam, ergo nequit tunc transire. si enim posset, iniusta esset excommunicatio lata postea, eo quod non consummat, nec illam incurreret.

27 Dicendum tamen est, adhuc posse ingredi, quia licet peccarit negando debitum post id bimestre, etiam si religionem ingredi intenderet, minimè tamen amisit ius statim ingrediendi: cum Christus absolutè concesserit hoc priuilegium religionis professioni, vt semper durmat matrim. ratum. Sed obijcies, inde interest, nihil distare inter illud bimestre, & reliquum tempus. Respondeo tamen esse discrimen: quia eo integro bimestri licebat debitum negare, licet ablit religionem ingrediendi voluntas, vt diximus n.25. eo autem transacto neuter sponsus alteri debitum negare potest, nisi statim transferat se ad religionem: iam enim deliberandi tempus cessauit. Rursus obijcies fieri grauem iniuriam sponso in seculo manenti, quia cogitur diutius expectare. Dico interim esse iniuriam non consummando, vel ingrediendo religionem: at si statim alter transeat, non irrogari: quia par est vtriusque conditio, & hac tacita conditione contrahunt, vt quandocunque non consummarint, possint ad religionem transire. Sic docent gl.c.Expublico, de conuers.coniug. v. Intra duorum, & ibi Hostiens. super eod. verb. Innoc. n. vnic. Ant. n.13. Card.q.8. Anchar.n.10. Syluest. Votum 5 q.3. dict.1. Ant. Cucus lib.5 milit. matiorum, tit.12.n.20. vbi bene addit teneri etiam tunc ad religionem transire sponsum, qui religionis voto ligatus erat. Et ex Theologis videtur tenere D. Bonau. 4. d.27.a.3.qu.2. vbi docet transacto eo bimestri, ad aliam vitam se transferre, teneri, vel debitum reddere.

28 Ad arg. oppositum. quod proposui n.26. respondetur, teneri reddere, & posse compelli, si non statim ad religionem transeat. Ad confirm. dico, quod si iudex fulminarit excommunicationem latæ sententiæ in sponsum intra illud tempus non consummantem, transacto illo tempore incurrit illam ob contumaciam, & ita ligatus erit, vsque ad introitum: & tunc absoluendus est: vt bene docet Innoc. d.c.Expublico, n. vn. si vero erat excommunicatio ferenda, non potest excommunicari, si statim ingrediatur, si autem differat, potest absque alia monitione excommunicari, ob contumaciam præteritam: quia (vt bene docent Innoc. c.Exparte, el.1.n.4. de verb.signif. Abb.x.Cum sit Romana 28. de appell. Host. ad la sup. v. l.10.2.9.p.1.gl.1.n.8.) quando præcipitur aliquid sub excommunicationis pœna, potest obtempeçans absq; alia monitione excommunicatio id præceptum fuit monitio, & præcessit contumacia obediendo: si autem ingrediatur, debet absolui, vt dixi.

DISPVTATIO XXV.

An mutuus contrahentium consensus sit necessarius ad matrim. eiusq; causa efficiens?

SVMMARIVM.

Requiritur mutuus consensus, &c.

Qualiter consensus sit causa efficiens matrimonij, vel secundùm se.

Vt consensus fiat, vel quando alter, aut vterque adhuc est in dubio an detur matrimonium, & non: & quando vnus est in dubio, & alter non.

HActenus de matrimonij essentia egimus, iam de consensu disputandum est.

Conclusio est affirmatiua: & de fide: habetur ex Florent. in dec. de sacram. matr. & c.Sufficiat, 27.q.2. & apud & c.Tua, de spons. & c.Tuas, de sponsa duorum, & l.Nuptias ff. de reg. iur. Et probatur, quia in matrim. est mutua traditio corporum, sed quod est vnius, non traditur alteri absque proprio consensu. Item quia alij contractus non transeunt si mutuo consensu, ergo à fortiori matrimonium: antecedens patet, quia omnis contractus est quoddam pactum. pactum vero est duorum, vel plurium in idem placitum & consensus, l.1. ff. de pact. §.1. instit. de empt. & vendit.

Obseruandum est duplicitèr posse intelligi, vt consensus sit causa matrimonij. Primo, vt matrim. est sacramentum, & sic dicitur causa, in quantum intrinsecum constituens est causa externi contractus matrimonij, in quo consistit ratio sacramenti: & secundùm hoc, non solum est causa efficiens extrinseca, sed etiam causa formalis, & quasi materialis ea: quia verba contractus in quantum in se ipsis mutuos consensus, & illos exprimunt, sunt materia, & forma huius sacramenti, vt dixi hoc l.disp.5.n.6. Et consensus quia intentio ministri, & recipientis sacramentum est de illius essentia, & contrahentes ipsi sunt minister sacramenti, & recipientes, vt dixi d.p.6.n.2. ergo consensus, & intentio est de huius sacramenti essentia. Secundo modo intelligi potest, consensum ipsum esse causam matrimonij causam, in quantum matrim. est coniunctio quædam maritalis viri, & fœminæ, & hoc modo consensus quantum exprimitur per verba, est causa efficiens, & extrinseca matrimonij, & quamuis non sit de illius essentia, est tamen ità necessarius, vt nunquam possit matrimonium absque illis consistere.

Hinc infertur matr. minimè esse, si consensus fictè ore tenus præstetur: vt latè disputaui l.1.disp.11. vbi etiam egi de obligatione huius fictè consentientis. Secundo infertur necessarium esse, vt vterq; contrahens, sit liber: compos, si enim saltem alter contractus tempore demens, ebrius sit, matrim. non consistit: vt latè dixi eodem libro disp.8.à n.14. vbi etiam vtrum detur demens in vsu rationis, & alijs autem ratione vtens: & qualiter mutuus, simul, & successiuus matrimonium iungi possint, dixi ead.disp.8.n.12.& 13.

DISPVTATIO XXVI.

Vtrùm ita necessarius sit cõsensus ad matrimonium, vt nequeat de potentia Dei absoluta absque illo consistere?

SVMMARIVM.

Matrimonium, vt est contractus humanus, per nullam potentiam posse esse absque consensu, n.1.

Potest Deus dare potestatem in corpus, absque proprio consensu, n.2.

Opinio affirmans, posse vinculum matrimonij esse absque proprio consensu. n.3.

An de facto fuerit inter primos parentes absque consensu, n.4.

Veritas opinionis, n.5.

Et solumnitur argumenta, n.6.

IN hac disputatione duo videntur esse absque controversia: horum est, si loquamur de matrimonio causaliter, id est in quantum est contractus humanus, à propria voluntate tanquam à causa consurgens, per nullam potentiam potest absque mutuo consensu consistere. Quia hic consensus est de intrinseca contractus ratione, & sine actus voluntatis eo quod vitalis sit, per nullam potentiam potest absque intellectu produci: ita contractus humanus, qui oritur à voluntate, tanquam à principio vitali, esse nequit absque eius consensu. Et ita fatentur *Palacios, & Pet. de Ledes.* quos n. 3. refetam.

2 Adverto 1. Deus potest dare viro potestatem in corpus fœminæ, & è contra, absque illorum consensu: quia Deus habet mains dominium in coniugum corpus, quam ipsimet cum ergo possint ipsi, eò quod sint domini propij corporis, dominium illius transferre, à fortiori potest Deus.

3 Difficultas autem in hoc versatur, cum matrim. non sit per vnionem corporum, nec mutua obligatio, sed vinculum quo coniuges copulantur: vt dixi hoc l. disp. 1. n. 5. & seq. vnum vinculum hoc consistere possit de potentia Dei absque illorum consensu. Duplex est sent. Prima affirmat, quia Deus potest efficientis causæ vices supplere: sicut calefacere absque igne: consensus autem mutuus est causa efficiens huius vinculi. Sic *Sotus 4. d. 27. q. 2. concl. 1. Victoria relect. de matrim. 1. p. n. 4. Ledes. 2. p. q. 47. a. 2. Vasquez, 1. p. spec. a. 2. §. Item si non esset, Palacios 4. d. 27. disp. 1. §. 363. & seq. Angles floribus, 1. p. de matrim. q. 1. de essent. d. 27. a. 2. inst. f. 527. Enriq. lib. 11. de matrim. c. 1. nu. 3. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 16. f. 1265. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. q. 45. a. 1. dub. 1. concl. 4. Vega lib. 4. sum. casu 73. Circa præfatam doctrinam, Petr. de Ledes. de matrim. q. 45. a. 1. dub. 1. concl. 4. Vega lib. 4. sum. casu 73.*

4 Imo aliqui tenent aliqui Deum immediatè communicasse fœminæ consensum absque illorum consensu: idque Christum significasse illis verbis, *Matth. 19. Quos Deus coniunxit.* Et licet hæc sit probabile, *Palud. 4. d. 26. q. 2. a. 2.* Sed quãuis hæc opinio satis probabilis sit hoc tamen addo, tenendum.

Quia ad suauem Dei prouidentiam spectabit, ne matrim. primum, quod aliorum norma & exemplar erat, absque proprio consensu consisteret.

5 Secunda sent. probabilior, ait, per nullam potentiam posse matrim. absque proprio consensu constare. Prob. quia consensus est de essentia matrimonij, vt docet *Supplem. Gab. 4. d. 27. q. 1. a. 1. & Adrian.* dicens esse indubitatam, *4. q. 2. de matrim.* res autem per nullam potentiam potest constituere absque sua essentia. Et confirm. quia matrim. essentialiter est communicatio animorum coniugum, quæ communicatio nequit aliter intelligi nisi per consensuum vnionem. Secundo, quia matrim. est traditio ad statum matrimonialem, sicut votum solenne est traditio ad religionis statũ, ergo sicut hoc nulla ratione fieri potest absque vouentis consensu, ita nec illud. Tertio, quia copulatio animorum coniugum pendet ab illorum voluntate consentientis, nõ tanquam in genere causæ efficientis, sed quodammodo etiam in genere causæ formalis, sicut vinculum pendet à potentia, & communicatio affectiua amantis, & amati, ab actibus voluntatis: hæc autem fieri nequeunt absq; propriis actibus. Tandem, quia nequit Deus constituere relationem in aliquo, cum vero actus formali illius, absque eius fundamento, vt paternitatem in aliquo per quam verè aliquis dicitur, absque generandi actu: sic matrim. est relatio quæ coniuges, vt dixi hoc lib. disp. 1. nu. 6. consensus est fundamentum: ergo implicat matrim. esse absque proprio consensu. Hanc tenent aliqui ex discipulis D. Thomæ, vt refert *Pet. de Ledesm. d. a. 1. dub. 1. concl. 3.*

6 Ad arg. oppositum constat ex dictis, consensus enim non tantum est causa efficiens, sed etiam formalis: extunc enim matrimonij: sicut Deus nequit facere meritũ, absq; voluntatis consensu, cum tamen consensus sit causa efficiens meriti, quia meritum vt sic, non tantũ dicit ordinem ad consensum voluntatis, tanquam ad causam efficientem, sed etiam tanquam ad formalem extrinsecam.

DISPVTATIO XXVII.

Vtrùm in republica Ecclesiastica, vel seculari sit potestas coniungendi aliquos matrimonio, sine illorum consensũ.

SVMMARIVM.

Proponuntur argumenta partem affirmantem suadentia, n. 1.
Non est talis potestas, n. 2., potest tamen princeps ob bonum commune aliquos compellere, vt matrimonio iungantur, n. 3.
Solvuntur argumenta, n. 4.

VIdetur eam potestatem esse: nam id factum esse videtur, cum *c. Is qui fidem, de sponsal.* decernatur sponsalia transire in matrim. per copulam, nec admittendam esse probationem dissensus: & *c. fin. de condit. appos.* decidatur matrim. sub conditione impossibili initum, esse validum: cum tamen in his casibus sæpè deficiat consensus. Secundo, quia princeps in omnibus alijs cõtractibus potest consensum supplere, & contrahentibus invitis transferre dominium, eosq; in seruitutem redigere: ergo potest etiam corporum dominium transferre. Tertio, quia ideò potest Deus corporum dominium & potestatem transferre, (vt dixi disp. præc. n. 2.) quia maius in ea dominium habet, quam ipsimet contrahentes, sed homo plus est reipublicæ, quam sui ipsius, teste *Arist. in polit.* ergo potest similiter respublica. His argumentis ducti asserunt *Victoria, & Ledesmatim citandi*, non esse errorem hoc dicere. 1

Sed egregiissimum est nulli humanæ potestati hoc concessum esse. Prob. ex fine matrimonij, cum enim ad sobolis educationem, mutuumq; amorem ordinetur, frustraretur vtrq; hoc fine, si consensus coniugum in illo ineundo desideraretur. Secundo, quia matr. de se, est vinculum perpetuum, nullum autem violentum, perpetuũ est. Tertio, quia omne vinculum per rempubl. factum, potest per ipsam dissolui. matr. autem consummatum nulla humana potestate dissolui potest: vt dixi hoc lib. 2. disp. 13 n. 11. Quarto, quia alias posset Ecclesia separare vxorem à viro, & tradere eam alteri. Tandem quia *Trident. sess. 24. de matr. c. 9.* excommunicat omnes principes ad matr. compellentes, ergo supponit nõ posse cõpellere. Ita tenent ex Theologis *Palud. 4. d. 36. q. 2. a. 2. num 15. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 15. §. 3. & 6. §. 2. Victoria relect. de matr. p. 1. n. 7. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 2. concl. 2. Ledes. 2. p. q. 47. a. 1. f. 447. col. 3. Vasquez 1. p. spec. ar. 2. §. Item si non esset, Palacios 4. d. 27. disp. 1. f. 564. col. 2. fin. Angles florib. 1. p. q. 1. de essent. matrim. d. 27. a. 2. ante 1. diffic. f. 528. Enriq. lib. 11. de matrim. c. 1. n. 3. fin. Bart. à Ledes. dub. 16. de matrim. f. 1263. Pet. de Ledes. de matrim. q. 45. a. 1. dub. 1. concl. 2. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 39 §. Præterea tertio, Vega l. 4 sum. casu 73.* Et ex iurisperitis, *Host. Ant. Abb. Præpos.* quos refert & sequitur *Couar. 4. decret. 1. p. c. 4. init. n. 4. & §. 1. nu. 9 & 2. p. c. 2. n. 1. Rosel. Matrimonium 4 n. 6. Ang. Matrimonium 3. imped. 18. n. 2. Sylvest. Matrimonium 2. q. 15. Navar. l. 4 cons. in 1. edit. 1. 1. de sponsal. cons. 36.* 2

Potest autem princeps, quando bono communi valde expediret, aliquem compellere, vt alicui nubat: ipso tamen inuito matrimonium constituere nequit. Sic *Ledes. 2. p. q. 47. a. 1. fine, Enriquez lib. 11. de matrim. c. 6. n. 7.* 3

Ad 1. arg. dico, in neutro casu esse matrim. deficienti consensu, quem Ecclesia præsumit. Ad secundũ dico in alijs contractibus non impediri finem illorũ, principe supplenti consensum, secus autem in matr. Ad tertiũ dic habere maius dominium Ecclesiam, quo ad alios contractus, non quo ad matr. vnde potest in alijs contractibus consensum supplere, in matrimonio autem minimè. 4

DISPVTATIO XXVIII.

Quod sit obiectum, in quod necessariò ferri debeat consensus matrimonij, vt legitimum sit, an id sit carnalis copula?

SVMMARIVM.

Proponuntur argumenta probantia non exigi consensum in copulam, n. 1. & sibi an sit de fide B. Virginem contraxisse matrimonium.

Opinio docens requiri consensum in copulam, n. 1.
Explicatur in quod obiectum ferri necessario debeat consensus matrimonialis, n. 3.
Qualiter consensus in copulam implicitus, sit de matrimonij essentia, & fuerit in B. Virgine, n. 4 soluuntur argumenta num. 5. & declaratur, c. Beata. 27 q. 2. n. 4.

1 APPARET nec implicitè, & virtute consensũ in copulam desiderari. Primo, quia si quis contrahat animo profitendi ante consummationem, validum est matrimonium, vt constat ex *c. Commissum, de sponsal.* & ratio est, quia intentio contrahendi matrim. & non consummandi, minimè repugnant: quamuis enim sint intentio affirmans, & negans, non tamen versantur circa idem obiectum, sicut tenet ordo animo nunquam exercendi, receptus. Secundò, quia beata Virgo verum contraxit matrim. vt cum *Magistro 4. d. 30. c. 3.* omnes scribentes tibi fatentur, & *D. Th.* ex professo, *3. p. q. 29. a. 2.* Imo *Suarez 3. p. q. 29. a. 2. d. sp 7. sect. 1.* ait esse de fide: (quod minime crediderim: nam *Canisius in Mariali, li. 1. c. 5. §. Iam vero*, ait esse quæstionem arbitrariam, in qua fine erroris periculo potest vtraque pars defendi: & *Enriq. lib. 11. de matrim. c. 15. n. 1. in comment. lit. H.* refert hanc sententiam Canisij, nec impugnat: & *Medina lib. 5. de sacror. hominum continent. c. 64.* dicit posse probabiliter defendi, non fuisse verum matrim. sed sponsalia de futuro: quod *cap. 61. & duplici seq.* ex multis sanctis comprobat.) Et tamen nec implicitè consensit in copulam, nam iuxta multos virginitatis votum emiserat, de quo consulendus est late *Suarez. ibi*: & esto non emisisset, videtur hoc repugnare perfectæ virginitatis proposito, quale fuit in virgine.

2 *Medina lib. 5. de sacror. hominum contin. cap. 70.* conatur defendere ad perfectum matrimonium requiri consensum in copulam: & probat ex *August. lib. 19. contra Manich. c. 26.* vbi dicit matrimonium ex hoc appellatum esse, quod non ob aliud mater nubat, quàm vt mater fiat. Sed hoc nihil probat, quia tantum dicit id quod communiter accidit, non tamen id necessarium esse intendi.

3 Quare dicendum est, consensum matrimonium constituentem, non esse explicite in carnalem copulam, sed in ius, & potestatem ad talem copulam: implicitè autem, & virtute ad copulam. Prob. quia carnalis copula non est de matrimonij essentia, sed eius effectus, & operatio; perfectio autem essentialis consistit in mutua corporum traditione ad copulam: ergo consensus efficiens matrimon. non fertur explicite in copulam, sed in potestatem, & implicitè in copulam. Prob. conseq. quia consensus in matrimon. solum fertur in id quod est de essentia, quia vero consensus in aliquam rem, fertur saltem implicitè in effectum, ad quem illa res intrinsecè ordinatur, inde est vt consentiens in mutuam corporum traditionem, consentiat etiam virtute in copulam. Et confirm. quia contractus matrimonij celebratus sub expressa conditione, ne teneantur contrahentes sibi debitum reddere, est nullus, ea sola ratione, quia totaliter excluditur ex vi contractus consensus implicitus in copulam. Sic tenent *D. Th. 4. d. 28. q. vnic. a. 4. & ibi D. Bonau. q. vlt. Richard. ibi, a. 2. q. 4. Supplem. Gabr. ibi, q. 1. a. 4. Scotus 4 d. 30. q. 2. a. 2.* vbi *Durandus q. 2. Paludan. q. 2. a. 2. concl. 2. Henric. quodlib. 9. q. 11. Adrianus 4. q. 2. de matrim. §. Sed circa hoc dubium, Tabiena Matrimonium, 2. q. 7. n. 8. Soto* multos sanctos referens, *4. d. 27 q. 1. a. 2. conclus. 4. Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. init. nu. 1. & §. 1. n. 4. Veracruz 1. p. specul. a. 2. §. Dubium est tamen, Enriq. l. 11. de matrim. c. 15. nu. 1. Suarez 3. p. q. 29. a. 2. sect. 2. fine, Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 39. f. 1055. col. 1. Pet. de Ledes. de matrim. q. 48. a. 1. f. 277. Vivald. candel. 1. p. de matrim. n. 50. Vega lib. 4. sum. casu 73.*

Pro huius maiori intelligentia obseruandum est, dupliciter intelligi posse, vt consensus implicitus in copulam, desideretur ad verum matrim. Primo modo, loquendo de consensu implicito, quantum est ex parte contractus, & hoc modo verissimum est cum desideram: cùm enim contractus matrimonij, intrinsecè ordinetur ad copulam, qui explicite consentit in illum, consequenter in hanc implicitè consentit, ex vi talis contractus. Secundo modo potest intelligere, ex parte contrahentis, & hoc pacto non est necessarius consensus implicitus in copulam, imò licet contrahens habeat intentionem non consentiendi in copulam, est verum matrim. vt probant argumenta n. 1. proposita. Quod clare videtur significare *D. Th. 4. d. 30. q. 2. a. 1. quæstiunc. 2. ad 3.* his verbis, *Virgo implicitè consensit in copulam, at copula nunquam fuit in proposito, vt matrimonio Deo certificata, nunquam subsequi debere.* Ecce qualiter ex parte contractus ponit consensum implicitum in copulam, non vero ex parte contrahentis, sed oppositum asserit. Quod optimè explicat *Suarez n. præced. allig.* vbi ait tantum dicere, & in causa habuisse consensum ad copulam, consentiendo in matrim. quod de se ad eum ordinatur: & ita (inquit) intelligi debet *D. August.* & habetur, *cap. Beata Maria 27. q. 2.* dicens consensisse in copulam carnalem. Et ita *D. Thom. 3. p. q. 29. a. 2.* dicit non consensisse expresse in copulam, sed si Deo placeret: imo dicit *P. Suarez. ibi*, nec absolutè, nec sub conditione si Ioseph petiisset, consensisse actu expresse in copulam: quia supervacaneus erat actus conditionalis, cum esset certa diuina reuelatione, Ioseph non petiturum.

Ad 1. argum. ex propositis n. 1. constat ex dictis. Ad 2. conced. tantum enim probat non esse necessarium consensum implicitum in copulam, ex parte contrahentis, & ex vi contractus. Ad 2. dico ex parte contractus implicitè consensisse in copulam, non verò ex parte contrahentis, vt explicui n. præced. & ita nihil contrarium vero virginitatis proposito admisit.

DISPVTATIO XXIX.

VTRÙM necesse sit aliquot bona constituere, quibus matrimonium excusetur: eaque debeant esse necessariò finis à contrahentibus intentus, vt matrimonium valeat & qualis finis debeat esse, ne contrahendo peccent?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint. n. 1.
Verum opus sit matrimonium aliqua bona excusare, proponuntur duæ opiniones n. 2. & 3.
Explicantur bona matrim. enij. & c. Omne itaque, 27. q. 2. n. 4. cum D.
Bona licet verum adiuuant ab exc. ſo. co. n. 5.
Impugnatur declaratio quædam Durandi, n. 6.
Soluuntur argumenta, n. 7.
Post quem inuenies alia sententia.

TRIPLEX est in hac disp. tractanda quæstio. Primo de necessitate bonorum excusantium matrim. Secundo de necessitate finis intendendi, vt matrim. valeat. Tertio de necessitate finis intendendi ad euitandam culpam.

QVÆSTIO I. Vtrùm necesse sit aliqua constituere bona, quibus matrim. excusetur? Præmittendum est ex *D. Aug. lib. 9. super Gen. ad lit. c. 7. & de bon. coniug. c. 6. & 7.* referuntur *c. Omne itaque, 27. q. 2.* quem *Magister 4. d. 31. & ibi D. Th. q. 1. a. 2. & 3.* & reliqui sequuntur, matrim. ex triplici bono, quod in eo repetitur, excusari; nempe ex bono fidei, prolis, & sacramenti. Circa cuius explicationem controuersia est inter DD. nam *Scotus 4. d. 31. q. 1.* videtur sentire matrim. esse opus matrim. excusare. Primo, nam res ex se bona, excusatione non indiget, sed ea sola, quæ indifferens existit: cum enim de se nec bona, nec mala sit, indiget vt aliquibus circumstantiis vestiatur, vt determinatur: matrimonium autem est ex se bonum. Item, quia nec matrim. in statu innocentiæ, nec B. Virginis, aliquo bono excusante indiguere: cum tamen sint eiusdem rationis.

Alij verò, vt *Durand. 4. d. 31. q. 1. a. 1.* aliter hoc explicant: aiunt enim *Durand.* indigere matrim. aliquo bono excusanti: quia matrimonialis actus de se est indifferens, & ideo indiget aliquo bono excusanti: non tamen intendit dicere actum matrimonij de se esse indifferentem, vt contineat esse, & habere: hoc enim esset falsum, sed loquitur de actu generationis in communi, hic enim potest bene, & male fieri, quando autem contrahitur ad actum matrimonialem, licite fit: quia bonis circumstantiis honestatur, quæ sunt velut bona ipsum excusantia.

Sed

4 Sed hic modus exponendi merito non placet Doctoribus, vt dicam 6. quare *Magister*, D.Th. & reliqui sic explicant. Quamuis actus matrimonij de se sit licitus, & studiosus, tulerit tamen secum aliqua detrimenta, quæ hæretici considerantes, illud damnabant: contra quos consule Caiet. v. *Nuptiæ, her.* 11. & *Bellar. l.1. de matr. c.5.* Primũ detrimentum est, quia perpetua seruitus iuxta *Apost. 1. Cor. 7. Alligatus es uxori, noli quærere solutionem.* Secundũ est, adest in ipso matrimonij actu tanta voluptas, vt mentẽ omnino absorbeat. Tertiũ, nimia solicitudo placendi alteri coniugi, habendi filios educandi, illisque thesaurizandi, quam Augustinus meritis diuisionem appellat, quæ multis angustiosa est, quas eleganter prosequitur *Sixtus III.* epistola 9. quam refert *Matiual. l. 1. de sacr. hominum cont. c. 8.* Cum prudentis nõ sit eligere aliquid mali speciem habens, & cum ob detrimẽta afferẽs, nisi bonis aliquibus, quæ simul affert, ea compensentur: ideo sancti, & DD. tria bona considerarunt, quib. triplex matrimonij detrimentum compensatur. Primum seruitutis detrimentum, compensat bonum sacramenti, quod inuenitur in matrimonio, quo coniuges se dilexit Christus Ecclesiam dilexit, quam sibi desponsauit, qua facilius vinculum perpetuum tollere nequit: accepit enim hic sacramentum, nõ pro ipso contrahendi pro vinculo indissolubili, quod est res, & sacramenti fructus. Secundũ detrimentum, quod est mentẽ, voluptate absorberi, compensatur, teste *D. Aug. l. 14. de ciu.* 24. bono prolis, quæ generatur, & educatur ad diuinum cultum, & licet non semper ea sequatur, saltem ut sæpe in ipso fine intrinseco, ad quem matrimonium dirigitur. Tertiũ detrimentum, quod est nimia solicitudo placendi coniugi, compensatur bono fidei, id est fidelitatis, quo coniuges sibi mutuo obligantur ad reddendum debitum, negandumque corpus cuicunque alii.

1 Hæc autem bona non adueniunt matrimonio ab extrinseco, sed sunt de matrimonij ratione, quare non indigent, quasi quibuddã extrinsecis ad illud honestandum: habent enim in ipso intrinsece honestatem: nam bonum prolis, & fidei, id est, vt ordinetur ad prolem & seruandam fidem seruandam, hinc que vinculum indissolubile, extrinsecam habet: & vt sit sacramentum, habet, in quantum est eleuatum à Christo, ad hoc. Vnde colligitur differentia inter matrim. quod de se bonum est, & actus matrim. quod illud ex se, & ab intrinseco habet vnumquodque extrinseco, & compensentur detrimenta, quæ affert, bona non sint aliquot extrinsecum honestans desiderant, vt D. Th. 4. d. 31. q. 1. a. 1. ad 2. & ibi *Soto* q. 1. a. 1. ad 1. *Enrign.* lib. de matrim. c. 25 n. 2. *Pet. de Ledes. de matrim. q. 49. a. 2.*

6 Hinc infertur non esse conuenientem expositionem dicendi, relatam n. 3. non enim intendant sancti, & Doctores existere actum matrimonij absolute, id est generandi: vt ab ipso procedit, non eo quod sit malus, sed quia detrimenta secum affert.

7 Ad 1. arg. ex propositis nu. 2. constat ex dictis nu. 5. nam actus de se bonus non indiget extrinseco excutiente, bene tamen aliquando bono aliquo intrinseco, quando detrimenta affert, maliique speciem præ se fert. Ad 2. dico, in innocentia Virginis, & in statu innocentiæ fuisse illa bona, non per accidens, quia ibi deficiebant detrimenta dicta.

SVMMARIVM.

In quo consistat disp. ultim. & contrahere primo intentione, ad matrim. duo requiri.

Si contrahentes contra bona matrimonij, non deducatur in pactum, quod mente retinetur, vtrum matrim. sit irritum: communiter duæ opiniones, n. 9 & 10.

Quæ sit obligatorium, & executicum, sint omnia tria matrimonij bona, quibus explicatis, n. 12.

Quæ sit vera sententia. Aliquando, 32. q. 2. n. 15.

Quæ dicta sunt in summa.

QVÆSTIO II. Qualis finis desideretur in matrimonio contrahendo, vt validum sit, an necessarium sit tria matrimonij bona intendere, saltem implicitè, ita vt non sit matrimonium, si contrahentes ea explicite excludant?

Verbi gratia, si intendant contrahere, non in perpetuum, sed ad tempus, quod est excludere bonum sacramenti, id est, vitam indiuiduam: vel intendant non generare, nec educare prolem, sed procurare sterilitatis venena, quod est contra bonum prolis: vel intendant negare sibi inuicem corpus, aliisque concedere: quod bono fidei aduersatur. Nec disputamus hic, quando hæc intentio deducitur in pactum: de hoc enim latè agendum est lib. 3. Sed quando hæc intentio mente retinetur. Et quidem, certum est matrim. minimè irritari, ob quemcumq; peruersum finem, qui eius substantiæ, & tribus bonis dictis minimè aduersatur: & ratio est, quia omnes alii contractus & sacramenta, ex pessimo fine adiuncto, secluso substantialibus, nunquam annullantur. Sic docet *D. Augustin. lib. de bono coniug. c. 5.* & habetur *c. Solet, 32. q. 1. & D. Thom. 4. d. 30 q. 1. a. 2.* quos omnes alij sequuntur, & id colligit *Abb. 3. Tus, de sponsal. n. 4.* ex eo textu, vbi matrimonium causa libidinis contractum ponitur ac validum. Nec aduersantur huic manifestæ ventati *D. Bonau. 4. d. 30 q. 3. & Angel Matrimonium 2. nu. 25.* vbi dicunt, si contrahens tantum quærat copulam extorquere, non esse matrimoniũ: quia addunt, & non vxorem ducere: quod verisimum est: quia deficit consensus ad matrimonium requisitus.

Tota autem difficultas est, quando intentio contra bona matrimonij non deducitur in pactum, sed mente retinetur, vtrum matrim. irritetur. Triplex est sent. Prima dicit irritari, vt si contrahentes intendant, nec educare prolem, & venena procurare, ad eam impediendam, vel sibimetipsis debitum negare: secus, si intendant etiam aliis commiscere: primum enim pertinet essentialiter ad fidei bonum, secundum verò accidentaliter. Probatur ex *D. August. l. 1. de nupt. & concupiscentia, c. 15.* & habetur *c. Aliquando 32. q. 2.* ibi, *qui contrahunt eo animo, vt vel filios non suscipiant, aut susceptos enecent, non habeant connubium.* Secundo, quia ad matrim. necessarius est consensus, saltem implicitus in eo, quæ sunt de eius essentia, sed prædicta bona sunt essentialia matrimonio saltem in suis principijs, *teste D. Th. 4. d. 31. q. 1. a. 3.* ergo excludens consensum in illa, per intentionem contrariam, annullat matr. Tertio, quia illa intentio habita in matrim. licet non exprimatur, ipsum irritat, quæ per modum conditionis expressa, illud annullaret, sed huiusmodi est intentio contra bona matrimonij: ergo. Prob. maior, quia sola conditio contra bona essentialia matrimonij, illud dirimit; intentio autem contra eadem bona, similiter excludit matrimonij essentiam, sicut & conditio expressa. Hanc tenent *gl. c. Aliquando, 32. q. 2. v. Etsi ab initio, Turrec. post c. Sicut non omnis, §. His itaque, a. 1. 32. q. 2. Ang. Matrimonium, 2. nu. 23. & seq.* Et ex Theologis, *Richard. 4. d. 31. a. 2. q. 1. P. Valdensis de sacram. c. 131. Petr. de Soto lect. 26. de matrim. initio, Enrique. lib. 11. de matrim. c. 12. n. 7.*

9

Secunda sent. docet intentionem contrariam matrimonij substantiæ, eiusq; bonis mente retentam, non irritare illud: vt si quis intendat tantum ad tempus inire matrim. Prob. quia ad matrim. constituendum consensus internus, & signa externa desiderantur, & nec consensus sine signis, nec signa sine consensu aliquid operantur: ergo quæcunque conditio nullo signo expressa, sed sola mente retenta, nihil operatur ad irritandum. Hanc tenent *Ant. c. De infidelibus, n. 9. de consang. Rosel. Matrimonium, 3. n. 11. Syluest. Matrimonium 4 q. 5. & 6. Lancelot. instit. iuris can. l. 2. t. de sponsa. & sponsalia contracta sub conditione, verò. Puta*, & aliqui Theologi, vt refert *Petr. de Ledes. de matrim. q. 48. a. 2. dub. 1.* & de proposito nõ consummandi, modo non deducatur in pactum, docent idem *Abb. c. Commissum, n. 2. de sponsal. & ibi Alex. de Nevo n. 5. Prepos. n. 4.*

10

Tertia sent. cui adhæreo, docet contrahentem matrim. debere saltem implicitè intendere bonum sacramenti, quod euenit, quando non habet intentionẽ contrariam: non tamen esse opus vt implicite intendat alia duo matrimonij bona: quare si haberet animum etiam corde retentum,

11

tentum, aduersum bono sacramenti, quia scilicet intenderet non contrahere matrim. nisi ad tempus, non esset verum matrimonium, si tamen haberet intentionem aduersam alijs duobus matrimonij bonis, corde solo retentam, nec in pactum deductam, valeret vtique: vt si intenderet vitare prolem, & habitam non educare, debitum negare, & adulterari. Prob. prior pars, quia de ratione matrimonij est, vinculum esse perpetuum, vt constat ex eius definitione tradita hoc 2. lib. disp. 1. nu. 1. ergo qui intendit matrim. inire dissolubile, & ad tempus, verè non intendit matrimonium: cum intentio aduersetur essentiæ. Prob. posterior pars, quia ea intentio, nil attinens ad contractus substantiam aufert, quia si ille velit absolutè contrahere, obligatur ex vi contractus, ad non agendum aliquid contra prædicta bona, non obstante sua intentione. Et confirm. quia stat velle obligari ad aliquid faciendum, & adesse animum non implendi: vt qui vere iurat animo violandi iuramentum: nec ea intentio tollit obligationis valorem. ergo similiter stare potest matrim. validum contrahere, cum intentione non seruandi fidem. Hæc sent. videtur expressè *D Th. 4. d. 31. q. 1. a. 3. corp. & D. Bonau. ibi, a. 1. q. 3.* vbi hæc dicunt *sine bono sacramenti nunquã est matrim. at potest esse sine fide, & prole, non tamen esset matrimonium, si in consensu exprimeretur aliquid contrarium fidei, & proli.* Ecce qualiter tantum intentionem contrariam bono fidei, & prolis dicunt annullare matrimonium, quando deducitur in pactum. Videtur etiam expressè *Adriani 4. q. 3. de matrim. dub. 9. §. Respondeo ad 1. quod maior procedit: in fol. ad 1. 2. & 3.* & tenet apertè *Palud. 4. d. 30. q. 2. a. 1. concl. 1. nu. 4. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 19. ante §. 1. fin. Tabiena Matrimonium, 2. q. 3. n. 4. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 48. a. 2. dub. 1. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 42. §.* Porrò *expredictis.*

12 Id tamen obseruandum est, aliud esse sentiendum de tribus matrimonij bonis, quo ad obligationem, & aliud quoad executionem: nam quoad obligationem, omnia illa sunt de matrimonij essentia: obligantur enim coniuges ex vi matrimonij, ad vitam indiuiduam & reddẽdum sibi debitum, prolemque non impediendam, & habitam educandam. Et hoc apertè sentit *D. Th. 4. d. 31. q. 1. a. 3. corpore*, vbi hæc ait, *fides & proles secundum quod considerantur in suis principijs, vt pro prole accipiatur intentio prolis, & pro fide debitum seruandi fidem sine quibus matrim. esse non potest, & sic accipiendo fidem, & prolem, sunt essentialissima in matrim.* Idem *Ricard. 4. d. 31. a. 2. q. 2. Turrec. posit c. Sicut non omnis, §. Hiis itaque a. 2. 22. q. 2. Petr. de Ledes. proximè citatus.* Imo dicunt optimè *Ricard. & Turrecr ibi*, non tantum esse bonum fidei essentiale quoad obligationem reddendi sibi ipsis debitum, sed etiam quoad obligationem seruandi fidem, non tradendo alteri corpus: cuius contrarium malè dixit *Angelus Matrimonium 3. imped. 3. nu. 11.* Si tamen considerentur hæc quoad executionem, & in seipsis: sic bonum sacramenti, quod est indissolubile vinculum, est de essentia sacramẽti matrimonij: nõ autem fides, & proles, vt optimè docet *ibi D. Th.* Hinc fit, vt intentio contraria bono sacramenti, irritet matrim. non autem intentio contraria bono fidei, & prolis: si tamen aduersaretur intentio fidei, & prolis, quoad sua principia, similiter irritaret matrimonium: vt si quis contraheret non intendens se obligare ad educandam prolem, vel non impediendam, vel ad seruandam fidem, esset irritum matrimonium: quia cum hæc sint matrimonij essentialia, talis intẽtio essentiam excludit: quod clarè docet *D. Thom. d. a. 3.* dum ait, matrim. sine his bonis consistere non posse: & docent *Ricard. Turrecr. & Pet. de Ledes. proxime citati.* Sed dices, si quis contrahat animo se obligandi ad vinculum indissolubile, verum esse matrimonium, licet intendat postea dimittere vxorem non habitando cum ea: quod idem videtur contingere in bono fidei, & prolis, vt diximus: ergo frustra constituitur hæc differentia. Respondetur, ad bonum sacramenti minimè pertinere, non separari ab vxore quoad torum, sed tantum, vt vinculum sit indissolubile: ad bonum autem fidei & prolis pertinere, non tantum obligationem ad ea seruanda, sed etiam ipsorum bonorum executionem: vnde rectè dixit *D. Th.* bonum sacramenti semper esse de essentia: non vero alia bona: & in hoc versatur differentia.

Tandem respondetur ad argum. proposita n. 9. 10. Ad 1. primæ sent. dico id *c. Aliquando*, intelligi quando ea intentio deducitur in pactum. Ad 2. constat ex dictis n. praeced. quando enim excluduntur ea bona in suis principijs, id est, quoad obligationem, irritatur matrim. Ad 3. negatur maior, & ad probationem dico, quando intentio est contra bonum prolis, & fidei, vt sunt substantialia, id est quoad obligationem, similiter irritare: & ideo irritat addita contraria in pactum deducta, quia prædictam obligationem excludit: quod secus est de simplici intentione. Ad argum. secundæ sent. dico consensum sine signis, vel signa sine consensu nihil operari ad constituendum matrimonium: sed vtrumque exigi, ad destruendum verò alterutrum sufficere: hic autem deest consensus, loquimur, cum ille, contrarius sit matrimonij substantiæ.

SVMMARIVM.

Ad quem finem institutum sit matrimonium, n. 14.

Pulchritudo, diuitiæ, & alij huiusmodi fines, qualiter possint in matrimonio inueniri. n. 15.

An sit lethale peccatum, contrahere matrimonium ob finem ipsi contrarium: referuntur variæ sententiæ, n. 16. 17. 18. & 19.

Quando matrimonium non contrahitur ratione copulæ, licitum est, & non intenditur soboles, aut remedium concupiscentiæ, vt contingit in Virgine, n. 20.

Qualis culpa sit dum matrimonium ordinatur ad copulam, intendendo finem extraneum, n. 21.

An sit culpa matrimonium ordinare ad pacem componendam, n. 22.

An sit mortale, si contrahens aduertens ad finem matrimonij principalem, alium extraneum illi præferat. n. 23.

Quid, quando illi fines extranei intenduntur secundario, d. 24.

An communiter excusentur à culpa contrahentes ob fines subseruientes, vt diuitias, n. 25.

Quid de fine voluptatis fornicationis, n. 26. & quid quando finis est vanus, vt vana gloria, n. 27.

Quotuplex culpa sit contrahere ob finem mortalem. n. 28.

Qualiter peccet contrahens, si expressa intentione excludat matrimonij fines, n. 29.

QVÆSTIO III. Quis finis desideretur in contrahentibus matrimonium, vt culpæ immunes sint? Egimus de fine necessario, necessitate sacramenti, id est, vt matrim. validum sit: iam disputandum est de fine necessario, vt vitetur culpa: & non disputamus hic de fine intendendo in actu coniugali, hoc enim pertinet ad tractatum de debita redditione, sed de fine in ipsomet matrimonij contractu intendendo, est quæstio præsens. Præmittendum est matrim. primariò institutum esse à Deo in naturæ officinam ad propagationem sobolis: vnde Adamus ore prophetico, & quasi explicans primarium matrimonij finem, *Genes. 1.* dixit, *Et erunt duo in carne vna*: scilicet per copulam ad generandum, & *Genes. 2.* benedicens Deus sponsis dixit *crescite, & multiplicamini.* Alius autem est finis per se, nõ tamen per se primus sed secundarius, scilicet remedium concupiscentiæ, & vitatio fornicationis: iuxta illud D. Pauli, *Habeat vnusquisque suam propter fornicationem vitandam.* Et hic duplex finis est matrimonij cum ad copulam ordinatur. Alius autem est matrimonij finis, ratione sui, vt est contractus, qui est traditio potestatis corporis alteri coniugi, & mutua animorum coniunctio; vltra hos fines potest contrahens alios extraneos intendere, vt pulchritudinem, diuitias, delectationem.

Secundo supponendum est, cum *Caietano 3. p. t. 1. tract. 19. de matrim. q. 3.* pulchritudinem, diuitias, & alios huiusmodi fines, dupliciter posse in matrimonio reperiri: primò, vt sint causa principalis, & finalis contrahendi, ad quam principaliter tendit, & respicit contrahens. Secundò, vt sint causa secundaria, & velut ratio applicationis ad contrahendum, vel ad contrahendum cum tali, licet sint causa sine qua non matrim. iniretur. Vt si sacerdos nolle horridie celebrare, & vt morem gerat amico, celebrat: non est finis celebrationis, morem gerere amico, sed id fuit motiuum, & ratio applicationis, & causa sine qua non

his

Hijs præmissis, quadruplex est senten. Prima docet esse peccatum lethale, contrahere ob fines extraneos, vt pulchritudinem, diuitias, quando sunt fines primario intenti. Prob. quia sic contrahens irrogat grauem iniuriam illud ad extraneos fines dirigens. Huius sent. vide D.Th.4.d.30.*fin. in expositione lit.* vbi ait esse peccatum mortale, cum est causa principalis libido pulchritudinis, si differenter libido. Sed potest exponi, vt nomine effrenæ libidinis, intelligat, quando est talis, vt eo animo accedat contrahens ad illam fœminam, vt accederet, quãuis non esset vxor. Eiusdem sent. videtur *D. Bonau. 4.d.30.* 41 etiam excludi sacramenti vtilitatem, dum quis matrimonium ad libidinem explendam: ergo sentit esse mortale, quia enim hoc, fructum sacramenti impedit: & tenet expresse *Aug. Matrimonium, 2.nu.25. & seq.* & idem sent. videtur tacite *Couar. 4.decret. 2.p.c 1.§.vnic.nu.7.* dicit esse grauem culpam: & refert pro se *Catharinum libr.* 5 sum. Cant. *de matrimonio.*

17 Secunda sent. fuit nullam esse culpam, contrahere ob pulchritudinem, vel alios fines in se honestos, licet matrimonio extraneos, quamuis nulla alia causa contrahendi sit. Quia cum finis in se honestus sit, non vitiat opus. Sic *Sot. 4.d.30.q.1.a. 2.concl. 3. Plaza de debitu, l.1.c.6.* 18 *Nald.* DD. pro se allegati nil dicunt.

Tertia dicit, esse veniale contrahere principaliter ob pulchritudinem fornicationem. Ducitur, quia peruersio est matrimonium referri eum finem, ad quam primario institutum. Et quia leuis est abusio, non excedit culpam venialem. Sic *Pet. de Soto lect. 16 de matr. §. Secundum proposterã.*

19 Quarta sent. docet, nullam esse culpam contrahere ob pulchritudinem fornicationem, quia hic est finis ob quem institutum est matrim. post Adami lapsum. hanc sent. sequi videtur *Sot. 4.d.27.q.4. & Couar. 4 decret. 2.p.c.1.§.vn.num.7.* vbi dicunt matrim. ineundum esse propter sobolem, vel prouidendum fornicationem. Et videtur supponere *Arboleam de Matrimonium n.66.* dicit enim peccare, qui non ob alterum istorum finem, vel vitandam fornicationem, nuptias celebrat, & tenere expresse *Palacios 4.d 31.disp.2.s.690.col. 1.§. Hac ergo* 20 *sententia* quique multi alij, teste *Pet. de Soto n.praced. allegg.* Eandem sent. sunt, qui dicunt actum coniugalem exercitum gratia fornicationis vitandæ, culpa vacare.

Sed tamen prima concl. quando matrim. non contrahitur naturæ actus, scilicet copulæ coniugalis, tunc licite copulantur, quamuis non intendatur soboles, nec concupiscentiæ remedium: vt contigit in matrim. B. Virginis. Prob. quia licet matrimonij in ordine ad actum, sit finis soboles, & remedium concupiscentiæ, at seclusio actu, ipsa copulam contractus est, finis eius proximus est, multorum coniunctio, vt dixi num. 14. & vt est Sacramentum, finis est ipsa coniugum sanctificatio: ergo dum ordinatur copula, licitum est ob alios duos fines contrahere. Præterea, quia licitum est in aliquo casu contrahere matrim. animo non consummandi, vt constat ex 6. *consilijs de sponsal.* & tamen tunc neuter ex duobus illis finibus intenditur. Sic *Caiet. to.1. tract. 12. de matrim. q.3.* vnde eadem ratione *P. Mr. de Soto n. 18. allegatus*, asserens esse veniale, non intendere sobolem: addidit, quando celebrant matrimonium animo vtendi illo.

21 Secunda concl. dum matrim. ordinatur ad copulam, est peccatum veniale, si nõ principaliter ordinetur ad sobolem, vel concupiscentiæ remedium, sed ad alios fines intentos, matrimonio tamen extraneos, vt pulchritudinem, diuitias. Prob. esse peccatum, quia inordinatio est, nã finis est extraneus, & vti sacramento ad finem, ad quem non est institutum. Quod autem sit tantum venialis probatur, nam stante hoc fine, seruatur substantia, dum ordinatio ad finem principalem: nam qui sic contrahit finem illum extraneum in eo coniugio non constituit, sed in coniugio tali, semper enim manet conuictus ad actum ad suum finem, qui est mutua corporum traditio ad actum coniugalem, ob sobolẽ propagandam. Hæc conclusio est contra primã & secundam sent. relatas n.16.&17. & eam tenet *Caiet. opusc. to.1. tract. 12. de matrim. q 3. & in sum. v. Matrimonium, c. Contractus matrimonij potest reddi ex 7 capitibus vitiosus. ad fin. vers. Sextum caput, Palud. 4.d. 30.q.2.a 3.nu.24. D. Antonin. 3.p.t.1.c.19.§.9. Pet. de Soto allegg. nu.18. Enriq. l.11. de matrim c 4.n.2. Medina lib.1. sum.c.16.§.13. f.231.col. 2. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 48. a 2.dub.2. Vinald. candel. 1.p. de matrim. nu.68.* & videtur tenere *Manuel 1.tom. sum. 2. edit c.242 n.2.* Et ex iurisperitis, *Syluest. Matrimonium 4.q.4. Tabiena Matrimonium 2.q.4.n.5. Armil. v. Matrimonium, n.66. Nauar. sum.c.22.nu.79.* Et esse peccatum ob alios fines celebrare, videtur clarè tenere *lex 4.t. 2.p.4.* vbi dicit matrim. esse celebrandum propter sobolem, vel ad vitandam fornicationem, iuxta Dei legem: & tenet *Perez. lib.5. ord. n. t.1.l 1.f.20.§. Ex quibus infertur.*

Hinc infertur similiter esse peccatum veniale, contrahere principaliter ob paces componendas inter aliquos; quia quamuis hic finis in se honestus sit, est tamen matrimonio extraneus. Sic *Palud. D. Antonin. Sylu. n. prac allegati.* 22

Secundò infertur, non esse admittendum moderationem *Tabienæ v. Matrimonium 2.q.4 n.5.* vbi moderatur conclusionem præcedentem, nisi contrahens matrim. dum principaliter finem extraneum intendit, aduerteret ad principalẽ matrimonij finem: tunc enim mortaliter peccare, affirmat. Sed hoc non est verum: nam res hæc nõ est adeo gratis, vt culpam mortalem constituat: & inordinationem ex qua culpa venialis consurgit, in eo versari ait *Caiet. quẽ n.21 allegat.* qui proponitur finis primarius, finis secũdarius, qui debito ordine seruato postponendus erat. 23

Tertia concl. si fines indifferentes, matrimonio extranei sint solum causa secundaria, & applicationis ad contrahendum, nulla est culpa, quia nulla est debiti finis inordinatio, stante enim illo motiuo, seruatur finis matrimonij debitus. Et confirm. quia si sacerdos alias non celebraturus hodie, vt morem gerat amico petenti applicet se ad celebrandum, nullo modo peccat: quia non constituit amicum suæ celebrationis finem, sed est causa secundaria, ergo similiter in nostro casu. Sic *D. Thom. 4.d. 30. §ne, in exposit. lit. Tiraqu. l.2. connub. gloss.1 nu.28. Angel. Matrimonium 2.nu.25.26. C. dilectus, c. Ad audientiam de despons. impub. Astensis sum. l.8.t.9.q.1 fine. Nauar. sum. Lat.c.22.nu.79. vers.6. Couar. 4. decret. 2.p.c.1.§.vn.nu.7. Palud. Cietan. q.3. D. Antonin. Sylvest. Petr. de Ledesm Enriquez, Vinald. Manuel vbi cet retuli n.21.* 24

Hinc infertur communiter excusari à veniali, contrahentes matrim. ob fines indifferentes matrimonio extraneos: quia communiter non eligunt vt fines, sed vt rationem applicationis ad matrimonium, vel ad matrim. cum tali: & manet finis matrimonij debitus, etiam si de illo nihil cogitent: quia eo ipso quod matrim. contrahere intendunt, nisi finem debitum expresse excludant, illum virtute, & implicite intendunt. Sic *Caiet. tom. 1. tract. 12. de matrim q 3. Couar. 4 decret. 2.p.c.1.§. vn.n.7.* 25

Quarta concl. quando contrahitur matrim. in ordine ad copulam, si contrahentes sint tales, vt secundum communem spem possint habere prolem, est peccatum veniale contrahere principaliter gratia vitandæ fornicationis: & in hoc casu est vera tertia sent. relata, nu.18. si verò non possint iuxta communem spem prolem generare, nulla est culpa: & in hoc casu est vera quarta sent relata nu.19. Probatur prior pars, quia contra rationis ordinem præponitur secundarius matrimonij finis, primario. Prob. posterior pars, quia quando finis primarius est impossibilis, licitum est eligere secundarium non enim id, quod est impossibile, potest intendi. Item, quia alias senes generationi inepti, semper peccarent contrahendo. Sic *Palud. 4. d.30.q.1.a.3.n.23. Caiet. summa. v. Matrimonium, tit. Contractus matrimonij potest reddi ex 7. capitibus vitiosus, ad finem, vers. Sextum caput D. Antonin. 3.p.t.1.c.19.§.8. Aug. Matrimonium 2.n.26. Sylvest. Matrimonium 4.q.4. Medina lib.1. sum.c.16.§. 13.f.231.col.2.* 26

Quinta conclusio, contrahere principaliter matrim. ob finem venialem, vt ob vanam gloriam, est culpa venialis 27

nialis: quia talis est actus, qualis finis, *c. Cum minister*, 23. q. 5. Sic *Navar. sum. c. 22. n. 79. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 241. n. 2.*

28 Hinc infertur, si finis contrahendi sit lethalis, esse similiter lethale contrahere: quod constat eadem ratione, & à nemine negatur: imo erit duplex culpa lethalis, altera, in dignæ sacramenti receptionis, & altera, præui illius finis: vt bene ait *Pet. de Ledes. de matrim. q. 48. a. 2. dub. 2.* Imo credo esse triplicem culpam lethalem, tertiam desiderii consequendi illum malum finem: quia desiderare rem lethaliter malam, est culpa lethalis, distincta à sacrilegio ordinandi rem sacram ad illam obtinendam.

29 Vltima conclusio, si contrahentes expressa conditione excludant matrimonij fines, peccant lethaliter: quia sacrilegium est grauis iniuriæ sacramentis illatæ, expresse excludere finem, ad quem instituta sunt. Sic *Tabiena matrimonium 2. q. 4. n. 5. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 4. n. 2. Pet. de Ledes. de matrim. q. 48. a. 2. fine.*

DISPVTATIO XXX.

Vtrùm satis sit ad matrim. consensus internus?

SVMMARIVM.

Non satis est internum consensus: & explicantur cap. Cum locum, & c. Tua. de sponsal, n. 1.

Opinio affirmans externa signa esse tantum conditionem sine qua non: & ita Deo reuelante vtrique consensum, esse matrimonium, n. 2.

Contraria verior, n. 3.

Et solumntur argumenta, n. 4.

1 REs est certa inter Catholicos, non satis esse consensum internum, sed oportere verbis, vel signis exprimi. Cuius contrarium tenuit Wiclef, quem late impugnat *VValdensis de sacram. c. 132.* & ratio est, quia si consideretur matrim. vt est contractus, cum celebretur inter homines interiora cordis ignorantes, petit signo externo internum consensum aperiri; si autem vt est sacramentum, de ratione sacramenti est, esse signum sensibile. Nec obstant *c. Tua, & c. Cum locum, de sponsa.* vbi habetur solos consensus efficere matrim. & verba necessaria esse quoad Ecclesiam: quia dupliciter resp. Primo, satis esse solum consensum, id est, non desiderari verba determinata, sicut in alijs sacramentis, sed satis esse quibuscumq; verbis, vel signis consensus interni patefiant, & exigi verba ad faciliorem probationem in foro externo. Vel secundo die, dictionem exclusiuam non excludere concomitantia, & ita minimè excludere expressionē per signa externa, quæ concomitatur ipsum consensum in omni humano contractu: & ita *Alex. III. c. Licet, de sponsa duorum*, vbi dixit legitimum consensum efficere matrimonium, subdit quasi id explicans, *ita quod vnus alterum, in suo mutuo consensu verbis expresse recipiat.*

2 Difficultas autem est an externa signa solum se habeant ad constituendum matrimonium, tanquam conditio sine qua non, quasi per illa innotescant mutui consensus, & ita si Deus eos contrahentibus reuelaret, esset matrim. absque aliquo signo externo. Quidam affirmant: quia (vt hoc l. disp. 11. nu. 28. dixi) quando contrahitur inter absentes per procuratores, expressio consensuum absentium facta per procuratorem, est tantùm conditio sine qua nō, per eam enim innotescit voluntas absentium: ergo similiter, quando contrahitur inter præsentes, expressio consensuum erit conditio, sine qua non, vt vtrique constet mutua voluntas, & subinde constanti per Dei reuelationem, erit matrim. Sic *Maiorin 4. dist. 26. quæst. 1. ad 3.* & dixit probabile *Veracruz 1. p. spec. a. 3.*

3 Sed probabilius est, esse de ratione ipsius contractus: quare matrim. minimè consistere Deo reuelante vtrique mutuos consensus. Prob. quia in matrimonio est exterior corporum traditio, hæc autem fieri nequit per actus internos, ergo. Prob. minor, quia votum internum non est traditio, nec professio, non ob aliud, nisi quia ad perfectā traditionem requiritur perfectus actus humanus, cōstans interno & externo consensu. Secundo, quia matrim. vt est sacramentum, necessariò & intrinsecè est sensibile signum, ea enim est sacramenti definitio: ergo vt est contractus: nam Christus non mutauit sacramenti matrimonij, vt est contractus, naturam, sed ad sacramenti esse eleuauit. Et ita hanc partem sustinent *Alexand. 4. d. 15. q. 2. Palma sum. de matr. nu. 250. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 3. concl. 1. vers. Veram autem. Ledesma 2. p. 4. q. 47. a. 2. f. 448. col. 4. Palacios 4. d. 27. disp. 3. f. 568. col. 2. Angles floribus 1. p. de matrim. q. 1. de essentia matrim. d. 27. a. 2. diffic. 2. f. 528. Pet. de Ledes. de matrim. q. 45. a. 2. dub. 2. ante solut. ad argumenta.*

Ad arg. contrarium propositum, n. 2. dico, expressionem consensuum, vt proficiscitur ab ipsis contrahentibus, esse de matrimonij essentia tamquam materiam, & formam ipsius: vt autem explicatur per procuratorem, esse tantum conditionem sine qua non. quare dicendum est eam nam expressionem semper esse de essentia, siue inter præsentes, siue inter absentes celebretur matrimonium.

DISPVTATIO XXXI.

Vtrùm sufficiat consensū matrimonialem signis exprimi, vel necessariò verba desiderentur?

SVMMARIVM.

In quo versetur difficultas, & quæ quæstiones sint disputanda, n. 1.

Verum in potentibus loqui sint necessaria verba, vt valeat matrimonium: referuntur tres sententiæ, n. 2. 3. & 4.

Verbum, Debet, importat necessitatem, & quod necessarium ad finem, importat, n. 2.

Expressum non dicitur quod fit per aliquod signum, vel generaliter, n. 3.

Ponitur verior opinio, num. 5. & ibi, nihilo sit, an quæ opposita sint.

Soluuntur argumenta, & explicantur c. Tua, c. Consultationi, &c. nuit. de sponsal. & c. Licet, de sponsa duor. n. 6. & ibi, per signum non quoad substantiam, sed quoad probationem, potest per æquipollentia probari & quando responsum, vel epistola principis confirmat eam.

Vtrum sit Sacramentum matrimonium signis contractum? & contrario negatiue, n. 7. & affirmatiue, n. 8.

Vtrum sit aliqua culpa solis signis contrahere: ponitur quædam opinio, n. 9. & contraria verior, n. 10.

Per quæ verba, aut signa contrahatur matrimonium: & an facie præsentes vel alias nouum sponsorum recipiendo: remissiue, n. 11.

Vter eorum quos debeat prius interrogari, & verba proferre, n. 12.

IN loquela carentibus dubitat nemo, satis esse signa: cū id expressum sit, *c. Cum apud, & c. Tua, de sponsal.* Veritas autem difficultas in potentibus loquisquare tres quæstiones disputandæ sunt. Prima, an verba sint necessaria, vt matr. valeat. Secunda, an matr. solis signis contractum sit sacramentū. Tertia, an sint de necessitate præcepti verbi.

QVÆSTIO I. An verba desiderentur vt matrim. valeat? Quadruplex est senten. Prima tenet in potentibus loqui verba ita esse necessaria, vt solis signis celebratum matrimonium sit prorsus nullum. Fundamentum huius sententiæ est, quod Ecclesia statuit hoc impedimentum dirimens matrimonium, in potentibus loqui, quando scilicet, solis signis contrahunt: & sic licet stando in iure naturæ validum esset matrim. hoc, sicut est validum, in matris: attamen Ecclesiastico est irritum: quod ex sequentibus probatur. Primo, ex *c. Tua, de sponsal.* vbi, *matrimonium in veritate non habetur per legitimum consensum, sed necessaria sunt quæ nouit Ecclesiam verba consensum exprimentia: nam surdi & muti possunt contrahere sine verbis, & pueri ante annos legitimos per verba non contrahunt, cum intelligantur minimè consentire.* vbi pōdero, verba esse necessaria quoad Ecclesiam, id est, iure Ecclesiastico: & quod necessariū est, formam importat, hoc enim ratione probant *Auenda. respons. 14. nu. 2. & Marin. ad* multos referens *lib. 5. recop. t. 1. gl. 4. n. 6. & 7.* solemnitatem requisitam per illam legem, inducere formam: quia vtitur illa lex verbo, Debeant esse testes, quod verbum importat necessitatem: si ergo textus requirit verba pro forma, quamuis signa verbis æquipolleant, non sufficient, quia forma per æquipollens impleri non potest, vt late probaui hoc 2. lib. disp. 11. n. 19. Et confirmatur, quia textus constituit discrimen inter mutos, & valentes loqui, quod in illis signa sufficiant, in his autem verba desiderentur: si enim discrimen in vtrisque satis essent signa, nullum esset discrimen. Secundo prob. ex *c. Licet, de sponsa duorū, & c. Sicut de sponsal.* vbi

vbi dicens Pontifex matrim. consensu initi, quasi id tempestate subdidit, *ita vt vnus alterum verbis consuetis expresse rogaret, utraque annuente.* expressum autem non dicitur, quod per signa, vel nutu generalitate fit, vt notatur c. 2. *de rescript.* in 6. & *Cum appellant, de appellat.* Tertio, quia c. *Consultationi de sponsa.* petebat Pontifex, *cum verba protulissent.* Quarto, quia in matrimonio spirituali verba sunt necessaria, c. *Cum contingat, & c. Quia propter. de electione*, vbi in episcopali electione, quæ matrimonium spirituale est, requiruntur verba. notat *Everard. loco à matrim. carnali, n.* 10. ergo similem in matr. carnali: valet enim argumentum à matrimonio spirituali, ad carnale: vt late probat *Everardus loco à matrim. spirituali.* Hanc sententiam tenent ex innumeris, *Nauarr. c. Nec sponsa. de sponsal. & l. Cum mortalium, C. de nupt.* 30 vel 40. *numerus, verb. Solam, & ibi Bald. n.* 7. & *Alex. n.* 2. *Bart. Nupt. n.* 11. *ff. de regul. iur. Geffred. sum. x. de matrim. n.* 22. *Viventium*, quem refert *Lupus allegat.* 57 *Innoc. Cur. Imol. & Paulo post princ. & ibi Calderin. & cons.* 5. *tit. de sponsal. & Trapez. de c. Tua*, censet esse probabilem: nam lapsus quæstionem hanc disputata, à n. 3. ad 9. solut vtriusq; ratio, & concludens nihil esse certum: eandem tenet *Ledesma de matrim. q.* 45. *Addition Aur. Granados ad Paludan. tom.* 4. *disp.* 58. *sect. Circa hæc an consensus patris, Tiraquell. de nobilit. c.* 7. *n.* 9. *Eugere, n.* 17. *Bobadilla cons.* 6 *n.* 12 *fin. l.* 1. *Salas tom.* 1. *ff. tract.* 9. *& tract.* 14. *Joan. Lop. de matrim. 1. p. n.* 47. *& Emanuel Rodriguez tom.* 1. *quæst. regul. Peyrinis cons. matrim. Zoleta consil.* 68 *n.* 10. *Steph. de Aufr. & Card. Tusc. l.* 144. *n.* 120. habentur 4. vol. tractatuum, & videntur esse probabilem, *Greg. lop. l.* 2. *ver. Per palam*, *n.* 24. dicit enim rem esse dubiam, propter varias opiniones, & tandem *Zoppalus* dixit, hanc tent. esse indubitatam. *Sanch. tom.* 1. *consil

gloss. c. Sufficiat, 27. q. 2. initio, & c. Si inter, de sponsal. v. Dicente, & c. Tue, eo. t. v. Verba, vbi *Host. super v. Deprasenti, & sum. t. de matrim. §. Qualiter contrahatur, nu. 10. & 11. Ant. d. c. Tue, n. 8.* vbi *Card. prope finem. Anchar. n. 3. Abbas n. 3. Alex. de Neuo n. 15. idem Card. d. c. Si inter, n. 4.* vbi *Abbas n. 6. idem Abb. c. Exparte, de restit. spoliat. n. 8. & 28. & ibi Ant. Franciscus, & Sapia, in addit. ad eundem, idem Alex. de Neuo inter cons. matrim. Zoleti, cons. 55. n. 2. Alex. l. Si finita §. Meminisse, fine, ff. de nouis oper. nuntiat. Socinus iun. cons. 29. n. 2. & 3. vol. 2. Ripa l. Ex facto, n. 1. ff. de vulga. & Arctin. Crottus repet. l. 1. in princ. n. 9. ff. de verb. oblig. Silua* referens *Cynum. Baldum, Petrum, Iacob. de Rauenna,* idem tenentes, *de iureur. 1. p. q. 2. n. 2. Nicolaus Ploue tract. de sacram. 7. p. c. 2. n. 9. vers. Et dicit: Boerius decis. 1. n. 18. Arctin.* dicens communem *cons. 15. Cagnolus l. Nupsit n. 7. ff. de reg. iur. Gaitanus l. 1. in princ. n. 75. & ibi Iacob. de Nigris, n. 32. ff. de verb. obl. Nicol. Mazzus tract. de contract. tib. rubric. de sponsal. 1. De substantialibus sponsalium n. 4. & de matrim. 1. De substant. matrimonij, n. 2. Enerard. loco à matrim. carnali, n. 10. vers. Secundo differunt, Rosel. Matrimonium 3. n. 2. Angel. Matrimonium 2 n. 4. Syluest. Matrimonium 2. q. 7. Tabiena Matrimonium, 2. q. 8. §. 9. Nauar. sum. c. 22. nu. 20.* & videtur tenere *Lex 5. t. 2. p. 4.* ibi, *conuiene que lo hagan por palabras, para que se pueda probar:* & docet *ibi Greg. Lop. v. por palabras, Brunel. de sponsal. concl. 14. n. 2. Couar. 4. decret. 2. p. c. 4. initio n. 1. Villalobos in commun. lit. M. n. 54. & seq. Ant. Gab. in sua edit. to. 2. commun. v. Matrimonium, li. 11. f. 96. Nicol. Caputcrcius tract. de numero testium in testa. 1. p. c. 10. à n. 93. Ant. Cucus li 5. inst. maxer t. 11. n. 32. Mascard de probat. conclus. 1024. n. 2. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. gloss. 1. n. 22. Spino speculo testamentorum, gl. 15 n. 3. & 13. Hamada super partit. 1. 1. l. 2. gl. 2. n. 20.*

6 Ad 1. arg. ex propositis, n. 2. respondent aliqui, Pontificem *eo c. Tua,* non constituere nouum ius: eo quod priuatæ consultationi respondeat. Sic *Abbas ibi n. 3. Alex. de Neuo nu. 15. Prapos. nu. 4. initio in solut. ad 7.* vbi aduertit principem non constituere ius respondendo consultationi particulari, nisi ex verbis, vel subiecta materia aliud appareat, *Tabiena Matrimonium, 2. q. 8. n. 9. fin.* Sed hæc solutio displicet: verius enim est principem in responsione consultationi priuatæ, legem generalē constituere: vt constat ex *c. 1. d. 19.* ex quo liquet epistolam Pontificis aliquod dubium interpretantem, censendam esse decretalem, & docet gl. *c. Ex tua, v. Consultationi, de filijs presbyt.* constat etiam ex *l. fin. C. de legibus,* vbi id notat *Paul. n. 1.* ad quod confirmandum alios textus, & DD. refert idem tenens *Burgos de Paz proœmio leg. Tauri nu. 450. & seq.* vbi magis indubitatum censet hoc esse, in epistola summi Pontificis, quam aliorum principum, & *n. 454.* cum alijs concludit, responsionem, vel epistolam principis ad iuris declarationem promanantem, constituere legem generalem: per *legem 2. C. de legibus,* ibi, *vel consultatione.* Ideo melius respondetur, vt explicui nu. præced. verba esse necessaria quoad Ecclesiam, id est, quoad clariorem probationem: vt bene *Ant. ibi, n. 8. Card. prope finem, Panorm. fine, Alex. de Neuo n. 15. Prapos. n. 6. gl. c. Sufficiat, initio. 27. q. 2. & lex 5. t. 2. p. 4.* quare non excluditur alius probandi modus: quod enim necessarium non est quoad substantiam, sed quoad probationem, potest per æquipollens impleri: vt bene docet *Cardin. ibi.* Vel potest dici, verba esse necessaria: id est, vtilia ad meliorem probationem: sic *Card. & prapos. ibi Couar. 4. decret. 2. p. c. 4. initio n. 1.* Qui etiam explicat, verba esse necessaria, id est, signa, inter quæ verba obtinent principatum. Ad confirm. nego id discrimen statui, sed Pontifex statuere voluit non esse necessaria verba, idque probat, eo quod multi absq; verbis contrahere possint. Ad 2. desumptum ex *c. Licet, & c. Si inter,* dico ea verba, per quæ contrahitur matrimonium, non proponi ad certam formam præscribendam, vt bene docet *Prapos. d. c. Tue, nu. 6. ad fin.* sed exempli gratia, quod regulam non arctat. *c. 1. Ne cleric. vel monach.* Ad 3. dico *eo, c. Consultationi,* narrari factum, quod contigit: non autem vt ius importetur. Ad 4. dico plurimas esse differentias inter vtrumque matrimonium, quas late prosequitur *Enerardus loco à matrim. carnali, & n. 10.* hanc constituit. Et præterea in aliquo matrimonio spirituali, vt professione, verba non requiruntur: vt ostendi n. precedenti.

QVÆSTIO II. Vtrum matrim. solis nutibus contractū, sit sacramentum? Aliqui negant: quia *Florentinum in decret. de sacram.* docet omnia sacramenta constare rebus, & verbis. Et confirm. quia alias absolutio, & Baptismus possent solis signis celebrari. Sic *D. Th. 4. d. 1. q. 1. a. 3. argum. 3. contra solut. Scotus 4. d. 26. q. vn. lit. L. §. Sed hic est dubium, Cano lib. 8. de loc. c. 5. ad 3.*

Sed contrarium tenendum est. Quia (vt probaui hoc c. 1. disp. 11. n. 29.) omne matrim. fidelium est sacramentum, & ideo tenet dicens esse commune omnium Theologorum & iurisperitorum, *Enriq. lib. 11. de matrim. c. 2. n. 6. comment. lit. N. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 216. n. 5.* Nec obstant adducta in contrarium: quia Florentinum intelligo constare omnia sacramenta verbis, vel aliquo genere vocum verborum: vt sunt signa in matrimonio: & ita ipsum loquens de matrimonio, dixit regulariter verbos constare ad denotandum non semper requiri. Nec est similie de alijs sacramentis: quia matrim. est contractus, de cuius natura est, vt possit etiam nutibus celebrari.

QVÆSTIO III. Vtrum saltem verba sint de necessitate præcepti? Aliqui affirmant: dicuntq; præceptum hoc diuinum, *c. Si inter, de sponsal. & c. Licet, de sponsa duorum,* ibi, *sunt virum & vxorem legitimus consensus interfuerit, ita quod vnus alterum verbis consuetis recipiat.* Sic *Petr. de Ledes. de matrim. q. 45. a. 2. concl. 2. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 216. n. 5. Enriquez,* licet non ita absolutè, dicit enim aliquo modo videri de Ecclesiæ præcepto, *lib. 11. de matrim. c. 2. n. 6.* fatetur tamen *in comment. littera M.* esse solum veniale signis contrahere: idem *Pet. de Ledes. d. a. 2. concl. 3.* quia res est leuis.

Mihi tamen multo certius est, nullum esse de hoc Ecclesiæ præceptum, quia textus citati id non probant, solum enim narrant factum, & exemplificatiue loquuntur: vt bene docet *Prapos. c. Tua, n. 6. ad fin. de sponsal.* & ita videtur tenere *Sotus 4. d. 24. q. 1. a. 3. concl. 2. vers. Ex hactenus dictis,* æquum esse ait verbis contrahere, si autem esset præceptum, non ita loqueretur: idem videtur se qui *Lex 5. tit. 2. p. 4.* ibi, *conuiene que se haga por palabras, para que se pueda probar:* & tenent *Veracruz 1. p. specul. a. 3. ad fin. Palacios 4. d. 27. disp. 1. f. 569. Bart. à Ledesm. dub. 17. de matrim. f. 1271.* Fateor tamen culpam esse venialem non exprimere verbis, sed solis signis consentiendo, nisi iusta causa excusaret. Quia à recta ratione alienum est in hoc grauissimo contractu, non exprimere consensus commodiori modo possibili, verbis autem, melius & clarius, quam signa, consensus exprimuntur: & ita fatentur *Veracruz, & Bart. à Ledesm.* qui bene hoc intelligit, dummodo externa signa sufficienter consensum exprimant: alias esset mortale, si consensus recte retur dubius, vnde scandala liteſq; oriri possent: idem docet *Enriquez n. praced. allog.* dicit enim non esse mortale, secluso scandalo,

Quæ autem verba sufficiant ad matrimonium contrahendum, dixi lib. 1. disp. 18. & seq. & quæ signa, disp. 22. An satis sit parentes, vel alios nomine contrahentium respondere, dixi disp. 23. eod. l. 1.

Vter autem coniugum debeat prius interrogari, & verba proferre: dic breuiter nihil refert, vter illorum incipiat: quia licet *c. Si inter, de sponsal. & cap. Licet, de sponsa duorum,* prius verba non proponantur, id tamen narratiuè fit, & non dispositiuè. Sic *Ioan. And. d. c. Si inter, n. 3. Ant. n. 3. Card. ibi, initio, Couar. 4. decret. 2. p. c. 4. initio, n. 6.* qui dicit honestum esse, vt prius femina interrogetur: sed melius *Ioan. And. Ant. & Cardin.* dicunt honestius esse à viro initium fieri mere: quia in ijs testibus prius verba viri proponuntur tum, quia vir caput est, tum etiam, quia fœminæ verecundiæ subiectiores sunt.

DISPV-

DISPVTATIO XXXII.

Vtrùm necessarium sit vtriusque coniugis consensum, simul absque temporis interuallo præstari?

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones tractandæ sint, n. 1.
Vtrum necesse sit simul præstari, n. 2.
Resolutio vtriusque, n. 3.
An tandem sit expectandum alter non statim consenserit, alteri dicenti se reuocasse consensum, n. 4.
Obiectiones argumenta, & explicantur c. Si inter, de sponsal. n. 5.
An sufficiat quodcumque tempus interuallum: ponitur opinio affirmans, n. 6.
Contraria verior, n. 7 & ibi, quid quando contrahitur per procuratorem.
Quando consensus alterius sit minus legitimus, vt fictus, vel metu extortus, an sufficiat postea consentire: ponitur opinio negans n. 8. & contraria verior, n. 9.
Vtile argumentum à fortiori, n. 9.
Non requiritur tunc intimari alteri quid alteri coniugi, sed ipse ignorante potest intimari consensus, num. 10 & an satis sit interne reuocari, & quid si reuocatus consensus nullam fuit rationem metus, vel quia de facto sit quæritur. 11 & ibi, quid in sponsalibus fiat contrahis.
An sit spectandum quot temporis distantia inter cedat, nu. 12. & an retineatur tantum propter bona & rebus, n. 13.
Vtrum qui sit professus ex. aut inualide ratione metus, possit alia ingredi inualide professi, n. 14.
Contrarium argumenta n. 15.
Quibus fiat per Tridentinum correcta, ponitur opinio affirmans, n. 16 & contraria, n. 17.

1 QVATVOR quæstiones agitandæ sunt. Prima an necesse sit consensus esse simul. Secunda, an sufficiat quodcumque temporis interuallum. Tertia, de fictè consentiente, vel metu, an possit matrim. prius validum efficere denuo consentiendo. Quarta, an hæc correcta sint per Tridentinum.

QVÆSTIO I. Vtrùm necessarium sit consensum vtriusque coniugis simul tempore præstari? Duplex est sent. Prima affirmat. Quia in aliis contractibus, id requiritur, *vt l. Consensu, v. Cõsentire, ff. de act. & obl.* Secundò, quia in sacramentis simultas materiæ & formæ requiritur: consensus autem verbis expliciti, sunt materia, & forma sacramenti: vt dixi hoc 2. lib. disp. 5. n. 6. Tertiò, *l. Cum nauis, ff. de verb. obl.* petit textus contrahentes sibi ipsis respondere, an tequam ad alia diuertant. Quartò, quia *c. Si inter, de sponsal.* requiritur mutuus consensus, quare non est, dum inter consensus ipsos mora temporis intercedit. Sic Speculator *t. de sponsal. §. 1. n. 5. vers. Secus. Ioan. And. in addit. 4. Dilectus, de sponsal. fin. Ant. cons. 84. Anch. c. Ex litteris, el 2. de sponsal. fin. Alex. cons. 154. fin. vol. 5.* & hanc dicit in rigore veri. Alex. Carrer. *d. 4. de sponsal c. 3.*

2 Secunda sent. multo probabilior, ait, id non requiri, sed quæ præstari, modo consensus prioris coniugis reuocatus non sit. Prob. primò, quia in omni contractu satis est consensus diuerso tempore adhiberi, *l. 1. §. 1. ff. de verb. obl. & l. 3. sed verius ff. de contrah. empt.* & constat in omnibus contractibus per nuncium, literas, vel procuratorem initis. Vtrum autem matrim. instituens in sacramenti esse cõtractum, naturam minimè mutauit. Et confirm. quia valide contrahitur matrim. per literas, vel procuratorem, (vt probabile hoc 2. lib. disp 11. & 12.) & tamen consensus non simul præstantur. Secundò, quia hoc etiam requiritur in sacramento pœnitentiæ, vbi audita cõfessione peccatis nullo tempore absolutio differri. Hanc tenent *D. Tho. 4. dist. 9. q. 3. a. 3. quæstiunc. 2. ad 2. Ricard. ead. d. a. 1. q. 3. Major & ibi Sotus qu. 1. a. 3. vers. Nihilominus respondetur, sed alia hinc nascitur, Pet. de Soto lect. 5. de matrimon. 2. fin. 3. nunc. 1. 3. spec. art. 2. §. Requiritur igitur, Ledesma 2. p. 4. q. 17. a. 4. 4. 27. q. 1. §. Und. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 39. f. 1056. Bart. à Ledesma de matrim. c. 3. n. 6. Pet. de Ledesm. de matrimq. 45. a. 3. dub. 2. Pruden. Lorded. 1. 3. de matrim. n. 42. Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 27. f. 1272. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 216. nu. 8 & 9. Th. Sanchez. de matrim. Tom. I.*

208. *nu. 7. Vega lib. 3. sum. casu 75.* Et ex iurisperitis, *gl. c. Dilectus. fin. de sponsal. & ibi Host. super 1. Contrario, & ibi Ioan. Andr. nu. 7. Anchar. n. 3. Henric. nu. 3. Alex. de Neuo n. 19. Præpos.* dicens communem, *n. 2. Archid. c. Sufficiat, 27. q. 2. n. 1. gl. Abb. c. Cum inter canonicos, de elect. n. 6.* &c. dicit optimè facere illum textum, quia contrahitur ibi matrimonium spirituale, licet consensus eligentis, & electi nõ concurrant eodem tempore. *Calderinus c. Si inter, de sponsal. vbi Ant. n. 4. Card. n. 4. q. 1. Alex. de Neuo n. 12. Præpos. n. 3. Zasius cons. 4. n. 8. & cons. 2. n. 25. vol. 2.* & refert *Corsetum Crottu & Card. Florent. Parisius* alios referens *cons. 55. n. 16. vol. 4. Alex. l. Si stipuler, fin. ff. de verb. obl. Io. Lup. rub. de don. §. 50. n. 20. Ang. Matrimonium, 2. n. 3. Sylues. Matrimonium 2. q. 6. Tabena Matrimonium 2. q. 7. nu. 8. Nauar. sum. c. 22. n. 80. Brunellus de sponsal. concl. 13. nu. 2. Conar. 4. decret. 2. p. c. 4. inst. n. 7. Greg. Lop. l. 10. t. Ne consentien, t. 1. p. 4. Azeuedo lib. 6. recop. t. 16. l. 2. n. 20. ad fin.*

Id tamen obseruandum est, si altero non statim consentiente, prior qui consenserat, affirmet se consensum reuocasse, credendum esse ei, quia in dubio præsumitur sub conditione consensisse, si alter statim assensum præbeat. Sic *Ant. c. Si inter, n. 4. de sponsal.* 4

Ad 1. argum. ex propositis nu. 2. respondetur ne gando 5 antecedens oppositum enim probaui n 3. Ad 2. dico in aliis sacramentis sat esse simultatem moralem, & licet in aliis minorem temporis interiectionem patiatur hæc simultas, id euenit, quia non sunt contractus: matrim. verò cum contractus sit, maiorem distantiam inter vnius & alterius consensum patitur. Ad 3. dico loqui in stipulatione illum textum, in qua verba cum illa solemnitate sunt de substantia: secus in aliis contractibus. Ad 4. dic. satis dici mutuum consensum, cum prior non reuocatus, maneat in virtute.

QVÆSTIO 1. An satis sit alterum præstare consensum 6 quocunque temporis spatio intercedente? Affirmant aliqui, quia tamdiu dicitur prior in consensu persistere, quamdiu non reuocat. Sic *Maiorù 4. dist. 27. q. 1. Nauar sum. c. 22. n. 80.*

Cæterum dicendum est exigi simultatem moralem, 7 ita vt non magnum interuallum inter vnius, & alterius consensum distet. Prob. quia in aliis etiam contractibus, per longi temporis lapsum hæc voluntas non manet virtute. sed reuocatur, *l. 1. § 1. ff. de verb. obl. ibi, interuallum medij temporis modicum, non vitiauit obligationem.* Sic *Sotus 4. d. 27. qu. 1. a. 3. vers. Sed alia hinc nascitur, Caiet. 4. decret. 2. p. c. 4. init. n. 7. Veracruc 1. p. spec. a. 2. §. Sed an sit matrimonium, Enriq. l. 11. de matrim. c. 3. n. 6. Azeuedo lib. 5. recop. tit. 16. l. 2. nu. 20. ad fin. Bart. à Ledes. dub. 17. de matrim. f. 1273. Und. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 39. f. 1056. Pet. de Ledesm. de matrim. q. 45. a. 3. dub. 2. Vega lib. 3. sum. n. casu 75.* Exemplificant aliqui ex his DD. quando defectu huius simultatis non valeat matrimonium, vt *Sotus, & Und. Lop.* si sex mensium intercedat, tunc enim dicunt non esse tutum, *Enriquez* exemplificat, quãdo biennium intercedit, tunc enim dicit non esse matrimonium: *& in commento littera, G.* optimè dicit priorem sententiam veram esse, dum matrimonium contrahitur per procuratorem: quia in eo quod procurator non reuocatus facit, quantumcunque tempus medium intercedat, manet virtute consensus illius, qui procuratorem constituit, *Bart. à Ledesm.* exemplificat non esse matrimonium, quando annus intercedit. Sed melius *Pet. de Ledesm.* ait prudentis arbitrio hoc relinqui, attentis particularibus circumstantiis.

QVÆSTIO III. Vtrum quando consensus alterius fuit 8 minus legitimus, quia fuit fictus, vel metu extortus, satis sit, vt incipiat valere matrimonium, si hic denuo consentiat, vel oporteat vtrumque denuo consentire, quando cõsensus cadit super materiam legitimam, id est, quando fuit inter personas aptas ad contrahendum validè matrimonium? quando enim cadit super materiã illegitimam, dicam disp. 35. Duplex est sent. prima, & satis probabilis, ait requiri, vt vterque denuo cõsentiat. Prob. primò, quia quando consensus cadit super materiam illegitimam,

desideratur nouus vtriusque consensus (vt dicemus disp. 35.nu.2.) ergo quando cadit super materiam legitimam, cum vtrobique matrimonium sit irritum. Et confirmatur, quia nullum impedimentum est ita dirimens matrimonium, sicut defectus consensus, ergo si intercedentibus aliis impedimentis dirimentibus, est necessarius nouus vtriusque coniugis consensus, à fortiori intercedenti hoc: valet enim in iure argumentum à fortiori *c. Cum in cunctis, de electione, auth. Multò magis, C. de sacrosanct. Eccl.* Secundò, quia cum matrimonium claudicare non possit, deficienti vnius consensu, est prorsus irritum, & quasi prorsus contractum minime esset, quo casu manifestum est requiri vtriusque consensum. Sic tenet *Felin.* referens *Antonium, & Anchar. anum, c. Ex parte dec. ani, de rescript. nu. 11. ampliat. 4. Palacios 4. d. 27. disp. 1. s. 566. col. 2. Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 19. s. 1297.*

9 Secunda sent. probabilior, ait satis esse, vt ille, qui minus legitimè consensit, denuo consentiat, dum alter consensum non reuocârit. Prob. nam cum consensus alterius validus de se fuerit, & sufficiens ad matrimonium, nec reuocatus fuerit, iam ex parte huius consensus nihil desideratur, solus autem deest consensus illius, qui fictè, aut metu consensit, ergo hoc accedente, conualescit matrimonium. Confirm. quia si fictè, vel metu consentiens nullum omninò tunc præstitisset consensum, sed spatio temporis interiecto, manente in virtute prioti consensu, valeret matrimonium: vt diximus, n. 3. sed qui fictè, aut metu consensit, perinde se habet, ac si non consensisset: cum is consensus omnino nullus fuerit; ergo satis est, vt manete in virtute priori consensu, ipse solus consentiat. Ita tenent tractantes, quando alter metu cadenti in virum cõstantem, consensit, *D. Tò. 4. d. 29. q. vn. a. 3. quæstiunc. 2. ad 2. D. Bonau. ibi qu. 2. n. 13. Palud. q. 1. a. 4. nu. 13. Ricard. ibi, a. 2. qu. 1. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 7. ad medium, Viguer. Instit. c. 16. §. 7. vers. Sexto, Enriequ. l. 11. de matrim. c. 10. n. 5. ad fin. Palacios 4. d. 29. disp. 1. s. 663. ante vers. Consentiãt in dogmate* Et ex iurisperitis, *Turrecr. 31. q. 2. in sum. nu. 11. Rosell. v. Impedimentum, imped. 10. nu. 11. Angel. Matrimonium 3. imped. 11. n. 1. Synest. Matrimonium 8. q. 11. dict. 4. Tabiena v. Impedimentum, imped. 9. ad fin. Armill. v. Matrimonium, n. 41. Nauar. sum. c. 22. n. 51. fin. Greg. Lop. l. 15. v. Le plugnieſe. fin. t. 2. p. 4.* Et tractantes de fictè consentiente, docent *Ricard. 4. diſſ. 29. a. 1. q. 3. Pet. de Soto lect. 3. de matrimon. paulo post princ. §. Primum igitur, Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 85. ad fin. §. penult. Manuel 1. to sum. 2. edit. c. 208. nu. 7.* Et ex iurisperitis, *Host. c. Dilectus de sponsal. super v. Contrario, Ioann. And. ibi, n. 7. Anchar. n. 3. Alex. de Neuo n. 18 fin. Sylueſt. Matrimonium 8. q. 2. dict. 6. Nauar. sum. c. 22. n. 22. n. 8.*

10 Hinc infertur in hoc casu non oportere aliquid intimari alteri coniugi, nempe matrim. non valuisse, quia id necessarium est, vbi nouus ipsius consensus exigitur, ne ob errorem, careat debita libertate, sed in hoc casu non exigitur nouus ipsius cõsensus, ergo non oportet aliquid ipsi intimare. Sic *Petr. de Soto & Lud. Lop. n. præced. allegati* & à fortiori colligitur ex dicendis. nu. sequenti, & in fortioribus terminis, nempe quando etiam prioris consensus fuit de se insufficiens, tenent multi, quos referam disp. 36. n. 2.

11 Secundò infertur satis esse in hoc casu, si ille internè in corde suo, post consentiat. Quia externum consensum iã præbuerat, & solus internus desiderabatur, ergo satis est hunc supplere. Et confirm. quia externus exigitur, vt alteri constet de voluntate, in hoc autem euentu constat. propter priorem externum contractum. Ita tenent *Ricar. 4. d. 29. a. 1. q. 1. D. Antonin. Aug. Sylu. Petr de Soto, Turrecr. Lud. Lop.* vbi eos allegauit n. 9. *Veracruc. 1. p. spec. a. 29. fin.* quamuis *Enriq. li. 11. de matrim. c. 12. n. 2. in comment. lit. I.* dicat requiri, vt repetatur consensus cum aliquo externo signo Immo idem dicunt *Ricard. D. Antonin Turrecr. & Sylueſt. ibi*, quando vterque metu consensit, & ita vtriusque coniugis cõsensus nullus fuit. Sed hoc minimè credo, quia cum vtertrim. penitus non esset contractum, sicut quando consensus cadit super materiam illegitimam, quo casu disp. 35. n. 3. dicemus vtriusq; consensum innouandum esse, denuoque matrim. contrahendum: quando autem denuo contrahitur matrimonium, constat externo signo, consensus manifestandos esse: & in hoc casu verum dixit *Enriq. proximè cit.* Idem prorsus, & quod dicemus n. sequenti in matrimonio, dicendum est de sponsalibus, quando enim duo ad contrahendum habiles, sponsalia inierunt, & alter fictè consensit, vel metu, satis est, si postea quocumque temporis interuallo medio, internè consentiat: secus quando ex parte vtriusque consensus esset irritus, quia eadem prorsus est ratio.

12 Tertiò infertur satis esse, si fictè, vel metu consentiens, post verè assensum præbeat, quocumque temporis spatio interiecto: quia quando vnius tantum adfuit consensus, oportet alterum absque longa mora consentire, vt prior consensus virtute, maneat, vt diximus nu. 7. in hoc autem casu non tantum virtute, sed actu, & formaliter semper manet, cum semper, qui verè consensit, existimet valere matrimonium, & alterum habeat, vt coniugem petens, & reddens debitum. Et ita *Nauar. sum. c. 22. n. 80.* dixit sufficere: hunc fictè consentientem, verè consentire, licet plures interceſſerint menses.

13 Quartò infertur, non esse opus vt iterum coram parocho & testibus celebretur hoc matrimonium: quia id esset necessarium, quando omnino celebratur matrimonium, hic autem tantum suppletur defectus interni consensus, vel alius defectus occultus, & iam externo contractus astiterunt parochus & testes. Sic *Enriq. li. 11. de matrim. c. 12. n. 2. in comment. lit. I. Lud. Lop. & Manuel*, vbi eos nu. 9. allegaui, & constabit ex dicendis infra disp. 37. n. 3. & seq. vbi in fortiori casu, nempe quando matri. fuit omnino nullum ob impedimẽtum occultum, cum multis idem dicemus.

14 Vltimò infertur, si quis professionis capax, fictè, aut metu profiteatur, fieri verè professum, si internè professionem ratificet, quia ex parte religionis admissio fuit legitima, vnde nihil oportet religioni intimare: constat ex dictis num. 11. & similiter sufficeret quacumque temporis distantia intercedenti, vt in simili diximus de matrimonio nu. 12. cum tam matrimonium, quam professio traditionem & acceptationem externam requirant, & ideo eadem est ratio de vtriusque. Ita videtur tenere *Manuel 2. tom. sum. c. 92. n. 5.* licet non satis explicuerit, tantum enim dicit debere hunc occultè profiteri. Quando autem hic esset incapax professionis, defectu ætatis, vel anni nouitiatus, dicam disp. 35. n. 4.

15 Ad 1 arg. ex propositis nu. 8. pro prioti sententia, negatur conseq. quia in priori casu, vterq; consensus fuit prorsus nullus, & ideò vterque est innouandus: in posteriori vero, alter solum fuit nullus. Ad confirmationem, distinguo antecedens, est enim verum in hoc sensu, vt nihil sit à quo ita dependeat matrimonium, ac consensus, & nihil sit ita indispensabile: est autem falsum in hoc sensu, vt consensus in vno deficiens, permanente in virtute consensu alterius, ita annullet matrimonium, sicut quando adest impedimentum dirimens. quia in hoc casu, ex parte vtriusque consensus, est nullum matrimonium: in illo verò, tantum ex parte alterius. Ad 2. negatur antecedens, matrimonium enim claudicare nequit, ita vt sit legitimum, absque vero vtriusque consensu: potest tamen claudicare hoc pacto, vt consensus vnius, dum non reuocatur, sufficiat ad matrimonium, quando postea alterius consensus accesserit: vt contingit quando consensus diuerso tempore præstantur: iuxta dicta n. 7.

16 Quæstio IV. An per *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* correcta sint dicta in hac disputatione, ita vt necessarium sit consensus simul tempore ab vtroq; præstari? Affirmant *Ant. Cucum l. 5. n. instit. maior s. 11. n. 33. Bart. à Ledesm. dub. 17. de matrim. s. 1272. §. Sed dubium se offert, Vega lib. 3. summa. cas.* 75. Ducuntur, quia aliter parochus & testes nequeunt de vtriusq; consensu testificari, si enim post primi recessum, alter consentiat, necesse est, vt sit matrimonium, vt priori constet de consensu alterius, vt diximus hoc 2. disp. 32. n. 9.

23. & ita parochus & testes non assistent vtriusque consensui requisito, nisi antequam contrahentes recedant, simul consentiant.

17 Sed dicendum est non esse correcta: vt constat: quia Enriquez, Palacios, Nauar. in sum. Lat. Pet. de Ledes. Manuel Azebedo Ind. Lop. Vivald. quos retuli nu. 3. & n. 7. post Trident. scripserunt, & sustinent sent. ibi propositam, cum tamen cõtrarium docturi essent, si Trident. eam correxisset: & statuam de specie casum, in quo verificari possit non requisitus consensus coniuges consentiant, & per hoc patebit solutio ad arg. cõtrarium. Primus est, quando alter coram parocho duobus testibus consensit, altero nil respondente: & post idem alterum coram eodem parocho, ijsdem testibus, præsente que priori contrahente, hic qui prius tacuerit, consenserit enim matrimonium: quia durat in virtute prioris consensus verbis explicitus. Secundus casus esse potest quando qui in præsentia parochi & testium consensit, dedit alicui potestatem ad acceptandum suo nomine, & hoc acceptante, coram eodẽ parocho & testibus alter postea consentiret. Et potest esse tertius casus qui propositus est n. 9. quando vterque coram parocho & testibus consensit, sed alter fictè, conualescit enim illud matrim. quamque temporis distantia intercedente hic occultè consentiat: vt diximus n. 11. & duplici seq.

DISPVTATIO XXXIII.

Vtrùm ad matrimonium sufficiat consensus, quo vterque coniux consentit, falsò existimans subesse impedimentum dirimens, vt priorem alterius coniugem viuere?

SVMMARIVM.

Refertur opinio affirmans, & quando hi credunt eo impedimento stante non posse matrimonium, videt. n. 1 & quid, quando credunt non valere, n. seq.
Refertur opinio affirmans non valere, n. seq.
Prima opinio, videt. n. 2.
Secunda opinio, videt. nu. 2. & an credendum sit huic negantibus consuetudinem.
Resolutio propria & explicatur l. Is qui putat ff. de acquir. hared. n. 4.

1 DIFFICVLTAS huius quæst. versatur, quando adest error alterius, iuxtaque scientia, quia coniuges falsò credunt esse impedimentum, & existimabant eo stante non posse consistere matrimonium: si enim errarent ex ignorantia, fatentur omnes verum esse matrimonium: quia non deficit consensus. Et ratio dubitandi est, quia videtur quod non appareat qualiter veram intentionem ineundi matr. habeant qui illud sibi impossibile esse putant. Et ideo dubium est. Prima, & satis probabilis asserit non esse matrimonium defectu consensus Prob. Primò, ex *l. Is qui putat, ff. de acquir. hared.* vbi decidit, credentem se necessarium hæredem esse, cum verè non sit, repudiare, nõ posse: quia opinio veritati præfertur: ergo similiter credens se ratione impedimenti, quod falsò esse credit, non posse validè cõtrahere non legitimè contrahet. Secundò, quia hic error circa matrimonij substantiam, cum coniuges existimant impossibilem sibi esse corporis traditionem. Tertiò, quia voluntas non potest ferri in impossibile, vt iuris cõsultus non est, nequit intendere consentire. Hanc tenent Vasquez, *1. Cum in Apostolica, de sponsal.* vbi *Ioan. And. n. 9. Ant. n. 9. ante vers. Secundo obstat, Anchar. n. 5. Abb nu. 6. Host. in Summa nu. 13. & 14. Propos. n. 3 fin.* & videtur tenere *Sanchez de matrim. Disp. 6. n. 3. vers. Quæro quia si ipse*, ait enim esse matrim. quoad cõscientiam Ecclesiæ, vbi videtur sentire secus esse in foro eandem tenent *Sylvest. Matrimonium 8. qu. 13. dub. 5. Ant. Matrimonium 3. imped. 13. n. 5. Arnal. verb. Matrimonium n. 44. Nauar. sum. c. 22. n. 56. Ant. Cucus l. 5. instit. maior. t. 30. n. 2. Bonac. Theologis, Sotus 4. d. 27. q. vn. a. 5. concl. 3. Angelus verb. 9. de matrim. q. 11. de imped. ordinis. a. 3. dub. 3. Ludouicus Lopez in instruct. de matrim. c. 47. vbi de imped. conditionis, & c. Rebellus de obligat. iust. lib. 2. sum. c. 282. & seq.* & dicit esse secundum sent. probabilior, affirmat valere matrimoniũ, quæ hæ personæ intendant quãtum in se ipsis est, consentiendo: quia hæ personæ sunt re vera habiles ad contrahendum, & intendant quatenus possunt, contrahere: ergo verè contrahunt. Secundò, quia stante hoc errore est possibilis consensus, vt constat ex *c. 1. de sponsa. in 6. in princ.* vbi deciditur ex sponsalibus nullis ratione consanguinitatis, vel alterius impedimenti, oriri publicam honestatem, modo adsit consensus, ergo supponit textus possibilem esse consensum cum impedimento dirimenti: & *Clem. vn. de consang.* excommunicantur contrahentes in gradu prohibito: quod non aliter fit, quam supposito posse esse cõsensum, eo enim deficiente non incurritur illa excommunicatio. Tandem, quia si hæreticus credat baptismũ esse rem irrisoriam, nilque valere vere baptizat, si verè intendat facere quod potest, & intendit Ecclesia, vt fatentur omnes, & ita cum errore valoris baptismi, est compossibilis consensus. ergo similiter in nostro casu, quãuis hi errent credentes non valere matrimonium, possunt habere legitimum consensum, eumque habent, si intendant facere quod possunt & intendit Ecclesia. Sic tenent *gloss. 34. q. 1. in sum. verb. Vtraque quæstio. si & c. Cum in apostolica, verb. Remanere, de sponsal. directorium*, vt refert & sequitur *Rosel. v. Impedimentum, imped. 12. fin. Verucius, & Supplem.*, vt refert *Sylvest. n. præced. allegatus, Tabiena v. Impedimentum, imped. 10. fin. Conar. 4. decret 2. p. c. 3. §. 7. n. 2.* Et ex Theologis, *D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 9. fin. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 52. concl. 3. Petr. de Ledes. de matrim. q. 55. a. 9. dub. 2. Enrique. lib. 11. de matrim. c. 11. nu. 5. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 233. nu. 3.* quamuis *Enrique. & Manuel* loquuntur, quando dubitant contrahentes de morte prioris viri.

Obseruandum in foro externo his non adhiberi fidẽ, 3
si negent se consensisse, secus in foro conscientiæ. Hoc videtur sentire *Card. n. 1. allegatus*, dum dixit hõc esse matr. quoad forum Ecclesiæ, & tenet *Conar. d. §. 7. n. 4.*

Ad 1. arg. desumptum ex *l. Is qui putat*: dic cum *Con. d. §.* 4
7. n. 2. opinionem præferri in eo casu veritati, quia ad eum actum est necessarium agentem scire, ex qua causa, & quo iure eandem actum agat: vt notat *ibi Iason.* Quod ad matrim. non desideratur. Ad 2. negatur errorem circa valorem matrimonij, illud irritare: vt constat in aliis sacramẽtis. Ad 3. dic non posse voluntatem ferri omnino absolutè in impossibile, bene tamen sub conditione, in quantum potest, vt constat in exemplo allato, n. 2 de hæretico.

DISPVTATIO XXXIV.

Vtrùm satis sit ad matrimonium consensus, quo aliqui ex errore putantes aliquod matrimonium per ipsos contractum, esse validum, denuo in illud consentiunt?

SVMMARIVM.

Refertur opinio affirmans valere, n. 1 contraria verior. n. 2.
Quod si illi contraherent, quamuis consciy essent nullitatis prioris matrimonij, n. 3 & ignorantia concomitans qualiter causa sit inuoluntarij, ibid.

ET videtur nouo illo consensu ex errore profecto, cõ- 1
ualescere illud matrimon. vt si quis fictè consensit in matrimonium, & audiens à confessario vel viris doctis valuisse, idque credens denuo consentiat. Quia hic error nec est personæ, nec conditionis, qui solum matrim. annullat, sed est error iuris, quo hic putat se ligatum esse cum illa vxore. Et ita tenet *Tabiena Matrimonium 2. q. 7. n. 8. ad fin. & Supplem. Gabr. 4. d. 29. q. 1. a. 3. dub. 3. ad fin.* quamuis dubitet, videtur tamen affirmare, esse matrimonium: & *Victoria, Ledesma q. 3. statim allegandi* dicunt posse probabiliter disputari.

Sed dicendum est non esse matrim. Quia nil tam con- 2
trarium consensui, quam error, *l. Si per errorem, ff. de iurisd. omn. iudic.* error que hic ad personæ errorem reducitur; vt latius dicam disp. 6. n. 3. vbi aliis rationibus hæc sententia confirmabitur, & hanc tenent *Ant. in quodam consilio, quod est inter Anchaeani consilia, cons. 229. & Anchar. ibi cons. 230. Rosella Matrimonium 4. n. 4. & 5. Angel. Matrimonium 2. n. 17. Sylvest. Matrimonium 5. q. 10. Victoria relect. de matr. p. 1. nu. 10.*

Nauar.sum.Lat.& Hisp.c.22.n.76.& l.1. cons.t. De his quæ vi, in 1.edit.cons.2.n.8.in 2.cons.4.n.8.Ledes.2.p.4.q.45.a.1.ad fin. Veracruz 1.p.spec.a.29.ad fin.Palacios 4.d.28.disp.1.s.268.col.1. Enrique l.11 de matrim.c.9.n.7.& in fine.

4 Aliqui ex his DD.temperant hanc sententiam,vt non sit matrimonium, quando si denuo consentiens sciret se liberum esse,minimè consentiret;vnde à contrario sensu videntur oppositum sentire,quando si libertate cognita adhuc assensum præberet.Sic *Rosel.n.5.Sylvest.Victoria.Nauar.sum.Hisp.Ledes.Palacios,relati n.præced.* Et potest esse fundamentum,quia talis error tunc non est antecedens actũ, illiusque causa, sed est concomitans, id est, qui simul est cum actu,& esto non esset,adhuc actus fieret: qui error non est causa inuoluntarij: qua ratione multi DD. affirmant contrahentem cum serua credita libera;validè contrahere,si conscius seruitutis, adhuc illam duceret. Sed verius est etiam in hoc casu non esse matrimonium:quia ea tantum est voluntas habitualis,& quamuis error concomitans non sit causa involuntarij contrarie, est tamen causa inuoluntarij negatiue,id est,est causa, vt ibi non sit actus, & consensus voluntarius positiue, sed tantum est in habitu,& animi præparatione,quia si sciret, haberet actum voluntatis:matrim. autem requirit actum voluntarium de præsentixquare vt esset matrimonium, oporteret vt cum denuo cõfirmat, hunc actum voluntatis eliceret, quamuis primum matrim.sit nullum,volo ex nunc eo ligari.Et confirm.quia dum denuo consentit, manifestum est eum nõ intendere nouum matrim.celebrare,cum existimet prius esse validum, sed tantum intendit præteritum ratificare,quod cum nullum fuerit,ratificari nõ potest:vt latè probabo disp.36.n.3. Quibus rationibus ducta communis sent.asserit non esse matrim. dum aliquis seruitutis ignarus contrahit,quamuis si illius conscius esset,non desisteret à contrahendo.

DISPVTATIO XXXV.

Vtrùm ad ratificandum matrimonium inualidum ob impedimẽtum dirimens, impetrata impedimẽti dispensatione,vel eo cessante,vt quia prior coniux viuebat,& iã obijt, exigatur vtriusque coniugis consensum reuocari, vel satis sit eius,qui impedimentum nouit?

SVMMARIVM.

Refertur opinio affirmans satis esse renouari consensum scientis impedimentum,n.1.

Contraria opinio verior,n.2.& an sufficiat consensus illos internos esse, num.3.

Si incapax professionis profiteatur, an cessante impedimento satis sit interne profiteri.num.4. & ibi an oporteat monasterium conscium esse nullitatis professionis.

Soluuntur argumenta, & explicantur l. Si quis in senatorio,& l. Eos ff. de ritu nuptiarum,n.5

1 QVIDAM aiunt satis esse consensum scientis impedimentum renouari. Prob.ex *l.Si quis in senatorio,& l. Eos ff.de ritu nupt.* vbi habetur matrim irritum conualescere,si cessante impedimento alter coniux in pristino consensu persistat. Et confirm. quia antiquus consensus censetur durare,dum reuocatus non est: qua ratione hoc 2.l. disp.32.nu.9.diximus fictè consentientem posse suo solo consensu matrimonium ratificare. Sic tenet *Lognado*, (vt refert *Præpos. c. Cum in Apostolica.fin de spons.*) idem censent aliqui DD. quos disp.seq.nu.2.referam, dicentes contrahentem ignoranter cum serua, si post manumissionem, illius inscius eã cognoscat affectu vxorio, perficere prius matrimonium:eò quòd prior consensus duret in illa serua: & ita censent sublato impedimento non oportet vtriusque consensum renouari.

2 Cæterùm omnino tenendum est id matrim. minimè conualescere, nisi nouus vtriusque consensus accedat. Quia cum prior consensus fuerit omnino ex parte vtriusque inualidus,eò quòd super illegitimam, & inhabilem materiam ceciderit,denuo vterque renouandus est,nec durare potest consensus qui nullus omnino fuit. cum enim permanentia existentiam supponat, consensus qui nunquam existitit,permanere nequit.Sic docent ex Theologis,*D.Thom.4.d.40.q.vn.a 4.ad 6.Scotus 4.d. 35.q.vn.§. Respondeo,primus consensus, Ricard.4.d.40.a.1.q.6.Suppl.Gabr. 4.d.38.q.1.a.2.concl.12.Caiet.opusc.to.1.tract.12.de matrim.qu. 2.& sum.verb.Matrimonium, tit.Contractus matrim.potest rescindi vitiosus, vers.Tertium caput. Abul. 1.Reg.c.8.qu.38.Soto 4.d. 27.q.1.a.3.vers.Sed alia hinc nascitur, Veracruz append.ad spec. dub.10.concl.4.Palacios 4.d.30.q.1.s.670.fi.& sequ.Cordub.l. 1.quæstionarij,q.11.a.2.dicit 1.& sum.q.189.punct.1. Enrq.l.12. de matr.c.1.n.7.Aragon.2.2.q.33.a.6. concl.3. Philiarcus de offic. sacerd.to.1 p.2.l.2.c.13.Petr.de Ledes.de matrim.qu.45.a.3. dub. vlt.Manuel 1.12. sum.2. edit.c. 220.n.1.* Et ex inferioribus glo. *Non debet, de consang.v. De cætero*, & colligitur ex eo textu, ibi, *de cætero liberè copulamur, Host.in.2. De eo qui duxit in matrim.socio & ibi innoc.n.vn. Ant.n.8. Anchar.n.4. Henric.m.5. Alex.de Neuo n.15.Calderin.& Præpos cap.Cùm in apostolica. de sponsal.fin.idem Præpos.d.c. Non debet.nu.20.fin.Franc.Aretin. Apud.Iulian.ff.de legat. Bald. Nouel. tract.de dote p.11.§. Hactenus,n.18. Paris.cons.52.vol.4.Sylu.Matrimonium 6 qu.5.dilu 2. & Matrimonium 8.q.2.dilu 6.Vil.Salobes in comm.Inn.M.n.67. Nauar.sum.c.22.n.47.& 80.& 6.Si quis autem, de pæn.d.1.c. 70.& l.4.cons.t.1.de spons.in vtraque edit.cons.12. Couar.4.decret.2.p.c.4.init.n.5.Greg.Lop.l 15.verb. Le plegues.l.fin.t.2.p.4. Perez lib.5.ord.t.1.l.1.s.18.§. Ex quibus respondendum erit.Sarmiento l.6.select.c.17.fin. Matienzo l.5. recop.t.1.rubr.gl.2.n.16. Segura direct.iudicum,2.p.c 15.n.39 & seq.*

Nec satis erit inter hos coniuges internè consensum renouari cuius contrarium minus bene dixit *Veracruz 2.p.spec.a. 44.concl.3.* fauentq; illi DD.quos disp.32.n.12.hoc 2.l.retuli,dicentes quãdo vterque coniux ob metum inualidè contraxit, posse solo consensu interno vtriusque renouari illud matrim.Sed contrarium dicendum est:vt similiter tenimus eod.n.11.nam cum vtriusque consensus prorsus inualidus fuerit,perinde omnino est ac si non fuisset:quare sicut à principio erat necessarius consensus externo signo,aut verbis manifestatus,ita & nunc. Et sic idem *Veracruz* tenet *append.ad spec.dub.10.concl.4.* & quamuis ibi dicat post Tridentin.non sufficere iam internum consensum,quasi secus esset de iure antiquo. at idem dicendum est attento quocunque iure,vt probat ratio adducta.Et ita videtur supponere *Couar.4.decret.2.p.c.4.init. n.5.*passim enim repetit illud matrim.denuo contrahendum esse verbis,vel aliquo signo externo: & tenet *Enriq. lib.11.de matrim.c.12.n.2.commento,lit.I.*

Ex his infertur dum professio omnino inualida fuit, quia profitens incapax erat,ob ætatis defectum,vel annorum nouitiatus,vel aliam causam, non satis esse solo interno actu professionem renouari,sed oportere iterum professionem recipi actu externo, sicut diximus de matrim. ipso iterum profitente,& monasterij superiore denuo admittente:cum vtriusque actus nullus fuerit)Quando autem profitens verè capax erat, & ex sola parte ipsius fuit propria professio nulla,dixi hoc 2.l.disp.32.n.14.) Satis autem esse ipse sciens nullitatem prioris professionis,& superiore similiter conscio,admitteretur ad actus professorum,postquam impedimentum cessauit,quia tunc est professio tacita,iuxta *c.Vidua de regu.* sicut disp.seq. n.6.dicemus idem in matrimonio prorsus nullo,ratificando. Vtrum autem necessarium sit superiorem conscium esse nullitatis prioris professionis, idem prorsus dicendum est quod tota disp.seq.dicemus de matrimonio omnino inualido.Eximi autem vt ipse professus norit priorem professionem inualidam fuisse,dixi l.1.disp.16.n.7.

Ad 1 arg.desumptum ex *l. Si quis in senatorio, & l.Eos,dic.* cum *Couar.4 decret.2.p.c.4.init.n.5.* intelligi eas leges,quando coniuges copula maritali, vel alio signo externo dedo consensum exprimunt. Ad confirm. dic esse diuersam rationem,quia in illo casu alter consensus fuit valid us,in nostro autem vterque inualidus est.

DISPV-

DISPVTATIO XXXVI.

Vtrùm ad matrimonium inualidum ob impedimentum occultum ratificandum cessante impedimento, oporteat alterum coniugem certiorem facere de nullitate prioris matrimonij, vel hac nullitate tacita satis sit renouare consensus?

SVMMARIVM.

Quando matrimonium est nullum ex errore personæ, aut conditionis, licèt eodem errore nunquam censetur ratificari, nec satis est impedimentum audisse, & ritubens pro ignorante habetur, n. 1.

Quid quando non est impedimentum erroris, vel cessauit seruitus, postea ignota quadam, n. 2. & quid. si ingenuus contrahat cum serua ignorante & post manumissionem à se ignoratam, consentiat verbo, quæritur & post manumissionem, n. 2. inuol. n. 3. vbi etiam an quæritur vt matrimonium ratificetur per copulam, adesse scientiam nullæ aut prioris matrimonij.

Secunda opinio affirmans opus esse vt alter coniux certior fiat de nullitate prioris matrimonij, refertur, nu. 3. & ibi quando iudex erat in fundamento iuris dubitans, quia an iurisdictionem ignorat, non valet quod agit. Et adde non operantur vltra intentionem agentium: & quod nullum est, fieri non potest.

Tertia opinio sufficit nullitatis prioris matrimonij, & an sufficiat consuluisse, inferior ait non esse coniugem, & expellat id dicere, n. 4.

Si coniux ignorans, sic dicat, Volo ex nunc tecum contrahere, at dum sic copulæ affectu maritali, sciente vtroque coniuge prius matrimonium fuisse nullum, & tollere impedimentum, n. 6. & ibi, an habeatur locum post Tridentinum.

Quando non timetur scandali periculum, est omnino detegenda alteri coniugi matrimonij nullitas. & an possit hoc modo detegi, si alter dubitet non vere, sed fictè in esse, n. 7.

Quando signum scandali periculum, potest tacita nullitate prioris matrimonij haberi renouari, n. 8. & ibi, opinio parum probabilis potest tamen in casu per eam ampletti.

Tertia pars si iuxta ignorantia illa nullitatis prioris matrimonij, copula affectu maritali, n. 9.

Rationes argumenta prioris sent n. 10 & posterioris, n. 11.

1 OBSTAT apud omnes, quando matrim. nullum fuit ob personæ, vel conditionis errorem, non censeri ratificatum quocumque actu, dum durat idem error: quia cessante, quia consensus hic non est efficacior, quam prius Tridenti, cum semper eadem nullitatis causa perseueret. Eadem probatur ex 2. *C. fin. de coniug. seruorum.* vbi habetur conualidari hoc matrim. si audita seruitute, ingenuus verbo, vel facto consensit. Nec satis esset quæcumque seruitutis auditio, sed oportet vt ingenuus eam credens non rubans enim pro ignorãte habetur *l. vlt. C. de coniug. furer. eadem verb Aut ibi n. 5. Henric. n. 10.* Nec satis est de seruitutis suspicio, vt docet Doctor Theologus 4. *dist. 36. in fine* Rebellus. Ricard. *eadem dist. q. 2. q. 1. Paluel. ibi qu. 1. a. 1. concl. 3.* Bonacina 3. *imped. 4. nu. 8. Sylvest. Matrimonium 8. q. 3. dub. 2. Tabena verb. impedimentum, imped. 1. q. 11. n. 12. Sotus 4. d. 35. q. vn. ar. 2. vers. sed præterea*, vbi addit requiri vt ingenus credens seruitutem, videatur ex priori consensu nullo alio, vel probabiliori opinetur. Nec etiam ratificatur in foro conscientiæ, licet verisimiliter credere debuerit, si non credidit: tactus enim factus, ex quo inducitur tacitus, reuocatus consensus, videt

ex doctrina *Bart. l. Multum interest, n. 2. ff de cond. & demonstr.* quam sequuntur *Angel. Matrimonium 2. n. 17. Sylvest. Matrimonium, 5. qu. 10.* & commendat multis illustrans, *Felinus c. Ecclesia, n. 14. vers. 10. de const.* vbi docet non valere processum, si iudex erret in fundamento iurisdictionis, licet verè eam habeat, ignorat tamē se habere, quod apertè probatur ex *l. Hoc autem, §. Non defendit*, ibi, *constare praetori, ff ex quib. caus. in poss. ff.* sed similiter in nostro casu errat coniux ignarus in consensu, qui matrimonij fundamentum est, cum putet illum ferri in suam vxorē, ergo non valet. Tertiò, quia inualidè professus, vel voto inualido ligatus, nihil agit, (si ex errore putās professionem, & votum valere, denuo profiteatur, aut voueat, nec sponsalia inualida ratificantur, mutua habitatione, nisi adsit scientia eorum nullitatis: vt hæc omnia probaui l. 1. disp. 16. n. 7. quorum omnium ea est ratio, quod error quo ille putat priorem actum valuisse, reddit inuoluntariū consensum posteriorem, ex eo manantem, ergo à fortiori idem error annullabit matrim quod summam libertatem petit, *c. Cum locum, de sponsal.* Quartò quia ignorantia causa est inuoluntarij, etiam si non sit error personæ, vt si credam me dare 10. vel pauperi, cum tamen dem 20. vel diuiti, & ita impedietur in his casibus dominij translatio: ergo similiter in nostro casu, cum hic nouus consensus procedat ex ignorantia. Quintò, quia hi renouantes consensum, nō intendunt matrimon. denuo contrahere, putant enim iam legitimè contractum esse, & nil volitum, quin præcognitum, ergo non contrahunt denuo: actus enim non operantur vltra agentium intentionem, *l. Non omnis, init. ff. si cert. pet.* igitur non valebit matrimonium: vt enim valeret, oportet vt illo nouo consensu contraheretur, cum prius esset omnino irritum. Et confirm. quia coniux ignarus tantum intendit ratificare prius matrimonium, illudque approbare nouo illo consensu, non tamen de nouo celebrare, cū credat prius contractum, validum esse: sed quod nullum est, ratificari, non potest, *c. Ad dissoluendum. de despons. impub.* ibi, *nec accusatio locum habebit, cum non esset quod legitimi possent accusari*: vbi *glos. vers. Accusari*, multis hoc exornat. & docet *Hostiens.* multis textibus probans, *c. Dilectus, vers. Contrario, de sponsal. & vbi Ioan. Andr. nu. 7. Anchar. n. 3. Abb. c. Prudentiam, in princip. n. 19. de offic. deleg. idem Host. c. 1. de eo qui duxit in matrim. fin.* vbi docet primum consensum inualidum ratificari non posse, ergo illud matrim. inualidum non ratificatur nouo illo consensu. Sexto, quia (vt dixi hoc 1. l. disp. 34. n. 2.) si quis fictè contrahat, & errore ductus, quo putabat illud matrim. esse validum, verbis, vel facto consentiat, non est matrimonium: vbi multos DD. retuli, ergo nec in nostro casu, cum hic consensus ex simili errore procedat. Septimò, quia si opposita sent. esset vera, frustra essent noua verba ad conualidandum prius matrimoniū, sed satis esset coniungi scientem coniugem ignoranti copula affectu maritali, ignorans enim cum putet esse matrimonium, semper eo affectu accedit: quod manifestè patet, quia consensus magis facto, quàm verbis demonstratur, *c. Dilecti, de appellat, & l. De quibus. ff. de legibus*, & ideo *c. Is qui fidem, de sponsal.* decernitur sponsalia transire in matrimonium copula secuta: quia facto illo ostendebatur consensus de præsenti sed hoc sufficere, est minus verum, ergo. Prob. minor, quia contrarium tenent ferè omnes DD. vt *Glos. c. 1. de eo qui duxit in matrim. vers. Inscia*, vbi tractans an ratificetur prius matrim. inualidum, si sublato impedimento ignorans coniugem carnaliter cognoscat, ait nō ratificari, quia, inquit, *in primo consensu qui nullus fuit, videtur perdurare, & non alium approbare* idem *Innocent. ibi*, in fi. his verbis, *nam ex consequentia priorem consensum, videtur ignorans cognoscere.* idem *Host. ibi, initio. Ioan. Andr. ad fin. Ant. nu. 8. Anchar. n. 4. Card. paulo post princ. vers. Oppono, Henricus num. 5. Alex. de Neuo n. 11. Præpos. n. 1 fin.* Et ex Theologis, *Scotus 4. d. 35. q. vnic. a. §. Respondeo, primus consensus*, his verbis, *Si impedimentum non exprimatur personæ inscię, ipsa in copula carnali sequenti non consentit nouo consensu, sed tantum reddit in virtute prioris consensus, qui nullus fuit, & illum videtur approbare.* Idem *Abulens. 1. Reg. 8. q. 38. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 3. num. 6.* Ad idem sunt alij DD. dicentes tunc sublato impedimento ratificari matrim. per copulam, quando scientes impedimentum esse sublatum, cognoscunt se affectu vxorio. *Sic glos. c. Non debet, vers. De catero, de consang. Abb. ibi, sive, Præpos. n. 20. fin Loaces de matrim. dub. 12. nu. 14. Villalobos in summ. tit. Matr. nu. 68. Couar.* dicens esse communem sententiam, 4. *decret. 2. p. c. 4. init. nu. 5.* & ex Theologis, *Ricard. 4. d. 40 a. 1. q. 6. Supplem. Gabrielis 4. d. 35. q. 1. a 2. concl. 3.* Idem expresse docent multi, dicentes eum qui seruitutis ignarus, duxit feminam, quam postea manumissionis inscius, affectu vxorio cognoscit, non reualidare ea copula prius matrimonium, quia videtur ex antiquo consensu accedere. *Sic gl. c. fin de coniug. seruor. fin. & c. Si quis ingenuus, vers. Vacuat, 29. q. 2. Goffred. sum. 2 de coniug. seru. nu. 8. Rosella v. Impedimentum, impedit. 3. nu. 2. Sylvest. Matrimonium, 8. q. 2. dict. 2. Tabiena v. Impedimentum, impedit. 1. q. 12. n. 13. Nauar. sum. c. 22. nu 55. Greg. Lop. l. 4. t. 5. p. 4. verb. No es assi, Ant. Cucus l. 5. instit. maior. t. 12. nu. 50. Perez lib. 5. ord. t. 1. l. 1. f. 41 col. 2. §. Septimo non habeant.* Et ex Theologis, *Adrian 4. materia de sponsal. dub. 13. vers. Praeterea tertio principaliter.* & addit *Adrianus, sine verbis sine facta contrahat: quia semper intelligitur ex priori consensu facere, nisi constet velle de nouo contrahere, vbi prius matrim. non valeret. Vasquez 3. instit. c. 16. §. 7. vers. Nono, imped. 2. Veracruz 3. p. Speculi. a. 12. concl. 2. §. & 3. p. a. 29. §i Angles. tit. 1. p. de matrim. q. 10. de impedimentis, a. 1 dub 1. concl 5. Enriquez l. 11. de matrim. c. 9. fin. & c. 10. n. 4. Pet. de Ledes. de matrim. q. 52. a. 1. dub. 2. Philiarc. de offic. sacerd. to. 2. p. 2. l. 2. c. 5. imped. 2.* & in hanc partem magis inclinant *Soto 4. dist. 35. qu. 1. a 2. vers. Sed percontaris*, & *Ind. Lop. 2 p. instruct. de matrim c. 47 f. 1118. col. 2. vers. Praterea.* & reddit vterque hanc rationem, quia consensus ab initio nullus fuit, & illa ignorantia semper durat: quare copula tunc non reputatur nouus consensus. Ex his ergo omnibus concluditur in nostro casu non esse matrimonium, nec esse verum cōsensum, sufficientem ad matrim. nouum celebrandum, procedentem ex credulitate valoris prioris matrimonij. Tandem probatur ex concessione bullæ cruciatæ facta commissario, vbi concessa ei dispensandi potestate cum ijs qui ignoranter in gradu prohibito contraxere, traditur illi forma qua dispensatio concedenda est, his verbis, *altero impedimentum ignorante, prius de nullitate prioris consensus certificato.* ergo clarè sentit Pontifex hoc esse necessarium, vt consensus de nouo præstitus, constituat matrimonium. Pro hac sentent. manifestè stant DD. omnes allegati in 6. & 7. ratione: & pro ea est *Abulen. 1. Reg. 8. q. 38.* vbi agens de duobus infidelibus, qui viuentibus prioribus coniugibus inualidè contraxerant, hæc ait, *vt ijs mortuis verè contrahant, requiritur nouus consensus, & licet cohabitent, non præstant nouum consensum, & non est matrimonium: quia hunc consensum præstant illi, qui putant priorem consensum non satis esse, & se credunt prius non fuisse coniuges, at ibi credunt se esse legitimos coniuges, & sic nunquam de nouo consentiunt, vt sint coniuges, & non conualidatur matrimonium*: & videtur tenere *Veracruz 1. p. spec. art. 29. fine*, vbi ait requiri sublato impedimento nouum vtriusque consensum, & scire personam de nouo consentientem, impedimentum esse sublatum: & tenent expresse *Nauar. sum. c. 22. n 47. & l. 4. const. de sponsa. in 2. edit. const. 13. Ant. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 12. num. 82. & seq. Philiarc de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. l. 2. c. 13.* Addunt *Nauar. & Philiarc.* sufficere sic dicere, Suspicor te non esse virum meum, vel vxorem aliquo de causa, ergo vt causa tranquillitatis meæ iterum nos admittamus in coniuges.

Sit prima concl. Multo probabilior est hæc 2 sent. quia innititur rationibus multo vigentioribus, nec approbo quod dicunt *Nauar. & Philiarc. n. præced. fine allegati*, nempe satis esse sic dicere, Suspicor te non esse meum virum, vel vxorem. Quia titubans pro ignorante habetur, vt dispos. hac n. 1. ex multis probaui: & ea ratione dixi non sufficere audijsse vxoris seruitutem, vel illius suspicionem, sed requiri vt vir eam seruitutem credens, accedat affectu vxorio. ergo similiter non satis erit ex vxoris relatione

vir

vir suspicetur prius matrim. fuisse irritum, eò vel maximè quod ex dicendi modo, potius credere esse vanum mulieris scrupulum. Tutior tamen modus est hic, quam si vir penitus ignoraret prioris matr. nullitatem: nam hoc modo aliqualem illius notitiam haberet. Rarò tamen contingerit vt vxor hoc dicendi modo vteretur, quia magno exponitur periculo, & satis probabile est fore, vt viri animus minimè quiescat, sed potius ipsam vexet vt extorqueat quam ob causam, scrupulo nullitatis prioris matrimonij angatur: & ea non aperiente, magnæ orientur dissensiones, maximè si vir sit zelotypus.

5 Secunda conel. Sufficeret, si nouus ille consensus prodiret ex cognitione æquiualenti sciétiæ nullitatis prioris matrimonij: licet alter coniux eam ignoraret: vt si conscius impedimenti peteret ab alio fic, Me ita diligere si non esset inter nos matrim. denuo contraheres, ac si nunc vis me in coniugem, ac si non fuisset validum, inter nos matrimonium prius contractum? Et respõdeat alter: Ita volo interrogansque, se quoque idem velle, dicatque data opera dixi, Volo vt ex nunc, quia non sat esset, si non consisteret inter nos matrimonium, denuo contraherem: quia non est consensus de præsenti, hic ex nunc contrahendi, qualis ad matri. requiritur. Probatur conclus. quia tunc nõ tantùm vir intendit in matrimonio contracto perseuerare, sed denuo contrahere, sub ea conditione si prius matrim. irritum fuit. quare cum conditio tunc existat, matrimon. verè contrahetur. Secundò, quia hic consensus non procedit ex errore, sed licet simul cum illo sit, fertur in obiectum illud conditionatum absolutè. & error, & ignorantia se habent concomitãter, ignorantia autem concomitans non tollit voluntarium, & libertatem tollit negatiuè, id est, non ponat consensum in actu secundum habitu, quod non satis esse ad matrimonium, dixi hoc l. 1. disp. 34. n. 3. id tamen contingit, quãdo simul cum ista ignorantia concomitanti non elicitur cõsensus de præsenti, qualis hic adest, cum dicat coniux, Volo te ex nunc &c. & in hoc casu est vera prior sent. proposita n. 2. & videtur ignorãter tenere *Adrian. 4. de sponsal. dub. 13. vers. Praterea aliqui quoque aliter.* vbi dicens non conualidari matr. irritum ex seruitute, conditionę non derecta, subdit hæc, nisi vel conficiat de animo quod contrahere rite velit, vbi prius inuitus non fuerit legitimum. Et hoc potest etiam contingere per confessorem, vt si discordia sit inter coniuges, exhortando vt se ita diligant, ac si matri. denuo inter ipsos iniretur, & tunc se recipiant in coniuges, etiam si matrimonium non fuerit inter eos. Sed hoc magna circumspectione fieri oportet, & habita opportuna occasione: potest enim vir suspicari confessorem aliquid nosse de nullitate matrimonij, & ideo velle denuo coniugum consensum præstari: quare modus hic rarissimè per confessorem adhibendus est.

6 Tertia conel. Sufficit etiam si coniuges scientes impedimentum cessasse, se affectu maritali cognoscãt, vt prius matrimonium irritum conualidetur. Prob. ex c. 2. & c. fin. de consanguinit. vbi habetur contrahentem ignoranter cum affine, reualidare matrimonium, si cognita seruitute, verbo, vel facto, scilicet, copula carnali affectu vxorio, in eam consentiat. Item ex c. Si qui, de sponsal. vbi sponsalia in futuro, quia matrim. verbis, vel signis contrahi potest, (vt dixi hoc l. disp. 31. n. 5.) nullum autẽ signum ita expressum voluntatem contrahendi denotat, ac factum ipsum. Hæc cõclusio est contra aliquos dicentes requiri nouum consensum, vltra eum copulam. hi sunt *Ricard. 4. dist. 40. a. 3. q. 3. Panorm. 3. 9. spec. a. 32. concl. 1. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. 2. c. 20. n. 23. ante post primo.* Sed nostram conclusionem sustinent communiter. *Sanch. de matrim. 6. q 5. dict. 2. fin. Nauar. sum. c. 22. Hisp. n. 5. 2. Rebel. 2. p. lib. 5. q. 2. n. 20. fin. Lezana de matrim. dub. 12. nu. 14. Villalobos in sum. tom. 2. tract. 38. n. 68. Soto 4. dist. 35. q. vnic. a. 2. vers. Sed est præterea. Conar discens esse communem sent. 4. decret. 2. p. c. 4. num. 20. Perez. lib. 5. ord. t. 1. l. 1. f. 41. col. 2. vers. Septimò non habebunt, Palacios 4. dist. 30. disp. 1. f. 670 fin. & seq. Enriquez. lib. 11. de matrim. c. 9. fine, Manuel cod. n. 2. ad fin.* Sed dices, quorsum hæc post Trident. per quod huiusmodi matrimonia præsumpta cessarunt? Resp. ad duo prodesse, alterum est, pro infidelibus qui inualide contraxere, nam si cessante impedimento, vt mortuo priori coniuge, qui tunc superstes erat, morteq; per ipsos scita, cognoscant se, sicut prius tanquam coniuges, conualidabitur matrimonium: contra Veracruz proximè citatum: cum illi lege concilij non astringantur. Quod maxime proderit ad discernendum quando infideles conuertuntur, in quo matrim. per ipsos initio, perseuerare permittendi sint. Alterum est, quia (vt dicemus disp. seq. num. 14.) si nullitas prioris matrimonij occulta sit, illudque coram parocho & testibus celebratum sit, conualidabitur per eam copulam, per quam ante Trident. conualescebat.

7 Ex his infertur, vbi non timetur probabiliter scandali periculum, v.g. fore vt vir nullitatis conscius, nollet denuo contrahere, & maneret femina remedio destituta, cum impedimentum illud probari non posset, & maxime si esset proles, vel non esset periculum infamiæ, quale scandalum, vel periculum non timetur communiter, cum impedimentum est ex parte viri, & aliquando cum est ex parte fœminæ, attenta viri & ipsius fœminæ cõditione, cauendum omnino esse, vt vterque coniux norit prius matrim. non valuisse, prout dixi in prima conclusione, vel saltem vt ignarus nullitatis consentiat ex tunc in matrimonium casu quo à principio irritum fuisset, prout dixi in 2. conclusione: nec in hoc casu potest tuta conscientia amplecti prior opinio, nimirum vt dissimulanter tecto impedimento conscius coniux, ignoranti persuadeat, vt illum habeat in coniugem. Quia illa prior opinio est parum probabilis, habetque contra se rationes vrgentissimas, quare illa vti, vbi grauissima necessitas minime cogit, excusari à culpa lethali nequit. Erit autem optima cautela, vt coniux possit alterum nullitatem prioris matrim. docere, dicere se in prius matrim. minime consensisse: quod vere potest dicere, cum enim prior ille consensus ratione impedimenti inualidus fuerit, potest appellari non consensus: vt ficte promittens potest dicere se non promisisse (vt probaui l. 1. disp. 11. n. 27.) & ita tenet *Segura 2. p. directorij c. 15. n. 40. §. Cæterum si alter.* Non tamen posset dicere absque mendacio veniali, se ficte consensisse, quia cum consensus fuerit omninò inualidus, est nullus, & perinde ac si prorsus non esset, & ita verè appellari posset non consensus, qui solam negationem legitimi cõsensus importat: non autem potest verè appellari fictus consensus, qui positiuè importat fictionem in animo, hoc est, internam voluntatem contrariam manifestatæ per ipsa verba, quæ cum revera non adfuerit, mendacium est. Fateor tamen cautelam non mediocre periculum habere posse, forte enim diceret vir, Fictus ergo fuit amor quem mihi tot annis ostendisti, ac perfida es & peruersa, cum toto hoc temporis curriculo sacramenta frequentaris tanto scelere contaminata. persuadere mihi nequeo quin dolus alius subsit: & ita discordiæ inter coniuges orientur. Qua ratione raro prudenterque, re considerata, hac cautela vtendum esse existimo.

8 Quarta conel. Vbi esset probabilis prædicti scandali, aut infamiæ timor, nec posset extorqueri consensus ille conditionalis, de quo in 2. conclu. memini, absque prædicto periculo: posset amplecti prior opinio, vt omnino tecta prioris matrimonij nullitate, persuadeatur ignoranti vt ex tunc habeat alterum in coniugem, modo quo explicui in priori opinione proposita n. 2. Prob. quia quamuis ea opinio parum probabilis sit, & seclusa eo periculo amplecti nequeat, non tamen est omnimoda probabilitate destituta, sed aliqualem habet, cum patronos grauissimos, & rationes aliquantulum probabiles habeat: & quod alias non iudicaretur probabile, facit tale esse vrgens necessitas & periculum quod ex opposito sequeretur: vt optime docet *Soto de secreto, membr. 3. qu. 2. conclu. 3.*

quem approbat dicens esse singularem. *Navar. c.Inter verba,in 2.edit.cons.53.n.135.6.* his verbis *licet quis habeat opinionem alicuius partis, & solam alterius formidinem, non tenetur sequi opinionem sciinde magnum immineat alicui periculum, & formido alterius apparentem habeat probabilitatem : quia periculum grave facit vt tu mor alibus formido præponderet opinioni.* Et fauet *Iason.l.1.n.56.C.de summa trinit.* vbi dicit, in dubijs præferendam esse sent.animabus fauentem. Et ita videmus cõferendum esse baptismum in digiti extremitate, quando partus periclitans illam extrahit,& iuxta multos ostẽdenti signa contritionis,absenti sacerdote, potest in articulo mortis absolutio impendi : quæ opiniones ratione periculi magni sustinentur, cum alias parum probabiles sint. Nec obstat,si credatur fore vt coniux nullitatis prioris matrimonij conscius,minime contraheret. Quia cum tunc non habeat actu dissensum, sed illa sit habitualis animi præparatio, non obest quo minus matrim. denuo contractum,validum sit:vt bene dicit *Pet.de Ledesm.de matrim.q.45.art.3.dub.vlt.* §. *Sed dubium est quodnam remedium.* Verum certius esset matrimonium,si alter in ea dispositione esset,vt si nullitatem sciret, verè contraheret. Quia multi satis probabiliter dicunt stante conditionis impedimento annullante,si alter conscius contraheret,valere matrimonium,nedum eo sublato.

9 Vltima concl.quando nec hic consensus posset extorqueri, quia vir hilaris non est, vulgo (*no esta de gorsa*) & ita non vult respondere, & ex alia parte petit debitum ab vxore, ipsaque sine scandalo subterfugere nequit, reddendoque peccaret,cum nondum sit matrimonium: potest absque verbis,denuo matrim.illud consistere,copula illa affectu maritali habita ex parte sua,nam ex parte alterius,cum putet esse matrimonium,constat eo affectu haberi: & hoc etiam si alter coniux ignoret prius matrim. fuisse inualidum.Ratio est,quia licet hoc minus probabilitatis habeat,quàm dum verbis innouantur cõtensus,eo quod(vt diximus in 3.concl.) etiam stante scientia illius nullitatis, sub iudice est an sufficiat illa copula:at tenẽdo (vt ibi probaui sufficere:eandem difficultatem habet, siue verbis,siue facto ipso, nempe hac copula contrahatur denuo matrimonium : cum vtrobiq; procedat consensus ex errore.Sic *Sotus 4.d.29.q.2.a.1.dub vlt.Manuel 1.tom. summa,edit.c.220.n.2.ad fin.* & tenent expresse DD.cit.num.2. quarta & quinta ratione pro priori opinione, cùm dicant conualescere matrim. per copulam affectu vxorio, licet procedat ex errore quo vir putabat esse validum prius matrimonium: vel fuerat contractum cum serua ignorata,& vir ipscius manumissionis postea factæ, eam affectu vxorio cognouit. Et ratione huius aliqualis probabilitatis,iuncto dicto periculo, & necessitate, potest amplecti hæc opinio per allegata conclusione præcedenti.

10 Tandem respondetur ad arg.prioris sent. proposita n. 2.ad 1.nego antecedens.Ad 2.neg.minor, quia is consensus est nullus, cum ex errore procedat, nec est consensus ad denuo contrahendum, sed tantum ratificatio prioris matrimonij,quæ nulla est,sicut & ipsum. Ad 3.dic reduci ad errorem personę,cum is putet esse suam,in quam consentit:cum verè non sit.Ad 4.& 5.in vtroque casu multò probabilius est oppositum.

11 Quia tamen dixi priorem sent. non esse omnino improbabilem:& arg.secundæ,proposita n.3. videntur omnino conuincere esse falsam:oportet aliquantulum probabiliter ipsis satisfacere. Ad 1.secundæ sententiæ dic non quemcumque errorem tollere consensum necessarium ad matrimonium,sed errorem conditionis, aut personæ: si enim putaret vir esse ditissimam,& valde nobilem vxorem,& tamen esset paupertima,& vilissima,hic error non tolleret consensum necessarium ad matrimonium: at hic error est tantùm iuris,quo putat illam esse suam : & sic ad confirm.est negandum antecedens. Ad 2 & 3.respondetur in alijs cõtractibus,& rebus errorem etiam circa aliud à persona contingentem,posse annullare:vt si putem me dare paupertimo eleemosynam, cum tamen sit diues: secus in matrim. Ad 4. constat ex solut. præc. id enim est verum in alijs contractibus.Ad 5. & confirm. dicendum est, licet ille non intendat formaliter nouum inire matrimonium, intendere tamen virtute : in eo enim actu quo hanc vult vt vxorem, vel vt talem cognoscit, virtute clauditur,& tacitè,hic & nunc, & semper consentit in ipsam vt vxorem,sicut iuxta *c.vn de d.spons.impub.in 6.* cum impuberes contrahunt matrimonium, licet formaliter intendant matrimonium,virtute tamen intendunt etiam sponsalia:quia si actus non valet eo modo quo agitur,debet ex tacita contrahentium mente valere eo modo quo potest:vt dixi lib.1.disp.21.n.2. Sic in nostro casu,cum ea verba, vel copula, sufficerent ad denuo contrahendum matrimonium,nec possint valere pro actus præsenti ratificatione,cum is nullus fuerit, valebũt eo modo quo possunt,ex virtuali intentione,nimirum, ad denuo consentiendum matrim.Ad 6.negandæ est ea doctrina : nam alij tenent contrariam:vt dixi hoc 2.l.disp.34.n.1.Ad 7. concedenda est sequela,vt dixi vlt. concl.& neganda est doctrina in contrarium adducta, cum alijs DD. quos recolli hac disput.n.2.in quinta ratione.Ad 8.dic, id Pontificem exigere in ea concessione,quia multo probabilius est,non aliter voluisse id priuilegium commissario concedere.

DISPVTATIO XXXVII.

Vtrùm matrimonium coram parocho & testibus initum,inualidum ob occultum impedimentum, sit ablato impedimento, iterum coram parocho & testibus celebrandum?

SVMMARIVM.

Reformatur duæ opiniones,n.1.& 2.

Non est necessarium iterum coram parocho & testibus celebrari: & ibi lex non extenditur ad casum, quem eius verbo à principio non comprehendit,n.3.& ibi legis intellectus ex præmio sumitur.

An idem sit in quocumque alio impedimento occulto, vt notum,n.4.

Quid,si matrimonium sit nullum ob errorem conditionis,n.5.& quid si ob ætatem,n.6.

An hæc sint verè propria Pij V. declarationem, vel etiam standi in foro contentioso conuenij,n.7.& quod, si mala fide contractum est matrimonium,n.8.

Quid si in dispensatione impedimenti continetur, vt dispensetur, vt possit iterum celebrari matrimonium publice seruata forma Tridentini,n.9.

Quid si parochus & testes, vel aliquis ex illis, nouerant impedimentum tempore contractus prioris matrimonij, aut post nouerunt,n.10.& quid si parochus sciebat in confessione.

An dicatur occultum impedimentum, quando est periculum vt in foro externo detegatur, vel est impedimentum probabile: & quando dicatur probabile,n.11.& ibi quid dicatur occultum in consequendo ad dispensandum super occulto, & sess.24.Trident.c.6.de reform.

Quid si impedimentum deductum sit ad forum contentiosum, & defectus probationis, vel falsa informatione absolutus est reus, an adhuc dicatur occultum,n.12.& ibi verba cum affectu sunt consideranda, & explicatur,c.6.de reformat.sess.24 Trident. n.12 iuncto n.11.

An reualidato hoc matrimonio occulto, oporteat coniuges illos iterum recipere benedictiones Ecclesiæ,n.13

An sufficiat copula carnalis ad reualidandum hoc matr.n.14.

Soluuntur argumenta, & dispensationes non semper continere aliquid iure communi non concessum.n.15.

IN hac disput. triplex est sent.Prima docet desiderari, vt iterum coram parocho & testibus celebretur illud matrim.Prob.quia prius fuit nullum,ergo perinde celebrandum est coram parocho & testibus, ac si numquam fuisset initum.Secundò,quia Tridentinum exigit pro forma præsentiam parochi & testium,ergo ea requiritur, quando denuo celebratur matrim. cum tunc vere contrahitur. Et confirm. quia solemnitas illa parochi & testium adhibita est ad legitimandum consensum prioris matrimonij,sed prior tunc expressum:non autẽ postea exprimendum.sed prior consensus cum nullus fuerit, non constituit matrimonium,sed posterior,qui validus fuit: cum ergo in posteriori desiderata fuerit solemnitas necessaria,non erit matrimonium. Tertiò,quia esto cesset finis decreti Tridentini, cessat in casu speciali, lex autem propter bonum commune edi-

eo

ta, minime cessat cessante fine in particulari: eo vel maxime cum dum lex aliquid tanquam formam exigit, cessante fine non cessat. vt docent Bart. & multi alij, quos refert & sequitur *Tiraq. tract. Cessante causa, limitat. 37.* Tandem, quia in diplomate cruciato conceditur commissario facultas dispensandi in matrim. cum occulto impedimento, vt iterum occulte celebretur: ergo attento Tridentino id fieri non poterat: frustra enim esset privilegium. Hanc mentem *Nauar. lib. 4. consiliorum in 1. edit. t. 1. de sponsal. cons. 11. n. 12 & de sponsa. impub. cons. 3. Gutier. quæst. can. li. 1. c. 18. nu. 7. & lib. 2. can. t. 1. p. c. 51. n. 22. & 43. Palacios 4. d. 27. q. 1. f. 566. fi. & sq. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 1. g. 1. num. 3. Bart. à Ledesm. dub. vt de matrim. f. 1275. & seq.* Et videtur tenere *Perez. lib. 5. ordin. t. 1. f. 8. §. Ex quibus respondendum erit:* & eam dicunt esse veram *Gutier. & Bart à Ledesm.* quamuis scandalum sequatur, matr. iterum publice celebrando: & in hoc etiam casu dicit esse probabilem, *Veracruz appendice ad speculum, dub. 10. concl. 6.*

2 Secunda sent. docet idem, nisi scandalum, aut infamia oriretur: tunc enim ex epicheia posset occulte, absque parocho & testibus celebrari. Sic *Cordoba sum. q. 51. f. 130. col. 3. R. Colovriamente digo. Segura director. iudic. 2. p. c. 15. nu. 40. Sayrol. tolos, Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 85. § penult.* & dicit probabilem *Veracruz. append. dicto dub. 10. conc. 6. fine, & concl. 5.* per quem vide, qui limitat hoc esse verum nisi illi mala fide contrahentes, quia non est iustum Ecclesiam mala fide contrahentibus subuenire.

3 Tertia sent. cui prorsus adhæreo, ait, non esse necessarium coram parocho & testibus cõtrahere: sed satis esse si contrahentes inter se ipsos solos, renouent consensum. Ad huius sent. probationem supponẽdum est hoc fundamentum: aliud est cessare rationem legis in aliquo casu: aliud vero rationem legis non se extendere ad illum casum: nam in priori casu lex ex se, & ex sua generalitate comprehendit illum casum, in eoque locum habuit: alias non incepisset cessare rationem, vel legem, cum nec lex, nec ratio in eo casu locum habuerit: & quod numquam fuit, non potest cessare. In posteriori vero, numquam ratio legis ita stricta est illum casum, & per consequens nec lex ipsa, cuicumque verba legis generalia sint, restringenda: & intelligantur iuxta limites suæ rationis, eo quod sit ratio legis, anima ipsius, *c. Ratio nulla, de prebendis, & l. Cum patet, §. Dulcissimis. ff. de legat. 2.* & docet *Tiraq.* multis *tract. Cessante causa, 1. p. n. 138. & 159. & l. Si vnquam, de revoc. donat. Libertin. n. 45. C. de revoc. don.* Quamuis ergo sub iudice non cessante ratione finali legis, cesset lex: verum quando principio ratio legis non se extendit ad aliquem casum, dicendum est numquam legem habuisse locum in illo. vt optime docent *Anto. Post translationem, de renunciat. n. 24. & ibi Abb. in 2. lectura nu. 17.* Et exemplo id exponam. Præcipit superior religiosis ne adeant locum vbi operarij laborant, ne loquelis illos impediant: si quis vellet adire intendens omnino tacere, posset dicere in ipso cessare ratio huius præcepti: si tamen die feriata adiret, non cessaret ratio præcepti, numquam enim hunc casum comprehendit, cum die feriata operarij á laboribus abstinent: quare nec præceptum ab initio hunc casum comprehendit, nec in illo obligauit. Hoc ergo supposito fundamento, probatur primo nostra sent. quia ratio finalis decreti Trident. *sess. 24. de matrim. cap. 1.* statuentis vt matrimonium coram parocho & testibus celebretur, ea fuit, vt cõtra libertatem huius proœmij, vt vitentur grauia peccata ex clandestinis nuptijs consurgentia, maxime eorum qui clam matrimonium contrahunt, eaque relicta aliud publicum matrimonium, minime constaret. Sed hæc ratio non se extendit ad hunc casum, cùm priusmatrim. inualidum, nullum, & impedimentum occulta sunt,) & subinde si aliud matrimonium vellent, impedirentur ab Ecclesia, creditum illud publicum, validum fuisse: ergo decretum Tridentinum numquam hunc casum comprehendit nec illo obligauit. Secundo, quia ex proœmio colligitur animus, & intentio legislatorum, & intellectus totius decreti, illudque limitatur: vt bene docet *Tiraq. tract. Cessante causa, limit. 1. n. 65. Alex. de Nevo cons. 3. nu. 3. Hippol. Riminaldus cons. 540. n. 78. vol. 5. Burg. de Paz. cons. 32. nu. 6. Molina l. 1. de primog. c. 5. nu. 3. 4. & 5. Barsatus cons. 76. n. 9. Gutier. 3. practicarum, quæst. 17. n. 90. & 91.* cum multis alijs, quos ipsi referunt. Sed id decretum in proœmio loquitur de clandestinis matrimonijs, quæ semper Ecclesia prohibuit, detestataque est, matrim. autem semel publicè cõtractum, inualide propter occultum impedimentum, & eo sublato clam celebratum, numquam fuit clandestinum, nec ab Ecclesia prohibitum, ad id enim præcesserat publicitas, quam Ecclesia poscit: vt docent *Catharin. l. 5. contra Caietanum, Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. initio, nu. 8. Enriquez l. 11. de matrim. c. 3. n. 6. in comment. lit. T.* vbi alios refert: ergo nec hoc matrim. reputat Tridentinum esse clandestinum: nec illud irritat. Tertio, quia si dum verba proferuntur coram parocho & testibus, alter ficte consentiat, satis est si postea occulte consensum præstet, (vt dixi hoc 2. l. disp. 32. n. 13.) ergo similiter in hoc casu, cum in vtroque matrim. nullum fuerit. Tandem, quia ex opposita sententia sequerẽtur multa scandala, & inconuenientia, ergo non est creditu dignum voluisse concilium hos coniuges obligare vt iterum publice contrahant. Et ita tenent *Nauar. lib. 4 consiliorum, t. 1. de sponsal. in 1. edit cons. 35. in 2. cons. 14. fin. & sum. Lat. c. 22. n. 70. & c. 16. in nona ed. n. 37.* & dicit sic postea declarasse Pium V. & factum pœnitentiariæ prætorium ea declaratione frequenter vti: *Enriquez. lib. 11. de matrim. ca. 3. nu. 6. & in commento lit. L.* refert idem tenuisse consultos Episcopos *Couar. Guerrero, & Blanco*, qui concilio interfuere: & *Magistros Balbas Sancho & Mesa*: idem *Pedraza sum 3. præcepto, §. 12. Ant. Cucus l. 5. instit. maior. t. 11. n. 65. Palacios 4 d. 30. disp. 1. f. 671. col. 2. ante vers. Sed queritas forsan. Pet. de Ledes.* dicens sic declarasse Cardinales, *de matrim. q. 45. a. 5. dub. penult. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 40. ad finem, & c. 37. à f. 1041. & c. 39 f. 1059 Manuel in bul. cruciata, § 13. n. 6. vers. Siguese lo segundo, & 1. tom. sum. 2. edit. c. 210. nu. 2. Capua lib. 2. dec. c. 80. n. 15. Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. l. 2. c. 13. Vegal. 6. summa, casu 93 fine, & casu 143.* & dicit esse probabilem *Bar. à Ledes. allegato pro prima sententia.*

4 Hinc infertur, idem dicendum esse, qualecunque sit impedimentum occultum: vt si matrimonium fuit nullum propter metum occultum, satis enim est si postea inter se solos ipsi contrahentes ratificent. quia eadem prorsus est ratio, qualecumque sit impedimentum. Sic *Enriqu. lib. 11. de matrim. c. 9. ad fin. in commento, lit. O. & cap. 12. nu. 2. in commento, lit. V. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 40. fol. 1066. §. Porto iam vrgentior,* & dicit esse probabile *Petr. de Ledes. de matrim. q. 47. a. 3. dub. vlt.* & fauent cæteri DD. n. 3. allegati, qui generaliter, & indistincte loquuntur de impedimento occulto.

5 Secundo infertur, idem dicendum esse, quando quis cum impedimento seruitutis occulto, ab alio ignoratæ, contraxit publice: sublata enim seruitute, vel ab alia cognita, satis est vt inter se solos iterum contrahant. Constat eadem ratione. Et tenent *Palacios 4. d. 30. disp. 1. f. 671. col. 2. ante vers. Sed queritas forsan, Enriqu. lib. 11. de matrim. c. 3. num. 6. & n. 7. commento, lit. E* & fauent cæteri allegati, n. 2. 3 generaliter loquentes: vnde immerito id negat *Pet. de Ledesm. de matrim. q. 52. a. 1. dub. 2. fine.*

6 Tertio infertur idem dicendum esse de matrimonio nullo ob occultum ætatis defectum, completa enim ætate, satis est inter ipsos coniuges illud celebrari. Eadem enim est ratio. sic *Enriquez l. 11. de matrim. c. 3. n. 7.*

7 Quarto infertur, non audiendum esse *Petrum de Ledes. de matrim. q. 45. art. 5 dub. penult.* qui ait dicta in tertia sent. vera esse propter declarationem Pij V. ea enim secluſa, & stando in contextu Conc. Tridentini, quamuis probabile esset, matrim. nullum ob impedimentum occultum, posse clam celebrari: probabilius tamen esse oppositum: vnde censet Pium V. non declarasse concilium, sed in illo

lo

lo dispensasse. Sed dicendum est standō in ipso decreto concilij, multo probabilius esse, posse clam absque parocho & testibus celebrari: & ita Pium V. minime dispensasse, sed declarasse concilium. Nam rationes tertiæ sent. allatæ n.3. fortiter vrgent, vt id concilij decretum non extendatur ad hunc casum: & ita tenent *Nauar. sum. Lat c.22. n.70. Enriqu. l.11. de matrim. c.3. n.6. Philiarcus de offic. sacerd. t. 1. p.2. l.2. c.13.*

8 Quinto infertur, idem dicendum esse, licet matrim. inualidum propter impedimētum occultum, sit mala fide contractum: adhuc enim conuale scit, si occulte inter ipsos solos contrahentes celebretur. Hoc est contra *Veracruz*, cuius sent. retuli n.2. fine: cuius ratio concluderet vtique, si nostra sent. inniteretur epicheiæ, ac'ta citæ Pontificis dispensationi, non enim credendum esset Ecclesiam subuenire mala fide contrahentibus: cum autem innitatur veræ & rigidæ illius decreti Tridentini expositioni, quod numquam hunc casum comprehenderit, parum refert, sine bona siue mala fide matrimonium initum sit.

9 Sexto infertur, idem dicendum esse, non obstante clausula solita apponi in dispensationibus concessis ad reualidandum matrimon. nullum propter occultum impedimentum: quæ talis est, *Si ita est cum eis, vt inter se publice, & seruata forma concilij Tridentini contrahant, dispensa.* Quamuis enim vigore huius commissionis non possit commissarius dispensare, vt occulte celebretur matrimonium: at potest dispensare in impedimento, quo per dispensationem cessante, absque aliqua dispensatione iuxta decretum Tridentini, potest illud matr. inter ipsos solos contrahentes celebrari.

10 Est tamen intelligenda tertia sententia, cum corollarijs ex ea illatis, dummodo parochus & testes impedimentum illud ignorarent, si enim id nossent, quantumcumque alias esset occultum, necessario repetendum esset coram parocho & testibus. Quia cum ipsis constet in foro Ecclesiæ matr. esse nullum, non sunt testes valoris, sed nullitatis matrimonij. Sic *Enriquez lib.11. de matrim. c.3. n.7.* referens aliquos iuniores doctissimos idem sentientes: *Petrum de Ledesma de matrim. q.47. a.3 dub. vlt.* Idem credo, quamuis alter solus ex duobus testibus requisitis, vel solus parochus impedimentum nosset, quia iam desunt necessaria ad valorem matrimonij, cum vel parochus, vel alter testis requisitus, non sit testis valoris matrimonij. Si autem tempore quo astiterunt matrimonio, ignorabant impedimentum, licet postea scirent taliter quod nō esset probabile in foro externo, iuxta dicenda nu. seq. potest absque parocho & testibus innouari. Quia iam quando Ecclesiam repræsentarunt assistentes matrim. fuerunt testes valoris illius, & satisfactum est decreto Tridentini, Ecclesiæque constat de illius valore, & adhuc manet impedimentum occultum: quia suppono nō esse plenè probabile impedimentum in foro externo, quia vel non sunt testes omni exceptione maiores, vel non oculati, vel vnus tātum ex illis scit. Similiter credo posse iterum occulte celebrari, si parochus tempore quo matrimonio interfuit, nouerat impedimentum intra solam confessionem. Quia cum tunc sciat solum vt Deus, & nullo modo in foro Ecclesiæ, verè testis est illius matrimonij.

11 Secundò intelligenda est, nisi periculum sit vt detegatur impedimētum, & probetur in foro externo: tali enim periculo existente celebrandum iterum est coram parocho & testibus. sic *Enriqu. lib.11. de matrim. c.3. nu.6. Manuel t. sum. in 2. edit. c.120. n.2.* Imo quamuis id periculum minimè sit, si impedimētum, sit plenè probabile in foro externo, credo necessariò iterandum esse coram parocho & testibus. Quia licet occultum in alijs decretis vsurpetur, vt distinguitur contra publicū, vel id quod deductū est ad forum contentiosum: vt circa decretum *Concil. Tridentini sess.24. c.6. de reformat.* docent *Nauar. sum. Lat c.27. in nouis edit. n.255. Enriquez li.14. de irregularitate, c.20. n.4. Manuel in bulla cruciatæ, §.9. n.129. fin. & 1 to. sum. in 2. edit. c.166. Bon. 3. Lud. Lop. 2. p. instruct. de clausulis, c.8. de bulla. f.825. col.1. §. Igitur antequam bulla.* Et eodē modo dicit *Nauar.* ibi vsurpari occultum in quibuscumque facultatibus bullarum sacræ pœnitentiariæ, vel legatorum: aut quorumcumque concessis ad dispensandum super occultis: at in præsenti, vt impedimentum dicatur occultum, vt eo sublato possit matrim. clam celebrari credo occultum accipi, vt distinguitur contra plene probabile, quia quando impedimentum plene probari potest in foro externo, tūc proculdobio si matrim. clam ratificatum, validum esset, sequerētur ex eo omnia inconuenientia, quæ olim ex matrim. clandestino valido sequebantur: nam probato impedimento posset alter coniux aliam vxorem ducere, cū qua in perpetuo adulterio viueret: cum Ecclesiæ minime cōstet de occulta reualidatione matrim. illius publici, quod propter impedimentum, plenè probatur fuisse nullum. Dicitur autem plenè probabile in foro externo impedimentum, ad dissoluendum matr. publicè contractum, quando duobus testibus probari potest: vt cum alijs docet *Mascardus de probatio concl. 410. n.19. iuncto n. 9.* & habetur expresse *c. quoties, de testibus, & attestat.* debent autem esse illi duo testes, non tantum idonei, sed omni exceptione maiores, id est, quibus nihil opponi possit: vt militis testibus & DD. relatis, docet *idem Mascardus concl. 1023 à nu.4. fere ad 14.* Quare si sola relatione coniugis scirent impedimentum tres, vel quatuor, adhuc diceretur impedimentum occultum, dum non est publica fama. quia testes illi non faciunt plenam fidem ad dissoluendum matrimonium, tantum enim deponunt de coniugis confessione, quæ sufficiens ad hoc non est.

Hinc infertur, si impedimentum illud delatum ad fórum externum, minimè probaretur, aut falsa informatione pronunciaretur sentētia pro matrim publicè contracto, manere adhuc occultum: cum matrimonij valor cōsteret Ecclesiæ, & citā posse contiale scere nouo consensu occulto inter coniuges præstito. Sic *Enriq. li.11. de matrim. ca.4. n.6.* Vnde rursus infertur declaratio ad *Tridentinum sess.24. c.6. de reform.* vbi conceditur facultas Episcopis dispensandi in delictis occultis, non deductis ad forum contentiosum: potest enim Episcopus dispensare, si reus falsis testibus, aut probationis defectu absolutus est à delicto, ad forum cōtentiosum deducto. quia verba cum effectu accipienda sunt *c. Relatum, de cler. non residen.* ergo dum concilium excipit crimen deductum ad forum contentiosum, intelligēdum est, si ea deductio effectum habeat. Præterea, quia ratione scandali, & publicitatis, denegatur episcopo facultas, quando crimen versatur in foro externo: quæ in hoc casu cessant: occultiusque delictum manet. Tandem, quia per accidens, non est inconueniens ex delicto inductionis falsorum testium, commodum sentire, eò quòd manet delictum intra terminos, & latitudinem delicti occulti. Sic *Enriquez lib.14. de irreg. c.20. n.4. Manuel t.1. to. sum. 2. edit. c.167 n.4. Vivald. Candel. 2. p. de excommun. nu.42.* dicens grauissimos Salmantinos ita sensisse, licet alij contra censerent.

Id obseruandum est, hos qui sublato impedimento clam reualidarunt matrimonium, nō teneri Ecclesiæ benedictiones ante reualidationem præmissas, iterum recipere. Quia semel receptæ sunt, nec possent sine scandalo repeti. nec sunt de matrim. essentia. Sic *Cordub. sum. q.51. §. Teste matrimonio, Barthol. à Ledesma dubio 17. de matrim. fol. 1276. fine.*

Tandem dicendum est matrim. illud, quod propter impedimentum occultum, nullum fuit, posse reualidari copula affectu maritali, inter coniuges habita: licet reualidatur nouo consensu occulto. Prob. quia *Tridentinum sess. 24 de matrim. c.1.* minimè comprehendit hunc casum, vt probaui num.3. & ita tanquam casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis, *l. Commodissimè, ff. de liber. & posth. & l. Si cum dotem, in princ. ff. solut. matrim.* ergo cum secundum ius commune tale matrimonium conualesceret copula maritali, per *c. Is qui fidem, de sponsal.* & probatur *num. disp. præc. n.6.* idem erit attento Trident. decreto. Et con-

sicut

ferm. quia ideo Tridentinum corrigit matrimonia præsumpta ex copula maritali consurgentia, quia iam requiritur præsentia parochi & testium, ergo in casu, in quo talis præsentia non desideratur, vt est hic, manebit ius commune illæsum. Præterea, quia cum matr. verbis & signis contrahi possit, & copula affectu maritali, signum sit consensus de præsenti: aliàs sponsalia per illam nõ transirent in matrimonium, contra *d. c. Is qui fidem:* sicut verbis de præsenti consalescit, ita copula illa, affectu maritali. Sic docent *Enriq. li. 11. de matrim. c. 7. nu. 6. & c. 9. ad fin. nouissimum, Sotera O. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 220. n. 2. Lud. Lop. 4 tribuit. de matrim. c. 40. ad fin. & c. 37. ad fin. co. c. 37. à fol. 42.* bene dicit reualidari etiam per traductionem sponsæ ad domum, & diuinam habitationem. quæ signa sunt interni consensus: sicut ante Tridentinum, per hæc censebatur sponsalia in matrimonium: quando autem hoc sic habeat, consule *Couar. 4. decret. 2. p. c. 4. §. 2. num. 1. Henric. de præsumpt. l. 3 præsumpt. 1. n. 56. & duplici sequenti, Gutier. de iuram. 1. p. c. 51. n. vlt.*

Ad 1. primæ sent. proposita n. 1. respondetur ad 1. negando prius matrim. fuisse omnino nullum: fuit enim valitum quoad præsumptionem Ecclesiæ ignorantis impedimentum, in cuius facie contractum est, & ita iudicandum manet de illo, ac si omnino contractum nõ fuisset, quousque prehendam parochi & testium solemnitatem: sed tenuit quoad necessitatem renouandi consensus. Ad 2. dico antecedens esse verum, quando matrim. omnino de nouo contrahitur. Ad confirm. dico per se tantum legitimum consensum tunc præstitum: per accidens autem, ligitimitatem etiam consensum postea occultè præstandum. Quia suppositione illius solemnitatis prævedentis, seq. ens non est clam ratificatum, non manet omnino clandestinum quoad forum Ecclesiæ. Ad 3. quicquid sit de antiquo, dico nostram sententiam non inniti illi fundamento, quod cessarit finis decreti Tridentini, sed quod ipsum id decretum comprehenderit hunc casum: vt probatum 3. Ad vltimum, dico sæpe in bullis concedi alia, quæ communi non prohibita, ad placandas conscientias: quando standum in iure communi, dubia a. Quare dubium est hoc, vt bene docent *Nauar. sum. c. 25. nu. 85. & sum. Cath. c. 120. n. 2.* Ad argumentum secundæ sententiæ respondi n. 2.

Explicatur 1. Quòd circa, de consanguinitate: & an dissimulatio principis inducat dispensationem, & an possit Episcopus dispensare in impedimento, cuius est obtenta dispensatio, seu est subreptitia, n. 12.

An teneatur confessarius admonere ignorantem, inducibiliter, quando est periculum ne alius admoneat. n. 13.

Quid, si pœnitens interroget, vel scrupulum formet. num. 14. quid si est scandalum, vel sequitur damnum publicum. n. 15.

Quod scandalum secutum pœnitentiæ, est momentaneum, at postea admonitio proderit. n. 16. & quid si possit probare confessarius impedimentum. n. 17.

Quid, si ex malitia pœnitentis non speretur fructus. n. 18.

In concionibus publicis an sit aperienda veritas, licet non prosit, & aliqui scandalizentur. num. 19. & explicantur ibi, cap. Ephesios, 43. d. & c. Error, d. 23.

Solvuntur argumenta, & eludentur: Quòd scandalizauerit, de reg. iur. & c. 2 de hæret. n. 20.

IN hac disp. aliqui distinguunt, asserentes si ignorantia sit iuris diuini, teneri confessarium admonere: secus si sit ignorantia inuincibilis, facti, vel iuris humani, nec sit in damnum alicuius, & non est spes emendæ, sed timor fore vt pœnitens scandalizetur. Sic tenet *Adrian. quodlib. 3. a 2. à lit. F. vers. Ad quæst. respondeo: & 4. q. 5. de confess. dub. 7.* & tamquam probabile *Bart. à Ledesma de pœnit. dub. 13.* & videntur tenere *Nauar. sum. c. 22. n. 83. & c. Si quis autem, de pœnit. d. 7. n. 71. & Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 15.* vbi vterque dicit, dimittendum esse pœnitentem in illa bona fide, quãdo procedit ex errore iuris humani, vel facti, absque certi præiudicio, & ex monitione esset timor scandali: vbi contrarium videntur tenere, quando est error circa ius diuinum. Imo *Pet. de Soto lect. 10. de confess. ad fin. §. Circa hæc omnia*, ait, dum ignorantia est iuris diuini, vel humani, tutius esse pœnitentem instrui, secus vbi est ignorantia facti, & est timor infirmitatis pusillorum. Et prob. teneri confessarium admonere, quando est ignorantia iuris diuini. Primò, quia ea ignorantia numquam est inuincibilis, nisi deficiẽte aliquo qui instruat, cum ergo possit tunc confessarius instruere, tenetur, ne ignorantia illa culpabilis fit. Secundò, quia pœnitens ad confessorem accedit, tamquam ad Doctorẽ, & vicarium Dei, vt ab ipso instruatur, quia vel est proprius pastor, vel gerit vices proprij pastoris in eo munere, aliàs non posset audire confessiones. ergo infideliter agit, nisi instruat, & tacens, absoluẽsque pœnitentem errantem, videtur suo facto approbare, cõfirmareque illius errorem. Tertiò, nam vtilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur, *cap. Qui scandalizauerit, de reg. iur.* ergo propter scandalum pœnitẽtis, non est desistendum a veritate manifestanda. Quartò, quia potens alios ab errore reuocare, & tacens, seipsum errare demonstrat, *c. 2. de hæret.* Quintò, quia *D. Paulus Act. 20.* inquit, *Mundus ego sum à sanguine omnium vestrum, non enim prætersugi, quominus annuntiarem verbum Dei vobis.* Quem textum *D. Gregor. c. Ephesios, 43. d.* ad hoc propositum refert. Et *D. Ambros. ser. 83.* inquit, *Ego interdum parcens vobis, tacere vellem, sed male vos contumacia causas reddere, quàm negligentia sustinere iudicium.* Et *c. Error, 83. d.* habetur approbari errorem, cui minimè resistitur.

Sit prima concl. quoties ignoranti a est vincibilis & culpabilis lethaliter, cuiuscumque iuris, vel facti sit, non potest confessarius dissimulare, quamuis admonitio non sit profutura, & quodcumque scandalum pœnitẽtis sequatur. Hanc fatentur omnes, quia cum ea ignorantia minimè excuset, pœnitens affectus est culpa lethali: quare si confessor dissimularet, conferret sacramentum indigno. Dixi, data opera, non posse cõfessarium dissimulare: quia sub iudice est, an teneatur admonere, *Medina C. de confess. tract. 2. q. de confess. dimidiata iteranda*, asserit non posse tacere, nec absoluere: verum non teneri docere, quia cum admonitio nihil profutura sit, erit actus vanus. Sed dicendũ est teneri admonere. quia ea admonitio proderit, vt liberatus pœnitens, ignorantia illa, cognoscat malum statum, in quo est, & fortè aliquando resipiscet, & mordebit conscientia, stimulisque agitabitur. Item, ne querelas formet denegatæ sibi absolutionis. Item, quia tunc confessarius suo muneri satisfaciet, & ita tenent *Soto 4. d. 18. q. 2. a. 4.*

DISPVTATIO XXXVIII.

Vtrum confessarius qui nouit aliquos coniugatos ex ignorantia inualidè matrimonium contraxisse, teneatur illos admonere?

SVMMARIVM.

Quid quidam distinguunt, refertur. n. 1.

Quando ignorantia est culpabilis, tenetur admonere. n. 2.

Ignorantia in vna culpabilis, in alia est inuincibilis. n. 3. & an sit culpabilis ex quo nouerit, fatetur aliquam circumstantiam in modo contrahendi ex qua matrimonium est nullum, & vbi, scientia speculativa non est causa mala fidei, & quid si animo ad fuit mala fides, nunc bona fides. n. 4.

Ignorans credit aliquid esse mortale, quod non est, tenetur admonere. n. 4.

Ignorantia est inuincibilis, & est ipsi profectus, tenetur monere: & vbi confessor post confessionem. n. 5.

Quando non est ea spes, & alij ignorantia iuris humani, vel facti, inuincibiliter contingit in matrimonio licet illud non sit contractum, an teneatur confessarius monere. n. 6.

Quando teneatur confessarius tunc admonendo. n. 7.

Quid si pœnitens qui in ea bona fide, negaret ex alia causa debitum, an teneatur confessarius se reddat debitum. nu. 8. & vbi an possit dici quod sit ignorantia inuincibilis est iuris diuini, & naturalis. n. 9.

Quid si filius damnum grauissimum patitur in vxore, vel detentione rei alienæ, & pœnitens suscepturus monitionem, at mediam est diffamatus, an confessarius differre in aliud tempus hanc admonitionem, & quousque publicam monere. n. 11.

ad 2. Ledesm. 2.p.4.q.8.a.4.dub.8. Aragon 2. 2.q.33.a. 6.concl.4.

3 Maxime tamen obseruandum est ignorantiam quę in vno vincibilis est, posse in alio esse inuincibilem, vt bene docet *Gloss.c.Turbatur,1.q.4.§. Notandum, verò. Omnis ignorantia*, quod perpendere debet confessarius ex qualitate personæ,& alijs circumstantijs: cum non omnes teneantur scire matrimonij impedimenta, imo multi sacerdotes ea ignorent. Sic *Adrianus quodlib. 5. art.2.lit.1.Sotus n.praced. allegatus.* Erit autem optimus inuestigandi modus, an talis ignorantia sit culpabilis, curare bono modo intelligere, an pœnitens credat se esse in bono statu, vel dubiam conscientiam habeat: quod prudenter faciendum est, ne ex interrogatis, aut interrogandi modo constituatur pœnitens in dubia fide, qui prius illæsam conscientiam habebat. Potest etiam contingere vt aliquando in mala fide fuerit, nunc autem in bona sit: quia forte consuluit aliquos, qui conscientiam sedarunt, cum docti existimarentur: & tunc reputandus est pœnitens, tamquam ignorantia inuincibili laborans. Similiter contingere potest, vt pœnitens fateatur se deliquisse in modo cõtrahendi matrimonium, vt quia clam cõtraxit, vel quia peccarat cum consanguinea præsentis vxoris, & tamen inuincibiliter ignoret præsentis matrimonij nullitatem: & tunc debet se habere confessarius cum illo, tamquam cum inuincibiliter ignoranti. Sic *Ledesm.2.p.4.q.8.a.4.dub.8.* & ratio est, quia scientia speculatiua, qua coniux ille scit se peccasse cum consanguinea vxoris, non cõstituit in mala fide, nisi adsit cognitio practica, qua norit, esse impedimẽtum dirimens matrimonium, cognitio enim speculatiua cum ignorantia practica, non constituit malam fidem: vt dicemus hoc l.2.disp.41.n.8.

4 Secunda concl. si pœnitens ex conscientia erronea credat aliquid esse peccatum lethale, tenetur confessarius admonere. Constat, quia eam manifeste probat arg. secundum, quod n.1. proposui. Item, quia quilibet alius tenetur lege charitatis docere, ne ratione huius ignorantiæ multa peccata lethalia, quæ re vera talia non sint, admittat: ergo à fortiori tenetur confessarius, cui instruendi munus incumbit. Sic *Enriq.lib.6.de pœnit.c.28.n.1.*

5 Tertiò concl. cumcumque iuris ignorantia inuincibilis sit, aut facti, si spes probabilis sit, fore, vt monitio prosit, sine graui scandalo, & detrimento, tenetur confessarius admonere pœnitentem, vt si norit confessarius matrim. esse nullum, & potest facilè pœnitens dispensationem impetrare, & credit fore, vt adhibeat diligentiam ad impetrandam, nec est periculum vt interim accedat ad vxorem, sciens iam non esse suam. Prob. quia munus cõfessarij est pœnitentem instruere, cum vel proprius pastor sit, vel in audiendis confessionibus proprij pastoris munus obeat. ergo cum spes proficiendi adsit, tenetur docere: quamuis enim illa ignorantia nunc inuincibilis sit, potest facile vincibilis fieri. Credidi enim tamen raro hoc cõtingere, cum dispẽsatio Pontificis impetranda est, & longè distat Roma: quia saltem est periculum magnũ in continentiæ cum vxore, dum impetratur dispensatio. Casu autem, quo tenetur admonere, non tenetur ante absolutionem: sed satis est post, nisi cõfessarius probabiliter credat ante absolutionem profuturam monitionem, postea verò minimè. Sic *Metina C.de confess. tract. 2.q. de confess. dimidiata iteranda, Cordoba summa q.189.puncto 2.*

6 Quarta conclu. quando ignorantia est inuincibilis, iuris humani, aut facti, absque tertij præiudicio, non tenetur confessarius admonere, vel quilibet alius, quando nulla inde speratur vtilitas, quia sequetur perplexitas, vel scandalum ex separatione, vel difficultas; quia v.g. coniux volet recedere cum scandalo alterius ignorantis impedimentum, vel volet persistere in matrim. obtenta dispensatione, & alter nolet denuo consentire, vel permanebunt in diuturno concubinatu coniuges illi. Exẽplum sufficienti indagine mortis prioris coniugis, scit confessarius, vel aliquis alius viuere. Error autem iuris sit exemplum: habuit quis rem ante matrimonium initum, cum consanguinea vxoris intra secundum gradum, & inuincibiliter ignorans esse impedimentum dirimens cõtrax matrim. Probatur ergo concl. primò, ex D. August. & habetur *c.Si quis autem, de pœnit.d.7.* ibi *si scirem non tibi prodesse non te admonerem.* Secundò, quia frustra nitt, & nihil aliud quam laborandi odium quærere, extremæ demẽtiæ esse teste Salustio. Tertiò, quia nulla lex obligat ad actus inutiles & otiosos. Quartò, quia, sicut correctio ad correcti vtilitatem ordinatur, & illius spe cessante non obligat, ita confessio ad bonum pœnitentis tendit, ergo cessante huius boni spe, non tenebitur confessor admonere: ratio enim medium à fine sumitur. Tandem, quia nulla laqueum debemus injicere, *c. de vidois, d.2.27.q.1.* sed admonere in hoc euentu nihil aliud esse quam laqueum & offendiculum opponere; nam constituti in bono statu, & bona fide, confessoris monitione in malo, & periculoso versabuntur: quia deinceps v.g. vxor impedimenti conscia tenetur potius mortem subire, quam reddere debitum, vt dicemus disp.seq. & forte vir non credet impedimentum subesse, vel non poterit ipsa detegere, ne fama detrimentum patiatur, & inde rixæ & scandala oriantur, & Ecclesia non probato impedimento compellet. Etiam tenent omnes DD. allegati n.1. & vltra illos docent *Medina C.de confessione, tract.2. qu. de confessione dimidiata iteranda, Sotus 4.d.18.q.2.art.4. ad 2. Cano relectione de pœnit. p.5.§. atque hoc ego intelligi volo, fine. f.301. Ledes. 2. p.4. q.8.a.4.dub.8. Cordoba sum.q.189.punct.2. & lib.2.quæstionarij q.12.fine. & a.2.col.penult.dicto 2. Angles floribus 1.p.q.3. de confess.a.8. dicto 8. concl.3 Frater Merina lib.2. sum.c.3.reg. 2.fine f.263.col.4. Enriquez l.6 de pœnit.c.27.n.4. & c.28.n.1 comment., lit. B. Basil Ledesm. de pœnitentia, dub.13. Manuel de ordine iudiciario, c.9.nu.4. & 1.to, sum.c.62.n.13. & bulla cruciatæ, §.13.n.5. vers. Lemos, Aragon 2 2.q.33.a.6.concl.2. Iud. Lop.1.p. instruct.c.27.3. Ad prudentiam quoque conferit.* Quod verum esse credo, non tantum vbi iam contractum est matrimonium, sed etiam ante illud contractum: & si enim confessarius, vel quilibet alius videat pœnitentem ignorantia inuincibili impedimenti laborantem, & probabiliter credat fore, vt monitis non acquiescat, nec fidem adhibeat, & læsa conscientia matrim. sit contracturus, & maxima difficultate, magnoque scandalo suborto possit à matrimonij contracta desistere: prudentissimè confessarius aget si taceat. Quod probant omnes rationes adductæ: & clarè sentit *Navar. Si quis autem, de pœnit.d.7.nu.73.* vbi ait, se vidisse dispensationes aliquorum: qui de peritorum consilio, bona fide credebant esse legitimas, cum tamen non essent, & cæcidisse. Quia circa ius humanum errabant, ne quos ignorantia excusabat, constitueret in mala fide, & nihilominus vtentes dispensatione, peccarent: & concludit sanum posse confessarium absoluere pœnitentem, qui probabiliter iuris humani ignorantia excusatur, si videat monitionem non profuturam: vbi clarè *Navar.* loquitur ante contractum matrimonium, quando virtute dispensationis nullidæ aliqui contrahere volebant.

Imo tenetur confessarius in casu præcedentis conclusionis tacere, ne sequantur incõuenientia dicta, præsertimque peccandi ansam, his qui in bono statu sunt. Sic *Adrianus 4.de confess q.5.dub.7. Ioan à Metina, Sotus, Cano, Angles, quos retuli n.praced. Navar.c.Si quis autem, de pœnit.d.7.n.72.& summa, c.22.n.83. Cordoba sum.q.189.puncto 3.*

Dubitabis tamen, vtrùm coniugi neganti debitum ex alia causa, existentique in prædicta ignorantia inuincibili valoris matrimonij, possit confessarius præcipere vt debitum reddat? videtur enim nõ posse, quia nouit confessarius non esse legitimum matrimonium, & ita re vera non teneri reddere, ergo præcipiens vt reddat, præcipit fornicationem, quæ intrinsecè mala est. Et confirm. quia non licet complacere in actu intrinsecè malo, excusato propter ignorantiam, qualis est iste. & ita *Sotus 4.d.18.q.2.a.4. ad 2.* ait non posse confessarium monere prædictum coniugem vt reddat, sed tantũ in genere debere dicere, coniuges

iuges teneri reddere debitum. Sed fateor me non assequi, quid differt inter hæc, redde debitum, vel vxor tenetur reddere debitum: cum vterque loquendi modus ad eundem scopum tendat, nimirum ad inducendum coniugem illum, vt reddat debitum: & si inducere verbis directis culpa esset, non ea vacaret, verbis indirectis inducere si quidem ex parte confessarij eadem est intentio in vtroque loquendi modo, & pœnitens idem prorsus intelligit. Præterea, quia cum pœnitens relinquendus sit in illa ignorantia, peccat lethaliter ea supposita non reddendo, ergo confessarius tenetur non absoluere, nisi proponat se decepto redditurum, ergo potest cogere vt reddat: & ita confessarius non præcipit rem malam, sed rem debitam suppositis circumstantijs occurrentibus. Et complacere in malo excusato propter ignorantiam, tunc quidem illicitum est, quando actus ille non honestatur attentis circumstantijs quæ tunc occurrunt, secus quando honestatur, debitusque est: vt contingit hic: & ita satisfactum manet argumentis contrarijs. Et hanc partem tenent *Lessius 2.q.43.art.4.dub.10. ad fin. Corduba sum. quæst. 189. punct.1. Enriquez lib.6. de pœnit c.17.n.5.* vbi bene addit non esse contra confessarium dicentem, illum esse sum coniugem in reputatione sit, sicut verum dixit B. Virgo *Luc.2.* cum Filium inuento in templo dixit, *Ecce pater tuus, & ego dolentes quærebamus te*; cùm tamen Ioseph non esset verus pater, sed sola reputatione.

9 Quinta conclus. idem dicendum est contra auctores primæ sententiæ relatos nu. 1. quamuis ignorantia illa sit inuincibilis, & naturalis: si enim probabiliter credat confessarius consilium non profuturum, tenetur non admonere, quando ea ignorantia inuincibilis est. quia ratione conclusionis præced. quia attuli nu. 6. æque probabile est ignorantia sit circa ius humanum, siue circa diuinum: ita tenent *Ioan à Metina, Sotus, Cano, Ledesma, Enriquez, Roth à Ledesma, Aragon ibi allegati: Corduba sum. q.189. punct.2.*

10 Sexta conclu. idem dicendum est, quamuis peccatum illud ignorantiam inuincibilem excusarum, sit in detrimentum proximi: tenetur enim confessarius tacere, probabiliter existimans fore, vt sua monitio non profit: vnde grauis pœnitens bona fide possidet primogenium, quod confessarius nouit iniustè possidere, & credit nihil profuturam monitionem, quia est difficillimum relinquere illud, vel videt pœnitentem teneri restituere, & ignorantia inuincibili excusari, monitumque nō restituturum, tenetur tacere. Hæc conclusio similiter est cōtra multos primæ sententiæ. Sed probatur rationibus 4. conclusionis, allatis n. 6. & tenent *Ioan à Metina, & Cano. ibi Ledesma 2.q.43.§.a.4.dub.9. Enriquez l.6 de pœnitentia, c.17.n.4. Corduba sum.q.189 punct.1.& 6.* & addit bene *Ioan.* a materiam si peccatum illud in proximi detrimentum cedat inuincibili, quia alios consuluit, & videat confessarius se monendo nihil profuturum, vt restituat accipiendo eadem ratione. Et omnia dicta in hac conclusione 6. limitibus præced. vera sunt, quando credit confessarius pœnitens libenter monitionem suscipiat, at videndum esse difficillimum, vt si scandalum, & notoriæ infamia inde sequantur. & ita censent quidam 2 nouiores docti.

Hinc infertur à fortiori, quando pœnitens sub lethali tenetur ad aliquid adeò difficile, vt cōfessarius credat illum nunc æquo animo minimè recepturum, & alia vice libenter suscepturum; excusatur quē ignorantia inuincibilis posse nunc tacere, & in opportunius tempus differre. Et animo prudenter agunt confessarij, dum nō omnia ad quæ pœnitens tenetur, simul & prima vice aperiunt, ne deterreatur omnino abstineat à confessione, sed paulatim doceat ea ad quæ tenetur.

Ex dictis infertur intellectus ad *c. Quia circa, de consan-*

guin. vbi consultus Innocentius III. de quibusdam qui subreptitia dispensatione matrimonium contraxerunt, sic respondet: *Dissimulare poteris, vt remaneant in copula sic contracta, cum ex separatione graue videas scandalum imminere.* Hunc textum quidam intelligunt, vt dissimulatio illa Pontificis dispensationem inducit, ratione cuius illos coniuges tutos esse in priori matrimonio, quod inualidum erat. Quod si obijciatur *c. Cum iam dudum, de præbend.* ex quo constat principis dissimulationem non inducere dispensationem: respondent aliud esse impunitate, ac facto principem tolerare, tunc enim non inducitur dispensatio, iuxta *d.c. Cùm iam dudum*: aliud verò, respondendo dicere, toleramus, vel tolleratur: tunc enim dispēsat, iuxta *d.c. Quia circa*: vbi *in suo glossa* tradit hanc intellectum, & *ibi Innoc. fine, Hostiens. super verb. Dissimulare. Ioan. Andr. nu.3. Cardin. paulò post princip. Abb. ad fin. Henric. n.2. Alexan. de Nevo n.12. Prepositus nu.7 adem Abb. c. Nisi, n.9. de præbend. Decius c.1. n.4 de except. Felin. c.1 de treuga & pace, num.11. declarat.5. vers. Limita hoc tripliciter: Roma cons.307. nu.4. Sylvest. verb. Lex, q. 6. ad fin. Brunorus in compend. resolut. lit. M. verb. Matrimonium tolleratur.* Sed hic intellectus prorsus displicet, quia textus solum habet Episcopum dissimulare posse, vt remaneant illi in matrimonio, mediante dispensatione subreptitia contracto, si ex separatione graue immineat scandalum, ergo non dispensat Pontifex. Secundò, quia etiamsi illa dissimulatio vim dispensationis obtinuisset, oporteret, vt licitè permanerent in matrimonio, denuo illud inire, nec ex sola dispensatione, possent illi permanere in matrimonio: vt dixi hoc 2. lib. disp. 35. n. 2. sed Pontifex tātum dicit esse tacendum, & dissimulandum, ergo minimè dispensat. Alij verò intelligunt hunc textum, vt concedatur Episcopo facultas tenalidandi dispensationem impetratam ex falsa causa, quando virtute illius contractum est matrimonium, & est scandalum in separatione. Sic *Specul. tit. de disp. nsat. §. Nunc de Episcop. n 17. vers. 144. Selua beneficiorum 4 p.q.7.n.140. Bertachinus tract. de Episc. l. 4 p.2.q.49. nu. 119. vers. 141. Gonradus in templo iudicum, l.2.c.5. de Episc. §.4.n. 10 vers. 140 Guerrero de potestate Pontificis, c.17. vers. 117.* Sed hic intellectus etiam displicet, quia textus nihil de dispensatione agit, sed tantum dissimulandum esse dicit, vt illi permaneant in priori matrimonio: si autem concederet Episcopo dispensandi facultatem, prius dispensatus esset, & dispensatione concessa ineundum esse matrim. Alij intelligunt dispensationem illam legitimam fuisse, quia falsa causa expressa, fuit solum impulsiua. vel secundò dicunt in eo casu speciali concessisse Pōtificem Episcopo dispensandi facultatem, dummodo obtenta dispensatione iterum illi cōtraherent. Sic *Corduba sum. q. 45. punct.1. fine, §. Mas esta tercera razon.* Sed vterque modus intelligendi corruit. Prior, quia si dispensatio legitima fuisset, quamuis scandalum minimè sequeretur, dissimulandum esset: quia matrimonium validum erat: Pōtifex autem propter graue separationis scandalū, dissimulandum esse dicit. Posterior etiā corruit, quia nec dispensationis, nec iteratæ matrimonij celebrationis Pontifex meminit, sed solum silentium, & dissimulationem induxit. Legitimus ergo sensus est iuxta tradita in 4. cōcl. & seq. ibi enim coniuges bona fide existimabant se legitimè coniugatos esse, & ex veritatis detectione timebatur graue scandalum: quapropter Pontifex tacendum, & dissimulandum esse dicit, illosque in matrim. illo putatiuo, & inuincibili ignorantia excusato, permittendos esse. Sic *Goffred.* quem referunt, & sequuntur *Adrian. quodlib. 5. a. 2. lit. E. vers. Sed circa hæc dicta, Metina C. de confess. tract. 2. de confess. dimidiata iteranda, vers. Corollariò sequitur ex dicto, Nauar c. Si quis autem, de pœnit. d. 7. à num. 67. vsque ad 75. & lib. 1. consil. in 1. edit. tit. de temporibus ordinandorum, cons. 9. n. 1. Conar 4. decr. 2. p. c. 6. §. 10. n. 15. Corduba sum. q. 189. punct. 1. vers. A lo qual haze, Aragon 2. 2. q. 33. a. 6 concl. 3.*

Sunt tamen intelligendæ IV. V. & VI. conclusio, nisi verisimiliter credat confessarius aliundè submouendam esse ignorantiā, ab alio scilicet confessore, qui imprudentius medebitur illi malo: tunc enim consultius esset ignorantem 13

rantem admonere, nisi remedium sit intolerabile. Sic *Cano relect. de panit. p.5.fol.101.col.2.§.Id verò intelligendum est.* Sed credo non esse necessariam hanc limitationem: quia moraliter casus euenire nequit, & esto possibilis esset, confessarius hic bene munus suum obiret tacendo, culpę autem alterius imprudentis imputanda esset admonitio.

14 Secundò intelligendæ sunt, nisi pœnitēs dubius interrogaret confessorem, vel virum doctum de re illa, tunc enim tenetur veritatem aperire, quamuis profutura non sit, quia iam conscientia pœnitentis læsa est illo dubio, & taciturnitatem confessoris, vel viri docti prudēter posset pœnitens in suum fauorem interpretari: quare taciturnitas illa esset erroris approbatio. Sic *Sotus 4.d.18.q.2.a.4. ad 2. Ledesma 2.p.4.q.8.a.4.dub.8. Angles floribus, 1. p.q.3.de confess. a.4.diffic.8.concl.1. Lud.Lop.1.p.instruct.c.27.§. Ad prudentiam quoque confessoris, Corduba sum.q.189 punct.5. Enriquez l.6. de pœnit.c.27.n.5. Aragon 2.2.q.33.a.6.concl.4. Barth à Ledesm. de pœnit. dub.13. Fr. Metina l.2. sum.c.3.reg.2.fine, Manuel 1.to.sum. 2.edit.c.62.n.13.* Imo aliqui ex his idem dicunt, si pœnitens tamquam scrupulū quo agitatur, id fatuus fuerit. Sic *Sotus, Angles, Aragon, Barth. à Ledesma, Ludou. Lop. ibi.* Sed verius est, quando solus est scrupulus posse confessarium tacere, vel respondere vt deponat scrupulum. quia scrupulus non aufert bonam fidem, & ignorantiam inuincibilem, sed solum quando conscientia dubia est ex sufficienti fundamento. Sic *Corduba, & Enriquez proximè citati.*

15 Tertiò intelligendæ sunt, nisi ex ea ignorantia timeatur malum boni communis: tunc enim tenetur confessarius admonere, quia præferendum est bonum commune, priuato. & quamuis fructus in eo minimè speretur, consuletur tamen bono communi. Sic *Enriquez l. 6 de pœnit.c. 27. n.4.* Exemplum fit; est parochus qui inuincibiliter putat subditos solum teneri scire articulos fidei, vel habet errorem in fide, aut moribus, tenetur confessarius illum admonere quicquid inde sequatur, ne errore illo bono cōmuni ouium sibi commissarū noceat. Vnde fit vt si esset scandalum, publicaque fama nullitatis matrimonij, teneretur confessarius admonere. quia talis ignorantia est contra bonum commune. sic *Adrian. quodlib. 5.a. 2.lit.I. & 4.q.5.de confess.dub.7.*

16 Quartò intelligendæ sunt, nisi scandalum pœnitenti secutum ex admonitione, momentaneū sit, si enim quāmis tunc admonitionis fructus non speretur, breui tamen spes est illum subsequendū: tenetur cōfessarius admonere. Sic *Adrian. 4.q.5.de confess.dub.7.vers. Ad 3.dico Metina C. de confess.tract.2.q.de confess.dimidiata iteranda, Cano relect. de pœnit.p.5.fol.101.§.Id vero intelligendum est, Corduba sum.q.189. punct.3.* Addunt & bene *Metina, & Corduba* præstare post absolutionem admoneri, ne turbatione, gratia & fructus sacramenti impediatur.

17 Quintò intelligendæ sunt, nisi confessarius sit proprius pastor possitque impedimentum probare: tunc enim tenetur admonere, & si pœnitens minimè acquiescat, tenetur superiori denunciare. Sic *Alberic in suo dictionario, lit.C. v.Confessor.1.vers. Quid si presbyter. Rosel. Confessio sacram.2.nu. 16. Sylues. Confessio 3.q.12.* & videtur sentire *Nauar. c.Si quis autem, de pœnit.d.7.n.72. & sum.c.21.n.83.* aut enim non tenetur confessarius admonere, quādo ipse solus nouit impedimentum, vbi cōtrarium videtur sentire, quando alij sciunt, quibus probare illud possit. Sed hoc non placet: quia Episcopus erat, cui scribit *Innoc. III. c. Quia circa, de consanguinitate*, facileque poterat de nullitate dispensationis conuincere coniuges illos, & tamen scribit Pontifex dissimulandum esse, vt constat ex intellectu tradito nu. 12. ergo propriusne pastor tacere etiam debet, quamuis impedimentum probare possit, quando fructus non speratur, sed scandalum, separatis coniugibus.

18 Demum intelligendæ sunt, quando scandalum quod timetur ex admonitione, proueniret ex infirmitate, & quia non possunt commodè coniuges separari, propter damna inde consurgentia, secus si proueniret ex malitia coniugum. Sic *Anton. à Corduba sum.q.189 punct.3.* Sed non placet, & adhuc in hoc casu oppositum credo quia tres pro 4. conclu. n. 6. allatæ, contrarium probant: cum enim admonitio illa in pœnitentis bonum ordinetur, quoties id non speratur, sed damnum, eiusque ruina timetur, cessare debet.

Vltima concl. Doctor publicus, siue concionator tenetur publicè veritatem docere, licet fructus alicuius priuati non speretur, sed scandalum. quia doctrina ea ad bonum publicū ordinatur, quare propter priuatum malum non est intermittenda. Et hoc probant testim. *D. Pauli, & D. Ambrosij, & c. Ephesij, 43.d. & c. Error, d.83.* quæ attuli pro priori sent. n. 1. ad illam sent. confirmandā, quæ omnia de Doctore publico intelligenda sunt. Sic *Sotus 4.d.18.q.2.a. 4. ad 2. Cano relect. de pœnit. p.5.f.101.§. Testimonia verò, Barth. à Ledes. de pœnit. dub.13. Ledes. 2.p.4.q.8.a.4.dub.8 Aragon 2.2.q. 33.a.6.concl. vlt. Manuel de ordine iudiciali, c.9.n.4.* Animaduertunt tamen, & bene *Sotus, & Ledes. & Barth. à Ledesm.* ñ timeretur pusillorum in tota republica scandalum, in aliud tempus differendam esse eam doctrinam.

Ad arg proposita, n.1. ad primum dic, antecedens esse verum, quando pœnitens dubitaret, teneretur enim dato opportunitate consulere doctiores, quando autem minimè dubitat, nil est quod ipsum vrgeat ad interrogandum. Ad 2. dic concludere teneri confessarū admonere, quando fructus in pœnitente speratur, secus eo cessante: quia monitio illa ad bonum ipsius ordinatur. Ad 3. dic eam regulam vtilius scandalum, &c cætera, intelligi sic, quando aliquid sine peccato mortali fieri non potest, vel omitti faciendum non est, vel omittendum propter scandalum: secus quando fieri potest vel omitti absque peccato: & ita explicatur *c.2. ad finde nouis operis nunciat. sanct. glo. verb. Dimittenda.* & ita etiam explicat *D. Th. 2.2.q.43.a.7 arg. Ad 4.* dic illum textum loqui de errore culpabili, secus de inuincibili. Ad 5 constat ex dictis n. præcedenti.

DISPVTATIO XXXIX.

Vtrum coniux occultæ nullitatis matrimonij conscius, quia scit priorem virum superstitem esse, vel præsentem esse sibi affinem, dum non cessat impedimentum morte prioris viri, vel dum non impetratur dispēsatio alterius impedimenti, possit in eo matr. perseuerare, ad vitanda scandala, quæ ex separatione sequētur, vel mortē sibi inde imminentē, aut quæ excommunicatione cōpellitur ab Ecclesia?

SVMMARIVM.

Quot sint quæstiones disputanda, n.1. & referuntur tres sententiæ, n.2. & 4.

Impugnatur prima sententia, n.3. & secunda, n.6. & tertia, n.7.

Dictiones implicatiuæ quod importent, n.6. & ibi, aruba scimus sua vocis loqui.

Coniux sciens impedimentum, nullo timore quamuis excommunicationis, potest reddere debitum, n.8.

An verè coram Deo illa coniux excommunicatus sit, & peccet quando innocens excommunicatur, iuxta allegata & probata, n. 9. & explicatur c. Litteras de vitij. spolint.

An si impedimentum cessaret, teneatur hic coniux obedire Ecclesiæ, de nuo contrahendo, n. 10 & an teneatur obedire quando contrahendum, n. 11 vbi an ficte professus teneatur verò profiteri Ecclesiæ postquam.

Soluuntur argumenta & explicatur c. Duo mala, d.23 n.12.

An sit bonum medium fugere, dum impetratur dispensatio, n.13.

Potest esse remedium impetrare si matr. sit rata nu. dispensationem Pontificis, vel ingredi religionem: & an teneatur in coniux ingredi, n. 14.

Item petere diuortium, si causa subsit, n.15. & an possint ibi simul habitare tamquam fratres, vel an possit fæmina pati concubinam, non acquiescendo inde, n.16.

An possint hic consuli Episcopi dispensationem remissam n.17.

DVPLEX quæstio agitanda est. Altera, an excusetur coniux impedimenti conscius à culpa reddendo debitum, ad vitanda maiora damna. Altera, si hoc non liceat, quo medio vti possit ad ea damna vitanda.

QVÆSTIO I. Vtrum coniux impedimenti conscius occulti, possit reddere debitum, dum ab Ecclesia compellitur per excommunicationem, vel mortem sibi timet, ni reddat.

reddat? Tres sent. sunt. Prima ait licere coniugi illi reddere, excusarique à culpa ob Ecclesiæ præceptū. Prob. primò quia licet re vera non sit matrimonium, ex parte tamen alterius, matrim. est, & copula est licita, excusante illum ignorantia inuincibili, & ius petendi habet: ergo alter reddens debitum non consentit in opus peccati, sed in opus licitum. Secundò, quia æquè intrinsecè malum est, occidere innocentem ac accedere ad nō suam, sed illud licet aliquando iuxta allegata & probata est nocēs, secundum veniē sent. ergo hoc pariter licebit, quando secundum allegata, & probata sunt illi veri coniuges. Tertiò, quia peccatori occulto publicè petenti, tenetur Parochus ministrare sacramenta quamuis aliàs sacrilegiū esset, ergo similiter licet sit peccatum accedere ad nō suam, si tamen ex eo non est non esse suam, & vir bona fide debitum petat in foro Ecclesiæ, licebit ei reddere. Quartò, quia ex duobus malis minus est eligendum, *c. Duo mala, d.* 13. sed omnium malum est, reddere debitum mandato Ecclesiæ, quàm id denegare: hoc enim est crimen inobedientiæ, ex quo scandala, & vxoricidium sequentur: illud autem crimen fornicationis, quod minus est. Et confirm. quia fornicationem admittere, sit intrinsecè malum, non tamen est id permittere, immo est licitum ad vitanda mala: qua ratione meretrices permittuntur: ergo quamuis non liceat huic coniugi petere debitum, quod constat, licebit tamen permittere, vt vir vtatur suo corpore reddendo ei debitum, ad maiora damna vitanda. Hanc tenet *Magist. 4. d. 38. sin. Hugo de S. Victoria de sacram. p. 2. lib. 5. c. 8.* aliqui recentiores (vt refert *Metina C. de restit. q. 19. dub. 2. ad 2. rationem.*) idem *Sepulueda libel. de bene viuendo cum vxore. & Greg. Lop. l. 2. tit. 3. p. 4. verb. Quanto*

Doctoribus in hac quæstione relinquit cogitandum: & quamquam Soti teneat eādem sent. alias Theologus, quem quidem nomine refert *4. d. 28. q. 1. a. 2. ad 3.* Et ex iuniperis tenet *Hostiens. sum. tit. de coniug. ser. n. 8.* vbi dicit quod licitum de vxoris seruitute posse pendenti lite, Ecclesiæ potestate compulsum, reddere debitum, immo & quamquam absque animo vxorio cum tamen constet id non esse matrimonium, idem tenet *Petr. 2. lib. 5. ord. tit. 1. d. 1. §. 16.* Sotum *§9.* vbi dicit coniugem impedimenti conscium posse petere, quando id probare nequit, nec inuenitur tenetur ad dissoluendum matrimonium.

2 Secunda sent. est, cum distinctione hac, si impedimentum dirimat matrim. iure naturali, tunc nullo modo potest conscius impedimenti conscius reddere debitū, quamcumque per Ecclesiam probationis defectu cōpellatur: si verò tantum dirimat iure Ecclesiastico, potest. Ratio dicitur est, quia in impedimentis iure naturali dirimentibus, nequit Ecclesia dispensare: & ita non potest constituere matrimonium, quare copula illa erit fornicaria: at eam potest dispensare in impedimentis iure humano dirimentibus, eo ipso quod Ecclesia cogit reddere debitum viro impedimenti ignaro, censetur per hoc dispensare in eo impedimento, & ita constituere illud matrimonium, ac subinde non peccabit petendo, nec petendo. Hanc refert *Innoc. III. c. Literas, de frigid. & maleficiis*, quas ibi refert, & subdit, *Nos nullam istarum sententiarum reprobamus, & Palud. 4. d. 36. q. 2. a. 2. n. 14.* fatetur quodam hoc sentire. Et pro eadem sent. refertur *Host. c. Proposuit, de coniug. seruor.* sed non inueni vbi eam tenuerit. Et *Adrian. quodlib. 1. a. 3. ad 3. fin.* relata hanc sent. dicit absolute esse vbi reprobatur ab Ecclesia: & expressius quidam *R. Ac.* 22 sumere huic sent. *Navar. & Covar. in locis per ipsum* allegatis. Sed neuter illi fauet.

3 Tertia sent. est *Viduarii de offic. sacerd. to. 19. p. 2. l. 2. c. 14. & 15.* vbi duo dicit. Alterum est *illo c. 14.* quoties coniux impedimenti conscius nequit consensum nouum extorquere, neque inducere, obtenta dispensatione, sine periculo vitæ suæ, vel aliorum, potest Pontifex dispensare, vt tacitus consensus, quo alter coniux impedimenti quum accedit affectu vxorio: & *in fine eius capitis* dicit non sufficere in hoc casu significare Pontifici impedimētum, sed esse etiam necessarium exprimere, nō posse absque periculo peti nouum consensum, vt in eo dispenset. Probat, quia vigore huius taciti consensus ante Trident. sponsalia transibant in matrimonium, eò quòd Ecclesia præsumebat eam copulam affectu vxorio haberi. *c. Is qui fidem, de sponsal.* sed in hoc casu multò maior est præsumptio, quod vir eo affectu accedat, cum enim putet suam esse vxorem, manifestum est affectu vxorio accedere: ergo à fortiori in hoc casu potest dispensare. Secundò, quia quando duo iura concurrunt, fortius præualet, sed hic cōcurrunt duo iura, alterū ad matr. requiri nouum consensum liberum, cum enim ablato impedimento, valere incipiat, tunc debet adesse nouus cōsensus: alterum verò, de vita, & fama tuenda, sed hoc est fortius, cum sit cuiuscumque iuris naturalis finis, & nequit seruari si alterius nouus cōsensus exquiratur: ergo ius naturæ superueniens fortius, facit vt prior consensus licet innalidus, ita confirmetur, vt non sit opus illum denuo formaliter elici. Et confirm. quia quando impedimentum dirimens, est solo iure Ecclesiastico statutum, consensus præstitus sub solo iure Ecclesiastico nullus, ergo solo iure Ecclesiastico est renouandus. & subinde potest Pontifex dispensare, ne renouetur. & præualebit illi iuri Ecclesiastico ius naturæ de vita & fama conseruanda. Alterum quo dicit *Viduarii d. c. 15.* est, si impedimētum sit de iure naturæ, & indispensabile, occultum tamen, & ab altero coniuge ignoratum, nec alter potest impedimētum detegere absque vitæ periculo, quamuis Pontifex nequeat dispensare, vt matr. contrahatur: at declarare potest ob bonam alterius fidem, & fœminæ periculum, licere reddere debitum, sed nō petere, & dum hæc declaratio impetratur, si mulier nequeat separari, nec aliquam negandi debitum excusationē proponere, absque vitæ & famæ periculo, probabile est posse reddere, & non petere: & probat argumentis ptioris sent.

Sit tamen I. conclu. Prima sent. est falsissima, & valde in fide periculosa. Prob. primò ex *cap. Inquisitioni, de sent. excom.* vbi, *Credimus respondendū, vtrum alter coniux pro certo sciat impedimentū coniugij propter quod sine mortali non valet carnale commercium exercere, quamuis illud apud Ecclesiam probare non possit: an non sciat pro certo: sed credat. In primo casu, debet potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale.* & *c. Literas, de restit. exp.* ibi, *Porro cum mulier, quæ consanguinitatis habet notitiam, præsertim in gradibus quos lex diuina prohibuit, non possit viro sine peccato mortali carnaliter commisceri, frustra in tali casu adiudicaretur restitutio spoliato, cum illa contra Deum non debeat iudici in hoc obedire, sed potius excommunicationem humiliter sustinere. & ad finem*, cum dixisset textus reddendam esse viro, donec probet impedimentum, subdit, *ad restitutionem plenariam debet Ecclesiastica censura compelli: quam tamen ipsa tori negādo consortiū, debet humiliter sustinere.* Secundò prob. quia inde sequeretur fornicationem aliquando esse licitam, vt præcipienti superiore; vel ad vitandum vitæ vel famæ periculum: quod sane videtur erroneum, cum sit intrinsecè mala. sequela autem probatur, quia fornicatio est accessus ad non suam, sed coniux impedimenti conscius, certo scit non esse suam ad quam accedit, ergo certo scit se fornicari: si ergo accedere licet reddendo debitum licebit subinde eo in casu fornicari. Tertiò, quia implicat dicere, licere minus peccatum admitti, ad euendū maius, peccatum enim nihil aliud est quàm id quod non licet: nec valet dicere, desinere esse peccatum in tali euentu: quia licet hoc verum sit de peccatis quæ talia sunt, quia prohibita, at de peccatis quæ suapte natura talia sunt, & intrinsecè mala, vt est fornicatio, hoc dici nequit. Et ita ex Theologis, tenent *D. Th. 4. d. 27. q. 1. a. 2. quæstiunc. 4. sin. & d. 38. in final. verbis, D. Bonav. ead. d. 38. in expos. lit. Magistri, sine. Durand. ead. d. 38. init. in expos. eiusdem lit. Ricard. ead. d. in fin. Palud. 4. d. 36. q. 2. a. 2. nn. 15. D. Ant. 3. p. t. 1. c. 19. ante §. 1. & c. 3. §. 2. Abulens. c. 19. Matth. q. 72. Metina C. de restit. q. 19. ad fin. ins solut. ad 2. rationem. Victoria sum. de matrim. n. 264. Petr. de Soto*

lect.3.de matrim.ante §.Requiritur ergo, Sotus 4.d.27.q.1.ar.3. vers.Quo ergo gradatim,& d.28.q.1.a.2.ad 3. & d.37.q.vn.a.vlt. fine,Ledesm.2.p.4.q.48.a.2.Veracruz 3.p.spec.a.18.conclu. 1.Corduba l.1.quæstion.ar.q.11. ad fin.§.pen.Petr.de Ledesm.de matrim.q. 45.a.4.dub.2.& omnes alij neoterici. Et ex iurisperitis, *gl.c. Literas,verb.Tolerare,de restit.spol.& c. Inquisitioni, verb. Humiliter,de sent.excomm.& ibi Host.super v.Verum, Ioan. Andr.n.6. Ant.17.Cardin.q.pen.Anchar.n.3.Turrecr.c. Cum tui 29.q.2.& c.Si virgo,34.q.2.Rosellaverb.Impedimentum,imped.1.n.8.Angel. verb.Debitum.n.18.& Matrimonium 2.n.15.Sylu.Matrimonium 2.q.15.& Matrimonium 4.q.8.& Matrimonium 6.q.4.& verb. Debitum.fine*, vbi *Armil.fine Tabiena Matrimonium 4. q.11.nu. 12.Nauar.sum.c.16.n.39.& sum. Hisp.c.22.nu.76. Couar.4.decret.2.p.c.7.§.2.nu.* 7. & ex his Doctoribus vocant falsam, primam sententiam *D.Th.& Durand.*& alij dicunt esse etroneam, vt *Corduba & Petr.de Ledesma.*

6 Secunda concl. Secunda sententia nullo modo placet. Prob.quia *c.Inquisitioni, de sent. excomm.* indistinctè loquitur de impedimento, & dicit nullo modo impedimenti conscium posse reddere. Et *c.Literas,de restit.spoliat.* dicitur conscium consanguinitatis, præsertim in gradibus diuina lege prohibitis non posse reddere: ergo idem clarè sentit textus in gradibus humana lege prohibitis: nã dictiones implicatiuæ,vt sunt Maximè,præsertim,etiam,implicant idem esse in casu contrario, licet in illo fortio rmiliter ratio:vt ex multis latè probat *Euerard.loco à natura dictionum implicatiuarum.n.1.Gutier.*alios referens *l. 1.q. can.c.20.nu.5.* Item, quia stante impedimento iure humano diriment: id matrimonium est irritum, ergo si illius coniux cõscius reddat debitum, accedit ad non suam, & ita fornicatur: nec obstat dicere Ecclesiam, dum cogit ad reddendum, censeri dispensare per Episcopum in eo impedimento: quia sine textu, & firma ratione id asseritur: & erubescimus sine textu loqui, *l.Dissentientis*, ibi, *Nulla præcipit iuris constitutio*,& ibi notat *Alber.C.de repud.l.Si vero, §. De viro.ff. solut.matr.* Præterea, quia alias detecto postea impedimẽto alteri coniugi, non essent separandi, nec procuranda esset dispensatio: cum iam Ecclesia dispensarit, eo ipso quod reddere coëgit, & firmatum sit matrimonium. Itẽ, quia Ecclesia procedit ex falsa præsumptione, qua iuxta allegata & probata credit illud matrimonium valere, & ob illud cogit reddere debitum, & eodem modo cogit, siue sit impedimentum illud occultum iuris diuini, siue humani, ergo per eam coactionem nullo modo dispẽsare in impedimento intendit, siquidem coactio illa eo tẽdit, vt coniux obligationi respondeat reddendi debitum, quam Ecclesia credit habere, non autem vt denuo matrimonium conualescat. Deinde, quia esto vellet Ecclesia ea coactione dispensare in impedimento, non subinde liceret coniugi sic coacto reddere debitum. Quia esset necessarius nouus vtriusque consensus vt id matrimonium redderetur validum, vt diximus hoc 2.l.disp.35.n.2. Hanc tenent *D.Antonin.3.p.t.1.c.3.§.2. Palud. Medina, Couar.* & *alligati:*& fauent reliqui DD. quos ibi retuli, vniuersaliter enim fere omnes illi de impedimento loquuntur.

7 Tertia concl. Tertia sent. est falsissima quoad vtrumque dictum. Prob.quia cum Ecclesia nequeat defectum consensus ad matrim. requisiti, supplere: vt probauimus hoc 2.l.disp.17.n.2. Sed is debeat ab ipsismet contrahentibus præstari,si tacitus ille cõsensus per copulam, altero impedimenti ignaro, satis non est ex se ad prius matrim. inualidum, ratificandum, non poterit Ecclesia dispensatione efficere,vt satis sit. ergo primum dictum illius sententiæ falsum est. Secundum autem,falsum esse conuincitur,rationibus quibus impugnata est prima sentent.

8 Ex his infertur tamquam certissimum tenendum esse, coniugem nullitatis matrim. conscium ob impedimentum diriniens, siue diuino, siue humano iure, in nullo euentu posse reddere debitum coniugi ignoranti, licet excommunicetur ab Ecclesia,vitæque periculum subeat, grauissimaque sequantur scandala: vt probaui in 1.& 2. conclusione. Et constat ex auctoribus in illis allegatis.

Sed dubitabis, an is coniux impedimenti conscius, ab Ecclesia excommunicetur, quia debitũ negat, sic vere excommunicatus? Nam *c.Literas de restitut.spoliat.ad fin.* videtur probare esse vere excommunicatum: cum enim dixisset textus per censuras compellendum esse, dein non probat impedimentum, inquit, *Donec probationes assignatas,& tunc absolutione petita, secundum formam Ecclesiæ absoluatur.* ergo vere excommunicationem incurrit, alias frustra absolutio petenda esset. Et hanc partem tenent *Abulens.c.19.Matth.q.72.Palud.4.dist.27.q.2.num.37.* & subdit *ibi,& n.43.* post latam excommunicationem nihil prodesse fugam, excommunicatio enim ossibus adhæret. Si hæc quæstio radicitus hic tractanda esset, longam peteret disputationem, pendet enim ex ea, quæ in materia de excommunicatione tractari solet, an quoties excommunicatio est iusta ex parte iudicis, quia iuxta allegata & probata procedit, quamuis iniusta sit ex parte ipsius rei, qui verè innocens est, vt contingit in casu præsenti, sit valida in vtroque foro: qua in re multi partem affirmantem tenentur,& ita sentiunt in hoc casu. Alij verò, & multo probabilius tenent, eam excommunicationem vere coram Deo non ligare, & ita in nostro casu dicendum est: & tenent in proprijs terminis *glossa cod. cap. Literas,verb. Tolerare, Victoria summa,de matrim.n.264.Ledesma 2. p.4.q.48.a.2.&* ratio est, quia excommunicatio minimè incurritur, nisi ob inobedientiam lethalem, quæ prorsus abest in hoc casu, & rigidissimum esset asserere eum vere excommunicatum esse, qui Dei timore ductus, Ecclesiæ falsa præsumptione inniteti non obedit. Nec obstat *dict.c.Literas*, exigit enim absolutionem pro foro externo, in quo ea excommunicatio valida erat.

9 Rursus dubitabis, vtrum si impedimentum diriment. iam cessarit, dispensatione illius obtenta, vel propria voluntate tolli possit, quia matrim. est irritum eo quod contractum sit metu cadenti in virum constantem, & quia probari non potest. Ecclesia compellit reddere debitum, teneatur obedire denuo consentiens matrimonio coniux ille? *Palud.4.d.26.q.2.a.5 n.33. & 34.* affirmat teneri ob scandalum vitandum. Sed melius *ipsemet a.6.nu.45.* dicit non teneri obedire, nisi culpa sua prius matrimonium esset irritum, vt quia fictè contraxit. Durissimum enim esset innocentem, nec matrimonio ligatum obligare ad matrimonium ineundum, præsertim cum Ecclesiæ præceptum ex falsa præsumptione procedat.

10 Hinc infertur minus bene asserere aliquos teneri homo obedire quoad cohabitationem, si potest circa incontinentiæ periculum. Hi sunt, *Angel.verb.Debitum,num.19.* vbi *Armilla fine, Rosel.verb. Impedimentum,impedim.1.nu.8. Sylueslcum Hugone per ipsum relato, Matrimonium 6.q.4. Tabiena Matrimonium 4.q.11.n.12.Nauar.sum.c.16.n.39. Ind. Lap.1.p.instruct.c.87.§ Porro si aliqua.* Sed verius est, cum Ecclesiæ præceptum falsæ præsumptioni innitatur, nullo pacto obligare: verum si sequeretur scandalum, nec copia esset fugiendi in locum vbi cessaret, teneri quidem cessante incontinentiæ periculo, cohabitare, non ratione præcepti, sed ratione scandali. Sic *Petr.de Ledes.de matrim.q.45.a. 4.dub.2.ad 2.fine.* Et in alio simili, de religioso ficte professo, docent eum non teneri verè profiteri ratione sententiæ Ecclesiæ fundatæ in falsa præsumptione, sed ratione scandali, atque ita eò fugere posse, vbi scandalum vitetur. *Sanctus l.7.de iustit.q.1.a.2.vers. An vero qui tale votum, Nauar. cap. Statuimus,19 q.5.n.75.Enriquez l.11.de matrim.c.11.n.3.fin. Angles floribus 2.p.q.1.de voto a.1.dissic.4.concl.3.Manuel 2.tom.c. 92.n.5.Aragon 2.2.q.88.a.1.concl.2.fine.* Nec credo DD. allegatos oppositum sentire, sed ratione vitandi scandali dicere teneri obedire.

11 Ad argum. primæ sententiæ proposita nu.2. respondetur ad 1. negando antecedens, ex parte enim neutrius est matrimonium, nec habet coniux ignarus impedimenti verum ius petendi debitum, & ita si alter consentiat reddendo, admittit id quod à parte rei est peccatum, quamuis alter ratione ignorantiæ excusetur. Ad 2. respondetur

solet

fallet negando consequentiam, quia occidere innocentem in eo casu, est medium ad reipublicæ pacem necessarium, non autem accedere ad non suam. Sed displicet solum, quia si occidere innocentem sit intrinsecè malum, in nullo eventu potest esse licitum. ideò melius respondetur occidere innocentem cognitum innocentem, esse intrinsecè malum, secus quando inuincibiliter ignoratur innocens, & creditur reus, & ita licitum est iudici occidere, qui inuincibiliter vt iudex eius innocentiam ignorat, debitè esse reum: non enim iudex ducendus est priuata fœminis, sed publica, siquidem non vt priuata, sed vt publica persona procedit: & similiter accedere ad nõ suam, quando inuincibiliter credit coniux esse suam, licitum est: et quòd impedimenti, tantum abest, vt inuincibiliter reputet esse suam, vt potius certo sciat non esse suam. Itaque probationes delicti, quantumcumque iudex vt priuata sciat illum à delicto immunem esse, efficiunt iudicem vt sic ignorare inuincibiliter innocentiã, & ita excusari innocentem puniendo: at probationes valoris matrimonij non causæ sunt ignorantiæ inuincibilis in coniuge impedimenti conscio: cum vt persona priuata vtatur matrimonio, & ita scientia priuata duci debeat. Ad 3. negandum est conseq. quia peccator occultus ius habet iustitiæ non sibi fiat, & ne publicè infametur, negata sibi Eucharistiæ vsu: autem non habet verum petendi ius, quãdo matrimonium est inualidum, sed tantùm ex ignorantia putare habere. Ad 4. dico illud *cap. Duo mala*, intelligi de malis culpæ, vel si intelligatur de malis culpæ, non debere fieri de his, quæ intrinsecè mala sunt, quale est fornicatio: in nullo enim euentu possunt esse licita: sed de ijs quæ mala sunt, quia prohibita. sic enim licitum est ad vitandum mortem, festum, aut ieiunium frangere: Ecclesia enim non tanto rigore obligat. Ad confirm. dico permittitur illo, quando vitare non possum, non esse facere, sed licitum ad vitandum maius malum, in se ipso autem peccatum esse vere facere, & fornicari. Ad argum. 2 sent. [illegible] n. 3. negandum est Ecclesiam dispensare: vt [illegible] n. 6 Ad 1. arg. tertiæ sent. dico Ecclesiam non dispensare, vt sufficeret ille tacitus consensus ante Trid. Ecclesiam, sed ex natura rei illum fuisse sufficientem, & eo matrimonium præsumpsisse illum consensum, & subinde ex illo matrimonium consurgere? quare non probat Ecclesia supplere consensus defectum: nec in nostro casu est præsumptio voluntatis denuo contrahendi, cum illa vir putet esse suam, solo animo vtendi matrimonio contracto, quod legitimum esse putat, accedit. Ad 2. negatur minor, nam matrimonium absque consensu non subsistere, est ita necessarium, vt sit pernicies indispensabiliter vitæ, & famæ tacturã facere sæpè licet. Ad confirm. negatur conseq. quãuis enim solo iure Ecclesiastico consensus fuerit nullus, at cum re vera perinde sit, ac si non esset, iustitiæ, iure naturali est renouandus, cum ius naturale tollat matrimonium mutuo consensu celebretur.

DVBITO II. Quibus medijs iuuari possit coniux impedimenti conscius, quod sine infamia, aut vitæ periculo probare nequit, & cõtra se detegat, probare nequit, & condemnari ab Ecclesia per excommunicationem, vt reddat debitum, & forte impedimentum est in dispensabile, vel [illegible] dispensabile sit, quid faciet dum obtinetur dispensatio. Varia remedia proponunt DD. Primum est, in locum fu- [illegible] vbi scandalum cessat. Hoc tradit *D. Thom. 4. d. 27. q. 1. a. 4. quæstiunc. 4 fine. Victoria sum. de matrim. n. 264. Ledesma 2. p. q. 64. art. 2. Cordub. l. 1. quæstionar. q. 11. a. 2. ad fin. dicto 3. Iud. Lop. 2. p. instructor. de matrim. c. 39. ad fin. Manuel. 1. tom. sum. 2. lib. c. 21. n. 7.*

Secundum medium est, si matr. nondum consummatum sit petere Pontificis dispensationem, vel religionem ingredi. Hoc aliqui dicunt teneri ingredi, quos tacito nomine refert *Pax de Ledesma de matrim. quæst. 45. artic. 4. dub. 2. ad 3.* Bene reprobat, quia quantumcumque grauiter peccet coniux ille decipiendo, non intendit se ad religionem obligare: nec ad medium tam difficile constringendus est, nisi ipse sua se sponte obligarit.

Tertium medium est, vt coniux impedimenti conscius petat diuortium, ob sæuitiam, vel adulterium alterius: si forte hæ causæ concurrant. Sic *Cordub. l. 1 quæstionar. q. 11. a. 2. ad fin. dicto 3.* 15

Quartũ medium est, vt coniux impedimenti conscius habitet cum altero tamquam frater & soror: iuxta *c. Laudabilem, de frigidis & maleficiat.* modo non sit congressus periculum. Hoc tamen medio moraliter loquendo nũquam vti licebit: quia semper id periculum versatur. Aliqui tamen asserunt teste *Cordub. lib. 1. quæstionar. q. 11. ad fin. 8. penult.* fœminam impedimẽti conscium subterfugere nullo modo potentem, posse cohabitare animo negandi debitum, & resistendi quãtum potuerit: quod si non consentiat, nec vllo modo corpore cooperetur, sed vt coacta, tacens, & immota patiatur, & permittat, esse tutam. Et potest probari ex doctrina *Soti lib. 5. de iust. q. 1. art. 5 ad 3. Nauar. summa c. 16. n. 1. & 13. & Enriquez lib. 12. de matrim. c. 6. n. 8. Iud. Lop. 1. p. instruct. c. 73.* vbi dicunt fœminam nõ peccare, quando non est periculum consensus, si membris non resistat, dummodo non se componat, aut præparet ad actum illum, nec cooperetur. Sed merito *Cordub.* reprobat hanc sent. dicens esse periculosam, & erroneam: quia *Sotus, & reliqui allegati*, concedunt licere non resistere membris, dummodo fœmina nullo modo illi actui, se accommodet, sed cum eo viro manendo, videtur se illi sceleri accommodare: maximè quia est probabilissimum consensus periculum, magnaque temeritas esset, tali periculo se exponere. 16

Vtrùm verò possit huic coniugi consuli dispensatione Episcopi ad contrahendum denuo non obstante illo impedimento? dicam disp. seq.

DISPVTATIO XL.

Vtrùm possit Episcopus dispensare in matrimonio illo contracto cum impedimento illo dirimenti occulto, vt iterum celebrari possit, ne coniux illius conscius, destitutus remedio maneat, excommuniceturque ab Ecclesia, possitque eam dispensationem alteri delegare?

SVMMARIVM.

Quid certum sit, & in quo versetur difficultas, & quot sint quæstiones disputandæ, n. 1

Penitur opinio negans posse rationes cuiuscumque necessitatis, n. 2.

Contraria vera. n. 1. & vbi quando possit Episcopus in lege Pontificis, vel concilij dispensare. Et quid si ambo, aut alter malam fidem habeant, & quid si non sunt præmissæ monitiones, & quando dicatur mala fides n. 4. & vbi explicatur Trident. sess. 24. de matrim. c. 5 & vbi, quando dicatur scienter fieri, vel præsumi.

Quid, si contrahentes diuites sint, n. 5 & quid, si duo sint impedimenta n. 6.

An possit Episcopus aliquando ante contractum matrimonium dispensare in impedimento dirimenti. n. 7. & vbi, quid in voto castitatis, & quæ media dari possint ad desistendum ab illo contractu matrimonij, absque infamia.

Quid, si recurrens sit ad nuncium, vel commissarium cruciata habentem dispensandi facultatem n. 8.

An qui haberet priuilegium dispensandi in casibus Episcopo reseruatis, etiam ad matrimonium pertinentibus, possit dispensare in præsenti impedimento, quando potest Episcopus, n. 9.

An possit hæc dispensatio pro foro externo, nu. 10 & quando dicatur impedimentum occultum, n. 11.

An possit vicarius Episcopi in eo dispensare, & generaliter possit dispensare ex vi officij vicarij, n. 12.

Post n. 12 tenentur summaria quæ desiderantur.

IN hac disp. nemo dubitat solius Pontificis esse potestate ordinaria in impedimentis matrim. dirimentibus, dispensare: hæc enim omnia decreto Pontificio, vel concilij generalis statuta sunt: in cuius lege tamquam superioris, non posse Episcopum, qui inferior est, dispensare, fatentur omnes: & præsertim *Archid. c. Licet canon. de elect. in 6. Abb. c. Cum dilecti, num. 10. de elect.* communis Doctorum *c. At si clerici, §. fin. de iudicijs*, vbi *Felin. n. 5. Rebuff. tract. nominationum, q. 5. n. 32. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. in princ. n. 15. & §. 10. n. 11. Gutier. l. 1. q. can. 5. n. 19.* Difficultas autem est, an aliquando 1

quando ratione imminentis necessitatis possit. Secundo, vtrum prædictam facultatem delegare possit?

2 QVÆSTIO I. Vtrum in casu magnæ necessitatis possit Episcopus dispensare in impedimentis matrim. dirimentibus. Duplex est. sent. Prima negat: quia non potest Episcopus in lege Pontificis, vel concilij dispensare, (vt probaui n.1.) quia hæc impedimenta statuta sunt. Sic *Sotus 1. de iust. q.7. a.3. vers. At vero sciscitaris*, & in hanc inclinat *idem met. 4.d.37. q.vnic. a.1.* eandem tenet *Corduba l.1. quæstionar. q. 11. vers. Hæc igitur secunda opinio, & summ. q.45. §. El segundo punto de esta primera opinion. Veracruz 3. p. spec. a. 18. fin.* Fr. *Mena 1. 2. q. 97. a. 4.*

3 Secunda sent. multo verior affirmat posse, concurrentibus his circumstantijs, vt matr. sit publicum, impedimentum autem occultum, & sit scandalum in separatione, nec ad Pontificē aditus pateat inopia, aut alia iusta causa impedieti. Probatur primò, quia quāuis regulariter nequeat Episcopus in lege Pontificis, aut cōcilij dispensare; potest tamen in casu vrgentis necessitatis, quando ad Pontificē aditus non patet, vt docent *Legnano, c. At si clerici, §. de adult. de iudicijs*, vbi *Abb n.9. Bald l. Omnes populi, n.8. ff. de iust. & iure. Romanus singul. 468. Specul. tit. de dispensat. §. Nunc de Episcoporum, n.30. Felin. c.1. fallent 7. de constitut. Cotta in memorabilib. verb. Episcopus, Molin in repert. verb. Dispensare potest Episcopus. Rebuf. praxi benefic. 1. de dispens. ad plura benficia, n.30. & 31. Lambertinus de iure patron. l.2. p.1. q.7. a.19. nu.2. Bernard. Diaz reg.238. Lud. Gom. tract. brevium nu. 21. Ducissa reg.148. lim.2. Staphilæus de literis gratia. 3. De qualit. & statu benefic. §.1. quod sit legitimus n.5. Cuc. l.2. instit. maior. t.6. nu. 334. Gut. q. can. l.1. c.a. 23. n.18. Gratian reg.433 n.8.* Sed in hoc casu concurrit grauissima necessitas, ne ij qui Pontificē cōsulere nequeunt, destituti remedio maneant, cum absque scandalo separari nequeant eo quod prolem habeant, quæ parētibus destituta commodè educari non potest, vel alter solus impedimentum nouit, nec cum occultum sit, probare potest, vel illud absque famæ iactura detegere non potest, vel si vterque impedimenti conscius sit, cum probare nequeat, absque scandalo separari nō potest, nec permittitur aliud matrim. inire: atque ita maximo incontinentię periculo expositus erit, ergo poterit Episcopus ratione huius necessitatis dispensare. Secūdò, quia Episcopus potest in sua diœcesi, quicquid Pontifex in tota Ecclesia, nisi aliquid Pōtifex reseruet: vt probaui l.1. disp. 61. n.3. Quare si Episcopus dispensare nequeat in his impedimentis, inde prouenit, quia Pontifex sibi reseruat: sed nō est verisimile in casu tantæ necessitatis reseruare: ergo potest Episcopus. Prob. minor, quia reseruatio hæc fit ob caritatem, bonamque reipublicæ gubernationem: esset autem contrà charitatem. & suauem Ecclesię gubernationem in casu tantæ necessitatis, quando aliter scandala, & peccata vitari nō possunt, manerentque homines remedio destituti, reseruationem intelligi: ergo in eo casu intelligenda non est. Tertiò, quia fortior est reseruatio, dum Pontifex reseruat sibi absolutione alicuius criminis, præterquam in mortis articulo, & tamen probabilissimum est posse Episcopum absoluere, quando ratione impedimenti non est recursus ad Pontificem, vt tenent DD. quos refert *Enriquez lib 6. de pœnit. c.16. n.1. & c.9. n.7. & c.10. nu.1. & 2.* vbi idem asserit de casibus reseruatis in motibus proprijs Sixti Quinti, non obstanti rigidissima reseruatione, cum derogatione bullæ, & Tridentini, ergo à fortiori in nostro casu, vbi non tam rigida, & stricta reseruatio est, poterit Episcopus. Quare hanc partem sustinent *Angles verb. Dispensatio. n.5. vers. Secundo*, vbi *Sylvest. q.9. §.15. Tabiena qu. 14. fin. Armil. v. Dispensare, n.20. Nauar. sum. c.22. Hisp. n.86. Lat. n. 85. Anton. Cuc. lib.2. instit. ut. maior. t.6. num.310. Spond spec. testamentar. glo.15. n.86. Enriquez l.6. de pœnit. c.10. num.1. & l.12. de matrim. c.1. nu.2. Barth. à Ledesm. de matrim. dub.50. ad fin. fol. 1521. Capua l.2. decisionum. c.80. n.14. Manuel bulla cruciata, §. 13. n.6. fin., Anton. Gom. eadem bulla, clauſ. 10. nu.58. Lud. Lopez 2. p. instruct. c. vlt. ad fi. §. Porro hic etiam illa quæstio* (quamuis dubitans loquatur, ait enim forte ita esse:) *Vinald. candel. 1. p. de matrim. n.248. Vega l.6. sum. casu 143. fin. & l.1. casu 132.* & viri doctissimi neoterici idem tenent, praxisque ita recepit, vt testantur *Nauar. & Manuel proximè citati*: & Sotus sibi contrarius videtur huius sent. *4.d.41. q.vnic. a.3. fin.* vbi hæc ait: *Si contra iustitiam publicæ honestatis aliqui contraherent, & expeditissimus non sit ad Papam accessus, nullum esset periculum, quamuis Episcopus dispensaret.*

Vtrùm autem desideretur bona fides in contrahentibus, vt Episcopus possit dispensare, nō constat inter DD. nam *Enriquez l.12. de matrim. c.3. n.2. communiter, Ioa. K. & Sot. 0.* asserit eam non desiderari: nec alia ducitur ratione, quam quia *Ang. Sylvest. Tabiena, Armil. Nauar. Capua, Manuel. Anton. Gom. Lud. Lop. Spino, Ant. Cucus, Vinald. Vega n. præced. allegati*, dum conditiones requisitas ad hanc dispensationem explicant, bonæ fidei non meminerunt. Sed dicendum est eam requiri, & ita eam postulant *Bart. à Ledes. & Lud. Lop. ibi citati*, qui addit post Tridentinum ita esse tenendum: & in hoc casu *Sotus* quamuis dubius *4.d.37. q.vnic. a.2. vers. Præterea arguitur*, dicit forsan posse Episcopum dispensare: & in eodem casu dicunt esse probabile, *Veracruz 3. p. spec. a.18. fin. & Corduba lib.1. quæstionary. q.21. vers. Hæc igitur secunda opinio*, & probatur ex *Trident. sess. 24 de matrim. c.5.* ibi. *si quis intra gradus prohibitos scienter matrimon. contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ, cæteri, idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium cōtrahere, sed etiam consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit, siquidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subijciatur pœnæ. Neque enim digna est qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cuius salubria præcepta temerè contempsit.* Et ratio est, quia hæc sent. innititur manifestæ æquitati, quæ fixadet mentem legislatoris non esse, vt in eo euentu Episcopus nequeat dispensare, sed quando matrimonium est mala fide contractum, mens Pontificis non est iniquitati fauere, & peruersæ contrahentium audaciæ, & vt illa sit facilioris dispensationis occasio, ne quotidie hæ spe celebrarentur matrimonia contemptis impedimentis dirimentibus: quam rationem mirè exposuit *Trident. eod. c.5.* in illis verbis delumpsimus *c. fin. de immunit. Ecclesiarum, Non enim dignus est*, &c. Cum ergo Tridentinum in hoc casu hos mala fide contrahentes spe dispensationis consequendæ perpetuo euentu debere statuat, minime poterit Episcopus dispensare. Vnde idem dicendum est, quamuis ignoranter contractum sit matrimonium, si solemnitates requisitæ in matrimon. neglectæ sint: quia idem in hoc casu decernit ibi Trident. Secus autem esset si ignoranter contractum sit matrim. & ex ordinarij licentia solemnitates illæ denunciationum omissæ sint, quia tunc negliguntur, nec temerè contemnuntur, quod petit concilium vt contrahentes illi spe dispensationis carent: atque ita peiorem partem huius dicti, nempe quando omittuntur denunciationes non posse Episcopum, sustinet *Lud. Lop. ibid. fol.* quodque idem esse, licet alter solus ex contrahentibus, mala fide contraxerit. Sed credo tunc posse Episcopum, quia *Trident. d.c.5.* vocat hanc pœnam, ibi, *Eisdem subijciatur pœnis*, non autem æquum est puniri innocentem, ob alterius delictum. Sic tenet *P. Ioseph. de Acosta lib. 6. de conuers. Indorum, c.22.* & quidam viri docti neoterici. Rogabis autem quando dicatur mala fides? respondeo non satis esse si ignorantia sit speculatiuam, qua coniux nouit se accessisse ad consanguineam eius cum qua contrahere vult matrimonium, nisi coniungatur scientia practica, qua sciat inde oriri impedimentum ad matrimonium contrahendum (vt docui hoc 2. lib. disp. 38. n.3.) nec excluderetur hæc bona fides, quamuis procedat ex lata culpa, & ignorantia culpabili, vt tradunt *Bart. l. Quod Nerua, n. 21. ff. depositi, Bertus c. de constitut. num. 38.* & constat, quia *Tridentinum d.c.5.* petit vt scienter præsumatur, ibi: *Si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit*: dum autem decretum aliquod petit scienter aliquid fieri, excusat ignorantia quantumcumque crassa, & lata culpa, quæ verè non dicitur scienter facere, qui ex ignorantia crassa facit.

fecit sed dolus requiritur: vt docent *Bart. l. Si adulterium, in principio, ff. ad leg. Iul. de adult. Anchar. Clem. vn. de consang. col. 3. vbi Imola n. 4. super Glossa, Scienter, Bonifacius ibi, num. 15. Sylvest. v. Ignorantia, q. 8. dub. 4. Dominic. c. Is qui, de sent. excom. in 6. §. Ite vero in princ. Nauar. c. Accepta, de restit. spoliat. oppos. 8. Silvest. q. 32. & 34. & sum. Lat. in posteriori edit. c. 27. n. 141. Soto quæst. 4. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. n. 21. & c. Alma mater, 33. 10. num. 17. vers. Eadem sane ratione, Greg. Lop. l. fin. v. Assertio. tit. 18. p. 7. Lud. Lop. 2. p. instruct. de excommun. c. 13. §. Idem ad 2. punctum*: idemque importat illud verbum, Profiteri, quod dolum & temeritatem importat. vt docent *Card. Clem. 1. de priuileg. quæst. 39. Imola Clem. 1. de rescript. num. 11. D. Antonin. 3. p. t. 24. c. 54. col. 3. vers. Quærit idem, Bofella tit. plurales 1. nu. 40. Ang. Excommunicatio 5. casu 12. nu. 15. Bofella Excommunicatio 7. casu 14. dub. 5. n. 34. Cajet. v. Excommunicatio cap. 8. 4. Tabiena Excommunicatio 5. casu 11. q. 6. n. 7. Nauar. Summ. Lat. c. 27. n. 155.* Vnde solum excludetur hæc bona fides, quando ignorantia esset adeo crassa, vt esset ingens temeritas: tunc enim æquipararetur dolo, vt bene *Clem. nu. c. 2. de constit. n. 9.* his verbis, *Quamuis canon requirat dolum, comprehenderetur ignorans, si in tantum ignorantia esset crassa, vel crassissima, quæ importaret latissimam culpam, & æquiparetur dolo.* idem *Nauar. sum. Hisp. c. 27. nu. 54.* his verbis, *no se comprehenderia el que por oluido, o descuido, o por ignorancia, o otros no muy crassa.*

f Ex his infertur, idem dicendum esse, quamuis contrahentes non sint pauperes, sed expensas necessarias habeat ad dispensationem Pontificis obtinendam, Prob. quia etiam in diuitibus potest vrgens necessitas concurrere. quia vel Roma longissime distat, essetque magnum incontinentiæ periculum, tamdiu expectare. Similiter si impedimentum esset ex parte fœminæ, quæ consanguineo viri sui matrimonij contractum, copulata est nec potest impune eorum vitio detegere, quia famæ & forte vitæ iacturam pateretur, nec potest à viro absque scandalo separari, nec negare debitum: cum ergo dispensatio hæc permittenda Episcopo, ratione magnæ necessitatis, quæ vrget ne Pontificis dispensatio expectetur, qua ratione non est cõcedenda ad ipsum recursus: sicut potest Episcopus cũ paupere dispensare, qui ratione inopiæ non habet recursum ad Pontificem, poterit similiter quando ratione vrgentis necessitatis, & periculi magni in mora, diues caret eodem remedio. Ita *Sylvest. Armil. Tabiena. Veracruz. Angel. Enrriqu. quos refert nu. 1.* generaliter dicunt posse Episcopum dispensare quando non est commodus recursus ad Pontificem: & *Nauar. Aut. Cucus, Vtuald. Spino, ibi allegati* generaliter idem dicunt, quando contrahentium inopia, vel aliquid aliud impedimento est, ne Pontifex consulatur: & *Aut. Gaud. addit.* ait tunc posse Episcopum, quando est periculum in mora consulendi Pontificem.

g Quærebat autem, quid dicendum, si duo impedimenta diuersa occulta, cum reliquis circumstantiis explicatis *n. 3. & 4.* concurrant. videtur enim tunc non posse Episcopum. Quia in dispensationibus cum odiosæ sint, mixtum sub simplici non comprehenditur, secundum communem sent. *l. fin. de simonia, & l. 2. in princip. ff. de verb. obl. & Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 12.* Sed dicendum est posse. Quia quãdo delegatur, seu committitur alicui dispensatio in vno matrimonij impedimento, manifestum est eum non posse dispensare, repertis duobus; quia mixtum sub simplici non comprehenditur: at cum in hoc casu dicamus posse episcopum ex sua potestate ordinaria dispensare, quia reseruatio non intelligitur in casu tantæ necessitatis, nihil obest concurrere duo impedimenta: siquidem ita Romanam à duplici casu reseruato. Et confirm. quia potestas episcopi in hoc euentu non est ad dispensandum in quodam singulari impedimento, vt sic dicatur mixtum sub simplici non comprehendi, sed ad dispensandum in impedimentis.

7 Et nolim dicere nullius auctoris patrocinio fretus, posse episcopum dispensare aliquando in impedimento matrim. diriment., antequam matrimonium contrahatur, quando vrgentissima necessitas id postularet. Exemplum sit, accedit mulier mane fassura, & reperitur habens impedimentum diriment, cuius directio infamiam notabilem produceret, & sunt omnia iam parata ad nuptias vespere celebrandas, & tentatis omnibus mediis nulla euadendi via aperitur sed suspicio vehemens oriatur alicuius criminis detecti in confessione; si fœmina abstinere velit à nuptiis, aut differre, dum Pontificia dispensatio obtineretur. Dixi, tentatis omnibus mediis, quia si aliqua euadendi via cõmodè reperitur, nullo modo poterit episcopus: & fortassis hæc esse posset via, si fœmina voueret castitatem ad tempus, verbi gratia per mensem, consulente confessario, & dicat cõsanguineis se voto castitatis alligatam esse iussumque sibi esse ab confessario, vt à nuptiis abstineat donec voti dispensatio impetretur à Pontifice, (tacere enim debet votum fuisse ad tempus, ne episcopi dispensatio petatur: & dum pro illa dispensatione obtinenda Romam mittitur, potest occulte dispensatio veri impedimenti obtineri. Verùm si nec hoc, nec alia media prudentis arbitrio, attentis circumstantiis occurentibus, sufficiant, vt fœmina illa euadere possit incolumis, credo posse episcopum dispensare. Prob. quia impedimentum hoc iuris humani est, statutum lege Pontificia, vel concilij, sed in hac lege ex magna necessitate potest episcopus dispensare, vt probaui n. 1. cum ergo magna in hoc euẽtu necessitas vrgeat, quid obstat ne Episcopus possit? Secundò, quia votũ simplex castitatis iure diuino impedit matrim. contrahendum, & communi Ecclesiæ consuetudine, (vt omnia priuilegia dispensandi in votis, quæ semper hoc votum excipiunt testantur) eius dispensatio Pontifici reseruatur. Et tamen in casu vrgentis necessitatis, quando magnum incontinentiæ periculum vrget, nec consuli potest Pontifex, ratione paupertatis, aut quia est graue periculum in mora, potest episcopus dispensare, vt docent *Angel. Matrimonium 3 impedim. 5. nu. 3. Sylvest. verb. Dispensatio, q. 9. & Votum 4. q. 4. Nauarrus sum. c. 12. n. 76. Palacios 4. d. 38. disp. 3. §. 866. vers. Et quidem, Enriquez l. 6. de pœnit. c. 14. nu. 7. Sot. P. Aragon 2. 2. q. 88. a. 12 §. 1043.* ergo poterit dispensare in impedimento diriment., in casu præsenti, vbi vrgentior est necessitas. Nec obstat si dicas, votum solum impedire, aliud autem impedimentum, dirimere: id enim fateor, verum negari non potest, similiter vtrumque impedimentum Pontifici reseruari, & impedimentum voti excedere in hoc, quod iuris diuini sit. Tertiò, quia sent. asserẽs posse episcopum dispensare post contractum matrimonium, illi fundamento innitatur, quod possit episcopus in lege Papæ, aut Concilij dispensare, in casu vrgentis necessitatis. & ita *Angel. Syluester, Tabiena*, num. 3. allegati pro hac sent. quos reliqui secuti sunt, hoc iacto fundamento, inde intulerunt posse dispensare quando matrimonium contractum est bona fide, &c. ergo similiter poterit ante matrimonium, vrgenti necessitate: quamuis enim eo semel contracto, frequentius necessitatis casus occurrat, at cum sola prohibitio iuris humani in vtroque casu resistat, similiter occurrente pari necessitate poterit ante matrimonium contractum, dispensare. Tandem quia non ita leuibus fulcitur hæc sent. fundamentis, quin aliquam probabilitatis effigiem habeat, at quando notabile proximi damnum imminet, licitum est omissa fere certa opinione, eam amplecti, quæ speciem aliquam probabilitatis habeat: vt probaui hoc 2. lib. disp. 36. n. 8.

§ Rursus inquires, an in prædictis casibus possit episcopus dispensare, quando facile recurri potest ad nuncium apostolicum, si potestatem Pontificis habeat ad dispensandum in simili casu, vel ad quemcumque alium simili facultate prædictum, vt est commissarius cruciatæ, qui potestatem habet dispensandi in impedimento dirimenti occulto, post contractum matrimonium bona fide, ex parte saltem alterius contingis? *Enriquez l. 6. de pœnit. c. 10. n. 1. in commento, lit. D. & l. 12. de matrim. c. 3. n. 1. comment. lit. H.* ait posse, & dicitur, quia ius soli Pontifici reseruat dispensationem.

sationem, cum ergo is consuli nequeat, poterit episcopus tamquam pastor ordinarius, dispensare. Sed fateor me non posse huic sent. acquiescere, quia episc. solum potest in hoc casu dispensare, ratione necessitatis vrgentis, sed quando adest potens dispensare, ad quem confugi potest necessitas cessat, ergo non poterit episcopus. Et confirm. quia sacerdos simplex quamuis in articulo mortis constitutum, absoluere possit ratione vrgentis necessitatis, si tamen ea cesset, quia vel pastor ordinarius, vel ab ipso expositus haberi potest, nequibit absoluere: ergo. Rursus, quia ideo Pontifex eam facultatem concedit, vt simili necessitati consulatur. Et ideo hanc partem tuentur *Nauar. Anton. Cucur, Lud. Lop. Manuel*, vbi eos retuli n.3. *Vegal.6. sum. casu 143 fine.* Hoc tamen monuerim, commissarium cruciatæ non habere facultatem dispensandi, nisi detecta prioris matrimonij nullitate alteri coniugi: quare si ea nõ detecta expediret celebrari matrimonium, vrgẽti necessitate iuxta dicta hoc 2. disp. 36. n. 8 tunc quidem cũ commissarij facultas cesset, non obstaret posse recurri ad cõmissarium, quin Episcopus dispensare posset.

9 Id obseruandum est, habentem priuilegium dispensandi in casibus episcopalibus, etiam matrimonialibus, minime posse dispensare in casibus, qui non iure ordinario, sed ratione vigentis necessitatis competũt episcopo. Sic *Enriquez l.6. de panit. c.14. nu.7. & lit. P. Manuel in bulla cruciat. §.9. n.118.* quia hi non dicuntur casus episcopales, sed vere ad Pontificem pertinent, & ex quadam iuris interpretatione episcopo censentur permissi.

10 Secundò obseruandum est, hanc potestatem episcopi dispensandi in dictis impedimentis occultis, esse pro solo conscientiæ foro: vt bene *Enriquez l.12. de matr. c.3. n.2.* sicut *Trident. sess.24 c.6. de reformatione*, similiter concedit casus occultos Episcopo, pro solo conscientiæ foro.

11 Dicetur autem impedimentum occultum, quando nõ publicè constat, nec facile constare potest, periculumque non est, vt in foro externo detegatur: vt bene docet *Enriquez eodem cap.3. n.1. & 2.*

12 Demum obseruandum est, non posse generalem episcopi vicarium dispensare in hoc matrimonij impedimẽto: quia ex generali commissione vicariatus non habet potestatem dispensandi, nisi sibi committatur: vt docent *Glossa c. Quæ de causa, verb. Quicquid, 2.q.5. Card. c. Denique 4. d. Domin. consil. 38. Calderinus de offic. vic. cons. 3. fine. Probus c. Statutum. in addition ad mon. rubum, de rescriptis, in 6. n.29. Felin. c. At si clerici §. De adulterio, n.21. de iudic. Bertachin. tract. de episcopo, l.4 p.7. n.17.* habetur *to.13. tract. p.2. Rebuf. praxi benefic. in forma vicariatus, n.44. Ant. Cucum l.2 instit. maior. t.8. n.111. Borgasius de irregularit. p.7. c.1. n.22. Paz pract. 2.10. pralud. 3. fine, Gutier. l.1. q. canon. c.19. nu.15. Sbroz. ius l.2. de vicar. episcopi q.35. n.3. Ant. Gom. super bullam cruc. c.4. circa 4.q.n.19.* Et ratio est, quia dispensatio habetur instar restitutionis in integrum, quæ in generali mandato non continetur, *l. Illud ff. de minor.* ergo non potest vicarius episcopi dispensare in impedimentis absque speciali commissione, & ita tenet *Enriquez l.12. de matrim. c.3. n.2.*

SVMMARIVM.

Proponitur opinio negans, n.13. & ibi, iurisdictio voluntaria committi ex principis priuilegio non potest.

Opinio affirmans posse delegare n.14 & ibi, iurisdictio ex priuilegio perpetuo concessa dignitati, est ordinaria.

An sit iurisdictio ordinaria delegabilis, si quis ex priuilegio dignitati, vel officio annexo habeat reseruata principi in signum suprema iurisdictionis, n.15.

Quid, si res sit magni momenti, vt beneficia conferre, n.16.

Soluuntur argumenta, & explicantur c. vlt. & fin. de offic. deleg. & Tridentinum sess.24. c.6. de reformat. n.17. & ibi, an possit episcopus delegare hos casus, & occultos Papales concessos illud cap.6.

13 QVÆSTIO II. Vtrum possit episcopus delegare facultatem dispensandi in impedimentis matrimonium dirimentibus, casu, quo ipse potest dispensare, & generaliter vtrum possit eos casus delegare, qui secundum ius Pontifici reseruantur, & solum sibi competunt ratione imminentis necessitatis, quia non est ad Pontif. recursus, vt dispensare in lege superioris, vt ieiunij, festorum? Quidam negant (vt refert *Syluest. n. seq. allegandus*:) & fauent aliqui dicẽtes iurisdictionem volũtariam commissam ex principis priuilegio, delegari non posse. Adhi sunt *Bald. l.3. nu.6. Quando prouoc. non est neces. Felin. c. Quod sedem, de offic. ordinar. n.2. Gratian.* multos referens *reg.443. n.13.* Prob. ex *c. vlt. fin. de offic. de leg.* ibi, *Nulli, cui commissum fuerit excommunicare, vel absoluere aliquos, dispensare cum irregularibus, licet hæc alia demandare: quia non sibi iurisdictio, sed certum ministerium pariter committitur.* Secundò, ex *Trident. sess.24. c.6. de reform.* vbi cõcedens episcopis casus Põtificis occultos, explicat, per se, vel per vicarium: ergo clarè denotat non posse delegare, vbi non committitur episcopis delegandi potestas.

Sed dicendum est posse delegare: quia iurisdictio ex principis priuilegio competens, non personæ, sed perpetuò dignitati, vel officio, non est delegata, sed ordinaria, & potestatis ordinariæ iura habet, & sequitur: vt docent *Bart. l. Ambitiosa, n.34. ff. de decret. ab ord. fac. Ioan. Andr. addit. ad Speculatorem, tit. de legato, §. vlt ad fin. vers. incipienti, Legatus est ordinarius. Bald. c. fin. n. vnico, de off. ord. & ibi Imol. ad finem, Syluester verb. Delegatus q.8. dicto 1. Couarr. 3. variar. c.20. nu.6. initio. & n.9. fine, & n.10. initio.* Et ex Theologis, *Compendium mendicãtium, v. Absolutio ordinaria quod Fratres, ad fin. dicto 2. Pasarellus compendio minimorum c.15. Enriquez l.13. de exam. munic. c.24 n.2.* Et facit ad hoc comprobandum doctrina *Baldi l.1. ff. de offic. consul. & Felini c. Licet, n.4. de offic. ordinar.* vbi docent commissionem perpetuam facere ordinariam: ergo cum hæc sit potestas ordinaria, poterit delegari. Et ita sustinent generaliter loquendo, *Gloss. c. finali, verb. Casibus, de offic. ordin.* vbi *Ioan. Andr. n.3. Anton. n.4. Bald. n.vn. Abb. n.3. Imola ad finem, Felin. c. fin. n.8. de offic. delega. Iason l. A iudice C. de iudic. n.2. Syluest. verb. Delegatus, qu.8. dict.1. & absoluto 4.q.2. §.6. Angel. Excommunicatio 5. casu 1. n.39. Nauar. sum. c.27. Hispan. n.42. Latin. n.45. & l.2. consiliorum. in 1. edit. tit. de foro competent. cons. 2. n.3. Couarr. d. n.6 initio. & d. nu.10. initio.* Et ex Theologis, *Compendium mendicantium, & Pasarellus*, vbi proximè retuli. *Cordub a sum. q.8. initio, Enr. quez. l.6. de panit. c.7. nu.3. Lud. Lopez 1.p. instruct. in 2 edit. c.284. fol. 794.* & in casu speciali, in quo ratione vrgentis necessitatis cõpetit episcopo absoluere impeditos ire Romam, vt absolutionem obtineant ab excommunicatione contracta propter clerici percussionem, habetur expresse posse episcopum delegare, *c. si de offic. ordin* Et in propriis terminis tenet *Enriquez l.12. de matrim. c.3. n.2.* vbi dicit posse episcopum delegare potestatem quam habet dispensandi in impedimentis matrimonium dirimentibus, quando bona fide contractum est, & contrahentes non habent recursum ad Pontificem.

Et hæc sententia adeo vera est, vt quamuis certum sit reseruatata specialiter principi in suprema iurisdictionis signum, delegari non posse: fallat, nisi quis ex officio, aut dignitate habeat ius ea exercendi, licet id contigerit causa priuilegij concessi eidem dignitati, tunc enim poterit delegare. Sic *Couar. 3. variar. c.20. n.10. initio.*

Excipe tamen, quando res commissa tanti momenti est, vt per aliũ expediri nequeat, qualis est potestas conferendi beneficia, quam soli vicario suo generali potest episcopus delegare, vt bene docet *Glossa cap. Deliberationem verb. Cuicumque, de offic. deleg. in 6.* & multi alij, quos refert & sequitur *Couar. dicto 20. n.6. initio.*

Ad argum. proposita n.13 respondetur, ad *c. vlt. de offic. deleg.* dic cum *Gloss. c. vlt. de offic. ordin. verb. Casibus, & Angelo Excommunicatio 5. casu 1. nu. 39. Syluestro absolutio 4.q.2. §.6. Nauar. lib.5. consil. in 1. edit. tit. de sent. excommun. cons. 15. fine,* intelligi, quando nudum ministerium committitur personæ, secus, quando ex priuilegio perpetuò dignitati concesso, tunc enim non dicitur nudum ministerium sed potestas ordinaria. Ad 2. ille locus Tridentini eam quæstionem postulat, vtrum possit episcopus casus Papales occultos sibi concessos in eo decreto, generaliter delegare? Num vel oporteat specialiter eligere vicarium, cui deleget? Nam *Enriquez lib.14. de irregularitate, c.19. fine, & lib.6. de panitent.*

tur 1487 iuncto commento, litera O. ait non posse episcopū generaliter vicario, vel alij delegare hos casus, vt habeat facultatem generalem absoluendi, vel dispensandi pro suo arbitrio, sed tātum posse delegare vicario specialem delegato, id est, posse delegare, quādo casus occurrit de quo habet facultatem, vt de mandato, & nomine ipsius habeat inferre pro se *Menochium cons. 17. num. 12. lib. 1.* qui nec verbum dicit, refert etiam alios qui in solo hæresis casu, loquuntur. Probat *Enriquez*, quia *Tridentinum, sess. 6.* expresse concedit episcopis posse dispensare, per se, vel per virum specialiter deputatum. Item, quia dum hi casus episcopo conceduntur, eligitur industria personæ. Et hāc sententiam videtur expresse tenere *Navar. lib. 1. consiliorum tit. de confirmat. in 1. edit. cons. 1. q. 48. n. 89.* & *Corduba sum. qu. 8.* Ratio tandem sequitur: enim habita notitia casus, & impedimenti personæ posse Episcopum delegare. Sed dicendum est posse generaliter delegare. Primò, quia non datur industria personæ, si enim eligeretur, ne generaliter nec specialiter posset episcopus delegare. Item, quia quoties aliquid cōceditur prælatis præsentibus & futuris in genere, non potest dici electam esse industriā personæ incognitæ delegetur: vt tradit *Isa. I. Mo. n. 6. de miser. dict. omnium ind. Gregorius Lopez l. 47. fine. cit. & sequitur Bartholo, & Panormit.* quos ibi refert *Menochius l. 2. de ret. 4. 4. n. 17.* Item, quia cum hæc sit potestas ordinaria potest generaliter delegari. more cuiuslibet ordinariæ potestatis, & ita tenet *Nau. l. 5. consil. in 1. edit. tit. de sententia excommunicationis, cons. 15. n. 3. in 2.* verò *tit. de priuil. cons. 11. n. 4.* Et ad *d. c. 6. Tridentini* dicit intelligendum esse, vt velit vicarium episcopi non habere ex generali commissione vicariatus, hos casus, nisi sibi specialiter cōmittantur, non autem, vt velit negare episcopo potestatem generaliter delegandi. & probatur hic intellectus, quia illi dicunt casum hæresis in eo decreto episcopis datum, posse eos delegare vicario specialiter deputato. Tamen aliquid amplius exigit concilium in hoc casu, quia idem in eo dicit per se, & nō per vicarium: ergo in hoc casu non petit Concilium specialem delegationem. Inde infero, idem dicendum esse in impedimento occulti matrimonium occulto, & reliquis casibus quibus necessitatis vrgēntis sibi competunt, potest episcopus hos casus generaliter delegare, cùm sit iurisdictio ordinaria, vt probaui n. 2.

DISPVTATIO XLI.

Vtrum matr. bona fide vtriusque cōiugis inito, superueniat vel alteri de valore eius superueniat dubium, possit dubitans reddere, & petere?

SVMMARIVM.

Duplex humana disputatio, & quæ quæstiones hic resoluenda sint. n. 1.
In qua dicitur scientia, fides, opinio, suspicio, dubium, scrupulus. n. 2.
Dubium ad dubium, vel opinionem attendendum est, quam ad causas dubitandi, vel opinandi, n. 3.
Dubium aliud est practicum, & aliud speculativum, & idem de scientia, & opinione. n. 4.
Quando dicit indicium practicum, contrarium esse speculativo, idque limitatur. n. 5.
Opinio sine dubio conscientia practice est peccatum n. 6.
Dubium reducitur ad eum peccati speciem de qua dubitatur. n. 7.
Dubium, & cum dubio speculativo, n. 8.
Reprehenditur Sanchez de sponsal. & an in dubio tutius sit eligendū. n. 9.
Postea enumerantur alia summaria.

HACTENVS egimus quando nullitas matrimonij cognoscitur: in præsenti autem disputamus, quādo ea dubia est: & potest dubitatio hæc aut vtrique, aut alteri coniugi superuenire: insuper aut potest ex parte vtriusque bona, aut mala fide: potest etiam non tantum dubium, sed etiam nullitatis opinio superuenire, & ideo, vt ordine & debito ordine procedam, in præsenti disp. discutiam quando matrimonium bona fide ex parte vtriusque contractum est, alter, vel vterque dubitat. Deinde disp. seq. quando mala fide ex parte vtriusque, vel alterius initum est. Deinceps disp. immediata, an idem dicendum sit quando dubitans de valore matrimonij, potest illud validum efficere, vt si dubitet an ea quam duxit, sit serua. Et tandem disp. subsequenti, quando non tantum dubitat coniux de matrimonij valore, sed opinionem habet eius nullitatis. Præmittendæ tamen sunt tres quæst. ex quarū cognitione pēdet resolutio omnium harum, in deque ad diuersas materias morales aliqua, quæ non passim inueniuntur, relictis aliis quæ longiorem petunt disp. infernum & ideo parcendum est, si aliquantulū immorer, est enim res hæc grauissima, & valde necessaria, ideo in præsenti disp. quinque agitandæ sunt quæstiones. Prima, vtrum agere contra conscientiam dubiam sit peccatum. Secunda, an in materia iustitiæ melior sit in dubio possidentis conditio. Tertia, an idem sit extra materiam iustitiæ. Quarta, quando vterque coniux bona fide contraxit, & alter solus dubitat de matrimonij valore. Quinta, quando matrimonio bona fide ab vtroque contracto, superuenit vtrique coniugi dubium.

QVÆSTIO I. Vtrum agere contra conscientiam dubiam, sit peccatum: & ita dum conscientia dubia est, teneatur amplectri id quod tutius est, & in quo nullum criminis periculum versatur? Supponendum est primò differre scientiam, fidem seu credulitatem, opinionē, suspicionē, dubium, & scrupulū: quia scientia dicit cognitionē certam, saltem moraliter, ita vt non sit prudentis tūe formidare, *l. 2. §. Idem Labeo ff. de aqua plu. arcen.* vbi sciri factum dicitur cū minime dubitatur: & *c. Dominus de secund. nupt.* vbi iubetur ne coniux aliud matrim. ineat, donec de alterius coniugis morte sibi cōstet iuncti. *c. In præsentia, de sponsal.* vbi tunc dicitur constare, quando vnius testis certus adfuerit: & ita tenent *Angel. Matrimonij 3. imped. 13. n. 4. Sylues. verb. Scientia, in princ. & Matrimonium 8. qu. 15. dub. 1. Armilla verb. Matrimonium nu. 45. Navarr. c. Siquis autem, nu. 9. de pœnitent. d. 7.* & multi alij. Fides siue credulitas, est assensus certus, obscurus tamen, habitus ex auctoritate alicuius illam rem affirmantis. Sic *D. Antonin. 1. p. t. 3. c. 10. §. 9. Navar. d. c. Si quis autem n. 10. & summa, c. 27. n. 278. Corduba l. 3 quæstionar. q. 2. in princ.* Opinio est, assensus vnius partis, non firmus, & certus, sed cum alterius formidine. Sic *D. Antonin. eod. §. 9. Sylvest. verb. Opinio, in princ. Sotus 4. d. 27. q. 1. art. 5. vers. Tunc ergo. Navar. d. c. Si quis autem, n. 11. Corduba ead. qu. 2.* Suspicio est quando intellectus in alteram partem magis inclinat, non tamen illi assentitur. *Corduba ea q. 2.* Dubiū est, quando intellectus pendet in æquilibrio, in neutram partem potius inclinans. Sic *D. Thom. 3. d. 17. q. 1. art. 4. corp. Duran. ibi q. 2. ad 2. Sylvest. verb. Dubium, sum. 1. D. Antonin. & Corduba proxime citati, Sotus 4. d. 27. qu. 1 a. 3. Navar. d. c. Si quis autem, n. 12. & d. c. 27. n. 279.* Scrupulus antē est, apparentia aliqua cōtra id quod aliquis credit, vel opinatur, vel dubitat. *Navar. d. c. Si quis autem, n. 13. & d. c. 27. n. 279.* Vel est assensus ex leuibus coniecturis ita *D. Antonin. proxime citatus*: vel ex magnis parum æstimatis à scrupulum habenti, vt dicit *Corduba d. q 2.* Vel tandem (vt tradit *Sotus de secret. membro 3. q. 2. concluſ. 3.*) est formido ita tenuis, vt sit contra eam agendum, procedit enim ex quadam ignauia, & pauore, vel est formido stans simul cū oppositā opinione.

Ad iudicandum autem, non tam attendendum est an adsit dubium, vel opinio, vel firmus assensus, quā ad causas vnde oritur: potest enim assensus ex tam leuibus rationibus oriri, vt vir prudens potius scrupulum iudicet, & è contra possunt adeo urgere rationes scrupuli, vt potius sit scientia, vel opinio. Sic *Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 3. vers. Tunc ergo.* 3

Secundò supponendum est, scientiam, fidem, opinionem, & dubium posse esse, vel speculatiuè, vel practicè: sciētia speculativa est, quæ in cōmuni dictat certo & euidenter aliquid esse faciendū, vel esse peccatum, v. g. esse vsurarium contractum, vel esse illicitum accedere ad non suam: & opinio speculativa est, quæ in communi dictat non certo, sed sub formidine: dubium autem, quando in communi dubitatur: dicitur autem dubium rei, aut scien- 4

tia,

tia, aut opinio rei secũdum se. Scientia autem practica est quæ in singulari, & perpensis omnibus circumstãtiis rei, dictat aliquid hic & nunc esse licitũ, vel illicitum: & opinio, quando quis opinatur: & dubium, quãdo dubitat an hic & nũc sit licitum: appellatur autem scientia: vel opinio, vel dubium rei in particulari, respectu operantis. Et appellatur hæc scientia, vel opinio, vel dubitatio practica licet prior possit dici, & vere sit practica, cum ordinetur ad dirigendũ actiones humanas. Quia prior dicitur speculativa quoad modum vniuersalitatis, & respectu posterioris particularis, quæ practica dicitur. Huius distinctionis auctor primus est *Caietanus opusculo 17 responsionum, responsi. 13. dubio 7. & 1.2. q. 57. art. 5. ad 3.* vbi *D. Thomas* ansam præbuit: & postmodum multi DD. eam amplexati sunt vt referam n. 8. Quam distinctionem aliis verbis tradit *Nauar. c. Si quis autem de pœnitentia. d. 7. n. 61. & summa Lat. prælud. 9. n. 9.* vbi vocat dubium speculativum, dubium in generali: practicum vero hic & nunc. Argumenta quæ huic distinctioni obstant, videbimus infra hac disput. n. 41.

5 Obseruandũ tamen est, ex scientia, vel opinione, vel dubitatione speculativa, quam quis habet, teneri simile iudicium practicum formare: vt si speculative, & in communi sciat aliquid esse vsuram, vel dubitet, tenetur practice, & hic & nunc scire, vel dubitare, nisi ratio aliqua specialis cogat variare iudicium practicum. Deuiat enim à recta ratione, me credere omnem hominem teneri restituere, & me in eodẽ casu, absque aliqua speciali ratione, eximere. Deinde, quia cognitio speculativa dirigit voluntatem ad opus, ergo tale debet esse iudicium practicum, quale est speculativum, nisi specialis ratio variare cogat. Quod autem ob aliquam rationem variare possit iudicũ hoc, probatur, quia cum res morales ob circumstantias varientur, potest aliqua occurrere, quæ licitum mihi efficiat, quod in communi, & ex se illicitum est. Vt possum scire in communi non licere rem alienam capere, at in particulari, hic & nũc mihi licere, quia extremè indigeo. Sic *Cordub. lib. 3. quæstionarij. qu. 5. dubio 1. post 1. propositionem, Lud. Lop. 1. par. instruct. in 2. edit. cap. 135. §. vltimo.*

6 His præmissis sit prima conclusio, vt voluntas honestè operetur, oportet intellectum non esse practice dubium, sed iudicare determinate, hic & nunc licere hanc operationẽ, quare qui dubitans practice, aliquid operatur peccat. Probatur primò, quia manifesto se exponit periculo admittendi id peccatum amans autem periculum, peribit in illo. Eccl. 3. Secundo, quia faciens aliquid vt sibi, vel alteri placeat, dubitans an sit contra Dei amicitiam, se, vel alterum illi præferit, nec peccatum summa appretiatione, vt tenetur, formidat. Et confirmatur, quia ex amicitiæ postulat vt ea etiam vitẽtur, quibus fore vt amicus offendatur, dubium est. Tertiò, quia cum cognitio prærequiratur vt actus sit voluntarius, illius bonitas ex boni cognitione procedere debet, quare licet obiectum in se, bonũ sit, si vt tale non apprehendatur, actus erit malus, & è cõtra si malum sit, & vt bonum apprehendatur ignorantia inuincibili, actus erit bonus: & præterea vt actus sit bonus, requiritur integra causa ex circumstantiis & obiecto ergo vt actus bonus sit, desideratur cognitio boni: qui autem dubitat an sit malum, non habet boni cognitionem. Tandem, quia sola inuincibilis ignorantia excusat ab actus malitia, cum sola illa, causa sit inuoluntarij: qui autem dubitat, non dicitur ignorare. Et ita fatentur vniuersi Doctores.

7 Hinc infertur. operari contra dubium, reduci ad eam peccati speciem, de qua dubitatur: vt si practice dubitem an sit furtum, & id admittam, erit furtum. Eodem enim præcepto quo teneor vitare aliquid, teneor id non facere dubitans practice an sit illo præcepto prohibitum.

8 Secunda conel. quando est scientia, opinio, seu dubitatio speculativa, licitũ est aliquando contrarium operari, quia adest opposita cognitio practica, propter aliquam specialem circumstantiam; vt sciens speculative non licere in festis seruilia exercere, potest practice formare conscientiam sibi licere, quia egestate premitur similiter dubitans speculatiuè, an hæc res sit sua, potest practice non dubitare, licere sibi retinere, eo quod possideat. Vide scientia, opinio aut dubitatio speculativa non excludit bonam fidem, quãdo iusta causa suadet oppositum iudicium practicum: quia actus humani circa singularia versantur, & quod in communi illicitũ est, potest ex aliqua circũstantia respectu huius licitum fieri. Sic docent *Cant. opusc. 17. respons. 13. dub. 7. Medina C. de restitut. qu. 17. §. Ista tamen videtur, Soto, 4. d. 27. q. 1. a. 3. vers. Summo vero, Conar. q. 9. Possessor, 2. p. §. 7. n. 4. & 4. decret. 2. p. c. 7. §. 2. nn. 10. & 19. Lugo de iustitia, 3 par. tract. n. 4. Cordub. l. 3. quæstionar. q. 5. Fr. Medina, 1. 2. q. 19. a. 6. dub. 3. Palacios 4. d. 36. disp. 2. §. 799. col. 1. Burgos de Paz prooemio legum Tauri, n. 414. Enriquez l. 12. de matrim. c. 6. a. 6. & 7. P. Molina to. 1. de iust. & iure tract. 2. disp. 113. §. 634. Navarra Lib. de restitut. c. 3. dub. 12. in nona edit. n. 255. Salon. 1. 2. post qu. 6. q. 5. de domin. a. 6. §. 589 & q. 69. a. 2. controu. 3. fol. 1488. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 39. §. 1057. Bañez 2. 2. qu. 62. a. 6. dub. 5. concl. 4. Petr. de Ledesma de matrim. q. 45. art. 2. dub. 1. ad 3. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 71. n. 4. & c. 243. nn. 4. Sayr. lib. 5. sum. casu 154.*

Ex dictis infertur intellectus ad *c. Iuuenis de sponsal. & ad audientiam, & c. penult. de homicidio & c. Si quis autem ejusdem. d. 7.* vbi habetur in dubio esse amplectendum quod tutius est. & in quo nullum peccati periculum versatur. Sic enim intelligi debet de dubio practico, & tum non est consilium, sed vere præceptum: vt docent *Sylvester 1. Dubium. q. 2. §. 4. Nauar. c. Si quis autem, de pœnit. d. 7. n. 42. Cordub. l. 2. quæstionar. q. 3. propos. 3.* Exemplum sit, dubitas practicè an hic & nunc teneatis iciunare, teneris dum id dubium non deponitur: quia alias actus fieret cum cõscientia practicè dubia. Dixi autem, in dubiis, quando scilicet vere dubium est, intellectu neutri parti adhærenti: secus enim est, quando probabiliter opinatur alteram partem minus tutam, tunc enim potest eam amplecti, & in hoc sensu tantum consilium est amplecti id quod tutius est. Sic docent *D. Antonin. 1. p. t. 3. c. 10. §. 10. col. 7. vers. Pro cuius enodatione, Angel. verb. Opinio, n. 2.* vbi *Sylu. ell. q. 1. fine, Navar. c. Consuluit, in prim. de pœnitent. d. 5. nu. 38. Gutier. quæstion. canon. lib. 5. c. 31. n. 41. Enriquez* alios referens *lib. 14. de iustitate, cap. 3. num. 4. fine.* Et confert ad hoc opinio probabilissima multorum asserẽs ex duabus opinionibus probabilibus fas esse minus probabilem eligere.

SVMMARIVM.

Vtrum in dubio in materia iustitiæ melior sit conditio possidentis: resumitur duæ opiniones circa determinationem rei, dum aliquis dubitat sit sua nec ne n. 10 & 11.

In dubio melior est possidentis conditio, & possidens bona fide & merè dubitans an sit sua, non tenetur restituere, quando facta diligentia adhuc dubium est. n. 12.

Quid si negligens fuerit in vero domino inquirendo, & negligentia hæc causa sit, vt veritas non possit deprehendi: vel inuincibilis ignorantia, & causa illius negligentiæ, non appareat dominus, quid teneatur restituere & an fructus ex tempore restituendi sint. n. 13.

In æquali dubio an teneatur iudex sententiam ferre pro possessore. n. 14.

Quid si res, de qua est dubium, in multitudine possessorum immersa sit, n. 15. & quæ sciat rem alienam esse, dubitet tamen nescire cuius sit.

Quid debent in hoc dubio iudex facere, quando res est de minima, & quando indubia, vt beneficium Ecclesiasticum, n. 16.

Quid si dubium oriatur ex actione iniusta, vt si quis dubitet an sumpserit consilium vel aliqua alia concurrerit ad damnum. n. 17.

Quid, quando depositarius, vel commendatarius dubium est, an sua ipsius res perierit, n. 18.

Quid si diligens adhibita diligentia potius inclinat quod res sit alterius. n. 19.

An possidens rem bona fide dubitans esse an sit alienam, possit eam vti, quam illam alienam esse referantur duæ opiniones, n. 20.

Tenetur res illa non vti, dum diligentiam adhibet. n. 22. & ibi quid si res, qua vsus non consumitur.

Si facta diligentia non possit veritas comperire, an possit vendere & vti illa vti, n. 23. & ibi. ad quid teneatur si emptorem illum de vitio dubij non admoneat. & an à tempore dubij teneatur rem cum fructibus restituere.

Soluuntur argumenta & explicitur cap. Si virgo, 24 quæstio. n. 40.

An suffragetur possessio dubia bona fide capta faciatque possessorem meliorem: & quid teneatur hic possessor restituere, vbi omnem dubium an res sit furtiua. n. 24.

a hic capiat, vel si opinatur rem esse fortuitam, tenetur integrè restituere, & cui, quando nequit assequi veritatem, n. 25.
Regula si dubitans abstinet à possidenda bona fide, n. 26.
Dubitat bona fide emere, ignorans rem fortuitam esse, tum forma sit tradendi non à forte ablata distet alteri, & quid teneatur hic emptor restituere, n. 27.
Quid si dubia fide accipiat ex voluntate possidentis bona fide, n. 28 vbi quid deceniere mancipia Guineæ, ab eo qui emit ab assertoribus. Quid, si dubitans emat, an quæras dominum, & an possit prestium deponere, n. 29.
Quæ variæ sunt opiniones, an in hoc dubio sit melior conditio possidentis, quique teneatur Doctor consulere, vel iudex fauere, n. 30.
Reliqua quæ sequuntur alia summaria.

Quæritvr II. Vtrùm quando res dubia est, ita sit possidentis melior conditio in materia iustitiæ, vt possit licite possidens practicè non dubitare, & operari cum illa eò modo, si speculatiuè dubia? Vt si quis bona fide possidens inquirat dubitare, an res sit sua, possit ratione possessionis retinere. Cum diximus hac disp. n. 5. dubitantem speculatiuè, teneri practicè dubitare, nisi ratio aliqua vrgeat ad deponendum dubium illud speculatiuum, & formandum iudicium certum practicum, dubitatur vtrum possidens dubitans, sit ratio sufficiens ad deponêdum iudicium speculatiuum, operatidumque contra illud: & hoc in materia ad iustitiam pertinente: statim enim q. 3. nu. 31. dicemus, quando materia pertinet ad alias virtutes. Quidam negant possessionem reddere tutum, dubitanter tenere restituere, quando adhibita diligentia nequit dubium deponere. Argumenta quibus hæc sententia proponenda sunt hac disp. n. 43. Sic tenet *Adrianus in 4. dist. 4. de præscriptione, §. Hoc supposito, primo dicendum, in primo volumine fol. 162. col. 2. & quodlibeto 2. vers. Secundo dicitur*, in tali dubio *in parvis voluminibus fol. 31. col. 1.*

2 Fvndamentvm sic dubitantem teneri pro ratione dubij dubitare: cum eo de quo dubitat, an sit verus dominus, quod si de nullo dubiter, teneri cum pauperibus qui loco veri domini succedunt. Sic *Sotus lib. 4. de iust. q. 5. a. 1. vlt. ad primum. Post hæc autem Ledesma 2 p. 4. q. 18. art. 1. dub. 14. fol. 1. Cordoba l. 3. quæstionar. q. 6. §. vltimo, Aragon 2. 2. q. 62. art. 1. tract. de dominio, ante §. His constitutis sit nostra conclusio fol. 165.*

3 Probatvr prima concl. Incipiens bona fide possidere, si dubium superueniat an res sit aliena, tenetur diligentiam adhibere vt veritatem assequatur, eaque præmissa, nec veritate detecta, potest ratione possessionis retinere, & practicè non dubitare, non obstanti dubio speculatiuo, an res sua. Ratio est, quia in pari causa potior est possidentis *l. melius, ff. de reg. iur. in 6. & reg. In pari. 170. de reg. iur.* ergo cum in dubio sit par vtriusque causa, melior est possidentis cõditio, vt rem possit retinere. Secundò, quia in foro externo veritate cognita, protegetur hic in sua possessione, nec aliquid restituere cõpelletur, ergo in foro interno quia iudicia hæc, diuersa non sunt, nisi quando externum præsumptione ducitur, interno autem veritatem nouit, vt dixi lib. 1. disp. 5. n. 20. in hoc autè casu in vtroque foro res est dubia. Vertiò, quia nullum aliud hic autem non est, quoniam iniustitia in æqualitatem inducit, sed ea fieret, restitutione facta: ius enim vtriusque partis intra se est in dubio quoad proprietatem, tamen non est æquale quoad possessionẽ, possidens enim melius possidendi: ergo si maneat in eodem, iure possessionis, in quo potior est eius causa, nulla est inæqualitas, & proinde nec iniustitia. Tandem, quia magna sunt incommoda quæ latè refert *Mascardus de probationibus conc. 1200.* Hanc tenent *Victoria de iure belli dubio 3. prop. 4. 3. Sotus de secreto, membro 3. q. 2. post 3. concl. vers. Et declaratione, & 4. d. 27. q. 1. a. 3. vers. Ad huiusmodi. Medina Cauat. 93. Pet. Sot. 2. p. §. 7. n. 4. & reg. Peccatum, 3. p. initio n. 4. Ledesma 2. p. q. 8. a. 4. dub. 6. fol. 69. col. 1. Burg. de Paz. pro. 3. post fol. 228. concl. 5 Cordub lib. 3. quæstionarij, q. 8. coroll. 3. vers. Ad primam autem rationem, Fr. Medina 1. 2. q. 19. a. 6. propos. 1. ad fin. Sylvest. Prieriio 1. q. 3. dicto 3. fine, Enriquez lib. 14. de irregularitate, c. 15. fine Basez. 2. 2. q. 62. a. 6. dub. 5 conclus. 4. P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 35. fine, & §. Verum enim vero, & disp. 36. conclus. 1. Ind. Lopez 1. p. instructorij. in 2. edit. c. 135. §. Quare falsa est. Salon 2. 2. q. 62. tract. de dominio, ad finem f. 596. & seq. & q. 62. a. 6 controuersia 4 conclus. 4. Manuel 2. to sum. c. 43. n. 4. Gratian. reg. 227. n. 5.*

Hinc infertur, si possessor hic omittat facere quod in se est, vt veritatem assequatur, omissioque causa sit, ne veritas possit in posterum deprehendi, aut saltem non tam bene, teneri restituere prudentis arbitrio alteri, de quo dubitat, vel eo ignoto, pauperibus, quantum alterius intererat veritatẽ detegi, plus, vel minus, iuxta qualitatem spei, quæ erat veritatem assequendi. Et si postquam culpa omisit debitam diligentiam, apparerat rem esse alienam, veritatemque fuisse detegendam diligentia tunc adhibita, teneri ex tunc fructus restituere: quia ex tunc ob diligentiæ omissionem, fuit possessor malæ fidei. Probatur, quia ea omissio fuit iniusta, & est verisimile damnum intulisse, cum probabile sit diligentia adhibita fore, vt dominus compareret. Sic *P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 36. conclus. 1. & §. Reliqua quæ in eadem.* 13

Secundò infertur, existenti pari dubio iuris vtriusque parris, ita vt iudex omnino sit perplexus, teneri possidenti fauere, nec ipsum posse cogere vt partem restituat: quia ius retinendi habet possidens in hoc dubio: vt probaui n. 12. Sic *Salon 2. 2. q. 61. tract. de dominio ad finem.* 14

Tertiò infertur, si neuter possideat, restituendam esse rẽ inter eos, de quibus dubitatur cuiusnã sit. Sic *Cæt. 2. 2. q. 62. a. 5. in solut. ad 3. Sotus l. 4. de iust. q. 7. a. 1. ad 3. vers. De illo vero. Anglesius hic, 2. p. q. 2. de rest. difficul. 4. dub. 4. Nauarra lib. 4. de rest. c. 2. in 2. edit. dub. 8. n. 50. Manuel in bulla compositionis, §. vnic. nu. 9 & 2. to sum. c. 41. nu. 8. Enriquez l. 7. de indulgent. c. 35. n. 1. Aragon 2. 2. q. 62. a. 5. in solut. ad 3. §. Circa tertiam propositionem, Salon eod. a. 5. controu. 5. & ibi Basez dub. 6. circa 1. conclus. concl. 2.* Nam hi omnes dicunt furto rem auferentem, vel scientem non esse suam, in quo casu perinde est, ac si nullus possideret, teneri restituere inter illos, quorũ esse dubitat. Si autem dubium æquale non sit inter eos, diuidenda est res iuxta dubij proportionem: vt bene docent *Aragon, & Basez ibi.* Si vero res indiuidua sit, vt seruus, forte est alteri applicanda vel vni res, alteri vero æstimatio: & hoc vtriusque consensu, definiendum est, vt bene *Nauarra ibid.* Quia cum ius vtriusque æquale sit, non est cur potius huic seruus, illi vero æstimatio detur, & ideo in hac diuisione, vel vt sortium iudicio lis hæc decidatur, vtriusque consensus exigitur. 15

Quartò infertur, similiter in hoc dubio, neutro possidente, teneri iudicem inter vtrumque diuidere: quia æquum est vtriusque ius. Sic *Petr. de Ledesma de matrim. q. 45. a. 1. dub. 2. in solut. ad 3. prima sent.* vbi subdit rem indiuiduã posse iudicẽ applicare cui voluerit: vt duobus æquè dignis petentibus beneficiũ, potest episcopus eligere quem maluerit, quia indiuiduum est. Sed hoc minime credo, quia lex iustitiæ petit, vt in hoc dubio res illa sorte distribuatur, vel vni res, alteri vero dimidium æstimationis conferatur, vt dixi n. præced. fin. ergo iudex qui est veluti iustitia animata, ipsiusque minister, sic tenetur facere, nec obstat simile de beneficio, quia nullus illorũ cum neutrius sit, habet ius aliquod iustitiæ, etiam distributiuæ, vt sibi conferatur, sed hæc iustitia dictat vt alteri illorum detur: in nostro autem casu vterque habet ius commutatiuæ iustitiæ vt inter eos diuidatur. 16

Quintò infertur, quid dicendũ sit, si dubium hoc circa actionem iniustã sit, vt si quis consulat homicidium, aut furtum, vel aliter ad illud adiuuet: dubiumq; sit, an ex tali consilio, vel actione secutum fuerit damnum: quidam enim hunc ab obligatione, ratione praui consilij eximũt: quia in hoc dubio potior est conditio possidentis; & ita præsumendum ex illo consilio, aut actione iniusta secutum non fuisse damnum: & alias cui consilium datum est, 17

facturum

facturum esse. Sic videtur tenere *D. Thom. 2. 2. q. 61 a. 7. fine corporis*, ibi, *Tunc solum tenetur consiliator, aut palpo ad restitutionem, quando probabiliter æstimari potest, quod ex huiusmodi causis fuerit iniusta acceptio secuta.* Et tenent *Sylvest. Restitutio 3. q. 9. dicto 2. initio, Medina C. de restit. q. 7. ante vers. Si autem consilium, Navarra l. 3 de restit. c. 4. dub. 4. in 2. edit. nu. 48. Enriquez l. 14. de irregular. c. 3. n. 4. iuncto fine, in comment. lit. C* Sed hoc nō placet, quia cum in dūbio nemo præsumatur delictum admissurus, *l. Merito. ff. pro socio*, in hoc dubio an absque meo consilio delictum alter perpetrasset, præsumendum est fore, vt non perpetraret, & ita meum consilium, aut actionem iniustam, opem contulisse: vt egregie docēt *Ananias, c. Ad audientiam, n. 10. de homicidio. Angel. l. 1. in princ. vers. Vltimo est videre, ff. de eo per quem factum erit, Hippol. singul. 218. & l. 1. §. Diuus, ff. de sicariis, Bald. l. Data opera, nu. 52. C. qui accusare non possunt, Decius regul. cons. 47. n. 9. ff. de reg. iur. Felinus c. 1. de offic. delega. n. 13. vers. Vtrum autem: & c. Sicut dignum, de homicidio n. 12. concl. 3. Covar. Clem. Si furiosus, 2. p. §. 2. nu. 1.* Et confirm. quia in hoc dubio non est possessio pro consulente, cum enim constet de iniusta actione ipsius, quæ apta est ad effectum producendum, & ex natura sua illū consequitur, dum de effectu subsecuto constat, possessio est pro actione illa iniusta, quod effectum assecuta fuerit. Vnde (vt bene tradunt *Decius, & Felinus proximè citati*) præsumendum est absque consilio alium minime factum, nisi oppositæ coniecturæ aliud suadeant: vt quia delictum admittens erat inimicus capitalis interfecti, vel necem minatus fuerat, vel præparatat omnia necessaria ad homicidium.

18 Sextò infertur, quoties depositarius, vel commodatarius, dubius est æqualiter, an sua culpa depositum, vel commodatum perierit, immunem prorsus esse à restitutione, quia cū delictū non præsumatur, ipse est in suæ innocētiæ possessione. Sic *Enriquez l. 14. de irregular. c. 15. fine.*

19 Secunda conclusio, possidēs bona fide, si præmissa debita diligentia, dubius maneat, magis tamen propendeat in eam partem quod res illa aliena sit, tenetur partem restituere, pro ratione maioris illius propensionis. Quia tūc non est par causa. Sic *Salon 2. 2. qu. 6. 2. a. 6 controu. 4 conclus. 4. Pet. de Ledesma de matrim. q. 45. a. 1. ad 3. primæ sent. dubij 2. Bañes 2. 2. ante q. 62. in præambulo ad illam, dub. vlt. concl. 2.* Et in hoc casu videntur loqui *Sotus, & Ledesma* quos num. 11. retuli dicentes in dubio rem esse dividendam, aiunt enim quando sub formidine iudicatur res aliena. Limitat *Petrus de Ledesma*, nisi res sit indiuidua. Sed hanc limitationem reprobaui, num. 16. fine.

20 Grauius autē dubium est, an possessor bonæ fidei dubitans an res sit sua, possit illa vti, eamque distrahere? *Corduba l. 3. quæstionar. 4. q. 8. coroll. 3. §. Ad primam autem rationē*, negat posse consumere, vel distrahere. Ducitur, quia præscribere nō potens, nequit alienare, *l. Alienationis ff. de verb. sign.* dubitans autem præscribere nequit. Et confirm. quia si vsu consumat, vel alienet, periculo magno exponitur consumendi, vel distrahendi rem alienam. Alij vero censent posse dubitantem vendere, quia adhuc bonæ fidei possessor est, per *c. Si virgo, 34. q. 2.* vbi habetur, tamdiu aliquem esse bonæ fidei possessorem: quamdiu ignorat alienum esse quod possidet: vnde tantum tenebitur restituere ex pretio, domino comparenti, in quantum factus fuerit locupletior. Sic *Sylvest. Restitutio 3. q. 7. dicto 3.* Et idem tenentur fateri DD. qui dubitantem præscribere posse, opinantur.

21 Tertia tamen conclusio sit, ante examinationem factam quamuis possidens bona fide, & dubitans possit rē detinere, tenetur tamen ab vsu, & eius alienatione abstinere. Probatur, quia frustra dominum inquireret, prout auctores allegando concl. seq. Hoc autem intelligo de vsu quo res consumitur, si enim esset equus, vel seruus res de qua dubitatur, posset dubitans eo vti, dum adhibet diligentiam, animo soluendi domino inuento pretium illius vsus, deductis alimentorum expensis, quia in hoc non esset dominus inuitus.

Quarta conclus. si examine præmisso dominus certus non compareat, sed adhuc manet possidēs, dubius, poterit vti re illa, ipsamq; alienare, admonito emptore huius dubij, paratusque vero domino comparenti pretium restituere. Prob. primò, posse vti & alienare, si enim iuste potest possidere, nulla est ratio, ob quā perpetuo ab vsu abstinere debeat, ex vsu enim nullum sequitur detrimentum vero domino, si vtens, vel alienans paratus est pretium restituere vero domino comparenti, & ad id est potēs, ea uere enim debet, ne pretium consumat, ita vt ad restituendum postea, reddatur impotēs. Item, quia sicut iuste conceditur huic possessio, ita concedenda sunt quæ ex iusta possessione oriri consueuerunt: vt vsus, & alienatio Deinde probatur teneri admonere emptorem: quia alias esset vitiosam venderet tacito vitio, quo cognito emptor nullatenus emisset, vel viliori pretio: & inde posset sequi damnum. Sic *Medina C. de restitut. quæst. 10. col. 6. vers. Dico 2. Couarr. reg. Peccatum 3. p. init. n. 4. Veracruz 3. p. spec. art. 33. fine, Bañes 2. 2. qu. 62. a. 6. dub. 5. concl. 4. & 5. Salon eod. a. 6 controu. 4. in ratione 4. concl.* Tunc autem intelligendum est, vt teneatur venditor emptorem admonere, quōdo est moraliter spes, fore vt dominus cōpareat, secus si nulla sit spes, quia tunc res non est vitiosa. Sic *Bañes ea concl. 5.* Hinc si vendēs non admoneat emptorem, casu quo teneatur admonere, teneri ad damnum inde secutum. Sic *Couar. d. n. 4.* Et ratio est, quia fraudulenter vitium rei tacuit. Quando vero hic teneatur restituere fructus, dixi n. 23.

Non obstant argum. proposita, n. 20. nō primum, quia valde probabile est in eo dubio posse illum præscribere: item, quia esto præscribere nequeat, non sequitur eum non posse alienare: in ea enim lege non dicitur eum qui præscribere nequit, non posse alienare: sed eum qui alienare nequit, non posse præscribere: alienatio enim non est causa adæquata præscriptionis, est tamen necessaria, vnde valet, potest præscribere, ergo alienare: nō tamen e contra, non potest præscribere, ergo necalienare. Ad cōfirm. nego sequi damnum, quia domino comparenti tenetur venditor pretium restituere. Ad *c. Si virgo*, dic intelligi non de ignorantia negatiua, qualem habet dubitans an res sit sua, sed de ignorantia positiua, qua possessor credit se non alienum possidere, qualis non est in dubitante.

Hactenus egimus de eo qui bona fide cœpit possidere: in sequentibus conclusionibus agendum est de incipiente possidere mala, & dubia fide.

Quinta concl. quando possidens, rem accepit dubia fide de titulo emptionis, vel quouis alio, nimirum, dubitans an furtiua sit, tenetur restituere. Hæc est contra *Matiam. 1. sum. c. 14. §. 22. fine, f. 137. col. 2.* Prob. quia possessio non suffragatur ei, vt in dubio sit melior eius cōditio: possessio enim est rei cum bona fide detentio, vt patet ex definitione, quam tradunt *Azo, Hostiens.* & alij, quos refert & sequitur *Sylvest. verb. Possessio n. vnic. & P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 12.* nempe, est rei corporalis detentio, iuris ad minimum: quam particulam bene explicat *Sylvest. ibi.* quia sine iure vero, vel præsumpto nō est possessio, sed iniusta detentio: & desiderati hanc inceptionem bona fide, vt possessio suffragetur, vltra DD. allegandos, docent *Veracruz 3. p. Speculi. a. 18. concl. 6. Enriquez l. 12. de matrim. c. 6. nu. 7. P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 81. f. 493.* Si ergo incipiendo dubia fide possidere, non fauet possessio, tenebitur eandem obstante, restituere: & ita docent *Rosella v. Præscriptio, nu. 11. & Restitutio 7. n. 13. Angel. Restitutio 1. n. 3. vers. Vtrum ignorantia facti crassa. Sylvest. Restitutio 3. q. 7. dict. 2. Fr. Medina de contractibus 3. p. c. 17. conclus. 4. Nauarrus l. 1. sum. c. 14. §. 30. fine. f. 163. col. 2. Gabriel 4. d. 15. q. 3. a. 3. dub. 5. propos. 3. Franc. Gracia de contractibus 3. p. c. 17. conclus. 4. Enriquez l. 12 de matr. c. 6. n. 5. comment. lit. Q. P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 36. fine, & 35. §. Verū enim vero, Bañes 2. 2. q. 62. a. 6. dub. 5. concl. 2. Iud. Lop. l. 1. de contractibus, c. 5. §. penult. fine, Salon. 2. 2. q. 61. tract. de dominio ad finem, f. 595.*

Sexta conclusio, non tenetur hic integre restituere, sed id plus, vel minus pro dubij qualitate, quo rem illam alie-

eorum

erat est. Quia, quamuis ei non suffragatur possessio, vt possit ratione illius aliquid retinere, at quia ei non constat rem illam ad aliquem pertinere, adhibuitque diligentiam ad id sciendum, non tenetur integre, sed partem pro ratione dubij restituere. Sic *Molina, Salon. Ludouic. Lop. relatum prael.* Idem credo, quando omnino mala fide, credentem esse furtiuam, accepisset: si enim adhibita diligentia nihil inde ad dubitandi ratio, furtiua sit, nec ne, tantum tenetur partem restituere, pro ratione dubij: eadem ratione, cum non constet tunc esse alienam. Et si possessor ignoretur cuius sit, restituenda est ea pars pauperibus, si vero dubitetur, an sit alicuius determinati, illi restituenda est.

26 Verùm tamen primo hanc 6 conclusionem, nisi possessor malæ fidei obstiterit rem à possessore bonæ fidei, dubitante an furtiua, tenetur enim tunc integrè restituere illi. Hæc est contra *Metinam, C. de restit. q.20. col.5. vers. Secundum quæ disputant*, vbi ait hunc non teneri restituere: quia non tenetur indemnitatem possessoris suæ præferre. Sed profecto nostra sent. quia in illo dubio cum melior sit illius possessoris bona fide conditio, nullum est ius tota die rem illam spoliandi. Quare ratio contraria nihil probat, non enim ob id asserimus teneri restituere, quia possessor eam indemnitati teneatur consulere: sed quia iniustè spoliauit. Sic *Nauarrus sum.c.17. Corduba summa q.111. a.2.§. La tercera condicion, Angles lib.2. de restit. disput.3. dub.1. sol.141. P. Molina tom.1. disp.35.§. Verum enim vero. Nauarra lib.3. de restit. Aub.8.n.350.*

27 Neminem inquietem, non satis esse vt aliquis bonæ fidei dominium habeat, si ignoret rem illam esse furtiuam, & emerit non omnia, quæ alter vendit, talia esse; quando enim est, aut vehemens suspicio illum multa vendere furtiua, nefas est ab eo emere, nisi præmisso sufficienti examine constet ementi, alium iuste, vendere. Sic *Molina de contr. act.4.20. f.104. col.2. P. Molin. to.1. de iust. tract.2. disp.2. conclus. f.272. & f.274.§. Tota hac conclusione.* Eodem loco addit hunc ementem non posse dici bonæ fidei, & præter peccatum teneri debitum adhibere diligentiam, vt norit an res fuerit legitimè possessa: quod si nulla occurrat diligentia possibilis ad id cognoscendum, adhuc que perseueret dubium, teneri pro dubij qualitate restituere.

28 Secundò intelligo eandem 5. & 6. conclusionē, nisi dubitatio fuerit accepta aliquis iuste, ab eo qui bona fide possidebat: nunc enim nec peccat, nec tenetur restituere, si apposita debita diligentia non inueniatur rem esse alienam, eadem dubium perseueret, verbi gratia, si quis sibi persuadeat Gurneæ communiter iniuste ad seruitutem hominum posse quamuis iuste nō possit emere, vel dono accipere, dum possidentur à capientibus, at vbi ab alio qui id ignorat bona fide emit ab asportantibus, possidentur, potest iuste emere, tenetur que niti, vt veritatem assequatur, quia, quando est possibilis, non constet iniustè esse captum, potest iuste possidere. Ratio est, quia bona fide possidebat, quia cœpit bona fide possidere, & in dubio melior erat eius conditio. Quod si dicas possessionem non conferre libertatem: dico respectu asportantium, sic P. *Molina tom.1. de iust. tract.2. disp.36. concluf.1.&3.*

29 Tertiò intelligo eandem 5. & 6 conclusionem, nisi dubitans an res sit furtiua, emat, vel dono accipiat animo restituendi verum dominum, vt ei restituat. Tunc enim nō peccat, cū vtiliter agat eius negotiū. Sic *Metina, C. de restit. fund. 4. Bañez 2.2.q.62.a.6. dub.5. concl.1. Salon. eod. a.6. conclus.5.* qui bene addit cum *Bañez*, teneri domino, cum voluerit restituere, deducto pretio quo emit. Cum enim voluerit rem domini gesserit, non est æquum vt damnificetur pretij subeat, & si dominus non compareat, teneatur rem domini gesserit, non est æquum vt damnificetur pretij subeat, & si dominus non compareat,

reat, teneatur in pios vsus conuertere, si rem esse alienam sciatur, deducto tamen pretio, cum id possit à vero domino petere. Sic *D. Antonin. 2.p.t.1.c.12.§.16. Rosel. Restitutio 7.n. 18. Salon ea controu. 4. concl. 2.* Et confert quod communiter tradunt DD. in materia de restitutione, de accipiente à fure cognito animo restituendi vero domino, dicunt enim posse pretiū deducere: nedum de dubitāte id dicent.

Demum id obseruandum est, quamuis in dubio me- 30
lior sit possidentis conditio, at quando sunt diuersæ opiniones circa aliquam rem, non tenetur Doctor de illa te consultus, aut iudex fauere possidenti: quia tantum in dubio melior est possidentis conditio: consulēns autem, vel iudex non est dubius, sed probabiliter opinatur. Constat etiam, quia in rebus moralibus, iuxta communem sententiam, satis est amplecti opinionem probabilem.

SVMMARIVM.

Verum in alijs virtutibus à iustitia, melior sit possidentis conditio propatur opinio negans, n.31. & secunda variat. n. 32. & vir. de dubitante de voto, vel iuramento, vel animo se obligandi, remissiū.

An certus se vouisse, dubitans de voendi modo, vt an vouerit castitatem, vel se non seruaturum, aut non dilaturum vxorem, vel an vouerit religionem in communi, vel tantum determinatam, vel si vouit castitatem, & religionem, an vouerit castitatem dependenter à voti genere, ad quid teneatur: & explicatur c. Cum dilecti, de donatio. & varios argumentum, de toto ad partem, n.33.

Quid si aliquis potius credat se vouisse, n.34.

Quid si se vouisse certo sciat, dubitat tamen num voto teneatur, quia dubitat, an materia, vel forma sit legitima, n.35.

Dubitans an sit impositum præceptum vel lex, an teneatur, n.36.

Certus de præcepto, aut lege, & dubitans an hic & nunc, obligetur: ad quid teneatur n.37.

Dubitans an habeat ætatem requisitam ad ieiunium, ordines, vel beneficia, num teneatur ieiunare, vel possit ordines, vel beneficia suscipere, num.38.

An possit pater irritare vota personalia, quando est dubium an emissa fuerint ante pubertatem, vel realia, quando est dubium an emissa fuerint in minori ætate, n.39.

Dubitās an audita fuerit hora duodecima noctu, an possit si dies illa, vel sequens sit ieiunij, edere carnes, iacuare, vel si tunc edat, possit sequenti die communicare, & quid, si sit opinio, vel sint diuersa horologia, vel dum sonat duodecima, ante vltimam horæ pulsum edit, n.40.

Soluuntur argumenta, n.41. Post quem inuenies alia summaria.

QVÆSTIO III. Vtrum etiam in materia aliarum virtu- 31
tum, extra iustitiam, melior sit in dubio conditio possidentis, atque ita ratione possessionis licitum sit practicè deponere dubium speculatiuum, contra illudque operari? Quidam neoterici negāt, asserētes nihil prodesse libertatis possessionem, dubitanti an ratione temperātiæ, religionis, vel aliarum virtutū, teneatur ad hoc, vel ad illud. Probant primò, quia possessio est solius iustitiæ titulus. Secundò, quia alias dubitās de homicidio, nō esset irregularis, cōtra *c. Ad audientiam, de homicidio*, cū melior sit conditiō possidentis immunitatē ab irregularitate. Tertiò, quia hæc disp. nu. 9. diximus in dubiis esse præceptū sequi, quod tutius est, iuxta *c. Iuuenis, de sponsal.* quod numquā verificaretur, semper enim pro libertate possidente iudicandū esset. Quartò, quia alias in dubio nullū præceptum obligaret, cum semper possidentis libertatis conditio potior esset.

Sed verius est in quacumque materia potiorem esse in 32
dubio possidentis conditionem: quia possessio est titulus vniuersalis omnibus virtutibus, eo modo quo aliqua pars potentialis iustitiæ, vt obedientia Dei transcendit omnes virtutes. Et huius sent. sunt omnes DD. quos retuli lib.1. disp.9.n.11.12.& 13. asserentes dubium an votum emiserit, illo non teneri, quia in eo dubio potior sit conditio libertatis, quæ possidet: cum tamen votum non pertineat ad iustitiam, sed ad religionem: vbi etiam disputauimus an certus de voto, dubius autem de intentione se obligandi, teneatur voto. Eiusdem sententiæ videtur *Nauarra lib. 3. de restit. c.4. dub.4. in noua edit. num.48.* vbi ait, in dubio meliorem esse possidentis conditionem, maximè in materia iustitiæ: quare idem videtur sentire in alijs.

Hinc infertur primò quid dicendū sit de eo qui certus 33
est voti, dubius autē qualitatis, seu modi vouendi, seu voluntatis se obligandi: vt vouit religionem, dubitat tamen

an religionem in communi; vel hanc specialem: vel voluit se ad nullam feminam accessurum, dubitat an intellexerit de copula illicita, vel etiam licita. Similiter dubitat an vouerit castitatem, vel se non ducturum vxorem, vel vouit castitatem, & religionem, dubitat tamen, vtrum castitatem vouerit dependenter, aut independenter à religione. Quidam censent teneri hunc eligere quod tutius est, vt vouisse religionem in communi, vel castitatem, & cætera: ducuntur, quia voti interpretatio fieri debet in sensu maxime pleno, & maxime obligatorio: vt colligitur ex c. *Cum dilecti, de don.* ibi, *In contractibus plena, in testamentis plenior, in beneficijs quoque plenissima est interpretatio adhibenda*, vbi ex contextu constat nomine beneficij intelligi quicquid diuino cultui dicatur, ibi enim agitur de quadam eleemosyna facta Ecclesiæ. Et ita circa prædictum exemplum de religione, docent *D.Th. 4 d.38.q.1.a.3.quæstiunc.1. ad 6. & ibi Carthus. q.2.vers.Insuper, Turrecr.17.q.1. in summa a. 4.ad 4.fin. n.11. Angel. Votum, 3.nu.12.* Et in alio exemplo, de dubitante vtrum vouerit castitatem depëdenter à religione, nec ne tenëtur aliquis obligari ad id quod tutius est, & ita ad castitatem, siue ad religionem admittatur, siue non. *Sic Nauar. l.3.cons.t.34. de voto, in 1.edit.cons.4.fin.an 2.cons.13.* Et in alio exemplo simili, idem docent aliqui, dicentes eũ qui vouit religionẽ, dubitat tamen vtrum vouerit se professurum, teneri eligere se vouisse profiteri. Sic *Nauar.co.1. de voto, in 1.edit.cons.18.n.2. in secunda,cons.26.nu.2. Manuel.2. to sum.c.95.n.6.* & docet *Nauar.163.nu.3.* hoc verum esse, licet hic potius credat se non vouisse profiteri. Sed verius est, faciendum esse libertati, vt in omnibus prædictis euẽtibus tenatur vouens ad id quod minus est. Sic colligitur ex c. *Ex parte, de censibus.* vbi *Gloss fin.* docet fieri pro vouente bonam interpretationem: & *Abb.nu.3.* & 4. ait, præsumi vouentem se minus grauare quam possit. Item quia iuramentum restringendum est quantum fieri potest, vt minus obliget iurantem: vt docent *Abb. cap. Cum clerici, fin. de verb.signif. Angel. Iurament.4.n.1. Syluest. Iurament.5.q.3.fin.* Et probant, quia vbi tractatur de obligatione inducenda, est facienda interpretatio stricta, *l. Quicquid astringenda, ff. de vero obl.* ibi, *Quicquid astringenda obligationis causa dictum est, id nisi palam exprimatur, omissum esse intelligendum est, aut certè secundum promissorem interpretamur.* Et *l. Stipulatio illa, §. Alteri, fin. ff. cod. t.* vbi verba contra stipulantem interpretanda esse dicitur, & proinde in promittentis fauorem: ergo similiter dicendum est in voto. Præterea, quia æquitas petit, vt gratis oblata, benigne exigantur, præcipue ab Ecclesiasticis: vt habetur *d.c. Ex parte*, ergo à fortiori à Deo. Tandem, quia arg. de toto ad partem, validissimum est, *l. Qua de tota ff. de rei vendic. l. Heredes mei, §. Cum ita ff. ad SC. Trebel.* quod enim est ius de toto quoad totum, est de parte quoad partem, vt ex multis probat *Fuentes loco de toto ad partem, n.2.* Sed quando voluntas dubia est de tota voti obligatione, dubitat enim vouens vtrum votũ emiserit, ad nihil tenetur, vt dixi n. præc. ergo quando dubitat de parte obligationis ad illam non tenetur. Et huius sent. est *Angles florinus, 1.p. de ieiunio, q.9. de abstinent. à cibo, a.1. dub.2.concl.3.* vbi ait vouentem ieiunare quadragesimam, dubitantemque an intenderit se obligare eo modo quo seruat Ecclesia id ieiunium, abstinendo à lacticinijs, non teneri eligere quod tutius est, & abstinere. Nec obstat *c. Cum dilecti, de don.* adductum pro contraria sent. quia id verum est, quãdo agitur contra hæredem promittentis, aut legantis aliquid causæ piæ, vt si Petrus promisit Ecclesiæ calicem, eoque defuncto hæres dubitet an tanti, vel tanti valoris promiserit: debet fieri plenissima interpretatio: quia nihil detrahitur libertati promittentis, vel legantis, sed eius pietati fauetur plenissima interpretatione adhibita: sed tantum detrahitur libertati hæredis.

34 Secundò infertur, si quis non dubitet, sed opinetur se vouisse, ita vt magna sit determinatio iudici ad hoc, teneri voto, si vero fuerit mediocris, diuidendam esse rem promissam: sicut de possidente rem quam opinatur, aut magis propendet esse alienam, diximus hac disp. nu.19. teneri dividere pro dubij qualitate: quia maior iudici decernatio etiam cum formidine, sufficienter compensat cessum possessionis, quam alter habet.

Tertiò infertur, certum de voti valore ex parte sui libertatis, dubitantem tamen an votum obliget ratione materiæ, aut finis, vel alicuius circumstantiæ occurrentis, teneri voto: quia voluntas nõ possidet, certum sit sua se libertate priuasse vouendo, sed vouens possidet. Præterea, quia in hac re totum dubiũ est in fauorẽ, solum enim dubitatur an res promissa sit illi grata, ergo ea pars eligenda est, quam Deus qui credendus eligi vult: Deus autem eligit id quod tutius & melius, nimirum, ne in hoc dubio votum violetur absque dispensatione. Deinde, quia in simili dubio obligant leges, vt dicemus nu.37. Sic docent *gl.c. Magne, de voto, p. Nauarrus, Ant.n.14. Host.c. Verum, de iureiurando, super v. Peruenisse. Silu. Votum 5.n.6. Angel. Iuramentum, 6.nu.1. Sylues. Iuramentum 5.q.1.init. & fin. Tabiena verb. Iurare, q.20. Cæta in casibus iuris, verb. Fideiuss. indemnitatis, Nauar. summa, cap. Hispane, num.47. & 55. Lat.n.37. & 54. Gutier. de iuramento, cap.72.nu.7. Gratianus reg.269.num.9.* Et ex Theologis supponit *D.Thomas 2.2.q.89. ar.9. ad 3.* vbi dicit posse eos opum dispensare, quando dubium est, vtrum materia iuramenti sit bona: & proinde supponit obligare, si non esset necessaria dispensatio: & tenent *D. Antonin. t.11. cap.1.§.2.fine, Sotus 7.de iust.q.1.art.3. ad vndecim, verò de iuramento, Corduba summa q.147. Palacios 4.d.38. 1.§. Alij verò labuntur, vers.7. f.825. Aragon.2.2.q.88.art.2. Tertium dictum.f.976.col.1. & q.89.art.9. vers. Duo 3.fund. Manuel 2.tom.sum.c.94.n.7. Lud. Lop.1.p.instruct.c.45.§. De tam de voto.*

Quartò infertur, quoties dubium est, an impositum præceptum, naturale, diuinum, vel humanũ de aliqua re non obligari dubitantem: quia donec constet de præcepto, possidet voluntatis libertas: & idem dicendum est quando post prudentem inquisitionem dubitatur an res comprehendatur sub præcepti verbis, qua prohibita est, ac dubitare vtrum de hac re lata sit lex. Sic *Enriquez libro 8.de Eucharistia, cap.45.n 3.in commento, litera F.* Et censent Doctores idem affere entes de dubitante num votum emiserit, votum enim est quædam lex priuata.

Quintò infertur, dum constat de lege, vel præcepto, dubium autem est an in aliquo casu ratione inefficaciæ alterius circumstantiæ occurrẽtis, eximatur aliquis ab obligatione, teneri lege, vel præcepto: quia lex tunc possidet, sicut n.35. idẽ diximus de voto in simili dubio: & ita docet *Fr. Medina 1.2.q.96 a.6. ad fin. propositi.3.* Hinc tutius non esse locum epicheiæ in dubijs, sed seruãda esse verba legis, vt sonant: quia lex possidet. Sic *D.Thom. 2.2.q.120. 1. ad 3. & 1.2.q.96. a.6. ad 2. & ibi Cajet. inst. Sylues. verb. Epi q.16. dist.2. Sotus l.1.de iust.q.6.a.8. vers. Tertia verò conclusio est, & vers. Ad rei huius intellectum, Medina C. de iuramento, qui tenentur ad ieiunia.* Vnde dum *Syluester* præsumit *& Corduba l.3. quæstionar.q.13. ante regulam 1. f.305. l.14. de irregular. c.3.nu.3. comment. lit. X.* dicunt in dubio locum epicheiæ, intelligendi sunt non de dubio iuris, sed de formidine, quãdo scilicet est probabile motiuum licet cum formidine opposita: vt bene *Soto cod. vers. huius intellectum.* Similiter quando dubitatur an præceptum sit derogatũ alio præcepto, vel consuetudine, vel sit desuetum, non licet contra præceptũ, facere: quia lex possidet.

Sextò infertur, eũ qui facta sufficienti diligentia dubitat adhuc est, an expleuerit 21. annum, non teneri ad ordinem: quia tunc non est possessio pro præcepto iejunij, enim tantum ligat eos, qui eos annos nacti sunt: ibi est possessio pro libertate, & dubium de præcepto. At vouens dubitat an habeat legitimã ætatem ad ordines, vel beneficia, vel ad alium actum, requisitam: tunc possidet præceptum, & sic illud seruandũ est, donec cõstet de contrario.

Septimò infertur, quid dicendum sit dũ aliquis facta sufficienti diligẽtia dubius est, an expleuerit annos pubertatis, vel vigesimũ quintum annum, vel impubes votum

vtrum possibile, vel tale ante vigesimum quintum annum, quem patet possit irritare huiusmodi vota? Et videtur non posse. Primò, quia videtur votum possidere, cum diligens non ante, vel post illam ætatem, certa sit: liberatio autem est dubia. Secundò, quia dubitans an cõtractus minor fuerit, ius non habet rescindendi contractum, nisi se minorem fuisse probet: vt constat ex l. *Si minorem*, C. *si minor. restit.* ibi, *Si minorem te cum contraberes, ostendendo probes.* Sed *Comprobatum*, dicit præsumi in dubio tẽpore contractus fuisse maiorem, & quærit cum aliquando minorem, cur non semper minor præsumatur. & respondeo esse, quia solo temporis tractu maior efficitur, docent Paul. *cons.* 55. *vol.* 2. *Rebuff. de constit. Gallia*, 2. *addit. Imol. in* 1. *glos.* 5. *nu.* 4. *Mascard. de probat. concl.* 1062. *n.* 5. Sed ratio est, quia possessio est pro eo cum quo contractus est exitus contractu ius acquisitum est, quia in dubio præsumi non debet contractu rescisso: ergo cum similiter in nostro casu possessio sit pro voto, iusque acquisitum sit illo, non poterit irritari. Sed dicendum est posse irritare. Quia licet vouens possessionem non habeat libertatis, habet tamen patet possessionem iuris, ita quod possit independenter à tua voluntate emittat votum castitatis, & ne minor 25. annis emittat votũ religionis: potestatem irritandi huiusmodi vota, ergo habet dubium de hac pubertate, vel minori ætate, non debet ei à possessione privari. Et confirm. quia in dubio res sit aliena, melior est conditio possidentis, ergo impuberis quoad personalia vota, & minoris ætatis, est aliena, & pater possidet: vt optimè exponit Thom. 2. 2. *q.* 88. *a.* 8. *corp. & ad* 1. hac ratione protegitur, & habitus non posse voto se astringere independenter à patre, vel superiore, quia fouent de re aliena. Sed patet possideat hanc voluntatem, seu potestatem antiquiorq; sit sua possessio, & iure naturæ competens, vt bene explicant *Sotus* 7. *de iust. & iur. quæst. primo primum, & Aragon.* 2. 2. *q.* 88. *art.* 8. *ante* 4. *dubium* an hæc voluntas sit adhuc aliena, nec ne, quia sua antiquiori possessione, propter nouam voluntatem respectu vouentis spoliari. Tandem, quia in dubiis obtemperandum est superiori, *cap. quod dubium*, 23. *q.* 4. n. 2. ne in dubio superior spolietur auctoritate, & potestate in subditum, ergo similiter in hoc dubio est spoliandus pater iertandi potestate. Immo dato quod opinaretur se tempore pubertatis vouisse, quamuis non esset vehemens, sed cum magna formidine, & dubitans oppositis coniecturis, adhuc posset pater in dubio propter huiusmodi opinionem non est pater illius potestate sua, sicut propter similem opinionem de matrimonij, non est negandum debitum sposo, & uxori contractum iusta possessione: vt dicemus *q.* 44. *n.* 1. 3. Nec obstant argumenta opposita. Nõ enim licet respectu vouentis possideat votũ, at possessionis antiquior est. Nec obstat secundũ: disparitas enim est, quia ibi est possessio ex parte contractus, & eius iuris acquisitum, & non est alia possessio antiquior, quæ tollat rescindi contractum est fauor, ac priuilegium minoribus, non autem eo quod sit dispositio de re aliena: nam volens gaudere illo priuilegio, ac beneficio, & communibus contractis legibus, debet probare se esse minorem: at in nostro casu læditur possessio patris, & filium potestas, & disponitur de re patris, qua dispositione spoliari non debet: & non est tantum fauor filiæ potestatis.

Vltimo infertur dubitantem an audita fuerit hora nonæ, decimæ & undecimæ, vel bibentem, non posse die sequenti ad eucharistiã accedere: tum quia nulla est possessio pro hac parte, vt in dubio eius conditio potior sit: tum etiam quia possessio est ex parte præcepti communicandi sero, ex motiuo naturali, & in dubio vbi nulla possessio alicui præcepto adest debet, quod tutius est: vt dixi hac disp. n. 9. Potest tamen hic dubitans edere carnes, licet dies sequẽs sit ieiunij, quia possessio est ex parte libertatis, & dubiũ est an tunc sit præceptum: itaque non est dubiũ an excusetur à præcepto, sed an sit præceptum; & in dubio, dũ de præcepto non constat, fauendum est libertati: vt dixi n. 39. Dixi, quando dubitat, quia si rationes probabiles efficiant assensum opinatiuũ, licet cũ formidine alterius partis, quod duodecima nõ sonuerit; potest communicare die sequẽti. Contrarium tamen dicendum esset, si hodie esset dies ieiunij, & dubitem an sonuerit hora duodecima noctis, non enim possum cœnare: quia possessio est pro præcepto, cum constet hodiernam diem esse ieiunij, & dubitetur an transacta sit. Quod si diuersa sint horologia, & aliquorum sonuerit hora duodecima, aliorum verò non, potest qui tunc soluit ieiunium naturale, communicare die sequenti, & siue illa dies, siue sola sequens sit ieiunij, poterit dubitans cœnare, vel edere carnes: vt dicebat *Frater Metina*, quem refert & sequitur *Vega lib.* 3. *summæ. casu* 213. quia est, veluti si essent duæ rationes, vel opiniones probabiles: liceret enim vtram illarum amplecti. Tandem si esset vnum horologiũ, & vbi cœpit sonare duodecima aliquis biberet, licet quando sonet vltimus pulsus duodecimæ, desiisset bibere, non posset die sequenti communicare: quia cum primus pulsus horæ sonat, iam est hora expleta, & horologium tantum est testis id indicans, & si diuersi pulsus sint, id euenit, quia nequit vno pulsu hora duodecima indicari: sicut indicatur hora prima vno pulsu.

Ad argum. proposita nu. 31. respondetur, ad 1. negando antecedens, vt dixi n. 32. Ad 2. dico, esto in eo dubio irregularis sit (quod aliqui negant) nihil facere contra nos: quia cum irregularitas sit ex iure humano: placuit Pontifici in ordinum reuerentiam, vt in hoc dubio ab ipsis abstineretur, non obstanti possessione. Ad 3. negatur numquam verificari, quia siue quis possideat siue non, tenetur dum practicè dubius manet, sequi quod tutius est: nos verò asserimus possessionis fauorem sufficere, vt dubitans speculatiuè, possit practice deponere dubium, & sequi partem minùs tutam, suæ possessioni fauentem. Ad 4. negatur sequela, quia (vt dixi n. 37.) aliquando possessio est pro præcepto, & tunc in dubio obligat. 41

SVMMARIVM.

Matrimonio bona fide vtriusque coniugis inito, si alter scrupulum habeat potest reddere, & petere. & quando sit scrupulus, & quando sufficiens ratio dubitandi, & quid si practicè dubitet, n. 42.

An dubitans de valore huius matrimonij bona fide vtriusque initi, possit petere, & reddere: & formatur quatuor sententia, n. 43. *& triplici sequitur: & an exitus eius in hoc dubio conuenit reddere debitum vbi Ecclesia præceptum, vel ex natura rei, n.* 45.

Opinio auctoris, & quid, si nulla diligentia adhiberi possit ad vincendam dubium, n. 47.

An coniux hæc dubitans possit reddere prius bimestri ante matrimonij consummationem, n. 48. *& quid si alter coniux sit adulter, vel, n.* 49.

Lite mota de matrimonij nullitate, an interim restituenda sit vxor, vel quid agendum in foro externo, & quid in interno quoad debitum coniugale, & quid si diuersa lata sint sententia, alia pro matrimonio, alia contra, n. 50. *Et explicantur cap. Literas, cap. Ex transmissa, & cap. Ex conquestione, de restitut. spoliat.*

An lite pendente teneatur vir vxorem alere, n. 51.

Quid dicendum si alter coniux asseueret se alteri se non confessisse, n. 52. *Et vbi, quid si asserat, se laborare impedimento occulto, propter quod matrimonium fuit nullum.*

Soluuntur argumenta. & explicantur cap. Laudabilem, de frigid. & maleficiat. & quidam motus proprius Pij Quinti de ludis, n. 53.

Post n. 53 *inuentes alia summaria.*

Qvæstio IV. Vtrum matrim. bona fide vtriusque cõ- 42
iugis inito, alter dubitans de eius valore possit petere, & reddere? Quando scrupulus est ex leui & temeraria credulitate ortus, potest scrupulo deposito, cõsilio sui pastoris petere, & reddere: habetur expresè *c. Inquisitioni, de sentent. excom.* vbi *gloss. verb. Licet*, inquit, vt, quia audiuit à leuibus, quibus credere non tenebatur. Et *vers. Probabili*, dicit probabilem dubitandi causam esse, si vidit virum cũ consanguinea in locis suspectis, & hora suspecta, solum cum sola, ante matrimonium: vel quia publicè dicitur: & idem de viro, si ita vidit vxorem cum consanguineo, ante matrim. De qua re, quando sit iusta dubitandi causa, vel credendi matrim. esse nullum, dicam latius infra disput. 45.

Et quamuis textus dicat consilio proprij pastoris deponẽdum esse scrupulum: idem intelligo de consilio cuiuscumque viri docti. Si verò coniux practicè dubitet, manifestum est manente eo dubio practico, nec reddere, nec petere posse, quia cum dubium hoc permanet, illicitum est operari: vt probaui hac disp. n. 6.

43 Tota ergo difficultas est, an licitum sit deponere hoc dubium speculatiuũ, nec practicè dubitare, ratione possessionis, quæ est pro matrimonio, & ita reddere, & petere debitum? Quadruplex est sent. Prima ait nec reddere, nec petere posse. Prob. quia agere contra conscientiam dubiã, est illicitum. Et si dicas id esse verum, quando conscientia est dubia practice, secus quando speculatiuè: vt hic contingit. Contra, Petrus est certus speculatiuè, non posse accedere ad non suam, & dubitat an hæc sit sua, ergo dubitat an possit ad hanc accedere, & ita practicè dubitat: & proinde aget contra conscientiam practice dubiam, reddendo, vel petendo. Et confirmatur, hic dubitat an accedat ad suam, ergo dubitat an fornicetur, fornicatio enim est accessus ad non suam, sed dubitans in accessu, an fornicetur, dubitat practicè: ergo. Et secundò confirm. bene infertur. accedit ad nõ suam, ergo fornicatur: antecedens est sibi dubium, ergo & consequens: & ita accedit dubitans an fornicetur, & consequenter peccat lethaliter, quia practicè dubitat. Secundò principaliter prob. quia hic exponit se manifesto fornicationis periculo, cum fornicatio sit, si nõ sit sua vxor. Tertiò, quia prælato iubenti detegere crimen fratris, nõ tenetur subditus dubitans an iure præcipiat, obedire, nõ obstante prælati possessione, ergo cõiugi possidenti non tenetur alter coniux dubitans reddere. Vltimo, quia crucifixum apparentem tenetur dubitans an sit dæmon, non adorare: ergo dubitans de valore matrimonij, tenetur prorsus ab illius vsu abstinere. Huius sent. videtur *Scotus 4. d. 30. q. 2. §. Sed de facto est maior altercatio*: & eam tenent *Altisiodor. 3. p. Summæ, tract. vlt. c. 2. vers. Ad secundum dicendum, Adrian. q. de restitut. 4. de præscript. §. Inillatu fortasse subtiliter, in parvo volum. fol. 162. col. 2. & quodlib. 2. ar. 1. vers. Ad secundum, d. c. Dominus, fol. 38. col. 1. Metina C. de restitut. q. 17. col. 4. vers. Ad tertiam, ex c. Dominus, in priori solut. ad illum textum, Petrus de Soto lib. 2. de matrim. paulo post princip. Brunel. de sponsalibus, concl. 3 4. n. 8.*

44 Secunda sententia docet posse petere, & reddere. Probatur ex *c. Laudabilem, de frigid. & malefic.* vbi decernitur dubitantes post initum matrimonium, de impotentia, posse triennio experiri, petendo, & reddendo: at eo ipso quod dubitant de impotentia, subinde dubitant an matrimonium sit validum. Secundò, quia id videtur definire Pius V. in quodam motu proprio, relato per *Veracruz 3. par. specul. argument. 18.* fuit enim Pontifici propositum multos Indos fidem suscipientes, mansisse adhuc cum vxore vltima, nondum certos de prioris obitu, nec eam inuenire potuisse: & definit Pontifex eos in matrimonio cum vltima, quæ fidem suscepit, mansuros esse, & posse petere, & reddere: ergo cum dubius est matrimonij valor, vtrumque licet. Sic tenet *Ledesma 2. p. 4. q. 8. art. 4. dubio 6. f. 68. fine, & sequenti*, si attente legatur, quamuis enim ex méte Conradi videatur loqui, at clare suam explicat sententiam: eandem tenent *Angles floribus, 1. p. de matrim. q. 11. de impedimento ordinis, a. 3. dubio 5. & 6. fol. 596. Vega lib. 4. Summa, casu 74.* & quidam alij, teste *Palacios 4. d. 36. disp. 1. fol. 798. col. 2. vers. At sunt qui latiorem.*

45 Tertia sent. docet, dubitantem de matrimonij valore, bona fide contracti, nõ posse petere, teneri tamen reddere. Probatur primò ex *c. Dominus, de secund. nupt. & c. Inquisitioni, de sentent. excommun.* vbi expresè hoc definitur. Sed respondent auctores secundæ sententiæ, intelligi hos textus, quando alter mala fide contraxit. Sed licet *c. Dominus*, in eo casu loquatur, at *c. Inquisitioni* expresè loquitur, quãdo bona fide: & ita distinguitur ibi, quando est verum dubium, & quando scrupulus. Aliter respondent *Adrian. Metina, & Brunel.* allegati nu. 43. pro prima sent. scilicet procedere hos textus in foro externo. Sed hæc solutio sustineri nõ potest, quia *c. Inquisitioni*, sermo est, de dubio, quod conscientiam pulsat: & ita quando lèue est concedere recursus ad Pastorem, ergo sermo est in foro conscientiæ. Praterea, constituitur ibi differentia, an ex leui, vel probabili causa credat coniux: quod ad forum externum nihil refert, sed tantum probare possit, nec ne. Deinde quia *tex. III. d. c. Dominus*, non scribit ad iudices fori externi, sed ad Christianos apud Saracenos captiuos, vt ex subiecta re ne apparet, ergo consulit eorum conscientijs, ibi enim nec lites, nec tribunal circa matrimonia esse potest. Demum, quia idem seruatur in vtroque foro, quando certus non ducitur ex falsa præsumptione, vt dixi libro disputatione 5. numero 20. cum ergo in vtroque foro idem dubium sit de matrimonij valore idem censendus est. Probatur hæc sententia communiter, quia dubio præceptis, aut malis occurrentibus, ita vt necessitatem alterum eligere, minus est eligendum, *cap. Duo mala, 23. d. ultimo capitulo, Nerui 13. d.* & consulit *Aristoteles 2. Rhetor. cap.* & explicat optimè *Sepulueda dialogo de ratione ducendi matrimonium, cap. 9.* Et ratio est, quia cum nullus possit esse perplexus vinculo peccati, ad vtramque partem, si necessarium est alterum eligere, potest licite id facere, tanto magis tem recte dictat vt minus eligatur. Ex hoc principio probatur dubitantem teneri reddere, quia periculum maioris mali est in non reddendo, quàm in reddendo: maius enim peccatum est contra matrimonij fidem, debitum negare, quod est iniustitia, si talis sit verus coniux, quàm fornicatio, quæ castitati aduersatur, si nõ sit verus coniux, ergo in hoc dubio eligendum est minus malum, reddere debitum. Insuper ex eodem principio probatur non posse petere, quia ex petitione debiti imminet fornicationis periculum, si non sit verus coniux, ex non petitione nullum, cum liberum sit petere, ergo tenetur eligere non petere. Quòd si obijcias, hanc rationem tantum probare quando dubius est matrimonij valor ob alia impedimenta, præter prioris matrimonij impedimentũ, eo quod non satis constet de prioris coniugis obitu; tunc enim non probat, quia maius est periculum in reddendo, est enim incontinentiæ contra castitatem, & contra prioris matrimonij iustitiam, periculum: quam in non reddendo, in quo solum est iniustitiæ periculum. Sed dicendum est hinc esse maius malum, non reddere, non quia sit contra plures virtutes, sed quia in dubio melior est possidentis conditio, & ita coniugis possessio bona fide, tanta est efficaciæ, vt nulla fiat iniustitia priori coniugi non possidenti, sed reddatur debitum huic possidenti: ratione ergo possessionis cessat iniustitia contra priorem coniugem, & solum manet incontinentiæ periculum reddendo, quod minus malum est, quàm iniustitia admissa, non reddendo. Et confirmatur, quia iniustitia contra priorem coniugem est dubia, contra præsentem autem, cum possideat, est certa, in dubijs autem malum incertum præfertur certo. Adde, maiorem iniustitiam admitti contra coniugem illo negato debito, quam adulterio, sicut grauior iniustitia est, omnino negare alicui vsum rei propriæ, quam alio permittere inuito domino. Tertiò prob. etiã adhibita diligentia, si idem dubium perseueret, non licere petere: quia adhuc vrget ratio prædicta, quod in petendo, fornicationis periculum, in abstinendo autem, nullum vel cationis periculum, in abstinendo autem, nullum vel cationis periculum, in abstinendo autem, nullum vel c

Pal. tom. 4. d. 36. disp. 1. f. 798. col. 1. vers. At verò quidquid sit, Ant. de Leon. de matrim. lib. 20 concl. 2. Et ex iurisperitis, Ant. Gutierrez de iuram. confirm. nupt. nu. 3. & vir Præpos. nu. 3. Sylueft. Matrimonium, q. 13. dub. 2. Nauar. sum. c. 22. Let. & Hisp. n. 54. Idem docent Theologi, Lamè n. 82 Hisp. num. 81. & c. 16. n. 40. & seq. Cord. q. 5. instr. nauar. c. 12. n. 232. idem videntur tenere dicentes distinguentes an bona, vel mala fide contractum matrimonium. dicunt teneri coniugem dubitantem reddere, non tamen posse petere. hi sunt ex Theologis, Palud. d. 36. q. 2. a. 1. concl. 4. n. 14. & a. 3. init. nu. 16. D. Anton. 4. p. tit. 2. 1. Medina C. de restitut. q. 17. col. 4. vers. Ad tertium, ibi, ipsa autem quamdiu in conscientia dubitat, tenetur abstinere iuncta col. 5. vers. Inde patet quando vir debet durante eo dubio debere reddere. Et illam partem, nempe nunquam posse petere etiam superiore periculum, docet Nauarra lib. 2. de restit. c. 3. dub. 12. in nona ed. n. 33. & l. 3. c. 1. Aub. 3. n. 256. Et ex iurisperitis, indistinctè teneri hunc reddere, & non posse petere, Aug. Matrimonium 3. imped. 4. n. 8. Couar. 4. decret. 2 p. c. 7. §. 2. n. 9. Greg. Tol. l. 22. c. 4. p. 4. v. Cunella, Gratian. reg. 227. nu. 19. Et ex illis aliqui etiam impensa sufficienti diligentia, manente dubio non posse petere: hi sunt Nauar. sum. Vbi supra nu. 81. Cordub. l. 3 quæstionar. q. 8. fol. 185 col. 1. fin. & Ioan. Petr. de Ledes. Bart. à Ledes. proximè pro hac sent. citati. Palud. ubi supra d. 36. q. 2. a. 3. init. nu. 16. & D. Anton. 3. p. tit. 2. affirmare, excusari hunc dubitantem reddere eam, propter Ecclesiæ præceptum, c. Inquisitioni de matrimonium. & eo præcepto non stante minimè expedire posse probari, quia stat vt præceptum faciat licitum quod ante præceptum illicitum erat, vt subditis non licet adire bellum, de cuius iustitia dubitant, ante aliquod præceptum quo tamen imposito, licet. Sed saltem in his quæ intrinsecè mala sunt, quale est accedere ad non suam, nihil Ecclesiæ præceptum quod antea illicitum erat, potest facere licitum: & ideò d. c. Inquisitioni videtur coniugem certum de impedimento, non obstante Ecclesia cogente. Id tamen fatendum est, quamvis Ecclesiæ definitionem, vt possit formari iudicium, cum illa liceat, quamuis rationes non suppeditent: quia non possit circa mores toti Ecclesiæ generaliter tollere ipse Palud. & D. Antonin. ibi asserunt, posse aliquem non stante eo præcepto, teneri coniugem dubitantem reddere. Nec obstat argum. in ipsorum gratiam proferri, quia præceptum illud superioris non facit licitum quod antea ex se illicitum erat: sed facit quiescere subditi, qui præsumere debet in eo dubio superiorem exemisse iustitiam belli, sicut cum vir debito consulit aliquid esse iustum, prius dubitanti: quamvis constaret superiorem dubitare de belli iustitia, licet ei præcepto acquiescere. At in nostro casu coniugij valor dubius est etiam ipsi Ecclesiæ.

Quarta sent. docet, ante diligentiam adhibitam ad asserendam veritatem, teneri coniugem dubitantem reddere, non tamen posse petere: ea tamen sufficienter adhibita posse reddere, & petere. Prior pars, in qua hæc sent. conuenit cum præcedenti, probatur rationibus illius. Et posterior probatur, quia dubitans an res sit sua, quamuis teneatur reddere, non tamen potest ea vti, donec veritatem inquirat: vt dixi hac disp. n. 21. ergo nō potest petere debitum dubitans, quod est matrimonio uti, donec diligentiam adhibeat. Sed obijcies similiter probare non posse reddere, nam est etiam vsus matrimonij. Sed respondeo esse vsum matrimonij, non dominij, sed seruitutis, & quia alter omnino bona fide possidet, & potest in eo vti matrimonio, ideo hic tenetur reddere: id est, non est proprie vsus matrimonij, qui actionem dicit, & quia petit, ne iniuriè spolietur alter possessione: petere enim est proprie vsus matrimonij, & actus dominij, ac proinde hic non licet. Probatur verò posterior pars, posse petere sibi si dubitat rem esse alienam, & facto sufficienti examine, nequit dubium vincere, potest non tantum reddere, sed illa etiam vti: vt late probaui, hac disp. nu. 22. ergo coniux dubitans, si præmiserit sufficiens examen, & adhuc dubius maneat, poterit vti matrimonio, petendo, & reddendo. Hoc argumentum maxime contorquet aduersarios, & ideo varias excogitant solutiones: quidam negant consequentiam, quia possessio tantum præualet in materia iustitiæ, hic autem est periculum incontinentiæ, si non est coniux. Sed hanc opinionem reprobaui satis, hac disp. nu. 32. Alij verò respondent negando conseq. quia possidere rem alienam, & illa vti, non est ita intrinsecè malum, vt nequeat ex aliqua causa honestari, at accedere ad non suam, nunquam potest esse honestum. Sed hæc solutio nihil valet, nam idem probaret de redditione debiti, quæ si fiat alienæ, est intrinsecè mala: sed hoc non obstanti, est in casu dubij, licita: ergo idem erit de petitione, post factam diligentem inquisitionem. Alij respondent, non esse simile: quia nulla lex potest corporum dominium transferre, at aliarum rerum potuit dominium & vsum transferre: & ita permisit earum vsum in eo dubio. Sed contra, quia sublata omni lege positiua, iure naturali licet vti re bona fide possessa, in dubio, quidò præmittitur sufficiens examen: vt rationes allatæ n. 22. late probant. Alij respondent in alijs consumptibilibus, posse adhiberi remedium restituendo vero domino comparenti, & ita nullum versari periculum in earum vsu, at petens debitum exponit se periculo vtendi re aliena, absque vllo remedio. Sed contra, quia hoc etiam procedit in debiti redditione. Cum ergo nulla solutio satisfaciat, congrua discriminis ratio assignari vt leat, licebit adhibita diligentia vti matrimonio reddendo & petendo. Secundò prob. quia præmissa sufficienti diligentia coniux habet inuincibilem ignorantiam, ergo excusatur à culpa, petendo: antecedens probatur, quia inuincibilis ignorantia est quæ sufficienti diligentia vinci non potest, licet veritas non innotescat. Tertiò, quia durissimum est compellere culpæ immunes, vitam cælibem ducere, vt compellerentur qui bona fide contraxere, & postea ambo dubitant: neuter enim posset absq; culpa lethali petere. Hanc sustinent *Sotus lib. 4. de iust. q. 5. a. vlt. ad finem, & 4. d. 27. q. 1. a. 3. vers. Imo verò, & d. 37. q. 7. n. art. 5. ad finem, vers. Dum verò coniungatur: Ledes. 2. p. 4. q. 18. a. 1. dub. 14. f. 231 col. 2. fine, & sequenti, Veracruz 1. p spec. a. 42. concl. 3. & 3 p a. 18. concl. 5.* reiciens idem tenuisse *Victoriam: & a. 12. fine, Enriquez lib. 12. de matrim. c. 6. n. 5. & 7. Lud. Lop. 2. p. instruct. in 2. edit. cap. 197. §. Sed si inquirat: & 2 p. de matrim. c. 39. fol. 1056. fine, & sequenti*, & sustinet tamquam valde probabilem *Manuel 1. 10 summa, 2. edit. c. 145. num. 4.* & refert *Victoriam, Cano Petr. a, Gallo* reputasse eam probabilem: & tenet *Bañez 2. 2. q. 62. a. 6. dub. 5. conclus. 4.* & videtur tenere *Tabiena Matrimonium, 4. q. 12. num. 13.* vbi fic ait, si audiuit à fide dignis subesse impedimentum, tenetur reddere, donec sciat veritatem, & non petere, nisi veniat in coniecturam contrariam, vel dubiam: vbi videtur sentire ante debitum examen posse reddere, illo autem præmisso, adhuc manente dubio, etiam petere.

Sit conclusio, duæ priores sententiæ sunt improbabiles. Tertia, est valde probabilis. Quarta autem est cæteris probabilior. Idemque dicendum est, quando moraliter est impossibile adhibita diligentia posse vinci dubium, tunc enim potest coniux dubitans reddere, & petere: quia militant eædem rationes, & quia frustra ea diligentia adhiberetur: & vt dixi n. 12. non tenetur possessor bonæ fidei, in hoc casu, eam præmittere, sed potest vti re quam esse suam dubitat. 47

Obseruandum est, si sustineatur tertia sent. etiam facto examine: & si sustineatur quarta, ante præmissum examē, non posse coniugem dubitantem reddere debitum, priori bimestri post initum matrimonium, si nondum consummatum sit. Quia ob id probauimus n. 45. teneri reddere in hoc dubio, ne se exponat periculo iniustitiæ, negādo debitum: & quia alter ratione possessionis habet ius iustitiæ ad petendum, sed illo bimestri nulla est iniustitia negare, nec alter ius petendi habet, vt late probaui hoc 48

2.lib.disp.24.n.25. ergo tunc non licet reddere. Et confir. quia tunc nullum est iniustitiæ periculum, negando debitum: est autē periculum innocentiæ, concedendo, ergo tenetur non reddere. Amplectendo autē quartā sent. nostram, examine præmisso sufficienti, licebit etiam intra illud bimestre reddere, & petere: quia iam licet omnino vti re possessa, nec vsus ille innititur illi rationi, quod sit debitus ratione possessionis alterius, quia tunc, nunquam etiam præmisso examine, liceret coniugi dubitanti petere, cum non sit debitum, sed voluntarium: sed innititur huic fundamento, quod adhibita diligentia licitus sit vsus rei alienæ in prædicto dubio.

49 Hinc infertur, idem dicendum esse si alter coniux adulterium admittat, & est notum coniugi dubitanti, nec reo eiusdem criminis: tunc enim coniux dubitans nec potest petere, nec reddere, retenta tertia opinione: non petere, quia dubitat: non reddere, quia hoc solum licet ratione possessionis, & iuris iustitiæ quod habet alter, ad petendum: quod ius amittit adulter, existente altero innocente. Sed iuxta nostram quartam sent. hoc verū est ante præmissum sufficiens examen: eo autem præmisso potest petere, & reddere: quia tunc non innititur hoc ius possessioni alterius, sed propriæ, ratione cuius licitum est plenè vti re bona fide incepta possideri, nō obstāte dubio postea consurgenti, quod debita diligentia vinci nequit.

50 Secundò infertur, quid dicendum in dum mota est lis inter coniuges, de valore matrimonij? Et quidem, si de foro externo agatur: *Innoc. III. c. Literas, de rest. spoliat.* quærit, an tūc restitutio facienda sit ante probationem: & relatis opinionibus, decidit, si probationes non offerantur in continenti, restitutionem faciendam esse quoad cohabitationē, & torū: illis verò in continenti obtatis, fieri restitutionem quoad cohabitationem, non autem quoad torum. (in continenti autem offerri credo, si intra triduum offerantur: vt late probaui lib.1.disput.51.n.14.) Gratis tamen est difficultas, an hæc restitutio procedat, quando lis mouetur de matrimonij nondum consummati valore. Nam aliqui dicunt tunc non esse locum huic restitutioni, quia potest alter coniux religionem ingredi, *c. Ex publico, de conuers. coning.* Præterea quia *c. Ex conquestione, de rest. spoliat.* ponderatur copula ad hanc restitutionem: idem *c. Ex transmissa, eod. t.* ibi, *Mandamus quatenus si vobis constiterit quod præfata mulier prædicto milite legitimè desponsata fuisset, & ab eo cognita, ipsam ei restitui faciatis.* & ita tenet ibi gloss. verò. *Et ab eo cognita, Hostiens. ibi super eod. verb. Innoc. c. Ex parte, n.4. de rest. spoliat. Ioan. And. ibi n.6. fin.7. & 8. Cardin. ibi nu. 5. oppositi. 1. Bald. c. penult. n. 5. & 8. de probat. Anchar. d.c. Ex transmissa, n.1. Domin. cons. 24 n.3.* Sed alii melius distinguunt sic, si petatur integra restitutio, nimirum etiam quoad copulam, nō conceditur, si matrimonium nondum consummatum sit: quia graue damnum pateretur fœmina, postea declarato inualido matrimonio: ad quoad cohabitationem, & alia obsequia præter copulam, conceditur, cum ius habeat alter coniux ad hæc matrimonio nondum consummato. Et probatur etiam ex *c. Ex parte, de rest. spoliat.* ibi, *Restitui nequaquam debeat, vtpote nullo iuris, seu possessionis commodo destituta, cum per solam traditionem, quam non præcesserunt sponsalia vel consensus legitimus, nec fuerunt etiam subsequuta, nullum inter eos obligatorium vinculum sit contractum*: ergo à contrario sensu, secus esset, si vinculum matrimonij esset contractum: nec textus in oppositum adducti aduersantur, ponderant enim copulam, quando agitur de plena & omnimoda restitutione. Nec obstat posse coniugem tunc ingredi religionem: quia dum non ingreditur, ius habet alter coniux ad prædicta obsequia. Huius sent. clarè videntur *Host. d.c. Ex parte super verb. Causam possit matrim. & Anton. d.c. Ex transmissa, n.2.* vbi aiunt ad plenam restitutionem probandum esse matrimonium, & copulam, videntur ergo sentire secus esse, quando non petitur plena restitutio. Et tenent expressè *Abb. d.c. Ex parte, nu. 25. Lignano*, quem refert & sequitur *Imola d.c. Ex parte, n.11. Brunel. de sponsal. concl. 12. nu. 5. Alex. Carrer. l.1. de sponsal. c.3. Barbosa ff. solut. matrim. rubr. 2. p. n.80.* Si autem periculum sit de copulæ extortione, certa indemnitatis præstanda est: & si hæc minimè sufficiat, præcauendum periculū, restitutio differenda est. *Sic Abb. & Brunel. ibid.* Sed hæc fundantur in falsa præsumptione, & ita in foro externo seruanda sunt, & coniux certus de impedimento, nulla ratione potest reddere, aut petere, aut cohabitare: vt dixi hoc 2.l.disp.39.nu.8.& 11. Quidquid tamen dicemus in foro conscientiæ, quando impedimentum non est certum coniugi dubitanti, qui bona fide contraxit, & lis mota est? *Enrique c.l. 11. de matrim. c.15. ad fin.* lite pendente inter coniuges de viribus matrimonij ex tentione vt dirimatur, vel de causa divortij quod nonnullum teneri reddere: ne iuri suo præiudicet, posse tamen petere, & reddere. Sed nescio qualiter hæc contraxerit, quando intenditur separatio quoad vinculum, quoad torum: & idem in vtroque casu dixerit: nam quando tori separatio intenditur, bene ait non teneri reddere, quia esset iniuriæ remissio, iusque diuortij amittere; posse tamen petere, & reddere: quia matrim. est certum, de eius valore concertatur, potestque lite cedere. At quando matrimonij valor dubius est, & ad illud dissoluendum lis agitatur: lis quidem nec conceditur nec auferetur, sed perinde censendum est, ac si ea mota non esset, & diiudicandum vtrum in eo dubium licitum sit reddere, & petere. Quod expressè colligitur ex *c.2. Vt lite pendente. Quæris quando matrim. accusari contingit, an illarum sit commercium suspendendum? Ad quod respondemus: quod coniugium alterutter accusatum, ante probatam accusationem iure quod habet in altero, priuari nō possit.* Vnde pōdero ea verba, Iure quod habet: ergo permanet idem ius ad petendum, vel reddendum, dum, quod habebant coniuges ante litem motam. Imma quando duplex lata est sententia, altera pro matrimonio, altera contra, neutraque in rem iudicatam transiit, possunt dubitans reddere: quia in hoc dubiò non est alter possessione spoliandus: vt bene docent *Palud. 4. d. 36. q. 2. a. 2. 16. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 3. §. 2.* Nec verū est sibi præiudicare coniugem in hoc dubio petentem, vel reddentem: quia propria voluntate impedimentum auferri non potest, & si sit cōsanguinitatis, quomodo potest sibi præiudicare, quin probato impedimento matrim. dissoluatur? quod autem propria volūtate tolli potest, vtsi sit seruitus, seruitutis, quid agendum sit mota lite, & an sibi præiudicet vtens matrimonio: dicam disp. 43.

Tenetur tamen vir lite pendenti, ea alimenta præstare, quæ ante litem tenebatur: arg. *l. Si negat. ff. de agnos.* vbi dicitur mouentem litem de matrimonij valore eò quòd vxor ancilla sit, teneri interim liberos alere. *Glos. c. Cuius rei, verb. Remouisse 29. q. 2. Innoc. c. Per vestras, de natur. inter virum, & vxorem, fine, Anton. c. 2. de coning. serui, fin.* vbi *Ioan. And. fine, Abb. n.6. Anchar fine, Alex. de Nauo nu. Angel. Matrimonij 3 imped. 4. n 9.* qui limitat, nisi vir certus sit non esse matrim. Et addit *Innoc.* fortè teneri etiam ad prædicta alimenta, quamuis vxor indotata sit, per *parte, de accusation.* vbi habetur monachum, cum prio careat, alendū esse lite pendenti de bonis monasterij.

Vltimò infertur, quid dicendum sit, quando alter coniux alteri asseuerat se non consensisse. *Sotus 4. d. 30. q. ea. §. Sed de facto est maior altercatio, & Richard. 4. d. 27. a.* dicunt stante conscientia de dolo alterius, esse alterum perplexum: quia si reddat, peccat faciens contra cōscientiam, si non reddat, similiter peccat. Sed hoc minimè dictum est, nemo enim potest citra culpam stare, esse perplexus, sed aliqua via existente adhuc credulitate, possit culpam vitare. Dico ergo primò coniugi id affirmanti teneri alterū reddere, nisi denuo conficiatur. Quia illa asseueratione coniux ille nullū ius petendi habet, deturq; iuri matrim. renuntiare, negādo enim consensum concedit nihil sibi deberi. Sic *Adrian. q. 2. de matrim. pro limitatione, in paruis volum. f. 393. Rosel. Matrimonium q. 4. 2. Angel. Matrimonium 2. n. 14. Sylvest. Matrimonium q. 4. 2. Nauar. sum. Hisp. c. 22. n. 82. Palacios 4. d. 27. disp. 1. f. 595. col. 2. Enrique l. 11. de matrim. c. 15. n. 23. Bart. à Ledesma de matrim. 2.*

riendum: vnde in hoc casu ob maius coniugij bonum, nō est minus tuta pars reddere, & petere, quàm opposita. At in aliis casibus, vsus coniugij non est necessarius ad discutiendum eius valorem. Ad 2. dico, Pium V. non id definiuisse, eo quod esset dubium de valore matrimonij, sed quia per conuersionem coniugis infidelis ad fidem, altero conuerti nolente, dirimitur matrimonium. De Indis verò qui hactenus conuersi non sunt ad fidem, ad alios que infideles confugerunt, meritò præsumit Pontifex, fore vt nollent requisiti conuerti ad fidem, & habitare absque Dei contumelia, & hac ratione declarat primum matrim. dissolutum esse, posteriusque consistere, & proinde licere petere, & reddere. Ad duo priora arg. tertiæ sent. proposita n. 45. non oportet respondere: quia quarta, quam amplectimur, conuenit cum illa, in ea priori parte quam probant. Solum oportet respondere ad *c. Dominus, & c. Inquisitioni*, ibi in 1. argum. adducta, quatenus indistinctè decidunt dubitantem teneri reddere, non tamen posse petere: dicendum enim est intelligi, dum non est adhibita diligentia: quamuis enim ius non distinguat, ratio distinguere cogit, ne bonæ fidei possessor cogatur ob dubium inuincibile, in perpetuum ab vsu rei suæ abstinere. Ad 3. quod directè pugnat contra nostram sent. dico non esse illicitum illi se exponere periculo, quando alio modo nō potest quispiam vti plena possessione omni iure sibi concessa. Et si argum. aliquid probat, similiter probaret possidentem bona fide pallium, cum dubitat esse suum, & omni studio collocato non potuit vincere dubium, nō posse vti illo, quia vtendo exponit se periculo vtendi re aliena: non vtendo verò nihil periculi est. Ad aliam partem argumenti, nego ob id tantum non licere petere, quia est dubium speculatiuum: sed quia est id dubium, & nōdum diligentia ad id vincendum, impensa est: & si aliquid probat argum. similiter probaret non licere vti pallio post adhibitam diligentiam.

SVMMARIVM.

An si matrimonio bona fide vterque coniunx iniit, postea vterque de eius valore dubitet, licitum sit petere, & reddere: refertur quædam opinio, n. 54.

Opinio auctoris, n. 55. Et quid, si alter tantum dubium est, & petat à non dubitante, n. 56.

Soluuntur argumenta, n. 57.

QVÆSTIO V. An cum vterque coniux bona fide matrimonium iniit, posteaque dubitat vterque de eius valore, possit petere, & alteri petenti reddere? Constat neutrum posse petere, iuxta tertiam opinionem propositam n. 45. & iuxta nostram propositam nu. 46. non posse ante præmissum debitum examen, postea autem manente eodem dubio, posse. Dubitatur autem, an casu quo alteruter illicitè petat, teneatur alter ei reddere? Affirmant quidam. Ducuntur, quia in dubio melior est cōditio possidentis. vterque autem in hoc dubio possidet. Secundò, quia stat petenti coniugi illicitè teneri alterum reddere, vt si contra votum castitatis petat. Sic tenent *Corduba summa, qu. 45. punct. 3. fol. 113. Enriquez l. 12. de matrim. c. 6. nu. 5. comment. lit. T.* & refert Victoriam, & Canum fuisse eiusdem sent. *Barth. à Ledesma dub. 20. de matrim. concl. 1. Lud. Lop. 1. p. instruct. 2. edit. c. 297. § Sed si inquiras. Petr. de Ledes. de matrim. q. 45. a. 1. ad fin. §. Ad hoc dubium respondetur.* 54

Sit prima conclusio, cum vterque coniux dubitat de valore matrimonij bona fide contracti, illiciteque petit, nec tenetur, nec potest alter reddere, quando nouit petentē esse dubium de valore matrimonij, & nondum adhibitam esse diligentiam ad illud vincendum. Prob. quia diligentia non præmissa, possessio in dubio non confert ius vtendi re, vt probauimus nu. 21. ergo coniux tunc petens, petit id, ad quod nullum ius habet, & ad quod possessio non suffragatur, ergo alter nequit reddere: tota enim ratio ob quam tenetur reddere (vt constat ex dictis nu. 45.) est, quia alter petit sibi debitum ratione possessionis, ne periculo iniustitiæ debitum negando exponatur, cum ergo in hoc casu non petat sibi debitum, nec faueat possessio, & 55

negando nulla sit iniustitia, & ex altera parte reddendo sit periculum incontinentiæ, tenetur non reddere ante adhibitam diligentiam. Diligentia autem adhibita potest vterque petere, & reddere: quia iam possessio infert ius ad omnem vsum, iuxta ea quæ dixi n. 46. & triplici seq.

56 Secunda concl. si alter tantum dubius sit, petatq; à nõ dubitante ante præmissum debitum examen, potest coniux non dubitans conscius dubij alterius, negare debitum: quia dubitans non habet ius ad petendum: potest etiam reddere. Quia cum ipse sit in possessione pacifica, nec dubitet de matrimonij valore, nec teneatur credere alteri asserenti, vt dixi n. 52. nedũ dubitanti, potest vti plene sua possessione, petendo, & reddẽdo: vt dixi eod. n. 52.

57 Ad 1. arg. ex propositis n. 54. dico, esse meliorem conditionem possidentis in eo dubio, ne vxore spolietur, non tamen vt habeat ius vsus matrimonij, donec impendatur debita diligentia ad veritatem assequendam. Ad 2. nego conseq. quia vouens non amisit ius iustitiæ ad petendum, & possessionem, sed tantum delinquit petendo, contra religionem: dubitans autem caret iure petendi, & possessionis suffragio, donec diligentiam impendat.

DISPVTATIO XLII.

Vtrùm cum alter, aut vterque coniux contraxit mala fide, dubius de morte prioris coniugis, aut alio impedimento dirimenti, licitum sit petere, & reddere?

SVMMARIVM.

Refertur opinio dicens quando alter mala fide contraxit, nec posse petere, nec reddere, & matrimonium esse irrisorium, n. 1.

Coniux mala fide non potest petere, ac tenetur alteri bona fidei petenti, reddere, n. 2.

Quid, si hic mala fide petat, an teneatur alter bona fide reddere, n. 3.

An hoc possessor bona fidei possit petere, & reddere, n. 4.

An illud matrimonium sit irrisorium, n. 5. Et solumne argumenta, num. 6.

Quid, si vterque mala fide contraxit, refertur quædam opinio, num. 7. & verior, n. 8.

Quid, si pluries rationes probabiles sint suadentes validum fuisse matrimonium, n. 9.

1 DVPLICEM casum continet disputatio: prior est, quando alter solus coniux dubia fidẽ contraxit: posterior: quando vterque. Circa primum casum, quidam aiunt hunc dubitantem non posse petere, nec reddere, quando mala fide contraxit. Quia possessio mala fide incepta non suffragatur, vt probaui disp. præced. n. 24. & ita claudicat matrim. ex parte habentis malam fidem, ergo nec ipse, nec alter possessor bonæ fidei potest petere, & ita si possidens bona fide petat, cum non postulet sibi debitum, nequibit alter reddere. Secundò, quia si dubium sit de morte prioris coniugis, eius possessio præualet, ergo non potest reddi debitum huic posteriori coniugi. Sic videtur tenere *Sylvest. Matrimonium 8. qu. 13. dict. 2.* vbi ait feminam contrahentem dubiam de morte viri, esse adulteram, sentit ergo peccare reddendo: alias non esset adultera: & tenent expresse *Sotus 4. d. 27 q. 1. art. 3. vers. Alia vero, & d. 37. q. vn. a. 5. ad fin. vers. Dum vero coniugatus: Lud. Lop. 2. p. instr. c. de matrim. c. 59. f. 1057. & 1. p. c. 81. Vega l. 5. summ. casu 155.* Dicunt secundò, *Sotus eo. vers. Alia vero, Lud. Lop. eo. c. 59. & Vega eo casu 155. & Barth. à Ledes. de matrim. dub. 20. f. 1314. reg. 2.* eas nuptias esse irritandas.

2 Sit tamen prima concl. Coniux, qui tali dubio cõtraxit, nullo pacto petere potest, tenetur tamen reddere alteri bona fide possidenti. Prob. vtraque pars, ex *c. Dominus, de secund. nupt.* vbi expresse est sermo de coniuge, qui nõdum de prioris obitu certus contraxit, & definitur ibi non posse petere, at teneri reddere. ibi, *Sane super matrimonijs quæ quidam ex vobis contraxerunt, nondum habita obeuntis coniugis certitudine: respondemus, vt nullus amodo ad secundas nuptias migrare præsumat, donec ei constet quod ab hac vita migrauerit coniux: si vero aliquis hoc non seruauit, & de morte prioris coniugis adhuc exilimat sibi dubitandum, ei qua sibi nupsit, debitum non deneget postulanti, quod à se tamen nouerit nullatenus exigendum.* Quia cum alter bona fide possideat, non debet male spoliari ob malam alterius fidem, dum non constat matrimonium fuisse nullum. Sicut constat in præcipiente in qua mala fides prioris possessoris, non nocet bonæ possidenti. Sic tenent *gloss. 34. q. 1. summ. verb. Vterque, Siluest., Innoc. d. c. Dominus, n. vnic. Ioan. Andr. ibi super verb. Anchar. n. 5. fine, vers. Sexto nota, Abb. n. 4. Alex. de Nat. 4. p. pos. n. 2. Rosella v. Impedimentum, impedim. 12. num. 2. Sylvest. trimonium 4. q. 9. dict. 3. Tabiena verb. Impedim. matrim. 10. q. 1. n. 2. Armill. verb. Matrimonium nu. 45. Nauar. c. 22. n. 77. Franc. Paulinus tract. de visit. q. 8. 2. p. n. 19. & ex ologis, Veracruz 3. p. spec. a. 18. concl. 6. Cordub. l. 3. q. 8. f. 183. col. 2. corell. 2. & col. 1. f. 185. ante §. Sed circa no: Angles floribus 1. p. de matrim. q. 21. de imped. ordin. 4. f. 595. & dub. 6. Salon 2. 2. q. 61. tract. de dom. ne vlt. fin. conclus. f. 594. Palacios 4. d. 27. disp. 3. f. 601. 2. p. instruct. de matrim. c. 55. f. 1172. Enriquez lib. 12. c. 6. nu. 5. & n. 7. comment. lit. S. Barth. à Ledesm. dub. trim. concl. 1.*

Vtrum autem si mala fide contrahens petat, teneatur alter reddere? Affirmant quidam teneri: sicut teneretur iux reddere alteri contra votum petenti. Sic *Sayr. matrim. c. 6. num. 5. comment. lit. T.* & refert Victoriam, *num.* idem *Bart. à Ledes. de matr. dub. 20. concl. 1.* Sed nus verum est: quia teneri reddere alterum dubitantitur ex possessione petentis, & iure iustitiæ ad exigendum vt probaui disp. præc. n. 45. sed hic vterumq; dec enim dubia fide incepta, nihil prorsus suffragatur baui ead. disp. nu. 24. & ita nullum ius exigendi quod non obscurè denotatur in illis verbis *d. c. bitum à se nouerit nullatenus exigendum.* Nec est contra votum petentis, habet enim possessionem, iustitiæ ad exigendum, & tantum reus est petendo, vt qui petit rem suam ad eo petendum.

Potest tamen qui bona fide contraxit, dum non tat de matrim. reddere & petere. Quia cum pacificus possessor sit, potest vti plene reddere non teneatur. Si autem dubius sit, tere, quia non potest vti re quam dubitat reddere: quia alter non habet ius iustitiæ nec possessionem. Adhibita autem diligentia, eodem dubio, potest petere, & reddere: quia tus sibi vsus: vt in simili dixi, disp. præced. n. 55.

Secunda concl. Secundum assertum *Soti*, & quod retuli n. 1. nempe eas nuptias dubia fide esse irritandas, non est verum. Quia *c. Dominus, de nupt.* expresse dicitur, hunc dubitantem teneri quod est actus matrimonij, ergo id matrimonium irritandum. Item, quia *ibi*, & *c. In præsentia, de spons.* non licere ad alias nuptias transire, donec constet orum dissolutione, ergo dum dubium est an hoc sit validum, non est dissoluendum. Tandem, qui de contraxit, iustam habet possessionem, ergo in non est ea spoliandus.

Ad 1. argumentum dic, in hoc claudicare tantum dubitans nequit petere, cum ei possessio mala fide suffragetur: at cum alter bona fide possideat, potest re, & reddere, & ipsi tenetur alter reddere. Ad 2. nego tecedens, quia eius possessio est dubia, sicut & vita, sessio vero alterius qui bona fide contraxit, est certa, hæc præualet.

Circa secundum casum, quando scilicet vterque mala fide contraxit, dubitans de impedimento, *Sylvest. Matrimonium 4. qu. 9. dict. 3.* videtur sentire teneri reddere, enim contrahentem dubia fide, teneri reddere, si alter coniux ignoret: vnde idem videtur sentire, *Bart. à* bo habeant malam fidem. Et tenet expresse *Bart. à de matrim. dub. 20. concl. 1.* asserens neutrum posse petere, teneri tamen reddere.

At certissimum est neutrum posse petere, nec reddere: quia

...ueterni suffragatur possessio mala fide incepta: & la...
...probatur n.3. Et ita docent Veratrus 3.p. spec. a.13. fin. An...
...sdorb. 13. de matr. q.11. de imped. ordinis, a.3. dub.4. Enriquez ...
...de matrim. c.11. n.5. fine, & c.15. n.13. & l.12. c.6. n.5.

5 Addit Enriquez *eo. c.11. nu.5. fine*, hos non posse reddere, nisi constet vt id dubium practicè deponant, & probabiliter censeat, valere matrimonium, te putent. At credo sanè, si arbitrio prudentis rationes ita probabiles sint, ad impedendum matrim. valere, vt efficiant probabiliorem, quamuis probabilius sit, matrim. non valere: neq; est in moralibus sententiam probabilem sequenti tuta vtiorem opinionem: quare hac opinione probabili, vtroris matrimonij existenti, potest vterque petere, & reddere.

DISPVTATIO XLIII.

Vtrum quando impedimentum proprio conscientiæ amoueri potest, vt est seruitus ignorata, dubitans de valore matrimonij a se bona fide contracti, quia dubitat de seruitute alterius, possit, teneaturque reddere, etiam Ecclesia id præcipienti?

SVMMARIVM.

...reddere animo ratificandi matrimonium, potest: & quid, ...
...Trident. n.1.
...ratificare, & seruus ignarus negans teneri reddere, etiam ...
...n.2.
...bonæ dubitandi n.3. Et an in illo dubio possit reddere, ...
...negans, n.4.
...teneri reddere Ecclesia præcipienti, refertur, n.5.
...dubitans præcepto, sine mora, licitè reddere? vel sit reddendi ...
...seruitus duæ sent. n.6 & 7 & sent. auctorum n.8.
...negans. & explicatur c.2. de conuersio seru. n.9.

1 Nunc dubitat licere huic dubitanti, petere, & reddere animo ratificandi præcedens matrimonium inualidum, quia potest denuo contrahere, & tatum habere matrimonium, intelligo, post *Trident. sess. 24. c.1. de matrim.* si ignorantia seruitutis occultum sit: posset enim tunc docere facto & testibus conualescere, vt dixi hoc 2.l. dub. 17. n.8. si vero impedimentum esset publicum, vel constaret, ita vt in foro externo probari posset, nihil valeret animo ratificandi accedere: cum oporteat, vt matrimonium efficatur illud matrimonium, coram parocho, & testibus celebrari. Consistit igitur difficultas, quando animus ratificandi matrimonium accessu illo, aut 2 opus sit ratificari.

Duplex est sententia. Prima ait non teneri hunc reddere, etiam si Ecclesia præcipiat. Ducitur, quia nullū est medium accessum animo fornicario, aut maritali: & ita debet accedere, debet esse animo maritali, ne alias fornicetur: hoc autem non tenetur, paratet enim sibi magnum præiudicium, cum haberet ratum matrim. cum seruum, atque in eo perseuerare cogeretur: quod non tenetur, vt in eo dubio tueatur alterius possessionem: nam in materia iustitiæ, cum sine causa, non tenetur aliquis cum proprio alterius damnum vitare. Vnde non est simile. quod dubitatur de valore matrimonij propter alia impedimenta: cui enim propria auctoritate auferri nequeat, potest sibi præiudicium parare reddens debitum, & tenetur, vt tueatur alterum in sua possessione. Et contra potest sibi præiudicare, si dubitans accedat, videtur 3 *...de consang. seruor.* vbi habetur cum qui postquam ...rosem esse ancillam, carnaliter cognouit, commisit ...esse eam retinere. Hanc tenent ex Theologis *...4. dist. 36. fere in exp. sit. Ioannes de ...Ruar. ibi, a.2. q.3. Palud. ibi, q.1. a.1. concl.3. n.9. ...Gabriel eod. d. q.1. a.3. dub.1. Adrian. 4. de restitut. q. de ...fol. 165. col. 1. Medi...*

Soto de secreto, memb.3. q.2. post 1. conclus. vers. Respondetur quòd prolatus, Barth. à Ledesma de matrim. dub. 20. concl.1. fine, Barnabas de Rosalio. quem refert & sequitur *Enriquez lib. 11. de matrim. c.10. n.5. & c.15. nu.14. & l.12. cap.6. num.7. Vega lib.2. sum. casu 401.* Et ex iurisperitis. *Innoc. c.2. de coniug. seru. init. & ibi Tancred. Vincent. Philip. Goffred.* quos refert *Alex. de Neuo ibi, nu.11.* Eandem tenent *Abb. ibi n.6. Præpositus n.10. vers. Venio ad secundam p. gloss. Roscilla verb. Impedimentum, imped.3. n.6. & 7. fin. Angel. Matrimonium 3. imped.4. n.8 & 9. Tabiena verb. Impedimentum, imped.1. q.11. n.12. Nauar. c. Si quis autem, de pæn. d.7. n.84. Greg Lop. l.4. tit.5. p.4 verb. De partir, Couar.* dicens communem *4. decret. 2. p. c.7. §.2. fine.*

Obseruandum est primò, *Gregorium Lop proximè citatum* 5
sic distinguere, si ipse coniux litem intentet de vxoris seruitute, nullo modo tenetur reddere, etiam iudice præcipiente: si vero dominus ancillæ moueret litem, tunc si causa dubitandi leuis sit, debet Ecclesiæ obedire, nec sibi parat præiudicium: secus si causa sit probabilis. Cæterum alij DD. tam primæ quam secundæ sententiæ, indistincte & optime aiunt quando causa leuis est, & potius scrupulus, eam reiiciendam esse, & posse petere, & reddere: vt docetur *c. Inquisitioni, de sentent. excommunicationis.*

Secundò obseruandum est, quamuis DD. allegati, tan- 4
tum explicent non teneri reddere, etiam Ecclesia præcipiente, at ex eorum ratione expresse constat, sentire non licere etiam reddere, nisi affectu vxorio, animo ratificandi matrimonium: cum enim patent non aliter quam affectu vxorio aut fornicario posse accedere, & dubitans nō accedat eo affectu vxorio, restat vt solum accedat secundùm eos, affectu fornicario, & ita peccet accedens.

Secunda sent. ait, teneri in eo dubio reddere debitum. 5
Prob. quia si potest licite, & absque suo damno reddere, omnes cōcedent teneri, iuxta *c. Dominus, de secund. nupt. & c. Inquisitioni, de sent. excomm.* cum alter coniux in possessione sit, & in hoc dubio eius conditio melior sit: sed potest licite, & absque vllo damno reddere, ergo tenetur. Prob. minor, quod possit licite: quoniam potest reddere, nec animo fornicario, nec maritali, vt denuo velit reualidare illud matrimonium: sed animo maritali, vt conseruet alterum coniugem in sua possessione, & reddat ei debitum, cum existimare debeat alterum in hoc dubio, bona fide possidere, & sic non esse priuatum iure petendi: sicut qui dubitaret post matrim. contractum, de impedimento cōsanguinitatis, posset & teneretur reddere debitum, nec accederet animo fornicario, nec animo maritali nouo, quasi volens ratificare prius matrimonium, sed ex priori cōsensu maritali bona fide præstito, vt alterū in sua possessione conseruet. Et cōfirmatur, quia si leue sit dubium de seruitutis impedimento, fatentur DD. oppositi teneri reddere, nec sibi præiudicare: ergo necessario, tenētur medium cōstituere inter accessum animo fornicario, & animo maritali ratificandi prius matrimonium, alias nec hic casus, nec præcedens de consanguinitatis impedimento, posset excusari. Prob. autem sibi nō præiudicare, quia cum detur accessus animo nō ratificandi prius matrimonium, isque licitus, non potest præsumi eo accessu ratificatum esse matrim. Hanc sent. iustinent ex iurisperitis, *gloss. cap. Cum tui. 29. q.2. verb. Remouisse, & c.2. de coniug. seruorum, verb. Audaciter. & ibi Hostien. super eod. verb. Iocos. Andr. ibi, fine, Anton. n.6. Anchar. n.6. Henricus n.10.11. & 12. Alex. de Neuo, n.11. Supplementum Pisana verb. Impedimentum, imped.3. fine, Sylvest. Matrimonium 8. q.3. dict.2.4.5.* Et ex Theologis, *Palud. 4. d.36. q.2. a.2. num.14. D. Antonin. 3. p. t.1. c.3. §.2. Adrianus 4. de sponsal. dub.13. vers. Præterea tertiò in parui volum. f.422. col.2. Ledesma 2.p.4.q.54.a.4.f.473. col.2. & 3. Corduba l.3. quæstionar. q.8. f.183. col.1. §. Ex supradictis sequuntur. Palacios 4. d.30. disp.1. fol.671. col.2. §. Sed quæritas, & d.36. disp.1. f.799. col.1. §. Per hæc. & f.798. col.1. vers. At verò, Petr. de Ledesma de matrimonio q.45. articulo 1. dubio 2. ad vltimum prima sententia.*

Est tamen dissensio inter auctores huius secūdæ sententiæ, an teneatur hic reddere debitū, quāuis Ecclesiæ præceptum non constringat illum. Nam *vtraque glossa. Hostien.* 6

Ioan.

Ioan. Andr. Anton. Anchar. Henric. Alex. de Nevo, Adrian. Palacios, allegati pro 2. sent. num. præced. dicunt sibi præiudicare, si sponte, nec eo præcepto compulsus reddat: & cõsequenter sentiet non teneri reddere, vt vitet illud damnum. Credo tamen hos DD. sentire, minimè peccare reddendo absque illo præcepto, cum possit cõiux accedens velle periculo illius damni se exponere. Item, quia si absque iudicis præcepto esset peccatum, accessus, iudicis præceptum similiter dubitantis de seruitute, cum lis tunc ageretur, non excusaret à culpa, cum accessus ad non suam sit ex intrinsecè malis. Item, quia alter coniux est in possessione, & ita ius habet petendi, & alter solùm eximi potest ne reddat, ratione damni sibi imminentis, ergo si velit periculum illius damni, quod licitè eligere potest, subire reddẽdo, vt tueatur alterum in sua possessione, immunis erit à culpa, & ita non peccare reddendo absque Ecclesiæ præcepto, tenent *Ledes. & Cordub. n. præced. pro 2. sent. allegati.*

7 Alij vero ex DD. eiusdem secundæ sent. docent, nõ ideò tum posse, sed etiam teneri reddere debitũ, licet lis mota non sit, nec iudicis præceptum accesserit, nec in hoc sibi præiudicare. Prob. quia ante iudicis præceptum est alter cõiux in sua possessione, & ita ex natura rei potest exigere debitum, & alter teneturreddere, iuxta *cap. Inquisitioni, de sent. excom.* & cum possit reddere, non animo denuo contrahendi, sed implẽdi id ad quod tenetur, cur debet præsumi animo maritali denuo contrahendi, accedere, vel leque sibi præiudicare? Huius sent. sunt apertè *Palud. 4. d. 36. q. 2. a. 2. n. 14. & D. Anton. 3. p. t. 1. c. 3. §. 2.* licet enim videantur ibi loqui cogente præcepto, at postea *Palud. a 3. num. 16. & D. Antonin. eod. §. 2.* explicant hoc præceptum reddendi in hoc dubio haberi *c. Inquisitioni, de sent. excommun.* & ita censent se cluso iudicis præcepto, teneri. Et *idem Palud. eo. art. 2. n. 15.* dicit nihil referre, siue quæstio moueatur, siue non: & tandem *nu. 16. & D. Anton. eod. §. 2.* aiunt, posse dici etiam secluso præcepto *dicti c. Inquisitioni*, teneri reddere. Eiusdem sent. videtur *Sylvest. Matrim. 8. q. 8. dict. 2.* absolute enim dicit teneri reddere: & clare loquitur ante Ecclesiæ præceptum: quia postea *dict. 4. & 5.* tractat, quando mota est lis.

8 Sit conclusio, quamuis prima sent. probabilis sit, at multò probabilior est secunda, nempe cõiugem in hoc dubio teneri reddere debitum, etiam iudice non præcipiente, nec sibi præiudicium inferre. Et addo, iuxta sentent. quam tradidi hoc 2. lib. disp. 41. n. 47. si adhibita diligentia sufficienti, nequeat vincere dubium, posse vtendo sua possessione, etiam petere: nec in hoc sibi parare præiudicium, quin possit seruitute detecta, ab illo matrim. recedere, cum inualidum fuerit, nec illa copula ratificatum. Posset tamen coniux tutissimè amplecti priorem sent. probabilem, & nolle reddere, etiam mandante iudice: quia fortè iudex erit primæ sent. & coget postea cum ea manere.

9 Ad 1. argum. prioris sent. constat ex dictis n. 5. Ad *cap. 2. de coniug. seruorum*, dic intelligi quando coniux audit seruitutem à fide dignis, ita vt non dubium, sed opinionem concipiat: & ita *gloss. ibi verb. Audiuit*, ait, *supple, & credidit.*

DISPVTATIO XLIV.

Vtrùm si coniux qui bona fide contraxit, postea non dubitet, sed opinetur matrimonium esse nullum, possit petere, & reddere?

SVMMARIVM.

Refertur opinio asserens vtrumque posse, n. 1.
Hic non potest petere, etiam adhibita sufficienti diligentia, n. 2.
Tenetur reddere, dum non ita certum ei nullitatem, vt parum dubij supersit. n. 3.
Quid, si habeat opinionem, tam nullitatis, quàm valoris matrimonij. n. 4.
Soluuntur argumenta, n. 5.

VIDETVR in hoc euentu non licere petere, nec reddere: quia huic non suffragatur possessio, vt dixi hoc 2. lib. disp. 41. n. 30. quia solum in causa pari præualet conditio possidentis, *reg. In pari, de reg. iur. in 6.* hic autem non est par causa, cum habeat assensum opinatiuum non esse matrim. Et confirmatur, quia dum aliquis opinatur se non posse retinere quàm bona fide cœpit possidere, alienam esse, non potest vti possessione. Secundò hic assentitur huic opinioni se suam, ergo assentitur dum accedit ad illam, se sciens: quia fornicatio est accessus ad eam, quam aliquis credit non esse suam. Huius sent. videntur clarè *D. Antonin. 3. p. t. 1. cap. 9. vers. Secundo nota, & Sylvest. Matrimonium 4. q. 5. dub. 2. num. 1. vers. sicut sicut. 2. edit. c. 243. nu. 6.* vbi dicunt credentem probabiliter non esse matrimonium, non posse petere, nec reddere: eiusdem videtur *Sotus 4. d. 27. q. 2. art. 3. vers. ergo*, vbi ait habentem causam assentiendi non esse matrimonium, non posse exercere officium coniugale. Eadem videtur *Anton Cucus l. 5. instit. maior. t. 12. n. 232.* vbi ait, de veritimilis & probabilis ratio esset, quæ dubium auferret contingi, non posse petere, nec reddere.

Prima conclusio sit. Coniux probabiliter opinans non esse matrimonium, non potest petere. Confirm. quia dum dubitat, id probauimus disp. 41. n. 45. nedum quando opinatur. Immo licet diximus ibi, num. 47. dubitantem post adhibitam diligentiam posse petere: contrarium tenendum est de hoc opinante. Quia dubitanti suffragatur possessio, non autem (vt probaui eadem disputatione n. 36.) fauet habenti assensum opinatiuum.

Secunda concl. Tenetur tamen reddere non obstante ea opinione nullitatis matrimonij, donec ita certa sit, vt parum dubij remaneat Probatur ex *D. Aug. l. de fide, & ref.* & refertur *c. Si virgo, 34. quæstio 2.* ibi, *si virgo nupserit viro alteri, si semper nesciat, numquam ex rea adultera erit; si tem sciat, iam ex hoc adultera esse incipit*, vbi pondero motiuum dixisse, Si opinatur, sed Si sciat. Quem textum explicant *Innocent. Præscriptio 1. quæst. 3. dicto 3.* ait, tunc illic scientiam certitudine. Secundò prob. ex *c. Inquisitioni, de sent. excom.* ibi, *si habeat conscientiam ex credulitate præbibi & fundata, quamuis non euidenti & manifesta, reddere debet.* vbi pondero ea verba, *non euidenti & manifesta*, quasi dicat, Quamuis non fuerit firma & manifesta credulitas, reddat. Tenetur ergo vt possim alium sua possessione spoliare, oportet me certum esse rem non esse suam, & ita vniuersi DD. volunt. Et compensatio, petunt certitudinem in vtenti illa. Et confirmatur, quia licet huic opinanti non suffragetur possessio, vt ea petendo vtatur, cum tamẽ alter bona fide possideat, tunc habitur vtique possessione illa, vt exigere possit, tenebatur ei alter reddere. Hanc tenet *D. Thom. 4. d. 31. q. 1. a. 3. quæstiunc. 1. ad 3.* his verbis, *aut habet certam scientiam de impedimento matrimonij, aut opinionem; si primum non potest exigere, nec reddere debet; si secundo, debet reddere, sed non exigere.* & *idem D. Thom. 4. d. 38. fine, in expositione lit. & D. Bonauentura eadem d. in princ. in expos. lit. ad finem*, explicantes quando non liceat petere, nec reddere, dicunt tunc contingere quando adest causa certitudinem nullitatis matrimonij efficiens. Tenent etiam clare *Palud. 4. d. 36. q. 2. a. 2. n. 11. Antonin. 3. p. t. 1. cap. 3. §. 2. Angel. Matrimonium 3. impedimento 8.* vbi explicantes quando non liceat reddere dicunt, *quando habet scientiam, id est firmam impedimentum dubitatem*: idem tenet *Rosella verb. Impedimentum, impedimento 1. num. 17. & impedimento 12. n. 1. & Sylvester Matrimonium 6. dict. 2.* cum enim dixisset probabiliter credentem posse petere, nec reddere, refert. Supplementum adiicere se, & teneri reddere: & subdit hæc, *hoc non est contra me, enim dico, sed tunc quando probabiliter credit, firmiter hoc do, non potest reddere. & Matrimonium 8. q. 3. dict. 5. ad fin.* plicat *d. c. Inquisitioni*, dum dicit dubitantem teneri re, vt intelligatur, quando causa probabilis non datur tra terminos dubij, ita vt coniux credat, sed non firmiter sed quasi timbans: & *Matrimonium 6. q. 8.* vbi dicit posse petere, nec reddere, quando constituit credit impedimentum. Idem *Conradus tract. de contractibus conclus. 3.* vbi hæc ait, *si alter incipit probabiliter dulitatem habere, nec tamen sit omnimode certus, tenetur* Idem *Sotus l. 5. de iust. q. 5. a. vlt. ad finem, vers. Sed hic* *Ledesma 2. p. q. 18. a. 1. dub. 14. fol. 231. col. 2.* vbi hæc dicit

Apud Iudes an sit sufficiens coniectura, dicere alterum se ficte consensisse, n. 10.

Improbatur opinio asserens sufficere solam viri confessionem ficti consensus, n. 11.

Quid, si puella dicat se ficte consensisse metu parentis, n. 12.

An sit necessaria iudicis auctoritas ad concludendum aliud matrimonium, existentibus his coniecturis ficti consensus, n. 13.

An credatur viro inuranti, quando coniectura prioris consensus sunt vehementes, vel si neget consensum, & verba matrimonii, n. 14. & quid si vterque neget consensum, n. 15.

Quando propter hanc confessionem ficti consensus, non liceat alteri, aut confitenti, petere aut reddere remissiue, nu. 16. Post quem inuenies alia summaria.

CVM disp. præcedentibus traditum sit, leue dubium 1
valoris matrimonij, deponendum esse, graue & probabile impedire solam debiti petitionem, certitudinemque eius nullitatis, impedire prorsus vsum: superest hac, & sequ. disp. tractare, quando meritò coniux, certus, quando autem dubius esse possit. Sunt autem in hac disp. quatuor quæstiones agitandæ. Prima, quando credatur coniugi asserenti fictum consensum Secunda, quando protestatio præmissa matrimonio, ficti cõsensus præstandi, id probet. Tertia, an dicentis adfuisse impedimentum, testimonium, si fide dignus sit, sufficiat vt coniux credat, vel dubitet, & abstineat. Quarta, qualis probatio impedimenti dirimentis, sufficiat ad matrimonium dissoluendum.

QVÆSTIO I. Quando teneatur coniux credere prius 2
matrimonium iritum esse, ob dictum alterius asserentis se ficte consensisse, vt ita possit aliud inire matrimonium? Sit prima conclusio, si tractetur de fide adhibenda viro, respectu sui ipsius in foro conscientiæ credetur ei, secus in foro externo, nisi probet. Et ratio est, quia in foro cõscientiæ tantum agitur de salute spirituali alicuius, & de cõponenda cum Deo conscientia: in foro autem externo, de administranda iustitia actori ius suum petenti: & inde est, vt id illo stetur confessioni, pro se, vel contra se, in hoc autem, allegatis & probatis: facile enim iustitia euerteretur, si confessioni soli litigãtium standum esset. Item quia verba externa, signa sunt affectuum cordis, teste *Aristot. 1. perihерm. cap. 1.* at signa speciem præsumptionis, & coniecturæ indicant, his enim nominibus *Tullius lib. 1. de inuentione, & Quintilianus l. 5. institut. orat. c. 9* signa appellant, sed in foro conscientiæ locus non est præsumptioni, sed hæc veritati cedit. Tandem, quia nemo ita salutis suæ immemor præsumitur, vt quærens Deo reconciliari in interno foro, falsum deponat: & ita fatentur omnes, & *Couar.* multos referens *4. decret. 1. p. cap. 4. §. 1. nu. 9. & 2. p. cap. 2. nu. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumptione 77. nu. 16. & lib. 3. præsumpt. 1. n. 29. & 37. cum sequentibus, & cons. 385. à n. 21. vol. 4.*

Secunda conclusio. Si tractetur de fide adhibenda vi- 3
ro, respectu mulieris, vt ipsa teneatur, vel possit ei credere asserenti se fictè consensisse, vt sic nequeat eo vti matrimonio, & alij nubere: non tenetur regulariter ei neganti se vere consensisse, fidem adhibere. Probatur ex *1. Per tuas, de probatio.* ibi, *Nemo indignum est iuxta legitimas factiones, vt quod quisque suæ voce lucide protestatus est, valeat proprio testimonio infirmare.* Item, quia verisimilius est modo mentiri, quam in contractu principali. Sic docent *Scotus 4. d. 30. q. 1. §. Sed de facto, Ricard. 4. d. 27. art. 1. q. 4. & d. 29. art. 1. q. 3. Palud. 4. d. 27. q. 2. a. 1. concl. 2. n. 5. Adrian. 4. q. 2. de matrim. §. Ad secundum, vers. Forte petes, in paruis voluminibus, fol. 394. Victoria summa, de matrim. n. 248. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 3. propos. 1. vers. Quo ergo gradatim, Ledesm. 2. p. 4. q. 47. a. 2. f. 449. col. 2. Veracruz 3. p. spec. a. 13. concl. 1. Palacios 4. d. 27. disp. 1. f. 566. Barthol. à Ledesm. de matrim. dub. 19. concl. 1. & 3. Petrus de Ledesma de matrim. q. 45. art. 1. dub. 2. Iud. Lop. 2. part. instruct. de matrim. cap. 39. §. Ex prædictis sequuntur, Manuel 1. tom. sum. 2. edit. cap. 243. num. 6.* Et ex iurisperitis, *Turrecremata 31. q. 2. in summa, n. 10. Rosella Matrimonium 4. initio, Angelus matrimonium 2. n. 14. Sylvest. Matrimonium 4. quæst. 1. & 2. Nauarrus summa cap. 22. num. 82. Menochius cons. 385. num. 20. vol. 4.* Quod verum est regulariter, etiam si iuret vir fictum illum consensum, nam nisi aliæ circumstantiæ concurrant, de quibus n. 5. 9. & 14. dicemus, non est ei credendum. Sic *Ricardus eâ qu. 3. Adrian.*

Apud Iudes an sit sufficiens coniectura, dicere alterum se ficte consensisse, n. 10.

Improbatur opinio asserens sufficere solam viri confessionem ficti consensus, n. 11.

Quid, si puella dicat se ficte consensisse metu parentis, n. 12.

An sit necessaria iudicis auctoritas ad concludendum aliud matrimonium, existentibus his coniecturis ficti consensus, n. 13.

An credatur viro inuranti, quando coniectura prioris consensus sunt vehementes, vel si neget consensum, & verba matrimonii, n. 14. & quid si vterque neget consensum, n. 15.

Quando propter hanc confessionem ficti consensus, non liceat alteri, aut confitenti, petere aut reddere remissiue, nu. 16. Post quem inuenies alia summaria.

CVM disp. præcedentibus traditum sit, leue dubium 1
valoris matrimonij, deponendum esse, graue & probabile impedire solam debiti petitionem, certitudinemque eius nullitatis, impedire prorsus vsum: superest hac, & sequ. disp. tractare, quando meritò coniux, certus, quando autem dubius esse possit. Sunt autem in hac disp. quatuor quæstiones agitandæ. Prima, quando credatur coniugi asserenti fictum consensum Secunda, quando protestatio præmissa matrimonio, ficti cõsensus præstandi, id probet. Tertia, an dicentis adfuisse impedimentum, testimonium, si fide dignus sit, sufficiat vt coniux credat, vel dubitet, & abstineat. Quarta, qualis probatio impedimenti dirimentis, sufficiat ad matrimonium dissoluendum.

QVÆSTIO I. Quando teneatur coniux credere prius 2
matrimonium iritum esse, ob dictum alterius asserentis se ficte consensisse, vt ita possit aliud inire matrimonium? Sit prima conclusio, si tractetur de fide adhibenda viro, respectu sui ipsius in foro conscientiæ credetur ei, secus in foro externo, nisi probet. Et ratio est, quia in foro cõscientiæ tantum agitur de salute spirituali alicuius, & de cõponenda cum Deo conscientia: in foro autem externo, de administranda iustitia actori ius suum petenti: & inde est, vt id illo stetur confessioni, pro se, vel contra se, in hoc autem, allegatis & probatis: facile enim iustitia euerteretur, si confessioni soli litigãtium standum esset. Item quia verba externa, signa sunt affectuum cordis, teste *Aristot. 1. perihерm. cap. 1.* at signa speciem præsumptionis, & coniecturæ indicant, his enim nominibus *Tullius lib. 1. de inuentione, & Quintilianus l. 5. institut. orat. c. 9* signa appellant, sed in foro conscientiæ locus non est præsumptioni, sed hæc veritati cedit. Tandem, quia nemo ita salutis suæ immemor præsumitur, vt quærens Deo reconciliari in interno foro, falsum deponat: & ita fatentur omnes, & *Couar.* multos referens *4. decret. 1. p. cap. 4. §. 1. nu. 9. & 2. p. cap. 2. nu. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 1. præsumptione 77. nu. 16. & lib. 3. præsumpt. 1. n. 29. & 37. cum sequentibus, & cons. 385. à n. 21. vol. 4.*

Secunda conclusio. Si tractetur de fide adhibenda vi- 3
ro, respectu mulieris, vt ipsa teneatur, vel possit ei credere asserenti se fictè consensisse, vt sic nequeat eo vti matrimonio, & alij nubere: non tenetur regulariter ei neganti se vere consensisse, fidem adhibere. Probatur ex *1. Per tuas, de probatio.* ibi, *Nemo indignum est iuxta legitimas factiones, vt quod quisque suæ voce lucide protestatus est, valeat proprio testimonio infirmare.* Item, quia verisimilius est modo mentiri, quam in contractu principali. Sic docent *Scotus 4. d. 30. q. 1. §. Sed de facto, Ricard. 4. d. 27. art. 1. q. 4. & d. 29. art. 1. q. 3. Palud. 4. d. 27. q. 2. a. 1. concl. 2. n. 5. Adrian. 4. q. 2. de matrim. §. Ad secundum, vers. Forte petes, in paruis voluminibus, fol. 394. Victoria summa, de matrim. n. 248. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 3. propos. 1. vers. Quo ergo gradatim, Ledesm. 2. p. 4. q. 47. a. 2. f. 449. col. 2. Veracruz 3. p. spec. a. 13. concl. 1. Palacios 4. d. 27. disp. 1. f. 566. Barthol. à Ledesm. de matrim. dub. 19. concl. 1. & 3. Petrus de Ledesma de matrim. q. 45. art. 1. dub. 2. Iud. Lop. 2. part. instruct. de matrim. cap. 39. §. Ex prædictis sequuntur, Manuel 1. tom. sum. 2. edit. cap. 243. num. 6.* Et ex iurisperitis, *Turrecremata 31. q. 2. in summa, n. 10. Rosella Matrimonium 4. initio, Angelus matrimonium 2. n. 14. Sylvest. Matrimonium 4. quæst. 1. & 2. Nauarrus summa cap. 22. num. 82. Menochius cons. 385. num. 20. vol. 4.* Quod verum est regulariter, etiam si iuret vir fictum illum consensum, nam nisi aliæ circumstantiæ concurrant, de quibus n. 5. 9. & 14. dicemus, non est ei credendum. Sic *Ricardus eâ qu. 3. Adrian.*

Adrian. Sotus, Nauar. Ledes. Palacios, Bart. à Ledes. Manuel. ibid.

4 Tertia concl. Ea certitudo requiritur, & satis est, vt possit credere mulier, & aliud inire matrimonium, quæ virum prudentem, certum moraliter redderet ficti consensus alterius. Quia certitudo metaphysica haberi nequit, eum ea quæ ab hominis corde pendent, soli Deo nota sint: ergo sufficit certitudo moralis: hæc autem cum iure definita nõ sit, nulla certior regula præscribi potest, quam vt sit ea, quæ virum prudentem attentis circumstantijs occurrentibus, certum redderet. Sic *Sylvest. Matrimonium, 4. q. 9. dict. 3. Nauar. sum. c. 22. Hisp. n. 77. Lat. n. 76. vers. 3. Conar. 4. decret. 2. p. c. 2. n. 4. Petr. de Ledes. de matrim. q. 45. a. 4. fin.* & constat ex omnibus Doctoribus citandis, coroll. seqq. ob coniecturas enim probabiles prudentis arbitrio, concedunt facultatem alij nubendi.

5 Hinc primò infertur, iudicis arbitrio committi, quæ sufficiant coniecturæ, certitudinemque moralem faciant: licet enim vir statim reclamet, ac iuret se non consensisse, possunt esse ea indicia, vt iure optimo fides ei adhibenda non sit: vt si dignius matrim. se offerat. Sic *Sylvest. Matrimonium 4. qu. 1.* credetur tamen dicenti se non consensisse, quando testibus probat verisimilia signa ficti consensus: vt bene docet *Palud. 4. d. 27. q. 2. a. 2. concl. 4. n. 14.*

6 Secundò infertur, esse sufficientem coniecturam, si cum vir protulit verba consensus, in continenti reuocat: potest enim præsumi, per errorem ea verba protulisse: sicut *cap. Præterea, de testibus cogend.* definitur testem se in continenti retractantem, admittendum esse, præsumique prius testimonium ex errore promanasse. Sic *Ricard. 4. d. 29. a. 1. q. 3. Adrianus* quem retuli n. 3. *Turrecr. eo. n. allegatus, Veracruz 3. p. spec. a. 13. concl. 2.* & addit, vel factis ostendit se non consensisse, statim fugiendo. Et explicat statim, id est, non multo tempore transacto post matrim. initum. Sed non puto in hoc casu sufficere, non multum temporis transactum esse, sed debet esse ita in continenti, vt potius per errorem, & inaduertentiam, vel lapsum linguæ videantur ea verba prolata: nisi aliæ circumstantiæ concurrant, quæ fictum consensum probent.

7 Tertiò infertur, esse sufficientem coniecturam vt possit vxor alij nubere, si vir statim se fictè cõsensisse aperiat, aliudque matrim. ineat. Illa enim consensus ficti citissima manifestatio, & simul audere aliam vxorem ducere, videntur manifestare fictum consensum: non enim præsumendum est, si vere consensisset, tam cito fore, vt pœniteret, ac tam immemorem suæ salutis illum esse, vt auderet ad alias nuptias migrare. Sic *Rosel. Matrimonium, 4. n. 3. Ang. Matrimonium, 2. n. 16. Sylvest. Matrimonium, 4. q. 9. dict. 1. Nauar. sum. c. 22. Hisp. n. 77. Lat. n. 76. vers. Tertio, Bart. à Ledes. de matrim. dub. 19. concl. 3. Pet. de Ledes. de matrim. q. 45. a. 4. fin.* Idem dicendum erit, si vir statim declaret fictum consensum, & transeat ad religionem. quia non præsumendum est eligentem statum adeo perfectum, seculoque renunciantem, scelus admittere velle, vt fraudet vxorem debito matrimonio, aliudque irritum ipsa ineat, si consensus non fuerit fictus. Sic *Rosella ibi, Sylvest. eod. q. 9. dict. 3. Nauar. & Pet. de Ledes. ibi,* addunt que hi duo, & bene, idem esse de viro ad ordines sacros promoto: quia pariter est status incompatibilis cum priori matrim. Idem asserunt *Angel. ibi & Sylvest. eod. dict. 3.* si vir statim fictum consensum patefaciens, totis viribus recusет prius matrim. Sed melius cæteri dicunt, requiri vt transeat ad statum incompatibilem, & *Rosella* dicit alias non esse tutum dare facultatem feminæ alij nubendi.

8 Quartò infertur, esse similiter sufficiens indicium, si vir asserens se fictè consensisse, sit longè dispar, ita vt prudentis arbitrio vix credi possit eum illam duxisse. Sic *Rosella, præced. Victoria summ. de matrim. nu. 249. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 3. propos. 1. vers. Quo ergo gradatum, Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 1. n. 35. & cons. 385. nu. 20. vol. 4.* & valde fauent *Conar. 4. decret. 2. p. c. 2. nu. 4. & Palacios 4. d. 28. disp. 1. s. 628. col. 2. fin.* aiunt enim coniecturas probabiles ficti consensus vt possit mulier tutè alij nubere, tribuere generis, dignitatem, statusve conditionem valde disparem. Idem erit, si vir religionem transeat. Sic *Rosella, Sylvest. dict. 3. & Nauar.* qui addit idem esse, si is vir ordine sacro initietur. Verum tem non promoto ad alium statum, non est tutum næ ad alias transire nuptias, cùm passim exempla qui cæco amore capti, nuptias valde impares celebr. supperant. sic *Rosella, Sylvest. Nauar. Bart. à Ledes. ibid.*

Quintò infertur, esto non inueniatur ea disparitas post temporis interuallum fictus consensus detegat viro, si id iuramento confirmet, & ex vitæ eius qualit probabile sit eum non peierare, quia solitus est quotid sacramenta recipere, bonosumque familiaritate vt mul aliam vxorem ducat, vel religionem profiteatur, (vt addit *Nauar.*) ordinem sacrum assimat, esse sufficie indicium ficti cõsensus. Quia non est verisimile eum le, in re tam graui, sibique & vxori adeo pernicios tiri. Sic *Rosella, Sylvest. dict. 3. Nauar. allegati, n. m. 7. Ledes. qu. 47. a. 2. fol. 449. col. 2. §. Sed quid facendum.* Immo loquitur *Adrianus 4. de matrim. q. 2. §. Ad secundum, vers. in paruis volum. f. 394.* ait enim, etsi post longum vir patefaciat fictum consensum, si prius perditus tribus imbutus, & iam à cœpto eo tramite destitit tentiæque anteactæ vitæ signa præbuerit, esse sufficie signum ficti consensus. Sed credo magna debere huiusmodi signa, & talia vt vir prudens omnino acq scat. & rarissimè hoc sufficere.

Apud Indos autem, ait *Veracruz 3. p. spec. art. 13. nu.* probabile esse attenta eorum conditione, & consuetu ne facilè consentiendi fictè, si alter dicat se fictè cons sisse, aliudque matrim. ineat, posse alterũ fidem adhibe & ad alias nuptias transire, si certò non norit eum menti, sed coniecturas habet, vt possit dubitare, an verum cat: vt quia amore nimio, vel aliquali timore, vel modi deliberatione verba matrimonij protulit. Sed ego non auderem facile hanc licentiam illis concedere: sunt enim barbari, & veluti rationis expertes, & sicut facilè credun tiunt fictè, sic facilè mentiuntur: vnde oportet eos probatæ vitæ, vt diximus n. præc. vt eis fides adhibenda

Ex his fit non esse credendum *Tabiena Matrimonium q. 7. n. 8.* vbi absolutè dicit, posse coniugem credere asserenti se fictè consensisse, & maximè si ad aliud tra matrimonium: & ob hanc solam assertionem posse al matrimonium inire. Sed hoc non est verum, nisi alia cumstantiæ dictæ concurrant. Illa enim simplex affir non induceret virum prudentem, vt in re tam grauis nam fidem adhibeat.

Sextò infertur, si puella neget verum cõsensum stitisse, verisimilibus coniecturis metum patris compe bans, estque honestæ vitæ, & alij nubit, sufficientem coniecturam, vt possit vir aliam ducere. Sic *Sotus 4. d. quæst. 1. art. 3. propositione 1. vers. Quo ergo gradatum, Barth à Ledesma dubio 19. de matrim. conclus. 3.* Et intelligo non de tu cadenti in virum constantem, quia tunc frustra alia iecturæ exigerentur, cum matrimonium esset irritum, quamuis fœmina verè consensisset.

Rogabis autem, vtrum concurrentibus dictis circumstantiis ficti consensus, licitum sit absque iudicis auctoritate, matrim. priori spreto, ad aliud transire? Dic hodie posse contingere casum, vt id liceat: (vt bene dicit *Manuel 1. tomo sum. 2. edit. c. 243. n. 6.*) quia cum debeant matrimonia coram parocho & testibus celebrari, & parochus contrahentium nomina teneatur in libro ad id destinato scribere, scandalum sequetur, nisi prius matrim. publica Ecclesia auctoritate irritum declaretur. At si prius matrimonium probari nequit, quia parochus & testes obierint, liber in quo nomina contrahentium scripta sunt, combu ret, poterit tuto in loco longinquo, vbi scandalum non esset, cõcurrentibus prædictis ficti consensus circumstantiis, alter coniux aliud contrahere matrimonium: (vt bene *Enriquez lib. 21. de matrim. c. 11. n. 4. Barth à Ledesma de matrim. dub. 19. fine,*) poteruntque etiam hodie prædictæ coniecturæ

rituræ deseruire, vt ex eis iudex Ecclesiasticus, corã quo agitandi est, deprehendat fictum fuisse consensum.

14 Septimò infertur, si coniecturæ prioris cõsensus sint verisimiles, quia nõ est notabilis disparitas, nec tam verisimilis metus adfuit, & talibus verbis, & modo vir consentiat, vt rubrio prudentis non possit vxor non credere, vere matrimonium consensisse nec tenetur, nec potest credere illi iuramento neget consensum: vt dixi nu. 3. fine. Sic tenet Barth. à Ledesm. vbi eos retuli n. 12. Menoch. de præsumpt. 3. p. q. 4 num. 1. n. 35. & consil. 385. n. 20. vol. 4. Similiter si vir non tantum neget verum consensum, sed etiam verbis consensum exprimentia, alter coniux certus de veritate, non poterit aliud matrimonium inire: sicut si alter mentitur negando verba, potest præsumi verum consensus negando, cũ mentiri. Sic Veracruz 3. p. tr. 2. disp. 4. num. 4. Bars. à Ledesm. de matrim. dub. 19. concl. 1. fine.

15 Verum autem dissensus in matrimonio probatur vtri- 20
que coniugis cõfessione, asserentis se ficte consensisse? Negant Rebel. 4. d. 27. q. 2. a. 5. n. 28. D. Anton. 3. p. t. 11. c. 19. paragraph. 2. Et potest probari, quia nõ satis est confessio impedimenti dirimentis, facta ab vtroque coniuge, ad matrimonium dissolvendum. Sed meo iudicio longe dispar est ratio: cæteris impedimenta possunt alia via probari, cum extera sint: dissensus autem, cum in corde lateat, non potest alia via probari, nisi per coniugum confessionem: licet coniecturæ aliæ possint adhiberi: & ideo admittitur facilius in hoc casu vtriusq; coniugis confessio. Ita Rebel. vbi supra. Et Bald. in l. final. num. 21. C. de hered. instituend. affirmat dissensum in matrimonium probari vtriusque coniugis confessione: quod bene Greg. Lop. l. 5. verb. La yglesia, t. 2. p. 4. dicit procedere nisi collusionis præsumptio adesset.

16 Quando autem stante prædicta coniugis confessione de dissensu, non liceat alteri, vel confitenti, reddere, suprà dixi disp. 41. n. 52.

SVMMARIVM.

Propositio qua alter coniux ante matrimonium, protestatus est se non velle consentire, probat dissensum: referuntur duæ opiniones n. 18.

Quid si alter sciente & consentiente: & item in omni contractu de quo si alterc præsente, & tacente fiat protestatio, n. 19.

Quid si protestatio facta altero sciente, & consentiente, sequatur copula, dubitatur an protestatione recessum, & præsumatur consensus superuenisse: & quid. p. Trident. n. 21.

Quando ob iustam causam non intimandi protestationem valeat non intimare, & quid si aliquando alium, vel metum, & qualis metus esse debeat, & quid si aliquando tertio intimetur, n. 22.

Quid si sequatur copula post protestationem clam ex iusta causa facta, an censeatur pro foro interno & externo, an scilicet, hoc prohibita ecclesia sicta consensum, ne vitæ consuetudine teneatur, n. 24.

Quæ alia sint summaria.

17 QVÆSTIO II. An protestatio qua alter coniux protestetur, ante matrimonium, se nolle per quæcumque verba postea à se dicta matrim. contrahere, sit sufficiens dissensus indicium? Quidam affirmant. Sic Ioann. Andr. c. Tuæ de sponsal. n. 13. Calderinus consil. 1. de hac qua vi: Barbatius ibi n. 23. ad finem. lib. 1. Anton. Gabriel to. 2. communium, li. 4. tit. 1. Protestatio. fol. 248. col. 2. in mea edit. additque prohanc protestationem altero ignorante factam: & ex Tamburino. Pater de Ledesm. de matrim q. 45 a. 4. fine, Manuel t. 3. in suis. c. 143. n. 6.

18 Alij verò dicunt eam protestationem non prodesse, sed debere præsumi ab ea recessum esse matrimonio postea contracto. Sic Gloss. 4. Tua, de sponsal. verb. Mulierem, Guillermus, Ioannes, quem refert & sequitur D. Antonius 3. p. t. 1. c. 19. §. 1. Tabiena in addit. Host. Panormitanus n. 24. 7. n. 8. Navar. sum. c. 22. Hisp. & Latinè n. 78. Sayr. lib. 7. clav. c. 6. n. 6. Filiuc. to. 1. q. 16. n. 163. licet post protestationem copula sequuta.

19 Cæterum distinguendum est sic, si ea protestatio fiat altero simpliciter sciente, & consentiente, valet, & per eam matrimonium videtur à consensu sequenti, nec præsumetur dissensus: si verò fiat altero ignorante, aut si sciente protestationi, nihil prodest, sed per sequentem consensum videtur ab ea recessum. Probatur prior pars, quia cum alter cõsentit, videtur cedere iure suo, & nolle contrahere matrimonium: posterior verò pars probatur, quia matrim. est cõtractus ex duorum voluntate pendẽs; id autẽ generale est in omni cõtractu huiusmodi, vt protestatio alterius nihil iuuet, nisi altero sciente & consentiente facta sit. l. final. § Item si prædixit, cum gloss. ff. naute, caupo. c. Cumana cum gloss. & c. In Genesi de electione: & plenè notant per Barthol. Iason & DD. l. Non solum, §. Morte ff. de nouo oper. nunciat. & per Ioann. Andr. regul. In generali, de regul. iur. in 6. Panorm. c. Tua, de sponsal. nu. 9. Navarr. c. Nullam. 18. q. 2. nu. 14. quod est commentarius 3. de irregular. ergo talis protestatio ficti consensus, alteri nõ intimata nil prodest. Secundò, quia protestans faciendo actum contrarium protestationi, videtur ab ea recedere, & simpliciter consentire, l. Cum in plures, § Locator horreis ff. locati, & c. Sollicitum, de appellat. & eleganter Iason l. Non solum, §. Morte, nu. 14. & ibi Anton. Rubeus n. 224. ff. de nou. oper. nunciat. ergo non prodest protestatio. Ita tenent Innoc. Veniens, el 2. de sponsal. n. vnic. Ant. c. Tua, tod. t. n. 16. Anchar. n. 8. Abb. n. 9. Alex. de Neuo nu. 15. Præpos. n. 2. fine, Felin. c. Cum M. de cõsist. n. 78. & ibi Ripa n. 86. Brunel. de sponsal. concl. 10. n. 11. Couar. 4. decret. 2. p. c. 2. nu. 3. Mascard. de probat. concl. 1248. n. 12. vbi alios refert: Matienzo l. 5. recop. t. 1. rubr. gloss. 1. nu. 66. Lancelotus inst. iuris canon. lib. 2. tit. de nuptiis. verb. Iudicari. Et ex Theologis Ludou. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 39. §. Præterea, vt iuriste.

Et quamuis non constet aliud auctoret, an satis sit 20
consensus tacitus, quando scilicet altero præsente, & tacente, fit protestatio, vt per eam videatur à futuro consensu recessum: vel exigatur expressus: vt notant multi, quos refert Couar. 4. decret. 2. p. c. 2. nu. 3. & Navar. c. Nullam, 18. q. 2. nu. 14. ait in dubio non videri consensum, si protestatio alteri noceat. At in matrimonio bene docent Couar. ibi, & Matienzo n. præced. allegg. requiri expressum, ne tãtum tacramentum illusione, & leuitate contrahentium tractetur. Nam & in cæteris actibus, vt protestatio valeat, expressum consensum desiderari, tradunt Bart. Alexand. & communis, quos ibi refert Couar. Quare non est audiendus Anton. Cucus l. 5. iustit. maior. tit. 12. n. 163. dicens satis esse in matrim. alterò præsente, & tacente protestatione fieri.

Intellige tamen priorem partem, vt protestatio facta 21
altero consentiente valeat nisi postea copula sequuta sit, tunc enim videtur omnino à protestatione recessum: & præsumetur matrimonium. Probatur ex c. Per tuas, de conditionib. appos. vbi cõtracto matrimonio sub cõditione nõdum impleta, & ita nondum existente perfecto consensu recedi à conditione dicitur, & perfectum consensum effici, copula sequuta. Et c. Insuper, qui matrim. accus. pos. allegabat mulier testibus comprobare nitens dissensum: & tamen nõ auditur, quia postea permisit, copulã, per quam à dissensu videtur recessisse. Sic gloss. d. c. Per tuas, verb. Præsumendum. Innoc. c. Veniens, el 2. n. vnico, de sponsal. Anton. Anchar. Abb. Alex. de Neuo Felin. Couar. Matienzo, Ludou. Lop. vbi n. 19. allegati sunt: Sylues. alios referens, Matrimonium 4. q. 11. Rosella Matrimonium 4. nu. 11. Navar. summa latina cap. 22. n. 78. Greg. Lop. l. 3. tit. 1. p. 4. verb. Con ella. Menoch. multos alios referens, de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 1. n. 15. Et ratio huius præsumptionis est, ne inducatur turpitudo protestatis, & peccatum in ea copula: delicti enim præsumptio omnino vitanda est, l. Merito. ff. pro socio. Quamuis contrarium teneat Præpos. c. Tua de sponsal. nu. 2. dicens non ratificari per illam copulam. Cuius opinio quamuis iure communi vera nõ esset; hodie tamen attento Tridentino sess. 24. de matrimon. cap. 1. verissima est: quia cum iam per illam copulam matrimonium ratificari non possit, vt bene ait Matienzo ibidẽ, & ita euitari nõ possit delictum illius copulæ fornicariæ, cessabit omnino matrimonij præsumptio vt in simili probaui l. 1. disp. 26. n. 12. Si tamen nullitas matrimonij illius quod coram parocho & testibus fuit celebratum, ita occulta fuit, vt in foro externo probari non possit, habebit locum doctrina communis: quia hodie potest ratificari matrimoniũ illud copula affectu maritali, sicut iure anti-

quo eadem cõualescebat: vt probaui hoc 2. disp. 37. n. 14.

22 Secundò, intellige aliam partẽ, vt nõ valeat protestatio alterio non consentiente præmissa, vt intelligatur quando dolosè facta fuit, id est, citra iustam causam: secus si causa iusta adesset, vt si quis metu cogatur matrimonium inire, & clam protestetur se minimè consentire, valebit protestatio, nec ab ea videtur recessum: vt colligitur ex *c. Lotarius 31. q. 2. & ex c. 1. de his quæ vi.* & docent *ibi glossa. verb. Proposuit. Innoc. ibi, n. 3. Card. fine, Abb. n. 14. Hostien. & Tus, de spons. fine.* vbi *Ioan. Andr. n. 14. Anton. n. 16. Cardin. fine. Abb. nu. 9. Anchar. n. 8. Henric. n. 4. Alex de Neuo nu. 13. Præpos. nu. 2. Paul. cons. 45. n. 2. li. 1. Ripa c. Cum M. n. 115. de constit.* vbi *Felin. n. 78. & seq. Gerard. singul. 81. Berous cons. 25. nu. 9. li. 1. Sylvest. Matrimonium 4. q. 11. Tabiena Matrimonium 2. q. 7. n. 8. Nauar. sum. c. 22. n. 78. Mascard. de probat. concl. 1248. n. 13. Lancelotus instit. iuris canon. l. 2. tit. de nuptiis, verb. Iudicari.* Et ex Theologis, *Enriquez lib. 11. de matrim. c. 11. n. 4. commento, litera Y.* & cõstat ex decisione *Dyni l. Qui in aliena, §. fin. de acquir hæred.* vbi dicit cautelam esse, vt timens fore vt cogatur per potentem ei vendere fundum, clam coram testibus protestetur dissensum: hæc enim protestatio efficiet vt venditio nulla sit: & quamuis *ibi Barthol. ad fin.* reprehendat Dynum, eò quod cum venditio pendeat à duorum voluntate, debet protestatio notificari alteri: *Bald.* tamen *Angel. & Imola ibi*, defendunt Dynum: respondentque id fallere, vbi iusta causa protestandi concurreret. Quod idem docet dicens esse receptam traditionem, *Nata cons. 451. n. 22. l. 2. Riminal. cons. 362. n. 86. li 4. Socin. & Decius*, quos refert & sequitur *Anton. Gabr. tom. 2. commun. in mea edit. l. 14. verb. Protestatio. f. 248. col. 2. Anton. Cucus lib. 5 inst. maior. t. 12. nu.* 165. Debet tamen metus hic esse cadens in virum constãtem, alias protestatio illa clancularia nõ iuuabit. Sic *Innoc. c. 1. de his quæ vi n. 3. Card. fine, Abb. n. 14.* & ita metum reuerentialem, sufficientem non esse, vt iuuet protestatio, nisi minæ vel verbera accedant; quia aliter non est cadens in virum constantem: docẽt *Decius c. Causam matrimonij n. 21. de offic. deleg. Padilla* multis allegatis *l. Interpositas, nu. 18. C. de transact. Salzedo super regulam Bernardi Diaz 532. ampliat. 2.* Similiter erit causa iusta protestationis clandestinæ, vitatio scandali imminentis: vt tradunt *Sylvest. & Nauar proxime citati.* Sed dices tradita de metu, vera esse, quando protestatio fit aduersus eum: quem metum illaturum timemus; secus quando aduersus tertium, qui metum non infert: tunc enim cum culpa careat, ei notificanda est protestatio, ne culpæ immunis damnum patiatur: vt bene declarant *Alex. l. Qui in aliena, §. fin. n. 5. ad fin. ff. de acquir. hæred & consil. 16. nu. 11. lib. 3. Decius l. Pacta nouissima, nu. 12. C. de pactis, & c. Cum M. n. 22. ad fin. de constitut. & c. Causam matrimonij, n. 5. de offic. deleg. & consil. 219. nu. 5. ad finem. Curtius iunior. cons. 126. nu. 6.* & ex professo defendit *Aimon. cons. 378. à n. 9. lib. 3. Flaminius de resignat. benef. lib. 3. q. 1. n. 197.* limitans quando aliter ignorauit metum illatum esse à tertio. Sed respõdeo, quicquid sit de hoc, hanc declarationem non habere locum in matrimonio, quia cum summam libertatem petat, *c. Cum locum, de sponsal.* irritatur metu graui à quocunque illato.

23 Hæc autem secunda limitatio intelligenda est, nisi protestatione ex causa iusta præmissa, sequatur copula: adhuc enim videbitur à protestatione recessum. Sic *Hostien. Ioan. Andr. Anton. Anchar. Henric. n. 5. Alex. de Neuo nu 14. Abb. Felin. Sylvest. Tabiena, Lancelot. n. præced. allegati. Adrian. 4. q. 3. de matrim. dub 8. Nauar. sum. Hisp. c. 22 n. 78. Greg. Lop. l. 3. verb. Cardixi n. 21. fine.*

24 Tandem obseruandum est, hæc omnia de protestatione tradita, deseruire foro externo: nam in foro interno, deficiente vero consensu non erit matrimonium. Posse tamen deseruire foro interno, vt excusetur hic fictus cõtrahens, ratione protestationis præmissæ, ab habendo vero consensu, in casibus in quibus fictè consentiens tenebatur consentire: de quibus latè libro 1. tota disp. 10. & seq. Excusabitur enim in foro interno, in casibus in quibus prodest protestatio in foro externo, iuxta tradita: secus quando in illo foro non excusatur. Et ratio est, quia quando non iuuat protestatio, protestans est in dolo, & culpæ reus: quando autem iuuat, culpa vacat.

SVMMARIVM.

An ob testimonium vnius iurantis interfuisse impedimentũ dirimens, licet sit amicus, vel sit fama, vel sit parochus, teneatur contra credere, & à matrimonio abstinere. n. 25 Vel diligentiam adhibere. n. 26.
An teneatur tunc dubitare vel si fama sit impedimenti, & quando si dubitaret se habere. n. 27.
Si diligentia adhibita nihil inuenit potest deponere dubium, n. 28.
Quid si audiuit à non fide digno, n. 29.
Post quem inuenies alia sommaria.

QVÆSTIO III. An ob testimonium alicuius testificantis impedimentum dirimens teneatur contrahens à matrimonio contracto abstinere, impedimentumque credere, vel de eo dubitare? Prima conclusio, non tenetur credere, licet audierit à fide digno iuranti, licet sit amicus vel proprius parochus: quia dictum vnius non inducit credendi necessitatem: ad id enim oportet esse duos, *c. Cum à nobis, de testib. & attestat.* Sic *Verucius* quem refert & sequitur *Sylvest. Matrimonium 6. q. 8. Rosella verb. Impedimentum, imped. 1. n. 17. Angel. Matrimonium 3. imped. 18. n. 4. Nauar. summa c. 22. Hisp. n. 81. Lat. n. 82. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 8. fin.* & idem est, quando audiuit esse publicam famam. Sic *Verucius, Rosella, Angel. Sylvest. Nauar. ibi*: sed *Sylvest. & Angel.* dicunt non teneri sub mortali credere, vnde videntur innuere teneri sub veniali: quod clarè fatetur *Rosella ibi.* Sed melius *Nauar.* absolutè dicit non teneri credere, propter rationem dictam, & quia est in maximum sui præiudicium.

Secunda conclusio. Tenetur hic diligentiam adhibere ad assequendam veritatem quia alias esset ignorãtia affectata, negligeretq; rem valde necessariam suæ saluti, nec teneretque anceps de matrimonij valore, & sic dubius maneret; quia non est cadens in virum constantem: docẽt *Decius c. Causam matrimonij n. 21. de offic. deleg. Padilla* multis allegatis *l. Interpositas, nu. 18. C. de transact. Salzedo super regulam Bernardi Diaz 532. ampliat. 2.* Similiter erit causa iusta protestationis clandestinæ, vitatio scandali imminentis: vt tradunt *Sylvest. & Nauar proxime citati.* Sed dices tradita de metu, vera esse, quando protestatio fit aduersus eum: quem metum illaturum timemus; secus quando aduersus tertium, qui metum non infert: tunc enim cum culpa careat, ei notificanda est protestatio, ne culpæ immunis damnum patiatur: vt bene declarant *Alex. l. Qui in aliena, §. fin. n. 5. ad fin. ff. de acquir. hæred & consil. 16. nu. 11. lib. 3. Decius l. Pacta nouissima, nu. 12. C. de pactis, & c. Cum M. n. 22. ad fin. de constitut. & c. Causam matrimonij, n. 5. de offic. deleg. & consil. 219. nu. 5. ad finem. Curtius iunior. cons. 126. nu. 6.* & ex professo defendit *Aimon. cons. 378. à n. 9. lib. 3. Flaminius de resignat. benef. lib. 3. q. 1. n. 197.* limitans quando aliter ignorauit metum illatum esse à tertio. Sed respõdeo, quicquid sit de hoc, hanc declarationem non habere locum in matrimonio, quia cum summam libertatem petat, *c. Cum locum, de sponsal.* irritatur metu graui à quocunque illato.

Tertia conclusio. Dum hic non adhibet diligentiã, tenetur dubitare de matrimonij valore, & sic gerere se quam coniugem dubium, qui iuxta supradicta, quam diligentiam non adhibet, tenetur reddere, non tamen potest petere. Prob. quia id testimonij, vel fama meritò virum prudentem dubitare cogeret. Pro hac sententia est *glossa c. Inquisitioni, de sentent. excomm. verb. Probabili*, vbi explicans illum textum, quando est conscientia probabilis & discreta, posse alterum coniugem reddere, non tamen petere, inquit, probabilis & discreta est, vt faciat dubium, vt quia mulier vidit virum cum consanguinea, in locis suspectis, & hora suspecta, solum cum sola, vel è contra: vel est publica impedimenti fama. hæc *glossa.* fama enim iustam credulitatem inducit, vt bene *Bart.* quem refert & sequitur *Abb. c. Cum contingat, de rescript. num. 4.* & multi alii quos *additionator ad Abbatem* refert. *ibi glossa super verb. Fama.* Sic cum autem testis fide dignus plus probet quàm fama, ille enim semiplene probat se cundum omnes: hæc autem secundum multos non semiplene probat, nisi aliis adminiculis associetur: & licet alij contrarium sentiant, scilicet semiplene probare: saltem id est sub opinione, vt potest videri in *Mascard. de probat. conclus. 753. n. 5. & 6.* ergo à fortiori dictum testis fide digni sufficiens erit, vt coniux dubitare teneatur. Idem colligitur ex DD. allegatis, nu. 25. & 26. si enim id testimonium non esset sufficiens, ad reddendum coniugem dubium, non teneretur inuestigare veritatem, sed posset conscientiam deponere: sicut dicemus, nu. 29. posse facere, quando audiuit à personis non fide dignis.

Quarta conclu. Si diligẽtia sufficienti adhibita nihil inuenit, potest tutè conscientiam deponere: quia tum nõ haber justam dubitandi rationem: & ita potest sumi possessionem tueri. Sic *Verucius, Sylvest. Angel. Lud. Lop. n. 25. allegati, Nauar. sum. Hisp. c. 22. n. 82.*

Vltima

29 Vltima conclusio, si audiuit à personis nõ fide dignis, poterit conscientiam deponere, nec ea est sufficiens dubitandi ratio. Sic *gloss. c. Inquisitioni, verb. Leui, de sent. excomm. Panorm. Angel. & Sylvest. allegati n. 25.*

SVMMARIVM.

Ad probandum impedimentum, vt dissoluatur matrimonium, debere esse testes, omni exceptione maiores. n. 30.
Quid si probetur impedimentum consanguinitatis. n. 31.
Super fama. n. 31. Et quid de vtriusque coniugis fatentis impedimentum, confficere sicut pro matrimonio, sicut contra stant, licet fama contraria, n. 33.
Quid si alter stans pro matrimonio fateatur impedimentum, & sic illud sit. n. 34.
Quid si alterius fama vterque coniux pro matrimonio vel alter pro illo stans faciunt impedimentum. n. 35. & ibi, iudicis arbitrio relinquitur quando hac confessio non satis sit.
Quid si non agatur de dissoluendo matrimonio, quoad vinculum, sed quoad thorum, an sufficiat confessio alterius coniugis. n. 36.
Matrimonium esse matrimonium probatur confessione coniugum, etiam ad quandam partem concubinarium. n. 37.

30 QVAESTIO IV. Qualis probatio impedimenti dirimẽtis requiratur ad matrim. legitimè contractum, dissoluendi? Et conclusio quamuis ad impediendum matrimonium contrahatur, satis sit testis, vel fama: vt latè probabilis tota disp. 71. at verò ad ipsum dissoluendum, duo testes omni exceptione maiores, desiderantur: quia est causa grauissima, in eaque de magno præiudicio agitur. Ita docent expresse *c. 1. de consanguin.* vbi id docent omnes, *Ioan. 44. 41. 9. vnic. n. 5. concl. 3. Conar.* cum alijs, quos refert *4. decret. 2. p. c. 8. §. 12. nu. 7. & 8.* vbi optime tractat qui hac in re dicuntur testes omni exceptione maiores: *Mascardus de probat. concl. 1035. n. 19. Perez. lib. 5 ordin. t. 1. l. 3. fine.*

31 Excipe, nisi agatur de dissoluendo matrimonio ratione consanguinitatis: tunc enim sunt legitimi testes, parentes consanguinei. *c. Super eo, el 2. de testib. c. Vtdetur, qui matrim.* vbi ea ratio traditur, quia consanguinei præstandum parentelam norunt. Sic *cum alijs Mascardus ea de probat. concl. 1035. n. 20.*

32 Secundò infertur, non satis esse famam impedimenti, *c. Si duo, 35. q. 6.* Et ratio est clara, quia oportet impedimentum probari, at fama ad summum semiplene probat. Et penes iudicem, vt dixi num. 27. Sic *Mascard. cum aliis ea de probat. concl. 1035. n. 21.*

33 Tertiò infertur, licet ad sponsalia dissoluenda satis sit testis vtriusque sponsi, vt diximus lib. 1. disp. 72. nu. 2. ad dissoluendum matrim. minimè sufficere, si vterque coniux non stans pro matrimonio, id est, petens id dissolui, fateatur impedimentum dirimens. Quia in causa matrimonij non standum est litigantium confessioni. *c. Super eo, de eo qui cognou. consanguin.* Item, quia cum non sit in cognitione matrimonium dissoluere, sicut est dirimere sponsalia, non est eorum confessioni circa matrimonij dissolutionem, standum, sicut standum in sponsalibus. Sic *Sanch. summa. 2. de eo qui cognou. consang. n. 3. Abb. d. c. Super eo, n. 3. & ibi Alexand. de Neuo, n. 13. Brunel. de sponsal. concl. 29. Nauarr. d. 4. consiliorum in 1. edit. 1. de sponsal. cons. 8. nu. 3. Menoch. de arbitrar. l. 2. centur. 2. casu 103. n. 8. Mascard.* alios *de probat. concl. 1035. n. 29.* Et ex Theologis, *Sotus 4. d. 41. q. 1. vnic. a. 5. concl. 3. Veracruz 3. p. spec. a. 8.* Quod verum est, licet fama impedimenti cum tali confessione concurrat. Quia confessio ea cum sit in confitentium fauorem, satis probat, & fama per se non satis est. Sic *Abb. Alexand. Mascard. nu. 22. Veracruz proximè allegati.* Dixi confessio fiat à coniugibus non stantibus pro matrimonio: cum enim pro illo stent, quia non petunt matrim. dissolui, sed in eo perseuerare volunt, iudex autem ex officio inquirit, vel tertius accusat, tunc confessio vtriusque simul cum impedimenti fama sufficit, *c. Si duo, 35. q. 6.* Sic docent ibi *Archid. Abb. d. c. Super eo n. 6. & 7. & ibi Alex. de Neuo, nu. 14. Conar. 4. decret. 1. p. c. 4. §. 1. nn. 4. Menoch. d. casu 103. n. 9. Mascard.* referens *Ioan. Andream, d. concl. 1035. nn. 22. Veracruz d. a. 8. & Abb. & Alexan. de Neuo* reprobant Abbatem Panormitanum, & Antonium ibi, dicentes hoc non procedere, quando impedimentum est consanguinitatis.

34 Immo sufficienter probat, si fiat confessio ab altero stante pro matrimonio, & adsit impedimenti fama: vt tenent multi, quos refert *Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 2. casu 103. n. 10.* illosque sequitur. Et quamuis *Anton. c. Super eo, de eo qui cogno. consang. & ibi Alex. de Neuo, n. 15.* limitent, nisi coniux ille turpitudinem suam alleget. At bene improbant hoc *Archid. c. Si duo, 35. q. 6. Abb. d. c. Super eo. fin. Mascardus de probat. concl. 1035. num. 28. Veracruz 3. p. spec. a. 8.* Quia quoties de animæ periculo tractatur, allegans propriam turpitudinem, est audiendus: & ex alia parte, cum hic velit matrimonium consistere, non præsumitur in proprium caput eum falsum confiteri.

35 Quinimo si vterque coniux stans pro matrimonio, fateatur impedimentum, satis est ad dirimendum matrimonium, licet fama impedimenti non concurrat: verisimile enim non est velle contra seipsos falsum deponere, *l. sin. C. de arbitr. tut.* Sic *Abbas d. c. Super eo, nu. 7. Brunell. de sponsal. concl. 29. n. 4. Mascard. ea concl. 1035. n. 31. Veracruz d. a. 8.* Et hac ratione ducti, multi docent sufficere etiam confessionem alterius coniugis pro matrimonio stantis, absque fama. Sic *gloss. c. Attestationes, verb. Enasisse, de desponsat. impub. & alij*, quos refert sequitur *Conar. 4. decr. 1. p. c. 4. §. 1. nu. 4.* nisi (inquit) sit aliqua collusionis præsumptio. Sed meritò hãc non sufficere in re tam ardua, defendunt multi, quos refert & sequitur *Menoch. de præsumpt. l. 3 præsumpt. 1. num. 9. 10. 11. & 12.* Id tamen obseruandum est, si præsumptio collusionis inter coniuges sit, minimè probare vtriusque confessionem: vt bene docent *Abb. d. c. Super eo, nu. 7. Veracruz d. a. 8.* Propter quod collusionis periculum, relinquitur arbitrio iudicis, an talis confessio vtriusque coniugis pro matrimonio stantis, sufficiens sit. Sic *Menoch. de arbitrar. l. 2. centur. 2. casu 103. nu. 9. Mascard. de probat. concl. 1035. num. 31.*

36 Hæc omnia de coniugum confessione dixerim, quando tractatur de dissoluendo matrimonio quoad vinculum: si enim de solo diuortio quoad torum, tractetur, statur confessioni alterius coniugis contra seipsum prolatę. *c. Ex literis, de diuort. c. Intelleximus, de adult.* Sic *Abb. c. Super eo. n. 5. de eo qui cognouit: & ibi Alex. de Neuo nu. 13. Brunel. de sponsal. concl. 29. nu. 2. Menoch. de arbitr. l. 2. cent. 2. casu 103. num. 7. Mascard. de probat. concl. 1035. n. 13. Veracruz 3. p. specul. a. 8.* Hoc intelligit *Alex. de Neuo eo num. 13.* quando is confitens stat pro matrimonio. Sed melius *Menoch. eo n. 7.* cum alijs quos refert, indistinctè docet stari confessioni alterius contra se ipsum: vt si fatetur se adulterium perpetrasse, concedetur alteri coniugi innocenti ius diuortium celebrandi: cum enim hæc confessio sit tantum in confitentis præiudicium, valet.

37 Tandem obserua, si de probando matrimonio inter aliquos tractetur, stari eorum confessioni. Et ratio est, quia cum matrimonium solo consensu contrahatur, *l. Nuptias, ff. de regul. iur. c. Sufficit, 27. qu. 2.* sola confessio probat. Sic *Abb. d. c. Super eo, n. 5. Menoch.* multos referens, *eo casu 103. nu. 4. Veracruz d. a. 8.* Et à fortiori statur vtriusque confessioni, dicentis matrim. contraxisse, ad euitandam stupri, vel fornicationis pœnam: vt si aliqui reperiantur in actu fornicario, & dicãt se esse matrimonio coniunctos. Sic multi quos refert & sequitur *Tiraqu. l. 5. connub. gloss. 1. p. 5. nu. 32. Menoch.* alios referens, *d. casu 103. n. 5* vbi addit cum *Tiraqu. eod. nu. 32.* hoc verum esse, quando deprehensi paris sunt conditionis: inter pares enim facilius matrimonium præsumitur: coniecturasque attendendas, an probabiliter matrimonium inijsse videantur: quod arbitrio iudicis has coniecturas ex personarum qualitate perpensuri, relinquitur. Si autem id matrim. sit contra aliud prius contractum, non stabitur coniugum confessioni: cum sit in alterius detrimentum. Sic *Abb. d. c. Super eo, n. 5. Menoch. dict. casu 103. Veracruz 3. p. spec. a. 8.*

DISPVTATIO XLVI.

Qualiter constare debeat de alterius coniugis obitu, vt possit superstes aliud inire matrim.

SVMMARIVM.

Quid iure ciuili, & canonico statutum sit, & an longissima absentia probetur mors alterius coniugis, n. 1. & an vitam hominis præsumatur centum annos durare, & explicatur l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. eod. n. 1.

An aut Hodie C. de repu. sit correcta quo ad hoc, iure canonico: possit ne iudex ita dare sententiam secundo nubentem, non seruata solemnitate illius, n. 2.

Quæ quæstiones sint disputanda, n. 3.

Eadem omnia probata debere esse, & professionis alterius coniugis ante matrimonium consummatum, n. 4.

An requiratur certus nuncius de morte, vel sat sit in vtroque foro alia moralis certitudo, referuntur quæ iam aperta, nu. 5. & opinio auctoris, nu. 6.

Iudicium arbitrio relinquitur hac probatio n. 7.

Possunt testes non iurata parte probare hanc mortem n. 8.

Soluuntur argum. & explicantur c. Quoniam §. Porro, vt lite non contest. & c. cum per bellicum, 34. q. 2. & l. 8. t. 6. p. 4. n. 9.

Post n. 9. innumeræ alia sunt materia.

1 VARIÆ extant iuris dispositiones in hac re: si enim ius ciuile inspiciamus, satis est si mulier quinquennio virum absentem, de cuius vita prorsus dubitatur, expectet, vt possit alij nubere, *l. Vxores. ff. de ritu nupt.* quod tempus postea ad quadriennium est restrictum. *l. Vxor, C. de repud.* Sed postea hoc omnino correctum est per *auth. Hodie, C. de repudiis, & c. In præsentia, de sponsal.* vbi statuitur ob nullam absentiam, nisi alia mortis certitudo adsit, licere alteri coniugi aliud matrim. inire. Huius rationem assignant aliqui, quia præsumitur vitam hominis centum annis durare per *l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. ad fin.* ibi, *vnum tantummodo terminum humanæ vitæ imponimus, ad est, centum metas annorum.* Hanc rationem tradit *Abb. d. c. In præsentia, n. 4. Nauar. lib. 4 consilior. tit. 1. de sponsal. in 1. edit. consil. 15 in 2. conf. 17.* Et ita præsumi tradunt *Iason*, & communis, *dict. l. fin. al. Ant. Gabr. tom. 2. common. in mea edit. l. 11. verb. Mors, fol. 131. col. 2.* & multi alij, quos & eorum fundamenta refert *Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 49. n. 9.* Sed hæc ratio non est solida, quia verius est non præsumi vitam hominis eo tempore durare. Quia ius non præsumit quæ tantissime contingunt. Et ita multis fundamentis comprobans, tenet *Menoch. de præsumpt. 49. à n. 1. vsque ad 9.* multosque alios refert & ad *d. l. final.* respondet *n. 10* eam legem, & similes tantum probare negatiuam, scilicet ius non præsumere vitam vltra centum annos durare, non autem affirmatiuam partem. Idem tenet *Conar. 2. var. c. 7. n. 6. vers. 5. Gutier. 2. pract. q. 7. n. 5.* Vnde vera ratio est, quia ex longa coniugis absentia non resultat certitudo de eius obitu, sed tantum incertitudo & dubium at quamdiu res est dubia & incerta, melior est conditio prioris matrimonij possidentis. Item, quia nullum est periculum abstinendo ab alio matrimonio, est autem adulterij, contrahendo, si forte coniux alter superstes sit. Deinde, quia mos non præsumitur, sed est probanda, quilibet enim viuere præsumitur, *l. vlt. C. de sacrosanct. Eccles.* Tandem quia cum mors sit fundamentum eam allegantis, ad probandam suam intentionem, vt animaduertunt *gloss. & DD. l. 1. §. Si quis se neget, ff. quem admod. testam. aper.* debet probari ab allegante.

2 Aliud extremum decreuit *auth. Hodie, C. de repud.* nempe vt vxor audiens virum in prælio obisse, non prius alij nubat quam per se vel per alium adeat belli ducem, isque iuret obisse, aliorumque testimonia recipiat, & postea expectet per annalias puniri possit de adulterio. Quam non esse correctam iure canonico, & ita seruandam esse docent *Bartol. l. 2. §. Si dubitetur, n. 1. ff. quemadmodum testam. aper. Anchar. c. Dominus, fine, de secund. nupt.* & in hanc partem magis inclinat *Greg. Lop. l. 8. tit. 9. p. 4. verb. Algunos*, & videtur clarè sentire *glos. c. Quoniam frequenter. verb. Præsumatur, vt lite non contest.* vbi statuens coniecturas quibus vxor viri mortem probare potest, addit, *Et aliquo tempore expectauit, forte per annum*, vt *auth. Hodie, C. de repud.* Sed dicendum est iure canonico correctam esse: quia *c. In præsentia, de sponsal.* tantum petitur certum nuncium de morte haberi. Ita docent *ibi innoc. n. vnic. Ioan. And. n. 4. Anton. n. 7. Ancar. n. 6. Tancred. Goffred. Philippus*, quos refert & sequitur *ibi Abb. n. 6. Alex. de Neuo n. 8. Felin. d. c. Quoniam frequenter fine, Rosell. verb. Impedimentum, imped. 12. nu. 3. Rolandus consil. 93. n. 12. vol. 3. Ioseph. Lud. decis. Perus. 1. to. decis 12. n. 7. Petr. de Rauenna cons. matrim. 25. n 3. vol. 1. Gutier. lib. 2. pract. q. 8. n. 5. & 6.* Et *Alex. de Neuo d. n. 8.* optime reprobat Cardinalem, quem ibi refert dicentem posse iudicem secularem punire vxorem secundo nubentem, non seruata solemnitate *illius auth. Hodie*, si postea virum priorem viuere appareat. Quia cum ius canonicum licentiam contrahendi ea solemnitate non seruata, concedat, sublatum est in totum ius ciuile: lex enim ciuilis cum nihil circa matrim. disponere possit, censetur prorsus sublata, ita vt cõtra illius dispositionem agens, nullius pœnæ reus sit, quoties canones aliter disponunt: vt notat *Ioan. And. c. Saturnus de elect. in 6.*

His præmissis tres quæstiones disputandæ sunt. Prima, an requiratur omnimoda certitudo mortis. Secunda, an sufficiat dictum vnius testis. Tertia an sufficiat fama.

Præmittendum est, quidquid dicetur de probatione mortis alterius coniugis, dicendum esse de probatione professionis factæ per alterum coniugem, vt manenti in seculo possit aliud matrimonium inire, si prius consummatum non erat, vel similiter religionem ingredi, si consummatum erat, quia eadem prorsus est ratio. Sic *Sotus 4. d. 37. q. vnic. a. 5. versic. In primis, Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 24. n. 4. Lud. Lop. 1. p. instruct. c 83. §. Quia verum.*

QVÆSTIO I. Vtrum desideretur certum nuncium de morte alterius coniugis, morte haberi, vt superstes possit aliud matrim. inire: vel satis sit probabilitas moralis, id est, vt fiat probabilis causa ad credendũ, iudicio sapientum? Duplex est sent. Prima affirmat satis esse hanc probabilitatem moralem: quod si opponatur *c. In præsentia, de sponsal.* petere certum nuncium respondent *Ant. Rosell. Sylvest. Philarm. Barth. à Ledesm. Lud. Lop.* statim referendi, intelligi, vt Ecclesia facultatem concedat aliud ineũdi matrimonium: maior enim certitudo desideratur ad hoc, ob eius auctoritatem. Probatur hæc sent. ex *c. Quoniam, §. Porro, vers. Si autem, vt lite non contest.* ibi, *Si autem de carnali coniuge fit agendum, tandiu alterutrer coniugem expectatur, donec de ipsius obitu verisimiliter præsumatur*: ergo sufficiunt verisimiles mortis præsumptiones. Secundò, ex *c. Cum per bellicam, 34. q. 2.* ibi, *Non tamen culpabilis iudicetur, qui personam eius mariti qui iam non esse existimabatur, assumpsit.* Vbi loquitur textus de vxore secundo nubente, dicitque eam excusari ob credulitatem mortis viri. Tertiò, quia adulterium non admittitur sine dolo *l. pen. ff. de adult.* qui abest, cum probabilis credulitas mortis viri habetur. Quartò, ex *l. 8. in princ. tit. 9. p. 4.* ibi, *Si acaeciese que el marido tardase mucho en la guerra, de guisa que fuesen algunos creer à su muger que era muerto, e se casase con otro, non la podria acusar de adulterio, maguer fuese vino el primer marido, ca escusa el no saber.* Hãc sent. videtur clarè tenere *glos. 34. q. 1. in summa, verb. Vtraque quæstio*, & clarius *c. In præsentia, de sponsa. verb. Viris.* Et tenẽt *Host. ibi ad fin. & sum. 2. de sponsa. Durum, n. 6. Ant. dict. c. In præsentia, n. 7. Anchar. ibi, ad fin. & nu. 6. Rosell. verb. Impedimentum, imped. 11. nu. 1. & 5. Vincent. Tauredus, Goffred. Philippus, Supplementum, Raynerus*, quos refert & sequitur *Sylvest. Matrimonij 8. q. 13. dict. 2. & 4. Tabiena verb. Impedimentum. imped. 10. q. 1. n. 2.* qui addit contra reliquos, eandem certitudinem sufficere vt Ecclesia facultatem concedat celebrandi aliud matrimonium: nec obstare *d. c. In præsentia*, quia certum nuncium, exempli gratia, quod minimè regulam restringit, proponit. Et videtur tenere tamquam probabilem *Angel. Matrimonium 3. imped. 13. n. 4.* & tenent *Armilla verb. Matrimonium, n. 45. Anton. Com. 3. to. Tauri n. 31. vers. Hodie tamen, Perez. lib. 5. ordinam. t. 13. ad fin. Mascard. de probat. concl. 1074. n. 5.* Et ex Theologis *D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 9. fine, Philiarc. de offic. sacerd. 20. p. 2. c. 9. Bann. à Ledesm. de matrim. dub. 56. ad finem, concl. 9. Lud. Lop. 2. p. in Structorij, de matrim. c. 55. fol. 1171.* Et est probabilis hæc sent.

Secunda

4 Secunda sententia probabilior, ait eandé certitudinem requiri vt Ecclesia det contrahendi facultatē, & vt possit dispensare propria auctoritate: & ita requirit tantam certitudinem aut per certum nuncium, aut per testes, vt iudicio prudentis non tantum probabilis, sed certa iudicetur mortis prior. *ex c. In præsentia. de sponsal. fine*, ibi, *Non possunt tales ad diuina consortium connolare nec permittas eos auctoritate tua matrimonium contrahere, donec certum nuncium recipiant de morte virilla*: ibi ecce qualiter coniunguntur ea duo, vt illi non possint contrahere, & Ecclesia concedere facultatem, donec certum nuncium recipiant: Et *c. Dominus, de secund. nupt.* ibi, *si vobis rescribimus, vt nullus amodo ad secundas nuptias transire præsumat, donec ei constet, quod ab hac vita migrauerit vxor eius*. Secundò, quia in contrahendo secundo matrimonio periculum eius nullitatis, & adulterij incurrit, in abstinendo vero nullum: ergo quamdiu non habetur omnimoda certitudo mortis viri, abstinendum est, vt peccati periculum vitetur. Hanc tenent *glossa. d. c. Inquisitioni fine, Innoc. c. Dominus, de secund. nupt. n. vnic.* vbi *Abbas fine. Abb. dict. c. In præsentia, fine*, & melius *c. Quoniam*, 12. *vbi non constat. Alex. de Neuo d. c. In præsentia*, 2. *Rolland. cons. 93. nu. 8. vol. 3. Cottar. 4 decret. 2. p. c. 7. § 3. n. 3. Rebuffus lib. 5 milit. maior. t. 12. n. 231. Iosephus Ludouic. decis. 17. n. 7. Gutier. 2. pract. q. 8. n. 4. & seq.* & multos refert *Mascard. de probat. concl. 1074. n. 4.* Et ex *Thom. Sanchez 4. d. 37. qu. vnica, a. 5. versic. De hac vero certitudine, vers. Angles floribus, 1. p. de matrim. qu. 11. de impedimento 2. dub. 2 f. 594. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 233. nu. 2. Leff. de matrim. dub 32. §. vlt. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 4. Opera virum.*

5 Hæc tamen cum hæc certitudo mortis prioris viri, non quidem qualis esse debeat, præscribi possit, iudicis prudentis arbitrio attentis circumstantiis occurentibus, relinquitur. Sic *Antonius 1. In præsentia. de sponsal. nu. 7.* vbi *Abb. nu. 6. Rebuffus n. 3. Auferius castella Tolosana, decis. 316. Armilla verbo Matrimonium, nu. 45. Tabiena verb. Impedimentum, impedimentum 4. Cottar. 4 decret. 2. p. c. 7. § 3. n. 4. Greg. Lop. l. 8. t. 9. p. Antonius Cucus l. 5. institut. maior. t. 12. num. 231. Thomas Sanchez lib. 6 præsumpt. 49. nu. 28. Gutier. 2. pract. q. 8. n. 4. Theologos Veracruz 1. p. specul. a. 42. concl. 1. Lud. Lop. 1. p. instruct. de matrim. c. 55. f. 171. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 233.*

6 Illud autem est speciale in morte probanda, vt testes non examinata parte, sed ex mero iudicis officio examinari debeant. Sic Brancatius, quem refert & sequitur *Præpos. c. In præsentia. de sponsal. fine, Ball. c. Quoniam, §. Porro, vt lite non contestata. Abb. fine, & alij quos refert & sequitur Mascard. de probat. concl. 1076. fine.*

7 Ratio autem est, quia propositum n. 5. respondet *Gutier. 2. pract. q. 8. n. 4.* illos textus correctos esse per *c. In præsentia*. Sed hoc non placet: quia cum sit contra iuris naturalis dictamen dubia certitudine, & ita certitudo hæc non pendeat à iudicio, Ecclesia statuens qualis certitudo desideretur, non procedit disponendo, sed tantum declarando quæ naturaliter requiratur. Quare dicendum non est olim declarasse mutatam certitudinem exigi. Quare omissa hac solutione, & impugnatione *Rebuffi* quam refert & reprobat *Hostiens. c. Quoniam frequenter, Rebuffus dicit, vt lite non contestata*, dicendum est cum *Abb.* eos esse intelligendos esse, iuxta *d. c. In præsentia*, per veri similes præsumptio, & existimatio mortis, sit per certum nuncium, vel alias probationes æquivalentes. Adde dico esse in dolo vxorem non adhibentem diligentiam iuris requisitam, vt certior fiat de viri obitu. Ad quam intelligi eam legem, quando per testes mulier certificata de morte viri: quod ea verba significant, *De quibus aliquis debuit credere à fama nuncij, quæ erat mortua*. Et si aliud iudicium, correctam esse iure canonico.

SVMMARIVM.

An sufficiat vnus testis ad probandam alterius coniugis mortem, refertur hæc opinio n. 10 & 11. & vox vnius vox nullius, n. 11. Post quem tempus nouies alia summaria.

QVÆSTIO II. An sufficiat vnus testis affirmans coniugis mortem, vt liceat alteri ad secundas nuptias transire? affirmant aliqui sufficere, attendendam tamen nuncij, seu testis personam & qualitatem, & an per verba verisimilia deponat: & ita in hoc, iudicis arbitrium versari. Prob. *ex c. In præsentia. de sponsal.* ibi, *Non permittas eos contrahere, donec certum nuncium de morte recipiant*. Si ergo satis est certus nuncius, sufficiet vnus testis. Sic *Hostiens. in sum. a. tit. de sponsa duorum, n. 6. & d. c. In præsentia. ad fin.* vbi *Abb. n. 6.* adeo mordicus tuetur hoc vt censeat *Bart.* qui oppositum asseruit, immemorem fuisse illius text. *Angel. Maz. monium 3. imped. 13. n. 4. Veracruz 1. p. specul. a. 42. concl. 4.* 10

Alij verò sufficere vnum testem negant. Quia *c. In præsentia. de sponsal.* oppositum non declarat: in illis enim verbis, *Donec certum nuncium recipiant*: potest sumi nuncium, neutrius generis, ita vt significet *la nueva*: at non potest dici nuncium certum, quod voce vnius habetur, cum iuramenti vocem vnius esse vocem nullius, *l. Iurisiurandi vers. Simili modo. C. de test. & c. Veniens, sine. de test. lib.* Et confir. quia cum correctio iuris tanquam odiosa, vitanda omnino sit. *l. Præcipimus. C. de appell.* per ea verba valde dubia, & æquinoca non est dicendum iura corrigi. Secundò, quia esto sumeretur masculine, nuncius certus. *d. c. In præsentia*, at nuncius certus est qui nuncium certum affert, non autem potest dici afferre nuncium certum: quando ipse solus testatur. Tandem, quia si dictum vnius in cautis pecuniarijs, insufficiens est, à fortiori minimè sufficiet in causa secundi matrimonij contrahendi, in qua vertitur animæ periculum, sacramenti irritandi, maximæ infamiæ & dedecoris fœminæ, secundo nubentis, si forte adhuc prior vir superstes esset. Ita tenet *Bart. l. 1. §. Si dubitetur, nu. 1 ff. Quem admodum testam. aper.* Et magis in hanc sententiam inclinat *Greg. Lop. c. l. 8. t. 9 p. 4. verb. Algunos*, & tenet *Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 233. n 2.* vbi vltra certum nuncium alias mortis coniecturas postulat. 11

Hæc secunda sent. multo magis placet: quia fortissimis 12
innitur rationibus. Primam tamè admitterem. casu quo coniux obierit in loco ita distanti, vt facile nequeant aliæ probationes haberi: tunc enim satis erit nuncius, & ita vnus testis, consideratæ qualitate personæ, & vt verisimilia dicat: quod iudicis arbitrio committitur: vt ait prior sent. Nam quando probatio integra & plena haberi nequit, satis est per coniecturas. *l. Non omnes, §. A barbaris. ff. de re militari*: ibi, *Sed licet hoc liquido constare non possit, argumentis tamen cognoscendum est*. Extra hunc tamen casum, integra & plena probatio desideratur, vt ait secunda sententia: & ita cum hoc temperamento sentiunt *Anton. c. In præsentia, de sponsal. n. 7.* vbi *Henricus n. 6. Alex. de Neuo n. 13. & 14.* Neque est audiendus *Antonius ibi*, in quantum hoc limitat, vt requiratur plena & certa probatio, vt iudex contrahendi facultatem concedat: satis autem esse coniecturas, vt propria auctoritate aliud matrimonium ineatur: quam differentiam reprobam n. 6.

SVMMARIVM.

An sufficiat fama proferuntur duæ opiniones n. 13. & 14. Opinio auctoris, n. 15. & quæ conditiones debeat habere fama, vt probetur, n. 16. Soluuntur argumenta, n. 17.

QVÆSTIO III. An fama probetur mors? Triplex est 13
sent. Prima negat satis esse. Quia *c. In præsentia, de sponsal.* desideratur certum nuncium de morte adesse, fama autem oritur ab incerto auctore, & plerumque fallaci: vt notatur *c. Vestra, de cohabitat. cleric.* Item, quia, vt dixi n. 6. requiritur certa & integra mortis probatio, fama autem nec certo, nec integrè probat. Sic *Abb. dict. c. In præsentia, num. 6. Gutier. 2. pract. q. 8. a n. 4. Veracruz 1. p. speculi, a. 42. concl. 1. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 233. n 2.*

Secunda sententia ait mortem satis probari fama. Sic 14
Ancher. d. c. In præsentia, nu. 5. Iul. Clarus lib. 5. recept. §. Fornicatio, vers. penult. Ant. Gom. l. 80. Tauri, num. 31 vers. Hodie tamen, Perez l. 5. ordin. t. 1. l. 3 ad finem.

15 Tertia sententia quæ mihi placet, ait solam famam nõ sufficere, vt probant rationes primæ sententiæ, nisi aliis adminiculis adiuuetur, tunc enim satis erit: quia certa moraliter probatio dici potest. Sic *glossa. cap. Quoniam frequenter, verb. Præsumatur vt lite non contest. Anton. a.c. In præsentia n.7.* vbi *Alex. de Neuo n.15. & 19.* & dicit *Abb ibi n.6.* esse multum æquam hanc sententiam: *Tabiena verb. Impedimẽtum, impedim.10.q.1 nu.2. Navar. sum. c.22.n.53. Anton. Cuc. l.5. institut. maior. t.12.n.231. Sylvest. Matrimonium, 8.q.13. dict.4. Petrus de Barbobus consil.25.n.2.vol.2. Becius consil. 652.vol.4. Ant. Gabr. to.2. commun. in mea edit. lib.11. verb. Mors s.131. col. 1. Menoch. de ad pisc. possess. remedio 4.nu.671. Mascardus* alios referens, *de probat. conclus.1075.n.4. & seq.* Et ex Theologis *D. Antonin. 3.p.t.1.c.9.fine, Sotus 4.d.37.q.vnic.a.5. verb. In promis, Ludouic. Lop. 2.p. instruct. de matrim. c.55. & 1.p.c.83. §. Quia verum, Philiarcus de offic. sacerd. to.1.p.2 li.2.c.9.* Adminicula autem quibus debet adiuuari fama, sunt longitudo absentiæ. & vniuersalis fama, vbi coniux commorabatur, mortem eius contestans. Sic *Sotus & Lud. Lop.* Similiter si mors contigit in loco valde remoto, ita vt aliæ probationes difficile possint inueniri, & vir longo tempore adfuit. Sic *Anton. Alex. de Neuo, Sylvest. Navar. Anton. Gabr. Becius Petrus de Barbobus, Menoch. Mascard. Philiarcus ibidem:* addunt *Menoch & Mascard.* dummodo etiam mors sit antiqua, & non contigerit recenter: & *idem Mascard. num.7.* cum aliis, quos refert dicit satis esse famam cum his adminiculis, si is de cuius morte probanda tractatur, erat valde senex, vel æger. Et *glossa. Tabiena, Navar. Philiarc.* assignant hæc adminicula cum fama: si vir senex erat, vel in acie fuit, & nõ rediit aliquanto tempore exspectatus: (addit *glossa.*) forte per annum: vel vxor accepit literas eorum cum quibus vir militauit. Et *D. Antonin.* hæc adminicula proponit, si vir captus sit ab hostibus, & communis fama ipsum obiisse testetur, & diu vxor nihil contrarium audierit, vel literas receperit à fide dignis.

16 Vt autem fama probet, desideratur vt ipsa plenè, & verè probata sit ad quod aliquæ cõditiones exiguntur. Prima, vt duplici teste probetur: id enim generale est vt non minus quàm duo testes plene probent *c. In omni negotio, & c. Licet, de testibus & attest.* & docet *Mascardus cum multis, de probat. concl.749.n.1. Iulius Clarus pract. crimin. §. vlt. li.5. qu.6. vers. Sciendum est autem.* Secunda est, vt testes sint omni exceptione maiores, deponãtque se audiuisse à fide dignis. Sic *Menoch.* cum aliis, *consil.70.n 21.vol.1.* Et ratio est, quia fama nihil probat, & est vana vulgi vox, nisi oriatur à fide dignis, vt habetur *c. Qualiter, el 2. de accusat. & ibi gloss. verb. Ad inquirendum & c. In cunctis, 11.q.3. & ibi gloss. verb. Maledicorum, & l.2.t.6.p.7. & ibi Greg. Lop. verb. De creer:* & docent omnes, vt potest videri in *Mascardo de probat. conclus. 1075. n.6. & conclus.748.n.8. & 9.* vbi etiam probat oportere, ne oriatur ab iis de quorũ commodo agitur. Tertia, vt concurrat causa rationabilis, ex qua fama orta est: vt si is de cuius morte agitur, mare nauigarit, subortaque tempestate expectatus tempore congruo, & per loca verisimilia quæsitus non comparuerit, nec nauis qua vehebatur: vel si prælium aggressus est, nec postea diligenter quæsitus inuentus est. Sic cum aliis, *Mascard. conclus.748.num.11. & 1075.n.8.* Et ratio est, quia fama originem à probabilibus causis trahere debet: vox enim vana vulgi certo auctore, & rationibus probabilibus carens, attendenda non est *c. Ofsim Episcopus, de elect.* & probat ex multis *Mascardus conc. 748.n.3.6.7.* ergo testes exprimere debent causas, ex quibus ortum habuit fama, vt iudex discernat an sint probabiles, vel vana vulgi vox. Quarta est, vt testes deponant se audiuisse publicè à maioti populi parte, nec sat erit deponere pubicè audiisse. Quia potest esse vt ab vno publicè audierint. Sic multi quos refert *Mascard. cos sequens conclus.1075.n.10. & 749.nu.1.2.3. & 11.* contra alios quos ea refert *nu.1.4.* asserentes sufficere testari publicè audisse. Oportet etiam explicare audisse à maioti parte populi, nec satis esse in genere, à maioti parte populi. Sic *Mascard.* cum aliis *conclus.749. num.22.* Hinc fit non sufficere deponere se audisse à multis, vel etiam à mille personis: quia non inde infertur à maiore parte populi audisse. Sic *Mascard.* cum multis, *concl.749.n.6. & 7.* Hoc autem intelligitur in negotiis magnis & arduis, in iis enim requiritur fama totius oppidi, vel maioris partis eius: nam enim paruis sufficit fama maioris partis vicinæ, sic *Mascard.* cum aliis, *concl.749.n.9.* Vnde ad probandam matrem coniugis, vt superstes aliud ineat matrimonium, requiritur fama maioris partis oppidi: quia res est grauis. Sic *Mascard. concl.1075.n.10.* Dum etiã dicitur requiri notitiam, seu famam maioris partis vicinæ, vel oppidi, non est indistinctè intelligendum, vt requiratur notitia maioris partis puerorum, mulierum: sed satis est maioris pars proborum & grauium notitiam habeat: & ita communiter dicitur *cap. Inquisitionis, de accusat. fine. Cuius apud bonos & graues læsa opinio non existit:* & docet *Abb. ibi, fine.* Quinta conditio est, vt deponant testes à quibus personis bona ortum habuerit, & à quibus ipsi audierint. Nam cum fama debeat oriri à prouidis & honestis, & de quorum commodo minimè agitur, & iudici constare nequeat an ab iis ortum habeat, nisi exprimantur personæ, id necessarium est, vt testes coram iudice deponant: in iudicium enim, & non in testium arbitrio positum est discernere an personæ sint fide dignæ. ita *Mascard. concl.749.nu.11.12.13. & concl.1075.n.1.* vbi addit, testes asserentes non meminisse à quibus audierint, non probare, licet præmittendo maioti parte populi audisse sed debere aliquos exprimere, & postea addere, à pluribus aliis audisse, quorum non meminerunt, & refert alios auctores. Hæc tamen conditio dupliciter limitatur. Primò, nisi fama ex conducturis probabilibus confirmaretur, tunc enim non esset opus à fide dignis eam oriri, & subinde nec testes deponere à quibus audierint. Ita cum aliis *Mascard. concl.749. num.20.* Secundò limitatur, nisi de fama magnus testium numerus, vt septem vel decem deponant: tunc enim non nimè desideratur à quibus audierint, exprimi: vt probat cum aliis *Mascard. conclus.749. num.21.* Vltima conditio est, vt testes de fama deponentes, asserant credere, rem ita se habere. Sic *Anton. Nata. & alij*, quos refert & sequitur *Menoch. cons.60. num.21. volum.1.* Testes autem superstitiosa, non compelluntur iurare, sed absque iuramento verma dictum. Sic cum aliis *Mascard. conclus.749. num.38.* quod idem cum aliis asserit *conclus.424. num.7. & 8.* quando testes de consuetudine, vel de notoriis deponunt.

Ad argumenta primæ sententiæ, proposita nu.15. constat ex dictis num.15. probant enim famam absque aliis coniecturis non sufficere.

LIBER

LIBER TERTIVS
DE
CONSENSV CLANDESTINO

Diuisio totius libri.

Tractatus de Matrimonio clandestino maximi est momenti, vt intelligatur decretum Tridentini, sess.24.cap.1.de matrim.vbi clandestina matrimonia irritantur: quare hunc ordinem seruabo: præmissis quatuor disputationibus, in quibus tractabitur quotupliciter dicatur matrimonium clandestinum: quando tale dicatur ad contrahendas clandestini pœnas: an fuerit irritum, & peccatum lethale ante Tridentinum: & qualiter Ecclesia potuerit illud irritare: his (inquam præmissis) tria pertractanda sunt. Primum, de denunciationibus quæ matrimonio, vt publicum sit, præmitti solent in Ecclesia. Secundum, de essentialibus matrimonio, ne clandestinum irritum sit, nempe de parochi & testium præsentia. Tertium, de pœnis ipsius matrimonij clandestini, illudque contrahentium, & parochi ac testium assistentium.

DISPVTATIO I.

Quotupliciter matrimonium dicatur clandestinum: & quando tale sit, ad clandestini pœnas incurrendas?

SVMMARIVM.

Clandestinum matrimonium quotupliciter dicatur: varia referuntur n.1 & 2.

Quæ sufficiat, n.3 & quot sint quæstiones tractandæ, n.4.

Matrimonium clandestinum, denunciationibus ex ordinatione Concilij omissis: & quid si tunc non præmittantur ante contrahentium, n.5. & ibi, qualiter adiecta verba, intelligitur intra tres menses.

Quando libertas omittuntur denunciationes: refertur opinio asserens non esse clandestinum quod pœnas, n.6. & contraria verior, n.7.

Quod matrimonium non debeat fieri prohibetur tum 7. & solutur argumenta, n.8.

Quid si matrimonium publicè fiat, non præmissis denunciationibus: refertur opinio non esse clandestinum, n.9. & ibi, varietas iuris solemnizandi matrimonij, ita pro eadem, non variatur disputatio. Contraria opinio refertur, n.10.

Quid si præmissis denunciationibus, coram parocho & testibus, non contrahatur: argumentum & explicatur ex quo filij sint legit. n.11.

VIDAM auctores sex clandestini matrimonij modos excogitasse. Primus est, quando sine testibus contrahitur. Secundus, quando consummatur ante nupciales benedictiones. Tertius, quando contra fidem priorum sponsalium alia ducitur vxor. Quartus, quando ante legitimam ætatem matr. celebratur. Quintus, quando non seruatur tempore, quo nupciarum solemnitas interdicitur in Ecclesia. Sextus, quando omissis denunciationibus, celebratur matrimonium. Quorum sententia ei innititur fundamento: cum enim propriè matr. clandestinum dicatur, quod clam, & nō in facie Ecclesiæ celebratum est, eo nomine notari meretur etiam id matrimonium, quod ob iuris Eccles. solemnitatem omissam, indignum est, vt in conspectu Ecclesiæ appareat, ab eaque approbetur: huiusmodi autem est matrim. in omnibus casibus propositis: nam in eis, aut celebratur, aut consummatur contra Ecclesiæ statuta. Sic docent *Host. summa tit. de clandest. desponsat. nu.1. & c. fin. de clandest. desponsat. init.* vbi *Ioan. And. n.14. Ant. n.19. Anchar. n.14. Præpos. n.4. Palud. 4.d.28 q. 1.a.1. per totum. D Anton. 3.p.t.1.c.16.§.5.* Vnde inferūt aliqui, omne matr. contra generalem aut specialem, tacitam, vel expressam Ecclesiæ, aut iudicis prohibitionem, initum, esse clandestinum. Sic *Host. c.1. de clandest. desponsat. initio, Ioan. And. 2. fin. n.13. & ibi Ant. n.19. Alex. de Neuo vbi in princ. n.24. Lacobus Leonissa inter consilia matrim. Zoleti cons.49.n.5. Maiolus l.3. de irregularitate, cap.25.n.17. & sequent.*

Alij verò tres matrimonij clandestini acceptiones statuunt. Prima est, quando sine testibus celebratur. Secunda, quando sine denunciationibus. Tertia, quando sine solemnitate, quæ habetur. *Alter 30.q.5.* nempe absque consanguineorum notitia. Sic *gloss. d.c. fin. verb. Clandestina, el l. Innoc. rubr. de cland. desponsat. vnico, l.1.t.5.p.4. Turrecr. d. c. Alter, n.5. Petr. de Ledesma de matr. q.45. art.5. paulo post princ. Ledes. 2.p.4.q.47.a.5.f.451.col.3. Lancelot instit. iuris can. l.2.tit. de clandest. desponsat. initio.* 2

Multo tamen rationi conformius est, vt duæ tantum sint matrimonij clandestini species. Clandestinum enim (vt nomen ipsum præ se fert) dicitur, quod clam fit, vnde id solum matrim. dicetur clandestinum, in quo aut testes deficiunt, & proinde clam omnino celebratur: aut denūciationes, ad perfectam eius publicationem ab Ecclesia petitę, desiderantur: cæteris enim solemnitatibus omissis non clādestinum, sed minus solemne appellabitur. Et ita has duas tantum species constituunt *Goffredus sum. tit. de clandest. desponsat. n.1. Perez lib.5. ordin. t.1.l.1.f.38.col 2.§. Plura tamen. Gutier. 1. practicarum, q.4.nu.13. Spino speculo testamentar. g.l.15.n.22. Salcedo praxi c.73. initio.* Et ex Theologis *Cauet. sum. verb. Matrimonium, tit. Contractus matrimonij potest ex 7. capitibus reddi vitiosus.§. Et scito peccatum esse. vers. Tertium capit. Sotus 4.d.28.q.1.a.1. paulo post princ. versic. Clandestinum, Veracruz 1.p. specul. a.10. initio: Palacios 4.d.28.disp.3.§. Disputatio hac tamen. Enriquez lib.11. de matrim. c.5.num.1. Cayetan l.2. dec.c.85.nu.1. & tit. à Ledesma dub.21. de matrim. init. Iuid. Lop.2.p. instruct. de matrim. c.39.f.1038. col.2.§. Circa predicta. Manuel 1.to sum. 2.edit.c.217.n.1.*

Potissima tamen hac in re difficultas est, quale dicatur matr. clandestinum ad eius pœnas incurrendas: & ideo duplex quæstio disputanda est in præsenti. Prior est, an tale dicatur omissis solis denunciationibus. Posterior, quid si in hoc euentu matrimonium publicè celebretur. 4

QVÆSTIO I. An matrim. celebratum coram parocho & duobus testibus, dicatur clandestinum, quoad pœnas eius incurrendas, si denunciationes omittantur? Et quidem dubitat nemo tale nō dici, quando denunciationes iustè omittuntur, ex ordinarij licentia: vt permittit *Trid. sess.24.c.1. de matrim.* Dum enim culpa abest, non incurritur pœnæ culpæ impositæ *reg. Sine culpa 23. de regul. iur. in 6.* constat etiā ex *c. fin. de clandest. desponsat. §. Si quis,* vbi statuuntur hæ pœnæ contra præsumentes clam contrahere, ibi, *Si quis vero huiusmodi matrimonia clandestina inire præsumpserit.* Ille autem præsumere dicitur, qui ex certa scientia ta- 5

cit actum contra ius: vt testatur *Alex. de Nevo d. 1. fin. in princ. n. 6.* & notant DD. *c. Illud, de maioritat. & obed.* vbi autem iustè denunciationes omittuntur, nihil contra ius fit. Et ita fatentur omnes. Hoc tamen intelligit *Gutier. 2. pract. q. 4. sint.* dummodo denunciationes omissæ ante contractum matrimonij, ex licentia ordinarij præmittantur ante eius consummationem; nisi ordinarius ipse prorsus eas remiserit, iuxta præscriptum *Trident. cod. c. 1.* Quia quando non præmittuntur ante cõsummationem, tã illicitè omittuntur. Sed hoc non placet, & ita credo tunc non esse clandestinum, quoad pœnas. Quia, quando matrim. etiam contrahitur, incurri aut non incurri debent pœnæ, nec hoc pendere debet ex effectu futuro, sunt enim pœnæ impositæ clandestinè cõtrahentibus, & qualitas adiuncta verbo, iuxta verbi tempus intelligi debet, *l. In delictis, §. Extraneum* (vel, vt alij legunt, *Si damnum extraneum, ff. de noxal.* Si ergo tempore quo contractum fuit matrimonium, non contractæ sunt pœnæ excusante causa iusta clandestinitatem, nil conferet ad eas contrahendas euentus futurus: eo vel maximè, quod prælatus dispensans ne matrimonio præmittantur denunciationes, diligentiã aliqualem adhibere debeat, ad inuestigandum si quod adsit impedimentum: quæ non militat eadem ratio in hoc casu, ac dum illicitè ante matrimonij contractum omittuntur.

6 Tota autem difficultas est, quando illicitè omissæ sunt denunciationes. Quidam enim negãt tunc esse clãdestinum.Ducuntur primò, quia publicè & in facie Ecclesiæ videtur id matrim. celebrari: cum parochus qui persona publica est, & testes Ecclesiæ nomine adsint. Secundò, quia omnino cessat ratio prohibitionis clandestini matrimonij, quia scilicet Ecclesiæ non constabat, nec probari poterat, nec impedimenta, si qua erant, detegi: cum hodie ita celebratum, constet Ecclesiæ, cuius vicem parochus assistens gerit, certiorique fieri debeat, an aliquod impedimentum inter contrahentes subsit. Tertiò, quia cum odia restringenda sint, *r. 3. Odia, de reg. iur. in 6.* verba legis pœnalis proprissimè vsurpanda sunt: ex sola autem denunciationum omissione, improprie dicitur matrim. clandestinum, vt docet *Sotus 4. d. 28. q. 1. arg. 2. vers. De bannis.* nõ enim propriè clam dicitur fieri, quòd testibus probari potest: ergo ex sola denunciationum omissione non dicetur matrim. clandestinum, ad eius pœnas incurrẽdas. Sic tenent *Palacios 4. d. 28. disp. 3. vers. Quid quod tam nullũ, Vinald. Cand. 1. p. de matrim. nu. 243. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 39. §. Quamobrem autem illum. & c. 44. ad finem, ante solut. ad primũ. Barbosa loc. p. 4. n. 39. ff. solut. matr. Petr. de Ledesm. de matr. q. 45. a. 5. §. His positis difficultas est:* & quidam Doctor modernus (vt refert eius nomine tacito *Enriquez lib. 11. de matrim. c. 6. nu. 2. in comment. lit. M.*) & videtur expresè tenere *Molina to. 1. de iust. & iur. tract. 2. disp. 176. vers. Observa 1odie*, vbi tractans de pœna exhæredationis clam contrahentibus inflicta *l. 49. Tauri*, ait hodie nullam fere locum habere hanc pœnam, quia si absque parocho & testibus celebretur matrimonium, irritum est: si autem coram illis, non est clandestinum, ac proinde non erit locus illi pœnæ. Idem videntur tenere *Matienzo l. 5. recop. t. 1. l. 1. gl. 7. n. 2. Acebedo ead. l. 1. num. 46. 53. & 54. fine. Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 24. concl. vltim.* agentes enim de pœnis clandestini, addunt hodie inutilem esse hanc dispusationem, nec locum habere post Tridentinum, quia matrim. initum absque parocho & testibus irritum est: si autem sentirent omissis denunciationibus esse clandestinum quoad pœnas: sæpe locum haberent pœnæ, & clarius idem tenet *Acebedo ead. l. 1. n. 40.* vbi quærens quod dicatur matrim. clandestinum, opinionibusque relatis, dicit hodie attento decreto Tridentini, esse clandestinum, vbi parochus & testes desiderantur. Citantur pro hac sententia *Abbas, Couar. & alqui alij*: sed male, quia loquuntur quando matrim. publicè, scienti maiori vicinæ parte contractum est: de qua re agendum est n. 9. & seqq. Et hæc sententia est probabilis.

7 Mihi verò potiùs placet id matrim. esse clandestinum quoad pœnas incurrendas. Primò, quia attento Concilio generali Lateran. & habetur *c. fin. de clandest. desponsat.* hoc erat matrim. clandestinum quoad pœnas incurrendas, postquam casus texus præmiserat, denunciationes matrimonij faciendas esse, eo quod Ecclesia detestetur matrimonia clãdestina, ait, §. *Si quis verò, Si quis verò huiusmodi matrimonia clandestina, seu interdicta, inire præsumpserit*: & subiicit pœnas: vbi porrò illud verbum, *Præsumpserit clandestina*, cum enim de matr. cui denunciationes non præmittuntur, egisset, manifestè id matr. appellat clandestinum: & ita *gloss. ibi verb. Clandestina, ct* 2. ait, id est, non præmissis denunciationibus: sed à iure veteri recedendum nõ est, nisi expresse per nouum corrigatur, *l. Præcipimus, C. de appel.* quod enim nõ mutatur, quare stare prohibetur: *l. Sanximus. C. de testam.* ergo cum non cõstet vbi Tridentinũ hoc corrigit, dicendũ est adhuc esse clãdestinum. Et confirm. quia tantum abest, vt Tridẽtinum hoc Cõcilij decretũ corrigere voluerit, vt potius *sess. 24. c. 1. de matrim.* vbi clandestina nullat, sic dicat, *Sacri Concilii Lateranensis vestigiis inhærendo, præcipit sancta Synodus vt antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio parocho denunciationes fiant.* Secundò, quia Trid. *sess. c. 5.* statuit pœnam contrahentibus coram parocho & testibus, absque denunciationibus, nempe vt ii in gradibus prohibitis ignoranter matrim. contractum sit, dispensationis careant: ergo signũ est noluisse corrigere pœnas huic matrimonio antiquitus impositas. Tertiò, quia non cessat ratio ob quam Ecclesia reputabat hoc matrim. esse clandestinum: cum vere occultum possit dici, quod tribus tantum est cognitum, nec detegentur impedimenta, si quæ fortè sint, cum publicè non constet: & facile fit tres impedimenti ignaros esse. Tandem, quia pro hac parte est *l. 1. t. 3. p. 4.* ibi, *Capara no ser el matrimonio hecho con buena fe, aunque, ha menester que ante que los dispose, diga el cleriga en la yglesia ante todos, como tal home se quiere casar.* Hanc sententiam tuentur *Navar. sum. lat. c. 22. n. 70. vers. 3. Rebell. de obligat. iust. lib. 4. errore 3. Franc. Bleton. addition. ad consilia Martini Landensis, cons. 50. Ant. Cacius lib. 5. consil. maior. t. 11. n. 69. Mantuan. lib. 3. de irregular. c. 25. n. 12. §. Clandestinum matrim. Mandos. cons. 69. n. 70. vol. 1. Perez. lib. 5. ordin. tit. 1. l. 1. f. 30. §. Item si. l. ant. vers. Est etiam. & f. 38. §. Plura tamen. Gutier. 2. pract. q. 4. n. 9. fine, & seqq. Speno spec. 1. enarrator. num. 15. nu. 21. 24. 26. 74. Segura direct. iudicum 2. p. c. 15. n. 30. & seq. Salcedo pract. c. 73. initio, Ceruantes l. 6. Tauri n. 21. & seq.* Et ex Theologis *Enriquez lib. 11. de matr. c. 6. nu. 2. & in comment. lit. M. & c. 20. nu. 1. in comment. lit. C. & Petr. de Ledesm. de matr. q. 45. §. His positis, difficultas est*, dicit esse satis probabilem sententiam: & tenent *Manuel 1. to. sum. 2. edit. 6. 14. n. 3. & q. 6. 217. n. 1. & 228. n. 3. Maurus Antonius corona confess. p. 2. matrim. de matrim. t. de sponsal. de præsenti, n. 18. & de sacramento ordinis. Suscipientibus ordinem, n. 16.* Et pro hac sent. sunt DD. allegandi n. 10. asserentes etiam dici clandestinum matrimonium, publicè celebratum omissis denunciationibus.

Ad 1. argum. ex propositis n. 6. pro priori sententia, nego id dici fieri publicè, in conspectu Ecclesiæ: imo clam, cum solemnitates ab Ecclesia requisitę, vt perfectè matrimonium publicetur, desiderentur. Ad 2. nego cessare rationem, facilius enim detegentur impedimenta, peractis denunciationibus. Ad 3. dico primo, id intelligendum esse, nisi lex ipsa se explicet; at clarè *c. fin. de clandest. desponsat.* explicat nomine matrimonij clandestini, intelligi illud, cui denunciationes desunt. Secundò, dico id verum esse, de lege pœnali, quæ meram delicti punitionem attendit: ea enim restringenda est, & ne amplietur, illius verba proprijssimè vsurpanda sunt: secùs quando lex pœnalis est in fauorem publicum & animarum, ad vitã dapecens, aut mæque pericula, qualis est hæc: talis enim lex pœnalis, amplianda est: vt probatur lib. 1. disp. 39. nu. 5. & hac ratione, *hoc c. fin. de clandest. desponsat.* quatenus statuit pœnas clandestino matrimonio, ampliandum esse, docent *Hostiens. Ex tenore. fine, qui filij sint legit.* vbi *Ioan. Andr. nu. 5. Anton. nu. 9. Anchar. n. 5. Abb. n. 5. & 6. Henric. n. 10. Alex. de Nevo n. 7. Prepos. n. 3. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. initio, n. 12.*

Qvæstio II. An si matr. cui denunciationes desunt, & publicè

publice, scienti maiori vicinię parte celebretur, adhuc dicetur clandestinũ, quoad illius pœnas incurrendas? Dupex est sens. Prima ait non dici clandestinum. Probatur primùm quia quod fit sciẽtibus vicinis, dicitur publice fieri: et multis probat *Ioan. Lop. c. Per vestras, de donat. inter vir. & uxor. not. ab. 3. §. 21. n. 14. & duplicis sequenti.* Secundò, quamuis varietur iuris solemnitas, si substãtia est eadem, non mutat iuris dispositio, *l. Ordo ff. de pupil. iudic.* & nil refert quid ex æquipollentibus fiat, *l. Cum eorum, C. de sen. pub.* Publicitas æquipollet denunciationibus; detegentibus impediméta. cum multis cõstat de matrimonio. Tertiò probatur ex *c. 2. qui filii sint legit.* ibi, *Filij eorum nũ dejecturam, cum parentes eorum publice, sine contradictione, inter se contraxisse nosc atur*: at si esset matrim. clandestinum, paterentur vtique eos ũ filij iacturam, iuxta *c. fin. de clandest. desp.* & dicemus infrà ergò quando matrim. publice contrahitur, licet omittantur denunciationes, non est clandestinum. Sic tenent *Innoc. c. fin. de clandest. n. 2. fin. & c. Ex tenore, nu. vnico, qui filij sint legit. Ioan. And. ad Spec. nu. de clandest. desponsat. rubr. in princ. vers. Et quamuis. Abb. d. c. fin. n. 9. & ibi Alex de Nevo, in princ. n. 25. & alij citati sunt*, ait hanc sententiam attẽta æquitate esse veriorem, *Rebuff. d. c. Ex tenore, n. 3. post medium, Oldrad. cons. 256. Ioannetur cons. 86. n. 56. & 57. vol. 2. Curtius iun. cons. 52. n. 2. Rom. cons. 304. n. 8. li. 3. Capra cons. 116. n. 8. Rom. cons. 51. n. 6. & 7. & alios de nothis & spuriis, c. 9. n. 3. Ioan. Lop.* dicens communem, *tract. de matr. 2. p. in princ. n. 14. Ang. verb. Clandestinum. n. 5. Sylvest. Matrimonium 2. fin. Tabiena verb. Sponsalia 2. n. 2. fin. Covar. 4. decret. 2. p. c. 6. init. nu. 10. Greg. Lop. l. 3. tit. 3. p. 4. Anton. Gom. l. 49. Tauri nu. 1. Bald. in l. Si quis ante nuptias, C. de incestis nuptiis. Perez. in l. 5. ordin. t. 1. l. 1. f. 55. vers. Tertio modo, Mascard. concl. 798. n. 7. & concl. 1063. nu. 4. Matienzo l. 5. Recop. l. 1. glo 1. nu. 1. Cervantes l. 6. Tauri, n. 25.* & hanc sententiam videtur tenere *Geffred. sum. tit. de clandest. desponsat. fin.* Quibus esse legitimos, quando matrim. publice contrahitur, & postea detegitur impedimentum: at si tale impedimentum esset, & non esset legitimi iuxta *c. fi. de clandest. desponsat.* Et ex Theologis, eam tenent *Veracruz 2. p. Specul. c. 10. §. Considerandum tamen est, Coqual l. 2. decision. 2. p. q. 2. n. 3.* & est satis probabilis hæc sententia.

Secunda sententia, quam magis approbo, docet esse clandestinum quoad pœnas. Probatur, quia attento *c. fin. de clandest. desponsat.* dicitur clandestinum id matrimonium, ob denunciationes nõ præmissas, vt probaui n. 7. nec publicitas illud clãdestinitatis vitium purgat, cum non æquipolleat denũciationibus: multo enim facilius detegentur impedimenta factis denunciationibus diebus festis inter missarũ solemnia, vt fieri debent: maior enim hominum confluxus in templum, timetque præceptum quo mandatur impedimenta præcipitur. & quando non præmittuntur hæ denunciationes, quilibet se à denunciãdo impedimenta retrahit, quasi sua non interest. Secundò, ex *Bart. l. fi. in princ. vers. Qualiter, ff. de ritu nupt.* vbi dolo fieri dicitur, quod omissis iure requisitis in actu, efficitur ergo in matrim. iure petantur denunciationes, censentur ergo omissis clandestinum. Sic tenet *glos. c. fin. verb. Publice qui filij sint legit. Host. d. c. fin super verb. Huiusmodi clandestinis. Rebuff. d. c. Ex tenore, qui filij sint legit. super verb. In facie,* vbi *Ioan. And. super cod. verb. n. 3. & ibi Henric. n. 11. Ant. ibi, n. 11.* iunct. *Sylv. & Ioan. n. 19.* vbi *Anchar. n. 6. & Cardin. ibi fine*, dicit in comuni hanc sent. esse veriorem. *Rom. cons. 14. n. 10. volum. 3. Mandel. cons. 93. n. 26. vol. 3. Menoch. cons. 69. n. 70. vol. 1. Zephalus cons. 503. n. 26. vol. 4. Iacob. Leonissa inter consilia matrimonialia Pisani cons. 49. n. 5. vol. 1. Perez. lib. 5. ordin. t. 1. l. 1. fol. 38.* Hanc tamen, *Gutier. 2. pract. q. 4. nu. 13. Fulvius Pacianus de probationibus, c. 15. n. 69. vers. Ego nescio*, & videtur tenere *Vasquius cons. 13. n. 13. vol 2.* vbi dicit ad vitandam clandestinitatem satis esse publice celebrari matrimonium, quamuis denunciationes non sunt in vsu, & ita cõtrarium videtur tenere quando sunt in vsu, & videtur etiam tenere *Soc. iunior. cons. 68. n. 49. & 50. vol. 2.* vbi absolute dicit esse clandestinum quoad pœnas, dum denunciationes omittuntur. Et ex Theologis, videtur tenere *Palud. 4. d. 28. q. 2. a. 5. n. 19.* vbi absolute docet clandest. esse quando denunciationes omittuntur: & tenet expresse *Enriquez l. 11. de matrim. c. 5. n. 1.*

Non sunt tamen audiendi *Zephalus cons. 503. n. 15. iunct. n. 16 & 17. fine, vol. 4. & Mascard. deprob concl. 1036. fine*, vbi dicunt esse matrimonium clandestinum, celebratum coram parocho & testibus, denunciationibus præmissis, si testes rogati non sint. Sed non oportere esse rogatos bene docet *Gregor. Lop. l. 1. tit. 3. p. 4. verb. Sin testigos*, & loquitur ad eum effectum ne matrimonium clandestinum sit: de quo illa lex agit.

Ad argum. propositũ n. 9. respondetur. Ad 1. fateor publice fieri, sed non ea publicitate quam ius postulat. Ad 2. nego æquipollere, & esse substantiam eandem: contrarium enim probaui n. 10. At dico ea verba textus, *publice contraxisse*, intelligi, id est, præmissis denunciationibus: vt notat *ibi gl. verb. Publice.* 11

DISPVTATIO II.

Vtrùm matrimonium absque parocho & testibus hodie celebratum, subijciatur pœnis clandestini, vel si ex alia causâ matrimonium clandestinum irritum sit?

SVMMARIVM.

Quæ pœnæ certum sit incurri quando matrimonium clandestinum sit nullum, n. 1

Traditur regula ad cognoscendum quando pœna legis incurratur ob actum invalidum, n. 2

Referuntur duæ opiniones, an pœna incurratur, si clandestinum invalidum sit, n. 3. & 4.

Folla contra legem habetur pro infecto, quo ad censendum faciente, secus quoad dominat. n. 5 nulla n. 7

Verum ignoto non incurritur pœna, n. 5. & ibi quod nullum est, nullum producit effectum: & non entis nulla sunt qualitates & actus appellatione non venit qui invalidus est, nec hoc dicitur simpliciter actus: nec imply. vota cadit in commissum, ab eo tempore nullum: nec vota excommunicati, quamdiu excommunicatio non fertur effectum suspensionis est

Quod si tale matrimonium irritum consummatur, n. 6. & quid, si nullum sit ratione alterius impedimenti, n. 7.

Solvuntur argumenta: & explicatur l. Quid ergo, ff. de his qui notant. infam. n. 8.

DVBITANDI ratio, ex altera parte quod pœnæ incurrantur, est quod id matrim. olim subijciebatur pœnis clandestini, & cum hodie, sicut olim, vere & proprijssime clandestinum sit, nõ videtur qua ratione ab eisdem pœnis eximatur. Ex altera autem parte, quod non incurrantur, vrget: quod tale matrimonium sit hodie prorsus irritum, vnde difficultas eo tendit, vt excutiatur an pœnæ impositæ alicui actui, incurrantur eo inualide effecto. Et vt clare procedamus, triplex est pœnarum genus: alię sunt pœnæ clandestini, quę proprie pœnæ non sunt, sed priuilegia matrimonij secundum ordinem Ecclesiæ publice contracti, negantur quę clandestino: vt si matrim. nullum sit, quando publice contrahitur, bona fide alterius saltem parentis, proles est legitima: & dum non constat de impedimento, coniux spoliatus ante omnia est restituendus: quæ priuilegia negãtur matrim. clandestino: & hæ pœnæ manifeste incurruntur, quando matrim. clãdestinum est nullum: quia tãtum sunt priuilegia matrim. putatiui, publice contracti. negãtur autem clãdestino putatiuo: ergo à fortiori clandestino, quod est manifeste nullum. Aliæ sunt pœnæ ipsorum contrahentium clandestinè, vt excommunicatio Synodalis, posse exhæredari, punirique arbitrarie. Aliæ sunt parochi assistentis clãdestino, pœnæ. In præsenti non disputamus de pœnis parochi, an eas incurrat, quando matrim. clandestinum cui assistit, est nullum: de hoc enim agendum est dum de pœnis parochi tractauerimus Sed de pœnis ipsorum contrahentium: & in quibusdam harum, exprimitur imponi, quando matrimonium

monium nullum: vt *in Trident. sess. 24. cap. 1. de matr.* præcipitur contrahentes inualidè, absque parocho & testibus puniri arbitrio ordinarij: & in quibusdam Synodis excommunicantur ita contrahentes: & tunc res est manifesta. Difficultas ergo est, quando id non exprimitur, sed absolutè imponuntur pœnæ, vt excommunicatio Synodalis, & exhæredatio *l. 49. Tauri*, contrahentibus matrim. clandestinum, an eæ incurrantur, si clandestinum inualidum sit: vtpote absque parocho & testibus celebratum.

2 Præmittenda est regula hæc, ad discernendum quãdo pœnæ actui impositæ incurrantur, licet actus sit nullus. Aut enim lex considerat tantum factum, & animum facientis, nõ autem iuris effectum: & tunc incurruntur pœnæ per actum inualidum: quia attentatur factum, & prauus animus adest: aut considerat iuris effectum, & tunc non incurruntur, cum actus ille iuris effectum fortitus minime sit. Sic docet *gloss. l. Quid ergo. 13. § Cum autem, verb. Cum ea. ff. de his qui not. an. infa. Cardin. clem. 1. opposit. 8. de consang.* optimè *Felinus* multa allegans *c. Tua nos, de iureiur. n. 7. & c. Ex tenore, de rescript. nu. 9. vers. Ceterum ad multa, Molina* alios referens *l. 2. de primog. c. 16. n. 19. Gutier. 2. pract. q. 4. n. 6. Azebedo l. 5. recop. tit. 1. l. 5. n. 10.*

3 Difficultas ergo in eo consistit, an canones imponentes clandestino pœnam, considerent factum, vel potius iuris effectum. Triplex est sent. Prima ait solum factum, & animum prauum cõsiderari, & ita incurri pœnas ob clandestinum inualidum. Prob. quia illud factũ ex se malum est, licet iuris effectum non obtineat, cum ex matrimonio clandestino inualido, plurima mala sequantur, quæ fuit prohibitionis ratio ergo. Et cõfirmatur, quia *Tridentinum sess. 24. de matrim. c. 1.* irritans clandestinum, præcipit ordinarijs, vt contrahentes ipsos grauiter puniant, ergo manifeste factum ipsum sine iuris effectu, punire intendit. Quia hodie matrim. clandestinum, grauius delictum est, quam olim: olim enim erat prohibitum, sed ratum, hodie verò prohibitum & irritũ: ergo cum grauiori delicto grauior correspondeat pœna, à fortiori pœnę olim statutę in clandestinũ, vigent hodie. Tertiò prob. ex doctrina *Bart. l. Non dubium, n. 20. C. de legibus*, vbi ait facta contra legem, haberi pro infectis, quãtum ad vtilitatem facientis, secus quo ad damnum: quam doctrinam sequitur *ibi Paul. nu. 9. Ias. nu. 9. Tiraquel.* alios referens, *de retractu linagi. § 26. glo. 1. n. 8. Cornetus cons. 243. l. 3. Flaminius* alios referens, dicensque esse communem, *de resig. benefic. lib. 7. quæst. 1. nu. 13.* ergo illud matrim clandestinum inualidum, reputandum erit, ac si validum fuisset, vt contrahentes damnum subeant, clandestinitatis pœnis afficiantur. Quartò, prob. ex doctrina *Cardinalis, clem. fin. quæst. 12. de elect. & Bertachini in repertorio, litera P. verb. Pœna inualida, vers. Pœna imposita*, vbi docent pœnam impositam in casu alicuius actus, habere locum si actus interueniat, licet de iure non tenuerit. Quintò, ex *l. Quid ergo 13. § Cum autem, ff. de his qui not. ant. infam.* ibi, *Si cum ea qui faciat nuptias vel sponsalia constituat, quam vxorem ducere non potest, vel fas non est, excet notatus.* Ex quo textu colligit *ibi Bart. in fine*, quando lex respicit factum, nõ curare de iuris effectu, dummodo habeat formã facti: vnde subinfert, si testamentum falsum testamenti formã habeat, licet ob aliquam aliam causam nullũ sit, puniri falsi pœna: quod idem docet alios referens, *Felin. c. Tua nos, de iureiur. n. 5. & c. Ex tenore, n. 9. de rescript.* cum ergo tale matrim. clandestinum inualidum, habeat externam matrim. formam, subijcietur pœnis. Sextò, ex doctrina *Baldi, l. Ea quidem, n. 3. C. Si mancipium*, vbi inquit, si lex reputet factum nudum, delictum esse, puniri legali pœna, licet iuris effectu destituatur: ergo cum hæ sint pœnæ legales, & lex reputet delictum iuxta matrim. clandestinum, inualidum: locus erit in eo pœnis clandestini. Vltimò, quia licet matrim. cum consanguinea contractũ, sit iure irritum, subijcitur excommunicationi *Clementinæ, 1. de consangu.* & licet beneficiatus sacris initiatus inualidè contrahat, incurrit pœnam amissionis beneficij, vt cum alijs per eum relatis, docet *Couar. 4. decret. 2 p. c. 6. § 3. nu. 4.* vbi cum communi, docet idem esse, si beneficiarius minoribus initiatus inualidè cõtrahat: ergo similiter in nostro casu. Et cõfirmatur, quia *lex 49. Tauri*, est inserta *in nouæ recopil. lib. 5. tit. 1. l. 3.* post Tridentini promulgationem, & tamen exhæredationis pœnam statuit clãdestinè contrahentibus: ergo cum tunc iam clãdestinum esset irritum, si propter illud nõ incurreretur, frustra esset. Hanc tenet *Molina lib. 2. de primog. c. n. 18. & 19.* quamuis enim solum de pœna exhæredationis tractet, eius tamẽ rationes de quibuscumque pœnis loquũtur probãt: idem tenet *Veracruz. append. ad specul. dub. 31. concl. 6.* & dicit esse veriorem in puncto iuris *Gutier. 2. pract. q. 4. n. 7. vers. Quid tenendum.* Et loquẽtes de excommunicatione Synodali, docent idem *Nauar. summa Hisp. c. 28. addit. c. ad nu. 70. & 22. quæ incipit, Pregunta si seran descomulgados. Veracruz 1. p. spec. a. 10. fine, Corduba sum. q. 52. ad fin. vers. X. ofsicio monte: Vega lib. 6. sum. casu 104.* Ad idem sunt *Soto 4. d. 28. q. 1. a. 2. concl. 2. fine, Perez lib. 5 ordina. t. 1. l. 1. § 38. § Et tamen dubium*, vbi dicunt clam contrahentes inualide ratione impedimenti alicuius, incurrere excommunicationem Synodalem: ea enim de causa matrimonia clandestina interdicuntur, ne vitiosa matrimonia attententur.

Secunda sent. distinguit sic, si loquamur de excommunicatione Synodali, eam iucurrunt clam cõtrahentes inualide, secus autẽ de pœna exhæredationis imposita *l. 49. Tauri*: ducitur, quia lex illa non punit præcise matr. clandestinum, sed illud, quod absque parentum cõsensu inchoatum est, ob iniuriam ipsis illatam, quæ hodie cum inualidum sit, non est tanta, nec durat, statim enim dissolutum matrimonium: pœnæ autem canonicę statuũtur potè ad puniendum clandestinitatis delictũ, quod post matrimonium matrim. clandestini, grauius est. Hanc tenet *Enriquez qui l. 11. de matrim. c. 5. n 6.* ait incurri excommunicationem Synodalem, & *c. 6. n. 2.* non incurri exhæredationem: & *Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 221. n. 1.* vbi de excommunicatione fatetur: & *c. 24. n. 3.* de exhæredatione negat. *Bart. à Ledesma matrim. dub. 8. f. 1230. fine*, concedit incurri excommunicationem: & *dub. 24. f. 1360.* negat de exhæredatione: & *Ledon. Lop. 2 p. instruct. de matrim. c. 39. §. Præterea circa hanc*, dicit contrahi excommunicationem: & *c. 34. ante finem, dicit. tion: m ad primum, & 1. p. instruct. 2. edit. c. 54. §. Sed aduertendum, & c. 294. §. Sequitur & alia quæstio.* negat sic contrahentes posse exhæredari.

Tertia sent. probabilior (quamuis duæ priores probabiles sint) negat quascumque pœnas incurri. Prob. ex *l. fin. fine, C. de sepulchro violato* vbi habetur notarium cõficientem instrumentum falsum, inualidum, non pœna iuris, sed extraordinaria plectendum esse: ergo similiter contrahentes clam inualide, non incurrent pœnas iuris. Secundò, ex *l. Ea quidem. 5. C si mancipium*, ibi, *Nec tamen pœna exactio si qua addita est, conditioni non seruatæ ipsam exigendi tribuit causam.* Vbi *gloss. verb. Causam*, reddit rationem, quia effectum non habuit manumissio: & *Bald. n. 1. Salic. n. 13. Tiraquel. post leges connubial. gloss. 8. n. 212.* inde ferunt, cùm ex nihilo nihil fiat, per frustratorium factum pœnam efficiter non incurri: ad quod confirmandum multa cõgerit *Felin. c. Tua, n. 6. de iureiur.* Tertiò quia quod nullũ est, nullum producit effectum, *l. 4. §. Condemnatus, ff. de sent. & rei iudic. c. Illud, de iure patron.* non entis enim nullæ sunt qualitates: *c. Ad dissoluendum, de despons. impub.* ibi, *Quoniam accusatio locum habebat, cum non esset quod legitimè posset accusari*, vbi textus decidit matrim. cum infante inito, accusari non posse, eo quod irritum sit: ergo matri. clandestinum quod nullũ est, accusari nequit vt illius pœnis plectendum. Quartò, quia paria sunt non esse, & esse nullum, *l. Duo sunt Titij, ff. de testam. tute.* & non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum: *reg. Non præstat, de regul. iur. in 6.* & verba cum effectu sunt intelligenda, *c. Relatum, de iudic. non resid.* & actus appellatione, regulariter solus compethenditur actus validus, vt probant *Tiraq. de retract. linag. § 1. glo. 2. nu. 5. & l. Bones, § Hæc sermone, tota limit. 2. ff. de verb. sig. nif. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 71. fine*, ergo cum tale matrim. clandestinum iam sit nullum, reputabitur non

non esset, nec matrimonij clandestini subiecti iuris, aut Synodi pœnis nomine comprehendetur. Quintò, quia emphyteuta non cadit in pœnam commissi, impositam *l. fin. C. de iure emphyteut.* si venditio facta irrequisito domino irrita habita: quia talis non est venditio: vt optime docent *Bald. l. 2. n. 3. C. de Episc. audien. Chassaneus de consuet. Burg. rubr. 8. §. super tertium, ne pren. la possession. num. 1. vers. Item intellige,* Tiraquellus referens *de retractu linagi §. 1. glo. 2. n. 6. & post limitationem glo. 8. nu. 205. Felin. c. Ex tenore n. 6. de rescrip.* ergo fatebuntur iura interdicentia clandestinum, aperte confirmare irrita effectum: vt constat ex *Tridentino sess. 24. cap. 1. matri.* vbi reddens rationem huius prohibitionis, inquit: *Cum sancta Synodus grauia peccata perpendat, quæ ex clandestinis coniugijs oriri solent, præsertim vero eorum qui in statu damnationis permanent, dum priore vxore, cum qua contraxerunt, relicta cum alia palam contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio viuunt.* Ecce quam clare cõsiderat iuris effectum, cum nõ factum, nec animum facientis, attẽdat, sed damnum clandestino cõsurgentia, quæ minimè consurgunt dum est irritum, tunc enim cum palã contractum vadunt, non viuunt coniuges in perpetuo adulterio. Septimo quia *in Tridentino eo cap. 1.* imponitur pœna cõtrahentibus clandestine, inualide, vt arbitrio iudicis puniantur, saltem probabile probabilis opinio, corrigi pœnam legis antiquæ impositæ per legem nouam: ergo cessant pœnæ impositæ matrimonio clandestino. Tandem, quia pœnæ sunt grauissimæ, de matr. clandestino loquentes, intelligendæ sunt: quod autem nullum est, non dicitur tale simpliciter, vt contractus nullus non dicitur simpliciter contractus: quod multis exornat *Ripa tr. 4. Continuatum, nu. 4. & seq. ff. de rei vendic.* ergo matrimonium nõ incurrentur pœnæ clandestini.

Dubium est, nam *cap. 1. de sentent. excommun. in 6.* suspenditur prælati sola voce, absque scriptis excommunicationis, & tamen *Lapus allegat. 73. de sententia excommun. Rotæ Florentinum, vers. Sed de secundo,* ait non incurrere suspensionem si excommunicatio non fortita sit effectũ, quia excommunicatus vel paruit, & ita eam nõ incurrit: & dicit *Dom. in c. 1. fine,* forte hoc esse verum: & *Francus ibi. §. Si quis putaret* hoc esse probabile. solum enim vocat tutum opinatum, & vtrum verius sit relinquit cogitãdum: Et ratione dubitationem *Lapus*, quia talis pœna accessoria est excommunicationi latæ, quare cum principale firmum non fit, nec erit accessorium: *reg. Accessorium, de reg. iur. in 6.* Similiter vbi clandestinum inualidum est, cessabit pœna accessoria. Hanc tenent *Perez lib 5. ordin. t. 1. l. 1. §. Item statuimus, & ad finem. §. Dubitatur vlterius: Gutier. 2. Pont. 4. n. 7. Segura direct. in Iudicum, 2. p. c. 15. num. 23. & seq.* Et licet agentes de sola excommunicatione Synodali, quia maior est difficultas, docent *Palacios 4. d. 28. disp. 3. dub. vltimo. Rebellus. Petr. de Ledes. de matrim. q. 45 a. 5 f. 183. col. 3. §. Ego tamen dubium*: & loquentes de pœna exhæredationis de aliis enim non disputant tenent *Ioan. Lup l. 49. Taur. n. 3. & 4. & ibi Castillo num. 17. Matienzo lib. 5 recop. t. 1. l. vltimo. Sforza. & ibi Azebedo num. 46. Barbosa l. 1 p. 4. n. 39 ff. solut. matrim. Rebellus l. 4. de arte contractuum, tit. 8.* Et videtur tenere *Corduba sum. q. 171. ad fi. §. Lo tercero*, vbi ait post Tridentinum certius esse non posse exhæredari filiam clam contrahentem: & videtur clarè tenere *P. Molina t. 1. de iust. & iur. disp. 176. f. 1040. §. Obserua.*

Alij verò sint, intelligunt *Barbosa l. 1. p. 4. num. 39. ff. solu. matrim. Perez lib. 2. p. dareff. c. 15. n. 29.* quoad pœnam exhæredationis, si matrimon. illud clandestinum irritum contrahentis: hanc enim potest filia exhæredari. Et reddit rationem *Barbosa*, quia peccauit in corpus suum. Sed hæc ratio non videtur ad rem: quia iam non ratione matrimonij clandestini proueniet illa exhæredatio: cum ratione illius non possint æquè filius, ac filia exhæredari, per *l. 2. tit. 20.* Tamen in hoc casu quoniã clandestinum est irritum, nihil differt copula vt possit filius exhæredari. Item quomodocumque sit de hoc verum, per vnam, aut alteram copulam illicitam non posse filium exhæredari: nam *auth. Vt cum de appell. cognos. §. Aliud quoque, in fine*, petitur ad hoc vt volentibus parentibus filiam matrimonio collocare, ipsa vitam luxuriosam eligat: & *l. 5. tit. 7. 9. 6.* inquit, *Si ella hiziere vida de mala muger*: & *Couarr. c. Raynutius, de testam. init. nu. 15.* explicans hunc casum dicit, si filia luxuriosam vitam eligat, ita vt meretrix fiat. Et tenet expresse *P. Molina t. 1. de iust. tract. 2. disp. 176. fol. 1038. fine.*

Ex dictis infero, non placere doctrinam *Soti num. 3. fine allegat.* incurri excommunicationem Synodalem in contrahentes clam latam, si matrimonium illud ratione consanguinitatis aut alterius impedimenti irritum sit. Quia rationes num. 5. adductæ, oppositum probant: & pro hac parte sunt *Ioan. Lup. l. 49. Tauri, n. 3. & 4. & ibi Castillo n. 17.* dicũt enim generaliter non incurri pœnam exhæredationis, quoties ratione cuiuscũque impedimenti matrimonium est irritum, vt ratione metus, vel defectus ætatis. 7

Ad argum. prioris sent. proposita n. 3. respondetur, ad 8
1 quamuis aliqua inconuenientia ex eo matrimonio cõsurgant, cessare potissima: vt probaui n. 5. nec punire iura quemcumque actum malum, sed matrim. clandestinum, quod tale non est, quando est irritum: vt probaui eodem n. 4. Ad confirmationem fateor Tridentinum in ea pœna arbitraria attendisse solum factum, quia id expressit: cum autem cætera iura id non exprimant, in sensu fauorabiliori accipienda sunt, Ad 2. fateor hodie esse grauius delictũ, si consideretur in se, secus in ordine ad Ecclesiã: cum enim non delicti grauitatem puniri intenderet, sed ab eo retrahere, ob maxima damna, & adulteria inde orta, grauius erat antiquitus: modò enim cum inualidum sit, cessant ea damna. Ad 3. dico, cum *Azebedo lib. 5. recop. t. 1. l. 1. nu. 47.* doctrinam Bartoli non esse vniuersaliter veram, sed quando actus nullus est ob solam constitutionem irritãtem, in pœnam, & odium contrahentium: secus quando actus est nullus ob solemnitatis requisitæ defectum: vt contingit in matr. clandestino. Et potest huius differentiæ ratio assignari, nam in prioti casu annullatio actus est pœna, in odium frangentis legem inducta, & ita non mitum si actus valeat in odiũ ipsius transgressoris, ne ex delicto suo commodum reportet: in posteriori verò non est pœna (vt dicemus hoc 3 lib. disp. 4. n. 9.) Sed ob bonum reipublicæ, cui expedit illum actum absque ea solemnitate non subsistere, irritetur, & ita nil mirum si prorsus irritus sit, siue commodum, siue damnum contrahentis attendas. Ad 4. negatur ea doctrina, nisi intelligatur quando lex solum factum & animum facientis punit. Ad 5. dic cum *glo. eadem l. §. Cum autem, verb. Cum ea.* non iuris effectum, sed animi destinationem considerari, & puniri per eam legem: quod non contingit in nostro casu. Ad 6. dic sicut ad 4. respondi. Ad vltimum, dic eam Clementinam manifestè punire solum factum, & animum contrahentium: cum aliàs frustratoria esset, eò quòd matrimonium inter consanguineos consistere non poterat: at in nostro casu solùm punitur id quod erat, & est matrim. clandestinum validum, vt si coram parocho & testibus omissis denunciationibus celebretur: vt explicui disp. præc. num. 7. Ad posteriorem partem illius argumenti, dico esse valde dubiam, & esto vera sit, procedere ex præsumpta contrahentis voluntate, visus enim est dimittere beneficium assumendo statum illi incompatibilem: quod in nostro casu non reperitur. Ad confirmationem dico, incurri per clandestinum omissis denunciationibus, quod validum est: vt dixi disp. præcedenti, n. 7.

DISPVTATIO III.

Vtrùm matrimonium clandestinum irritum fuerit ante Tridentinum, & sit peccatum lethale ita contrahere?

SVMMARIVM.

Refertur sententia, dicens fuisse irritum ante Tridentinum, n. 1.
Refutatur ea sententia, nn. 2. Et traduntur rationes ob quas est irritatum à Tridentino, n 3.

Solumtur

Soluuntur argum. & eludintur c.1 30.q.5. & c.Videtur. 35.q.6.n.4.
An sit mortale clandestinè contrahere,n.5 & quid,post Trident.n 6.
An sit illicitum ob solam Ecclesiæ prohibitionem: opinio affirmans,n.7.
& contraria.n 8. Et ibi an infideles peccent clam contrahendo.
Soluuntur argumenta,n.9. Et ibi,an lex edita ad vitanda inconuenientia,cesset cessante fine.

1 ANTE Tridentinum non defuere DD. asserentes matrimonium clandestinum,irritum esse: sic enim quidam DD Romæ coram Paulo IV. disputantes contendebant,dicentes esse irrita à tempore Euaristi Papæ: quod idem docent *Chassaneus catalogo gloriæ mundi,p.12. consid.36. Corraseus lib.1.miscel.c.37.* loquentes specialiter de matrim. contracto à filio absque parẽtum præsentia: & *Gent. Hervetus in orat.ad Trident.* asserit hæc matrimonia à tempore Euaristi Papæ fuisse irrita. Et probatur, quia *Euaristus epist. 1.ad Episc. African.c.2.* & habetur *c.1.30.q.5.* asserit hæc nõ legitima connubia esse, sed adulterina, & contubernia. Secundò, ex *c.Videtur 35.q.6.* vbi *Cælestinus Papa* sic inquit, *Videtur nobis quod secũda,quam contra prohibitionẽ Ecclesiæ duxit, non sit vxor: nam quod contra ordinem Ecclesiæ factum est, ratum non haberi,tam humanæ,quam diuinæ legis proclamat auctoritas.* Sed matrim. clandestina semper fuerunt ab Ecclesia interdicta,vt constat ex decreto Hormisdæ Papæ, & habetur *c.2. 30.q.5. & ex Tridentino sess.24.c.1.de matrimonio.*

2 Cæterum fides Catholica est, matrim clandestina ante Tridentinum fuisse validam: id enim definit *Alex. III.c. 2. de clandest.desponsat. & Tridentinum sess.24.c.1.de matrim.init.* anathemate damnãs oppositum asserẽtes. Et ratio est, quam tradit *D.Thom.4.d.28.q.1.a.3.* quia quoties concurrunt essentialia,contractus validus est, licet desiderẽtur solemnitates extrinsecæ,& accidentales, in matri.autem clandestino,concurrit tota matrimonij essentia,deficienti sola extrinseca publicitatis solemnitate.

Iustissimis autem causis Tridentinum ea irritauit, & iura antiqua ea prohibuerũt: quæ desumuntur ex *Trident.d. c.1.& ex concilio Colonien si,t.de matrimonio,* & ex *D.Tho.d.28. q.vn.a.3.ad tertium:* & ex *l.fin.tit.3 part.4.1.* Prima causa est quia religio sacramenti postulat, vt magna reuetentia,& deliberatione,assistenti ministro Ecclesiæ, recipiatur: sæpe autem contingebat clam absque deliberatione necessaria ad rem tam arduam contrahi: vnde facilis pœnitentia matrim. contracti, discordiæque inter coniuges oriebantur. Secunda,quia matr. clandestinum ex modo contrahendi aduersatur fidei ipsius, facile enim erat alterutri coniugũ,alij commisceri citra adulterij notam: aduersatur indissolubilitati, sæpe enim,cum incognitũ esset Ecclesiæ, transibant coniuges ad alias nuptias inualidas, & permanebant in adulterio vsque ad mortem: aduersatur etiam bono prolis,quã negare non est difficile, cum vxor probare coniugiũ nequeat. Tertia,quia sæpe virgines parentũ metu matr.consummata negabant, alijsque nubebant: vel inuitæ in monasterium includebantur. Quarta, quia inde multæ discordiæ inter contrahentiũ cõsanguineos oriebantur. Tandem quia plerumque contrahentes latent impedimenta aliqua, quæ publicè inito matrim. detegerentur, nec matrim. irrita contraherentur. quare *Concil.Colonien se,tit.de matrim.§.Hunc canonem,* considerans sola prohibitione,& pœnis, non plene consuli huic malo,maxime oprabat matrimonia hæc ab Ecclesia irritari.

Ad argo. proposita nu.1. respondetur. Ad primum, dic
4 appellari nõ legitima matr.in eo decreto: quia non sunt celebrata iuxta leges Eccles. appellari autẽ adulteria, vel stupra,quoad forum Ecclesiæ externum, cui minimè cõstant: quamuis in foro interno vera matrimonia fuerint: & ita in fine illius textus,subiungitur, *Stupra potius quam legitima coniugia esse non dubitatur, nisi voluntas propria suffragatur: & vota succurrerint legitima.* Hoc est (vt explicat *Alex. III.c.2.de cland.desponsat.*) si personæ contrahentium voluerint publicare,ab Ecclesia recipienda sunt,& comprobãda,tamquam à principio in Ecclesiæ conspectu cõtracta. Nec inconueniens est vt in hoc casu contra suũ morem Ecclesia præsumeret adulterium, & non matrimonium, sicut præsumebat *c.Is qui fidem,de sponsal.* copula post sponsalia habita matrimonium perfici, vt delicti præsumptionem vitare: quia adsunt vrgentia indicia ad præsumendũ adulterium, nullaque matrimonij probatio suppetit in foro Ecclesiæ. Ad secundũ dic, textũ loqui casu quo post sponsalia,& copulam cum vna,contrahitur matrim.cum alia: tunc enim præsumitur priora sponsalia transisse per copulam in matrimonium, iuxta *c.Is qui fidem, de sponsal.* & ita præsumit Ecclesia secundum matrim. esse irritum.

Grauius autem dubium est, de culpa quæ admittitur contrahendo matrimonium clandestinum. Et nemo dubitat esse culpam lethalem: quod manifeste probant grauissimæ damna inde cõsurgentia, relata n.3. & grauissima verba quibus vtitur *Trident. sess. 24.c.1. de matrim.* asserens semper Ecclesiam huiusmodi matrimonia detestatam esse grauissimæque pœnæ quibus afficiuntur.

Rogabis autem, an post Tridentinũ sit culpa lethalis clam absque parocho & testibus cõtrahere. videtur enim non esse: quia cum sit irritum, cessant antiqua damna. Item; quia solum videtur quidã actus otiosus, cum enim sic contrahens norit matrim. consistere nõ posse, non habet efficacem contrahendi voluntatem: nam hæc ad impossibile ferri nequit. Sed dic esse culpam lethalem: quia contrauenitur præcepto grauissimo & iustissimo *Tridentini sess.24 c.1 de matrim.* quod ne contrahatur absque parocho & testibus præcipit: nec iura antiqua, quibus antea hoc matrim. culpa lethalis erat, corrigere intendit, sed ipsorum vestigijs se inhærere profitetur. Deinde, quamuis licet consensus efficax esse non possit circa obiectum impossibile, potest tamen dari complacentia circa illud, quæ similiter peccatum mortale est. Sic tenet *Matienzo lib.3.recop.t.1.l.1.gl.1.n.2.*

Discrepant autem DD. an sola Ecclesiastica lege clandestinũ matr. interdictum sit? Affirmant quidam: docentur primo, quia quod intrinsece, & ex natura rei malum est, nunquam licet: matrim. autem clandestinum in multis casibus olim licebat: vt fatentur omnes, cum *D.Th.4.d. 28.q.vnic.a.3.corp.* Secundò, quia cessante fine legis in particulari, non cessat lex: ergo si matrim. clandestinum intra naturæ est malum ob inconuenientia, quæ ex ipso natura sunt sequi, quãuis in casu aliquo speciali ijs obuietur, erit illicitum. Tertiò, quia si ex matr. clandestino, per se, & ex natura rei sequuntur dãna contra finem, & bona matrimonij, erit irritum: ideo enim matrim. sub cõditione aduersa bonis ipsius, nullum est iuxta *c. fin. de conditio oppos.* Sic tenent *Caiet.tomo 1.opusc.tract.12.de matrim. q. 2. Sotus 4. d.28.q.1.a.2.concl.1. Barth.à Ledes. dub. 21. de matrim. f. 149.* vnde infert infideles clã contrahentes non peccare, cum Ecclesiæ legibus non astringãtur: & videtur tenere *Pet. de Ledes.de matrim.dist.45.a.5 fol.171.col.2.§. Ad rationem dubitandi.*

Verius tamen est, esse culpam lethalem contrahentes matrimonia grauissima. Prob. quia ex natura rei continet in se mala grauissima: cedit enim in prolis detrimentum, & vtriusque coniugis, cum facile possint ad alias nuptias transire, & est reipublicæ nociuum, cõtrariumque eius paci ac quieti. Et ita videtur sentire *D.Tho.4.d 28.q.vn.a.3.ad 3* vbi relatis damnis ex hoc matrimonio consurgentibus, addidit præter hæc speciem mali habere, & tenet *Caiet.* sibi contrarius, *summa verb.Matrimonium,tit. Contractus matrimonij potest ex 7. capitibus reddi vitiosus,§. Et sicut peccatum esse. vers. Tertium capitulum.* *Petr.de Soto lect.14.de matrim.§. Primum ius ipsum, Palacius 4. d.28.disp.3.statim in princ. Veracruz 1.p spec.a.10. concl.2. Matienzo l.5 recop.t.1.l.1.glo.1. num.2.* Hinc infertur infideles clam contrahentes, lethaliter delinquere contra iura naturæ. Sic contra *Barth.à Ledes.n.praced. allegatum,* docent *Veracruz, & Matienzo proxime relati.*

Ad 1.argum.ex propositis n. 7. dic, quædam esse ita intrinsece mala, quæ nulla ex causa honestari possunt, vt mendacium, fornicatio: alia vero ex natura rei mala, non tamen ita intrinsece, quin iustis de causis honesta esse possint: vt occidere hominẽ, habere plura beneficia: huiusmodi generis est matrim. clandestinum: quod egregie significa-

in D.Th.4.d.28.q.un.a.3.ad 3.vbi cautè dixit matrim.clandestinum speciem turpitudinis habere, significans non eam turpitudinem continere, quam habet fornicatio, sed perse, & absolutè sonare in malum, nisi aliter causis licitum efficiatur. Sed inferes, ergo in statu innocentiæ esset illicitum. Neg. conseq. quia dum diximus esse contra ius naturæ, intelligitur non omnino, & absolutè sub natura corruptione stante, facilè enim homines sic degerent, discordiæque promanant, quæ à statu innocentiæ longe abessent. Ad 2. respondent quidam, legem etiam propter finem bonum, non cessare cessante fine: sed dum lex principaliter editur ad vitanda inconuenientia, qualis est lex prohibens matrimonia clandestina: matrimonium non obligat in ijs casibus, quibus omnino cessante fine Cast. to.1. opusc. tract.12. de matrim.q. 2. Nauar. sum.c. 22.nu.58.fi.&Lat. vers. nu.37. Enriq. lib.11. de matrim.c.17.nu. 2. Lorenzana fol.O. Bart. à Ledesma dub. 17. de matrim.f.1275. Lud. Lop.2.instruct.c.85.§. Præterea peccat. Sed displicet solutio, quoniam licet vetans noctu arma deferri, tendit ad vitandas rixas, non tamen desinit obligare virum ita pacificum, vt in eum periculum omnino cessaret. Vnde melius respondetur de Ledesma de matrim.q. 45. a. f.171. col. 1. §. Contra hanc ultimam, in illis casibus non desijsse esse mortale, clam contrahere: quia ratio legis cessasset, sed quia id quod non habet intrinsecè malum, quin honestari ex iusta causa possit, sæpe licet ea causa existenti, ex quadam epicheia, & benigna legis interpretatione, quando non potest adiri Superior, vt dispenset: si enim adiri posset, argum. contrarij esse faciendum. Ad 3. dic, argumentum concludere, si per se, ex modo ipso contrahendi clam, sequerentur mala, & infallibiliter damna aduersa bonis & fructuosis: quæ non tamen ita se tes habet, sed solùm sequuntur in plurimum, suppositis malitia humana: vnde quidam obijciebat argum. matrimonium clandestinum esse irritum, quia expedire vt irritetur.

DISPVTATIO IV.

Vtrum potuerit Ecclesia irritare matrimonia clandestina?

SVMMARIVM.

Proponuntur argumenta ad probandam partem negatiuam, n. 1.
Ecclesia irritare, n. 2. Et an irritaris direcle annullando matrimonium, vel eum inhabilitando personas: referuntur quadam opinio, n. 3.
Ecclesia quoque modo irritare, n. 4. Et de facto vtroque modo irritauit, num. 5.
Ecclesia irritare matrim. vt est sacramentum, num. 6. & ibi sublato fundamento in Deum ad finem, & sublato priori, tollitur pestifera clandestinitas: clandestinum, mutauit materiam, & formam illum. n. 7.
An annullatio actus sit pœna: referuntur duæ sententiæ, nu. 8 & concluditur n. 9.
Adducuntur argumenta, n. 10.

1 QVÆSTIO hæc adeò ardua visa fuit, vt Ruardus Tapper. 2.2.q.10. Louaniensi, ante §. Professionem sacræ religionis, indecisam reliquerit, an potuerit Ecclesia irritare: subditq; si Ecclesia irriteret, falsæ inniti præsumptioni fraudis, & dolo, de fraude cessante valere matrimonium. Et Sotus 4.d. 28.q.2.a.un.fol.ad 1. in decisum similiter reliquit, iudicio Ecclesiæ definiendum. Et XL. Episcopi, multique alij qui ad Tridentinum concilium confluxerunt, antequam hæc definiretur, in ea fuerunt sententia, vt Ecclesia non posset irritare. Et probatur primò, nam si consensus facit matrimonium, vt est contractus naturalis, solo consensu etiam clam præstito est validum: Ecclesia autè humanam alterare nequit. Et confirmatur, causa naturalis, dum, sed mutuus consensus etiam occultus inter personas habiles, est causa naturalis matrimonij, ergo. Secundo, quia quid statuere variando materiam, & formam sacramentorum: vt colligitur ex *Tridentino, sess. 21. doctrina de Sacramento Eucharistiæ, c. 2.* ibi, *Declarat hanc potestatem in Ecclesia perpetuo fuisse, vt in Sacramentorum dispensatione, salua illorum substantia statueret.* Sed consensus mutuus erat, licet clandestinus, olim materia & forma sacramenti matrimonij, ergo Ecclesia non potuit id variare. Et cõfirmatur primò, olim erant materia & forma sacramenti consensus clandestini, & modò nõ sunt, ergo varianit Ecclesia materiam, & formam sacramenti: consequens nõ potest fieri, ergo nec antecedens. Confirmatur secundò Ecclesia efficere nequit vt sit de sacramenti substantia quod antea non erat: ante Tridentinum autem, de substantia matrimonij non erat consensum coram parocho & testibus præstari. Confirmatur tertiò, quia aquam manentem aquam, non potest Ecclesia reddere inhabilem, vt fit materia baptismi: ergo nec consensus occultos, qui sic manet inuariati, ne sint materia matrimonij. Tertiò principaliter probatur: quia vel irritauit Ecclesia clandestinum, indirecte, reddendo contrahentes inhabiles ad sic contrahendum: & hoc non potuisse efficere, iam probaui aut directe, irritando contractum: & hoc nõ. Quia cum homo libero arbitrio habeat plenum suorum actuũ dominiũ, Ecclesia caret potestate directa, & immediata circa actus humanos. Et confirmatur, quia de iure naturæ, ad cõtrahendum matrimonium satis est consensus inter personas habiles, ergo earum habilitate manente, non potest Ecclesia irritare. Quartò prob. de facto non irritasse: quia extrinseca contractus solemnitas non est de intrinseca ipsius essentia, nec eius defectus annulla t: præsentia autẽ parochi & testium extrinseca matrimonij solemnitas est, vt possit in Ecclesiæ foro probari. Confirmatur, quia in exteris actibus vt in alienatione rerũ Ecclesiæ, testamento, defectus solemnitatis iure requisitæ non vitiat eos in foro conscientiæ, iuxta communẽ, & valde probabilem sententiam, sed in solo foro externo annullandi sunt, ergo idem in matrimonio continget. Confirmatur secundò, quia vel præsentia parochi & testium est de necessitate, tanquam extrinseca conditio, sine qua non prodit in actum efficaciter virtus sacramenti matrimonij, & tunc non manebit irritum sacramentum defectu illius, sed impedietur sacramẽtalis effectus, aut est de necessitate, tanquam pars substantialis sacramenti, & hoc non: quia Ecclesia non potest sacramenti substantialia instituere, ergo defectu talis præsentiæ non erit matrimonium irritum. Vltimò, quia annullatio actus pœna est, hæc autem non incurritur ante iudicis sententiam, iuxta *glos. vulgarem, c. Fraternitas, 32. qu. 1.* & omnes: ergo in conscientia non est irritum tale matrimonium.

2 His non obstantibus, veritas catholica est, Ecclesiam potuisse irritare. Quia *concilium Tridentinum* à Pontifice approbatum, & ab vniuersali Ecclesia ita intellectum, de facto irritauit, *sess. 24. c. 1. de matrim.* si autem id non potuisset efficere, erraret in re maxime ad fidem, & vniuersales Ecclesiæ mores conducenti.

3 Difficultas autem est, circa irritandi modum. Dupliciter enim potest matrimonium irritari: Primò indirectè, inhabilitando personas: Secundò directè, annullãdo immediatè ipsum contractum. Multi aiunt primo modo irritasse, nec potuisse secundo modo. Sic explicant hanc irritationem *Perez. lib.5.ord.t.1.l.1.f. 40.§. Iuxta prædicta, Gutier. de iuramento, 1.p.c.51.n.22. Matienzo lib.5. recop. tit. 1. rubr. glos.1.nu 38. Spino speculo testamentorum gl.15.nu. 52.53.& 70.* Et ex Theologis, *Palacios 4.d.28.disp.3. vers. Est igitur, Petrus de Ledesma de matrim.q.45 a.5.f.177.col 2 §. Vltr respondetur, & col.seq.§. Ad secundum argum. Manuel 1.to.sum. 2. edit.c.219. n.1. Vega l.6. summa.casu 121.* Et eodem modo in alio simili, explicant *Scotus 4.d.26.q.vnic. fine, & ibi Paludanus q.4.a.3. in fol.ad 4.n 24. Adrianus 4.q. 1. de matrim. ad confirmationem primi argumenti*, tractantes enim qualiter possit Ecclesia constituere impedimenta dirimentia matrimonium, dicunt id posse reddendo materiam inhabilem: non autem variando essentialia matrimonij præsupposita materia idonea.

4 Prima concl. sit. Potuit Ecclesia vtroque modo irritare clãdestina matrimonia. Probatur posse directè irritando contractum: quia contractus humanus est actus hominis ordinati ad altiorem finem, & proinde necessario debet subordinari alicui communitati, cuius sit pars, & à qua pendeat quantum ad omnem politicam operationem, sed matrim. fidelium est contractus, quo vnus fidelis ordinatur ad alterum, in bonum spirituale totius Ecclesiæ, cuius omnes fideles partes sunt, ergo subordinatur potestati eiusdem Ecclesiæ, vt quando bono communi ipsius Ecclesiæ expediat, possit illud directè irritari. Secundò, quia Ecclesia irritauit alios contractus, eo quod ita communi bono expediebat, vt professionem factam ante annum nouitiatus vel 16. annos expletos, vt constat ex *Trident. sess. 25. de regularibus c. 16.* & simoniacam beneficiorũ commutationem, *c. Cum olim, & c. Quæsitum, de rerum permut.* ergo ita potuit matrimonium. Et confirm. quia de facto irritauit matrimonia coacta, & contracta, inter liberum & seruam, ignorata conditione seruili: vt constat ex *c. 2. de coniugio seruorum, & c. Cum locum, de sponsalib.* cum tamen personæ maneant habiles ad contrahẽdum. Tertiò prob. quia respublica ciuilis potest irritare contractus ciuiles, & de facto aliquos irritauit, vt minorum absque auctoritate curatorum, alienationem maiorauum, sæpeq; dominij translationem impedit, quamuis hæc iure naturæ attento à solo domini consensu pendeant: ergo idem potuit Ecclesia circa matrimonium. Est autem irritare directè contractum matrimonij, impedire ne mutuus contrahentium consensus sit sufficiens clandestinè præstitus, ad transferendum dominium corporum inter coniuges: sicut lex ciuilis irritat donationem pupilli, impediendo ne illius voluntas sufficiat ad transferendum dominium: vnde non tollit Ecclesia obligationem iam ortam, sed impedit ne oriatur. Prob. autem posse Ecclesiam irritare matrimonium, inhabilitando personas: quia in ijs quæ ad bonum spirituale Ecclesiæ spectant, quale est matrimonium, fideles tanquam eius membra, illi subduntur: ergo quando bono spirituali Eccles. expedit, potest illos ad certum ineundi matrimonij modum, inhabiles reddere. Et confirm. quia sicut in naturali corpore membra vniuersa influxum, vt operationes exerceant, à capite recipiunt: sic in mystico Ecclesiæ membra debẽt recipere influxum moralem, ad contractus ineundos spectantes ad bonum Ecclesiæ spirituale, qualis est matrimonium: & proinde sicut membra naturalia sine influxu naturalis capitis incapacia sunt naturalium operationum, ita absque capitis moralis influxu fideles inhabiles erũt ad matrim. Confirm. secundò, quia respubl. ciuilis potest aliquos inhabiles efficere ad contrahendum absque certis solemnitatibus, vt effecit, prodigos, & minores absque auctoritate tutorum, mulieres coniugatas absque licentia viri: ergo potuit Ecclesiastica ad ineundum matrim. sine certis solemnitatibus: sicut enim homo ordinatur ad bonum reipubl. cuius est membrum, eique subordinatur quoad contractus ciuiles: ita subordinatur Ecclesiæ cuius est membrum mysticum, quoad contractus ad bonum spirituale spectantes. Tandem, quia Ecclesia irritauit matrim. inter consanguineos, cognatos & affines, inhabilitando personas: vt constat ex *toto tit. de consangum. & affin. & toto tit. de cognatione spirituali*: erasset autem in re ad fidem & mores Eccles. pertinente, nisi id efficere potuisset. Hanc tenet *Enriq. lib. 11. de matrim. c. 5. nu. 3. & 4.* Et videtur expresse tenere *Suarez. de Sacram. in genere qu. 60. art. 8. disp. 2. sect. 6. fine.*

5 Secunda concl. *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* de facto irritauit vtroque modo matrimonia clandestina. Constat, quia indirecta, & mediata irritatio inhabilitando personas, continetur in illis verbis, *Eos ad sic contrahendum inhabiles reddit*: directa autem annullando contractus clandestinos, ibi. *Eiusmodi contractus irritos, ac nullos esse decernit, prout eos præsenti decreto irritos facit.* Quod consulto fecit vtroque modo irritans, vt vel sic quanto odio prosecuta fuerit Ecclesia matrimonia clandestina, non obscurè significaret vniuersis.

Tertia concl. Potuit Concilium', & de facto ita fecit irritare matrimon. clandestinum, quatenus est sacramentum: non directè, & immediatè: cum sacramentorum institutio, ac destructio non subiaceat potestati Ecclesiæ, sed indirectè & remotè, destruendo scilicet, directè & proximè contractum humanum, vnde consequenter destructum & irritum manet matrimonij sacramentum. Quod sic explicatur, quia sublato fundamẽto tollitur ædificium. *c. Cum Paulus, 1. q. 1.* & sublato priori tollitur posterius ab ipso dependens. *c. Translato, de constit.* sed contractus humanus qui subiacet Eccles. potestati, est fundamentum & materia sacramenti matrimonij, ergo irritato per Ecclesiam contractu humano, indirectè & consequenter irritatur sacramentum matrim. sicut Ecclesia non potest directè annullare sacramentum pœnitentiæ, at potest indirectè auferendo iurisdictionem ministri, à qua pendet. Quod clarius sic explico, Ecclesia nequit efficere, vt quis fateatur sacerdoti iurisdictione prædito, absolutionem que recipiat, sacramentum irritum sit: at potest auferendo iurisdictionem à ministro, efficere vt absolutio ab ipso præstita à peccatis auditis, nulla sit: quia illud esset omnibus requisitis ad sacramenti valorem concurrentibus, directè sacramentum annullare: hoc autem, tantum est destruere fundamentum ad sacramenti valorem requisitum, quo destructo, consequenter & indirectè destruitur sacramentum. Similiter contingit in matrim. Ecclesia enim concurrente personarum habilitate, & contractu valido ad mutuam corporum traditionem sufficienti, efficere nequit vt sacramentum matrim. inualidum sit: potest tamen destruere fundamentum, statuendo vt contractus humanus non sit legitimus, ac sufficiens ad corporum traditionem, nisi certæ solemnitates concurrant, quibus deficientibus, indirectè, & consequenter inualidum redditur matrimonij sacramentum.

Ex his infertur, quamuis verba mutui consensus, quæ ante concilium, matrimonium constituebant, modo non constituant si absente parocho, & duplici teste dicantur, minimè dicendum esse, materiam & formam effectricem, quæ antea ad matrimonium sufficiebant, modò non sufficere: (Ecclesia enim variare nequit materiam & formam sacramentorum:) sed dicendum potius est, materiam & formam sacramenti matrimonij esse mutuum consensum verbis aut signis expressum, sufficientem ad contractum validum celebrandum, quo corporum dominium mutuo transfertur valor autem huius contractus pendet ex contrahendi modo, qui modus potest ab Ecclesia prescribi, & variari, & ideò contingere potest, vt quando contrahendi modus, vno tempore sufficiat ad materiam & formam matrimonij, & alio tempore non sit legitimus materia & forma: & ita non variatur formaliter & propriè sacramenti materia & forma, sed materialiter & remotè nimirum, quia materia & forma amittit illud esse, ratione cuius poterat esse materia & forma. v. g. si Ecclesia posset efficere, vt hæc vox Corpus, non significaret corpus, & illud efficeret, tunc hæc verba, Hoc est corpus meum, non essent forma consecrationis; non tamen Ecclesia variaret formaliter & propriè sacramenti formam, sed materialiter, variando vocis significationem: quia ex vox corpus, non materialiter sumpta, constituit formam sacramenti, sed formaliter sumpta, in quantum significat, *El cuerpo*: vnde variata significatione, quia non manet eadem vox formaliter, sed solũ materialiter, non erit forma sacramenti, & consequenter variabitur forma, materialiter & remotè, non autem propriè & formaliter: quia vox alia significans *El cuerpo*, esset eadem formaliter, hoc est, quantum ad significationẽ, ratione cuius propriè & formaliter constituit formam sacramenti, licet quantum ad materialem vocis sonum, & syllabas ex quibus cõstaret, esset diuersa vox. Eodem modo contingit in matr. verba illa, Accipio te in meum, & in meam, materialiter tantùm sumpta,

sempre, nisi quem fuerint legitima forma, & materia matrimonij: vt cōstat, quia si proferrētur à furiosis, vel absque animo consensu, non essent legitima materia, & forma: sed sunt forma, & materia, propriè & formaliter, in quantum important & significant validum & sufficientem consensum ad mutuam corporum traditionē: dum ergo Ecclesia (prout potest) efficit, vt hæc verba prolata coram parochi & testium præsentia, non importent ac significent sufficientem cōsensum ad eam traditionem, non sunt propriè & formaliter materiam, & formam: sed materialiter & remotè, quia verba illa quæ ante Trident. prolata sufficiebāt, & quæ modò sufficiūt, eandem formaliter, id est, in quantum important consensum sufficientem, licet materialiter & remotè sint diuersa.

Ante Tridentinum clam dicta sufficiebant, publicè non, nisi coram parocho & testibus.

Ingruens autem, an hæc matrimonij annullatio pœna sit? Quidam aiunt irritationem actus esse pœnā: ducunt. *Innocen. tertius gratus, de elect. in 6. init.* ibi, *Et in pœnam præsumptionis illius, diuino eadem viribus vacuetur.* Vbi vocatur pœna, nullitas electionis. Sic *glos. c. Decet, v. Processus, de immun. Eccles. in 6.* vbi asserit id caput non extendi ad contractus, eo ipso nulle: & tamen ibi tantum inducitur nullitas *Bart. I. Turpia, ff. ad rem in princ. ff. de legat. 1* Alij vero negant esse pœnam. Sic *Innoc. c. Si verè, n. 2 de sent. excom. lib. 2. fin. Ancel. in 6. n. 4. 9. 4. Felin. c. 2. de constit. n. 3. Couarruuias Nauar. lib 5. cons. in 2. edit. t. de priuileg. cons. 2. n. 3. Rodriguez reg. 15. Cancel. q. 5. n. 7.*

Sed licet sint conciliandæ sunt: aut constitutio inducens nullitatem, eam inducit ob solam legis prohibitionem, & in odium transgredientis, & tunc annullatio est pœna, quia imponitur vt delicti supplicium: pœna autem est lesio puniens, & vindicans quod quisq; commisit, vt D. Aug. & habetur *c. Pœnitentia, de pœnit. d. 3.* Et in hac vera est prior sent. & eam probat textus quem adducunt nō inducitur in odium, & supplicium contrahentis, sed propter defectum solemnitatis non observatæ, qua scilicet, traditur certa forma, & solemnitas ad quemlibet actum, qua non seruata annullatur: vt cōtingit in matrim. clandestino, & in alienatione rerum Ecclesiæ, quæ debita solemnitate, & in testamento minus debita solemnitate, & tunc annullatio actus nō est pœna. Prob. quia de ratione pœnæ est (vt probaui ex D. August.) vt infligatur ad delicti punitionem, & vbi non est delictū, non est pœna: at talis annullatio non infligitur ob delicti punitionem, & quamuis contrahens immunis esset culpabiliter prohibitionem ignorans, adhuc actus esset nullus, vt constat: ergo non est pœna. Sic tenēt *Io. an. in c. 8. de elect. in 6. n. 5. vers. In glossa 2. & ibi Domin. n. 18. vers. Nec obstat ista dicuntur, & ibi Francus nu. 5. Ant. c. 2. de consuet. n. 25. vbi Alb. n. 5. Imola n. 5. Decius in 2. lectura nu. 30. Alex. cons. 1. C. de legib. & ibi Paul. n. 6 Iason. nu. 7 Idem Bald. c. Sumariam, nu. 11. de rescript. Vantius tract. nullitatum, tit. Quid sit nullitas n. 15. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 3. casu 276. n. 18.* Et licet teneant etiam *Burgos de Pæz. 3. Tauri n. 147 2. Matienzo lib. 5. recop. 1. 4. l. 1 gl. 10. n. 35.* vbi & alios refert: & *Acebedo lib. 5. 1. 2. 1 n. 13.* quamuis *Decius c. 2. de constit. in 1. lectura* dicant esse pœnam, quando defectu solemnitatis intrinsecæ, si solemnitas illa sit contra regulas iuris antiqui, secus si secundum illas.

Ad 2. arg. ex propositis n. 1. quidam respondent distinguendo minorem, non potest Ecclesia immutare ius naturale de præceptiuo intelligatur, id est, de præceptis iuris naturæ, cōcedunt: si autem de permissiuo, id est, de eo, quod permittit, & cōcedit ius naturæ, negant: clandestinum autem matrim. non præcipit, sed tantum concedit potestatem. Sed hæc solutio non exhaurit difficultatem, quia enim opponi ius naturæ præcipere, ne matrimonia clandestina separentur, & ne coniuges ad alias nuptias transeant, & ita non potuisse concilium præcipere, vt separentur, ac liberè possint matrim. inire. Ideò melius respondetur, distinguendo maiorem, matrimon. clandestinum de iure naturæ est validum: quando consensus est legitimus, nec irritatus ab habente potestatem, concedo: secus, nego. Et ita contingit hic. Ecclesia enim irritauit illum consensum, fecitque minus legitimum, & insufficiētem esse ad corporum traditionem: ius enim naturæ non dictat, vt quicumque consensus satis sit, sed legitimus, qualis non est, qui ex causa iusta irritatur à superiore. Sed obijcies, ius naturæ inuariabile est, sed ille consensus erat legitimus iure naturæ, ergo variari non potuit, vt modò illegitimus sit. Distinguenda est maior, est enim formaliter inuariabile, non autem materialiter: & sic euenit hic, nam ius naturæ inuariabile manet formaliter, semper enim dictauit consensum matrimonialem debere esse legitimum, quod autem hic & nunc sit hic consensus legitimus, nec ne, spectat ad materialem mutationem, & potius est mutatio circumstantiarum, quibus positis simul cum superioris declaratione, ac præcepto, contingit vt quod antea legitimum erat, modo non sit. Ad confirm. dic, illam maiorem esse veram, quando causa naturalis non est impedita, & applicatur passo habili, ignis enim applicatus cælo, non comburet, nec si virtus eius impediatur à Deo: hic autem consensus ille clandestinus impeditur à superiori Ecclesiæ potestate, quæ illum directè cassauit, & applicatur personis inhabilibus ad sic contrahendum. Ad 2. dæ, si loquamur de sacramentis, quorum materia est res aliqua naturalis, vt aqua in baptismo, verum esse vniuersaliter, non posse Ecclesiam variare materias & formas: si verò de sacramento, cuius materia & forma est contractus subiacens Ecclesiæ potestati, non posse variare propriè & formaliter, secus impropriè & materialiter, ac remotè: vt explicui nu. 7. Ad confirmationem, distinguenda est maior (vt explicui eodem num. 7.) erant materia & forma consensus clandestini, materialiter tantum sumpti, nego: formaliter tamen, in quantum erāt sufficientes ad corporum traditionem, concedo. Ad secundam cōfirmationem, distinguo similiter maiorem, non potest efficere formaliter loquendo, vt aliquid sit de substantia, quod antea non erat, concedo: materialiter tamen, nego. Seu clariùs, non potest efficere vt aliquid sit de essentia, quod antea non erat, variando propriè & formaliter materiam & formam, concedo: variando tamen materialiter & remotè, nego: vt explicui nu. 7. Ad 3. confirmationem, nego consequentiam: quia aqua nec quoad esse materiale, nec quoad formale, subiacet potestati Ecclesiæ: contractus autem humani quoad esse formale, id est, vt legitimi sint, subduntur illius potestati. Vel dic sic, sicut aquā manentem veram aquam, non potest Ecclesia efficere, ne sit materia baptismi, ita nec consensus dum manent legitimi: non manent autem tales, cum ab Ecclesia irritantur. Ad 3. arg. dic vtroque modo irritasse: quamuis enim Ecclesia non habeat potestatem circa actus humanos, quantum ad substantiam actus eliciti, id est, ad cogendum voluntatem, vt velit, vel nolit: habet tamen quantum ad illorum legitimitatem, cum possit ex iustis causis statuere, vt talis actus non sit legitimus, ac validus. Ad confirm. antecedens est verum, dum expressio consensus est legitima, nec per superiorē irritatur: secus dum irritatur. Ad 4. distinguo minorem, solemnitas illa est extrinseca consensui coniugali quoad essentiam naturalem illius, concedo: at quoad formale illius, id est, quoad esse legitimum, & sufficientem ad traditionem corporum, supposita determinatione concilij Tridentini, nego: sic enim est solemnitas intrinseca, & essentialis. Ad 1. confirmationē dico quicquid sit in alijs cōtractibus, in illis potest esse locus distinctioni inter forum conscientiæ, & externum: sunt enim natura sua dissolubiles: at matrimonium cum sit suapte natura indissolubile, fieri nequit, vt in foro conscientiæ validum sit, dissolui tamen valeat in foro externo. Ad 2. confirmationem dico præsentiam parochi & testium non exigi solum vt conditionem sine

qua non virtus sacramenti exit in actum, nec tanquam substantialem materiam, aut formam totalem ipsius sacramenti, sed tanquam essentialem qualitatem ipsius materiæ, & formæ: cum essentialiter ad has requiratur, vt consensus sit legitimus, & nequeat esse talis absq; ea præsentia. Ad vltimum argum. dic non esse pœnam: vt probaui n. 9. & esto esset pœna, incurreretur in foro conscientiæ ante sententiam iudicis: vt colligitur tum ex natura matrimonij, quod cum suapte natura indissolubile sit, implicat vt sit validum in foro conscientiæ ante iudicis sententiam, & accedente iudicis sententia inualidum sit, ac dissoluatur: tum etiam ex mente concilij, quod intendit obuiare malis quæ ex clandestino oriuntur: at si validum esset in foro conscientiæ, & esset irritandum in foro externo, non vtique malis obuiaret, sed laqueos inextricabiles injiceret.

DISPVTATIO V.

Vtrùm denunciationes sint de matrimonij essentia, vel saltem de præcepto?

SVMMARIVM.

Vbi erant præmissa & an in desuetudinem abierint, & quot sint quæstiones disputandæ, n. 1.

Ponitur opinio affirmans denunciationes esse de matrimonij essentia, n. 2. & ibi limitata causa limitatum producit effectum.

Ablatius absolute conditionem importat. Et falsa contra legem præsidio habentur simile n. 4.

Sententia verior, n. 5. Et ibi quæ possint præcedere. & subsequi absque, non sint de forma.

Solumtur argumenta n. 4 & explicantur l. Non dubium, C. de legib. & reg. Quæ contra, de reg. iur. in 6.

An sit mortale omittere denunciationes, refertur quædam opinio n. 5. & contraria verior, n. 6.

Quid si vna vel altera omittatur n. 7.

Quid si non fieret in vtriusque contrahentis parochia: vel non tribus diebus festivis continuis, n. 8.

1 PRÆMISSIS aliquibus disp. generalibus de matrimonio clandestino: iam de denunciationibus, quæ præmittendæ sunt, vt perfectam publicitatem habeat, tractandum est. Et præmittendum est has denunciationes, seu monitiones præmittendas matrimonio, vt si quis impedimentum posset, illud deregeret, præceptas fuisse in *concilio generali Lateranensi 2. c. 51.* & habetur *c. fin. de clandest. desponsi.* Sed quia multis in diœcesibus in desuetudinē abierant, vt refert *Abb. 20. fin. n. 9.* id decretum innouauit *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* iussitque vt matrimonio præmittantur denunciationes, ter à proprio contrahentium parocho, tribus continuis diebus festiuis in Ecclesia, inter missarum solemnia, publicè faciendæ. Quare duplex quæstio pertractanda est. Prior, an sint de matrimonij essentia. Posterior, an sint de præcepto.

2 QVÆSTIO I. Vtrùm præmittere denunciationes matrimonio, sit de eius essentia, ita vt matrimonium illis omissis initum, sit inualidum? Affirmant aliqui: ducuntur primò, quia ad matrim. præsentia parochi desideratur, hic autem non parochi, sed priuatæ personæ munus obit, dum omissis denunciationibus interest matrimonio: ergo est nullum. Prob. minor, quia in *Tridentino sess. 24. c. 1. de matrim.* conceditur parocho limitata potestas assistendi matrimonio, nempe præmissis denunciationibus, sed limitata causa limitatum producit effectum, *l. In agro, ff. de acquir. rerum domin.* ergo si parochus excedens fines mandati, illis omissis interfit, non vt parochus, sed vt priuatus agret, quando enim index procedit vltra suæ potestatis limites, vt priuatus agit: vt bene probat *Menoch. de recup. possess. remedio 8. nu. 15. & 17.* Secundò, quia Trident. loquitur per ablatiuum absolutum, ibi, *Quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij procedatur*: ablatiuus autem absolutus conditionem importat, *l. A testatore, ff. de cond. & demonstr.* conditio autem formam, *l. Qui heredi, & l. Menius ff. eod. tit.* & docent *Bald. auth. Matri & auie, n. 5. C. Quando mulier tutela offic. fun-*

pot. Felin. c. Cum dilecta, nu. 6. vers. Secundum signum, de rescript. Tiraqu. cum aliis *tract. de cessante causa, limit. 1. n. 61. Mariana li. 5. recop. t. 11. l. 9. gl. 4. n. 1. Grat. reg. 82. nu. 1.* ergo omissio denunciationum vitiat matrimonium: omissio enim totius in qua cumque minima parte vitiat actum, *l. 1. in fin. ff. de verb. instit.* Quòd si dicas, esse conditionem iuris communis, & ita tacitè intellectā & proinde eius expressionem nihil operari. Contra, quia longè alio modo exprimuntur, quàm iure antiquo incerta, & ita operari debet: tum iure antiquo (vt constat ex *c. fin. de clandest. desponsat.*) non exprimebantur denunciationes per ablatiuum absolutum, nec limitabatur ibi potestas parochi: & esto limitata, non erat necessaria parochi assistentia ad matrimonij solemnitatem in Tridentino explicantur per ablatiuum absolutum, & limitatur potestas parochi ad assistendum matrimonio, cuius assistentia est necessaria vt valeat. Tertiò prob. quia Tridentinum ibi constituit ordinem, quo procedendum est ad matrimonium celebrandum, nempe vt præcedant denunciationes, & fiant tribus diebus festiuis continuis, & tandem coram parocho & testibus, ergo totus is ordo est de essentiali forma. Quia forma nil aliud est quam quædam ordinata series rem ad subsistendum deducens: vt cum Bald. tradit *Decim. l. Nec consuluisse, n. 20. C. qui testam. facere poss. Alciat. lib. 5. parad. cor. c. 16. in princip.* Quartò prob. quia factum contra legem pro infecto habetur, *l. Nō dubium, C. de legib. reg. Quæ contra 64. decret.* habetur, *l. Nō dubium, C. de legib. reg. Quæ contra 64. decret.* 6. Sed matrim. non præmissis denunciationibus, celebratum contra ius, ergo habetur quasi in effectum, & est irritum. Et ideo hanc sententiam tuentur *Menoch. cons. 69. nu. 7. & seq. vol. 1. Zophal. cons. 421. n. 28. & seq. vol. 2. Bonacin. in quadam concilio, quod ponitur inter Menoch. consilia, vol. 4. cons. 508. nu. 1.* & videtur tenere *Ful. Pacianus l. 2. de prob. c. 16. nu. 63.* vbi dicit de iure nouissimo Trident. præsumi fornicationem, nisi certet habitatio longa sit, nisi probetur matrim. fuisse contractum præsente parocho & testibus, ac præmissis denunciationibus: & statim *nu. 65.* ait concilium annullasse matrim. contra prædictam formam celebratum.

His tamen minimè obstantibus, tenendum est non esse de essentia matrimonij, & subinde illis inuitè omissis initum, validum esse. Prob. primò, quia cum matrimonium omissis denunciationibus, validum esset omni iure, absque recedendum non est absque manifesto decreto irritante. Tridentinum autem non manifestè irritat, immo contrarium ex illo colligitur: cū enim ageret de denunciationibus præmittendis, & de præsentia parochi & testium, ait decreto irritanti solius huius præsentiæ meminit: ergo illi confirm. quia Trident. circa denunciationes nihil innouat, sed idem quod statutum erat in concilio Lateranensi, quia in desuetudinem passim abibat, in pristinam obligationem, ac statum restituit: vt constat ex illis verbis, *Sacri Concilij Lateranensis vestigiis inhærendo.* Sed olim validum erat matrimonium omissis denunciationibus, vt docent *Trident. eod. c. 1.* ergo & modò. Secundò, quia speciale est in matrimonio, ne ex simplici prohibitione absque clausula irritanti annulletur: vt docent *Decius c. 2. de reskr. n. 17. vers. Secus si tempori alis sit. Rota in nouissimis, to. 1. decis. 750. nu. 3.* Tridentinum autem dum præcipit denunciationes, non ponit decretum irritans. Tertiò, quia *Trident. eod. c. 1.* concedit ex Episcopi dispensatione, posse denunciationes præcedere & subsequi: quæ autem actum subsequi & præcedere possunt, potius de solemnitate, quàm de forma dicuntur. Vt multis citatis testatur *Felinus c. Cum dilecta, n. 6. vers. Quartum signum, de rescript.* Tandem quia quoties dispositio præfigens tempus, concedit iudici arbitrium in prorogatione temporis, non dicitur illud de forma: vt bene probat *Felinus d. c. Cum dilecta, num. 6. vers. Quartum signum limit. 1.* Sed *Trident. eod. c. 1.* concedit ordinario arbitrium in prorogandis, vel omittendis denunciationibus, ergo eæ non pertinent ad formam & essentiam matrimonij. Et ideo hanc sententiam tenent *Navar. lib. 4. cons. in 2. edit. 1. de sponsal. consil. 17. nu. 4. & summ. Lat. c. 22. nu. 79. Sarmiento lib. 1. select. c. 6. n. 7. Rimin. ald. 4. cons. 691. num. 3. &*

q. qui l. 6. Caietan. dec. 29 nu. 18. to. 1. Ploius l. Si quando, nu. 40. versus quod. C. unde vi, Ant. Cucus l. 5. institt. maiorum, t. 1. nu. 36. Perez. lib. 5. ordinam. t. 1. l. 1. f. 186. col. 1. Spino speculo testamentorum. gl. 15. 25. Rosas epitom. successionum, c. 2. num. 23. & 24. Cucar. 1. pract. q. 4. nu. 13. & de iuram. 1. p. c. 51. nu. 25. Matienzo l. recop. 2. t. 1. nbr. gl. 1. nu. 34. & 35. Azebedo eo lib. 5. t. 1. l. 12. fol. 260 dicens sic declarasse Cardinales. pract. c. 73. Verum esse omnia, Segura direct. ind. 2. p. c. 16. nu. 1. Ceruantes to. 1. nu. 22. Et ex Theologis, Veracruz append. ad Speculum lib. 1. & dub. 21. fin. Metina lib. 1. sum. c. 16. §. 13. f. 231. Bonacin. de matrim. c. 5. n. 1. Pet. de Ledes. de matrim. q. 45. a. punct. 1. dub. 1. concl. 2. f. 175. col. 2. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. fol. 442. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 217. n. 2. & 10. Vivald. Candel. 9. de matrim. n. 242. Maurus Antonius corona confess. de matrim. tit. de sponsal. de præsenti, n. 18. vers. Ex quibus verbis, Vega in sum. c. 176.

4 Ad argumenta proposita n. 2. respondetur: ad 1. negando consequentiam, & ad probationem dic, dari parocho limitatam potestatem, quoad rectè, & ritè agendum, dum præcepit Tridentinum parocho, vt præmittat denunciationes: non tamen, quoad validè agendum. Sicut dum præcipit iudici, c. Cum medicinalis. de sent. excomm. in 6. ne excommunicet, nisi in scriptis, & præmissa trina monitione, nullam formam excommunicandi ritè, & recte: quæ tamen non tollit, quin valeat excommunicatio. Ad 2. dic præcipere formam, & conditionem, vt ritè, & rectè celebrent matrimonia, non autem, vt validè. Quod inferebatur, quia ea conditio tacitè inerat, eratque tanquam communi requisita, ad ritè, & rectè agendum: quare eius expressio nihil nouum operari debet: & licet aliquid inerat quoad verborum sonum, alio modo exprimi, quia inerat: at ex tenore decreti Tridentini manifestum fiet, non alio modo exprimi tum quia dicit verba sacri concilij Lateranensis inhærendo: tum etiam, quia in illis tantum solùm expressit præsentiam parochi & testium. Ad 3. negatur consequentia, si de forma essentiali loqueris: quia id verum est, quando ex verbis decreti non colligitur, non constituti totum ordinem, vt formã substantialem. Ad 4. dic intelligi eos textus, vt factum contra legem, habeatur pro infecto: quando lex statuit circa substantialem actus, secus quando ex ea colligitur solam formam, & modum, vt rectè fiat, præscribi.

5 Quæritur II. Quale peccatum sit denunciationes abstinere debita dispensatione omittere? *Sotus 4. d. 28. q. 1. ar. 2.* refert non esse mortale, nisi excommunicatio Synodalis sit in ea diœcesi contra omittentes. Et *Pet. de Ledesm. de matrim. q. 45. 4. punct. 1. dub. 3. concl. 1. & 2.* dicit hoc fuisse verum ante Tridentinum: & *punct. 3. dub. 1. concl. 1. & 3.* dicit esse peccatum lethale post Tridentinum: si tamen parochus adhibita sufficienti diligentia ad excutiendum aliquod impedimentum, illas omitteret, etiam post matrimonij celebrationem, nec esset excommunicatio in illa ferenda, non esse mortale, quia reputatur hac adhibita diligentia excusari.

6 Certum tenendum est peccare lethaliter parochum celebrantem matrimonio, & ipsos contrahentes non præmissis denunciationibus. Prob. quia conc. Lateranense, & habetur c. fin. de clandest. desponsat. id præceperat: & Tridentin. sess. 24. cap. 1. de matrim. idem præceptum innouat grauibus verbis, vbi præsertim sancta Synodus: & materia est grauissima, & ex qua omissione possunt subsequi multa mala. Et enim denunciationibus certius est fore, vt ad populi notitiam perueniat matrimonium, & magis timent omnes impedimentum occultare, quod norunt: & esto æquiua-lens sit diligentia, transgreditur parochus præceptum Tridentinum de diligentia præscribẽs. Secundò, quia idem concilium prohibens, omissis denunciationibus negat spem dispensationis obtinendæ, subdens, *non enim dignum est, qui Ecclesiæ leges tam facile violarit, easdem facile experiatur, cuius salubria præcepta temere transgreditur*: ergo manifestum est hoc præcepto voluisse obligare ad mortale, siquidem omittentem, vocat temerarium contemptorem: cuius nomine indignus esset ob solam venialem culpam: & ob solam eam, alienum esset à more, & Ecclesiæ benignitate, rigidissimumq; spem dispensationis negare. Tandem, quia omissio denunciationum efficit matrimonium clandestinum quoad pœnas, quæ rigidissimæ sunt: (vt probani hoc 3. l. disp. 1. n. 7.) ergo signum est hoc præceptum obligare ad lethale: iniustum enim est veniale crimen tam graui supplicio plecti. Et ita hanc sententiam tenent ex Theologis, *Palud. 4. d. 28. q. 2. a. 1. nu. 10. & ibi Supplementum Gabr. lit. q. 1. a 3. dub. 2. D. Antonin. 3. p. tit. 1. cap. 16. fin. Petr. de Soto lect. 14. de matrim. Vigerius lib. miscel. c. 16. §. 7. vers. Oilano: Ledes. 2. p. 4. q. 47. a. 5. f. 451. col. 4. Veracruz 1. p. speculi, a 10. conclu. 3. Enriq. li. 11. de matrim. c. 7. n. 1. in commento, lit. C. Bart. a Ledes. dub. 21. de matrim. concl. 6. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 217. n. 2. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matr. c. 39. f. 1060. col. 1 §. Sed si quis Maurus Antonius corona confessorum. de matrim. t. de sponsal. de præsenti, num. 18. §. Ex quibus verbis.* Et ex iurisperitis, *Henric. c. fin. nu. 10. de clandest. desponsat. Astensis*, quem refert & sequitur *Roscila verb. Impedimentum, impedit. 1. n. 11. Sylvest. matrim. 2. q. 17. dict. 3. & matrim. 6. q. 7. dict. 2. Nauar. sum. H sp. c. 22. n. 70. & Lat. c. 16. n. 36. Alexan. Carrer li. 4. de sponsal. l. 7. Canalcanus to. 1. dec. 29. nu. 18. Perez l. 5. ordinam. t. 1. l. 1. f. 26. Matienzo lib. 5. recop. t. 1 l. 1. nu. 2. Spino speculo testamentorum gl. 15. n. 27. Salzedo pract. c. 73. in nota edi. vers. 5.*

7 Si tamen parochus omitteret aliquam ex tribus denunciationibus, vel ante matrimonii, vel post, ante eius consummationem, credo non esse lethale, quando certum esset mortaliter nullũ subesse impedimentum. Quia leuis est materia, partialisque præcepti. Ita *Veracruz append. ad specul. dub. 1. concl. 5. Petr. de Ledesma de matrim. q. 45. a. 5. punct. 3. dub. 1. concl 3.*

8 Similiter esset mortale, si non fierent denunciationes in vtriusque contrahentis parochia. Quia est contra præceptum *Tridentini eadem c. 1.* & in aliena parochia minimè sciri potest si quo impedimento laboret alienus ille contrahens. Sic *Enriq. l. 11. de matrim. c. 7. n. 1. in commento, lit. D.* & addit *in eod. commento, lit. C.* esse peccatum mortale, nisi fiant tribus festis continuis, licet fiant, ter interpolatè, quia contrauenitur præcepto Tridentini. Sed rigidum videtur hoc, non enim materia adeo grauis appareat, & ideò temperarem, quando magnum intercederet spatium inter vnam & alteram denunciationem. Quia tũc parochiani illarum obliuiscerentur: non tamen damnarem ad mortale eo quod vna, vel altera dies festiua intercedens illas discontinuaret.

DISPVTATIO VI.

Vbi, & quomodo debeãt fieri denunciationes?

SVMMARIVM.

Referuntur variæ sententiæ n. 1. & 3.

Debent fieri in parochia vtriusque contrahentis n. 4. Et a proprio vtriusque parocho, vel de eius licentia, n. 5.

Debent fieri in propria parochia vbi iuncti diutiùs habitarunt, n. 6.

Non est necesse fieri in Ecclesia in qua est moderna habitatio, nec si contrahentium consanguinei non sint vbi est antiqua habitatio. Ibi ergo vbi illi sunt fieri, n. 7.

Debent fieri tribus diebus festiuis continuis: & an necessarium sit inter ipsa internallum, vel quando vna tantum præmittitur denunciatio, debeat in continenti celebrari matrimonium, n. 8.

An sit necessarium vt fiant denunciationes in Ecclesia, inter missarum solemnia n. 9.

An possint fieri quando non est dies festiua, confluente magno populi concursu, n. 10.

1 PRÆMITTENDVM est, in Concilio Lateranẽsi, & habetur *c. fin. de clandest. desponsat. in princ.* statutum fuisse, vt declamationes fierent in Ecclesijs per presbyteros, competenti termino præfixo: *Tridentinum* vero *sess. 24. c. 1. de matrim.* declarasse, vt ter à proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festiuis, in Ecclesia inter missarũ solemnia, fierent. Hinc *Innoc. d. c. fin. statum in princ.* colligit

denunciationes faciendas esse in omnibus Ecclesijs loci, vbi contrahentes habitant: vel saltem in plurib⁹, & tot, vt verisimile sit peruenturum ad omnium notitiam. Quia cum tractetur de peccato vitando, ne matrimonia prohibita contrahantur, cautius agendum est, quam in alijs vbi requiritur publicatio.

2 Alij verò sic distinguunt, si contrahentes, & eorum maiores in certa parochia habitabant, ibi satis est monitiones fieri: si verò in diuersis parochijs moram traxerint, in diuersis faciendæ sunt. Sic *Ant.d.c.fin.n.16. Abb.n.7. Alex. de Neuo in princ.n.20. Palud. 4.d.28.q.2.a.2.concl.2. nu.13. Rosella verb.Impedimentum, impedi.1.n.15.*

3 Alij verò censebant sufficere, vt in vna Ecclesia fiant: nec obstare *d.c.final.* dum loquitur in plurali de Ecclesijs, quia loquitur etiam in plurali de matrimonijs. Ita docent *Card.d.c.fin.n.3 Præpos.ibi n.7. in princ. Greg.Lop.l.1.verb. En la yglesia,t.3.p.4.* Et ita seruari de consuetudine docent *Host. d.c.fin.super v.In Ecclesijs, & ibi Ioan And.n.5. Anchar.n.15* Imo attento decreto concilij Tridentini, dicit *Ant.Cuem lib. 5. instit.maior.t.11.n. 29.* Patres concilij interpretes declarasse satis esse fieri in parochia, in qua celebratur matrimonium: & affert testem huius *Nauarrum summa c.25.* reticetque numerum. Verum non inueni locum, vbi id *Nauar.* asserat.

4 Dicendum tamen est attento decreto *Trident. sess.24 c. 1.de matrim.* faciendas esse in vtriusque contrahentis parochia, quando diuersarum parochiarum sunt. Prob. quia Tridentinum dicit faciendas esse à proprio contrahentium parocho: ergo vterque parochus, quando sunt diuersæ parochiæ, eas facere debet. Præterea, quia talis publicatio exigitur, vt scientes contrahentium impedimenta, illa detegant: sed in vicinia mulieris non possunt sciri impedimenta viri, nec è contra. Tandem, quia praxis ipsa ita testatur. Sic docent *Enriq.lib.11.de matrim.c.7.nu.1. Segura* dicens sic declarasse Cardinales, *2.p.direct. iudic.c.16 n. 19. Petr.de Ledesf.de matrim.q.45.a.5.punct.3. dub.1. Manuel 1. tom. sum.2.edit.c.217.n.6.*

5 Secundò, hæ denunciationes à proprio contrahentium parocho fieri debent: vt iubet *Trident.d.c.1.* possunt tamen ab alio de ipsius licentia fieri. Quia Tridentium concedit ibi, vt de licentia parochi possit alius sacerdos assistere matrimonio: ergo à fortiori poterit parochus dare licentiam alij faciendi denũciationes, quod multo minus est: cui enim licet quod est plus, licet quod est minus, *reg. Cui licet, de reg.iur.in 6.* Deinde, quia similiter *d.c.fin.* habetur denunciationes faciendas esse per presbyteros, & tamen *Hostiens. ibi super verb. Presbyteros, Ioan. And.nu.7. Alex. de Neuo in prim.n.16.* explicãt per parochos, vel alium de ipsorum licentia, per *c.Mulieres. fin. de sent.excomm.* ibi, *cum is committat vere, cuius auctoritate, & mandato committit probatur.* Tandem, quia praxis ita explicat, communiter enim de mandato parochi æditui hoc præstant. Sic *Manuel 1.tom.sum.2. edit.c.217.n.6.*

6 Tertiò, debent hæ denunciationes fieri in vtriusque parochijs, vbi diutiùs versati sunt, & principaliorem habent latem, & verisimilius est fore vt sciantur impedimenta. Probatur, quia ideo fiunt vt contrahentium impedimenta detegantur, at cum breuem moram in aliqua parochia contraxere, ignoti sunt, impedimentaque ignorabuntur. Et confirm. quia ob similem rationem præceptæ sunt denunciationes *d.c.fin.* quod Tridentinum innouat, & tamen *Innoc ibi n.3. Ioan. And n.5. Ant.n. 16. Card n.3.verf. Quæro quid si sint, Anchar.nu.n.16. Præpos.n.7.verf. Sed quia, Alex.de Neuo in prim.n.21. Greg.Lop.l.1.t.v.En la yglesia,t.3.p.4.* asserunt faciendas esse in Ecclesia, vbi est parentum vtriusque antiqua habitatio, quia ibi melius scientur impedimenta. Et ita tenet *Segura* dicens sic declarasse Cardinales *2.p. directorij iudicum,c.16.n.19.*

7 Hinc infertur, non opus esse fieri in parochia in qua est moderna habitatio. Quia id nullo iure petitur, & esset nimium multiplicare denunciationes. Sic *Innoc.d.c.fin.nu. 2. Ioan. And.n.5. Ant.nu.16. Alex.de Neuo nu. 22.* quamuis *Anchar. n.16.* dicat tutius esse vtrobique fieri: & *Præpos.n.7.verf. Sed quia,* dicat hoc communiter reprobari. Nec, si non sit consanguinei contrahentium vbi est antiqua eorum habitatio, sed in alijs multis locis, oportebit in illis denunciationes fieri, quia id nullum ius præcipit. Sic *Innoc.ibi nu. 3. Ioan. And.n.5. Præpos.n.7.verf. Sed quid si maiores.*

Quartò, debent fieri tribus festis continuis: vt expressè decernit *Trident.d.c.1.* Sed non debent immediatè subsequi, quin aliquot dierũ internallum intercedat. Primò, quia hoc tamquam iuri cõsonum decretum fuerat in cõcilio prouinciali Colonien. sub Adolpho Archiepiscopo, *t.Censura, & decreta lata pro abusuum emendatione, c.32.* & concilio prouinciali Moguntino sub Sebastiano Archiepiscopo, *c.38.* quæ habẽtur 5. tomo conciliorum. Præterea, quia finis intentus detegendi impedimenta, commodè obtineri non potest ob temporis brevitatem, nisi longiori termino præfinito. Quare continuitatem, quam Tridentinum postulat, ex ipsius fine, & alijs concilijs prouincialibus colligitur esse, vt non excludat dierum festalium, sed aliorum festorum mediationem, ita vt inter vnam, & alteram denunciationem factam diebus festiuis, per dierum tamen ferialium internallum, non mediente alia festa. Et ratio est, quia si sint ita sibi immediatæ denunciationes, non suppetet tempus ad excogitanda, & opponenda impedimenta: nec debent esse tam dissitæ, & à se inuicem distantes, vt parochiani vel illarum obliuiscantur, vel ob longum spatium defides reddantur ad impedimenta detegenda. Et si vna tantum denunciatio facienda sit omissis duabus, non statim matrim. celebrandum est, sed aliquo temporis spatio expectandum est, alias videtur nullius momenti illa denunciatio. Hæc docet *Segura 2.p.directorij, cap. 16.n.20.* & 21 Si petas autem quantum tempus mediare debeat? non potest certa regula præscribi, sed prudentis arbitrio, attenta notitia quæ communiter habetur contrahentium. & impedimentorum periculo, relinquendum est: communiter tamen festis videtur, si duo dies intercedant inter vnam, & alteram monitionem.

Quintò, Tridentinum iubet denunciationes dieb⁹ festiuis, & in Ecclesia inter missarum solemnia, faciendas esse: at idem credo esse, si extra Ecclesiam in locis corpore tentibus, vt in prædicationibus magna populi copia confluente, fierent. Prob. quia eodem modo dicitur, *d.cap. fin.* denunciationes debere fieri in Ecclesia, & tamen posse fieri extra in hoc casu, docent *ibi Host. super v.In Ecclesijs, & an. And.n.5. Ant.n.16. Anchar.n.15. Abb.n.7. Alex. de Neuo n.20. Præpos.n.7.in princip. Rosel.verb.Impedimentum, impedi.1.nu.15.* quamuis id neget *Card.ibi n.3.verf. Quæro quid si fiant:* fateturtur tamen tunc vitari clandestinitatem, & negat licere, quia indecens est de sacramento extra Ecclesiam tractare. Verum textus hoc non considerat, si enim matrimonium ipsum licite extra Ecclesiam contrahitur, cur non denunciationes? Quare finis illius decreti, & Tridentini, dum petit in Ecclesia, & diebus festiuis, inter missarum solemnia denunciationes fieri, est, vt ad multorum notitiam matrim. perueniat, quò facilius impedimenta detegantur: diebus enim festiuis inter missarum solemnia ingens hominum copia solet confluere in Ecclesiam: cum ergo sufficientissimè huic fini satisfiat, quando in locis publicis, vbi maior est populi concursus, fierent, satis esset.

Hinc infero eadem ratione idem dicendum esse, quando non esset dies festiua, at aliqua ex causa est magnus populi concursus ad Ecclesiam: vt quia est festus vocationis illius Ecclesiæ dies, vel quia insignis concionator habet concionem. quia satisfit concilij fini: & eadem prorsus militat ratio.

DISPVTATIO VII.

Quis possit dispensare, vt denunciationes matrimonij omittantur?

SVMMARIVM.

Attento iure antiquo non poterat Episcopus, nec ejus vicarius dispensare. Portalis, n.1.

Potest ex insolutaliter, n. 7. Et hodie attento Tridentino potest, n. 8.
An sine habentes iurisdictionem quasi episcopalem, & magister scholarum Salmanticensis, n. 4.
An possit episcopus breuiare, vel prolongare tempus denunciationū n. 5.
An possit dispensare in festis diebus festiuis, nu. 6 & an possit episcopus alienus cum utroque contrahente dispensare n. 7.
Quæ sint quæstiones disputanda, n. 8.
An vicarius episcopi referatur opinio negans, n. 9 & contraria, n. 10.
Quid de vicario ordinis D Ioannis, n. 11 Et quid de foraneis, n. 12.
Quid si episcopus sibi reseruauit hanc dispensationem, n. 13.
Ad argumenta n. 14.
Quæ sint causæ reseruatæ quæ sint certæ, n. 15.
Causæ quas asserunt posse propter malitiosos impedimenti suscitatores, n. 16.
Hæc non iam possunt. & aliter facientem puniendum esse, nu. 17. & ibi limita in fine posita refertur ad omnia præcedentia. & quid d. ll. 9, dicendum sit.
An episcopus delegare facultatem dispensandi in his denunciationibus, vel eorum duas opiniones, n. 18. & 19.
Quando committitur negotium arbitrium, vel prudentia, & iudicio alicuius, an intelligatur electa industria personæ. ita vt ea delegari nequeat, nisi de nu 20.
Vtrum episcopus possit Episcopum delegare, n. 20. & ibi limita n. 19. an possit simplices sacerdotes delegare.
Vtrum episcopi possit delegare, n. 21 Et soluuntur argumenta, n 21.

A Liqui sunt conclusiones, in quibus est minor difficultas, quibus præmissis, quæ dubia sunt, disputabimus. Prima concl. Attento iure antiquo non poterat Episcopus dispensare, ne denunciationes præmitterétur matrimonio, quia erant præceptæ in concilio generali Lateranensi, in cuius lege nequit Episcopus regulariter dispensare, vt probaui l. 2. disp. 40. nu. 3. Et ita docent *Palud. 4. d. 28. q. 2. a. 3. nu. 21. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 16. fin. Nauar. Man. c. 22. n. 69. Paz. pract. 2. to. prælud. 3. n. 11. Enriq. l. 11. de matrim. c. 9. & 20. communiter lit. S. Salzedo pract. c. 73. 8. Dispensat. Quadrilatere*, nisi in casu vrgentis necessitatis, quando periculum in mora: tunc enim posse Episcopum dispensare, probaui eodem n. 3.

2 Hinc consuetudine scita, & tolerata Pontifice potest Episcopi dispensare. Sic *Henricus c. fin. n. 13. de clandest. Palud. D. Antonin. nu. præced. allegati, Syluest. Matrimonium 6. q. 7. dict. 2. Bernard. Diaz pract. in 2. edit. apud Salzedo, Sanch. 4. disp. 28. q. 1. a. 2. vers. Dehannis, Bart. à Ledesma de matrim. Vega l. 6. in summa, casu 211.*

3 Secunda concl. Hodie potest Episcopus dispensare, vt omittantur tres denunciationes, vel aliqua illarum, ante, de post matrimonij consummationem: vt expresse definit *Trident. sess. 24. cap. 1. de matrim.*

4 Hinc infertur, idem posse Abbates habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, nullique diœcesano subditi. Quia Concilium hoc committit ordinario, hi autem ordinarij sunt. Sic *Nauar. l. 4. consiliorum, in 1. edit. tit. de sponsal. cons. 3. nu. 2. de clandest. despons. cons. 2. Enriq. l. 11. de matrim. c. 8. Manuel 1. tom sum. 2. edit. c. 217. n. 4.* vbi idé asserit de magistro scholarum Salmantino, respectu scholasticorū, qui in matricula adscripti sunt: quod verum est si priuilegium habeat. Idem possunt eadem ratione omnes prælatos habentes iurisdictionem quasi Episcopalem. Qui autem sint hi, dicam hoc 3. lib. tota disp. 28.

5 Secundò infertur, hos qui possunt in denunciationibus dispensare, posse similiter ex iusta causa breuiare, vel prolongare denunciationū tempus: quia si possunt quod plus est, nempe omnino remittere, poterunt hoc quod minus est. *5 reg. Cui licet, de reg. iur. in 6.* Sic *Segura directorio iuniorum 2. q. 16. n. 3.*

6 Tertiò infertur posse similiter ex iusta causa dispensare ne denunciationes diebus festiuis, sed ferialibus fiāt. Quia hoc minus est, quam remittere. Sic *Bart. à Ledes. de matrim. dub. 21. f. 338.* quamuis id neget *Segura d. c. 16. nu. 17.* dicens hoc esse declaratum à Cardinalibus. Sed forte illa declaratio fuit, non posse hoc ordinarie Episcopum facere, secus ex causa speciali ob iustas causas: nō enim video qua ratione id negetur Episcopo, cū quod plus est sibi cōcedatur.

7 Vltima concl. Prælatus alterius contrahentis potest eorum vtroq; dispensare in denunciationibus, v.g. incunt matrim. Cordubenses, & Granatenses, sicut potest alteruter prælatus ratione connexionis vtrumq; copulare matrimonio, vt late probabo hoc 3. lib. disp. 19. num. 4. ita eo ipso quod dispensāt cum suo subdito, vt absque denunciationibus ineat matrim. censetur consequenter dispensare cum alio: cum denunciationes hæ, & dispensatio illa ordinentur ad matrimonium, quod indiuiduum est constans ex duplici extremo.

8 His præmissis tres quæstiones circa hanc dispensandi potestatem agitandæ sunt. Prima, an generalis Episcopi vicarius possit absque speciali commissione in illis dispensare. Secunda, an proprius parochus. Tertia, an possit Episcopus delegare hanc potestatem.

9 Qvæstio I. Vtrùm generalis Episcopi Vicarius possit absque speciali delegatione dispensare in denunciationibus matrimonij? Negant quidam, ducti, quia in generali commissione vicariatus non clauditur dispensandi potestas: vt probaui l. 2. disp. 40. n. 12. ita tenere Patres congregati in concilio prouinciali Toletano habito anno 1583. vt refert *Segura num. seq. allegandus.* Eandem tenet *Menoch. cons. 69. n. 55. & seqq. vol. 1 Zyphalm cons. 421. à nu. 72. vsque ad 75. vol. 3. Paz pract. 2. tom. prælud. 3. fin. Spino speculo testamentorum gl. 15. n. 29. Enriq.* dicens sic declarasse Cardinales, *lib. 11. de matrim. c. 5. nu. 5. Ant. Gomez in bulla cruciata c. 4. q. 4. n. 19. & 21.* Et est probabile.

10 Contraria tamen sent. mihi multo magis placet. Primò, quia *Trident. sess. 24. de matrim. cap. 1.* hanc dispensandi potestatem concedit ordinario, ibi, *Nisi ordinarius ipse expedire iudicauerit, vt prædictæ denunciationes omittantur.* Sed vicarius generalis Episcopi est ordinarius, & nomine ordinarij comprehenditur: vt latissime probabo hoc 3. l. disp. 29. n. 3. & 5. ergo potest virtute huius decreti dispensare in denunciationibus. Et confirm. quia *eo c. 1.* decidit *Trident.* debere matrimonio interesse parochum, vel alium sacerdotē de licētia parochi, aut ordinarij, sed nomine huius ordinarij intelligitur etiam hic vicarius, vt probabo eadē disp. 29. n. 18. ergo etiam intelligetur, dum ibi committit ordinario posse in denunciationibus dispensare. Secundò, quia ante Trident. poterat ex generali consuetudine dispensare, teste *Palud. 4. d. 28. q. 2. a. 3. n. 21.* non autem repetitur Trident. id ei negare, sed potius cōcedere. Tandem quia quando Trident. exeludere voluit vicarium, id expressit, vt *sess. 24. c. 6. de reform.* ibi, *Et non eorum vicarius.* Pro hac sent. est *Nauar. lib. 4. consil. in 1. edit. t. desponsal. cons. 5. n. 1. in 2. t. de clandest. desponsat. cons. 2.* vbi ait non solum Episcopis, sed omnibus ordinariis concedi prædictam facultatē in Trident. Et *Flaminius de resignat. benef. l. 3. qu. 11. n. 20. & 21.* vbi ait quoties in Tridentino conceditur aliquid ordinario, nomine ordinarij comprehendi vicarium generalem Episcopi: vt *d. c. 1.* & tenent in propriis terminis, *Claud. in addit. ad cons Bertazole cons. 283. fin. Iac. Sbroz. in l. 2. de vicario Episcopi, q. 201. n. 1. & seq. & q. 43. nu. 28. 29. Veracruz append. ad specul. dub. 1. f. 4. col. 2. fin. Gutier l. 1. qu. can. c. 19. n. 15. Segura direct. iuu. 2. p. cap. 16. nu. 2. & 3. Salzedo* dicens praxim totius orbis sic recepisse. *pract. c. 73. fin. Manuel. 1. tom. sum. 2. edit. c. 217. n. 4.*

11 Hinc infertur, vicarios ordinis D. Ioan. posse dispensare in his denunciationibus. Quia sunt ordinarij Ecclesiarum suis vicariis subditarum. sic *Manuel eod. c. 217. n. 4.*

12 Secundò infertur, vicarios Episcopi foraneos non posse absque speciali commissione in his denunciationibus dispensare, quia sunt delegati ad speciales causas. Sic *Veracruz append. ad speculum, dub. 1. fin. Gutier. d. c. 19. fin. Manuel eodem c. 217. n. 4.*

13 Tandem intelligenda est hæc sent. nisi Episcopus facultatem dispensandi in denunciationibus sibi reseruaret: tunc enim non posset vicarius generalis Episcopi. Sicut enim potest Episcopus totum officium reuocare: ita & partem. Sic *Gutier. eo c. 19. n. 15.*

14 Ad argum. propositum nu. 9. dic, quamuis ex generali commissione vicariatus, non possit dispensare in omnibus in quibus potest Episcopus, posse tamen in casibus quorum dispensationem ius committit ordinario.

15 Qvæstio II. An possit parochus in aliquo euentu remittere denunciationes, seu in illis dispensare? Et vt certa ab incertis secernamus, non intelligitur præsens quæstio, quando esset periculum in mora, vt in articulo mortis: de hoc enim disputabo disp. 10. nn. 27. Sed præsens quæstio est, vbi non est tale periculum in mora. Secundò, est certum, non posse ex aliis causis, quam ex causa timoris malitiosi impedimenti: de hoc enim *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* solum loquitur in verbis, quibus eam facultatē parocho concedere videtur. Tertiò, est certum, non posse parochum ex hac causa omnino remittere denunciationes, non enim potest dispensare, ne ante matrimonij cōsummationem fiant. Quia hoc Trident. ibi ordinario remittit, cuius nomine parochum non comprehēdi, nemo dubitat: & constat ex *eo c. 1. Trident.* ibi, *Quj aliter quàm præsente parocho, vel alio sacerdote de licentia parochi, aut ordinarij*: vbi tanquam distinctos ponit parochum & ordinarium. Tādem constat vbi constitutio Synodalis, vel Episcopus, reseruasset hanc dispensationem; non esse parochum: vt n. 13. diximus de Episcopi vicario.

16 Status ergo præsentis quæst. est, an propter malitiosi impedimenti suspicionem, possit parochus remittere, seu dispensare, vt matrim. celebretur non præmissis denunciationibus, vt postea ante consummationem fiant, attento *Trident. sess. 24. de matrim. c. 1* nisi constitutio Synodalis, aut episcopus sibi reseruet? Affirmāt aliqui posse, quia *Trident. d. c. 1.* parocho videtur remittere hoc: nam vsque ad ea verba, *Deinde ante illius consummationem denunciationes in Ecclesia fiant*: aperte videtur loqui de iis quæ ad munus parochi pertinent: nec vsque tunc ordinarij meminit: solumque ordinario remittit, quando contracto matrim. omnino denunciationes omittendæ sint. Cum enim illud sit multo minus, non mirum est vt parocho committar, hoc anté vt multo grauius reseruet ordinario. Sic tenent *Veracruz. append. ad specul. dub. 1 propos. 3. & 4. Alborno c. l. 4. de arte contract. t. 1. Vivald. Candid. 1. p. de matr. n. 243. Vega l. 6. sum. casu 312. & l. 3. casu 211.* & multi Theologi & iurisperiti, vt refert *Petr. de Ledes. de matrim. qu. 45. a. 5. circa 3. punctum, dub. 1.* & dicit hāc videri probabiliorem. Et fauet *Metina l. sum. c. 16. §. 13. f. 231. col. 2.* vbi ait parochū esse puniēdum, si omittat denunciationes extra casum necessitatis.

17 His tamen non obstantibus, tenendum est id nō posse parochum. Prob. quia ante Trident. erat præceptum de præmittendis denunciationibus matrimonio, *c. sin. de clandest. desponsat.* desumpto ex conc. Lateran. & tunc secundum omnes non poterat parochus dispensare, ergo nec modo: quia Trident. id decretum non corrigit, sed innouat: vt constat ex illis verbis, *Sacri concilij Lateranensis vestigiis inhærendo*. Et confirm. quia saltem hic casus tanquam omissus, relinquendus est dispositioni iuris communis, *l. Commodissimè ff. de lib. & posth.* Secundò, quia non est sensus Tridentini, quem contrarij intendunt, sed in vers. *Quod si aliquando probabilis suspicio*, dedit eam esse iustam dispensandi causam: cuius vero arbitrio hoc subiaceat, non definit ibi, sed in vers. *Deinde ante illius consummationem*. Vnde ea verba, *Nisi ordinarius ipse expedire iudicauerit*, vtrumque casum præcedentem ample ctuntur: clausula enim in fine posita, refertur ad omnia præcedentia, *l. Talis scriptura, §. fi ff. de leg. 1.* ibi, *Hanc autem scripturam non solum ad præcedentia legata, sed & ad vniuersa quæ testamēto adscripta sunt, extendi verum est*: & tradit ibi late *Iason nn. 36.* Tertiò, quia dictio illa Deinde, quæ ordinē significat, cōtinuatiua præcedentium est, ac integram causam ab illis verbis, *Quod si aliquando*, perficit. Hanc sententiam tenent *Nauar. l. 4. consiliorum, in vtraque edit. tit. de clandest. desp. cons. 1. Menoch. cons. 69. n. 61. vol. 1. Zephalus cons. 421. à n. 72. vsq; ad 75. vol. 3. Veracruz* sibi contrarius *append. ad specul. dub. 1 propos. 6. vers. Ex quo apparet, Gutier. l. 1. q. can. c. 19. n. 2. Segura direct. iudicum, 2. p. c. 16. n. 5. Enriq. lib. 11. de matr. c. 5. n. 5.* dicens sic declarasse Cardinales: *Manuel 1 tom. sum. 2. edit. c. 217. n. 5.* Et dicit esse satis probabilem *Petr. de Ledes. n. prec. allegatus*. Quare si parochus propria auctoritate omitteret denunciationes in casu suspicionis malitiosi impedimenti, posset arbitrio ordinarij puniri. Vt bene docet *Gutier. eo c. 19. n. 3. & iuramentor. 1. p. c. 51. n. 25.*

Ad argumentum contrarium propositum nu. 16. constat ex dictis hoc n. 17.

Qvæstio III. An possit Episcopus alicui delegare facultatem dispensandi in his denunciationibus? Quidam negant posse delegari etiam vicario generali. Probant, quia dum eligitur persona industria ad aliquod munus obeundum, id delegari nequit, *c. sin. §. Is autem, de offic. delegat. & c. Is qui eo 1. in 6.* in hac autem dispensatione eligitur industria Episcopi. Quod duplici medio constat: primum est, quia *Tridentinum sess. 24. cap. 1. de matrim.* iudicio & prudentiæ ordinarij remittit: per quæ verba, videtur deputare personam Episcopi tanquam pastoris proprij, confidere & in eius industriam eligere. Alterum vero est, quia quoties negotium commissum est arduum, censetur electa persona industria: vt tradunt *Ant. c. fin. de offic. deleg. num. 15. & ibi Anchar. n. 5. Anton cons. 303. nu. 3. vol. 2. Iason l. Mare, nu. 61. ff. de iurisd. omn. iud. & ibi Cacialupus n. 3.* & multi alij quos refert & sequitur *Menoch. de arbitrar. l. 1. q. 54. n. 11. & 12. & q. 48. nu. 15.* & constat ex *c. Is cui, de offic. deleg. in 6.* vbi nullum est verbum denotans personæ industriā eligi, sed ex grauitate commissæ rei, dicit Pontifex eligi. Cum ergo dispensare in denunciationibus, res valde ardua sit, censebitur electa industria personæ: & proinde nequibit Episcopus delegare. Ita docent *Menoch. cons. 69. à nu. 55. vol. 1. Zephalus cons. 421. à n. 72. vol. 3.*

Alij autem concedunt posse generali vicario Episcopum generaliter delegare facultatem dispensandi in denunciationibus: aliis autem minime, nisi in vna, vel altera causa. Sic *Enriq. lib. 11. de matrim. c. 5. n. 5. versic. communiter.* Doctores tamen quos pro se refert, nihil dicunt: sed quo hac sent. videtur *Greg. Lop. l. 7. fine. t. 10 p. 4.* vbi ait non posse Episcopum generaliter causas matrimonij delegare, bene tamen vnam, aut alteram.

Verius tamen credo posse Episcopum generaliter hāc facultatem delegare: quia iure ordinario sibi competit, cum concedatur à *Trident. d. c. 1* indistinctè omnibus ordinariis in perpetuum: nec ratio contraria relata nu. 18. aliquid probat: non enim vniuersaliter verum est, eligi personæ industriam, vbi negotium est arduum, & committitur prudentiæ alicuius: fallit enim, quando delegato ob personæ incognitæ, & indeterminatæ, vt prælatis præsentibus, & futuris: prout hic contingit: vt docent optime *Syluest. verb. Delegatus, q. 8. dub. 1. Pasarellus in compen. priuileg. minimorum c. 14. Iud. Lop. 1. p. instruct. 2. edit. c. 28. 4. fo. & f. 794. col. 2. fin.* pro qua limitatione aperte sunt *Iason l. Mare, ff. de iurisd. omn. iud. Bart. Abb. & Paul.* quos refert & sequitur *Gregor. Lop. l. 47 fine, tit. 18. p. 3. Menoch. de arbitrar. l. 1. qu. 64. nu. 17.* vbi quamuis regulariter commissio facta nomine proprio, & dignitatis expresso, non transeat ad successorē in dignitate: quia videtur electa persona, per *cap. Quoniam Abbas, de offic. delegat.* dicunt tamen hoc intelligi, quando persona erat cognita, secus vbi erat incognita: ergo similiter cum facultas dispensandi in denunciationibus non cōcedatur Episcopo determinato, & cognito, sed indeterminato omnibus ordinariis, præsentibus, & futuris, non censebitur electa industria, & ita poterit Episcopus generaliter delegare. Pro hac sententia sunt DD. absolute dicentes posse Episcopum causas matrimoniales delegare. Hi sunt *Host. c. Literas, de restitut. spoliat. paulo post princ. Abb. c. Exhortamur n. 2. de in integr. restitut. & c. 1. de consang. n. 8. & 10.* vbi *Henric. n. 3. Propos. n. 10. Bertachinus tract. de Episcopo l. 4. p. 7. qu. 20. Roboff. praxi benef. in forma vicariatus n. 155. Couar. decret. 2. p. c. 8. §. 10. n. 1. ad fin.* vbi amplius dicit causam matrimonialem tractari posse ex generali, vel speciali Episcopi commissione: vbi videtur supponere, posse Episcopum generaliter committere.

Immo potest generalis Episcopi vicarius hanc facultatem dispensandi in denunciationibus, delegare: quia est ordinarius, & quamuis non possit alium vicarium instituere

nunc, vt constat ex c. Clericos, de offic. vicar. at potest vnam, vel plures tantùm delegare: vt docet gl. c. 1. de offic. vicar. in 6. Felin. Feder. addit. ad Mascardam 4. p. d. 5. n. 27. fine, Tabena v. Vicarius, q. 5. Navar. in append. ad librum 1. cons. quam ponit post librum 3. n. 1. edit. super t. 31. de offic. ordin. cons. vlt. Lud. Lop. 1. p. instruct. 2. edit. c. 28 4. f. 793.

11 Ad argumentum contrarium propositum, n. 18. contra iudicis n. 20.

DISPVTATIO VIII.

Vtrum ad dispensandum in denunciationibus deberetur iusta causa, iudicialisque eius cognitio?

SVMMARIVM.

Dispensatio iusta causa, n. 1. Et est peccatum lethale aliter dispensare, num. 2.
Dispensatio iudicialis cognita causa: refertur opinio affirmans, n. 3.
Dispensatio committitur alicui dispensatio in lege superiori, intelligitur cum causæ cognitione, n. 3 vsque n. 7.
Trident. non exigit cognitionem iudicialem, n. 4.
Quando dicitur committitur arbitrio, vel conscientiæ alicuius, vel iuramento, & sibi videbitur, non exigitur partes citatæ, nec iudicialis cognitio, n. 4.
Dispensatio causæ cognitio fieri ab ordinario sine ordine & figura iudicij, Trident. non tenentibus, præcepta in forma iudicij, n. 5.
Dispensatio ordinario causa, & dispensatio, & institutio, & confirmatio, differunt à pactorum, suis extra diuersum. Et quid si lite orta esset circa illud matrimonium, vel institutionem, vel quando in causa voluntaria fori contentiosi emersit aliqua causa probationis, n. 6
Dispensatio, & explicatur Trident. sess. 7. c. 14. de reform. & sess. 22. c. 8. de reform. & l. Cum ij ff. de transact. n. 7. & ibi, quid differat inter dispensationem ad dispensandum ex sua conscientia, & inducendo hæc non exigit causæ cognitionem iudicialem.

1 CONSTAT inter omnes iustam desiderari causam. Quia Trident. sess. 24. de matrim. c. 1. id non liberæ voluntati iudicio, & prudentiæ Episcopi remittit: quæ debitum prudentiale, & ratione regulatum importat: cum multis docet Menoch. de arbitr. l. 1. q. 8. n. 26. Mascard. vol. 1. Paz. pract. 2. to. pralud. 3. n. 11. Gutter. lib. 1. q. a. n. 19. n. 6. & seqq. Speculo testamentorum. gloss. 15. n. 28. Rebuff. lib. 1. de matrim. c. 5. nu. 5. Segura director. iudicum, 2. p. c. 16. n. 17. Salzedo practica, c. 73. §. Dispensat: Manuel 1. to sum. 2. edit. c. 17. n. 3. Aut. Gom. super bullam cruciat. c. 4. q. 4. n. 16.

2 Hinc infertur delinquere lethaliter Episcopum, absq; iusta causa dispensantem, quia materia est grauis. sic Pac. & Spino proximè citati.

3 Difficultas autem non modica versatur, an exigatur iudicialis causæ iuris cognitio? Aliqui enim eam desiderasse videntur, saltem summariam informationem. Prob. 1. quia vbi lex aliquid faciendum ex causa præscribit, ibi causa probanda est: vt tradunt Bart. l. Item si suspecto tu. fine, ff. de pœnis. Doctor. §. Ead. n. 1. Instit. qui & ex quibus causis manumittere. Alciat. alios referens de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 9. n. 27. Zephalus cons. 421. n. 62. vol. 3. Et ob id Gl. & l. Item si suspecto, & ibi Bart. dicunt causam suspicionis iudicis esse probandam: ergo cum ordinario concedatur hæc dispensatio ex legitima causa, illa iudicialiter probanda est. Secundò ex definitione dispensationis, quam tradit Gloss. c. Rogerius, v. Vt plerisque 1. q. 7. & valde commendat Abb. c. Ad audientiam, n. 6. de iudiciis, dispensatio est iuris relaxatio cum causæ cognitione, facta. Vnde colligunt Innoc. c. cum ad monasterium, nu. 17. de statu monachorum, Host. c. Cum ad monasterium, nu. 17. de statu monachorum, Ioan. Andr. c. de filiis presbyt. Abb. c. Diuersis, n. 3. de cler. conjug. Ricard. c. Cum ad monasterium, nu. 17. de statu monachorum, Host. c. At si clerici, §. De adulteriis, n. 125. de iudiciis, Ruinus cons. 209. n. 25. vol. 3. D. Antonin. 1. p. t. 17. c. vlt. §. 20. Rosel. v. Dispensatio n. 6. Angel. n. 2. Sylvest. §. 2. Armilla v. Dispensare, n. 14. Nauarr. cap. 27. n. 2. Molin. de Iustitia tract. 2. de simonia, n. 4. & l. 5. cons. 2. edit. 2. De homicidio, quinque inferiori committitur dispensatio in lege superiori cum causæ cognitione: ergo dum Tridentinum committit hanc dispensationem ordinario, intelligitur cum causæ cognitione. Et confirmatur ex Tridentino sess. 14. c. 7. de reformat. ibi, Committatur dispensatio loci ordinario, qui non nisi causa cognita, & probatis precibus, nec aliter dispensare possit. & sess. 25. c. 18. de reform. ibi. Sciant vniuersi sacros canones ab omnibus obseruandos, quod si vrgens iusta, ratio, & maior quandoque vtilitas postulauerint, cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita, à quibuscumq; ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum, aliter dispensatio subreptitia censetur. Ergo dispensatio hæc causæ cognitionem præexigit. Tertiò, quia hæc dispensatio est pro vtroq; foro, ergo petit informationem causæ pro foro externo: aliàs nihil distaret inter eam & dispensationem pro solo conscientiæ foro, cum hæc etiam occultam causæ cognitionem petat. Quartò, ex l. Cum ij. ff. de transactio. §. Vult igitur, iuncto principio illius legis, vbi videtur clarè probari, quando aliquid prudentiæ iudicis committitur, exigi causæ cognitionem: nam in principio sic dicitur, Solet igitur prætor intercurrere, & inter consentientes arbitrari, an transactio admitti debeat Et §. Vult igitur. sic dicitur, Vult igitur oratio apud prætorem de istis quæri, in primis de causa trãsactionis: deinde de modestertio de personis trãsigentium. Et ita Bart. ea. §. n. 1. & Arct. ibi, & alij quos refert & sequitur Menoch. de arbitrariis l. 1. q. 19. n. 1. docent cum aliquid arbitrio prætoris heri debet, intelligi causa cognita: & statim n. 3. 4. & 5. docet Menoch. cũ multis, eam causæ cognitionem versari in citatione adhibenda, & litigantium iure exaudiendo, & ordine iudiciario obseruando: ergo cum dispensatio in his denunciationibus, committatur arbitrio, & prudentiæ ordinarij, præexigitur iudicialis cognitio causæ. Et ita expresse tenent Eurioq. l. 11. de matrim. c. 5. n. 5. in commento. lit. S. Segura 2. p. direct. c. 16. nu. 17. & de causa suspicionis ad dispensandum in denunciationibus expresse terier eam esse in iudicio probandam. Zephalus cons. 421. n. 61. & 62. vol. 3.

4 Cæterum probabilius credo non requiri cognitionem causæ iudicialem, sed satis esse, si extraiudicialiter ordinarius informetur, certiorq; fiat de causa, vt licitè dispenset in denunciationibus. Prob. quia Trident. sess. 24. c. 1. de matrim. agens de hac dispensatione, illiusque causis, sic concludit, Nisi ordinarius ipse expedire iudicaverit, vt predicta denũciationes remittantur: quod illius prudentiæ & iudicio sancta Synodus relinquit. Quæ clausula (vt probant disp. præc. n. 17.) refertur ad causam suspicionis malitiosi impedimenti, & ad omnes alias: ex quo loco constat, an expediat dispensare, adsitque legitima causa, iudicio seu conscientiæ ordinarij relinqui (iudicium enim & cõscientia idem sunt: nam iudicium est mentis dictamen, conscientia autem nihil aliud est quàm mentis dictamen, teste D. Thom. 1. p. q. 79. a. 13. ad 1.) Sed quoties aliquid committitur conscientiæ, & prudentiæ alicuius, non est necessaria probatio iudicialis: vt constat ex textu, iuncta gloss. c. Statutum, §. Assessorem, de rescript. in 6. ibi, assessorem nisi eo indigeat, quod conscientiæ relinquatur eiusdem, sibi nequaquam adiunget. Vbi Gloss. verb. Relinquatur, ait, Cum conscientiæ relinquatur eiusdem, ergo solus Deus hoc, & nullus alius iudex, vel cognitor. Et ibi Francus, n. 6. initio, ait notandum ex glossa singulari, vbicunq; aliquid committitur conscientiæ alicuius, non esse necessariam aliam probationem, vel citationem partium, cum sufficiat probationē soli iudici cõcludere. Secundò prob. ex c. 2. de iuramento calum. ibi, Potest iudex à partibus exigere iuramentum malitiæ, quoties viderit expedire: vbi Ioan. Andr. nu. 2. Anchar. n. 4. notabili 4. Dominicus n. 9. & 10. Francus nu. 3. initio, sic inquiunt, In tantum hoc relinquitur visioni & arbitrio iudicis, vbi hæc, vel similis clausula apponitur, nulla probationis necessitas imponitur. Et melius Lapus alleg. 61. paulo post princ. n. 3. vers. Item pro hac parte est, sic ait, Quoties aliqua causa committitur alicui, sub hac clausula, ibi tibi videbitur, vel iudicio tuo, vel conscientiæ tuæ relinquimus, remouetur strepitus iudicii, & denotatur arbitrium boni viri, nec requiritur causæ cognitio, sed satis est simpliciter, & de plano, & extraiudicialiter informare se. Quã doctrinam sequitur Canalcanus 1. p. dec. 46. nu. 420. vbi non est aliqua persona, de cuius præiudicio agatur: vt cõtingit hic: & dec. 12. n. 40. ait cum alijs, quos refert, non requiri indaginem iudicialem, licet in commissione sit hæc clausula,

sula, si per diligentem examinationem repereris, & dummodo alicui non fit ius quæsitum: ergo cum dispensatio denunciationum, eiusque causa relinquatur iudicio, & prudentiæ ordinarij, non exigetur cognitio iudicialis. Tandem, quia pro hac parte est doctrina *Baldi l.2 n.2. C. de fideicommiss.* vbi ait commissum ad conscientiam esse commissum ad veritatem: & satis esse, vt sit munitum iure gentium, & *l. Certum n.5. C. Vnde legitimi*, vbi docet, Pontifice mandante dignitatem alicuius examinari, neminem esse citandum, sed sufficere probationem cõcludere soli examinatori, eò quod hæc commissio potius sit conscientialis, quam iudicialis: & *l. Neque naturales n.7. C. de probat.* ait si prouideatur alicui, si sit idoneus, non valere prouisionem, nisi causa cognita: addit*que nn.*8. quia hoc officium est extraiudiciale, non requiri partis citationẽ. quod idẽ cum Baldo, docet *Alex. l. De vnoquoque, in princ. n.10. ff. de rẽ iudic. & Maranta de ordine iudic. 6 p. de citat. 1. Rectè concipiatur citatio, n.21. & idem Alex. ibi n.11. & Maranta cõ n.21.* docent quoties aliquid remittitur conscientiæ, non exigi partis citationem; & ita consequenter non requiretur cognitio iudicialis: nam fundamentum, & initium iudicij est partis citatio: vt docet *Maranta co 1. n.1.* cum ergo Tridentinum remittat prudentiæ, & iudicio ordinarij, an expediat in denunciationibus dispẽsare, non exigetur iudicialis probatio causæ: sed satis erit priuatim ordinarium informari de causa: & ita expresse videtur tenere *Gutier. l.1. q. canon. c. 19. n.19. init.* vbi ait posse Episcopum ex aliqua causa rationabili, sibi tantum cognita, has denunciationes remittere: & *eod. n 12. fin.* ait se dispensasse, cum esset vicarius Episcopi, aliquando causa cognita oretenus, quæ tamen non est cognitio iudicialis.

5 Hinc infertur hanc causæ cognitionem posse fieri ab ordinario, sine ordine, & figura iudicij, & testibus non receptis in forma iudicij, nec iurantibus. Prob. quia non est iudicialis, sed ad informationem conscientiæ ordinarij: in tali autem cognitione non desiderantur testes iurantes, nec ordo, & figura iudicij: vt optimè docent *Innoc. c. Cum in tua, fin. de spons. & c.2. de postulat. prælat. n.5.* vbi *Ant. nn.*50. & *Abb. n.*34. 35. *idem Abb. c. Cum nobis. nn.* 5. *de elect. Bald. l. Qui testamento. §. Per contrarium, fi. ff. de testam. Roland cons.*8 *n.*31. *vol.*4. & alij quos refert & sequitur *Mascard. de probat. concl.* 1368. *n.*14. & 15.

6 Secundò infertur, hanc dispensationẽ denunciationũ posse fieri extra diœcesim: quia est actus iurisdictionis voluntariæ, cum non requiratur cognitio causæ iudicialis. Et ita in similibus terminis tenet *Lambertinus de iure patron. l.* 2 *p.*2 *q.*2 *a.*6 *n.*2. & 3. vbi ait ad institutionẽ, & confirmationem præsentati, exigi causæ cognitionem: posse tamen fieri extra diœcesim: quia est extraiudicialis: & subinde tã causæ cognitio, quàm institutio, & cõfirmatio sunt actus voluntariæ iurisdictionis. Imo quamuis exigeretur causæ cõgnitio iudicialis, vt lite suborta circa matrimonium, vel circa dispensationem, licet ea causæ cognitio debeat fieri intra diœcesim, tamquam actus iurisdictionis contentiosæ, ea tamen facta intra, posset dispensatio fieri extra. Quia cum hic actus dispensationis, sit voluntariæ iurisdictionis, & si intermedia fuerint contentiosæ, retinet suam naturã: & ita potest fieri extra diœcesim, iuxta doctrinam *Baldi l. vnica. in prin. n.11. fine, ver. Vltimo nota, ff. de offic. consul.* vbi hæc dicit, *Quando in causa voluntariæ iurisdictionis, emergit aliqua causa cognitio, & probatio, talis causa excipitur, quasi contentiosæ iurisdictionis in probatione, & ventilatione, sed in decreti interpositione suam retinet naturam.* Et ita tenent *Lambertinus eod. nn.*3. Plura autem circa hoc, quando sit voluntaria, quandóve contentiosa iurisdictio, possitque extra diœcesim exerceri: dicemus hoc *l.*3. *disp.*19. *nu.* 7. 8. & 9.

7 Ad arg. 1. sententiæ proposita n.3. respond. ad 1. id posse esse verum, vbi causa non committitur arbitrio, & conscientiæ iudicis: vbi autem sic committitur, quamuis necessaria causa sit, & vt ea nota sit dispensanti, non tamen est necessarium vt ea probetur. Ad 2. dico mentem Glossæ, & eorum DD. esse dispensationem necessariò exigere aliquam causam iustã, alias erit dissipatio: vt bene tradit *Panorm. c. Dudum, el 2. num.* 38. *de elect.* At verò eam probatio, eiusque cognitionem iudicialem præcedere, non semper est necessarium. Ad confirm. dico, *ex sess. 7 c.*14. esse speciale in eo casu dispensationis in irregularitate homicidij quia Tridentinum ibi postulat vt præcedat probatio peracta: vnde potius inde sumitur argumentum in nostro casu, cum Tridentinum id non postulet, non requiri. Ad alium locum Tridentini, dico Tridentinum ibi poluisse vt dispensatio minimè fiat absque præuia causæ cognitione, at ea cognitio satis est sit extraiudicialis: vt in simili dixímus ex doctrina Baldi inter probandum nostram sententiam: & ex doctrina *Lambertini in 1. coroll.* Ad 3 cõcessis antecedenti, nego sequi requiri informationem iudicialem, sed satis est in hoc casu pro vtroque foro vt præcedat informatio extraiudicialis: cum Tridentinum id remittat arbitrio, & prudentiæ ordinarij: & adhuc longè difficilius dispensatione pro solo foro conscientiæ: nam in hac nullus testis recipitur, sed creditur petenti, ab eoque informatio petitur: at in dispensationibus denunciationum, cum pro vtroque foro sint, recipiuntur testis, quamuis non in figura, & forma iudicij, sed solum ad informandam ordinarij conscientiam. Ad 4. dico in eo casu esse speciale, quia lex ipsa formam iudicij præscripsit procedendi in alimentorum transactione: & doctrina Bartoli & aliorum in casu illius legis, cui innituntur, intelligenda est.

DISPVTATIO IX.

Quę sint causæ iustæ vt ordinarius dispenset in denunciationibus?

SVMMARIVM.

Refertur opinio dicens solam causam suspicionis malitiosi impedimenti, satis esse, n.1.

Sufficit quamcunque arbitrio ordinarij, n.2.

An sufficiat pudor contrahentium, vt quia sunt dispares aetate, conditione vel diuitijs n.3.

Quid si ambo sint seroes n.4. vel concubinarij, & exillamabuntur matrimonio, n.5.

Quid, si sint magnates, n.6.

Quid, si nullum impedimenti timor sit, vel cessante incarnerationis qua præmittuntur denunciationes, n.7.

Quid, si vicinum sit tempus quo prohibitum est nuptias benedici, n.8.

Quid si forsan matrimonium est publicè contractum, & reperiatur nullum ob impedimentum occultum, n.9

Quid, si timeatur fore vt consanguineus matrimonium impediat: & quando pater iuste impedire præsumptusque sit malitiosè impedimenti, n.10.

Quid si causa consumendi patrimonij moueat parentes, vel tutores puellam matrimonio collocare, n. 11. Et qua prudentia vsum sint audiendi vt iuste moueantur hoc de malitiose impedimento, n.12.

Quid, quando volunt parentes, vel tutores, vt puella indigna nubat, n.13.

Quid dum aliquibus valde expediret coniugium, retinetur foro vt impediantur, n.14.

Quid, si virgo defloratа est, & est periculum in mora, ne deflorans mereatur sententiam, n.15.

Vel si est infamata: vel duo sibi matrimonij fidem dederunt, & est periculum ne alter animum mutet.

Quid si repentinus casus offerat rationem contrahendi matrimonium, vt si concubinarij deprehendantur à iudice plectendi, nn.16. Et quid ob animæ periculum, vt si meretrix, vel duo concubinarij velint inire matrimonium, & sit periculum perseuerantia in peccato, dum præmittuntur denunciationes, n.17.

Quid quando matrimonium est statim necessarium ad vitandum scandalum, n.18.

Quid dum aliquis in mortis articulo vult concubinam ducere, vt legitimet prolem: vel se curiæ magnæ è vita, n.19

Quoties ordinarius dispensat, an debeat de impedimentis inquirere, n.20.

ZEphalus *cons.*421. *num.* 59. 60. & 87. *vol.*3. asserit ex sola causa suspicionis malitiosi impedimenti posse ordinarium dispensare. Quia eam solam expressit Tridentinum *sess.*24. *c.*1. *de matrim.*

Sed procul dubio dicendum est, multas alias causas iustas legitimas esse, sufficereque quamcumq; arbitrio ordinarij iustam. Quia quamuis Tridentinum eam solam expresserit, statim tamen totum hoc negotium ordinarij prudentiæ

dentiæ remisit. Sic *Veracruz append. ad specul. dub. 1. propos. 6. Gutier l. 1. can. c. 29. à nu. 6. Barth. à Ledes. de matrim. dub. 21. f. 1557. §. tenet. tertio: Segura* dicens sic declarasse Cardinales. *29. decis. ind. c. 16. nu. 5. Manuel 1. to. summ. 2. edit. c. 217. concl. 2. n. 3.* & idem colligitur ex omnibus DD. referendis quorum multi post Triden. scripserunt, variasque præter dispensationem, causas assignant.

1 Prima igitur causa est, contrahentium pudor, quando pudore suffunderentur denunciationibus factis, ob eorum disparitatē, vt si valde senex ducat iuuenculam, vel valde nobilis ignobilem, aut valde diues pauperem, vel è contra. Sic *Palud. 4. d. 28. q. 2. a. 3. concl. 1. nu. 19. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 16. fin. Summa confess. de matrim. q. 59. Soto 4. dist. 40. q. 1. a. 2. vers. De hanno, Ledes. 2. p. 4. q. 47. ar. 5. f. 451. col. 1. Sylu. v. Impedimentum, 1. q. 19. instruct. c. 87. init. Capua l. 2. decis. c. 85. num. 3. Bart. à Ledes. dub. 21. de matrim. Vega lib. 3. sum. casu 211.* Et ex consilio, *Henricus c. fin. n. 11. de clandest. desponsat. Henricus Bohemus de Synodo Episc. 3. p. a. 1. n. 15. Rosell. v. Impedimentum, impedit. 1. n. 11. Sylvest. Matrimonium 6. q. 7. dict. 2. Nauar. sum. c. 22. n. 69. Lat. nu. 70. Ant. Cucul. l. 5. instit. maior. t. 11. nu. 65. Valentia t. 4. q. 73. ad finem, §. Dispensat, Segura 2. p. direct. iudic. c. 16. n. 6.* Et quamuis aliqui ex his DD. non ita generaliter causam constituant, sed dum timetur impedimentum esse matrim. ob hanc disparitatem: sic *Henric. Palud. Sylvest. Salzedo ibid.* at melius alij hanc causam *simpliciter* generaliter, ratione pudoris, & verecundiæ. Sic *Bart. à Ledes. Capua, Vega ibid. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 39. §. Circa prædictam doctrinam.* Eiusdem sent. *Valentia D. Antonin. & Anton. Cucul ibid.* absolute enim dicunt hanc disparitatem esse causam legitimam dispensandi: *Rosella* citatus *Nauar. ibid.* distinctiuè enim ait esse cautionem impediatur,

2 Hinc infertur idem dicendum esse, quando vtrique contrahentes sunt senes, pudetque eos publicare matrimonium. Quia eadem militat ratio: & quia fit quædam irreuerentia sacramento, dum senes contrahentes irridentur a Paludano. Sic docent ex Theologis, *Palud. 4. dist. 42. q. 2. a. 3. concl. 2. nu. 20. Veracruz 1. p. spec. art. 10. conclus. 3.* ex iurisperitis. *Henric. c. fin. n. 11. de clandest. desponsat. Rosel. v. Impedimentum, impedit. 1. n. 11. Angel. v. Clandestinum, n. 1. Sylvest. Matrimonium 2. q. 17. dict. 3. & Matrimonium 6. q. 7. dict. 2. Tabiena Matrimonium 2. q. 10. n. 11.*

3 Secunda causa est, dum aliqui concubinarij, existimati ab omnibus coniugati. Quia si sola verecundia sufficit (vt dixi) ad dispensationem sufficiet hæc causa, vbi & verecundia, & interest concurrunt. Sic *Palud. 4. d. 28. q. 2. a. 3. concl. 1. n. 19. & nu. 20. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 16. fin. Rosella v. Impedimentum impedit. 1. n. 11. Sylvest. Matrimonium 6. q. 7. dict. 2.* Quare *Salzedo* citatus hanc causam reijcit *Segura 2. p. direct. c. 16. nu. 14.* quòd non concurrat malitiosi impedimenti suspicio. Verum hæc ratio ex eo confunditur, quòd (vt dixi n. 2.) in hac suspicio hæc est iusta causa.

4 Tertia causa est, quando magnates volunt contrahere matrimonium. Hanc causam similiter reijcit *Segura 2. p. direct. c. 16. n. 7.* ratione ductus, qua præcedentem reiecit: nec eam admittunt *Henric. c. fin. in fin. de clandest. Rosel. v. Impedimentum, impedit. 1. n. 11. Nauar. sum. c. 22. n. 70.* sed tantum vbi esset antiqua consuetudo, hæc causa est verissima. Quia horum matrimonia sunt valde publica, suntque ipsi valde noti, quare si aliquod impedimentum inter eos esset, statim sciretur. Sic tenent *Palud. 4. d. 28. q. 2. a. 3. concl. 2. n. 20. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 16. fin. Sylu. v. Impedimentum 1. q. 19. post 3. concl. vers. De hanno, Ledes. 2. p. 4. q. 47. ar. 5. f. 451. col. 4. Barth. à Ledesm. dub. 21. de matrim. Capua casu 211. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 39. §. Circa prædictam doctrinam: & 1. p. c. 87. init. Vega lib. 3. summa casu 211.*

5 Vltima infertur idē dicendum esse, quando nullius impedimenti timor subest: causa enim detegendi impedimenta denunciationes fiunt. Sic *Palud. Soto, Bart. à Ledes. Vega num. præced. allegati.* Ad idem est *Nauar. summa Hisp. & Lat. c. 19. n. 36.* vbi ait esse iustam dispensandi causam, dum cessant omnia inconuenientia, ob quæ vitanda denunciationes fiunt.

8 Quarta causa est, quando denunciationibus præmissis non possunt benedici nuptiæ, ob tēporis, in quo eas benedici prohibitum est, vicinitatem: expedit enim vt consummationi matrimonij præmittātur benedictiones: idque hortatur *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* multique dicūt hoc esse præceptum (vt dicam hoc 3. l. disp. 11. n. 1. 2. & 3.) expectare autem vt contrahatur, vel consummetur matrimonium transacto eo tempore, esset periculum dissolutionis, vel fornicationis, si nondum contractum est: vel si contractum est, vt ante benedictiones consummetur. Sic *Enric. l. 11. de matrim. c. 16. n. 2. Bart. à Ledes. dub. 11. de matrim. Salzedo pract. c. 73. ad fin. §. Dispensat, Segura 2. p. direct. c. 16. n. 17. Manuel* referens Cardinalium decisionem, *1. tom. sum. 2. edit. c. 217. concl. 2. n. 3.*

9 Quinta causa est, quando prius contractum est matrimonium publicè, reperiturque nullum ob impedimentum occultum. Hæc causa ab omnibus admittitur ad vitandum scandalum: & multo fortius habet locum, retenta opinione quam amplexi sumus l. 2. disp. 37. n. 3. nempe non desiderari iterum præsentiam parochi & testium.

10 Sexta causa est, quando timetur fore vt consanguinei matrim. impediant. Sic *Henricus c. fin. n. 11. de clandest. desponsat. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 16. fine, Sylvest. Matrimonium 6. q. 7. dict. 2. Nauar. sum. c. 22. Hispane n. 69. Lat. n. 70.* Cæterum hæc causa non est ita vniuersaliter intelligenda, sed quando timetur fore, vt iniustè impediant. Et constat ex *Trident. sess. 24. de matrim. c. 1.* vbi dicitur, quando est suspicio malitiosi impedimenti: malitia autem dolum & calumniam importat vt bene *gl. c. fin. fine, de clandest. desponsat.* tradit. Sic explicant prædictam causam, *Palud. 4. d. 28. q. 2. a. 3. concl. 2. n. 20. Angel. v. Clandestinum, n. 1. Sylvest. Matrimonium 2. qu. 17. dicto 3. Tabiena Matrimonium 2. q. 10. n. 11. Soto 4. d. 28. qu. 1. a. 2. vers. de Bannis, Ant. Cucul. l. 5. instit. maior. t. 11. nu. 65. Veracr. 1. p. speculi, a. 10. conclus. 3. Lud. Lop. 2. p. instructori, de matrim. c. 39. §. Circa prædictam doctrinam:* & DD. statim in corollario allegandi. Hinc infertur tunc esse iustam causam, quando parentes minis, dolo, vi, vel falsitate, vt suppositis falsis testibus, vel calumniis, impedirent matrimonium: secus quando adest iusta impediendi causa, ob notabilem disparitatem: vel violentia, sed precibus, & suasionibus impedire volunt: quia ibi nihil malitiæ adest, sed iure suo vtuntur bene consulentes filius. Quare dum Doctores antiquitus asserebant licere matrimonium clandestinum ob impedimenti timorem; addebant, si parentes, vel tutores malitiosè causa matrimonij consummendi impediebant (vt dicemus n. sequenti.) Sic docent *Menoch. cons. 69. à n. 29. vol. 1. Zephalus cons. 421. à n. 62. vol. 3. Riminal. cons. 691. n. 31. vol. 6. Perez lib. 8. ordinam. t. 15. l. 1. f. 284. col. 2. Gutier. lib. 1. quæst. canon. c. 20. à n. 9. ad finem, Segura 2. p. director iudicum c. 16. n. 28. & duplici sequenti. Corduba summa q. 171. f. 465. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 6. n. 5.* Non censebitur tamen violentia, si pater minetur filio se eum minime prælaturum in ea bonorum parte, qua præferre potest (vulgo *que no le ha de mejorar*) potest enim hac beneficij non debiti priuatione illum excitare, vt desistat à matrim. indigno. Sic ex aliis probans *Menoch. d. cons. 69. nu. 64.* Similiter quamuis filius virginem defloraret fide data de matrimonio contrahendo, si ea sit disparitas, & tam ægre ferat à parentibus & consanguineis, vt multa & grauia scandala inde nascitura timeatur: potest pater suasionibus impedire: nec timor huiusmodi impedimenti, erit iusta causa dispensandi in denunciationibus, quia hæc iusta est causa dissoluendi sponsalia (vt diximus lib. 1. disp. 61. nu. 1.) Sic *Gutier. l. 1. quæst. can. c. 20. nu. 23.* & videtur clare tenere *Menoch. d. cons. 69. nu. 66.* considerato argumento ad quod ibi respondet. Maxime tamen in hoc euentu perpendere debet ordinarius, vnde orientur grauiora damna, si enim timetur parentes, aut consanguineos occisuros alterum

con-

contrahentium,vel falsos producturos testes,vt matrim. impediant:& forte semel iam contracto cum remedij spe destitutuantur,quiescent ad amicitiamque restituetur,erit iusta dispensandi causa.Sic *Palud.4.d.28.q.2.a.3.concl.2. n.20.Gutier.l.1.q.can.c.20.n.26.* Si tamen nulla sit contrahentium disparitas,vel filius,aut filia cuius partem impeditura matrim.timetur,cum digniori contrahat,pensatis omnibus,est iusta dispensandi causa: vt bene tradunt *Gutier.cod.c.20.n.29.Segura 2.p.direct.c.16.n.12.* Dixi,omnibus pensatis,quia in æqualitas generis potest compensari magno diuitiarum excessu.Potest etiam cæteris paribus existentibus,notabilis morum alterius dissolutio, causa esse magnæ disparitatis,ita vt pater mediis iustis possit filium ab eo matrim.auertere.In duplici autem casu facile præsumitur partem iniuste impedire matrimonium:alter est,cum filia XXV. ætatis annum excedit:tunc enim parentes videntur in mora constitui *l.5.tit.7.p.6.* quare facilius præsumitur timorem illum impedimenti esse iustam causam dispensandi.Sic *Segura d.c.16.n.11.* Alter vero est,si filii nouercam habeant, facile enim præsumitur ex malitia impediri matrimonium, vt deficiat soboles,& hereditas perueniat ad filios secundi matrimonij : & ne pater priuetur vsufructu hæreditatis maternæ:quare tunc facilius suadere sibi potest ordinarius esse iustam dispensandi causam.Sic *Gutier.ibi n.30.Segura n 13.*

11 Hinc infertur iustam esse causam, si parentes aut tutores causa consumendi patrimonii nolint puellam matrimonio collocare,timeaturque fore vt impediant. Quia est malitiosum,ac iniustum impedimentum.Deinde quia strictius obligabat olim præceptum non clam contrahendi, cum ex natura rei plura & grauiora inde sequerentur damna,sed in hoc casu licebat olim clam contrahere, vt testantur *Sotus 4.d.28.qu.1.a.2.concl.3.Petr.de Soto lect.14.de matrim.Bart.à Ledes.dub.21.de matrim.Pet.de Ledes.de matrim. q.45.art.5.punct.1.dub.2.* ergo à fortiori erit iusta causa dispensandi in denunciationibus.Sic *Lud.Lop.1.p.instruct.ca. 86.paulo post princ.*

12 Secundò infertur,oportere vt caute procedant iudices dum de malitioso impedimento informantur: nec contentos esse debere si testes deponant se audiuisse consanguineos contradicere : fere enim nulli matrimonio contradictores desunt,& sæpe data opera coram testibus cõtradicunt aliqui,minasque iactitant,ad fingẽdum iustam dispensationis causam: vnde inquirendum est de cõtradictionis causa,& videndum an sit verisimilis,& iusta,ob contrahentium notabilem disparitatem : & an sit timor iniustis modis fore vt impediatur matrimonium,attenta personarum conditione,vt minus fraudibus,vi.Ita *Segura* quamuis non tam ample,*2.p.direct.c.16. nu.18.Gutier.lib.1. q.can.c.20.n.23.*

13 Septima causa est,quando parentes,vel tutor volunt vt virgo indigno nubat. Prob.quia in hoc casu licitum erat olim matrim.clandestinũ:vt docent *Caiet.to.1.opusc.tract. 12.de matr.q.2. Petr.de Soto lect.14.de matr.Nau.sum.c.16.Hisp. & Lat.n.37.& Hisp.c.22.n.69.& 70.Cou.4.decret.2.p.c.6.init. n.8.Veracr.1 p.spec.a.10. Matienzo lib.5.recop.t.1. l.1.n.3.Bart.à Ledes.dub.21.de matr.Pet.de Ledes.de matr.qu.45.a.5.quæst.1.dub. 2.concl.3.*ergo à fortiori erit iusta causa dispensandi in denunciationibus.Sic *Segura 2.p.direct.c.16.n.15.Spino speculo testamẽtorum.gl.15.n.31.Lud.Lop.2.p.instruct.c.86.§. Excusatur:& 2.p.de matr.c.39.§.Circa præfatam doctrinam:Capua li. 2.decis.c.85.n.4.Manuel 1.to.summæ 2.edit c.217.n.2.concl.1.*

14 Octaua causa est, quando valde aliquibus expediret coniugium,timerentq; impediendum. Prob.quia in eo euentu erant olim licita matrim. clandestina: vt docent *Sotus 4.d.28.q.1.a.2.concl.3.Ledes.m.2.p.4.qu.47.a.5.f.451.col. 4. Matienzo.Bart.à Ledes Pet.de Ledes.n præced.allegati:*ergo à fortiori est iusta causa dispensandi in denunciationibus: & ita docent *Lud.Lop.1.p.instruct.c.86.§.Præterea Sotus:& 2. p.de matrim.c.39.§. Circa præfatam doctrinam, Capua l.2.decis.c.85.n.7.* Quare in omnibus casibus in quibus olim erant licita matrim. clandestina, iusta est causa dispensandi in denunciationibus. Vt bene tradit *Segura 2.p.direct.c. 16.n.12.*

Hinc infertur,si virginis defloratur damnum resarcire velit eam ducens,periculumque sit fore,vt animum mutet:iustam esse causam,quia tunc valde expedit coniugium. Sic *Segura cod.c.16.n.16.* Idem crederem,quando femina non esset virgo,infamata tamen est: quia similiter valde expediens esset matrimonium. Similiter credo esse iustã causam,quando duo fidem sibi dederũt de matrimonio contrahendo:& alter tam leuis est,vt probabilis timor sit hac leuitate, vel aliis coniecturis attẽtis, fore vt iniuste à fide data resiliat. Quia hoc coniugiũ valde expedit vtrique contrahenti, alteri, de quo est timor,ne peccandi lethale admittat iniuste resiliendo:alteri vero,ne matrimonio sibi ex iustitia debito,defraudetur.

Nona causa est, si repentinus casus offerret rationem contrahendi matrimonium: vt si aliqui tamquam cõcubinarij comprehensi à iudice essent plectendi,vt possent dicere se esse cõiugatos,esset iusta dispensandi in denunciationibus causa. Quia hoc casu *Sotus, Matienzo,Bartol. Ledes.Petr de Ledes.m.relatis n.14.* affirmant olim fuisse licitum matrimonia clandestina.Sic *Lud.Lop.vtroque loco allegat. n. 14.Capua lib.2.decis.c.85.n.5.*

Decima causa est, ob periculum animæ, vt si duo fuerint concubinarij,velintq;matrimoniũ inire,vt in bono statu constituantur:periculumq; sit fore,vt dum denunciationes præmittuntur,cõmisceantur. Similiter si meretrix in lupanari exposita vellet cum aliquo inire matrimonium, iustam dispensandi causam præberet. Primò,vt hac de causa sistat statim à malo statu.Secundò,ob periculum ne ipse vel sponsus voluntatem mutet, in eoq: statu permaneat. Probatur ex dictis nu.præc.si enim ob corporis periculum vt concubinarii temporali pœna eximantur, id licitum est:à fortiori id licebit,vt animæ periculum vitetur.

Vndecima causa est,ad vitanda scandala ob aliqui fortuita,quæ vitari possunt statim inito matrimonio. Cuius exceptionẽ,quæ vitari possunt statim inito matrimonio. Cuius exceptionẽ,quæ vitari possunt statim inito matrimonio. Citationẽ,quæ vitari possunt statim inito matrimonio. Citationẽ,quæ vitari possunt statim inito matrimonio. Citation

Iulio n.7. quando sit accepto personarum dispensare cum vno, & non cum alio existentibus eisdem causis.
Innocentius verior affirmãs quandoq; teneri dispensare, quãdoque nõ, n 3.
Quando teneatur, & quando non, refertur duplex sent. n.4. & 5. Et ibi, quãin denunciationibus matrim. iuxta vtramque sent. dicendũ sit, matrim. mitti, n.6.
Illustrantur argum. n.7. Et ibi exoluntur, 9. Domine sancte, & 4. Vt con-
stituerur, 50. d & c Quanto, 2 q 4.
Hyperm. multis aliis summaria.

QVATVOR quæstiones disputandæ sunt. Prima, quando peccet ordinarius negans dispensationem. Secũdo quando possit dispensans pecuniæ mulctam fabricæ, vel pœnitentiæ applicandam, imponere. Tertia, quando ab ordinario neganti dispensationem appellari possit. Quarta, quando omitti possint denunciationes absque dispensatione, quia prælatus iniustè eam denegat, vel indebitè recusas ad ipsum.

1 QVÆSTIO I. Vtrùm existenti causa iusta dispensandi in denunciationibus, teneatur sub peccati pœna ordinarius dispensare, petẽtibus subditis? Duplex est sent. Prima affirmat teneri, peccareque si absque iusta causa deneget. Probatur primò ex c. *Domino sancto*, 50. d. ibi, *Vt necesse sit illos reos fieri in loco bonorũ qui per pœnitentiam, reconciliationem recipere meruerunt.* Et c. *Quanto, in fin.* 2. q. 4 ibi, *Quia sicut in commissis peccatis cernimus nos esse contemni, sic humiliatis, & pœnitentibus locum veniæ negare non debemus.* Ergo quãdo adest iusta causa, tenetur ordinarius dispẽsare. Secundò, quia cũ accepto personatũ opponatur iustitiæ distributiuæ, in solis bonis ex hac iustitia committitur: vt fatentur omnes cum D. Th. 2. 2. q. 63. a. 1. ad 3. sed prælatus malè dispensans est acceptor personarum, vt docent *Abulens. c. 22. Matth. q. 19. Armil. 2. p. tit 1. c. 20. §. 2. fin. Soto l. 3. de iust. q. 6. a 5. ad 3. Bonac. 2. q. 63. d. 4. paulò post principium*: ergo dispensatio existente causa est debita ex iustitia distributiua. Et confirmatur, quia vsus potestatis prælati est bonum quoddã publicum, ad bonum subditorum ordinatũ, & prælatus est quidã distributor illius, ergo ex iustitia distributiua tenetur illud distribuere secundum merita causę vnuscuiusque subditi: si ergo causa iusta existente non dispẽset, peccat contra iustitiã distributiuam, ac iniquus distributor. Secundò confirm. quia existentibus eisdem causis, si vnum dispenset, alteri autẽ deneget, est acceptor personarum: vt bene docẽt *Rebuf. praxi benefic. t. de dispensat. ad gratiam, n. 34. Manuel 1. 10. sum. 2. addit. c. 6. concl. 1. n. 1.* ergo dispensatio non est gratia, existenti iusta causa. Secũdò probatur prob. quia *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* nõ absolutè committit Episcopo dispensare in denunciationibus, sed tantũ prudentiæ remittit: quod verbum non liberam voluntatem, sed rationi regulatam denotat, ergo vbi recta ratio, & iusta causa dictat dispensandum esse, tenetur Episcopus dispensare. Hanc sent. tractantes in generali de dispensatione, docent asserentes teneri prælatũ dispensare, quotiès subest iusta causa, & alias peccare, *gloss. c. Dominis, verb. Necesse, d. 50. & ibi Turrecr. nu. 9. Ant. c. At si clerici, de adulteriis, n. 12. fin. de iudiciis: & ibi Cardin. n. 2. & Alex. n. 19.* qui specialiter reprobat sent. hoc limitantem quando adest vtilitas aut necessitas publica, & ait communem sent. tenere semper quoties adest causa iusta dispensandi, teneri prælatũ dispensare: eandem tenet *Rebuf. tit. 2. n. 8. 20. vers. Et nota secundũ: Rosella verb. Dispensatio, nu. 4. vbi Sylvest. q. 1. fin. Armil. v. Dispẽsare, n. 14.* & est probabilis.

3 Secunda sent. cui adhæreo, tenet non semper existẽti causa iusta dispẽsationem esse debitam, sed quandoq; esse debitam, quandoque autem gratiam. Prob. quia in iure ubi *sæpe ordinarius gratiam dispensationis facere*; & c. *Didici, 1. num. incipit. ibi. Dispensationis enim gratia*, & c. *penult. de cleric. excommunic. ibi. Propter quod dispensationis gratia.* Ergo dispẽsatio non semper est debita. Secundò, quia non quicquid petenti iudicis permittitur, id iuris necessitati subiicitur, *Lege quæ 40. ff. de iudiciis*: & notat *gloss. c. Consuluit, v. Gratificari iudicis permittitur, id iuris necessitati subiicitur, Lege quæ 40. ff. de iudiciis*: & notat *gloss. c. Consuluit, v. Gratificari*, ergo. Tertiò, ex c. *Postulasti de cler. excom. ministr.* ibi, *Nisi forsitan cum eis fuerit misericorditer dispensatum.* Et loquitur textus, quando est iusta causa, alias esset dissipatio. ergo dispensatio ex iusta causa non semper est debita, sed aliquando est gratia, & misericordia. Pro hac sentent. sunt *gl. c. Exigunt, in princ. 1. q. 7. & Abb. c. Consilium, n. 4. de obser. iejun.* vbi aiunt dispẽsationem quandoq; esse debitam: & tenent *Archid. d. c. Licet canon. num. 6. vers. Gratiam, & c. Vt constitueretur, super glos. Relaxatio d. 50. & ibi Turrecrem. nu. 9. & 10. Domin. d. c. Licet canon. § Super restitutia, n. 3. & ibi Fran. § Is etiam, nu. 2. vers. Secundo infertur: Abb. c. At si clerici, §. De adulteriis, n. 15. de iudiciis, & ibi Decius à n. 163. Felin. ibi, n. 15.*

Restat discutere quando sit debita, & quando gratia. 4
In quo duplex est sentiẽdi modus. Primus ait, si ius disponat prælatum in aliquo casu debere dispensare, esse debitam, peccat eque non dispensando: secus, si tantum permittat dispensare. Sic *Arch. vtroque loco, Domin. Franc. Felin. Turrecr. n. praced. allegati.* Vnde cum *Tridentinum sess. 24. c. 1. de matrim.* agens de dispensatione facienda per Episcopũ in denunciationibus, solam suspicionis malitiosi impedimenti causam expressérit, instruens vt si illa adsit, dispenset: asserendum est iuxta hanc sent. illa suspicione stanti, teneri Episcopum dispensare: non verò concurrentibus aliis causis iustis. Et ita videtur apertè sentire *Gutier. d. 1. qu. canon. c. 20. n. 23. vers. Præterea ordinarius.*

Secũdus sentiendi modus est, dispensationem esse de- 5
bitam, quoties in dispensatione vtilitas publica vertitur: vt quia vitatur scandalum, aut Ecclesiæ multo vtilior est: esse autem gratiam, quoties solum dispensatio necessaria est ob priuatam petentis vtilitatem. Vt si clericus parum vtilis Ecclesiæ dispensationẽ petat, eo quod satis cõtritus sit de culpa, pœnitentiamque egerit, tunc enim quamuis prælatus dispensare possit, non tamen tenetur. Prob. ex c. *Vt cõstitueretur, d. 50.* ibi, *Verum in huiusmodi causis vbi per graues dissensionum scissuras, non huius, aut illius hominis periculum; sed populorum plurimorum strages iacet, detrahendum est aliquid seueritati.* Vbi bonum commune, & non priuatũ ponderat *D. Augustin.* vt dispensatio debeatur: & c. *At si clerici, §. De adulteriis*, de iudiciis loquens textus de vtilitate priuata, sic ait, *De adulteriis, & aliis criminibus quæ sunt minora, potest Episcopus cum clericis post peractam pœnitentiam dispensare*, vbi non dicit teneri, sed posse. Ita videtur clarè tenere *gloss. d. c. Vt constitueretur, verb. Detrahendum*, vbi ait dispensationem quandoque esse debitam, scilicet, vbi multorum strages iacet: & tenet *Abb. d. c. At si clerici, §. De adulteriis, nu. 20. & ibi Decius à nu. 163. vsque ad 166. Abulens. c. 22. Matth. qu. 117. reg. 2.* Quare iuxta hanc sent. dicendum est, tunc teneri prælatum dispensare in matrimonij denunciationibus, quando publicum scandalum vitaretur, vel expediret bono cõmuni ad componendas paces inter personas publicas.

Cæterùm existimo teneri prælatum dispensare in iis 6
casibus, in quibus scandalum sequeretur, aut est suspicio malitiosi impedimenti: expedit enim bono publico ne matrimonia malitiosè, vi aut fraudibus impediantur: & quãdo subditis expedit valde ad bonum animæ, aut corporis dispensatio. Vt quia vir defloraúit fœminam, & est periculũ mutationis voluntatis viri: vel contrahẽtes sunt in peccato concubinatus, & illo pacto animæ suæ saluti consulent, periculumque est in mora: vel morti vicinus vult ducere cõcubinam, quo legitimet prolem, vel in bono statu decedat: quare si citra causam iustam maioris boni prælatus dispensationem tunc neget, reus erit culpæ: secus quando nullum publicum, aut priuatum notabile damnum sequitur. Vt quando senex cum iuuencula, vel duo senes contrahere volunt, vel quãdo nullus est timor impedimenti inter contrahentes, vel sunt magnates, & in similibus causis: tunc enim quando Episcopus possit dispensare (vt latè tradidi disp. præced.) non tamen tenetur. Prob. prior pars, quia potestas dispẽsandi in prælatis, est in subditorum bonũ, ergo quoties recta ratio, & notabile illorum bonũ poscit vt prælatus ea vtatur, tenetur vti. Secundò, quia prælatus ex officio tenetur consulere saluti spirituali subditorũ, ergo cum dispensatio valde saluti illi

expedit, teneatur dispensare. Tertiò, specialiter quãdo adest causa suspicionis: nam *c. Cum ex eo, de elect. in 6.* ait textus vt Episcopi possint liberè cum clerico dispensare, ne septẽnio rehideat ratione studij: vbi quamuis vtatur verbis, Possint liberè, quod meram libertatem importat, adhuc dicũt *ibi Arch. ante n. 1. vers. Liberè, Ioan. Andr. tenet. Franc nu. 2. not. ab. 2. Dec. c. At si clerici, §. de adulterijs, n. 163. de iudicijs.* teneri dispensare. Et reddunt rationem *Ioan. Andr. & Franc.* quia subest causa in eo textu expressa: ergo à fortiori cum *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* exprimat causam dispensandi, Suspicionem malitiosi impedimenti, non obstante quod statim relinquat arbitrio ordinarij, quod regulatũ ratione esse debet, tenebitur ea ratione concurrenti dispensare. Prob. posterior pars rationibus 2. sent. propositis no. 3 & quia nulla in his casibus vrgens ratio apparet, dispensare cogens. Hanc sent. videtur tenere *Barbatus cons. 40. n. 3. vol. 4* vbi ait prælatum teneri dispensare, quoties adsunt vrgentes dispensandi causæ. Et pro ea sunt *Sotus, & alij*, qui (vt n. 16. videbimus,) asserũt in his casibus prælatus iniustè neget dispensationem, posse omissis denunciationibus contrahi: quod vtique non liceret, si prælatus non teneretur tunc dispensare. Et in priori parte huius sent. conuenimus cum 1. sent. proposita n. 2. in posteriori verò parte conuenimus cum 2. sent. proposita n. 3. & cum DD. allegatis 1. & 2. sentiendi modo, n. 4. & 5.

7 Ad argum. proposita n. 1. respondetur: ad 1. intelligendos esse eos textus si de præcepto loquantur, quando est necessaria dispensatio ad bonum commune, vel notabile alicuius priuati: vel intellectos de omni dispensatione, loqui de consilio. Ad 2. dic, negandam esse consequ. quia in dispensatione malè concessa absque iusta causa, est acceptio personarum: non quia dispensatio illa debita sit, immo tunc est indebita: sed quia debita est ad hunc sensum, vt ex causa iusta facienda sit, & ita solum concludit argum. semper deberi dispensationem, in hoc sensu, vt semper debeat ex iusta causa concedi: non autem, vt semper concedi debeat, dum adest iusta causa. Sicut in distributione beneficiorum iniqua, est personarum acceptio: non tamẽ inde sequitur quoties aliquis est dignus beneficio, esse illi necessario conferẽdum. Ad 1. confir. distinguo conseq. tenetur dispensare secundum merita causæ, id est, semper tenetur ex causa iusta dispensare: concedo: in eo tamen sensu, vt quoties adest causa iusta, teneatur: nego. Ad 2. confirm. dic anteced. esse verum, quando dispensatio est debita: secus quando tantum est permissa, & gratuita: tunc enim potest ordinarius cessante scandalo, cum quo maluerit dispensare, absque vitio acceptionis personarum: sicut concurrentibus duobus æquè dignis potest Episcopus vtri illorum velit, conferre beneficium. Ad 3. neg. conseq. solum enim concludit non posse prælatum ad libitum dispensare, sed ex causa. Ad argum. propositum, n. 5. dicẽ D. Augustinum non intendere, ob solum bonum commune concedendam esse dispensationem: sed (vt constat ex antecedentib.) non omnes pœnitentes admittendos esse ad ordines, ne spe veniæ pœnitentiam fingant, faciliusque delinquant: sed quando agitur de vitando communi periculo, parcendum esse ad vitanda maiora mala. Ad *c. At si clerici*, dic solum probare non semper teneri Episcopum dispensare, quando adest causa iusta: quod nos fatẽ mur n. 6.

SVMMARIVM.

An liceat ei sumi quo dispensatur, imponere aliquam pecuniariam mulctam? & vtrum illa cum quo dispensatur in iuuamen, vel aliis locis ponatur? argum. probantia licere, n. 2.

Sententia auctoris, n. 9. & 10.

Solumtur argumenta, n. 11. & explicatur, 1. Licet de feriis, an sit de præcepto eleemosyna in illo casu? 2. piscantes diebus festum, tunc? n. 9.

Post n. 11. inuenies alia summaria.

8 QVÆSTIO II. An quando adest legitima dispensandi causa, possit ordinarius imponere ei cum quo dispensatur aliquam pecuniæ mulctam, fabricæ Ecclesiæ, aut piis operibus? Videtur posse: quia cui licet quod plus est, licet id quod minus est: *reg. Cui licet, de reg. iur. in 6.* qua ratione docent *Palud. 4. dist. 38. q. 4. a. 3. concl. 5. n. 35. Syl. verbum 4. §. 3. dict. 2. Sotus l. 7. de iust. q. 4. art. 3. vers. Abbates, Aragon 2. 2. q. 88. a. 12. §. Si quis autẽ quærat an omnis, dict. 2. Directorij curatorum, c. 10. Manuel bulla cruc. §. 9. n. 115.* habentem facultatem dispensandi in votis, posse ea commutare. quia plus est dispensare: sed ordinarius potest absolutè dispensare in denunciationibus matrimonij, ergo poterit via commutationis illius obligationis imponere aliquã mulctam pecuniariam, sicut consulunt DD. ne absolutè dispenset in voto, sed imposita aliqua commutatione. Et confir. quia *Nauar. c. Si quando de rescript. except. 21. in consuet. opposit. n. 1.* docet compositiones factas apud Apostol. sedem applicando aliquam pecuniam piis operibus, non fieri per modum contractus & pretij, sed per viam cuiusdam pœnitentiæ, & gratiarum actionis: ergo eodem modo poterit Episcopus illam mulctam imponere. Prob. ex *c. Licet de feriis*, ibi, *Indulgemus vt liceat diebus dominicis, si aliqua tempestas inclinauerint, eorum captiones ingruente necessitate intendere, ita quod post factam capturam Ecclesiis circumpositis & Christi pauperibus congruam faciant portionem.* Vbi constat Pontificem dispensare in præcepto sanctificandi festa, imponit actemosyna: quam sub præcepto imponi docet *Ant. ibi num. 3. Ang. verb. Feria, nu. 35.* & videtur tenere *Cajet. 2. 2. q. 122. a. 4. dub. penult. §. In septimo casu: & sum. verb Festorum violatio. 3. Violentia autem, vers. Quartò ex occursu*, vbi dicens permittam esse illã piscationẽ: subdit piscantes memores esse debere oneris *d. c. Licet*, iniuncti. Videtur etiam tenere *Nauar. sum. c. 13. n. 9.* vbi ait, debere piscantes illam eleemosynam contribuere: ergo similiter dum dispensat ordinarius in denunciationibus matrim. poterit aliquam eleemosynam imponere. Et confirm. quia *Abas ea. c. Licet num. 4.* ait eum textum facere, vt possit illi cum quo ex aliqua causa dispensatur circa ieiunium, imponi aliqua eleemosyna.

Dico tamen primo, id nullo modo licere. Prob. quia *Trid. sess. 24. c. 1. de matrim.* solam concedit Episcopo facultatẽ remittendi denunciationes, & dispensandi in earum eas fieri præcipiente, non autem cõcedit facultatẽ, obligationem legis in aliam materiam commutandi: aliàs sine causa iusta posset remittere denunciationes, commutando in aliud opus pium: sicut potest absque alia causa obligationẽ voti in aliam cõmutare. Et confir. quia plus est legem commutare, quàm in ea dispẽsare: ergo cõcedit per Trident. dispensatione, non subinde concederetur commutatio. Prob. antecedens, quia cum dispẽsat ordinarius solum tollit omnino obligationem, & vinculum legis: cum cõmutat tollit omnino vinculum legis, & imponit nouum vinculum: non sic autem est in voto, in eo enim plus est dispensare: quia tollitur omnino vinculum voti, quàm commutare, quod nõ tollit vinculum voti, sed illius votum manet circa materiã commutatam, vnde violatur votum si materia commutata non impleatur: at non violatur lex, si id in quod commutatur per inferiorem, non impleatur: inferior enim non potest legem edere. Et constat manifestè differentia, quia votũ potest idemmet vouens in melius commutare: non tamẽ obligationẽ legis. Sed obijcies, cur commutata materia legis non manet eadem legis vinculum circa illã materiam: sicut cõmutato voto manet idem vinculi votum circa rem in quam cõmutatio fit: sicut enim commutans legẽ, nequit legis vinculum imponere, ita commutans votum nequit aliã voto obligare. Dic differentiã in hoc consistere, quod superior cõmutans legẽ, si supremus princeps non lit, nec quit cui commutatur, potest obligationem legis imponere: at verò licet commutans votum, nequeat voti obligationẽ imponere; ipse tamen cui votum commutatur, potest illo vinculo voti astringere, & eo ipso quòd commutationi voti consentit, subinde vult priori vinculo voti ad illam materiam, in quã cõmutatur, obligari. Secundò probatur *Trid. sess. 25. de reform. c. 18.* vbi præcipitur dispensationẽ gratis faciẽdam esse: ergo non potest imponi aliqua eleemosyna aliàs non conceditur gratis dispensatio: vt non videatur factum pro aliquo gratis, si ipsum obligem ad ele-

eleemosynam tertio conferēdam. Et confir. quia Episcopus concedens subdito dimissorias ad ordines, non potest ipsum obligare vt eam ob causam eleemosynam alicui largiatur: quia esset contra Trident. *sess. 21. c. 1. de reform.* subdito dimissorias gratis dare, ergo cum similiter iubeat, Archiepiscopus gratis fieri, non poterit dispensans, aliquam eleemosynam imponere ex obligatione dandā. Idem tenet *Sotus 4. d. 28 q. 1. a. 2. vers. Ex his primum colligitur*, vbi inquit, Cum saepe sit causa dispensandi in denunciationibus, *quam ob dispensatu imponere aliquam mulctam etiam pro fabricam Lud. Lop 2. p. instruct. de matrim. c. 39. §. Sed si quis, fol. 160. col. 1.* Ex his colligitur idem dicendum esse, quo tempore dispensat in quacumque alia lege, vt ieiunij, festorum, quia eadem est ratio.

Secundò dico, quando delictum præberet iustam dispensandi causam, vt concubinatus, aut virginis defloratæ, non posse non ob dispensationem, sed in delicti pœnitentiam, posse ordinarius aliquam mulctam pecuniariam imponere: sicut quando aliquis petit dispensationem de irregularitate ex homicidio, potest in delicti pœnam aliquid imponi. iustū enim est pœnas dari.

1 Ad 1. argum. proposita n. 8 respondetur. Ad 1. constat ex dictis num. 9. Ad confirm. dicit licere Pontifici, qui non subsit legibus concilij, & tamquam legislator potest obligationem, ac vinculum legis in aliud commutare: quod inferioribus non licet. Ad 2. dico verius esse eam eleemosynam non imungi *ex c. Licet*, de præcepto, sed tantum de consilio: vt docent *Sylvest. verb. Dominica q. 4. vers. Quæ enumeratas, Tabiena verb. Feria, q. 45. n. 46. fine, Armilla verb. festum, n. 20. fine, Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 52. §. Non peccat ipse.* Vel 2. esto id liceret Pontifici, nō subinde aliis licere: non infertur. Ad confirm. dico eam doctrinam Abbatis de solo Pontifice esse veram.

SVMMARIVM.

An subditi prælatum dispensare in denunciationibus, vel quotiès aliquid committitur prudentiæ & iudicio ipsi adsit iusta causa, possit appellari ad superiorem? Opiniones, n. 2.

Communis hæc glossa contraria, ex quando aliquid committitur conscientiæ appellationes latent, n. 13. Et varij modi conciliandi, n. 14. & 15.

Quibus præcipit ex aliqua causa dispensationē S. prælatus dispensare, an possit appellari, quoad effectū suspensiuum. 8. & deuolutiuum n. 10. Quibus non præcipit, sed iudicio, & conscientiæ prælati relinquit, an detur appellatio quoad solum effectum deuolutiuum, quando prælatus tenetur dispensare, num. 21. & tenetur superior dispensare, quando subditus non tenebatur, n. 22.

Quibus præcipit, an possit, vel non censebatur dispensare, an sit locus appellationi, n. 23.

Possit tamen superior, vt dispenset, vel cogat inferiorem dispensare, num. 24. & vbi, an detur appellatio si velit ordinarius dispensare in denunciationibus.

Quæ non enumero, alia summaria.

Qv. 10. III. An si existenti causa iusta ad dispensandum in denunciationibus, nolit prælatus dispensare, possit appellari ad superiorem? Difficultas huius consistit in verbis Trident. *sess. 24. de matrim. c. 1.* vbi hanc dispensationē committit prudentiæ & iudicio Episcopi: vbi per verbum conscientiæ (vt probaui hoc 3. l. disp. 8. n. 4.) Ex ea ergo quid committitur arbitrio, sunt qui asserunt quoties committitur arbitrio, nō esse appellationi locū. Vide *Sanch. 1. de iuram. calum. in 6. nu. 2. vers. Ad solut.* Alij verò dicunt esse locum appellationi. Sic *glossa c. 1. de confess. in 6. & c. Super his, verb. Arbitrium, de accusat. & l. Si qua pœna, ff. de verbor. signif.* & clarius *ibi Bart. n. 2. & alij. Franc. c. 2. de iuram. calum. in 6. n. 3. vers. Aliquando remittitur arbitrio simpliciter: & vers. Aliquando fit commissio*: hoc licet in rebus magni præiudicij: idem tenent multi alij, & sequitur *Peralta l. 1. n. 35. ff. delegat. 2.* Alij verò hanc communem has opiniones, aut iudex cognoscit, vt iudex interueniatur eius arbitrio, & tūc potest appellari: & ita intelligitur secunda sententia: aut solum procedit vt bonum, & tunc non appellatur vt docet *Bart. l. 1. fin. ff. delegat. 1.* & ita intelligitur prima sent. at posset attentati

posse peti coram superiore, vt reducat ad æquitatem. Ita *Panorm. c. De hiis n. 16. de accusat.* vbi etiā alio modo concordat, quādo processit extra iudicium in commissis arbitrio suo. vt in pœnitentiis iniungendis, dispensationibus faciendis, tunc non appellatur: secus quando iudicialiter.

Ex alio verò capite, quod committitur cōscientiæ, est magna difficultas: sunt enim duæ glossæ quæ sibi ex diametro contradicere videntur. Prior est *c. Statutum, §. Assessorem, verb. Relinquatur, de rescript. in 6.* vbi dicit, quoties aliquid relinquitur conscientiæ, non posse mouen quæstionem, quod malè egerit: quia sequuntur *Bald. l. 2. n. 11. C. de sent. ex breui recitan. Paul. l. De pupillo, §. Qui agnus, n. 1. ff. de oper. noui nunciat. Maranta de ordine iudic. 6. p. tit. & quando appellatur, n. 363.* Posterior glossa est, *Clem. 1. de iurepatr. verb. Onerandus*, vbi textus remittit conscientiæ Episcopi moderationem portionis patronis debitæ: & tamen glossa ait, si appelletur à moderatione Episcopi, ipsum non delaturum appellationi, ad superiorem ad quem appellatum est, ex officio emendaturum quod male gestū est. Quā sequuntur *Ant. c. Super his, de accusat. n. 34. & vbi Abb. n. 16. Turaq. de retract. linagi. §. 4. glos. 1. n. 11. Paul. l. Cū quidā, n. 11. ff. de leg. 2. Canalcan. 1. p. dec. 46. n. 422.* Harum igitur glossarū concordia multū negotij facessit: DD. variq; sunt conciliandi modi.

Primus modus cōciliandi est, quā so canonem remittit cō- 14
scientiæ iudicis, non explicās quid fieri debeat, sed absolutè: tunc intelligitur prior glos. dicens non posse appellari: si verò explicet quid fieri debeat, intelligitur posterior docēs posse appellari. Sic *Innoc. Clem. 1. de iure patr. n. 7.*

Secūdus modus est, vt prior glossa negans querelā, in- 15
telligatur per viā iustitiæ, de iuris enim rigore admitti nō debet, posterior verò admittens, intelligatur per viā supplicationis, & misericordiæ: potest enim ex misericordia superior admittere, & emendare quod minus bene ab inferiore gestum est. Sic *Bald. c. Si sacerdos, n. 4. de offic. ordin. Domin. c. Statutum, §. Assessorem, nu. 5. de rescrip. in 6. & ibi Franc. nu. 6. Anani c. Significasti, el 1. de homicidio. Imola l. Ab executore, in fine princ. ff. de appellat. & Clem. 1. de iure patron. n. 7.* vbi *Bonifac. n. 55. & 56. Lasson Inst. de act. §. Sed ista, n. 136.* Et videntur tenere *glos. c. Vt cōstituetur, verb. Detrahendum, d. 50. Archid. c. Licet canon. de elect. in 6. ad fin. nu. 6. vers. Posset dispensatio: Rebuf. recept. c. Postulatis, not. ad. nu. 12. de clerico excomm. ministr. Turrecr. d. c. Vt constituetur, n. 9. D. Antonin. 1. p. t. 17. c. vnic. §. 20. vers. Et nota secundum: Rosel. verb. Dispensatio, n. 4.* vbi *Sylu. q. 1. fine*, qui omnes non tantum quando dispensatio committitur arbitrio, & conscientiæ, loquuntur: sed absolutè dicunt, quamuis dispensatio debita sit, postulantem iure petendi destitutum esse. Addunt *Rebuff. Turrecrem. D. Ant. Rosel. & Synod.* nisi deprecatiue, & supplicando.

Tertius modus est, vt per viā iustitiæ admittatur appel- 16
latio, non quoad effectum suspēsiuum, nō enim suspenditur iurisdictio iudicis per eam appellationem, sed ea nō obstante potest executioni mandare suam sententiā: & ita intelligitur prior glossa appellationem denegans: admittitur tamen appellatio quoad effectum deuolutiuum quia diuoluitur causa ad superiorem, qui potest inferiorem inhibere: & ita intelligitur posterior glossa concedēs appellationem: vt in simili docet *glossa c. Romana, §. Si autē, v. Mandetur, de appell. in 6.* posse notorium criminosum appellare, quoad effectum deuolutiuum, non autē quoad suspensiuum: ita *Dominic. c. 2 de iuram. calum. in 6. n. 10. Felin. c. Significasti el 1. de homicid. n. 4. vers. Tertio fallit: Marianus c. Super his, ad fin. de accusat. Imola c. 1. de consuet. n. 15.*

Quartus modus est, vt glossa prior negans appellatio- 17
nem, intelligatur in rebus modici præiudicij: posterior admittens, in rebus magni. Sic *Bald. l. 1. n. 3. C. de rebus cred. Roman. rubr. ff. de arbitr. col. 2.*

Quintus modus est, quando committitur conscientiæ 18
simpliciter, nō potest appellari: secus innecta qualitate importante iustitiam, vt ad tuæ conscientiæ iudicium. Sic *Francus c. Statutum, §. Assessorem, n. 6. fine, de rescript. in 6.*

Vltimus modus est, quando committitur conscientiæ, 19
non potest appellari: secus si committatur arbitrio. Sic

Lapus c.2. de iuram. calum. in 6. quem refert & sequitur *ibi Anchar.n.4. not.ab.4.*

20 Prima conclusio sit, quando ius ex aliqua causa præcipit dispensationem, tunc si nolit iudex dispensare, potest appellari, quoad effectum deuolutiuum, & suspensiuum: quia ille cum quo dispensandum est, actionem habet ex præcepto legis, vt secum dispensetur. Sic *Felin.c.Exceptionem, n.6. de except.*

21 Secunda conclusio, dum id non præcipit ius, sed conscientiæ ordinarij relinquit, an expediat dispẽsare: tunc si talis adsit causa, vt teneatur dispensare, iuxta tradita n.6. placet tertius modus conciliandi glossas propositus n.16. vt nõ admittatur appellatio quoad effectum suspensiuũ, non enim iudex tenetur illi deferre: quia non habet aliquam actionem petens dispensationem, cum nullo iure præcipiatur dispensatio: at habebit appellatio effectum deuolutiuum: quia deuoluetur causa ad superiorem, qui ex officio potest compellere inferiorem, vt dispenset: sicut contingit in obligatione naturali, in qua licet non detur actio ciuilis, at potest inuocari officium iudicis, vt compellat: teste *Antonio c. Quæm Ecclesiarum, nu.27. de constit.* Idem dicunt alij asserentes: licet peti non possit iure actionis talis dispensatio, at cum superiore posse agi officium iudicis implorando, vt fiat dispensatio. Sic *glos.c.Domino sancto, verb. Necesse, d.50. & c.Exeunt. inst 1.q.7. Ant.c.Ai si clerici. §. De adulterio, n.12. sint, de iudiciis: Cardin.ibi n.2. Alex. de Neto ibi n.29. Abb.nu.10. Anch.n.9.q.2.vers. Numquid ergo possit Epis. Barbatius cons.40.n.4. vol.4.* facit etiam *Abb.c. Paloralis, in princ.n.17. de appellat.* vbi ait etiam in dispensatione facienda cogi iudicem per superiorem, si subsit legitima dispensandi causa.

22 Hinc infertur casu quo inferior tenebatur dispensare, teneri superiorem ad quem appellando recurritur, dispensare, vel cogere inferiorem, vt dispenset. Quia vt superior teneatur inferioris errorem corrigere.

23 Tertia conclusio, si dispensatio debita non sit, sed gratuita, iuxta tradita n.6. si ordinarius dispensare nolit, non datur appellatio: quia quoties iudex potest aliquid facere, non tamen tenetur, non est locus appellationi, cum iniustitiam minimè admittat, nec grauet: vt docet optimè *Fel.c.Super his, de accus.n.13. vers. Sexto limita, Maranta de ordine iudic.6.p.1. & quandoq; appellatur, n.365.* Et in propriis terminis dispensationis, docent *Bald.l. Quicumque, n.17. vers. Quarto casu, C. de seruis fugitiuis. Felin. d.c.Super his, nu.12. vers. Quinto limita.*

24 Vltima concl. sf. potest tamen in hoc casu officium superioris implorari, vt ex officio & misericordia dispẽset, aut facit, vt inferior dispenset: & ita in hoc admittimus secundum modum conciliandi glossas, relatum n.15. Et vltra DD. ibi allegatos, id optimè docent *Bart.l.1.nu.11 ff. de iurisd.omn. iud. & Iason §. Superest, n.65. & 66. Inst. de action.* vbi dicunt officium iudicis misericorditer implorari, quia quod pars petit, debitum non est, sed iudex ex officio effiere potest, vt sibi concedatur. Iuxta hæc ergo, cum *Trid. sess.24.c.1. de matrim.* tam dum causa suspicionis malitiosi impedimenti subest, quàm quæcumque alia causa cõcurrenti, remittat conscientiæ, & arbitrio ordinarij dispensationem in denũciationibus matrimonij: vt probaui disp. 7.n.17. hoc 3.1. dicendum est ordinario nolente dispensare, si subsit causa suspicionis, vel alia, ex qua tenebatur, iuxta tradita hac disp.n.6. erit locus appellationi, quoad effectum deuolutiuum, non tamen quoad suspensiuum: per ea quæ dixi, nu.21. Si verò subsit causa, ex qua potest, non verò tenetur dispensare: quoad neutrum effectum concedetur appellatio, sed poterit misericorditer officium superioris implorari, vt si ex misericordia velit dispensare, dispenset, vel cogat inferiorem, iuxta tradita hoc n. & præced.

SVMMARIVM.

An sit Episcopus iniuste neget dispensationem, vel non si recursus ad ipsum, possit matrimonium omissis denunciationibus celebrari, refelluntur duæ sententiæ, n.25. & 26.

Quando tenetur Episcopus, & non est recursus ad ipsum, post n.25. ibi necessitas caret lege.

Quid si aliquis diu distulit matrimonium, ad quod tenetur, & nec potest absque scandalo dimittere concubinatum, n.28.

Quando Episcopus tenetur dispensare, & non vult, possunt denunciationes absque dispensatione omitti n.29.

Quando Episcopus non tenetur, licet possit, non possunt omitti si Episcopus dispensationem neget, vel non sit accessus ad ipsum, n.30.

Parochus timore mortis omittens denunciationes, an peccet, n.31.

QVÆSTIO IV. An quando non est copia ordinarij, vel ille petitam dispensationem in denunciationibus, iniuste denegat, licitum sit illis omissis contrahere, concurrentibus causis explicatis disputatione præcedenti? Duplex esset. Prima censet non esse necessariam dispensationem, sed tantum esse sub consilio, dum concurrit causa iusti timoris iniusti impedimenti, vel verecundiæ, ex quibus terque, vel alter contrahens est senex. Sic clarè videntur tenere *Hugo 30 q.5. in princ. Angel verb. Clandest.nu.3. Tabiena Matrim.2.q.10 num.11.* vbi numeratis dictis casibus, *consulo vt fiat de licentia Episcopi*: idem videntur tenere *Dian. Matrim.2.q.17. dict.5. & Veracruz 2.p. spec. art.10. concl.1.* vbi aiunt posse in his casibus omitti denunciationes matrimonij de licentia Episcopi.

Secunda sent. ait, quando est causa iusta dispensandi, si nõ sit Episcopi copia, vel is petitam licentiã, absque legitima causa deneget, posse cõtrahi absque denunciationibus: & inter has causas numerat sex casus. Primus est quando aliquibus valde expedit coniugium, & timetur impedimentum. Secundus, quando concubinarij compellebantur à iudice, vt vitent pœnam, volunt cõtrahere, vt sic ei esse coniugatos asserant. Tertius, quãdo parentes, vel tutores nolunt puellam matrimonio collocare, vt patrimonium consumant. Quartus, quando contrahentes sunt ornatiores. Quintus, quando nõ est timor impedimenti inter contrahentes. Sextus, ob verecundiam, quia alter est notabiliter ditior, nobilior vel senior. Sic tenent *Soto 4. d.28. q.3. a.2. concluf.3. vers. Ex his primum colligitur, Lud. Lop.1.p. instruct. de matrim.c.39. §. Ex prædictis corollarie. fol.1058. col.3. fin. Pon. de Ledesm. de matrim.q.45.a.5. punct.1. dub.2. conclus.3. fol.871.* Idem docet exemplificans in 1.4. & 6. casu, *Ledesm.2.p.q.47. a.5. f.451. col.4.* Idem docent exemplificantes in primis tribus casibus, *Barth. a Ledesm. dub.21. de matrim. concl.5. fol.1324. Lud. Lop.1.p. instruct.c.86. §. Præterea Soto.*

Prima concl. sit, quoties Episcopus tenetur dispensare iuxta tradita n.6. si sit graue periculum in mora expectandi denunciationes, nec potest haberi copia Episcopi vt dispenset, potest illis omissis contrahi matrimonium: vel si malitiosè impedite aliquis matrim. velit, vel contrahens est in articulo mortis, expeditq; ad legitimandi pueros, vel, vt in bono statu decedat, matrim. Prob. quia necessitas caret lege, *c.1. de observ. ieiun.* Secũdo ex doctrina *Abbatis c. Relatum, n.6. de clericis non residentibus*, vbi docet, quamuis iuxta illum text. clericus nequeat abesse absque Episcopi licentia, à beneficio, si tamen tempus, vel locus non patiantur petere licentiam, posse absque illa abesse: per *l.2. ff. de exercit. act. an fine princip.* ibi, *interdum locum, vel tempus non patitur plenius deberandis consilium. & l. Tutor qui reperuerunt, ff. de admin. tutor. in princ.* ibi, *tutor qui reperuntur nisse, dolo fecisse videtur, nisi forte aliqua necessaria, & infinitas causas allegari possit, cur id factum non sit, & paulo inferius, nihil quæque gerere ante mucntarium factum cum oportet, nisi id quod modicam dilationem expectare possit.* In hac conclusione conuenimus cum DD.2. sent. relatis n.præc. & eam, vltra illos, docent *Enriq.l.13. de matrim.c.5.n.5. & c.6.n.5. Sayr.2.p. direct.ind.c.16.nu.5. Manuel 1.to sum.2. edit.c.227. concl.1.nu.2.* ad idem est *Nauar. summ. Hisp.c.22.n.70.* vbi dicit esse causam sufficientem, vt sine dispensatione in denunciationibus, contrahatur, quãdo tutor vt vult puella indigno nubat, quod aperte venit intelligendum, (vt docet *Manuel.* n.2.) quando dispensatio non potest commodè haberi.

Hinc infertur, dum quis tenetur cum aliqua contrahere matrimonium & diu distulit, timetur; que si modo absoluatur, fore vt non contrahat: absoluendũ minimè esse

doce

donat contrà: si tamen confessio instet, vt quia morbo laborat, vel quia instat communionis præceptum in pascha, vel ratione iubilæi, quam si omittat, generabitur scandalum, posse celebrari matrimonium omissis denunciationibus, absque ordinarij licentia, si ea commodè haberi nequeat. Quia in casibus minus vrgentibus id admittit secunda sententia relata n. 26.

25 Secunda conclusio, idem dicendum est, quando in eis casibus quibus tenetur Episc. dispensare, absque lepra cui dispensationem denegat. Quia cum sit debitum absque ullo negotio, perinde est, ac si concederetur. Sic 20 Sayrus et sententiæ, quos retuli n. 26.

Tertia concl. quando concurrunt aliæ causæ iustæ dispensandi, ex quibus non tenetur Episcopus dispensare, quamvis posset, vt quando contrahentes sunt magnates, aut non est timor impedimenti, aut ob verecundiam, quia forte nobiles dispares, nolunt publice contrahere: nequeunt, si Episcopi copia desit, vel dispensationem absque cuiusquam negotio, absque denunciationibus inire matrim. Ita docent n. 1. & 2. sententiam, relatas num. 25. & 26. Et probatur, quia Episc. non dispensando, nullam infert iniuriam, cum dispensatio tunc gratuita sit. Præterea, quia cum quæque causa sufficiens, vt cum aliquo dispensetur in præcepto, satis est, vt secluso dispensatione, ab illa transgressione excusetur, auctoritas enim superioris supplet quod deficit vt causa ipsa excuset, alias imperfecta esset dispensatio, quando enim sola causa excusare potest, eam non desideratur. Huius sent. videtur *Navar. sum.* 35 *c.* 22. *n.* 69. vbi ait non esse sufficientem causam omittendi denunciationes absque dispensatione, esse alterum 10 probabiliorem, seniorem.

Vltima conclusio, parochus assistens matrimonio omissis denunciationibus, mortis sibi comminatæ timore non peccat: quia præcepta Ecclesiastica non eo rigore obligant. Sic Petr. de Ledes. *de matrim. q.* 45. *a.* 5. *punct.* 3. *dub.* 2. 15 sic Vega *lib.* 6. *sum. casu* 116. quod intelligo, nisi tyrannus in contemptum denunciationum, mortem minaretur: tunc enim tenemur potius illam subire: vt in omnibus præceptis Ecclesiasticis fatentur vniuersi.

DISPVTATIO XI.

Vtrum quando celebratur matrim, nõ præmissis denunciationibus, iusta dispensatione, vel absque illa, sit peccatum lethale, consummare antequam illæ præmittantur: & an tantum prima vice, vel etiam aliis sequentibus.

SVMMARIVM.

Ratio dubitandi proponitur n. 1. & sententia affirmans non esse mortale, n. 2.

Vera sententia affirmans esse mortale, n. 3.

Quantum prima vice sensu affirmans n. 4. Et contraria, n. 5. Et vtrum liceat, an teneatur coniux reddere semel consummato matrimonio, non præmissis denunciationibus.

Quid quando coniuges contrahunt matrimonio nolunt illud consummare, non præmissis denunciationibus, n. 6. & soluuntur argum. n. 7.

1 TOtalis huius disp. difficultas consistit, quia *Trident. sess.* 24. *de matrim. c.* 1. præcipit vt denũciationes ante matrimonium fiant, nisi arbitrio ordinarij subsit iusta causa in illis dispensandi, & dispenset: & facta dispensatione, subdit *Ita tamen, & duobus vel tribus testibus præsentibus matrim. celebretur: deinde ante ultimi consummationem denunciationes in Ecclesia fiant, vt si aliqua subsint impedimenta, facilius detegantur: nisi forte ipse expedire iudicaverit; vt prædictæ denunciationes remittantur.* Est ergo difficultas, an quando ordinarius non dispensat, vt omnino remittantur, sed tantum ne matrimonio præmittantur, vel contrahentes absque denunciationibus, licitè, aut illicitè contraxerunt: peccent 2 deinde consummando, illis nondum præmissis.

Duplex est sententia. Prima ait nõ esse lethale, quando ex quæ parochi, vel cõtrahentium, adhibita esset diligẽtia sufficiens ad cognoscendum, an esset aliquod impedimentum dirimens matrim. & certi essent moraliter nullum subesse impedimentum. Probatur primò, quia quãuis in ipso matrimonij cõtractu peccatum lethale admissum sit, omittendo denunciationes, non tamẽ sequitur in vsu matrimonij esse lethale: vt quamuis in contractu ciuili deliquerit omittens solemnitates lege præscriptas, minimè tamen postea reus erit culpæ, te vsa vtendo, si per cõtractum dominium acquisierit. Secundò, quia cessat ratio *Tridentini, d. cap* 1. ibi, *vt facilius detegantur impedimenta*: cum certum moraliter sit nullum subesse. Tertiò, quia olim similiter prohibitus erat vsus matrimonij clandestini, & tamen multi, vt *Victoria sum. antiqua, de matrim. n.* 248. *Ledes. 2. p. 4. q. 47. a.* 5. *fine, Cano*, quem refert & sequitur *Enriquez l.* 11. *de matrim. c.* 16 *n.* 1. *in comm. lit.* C. affirmabant, non esse mortale, quando coniuges breui tempore vellent sic manere, animo postea publicandi: ergo similiter modò vsus matrimonij ante quam fiant denũciationes, non erit peccatum mortale, quando breui faciendæ sunt, & publicandum matrimonium. Hanc tenent *Barth. à Ledesma de matrim dub.* 22. *fine, Manuel tom. sum.* 2. *edit* 222. *n.* 1. *fine, Petr. de Ledesma de matrim. qu.* 45. *art.* 5. *punct.* 3 *dub.* 1. §. *Sed nos dicimus f.* 186. limitans, nisi esset excommunicatio lata contra sic consummantes: *Lud. Lop. 1. p. instruct. c.* 87. §. *Ceterum*, limitatque quando contrahentes breui sic manere vellent, animo postea publicandi, & sufficientes testes interuenissent in matrimonio, nempe decem.

Secunda sent. verior, affirmant esse peccatum lethale. 3 Prob. primò, quia eodem præcepto *Tridentini d. c.* 1. nõ solum tenebãtur hi contrahentes præmittere denunciationes cõtractui, sed si tũc omisse sunt, præmittere illius cõsummationi: ergo sicut non præmittere matrimonio, absque iusta dispensatione, esset peccatum lethale, vt diximus hoc 3. lib. disput. 5. n. 6. etiam vbi contrahentes adhiberent diligentiam, vt nossent an laborarent aliquo impedimento: sic etit mortale non præmittere consummationi, eadem adhibita diligentia: cum idem præceptum violetur. Secundò, quia matrimonium intrinsecè ordinatur ad copulam, & prohibetur ante denũciationes, vt euitetur copula, ne forsan si impedimentum subsit, admittatur fornicatio: ergo à fortiori prohibentur ipsa consummatio, non præmissis denunciationibus. Tertiò, quia parochus tenetur sub mortali curare vt tales denunciationes fiant ante consummationem, quando à principio factæ non sunt, ergo & ipsi coniuges peccant moraliter consummando iis non præmissis. Tandem, quia ante Tridentinum non tantum matrimonium clandestinum erat illicitum, sed etiam illius vsus erat peccatum mortale, vt bene docent *Cajet. to.* 1. *opusc. tract.* 13. *de vsu matrim. q.* 1. *Petr. de Soto lect.* 14. *de matrim. Navar. sum. Hisp. c.* 16. *n.* 38. *Matienzo lib.* 5. *recop. tit.* 1. *l.* 1. *glos.* 1. *n.* 2. ergo similiter nunc vsus matrimonij ante præmissas denunciationes, erit peccatum mortale: cum prohibitus sit per Tridentinum. Pro hac sent. videtur *Navar. sum. Lat. c.* 16. *n.* 38. vbi dicit hodie videri verum, esse mortale vti matrimonio contracto coram parocho & testibus, non tamen contracto in facie Ecclesiæ, intelligit Ecclesiæ nam per contractum in facie Ecclesiæ, intelligit quando factæ sunt denunciationes, vt ipsemet explicat *ead. sum. Latin. c.* 22. *n.* 70. Et eam tenent *Spino speculo testamentar. q.* 8. *ff.* 16. *n.* 30. Et aliqui neoterici doctissimi, vt fatetur ipse *Petr. de Ledesm. pro priori sent. alleg.*

Rursus supposito esse peccatum lethale consummate 4 ante denunciationes: non leuis est difficultas, an solum prima vice consummare, sit mortale, vel toties quoties habetur copula, antequam præmittantur. *Enriquez. lib.* 11. *de matrim. c.* 16. *n.* 1. ait prima vice non teneri alterum coniugem petenti reddere, donec denunciationes fiant, consummato autem matrimonio semel, teneri deinceps reddere, secluso scandalo: sicut vouens religionem peccat prima vice reddens, at deinceps reddere tenetur. Quia semel cõsummato matrim. habent coniuges plenam potestatem, & vsum corporis. Idem tenẽt alij neoterici docti, sed diuersa ducũtur ratione: quia iam hi violatũr Ecclesiæ præceptũ, nec possunt resarcire: sicut qui die ieiunij

primo mane scienter comedit, nõ deinceps peccat comestiones multiplicans. Et confirm. quia multi DD. quos referam disp. seq. n. 2. asserunt primam copulam ante Ecclesiæ benedictiones, esse lethalem, non autem subsequentes: ergo similiter in nostro casu dicendum est.

5 Fateor tamen me nullam differentiæ rationem inter primam copulam, & subsequentes inuenire: quare merito hanc differentiam improbat *Nauar. sum. Lat. c. 22. n. 38. Manuel 1. to. summ. 2. edit. c. 222. n. 1. fine.* vbi dene dicit casu quo consummaret matrimonium prima vice, ante denunciationes, esse mortale, idem dicendum esse de reliquis vicibus. Prob. quia eadem prorsus militat præcepti ratio, imminet enim fornicationis periculum, cum nondum adhibita sit diligẽtia ab Ecclesia præscripta, vt facilius impedimenta detegantur. Præterea, quia rationes differentiæ à contrariis assignatæ, non sunt similes: non prima, non enim est simile de religionis voto, quia semel consummato matrimonio, ratione fortioris matrimonij consummati vinculi, redditur vouens impotens ad implendum votum: & ideò reddere tenetur: at verò adhuc potest coniux implere præceptum Tridentini, abstinẽdo donec fiant denunciationes, nec tenetur contra præceptum illud, reddere. Nihil etiam probat secunda differentiæ ratio: quia ieiunium indiuiduum est, nec commodam patitur diuisionem, cum eius substantia in vnica comestione consistat; quare ea facta, deinceps obseruari nequit: at præceptum non consummandi matrimonium, est diuisibile, vt præceptum abstinendi à carnibus; nam in qualibet copula militat eadem ratio Tridẽtini, vt probauimus: sicut ligatus castitatis voto peccat qualibet vice petendo, non tamen peccaret qualibet vice comedendo, sed sola prima, si ieiunium vouisset. Nec alia doctrina n. præc. fine, allata, in fauorem eius sententiæ, quamuis vera esset, est similis: vt probabo disp. seq. n. 11.

6 Rogabis tamen, quid dicendum sit, quando coniuges nolunt matrimonio inito, facere denunciationes, nec illud cõsummare? *Nauar. sum. Lat. c. 16. n. 38. fine, & Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 87. §. Sed quid ne aliquid*, dicunt contrahentes clandestinè, & nolentes vti matrimonio, nec publicare, peccare lethaliter, si alter coniux publicari petat, vel sit incontinentiæ periculum (addit *Nauar.* & nulla est iusta causa differendi publicationem) alias non peccare mortaliter differendo per breue tempus, nisi ex ea occultatione sequerentur damna, & probabiliter timeãtur quæ ex matrim. clandestino solita sunt sequi. Quod idem docet *Manuel 2. tom. sum. 2. edit. c. 222. n. 2. concl. 2. de matrim. contracto non præmissis denunciat.* Et placet hæc sententia.

7 Ad argum. proposita n. 2. in fauorem prioris sententiæ respondetur. Ad primũ negatur antecedens, nec est simile de aliis contractibus ciuilibus. Primò, quia in illis non est talis prohibitio vsus rei per contractũ acquisitæ, sicut est in matrimonio. Secundò, quia in illis non est periculum in tali vsu, sicut in matrimonij vsu est fornicationis periculum ante denunciationes. Ad 2. dic, esto cessaret ratio, cessare in casu speciali, quod sufficiens non est, vt lex deobligetur: at verò non cessat, quia facilius, & melius detegentur impedimenta timore præcepti, & magis publicato matrimonio. Aliàs similis ratio concluderet, ea diligentia præmissa, non esse mortale celebrare matrim. omissis denunciationibus, absque legitima dispẽsatione: cum idem sit finis, nimirum, vt facilius detegantur impedimenta. Ad 3. dico antiquitus non fuisse præceptum præmittendi denunciationes consummationi; quando contractui præmissæ non sunt, sed non publicare matrimonium, fuisse mortale, quia commodè educari non posset proles, matrimonio parentum non constanti Ecclesiæ, & generaretur scandalum ex simultanea habitatione, quæ omnia cessabant, cum breui publicandũ erat: nunc autem, est tale præceptum, nec cessat inconueniens, fornicationisque periculum.

DISPVTATIO XII.

An sit peccatum lethale, consummare matrimonium ante Ecclesiæ benedictiones: vulgò velationes.

SVMMARIVM.

Referuntur quatuor sententia, n. 1. 2. & 4.
An saltem sit veniale, referuntur duæ sententiæ, n. 5 & 6.
Non est aliqua culpa, & aliquando est consilium consummare, n. 7.
Quid, si fiat ex contemptu: & quando sit talis contemptus, n. 8.
Quid, si sit scandalum, n. 9. Vel excommunicatio in alia diœcesi, n. 10.
Etiã sit veniale consummare ante benedictiones, an solum sit leuis culpa, n. 11.
An petere sit veniale ante benedictiones, vel etiam reddere, n. 12.
An benedictionibus non præmissis, teneatur alter coniux reddere, n. 13.
Soluuntur argumenta, n. 14. Et concluditur c. Alter, 30. q. 5. & c. Nolo 30. q. 5 & c. Consanguineorum 3. q. 4. & c. Consultationi, de sponsalibus.

IN præsenti disp. discutiendum est, an sit peccatum lethale consummare matrimonium, ante Ecclesiæ benedictiones: deinde an saltem sit veniale. Circa primũ quatuor sunt sententiæ. Prima ait, esse peccatũ lethale. Prob. ex Euaristo Papa, & habetur *c. Alter*, 30. *qu. 5.* ibi, *Alter non debet legitimum coniugem, nisi sua tempore sacerdote aliter, vt mos est, cum precibus, & oblationibus à sacerdote benedicatur.* Secundò, ex Siricio Papa, *epistola ad Pomerium, cap. 4.* vbi ait, *Illa benedictio quam nuptura fœmina sacerdos imponit, sacrilegium est, si velatum.* Tertiò, ex *D. Ambrosio lib. 8. epistol. epist. 1. ad Vigilium*, vbi inquit, *cum ipsum coniugum velamine sacerdotali, & benedictione significari oportet at, quomodo potest coniugium dici, vbi non est concordia.* Quartò, ex Conc. Lugdunensi, & habetur *c. Si li, 30. q. 5.* ibi, *nulla ex propinquitate sua sanguinis vxorem ducat, nec sine benedictione sacerdotis.* Sed prius obligat ad mortale ergo & posterius. Quintò, ex Calixto Papa, & habetur *c. Consanguineorũ 3. q. 4.* ibi, *quisquis nõ legitime cõiunctio, vel absque dotalis tituli, ac benedictione sacerdotis cõstat as copulatus, fœdus, vel legitime coniunctos criminari, vel in eos testificari minime potest: quoniã omnis incestus macula polluitur, infamis est.* Sexto, ex Concilio Carthaginiensi, 4. ibi, *Sponsi, & sponsæ illi benedicendi sunt, eadem nocte pro reuerentia benedictionum in virginitate permaneant:* vbi supponit sponsos benedicẽdos esse virgines: ergo erit mortale, prius cõsummasse matrimonium. Vltimò probatur ex *c. Consultationi, de sponsalibus*, vbi dicitur fœminas quæ benedictione accepta, ante carnis copulam alias nas quæ benedictione accepta, ante carnis copulam alias nas quæ benedictione accepta, ante carnis copulam alias n

audint contemnentes solemnitates matrimonij peccare [illegible]fateor, vt ad Ecclesiæ gremium recipiātur: ergo sentit [illegible] clerico contēptu nō esse mortale. Secundò, ex *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* ibi, *eadem sancta Synodus hortatur vt coniuges ante benedictionem sacerdotalem in templo suscipiendam in eadem domo non cohabitent.* Si autem iudicaret esse mortale, non hortaretur, sed præciperet. Tertiò, quia si esset copula non est lethalis, cum sit inter veros coniuges ex Ecclesiæ prohibitione: quia non est textus [illegible] Nicolaus Papa, & habetur *c. Nostrates 30. q. 5.* [illegible] cōcurrentibus ad nuptias, & inter ea solemnia benedictione, subdit, *hæc omnia non seruare, non est peccatum*: nec enim fit iniuria benedictionibus, nec contēnuntur [illegible] fuscipiendæ sint: nec admiscetur aliquod [illegible] illis, cum in verbis quibus celebrantur, nulla [illegible] sponsæ mentio fiat: ergo nulla ratione [illegible] consummare ante benedictiones. Huic sententiæ [illegible] *D. Thom. 4. d. 28. q. vnica, art. 2. ad 3.* vbi sponsam [illegible] sponsum consummare volētem, immunem [illegible] & eam tenēt expresse *Caietan. to. 1. opusc. tract. 19. de sacram. matrimonij, & in summa verb. Matrimonium c. 2.* [illegible] *matrimonialis multipliciter vitiari potest. §. In publico autē* [illegible] *non tamen est. Victoria sum. de matrim. n. 267. Sotus 4. d. 28. q. vnica. Arag. ad finem, Petr. de Soto lectione 14. de matrim.* [illegible] *in vltimo: Ledesma 2. p. 4. q. 47. a. 5. §. Præterea est dubium. fol. 1. Veracruz 1. p. spec. a. 14. concl. 6. & append. dub.* [illegible] *7. Palacios 4. d. 27. disp. vlt. sine, Angles floribus 1. p. q. 6. dub. ad finem, dub. 1. fol. 560. Enriquez libr. 11. de matrim. c. 5. n. 7. fin. & c. 7. n. 3. & c. 16. n. 3. Lud. 1. op. 2. p. instructorij, de matrim. q. 49. §. Deinde disceptari solet. f. 1061. col. 2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 45. a. 5. puncto 3. dub. 1. Capua l. 2. decisionum prine. Villalobos de offic. sacerd. to. 1. p. 2. lib. 4. cap. 19. §. Quinto Vivald. Candelabro 1. p. de matrim. n. 245. Manuel 1. tomo sum. c. 142. fin. Et ex inuisperitis, Angel. verb. Debitum, Sylu. eod. q. 9. Armilla nu. 12. Navar. sum. c. 22. Hisp. nu. 71. Lezana 2. §. de benedict. nuptiarum, & verāque sum c. 22. n. 38. Cosm. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 2. n. 2. Anton. Cucus l. 5. institut. maior. [illegible] Perez lib. 5. ordin. tit. 1. l. 1. fol. 11. §. Quæri potest. Mafeus [illegible] tit. 1. rubric. glo. 1. num. 98. Spino speculo testam. glo. 18.*

6 Inter DD. huius quartæ sent. est difficultas, an [illegible] esse veniale, consummare matrim. ante benedictiones Ecclesiæ: quidam enim dicunt esse veniale: quia legitimum [illegible] matrimonij, qui est consummare post benedictiones Ecclesiæ, antecedit tur. Sic *Caietanus to. 1. opusc. tract. de sacram. matrim. q. 1. Victoria sum. materia de matrim. nu. 277. Sylu. 4. d. 28. q. 1. a. 2. ad finem corporis, Petr. de Soto lectione 14. de matrim. §. Primum est ipsum. Veracruz 1. p. speculi, art. 14. post 6. dub. §. Sed tamen à venali, Enriquez lib. 11. de matrim. c. 5. nu. 7. fin. & c. 16. n. 3. Angles, Petr. de Ledesma, Lud. loc. Manuel.* Et [illegible] videtur sentire *Ledesma 2. p. 4. q. 47. art. 5. §. Præterea*, vbi dicit non esse veniale, quando ex iusta [illegible] quare contrarium videtur sentire, quando non [illegible] iusta causa.

7 Alij verò censent, nullam esse culpam, sed solum consilium non consummare ante benedictiones: quia nullo [illegible] præcipitur ne matrim. consummetur ante benedictiones. Præterea, quia *Trident. sess. 24. de matrim. c. 1.* illis [illegible] hortatur *sancta Synodus*, clarè denotat esse cōsilium. *Navar. sum. Hisp. c. 22. addit. ad n. 71. fine, c. 22. Latma, c. 22. dub. 11. ad 7. Palacios 4. d. 27. disp. vlt. fine, Capula lib. 2. decis. c. 81. Villalobos de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 4. c. 19. §. Quinto peccat, Spino speculo testam. gl. 15. n. 18. & aliqui Thomistæ*, vt refert *Petr. de Ledesma n. 4. allegdicens esse probabile.*

Prima conclusio. Certum reputo nō esse peccatum lethale consummare ante Ecclesiæ benedictiones: vt sustinent DD. allegati. Et probabilius reputo cū [illegible] præcedentibus, non esse veniale. Immo aliquando [illegible] esse sanum consilium, consummare ante benedictiones: vt quando ex ex aliqua causa iusta differuntur, [illegible]

est que periculum incontinentiæ: vt bene docent *Angel. Sylu. ll. Sotus, Ledesma, Petr. de Ledesma, Lud. loc. Vivald. cit. n. 4. Margarita confess. in interrogat. circa 6. præceptum, §. Actus matrimonialis, vers. 9. f. 98. Enriquez l. 11. de matrim. c. 16 n. 3.*

Hæc cōclusio solet tripliciter temperari. Primò, nisi ad- 8
sit cōtemptus, si enim ex cōtemptu consummetur matrimonium ante Ecclesiæ benedictiones, erit culpa lethalis. Sic docent ferè omnes DD. 4. sent. relati n. 4. tunc autem is cōtemptus erit, quando consummans ita parui faceret Ecclesiæ benedictiones, ac si res vanæ, & ab Ecclesia institutæ non essent. Sic *Sotus 4. d. 28. q. 1. a. 2. in fine corporis, vers. Postrema denique, Capua l. 2. decision. c. 81. n. 1.* Vnde cautè *Navarr. sum. Lat. c. 22. n. 38. §. de benedict. nuptiarum*, dixit tūc esse contemptum lethalem, quando omissio cuiuscumque consilij ex eodem contemptu, lethalis esset. Vnde infero non esse huiusmodi contemptum, licet aliquis scienter ante benedictiones consummet, non curans de hoc, quia creditvel nullam esse culpam, vel ad summum, venialem.

Secundò temperatur, nisi scandalum sequatur. eo enim 9
secuto erit lethale consummare ante benedictiones. Sic *Angel. verb. Debitum, n. 1. & ibi Sylvest. q. 9.* Sed optimè dicit *Couar. 4. decret. 2. p. cap. 7. §. 2. n. 2.* non confestim ob scandalum, esse mortale: cum id minimè possit esse graue, & ruina cui ansam præbet, sit ad summum venialis. Quare rarò crederem id scandalum efficere culpam lethalem.

Tertiò temperatur, nisi excommunicatio lata sit in ea 10
diœcesi, aduersus consummantes non præmissis benedictionibus. Sic enim esset culpa lethalis, pro qua tola infligi excommunicatio potest. Sic *Petrus de Ledesm. de matrim. q. 45. a. 5. pun. 3. dub. 1 Manuel 1. tomo sum. 2. edit. c. 142. fine*: & eam latam esse in Synodo, Salmantina testatur *Enriquez l. 11. de matrim. c. 5. n. 7. fine.* Ego tamen nescio qualiter inflitiari possit hæc excommunicatio: cum ferri nō possit, nisi vbi adest materia imponēdi præceptū obligās ad mortale, nec video tam expediens esse hoc cōsilium, vt sit materia sufficiens talis præceptum: maximè cum *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* loquens de hac re, solum hortando loquatur: & si diu solerent benedictiones differri, non esset iustum ita arctare tempus, cum possint multæ esse causæ iustæ, vt tam breui benedictiones adhiberi nequeant, vt si matrimonium celebretur in aduentu, aut quadragesima: vel ex alijs causis: sed illi malo sufficientissimè consuleretur, episcopo præcipiente, vt intra tempus commodum, vt semestre, benedictiones recipiantur, sub excommunicatione: quod vtique præceptum iustissimum esset. Et sauent *Sotus 4. d. 28. q. vnica, a. 2. vers. Quo igitur, & Ledesma 2. p. 4. q. 47. a. 5. §. An autem. fol. 452. col. 1. initio*, qui minus bene sentiunt de excommunicatione inflicta contra clam contrahentes: quod de se est culpa lethalis, nedum in hoc casu, vbi ea copulæ prequentio ex se omni vacat culpa: vt dixi n. 7. Et ideo existimo talem excommunicationem minimè ligare: nec efficere, esse culpam lethalem, consummare ante eas benedictiones.

Secunda conclusio. Quamuis esset peccatum consum- 11
mare matrim. ante Ecclesiæ benedictiones, id tamen solùm esset verum de priori copula, non tamen de reliquis: vt docent auctores secundæ sententiæ, allegati n. 2. Et ratio est, quia ea prohibitio nō est, nisi vt debitus ordo consummandi seruetur, & reuerentia benedictionibus debita, præmittendo eas priori copulæ, qua matrim. legitimè consummatur, qua habita seruari amplius non potest: secus autem est, (vt dicebamus disput. præcedenti, num. 5.) quando consummatur matrimonium ante denunciationes: quia ea prohibitio est, propter impedimenti timorem, quod per denunciationes detegi potest, quæ ratio militat etiam in sequentibus copulis.

Tertia cōclusio. Si esset culpa cōsummare ante benedi- 12
ctiones, tam petens, quàm reddens peccarent: hæc est cōtra auctores tertiæ sententiæ, relatos n. 3. & *Abulens. c. 29. Genes. q. 3. vers. Si autem, & Enriquez l. 11. de matrim. c. 16. nu. 3. & c. 7. n. 3. in comm. dic. S.* asserētes solum petentem peccare. Sed nostram conclusionem tenent *Caiet. Veracruz, Petr. de*

Ledesm. Matrimonio, vbi eos retuli, n. 5. Et ratio est, quia non est, sicut dum alter coniux voto castitatis tenetur, qui peccat petendo, non tamen reddendo: id enim prouenit ex eo quod alter, impeditus minime est ad petendum, vtendumque re sua: at in nostro casu, si consummatio culpa esset, præceptum præmittendi benedictiones, & seruandi debitum ordinem, æquè ligat vtrumque coniugem, & proinde impedimentum est communeque alter reddere tenetur, nisi debito ordine, & tempore petatur.

13 Hinc infertur tenendum esse culpam, consummare ante benedictiones: neutrum coniugem teneri tunc alteri reddere: quia non petit debito tempore. Sic docent *Paludanus 4. d. 28. q. 1. a. 1. n. 10. Rosella verb. Debitum, n. 18.* vbi *Syluest. q. 1 vers. Quarta causa, Armilla n. 5. fine, Abulen. c. 29. Gene. q. 3. vers. Si autem, Victoria sum. de matrim. n. 277. Barth. à Ledesma dub. 71. de matrim. conclus. 3. fine, Enriquez lib. 11. de matrim. c. 7. n. 3. in commento, lit. S.* Quare cum sit opinio probabilis, esse veniale, poterit coniux huic sententiæ adhærent, negare debitum ante Ecclesiæ benedictiones, etiam transacto bimestri ad deliberandum de religionis ingressu: vt bene docet *Victoria ibidem*, & manifestè colligitur ex reliquis DD. allegatis, nam ratione benedictionum, eò quòd non præcesserint, docent non teneri reddere: ante bimestre autem etiam benedictionibus adhibitis, neuter coniux tenetur reddere; (vt dixi lib. 2. disp. 24. n. 15.) tenendo autem (vt tenuimus hic n. 7.) esse solum cõsilium præmittere benedictiones consummationi matrimonij? dicendum est, transacto bimestri à contracto matrimonio, teneri vtrumque coniugem reddere, quamuis benedictiones nondum adhibitæ sint: indecentia enim opposita tantum est sub consilio, cui præualet ius iustitiæ, quod habent coniuges in corpus.

14 Ad argum. proposita n. 1. respondetur. Ad 1. dic, illud decretum intelligere non esse legitimum coniugium, id est, non habere decorem, & debitam coniugij honestatem: vt bene explicant *Mayster 4. d. 28. cap. 2. & ibi Ricardus a. 2. q. 3. ad 1.* Vel dic agere de præsumptionibus, ex quibus præsumitur clandestinum matri. & potius concubinatus: vt constat ex illis verbis, *Ita peracta legitima essi connubia, aliter vero præsumpta, non coniugia, sed adulteria:* & ita explicat *gloss. c. Nostrates, verb. Non interueniat 30. q. 5. fine.* Ad 2. dic, non loqui in nostro casu, sed dum prorsus omittũtur benedictiones: vel loqui de secundo matrimonio, quando vidua prius benedicta, ducta est, & ita dicit esse sacrilegũ violare benedictionem, iterum benedicendo viduam illam. Ad 3. dic intelligere de cõiugio omni sua perfectione accidentali, ac honesta, perfecto. Ad 4. negatur consequentia, nam similiter probaret matrim. esse irritum absque benedictionibus, sicut est irritum inter consanguineos: in hoc tamen est simile, quod erit mortale, si omnino benedictiones prætermittantur. Ad 5. dic intelligi textum, de requisitis vt præsumatur matrimonium: & constat, quia etiam dicit, *absque dotali titulo*: vbi *gloss. verb. Dotali* explicat, id est, non præsumitur matrimonium. Ad 6. dic, id esse de consilio, & honestate: nam etiam corruptæ benedicuntur. Ad vltimum dic, Pontificem tantum narrare factum, & dicere non solum inito matrimonio, sed etiam adhibitis benedictionibus Ecclesiæ, posse allegari metum, modo matrimonium consummatum non sit. Ad argum. propositum num. 5. ad probandum esse veniale, dic eum ordinem tantum esse sub consilio.

DISPVTATIO XIII.

An ex vi harum denunciationum teneatur qui impedimentum nouit, quamuis occultum, illud denunciare?

SVMMARIVM.

Refertur opinio negans, n. 1. Et contraria verior, n. 11.
Quando sit præmittenda correctio fraterna, & quando dicatur non esse spem emendæ, nu. 3. Et vbi, quando incipiat terminus denunciationis ad effectu faciendo.
Quid, si ex manifestatione impedimenti, sequatur scandalum, n. 4.
Quid si impedimenti conscius accepit sub secreto naturali, n. 5.
Quid, si accepit sub secreto confessionis, & dicta confessione penitens, vel animo solum id peccatum fatendi: & an hoc secretum obligat magis quam naturale, n. 6.
Quid quando aliquis nouit impedimentum ex solo audito, n. 7.
Quid, si conscius impedimenti nouit contrahentes impedimentum, pro solo conscientiæ foro, n. 8. Et soluuntur argumenta, n. 8.

ALIQVI quos refert & sequitur *Supplementum Gabrielis 4. d. 28. q. 2. a. 5. dub. penult.* aiunt non teneri denunciare impedimentum, qui illud testibus probare nequit, quod idem sequitur *Maior. 4. d. 21. q. 2. argum. 3.* quando impedimentum oritur ex peccato occulto inducuntur, quia nemo denunciare tenetur quod probare non potest: vt docent *Rosella verb. Confessio n. celato, n. 13. fine, Angel. Confessio 8. n. 2. Enrique c. multis aliis citatis, lib. 13. de excommun. c. 18. n. 3. Navarra l. 5. de restitut. c. 1. in 2. edit. n. 358.*

Prima conel. Quilibet tenetur sub culpa lethali, impedimentum quod nouit inter volentes cõtrahere, manifestare, licet occultum sit, & probare nõ possit. Quia tenetur quilibet saltem superiore præcipienti, detegere peccatum inferens tertio damnum, teste *D. Thoma 2. 2. q. 70. a. 2. ad 2.* quem omnes sequuntur: ex hoc autem quod impedimentum nõ detegatur, sequitur grave damnum: siquidem sit impedimentum dirimens, manebunt coniuges in perpetuo concubinatu, filijque erunt illegitimi: si autem sit solum impediens, est grauissima iniuria sacramenti matrimonij, quod cum peccato lethali, contra Dei & Ecclesiæ statuta initur. Secundò, quia ex aliis rebus ideo nõ tenetur quispiam denũciare, quod probare nequit, quia sola testimonium non sufficit, vt illi malo consulatur, sed in præsenti casu hoc nõ habet locum, cum ad impediendum contractũ matrimonij celebrandi, sufficiat vnus testis, etiamsi sit denũciator: vt latè dixi lib. 1. tota disp. 7. ergo tenetur denũciare. Tertiò, quia hæc denunciatio nõ tendit ad punitionem criminis admissi, sed ad vitandum ne admittatur: ergo quamuis denũcians probare nequeat, nec sum testimonium sufficeret ad impediendum, tenetur denunciare: quia aperiet prælato viam, vt diligenter inquirat de impedimento, & curet ipsos contrahentes, tum monitionibus, tum etiam terroribus retrahere, ne tacito impedimento matrim. ineant. Sic tenent *Paludan. 4. d. 27. q. 1. a. 3. casu 9. n. 27. Driedo lib. 2. de libertate Christiana, c. 7. fine, Nauarr. c. Sacerdos, de pœnit. d. 6. n. 27. vers. monitio. § Aliud est scire, Nauarr. c. Sacerdos, de pœnit. d. 6. n. 27. vers. Ad quartum, & summa c. 22. n. 83. initio, Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 10. n. 21. Gutier. lib. 1. quæst. canon. c. 11. nu. 27. & 28. Enriquez l. 11. de matrim. c. 14. n. 5. fine, Barth. à Ledesma dub. 21. de matrim. §. Sed dubium se offert, Petr. de Ledesma de matrim. q. 45. a. 3. dub. 4. causa ob quam dissoluuntur sponsalia, Manuel 2. to. sum. in 2. edit. c. 217. n. 7. Vega l. 3. sum. casu 136. fine.*

Id tamen maximè obseruandum est, si impedimentum ortum habeat ex peccato occulto, non statim denunciandum esse, sed admonito fraternè laborãti eo impedimento, vt desistat à matrimonio, quod si monitis non acquiescat, denũciandus erit. Quia lex charitatis postulat fraternam correctionem præmitti, vt quàm minimo damno fiat: nam correctionem præmitti, vt quàm minimo damno fiat: imæ proximi fieri possit, peccatum eius vitetur: iuxta illud Matth. 18. *Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum.* Sic docent *Driedo, Nauarr. Couar. Gutier. Enriquez, Petr. de Ledesma, Manuel, Vega n. præced. allegati.* Et docet in alio simili, nempe quando duo contrahunt matrimonium inualidum, vel sunt irregulares: *Syluest. verb. Correctio q. 10. D. Antonin. 2. p. t. 9. c. 6. fine.* Hoc tamen intellige, quando est probabilis spes, fore vt correctio profit: aliàs frustranea esset. Sic *D. Antonin. Syluest. Petr. de Ledesma ibi.* Vt tamen monitio secreta non profit, non satis est semel hortari & non prodesse, sed oportet iterum atque iterum eam adhiberi, quamdiu prudentis arbitrio speratur correctio per illam: vt tradunt *D. Thom. 2. 2. q. 33. a. 8. ad 1. Abulen. c. 18. Matth. q. 106. ad 1 D. Anton. 2. p. t. 9. c. 6. §. 4. Syluest. verb. Correctio, q. 5.* vbi *Tabiena n. 7. Sotus de secreto, memb. 2. q. 4. post. conclus. paulo ante solutionem ad 1. Nauarr. lib. 2. de restitut. c. 4. 2. p. dub. vlt. in 2. edit. n. 136.* Quod si obijcias, expectatis hi monitio-

nentibus occultis, sæpe euenire posse, vt transeat tertius in dictis propositus ad denunciandum. Dic tertium illum non incipere, quousque adhibita correctione fraterna debita, inueniatur eam minimè prodesse: idque docet *Nauar. super extrau. de datis pro gratia, num.* 45. quod tamen intelligendum est, nisi periculum sit in mora, vt ante gratia prius inibitur matrimonium, vel fur qui denunciandus est fugiet, vel consumet rem ablatam, & non erit satisfaciendo.

4 Intelligenda tamen est conclusio, nisi impedimenti confitentes probabiliter magnum scandalum ex denunciatione eorum enim licet probabile possit, & mandatum denunciandi, sub excommunicatione lata sit, non tenere denunciare. Sic *Adrianus 4. de confessione q. 5. dub. 7. §. De quarto dico, Nauar. sum. cap. 22. n. 83. Gutier. lib. 1. q. can. n. 11. n. 29. Manuel 1. tomo sum. 2. edit. c. 217. n. 8.*

5 Secunda nec ligat conclusionem, nisi impedimenti cõscius inuigeret illud sub secreto: tunc enim denunciare non teneretur. Quia ius naturæ obligat seruare secretò cõsilia. Ita docent aliqui, teste *Pal. d. 4. d. 28. q. 2. art. 5. in 3. part. n. 2.* Et videntur idem tenere *ipsemet Paladanus 4 d. 17. q. 2. a. 9. n. 27. Gutier. lib. 1. q. can. c. 11. n. 27.* vbi dicũt impedimenti teneri denunciare, licet detectum fuerit sub consilium, non tamen adiecto, committi secreto: vade à contrario sensu videntur sentire non teneri, si sub secreto committeretur sub secreto. Verùm dicendum est non teneri denunciare, quantumuis sub secreto committenti, extra confessionis sigillum. Vt optimè docet *Paladanus 4 d. 28. q. 2. a. 5. in 3. pœna, nn. 31. initio:* quia ibi non agitur de punitione, vel alicuius damni, quod peccato vitando, & eripiendo denunciatum à mortali sibi imminenti: & cum vita animæ omnibus præferenda sit, vincit hæc lex tãquam fortior, ius de seruando naturali secreto, famaque proximi, cum enim quia secreto commissa manifestãda sunt, vbi versatur in damnum publicum, aut tertiæ personæ, inuehitur in futurum, teste *D. Th. 2. 2. q. 70. a. 1. ad 2.* quẽ omnem impedimentum dirimens, tendit in præiudicium alterius bona fide cõtrahentis: quod si mala vterque contrahat, in præiudicium matrimonij, quod irritum fit, & prolis, quæ est illegitima: & in vtriusque æternam damnationem, permanebunt enim in concubinatu si venerint, tendit in irreuerentiam sacramenti, & iniuriam tertij, cui frangitur fides: vt si impedimentum sponsalium. Præterea quia *Cordub lib. 1. quæst. 43. dubio 2. §. Secundò si autem illa revelatio,* docet tantum ad peccati remedium.

6 Hinc infertur idem dicendum esse, quamuis impedimentum confessus illud acceperit sub confessionis secreto, vt teneatur. Hoc tibi detego in confessione, cum tamẽ non sit confessio. Quia solùm excepit *Paladanus num.* quando denunciaturus nouit sub confessionis sigillo, cum autem hæc non sit confessio, eius sigillum non obligat, sed est secretum naturale: vt bene docẽt *Adrian. Cardin. cons. 35. incipienti Ad dubia singulariter, col. 2. Rebuff. 3 quæst. super d. cap. Omnis super verb. Sacerdotes, Soto, Tabiena verb. Confessionis celatio, q. 3. nu. 4. Arag. 2. 2. q. 70. a. 1. Sayr. lib. 5. Clau. c. 18. Lat. & Hispana, nu. 55. Nauar. sum. c. 18. n. 6. Sayr. lib. 5. Clau. c. 18. n. 28. & c. Sacerdos n. 39. de pœnit. d. 6. Ant. Gabr. lib. 2. tit. de criminalibus, concl. 37. n. 6. Salcedo prac. cas. 6. §. Est autem perpetua.* Et ex Theologis, *Adrian. 4. d. de confessione post dubium 9. quæst. de sigillo confessionis. §. Ver-*

Metina l. 2. sum. c. 4. f. 166. col. 1. Palacios 4. d. 21. disp. 2. fol. 457. ver. Scisciturn etiam, Angles sforibus, 3. p. q. 3. de confessione art. vlt. difficultate 14. dub. 4. f. 306. Enriquez l. 6. de pœnit. c. 21. nu. 3. Aragon 2. 2. q. 70. a. 1. circa solutionem ad 2. Barth. à Ledesma dub. 32. de pœnit. §. Annotare hic tamen opus est: Vivald. Candelabro 1. p. de sigillo confessionis n. 37. Lud. Lop 1. p. instructorii c. 37. §. penult. Manuel 2. to. sum. c. 53 n. 4. Quamuis contradicere videantur *D. Thom. 4. d. 21. q. 3. a. 2. quæstiunc. 2. ad 2. Paludan. 4. d. 21. q. 3. a. 1. concl. 3. nu. 11.* vbi aiunt hunc non teneri celare vinculo sigilli sacramentalis, teneri tamẽ vi promissionis, sicut si esset confessio sacramentalis. Sed melius *Caietan. D. Antonin. Tabiena, Armella, Vigerius, Aragon proximè citati,* dicunt non obligare hoc secretũ, plus quam iuramẽtum secreti seruandi, nec quando cedit in alicuius damnum. Immo *Nauar. Summa, c. 28. n. 35. & Metina proximè allegatus,* dicunt nõ obligare maiori vinculo, quam alia secreta naturalia. Sed melius pro nostra sententia facit *Adrianus hic allegatus,* vbi ait accipientem sub hoc secreto, teneri denũciare illi, qui potest prodesse, & non obesse, quando ad correctionem videtur esse necessarium: & *Nauar. c. Sacerdos, n. 39. de pœnit. d. 6.* vbi ait teneri hunc reuelare, si superior præcipiat. Quæ omnia intelligenda sunt licet genuflexo, facto que cruels signo, & confessione dicta hoc secretum committatur: adhuc enim confessionis sigillum non est, quando non detegitur animo verè fatendi, sed tantum gratia dandi, aut petendi consilium. Ita *Caietanus, Soto, Nauar. in summa, Metina, Palacios, Enriquez, Barth à Ledesma, Salcedo, Lop. Lop. Aragon, Manuel, proximè citati.* Et tandem *Soto triplici loco relatus,* ait non esse confessionis sigillum, quando committens sub illo secreto non intendit omnia peccata fateri, sed illud vnum intelligitur tamẽ (vt bene docet *Enriquez l. 6. de pœnit. c. 21. n. 3. in commento, lit. R.*) quando non dicit accusans se tamquam iudici.

7 Secunda conclusio, conscius impedimenti ex solo auditu si audierit à persona fide digna, tenetur ea nõ denũciante, manifestare. Quia notitia ex auditu habita à fide digni, est vera notitia, fidem faciens: potestque prælatus personã à fide dignã à qua denũciator audiuit, citare, eiusque testimonij accipere. Sic *Nauar. c. Inter verba, in 2. edit. corollario 66. n. 290. & duplici seq. & sum. c. 25. nu. 46. Manuel 1. to. Summa, 2. edit. c. 217. n. 9. & de ordine iudiciario, c. 4. concl. 10. n. 11.* Secus autem est, si persona à qua audiuit, non est fide digna, leuisque reputaretur eius dicto denuncians: vt bene docent *Nauar. d. corollario 66. n. 292. & d. c. 25. n. 46. Cord. dubia l. quæstionario, q. 43. dub. 2. §. Sexto quando, fol. 348. col. 2. & sum. q. 64. ad finem, §. El sexto caso, Navarra lib. 2. de restit. in 2. edit. c. 4. par. 2. dub. 10. n. 108. Gutier. l. 1. quæst. canon. c. 11. n. 71. Manuel de ordine iudiciario, c. 4. concl. 10. nu. 12.* Similiter non tenetur denunciare qui audiuit, nec meminit à quo audierit, vel audiuit à persona nihil certum scienti. Sic *Navarr. illo corollario 66. n. 291.* Et addit *ibi num. 292. & Cordub. vtroque loco citato.* esse consulendum huic audienti à non fide dignis personis, vt faciat illas testificari: quod reprobat *Navarra eodem num. 108.* eo quod si personæ non sint fide dignæ, manifesto periculo iniustæ infamiæ reus exponitur. Verum putatem ego id consilium esse bonum, quando impedimentum non est infamatorium. Quia tunc nullum est periculum in ea manifestatione, sorteque prodent, vt impedimentum detegatur.

8 Vltima concl. si conscius impedimenti occulti, nouit contrahentes impetrasse dispensationem occultam pro conscientiæ foro, non tenetur denunciare. Quia eo tendunt hæ denunciationes, vt peccatum matrimonij que nullitas vitentur, sed illi valide, & absque peccato possunt contrahere, & in foro conscientiæ perinde est, ac si impediti minimè essent, quamuis ea dispensatio in foro externo allegato non prodesset: ergo non tenetur denunciare. Dixi, impedimenti occulti, quia si publicum esset, teneretur, iuxta ea dicam disp. sequenti. n. 4.

Ad argum. propositum, n. 1. constat ex dictis, n. 2. 9

DISPV-

DISPVTATIO XIV.

An si ordinarius petat à volentibus contrahere, an aliquo impedimento ligati sint, teneãtur illi manifestare, quamuis occultum sit.

SVMMARIVM.

Proponuntur argumenta ad probandum non teneri n. 1.
Tenentur manifestare vel desistere à matrimonio: & idem de petenti ad ordines promouendi, n. 2.
An iudex absque probationibus possit interrogare, non ad puniendum, sed vt aliter impleat id ad quod tenetur, sed. n. 2.
Defenditur practica interrogandi obuenientes consanguinitatis dispensationem, an se cognouerint: & an illi teneantur respondere, n. 3.
Quid, si laborans impedimento occulto obtinuit dispensationem in foro conscientiæ. An teneatur illud priùs coram ordinario interrogatus, n. 4.
Soluuntur argumenta, & enodantur cap. Qualiter, & quando, de accusat. & cap. Quia aliquando, de pœnit. dist. 1. n. 5.

1 VIDETVR hos contrahentes non teneri fateri impedimentum illud occultum. Quia iudex inquirere nequit infamia non præcedenti, *c. Qualiter & quando, de accusat.* ergo cum iudice non roget, minime tenebuntur fateri. Secundò, probatur ex doctrina D. Chrysostomi, & habetur *c. Quis aliquando, de pœnit. d. 1. paulo post princ.* ibi, *Non tibi dico, vt te prodas in publicum.* Tertiò, ex doctrina *Bart. l. 2. n. 3. C. Si seruus, aut libert. l. 10.* vbi docet iudicem infamem interrogatum an habeat aliquod impedimentum, non teneri vitium occultum fateri.

2 His non obstantibus dicendum est teneri fateri, vel desistere à matrimonio, quantumuis impedimẽtum occultum, & infamatorium sit. Probatur ex doctrina *Abbatis, cap. Continebatur, n. 8. de disponsat. impub. & dd. Alexandri de Neuo. n. 21. Præpositi. n. 6.* vbi docent quoties cumque animæ periculum vertitur, posse exigi iuramentum à reo, licet actor nil probauerit. Vt si Petrus petat vt Paulus iuret aliquod debitum quo sibi obligatum esse intendat, ergo cum hic vertatur periculum animæ, ne impedito contrahant, ordinarius absque præcedenti informatione potest inquirere à contrahentibus, de impedimẽto occulto. Secundò, quia tenetur ordinandus interrogatus, pandere vitiũ occultum, quod reddit ipsum incapacẽ ordinis: vt si sit irregularis, vel ætatis defectũ patiatur, aut ab ordinibus desistere tenetur. Vt constat ex *cap. Nisi cum pridem, de renunciatione, vers. Peregrauit* ibi, *Licet irregularitatem huiusmodi non potuerit subticere:* vbi *glo. verb. Non potuerit*, id est, non debuerit de iure, tempore suæ examinationis. Et *ca. Innotuit, de elect. vers. Multa enim*, ibi, *Qui suum maluit confiteri reatum, quam læsa conscientia thronum conscendere pastoralem*: vbi *gloss. verb. Reatum*, id est, defectum, vel impedimentum: & ex Concilio Carthaginens. 4. & habetur *c. Ex pœnitentibus. 50.* ibi, *Deponatur, quia se ordinationis tempore non prodidit.* Et docẽt *Archid. ibi paulo post principiũ. super glossam Concedit: Gosfredus summa, t. de tempor. ordinand. n. 59. Hostiens. c. penult. ad finem, de corpore vitiatis: Innoc. c. Inquisitionis, nu. 4. initio, de accusat. Abb. c. Innotuit. n. 6. de elect. & c. Scisciatus, n. 14. de rescript.* vbi *Felin. n. 8. vers. Limita sexto, Decius n. 43. Torrecremata d. c. Ex pœnitentibus, a. 1. n. 1. D. Antonin. 3. p. t. 14. c. 16. §. 13. Angel. Ordo 7. n. 1. Sylues. Ordo 2. q. 2. Tabiena Ordo 6. n. 1. fine, & Electio 1. q. 17. n. 18. Maiolus lib. 4. de irregularitate, c. 10. in princip. & n. 4. & l. 5. c. 33. n. 3. initio, Enriquez l. 10. de sacram. ordinis, c. 18. nu. 2.* ergo similiter volentes contrahere matrimonium, tenentur manifestare impedimentum occultum, quod impedit ne possint contrahere. Tandem probatur ex doctrina *Innocentij, c. 1 de postul. prælat. n. 5.* quam amplectuntur ibi, *Anton. n. 50. & Panor. n. 34.* vbi inquit, *Quando sit inquisitio contra promotum, vt puniatur, tunc non licet absque infamia procedere: & in hoc casu loquitur c. Qualiter & quãdo, de accusat. Quãdo autem contra promouendum, ne promoueatur indignus, non requiritur infamia, sed debet superior ex officio inquirere. c. Cum nobis, de electione.* ergo cum in nostro casu ordinarius non inquirat de impedimentis, vt puniat contrahentes, sed ne indigni contrahant, iuste absque infamia, & alia informatione procedit, & consequenter tenetur ipsi populare impedimentum, quamtumuis occultum, aut à matrimonio desistere. & ita tenet in propriis terminis Enriquez *lib. 10. de sacramento ordinis, c. 18. n. 2. in comment. lit. D.*

Hinc infertur, immerito *Salzedo pralin. cap. 116. §. Fuit merito*, damnare consuetudinem in tribunalibus Ecclesiasticis receptissimam, vt in matrimonialibus dispensationibus interrogentur cõtrahentes, an se carnaliter cognouerint, cum infamati de hoc minime sint, nec aliter constet: & addit in posteriori editione, cum *Navarro l. 4. angl. 1. edit. tit. de sponsal. conf. 2. fine, in 2. vero tit. de consanguinit. 10. fine*, vbi refert Thomam quemdam correctorem Bullæ pœnitentiariæ, contrahentes non teneri, respondere. Ducuntur hi, quia nõ est necessaria ad dispẽsationis substantiam ea manifestatio. Sed (vt dixi) immerito damnatur hæc consuetudo, quia dispensatio subreptitia est, tacta copula iuxta veriorem sententiam: ergo dum interrogat iudex de copula, vt dispẽsationis valorem norit, licet occulta sit, iuridice rogat: tenenturque contrahentes fateri, vel non vti dispensatione: siquidem interrogatio non eo tendit, vt illi puniantur, sed vt impediantur vti dispensatione subreptitia, & inualide contrahere. Ita docet *Manuel de ordine iudiciario, cap. 10. consil. 4. nu. 4. fine.* Esset tamen vera doctrina illa: si interrogatio copulæ tantum ad dispensationis valorem conduceret.

Dubitabis tamen quid dicendum sit, si interrogatus de impedimento occulto, dispensationem impetrasset pro foro conscientiæ? Dic non teneri fateri impedimentum, quia iudex, dum nulla est probatio, solum habet interrogandi, quo peccatum vitet, in hoc autem ipso non peccant contrahentes: ergo dum impedimentum occultum est, vt plene probari non possit, nõ tenentur illud fateri nec probatur plene vnico teste: is enim solum plene probat, quando agitur de peccato vitando, vt dixi l. 2. disp. 71. n. 1. & 7. quod hic non contingit. Si tamen esset publica vox de illo impedimento, aut concurrerent alia requisita, vt iudex iuridice roget, iuxta tradita per *D. Thomam 2. 2. q. 69. a. 2. & DD. ibi*, idque constaret volenti contrahere, teneretur fateri veritatem. Quia cum illa dispensatio nullo modo profit pro foro externo, iudex etiã conscius illius dispensationis, iuridicè interrogaret: ergo cum iuridice roget, & non ex falsa præsumptione, tenebitur contrahens fateri, alias secluſa ignorantia daretur bellum vtrimque iustum. Pro hac parte in quantum asserens eum qui obtinuit dispensationem, non teneri fateri impedimentum, sunt *Hostien. c penult. ad finem, de corp. vitiat. D. Antonin. 3. p. t. 14. cap. 16. §. 13. Syluester Ordo 2 q. 2. Tabiena Ordo 6. n. 1. fine*, vbi dum asserunt teneri ordinandum detegere impedimentum occultum, temperant, nisi cum eo dispẽsatum sit: & quamuis non explicent an ea dispensatio sit pro solo foro conscientiæ: at id videtur sentire, quando erimus pro vtroque foro esset dispensatio, res erat plus quam manifesta, & ita inepta videretur ea limitatio.

Ad 1. arg. ex propositis n. 1. cõstat ex dictis n. 2. ille enim textus loquitur, quando iudex inquirit ad puniendum delictum: secus vbi ad vitandum tantum peccatum. *Chrysostomus* intendit non teneri peccatorem; se prodere iudici intendenti punitionem, vt veniam peccati obtineat: sed sacerdoti in foro sacramentali: non tamen intendit negare teneri aperire impedimẽtum occultum, quando iudex non vindictam, sed vitare peccatum intendit. Ad 2. respondet *Abb. c. Scisciatus, n. 14. de rescrip.* doctrinam Bartoli accipiendam esse, quando impedimentum est tale, vt occultum non impediat exercitium, vt in infamia iudicis occulta contingit: secus, quando impedit, vt contingit in irregularitate occulta, & impedimento occulto matrimonij.

DISPV-

DISPVTATIO XV.

Quale sit officium ordinarij, & quale parochi, circa matrimonium: & qualiter se debeāt habere, quando norunt extra confessionē impedimentum: & etiam quando norūt in foro conscientiæ dispensationem impetratā esse?

SVMMARIVM.

Quid liberi parochum facere, circa alienigenas volentes inire matrimonium. n. 1.

Si peregrinus parochus, nullo opposito impedimento, an indigeat licentia Ordinarij. n. 2.

Si aliquod impedimentum, an possit matrimonium interdicere, & de impedimento cognoscere. n. 3. Et ubi quod importat verbum, Constiterit.

Quæritur, verum sit, dum opponitur impedimentum, ad illud deponendum, vel cum petitur fœminam in loco tuto deponi. n. 4.

Quid si fœmina prius sponsalia velit quispiam aliam ducere, an possit parochus assistere. n. 5.

Quid si quidam primo afferunt impedimentum, & postea neget. n. 6.

Quid si non impedimentum sponsalium cum alia opponatur, assumens se matrimonio, & sæpe disparet contrahentes. n. 7.

Quid si parochus consilat de impedimento extra confessionem, & contrahentes illud negant, vel impedimentum est occultum, & publice petunt matrimonium, vel fatentur verbo gratia votum, & negant se velle frangere, quia fallo voluerunt, vel ex alia causa: refertur quadam quæstio. n. 8.

Parochus non tenetur adhibendam fidem, & quid, in iuramento testis. n. 9. Quis debeat tanto præsumitur quæ non habet in corde. Et quando sufficiat dubium, cum circumstantia excusante, valet confessio quod dubium, non vero quoad circumstantiam.

Si quis dubitat an sola confessione constet, an creditur dicenti se dubitasse, vel fatenti simul circumstantiam. n. 10.

An parochus publicate petenti matrimonium, si ipse noverit esse impedimentum occultum, ministrare: & quid de ipso Ordinario, vel de parocho, si ipse Ordinarius compulsus. n. 11.

Si impedimentum aliquod latens, solā eius confessione probantur, num sit credendus. n. 12.

Huius argumenta, & explicatur c. Ex tenore de temper. ord. nand. an impedimentum occultum debeat aliquo repelli ab ordinibus. n. 13. Quid si parochus, vel Ordinarius norint impedimentum, & pariter dispensationem impetratam esse in foro conscientiæ: propenditur ratio-nabilius dicentes impedimentum, potest Ordinarius vel parochus dis-pensare. n. 14.

Si occultum impedimentum, non potest Ordinarius, vel parochus dispensare. n. 15.

Si occultum matrimonium dispensatione pro solo conscientia foro obtenta, sequendum sit decretis impedimento in foro externo. n. 15. ma-gis n. 17.

Quid si parochus Ordinarius, vel notaria fateatur aliquis impedimentum, & simul dispensationem pro foro conscientiæ obtentam. n. 16. Et so-lutionis aliquæ arcent à matrimonio contrahendo, eo quod doctrina communiter teneat non teneri confessarium, & parochum ea revelare. n. 17. Quæritur an ignorent refertur opinio assumens. n. 18. Contraria ve-rior. n. 19. Et ubi an lineæ tenetur compellere ad addiscendum eam. Quando nullum opponitur impedimentum, an sit contrahendum ma-trimonium in facie Ecclesiæ. Quid per faciem Ecclesiæ intelligatur. n. 20.

Quid parochus interrogare: & quæ verba proferre. n. 21.

Quid debeat habere liberum, & quid in eo scribere debeat, vel quando de licentia parochi assistit matrimonio, vel dum religiosi in no-vi suscipiunt. n. 22.

SIT prima conclusio. Quando vterque contrahens, vel alter est peregrinus, vel alienigena, tunc nequit parochus matrimonio coniugere, donec rem ad Ordinarium deferat, ab eoque licentiam obtinuerit: vt definit c. 1. Ordinarij autem erit diligenti cura informationē accipere an libi soluti sint, aut impedimentū aliquod habeāt.

Secunda concl. Si neuter sit peregrinus, aut alienigena, parochus debet præmittere denunciationes, & nullo oppositō impedimento, potest nulla Ordinarij licētia requisita matrimonio assistere. Probatur à contrario sensu, ex c. fin. de clandest. desponsat. in principio, vbi textus instruens parochum, ait. Cum autem apparuerit probabilis coniectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur: ergo cum non apparet impedimentum, non est cur interdicatur, sed potest parochus illud celebrare. Secundò prob. clariùs ex c. 1. de matrim. vbi instruēs parochum de eius officio, inquit, *Quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiæ procedatur.* ergo nullo opposito impedimento, potest statim parochus celebrare. Et confirm. quia *Tridentinum* c. ad sess. 24. 67. quando contrahentes sunt peregrini, specialiter decreuit esse obtinendā licentiā ab Ordinario; ergo non est idem dicendum in alijs casibus, quando nullum apparet impedimentum. Tandem, quia officium parochi est ministrare sacramēta suis ouibus, ergo dum nullum adest obstaculum, potest absque alia licentia ministrare. Sic docent *Gutier. 2. practic. c. 8. nu 9. vers. Ego autem, Enriquez lib. 11. de matrim. c. 7. nu. 1. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 217. n. 11.* Quare audiendus non est *Palacios 4. d. 27. disp. 3. s. 6. 2. ante vers. Sed quid si vere.* dicens hodie per *c. 1. Tridē sess. 24. de matrim.* non licere mulieri nubere absque licētia ordinarij: sed id caput potius oppositum probat vt vidimus.

Tertia concl. Si impedimentū opponatur potest parochus interdicere matrimonium, non autem de impedimento cognoscere, sed res deferenda est ad Ordinarium, vt de illo cognoscat. Probatur ex c. fin. in fine princ. de clandest. desponsat. ibi, *Cum autem apparuerit probabilis coniectura contra copulam contrahendam, contractus interdicatur expressè, donec quid fieri debeat super eo, manifestis constiterit documentis:* vbi verbum Constiterit, importat iudicialem potestatē, c. Exhibita, de iudicijs: hāc enim habet vim, vt constet per instrumenta, vel testes, vel aliam claram probationem: vt cum alijs tradit *Mascardus de probat. concl. 75. n. 20. & 21.* ergo cum parochus careat iudiciali potestate, non spectat ad ipsum de impedimēto cognoscere. Item, quia cognitio impedimentorum matrimonij, pertinet ad episcopum, c. 1. *de conjug.* ibi, *Non sunt causæ matrimoniales tractandæ per quoslibet, sed per iudices qui potestatem habeant.* Item, quod ad parochū pertineat impedire: probatur, quia c. fin. *de clandest. desponsat.* agens cum parocho, ac de eius officio, ait, *contractus interdicatur*: ergo supponit parochi esse interdicere: & clarius *ibidē* §. *finali.* ibi, *Sanè si parochialis sacerdos prohibere contempserit*: ergo supponit parochi esse prohibere. Hanc tenēt *Hostie. d. c. fin super v. Interdicatur, & super v. Manifestis: & ibi Ioan. Andr. n. 9. Cardin. n. 2. Anchar. n. 10. Præpos. nu. 7. Alex. de Nevo in prime. n. 16. & 17.* cum Calderino per eū citato: *Greg. Lop. l. 1. v. Deben velar, t. 3. p. 4. Gutier. 2. pract. q. 8. n. 9. vers. Ego autem, Segura directorio iudicū, 2. p. c. 16. n. 24.* Et ex Theologis *D. Antonin. 4. p. t. 1. c. 16. in fine princ. Manuel 1. to. sum. 2. edit. cap. 217. n. 10.* Quamuis aliqui, quos refert, & videtur sequi, *Innoc. d. c. fin. fine.* (refert enim horum sententiam in vltimo loco, nec improbat,) asserant, ad ordinarios pertinere interdicere eo quod actus iurisdictionis sit: sed respondet bene *Cardin. ibi n. 2.* parochum interdicere, extraiudicialiter, quod non est actus iurisdictionis.

Quæ prudentia autem vsurus sit Ordinarius. dum impedimentum opponitur, vel petitur fœminam deponi in loco tuto, ad explorandam eius voluntatem: consulendus est *Segura 2. par. direct. iudicum, c. 16. à n. 23. vsque in finem.* 4

Ex his infertur, non audiendum esse *Seguram 2. p. direct. c. 15. n. 12.* vbi ait licere parocho assistere matrimonio frangentis aliorum sponsalium fidem, quia potest relinquere conscientiæ illius, & præsumere ex aliqua causa illum excusari. Sed audiendus non est, quia sponsalia illa impediunt aliud matrimonium iniri, & ita vbi de hoc impedimento cōstiterit, non incumbit parocho illius cognitio, sed tenetur deferre ad Ordinarium, (vt diximus n. 1.) nec ipse etiam Ordinarius poterit dare licentiam assistendi illi matrimonio: quia tenetur cogere seruare priora sponsalia, (vt diximus lib. 1. disp. 29 nu. 4.) nec potest præsumere sponsum licite retulisse, & eius conscientiæ relinquere: quia est iudex in foro externo, ac subinde tenetur iudicare secundum allegata & probata: & cum constet de obligatione, debet ipsi constare iuridice de liberatione ab illa, quam dum sponsus non probauerit, præsumptio est contra ipsum, in fauorem prioris sponsæ. 5

Secundò infertur, similiter nō audiendū esse *Pbiliarcū de offic. sacerd. to. 1. p. 2. lib. 4. c. 22. §. Confessores etiam*, vbi ait parochum 6

chum coniungere debere illos qui affirmarunt impedimentum, & postea negarunt, si aliter probari non possit: quia Ecclesia non iudicat de occultis: & refert hûc casum accidisse, cum quidam ducere concubinam vellet, quam viuente vxore cognouerat, fassus est parocho interroganti, promissionem matrimonij vna cum adulterio interuenisse, parochoque testanti esse impedimentum dirimens, renocauit cõfessionem, negans fidem matrimonij datam: & ait sacram pœnitẽtiariam consultam, respondisse coniungendum esse matrimonio cum concubina. Sed hoc nullo pacto credo, & forte aliquæ aliæ circumstantiæ occurrerunt, ob quas sacra pœnitentiaria censuit standum esse posteriori confessioni. Prob. primò, quia vbi hic fassus est impedimentum, iam parochus non potest illum coniungere, sed tenetur rem deferre ad Ordinariũ. (vt dixi num. 3.) Præterea, quia nimis indignum est, vt quod sua voce quisquam dilucide protestatus est, id in eumdem casum infirmare possit, proprioque testimonio resistere: vt habetur *c. Per tuas, de probat. & l. Generaliter*, 13. *C. de non num. pecun.* quod maxime in hoc casu habet locum, sunt enim vltra spontaneam confessionem, vehementissimæ coniecturæ veritatis illius, nempe, statim mortua vxore tractare de matrimonio contrahendo cum ea concubina, affectio nimia erga illam, & frequentissimum esse, concubinarios turpi amore captos, mutuam sibi de matrimonio contrahendo fidem dare, quo mutua amoris signa præbeant, experientia ipsa teste. Deinde, quia facile de concubinarijs præsumi potest, in secunda confessione mentitos esse, ne separentur, à matrimonioque arceantur. Tãdem, quia probat confessio etiam extraiudicialis, contra confitentem, donec de eius errore constet, & dicitur melior cæteris probationibus, vt per *d. l. Generaliter*, docet *Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 130. n. 50.*

7 Posset tamen Ordinarius credere oppositio priorum sponsalium cum alia, impedimento, fatenti illa, dicentique se fictè promisisse, si notabilis sit disparitas inter promittentem, & recipiẽtem promissionem. Quamuis enim regulariter (vt statim n. 8. probabo) fides adhibenda non sit dicenti aliud mente retinuisse, quam ore protulerit, credo tamen, nisi vehementia indicia sint pro altera parte, esse sufficiens ficti consensus signum, vt Ordinarius nõ cogat ad priora sponsalia, illam notabilem disparitatem. Prob. ex dictis lib. 2. disp. 45. n. 8 vbi diximus, si vir longe dispar asserat se ficte consensisse in matri. aliasque nuptias cõtrahat, esse sufficiens indicium vt possit fœmina credere prius matrim. nõ valuisse, aliudque inire: cum ergo minus requiratur ad sponsalia dissoluenda, erit sufficiens indicium ficti consensus, disparitas magna cum aliis sponsalibus contractis Præterea, quia *Conar. 4. decret. 2. p. c. 2. nu. 4. & Palacios 4. d. 28. disp. 1. fol. 628. col. 1. fine*, aiunt coniecturas probabiles ficti consensus tribuere, generis, diuitiarum, status conditionem valde disparem. Item, quia quamuis iura clament in dubio iudicandum esse pro matrimonij valore, *c. fin. de sentent. & re iudic.* at fallit, vbi magna disparitas est contrahentium, tunc enim non oritur initi matrim. præsumptio, vt testantur *Currius, Cepola, Anton. Gran.* quos refert & sequitur *Mascard. de probat. concl. 1027. nu. 7.* Item, quia lib. 1. disp. 10. n. 5. & 19. diximus virum lõge disparem deflorantem virginem disparitatis conscium, ficta matrimonij promissione, eximi à matrimonij ineundi, & restitutionis obligatione, eo quod sufficiens indicium fuerit deceptionis ea disparitas Tandem, quia *Cepola*, quem refert & sequitur *Menoch. de præsump. l. 3. præsumpt. 4. num. 16.* ait coniecturam esse metu contracti matrimonij, notabilem disparitatem, vt si vir sit admodum nobilis & diues, mulier autem vilis & pauper: idem *Petr. de Barbobus inter cons. matrimon. Zaleti, cons. 24. num. 10.* Et addit orta quæstione contracti matrimonij, hanc disparitatem, præsumptionem non contracti inducere. Et expresse *Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 3 vers. Censent. & Barth à Ledesma dub. 25. de matrim. conclu. 7. fine*, asserunt, quando vir illustris fœminæ pauperi matrim. spondet, facta corporis copia, non præsumi sponsalia, sed virum voluisse veneri satisfacere.

Tertiò infertur, quid dicendum sit, quando parocho cõstat impedimentum extra confessionem, & volẽs contrahere illud negat, vel si fateatur, verbi gratia, votum, asserit se eo non teneri, quia ficte vouit, vel ex alia causa: vel si omnino fateatur impedimentum, illud est occultum, petit autem matrim. publice? *Vide tractat. append. ad Sylvest. super a. 15. 1. p. f. 100. & sequ.* quem sequitur *Vegal. 3. sum. cas. 364.* sic distinguit, si facerdos nõ sit proprius parochus, licẽtiam eius habeat assistendi matrim. tenetur eos repellere contrahentes: si autem sit proprius parochus, & petenti neget impedimentum, vel ibi gratia voti, tenetur assistere matrimonio, quia votũ eius cum occultum sit, publicari nõ potest: & esto parochus certus esset de voto emisso, non tenetur fidem adhibere dicenti se voto minime teneri. Potuit enim esse, vt ficte vouerit. Si verò impedimentum nõ neget, & petat occulte matrimoniũ, aut coram duobus solis testibus, repellẽdus est: secus si petat publicè, cui impedimentum sit occultum. Idem in alio simili, docet *Barth. à Ledesma dub. 21. de matrim. §. Sed dubium sexagesimum*, fol. 1339. vbi ait, opponenti aliquo coram parocho, fœminam habuisse rem cum consanguineo volentis ducere, debere parochum fœminæ suadere vt veritatem detegat, negantique credere: si verò fateatur impedimentum, debere suadere vt desistat, quod si nolit, publicèq; matrimonium petat, non posse illud negare. Et prob. credendum esse petenti votum, dicentique se ficte vouisse, vel eo non teneri, quia hic actus pendet ab animo, ea verò quæ ab animo pendent, & in animo cõsistunt, vt scientia, & ignorantia, probantur partis iuramento: vt bene tradunt *Couar. 2. par. c. 10. n. 1.* & multi alij, quos referunt & sequuntur *Mascard. de probat. concl. 45. n. 48. & concl. 94. n. 5. Gratian. reg. 270. n. 2. per c. Significasti, el 1. de homicidio*, per quod *Felin. c. Sicut, de iureiurand. n. 8. vers. Declara, Gutier. de iuram. 1. p. c. 17. nu. 29. Soto de iustit. & iure lib. 5. q. 3. art. 3. Rebuffus de priuileg. iuram. priuilegio 110. n. 16.* affirmant, fatenti confessioni dicentis se non habuisse animum se obligandi, iuramẽto coacto. Secundò, prob. quia hic solum agitur de bono cõscientiæ petentis matrimonium, qui peccabat contrahendo, quando est impedimentum voti simplicis, vel aliud non dirimens, valebit enim matrimonium: ergo relinquendum est conscientiæ ipsius, negantis votum, vel dicentis se eo non teneri. Tertiò prob. altera pars, nempe non posse negare parochum petẽti publicè matrimonium ob impedimentum certum, occultum tamẽ. Quia peccatori occulto petenti publicè Eucharistiam, quamuis recipiendo delinquat lethaliter, nequit parochus negare: ipse *D. Th. 3. p. q. 80. a. 3.* quem omnes sequũtur: eamque reddit rationẽ, quia petit ius suũ, quo priuari nequit nisi ob famam manifestam, teneturque parochus illæsam illius famam conseruare: ergo eadem ratione licet petenis matrimonium cum voto, vel alio impedimẽto occulto, peccatum ius suum petat, nec infamari debeat, tenetur parochus ei ministrare. Et confirm. quia affecto aliquo lethali occulto petenti publicè matrimonium, non potest parochus negare, licet ille lethaliter delinquat sic recipiendo sacramentum, ergo similiter dicẽdum est de habente occultum impedimẽtum impediens vt votum, cum tamen contrahendo. Quartò, quia laboriosus impedimento occulto, vt irregularitate, si publice ordines petat à proprio Episcopo, casu quo tenetur eos conferre, non potest expelli, vt constat ex *c. Ex tenore, de tempor. ordinan. fine*, ibi, *Verumtamen quia peccatum occultum est, si promoueri voluerit, cum non debeat aliqua ratione prohiberi.* Et docet *ibi gloss. fin. D. Antonin. 3. p. 14. c. 16. §. 11. Syluest. Ordo. 3. q. 9.* ergo similiter petenti, ob impedimentum occultum: & eo fortius, quod illa irregularitas impedit post susceptum ordinem, illius exercitium: impedimentum verò impediens matrimonium, non impedit illius iam contractum vsum, nisi sit votum cathedratum, quod solum impediet vsum quoad debiti petitionem, non

His tamen minimè obstantibus, dicendum primo est, quo

...sse subendos hos DD. dum dicunt credendum esse ...rum, dicentique se eo non teneri, quia fictè ...nem enim confessarius in foro conscientiæ fi... debet, secus tamen est in foro externo, ad ...permet: vt bene docent *Hostiens. c. Veniens, ... super verb. Suis, & ibi Ioan. Andr. nu. 2. Anchar.* ... in iuramento metu coacto non credi nisi ... dicenti se caruisse animo se obligan... *Si verò, de iureiur. n. 5. & ibi Abb. n. 10. Imol.* ... *Sylvester Iuramentum, 4 q. 7. dict. 1.* Et ... *de probat.* ibi. *Cum nimis indignum sit, ... dilucidè protestatus est, in eundem casum ... infirmare*: ergo fatens votum sibi ... potest solo suo testimonio infirmare. Se... nemo præsumitur, quæ in corde non ... *Tubero ff. de suppel. legat.* ibi *Non ar... quod non fuisse*: & tenet multis citatis ... *Libertis, n. 17. & seqq. C. de reuoc. donat.* ... *lib. 6. præsump. 35. n. 2. & seq. & lib. 14. 22. nu.* ... 36. & 37. vbi addit esse violentam præ... facit lex præsumens id esse in corde, ... lingua: cum ergo sit violenta iuris præ... ... protestantem ore votum, quod corde, & ... autem fictè protulerit, non elidetur hæc ... volentis contrahere, confessione: cum ... credatur homini contra se, non autem ... *Thom. quo lib. 1. a. 11.* & constat ex *l. Omnibus*, ... ibi, *Omnibus in re propria dicendi testimonij fa... concessimus*. Et confirm. quia alias præsume... ... mendacij, cuius præsumptio omnino fu... *de iureiur. in 6. & c. Absit, 11. q. 3.* Tertiò, quia præ... ... se obligandi in voto (vt latè probaui l. 1. ... ergo neganti hunc animum, incumbit proban... Tandem, quia quando aliquis fatetur delictum, ... circumstantia excusante, valet eius confessio quoad ... non tamen quoad circumstantiam, si ius contra ... præsumat: vt valet confessio dicentis se hominem ... propriam defensam, quod eam solam partem ... ius enim contra homicidium præsumit, in... docent optimè *Bart. l. Aurelius, §. Idem quæsit. Decius c. Cum venerabilis, nu. 82. de except. & ... relatis Iulius Clarus lib. 5. recep. in pract. crimin. ... Possit quoque*, ergo dum quis fatetur se emi... ... animo tamen se obligandi, credendum ... votum, non tamen quoad animi defectum: ... præsumptio iuris sit contra eum nimirum animum ... mentionem vbis consonare.

Potest tamen hoc ita temperari, nempe si nullo alio ... de voto emisso, nisi ex confessione volen... obligandi, est ei fides adhibenda, quia est verisi... ... veritatem fateri. si mentiri enim vellet ... negaret, cum probationes contra ip... nullusque impedimentum opposuisset: ... *Abb. c. Audatis, n. 32. de præscrip. Rip. c. Cum ... de caus. possess. num. 30. & 31. Mascard. de probat. ... & 56.* de eo qui confitetur homicidium ... quod nulla alia ratione, quam ex eius ... constat: quod bene intelligit *Rip. eo n. 31. fine*, ... facta sit metu probationum: vt in simili do... *confessus*, 16. q. 8.

Secundo dicendum est contra prædictos DD. dum pa... de impedimento occulto, vt voto, nō posse ... ministrare. Quia vbi opponitur ... non est parochi de illius veritate discu... tenetur rem ad ordinarium deferre (vt dixi n. 3.) ... opponat, tenetur impedimētum opponere ... sicut quilibet alius teneretur, imò à for... ... ex officio impedimenta inuestiga... ... suarum consulere, eiusque ... sufficienter & plene probetur impedimentū, ... contrahatur: (vt probaui lib. 1. disp. 71. n. 1.) Et

ita bene *Enriq. lib. 1. de Sacram. c. vlt. nu. 6.* ait parochum qui extra confessionem nouit impedimentum occultum matrimonij, præsertim dirimens, teneri impedire; quod idem docet *Manclus l. 3. de irregul. c. 25. n. 13. §. Affinitas. fin.* Et idem à fortiori dicent DD. quos referam disp. seq. nu. 8. 9. 11. & 12. dicentes etiam si parochus intra confessionem norit impedimentum, debere negare matrimonium, si absque sigilli periculo possit. Fateor tamen, si ordinarius ipse nosset impedimentum, & nulla via probare posset, tenerique eum petenti publicè matrimoniū, non denegare. Quia cum ipse sit iudex, minimè potest esse testis, & cum nullo pacto possit probare causam denegandi matrimonium, tenetur secundum allegata & probata, non denegare; vt diximus n. 8. fine, de Episcopo à quo irregularis occultus petit publicè ordines. Hinc fit si parochus re delata ad ordinarium compellatur assistere matrimonio; quia alter purgat se ab impedimento, quod certo parochus nouit, non peccare assistendo: quia munus suum obit, nec cooperatur peccato contrahentis. Sic *Enriquez. lib. 1. de sacramentis, c. vlt. n. 6.*

Ad argumenta contrariæ sententiæ, proposita n. 8. re- 12
spondetur. At 1. dic, quæ pendent ex animo probari sola partis confessione, quando non est aliqua iuris præsumptio contra ipsum confitentem; vt bene docent *Bart. l. Inter omnes, §. Recte, n. 3. fine. ff. de furtis, Rip. a. c. Cum Ecclesia, n. 37. de caus. poss. ff. & propri. Felin. c. Significasti, el. 1. nu. 3. de homicidio, Iason, & Hippolytus*, quos refert & sequitur *Gratian. reg. 270. n. 6. Mascard. de probat. concl. 94. n. 20.* at in nostro casu est iuris præsumptio animi se obligandi per votum. Secundò etiam intelligitur, quando animus nō potest aliter constare; quādo enim potest per verba, vel facti animus probari, non statur propriæ confessioni, vt bene tradunt *Felin. ibi n. 4. Mascard. ibi. n. 32.* in hoc autem casu possunt testes de animo deponere, per verba. Nec obstat doctrina ibi allata de iuramento coacto; quia opposita est verior, vt dixi nu. 9. Et esto vera esset, adest in iuramento coacto magna coniectura defectus consensus, adeo vt in dubio asserant multi præsumi defectum animi se obligandi; vt retuli lib. 1. disp. 9. num. 13. Ad 2. negatur antecedens, agitur enim de seruando iure canonico, & impedimentis matrimonij ab ipso inductis, & de bono communi, ad quod spectat ne impediti contrahant. Ad 3. negatur consequentia, & similiter ad confirmationem; est enim longe dispar ratio de aliis peccatis occultis, quæ non impediunt ordinum receptionem, & matrimonium; quia Ecclesia non habet ius in foro externo ad impediendum ob illa, matrimonium, vel ordines vel Eucharistiæ receptionem; cum non iudicet de occultis, sed solius correctionis fraternæ lege tenetur occulte petenti denegare: quando autem sunt impedimenta, iure ipso impedientia ordines vel matrimonium, habet ius in vtroque foro impediendi, si vnius testimonio probari possint: vt contingit hic: potest enim parochi testimonio probari impedimentum, nec petit ille laborans ius suum, iure enim impeditur contrahere: nec parochus negando publice, infamat: quia tenetur secreto monere, & si nolit monitus desistere, sibi imputet: sicut enim potest & tenetur ipsum denunciare ordinario, ita potest & tenetur negare, donec ordinarium adeat, tacita denegationis causa. Item est alia aperta differentia, quia in hoc casu potest impedimentum probari vnico teste, non autem alia peccata occulta ad repellendum ab Eucharistia. Ad 4. dic concludere, ordinarium qui iudex est, non posse publice denegare matrimonium, ob impedimentum sibi soli notum: quia cum iudex sit, nequit esse testis, vnde impedimentum est omnino improbabile: secus autem de parocho, qui cum non sit iudex, potest testificari de impedimento: vt explicuimus num. præced.

Rogabis tamen, quid dicendum sit, quando parochus 13
vel ordinarius nouit impedimentum, & impeditos obtinuisse dispensationem pro solo conscientiæ foro? Videtur enim non posse eum hos coniungere matrimonio etiam nullo opponente impedimentum: quia Ecclesia ex

officio tenetur inuestigare impedimenta, *c. fin. de clandest. desponsat. in fine principij.* ibi, *Et ipsi presbyteri inuestigent vtrum aliquod impedimentum obsistat.* Et notant *ibi Hostiens. super verb. Inuestigent, Ioan. And. n. 9. Anton. n. 8. Cardin. n. 1. Anchar. nu. 10. Alex. de Neuo in princ. n. 9. & 10. Greg. Lop. l. 1. verb. Trabajar, t. 3. p. 4.* ergo cum illi in foro externo impediti sint, in quo ordinarius est iudex, & debet dare contrahendi matrimonium licentiam, & parochus sit ordinarij minister, & nouerit illud impedimentum, tenebitur parochus denunciare, & ordinarius ex officio inquirere, vt illud probari possit, & eo probato matrim. impediat. Ex altera parte, videtur posse parochum, & ordinarium dissimulare, & eos coniungere matrimonio. Primò, quia si matrim. esset contractum virtute illius dispensationis, non posset ordinarius sic desponsatos separare, cum coram Deo veri coniuges sint, nec Pontifex efficere possit, vt matrimonium sit in pendenti, & semel validum, deinceps non valeat; ergo cum similiter coram Deo hi non sint impediti, quia habent dispensationem, de qua constat ordinario, vel parocho, poterunt eos matrimonio copulare. Secundò, quia antiquissimus curiæ stylus habet, vt literæ dispensationis in foro conscientiæ obtentæ, contineant clausulam, vt dispensatio clam absque testibus fiat, eaq; facta literæ dilanientur, teste *Lud. Gomez. reg. de non iudicando iuxta form. in supplicationu, q. 14. §. Breuiter.* Quod ob id solum fieri videtur ne dispensatio probari possit, & operetur effectū pro foro externo, ergo quando re vera constat iudici fori externi, tenetur dispensationem pro eo foro ratam habere, & eos coniungere. Tertiò, quia quando constat rei veritas, nec proceditur ex falsa præsumptione, idem in vtroq; foro censendum est (vt dixi l. 1. disp. 5. nu. 20.) ergo cum hic constet veritas dispensationis, nec procedatur ex falsa præsumptione, sicut in foro interno iudicatur valida, ita in externo, vel in neutro valere debet. Quartò, quia aliqui censent absolutionem ab excommunicatione cōcessam per bullam pro foro conscientiæ, prodesse etiam pro foro externo: & ita *Enriquez l. 7. de indulg. c. 13. num. 2. in commento, lit. V. & l. 8. de Eucharist. c. 6. nu. 4. in commento, lit. S. & l. 14. de irregular. c. vlt. num. 1.* ait iudicem benignum posse absolutum pro foro conscientiæ per bullam, liberare in foro externo, repulso accusatore: ergo similiter poterit concessam dispensationem pro foro interno, habere ratam in externo. Quintò, quia *Bart. cons. 167. incipienti, Quod minister fratrum, l. 1. Decius cons. 137. n. 3. vol. 1. Ancharan. c. 2. de maledicis fine. Felin. c. Hic, de accusat. n. 7. vers. Fallit tertio* (vt refert eos *Sumancas de Catholicis institut. tit. 3. n. 17.*) censent, blasphemum absolutum in foro conscientiæ, puniendum non esse in foro externo, eo quod pacem cum Deo inierit, qui est principaliter offensus: ergo similiter, qui dispensationem obtinuit in foro conscientiæ, cum coram Deo, cuius offensæ vitatio principaliter intenditur, dū Ecclesia negat matrimonium habentibus impedimentum, impeditus non sit, non erit molestandus in foro externo, nec arcendus à matrim. contrahendo. Et ita inuenio tenentē *Enriquez lib. 14. de irregular. c. vlt. nu. 1. in comment lit. E.* vbi ait, eum cum quo est dispensatum per breue sacræ Pœnitentiariæ in foro conscientiæ in occulto matrimonij impedimento, non esse in foro externo molestandum.

14 Quarta tamen conclusio sit, si nullus denunciet impedimentum coram parocho, vel ordinario, quamuis ipsis constet de impedimento, si constet etiam de dispensatione pro foro conscientiæ, possunt dissimulare, & sic impeditos matrimonio coniungere: & in hoc casu est vera sententia *Enriquez n. præced. fine allegat.* Quia quamuis ex officio teneantur inuestigare impedimenta, id euenit, ne impediti, contrahendo delinquant: ergo ad id non tenentur, quando ipsis constat eos absque culpa contrahere, propter dispensationem in foro conscientiæ obtentam. Item quia cum nullus sit denunciator qui iudicem compellat, & à quo ortum habeat iudicium externum, nec iudex compellatur ex officio, quia nouit contrahentes esse culpæ immunes, non est cur teneatur eos repellere.

Quinta conclusio, si aliquis denunciet impedimentum coram parocho, vel ordinario, neuter potest dissimulare, sed tenetur non admittere dispensationem, nec illos coniungere, donec dispensationem pro foro externo [illegible] Prob. quia ex quo impedimentum denunciatum est parocho, non potest amplius procedere, sed tenetur [illegible] ferre ad Ordinarium: nam vt eius minister in foro [illegible] no inuestigat impedimenta, vt diximus n. 3. vbi auctores [illegible] ridice denunciatum est impedimentum, iam non potest [illegible] ordinarius non ministrare iustitiam, & circa illius [illegible] dimenti cognitionem procedere, cum eius officium [illegible] citatum sit: ergo cum sit iudex in foro externo, & [illegible] procedat, debet iudicare iuxta externi fori leges, [illegible] tem dispensatio (vt in literis eius concessionis [illegible] nullo modo prodest, nec cōceditur pro foro externo, [illegible] subinde nullo modo in eo foro admittenda est: [illegible] enim causa limitatum producit effectum, *l. In agro, acquirendo rerum dominio*, & actus non operantur [illegible] gentium intentionem, *l. Non omnis. ff. si certum petat.* Quia cum limitata sit dispensatio pro foro conscientiæ, [illegible] dispensans intenderit, pro externo prodesse, nec [illegible] rit, nec aliquid operabitur in externo foro. Hanc [illegible] tiam tenet *Nauar. lib. 5. consiliorum in 1. edit. tit. de matr. 5. in 2.* verò, *l. 21. de iudicijs, cons. 4.* vbi latè probat, quod virtute dispensationis obtentæ pro solo conscientiæ [illegible] detegitur impedimentum in foro externo, debet [illegible] declarare in eo foro matrimon. esse nullum: quod [illegible] plius declarabo nu. 17. in solut. ad 1. Pro eadem sententia sunt *Manuel in bulla cruc. §. 13. n. 6. vers. Siguese lo tercero. Soto l. 9. sum. casu 143. ad fin.* vbi docent impetrandam [illegible] tificationem dispensationis in foro externo, quando tracto matrimonio virtute dispensationis in foro [illegible] tiæ, publicatur impedimentum.

Sexta conclusio, si notario ex iudicis commissione [illegible] ipso iudice confessionem contrahentium exquirente officio, nullo, scilicet, opponente impedimento impedien[illegible] trahens affirmet, se aliquo impedimento impedien[illegible] dirimenti laborare, obtinuisseque dispensationem [illegible] tam in foro conscientiæ, poterit notarius, vel [illegible] non scribere, sed admonere illum, vt taceat, & se [illegible] id negando, vt potest vrēdo æquiuocatione, verbi [illegible] potest negare se non vouisse, intelligendo ita vt [illegible] impediat matrimonium, cum iam dispensationem [illegible] nuerit impedimenti, iuxta tradita l. 1. disp. 10. nu. 28. [illegible] noceat sua confessio in foro externo: & si esset [illegible] posset delere antequam confitens subscribat. Quia [illegible] dum ante subscriptionem perfecta est confessio [illegible] lis, & posset ipse sua sponte se corrigere: facta vero [illegible] tentis subscriptione, nō credo posse. Quia iam effe[illegible] cta confessio iudicialis, & cœptum est iudicium, [illegible] mentumque deductum ad forum cōtentiosum. Quia [illegible] si dicas, nō inchoatum esse iudicium: hoc enim [illegible] iudice, actore, & reo, *c. Forus, de verbor. signif.* hic autem [illegible] lus est actor, cum nemo denunciant impedimentum [illegible] officium iudicis inquirentis succedere loco partis [illegible] latoris: quamuis nō loco partis principaliter offerat [illegible] tradit *Iacob. Butricanus*, quem refert & sequitur *Bart. l. [illegible] omnes, §. Reste, n. 1. ff. de iurisd. per l. Properandum, 3. Et singulos de iudicijs, & l. Si ob causam, C. de exulcion.*

Ad argumenta proposita, nu. 13. ad probandum [illegible] iudicem admittere dispensationem pro foro interno [illegible] cessam: (nam ad illud, quod proponitur ad probandum [illegible] teneri nullo opponente repellere, constat ex dictis in [illegible] respondetur: ad 1. negando nō posse eos separari, [illegible] debet iudex declarare esse nullum matrim. in foro [illegible] no, & separare contrahentes, donec in eo foro dispe[illegible] sationem habeant, vt cōstat ex adductis num. 13. nec [illegible] trim. est in pendenti, nec Pontifex efficit vt matrimonium [illegible] mel validum, sit inualidum: sed vt validum in foro [illegible] scientiæ, non admittatur in foro externo tanquam [illegible] dum, ad effectum consentiendi vt simul vitam [illegible] agant. Ad 2. negandum est id fieri, ad finem ne [illegible]

dicta possint in foro externo probari, & ita in eo operari, sed fit iuste *Nauar. n. 15 allegato.* ne occulta delicta publica crimina detegantur. Vel secundò, & melius, dic eam dispensationem esse ad denotandum nil prodesse eam dispensationem pro foro externo, in quo exigebatur fidem fieri per testes continentes dispensationem. Ad 3. dic intelligi secundum, quando non fit concessio limitata pro solo foro interno, tunc enim diuersum est iudicium in his casibus, ubi res veritas constet. Ad 4. dic, cum facultas absoluendi, non restringatur pro solo foro interno, sumpsisse ansam DD aliquos opinandi dispensationem pro vtroque foro præstari (quod admodum communem & veriorem sententiam:) hic autem casu valde diuerso, expresse enim in his dispensationibus habetur, illas non suffragari pro foro externo. Ad 5. dicito, malè Simancas eos auctores referre, quos constet falsa doctrina & contra proxim. illi enim tantum casu, quo statutum sit, vt nullus de carcere dimittatur, nisi pace composita cum parte offensa: hic enim cum blasphemus solum Deum offendat, nullam in Dei amicitiam per confessionem, eruetur à pœna iuxta statuti formam: quia Deo, qui solus est offensus, satisfecit. Quæ doctrina prorsus est aliena à mente illius statuti, vbi ibi statutum decidit pro foro externo, hoc autem casu, dispensatio est pro solo conscientia.

Tertium, an possit aliquis arceri à matrim. contrahendo, eo quod ignoret doctrinam Christianam? Affirmant aliqui arceri posse, donec memoria retineat orationem Dominicam, Angelicam & Symbolum fidei, Decalogi & Ecclesiæ, ac septem peccata capitalia: secus autem ingenij tarditate incapax sit. Sic *Barth. Ledesma de matrim. dub. 21 fol. 1338.* quem sequitur *Veracruz part. 2. cap. 211.*

Quarta conclusio sit, potest prælatus censuris compellere subditos, vt discant doctrinam, & parochos vt eam doceant: vt bene docent *Perez. lib. 1. ordin. t. 1. l. 1. fol. 19.* ad illud *Quam se offert dubium*, asserens Salmanticæ sententiam Archiepiscopi Metropolitani ita pronunciatum esse: *Manuel tom. 1. edit. c. 88. n. 3.* expedit enim valde, vt memoriæ mandent, quo mysteriorum fidei ratione reddere valeant: delicto tamen, qua ratione possit ob hanc ignorantiam aliquos à matrim. contrahendo, cum ipsius impedimenta matrimonij statuere, nec hoc impedimentum ab Ecclesia statutum sit: posset tamen suauiter, & quodammodo, quando contrahentes non instarent, breuiter eos detinere, donec doctrinam addiscant: de peccatis autem capitalibus non est curandum, vt sciant, quibus valde nocet ea edoceri; putant enim superbiam, gulam, & cætera, esse peccata leuia, & sæpe ex cõscientia hac erronea, mortaliter deliquere. Et similem huic doctrinam inuenio in *D. Thom. 2. 2. q. 4. ad 3.* quem alij sequuntur, ait enim licere principi non tamen simpliciter detinere, ita dico absolute posse aliquem ad horam, ne malum aliquod perpetretur tempus, vel vbi contrahentes instarent, non tamen à matrim. arcere ob prædictam ignorantiam, sed solo quod non restituunt: licere tamen, suauiter, & sine violentia, ad breue tempus detinere, vt sic doctrinæ curam habeant.

Quinta conclusio, vbi nullum reperitur impedimentum, debet parochus volentes contrahere, matrimonio Ecclesiæ coniungere. Constat ex *Trident. sess. 24. de reform. c. 2. vbi. Si nullum legitimum opponatur impedimentum, ad celebrationem matrimonij in facie Ecclesiæ procedatur.* Vt autem matrimonium celebrari in facie Ecclesiæ, non sufficit vt ipsa Ecclesia materiali, vel in eius limitibus existat: sed satis est coram fidelium multitudine: *Sanch. lib. 2. disp. n. 9. de clandest. desponsa.* vbi *Præpos. num. 9. Nauar. c. 22. n. 25. Sylvest. Matrimonium 2. q. 17. dicto 4. §. 1.* Nam Ecclesia dicitur aliqua fidelium congregatio. *Ridetum, el 2. de testam. vers. Nomine autem Ecclesiæ, & 1. Ecclesia, de consecr. d. 1.* & tradit *gloss. fin. c. vlt. ne prælati vices suas.* Hodie autem satis dicitur contractum in facie Ecclesiæ, si coram parocho & duplici teste, denunciationibus præmissis matrimonium ineatur: hanc enim formam tradit *Tridentinum d. c. 1.* Sic *Nauar. sum. lat. c. 22. nu. 70. initio, Maurus Anton. corona confessorum, 4. p. de matrim. c. 8. n. 18. §. Ex quibus verbis.*

Quid autem interrogare debeat parochus, & quæ verba proferre, dicam hoc 3. lib. disp. 38. 21

Vltima conclusio, parochus tenetur habere librum, in eoque scribere coniugum & testium nomina, locum & tempus contracti matrimonii: quod præceptum, quia tendit ad finem vitandi lites, & vt Ecclesiæ constet de matrimonio, obligat sub culpa lethali: quamuis *Tridentin. sess. 24. de matrim. c. 1.* non vtatur verbis adeò rigidis, vt denotent lethalis culpæ vinculum: solum enim dicit, *Habeat parochus apud se librum*: ex fine tamen quem intendit, colligitur velle obligare ad lethale. Et ita docent *Enriquez l. 11. de matrim. c. 7. n. 4. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 217. fine, Barth. à Ledesma dub. 21 de matrim. f. 1331. §. Et annotare.* At idem tenentur religiosi, qui in nouo orbe, vel alibi ex priuilegio fungũtur munere proprij parochi. Quia eadem est ratio, vt bene docet *Veracruz appendice ad 3. part. dub. 12. conclus. 3.* Quando autem aliquis de licentia ordinarij assistit matrimonio, tenetur parochum admonere vt scribat in libro: vt seruetur prædictum Tridentini decretum. Non tamen requiritur aliqua authentica notarij subscriptio: sed satis est simplex parochi, quia eam solam petit Tridentinum: vt bene docet *Veracruz ibid. conclus. 2.* 22

DISPVTATIO XVI.

An ordinarius, vel parochus qui in sacramento confessionis nouit impedimentum dirimens matrimonium volentium contrahere, possit & teneatur illis denegare matrimonium.

SVMMARIVM.

Quot sint quæstiones disputanda, n. 1.

An licitum sit vti scientia confessionis ad externum regimen & gubernationem: refertur opinio affirmans, n. 2. & contraria n. 3. vbi etiam an violetur sigillum, si ipse pœnitenti extra confessionem manifestetur peccatum.

Opinio auctoris, num. 4. Et soluuntur argumenta, n. 5. & explicatur cap. fin. 6. q. 2.

An teneatur sacerdos vti scientia confessionis, extra illam, negareq; indigno suffragium, Eucharistiam, ordines: refertur opinio affirmans, n. 6. Et contraria, n. 7.

An diligens indignum ex confessione notum, incurrat pœnas iuris, n. 8.

Qualiter parochus vel ordinarius se debeat habere, sciens extra confessionem, impedimentum ordinum, vel matrimonij, indignitatem ad Eucharistiam: referuntur variæ sententiæ à n. 8. vsque ad 12. Et sententia auctoris, n. 13.

Non potest repellere quicumque sacerdos, ob solam confessionis notitiam occultè peccantem, n. 14.

An possit iuxta occultè monere, n. 15. Et tenatur sic monere, n. 16.

HÆc disputatio est grauissima, pendetque ex ea, qualiter ex scientia confessionis possit sacerdos extra eam, iuuari. Et ideo triplex est disputanda quæstio. Prima, an possit vti scientia confessionis, ad externum regimen. Secunda, an teneatur. Tertia, qualiter se debeat habere, dum in confessione nouit impedimentum matrimonij. 1

QVÆSTIO I. An liceat sacerdoti vti scientia confessionis ad externam gubernationem, vt faciat, vel omittat aliqua, quæ alias non esset facturus, vel omissurus? Duplex est sent. Prima docet id licere, quando effici potest absque periculo detectionis confessionis: quare cum in gratuitis, vbi sacerdos liberam facultatem habet, nulla denegandi causa requiratur, sed mera voluntas sufficiat, posse sacerdotem omnino iuuari ex confessionis scientia, & facere quæ aliter facturus non esset, aut denegare, quæ alias concederet, vt in gratuita electione, non eligere quem in confessione nouit indignum, & amouere ob eandem notitiam ab officio ad nutum amobili; quando autem res non est gratuita, sed alias habet ius, cum requiratur 2

aliqua causa non posse ex sola confessionis notitia, nisi alias causas allegare possit, amouere ab officio, aut denegare suffragium? vt si officium non est ad nutum amobile: vel si quis præsentetur à patrono, & ex sola confessione norit prælatus eum esse indignum. Quia in priori casu, cum causa non desideretur, nulla potest esse rationabilis suspicio peccati detecti in confessione: in posteriori verò cum exigatur causa iusta, nullaque alia allegari possit, potest esse rationabilis suspicio alicuius indignitatis illius, quæ tamen ex sola confessione cognita est. Prob. primò hæc sententia, ex *c.fin.6.q.1.* vbi reprehenditur Episcopus, eo quod publicè vitarit eum qui sibi soli crimè fassus est: ergo à contrario sensu non delinqueret, secreto vitans, & in confessionis scientia vtens. Secundò, quia sicut confessio non tribuit ius nouum cõfessori in aliquo alio foro, ita non aufert antiquum quod habebat: sed non audita confessione posset liberè eligere illum, aut non eligere, amouere, vel non amouere ab officio ad nutum amobili, non ministrare Eucharistiam, casu quo non tenetur: ergo ex eo quod per confessionem nouerit illũ esse indignum, non potest hoc iure priuari: alias confessio audita libertatem pristinam tolleret. Et confirm. quia ideo licet confessori detegere peccatum auditum in confessione, alia via à se cognitum, quia confessio non priuat iure pristino quod habebat detegendi peccatum extra confessionem notum. Et secundò confirm. quia si confessor non audiisset confessionem, irrationabiliter cõqueretur pœnitens de illo suffragium omnino gratuitum & liberũ deneganti: ergo audita confessione irrationabilis erit querela, & suspicio denegationis ob crimen confessum. Et tertiò cõfirmatur, quia alias indignus hac cautela vti posset, vt eligeretur, vel permitteretur in officio ad nutũ amobili, nempe confessione facta suæ indignitatis electori. Tertiò, principaliter probatur, quia sacerdos solum obligatur ex confessione ad tegẽdam illam, ergo ea tecta, potest vti illius notitia ad bonum commune, aut proprium, aut pœnitentis. Quartò, nam si sacerdos ex alicuius cõfessione nosset animum interficiendi ipsum, haberetq; illius ensem apud se depositũ, posset petenti denegare: quod tamen etiam pro vita tuenda, nullo modo liceret, si confessionis sigillum ex illius notitiæ vsu offenderetur. Similiter, si petissem à Petro vt audiret meam confessionem, & ipse statim mihi fateretur, se, cum sacerdos non sit, confessiones audire, possem ob eam confessionis notitiam illi non fateri: ergo possum vti scientia confessionis ad actus humanos dirigendos. Quintò, quia quamuis confessor norit peccatũ vt Deus, necessario tamen admittendum est illã scientiam esse in homine, & ex hac parte esse humanam: ergo potent illa vti ad dirigendos actus humanos quando sine alterius iniuria, aut iusto & rationabili scandalo, vti potest: hoc autem contingit hic, quia apud alios (vt supponimus) non est suspicio peccati confessi: nec sequitur pœnitenti iniuria, cum ius non habeat petendi rem gratuitam, nec etiam rem alias debitam, quando occultè petit, & potest ipsi negari, eo quod est indignus, absque aliorum suspicione: quod si inde aliquo pudore suffundatur ipse pœnitens, non est damnum alicuius momenti: præsertim quia non est opus vt sacerdos obijciat directè pœnitenti, confessum peccatum, potest enim aliam rationem allegare: vt tunc commodè non posse ministrare sacramentum, vel conferre officium: nec refert si illa videatur virtualis obiurgatio peccati, eo quod licet sacerdos causam taceat, pœnitens tamen moraliter loquendo eam intelligit: non (inquam) refert, tum quia hoc magis oritur ex pœnitentis discursu, quam ex sacerdotis actione: tum etiam, quia si sit aliqua confusio, & rubor pœnitentis, non id sacerdoti suo iure vtenti, sed pœnitentis iniquitati, rem cuius est indignus, retinentis aut intendentis, tribuendum est. Vltimò, quia casuum reseruatio ideo in Ecclesia est, vt superiores ex notitia per confessionem habita, prudentiores fiat ad externam subditorũ gubernationem. Hanc sententiam tenent ex Theologis *Alensis 4.p.q.78.a.1.mem.* 2. *ad 8. D.Thom. 4.d. 21.q.3. art.1.quæstiunc.1.ad 3.* & *quodlib.5.art.13. D.Bonauent. 4.d.21. in 2.p.* vbi agit de confessionis, *a.2.q 1.n.62. Storm tad.d.q.2.ad 3.* & *4. Dec. 4.d.9.q.5. Altisiodor. l. 4. sue sum tract. 6.c.3.q.4. prop. Quæ postea, Palud. 4.d.21.q.3 a.3.n.60. Gabr.ibi, q.vnic. ad 2. Capreolus ibi, q.2.a.3. ad 8. Deca ibi, q.2. art.4. ad 8. Rosa Gaudano quodlib. 8.q.29.* (licet communiter pro opposit. sent. malè allegetur) *Adrian. 4. de confes. q.5 post dub. 2. ante dub. quod incipit, Ex dicto emergit aliud dub. prof. Mirand. principale nego consequentiam: in parui vol. f.267. col.2. Ord. lib.3 a.3. vers. Pro resposit. dico primo, in eodem volum. f.80. Summa confessitate confes. q.94 D. Ant. 3 p.t.14.c.12.§.2. c.22.§.1. Mirna tract. 2. de confes. quæst. de his quæ à confessario Lauda sunt. §. Corollarie sequitur, sine: Victoria summa de Sacra. n.80 fine. Sotus 4. dist.18.q.4.a.5. ad fin. vers. In his dubitationibus officijs. & de secreto, mota 3.q.4 post 5. concl. dub. ibi Corduba in addit. ad Sotum, Ledesm. 2.p.q.4.q.10 a.1. dub. 4. Bielum. de Borillong. 4. dist. 21. §. 2. pars conclusionis, Nisal. de sacerd. de sacram tit. de Eucharistia, qu. de carnelu seruanda & de potestate sacerdotis: Suarez. de Eucharistia, q.80. a.6. disp. 67. fol. 9. quæz. l.6. de pœnit. c.23.n.3. & seq. Barth à Ledesm. de pœnit. & concl. 7 ad medium, Lud. Lop. 2.p. instruct. de confes. f.95. dub. ne, Capua lib.1. decis. 23.n.6. & 7. Vivald. candel. 1.p. de sigillo confess.n.29. Manuel. 1. tom. sum. 2. edit. c.68. conclus. 6. vers. Addo. Anto. corona confess. 4.p.c.4. de Eucharist. q. de sumendo hoc sacramentum, num. 64. ad medium. Et ex iurisperitis, Rebuff. de vtriusque sexus, de panit. & remiss. super §. Suspicio vero vers. Ollano non debet, & seqq fol. 572. col. 2. Rosella verbo fionis celatio, n.2. Ang. Confessio, vlt. n.12. Syla. Confessio 4. q. seq. §.9. & Eucharistia 3. q. 5. §.7. Tabiena v. Confessio n.5. Turrec. c. Sacerdos de pœnit. d.6. a.1. n.10. ad 1. & 2. Ord. uar. n.146. idem Navar. c. Humana autem, 22. q.5. n.6.*

Secunda sententia docet non licere vti extra confessionem, scientia per confessionem habita, sed se habere nem, scientia per confessionem habita, sed se habere confessarium, ac si nil in confessione sciret. Ita habere confessarium, ac si nil in confessione sciret. Ita nent *Armilla verbo. Confessor, n.7.* vbi sic inquit, nil agent teat confessarius, propter quod possit pœnitens existimare taliter se debet habere confessor, ac si nil de eo vnquam audiisset: *Bañes 2.2.q.33.a.8. ad fructum.* §. *Ad confirm. respondetur:* & hanc præcepit P. N. Generalis Claud. Aquauiua an. 1590. obseruari in societ. Iesv. prohibens contra doctrinam publicè aut priuatim doceri, illiusque sicque concludit. *Ita procedunt omnino cogitandi confessarij, ac si in confessione nihil penitus audiissent: sicque decent, vt humanarum rerum regimen ab hac sacra materia motu proprio Clem. VIII. de casibus reseruat. prohibitis. latib. concesso an. 1594. die 26. Maij. ibi, Tam superiores tempore existentes, quam confessarij qui postea ad superiorum gradum fuerint promoti, caueant diligentissime, ne ea materia de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem vtantur.* Vbi aperte hanc sent. decidere videtur. Secundò, ex ratione textus *c. Si sacerdos, de officio ord. lib.6. ces etiam ei confessus sit, sed tamen non nouerit ab vllo, possit mouere à communione, licet sciat esse reum, quia non vt ille vt Deus.* Vbi quamuis decisio textus nihil conferat ad firmandam hanc sent. quia non dicit absolutè non posse remouere, sed non posse nominatim, id est, nomen coram aliis expresso, vt notat *ibi gloss. verb. Nominatim*, tio decisionis confert, si enim non vt homo, sed vt Deus scit: ergo ea scientia vti minime debet pro exteriori, & mano foro, sed tantum pro foro interno cõfessionis. è contra, quando scit solũ vt iudex, & vt priuatus scit positũ, tantũ potest vti ea scientia in iudicio. Tertiò, sigillum confessionis obligat, non solum respectu alios sed etiã ipsius pœnitentis, id est, non solum tenetur dos nõ detegere aliis peccatũ auditum in confessione etiam tenetur nullo modo loqui de ipso cum pœnitente extra confessionem, nec exprobrare, nec obiicere illi men, nec in memoriam reuocare: quãuis enim non de ctio sigilli propriè, est tamen quoddam genus quasi lationis, & offenditur sigillũ vt optimè docés *Sot 4.d.*

4.a.1.vers. Quod si scisciteris, & de sigillo, membr. 3. q. 4. post 5. concl. lib. 4. vers. Et argumenta. Metina tract. 2. de confess. q. de quibus à confessore celanda sunt. §. Inde vltra videtur sequi, Cordubensis super suam de sigillo, membr. 3. q. 4. conclus. 5. dub. 1. vers. Secundo infertur. Ledesm. 2. p. 4. q. 10. a. 5. dub. 6. paulo post. princ. §. Ad hæc respondet: Navarrus c. Inter verba, in noua edit. corollar. 59. num. 60. Palacios 4. d. 21. disp. 2. §. Itidem dices, f. 458. Barth. à Medina de pœnitentia dub. 34. fine, Enriquez l. 8. de Eucharist. c. 59. num. 3. & de pœnitent. c. 20. n. 7. Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. tract. 3. cap. 5. Quod si confessor. Bañes 2. 2. q. 33. a. 8. dub. 8. p. 3. vers. Ratio autem, quia ipse pœnitens. f. 1286. Angles floribus 1. p. q. 3. de missa 4. vlt. difficult. 14. f. 304. Pro eadem sententia sunt Filliucius de confess. n. 183. Manuel. 1. to. sum. 2. edit. c. 55. concl. 12. 13. Philiarc. d. l. 2. c. 26. §. Si sacerdos aliquem, qui cum Sotho de sigillo dub. 4. fine, aiunt nullo modo licere confessori, qui erat in confessione, cõuenire iterum pœnitentem, commonendo aliquod peccatum: quia hoc esset exponere illi peccatum, sed oportere prius petere licentiam, quod si concedere nolit, liberum esse confessario absq; vlla obligatione: si ergo propter bonum pœnitentis spirituale, & ad præteritum confessionis errorem corrigendum, nullo modo licet loqui cum ipso pœnitente, absq; eius licentia de peccato in confessione detecto, essetque expositus illi crimen, à fortiori non licebit ob crimen audituin confessione, negare illi etiam occultè Eucharistiam, ordines, suffragium, vel remouere eum ab officio ad nutum amobili, quia saltem ipsi pœnitenti obijcitur crimen, de illoque, facto ipso reprehenditur. Et confirm. quia licet non licet confessori aliquid efficere, vnde alii rationabiliter suspicari possint peccatum auditum in confessione, esse illicitum, licet non in eodem gradu aliquid fieret, vnde penitens rationabiliter intelligere posset id fieri ob peccatum illud, cum sigillum obliget ne peccatum aliis, aut ipsi pœnitenti extra confessionem referat: ergo sicut nefas esset negare Eucharistiam, amouere ab officio, quando alii meritò intelligerent causam esse peccatum notum in confessione, ita nefas erit, quando ipsemet pœnitens id intelligit. Confirm. amplius, quia ob id tradit Sanchez de secreto, membr. 3. q. 4. dub. 4. post 5. concl. vers. Ad argumenta, negatur licitum esse extra confessionem, innocare pœnitenti in memoriam peccatum in ipsa audienti, enim consolandi ipsum gratia: quia pudore suffundetur, & redderetur odiosa confessio: ergo multo minus licebit facto ipso, remouendo ab officio negata Eucharistia, vel suffragio, exprobrare illi crimen: maiorem enim parit verecundiam, & magis odiosa efficietur confessio. Quarto principaliter probatur, quia ratio potissima sigilli præceptum tam inuiolabiliter obligat, vt nullo casu euentu id frangere liceat, cũ cætera secreta quantumcunque grauia, & iureiurando vallata, aliquando desinant esse secreta, ut patet, & certum est, teste Metina, C. de confessione, quæst. De his quæ à confessore celanda sunt. §. Inde vltra videtur sequi: ne confessio fiat nimis onerosa & odiosa: ita enim magni fecit Christus Dominus hoc confessionis expiaculum, & ita facile reddidit, vt quæcumque damna, quæ ex inuiolabili sigilli confessionis fidei sequi possent, posthabuerit, ne peccatores ab ea remorarentur. & ita subdit ibi Metina, similiter vitandũ esse quicquid eam odiosam & onerosam reddere potest, vt proprie fractio sigilli minimè sit; at nil ita confessionem difficilem, onerosam, & odiosam reddet, quam si pœnitentes intelligant posse confessorem ob solius cõfessionis notitiam, ipsos priuare ordinibus, Eucharistia, beneficijs, officijs, negare suffragia ad obtinenda officia, vel beneficia: cum hæc omnia tanti homines faciant: ergo ratione grauis & vrgentis est id licitum esse. Et confirm. quia damnum communitatis sententiæ, cessant vtilitates sigilli, quas commendat D. Th. 4. dist. 21. q. 3. a. 1. quæstiunc. 1. corp. nimirum, ne homines ad confessionem attrahantur magis, & facilius peccata detegant. Quare optimè Ricard. 4. dist. 21. a. 4. q. 1. ad 4. hæc ait, Prælatus removendo ab officio suum subditum, quem per suam confessionem scit male vti officio suo, etsi forte violat sigillum illum, tamen facit contra vtilitatem communitatis, quia alij per relationem remoti ab officio, scientes quod pro sua confessione remotus est, proniores reddentur vt non confiteantur secundũ veritatem. Et secundò confirm. quia esto nec remotus ipse ab officio suspicari posset id ortum habere ex cõfessione, at satis est homines nosse, peccata sola confessione cognita ius tribuere ad hoc, vt omnino timeant confiteri, ab eaque retrahantur, ergo. Quintò, nam Trident. sess. 14. doctrina de sacramento pœnit. c. 7. conuenientissimum esse criminum grauiorum absolutionem superioribus reseruari, docet, sicque concludit: *Sacerdotes cum nil possint in casibus reseruatis, id vnum pœnitentibus persuadere nitantur, vt ad superiores pro beneficio absolutionis accedant.* Quo quidem præcepto quæso, quid grauius & intolerabilius attenta humana fragilitate imponi posset? Si superioribus fas esset, sciétia confessionis vti ad externam gubernationem, & ad priuandum subditos honorificis officijs, & ascensu ad ea, cum non tanto impetu lapis feratur ad centrum, quanto humana fragilitas hæc appetit. Tandem quia forus cõtentiosus, & conscientiæ longè diversi sunt, atque ita egregiè D. Thom. 4. d. 21. q. 3. a. 1. quæstiunc. 1. ad 3. quem sequitur Sylvest. Confessio 3. q. 14. ait non esse adhibendum remedium peccatis, nisi eo modo, quo deferuntur, & proinde ijs delatis in foro conscientiæ, in eodem foro adhibendum esse: ergo non potest vti confessor scientia fori interni extra illum forum.

Quid dicendum in re tam dubia? Pro priori enim 4
sententia militant auctoritas tot tantorumq; virorum, & fortissimæ rationes quibus fulcitur: quare negari non potest, esse probabilissimam. Verum mihi multo magis semper placuit, & modo placet posterior sententia, quæ non pœnitendis innititur fundamentis, quamuis authorum testimonio ac numero destituta sit: at si eo quod matrimonium fauorabile est, magis credendum est vni Doctori in fauorem illius sentienti, quam multis contrarium opinantibus; (vt probaui lib. 1. disput. 18. num. 7.) fortiori ratione id tribuendum est sacramento pœnitentiæ, & eius sigillo, vt maior fides adhibeatur duobus Doctoribus quos retuli pro secunda sententia, sentientibus in sigilli fauorem, quam multis pro prima allegatis, contrarium opinantibus: fauorabilius enim est sacramentum pœnitentiæ, matrimonio: nam hoc est voluntarium, in eo quod bonum prolis temporale vertitur, illud autem est necessarium, & in eo agitur de æterna animæ salute, & ne ab vnico hoc remedio Christiani in peccatum lethale lapsi, retrahantur. Est tamen sano modo intelligenda hæc posterior sententia: non enim tenetur confessor in omnibus perinde se habere, ac si nil sciret, sed in his solum, in quibus esset confusio, & pudor pœnitenti: quia eius honori, aut personæ in aliquo præiudicatur, aut non ita bene consulitur, si posset confessor vti notitia confessionis. Verbi gratia, si noui in confessione, Petrum parare insidias, vt me necet, possum non exire domo, quamuis alia exiturus essem: in hoc enim quamuis Petrus intelligat id oriri ex scientia suæ confessionis nullo pudore suffundetur, nec aliquod detrimentum patitur, nec rationabiliter ob id retrahentur homines à confessione: verum nullo modo licebit, ob indignitatem in confessione cognitam, remouere ab officio ad nutum amobili, vel negare Eucharistiam, aut ordines ad beneficium, aut suffragium, quamuis hæc voluntaria sint: quia inde confunderetur pœnitens, & retrahetur à confessione: hæc enim sunt exprobratio quædam, & virtualis obiectio peccati detecti in confessione: & ita *Armilla verb. Confessor, num. 7.* quem allegaui nu. præcedenti, pro hac sent. non dixit absolutè, nihil posse agere confessorem motum ex confessionis notitia: sed nil posse agere, ob quod pœnitens possit à confessione retrahi: atque ita fatetur *ibidem nu. 12.* sacerdotem per confessionem conscium conspirationis in sui ipsius necem in aliquo loco, posse occasione aliundè sumpta illinc recedere.

Ad argumenta proposita nu. 2. respondetur. Ad 1. dic, 5
eum textum non intelligi de confessione sacramentali:

vt notat *ibi gloss. verb. Sibi soli*: & constat ex initio textus, vbi Episcopus affirmat reum fassum esse sibi crimen; quod si intelligeretur de sacramentali confessione, esset aperta sigilli reuelatio. Ad 2. dic confessionem non tollere ius pristinum, quod confessor habebat, eo pacto quo habebat: cogere tamen ne ex auditis in confessione, aliquo modo ducatur ad opus aliquod, ex quo confusio, vel dānum sequatur pœnitenti: sicut qui nouerat aliquid extra confessionem, & postea in confessione audit, non amittit ius pristinum illud manifestandi, arctatur tamen confessionis sigillo, ne alio modo propalet ratione confessionis notitiæ, quam antea sciuerat. Ad 1. confirmat. constat ex proxima solutione. Ad 2. confirm. dic ante auditam confessionem, nullam esse causam vt conqueri possit pœnitens: ea tamen audita, si habeat probabilem coniecturam id oriri ex confessione, iustam habere causam: quod enim fassus est sacerdoti, vt Deo, sibi exprobratur & vitualiter obijcitur, & cedit in externum detrimentum in foro: si verò huius non habeat probabilem coniecturam, immeritò conqueri: cum enim ex alia causa, aut ex libera voluntate posset sacerdos duci, leuis ac temeraria suspicio est absque probabili coniectura. Quamuis autem confessor prudenter caueat, ne pœnitenti ansam tribuat suspicandi se ex confessione duci, adhuc sigillum offenditur: satis enim est, ne liberè, & simpliciter audeant homines fateri, si norint confessorem posse prædicta cautela adhibita, confessionis notitia vti. Ad 3. confirm. nego sequi: ius enim pristinum vtendi sua libertate non tollitur sacerdoti, sed solum ne confessionis scientia ducatur. Ad 3. principale, nego tantum teneri ad non reuelandum propriè: quia tenetur etiam non loqui cum ipso pœnitente, extra confessionem de auditis in ea, cum tamen id non sit propriè detegere confessionem: sed tenetur etiam vitare omne id per quod aliquo modo sigillum offenditur, & retrahentur homines à confessione, efficieturque odiosa. Ad 4. dic in neutro casu sequi confusionem pœnitenti, nec eius honori præiudicari, aut bono alicui temporali quod homines æstiment; & esse huiusmodi casus metaphysicos, qui moraliter nunquam accidunt: quare licet admittamus posse confessorem vti confessionis scientia in iis casibus, vt sibi consulat: nullo modo reddi cōfessionem odiosam, nec fore, vt ideò ab illa peccatores retrahantur: & proinde saluam & illæsam manere secundam sententiam, eo modo quo à nobis explicata est. Ad 5. fateor illam scientiam esse aliquo modo humanam, & ita posse confessorem illa vti, quando est sine aliqua pœnitentis iniuria: interrogatur tamen ei maxima, non eo quod negetur res indebita, sed ratione modi negandi, quia infidelis est confessor, dum res sibi commissas sub confessionis sigillo ad eum forum occultum, virtualiter exprobrat, & obijcit pœnitenti, ac in eius temporale damnum conuertit. Et hoc nocumentum magni momēti est, quia retrahet homines à confessione, & valdè odiosam eam reddet; nec sacerdos vtitur iure suo, dum ob audita in confessione, negat. & hoc non prouenit ex solo pœnitentis discursu: sed etiam ex sacerdotis actione, quando eiusmodi circumstantiæ concurrerent, vt merito posset id suspicari pœnitens; & quando non posset id suspicari, satis est nosse posse inde prouenire, idque sacerdotibus licere, vt homines odiosam habeant confessionē, & ab illa retrahantur. Ad vltimum, nego eam esse causam, sed causa est vt arceantur subditi ab ijs peccatis videntes difficiliorem esse absolutionem; & quia præsumitur prælatos esse prudentiores, & fore vt melius consulant saluti gregis sibi commissi, in eo foro sacramentali.

6 QVÆSTIO II. An retenta priori opinione relata nu. 2., licere sacerdoti, vti scientia confessionis; teneatur ea vti, & negare suffragium, ordines & cætera, indigno noto per confessionem, casu quo teneretur, si extra confessionem conscius esset indignitatis illius? Quidā aiunt teneri; quia si est parochus, suo officio astringitur; si verò sit alius sacerdos, præcepto correctionis fraternæ, quod obligat impedire proximi peccatum, vt sacrilegam receptionem Eucharistiæ, ordinum, iniustam beneficij receptionem, quando licitè, & commodè impediri potest: cum in hoc casu possit licite & commodè, teneatur. Ita docent *Adrian. 4. q. 5. de confess. post dub. 9. paulo ante dubium quod incipit, Ex dictis emergit aliud dubium, vers. Ad tertium principale ergo consequitur, fol. 297. in primis volumine, col. 1. Nauar. c. Sacerdos, de pœnit. d. 6. n. 146.* & addit *num. 147.* eligentem indignum per confessionem cognitum, teneri rere pœnas iuris statutas contra eligentes indignum; *rez. de Eucharistia q. 80. art. 6. dub. 69. sect. 3.* Idem videtur docere alij DD. asserentes sacerdotem non debere eligere indignum per confessionem notum, aut debere negare Eucharistiam simili peccatori, quando absque iniuria fieri potest. Hi sunt *D. Th. 4. d. 9. q. vnic. a. 3. quæstiun. 1. corp. & quodlib. 5. a. 13. Alensis 4. p. q. 49. membr. 1. D. Bonauentura 4. d. 21. in 2. p. a. 2. q. 1. nu. 60. & ibi Paludanus q. 2. a. 2. Durandus 4. d. 9. q. 5. Altisiodor. 4. p. sum. tract. 6. c. 3. q. 4. Tabiena, sum. Sylu. c. 3. p. 1. 17. c. 22. §. 1. Victoria sum. de Eucharistia, num. 8. Sotus de secreto, membr. 3. q. 4. concl. 5. dub. 1. vers. Pro decisione Ledesma 2. p. 4. q. 21. a. 6. dub. 3.* & ex iuridicis, *Rebuff. c. Quamuis de pœnit. & remiss. super verb. Suscipiens reuerenter, vers. Quinon debet, & seq. fol. 572. Sylucst. Eucharistia 3. q. 5. dub. 1. Tabiena verb. Communicare q. 53. n. 59. Nauar. sum. Hisp. & Lat. cap. num. 56. fine.* Addantque (& multo verius est,) eligentem indignum sola confessione cognitum minimè subesse poenis iuris in eligentes indignum impositis: cuius contrarium tenuit *Nauar.* vt proximè retuli. hoc (inquam) docent *Paludan. D. Antonin. Rebuf. ibidem.*

Cæterum quamuis hæc sententia probabilis sit, tamen magis placet contraria, minimè teneri, quamlicitè posset. Quia est medium valde difficile, & arduum & grauissimo offendendi sigilli, periculo expositum: quamuis enim speculatiuè vsus huius scientiæ licitus set, at practicè magna prudentia & cautela opus est, tot requiruntur circumstantiæ, (vt fatentur DD. assentes esse licitum) vt vix fas sit ea scientia vti: ergo quamid possit sacerdos licitè, non tamen ad id tenetur: nam commodè potest, sed magna cum difficultate. Squi vouit castitatem, & duxit vxorem, potest implere tum ingrediens religionem ante consummationem: tamen ad id tenetur, iuxta receptiorem sententiam, medium arduum, & perdifficile est. Secundò, quia stus Dominus instituit hoc sacramentum, ad medelam peccatori in eo foro interno confessionis, ergo transgr limites institutionis est obligare confessorem ex eo occultissimi fori, mederi pœnitenti extra illum fori. dem, quia præcepta moralia, & ordinata ad fines lis ordinis, debent habere media eiusdem ordinis: finis, & media proportionari debeant, sed præcepto correctionis fraternæ, est morale, & naturalis ordinis, go scientia peccati proximi requisita, vt id præceptum obliget, debet esse naturalis, nec debet ad id ordinatio entia in sacramento, quod supernaturalis ordinis est, quisita. Ita tenent *D. Th. 4. d. 21. q. 3. a. 1. quæstiun. 1. ad 3. Paludan. 4. d. 18. q. 8. a. 1. num. 20. Sylucst. Confessio 3. q. 14. Ludou. Lop. 1. p. instruct. de confessione c. 96. quæst. 1.* Ad argumentum contrarium propositum nu. 6. constat ex dictis, non cogi obligat id præceptum medio tam difficili, & absoluta ordinis.

QVÆSTIO III. Qualiter se debeat habere ordinarius vel parochus, qui nouit in confessione impedimentum ditimens matrimonium volentium contrahere? Confatis loquūtur DD. & varij sunt dicendi modi. Primus debere parochum occultè monere contrahentes, quod nolint desistere, nec possit suum ministerium negare, quique sigilli periculo, debere eos matrimonio cogere: vnde supponit hæc sententia debere, si absque riculo sigilli possit se eximere, aliis causis allegatis: tenetur ex officio impedire peccatum contrahendo. Sic *Alensis 4. p. q. 78. membr. 2. a. 1. ad 5. D. Bonau. 4. d. 21. nu. 4. a. 2. q. 1. num. 62. ad finem quæst. Altisiodorensis l. 4. summæ tract. 6. c.*

3.q.4.post 5.conclus.dub.1. vers. Pro decisione, Cordubæ additionibus ad eundem locum Soti. Ledesm.2.p.4.q.10.a.5.dubio 4. Veracruz appendice ad speculum, circa a.15.1.partis, ad fin.fol.109. Hi tamen DD.non distinguunt, an peccator ille publice petat matrimonium, an occulte; at distinguũt in alio simili quidam DD. & dicunt peccatori noto per confessionẽ petenti occulte Eucharistiam, posse etiam parochum negare; si vero publice petat, non posse parochum negare tempore quo ministrare tenetur: secus si tunc non tencatur, vel non sit parochus. Sic *Durandus 7 d.21.qu.5. Adrian. quodlibeto 3. art. 3. versic. Pro responsione dico 1. in parvis voluminib. fol.61.col.1. Tabiena verb. Communicare.q.53.n.59.*

Hæc sunt quæ in hac quæstione ex DD. colligere potui, 13
verum omnes illi loquũtur consequenter ad sententiam, quam defendunt, posse, scilicet, sacerdotem vti scientia confessionis ad gubernandos actus externos: & ea retenta opinione, placet præ aliis quintus dicendi modus relatus n. præc. nempe occulte petenti posse etiam parochum negare; quod etiam docent DD. allegati n.9. pro secundo dicendi modo; publice autem petenti non posse parochum negare, secus alios sacerdotes, qui libere ex ipsius licentia ministrare possunt. Credo tamen, nec parochum, nec alios sacerdotes teneri negare, siue alter publice, siue occulte petat, iuxta dicta n. 7. Hæc dicta sint retenta illa opinione, sequendo autem nostram nimirum, non licere sacerdoti vti scientia confessionis ad externos actus extra confessionem: statuo sequentes conclusiones.

Prima conclusio sit. Parochus, siue quicumque alius sa- 14
cerdos habens licentiam assistendi matrim. vel ministrandi quodcumq; aliud sacramentum, nequit expellere peccatorem etiam occulte petentem, ob solum peccatum in confessione notum. Prob. quia (vt dixi num 4.) non potest inuari ex confessionis scientia ad actus externos, quoties redderetur confessio odiosa, & retraherentur homines ab ipsa, quod eueniret, si nossent ob peccata in confessione audita posse illis negari Eucharistiam, matrimonium, aut alia sacramenta.

Secunda cõclusio. Si talis peccator occulte petat, potest 15
confessor ipsum secreto monere vt desistat: vt fatentur vniuersi DD. citati pro omnibus sententiis: & quamuis *Palud 4.d.21.q.3.a.3.n.60. & D. Antonin.3.p.t.17.c.22.§.1.vers. Item quia prælatus*, dicant semper posse pœnitentem occulte moneri à confessore: quia hoc non est confessionem detegere; dicendum tamen est id non licere, nisi prius obtenta licentia ab ipso pœnitente, vel extra confessionem: licet enim non sit propria sigilli fractio, offenditur tamen quando extra confessionem sermo habetur de auditis in illa cum ipsomet pœnitente, absque ipsius licentia: (vt probauimus n.3.) Et in propriis terminis eam admonitionem faciendam esse in confessione, docent *Ledesma 2.p.4.q.10. art.5.dubio 4. §. Præterea si provincialis. Barth. à Ledesma de pœnitentia, dubio 32. conclus.7.*

Vltima conclusio. Credo non teneri confessorem pete- 16
re licentiã à pœnitente, vt eum moneat de peccato quod vult admittere: sed tantũ in confessione teneri eum monere quia (vt tradunt *D.Thom.4.d.21.q.3.a.1. quæstiuncula 1. ad 3. Paludan. 4.d.18.q.8.a.1. num.20. Sylvest. Confessio 3.q.14.*) ex auditis in confessione non arctatur cõfessor ad aliquid faciendum, vel omittendum, vel remedium adhibendum extra illam. Ea enim notitia est, ad solum pœnitentiæ forum. Præterea, quia multi pœnitentes ægre ferent eam licentiam peti, ac peccati confessi memoriam reficari: vellent enim peccata omnino memoria excidisse.

DISPVTATIO XVII.

Vtrum ita necessaria sit præsentia parochi & testium in matrimonio: vt in nullo euentu aliter contractum validum sit?

SVMMARIVM.

Proponuntur casus, in quibus posset aliquis existimare posse contrahi matrimonium absque parocho, & testibus, n. 1.

3.q.4.post 5.conclus.dub.1. vers. Hic est solutio & seqq. Driedo lib.2. de libert. Christ.c.7.sexto modo §. Aliud est scire, Palacios 4.d.21.disp.2.fol. 455.col.1.vers. Nam testimonium parochi. Philiarcus de offic. parochi 2.p.2.c.30.paulo ante §. Quod si confessor. Manuel 1. tom.2.edit.c.217.concl.6.n.7. Et ex iurisperitis, Henricus c. 6.num.19.de pœnitent. & remiss. Angel. Confessio 8.nu.13. Sylvest. Confessio 3.q.12. fine, Tabiena verb. Confessionis celatio, q.4. vers. Nisi dicatur lib.3. de irregular.c.25.n.3.9. Affinat.in fine.

Secundus dicendi modus est, si publice petant volen- 9
tes matrimonium contrahere, teneri parochũ eos coniungere. Quia ob periculum cognitum in occulto pœnitentiæ foro nequit sacerdos petentes priuare iure quod habent petendi matrimonium in foro Ecclesiæ, dum in eo latet impedimentum. Sic *Soto tenens alias n.4.q.5. de confess. post dubium 9. paulo ante dubium quod incipit*, Ex dictis emergit aliud dubium, *in solut. ad 5. primo volum. fol.297.col.2. Sotus 4.d.18.q.4.a.5. post 1. conclus. vers. Sine fit.* limitans quando alias subterfugere nequit. *Nauar.c.27.sacerdos.nu.144. de pœnitent.d.6.* addens posse exacte monere: *Fr. Medina lib.2.sum.c.4.f.167. col.1.* Et in isto simili, nempe quando peccator sola confessione notus petit Eucharistiam, docẽt idem aliqui DD. asserentes si occulte petat, debere ei negari, secus si publice. Sic *D. Thomas 4.d.9.q.vn.a.5. quæstiunc.1.corp. Alensis 4.p.q.49. membr.1. Tabiena sum. de Eucharistia n.80. fine, Ledesma 1.p.4.q. 21.a.6. Ioan. Suarez. de Eucharistia q.80.a.6.disp.67.sectione 3. Barth. à Ledesma de Eucharistia, dubio 23.conclus.3.*

Tertius dicendi modus est, absolute nõ debere absti- 10
nere parochum à tali matrimon. ministrando. Quia notitia confessionis ius minime tribuit in alio foro. Sic *Medina tract.2. de confessione. quæst. De his quæ à confessore celanda sunt. vers. Quæritur amplius si duo volunt.* Quod idem cum quadam moderatione, sequitur *Enriquez lib.6. de pœnitentia, cap.23. num.3. fine*, ait enim pastorem non posse negare matrimonium, quando iam sunt factæ monitiones: habent enim tunc contrahentes ius iam acquisitum: debere tamen negare licentiam faciendi monitiones.

Quartus dicendi modus est, si minister non tenetur ex 11
officio, quia non est proprius parochus, quamuis licẽtiam habeat à proprio parocho assistendi matrimonio, posse negare. Cum enim sit voluntarius minister, potest & debet sine vero negando assistẽtiam, vt vitet proximi peccatum: si vero teneatur ex officio, non posse negare sacramentum, quando enim occulte petita, quamuis cesset periculum violandi sigilli. Quia scita in pœnitentiæ foro, non tribuunt negandi ministerium alias debitum. Sic *Palud. 4.d.21.q.3.a.3. num.60.* & tenent in alio simili ministrando quando peccator occultus per solam confessionem petens non posse parochum tempore quo tenetur ministrare, negare Eucharistiam: secus non parochum, vel si petatur quando non tenetur ministrare. Hi *Ioan. de Lugo. 4.d.9.§.4. 4.a.1.concl.3.num.6. D. Anton.3.p.t.14.c. 11.§.2. Eucharistia 3.q.5. dicto 1. Sotus 4.d.12.q.1.a.6.vers. Ad tertium & seqq. Nauarr. sum. Hispana. & Latina c.21.nu.55. & 56. Tabiena 4.d.9.disp.12.concl.3. & 5. Lud. Lopez 2.p. instruct.c. 76. de Eucharistia.§. Porro illa, & seq. Manuel.1.to.sum.2.edito. in 8.c.68.concl.6.n.6.* Discrepat tamen *Sotus, & Lud. Lop.* ab aliis DD. in hoc, quod dicunt etiam parochum non posse negare Eucharistiam occulte petenti, noto peccatori per confessionem, licet petat extra Pascha, & motus non sit tanta frequentia, vt vilipendium videatur. Quando non est parochus, limitant etiam *Sotus, Lud. Lop. & Manuel*, nisi is qui non est parochus, publice alias petat Eucharistiam ex licentia parochi, aut priuilegio: ipse enim posset tunc eum expellere, quia esset notus per confessionem peccati auditi in confessione.

Quintus dicendi modus est, si sit parochus, possitque se 12
confessionis suspicionẽ eximere, eum probe factuũ remedio: si vero nequeat, teneri ministrare matrimonium. Si autem parochus non sit, quamuis habeat licentiã ministrandi, debere se excusare. Sic *Sotus de secreto, membro*

Quando prius est coram illis contractum, & reperitur nullum ob occultum impedimentum: remissus, n. 1.

Quid in articulo mortis, vbi non est recursus ad parochum: ponitur opinio affirmans, nu. 3. Et ibi adam in hæreticorum locis, & in nouo orbe vbi non est parochi copia, & dum tuteres volunt indigno matrimonio collocare pupillam.

Vera opinio contraria, n. 4. Et soluuntur argum. nu. 5. & ibi simplex sacerdos non potest in mortis articulo assistere matrimonio.

Forma inducitur vbi est decretum annullans, vel dicitur aliter fieri non posse, n. 4.

An ex episcopi dispensatione liceat ob magnam necessitatem, contrahere absque parocho & testibus, n. 6. Et ibi, qui de vno dicit, de alio negare videtur.

Quid si matrimonium publice contrahatur scienti maiori vicinia parte, n. 7.

Quid, si contrahatur ab infidelibus subditis principibus Christianis, habitantibusque in locis vbi Tridentinum obligat, vel locis temporaliter Pontifici subiectis, n. 8.

Quid si contrahentes ignorabant inuincibiliter decretum Tridentini, proponuntur argumenta probantia valere matrimonium, n. 9.

Tunc non valet, n. 10. Et ibi quando pœna annullationis ligat ignorantes. Soluuntur argumenta, n. 11. Et ibi quando inhabilitas sit pœna.

1 EGIMVS de denunciationibus præuiis matrimonio, vt licite contrahatur: iam de præsentia parochi & testium necessario requisita ad ipsius valorem agendum est, priusque hac disputatione, & sequenti disputandum est, an ea præsentia semper desideretur: deinceps de qualitatibus in parocho requisitis: deinde quis proprius parochus dicatur: mox de qualitate licentiæ per parochũ alij sacerdoti concessæ, & à quo cõcedi possit, tandem de qualitate præsentiæ ipsorumq; testium. Septem igitur casus excogitari possunt, in quibus aliquis existimare posset validum esse matrim. absque parocho & testibus. Primus est, vbi prius coram illis contractum est, & reperitur nullum ob occultum impedimentum. Secundus, in mortis articulo. Tertius, ex episcopi dispensatione. Quartus, quãdo matr. publice cõtrahitur. Quintus, dum infideles inter se matr. ineunt, subiecti tẽporaliter iurisdictioni Ecclesiæ. Sextus, dum contrahentes absq; parocho & testibus inuincibiliter ignorabant decretum Tridentini. Vltimus, quãdo cõtrahitur matrim. in locis, vbi Tridentinum nõ obligat, vel quia non est receptum, vel quia non est legitime publicatũ: vt dum Christiani captiui apud infideles contrahunt matrimoniũ: & hoc, siue contrahatur ab incolis, in eo, vel in alio loco per quẽ transeunt, vbi obligat: siue à transeuntibus per locum, vbi non obligat. De ex igitur prioribus casibus præsenti disp. agẽdũ est, de vltimo autẽ disp. sequ.

2 In primo casu, quando matrimoniũ semel legitimè cõtractum est, & inuenitur nullum ob occultum impedimentum, quid dicendum sit, late disputaui l. 2. disp. 37.

3 In secundo casu, quando contrahere volens, est in mortis articulo, valdeq; necessarium esset matrimonium, nec esset parochi copia: videtur non esse necessarium seruare hanc formam. Primò, quia leges diuinæ recipiunt interpretationem ex bono & æquo, & ex epicheia, vt quæ protuenda charitate inducta sunt, ipsi non aduertentur: sicut Ioan. 1. habetur neminem absque baptismo saluari posse, & tamen deficiente ministri, vel aquæ copia, satis esset baptismi votũ: ergo à fortiori leges humanæ recipiunt eandem epicheiam: sed si in hoc casu matrim. absq; parocho & testibus initum, esset nullum, aduersaretur charitati, quia proles per matrim. illud legitimãda, destituta maneret, & sæpe morti proximi valde affecti erga concubinam salus spiritualis periclitaretur nõ contracto matrimonio, quo huic prauæ affectioni consulat: ergo decretum Tridentini obligans coram parocho & testibus contrahere, ex æquitate, & epicheia censendum est in hoc euentu minimè astringere. Et confirm. quia quoties casus euenit ijs vestitus circumstantijs, quibus non ita expresè decisus est, attendendum est quid in eo casu legislator consultus responderet. idque sequendum est: vt communiter tradunt Theologi 1.2.q.96.a.6. Pontifex autem de hac extrema necessitate consultus absque dubio responderet posse in ea absque parocho & testibus contrahi: ergo. Secundò, quia præceptum Ecclesiasticum non obligat eo rigore, vt in magna necessitate non liceat contrauenire, vt constat in præcepto Missæ, ieiunij, abstinentiæ à carnibus: præceptum autem hoc contrahendi matrim. coram parocho & testibus, Ecclesiasticum est, per concilium Tridentinũ iniunctum: ergo. Et confirm. quia *Tridentin. sess. 24. c. 1. de matrim.* simul iubet præmitti denuntiationes, & contrahi coram parocho & testibus, at in hoc casu illæ possunt omitti etiam inconsulto episcopo, vbi esset periculum in mora, vt dixi hoc 3. l. disp. 10. n. 27. ergo. Tertiò, quia Trident. *eod. c. 1.* inhærendo vestigijs concilij Lateranensis, irritat clandestina, quæ olim Ecclesia detestabatur, numquam autem detestata est matrim. clam contractum, in hac vltima necessitate: ergo nec tale clandestinum hodie est irritum. Quartò, quia in hoc clam contrahendi modo quando alter contrahens est in mortis articulo constitutus, cessant inconuenientia, quibus mederi voluit Tridentinum: non enim est periculum vt coniux superstes, contrahendo postea cum alio, maneat in perpetuo adulterio cũ martim. illud clam contractum, sit statim morte dissoluendũ. Quintò, quia ad matrimonij valorem sacerdos cũque sacerdos de licentia proprij, vt expresse habetur in *Tridentino d.c. 1.* sed secundum rectam rationem quicumq; parochus in prædicto casu concederet licentiam cuicumq; sacerdoti: ergo talis sacerdos cum ea præsumpta licentia poterit assistere. Tandẽ, quia cui licet quod plus est, licet quod minus est, *reg. Cui licet, de regul. iur. in 6.* sed cuilibet simplici sacerdoti licet in articulo mortis, absoluere à quibuscumque peccatis & censuris *c. Pastoralis, §. Præterea, de off. ordinar. c. Eos qui, de sentent. excomm. in 6. Trident. sess. 24. de sacramento pœnitentia, c. 7.* licet etiam Eucharistiam conferre, quæ sunt sacramenta digniora: ergo licet assistere matrimonio. Sic tenet tãquam probabile *Veracruz apud Speculum, dub. 5. solut. 2. ad obiectionem positam post 7. annal.* asserirque esse probabile Tridentini decretum inutilig. vbi est copia parochi: quare in hæreticorum locis, & in nouo orbe, vbi vel non est copia parochi, vel per integrum annum non habetur, esse probabile posse matrim. celebrari cum duplici teste, absque parocho: ipsum sequitur *Vega l. 4. summæ, casu 361.* idem tenet de articulo mortis, quando tutores indigno matrim. volunt collocare pupillam: *Capua l. 2. decis. cap. 85. num. 8.* & de articulo mortis, tenet etiam dubius *Azebedo lib. 5. recop. tit. 1. l. 1. num. 38.*

Sed tamquam certum tenendum est, esse irritum matrim. in articulo mortis, & in quacumque necessitate contractum, absque parocho & testibus. Quia vbi in dispositione dicitur aliter fieri nõ posse, inducitur forma: vt communiter alijs tradit *Felin. c. Cum dilecta, de rescript. nu. 6. signo 7.* & habetur quando ponitur decretum annullans: vt docet *Fagnan. in c. n. 9. signo 5.* sed in *Trident. sess. 24. de matrim. c. 1.* dicitur aliter fieri non posse matrimonium, quam præsente parocho, & duplici teste: & aliter contractum redditur irritum: ergo inducitur forma: & proinde in nullo euentu absque solemnitate initum, erit validum: res enim sine sua forma numquã subsistere potest. Et confirm. quia sibi reddantur omnino inhabiles contrahentes: vbi ponderanda est dictio, Omnino, quæ significat, in omni euentu, sine vlla exceptione, sine remedio, ac dispensatione, vt dixi l. 1. disp. 32. n. 6. ponderandum etiam est, reddere inhabiles, maiorem inhabilitatem materiæ sacramenti, nullus necessitatis casus potest supplere: vt in nulla necessitate possint cõiuges matrimonio copulari, eò quòd materia est inhabilis: vt bene tradunt *Sotus l. 1. de iust. q. 6. a. 4. ad finem corporis. Metina 1. 2. q. 96. a. 4. arg. 2. iuncta eius solutione, Enriquez l. 13. de matrim. c. 1. ad fin. Philiarcus de offic. sacerdot. 2. p. l. 5. c. 20.* Et ratio est, non ratione legis Ecclesiasticæ, quasi obligans in tanta necessitate, sed ratione legis naturalis, & diuinæ ibi inclusæ, dictantis nunquam licere accedere ad non suam, at eo ipso quòd Ecclesia inhabilitat materiam ad matrimonium, non potest cum illa consistere, & ita efficax accessus ad non suam. Item quia est ibi inclusa lex diuina, vt sacramentum constet ex materia apta, & forma: Ecclesia autem potest in matrimonio hanc ineptitudinem ma-

teriæ

ritu consistere, vnde Ecclesia reddente materiam ineptam, lex diuina est, vt non consistat matrimonium: ergo sola necessitas potest supplere hunc defectū. Et ita hanc sententiam tenent *Navar. l.4. consil. in 1. edit. titulo de sponsalibus, conf.44. n.12. de clandestina desponsat. conf.6. Sarmiento l.1. select.c.10.7. Pruz lib.5. ordin.t.1.1.1. paulo post princ. f.29. Spino speculo testam. gloss.15. n.44.45.86. Segura directorio iudicum tract.2.c.15.n.44.* Et ex Theologis *Enriquez lib.21. de matrim.c.3. n.3. Barth. à Ledesma dubio 21. de matrim. fol. 1520. Ludou. Lopez in 2.p.c.86. Manuel 1. tom. summæ. 2. edit.c.219.nu. 17. Sanchez Ledesma de matrim.q.45.a.5.circa 3.punctum, dub. 3. §.3.* Ex dictis sequitur.

1 Argumento propositæ n.3. respondetur. Ad 1. & consimilia de legum mere præceptiuam, & inducente contrahentibus solemnitatem extrinsecam, recipere aliquando impedimentum ex epicheia, secus vbi est solemnitas substantialis & materiæ inhabilitas: nec hoc aduersari charitati, quæ enim bono communi expediebat legem eo tempore efficacem in hoc casu. Pontificem aliter respondisse. Ad 2. dic. vbi solum præceptum Ecclesiasticum non tenere obligare eo rigore: hic autem cōcurrit natura & dominum de non accedendo ad non suam, & diuinum, vt sacramenta constent ex legitima materia: vt explicatum est. Vel melius dic (hæc enim solutio non satisfacit, quia inhabilitas illa materiæ, ex qua consurgeret esse sacramentum, accessum ad illam, est ex iure Ecclesiastico, & ita adhuc viget argumentum, ius Ecclesiasticū non inducere inhabilitatem in hac vrgenti necessitate) id esse verum de præcepto Ecclesiastico, quod non inducit solemnitatem substantialem, nec materiam inhabilitat, vt iure Ecclesiastico contingit in secundo gradu inhabiles sunt matrimonium, quod in nulla necessitate possunt. Ad confirm. dic, denunciationes præcipi solum mutuam extrinsecam, & accidentalem, & ita dispensem esse rationem. Ad 3. dic vt dixi n.2. quæ quantum ad modum contrahendi, & ideo defuit abatur Ecclesia, licet aliquando essent licita ratione vrgentis necessitatis, quia tunc prohibitio matrimonii clandestini, erat per modum simplicis & nudi præcepti, & propterea grauis necessitas excusabat: secus tamen est hodie, quia id præceptum continet formam substantialem, & de ritum irritās. Ad 4. nego in hoc casu cessare rationem, quia potest in articulo mortis cōstitutus superare Parochum, licet illa ratio maximè induxerit Tridentinum, non tamen ea sola fuit, vt colligitur ex illis verbis, *Sancta Synodus grauia peccata perpendat, quæ ex clandestinis matrimoniis nasci solent, præsertim vero eorum*, & c. nam dictio, *præsertim*, quæ implicatiua est, eius est naturæ, vt explicet rationem, & implicet minus certū: vt dixi l.2. disp. 36.6. cessante autem vna ratione legis, quando aliæ supersunt, non cessat lex. Ad 5. dic, non satis esse licentiam Parochi, & ratihabitionem de futuro: vt alius sacerdos possit assistere matrimonio, vt dicemus infrà hoc 3. l. disp.39. Ad vltimum dic, disparem esse rationem, quia eucharistia & pœnitentia sunt sacramenta necessitatis, matrimonium autem est voluntarium. Quod si vrgeas licere extremam vnctionem simplici sacerdoti, in eo articulo confiteri, vbi parochi copia deesset, cum tamen extrema vnctio non sit in præcepto, iuxta veriorē sententiam: respondetur esse simplex præceptum Ecclesiæ, iubēs vt extrema vnctio à proprio parocho ministretur, & ideo non obligare in casu tantæ necessitatis: matrim. autem celebratum coram parocho & testibus, continet formam substantialem, & est decretum irritans matrimonium aliter factum. Hinc infertur in hoc casu licet simplex sacerdos deficiente proprio, ministrare confessionem, extremam vnctionem, minimè tamen posse matrimonium, ratione dicta: & docent *Veracruz. apud Layman. dubio 5. conclus.7. Petrus de Ledesm. de matrim. q.45.a.penult. 3. dub. 3. ad fin. Barth. à Ledesm. dub.21. de matrimonio alia, nimirum, an ex episcopi dispensatione in*

*casu magnæ necessitatis, quando non potest consuli Pontifex, possit contrahi matrim. absque parocho & testibus: dicendum est non posse: quamuis enim possit episcopus semel vel iterum dispensare in leg. Pontificis aut concilii, in casu magnæ necessitatis: (vt dixi li.2.disp.40.n.3.) at in hoc casu nullo modo potest. Primò, quia *Trident. sess.24.c. 1. de matrim.* constituit formam substantialem, & ponit decretum irritans. Deinde, quia concilium reddit omnino inhabiles contrahentes, ad sic contrahendum: & dictio, Omnino, excludit omnem gratiam & dispensationē: (vt dixi n.4.) Præterea, quia quod de vno dicit, de alio negare videtur, *c. Nonne, de præsumpt. & l. Cum prætor, ff. de tutoris;* sed *Tridentinum d.c.1.* statuit denunciationes præmittendas esse matrimonio, illudque coram parocho & testibus cōtrahendum: & concedit facultatem episcopo dispensandi in denunciationibus: ergo videtur eam negare circa parochi & testium solemnitatem. Quo argumento vtitur *gloss. c. Ad audientiam, verb. Vt duo, de clerico non resid.* probat enim ex eo textu, si plures canonici duobus nō retideant causa inseruiendi episcopo, eos non acquirere fructus: quia textus ille duos canonicos episcopi seruitio concedens, plures negare videtur: per *d.c.Nonne.* Sic tenent *Navar. sum. Lat.c.22.n.70. Gutier. de iuramen.1.p.c.51.nu.23. Spino speculo testam. gloss.15.n.86. Segura direct. iudic.2.p.c.15.num.44. Enriquez l.11. de matrim.c.5.n.5.*

In quarto casu, quando matrim. publicè contrahitur, scienti maiori vicinitæ parte, si parochus desit: *Navar. sum. Lat.c.22.n.69. sine*, dubitauit an esset validum: quia (inquit) Tridentinum annullans matrimonium absque parocho contractum, videtur intelligendum de contracto clandestinè. Et prob. ex doctrina *Couar. 4. decret. 2.p.c.6. initio, n. 10.* vbi afferens doctrinam Bartoli, dicentis, id dici clam fieri, quod fit omissis iis quæ in actu à lege requiruntur: ait id procedere, nisi aliquid æquiualens in actu interueniat, ex quo effectus à lege prætēsus deducatur: sed quando matrim. publicè celebratur, interuenit aliquid æquiualens solemnitati peritæ à Tridentino, ex quo finis ab eo intentus comparatur: nam tunc constat Ecclesiæ de matrimonio, nec poterunt contrahentes eo relicto, aliud inire: ergo est validum. Cæterum dicendum est nullo modo valere, quia Tridentinum statuit formam substantialem pro matrim. contrahendo, forma autem specificè & propriè, & non per æquipollens impleri debet: (vt dixi lib.2. disp.11.n.19.) Deinde, quia non est verum obtineri tunc finem intentum à Tridentino: nam concilium intendit, cum matrimonium sit sacramentum, rite celebrari, & coram ministro Ecclesiæ proprio pastore, vel de eius licentia: qui finis in hoc casu non obtinetur. Et ita tenet *idem Navar. sum. Lat. c.25.n.144. Enriquez lib.11. de matrim.c. 3.n.5. Lud. Lop. 2.p. instructorij c.86.§. Præterea.*

In quinto casu, nimirū an infideles inhabitantes Chri- 8
stianorū loca, in quibus viget decretū Tridentini, teneantur contrahere coram parocho & testibus? Ratio dubitandi est, quia principes possunt statuere impedimenta matrim. dirimentia, cum matrimonium contractus sit: & quamuis hoc sit à concilio inductum: cui non subsunt infideles, iuxta id *D. Pauli 1. Cor.5. Quid mihi est, de his qui foris sunt, iudicare*: at receptū est ab omnibus principibus Christianis. Item, quia saltem infideles inhabitantes terras Ecclesiæ, tenerentur hac lege: quia subsunt temporaliter eius iurisdictioni, & ab obseruatione Pontificiæ constitutionis immunes non censentur: vt bene docet *Anton Cucu lib.11. institutionum maiorum tit.3.nu.36. & 37.* Verūm dicendum est, non teneri coram parocho & testibus contrahere. Quia hæc lex concilij, est meræ Ecclesiastica, & vt talis, est recepta à principibus Christianis, aliàs non obligaret in toto orbe, sed in solis Ecclesiæ oppidis: infideles autem, cùm extra Ecclesiam omnino sint, non subijciuntur legibus Ecclesiasticis, vt ex testimonio allato D. Pauli constat. Et ita soluitur argumentum cōtrarium, procedit enim, quando lex temporalis & ciuilis ab Ecclesia editur pro suis oppidis, & vt talis recipitur à cæteris princi-

principibus: hæc autem est lex Ecclesiastica, sicut lex ieiunij.

9 In sexto casu, an fideles inhabitantes loca, vbi obligat decretum Tridentini, illud tamẽ inuincibiliter ignorantes, valide contrahant absque parocho & testibus? Probatur pars affirmatiua, quia inhabilem reddere ad aliquem actum, est pœna: vt docet *Decius c.2.de constitu.n.17.* per *l.Is qui heres, ff.de vulga.* vbi *Paulus* dicit statutum inhabilitans esse pœnale & odiosum: sed *Tridentinum sess.24.c.1.de matrimonio*, reddit clam contrahentes inhabiles ad sic contrahendum: ergo illud decretum pœnam continet, quæ cum non afficiat inuincibiliter ignorantes, eo quod culpa vacent, dicendum est hos habiles esse ad sic contrahendum; & proinde matrimonium ab eis initum, esse validum. Et confirm. quia quamuis canon habeat clausulam annullantem, non ligat ignorantes, etiam quoad illam clausulam, habet enim in se tacitam conditionem. Si perueniat ad subditorum aures, & cum illa clausula sit canoni accessoria, sicut à transgressione canonis excusat ignorantia, sic etiam ab illa annullatione accessoria, vt optimè docent *Cardin. Clem.1.de elect q.18. Romanus & Crotus* quos refert & sequitur *Bolognetus l. Omnes populi, num. 153. ff.de iust. & iure*: ergo ignorantes inuincibiliter id decretum, non ligabuntur eo.

10 Dicendum tamen est id matrimonium esse inualidum: quia quamuis lex non afficiat ignorantes, quoad pœnam extrinsecam, bene tamen afficit quoad intrinsecam annullationis actus, vt bene docent *Imola Clem.1.de elect.nu. 54. & ibi Paulus, Decius c.2.de constit.in 2.lectura, n.31. & c. Ceterum, de rescript.num.32. Sotus l.1.de iust.q.1.a.4.vers. At verò de summo Pont. Nauar sum.c.23.Hisp.nu.43.lat.n.44. & l.1.consiliorum, in vtraque edit.t.de constitut. cons.1.q.4.nu.15. & in 2.editione, lib.5. consil.tit.de privileg. cons.21.nu.5. Frater Metina 1.2.q. 90.a.4. concl.3. vers. Illud etiam, Manuel 1.tom.summæ, 2.edit.c. 194.nu.7. Angles floribus, 1.p.q.1. de baptismo, art.8.diffic.2.f.46.* & probatur ex *c.1.de concess.praben.in 6. vers. Adiiciebatur*, ibi, *siue ignorauit, siue non, non valebat.* Præterea, quia quoties constitutio exprimit, à quo tempore debeat obligare, afficit ignorantes, quoad nullitatem actus, licet non afficiat quoad alias pœnas, vt si dicat, Ex nunc vt optime docet *gloss. Clem.2. de haret. verb. Ex nunc, & ibi Cardin. post not.ab. 6. Imola n.2. Bonif. ibi nu.27. Paul. & Zenzelinus ibi, Anton. c.2. de constit.n.19. & ibi Abb.n.7. Henricus n.2. Alex. de Neuo nu.28. Felin.n.7. vers. Quinto limita, Berous n.44. & 45. Decius in 1.lectura n.18 fine, Rosella verb. Lex. n.6.* vbi *Syluest.q.6. dub.4. Lud. Gomez. proœmio regularum cancellariæ qu.2. vers. Præterea, Nauar.* dicens esse communem sent. *l.3. consil. in 2. edit. t. de regul. cons.31.num.4. Menoch de arbitrarijs, l.2. centur.2. casu 185. n. 2. Ant. Cucus l.1 institt. maior. t 3.n.30. Capua l.4. decis. c.9.n.25.* sed decretum Tridentini irritans clandestina, assignat tempus à quo incipit obligare, nempe, transactis duobus mensibus a publicatione in qualibet parochia: ergo ab illo tempore obligat, quoad annullationem matrimonij, etiam ignorantes. & ita docent *Frater Metina 1.2.qu. 60, a 4.conclus.3. ad finem, Enriquez l.11. de matrim.c.3.n.8. fine, & c. 5 n.8. in comment. Iut. O. Petrus de Ledesma, de matrim. qu.45. art. 5. fol.196. §. In cuius rei expositione sit conclusio, vers. Hæc est contra aliquos.*

11 Ad argumentum propositum n.9. dic, quando inhabilitas statuitur in odium contrahentium, ad ipsosque puniendum, eam esse pœnam, secus quando defectus solemnitatis: sicut enim annullatio actus eo quod deficiat debita solemnitas, non est pœna: (vt dixi hoc 3. lib. disp. 4. nu.9.) sic nec inhabilitas ad contrahendum absque ea solemnitate censetur pœna, sed declaratio quod consensus sit illegitimus. At confirm. dic, quando clausula irritans apponitur per modum pœnæ, minimè afficere ignorantes, sicut nec lex ipsa eos afficit quoad alias pœnas: secus quando non apponitur per modum pœnæ.

DISPVTATIO XVIII.

An matrim. clam contractum absque parocho & testibus in iis locis, vbi numquam receptum est decretum Trident. sess. 24. c.1. de matrim. vel numquam publicatum fuit, sit validum: siue contrahatur ab incolis eorum locorum, in eisdem, vel in aliis locis per quæ transeunt, vbi est receptum Trident. siue ab incolis aliorum locorum, vbi est receptum idem Tridentinum, qui ad illas regiones diuertunt.

SVMMARIVM.

Incolæ locorum vbi decretum Tridentini non est publicatum, vel non est receptum: si in ijs locis contrahant, possunt absque parocho & testibus, sicut ante Tridentinum poterant, intra matrimonium, n.1.

In quo versetur difficultas, & quot sint quæstiones discutiendæ, n.2.

Peregrini tenentur legibus & consuetudinibus loci per quem transeunt, quando in suo oppido eadem vigent, vel si alias se inibidem orturi, vel si in illum diuertunt animo constituendi sedem, n.3.

An quando diuertunt per modum transitus, & sunt ex scandalo tenentur ad leges, qua non in suo oppido sed in illo per quod transeunt obligant, referuntur opinio affirmans, n.4.

Quale transitus debeat esse vt peregrinus obligetur ijs legibus, n.5.

Sententia vera non obligari, nu.6. Et ibi, quod modico tempore immoretur, quasi non esse reputatur.

Quid, si leges illius oppidi per quod peregrinus transit, sint municipales illius, sed generales & iuris communis, non obligant tamen in suo domicilio, quia sunt abrogatæ consuetudine, n.7.

Quæ mora in loco transitus desideretur, vt peregrinus teneatur illius legibus: proponitur quædam opinio, n.8. & verior n.9.

Quoad solemnitatem contractus, an peregrini teneantur legibus, & consuetudinibus loci in quo contrahunt, & secundum illas eam seruare contractus celebratus, n.10.

Quid, in dote & testamento, n.11.

An forenses teneantur ad gabellas speciales loci, in quo contrahunt, n.12.

An exteri vendentes triticum in Castello, teneantur pretium pragmaticæ illius taxatum seruare, nu.13. Et quid, quando transire ibi ingrederentur in damnum oppidi, per quod peregrini transeunt, n.14.

An vag. qui nullibi certam habent sedem, teneantur legibus loci, per quem transeunt, n.15.

Soluuntur argumenta, n.16. & explicantur c. Illa, d 12. & c. Quæ contra, d 8. & c. Quisquis d 41. & l.11. tit. 23 p 2.

Post n.16. inuenies alia summaria.

PRÆMITTENDVM est in aliquibus Christianorum prouinciis decretum Tridentini non fuisse promulgatum aut receptum: vt in quibusdam Galliæ partibus, & in Poloniain quibus locis si matrim. contrahatur absque parocho & testibus, ab illorum locorum incolis, dum in illis habitant, certum est esse validum. Prob. quia si non fuit publicatum sit, ipsummet *Tridentinum sess.24. de matrim. c.1. in fine*, decernit decretum illud robur non habere in vnaquaq; parochia; nisi post triginta dies numerandos à publicatione in illa: si autem legitimè publicatum fit, lex non recepta, si tum quando decem anni transierunt, nõ obligat: vt tradũt communiter DD. *c.1. de treuga & pace.* Sic docent *Nauar. l.4. cons. in 1. edit. to. de sponsalib. cons.9. n.1. & cons. 53. n.1. & cons.38. nu.2. in 2.* verò *cons.5. n.2. Petr de Ledes. de matrim.q.45.a.5. punct.3. dub. vlt. Manuel 1.tom. sum. 2. edit c.193. n. 2.* Peccabũt tamen hi, si omnino clandestine contrahunt: sicut peccarent ante Tridentinum, ita contrahendo.

Difficultas autem est, quando incolæ locorum vbi Tridentin. obligat, diuertunt ad loca, vbi non obligat: vel è contra, incolæ locorum vbi non obligat, diuertunt ad loca cum vbi obligat, an teneantur coram parocho & testibus cõtrahere? Huius quæstionis decisio pendet ex ea, an peregrini teneantur legibus loci, per quem transeunt, sunt q; domicilij, dum absunt. Et ideo claritatis gratia, quinque sunt disputandæ quæstiones. Prima est, an peregrini teneantur ad leges & consuetudines loci per quem transeunt. Secunda, an teneantur ad leges sui domicilij, dum ab illo absunt. Tertia, de incolis locorum in quibus decretũ Tridentini non obligat, ineuntibus matrim. in loco, vbi obligat. Quarta, de incolis locorum vbi obligat, contrahentibus matrimonium in loco, vbi non obligat. Quinta, de Christianis captiuis apud infideles, qualiter possint matrimonium contrahere.

QVÆSTIO

3 Quæstio I. An peregrini teneantur legibus & consuetudinibus loci per quem transeunt? Certum est quando proprio deserto domicilio, alio diuertunt, animo ibi constituendi sedem, teneri legibus & consuetudinibus illius loci, in quo sedem constituunt: quia iam verè sunt incolæ. Similiter est certum, licet diuertant per modum transitus, si consuetudines & leges sui oppidi ibi etiam obligent, teneri ad eas, quia nulla ratio est excusans, cum obligentur in loco domicilij, quam in loco vbi repererint. Deinde certum est, ratione scandali, si fortè ortum legibus loci transitus non seruatis, teneri transeuntes seruare.

4 Difficultas autem est, quando peregrini diuertunt per modum transitus, aut hospitij ad huiusmodi loca, an cessante scandalo (quod facile vitari potest admoniti ab incolis, se non teneri ad eas leges, vel occultè transgredi) teneantur seruare leges, vel consuetudines illius loci, in quo per modum transitus reperiuntur, quando ex illis in suo domicilio non obligant? Duplex est sent. Prima affirmat. Prob. ex D. Augustin. epist. 118. c. 1. & epist. 119. c. 18. & habetur c. Illa, d. 12. ibi, *mater mea Mediolanum me sequuta, inuenit hoc sanctum sabbatho non ieiunantem, tunc consuluit Ambrosium quæsiuitque, ac ille ait, Cum Romam venio, sabbathum ieiuno, cum Mediolani sum, non ieiuno: sic & tu, ad quamcumque Ecclesiam veneris, illius more serua.* Vbi gloss. verbo *Societate*, inquit, inde sumi argumentum, quemlibet teneri viuere secundum consuetudinem illorum, inter quos versatur: vnde inquit eos habuisse versus, *Si fueris Romæ Romano vivito more, & habetur c. Illa, d. 12. ibi, mater mea Mediolanum me sequuta, inuenit hoc sanctum sabbatho non ieiunantem, tunc consuluit Ambrosium quæsiuitque, ac ille ait, Cum Romam venio, sabbathum ieiuno, cum Mediolani sum, non ieiuno: sic & tu, ad quamcumque Ecclesiam veneris, illius more serua.* Vbi gloss. verbo *Societate*, inquit, inde sumi argumentum, quemlibet teneri viuere secundum consuetudinem illorum, inter quos versatur: vnde inquit eos habuisse versus, *Si fueris Romæ Romano vivito more, & habetur c. Quæ contra, d. 8. ibi, quæ contra mores hominum sunt facienda, pro morum diuersitate sunt vitanda, vt pactum inter se peregrini libentur violentur. Turpis enim est omnium pars, vniuersos suo more viuere.* Secundò prob. ex cod. D. Augustin. l. 12 confess. & habetur c. Quæ contra, d. 8. ibi, *quæ contra mores hominum sunt facienda, pro morum diuersitate sunt vitanda, vt pactum inter se peregrini libentur violentur. Turpis enim est omnium pars, vniuersos suo more viuere.* Tertiò, ex cod. D. Augustin. l. de doct. Christ. & habetur c. Quisquis, d. 24. ibi, *quisquis rebus vestrilibus vtitur, quàm sectatur, & habent mores eorum cum quibus viuit, aut intemperans aut superstitiosus est.* Vbi gloss. v. *Viuit*, inquit, *qualibet conformabit se sociis in ritibus, & in moribus.* Quod si dicas, D. Augustinum viuendo, & ita cessante scandalo minimè obligari peregrinum. Hæc solutio non prodest, quoniam, vt constat ex c. *Quæ contra, & c. Quisquis, allegatis*, non tribuit scandalo, sed potius & societati ciuili: & dū in aliis locis attribuit scandalo, nō obijcit est, quia scandalū sit sola ratio obligādi, sed quia ex eadem radice nascitur obligatio & scandalū, nempe ex dissimilitudine morum, in iis qui sunt in eodem loco: alioquin non esset fundamentum scandali, si non esset obligatio conformandi se cum aliis ciuibus. Quartò, quia bonum ciuitatis publicum postulat, vt vniuscuiusq; oppidi consuetudines obseruentur; tam ab incolis, quàm a peregrinis, dum in eo sunt. Quintò, quia vel lex illa & consuetudo est localis, aut personalis: si localis, ergo obligat etiam peregrinos, dum adsunt in eo loco: si verò si personalis, ergo sequitur personam, instar inhabilitatis personalis, quocumque ierit: cuius tamen contrarium docemus n. 18. nempe peregrinos non teneri seruare leges proprij domicilij dum absunt: ergo necessario dicendum est illas esse localem, & sic obligare peregrinos dum ibi adsunt. Et confir. ex c. 2. vers. *Item de illis, de obseru. ieiunior.* vbi dicitur, quod consuetudo ieiunandi in Quadragesima non obligat, nisi in loco, vbi viget consuetudinem, ergo censet eam consuetudinem non obligare extra locū quàm personam. Tandem prob. ex l. 32. tit. 4. part. 1. vbi, *quando alguno fuese à estudios, o à Roma, o à otra parte, se debe acordar en las buenas costumbres de aquellos con quienes fuere, y biua segun ellas.* Vide Greg. Lopez verb. *A otro lugar*, ait conformando se illis cum quibus vivit, vt c. Illa, d. 21. Hanc sent. videtur tenere Rebuff. sum. 3. de observa. ieiun. §. *Quando ieiunandum. nu. 5.* nec obstant verba c. *Cum fueris Romæ, &c.* Et docent Abbas c. *Conquestus, 36. de observa. ieiun. Landulph.* quem refert & sequitur *Cardinal. Clem. 2. q. 5 de celebr. miss. & ibi Bonif. nu. 67. Guillerm.* quem refert & sequitur *ibi Imol. nu. 3. Præpos. c. Quæ contra ad fin. d. 8. Alberic. l. 1. nu. 28. C. de sum. Trinit. Felinus c. Quod clericis, paulo post princ. de foro competenti, Navar. sum. c. 13. Hisp: & Lat. n. 5. & c. 13. Lat. n. 120. Hisp. n. 128. Covar. 4. variar. c. 20. n. 8. vers. Fust & in dicto fine*, minus tamen bene allegat Portius: *Mexia pragmatica panis, conclus. 5. n. 80.* Et ex Theologis, *Maiorus 4. dist. 15. q. 5. Dricdo de libertate Christiana. l. 1. c. 17. §. Vna est: in alia edit. est l. 1. c. 2. p. 3. a. 2. memb. vlt. §. Vna est. Tedesma 1. p. 4. q. 15. a. 4. dub. 2. §. Sequitur ex dictis, Alex in suo enchiridio 2. p. t. de ieiun. §. Si homo Mediolanensis, Altozar summ. c. 24. §. Ainos, & §. Sabados. Pedraza sum. præcepto 3. §. 14. Enriquez l. 7. de indulg. c. 13. n. 8. Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. l. 3. cap. 23. §. Est tertio notandum, Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 122. n. 1. & super bullam cruciatam §. 1. nu. 8. ad finem, Ludou. Lopez 1. p. instruct. c. 52. §. Vnaquæque ciuitas.* Et est valde probabilis.

Aliqui ex his DD. moderantur hanc sententiam, vt solus transitus non satis sit ad obligandū ad statuta & consuetudines illius loci, nisi qui transit, illic sistat. Sic *Navar. cod. c. 13. n. 5. Lud. Lop. cod. c. 52. §. Nec peccant. Philiarc. co. cap. 23. §. Est tertiò notandum, Enriquez lib. 9. de Missa, c. 25. n. 2. fin.* Sed diuersimodè hoc explicant: nam *Philiarc.* ait peregrinum sistentem in oppido, in quo est dies festus, vt Ieiunij, teneri audire sacrum, & ibi prandentem teneri à carnibus abstinere, iuxta illius loci consuetudinem: *Enriquez* autem *cod. c. 25. n. 2 fine*, latius loquitur, dicit enim non teneri peregrinum ad ieiunium, abstinentiamque carnium priuari statuti, priuatæq; consuetudinis oppidi, per quod transit obiter: addit *in comment. lit. R.* nec teneri audire sacrum, licet pridie illic dormierit, vt sequēti die proficiscatur. Sed conformius sent. propositæ loquutus est *Philiarcus*: nam tenendo peregrinos astringi legibus loci per quam transeunt, dicendum est, si adimpletio legis non requirat specialem moram, teneri peregrinos transeuntes obiter, ad eam: vt ad abstinendum à carnibus, dum in oppido etiam transeunter sunt: si verò specialem moram requirat, teneri transeuntes, quando mansuri in oppido sunt, tempore proportionato impletioni illius præcepti: quare non teneri audire sacrum, quando eo solo tempore mansuri sunt, quod satis est ad cibos sumendos, quia ea mora non est proportionata auditioni sacri: secus si toto mane, vel magna eius parte, illic sistere debeant.

Secunda sent probabilior, ait peregrinos & forenses nō 6
astringi legibus & consuetudinibus ibi per quem transeunt, vel in quo per modum hospitij reperiuntur cessante scandalo, & quando ea non obligant in suo domicilio. Prob. primò, quia Leo IX ep. aduersus præsumptiones Michaelis Constātinop. & Leonis Acridani Episcoporū, c. 29. monet vt vnusquisque iuxta Ecclesiæ suæ ritū celebret, licet in alieno solo versetur. Secundò prob. ex *D. Aug. epist. 118. c. 1. & 119 c. 18.* & habetur *c. Illa, d. 12. ibi, alia quæ per loca terrarum, regionesque variantur, sicut est quòd alij ieiunant sabbatho, alij non &c. totum hoc genus rerum liberas habet obseruationes.* vbi *gloss. verb. Liberas*, ait, *hic dicit D Augustin. quod liberum est sabbatho ieiunare, quantum ad extraneos, non quantum ad illos, vbi talis consuetudo seruata est.* Tertiò prob. ex *l. Heres absens. 19. §. Proinde, ff. de iudicijs*, vbi probatur viatores nō teneri foro loci per quē transeunt ibi, *durissimum est, quotquot locis quis nauigans tot iter facienda delatus est tot locis se defendere.* Quartò, quia qui trāsit, aut breui tempore diuertit ad locū nō dicitur moraliter in eo esse. *l. Quæsitū. 76. §. si. ff. de legat. 3.* ibi, *rebus quæ in fundo sunt legatis non accedunt quæ casu illic fuerunt. & l. Si ita 84 ff. eodem t.* ibi, *nec quod casu ibi sit, magis esse legatū: &c. Nam & ego de verb. signif.* quod est desumptum ex D. Hieronymo, vbi quærit cur Salomon se vnigenitum nominet, cùm fratrem vterinum habuerit? Et respondet, quia cum statim obierit, quasi non natus reputatur: vbi *gloss. verb. Quasi*, ait, *non videtur fuisse, qui non duravit*, quod bene probat ex *c. Ad nostram, de regularibus*, vbi qui triduo fuit regulari habitu indutus, non dicitur habitū induisse. Quia (vt ait *ibi Gloss. verb. Statim*) non dicitur factum, quod non durat: quam glossam sequuntur *Speculat. 2. de instrum. edit. §.*

Compen-

Compendiosè,n.16.Felin.c. Inpræsentia,nu.32.de probat. Si ergo transeuntes non dicuntur moraliter esse in eo loco, minimè æquum est vt ipsius loci leges obseruare astringantur: cum solos in eo existentes obligant. Hanc tenent *Gloss. c. Illa, verb. Venerit, dist. 12. & c. Quæ contra, dist.8. verb. Aut peregrini.Speculat.rubric. de constit.n.7.Ioan. Andr. additionibus ad Speculatorem tit.de instrum.edit.§. Compendiosè,n.16.verb. Quæsitum, Archidiac.* referens *Hostiensem, d.c.Illa.super verb. Serua, & ibi Domin. in fine princip. Alexandrin.ibi, Præpos. ibi,vers.Nota quod peregrinus, Turrecrem. ibi vers. Liberum, & c. Quo iure,§. Dignitate 8. dist.a.4.n.8.cum Hugone. ibi per ipsum allegato: Rosella verb.Ieiunium,n.16.vbi Sylvest.q.2.dict.1.& 2.fine.* Et ex Theologis, *Palud 4.d.15.q.4.artic.3.n.24.D.Antonin. 2.p.t.6.c.2.§. 2.Metina C.de ieiunio, quæst. quando necesse est ieiunare, init. Ledesma 2.p.4.q.17. a.3.f.204.col.1.§. Tertiò dico, Margarita confessorum,quæst. moralibus,f.165. col.2.§. Verum teneamur: Palacios 4.dist.15. disp.8.post 6.conclus.f.126. vers.At verò: Fr.Metina 1.2.q.96.a.5.ad fin. Angles floribus 1.p.q.4.de ieiunio,ante dub. 1.diffic.2.fol.386. Vega lib.2. summa casu 315.* & dicit probabilem, *Suarez 3.p.q.74.a.4.disp.44.sect.3.§. Illud verò.*

7 Sed rogabis primò, an idem sit de legibus communibus:an si eæ alicubi desuetudine sint abrogatæ, verbi gratia Mediolani licet ex consuetudine (vt ferunt) vesci carnibus: quatuor primis diebus quadragesimæ, quod iure cõmuni prohibitũ est: obligent transeuntes incolas illius loci in quo illæ leges iuris cõmunis nõ obligant: si in loco transitus obligent: vt Mediolanensis hospes in oppido, vbi ius cõmune viget, teneatur iis diebus abstinere à carnibus,& ieiunare: vel possit iuxta sui domicilii vsum,eas edere,& non ieiunare? nam DD.2.sententiæ n.præc.allegati,solùm loquuntur de legibus, seu statutis; & consuetudinibus specialibus alicuius oppidi: & in eis est specialior ratio, vt non obligent forenses, & transeuntes, defectu iurisdictionis statuentis, quæ in solos incolas sibi subditos extenditur: ius verò cõmune vniuersos ex natura sua obligat, omnesque illi subduntur;& si alicubi ratione oppositæ consuetudinis, non obliget,id videtur locale ac loco cohærens: nõ enim dicendũ videtur id esse priuilegium personale, sequens personam quocunq; ierit. Et ita *Metina 1.2.q.96.a.5.ad fin. dub.penult.* videtur tenere in legibus communibus: ait enim peregrinos non tenen legibus ciuitatis ad quã declinant,teneri tamen legibus communibus:& *Enriquez l.9.de Missa, c.25.n.2.fine, in comment.lit. S.& Manuel.super bull. cruciatam,§.1.n.8.ad finem,* dicunt falsum esse asserere,licere Castellano transeunti per Lusitaniam, vbi non eduntur intestina die sabbathi, illis vesci, iuxta Castellæ morem. Verùm quamuis negare nequeam in his præceptis iuris communis maiorem latere difficultatem, & DD.de solis statutis, ac consuetudinibus specialibus oppidi loqui: at idem credo dicendum de præceptis iuris communis. Quia ea non obligant ex præsertipta consuetudine incolas illius oppidi, cuius hic peregrinus ciuis est, vt licet videatur priuilegium locale, soloque cohærẽs: est vtique tale, in hoc sensu, vt eo gaudeant non tantum ibi quoquo modo existentes, sed etiam qui in iure habentur pro præsentibus, ibique existentibus, quales sunt qui breui tempore absunt, cito reuersuri, eò quod illic domicilium habeant. Et ita *Palacios 4.dist.15. disp.8.post.6. concl.f. 126. vers.At vero,* optimè dixit Castellanum per Lusitaniam transeũtem, posse more suæ patriæ intestinis vesci die sabbathi, quæ in Lusitania non permittuntur: & *Petrus de Ledesma de matrim.q.45.a.5.punct.3. dub.vlt.f.198.§. Secundo arguitur, & §. Quibus positis*, loquens de præcepto iuris communis, vt non contrahendi clandestinè, de non edendis intestinis in die veneris, vel sabbathi: dicit existentem etiam per modum transitus in oppido vbi hæc non obseruantur,non teneri obseruare; nec *Metina*,quem in contrarium retuli,nobis aduersatur, tantũ enim vult aduenã nõ teneri legibus specialibus oppidi, per quod transit, bene tamen cõmunibus,nempe, sui oppidi,& oppidi transitus.

8 Secundò rogabis, quæ mora in oppido hospitij reddat peregrinũ obnoxium legibus, & consuetudinibus illius? multi DD. asserunt his teneri solos, perpetuò habitandi gratia, in oppidum confluentes. Sic *gloss.c. Quæ contra, dist. 8.verb. Aut peregrini, Speculat.rubric. de constitut.n.7. Archidiac. c. Illa, super verb. Serua, distinct.* 12. vbi dicunt expressè solos perpetuò habitantes, & nõ scholares obligari legibus ciuitatis:& videtur tenere *Turrecrem. cum Hugone, c. Quo iure §.Dignitate, dist.8.a.4.nu.8.* vbi ait,peregrinos scholares debere viuere secundum consuetudinem ciuitatis, in qua sunt, si velint ibi habitare. Videntur etiam tenere *Metina C. de ieiu. q. Quando necesse est ieiunare, init. Ledesma 2.p.4.q.17. a.3.f.204.col.1.§. Tertiò dico, Angles florib.1.p.q.4. de ieiun. ante dub.1. diffic.2.f.386.*vbi asserunt,peregrinos,& transeuntes non teneri legibus loci, quando non animo habitandi illuc confluunt. Videntur etiam tenere *Palud 4. dist.15.q.4. a.3.nu.24. Rosella verb. Ieiunium,num.19.* vbi *Sylvester q.2. dict. 1.Margarita confess. q.mor.alibus,f.165. col.2.§.Verum teneamur,* vbi aiunt peregrinos venientes animo habitandi, ex tunc ligari. Videtur etiam sentire *Palacios 4. dist. 15. disp. 8.f. 126. col.1. vers. At vero*, vbi ait, diu apud alios existentem, transeuntemque in eorum coloniam,teneri ad eorum mores.

Cæterum id non credo: valde enim rationi dissonat, scholares qui triennio in loco studij habitant, non teneri illius legibus, & consuetudinibus. Et ita iure optimo *Dominic.c.Quæ contra, dist.8. vers.Cogitate tamen in eo,& Felinus c. Quod clerici, statim in princ. de foro competen.* reprobant gloss. allegatam, comparantem peregrinis scholares: quia (inquiunt) quamuis minimè scholares acquirant domicilium in loco studij, defectu animi perpetuo habitandi: fortiuntur tamen forum. Vnde credo sufficere, vt aliquis teneatur legibus & consuetudinibus alicuius oppidi, vt maiori anni parte ibi sit habitaturus: hoc enim sufficere est ad constituendum domicilium, non simpliciter, sed quasi domicilium ad sacramẽta necessaria: vt optimè docet *Sylvest.verb.Domicilium,nu.2.* & ita idem videtur esse, vt astringatur legibus, quæ ex necessitate obligant. Præterea quia hoc etiam constituit quasi domicilium, ad sacramenta voluntaria, dempto ordinis sacramento:& vt episcopus illius loci possit cum his peregrinis dispẽsare:(vt latè probabimus hoc 3.l.disp.23.) Præterea, quia non videtur conuenientius aliud iudicium fingi posse, ad duo extrema vitanda, alterum, requiri animum perpetuò habitandi alterum autem, sufficere solum transitum. Tandem, quia generaliter,& prudentium arbitrio habitaturus in aliquo oppido dicitur, qui maiori anni parte in eo sedem constituit: est. Id autem obseruandum est, eo animo habitandi peruenisse maiorem anni partem, accedentem, teneri à prima die successus, seruare consuetudines & leges illius oppidi: quia ex tunc habet conditiones requisitas: vt optimè docet *Palud 4.dist.15.q.4.a.3.n.24. Rosella verb.Ieiunium,num.16.* vbi *Sylvest.q.2. dict.1. Margarita confess. quæst. moral.f.165.dub.2.& Cum teneamur.* vbi docent animo habitandi accedentes, ex tunc ligari: quod clarius dixit *Sylvest.verb.Domicilium,nu.2.* vbi ait,accedentem aliquo,animo habitandi maiori anni parte,statim fieri parochianum, quoad sacramenta necessaria in ea parochia,percipienda.

Hæc tamen secunda sent.vt non teneantur peregrini legibus & consuetudinibus loci per quę transeunt, triplici patitur exceptionẽ. Prima est, quo ad contractũ solemnitatẽ,nam quicumq; forenses & peregrini tenentur seruare solemnitates in contractu requisitas legibus & consuetudinibus oppidi in quo cõtrahunt: ratione enim contractus quilibet forum fortitur in loco contractus *c. fin. de foro competenti.* ita prob. *L.Si fundus. 6.ff.de cenſib.* ibi, *si fundus venierit, ex consuetudine eius regionis in qua negotium gestum est pro cautione caueri oportet.* Et ita docent *Innoc. rubr. de constitut. n.6.& 7. & ibi Anton.n.2. & c.2.de constitut.n.22.* vbi *Imola.n.6.& 7. & ibi Anton.n.2. & c.2.de constitut.n.22.* vbi *Imola.n. 9.ad fin. Abb.c.1.de sponsal.n.10. Anchar.c.fin. de constit.nu.6. & 7.opposit.7. & repet.c.Canonum, de constit.n.208. Præpos.c.Quæ contra,d.8.ad fin. Cynus l.1.vers.Vidimus qualiter,C.de sum. Trinit.* vbi *Bartol.n.14.Bald.nu.20.Fulgos.n.18.Salicet.n.4.Iason 2.lectura,n.56.Ioan.Baptista de S.Seuerino nu.87.idem Bartol.l. De quibus,n.27.ff.de legibus, Bald.l.1.nu.3.C.de contrab.emp.Car-*

num cons.64.vol.3.Chassan.consu. Burgun.rubr.4.§.2.glo.Ou dubit.2.& ff Idem,n.10. Ant.Gabr.to.3.commun.lib.6.t.de consuet.concl.2.nu.4.& 120.in mea edit l.6.v. Forensis. f. 432.col. 2. Mexia pragmat.tract.concl.5.nu.81. Hinc est contractum absolutè innotum, censeri celebratum iuxta cõsuetudines, & homines loci quo initur: per l. Quod si nolit, §. Quia assidua,ff.de aedil.edic.& affirmant Bart.l. Nemo est n.5. ff.de duobus reis, ibi Cum.n.5.de constit. Ang.verb. Contractus,nu.4. vbi Soto,q.2.3 Molina to.2.de iust.tract. 2.disp.260.initio: quod intelligendum, quia contractus sequitur consuetudines, 11
& formalitates loci in quo celebratur.

Vnicum autem cõtractus ex hac regula excipitur: nempe testamentum docet: per l. Exigere,ff.de iudicijs, in quo id singulariter, vt nõ attendatur statutum loci, vbi contractus est initus, sed loci, in quo vir domicilium habet: tradũt Bart.l. 12.17.C.de famous. Trent. Fulgos. n.18. Iason. num.60. Simancas comment. alij, de catholi. instit.t.9.n.142. & duplici seq. Vbi autem loci in quo fit, vel potius in quo bona sita sunt: consulendi DD. Laurs, & ibi Cisuentes n.23. Ant. Gom. nu.20. Burgos de Paza,3.37. Baldatum cons.24.vol.3. Acebedo l.5.recop.t.4.l.1.nu. 12
5.& 6.

Hinc infertur, forenses contrahentes in loco hospitij, teneri ad gabellas illius: quia sunt onus consecutiuum contractus. Sic Bald.l.1.num.5.& 4.C.de contrab.empt. Bertazolus in quæst. 62.7. Gabella per quos soluatur: Cajet. sum. v. Vectigalia magna,fin. Sylueft. Gabella 3.q.5.nu.13. Armilla verb. Gabella,n.1. Molina C.de restit.q.15.§. Verum cum in hu,vers. Per hæc patet. 13

Secundò infertur, forenses vendentes triticum in Cãpania, teneri seruare pragmaticam illius. Tum quia præmium pars contractus est: tum etiam, quia quilibet tenetur petitum instrum loci venditionis seruare. Sic Metina C. de fide,q.36.§. Dubitatur aliquis, vers. Quod inde, Mexia pragmat.panis,nu.78. 14

Secunda exceptio est, nisi legum transgressio cederet in damnum illius oppidi, tunc enim peregrini illis tenentur: vel sine aliquæ leges prohibentes aliquid extrahi ex illo oppido, vel ne viatores ibi commorentur nisi tot dierum. Sic Bart.l.1.nu.1.C.de fum. Trans. & ibi Bald.n.22. Abb.c. Anobii,cl.1.de sent.excomm.n.7.& 9. Prosper.Cal. contra, d.2.col.2.in medio, Auendañ.de exequend. mand.lib.2.c.13.nu.10. Mexia pragmat.panis, concl.5.nu.80.83. 84.85.& 90. Et probatur ex L12.t.12.li.11. noua recop. & lib.5. tit.12.& lib.7.& l.6.t.18.lib.5. vbi varia forensibus, ampliùs peregricolis præscribuntur, dum per Hispaniæ regnum transeunt. 15

Tertia exceptio est, vt non intelligatur de vagis, qui nullam certam sedem habent: hi enim tenentur ad leges & consuetudines loci, in quo etiam obiter reperiuntur. Prohatur, quia cum nullum peculiare domicilium habeant, illud quod omnia acquirunt vbicumque reperiuntur. Item quia aliàs viderentur exempti ab omnibus statutis, & consuetudinibus: quare DD. secundæ sent. expresse loquuntur de habentibus certam sedem, aliò tamen causa abeuntibus negotij commigrantibus. Sic Sotus 4.d.18.q.4.ar.2. vers. Et hoc tamen. 16

Ad arg. proposita nu.4. respondetur. Ad tria priora dic, quod Augustinus loqui de consilio: vel de peregrinis aninon minori anni parte habitandi aliquò confluentibus: hi enim dicuntur esse in illo loco: transeuntes enim non dicuntur moraliter ibi esse: vt probaui n.6. Vel tertiò ratione Gabrielis, nec solum communem societatem assignat illi oppido, sed in quantum ratione communis societatis, & communi vitæ dicitur esse communis, & sufficientem ansam præbent peregrini, si publicis ad monitis astantibus, cibis in eo oppido vetitis, quos nõ omnes norint eos esse peregrinos, nec vel posse alij conformari. Ad 4.dic, id esse verum, quando lex disponit circa bonum, & vtilitatẽ illius reipublicæ, quæ tunc peregrini tenentur eas seruare: vt dixi nu. 14. Circa alias autem leges nil interest boni illius reipublicæ, vt peregrini eas obseruent, cessante scandalo. Ad 5. dic, leges illas esse locales, & ita afficere habitantes in eo loco, verùm non dici habitare, nec esse ibi moraliter loquendo, transeuntes, & ad breue tempus commorantes: nec esse simile de interdicto, id enim est purè ligamen, & impedimentum loci, quod nulla officia diuina admittit, nec eis interesse, nec corpora humana sepelienda: vt bene explicat Couar.c. Alma mater,2.p.§.4.n.6. vnde fit etiam infantes obligationis præcepti incapaces, non posse ibi sepeliri: vt docet ibid. Couar. & proinde manifestè videmus esse purè impedimẽtum loci, quare nil mirum si peregrini ibi sepeliri, ac interesse diuinis nequeant: id enim nõ prouenit ex speciali præcepto illius oppidi, sed ex ligamine, & incapacitate loci interdicti. Nec obstat, si obijcias infantes posse in eo audire diuina, & ita non videtur incapacitas loci; nam respondeo, impedimentum, & incapacitatem esse ad celebrandum ibi diuina, coram aliquo qui more humano interfit, assistere enim brutum nil impedit: infantes autem more humano minimè assistunt, cum tei diuinæ nullam cognitionem assequantur: vt benè docet Couar. ibid. Ad confirm. fateor, consuetudinem illam esse localem, modo proximè exposito. Ad vltimum dic, intelligi de consilio, vel de ijs qui animo maiore anni parte commorandi, aliò proficiscuntur: vt constat ex contextu, loquitur enim de eunte ad scholas, & huic casui æquiparat alios.

SVMMARIVM.

An peregrini ad fontes à loco domicilij, teneantur ad leges, & consuetudines propry domicilij, referitur opinio affirmans, n.17.

Contraria vera, n.18 Et ibi quod si lex, aut illa sint iuris communis.

An Lusitanus dum transijt per Castellam, possit vbi vult iuxta Castellæ consuetudinem, in sabbato, aduersus contrariam Lusitaniæ n.19.

Græcus an possit celebrare in Ecclesia Latina in pane fermentato, vel Latinus in græca, in pane azymo: & quid si vtrique Latinos intrauerint Ecclesia græca, vel vterque Græcos latina. n.20.

An is qui fictè proficiscens ad locum vbi ad festum non seruatur, possit seruilia exercere, & teneatur Missam audire, n.21.

Quid de proficiscente in die ieunij peruenturo eadem die in locum vbi non ieunatur, an possit eo die non ieunare, & vesci carnibus, nu.22.

Quid si exeat loci vbi carnes edantur, & nolit peruenturus sit in suum domicilium, vbi ieunatur, n.23.

Soluuntur argum. & explicatur l. Quæsitum §. fin. ff. de legat.3. Et quæ casu absunt non dicuntur abesse. Et legatum an sit fauorabile, & latè explicandum: & reg. Qui sentit commodum, adde Couar. in c.2.n.4

Post quem innumeri alij summaria.

QVÆSTIO II. An peregrini, in alium locum per mo- 17
dum transitus, & hospitij confluentes, teneantur, dum à proprio domicilio absunt, seruare leges & consuetudines sui domicilij, si in eo loco in quo reperiuntur, non obligent? Aliqui asseuerant teneri. Prob. quia tamdiu obligatur quisque patriæ legibus, quamdiu patriam non deseruit, sed hi non deseruerunt patriam: ergo. Et confirm. quia hi peregrini adhuc proprijæ patriæ ciues sunt, itaque esse dicuntur: argumento l. Quæsitum, 78. §. fin ff de legat. 3. ibi, legatis quæ in fundo sunt accedunt etiam quæ tunc non sunt, si esse solebant. Vbi Bart. ait quæ casu absunt, non dici abesse. Secundò, quia aliàs hi exempti essent ab omni lege, non enim tenentur ad leges loci per quem transeunt, vt probaui nu.6. nec ad leges domicilij, si oppositam amplectamur sent. Tandem, quia qui sentit commodum, sentire debet onus: reg. Qui sentit, de reg. iur. in 6. sed peregrini sentiunt commodum, vt non astringantur legibus oppidi transitus, ergo sentire debent onus, vt obligentur legibus loci cuius incolæ sunt. Ita tenent Ioan. And. addit. ad Speculatorem,3.de instrument. edit.§. Compendiosè, nu.16. v. Quæsitum, Palud.3.d.15.q.4.a.3.nu.26. D. Antonin.2.p.t.6.c.2.§.2. Rosel.v. Ieiunium,n.16. Sylvest.sbi.q.2.dict.2.fin. Et est satis probabile.

Contrarium tamen est probabilius. Prob. ex c.2.vers. 18
Statuto episcopi, de constit. in 6. vbi habetur subditum furantem extra territorium, non ligari excommunicatione sui Episcopi, in furantes lata: & redditur ibi ratio, quia

impunè non pareretur extra territorium, iis dicenti: vbi *gl. v. Impune*, explicat non parentem extra territorium, pœnam minimè pati: ergo licitum est leges & consuetudines oppidi, extra illud, vbi ex non obligant, transgredi. Secundò, ex *c. Illa, d.* 12. vbi *D. August.* ex doctrina D. Ambrosij monet, vt vnusquisque legibus, ac consuetudinibus eorum ad quos diuertit, se conformet. Ita docent *Abb. c. Nobis, el 1. de sent. excom. nu.* 11. vbi *Felinus* dicens esse commune, & alios referens *n.* 6. *Landulphus*, quem refert & sequitur *Cardin. Clem.* 2. *de celebrat. Missæ q.* 5. *& ibi Imola n.* 3. *Bonifacius nu.* 68. *Nauar. sum. Lat. & Hisp. c.* 13. *n.* 5. *& c.* 23. *Lat. n.* 120. *Hisp. nu.* 128. *Couar. 4. var. c.* 20. *nu.* 8. *vers. Fuit & in dicto, in fine*, *Mexia pragmat. panis, concl.* 5. *n.* 93. Et ex Theologis, *Maioris* 4. *d.* 15. *q.* 5. *col.* 15. *arg* 4 *Druedo de libert. Christiana, l.* 1. *c.* 17. §. *Vna est, & in alia editione est l.* 1. *c.* 2. *p.* 3. *a.* 2. *membr. vlt.* §. *Vna est*: *Ledesm. 2. p. 4. q.* 15. *a.* 4. *dub.* 2. *vers. Sequitur ex dictis*, *Suarez* 3 *p. q.* 74. *a.* 4 *disp.* 44. *sect.* 3. §. *Illud vero*, *Enriq. l.* 7. *de indulg. c.* 13. *nu.* 8 *& l.* 9. *de Missa, c.* 25. *nu.* 2. *fin. Pedraza summ. præcepto* 3. §. 14. *Lud. Lop. 1. p. instruct. c.* 52. §. *Vnaquæque ciuitas*, *Petr. de Ledesm. de matrim. q.* 45 *a.* 5. *punct.* 3. *dub. vlt.* §. *Tertia conclusio. f.* 198. *Philiarcus de offic. sacerd. to.* 1. *p.* 2. *l.* 3. *c.* 23. §. *Est tertio notandum*, *Manuel* 1. *to. sum.* 1. *edit. c.* 122. *n.* 1. Et idem dicendum est, quamuis illæ leges sint iuris communis, & obligent in patria peregrini non autem in eo oppido in quo reperitur: vt in simili dixi n. 7.

19 Ex dictis infertur primò, Lusitanum transeuntem per Castellam posse edere sabbato intestina animaliũ, quamuis in Lusitania id sibi non liceat. Quia non tenetur ad patriæ consuetudines dum ab ea abest: vt dixi nu. præced. S. c *Nauar. sum. c.* 23. *Hisp. n.* 128. *Lat. nu.* 120. *Couar. 4 var. c* 20. *nu.* 8. *vers. Fuit & in dicto. fin. Pedraza sum.* 3. *præcepto*, §. 14. *Enriquez. l.* 9. *de Missa, c.* 25. *n.* 2. *fine.*

20 Secundò infertur, sacerdotem græcum, cui in sua patria permissum est in fermentato celebrare, transeuntem per Ecclesiam latinam, posse in fermentato, iuxta morem suæ patriæ, vel in azymo, iuxta morem Ecclesiæ latinæ: celebrare: similiter sacerdotem Latinum per Græciam transeuntem, posse in fermentato, Græcorum more, vel in azymo, instar Latinorum, consecrare. Prob. prior pars ex dictis nu. 6. non enim transeuntes tenentur ad legis loci transitus: probatur autem posterior, quia dum absunt à patria, non tenẽtur illius legibus: vt probaui num. 18. Hoc est contra *Ledesm. 1. p. 4. q.* 15. *a.* 4. *dub.* 2. asserentem teneri sacerdotem Græcum, transeuntem per Ecclesiam Latinam, in azymo consecrare: sed vtramq; partem nostri corollarij docet, & latius probat *Suarez* 3 *p. q.* 74. *ar.* 4. *disp.* 44. *sect.* 3. *Illud verò*: & posse sacerdotem græcum transeuntem per Ecclesiam Latinam, celebrare in fermentato, affirmat *Palacios* 4. *d.* 13. *disp.* 8. *f.* 126. *col. Limitio.* Si tamen (vt fieri solet) inuemantur inter Latinos aliquæ Græcorum Ecclesiæ, in quibus eorum ritus seruantur: & inter Græcos aliquę Latinorum, iis his rẽplis tenetur vnusquisque suæ Ecclesiæ vsum seruare. Quia perinde se habet, ac si in propria Ecclesia, Græca, & Latina celebraret: nec posset Latinus in ea Ecclesia Græcorum inter Latinos existenti, celebrare, in fermentato. Quia id est quasi speciale priuilegium Græcis in ea Ecclesia concessum Sic *Suarez ibi.*

21 Tertiò infertur, minimè delinquere proficiscentem in die festo, ad locum vbi id festum non obligat gratia exercendi seruilia. Quia præceptum non prohibet exitum à loco vbi obligat, nec extra eum astringit etiam illius loci incolam: vt diximus n. 18. Sic *Nauar. sum. c.* 13. *nu.* 5. *Lud. Lop. 1. p. instruct. c.* 52. §. *Nec peccant*: *Manuel* 1. *to. sum* 2. *edit. c* 122. *n.* 1. addunt hi DD. teneri audire sacrum ante profectionem: quia cum profectus est, iam præcepto audiendi sacrum astrictus erat. Et confirm. quia conscius impedimenti superuenturi ne possit interesse sacro in die festo, ab eoque præcepto excusetur, tenetur præuenire audiendo summo mane: quia iam præceptũ obligare cœperat. Verùm probabilitate magna non caret, quod tenẽt aliqui docti neoportunum ad audiendum, scilicet, ante meridiem, sit peruenturus ad locum in quo id festum non obseruatur. Quia in proprio oppido vsque ad id tempus poterat auditionem sacri differre: quando autem peruenit ad alium locum, iam deobligatus omnino est ab eo præcepto. Nec obstant adducta in contrarium. Non primum, quia erat astrictus præcepto, ea conditione, si intra tempus obligationis eò peruenturus non sit, vbi præceptum omnino cessat. Non obstat etiam confirmatio, quia impedimentum superueniens non tollit audiendi sacrum obligationem, sed excusat omissionem: vnde nil mirum si præuenire teneatur: cum autem ante meridiem eò peruenturus est, in quo id festum non seruatur, nullo modo præceptum obligat, dum peruenit.

Quartò infertur, proprio oppido in quo seruatur ieiunium, mane abeuntem: nocteque in locũ peruenturum, in quo ieiunium non obligat, posse nocte cœnare, & carnibus vesci, si ibi edantur: quamuis tota die ieiunarit: potest enim cõformare se cõsuetudini loci, ad quem pernocturus est, vt probaui n. 18. Negant tamen aliqui posse illũ mane ientaculum sumere, quamuis peruenturus certò sit ad locum vbi nõ ieiunatur. Quia nondũ extat causa excusans, & potest mutata sent. nõ proficisci, & proinde causa non extabit. Verùm probabilius puto posse, quãdo moraliter est certus de profectione, & accessu illa die ad locum vbi ieiuniũ non obligat: nullo tamen modo potest carnibus vesci, donec eò perueniat. Ratio discriminis est, quia obligatio abstinendi à carnibus, est diuidua, vnde toties illis vtẽs in die vetito delinquit lethaliter, quoties vtitur: quare potest pro parte diei eiusdem, dum in loco obligationis est, id præceptũ seruare, & pro parte eiusdem diei non seruare, dum est in alio loco, in quo nõ obligat: at obligatio ieiunandi, indiuidua est, consistens in vnica comestione: quare semel violãs ieiunium comedendo, nõ tenetur amplius ea die à cibis abstinere: cum ergo ieiuniũ nocte obligaturum non sit, non obligabit summo mane. Nec obstat causam nondum adesse, quia satis est moralis futurę causę certitudo, sicut iturus ad exercendum opus seruile, potest ante quã adeat, cibos sumere, non obstãte ieiunij præcepto, quamuis causa nondum extet, impedireque possit.

Quintò infertur, exeuntem loco vbi nõ ieiunatur, carnesque edũtur, posse mane eas edere, quamuis nocte peruenturus sit ad domicilium, vbi à carnibus abstinetur, & ieiunatur. Quia extra domicilium nõ astringitur illius legibus: vbi autem peruenerit, nequit carnibus vesci: quia ea lege domicilij obligatur, nec eadem ratione cœnare poterit, si nondum ieiunium fregerat: secus si iam fregerat: vt in simili dixi lib. 2. disp. 24. n. 23. Consultò dixi, si nocte peruenturus sit ad locum domicilij, si enim esset locus non intra confinia domicilij, non tenetur illius legibus, si differant à proprij domicilij legibus: vt dixi n. 6.

Ad argu. proposita num. 17. pro contraria sent. respondetur. Ad 1. distinguendo maiorem, si intelligatur, quamdiu patriam non deseruit animo mutandi domicilium, & amittendi incolatum: nego. si tamen intelligatur, quamdiu patriam non deseruit, id est, quamdiu in illa re vera habitat: concedo: at qui in alieno versatur territorio per modum transitus, quamuis non deseruerit patriã priori modo: deseruit tamen posteriori: quod satis est vt ab eius legibus deobligetur. Ad confirmationem dico, non sic esse adhuc ciuem esse, sed oportere vt verè inhabiter ibi, vt domicilij legibus constringantur. Et quamuis casu absens, dicatur adesse, id tamen verum habet in fauorabilibus, secus in odiosis: vt est aliquem legibus constrictum esse, tunc enim verba propriè vsurpanda sunt. Quod si replices, legatum odiosum esse, & strictam capere interpretationem: vt bene *Decius regul. in testam. 22. num. 3. & de regul. iuris*, & innumeri alij quos refert *Mantica de coniectur. vlt. vol. lib. 7. t. 1. nom.* 13. Respondeo, imo esse fauorabile, & largam ac benignam capere interpretationem: vt ex multis textibus, & DD. comprobat *ibi Mantica num.* 14. *& multis sequentibus.* Ad 2. nego sequi esse exemptum omnino à legibus, tenetur enim (vt dixi numero 3.) legibus, quæ

quæ in suo domicilio, & in loco, in quo reperitur, obligat. Ad 3. dicebam regulam intelligi, quando onus est commodo regulariter annexum, & inseparabile: vt cui collatum est beneficium, debet eius onera subire: secus in aliis casibus. Nam nouitius religionis gaudet eius priuilegijs, non tamen tenetur eius oneribus, ac præceptis: iuxta veriorem sententiam.

SVMMARIVM.

Incolæ loci non in quibus decretum Tridentini non obligat, quia recipiunt illud, diuertunt per modum transitus, ad oppidum in quo obligat, possunt ibi absque parocho & testibus contrahere: ponitur ratio decidendi. n. 25.

Fides quæ præbenda n. 26.

Pro quo numero alia summaria.

25 QVÆSTIO III. An si incolæ locorum in quibus decretum Tridentini irritans clandestina matrimon. receptum non est, diuertant ad alia oppida per modum transitus, & hospitij, vbi obligat id decretum, possint absque parocho & testibus valide contrahere, iuxta proprij domicilij leges? Quidam existimare possent, valide hos contrahere absque parocho & testibus: cum non teneantur obseruare leges loci transitus (vt defendimus n. 6.) iuxta leges autem proprij domicilij, validum est tale matrimonium.

26 Dicendum tamen est, id matrimonium esse irritum: vt bene docet *Pet. de Ledesm. de matrim. q. 45. a. 5 punct. 3. dub. vlt. f. 197.* Prudentia certum est. Quia illa opinio exceptionem patitur, nisi quoad contractus solemnitatem: nam vt dixi n. 19. ea solemnitas adhibenda est, quam petunt leges loci, vbi contractus initur: cùm ergo locus vbi celebratur matrimonium ab his peregrinis, exigat solemnitatem Tridentinam, in eo vigentis, aliter contractum, nullum erit.

SVMMARIVM.

Incolæ loci non vbi Tridentinum obligat, habitantes, vel existentes per modum transitus in loco vbi non obligat, tenentur coram parocho & testibus contrahere matrimonium: refertur opinio affirmans, quæ sine fundamento admitti potest. n. 27 & sequentis. n. 28.

Quid si fraudem adhibeant illum locum, vbi possent absque parocho & testibus contrahere, n. 29 & 30. vbi fraus manifesti patrocinatur. Et qui iure suo vtuntur, non dicuntur fraudem committere. Et explicantur 1. Sedes, de reg. & l. 55. telum aiunt ff. de aqua pluui. arcend. Solutio argumenti, n. 30.

Pro quo numero alia summaria.

27 QVÆSTIO IV. An si incolæ locorum in quibus decretũ Tridentini obligat, confluant eò, vbi non obligat, possint hinc illius loci leges absque parocho & testibus contrahere? Et si animo ibi constituendi domicilium, tendãt: certum est posse ibi, absque parocho & testibus contrahere: quia fiunt illius loci incolæ, & subinde iam nõ astringuntur legibus prioris domicilij. Tota autem difficultas est, quomodo iam confluunt per modum transitus. *Pet. de Ledesm. de matrim. q. 45. a. 5 punct. 3. dub. vlt. f. 198.* §. *In hac difficultate* tenet iuxta sententiam illorum, quos retuli n. 17. tales peregrinos, dum absunt à proprio domicilio, obligari legibus illius, dicẽdum esse, matrimonium hoc absque parocho & testibus initum, esse inualidum. Et videntur tenere *Enrig. lib. 11. de matrim. c. 3. n. 8. & Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 219. num. 2. fin.* dicunt enim semel publicatum Tridentini decretum in aliquorum parochia, afficere parochianos, quocumque migrent: solumque excusare videntur proficiscentes animo ibi constituendi domicilium. Et quia aduenientes ex locis vbi Tridẽtinum obligat, non tenentur obligationem seruandi id decretum: ergo quocumque adeant per modum transitus, tenentur id seruare. Et confirm. quia Tridentinum irritat clandestinum, addũque ipsas personas inhabiles ad ita contrahendum: inhabilitas personam afficiens, cùm sit quid personale, comitatur personam quocumque euntem: ergo semel propter legitimam Trident. publicationem redditus inhabilis ad eam contrahendum, nullibi terrarum poterit ita contrahere. Secundò, quia iam persona illa deuincta Tridentini astricta fuit in sua patria, ergo loci mutatione non cessat obligatio: sicut semel applicato combustibili intra ignis sphæram, conseruatur calor receptus ad alium locum extra illius sphæram traducto. Tandem, quia ille peregrinus vbicumque sit, est membrum Ecclesiæ, ipsique subditur, ergo post legitimam promulgationem ligatur vbicunque terrarum, prædicta Ecclesiæ lege.

Probabilius tamen est non teneri coram parocho & 28
testibus contrahere. Prob. primò, ex dictis nu. 18. vbi tamquam verius defendimus, peregrinos à domicilio absentes non teneri legibus illius, si contrariæ vigeant in loco vbi reperiuntur. Secundò, quia esto sentiremus obligari legibus domicilij, at (vt diximus n. 10.) quoad solemnitatem adhibendam in contractibus, solæ leges soli in quo contractus celebratur, inspiciuntur: locus autem vbi hoc matrimonium initur, non petit eam parochi & testium solemnitatem ad matrimonij valorem, cùm ibi decretum Trident. non obliget: ergo. Hanc sent. tenet *Pet. de Ledes. de matrim. q. 45. a. 5. punct. 3. dub. vlt. f. 198. concl. 3.*

Limitant aliqui hanc sent. nisi adirent ea loca, in frau- 29
dem decreti Tridentini, vt ibi possent liberè absque parocho & testibus matrimonio copulari: tunc enim aiunt esse inualidum. Primò, quia fraus nemini patrocinari debet, *c. Sedes, & c. Ex tenore, de rescrip.* at patrocinaretur, si hoc matrimonium validum esset. Secundò prob. ex *l. 1. §. Idem aiunt, vers. Denique, ff. de aqua pluu. arcen.* ibi, *Marcellus scripsit, cum eo qui in suo fundo fodiens, vicini fontem auerterit, nihil posse agi, nec doli actionẽ, si non animo nocendi vicino, sed suum agrum meliorem faciendi: id fecit.* Ex quo textu colligitur à contrario sensu, fodientem animo nocendi, non posse fodere: ergo idem dicendum est in nostro casu, dum quis animo fraudulento recessit. Sic *Petr. de Ledes. eod. dub. vlt. conclu. 1. & 3 f. 198. Manuel 1. to. sum. 2 edit. c. 219. n. 1 fin. Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 21. f. 1332.* Cæterum displicet mihi hæc limitatio, & credo licet adirent eo fine, vt possent liberè absque parocho & testibus contrahere, esse ratum matr. Primò, nam qui iure suo vtitur, non potest dici fraudem committere, vt ea ratione effectus impediatur: *reg. Nullus videtur, 55 ff. de reg. iur. l. 3. paulo post princ. vers. Is tamen ff. de lib. hom. exhib.* ibi, *dolo malo non videtur habere, qui iure suo vtitur.* Qua ratione cum multis DD. per eos citatis, defendunt *Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 2. n. 10. & Sarmiento lib. 1. select. c. 6. nu. 8.* matrimonium contractum in articulo mortis, efficere filios legitimos in fraudem substituti: est enim fraus licita, cum contrahentes vtantur iure suo: ergo cum adeũtes locum, vbi non viget Trident. animo contrahendi absque parocho & testibus, vtantur iure suo, habent enim ius sic ibi contrahendi, erit fraus licita, nec ea ratione effectus ac valor matrimonij impedietur. Secũdò, quia bona, vel mala intentio conferre potest ad committendum, vel non committendum peccatum, non tamen ad annullandum actum: cum intentio maneat in mente, nec effectum influat in opus externum: ergo si matrimonium illud secluso praua intentione, esset validum, id minimè impediret ea intentio: sicut de restituendi obligatione docent multi, & inter illos optimè *Nauarra l. 3. de restit. c. 5. in noua edit. n. 7.* Si opus secluso praua intentione non inducat restituendi obligationem, ex ea intentione illam obligationem non consurgere. Nec obstat 1. arg. contrarium, quia fraus non patrocinatur, sed ius quod habent contrahentes ad celebrandum matrim. in eo loco, absque parocho & testibus. Non obstat etiam secundum, quia lex illa considerat, non animum lædendi, sed actionem ipsam externam alteri iniuriosam, absque aliqua propria vtilitate, ad præsumendum dolum, concedendamque actionem de dolo: vt optimè docent *Sotus 4. de iust. q. 6. a. 3. in solut. ad 6. vers. Illa tamen, Nauar. sum. c. 17. Hisp. n. 70. Lat. n. 71. Nauarra eod. c. 5. n. 12.* at in nostro casu contractus ille matrimonij ecdit in vtilitatem contrahentium, & nemini est iniuriosus.

Ad arg. prioris sent. proposita nu. 27. respondetur. Ad 1. 30
dico aduenas contraxisse obligationem seruandi id Tridentini decretum, quamdiu in ijs partibus, in quibus id obligat, sunt: secus dum ad alias, vbi non obligat, perueniunt. Ad confirm. dic, quando inhabilitas est constituta absolutè, & simpliciter, sequi personã quocũque euntem:

secus, quando est constituta per modum legis, sicut enim lex illa non obligat in illis locis, ita inhabilitas, & annullatio actus non obligat ibi, nec sequitur personam, nisi dū est in locis, in quibus ea lex vim obligādi habet. Ad 2. neg. consequ. quia obligatio orta ex vi huius decreti, est ex ijs effectibus, qui in fieri & conseruari pendent à suis causis: obligatio enim à lege orta, durat manente lege, & ea cessante, cessat: vnde sicut lumen à lucerna productum in aëre, extinguitur remoto aëre extra lucernæ sphæram, ita hæc obligatio expirat migrāte persona extra territorium, in quo viget hoc decretum. Ad vltimum, neg. consequ. non enim ligatur lege Ecclesiastica in loco, vbi ex voluntate, ac dispositione eiusdem Ecclesiæ non habet robur eadem lex: vt contingit in locis, vbi aut non recepta, aut non publicata fuit.

SVMMARIVM.

An captiui apud infideles teneantur coram parocho & testibus contrahere referuntur vtria sētia à n. 31. vsque ad 34.
Sententia auctoris n. 35. & solumtur argum n 36.
Christiani mercatores apud infideles an valide contrahant absque parocho & testibus, n 35.

31 QVÆSTIO V. An captiui apud infideles, apud quos non est publicatum decretum Tridentini ittitans matrim. clandestina, si incolę sint eorum locorum, in quibus Tridentinum obligat, validè cōtrahant, absque parocho & testibus? Varij sunt dicēdi modi. Primus ait, inualidum esse tale matri. ducitur, quia licet id decretum *Trident. sess. 24. c. 1. de matr. fin.* postulet vt obliget, publicari in qualibet parochia, cum tamen apud infideles nulla parochia sit, Tridentinum voluit Christianos ibi detentos ligare, licet publicatum non sit. Et confirm. quia si captiuis prodesset ibi nō esse receptum, nec publicatum decretum Tridentini, nullis alijs Ecclesiæ legibus, vt ieiunij, abstinendi à carnibus, &c. tenerentur, cum ibi nec receptæ, nec publicatæ sint. Secundò, quia ex quo id decretum publicatum est in parochia, cuius sunt incolæ captiui, afficit obligatio personas quocumque tendentes. Sic tenet *Petr. de Ledes. de matrim. q. 45. ar. 5. ad fin. in solut. ad 3. & punct. 3. dub. penult. fol. 196. §. In cuius rei expositione.*

32 Secundus dicendi modus est, posse contrahere absque parocho & testibus, si ibi habitandi animum habeant, & acquirant domicilium: secus vbi is animus deesset: quia dum acquirunt domicilium, non tenentur iuxta priotis domicilij leges contrahere. Sic *Enriq. li. 11. de matrim. c. 3. nu. 8.* dicens idem tenuisse alios Theologos consultos, quos ibi refert *Manuel 1 to. sum. an 2. edit. c. 219. n. 2. fine.*

33 Tertius dicendi modus est, ex epicheia valere id matrimonium: non enim credendum est Tridentini mentem esse, velle obligare vbi parochi copia haberi nequit: sicut & reliquæ leges Ecclesiasticæ ex epicheia interpretationem recipiunt. Hunc statuunt tamquam probabilem *Veracruz in append. ad specul. dub. 5. & Vegal. 3. sum. casu 361.* Sed iam satis disp. præced. n. 4. & 5. probaui hoc decretum epicheiam non admittere.

34 Quartus dicendi modus sic distinguit, si id decretum promulgatum erat in captiuorum parochia, antequam in captiuitatem redigerentur, non possunt absque parocho & testibus contrahere: secus si tunc nondum publicatum erat: quia in priori casu obligationem contraxerant, non autem in posteriori. Hunc sequuntur quidam Thomistæ, (vt refert *Pet. de Ledesm. n. 31. allegatus*) & *Veracruz. append. ad specul.* nam quamuis *dub. 5. §. Sed contra prædicta, & §. Tertiò ad obiectionem*, teneat absolutè tam quam probabile, validum esse matrimonium captiuorum, absque parocho & testibus initum: at *dub. 14. fine*, hoc temperat, quando ante publicationem in sua parochia, captiui ducti sunt.

Sit tamen conclusio. Probabilius existimo validum esse matrimonium captiuorum apud infideles initum, absque parocho & testibus, quamuis ad eas regiones ducti sint, post publicationem & receptionem in sua parochia, nec animum ibi permanendi habeant: & idem dico de matrimonio contracto per mercatores Christianos, in ibi per modum hospitij sunt, quamuis incolæ sint eorum locorum, in quibus Tridentinum obligat. Prob. quia id decretum petit tam quam conditionem requisitam, vt obligare incipiat, publicationem in parochia, his verbis, *decernit insuper vt huiusmodi decretum in vnaquaque parochia suum robur post triginta dies habere incipiat, à die primæ publicationis in eadem parochia factæ, numerandos*: ergo cum apud infideles hæc conditio deficiat, in illis locis hoc decretum nondum obligandi vires accepit, ac proinde qui in illis contrahunt, licet domicilium ibi non fixerint, nō tenentur seruare solemnitatem in hoc decreto petitam: nam iuxta dicta n. 10. contractus celebrandus est iuxta solemnitates loci contractus. Secundò, quia si id decretum in illis locis obligaret, quamuis captiui haberēt animum permanendi, ductique essent ante publicationem in sua parochia, non possent absque parocho & testibus cōtrahere: sicut contingit in alijs locis fidelium, vbi id decretum obligat: iuxta dicta nu. 26. Si verò defectu publicationis non obligat, ergo cōtrahentes ibi, siue sint permanentes, siue per modum transitus, siue antea esse publicatum in sua parochia, siue non, poterunt contrahere absque parocho & testibus: vt de Hispanis ad locum vbi Tridentinum non obligat, proficiscentibus, diximus n. 28. Pro hac sent. est *Palacios 4. d. 29. disp. 1. vers. Iam vero iustis explicatis*, vbi absque distinctione aliqua tenet matrim. horum captiuorum absque parocho & testibus, validum esse. Et eadem probari potest, quia si duo infideles ibi baptizarentur, possent contrahere absque parocho & testibus: ergo id decretum ibi non obligat.

Ad argumenta proposita nu. 31. respondetur. Ad 1. negando id voluisse, quia licet deficiat ibi parochia, sunt tamen loca publica, in quibus id decretum publicari posset: vnde cum nullo modo publicatum sit, defuit conditio necessaria ad eius obligationem. Ad confirmationem fateor nil prodesse captiuis, ibi nō esse receptum Tridentinum, id enim prodesset, quando apud fideles non esset receptum: infideles enim non sunt legibus Ecclesiæ subiecti. & ita eorum non receptio, aut opposita consuetudo fideles non iuuat: at prodest ibi non esse publicatum id decretum. Nec est simile de alijs Ecclesiæ legibus, quæ contentæ sunt publicatione illi qualibet fidelium diœcesi, vel in curia Romana, vt vbique obligent: hoc enim decretum specialem in qualibet parochia publicationem postulat. Ad 3. constat ex dictis n. 10. vbi dixi eam obligationem tantùm sequi personam, dum est in locis vbi Tridentinum obligat.

DISPVTATIO XIX.

Vtrùm sit necessarium ad matrimonij valorē, vt assistat proprius vtriusque cōtrahentis parochus, ac intra propriæ parochiæ limites?

SVMMARIVM.

Præponuntur rationes ad probandum non exigi proprium parochum, vel exigi vtriusque contrahentis, n. 1.
Existimatur ad matrimonij valorem proprij parochi assistentia, nu. 2. Et quid quando femina contrahit matrimonium, & statim transit ad parochiam viri, an sit legitimus parochus habitationis feminæ. & si reperiatur nullum, an idem parochus feminæ reualidare debeat, remittitur, n. 2.
Per bullam, vel priuilegia concedentia facultatem recipiendi sacramenta à qualibet sacerdote, non potest assistere matrimonio, qui non est parochus, n 3
Satis est parochus alterius contrahentis, nu. 4. Et ibi concessa alicui vt, concedantur omnia necessaria ad illam compatandum, & declarat ibi. Quæ concedatur ea, sine quibus iurisdictio explicari non potest.
Soluuntur argumenta, n. 5.
Quot quæstiones disputandæ sint, n. 6.
Iurisdictio alia voluntaria, & alia contentiosa, & quid sint hæ & quæ dicatur voluntaria assumit naturam contentiosæ n 7.
Voluntaria potest exerceri extra territorium, non autem contentiosa. Et quid si voluntaria administretur contentiosè, aut exercita contentiosè extra territorium, possit voluntaria extra exerceri, & an requiratur licentia iudicis territorij, & qualis, & etiam latigantium, an iurisdictio contentiosa possit extra territorium exerceri, n. 8. & ibi an iurisdictio voluntaria delegata possit extra territorium exerceri, rame sta.

Quæ-

quando requiritur cognitio causæ iudicialis, requit extra territorium n.8.9.

Aspersi parochum alterius contrahentis in parochia alterius, qui sibi parochus non est, ut eumque matrimonio coniungere, refertur opinio negans, n.10. Et illi tria oncula duo sunt pro ea parte.

Contraria verior, n.11. Et soluuntur argumenta, n.12.

An possit parochus virtusque contrahentis, extra utriusque parochiam, velin aliena diœcesi, aut matrimonio coniungere: refertur opinio negans, n.13. & contraria verior, n.14.

An valeat delegatio à parocho assistendi matrimonio, validè assistat extra parochiam constituentis: remissiuè n.15.

Delegatio regula, & explicatur l.3.ff. de offic. præsidis n.16.

An parochus virtusque contrahentis, peccet, puniriquæ possit assistendo matrimonio extra propriam parochiam: refertur opinio affirmans, n.17. & contraria verior, n.18.

Solutiones argumenta, n.19.

1 VIDETVR non desiderari ad matrimonij valorem, proprij parochi assistentiam: quia *Trident. sess.24.c.1. de matrim. in decreto irritanti*, solum ait, *qui aliter quam præsente parocho*, cum ergo indefinitè loquatur, & sit lex correctoria, non est intelligenda de proprio parocho, vt vel sic communis corrigat ius antiquum. Et confirm. quia idem *Trident. loco citato* infrà, *vers. Quod si quis parochum*, sic ait, *si parochus, vel alius sacerdos sine proprij parochi licentia, alterius parochi, vel alium sacerdotem sine proprij parochi licentia matrimonio coniungere ausus fuerit, manent suspensi*, non dicit matrim. esse irritum, ergo signum est non esse de necessitate sacramenti, sed solum de præcepti necessitate ex, vt proprius parochus sit, prout contingit in eorum vocatione. Secundò, quia esto dicamus requiri proprium parochū, videtur requiri esse propriū vtriusque contrahentis: quia *Trident. d.c.1. paulo ante decretum irritans*, dicit denunciationes faciendas esse à proprio contrahentium parocho, loquens in plurali: & postea subdit, *qui aliquando præsente parocho*, ergo clarè videtur loqui de eodē parocho, de quo antea: hoc enim arg. statim nu. sequenti vertimus ad probandum requiri esse proprium parochum. Et confirm. quia cum vterque contrahens sacramentum recipiat, vtriusque parochus proprius adesse debet, alter enim non potest vtriusque sacramenta ministrare.

2 Duo tamen indubitata supponenda sunt. Primū est, ad integritatem sacramenti, vt valeat matrimonium, assistere proprij parochi. Prob. primò, quia expresse *Trident. sess.24.c.1. de reform. matrim. in princ. illius decreti*, locutum est de proprio parocho, ibi, *præcipit sancta Synodus vt matrimonium coram parocho contrahentium, quando de benedictionibus, statuit vt à proprio parocho fiant: ergo idem dicendum est de ipso matrimonio: clausula enim non ita clara, ex antecedentibus, & subsequentibus debet intelligi. Secundò, nam illius parochi præsentia necessaria est, qui potest alij sacerdoti licentiā assistendi matrimonio concedere: vt constat ex illis verbis eiusdē decreti, *ita c.1. qui aliter quam præsente parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi licentia*: sed solus proprius parochus est, qui possit hanc licentiam concedere, alius enim iurisdictionem non habet in contrahentes: ergo solus ille potest matrimonio assistere. Tertiò, *ex fine eiusdem*, c.1. vbi patet, certus proprij parochi, suspenditur: ergo sentit Tridentinum hoc munus esse proprij parochi, ac proinde dū præscribit parochi petit, de proprio intelligit. Tandem, quia idem *Trident. ead. sess.24.c.13. de reform. in fine*, præcipit Episcopis, vt in locis in quibus promiscui parochi erant, fiant distinctæ parochiæ, & vnicuiq; suus parochus assignetur, a quo solo sacramenta licitè percipiantur: ergo dum idem Tridentinum præcipit parochum matrimonio assistere, de proprio intelligit. Sic docent *Nauar. l.4. consil.1. edit.11. de clandest. desponsat. consil.2.n.1. & sum. Lat. c.25. fin. Menoch. consil. 398. nu.4. Abi variorum Doctorum cōsilia congerit idem assertionum, & Rotæ sent. decisum esse, affirmat: Rota decis.546. & seq. to.1. in nouissimis, Spino spec. testam. glo.15. n.37. Salzedo pract. c.73. in noua edit. vers.14. Segura direct. indub. 2.nu.25.n.46. Et ex Theologis, Veracruz append. ad spec. 2.p.tract.1.c.43.n.2. Barth. à Ledes. de matrim. dub.21. §. Et antenotare, Vega lib. 6. summ. casu 113. Petrus de Ledesm. de matrim. q.45.ar.5.punct.3.dub.3.conclu.1. Lud. Lop 1.p.instruct.c.86.§.3. Præterea, & 2.p. de matrim.c. 39. §. Præterea aduertendum. Manuel 1.to.sum.2.edit.c.219.nu.4.* Quando autem femina nubens, statim ad viri parochiam transferenda est, an sit proprius parochus, qui est habitationis feminæ: & si matrimonium illud inueniatur nullum, sit coram eodem parocho ratificandum: dicemus hoc 3.lib.disp.25.n.15.

Hinc infertur, dum bulla cruciata facultatem recipiendi 3
sacramenta à quolibet sacerdote, concedit, minimè concessioné intelligi de sacramento matrimonij. Primò, quia vt alienus sacerdos possit assistere matrimonio, requiritur licentia expressa: vt hoc 3.l.disp.35. probabimus, in eo autem indulto nulla fit matrimonij mentio. Secundò, quia licet eo indulto ministratio dignorum sacramētorum, vt Eucharistiæ, & pœnitentiæ concederetur, non sequitur cōcedi matrimonij ministerium, propter ingentia inde subsequenda incommoda: expediebat enim eum solum matrimonio assistere posse, qui tamquam proprius pastor omnes cognoscens impedimenta inuestigare valeret. Confirm. quia nullus alius potest sponsos benedicere absque proprij parochi licentia: vt dicitur *in Trident. sess. 24. de matrim. c.1.* & derogatur ibi, cuicumque priuilegio: ergo signum est nolle Tridentinum virtute cuiusuis priuilegij alienum sacerdotem absque proprij licentia, matrimonio interesse posse. Sic *Veracruz append. ad spec. dub.5. concl.7. Spino spec. testam gl.15.n.4. Enriq. l.11 de matrim. c.3.nu.5. Suarez. 3.p.q.82.a.3.disp.72.sect.2.§. Quocirca, Bart. à Ledes. dub.21. de matrim. §.1320. Pet. de Ledes. de matrim. q.45.a.5.punct.3.dub.3. ad fin. §. Ex dictis sequitur quod simplex sacerd.*

Secundò supponendum est tanquam certum, sufficere 4
parochum alterius contrahentium, saltem si sit parochus illius cōtrahentis, in cuius parochia celebratur: vt si in parochia sponsi, parochum ipsius sponsi, & si in parochia sponsæ parochum sponsæ. Prob. quia quamuis quoad reliqua sacramenta parochus alterius contrahentis, non sit vtriusque parochus, at quantum ad matri. parochus alterius, est vtriusque, ratione connexionis, cò quòd matrim. non nisi inter duos consistere potest: vt probatur ex *l. Si communem. ff. quem. admodum seru. amit.* ibi, *si communem sanctum ego, & pupillus haberemus, licet vterque non vteretur, tamen propter pupillum, & ego vitam retineo.* Vbi *gl. verb. Et ego*, inquit, *quia indiuiduū est, ideo aut tota retinetur aut tota amittitur.* Et *Bart. ibi* inquit, *in indiuiduo retinet quis per socium, quod per se non potest.* Cùm ergo matrimonij contractus indiuiduus sit, ita vt ab vno sine altero iniri nequeat, eò ipso quòd quis est parochus ad coniungendum vnum, per necessariam connexionem, erit ad vtrumque. Et confirm. quia re concessa, omnia necessaria ad illam comparandam conceduntur, *l.2.ff. de iurisd. omn. iud.* ibi, *cui iurisdictio data est, ea quoque concessa videntur, sine quibus iurisdictio explicari non potuit*: & *c. Præterea, de offic. de leg. fin.* ibi, *ex eo quod causa sibi committitur, super omnibus quæ ad causam ipsam spectare noscuntur, plenariam recipit potestatem*: ergo cum proprio parocho cōmittatur, suum parochianum matrimonio coniungere, censetur etiam commissum alienum cum suo cōiungere, cum hæc necessariò connexa sint. Sic *Nau. sum. Lat. c.25. fi. in poster. edit.* dicens sic declarasse Cardinales: quamuis in antiqua editione, asseruerint solū spōsæ parochum, esse legitimum: *Spino spec. testam gl.15 nu.41. Segura 2.p. direct. ind. c. 15.n.47. Salzedo pract. c.73. in noua edit. vers.14.* Et ex Theol. *Enriq. l.11. de matrim. c.3.n.2. Manuel 1.to. sum.2 edit. c.219. num. 5. Vega li.6. sum. casu 118. Petr de Ledes. de matr. q.45.a.5.punct. 3.dub.3.concl.2. Lud. Lop. 1.p instruct. c.86.§. Præterea, & 2.p. de matr. c.39.§. Præterea aduertendum. Bart. à Ledes dub. 21. de matrim. §.1331.§. Annot. oportet 2. Pinald. Cand. 1.p. de matr. nu.244.*

Ad arg. proposita nu.1. respondetur. Ad 1. ex anteced. 5
& subsequentibus colligi Tridentinum inteliexisse de proprio parocho. Ad confirm. dic ibi solum tractari de pœna sacerdotis alieni assistētis matrimonio, ac proinde non opus fuisse, repetere matrimonij nullitatem: quæ satis expressa erat. Ad 2. & confirm. cōstat ex dictis nu. præc.

nam ratione connexionis parochus vnius, est vtriusque.

6 His præmissis, tria vertuntur in dubiũ. Primum, an sufficiat assistentia parochi vnius contrahentis, quando in alterius parochia celebratur. Secundũ, quid, quando proprius parochus vtriusque, vel alterius contrahẽtis, illos in aliena omnino parochia, vel diœcesi coniungit. Tertium, an parochus assistens matrimonio sui subditi, in aliena parochia, peccet, puniendusque sit.

7 QVÆSTIO I. An validum sit matrim. cui proprius parochus vnius contrahentis, assistit in parochia alterius sibi non subditi: vt si parochus Petri contrahentis cum Maria, assistat in parochia Mariæ, cuius non est parochus? Duplex fundamentum præmittendum est. Prius est, duplex est iurisdictio, altera contentiosa, & necessaria: quæ scilicet, habet contradictorem, & inter contendentes exercetur, redditurque in inuitos, *l. Inter stipulantem, §. 1. ff. de verb. oblig.* & dicitur contentiosa, quia actor contendit contra reum: dicitur autem necessaria, quia reus in iudicium vocatus, tenetur ibi respondere, & redditur in inuitos. Altera autem est voluntaria: quæ in solos subditos volentes exercetur: vt sunt adoptio, emancipatio, manumissio, & alij similes actus, hi enim expediuntur coram iudicibus, & dicuntur voluntariæ iurisdictionis, quia non fiunt inuitis subditis, sed solum volentibus, nec petunt iudicem pro tribunali sedentem. Sic *glo. l. 2. init. ff. de offic. proconsulis*, & ibi scribentes: *Rebuff. de verb. sign. l. 111. ad fin.* & melius cæteris, id explicat *Maranta de ord. iudicior. 4. p. s. an simplex, vel duplex, dist. 18. nu. 1. & 2.* Quandoque tamen iurisdictio voluntaria assumit naturam contentiosæ, & reducitur ad contentiosam, quando scilicet non nisi cum causę cognitione exerceri potest, vt in manumissione exercenda per minorem, in qua requiritur causæ cognitio. Sic *Alberic. l. 1. n. 7. ff. de offic. consulis, & l. 2. nu. 3. ff. de offic. proconsul. Marianus Socinus c. Licet ratione, n. 91. de foro compet.*

8 Postetius fundamentum est, hoc distat inter has iurisdictiones, quod contentiosa exerceri nequit à iudice extra proprium territorium, ne iudici illius iniuriam inferat: voluntaria autem potest vbique exerceri: cum nullam enim causæ cognitionem, nec iudicem pro tribunali sedentem, petat, non est cur iudex alieni territorij meritò conqueratur, si in suo, per alienum iudicem erga illius alieni subditos exerceatur. Habetur expresse *l. 2. ff. de offic. proconsul.* & notant ibi omnes scribentes: & *c. Nouit, de officio leg.* & optimè *Conar. l. 3. var. c. 20. nu. 8.* dicens esse omnium. An verò quando iurisdictio voluntaria indiget aliqua cõtentiosa, exercita contentiosa intra territorium, possit voluntaria extra exerceri: dixi hoc lib. 3. disp. 8. nu. 7. Hoc tamen intelligendum est, nisi de licentia iudicis illius alieni territorij: cum enim iudex alienus habeat ibi habitu iurisdictionem, & solus actualis vsus suspensus sit, ne iniuria iudici illius territorij irrogetur, cessante iniuria cõcedente eo iudice licentiam, poterit sua iurisdictione vti. Sic *glo. c. Vt litigantes, v. Expensis, de officio ord. in 6. Innoc. c. Nouit, nu. 2. de offic. legati, Hostiens. ibi col. 2. fin. Ant. n. 16. Card. q. 1. Abb. nu. 4. Henricus n. 1. & 4. Anchar. n. 2. Imola nu. 4. fin. & n. 5. fin. Alex. l. fin. n. 7. ff. de iurisd. omn. iud.* vbi *Iason. n. 14. Rosella Absolutio 1. n. 111. Sylvest. Absolutio 1. §. 11. dub. 2 Ang. Absolutio 2. nu. 5. Tabiena Absolutio 1. q. 11. n. 15. Marian. Socinus c. Licet ratione, n. 91. de foro compet. Nauar. lib. 1. conf. in 1. edit. 1. de tempor. ord. conf. 20. nu. 3. an 2. verò, cod. l. 1. det. elect. conf. 41. nom. 5. Volumus de censuris, tab. 1. c. 27. §. 1. nu. 5.* Desideratur etiam vltra licentiam iudicis, consensus vtriusque litigantis, scilicet, actoris, & rei: non enim inuiti possunt extra territorium trahi: argumẽto, *c. 2. vers. Nisi vocatus. & c. Episcopum, vers. Nisi cum voluntate, 9. q. 2.* Sic *glo. Ant. Anchar. Henric. Abbas, Marian. Socinus, Alex. n. 8. Iason. Rosell. Sylvest. Nauar. Volum. proximè citati.* Censetur autem assentiri iudex, si sciens, & potens prohibere taceat: argumento, *l. Sape. ff. de re iud.* & cum multis probat *Alex. n. 8. proximè citato, Volumus d. n. 5.* vbi bene docet, sufficere etiam tacitum partium consensum, qui habetur, quando vtraque pars sciens esse territorium, alienum, potensque prohibere, non prohibet. vtrum autem possit iurisdictio delegata extra territorium exerceri? dicam hoc 3. lib. tota disp. 34.

Hinc infertur, quoties desideratur iudicialis cognitio causæ, non posse extra territorium absque dicta licentia, & consensu partium, iurisdictionem exerceri: quia vel est iurisdictio contentiosa, vel eius naturam assumit: vt dixi n. 7. Sic *gl. c. Nouit, v. Terminos, de offic. leg.* vbi *Innoc. nu. 2. Host. col. 2. fin. Ant. n. 16. Abb. n. 3. & 4. Card. q. 1. Anchar. Clem. dudum, de sepultur. §. Statuimus qu. 5. dub. 3. vers. Sed de illius ordinario, Marian. Socin. c. Licet ratione, n. 91. de foro compet. Rosella Absolutio, 1. n. 111.*

His præmissis, circa quęstionẽ n. 7. propositam, quidam ita aiunt parochum alterius contrahentis, non posse validè assistere illius matrimonio, in alterius contrahentis qui sibi subditus non est, parochia, sed in sua tantùm: atque ita eum esse solum parochum legitimum, qui cùm parochus sit alterius contrahentis, in propria ipsius parochia matrimonio interest. Prob. ex declaratione facta per Cardinales, his verbis, *si quando vir ad domum vxoris accedit, pro contrahendo matrimonio, in proprius parochus est, qui vxorem ducit.* Et in alia declaratione sic habetur: *quando cõtrahentes sunt diuersarum parochiarum, sufficit proprius parochus mulieris, qua ducit matrimonio.* Et in alia declaratione habetur sufficere præsentiam parochi spõsæ, in illius parochia matrimonio celebrato: & similiter spõsi, matrimonio in eius parochia inito. Secundò, nam duo vincula fortiora sunt vno, *auth. Itaque c. Communia, de succes. ab. in eos solos transmittit hereditatem, qui ex vtroque latere coniuncti sunt.* Sed parochus in cuius parochia contrahitur matrimonium, duplici titulo legitimus est, nempe, quia est parochus alterius contrahentis, & quia in eius parochia contrahitur: ergo hic præferendus est, censenduſque legitimus. Hanc sententiam videntur tenere *Nauar. sum. Lat. c. 25. fin. & l. 4. cons. in 1. edit. de sponsal. cons. 1. n. 1. in 2. de clandest. desponsat. cons. 3. nu 1. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 86. §. Præterea, & 2. p. de matrim. c. 39. §. Præterea aduertendum*, vbi aiunt sat esse parochum feminæ, quando in eius parochia celebratur matrim. & parochum viri, quando in parochia viri: & tenent expresse *idem Nauar. l. 4. cons. in 1. edit. 21. de sponsal. cons. 52. in 2. de clandest. desponsat. cons. 4. Salzedo pract. c. 73. in noua edit. vers. 14.*

Tenendum tamen prorsus est, sufficere proprium alterius contrahentis parochum, etiam si in parochia alterius sibi non subditi, matrim. celebretur. Prob. quia Tridentinum solam petit parochi proprij præsentiam, qui iurisdictionem voluntariam, qualis est hæc, non amittit, parochiæ fines egrediens. Secundò, quia is legitimus parochus est, vt assistat matrimonio, qui est legitimus ad audiendas confessiones (vt dicemus hoc l. 3. disp. 23. n. 10.) sed iuxta fere omnes parochus extra parochiam, est legitimus ad audiendas confessiones: ergo & ad coniungendum matrimonio. Tandem quia assistere matrimonio, reducitur ad iurisdictionem voluntariam, cum non exigat causæ cognitionem: ergo validè extra parochiã exercetur, iuxta tradita n. 8. Ita docent *Enriq. li. 11. de matrim. c. 3. nu. 1. Manuel. 1. to. sum. 2. edit. c. 219. n. 5.* Et videntur tenere *Spino speculat. stam. glo. 15 nu. 41. Segura direct. iudic. 2. p. c. 15. num. 47. Petrus de Ledesm. de matrim. q. 45. a. 5. punct. 3. dub 3. concl. 2. Vivald. Candelabro 1. p. de matrim. n. 244. Bart. à Ledesm. dub. 21. de matrim. fol. 1331. §. Annotare oportet secundo.* nam indistinctè docent sufficere parochum sponsi, vel sponsæ: & hoc decisum esse à Cardinalibus, teste *Nauar. lib. 4. cons. in 1. edit. 21. de sponsal. cons. 52.*

Ad arg. proposita nu. 10. respondetur. Ad 1. eam Cardinalium declarationem, ne posteriori eorundem declarationi, relatæ n. præced. aduersetur, intelligendam esse de consilio: expedit enim eum parochum matrimonio assistere, in cuius parochia celebratur. Ad 2. die, solùm probare maiori iure, & ratione assistere debere parochum, in cuius parochia matrim. celebratur.

QVÆSTIO II. An si parochus vtriusque contrahentis, vel alterius, in neutrius parochia, sed in prorsus aliena, aut in aliena diœcesi, matrim. interfit, valeat? *Nauar. l. 4. cons.*

in calce ti. de spons. cons. 51. & cons. 47. nu. 3. & seq. in 2. verò t. de Cand. despons. cons. 4. & 14. n. 3. & seqq. affirmat non satis esse parochum alterius, vel vtriusque contrahentis, dum in nemine parochia matr. celebratur: & posse parochum extra parochiam existentem dare licentiam sacerdoti, vt extra parochiã matrimonio assistat, minimè tamen ipsum extra parochiam, assistere posse. Probat, quia mens cõcilij posterioris parochi præsentiam, fuit, vt suam auctoritatem præstaret matrimonio, tamquam persona publica, sed extra territorium est persona priuata: vt constat ex *l. 3. ff. de offic. proconsul. ibi, Præses in sua prouincia homines imperiũ habet, extra, cum in prouincia est, nõ si excesserit, priuatus est.* Ergo extra suam parochiam non potest assistere matrimonio.

14 Dicendũ tamen est sufficere ad valorem matrimonij, præsentiam parochi alterius, vel vtriusque contrahentis, quamuis in neutrius parochia, nec diœcesi, matrim. celebretur: Prob. quia vel interesse parochum matrimonio, est actus iurisdictionis (& tũc cum iurisdictio hæc sit voluntaria, exercetur enim in solos volẽtes, nec causæ cognitionem, postulat) potest validè extra territorium exerceri, iuxta dicta nu. 8. vel non est actus iurisdictionis, sed tantum desideratur illa præsentia ad auctoritatem matrimonio præstandam, sed hanc præstare potest extra propriam parochiam, cum vere persona publica, & parochus extra suum territorium, ergo potest ibi matrimonio assistere. Præterea probatur arg. quo vsi sumus nu 11. quia potest extra parochiam & diœcesim audire confessionem subditorum, ergo & illos matrimonio cõiungere. Deinde, quia potissimus Tridentini finis petentis assistentiam parochi matrimonio, fuit, vt clandestinitas vitaretur, Ecclesiæq; constaret matrimonium quod sufficienter obtinetur, parocho vbicumque assistente matrimonio. Vltimò, quia iudex potest exercere proprium territorium, auctoritatem præstare manumissioni, & adoptionibus, vt optime docet *Henric. c. Nouit. n. 2. de offic. legat.* quia hæc non spectant ad iurisdictionem contentiosam, nec causæ cognitionem petunt: ergo similiter potest parochus extra parochiam auctoritatẽ præstare matrimonio, cum similiter non pertineat ad iurisdictionem contentiosam, nec causæ cognitionem postulet. Ita tenent *Enriq. l. 11. de matrim. c. 3. n. 2.* & refert *in commentar. ad l. 8.* multos viros doctos id tenentes, *Salzedo pract. c. 73. n. 2. alias. §. Vndecimo, Segura 2. p. direct. iudic. c. 15. num. 49. opinã. speculo testam. gl. 15. nu. 42. Manuel 1. tom. summæ, 2. edit. c. 215. n. 7.*

15 Vtrum verò alius sacerdos, cui parochus, absolute fecit copiam assistendi matrimonio, possit valide extra parochiam assistere: dicam hoc 3. lib. disp. 34.

16 Ad 1. argum contrarium propositum n. 13. dic, cum *glos. cap. 1. auctor. ff. de offic. præsid.* esse quidem iudicem extra territorium, personam priuatam, quantum ad iurisdictionem contentiosam exercendam: secus autem quoad voluntariam, ad quam reducitur assistere matrimonio.

17 QVÆSTIO III. An proprius parochus assistens matrimonio extra parochiam absque licentia ordinarij, vel parochi, in quo matrim. celebratur, peccet, puniendusque sit? Affirmant aliqui peccare, & esse puniendum: dumodo causam, quia parochus tenetur auctoritatem, & approbationem publicã Ecclesiæ nomine, præstare matrimonio, hanc autem licite præstare nequit in aliena parochia, quia pertinet ad iurisdictionem quasi contentiosam, cum præstari debeat tamquam à publica persona. Et confirm. quia Episcopus nequit absque peccato conferre ordines suis subditis in aliena diœcesi, sine licentia ordinarij illius loci: ergo constat ex *Trident. sess. 6. c. 5. de reform.* idque non alia ratione, nisi quia collatio ordinum, est actus iurisdictionis contentiosæ, cum fieri debeat auctoritate Pontificis: ergo similiter non poterit parochus extra parochiã assistere matrimonio, cum auctoritate publica functurus sit. Secundo, quia nequit spõsos benedicere in aliena parochia, vt cõstat, minus autem videtur benedicere, quam matrimonio coniungere, cum illud solemnitas quædam matrimonij sit. Sic tenent *Enriq. l. 11. de matr. c. 3. nu. 2. Salzedo pract. c. 73 in nouæ edit. §. Vndecimo: Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 219. n. 7.*

Verum probabilius mihi est, nullo modo peccare, cessante scandalo: nec puniendum esse, Prob. quia minus est auctoritate præstare matrimonio, quam exercere actum iurisdictionis voluntariæ, cum vterq; actus fiat tamquam à persona publica, priuatus enim nulla iurisdictione vti potest, & præstare auctoritatem, tantum sit interesse tamquam testem habentem qualitatem & dignitatem parochi, quod fieri potest à parocho excommunicato denunciato vt dicemus hoc 3. l. disp. 21. n. 4. exercere autem iurisdictionem voluntariam, vltra dignitatem personæ publicæ, postulat iurisdictionẽ nullo modo esse impeditã, quare si exerceatur ab excommunicato denunciato, nihil prorsus fit: vt dicam hoc 3. l. disp. 22. n 32. Si ergo potest parochus in aliena diœcesi exercere iurisdictionẽ voluntariam erga subditos, audiendo ipsorum cõfessiones, iuxta fere omnes, poterit à fortiori assistere matrimonio: quod minus est. Præterea, quia attento iure antiquo poterat Episcopus in aliena diœcesi conferre propriis subditis primam tonsuram, & pontificalibus vestibus indutus celebrare, absque licẽtia Episcopi illius diœcesis: vt cum aliis per ipsos relatis probant *Couarr. 3. var. c. 20. nu. 9. Enriq. l. 3. de confirmatione c. 6. n. 6.* ergo à fortiori poterit licite matrimonio interesse: cã illa multo digniora sint, sunt enim actus ordinis, & iurisdictionis Episcopalis: interesse autẽ matrimonio ne est actus ordinis, nec iurisdictionis, sed testificatio quædam personæ dignitatem habentis: vt dicam disp. 21. nu. 4. Tandem, quia nullo iure interdictum inuenio parocho assistere matrimonio, extra propriam parochiam; nec parochus alienus iure offendi ex hoc potest, cum id non pertineat ad iurisdictionem contentiosam. Et ita hanc partem defendunt *Spino speculo testam. gloss. 25. n. 42. Segura direct. iudicum, 2. p. c. 15. n. 49.*

18

Ad arg. contraria proposita n. 17. respondetur. Ad 1. negando spectare hoc ad iurisdictionẽ quasi contentiosam. Nec obstat fieri tamquam à persona publica, quia etiam iurisdictio voluntaria exercetur licite tamquam à persona publica, extra proprium territorium. Ad confir. nego eam esse rationem: sed ratio est, teste *Couar. li. 3. var. c. 20. n. 9.* quia ordines sacri conferuntur ab Episcopis celebrantibus diuina officia, indutisque vestibus Pontificiis, & ita cum quodam quasi strepitu iudiciario: quare primã tonsuram poterant Episcopi in aliena diœcesi conferre, quia is strepitus necessarius non erat: hodie autem nec primã tonsuram conferre licet, propter prohibitionem *Tridentini sess. 6. c. 5. de reform.* quod id prohibuit, ne diœceses confunderentur. Ad 2. dic disparem esse rationem, quia benedictiones solemnes celebrantur à sacerdote inter Missarum solemnia, & ita cum quodam quasi strepitu iudiciario, vt proxime de ordinibus sacris dicebamus; matrimonium autem priuate celebrari potest.

19

DISPVTATIO XX.

Vtrùm desideretur ad matrimonij valorem, parochum illi assistentem, esse sacerdotem: & similiter illum, qui de parochi licentia, matrimonio interest?

SVMMARIVM.

Potest esse parochus, & non sacerdos: & quot sint quæstiones disputandæ, num. 1.

An valide assistat matrimonio parochus non sacerdos: refertur opinio negans, n. 2.

Contraria verior, n. 3. Et ibi, iuncto n. 2. an dicto, Alium impugnet sententia per similes.

Lex frequentiorem vsus causa decernens aliquid, non excludit casum minus frequentem, n. 5.

Vna pars alternatiuæ dubia declarat aliam, n. 2.

An peccet parochus non sacerdos assistens matrimonio, n. 4. Et ibi opinione vti in materia, & forma sacramentorum, an sit peccatum: & in alia in quibus periculo exponitur veritas sacramenti.

Soluuntur argumenta, n. 5.

An parochus non sacerdos possit sacerdoti licentiam assistendi matrimonio, concedere: refertur opinio negans, n. 6. & contraria verior, n. 7.

Soluuntur argumenta, & euadetur c. fin. 46 d. n. 8.
An possit non sacerdos dari licentia assistendi matrimonio; proponuntur argumenta probantia partem affirmantem, n. 9. & sententia vera, n. 10. Et ibi, an possit committere parochus sacerdoti non approbato ab ordinario, vel excommunicato, aut irregulari.
Soluuntur argum. n. 11 Et ibi iuncta n. 9. an sacerdotis nomine, comprehendantur diaconus, & subdiaconus.

1 SVPPONENDVM est, posse esse parochum nondum sacerdotem, vt si non ejapsus sit annus à parochialis beneficij collatione, *cap. Licet canon, de elect. in 6.* vel si ratione studij dispenset Episcopus, ne intra septẽnium parochus ad sacerdotiũ promoueatur, *c. Cum ex eo, de elect. in 6.* Hoc præmisso, tria sunt sub iudice in hac disp. Primò, an parochus non sacerdos valide interfit matrimonio Secundò, an possit sacerdoti licentiam assistendi dare. Tertiò, an possit non sacerdoti.

2 QVÆSTIO III. An parochus nõ sacerdos validè interfit matrimonio? Duplex est sent. Prima negat. Ducitur primo, ex *Trid. sess. 24. de matrim. c. 1* ibi, *qui aliter quam præsente parocho, vel alio sacerdote.* Nam dictio, Alius, est relatiua, & repetit præcedentẽ qualitatẽ, cuius est persona expressa: & ita significat similem qualitatem in relatio: vt cõstat ex *l. Si fugatiuus* ibi, *alia pœna, C. de seruis fugit.* iuncta *gl. fi.* quæ ait, *alia pœna, scilicet similis.* Et docet *Ruin. cons. 181. n. 2. vol. 2. Mãdos. gl. Facultatum regentis*, §. *Et proprium, super v. Alius patentibus vers. Alius, Villalobos in communibus, lit. A. n. 145. Ant. Gab. to. 1. commun. in mea edit. f. 36. col. 2 fin. v. Alius: Menoch. lib. 1. de arbitr. q. 80. n. 122. Fulvius Pacianus de prob. l. 2. c. 3. n. 239. Gutier. de iuram. 1. p. c. 14. nu. 13. fi. Brunorus in suo compendio, lit. D. v. Dictio Alius.* Quare cũ altera pars alternatiuæ, habeat, *vel alio sacerdote*, supponit alteram alternatiuæ partem, quæ relata est, nempe *qui aliter quam præsente parocho* intelligendã esse de parocho simili sacerdotij qualitate affecto. Et confirmatur ex doctrina *Imolæ Clem. 1. de rescrip. n. 7.* vbi referens Ioannem Andream, & Iacobum, concludit, dictionẽ, Alius, non implicare similem qualitatem, vbi præcedit materia extranea, vel diuersa prorsus, implicare tamen, vbi præcedit similis in substãtia, vel qualitate; ita vt possit simul coaptari: sed in hoc casu, pars antecedens, scilicet, parochus nõ est extranea, nec diuersa prorsus, & potest illi cõuenire qualitas adiuncta relatiuo, Alius, nempe sacerdotium, ergo dictio, Alius, denotat in parocho eandem qualitatẽ. Secundò confirm. ex doctrina *Barbatij cons. 33. n. 26. & 27. vol. 2. Lambertini de iure patron. l. 2. p. 1. q. 7. a. 28. n. 2.* vbi, clausula capellaniæ habẽte, teneri capellanum, per se, vel per alium sacerdotem, sacra celebrare, asserunt necessario capellanum debere esse sacerdotem, eo quod dictio illa, Alius, sit ampliatiua similium: ergo similiter, cũ Trident. asserat, *qui aliter quam præsente parocho, vel alio sacerdote*, dicendũ est ratione dictionis, Alius, petere, sacerdotium in parocho. Secundò principaliter prob. quia vbi alternatiua dubia est, vna eius pars alteram declarat, *leg. 1. ff. de rebus dubiis*, vt inde colligit *Bart. ibi, num.* ergo cũ hæc alternatiua, Præsente parocho, vel alio sacerdote, dubia sit, an intelligatur de parocho sacerdote, declarabitur vt ita intelligatur per alteram partem, nempe, Vel alio sacerdote. Tertiò, quia præsentia parochi desideratur in matrim. vt illius testimonium omni fide dignum reddat, sponsosque cõiungat, & benedicat Ecclesiæ nomine: quæ omnia multo melius præstabit parochus sacerdos, eius etiam testimonium multo fide dignius est, & ipsius proprium est benedicere: ergo ex hac congruentissima ratione colligitur Trident. elegisse parochum sacerdotem. Tandẽ, quia olim vetustissimo, & celebri Ecclesiæ ritu nuptiis cõtrahendis adhibẽdus erat sacerdos, vt constat ex variis Põtificum conciliorumque decretis, quæ refert *Gratian. 30. q. 5. per totam*: ergo similem parochum petit Tridentinum. Hanc tenet *Nauar. l. 1. cons. in antiqua edit. t. 31. de offic. ordin. cons. 1. in 2. l. 4. 1. de clandest. despons. cons. 10.* referũtque Cardinales in hanc partem inclinasse, nec vicarium Episcopi, nec parochum posse valide matrimonio assistere, si sacerdotes non sint: *Manuel 1. tom. sinum. 2. edit. c. 219. n. 9. Salzedo pract. c. 73. in nona edit vers. 14.* & dicit esse probabilem *Petr. de Ledes. de matri. q. 45. a. 5. punct. 3. f. 191. fin.* §. *Sit tertia conclusio.* & videtur tenere *Verracruz appendice ad speculum, dub. 5. concl. 2.* ait enim ad legitimum matrim. sic ministrum sacerdotem esse requisitum, vt non quicunque sufficiat, nisi proprius parochus sit. Et hæc sent. est probabilis.

3 Secunda sent. multo probabilior, ait, non desiderari, vt parochus sacerdos sit. Prob. quia Tridentinũ non restrinxit vt parochus sacerdos sit, prout fecit in alio de licentia parochi assistenti matrimonio: idq; conuenientissima ratione, nam cum exigat testimonium fide dignum, dignitas parochialis beneficij efficit vt iure optimo sit parocho fides adhibẽda, quæ dignitas cum non parocho deficiat, eam suppleri sacerdotali dignitate, concilij volunt: ergo dicendum est sufficere parochum non sacerdotẽ. Et confirm. quia cum hæc res grauissima sit, ad matrimonijque valorem necessaria, verisimile est si concilium voluisset eam in parocho qualitatem, fore vt eã exprimeret, argumento *l. Item apud Labeonem*, §. *Ait prætor ff. de iniuris, & c. Audientiam, de renunciat.* sicut in assistenti ex parochi licentia id expressit. Secundò prob. quia parochus nõ sacerdos exercere potest omnia quæ à potestate ordinis non dependent: vt colligitur ex *c. Suffraganeis, & c. Transmissam de elect.* vt probatur Episcopum nondum consecratum, posse omnia Episcopi munera obire, demptis ab ordine dependentibus, sed inter: esse matrimonio non est actus ordinis, sed iurisdictionis parochi: ergo. Et confirm. quia *Trident. c. 1.* vndecies parochi mentionem fecit, nunquamque sacerdotij meminit, nisi cum assistere matrimonio permittitur alij, quam proprio parocho: ergo signum manifestum est, non exigere hanc qualitatem in parocho. Tertiò, quia Concilium disiunctiue postulat præsentiam parochi, aut alterius qui sacerdos sit: ad veritatẽ autem disiunctinè sufficit alteram partem verificari: *reg. In alternatiua, de reg. iur. in 6.* ergo satisfit concilio, si parochus non sacerdos, vel alius sacerdos de eius licẽtia, interfit. Quartò, quia decretum hoc est correctorium iuris antiqui, ergo prorsus restringendum est, & verba improprianda, vt minus illud corrigat: iuxta tradita *l. 1. disp. 17. n. 6.* Et cõfirm. quia dictio, Alius, cui opposita sent. innititur, non se tenet qualitatẽ præcedenti similem refert: vt docet optime *gl. c. Deinde, v. Cum cæteris, 26. d. & c. Sedes, v. Maiores, ad fin. de rescrip. & auth. Qui semel, v. Aliud, C. quomodo, & quãdo.* vbi textus inquit, *aliud anni spatium indulgetur*: & gl. inquit, *loquitur quasi annum dederit, cum tamen tres menses dederit: sed dic, quod non implicat simile tempus.* Per *l. Nõ solum*, §. *Quæritur, ff. de pœnis*, vbi *gl. v. Creditores*, ait dictionem, Alius, impropriè sæpe poni: quia non semper refert eandem qualitatẽ: idem *Speculat. 1. de sponsalibus, nu. 4. Imola c. Sedes, n. 11. de rescript.* vbi cum multis alijs per ipsum allegatis, *Felin. in c. 6. Flaminius de resig. benef. l. 2. q. 15. num. 21.* Et prob. ex illo *Matth. 28. & Marci 15.* vbi de Christo seruatore nostro aiunt, *cum eo crucifixi sunt alij duo latrones*: & ex *c. Nouatianus, 79. 1.* ibi, *alios pseudoprophetas.* Et tunc inquiunt *Imola, & Felinus ibid.* implicare dissimilitudinem, quando ratio subiectæ materiæ id secundet: quod contingit hic, quia parochus non sacerdos, potest exercere omnia parochi munia, quæ potestate ordinis nõ indigent: ergo ex illa particula, Vel alio sacerdote, non colligitur sufficiens argumentum, ad corrigendum totum ius, quod ad obeunda munera ab ordine non pendentia, minime desiderant in parocho sacerdotium. Tandem, quia *c. Omnis, de pœnitent. & remissio.* expresse decernitur, neminem posse confiteri alieno sine licentia proprij sacerdotis: & tamen DD. bene asserunt, vt *Palud. 4. d. 17. q. 3. a. 1. num. 5. fin. Sotus 4. dist. 18. q. 4. ar. 3. vers. Circa concessionem*, parochum non sacerdotem posse eam licentiam dare: & *Clem. 1. de priuileg.* expresse habetur, non licere religioso, ministrare Eucharistiam, absque licentia presbyteri parochialis: & tamen *gl. verb. Presbyteri, & ibi Anchar. q. 2. Cardin. q. 18. Abb. n. 8. Bonifac. n. 30. D. Antonin. 3. p. t. 24. c. 14. vers. Quæ intelligatur, Cantar. v. Excommunicatio ca. 64. Rosella Absolutio 1. n. 41. Angel. Excommunicatio 5. casu 12. nu. 6. Sylvest. Excommunicatio 7. casu 14. dub. 11. n. 39. Tabiena Excommunicatio 5. casu 11.*

1.63.n.4 Nauar.Sum.c.27.n.102. Suarez 3.p.q.82.ar.3.disp. 7.sect.2 affirmant parochum non sacerdotem posse eam benedicere concedere: & ad textum respondet optime Suarez, esse modum loquendi: quia communiter parochi, sacerdotes sunt. Si ergo cum textus expresse qualitatis sacerdotij meminerunt, declarantur pié, nō exigi eam qualitatem vt parochus prædictam licentiam concedat: ne iura corrigantur, quæ nō petunt sacerdotium in parocho obtinere: immeta potestatis iurisdictionis: à fortiori, cum Trident. eius qualitatis non meminerit, dicendum est eā non desiderari. Et confirm. quia c. Nuper, de sent. Excommun. nō simpliciter vero casu, dicitur absolutionem excōmunicationis non reseruatæ posse impendi à proprio sacerdote: tamen Volumus de censuris, tabula 3. c. 4. §. 2. n. 2. optime probat posse impendi à proprio parocho, nondum sacerdote: & respondet 2d textum, eo quod parochi sacerdotes communiter sunt, & vbi non sunt, diutius esse nequeūt, quin sacerdotes sint: idcirco sacerdotis mentionem fecerunt, eam vbi lex frequentioris vsus causa, quidpiam decernit, casum minus frequentem non idcirco excludi, aut comprehendere videtur: vt tradunt DD. l. vn. C. de caducis tollendis: ergo sic dicendum est in nostro casu, esto dicto Alius, referret similem qualitatem sacerdotij in parocho: non eam referre, quasi necessaria sit, sed quia frequenter parochus sacerdos est. Et ideo hanc sententiam tenent Sanct. l. 4. consil. in 1. edit. t. de sponsal. conf. 30. in 2. t. de consil. disput. conf. 9. Enriq. lib. 11. de matrim. c. 3. n. 5. & l. 14. de regular. tract. 6. n. 3. fin. & l. 1. de sacram. in genere cap. 26. fin. Vgol. de sum. cāsa 112. & 119. & dicit esse probabilem Petr. de Ledesm. de matrim quæst. 45. a. 5. punct. 3. dub. 3. concl. 3. Et de rect. 4.

4 Addit ibi Petr. de Ledesm. peccare parochum, si sacerdos non sit, assistendo matrimonio: quia non potest commode sponsos benedicere verbis illis. Ego vos coniungo, &c. quæ tamen parochum proferre. Verum ex hac parte non credo parochum peccare: nullam enim reputo difficultatem in eo, vt parochus non sacerdos ea verba proferat. Et huius rei caput, posset aliquis existimare, cum Ledesm. dicit inquere: quia cum probabilis sit prior opinio, non valere matrim. parocho non sacerdote assistente, oporteret absque necessitate, periculo veritatem sacramenti, aut materiæ, iuxta opinionem probabilem in sacramentis relictis certis in quibus non est opinio, est lethale, vt docet Mercad. 1. 2. q. 19. a. 6. §. Ad argumentum in contrarium, Enriq. l. 1. de sacram. in genere c. 9. nu. 15. Bart. à Ledes. de sacram. in genere, dub. 5. conclus. 4. qui eam rationem reddit, quod veritas sacramenti periculo exponatur. Cæterum nec ex hoc capite credo peccare, quia vtēs opinione probabili circa sacramenta, non peccat: eo vel maxime, quod opinio probabilior opinio asserēs esse validum matrimonium. Et ita Salon. 2. 2. q. 63. a. 4. controuers. 2. in solut. ad 3. ex forma & materias sacramentorum, non prouenire ex defectu opinionis, & ratione periculi: sed quia contrauenit præcepto vtendi forma & materia præscriptis & vsitatis in Ecclesia: quare si in ipsis sacramētis aliquod dubium se offerat, circa quod nullum sit Ecclesiæ præceptū, quilibet posse relicta opinione probabiliori, sequi probabilem. Præterea, quia cum hoc impedimentum ne valeat matrimonium, sit ex solo iure humano concilij Tridentini, non probabilis quo viri docti existimant matrimonio assistente parocho non sacerdote, valere: efficere validum: per l. Barbarius. ff. de offic. prætor. vbi dicunt Bartol. lib. 3. disp. 22. fine.

5 Ad argum. proposita n. 2. respondetur. Ad 1. constat ex dictis, n. 3. Ad confirm. dico eam doctrinam non esse vtique veram, patitur enim exceptionem, quando verisimiles coniecturæ, diuersæ mentis decreti extant: vt hoc nostro n. 3. Ad 2. confirm. dico non sufficienter probari ex illis verbis, Per se, vel per alium sacerdotem, exigi capellanum esse sacerdotem: & quamuis in clausula cappellaniæ, ex iis verbis id probaretur, non concludere idem esse dicendum, in nostro casu; quia illic non sunt coniecturæ mentis contrariæ testatoris: quales sunt hic cōtrariæ mētis Tridentini. Ad 2. fateor vnam partem alternatiuæ dubiæ declarari per alteram, nisi aliæ coniecturæ fortiores vrgeant, vt aliter declaretur: prout contingit hic. Ad 3. dico probare cōuenientius forte, vt parochus sit sacerdos, non tamen esse necessarium. Ad 4. dico ea decreta nullam vim facere in sacerdotio parochi, sed in eius assistentia, ne matrimonia essent clandestina, meminisse tamen sacerdotij, quia parochi communiter sacerdotes sunt, vt de similibus decretis dixi nu. 3. Præterea, licet ea decreta peterent veri sacerdotis præsentiam, non eo rigore intelligendum est Tridētinum: quia illa id exprimebant, nec irritabant matrimonia aliter inita, nec erant iura correctoria: hoc autem id non exprimit, & annullat matrimonium aliter contractum, estque ius correctorium.

Qvæstio II. Vtrum parochus non sacerdos possit 6
concedere licentiam sacerdotij, vt intersit matrimonio?
Retenta opinione nō exigi sacerdotium in parocho, manifestum est, sicut potest ipse assistere matrimonio, posse concidere licentiam sacerdoti assistendi. Si tamen sustineatur prior sent. proposita n. 2. docens, necessario parochum debere esse sacerdotem, dubium videtur, propter decretum Trident. sess. 24. c. 1. de matrim. ibi, *qui aliter, quam præsente parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi, vel ordinarij licentia.* Vbi norandæ est illa particula, Ipsius, cum enim sit relatiua identitatis, refert parochum cum eadem ipsa relatiua identitatis, refert parochum cum eadem ipsa sacerdotij qualitate, cum qua antecessit, in prioti parte illius alternatiuæ, *qui aliter quam præsente parocho, vel alio sacerdote.* Et confirm. si iuxta illam sententiam, ob relatiuū diuersitatis, Alio, desideratur eadem sacerdotij qualitas in parocho relato, à fortiori id exiget relatiuum identitatis, Ipsius. Secūdò probatur ex doctrina Stephani, & Imolæ Clem. 1. de privil. nu. 14. vbi docent parochum non sacerdotem, minime posse concedere licentiam religiosis, ministrandi Eucharistiam, eo quod per se ipsum ministrare non potest: probanteq; ex c. fin. 46. d. ibi, *sicut non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere sacrum attentet*: ergo similiter si parochus non sacerdos nequit assistere matrimonio, nequibit etiam dare licentiam alteri vt assistat. Et profecto sustinendo illam opinionem, nō videtur à probabilitate alienum, hoc asserere.

Cæterum multo probabilius est, eam licentiam posse 7
concedere parochum non sacerdotem, quamuis ipse assistere minime posset. Quia durissimum esset intelligere, Tridentinū velle parocho, qui omnia iurisdictionis nondum sacerdos exercere potest, hoc vnicum negare. Item quia qualitatem sacerdotij iuxta illam sententiam postulat Tridentinum in assistente matrimonio, vt conuenientius, & fide dignius sit testimonium, quod intentum omnino seruatur, quando alius sacerdos de licentia parochi non sacerdotis assisteret, non autem seruabatur, parocho non sacerdote assistente: vnde non mirum si postularet sacerdotium in parocho assistenti, non autem in ipso assistendi licentiam concedenti. Tandem, quia n. 3. probauimus parochum non sacerdotem posse dare licentiam religioso, ministrandi Eucharistiam: quam ipse parochus ministrare nequit. Et ita tenent Nauarr. l. 4. consil. in 1. edit. l. 11. t. 31. de offic. ordinar. conf. 1. & l. 4. 11. de sponsal. conf. 44. in 2. vero, ee. l. 4. t. de clandest. desponsat. conf. 6. & 10. Enriq. l. 11. de matrim. c. 3. n. 5. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 219. n. 9. Certius autem esset, si ordinarius nondum sacerdos hanc licentiam concederet sacerdotij: quia respectu ordinarij, nihil est in decreto Tridentini, significans qualitatem sacerdotij in eo desiderati.

Ad argum. proposita n. 6. respondetur. Ad 1. & confirm. 8
constat ex dictis, reperitur enim maxima congruentia, vt intelligamus per illam particulam, Alio sacerdote, exigi sacerdotium in parocho relato, quæ tamen minime inuenitur; vt per particulam, Ipsius, postuletur eadem

quæ-

qualitas. Ad 2. dic eam doctrinam non esse veram, vt probaui n. 3. nec *c. Illud fin.* eam probare: loquitur enim in peccato vsuræ, sicut enim suo nomine, ita nec alieno id exercere potest clericus: ratione mque subdit textus, *indecens est enim crimen suum, commodis alienis impendere, & exercere.*

QVÆSTIO III. An parochus possit concedere licẽtiam
9 clerico qui sacerdos non est, assistendi matrimonio. Videtur id fieri posse: quia quamuis in decreto *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* solum de sacerdote mentio fiat, ibi, *vel alio sacerdote de licentia parochi*: in materia tamen fauorabili nomine sacerdotis comprehenduntur etiam diaconus, & subdiaconus, secus in stricta, odiosa & pœnali: vt docent *Ant. c. Si quisquam n. 3. de cohabit. cler. & mul. Abb. ibi, nu. 2. Imola init. & n. 2. Ang. v. Sacerdos, n. 1.* vbi *Syluest. init. Tabiena qu. 1. n. 2. Armil. nu. 1.* matrimonij autẽ causa fauorabilis est, *c. fin. de sent. & re iudicat.* ergo. Et confir. quia multa in matrimonio conceduntur pro illius valore quæ in aliis contractibus negantur. teste *Felino rubr. de sponsal. nu. 4. vers. postremo*, vbi 24. specialia fauore matrimon. congerit. Secundò, quia hoc cedit in fauorem filiorum, vt legitimi habeantur. Tertiò, quia sacerdos assistens matrim. non est ipsius minister, vt dixi l. 2 disp. 6. n. 2. ergo assistentia illius nõ est actus ordinis, ac proinde committi poterit nõ sacerdoti.

10 Dicendum tamen est, minime posse conferri hanc licẽtiam non sacerdoti: quare assistente diacono de licentia ordinarij, vel parochi, matrim. esse irritum. Probatur, quia verba secundum communem intelligentiam accipienda sunt. *cap. Ex literis, el 1 de sponsalib.* vbi etiam tradunt omnes scribentes: at secundum communem vsum loquendi nomine sacerdotis intelligitur verus presbyter: ergo dum concilium dicit, *vel alio sacerdote, de licentia ipsius parochi, vel ordinarij*: verum presbyterum intelligit. Et confirmatur, ex modo loquendi eiusdem Tridentini: semper enim distinguit sacerdotes, à diacono, & aliis altaris ministris, vt constat ex *sess. 23.* vbi ex professo agit de ordine, & maxime *c. 2. & can. 2.* ergo eodem modo sumitur sacerdos in præsenti decreto. Tandem, quia hoc decretum ita semper intellectum est, vsque receptum. Sic docent *Nauar. lib. 4. consil. in 1. edit. t. de sponsal. consil. 44. in 2. ti. de clandest. d. sponsal. consil. 6. Enriquez* dicens omnes Theologos, & iurisperitos ita sentire *lib. 11. de matrim. c. 3. nu. 5. Pet. de Ledesm. de matrim. q. 45. a. 5. punct. 3. dub. 4. Manuel 1. tom. summ. 2. edit. c. 219. n. 12. Vegal. 6. sum. casu 112.* Potest tamen parochus hanc licentiam concedere simplici sacerdoti, non approbato ab ordinario. Quia hanc approbationem tantum petit *Trident. sess. 23. c. 15.* pro confessionibus audiendis, propter magnam prudentiam, scientiam, & vitæ probationem, quæ in tali ministro requiruntur, cum sit medicus & iudex animarum. Sic *Enriqu. & Manuel, proximè allegati*: addit bene *Enriquez* idem esse, quamuis sacerdos cui licentia datur, sit excommunicatus, vel irregularis: quia (vt dicam disp. seq. nu. 4.) hæc assistentia non est actus iurisdictionis, exercerique; potest per excommunicatum, vel irregularem

11 Ad argum. proposita n. 9. dic. Ad 1. eam doctrinam esse veram, dum sermo est de clericorum absolutione, aut punitione; secus vbi agitur de necessarijs ad sacramentum, tunc enim verba secundum propriam & vsitatam significationem accipienda sunt, propter periculum irritationis sacramẽti. Et per hoc patet ad confirmationem. Ad 2. dic tantum probare secundum se eam facultatem committi posse diacono, nisi decretum Tridentini aliud statuisset.

DISPVTATIO XXI.

Vtrùm parochus excommunicatus, suspensus, vel irregularis, vel cui interdicta est sacramentorum administratio, possit valide assistere matrimonio, vel alteri licentiam assistendi dare?

SVMMARIVM.

Gesta per excommunicatum, suspensum, vel irregularem denunciatum, non valent, si ad iurisdictionem pertineant; secus si denunciati non sint, n. 1. Et in eo quo consistat difficultas. Et quot quæstiones sint disputanda, n. 2.

An valeat matrimonium assistente parocho excommunicato, suspenso, vel irregulari, non tolerato; proponuntur argumenta probantium negantem, n. 3.

Valet matrimonium nec ea assistentia est actus iurisdictionis, n. 4. Et illi, quid, si parochus det licentiam sacerdoti excommunicato vel irregulari.

Soluuntur argumenta n. 5.

An valide det licentiã alteri sacerdoti assistendi matrimonio parochus excommunicatus referetur opinio negans n. 6. Et contraria verior, n. 7.

Quid de licentia concessa à parocho, vel Episcopo excommunicato denunciato, ministrandi alia sacramenta n. 6. 7 modo n. 9.

Quid si Episcopus, aut parochus excommunicatus, suæ matrimonium instituat, & ille assistat matrimonio, reuocatur, n. 7.

An peccet parochus excommunicatus, assistens, vel alij licentiam assistendi concedens, n. 8.

Soluuntur argumenta n. 9.

Duplex interest parocho administratio Sacramentorum, n. 10.

An valeat matrimonium coram parocho inter datã Sacramentorum administrationem, n. 11.

Quid si non sit proprietarius sed ad nutum amoueri ille, n. 12.

PRÆMITTENDVM est, post Concilium Constantiense, omnia gesta ab excommunicatis, suspensis, vel irregularibus, dum denunciati non sunt, vel notorij clericorum percussores, valida esse: secus autem si denunciati sint, aut notorij clerici percussores (vt dicam disp. seq. num. 32.) hi autem excommunicati, suspensi, vel irregulares, qui denunciati non sunt, aut excommunicati ob notoriam clericorum percussionem, quos vitare non tenemur, dicuntur tolerati: quando autem denunciati sunt, vel notorij clericorum percussores, dicuntur non tolerati: & ideo hos terminis vtemur, toleratis, vel non toleratis, beneficiorum gratia: & ita eos vocat *Sotus 4. d. 1. q. 5. ar. 6. concl. 7.* DD. autem qui scripsere ante Concilium Constantiense, vocabant omnes excommunicatos, non toleratos: quia tunc omnes excommunicati, erant vitãdi: & ita loquitur D. Th. *3. p. q. 64. art 6. ad 2.* vt notat *ibi Caietan. circa solut. ad 3. & 4. eadem ratione.* Consistit ergo difficultas in hoc, an assistens matrimonio, vel dare alij licentiam assistendi, sit actus iurisdictionis, si enim ita sit, necessario dicendum erit, valere, si assistat parochus excommunicatus, suspensus, vel irregularis, dum toleratus est, vel alius sacerdos de eius licentia: non valere autem, si toleratus non sit: si autem non sit actus iurisdictionis, dicendum est valere vtroque casu, siue ipse parochus non toleratus assistat, siue alius sacerdos de eius licentia.

Triplex igitur quæstio disputanda est. Prima, de parocho non tolerato assistente. Secunda, de licentia ab eodem concessa. Tertia, de parocho assistente, cui interdicta est sacramentorum administratio.

QVÆSTIO I. Vtrùm assistere matrimonio sit actus iurisdictionis, & proinde si parochus excommunicatus, suspensus, vel irregularis, non toleratus, assistat, sit inualidus ille actus, & consequenter matrimonium. Et videtur non valere matrimonium: quia ille actus est parochi, vt parochus est & non est actus ordinis, vt constat: ergo iurisdictionis. Et confirm. quia insinuatio donationis coram iudice facta, nihil aliud est, quam intimatio ipsius donationis iudici, *l. In hac sine, C de donat.* ibi, *apud quemcumque ex memoratũ voluerit intimare*: & *l. 9. fin. t. 4. p. 5.* ibi, *ecomendaria de el mayor iuzgador*: vbi *Greg. Lop. v. Con carta*, ait regulariter nihil aliud requiri, nec decretum iudicis, & tradunt *Bart. & DD. l. Modestinus, ff. de don.* sed quamuis iudex nihil aliud agat, quam interesse illi insinuationi, est actus iurisdictionis voluntariæ, vt cum *Ant. de Canario* tradit *Anton. Gabr. 3. tom. commun. l. 3. t. de donat. concl. 1. n. 54.* ergo similiter licet parochus nihil aliud faciat, quam assistere matrimonio, auctoritatem illi actui præstando, erit actus iurisdictionis. Secundò, quia esto non esset actus iurisdictionis, sed parochus interesset tanquam testis, testimonium non valet excommunicato, non tolerati, *c. Decernimus, de fide instrum. com. in 6. c. Venient, el 2. fin. de testib. & attest.* & late docet *Marcard. de probat. concl. 705. per tot.* ergo adhuc manet, coram parocho excommunicato, non tolerato, est irritum.

Sic

4 Sit conclusio matrim. contractum coram parocho excommunicato, suspenso, vel irregulari, non tolerato, est validum. Prob. quia præsentia parochi requiritur in matrimonio, quasi auctoritatem præstans illi, per potestatē enim habetis subditos: vt docet *Navar. l. 4. cons. in 1. edit. t. de sponsal. cons. 47. n. 6. ad 1. in 2. t. de clandest. desponsat. cons. 14. nu. 6.* at is habet auctoritatem præstare actui sua præsentia, non est actus iurisdictionis. ergo potest valide fieri ab excommunicato nō tolerato. Probatur minor, quia nullus actus seu ordinis, siue iurisdictionis, valide potest fieri ab omnino mūto, & contrariam habenti intentionem: actus enim agentium non operantur vltra eorum intentionem, *Lib. vnus, in fin. ff. de reb. credit.* sed præsentia parochi omnino muti, contrariamque intentionem habentis, sufficit ad valorem matrimonij (vt dicemus hoc 3. l. disp. 39. n. 5.) ergo illa præsentia non est actus iurisdictionis. Item, qui excommunicatus, suspensus, vel irregularis, dum parochus non privatur, manet in possessione & vero parochi est. Huius sent. videntur *Navar. l. 4. cons. in 1. edit. t. de sponsal. cons. 52. ad fin. & in nova edit. ti. de clandest. desponsat. cons. 4. Sal. cap. pract. c. 73. in nova edit. §. Vndecimo*, vbi aiunt eum assistentiam non esse actum iurisdictionis: & tenet expresse *Enriquez* loquens de parocho excommunicato, *Lib. de matrim. c. 3. n. 4. & n. 5.* dicit idem, quando est irregularis, in qui parochus dat licentiam assistēdi matrimonio. Idem docent loquētes de parocho excommunicato, vel suspenso, *Pet. de Ledes. de matrim. qu. 45. a. 5. punct. 3. dub. 3. fin. f. 191. & Vega* referens idem tenuisse *Medinam l. 6. sum. casu 119.* Quid autem dicendum sit, si parochus det licentiam excommunicato, vel irregulari: dixi disp. præced. n. 10.

5 Ad arg. ex propositis n. 3. respondebitur n. 9. pressius enim id vrgebat. Ad confirm. die non esse propriè actum iurisdictionis: appellari autem à iurisperitis actum iurisdictionis voluntariæ, non quia proprie iurisdictionis sit, sed vt opponat contentioſæ, atque ita velle dicere, nō esse actum iurisdictionis contentioſæ, & subinde posse exerceri à quocumque excommunicato, suspenso, vel irregulari, non tolerato, dum non reiiciatur, à beneficio parochiali, sit inualida, & matrimonia cum habente Duplex est ient. Prima ait esse actum iurisdictionis, & ita nec licentiam, nec matrim. valere. Prob. quia est actus parochi in quantum parochus est, cū nullus alius eam licentiam concedere possit, & non est actus ordinis, vt constat: ergo est actus iurisdictionis. Et confir. quia alias frustra Tridentinum soli parocho, potius quam alteri sacerdoti non habenti iurisdictionem, dedisset auctoritatem assistendi, & subsituendi. Secundò, quia dare licentiam alieno sacerdoti audiendi confessiones subditorum parochi, est actus iurisdictionis, & ita inualidè cōcederet ab excommunicato non tolerato: vt docent *Sylu. Absolutio 2. q. 6. Confessor 2. q. 4. effectu 5. Sotus 4. d. 18. qu. 4. Nauarr. c. 23. Cura in confessionis, Victoria summ. de confess. n. 152. & de 12. Bo. ergo similiter non valebit, & erit actus iurisdictionis collata à tali parocho, alteri sacerdoti, vt assisteret matrimonio. Et confirm. quia quamuis Tridentinum dicat, *qui aliter quam præsente parocho, vel alio sacerdote de licentia parochi*, &c. sed tantum dixisset, *qui aliter quam præsente parocho*: adhuc parochus posset substituere, & dare licentiam alteri sacerdoti, vt assisteret matrimonio, cum sit ordinarius, atque ita delegare possit, si autem id non pertineret ad iurisdictionem, nullo modo posset, vt procurator datus ad contrahendum matrimonium, non posset substituere, nisi specialiter sibi concedatur, *c. fin. de procurat. in 6.* ergo dare illam licentiam, pertinet ad iurisdictionem. Hanc tenet *Pet. de Ledes. de matrim. q. 45. a. 5. punct. 3. dub. 4. f. 192.* Et colligitur expresse ex *Nauarro l. 4. cons. in 1. edit. t. de sponsal. cons. 47. nu. 6. in solut. ad 3. in 2. t. de clandest. desponsat. cons. 14. nu. 6. ad 3.* vbi ait, parochum non posse assistere matrimonio extra parochiam: quia illa assistentia nullo modo est actus iurisdictionis, posse vero extra parochiam concedere alteri sacerdoti licentiam assistendi, quia est actus iurisdictionis voluntariæ. Et hæc sententia est satis probabilis.

Secunda sent. probabilior, ait non esse actum iurisdictionis, ac proinde tam licentiam sic concessam, quam matrimonium valere. Prob. quia concessio illius facultatis, non est actus parochi, formaliter in quantum habet iurisdictionem, sed in quantum est testis legitimus matrimonij, & simul habens facultatem substituendi ad eum actum testificādum: sed si aliquis haberet mandatum ad contrahendum nomine alterius: potestatemque substituendi, illa substitutio est quidem actus potestatis substituendi, non tamen est actus iurisdictionis, vt constat valideque ab excommunicato fieret: ergo valide conceditur ea licentia à parocho non tolerato. Et confirm. quia assistere matrimonio non est actus iurisdictionis, vt probaui, n. 4. ergo per concessionem prædictæ licentiæ, non delegatur aliquid pertinens ad iurisdictionem, sed conceditur alteri licentia, vt tanquam testis legitimus matrimonio assistat. Secundò, quia multi DD. affirmant posse episcopum excommunicatum, non tolleratum, concedere facultatem audiendi confessiones, & extremè vngendi, nec hoc esse actum iurisdictionis, sed solam iuris sibi cōpetentis cessionem. Sic *Palud. 4. d. 23. q. 2. n. 17. D. Antonin. 3. p. t. 14. c. 15. §. 5. Syluest. v. Vnctio, q. 4.* vbi *Tabiena nu. 6. Armilla n. 5. Nauar. c. Placuit, de pœnit. d. 6. n. 51. Ledesm. 2. p. 4 qu. 33. a. 5. Barth. à Ledes. de extr. vnct. dub. 6. Enriq. lib. 3. de confirm. c. 13. n 3. & l. 6. de pœnit. c. 7. fin. & c. 6. n. 3. & l. 13. de excomm. c. 7. nu. 7. Manuel 2. tom. sum. c. 14. n. 5. fin.* & de licentia celebrandi ordines in suis diœcesi, tradita alij episcopo, per sic excommunicatum: docent idem *Palud. Enriq. & Manuel ibi.* similiter posse dare licentiam subdito, vt alieno sacerdoti fateatur, tradunt *Nauar. eo. c. Placuit, n. 73. Corduba l. 5 question. q. 13. paulo post princ. Manuel in expos. bul. cruciat. 5. 1. n. 5.* (quamuis fatear me illis in hoc non credere, vt dicam n. 9.) ergo à fortiori licentia, quam confert parochus excommunicatus non tolleratus, valida erit: nec erit actus iurisdictionis. Et ita pro hac sent. sunt omnes hi DD. & in propriis terminis tenent *Enriquez* loquens de excommunicato, *li. 11. de matrim. c. 3. n. 5. in comment. lit. Q. & l. 13. de excom. c. 7. nu. 7. Vega* referens idem tenuisse *Medinam*: & loquitur de excommunicato, & suspenso, *l. 6. sum. casu 119.* Vtrum autem valeat, si episcopus, aut parochus excommunicatus instituat parochum, aut vicecuratum, & ille assistat matrimonio? dicam hoc 3. l. disp. 30. n. 10.

7

Rogabis tamen, an peccet parochus non tolleratus assistens matrimonio, vel alij licentiam concedens? videtur enim peccare, eo quod communicet cum aliis, quod interdictum est excommunicato. Sed dicendum est ex hac parte non peccare assistendo matrimonio: quia cum spectet ad suum munus, communicat in re necessaria, ex alia autem parte videtur peccare, quia videtur actus iurisdictionis, benedicere sponsos, illis verbis, quæ præcipit *Concil. Trident sess. 24. de matrim. c. 1. ego vos coniungo, &c.* Non tamen excedet venialem culpam: quia in nullius est præiudicium, & res est parui momenti, nec necessaria ad sacramentum, & si omitterentur ea verba, tantum esset venialē: (vt dicam hoc 3. l. disp. 38. n. 7.) & tantum peccat mortaliter excommunicatus vsurpando iurisdictionem, quādo immiscetur aliqua iniustitia: vt bene docent *Caiet. v. Excommunicatio, 4. foliis ante fin. tit. Excommunicato plura sunt illicita, & Bart. à Ledes. de excommunicatione, dub. 9. ad fin.* Non peccaret autem parochus non tolleratus, concedens alteri licentiam: quia ibi nullam exercet iurisdictionem: vt probaui n. præced.

8

Ad

9 Ad argum. proposita n. 6. dic. Ad 1. non esse actum formaliter parochi, in quãtum habet iurisdictionem, sed in quantum testis est legitimus matrimonij, & simul habens facultatem substituendi. Ad confirm. dic concilium annexuisse auctoritatem illam legitimi testis, parocho ratione dignitatis parochialis, & quia ipsius est sacramenta subditis ministrare: & ea ratione cõcessisse illi facultatem substituendi, non autem eo quod sit actus iurisdictionis. Ad 2. fate or illam doctrinam esse verissimam, contra DD. quos retuli n. 7. est tamẽ dispar ratio, quia ad cætera sacramenta licite administrando, desideratur potestas ordinis & iurisdictionis: vnde parochus concedens alteri, vt possit ea administrare, transfundit in illum iurisdictionem, actumque iurisdictionis exercet: at vero sacramentum matrimonij non petit iurisdictionis vsum, sed tantum habitualem iurisdictionem in assistente, vel licentiam assistendi concedente. Præterea, sicut parochus non toleratus priuatus est actiua sacramentorum administratione, ita etiam potestate concedendi alteri licentiam administrãdi: & sicut nõ est priuatus potestate assistendi (vt probaui n. 4.) ita nec potestate dandi prædictam licentiam. Ad confirm. dic, Tridentino nõ concedente parocho licentiam substituendi, fore vt non posset substituere: censeretur enim personæ industria electa, vt maiori fide testimonium esset dignum: sicut in simili, docet *Hostien. c. Cum Bertoldus, verſ. Verum quarta pars de sent. & re iudic.* vbi dicit censeri electam industriam personæ, quando certus tabellio electus est ad depositiones testium scribendas, fideique suæ esse commissum.

10 QVÆSTIO III. An parochus sacramentorum administratione interdictus, valide intersit matrimonio? Supponendum est, dupliciter posse hoc contingere: primo, generaliter, vt quando parocho propter impertitiam, datur vicarius, vel coadiutor iuxta dispositionem *c. Illiterates 39. d. & c. Nisi cum pridem, de renunciat. & Trident. sess. 21. c. 6. de reformat.* & similiter dum propter aliquod crimen priuatur sacramentorum administratione. Secundo specialiter, vt quando aliqua iusta ratione præcipit Episcopus parocho, ne aliquos matrimonio coniungat.

11 Sit conclusio, parochus vtroque modo interdictus, valide assistat matrimonio. Ratio est, quia est vere parochus retinetque parochiæ titulum. Sic *Reta in nouissimo to. 1. dec. 429. & 570. Enriquez li. 11. de matrim. c. 3. n. 4. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 219. n. 10.*

12 Hæc conclusio locum habet, etiam si parochus interdictus, ne aliquos matrimonio coniungat, esset parochus ab episcopi nutum amobilis: non enim eo ipso quod peculiari præcepto interdictus est, ne aliquos matrimonio coniungat, censendus iurisdictione parochi priuatus. ita declarat Cardinales, vt referunt *Salzedo pract. crim. c. 73. & Pet. de Ledesm. de matrim. q. 43. a. 5. f. 190.* his verbis, *vtrum prohibitione facta ab ordinario, ne parochus aliquos desponset, ita tollatur iurisdictio parochi, vt ad contrahendum matrimonium contra talem prohibitionem non sit legitimus parochus: cum possit ordinarius, in totum, vel in partem, auferre à parocho iurisdictionem: sicut fit, quando reseruantur aliqui casus? & in proposita quæstione maiorem vim habet, quia prædictus sacerdos non erat principalis parochus, nec verus proprietarius, sed annuus vicarius, qui ad nutum ordinarij poterat remoueri? Congregatio Cardinalium respondet, valere matrimonium contractum coram parocho, cui interdictum est ab episcopo, ne interueniat.*

DISPVTATIO XXII.

Vtrùm matrimonium initum coram parocho communiter existimato, non tamen habenti verum titulum, sit validum?

SVMMARIVM.

Proponitur textus, in quorum intelligentia versatur difficultas huius disputationis n. 1.

Triplicitèr contingere potest, vt aliquis non habeat titulum officij, vel beneficij, n. 2.

Quæ sint quæstiones discutiendæ, n. 3.

An valeant gesta in vtroque foro, per iudicem, aut parochum habentem titulum coloratum: proponuntur argumenta ad probandam partem negantem, n. 4.

Valent gesta ignorantia ad forum externum n. 5. Et ibi, an sit bic legitimus iudex aut parochus.

Desideratur ad hoc error communis illius tituli vèrè sit n. 6.

Non sufficit error solius principis concedentis titulum ille existimans esse habilem, n. 7.

Quid, si error non sit probabilis, sed crassus, vel supinus, n. 8.

Quid si vitium in eo loco occultum sit, cum tamen in alio sit notorium, n. 10.

Quid, si olim in eo loco notorium fuerit, nunc autem sit occultum, n. 10.

An valeat sententia excommunicationis prolata à tali iudice existimato, n. 11.

An gesta in foro interno, vt absolutio sacramentalis per hunc, valeant: refertur opinio negans, n. 12. Et contraria ver. n. 13.

Soluuntur argum. & explicatur c. Dudum, de elect. n. 14.

Post n. 14. iconomus alia summaria.

TOTA huius disput. difficultas pendet ex intellectu l. Barbarius, ff. de offic. prator. ibi, *si seruus quemadmodum dignitate prætoria functus sit, quid dicemus? An quæ dixit, quæ decreuit nullius fore momenti, an forte propter vtilitatem eorum, qui apud eum egerunt? Et verum puto, nihil eorum reprobari, hoc enim humanius est, cum populus Romanus etiam seruo potuisset deferre hanc potestatem.* Concordat *l. 2. C. de sent. & interloq. & l. 4. fin. l. 4. ff. l. 8. l. 9. lib. 3. nouæ recopil. Castella.* Idem habetur *c. Iuuenis, 3. q. 7. verſ. Verum tamen:* quod ex Synodo Romana desumptum est, ibi *si seruus dum putaretur liber, ex delegatione sententiam daret, quamuis postea in seruitutem deductus sit, sententia ab eo dicta rei iudicatæ firmitatem tenet.* Ex quibus iuribus constat communem errorem concurrente titulo putatiuo, superioris auctoritate collato, iurisdictionem conferre: seruus enim ille incapax erat iurisdictionis prætoris. Idem colligitur à contrario sensu ex *c. Ad probandum, de sent. & re iudic.* ibi, *ita vt si pro eo quod vnus ex delegatis iudicibus, excommunicationis vinculo esset publice innodatus, quando sententia lata fuit, eandem sententiam confiteri mandarum, ipsa cassata,* vbi *gl. v. Cassata.* ait, *id est, cassa & irrita denunciata.* Et *ibi gl. v. Innodatus, Abb. n. 14. Alex. de Nevo nu. 25. Imola n. 6. Felin. n. 3.* dicunt colligi à contrario sensu, occulte excommunicatum valide proferre sententiam ob communem errorem iuxta *d. l. Barbarius.* Tota igitur difficultas versatur in horum textuum intelligentia, quando scilicet communis error, quo aliquis parochus, vel iudex creditur ita tribuat iurisdictionem, vt gesta ab illo sic existimato iudice, aut parocho, valida sint, perinde ac si verus iudex, verusque parochus esset.

Præmittendum est, tripliciter contingere posse, vt aliquis titulo officij, vel beneficij destitutus sit. Primo modo, ita vt numquam habuerit verum titulum, sed coloratum, vel præsumptum: vt si episcopus cõferat beneficium parochiale, excommunicato occulto, vel per simoniam completam: vtroque enim casu collatio re vera est nulla. Secundo modo, quando prius habuit titulum verum, eo tamen occulte priuatus est. Tertio modo, ita vt numquam habuerit titulum, etiam præsumptum: vt si numquam habuit titulum à legitimo superiore, sed ipse se intruserit.

Septem igitur quæstiones disputandæ sunt. Prima, an gesta per habentem titulum putatiuum, pertinentia ad vtrumq; forum, valeant. Secunda, an hoc sit verum, siue ille iudex putatiuus, sit iudex ordinarius, in quo concurrit publica vtilitas: siue sit delegatus ad vnam, aut alteram causam. Tertia, an hæc procedant in quocumq; impedimẽto occulto, & specialiter, quando est excommunicationis. Quarta, an sic gesta valeant, etiam respectu scientium illud vitium occultum. Quinta, an requiratur ad hoc, titulus præsumptus, cõcessus à legitimo superiori. Sexta, quid si à principio adfuit titulus, amissus tamen est occulta, vel ratione delicti, vel ratione reuocationis superioris. Septima, an matrim. contractum coram parocho existimato, carenti tamen vero titulo, validum sit.

QVÆSTIO I. An gesta per iudicem, aut parochum carentem legitimo titulo, habentemque solum putatiuum, pertinentia ad vtrumque forum valida sint? Videtur non esse

esse valida: quia ad valorem actus à iurisdictione dimanantis, desideratur iurisdictio, sed hic eam non habet: ergo Prob. minor, quia titulus ille cùm inualidus sit, iurisdictionem minimè confert: nec communis error eam conferre valet, per *l. Prætorum, C. de iurisdict. omn. iud.* ibi, *prætorum error iudicem non facit eum, qui nullo præest iure.* Ex confirm. quia hic iudex aut habet iurisdictionem ordinariam, aut delegatam: non ordinariam, quia vere non est iudex, nec Prælatus; non etiam delegatam, quia propter illi occultum, incapax erat commissionis: ergo nullo modo valent gesta per ipsum. Secundo prob. quia hæc potestas, & iurisdictionè, aut conferunt litigantes eum eo iudice, aut superior, qui illum iudicem constituit, sed neutra conferunt, ergo. Prob. minor, quod non partes litigantes, quia ipsæ non intendunt conferre iurisdictionem; sed potius putant illum habere; in quo casu error non iurisdictionem non confert, vt expressè habetur *l. 6. de tabulis*, ibi, *consensisse autem videntur, qui sciunt non se subijcere iurisdictioni eius, sed in eum consentiunt: cæterum si quæ eius iurisdictionem esse non erit eius iurisdictio, error communis faciat, consensus non habet.* Quod autem eam non conferat superior, manifestum est: tum, quia forte is superiorem non posset in eo impedimento occulto, dispensare quamuis dispensare posset, & sic iurisdictionem conferre: ad tamen facere minimè censetur: cum per errorem id faciat, & error consensum non habet: vt hoc locum non habere, sed tantum in spectatibus ad forum externum. Quia iura citata n. 1. non exprimunt valere sententiam datam in foro interno, sicut explicant de foro externo: ergo extendenda non sunt ad forum internum: cum his bona longe inter se distent. Vltimo probatur ex c. *Ibidem d. 2. de decil. ante vers. Verum procurator*, ibi, *malorum animarum dispendium parochiales Ecclesias retinebat, tamen tutæ quia tam prælatus fuerat ipso iure, ad eum nullatenus pertinent, & sic per ipsum eadem animæ damnabiliter sunt deceptæ.* Vbi constat concurrente communi errore, & titulo à legitimo superiore collato, quia iam cessarat ille titulus, prælatum habere eatenus, decepisse damnabiliter animas: ergo error in foro interno valeant, non sufficit præsumptus titulus, & communis error: alias hæ animæ nō essent damnabiliter deceptæ, sed vera absolutionē obtinerent.

Certissimum tamen est gesta à iudice ordinario, pertinentia ad forum externum, valida esse, si is iudex titulum habeat, communi errore existimatum legitimum, & à legitimo superiore collatum. Quia id expressè utroque iure decisum est: vt constat ex testibus adductis, n. 1. Cuius decisionis ea est ratio, quia sequerentur grauissima inconuenientia, & scandala, si detecto eo impedimento omnia gesta per eum iudicem putatiuum, rescindenda essent: quibus vt occurreretur, vtrumq; ius decreuit omnia gesta per eum, dum communis error durat, valida esse, ac si verus iudex esset. Dixi consulto, ac si verus iudex esset: quia non modica est difficultas inter iuris cæsares, an seruus ille, de quo in *d. l. Barbarius*, fuerit verus pretor, vel ius suppleuerit iurisdictionem: quam opinionem, quia eruditissime ex iam disputat *Greg. Lop. Madera in suis allegationibus iuris ciuilis toto cap. 6.* defendens non seruum, sed verum iudicem.

Oportet autem adesse communem errorem, quo ille verus iudex existimetur: quare non sufficeret error vnius, vel alterius coram eo litigantis. Prob. ex *c. Infamis vers. Verum* n. 3. 47. ibi, *verum tamen si seruus, dum putaretur liber: & ex l. Barbarius ff. de offic. prætor.* ibi, *quamdiu latuit.* Qui textus de ignorantia vnius, vel alterius intelligi nequeunt: eum loqui non consiederent quæ raro, & in singulari contingunt, sed quæ frequenter accidunt. *l. Nam ad ea, ff. de lege Aquil.* Quare glossa *d. l. Barbarius*, verb. *Reprobari*, inquit, *circa hoc dicit, & error communis facit ius*, & probat ex *l. 3. fin. ff. de supell. legat.* ibi, *& error ius facit*: quam gloss. omnes DD. allegandi hanc dicip. sequuntur. Item, quia si error vnius, vel alterius, non sufficiat, sequuntur inconuenientia, & scandala, ex

sententiarum rescissione, quibus occurrere voluit *ius*, quando error esset communis. Tandem, quia impedimento communiter noto, error vnius vel alterius, nec iustus, nec probabilis est: & proinde æquum non est, illi ius subuenire.

Hinc infertur, non sufficere errorem solius principis concedentis titulum, existimantisque illum cui concedit, esse habilem. Hoc est contra *Ant. Gabr. 3. to. comm. li. 1. tit. de probat. concl. 8. nu. 13.* & refert *Baldum l. 1. C. de seruit. & aqua*, sed cum diligenter quæsierim, non inueni in illo. Sic tenēt *Bart. l. Barbarius, in 2. lectura, n. 11. ff. de offic. prat. & ibi Bal. in 2. lectura, n. 30. Iason n. 65. Mascar. de probat. concl. 649. n. 64.* 7

Nec sufficit error communis, si crassus vel supinus sit, sed oportet esse probabilem. Quia ille error, scientiæ æquiparatur, *c. 2. de constitut. in 6.* vt si in eo oppido publicè aliquis damnatus esset, vel denunciatus de aliquo impedimento, ob quod esset incapax officij illius. Sic *Cardin. c. Ad probandum, de sent. & re iudic. paulo post princ. Anton. c. Scisciatus, de rescript. ad fin.* vbi *Abbas n. 12. Felinus n. 5. idem Abbas c. Veritatis, num. 42. & 45. de dolo & contum. Anchar. c. Decernimus, de sent. excomm. in 6. n. 11. & ibi Franc. n. 7. Socin. de regul. iur. lit. I. reg. 228. incipienti, l. Barbarius, Parisius cons. 136. n. 13. vol. 4. Angel. Conscss. 4. n. 12. Ant. Gabr. 3. to. commun. l. 1. tit. de probat. concl. 8 n. 29. Mascard. de probat. concl. 949. n. 60. & 68.* 8

Sufficit tamen, si sit communis error in eo loco, vbi actus gestus fuit: quia ibi impedimentum erat occultum, quamuis in alio notorium esset. Prob. ex *d. l. Barbarius*, verisimile enim est, seruitutem illam ob quam Barbarius iudex esse non poterat, in suo domicilio notoriam fuisse. Item ex doctrina *glossæ c. Ad nostram, el 3. de iureiurand. verb. Obseruandus*, vbi cum textus dicat in notoriis non esse seruandum ordinem iudiciarium, intelligit gloss. in eo loco vbi delictum est notorium, secus in alio vbi occultum est. Sic *Anton. c. Scisciatus, de rescript. ad fin.* vbi *Abb. nu. 13. Decius n. 38. idem Anton. c. Ad probandum, num. 11. de sentent. & re iudic.* vbi *Abb. n. 11. Alex. de Neuo, n. 20. Iason. d. l. Barbarius n. 65. vers. 3. Nauar. c. inter verba, in nona edit. corol. 68. nu. 345. Ant. Gabr. 3. to. comm. l. 1. tit. de probat. concl. 8. num. 12. Mascard. de probat. conclus. 649. nu. 63. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 1. d. 3. s. 12. paulo post princ. Vgolin. de censuris, tab. 1. c. 13. §. 7. n. 3.* Quod intellige, quando impedimentum est notorium in allio loco ita distanti, vt verisimiliter non potuerit venire in huius oppidi notitiam. Sic *Ant. ced. c. Scisciatus, ad fin. & d. c. Ad probandum, n. 11.* vbi *Abb. n. 11. Alex. de Neuo n. 20. Socin. allegatus num. precedenti.* 9

Imò licet in eo loco publicum & denunciatum fuerit impedimentum, si tantum temporis spatium interceserit, vt iam ab hominum memoria lapsum sit, & ita communiter ignoretur, valent gesta per eum iudicem. Quia tunc est error communis, iustus & probabilis. Sic *Anton. Abb. Alex. de Neuo, Socin.* vbi n præced. fine, eos allegaui. 10

Quidam tamen excipiunt à prædicta doctrina, sententiam excommunicationis, in eaque speciale esse dicunt, vt non valeat, si eam ferens non sit verus iudex, quamuis communi errore talis reputetur. Sic *Vincent. & Goffredus* quos refert & sequitur *Archid. c. 1. n. 11. de sent. excomm. in 6. & c. Sententiam ante gloss. 1. 11 q. 3. Alber. l. Barbarius, n. 27. ff. de offic. prator.* Sed merito hoc reprobant *Bart. d. l. Barbarius, in 2. lectura, n. 14. & ibi Bald. in 2. lectura nu. 25. Vgolinus de censuris, tabula 1. c. 2. §. 22. n. 1.* Quia iura indistinctè loquuntur, nec ea exceptio aliquo iure probatur. 11

Dubium autem est, an tradita procedant in spectantibus ad forum conscientiæ, vt in absolutione sacramentali, &c. Vrgent enim 3. & 4. arg. n. 4. proposita, & ita aliqui quos refert *Palud.* tacito nomine 4. *d. 17. q. 6. a. 2. nu. 21.* docent non habere locum in spectantibus ad forum conscientiæ. Pro qua parte sunt alij, quos referam n. 55. & 57. dicentes non esse validam absolutionem sacramentalem, collatam à parocho, qui occultè titulum amiserat. 12

Sit tamen conclusio. Omnia gesta per prælatum, vel parochum communi errore talem existimatum, habentem titulum putatiuum à legitimo superiore, valent etiam 13

si ad forum conscientiæ spectent; vnde confessiones his factæ, iterandæ non sunt, detecto impedimento. Prob. quia id quod iure statuitur in vno casu, eo ipso statuti reputatur in simili, sed supposita potestate ordinis, vterque forus quoad potestatem iurisdictionis, est eiusdem rationis: ergo quod statuitur in foro externo quoad valorem actus, reputabitur etiam statutum in interno. Et confirm. quia quicumque potest absoluere, & ligare in foro externo Ecclesiastico, potest absoluere & ligare in foro animæ, si sacerdos sit: nam supposito ordine iurisdictionem veri prælati in omnibus habet, ergo si hic potest valide absoluere, & ligare in foro externo, poterit etiam in interno. Vltimo, quia eadem & maiora inconuenientia, & scandala sequuntur, si gesta in foro interno nulla essent, ac si gesta in foro externo. Et ita hanc sent. tenent *Innoc. c. Dudum el 2. n. 3. de elect.* vbi *Hostiens. super ver. Dominabatur*, & *ibi Cardin q. 6. Abb. n. 20.* & dicit esse probabilem *Ioan. And. ibi nu. 42.* & colligitur ex *Antonio ibi n. 17.* à contrario sensu, dicit enim in illo textu, illum parochum non vere absoluisse, quia sententia erat ex causa notoria, vnde contrarium clare significat, quando impedimentum est occultum. Eandem tenent *Rosella Confessio sacramentalis 3. nu. 41. Angel. Confessio 4. n. 12. Sylvest. Confessio 1. q. 19. Tabiena Absolutio 1. n. vlt. Armil. verb. Absolutio, n. 30. Nauar. c. Placuit, de pœnit. d. 6. n. 177. & sum. c. 9. Hisp. n. 8. Lat. n. 11. Greg. Lop. l. 21. verb. No lo puede, t. 4. p. 1. Humada in commen. super hanc glossam Gregorij Lop num. 1. vers. Quam distinctionem.* Et ex Theologis, *Paluel. 4 d. 17. q. 6. a. 2. an. 21 & toto a. 3. Caiet. sum. verb. Confessionis iteratio, c. Confessio sacramentalis quare ex parte confessoris iteranda: & verb. Absolutionis impedimenta, c. Absolutio nonnullis circumstantiis impeditur, num. 10. Medina, C. de confessione, q. de confess. confessori excommunicato secretò facta, vers. Secundum dictum, Petr. de Soto lect. 6. de conf. ff. paulo post princ. §. Quod vero dicimus, Palacios 4. disp. 17. disp. 7. f. 272. vers. Similiter quoque, F. Medina l. 1. sum c. 11. §. Tertio fol. 39. Angles florib. 1 p. q. 3. de confess a. 7. disse. 9. f. 287. & a. 8. disse. vlt. f. 298. Enrique. l. 6. de pœnit. c. 6. nu. 2. & c. 7. n. 2. & l. 13. de excomm. c. 7. num. 6. Aragon. 2. 2. q. 60. a. 6. Est aliud dubium, f. 109. Lud. Lop. 1 p. instruct. a. 38. §. Iteranda est confessio, Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 60. num. 3. Vega l. 5. sum. casu 223.*

14 Ad arg. propolita, n. 4. respondetur ad primum, eam iurisdictionem habere iudicem illum, aut parochum putatiuum, illamque conferre titulum præsumptum, dum adest communis error: vtrumque enim ius statuit cum titulum quamuis inualidus & ineficax sit, iurisdictionem conferre, dum eius ineficacia communiter ignoratur. Ad confirm. die, si habeat titulum putatiuum iudicis ordinarii, esse ordinarium, & si delegati, delegatum: & iurisdictionem conferre titulum illum putatiuum. Ad 1. dic nec litigantes, nec titulum conferentem, sed ius ipsum conferre eam iurisdictionem, velleque vt perinde valeant gesta, ac si verus iudex esset. Ad 3 constat ex dictis num. 13. quamuis enim ius non exprimat gesta valere quoad forum cõscientiæ, satis est id statutum esse in pertinentibus ad forum contentiosum, vt ibi probaui. Ad 3. dic cum *Abbate eo, c. Dudum, n. 29.* vere illas animas decepras nõ esse, ille enim prælatus valide absoluebat, quamuis ex parte ipsius prælati, qui verus non erat, deceptæ sint. Vel 2. respõdet *idem Abb.* impedimentum illius prælati, notorium fuisse, atque ita cum nõ concurrerit communis error probabilis & iustus, gesta per eum, inualida fuisse.

SVMMARIVM.

An quando iudex est delegatus ad vnam, vel alteram causam, & ita non concurrit communis utilitas ad valitatem gesta per ipsum, concurrente communi errore circa titulo putatiuo: refertur opinio negans, n. 15. & contraria verior, n. 16.

Quid, si delegatio sit inualida non ob delegati vitium, sed ipsius delegantis, quia suprema ista efficerentur duæ sententiæ, n. 17. & 18. & sententia verior, n. 19.

Soluuntur argumenta, n. 20.

Post quam inuenies alia summaria.

15 QVÆSTIO II. An non solum gesta per iudicem ordinarium putatiuum communi errore, valeant, in quo concurrit communis utilitas: sed etiam gesta per iudicem delegatum putatiuum, ad vnam, vel alteram causam. Duplex est sent. Prima negat valere gesta per hunc iudicem delegatum. Ducitur, quia ideo iura statuerunt valere gesta per iudicem ordinarium putatiuum, quia agitur de communi vtilitate, cum omnes apud eum iudicem lites agenturi sint: sed hæc cõmunis vtilitas cessat in delegato ad vnam, vel alteram causam: ergo ea dispositio in eo locum non habebit. Sic docet *Innoc. c. Cum dilecta, n. 1. de rescript.* nu. *Sed dices, Ioan. And. ibi n. 14. Guillerm. de Cuno*, quem refert *Abb. n. 10. Guido Pape decis. 322. Alex. cons. 77. n. 7. l. 2. Angel. Barbarius n. 2. ff. de offic. prætor. Imola c. Sicut iuxta, de rescript. n. 17. ad finem*, limitãs quando pars cõtraria opponit vnam & impedimentum delegati. Idem videntur tenere alij DD. quos nn. 26. referam, asserentes parochum, cuius communicatio communiter ignoratur, vere absoluere eius autem confessorem delegatum.

Secunda sentent. multo probabilior, docet valere gesta, siue iudex ordinarius, siue delegatus sit. Probatur ex *c. Dudum, vers. Veruntamen 3. q. 7. ibi, si seruus domi putaretur liber, & delegatione sententiam daret, &c. sententia ab eo dictata rata firmitatem tenet*: vbi aperte fatetur est de iudice delegato, & tamen eius sent. sustinetur, cum verus iudex non esset propter cõmunem errorem. Secundò, ex *l. 2. C. de sent. & interloqu.* ibi, *si arbiter datus à magistratibus, cum sententiam diu in libertate morabatur, &c* vbi sententiam illius propter communem errorem definitur esse validam: & tamen ibi fatetur de iudice delegato, vt testatur *ibi glos. verb. Si arbiter*, quam omnes ibi sequuntur. Tertiò, quia si seruus non testis esse nequit, communi errore putatus liber, ad hoc tamen admittitur in vno testamento, valet testamentum, quamuis veritatur causa vnius *l. 1. C. de testamen.* ibi, *testes serui an liberi fuerint, nouis actis aperiri oportet, cum eo tempore quo testamentum signabatur omnium consensu liberorum loco habiti sint.* Vbi *glos. Omnium*, ait, *error communis hoc facit per l. Barbarius*: vbi positum in *illa l. Barbarius*, manifeste intelligit etiam de agitur de causa vnius eidem habetur *Inst. de testament. §. cum aliquis*, vbi idem notat *glos. ver. Omnium*: idem de *l. 9. finet. 1. p. 6.* ergo simili ter in nostro casu, quãuis ex re sententiæ iudicis delegati, agatur de vtilitate primi, vel alterius, valida tamen erit ob cõmunem Et ita hanc sent. tenent *Ant. c. Cum dilecta de rescript.* ibi *Abb.* dicens esse cõmunem *n. 10. Imola n. 11. Felinus* esse omnium *n. 3. idem Abb. c. Gratum, v. 11. de offic. deleg. Nihil n. 12. de elect. Decius c. Sicut iuxta, de rescript. n. 38. vt Bal. n. 5 Additionator ad Innoc. d. c. Cum dilecta, n. 1. Mariana Socin. termitate, col. 5. de hæreticis: narr. d. l. narbarius ff. de offic. prætor. l. 2. l. etur a, n. 5. & 7. & ibi Bald. in 2. dell. n. 13. & 18. Alberic. n. Iason n. 71. Horosius ibi n. 10. idem Bald. l. 2. nu. 4. C. de sententi. interloqu. & ibi Salice n. 4. Curtius l. 1. n. 10 C. de testam. Socinus l. More n. 73. ff. de iurisdict. omn. iud. Greg. Lop. l. 4. t. 4. p. ver. Otorgado. Perez li. 2. ordinam t. 15. l. 3 fine. Aut. Gabriel com aliis, quos refert, to. 3. commun. l. 1. 1. de probat. concl. 8. n. 31. Mascar. de prob. n. 58. conc. l. 649. Vgol. de censuris, tabula 1. c. 2. f. 22. 3. Et ex Theologis, Paluel. 4 dist. 17. q. 6 a. 2. n. 11. Enrique. lib. de pœnit. c. 14. n. 4. & idem DD. n. 39. allegandi, asserentes valere absolutionẽ sacerdotis delegati, excommunicati, dum excommunicatio communiter ignoratur.*

Aliqui temperant hanc sent. quando delegatio est inualida ob vitium, & impedimentum delegati: vt si esset seruus, vel alias commissionis incapax: secus esse dicentes, si vitium sit rescripti, seu commissionis ipsius: tunc enim dicunt gesta non valere. Et ratio discriminis est, quia vitium personæ potest esse publicum, atque ita dum ignoratur probabiliter concurrit communis tolerantia: verò quando vitium est commissionis, cum commissio publica non sit, sed ipsius committentis, nihil videtur operari cõmunis error & tolerantia. Secundò, quia, si operari cõmunis error, vt gesta per delegatũ, dum cõmunis error operaretur, vt gesta per delegatũ, dum commissio est vitiosa, valerent: frustra cũ dubia est delegationis dictio, deberet se pronunciare esse iudicem: quod tamen est necessarium, vt notatur *c. 2. de dolat.* Sic tenent *Antonius*

Cum

Cum illis 2.n.15. de rescript. vbi Imola n.11. Domin. relatus ibi
Abb.n.4. Part. cons.136.n.9.l.4. Anton. Gabr.to.3.communn.l.1
c.de probat.concl.3.n.42. Mascardus de probat. concl. 649. nu. 59.
18 Aliqui distinguunt se, aut commissio est simpliciter subnexa, & tunc si toleretur delegatus, valet processus, nisi
principio exigatur: si vero commissio sit ex rescripto
Sedes, non valet etiam si delegatus pronunciaret se iudi-
cem non gerere, sic Felin.c.cum dilecta, n.3. de rescript.
19 Solvitur 1°, etiam quando vitium est circa commissionem factam à legitimo superiori, dum communiter id
vitium ignoratur, valere gesta per delegatum, nisi ius in
petendo esset. Et ita loquitur c.1. de rescript.in 6. vel quando
ipsius Prob. quia concurrunt omnia requisita, nempe, au-
ctoritas superioris conferentis titulum, & communis er-
ror, nec adest ratio, quando error est vitij personæ,
vel vitij commissionis: cum vtrumque vitium possit esse
publicum, & occultum: & vtrumque possit probabili-
ter vel ex ille ignorari. Et ita cessat prima ratio prioris sèt.
propositi n.17. Nec obstat secunda ratio ibi proposita,
quia idem est in iudice ordinario, dū enim est dubia eius
iurisdictio, debet se prius iudicem pronunciare. Sic Barth.
Aug.l.2. insignis, panitur quæst. n.1. vol.1. Abb. licet aliquan-
20 tulum dubitanter. Cum dilecta n.10. de rescript.
Ad argum. prioris sent. propositum n. 15. respondetur,
cum Abbate 4. Cum dilecta, n. 10. de rescript. & ibi Felin. n. 3. la-
tius esse verum publicam vtilitatem in officii qualitate, li-
cet in exercitio ipso agatur de vtilitate priuata: & hoc
contingit in delegatione, dum enim superior delegat
causam, an ipsa delegatione vertatur ius publicum, & vti-
litas publica: quia committit iure publico, l.2. ff. de iurisd.
omn. iud. quod etiam de vtilitate publica, licet interfit vi-
rum tantum, quia interest reipublicæ cuilibet iustitiam
ministrari. Vel secundo dic cum Bart. l. Barbarius, in 2. de-
fens. n.7. ff. de offic. prat. & ibi Bald. 2 Iclian. n.17. & l. Non du-
bium, n.24. C. de leg. & l.2. num.83. C. de seruit. & aqua, Felino d.c.
Cum dilecta n.3. Parisio d.l. Barbarius, n.28. sit esse errorem
communem cum titulo putatiuo, quamuis publica vtili-
tas desit.

SVMMARIVM.

An valeant gesta per habentem titulum putatiuum, licet impedimentum sit ex parte domini, vel naturalis, vt si communiter existimetur sit ser-
nus alienus: vel sortur ejus officium, nu. 21 Exhibe quid si com-
munis error versetur circa formam creandi Papam? Vide fixe, & decidunt contra-
rium n.27 & quid de regulato vero Pontifice, nu. 28 Et de inualidato
vel ratificato, n.29

An valeant gesta per eum, qui erat officij adeptionem, erat excommu-
nicatus ignorans: & refertur opinio negans valere n.32 & contra ea decidit, n.30
Resertur alia opinio: dicens non valere gesta per iudicem putatiuum,
quando impedimentum est legale, eo quod excommunicatus sit, nu.43. Et
declaratur quomodo non nisi sit publice excommunicatus, n.41 Immo nisi
Et quid, si in alio loco sit denunciatus, vel notorius clericus percussor, ibi
tamen occultus, vel quondam fuit denunciatus, erat notorius, modo
non est occultus, nu.33 Et quod, si iudex hoc occulte excommunica-
tus, & non excommunicatus possit absolvere: & an hoc excommunicatus
& sic excommunicatus possit absolvere: & an hoc excommunicatus
possit aliam sufficientem communionem, n. 34
Et an gesta per hunc excommunicatum, valeant in temporalibus
& spiritualibus, n. 35 Et ubi an Episcopus excommunicatus confirmet
dignitatem, & explicatur cap. Dilectum; 1.q. 7 Immo
& quid si iudex sit excommunicatus, 9 q 1 & c.2. de
sententia ab episcopo qui renuntiauit.

Refertur opinio negans non valere gesta per excommunicatū iudicem
quando est iudex ordinarius: secus quando est delegatus n.24
& limitatur in nostro casu vbi error num. 36 Et ibi an talis iudex pre-
sumatur contra impedimentum, si actum iurisdictionis exerceat.
Et quid, si publice erat sententiam, si actum iurisdictionis exerceat.
Et decidit. contrarium, nu. 37 & etiam quamuis sit
Et an iudex ordinarius, dum in re ipsa denunciatus, n. 38.
An valeant gesta per excommunicatum valeant,
ubi iudex, si etiam quando ex speciali delegatione audit confessio-
nes, refertur opinio negans n.26 Et decidit contrarium, n. 39. Et est
quæ limitat dicta sententia.

Th. Sanchez. de matrim. Tom. I.

QVÆSTIO III. An gesta per habentem titulum putatiuum, cum communi errore valeant, ex quocumq; impedimento titulus ille inualidus sit: licet sit iuris diuini: & specialiter quando est nullus ob excommunicationē? Variæ sunt sent. Prima ait valida esse gesta, quocumque impedimento concurrente licet sit iuris diuini. Sic tenēt aliqui afferentes validam esse absolutionem collatam ab eo qui communi opinione putatus sacerdos, audit confessiones. Sic Alberic.l.Barbarius, num. 29. ff. de offic. prætoris, & ibi Iason nu.63 citans glossam c. Dudum, el 2. verb. Decepta. de elect. & ibi Innoc. sed falso id illis imponit: & hanc opinionem sentit esse tutam, Ripa tract. de remedijs ad curandam pestem, 9. Sed quia vsu videmus, num. 45. & 46. tantum enim appellat oppositam tutiorem. Eandem tenent Franciscus Viuius, quem refert & sequitur Anton. Gabr. in mea edit tom.1. communn. lib.3. verb. Conferri quilibet potest f.130. col.1. & Mascard. de probat. concl. 649. num. 14. Hinc infert Iason, d.l Barbarius, n.64. valere gesta per fœminam, errore communi ad summum Pontificatum promotam: & refert Baldum l. Non mutant, C. de liberali causa. sine: sed Baldus non ita generaliter loquitur, ait enim valere gesta temporaliter, non autem spiritualiter per Pontificem ineligibilem. 21

Secunda opinio tenet, non valere gesta per iudicem 22
putatiuum, quando impedimentum proce dit ab excommunicatione, qua affectus erat ante officij adeptionem: quia ratione excommunicationis etiam occultæ, incapax erat cuiuscumque gratiæ, c.1. de rescript. in 6. Sic Philiarc. de offic. sacer. tom.1.p.1.l.3 c.12. paulo post princ.

Tertia opinio ait, non valere gesta per iudicem, quan- 23
do iurisdictio ligata est excommunicatione, etiam occulta, post adeptum officium contracta: & ita communem errorem in hoc casu non proficere. Prob. ex c. Adnersus, de immunit. Eccles. vers. Quia vero, ibi, adiicimus constitutiones, & sententiæ, quæ à talibus fuerint promulgatæ, inanes, & irrita habeantur, nu.1. o vnquam tempore valuere. Sic tenet gloss. c. Infamat 3.q.7. verb. Dum putaretur, & ad l. Barbarius, respondet aliud esse in seruo: quia in multis casibus potest in iudicio comparere, excommunicatus autem in nullo: Archid. c. Alienationes, 12.q.2. init. Ant. c. Scisciatus. num. 24. de rescript. vbi Imola n.17. ad fin. Et videtur videre Cast. verb. Excommunicatio, 4. solus ante fin. t. Excommunicato plures sunt illicita, vbi absolutè ait gesta per excommunicatum, ratione publici officij, non valere: videtur etiam huius sententiæ Sotus l.3. de iustit. q.4. a.6. vers. Ex quo fit primum, vbi ait valere sententiam iudicis admittentis crimen ob quod sit priuandus, nisi sit ipso facto excommunicatus.

Quarta sententia, in alio extremo ait valere omnia ge- 24
sta per publicè excommunicatū, nisi iudex delegatus sit. Quia c. Ad probandum de sent. & re iudic. ex quo à contrario sensu colligitur gesta per publicè excommunicatum non valere: loquitur de iudice delegato, nec extendi debet ad ordinarium, in quo diuersa est ratio: quia iurisdictio delegata, facilius spirat, quam ordinaria, l.1.§. Qui mandatum. ff. de officio eius cui mandat. est iurisd. l. Iudicium solutur, ff. de iudicijs. Sic tenet decisio Rotæ 24. in antiquis.

Quinta sent. est non habere locum in hæretico occul- 25
to, & proinde gesta per ipsum communi opinione existimatum catholicum non valere. Sic Alberic. l. Barbarius, nu. 27. ff. de offic. prator. vbi Ias. nu. 62. & refert glossam 24. q. 2. in sum verb. Quod autem, vbi glossa non asserit id generaliter, sed solum ait occultum hæreticum non posse valide excommunicare, de qua re num 34. sermonem faciemus.

Sexta sent. est, gesta per habentem titulum parochiæ, 26
occultum excommunicatum, quando est communis error, valida esse: secus autem per confessorem, qui tantum ex commissione, & delegatione speciali episcopi confessiones audit. Quia textus relati num. 1. tantum habent locum in iis quæ ratione publici officij geruntur: in iis vero quæ geruntur vt à priuato, nulla differentia est inter occultum & publicum excommunicatum: nec communis error quicquam prodest: vt docent Innoc. c. Cum dilectus, nu. 4. fine, & 5. de consuet. Cardinalis Clemen. 1. ad fin. de regular. Abb.

c. Veritatis, nu. 43. de dolo & contum. & c. Si vere, n. 9. de sent. excomm. Francus c. 1. de except. in 6. nu. 8. Felinus c. Ad probandum, n. 1. fine, & n. 3. de sent. & re iudic. Rebuf. c. Postulastis, not. ab. 2. nu. 21. de cleri excommun. ministr. & praxi benefic. tt. de forma vicariatus, n. 218. Conar. c. Alma mater, 14. §. 7. n. 9. fine, Ant. Gabr. alios referens, to. 3. comm. l. 1. t. de probat. concl. 8. n. 26. Mascar. de probat. concl. 705. n. 20. & seqq. & concl. 649. n. 35. & 46. Enriq. l. 13. de excomm. c. 7. nu. 6. ergo non habet locum error communis, in confessore excommunicato, qui publicum munus non obit, sed ex commissione speciali audit confessiones. Quod si opponas decretum Concilii Constantiensis, solos excommunicatos denunciatos, ac notorios clerici percussores, vitate iubentis respondent Conarr. eod. n. 9. & Enriq. eod. n. 6. ad decretum solum prodesse in iis quę fiunt ratione publici officij, in iis vero quæ non à publico officio, sed à priuata auctoritate procedunt, iura vetera quoad potestatem ipsius excommunicati, manere illæsa, adhuc ante denunciationē Hanc sent. tenent aliqui teste Palud. 4. dist. 17. q. 6. ar. 2. n. 9. eandem tenet Ang. Confessio 4. n. 12. Enriq. l. 13. de excommunic. c. 7. n. 6. vbi ait esse necessariū, vt communis error iuuet, vt excommunicatus exerceat iurisdictionem, ratione publici officij: & in comment. lit. C. inquit, non valere eius sententiam, aut absolutionē agentis priuata auctoritate, & nō ratione publici officij: & lib. 1. de sacram. c. 29 n. 5. vbi ait, Concilium Constantiense noluisse sua indulgētia suffragari sacerdotibus, qui nulla officij obligatione compelluntur: & in comment. lit. D. refert Canum in suis prælect. asseruisse, viros doctos nō audere extendere concessionem Concilij Constantiensis, nisi vbi ratio & obligatio vrget. Idem tenet Angles floribus 1. p. q. 3. de confessione, a. 7. difficultate 9. f. 287. Et dicit hoc esse valde probabile. Lud. Lop. 2. p. instruct. de excommun. c 15. §. Sed iam hoc occurrit. Fauet Caietan. sum. verb. Confessionis iteratio, tit. Confessio sacramentalis quare exparte cōfessoris iteranda: vbi ait tenere absolutionem sacramentalem, quādo gesta ratione publici officij, propter communem errorem facti, cū titulo valida sunt: fauet etiam Driedo l. 3. de libert. Christian. c. 7. paulo post princ. vbi ait absolutionem præstitam à pastore occulte hæretico, aut excommunicato non denunciato, valere. Pro hac etiam sent. sunt DD. quos retuli nu. 15. asserentes dispositum l. Barbarius ff. de offic. prætor. non habere locum in iudice delegato, sed in solo ordinario.

47 Sit tamen prima conclusio, contra primam sent. n. 21. relatam. Gesta per habentem impedimentum iuris diuini aut naturalis, quamuis concurrat titulus putatiuus, & communis error, sunt nullius momenti, sed tantum valida erunt, quando impedimentum est solius iuris humani: vnde si non sacerdos sacramentaliter absoluat, quamuis communiter existimetur sacerdos, & verus parochus, absolutio est nulla: & contraria opinio est prorsus à veritate aliena. Prob. quia ideo valent gesta per habentem titulū putatiuum, quia ius pontificum, & ciuile, ob publicam vtilitatem supplet cum defectum, concedendo iurisdictionem: nequit autem supplere defectum, iuris naturalis & diuini, cum inferior potestatem non habeat in superiorem: & Ecclesia nequeat circa sacramentorum substantialia, aliquid immutare: vt colligitur ex Trident. sess. 21. doctrina de sacram. Eucharistiæ c. 2. ibi, declarat hanc potestatem, &c. Et confirm. ex l. Barbarius ff. de offic. prator. vbi textus ratione reddens, cur valida sint gesta à seruo existimato vero iudice, cum talis non esset, ob seruitutis impedimentum, sic ait, & verum puto nihil eorum reprobari: cum populus Romanus etiam seruo potuisset decernere hanc potestatem: sed Ecclesia nō potest supplere defectum potestatis ordinis, nec alia impedimenta iuris naturalis aut diuini: ergo tunc gesta, prorsus erunt irrita. Sic Abb. c. 2. fin. de presbytero non baptizato, Decius c. fin. n. 54. de constitut. Ang. Confessio 4. n. 12. Tabiencha Confessio 2. q. 23 n. 25. Mascard. sibi contrarius, de probat. tot. tom. Et ex Theologis, Paludan. 4. dist. 17. quæst. 6. a. 1. nu. 6. Caiet. sum. verb. Confessionis iteratio c. Confessio quare ex parte confessoris iteranda, Palacios 4. d. 17. disp. 7. f. 271. col. 2.

Hinc infertur non esse verum quod asserit Iason d. l. Barbacius, n. 64. valere gesta per pontificem inhabilem, vt fœminam, communi errore concurrente: hoc enim falsum est: cum fœmina iure diuino sit incapax Pontificatus. Si quis tamē iure diuino capax, quia, scilicet, est vir baptizatus, inualide ad Pōtificatus apicem euehereture, ratione vitii occulti interuenientis in electione, ob quod est nulla: vel si postea incidit in hæresim, iuxta opinionem tenentium ipso facto depositum esse, nec manere verum Pontificem, tunc dum cōmunis error est, quo hic verus Pontifex existimatur, habebit Pontificis iurisdictionem, & omnia gesta per illum, valebunt: quia impedimentum est solius iuris humani, & concurrit communis error, cum titulo præsumpto collato ab habente legitimam auctoritatem: & in hoc casu verum habet quod dicunt Iason eod. n. 64. Mascard. de probat. conclus. 649. num. 29. Aut. Gabriel tom. 3. communi l. 1. tit. de probat. conclus. 8. nu. 9. nempe valere gesta per Pontificem habentem titulum putatiuum. Non tamen habebit potestatem definiendi infallibiliter res fidei: ea enim soli vero Pontifici, & Ecclesiæ vniuersali, & generali concilio, ineft. Quod si roges, à quo habeat iurisdictionem hic præsumptus Pōtifex? Dico habere ab Ecclesia: quamuis enim Ecclesia non sit supra verum Pontificem, est tamen supra hunc, qui verus non est. Hæc autem iurisdictio non erit ordinaria, quia illa est iure diuino: sed erit delegata per Ecclesiam, qualem delegat vicario Pontificis per ipsam sede vacante, electo.

Secundo infertur, si iudex vsu rationis careat, nihil prodesse communem errorem, quo sānæ mentis existimetur. Quia id impedimentum, iuris naturalis est. Sic Abbas c. Scisciatus, nu. 12. de rescript. vbi Felin. nu. 3. Ant. Gabr. to. 3. comm. l. 1. t. de probat concl. 8. num. 46. Mascard. de probat. concl. 649 num. 89.

Secunda concl. contra secundam opinionem, n. 22. relatā. Gesta per habentem titulum putatiuum, obtentum tempore quo occulte excommunicatus erat, valida sunt, dum impedimentum communiter latet. Prob. quia hoc interuenit communis error, & titulus præsumptus, & impedimentum est solius iuris humani, nec vllo iure hæc exceptio probatur: solum enim iura probant excommunicatum incapacem esse electionis, & gesta per ipsum esse inualida esse, quia legitimo titulo caret: non tamen probant minime valere, quando communis error est de vitij, & nullitatis tituli. Et ita pro hac sententia sunt omnes alij Doctores tota hac disputatione allegandi, indistincte asserentes valere gesta per habentem titulum putatiuum, modo impedimentum non sit iuris diuini aut naturalis. Et tenent expresse Caiet. summa verb. Absolutionis impedimenta. Absolutio nonnullis circumstantiis impeditur, Medina l. 1. sum. c. 11. §. 3. f. 39. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 38. §. Iteranda est confessio. & 2. p. de excommunicatione c. 15 §. Sed iam hoc occurrit, Manual. 1. to. summæ 2. edit. c. 61. n. 3. Vega l. 5. summa, c. 25. 225.

Tertia concl. contra 3. sententiam n. 23 relatam. Omnia gesta per excommunicatum occultum, existēte communi errore, valida sunt. Probatur à contrario sensu, ex Ad probandum, de sentent. & re iudic. ibi, ita vt supra ex quibus vnus ex indictibus excommunicationis vinculo effet publice innodatus: ergo secus, quando occulte. Præterea, quia non certatur Ecclesia vsu iurisdictionis excommunicatos petitare, dum excommunicatio occulta est, propter bonum commune, ne plurima inde oriantur scandala, nullis postea detecta excommunicatione, de suo statu dubitent. Sic glos. fin. c. Decernimus, de sentent. excommun. in 6. & c. Ad probandum, verb. Innodatus Hostiens. super vers. Publice innodatus: Ioan. Andr. n. 8. Ant. n. 11. Cardin. paulo post princ. Baldus n. 1. Abbas n. 14. Imola n. 6. Henricus n. 1. & 2. Alex. de Nonn. n. 25. Felin. n. 3. Innoc. c. Si vere, de sent. excommun. ad finem, Archid. c. Quod autem. 24. q. 1. vers. In ea gloss. ibi, tolerandus: idem Abbas d. c. Si vere, n. 9. & c. Veritatis, n. 42. & 45. de dolo & contum. Franc. d. c. Decernimus, n. 7 & ibi Domin. ad fin. Anchar. nu. 11. idem Francus c. 1. de except. in 6. n. 8. & ibi Anchar. §. Si vero n. 4. nit. Domin. eod. §. vers. Quæro de quibus actibus, Bartol. Bartholus,

Iason §. de effectu stat. in 1. lectura n. 7. & in 2. n. 9. & l. 2. n. 2. C. de fest. & utroque, vbi Paul. nu. 2. Bald. l. 1. n. 10. C. de iuris, & fac. ignor. & l. 8. barum, in 1. lectura, n. 30. & in 2. n. 20. vbi Iason n. 51. & 60. Socin. Senior cons. 32. n. 20. volum. 1. & de reg. iuris lit. G. regul. 166. nu. 19. Sayr. a ab occulto excommunicato: Sylu. Excommunicatio 3. 2. n. 5. agitur, & §. 4. & §. 1. vers. 10. & 11. Tabien. Excommun. 1. n. 14. Castro l. 2. de lege pœn. c. vlt. §. alterum quod etiam occulos communicatos. Couar. c. Alma Mater, 1. p §. 7. n. 9. Palud. l. 2. q. 1. & 32. C. de iuris & facti ignor. Gutier. q. can. l. 1. c. 3. Molard. de probat. concl. 649. nu. 35. Lac. Sbrozius l. 5. de vsura q. 6. n. 17. n. 9. Vgol. de censur. tab. 1. c. 13. §. 7. nu. 3. Et ex Theologis Ruard. 4. d. 18. a. 7. q. 1. ad 2. Palud. ead. d. q. 4. d. 5. post Victoriam effectus est. D. Antonin. 3. p. t. 24. c. 77. vers. 10. & 11. Sum. 4. d. 21. q. 1. a. 1. ad fin. ante solut. ad 1.

32 Additorum, post Concilium Constantiense, quo non tenentur vitare, nisi solos denũciatos excommunicatos, vel notorios clericos percussores, gesta per quemcumque publice excommunicatum, & absolutionem ab ipso præsumptam, dum denunciatus non est, vel nisi sit notorius clericus percussor, valida esse. Quia si inualida essent, eos euitare tenerentur, ne actus irritus esset: nec timoratis conscientiis satis consuleretur, (qui fuit finis illius decreti,) immo scandali & rixarum maior occasio daretur. Nec obstat si dicas id decretum Concilij Constantiensis noluisse fauere excommunicato: & ita videri facta per ipsum dum non est denunciatus, nullius esse valoris: alias magnum inde emolumentum reportaret. Sed facile respondetur, decretum enim noluit fauere excommunicato: & ita valor absolutionis, & actuum, est directe ob fidelium, cum ipso participantium, vtilitatem quamuis indirecte cõmodum sequatur ipsi excommunicato. Sic Felinus c. Ad probandum, n. 6. de fest. & re iudic. Nauar. sum. c. 9. Hisp. n. 7. Lat. n. 10. Couar. 1. Almamater, 1. p. §. 6. nu. 8 vers. Ex his colligitur, Gutier. q. 1. can. l. 1. n. 76. Salonius de cens. tab. 2. c. 10. §. 2. n. 3. & c. 11. §. 3. n. 5. Et ante §. dub. 9. Cœsar. sum. verb. Confessio 9. 4. Confessio sacram. quare excommunicatus vitranda: & verb. Absolutionis impedimenta, ca. 11. Dicitur 2. Albert. Christ. c. 7. paulo post princ. Victoria sum. de conf. §. 6. de confessione confessori excommunicato scienter facta, & Ledesma 4. d. 18. qu. 5. 4. concl. 5. & d. 20. q. 1. a. 5. concl. 2. Sotus 4. d. 18. qu. 5. 4. 6. concl. 5. & d. 20. q. 1. a. 5. concl. 2. post. 3. Quod vero dicimus, Palacios 4. d. 6. qu. 3. post 4 conclus. f. 56. & d. 17. q. 7. vers. Similiter quoque f. 272. & d. 18. qu. 4. paul. ante §. 4. 7. Lessi. 9 f. 287. Enriq. l. 7. de indulg. c. 32. fin. Barnes 2. 2. q. 71. a. 1. dub. 5. concl. 2. Caiet. l. 1. decis. c. 16. num. 16. Vivald. Candal. 1. p. de absolut. n. 79. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 38. §. Quando. Ladis. de excommun. d. 9. §. Quintus effectus est.

Triplicem soleo temperari hanc sent. Primo, nisi, excommunicatus ille occultus communi errore in hoc loco, tũm in alio denunciatus, aut notorius clericus percussor: nam communis ille error non prodesset, vt gesta valerent. Quia reuera ille non est toleratus ab Ecclesia: sic Palacios 4. d. 17. disp. 7. §. 276. vers. Forsan circa hæc. Sed dicendum est, valere tunc gesta in vtroque foro. Quia concurrit in his duobus superioris conferentis titulum, probabilis error facti, & communis: & quamdiu in illo loco occultus est, potest dici toleratus ab Ecclesia, propter communem facti errorem. Huius sent. sunt DD. n. 9. relati, asserentes notorium excommunicatum in vno loco, validè exercere spectantia ad iurisdictionem in alio loco, vbi occultus est, secundum ius antiquum publicus excommunicatus carebat iurisdictione, sicut post Concilium Constantiense caret denunciatus: vt constat ex c. Ad probandum de sent. & re iudi. & diximus nu. 31. Eiusdem sent. sunt Nauar. 2. inter verba, in nouæ edit. coroll. 68. n. 345. & Philiarcus de effect. sacerd. t. 2. p. 1. l. 3. c. 12. paul. post princ. vbi cum tenente notorium excommunicatum vitandum esse, iuxta Conc. Constantiense: asserunt notorium excommunicatum in vno loco, valide exercere pertinẽtia ad iurisdictionem in alio, vbi occultus est: idem tenent *Angles floribus* 1. p. q. 3. de confess. a. 7. dissic. 9. concl. 1 f. 287. Enriq. l. 13. de excommunic. c. 7. n. 6. in comment. lit. A. & l. 6. de pœnit. c. 13. nu. 11. Vgolin. de censuris, tab. 1. c. 13. §. 7. nu. 3. idem videtur tenere Victoria sum. de excomm. num. 313. vbi ait gesta per denunciatum, vel notorium clerici percussorem, valere, dum toleratur ab Ecclesia in suo ministerio. Immo licet sit denunciatus in eodem loco, vel notorius clerici percussor, si tantum temporis transanctum sit, vt iam oblitioni mandata sit ea denunciatio aut notoria percussio, probabiliterque ignoretur: valent gesta per illum. Quia concurrit titulus, & communis error, iustus & probabilis: vt dixi nu. 10. de eo qui fuerat notorius in eodem loco, & propter longi temporis lapsum, est iam occultus.

Secundò alij temperant, vt valeant gesta ab occultè ex- 34
cõmunicato, præterquam si iudex occulte excommunicatus aliũ excommunicet: aiunt enim irritam esse talem excommunicationem. Ducuntur, quia cum sit extra Ecclesiã, nequit alium ab Ecclesiæ consortio expellere, c. Audiuimus 24. qu. 1. initio, ibi, *excommunicatus te excommunicare nõ potuit*. Sic gloss. 24. q. 1. in sum. verb. *Quod autem*. Ioan. Andr. c. ap. *Pia, de excep. in 6. n. 9. & ibi Francus n. 8. Anchar. ibi §. Si vero, n. 4. Domin. eod. §. vers. Quæro de quibus actibus idem Francus cap. Decernimus, de sent. excomm. in 6. num. 8. & ibi Anchar num. 11. Ant. c. ad probandum de sent. & re iudic. n. 11. & ibi Cardin. paulo post princ. Alex. de Neuo n. 26.* dicens ab hac sent. nõ esse recedendum in iudicando & consulẽdo, eò quod communis est, quamuis oppositum dicat esse veriorem: eandem tenent *Abb. c. Si vere, n. 9. de sent excomm. Hostiens. Goffred. & Calderin.* vt eos refert *idem Abb. c. Veritatis, de dolo & cont. nu. 43. Paul. Eleazar c. Si tclebr. 2. col penult. de cler excomm. Soc. de reg. iuris, lit. L. reg. 228. incipiens. Lex Barbarius, vers. Limitari potest, Iason l. Barbarius, n. 61. ff. de offic. prætor. Sylucst. Excommunicatio §. 6. fin. & Excommunicatio 2. §. 1. vers. Secundus est. Angelus excommunicatio 3. n. 2.* Et ex Theologis, D. *Anton. 3. p. t. 24. c. 73. §. 1. init. Ledesma, 2. p. 4. q. 24. a. 3. Angles floribus 2. p. qu. vn. de excommun. a. 4 mit. concl. 2. f. 38.* & asserunt *Ledesma, & Angles* hoc esse verum, adhuc stante decreto Concilij Constantiensis, solos excommunicatos, denunciatos, notoriosque clerici percussores vitandos esse, secernentis. Quia validã esse excommunicationis sententiam, est in fauorem iudicis excommunicantis, ob eius auctoritatem tuendam: dictum autem decretum minime fauere voluit excõmunicatis. Idem dicunt *Caldes in. Socin. & Goffred. ibidem* de absolutione ab excõmunicatione: sicut enim iudex occulte excommunicatus nequit excommunicatione ligare, ita nec absoluere. Cæterũ hæc limitatio amplectenda non est, dicendumque est iudicem occultè excõmunicatum posse valide excommunicare. Quia est actus iurisdictionis, cuius vsu non priuatur occultè excommunicatus: vt probaui n. 31. Præterea, quia concurrit hic titulus, & communis error. Nec obstat. c. *Audiuimus*, in contrariũ allegatum, quia intelligitur de publica excommunicatione iudicis. Sic videtur tenere *D. Thom. 4. d. 18. qu. 2. a. 2. quæstiun. 3.* dum asserit non posse excommunicatum excommunicare, quia priuatur iurisdictionis vsu: nam cùm occulte excõmunicatus eo non priuetur, poterit excommunicare. Idem tenent expresse ex Theologis, *Sotus 4. d. 22. q. 1. a. 2. ad fin. Palud. 4. d. 18. q. 2. a. 3. prioris qu. quam ibi disputat n. 20. & d. 17. q. 6. a. 2. num. 24. Lud. Lop. 2 p. instruct. de excomm. cap. 11. §. Tertio sit, & cap 15 §. Igitur ad l. Barbarius.* Et ex iurisperitis, *gloss. c. Audiuimus, verb. Nõ potuit, 24. q. 1.* vbi *Arch. fin. & c. Quod autẽ, 24. q. 1. vers. In ea glos. ibi tolerandus: & cap. 1. de sent. excomm. in 6. n. 11. Inno. c. Si vere, de sent. excomm. ad fin. & ibi Ant. nu. 9. idem Ant. c. Cum dilectus, fine, de cõsuet. Lapus alleg. 89. col. 8. Abb. c. Veritatis n. 43. de dolo, & contum. Henri. c. Ad probandum, n. 3. de sent. & re iudic. & ibi Alex. de Neuo n. 26. Felin. n. 7. Socin. de regul. iur. reg. 166. lit. G. qui incipit, Gesta ab occulto excommun. Armill. verb. Excommun. nu. 16. Couar. c. Alma mater, 1. p. §. 11. n. 4. Ant. Gabr. 10. 3. commun. l. 1. t. de probat. concl. 8. num. 36. Mascardus de probat. conclus. 649. nu. 42.* Idem dicendum est de

absolutione, potest enim occultè excommunicatus, absoluere ab excommunicatione: eadem ratione, quia est actus iurisdictionis. Immò hodie idem dicendum est de publice excommunicato, modo non sit notorius percussor clerici aut denunciatus: potest enim talis validè excommunicare: cum iurisdictionem retineat: vt diximus n. præced. Item, quia validam esse excomunicationem, non est tantum ob fauorem excommunicantis, sed propter communem Ecclesiæ vtilitatem, expedit enim bono illius communi, contumaces, ut resipiscant, excommunicare. Et ita tenent *Driedo l.3. de libert. Christ. c.7. paulo post princip. Victoria de excommun.n.345. Enriquez l.13. de excomm.c.7.nu.6. Barth. à Ledesm. de excomm.dub.7.concl.6. Vivald. Candel.2.p. de excomm.n.nu.58. Manuel 1.Aeon.sum.2.edit.c.82.n.8.* Et ex iurisperitis *Nauar.sum.c.27.n.7. Gutier.q.canon.l. 1.c.1.num.82.* Idem dicendum est, licet talis excommunicatus sit denunciatus vel notorius percussor clerici in alio loco, si ibi vbi excommunicat, est occultus: vel licet fuerit ibi denunciatus, aut notorius percussor, si tantum temporis transactum est, vt iam excommunicatio illa sit occulta: vt diximus n. præced. Nec verum esse credo, quod addit *Victoria, co.n.* 345. nempe, excommunicatum ab excommunicato occulto, non priuari suffragiis communibus: quia hoc pertinet ad auctoritatem excomunicantis, bene tamen priuari Missa, & officio diuino, & orationibus publicis. Verius tamen est, omnibus suffragiis priuari: sicut alium verè excommunicatum: cum etiam excõmunicans veram iurisdictionem habeat: eius excommunicatio quoad omnes effectus, valida est.

35 Tertiò alij temperant, vt excommunicatus occultus validè gerat ad iurisdictionem pertinentia, in temporalibus, secus in spiritualibus. Quia in his præfertur veritas opinioni. Sic *Aut.c.Nihil, n.34. de elect. Bald. I Barbarius, in 1.lectura.n.8.ff.de offic.prat. & l.2.n.85.C.de seruit. & aqua. Salic l.2. n.6. C. de sent. & interloq. Bertachinus in repertorio, lit.Æ. verb. Error communis.* Alij verò sic distinguunt: si spirituale non imprimit characterem, nec requirit aliam executionẽ, vt beneficij collatio, tunc valent gesta ab occultè excõmunicato, si verò characterem imprimat, vt contingit in sacramento ordinis, tunc quidem valebit ordo collatus ab occultè excommunicato, non tamen conferetur recipienti ordinis executio. Prob. ex *c.2.de ordin. ab episc. qui renunt.* vbi dicitur, posse dispensari cum ordinatis ab Episcopo excommunicato, ignoranter: vbi *glossa verb. Ignorantia*, reddit rationem, quia cùm talis excommunicatus etiam occultus ordinis executionem non habeat, eam alteri dare minime potest. Nemo enim dat quod non habet, *cap. Dathertum 1.q.7.* & videtur hoc expressè haberi, *c. Ab excõmunicatis, 9.q.1.* & tenet *ibi glossa, paulo ante finem, Innoc. c.Nihil, n.3. de elect. Anton. ibi. num. 33. & c. Veritatis, n.14. de dolo, & contum.* & est communis sententia, teste *Abb. ibi, n.46.* idem tenet *Francus c.1. de except. in 6 n.7. & c. Decernimus, num.8. de sent. excomm. in 6.* vbi *Anchar. nu.11. Rebuf. reper. c. Postulastis, de clerico excomm. ministr. not. ab. 2. nu. 18.* iunct. *nu. 27. Sylvest.* Et *excommunicatio 3.§.1. vers.14. & §.5. Con.ar.* alios referens *c. Alma mater, 1.p.§.6. n.6.* Et videtur tenere *Hamminus l.7. de resign. benef.q.24.nu.47.* vbi dicit valere gesta per excommunicatum occultum, in spiritualibus, secus in sacramentalibus. Et ex Theologis, tenent *Palud. 4.d.17 q.6.a.3. num.31. & 32. D. Antonin. 3.p.t.24.c.76. vers.14. & Enriquez* attento iure antiquo, *l.13. de excom.c.59.num.1.* Verius tamen est gesta per occultum excommunicatum, in quibuscumque spiritualibus valida esse: & ita episcopum sic excommunicatum conferre ordinis executionem. Quia cum adsit communis error facti, cum titulo, æquitas poscit vt omnino valeat quicquid gerit: quia dignitas potius quàm persona agit. Nec textus contrariæ sententiæ oppositum probant: intelligendi enim sunt de publice excõmunicatis, & quãdo ignorantia non est probabilis: & illud axioma, Nemo dat quod non habet, intelligitur de causa principali, non autem de instrumento, quale est sacerdos sacramentum conferens: & ita licet iniquus sit, gratiam, qua caret, largitur: ita tenent *Innocent.* sibi contrarius, *c.1. de schismat. nu.3. Collectarius*, quem refert & sequitur *Abbas, cap. Veritatis, num. 46. de dolo & contum. & c. Ad probandum, n.15. de sent. & re. dic. Palud. 4.d.18. qu.4.n.6. vers. Quartus effectus, Felinus d.c. Ad probandum, n.7. Castro l.2. de lege pœn. c.vlt. concl.2. ad finem. ca. te §. Alia sunt actus ciuiles. Gutier. q.Can.l.1.c.1.n.80. Mascard. probat. concl.649.n.45.* & dicit hanc sententiam esse validæquam, *Sylvest. Excommunicatio 3.§.5.* Et hoc multo certius est post Concilium Constantiense: cùm enim nullo pacto teneatur quisquam vitare quibuscumque censuris innodatos, nisi denunciati sint, aut notorij clericorum percussores, recipiens ordines ab episcopo hæretico, schismatico, simoniaco, & qualitercumque excommunicato, dum denunciatus nõ est. vel notorius clerici percussor, non sunt incurrit suspensionem, sed veram ordinis executionem recipit: alias illos vitare teneretur: quod est contra illud decretum. Sic *Angel. verb. irregularitas. n.30 fine.* vbi *Sylvest. 7.§.9 fine, Armilla n.78. Tabiena irregularitas 4.§.5.n.6. num.16. Nauar. sum.c.27. Lat.nu.141.§.4. Hisp.num.242. Mendoz. de irregular.c.25.n.3.* Et ex Theologis, *Sotus 4.dist.25.q.1.a.4. vers. Inordinatione, Ledesma 2.p.4.q.26.a.2.f.366.col.3. Palacios 4.d.6.q.3 post 4.conclusionem f.164. Enriquez l.13. de excomm.c. 39.nu.1. Barr. à Ledesma de excommun.dub.9.§. Annotato tamen. Cayna l.4.decis.26.n.16.*

Quarta concl. Contra quartam sententiam, n.24. positam, gesta, per excommunicatum denunciatum, hæretico notorium clericì percussorem, siue iudex ordinarius, siue delegatus sit, pertinentia ad iurisdictionem, sunt prorsus nullius momenti. Prob. quia *c. Exceptionem, ad finem, de exception.* generaliter loquitur de quocumque iudice excommunicato, & decernit etiam parte non opponente, eius iudicium repellendum esse: ibi *excommunicatus autem publice, & si huiusmodi exceptio non opponatur, nihilominus eius iudicis repellendus.* Et *c. Aduersus, de simoniac. Exclusis, in fin. Quia vero*, ibi, *adiicimus vt constitutiones, & sententiæ, quæ à talibus fuerint promulgatæ, inanes & irritæ habeantur, nullo vnquam tempore valituræ.* vbi *gloss. verb. Tempore*, hæc ait, *si patet quod sententia tempore excommunicationis latæ, nulla est, non etiam conualescere potest: immo si detegatur post sententiam, quod aliquis fuerit publice excommunicatus, retractatur sententia.* Et hoc iure optimo, qui excommunicatus ab omnibus legitimis repellitur, *c. Licet de sent. excommunic. in 6.* & à iure dicendo debet repelli. Et clarius prob. ex *c. Sic vicar. in 6.* ibi, *ea quæ ipsi hæredes huiusmodi vices, quæ, manente excommunicato manente, si iurisdictionem tantum recipiunt ab eodem, non possunt obtinere vigorem.* Vbi claré dicitur, commissionem factam per vicarium episcopi, qui ordinarius est, excommunicatum, esse nullam: vbi *glossa verb. vigorem*, reddit rationem, quia excommunicatus non potuit iurisdictionem, qua carebat, committere: idem *Hostiensis super idem c super verb. Gerunt, & ibi Io.an. Andr. nu.3. Franc. n.7.* & dicunt hi tres DD. iurisdictionem tunc esse mortuã apud illum. Pro hac etiam sent. sunt omnes DD. allegati n.32. docentes vniuersaliter, gesta per iudicem publice excommunicatum inualida esse. Et tenent in propriis terminis, dicentes decisionem Rotæ allegatam nu.24. contrariam probantem, non esse receptam, communiterq; reprobatam. *Horoscius l. Et quia, num. 47. ff. de iurisdict. eorum, iudic. Paulus l. 1.num.52. C. de iuris, & facti ignor. an. Gutier. qu. can. l.1 ca.1.num. 75.* Vnde *Cajet. verb. Excommunicatio. 4. fol. ante fin tit. Excommunicato plura sunt illicita. Sotus 4.dist. 22.q.1.a.4. vers. Item excommunicatus, Enriq. l.13. de excomm.c.7.n.6. Bañes 2.2.q.72.a. 1.du.5.concl.1* dicunt peccare mortaliter iudicè contra iustitiam, si sic excommunicatus sententiam ferat, vsurpando iurisdictionẽ quia caret, litigantibusq; damnum inferendo.

Quinta concl contra V. sententiam, n. 25. propositam, gesta per occultum hæreticum, dum est communis error facti, cum titulo vero aut putatiuo, valida sunt. Probatur, quia concurrit titulus, cum communi errore impedimenti, illudque solo iure humano impedit. Sic *Archid. c.1. nu.11. de sent. excommun. in 6. Anchar. c. Decernimus, num.11. eodem tit. in 6. Abb. c. Nihil, nu.12. de elect. Bald. l. Barbarius, in 1.*

n.116.& ibi Ias.n.11.ff.de offic. prætoris, Syluester Confessor 1 q. 13.Sacrilega Confessio sacramentalis 3.num.41.Tabiena Absolutio 1. n.16.Et ex Theologis Driedo lib.3. de libert.Christian.c.7.paul. post principium Lud.Lop.1.p.instruct.c.38.§.Iteranda est cõfessio.

38 Et hodie post Concilium Constantiense, licet sit notorium hæreticus, dum non est denunciatus, non amittit iurisdictionem: quare gesta per ipsum valebunt: vt bene tradit Iacobus lib.6. de pœnit. cap.13.n.12.

39 Vltima conclusio. Contra sextam sent.nu.26.relatam, probabiliter puto, quamuis confessor non sit parochus, sed ex delegatione speciali audiat confessiones, valere absolutiones, dum est titulus verus, aut putatiuus, estque communis error excommunicationis, aut alterius impedimenti: quæ quoad hoc, nullum discrimen constituo inter parochum, & alios confessores delegatos. Prob. prius, quia (vt dixi n.16.) gesta per delegatum valent, quando concurrit titulus putatiuus, & cõmunis error, sicut valerent gesta per ordinarium. Item, quia officium confessoris regulariter non potest dici priuatum, nam vt optime ait Abbas Can dilecti 4.n.10.de rescript.) dum superior committit cuidam, in ipsa commissione versatur ius publicum, cò quòd iure publico committit. Item, quia nõ est certum in gestis ratione priuati officij, non esse discrimen inter publicè & occultè excommunicatum: aliqui enim tenent contrarium, quos refert Mascard. de probation. concl. 705. nu. 18.& 19.de quibuscumque actibus, eos validos esse gestos ab occultè excommunicato tenet Castro l.2. de lege pœn.c. Tandem, quia Concilium Constantiense dum decreuit solos excommunicatos, denũciatos, ac notorios clericis pernitiosos vitandos esse, id non restrinxit ad solos parochos, sed vniuersaliter id decreuit. Pro hac sententia sunt Caiet.sum.verb. Absolutionis impedimentum 1. Absolutio nonnullis circumstantijs impertitur, immediatè ante §. Ex extranag. verò. Navar. sum.c.27.n.7. Lat.n.106 Medina l.1.sum.c.11.§.3.f 39.fin. vbi regulariter docent absolutum à legitimo alias confessore, habente occultum impedimentum, quod cognitum impedit absolutionis valorem, esse valide absolutum ex communi erroris. Et Sotas 4. dist. 1.q.5.a.6.concl.5. generaliter docet quemcumque excommunicatum tolerantem, validè absolui. Et tenent expresse Palud.4.d.17. Ferd.dicendum, Enrique l.6.de confess.p.aul.post princ.§. Quod ma.5.in comment.lit.E.& 3.& in hanc partem quamuis dubius, magis inclinat Lud. Lop.1.p.instruct.de excommunic.c.15.§. Sed tam hic occurrit. Idem docet, & bene, Enrq.lib.4.c.13.num.11. quamuis hic confessor alibi sit denunciatus de excommunicatione, si in eo loco occulta sit, communiterque ignoretur: vt constat ex iis quæ diximus n.34. & iuxta ibi dicta, idem dicendum est, quamuis in eodem loco denunciatus sit, si tantum tam-pœn sperium inter esset, vt tam penitus occulta sit.

SVMMARIVM.

Acta gesta per habentem titulum putatiuum, sint valida etiam respectu scientium impedimentum: referuntur duæ sententiæ, n. 40.& 41.

Sunt validi etiam respectu scientium, sed sunt retractanda, n.42.

Quod si impedimentum aliud sit excommunicationis, n. 43

Acta per confessio ipsi facta per scientem suæ excommunicationem, n.44.

Acta per habentem titulum putatiuum, vel excommunicatum non notorium, sunt semper retractanda, n.45. iuncti n. 43. Et ibi, quid de sententia irregulari, vel interdicto.

Excommunicatio sit denunciata in alio loco hic autem occulta, valebunt gesta respectu scientium, n.43. Et quid, de confessione illi facta ignorante, n.44.

Bulla quæ innotescere debet, n.47.

Quæ ratio alias summaria.

QVÆSTIO IV. An gesta per excommunicatum occultum, vel habentem aliud impedimentum occultum, sint valida etiam respectu scientiũ impedimentum? Triplex sententia. Prima asserit solùm esse valida respectu ignorantium impedimentum. Probatur, quia fauor hic est ratione ignorantiæ, sic probabiliter ignorans, bonaque fide ad existimationem innocem accedens, frustretur absque sua culpa actus valore: vt constat ex l. Barbarius ff.de offic. prætoris, ibi; *quamdiu latuit*: & c.Infamis, vers. Verumtamen, 3.q.7. ibi, *si seruus, dum putaretur liber.* Sed conscius excommunicationis iudicis, aut alterius impedimenti, ob quod iurisdictione vera caret, reus est culpæ, nec impedimentum ignorat: ergo respectu illius gesta sunt nulla. Et confirm. ex doctrina *glossæ, c. Ad probandum, verb. Inuocatus, de sent. & re iudic.* vbi reddens rationem, cur error communis iurisdictionem det, ait, *quia diuinare non poterant vitium occultum*: ergo. Secundò, quia ratione competta cedit opinio veritati c. Consuetudo, d. 8. ibi, *propter quod, relicto errore sequamur veritatem*: ergo error communis nihil proderit veritatis conscio. Hãc tenent Bald.c. Ad probandum, de sent.& re iudic.nu.1.vers. Nota quod sententia iudicis, & ibi ait esse æquam Cardin.paulo post princ. Decius c. Scisciatur, de rescript.nu.38.& consil.407.n.2. Felin. c. Rodulph.n.40.de rescript. Alberic.d.l.Barbarius, n.22.& ibi Ias.n.65.fine, Roma.singul.760. Socin.de regul.iur.lit.L.reg.228. incipiens, Lex Barbarius, fallentia vlt, Molin in repertorio, verb. Error communis, Corsetus in repertorio, eod. verb.ad fi. Hyppolyt pract. crimin. §. Aggredior, n.32. Tiraquel post leges connubial.tit. De sponsal. gloss.8.n.159. Greg.López l.4.fin.t.49.3. Ant. Gabr. tom.3. communi l.1.t.de probat.concl.8.num.30. Mascard.de probat.concl. 649.nu.36.& sequ. Et hanc sent. esse veram ante Concilij Constantiensis decretum, affirmant Navar sum.c.9. Hisp.n. 7.Lat.n.10. Couar.c. Alma mater, 1.p.§.6.nu.8.vers. Ex his colligitur. Et pro hac sent. sunt Palud.4.d.17.q.6.a.1.concl.4.nu.7. Syluest Confessor 1.fine, Tabiena Confessio 2.q.23.n.25. vbi aiunt, confessionem factam occulte excommunicato per conscium excommunicationis, esse inualidam. Et quamuis hi DD. tantum loquantur de sciente impedimentum excommunicationis: at eædem militant rationes, vt actus non valeat respectu scientium alia iudicis impedimenta, ob quæ vera iurisdictione caret: & ita Alberic.d.l.Barbarius, n.22. generaliter loquitur de impedimentis: & Felinus d.c. Rodulphus, num.40.expresse dicit idem asserendum esse de omnibus impedimentis: & generaliter id tenet Flaminius de resign.benef.l.7.q.24.n.48.

Secunda sent. nihil definit, sed disiunctiue ait, gesta re- 41
spectu scientium aut esse irrita, aut irritanda. Sic Calderinus, c. Ad probandum de sent. & re iudic. Ant. c. Scisciatus, fine, de rescript. & ibi Abbas n.13. vers. Tertio casu, Felin.ibi, nu.5.idem Abbas c. Dilectus el.2.n.21.de prabend. Rebuffus c. Postulastis, not ab. 2.n.28.de clerico excommun.ministrante.

Tertia sent. probabilior ait mero iure valere sic gesta 42
respectu scientium impedimentum, retractanda tamen esse in odium, & punitionem delicti per ipsos admissi. Vt si quis per collationem episcopi excommunicati recipiat beneficium, conscius excommunicationis communiter ignoratæ, erit beneficio priuandus, dum autem non priuatur, potest tuta conscientia retinere. Prob. quia iura ad valorem sic gestorum non attendunt errorem aut ignorantiam vnius, vel alterius, sed communem, vt probaui n.6. ergo sicut error particularis non sufficit, vt gesta per hunc iudicem, valeant respectu inuincibiliter ignorantiũ impedimentum: ita nec scientia alicuius particularis impedit, quin gesta respectu ipsius valeant. Et confirm. quia cum leges non considerent, quæ in particulari casu contingunt, sed communiter accidentia, l. Nam ad ea. ff. de legibus: dum disponunt ob communem errorem valere gesta iudicis impediti, nihil immutant ob scientiam vnius aut alterius priuati, vt ita respectu illorum aliud disponant. Sic tenent Anton. c. Ad probandum, n.11.de sent. & re iudica. & ibi Abbas n.15.& 16. Alex.de Neuo n.28. Imolá n.6. Felinus nu.8. idem Abb.c. Veritatis, num.43. de dolo & contum. Anchar. c. Decernimus, n.11.de sent. excomm. in 6. vbi Francus n.8. idem Francus c.1. de except.in 6.n.8. Socin.de reg.iur.lit G. reg.166. incip. Gesta ab occulto excommunicato, Syluest. Excommunicatio 3.§.5. Bertachinus in repertorio, lit.C. verb. Collatio, sub nu.70.vers. Collatio beneficij. Castro lib.2. de lege pœnal.c.vlt. conclus.2. ad fin. §. Alterum quod circa occulte excommunicatum.

Hodie autem cum attento decreto Concilij Constan- 43
tiensis, solos excommunicatos vitare teneantur omnes

fideles in administratione sacramentorum, & quacumque alia re, denunciatos, aut notorios clericì percussores, non est locus huic doctrinæ, quando impedimentum est excommunicationis, nondum denunciatæ, nec prouenientis ex notoria clerici percussione: sed gesta per talem excommunicatum, valebunt, nec retractanda etiũ respectu scientis impedimentum excommunicationis. Quia hæc annullatio, aut retractatio gestorum per excommunicatum, est in odium, ac pœnam delicti participantis scienter cum illo, sed attento dicto decreto licitum est in hoc casu participare cum illo, ergo cum cesset delictum, cessabit odium, ac pœna retractationis. Item, quia cum attento dicto decreto huiusmodi excommunicatus retineat iurisdictionis vsum, (vt dixi num. 32.) gesta per ipsum, valida sunt, non ratione communis erroris, licet enim excommunicatio publica sit, valent, vt dixi eodem nu. 32. sed quia re vera habent iurisdictionẽ huiusmodi excommunicat: ergo valebunt gesta, nec erunt reuocanda, siue is in cuius fauorem fiunt, ignoret, siue sciat excommunicationem. Sic dicit fortè esse verum, *Felin. c. Ad probandum, n. 8. de sent & re iudic. & c. Rodulphus n. 40. de rescript.* & tenent *Angel. Consilio. 4. n. 12. Navar. sum. c. 27. n. 7. & c. 9. Hisp. nu 7. Lat. n. 10. Conar. c. Alma mater, 1. p. §. 6. n. 8. vers. Ex his colligitur.* Et ex Theologis. *Adrianus 4. q. 5 de confess. dub. 9 §. His præmissis, Metina tract. 2. de confess. q. de confessione confessori excommunicato scienter facta, dict. 3. Palacios 4 dist. 17 disp. 7. s. 272. vers. Similiter quoque, Enriquez l. 13. de excommunic. c. 7 num. 6. Capua l. 2. decision. c. 16. n. 16. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 38. §. Quando pœnitens, & 2. p. de excommunic. c. 15. §. Præterea ex prædictis sequitur.* Et idem dicendum est, quando impedimentum iudicis, esset irregularitatis, suspensionis, vel interdicti: nam ad omnia hæc impedimenta extenditur fauor prædicti decreti Concilij Constantiensis. Quando autem ratione excommunicationis, suspensionis, interdicti, vel irregularitatis gesta sint retractanda: explicabo num. 45.

44 Hinc fit, minus verè *Paladanum, Sylvest. Tabienam*, quos retuli nu. 40. asseruisse confessionem scienter factam excommunicato occulto, esse inualidam. Nam cum vitandus non sit, dopec denuncietur, habet veram in vtroque foro iurisdictionem, & proinde validè absoluet. Sic *Angelus, Adrianus, Metina, Conar. Palacios, Capua, Lud. Lopez vtroque loco*, quos retuli n. præcedenti, fine, *Navar. sum. c. 9. Hisp. n. 7. Lat. num. 10.* Haberet tamen verum ea sententia, in casu, in quo pœnitens peccaret mortaliter excommunicato occulto, fatendo: (quos casus non est præsentis disputare, ne in longum protrahatur sermo:) tunc enim confessio esset nulla, non defectu iurisdictionis confessoris, sed quia pœnitens lethaliter peccat in ipsamet confessione, ac proinde ficte accedit. Sic *Navar & Capua vbi, Lud. Lop. 1. p. instructorij. c. 38. §. Quando pœnitens.*

45 Retractabuntur ergo gesta respectu scientium, quoties valida sunt ratione solius communis erroris: vt si tempore quo collatum est beneficium, recipiens erat ligatus excõmunicatione, suspensione, interdicto, vel irregularitate, quantumcumque occultis, tunc enim cum collatio inualida sit, nullam acquirit iurisdictionem: valent tamen gesta ratione communis erroris, etiam respectu scientium impedimentum, iuxta sententiam quam defendimus: & simile est in quibuscumque aliis impedimentis, quibus stantibus non acquisitus est verus titulus, sed putatiuus. Similiter si quis nouit iudicem post officium acquisitum, incurrisse excommunicationem ob notoriam percussionem clerici, vel esse denunciatum de alia excommunicatione, in alio loco distanti, vel in eodem antiquitus, ita vt in illo loco, vel tunc temporis sit occulta excommunicatio, valerent gesta etiam respectu scientiũ, eo modo quo diximus nu. 34. esse valida ratione communis erroris: retractabuntur tamen in odium, & pœnam scientis illud impedimentum. Intelligo tamen retractanda esse in odiũ illius scientis, quando sciens ipse deliquit adeundo eum iudicem, quem nouerat alibi denunciatum, vel notorium clerici percussorẽ: secus si minimè deliquit. Cùm enim nõ teneatur ipsum manifestare, vbi occultus omnino est, nec eum in publico vitare, iuxta c. *Cum non ab homine, de sententia excommunicationis*, nullam admitteret culpam, si nõ habens alium iudicem apud quem causas agat, hunc adeat, ac proinde non venit in pœnam retractanda sententia.

Maius autem dubium est, de confessione sacramentali facta scienter huiusmodi confessori, in loco vbi communiter eius denunciatio ignoratur, & esset expositus ad audiendas omnium confessiones. Nam *Metina tract. 2. de confessione, q. de confess. confessori excommunicato scienter facta, ad fin. §. Ad secundum nego illam confessionem*, inquit, dum est aliquis parochus denunciatus, licet sit cõmunis error, gesta ratione publici officij valere quantum ad forum iudiciale, dum toleratur: secus in foro pœnitentiali, vt de confessione sacramentali facta illi qui nouit excommunicationem. Quia in illis potest defectus per leges humanas suppleri, ita vt facta teneant: in absolutione autem sacramentali suppleri non potest, eò quod confitens tali parocho, peccat lethaliter, & sic absolutioni obicem ponit, in quo casu iure diuino absolutio est nulla. Et §. *Respondeo ad 1.* asserit *idem Metina cum Adrian. 4. q. 5. de confess. dub. 9. in solut. ad arg. vers. Respondeo ad 1.* quod foro iudicij quamuis compellatur per censuram excommunicationis, vt ab eo sacramentum recipiat sacramentum, eò quod eius excommunicato ignoratur, non posset licitè obedire. Cæterùm credo huiusmodi confessionem validam esse, ex parte iurisdictionis confessoris: nam ob communem errorem eam habet, (vt dixi num. præcedenti) atque ita cautè dixit *Metina* esse inualidam propter obicem pœnitentis: nec credo hunc obicem ponere, quando est suus parochus, & non habet alium cui possit confiteri, & compellitur, vel est sibi necessarium fateri: tunc enim nullo modo delinquit, excusante necessitate. Extra hos verò casus, peccaret lethaliter fatendo illi: quia tenetur in occulto vitare, & nihil occultius, quàm forum sacramentale, & consequenter tunc confessio esset nulla, ratione obicis per pœnitentem appositi: quod si ab ea culpa ratione ignorantiæ excusaretur, ipse erubescebat enim inuincibiliter, se non posse illi fateri. confessio erit valida. Quia est iurisdictio ex parte confessoris, nec pœnitens obicem ponit.

Ad arg. proposita n. 40. respondetur, ad 1. & confirmationem, dic fauorem illum esse propter ignorantiam, & errorem communem, non autem huius, vel illius priuati. Ad 2. dic opinionem particularem cedere veritati, quoad retinendam iurisdictionem: secus, quando opinio, & error esset communis.

SVMMARIVM.

An sufficiat communis error, cum effectu possessione, absque titulo collato à superiore, referunt opinio affirmans, n. 42. Et contraria vera, n. 47.

An satis sit conferre titulum à quocumque superiore, vel ab Archiepiscopo subditis suffraganei, n. 50.

An gesta per delegatum valeant, quando est error in persona delegantis, qui existimabatur verus prælatus, aut iudex n. 51. & id, quod si verus superior delegaret, casu quo non esset, vel si delegans haberet titulum non verum, sed putatiuum.

An satus sit ad bonos titulum, electio facta à potenti eligere, absque superioris confirmatione n. 52.

Quid si peccetur in forma electionis, quia non servatur solemnitas, & forma à iure præscripta, n. 53.

Soluuntur argumenta, & explicantur c. Querelam, vers. Nos igitur, de elect. cap. Consuluit etiam ibi, de iure patron & notab. de electionibus, immediatè ante § vlt. & l. 115. tit. 18. p. 3. n. 54. vbi inuitis notatur, An valeant iudicia vnius contra omnes. & inde gloria sapientum quorundam, qui veri prælati non sunt.

Post n. 54. numerus alia summaria.

QVÆSTIO V. An vt gesta valeant per eum qui est in possessione, & communi existimatione alicuius officij, sufficiat communis error, vel exigatur simul titulus collatus à superiore, quamuis inualidus sit ob aliquod vitium occultum? Aliqui censent satis esse communem errorem, cum possessione illius officij. Probatur ex c. *Querelam, vers. Nos igitur, de elect.* ibi, *cum nobis constiterit quod populus in quasi possessione præsentandi existebat, quando ipsum presbyterum ad il-*

Lum

dologi. Et Consultationibus, de iure patron. ibi, institutus ad patron. tamen illius, qui eiusdem credebatur esse patronus, & postea parentatus alium cuicerit in iudicio, institutus non debet ab ipsa hac removeri, ergo. Secundò, ex auth. de tabellionibus, immutata autē § vltim. ibi, nunc subiacet pœnæ tabellio, ipsis tamen dotalibus propter vilitatem contrahentium, non annullandis. Vbi tabellio potest officium ob aliquod delictum, non idoneo habere vllam instrumenta, per l. Barbarius ff. de offic. prætor. & tamen hanc notarius caret titulo, ergo sufficit communem esse absque titulo. Et confirmatur, quia ibi interdicitur tabellioni ne alteri confectiones instrumentorū delegato, & proinde eo delegante, caret titulo delegatus: cum tamen asseritur ibi valida esse instrumenta confecta à delegato. Tertiò, quia propter illud authenticum, docent multi satis esse, vt tabellio sit in officij possessione, & communiter talis creditur, quamuis titulum, & creatum à principe minimè habeat, sed dolosè intrusus sit, vt instrumenta ab eo confecta authentica sint. Ita docere videtur Felin. c. 1. de fide instrum. n. 2. & ibi Hostiens. paulo post prin. Ioan. Andr. n. 4. Decius n. 49. idem Hostiens. summa t. de fide instrum. §. Quibus instrumentis, n. 3. vbi dicunt vt instrumenta sint authentica, satis esse probare notarium esse in quasi possessione notariatus, per d. l. Barbarius: idem Salicet l. 1. n. 8. C. de offic. Felinus c. 1. de fide instrum. n. 18. Petrus, & Cynus, quos sitat & sequitur Fulgos. d. l. Barbarius, nu. 13. dicens ab hac sententia indicando, & consulendo recedendum non esse, quamuis opposita in rigore verior sit. idē tenet Card. d. l. Barbarius, in 1. lectura n. 7. vbi Iason n. 22. dubius manet. Idem alios referens Ant. Gabr. tom. 3. commun. l. 1. tit. de probat. concl. 8. n. 24. & alij quos refert Tiraq. post leges connubiales, gloss. 8. De son mary, num. 153. & fauet l. 115. tit. 18. p. 3. ibi, O delbemos mandar, in ea lex velit sufficere vt notarius sit in quasi possessione, quamuis nunquam verus notarius fuerit, sed sit eam possessionem, vt credatur verus tabellio, dummodo contrarium non probat aduersarius: ergo sufficiet sufficiet possessio officij, cū communi errore, absque vllo authoritate superioris collato, vt gesta per iuxta aliquem docentium validas esse, ob communem errorem, indulgentias concessas à fallis omnino prælatis: hi indulgent. ad finem, vers. Cæterum de indulgentijs episcoporum, Mascard. de probat. concl. 649. n. 4. dubius manet: & omnes hi attribuunt hanc sent. Antonino, tamquam primo eius auctori, Clem. fin. de pœnit. tit. sed tamen, nam expressè oppositum docet. Quare hi auctores manifestè volunt non exigi titulum, sed sufficere communem errorem. Pro eadem sent. videtur Abb. ad confessiones audiendas, se ingerat: ei bona fide confidenter, absolutum esse quoad Deum: & idem, si electus certum oppidum audiat confessiones in alio. Eiusdem quod vterq. n. 58. vbi ait, aduersario opponente aliquem non esse verum vicarium, sufficere parti aduersæ probare communem reputationem, vt acta per eum valeant, per d. 5. 2. 49. vbi affirmans decisionem Rotæ, ait, vicario non habente mandatum, & ita carente iurisdictione, recipiente resignationem, alijque conferente: qui mox resignauit in fauorem alterius, valere hanc resignationem: quia id sufficit ex probabili colorato.

Sit tamen conclusio, vt gesta valeant, non satis est communis error, sed necessarius est titulus collatus à superiori, quamuis invalidus sit ob aliquod vitium latens: quare dum aliquis sine titulo, & auctoritate superioris in officiū iudicis, parochi, aut confessoris se intrusit: licet communis error fuerit accedat, gesta per illum ad vtrumque forum pertinentia, sunt prorsus iuualida: nec oppositum reputo probabile. Prob. ex c. Infamia, vers. Verumtamen, 3. q. 7. ibi, servus dum putaretur liber, ex delegatione sententiam dixit. Et l. Barbarius ff. de offic. prætoris, ibi, cum populus Romanus etiam seruo potuisset decernere hanc potestatem: vbi vtrumque ius non solum communem errorem ponderat, vt gesta valeant, sed etiam interfuisse auctoritatem superioris delegantis potestatem, & populi Romani conferre potentis prætoris munus. Hanc sententiam clare videtur tenere gloss. fin c. Nihil, de electione, ponderat enim vt acta prælati falsi valeant, fuisse in quasi possessione prælaturæ, de licentia Pontificis. Et tenent expressè Speculat. t. de instrumentorum edit. §. Restat. num. 32. & ibi Ioan. Andr. in additionibus super n. 24. vers. Illud autem, Archid. c. Alienationes, paulo post principium, 12. q. 2. Innocent. c. Qualiter, fine, de elect. & c. Nihil, eod. t. n. 3. vbi Ioan. Andr. nu. 28. Anton. n. 34. Anchar. ad finem q. 4. Abb. dicens esse rem indubitatam, nu. 11. Imola n. 7. Cardinal. ibi §. Cæterum, q. 12. init. Henricus eod. §. nu. 3. Compostellanus, quem refert & sequitur idem Anton. c. Cum dilecta, nu. 15. de rescrip. & ibi Felinus n. 3. idem Anton. c. 1. de fide instrum. n. 3. & ibi Abb. n. 3. q. 12. Imola ibi, vers. In ea glossa, ibi videtur, ad fin. idem Abb. c. Gratum, nu. 10. de offic. deleg. & c. Dudum, al 1. num. 20. 21. de elect. idem Imola cum Stephano per eum relato, Clem. 2. nu. 32. de sepult. Bart. l. Actuarios, n. 2. C. de numerariis, l. 12. & d. l. Barbarius, in 1. lectura n. 3. in 2. n. 4. 5. 8. Bald. ibi, in 1. lectura n. 29. in 2. num. 13. 14. & 18. Angel. ibi num. 2. Fulgosius cum Guilielmo per eum relato, ibi, nu. 13. Iason. n. 48 & 66. idem Bald. l. 2. n. 5. C. de sentent. & interloq. & l. 2. n. 83. 84. C. de seruit. & aqua, & l. 1. num. 12. C. de testam. vbi Alberic. nu. 12. Paulus ff. 4. Cornæus n. 12. 13. 14. Alex. de Imola n. 12. & latissimè probans cons. 138. n. 10. vol. 1. idem Iason. l. Præscriptione, nu. 24. C. si contra ius, Bart. Secinus l. More, nu. 73. ff. de iurisdict. omn. iudic. & de regul. iur. lit. L. regul. 228. incipienti, Lex Barbarius, inst. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsump. 13. num. 15. Bertachin in repertorio, lit. N. verb. Notarius, ad finem, & multi alij quos refert Tiraquel. dicens esse communem. post leges connubiales, gloss. 8. De son mary, n. 145. Rosella verb. Confessio sacramentalis, 3. nu. 41. Sylvest. Confessor. 1. q. 19. Angel. Confessio 4. n. 12. Tabiena Absolutio. 1. n. vlt. Armilla verb. Absolut. n. 30. Navarr. c. Placuit, de pœniten. d. 6. nu. 177. 178. & sum. c. 9. Hisp. n. 8. Lat. n. 11. & l. 1. consil. in antiqua edition. consil. 9. nu. 1. Covar. pract. q. c. 19. num. 9. vers. Hac sanè, ad fin. Greg. Lop. l. 6. t. 16. verb. Iurar. p. 6. & melius l. 21. verb. No lo puede, t. 4 p. 1. & Humada in comment super eam glossam Gregorij Lop. nu. 1. vers. Quam distinctionem, Horoscius d. l. Barbarius nu. 13. & 28. Anton. Gabr. tom. 3. commun. tit. de probat. concl. 649. n. 49. 50. 86. 91. 101. Vgolin. de censuris, tabula 1. c. 2. §. 22. num. 1. & 2. Iac. Sbrozius l. 3. de vicario episc. q. 24. num. 2. Et ex Theologis, Caiet. sum. verb. Confessionis iteratio, tit. Confessio sacramentalis quare ex parte confessoris iteranda: & verb. Absolutionis impedimenta. 1. Absolutio nonnullis circumstantijs impeditur, Medina C. de confessione, tract. 2. q. de cōfess. confessori excommunicato scienter facta §. Secundum dictum, Palacios 4. dist. 17. disp. 8. f. 272. vers. Similiter quoque, Enriquez l. 6. de pœnit. c. 7. n. 2. & c. 6. n. 2. in comment. lit. E. & lib. 13. de excommunicat. c. 7. n. 6. Aragon. 2. 2. quæst. 60. a. 6. §. Est aliud dubium. f. 109. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 38. §. Iteranda est confessio.

50 Nec sufficit titulum conferri à quocumque superiore, sed conferendus est à legitimo superiori, conferre potenti, aliàs gesta non valebunt, quamuis communis error adsit: vnde si conferatur titulus ab archiepiscopo subditis suffraganei, casu quo superior non est respectu illorum, nihil valent gesta. Quia tunc non concurrit verè auctoritas superioris, cùm ille superior non sit, at perinde est, ac si titulus prorsus deesset. Sic Compostel. quem refert & sequitur Ant. c. Nihil, n. 34. de elect. Anchar. ibi, ad fin. q. 4. Henric. ibi. §. Cæterum, n. 4. Idem clare docent Bald. l. Barbarius, in 1. lectura, n. 29. ff. de officio prætoris, & ibi Iason. n. 43. & 51. Bertrandus cons. 128. ad fin. vol. 1. Ant. Gabr. to. 3. commun. l. 1. t. de probat. concl. 8. fine, Mascard. de probat. concl. 649. n. 86. & 92. vbi docēt exigi vt notarius creatus sit ab habente potestatem.

51 Hinc infertur, si error sit in persona delegantis, quia existimabatur communi errore verus prælatus, cum tamen intrusus esset absque superioris auctoritate, gesta

per

per delegatum esse irrita. Quia caret titulo collato à legitimo superiori. Sic *Bald.l.2.num.5.C.de sentent.& interloq.Iac. Sbroziusl.3.de vicario epis.q.24.n.2.* Idem dicerem, quando verus superior delegaret, casu quo verè delegare non posset; nam tunc gesta per delegatum non obstante communi errore, essent inualida. Eo quod deficit titulus collatus ab habente potestatem. Si tamen delegans haberet titulum putativum à superiori concessum, & esset communis error nullitatis illius tituli, cum gesta per hunc delegantem valeant, valeret potestas delegato collata. Sic *Vgolin. de censuris tab.1.c.2.§.21.num.3.*

52 Secundò infertur, non satis esse electionem factam à potente eligere, vbi cõfirmatio superioris necessaria est, sed oportere hanc accedere. Quia titulus non confertur per electionẽ, sed per eã confirmationẽ. Sic *Innoc.c. Nihil, n.4. de elect.* vbi *Ant.n.38. Anchar.q.4. Henricus ibi, §. Ceterum, n.3. Iason* cum Angelo per eum relato, *l.Barbarius, nu.66.ff.de offic.prætor.* Secus dicunt *Innoc Anchar. & Henric. ibid.* quando dignitas, vel officium confirmatione non indiget, sed sola collatione, vel institutione, vel prouisione, quę vim cõfirmationis obtinet: vt notatur *c. Cũ inter canonicos, de electione.*

53 Tertiò infertur, si peccetur in electionis forma, cò quod solemnitas iure præscripta omittatur in electione, vel collatione, gesta per electum nõ valere. Quia peccatum est in forma, & in radice, & proinde titulus deficit. Sic *Bart.l. Actuarios, n.2. C.de numerariis, l.12. Albericus l. Barbarius, n.12. ff.de offic. prat. & ibi Iason* referens *Iacobum de Bellouiso nu.51. Mascard.de probat.conc.649.nu.94.* Intelligetamẽ, nisi accedat legitimi superioris confirmatio, ea enim titulum coloratum confert, dum electionis vitium communiter latet. Sic *Ioan.Andr.c.Nihil, n.28.de elect.* vbi *Anchar.ad fin.q.4.*

54 Ad argum. primæ sent. proposita nu. 48. respondetur. Ad 1. dic cum *Bartolo, d.l. Barbarius, in 2. lectura n.4. Abb.c. Nihil, n.11.de elect.* illa iura procedere, quando ius non resistit possessioni, quia scilicet non requiritur decretum superioris, quale non requirunt quasi possessionis iuris eligendi, & præsentandi. Ad 2.dic, licet tunc tabellio perdat titulum, at dum eo sententia iudicis non priuatur, verum retinere titulum, esseque verum tabellionem, ac proinde gesta per ipsum, valere. Ad confirmationem, dic illum delegatum habuisse auctoritatem à vero tabellione, habente potestatem, quamuis enim ipsi interdictum sit ne deleget, valet tamen delegatio. Ad 3. dico ferè omnes auctores asserentes sufficere vt notarius sit in quasi possessione, si attente considerentur, tantum velle, id sufficere, ne proferenti instrumentum, titulum notarij probare incumbat, sed onus probandi non esse verum notarium, transferatur in aduersarium, quasi ex diuturna officij possessione verus notarius præsumatur: & ita accipienda est *l.115.t.18.p.3. ibi addicta*: nolle autem sentire, si constet defecisse titulum, notario eius instrumenta authentica esse. Et dato id verum esset in notario, dispar est ratio: nam notarius iurisdictionem non habet, sed est testis iure approbatus, vt tradit *Bartol. d.l.Barbarius, in 2.lectura, n.8. per l. Hac consultissima § fin. C.de testam.* vnde non mirum, si titulus in eo nõ requiratur: secus in aliis officiis iurisdictionem habentibus, atque ita multi ex DD. qui in notario aiunt non desiderari titulum, sed satis esse communem errorem, affirmant in aliis titulum requiri: vt ex DD. allegatis pro 1. & 2. sent. constat. Ad vltimum, dic eam doctrinam esse falsam, falsoq; imponi Ancharano, nam oppositum docet, nempe indulgentias ab omnino faltis prælatis concessas, esse irritas defectu tituli, quamuis adsit communis error. Sic *Ancharanus c. Quod autem, à nu.9. de pœnit. & remissio. & Clem. fin.in princ.eod.tit. & ibi Cardin.3. Ad hæc multiplici, q.5. Oldrad. cons.76.n.3. & seqq. Iason* sibi contrarius *l. si vrbana, n.8. vers. Alibi tamen, ff.de condition.indebiti.*

SVMMARIVM.

An valeant gesta & absolutio sacramentalis, per habentem titulũ quando occulto delicto eum amisit, vel occulte reuocatus est à superiore: proponuntur argumenta ad probandum non valere, n.55.

Quando ob delictum titulus ipso iure amittitur, valent n.56.

Quando priuatio tituli est ab homine, aut occultè licentia audiendi confessiones reuocatur: secus autem si reuocatio sit publica, vel ignorantia crassa, nu.57. & sequentibus verior, nu.58. vbi quod si confessor approbatus sit ad annum, & transacto anno audit confessiones, vel virtute bullæ quæ reuocata est, & vtrumque ignoratur

Solumodo arguit n.59 & an gesta per delegatum, qui mortem delegantis re integra ignorabat valeant: vel si nouit sed reuocatum, communiter ignorabat, reuocatio ignorabatur, n.59 inuitto n.55. Et vtrobique, quid de vicario episcopi in remotis defuncti, concedenti licentiam confessionis, (quique reuertendi,) vel acceptanti beneficij resignationem, vel cuicunque alteri actui, dum episcopi mors ignoratur communiter, sine qua vicarius eam sciat sine ignoret. Et quid si vicarius, vel delegatus sit reuocatus ab episcopo, n.59.

Post n.59. incumbit alia summaria.

QVÆSTIO VI. An si à principio officij adfuit titulus collatus à legitimo superiori, is tamen cessauit ob delictũ, vel ob occultam superioris reuocationem, valeant gesta, dum communiter ignoratur illa tituli cessatio? Et videtur non valere. Primò, quia mortuo delegante, re integra, perit potestas delegati eam ignorantis, nec gesta per ipsum, tunc valent: per *c. Gratum, & c. Relatum, de officio delegat. & l. More, ff. de iurisdict. omn. iudi.* quæ indistincte docent perire potestatẽ delegati, re integra, morte delegantis: & id esse verum, licet delegatus mortem ignoret, docent *Speculator tit. de iudice delegato, §. Restat videre, n.5 & ibi Ioan. Andreas in addition. vers. Vt ibi, Bart.d.l. More, nu.18. & ibi Alber. nu.12. Bellapertica n.21. Barth. Socinus, n.73. Abb.d.c. Gratum, num.12. Maranta de ordine iudicior. 4.p.d.5.t. An iudicium sit ordinarium, vel delegatum, n.61. Couar.* dicens esse omnium *q. practic. cap. n.2.* & tamen *Abbas ibi n.11. & Barth. Socinus eod.n.73.* opponunt *l.Barbarius, ff. de offic. prætoris.* & respondent, ibi dispositum non habere locum in hoc casu, quia solũ adest communis error, deficitque titulus, nam per mortem delegantis, re integra, cessauit titulus, & iurisdictio delegati: ergo non satis est communis error, & ab initio adfuisse superioris auctoritatem. Secundò, quia si delegatus nouit se reuocatum, licet publicè id ignoretur, ipso iure non valet quod gestum, cessus, secus si delegatus ignoret: vt docent *Bald.l.2.n.7. C. de sentent. & interloqu. & ibi Salicet.n.5.q.2.* ergo non satis est principio interfuisse superioris auctoritatem. Tertiò ex *Dudum, tit 2. de elect.* ibi, *In multarum animarum dispendia parochiales Ecclesias retinebat, cum earum cura, quam tam priuatus de iure ipso iure, ad eum nullatenus pertineret, & sic per ipsum animæ damnabiliter sunt deceptæ.* Ex quo textu constat priuatum, qui ob delictum ipso iure amisit parochiale beneficium, decepisse damnabiliter animas ipsas, à peccatis absoluendo: ergo absolutio sacramentalis nulla fuit: alias animæ non essent deceptæ, ergo non sat est à principio adfuisse auctoritatem superioris: atque ita *glossa eodem tit. Dudum, verb. Deceptæ*, expressè tenet illas absolutiones esse irritas: dicit enim animas illas saluari in fide sacramenti, sicut saluantur in fide baptismi Iudæus, qui bona fide ipsum baptizauit, quamuis baptismus irritus sit: iuxta *c. Debitum, de baptismo.* Idem *Ioan. Andr. ibi n.42. Anchar. n.12. Rosella n.12. vers. In ea glossa in fine*: & magis inclinat in hanc *Abbas ibi n.18. & Innocent. num.3.* dicit sub distinctione, posse dici validas esse absolutiones, nec aduenientes scientia tantum sessionis tituli, expetendas esse confessiones: vel non esse validas: & dictam glossam sequitur *Mascardus de probation. conclus.649.n.38.* Vltimo prob. quia vbi semel cessat potestas, siue ob delictum, siue ob hominis sententiam, perinde est ac si nunquam habuisset illi potestatem. Et ita *Bald.d.l. Dudum, n.18.* dicit: *qui desinit esse prælatus, statim efficitur inhabilis, nisi discedat à possessione*: sed si nunquam habuit titulum, sed intrusus fuit, gesta per ipsum non valent: ergo nec potestatem amittit.

Prima concl. fit. Quando quis ob delictum ipso iure amittit officium, dum amissio occulta est, valent gesta per illum. Quia retinet possessionem, qua priuari non potest, nisi causa cognita, *c. Licet Episcopus, de præbendis, in 6.* Sic glossa *auth. de tabell. collat. 4. verb. Documentis, Speculator t. de instrumentorum edit. §. Restat, n.35. vers. Quid si tabellio perdat, Ioan. Andr. regula, More, de regul. iur in 6. Anton. c. Nihil, nu.32. de electione, & ibi Abb. n.11. & 12. Bald. d.l. 2. nu.5. C. de sentent. & interlocutione.*

gat. & l.2.C.de vendit. libertate, nu.2. & auth. Habita n. 30. C. ne fil. pro patre, & l.2.n.3.4.C.de seruitut. & aqua, & l. Barbarius n. 1. Ioseph. n.30. ff. de officio prætor. & l.1.n.12.C.de testam. vbi Paulus n.2. Cornei. n.14. Alexan. cons.138.nu.10. vol.1. Iason.d.l. Barbarius. nu.32. Rosell. Confessio sacram.3.n.41. Sylvest. Confess. 1.q.19. Tabiena Absolutio 1.nu.vlt. Nauarr. sum. c.9. Hispanen. l.2.cons.11. & Placuit, de panitent.d.6.nu.179.180. Greg. Lop. l.unic. Sobrarbe, t.4.p.1. & Hamada in additione ad illam ff. sum. Gasp. Lopez. nu.1. vers. Quam distinctionem, Vgolinus de testamentis, c.2.§.22.num.4. Et ex Theologis, Enriquez libro 14.c.7.nu.6.in comment. lit.B. & l.6. de panitent.c.17.n.3.in comment. lit.G. & l.11. de matrim.c.3.n.4. in commento lit.I. Manuel 1.tom. sum. in 2. edit. c.219.n.8. Lud. Lopez 1.p. instruct. c.38. Iterandaest confessio Aragon. 2.2.q.60.a.6.4. Est dubium sit.109. Et an bene Nauar. co.c. Placuit, nu.179. Videtur esse dicendum, quando ipso facto ob crimen offert priuatus beneficio, & possessione: nam dum non est notoria priuatio, retinetque possessionem facti, valent omnia gesta per illum. Idem colligitur à contrario sensu, ex Bald. & Nihil, nu.18. & Armilla verb. Absolutio, num. 30. Ignorat enim non valere quando priuatio esset notoria, quæ contrarium videntur sentire, quando est occulta. Idem sentiunt DD. qui in casu c. Dudum, el.2 de elect. in quo parochus illic erat ipso facto parochia priuatus, aiunt validas esse confessiones illi factas, nec defecto vitio reputandas esse, dum priuatio illa non fuit notoria. Hi sunt Innocen. ibi nu.2. Host. Hostiens. ibi super verb. Damnabiliter, Cardin. ibi §.6. dub.10. & dicit esse probabile Ioan. Andr. ibi nu. Abb. & Nihil, n.11. Rosella, Sylu. Tabiena, locis proxime allegatis.

57 Grauior autem difficultas est, quando priuatio esset per hominis sententiam. Nam cum tunc priuatur ille omnino, vt per se possessione, videtur nil superesse auctoritatis vt gesta per ipsum valeant, & ita in hoc casu non valere, quamuis priuatio occulta sit, adsitque communis error: Bald. l.2.n.2.C. de vindict. libertate, Paulus l.1.n.3. C. de iur. Idem videntur tenere aliqui dicentes non valere, quando prælatus est priuatus, vel suspensus notorie, aut per se, superioris inhibitione: vbi in superioris inhibitione, notorietatem non petunt, sicut in priuatione, aut suspensione legis. Hi sunt, Ioan. Andr. c. Nihil n.28. de elect. & Hostiens. Confessor 1.q.19. Rosella Confessio sacramentalis 3 nu.41. Abbas n.30. Lud. Lop. 1.p. instruct. c.38. §. Iterandaest confessio.

58 Secunda tamen conclusio sit, probabilius est, dū priuatio, & hominis inhibitio est occulta, adhuc valere gesta, & aliquas reliquias remanierunt: vt notatur l. Si pluribus, ff. de author. tutor. Item quia est error communis ortus à titulo nullo inito. Sic Bald. l. Barbarius, in 1. lectura n.30. ff. de officio prætor. & ibi Iason. n.68. idem Bald l.2.n.3.C. de sentent. & ff. am. vbi Cornel. n.14. Mascard. de probatio. conclus. 649. nu.67. Et ex Theologis, tenet Enriquez lib.6. de pœnit. c.6. num. 2. in comment. lit.E. vbi ait non satis esse, vt contessio valeat, error communis, aut vulgi, nisi cōcurrat titulus coloratus, vt qui aliquem habetur parochus, vel quia prius approbatus fuerat ab episcopo, nec sciatur postea eum reuocatum esse. Et n.3. vbi ait sacerdotem ad annum approbatum, cessante anno non reputari idoneum, & approbatum: & addit in commento lit.I. si communi errore vulgi censeretur semel approbatus, valere absolutionem. Et c.7.n.2. in commento lit.C. vbi inquit valere absolutionem, si quis per bullam, quam ex oppido ignoratur reuocata, eligat confessorem, & melius lib.5. de pœnit. c.14.n.4. vbi ait, dum ignoratur Pontifex reuocarit gratiam bullarum, aut episcopum, qua approbauit quosdam idoneos, valere confessiones virtute bullæ, aut talis licentiæ factas. Idem docet Manuel 1.tom. sum. 2. editione c.60.n.3. vbi ait, valere cōfessiones religiosis semel approbatis factas, licet occultè penitus sint facultate audiendi confessiones.

59 Ad argumenta prioris sent. proposita nu. 55. respondetur. Ad 1. neganda est ea doctrina, dicendumque est, aliud esse, quando ipse solus delegatus mortem ignorat, tunc enim verum est non valere gesta per ipsum, si res erat integra: quia periit eius potestas: aliud autem, quando est communis error, & probabilis ignorantia mortis, tunc enim valent gesta, propter l. Barbarius. ff. de officio prator. siue delegatus sciat mortem, siue ignoret. Quia cōcurrit communis error, & titulus à legitimo superiore collatus, eiusque extinctio est occulta: & ita doctrinam illam negant Alberic. l. Si forte initio. ff. de officio præsidis, Vbercinus. & alij: esse Speculatore tit. de iudice delegato §. Restat videre, nu. 5. Præterea, quia magis pendet potestas vicarij ab episcopo, quam delegati à delegante: nam hæc non perit morte, nec suspenditur excommunicatione, re non integra: cuius contrarium est in vicario: & tamen mortuo episcopo in longinquis, si vicarius ignorans mortem, & speciali mandato admittat resignationem beneficij, valet: vt decidit Rota. quam refert & sequitur Flaminius de resignatione benefic. l. 7. q. 24. num. 33. Anast. Germonius de reuolutis. 5. Tibi quoad viceris. n. 63. Iac. Sbroz. in l. 5. de vicario episcopi quæst. 36 nu. 9. fin. & 10. Idem tenet Enriquez in alio simili, lib. 6. de pœnit. c. 17. n. 3. in commento, lit. A. vbi ait, quamuis mortuo episcopo potestas vicarij expiret, at si vicarius incertus de morte episcopi longè distantis, concedat literas dimissorias ad ordines, valere: quia habetur vt legitimus vicarius, & dicit sic tenuisse viros doctos consultos: & idem Enriquez l. 10. de sacramento ordinis c. 22. nu. 3. in commento, lit. P. ait, valere eas literas dimissorias licet postea re integra, sciatur mortem episcopi præcessisse. Et quamuis hi DD. tantum explicent, quando vicarius ignorat mortem: at manifeste nō faciunt vim in priuata vicarij ignorantia, sed in communi, & iusta: siquidem ponderant episcopum longe distare: & Flaminius assignans rationem, ait, ob communem vtilitatem, & communem errorem, per l. Barbarius: & Enriquez reddit rationem, quia habetur vt legitimus vicarius: & pondero vicarium in acceptatione resignationis esse delegatum, & sic inquiunt illi DD si speciali mandato, &c. quare manifeste sentiunt gesta per delegatum, post mortem delegantis, re integra communiter ignoratam, valere. Nec refert, siue vicarius sciat mortem, siue ignoret: quia vt valeant gesta, per l. Barbarius, non attenditur ignorantia priuata, sed communis: vt dixi n. 6 & 7. Idem dicendum est, quando reuocatus est vicarius ab ipso episcopo, valent enim gesta, dum reuocationis est cōmunis error, siue ipse sciat, siue ignoret reuocationem, iuxta tradita nu. præcedenti. Quid autem dicendum sit, si reuocatio vicarij sit communiter nota, non tamen sit intimata ipsi vicario: dicam hoc 3.1 disp. 30. n. 11. 12. & 13. Ad 2. die illam doctrinam nullo iure probari, nam cum d. l. Barbarius, habeat etiam locum in delegato, vt probaui n. 16. dum communiter reuocatio delegati ignoratur, idem de illo, ac de ordinario dicendum est, nempe valere gesta per illum: atque ita n. 58. retuli aliquos DD. hoc fatentes in delegato. Ad 3. respondi n. 14. fine. Ad vltimum, die non esse simile: quia manent aliquæ reliquiæ, vt notaui nu. 58. ex Baldo: quare ille non dicitur proprie intrusus, sed quando à principio caruit legitimo titulo.

SVMMARIVM.

Matrimonium contractum coram parocho intruso, non habente titulum à legitimo superiore non valet: secus si tantum habeat titulum ab vsurpato occultum. n. 60.

Quid si contrahentibus notum sit illum non esse verum parochum. n. 61. Et ibi quid, si laicus communi errore existimatus sacerdos assistat matrimonio, de licentia parochi. Et quid. si parochus intrusus communi errore legitimus existimatus, det sacerdoti licent. am assistendi matrimonio. Et quid si ex nūc reuocauit licentiam.

Quid, si parochus eo ipso amiserat beneficium: vt quia non est promotus intra annum, vel quia recepit incompatibile beneficium. n. 62.

Quid, de quodam qui à concilio oppidano substitutus, est vice parochi absentis, & biennio ministerium parochi obiit, credens communis errore verus parochus. n. 63.

Quid si licentia assistendi matrimonio, vel audiendi confessiones concedatur à legitimo superiore, sed ficte: vel sit talis vt habeatur de præsenti, vt communi sapientum placuit, legitima licentia existimetur, verum superior re vera non consensit. n. 64.

Quid,

Quid, si sint opiniones, an aliquis sit legitimus parochus, ad assistendum matrimonio, vel audiendas confessiones: vel aliqua licentia sit legitima, vel priuilegium bullæ sit reuocatum, vel extendatur ad illum casum: & opinio negans sit coram Deo vera: an dum ea veritas latet, & probabilis sapientum opinione habetur esse legitimum parochum vel legitimam licentiam, vel priuilegium bullæ non esse reuocatum, vel extendi ad illum casum, valeant confessiones, & matrimonia, num. 65.

60 QVÆSTIO VII. An matrim. contractum coram parocho, habente possessionem parochiæ, absque vero titulo, stante communi errore, validum sit? Breuiter, vt constat ex dictis, si absque titulo collato à legitimo superiori intrusus est, non valet matrimonium: quia in neutro foro valent gesta per illum: vt probaui n. 49. & 50. si autem titulum habuit à legitimo superiori, inualidum tamen ob vitium occultum, valet matrim. Quia dum adest communis illa ignorantia, veram parochi in vtroque foro iurisdictionem habet: vt probaui n. 5. & 13. sic *Enriquez l. 1. de matr. c. 3. n. 3. n. 4. Manuel 1. tomo summæ, 2. editione c. 219. n. 8.*

61 Et hoc quidem verum est, quamuis contrahentibus notum sit illum vero parochi titulo carere: quia (vt dixi num. 42.) etiam respectu scientium tituli nullitatem, valent gesta, dum adest communis error. Valet etiam matrimonium, licet is cui concedit parochus licentiam assistendi matrimonio, sit merus laicus, si communi æstimatione & errore credebatur sacerdos, pro tali publice se gerens. Quia quamuis parochus non possit dare licentiam non sacerdoti, (vt dixi hoc l. 3. disp. 20. n. 10.) at concurrit titulus præsumptus, scilicet, licentia, & a superiore potenti concedere, data, estque communis error, & impedimentum, ob quod inualida fuit, est solius iuris humani: in quo casu ius supplet defectum, & gesta per talem valida sunt: (vt diximus nu. 27. & seq.) sicut si Tridentin. disponeret, vt soli sacerdoti catholico posset dari licentia assistendi matrimonio, valeret vtique, si assisteret sacerdos hæreticus, communi errore existimatus catholicus, ex licentia parochi: quia vitium illud ob quod licentia nulla fuit, erat solius iuris humani, communiterque latebat. Et quamuis hic cui conceditur licentia, sit delegatus, nec publicum officium obeat, nihil confert: quia n. 16. probauimus etiã in delegato locum habere: & n. 39. procedere etiam in eo qui publico officio minime fungitur. Si autem parochus qui licentiam dedit, intrusus erat, licet intrusio esset communiter incognita, matrim. est nullum: quia ille intrusus omni prorsus caret iurisdictione, (vt dixi n. 51.) nec valide potetat assistere matrimonio: (vt dixi nu. præced.) quare licentia illa non est concessa à legitimo superiori. Valeret autem matrimonium, si parochus ille concedens licentiam, haberet titulum præsumptum, collatum à legitimo superiori, inualidum tamen ob vitium occultum: quia (vt dixi n. præced.) talis parochus, dum tituli nullitas communiter latet, valide gerit omnia ad parochi munus spectantia. Similiter valeret matrim. si licentiam legitime cõcessam, occulte reuocasset, stante communi reuocationis errore. Quia retinetur adhuc licentia ob titulum initio habitum, & communem errorem, vt dixi n. 48.

62 Hinc primò infertur, quamuis parochus eo ipso beneficium amiserit, vt quia intra annũ non est ad sacerdotium promotus, vel aliud incompatibile beneficium adeptus est: si matrimonio assistat, vel alius sacerdos de eius licẽtia, validũ esse. Quia quamuis ipso facto priuatus titulo sit, at nondum possessione spoliatus est, & quamdiu illa nõ spoliatur, præsumitur habere iustam retinendi causam, *c. Licet episcopus, in fine, de præben. in 6.* & idem esset dicendum, licet priuatio tituli fuerit per sententiam hominis. Et constat vtraque pars ex dictis n. 56. & 58. & priorem partem docent *Enriquez l. 11. de matrim. c. 3. nu. 4. in comment. lit. I.* vbi alios refert: & *Manuel. 1. tom. sum. 2. edit c. 219. n. 8.*

63 Secundò infertur decisio cuiusdam quæstionis conscientiæ, de qua consultus fui. In oppido quodam abfuit parochus, concilium oppidanũ simplicẽ sacerdotem loco parochi substituit, qui bien nio omnia parochi munia obiuit, communi omnium opinione vetus parochus existimatus. Dicendum est sacramenta cõfessionis, & matrimonij, quæ ad sui valorem, iurisdictionem parochi desiderant, inualida fuisse, & prorsus iteranda: quia defuit titulus in parocho illo præsumpto, collatus à legitimo superiore Ecclesiastico: (concilium enim oppidanum iurisdictionem Ecclesiasticam conferre non potuit:) in quo casu nihil proficit communis error (vt probaui num. 45. & 50.) proles tamen ex talibus matrimoniis præsumpta habita, fuit legitima, ob bonam parentum fidem: iuxta *c. Ex tenore, qui filij sint legitimi.*

Tertiò infertur, quid dicendum sit, si parochus ficte cõ 64
cedat licentiã, sacerdoti assistendi matrimonio, id est, absque vera intentione concedendi, sed solis externis verbis: *Petr. de Ledesma de matrim. q. 45. a. 5. puncto 3. dub. 4. f. 192. col. 2. fine*, ait non valere matrimonium coram tali sacerdote celebratum. Idque à simili probat, quia confessio facta sacerdoti, cui episcopus facultatem audiendi confessiones ficte concessit, irrita est: quia, cum licentia, inualida fit, titulus est nullus. Sed profecto petit principium, probando idem per idem: nam eadem prorsus in vtroque casu versatur difficultas. Eandem sent. in alio omnino simili tenet *Metina tract. 2. de confessione, qu. De multiplici summa alieno confitendi, ad finem*, vbi ait, si præclarus videns, & audiens alienum sacerdotem audire confessionem, re vera non consentiat, nec det licentiam, excusari ratione probabilis ignorantiæ, pœnitentem, & confessorem, at confessionem esse inualidam defectu iurisdictionis. Cæterum credo validam esse illam confessionem, & matrimonium in vtroque euentu. In primo quidem, quia cõcurrit licentia collata à legitimo superiore, & eius nullitas est occulta, atque adest communis error, cum titulo præsumpto: sicut licentia concessa excommunicato alibi denunciato, audiendi confessiones, inualida est: at dum in hoc loco excommunicatio est occulta, validæ sunt confessiones virtute talis licentiæ, auditæ, ratione communis erroris: (vt dixi n. 9. & 15. & 35.) In posteriori autem, quia ea ratiabitio de præsenti reputatur in iure, & apud peritos, vera licentia, sicut licentia expresse concessa: & ita concurrit titulus præsumptus, & communis error, & eam ratihabitionem de præsenti reputari legitimam licentiam, probabimus hoc 3. l. disp. 35. num. 20.

Vltimo infertur, si sint diuersæ opiniones, an aliquis sit legitimus minister matrimonij, aut cõfessionis, vel huiusmodi licentia illi concessa sit legitima, vel priuilegium bullæ reuocatum sit, vel extendatur ad illum casum: & opinio affirmans non esse legitimum ministrum, aut licentiam non esse sufficientem, aut priuilegium esse reuocatum, vel minime extendi ad illum casum, sit coram Deo vera: dum tamen veritas illa latet, & probabili sapientum opinione reputatur probabilis opinio opposita, confessiones factæ, & matrimonia celebrata coram tali ministro, vel virtute talis licentiæ, aut priuilegij, valent: quia est communis error, titulusque præsumptus, collatus à legitimo superiore, & defectum illum iurisdictionis ministri, aut licentiæ, potestius humanum supplere: in quo casu valida esse gesta ratione communis erroris, diximus nu. 27. & seq. Pro hac parte est *Enriquez l. 5. de pœnit. c. 14. n. 4.* vbi dicit quãdo probabili sapientum opinione creditur gratiam nondũ expirasse, valere gesta ratione illius, & melius id clare dicit n. 5.

DISPVTATIO XXIII.

Qualis habitatio in aliqua parochia sufficiat & desideretur, vt parochus illius iurisdictionem parochi acquirat, possitque assistere matrimonio?

SVMMARIVM.

Quis sit proprius episcopus ad ordines conferendum, & qualis habitatio requiratur, & sufficiat, vt in foro externo præsumatur domicilium, num. 1. Et ibi nullum tempus habitandi sufficit absque animo perpetuo habitandi, & stato habitandi.

Acquiritur momentanea habitatione animo perpetuo habitandi, & semel acquisitum non deperditur sola animi mutatione, n. 2. Dum-

Domicilium originis non acquiritur nutritate in loco, in quo parentes ibi erant, vel quales sint tunc domicilium originis, n. 3.

Domicilium ortum est immutabile: habitationis verò, potest mutari, quæ sint quæstiones disputandæ, n. 4

Ad parochum benedicendi solum originis, possit assistere matrimonio proponendo impedimenta probantia partem affirmantem, n. 6 & ibi, naturalis præsentia & causa naturalis accidentalis: item n. 8.

Non sufficit habitatio originis, nu. 7 & ibi nomine domicilij, in dubio non debet originis sed solius habitationis: & in dubio à proprietate non recedendum non est.

Regula generalis & explicatur l. Qui habet, in principio ff. de tu-tel. n. 9.

Reliqua numeris alia summaria.

TRia fundamenta præmittenda sunt. Primum est, prò sacramento ordinis recipiendo decretum est c. *Cum ad aures, de temp. ordin. in 6.* proprium Episcopum esse, illũ de cuius subditis promouendus ad ordines, est oriundus, vel in quo beneficium obtinet, vel domicilium habitationis. Ad hoc autem domicilij comparandũ, non sufficit quælibet habitatio, sed requiritur, vtra cum habitatione animus perpetuò habitandi, alias nullo tempore comparatur. Quare leges exigentes habitationem decenni, vt sunt l. 2. *C. de incolis, lib. 10. l. 32. §. 2. & l. 2. §. 4. & l. 2. §. 3.* procedũt ad præstandum animum perpetuo habitãdi, & subinde domicilium acquisitum esse, quando is animus ex aliis circumstantijs non deprehenditur. Probatur ex *l. Nihil inter dominum, quem reddit, si mente alicuius est.* Et ita docent Glossa *l. Cum verò Larem, Cod. de incolis, lib 10. Hostiens. sum. t. de paro-chis, §. quoniam n. 7. Ioan. Andr. c. As quæstionis de sepultur. in 6.* vbi Dominicus n. 5. Francus n. 2. *Anton. prooemio decret. in princ. nu. 53. Abb. c. fin. n. 8. de parochijs, & cons. 62 n. 10. p. 2. Marianus Socin. n. 21. 2. Ref. de foro cõpet. Felin. c. Dilectus, el 2. de rescript. §. Cui verò, Domicilij: Bartol. l. Quæsitum 76. in fin. n. 2. ff. de ædilit. edict. l. Papinian. §. Incola ff. de verbor. significat. Sylvest. verb. Domicilium, §. 2. & Confessor 1. §. 10. Bertachin. in repertorio, verb. Domicilium, vers. Domicilium contrahitur per 10. annos. n. 3. In Leuitico, not. ab. 32. n. 43. vers. Incola, & l. 1. con-sult. 1. ad. 5. de temp. ordin. consil. 10. Menoch. l. 2. de arbitr. casu 286. n. 5. 7. & 22. l. 6. de præsumpt. præsumpt. 42. n. 2. Aulen. l. 2. pr. & rerum gloss. Tales pueblos, n. 8. & 9. Mascard. de probat. concl. 335. n. 13. & multi alij quos hi referũt, Ioan. Gra-nada in sum. reg. reg. 1. 146. nu. 3.* Et ex Theologis *Abulensis super 1. Reg. 8. 6. Enriquez l. 10. de sacram. ordinis, c. 22. n. 2.*

Nouum opus est ad domicilium contrahendum, decennio habitasse, sed statim ac quis incipit habitare animo perpetuo ibi manendi, acquirit domicilium. Probatur ex *l. Domicilium ff. ad municip.* ibi, *Domicilium re & facto transfertur.* Adde *glossum verb. Domicilium*, vbi inquit, *Facto solum animo, non nuda confessione.* Ex quibus verbis & ex aliis constat, hæc duo esse necessaria: ergo cum hic habitatio non comparatur domicilium. Sic *Hostiens. sum. tit. de pa-rochis, §. quoniam n. 7. Iacobus de sancto Georgio*, quem refert & sequitur *Dom. Lay. Cumuallus, de tempor. ordinat. in 6. in princ. n. 11. & ibi Franciscus n. 4. Abb. c. fin. n. 8. de parochijs, Felinus c. Dilectus el 2. de rescript. n. 12. vers. Secundus casus, & vers. Se-cundo limita, Marianus c. Licet ratione, n. 25. de foro compet. An-gelus §. secunda n. 1. ff. de verb. sign. Navar. lib. 1. consilior. in 1. edit. Tolet. publicat. n. 7. & 8. Greg. Lopez l. 32. t. 2. p. 3. verb. Diez años & 2. Ref. de tempor. ordin. consil. 10. num. 2. & Aulet. c. 2. Prætorum, gloss. 1. communis. in nova editione, lib. 4. fol. 192. col. 2. vers. Domicilium habitationis, Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 1. casu 1. n. 1. & quos ipsi referunt.* Hinc fit, sicut domicilium non acquiritur solo animo, sed animo & facto constituitur: ita vt non deponatur, & deperdatur, opus esse animo & facto, scilicet per derelictionem habitationis in eo domicilio quare solo animo non potest illud domicilium habitationis acquisitum, non deponitur & deperditur. Probatur, quia omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur, *c. 1. de reg. iurè*, sed domicilium habitationis non acquiritur solo animo habitandi, sed animo, & facto, nempe habitatione ipsa, vt per *l. Domicilium ff. ad municip.* docet *ibi gloss. verb. Domicilium, & l. Non vtique, verb. Constituerit ff. eodem, & l. Cives, verb. La-rem, C. de incolis, lib. 10. Bartol. l. Placet, nu. 1. ff. de municip. Ma-rianus c. Licet ratione, n. 25. de foro compet.* ergo similiter non deperditur solo animo mutandi illud, sed opus est animo & reali mutatione. Item probatur ex *ea l. Domicilium*, ibi *Domicilium re & facto transfertur, non nuda cõfessatione.* Et ita tenet *ibi gloss. verb. Domicilium*, & melius *l. Origine ad fi. C. de municip. lib. 10. & l. de iure 37. verb. Ad munera, fine ff. ad mu-nicip. Marianus dict. c. Licet ratione, n. 54. Bald. l. finali, C. de mu-nicip. & orig. lib. 10.* Nec obstat doctrina *Bartol. dict. l. de iure, n. 1.* dicentis, domiciliũ habitationis, quod nuda volũtate constituitur, posse nuda voluntate transferri: nam intelligendus est, quãdo voluntas nõ stat in finibus solius destinationis, vt bene explicat *Marianus d. n. 54.* alias falso, & cõtra seipsũ, asseret *Bart.* domiciliũ sola volũtate cõstitui.

Secundũ fundamentum est, ad domiciliũ originis non satis est natum esse aliquem in oppido, in quo parentes domicilium non habebant, sed aderant ad tempus, causa alicuius negotij expediendi: tũc enim nõ erit originarius loci, in quo casu natus est, sed fingitur natus in ciuitate, in qua parentes habitationis domicilium fortiebãtur: quod apertè probari videtur ex *l. Filios C. de municip. l. 10. & l. Ci-ues, fine, C. de incolis, lib. 10* ibi, *Vnde cum profectus est, peregrina-ri videtur.* Et mater quæ habebat animum reuertendi, fingitur semper fuisse in ciuitate, & ita ibi peperisse *l. 1. & l. vltro ff. de captiu.* Et ita docent *Bartol. dicta l. Filios, n. 4.* licet sub dubio. *Abbas c. Rodolphus, de rescript. n. 9.* vbi *Felin. nu. 14. Barbatia nu. 97. & cons. 52. vol. 2. Rebuf. tit. de collationibus, §. Cum verò, vers. Natus, Ripa* dicens esse communem sent. *tract. de pelle in 2 parte oct. ampl. pellis primileg. Baldus, Cyn. Petrus, Angel. Albericus, Paulus, Matthæus de Affict.* quos cum aliis refert & sequitur *Salzedo practic. c. 54. nu. 27. Angel. verb. Cives, n. 3. Sylvest. verb. Ciuitas, qu. 14. Navar. l. 3. consil. tit. de præbendis, in 1. edit. cons. 41. Greg. Lopez* dicens sic sententia regij Senatus Pintiani declaratum esse, & hoc videri sibi verius licet quia dubium est, relinquat cogitandum, *l. 2. verb. Ma-gister t. 2. p. 4. Azebedo l. 19. t. 3. li. 1. nouæ recop. nu. 1. & 2. Gutier. cons. 7. n. 7. Mascardus de probat. concl. 807. n. 3. Enriquez lib. 10. de sacramento ordinis c. 22. n. 1.* contra alios, quos refert *ibi-dem Salzedo*, dicentes esse originarium loci, in quo re vera natus est. Et hoc adeo verum est, vt licet parentes decennio, & vltra ibi steterint, nõ dicatur filius ibi natus, sed in loco vbi parentes habent domicilium: vt bene docent *Greg. Lop. Azebedo n. 1. & Salzedo ibidem.*

Tertium fundamentum est, hoc distat inter domicilium originis & habitationis: quod illud, est immutabile, *l. Assumpto ff. ad municip.* ibi, *Neque recusando quis patriam, ex qua oriundus est, mutare potest.* Idem habetur *l. Origine, C. de municip. lib. 10.* Et ratio est, quia est naturale, naturalia autem sunt immutabilia. Hoc autem, sicut propria voluntate, proprioque facto constituitur, ita potest propria voluntate, & facto mutari & amitti, *l. Domicilium ff. ad munici-cip.* Sic docent omnes, & specialiter *Menoch.* alios referens *de præsumpt. l. 6. præsumpt. 42. n. 4. & cons. 80. n. 10. vol. 1.*

Hæc præmissis duplex est pertractanda quæstio. Altera est, an parochus originis, censeatur proprius ad assistendum matrimonio. Altera, qualis habitatio in parochia, sufficiat ad eam acquirendam.

QVÆSTIO I. Vtrum sicut domicilium originis sufficit pro sacramento ordinis conferendo, quamuis promouendus alibi domicilium habitationis habeat: ita etiam sufficiat pro matrimonio; & proinde Episcopus, vel parochus domicilij originis, possit assistere matrim. & alij sacerdoti assistẽdi licentiã dare? Et videtur sufficere primò, quia magis attẽdi debet causa naturalis quã accidẽtalis, & naturalia præualẽt *l. Qui habet in princ. & ibi Dynus, & Bart. ff. de tutelis*, cũ aliis adductis per *Tiraquell. de retract. linag. §. 30. gloss. 1. n. 26.* Qua ratione cum Angelo per eum relato,

docet *Peralta l. Vnum ex familia*, §. *Si de Falcidia, num.* 13. *ff. de legat.* Secundò, domicilium originis potentius esse quolibet alio: ergo cum sufficiat ad matrim. parochus domicilij habitationis, à fortiori sufficiet parochus domicilij originis. Secundò, quia domicilium originis numquam deperditur, vt probaui n. 4. sed vna cum domicilio habitationis retinetur, *l. Senatores ff. de Senator.* ibi, *Senatores licet in vrbe domicilium habere videantur, tamen & ibi vnde oriundi sunt domicilium habere videntur.* Ergo sicut habens duo habitationis domicilia, potest in alterutro contrahere matrimonium coram illius parocho, vt dicemus disp. sequēti, n. 2. ita & cum aliquis sortitur duplex domicilium, alterum originis, & alterum habitationis, poterit alterutrum ad matrimonium, eligere. Tertiò, quia quamuis subditus ratione originis, domicilium habitationis transferat, non desinit esse subditus domicilij originis, vt docet *Panorm. c. Proposuisti, n. 7. de foro compet.* Qua ratione *Nauar. c. Non dicatis 12. q. 1. in antiqua editione, n. 66. in nona* verò, *nu.* 54. docens professum à religione expulsum manere Episcopo subiectum ex vi voti obedientiæ, à quo per expulsionem non absoluitur: quærit cui Episcopo: & respondet Episcopo originis, eo quod huiusmodi domicilium, immutabile est: ergo si adhuc manet subditus Episcopi originis, mutans domicilium, poterit ab eo omnia sacramenta, tamquam à proprio pastore recipere, & coram eo matrimonium celebrare.

7 Verum tenendum est, parochum solius originis non censeri proprium, ad coniungendum aliquos matrimonio. Probatur, quia *Trident. sess. 24. c. 1. de matrimonio*, petit assistentiam proprij parochi, ad matrimonij valorem: illa autem dicitur propriè parochia & diœcesis alicuius, in qua habet domicilium habitationis, & proinde nomine domicilij, in dubio non venit originis domicilium, sed habitationis: vt docent *gloss. c. Statutum*, §. *Cum vero, verb. Vnam dietam. fine, de rescript. in 6. Francus eod.* §. *n.* 11. *& ibi Dominicus ad fin. vers. Ex fine tamen gloss., Anch. ran. ibi n.* 4. *vers. Quærit Gloss., Olim dicebamus. Alex. and. l. penult. n.* 11. *ff. de iur. iff. dict. omn. iudic.* cum multis aliis, quos refert & sequitur *Tiraquel. de retr. ali. lin. ag.* §. 9. *gloss.* 2. *n.* 21. *Felinus c. fin. nu* 23. *vers. Bene facit, de foro compet. Brunorus in suo compendio, litera D. verb. Domicily mentio.* Et ratio est, quia in dubio à verborum proprietate recedendum non est, *l. Non aliter ff. de legat* 3. ergo non satis est parochus originis, sed requiritur habitationis. Et confirmatur, quia vbi ius canonicum voluit sat esse Episcopum originis, id explicuit, vt in sacramento ordinis, *c. Cum nullus, de tempor. ordin. in 6.* ibi, *Superior intelligitur in hoc casu, Episcopus de cuius diœcesi est is qui ad ordines promoueri desiderat oriundus*: nec dixit episcopum originis esse absolute, & quoad omnia superiorem, sed limitate, *Superior intelligitur in hoc casu*; nimirum vt promoueat ad ordines: ergo non extendi debet ad matrimonium, & ad alia sacramenta, quæ iure à proprio parocho ministranda sunt. Secundò, quia non origo, sed habitatio constituit aliquem parochianum, & ita canonica portio, quæ ius quoddam parochiale est, non datur parochiæ originis, sed habitationis: vt bene hac ratione ducti tradunt *Dominicus c. 2. §. Cum ab eo, n. 2. not. ab. 2. de sepult. in 6. & ibi Franc. n.* 1. cum tamen dum quis duplicem parochiam habet, inter vtramque diuidenda sit: *c. 2. de sepult. in* 6. ergo. Dices hoc non probare, quia hæc canonica portio datur in præmium laboris ministerij sacramentorum, quem cum solus habitationis parochus subeat, illi soli debetur. Contra tamen quia non datur tantum ob laborem actu præstitum, sed ob debitum: vnde quamuis toto anno aliquis inhabitarit quandam parochiam: in eaque audierit diuina, & perceperit sacramenta, si statim ac in aliam se transtulit, decedat, quarta debebitur huic posteriori, vt constat: licet defunctus in ea nullum receperit sacramentum, quia ibi erat illi debita sacramentorum administratio: si ergo tam parochus originis, quam habitationis, est prius pastor, Sacramentaque ministrare tenetur, vtrique debebitur canonica portio: quod cum aperte falsum sit, dicendum est parochum solius originis, non esse proprium, vt interfit matrimonio, sacramentaque conferat. Tertiò, quia vagi (vt dicemus hoc 3. lib. disp. 25. n. 1.) appellātur domicilio destituti, & ea ratione possunt à quouis parocho sacramenta recipere, nec curatur de domicilio originis, quod necessario sortiūtur: ergo ad receptionem sacramentorum non curatur de domicilio originis, sed de solo habitationis. Tandem, quia communissima sententia, & valde probabilis (vt dicemus disp. sequēti, n. 4.) docet gaudentem duplici habitationis domicilio, non posse in vtrouis indifferenter recipere sacramenta: sed in eo solo, in quo tempore sacramentorum perceptionis, moram trahit: igitur sentiunt DD. parochum solius præsentis habitationis, esse legitimum ad ministranda sacramenta. Et ita hanc sententiam docent, dicentes vt quis dicatur parochianus, non satis esse domicilium institutionem, vt originis propriæ, vel paternæ, vel beneficij, *Felic. de Senis in sua edit. consil.* 254. *quod incipit, Quæsito solidè quens, vers. Super falso fundamento, & ad finem vers. Sed aduerte aliquis: Anchaian. c. De vxore, n.* 8. *de sepult. & c. Is qui, n.* 2. *eodem t. in* 6. *Abb. c. Extirpande, in repetione*, §. *Quī vero nu.* 21. *de pœnit.* Et pro hac sententia sunt, *Gloss. c. finali, verb. Habitatore, de parochis Bartol. l. Eius qui manumisit*, §. *Celsus, n.* 1. *ff. ad municip. &* alij, quos refert & sequitur *Menoch. de præsumpt. l.* 6. *præsumpt.* 42. *n.* 5. vbi docent domicilium originis esse immutabile, quoad munera & honores: secus quoad iurisdictionem, amittitur enim translata aliò habitatione.

Ad argumenta proposita n. 6. respondetur. Ad 1. 8 quando vtraque verè est causa, & confert aliquid, præterlere naturalem: secus quando causa naturalis non est vera causa, & nihil confert: vt contingit hic, nam ad parochiam acquirendam inspicitur habitatio, qua deficiente impertinens est origo: & domicilium originis in hoc deponitur potentius, quia amitti nequit, sicut mutata habitatione deperditur domicilium habitationis. Ad 2. negatur consequentiam, quia ad recipienda sacramenta à proprio parocho, nihil confert origo, sed sola habitatio: vnde quando hæc duplicatur, conceditur electio, non autem potest eligi originis parochus. Ad 3. constat ex dictis n. præced. fine, esse subditum, originarium, nec id domicilium amitti, quoad munera & honores: secus quoad iurisdictionem: & doctrina Nauarri caret solido fundamento. Quare merito communiter improbatur.

SVMMARIVM.

Quando aliquis fert alicubi domicilium, acquirit parochiam, licet quando aliò tendit, breui rediturus, n. 9

Is dicitur proprius parochus ad assistendum matrimonio, vel dandam licentiam, qui talis est ad audiendas confessiones, n. 10.

An ad acquirendam parochiam respectu matrimonij, requiratur animus fixus domicilij, cum animo perpetuo habitandi: referuntur opiniones, n. 11. *Et ibi, quid, ad confessiones audiendas, vel vt possit cum aliquo dispensare.*

Contraria sententia, sat esse habitationem per maiorem anni partem, & idem vt possit episcopus cum aliquo dispensare, ij, iuncti absoluere, sint potest subditos iuxta Trident. sess. 24. de reformatione c. 6. n. 11. *sententia auctoris n.* 13.

Non requiritur actualis habitatio per maiorem anni partem, sed sufficit incipere habitare eo animo, manendi anni parte, habitandi, n. 14. *& ibi, quid, si habeat animum habitandi minori anni parte, & illo finito diuersas mutat parochias.*

Dum mulier nubit viro, ad cuius parochiam statim transitura est, an possit parochus illius mulieris assistere matrimonio: & si annullum sit. & eadem die coram parocho ratificandum, iamque translata est ad viri parochiam, possit idem mulieris parochus assistere, n. 15.

An si alienigena se transferat in aliquam diœcesim animo habitandi perpetuò, capiatque habitare, & postea animum mutat possit ab episcopo illius diœcesis ad ordines promoueri, n. 16.

An liceat virtute bullæ, & priuilegiorum religionis, ministrare Eucharistiam in die paschatis, vagis, aduenis & peregrinis. Et explicantur Clem. 1. de priuilegijs, an incurrat illius excommunicationem, nolentibus ministrare eucharistiam alij religioso, absque licentia, n. 17. *Et ibi, an teneantur peregrini confiteri ad Ecclesiam matricem, ad recipienda sacramenta in paschate.*

An virtute eiusdem bullæ aut priuilegiorum, possit peregri confessarius in paschate, mercenarius ad breue tempus locatus ibius operas, vel debeant eam recipere in loci parochia, num. 18.

Sole-

obiectis argumenta & explicantur c. Is qui, de sepulturis, in 6. & l. 1. §. Hac autem verba, ff. de his qui deiecerunt, n. 29.

5 QVARTO II. An sicut vt episcopus censeatur proprius ad promouendum ad ordines, non satis est cuiuscumque temporis habitatio, nisi adsit animus perpetuò habitandi, atque ita desideratur vera domicilij habitationis conditio: videlicet vt ita etiam, vt dicatur aliquis proprius parochus ad assistendum matrimonio, exigatur verum domicilium domicilium, cum animo permanẽdi? Quadruplex potest esse casus. Primus est, quando aliquis inhabitat parochiam, figens ibi domicilium: & tũc certum est quod omnia effici parochianũ illius. Secundus, quũ domicilij finũ habet domicilium. Et de hoc tractabitur infra. Tertius, quãdo domicilij in quodã oppido obtinet, vt petat alio, breui ad propriũ domicilij rediturus, vt causa negotiationis, vel ad ruralia exercenda aliquo tenditur. Et tunc certum est esse parochianum prioris oppidi, licet illius ad quod accedit. Vt expresse habetur *c. Is qui, de sepult. in 6.* ibi, *in qui habet domicilium in ciuitate vel castro, quandoque ad villam ruralem se transfert, recreationis gratia, vel vt ibi exerceat, si non electa sepultura decedat, non in Ecclesia illius villæ, sed in sua parochiali sepeliri debebit.* Ita consuluerũt viri Doctores consulti apud *Menochium, consil. 398. vol. 4.* & quadruplici decisione Rotæ, quas ibi Menochius recitat, decisa est: & docet *Nauarra l. 4. cons. 1. de clandest. despons. at. in relect. cap. 2. in 2. conf. 6.* & consentiunt authores vtriusq; fori citandi. Quartus est. dũ quis domicilij habet in aliquo loco, & adiuit alium ibi habitaturus ad certũ tempus, causa negotij alicuius expediendi, vt eo expedito ad propriũ domicilium redeat. Vt sunt scholastici in studio loco, mercenarij in domo heri solicitatores, in curia, & qui causa pelitis, aut belli fugiunt, redituri illis cessantibus. In hoc casu consistit tota difficultas, vt asserunt *Abb. in nostra n. 11. de sepult. & Rebuf. in repetit. c. Extirpanda, §. Quarto de proben. vers. Quartus casus est fol. 385.* Difficultas igitur est, an ratione huius temporalis habitationis dicatur iste proprius parochianus illius parochiæ quam inhabitat, ita vt ille proprius parochus ad assistendum matrimonio, & cæteris sacramenta ministranda?

10 Præmittendum est, eum dici proprium parochum ad contrahendum aliquos matrimonio, aliique licentiam contrahendi concedendam: qui *c. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* appellatur proprius sacerdos ad audiẽdas confessiones, & dandam alteri sacerdoti audiendi licentiam. Probatur quia sicut *in Tridentin. sess. 24. c. 1. de matrim.* petunt vt assistat proprius parochus, vel alius sacerdos, ex eius commissione, ita *d. c. Omnis*, vt proprius sacerdos ex cuius confessiones, vel alius de eius licentia: ergo idem proprius parochus, de quo Tridentinum loquitur, & proprius sacerdos, de quo meminit *d. c. Omnis*. Item, quia *Innocentius ordinarius*, ratione officij, cui est annexa animarum cura vt docent *Rebuf. in repetitione d. c. Omnis §. proprius sacerdos, vers. Ite probatur parochialis, Almain. 4. d. 17. q. 1. Gabriel lectura d. q. 2. a. 1. not. at. 3. vers. Quibus, Adrianus 4. qu. 1. de confessione, Victoria summa, de confessione n. 145. Sotus 4. dist. 18. q. 4. a. 2. paulo post principium, vers. At vero huiusmodi, Ledesma 2. q. 4. q. 7. a. 4. dub. 2. Vgolinus de censuris, tabula 3. c. 4. §. 1. Silvester verbo, Victoria summa, de confessione n. 145. Sotus 4. dist. 18. q. 4. a. 2. paulo post principium, vers. At vero huiusmodi, Ledesma 2. q. 4. q. 7. a. 4. dub. 2. Vgolinus de censuris, tabula 3. c. 4. §. 1.* libet confiteretur proprio sacerdoti, vel alieno de licentia proprij: confessores enim delegatos qui parochi non sunt, manifestum est minime hanc licentiam concedere posse; constat autem eumdem esse parochum qui potest matrimonio interesse, vel alii licentiam dare: ergo pro eodem habentur. Sic docent *Spino speculo tertiam. glos. 15. n. 38. Petr. de Ledesma de matrim. quæst. 45. a. 5. punct. 3. dubio 3. concl. 1. & 3. fol. 51. & seqq.*

11 Dicendum est sent. in proposita quæst. Prima ait, vt vere dicatur dicatur parochianus, exigi animum constituendi ibi domicilium, quare si habet domicilium in vno loco, manendo se in alio, nõ animo permanendi, sed ex causa limitata ad tempus, qua finita rediturus est ad proprium, non censeri illius loci, in quo ad tempus adest, parochianum, sed loci domicilij permanentis. Prob. primò, ex *c. Is qui, de sepulturis, in 6.* vbi expresse habetur transferentem se ad villam causa recreationis, vel ad ruralia exercenda, non effici villæ parochianum, sed proprij domicilij: nec differre videtur an quis se transferat ad villã vt ruralia exerceat: vel vt transferat se vt exerceat professionẽ scholasticam, vel vt alicui famuletur: quia in vtroque casu concurrit habitatio in parochia aliena, retento priori domicilio, nec *c. Is qui*, ponderat tempus habitationis, sed tantum adesse in villa ad tempus animo redeundi ad proprium domicilium: ergo ratione temporalis habitationis nullus efficitur parochianus. Secundò prob. ex *l. 1. §. Hæc autẽ verba, vers. Hospes. ff. de his qui deiecerunt*, ibi *tantum autem interest inter habitatorem, & hospitem, quantum interest inter domiciliũ habentem, & peregrinantẽ*: ergo habitator, proptiè dicitur qui domicilium assequitur, & consequenter qui ad tempus hospes est, dicetur peregrinans, nec acquiret parochiã ratione illius habitationis. Et confirmatur ex doctrina *Baldi l. 1. n. 8. ff. de statu homi.* vbi ait testatore legante omnes domos proprias quas inhabitat non censeri legatam domum ruralem, quam raro habitabat: ergo ratione temporalis habitationis breuis, non dicetur aliquis parochianus, & habitator. Tertiò prob. quia habitans causa negotij alicuius expediendi, non definit esse parochianus loci, in quo habet proprium domicilium ad quod eo finito est reuersurus, vt constat: ergo nõ efficitur parochianus loci huius tẽporalis habitationis: alias dicendũ esset habere duplicem parochiam habitationis: quod manifestè falsum videtur: ad id enim desideratur, vt in vtraq; xqualiter se collocet: vt expresse habetur *c 2. de sepult. in 6. & l. Assumptio §. Filius, & l. Eius qui manumisit, §. Celsus, ff. ad municipal.* & dicemus disp. seq. hic autem valde inæqualiter se collocat, in parochia enim domicilij, cõtinuo habitat, in alia autem, per anni spatium. Hanc sent. tenent *glos. c. Is qui, de sepultur. in 6. post casus positionem, vers. Nota quod ex sola mora & vbi Dominicus in principio n. 2. & 5. & Francus ibi, n. 1.* vbi expresse dicunt ex sola mora facta in loco non censeri aliquem parochianum, si animus perpetuæ moræ deficiat. Idem *Ioan. Andr. ibi, initio, & Domin. eod. n. 5. & Anton.* in quadam disput. (vt illum refert *Abb. c. In nostra n. 10. de sepultur.*) dicens ita Bononiæ decisum esse: vbi hi DD. aiunt fugientem ad oppidum cum tota familia, timore hostium, non effici illius parochianum, eò quod careat animo manendi perpetuo. Idem *Hostiens. summa, t. de parochiis, §. penult. n. 7. initio*, vbi ait, parochianum aliquem dici ratione domicilij: & *ad finem illius §.* ait, transeuntem ad alienam parochiam animo domicilium constituẽdi, ibique permanendi, statim effici parochianum: & *eo n. 7.* ait scholasticos triginta annis habitantes in loco studij, non posse illius parocho fateri, nisi illuc ex proprij parochi licentia adierint: & *tt. de pœnitent. & remission. §. Cui rustici, n. 44. initio*, quærens cui rustici debeant fateri: hæc ait, *si se transferunt animo perpetuo remanendi, facti sunt parochiani, alias si non intendunt derelinquere domicilium antiquum, non possunt fateri absque licentia parochi domicilij.* Idem tenent *Abb. c. Nullus n. 4. de parochiis, Rosella verb. Domicilium, n. vnico*, vbi *Angel. n. vnico ad finem, & verb. Parochia, fine, Syluest. verb. Domicilium, n. 2. & v. Parochia, fine, & Confessor 1. q. 10. Tabiena verb. Domicilium, ad finem, & v. Parochia. q. 2. n. 3. Aloisius in quodam consilio nu. 43.* quos affert *Menochius consil. 398. vol. 4.* vbi hi omnes dicunt, episcopum loci vbi scholates causa studij habitant non esse proprium pastorem quoad sacramenta voluntaria: & subinde inferunt *Abb. ibi, Syluest. verb. Domicilium, n. 3. Angel. n. vnico. & ibi Tabiena ad fin.* non posse vota scholasticorũ commutare: quia defectu animi perpetuo commorandi, non efficiuntur subditi, nisi quoad sacramenta necessaria, vt confessionis, & communionis. Idem *Abb. c. In nostra, n. 11. de sepult.* vbi ait solam habitationem non facere propriè parochianum, sed dum quis animum redeundi habet, priorẽ Ecclesiam esse parochialẽ. Immo ad confessiones audiendas, solum admittũt aliqui

esse proprium parochum loci, in quo hi habitant ad tempus, quando ita distant à proprio domicilio, vt illuc confluere nequeant. Sic *Abb. c. In nostro n. 11. de sepultur. & c. Omnis, de pœnit. & remiss. n. 23. & Clem. 1. de priuileg. n. 7. Angel. Confessio 3. nu. 10. 11. Syluest. Confessor 1. qu. 10. Greg. Lop. l. 21. t. 4. p. 1. verb. Parochianus sine, & Fr. Alexander l. 1. summ. c. 3. de potestate confessoris, n. 48. & Anton. Cucus l. 5. institut. maiorum, tit. 4. n. 185.* Et addit *Gregor. Lop. ibi*, hoc permitti ob necessitatem, non tamen ob id scholasticos & mercatores fieri parochianos illius loci. Idem videtur clarè tenere *Speculator. tit. de dispens. §. Consequenter, n. 5.* vbi ait, legatum cui indultum est posse dispensare cum irregularibus in prouincia sibi commissa, non posse dispensare cum scholasticis, & alienigenis intra illam ad tempus degentibus, sed cum perpetuo moraturis. Idem videtur tenere *Calderinus consil. 3. de sepultur.* vbi ait, ducem castri ob pestē alio se transferentē non comparare parochiam. Idem sentit *Henricus c. Omnis, n. 24. de pœnitent. & remiss.* vbi ait scholasticos tunc posse fateri parocho loci studij, quando licentiam à proprio episcopo illuc eundi obtinuerunt: atque ita sentit ratione illius habitationis non assequi parochiam. Idem *Iacobus de Zothis repetitione super d. c. Omnis. nu. 140.* vbi ait rusticos in alienis parochiis hiemantes, non animo permanendi, debere à proprio parocho licentiā petere fatendi alii. Idē expresse tenet *Nauarr. c. Placuit, de pœnit. d. 6. nu. 92. & 102.* vbi ait, sententiam Frederici asserētis ratione temporalis habitationis acquiri parochiam, non esse tenendam: & *n. 96.* cōcludit ratione habitationis annalis, vel annali maioris, non acquiri forum conscientiæ, nisi vbi quis commode adire non potest domicilij parochum, vt ab eo sacramenta suscipiat vel nisi domicilio careat. Et in propriis terminis, circa matrimonium, docent solum dici propriū parochum parochiæ, in qua contrahentes animum permanendi habent; secus si habiturat ad tempus, rediturī postea ad proprium domicilium: *Rota in nouissima decisione 643. n. 2. & 3. vol. 1. Enrequ. l. 11. de matrim. c. 3. n. 3. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 219. n. 6. Segura 2. part. directi iudicum c. 25. nu. 48. Spinz specula 1. est. gloss. 15. nu. 41. Petr. de Ledesma de matrim. q. 45. a. 5. punct. 3. post dubium 4. §. Dico tertio si de facto. f. 193. col. 1.* Pro eadē sent. est *Th. Trius. anni l. 1. decis. 23.* vbi ait, Venetiis decisū esse, si mulier quæ anni spatio habitauit cū amasio, nubat alteri, non assistente parocho domicilii fœminæ, vel viri, sed parochiæ amasij, non valere matrimoniū: quia ratione illius habitationis nō cōtrahitur parochia, & quāuis vxor sortiatur fortū ratione domicilij viri, nō tamē concubina: vt bene docet *gloss. c. Eos, verb. Eos, d. 32.*

12 Secunda sententia docet acquiri parochiam ratione habitationis, quando ex breuis temporis non est, sed in id oppidū se aliquis recipit causa alicuius negotij expediēdi, vt eo expedito ad proprium domicilium redeat. Vt acquirunt scholastici in loco studij, famuli, & mercenarij nō ad breue tempus locantes operas, in domo heri, & ij qui causa pestis, aut belli aliquo cōfugiunt. Prob. primò, quia is est propriis parochus adcōiungēdum aliquos matrimonio, qui in *c. Omnis, de pœnitēt. & remiss.* appellatur proprius sacerdos ad audiendas confessiones: vt probaui nu. 10. sed ibi appellatur talis, habens curam parochiæ, in qua aliquis per maiorem anni partem habitat: vt tradunt *Angelus v. Domicilium n. vnico, ad finem, & ibi Syluester num. 2. idem Angel. verb. Parochia. sine, & ibi Sylvest. sine, Tabiena ibi, qu. 2. n. 3.* Et ad idem sunt *Innocent. d. cap. Omnis, n. 6. Ioan. Andr. n. 13. Anton. n. 38. Cardinal. n. 6. Anchar. nu. 9.* vbi aiunt, ibi dici proprium sacerdotem scholasticorum, & mercenariorum, illum in cuius parochia per anni spatium habitant: ergo similiter is erit proprius parochus pro matrimonio, nec ad id requireturanimus perpetuo habitādi. Secundò probatur exc. *In nostra, de sepult.* ibi, *soluta quarta parochiali Ecclesiæ, de cuius parochia mortuorum corpora assumuntur.* Vbi sola habitatio, & nō animus manendi ponderatur. Et *cap. fin. de parochiis*, ibi, *cum ad inhabitandum in ea se quam plurimi contulissent.* Vbi ij qui ob bellum ad alienam parochiam confugerunt, dicuntur parochiani: & *cap. quæst 16. q. 1.* ibi, *dent decimas suas, vbi per totum anni circulum missas audiunt.* Vbi sola habitatio ponderatur. Tertiò probatur ex *c. Cum nullus, de tempor. ordin. in 6.* ibi, *cum nullus clericum alienæ parochiæ debeat præter superioris licentiam ordinare, sequitur in hoc casu intelligitur, in cuius diœcesi promouendus domicilium obtinet.* Vbi pōdero ea verba, *in hoc casu*, quasi speciale sit in isto mento ordinis, exigi constitutionem domicilij, vt aliquis censeatur proprius Episcopus: ergo ad recipienda cætera sacramenta, id non exigitur, sed satis erit temporalis habitatio. Quartò, quia in eo loco habitare quis dicitur, vbi maiori anni parte habitat teste *Tiraquello*, cum multis, *de retract. lignag. §. 9 gl. 2. n. 26.* vbi etiam cum *Paulo* docet, ibi censeri assiduè habitare: sed ratione assiduæ habitationis sortitur aliquis forū externum, ita vt ibi possit conueniri de alibi gestis: vt probat *l. 2. in princip. ibi. & assidue versatur, C. vbi Senator.* & docēt cum multis aliis *Innocent. c. Ex parte, n 1. de foro compet. Abb. c. Quod clerici, n. 5. cod. t. Mariana. t. 1. cet ratione, n. 26. eod. t.* ergo simililiter ratione talis habitationis acquiret forum in rebus spiritalibus, cum vterq; iuris æquè iurisdictionem petat. Et confirm. quia ex sola habitatione alicubi, non per modum viatoris, sed conducta domo, vel officina, contrahitur quasi domicilium, ita vt hic possit ibi conueniri: vt habetur *l. Hæres absens, §. Prætor, in fin.* ibi *at si quos ff. de iudiciis: & l. 2. C. vbi de crim. agi oport. & ibi glos. verb. Degit. & l. Quisquis, C. si cert. pet. & ibi glos. v. Forsatum*, ergo similiter acquiretur quasi domicilium in rebus spiritualibus, vt ratione illius, parochus habeat iurisdictionem in sic habitantem. Quare hanc sententiam, teneat expressè *Feder. de Senis, cons. 254. an mera edit. quod incipit, Sub sequens quæstio, vers. Illa iura non tradunt, & vers. Sed dicetur aliquis: Anchar. c. De vxore n. 7. & 8. de sepult. & c. Is qui, n. 1. vers. in 6.* vbi dicunt, non esse arguendum, de iure parochiæ, ad ius domicilij: quia ad ius parochiæ consideratur præsens status, id est, habitatio præsens, vnde si propter bellum ad aliam parochiā quis se transtulit, animo redeundi ad primam bello cessante, non erit sua Ecclesia parochialis illa dimissa, sed quam tunc inhabitat: & idem dicunt de mercenario, & famulo, in aliena parochia ministranti. Vnde concludunt illum dici parochianum, qui habitat in parochia animo manendi, licet nō animo domicilium constituendi, secus quando causa recreationis: vt *c. Is qui, de sepult. in 6.* vnde dicunt esse parochianum loci balneis similiter duraturi, quia tunc accedit animo commorandi, secus si per transitum exercitus transeuntis se ad ciuitatem contulisset. Et hanc sententiā Federici commendat, eam amplectens *Abb. cap. Extirpanda, in repetit. §. Qui vero, de prabend. n. 11.* Eam sequitur *Rosella Confessio sacramentalis 3. n. 40.* dicens acquirere parochiam, qui translatus est, licet non habeat ibi domicilium, vel animum habitandi perpetuo. Idem *Selua de beneficiis 3. p. q. 42. num. 7. & Petr. de Vbaldus de canon. episcopali, c. 7. n. 2.* (habetur *to. 15. tractat. diuersorum, p. 2.*) vbi hæc inquit, *parochianus dicitur, quando per annum, vel maiorem anni partem inhabitat.* Idem *Rebuf. repetit. super c. Extirpanda, §. Qui vero, de prabend. vers. Contrariam opinionem. fol. 385.* vbi ait, *c. Is qui, de sepultur. in 6.* dum decidit euntem in villam causa recreationis, non acquirere ibi parochiam, loqui quando non venit ad habitandum, ex causa in loco, sed animo statim recedendi: quare fugientem ob pestem causa habitandi ad aliquod tempus, dicit statim parochianum: secus si non causa habitandi, sed vt vno, aut altero die ibi sit. Pro eadem sententia sunt alij DD. qui cum *clement. 1. de priuilegijs*, exigatur licentia proprij parochi, vt religiosi ministrent Eucharistiam, extremam vnctionem, vel matrimonium solennizent, aiunt hunc proprium parochum quoad mercenarios, & scholares, & his similes, esse illum in cuius parochia habitant. Hic sunt *gloss. ea clementi. verb. Parochialis, & ibi Bonifacius num. 29.* vbi hæc inquit, *proprius curatus dicitur omnium parochianorum, etiamsi ad tempus habitent in parochia illa, vt sunt scholares, & mercenarij: pro tunc enim non sunt actu parochiani alterius parochiæ.* Et melius in eodem casu loquentes, sed docent *Cardin. ea clement. 1. q. 16. D. Antonius. 3. p. t. 24. §. 4.* Rosella

Rodr. Nisseno 2.n.43. Angel. Excommunicatio 5. casu 11. nn. 18. Sayrus Excommunicatio 7. casu 14. dub. 1. n. 31. Tabiena Excommunicatio 5. casu 11. q. 4. nn. 5. vbi dicunt, pro scholasticis & mercenariis, & aliis sufficere licentiam parochi parochiæ quam inhabitant, nisi sint causa recreationis, vel alia, statim redituri ad propriam parochiam. Idem docet Cardin. 2. de Spoli. n. 4. n. 7. vbi hæc inquit, *Si scholaris in loco studij, vel mercenarius, ibi decedat, est parochianus Ecclesiæ in qua morantur, qui non statim, sed finito officio est reuersurus.* Idem Rebuff. in ad declarandam, 37. §. In omnibus, nu. 26. init. C. de Episc. & cler. vbi ait Ecclesiam parochialem esse, in qua aliquis maiori anni parte habitat. Idem Abb. c. Cum contingat. 2. n. 13. de foro compet. vbi hæc inquit, *Parochi habent ius in suo parochiano, in extraneos in eorum parochia commorantes, licet non domicilium perpetuum domicilium vt sunt scholares, quorum parochus est ille, in cuius parochia inhabitant.* Idem Berthaz. in suo repertorio, lit. P. verb. Parochianus, vers. antepen. vbi ait Parochianum dici Ecclesiæ, in cuius parochia, scholaris, vel mercenarius vel alius inhabitat, nisi ad tempus ibi fuerit offurus in continenti. Idem Gabr. 4. d. 17. q. 2. a. 3. dub. 2. ait scholares & mercatores, dum per aliquod tempus notabile moram faciunt in aliqua parochia, ibi habere suum proprium sacerdotem, & notabilem moram esse, maiorem anni partem. Idem omnino consuluerunt quidam Patres docti ordinis Minorum, consulti in casu matrimonij, in quodam consilio, nu. 32. quod refertur inter consilia Monachij, cons. 398. vol. 4. Idem tenent Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 88. nu. 3. & Mascard. de probatio. conclus. dici, sub cuius parochiali Ecclesia contrahere volentes, habitant toto anno, vel maiori anni parte, non verò si ruralione in loco, recreationis causa aliquot diebus, vel mensibus habitent; redituri deinde ad solitum domicilium. Idem colligitur ex Rota, in nouissima decisione 656. init. nu. 9. vbi definit matrimonium non esse validum contractum coram parocho rurali, eo quod probatum est contrahentes non solere esse ruri, maiori parte anni, nec quæ etiam pro dimidia, sed tantum per tres aut quatuor dies. Idem videtur tenere P. Molina 1. tom. de iust. tract. 2. disp. 34. dub. 4. vbi §. *Quando quis, dixerat habentem domicilium in aliquo loco, in quo ad tempus desidebat non electa sepultura dicebat, sepeliendum esse in parochia proprij domicilij:* & post §. Illi qui ad modum scholasticorum, ait, qui ad modum scholasticorum in aliquo loco, id ad tempus fixo domicilio commorantur, eius esse parochiæ, in qua commorantur, in illaque teneri recipere sacramenta, & sepeliendos alij DD. sentientes posse Episcopum dispensare in votis scholasticorum, ibi ad tempus residentium: non enim possent, ex ratione habitationis non acquirerent quasi domicilium & efficeretur is Episcopus, proprius illorum parochus. Hi sunt Alcoser summa c. 16. circa votorum dispensationem, concl. 5. §. 19. vbi ait esse probabile, & viros doctos ita sentire posse Episcopum dispensare in votis eorum, qui aliquo tempore in sua diœcesi habitant: & Angles floribus 1. p. q. 5. de confessione, a. 8. diffic. 4. dub. 1. concl. 10. fol. 295. dicit forsan Episcopum Salmantinum posse dispensare in votis scholasticorum, idem Aragon 2. 2. quæst. 88. a. 12. §. *Si quis autem dispensare*, vers. Sexta conclus. vbi ait posse Episcopum dispensare cum scholasticis, quando magna parte eorum domicilium Salmaticæ habent. Et melius id docent Barbos. l. 1. de paroch. c. 14. n. 8. & Manuel 1. tom. summa, in nouella, q. 55. n. 5. vbi dicunt, non tantum in votis, sed etiam in casibus concessis per Tridentum sess. 24. c. 6. de reform. posse Episcopo erga sibi subditos, posse Episcopum dispensare cum mercatoribus, & scholaribus qui maiore anni parte eorum trahunt in sua diœcesi, & domicilium habent in alienа; idem de votis, nempe posse Episcopum dispensare cum scholasticis maiori anni parte in sua diœcesi commorantibus, docet idem Manuel 2. tom. summæ, in nouella, c. 106. n. 3. & hæc dispensatio est circa voluntaria vt irregularitates, vota, &c. quare non poterit eos

coniungere matrimonio, quod est etiam sacramentum voluntarium; & ad vtrumque requiritur vere subditum esse illius diœcesis.

Sit conclusio, quamuis prior sententia sit probabilissima: at posterior mihi arridet tamquam verior. Durum enim mihi videtur, vt scholastici & alij qui maiori anni parte, imo & multis annis in aliqua diœcesi habitant, nō possint ibi matrimonio coniungi, sepeliri dum non eligunt sepulturam: & vt non debeant in ea parochia, in qua decedunt, canonicam portionem: & non possint ibi votorum & aliorum casuum dispēsationem obtinere: & ita credo ad omnia dempto ordinis sacramento, effici aliquem parochianū, & subditum alicuius diœcesis, quando maiori anni parte ibi inhabitat: vt multi ex DD. citatis pro secunda sententia, quam amplectimur, explicant, & probaui num. præcedenti. Vtrum autem possit hic maiori anni parte habitans eligere parochum proprij domicilij, dicam n. 19. fine. 13

Hinc infertur primò, nō opus esse expectare vt maiori anni parte hi in parochia aut diœcesi habitarint, sed statim ac animū habitandi maiori anni parte habentes, incipiunt habitare, effici parochianos, & posse omnia dicta erga illos exerceri. Sicut enim ad domicilium, nullius temporis habitatio requiritur, sed statim ac quis incipit habitare, cum animo perpetuo habitādi, illud acquirit vt dixi n. 2. sic statim ac quis incipit habitare animū habens habitādi toto tempore requisito, efficitur parochianus. Sic *Cardin. clem. 1. de priuileg. q. 16. Rebuff. repet. c. Extirpanda. 4. §. Qui Cardin. clem. 1. de priuileg. q. 16. Rebuff repet. c. Extirpanda. 4. §. 385. Syluester verb. vero, de præben. verb. Contrariam opinionem. f. 385. Syluester verb. vero, de præben. verb. Contrariam opinionem. f. 385. Syluester verb. Domicilium, n. 2. Tabiena Excommunicatio. 5. casu 11. q. 4. n. 5. & Domicilium, n. 2. Tabiena Excommunicatio. 5. casu 11. q. 4. n. 5. &* probaui in alio simili, hoc 3. lib. disp. 18. n. 9: Siquis autem habeat animum habitandi maiori anni parte in oppido, cum iam respectu illius efficiatur parochianus, licet eo tempore varias mutet parochias, & ita in nulla habeat animum habitandi tempore requisito, recipere poterit sacramenta omnia ab eo parocho, cui actu tunc subditur: quia non habet in eo oppido. 14

Secundò infertur, si mulier coram parocho suæ parochiæ nubat viro, & contracto matrim. eadem die se transferat ad viri parochiam, si matrim. forte fuit nullū, sitque iterandū quamuis eadem die coram parocho non posse iam assistere priorem illum fœminæ parochū. Quia mutatione illa, statim desiit esse parochiana illius, nouamq; parochiam acquisiuit. Quare interesse debet parochus domus ad quā cum viro se transtulit. Sed rogabis qualiter parochus fœminæ potuerit interesse matrimonio? Cum tunc animum haberet statim ad viri parochiā migrandi, & ita desiderabatur animus habitādi tempore requisito. Resp. cum fœmina illam parochiam semel acquisiuisset, non illā deperdere solo animo, sed opus esse etiam facto, nempe desertione habitationis in ea, vt latè probaui n. 2. 15

Tertiò infertur, pro sacramento ordinis, si alienigena se transferat in aliquam diœcesim animo habitandi perpetuo, cœperitque habitare eo animo, quamuis statim muter animum, posse ad ordines promoueri ab Episcopo illius diœcesis, & reliqua posse exercere erga illum Episcopum, quæ potest cum suis subditis, dum non mutauit actu habitationem. Quia semel acquisitum domicilium animo & facto, non potuit transferri, & deperdi sola animi mutatione: vt probaui n. 2. 16

Quartò infertur, quamuis nec per religionis priuilegia, nec virtute bullæ cruciatæ, liceat ministrare Eucharistiā, nisi soli parocho respectu suorum parochianorum, in die paschatis: eo quod excipiatur illa dies in priuilegiis, & in bulla, licete tamen priuilegiorum talium aut bullæ virtute, ministrare vagis, aduenis & peregrinis, qui in eo oppido minimè habitationis parochiam contraxerunt: quia nec habitarunt, nec animum habitandi habent maiori anni parte. Probatur, quia ea limitatio diei paschatis, fuit in parochorum fauorem, quo eis non inferretur iniuria, omnesque ea die ad propriam parochiam confluerent, sed in hoc casu non irrogatur iniuria parocho, cum vagi, 17

parochia præscripta careant, peregrinique à propria distent, nec ea in qua breui tempore hospitantur, sit propria: ergo exceptio illa non comprehendit hunc casum, sed manebit respectu horum, priuilegium generale ministrandi Eucharistiam. Et confirm. quia *clement. 1. de priuilegiis*, excommunicantur religiosi ministrantes Eucharistiam absque parochi licentia, & tamen DD. omnes n. 11. & 12. citati pro vtraque sententia, dicunt nomine parochi eam licentiam cõcessuri, non intelligi eius parochiæ præfectum, in qua breui tempore hospitantur peregrini: ergo huic parocho non irrogatur iniuria: nec etiam parocho proprij domicilij, cum peregrini & viatores ex generali vsu, dum absunt à parochia, possunt vbi reperiuntur, fateri, & Eucharistiam recipere: ergo virtute bullæ & priuilegiorum religionis potest eis etiam in die paschatis ministrari Eucharistia. Secundò prob. quia ex tacita licentia proprij parochi absentis, ministratur Eucharistia his peregrinis: ergo cum ea licentia non sit restricta ab ipso parocho, nec vsu, poterunt recipere Eucharistiam à quocumque qui alias poterat ministrare. Tertiò, quia quãuis *Clē. 1. de priuilegiis*, interdicatur sub excommunicatione religiosis ne ministrent Eucharistiam sine licentia proprij parochi; at tenent multi eam non incurrere religiosum ministrantem alicui religioso, sine licentia prælati illius: eo quod hæc prohibitio sit in parochi fauorem, cui iniuria non fit, cum ille religiosus non sit subditus parocho, nec prælatus religionis cui ille subditur, veniat parochi appellatione. Sic *Rosella Absolutio 1. n. 36. Angelus Excommunicatio 5, casu 12. nu. 4. Caiet. sum. verb. Excommunicatio, c. 64.* vbi *Armilla Excommunicatio 49. Tabiena Excommunicatio 5. casu 11. q. 2. n. 3. Nauarr. sum. c. 26. n. 102. Manuel quæst. regularib. to. 1. qu. 56. a. 6. Enriquez lib. 3. de Eucharistia, cap. 55. nu. 1. in comment. lit. B. Suarez 3. p. q. 82. a. 3. disp. 72. sect. 1.* ergo tota ratio illius prohibitionis, ne religiosi ministrent Eucharistiam, est ob parochi iniuriam, quæ cum respectu vagorum & viatorum cesset, respectu horum non habebit locum prohibitio. Nec obstat decreuisse Eugenium IV. (vt refert *Compendium priuilegior. mendicantium, verb. Absolutio 1. quoad seculares, n. 5.*) hos adipisci incolatum quoad sacramenta confessionis, & communionis tempore paschatis, licet ibi modico tempore steterint: quia hoc concessit in fauorem peregrinorum, ad tollendos scrupulos, non tamen eos obligauit, vt talibus parochis subiicerentur, sed reliquit iuris communis dispositioni. Sic docent in propriis terminis. *Manuel Rodriguez q. 56. proximè citata, a. 6. Enriquez l. 8. de Eucharistia, c. 55. n. 1. in comment. lit. G.* & habetur in *constit. Soc. Iesu 7. p. c. 4. super lit. B. & in compend. priuileg. eiusdem verb. Eucharistia, & reg 27. sacerdotum.* Nec obstat etiam aliquos dicere, teneri peregrinos confluere ad Ecclesiam Cathedralem, & matricem, quasi sit parochia vniuersalis totius diœcesis. Sic tenent *Anton. c. 1. de sepult. num. 8. Sylvest. Confessor. 1. q. 11. Victoria summ. de confess. n. 155.* idemque expresse colligitur ex aliis auctoribus, asserentibus hos peregrinos sepeliendos esse in Ecclesia Cathedrali, licet in alia decedãt. Hi sunt *Innocent. c. 1. de sepult. n. vnic. super verb. Sepulturam, & ibi Hostiens. paulo post princ. super verb. Et eligere, Anton. nu. 8. Cadin n. 5. q. 3. Rosella Sepultura 1. n. 10. Sylvester v. Sepultura, q. 8. dict. 2.* nam ibi quis sepeliri debet, vbi sacramenta percepturus est, atque vtrumque ius propriæ parochiæ est: vt constat ex *c. Ex parte, & c. In nostra, de sepult.* & docent *gloss. c. Vbicumque, init. 13. q. 2. Archid. c. 1. de sepult. in 6. n. 2. & ibi Domin. §. Statuentes, nu. 4. verf. Sed dubium est, Abb. c. 1. de sepult. n. 4. Sylvester verb. Sepultura, q. 8. dict. 2. lex 5. t. 13. p. 1.* cum igitur DD. illi sentiant hos peregrinos sepeliendos esse in Ecclesia Cathedrali, ex consequenti sentiunt in ea percepturos esse sacramenta. Sed hoc (inquam) non obstat: quia verius est non teneri ad Ecclesiam matricem confluere, sed posse in qualibet oppidi parochia, sacramenta percipere, quando in nulla parochia habitationem requisitam, vt censeatur illa propria, contraxerunt. Quia nullo iure probatur Ecclesiam Cathedralem esse communem totius diœcesis: & c. *Officium, de offic. archipresbyt.* quod id probare videtur, explicabitur hoc 3. libr. disp. 27. nu. 2. & esto possent illuc confluere, nullo tex. probatur ad id teneri. Et ita tenent *Abb. c. 1. n. 1. de celebrat. miss. Enriquez l. 6. de pœnit. c. 8. n. 5. in comment. lit. P.* Ad idem sunt alij DD. asserentes non esse necesse hos peregrinos sepeliri in Ecclesia matrice. Sic *Hostiens. sum. 1. de sepult. nu. 3. §. Et apud quam Ecclesiam, n. 6. verf. Quid de viatore, Archid. c. 1. de sepult. n. 3. in 6.* vbi *Domin. §. Statuentes, n. 4. Francus init. nu. 5. Abbas c. 1 de sepultu. 4. Henricus c. Abolendæ, n. 7 cod. tit. Angel. verb. Sepultura n. 19. & ibi Armill. nu. 10. Lex 7. tit. 13. p. 1. & ibi Greg. Lop. verb. O en la iglesia.*

Tandem infertur mercenarios ad breue tempus locantes operas, vt ad fodiendum, &c. & vel careant parochia, vel si in sua patria habeant, distant ab ea, posse virtute bullæ, aut priuilegiorum religionis, recipere Eucharistiam in paschate. Prob. quia non acquirunt parochum heri, cum ad breue tempus ibi contrahant moram. Præterea, quia non curatur de domo, in qua ad breue tempus sunt commoraturi: vt bene docet *Ledesma 2. p. 4. qu. 7. a. 5. ad fin. verf. Secundo dico.* Item, quia eadem est ratio de his, & de aliis aduenis: nec dicitur habitare aliquis vbi modico tempore habita. Sic *Enriquez l. 6. de pœnit. c. 8. nu. 5.* & licet ponat sub disiunctione, quasi vtramque partem liceat amplecti: at *in comment. lit. K.* dicit hanc esse valde probabilem.

Ad argum. contrariæ sententiæ proposita n. 11. reponitur. Ad 1. *c. Is qui.* intelligi quando ad modicum tempus est habitatio, & non per maiorem anni partem: & ita dixisse, *Causa recreationis, vel ad ruralia exercenda*: quæ non solent maiori anni parte durare. Ad 2. dic domicilium habentem non sumi ibi strictè, sed vt distinguitur contra hospitem & peregrinantem. Ad confirm. dic cautè dixisse Baldum de domo quam raro habitabat: & præterea cum testator restrinxerit domos legatas, ea restrictione, quæ inhabitabat, sumi debere pro iis quas frequenter habitabat. Ad 3. dic amplectendo hanc secundam sententiam, dicendum esse, pro eo tempore non esse parochianum primæ parochiæ, sed secundæ, quam inhabitat: & ita aliqui DD. ex iis quos n. 12. retuli pro secunda sententia explicuere. Quia tamen prior sententia valde probabilis est, potest quilibet eam amplecti, & iuxta illam eligere domicilij proprij parochiam.

DISPVTATIO XXIV.

Vtrùm duplicem habitationis parochiam obtinens, possit indifferenter coram alterius parocho, matrimonium inire?

SVMMARIVM.

Refertur quædam opinio negans admitti posse duplicem parochiam, quoad matrimonium, n. 1.

Potest habens duplicem parochiam, æquè vtramque inhabitans, vtrumque parocho matrimonium inire, & vtrique conferri, n. 2.

An requiratur æqualis habitatio mathematicè in vtraque parochia, n. 3.

An possit his indifferenter ab alterutro parocho sacramenta recipere, vel tantum ab eo in cuius parochia tunc habitat? referuntur opiniones vtrasque, n. 4.

Quando sunt duo parochi in solidum vnius parochiæ, potest alter absente inuito ministrare sacramenta, n. 6. & ibi, par in parem non habet imperium.

BOnsius apud Menochium consil. 398. vol. 4. num. 7. dicit non esse admittendam quoad matrimonium contrahendum, duplicem parochiam. Et Zephalus relatus eodem consilio, in quodam consilio quod ibi ex ipso refertur, nu. 21. dubitans ait, fortasse posse dici dari duplicem parochiam quoad matrimonium.

Cæterum dicendum est, quando quis duplicem parochiam habitationis sortitur, quod tunc euenit, quando æqualiter in vtraque habitat, vt in hyeme, in vna; in æstate, in altera, posse coram parocho vtriusque matrim. inire. Probat. primò, quia vtraque est æquè parochia istius, vt constat ex *c. 1. de sepult. in 6.* ibi, *Cum ab eo qui duo habet domicilia sic collocans æqualiter in vtroque.* Idemq; habetur *l. 1.* sumpto,

DISPVTATIO XXV.

Quis sit proprius vagorũ parochus, vt illos matrimonio coniungat? & qui vagi dicantur? & qua diligentia præmissa coniungendi sint?

SVMMARIVM.

Vagi an dicantur carentes domicilio habitationis, licet habeant originis nu. 1.

Quid de iis qui pristinum domicilium deserentes nauigant, vel iter faciunt quærentes vbi sedem figant, n. 2.

Quid si destinauerint vbi domicilium constituturi sint, & reliquerint prius, an dum non pernenere ad locum demonstratum venit, dicantur vagi, num. 3.

Qui relicta priori parochia non destinauit ad quam migraturus sit, sed quærens domum interim habitet in aliqua parochia, an dicatur vagus. n. 4.

Vagi an possint cuicumque parocho fateri, & vbicumque puniri pro delicto alibi commisso, n. 5.

An teneantur fateri parocho in cuius parochia habitant: refertur opinio affirmans, n. 6. Et contraria verior, n. 7.

Vagos & forenses an possit parochus matrimonio coniungere absque ordinaria licentia, n. 8.

Quid, si alter solus sit forensis, vel vagus, n. 9.

Quis sit hic ordinarius, à quo parochus sit petituras licentiam, n. 10.

Quis parochus possit matrimonio vagorum assistere, & quid, si in fraudem propriam parochiam reliquerint, vag. dq. esse dicti sint, n. 11.

Quid si alicubi esset deputatus confessor pro vagis, an solus ille poterit vtrum matrimonio assistere, n. 12.

Si quis domicilium deserens iter agat, aut nauiget, vt nouum acquirat, vel deserta priori parochia dum domum quærit, hospitatur ad breue tempus in aliquo loco, coram quo parocho possit matrim. iniri, nu. 13.

An si alter vagus, alter vero incola sit, possit quilibet parochus eos matrimonio coniungere: an solus proprius incola parochus, n. 14.

An quilibet parochus possit licentiam valide dare cuicumque sacerdoti assistendi matrimonio vagorum n. 15.

An peccet mortaliter parochus, vagos vel forenses matrimonio coniungens, absque licentia ordinarij, non seruato præcepto Tridentini, sess. 24. de matrim. c. 7. n. 16.

An valeat matrimonium sic contractum coram parocho vel alio sacerdote de eius licentia, non seruato dicto præcepto Tridentini, nu. 17. Et ibi resolutiue qualiter possint religiosi assistere matrimonio vagorum, vel aliorum, in nouo orbe.

PRÆMITTENDVM est, qui dicantur vagi? Hi enim dicuntur, qui nullibi certam ac constantem sedem, ac domicilium habent, sed hinc inde vagantur. Sic habetur, *l. Eius qui manumisit, 27. §. fin. ff. ad mun.* & docent vniuersi DD. quos referam n. sequent. Quare merito reprobanda est sententia aliquorum, qui teste *Iulio Claro lib. 5. receptarum, in practica crimin. §. fin. quæst. 39. vers. Sed hic quæro quis dicatur vagabundus*, aiunt exigi etiam vt aliqui vagi dicantur, carere domicilio originis. Sed bene id reprobat ibi, quia necessarium esset vagorum ciuitatem funditus esse euersam: vnde concludit, satis esse vt dicantur vagi, si domicilio habitationis careant. idem docent *Imola c. Dilectus, num. 10. de rescript. & cap. fin. n. 15.* de eo qui mittitur in possessionem. *Marianus c. finali, n. 57. de foro compet.* 1

Dicantur etiam vagi, qui pristinum domicilium omnino deserentes, nauigant, vel iter faciunt, quærentes vbi se collocent: hi enim sine domicilio sunt, ob idque vagi dicuntur. Sic habetur expresse *l. Eius qui manumisit, 27. §. Celsus. ff. ad municip.* & docent *glossa c. 2. de sepult. in 6. verb. Domicilia, Goffredus sum. t. de pœnit. & remiss. n. 17. Hostiens. sum. eod. t. §. Cui confitendum, n. 14. vers. 4. Cum quis quærit, Ioann. Andr. c. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss. num. 13. & ibi Henricus n. 24. Iac. de Zochis ibi n. 113. Turrecr. c. Quem pœnitet, de pœnit. d. 1. a. 3. n. 6. Rosella Confessio sacramentalis 3. n. 31. Syluester. Confessor 1. q. 6. vers. 4 Tabiena Absolutio 1. num. 41. Lex 22. t. 4. p. 1. & ibi Greg. Lop. verb. Donde more, Nauar. c. Placuit, de pœnit. d. 6. nu. 75. & 82.* Et ex Theologis, *Ricard. 4. q. 17. a. 3. q. 1. corp. Paluel. ead. d. q. 3. a. 3. n. 22. D. Anton. n. 3. p. t. 17 c. 4. casu 4. Ledesm. 2 p. 4. q. 7. a. 5. ad fin. vers. Secundo dico, Fr. Alexan. l. 1. sum. c. 3. de potest. confessoris, n. 45. fine, Enriquez l. 11. de matrim. c. 3. n. 3.* 2

Verum hi DD. non satis explicant mentem: nam videntur loqui, in casu, in quo nondum iter faciens animo destinauit locum, in quo domicilium est collocaturus: quod significant ea verba, quibus textus, & DD. citati 3

proprio, §. Filius, & l. Eius qui manumisit, §. Celsus. ff. ad municip. ergo ob eam maior ratio cur alter solus parochus possit assistere matrimonio. Secũdò, quia (vt dixi disp. præc. n. 10.) idem est parochus ad excipiendas confessiones, & ad assistendi matrimonio, sed vter ex duobus illis parochis possit excipere confessionem illius, cum non sit maior ratio de vno quam de altero: vt docent *glossa c. Cum nullus, de temp. ordin. in 6. verb. Domicilium, Hostiens. sum. tit. de parochus, §. pen. n. 7. vers. 2. Ad Apostolica, fine, de decimis, & c. In nostra, nu. 10. de spons. Rosella Confessio sacramentalis 3. nu. 40. Angel. Confessor. n. 41. Sylvest. Confessor 1. q. 3. fine, & q. 12. Tabiena Absolutio n. 41. Nauar. lib. 4. cons. 1. de clandest. despons. in 1. edit. cons. 22. n. 1. cons. 6. n. 3 & c. Placuit, de pœnitent. d. 6. nu. 77. Anton. Corduba c. finit. maior. t. 4. n. 186.* Et ex Theologis, *Paludan. 4. d. 27. 4. 2. n. 17. & a. 3. nu. 20. Gabriel eadem d. q. 2. a. 3. dub. 2. n. 3. p. 27. 6. 4. casu 2. Margarita confessorum f. 9 col. 2. Fr. Alex. lib. 1. summæ, c. 3. de potest. confessor. nu. 45. Enriquez l. 6. capitur. 17. nu. 2.* ergo similiter vterque parochus poterit interesse matrimonio: & maximè quia omnes hi Doctores dicunt, cum esse vtriusque parochiæ parochianum, attento ita vtroque parochus erit proprius illius pastor.

Quodnam dixi, requiri vt æqualiter in vtraque habitet: non ne illigas mathematice, sed morali modo, ita vt æquis omnino, aut ferè, habitatio: vt bene docet *Rosella Confessio sacramentalis 3. n. 40.* & clarè significant *Paludan. D. Antonin. Sylvest. Margarita*, vbi retuli n. præc. dicunt enim nunc aliquem duplicem sortiri parochiam, quando alteram hieme, alteram vero æstate inhabitat: quæ tempora non ita in puncto mathematico consistunt, vt omnino æqualia sint. Idemque significat *Anton. Cucus l. 5. instit. maior. t. 4. n. 186.* nam vbi dixit esse parochianum, habitantem æquiliter duplicem parochiam, subdidit, secus si alteram longe frequentius colat. 4

Difficultas autem est, an possit hic indifferenter coram alterutro parocho matrimonium inire? Nam communiter Doctores asserunt tantum posse ministrare sacramentum parochum, cuius parochiam tunc temporis suscepturus inhabitat: vt hieme parochum parochiæ hiemalis vbi habitat, & è contra æstate. Ita *Palud. Gabr. D. Antonin. Rosella, Angel. Sylvest. Tabiena, Margarita, Anton. Cucus, Fr. Alexander*, quos retuli n. 1. 5

Sit probabilius esse, indifferenter posse vtrumque parochum interesse matrimonio, & ministrare sacramenta. Probo primò, quia ille vtroque tempore habet duplicem domicilium: alias non verificaretur habere duo domicilia, vna parochia, postea que ad aliam transfertur, non dicetur habere duo domicilia: quia non simul vtrumque sortietur, sed successiuè, modo vnum & postmodum alterum. Secundò probatur ex c. 2. *de sepult. in 6.* vbi expresse definitur, electa sepultura in diuerso loco, à sortienti duplicem parochiam, inter vtramque diuidendam esse canonicam portionem: & non dicitur largiendam esse parochiæ inhabitationis tempore mortis: ergo similiter sacramenta possunt indifferenter vtroque tempore recipi, ab amborum parochis cum æque canonica portio, ac sacramentorum receptio sine ista parochialia. Sic docent *Nauar. cap. Placuit, n. 78. de pœnitent. d. 6. Enriquez lib. 6. de pœnit. c. 7. nu. 2.* qui hanc addit, *in commento, lit. H.* dicens esse, vt recipiat à libero parocho, cuius parochiam tunc inhabitat. 6

Tertiò dum parochi duo in solidum alicui parochiæ præsunt, potest vter ex illis alter o inuito ministrare sacramentum, & interesse matrimonio, aliique assistendi licentiam dare. Quia par in parem non habet imperium, *c. Illa a quo, §. Intempestiuum, ff. ad Trebellian. Sic Ioan. Sanchez. Confessor 2. q. 4. part. 2.*

vruntur, nimirum, quærens domicilium, vbi se collocet: quasi nondum statuerit, vbi sit collocaturus. Quare iure optimo dubitabit aliquis, an qui relicto priori domicilio iter facit ad locum, in quo domicilium constituere destinauit, censeatur vagus, dum relicto priori domicilio iter agit? Et credo vagum dici, idque sentire textum citatum, & DD. nam eam rationem reddunt, cur vagus sit: quia sine domicilio est: vt patet ex *d. l. Eum qui manumisit, in fine*, ibi, *Nam hunc primum puto sine domicilio esse*. Et nu. 1. dixi vagum appellari, qui nullibi certam sedem, & domicilium habet: sed qui relicto priori domicilio iter agit ad locum, vbi figere pedem decreuit, dum est in via, caret domicilio: ergo erit vagus. Probatur minor, quia prius domicilium, cum animo & facto ipso deseruerit, iam omnino perdidit: posterius autem nondum acquisiuit, cum solo animo, absque facto ipso, id est, actuali habitatione, comparari nequeat: (vt probaui hoc 3. l. disp. 33. n. 2.) Cum ergo hic sine domicilio sit, erit vagus. Et ita videtur clarè tenere *Enriquez l. 11. de matrim. c. 3. nu. 3.* vbi hæc inquit, vagus dicitur, qui pristinum domicilium omnino deserens, amisit, & iter agit aut nauigat, animo acquirendi nouum.

4 Hinc infertur, qui relicta parochia, nondum statuit ad quam migraturus sit, sed quærens domum, interim in aliqua parochia hospitatur ad breue tempus, dici vagum, respectu parochiarum illius oppidi. Quia non curatur de parochia, in qua ad breue tempus hospes est, non enim ibi censetur habitare, *l. 1. §. Hæc autem verba ff. de his qui deiecerunt*, ibi, *Hospes plane non tenebitur, quia ibi non habitat, sed paulisper hospitatur*. Præterea, quia non est maior ratio de vna, quam de alia, vt dicatur propria parochia, tandē quia hic sine parochia est, priorem enim amisit, & nondum aliam acquisiuit. Et ita videtur expresse tenere *Ledesma 2. p. 4. 5. 7. a. 5. ad fin. vers. Secunda dico*, vbi ait, de nouo aduenientes ad certum opidum, qui nondum habent domicilium, nec statuerunt vbi morabuntur, censeri vagos, nec oportere respicere vbi hospitentur ad breue tempus. Idem dicendum est, quando relicta prioti parochia, ad aliam se transferunt, & dum domus illa ad quam se transferunt, expēditur habitatore, hospitantur in aliqua domo alterius parochiæ: hi enim vagi sunt similiter: quia re vera nullam parochiam habent, cum pristina deserta sit, & noua nondum sit habitatione cœpta acquiri: vt in simili probaui n. præced.

5 Secundò præmittendum est, vagos posse cuicumque parocho fateri. Quia non est maior ratio de vno quam de alio, cum nulli subdantur. Item, quia vbique sortiuntur forum, possuntq; pro delictis alibi commissis, puniri: vt docent *gl. Hercs absens, verb. Debebit, ff. de iudicijs, & ibi Bart. §. proinde, nu. 4. Marianus c. Licet ratione, num. 57. de foro compet. Duarus* multis citatis *reg. 378. limit. 4. Iul. Clarus l. 5. receptarū, in practica crim. §. fin. q. 39. vers. Caterum, Auendan. c. Prætor. 2. p. c. 7. n. 7. Dacianus pract. criminal. d. 4. c. 13. n. 5. Bossius pract. t. de foro compet. n. 70. Brunorus in suo compend. verb. Vagabundus*, ergo similiter vbique sortiuntur forum conscientiæ. Sic *Gosfredus sum. t. de pœniten. & remiss. n. 17. Hostiens. sum. t. de parochijs, §. penult. num. 7. vers. Viator, Henricus c. Omnis vtriusque sexus, de pœniten. & remiss. nu. 24. vbi Iacob. de Zochis num. 113. Rebuf. c. Extirpanda. §. Qui vero de proben. vers. Secundus casus est in vagabundo. f. 185. Rosella Confessio sacramentalis 3. n. 81. Angel. Confessio 3. n. 9. Syluester Confessor 1. q. 1. & 6. Turrecremata c. Quem pœnitet, de pœnit. d. 1. a. 3. n. 6. Tabiena Absolutio 1. nu. 41. q. 21. d. 22. t. 4. p. 1. Nauar. c. Placuit, de pœnit. d. 6. nu. 79. & 80.* Et ex Theologis, *Ricardus 4. d. 17. a. 3. q. 1. corp. & ibi Gabriel q. 2. a. 3. dub. 2. Palud. ibi q. 3. a. 3. n. 21. D. Antonin. 3. p. t. 17. c. 4. casu 3. Caiet. sum. verb. Absolutio ex parte absoluentis, §. Libertas, Victoria sum. de confessione. nu. 155. Petr. de Soto lect. 5. de confess. §. Sed est in specialis casu, Ledesma 2. q. 4. q. 7. a. 5. ad fin. Margarita Confessorum, f. 9. col. 2. Fr. Alexander 1. p. sum. a. 3. de portellate confessoris nu. 48. Enriquez l. 6. de pœnitent. c. 8. nu. 5. Barth. à Ledesm. dub. 25. de pœnit. casu 2. Manuel 1. tom. sum. 2. editione, cap. 60. n. 7.* Quare minus bene *Cardin. d. c. Omnis vtriusque sexus, nu. 6.* dixit, nulli posse hos fateri, nisi legato Pontificis.

Non tamen clare constat inter hos DD. an dum vagus hospitatur in aliqua parochia obiter, teneatur in ea recipere sacramenta. Nam ex DD. n. præced. allegatis, *Hostiens. Rebuf. Angel. & Gabriel* dicunt intelligi vagos parochianos cuiuslibet Ecclesiæ, ad quam accedunt: & clarius *Petrus de Soto* ait subditos esse parocho, in cuius parochia immoriuntur: & *Enriquez* sub disiunctione ait, debere confiteri cuicumque parocho, vel (vt alij dicunt) parocho, in cuius parochia hospitantur.

Sed melius *Ricardus, Palud. D. Anton. Caiet Turrecr. Tabiena, Victoria, Nauar. n. 80. Ledesma, Lexpartite, Margarita Confessorum Barth. à Ledesma*, quos retuli nu. 5. & *Palacios 4. d. 17. disp. 7. s. 269. fine, & sequ. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 3. n. 3.* dicunt posse fateri cuilibet curato diœcesis. Quia non est maior ratio de vno, quam de alio nec curandū est de loco hospitij ad breue tempus, vt dixi n. 4. non enim acquiritur parochia per talē habitationē: vt dixi hoc l. 3. disp. 23. n. 12.

His præmissis, sit prima conclusio. Parochus non potest vagorū matrimonio interesse, nisi diligenti inquisitione præmissa & obtenta ordinarij licētia. Sic habetur expresse in *Tridentin. sess. 24. de matrim. c. 7.* quod quidem decretum, quamuis de vagis sermonem faciat, at ob rationis identitatem, necessario comprehendit etiam alienigenas, alibi habentes fixum domicilium: nam ad matrim. horum in loco vbi fixam sedem non habent, eadem diligens inquisitio, ordinarijq; licentia præmittenda est. Tum, quia eadē prorsus ratio militat, cum enim ignoti sint, possunt alibi matrimonio vincti esse, quæ fuit ratio explicata in eodem decreto Tridētini: item etiam, quia olim vsus obtinuerat, ne forenses ignoti matrimonio copularentur, absq; licentia testimonialibus sui episcopi: vt refert *Abb. antiquus c. fin. de clandest. desponsa. & ibi Ioan. Andr n. 5. ad fin. Panormit. nu. 7. ad fin. idem Ioan. And. c. fin. n. 2. de eo qui duxit in matrim. Greg. Lop. l. 3. verb. En la yglesia, p. 4.* Ita docent *Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 219. n. 3. Segura directorio iudicum 2. p. c. 16. n. 18. fine*, vbi bene hoc temperat, nisi forensis ea ætate in locum contractus aduenerit, qua minime poterat matrim. inire: tunc enim solius parochi auctoritate matrimonio coniungetur, quia prorsus cessat ratio assignata in decreto Tridentini. Intelligo tamen, non de quibuscumque vagis: Tridentinum enim in eo decreto loquitur de ijs, qui vagantur, & incertas habēt sedes: quare licet illi qui de certa parochia in idem mutantur oppidum, dicantur vagi, dum ad aliam parochiam tranſlati nō sunt, sed ad breue tempus alicubi hospitantur: vt dixi n. 4. manifestum est de illis non loqui Tridentinum: quia non sunt vere vagantes & incertas habētes sedes. Præterea in illo oppido noti sunt: quare præmissis denunciationibus in parochia, vbi diutius habitarunt, iuxta dicta hoc 3. lib. disp. 6. nu. 6. possunt absque licentia ordinarij à proprio parocho matrimonio cōiungi.

Secunda conclusio, quando alter solus ex contrahentibus, vagus aut forensis est, requiritur eadem diligens inquisitio & licentia ordinarij. Quia periculum cui Tridentinum occurrere intendit, omnino militat, quando alter vagus aut forensis est, respectu illius. Et ita quando alter est vagus, affirmat *Veracruz appendice ad speculum, fol. 86. §. Attendendum videtur.*

Hic autem ordinarius, cuius licentia petenda est, cerū to episcopus vel eius generalis vicarius: vt bene docet *Veracruz. append. ad specul. fol. 86. §. Quod dictum est*: & idem dicendum est de vicarijs aliorum prælatorum habentium iurisdictionem quasi episcopalem: hi enim omnes ordinarij sunt, & nomine ordinarij comprehenduntur: vt diximus hoc 3. lib. disp. 29. n. 4. & 5.

Tertia conclusio, quicumque parochus potest matrimonio vagorum interesse. Probatur, quia idem est parochus ad audiendas cōfessiones, & assistendum matrimonio, vt dixi hoc 3. l. disp. 23. n. 10. sed quicumque parochus potest horum confessiones audire, vt probaui hac disp. n. 5. ergo & eorum matrimonio assistere. Item, quia non est maior ratio de vno parocho, quam de alio, cum nullam certam parochiam habeant. Sic tenet *Enriquez l. 11. de matrim.*

matrim.q.45.num.5. Idem consequenter docent alij, dicunt eum eum parochum debere horum matrimonio interesse, à quo velient, deberent sacramenta recipere: nam cum à quolibet recipere possint sacramenta, consequenter etiam dicere quemlibet parochum dicœcesis posse horum matrimonio interesse. Hi sunt *Petr. de Ledesm. de matrim. q.45.4.punct.3.post dubium 4.§. Dico tertio, fol.193. Manuel.in sum. Lotar.c.219.n.3.* dicens sic esse à Cardinalibus declaratum: *Barth.à Ledes. de matrim. dub.21. f.1332.§. Annotat. Vega libr.3.sum. casu 225.* Limitant *Barth. à Ledesma, & Vega*, nisi in fraudem proprij sacerdotis dereliquerit domicilium. Verum hęc limitatio non mihi placuit, non est fraus, dũ quis vtitur iure suo, vt probaui *hoc lib.3.disp.28.num.29.* Quare si verè domicilio reliquit, quantum in fraudem proprij parochi, facti essent vagi, possunt coram quouis parocho matrimonium inire: sicut manentes parochiam in fraudem parochi, possunt matrimonio copulari à parocho nouæ parochiæ.

21 Secundo esset alicubi confessor pro vagis deputatus, (in Seruire esse in Compostella) ille deberet eorum matrimonio interesse. Quia is solus esset illorum proprius sacerdos in eo loco. Sic *Sanch. Decalog. lib.1.cap.33.dub.15.num.43.* Hoc tamen intelligo, quando ex priuilegio Pontificio ita esset deputatus pro vagis, vt nullus alius posset. Nam solà episcopi deputatio non potest libertatem tollere quam tam communi habent vagi non subditi episcopo, ad eligendum parochum, cui subsint. Et quamuis negari non possit quin episcopum ex iusta causa reseruare parochis confessiones vagorum auferendo iurisdictionem, sicut potest reseruare alios casus: & ita ratione huius reseruationis non posset audire confessiones vagorum, possent tamen illi eligere aliam parochum non subditum huic episcopo: hoc credo per simplicem deputationem alicuius quin tollat confessiones vagorum, & prohibitionẽ ne absoluatur, censeri sublatam iurisdictionem: quia *Trident. sess.24.de matrim.cap.7.* prohibuit parochis, ne vagorum matrimonio interint absque licentia ordinarij: valide tamen assistunt ea omissa: vt dicemus num.17.

13 Primo infertur, si quis priùs num domicilium omnino deseruit, aut nauiget animo acquirendi nouum domicilium dum nondum acquisiuit, incipiens habitare, matrimonium: Quia est vagus, & nulli subditus: vt probaui n.2. Item, quia potest cuicumque fateri, tamquam vagus: vt dicimus n.4. & 6. ergo & coram quocumque parocho contrahere matrimonium. Vnde nescio cur *Enriquez l.11. summ.c.3.n.3. in comment. lit.C.* id concesserit de confessione, & negat de matrimonio, dicens nõ tã facile acquirendum domicilium pro matrimonio: si enim est vagus, potest cuilibet parocho subijci, ergo propriùs illius pastor: ergo possit audire eius cõfessiones potest, sic & matrimonio assistere. Similiter dum non habet parochiam, quia primam deseruit, & quærit aliam, & ad breue tempus hospitatur in aliqua, potest coram quocumq; parocho illius oppidi contrahere.

14 Secundo infertur, si alter sit vagus, alter vero incola, possit quilibet parochum eos matrimonio coniungere: quia valet eorum matrimonij, iuxta dicta hoc 3.l. disp. 19. est quilibet contrahentium parochus, sed quilibet vagi, ergo quilibet potest eos matrimonio coniungere. Hoc est contra *Petr. de Ledesma de matrim q. 45. concl. post 4.dub.f.193.col.2.§. Dico tertio. si alter est vagus:* vbi sic habet tantum vagus sit, requiri præsentiam proprij parochi non vagantis.

15 Tertiò infertur quilibet parochus, cui vagi se subijcere vellent, posse matrimonio coniungere, ita posset dare licentiam sacerdoti eos coniungendi: vtrumque enim est proprij parochi munus, & parochus qui potest assistere matrimonio, potest etiam licentiam alij sacerdoti assistendi contedere: iuxta *Trident. sess.24.c.1.de matrim.* Sic *Petr. de Ledesma ut citatus n. præced. eod. fol.193.§. Dico tertiò.*

16 Quarta conclusio. Parochus qui vagos non seruato decreto *Tridentin. sess.24.de matrim.c.7.* nempe, non præmissa debita diligentia, & licentia ordinarij, matrimonio coniunxerit, peccabit mortaliter. Prob. quia violat Tridentini præceptũ in re grauissima, & valde necessaria. Itẽ, quia est suspendendus triennio, per *c.finale, de clandest. desponsat.* vt inter pœnas parochi dicemus. Sic *Petrus de Ledesma de matrim.q.45 a.5.circa 5.punctum. post dubium 4.f.193.§. Dico secundo, vers. Hinc sequitur.* Et *Enriquez libr.11.de matrim.c.3. nu.3.* ait peccare; subtiliter tamen, an sit mortale: & *Veracruz append.ad specul. fol.85.§. Ecce quo pacto*, dicit esse peccatum graue. similiter etiam peccabit mortaliter sacerdos, qui sola parochi licentia vagorum matrimonio interfuerit: cum violet idem præceptum Tridentini exigentis licentiam ordinarij. Sic *Petrus de Ledesma ibidem*, §. *Dico tertio.* Idem dicendum est de coniugente forenses, aut quando alter tantum est forensis, absque prædicta licentia, & diligentia. Nam (vt dixi nu.8.) decretum Tridentini obligat etiam in hoc casu.

Vltima conclusio. Valeret tamen matrim. vagorum, 17
contractum coram parocho, non præmissa dicta diligentia, nec ordinarij licentia petita. Quia pro matrimonij essentia tantum desideratur præsentia parochi, & duorum testiũ. Secundò, quia ad eumdẽ finẽ exigitur hæc diligentia pro vagabundis, *d.c.7. Trident.* ad quẽ *cod. Trident. sess.24. c.1.de matrim.* petuntur pro indigenis denunciationes: sed his omissis valet matrimoniũ: ergo illa diligentia omissa. Tandem, quia *Tridentin. d.c.7.* non prohibet absolutè matrimonium absque dicta licentia, sed præcipit parochus, vt diligentiam præmittant, licentiamq; petant: ergo eius omissio culpa erit, non tamen vitiabit matrimonium: maximè quia (vt dicemus hoc 3.l.disp.32 nu.2.) id speciale est in matrim. vt ex simplici prohibitione, absque decreto irritanti non censeatur annullari. Sic *Veracruz. append. ad specul. f.86.§. Est considerationi dignum, Enriquez* dicens sic declaratum esse à Cardinalibus, *l.11.de matrim.c.3. n.3. Petr. de Ledes. de matrim q.45.a.5.punct.3 post dubiũ 4.§. Dico tertio, f.193. Albornoz. de arte contractuum, l.4.t.1.* Et idem dicendum est, si alius sacerdos solius parochi licentia obtenta, interfit tali matrimonio, peccabit enim (vt dixi numero præcedenti) valebit tamen matrimonium: eadem ratione. Sic *Petr. de Ledes. ibid.* Quod si obijcias, videri inualidam licentiam parochi, contra præceptum Tridentini: respondebo hoc 3.l.disp.32.n.2.& 3. Quid autem possint religiosi circa horum vagorum matrimonium, dicam disp. seq.

DISPVTATIO XXVI.

Qualiter possint religiosi in nouo Indiarum orbe matrimonio assistere absque parochi licentia, & quid possint circa vagos.

SVMMARIVM.

Si eorum animo non gerunt in locis à suis superioribus designatis, possunt subditos matrimonio coniungere, n 1.

Id possunt licet subditi non sint in ligena si ibi habitent, n.2.

Possunt etiam ibi vagos matrimonio coniungere, n 3

Possunt etiam circa transeuntes illuc, licet vagi non sint si parocho careant, nouos & quicumque sacerdos per eorum domicilium transeuntes, n 4 Et à quo, & qualiter sit imperranda dicta licentia. Et an possit eam auferre episcopus.

Si Indi proprium parochum habeant, & absens sit, religiosi alibi ministerium parochi obeuntes, & illuc transeuntes, non possunt illorum matrimonio interesse. n.5.

An ad coniungendum matrimonio vagos teneantur hi religiosi licentiam ab ordinario petere? referitur opinio negans, n 6. Et ibi priuilegij verba aliquid operari debent, nec in eo etiam vna syllaba debet esse superflua.

Opinio verum, indigere prædicta licentia, n.7. Et ibi, per nullum generalem clausulam censetur derogatum concilio generali, nisi de eo specialis mentio fiat: & si concilium sit moderatum, non sufficiet generalis derogatio concilij.

PRIMA conclusio. Religiosi ministerium parochi obeuntes in nouo Indiarum orbe, in locis signatis, vel signandis à suis superioribus, possunt absque alia ordinarij licentia, matrimonio coniungere sibi subditos. Quia 1
habent

habent ad hoc priuilegium Pij V. quod refert *Veracruz appendice ad speculum fine.* Sic *Veracruz eadem append. f. 90. post 4. conclu. §. Secundo si possent.* qualis autem debeat esse licentia, dicam n. 4.

2 Secunda conclusio, similiter possunt coniungere matrimonio, non indigenas, si in eis locis taliter habitent, vt parochiani efficiantur. (qualis autē debeat esse hæc habitatio. dixi hoc 3. l. disp. 23. n. 13.) Prob. quia possunt coniūgere subditos, hi autem subditi sunt. Sic *Veracruz. append. ad specul. f. 88. §. Prima propositio.* Et hoc pacto intelligendus est *Manuel q. reg. to. 1. q. 35. a. 1. notab. 3.* vbi ait posse hos religiosos in suis oppidis coniungere matrim. omnes Indos.

3 Tertia conclusio. Possunt etiam ibi coniungere matrimonio vagos. Quia ij subditi sunt cuicumque parocho, cui se submittunt: vt dixi disp. præced. n. 11. Sic *Veracruz ibi, §. Secunda propositio.*

4 Quarta conclusio. Eos qui in locis vbi religiosi munus parochi obeunt, non habitant, nec vagi sunt, sed habent proprium domicilium, carent tamen proprio parocho, possunt religiosi per eorum domicilium transeuntes, matrimonio coniungere. Probatur, quia in priuilegio Pij V. religiosis concessio, quod retuli n. 1. dicitur, vt possint religiosi assistere matrimonio, sicut hactenus consueuerunt, & ante Tridentinum, ex amplissima concessione Leonis X. & Adriani VI. quas refert *Veracruz in fine append.* poterant religiosi in nouo orbe prædictis ministrare sacramēta omnia. Item, quia in priuilegio conceditur expresse vt possint matrimonio assistere, vbi contigerit religiosos esse de licentia suorum prælatorum. Item, quia alias manerent tales destituti ministerio sacramentorum. Sic *Veracruz append. ad speculum. fol. 89. §. Tertia propositio.* Immo *Enriquez l. 11. de matrim. c. 3. n. 5. in comment. litera R.* ait ex tacita licentia Papæ idem posse alium sacerdotem apud Indos, vbi non adest proprius parochus. Licentia tamen hæc concedi debet religiosis, à suis prælatis, in capitulis prouincialibus: sic enim habetur expresse in dicto priuilegio Pij V. quare non poterunt gaudere dicta potestate, religiosi non habentes capitulum prouinciale in illis locis. Sic *Manuel q. regular. to. 1. q. 35. a. 1. notab. 1.* Nec fratribus alterius prouinciæ potest capitulum prouinciale committere hanc potestatem: vt bene aduertit *Manuel eadem q. 35. a. 4.* quia illi religiosi non subduntur illi capitulo. Non tamen erit necessarium fratres personaliter præsentari, nec nominatim designari, à capitulo: sed poterit capitulum prouinciale decernere, vt omnes fratres quos designauerit prouincialis, vel prior, vel vicarius, &c. ex tunc sint designati ab ipso capitulo prouinciali: quia hoc non est delegare potestatem assignandi fratres, & conferendi illis facultatem ministrandi sacramenta, sed re vera ipsum capitulum assignat, & confert prædictam licentiam: vt probabimus hoc 3. l. disp. 31. nu. 18. Ita *Manuel eadem q. 35. art. 3.* Nec capitula prouincialia, sine alia licentia possunt signare oppida fratribus, ad prædictam potestatem exercendam: nisi episcopus, vel prorex, vel gubernator oppidi concedat fratribus illa: & tunc capitulum prouinciale commendat fratri curam illius oppidi: vt probat *Manuel d. q. 35. a. 1. §.* Et in oppidis assignatis his religiosis, non possunt episcopi aliquid innouare, vel in assignandis auferendo iurisdictionem: quia ea est concessa per Pontificem. Sic *Manuel eadem q. 35. a. 6.*

5 Quinta conclusiō. Si Indi parochum proprium habeant quamuis absens sit, religiosus in alio loco parochi ministerium exercens, & illac transiens, non potest assistere horum matrimonio. Quia priuilegium Pij V. conceditur religiosis habentibus curam animarum, in locis signatis, vel signandis à suis superioribus, sed locus per quem religiosus transit, si habet proprium ministrum, & absentem, non est signatus, cum iam parochum habeat: ergo nequit religiosus transitum per illum locum faciens, assistere tanquam parochus matrimonio. Sic *Veracruz append. ad speculum. folio 90. §. Quarta propositio.*

6 Dubium tamen est, an quando hi religiosi coniungunt matrimonio vagos, teneantur petere licentiam ab ordinario: vt disponit *Tridentin. sess. 24. de matrim. c. 7. Veracruz append. ad specul. f. 88. §. Secunda propositio,* ait tenen diligentem inquisitionem præmittere, qua præmissa posse illos authoritate propria, absque ordinarij licentia matrimonio copulare. Prob. primò, quia priuilegium Pij V, dicit, vt possint illis sacramēta ministrare, prout hactenus consueuerūt: sed ante Trident. hos copulabāt, sine alia ordinarij licētia, ex priuilegio Leonis X. & Adriani VI. ergo & modo poterunt. Secundò quia in dicto priuilegio Pij V. dicitur, ordinariorum locorū, & aliorū quorumcunque licentia minime requisita: ergo si requiritur licentia ordinarij, nihil nouum continerent hæc verba: cum tamen priuilegi verba aliquid operari debeant, *c. Abbate, de verb. signif. vers. Cōtra quos facit,* ibi, *Cum priuilegium sit lex priuata, nec esset priuata, nisi aliquid specialiter indulgeret.* Et superfluitas in lege, aut decreto vitanda est, *c. Si papa, de priuileg. in 6.* ibi, *Cum verba aliquid operari debeant.* Et *l. 1. in princip. ibi, Nec frustra adijcitur. ff. de iureiur.* Quod adeò verum est, vt non solum verbum, & quælibet dictio, non debeat esse sine effectu aliquid operandi, sed etiam quælibet syllaba, vt bene docent *Glossa. c. Solita, v. Tamquam, de maiora. & obed. Staphileus de lit. gratia, t. de vi, & effectu clausulæ, §. 1. nu. 6. Simon de Pretis de interpret. vlt. vol. l. 2. interpret. 3. dub. 2. solut. 3. quæ incipit. Quinto generaliter.*

Sed hæc sent. non placet, petendaque est licentia ab 7 ordinario. Primo, quia priuilegium Pij V. in nullo derogat Tridentino, vt patet ex clausula derogatoria ibi posita, cum tamen oporteret expresse derogare: non enim censetur derogatum concilij generalis decretis, nisi expressa mentio fiat, his verbis, Non obstante aliqua lege, aut constitutione in concilio generali edita: vt colligitur ex *c. Ex parte, & c. vlt. de capellis monachorum: & c. Eam te, de rest. & qualit. c. Nonnulli, de rescript.* & tenent *Archid. c. 1. de constit. in 6. Felinus d. c. Nonnulli, n. 3. Sclua beneficiorum 3. p. q. 31. nu. 31. Parisius cons. 2. n. 30. l. 2. Nauar. sum. lat. c. 27. nu. 265. Lambertinus l. 3. de concilijs, a. 18. Alaba de concilijs p. 1. c. 2. Couar. 4. var. c. 16. n. 6. & 4. decret. 2. p. c. 8. §. 9. n. 6.* dicens totum mundum hoc amplecti: *Mandosius reg. 19. cancellar. q. 17. nu. 12. Ancilla. Germonius de indultis Cardinalium, §. Per quæ sublatis, nu. 58.* & multi quos hi referunt: *Corduba l. 4. quæstionarij q. 9. §. Tertio pari, Sarmiento l. 3. select. c. 14. n. 3. Menoch. cons. 294. n. 11. Castro vol. 3. Padilla l. fin. C. de diuers. rescript. nu. 17. Gutier. l. Nemo potest, ff. de legatis 1. n. 173. Gratian. reg. 291. nu. 4. Canalicas. 1. p. de cas. 29. nu. 16. Enriquez l. 7. de indulg. c. 26. nu. 3. P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 173. f. 988. Vivald. Candel. 3. p. c. 12. n. 22.* & ratio est, quia cum decreta concilij ita matura deliberatione sancita sint, videntur continere vim clausulæ derogatoriæ ad alia decreta posteriora contraria, nisi de illis specificam faciant mentionem. Immo si concilium generale, modernum sit, quale est Tridentinum, oportet etiam illius mentionem facere, nec sufficiet generalis derogatio decretorum cuiuscumque concilij: vt bene docent *Enriquez, & Vivald. ibidem.* Et si dicas colligi ex mente Pontificis velle derogare Tridentino, quia in principio motus proprij mentio fit de illius decreto, ratione cuius non permittitur religiosis interesse matrimonio: & quando ex coniecturis constat de voluntate derogandi, sufficit, licet forma clausulæ derogatoriæ obseruata non sit. Vt docent *Sarmiento l. 3. select. c. 14. nu. 7. & Enriquez l. 7. de indulg. c. 26. n. 3. & in also simili, Couar. rubr. de testam. 2. p. nu. 19. vers. 4. conclus. & Iul. Clarus* dicens esse communem *l. 3. recept. §. Testamentum, q. 99. vers. Caterum.* & ratio est, quia reuocatio pendet à voluntate Pōtificis, qualitercumque de ea constet. Sed hoc non obstat, quia id nō colligitur ex mente Pontificis: tum quia clausula derogatoria nullam mentionem cōcilij generalis facit, sed synodalis, aut prouincialis: tum etiam, quia ea concessio non est contra Tridentini decretum. nam *sess. 24. c. 1. de matrim.* tantum statuit, vt nullus intersit matrimonio, nisi parochus, aut alius sacerdos de Parochi licentia: Pontifex autem concedit facultatem superioribus religiosorum, vt destinent parochos pro locis Indo-

bitorum, qui administrent sacramenta absque licentia ordinarij, videnihil est contra illud decretum, quia dum assistunt tales religiosi fungentes officio parochi, re vera parochi intersunt matrimonio: iuxta decretum Tridentinum, cum non sit alius parochus in illis locis: nec obstant ea verba privilegij, *Sicut antea consueuerunt*: id enim tantum significare, vt sicut antea non indigebant licentia parochi aut ordinarij ad assistendum matrimonio, ita nec modo indigeant, sed possint tanquam veri parochi interesse: non autem operantur vt in casu specialissimo, in quo ob sublatum canonem petit Tridentinum ordinarij licentiam, vt in matrimonio vagorum, ea non exigatur: cum illum assistant matrimonio quicumque parochi, ea licentia deficiente. Tandem, quia esto dicamus derogari Tridentino, non sunt concedenda duo specialia, contra *l.1. Cod. de quæst.* alterum, vt sine licentia parochi aut ordinarij religiosi matrimonio intersint, quod citra priuilegium non possent: nam per *Tridentinum d.c.1.* sublata essent omnia priuilegia, alterum verò, vt in hoc casu speciali, vbi etiam proprij parochi indigent ordinarij licentia, ea pro religiosis non desideretur. Et per hæc patet ad argumenta contraria sint, proposita n. præced.

DISPVTATIO XXVII.

An archipresbyter ecclesiæ cathedralis possit interesse matrimonio, in tota diœcesi.

SVMMARIVM.

Affirmat opinio affirmans esse parochum totius diœcesis, & posse quamcumque sacramenta in tota illa ministrare, n.1.

Vigintiuir posse. Quia est parochus totius diœcesis, & conseruique episcopi vicarius in hoc, vt possit excipere confessiones omnium illius diœcesis: vt probatur ex c.Officium de officio archipresbyteri, vbi inter eius officia numerantur, & totum qui forte aduenient, confessiones audire: & quia omnium parochia careant, debeant ad communem ecclesiam communem totius diœcesis, ita vt possit archipresbyter illius omnibus diœcesis sacramenta ministrare, doctor. ibi c.2. de pœnitent. & remiss. in 6. verb. Subdito, & ibi Archid. Spat. Vrsinus ibi n.7. idem gloss. d.c. Officium verb. A forò, & Bellisar. super verb. Confessiones. & sum. l. de sepult. §. Et apud eum fere, & Ioan. And. d.c. Omnis vtriusque sexus, n.4. fin. vers. Ideo non videt ar, Ioan. And. & c. Officium n.11. Cardin. ibi, oppos. 2. & c. Omnis vtriusque sexus de pœnit. & remiss. n.5. & c.1. de sepult. nu.5.q.3. & Clem. Dudum, de sepult. §. Extra ciuitatem, q.5. vbi & Anchar. §. Statuimus q.3. dub.3. vers. Sed de illis, & d.c. Officium, fine: vbi Abb. n.1. circa glo. fi. & d.c. Omnis vtriusque sexus, nu.12. & Clem. Dudum, n.11. Imola d. Clem. Dudum, nu.34. Ripa tract. de reparat. d. Omnis vtriusque sexus, §. Sed quia vsu videmus, nu.52. Rebuf. in Archid. Rosell. verb. Archipresbyter, nu.1. vbi Sylu. fl. q.1. Angelus Confessio sacramentalis 5. n.1. Angel. Confess. 03. nu.3. Sylues. Confessio 3. q.1. vers. 5. & 6. Tabiena Absolutio 1. nu 31. nor ab. 14. Greg. Lop. l.21. verb. Otro per lado t.4. p.1. Aut. Cucum l.1. instit. maior t. 4. n.168. Gutier l.1. q. canon. c.27. n.24. Lancelot. instit. iuris can. lib.2. de parist. & remiss. verb. Proprio sacerdoti, Lac. Sbroz. lib.1. 2. de Episcop. q.14. n.2. Margarita confessorum f.11. inst. ante §. Ius quod quando. Atque ita iuxta hanc sent. dicendum est posse assistere matrimonio, in tota illa diœcesi.

2 *Sed Palud. 4. d.17. q.4. a.2. concl. 4. n.8. D. Antonin. 3 p.t.17. c.3. §. 1. post princ. Sylues. Confessor 1. q.4. Tabiena Absolutio 1. n.30. hæc explicant sicquidò archipresbyteratus est quæstio fundenda, cui ex officio esset annexum audire confessiones omnium diœcesis illius: tunc esset proprius sacerdos & ordinarius in tota illa: secus quando hoc non haberet ex officio, sed ex Episcopi commissione: tunc enim delegationi standum esset. Et ipsemet Sylues. referès Paulum Zenzelinum & Stephanum Excommunicatio 7. casu 14. dub.21. n.31. dicit, non esse tutum, vt possit archipresbyter dare licentiam religiosis ministrandi sacramenta. Vnde dico forsan, olim fuisse archipresbyteros tam amplam potestatem habentes: modo tamen non video huiusmodi vsum, sed tantum vt archipresbyter & parochus Ecclesiæ cathedralis possit ministrare sacramenta in sua parochia: & subinde nisi esset alicubi archipresbyter deputatus, ad quem possent omnes de diœcesi sacramenta recipiendi gratia, confluere, non potest assistere matrimonio in tota diœcesi, sed solum in sua parochia.*

DISPVTATIO XXVIII.

Quis censeatur ordinarius, qui possit assistere matrimonio, & alij licentiam assistendi dare: vltra proprium parochum?

SVMMARIVM.

Ordinarius est ad hoc Episcopus in sua diœcesi, & archiepiscopus in sua num.1.

Proponuntur argumenta ad probandum posse archiepiscopum coniungere matrimonio subditos suffraganei, nu.2. Et contrarium docetur, soluunturq; argumenta, n.3.

Quid, si episcopus nolit matrimonio coniungere aliquos, an archiepiscopus ad quem appellatur, id possit vel alij sacerdoti licentiam dare, etiam antequam sententia transeat in rem iudicatam, pendente q. decendo ad appellandum concesso, n.4. & ibi, quid, si episcopus licentiauit aliquos vellet matrimonio coniungere, & pari aduersa appellaret, pendentiq; appellatione illos coniungeret, vel alij sacerdoti licentiam coniungendi concederet, an valeat matrimonium.

Capitulum sede vacante an possit interesse matrimonio, vel alij licentiam dare, n 5.

Quid de Abbatibus, n 6. Et ibi, an possit episcopus confessores exponere pro hoc abbatiæ, vel interesse matrimonio in illis, aut dare licentiam assistendi.

Quid de Cardinalibus in Ecclesia sui tituli, & quam iurisdictionem in ea habeant, n.7.

Quid de legato Pontificis in tota sua legationis prouincia, n. 8. & ibi, an possit omnia quæ episcopus in sua diœcesi. Et postilas legatis à latere, & non à latere, in quo differant.

PRIMA conclusio. Potest archiepiscopus in sua diœcesi: & similiter episcopus in sua. Conclusio est certissima, quia sunt ordinarij & parocho superiores. 1

At difficultas est, an possit archiepiscopus assistere matrimonio subditorum episcopi suffraganei. Videtur enim posse: quia habet iurisdictionem ordinariam totius prouinciæ: vt docet *gloss. c. Per singulas, verb. Totius 9. quæst. 3.* sed sat est vt assistat ordinarius, ergo potest archiepiscopus. Secundò, quia ea assistentia non est actus iurisdictionis, nec exigit in parocho actualè iurisdictionis vsum, sed sat est habitualis iurisdictio, quamuis vsus impeditus sit, vt contingit in parocho excommunicato: (vt diximus hoc 3. l. disp. 21. nu. 4.) sed archiepiscopus habet habitualem iurisdictionem, quamuis vsum alligatum, respectu diœcesis suffraganei: teste *glo. c. Pastoralis, in princ. verb. Excepto, de offic. ordinarij*: ergo potest assistere matrimonio. 2

Secunda tamen conclusio sit. Archiepiscopus nequit assistere matrimoniis subditorum suffraganei. Quia non est ordinarius ipsorum, nec habet iurisdictionem, nisi in casibus per appellationem deuolutis ad ipsum, & in alijs casibus singularibus: iuxta *d.c. Pastoralis, in princ.* vbi omnes notant. Sic Enriquez *lib.11. de matrim. c.3. nu.4. Petr. de Ledesma de matrim. quæst. 45. a.5. punct.3. paulo ante dubium 4. Manuel 1. to. summæ 2. edit. c.219. nu. 16.* Et ex iurisperitis, *Spino speculo testam. glo.15. nu.39. & 40. Segura directorio iudic. 2.p.c.15. n.50.* Hinc patet ad argum. proposita nu. præc. illæ enim glossæ asserentes archiepiscopum habere iurisdictionem in suffraganeo subditos, intelligendæ sunt, dum ad archiepiscopum appellant. 3

Hinc infertur episcopo nolente aliquos matrimonio coniungere, causaque per appellationem delata ad Archiepiscopum, posse eum causa cognita dare licentiam cuicumque sacerdoti, assistendi matrimonio, vel ipsummet interesse. Quia negligente episcopo iurisdictio deuoluitur ad archiepiscopum: vt tradunt *glossa c.1. verb. Culpis, de supplem. neglig. prælat. in 6. Abb. repetit. c. Si quis contra clericum, n.40. desponsat. compet.* vbi alios refert. Item, quia habet 4

iurisdi-

iurisdictionem causa per appellationem ad ipsum deuoluta: vt dixi n. præced. Sic docent *Spino, Segura, Manuel nu. 3. allegati.* Quod intelligendum est, quando sententia archiepiscopi transijsset in rem iudicatam: quia pars aduersa consentit, vel transactum est decennium, in quo attento iure canonico *c. Concertationi, & c. Non solum, de appellat. in 6. & c. Cum dilectus, fin. de elect. & c. significauerunt, de testibus,* poterat appellare. Si enim non transijt in rem iudicatam, nequit archiepiscopus validè interesse, vel dare licentiàm assistendi matrimonio, quando secundũ ius appellationi erat locus. Quia sua sententia effectum non sortitur, nec iurisdictionem dare potest, donec transeat in rem iudicatam; pendenti enim appellationis termino nihil valet, quidquid iudex appellationis agit: vt expresse habetur *c. Non solum, de appellat. in 6. & l. 1. ff. nil nouæ appellat. pendent.* & docet bene cum alijs *Maranta practic. 6. p. tit. & quandoque appellatur, nu. 173. & 400.* Aliud tamen dicendum esset de episcopo, vel archiepiscopo in sua diœcesi, si enim aliquos lite mota vellet matrimonio coniungere, quamuis pars aduersa appellaret si de facto coniungeret, aut alter sacerdos de eius licentia, valeret matrim. Quia est pastor ordinarius, & licet per appellationem eius iurisdictio suspendatur, at cum maneat verus pastor, & ordinarius, & nec assistere, nec dare licentiam assistendi matrimonio, sit actus iurisdictionis (vt dixi hoc 3. l. disp. 21. n. 4. & 7.) valebit matrimonium. Archiepiscopus verò in diœcesi suffraganei, nulla ratione est ordinarius, sed tantum sortitur iurisdictionem ob appellationem, atque ita debet esse iurisdictio, iuxta naturam sententiæ, quæ est vt nihil prorsus operetur, donec transeat in rem iudicatam.

5 Tertia conclusio. Capitulum sede vacante potest assistere matrimonio, vel alij sacerdoti licentiam dare. Quia succedit in omni iurisdictione ordinaria episcopi: vt colligitur ex *c. His quæ, ad fin. & c. Cum olim, fin. de maior. & obed.* vbi & omnes notant.

6 Quarta cõclusio. Potest abbas Ecclesiæ nulli episcopo subiectæ, interesse matrimonio, & alij assistẽdi licentiam cõcedere. Quia est ordinarius, habetque iurisdictionem quasi episcopalem: vt notant DD *c. Ioannes, de testam.* & ibi late *Couarr. n. 1.* Sic tenent *Enriquez l. 11. de matrim. c. 3. nu. 4. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 219. num. 15. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 45. a. 5. punct. 3. paulo ante dub. 4. fol. 192. conclus. 3.* fauet *Nauar. lib. 4. consil. an 1. edit. t. de sponsal. cons. 47. nu. 1. in 2. t. de cland. desponsat. cons. 14. n. 1.* vbi dicit posse hoc, omnes habentes iurisdictionem quasi episcopalem. Non tamen posset episcopus coniungere matrimonio subditos horum abbatum, vel aliorum habentium iurisdictionem quasi episcopalem in Ecclesia nulli episcopo subiecta: sicut nec potest confessores exponere pro illis: vt bene docet *Syluest. Confessor. 2. q. 7.*

7 Quinta conclusio. Possunt etiam Cardinales in Ecclesijs suì tituli, quia habent iurisdictionem quasi episcopalem: per *c. His quæ,* cum ibi notatis, *de maiorit. & obedien.* Sic *Nauarrus, Enriquez, Manuel n. præc. allegati.*

8 Vltima conclusio. Potest etiam idem legatus, in prouincia suæ legationis. Quia est ordinarius in illa: vt expresse habetur *c. 2. de officio legati, in 6.* Secundò, quia potest in prouincia sibi commissa, omnia quæ episcopus in sua diœcesi. Vt tradunt *Speculator. 2. de dispensatione, §. Consequenter aliqua. n. 4. & tit. de legato, §. Nunc ostendendum, num. 54. & §. Nunc dicamus, n. 5. Anchar. c. fin. de transactio, nu. 1. Abb. c. 1. de offic. leg. n. 2. & c. Quod translationem, eodem t. n. 9. & c. Excommunicatis, eodem t. fine, Selua beneficiorum 2. p. quæst. 3. nu. 4. & 4. p. q. 9. initio. Rosella verb. Legatus, n. 4.* vbi *Angel. n. 4. Tabiena q. 2. Armilla num. 3. Sylvester. verb. Delegatus, q. 12. & 14. initio, Greg. Lopez l. 23. verb. No pueden, t. 9. p. 1. Gutier. q. canon. l. 1. c. 11. n. 6. Enriquez l. 14. de irregularit. c. 18. num. 2. P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 173. f. 981.* ergo cum episcopus in sua diœcesi possit interesse matrimonio, & alij sacerdoti licentiam concedere, poterit similiter legatus in sua prouincia. Tertiò, quia qui dicitur proprius sacerdos ad excipiendas confessiones, & alij id munus committendum, potest assistere matrimonio, & alij id delegare: (vt dixi hoc 3. lib. disp. 23. n. 10.) sed nomine proprij sacerdotis *c. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* comprehenditur legatus Papæ in sua prouincia: vt tradunt *Hostiens. ibi, super verb. A proprio sacerdote, Ioannes Andr. n. 12. Anton. n. 37. Cardin. n. 5. Ancharan. nu. 8. Abb. nu. 12. Henric. n. 28. idem Ancharan. Clem. Dudum, de sepult. §. Statutum, q. 5. dub. 3. vers. Sed de illis, Ripa tract. de remedio ad caram. pestem. §. Sed quia vsu videmus, n. 32. Imola d. Clem. Dudum, num. 34. Turrec. c. Quem pœnitet. de pœnitent. d. 1. a. 2. nu. 6. & a. 4. nu. 13. Rosella Confessio sacramentalis 3. n. 1. Angel. Confessio 3. nu. 3. Syluest. Confessor 1. q. 1. Nauar. c. Placuit, de pœnit. d. 6. num. 62. vers. Infertur & tertio. Greg. Lopez l. 21 verb. Otro t. 4. p. 1. Anton. Cucus l. 5. instit. maiorum, t. 4. n. 168. Gutier l. 2. q. canon. c. 27. nu. 24. Lancelotus inst. iuris canon. l. 2. t. de pœnit. & remiss. verb. Propria sacerdoti. Iacob. Sbrozius l. 2. de vicario episcopi, q. 12. num. 2.* Et ex Theologis *Ricard. 4. d. 17. a. 3. q. 1. corpore, Enrig. l. 6. de pœnit. c. 7. num. 3.* Nec audienda est *Margarita confessorum, f. 9.* vbi dicit posse legatum audire confessiones, si hoc habeat in mandatis: vbi clarè sentit id non posse ex sua potestate ordinaria, ad audiendas confessiones, & exponendum confessores, et it similiter ad assistendum matrimonio, & committendum alij, vt assistat. Et ita in proprijs terminis docet *Enriquez lib. 11. de matrim. c. 3. n. 4.* & quamuis soluta loquatur de legato à latere: at idem est dicendum de alijs legatis Pontificis: vt constat ex DD. relatis, qui generaliter asserunt legatos esse proprios sacerdotes ad confessiones, & posse omnia quæ episcopis competunt. Item, quia non tantum legati à latere, sed omnes etiam legati à Pontifice constituti, vt præsint alicui prouinciæ, sunt ordinarij: vt bene docent *gloss. cap. 2. de offic. legati, in 6. initio,* & ibi *Francus initio*, per illum textum generaliter decidentem, legatum esse ordinarium. Tandem, quia potestas legati à latere, & non à latere, est æqualis, præter quam circa beneficiorum collationem, & cognitionem causarum exemptarum, cõfirmationem episcoporum, absolutionem excommunicatorum ob clerici percussionem in quibusdam casibus: vt tradit *gloss. c. 1. de offic. legati in 6. verb. Legato.* Cùm ergo non excipiatur matrimonium, idem potest quoad illud vterque legatus.

DISPVTATIO XXIX.

An vicarius generalis episcopi, & aliorum, habentium iurisdictionem quasi episcopalem sit ordinarius; vt interesse matrimonio, & alij assistendi licentiam concedat?

SVMMARIVM.

In quo versetur difficultas, & quot quæstiones disputandæ sint, n. 1.
An vicarius generalis episcopi sit ordinarius, refertur opinio negans, n. 2.
Et contraria, n. 3.
Vicarij capituli sede vacante, & aliorum habentium iurisdictionem quasi episcopalem sunt ordinarij, nu. 4. Et comprehenduntur, dum moritur sit ordinarij, n. 5.
An vicarius sit ordinarius quoad ea quæ non competunt sibi ex officio vicarij, sed specialiter sibi committuntur, refertur duæ sententiæ, n. 6. & 7. Et sententia auctoris, n. 8.
Quod de vno consectarium dicitur, ad aliud extenditur, & de primo translatis ad se minus dignum, n. 8. Et quis possit conferre iurisdictionem ordinariam, n. 8 instit. n. 2.
Explicatur c. Romana, de appellatio in 6. quando non liceat à vicario ad episcopum appellare, n. 9.
An vicarius episcopi foraneus, sit ordinarius, n. 10.
Quo dicatur vicarius generalis, & quis foraneus, n. 11.
An appelletur à vicario foraneo ad episcopum, n. 12.
Solumtur argumenta, n. 13. & explicatur qua ratione, cum potestas vicarij ordinaria sit, extinguatur morte episcopi.
Post n. 13. nouem alia summaria.

CVM solus parochus, vel ordinarius possit interesse matrimonio, vel id committere: iuxta *Tridentin. sess. 24. de matrim. c. 1.* & cum etiam, hoc 3. l. disp. 23. nu. 10. dixerimus, eumdem esse proprium sacerdotem ad hoc qui satis est ad audiendas confessiones, & exponendum confessarios: decisio huius quæstionis præmittenda est. Quæ re triplex quæstio disputabitur. Prima, an sit ordinarius vel

vel delegatus. Secunda, an ex officio possit audire confessiones, & exponere confessarios. Tertia, an similiter possit assistere matrimonio, & id committere.

QVAESTIO I. An vicarius generalis Episcopi, sit ordinarius? Aliqui negant, dicentes esse delegatum. Ducuntur, quia hoc discrimen inter iurisdictionem ordinariam, & delegatam: quod illa mortuo concedente adhuc permanet, haec omnino res est integra, extinguitur *c. Gratum, & c. Relatum, de rescript.* vbique, *de officio delegati*: sed iurisdictio vicarij, mortuo Episcopo extinguitur: vt dicam disp. sequenti: ergo non est ordinaria. Secundò, quia ordinarius propria iurisdictione vtitur, in quo distat à delegato, qui propria carēs vice fungitur delegatis, *l. 1. §. Qui mandatam, ff. de officio eius. lib. Qui mandatam iurisdictionem suscepit, proprium nihil habet, sed ea quae mandata sunt, iurisdictione vtitur: & l. Solet ff. de iurisdict. omn. iud.* Sed vicarius Episcopi, eius vices gerit: vt constat ex *c. Romana, initio, de appellat. in 6.* ibi, *eorum vices supplendo*, ergo non est ordinarius. Tertiò, quia ordinaria iurisdictio non potest ab Episcopo concedi, vt docet *glossa 7. Statuimus, quae prelati vices suas, & cōstat ex c. A iudicibus, 2. q. 6.* ibi, *Ordinarij vero sunt, qui ab Apostolico, vt Ecclesiastici, vel de imperatore, vt seculares, legitimam potestatē accipiūt.* Idem habetur *l. 1. quia ff. de iurisd. omn. iud. & l. 21. §. 4. p. 3.* Quae ratione Speculat. *t. de offic. ordin. §. Videamus quis dicatur, n. 5.* dicit archiepiscopum constitutum ab Episcopo, non esse ordinarium: quia solius principis est ordinarium constituere: sed vicarium constituit Episcopus: ergo non est ordinarius. Quod si dicas, instituit ab Episcopo, canone sic permittente, canonem autem iurisdictionem ordinariā conferre. Contra, quia vicarius non habet iurisdictionem immediatè à canone, sed mediante Episcopi institutione: ergo non est ordinarius: alias omnis delegatus esset ordinarius. Quartò, quia episcopus habet iurisdictionem ordinariā, ergo in persona vicarij nequit eadem iurisdictio cōsistere, cum vtrumque sit iuris principium, non posse dominium apud diuersos solidum consistere, *l. Si vt certo, §. Si duo vehiculum, ff. commodati, l. 3. §. Ex contrario, ff. de acquir. possess.* validū efficax argumentum. de iurisdictione ad dominiū & possessionem *l. Qui furere, ff. de statu hom.* Hanc sent. videtur tenere *glossa Paleotti, vers. Et iurgia, fin. d. 25.* vbi concludit Episcopum esse ordinarium in sua diœcesi: & *c. 2. verb. Statuimus, quae prelati vices suas,* vbi ait non posse Episcopum eligere iudicem ordinarium: idem tenet *Gosfred sum. t. de officio vicarij n. 2. Alcat. rub. de officio ordinarij nu. 24. Anast. Germonius tract. de indultis, §. Tibi quoad vixeris, nu. 85. Soto 4. d. 18. §. 4. 2. vers. Circa conclusiones. Ant. Gomez in bulla cruciata c. 4. Osasco, 4. q. n. 21.* & dubitat cogitandum relinquens *Paulus ab Castro, rub. ff. de officio eius cui mandata est iurisd.*

3 Sit tamen prima conclusio. Vicarius generalis Episcopi habet iurisdictionē ordinariam. Prob. primo, iurisdictio conceßa à canone, vel lege, est ordinaria: vt probant textus relati in arg. contrarium sent. nu. præced. at quamuis Episcopus constituat vicarium generalem, non tamen ei confert iurisdictionem, quam habet, sed à canone tribuitur: constat ex *c. 2. de offic. vicarij, in 6.* ergo eius iurisdictio est ordinaria. Secundò, a delegato appellatur ad delegātē, *l. Si quaestionum, §. Porro, de offic. deleg.* sed à vicario generali non appellatur ad Episcopū. *c. Romana, de appellat. in 6. & c. 2. de consuet. in 6.* ergo est ordinarius: alias appellatio ad Episcopū delegantē. Tertiò, quia eadē est iurisdictio Episcopi, & vicarij, idē q; tribunal: vt asseritur *d. c. Romana, & d. c. 2.* vbi etiam subiungitur ratio, cur nō appellatur à vicario ad Episcopum, ne ab eodem ad se ipsum appellemus: ergo est ordinarius. Tandem, quia vicarius interpretatur in aliis nationibus rerum minorū, & emanationibus, vt habetur expresse *l. final. C. de offic. eius qui vicem agit*, quae tamē delegari minime possunt, *l. 2. ff. de offic. eius. cui mand. non est delegata. l. Vbi decretum, ff. de offic. proconsul.* ergo vicarius non est delegatus. Hanc tenent *glossa l. fin. v. Rectorum, C. de offic. eius qui vicem, & c. 2. de offic. vicarij, in 6. verb. Officialem, & c. Romana, initio, verb. Generaliter, de appellat. in 6. Archid. c. 1. init. de officio vic. in 6. & c. Non putamus, fin. de consuetud. in 6. Speculat. t. de offic. ordin. init. n. 2. & ibi Ioan. Andr. verb. Verius est, idem Ioan. Andr. c. Ne aliqui, nu. 8. de haret. in 6. & c. 2. Ne prælat. vices suas, n. 2.* vbi etiam *Hostiens. super verb. Sustinuerit. & idem Hostien. c. Sua nobis, super verb. Iurisdictio, de offic. vicar. & c. Romana, eod. t. in 6. super verb. Officialē, & sum. t. de offic. vicarij, init. n. 2. vers. In vtraque, Innoc. c. Sua nobis, init. verb. Iurisdictio. de officio vicarii. & d. c. Romana. ad finem. Anton. d. cap. Sua nobis, n. 8. & c. Quoniam, de offic. ord. nu. 16. Abbas c. Relatum, n. 8. de offic. deleg. & c. 2. Ne prælat. vices suas, & c. Si quis contra clericum, n. 29. de foro compet. & c. Decernimus, nu. 12. de iudicijs Domin. c. Romana, in princ. n. 5. de appell. in 6 & c. 2. de offic. vic. in 6. n. 6. ad fin.* vbi *Anchar. n. 2. q. 1. & Franc. n. 4. Alex. de Neuo c. Cum duobus, n. 15. de sent. & re iud. Bald. c. Si instrumenta, num. 3. de fide instrum. & l. A proconsulibus, n. 1. C. de appel. Decius rubr. de offic. leg. n. 3. & ibi Beroius n. 2. & 8. idem Beroius, rubr. de appell. n. 24. & cons. 22. n. 34. vol. 1. Bonifacius Clem. 1. n. 18. de iureiur. Bart. l. 1. fin. ff. quis, & à quo appelletur, Alber. l. Relationes, fin. C. de offic. vic. Faber. Inst. de mandato, Item si adhuc, nu. 5. Alex. ff. de offi. eius cui mandat. iur. rub. n. 15. & 17. & l. Mora, nu. 43. ff. de iurisd. omn. iud. Ang. l. Præcipimus, in princ. C. de appell. Iason. rubr. ff. de offi. eius cui mand. nu. 2. Felin. rub. de offic. deleg. n. 4. Bertachin. in repertor. lit. verb. Vicarius, vers. Vicarius Episcopi: & tract. de Episcopo, l. 4. p. 7. nu. 1. Corrasius de benef. c. 8. n 3. Hier. Lancus de differentijs iuris ciu. & can. differ. 1. n. 165 Iac. de S. Georg. de feudis, 9. Vicarius, q. n. 2.* habetur *to. 10. tract. nouiorum p. 1. Redoanus de rebus Eccles. non alien. rub. 30. casu 1. n. 59.* habetur *to. 15. eorundem tractat. p. 2. Aretin. Inst. de except. rub. n. 7. Selua benef. 2. p. q. 14. n. 14. Paurinus de offic. capituli sede vacante 2. prin. q. 1. num. 7.* habetur *to. 15. eorundem tract. p. 2. Roma. singul. 58. n. 4. Socin. l. More, nu. 13. ff. de iurisd. omn. iud. Calephatus rub. de offic. eius, nu. 48. Aut. de Pretis tract. de iurisd. Episc. c. 6. n. 44. Corrasius l. 3. miscellan. c. 19. nu. 12. Millis in repert. verb. Vicarius, siue officialis Episc. Afflictis constit. Neap. l. 1. rub. 59. n. 12. Rebuf. praxi benef. t. de vic. nu. 5. Cacialupus, l. More, n 25. de iurisd. omn. iud. Franc. Marcus q. delphin. 317. n. 7. p. 1. Bello l. 1 supputationum iuris, c. 11. n. 3. Octauius l. 4. pract. c. 3. n. 2. Foller. pract. crim. canon. 1. p. moral. n. 119. Caballinus ad constit. Aegidij, l. 3. c. 17. n. 1. Rolandus cons. 46. n. 28. vol. 1. Bolognetus rub. ff. de offic. eius, n. 58. Sylvest. Excomm. 7 casu 14. dub. 11. n. 39. & v. Vicarius q. 4. dict. 1. Tabien. verb. Delegare q. 1. nu. 2. & verb. Vicarius, q. 5.* vbi *Armilla nu. 5. Maranta pract. 4. p. d. 5. principali, an iudicium sit ordinarium, n, 13. Mandosius regula 14. Cancellariæ. q. 6. n. 8. Nauar. l. 4. cons. in 2. edit. t. de clandes. despon. cons. 14. n. 1. in 1. vero, t. de sponsalibus, cons. 47. n. 1. Couar. 3. var. c. 20. n. 4. Greg. Lop. l. 2. verb. E estos, t. 4. p. 3. Molin d. 1. de primog. c. 25. nu. 13. Corradus in templo ind. l. 2. c. 6. §. 1. nu. 11. Ant. Cucus l. 2. instit. maior. t. 8. n. 15. Iac. Sbrozius l. 2. de vicario episcopi q. 55. nu. 9. Mascard. de probat. concl. 1412. nu. 9. & 22. Vgolinus de censuris, tabula 1. c. 1. §. 20. n. 6. Flaminius de resign. benef. l. 3. q. 11. nu. 23. & l. 7. q. 24. n. 25. Paz practic. tom. 1. p. 1. tempore 1. num. 6. Petr. Gregorius Syntagmate iuris, p. 2. l. 15. c. 41. n. 3. Gutier. q. canon. d. 1. c. 19. n. 15. vers. Nihilominus, & c. 11. n. 8. Segura 2. p. direct. iud. c. 16. nu. 3. Azebedo lib. 3. recop. t. 9 l. 1. n. 7. Salzedo pract. c. 73. ad fin.* Et de vicario prætoris affirmant idem *Aulcs c. 4. Prætorum, v. Iustitia, n. 4. Auendaño, in c. Prator. 1. p. c. 3. num. 2.* Et ex Theologis, *D. Antonin. 3. p. t. 19. c. 10. §. 2. Enriquez l. 6. de pœnit. c. 7. nu. 3. in comment. lit. L. & c. 13. nu. 3. in comment. lit. M. & l. 16. de sacram. ordinis c. 22. n. 3. in comment. lit. P. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 219. n. 15. Lud. Lop. 1. p. instruct. 2. edit. c. 284. f. 793.*

Idem dicendum est, de vicario capituli sede vacante, 4
est enim ordinarius: cum à canone habeat eandem iurisdictionem, quam episcopi vicarius. Sic *Paurinus de potestate capituli sede vac. 2. p. principali q. 10. nu. 8. & 9. Iac. Sbrozius, l. 2. de vic. episc. q. 55. n. 31. Enriquez l. 6. de pœnitent. c. 31. nu. 3. in comment. lit. M.* Et idem dicendum est de vicario generali habentium iurisdictionem episcopalem: est enim ordinarius cum eandem habeat à canone iurisdictionem, quam vicarius episcopi. Sic *Ant. Cucus l. 2. institut. maior. t. 8. n. 156.*

Ex dictis infertur, quoties in aliquo decreto mentio 5
fit ordinarij, nisi subiecta materia aliud poscat, intelligi non tantum episcopum, sed etiam omnes habētes iurisdictionem ordinariam, Quia omnes illi, ordinarij sunt. Sic

glos. c. Ordinarij, verb. Locorum, de offic. ordin. in 6. vbi *Francus n. 3. idem Franc. c. 2. de constit. in 6 nu. 7.* vbi *Domin. n. 3. Abb. c. Cum olim, de præscrip. n. 2. Imola c. de monachis, n. 5. vers. Item aduerte, de prab. Decius c. Post cessionem, nu. 1. & 6. de probatio. Sylvest. Excommunicatio 9. casu 47. n. 92. notab. 2. vers. Sed aduerte, Nauar. l. 4. consil. in 1. edit. tit. de spons. cons. 5. nu. 2. Gutier. qu. canon. l. 1. c. 19. n. 15. vers. Nihilominus, Flaminius de resig. benef. l. 3. q. 11. n. 19. & seq.* Vnde nomine ordinarij comprehenditur vicarius episcopi: cum vere ordinarius sit. Sic *Nauarr. Gutier. & Flamin. ibi*, addens quoties in Tridentino mentio fit ordinarij, comprehendi vicarium episcopi. Idemque dicendum est de vicario capituli sede vacante, aliorumque habentium iurisdictionem episcopalem: cum vere ordinarius sit: iuxta dicta n. præced. Quare non est audiendus *Bologn. cus rubr. ff. de offic. eius, n. 55. fin.* vbi ait quamuis vicarius habeat ordinariam iurisdictionem, non dici ordinarium, sed esse medium inter ordinarium, & delegatum. Cuius contrarium constat ex dictis, & ex ijs quæ tradidi hoc 3. l. disp. 7. num. 10. vbi probaui posse vicarios hos dispensare in denunciationibus: quia Tridentinum id committit ordinario, cuius nomine hi comprehenduntur.

6 Grauis autem est difficultas, an non tantum vicarius sit ordinarius, quoad ea quæ ipso iure, ex officio vicarij sibi competunt, sed etiam quoad ea quæ sibi ab ipso episcopo committuntur, quæ ex officio vicarij non competebant? Quidam dicunt quoad hæc esse delegatum: quia ea habet ex sola episcopi commissione, qui iurisdictionem ordinariam conferre nequit: vt probaui nu. 2. Sic *glos. c. 2. de offic. vicarij, in 6. verb. Officialem, Beroius rubr. de offic. deleg. num. 2. & 26.* vbi *Felin. n. 4. Francus d. c. 2. n. 4. Maranta pract. 4. p. d. 5. principali, an iudicium sit ordinarium, n. 16. Tabien. verb. Delegare q. 1. n. 2. Ant. Cucus l. 2. institut. maior. t. 8. n. 17. & 112.*

7 Alij vero asserunt, siue simul in vicarij institutione, siue diuerso tempore commissio alicuius casus fiat, si addatur clausula generalis, totam commissionem esse ordinariam: quia vniuersalis causarum commissio, ordinarium constituit, *l. Cum prator, §. 2. ff. de iudicijs*: si vero non addatur clausula generalis, esse delegatum. Sic *Lapus c. 2. de officio vicarij, in 6.* vbi *Anchar. n. 2. q. 1. Dominic. n. 9.*

8 Verius autem sic distinguendum est: si episcopus vnica commissione, dum constituit vicarium, committat illi aliquem, aut aliquos casus: est vicarius ordinarius etiam quoad casus commissos, per *c. Translato. de constit.* ibi, *quia simul. & ab eodem, & sub eadem sponsione, vtraque data sunt: quod de vno dicitur, necesse est, vt de altero intelligatur.* Vnde colligunt scribentes, quod de vno connexorum dicitur, ad alterum extendi, ergo cum hæc potestas simul, ab eodem conferatur, sicut principalis est ordinaria, sic erit ei connexa. Item, quia dignius trahit ad se minus dignũ, *c. Quod in dubijs, de consecr. Eccles.* ergo iurisdictio ordinaria, quæ dignior est, trahit ad se delegatam, minus dignam. Quare licet episcopus nequeat absolute conferre iurisdictionem ordinariam, at quando simul, & semel cum iurisdictione ordinaria, commissionem facit, quæ deberet esse delegata, illa ordinaria tanquam dignior, trahit ad se alteram, vt tota, ordinaria censeatur. Si autem diuisim, & seorsum committantur illi casus, est iurisdictio delegata: præter quam si in commissione fiat expressa mentio vicariatus, si enim fiat, siue in salutatione, siue in progressu, vt Tali officiali nostro, vel vicario committimus, aut potestatẽ alias per nos commissam, extendimus: tota iurisdictio erit ordinaria. Quia datur tanquam annexa, & accessoria ordinariæ, & ideo ad illius tanquam principalis, & dignioris, naturam trahitur. Sic *Ioan. Andr. addit. ad Specul. t. de offic. vic. in princ. vers. Dubitari videtur, si episcopus officiali suo. Beroius cons. 22. n. 14. vol. 1. Iac. Sbrozius de vicario epis. l. 2. q. 55. n. 39.*

9 Hinc infertur intellectus ad *c. Romana, de appell. in 6.* vbi dicitur, à vicario generali non appellari ad episcopum, intelligitur enim, in ijs in quibus est ordinarius: nam quando est delegatus episcopi, appellatur ab ipso ad episcopum delegantem: iuxta *c. Super quæst. §. Porro. de offic. deleg.* Et ita docent *Anchar. c. 2. de offic. vic. in 6. nu. 2. vers. Primo quæro, Francus ibi n. 4. Maranta pract. 4. p. d. 5. principali an iudicium sit ordinarium, vel delegatum, n. 16. Ant. Cucus. l. 2. instit. maior. t. 8. n. 113. & 126. Iac. Sbrozius de vicario episcopi, l. 2. q. 55. fine.*

Secunda cõclusio. Vicarius foraneus est delegatus. Probatur, quia nõ habet iurisdictionẽ aliã, quam concessam sibi ab episcopo, at episcopus nequit iurisdictionem ordinariam concedere, & ita tenent omnes DD. At difficultas est, quando hic vicarius foraneus constituitur ad vniuersitatem causarum? Aliqui enim dicunt posse dici, si hic vicarius foraneus constituatur in certa diœcesis parte, ad vniuersitatem causarum illius loci, esse ordinarium, constituereque idem cum episcopo, tribunal. Quia ad hoc non attenditur generalitas loci, sed causarum commissio. Sic quædam glossa, vt referunt & sequuntur *Sylvester verb. Vicarius, q. 4. D. Antonin. 3. p. t. 19. c. 10. §. 2.* Dicendum tamen est adhuc esse delegatum. Quia nõ habet iurisdictionem à iure, sed ab episcopo. Sic docent *Bart. l. vn. fine ff. quis & a quo, Cardin. Clem. 2. de rescript. qu. 24. Abb. c. Relatum, n. 8. de offic. deleg. Alex. de Neuo, c. Dilecti, el 3. n. 28. de appellat. Felinus cap. Super quæstionum, §. Si vero, nu. 17. de offic. deleg. Rebuf. prax. benef. 2. de vicarijs episc. n. 6. Maranta pract. 4. p. d. 5. principali, an iudicium sit ordinarium. n. 8. Tabiena verb. Delegare q. 1. n. 2. Couar. pract. c. 4. n. 8. Pax. pract. 2. tom. pralud. 3. nu. 5. Ant. Gabriel tom. 2. commun. in mea edit. l. 19. verb. Vicarius perpetuus, f. 454. Iac. Sbrozius l. 1. de vicario episc. q. 22. n. 7.*

Rogabis autẽ, quis dicatur vicarius generalis? Respondeo eũ esse, qui gerit vices ordinarij constituentis, in eodem loco, & tribunali, in quo consueuit ipse ordinarius ius dicere. Sic *Bart. Rebuf. Maran. Couar. alleg. nu. præced. Ant. Cucus l. 2. institut. maior. t. 8. n. 131. Iac. Sbrozius l. 1. de vicario episc. q. 28. n. 7.* Quod sic explicat *Couar.* hoc est, qui locũ tenet ordinarij, habens ab eo cõmissam iurisdictionẽ. Quare si vicarius constituatur in aliqua parte speciali diœcesis, licet in sola ciuitate, in qua residet episcopus, non erit generalis, sed foraneus, & delegatus. Sic *Cardin. Clem. 2. de rescrip. n. 3. Iac. Sbrozius l. 1. de vicario episc. q. 23. n. 4. & q. 29. n. 1. & 2.* vbi alios refert: qui consulendus est *qu. 25 nu. 4.* vbi cõtra alios defendit esse vicarium generalem, quando tantum in spiritualibus constituitur: & *quæst. 26.* similiter contra alios tuetur esse generalem, quando in solis temporalibus.

Ex dictis infertur, minus bene *Anæst. Germonius de dultis Cardinalitũ, §. Tibi quoad vixeris, nu. 88. & l. 1. animad. cap. 7.* negare appellari posse à vicario foraneo, ad episcopum. Cum enim sit episcopi delegatus, potest ab ipso ad episcopum appellari, iuxta *c. Super quæstionum, de offic. deleg. Et docent glos. Clem. 2. de rescrip. v. Foraneo,* vbi *Cardin. q. 24. Imola nu. 12. Hostien. c. Romana, de offic. vicarij, in 6. init. & ibi tunc. alij. Alex. de Neuo, c. Dilecti, el 3. n. 28. de appellat. Calderin. cons. 2. de appellat. Abb. c. Relatum, n. 8. de offic. deleg. Bart. Rebuf. Couar.* vbi eos n. 10. retuli, *Maranta practic. 4. p. d. 5. principali, an iudicium sit ordinarium n. 15. Ant. Cucus l. 2. instit. maior. t. 8. n. 114. Iac. Sbrozius l. 1. de vicar. episc. q. 23. n. 6. Enrique. l. 11. de matrim. c. 8. n. 4.*

Ad argu. prioris sent. proposita nu. 2. respond. Ad 1. dico maiorem esse veram, quando iurisdictio ordinaria non cohæret alteri ordinariæ, tamquam accessoria: tunc enim non extinguitur morte concedentis: secus quando cohæret alteri ordinariæ tanquam accessoria: vt cohæret iurisdictio vicarij, iurisdictioni episcopi, tunc enim extincto principali per mortem episcopi, extinguitur accessoria vicarij. Ad 2. dic vicem gerentẽ alterius in diuerso tribunali, esse delegatum: secus quando ita vices gerit, vt constituat idem tribunal: & ita contingit in episcopo, & vicario eius generali, constituunt enim idẽ tribunal, *c. Romana, de appellat. in 6.* Ad 3. nego minorẽ: nã quamuis episcopus constituat vicarium, at eo ipso quod constituitur, ius confert ipsi potestatem quam habet. Et ad replicam, dico vicarium habere immediate à canone iurisdictionem, ad hunc sensum, quod supposita nominatione, seu institutione episcopi, canon dat iurisdictionem: vnde non mediat episcopus, quasi dãs iurisdictionem, sed quasi nominans, & instituens: at quando episcopus vicarium foraneum instituit, nullam prorsus habet à iure iurisdictionem,

sed

sibi iam habebit quam episcopus contulerit. Ad 4. dico aliud esse verum, quando eadem iurisdictio æque principaliter apud duos est: at iurisdictio est principaliter in episcopo, qua ratione dignitatis consequitur iurisdictionis dominium: vicariato vero est accessorie, & quasi exercitium dominij consistentis in persona episcopi.

SVMMARIVM.

An possit vicarius generalis episcopi audire confessiones, & exponere casus reservatos ipsius episcopi negatur, n. 14.

Solutio argum. n. 16. & explicatur c. 2. de offic. vicarij in 6 & Trident. sess. 24. reform. in. Et ibi, sweil. n. 14. dum conceditur aliquid dicatur, an intelligatur nomine diœcesani non solum qui totum habent iurisdictionem quasi episcopalem: & non magistri ex nolente eum vicarium. Et explicatur idem Trident. sess. 24. reformat. an possit vicarius episcopi concedere litteras excommunicationis pro rebus deperditis.

Dispensatio non venit alia summaria.

14 QVÆSTIO secunda, an possit vicarius generalis episcopi præter officio audire confessiones omnium de diœcesi: & concedere alijs licentiam audiendi, vel sit necessaria specialis ex officio? Duplex est sententia. Prima ait non posse concedere facultatem audiendi confessiones, nisi specialiter illa committatur. Prob. quia ex officio vicarij tantum habet iurisdictionem in cõtentiosis, & in causis ciuilibus: vt constat c. 2. *de offic. vicarij, in 6.* Secundò, quia *Trident. sess. 24. de reform.* at, expressè statuit, vt nullus possit audire confessiones, nisi approbatus ab episcopo: ergo eius vicarius non potest hanc licentiam dare. Et confirm. quia magis proprium, & specificum nomẽ episcopi est, episcopus quam diœcesanus. sed concilio dicente nullum posse audire confessiones, nisi approbatum à diœcesano, non comprehenderent nomine diœcesani, abbates, & alij prælati inferiores habentes iurisdictionẽ episcopalem: vt tradunt *gloss. Clem. 1. de iure patron. verb. Diœcesanis*, vbi *Cardin. in prim. q. 32. Dec. n. 3. mas. idem gloss. Clem. 1. de vita, & honest. cler. verb. Diœcesanus*, & ibi *Cardin. mit. q. 1. Bonifac. ibi, nu. 14. & 25. Imol. n. 2. & Dec. de maioritate, de præben. n. 5. vers. Item aduerte, Abbas Siculus, n. 2. de præscriptio. Franc. c. Ordinarij, nu. 3. vers. Ita Soccinus, de offic. ordin. in 6. Sylvest. Excommunicatio 9. quæst. 4. nu. 20. 2. vers. Sed aduerte, nu. 91. Navarr. d. 4. consil. in 1. de rescript. sal. cons. 5. n. 2.* vbi doctrinam hanc solemnem, de recipiam appellat: ergo à fortiori, cum Tridentinũ dicit, vt nullus audiat confessiones, nisi approbatus ab episcopo, non comprehendentur nomine episcopi, prælati inferiores, nec vicarius. Secundò confirm. quia expressè *gloss. Clem. vn. de foro compet. verb. Diœcesanus*, vbi textus constat diœcesanus, posse concedere licentiam, vt Episcopi possint exercere iurisdictionem in diœcesi, ait eam non posse concedere vicarium: ergo. Hanc tenent *Hostiens. sum. 1. de pœnit. & remiss. §. Cui consulendum, sin. nu. 14. Archid. c. 2. eod. in 6. §. in & ibi Ioann. And. mat. Domin. n. 6. Anchar. n. 1. not. ab. 2. Tancr. n. 7. idem Anchar. Clem. Dudum, §. Statuimus, not. ab. 1. de sepult. Abb. Clem. 1. de priuileg. n. 11. Henric. c. Ne prælatus delationem, nu. 3. de pœnit. & remiss. Alberic. in suo dictionario lit. V. verb. Vicarius, vers. Vltra hæc etiam episcopi. Berous cons. 22. n. 11. vol. 1. Soto 4. d. 18. q. 2. a. 3. vers. Circa excessum. Fr. Alex. in sum. 3. p. c. 3. de potest. conf. n. 3. 14. Sbroz. ius l. 2. de vicario epis. q. 13. n. 2. & q. 14. nu. 3. & q. 15. n. 2.* Et nec posse ipsum vicarium generalem episcopi audire confessiones, sine licentia episcopi speciali: tenent tenere *Hostiens. Abb. Berous, Fr. Alex. proximè citati*, quia enim in his spiritualibus nullam habere potestatem, vicaria, sed in solis contentiosis. Et tenet expressè *Iac. Sbroz. proximè citat. a. n. 3.* Et hæc sent. est satis probabilis.

15 Secunda sent. probabilior ait posse vicarium generalem episcopi, ex officio audire confessiones, & alijs licentiam concedere in tota diœcesi: & ita comprehendi nomine proprij sacerdotis, in c. *Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* Prob. primò, quia est ordinarius, & verè præsens in tota diœcesi, parochisque superior: ergo potest ex officio audire cõfessiones, & id cõmittere. Primò, quia censetur vnum tribunal cum episcopo, eiusque personam sæpe gerere, *l. 2. de consuetud. in 6. & c. Romana, de appellat. in 6.* approbatus ab episcopi vicario, censetur approbatus ab episcopo: quod amplius nu. seq. in solut. ad 2. argum. ostendemus. Hanc tenent *Hostiens. d. c. Omnis vtriusque sexus, super verb. A proprio sacerdote, Ioan. Andr. ibi nu. 12. Anton. n. 37. Anchar. n. 8. Cardin. n. 5. Abb. n. 12. Henricus n. 28. Rebuf. super v. Proprio sacerdoti, vers. Potuerunt etiam reliquosi, idem Cardin. Clem. Dudum, de sepult. §. Extra ciuitatem, q. 5. Rosella Confessio sacramentalis 3. nu. 1. Angel. Confessio 3. n. 3. Sylvest. Confessio 1. q. 1. Ripa de remediis ad curand. pestem, §. Sed quia vsu videmus, n. 32. Iacob. de Zochis in repetit. d. c. Omnis vtriusque sexus, nu. 115. Navar. dicens nullum id negare c. Placuit, de pœnit. d. 6. n. 62. vers. Inseritur & tertio, Greg. Lopez l. 21. verb. Otro su perlado, t. 4. p. 1.* Et ex Theologis, *Gabriel 4. d. 17. q. 2. a. 1. ad fin. Palacios 4. d. 17. disp. 7. f. 266. col. 1. vers. Præter hæc, Enriquez l. 6. de pœnit. c. 15. n. 3. in comment. lit. M.* Ad idem sunt alij DD. qui cum *Clem. 1. de priuileg.* excommunicentur religiosi ministrantes eucharistiam, extremam vnctionem, vel solemnizantes matrimonium absque parochi licentia: aiunt hunc qui potest prædictam licentiam concedere, esse episcopum, eiusque vicarium generalem & proprium parochum. Hi sunt *Cardin. c. Clem. 1. q. 20. Anchar. ibi q. 7. Bonifacius ibi, n. 34. Rosella Absolutio 1. n. 43. Angel. Excommunicatio 5. casu 12. nu. 6. Sylvester Excommunicatio 7. casu 14. dub 11. n. 39. Tabiena Excommunicatio 5. casu 11. q. 3. n. 4. Navar. sum. c. 27. nu. 102. & lib. 4. cons. in 1. edit. 2. de sponsal. cons. 47. n. 1. in 2. 11. de clandes. desponsat. cons. 14. n. 1.* Et ex Theologis, *Cajet. sum. verb. Excommunicatio 10. c. 64. Suarez 3. p. q. 82. a. 3. disp. 72. sect. 3. fol. 1059. col. 1.* vbi amplius dicit, episcopi vicarium habere iurisdictionem superiorem circa sacramentorum administrationẽ, quam parochos. Insuper vltra dictos auctores, alij etiam docent posse vicarium episcopi, tanquam proprium sacerdotem, audire confessiones: quamuis de licentia alijs concedenda non meminerint. Sic *Tabiena Absolutio 1. nu. 31. not. ab. 14. Ant. Cucus l. 5. institut. maior. t. 4. n. 168. Margarita confessorum fol. 8 col. 2. Alcozer sum. c. 9. concl. 5. f. 32. Gutier. l. 1. q. can. c. 27. nu. 24. Lancelot. institut. iuris canonici, l. 2. tit. de pœnit. & remiss. verb. Proprio sacerdoti, Enriquez l. 6. de pœnit. c. 7. n. 3. Maurus Anton. Corona confessorum, materia de confessione, tit. de ministro, nu. 50. vers. Ex dictis sequitur.* Et loquuntur post decretum *Tridentini sess. 23. c. ap. 15. de reform.* vbi solis approbatis ab episcopo permittitur audire confessiones, *Navar. c. d. Placuit, in nouæ edit. Alcozer, Ant. Cucus, Enriquez, Suarez, Lancelot. Maurus Anton. proximè citati.* Et expressè *Palacios ea disp. 7. f. 266. col. 3. vers. Hæc autem,* tenet etiam post dictum decretum posse vicarium generalem approbare confessores, sicut episcopum. Idemque dicendum est, de vicarijs capituli sede vacante, aliorumque prælatorum habentium iurisdictionem quasi episcopalem. Nam hi omnes eadem iurisdictione, qua episcoporum vicarij, gaudent: vt probaui n. 4.

Ad arg. prioris sent. proposita nu. 14. respondetur. Ad 1. 16
nego vicarium generalem episcopi, tantum habere iurisdictionem in contentiosis: nam cum sit ordinarius, & verè prælatus, superiorque parochis in administratione sacramentorum, habet etiam in his sacramentis, & spiritualibus iurisdictionem. Nec obstat c. 2. *de offic. vic. in 6.* dum enim ibi dicitur habere iurisdictionẽ tantum in ciuilibus, non excludũtur spiritualia, sed solum causę criminales, de quibus cognoscere nequit vicarius, absque speciali commissione Ad 2. dico, dum petitur ibi vt confessarij sint approbati ab episcopo, non excludi eius vicariũ generalem: quia nomine episcopi, vbi non excluditur vicarius, & est res quæ cõuenit vicario ex eius officio, intelligitur etiam eius vicarius generalis. Vt optime docet *glo. c. vn. verb. Per episc. de capellis mon. ab. in 6.* vbi etiam *Domin. nu. 8. vers. Nota bene istam glossam, & ibi Francus n. 4. Felin. c. Si quis contra, nu. 3. vers. Sed caue, de foro compet. Iac. Sbroz. ius l. 2. de vicario epis. q. 20. n. 2. & q. 42. n. 28. & 29.* Et constat hoc ex *eod. Trident. sess. 24. c. 6. de reform.* vbi cum voluit vicarium excludere, expressè dicens, *eis tantum, non eorum vicarijs sit permissum.* Insuper, quia *eodem Trident. sess. 25. c. 3. de reform.* dicitur solos episcopos posse concedere litteras excommunicationis pro rebus ablatis, & tamẽ id posse vicarios generales, nomine

mineque episcoporum comprehendi, docent bene *Gutier. l.1. canon. c.11. n.8. Iac. Sbrozius l.2. de vicar. episc. q.171. n.1. Enriquez l.13. de excommunic. c.17. n.4. Manuel. 1.to. sum. 2. edit. c.79. n.1.* contra *Bañes 2.2. q.66. a.6. f.404. col.2.* id negantē. Item cum *sess.24. cinsd. Tridentini c.20. de reform.* dicatur ad solos episcopos pertinere cognitionem causarum matrimonialium, dicemus n.15. cum multis, pertinere etiam ad vicarium generalem. Ad 1. confirmat. dico DD. asserentes nomine diœcesani, non comprehendi prælatos episc. inferiores, intelligi de prælatis non habentibus iurisdictionem episcopalē in diœcesi, ex clusis episc. Vt bene docent *glos. Clem. vnica, de foro compet. verb. Diœcesanis*, vbi *Cardin. §. Per præmissa, q.2. n.2. Imola n.18. idem Abb. ibi n.15. & Clem.1. de vita & honest. clericor nn.1. & Clem.1. de iure patron. n.1. Felin. c. Cum olim, de præscript. n.1. vers. Secunda limita. Couar. c. Ioannes, n.1. de testam.* Quod confirm. ex eo, quia illo *c. Ioannes*, dicitur ad diœcesanos spectare, cogere testamentarios ex equi testamentum, & tamen communiter ibi DD. tradunt spectare etiam ad prælatos habentes iurisdictionem episcopalem. Ita *Ioan. And. d.c. Ioannes, n.9. Cardin. nn. 6. q.3. Anchar. n.5. fine. Abb. n.2. Barbatius col.7. Couar. nn.1. Sylvest. Testamentū 2. q.3. dict.3. Matienzo lib.5. recop.t.4. l.14. glos.1. nn.46.* Et ex Theologis *D. Antonin. 3.p.t.10. c.3. §.9. Molina to. 1. de iustit. tract.2. disp.150. § penult.* Similiter ergo non excludetur vicarius episcopi, qui vnum tribunal cum ipso constituit, eademque persona censetur. Ad 2. confirm. dico non excludi vicarium, eo quod textus diœcesani licentiam postulet, sed quia res ea est ardua, nec in generali vicariatus concessione clauditur.

SVMMARIVM.

An possit vicarius generalis episcopi absq; eo, vt matrimonio, & alijs id committere & cognoscere de causis matrimonialibus? referitur opinio negans, n.17. & ibi stylus curiæ facit ius.

Contraria sententia verior, n.18.

An possint idem vicarij habere ius iurisdictionem episcopalem, & ordinum militarium. n.19. Et quid, de vicario foraneo, n.20.

Solmuntur argumenta, n.21 Hæ explicantur c. Accedentibus, de excessibus prælat. & Trident. sess.24. c.20. de reformat.

17 QVÆSTIO III. An possit vicarius generalis episcopi, ex proprio officio, absque speciali commissione, interesse matrimonio, & alij sacerdoti licentiam assistendi eō cedere? Quidam negant posse. Sic *Petr. de Ledes. de matrim. q.45. 4.5. punct.3. dub.4. f.192.* Et pro hac sent faciunt DD. allegati nu.14. asserentes vicarium episcopi non esse proprium sacerdotem ad excipiendas confessiones, absque speciali cōmissione: quia idemmet est proprius sacerdos in vtroque casu, (vt dixi hoc 3.l. disp.23. n.10.) Et prob. hæc sent. quia vicarius ex generali commissione non potest de causis matrimonialibus cognoscere: ergo nec aliquos matrimonio copulare. Prob. antecedens, ex *c. Accedentibus, de excess. prælato.* vbi dicitur hanc cognitionem esse dignitatis episcopalis: & *Trident. sess.24. c.20. de reform.* dicitur ad solos episcopos hoc pertinere, & ita docent *glos. d. c. Accedentibus, verb. Dignitatis, & ibi Anton. n.1. Idem Anton. c.1. de consang. n.11.* vbi *Abb. n.11. & Præpos. n.5. Bertachin. tract. de episcopo, l.4. p.6. q.20. Rebuf. praxi benef. in forma vicariatus, nn.155. Lex 7.t. 10.p.4. & ibi Greg. Lop. verb. Alios obispos.* Imo *Menoch. cons.17. n.6. & cons.69. n.55. & seq. vol.1.* defendit causas matrimoniales non posse delegari vicario, & ducitur: quia stylus curiæ facit ius: vt tradunt multis Doctoribus citatis, *Flaminius de resign. benefic. l.1. q.2. nu.8. & l.10. quæst.2. nn.15. Ant. Cucum lib.1. institut. maiorum, t.8. nu.1.* qui toto eo titulo consulendus est, late enim agit de huius styli viribus. Sed stylus curiæ habet, vt hę causæ solis episcopis delegentur, vt docent *Ioan. Andr. c. Causam matrimonij, n.2. de officio delegati*, vbi *Anton. n.2. Abbas n.1. Decius n.1.*

18 Sed multo verius est, posse ex generali institutione vicariatus, interesse matrimonio, committereque alij, vt interfit. Probatur primo, quia *Trident. sess.24. c.1. de matrimon.* expresse dicit, posse assistere parochum, vel alium sacerdotem de licentia ordinarij, sed vicarius episcopi est ordinarius, comprehenditurq; in decretis mentionem de ordinario facientibus: vt probaui n.3. & 5. ergo potest assistere, & dare licentiam assistendi. Secundò, quia ex generali commissione vicarius potest de causis matrimonialibus cognoscere: vt habet verior sent. & probatur ex *c.1. de frigidis & malef.* vbi dicitur proponendam esse querelam coram episcopo, vel eius misso, ad dmortium: vbi *glos. verb. Misso*, explicat, id est vicario: & *c. fin. de cogn. spirituali*, dicitur propositum esse impedimentum matrimonij, coram officiali Cantuariensi: & sic supponitur eum posse de causis matrimonij cognoscere: & docent *Hostien. c. Literas, de restit. spoliat. Anton. c. fin. n.2. de cognat. spirituali*, vbi *Abbas n.4. Alex. de Neuo n.5. Præpos. n.3. Anchar. c.1. de frigidis & malef. n.6.* vbi idem *Præpos. n.1. Lambertinus de iure patron. 3 p.l.2. q.2. a.3. nu.2. Couar. 4. decret. 2.p. c.8. §.12. nu.1. Anton. Cuc. l.2. institut. maior. t.8. n.105. Iac. Sbrozius l.2. de vicario episcopi, q.44. fine. Salcedo practic. c.75. ad fin. Anton. Gomez super bullam cruciat. 4.q. 4.n.28.* Si ergo potest de causis matrimonialibus cognoscere, poterit à fortiori, assistere matrimonio, idque committere. Tandem, quia idem est proprius sacerdos ad audiendas confessiones, & ad assistendum matrimonio: vt probaui hoc 3.l. disp.23. nu. 10. sed vicarius generalis episcopi, est proprius sacerdos ad audiendas confessiones: vt probaui nu.5. ergo & ad matrimonium. Et ita in propriis terminis tenent hanc sent. *Nauar. lib.4. cons.11. de sponsal. in 1. edit. cons.47. nu.1. in 2.ed. de clandest. desponsat. cons.1.4. nu.1. Enriquez l.11. de matrim. c.3. n.4. Salcedo pract. c.75. vers. 4. Segura direct. iudicum 2.p.c.15. n.46. & c.16. nu.2. Spino spec. testam. glo.15. nu.38. Manuel 1.to. sum. in 2. edit. c.219. nu.15.* Et pro hac sententia est *Flamin. de resign. benefic. l.3. q.11. nu.20. & 21.* vbi docet quoties in Tridentino, vt *d. c.1. de matrim.* mentio fit de ordinario, comprehendi no nomine ordinarij, vicarium episcopi.

Idem dicendum est de vicarijs habentium iurisdictionem episcopalem. Quia sunt ordinarij & nomine ordinarij comprehenduntur: vt probaui n.4. & 5. Sic *Nauar. nu. precedenti citatus.* Idem q; de vicarijs ordinum militarium in suis vicarijs, dicendum est eadem ratione. Sic *Manuel t. tom. sum. 2. edit. c.219. n.15.*

Foraneus autem vicarius, licet non possit assistere matrimonio, nec alij licentiam assistēdi dare, absque speciali commissione: si tamē matrimonialium causarum cognitionem ab episcopo delegatam habeat, poterit. Si enim potest de causa principali cognoscere, poterit de minus principali & accessoria ac præambula: *regul. Cui licet quod plus est, de reg. iur. in 6.* Sic *Segura directorij 2.p.c.15. n.46. & c.16. n.2.*

Ad argumentum contrariæ sententiæ propositum nu. 17. dictum est n.18. posse talem vicarium de causis matrimonialibus cognoscere. Nec obstant textus dicentes ad episcopos spectare, non enim ob id excluditur vicarius: vt probaui n.16. Nec obstat stylus curiæ delegandi eas solis episcopis. Quia sæpe delegantur non episcopis: vt docet *Abb. c. Causam matrimonij, n.1. de officio delegat.* & constat ex *c. Proposuisti, de probation.* vbi delegatur causa matrimonialis præposito cuidam, qui episcopus non erat: vt aduertit *ibi Decius n.1.* & idem in multis alijs textibus, quos allegat. Et esto non posset de illis cognoscere, non sequitur non posse assistere matrimonio vel alij assistendi licentiam dare: quia parochus vtrumque potest: cum tamen nequeat de causis matrimonialibus cognoscere.

DISPVTATIO XXX.

An si vicarius episcopi sit reuocatus morte ipsius episcopi, aut reuocatione facta per ipsum, dum reuocationem ignorat: aut si suspensa eius iurisdictio excommunicatione episcopi, validè assistat matrimonio, alijque licentiam assistendi concedat?

SVMMARIVM.

Tripliciter potest vicarij iurisdictio cessare: & quando cessat morte: referuntur opinio dicens non cessare ipso iure: & ita valide assistere, n.1.

Cessat omnino episcopi morte, & gesta postea per ipsum, sunt nulla, n.2.

Quod

quod, quæ regula incepta & qualiter in hoc differat à delegato. n. 3.
quod si nouerit se ultimatè vicarius, vel ignoret illam, cùm communiter scitur aut contra illa morit, communiter tamen ignoretur, n. 4.
quando episcopus est excommunicatus, an sit suspensa iurisdictio vicarij, & quæ illa per ipsum non valeant, refertur duplex opinio, nu. 5.
quod quæ per ipsum non valeant, refertur duplex opinio, nu. 5.
quod quæ regula cæpta, & qualiter in hoc differat à potestate delegata. n. 7.
quando duratio, quando episcopus est suspensus, vel interdictus de celebrando. 8.
An cum ipse persona, vel suspensa sit iurisdictio vicarij. positis, procedente vicario delegato. n. 9
quod si episcopus excommunicatus vicarius assistat matrimonio, vel alij sacramento, nu. 10. & ibi quid, si episcopus excommunicatus vicarium ignorans constituat, aut parochus excommunicatus viceconsulem, & is inscius matrimonio assistat.
quod si vicarius renuntiet sit ab ipso episcopo, eiusque reuocatio communicanda, licet ipse sciat, vel communiter sciatur, ipse tamen ignorat, n. 11. & ibi quid delegato renuncato. Et iurisdictio non auferatur ignoranti, & gratia non expirat ante reuocationem
An sit qualiscumque reuocationis notitia in ipso vicario: refertur duplex affirmata, n. 12. & contraria, n. 13. Vbi quid de reuocatione delegati.

TRIPLICITER potest vicarij potestas cessare. Primò, morte ipsius episcopi. Secundò, excommunicatione episcopi. Tertiò, per reuocationē, quia, scilicet reuocatur ab episcopo: de quo triplici modo reuocationis seorsum agendum est. Et primò quando vicarij potestas cessat episcopi morte: Enriquez. *lib. 7. de indulg. c. 21. nu. 5. in commento*, & sanè non cessare iurisdictionem vicarij ipso iure, per episcopi mortem: sed per capitulum deponi, vnde consequenter venetur dicere posse assistere matrimonio, eamque licentiam dare, donec deponatur: at potest probari, quia est iurisdictio ordinaria, quæ concedentis morte expirare non solet. Quæ ratio nō vrget, quia disp. præc. n. 15. respondi id esse verum, quando non est accessoria ordinariæ iurisdictioni concedentis: vt est iurisdictio vicarij. 1

Ideo omnes tenendum est iurisdictionem vicarij episcopo ipso facto omnino cessare episcopi morte: atque ita omnia gesta à primato quodam, iurisdictione que carente. Probatur, quia est prorsus idem tribunal, & reputatur eadem persona. *c. 2. de consuetudine, in 6. & c. Romana, de officio leg. in 6.* ergo cum morte episcopi cesset eius tribunal, cessabit etiam vicarij. Secundò, quia ideo excommunicatione episcopi suspēditur iurisdictio vicarij, vt statim n. 6. probabo, quia est suspensa iurisdictio episcopi, eiusq; tribunal. Sic tenet *glos. fin. Clem. fin. de procurator.* vbi Imola *nu. 17. Bonifac. n. 38. Hostiens. c. Quoniam Abbas ad fin. de offic. deleg. Ambrosius c. 1. de officio vicary, in 6. fine*, vbi Francus *nu. 3. Bald. l. Vicarij, n. 9. ff. de officio proconsl. Anton. c. Tua nobis, de officio ordinar.* (alias refertur *c. Tua nobis.*) & ibi Anchar. *nu. 3. Abb. 4. idem Abb. c. Extirpanda. §. Quia vero, nu. 14. de præben. & c. Licet de offic. deleg. n. 8. & d. c. Quoniam Abbas, nu. 10. Felin. c. Ex parte dec. nu. 19. vers. Fallit octauo, de rescript. Alciat. rubr. de officio vicar. n. 24. Iacobus de S. Georgio l. More, n. 35. ff. de iurisdict. omn. iudic. Saber Lopē. de mandato, §. Item si adhuc n. 5. Bertachin. in suo repertorio lit. V. verb. Vicarius, sub nu. 40. vers. Vicarius episcopi, & tract. de episcopo, l. 4. p. 7. nu. 6.* habetur *to. 15. tractatu nouissimo p. 2. Rebuf. c. Postulastis, not ab. 2. num. 16. de clerico excommunic. ministr. & praxi beneficiorum, in forma vicariatus, n. 10. Silu. verb. Vicarius, q. 4. fine*, vbi *Tabiena q. 7. Armilla n. 6. Nauar. c. Nullam 18. q. 2. n. 22. corollario 12. ad fin. Couar. 9. Pallae. 4. q. 4. Auendañ. c. Prætor p. 1. c. 3. nu. 3. initio. Anules c. 5. 3. n. 13. Molina tb. 1. de primogen. c. 25. nu. 13. Paz practica, tr. 1. de officio benefic. q. 2. n. 15. Sbrozius de vicario episcopi l. 3. q. 18. n. 7. & 45. n. 3. Golinus de censuris, tabula 2. c. 11. §. 3. n. 8. Bobadilla politica, l. 2. c. 16. n. 145. Et ex Theologis, D. Antonin. 3. p. t. 19. c. 20. §. 2. Enriquez sibi contrarius, lib. 6. de pœnitent. c. 13. n. 3. Laf. Lop. 1. parte instructorij, in 2. edit. c. 284. f. 792.*

Hæc autem reuocatio per mortē, est etiam quoad negotia cœpta: illa enim perficere nequit vicarius episcopo mortuo. Quare in hoc differt à delegato, cuius potestas nō expirat quoad negotia incepta, morte delegātis *c. Gratum de officio deleg.* Et ratio differentiæ est, quia episcopi & vicarij est vnum & idem tribunal: non sic autē delegantis, & delegati. Sic *Abb. c. Licet, de offic. deleg. n. 8. Rebuf. praxi benefic. t. de forma vicariatus, nu. 162. Bertachin. vtroque loco, Couar. Ant. Cucus, Sbrozius ambobus locis, relati n. præc.* Pro hac etiam parte sunt DD. quos n. 7. referam, dicentes excommunicatione episcopi, suspendi iurisdictionem vicarij etiam quoad negotia cœpta. Falsò tamen *Sbroz. sua l. 3. de vicar. episcopi, q. 45. n. 2.* aliquos refert dicentes, non expirare quoad negotia cœpta: loquuntur enim in iudice delegato.

Operatur autem effectum hæc reuocatio per mortem, etiam non intimata vicario. Vt docet *Felinus* cum aliis *c. Ex parte decani, n. 19. vers. Fallit octauo, de rescrip. Flamin lib. 7. de resignat. benefic. q. 24. num. 36.* Vtrum autem quando ignorat vicarius mortem, aut communiter ignoratur, valeant interim gesta per vicarium: dixi hoc 3. l. disp. 22. nu. 59. valere, quando communiter ignoratur, quamuis ipse mortis conscius sit: non autem, quando communiter scitur, licet ipse ignoret. 4

In secundo casu, quando suspenditur iurisdictio vicarij. excommunicatione episcopi: aliqui censent suspensa iurisdictione episcopi per ipsius excommunicationem, valida esse gesta per vicarium, siue res sit integra, siue non. Sic *Ricardus 4. d. 18. a. 10. q. 4. Sylvest. Absolutio 2. q. 6.* Alij dicunt re non integra, minime suspendi iurisdictionem vicarij, secus re integra: & ita solum valere gesta per eum quoad negotia cœpta. Sic *Armilla verb. Vicarius n. 10.* 5

Cæterum dicendum est, suspensa iurisdictione episcopi per ipsius excommunicationem, (quod euenit, quando est denunciatus, aut notorius percussor clerici, iuxta dicta hoc 3. lib. disp. 22. n. 32.) similiter esse suspensam eius vicarij iurisdictionem: atque ita sicut gesta tunc per episcopum pertinentia ad iurisdictionem, sunt irrita, similiter dicendum est de gestis ab eius vicario generali. Quia est vnum & idem tribunal. Prob. ex *c. 1. de officio vicarij, in 6. fine*, ibi, *Ea tamen quæ ipsi gerendo huiusmodi vices, agunt eo totaliter excommunicato manente, si iurisdictionem recipiunt tantum ab eodem, non possunt obtinere vigorem.* Et ita tenent *gloss. ibi, verb. ipsius, Archidiac. ibi n. 1. verb. Gerunt, in fine, Hostiens. ibi, super eod. verbo Gerunt. Ioan. And. n. 2. Anchar. n. 2. & ibi Domin. n. 6. vers. In eadem gloss. ibi, Is cui, in fine illius, & ibi Franc. nu. 6. idem gloss. Clem. final. de procurat. fine*, vbi *Cardin. ad fin. q. 16. & ibi Imola n. 17. Bonifacius n. 39. & idem Card. Clem. 2. de rescript. q. 8. & ibi Anchar. col. 1. fine, Speculator t. de iudice delegato §. Restat videre. n. 7. Abb. c. Quoniam Abbas, de offic. deleg. nu. 10. Felin. c. Insinuante, n. 2. de officio deleg. Feld. c. Licet vndique, n. 12. eod. t. Romanus singul. 616. Parisius conf. 89. nu. 6. vol. 4. Selua beneficiorum p. 2. q. 14. n. 6. Rebuff. praxi beneficiorum, t. de forma vicariatus, n. 217. & super regul. 13. cancellariæ, super §. Aut vicarios pertuos, & c. Postulastis, not ab. 2. nu. 16. de clerico excommunicato ministrante, Bertachin. in repertorio, lit. V. verb. Vicarius super n. 20. vers. Vicarij, & domini, Maranta de ordine iudicior. 4. p. d. 5. principali, an iudicium sit ordinarium, nu. 70. Sylvest. verb. Vicarius, q. 4. dict. 4. & Tabiena nu. 8. Ant. Cucus lib. 2. institut. maior. t. 8. n. 134. Sbrozius de vicario episcopi l. 3. q. 17. n. 1. Gutier q. canon. l. 1. c. 1. n. 83. & 84. Golinus de censuris, tabula 2. c. 11. §. 3. n. 8.* Et ex Theologis, *D. Antonin. 3. p. t. 19. c. 10. §. 2.* 6

Quod verum est, etiam quoad negotia cœpta, ante episcopi excommunicationem: in quo differt vicarius à delegato, cuius potestas non suspenditur per delegantis excommunicationem, saltem quoad negotia cœpta. Cuius differentiæ rationem constitui nu. 3. Sic *Hostiens. Ioan. Andr. Domin. Anchar. Francus, Tabiena locis præced. n. allegg.* 7

Idem dicendum est, quando episcopus est interdictus, vel suspensus; ob eādem rationem. Sic *Paris. conf. 89. n. 10. fine. vol. 4. Bertachin. tract. de episc. l. 4. p. 5. nu. 69. Rebuf. praxi beneficior. t. de forma vicariatus, n. 217. Ant. Cucus l. 2. instit. maior. t. 8. n. 134. Sbrozius l. 3. de vicar. episc. q. 17. n. 4.* Intellige hodie post concilium Constantiense quando est denunciatus, nam ante denunciationem retinet iurisdictionem. 8

9 Quamuis autem excommunicato episcopo, iurisdictio vicarij suspendatur, adhuc tamen verus vicarius manet retinetque iurisdictionem habitualem, sicut & ipse episcopus. Vnde fit vt si causa delegetur ab alio, vicario episcopi non suspendatur cognitio huius causæ per excommunicationem episcopi: cum ex vna parte verus vicarius sit, & ex altera, iurisdictio in ea causa non dimanet ab episcopo. Sic *Paulus Clem. 2. de rescript. & ibi Cardin. qu. 8. Anchar. col. 1 fine, Felinus 6. Insinuante, n. 2. de offic. deleg. Sbrozius de officio vicarij, lib. 3. q. 17. n. 10.*

10 Ex dictis infertur, quid dicendũ sit in ea qu. an suspensa iurisdictione episcopi per excommunicationem, aut suspensionem denunciatam, possit eius vicarius valide interesse matrimonio, aliique id committere? Dicendum enim est vtrumque posse, quia neutrum est actus iurisdictionis, (vt diximus hoc 3. lib. disp. 21. n. 4. & 7.) qui vero censent esse actum iurisdictionis, necessario tenentur dicere, non valere: quia vsus iurisdictionis suspẽsus tunc est. Si tamen episcopus suspensus, vel interdictus, vel excommunicatus denunciatus, aut notorius clerici percussor, institueret vicarium aut parochum, aut parochus sit excommunicatus, vicecuratum, illeque assisteret matrimonio, vel alij committeret, nihil valeret: quia illa institutio est manifestus actus iurisdictionis, & proinde facta à sic excommunicato, nihil valet: quare ille assistens matrimonio, non esset verus vicarius, parochus aut vicecuratus. Quod si replices, licentiam assistendi concessam per episcopum aut parochum sic excommunicatum, validam esse: eo autem ipso quod vicarium aut vicecuratum instituunt, virtute conferre illis licentiam assistendi matrimonio: ergo si assistant, validum erit matrimonium. Resp. minimè conferre talem licentiam directè, sed indirectè, consecutiuè & accessoriè, in quantum scilicet conferunt officium vicarij, parochi aut vicecurati, quorum officio annexum est, interesse matrimonio: quare cum principalis collatio officij, invalida sit, corruet accessorium: *Regul. Cum principalis, 138. ff. de reg. iur.*

11 In tertio casu, quãdo scilicet, vicarius est reuocatus ab ipso episcopo: si reuocatio nota sit vicario, nec cõmunis error adest manifestũ est gesta per ipsum esse irrita: quare si matrimonio interfit vel alij committat, nil valere. Quia iurisdictione prorsus caret: quando autem esset communis error reuocationis, etiam ipso illius conscio, dixi hoc 3. l. disp. 22. n. 59. valere gesta per ipsum: per *l. Barbarius, ff. de offic. prator.* Si autem ipse reuocationem ignoret, quamuis non sit communis error, valẽt gesta per ipsum, donec ipsi reuocatio intimetur. Per *l. Si forte, 17. ff. de offic. præfid.* ibi, *Si fortè præses provinciæ manumiserit, vel tutorem dederit, priusque cognouerit successorem aduenisse, erũt & hæc rata.* Vbi *glos. verb. Cognouerit*, ait, *vsque ad cuius aduentum durat eius iurisdictio.* Hoc est contra aliquos, quos refert *Bœrius decis. 347. n. 12. & 13.* dicentes non valere gesta post reuocationem, etiam vicario non intimatã: cum quibus sentit dicens esse communem sententiam *Alberic. l. More, nu. 22. ff. de iurisdict. omn. iud. c.* sed non loquitur in vicario episcopi, sed in delegato. Nostram tamen sententiam tenent *Bœrius ibi, Selua beneficiorum 2. p. q. 14. nu. 13. Bertach. in repertorio. lit. V. verb. Vicarius, sub n. 70. vers. Vicarius episcopi primus, & lit. C. verb. Collatio: sub n. 50. vers. Collatio beneficij facta à vicario, Rebuf. praxi benefic. t. de forma vicariatus, n. 210. Rolan. consil. 46. n. 28. vol. 1. Sbrozius* multos referens *l. 3. de vicario epis. q. 36. n. 6. & seq. Flaminius lib. 7. de resign. benefic. q. 24. n. 41. Ant. Cucus l. 2. institut. maior. t. 8. n. 146. Anast. Germonius de indultu, §. Tibi quoad vixeris, nu. 60. & seq.* Pro hac etiam sent. sunt *Bart. l. Baarbarius, in 2. lectura, n. 18. ff. de offic. prætor. & ibi Bald. 2. Lectura, n. 28.* vbi docent iurisdictionem non adimi ignoranti. Fauent etiam *glos. c. Auditis, de procurat. v. Ad illum*, docens non cessare iurisdictionem iudicis, donec certior reddatur de reuocatione: & *Abbas c. Audita, n. 13. de restitut. spoliat.* dicens valere processum factum à iudicibus reuocatis, ante reuocationis certificationem, quando reuocatio est in præiudicium tertij. Et *Alberic.* sibi contrarius *dict. Barbarius, nu. 30. & l. Mandatum, n. 10. C. mandati*, docens etiam in iudice delegato exigi iure canonico reuocationis notitiam: quod idem de delegato asserunt *Ricardus 4. d. 18. a. 4. qu. 3. Rossella Excommunicatio 6. n. 46. Menoch. de arbitrar. l. 2. casu. 2. casu 185. nu. 40. & sequ.* Et subdunt *Ricardus & Rossella*, aliquos probabiliter limitare, nisi delegans expresserit se nolle valere ex tunc, quando reuocat. Et tandem pro eadem parte sunt *Sylues. verb. Gratia, q. 2. n. 4.* vbi *Armilla n 6. Eurãgel. lib. 6. de pœnitentia, c. 7. n. 2. in commento, lit. G.* vbi censent gratiam cõcessam non expirare ante reuocationis notitiam. Aliqui temperãt, nisi culpa sua reuocetur vicarius, dicentes tunc non oportere, vt intimetur vicario reuocatio. Sic *Selua beneficiorum 2. p. q. 14. n. 13.* Sed melius *Ant. Cucus lib. 2. institut. maior. t. 8. n. 149.* docet necessariam esse tunc reuocationis intimationem: nec culpa vicarij aliis nocear.

Difficultas autem est, an satis sit qualiscumque notitia reuocationis in vicario, vt si fide dignus casu nouit reuocationem, certioremque faciat vicarium? Quidam asserunt satis esse: per *l. Si forte 17. ff. de officio præfid.* vbi solum dicitur valere gesta priusquam cognouerit præses aduentum secundi: ergo satis est, quouis modo cognoscat. Sic *glos. Clem. Causam, de elect. verb. Plena, & c. Cupientes, verb. Notitiam, de vlcil. in 6.* vbi *Archid. nu. 3. vers. Notitiam, Dumm. ibi § Hac generali, n. 7. Franc. ibi, in princ. n. 5 Calderinus vbi. de officio vicarij, consil. 4. Felinus 1. Cat errum, n. 11. de rescript. Bertachinus tract. de episcopo 7. lib. 4. q. 21. Sbrozius de vicario episcopi, l. 3. q. 33. n 10.* & hanc partem tenuisse Senatum Burdegalensem refert *Bœrius decis. 347. n. 15.*

Verius tamen est exigi, vt certior fiat vicarius de reuocatione per ipsum episcopũ, aut eius epistolam aut alium nomine eius, vt per eius prouocatorem, vel nunciam ab ipso ad id destinatum. Nam per easdem causas res nascitur, & dissoluitur *c. 1. de reg. iur.* sed constitutio vicarij exigit vnionem voluntatum episcopi constituentis, & vicarij acceptantis, quæ acceptatio exigit notitiã talis institutionis per nuncium ab ipso episcopo destinatum: vt in alio simili, probaui *l. 1. disp. 6. n. 28.* ergo similiter dissolutio, & revocatio exigit reuocationem constituentis, & notitiam reuocationis per nũcium destinatum episcopiq; nomine notificantem. Sic docet *Bœrius ea decis. 347. à nu. 14. vsque ad 18. Rebuf. praxi beneficiorum, t. de forma vicariatus, n. 212 Ant. Cucus l. 2. institut. maior. t. 8. n. 147.* Idemque, eadem ratione dicendum est de reuocatione delegati: quam intimari necesse esse probaui n. 11. hæc enim intimatio debet esse per nuncium ad id destinatum, sicut & ipsius delegati constitutio.

DISPVTATIO XXXI.

An non tantum parochi proprietarij, qui habẽt beneficium parochiale: sed parochi delegati quos episcopi cõstituunt, & ad nutum ipsius amoueri possunt, & vicecurati instituti a parochis proprietariis, possint alteri sacerdoti licentiam assistendi matrimonio cõcedere?

SVMMARIVM.

Ordinarius potest delegare, non autem delegatus, nisi sit principis superiorem, n. 1.

Delegatus ad vniuersitatem causarum reputatur ordinarius, & potest subdelegare, n. 2.

Non potest totam suam iurisdictionem delegare, sed vnam, vel alteram causam, n. 3.

Quis dicatur delegatus ad vniuersitatem causarum? & quis ad generalitatem? & an hoc possit subdelegare, n. 4.

An quicumque delegatus possit subdelegare, quando ordinarius delegans concessit sibi hanc facultatem? refertur opinio negans, n. 5. & veram verior, n. 6. & explicatur l. 1. ff. de officio eius, quando quis specialiter concedendum sit à lege inditis bus ordinarius, non possit per ipsos delegari.

An satis sit licentia tacita ordinarij, vt delegatus subdelegat? & quando hoc contingat, n. 7.

An possit ordinarius concedere delegato, vt nomine suo subdelegat, n. 8.

An possit delegatus subdelegare, cum potestate subdelegandi, & per ordinarij, n. 9.

Delegatus inferioris principe ad vnam causam: an possit arbitrium eligere causa subdelegare, n. 10. & ibi explicatur 6. Cum Bertoldus, de Ordin. sent. & re iudic.

Ordinarius an possit totam suam iurisdictionem alteri committere, & parochus incumbens episcopo vicecuratum instituere, n. 11.

Parochus proprietarius possunt dare alteri facultatem assistendi matrimonio, cum facultate subdelegandi, n. 12.

Parochus non proprietarius possunt licentiam assistendi matrimonio alij facultatem concedere, n. 13.

Quid si ad breue tempus ab episcopo, vel parocho proprietario instituantur, n. 14.

An parochus non proprietarij possint ad breue tempus vicecuratum instituere, n. 15.

An parochus à parocho non proprietario, possit alij licentiam assistendi matrimonio concedere, n. 16.

Parochus proprietarius an possint dare licentiam assistendi matrimonium cum facultate subdelegandi, n. 17.

Dubium in diligenter sic dicere, Ex nunc concedimus licentiam illi facultatem cum clausula, n. 18. Et ibi explicatur, an iurisdictio possit sic limitari.

Quando parochus præsens assumit vicarium, an hic vicarius possit delegare, n. 19.

Dubium, vel num vicarius committat sacerdoti, vt recipiat informationem, & inde habeat ante aliquorum ad matrim. & postea cum facultate delegandi matrimonia iuncta possit hic sacerdos delegare, n. 20.

Quando delegatus ad assistendum alicui matrimonio, an possit subdelegare, & quid, si sit delegatus ad assistendum omnibus matrimoniis, n. 21. Et videtur per occurrentibus, n. 22.

1 VLterior reddatur huius disp. decisio, oportet aliquæ præmittere fundamẽta. Primum est, hoc distat inter ordinarium & delegatum: quod ille, cum iure proprio, & in seipso iurisdictionem radicatam habeat, potest delegare: at autem, cum nihil proprium habeat sed alienæ iurisdictionis vsum, non potest delegare: excepto delegato supremi principis. Prima pars, nempe, ordinarium posse delegare, habetur expresse *l. More, ff. de iurisd. om. iudic.* & l. Quoniam, §. Cum propriam. *ff. de offic. eius*, & *c. Cum episcopus, de offic. ordin. in 6.* Secunda pars, nempe delegatum non posse subdelegare: habetur *l. fin. ff. de offic. eius, & l. Iudice, C. de iudic.* Tertia autem pars, scilicet, esse speciale in delegato principio posse subdelegare, habetur *c. fin. de offic. deleg. int.* & *c. Cum causam, de appellat. & d. l. A iudice, & l. 19. t. 4. p. 3.*

2 Secundum fundamentum est, delegatus ad vniuersitatem causarum, reputatur quasi ordinarius, & subinde delegare potest. Sic colligitur ex *l. 1. §. Ab eo, ff. quis, & à quo*, ibi: *Si is qui mandauit iurisdictionem, non ipse prouocabitur: nam & quotiens vterit prouocandus, ab eo cui mandata est iurisdictio, prouocaretur ab eo qui mandauit iurisdictionem.* Vbi tenent docet, cum quis delegatus subdelegauit, esse appellandum ad primum delegantem: atque ita supponit posse delegatū subdelegare: vbi *gloss. verb. Non ipse & verb. Mandata*, explicat de delegato ad vniuersitatem causarū: idem tenet *gloss. 1. A iudice, verb. Nisi habet, C. de iudiciis, & c. Cum causam, de appellat. verb. Delegatum, Hostien. c. fin. de offic. ordin. panor. post fin. & d. c. Cum causam, verb. Delegare, Ioann. And. c. Omnis, de appellat. & remissi n. 32. vers. Tu gloss. executionem, Anton. c. Super quibusdam, §. Si verò n. 17. de offic. deleg.* vbi *Imola n. 14. Felin. sonum & re iudic. Alex. de Nevo d. c. Cum causam, nu. 24. Bart. l. 2. Bald. l. Saber, n. 1. §. rod. 1.* vbi *Angel. nu. 1. Alex. n. 6. fin. Alberic. l. A iudice, n. 1. C. de iudiciis*, vbi *Salicet. n. 2. Alex. nu. 7. Bologn. tus quos adducam vnam. ante n. 10. Henric. c. fin. de offic. deleg. nu. 7. Palud. in commun. lit. D nu. 57. Maranta pract. 4. p. d. 5. princip. vers. quæ, Angel. verb. Delegatus, n. 6.* vbi *Sylvest. q. 8. dict. 3. Tabiena Enumeratio 5. casu 11. q. 5. nu. 4. Nauar. post lib. 5. consil. in 1. edit. addit. ad 1. 2. de offic. ordinarij, cons. vlt. fine, Conar.* alios refert *Sayr. c. 10. n. 11. Mandos reg. 4. Cancellar. q. 3. nu. 4. Azebedo lib. 3. recop. t. 9. in rubr. n. 14. Vgolinus de censuris, tabula 1. cap. 3. ex Theologis, Enrique z. lib. 6. de pœnitent. c. 7. n. 3. in Enchiridio, N. Iud. Lopez 1. p. instruct. in 2. edit. c. 284. f. 797. Omnes oppositam sententiam: quamuis non desint aut pauci, vt sunt Decius c. Cum causam, n. 29. & 30. de appellat. Cuchus d. l. More, n. 67. & alij.*

3 Intelligo tamen, delegatum ad vniuersitatem causarū posse vnam vel alteram causam subdelegare, non tamen vniuersam suam delegationem. Quia etiam ordinarius id non posset, inconsulto principe: vt dicemus nu. 11. Sic *gloss. c. Cum causam, verb. Delegatus, de appellat.* vbi *Anton. nu. 11. Alex. de Nevo n. 26. Abb. c. Cum Bertholdus n. 20. de sentent. & re iudic. Alex. l. A iudice, n. 8. C. de iudic.* vbi *Iason nu. 8. Bart. Ioann. Andr. Bald. Alberic. Marant. Rosella Sylvest. Conar. Azebedo, Vgolinus, Iud. Lopez, n. præced. allegati.*

4 Tertium fundamentum sit, quis dicatur delegatus ad vniuersitatē causarum? Talis enim dicitur, quando ei genus causarum committitur, sub vno nomine collectiuo, quamuis non sit generalissimum, sed subalternum, licet sit restrictū quoad tempus, vt si committantur causæ tali anno occurentes, vel quoad quantitatem, vt causæ 10. libratum, & infra, vel quoad locum, vt causæ talis loci Sic *Bartol. l. Legatus, n. 4. ff. de offic. proconf. Azebedo lib. 3. recop. t. 9. l. 1. n. 5.* Vnde infertur esse delegatum ad vniuersitatē causarum, quando commissio est vniuersalis quoad causas, specialis autem quoad locum: vt si committantur omnes causæ talis territorij. Sic *Bart. & Azebedo proximè citati, Bald. d. l. Solet. n. 1. & ibi Angel. n. 1. & Alex. nu. 9. idem Bald. l. A iudice, n. 4. & ibi, Salicet. nu. 3. C. de iudic. Bertachin. in repert. lit. D. verb. Delegatus ad vnam causam, ante nu. 10.* Idem dicendum est, quando indefinitè causæ talis territorij delegarentur. Sic *Salicet. eod. n. 3.* Idem quando delegatio est vniuersalis respectu personarum, licet non quoad causas: vt si omnes spectu personarum, licet non quoad causas: vt si omnes causæ mutui talis territorij alicui delegentur. Quia causa causæ mutui est genus, multas sub se continens species. Sic *Bald. d. l. Solet, n. 1. qu. 4.* vbi *Alex. n. 9. Socin. d. l. More, n. 40. Bertachin. proximè allegatus.* Idem dicendum est, quando delegatio est vniuersalis quoad causas & personas. Hoc est contra *Bald. l. A iudice, n. 4. C. de iud. & ibi Iason n. 8. & Azebedo lib. 3. recop. t. 9. l. 1. n. 4.* vbi dicunt non esse delegatum ad vniuersitatem causarum, nisi territorij mentio fiat: sed verius est eam mentionem necessariam non esse. & ita tenent *Bart. d. l. Legatus, n. 4. Socin. d. l. More, n. 38.* Difficultas autem est, quando delegatio est generalis quoad causas, specialis verò & coarctata respectu personarū: vt si committantur omnes causæ, quæ vertūtur inter Titium & Seium? Nam *Bartol. d. l. Legatus, nu 4.* licet aliquantulum dubius, tenet hunc esse delegatum quoad vniuersitatem causarū: idem *Oroscus d. l. Legatus, n. 10. & 11.* Quia hæc commissio est generalis in genere subalterno, & potest recipere augmentum & diminutionem, quæ est inter causas. Item quia (vt proximè diximus) quando commissio est coarctata quoad locum, tempus vel quātitatem, constituit delegatum quoad vniuersitatem causarum: ergo quando est coarctata quoad personas: non enim inuenitur cōgrua differentiæ ratio. Sed verius est, non esse delegatum quoad vniuersitatem causarum, sed tantum quoad generalitatem causarū. Quia cum limitatur tempus, vel locus, vel quantitas, vniuersalior est cognitio & commissio, quam cum limitantur personæ: nam in priori casu, plura possent esse negotia, & omnia eo tempore, vel in eo loco, vel in ea quantitate, occurentia committuntur: in posteriori autem, multo pauciora negotia occurrunt. Sic *Guillerm. l. A iudice, C. de iudiciis*, vbi *Baldus n. 4. Salicet. nu. 3. idem Bald. d. l. Solet, n. 1. q. 3.* vbi *Angel. n. 1. & Alex.* dicēs esse communem *Sent. n. 9. Socin. d. l. More, n. 41. Bertach. proximè citatus, Azebedo lib. 3. recop. t. 9. l. 1. n. 4. & 5.* Quando autem commissio est certarum causarum, inter certas personas, vel certarum causarum limitato numero, in tali casu est commissio specialis: vt si delegentur decem causæ talis territorij. Sic *Bald. d. l. Solet, n. 1. q. 2. & ibi Angel. n. 1. Socin. d. l. More, nu. 42. & 43.* Vtrum autem delegatus ad generalitatem causarum possit vnam subdelegare? affirmat *Azebedo lib. 3. recop. t. 9. rubr. n. 14.* Et potest probari ex doctrina *Bart. l. More, n. 11. ff. de iurisdict. omn. iudic.* dicentis delegatum ad vnam causam, posse quendam articulum illius causæ subdelegare: ergo similiter delegatus ad plures causas, poterit vnam. Sed hæc doctrina nullo iure probatur: & ideo dicendum est non posse vnam causam subdelegare: & ita tenent *Angel. l. Solet, n. 1. ff. de iurisd. omn. iudic. Salicet. l. A iudice, nu. 4. C. de iudiciis,*

iudiciis, Henric. c. fin. n. 8. ff. de offic. deleg. Nec confert doctrina *Bartoli*, quia communiter reprobatur, nisi intelligatur cum quadam limitatione: vt dicemus n. 10.

5 Quartum fundamentum est. Non modica versatur difficultas, an delegatus inferioris principe, qui non est ad vniuersitatem causarum, possit subdelegare, quando ordinarius delegans concessit illi subdelegandi potestatem? Quidam negant posse subdelegare. Quia, quæ lege conceduntur specialiter, seu in priuilegium, iudicibus ordinariis, non possunt per eos trãsferri in alios, *l. 1. in princ.* secundũ cõmunẽ intellectum *ff. de offi. eius*, sed potestas delegandi, specialiter cõceditur ordinariis, *l. More, § de iurisd. omn. iudic.* ergo non possunt hanc facultatem transferre in delegatum, concessa illi subdelegandi potestate. Sic videtur tenere *gloss. c. Super quæst. §. Porro, verb. Transfert, de offic. deleg.* & dicit forte esse verius *Imola ibi, n. 21.* idem tenet *Card. Clem. 1. q. 12. de offic. deleg: Alex. l. A iudice, nu. 9. C. de iudiciis, Bologn. l. 1. n. 39. & 40. de offic. eius*, limitans quando absq; causa iusta hanc facultatem concederet ordinarius: *Franc. c. Is cui, fine, de offic. deleg. in 6.* & re vera idem tenet *Dominicus ibi, fine*, qui tamen cum distinctione loquatur, at re vera tenet non posse delegatum, ex facultate ordinarij subdelegare, sed tantum assignare personam, cui ordinarius delegauit: & hanc sententiam dicit forte esse veriorem *Cacialupus l. More, n. 10 ff. de iurisd. omn. iud.*

6 Verum tenendum est posse. Quia tunc nõ videtur ipse delegatus subdelegare, sed ordinarius delegans: iuxta *l. Vnum ex familia, § Si de Falcidia. ff. de legat.* vbi habetur, eligentem iussu testatoris, nullum beneficium cõferre, quia non ipse, sed testator iubens conferre censetur. Solet etiã probari ex *l. Non distinguemus § fin. ff. de recept. arbitr.* ibi, *idq; delegare non posse, nisi ad hoc compromissum sit.* Vbi decernitur arbitrum delegare non posse, nisi hoc commissum sibi sit sicut ergo arbiter, eo quod ex consensu partium iurisdictionem recipit, potest ipsimet partibus, quæ sibi iurisdictionem consetunt, consensum præstantibus, alij subdelegare: sic delegatus, cum iurisdictionem ex delegatione, & consensu ordinarij habeat, poterit ex eiusdem consensu subdelegare. Nec obstat ratio oppositæ sententiæ, & textus, nam ea quæ specialiter alicui conceduntur, non possunt in alium transferri, quando taliter conceduntur maioribus, vt minoribus denegentur: at quilibet ordinarius, quantumuis minimus potest delegare. Sic *gloss. fin. c. Is cui, de offic. delegat. in 6. Bart. l. More, n. 12. ff. de iurisd. omn. iudic.* vbi *Alberic. n. 14. Alex. nu. 27. Bald. l. Solet, n. 1. ff. eod. tit. & l. A iudice, n. 2. C. de iudic.* vbi *Salicet. in fin. & Iason n. 8. & 9.* dicens esse comm. sent. *Alb. c. Cùm Bertoldus, nu. 24. de sent. & re iud. & c. Super quæstionum, § Porro nu. 2. de offic. delegat.* vbi *Felinus § Si vero, n. 18. Alex. de Neuo d. c. Cùm Bertoldus, n. 57. & c. Cùm causam n. 20. de appellat. Bertach. in repertorio, lit. D. verb. Delegatus subdelegat, Maranta pract. 4. p. d. 5. principali, an iudicium sit ordinarium, n. 63. Rosella verb. Delegare instio ibi Tabiena qu. 1. Armilla n. 7. Angel. verb. Delegatus, n. 6. & ibi Syluester qu. 8. dict. 3. Nauar. c. Placuit, n. 70. & 7. de pœnitent. d. 6. Mandosius reg. 4. cancellar. q. 3. n. 7. Anton. Gabriel to. 1. communn. in mea edit. l. 4. verb. Delegatus fol. 180 Bolognetus l. 1. nu. 40. ff. de offic. eius Azebedo lib. 3. recop. l. 9. in rubr. n. 14. & 19.* vbi alios refert: *Vgolin. de censuris, tabula 1. c. 8. & n. 1.* Etex Theologis, *Sotus 4. d. 18. q. 4. a. 3. vers. Circa concessiones, Medina tract. 2. de confessione, q. de licentia vicecurati, ad alienæ consentendum, fine, Compendium Mendicantium, verb. Absolutio ordinaria, quo ad fratres, fin. Pasarellus in comp. Minimorum c. 14. fine. Enriquez l. 6. de pœnit. c. 7. n. 6. Barth. a Ledesma de pœnit. dub. 13. concl. 1. fine, fol. 792. Ind. Lop. 1. p. instruct. 2. edit. c. 284. f. 797.*

7 Sufficiet autem ad hoc, licentia tacita ordinarij: vt docent *Alex. cons. 157. vol. 2. Iason l. A iudice, nu. 9. C. de iudiciis, Felin. Maranta, Nauar. n. 71 alleg. n. preced.* Hæc autem tacita licentia est, cum delegatus ordinario, sciente, & patiente delegat. Sic *Alex. Iason. Felin. Maranta, ibid.* & constabit ex habitionem de præsenti, quæ iurisdictionem confert. Similiter erit tacita licentia, quando ex via, aut coniecturis sufficientibus appareret id velle ordinarium. Sic *Nauar. eod. n. 71.*

Non tamen poterit ordinarius concedere potestatem subdelegandi nomine ipsius delegati, sic dicens, Subdelega nomine tuo. Quia potestas subdelegandi non potest fundari in persona delegati. Sic *Felinus c. Super quæstionum, §. Si vero, n. 18. vers. Limita, nisi daret. de offic. deleg.*

Quintum fundamentũ sit nullus delegatus etiã principis, potest subdelegare, cũ facultate subdelegandi vnde in hoc distat ab ordinario, quod minimus ordinarius hoc potest: vt diximus n. 6. non autẽ supremus delegatus, qualis est principis. Hoc est contra *Iason. l. A iudice, n. 9. C. de iudiciis*, dicentẽ forsan posse hoc, delegatum principis. Sed cõmuniter reprobatur: quia delegatus nõ habet facultatẽ vltra sibi commissam, ordinarius autẽ habet potestatem vniuersalem: ergo cum solum de legato principis, & ad vniuersitatem causarũ, reperiatur in iure concessum, posse subdelegare, & nullibi concedatur posse dare facultatem subdelegandi, id non poterunt. Ita tenent *gloss. c. Super quæstionum. § Porro, verb. Transfert, de offic. deleg.* vbi *Alb. eod. § nu. 2. Archid. c Quamuis, initio, de offic. deleg. in 6. Ioan. And. c. is cui, n. 2. eod. tit. & lib. Alex. d. l. A iudice, nu. 9. Bertachin. in repertorio lit. D. verb. Delegatus subdelegat. sub n. 10. Maranta pract. 4. p. d. 5. principali, an iudicium sit ordinarium, nu. 63. Cacialupus l. More, n. 18. ff. de iurisd. omn. iudic. Tabiena verb. Delegare, q. 1. Villalobos in comm. lit. D. n. 55. Mandosius regul. 4. cancellar. q. 3. n. 7. Anton. Gabriel to. 1. communn. in mea edit. l. 4. verb. Delegatus, f. 180. Bolognetus l. 1. n. 137. ad fin. vers. Quinto potest, ff. de offic. eius, Azebedo lib. 3 recop. l. 9. rubr. n. 11. Gratian. regul. 443. n. 8.*

Sextũ fundamentũ sit, delegatus inferioris principe habet vnam causam, non potest totam illam subdelegare, nec articulum iurisdictionem continentem: potest tamen articulũ, qui nudi ministerij est. v. g. cõmittitur alicui receptio testium hic actus est iurisdictionalis, cum testes non sunt approbati, seu interrogatoria non sunt facta, tunc enim iudex deputatur super receptione testiũ: vt est textus *iuncl. gloss. Clem. vnica, de offic. deleg.* at vbi omnia essent examinata, ita vt commissarius habeat nudam & simplicem testium receptionẽ, esset actus non iurisdictionalis. Prob. ex *c. Super quæstionũ, in princ. de offic. deleg. vers. Nos autem*, vbi *Si tamen delegatus à nobis, vel iudex quicumque, non tam cognitorem quàm executorem ad aliquem certum articulũ, quem ipse putauerit.* Vbi quando fecit mentionẽ de articulo nõ iurisdictionali, dixit, *delegatus à nobis, vel alius quicumque iudex*, quasi quicumque iudex possit: quando vero meminit de articulo iurisdictionali, non repetiit ea verba, *vel alius quicunque.* Idem solet probare ex *c. Cùm Bertoldus, de sent. & re iud.* ibi, *Præfatis abbatibus committentibus vices suas, isti subdelegati testes receperunt.* Sed hic textus nihil probat: rectiũ debate *ibi, n. 20. & 21. & Couar. 3. var. c. 20. fine.* nam totam causam delegarunt, vt constat ex illis verbis, *Committentibus vices suas*: quare dicunt eam commissionem fuisse nullam, cum sit commissio totius causæ: nec textus eam approbat, sed solum narrat factum, nec de valore agit, vel eo quod litigantes id non opposuerũt: vel quia parum interest de hoc tractare, cum causa iam ad Pontificẽ delata esset. Sic tenent *gloss. Clem. vn. fine, de offic. deleg. Specul. l. de iudice deleg. §. Iam nunc dicendũ est, n. 5. Innoc. d. c. Cùm Bertoldus, n. 5. Hostien. c. Cùm causam, de appellat. super verb. Delegare, Ioan. And. d. c. Cùm Bertoldus, n. 19. & d. c. Cùm causam, n. 8. & c. Super quæstionum n. 39. de offic. deleg. Anton. d. c. Super quæstionum, in princ. n. 47. & d. c. Cùm causam, nu. 11. & d. c. Cùm Bertoldus, nu. 19. Alex. de Clericos, n. 2. de offic. vicarij, & d. c. Cùm Bertoldus, nu. 19. Alex. de Neuo ibi n. 56. & d. c. Cùm causam, n. 18. & 19. Henric. c. fin. nu. 8. de offic. deleg. Imola d. c. Cùm Bertoldus, n. 16. & d. c. Cùm causam, n. 8. vers. Item aduerte, & d. c. Super quæstionum, inst. n. 12. Felin. d. c. Cùm Bertoldus, n. 17. & d. c. Super quæstionum, inst. n. 4. & 5. Si verò, n. 17. Anchar. Clem. 1. n. 4. de offic. eo deleg. Bart. l. Legatum, n. 6. ff. de offic. proconf. Bald. l. A iudice, C. de iudiciis, n. 4.* vbi *Socin. n. 44. & Cacialupus n. 23. Iason d. l. A iudice, nu. 10. Rebuf. repetitione l. vnica, not. ab. 1. nu. 23. C. de sent. qua pro eo quod*

in vi-

intellect ad in repertorio, lit. D. verb. *Delegatus ad causam vnã*, fol. 10. *Mantua de ordine iudic. 4 p. d. 5. principali, an iudicium secularium, n. 54. Nauar. sum. c. 27. Hisp. n. 42. lat. n. 45. & l. 5. consil. 12. alia 2. de sinten. excommun. consil. 15. fine, Tabiena verb. Delegare, qu. 2. num. Gabr. to. 1. comm. in mea edit. l. 4. verb. Delegatus. Antidam. 6. Praterum 1 p. c. 1. n. 26. vers. Sed quid si à principe, & Bellis. 3. recop. t. 9. in rubr. n. 12. Gratian. reg. 242. n. 2. Extra intelligendi sunt DD. aliqui, absolute docentes delegatum inferiorem principe ad vnam causam, posse subdelegare in particulam illius. Hi sunt Bartol. l. More, n. 11. ff. de iurisdict. omn. iud. Rosella verb. Delegare, init. Angel verb. Delegare, n. 6. & de Sylueſt. qu. 8. dicto 3. Lud. Lopez 1 p. instructorij c. 18. fol. 797. col. 1.* Quamuis non desint negantes posse simplicem articulum non iurisdictionem continentem delegari: enim negant *Petrus & Cynus l. A iudice, C. de iudic. & illorum. n. 1. & 4. Bald. l. Solet quæst. 5. ff. de iurisdict. omn. iud. & dicit forte esse verius de iure, Imola Clem. vnic. de officio deleg.*

21 Verumtamen fundamentum sit, quamuis ordinarius nequeat iurisdictionem inconsulto principe delegare, cum ibi notatis, *ff. de officio præsidis*: & docent *Alexand. l. 3 iudices, n. 8. C. de iudicijs, & ibi Iason n. 8. Felin. c. Super quibusdam, §. Si vero, n. 17. de offic. ord. Maranta pract. 4. p. d. principali, an iudicium sit ordinarium, nu. 55. Azevedo lib. 3. recop. tit. 9. lib. 2. nu. 14.* & proinde non poterit parochus in perpetuum alteri curam demandare, inconsulto episcopo, nec poterit ad breue tẽpus, ex aliqua iusta causa. Quod non possit in perpetuum, probatur, quia non potest per vicarium deseruire Ecclesiæ. *c. Extirpanda, §. Qui vero de præb. in 6. Qui parochialem habet Ecclesiam non per vicarium, sed per seipsum illi deseruiat.* Et *c. Cum ex eo, de elect. in 6.* vbi dicitur posse episcopum dispensare causa studij, ne parochus per sepennio sacerdotio initietur: & subdit hæc, *in vers. prouidendum, præbilo durãte, episcopi & superiores soluere prouideant, & per vicarios ab eis deputandos animarum cura diligenter alijs exercetur.* Vbi clare docetur deputare vicarium, non ad parochum, sed ad prælatum superiorem, & docent *Ioan. Andr. ad. c. Cum ex eo, nu. 2. Anchar. ibi, n. 2. Host. de offic. vicar. not. ab. 4. Abb. ad. c. Extirpãda, in repet. §. Qui autẽ, n. 13. Imola ad. c. n. 13. fine, Cardin. Clem. 1. de priuileg. q. 21. Rebuf. de offic. vicarius, n. 7. Nauar. c. Placuit, n. 69. de pœnitent. d. 6. Greg. Lop. l. 21. verb. Mis sacantanos, fine tit. 4 p. 1.* Hoc autẽ breue tempus debet esse per spatium trium hebdomadarũ, per can. si quis clericos, 7 qu. 1. ibi, *similiter diaconus, vel presbyter, si à sua Ecclesia per tres hebdomadas defuerit, huic damnationi succumbit.* Sic *Ioan. Andr.* asserens ita definitum esse Bononiæ, *de rebus, vers. Eadem omnino*: vbi decernit parochos non posse abesse, nisi per duos aut tres menses, & id ex licentia episcopi, & relicto vicario idoneo, ab ipso ordinario approbando: vbi clarè per longum tempus, vt per spatium duorum mensium, non conceditur parocho assignare vicarium. Vt de inxta hoc intelligendus est *Raynerius in summa de pœnitent. & remiss. §. Item posito*, quem refert & sequitur *Archidiac. c. Cum ex eo, de electione, in 6. ante n. 1. verb. Deputandi*, vbi dicit parochum non posse committere curam animarum per *c. Nullus omnino, 16. q. 7.* vbi præpositus non potest curam animarum tribuere: & *c. Canclin. 16. q. 1.* intelligendi enim sunt hi auctores, de commissione ad longum tempus: & textus per eos citati, tantum negant posse conferre in titulum, curam animarum: secus de commissione ad breue tempus: quam posse facere, confirmando ipsa testis est, quam esse probabo n. 15.

22 Tertia conclusio his præmissis, sit. Parochus proprietarius habet, beneficium parochiale habet, potest decenti & idoneo sacerdoti, licentiam assistendi matrimonio, cum suo subdelegandi. Prior pars probatur, quia est quæ possit dicitur in *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* posse alium sacerdotem de licẽtia parochi, interesse matrimonio. Posterior pars etiam constat, ex dictis n. 6. vbi probavi ordinariũ posse delegare, cum facultate subdelegandi.

Secunda conclusio. Parochi non proprietarij qui præficiuntur toti parochiæ, per episcopum, vt curam eius gerant: vel quia proprius parochus nõ est sacerdos, vel quia ipse episcopus est immediatus parochus totius diœcesis, vt contingit Hispali, Cordubæ, Granatæ, & in aliis diœcesibus, in quibus non sunt beneficia curata, possunt delegare assistentiam matrim. alij sacerdoti. Hæc est contra *Sotum 4. d. 18. p. 4. a. 3. vers. Circa concessiones, & Barth. à Ledesm. de pœnitent. dub. 13. concl. 1. fine*, dicentes non posse delegare: eo quo delegati sunt. Prob. conclusio, quia hi sunt delegati ad causarum vniuersitatem, iuxta tradita nu. 4. cùm præficiantur ad omnes causas parochialis officij in tota parochia: tales autem delegati possunt vnam, vel alteram causam subdelegare: vt dixi nu. 2. & 3. Hanc tenent *Gloss. Clement. 1. de priuileg. verb. Presbyteri*, vbi *Cardin. q. 19. Imola nu. 14. Bonifacius num. 34. Rebuf. repetit. c. Omnis vtriusque sexus, de pœniten. & remiss. §. Proprio sacerdoti, vers. Quia est verum, Rosella Absolutio 1. nu. 42. Angel. Excommunicatio 5. casu 12. nu. 6. Sylueſter Excommunicatio 7. casu 14. dubio 11. n. 39. Tabiena Excommunicatio 5. casu 11. qu. 3. nu. 4. Nauar. 4. Placuit, de pœnitent. d. 6 n. 69. & sum. c. 27. n. 102. & lib. 4. consiliorum, in 1. edit. tit. de sponsal. cons. 27. nu. 3. vers. Tertio.* Et ex Theologis, *Adrianus qu. 5. de conf. fione, dub. 2. D. Anton. n. 5 p. t. 24. c. 54. Metina tract. 2. de confessione. qu. de licentia vicecurati ad alienum confitendum, Alcocer sum. c. 9. concl. 5. fine, Enriquez li. 6. de panit. c. 7. n. 3. in comm. lit. N. & l. 11. de matrim c. 3. n. 5.*

Aliqui temperant hanc conclusionem, modo vicecurati hi ad longum tẽpus instituantur: secus si ad breue: Sic *Rosella, Sylueſt. n. praced. allegati, Angel. verb. Vicarius, nu. 8.* Sed prorsus ignoro cui fundamento innitantur. Quare dicendum est, hos vicecuratos ad vniuersitatẽ causarum ab episcopo, siue à parocho proprietario, ob eius absentiam ad breue tempus institutos, (quod facere posse diximus n. 11.) delegare posse hanc facultatem ad vnam, vel alteram causam. Prob. quia eo breui tempore sunt vere parochi, & ad vniuersitatem causarum delegati. Sic docent *Henricus c. Clerici, n. 5. & 6. de offic. vicarij, Nauar. c. Placuit, de pœnit. d. 6 n. 69. 70. & 74. Metina, Tabiena, Alcocer, loco n. præced. citato, Enriquez lib. 11. de matrim. c. 3. n. 5.* 16

Tertia conclusio. Hi parochi delegati ad vniuersam parochiæ curam, nõ possunt alteri omnem curam, etiam ad modicum tempus, dum absunt, delegare, sed tantum aliquas causas. Probatur, quia delegatus ad vniuersitatem causarum, solum potest vnam, vel alteram causam delegare: vt probaui n. 3. Sic tenet *D. Tho. quodlib. 12. a. 33.* vbi dicit, vicarium non posse totam suam potestatem committere, sed solum partem. Intellige tamen conclusionẽ, nisi consuetudo esset, vt hi vicecurati, dum ad breue tempus absunt, substituant aliquem ministraturum omnia sacramenta in parochia. Quia episcopus vicecuratos instituẽs, & conscius consuetudinis, tacens, videtur tacitè dare facultatem ad eam substitutionem. Sic *Sylueſt. verb. Vicarius, q. 5. Adrian. q. 5. de confessione, dub. 2. Metina tract. 2. de confess. q. de licentia vicecur. ad alienum confitendum, Nauar c. Placuit. n. 71. de panit. d. 6.* Vbi hanc appellat licentiam tacitam, quando ex vsu ita appareret. Et dicunt *Adrianus & Metina* hanc cõsuetudinem vbique seruari, vt vicecurati ad tempus absentes, delegent alicui sacerdoti sacramentorum ministerium. Tandem, quia stante consuetudine, vt delegati delegent, possunt delegare, vt expresse habetur *l. Cum prator. 12. vers. Item ij quibus*, & ibi tradunt scribentes, *ff. de iudicijs, & Alex. l. More, n. 28. ff. de iurisd. omn. iudic. Bertachinus in repertorio, lit. D. verb. Delegatus subdelegat. paulo post princ.* 17

Hinc infertur hunc institutum ad vniuersitatẽ causarum, à vice curato, vbi est cõsuetudo, vt absens talis vicecuratus substituat aliquẽ ad vniuersam parochiæ curam, posse delegare licentiam assistẽdi matrimonio, aut ministrandi aliud sacramentũ. Quia est delegatus ad vniuersitatem causarũ, & nõ censetur delegatus illius vicecurati, is enim non poterat sic delegare, sed est delegatus ipsius ordinarij, scientis & patientis ã consuetudinem: ea enim

scientia

scientia, & patientia est tacita licentia: vt dixi n. præced.

17 Quinta conclusio. Parochi delegati ad vniuersitatem causarum, quamuis possint delegare licentiam assistendi matrimonio, vel aliud sacramentum ministrandi, vt dixi in 2. concl. n. 13. at non possunt dare illi subdelegato, facultatem iterum delegandi: id est, dare licētiam, vt possit ille concedere alteri sacerdoti facultatem assistendi matrim. Prob. ex dictis n. 9. vbi probauimus nullum delegatum posse delegare, cum facultate subdelegandi.

18 Sed difficultas est, esto hi delegati non possint delegare cum facultate subdelegandi, an possint suo delegato sic dicere, Ex nunc ego do facultatē assistendi matrimonio, sacerdoti quem tu designaueris? Videtur enim id fieri non posse: quia iurisdictio non potest esse incerta: *gloss. c. Ad hec, de rescript. verb. Elegerint*, vbi multa ad hoc comprobandum affert. Quare *Panorm. c. Quoniam Abbas, n. 9. de offic. deleg. & Anast. Germonius de indultis, §. Hieronymo, n. 72.* docent commissionem factam canonico Cordubensi, nil valere, ratione incertitudinis: ergo similiter in nostro casu, cum incerta sit iurisdictio, nil valebit: incertum enim est, quem ille delegatus designauit. Cæterū credo id fieri posse: quia tunc ipse delegatus nō facit gradum, nec censetur delegare, sed est nudus minister: nec datur iurisdictio incerta: ētpote enim, quo minister nomine delegantis assignat personam, cui datur licentia assistendi matri. aut ministrandi sacramentum, conceditur iurisdictio, & tunc iam persona est certa & determinata. Et hoc exprese tenent in alio simili, *Paulus c. Is cui, de offic. delegat. in 6. & ibi Domin. fin.* vbi negātes ordinarium posse delegare, cum facultate subdelegandi admittunt posse sic delegare, Ex nunc delego illi, cui delegatus committit. Et reddunt rationem eandem hic adductam. Præterea, quia etiam alias concluderetur ordinarium non posse delegare, cum facultate subdelegandi. Quia incertum est cui ille subdelegabit. Cui tamen obiectioni respondent *Alex. l. Mere, n. 27. ff. de iurisdict. omn. iudi. & Felinus c. Super quæstionum, §. Si vero, n. 18. vers. Ad secundum, de offic. delegat.* eo ipso quod delegatus nomine delegantis eligit, certificari quis subdelegatus sit: ergo similiter in nostro casu, non erit iurisdictio incerta, sed certa per electionem substituti: atq; ita hoc non obstabit quominus id fieri possit. Tandem probatur ex iis quæ dixi in alio simili, hoc 3. lib. disp. 26. n. 4.

19 Quinta conclusio. Quando parochus præsens assumit vicarium locantem operas, vt illum adiuuet, hic vicarius non potest delegare. Quia non censetur illi suas plenas vices cōmittere. Sic *Henric. c. Clericos, n. 7 de offic. vicarij, Enriquez l. 6. de pœnit. c. 7. n. 3. in comment. lit. N. fauet Nauar. placuit, n. 69. de pœnit. d. 6.* vbi dicens vicariū parochi posse delegare, loquitur de vicario in absentia parochi instituto.

20 Sexta conclusio. Si episcopus aut eius vicarius generalis committat sacerdoti, vt recipiat informationem, ac testes de aliquorum habilitate, vt inter se matrim. ineant: & informatione recepta assistat eorum matrimonio, hic sacerdos delegatus non poterit alteri committere informationē. at ea facta potent alteri delegare, vt assistat matrimonio illorū. Prob. ex dictis n. 10. vbi probauimus delegatum ad vnam causam, non posse subdelegare articulum iurisdictionis, qualis est examinatio testium, posse tamen articulum nudi ministerij: sed interesse matrim. est articulus illius causæ commissæ, & non est actus iurisdictionis, sed nudi ministerij: vt probaui hoc 3. l. disp. 21. n. 4. ergo potest ille sacerdos hoc committere.

21 Vltima conclusio. Sacerdos delegatus ad assistendum alicui matrimonio, non potest subdelegare, siue sit delegatus parochi, siue episcopi. Quia est delegatus ad vnam causam, talis autem non potest totam causam delegare, nisi principis supremi delegatus sit: vt dixi nu. 1. & 10. Sic *Tabiena Excommunicatio 5. casu 11. q. 3. n. 4.* Dixi consulto, ad assistendum alicui matrimonio: quia si esset delegatus à bus matrimoniis parochiæ, licet limitetur tempus, vt tali tempore occurrentibus, esset delegatus ad vniuersitatem causarum: iuxta traditam n. 4. vbi diximus talem esse, quando delegatio est vniuersalis quoad personas, licet causæ, & tempus limitentur: vt si omnes causæ mutui tali anno occurentes, in tali territorio, alicui delegentur: & subinde posset hic delegatus subdelegare, iuxta dicta n. 13.

DISPVTATIO XXXII.

Vtrùm si episcopus, aut cōstitutio synodalis interdicat parochis, dare licentiam administrandi sacramēta, nisi approbatis ab episcopo, vel si episcopus parocho prohibeat, certos matrimonio cōiungere, & ille contra has prohibitiones, det licentiam, aut coniungat, valeat matrimonium?

SVMMARIVM.

Proponuntur argumenta ad probandum esse inualidum matrim. n. 1.
Quando præcipitur ordinario, vel delegato, actum sub certa forma faciendum, quando valet illa omissa? n. 1. inuolo n. 5.
Negatio magis negat, quam affirmat. n. 1.
Valet tale matrim. contra n. 2. Et ibi, multa probabuntur sententiam factam tenentis: & specialē illi in matrimonio, vt non peccet, datur probatum ex simplici prohibitione.
Soluuntur argumenta n. 3.

VIDETVR non valere tale matrimonium. Primò, quia aut ille parochus non est proprietarius, sed delegatus ad vniuersitatem causarum: aut est proprietarius, & ordinarius. Si primū, doctrina communis habet, quoties cumque habenti alias potestatem, constitutio iubet sub clausula annullatiua, actum sub certa forma fieri, tunc actum omissa forma valere, quamuis contra faciens, puniendus sit: id enim præceptum non videtur potestatem ordinariam auferre, sed tantum pertinet ad quandam directionem, vt ritè & rectè actus fiat: ad irritare actū omissa forma factum quando habenti potestatem delegatam ab præceptum imponitur: quia is non habet potestatem absolutam ad illum actum, sed limitatam: vnde si limitet mandati excedat, corruet actus. *c. Cum dilecta, de rescript. ad fin.* ibi, *processum ipsorum. c. Venerabilis, de offic. deleg. ad fin. Intelligenter ff. mandati.* Hanc doctrinam tradunt *gloss. Clam. verb. Inhibentes, de iure patron. a. Guillerm. Paulus, Stephanus ff. Cardin. ibi q. 7. Anchar. not. ob. 3, Imola nu. 4. circa medium ff. Secundo casu principali, Bonifac. ibi nu. 48. 49. 50. Panor. cap. n. 6. vers. Ad predicta induco, l. 1. & c. Dilectus, el 2. n. 13. de pœnit. & c. penul. de constitut. n. 5.* vbi *Decius n. 15. Felinus ibi alios allegans n. 1. ad fin. vers. Secunda limitatio, Anchar. c. Statutum, §. fin. in princ. de rescript. in 6. Domin. c. Quoniam, ad fin. de immunit. Eccles. in 6. & ibi idē Francus, fine, Angelus disq. 69. ad fin. Angel. Excommunicatio 7. fine, Sylvest. verb. Lex q. 28. fine, & Excommunicatio 7. casu 21. dub. 10. nu. 65. & Excommunicatio, vlt. fine, Tabiena Absolutio 3. n. 3. n. 4. Nauarr. summæ c. 27. n. 37. Rota in nouissimis, decis. 750. n. 4. tom. 1. Cardin. sum. qu. 58. punct. 1. dicto 2.* ergo si parochus delegatus, cōtra hoc mandatum assistat matrimonio, vel det licentiam sacerdoti non approbato ab episcopo, erit irritum. Si verò sit parochus proprietarius, & ita ordinarius, probatur adhuc non valere matrimoniū. Quia doctrina proximè citata non mādati formam, valere: & limitatur, quando mandatum affirmatiuum, vt si Papa iubente episcopo, vt cōferat beneficium Petro, episcopus cōferat Ioanni: peccabit enim episcopus, at tenebit collatio: secus quando præceptum est negatiuum, vt si Pontifex iubeat episcopo ne conferat Ioanni: tunc enim collatio erit irrita. Et ratio discretatis est, quia mandatum negatiuum est vniuersale, cui actus in contrarium gestus, directè aduersatur: affirmatium autem, est particulare, & non ita directè actus ei opponitur. Nec obstat in affirmatiuo includi tacitè negatiuum, *c. Nonne, de præsumptio.* quia id contingit indirectè, & à contrario sensu, & ita non tam actus contra gestus, quam ponitur præcepto. Item quia negatio magis negat, quam affirmatio affirmet: iuxta *gloss. c. Cum dilectus. verb. Affir-*

ſis.

fide constet. Sic limitant *Abb. c. dilectus, el 2. n. 13. de præben.* Felin. alios referens *c. penult. nu. 3. de constit.* vbi consulendus cum aliis limitationibus, *idem Decius, ibi nu. 16. 17. 18.* & *Gabrielem n. 8.* quando præceptum negatiuum, est factũ simpliciter, secus si non simpliciter, sed aliquo respectu expresso: nam actus contra gestus valet. Sed in nostro casu præceptum parocho impositum, est negatiuũ, & vniuersale, nullus enim respectus in eo exprimitur, scilicet ne assistat tali matrimonio, vel ne det licentiam nõ apposito assistendi. ergo actus gestus nõ seruata ea forma erit nullus. Secũdo prob. quia cõtra superioris prohibitionem licentiam inferioris prævalere non debet: ergo nulla est licentia assistẽdi matrimonio data a parocho contra Episcopi præceptum, & subinde matrimonium assistente sacerdote cũ tali licentia, erit irritum. Et confirm. quia si parochus daret licentiam huiusmodi sacerdoti, vt interesset matrimonio, & Episcopus eam reuocaret, si, nõ obstante reuocatione, assisteret, non valeret matrimonium: ergo si parochus eam reuocaret, potentior enim est reuocatio Episcopi, tanquam superioris parocho: ergo idẽ est quando contra Episcopi prohibitionem parochus dat licentiam, vel interest matrimonio. Tertiò prob. de parochis proprietarius, quia hi ex tacita instituentis mẽte, & voluntate possunt hanc licentiam delegare: vt docent *Adrian. 4. de confes. dub. 2. Medina tract. 2. de confessione, qu. de licentia vicarii, ad alium fatendum. Nauarr. c. Placuit, n. 70. de pœnit. d. 6.* sed in hoc casu, non est tacita voluntas ordinarij, vt hi delegent, immo expressa est contraria: ergo nõ valet talis licentia. Et confirm. quia si Episcopus instituẽs vicarium, aut parochus proprietarius absens relinquens ad breue tempus, vicecuratum, sic diceret, Delego tibi omnes vices meas, præterquàm vt possis dare licentiam assistẽdi matrimonio, nisi tali sacerdoti, si vicecuratus daret tali sacerdoti contra eam prohibitionem, absque dubio licentia esset irrita, & matrimonium ita contractum: ergo prohibet assistere, aut dare licentiam, quando prohibet assistere, est nulla. Tandem quia parochus delegatus cui est interdictũ dare licentiam sacerdotibus non approbatis ab episcopo, non potest eam delegare ad vniuersitatẽ causarũ, cum causa illa sibi reseruata sit: ergo non potest eam licentiam subdelegare, quia tunc delegatus principis supremi, & delegatus inferioris ad vniuersitatem causarum, poterit subdelegare, vt dicit doct. præc. n. 13. & 21. & ita id matrim. nullum erit.

2 His tamen non obstantibus, dicendum est matrimonium contractum coram parocho proprietario, vel delegato ad vniuersam curam parochiæ, vel de eius licentia, coram alio sacerdote, validum esse: quamuis episcopus interdixerit ne tali matrimonio assistat, aut per se vel cõstitutionem synodalem, interdixerit dare licentiam assistendi talibus sacerdotibus approbatis ab Episcopo, & is cui data est licentia, non sit ex approbatione vt Episcopus aut cõstitutio synodalis expresse addiderit decretum irritans aliter fieri. Probatur primo ex *c. 2. de matrim. contract. cõtra interd. Ecclesiæ* ibi, *Licet enim contra interdictum Ecclesiæ ad secunda vota transire non debuerit, non tamen est conueniens, vt ob id solũ sacramentum coniugij dissoluatur.* Per quem textum docent *Decius, c. 1. de testib. n. 17. vers. Secus si temporalis sit, & Rota in nouissimis, decis. 750. n. 3. vol. 1.* esse speciale in matrim. irritum mitti posse, & reddi ex simplici prohibitione: ergo quamuis episcopus, aut constitutio synodalis simpliciter prohibeat, & non addit decretum irritãs, minimè irritabitur matrimonium. Et confirmatur, quia parochus siue proprietarius, siue delegatus ad vniuersitatem causarum, eo ipso constituit parochiæ præficitur, habet potestatem dandi licentiam alteri sacerdoti ad assistẽdum matrimonio; per *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* ibi, *Qui aliter quam præsente parocho, vel alio sacerdote de ipsius parochi licentia:* vbi nota verba ipsius, quod refert eundem parochum, qui tãquam parochus potest assistere: qui non tantũ est proprietarius, sed quicumque toti parochiæ præficitur, vt sicut ille auctoritate parochi potest assistere, ita & dare licentiam: ergo non credendum est, hanc potestatem auferri sola simplici prohibitione absque decreto irritãti. Secundò probatur, quia *Trident. sess. 24. c. 7. de matrim.* præcipit parochis, ne interfint vagorum matrimonio, nisi præmissa diligẽti informatione, & episcopi licentia: & tamen si parochus his minime seruatis, interfit eorum matrimonio, est validum, (vt probaui hoc 3. l. disp. 25. nu. 17.) ergo si coniungere aliquos matrimonio, contra concilij prohibitionẽ, vel dare licentiam alteri, ad coniungendum absq; diligẽtia ibi præscripta, nõ reddit illud irritũ, à fortiori non reddet simplex episcopi, aut synodi prohibitio. Tertiò probatur ex declaratione Cardinalium, (quam referũt & sequuntur *Salzedo practic. c. 73. § Primum dubium, Petr. de Ledesma de matrim. q. 45. a. 5. puncti. 3. dubio 2. fol. 190. §. Primũ dub. Manuel 2. to. sum. 2. edit. c. 219. n. 4.*) qui rogati, an valeat matrimonium, cui interest parochus, non proprietarius, sed annuus ad episcopi nutum amobilis, contra mandatum episcopi; ne quosdam desponsent: declararunt esse validũ. Quartò ex *decis. Rotæ, in nouissimis decis. 750. n. 4. to. 1.* vbi decidit, valuisse licentiam datam à parocho, assistẽdi matrimonio, contra formam synodi præcipientis ne daretur nisi adhibito notario, & tribus testibus: eo quod synodus non addiderit clausulã annullatiuã. Quintò ex doctrina *Medinæ tract. 2. de cõfessione, q. de sacerdote alieno per parochianũ eligendo ad fin. Palacios 4. dist. 17. disp. 7. s. 2. 6. col. 2. vers. Rursum etiam,* vbi docent prælato, aut synodo prohibente audire confessiones, sacerdotem non approbatum ab episcopo, si huiusmodi sacerdos audiat de licentia parochi subditos illius, valere confessiones. Et reddunt rationem, quia iuxta *c. Omnis vtriusque sexus, de pœnitent. & remiss.* potest quilibet sacerdos de licẽtia parochi audire cõfessiones. (quod intellige ante decretum *Tridentini sess. 23. capit. 15. de reform.*) & prohibitione illa simplici prælati non annullatur factum, cum ea non sit suspensio, nec sit clausula irritans. & multa prohibeantur fieri, quæ tamen facta tenent, *c. Ad Apostolicã, de regular.* ergo similiter in nostro casu, cũ parochus, siue proprietarius, siue delegatus, possit interesse matrim. idq; cõmittere, iuxta *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* illa simplex prohibitio nõ annullabit cõtra eam factum. Tandem probatur ex doctrina *Adriani 4. q. 5. de confessione, dub. 1. ad fin.* docentis prohibitionem superioris ne religiosus audiat cõfessiones, arguere religiosum peccare audiẽdo, non tamen absolutionem esse irritam, si de episcopi licentia confessiones excipiat. Et *Enriquez lib 6. de pœnitentia c. 6. n. 6.* vbi multos referens docet, si prælatus expressis verbis non reprobet, sed solum prohibeat religiosis audire confessiones, non tollere approbationem à se, vel ab alio episcopo datam, & ita valere absolutionem: ergo similiter simplex prohibitio prælati non tollit iurisdictionem parochi, quominus valide interfit matrimonio, & alteri sacerdoti concedat eam licentiam.

Ad argumenta proposita nu. 1. respondetur. Ad 1. dic 3 eam doctrinam habere verum, tam in priori parte, quam in posteriori, quando ex intentione præcipientis colligitur eum velle id tanquam formam præcipere, & irritare actum contra gestum: at in matrimonio, id hõn colligitur ex simplici prohibitione absque clausula irritanti: vt probaui n. præc. in 1. ratione. Ad 2 distinguo antecedens, quãdo superior per præceptum suũ intendit annullare contra gestum ab inferiori, concedo: si verò id non intendit, nego: sed prævalebit licentia inferioris, ad hũc effectum, vt actus valeat, quamuis peccet inferior: & ita euenit hic, per id enim præceptum simplex nõ est visus superior velle annullare. Ad confirm. admisso antecedẽti, nego consequentiam: nam à sacerdote priuato habenti licentiam vt assistat alicui matrimonio, eo ipso quod episcopus auferit licentiam, manifeste intendit vt actus contra gestus irritus fiat: cum ille omnino maneat persona priuata, nec ex officio id haberet: quam per simplex præceptum non est visus auferre à parocho, qui ex officio est persona publica, & habet assistere, & concedere facultatem assistendi matrimonio. Ad 3. respondetur, DD. illos agere de licentia

centia vicecurati volentis ad tempus abesse,& relinquentis vicarium,vt administret omnia sacramenta:is enim vicecuratus solum ex tacita mente, & voluntate instituentis ipsum potest eam facultatem delegare: nam delegatus ad vniuersitatem causarũ non potest vniuersitatem causarum,sed vnam,vel alteram delegare,nisi expressam,vel tacitam licentiam habeat ab ordinario instituente:vt dixi disp.præc.n.5.at vero vnum,vel alterum actum committere habet à iure, vt ibi dixi n.3. nisi ordinarius instituens expresse sibi reseruet,annullans actum contra gestum. at per illud simplex præceptum ne assistat, &c. non sibi reseruat tollens facultatem iure concessam. Ad confir.nego minorem,nempe idem esse in vtroque casu:nam dum dicitur,Delego tibi omnem facultatem,præter hanc:manifeste superior reseruat sibi illum casum, auferens potestatem ab inferiori: at dum simplicem prohibitionẽ ponit, id non intendit:vt late probaui,nu.præced. Ad vltimum, nego non esse delegatum ad vniuersitatem causarum, reseruatio enim vnius,vel alterius causæ id non tollit: vt si reseruet episcopus parocho aliquot peccata: præterea non censetur reseruare illam causam,nec auferre potestatem,sed tantum imponit simplex præceptum,& prohibitionem,cui si contraueniat,peccabit,at tenebit factum.

DISPVTATIO XXXIII.

An quando episcopus,aut parochus committit sacerdoti, vt assistat alicui matrimonio, dũmodo sponsis præcipiat sub excõmunicatione, ne consumment matrimonium, donec præmittantur denunciationes:vel vt assistat, & eos cõiungat præmissis denunciationibus vel si impedimentum non habeant: an si sacerdos ille intersit non injuncto illo præcepto, vel non præmissis denunciationibus: vel non examinando an impedimentũ habeant, valeat matrimonium? & quid si licentia extorqueatur coacte,vel dolo?

SVMMARIVM.

Proponuntur argumenta probantia partem negantem,n.1. Et ibi, fines mandati diligenter seruandi sunt.

An absolutus virtute bullæ cruciatæ ab excommunicatione, non præmissa satisfactione,aut cautione,sit vere absolutus,n.1 vsque n.3.& 6. fine.

Si episcopus,aut parochus det licentiam sacerdoti assistendi matrimonio dummodo sponsos moneat,ne consumment,donec denunciationes præmittantur, & sacerdos assistat ea monitione non facta,an valeat matrimonium,n.2. Et ibi,dictio Dummodo,vel Ea conditio vt, an faciat conditionem,vel modum,eiusque omissio vitiet actum

Quid,si detur licentia assistẽdi præmissis denunciationibus,vel si sponsi impedimentum non habeant, & sacerdos assistat illis non præmissis, vel nulla præmissa indagine an impedita sint,nu.3. Et ibi, quoties exprimitur in commissione forma iuris communis,eo modo quo iure communi inest:non importat conditionem,nec eius omissio vitiat actum.

Quid, si dicatur in commissione, Si per solertem indaginem inueneris non esse impedimentum,nu 4. Et ibi expressio eius, quod inest quando alio modo exprimitur,quam inerat,reddit actum conditionalem,& eius omissio vitiat.

Quid,si licentia extorta est metu,aut dolo: remissiue,n.5.

Soluuntur argumenta,n 6.

1 PARS negans huiusmodi matrimonium valere,probatur primo:quia ablatiuus ille absolutus, Præmissis denunciationibus,formam & conditionem importat,*l. A testatore,ff.condition.& demonst.* ergo licentia erit conditionalis,& subinde inualida non seruata conditione. Secundò, quia quando commissio sit sub certa forma,ea nõ seruata corruit actus,*c.Cum dilecta,de rescript.ad fin.* ibi,*Processum ipsorum contra nostri formam rescripti,irritum decernimus,& inanem.* Et *c.Venerabili, de officio deleg.ad finem.* ibi, *Quorum processus cassauimus, quia abbas contra nostri mandati tenorem processit.* Et ratio est, quia fines mandati diligenter seruandi sunt,*l.Diligenter.ff.mandati,l.Si procurator,C.de procurat.* ergo cum in hoc casu commissio fiat sacerdoti delegato, assistendi matrimonio,sub certa forma:corruet actus ea non seruata. Quod si dicas,eam esse formam iuris communis, atque ita non inducere conditionem: vt dicemus num.4. Contra, saltem ea, dummodo moneas sponsos sub excommunicatione,ne consumment ante denunciationes, non est forma iuris communis:ergo saltem in eo casu,matrimonium ea non seruata initum, erit nullum. Tertiò probatur,quia satisfactio partis in absolutione ab excommunicatione,est forma iure communi præcepta, *cap. Ex parte,el 1.de verb.signif.c.Odoardus,de solut.* & tamẽ quia bulla cruciata concedit posse confessorem ab excommunicatione absoluere, satisfacta parte, asserunt communiter DD.absolutionem præstitam virtute illius, non præmissa partis satisfactione, aut quando ea non est possibilis, cautione satisfaciendi, esse irritam. Sic videtur tenere *Sotus 4.d.22.q.2.a.3.post 2.conclus.* dicit enim neminem posse absolui per bullam,parte non satisfacta, quamuis satisfacere nequeat. Et tenent expresse *Naua. l.3.consil.in 1.edit.tit. de regularibus,cons.75.dubio 11.num.36.& 37.in 2.l.5.t.de sentent. excommun.cons.49.n.3.Ledesma 2.p.4.q.26 a.1.f.353.col.3. Coduba summa q.18.puncto 1.dicto 2.fol.53. & q.187.puncto 4. & lib.5.quæstionar.q.43.dubio 3.fine, Gutier.allegatione 9.nu.6.Martina l.2.sum.c.12.f.303.Angles floribus 2.p.q.vnica, de excommunic.a.4.dissic.9.f.54.Enriquez lib.7.de indulgent.c 13.nu.2. Manuel in bulla.§.9.n.52.* ergo similiter, quamuis forma in hac commissione,expressa,nempe, Præmissis denuntiationibus,sit iure communi præcepta,eius emissio vitiabit actũ.

Prima conclusio, concessa licentia sacerdoti,vt assistat matrimonio,dummodo spõsis præcipiat,ne consumment matrimonium,ante denunciationes, si ille assistat id non monendo,validum est matrimonium. Probatur, quia illa forma in mandato expressa, non pertinet ad essentiam licentiæ,sed ad instructionem, vt norit sacerdos quid moniturus sit. Secundò,quia quoties Episcopus dispensat in monitionibus,siue coram parocho contrahẽdum sit matrim.siue coram alio sacerdote,de licẽtia Episcopi,aut parochi,datur eadem instructio,vt moneat sponsos,ne ante monitiones commisceantur, & datur eodem tenore: sed in parochis.nemo dicet esse formam essentialem ad valorẽ matrimonij,ergo nec in alio sacerdote. Tertiò,quia nemo dubitare potest,satisfieri intentioni prælati,si sacerdos post contractũ matrimonium, statim imponat præceptum dictum:immo ita communiter fieri solet, quia ad finem quem prælatus intendit, nihil refert, ante vel post imponi:ergo non est requisitũ essentiale ad matrimonij valorẽ alias necessario præmittẽdum esset matrimonio. Quartò, quia cum denunciationes non sint de essentia matrimonij,præceptum intimandi,vt consummationi præmittantur,non est cur dicatur peti, tanquam requisitum essentiale ad illius valorẽ. Quintò,quia verisimilius est,prohibitionem prælati, ne parochus matrimonio aliquorũ assistat,vel ne det licentiam, irritare matrimonium, quam præceptum, vt sponsos moneat, ne ante denunciationes consumment. Quia maiorem vim habet præceptum negatiuum, quam affirmatiuum, & negatio magis negat, quam affirmatio affirmat: (vt dixi disp.præc.nu.1.) sed fauore matrimonii, quod in dubio validum est, nec censetur irritari: (vt dixi eadem disp.præc.nu.2.) ea prohibitio non irritat licentiam,nec matrimonium, ergo nec omissio intimandi illud præceptum. Tandem,quia *Sarmiento l.2.select.c.3.n.5.* probat licentiam contrahendi matrimonij,dummodo benedictiones accipiant sponsi ante consummationem,non fuisse irritum, eo quod sponsi id non impleuerunt. Quia illa verba, Ea conditione vt non faciunt conditionem,sed modum,*l.Quoniam,C.de rerum permut.* & quia eundem sensum faciunt,ac verbum hoc, Dummodo,quod non facit conditionem,sed modum,regulariter loquendo:vt tradit *Rebuf.de verb.signif.l.156.vers.Dummodo hæc dictio*, quod quidem tunc euenit quando adiicitur actui perfecto, vt Do tibi hoc, dummodo hoc faciatur actui perfecto, vt Do tibi hoc, dummodo hoc faciat: vt docet alios referens *Tiraquellus de retract.linag.§.8. Tota gloss.8.Molina lib.2.de primogen.c.15.n.29.* sed in nostro casu adiicitur actui perfecto, nempe, Do tibi licentiam eos

coniun-

contingendi, dummodo eos moneas: ergo eius omissio non vitiat actum. Hoc enim distat inter modum, & conditionem quod illius omissio non vitiat actum, huius autem, inquit: vt optime *Bart. l. Quibus diebus, §. Termilius. ff. de condit. & demonst. & Rebuff. d. l. 156. vers. Cum vero, & vers. Vltima per l. 2. C. Iul. C. de don. quæ sub modo.*

3 Secunda quæ commissione facta sacerdoti vt interfit matrimonio præmissis denunciationibus, vel si sponsandi defectum non careant, si illeijs omissis, nec præmissa impedimenti, interfit: valet matrimonium, si re vera nullum erat impedimentum dirimens. Prob. quia quod requiritur in commissione, forma iuris communis modo quo iure inest, non est intentio committentis inducere nouam formam, & conditionem, sed est adimplere quidam, vt seruetur forma iuris cõmunis, quare si præmissis non irritatur actus, qui alias validus esset, nec per hanc conditionem ea forma exprimeretur: vt optime docet *gl. Clem. 1. de offic. deleg. v. Repererit.* vbi *Card. q. 13. Imola n. 20. Ioannes num. 36. Archid. & Dudum, 18. q. 2. vers. In primis. Ioannes, Prudentiam, n. 9. vers. Et si contrarium. de offic. Ord. in fin. de præsumpt. innt.* vbi *Abbas n. 16. Imola num. 7. vers. Quæritur, Felin. n. 29. Nauar.* dicens esse receptissimum, *cap. 27. num. 37. Canar.* dicens esse omnium *c. Alma mater, 1. vers. & Ioannes excom. in 6.* Vnde *Innoc. eod. c. Prudentiam, num. 8. Ioannes Andreas, & Felin. d. c. fin. n. 29.* asserunt commissarium iudici vt condemnet Titium, si Petrus probabit rem esse furtiuam, valere sententiam iudicis condemnantis, Petro non probante: quia est conditio quæ iure inerat: & ad hoc videtur idem sequi DD. in multis locis: & *idem Innoc. c. sæpe sunt in princ.* quem sequitur *Imola c. penult. num. 2. de constitut.* cum de delegatione dicatur, Conferto beneficium Petro, si fuerit idoneus, non esse conditionem: quia iure communi inerat, nec noua idoneitas iure communi non requisita, exprimitur: & proinde actum contra gestum, denuo valere ex communicationem, si talis excommunicatus absolui

posse extra diœcesim conferre: nec delegatos confessores, nec religiosos posse audire confessiones subditorum episcopi, qui eos approbauit, extra illius diœcesim.

Opinio contraria verior in omnibus his casibus, num. 2. & ibi, explicatur Clem. Dudum. de sepult.

Potest delegatus assistere matrimonio valide, extra parochiam, & diœcesim delegantis. n. 3.

Quid, si in commissione dicatur, Do tibi vices meas vt assistas matrimonijs in mea ecclesia, vel parochia, vel in tal. domo quæ est intra parochiam. n. 4.

Solumntur argumenta, & explicatur l. 2. ff. de officio proconsul. n. 5.

1 RÉVOCANDVM est in memoriam, quod diximus hoc 3. l. disp. 19. n. 14. nempe, quamuis interesse matrimonio non sit propriè actus iurisdictionis, reduci tamen ad iurisdictionem voluntariam, atque ita posse proprium parochum hunc actum exercere extra parochiam. Difficultas autem præsens est, de sacerdote delegato: quamuis enim omnes fateãtur posse ordinarium extra territorium, iurisdictionem voluntariam exercere, at de delegato inferioris principe, multi negant: per *l. 2. ff. de offic. proconsul.* ibi, *Omnes proconsules statim quod vrbem egressi fuerint, habent iurisdictionem, non tamen contentiosam, sed voluntariam, vt ex se manumitti: apud legatum vero proconsulis, nemo manumittere potest: quia non habet iurisdictionem talem.* Sic *Bartol. l. 1. num. 40. C. de sum. trinit. & l. 1. n. 2. ff. de offic. proconsul. & ibi Bald. l. 2. in princ. n. 1.* vbi *Alberic. n. 10. Francus c. fin. n. 3. de offic. vicarij in 6. Marianus c. Licet ratione, n. 91. de foro compet. Barbatius c. Nouit. nu. 17. de offic. leg. Franc. Marcus qu. Delphin. 117. in fin. p. 2.* Pro eadem sent. sunt alij DD. dicentes episcopum tamquam ordinarium posse beneficia cõferre extra diœcesim, eius tamen vicarium, cui hoc episcopus delegarit, non posse. Sic *Bald. Socin. Barbat. Franc. Marcus ibid. Anast. Germon de indultis, §. Tibi quoad vixeris, n. 88.* Pro eadem sent. sunt alij DD. fatentes confessores ordinarios posse excipere confessiones subditorum, extra diœcesim, secus delegatos. Sic videtur clare tenere *Host. sum. t. de pœnit. & remiss. §. Cui confitendum, n. 14. vers. Et numquid extra territorium.* Idem videntur tenere alij dicentes confessores ordinarios posse audire extra diœcesim, secus extraordinarios, vt sunt religiosi. Sic *Paulus Zenzelin. & Guillerm.* quos refert & sequitur *Imola Clem. Dudum, n. 32. de sepult.* vbi *Card. §. Extra ciuitatem, q. 5. Anchar. ibi. §. Statuimus, q. 5. dub. 3. vers. Sed de illis, Rosella Confessio sacramentalis, 3. n. 3. Angel. Confessio 3. n. 16. Sylvest. Confessor, 1. q. 14. § 12. Tabiena Absolutio 1. q. 33. n. 55. Nauar. sum. c. 27. Hisp. nu. 265. Lat. n. 266.* Et ex Theologis, *Adrian. q. 5. de confessione, ante 1. dub. §. Ideo pro solutione, vers. Ex dictis infertur ad quæsitum: D. Antonin. 3. p. t. 17. c. 10. fin. Fr. Alexander in sua sum. l. 1. c. 3. de potestate confessoris n. 28. vers. In aliquo tamen.* Sed quamuis hi DD. prima facie videantur huius sent. atre vera non sunt, quia id non negant de religiosis, eo quod delegati confessores sint, sed quia *d. Clem. Dudum*, videtur eis limitata facultas concedi, dum dicitur posse audire confessiones intra diœceses episcoporum, quibus præsentati sunt. & ita *Rosella & D. Antonin.* pro hac parte citati, vbi dixerunt fratres non posse audire confessiones extra diœcesim, subdunt si absq; solemnitate *d. Clem. Dudum*, essent præsentati, audirentque confessiones ex episcopi delegatione, posse etiã extra diœcesim: quod idem fatetur *Sylu. Confessor. 2. q. 3.*

2 Cæterum multo verius est, iurisdictionem voluntariam delegatam posse extra territorium exerceri. Quia textus (vt retuli hoc 3. l. disp. 19. n. 8.) indistincte docent posse iurisdictionem voluntariam extra territorium exerceri, nec faciunt vim in eo quod iurisdictio exercẽtis ordinaria sit, sed quia nulla irrogatur iniuria iudici alieni territorij, cum absq; strepitu & figura iudicij exerceatur: quæ ratio æque militat in iudice ordinario, & delegato. Huius sent. sunt multi dicentes vicarium ex delegatione episcopi conferentem beneficia, posse extra diœcesim conferre. Hi sunt *Domin. c. fin. de offic. vicar. in 6. fi. Boerius decis. 30. n. 6.* affirmans sic iudicatum esse in Burdegalensi senatu, & affert Rotæ decisionem. *Rebuf. praxi, t. De forma vicariatus, n. 227. & reg. 13. cancellar. super §. Aut vicarios perpetuos, & tract. nominationũ q. 14. n. 27. & 65. Cosmas pragmatica sanct. t. de collat. §. Et quia, v. Vicario, Corsetus tract. de excellentia regis q. 80. Pasin. de offic. & potestate cap. sede vac. 2. p. principali q. 1. nu. 7.* habetur *tom. 15 tractatuum nouiorum p. 2. Corrasius de beneficijs, c. 8. n. 3. Lambertinus de iure patron. 2. p. lib. 2. q. 2. a. 6. n. 3. Couar. 3. var. c. 20. nu. 8. Menoch. de arbitr. l. 1. q. 34. n. 19. Iacobus Sbrozius lib. 2. de vicario episcopi, q. 102. nu. 4. & sequ. Ant. Cucus l. 2. institut. maior. t. 8. n. 98. Flaminius lib. 7. de resign. benef. q. 24. n. 32.* & defendit hoc tamquam æquum *Anastasius Germonius de indultis, §. Tibi quoad vixeris, n. 89.* Eandem sententiam tenent in propriis terminis, docentes non solum ordinarios, sed & confessores delegatos posse audire confessiones subditorum diœcesis, in qua exposĩti sunt extra illam diœcesim: *Rpa de remedijs ad curandam pestem, §. Sed quia visu videmus, num. 51. 63. Ledesm. 2. p. 4. q. 2. a. 5. dub. 9. Angles floribus 1. p. q. 3. de confess. a. 8. dub. 4. concl. 2. f. 295. Philiarcus de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 1. c. 24. §. Nullus alius, Barth. à Ledesm. de pœnit. dub. 13. casu 4. f. 805.* Et eiusdem sententiæ expresse sunt *D. Antonin. Rosella & Sylvest. n. præcedenti, sine allegati*, dum dicunt religiosos non virtute *Clem. Dudum*, facultatem restringentis, sed ex delegatione episcopi excipientes confessiones, posse extra diœcesim audire. Eiusdem sententiæ sunt *Victoria sum. de confess. n. 151. Sotus 4. d. 18. q. 4. a. 3. vers. Aliud vero. Enriq. lib. 6. de pœnit. c. 7. nu. 1. Ledesm. Angles, Philiarcus, Barth. à Ledesm proxime citati*, asserentes, & optime, religiosos expositos virtute *d. Clem. Dudum*, posse audire confessiones extra diœcesim, cum tamen delegati sint. Nec obstat ibi dici posse audire intra diœcesim: quia sensus est, vt non possint extra diœcesim audire illos, qui non sunt illius diœcesis, in qua sunt præsentati: ne putarent, se, vbi semel præsentati sunt, etc. totius orbis confessores: qui intellectus probabitur ex dicendis n. 4. fine.

Ex his infertur, non tantum proprium parochum, sed etiam sacerdotem de illius licentia assistentem matrimonio, valide assistere extra parochiam: sicut si parochus esset extra illam interesset. Quia (vt num. præcedenti probauimus) iurisdictio voluntaria, ad quam hæc assistentia redditur, potest valide ab ordinario, & à delegato extra territorium exerceri.

Nec credo censeri limitatam esse licentiam ad assistendum intra parochiam, si parochus dicat sacerdoti. Vade domum Mariæ, & assiste ibi matrimonio, licet domus sit intra parochiam: nec si dicat, Cõiunge matrimonio Petrum, & Mariam, in ecclesia mea: vel si dicat, Confer do tibi vices meas ad assistendum matrimonio in mea parochia. Quia hæc omnia fiunt causa demonstrationis, & non causa restrictionis licentiæ; quando enim dicit, In ecclesia, nemo dubitaret, valide assistere, in priuata domo constituta intra parochiam. Et quando dicit, Do licentiam ad assistendum matrimonijs in mea parochia, sensus est, ad coniungendos matrim. meos parochianos: sicut dum dicitur *Clem. Dudum, de sepult.* posse religiosos audire confessiones intra diœcesim, non fuit animus Pontificis locum restringere, sed personas, id est, subditos illius diœcesis: vt probauimus n. 2. fin. Et constat, quia *Trident. sess. 24. c. 6. de reform.* dum voluit Episcopis limitare facultatem ibi concessam, vt intra diœcesim solum eam habeant, dixit, *Quoscumque sibi subditos, in diœcesi sua.* Vbi caute dixit, Subditos suos, & In diœcesi, vt clare denotaretur limitatio personas, & locum.

Ad *l. 2. ff. de offic. proconsul.* relatam nu. 1. pro priori sent. respondetur: legatum proconsulis nullam habuisse iurisdictionem, nisi ei à proconsule demandaretur, *l. Legati, ff. eod. t.* & proconsulem ante prouinciæ ingressum non potuisse mandare iurisdictionem legato, *l. Observare, §. Post hæc, ff. eo.* nisi moram in itinere facere cogeretur, *l. Aliquando, ff. eo. l. Apud proconsulem, ff. de manumiss. vindict.* Cum ergo legatus proconsulis priuata persona esset ante susceptam à proconsule iurisdictionem, mirum non est, si nequeat extra territorium iurisdictionem voluntariam exercere. Quod minime procedit in delegato, nam habet iurisdictionem commissam, nec restricta fuit ab ordinario concedente, vt solum intra territorium eam exercere posset,

DISPV-

DISPVTATIO XXXV.

De licentia concessa per parochum, ad assistendum matrimonio, alteri sacerdoti debeat esse specialis, & expressa, vel sat sit tacita, quam ratihabitionem vocant, & generalis: & requiratur in scriptis?

SVMMARIVM.

Quomodo fiat tacita, seu ratihabitio, & quando sit de præsenti, n. 1.
Expressa licentia, n. 2.
Tacita quomodo quantitercumque vsurpetur, nu. 4. Et ibi, speciale sumitur pro expresso.
Quomodo sumatur specialis, n. 5.
Licentia generalis, vt alienus sacerdos interfit matrimonio quam affirmans, n. 6.
Licentia specialis, vt distinguitur contra generalem, sed specialis, nu. 7. & ibi subjecta. & confessio generalis, est generalis.
Parochum generaliter concedere licentiam ministrandi sacramenta, n. 8.
Licentia specialis, id est, expressa, & an sufficiat licentia ad aliquos actus, vel ad aliquem, nu. 9. Et vbi potestas delegata est edita, nec conficta.
Licentia in scriptis, num. 10. Et ibi, an desiderentur scripturæ.
Alienus pater, vel consanguineus disponens, nisi rem petat.
Licentia quam, nu. 11. & explicatur lex, Item apud Labeonem. §. Ait prætor, quæ speciali nota digna sunt, nisi specialiter notentur.
Quæ sint generalia licentia concessa à Parocho exercendi omnia ad animarum curam pertinentia, quando interdictum esset parocho delegare vices suas dubitando, nu. 12. Et ibi voluntas regulatur à generali mandato non veniunt ea, per quæ dominus intelligitur non velle.
Licentia generalis, n. 13. Et soluuntur argumenta, n. 14.
Licentia tacita, quæ habetur per ratihabitionem? proponuntur argumenta ad probandum sufficere, vel saltem esse validum si possit euidenter constare eum habere, num. 15. Et ibi, ad ministrandum viaticum in extremis vocatum, sufficit licentia tacita. & ratihabitio in futuro, & proponitur opinio affirmans eandem sufficere pro matrimonio contrahendo.
Sufficere dicens, nec ad matrimonium, nec ad confessiones de præsenti: sed exigi licentiam expressam, n. 16. & ad matrimonium, vbi aliquando requiritur licentia ad aliquem actum.
Licentia tacita quæ habetur per ratihabitionem de præsenti, n. 17.
Quomodo quando parochus licentiat parochi, vt valeat matrimonium: & quomodo ad alium valorem desideratur licentia, n. 18.
Matrimonium contrahitur per consensum, & licentia concessa, signum, n. 19. Et disputatur quando præsumatur licentiam præcessisse ad aliquem valorem: & in dubio accipienda est præsumptio vt sit ad alium valorem: & in dubio accipienda est præsumptio vt licentia tacita quæ habetur ex ratihabitione de præsenti, satis est ad confessiones, & matrimonium, & vt mulier contrahat, vel votarium, aut Religiosum profitetur, valida agat, n. 20.
An ratihabitio de præsenti confert licentiam pro eo solo actu, quem ratihabuit de præsenti, vel de præterito, n. 21.
Quod si quis tacet prælatum non consentire: exterior tamen tacet? n. 23.
Dubium, & explicatur c. Lugdunensis, 9. q. 2. & c. Aqua, de regul. Iuris, & reg. Ratihabitio retrotrahitur, de reg. iur. in 6. n. 24.

SVPPONENDVM est primò, duplicem esse licentiam tacitam, quæ per ratihabitionem habetur: quædam est licentia tacita, seu ratihabitio de futuro, quando, scilicet volitur parochum, cum sciuerit, ratum habiturum. Alia est de præsenti, vel præterito, quando, scilicet, ante ministrationem sacramenti, vel tempore quo ministratur, adest consensus tacitus, & interpretatiuus parochi, aliquo signo manifestatus: vt si in præsentia prælati cõsiteatur fœmina alicui, vel coram eo contrahat matrim. & prælatus possit, & tacet, cum facile impedire posset: vel duo parochianos alteri fateri, & coram altero inire matrimonium, audeat, & admittat confessionis schedulas.

2 Secundò supponendum est quid dicatur expressum? non enim dicitur tale solum, quando in specie exprimitur & manifestis verbis: vt Do tibi licentiã assistendi matrimonio: sed etiam quando licet specifice non exprimatur, at sub generali verborum significatione comprehenditur. Sic *gl. l. Lucius, v. Non ad matrim. ff. de vulg. & l. Precibus, fin. C. de impub. & aliis subst. Bart. l. 1. n. 7. C. de vulgari, & ibi Ripa nu. 50. Alciat. l. Neposs Proculo, nu. 7. ff. de verb. signif. Tiraquel.* multos allegans *post leges connub. gl. 7. n. 86. & seq. Molin. lib. 1. de primog. c. 17. num. 27. 28. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 34. n. 32.* vbi alios refert.

3 Tertiò supponendum est, expressam licentiam sumi, vt distinguitur contra tacitam, & præsumptam, qualis est quæ per ratihabitionẽ habetur: & cum hæc tacita, & præsumpta ex ratihabitione, sit quædam de futuro, & quædã de præsenti: sic expressa, vt distinguitur contra tacitam, erit duplex, quædam vt distinguitur contra tacitam de futuro, altera vero, vt distinguitur contra tacitã de præsenti.

4 Quartò supponendum est licentiam specialem posse sumi dupliciter. Primò, vt distinguitur contra generalem, & tunc erit specialis licentia ad matrimonium, quando specificè exprimitur matrim. Secundò, sumitur specialis, pro expressa. & tunc erit licentia specialis ad matrim. quãdo licet illud non exprimatur in specie, at comprehenditur sub generali verborum significatione: vt si detur alicui licentia ad exercendum omnia ad curam animarum pertinentia. Et quod speciale sumatur pro expresso, docent *Stephanus Clem. 1 de prin. & ibi Anchar. q. 3. & Bonif. ibi nu. 17.* vbi textus ille dicit, *de licentia speciali*, & explicant hi, id est, expressa: & *ibi Card. q. 22.* dicit hoc fortè verius: & multis in locis gl. exponit specialiter, pro expresse: vt *l. 2. v. Specialiter, ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. Sed an vltro, v. Specialiter, ff. de negot. gest. l. Ea verò, v. Cum specialiter. ff. pro socio.*

5 His suppositis, tres quæstiones disputandæ sunt. Prima, an exigatur licentia specialis? Secunda, an saltem requiratur specialis, quãdo parocho interdictum est, ne deleget vices suas? Tertia, an requiratur licentia expressa, ita vt non sufficiat tacita, quæ habetur ex ratihabitione?

6 QVÆSTIO I. An requiratur licentia specialis parochi, vt alienus sacerdos possit assistere matrimonio? Aliqui asserunt requiri licentiam specialem. Prob. quia quæ speciali nota digna sunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta, *l. Item apud Labeonem. 15. §. Ait prætor, ff. de iniurijs*: cum ergo matrimonium res grauissima sit, & ardua, *c. fin. de procur. in 6. vers. Et quamuis*, erit speciali nota dignum, & subinde nisi exprimatur, non videtur concessum. Sic docet *Spino specul. testam gloss. 15. nu. 37. Veracruz append. ad spec. dub. 5. concl. 7.* vbi ait requiri licentiam specialem, particulariter, & nominatim ad matrimonium: quamuis statim variati videatur, se enim explicat, dicens non sufficere licentiam specialem ad aliquos actus exercendos.

7 Prima concluſ. sit, non requiritur licentia specialis ad matrim. vt distinguitur contra generalem, sed satis est generalis, qua parochus concedit alicui sacerdoti licentiam ad exercendum in sua parochia, quæ ad curam animarum pertinent. Prob. primò, quia *Trident. sess. 24. de matrim. c. 1.* tantum petit vt interfit parochus, vel alius sacerdos de eius licentia: ergo cum corrigat ius antiquum, non est extendendum, vt exigat licentiam specialem. Secundò, quia *Clem. 1. de privil.* excommunicantur religiosi ministrantes absq; speciali parochi licentia, eucharistiam, & extremam vnctionem: & adhuc dicunt *Stephanus, & Zenzelinus ibi*, quos refert & sequitur *Anchar. ibi, q. 3. & Bonifacius n. 17.* & dicit forte verius esse, *Cardin. ibi, qu. 22.* sufficere licentiam generalem, absque sacramentorum specificatione: & melius *Cajetan, v. Excommunic. c. 64.* ait satis esse, sit ita specialis, vt speciali æquiualeat: idque contingere, quandocunque ex verbis licentiæ communiter intelligitur eam concedi, quamuis non exprimantur hæc sacramenta in specie. Si ergo vbi expresse petitur licentia specialis, satis est generalis, sub qua illa sacramenta comprehendantur: à fortiori, in matrimonio sufficiet, cum in illo non petatur in Tridentino specialis licentia. Tandem, quia regulariter dispositio, & concessio generalis est generaliter intelligenda, *c. Si Romanorum, d. 29. & l. De pretio. ff. de Publiciana in rem actio.* ergo illa licentia generalis ad exercendum cu-

ram animarum, est intelligenda generaliter, vt etiam matrimonium clandat. Sic docent *Nauar. lib. 4. cons. in 1. edit. t. de sponsal. cons. 27. per totum, in 2. t. de clandest. despons. toto consil. 13. Rota in nouissimis*, dicens sic decidisse Cardinales, *decis. 750. n. 2. tom. 1. Salzedo pract. c. 73. post vers. 12. in noua edit. vers. Illud autem. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 219. n. 13.* & videtur tenere *Enriq. l. 11. de matrim. c. 3. n. 5.* vbi dicens requiri licentiam specialem, cautè addidit, nec satis esse generalem administrandi sacramenta, quæ soler per bullam, aut Episcopi approbationem concedi; quasi dicat sufficere generalem, quæ manifestè continere videtur matrim.

8 Hinc fit, nō sufficere si parochus concedat alicui licentiam administrandi omnia Sacramenta. Quia videtur ea licentia intelligēda, sicut clausula bullæ cruciatæ similem facultatem concedens, de sacramentis cōfessionis, & Eucharistiæ, quæ sunt maximæ necessitatis. Sic *Rota, & Enriq. loco citato nu. proced.* & hoc probat argum. contrariæ sent. propositum n. 6. Quod intelligo, quando parochus præsens eam licentiam concederet, nec est coniectura probabilis voluisse includere etiam matrimonium: secus quando parochus in absentia relinquit substitutum quamuis enim solū illi dicat, vt administret sacramenta vice ipsius, sufficiens licentia est ad matrimonium: quia est illum vicecuratum substituere dum ipse abest.

9 Secunda concl. requiritur licentia specialis, id est, expressa in hoc sensu, quod saltem sub verbis generalibus licentię comprehendatur manifestè matrimonium: vt cum datur licentia alicui, vt exerceat pertinētia ad animarum curam: nec sat esset licentia ad aliquos particulares actus digniores: vt ad confessionem, & Eucharistiam ministrādam: & sic possunt intelligi DD. primæ sententiæ prout se explicuis *Veracr. prota citatus*. Probatur, quia potestas delegata non est extendenda de casu expresso, ad non expressum: vt colligitur ex *c. P. & G. de officio deleg. fin.* ibi, *Cum huiusmodi delegata iurisdictio ad alias personas nequeat prorogari*. Et ratio est, quia potestas delegata cum deroget ordinariæ, odiosa est: vt docent *gl. c. 1. v. Processus. de rescript. in 6. Ang. v. Delegatum. n. 5. & ibi Syluest. q. 5. Tabiena v. Delegare, q. 4.* vbi *Armil. nu. 9. Maranta pract. 4. p. d. 5 principali, an iudicium sit ordinarium. nu. 30 & 38.* ergo cum licentia ad ea sacramenta, si potestas delegata, non est extendenda ad aliud sacramentum: maximè cum in eo diuersa sit ratio, cò quod non sit tantæ necessitatis.

10 Vltima concl. non exigitur eam licentiam in scriptis esse. Quia omnis dispositio potest fieri verbo, nisi lex requirat ad actus valorem, scripturam: ex *gl. comman. recepta, c. 1. de constitut. in 6. verb. In scriptis*, & ex multis, quæ congerit *Decius rubr. de constit. in 1. lect. ora à nu. 26.* vbi ad essentiam, & valorem gratiæ, scripturam minimè desiderari, comprobat: ergo cum Tridentinum, solum petat parochi licentiā, nec exprimat, vt ea sit in scriptis, id minimè necessarium erit. Et confirm. quia vbi Tridentinum voluit licentiam concedi in scriptis, id expressit: vt *sess. 25. c. 5. de reg.* Sic docent *Nauar. l. 4. cons. in 1. edit. tit. 1. de sponsal. cons. 41. in 2. tit. de clandest. despons. cons. 12. Salzedo pract. c. 73. in noua edit post vers. 12. vers. Illud autem. Enriqu. lib. 11. de matrim. c. 3. n. 5. Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 219. n. 13.*

11 Ad argum. contrariæ sent. propositum nu. 6. respondet *Nauar. l. 4. cons. in 1. edit. tit. de sponsal. cons. 27. in 2. t. de clandest. despons. cons. 13. fin.* intelligi, quando speciali nota dignum, est dignius aliis contentis: at assistere matrimonio, non est maior & dignior functio parochi, sed aliæ sunt longè digniores: cum hæc tantum requiratur, ne desit probatio. Verum hæc solutio confunditur, cò quòd ex ea colligeretur virtute clausulæ bullæ, concedentis licentiam recipiendi sacramenta, à quocumque, vel approbationis Episcopi ad sacramenta conferenda, posse non parochum assistere matrimonio: cuius contrarium diximus: quamuis enim hæc functio parochi, minus digna sit, at est specialiori nota dignior, quia non est tantæ necessitatis hoc sacramentum: & sic non videtur inclusum in clausula generali: ideo dico id intelligi, nisi aliqua sufficienti speciālitate id nota dignū exprimatur, & ita sufficiens est (vt ipse consuetudo testatur) specialitas, dum parochus concedit commissionem generalem, non tolum ad ministrandi omnia sacramenta, in qua non includeretur, sed ad exercenda omnia, quæ pertinent ad curam animarum. Ita respondet *Rota in nouissimis, to. 1. decis. 750 n. 2.*

QVÆSTIO II. An sufficiat licentia generalis parochi ad exercendum omnia ad curam animarum pertinentia, vt possit sacerdos interesse matrimonio, quando constitutio synodalis, aut Episcopus interdixisset parocho, delegare assistentiam matrimonio? Videtur non sufficere: quia voluntas parochi debet regulari ab eius potestate, ergo vbi parochus non potest licitè, quia Episcopus, vel synodus interdicit, non censetur sub generalibus verbis dare eam licentiam. Id enim possumus, quod iure possumus. *Nisi, de renuntiat. vers. Peregrani*, ibi, *Non potuerit fidecare, vbi gl. v. Non potuerit*, explicat, id est, non debuerit. Secundò, quia in mandato generali non veniunt ea, per quæ dominus incidit in pœnam, *l. 3. §. Si procurator. ff. quod quisque iuris*, & latè tradit *Iason. l. Si procurator. n. 4. & seq. ff. de condit. indeb.* at si eo mandato generali includeretur, parochus incideret in pœnam constitutionis synodalis: ergo non censetur includi.

Cæterum dicendum est includi, & sufficere eam licentiam. Tum, quia satis specifice censetur concedere, dum concedit exercitium omnium ad curam pertinentium: tum etiam quia consuetudo ita declarat. Sic *Rota* dicens ita declarasse Cardinales, *in nouissimis, d. decis. 750. n. 2. in 1.*

Ad arg. proposita n. 12. dico. Ad 1. distinguendum est consequens, si non sit aliqua specialitas qua declaretur id committi: verum esse: secus, si sit talis specialitas, vt contingit hic. Ad 2. eodem modo respondeo: in hoc enim casu videtur specifice concedere, vt declarauit consuetudo.

QVÆSTIO III. An sufficiat licentia tacita, quæ habetur ex ratihabitione, vt sacerdos alienus assistat matrimonio? Videtur enim ex altera parte satis esse ratihabitionem de futuro. Quia nullus potest ministrare eucharistiam, nec extremam vnctionem alieno parochiano, sine propria parochi licentia: cum hoc sit proprium parochi munus, *Concil. Trident. Dudum, §. Verum ne parochiales, de sepult. & Trident. sess. 24. c. 13. de reformat.* sed potest alienus parochus ministrare ex ratihabitione de futuro, quando nimirum, attentis circumstantijs personæ, temporis, & loci, probabiliter creditur ratum habiturum parochum, vt tradunt *Felind. q. 2. n. 14. D. Antonin. 3. p. t. 14. c. 15. §. 5. Cajet. sum. v. Communio minister, Sylvest. v. Vnctio extrema. q. 4.* vbi *Tabiena n. 3. Armil. n. 5. Soto 4. d. 23. q. 2. a. 1. Nauar. sum. c. 21. n. 52. Enriq. lib. 3. de sacramento confirm. c. 6. nu. 6. Suarez 3. p. q. 82. a. 3. disp. 70. sect. 2. §. Hinc sequitur, Barth. à Ledes. de extrema vnctione, disp. 2.* Ergo similiter potent assistere matrim. ex ratihabitione de futuro. Secundò, quia ad audiendas confessiones requiritur similiter licentia proprij sacerdotis, *c. Omnibus vtriusque sexus, de pœnitent. & remiss.* sed satis est præsumpta ex ratihabitione de futuro: vt tradunt *Host. sum. tit. de pœnit. & remissio. §. Cui confitendum, n. 14. vers. Octauo, Henricus d. Omnibus vtriusque sexus, nu. 24. vers. 8. Ias. de Zochis in reper. confessor. nu. 116.* sic enim aiunt, *Valet confessio, si alicui sacerdos ponat spem suam in proprium sacerdotem, vt ratum habeat: ergo similiter sufficiet in matrimonio.* Tertiò, probatur ex *c. Legatum fin. 9. qu. 2.* vbi habetur D. Epiphanium promouisse ad ordines, quosdam clericos diœcesis alienæ: quod nulla ratione saluari potest, nisi quia id propinum Episcopum ratum habiturum credidit: vt ait *ibi gl. v. Quod sanctus*: ergo similiter sat erit in matrim. pro legitima licentia, ratihabitio de futuro. Quartò, probatur ex *c. Aqua, de consecr. Eccles.* vbi asserit Pontifex, reconciliationem Ecclesiæ non potuisse ex commissione Episcopi, fieri per sacerdotem simplicem, & subdit hæc, *Quod autem per reconciliationem factum est, misericorditer toleramus.* Vbi *gloss. verb. Toleramus*, ait *licet prima non valuerit, at incipit valere ex nunc.* ergo similiter quamuis matrim. absq; licentia de præsenti parochi, esset nullum, saltem quando accedat ratihabitio eius, incipiat valere:

nuptiæ opus iterum celebrari. Quintò prob. quia ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur: *reg. Ratihabitio mandato, de reg. iuris in 6.* sed si à principio interuenisset mandatum parochi, esset validum matrimonium: ergo erit ratihabitio et tunc, quando postea parochus ratificat licentiam.

16 Tertiò probatur idem: videtur omnino necessarium esse licentiam parochi, nec sat esse ratihabitionem de præsenti. Quia vbi *ff.14.c.1. de matrim.* dicit posse assistere alienum sacerdotem de licentia parochi: at quoties ad aliquē actum requiritur licentia, debet esse expressa, nec satis est tacita præsumpta: vt optimè *gl. Clem. vn. de testam. v. Obtenta, in fin. n.7. Lapus alleg. 86. nu. 3. vers. Quod sint sufficienti, fol. 6. in vltimo, paulò post princ. vers. De latere, de cens. lib. 6. in vltimo. Andr. Flatus in princ. Domin. ibi, in princ. n. 2. vers. quæ autē dicta, Franc. ibi, n. 1. Corsetus in suis singulis, lit. L. v. Licentia, vers. Additio, licentia, Chassanæus in consuetudine Burgund. part. 4. §. 7. n. 39. Bald. l. Obseruare, §. Post hæc, ff. vlt. Farin. de inscript. vsquando, §. 8. nu. 22. Menoch. cons. 88. n. 2. lib. 2. de arbitr. cent. 5. nouæ additæ, casu 453. nu. 14. Aznilus in dictionario, v. Otorgamiento, Ant. Gabr. 2 to. comm. Tondut. q. 20. n. 2. l. 4. vers. Octauo est dubium, f. 139. col. 2. Pax pub. lib. 3. 2. tempore 2. n. 27. n. 28.* Ergo non sat est ad matrimonium præsumpta per ratihabitionem, sed desiderantur expressa. Et ita in propriis terminis matrimonij, exigentium expressam, nec sat esse tacitam, & præsumptam docet *Menoch. duobus locis proximè citatis, & cons. 398. n. 3. vol. 2. Segura 2. p. direct. c. 15. n. 48. Enriq. lib. 11. de matrim. c. 12. Manuel. 2. tom. sum. c. 219. n. 14. in 2. edit.* Et videtur tenere *Nauarr. append. ad sæculum, dub. 5. concl. 3.* ait enim absolute non sufficere ratihabitionem. & in alio simili, nempe ad valorem confessionis, non sufficere ratihabitionem de præsenti, docet *Tabiena Absolutio, t. n. 43 fin.*

17 Prima concl. Licentia tacita ex ratihabitione de futuro non sufficit, vt alienus sacerdos probabiliter credit parochum ratihabiturum, non est sufficiens, vt sit validum matrimonium. Prob. quia quod sub ratihabitione de futuro fit, quamuis vice tunc fiat, at re vera vt pendens fit, ita vt possit ratificari, & irritari, sed valor sacramenti non potest esse in pendenti, sed statim aut debet esse validum, aut irritum: ergo non est validum, quando est tantum ratihabitio de futuro. Et confirm. quia cum ea licentia ad matrimonij valorem requiratur, debet adesse dum matrimonium celebratur: at cum est tantum ratihabitio de futuro, non est licentia de præsenti, cum celebratur matrimonium: ergo non sufficit. Hæc conclusio est certissima, & vltra Doctores, quos referam in 2. concl. n. 20. omnes enim illi eam affirmant in alio simili, nempe, in licentia ad audiendum confessiones: docent in eodem casu concurrentij, Henricus de Gandauo quodlib. 1. quæst. 30. Palud. 4. d. 19. q. 2. a. 3. ad 1. contra 3. concl. D. Antonin. 3. p. t. 17. c. 4. fin. Catharinus, in Apol. Absolutio, c. 1. §. Circa oppositionem, Frater Alexander 3. p. q. 82. a. 3. dub. 2. Hinc sequitur: quamuis enim hi DD. minimè distinguant, an sit ratihabitio de futuro, vel de præsenti: ex eorum tamen rationibus apertè colligitur, loqui de ratihabitione de futuro.

18 Hinc infertur licentiam parochi, vt alienus sacerdos assistat matrimonio, debere necessario præcedere, vt validum sit matrimonium. Sic *Menoch. cons. 188. nu. 7. vol. 2. Salzedo pract. c. 73. n. 3. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 219. n. 14.* Et ratio est, quia quoties actus valorem desideratur licentia, debet ea necessario præcedere: *auth. Licentia, C. de Episcopis, & cler. l. 2. qui nihil bona, §. Iussum, ff. de acquir. hæred.* & docent multi *in l. 5. §. Item dubitatum est, vers. Item in licentia, Lambertinus lib. 3. quæst. 3. gl. 1. n. 4. & t. 7. l. 3. gl. 1.*

Si autem eodem die licentia concessa sit, & matrimonium initum, nec constat, vtrum horum præcesserit, præsumitur licentiam præcessisse. Quando enim duo actus eodem die fiunt, nec constat, vter eorum præcessert, is actus præcedere censendus est, qui necessarius est ad actus valorem, *l. Cum in testamento, §. Hæc verba, vbi per scribentes, ff. de hæred. instit.* & docent *Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 42. initio, Ant. Gom. l. 42. Tauri n. 3. & 4.* & multi quos refert & sequitur *Molina l. 2. de primog. c. 7. nu. 51. Mascard. de probat. concl. 1357. n. 31.* Et ratio est, quia in dubio est potius accipienda præsumptio, vt actus valeat, quam pereat, *l. Quoties, in 2. ff. de rebus dub. l. Quoties, ff. de verb. sign. Alciat. d. reg. 3. præsumpt. 34. n. 1.* & latissimè *Menoch. de præsump. l. 6. tota præsumpt. 4.* vbi *n. 5.* cum multis ait, licet prioritas præsumatur secundū ordinem literæ, secus esse, vbi actus tedderetur nullus. Quòd maximè verum est, in re fauorabili, qualis est matrimonium. pro quo in dubio iudicandum est *c. fin. de sent. & re iud.* Atque ita in hoc casu matrimonij præsumet licentiam præcessisse, docet *Rota in nouissimis, decis. 750. nu. 11. & 12. tom. 1.*

Secunda concl. Licentia tacita quæ habetur ex ratihabitione de præsenti, sufficit vt alienus sacerdos possit interesse matrimonio: vt quando videns, & sciens, ac tacente ordinario, aut parocho, potenteque contradicere, assistit. Prob. primò, quia scientia & patientia in ijs quæ sunt modici præiudicij, operatur consensum: vt tradunt *Bart. l. Quæ dotis, n. 24. ff. solut. matr. Abb. c. Nouue n. 3. de præsumpt.* & multis citatis, *Mascardus de probat. concl. 1158. nu. 34.* sed hæc assistentia matrimonio, modicum, aut nullum præiudicium infert parocho: ergo illa scientia & patientia inducit consensum, & legitimam licentiam. Secundò, quia vbi requiritur licentia in actu, sufficit tacita, & præsumpta ex ratihabitione de præsenti: vt multis comprobat *Ioan. Lup. tom. de don. §. 68. nu. 27. Corsetus in suis singul. lit. L. v. Licentia.* Tertiò, quia eodem tenore *c. Omnis vtriusque sexus, de pœniten. & remiss.* petitur licentia proprij sacerdotis, vt alienus valeat audire confessiones, & tamen sufficit licentia tacita, quæ habetur ex ratihabitione de præsenti. Vt optimè docent *Rosella Confessio sacramentalis 3. n. 31. Ang. Confessio 3. nu. 30. Syluest. Confessor 1. qu. 6. fin. & q. 15. Caiet. sum. v. Absolutio ex parte absoluentis, vers. Licentia, Tabiena v. Absolutio, nu. 42.* vbi *Armill. n. 17. Victoria sum. de confessione n. 153. Metina tract. 2. de confessione, q. de multiplici licentia alieno fatendi. à. vers. Corollariè sequitur ex dictis: Sotus 4. d. 18. q. 4. a. 3. vers. Circa concessiones, Ledesm. 2. p. 4. q. 7. a. 5. dub. 3. Nauar. sum. c. 9. Hisp. nu. 5. Lat. n. 6. & c. Placuit, nu. 105. de pœnit. d. 6. Margarita confessorum, f. 10. col. 2. Palacios 4. d. 17. disp. 7. f. 261. col. 1. fin. vers. Quamobrem, Enriq. l. 6. de pœnit. c. 13. n. 13. Bart. à Ledesm. de pœnit. dub. 28. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 38. paulò post princ. Vega lib. 4. sum. casu 129. Caput l. 1. decis. c. 17. n. 3. & 4. Mau. Antonius Corona confessorum 2. p. de confessio. c. de ministro, nu. 52. dub. 5.* Et confirm. quia *l. 55. Tauri hodie §. 2. t. 3. lib. 5. recop.* exigitur licentia mariti, vt vxor validè contrahat: & tamen frequentior sententia habet, satis esse tacitam ex ratihabitione de præsenti, vt quando vxor videnti & tacente marito contrahit: vt docent *Cifuentes ea l. 55. q. 14.* & ibi, *Ant. Gom. n. 5. Matienzo lib. 5. recop. t. 3. l. 3. gl. 1. n. 7. Azebedo eo t. 3. l. 2. nu. 10.* Confirmatur secundò, nam *c. fin. de offic. vicarij in 6.* dicitur vicarium non posse conferre beneficia, nisi ea specialiter committatur, & tamen si vicarius reuocatione licentiæ sibi intimata, conferat videnti & patiente Episcopo, valet collatio: iuxta communem sent. quam tenent *Boerius decis. 347. n. 13. Anast. Germonius de indultis, §. Tibi quoad vixeris, nu. 65.* ergo à fortiori in nostro casu, vbi non requiritur specialis licentia: vt probaui n. 7. Tandem, quia procurator reuocatus, gerens negotia, sciente & patiente domino, validè agit: vt docet *gl. celebris, l. Qui mutuam, v. Instaurauerit, ff. mandati.* Et procurator excedens fines mandati, sciente & patiente domino, ipsi nocet: vt bene *Felin. c. 1. n. 12. vt lite non contest. Iason. l. Si procurator, n. 17. limit. 6. ff. de condict. indebiti.* Quæ omnia ideo vera sunt, quia illa scientia & patientia habetur pro legitima licentia: ergo similiter dicendum est in matrimonio.

21 Idem protsus dicendum est, quando ratihabitio est de præterito (quam n.1.explicui.) Quia adhuc verificatur licentiam præcedere. Et ita in simili, nempe, ad audiendas confessiones satis esse hanc ratihabitionem docent *Sotus, Enriq. Bart. à Ledes. Vega, Maurus Ant. alleg. n. præced.*

22 Monuerim tamen, eam præsentiam cum taciturnitate, non esse approbationem, & licentiam simpliciter, sed pro eo actu. Quia licet daret parochus licentiam expressam, ad assistendum illi matrimonio, vel audiendam illam confessionem, non esset licentia simpliciter. Sic *Enriq. lib. 6. de pœnit. c. 13. nu. 15.*

23 Vtrùm autem, si ordinarius aut parochus, videns, & tacens alienum sacerdotem audire confessionem, aut interesse matrimonio, nō consentiat interius, adhuc valeat matrimonium & confessio: diximus hoc 3. d. disp. 22. n. 64.

24 Ad arg. proposita n. 15. ad probandum satis esse ratihabitionem de futuro respondeo. Ad 1. latam esse differentiam, quando enim licentia, & iurisdictio est necessaria ad substantiam, & valorem rei, vt in pœnitentia, & matrimonio, non satis est ratihabitio de futuro. Quia (vt probaui n. 18.) licentia debet præcedere, at in ratihabitione de futuro, non præcedit licentia, & consensus, sed tantum est probabilis præsumptio consensus postea præstandi. Vbi autem non requiritur ad substantiam actus, sed ad solum debitum ordinem, vt in reliquis sacramentis, satis est probabilis spes, & præsumptio voluntatis pastoris. Ad 2. dic illos DD. intelligendos esse de ratihabitione de præsenti, alias eorum doctrinam non esse admittendam. Ad 3. dico sicut ad 1. ad essentiam ordinum non requiri licentiam proprij Episcopi, sed vt licitè ministretur: & ideo non mirum est, si ratihabitio de futuro excusset. Vel secundo sensum esse, vt illa ratihabitio, & consensus postea præstitus ab Episcopo, sat sit vt sic promotus possit in ordine suscepto ministrare: vt docet *gl. 20. c. 1. in 3. unens. v. Poterit*, & multi alij. Ad 4. dico disparem esse rationem: quia in sacramentalibus, cum solemnitas sit de iure Ecclesiastico, potest illam Pontifex mutare, & sic supplere defectum omissum, vt ex tunc incipiat valere: secus in matrimonio, vbi si semel non valuit, non potest Ecclesia facere, vt ex nunc valeat, nisi contrahentes renouent consensus. Sic explicant id *c. Aqua gl. ibi, v. Tolerantur, Ant. ibi n. 10. Palud. 4. d. 17. q. 3. fin.* Ad 5. dico ratihabitionem retrotrahi, & mandato comparari: quando valor actus pendet ex solo mandato, & voluntate domini, secus quando pendet ab alio, vt est confessio, quæ pendet à voluntate confitendi, pœnitentis, ac eius dispositione, & ex intentione absolvendi, ministri, eiusque absolutione: & matrimonium pendet ex contrahentium mutuo consensu: quæ cum requisita sint ad horum sacramentorum valorem, si à principio inualida fuerunt, est necessarium, vt repetantur. Ad argum. pro altera parte propositum n. 16. neganda est ea doctrina: ex multis enim probaui num. 20. quando requiritur licentia absolute, non requiri expressam, sed sat esse tacitam: & forte declaratio Cardinalium, quod requiratur expressa in matrimonio, intelligenda est, vt distinguitur contra tacitam, ex ratihabitione de futuro.

DISPVTATIO XXXVI.

An si ordinarius, vel parochus concessit alicui sacerdoti licentiam assistendi matrimonio, & is sacerdos nondum certior factus de dicta licentia, vel conscius non per nuncium destinatum, assistat, valeat matrimonium? vel si reuocata est; & sacerdos ignorat reuocationem, vel sciret non per nuncium destinatum? & possit ad libitum reuocari?

SVMMARIVM.

Proponitur opinio asserens priuilegium, vel dispensationem prodesse à tempore concessionis, etiam ignoranti, n. 1.

Non prodest donec veniat in notitiam eius, cui conceditur, n. 2.

Quid quando priuilegium non conceditur per modum rescripti, sed per modum statuti, vel constitutionis, nu. 3. Et an reuocari possit ante notitiam eius cui conceditur, n. 4. Et ibi explicatur, c. Si tibi absenti, de præbend. in 6.

An exigatur notitia priuilegij, etiam in eo in cuius damnum cedit, n. 5.

An si priuilegium impetretur per nuncium, aut procuratorem, sufficiat eius notitia, n. 6.

An satis sit, vt quidam qui casu vidit priuilegium concedi, illud intimet, n. 7.

Quid si parochus concesserat licentiam assistendi matrimonio, & ignorans licentia, vel admonitus sacerdos à quodam, qui casu audiuit, interfuit, n. 8. Et iber iurisdictio alicui concessa non prodest, dum ignorat, nec potest concedi actu interno.

Quid, si reuocata est licentia, & sacerdos ignorabat, & an possit ad libitum reuocari, n. 9.

Soluuntur argum. & explicantur l. Licet, C. de repud. & l. 1. §. 1. ff. diuort. nu. 10. Et ibi simile non est in omnibus simile, sola enim nota est simile, sed idem.

QVÆSTIO hæc pendet ex illa, An priuilegium prosit ignoranti illud, à tempore quo concessum est, vel à tempore quo eius notitiā habet. Quare hæc quæstio præmittenda est. Quidam ergo existimant, priuilegium prodesse à tempore concessionis, nec eius scientiam, ac intimationem requiri, vt valida sint virtute illius gesta. Prob. primò, ex *l. Licet. C. de repud.* vbi habetur dissolui matrimonium, quamuis repudij libellus nō sit traditus, nec cognitus viro: ergo non requiritur priuilegij notitia, vt prosit. Secundò, quia voluntas siue dispositio principis æquiparatur voluntati testatoris: *auth. de nupciis, §. Desponat, collat. 4.* sed legatum relictum à testatore acquiritur ignoranti, à tempore testamenti, *l. Cum pater, §. Surdo, ff. de leg. 2.* ergo & priuilegium, quod à principis voluntate, & dispositione habet, proderit à tempore concessionis, etiā ignoranti. Tertiò, ex *l. 2. §. 1. ff. de iudic.* vbi ignorans habet exercitium iurisdictionis prorogatæ, cum tamen hoc sit quoddam priuilegium. Quartò, ex doctrina *Bart. l. fin. nu. 5. C. de sententiam passis*, vbi docet prodesse restitutionem deportati, ignoranti: per *l. Eius qui in prouincia, §. fin. ff. si cert. pet.* vbi libertas concessa per testatorem, acquiritur ignoranti: ergo & eā restitutio deportati, est priuilegium: ergo. Et ita hanc partem tuentur *Archid. cap. Proposuisti, d. 28. ad fin. vers. Item* glossa, *ibi, sex mensis: Petrus & Cynus*, quos refert & sequitur *Alberic. l. Beneficium, n. 16. ff. de constitut. princ. Paul. in princip. Clem. §. De cætero, & ibi Bonifac. §. Nunc igitur n. 49. Imol. l. 1. de constit. n. 6. vers. Item aduerte, Bertachin. in suo repert. li. 1. Priuilegium, in princ. sub n. 30. vers. Priuilegium fauorabile.* Idem tenet *Aug. v. Renunciatio, n. 5. fin.* quando ad instantiam obtinentis priuilegium, vel per eius nuncium, aut procuratorem impetratur, vel motu proprio conceditur. Et eiusdem sent. videntur esse *Soto 4. d. 29. q. 2. a. 1. ad fin. vers. Postremo, Veracruz append. ad dub. 19. 1. p. special. §. At si post dispensationem, Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. cap. 42. f. 1087. col. 2.* dicunt enim, ante Trident. si duo contraxissent sponsalia, habentes impedimentum dirimens, & postea concessa impedimenti dispensatione, commixti essent affectu voluptatis, ea sponsalia in matrim. transijsse, quamuis ignorarent dispensationem concessam esse: & ita aperte sentiunt dispensationem prodesse ignoranti.

Dicendum tamen omnino est, tantùm sortiri suum effectum, priuilegium, à tempore quo certior de illo suus cui conceditur. Prob. ex *c. 1. ad medium, vers. Ex parte, de concess. præben. in 6.* vbi expressè habetur priuilegium prodesse à tempore scientiæ. Et licet id non videatur probare, quia est allegatio partis aduersæ: at cum Pontifex in fine illius textus, pro parte illa rescribat, videtur eius sacramentum approbare. Secundò prob. ex *c. Si tibi absenti, de præbend. ibi, Si tibi absenti conferatur beneficium, licet per collationem hu-iusmodi, donec eam ratam habueris, ius in beneficio non acquiratur:* ergo priuilegium nō acquiritur absenti, donec sciat. Confirmatiō prob. ex *l. fin. C. de consulibus, l. 12.* vbi dicitur filiū ex dote à partis potestate per dignitatem consularem, illico à lucris præstitis. Vbi *gl. init.* inquit, id est, præsentatis sibi literis suæ electionis. ergo. Quartò, ex *l. Qui absenti ff. de acquirend. possess. ibi, Qui absenti seruo scribit, vt in libertate moretur, nō eum*

manu-

autem habet, vt statim velit serui possessionem dimittere, sed magis dilationem sibi in id tempus conferre, quo seruus certior factus fuerit. Ergo priuilegium non prodest ante eius notitiam. Quintò, quia priuilegium est quædam donatio: vt docent *Anchar. & Franc. ibi statim allegandi*, hæc autem nō acquiritur absenti, ante acceptationem (vt dixi lib. 1. disp. 6. n. 2.) Tandem probatur ex *Auth: Quibus modis naturales effic. sui. §. Illud tamen, vers. Generaliter autem, collat. 7.* ibi, *Generaliter autem in omnibus, quiper prædictos modos deducuntur ad legitimationem, tunc hoc volumus obtinere, dum & filii hoc rectum habuerint.* Vbi probatur legitimationem non prodesse absenti, donec ad eius notitiam peruenerit: & tamē est quoddam priuilegium mergo. Sic tenent *gl. c. 1. de concess. præb. in 6. Vinc. in com, & ibi Archid. nu. 3. v. Facultatem, Innoc. in 6. v. Facultatem, Host. ibi, col. 5. cod. verb. Ioan. Andr. ibi nu. 8. Anchar. n. 6. Domin. ibi, §. Ex parte, nu. 5. Franc. eo. §. n 3. Ant. in præmio decret. §. Gregorius, n. 26. Abb. c. 2. de constitut. nu. 7.* vbi *Alexand. de Neuo n. 29. Decius in 1. lectura, n. 44. Felin. nu. 7. vers. Tertio limita, Beroius nu. 48. Card. in præmio, Clem. v. Vniuersitati, q. 5. Dynus l. 1. ad fin. ff. de bonis possessis ex testamento militis, Bart. Bencfitium, n. 4 ff. de constit. princ. & ibi Bald. nu. 15. Iason nu. 46.* dicens esse communem sent. Doctorum vtriusque iuris, & ibi *Ilerdensium n. 13. Romanus d. l. Qui absenti, in princ. n. 3. & ibi Alex. in princ. n. 3. Syluest. v. Priuilegium, q. fin. & v. Rosa. n. 9. Rosella v. Indulgentia, n. 8. & ibi Tabiena q. 29. n. 30. Natar. li. 3. conf. in 2. edit. 2. de priuil. conf. 21. n. 3. Bolognetus l. Omnes populi, nu. 155. ff. de iust. & iure, Ant. Gab. tom. 1. comm. in materia 1. q. v. Ignorantia, f. 504. col. 1.* & latissime multis doctrinis allegatis, *Menoch. de arbitr. l. 2. cent. 2. casu 185. n 30. & seq. Mero de maior. 1. p. q. 2. fin.* vbi inde infert, habentem facultatem instituendi maioratum, inualidè instituere, ante illius facultatis notitiam.

3 Hæc tamen sent. solet aliquibus modis temperari. Primò, vt intelligatur de priuilegio per modum rescripti, secus quando conceditur per modum statuti, & constitutionis. Et ratio differentiæ est, quia lex generalis, vel statutum, dum concedit priuilegium, & præmio afficit, ex causa id facit, quod is, cui conceditur, aliquid reipublicæ gens hoc lege requisitum, quamuis ignarus legis, dignus est præmij remuneratione, imo dignior illo, qui præmij conscius, eo ductus egit. Item, quia non omnino præmiū ignorauit, nam in genere præmio aliquo se afficiendum putauit. Diuersum autem est in priuilegio ex rescripto, cùm hoc concedatur ex mera liberalitate, nec ante actum gestum propositum sit in præmium, sed ipsum factum postea sequatur. Sic *Bart. l. Omnes populi, n. 37. & 38. ff. de iust. & iure, Crottus in repetitione legis, nu. 227. idem Bart. l. Diua memoriæ, init. C. de decur. l. 10. Ant. in proœmio decret. verb. Greg. n. 26. Menoch. l. 2. de arbitr. cent. 2. casu 185. nu. 45 49. & 50 sed l. Beneficium, n. 51. ff. de constit. princ.* Et eam impugnat *Decius in 1. lectura, n. 44.* quia lex etiam petit scientiam eius. Et *Panorm. c. 2. de constit. nu. 7. & ibi Alex. de Neuo, n. 29. Felin. n. 7. vers. Tertio limita, Beroius ibi n. 48.* dum dicunt priuilegium non prodesse, donec innotescat priuilegiato: expedire loquuntur etiam de constitutione priuilegianti. Verum adhuc placet prædicta limitatio. Et ad impugnationem Decij respondet bene *Menoch. d. casu 185. nu 48.* legem requirere eius notitiam, quoad pœnam, non tamen quoad commodum.

4 Secundò limitatur, vt priuilegium non operetur efficaciter, ita vt gesta virtute illius sint alicuius valoris, donec is cui conceditur, certior fiat: operetur tamen aliquid à concessionis tempore, nempe, vt ille qui priuilegium concessit, illud amplius reuocare minime possit. Prob. ex *c. Si tibi absenti, de prab. in 9.* vbi decidit, ius in beneficium collatum absenti, non acquiri, donec absens acceptet: at interim collationem reuocari non posse. Sic docent *Card. in proœmio Clem. v. Vniuersitati, q. 5. Bald. l. Beneficium, nu. 15 ff. de constit. princ. Alex. de Neuo c. 2. nu. 30. de constit. & Felin. n. 7. vers. Tertio limita.* Sed optime hanc limitationem reprobat *Meno. d. casu 185. n. 46 & 47.* Nam ex doctrina *Con. 3. var. c. 16. n. 1.* & aliorum quos ibi refert, aliqua sunt priuilegia, quæ ex mera concedentis liberalitate proficiscūtur, vt est donatio rei propriæ: & hæc possunt reuocari à concedente ante absentis acceptationē. Alia vero sunt, quæ quamuis mere liberalia sint ex parte eorum quibus conceſſio fit, non tamen sunt talia ex parte concedētis, sed cuiusdā necessitatis: vt est collatio beneficii: nam tenetur prælatus ex officio cōferre. Et in hoc casu loquitur *d. c. Si tibi absenti*, vbi enim prælatus semel contulit, nō potest retrocedere, etiā ante absentis acceptationē. 5

Tertiò, limitatur, vt priuilegium requirat scientiam respectu personæ priuilegiatæ: nam respectu alterius, in cuius damnum est, non desideratur eius notitia. Prob. ex *c. 1. de conceſſ. prab. in 6. vers. Dicebat, autem, ad fin.* ibi, *Nam si alicui à sede Apostolica concedatur, quod excommunicari non possit, licet id forsitan suus ignoret Episcopus, non tamen propter hoc, eius ligatur sententia, & vers. Similiter*, ibi, *Si alicui conferendi prabendā aliquam, à sede apostolica tribuatur potestas, ex hoc ipso videtur, quod sit episcopo conferenda tunc eam, penitus interdicta facultas.* Et ratio est, quia cum directe concedatur ob priuilegiati fauorem, ipsíque donatio fiat, satis est vt ipsi intimetur, ab ipsoque acceptetur. Sic *Rom. Conſ. 330. Decius c. 2. de conſtit. in 1. lectura, n. 42. & ibi Felin n. 7. vers. Hanc limitationem, Mantua, ibi n. 45. Meno. lib. 2. de arbitr. cent. 2. casu 185. num. 28.* Et satis placet: quamuis *Beroius d. c. 2. n. 48.* censeat oppositum, dicens quando priuilegium concernit fauorē vnius, & præiudicium alterius, desiderari quoad fauorem, notitiā priuilegiati, & quoad damnum, notitiam damnificati: & ait cogitandum. Et intellige non requiri, notitiam damnum passi, quamuis sit priuilegium per modum constitutionis concessum, ac insertum in corpore iuris. Sic *Rom. & Fel. ibi.*

Quarto limitatur, vt priuilegium non prosit ante notitiam eius, quando cōceditur motu proprio, vel ad instantiam alterius, quam priuilegiati: secus si per suum procuratorem, vel nuncium impetret priuilegium: tunc enim valet à tempore, quo procurator, aut nuncio intimatur: vt dixi l. 1. disp. 6. n. 30. 6

Hinc infero, non satis esse, quando priuilegium motu proprio conceditur, vel ad instantiam alterius, si tertius qui casu audiuit, certiorem faciat priuilegiatum: sed oportere sit is qui impetrauit priuilegium, aut nuncius eius, aut concedētis, qui intimet. Prob. quia (vt dixi n. 2.) hæc conceſſio priuilegii est quædam donatio, hæc vero vt efficax fit, & omnino valida, ac irrenocabilis, oportet vt per nuncium destinatum ad id, intimetur: iuxta veriorem sententiam (vt dixi l. 1. disp. 6. n 3.) & reuocationem licentiæ dixi sic opus esse intimari, hoc 3. l. disp. 30. n. 13. 7

Tandem ex his infertur decisio nostræ quæst. An si parochus, vel ordinarius concesserat sacerdoti licentiam assistendi matrimonio, & ipse concessionis ignarus, assistat, valeat: dicendum enim est, vti de priuilegio diximus nu. 6. & 7. Si enim concesserat nuncio ab illo sacerdote misso, valet matrimonium: quia fat est illi cognitam esse, & acceptatam: si vero parochus motu proprio concedat licentiam, vel ad instantiam alterius non missi ab eo sacerdote, non valebit: immo nec si fuerit iam illius licentiæ conscius per alium, quam impetrantem, aut eius, vel parochi concedentis nuncium. Vt probaui n. 6. de priuilegio: quia hæc licentia quoddam priuilegium, & donatio quædam est. Et confirm. quia hęc licentia assistendi matrimonio, quāuis propriè iurisdictio minime sit, est tamen quasi iurisdictio, & quasi iurisdictionis exercitium: at exercitium iurisdictionis non potest conferri ignoranti, & quamdiu quis ignoret iurisdictionem se habere, non valet quod agit. Vt bene *Bart. l. Barbarius, in 2. lectura nu. 18. & ibi Baldus in 2. lectura, n. 28. ff. de offi. prat. Ioan. Baptiſt. in repetit. l. Omnes populi, num. 138. ff. de inſt. & iure, Bertachin. in suo repertorio, lit. D. v. Delegatus, & Vicarius, sub num. 140. Rota in nouiſſimis, to. 1. decis. 750. n. 10.* & refert *Ferretum conſ. 75. n. 4.* & dixi supra, l. 2. disp. 36. nu. 3. errantem iudicem in fundamento iurisdictionis inualide sententiam ferre. Et confirma- 8

tur, quia iurisdictio non potest actu interno conferri: vt bene docent *Victoria materia de confess. nu.* 153. *Ledesm. 2 p. 4. q. 7. a. 5. dub. 2. Enriq. l. 6. de pœnit. c. 13. n. 13. Bart. à Ledesm. de pœnitentia, dub. 28. Vega li. 4 sum. 4 casu* 119. Quod non alia ratione procedit, nisi quia est concessio facta homini ad actum externum, & ita externam oportet esse, vt ipsi innotescat: sed perinde est ac si esset interna, quando est externa in absentia, & is cui conceditur, nondum certior de illa factus est: ergo non sufficit.

9 Quid autem dicendum sit, quando iurisdictio, seu licentia concessa est, nec de reuocatione constat? dicēdum enim est, non sufficere reuocatam esse iurisdictionem, aut licentiam assistendi matrimonio, nisi intimetur reuocatio, per nuntium ad id destinatum illi cui concessa fuerat, & ante talem intimationem, quamuis aliunde norit sacerdos reuocatam esse licentiam, matrimonū cui virtute talis licentiæ interest, & reliqua quæ egerit virtute talis iurisdictionis sic reuocatæ, valere. Quia reuocatio tam iurisdictionis ordinariæ, quàm delegatæ, vt effectum suum sortiatur, debet intimari per nuncium ad id destinatum: vt probaui hoc 3. l. disp. 30. n. 11. & 13. Potest autem licentia hæc semel concessa, ad libitum reuocari: quia est merè gratuita, omninoque pendens à voluntate concedentis.

10 Ad argum. contrariæ sent. proposita n. 1. respond. Ad 1. cum *gl. & l. Licet, v. Marito*, illam legem supplendam esse, per *l. 2. ff. de diuort.* vbi habetur viro præsenti renunciandum esse repudij libellum, vel absenti, per eum, qui in potestate eius sit, vel in cuius potestate ipse sit: ac proinde desiderari notitiam per se, vel per alium. Ad 2. dico nō esse necessarium æquiparationem fieri in omnibus: quod enim in omnibus est simile, non simile, sed idem omnino dicitur: simile enim non est idem, *l. Quod Nerua, ff. depositi.* Æquiparatio autem in hoc tenet, quòd vtraque seruanda est tamquam lex, voluntas principis, tamquam lex generalis, testatoris autem, tamquam lex priuata. Ad 3. respondet *Bartol. l. barbarius, in 2. lectura, nu. 18. ff. de offi. prator. & ibi Bald. in 2. lectura, n.* 28. in iurisdictione prorogata eamdem esse rationem in substantia, cum iurisdictione principali: & ideo sufficere scientiam circa iurisdictionem principalem, ignoranti enim potest accrescere accessoria, secus si principalis ignoretur. Ad 4. ea doctrina Bart. meritò rejicitur per *Alex. l. Qui absenti, in princ. n. 4. ff. de acquir. possess. Iason l. Beneficium, n. 51. ff. de constit. prin. Felin. c. 1. n. 7 vers. Tertio limita, de constit. Bolognetum l. Omnes populi, n. 155 ff. de iust. & iur.* Et ad *l. Eius qui in prouincia*, respondēt speciale esse fauore vltimæ voluntatis, & liberationis deportati.

DISPVTATIO XXXVII.

An sacerdos debeat credere dicentibus se habere licentiam à parocho, vt coniungat eos matrimonio?

SVMMARIVM.

Argumenta proponuntur ad probandum, credendum esse dicenti se habere licentiam, n. 1.

Regulariter non est credendum, n. 2. & ibi, limito n. 3. An sit credendum dicenti se absolutum esse ab excommunicatione.

An sit credendum dicenti se habere licentiam faciendi alieno sacerdoti, vel recipiendi ab eo Eucharistiam, vel extremam vnctionem, nu. 1. & 2. limito n. 6.

Quid, si persona sit fide digna, n. 3.

An sit credendum dicenti se obtinuisse dispensationem ad contrahendum matrimonium omissis denunciationibus, vel habere licentiam, vt alienus sacerdos benedicat nuptias, n. 4.

Si opponatur alieno sacerdoti, absque legitima licentia interfuisse matrimonio, cui incumbat onus probandi, n. 5.

Soluuntur argumenta, n. 6.

1 VIDETVR quidem credendum esse dicentibus se habere licentiam, vt alienus sacerdos interfit eorum matrimonio: Primò, quia hic solum agitur de periculo animæ contrahentium, cum nulli alij damnum sequatur: nemo autem præsumitur suæ salutis immemor, *l. Sacimus, C. de sacros. Eccl. & c. penult. 1 q. 7.* ibi, *Et licet neminem diuini timoris contemnendo iureiurando, arbitremur immemorem, vt famoris contemnendo iureiurando, arbitremur immemorem, vt saluti propriæ nullum commodum anteponat.* Et *c. Significasti, de homicidio*, ibi, *Cum credendum sit ipsi, qui non accusatur, vel denunciatur ab aliquo, sed per seipsum confitetur appetit saluare.* Et confirm. quia facile creditur quod prodest petenti, & nemini nocet, *l. In creditore, 38. ff. de euictio*, ibi, *Cui enim nō æquè videbitur, vel hoc saltem consequi emptorem, quod sine dispendio creditoris futurum est.* Vbi *gl. v. Dispendio*, aut cogi aliquē credere, quod est sine suo damno: sed hoc matrimon. prodest contrahentibus, & nemini nocet: ergo credēdum est dicenti se habere licentiam. Secundò, quia sicut matrim. est irritum absque præsentia parochi, vel alterius sacerdotis de eius licentia, ita confessio est inualida facta alieno sacerdoti, non habenti legitimam licētiam audiendi: & tamen religiosus crediturus est pœnitenti dicenti se habere licentiam à proprio parocho, vt illi ministret sacramenta confessionis & eucharistiæ: vt docet *Abb. Clem. 1. de priuil. n. 5. Henric. c. Omnis de pœnit. & remiss. n. 25. Bonifac. ea. Clem. 1. nu. 26. Ang. Confessio, 3. n. 32. Sylueit. Confessor, 1. qu. 7. Armil. v. Absolutio, n. 20.* Et parochus crediturus est parochiano dicēti se fassum esse habenti legitimam licentiam, ipsum absoluendi, atque ita debet illi ministrare eucharistiam: ut tradunt *D. Th. quodl. 1. a. 12. & 4. d. 18. q. 3. a. 2. quæstiunc. 5. ad 2. Ricard. 4. d. 17. a. 3. qu. 2. ad 3. Gab. 4. d. 17. q. 2. a. 3. dub. 1. Turrian. a. Quem pœnitet de pœnit. d. 1. nu. 18. Ang. Confessio, 3. n. 32. Armil. v. Absolutio, n. 20. Tabiena Absolutio, 1. q. 24. n. 45.* & tantum excipiunt *Ricard. Gab. Angel.* quando parochus haberet signa probabilia mendacij pœnitentis: ergo similiter est credendum dicentibus se habere licentiam à proprio parocho, vt coniungantur matrimonio: cum vtrobique sit periculum irritationis sacramenti, imo maius sit periculum animæ si matrim. sit nullum, cum permansuri sint coniuges in concubinatu: at peccatum irritæ confessionis tranitur atque ita in propriis terminis videntur tenere aliqui, nam eum *Clem. 1. de priuil.* excommunicentur religiosi, qui absque parochi speciali licentia ministrant eucharistiam, extremam vnctionem, aut solemnizant matrimonium, dicunt in terminis illius Clem. credendum esse dicenti se habere licentiam à parocho, ad hæc. Sic *gl. ibi v. Non habito, D. Antonin. 3. p. t. 24. c. 54. Ang. Excommunicatio, 5. casu 12. nu. 7. Rosell. Absolutio, 1. n. 39. Sylueit. Excommunicatio, 7. casu 3. nu. 7. n. 35. Tabiena Excommunicatio, 5. casu 11. q. 4. n. 5.*

Prima concl. Regulariter non est credendum in sacramento matrimonij, dicēti se habere licentiam, vt alienus sacerdos interfit. Prob. quia licet in foro pœnitentiali ad quē pertinent confessio, eucharistia, & extrema vnctio, credatur se habere licentiam dicenti, vt in foro externo, & in spectantibus ad ipsum, non creditur. Vt constat ex *c. Sicut de sent. excom.* vbi probatur non adhiberi fidem excommunicato, dicenti se absolutum esse ab excommunicatione, ibi. *Nisi excommunicati literis absolutionis ostendant, aut alio modo legitimè de eorum absolutione constet.* Cuius rationem reddit *D. Th. quodl. 1. a. 12.* quia excommunicatio pertinet ad forum internum: sed matrimonium pertinet ad forum externum, & externam Ecclesiæ gubernationem: ergo non creditur dicenti se habere licentiam. Et cōfirm. quia quando confessio pertinet ad externam Ecclesiæ gubernationem, vt est cōfessio annua, non est parochus adhibituru fidem dicenti se impleſſe præceptum: vt testatur vsus Ecclesiæ, solent enim peti schedulæ confessionis, & de hac confessione videntur intelligendi *Host. c. Omnis, de pœnit. & remiss. v. A proprio, & ibi Ioan. And. nu. 12. Ant. nu. 57. Anchar. n. 8.* vbi dicunt, farentem alieno sacerdoti, debere facere fidem proprio, alias daretur via figmentis, & esset delusorium edictum: ergo similiter in matrimonio non creditur. Secundò, quia sacramentum ordinis eo quod pertinet ad forum Ecclesiæ externum, ministrari non debet ab alieno Episcopo, nisi plena fide habita de licentia proprij, *cap. 1. de tempor. ordinat. in 6. vers. Nosse itur*, ibi, *Per eas patentes literas*: ergo similiter habenda est plena fides de licentia ad matrimonium. Tertiò, quia *Anchar. Clement. n.* de

de pœnit. 42. vbi Imola. nu. 15. cum Stephano ibi, solum admittunt pro sacramento pœnitentiæ, credi, dicenti se habere licentiam, non vero pro Eucharistia, extrema vnctione, & aliis reddunt que rationem disparitatis, quia pœnitentia secreto ministratur, reliqua publice, & sic non mirum, si maior fides ligatæ in aliis exigatur: sicut in simili *c. Tuæ, de iureiur.* habetur posse clericum peregrinum occulte, non tamen publice admitti ad celebrandum, absque sui Episcopi testimonio: ergo idem dicendum est de matrimonio publice celebrando sit. Quartò, quia minus periculosa est deceptio in pœnitentia, & Eucharistia, ad quæ sacramenta tantum accedituir pro animæ remedio, sine vllo spirituali consilatus, quâ in matrimonio, in quo nudæ temporalia commoda quæruntur: ergo esto in illis adhibeatur fides asserenti se habere licentiam, non conclauitur idem in matrimonio. Et hoc videtur tenere *Abb. Clem. 1. de priuileg. n. 5.* vbi ait in sacramento ordinis, & similibus non credi dicenti se habere licentiam: & *ibi Bellus. nu. 28.* ait non esse credendum dicenti se habere licentiam, vt alienus sacerdos benedicat nuptias.

3 Secunda concl. Si persona affirmans, esset valde fide digna posset ei fides adhiberi. Prob. quia quamuis *c. Sicut, de sent. excom.* dicatur non esse credendum excommunicato, dicenti se absolutum esse, nisi id legitime ostendat: communiter à DD. vt *Palud. 4 d. 18. q. 6. a. 2. nu. 5. Angel. Ex-*
fortunium, Nauar. Summ. c. 27. Hisp. & Tab. n. 39. init. satis esse si excommunicatus sit persona fide digna, & asserat se ab-
4 solutum esse: ergo similiter in matrimonio est dicendum. Hinc infertur, à fortiori non esse credendum, dicenti se obtinuisse dispensationem, ne præmittantur denunciationes matrimonio, vel vt alienus sacerdos benedicat nuptias, nisi esset persona id asserens valde timorata, & fidei digna: imo id magis considerandum est in hoc casu, quia cum matrim. sine denunciationibus contractum, & ob id nullum sit, benedictio ab alieno sacerdote facta, valida sint: facilius
5 ob id nullum aliquod temporale, mentietur id asserens. Quando autem contracto matrimonio aliquis opponit sacerdoti, qui interfuit, caruisse licentia ipsi incumbit onus probandi testatur *Zephalus cons. 47. num 2. vol. 1.* quod maxima difficultate non caret: videtur enim fundatam opponentis intentio, in decreto *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* petentis licentiam: & cum illa sit quid facti, non præsumitur: quare potius videtur onus probandi transferri in ipsos contrahentes, vel sacerdotē qui interfuit. Sed plane concordia *Mascard. concl. 985.* vbi alia ad hoc affert: & n. 5. tenet, si contra licentiam opponatur à tertio ipsi incumbere probare: si vero à próprio parocho, transferri onus probandi in alienum sacerdotem, & ipsos contra-
6 dicentes. Ad 1. argum. dico, quando solum agitur de periculo animæ contrahentium, in rebus mere ipectantibus ad forum conscientiæ, ipsi credi: sic eius quando agitur de re spectante ad forum externum, & externam Ecclesiæ gubernationem. Ad confirm. dico esse in damnum animæ ipsorum contrahentium, & iniuriam sacramenti, & bonæ ac prudentis gubernationis Ecclesiasticæ: & ideo non facile credi. Ad 2. constat ex dictis in probatione 1. conclusionis n. 2. eamus sacramenta pertinent ad forum internum, & minus præsumuntur in illis deceptio.

DISPVTATIO XXXVIII.

An sit necessarium ad valorem matrimonij, parochum proferre aliqua verba, vel saltem sit de necessitate præcepti?

SVMMARIVM.

Quæ verba proferre Tridentinus parocho, vt dicat, n. 1.
Propositio sententiæ dicens ea verba esse de essentia, n. 2.
Ratio dubij, & obiectæ ad mentem alios n. 3.
Alia non esse de essentia, & de matrimonij essentia, n. 4.
Quid si nullus contrahentium consensus, parochus dicat, Ego vos coniungam, n. 5.
Alia verba de necessitate præcepti, nu. 6. Et est veniale ea omittere, n. 7.
An possit parochus ea verba proferre per se, vel per interpretem, n. 8.
Tenetur parochus interrogare contrahentes de mutuo consensu: & quales culpa sit non interrogare. n. 9.
An teneatur parochus interrogare contrahentes, num aliquod impedimentum habeant, n. 10.
Soluuntur argumenta, n. 11.

SVPPONENDVM est, *Trident. sess. 24. de matrim. c. 1.* præcipere parocho, vt præstito consensu inter coniuges, dicat quædam verba his verbis, *Præcipit sancta synodus, vt parochus viro & mulieri interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat, Ego vos in matrimonium coniungo, in nomine patris, & filij & spiritus sancti: vel alijs vtatur verbis, iuxta receptum vnius cuiusque prouinciæ ritum.* Dubitatur ergo, an ea verba sint de necessitate sacramenti, aut saltem præcepti? 1

Duæ sunt sent. extremæ. Prima ait, ea verba esse de necessitate sacramenti, quare si omittantur, nullum erit matrimonium. Prob. quia verba ea, Vos coniungo, sunt vera: ergo efficiunt quod significant: ergo vere sacerdos conficit matrimonium, & ita ea verba erunt de essentia. Et cōfirm. quia in reliquis sacramentis verba ministri sunt de essentia. Sic tenet *Zephalus cons. 140. n. 47. vol. 4.* 2

Alij dicunt, non esse de essentia, at esse de necessitate præcepti, ita vt ea omittere, sit peccatum mortale. Quia videtur res grauis, & concilium vtitur verbo præceptiuo, dicens, *Præcipit sancta synodus.* Sic docent *Salzedo pract. c. 73. vers. Secundo illud, Vega l. 6. sum. casu 112. 116.* 3

Prima concl. Ea verba non sunt de essentia matrimonij, quare licet omittantur, validum est. Prob. primò quia sacerdos non est minister huius sacramenti, nec eius verba sunt materia, nec forma (vt supra late probaui l. 2. disp. 5. n. 6. & disp. 6. n. 1.) ergo ea verba nō sunt de essentia. Secundò, quia Trident. in clausula irritanti, tantum expressit, *Qui aliter quā præsente parocho*, nec explicuit, Dicenti verba, & est decretum correctorium: ergo non est extendendum, vt debeat de necessitate sacramenti, dicere verba. Tertiò, quia necessaria necessitate sacramēti, determinata esse debent, at Trident. petit indeterminata verba, cum petat ea, vel alia secundum patriæ consuetudinem: ergo ea non sunt de necessitate sacramenti. Sic docent *Veracr. append. ad specul. dub. 4. concl. 3. & 4. Ant. Cucus li. 5. instit. maior. t. 11. n. 57. Segura 2. 9. direct. iudic. c. 15. n. 52. Enriq. lib. 11. de matrim. c. 2. n. 7. Vinaldus Candelabro 19. de matrim. n. 22. & 241. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 35. f. 1024. Perez lib. 5. ordin. ti. 1. l. 1. §. Praterea necessarium est f. 39. Palacios 4. d. 27. disp. 1. vers. Tacitus, Bart. à Ledes. de matrim. dub. 21. concl. 3. f. 138. Petrus de Ledesm.* dicens sic declarasse Cardinales, *de matrim. q. 43. a. 1 dub. 4. concl. vlt. & qu. 45. a. 5. punct. 3. ante 1. dub. concl. 2. f. 184. Manuel 1. to sum. 2. edit. c. 216. n. 3. Salzedo & Vega num. præced. allegati.* 4

Hinc infertur, si audito vtriusque consensu, parochus dicat, Ego postea vos coniungam, non impediri effectum matrimonij. Quia mutuo consensu cōiugium iam initum est: & cùm ea verba non sint de sacramenti necessitate, parum refert quoad sacramenti valorem, siue de præsenti, siue de futuro exprimantur. Sic *Enriq. l. 11. de matrim. c. 2. n. 7.* malè tamen *in comment. lit. X.* refert *Nauar. l. 4. cons. 1. edit. 2. de sponsal. cons. vlt.* sentire contrarium. Quia *Nauar.* dicit ibi, Iudicem in foro externo iudicaturum, esse validum: ergo sentit valere: aliàs pessimè iudex sententiam ferret: cum non procedat ex falsa præsumptione: & bene addit *Nauar.* in foro conscientiæ non esse verum matrim. quando contrahentes habuere intentionem non contrahendi, nisi dum contraxerunt, parochus actu vellet eos coniungere. Quia cum tunc parochus eos non intenderet coniungere, defuit in contrahentibus intentio. 5

Secunda concl. Ea verba sunt de necessitate præcepti: quare peccaret parochus ea omittens. Prob. quia Tridentinum vtitur verbis præceptiuis: vt constat ex eius verbis, quæ retuli nu. 1. Sic *Veracruz append. ad specul. dub. 4. concl. 1. Ant. Cucus, & Pet. de Ledesm. vtroque loco, citati nu. 4. Salzedo, & Vega allegati n. 3.* 6

Tertia concl. Culpa venialis est ea verba omittere. Hæc est contra 2. sent. relatam num. 3. Prob. quia materia non 7

est

est grauis, cùm ea verba non sint forma sacramenti, nec pertineant ad solennitatem magni momenti, nec includant aliquod mysterium magnę significationis. Præterea, quia quamuis Tridentinum vtatur verbis præceptiuis, at sub illo præcepto, non continetur tantum, vt parochus ea verba proferat, sed alia magni momenti, nempe, vt præmittantur denunciationes, & vt matrim. celebretur coram parocho, & testibus, vt habeat librum, &c. cùm ergo hoc solum non sit materia illius præcepti, sed contineatur inter alia grauiora, & hoc quid leue sit, eius omissio non erit peccatum mortale. Et confirm. quia iisdē verbis præcipit ibi Concilium, vt parochus interroget contrahentes de mutuo consensu, eius tamen omissio nō est peccatū mortale: vt statim dicemus: ergo nec omissio verborū.

8 Non placet tamen quod dicit *Veracruz eo dub. 4. concl. 5.* posse parochum dicta verba proferre, per se, vel per interpretem, sicut potest consensum petere, & inquirere, per se, vel per interpretem. Quia est diuersa ratio: nam interrogare est, vt cognoscat consensum, qui cùm ore conuenientius exprimatur, vbi parochus idioma non intelligit, non posset de consensu aliter quam per interpretem interrogare, & certior fieri: at ea verba profert parochus, tanquam Ecclesiæ minister, & vt ipsius nomine benedicat sponsos, matrimoniumque approbet: quod conuenienter non fit per interpretem: maximè cum Tridentinum petat ipsum parochum ea verba dicere: quare erit culpa venialis. Vbi tamen parochus verba dixisset, vacaret culpa, petere ab interprete, vt ea verba declaret contrahentibus, sic dicens, Parochus vos coniungit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

9 Quarta concl. tenetur parochus interrogare contrahentes de mutuo consensu, nempe, virum an velit feminam habere in vxorem, & feminam an velit illum in maritum: omissio tamen huius interrogationis, quando parocho constaret de mutuo consensu, quia coram illo contrahentes non interrogati proferunt verba, quibus exprimunt cōsensum, est culpa venialis. Prob. prima pars, quia id præcipit *Trident. sess. 24. de matrim. c. 1.* vt constat ex eius verbis, quæ retuli nu. 1. Prob. autem secundò, quia est res leuis. Sic *Veracruz. append. ad speculum, dub. 2. concl. 4. Aut. Citeus lib. 5. instit. maior. t. 11. nu. 52.* nec audiendus est *Vega lib. 6. sum. casu 112.* dicens esse mortale peccatum.

10 Addit *Veracruz eo dub. 2. concl. 1. & 2.* teneri parochum interrogare contrahentes, an aliquod impedimentum habeant, ne contrahere possint: & si id non interroget, peccare mortaliter, vbi non esset sibi compertissimum, nullum inter eos subesse impedimētum. Quia facit contra mandatum concilij in re grauissima: vt patet ex *c. sin. de cland. dispons. in princ.* vbi postquam dicitur præmittendas esse denunciationes, subditur, *Et ipsi presbyteri nihilominus inuestigent, verum aliquod impedimentum obsistat.* Sed hoc intelligo, vbi esset aliqua suspicio impedimenti: & tunc nō essent interrogandi contrahentes: non enim est hoc inuestigare: quia ipsi facilè decipient parochum, & negabunt. Nec enim *Trident. d. c. 1.* præcipit, vt vir, & mulier interrogentur, intelligit de impedimento: sed de mutuo consensu: vt constat ex verbis immediatè sequentibus, *Et mutuo consensu intellectu, dicat, Ego vos coniungo.* Item quia ea interrogatio petitur à Tridentino, vt fiat, dum sunt in facie Ecclesiæ, id est, coram testibus, volentes iam contrahere: at non est credendum voluisse interrogationem tei tam necessariæ, fieri, cum iam contrahere volunt, & vbi famæ iacturam facere deberent, si impedimentum esset infamans, quod si non esset infamans, saltem se infamarent, cum illius impedimenti consci, essent iam parati ad contrahendum. Tandem, quia cum deuenitur ad matrimonium, iam præcessere denunciationes, ex quibus constare debet an subsit impedimentum: quod si ex ordinarij dispensatione eæ non præmittantur, ipsius ordinarii interest, informationem præmittere de impedimentis: parochi autem solum est obedire ordinario præcipienti vt eos coniungat. Quando autem in casu necessitatis urgentis, quia non est ad episcopum aditus, ipso inconsulto, denunciationibus omissis parochus interesset matrimonio: tunc tenetur inquirere diligenter an subsit impedimentum: cum loco episcopi succedat.

Ad argum. 1. sent. propositi n. 2. respondetur. Ad 1. sen- 11
sum illorum verborum esse, Approbo, & declaro coniunctionem vestram, legitimam esse. Ad confirm. dic in ceteris sacramentis sacerdotem esse ministrum, & ideo eius verba esse necessaria: secus in hoc, vbi ipsi contrahentes sunt ministri: vt dixi l. 2. disp. 6. nu. 2. Ad argum. 2. sent. propositum n. 3. dic, materiam esse leuem, nec totalem præcepti: vt explicui n. 7.

DISPVTATIO XXXIX.

Qualis præsentia parochi & testium desideretur ad matrimonij valorem? & an satis sit, ut intersint casu, aut vi deterenti, aut dolo, vel per interpretem intelligant consensus contrahentium?

SVMMARIVM.

Non satis est præsentia corporea, sed exigitur, vt visum rationis habeant, & intelligant consensum n. 1. Et quid si verba non audiant, ac aliquo sensu percipiant vt si signa videant, n. 2.

Sufficit, si per interpretem intelligant mutuum consensum, & possit matrimonium celebrari per interpretem celebrari, num. 3. & creditur dicto interprete in hoc casu, n. 4.

Quid si habuere animum attendendi, & casu mente vagatur tempore contractus? n. 5. Et ibi, copula, Et casu facultas coniungat.

Quid si parochus conjuncte vocet attendere n. 6. Et ibi major inter illos existimatio est, licet ea non inferatur, & quid si sit affectata.

Quid, si vi deterendi, aut dolo, interpositi reperiantur vtrique negare voluerit quando parochus id interest, n. 7.

Alia ratio est, cur requiratur respectu ad spectatores, n. 8.

Valet sicut parochus & testes ea deuenit interfuit, n. 9.

Idem si dolo ad aliud vocatus, n. 10. Idem si casu transierunt, n. 11.

Peccant lethaliter contrahentes, coram parocho vi deterso n. 12. Et ibi, quid coram parocho dolo ad aliud vocato, vel casu transeunte. Et quid coram testibus sic existentibus.

Quid si licentia affuit non matrimonium, aut translatio iurisdictionis non ex aequalitate, n. 13.

Quid si ab excommunicato ut tacita, n. 14. Et ibi, quæ dicatur causa satis, & quæ sufficiat. Et an semper sit finalis quando ea cessauit alia non fuit.

Solucitur argum. & explicatur reg. Qui potest mutare, ff. de regulis iur. nu. 15.

IN hac disp. constat necessarium esse, ad valorem matrimonij, præsentiam parochi & testium, non tantum physicam, id est, corpoream, sed præsentiam moralem, & humanam, quæ vltra physicam, addit vsum rationis, & aduertentiam: itaque exigitur, vt parochus & testes, vsum rationis habeant, & intelligant consensum vtriusque contrahentis. Vnde si essent ebrij, vel dormientes, vel nō aduerterent, vel testes essent infantes, non valeret matrimonium. Prob. primò, quia *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* inquit, *Qui aliter quam præsente parocho, & duobus, aut tribus testibus* atque ita postulat parochi & testium præsentiam, sed qui non adest more humano, intelligens, & aduertens quid agatur, non censetur in iure præsens, *l. Coram Titio, 209. ff. de verb. signif.* ibi, *Coram Titio aliquid facere iussus, non videtur præsente eo fecisse, nisi is intellegat: itaque si furiosus sit, aut infans, aut dormiens, non videtur coram eo fecisse.* Vbi *Rebuf. vers. Ostium intelligo*, 2. [illegible] requiri præsentiam personæ, non tantum intelligi aliquem præsentem esse, nisi intelligat quid agatur: quod idem notat gl. *Extrau. Execrabilis, v. Coram, vl. 1. depend. & c. Inprimis, 2. q. 1. v. Præsente, & c. Testes, v. Præsentes, & q. 9.* Et latissimè multis citatis, *Felinus in proœmio decret. Butrium in princip. n. 21. & seqq.* Ergo exigit Tridentinum, vt testes sint more humano, aduertentes quid agatur. Et confirm. ex expressis verbis *Tridentini. cod. c.* ibi, *Parochus virum & mulierem interrogatu, & eorum mutuo consensu intellecto:* ergo requiritur præsentia humana, cum aduertentia. Secundò prob. quia ideo petit Tridentinum assistentiam parochi & testium, vt constet Ecclesiæ de matrimonio contracto, & de eo testificari possint, ne viuente prima vxore aliquis possit ducere secundam, eò quòd matrim. co-

constituat Ecclesiæ, vt constat ex proœmio eiusdem decreti, sed vbi præsentia non est moralis, & humana, testificari nequeunt: ergo ea præsentia est necessaria. Sic docent *Aut. Cucus lib.5. instit. maior. t.11.nu.59.& 60. Veracruz append. ad specul. dub.5. concl.4.& dub.6.concl.5. Enriq. li.11.de matrim.c.3.num.1.& 3. Spino spec. testament.gl.15. n.47.& 48. Petrus de Ledesma de matrim. q.45.a.5.punct.3.dub.2.f.188.vers. In cuius rei explicationem, & qu.46.a.2. dub. 2. vers. Nihilominus, Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c.219.nu. 11. & 18. Vega l. 6. sum. casu 114.& 115.*

2 Sufficit tamen, si parochus & testes aliquo sensu percipiant consensum contrahentium: vt si non audiant verba, videant tamen signa mutui cõsensus. Prob. quia matrim. potest verbis, aut signis contrahi, vt probaui l.2. disp.31.n.5. ergo satis est si signa consensus videant. Sic *Veracruz append. ad specul. dub.3.concl.2. Enriq. li.11. de matrim.c.3.n.1.*

3 Satis etiam est, si parochus & testes per interpretem intelligant mutuum consensum: vt si contrahentes sint diuersi idiomatis. Prob. quia cæteri contractus possunt per interpretem celebrari, *l.1.§.ff. fin. ff. de ver. oblig.* ibi, *Sed verum puto, vt omnis forma contineat verborum obligationem, ita vt alterius linguam intelligat, siue per se, siue per verum interpretem*: ergo & matrim. Et confirm. quia non minus exigitur in sacramento pœnitentiæ, vt sacerdos intelligat pœnitentis peccata, cum sit iudex: sed in eo sufficit intelligere per interpretem, vt fatentur omnes, & testatur vsus Ecclesiæ, quando sacerdos, & pœnitens sunt distincti idiomatis, ergo & in matrimonio. Secundo, quia magis essentiale est, vt ipsi contrahentes consensum mutuum intelligant, cum hoc sit de iure naturali & diuino ab initio requisitum in matrimonio: sed sufficit, vt alter alteri explicet cõsensum per interpretem: vt bene docet *gl. c. Ex literis, el 1. de spons. v. Intellexerit. & ibi Ioan. And. n.5. Abb. nu.3. Præpos. n. 4. vers. Secunda est lectura, Iason l.1.§. fin. n.4. ff. de verb. oblig. Cotta tract. 2. p.c.4.§.1.n.3.* ergo similiter sufficiet, vt contrahat parochus & testibus de mutuo consensu, per interpretem. Sic docent *Veracruz append. ad specul. dub.2. concl.5.& dub.3. num.3. Cucus l.5. instit. maior. t.1.nu.34. Vivald. Candel.13. de matrim. n.36.*

4 Cæterum autem est in hoc casu, dicto solius interpretis. Quia non est testis, sed declarare electus communi contrahentium consensu. Sic *Bart. l.1.§. fin. nu.2. ff. de verb. obl. & ibi Alberic. n.5. Alex. n.1. Iason n.7.* & communis ibi, vt refert & sequitur *Cauar. n. præcedenti allegatus.*

5 Hinc infertur minus verum esse, quod docet *Enriquez lib.11. de matrim. c.3.n.1. in comment. lit. F.* vbi ait, si parochus accesserit animo attendendi, quamuis tẽpore contractus distrahatur euagatione mentis, valere matrimonium. Quia habet attentionem virtualem, qualis sufficit pro audiendis sacramentis, & Missa. Sed hoc est minus verum. Quia vt debita reuerentia seruetur missæ, & sit ille actus religionis: quod debite seruatur, quando audiens voluit attendere, & præter intentionem ex fragilitate diuagatur: ad omnia etiam sacramenta requiritur intentio conficiendi, & recipiendi sacramentum, nec confectio & susceptio sit, actus fictitius & vanus, quæ intentio virtute durat, dum à principio habita est, nec in contrariam mutatur: attentio autem & aduertentia parochi & testium desideratur, vt ipsorum testimonio comprobati possit, constetque Ecclesiæ quod testimoniũ nullo modo ferre possunt, nisi actu aduertant: ergo non erit matrimonium. Et confirm. quia in sacramento pœnitentiæ, dum sacerdos est futurus peccatorum iudex, quantumuis voluerit aduertere, si actu non aduertat, minime sufficit: ergo nec in sacramẽto matrimonij, vbi parochus est tanquam testis. Et secundò cõfirm. quia ad effectum testificandi de matrim. contracto perinde est quando actu non aduertit parochus, ac si absens esset. Tandem, quia Tridentinum parificat præsentiã parochi & testium: ibi, *Qui aliter quam præsente parocho, & duobus testibus*: nam copula & casus similes coniungit, *l. Seia Cæs. ff. de fundo instruct.* sed si testes præmentis euagatione non aduerterẽt ad mutuum consensum, minime sufficeret: quia re vera non essent testes, ergo idem dicendum est de parocho. Et confirm. quia Tridentinũ petit parochi præsentiam moralem & humanam, omnino autẽ non aduertens non dicitur præsens: vt vtrumque probauit n.1. Huius sent. videtur expresse *Nauar. lib.4. conf. in 1. edit. t. de sponsalibus, conf. 20. & 27 fin. in 2. t. de clandest. dispons. conf.11. & 13. fin.* vbi ait finem Tridentini petentis hanc præsentiam, esse, vt constet Ecclesiæ matrimonium, idque probari possit: & *Veracruz append. ad specul. dub.5. concl.4.* vbi ait non valere matrimonium, licet parochus sit vigilans, si non attendat: & *Salzedo pract. c.73. vers. Tertio, Spino speculo testam. gloss. 15.n. 47.& 48. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c.219.n.11. Petr. de Ledesm. de matrim. q.45.a.5.punct. 3 dub.2.& q.46.a.2. dub.2. Vega lib.6 sum. casu 115.* vbi dicunt, non sufficere præsentiam, nisi parochus aduertat.

Aliquis posset hoc limitare, nisi parochus consulto vellet non intelligere consensum: vt si occluderet aures, & oculos, tunc enim valeret matrimonium. Et posset innitj declarationi Cardinalium, quam affert *Salzedo pract. c.73.* inter alias quas ibi recitat, & est ad 4.dub. quæ sic se habet, *Congregatio concilij censuit non valere matrimonium, si sacerdos non intellexit, nisi tamen affectatum esset non intelligere.* Affectare enim est, consulto aliquid facere, *l. Quod ait lex, 23.§. Quod ait lex* ibi, *quod si non affectauit*, iuncta *gloss. v. Non affectauit. ff. ad legem Iul. de adult.* Fateor difficilem esse horum verborum sensum: vnum tamen scio, nullo modo valere matrimonium, quamuis parochus affectate & cõsulto non attendat, nec intelligat consensus. Quia tunc re vera non est præsens, nec potest testificari de matrimonio: vt probaui n.præc. Et forte sensus illorum verborum est, nisi parochus affectet se non intelligere, hoc est, nisi cõsulto, & data opera fingat se non intelligere, cum tamen re vera intellexerit. Absurdus enim intellectus vitandus est, licet literæ vis inferatur, *l. Scire oportet, §. Aliud. ff. de excusat. tutor.* & probat *Menoch. de arbitr. li.1.q.7.n.78.* 6

Tota igitur difficultas in hac re est, an hæc præsentia parochi & testium, præter aduertentiam intellectus, exposcat etiam voluntatis consensum, ita vt si vi intersint, aut dolo adducti, ficta alia causa, non valeat matrimoniũ? Et quidem de ipsis testibus, qualitercumque intersint, si aduertant, validum esse matrimonium: fatetur *Segura, 2.p. direct. iudic. c.15.n.50. Pet. de Ledesm. de matrim. q.45.a.5.punct.3. dub.2.f.188.* De parocho autem dicit *Segura eo c.15.n.58.* se olim firmiter tenuisse non valere matrimonium, quando vi detentus interest, & nunc propter declarationem Cardinalium, relinquere cogitandum. Et *Pet. de Ledes. eod. dub.2 f.189.§. Quo posito*, ait se clusa Cardinalium declaratione. esse satis probabile non valere. Et *Azebedo li.5. recop. t.1.l.1.n. 39.* relinquit cogitandum, an valeat matrim. coram parocho & testibus sub cautela vocatis, celebratum. Et prob. non valere. Primò, qui potẽs inuitis alienare, multo magis potest ignorantibus & absentibus: *Reg. Qui potest inuitis, 26. ff. de reg. iuris*, sed matrim. non potest ignorantibus & absentibus parocho & testibus, inuitis: ergo nec ipsis inuitis. Et confirm. quia in iure idem est abesse & adesse, si deficiat consensus. iuxta doctrinam *Baldi l. Cum non solum, §. Necessitate, n.5. C. de bonis quæ lib.* ergo dum parochus & testes adsunt inuiti, perinde est ac si abessent, & ita irritum erit matrim. Secundò, quia præsentia moralis & humana est hominis, vt homo est, sed vt homo constat intellectu & voluntate: ergo talis præsentia postulat aduertentiam intellectus, & consensum voluntatis: & consequenter deficiet, & nullum erit matrimonium, quando deficit consensus in parocho & testibus vi detentis. Tertiò, quia quando in iure præcipitur aliquid fieri coram aliquo, debet is interesse moraliter, secundum suum modum & officium, vt si sit aliquid faciendum coram notario & testibus, non satis est notarium interesse, vt testem, sed exercendo suum officium, quare si vi subscriberet, sigilloque muniret, nil actum esset: ergo cum Trident præcipiat matrim. fieri coram parocho & testibus, non petit assistentiam 7

tiam parochi, solum vt interfit tamquam testis, sed vt interfit suum munus obeundo, at parochi munus est non puri testis, sed assistere nomine Ecclesiæ, approbãdo matrimonium, & præbendo sacramento auctoritatem, quæ non præstatur ab eo qui inuitus, aut casu ad aliud vocatus interest: ergo tale matrim. est nullum. Quartò, ex *l.1. fin. ff. de auctor tutor.* ibi *Tutor si inuitus retentus sit per vim, non valet quod agitur, neque enim præsentia corporis sufficit ad auctoritatem:* ergo similiter non præstabit auctoritatem matrimonio parochus vi detentus, nec valebit quod agit. Et confirm. quia si statuto requiratur præsentia alicuius, si vi præcisa adesset, actus esset nullus: quia abfuit consensus, vt docet per *d.l.1. Fortunius de vit. fin. illat. 21. n.* 438. habetur in 1.to. tract. Quintò, quia *Trident. sess. 24. c.1. de matrim.* præcipit, vt parochus interrogatis contrahentibus dicat, Ego vos cõiungo: quod non præstatur, vbi parochi consensus deficit. Vltimò, quia olim præcipiebatur solemni ritu Ecclesiæ, vt parochus assisteret matrim. (vt constat ex variis Pontificum decretis quæ affert *Gratianus 30. q.5. per multa cap.*) & tamen tunc non exigebatur eius præsentia tamquam testis, ergo nec in Tridentino: & ita si inuitus interfit, nullum erit matrimonium.

8 Alii vero dicunt requiri testes esse specialiter vocatos, alias non valere matrimonium. Sic *Carbon. q. 45. de restitut. §. Post remotis pluribus, & §. seq.* & idem dicent DD. asserentes, testes matrimonij debere esse rogatos: quos referam hoc 3. li disp. 41. n. 7. Et potest probari ex *l. Qui testamento, la 2. ff. de testam. fine*, ibi, *Sed si testes dicenti sint inuiti, putant non valere testamentum.*

9 Cæterum dicendum est, valere matrimonium, quamuis parochus, & testes vi detenti interfint, dummodo intelligant consensus contrahentium. Prob. ex *l. Coram Titio 209. ff. de verb. obl.* ibi. *Scire autem, non etiam velle is debet, nam etiam eo inuito recte fit:* vbi decidit dici aliquid coram aliquo fieri, quamuis inuitus adsit, si aduertat: quod idem docet *gl. Extrau. Execrabilis, verb. Coram, el 1. de præbend.* cum ergo Tridentinum, solum exigat matrimonium celebrari coram parocho & testibus, satisfit, si ipsis præsentibus, quamuis inuitis, celebretur. Præterea, quia saluatur finis illius decreti Tridentini ex eius præfatione collectus, cum iam matrim. illud talium eõsset Ecclesiæ, nec eo spreto possint aliud inire. Sic docent asserentes declarationẽ Cardinalium, *Salzedo pract. ca. 73. vers. Tertio, Enriqu. lib. 11. de matrim. c. 3. n. 1. Spino spec. testam. gl. 15. nu. 49. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 45. art. 5. punct. 3. dub. 2. f. 189. §. quo posito, Veracruz append. ad ar. 8 specul, vbi de coactione, f. 111. Anastasius Germonius t. de indultis Cardinalium, §. Si tibi quod ad vixerit nu. 73. Albornoz lib. 4. de arte contract. t. 1. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 219. n. 11. Vega lib. 6. summæ casu 116.*

10 Hinc infertur, à fortiori valere, quando parochus, vel testes dolo ad aliud vocati, interfunt matrimonio. Prob. iisdem rationibus. Et docent *Nauar. lib. 4. cons. in 1 edit. t. de sponsal. cons. 20. in 2. t. de clandest. desponsat. cons. 11. Salzedo* affetens declarationem Cardinalium, *Enriquez, Spino, Manuel, n. precedenti allegati.*

11 Secundò infertur, si matrim. celebretur coram parocho & testibus casu transeuntibus, esse validum. Quia cum aduertant, verè dicuntur præsentes, cum præsentia ad valorem matrimonij petita, contenta sit sola intellectus aduertẽtia, qua rite testimonium contracti matrimonij perhiberi possit: vt probauimus nu. 9. Sic *Petr. de Ledesm de matrim. q. 45. art. 5. punct. 3. dub. 2. ad fin. f. 190. col. 2. §. Ex dictis sequitur*, dicens hoc esse fere certum: quamuis *eod. dub. 2. fol. 188. col. 2. vers. Ex dictis sequitur*, asserat aliquos probabiliter dicere non esse matrimonium. Nam casu transeuntes non dicuntur moraliter præsentes. Sed hoc est minus verum, cũ transeuntes ita testificari possint, si aduertant, ac si data opera interessent. Et de testibus sic casu transeuntibus, docet satis esse ad matrim. *Segura 2. p. direct. iud. c. 15. n. 54.*

12 Peccabunt tamen lethaliter contrahentes coram parocho vi detento: tum ratione iniuriæ, tum etiam ratione contemptus Ecclesiæ: non enim eius auctoritate contrahunt. Sic *Petr. de Ledesm. de matrim. q. 45. a. 5. punct. 3. dub. 2. f. 189. §. In expositionem.* Quod idem, eadem ratione dicendũ est, quando parochus casu transibat, vel dolo ad aliud vocatus, accessit. Quia non contrahitur auctoritate Ecclesiæ. De testibus autem secus credo dicendum esse: non enim peccabunt lethaliter contrahentes coram ipsis vi detentis: si secludas rationem iniuriæ violentiæ ipsis illatæ, hæc enim ex qualitate iniuriæ pensanda est an sit mortalis, aut dolo ad aliud adductis, aut casu transeuntibus. Quia ipsi non gerunt vices Ecclesiæ, auctoritatem præstando ipsius nomine, matrimonio: quod parochus præstat, sed testium ministerium solum obeunt, quod æque præstare possunt vi detenti, aut casu transeuntes, aut ad aliud dolo vocati. Esset tamen culpa venialis: quia non seruatur debita reuerentia sacramento.

Dubitabis autem, an similiter valeat matrimonium coram alieno sacerdote initum, de licentia proprij, si ea licentia metu cadenti in virum constantem, extorta sit. Videtur enim non valere: quia ea licentia inualida est. Quod sic probo, quamuis enim regulariter metu gesta valeant (vt dicam lib. 4. disp. 8. n. 4.) excipitur tamen iurisdictio, nam ea non transfertur intercedente metu: vt docent *glossa c. 2. verb. Coactus, ad finem de his quæ vi*, vbi *Anton. n. 10. Anchar. n. 2. Abb. n. 12. & 17. fin. Imola n. 4. fine, Bart. tract. de tyranno, n. 14. Bald. l. Decernimus, nu. 5. C. de sacrosan. Eccles.* & probant per *l. 2. initio. ff. de iudic.* ibi. *Ac si cum restituisse quis ex litigatoribus, viribus præturæ compulsus est, nulla est iurisdictio.* Vbi *glossa verb. Nulla*, ait, ipso iure. Si ergo metus annullat prorogationem iurisdictionis, à fortiori debet impedire ipsius translationem. Eodem modo intelligit hunc textum *idem Bald. l. Si qua ex consensu, 8. n. 7 C. de Episc. aud.* Sed credo valere licentiam illam, & consequenter matrim. Primò, quia verius est iurisdictionẽ metu extortam, valide transferri: quod docet *Cardin. c. 2. De his quæ vi, n. vlt. vers. Quamuis casus, & c. Licet, q. 31. de elect.* ducunturque, quia lex in contrarium adducta, loquitur in casu speciali, dum litigantes compelluntur consentire in iudicem nõ suum, & ita prorogare eius iurisdictionem, quæ prorogari nequit nisi libera eorum voluntate: & ita cum sit casus specialis exceptus à regula generali, tradenti gesta metu tenere, non debet extendi. Quare caute *Hostiens. d. c. 2 ad fin. super vocari*, dixit iurisdictionem prorogatam metu, non valere. Deinde, quia esto iurisdictionis translatio, & prorogatio esset inualida, extendendum non est absque aliquo textu, contra regulam generalem, ad licentiæ concessionem, quæ nec actus iurisdictionis est, nec per eam iurisdictio aliqua transfertur: vt probavi hoc 3. l. disp. 21. n. 7.

Tandem rogabis, quid dicendum sit, si licentia illa dolo & mendaciis impetrata sit à parocho, alias nullatenus concessuro? Vt si falso nomine alicuius magnatis petatur ab illo, vt concedat licentiam certo sacerdoti. Videtur inualidam esse licentiam, & consequenter matrim. Primò, quia deest cõsensus parochi in ea licentia: nihil enim magis cõtrarium cõsensui, quam error, *l. Si per errorem, ff. de iurisdict. omn. iud.* Et confirm. quia falsitas circa causam finalem dispositionis, ipsam vitiat: vt cum multis aliis late tradit *Tiraq. Tract. C. ffante causa, limit. 1. à n. 1. vsque ad 10.* hic autem falsitas contingit circa causam finalem: nam parochus ea ratione cessante, nullo modo concessurus erat licentiam: finalis autem causa dicitur, quæ ita mouet disponentem, vt alias non esset dispositurus: vt videtur sentire *Bart. l. 2. §. fin. n. 1. fin. ff. de donat.* & docent *Anton. c. Post transl.

qua cessante non cessat dispositio: vt cum multis tradit *Tol.lib.4.instruct.c.8.n.2. vsque ad* 10. Nec ea videtur mens cōcedentis licentiam, vt velit eam esse iritam, ea petitione falsa existente, de matrimonium passim irritetur: eo vel maxime, quia non cedentes licentiam non latet, sæpe mēdaces esse, & fictitias similes magnatum petitiones. Nec obstante in contrarium adducta: nam ad ea omnia respōdetur, verum tenere, quando error, & falsitas contingit circa causam finalem: hic autem circa solam impulsiuam est. Necesse verum semper causam finalem esse, eam sine qua talis non fieret: vt docent *D.Thom.2.2.d.38.q.1.a.1.ad 5. Major 4.d.34.q.29. vers. Quinto arguitur, & d.25.q.2. Navarr. summa tit.23.nu.101. & c. Inter verba, 2.edit. concl.5.nu.33. & Conar.1.part.c.20.n.2.* Et prob. ex *l.1.§. Sexum ff. de postulat.* vbi fœminum non esset ne fœminæ postularent, nisi Calphurnia tam impudenter postulasset, & tamen scribit Iurisconsultus eam non dedisse causam finalem, sed primam, & principalem causam esse, vt iretur obuiam impudentiæ hominum: vt bene notat *ibi glossa, verb. Causam.* Quod etiam in naturalibus videmus, nam remouens prohibens est causa sine qua non descensus lapidis, cum tamen non sit principalis causa, sed occasio.

15 Ad sexti primæ sententiæ propositæ n.7. ad probandum matrimonium esse matrimonium, quando parochus vi detentus non interfuit respondetur. Ad 1. dico illam regulam intelligi, nisi actus in præsentia alicuius necessario fieri debuerint: tunc enim licet eo inuito, præsente fieri possit, non tamen absente. Ita eam regulam explicat *Rebuf. l. Coram Tolos.203.ff. de verb. signif. vers.9.* & refert Bartolū, & Deciū; Ad eorum dico eam doctrinam intelligi, quando consensus alicuius exigitur cum præsentia: quod in matrim. non exigitur, sed sola præsentia, quæ ad testificandum est sufficiens. Ad 2. dico, licet præsentia moralis perfecta vtrumque sequatur, non autem imperfecta, sed esse ad illum, adest etiam intellectus: at cōstat ex contilii mentem, & hanc imperfectam desiderari, cum ea clandestinitatem excludat, & sufficiens sit ad testificandum de matrimonio. Ad 3. dico vtramque parochi præsentiam postulare Tridentinum: at tamquam testis qualificati, id est, habēntis parochi dignitatem, tamquam de essentia, & tamquam præfantis authoritatem nomine Ecclesiæ, solum ex præcepto. Ad 4. dico esse disparem rationem: quia ad valorem contractus pupilli, non requiritur præsentia tutoris tamquam testis, sed vt concedat licentiam authoritatemque contractui præstet: ad matrimonij autem valorem, sat est præsentia parochi, tamquam testis. Ad confirmationem, dic eam doctrinam esse veram, quando ea præsentia non requiritur tamquam solius testis. Ad 5. dic eo verbo ē esse de necessitate sacramenti, sed solus præceptum: vt dixi disp. præc. n.4. Ad vltimum, dic olim eā præsentiam authoritatiuam fuisse solum de necessitate præcepti, & hodie similiter esse de eadem necessitate. Ad argumentum 2. sententiæ, propositum nu.8. die in testibus testimōij verum esse, non sufficere, si vi detenti sint: quia debent esse rogati: vt habetur *l. Heredes palam, §. In testamentis ff. de testam.* secus in matrimonio, vbi non desideratur testes esse rogatos: vt dicam hoc 3. l. disp. 41. n. 7.

DISPVTATIO XL.

SVMMARIVM.

Quot casus disputandi sint in hac disp. n.1.

Olim sponsalia, vel matrimonium de præsenti impuberum, aut puberis, & impuberis transibant in matrimonium, per copulam, vel alios actus num.2. At per Tridentinum cessarunt matrimonia præsumpta, n.3.

Quando parochus, & testes intersunt sponsalibus iuramento firmatis, proponuntur argumenta ad probandum olim transisse in matrimonium per tale iuramentum: & an hodie sit ibi matrimonium, n.4.

Contrarium decernitur n.5. Et explicantur 6. Ex parte de sponsalibus & c. Si quis diuinis, 30 q.5.

Quid si sponsalia contracta sint coram parocho & testibus an per copulam occultam transeant in matrimonium, n.6. Et quid si fiant coram parocho aliis ex quibus olim resultabat matrimonium n.7.

Quid de matrimonio impuberum, vel puberis, & impuberis celebrato coram parocho & testibus, an transeat in matrimonium per occultam copulam habitam post legitimam ætatem: refertur opinio affirmans, num. 8. & contraria verior, n.9. & an sufficiat consensus inter sponsos post legitimam ætatem, n.10.

Solmuntur argumenta, n.11.

TRIPLEX casus disputandus est in præsentiarū. Primus 1
est, quando parochus & testes intersunt sponsalibus iuramento stabilitis. Secundus, quando intersunt sponsalibus, & postea sequitur copula, vel alij actus, per quos olim transibāt in matrimonium. Tertius est, quando intersunt matrimonio de præsenti impuberum, vel puberis, & impuberis, & cōpleta ætate accedit copula, vel similes actus.

Supponendum est, ante Trident. quando aliqui con- 2
traxerunt sponsalia, vel si erat vterque, aut alter impubes, & contraxerant matrimonium de præsenti, (quo in casu erant spōsalia de futuro, vt dixi l.1. disp.21.n.2.& 5.) transisse in matrim. per copulam habitam affectu coniugali, vel per aliquos alios actus per quos explicabatur consensus de præsenti iuris præsumptione: vt habetur *c.1. qui fidem, de sponsal. & c.vn.§. Idem quoque, de desponsat. impub. in 6.* Qui vero sint hi actus consulendi sunt DD. iuris Pontificij duobus textibus citatis, & *c. Attestationes, c. Literas, de desponsat. impub. Conar. 4. decret. 2.p.c.4.toto §.1. & 2. Menoch.l.3.d. præsumt. tota præsumpt.1.*

Hodie autem per *Trident. sess.24.c.1. de matrim.* cessarunt 3
hæc matrimonia præsumpta, & nec sponsalia, nec matrim. de præsenti inter impuberes, transeunt in verum matrim. per copulā, vel alios actus occultè habitos. Nam si consensus expressus, & verus hodie non constituit matrimonium, nisi præstetur coram parocho, & testibus: vt definitur *d.c.1.* à fortiori iste consensus virtualis, implicitus, & interpretatiuus præsumptusque id non efficiet. Sic docent *Navar. sum. Lat. c.25.n.144. & c.27.n.141. Ant. Cucus l. 5. instit. maior. tt.11.num.105. Perez. lib.8. ordin. t.15.l.2.f.289. vers. Insertur etiam, & lib.5. t.1.l.1.f.41. ante vers. Secundo corrigitur Menoch. de præsumpt. l.3. præsumpt.1.n.99. Gutier.* dicens sic declarasse Cardinales *quæst. canon. l.1.c.18. nu.4. & de iuram. 1.p.c.15.n.12.13 14. Maiolus de irregul. l.1.c.5.n.9. Spino speculo testam. gloss.15.n.56.65.66. Matienzo lib.5. recop.tit.1.rubr. gloss.1.n.53.54.62. Azebedo eod. t.1.l.1.n.29. & 37. Albornoz de arte contractuum l.4.tit.8. Segura direct. iudic.2.p.c.15.n.40.* Et ex Theologis, *Veracruz.1.p.spec.ar.20.fin. & append.dub.9.fine. Cordubafum.q.52.fin. Enriquez l.11. de matrim.c.3.nu.7. Petr. de Ledesma de matrim.qu 45.a.5.punct.2. dub.4.f.181.col.1. Vivaldus candel.1.p.de sponsalibus c.4.n.29. Philiarc. de offic. sacerdot.1.p.2.l.2.c.1. Angles floribus 1.p.q.de essent. talibus matrim.a.4. difficul.6.f.536. Capra l.4.decision.c.23.n.15. Laud. Lopez 2.p.instruct. de matrim.c.139.f.1061.col.1. Barth. à Ledesm. de matrim. dub.8.ad finem, Manuel 1.to. sum.2.edit.c.244.n.10.* & omnes.

His præmissis, in primo casu, an sit verum matrimo- 4
nium, quando parochus & testes intersunt sponsalibus iuramento stabilitis? Esse legitimum matrim. videtur fuderi: quia olim sponsalia transibant in matrim. si iuramēto firmarentur: vt probare videtur *c. Si quis diuinis, 30. qu. 5.* ibi, *Si quis diuinis talibus iuraut mulieri legitimam se eam vxorem habiturum: sit illa legitima vxor.* Et *c. Ex parte, de sponsalib.* vbi definitur quemdam, qui promisit matrimonium iuramento adiecto mulieri, teneri eam tanquā ligitimam vxorē habere. Ergo si hodie corā parocho & testibus ineātur talia

VTRVM ad matrimonij valorem, satis sit parochum, & testes interesse sponsalibus iuramēto stabilitis? Vel sponsalibus, si postea sponsi eiam animo vxorio se cognoscāt? Vel si corā eodem parocho & testibus inter cedant copula, vel alii actus ob quos olim transibant in matrimoniū? Vel si intersint matrimon. de præsenti impuberum, vel puberis, & impuberis, malitia non supplente ætatem, vt postea efficiatur verū matrimonium, copula maritali, vel aliis actibus, ex quibus olim resultabat matrimonium.

sponsalia, iuramento firmata, erit verum matrimonium.

5 Breuiter tamen dico, nullo modo esse matrimonium: quia iuramentum numquam habuit eam vim, vt sponsalia transeant in matrimon. Quod egregia ratione probat *D. Tho. 4. d. 28. q. vnica, a. 1. corpore*: quia cum iuramẽtum adhibeatur ad confirmationem dictorum, id tantum confirmat, quod verba dicta significant, nec eorum sensum immutat: ergo cum verba sponsalium solum contineant promissionem de futuro, eam tantum confirmabit, nec significationem alterabit, vt transeat in sponsionem de præsenti. Præterea, quia iuramentum non mutat naturam substantialem contractus, sed firmiorem reddit adiecto religionis vinculo. Non obstant textus in contrarium n. præc. adducti, quia *c. Si quis duxerit*, non decidit id esse matrimonium, sed teneri iurantem accipere eam in legitimã vxorem: quod significant ea verba, *Sit legitima vxor*, quæ sunt verba imperatiui. Ad *c. Ex parte*, dic verba de quibus ibi Pontifex agit, esse matrimonij de præsenti.

6 In secundo casu, quando sponsalia coram parocho & testibus celebrata sunt, an per copulam occultam transeant hodie in matrimonium? Affirmat, quamuis sobobscurè, *Palacios 4. d. 28. disp. 1. fol. 629. col. 2. vers. At vero*. Sed cõtrarium est certum: quia nec parochus, nec testes testificari possunt, nisi de solis sponsalibus, iisque tantum interfuit, cum copula per quam transitura erant in matri. ipsis absentibus habeatur. Sic tenet *Per. de Ledesm. de matrim. q. 46. art. 2. dub. 1.*

7 Quando autem copula illa habita est coram parocho & testibus post sponsalia, negat *Petrus de Ledesma eod. a. 2. dub. 2.* esse matrimonium. Sed dicendum est non transire, quando sponsalia fuere clandestina: quia tãtum possunt testificari parochus & testes de copula. Similiter si sponsalia coram diuerso parocho & testibus celebrãtur ab iis coram quibus habetur copula: quia neutri testificari possent de matrimonio, sed alteri de sponsalibus, alteri vero de copula. Quando vero tam sponsalia de futuro, quam copula sunt coram eodem parocho & testibus, dicẽdum est ius antiquum manere illæsum, atque ita trãsire in matrim. verum quidem, si animo cõiugali, præsumptum autem, quãdo fornicario haberetur copula: adeo vt probata copulâ, & sponsalibus, præsumeret Ecclesia matr. cogeretque ad illud, sicut ante Tridentinum cogebat. Quia mutuus consensus de præsenti, sufficienti signo externo manifestatus coram parocho & testibus, constituit matrimonium: sed illa copula post sponsalia est sufficiens signum externum consensus de præsenti, vt constat ex *c. Is qui, de sponsal.* alias male Ecclesia ex ea præsumeret matrimonium, ad illudque compelleret: ergo cum habeatur coram parocho & testibus, constituet hodie matrim. Ita refert *Petrus de Ledesma d. dub. 2.* tenuisse quemdam virum doctum, & idem dicendũ est de quibuscumq; aliis signis, per quæ olim sponsalia transibant in matrimonium: vt si hodie solemnis traductio ad domũ, quæ antiquitus erat sufficiens ad explicandum consensum de præsenti, fieret coram eodem parocho & testibus, cotã quibus inita sunt sponsalia iisdem aduertentibus id fieri animo contrahendi de præsenti, sat esset ad matrim. Prob eadem ratione. Sic docet *Enriquez lib. 11. de matrim. c. 3. n. 7.* dicens idem tenuisse *Conar. Bald.* & alios Theologos consultos, idem *Spino speculo testam. gloss. 15. n. 65. 66.* Dixi quando illa solemnis traductio antiquitus erat sufficiens ad matrimonium: quia quando talis esset, magna est difficultas: vt potest videri in *Menochio de præsũpt. l. 3 præsumpt. 1. n. 56. & duplici seq. Conar. 4. decret. 2. p. c. 4. §. 2. n. 1. Gutier. de iur. can. 1. p. c. 51. n. fin.*

8 In tertio casu quando matrimonio de præsenti, vtriusque, vel alterius impuberis, malitia non supplente ætatem, interfunt parochus & testes, an transeat in verum matrimonium, accedẽte copula, vel aliis actibus occulte factis, ex quibus ante Tridẽtinum resultabat verum matrimonium? Quidam affirmant transire hodie in verum matrim. Quia iam consensus de præsenti semel præstitus est coram parocho & testibus. Secũdò, quia hic videtur casus omissus, nec de illo sermonem fecit Tridentinũ, sed tantum quando matrim. de præsenti clam omnino fit: ergo relinquitur in dispositione iuris communis, *l. Commodissime. ff. de liber. & postum.* Tertiò quia *Trident. d. c. 1.* reddit inhabiles ad sic contrahẽdum, eos qui absente parocho & testibus contrahunt: ergo à contrario sensu hos qui contraxerunt præsente parocho & testibus, non reddit inhabiles ad sic contrahendum. Sic docet *Gutier. de iur. can. 1. p. cap. 51 nu. 18.* Et fertur *Conar.* fuisse eiusdẽ sententiæ.

Sed omnino tenendum est non transire. Quia necessario coram parocho & testibus præstandus est consensus de præsenti, legitimus ad constituendum matrimonium: ille autem consensus habitus prius coram parocho est vere de futuro, nec constituit matrimonium, sed sponsalia: (vt dixi lib. 1. disp. 21. nu. 2.) Sic docent *Gutier.* sibi contrarius *q. canon. d. 1. c. 18. àn. n. 3. & multis seqq. Matienzo lib. 5. recop. tit. 1. rubr. glos. 1. n. 58. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 3. nu. 7. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 220. n. 2.*

Nec satis erit, si renouent consensus inter se ipsos soloset debet esse coram parocho & testibus. Quia alias non possent testificari de contractu de præsenti. Sic *Enriquez lib. 11. de matrim. c. 3. n. 7.* referens alios Doctores consultos idem tenuisse. Si autem defectus ætatis horum esset occultus, an sufficiat inter se solos renouare consensus post legitimam ætatem? dixi l. 2. disp. 37. n. 6.

Ad argumenta proposita n. 8. respõdetur breuiter, consensum de præsenti non esse præstitum coram parocho & testibus, nec coram illis matrimonium celebratum: quia illud matrimonium, illeque consensus, voce fuit de præsenti, re autem ipsa fuit consensus de futuro, & sponsalia. Quare is casus non est omissus à Tridentino, sed in decreto utiq; tanti comprehensus.

DISPVTATIO XLI.

Quot & quales testes requirantur ad matrimonij valorem?

SVMMARIVM.

Duo testes necessarij sunt, nec satis erit interesse parochum cum vno teste, n. 1.

Debent testes vt oculis vsum habere, & esse moraliter præsentes, n. 2.

Et ibi, requisitum, an sufficiat si ni detenti sunt, vel dolo ad aliud vocati, vel casu transeuntes, vel si intelligant consensum per interpretem.

Debent testes simul physice cum parocho interesse, nec sat est similitudo moralis, n. 3.

An sufficiant quælecumque testes proponuntur argumenta ad probandum desiderari testes omni exceptione maiores, n. 4.

Sufficiunt quale, cumque etiam infames, & excommunicati, cuiuscumque sexus, vel ætatis modo vsum rationis habeant, n. 5.

An expediat adhiberi testes omni exceptione maiores? Et an lite agitata de matr. contracti plena fides adhibeatur qualibuscũque testibus, n. 6.

An testes matrimonij debeant esse rogati, n. 7.

An requiratur ætas certa in procuratore ad matri. & ad alia negotia, n. 8. Et ibi, leges partita nunquam consentur corrigere ius commune.

Soluuntur argumenta, n. 9.

IN hac re, certum est requiri ad valorem matrimonij adesse duos testes cum parocho: nec sufficere vnicum testem, cum eodem parocho, Quia *Trident. sess. 24. cap. 1. de matrim.* expresse irritat matrim. non contractum coram parocho, & duplici teste. Secundò, probatur ex doctrina *Leo. c. Ex literis nu. 10. de probat. vers. Modo aduerte*, vbi docet quando statutum requirit ad certum actũ duo personarũ genera personam vnius generis nõ posse vtriusq; vicem gerere. Vnde infert, stante statuto vt valeat actus, coram presbytero, & tot testibus, ipsum presbyterũ non posse esse vnum ex illis testibus, & refert Ancharanum: cũ ergo Trident. exigat duo personarum genera, nihilum parochum, & duos alios, nõ poterit parochus munus parochi obire, & simul vicẽ alterius ex illis duobus testibus supplere. Sic *Petr. de Ledes. de matrim. qu. 45 a. 5. punct. 3. post dub. 4.*

Secundo certũ est exigi vt testes rationis vsum habeãt, præsentesque sint moraliter: vt dixi hoc 3. lib. disp. 39. nu. 1. in qua etiam disputaui, an sufficiat si vi detenti, aut dolo

dolo ad aliud vocati, vel casu transeuntes intersint, vel intelligant consensum per interpretem?

3 Tertiò certum est, exigi vt simul parochus & testes intersint matrimonio, nec sufficere si successiue coram illis explicent contrahentes cõsensum, vt modo corã solo parocho, & postea coram testibus absq; parocho. Quia Tridentina constitutio exigit præsentiam parochi & testium, & aliter constitutum matrimonium irritat: nec sufficiet similitudo modalis, vt sufficit simultas materiæ & formæ in aliis sacramentis: quia hic præsentia parochi & testium definitur, vt plene constare possit Ecclesiæ de matrimonio, at non plene constat, quãdo non sunt simul physice parochus & testes, cum sint testes singulares. Ita tenet *Veracruz. opposit. ad specul. dub. 6. concl. 4.*

4 Dubium tamen est, an sufficiant qualescumque testes, vel exigatur omni exceptione maiores, hoc est tales vt nullam patiantur vitium, ex iis ob quæ iure repellũtur à testimonio dicẽdo? videtur enim requiri vt sint omni exceptione maiores. Primo, quia in casu matrimoniali, cũ sit grauissimus, non quibuslibet testibus fides adhibenda est, sed circumspectis, omniq; exceptione maioribus, *c. 1. de consanguin. vers. Nunc quæritur*, ibi, *Si per testes circumspectos omni exceptione maiores inueneris*: ergo cum concilium exigat testes, vt possit probari matrimonium, intelligendum est de testibus legitimis, & qui iure attento faciunt fidem. Et confirm. primo, quia matrimonij causa est adeo ardua, vt non per quoslibet iudices tractãda sit, sed per discretos, vt dicit *c. 1. §. in de consanguin.* at in causa ardua non admittitur testis, cuius fides aliqua ex causa dilui potest, *c. Licet, vers. Quamquam autem*, ibi, *fuidam vero, de probat.*: quem textum dicit singularem ad hoc probandũ, *Bald. c. Ad nostram, nu. 1. de probatio.* ergo testes quos petit concilium vt intersint matrimonio, debent esse omni exceptione maiores, ita vt non possit contra eos opponi aliquid, quo eorum fides vacillet. Et secundò confirm. quia alias esset inutile decretũ Tridentini, quod omnino vitandũ est, *c. Si super gratia, in fine, de officio delegat. in 6.* Quia ratio quam assignat irritãdi clandestina, est nequis possit publice secundum impios constituti testes, qui ob aliquod vitium à testimonio repelluntur, & quibus minime in foro externo adhibetur fides: id sequetur inconueniens, cum adhuc improbabile maneat primum matrim. Secũdo principaliter probatur, quia cum sit iurium correctio vitanda, *c. Præcipimus, C. de appell.* neutrum ius, dum aliud non exprimit, est interpretandum secundum ius antiquum, ergo cum concilium exigit testes in matrimonio, intelligendum est de iis testibus, qui iure antiquo ad probationẽ matrimonij desiderantur, quales soli sunt, omni exceptione maiores. Et ita *Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 12. n. 8.* alios referens, ait ad matrimonij probationem esse necessarios testes ita integros, ac in causis criminalibus, in quibus exiguntur omni exceptione maiores, & probationes luce clariores, *c. Epiphaniũ, 3. q. 6. & l. Sitaut cæci, C. de probatio.* & tradit cum aliis *Mascard. de probat. conclus. 1366. nu. 4.* Nec valet, si dicas id esse verum, quando agitur de matrimonio dissoluendo, secus quãdo de solo probando matrim. contracto. Quia etiã ad hoc desiderantur testes omni exceptione maiores, vt cũ nullis testatur *Ant. Gabr. to. 3. commun. lib. 1. t. de testibus, conclus. 8. n. 3. vers. Contrarium*, & multi alij tenent, quos refert *Mascard. de probat. conclus. 1023. n. 4.* atque ita ad probãdum matrim. non admittuntur testes suspecti, vt si vir superior sit dominus, &c. mater fœminæ non admittitur ad probandum matrim. cum filia, tãquam suspecta, eo quod eius interesse exoptet: vt habetur *c. Super eo, el 2. de testibus, & l. 1. 6. 2. 9. 4.* ergo similiter in matrimonio petit concilium testes omni exceptione maiores. Tertiò, quia *c. Cum esset, de testamen.* definit Pontifex valere testamentum factum coram parocho, & duabus aliis personis idoneis, hoc est legitimis. nam statim *§. Relatum, el 1. quod immediate sequitur ead. tit.* vocat testes idoneos, & statim eosdem testes legitimos, & explicat *Couar. eod. c. Relatum, num. 8.* hoc est, qui sufficiunt communi probationi: ergo non obstante, quod Tridentinum petat auctoritatem testimonij parochi, ad valorem matrimonii, cum simul exigat alios duos testes, debent ii esse idonei ac legitimi ad probãdum matrimonium, & quibus nullum vitium diminuens fidem, obiici possit. Vltimo, quia matrim. clandestinum dicebatur iure communi quod legitime probari non poterat, *c. 2. de clandest. desponsat.* ibi, *Si matrimonia ita occulte contrahuntur, vt exinde legitima probatio non appareat.* Et idem habetur *l. 1. t. 3. p. 4. & l. 1. tit. 1. lib. 3. fori*: ergo solemnitas petita in Tridentino, ne matrim. sit clandestinum, videlicet, vt intersint duo testes cum parocho, debet esse conformis iuri communi, & proinde testes futuri sunt integrę fidei quibus legitimè matrim probari possit. His rationibus ducti aliqui neoterici docti censent, quamuis ad matrim. valorem non requiratur ita rigida testium conditio, ac in aliis causis, ac si testes si sint ita suspecti, vt nulli illorũ merito, & ex causa speciali credendũ sit, non valere matrim.

5 Verius tamen est, ad matrimonij valorẽ sufficere quoscumque testes habentes rationis vsum, nec desiderari vt habeant qualitates iure requisitas, vt in alias negotiis habiles, ac legitimi testes censeantur. Quare sufficit licet sint infames, excommunicati, parentes, consanguinei, serui, familiares, fœminæ, imo & infideles, (vt ait *Veracruz. statim. citandus.*) Prob. primò, quia quamuis alias testes sint illegitimi, & inhabiles, faciunt sufficientem fidem, nec repelluntur, quando sunt instrumentarij, hoc est, appositi instrumento ex cõmuni contrahentiũ cõsensu: vt tradunt *glos. auth. de testibus, §. Et licet. verb. Et supplicu, Bald. l. Parentes, nu. 1. vers. Vel die latius. C. de testibus, Soci. de reg. iur. lit. T. reg. fin. Fallit quando testes, Iaf. l. 1. §. fin. nu. 9. ff. de verb. oblig. Ant. Gabr. Fallit quando testes, Iaf. l. 1. §. fin. nu. 9. ff. de verb. oblig. Aut. Gabr.* alios referens, *to. 3. com. l. 1. tit. de testib. concl. 10. n. 50. & concl. 13. n. 13.* sed testes in matrimonio adhibentur communi consensu contrahentiũ, ergo sufficiunt quicumque. Præsertim cum in libro parochi describendum sit matrimon. cum nominibus testiũ: vt præcipitur in Tridentino, *eod. c. 1.* Secundò, quia testes inhabiles admittuntur, quãdo concurrunt cum alio habili, & fide digno, tũc enim habilitas vnius supplet inhabilitatẽ alterius, vt multis citatis testãtur *Ant. Gabr. to. 3. commun. l. 1. tit. de testibus, concl. 5. n. 1. & seq. Mascar. de probat. concl. 1365. n. 13.* & maximè si alter ex testibus, sit parochus, cuius auctoritati multũ tribuitur in iure, vt constat ex *c. Cùm esset, de testamentis*, vbi non obstante consuetudine antiqua ciuitatis Hostiensis, vt non valeret testamentum absque quinque testibus, definitur valere, si testamentum absque quinque testium fiat: ergo cum matrimonio debeat necessariò interesse parochus aut alius sacerdos de eius licentia, eius authoritas supplebit vitiũ quod alii duo testes patiuntur, ac proinde valebit matrimonium, quales cumque illi sint. Et confirmatur, quia *c. Cùm esset, de testam.* vbi Pontifex vltra parochum, voluit vt adessent duo testes legitimi, & idonei, id expressit. ibi, *Coram presbytero, & tribus, aut duabus aliis personis idoneis*: ergo cũ Tridentinum tantum exprimat corã parocho, & duobus, vel tribus aliis testibus, signũ est nullam qualitatẽ in testibus exigere, præter eam quæ iure naturæ est necessaria, vt testimonium perhibere possint, nempe, vt rationis vsum habeant. Et hoc maxime habet verum cum decretũ sit, hoc iuris naturalis, & Ecclesiastici antiqui correctorii sit, iuxta quod valida erãt matrimonia clandestina, atque ita restringendum est, vt de quibuscumq; testibus loquatur. Quod si dicas, fore aliquando, vt ipse parochus & testes valde suspecti sint, ac proinde parochi auctoritas vitiũ testiũ minimè suppleat, nec omnibus illis merito fides adhibenda sit. Fateor id, verũ lex non potest respicere omnes casus particulares, sed frequentiores, vt optimè dixit *Iurisconsultus l. Nam ad ea, iuncta l. seq. ff. de legibus*, ibi, *Nã ad ea potius debet aptare ius, quæ & frequẽtes, & facile, quam ad ea quæ perraro eueniunt: quoniã vt ait Theophrastus, quæ semel aut bis accidunt, contemnunt legislatores*: ergo cum rarissimè accidat, parochum, & ambos testes ita suspectos esse, casum hunc contempsit Tridentinũ, attendẽs ad id quod frequentet

euenit, vt parochi fides; authoritas vitium aliorum testiũ suppleat. Tertiò prob. quia etiam iure antiquo licet ad dissoluendum matrim. exigerentur testes omni exceptione maiores *c.1. de consang.* verum ad illud esse contractum probandũ non desiderabãtur, vt multis citatis docet *Mascard. de probat. conclus.* 1023. *n.* 13. & esto ad id probandum tales testes peterentur, id posset procedere vbi non exigeretur parochi testimonium supplens aliorũ vitiũ, nec testes essent communi contrahentium consensu adhibiti ergo nec Tridentinum petit testes omni exceptione maiores ad probationem matrimonij, sed admitti inhabiles: præsertim cum exigat etiam parochi testimonium, & testes illi vtriusque beneplacito contrahẽtis interfint: alias rigidiorem probationem exposceret, quam ius antiquũ. Et confirm. quia ius antiquum non irritabat matrimoniũ absque testibus contractum, & adhuc non poscebat ad eius probationem testes integros: ergo à fortiori Tridentinum irritans, minime tales testes exiget. Cùm enim rigidius sit decretũ, & in matrimonii damnum, strictius intelligendũ est. Quartò, quia in causa fauorabili admittũtur testes alias inhabiles, vt ob fidei fauorem, decernitur *c. In fidei fauorem, de haret. in 6.* at causa matrimonij est valde fauorabilis, vt habetur *c. fin. de sent. & iudic.* & ideo ad testificandum in ea, admittuntur fœminæ, *c. Super eo, el 2. de testib. & consang. c. videtur, qui matrim. accus. pos & l. 15. tit. 9 p.* 4. ergo in matrim. ad eius valorem sufficient quicunq; testes. Quintò, quia domi fieri solita possunt per testes inhabiles probari, vt per familiares seruos, qui alias inhabiles sunt vt in causa domini vel familiaris testificentur. vt docet cum aliis *Mascar. de probat. concl.* 1365. *n.* 1. & 2 sed matrimonium communiter solet domi initi; ergo sat sunt testes alias inhabiles. Tandem, quia est optima huius rei congruentia, sicut enim in aliis sacramentis instituit dominus materias in re communi, & facili, vt baptismum in aqua, &c. quo facile inuenirentur: ita Tridentinum intendit statuere quædã clara, facilia, & communia, exigitque testes cuiuscumque conditionis ad matrimonii valorem, & probationem, si enim testes omni exceptione maiores peteret, plerumque difficile inuenirentur, innumerisque litibus circa matrimonij valorem locus daretur, in re quæ quamuis singulis non sit necessaria, est tamen pro tota communitate valde necessaria, & communi Ecclesiæ bono valde expedit, matrimonia esse certa, litibusque & dubiis minime patere. Et ita hanc sent. tenent *Ant. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 11. n. 61. Veracruz. append. ad specul. toto dub. 7. Spino specul. testam. glos. 15. n. 46. Enriquez l. 11. de matrim. c. 3. nu. 9. Segura direct. iudic. 2 p. c. 15. n. 60. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 219. nu. 8. Petr. de Ledesma de matrim. q. 45. a. 5. punct 3. post 4 dub. f.* 193. *col.* 2. §. *Conclusio sit.*

6 Addit *Ant. Cucus l. 5. instit. maior. t. 11. nu. 62. & seq.* expedire vt adhibeantur testes omni exceptione maiores. Quia si postea in dubiũ verteretur coram iudice, an matrim. sit contractũ, paulo maior fides adhiberetur his testibus inhabilibus, non tamen integra. Verum fateor id expedire: cessabit enim omnis quæstio; at credo his testibus inhabilibus integram adhiberi fidem. Vt probant rationes quas attuli n. præc. & maxime, quia consensu vtriusque contrahentis, parochoque eorum vitium supplente, interfunt.

7 Hinc infertur minus verum esse quod docet *glos. c. Testes, ver. Audierũt, 3. q. 9. & Barbat. cons.* 45. *n.* 3. *vol.* 1. exigi in matrimonio testes esse rogatos. Quia id nullo iure probatur imo *l. Ad fidem ff. de testibus*, habetur testes non rogatos sufficere ad rei gestæ fidem faciendam: & *auth. Rogati, C. de testibus*, excipiuntur aliqui casus: in quibus oportet testes esse rogatos: iunct. *gl. verb. Vt in testam. & d. l. Ad fidẽ, verb. Non rogatus*, & in nullo illorũ numeratur causa matrimonialis. Sic docent *gl. c. Nostrates, verb. Inuitatis, 30. qu. 5. Aretin. cons.* 14. *Decius cons.* 169. *Socin. de reg. iur. lit. T. reg.* 420. *fine. Nauar. l. 4. consil. in 1. edit. t. de sponsal. cons.* 20. *n.* 1. *in 2. tit. de clandest. desponsa. cons.* 11. *n.* 1. *Greg. Lop l. 1. verb. Sin testigos t. 3 p. 4. Enriquez lib. 11. de matr. c. 3. n. 9. Segura direct. iudic. 2 p. c. 15. n.* 53.

8 Ex dictis infertur, quid dicendum sit de procuratore ad matrim. constituto: nimirum, an requirat qualitates iure requisitas, vt ad alia negotia peragẽda constituatur: vt ætatem decem & septem annorum? An potius satis sit habeat qualitatem iure naturæ requisitam, nempe rationis vsum, vt de testibus diximus num. 5.? Et ratio dubitandi est, quia procurator ad matrimonium dicitur ad negotia constitutus, vt colligitur ex *c. fin. de procurator. in 6.* ibi, *Et quãuis alias is qui constituitur ad negotia procurator, aliam dare possit. in hoc tamẽ casu, &c.* Et docet *ibi glos. in casu posse, notab. 2. & ibi Domin.* §. *Et quamuis, n.* 1. *Francus in princip. n.* 1. *notab* 2. In procuratore autem ad negotia desideratur septẽdecim annorum ætas. *c. Qui generaliter.* § *Licet, de procurat. in 6.* ibi, *Licet autem quis post decimum septimũ annũ procurator ad negotia licite deputetur, ad iudicia tamen, nisi maior 25. annis fuerit, deputari nequibit.* Et *l. 19. tit. 5 p. 3.* ibi, *Edad dezimos, que los personeros que son dados para recaudar cosas fuera de iuizio, que cumple que sean de edad de diez y siete años, como quier que los otros que son puestos para demandar, o responder en juizio, deuen de ser, a lomenos de edad de veinticinco años.* Et ita eam ætatem desiderari in procuratore ad negotia, testantur *Alber. l. Exigendi, n. 5. fine, C. de procurat. & ibi Paulus num. 9. inst. & Lason n. 19. Ioan. de Grasalibus de substantialibus procuratorum, verb. Prouidos, discretos viros, nu. 4 D. Antonin. 3 p. t. 6. c. 3. §. 7. Syluest. verb. Procurator. n. vnico, vers. Sed nota, & ibi Tabiena q. 1 nu. 2. Greg. Lop. d l. 19. verb. Diez y siete. Gutier. de iur. manor. 3 p. c. 11. n. 1.* Et eiusdem sent. videtur *gl. d. l. Exigendi, verb. Infinite. & Instit. quibus ex causis manumittere non lic. §. Eadem lege, verb. Decem*, vbi illum, §. ibi, *Seruus qui manumittitur procuratoris habendi gratia non minor decem & septem annis manumittatur*, explicat de procuratore ad negotia: vnde clare sentit eam ætatem requiri in procuratore ad negotia: ergo similiter in procuratore ad matrim. eadem ætas desiderabitur, cum verè ad negotia dicatur procurator constitutus. Et confirm. quia *eod. t. de procurat. in 6. c. Qui generaliter*, § *Licet*, petitur in procuratore ad negotia, ætas septẽdecim annorum, & in *c. finali*, vbi de procuratore ad matrim. tractatur, decidit textus procuratoré ad matrim. dici ad negotia constitutum: ergo clarè significat eandem ætatem peti in procuratore ad matrim. sed multò certum est nullam desiderari ætatem, nec qualitatem aliam in procuratore ad matrim. constituto, præter eam quam ius naturale exposcit ad explicandum consensum, nempe alterius, nimirum, rationis vsum: sicut de testibus, diximus n. 5. Prob. primo, quia in procuratore ad negotia non constat certam ætatem desiderati, immo verius est, pupillum modo vsu rationis gaudeat, posse eo munere fungi per l. *Sed & si quis. 7. ad fin. vers. Pupillus ff. de instit. actio*, ibi, *Pupillus & institor obligat eum qui eũ præposuit institoria actione, quamuis sibi imputare debet qui eum præposuerit.* Et *l. seq.* ibi, *Nam & pistorque, & pueros puellasq; tabernis proponũt.* Et *l. 1 ff. de exercitaria actione*, § *Magistrum nauis, vers. Cuius autẽ.* ibi, *Sed nec omnis ætatis sit interuerit, sibi imputaturo qui præposuit.* Et docent *Bald. l. Exigendi, C. de procurat. n. 4. fine, & ibi Alex cum Iacobo de Arr. tio*, dicens esse communem, *n. 23. Petr. de Bella pertic. ibi, col. 3. vers. Sed opponitur. Salicet. ibi, n.* 13. *Francus d. c. Qui generaliter, §. Licet, num.* 1. Et videntur tenere *ibi Ioan. Andr. num. 2. Anchar. n. 4. Dominicus ibi, §. Licet, nu* 4. Et reddit optimam differentiæ rationem *Bald. cit.* cur certa ætas vt annorum 25. requiratur in procuratore ad iudicia, nulla autem ætas præscripta in procuratore ad negotia: quia iudicium est inter contradicentes: contractus autẽ inter consentientes celebrantur, quare quælibet ætas in procuratore ad illos constituntos, est idonea, dummodo sit capax consensus. Nec obstant textus pro contraria sententia additi. Nam ad *c. Qui generaliter, §. Licet*, respondet *ibi Francus n.* 1. principalem decisionem sibi esse de ætate procuratoris ad iudicia, nec sumi debere argum. à cõtrario sensu ad probandum ætatem procuratoris ad negotia, cùm cõtrarium iure decisum sit, vt probauimus: argum. enim à contrario sensu locũ nõ habet, vbi cõtrariũ est decisũ in iure, vt cũ multis probat *Everard. in suis topicis, loco à contrario sensu, n.* 8. Vel secundo in procuratore ad iudicia, expresse dici

dei nequire constitui ante 25. annos: quem loquēdi modum non seruat textus in procuratore ad negotia: sed dicit posse xvii. annum licitè deputari: quasi clarè significās illam ante dictam ætatē non posse validè cōstitui: hunc autem posse validè, sed non decenter & honestè: quod clarius significauit *l. 19. t. 5. p. 3.* ibi, *Comple que sean de edad de diez y siete años*: leges enim partitæ desumptæ sunt communiter existe cōmuni ciuili & canonico, nec illud censetur corrigere, nisi expressis verbis id faciant: vt colligitur *l. 9. t. 13. p. 6.* ibi, *Esto nos mouimos à mudar. & proemio legum part.* ibi, *E tomemos de las palabras de los dichos de los sabios derechos.* & *l. 1. Tauri*, ibi, *por que fueron tomadas de los dichos de muchos sabios, y de los derechos.* Et docent *Peralta de alta in præcep. testamenti, n. 40. ff. de legat. 3. Conarr. 1. var. c. 1. n. 5. Greg. Lopez l. 9. verb. A mudar. t. 13. p. 6. Meres de maior. 174. n. 74. Gutier. l. 10. pract. can. l. 3. q. 26. n. 6.* & ita manet responsum ad legem partitæ pro contraria parte allatam: non enim censetur in dubio corrigere ius ciuile, *d. l. Sed & si quis, & seq. & l. 1. ff. de exercit. actio.* expresse de eidem posse pupillum institorem constitui. Secundò prob. quia esto ad alia negotia desideraretur in procuratore certa ætas, ea esset dicēdum in procuratore ad matrimonium: quia nulla potius eius industria desideratur, sed tantum explicat consensum absentis. Et confirm. quia ad matrim. satis est mutuus consensus, quibuscunque nutibus expressus: ergo sufficiet si per pupillum habentem rationis vsum, exprimatur. Tertiò, quia si contraheretur matrimonium per interpretem pupillum: nemo negaret esse legitimum: procurator autem in matrim. tantum deseruit ad interpretandum consensum absentis, sicut interpres ad aperiendum consensum præsentis. Quia doctissimum esse credim, affirmare, posse puerum 14. annorum, se ligare matrimonio, ad idque capacitatem sufficientem habere, non tamen ad exprimendum consensum alterius contrahere volentis. Quinto, quia cùm hic contractus sit extremi inuotabilior, non quęcunque exterorum contractuum valorem impediunt, impediēt matrimonij valorem, nisi in iure exprimatur de ipso matrimonio: vt constat, quòd mutus & surdus à natura nullum contractum inire posset iure communi id prohibente. & tamen in illa prohibitione generali contractuum, non clauditur matrimonium: (vt probaui lib 1. disp. 8. n. 12.) & supponit textus. *Cum quod, de sponsal.* Præterea, prodigus cui datus est curator, nullo contractu obligari potest, *l. Iccirco bonis, 6. ff. de verb. oblig.* ibi, *Tradere vero non potest, vel promittendo obligari*: & tamen manifestum est validè promittere & contrahere matrimonium: ergo non obstante generali prohibitione (si talis esset) ne minor 17. annis validè constituat procurator ad negotia, quamuis procurator ad matrimonium dicatur ad negotia constitutus, non venit ex prohibitio ad matrimonio intelligenda, sicut etiam prohibitio generalis contractuum, matrimonium quod verè & propriè contractus est, minimè claudit.

9 Ad argum. prioris sent. proposita n. 4. respondetur. Ad 1. dic. textum illum agere, quando tractatur de matrim. dissolvendo: & esto etiam dicamus idem requiri ad probandū matrim. debet intelligi, nisi vitium testium alium de supleatur: hic suppletur parochi præsentia: & quia consensui contrahentium consensu adhibetur: quæ duo supplent vitium: vt probauimus n. 5. Ad confirm. eodem modo dico intelligi minorem, scilicet, in causa ardua nō fuisse quoscunque testes, nisi sit fauorabilis, & vitium aliunde suppleatur. Ad 2. confirm. nego sequi inconueniens, quia ad probandum prius matrimonium contractum, sufficiunt in hoc casu etiā illi testes inhabiles, quibus adhiberetur fides, ob rationes dictas: & esto accideret casu, in quibus etiam parocho & testibus nulla esset adhibenda fides: cum ij rarissimi sint, non efficient legem in eiusmodi, quæ casus communiter contingentes amplectitur, contemptis ratò euenientibus: vt probaui nu. 5. Ad 2. argum. dico antecedens esse verum, quando ius nouum loquitur in eodem casu iuris antiqui: quod hic non contingit, quia ius antiquum loquitur in casu, in quo non suppletur inhabilitas testium per aliquid aliud, agitque de probatione matrimonij ad eius valorem minime necessaria, & ideo nil mirum est, si eam rigidiorem postulet. Tridentinum autem loquitur in casu, in quo vitium testium suppletur parochi præsentia, egitque de probatione requisita ad matrimonij valorem: & ita non mirum est, si leuiorem exigat. Et per hoc cessat replica: quia esto diceremus iure antiquo requisitam esse plenam fidem testium, ad probandum matrimonium, non militat eadem ratio iure nouo. Ad 3. dico id specialiter expressisse Pontifices in eo casu: plenior enim probatio requiritur in testificem in eo casu: plenior enim probatio requiritur in testamentis. Vnde potius inde desumimus argum. pro nostra opinione, cum in nostro casu id non explicet Concil. Ad vltimum, fateor etiam hodie esse clandestinum, cui deficit legitima probatio; at attento Tridentino est talis, quando interest parochus, & quicunque alij testes. Et quamuis in aliquo casu raro ea non esset sufficiens, satis est in communi talem esse.

DISPVTATIO XLII.

Vtrùm sit pœnæ matrimonij clandestini, vt filij ex eo nati, quando fuit verè nullum ob aliquod impedimentum, sint illegitimi nō obstante bona fide parentum ignorantium impedimentum?

SVMMARIVM.

Filij nati ex matrimonio clandest. no quòd parentes credebant esse validum, si re vera fuit inualidum sunt illegitimi, n. 1. Et ibi, remissiue ad hanc pœnā indigetur radicis sententia.

Non est probabilis ignorantia, quando omittuntur iure requisita: & cum quis dat operam vt illicita, error eius non excusat sed magis iacitur veritas, n. 1.

Ratio ob quam nati ex fornicatione legitimentur per subsequens matrimonium putatiuum, & nati ex clandestino putatiuo non sint legitimi n. 2.

An habeat locum hæc pœna non tantum quando clandestinum est nullum ob consanguinitatem &c. assentatur, aut cognationem refertur opinio affirmans in hoc casu tantum locum habere, num. 3. Et contraria vtitur, n. 4.

Lex panalis & terribilis extenditur ob identitatem rationis in ea expressa, n. 4.

An habeat locum hæc pœna quando causa nullitatis matrimonij tam occulta erat, vt præmissis denunciationibus detegi nō posset, n. 5. Quid si tamen fuit clandestinum ob omissionem denunciationum &c.

Dicitur Trid. sess. 24. c. 1. de matrim. an ibi dispositum habeat locum in quocunque alio impedimento, n. 7. Et an filij nati ex clandestino valido sint legitimi, n. 8.

An clausula, Vt non possint dispensari, ligat Pontificis manum remissiue, n. 9.

1 HActenus disputauimus de denunciationibus matrimonio prævijs, ne dicatur clandestinum: & de præsentia parochi & testium ad ipsius valorem requisita: superest tandem de pœnis iure matrimonio clandestino constitutis, disputare. Et primo quidem, de pœnis ipsius matrimonij clandestini, sermonem faciam. Deinde de pœnis ipsorum contrahentium & testium. Tandem de pœnis parochi, vel alterius sacerdotis assistentis.

2 Sit conclusio, pœna est matrimonii clandestini, vt quamuis filij ex matrimonio vere nullo, geniti, quando ad fuit bona fides in vtroque, vel in altero parente ignorante impedimentum, sint legitimi: iuxta *c. Ex tenore, qui filij sint legit.* at si matrimonium illud nullum, fuit clandestinum, erunt filij illegitimi, non obstante bona parentum fide. Sic habetur *cap. final. §. Si quis vero, de clandest. desponsat.* ibi, *Si quis vero clandestina coniugia inire præsumpserit in gradu prohibito etiam ignoranter, soboles de tali coniunctione suscepta, prorsus illegitima censeatur: de parentum ignorantia nullum habitura subsidium, cum illi taliter contrahendo, non expertes scientiæ, vel saltem affectatores ignorantiæ videantur.* Vbi notanda est ratio assignata in textu: ideo enim nati ex matrimonio putatiuo sunt legitimi, quia saltem alter parens laborabat ignorantia probabili: vt docent omnes scribentes, *d. c. Ex tenore*, quæ ratio cessat, quando clandestine, contrahitur omissis denunciationibus, & ideo

filij non sunt legitimi: non enim est probabilis ignorantia: cum omittantur requisita ad assequendū veritatem. Vnde pulchrè *Bart. l. fin. init. ff. de ritu nupt. & l. Post contractum. n. 7. ff. de donat.* dixit celebrantem actum prohibitum palam, posse excusari prætextu ignorantiæ, secus si clam. Item quia ignorantia minimè excusat non adhibentem debitam diligentiam, inquirendo quod tenebatur inquirere, *c. penult. ad finem, & c. fin. 37. de reg. §. Sed facti*, ibi, *Verum eius, quæ eam rem inquirendo diligenter notam habere possunt. ff. de iurisd. & facti igno. l. Si auiam. in fine, C. de incest. nupt.*, & est *gloss. celebris, c. Innotuit, verb. ignorantiam, de elect.* talis enim ignorantia est indirectè voluntaria: vt egregiè docet *D. Thom. 1. 2. q. 6 art. 8. corp. & q. 19. art. 6.* & cum eo omnes Theologi. Idque satis explicuit textus, *d. c. fin. de clandestina desponsat.* ibi, *Cum illi taliter contrahendo affectatores ignorantiæ videantur*, quasi dicat eam ignorantiam fuisse affectatam, ac indirecte voluntariam, eo quod debitæ diligentiæ ad inquirendum, omissæ sunt. Præterea, quia ideo titulus putatiuus matrimonij prodest, vt filij censeantur legitimi, qui semper parentes, vel alter dederunt operam rei licitæ: saltem in sua existimatione, quæ probabilis fuit: cùm in facie Ecclesiæ contraxerint. & præsumendum est, ne delictum præsumatur, aliàs hos non commiscendos, nisi credidissent validum esse matrimonium: Ecclesia enim quę innoxios minimè punit, vult hos filios legitimos esse: at cum matrim. est clandestinum, parentes culpæ rei extitere contrahendo, quare error eorum punitur. Cum enim quis rei illicitæ operam dat, eius error nil operatur, nec excusat, sed inspicitur contra eum veritas, *l. Eum qui nocentem, §. Si iniuria, ff. de iniuriis, l. Aut qui alter. §. Si quis dum putat, ff. quod vi, aut clam.* Vtrum verò hæc pœna indigeat iudicis sententia, dicam hoc 3 lib. disp. 53. n. 7. & 8.

2 Sed quæres, quæ sit ratio, cur nati ex fornicatione legitimentur per subsequens matrim. putatiuum? iuxta probabilem multorum sententiam, vt potest videri in *Duenas* multos referente, *regul. 350 ampliat. 9.* nati vero ex matrimonio putatiuo clandestino, non sunt legitimi? Videtur enim plus fauere, fornicationi manifestæ, ex qua nati sunt illi, quàm castitati matrimonij existimati: contra textum *§. Verum si quidem, auth. de restitut. & ea quæ parit XI. mense.* Dic, eam esse rationem huius constitutionis Ecclesiæ. Quia fornicario non tendit in Ecclesiæ contemptum, nec ita eam scandalizat: matri. verò clandestinum, valde offendit Ecclesiam, eamque contemnit: vnde non mirum si ei non faueat, suumque ei deneget auxilium. Frustra enim Ecclesiæ auxilium implorat, qui eius contempsit auctoritatem, *c. fin. de immunit. Eccles. Tridentinum sess. 24. c. 5. de matrim.* Hanc rationem innuit *Hostiens. sum. t. Qui filij sint legitimi, §. 2. n. 3.* Alia etiam potest esse ratio, nam cum legitimatio proueniat ex matrimonio bona fide, inculpabiliterque contracto, in priori casu non delinquunt parentes in ipso matrimonij contractu, sed, id bona fide, ac iuxta Ecclesiæ decreta celebrarunt: & sic non mirum, si filij legitimentur: at posteriori autem casu, delinquunt in ipsomet matrimonij contractu, deficitque bona fides, ac inuincibilis impedimenti ignorantia.

3 Dubium autem est, vtrum hæc pœna matrimonij clandestini, intelligatur solum, quando impedimentum ob quod nullum fuit, est consanguinitatis, vel affinitatis, vel cognationis? Quidam enim censent in eo solum casu intelligi: quare si ob aliud impedimētum, nullum sit, filios censeri legitimos. Quia expresse *d. cap. fin. §. Si quis vero, de clan. desponsat.* ibi, *Si quis vero clādestina coniugia in gradu prohibito*: agitur de impedimento gradus prohibiti consanguinitatis, vel affinitatis: & cùm sit pœna, potius est restringenda, quam ampliāda: *reg. Odia, de reg. iuris, in 6.* Sic sentiunt *Goffred. sum. tit. qui filij sint legitimi, n. 11. Archid. c. Cum in captiuitate, paulo post princ. 34. quæst. 2. Vincentius c. Ex tenore, qui filij sint legitimi*: & hanc sententiam dicit veriorem attenta litera. *Cardin. eod. c. fin. n. 4. vers. Quæro quid: Domin. consil. 66. Zephalus consil. 505. n. 21. n. 22. vol. 4.*

4 Sed dicendum est, habere locum dictam pœnam, ob quodcumque aliud impedimentum, matrim. irritum sit. Nam eadem prorsus ratio textus militat in quocumque alio impedimento, quod parentes affectatores ignorantiæ videantur, cùm debitam diligentiam nō adhibuerint ad inquirendum impedimentum: & vbi ratio expressa in textu omnino militat, lex quantumcumque pœnalis, extendenda est ad illum casum. Quod quamuis dubio non careat, quando ratio non est expressa in lege, eo quod variæ rationes assignari possunt, at quando ratio exprimitur in lege, communissima & receptissima sententia est, legem pœnalem extendendam esse ad eum casum, in quo eadem ratio inuenitur. Atque ita docent *Abbas c. fin. 10. & 11. de rescript. & c. Nihil, nu. 9. de elect. Lambertin. de iure patron. lib. 2. p. 1. q. 10. a. 4. fin. Syluest. verb. Lex, q. 18. & verb. Pœna, q. 4. & verb. Argumentatio, q. 1. Rolandus cons. 27. nu. 48. vol. 1. Couar. c. Alma mater. 2. p. §. 4. n. 7. vers. 2. Ant. Gomez. 1. var. c. 5. nu. 11. Molina lib. 1. de primog. c. 5. n. 10. Gutier. q. Canon. lib. 1. c. 10. nu. 3. & cons. 50. n. 8.* Imo idem dicent *Abb. & Syluest. & ibi, & Ant. Gomez. 1. var. c. 11. nu. 12.* licet ratio expressa in lege non sit, quando vnica tantum reddi potest. Sed dices, hoc non procedere, quando lex est correctoria, simul & pœnalis, qualis est hæc. Sed hoc non obstat, quia etiam lex correctoria, simul & pœnalis extenditur ob rationis in ea expressæ identitatem: vt tradunt *Nauar. c. Pœna. n. 10. de pœnit. d. 1. Minchaca de succes. creat. §. 28. in princ. Anton. Gabr.* dicens communem, *to. 2. commun. in mea edit. lib. 17. c. 332. col. 1. Bolognetus, l. Omnes populi, n. 130. ff. de iust. & iure, Matienzo* referens Ripam. Rochum & alios, *lib. 5. recop. t. 11. l. 19. glo. 2. nu. 5. 6. 7. Gutier. de iuram. 3. p. c. 2. n. 8. & 9.* Secundò probatur, quia cum lex hæc emanarit fauore animarum, non debet restringi, sed dilatari, cum per dilatationem euitētur animarum pericula, hominesque ab indebitè matrimonijs ineundis retrahantur, in quo casu lex pœnalis, non odiosa & restringenda, sed fauorabilis & dilatanda est: vt dixi hoc 3. l. disp. 1. nu. 8. Tertiò probatur ex *c. Ex tenore, qui filij sint legit.* vbi sermo fit de alio impedimento, quando scilicet, alter erat coniugatus. & vt cēseatur filius legitimus, ponderat textus bonam alterius parentis fidem & matrimonium publice contractum esse, quasi secus sentiat, vbi esset clandestinum. Tandem probatur ex *l. 3. t. 3. p. 4.* ibi, *encubiertamente casandose algunos, si embargo vbiesse entre ellos, ouo de parentesco o de otra qualquier manera, &c.* & *l. 2. t. 15. p. 4.* ibi, *tal embargo por el qual el matrimonio se vbiese de apartar.* Hanc sententiam tenent *Innoc. c. fin. de cland. desponsat. n. 2.* vbi *Anton. n. 24. Anchar. n. 16. Alex. de Neuo nu. 24. Hostiens. c. Ex tenore, fin. qui filij sint legit.* vbi *Ioan. Andr. n. 5. Anton. n. 9. Anchar. n. 5. Abb. n. 5. Alex. de Neuo n. 7. Præpos. n. 3. ad fin. Henric. num. 10. fine. Cardin.* dicens hanc sent. esse veriorem, attenta mente litera: *Couar.* appellans oppositam sent. falsam 4 *decret. 2. p. c. 6. init. nu. 12. Greg. Lopez* dicens comm. *l. 3. verb. O de otra manera, t. 3. p. 4. Ant. Gabr. to. 3. comm. l. 6. tit. de legitimationi, concl. 4. n. 15. Ant. Cacus lib. 5. instit. maior. t. 11. nu. 75. Perez. lib. 5. ordin. t. 1. l. 1. paulo post princ. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 1. gloss. 7. n. 1. Mascard. de probatio. concl. 798. n. 6.* Pro eadem sent. sunt alij DD. vniuersaliter & indistinctè docentes, vt filij ex matrimonio inualido procreati, sint legitimi, desiderati illud clandestinum non esse. Hi sunt, *Hostiens. sum. tit. qui filij sint legit. n. 3. vers. Item secus, Socinus iunior cons. 31. num. 46. lib. 2. & cons. 86. a n. 41. lib. 2. Rosella verb. Legitimus, initio.* vbi *Syluest. init. Armilla nu. 1. Palæotus de notbis & spuriis, c. 9. nu. 5. Durenas reg. 150. limit. 1. fine, Iac. Leonissa inter consilia matrim. Zileti to. 1. cons. 49. n. 4. Cernantes l. 6. Tauri, n. 21.*

Hanc tamen sent. ego intelligerem, quando causa nullitatis matrimonij, non esset impedimentum consanguinitatis, affinitatis, vel cognationis, esset tamen eiusmodi, vt ad illam detegendum præmissæ denunciationes conferre possent, secus vbi ex nihil conferunt, ad hoc. Vel matrim. clandestinum, nullum fuisse ex defectu consensus interni alterius coniugis, vel ex defectu parochi communiter talis reputati, cum nullum titulum haberet, sed esset intrusus: (quo casu matrim. non valere, dixi hoc l. 3. disp. 22. nu. 60.) in his enim casibus, proles suscepta ex eo matrim.

matrim. clandestino putatiuo, esset legitima: & erit vera prior sent. nec credo posteriorem illi contradicere. Quia esset omnino ratiõ *d. c. fin. §. Si quis vero de cland. desponsat.* cum hi contrahentes non possint dici affectatores ignorantiæ, quandoquidem omni diligentia adhibita id scire nequibant. Quod apertè colligitur ex *Abbate c. Quod nobis, fin. qui filij sint legit.* vbi ait ideo clandest. matrim. non efficere hos filios legitimos, quia videntur nouisse parentes impedimentum, & ideo clam contraxisse: ergo vbi nullo pacto poterant cognoscere, efficiet legitimos.

6 Hinc infertur, minus bene *Petr. de Ledesma de matrim. q. 45. a. 5. f. 171. col. 1. §. Est tamen dubium, vers. Secundo dicendum*, affirmare hanc pœnam illegitimitatis non habere locum, vbi matrim. celebratur coram parocho & testibus, non præmissis denunciationibus. Quia id matrimon. non est clandestinum: vt tenent multi quos retuli hoc 3. l. disp. 1. n. 6. Sed quicquid sit de hoc, cuius contrarium ibi nu. 7. defendimus, non placet hos filios censeri legitimos, sed in ijs habebit locum hæc pœna illegitimitatis. Prob. quia in illis omnino militat ratio *c. fin. §. Si quis vero, de cland. desponsat.* quod videlicet, parentes affectatores ignorantiæ videantur, & ita non detur in eis bona fides, impedimentique iuris & probabilis ignorantia: cum enim denunciationes cõtendant, vt impedimenta si quæ sunt, detegantur, eo ipso quod contrahentes matrim. illas omittunt culpabiliter affectant ignorantiam: cum diligentiam iure præscriptam ad assequendum veritatem, despiciant. Et confirm. quia indubitanter efficacius medium est vt impedimenta detegantur, publicare matrim. contrahendum ter in Ecclesij, aut in alijs locis publicis, inter Missarum solemnia, quàm contrahere secreto coram parocho & duobus testibus: quod omittentes hoc secundũ medium, censentur libere ignorantiam affectatam impedimenti: ergo à fortiori omittentes primum. Tandem, quia *Trident. sess. 24. c. 5. de matrim.* statuit contra scienter cõtrahentes in gradibus prohibitis, vt separentur, spemque dispensationis careant. Idem subdit, ignoranter cõtrahentes, si solemnitates requisitas in contrahendo omiserint, nempe, denunciationes, &c. subijci pœnis. Vbi omnino æquiparat scienter contrahere in gradu prohibito, & ignoranter omissis denunciationibus, sed dum parentes conscij impedimenti contrahunt matrim. filij inde nati sunt illegitimi: ergo eadem ratio militat in vtroque casu. Sic docent *glo. c. Quod nobis fin. de cland. desponsat. verb. Clandestina, al 2. Enriquez l. 20. de matrim. c. 20. n. 1. Manuel 1. tom. sum. 2 edit. c. 221. n. 3.* Pro eadem fere sunt DD. quos retuli hoc 3. l. disp. 1. nu. 7. allegandi, quando denunciationes omittuntur.

7 Secundo infertur intellectus ad *Trident. sess. 24. cap. 5. de matrim.* ibi, *si quis intra gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat.* Ex quibus verbis posset aliquis colligere. Trid. eo solo casu intelligi, quo consanguineus, vel affinis, vel cognati scienter contrahunt matrim. non verò quando cum alijs impedimentis dirimentibus. Quia dicit, *intra gradus prohibitos*, & cùm sit pœna, non est extendenda. Vel dicendum est, intelligi de quocumque etiam impedimento dirimenti, sicut n. 4. intelleximus, *c. fin. §. Si quis vero de clandest. desponsat.* quod etiam limitatè videbatur loqui. Extendunt DD. ad omne impedimentum dirimens, sic hoc extendendum est similiter: quia licet hæc sit pœna, ex maximam animarum fauorem, ad retrahendum à quibuscumque irritis, quæ passim spe dispensationis consequendæ contrahebantur: in quo casu lex pœnalis extenditur. Probaui eod. n. 4. Præterea, quia in omni impedimento dirimẽti militat prorsus eadem ratio Tridentini, expressa in illo decreto, ibi, *non enim dignus est qui Ecclesiæ longo tempore à facile experiatur, cum salubria præcepta temerè conturbat.* Dices hanc rationem subiecisse Trident. quando omissæ sunt denunciationes, & ob id ignoratum est impedimentum, sed respondeo fortius multo militare, quando cognitum est impedimentum, cùm maius sit delictum, maiorque contemptus. Præterea, quia Tridentinum dictum est, ne facile contrahantur matrimonia irrita: quod quidem in omni impedimento dirimenti procedit: vnde gratia exempli tantum subiecit intra gradus prohibitos, gratiaque frequentioris vsus: communiter enim ratione alicuius gradus prohibiti matrimonia irrita sunt. Præterea, quia ipsummet Trident. statim non obscurè significauit, loqui de omni impedimento dirimenti, subijciens, *si vero impedimentum aliquod posset subesse cognoscatur, cuius ill. probabile ignorantiam habeat, tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit*: ergo manifestè intelligitur de quouis impedimento dirimenti. Tandem, quia si quis vellet dicere incestus crimen esse rationem illius decreti, quod minimè admittitur, vbi est aliud impedimentum, quàm gradus prohibiti: facile impugnatur ex ijs verbis eiusdem decreti, *idq; in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrim. contrahere, sed etiam cõsummare ausus fuerit.* Vbi, ondero eandem pœnam incurrere, scienter contrahentem in gradibus prohibitis, licet nondum consummarit, nec consummare intenderit, donec obtineret dispensationẽ. Cùm tamen tunc non sit proprie incestus. Limitatem tamen prædictum decretum, quatenus ait ignoranter contrahentes omissis denunciationibus, subijci eisdem pœnis: quando, nimirum, impedimentum ignoratum, est tale, vt præmissæ denunciationes conferre possint ad illud detegendum. Vt similiter n. 5. limitauimus similem pœnam *d. c. fin.* Quid autem operetur hæc clausula, Vt careat spe dispensationis, an liget Pontificis manus: dicam disp. 45. n. 3.

8 Vltimò infertur, non esse audiendum *Maur. Antonium corona confess. 2. p. de Sacram. ord. 2. de suscipientib. ordinem, nu. 16.* dicentem natos ex matrimonio clandestino valido, vt celebrato nõ præmissis denunciationibus, esse illegitimos. Quia id nullo iure probatur: ea enim pœna solum imponitur *d. c. fin. §. Si quis vero, de clandest. desponsat.* quando id matrimonium fuit inualidum ob ignoratum impedimentũ. Præterea, quia esse vere legitimos, natos ex clandestino valido, aperte probat textus, *c. 2. de clandest. desponsat. ibi si matrimonia ita occulte contrahantur, quod exinde legitima probatio non appareat, si personæ contrahentium hoc voluerint publicare, (nisi rationabilis causa præpediat) ab Ecclesia recipienda sunt, & comprobãda, tam quam à principio in Ecclesia conspectu contracta.* Sed si à principio essent in Ecclesiæ conspectu contracta, filij inde nati essent legitimi: ergo & tunc. Sic docent *glo. c. Quod nobis fine, qui filij sint legitimi*, vbi *Anton. n. 6. Abbas n. 5.* dicens omnes hoc tenere: & cæteri DD. ibi: *Angelus v. Filius, n. 12. Sylvest. verb. Filij, q. 8. §. 10. Palæotus de notbis & spurijs, c. 10. n. 1. Zephalus* alios referens *consil. 503. n. 23. & 24. vol. 4. Anton. Cucus lib. 5 instit. maior. t. 11. n. 80. Mantica de coniecturis vlt. volunt. lib. 11. t. 12. n. 13. Menoch. cons. 199. nu. 57. vol. 2. Fulvius Asianus de probat. lib. 2. c. 16. nu. 68.* Et ex Theologis. *Sotus 4. d. 28. q. 1. a. 2. vers. Alia sunt censura, Lud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. c. 39. fol. 1060. col. 1. §. Sed si quis Barth. à Ledesma dub. 21. de matrim. f. 1345. Petr. de Ledesma de matrim. q. 45. a. 5. f. 172. col. 2. fine, §. Dubium quintum, vers. Secunda conclusio.* Male tamen *Sotus ibi*, quem cæteri Theologi citati sequuntur, capit *glossam & Abb. c. fin. de clandest. desponsat. & Sylvestrum Matrimonium 2. §. vlt.* atque se mirari quo pacto textum illum non intellexerint, censentes quidam illorum ob solam denunciationum omissionem filios esse illegitimos: alij verò non esse illegitimos quando publicè contrahitur. Cùm textus ille non solum matrimonium clandestinum esse consideret, sed simul interfuisse impedimentum dirimens. Verùm ego magis miror Sotum, & ipsum sequentes non vidisse glossam, Panorm. & Syluestrum expressè loqui, quando matrimonium clandestinum est nullum ob aliquod impedimentum: quando enim validum est, omnes illi fatentur filios esse legitimos: discrepantia verò inter eos in hoc consistit, quod quidam illorum censent esse clandestinum, quando publicè contrahitur omissis denunciationibus: alij vero negant.

DISPVTATIO XLIII.

An si matri. clandestinum inualidum ob impedimenti ignorantiam, postea publicetur, approbeturque ab Ecclesia, eo quod nullũ detectum sit impedimẽtum, filij inde nati, legitimi sint, ac si nati essẽt ex legitimo matrimonio? iuxta c. Ex tenore, qui filij sint legitimi.

SVMMARIVM.

Propositus textus in cuius intelligentia consistit difficultas: & certum est filios post approbationem natos, ante impedimenti detectionem, esse legitimos, n. 1.

Referuntur duæ sententiæ, de natis aut genitis, ante Ecclesiæ approbationem, n. 2. & 3.

Efficiuntur legitimi, licet nati sint ante probationem Ecclesiæ, n. 4.

Soluuntur argumenta, & explicantur c. 2. & c. finale, de clandest. desponsat. n. 5.

1 VERSATVR difficultas in intelligentia textus, c. *Quod nobis, qui filij sint legit.* ibi, *si qui de matrimonio clandestino postmodum ab Ecclesia comprobato, generati fuerint, eos legitimos iudices filios.* Et quidem, quando id matrim. clandest. re vera nullum ob latens impedimentum ignoratum, approbatum fuit ab Ecclesia tanquam validum, & postea detectum est impedimentum, conuenit inter DD. filios genitos & natos post approbationem matrimonij, ante impedimenti detectionem esse legitimos. Cum tunc cesset ratio *d. c. fin. §. Si quis vero, de cland. desponsat.* habẽt enim parentes tunc legitimam causam ignorandi impedimentum. Et sic *Anton. d. c. Quod nobis, n. 7. & Anchar. n. 6.* fatẽtur esse certum.

2 Controuertia autem est, de filijs natis aut genitis ante Ecclesiæ approbationem. Qua in re triplex est sententia. Prima ait conceptos antea approbationem, si postea nati sint, legitimos esse, secus si nati sint ante approbationem, Vnde verba c. *Quod nobis*, sic explicat *de matrimonio postmodum approbato generati*: vt participium, generati, debeat collocari ante dictionem, postmodum, & sic sensus sit, quod filij erant generati, id est, concepti ex matrimonio clandestino, & postmodum approbato, id est, post conceptionem fuit approbatum ante natiuitatem. Probatur, quia conceptus non habetur pro nato, nisi in suum fauorem, *l. Qui in vtero, ff. de statu hominum, & Inst. de ingenuis*, §. 1. ergo licet conceptus sit ante Ecclesiæ approbationem, & natus post eam, non censetur natus ante approbationem, vt reputerat illegitimus. Sic docent *Hostiens. sum. tit. qui filij sint legitimi, n. 3. & tit. de clandest. desponsat. §. vltimo. nu. 8. sanc. Berous in suis quæst. q. 107. n. 2.*

3 Secunda sententia docet genitos ante approbationem non esse legitimos, sed eos solos qui matrim. iam approbato concepti sunt. Prob. quia *c. fin. §. Si quis vero, de clandest. desponsat.* generaliter tradit filios susceptos ex matrim. clandest. inualido ob ignoratum impedimentum, esse illegitimos, sed hi re vera susceptus sunt ex matrim. clandestino inualido, cum conceptionis tempore id matrim. adhuc clandestinum esset, nec ab Ecclesia approbatũ: ergo sunt illegitimi. Secundò, quia *c. 2. de clandest. desponsat.* cui tertia sent. maximè innititur, sic ait, *si personæ contrahentium hæc voluerint publicare, (nisi rationabilis causa præpediat,) ab Ecclesia recipienda sunt, & comprobanda tamquam à principio in Ecclesiæ conspectu contracta.* Vbi ponderanda est illa parenthesis, *nisi rationabilis causa præpediat*, quasi dicat, non fingi à principio contractum matrim. quando rationabilis causa, id est, impedimentum aliquod repertum fuerit: ergo illo reperto, geniti ante Ecclesiæ approbationem, non erunt legitimi. Tertiò, quia non plus tribuendum est matrim. putatiuo clandestino, quàm validò in conspectu Ecclesiæ celebrato, sed hoc non legitimat prolem, quando parentes non poterant validè copulari matrimonio, tempore conceptionis & natiuitatis, *c. Tanta, qui filij sint legitimi*: ergo clandestinum putatiuum non legitimabit prolem ante approbationem genitam, quia eo tempore non poterant parentes valide contrahere, ob impedimentũ dirimens ab ipsis ignoratum. Quartò, danti operam rei illicitæ error nihil prodest, *l. Eum qui nocentem, §. Si iniuria, ff. de iniurijs*, sed contrahens clandestine dat operam rei illicitæ, ergo error impedimenti præcedens, non prodest, vt filij accedente approbatione Ecclesiæ, legitimentur. Et confirm. quia ea ratione spurij non legitimantur per subsequens matrimonium verum, quamuis parentes bona fide existimarent se tunc temporis posse contrahere: cum enim dederint operam rei illicitæ, non iuuantur errore: ergo similiter in nostro casu. Sic *glossa c. Quod nobis, verb. Fuerint, qui filij sint legit. & ibi Calderinus, & Abb. n. 5.* Et videtur tenere *Cardin. ibi, fine*, ait enim fictitiam esse expositionem tertiæ sententiæ, nec in rigore probari in eo textu: eandem tenent *Brunel de sponsal. concl. 2. ampliat. 3. n. 18. Rosella verb. Illegitimus, n. 4. Angel. verb. Filius, n. 12. & ibi Tabiena q. 5. n. 6.*

4 Tertia sententia, (quam probabiliorem existimo, licet duæ priores probabiles sint) ait re vera filios conceptos ante quàm appareat impedimentum, licet ante approbationem nati sint, effici legitimos, vbi matrim. publicatum fuerit, ac Ecclesiæ auctoritate tamquam validum, comprobatum, licet postea detegatur impedimentum. Vnde *textus d. c. Quod nobis*, ibi, *Si quis de matrimonio clandestino postmodum ab Ecclesia comprobato generati fuerint*, &c. intelligendus est, id est, si post ipsorum generationem approbetur ab Ecclesia, sunt legitimi. Prob. ex *c. 2. de clandest. desponsat.* vbi habetur operari approbationem clandestini matrimonij, tamquam si à principio in conspectu Ecclesiæ fuisset contractum, sed in hoc casu filij essent legitimi, licet postea detecto impedimento matrimonium separetur: *c. Ex tenore, qui filij sint legitimi*: ergo quamuis à principio clam contractum sit, approbatio Ecclesiæ operabitur, vt omnes filij antea geniti sint legitimi. Et confirm. quia Ecclesiæ approbatio purgat omne vitium matrim. clandestini, sicut matrimonium sequens purgat filiorum, qui ex fornicaria coitu habiti sunt, turpitudinem, tollitur quæ scientiæ, seu affectatæ ignorantiæ præsumptio, quod fuit motiuum *d. c. fin. §. Si quis, de clandest. desponsat.* vt ibi expresse dicitur, ergo filij efficientur legitimi. Secundò prob. quia ante separationem matrimonij, eo medio tempore quo matrimonium existimabatur bona fide legitimum, approbante illud Ecclesia filij nati habebant ius legitimitatis acquisitum, & ritè ac rectè Ecclesia eos tanquam legitimos approbat: ergo hæc legitimatio non tollitur per separationem matrimonij superuenientem. Quia quod semel, *ius* cuit, amplius displicere non potest: *reg. Quod semel, 25. reg. iuris, in 6.* & factum legitimè, non debet retractari, licet postea casus eueniat, à quo non poterat inchoari, *reg. Factum, 37. de reg. iur. in 6.* Tandem, quia in pœnis dignosci interpretatio facienda est, *reg. In pœnis, 49. de reg. iur. in 6.* Sic tenent *Ioan. Andr. d. c. Quod nobis, nu. 4.* vbi *Anton. n. 7. Anchar. n. 6. Alex. de Neuo. nu. 7. Præpositi n. 4.* & tenuit olim *Abbas*, vt ipsemet fatetur, *ibi nu. 2. Syluester verb. Filij, q. 8. §. 30. Armilla verb. Filius, n. 14. Anton. Rosellus tract. de legitimatione, p. 1. 4. gener. dicens* esse communem: *Couar. 4. decret. 2. p. cap. 8. §. 2. n. 3. vers. 12.*

5 Ad argum. primæ sent. propositum nu. 2. non oportet respondere: quia nihil probat contra nostram sententiam, sed alteram illius partem confirmat. Ad argum. 2. proposita n. 3. respondetur. Ad 1. dic eum textum intelligi iuxta *d. c. Quod nobis*, nisi postea id matrimonium approbetur ab Ecclesia, quia per eam approbationem purgatur vitium affectatæ ignorantiæ. Ad 2. dico illam parenthesim, *Nisi rationabilis causa præpediat*, iungendam esse illi verbo, *Approbanda*, & ita esse sensum, approbanda esse matrimonia, nisi impedimentũ tempore approbationis detectum, impediat: at vbi tunc non apparuit impedimentum, approbatur absolutè, ac si à principio in conspectu Ecclesiæ initum esset. Ad 3. dico maiorem esse veram, quando eadem sunt paria, secus nõ at hic non sunt paria, quia id matrim. verum, nullo modo poterat ante dispensationem contrahi inter parentes, cùm essent consciij impedimenti: at id matrim. putatiuum, cum parentes ignorarent impedimentum, poterat licitè iuxta eorum existimationem, inter eos contrahi, & solum fuit culpa ipsorum modo contrahendi

lem de clandestinè, quod vitium purgatur per approbationem Ecclesiæ, quæ retrotrahitur ad tempus, in quo potuit legitimè contrahi matrim. Ad 4. dico maiorem esse veram, dum non purgatur vitium illius erroris, quod hic purgatur per approbationem Ecclesiæ. Ad confirm. nego conseq. disparem enim est ratio, nam licet matrim. clandestinum habeat vitium in modo contrahendi, opus tamen ipsum simpliciter est permissum, & tandem ab Ecclesia comprobatur, vitio illo clandestinitatis purgato: at fornicatio semper & simpliciter est illicita.

DISPVTATIO XLIV.

Vtrùm matrim. clandestinum validum, legitimet prolem ante susceptam, à parentibus habilibus ad contrahendum inter se matrimonium tempore conceptionis, aut natiuitatis prolis?

SVMMARIVM.

Resertur opinio negans, n. 1. Et contraria verior, n. 2.
Pœna imposita non debet, vbi non est iure expressa, n. 1. & ibi, quando dicitur communis.
Causa prolis legitimationem per matrimonium subsequens, non datur nisi casu sed canonico, nu. 2, ibi, vnde habeat matrimonium prolem legitimare, & est favorabile hac legitimatio.
Subsumptum legis, vel canonis tradentis regulam, aquipollet vniuersali, eod. num. 2.
Solvuntur argumenta, n. 3.

1 QVAMVIS matri. validum, in conspectu Ecclesiæ celebratum, eam vim habeat, vt legitimâ efficiat prolem antea susceptam, à parentibus habilibus ad contrahendum inter se matrimonium, tempore conceptionis, aut nativitatis prolis, *c. Tanta, qui filij sint legitimi, l. 1. Ad finem, tit. 13. 4.* At si matrimonium clandestinum sit, & validum, non constat an ea virtute gaudeat. Quidam enim censent non efficere prolem legitimam. Probatur ex *c. fin. §. Si quis vero, de clandest. desponsa.* vbi decernitur prolem habitam ex matrim. clandestino putatiuo, quantumuis eius nullitas lateret parentes, non esse legitimam, in odium vitij clandestinitatis: quo sublato legitima esset, iuxta *c. Ex tenore, qui filij sint legitimi*, ergo similiter quamuis matr. validum in Ecclesiæ facie contractum; legitimet prolem antea habitam, id minime concedendum est clandestino, in eum odium. Secundò probatur ex *auth. Quibus modis naturales effician. legit. §. Illud quoque, vers. Quantum vero*, vbi requiritur ad legitimationem per subsequens matrimonium, illud contrahi cum dotalibus instrumentis, præsentibus episcopo, & tribus aut quatuor clericis: ergo matrim. clandestinum, cum illi hæc desint, nõ efficit legitimâ prolem. Tertio prob. *c. 1 c. Ex tenore, qui filij sint legit.* vbi ad filiorũ legitimationem ponderat textus, vt matr. in Ecclesiæ facie contractum sit: ergo eo priuilegio non gaudet matr. clandestinum: argumento sumpto à contrario sensu. Pro hac sententia citatur *Matth. de Afflictis lib. 3. feudorum, t. Si de feudo fuerit controversum inter dominum, & agnat. c. 1. §. Naturales, n. 31.* vbi expresè ait, desiderari vt matrim. legitimet prolem, ne sit clandestinum, in eoque interuenisse instrumenta dotalia: & *n. 32.* ait exigi, etiam sacerdotis benedictionem.

2 Sed malè citatur pro hac sententia: nam oppositam expresè tenet: nam statim *n. 34.* ait, aliud esse de iure canonico, cui (inquit *n. 35.*) in hac re vbique standum est. Citatur etiam *Hostiens. sum. tit. qui filij sint legitimi, §. 2. num. 5. & tit. de clandest. desponsa. §. fin. n. 8. ad finem, vers. Secus puto*: sed malè refertur pro hac sententia: tantum enim agit de matrimonio clandestino inualido, ob ignoratum impedimentum, nõ autem de valido. Citatur etiam *Socin. iunior. cons. 31. n. 46. & cons. 36. n. 41. vol. 2.* sed malè refertur, solum enim loquitur, *§. finali, n. 2.* sed malè: solum enim hæc verba ait, *tantum quia Hostiens. §. 2. qui filij sint legitimi, dicit quod geniti, & nati ex clandestino matrimonio, non legitimantur.* Vbi sensus æquinocè loquitur, aut enim est sensus, Caute lege Hostiensem, ac si dicat, Caue ab eius opinione, & ita est pro opposita sententia: aut est sensus, Animaduerte Hostiensem hoc sentire: & tunc tantum loquetur in eodem casu, in quo Hostiensis. Quare immeritò citatur pro hac sent. Hanc tamen tenet *Guido Pape decis. 481. nu. 3.* nullo allato fundamento, sed solo Fabro relato. *Berouius in suis quæst. q. 107. n. 1.* & ait id esse in odiũ clandestini, aliudque fundamentum non affert, *Duenas reg. 350 limit. 12.* militens textibus citatis, & referens Hostiensem, Afflict: Socinum, locis allegatis: idem tenet solum relatis his DD. *Zephalus cons. 276. n. 15. 16. 17. vol. 2. & cons. 364. n. 42. vol. 3. Anton. Cucus l. 5. illit. maior. tit. 11. n. 69. & 74.* dicitque esse certum: idem *Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 1. nu. 100. Anton. Gabr. to. 3. communi l. 6. tit. de legitim. concl. 1. n. 61. f. 377. col. 2.*

3 Sed miror profectò, tot tam grauesque authores leuibus innitentes fundamentis, hoc astruere. Quare ab illis omnino recedendum est: nam (vt dicitur *l. 1. §. Sed neque, C. de veteri iure enucleando*,) non ex multitudine auctorum quod melius, & æquius est, iudicari debet. Item quia, (vt ait *Menoch. de præsumpt. l. 2. præsumpt. 71. nu. 39.*) non dicitur communis opinio, quæ plures DD. eam asserentes, habet nulla disputationis præmissa, sed perfunctoriè, & (vt aiunt) per transennam, illam sequentes: quod idem ait *Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 15. n. 5. vers. Intellige.* Quare optimè *Natar. sum. Lat. cap. 27. nu. 289.* ait communiorem existimari opinionem, approbatam à sex DD. ex professo rem tractãtibus, quam à 50. fola ferè priorum authoritate ductis: Quibus adde *Ioan. Lupum c. Per vestras, de donat. inter virum & vxorem, notab. 3. §. 20. n. 12.* decentem, non esse credendum DD. quantumcumque doctrina polleant, dum catent fundamento. Quare dico, matrim. validum clandestinum legitimam efficere prolem antea habitam in eisdem casibus omnino, in quibus idẽ efficeret, si in Ecclesiæ facie initũ esset. Prob. primo, quia correctio iuris omnino vitanda est *l. Præcipimus, C. de appellat.* & pœna, cum sit odiosa, imponenda non est, vbi in iure expressa non sit, *c. Is qui, de sentent. excommunic. in 6.* ergo cum *c. Tanta, qui filij sint. legit.* vniuersaliter decernatur filios naturales legitimari per subsequens matrim. nec inueniatur textus contrarium decidens in matrimonio clandestino, vel illud ea pœna afficiens, imponenda non est. Quod autem non inueniatur textus, manifestatur destruendo eos quibus contraria sent. innititur. Nam *c. fin §. Si quis, de clandest. desponsa. & c. Ex tenore, qui filij sint legitimi*, expressis verbis loquuntur, quando matrimonium fuit inualidum ob impedimẽtum ignoratum à parentibus. Nec est simile in nostro casu, vt matrim. clandestinum non legitimet prolem antea habitam: tum quia hoc non est expressum in iure, sicut illud, & cum sit odiosum proli, ac iuris correctorium, exprimendum esset: tum etiam, quia longe diuersa est ratio: nam quando matrim. est inualidum, non habet ex se, nec ex iuris priuilegio prolem legitimare, sed ob bonam parentum fidem, quæ cessat in matrim. clandestino, (vt explicui hoc 3. lib. disp. 42. nu. 1.) Cum tamen matrimonium est validum, habet ex se, vel saltem ex iuris priuilegio legitimare prolem, eo quod est matrim. validum: quæ ratio cum reperiatur in clandestino, nec ius concedens id priuilegium, distinguat matrim. clandestinum, publicum ne sit, nec nos distinguere debemus, *l. De pretio, 10. ff. de Public. in rem action.* Quod maxime procedit: nam *c. fin. de clandest. desponsa.* vbi in *§. Siquis vero*, statuit habitam prolem ex clandestino putatiuo, non esse legitimã statim in *§. seq.* ait, *Sed his qui taliter præsumpserint in gradu cõcesso copulari, cõdigna pœnitentia iniungatur*: at si voluisset textus, vt id matr. validum non efficeret legitimã prolẽ; id dixisset. *Inter corporalia post medium, de translat. Episcop.* nec Episcopi arbitrio pœnã imponendam, ac taxãdam cõmitteret. Nec *textus ciuilis auth. Quibus modis naturales effic. legi. §. Illud quoque* probat. Primò, quia hac in re non est ità dum dispositioni iuris ciuilis, sed canonici: ob hanc enim rationem communis fere omniũ sententia negat ad hanc legitimationem per subsequens matrim. requiri instrumenta dotalia, & alias solemnitates in authẽtico illo requisitas. & quoad terras imperii. & successionem temporalium: quia ius canon. cuius est dispõ-

nere

nere de matrimonio, ac eius accessorijs, generaliter loquitur, nec eas solemnitates exigit: quod docent *glos. Instit. de nuptijs, verb. Ciues*, vbi *Faber. §. fin. 2. Hostiens. sum. tit. qui filij sint legim. fin.* vbi *Abbas n. 2. Alex. de Neuo, nu. 3. Præpos. num. 19. Matth. de Afflict. l. 3. feudorum, tit. Si de feudo fuerit controuersum inter dominum, & agna. c. 1. §. Naturales, nu. 35. Rum. cons. 78. nu. 7. vol. 3. Ioan. Lup. c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor. not. ab. 3. §. 20. nu. 17. Angel. verb. Filius, num. 11. Syluester verb. Filij, q. 7. Tabiena verb. Filius, n. 4.* vbi *Armilla n. 11. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 2. n. 8.* vbi alios refert. *Greg. Lop. l. 1. verb. Fe casa. t. 12. p. 4. & verb. Fios fijos, Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11. t. 12. num. 7. & 8. Sarmiento lib. 1. select. c. 5. n. 7. & 8. Zephalus cons. 436. nu. 33. 34. vol. 3. Dueñas reg. 350 limitat. 10. Ant. Gabr. to. 7. to. 3. Commun. lib. 6. tit. de legitimat. concl. 1. n. 9. Hieron. Gabr. cons. 21. num. 14. vol. 1. Caldas de nominat. euphyteu. q. 21. num. 81 P. Molina to. 1 de iust. tract. 2. disp. 172. §. Per subsequens matrim.* Quod in Castella est certius, quia *l. 1. ad fin. tit. 15. p. 4.* indistincte, vt ius canon. loquitur, dicens legitimari filios naturales per subsequens matrimonium. Et similiter eadem ratione non impeditur legitimatio per subsequēs matrimonium, cum vili persona, indignaq; tali viro. Quia quamuis iure ciuili non sufficeret tale matrim. canonicum, tamen eam cōditionem non postulat. Et tradunt *Tiraquel. de nobilit. c. 15. nu. 23. Acosta l. Gallus §. Et quid si tantum, p. 2. num. 98. ff. de liber. & posth. Ioan. Lup. d. n. 17. Couar. d. §. 2. nu. 9. Ant. Gom. l. 9. Tauri n. 59. Mantica d. tit. 12. n. 9. Menoch. cons. 18. nu. 14. vol. 1. Zephalus cons. 435. nu. 101. 102. vol. 3. Decisio Pedemont. 154. nu. 5. & seqq. Ant. Gabr. d. concl. 1. nu. 47. Dueñas reg. 350. ampliat. 18. & fallentia 8. Caldas d. n. 81. Hieron. Gabriel d. cons. 21. nu. 5. & 6. Matienzo lib. 5. recop. tit. 8. l. 10. glo. 3. n. 5.* Ergo similiter, cum ius canon. ad prolis antea habitæ legitimationem, non petat matrim. publice contrahi, sed eius valore contentum sit, curandum non est de solemnitatibus iure ciuili petitis. Secundò, quia esto ea lex ciuilis vim haberet, non exigit eas solemnitates, vt vere soboles legitima sit, sed vt constet, ac probari possit matrimoniū, & consequenter prolis legitimatio: vt bene aduertit *Præpos. d. c. Tanta, nu. 17.* Concluditur ergo nullum esse textum, in quo ea pœna matrimonio clandest. imponatur: quare stādum est iuri can. indistincte statuenti, per subsequens matrim. validum legitimari prolem antea conceptam. Et confirm. quia indefinita canonis vel legis regulam tradentis, æquipollet vniuersali. Vt bene *glos. c. Vt circa, verb. Aliorum, de elect. in 6.* vbi *Domin. n. 4. Francus ibi, init. n. 4. Dynus in proœmio, de reg. iur. in 6. n. 5. Bart. l. Omnes populi, nu. 57. ff. de iust. & iure. Nauar. lib. 4. cons. in 1. edit. de sponsal. cons. 5. n. 1. in 2. de clandest. desponsat. cons. 2. n. 1. Couar.* alios referens, *lib. 1. var. c. 13. nu. 8.* qui toto illo c. late videndus est de hac regula. Et ratio illius est, quia lex in omnes dirigitur, eiusque virtus in omnibus locum habet: vnde indefinita oratio in ea dispositione, quæ vniuersalis est, in vniuersum est accipienda ratione materiæ subiectæ atque etiam ratione mentis legislatoris, qui vniuersis legem dare intendit: quod si aliquando (ait *Couar. eod. n. 8.*) ab hac vniuersali interpretatione recedendum erit, id cōtinget, aut ratione legis cessante, aut ex propria orationis significatione, vel ex alterius constitutionis interpretatione: cum ergo *d. c. Tanta*, indefinite loquatur, & regulam generalem tradere intendat, quando per matrim. subsequens legitimatur proles: (vt optime docet *Tiraqu. de nobilit. cap. 15. num. 13.*) vniuersaliter intelligitur de omni matrim. valido, siue id clandestinum, siue publicum sit: eo vel maxime, quod hic ab hac regulæ vniuersalitate, non cogit deuiare alia constitutio eam restringens ad matrim. publicum: vt probaui: nec proprietas orationis, quæ cogat ad intelligendum de matrim. publico, cum nomine matrimonij positi in *dict. c. Tanta*, vtrumque æque, ac vnioce comprehendatur: nec cessare rationem illius dispositionis, nam eadem ratio militat in clandestino, & in publico matrimonio, vt statim probabo: quæ sunt rationes ob quas indefinita legis restringi debet, ne vniuersali æquipolleat. Secundò principaliter prob. hæc sent. ex ratione ipsa legitimationis per subsequens matrim. aut enim id prouenit ex virtute, & valore ipsius matrim. quod sonant ea verba *d. c. Tanta, Tanta est vis matrimonij, &c.* Et notant ea *ibi Hostiens. & Ioan. Andr. init. to. Anton. ibi, n. 2. Panor. nu. 1. Alex. de Neuo, n. 2. Anch. ar. 8. nu. 4. Ioan. Lup. c. Per vestras, de donat. not. ab. 3. §. 20. n. 17.* dicentes legitimationem prolis antea habitæ, firmari super virtute, & potēria matrimonij, quod postea valide contractum inter parentes prolis, fingitur retrotrahi, ac si à principio cōceptionis contractū fuisset: quod bene explicuit *lex 1. ad fin. tit. 13. p. 4.* ibi, *Tanto es fuerça ha el matrimonio, que luego que el padre y la madre son casados se hazen legitimos.* Vbi *Greg. Lopez* notat ex Baldo hanc legitimationem imitari naturam, & retrofingi: & melius *Mantica l. 11. de coniect. vlt. vol. tit. 12. n. 7.* vbi ait, sufficere solam subsistentiam veri matrimonij. Quod si ex hac ratione dēmus prouenire legitimationem, ea vis veri matrimonij & valor reperiri debet necessario in clandestino: cum id in tota verborum proprietate dicatur, & sit verum matri. Aut prouenit ea vis legitimandi ex iure Pontific. quod id indulsit matrimonio: vt docent *Parisius cons. 15. num. 33. & cons. 15. n. 1. vol. 2. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 2. num. 18. Mantica de coniect. vlt. volun. l. 11. t. 12. n. 1. Enriquez l. 13. de excommunic. c. vlt. n. 5.* & tunc, cum ius pontificium vniuersaliter id cōcedat vero matrim. *d. c. Tanta*, non est cur clandestino vero id negetur. Si tandem id prouenit, vt ait *decisio Pedemont. 154. n. 4.* ex beneficio à iure introducto, ob tacitum cōtrahentium consensum, præsumitur enim ab initio cum liberos habuerunt, eundem affectum contrahendi matrim. habuisse, eadem prorsus præsumptio concurrit in matrimonio clandestino: ergo necessario dicendum est illud habere eandem vim, ac publicū, legitimandi prolem. Tertiò prob. quia aut clandestinum non legitimat prolē, ratione clandestinitatis solius: & hoc nō, quia quando licite clam contrahitur, cum nulla tunc incurratur pœna (vt diximus hoc 3. l. disp. 1. n. 5.) absque dubio legitimat. Aut prouenit ratione culpæ clandestinitatis: & hoc etiam nō, quia clandestinum culpabiliter contractū, legitimam efficit prolē ex eo habitam: (vt dixi hoc 3. l. disp. 42. n. 8.) & tantum pœna non legitimandi plectitur, quādo est inualidum, *c. fin. §. Si quis vero, de clandest. desponsat.* ergo non est cur negemus clandestino, vim legitimādi prolē antea suscepta. Quartò prob. quia (vt dixi disp. præc. n. 4.) si matrim. clandestinum inualidum ignorato impedimēto, postea ab Ecclesia approbetur, sola talis approbatio matrimonij re vera minentis inualidi, sufficiens est ad legitimandum filios antea genitos: ergo à fortiori clandestinum vere validum, hoc efficiet. Quintò prob. quia legitimatio per matrim. est fauorabilissima, vt optime tradunt *Tiraquel. de iure primog. q. 34. n. 29. & 51. Mātica de coniect. vlt. volunt. l. 11. t. 12. n. 1.* Quod adeo verum est, vt quamuis diutina clandestina habitatio non sit sufficiens matrimonij præsumptio, in odium delicti parentum, est tamen sufficiens fauore legitimationis prolis: vt docent *Abb. c. Lator, n. 6. qui filij sint legit. & ibi Alex. de Neuo n. 20. Mantica* alios referens *d. tit. 12. n. 13. Fulginus Paccianus de probat. l. 2. c. 16. n. 66. & 67.* & ideo in re dubia, legitimationi fauendum est: vt cum alijs docet *Menoch. cons. 18. n. 15. & 16. vol. 1.* ergo esto fateremur rem hanc esse dubiam, an clandestinum legitimet prolem, fauendum esset legitimationi, & proinde dicendum esset legitimare. Et ideo hanc sent. tenet *Ant. Gabr.* sibi contrarius *to. 3. commun. tit. de legitimat. concl. 7. fol. 378.* colligitque eam ex *Abbate c. Quod nobis, fin. qui filij sint legit.* vbi dicit non legitimari filios antea natos ex inualido clandestino: quia videntur parentes nosse impedimentum, & ob id clam contraxisse. Vnde infert ex dictis Abbatis data ignorantia probabili impedimenti, legitimari etiam antea natos, licet matrim. non sit verum, sed putatiuum. Quare à fortiori legitimabit si matrim. clandestinum validum sit. Eandem tenent *Mantica de coniect. vlt. volunt. lib 11. tit. 12. nu. 13. Zephalus* sibi contrarius, dicens inaduerenter loquutos fuisse DD. prioris sent. *cons. 435. n. 94. & 95. vol. 3.* Et videntur expresse tenere *Anchar. c. Tanta, n. 4. qui filij sint legitimi.* vbi ait solum matrim. ponderari ad legitimationem prolis antea

nata.

ante. Et Propositio n.17. & 18. dicens ad legitimationem sat esse solum consensum sufficientem ad matrimonium. Et Decius Prolector.154.n.10. vbi ait legitimationem prolis ab ipsius matrimonij valore pendere, & subinde indistinctè legitimari filios propter vim ipsius matrimonij. Et Felinus Pacianus lib.2.de probation.c.16.n.68. vbi ait matrim. clandestinum validum, non solere nocere proli. Et Matienzo lib.5.recop.t.1.l.10.glos.3.n.5. dicens subsequens matrim. legitimare prolem, quoties est validum iure canonico. Et Cellen.de nomin.at.emphyt. q.21.n.81. vbi inquit hodie dentur tot omnia requisita iure ciuili ad legitimationem, vt videantur ipsa abrogata esse, sufficereque solum consensum.

3 Ad vltimum principalis sent. proposita nu.1. constat ex dictis n.2. in ratione.

DISPVTATIO XLV.

Vtrùm sint aliæ pœnæ ipsius matrimonij clandestini?

SVMMARIVM.

Mulier spoliata à viro quasi possessione, ante omnia est restituenda, secus quando matrimonium est clandestinum, n.1.

Etiam si ignorantes contrahantur in gradibus prohibitis clam, carere debent consortio, & separatione: & idem in quocumque alio impedimento.n.2.

Concilium ligare nequeat Pontificis potestatem vt dispenset, at probat Ioannes Paulus in eo casu dispensans, nisi ex noua causa vbi & in alijs dispensationibus impedimentis impetrandis, ait necessariò exprimendum matrimonium sic contractum, n.3.

Secretum matrimonium non publicum, præferatur priori clandestino vno integro teste, & fama comprobato. n.4.

1 TRIPLEX alia pœna est matrimonij cland. Prima, matrim. hoc odiosum est quoad restitutionē. Quia mulier spoliata à viro quasi possessione maritali, ante omnia est restituenda. c. Ex consultatione, & c. Literas, de restit. spoliat. & ibi Card.n.1. Ex cognitione, & c. Literas, de restit. spoliat. & ibi Imol.n.4. & 5. & Ioann. Andr. in addit. Specul. tit. de instrum. edit. §. Nunc videndum, n.2. Et Abb. in c. Cum Ecclesia, de restit. spoliat. per illum textum à contrario sensu, quia ex illo textus ad hanc restitutionem, in facie Ecclesiæ contractum esse matrim. Idem tenet ibi Imola n.4. & tal. Ioannes apud consilia matrim. Zileti, cons.49.nu.4. vol.1. Extenditur autem hæc restitutio, quia matrim. clādestina sunt odiosa, eò quod contra Ecclesiæ interdictum incuntur, vnde pro eis imponenda est pœnitentia c.1. & 2. de matrim. contract. contra interdict. Eccles. & ita non mirum, si non eo fauore fruantur, antequam de illis constet, quo gaudet matrim. in facie Ecclesiæ contractum. Ius enim præsumit contra illum qui aduersus iura instituit. reg. Qui contra, 82. de reg. iur. in 6. vnde hom non præsumit hoc matrimonium, antequam probetur. Imò quia liber homo possideri nequit, nisi ex aliquo titulo coniugij, vt bene gloss. d.c. Ex transmissa, verb. Et ab eo cognito. & ibi Cardin. vers. Et oppono ad hoc: & cum de matrimonio clandest. non constat Ecclesiæ, immo contra ipsum præsumatur, debet probari. Vt bene Anton. dict. c. Ex transmissa, fin. & ibi Imol. & num.2. Tandem, quia clam possidens n.3. spoliat auctoritate spoliari. Bart. l.1. §. Interdictum, n.3. Spoli possidenti. Bertram c. In literis, n.53. de restitut. spoliat. vnde ne spolietur, & debet titulum ostendere: dum ergo non constat spoliatus ante omnia restituendus.

2 Secunda pœna est: si ignoranter intra gradus prohibitos contractum sit, & grecchis, scilicet denunciationibus, separandus est: contrahentesque carere debent spe dispensationis obtinendæ. Vt habetur in Trident. sess.24. de matrim. cap.4. An verò hæc pœna locum habeat, quando est aliud impedimentum? dixi hoc 3.lib.disp.42.n.7.

3 Sed quibus cui vsui sit hoc decretum? concilium enim non potest Pontificis dispensationē interdicere, eiusque potestatem ligare. Quia Concilium authoritate Papæ cōgregatum, & ab ipso confirmatum, paris est auctoritatis cum ipso Pont. par autem in parem nō habet imperium, c. Dominus, de elect. l. Iste à quo, §. Intercipitur. ff. ad Trebel. Alij dicunt si ex vsu, aut experientia aut prudentia constaret dispensationem in aliquo decreto vergere in damnum Ecclesiæ, Conc. posse hoc declarare, & definire in eo non nisi in tali casu dispensandum esse. Quia ad concilium spectat res ad fidē, & mores spectantes definire: & ea definitione & declaratione facta, non posse Pontificem ex quacumque causa dispensare absque culpa lethali: quamuis dispensatio aliter concessa, valida esset, cum sit in iure humano. Et quod peccet lethaliter, prob. quia concilium in ea declaratione errare nequit: igitur talis dispēsatio est perniciosa Ecclesiæ, & subinde culpa lethalis. Sic docent Valleria opusc. de potest. Papæ, n.10.11.12.13. Corduba l.4. quæstionarij q.9. Medina 1.2.q.97.a.4. Quare iuxta hanc doctrinam dicendum est, si in hoc casu, in quo Trident. statuit clam contrahentes in gradibus prohibitis, spe dispensationis carere debere, Pontifex absque noua iustissima causa emergenti dispensaret, cum lethaliter delinquere: secus ex tali causa. Quia licet talis dispensatio frequens, sit Ecclesiæ perniciosa, at quando est rara, & ex causa iusta, non est talis. Præterea in impetratione dispensationis talis impedimenti, necessario exprimendum est matrimonium sic contractum, ne sit subreptitia. Quia eo ipso quod concilium decernit, hos contrahentes ipe dispensationis carere debere, constituit huiusmodi matrimonium impedimentum esse ad dispensationem impetrandam, & consequenter tacitè iubet illud exprimi. Deinde, quia in decretis concilij nunquam est visus Pontifex dispensare, nisi specialem mentionem faciat vt dixi hoc 3.l.disp.26.nu.7.

4 Tertia pœna matrimonij clandestini est, vt secundum matrim. publicum præferatur priori clādestino, vno integro teste, & fama comprobato: quamuis secundum duobus solus testibus comprobatur, licet alias vnus testis cū fama plene probes. Qua in re immorari nolo, eo quod cum hodie matrimonium validum necessario contrahendum sit coram parocho, & duobus testibus: non poterit euenire casus, in quo secundum publicum præferatur. De qua pœna consulendi sunt Covar. 4. decret. 2.p.c.6. init.n.11. Ant. Cucus l.5. institut. matrim. tit.11.n.89. & seqq.

DISPVTATIO XLVI.

Quæ sint pœnæ contrahentium matrimonium clandestinum, & testium assistentium?

SVMMARIVM.

Contrahentes clam an sint inhabiles ad simpliciter contrahendum? refertur opinio affirmans esse in perpetuum inhabiles, & parochum assistentem horum matrimonio si publicè contrahere velint, absque Episcopi licentia esse triennio suspensum, n.1.

Non sunt inhabiles nisi ad sic contrahendum, & possunt contrahere seruata forma Tridentini, num.2. Et ibi, quod non est verisimile, est incredibile,

Non est opus declaratione, vt matrimonium absque parocho & testibus contrahium difficultetur, n.3.

Non est opus declaratione sine episcopi licentia vt hi aliud matrimonium ineant præter parochum assistens matrimonio tali, incurrere suspensionem, & an sit alia pœna plectendum 4. Et soluuntur argumenta, n.5.

Sunt graviter puniendi arbitrio Ordinarij clam contrahentes absque parocho & testibus, n.9.

An contrahentes clam omissis denunciationibus, & testes qui interfuit, puniendi sint & quæ pœna, refertur opinio negans, n.7. & contraria, verior, n.8.

An expediat excommunicationem synodalem ferre in sic clam contrahentes, n.9.

Expenditur valor constitutionis Salmantina excommunicantis clam contrahentes, & præcipientis eos vitari ante denunciationem, n.10.

An contrahentes clam trahendi sint in seruitutem perpetuam, n.11.

De pœna exheredationis, rem. sine, n.12.

QVINQVE pœnis afficiuntur contrahentes ipsi clandestinè. Prima est, inhabilitas ad sic contrahendum: clandestinè enim contrahentes absque parocho & testibus redduntur inhabiles ad sic contrahendum. Vt cōstat ex Tridentino, sess.24.c.1.de matrim. Quam pœnā quidā Doctor (vt refert Matienzo lib.5.recop.t.1.subr.gloss.1.nu.39. eius nomine tacito) intelligebat, vt sic contrahentes incurrerent perpetuam inhabilitatem ad contrahendum matrimonium. Propter aduerbium illud, Omnino, quod significat in perpetuum, ex clusa omni gratia, & dispensatione:

(vt

(vt dixi l.1.disp.32.nu.6.) Et *Maiolus lib.3.de irregul. c.25. §. Crimina impedientia matrim.nu.17.vers. Hodie alius casus*, dicit hodie incurrere parochum triennalem suspensionem, de qua habetur *c.fin.de clandest.desponsa.* si hos iterum matrimonio iungat absque episcopi licentia: & ita videtur sentire esse inhabiles in perpetuum, saltem ad licite contrahendum absque episcopi licentia.

2 Verum certissimum est, tantum esse inhabiles ad sic contrahendum, id est, clandestine: vnde si velint iterum palam contrahere, nulla indigere dispensatione: Primò, quia sic declararunt Cardinales: vt referunt omnes DD. citandi. Secundò, quia Trident. nō dicit absolute esse inhabiles, sed limitate, ad sic contrahendū, nempe absq; parocho & testibus, vt præcedentia immediate verba declarabant, ibi, *Qui aliter quam præsente parocho, &c.* & mox subdit, *Eos ad sic contrahendū, omnino inhabiles reddit*, ergo nō absolute reddit inhabiles ad contrahendum, sed ad contrahendum modo ibi prohibito, nempe absque parocho, & testibus. Tertiò, quia cū hæc perpetua inhabilitas sit maxima pœna, grauiorque omnibus expositis, non est verisimile fore, vt concilium volens eam imponere, non exprimeret. Quod autē non est verisimile, est incredibile, *l. Manus, in prin. ff. de legat.2.* cum multis congestis per *Tiraquel. l. Si vnquam, in præfat.n.37.& seqq. C. de revoc. donat.* Tandem, quia hoc est ius nouum, iuriq; antiqui correctorium, ergo potius est stricte, quam ample interpretandū. Sic tenent *Menoch. de præsumpt. l.1.præsumpt.1. fine, Gutier. de iuram.1.p.c.51.n.22. Perez. lib.1 ordinam.t.1.l.2 ad fin. f.42.§. Vlterius dubitatur. Ant. Cucus lib.5. institut. maior. t.11.nu.89. Matienzo lib.5. recop.tit.1.rubr.gl.1.nu 40. Azebedo cod.t.1 l.1. nu.36. Salzedo pract.c.73.vers.4.* Et ex Theologis, *Veracruz append.ad Specul. dub.8. Palacios 4.d.28.disp. 3. ad finem, vers. Hasitas nunquid, Enriquez lib.11.de matrim.c.5.n.8. & c.7.n.2. Manuel t.to. sum. 2.edit.cap.221.num.2. Barth. à Ledesm. dub.21.de matrim. fol. 1319. Petr. de Ledesm. de matr.3.45.a.5.f.183.col.1.§. Est tamen dubium, vers. Tertio dicendum, Vega l.6.sum.casu 121.*

3 Hinc infertur primò, non opus esse declaratione aliqua vt matrimonium absque parocho & testibus initum, dissoluatur. Quia ex ipso *Tridentini decreto sess.24. c.1. de matrim.* cōstat nullum esse, nec decretum illud aliquos latet. Sic *Navarr. l.4. consil. in 1.edit.t.de sponsal. consil.1.num.2. in 2.t. de clandest. desponsat. consil.3.n.2. Matienzo l.5 recop.tt.1.rubr.gl.1.n.55.*

4 Secundò infertur, minas bene sensisse *Maiolum relatum n.1.* exigentem episcopi licentiam, vt hi recedant à priori matrimonio, nouumque contrahant. Verum si id esset nimis publicū, ita vt verisimiliter timeretur scandalum, quo id sedaretur, petenda esset Episc. declaratio. Hæc tamen non præmissa parochus eos coniungēs alio matrimonio, minime incurreret triennalem suspensionē, *c.fin.de clandest. desponsat.* quamuis oppositum sensérit *Maiolus co nu. 1.relatus.* Quia ea imponitur parocho assistenti matrim. clandestino, alijue interdicto, quale non est hoc; sed erit pœna arbitraria puniendus. Sic *Salzedo pract.cap. 73.§. Illud tamen, Manuel 3.to. sum.2.edit.c.221.n.2.*

5 Ad argum. propositum n.1. dic clandestine contrahentes esse perpetuo inhabiles, non ad contrahendum simpliciter, sed ad clam contrahendum. Quia Trident. non reddit inhabiles omnino, sed omnino inhabiles ad sic contrahendum.

6 Secūdà pœna est, arbitraria: sunt enim grauiter Episcopi arbitrio puniendi contrahentes clam absq; parocho, vel alio sacerdote de eius licentia, aut minori testium numero, quam duorum. Sic præcipitur in *Trident. sess.24. de matrim. c.1.* Vnde fit peccare ordinarium hos non puientem, Quia dicit Tridentin. *Sancta synodus eos arbitrio ordinarij puniri præcipit.* Quod si id matrimonium cōsummarint, cum grauius delictum sit, rigidior debet esse pœna. Hæc docent *Salzedo pract. cap. 37. §. Septimo ex verbis, & §. Circa quod tamen. Manuel 1.to. sum.2.edit.c.221.n.4.*

7 Inquires autem, an testes clandestini matrimonij, puniendi sint, ipsique contrahentes omissis solis denunciationibus? *Enriquez lib.11.de matrim.c.5.n.6.* ait, quando matrimonium est clandestinum ob solam denunciationum omissionem, solum parochum puniendum esse. Et *in comment. lit.B.* dicit, sic esse conclusum Salmanticæ post longam disputationem. Quia *Trident.d. c.1. & c.fin.de cland. desponsat.* soli parocho imponit pœnam.

Sed Trident. nec parocho, nec contrahentibus omissis denunciationibus pœnam imponit, sed tantum quando absque debito testium numero, vel sine parocho celebratur matrimonium: & *c.fin. de clandest.desponsat. fin.* expresse parocho assistenti, & contrahentibus absque denunciationibus pœnam imponit: illi, triennalem suspensionem, his vero, condignam pœnitentiam: vbi *glos. verb. Pœnitentia*, reddit rationem, quia contrahunt contra Ecclesiæ interdictum eius præceptum contemnentes. Et cum pœna non sit ibi præscripta, est arbitraria: argumento *c. Decanus, de offic. deleg.* Sic docent *Alex. de Nevo. to c. fin. §. Sanc. nu.5. Ledesm.2.p.4.q.47.a.5.fol. 452. colum. 1. Rosa epitome succes. c.2. n.23. Gutier. de iuram. 1.p.c.51.nu.25.* quamuis autem testibus in neutro decreto pœna imponatur: at eos peccare authoritatem præstādo matrimonio ab Ecclesia interdictos eius iussa contemnentes, condigna sunt pœnitentia puniendi quæ fuit rario, vt proxime dixi, ex *glos. co c. fin verb. Pœnitentia*, vt contrahentes puniantur. Et sic docent *Panor. co c. fin. n.5. Gutier. de iuram. 1.p.c.51.n.25. Rosa epitome succes. c.2.n.23. Petr. de Ledes. de matrim. q.45.a.5.f.183.col.1.§. Est tamen dubium.* Ad idem sunt alij DD. asserentes hos testes delicti reos esse, hi sunt *Hostien. co c fin. vers. Sacerdos, Anchar. n.4. Anton. n.14. Præpos. n.6. Alex. de Nevo ibi, in princ. nu.14.* Et quamuis *Anton. Alex. de Nevo, & Præpos. ibi*, asserant hos laicos interuenientes tamquam testes peccare in illum textum *c. fin.* at non incurrere suspensionem triennalem impositam ibi: quia tantum imponitur sacerdoti assistenti, nec est pœna laicis proportionata: at mi sentiunt contra nostram sententiam: fateor namque non incurrere eam suspensionem: plectendi tamen erunt pœna arbitraria pro culpæ qualitate.

8 Tertia pœna contrahentium clam, in aliquibus diœcesibus est excommunicatio: quam Episcopi in suis synodalibus constitutionibus in hos proferunt. Aduersus quam insurgunt aliqui dicentes, multo consultius fore, eam excommunicationem non fulminari: quia si Pontificia concilia ea opus esse iudicarent, tuliſſent vtique. Sic *Sanch. 4.d.28.q.vnica, a.2. vers. Quo igitur, Ledesma 2.p.4.q.47.a.3. An antē. fol. 452. col.1. initio.* Sed non est, cur ita carpātur Episcopi, cum adiuuent pœnas iure cōmuni statutas, quotidieque malitia hominum crescēti, pœnas augeri expedit.

9 Maius autem dubium est, de valore constitutionis synodalis Salmantinæ, cuius meminit *Covar. 4. decret. 2.p.c. initio nu.9.* qua excommunicantur ipso iure clam contrahentes, caueturque hos excommunicatos ante denunciationem vitandos esse. Cuius valorem dicit *Covarr.* ibi dubium videri, eo quod sit contra legem superioris latā, nempe, constitutionem Martini V. ad euitanda scandala in conc. Constantiensi editam, indulgentem solos excommunicatos denunciatos, vel notorios clericorū percussores, vitandos esse. Alij verò eam conantur defendere: quia notorium est illos clam contraxisse, & notorius excommunicatus nondum denunciatus, vitari debet. Sic *Perez. lib.5 ordin. tit.1.l.1. f.30. §. Item solent, Salzedo pratica c.3. §. Similis excommunicationis pœna.* Sed melius *Veracruz append. ad Speculum dub.11. concl.5.* dicit eam constitutionem seruandā non esse: quia est contra constitutionē superiorem, argum. *c. Cùm inferior, de maior. & obed.* Nec est verum omnes notorios excommunicatos vitandos esse, sed solos notorios clericorū percussores: vt habet communior sen.

10 Quarta pœna contrahentium clandestinè est, vt ambo vel coniuges tradendi sint consanguineis propinquioribus vxoris, in seruitutem perpetuam. Sic habetur *l. fin. tit. 1. p.4.* Sed hæc pœna iam non habet locum: siue quia hæc lex in desuetudinem abijt: (vt volunt *Covarr. 4. decretal. 2. pa. cap.6.init.num.27. Enriquez lib.11.de matrim. cap.6. num.2. in comment. lit.1. Gutier. 2.practic q.1.n.31.*) Siue (vt valet *Greg.*

Lop.

Lapi. final. verbo. *A furto*) eò quòd mitior pœna per *l.* 49. *Tauri* clam contrahentibus, est statuta.

11 Vltima pœna, est exhæredationis. Sed de hac disput. sequenti.

DISPVTATIO XLVII.

Vtrùm clandestinè contrahentes exhæredari possint?

SVMMARIVM.

Proponitur l. 49 Tauri, quæ rationem dubitandi offert. n. 1
An filia filiam clam contrahens possit exhæredari, vel etiam filius, n. 2
Quid si filia, sit puberis, viduaq; sine vlo domo patris sui extra habitet, n. 3
Quid, si dotem habet, n. 4. Vel sit maior 25 annis, n. 5
Quid si filiam ex præcisum consensu habeat, an possit exhæredare? n. 6
An eo casu teneatur ipsa, quàm testes alias pœnas, l. 49 Tauri, vel solum istam possit eas infligere, n. 7
Quid, si filia dotem habet, patre malitiosè matrimonium differente, n. 8
Quid, si filius consummato matrimonio professatur religionem, an adhuc possit exhæredari: & an oporteat matrimonium consummari, vt incurrat ea pœna, n. 9
Quid, si matrimonium clandestinum, inualidum sit, an incurratur ea pœna? n. 10. Et ibi, etiam resciissent, an hoc pœna indigeat malitiosa fraudatrice.
Quomodo iste canonico seruanda sit ea l. 49. Tauri? refertur opinio negans. n. 11
Contraria verior. n. 12. Et ibi, quamuis inferior nequeat superioris legem tollere, ac præsertim nouis pœnis latis in vsu lateres, tamen admittere solemne sequens. n. 13.

1 RATIONEM dubitandi nobis offert *l.* 49. *Tauri*, ibi, *Mandamos que el que contraxere matrimonio que la yglesia reuocare por clandestino, el y los que en ello entreuinieren y los testigos de el tal matrimonio incurran en perdimiento de todos sus bienes, y sean desheredados de nuestros reynos, y que ella sea justa causa para que el padre y la madre puedan desheredar si quisieren à sus hijos, en la qual otro ninguno pueda acusar sino el padre, y la madre nuestro fiscal.* Hæc ibi. Quæ lex hodie habetur *lib 5. recop. tit. 1.* vbi additur, *Y puedan desheredar, si quisieren à sus hijos y hijas que el tal matrimonio contraxeren.* Id quod etiam obseruant ex *Ant. Costano l. 1. quæst. iuris, c. 12. ad finem.* tradit *Pelgas de testam. marit. & vxor. c. 2.* de cuius legis valore non leue est controuersia: cuius disputationi præmittenda est eius legis intelligentia.

2 Supponendum est olim attenta *l.* 49. *Tauri*, sensisse scribentes, eam exhæredationis pœnam non extendi ad filios clam contrahentes. Quia solum de filiabus mentionem faciebat. Nec erat par ratio de filiis, tum ob maiorem honestatem requisitam in sexu femineo: tũ etiam, ob maiorem illius fragilitatem, minoremque ingenij vigorem ad rem tanti momenti absque parentum consilio aggrediendam. Sic *Cisneros ea l. 49. fin. & ibi Castillo nu. 31. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. init. nu. 22. Manchaca de success. creat. §. 10. n. 637. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 1. glos. 8.* Et ex Theologis *Sotus 4. d. 28. qu. 1. a. 4. ad 4. Veracruz 3. p. specul. a. 20. concl. 2.* Asserit *l. 2. 1. lib. 5. recop.* res dubio caret: cùm expressè extendat *l. 48. Tauri*, ad filios. Et ita fatentur omnes.

3 Adde, hanc exhæredationis pœnam, non solùm habere locum in filiabus familias, sed etiam in ipsis viduis effectis, in parentum domo de gentibus, clamque contrahentibus. Quia *l. 49. Tauri*, nullatenus in hoc patriam potestatem considerat, cùm etiam matri hãc potestatem non habenti, *§. Fœmina, Instit. de adopt. & l. 2. tit. 17. p. 4.* conferat ex hoc posse filiam exhæredare. Sic *Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. init. n. 22. Veracruz 3. p. spec. a. 20. concl. 2. Enriquez l. 11. de matrim. c. 6. nu. 2. Gutier l. 2. practic. q. 3. fin. Bart. à Ledesm. de matrim. lib. 2. 4. concl. vlt.* Immo id verum credo, quamuis non habitent cum parentibus. Quia lex non patriam potestatem, nec cohabitationem considerat, sed parentibus reuerentiam debitam. Quod inde colliges, quia solis parentibus accusandi ius defert. Sic *Azebedo lib. 5. recop. t. 1. l. 1. n. 32.* Et videntur tenere *Peralta l. Vnum ex familia, §. Sed & si fundum, nu. 32. ff. de leg. 2. Meres de maior. 1. p. 51. num. 36.* vbi generaliter docent, posse etiam filiam viduam ob hoc exhæredari. Et probant ex doctrina quadam Oldradi asserentis conditionem negatiuam esse perpetuam, at conditio posita in *ea l. 49. Tauri*, negatiua est, dum prohibet filiam clam contrahere: perinde enim est, ac si dicat. Ne clam contrahat sub exhæredationis pœna. Quare minus bene *Castillo l. 49. Tauri, fin.* negat eam pœnam locum habere in vidua.

4 Habet etiam locum ea pœna, quamuis filia digne nubat. Adhuc enim iniuriam patri irrogat, eo inconsulto, nubens, vitioque clandestinitatis id matrimonium afficitur. Sic *Gom. Arias l. 47. Tauri, n. 10. Greg. Lop.* sic pronunciatum esse in supremo senatu, testans *l. 10. p. Puede. fin. tit. 1. p. 4. Acosta l. Gallus §. Et quid si tantum, p. 3. nu. 200. ff. de libert. & posth. Molina l. 2. de primog. c. 16. n. 15. Barbosa l. 1. p. 4. nu. 38. ff. soluto matr. Enriquez l. 11. de matrim. c. 6. n. 2.*

5 Aiunt tamen aliqui Carolum V. l. 41. in Pincianis comitiis edita, hanc pœnam ad filiam maiorem 25. annis extendisse: (addit *Couar.*) carentem nouerca. Sic *Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. init. n. 22. Sotus 4. d. 29. q. 1. a. 4. ad 4. vers. Extat. Perez lib. 5. ordin. tit. 1. l. 1. f. 37. §. Secundo limitabis, Veracruz 3. p. spec. art. 20. concl. 2.* addens alias eam pœnam non comprehensuram filiam maiorem viginti quinque annis. Et *Enriquez lib. 11. de matrim. c. 6. n. 3.* ait hanc filiam maiorem non posse ob id exhæredari. Quia impunè insciis parentibus nubit. Addit *Couar. eo n. 22. in postrema edit.* vbi retulit hanc legem Caroli V. hæc verba: *Vt quidam quorum opinio satis dubia & incerta est, opinantur.* Sed horum verborum intellectum capere non possum: ideo dico eam extensionem minimè necessariam esse: cum enim *dict. l. 49. Tauri*, generaliter loquatur, & filia maior 25. annis clam contrahens, delinquat, quamuis minime delinqueret palam nubens, extenditur ad filiã maiorem 25. annis: quin potius fuit moderatio, illud additum, Modo careat nouerca. Quæ tamen moderatio hodie locum non habebit: eo quod pragmatica illa Caroli V. non habetur in noua legum huius regni recopilatione, & consequenter vim legis amisit: vt constat ex *pragmatica, initio noua recop. posita.* Sic *Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 176. fol. 1039. & seq. §. Hodie in regno Castellæ.* Sed re attentius nunc considerata placet prior opinio, vt pœna *l. 49. Tauri*, non extendatur ad filiam maiorem 25. annis, clam absque consensu parentis nubentem: quia prædicta lex duas conditiones petit, nempe, clandestinitatem, & parentum iniuriam; (vt n. seq. dicemus) quare deficienti altera, nimirum, parentum iniuria, vt deficit in hac filia maiori. §. *Aliud quoque. auth. Vt cum de appellat. cognos.* non erit locus illi pœnæ. Nec obstat pragmatica Caroli V. Quia (vt dixi) non est in noua recopilatione incerta, & ideo non obligat.

6 Cæterum si fœmina, vel filius clam contraheret consentientibus parentibus, non posset ob id hæreditate priuari. Prob. ex ratione *d. l. 49. Tauri*, quæ accusationem delicti solis parentibus defert, vnde vltra clandestinitatis vitium videtur respexisse ad iniuriam, quæ parentibus irrogatur. Sic *Suarez lib. 3. fori, tit. De los casamientos l. 2. nu. 34. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. init. nu. 21. Perez lib. 5. ordin. tit. 1. l. 1. fol. 36. §. Clandestinum matrim. Barbosa l. 1. p. 4. nu. 35. ff. solut. matrim. Azebedo libr. 5. recop. tit. 1. l. 1. nu. 48. Segura 2. p. direct. c. 15. n. 37.* Et colligitur ex *Acosta l. Gallus, §. Et quid si tantũ, p. 3. nu. 200. ff. de liber. & posth.* vbi ait hanc exhæredandi causam, directè patris offensam respicere. Et ex Theologis, docet *Veracruz 3. p. specul. a. 20. conclus. 2. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 6. nu. 2. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 14. num. 4.* Moderantur tamen hoc *Enriquez & Manuel ibi*, si filia sit sub patria potestate, quasi sentiant nihil referre consensum hunc paternum, quando filia potestate patria exempta est. Sed hæc moderatio non est necessaria: quia (vt dixi num. 3.) lex in hoc non considerat patriam potestatem.

7 At rogabis, an consentiente patre in matrimonium clandestinum filij vel filiæ, esto non possint exhæredari, ansaltem incurrant tam contrahentes, quam testes alias pœnas l. 49. Tauri? Id enim affirmat *Segura 2. p. direct. c. 15. n. 37.* Verum oppositum dicendum est, cum *Couarr. 4. de-*

*cret.*2.*p.c.*6.*init.nu.*21. nam respectu omnium illarum personarum,accusatio solis parentibus defertur:vt bene docet *Azebedo lib.*5. *recop.t.l.*1.*n.*53. nam ille vers. *A otro ninguno,&c.*omnia præcedentia sub vno contextu complectitur: ergo cessante iniuria consensu parentum, ius accusandi extinguetur, & subinde non erit locus illis pœnis. Vnde fit non esse audiendum *Azebedo eo.n.*53. asserentem, posse tunc iudicem eas pœnas, exhæredatione dempta infligere. Nam ea lex tantũ patre accusante eas imponit.

8 Hanc tamen pœnam aliqui,& bene, limitant, vt non habeat locum,quando parentes pessime erga filias se haberent, earumque matrimonia differrent malitiosè, ne eas dotare cogerentur, ipsæque redimendæ vexationis gratia,æquali nuberent. Tunc enim parentes immerito conqueri possent. Sic *Sotus* 4.*d.*29.*q.*1.*art.*4.*fine*, *Gutier.l.*2. *pract.q.*1.*n.*27. *Corduba sum.q.*171.§. *Magdigo*, *Manuel* 1.*tom. sum.*2.*edit.c.*14.*n.*3. *Lud. Lop.*2.*p. instruct.noui*,*materia de matr. c.*44.§.*Ex prædicta*,*Barth. à Ledesm. dub.*24. *de matr. fine.*

9 Quæres tamen, an si filia ingrediatur religiouem ante matrimonii consummationem, possit adhuc exhæredari? Nam posse,affirmat *Castillo l.*49. *Tauri ad fin. vers.Item quæro an filia clandest. Couar.c.Raymundus*,*de testam. init.n.*21.& inclinat *Ioan. Lup. l.*49. *Tauri*, *fine*, licet cogitandum relinquat, dicitque sic sententia decisum esse in regio prætorio Vallisoletano. Sed verius est non posse. Tum, quia iuxta veriorem opinionem exhæredationis causæ, religionis ingressu abolentur:tum etiam,quia (vt ait *Mincha ca de successionum creat.l.*1.§.10. *num.* 646.) in nullo casu ita aboletur exhæredationis causa ingressu religionis, ac in hoc quandoquidẽ diuimitur matrimonium, quod ignominiæ paternæque iniuriæ causa erat. Et maxime, quia *Suarez l.*3. *fori*, *tit.de los casamientos l.*2.*num.*34. *cum Anchar.* quem ibi refert, ait pœnam exhæredationis ob matrim. clandestinum, tunc temporis contrahi, quando matrimonium copula consummatur: quia *lex* 49. *Tauri* dicit, *El que contraxere matrimonio*, nomine autem matrimonij, in pœnalibus intelligitur quando consummatum est (vt dixi l.1.disp.1.nu.3.) Sic tenet *P.Molina* id latius differens *tom.*1.*de iust.tract.*2.*disp.*176.*fine.*

10 Vtrum autem pœna hæc habeat locum, quando matrimonium est clandestinum inualidum? dixi hoc 3.l.tota disp.2.& an indigeat iudicis sententia,dicemus disp.53.n 2.& seqq.

His præmissis, potissima difficultas est, an correcta sit iure canonico lex hæc imponens pœnam matrimonio clandestino? Videtur enim esse inualidam.Primò,quia disponit circa causam matrimonii spiritualem,& ita mittit falcem in messem alienam: contra *c.Tuam de ordine cognit.* impeditque matrimonii libertatem: quibus rationibus ducti l.4.disp.25.n.1.dicemus,iure canonico attento inualidã esse exhæredationis pœnam iure cæsareo statutã, aduersus filiam absque patris consensu nubentem. ergo idem erit in hoc casu.Quare *Couar.*4. *decret.*2.*p.c.*6.*initio n.* 20.*fine:&* 21.*cum Matth.de Afflictis per ipsum alleg.* dubitat de huius legis valore.Et *Greg.Lopez.l.*10.*verb. Puede, ad fin.t.*1. *p.*4. cogitandũ relinquit. Et *Ant.Gom.l.*49. *Tauri*,*n.*2. dicit rem esse adeo dubiã, vt vtraque opinio possit tute defendi.Et *Veracruz* 3.*p.Speculi*,*a.*20.*cõcl.*3.sustinet inualidã esse.

His tamen non obstantibus dicendum est leges ple- 11 ctentes matrim.clandestina,validas esse, & seruandas etiam in foro canonico. Prob. primò,quia quamuis iudiciũ de matrimonio quoad eius substantiam,sit fori Ecclesiastici,nullibi tamẽ principibus secularibus adimitur potestas leges condendi, pœnasque statuendi, in eos qui cõtra iuris ordinem contrahunt matrimonia. Et confirm.quia quamuis inferior abrogare superioris legem minime possit,at potest nouis pœnis eam quo melius seruetur,adiuuare. Vt tradunt *gloss. auth. Quomodo oporteat episcopos*,*collat.* 1.*initio*, *verb.Sancimus*,*& Clemen. Ne Romani*, *verb. Tolli*,*de elect.& ibi Paulus*,*& Laurentius*, quos refert & sequitur *Cardin.ibi*,*q.*3.*Imola ibi n.*28.*Bonifac.n.* 16.17. *Barbatius ibi*,*& ca. Vestra*,*n.*5.*de locato. Felin.*4.*n.*13.*fine*,*de sponsal. Ioa. Lup.*6. *Per vestras*,*notab.*3.§.3.*n.*9.*de donat.inter vir.& vxor. Celsus cõs.*58. *n.*6. *Couarr.*4.*decret.*2.*p.c.*6.*initio*,*nu.*18.*&* 19.vbi multa alia ad hoc cõprobandum affert: *Maranta pract.* 6.*p.t. Et pernumeratur aliquando per viam inquisitionis*, *n.*112. *Menoch.de arbitrariis*,*lib.*2.*cent.*4.*casu* 398.*n.*46.*Rosas de hæreticis* 2.*p.n.*353. *Matienzo* alios referens,*li.*5.*recop.t.*1.*l.*1.*gloss.*7.*n.*4.*Veracruz* 3.*p. Spec.a.*20.*cõcl.*1.*&* §.*Dixi secundũ se*:ergo bene potest princeps secularis condere leges ad puniendã matrim. clandestinã, quæ Ecclesia grauiter detestatur, puniriique præcipit.Et ita hanc rationem adduxit *lex fin. t.*3.*p.* 4. vbi statuens poenam in clam contrahentes, sic ait, *Ondemos porque auemos voluntad que lo que la santa yglesia ordena,sea guardado,&c.* Secundò prob. quia matrim. sicut est sacramentum,ita etiã est contractus ciuilis, ergo sicut qua ratione est sacramentũ, pertinet ad forum Ecclesiasticum:ita qua ratione cõtractus ciuilis est, nil prohibet,vt spectet ad forum principis secularis, si non quantum ad substantiam, quia hanc causã ad se potestas Ecclesiastica auocauit,sãltem quantum ad potestatem debitis poenis plectẽdi eos, qui matrimonia contra ordinem iuris canoni contrahendo,pacem reip.perturbant. Et confirm.quia ad potestatem secularem pertinet custodire pacem, ac reipublicæ tranquillitatem:ergo cum per matrim.clandestina,maxime hæc pax, ac reipublicæ tranquillitas perturbetur, potestas secularis potest ea debitis poenis plectere. Tandem prob.quia hac ratione iustissime principes seculares pœnas decernunt periuriis, vsuris, incestis nuptiis,quamuis iudicium horum delictorum pertineat etiam ad Ecclesiasticum tribunal. Quia spiritualia sunt. Hanc sent. tenet *Castillo l.*49. *Tauri*,*n.*8.*& ibi Ant.Gom.n.* 2. & in hanc magis inclinat,licet cogitandum relinquat. *Greg. Lop. l.*10. *verb. Puede ad fin.t.*1.*p.*4.& tenent *Lex fin.verb.A furto*, *t.*3.*p.*4. *Perez lib.*5.*ordin.t.*1.*l.*1.*init. Menoch.de arbitr.lib.*2. *centur.* 4. *casu* 398.*n.*47. *Molina l.*2. *de primogen. c.*16.*n.*10.*& seq.* & ait nu. 13. se vidisse eam obseruari. *Mincaca l.*1. *de succes. creat.*§. 10.*n.*637.*&* 640.*&* §.7.*n.*38.*fine*, *Burgos de Paz cons.*20.*n.*1. dicens se vidisse sæpius obseruatam in supremo,& in Pinciano concilio: *Spino speculo test.am gloss.*15.*nu.* 74. *Olano in concord. iuris lit. M. verb. Matrimonium*, *nu.*31. *Dueñas reg.*370. *init.Matienzo lib.*5.*recop.t.*1.*l.*1.*gloss.*7.*nu.*4. *Azebedo eod.l.*5. 42. *Gratian.reg.*83.*n.*11.*Salzedo additionibus ad reg.* 198. *Bernardi Diaz*, *Gutier. lib.*2. *pract.q.*1. *n.*13. *Barbosa l.*1.*p.* 38. *ff. soluto matrimonio. Segura* 2.*p. directorij.c.*15.*num.*38.Et cc Theologis,*Sotus* 4.*d.*29.*q.*3.*a.*4.*ad* 4.*vers.Duo ergo*, *Corduba sum.q.*171.§.*La segunda opinion.Enriqu.libr.*11. *de matrim.ca.* 2. *fine*, *Lud.Lop.*2.*p.instruct.de matrim.c.*44.*s.*1097.§. *Ioannes respondebit*, *Barth. à Ledesm. dub.*24. *de matrim.cum vlt.Manuel* 1.10.*sum.*2.*edit.c.*14.*nu.*2.*Petr.de Ledesm.de matrim.q.*45.*a.* 5.§.*Est tamen dubium*,*vers. Et ad intelligentiam.fol.*75. 6

Ad argum.prioris sententiæ,propositan.11.respondetur,leges non disponere circa materiam spiritualem,tangentes eius substantiam, quod legi ciuili negatum est,sed coadiuuantes ius canonicum, plectendo matrim. per illud vetitum: nec matrimonii libertatem prohibere, sed ne illud contra iuris Ecclesiastici ordinem contrahatur. Vnde valde distat inter matrim. absque consensu parentum initum,& clandestinum: illud enim non punibile est,sed permissum iure canon. hoc autem eo prohibetur, grauibusque poenis afficitur. Quare leges exhæredantes filiam absque patris consensu nubentem, tamquam iuri canonico aduersæ, repelluntur: punientes verò clandestinum, tamquam ius canonicum imitantes, ipsamque coadiuuantes admittendæ sunt.

DISPVTATIO XLVIII.

Quæ sint pœnæ parochi, vel alterius sacerdotis assistentis matrimonio clandestino?

SVMMARIVM.

*Parochus,vel quiuis sacerdos assistens clandestino, eiusm si regularis sit, est triennio suspendendus,n.*1. *non tamen est lata suspensio, & potest id tempus augeri vel minui,n.* 2

An correcta sit hac triennalis suspensio,per Tridentinum? & ideo hodie sit

sponsum posse arbitraria parocho, vel sacerdoti assistenti clandestino matrimonio, impositione reiectus operis negativi, num. 3. & contraria verior nu. 4.

Penæ diuersæ impositæ, variis legibus eidem delicto, an una alteram corrigat n. 5. & 6.

Si proprius parochus, vel alius sacerdos regularis, aut secularis assistat Conclusio an solum denunciationum omissionem, est triennio suspendendus, & similiter parochus non prohibens, n. 7. Et ibi quid, si libro careat, vel non interrogat contrahentes de consensu? & quid si alius matrimonio interdictis à iure, vel prohibitus sibi à iudice, vel vagus sacramenta ministret, absque licentia ordinarij incurrat.

Quod si proprius parochus, quando primus matrimonium non fuit nullum defectu parochi assistens, & contrahentes recedunt ab illo, volunt que alibi iterum celebrare tale matrimonium assistens absque ordinarij licentia, sit suspendendus triennio, vel secus, n. 8.

Si alius parochus, vel alius sacerdos absque proprij licentia interrogat matrimonium, an sit suspendendus triennio, vel suspensus arbitrio ordinarij n. 9.

Quæritur ab hac suspensione ignorantia crassa, & qua ignorantia excusat suum scitum dicit, dubius fuerit, vel præsumpserit n. 10.

Excommunicatus lata Clem. 1. de priuileg. tenetur regulares solemnizare matrimonium absque parochi licentia, quibus à quo per suspensionem impositam à Trident. in hoc casu n. 11. solmuntur argum. n. 9.

1 SIt conclusio. Parochus vel quicumque alius sacerdos regularis, vel secularis, qui matrimonijs clandestinis interfuerit, per triennium suspendendus est ab officio: & eodem pœna mulctandus est parochus quamuis non interfuerit, si scierit talia matrimonia, non prohibuerit. Sic habetur *c. fin. de clandest. desponsa.*

2 Ea tamen suspensio triennalis, non est ipso iure lata, sed ferenda à iudice. Quod inde constat, nam textus dicit, *suspendatur*: quod est verbum futuri optatiui modi, respiciens actum, ac iudicis ministerium: vt excommunicetur, &c. ait verbum futuri actum iudicis respiciens, importans sententiam ferendam: vt latissime vltra multos alios tenent Paludan. *4. d. 28. q. 2. a. 5. num. 30. Ledesm. 2. p. 4. q. 47. a. 5. f. 452. Pet. 2. 2. ord. f. 1. l. 1. f. 32. §. Circa præmissa, Enriq. lib. 11. de matrim. c. 2. n. 6. Barth. à Ledesm. dub. 21. de matrim. f. 1335. Verdussen. opusc. ad spec. dub. 11. fi. Salzedo pract. c. 73. §. Suspendatur*, &, cum hoc tempus triennij assignetur iure ministerio homini imponendum, posse ex causa iusta augeri, & minui. Per notata *c. Cum sit Romana de appellat.* Et confert id quod habetur *in c. fin. §. fin.* ibi, *Grauius puniendus, si delicti qualitas postulauerit.* Sic tenet *Præpos. to. 1. fin. n. 11. vers. 6. Bernard. Diaz. in sua pract. in nona edit. c. 73. n. 2.*

3 Difficultas autem non modica est, an hæc suspensio triennalis, correcta sit per Trident. quando parochus, vel alius sacerdos assistit matrim. clandestino inualido defectu numeri testium? Nam *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim. vers. Insuper parochum*, decernit parochum, vel alium sacerdotem, qui cum minori testium numero, quam duorum, matr. clandestino interfuerit, esse grauiter arbitrio ordinarij puniendum. Quidam aiunt non esse correctam, sed vltra pœnam arbitrariam, imponendam esse triennalem suspensionem. Prob. quia iuri antiquo non derogat Trident. imo profitetur se inhærere vestigijs Concilij Lateranensis, ex quo desumpta est *illud c. fin.* Secundò, quia *c. illud fin. §. fi.* vltra suspensionem triennalem, decernit parochum grauius puniendum, si culpæ qualitas postulauerit: ergo vltra suspensionem relinquitur locus pœnæ arbitrariæ, grauitate delicti hodie poscente, sed hodie poscit grauius enim delictum est contrahere, cum enum invalidum sit matrim. peccant in substantia & in modo, olim autem cum erat publicum, solum peccabatur in modo: & proinde vtrique pœnæ hodie locus erit. Vltimò, quia cum diuersæ pœnæ diuersis legibus imponuntur eidem delicto, nec apparet vna tamen alteram corrigat, vtraque seruanda est: vt docent Bart. *l. 1. ad fin. ff. de vi bonorum rapto. Felinus c. Quod olim, nu. 2. de iudeis, Bertachin. in repert. lit. P. v. Pœna, §. Pœna diuersa, vers. Pœna nona, Ant. Gom.* multis textibus & DD relatis, dicit, eosque esse communiorem sent. *3. tom. var. c. 1. nu. 38. vers. Quarta tandem fit, Gratian. reg. 291. nu. 3. Matienzo dialogo relatorum, pag. 134. n. 1.* ergo cum hæ sint diuersæ pœnæ, diuersis canonibus impositæ, nec appareat vnam per alteram cor-

rigi, ligabunt ambæ. & ita hanc partem tuentur *Salzedo pract. c. 73. §. Octauo non est obliuioni, Veracruz. append. ad specul. dub. 11 fin. Maiolus lib. 3. de irreg. c. 25. n. 17. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 221. n. 4. Vega lib. 6. summ. casu 112.* Tenent (inquam) eam expresse *Salzedo, & manuel. ibi*: cæteri autem videntur aperte tenere, nam loquentes post Trident. dicunt huiusmodi parochum esse triennio suspendendum.

Contrarium tamen tenet expresse *Matienzo li. 5. recop. t. 1. l. 1. gl. 7. nu. 2. fin.* vbi ait cessare hodie suspensionem triennalem, per pœnam arbitrariam impositam in Trident. Et hoc videtur mihi verius. Primò, quia verior sent. habet, quando minor pœna imponitur noua lege, pro eodē delicto, pro quo imponebatur grauior lege antiqua, cessare pœnam legis antiquæ: ergo cum per Trident. imposita sit mitior pœna cum possit ordinarius arbitrari suspēsionem per breuius tempus, cessabit suspensio præcisa triennalis iure antiquo imposita. Antecedens probatur ex doctrina *Greg. Lop. l. fin. v. A furto, t. 3. p. 4.* vbi ait cessare pœnam illius legis, quia mitior pœna imponitur *legi nouæ, 49. Tauri.* Et confirm. quia communis opinio tenet legem nouam posteriorem, & eius pœnam, corrigere pœnam legis antiquę, quam multis citatis dicens in iudicando, & consulendo seruandam esse, tenet *Ant. Gom. 3. var. c. 1. n. 38.* Item *Bossius pract. t. de offic. corruptis pecun. nu. 10.* vbi licet obscure loquatur, tandem concludit quoad executionem non esse vtrāque pœnam seruandam. Idem *Inf. Clarus li. 5. receptar pract. criminali, § fin. q. 85. vers. debet etiam index.* Idem loquens in statuto, & lege, quod pœna statuti noui corrigat pœnam legis antiquæ, tenet *Aules c. 17. Pratorum. gl. Las hara, nu. 19.* Quod idem admittunt *Ananias c. fin. de collusione detegenda, & Nauar. lib. 5. cons. in 1. edit. t. 37. de pœnis. cons. 1. fin. in 2. l. 1. t. de constit. cons. 10. fin.* in pœnis quæ sunt imponendæ à iudice: qualis est hæc suspensio triennalis. Secundò principaliter probatur, quia licet sit grauius delictum hodie matrim. clandestinum, in ordine ad Deum, at respectu damni Ecclesiæ, & inconuenientium, quæ induxerunt Tridentin. vt clandestina irritaret, vt patet ex ipso, *sess. 24. de matrim. c. 1. paulo post princ.* ibi, *Grauia peccata perpendat, qua ex clandestinis conjugijs oriri solent*: minus graue delictum est hodie matrim. clandestinum inualidum, ex eo enim inconuenientia non sequuntur, quæ olim dum validum erat, orie bantur: vt perpetuus concubinatus, cogi ab Ecclesia ad matrim. publicum inualidum, propter clandestinum validum Ecclesiæ ignotum: ergo non tam graui pœna, ac olim, afficiendum est. Tandem, quia esto in hoc casu non esset correcta illa suspensio triennalis per Tridentinum, adhuc non haberet locum quando parochus, vel alius sacerdos interest matrimonio absque duplici teste celebrato. Quia hodie tale matrim. est inualidum, quando autem matrim. clandestinum est irritum, pœnæ olim impositæ clandestino, quod erat validum, non incurruntur (vt probaui hoc 3. lib. disp. 2. n. 5.) ergo non incurretur dicta suspensio triennalis.

4

Id tamen libenter farebor, si proprius parochus, vel alius sacerdos regularis, aut secularis de eius licentia interfuit matrim. valido, clandestino tamen ob denunciationum omissionem, cum Tridentinum in hoc nullam statuat pœnam, standum esse pœnæ *d. c. final.* & proinde suspendendum esse triennio. Idemque statuitur ibi de parocho, qui sciens ea matrimonia impedire neglexerit. Sic *Maiolus lib. 3. de irreg. c. 25. nu. 17. & 18. Enriq. lib. 11. de matrim. c. 5. n. 6. Vega li. 6. summ. casu 112.* qui addit eandem pœnam incurrere parochum carentem libro, in quo nomina contrahentium, & testium describat, vel non interrogantem contrahentes de consensu, contra præceptum *Trident. d. c. 1.* Sed audiendus non est, quia nec ibi, nec *d. c. fin.* nec alibi reperitur hæc pœna: cum id matrimonium nullo clandestinitatis vitio laboret, nec sit interdictum ab Ecclesia. Incurret tamen parochus eam pœnam, vt suspendendus sit triennio, non tantum quando interfuerit matrimonio clandestino, vel id impedire neglexerit, sed etiam idem dicendum est de alijs matrimonijs interdictis iure, vel à

5

iudice. Nam *c.fin.§.fin.de clând. desponſ.* ſic dicitur, *ſane ſi parochialis ſacerdos tales communiones prohibere neglexerit*. Vbi verbum illud, Tales, refert nuptias, de quibus §. *præcedenti* egerat ille textus, egerat autem de clandeſtinis, vel interdictis coniugiis. Sic *Maiolus l.3.de irregular.c.25.n.17.18.* vnde bene infert *eo nu.17. verb. Vagantes*, parochum coniungentem vagos non ſeruato quod præſcribit *Trident. ſeſſ. 24.de matrim.c.7.* incurrere eam pœnam, vt triennio ſuſpendendus ſit. Quia intereſt matrim. interdicto per Tridentinum. Et *eo.n.17.verb. Iudicis interdictum*, bene docet quoties à iudice emanarit præceptum contra aliquos, ne matrim. ineant, vel contra ipſum parochum ne auctoritatem interponat, parochum cõtrauenientem incurrere eandem pœnam. Quia intereſt matrimonio à iudice interdicto. Eadem ratione ſi alter ſit vagus, aut alienigena, licet non vagus, parochus aſſiſtens tali matrimonio incurret eandem ſuſpenſionem, ſi abſque ordinarij licentia interſit. Quia (vt dixi hoc 3.l.diſp.25.n.8.& 9. interdictum eſt parocho abſque ordinarii facultate tali matrimonio intereſſe. Vtrum autem, quando prius matrim. fuit nullum, eo quod abſque parocho, vel duobus teſtibus fuit celebratum, & contrahentes ab eo proptia auctoritate recedentes, volunt aliud inire, parochus aſſiſtens illi matrimonio, abſque ordinarij licentia, incurrat illam triennalem ſuſpenſionem, dixi hoc 3.l.diſp.46.n 4.

6 Monuerim tamen conſulto me, dixiſſe, quando proprius parochus, vel alius ſacerdos, regularis aut ſecularis de eius licentia intereſt matrimonio, in quo omittuntur denunciationes, eſſe ſuſpendendum triennio: iuxta *d.cap. finale* nam ſi alienus parochus, vel quicumque alius ſacerdos, regularis aut ſecularis, ſine proprij parochi licentiâ interſit illi matrimonio, non incurret eam pœnam. Tum, quia id matrim. defectu præſentiæ proprij parochi, vel alterius ſacerdotis de eius licentia, eſt inualidum, & ita non habebunt locum in eo pœnæ clandeſtini: (vt dixi n. 4. fine.) Tum etiam, quia *Tridentinum ſeſſ.24.de matrim.c.1.verſ. Quod ſi quis parochus*, decernit, vt ſi quis parochus, vel alius ſacerdos, ſiue regularis, ſiue ſecularis, etiam ſi id ſibi ex priuilegio, vel immemorabili conſuetudine licere contendat, intereſſe matrimonio alieni parochiani, aut ipſum benedicere, abſque proprii parochi licentia, auſus fuerit, tamdiu ipſo iure ſuſpenſus ſit, quamdiu ab ordinario eius parochi, ad quem matrimonium illud, aut benedictio ſpectabat, abſoluatur. Vnde manifeſte in hoc caſu correcta eſt ſuſpenſio ea triennalis: quod inde probatur, nam erat ferenda, & nõ lata, vt dixi n.1.& ad tempus præciſum triennii, quo tranſacto, ipſo facto ceſſabat: nec poterat epiſcopus abſoluere ab ea, (vt dicam hoc 3.lib.diſp.52.n. 2.) at ſuſpenſio poſita in Trident. eſt lata, nec eſt ad tempus præciſum, ſed ad epiſcopi nutum, poteſtque eam epiſcopus tollere: ergo ceſſat ea ſuſpenſio triennalis: alias dicẽdum eſſet teneri epiſcopum per triennium eum parochum ſuſpendere, nec ab ea ſuſpenſione poſſe abſoluere contra dictum Tridentini decretum. Et tic clare videtur ſentire *Maiolus l.3. de irregular.c.25.n.12.§. Clandeſtinum matrim.* dicit enim, olim fuiſſe ſuſpendendum triennio, hodie verò eſſe ſuſpenſum ad nutum epiſc. Vnde oblitus eſt huius decreti *Enrique c.l.13.de excomm.c.39.num* 3. vbi dixit clericum, qui abſque parochi licentia aſſiſtit contrahentibus matrimonium, fieri ſuſpenſum triennio, nec poſſe ante triennii lapſum abſolui per epiſcopum.

7 Maxime tamen aduertendum eſt, quod excuſabit à prædicta ſuſpenſione Trident. quælibet ignorãtia, etiam craſſa, dummodo non ſit ita craſſa, vt ingens ſit temeritas. Quia dicit Trident. *auſus fuerit*: at verbum, Audacia, dicit temeritatem: vt bene *gloſſ. l. Si quis in tantam, C. vnde vi*, & ita Hiſpane, audens, dicitur, *Atreuido, y que pierde la verguença, l.16.tit.10.part.2.* ibi, *ca deſpues que los homes pierden verguença, e toman atreuimiento*. Vnde audax coniungitur cum præſumente, *auth. Habita, C. ne filius pro patre verſ.* Hac igitur, ibi, *Vt nullus de cætero tam audax inueniatur, qui aliquam ſcholaribus iniuriam inferre præſumat*. Temeratius autẽ non eſt, nec præſumens, ignorantia etiam craſſa aliquid ſcieris, nam vere ignorans facit. Præterea, quia præſumere, dolum & temeritatem impottat. vt docent optime *Cardin. Clem.1.in.39.de priuilegiis. D. Antonin.3.p.t.24.cap.54. col.3.verſ. Quærit idem. Roſella Abſolutio 1.n.46. Angel. Excommunicatio 5.caſu 11.n. 15. Sylueſt. Excommunicatio 7.caſu 14. dub.5.n.34. Caietan.ſum. verb. Excommunicatio ca.* 81. *Tabiena Excommunicatio 5.caſu* 11.q.6.n.7. *Nauar.ſum.Lat.c.27.n.* 74. vbi inquit, excuſari contra facientem, ex ignorantia ſaltem non multum craſſa: idem *Enriquez lib.13. de excommunic.c* 23.n.3. vbi dicit, excuſare ignorantiam etiam craſſam, non tamen ſupinam. Idem ſub aliquo dubio tenet *Lud. Lop.2.p. inſtruct. de excommunic.ca.*13.§. *Sed iam ad ſecundum punctum.f.*887. vbi ait, forte ignorantiam craſſam excuſare. Quamuis contrarium teneat *Innoc. cap. Cum medicinalis, de ſententi excomm. fine*, vbi expreſſe dicit in hoc caſu probabilem ignorantiam excuſare, craſſam autem & ſupinam reddere faciliorem diſpenſationem. Et videtur tenere *Nauar.ſum.Lat.c.27.nu.74 declarat.1.* vbi ait in hoc caſu excuſari laborantem ignorantia non craſſa. Sed verius eſt quod dixi.

Merito tamen dubitabis, an regularis ſacerdos matrimonium ſolennizans abſque proprij parochi licentia contra ſuſpenſionem ad nutum ordinarij, ſtatutam in *Trident. ſeſſ.24.de matrim.c.1.* incurrat excommunicationem Pontificis reſeruatam per *Clem.1. de priuileg.* vel potius ea antiqua excommunicatio correcta ſit per hanc ſuſpenſionem? Videtur enim ita eſſe: quia noua pœna mitior legem noua ſtatuta, corrigit rigidiorem antiquæ legis: (vt dixi n.4.) ergo hæc ſuſpenſio, quæ mitior pœna eſt, ſuſpenſionis, corriget eam excommunicationem. Verum abſque dubio tenendum eſt, non corrigere, ſed eum regularem vtraque affici pœna: ea enim doctrina, teſte *Abbate c. fin. de colluſione detegenda, ad finem, & Nauar. ſtatim allegando*, verum habet in pœnis à iudice infligendis, non autem in iis, quæ ipſo iure incurruntur; vt ſunt excommunicatio & ſuſpenſio illa Tridentini. Sic tenent *Nauar. conſil in 1.edit.t.37.de pœnis.conſ.1. per totum, et 2 lib.1.edit. conſil.* 1. *Conſtitut. toto conſ.10. Maiolus lib.3.de irregular.c.25. nu.12.§. Clandeſtinum matrim. Manuel 1, tomo ſummæ 2.edit.c.219. nu.4.*

Ad arg. num.3. propoſita, ad probandum per penam arbitrariam non correctam eſſe ſuſpenſionem triennalem, reſpõdetur. Ad 1. die derogatum eſſe, Tridentinumque inhærere veſtigiis Conc. Laterauenſis, quoad præceptum denunciationum præmittendarum matrimonio & pœnas Parochi eas omittentis: non vero, quando id matrimonium eſt nullum. Ad 2. conſtat ex dictis, n.4. ratione penultima. Ad 3. ea doctrina neganda eſt: contraria enim eſt verior: vt prob. eod. n.4.

DISPVTATIO XLIX.

An ſi parochus alienus, vel ſacerdos, qui non eſt parochus, non aſſiſtat matrimonio, ſed alij ſacerdoti licentiam aſſiſtendi concedat, ſit ſuſpendendus triennio, vel incurrat ſuſpenſionem arbitrio epiſcopi?

SVMMARIVM.

Proponitur opinio affirmans incurrere pœnam latam in facientem, etiam qui mandat, vel conſulit, n.1.

Secunda verior non incurrere: nec mandantem aut conſidentem imponi pœnis in facientem latis, niſi exprimatur in pœna. nu.2. Et ubi dari pœnis in facientem latis, niſi exprimatur in pœna. nu.2. Et ubi mandans fieri delictum, non vero ſed interpretatiuè facit, & quibus Videtur fictionem importat.

Quid ſi verus parochus det licentiam non ſacerdoti. nu.3. & ubi quid ſi parochus non ſacerdos eamungat alienos parochianos, vel quid ſi alius non ſacerdos id faciat, abſque licentia proprii parochi.

Soluuntur argumenta, & enodantur. c. Mulieres, de ſententi excommunic. & c. Nuper, & c.Si concubina, de ſent. excommun. & reg.15. damnandos ff. de reg. iur. & l. Nihil intereſt ff. ad l. Cornel. de ſicar. & reg. Significauit, de Iudæis, n.4. Et ibi, lex penalis extendenda eſt, ne reddatur fruſtratoria.

Vide-

2 Vbitvr incurrere. Primò, quia *c.fin.§.fin.de cland.despons.* suspendêdus est parochus triennio, cland. contagia nõ prohibent, sed hic tantum abest, vt prohibuerit, vt potius dederit licentiam ad assistendum matrimonio verè clandest. quia defuit præsentia parochi, aut alterius sacerdotis de ven parochi licentia: ergo, incurret illã pœnam. Secundò, quia saltem incurret suspensionem latam in Trident. *sess.24.c.1. de matrim.* in alienum parochum assistentem matrimonio absque proprij parochi licentia. Nam vere dicitur assistere, is cuius mandato & licentia adest assistit, per *c.Mulieres, de sent.excomm.* ibi, *Cum is committere videtur, cuius auctoritate vel mandato delictum committitur.* Et *c.Nuper eod.t.vers. In primo quidem art.* ibi, *Cum facientes, & consentientes par pœna constringat.* Et *regul. Is damnum §. de reg.iur.* ibi, *is damnum dat, qui iubet damnum dari.* Et *l.Nihil interest ff. ad l.Corneliam, de sicar.* vbi dicitur nihil interesse vtrum occidat quis, an causam mortis præbeat. Et confirm. quia *c.Ita quorundam, de Iudæis*, excommunicantes deferentes prohibita ad Sarracenos, & tamen *c.significant, eod.t.* dicitur eodem modo incurrere nõ deferentes propria persona, sed per nuncios, mittentes: ergo similiter non tantum incurret suspensionem parochus propria persona assistens matrimonio alieni parochiani, absque debita licentia, sed etiam dum per alium assistit concedens ei licentiam. Tandem, quia *c.Nuper, & c.si consilium*, excommunicantur participantes in crimine criminoso cum excõmunicato, sed mandans fieri delictum, cui est annexa excommunicatio, participat in crimine, ob quod incurrit excommunicationem admittens illud, ergo eadem innodabitur excommunicatione: ergo similiter hic parochus dans licentiam assistendi matrimonio alieni parochiani, cum participet in crimine, ob quod sacerdos assistens incurrit suspensionem, eadem ligabitur. His rationibus ducti, aliqui censent excommunicationem latam in aliquid facientem, comprehendere etiam mandantem. Sic *Rosella, Excommunicatio 1. casu 43. n. vlt. Sylvest. Excommunicatio 9. casu 41. dub. 8. n. 79.* quare idem dicendum de suspensione. Et faciunt multi, quos refert *Dacianus tr. de*, Grimaldi, *l. 9. c. 32. n. 1.* dicentes mandantem vere facere, atque ita comprehendi sub statuto punitè delinquentem. Et *Abb. d.c. Mulieres, n. 10. Angel. verb. Mandatum, nu.* 1. *Sylvest. q. 4.* dicunt generaliter pœnam latam iure communi contra facientem, afficere mandantem, secus quando est pœna statuti. Cum ergo hæc suspensio lata in *Trident. d.c.1.* sit pœna iuris communis, ligabit non solum sacerdotem assistentem, sed etiam dantem licentiam.

2 Cæterum quicquid sit de ea quæstione, an pœna legis in delinquentem, afficiat mandantes: de qua non modicum est controversia, & ad coniecturas voluntatis legislatoris, recurrendum est: vt latissime disputat multis citatis *Dacianus tr. de. Armain. l. 9. toto c. 32.* at in censuris multo verius est, censuram latam in admittẽtem aliquod delictũ, non ligare mandantes, consulentes vel aliter consensum præstantes, nisi in canone ferente censuras, exprimantur. Vt de excommunicatione docent *Sylvest.* ibi contrarius, *Excommun. vlt. q. 4. dub. 2. Cajet. verb. Excommunicatio, paulo post principium, vers. Et personas quidem. Et ibi Armill. n. 2. Tabiena, Excommun. 1. casu 49. n. vlt. Navar. sum. c. 27. n. 51. Mettina lib. 1. sum. c. 11. §. 2. f. 36. Zoel. 1. Ledesma 2. p. 4. q. 26. a. 2. flatim in prin. Enriquez lib. 13. de excomm. c. 17. num. 2 fin. & cap. 21. num. 1. in comment. lit. G. Bart. à Ledesma, de excomm. dub. 6. f. 1002.* Et probatur, quia excommunicatio, & cæteræ pœnæ, cum sint odiosæ, non debent extendi de casu ad casum, at mandans non delinquit, non dicitur vere illud facere, sed interpretative tantum excommunicatio, & cæteræ censuræ in facientem latæ, non comprehendent mandantem. Prob. minor, ex *c. Si quis suadente, eod. tit.* ibi, *Cum hoc non ipsi, sed illi quorum auctoritate id faciunt, facere videantur.* Nam vertitur in integr. *verb. Pollicetur, & ibi Bart. n. vnico.* Item *cap. 2. de clericis pugnant. in duello*, pugil vere homicida dicitur, non autem mandans, licet de homicidio teneatur: & ponũtur

vt diuersa, mandare & facere, *c. Si quis viduam, d.* 50. Constat etiam, quia mandatum & consilium præcedunt factum, præcedere autem non possent, si vere ipsum factũ essent. Et ita mandantem non vere & proprie facere, docent *Bart. l. Si is qui pro emptore, à num. 56. ff. de vsucapio*, & melius, *l. Sed & si vnus, §. Seruus, n. 2. ff. de iniuriis Iason l. Si quis id quod, num. 36. ff. de iurisdict. omn. iud.* vbi *Decius n. 38. Plaza de delictis, lib. 1. c. 15. nu. 22. Inf. Clarus lib. 5. recept. §. fin. q. 89. vers. Sed quæro*, dicens esse communem opinionem omnium fere scribentium: *Bossius præt. tit. de mandat ad homicidium, n.* 1. & alij quos refert & sequitur late hoc probans *Dacianus tract. crimin. l. 9. c. 32. n. 2.* fateturque omnes Doctores vtriusque sententiæ. Tandem probatur, quia quoties canon vult excommunicare, non tantum facientem, sed etiam mandantes & consulentes, id explicat: vt constat ex *cap. Felicis, de pœnis, in 6. & Clemen. Si quis suadente, eod. tit.* & ex multis bullæ cœnæ excommunicationibus. Hinc in nostro casu, cum *Tridentinum d.c.1.* solum suspendat parochum, vel alium sacerdotem coniungentem, vel benedicentem alienos parochianos, nec exprimat dantem licentiam, vel mandantem, vel consulentem, hi non incurrent illam. Nec etiam incurrent suspensionem triennalem, de qua *in cap. finali, §. finali de clandestin. despons.* quia ea comprehendit proprium parochum non impedientem clandestina matrimonia, hic autem, qui prædictam licentiam dedit, non erat proprius parochus horum qui contraxerunt. Præterea, cum hoc matrim. fuerit inualidum, non incurretur ea licentia, pœna *d.c. finalis*, nõ enim habent tunc locum pœnæ matrimonii clandestini: (vt dixi hoc l. 3. disp. 2. n. 5.)

Si autem proprius parochus det licentiam non sacer- 5
doti, assistendi matrimonio, similiter neutram suspensionem incurret. Non *d.c. finalis*, quia cum illud clandestinum matrimonium sit nullum, inualida enim est licentia concessa non sacerdoti, iuxta dicta hoc l. 3. disp. 20. n. 10.) per illud non incurretur ea pœna: vt dixi nu. præced. Non Tridentini, quia tantum suspendit parochum, vel alium sacerdotem, qui sine licentia parochi proprij, alienos parochianos coniungit, at hic, nec parochus coniungit alienos parochianos, & ille coniungens nec est sacerdos, nec coniungit sine licentia parochi. Idem dicerem si non sacerdos absque licentia proprij parochi coniungeret aliquos matrimonio: neutram enim suspensionem incurreret. Quia vtraque fertur in parochum, vel alium sacerdotem absque licentia proprij assistentem, nomine autem sacerdotis in materia pœnali, qualis est hæc, non comprehenduntur diaconus, & subdiaconus, & cæteri qui sacerdotes non sunt: vt dixi hoc lib. 3. disp. 20. nu. 9. si tamen is non sacerdos, parochus esset, incurreret vtique suspensionem Tridentini, coniungens alienos parochianos: quia respectu parochi non petit qualitatem sacerdotij: non tamen incurreret suspensionem triennalem, iuxta dicta disp. præcedenti, nu. 6. vbi n. 7. dixi, qualis ignorantia excuset ab hac suspensione Tridentini.

Ad argum. proposita n. 1. respondetur. Ad 1. constat ex 4
dictis nu. 2. quia parochus non prohibens matrim. clandestina, subiectus illi suspensioni, debet esse proprius, & matrim. clandestinum debet esse validũ: quorum vtrumque hic deficit. Ad 2. negatur vere assistere mandantem, & ad *c. Mulieres*, die non dicere, vere percutere, sed vere committere: & ita intelligitur, vere committere in legem, ipsam frangendo: non autem vere percutere, mandantem percussionem. Sic respondent omnes Doctores, cum Bartolo quos allegaui, n. 2. quamuis *Abb. eo. c. Mulieres, n. 12.* hanc solutionem impugnet: quia ibi non agitur de peccato, sed de pœna excommunicationis incurrenda per mandantem, quæ lata est in facientem. Sed dic verum esse ibi agi de pœna excommunicationis contrahẽda, per mandantem percussionẽ clerici: non quia mandans vere percutiat, & ita comprehenderetur sub canone excõmunicante percutientem, sed quia is textus eam extendit ad mandantẽ, reddẽs rationẽ, quia mandãs est vere reus de-

licti percussionis, licet non vere percutiat. Ad *c. Super.* dic non intelligi, omnino de eadem pœna, sed de aliqua simili pœna arbitraria, quia consentientes vere delinquũt. Ad *reg. Is damnum*, respondet *Dacianus tract. crimin. l. 9. cap. 32. n. 2.* intelligi interpretatiue, iuxta doctrinam *Bartoli l. Si is, qui pro emptore, nu. 56. ff. de vsucap.* dicentis legem æquiparantem factum vnius personæ, facto alterius, necessario fingere, quia nequit secundum naturam factum vnius dici factum alterius. Ad *l. Nihil interest.* respondet *Dacianus eo n. 2.* intelligi, quando facto ipso aliquis causam mortis præbet, vt si tradat gladium furioso: secus si solo dicto, vt facit mandans. Ad *cap. significauit*, respondet bene *Nauar. sum. c. 27. n. 51.* rationem illius textus non esse, quia idem sit deferre per se, & per alium mittere: sed quia lex pœnalis extenditur de vno casu ad alium, quando alias esset frustratoria, vel quasi: vt docent *glossa finalis c. 2. de vsuris, in 6. Felinus c. Translato, n. vlt. versic. 3. nota, de constitut. Barbatius & Burgensis*, quos refert & sequitur *Conar. 3. var. c. 3. n. 9. versic. 5.* & prob. ex *c. Si ciuitas, de sent. excommun. in 6.* vbi dicitur interdictum ciuitatis extendi ad suburbia: & subiungitur ratio, ibi, *Nam licet prædicta videantur alias murorum ambitu terminari, hoc tamen casu ne vilipendi valeat sententia interdicti, expedit interpretationem fieri latiorem.* Ad vltimum, dic cum Caietano, & Nauarro citatis n. 2. exigi vt participatio sit post incursam ab altero excommunicationem, & vt ille excommunicatus sit denunciatus, vt bene ait *Nauar. c. 27. nu. 112.* mandans autem participat in crimine quando nondum admissum est.

DISPVTATIO L.

An parochus triennio suspensus, qui interfuit clandestino, si eodem triennio iterum assistat, suspendaturque iterum triennio, hoc posterius triennium confundatur cum priori, vel incipiat finito priori triennio?

SVMMARIVM.

Refertur opinio affirmans posterius tempus incipere finito priori, n. 1
Refertur alia opinio distinguens, n. 2. Et sententia auctoris, n. 3
Soluuntur argumenta, n. 4

1 QVÆSTIO præsertim eam petit difficultatẽ, an suspensus, vel alia pœna affectus ad tempus, si durante eo tempore aliam suspensionem, vel similem pœnã ad tempus, incurrat, hoc posterius tempus incipiat priori finito? In qua quæst. triplex est sent. Prima ait incipere finito priori tempore. Prob. qui aliter non satisfieret vtrique delicto: sicut enim duo admissa sunt delicta, ita duæ pœnæ contrahi debent: vt quoties aliquis delinquit, toties plectatur, *c. Imitare, 6. q. 1. & c. 1. de pœnis.* Et confir. quia crescente contumacia, debet punitio augeri, non autem augeretur, si duo illa tempora confunderentur: ergo non confundi debent. Secundò prob. quia si illa duo tempora confundantur, nil operabitur secunda suspensio, cum eundem prorsus effectum suspendendi ab officio habeat prima suspensio: & sic delictum posterius, impunitum maneret. Tertiò prob. quia alias pœna præberet immunitatem, & primum interdictũ operaretur effectus contrarios, scilicet, suspensionem & exemptionem à posteriori suspensione. Quartò prob. quia casus superueniens non excusat à pœna præcedentis culpæ, *l. Inter omnes. ff. de furtis, l. Arrius, ff. de sponsalibus:* sed si hæc duo tempora confunderentur, superueniens casus subtraheret aliquid à præcedentis culpæ pœna, ergo hæc duo tempora non confunduntur. Hanc tenet *Stephanus Clem. 2. de magistris.* vt refert *ibi Cardin.* eandem tenet *Thomas de Ripera*, quem refert *Ioan. Andr. c. Cum in cunctis, n. 30. de elect.*

2 Secunda sent. distinguit, si imponatur pœna, vt species, id est, cum determinatione temporis à quo incurritur, vt sit suspensus per triennium à die delicti, tunc triennium posterius incipit à die delicti commissi, & confunditur cum priori tempore. Quando vero pœna ponitur generaliter, & indeterminate, vt dicendo, Sit suspensus per triennium, posterius triennium incipiet priori finito. Ratio differentiæ est, quia in priori casu suspensio habet præscriptum sui initij tempus, quod impediri nequit ob similem incursam suspensionem: in posteriori vero, cum præscriptum initium non habeat, interpretari debet, vt incipiat finito priori tempore, vt plene vtrumque plectatur delictum. Sic *Bart. l. In seruatus, §. fin. per totum ff. ad S. C. Turpilian. Abb. c. Cum in cunctis, §. fin. fine, de elect. Syluest. verb. Suspensio, q. 6. dict. 6.*

3 Tertia sententia, quam præ cæteris eligo, ait incipere statim à die sent. iudicis inferentis, posterius triennium: aut quando incurritur ipso iure, statim à die commissi delicti, & ita confundi cum priori tempore, nisi iudex in sententia declaret, vt incipiat finito priori tempore: (potest enim id iudex declarare, teste *Baldo statim referendo.*) Prob. quia expressio triennij, vel alicuius temporis intelligitur tacite de proximo sequenti, *l. Eum qui Kalendu 41. ff. de verb. oblig. in princ.* ibi, *Sabinus ait proximas Kalendas Ianuarij expectandas c. Non potest. §. 1. de prabend. in 6.* ibi, *intelligitur de duobus primis beneficijs, & c. Cupientes. §. Caterum de elect. Per triennium continuum ex tunc inchoandum*: ergo secunda suspensio triennij, intelligetur de proximo triennio, & ita confundentur tempora. Secundò, quia in pœnis benigna est interpretatio facienda: *reg. In pœnis, de reg. iur. in 6.* sed benigna est, si interpretemur concursum, ac confusionem temporum fieri: duraque & rigida, si aliter interpretemur: ergo prior interpretatio eligenda est. Sic tenent *glossa Clem. 2. verb. Sequentes, de magistris, & ibi Cardin. §. Si quis q. 2. Paul. ibi*, quem refert & sequitur *Imola ibi, n. 13. Ioan. Andr. c. Cum in cunctis, §. fin. n. 30. fin. de elect.* vbi *Anton. nu. 12. Baldus nu. 14. Cardin. q. 4. nu 4. Anchar. q. 7. n. 8. Imola n. 10.*

4 Ad argum. prioris sent. proposita num. 1. resp. Ad 1. dic duas contrahi pœnas, & ita sublata per absolutionem priori suspensione, remanere posteriorem. Ad confirm. fateor crescere pœnam: nam secũda suspensio, pœna est. Ad 2. dic aliquid operari secundam suspensionem, nam ille est dupliciter ligatus, & vtriusque vinculi solutione indiget. Ad 3. nego id sequi. Quia quamuis tempora confundantur: vtrumque tamen vinculum ligat. Ad 4. nego minorem, nihil enim subtrahitur secundæ suspensioni, nec primæ, sed suo triennio quælibet ligabit, licet per accidens contingat ea duo tempora confundi: illo enim eodem tempore dupliciter ligatus erit, sic suspensus.

DISPVTATIO LI.

An parochus suspensus ab officio, eo quod interfuit clandestino, sit consequenter suspensus à beneficio?

SVMMARIVM.

Explicatur sensus disputationis, & quid in ea sit certum, n. 1
Referuntur 10 sententiæ, à n. 2. vsque ad 11. Et sent. auctoris, n. 12
Mirum agitur cum lege, quam cum homine, n. 2
Distributiones quotidianæ an debeantur ei, qui peccat assistendo diuinis, vt si sit excommunicatus, & suspensus, & assistat. Et generaliter quoties clericus arcetur à ministerio, ob delictum, an acquirat fructum illi ministerio debitos, n. 10. iuncto n. 12.
An hoc suspensus ab officio, possit priuari beneficio n. 13
An parochus suspensus ab officio, eo quod interfuit clandestino, sit suspensus à beneficio, vel possit illo priuari, n. 14.
Et soluuntur argumenta, n. 15

1 HÆc quæstio ex decisione eius pendet, an suspensus ab officio, sit suspensus consequenter à beneficio? Supponendum est, cum *Syluestro verb. Suspensio, q. 5.* tripliciter posse aliquem suspendi. Primò ab officio, & hoc est idem, quod suspendi ab exercitio ordinis, & officii clericalis. Secundò à beneficio, & hoc est idem, quod suspendi tantum à beneficii fructibus. non enim sic suspẽsus intertingitur ab illius administratione, in tẽporalibus, & spiritualibus. Tertiò ab officio, & beneficio simul. Vnde sensus disp. est, an eo ipso quod quis suspẽditur ab officio, & ordine clericali, censeatur suspensus à beneficii iã adepti fructibus? (Nã à beneficio acquirendo suspẽsum esse cõstat ex *c. fin. vers. Si tamẽ, de clerico excommun. ministr.* vbi mittur excõmunicatione irretitus eligi nequit, quoniam ad

suscriptionem eorum eligitur à quorum perceptione est penitus) ita vt eos tuta conscientia percipere non possit? Et quidem, si sententia iudicis, vel canon suspensionem ab officio imponens, exprimat solum ab officio suspendere, res est absque controuersia, sic suspensum ab officio, non censeri suspensum à beneficio, alias non verificarentur verba sententiæ, vel canonis dicentis solum ab officio suspendere. Sic *Syluest. verb. Suspensio q.5. vers. Si iterũ suspensus sit ab officio, & ibi Tabiena q.4.nu.5. Rosella verb. Suspensio n.1. fin. D. Antonin. 3.p.t.27.c.4. vers. Item cùm quæritur vtrum suspensus ab officio, Manuel sum.2.to. in vtraque edit. c.67. n.5. Lud.Lop.2.p. instruct noui, c.31. de suspens.t. Quis possit suspendere.* Tota igitur controuersia in eo sita est, quando sententia vel canon absolutè suspendit aliquem ab officio, an eo ipso censeatur à beneficio suspendere? quam quæstionem satis difficilem reddit varietas opinionum, vix enim reperies disputationem, in qua tam varij sint scribentes. Et *gloss. Clement. fin. verb. Suspensis, de pœnis*, quinque recitat opiniones.

2 Prima opinio, quam recitat *ea gloss.* est, vt suspensus à canone ab officio, non sit suspensus à beneficio: at suspensus ab homine ab officio, eo ipso censendus sit suspensus à beneficio: minus enim agitur cum lege, quam cum homine ministro legis, *l. Celsus, ff. de arbitris*: vnde sit vt canon suspendens ab officio, restringatur ne ad beneficium extensio fiat, non autem sententia iudicis suspendens. Sic *Hostiens.* (vt refert *ea gloss.*) & idem tenet *Archid. c. Cum aternus. 2. vers. Officio de sent. & re iudic. in 6.*

3 Secunda sententia, quam refert *predicta glossa*, est omnino contraria, vt suspensus à iure ab officio, censeatur suspensus à beneficio: non autem quando est suspensus ab homine. Sic tenet *Ioannes* quem refert *gloss. c. Prater hæc, verb. Ab Ecclesia, 32.d. Cæsar l.4. decisson c.24.n.5. & 6.*

4 Tertia opinio, quam refert *dict. gloss.* sic distinguit, si suspensus ab officio, sit in mora petendi absolutionem, est suspensus à beneficio, secus quando non est in mora. Hanc tenent *Vincent. & Tancred. c. Cum bona, de etate, & qualit.* quos refert *predicta glossa: idem Ioan. Andr. eo c. Cum bona, n.10. Henricus c. Cum dilectus. n.7. de consuet. Angel. Suspensio, 3. n.3. ad fin. Mainus de irregular. lib.3.c.19.n.10.* & explicat dicit effe in mora, transacto anno à die suspensionis incurrendæ; & ex tunc non posse fructus percipere. Moderantur tamen hanc sent. *Henricus, & Angel.* ibi, vt intelligatur, dum suspensio est ob crimen graue, quando enim crimen est leue, indistinctè asserunt non suspendi à beneficio.

5 Quæra sent. relata per eandem glossam, distinguit hoc modo, quando suspensus est ob crimen quod constat esse mortale, tunc suspensus ab officio, censetur suspensus à beneficio, secus quando pro infamia orta ex eo quod dicatur id crimẽ admiserit. Sic *Tancred. & Abb. antiquus, quos refert predicta gloss. ad fin. super gloss. Subtrahenda, d. 32.* vbi dicit suspensum ab officio ob magnam causam, esse suspensum à beneficio, secus quando ob leuem causam: quod idem docet *Lud. Lop.2.p. instruct. de matrim. c.39.f.1060.col.2. §. Circa predicta.*

6 Quinta sent. quam refert *glossa*, est, si suspensio ab officio, sit ob crimen leue, vel infamiam, vel contumaciam, non est suspensus à beneficio, secus si ob crimen graue. Quia beneficium subtrahi non debet absque magna causa. *Panorm. Innocent. Hanc videtur amplecti ea gloss. Clem. vnic. verb. Suspensis, de pœnis*, & ita glossam satis obscurè loquẽtem intelligit ibi *Imola n.11. ad fin.* Et hanc tenent *Hostiens. Summa. Prapos. c. Pastoralis, §. Verum, vers. Sed pro complemento. Armilla v. Suspensio n.11. Couar. 4. decret. 2.p.c. 6.num.4. Bonacius de irregular. 6.p.tit. de suspensione, num.31. Addit. Armilla* hanc distinctionem esse veram, siue sit suspensus à iure, siue ab homine, & *Hostiens. Prapos. & Borgas. fin.*, moderantur hanc sententiam, præterquam in distributionibus quotidianis, quas dicunt percipere non posse suspensum ob quamcumque causam ob officio.

Sexta opinio est vltra relatas ab ea glossa, si suspensus sit aliquis ab homine ab officio, distinguendum est, si ob crimen graue, est suspensus à beneficio, secus si ob crimen leue, vel infamiam, aut contumaciam: si vero sit suspensus ab homine ob crimen, siue graue, siue leue sit, est suspensus à beneficio: secus si ab homine, ob infamiam, vel contumaciam suspensus sit. Sic *Rosella verb. Suspensus, n. 1. fin. Syluest. verb. Suspensio, q. 5. vers. Si iterum suspensio sit ab officio, D. Antonin. 3.p.t.27.c.4. vers. Item cum quæritur an suspensus ab officio sit suspensus à beneficio, Tabiena verb. Suspensio, q. 4. n.5. Anchar. Clem. Cupientes, de pœnis, cum Calderina relato per Greg. Lop. l.17. verb. El derecho, c.9 p.1.*

Septima sententia ait suspensum ab officio, non esse 8
suspensum à beneficio, & ita sic suspensum posse recipere fructus beneficij, & distributiones quotidianas, dummodo, ea suspensio non sit tam diuturna; vt tacite, vel expresse vim priuationis habeat. Sic *Manuel 2.tom. summa, vtraque edit. c.68.n.7.*

Octaua sententia sic distinguit, quando est suspensus 9
ab officio ob crimen adeo graue, & in perpetuum, vt impediat clericum, ne licite possit exercere officium suum, est suspensus à beneficio: secus quando id crimen etiam graue permittit libertum vsum circa beneficium simplex, vt si ipse gubernet, vicariumque sacra facientem, constituat. Sic *Enriq. l.13. de excomm. c.32.num.3. Vivald. Candel. 2.p tract. de suspensione, n.171.*

Nona sent. est, vel loquimur de distributionibus quo- 10
tidianis, & tunc suspensus ab officio, est suspensus ab illis: aut de aliis beneficij fructibus, & tunc subdistinguendum est: si est suspensus ab officio, simpliciter, vel ad certum tempus, non est suspensus ab illis. Quamuis enim hic nequeat choro interesse, at multa alia ad beneficium pertinentia exercere potest: vt alia quæ diuina officia nõ sunt, regere & gubernare quę ad se attinent: si autem suspensio perpetua sit, vel tam diuturna, vt vim priuationis vel depositionis habeat, censetur suspensus à beneficio. Probat. prima pars, nempe suspensum ab officio censeri suspẽsum à distributionibus quotidianis. Primò, quia distributiones quotidianæ dãtur solis illis, qui interfunt, *c vn. de clericis non residen. in 6. Trident. sess.24.c.12. de reform. in finem.* sed suspensus ab officio interesse nequit horis, ergo censetur suspensus à distributionibus. Secundò prob. quia esto hic suspensus interesset horis, at tuta conscientia percipere non posset distributiones: quia dantur ob ministeriũ quod permittente Ecclesia fit: ministratis enim contra Ecclesiæ prohibitionẽ, ob tale ministerium, non præmiũ, sed pœnam meretur: ob idque graues auctores sentiunt, quoties clericus ob delictum arcetur à ministerio, vt si ob illud fiat excommunicatus, suspensus vel irregularis, non acquirere eum fructus illi ministerio debitos, *Rebuf. praxi benefic. 1. de simonia in resignat. nu. 15. Couar. 4. decret. 2.p.c.6.§. 8.n.7. fine, Vivald. Candelabro sacrament. 2.p. materia de suspens. n.171. fine.* Alia verò pars huius sententiæ, scilicet, vt censeatur suspensus à beneficio, quando suspensio habet vim priuationis, probabitur argumentis sequentis opinionis, quæ hanc partem probant. Hanc sentent. tenent *Bonifac. Clem. fin. de pœnis n.42. & seqq. & ibi Imola n.11. fin. Paul. Clem. 1. de priuil. Torrecr. c. Prater, 32.d.n.11.12. & 10. Nauar. sum. c. 27. Hisp. n.161. Lat. n.160. Greg. Lop. l.17. verb. El derecho t.9 p.1. & ibi Humada super glossas Gregor. Lop. gloss. fin. Lud. Lop. 2.p. instruct. noui, c. 31. de suspens. tit. Quis possit suspendere:* & quoad distributiones quotidianas, vt suspẽsus ab officio, semper censeatur ab illis suspensus, tenent *Host. Prapos. & Borgas. in 5. sent. n.6. allegati.* Eandem tenet absque distinctione aliqua suspensionis, sed absolutè suspensum ab officio, non suspendi à beneficij fructibus, bene tamen à distributionibus quotidianis, *Pgolinus de censuris, tab. 4. c.6.§.3.n.vnic.* Moderatur tamen *Bonifac. ibi num. 46.* eam partem, vt suspensus perpetuo ab officio, sit suspensus à beneficio, quãdo suspensio contingeret ob delictum, secus esset, vbi propter morbum perpetuum, aut senium esset, perpetuo ineptus beneficij ministerio, esset tamen ex fructibus deducendum competens vicario stipendiũ. Et *n.48.* ait, dici

suspensionem perpetuam, quando iudex in perpetuum suspendit, aut talis est suspensio, vt sola Pontificia dispensatione tolli possit, secus quando non imponitur perpetuo, vel si sic imponatur, potest tamen ab ea episcopus absoluere: tunc enim habebitur, ac si facta esset ad tempus. Insuper aduertit hæc sent. licet suspensus ab officio, censeatur suspensus à distributionibus, imò quando suspensio est perpetua, ab omnibus fructibus, non tamen amittit præbendam, nisi id in iure, vel iudicis sententia exprimatur. Sic *Paul. Imola, Turrecr. nu. 12. Greg. Lop. pro hac 9. sent. allegati.* Addunt tamen *Paul. & Imola, & Turrecr.* posse per sent. iudicis, subtrahi beneficium suspenso simpliciter ab officio, si ob culpam grauem suspensus sit, secus si ob leuem, nisi contempserit suspensionem, in moraque absolutionem petendi constituatur. Hinc infert *Nauarr. summ. Lat. c. 27. n. 160. Hisp. c. 28 additione ad n. 161. c. 27.* quem sequitur *Lud. Lop. 2. p instruct. c. 31. de suspensione, sit. Quo possit suspendere*, suspensum ab officio, eò quòd ante legitimam ætatem promotus est, nõ admittere beneficij fructus. Quia per eam transgressionem suspenditur solum ab officio.

11 Decima opinio, ait generaliter & indistinctè suspẽsum ab officio, esse à beneficio. Probatur, quia vbi duo sic se habent, vt vnũ accedat alteri, sufficit aliquem amoueri à principali, vt censeatur amotus ab accessorio: quia accessoriũ sequitur principale: *regul. Accessorium, de reg. iur. in 6.* & censetur vnũ & idem cum principali, *c. Eos, 81. d.* cùm ergo beneficium sit accessorium officio, datur enim propter illud *c. Cùm secundum, de prabend. d. c. fin de rescript. in 6.* remotus aliquis & suspensus ab officio, consequenter erit à beneficio. Et confirm. ex *c. Eos, 81. d. quod est Alexandri II.* ibi. *Eos qui officium diuinum derelinquunt, sicut se ab officio alienos faciunt, ita beneficio Ecclesiarum priuatos esse iudicamus.* vbi qui priuatur officio, priuatur quoque beneficio. Idẽ habetur *c. Si quis sacerdotum, ea d.* ergo idem in suspensione dicendum est, vt suspensus ab officio, sit suspensus à beneficio: quia eadem videtur esse ratio, quæ in priuatione, & cõsequenter idem ius *c. Translato, de constitut.* Secundò probatur ex *c. Præter hoc, 32. d. quod est Alexandri II.* vbi postquam clericus concubinarius declaratur suspensus ab officio, subiungit Pontifex, *Neque partem ab Ecclesia suscipiat*: ergo suspensus ab officio, censetur consequenter à beneficio suspensus. Sic *gloss. c. Latores, verb. Ab officio, de cler. excommun. ministr. & ibi Host. super verb. Ab officio, & ibi Anton. n. 11. Abb. n. 6. idem Abb. c. Vestra. nu. 8. de cohabitat. cler. idem Hostien. in sum. t. de verb. signif. ad finem, vers. Item quicumque suspensus est ab officio, Anchar. c. fin. n. 11. vers. 13. de clandest. despons. & ibi Præpos. n. 11. vers. Quinto. Bernardus Diaz. præct. crimin. in noua edit. c. 73. n. 1.* fauet expresè *Nauar. l. 1. consil. in 1. edit. t. 11. de temp. ordin. cons. 44.* vbi docet suspensum & irregularem non posse fructibus beneficij vti, nisi pauper sit ad se alendum.

12 Vltima tandem sent. cui adhæreo, asserit suspensum ab officio, non esse suspensum à beneficio, nisi expresè id declaretur. Prob. quia in iure interdum exprimitur suspensio ab officio & beneficio, *c. Tam literis, fine.* ibi, *Ab officio & beneficio denuncietis esse suspensos: de testib. & attest. & c. 1. de secund. nupt.* ibi, *Ab officio beneficioq; suspensum*, & *Tuarum de priuileg.* ibi, *Ab officio beneficioq; suspendas*: sed verba in decretis non debent esse superflua, sed aliquid operari debent, (vt probaui hoc 3. l. disp. 26. n. 6.) ergo dum non exprimitur, vt suspẽsio sit ab officio & beneficio, suspensus ab officio, non censebitur à beneficio suspensus. Secundò prob. suspensio ab officio & à beneficio, sunt diuersæ suspensionis species, vt colligitur ex iure, quandoque enim in iure ponitur suspensio ab officio, vt *cap. Quia in omnibus, fin. de vsuris, c. fin. de clandest. despons.* & quandoque à beneficio, vt *Cùm in cunctis, §. fin.* ibi, *Ab Ecclesiasticis beneficiis triennio noscantur esse se suspensos*, de electione: ergo suspensio ab officio, non inducit suspensionem à beneficio. Tertiò prob. quia constitutio pœnalis extendenda non est ad casum non expressum, satis enim est illam intelligi intra suam latitudinem, cum odia restringi, fauores conueniat ampliari, *reg. Odia, de reg. iur. in 6.* ergo constitutio suspendens ab officio, non extendenda, vt suspendat à beneficio. Quartò prob. quia suspensus ab officio potest licite gerere multa pertinentia ad beneficium, vt administrare ea, quæ ad se attinẽt, imò & aliqua pertinentia ad officiũ, vt recitare horas canonicas, &c. ergo per nudam suspensionem ab officio, nõ censetur aliquis absoluẽ suspensus à beneficio. Et confirm. quia non est datum beneficium clerico, vt solum ministret in spiritualibus, à quo ministerio remouetur suspensus ab officio, sed etiam vt administret in temporalibus, quod iure præstare potest suspensus ab officio: ergo cùm duo onera habeat, si suspendatur ab vno illorum onere, non trahitur suspensio ad aliud: arg. *l. Si maribus, C. de donat. inter vir. & vxor.* Secundò confirm. quia clericus non suspensus ab officio, si per vicarium, suum ministerium adimpleat, non amittit beneficij fructus, sed satis est si fructibus ministrãti vicario satisfaciat: argumento, *c. Cum ex eo, de election. in 6.* ergo similiter clericus suspensus ab officio, non ob id fructus beneficij amitteret: cùm vicarium ministrantem destinare possit, soluta sibi mercede ex aliqua reddituum beneficij parte. Tandem probat. quia ad summum rationes oppositæ solum probant, suspensum ab officio, carere debere emolumento, quod solum ob personale ministerium percipi potest, quando talis suspensus non exhibet illud ministerium, vt sunt distributiones quotidianæ, quas soli qui intersunt horis, lucrantur: non tamen probant, si suspensus ab officio, ministerium illud præstet, vt si horis interfit, quamuis peccet, non lucraturum eos fructus, & distributiones: satis enim probabile est canonicum excommunicatum, & suspensum, si interfit horis, lucrari distributiones, non obstante peccato, quod contrahit: prout docent *Nauarr. l. 2. de restit. c. 2. in noua edit. p. 2. difficult. 5. nu. 243. Enriquez l. 13. de excommun. c. 3. n. 3. & c. 14. nu. 3. fine, & c. 32. n. 3. in commentar. lit. X.* Et ratio est, quia quamuis peccarit in tali administratione & seruitio, ob quod in foro externo posset fructibus priuari, grauioique pœna plecti, at certum est illud ministerium fuisse tam vtile Ecclesiæ, ac si exhiberetur à ministro non suspenso: ergo ministerij stipendium percipere debet: possessor enim malæ fidei mercedem laboris in vtilitatem rei impensi percipit: ergo tantum probabunt illæ rationes suspensum ab officio, si non ministret, amissurum emolumentum præcisè debitum in ministerio, vt amitteret, licet suspensus non esset, si non ministret, si autem ministret, nihil perditurum: non ergo suspensus ab officio, est suspensus à beneficio. Hanc amplectuntur glossa *c. Presbyter si à plebe, 2. q. 4. verb. Suspendatur, & 1. Bonifacius Clem. fin. n. 48. de pœnis*, vbi hæc ait, *Possumus dicere, quod suspensus ab officio, siue perpetuo, siue ad tempus, siue simpliciter, siue à iure, siue ab homine, siue ex leui causa, siue ex graui, siue sit in mora petendi absolutionem, siue non, nunquam censetur suspensus à beneficio, nisi hoc in sententia exprimatur.* Idem tenet *Nauar. l. 5. consil. in 2. edit. t. de homic. cons. 41. num. 2. Perez. lib. 5. ordin. t. 1. l. 2. f. 31. §. In oppositum.* eandem sent. amplectitur *Lex. 17. tit. 9. p. 1.* quamuis tantum de suspensione iuris loquatur, ibi *Eso misma seria en aquellos que veda el derecho escrito, ca los que son vedados de officio, no son vedados de beneficio.* 13

Fateor tamen, vbi suspensio esset perpetua, & ob grauem delictum: posse sic suspensum, priuari ipso beneficij titulo. Quod optimè docuit *gloss. c. Presbyter si à plebe, 2. q. 4. v. Suspendatur, el 1.* vbi dicit suspensum ab officio non esse beneficio priuandum, nisi secundum ordinem iuris, propter scandalum, & cum magna laborat infamia. Et ita tenent *Paul. Imol. Turrecr.* vt retuli n. 10. ad fin. idem *Bonifac. & Perez. n. praced. alleg. Vgolin. de censuris, tab. 4. c. 6. §. 3. n. vnic.* 14

Ex his infertur decisio ad nostrum casum: parochus enim suspensus ab officio, quia interfuit matrim. clandestino, non est suspensus à beneficio. Quia *textus c. fin. §. fin. de cland. desponsat.* solum exprimit suspendendum esse ab officio: & probant rationes adductæ nu. 12. pro nostra sent. Et tenet in propriis terminis, *Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 221. n. 4.* contra *Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 39. f. 1060. col. 2.* dicentem esse etiam suspensum à beneficio. Quia est crimen

esset grave. Addit tamen *Manuel. ibi.* posse iudicem in hoc casu suspendere illum parochum à beneficio. Quia Trident. *sess. 24. c. 1. de matrim.* remittit Episcopi arbitrio pœnam. Sed Tridentum tantum loquitur, quando matrimonium clandestinum cui interest parochus, est nullum defectu numeri testium requisiti, in quo casu pœna suspensionis tollitur (vt dixi hoc 3. l. disp. 48. nu. 4.) Admittemus tamen posse iudicem suspendere eum parochum trientio à suo officio, eo quod interfuit matrimonio clandestino ob solam denunciationum omissionem, possumus suspendere simul à beneficio, quando culpæ grauitas hoc postularet, per *cap. fin. §. fin. de cland. desponsat.* ibi, *grauiter puniatur, si culpæ qualitas postulauerit.*

15 Tandem ad argum. nonæ senten. proposita n. 10. resp. suam aliæ sent. argumenta soluenda non attulerunt, prætet 9. & 10. sent.) Ad 1. die illum suspensum non posse interesse licitè officijs diuinis, in illis ministrando, posse tamen interesse validè, & ita lucrari distributiones. Ad 2. dic negandum esse eam doctrinam, dantur quippe distributiones, & fructus, ob assistentiam & ministerium vtile Ecclesijs, nec minus vtile est, quando illicitè præstatur. Ad 3. decimæ sententiæ, propositū nu. 11. dic maiorem esse verā, quando omnino amouetur principale, at suspensus ab officio multa potest beneficij ministeria obire, multisque privatur, quæ exercens peccat: at fructus comparat, vt in probatione vltimæ sent. num. 12. explicui. Ad confirm. respondeo tantum probare beneficiarium suum onus non implentem, fructus illi oneri respondentes amittere, at suspensus ab officio potest onus implere, & ita fructus percipere. Ad 2. respondet bene *Greg. Lop. 17. verb. El derecho, nu. 382.* in eo casu id euenire, quia in iure ita expressum est.

DISPVTATIO LII.

An parochus suspensus, quia interfuit clandestino, possit ab Episcopo absolui?

SVMMARIVM.

Referuntur opinio affirmans, posse Episcopum absoluere à suspensione illa triennali, de qua fin. de clandest. desponsat. n. 1.

Contraria tenetur, non posse à suspensione quandocumque ea desygnatum. n. 2.

An possit Episcopus virtute decreti Tridentini, sess. 24. cap. 6. de reformat. dat à suspensione lata in Tridentino sess. 24. de matrim. c. 1. in parochum assistentem matrimonio clandestino possit absoluere Episcopus, & eius vicarius. n. 4.

Solutiuntur argumenta. n. 5.

QVIDAM aiunt parochum triennio suspensum, eò quod interfuit clandestino, iuxta *c. fin. §. fin. de cland. despons.* posse absolui ab Episcopo, ab ea suspensione. Probant ex *c. Nuper, de sent. excom. vers. In 2. casu*, ibi, *Quia conditor non tam canonis sibi absolutionem specialiter non retinuit, eo ipso tamquam sibi absolutionem specialiter non retinuit, eo ipso tamquam sibi absolutionem videtur alijs facultatem relaxandi.* Vbi quamuis textus loquatur de excommunicatione, quæ non reseruatur à canonis conditore, vt eo ipso eius absolutio concessa videatur Episcopo: at eadem ratio est de suspensione non reseruata, & sic idem ius debet esse. Quare *Innoc. c. 2. de sent. fin.* idem dicit de suspensione, per *d. c. Nuper*, sed suspensio illa triennalis non reseruatur *d. c. fin.* ergo potest ab ea Episcopus absoluere. Secundò, quia eius est absoluere, cuius est ligare, sed hæc suspensio triennalis non incurritur ipso iure, sed ministerio Episcopi imponenda est (vt dixi hoc 3. l. disp. 84. nu. 2.) ergo Episcopus eam imponens potest ab ea absoluere. Ita docent *Host. d. c. fin. super vers. Ex nonnullis, & ibi Ioan. and. nu. 11. Præpos. n. 11. Barthol. à Telesp. lib. 11. de matrim. post 6. concl.* Imò idem dicunt de proprio parocho, nempe, posse absoluere ab ea suspensione triennali, *Hostiens. Ioan. Andr. & Præpos. ibid. per notata, d. c. Nuper*, vbi communiter DD. fatentur posse Episcopum absoluere ab excommunicatione canonis absolutionem minimè reseruantis.

2 Tenendum tamen est, non posse Episcopum ab ea suspensione absoluere. Primò, quia licet teneamus communem opinionem, vt suspensus à iure non reseruanti absolutionem, possit ab Episcopo absolui: id habebit verū, vbi quis à iure suspenditur indefinitè, nullo, scilicet, designato termino, secus vbi terminus suspensionē adiicitur: vt contingit hic: cùm enim iure definitum sit tempus, Episcopus qui inferior est, non poterit eam suspensionem relaxare. Et confirm. quia illa constitutio *d. c. fin.* est edita in concilio generali Lateranensi, at Episcopus nequit in conciliari constitutione dispensare, vt communiter annotant DD. *c. Ad sic clerici. § finali, de iudicijs*: ergo. Et fortius hæc sententia locum haberet, tenendo quamcumque suspensionem ob delictum impositam, non posse per Episcopum tolli: vt tenent *glos. c. Cupientes, §. Caterum, verb. Suspensos, de elect. in 6. Abb. c. Tam literis, n. 3. de testib. & attest. & ibi Aretin. n. 23. Nauar. sum. c. 27. Hisp. n. 163. vers. Lo tercero, Lat. n. 162. vers. Septimò*, cum multis alijs, quare definitionem *d. c. Nuper*, de excommunicatione non reseruata extendere noluit ad suspensionem non reseruatam: est enim longè dispar ratio. Quia absolutio excommunicationis debet necessariò præmitti absolutioni peccatorū, & ideo vt saluti animarum consuleretur, opus fuit facile cōcedere absolutionem excommunicationis, vnde dum non reseruatur, concedi censetur Episcopo, & parocho: quæ ratio in suspensione non militat. Quare hanc sent. vt non posse Episcopus absoluere à suspensione, cui certus terminus adijcitur, docent *glos. Clem. 1. §. Verum; verb. Excommunicationis, de hæretic. Bonifac. ibi, num. 187. vers. Sexta conclusio, Imola ibi, n. 18. Abb. c. Quam sit, fine, de excessibus prælat. Felin. c. Nuper, de sent. excomm. n. 1. vers. in contrarium, Bernard. Diaz. pract. in noua edit. c. 73. n. 3. Syluester v. Suspensio, q. 8. dict. 3. Conar.* appellans falsam, oppositam sent. 4. *decret. 2. p. c. 6. init. num. 14. & 15. Præpos. d. 50. in sum. Perez lib. 5. ordin. t. 1. l. 1. f. 33. vers. Contrariam sententiam, Enriquez l. 13. de excomm. c. 35. nu. 2. Iud. Lopez 2. p. instruct. c. 31. de suspensione, t. de absolut. à suspensione: & de matrim. c. 39. f. 1060. col. 2. Vinald. Cansel. 2. p. de suspensione, n. 130. Manuel 2. tom. sum. c. 69. n. 2.*

3 Nec potest Episcopus ab ea triennali suspensione absoluere, virtute decreti *Trident. sess. 24. c. 6. de reform.* Quia ea suspensio non incurritur ipso iure, sed per sententiam iudicis, (vt dixi disp. 48. n. 2.) cognitione præmissa de delicto, atque ita id delictum iam ad forum contentiosum deductum est, in quo casu nulla facultas conceditur Episcopo *d. c. 6.*

4 A suspensione tamen ipso iure imposita, in *Trid. sess. 24. c. 1. de matrim.* parocho, vel alij sacerdoti coniungenti, aut benedicenti alienos parochianos, absque licentia proprij parochi, non solum Episcopus, sed eius etiam vicarius generalis potest absoluere: vt constat ex illis verbis, *eo d. c. 1. Ipso iure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab ordinario eius parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluatur*: nomine autem ordinarij comprehenditur vicarius generalis Episcopi, & quicumque alius habens iurisdictionem ordinariam: (vt dixi hoc 1. l. disp. 29. n. 5.) non tamen hic ordinarius absoluturus, debet esse ordinarius iudex suspensi absoluendi, sicut in aliis absolutionibus & dispensationibus contingit: sed debet esse ordinarius illius parochi, cuius erat illud matrim. celebrare, aut benedicere. Vt expresse dicitur *d. c. 1.*

5 Ad argum. prioris sent. resp. Ad 1. illam æquiparationem posse habere locum, vbi suspensio sine temporis præfinitione ponitur: in quo etiam casu dispar est ratio, vt dixi n. 2. Ad 2. dic eiusdem esse soluere, cuius est ligare, si propria auctoritate liget, secus si ministerio alieno: at Episcopus non imponit suspensionem illam propria auctoritate, sed auctoritate Concilij generalis sibi præcipientis vt imponat, nec committentis absolutionem.

DISPVTATIO LIII.

An pœnæ matrimonij clandestini incurrantur ante iudicis sententiam?

SVMMARIVM.

Suspensio parochi assistentis clandestino, & amissio beneficiorum quā clam contra-

contrahentes, & testes incurrunt, per l. 49. Tauri, indigent iudicis sententia: non autem inhabilitate ad sic contrahendum, n. 1.

An exhæredatio imposita clam contrahentibus, exigat iudicis sententiam; proponuntur argumenta probantia exigere, n. 2. Et illi non tenentur ab hæreditate abstinere, donec primatur, n. 3.

Pater ad exhæredandum non indiget iudicis sententia, n. 4.

Vt exhæredatio suum plenum consequatur effectum, opus est sententia iudicis, & vt fratres causam probent, n. 5. Et solumtur argumenta, num. 6.

An exigatur sententia iudicis, vt filij nati ex clandestino inualido, parentibus ignorantibus impedimentum, sint illegitimi proponuntur argumenta ad probandum exigi, n. 7.

Non exigitur sententia, n. 8. Et ibi, quando priuatio imponitur non vt pœna delicti, sed ob defectum conditionis requisitæ, non est necessaria sententia. Et de significatione dict. num. Verum, & non est pœna quæ nihil de iure acquisito minuit.

Et solumtur argumenta, n. 9.

1 DE suspensione triennali, imposita parocho assistenti clandestino, iam diximus hoc 3. lib. disput. 48. num. 2. eam non incurri ante iudicis sententiam. Inhabilitatem autem, quam clam contrahentes incurrunt, ad clam contrahendum, certum est nullam desiderare sententiam: quia non est propriè pœna, sed defectu solemnitatis inducitur: (vt dixi hoc 3. lib. disput. 17. n. 11.) Similiter amissionem bonorum quam clam contrahentes, & testes ipso facto incurrunt, iuxta *l. 49. Tauri*, manifestum est exigere sententiam declaratoriam. Et docent *Ioan. Lup. l. 49. Tauri, nu. 7. Minchaca de success. creat. l. 1. §. 10. nu. 664. Matienzo lib. 5. recop. t. 1 l. 1. gl. 2. n. 4. Acebed. cod. l. 1. n. 41.*

2 De duplici autem pœna potest esse difficultas. Altera est, exhæredationis: altera verò illegitimitatis, de quibus seorsum agendum est. Circa exhæredationem ergo, videtur exigi iudicis sententiam. Primò, quia *l. 49. Tauri*, vbi eam pœnam statuit, addit accusationem eius criminis solis parentibus deferri, at vbi est accusatio, debet esse iudicium, iudicisque sent. ergo. Et confirm. quia eundem esse accusatorem, & iudicem, aduersatur iuri naturæ: si ergo parentes sunt accusatores eius delicti, vt filia exhæredetur, non possunt esse iudices eam exhæredationem exequentes, sed debet adesse alterius iudicis sententia. Secundò probatur, quia ea est pœna, & sanè grauissima, ergo exigit iudicis sententiam, iuxta tritum axioma, pœna non debetur ante iudicis sententiam: quod cum *D. Thom. 2. 2. q. 62. a. 3. ad 3.* ample cluntur omnes Theologi, & cum *gloss. c. Fraternitas, verb. Cum augmento, 12. q. 2.* iuris vtriusque professores. Tandem, quia pater exhæredans filium, tenetur causam exhæredationis probare, vt habetur expresse *auth. Non licet, C. de liber. præter. iuncta glossa verb. Probetur, & l. 10. t. 7. p. 6.* ibi, *ha menester que quando el padre quisiere que vala su testamento, e ouier saber desheredar su hyo, que muestre razon porque lo faze, pero no deue ser creido à menos de la probar el mismo, o aquellos que establecierre por herederos*: ergo debet esse iudex coram quo probetur, & consequenter eius sententia desideratur.

3 Prima conclusio. Filius vel filia clam contrahens non tenetur ab hæreditate parentum abstinere, antequam hæreditate priuetur. Quia est pœna, & subinde nullus tenetur eam sibi inferre. Sic *P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 176. f. 1041. §. Illud vniuersim.*

4 Secunda conclusio. Pater conscius causæ sufficientis exhæredandi, potest nulla præmissa iudicis sent. exhæredare. Prob. ex *auth. Vt cum de appellatione cognos. §. Sine igitur, & l. fin. in fin. tit. 8. p. 6.* ibi, *de ximos que el yerro que el padre pusiere al hyo en el testamento, para desheredarlo, el heredero que estableciere, es tenudo de lo probar.* Ex quibus locis constat non exigi iudicis sententiam, vt pater exhæredet filium, siquidem ante eam potest pater id facere, sufficitque, vt ipso mortuo hæredes probent legitimam adfuisse causam. Deinde, quia quamuis hæc sit pœna, non tamen executioni mandatur, donec causa coram iudice probetur, sententiaque feratur: ergo vt solum pater vtatur iure suo, explicans suam exhæredandi voluntatem, eiusque causam, cum ob id non efficaciter soluenda sit pœna, donec iudicis sententia accedat, ea non exigitur.

Tertia conclusio. Vt exhæredatio suum omnimodo consequatur effectum, est necessaria iudicis sent. Prob. quia quamuis pater exhæredet, at tenetur ipse, vel hæredes causam probare, quòd si in probatione succubuerit, carebit effectu exhæredatio, ergo vt illum omnimodo consequatur, est opus sententia iudicis, declarantis iustitiam causæ, & sufficientiam probationis.

Ad argum. proposita n. 2. respondetur. Ad 1. non esse mentem legis, exigi vt prius pater obijciat crimen, deferatque in iudicium, vt exhæredet, sed denegare cuilibet alii actionem obijciendi causam exhæredandi. Ad confirm. dico parentum non esse vltimum iudicem, cuius iudicio lis terminanda est, quod tamen ipse exhæredet inferens causam coram alio probandam, vt sic lis terminetur, non esse contra ius naturale. Ad 2. & 3. respondetur concludere, exigere iudicis sententiam, vt suam habeat perfectam & omnimodam executionem: & idem concludit tertium argumentum, quod nos fatemur: non autem indigere iudicis sententia, vt pater incipiat exhæredare, ex causa legitima probanda coram iudice, lite mota à filio contra patris exhæredationem.

Circa alteram pœnam, filios ex clandestino matrimonio inualido genitos, esse illegitimos, non obstanti parentum ignorantia, circa impedimentum: videtur opus esse iudicis sententia. Quia *c. fin. §. Si quis vero, de clandest. desponsat.* vbi ea pœna statuitur, sic ait, *proles de tali matrimonio suscepta, prorsus illegitima censeatur*: quod verbum, Censeatur, cùm sit futuri temporis, exigit iudicis sententiam, nec sententiam latam continet, sed ferendam. Vt de verbis futuri, tradit *Tiraquell.* cum multis per eum relatis, *l. si quam, verb. Reuertatur, n. 39. C. de reuocand. donat.*

Dicendum tamen absque dubio est, nullam exigi iudicis sententiam. Primò, quia quando priuatio imponitur, non vt delicti pœna, sed ob defectũ cõditionis requisitæ ad gaudendum aliquo priuilegio, nulla desideratur sententia: verbi gratia. in *Trident. sess. 23. c. 6. de reform.* statuitur, vt non gaudeat priuilegio fori, clericus minorum ordinũ carens beneficio, si non gestet habitum clericalem. Et *&c. vnic. de cleric. coniug. in 6.* vt clericus coniugatus non gaudeat priuilegiis clericalibus, nisi cum vnica & virgine contraxerit, & tamen clericus carens ibi requisitis non gaudebit priuilegiis absque alia sententia. Quia ea priuatio ponitur ob defectum conditionis, ad gaudendum requisitæ. Sic ergo contingit in nostro casu, nam *c. fin.* imponens eam illegitimitatem, verè non continet pœnam, sed explicat deficere conditionem requisitam, vt filij nati ex matrimonio putatiuo, sint legitimi: ideo enim erant legitimi, iuxta *c. Ex tenore, qui filij sint legitimi*, quia aderat iusta impedimenti ignorantia in parentibus, vnde ad eam legitimitatem, hæc iusta ignorantia erat conditio requisita: quam deficere in matrim. clandestino, explicat *d. c. fin.* ibi, *cum illi aliter contrahendo non experti scientiæ, vel saltem affectatores ignorantiæ videantur.* Secundò, quia quando verbo futuri, iungitur particula aliqua suapte natura importans latam sententiam, non est opus sententia ferenda, sed continet sententiam latam: vt docet *Tiraquel. l. si quam. verb. Reuertatur, n. 75. C. de reuoc. donat.* huiusmodi autem est dictio, Prorsus, apposita in *d. c. fin.* ibi, *prorsus illegitima censeatur*: vt plurimis citatis docet *Tiraq. co. verb. Reuertatur, n. 87.* Tandem, quia cum pœna non minuit aliquid de iure pristino quæsito, vel incœpto acquiri, non est propriè pœna iudicis sent. expectans. Vt tradunt *Ioan. Andr. c. fin. de elect. in 6. nu. 5. vers. In gloss. 2. & ibi Dominic. nu. 18. vers. Nota incidenter illud dictum, Bald. l. Nemo martyres, ad fin. C. de sacrosanct. Eccles. Beronius c. 2. n. 27. fine, de constitut.* at in hoc casu nil minuitur de iure acquisito, vel cœpto acquiri.

Ad argum. propositum nu. 7. dic verbum futuri continere sent. ferendam, quando non adiicitur aliqua particula, quæ latam importet, & quando non est defectus conditionis requisitæ, at hic dicitur particula, Prorsus, sententiam latam importans, & deficit conditio requisita ad legitimitatem.

DISPV-

DISPVTATIO LIV.

An solius iudicis Ecclesiastici sit has pœnas inferre laicis clam contrahentibus, possitque inhibere iudicem secularem in hac causa procedentem?

SVMMARIVM.

Referuntur opiniones asserentes esse solius iudicis Ecclesiastici, & posse per illum inhiberi secularem, n. 1. Et alia solum secularem posse punire laicos contrahentes n. 1.

Quid si ambo fori, deturq; locus præuentioni, n. 3.

Quid si conflet de matrimonio clandestinitate, sed quæstio sit, an matrimonium clandestinum, vt solum censentur legitimi ob bonam parentum fidem, an possit cognoscere iudex secularis? n. 4. Et explicatur ibi, c. Tuam de ordine c. 50. & quando sit quæstio iuris & quando facti. Et pro hac tertia conclu. & casibus seruanda sint in foro Ecclesiastico, & secularis n. 5.

Quando Ecclesiasticus possit inhibere secularem, ne testes deponant coram illo, vt non puniat clam contrahentes, n. 6.

Quando secularis non condignè puniens laicum clam contrahentem, possit secularis iterum punire? & idem in criminibus aliis mixti fori, num. 7.

Quid si secularis prius punierit, sed minus dignè, an possit Ecclesiasticus iterum punire, n. 8.

1 QVIDAM aiunt, solius iudicis Ecclesiastici esse, has pœnas imponere. Prob. quia causæ matrimoniales ad solum iudicium Ecclesiasticum pertinent, *c. Tuam, de ordine cognit.* ibi, *tuam non credimus latere prudentiam, causam Ecclesiasticum pertinet,*) *esse delatam. & in Trident. sess. 24. can.* 12. De qua re consulendus est *Bellarm. l. 1. de matrim. c. 32.* Et confirm. quia punitioni clam contrahentium, necessario, vt constet num deliquerit, at hæc cognitio pertinet ad iudicem Ecclesiasticum, cum matrimonij subitantiam tangit: ergo & punire clam contrahentes. Sic tenet *Alex. de Nono cap. fin. §. Sanè, n. 5. de clandestin. desponsat.* allegat pro eam Episcopo reseruatos, numerat imponere pœnitentiam clam contrahentibus: quam *ibi Francus n. 8.* dicit sinistre intelligi, licet eam explicet de foro pœnitentiali. Idem tenet *Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. initio, nu. 21.* vbi dicit posse secularem iudicem per Ecclesiasticum inhiberi, eo casu quo de matrim. adhuc non constat, vt libertius possint testes coram Ecclesiastico de matrimonij veritate deponere.

2 Alij verò docent solum iudicem secularem posse punire laicos clam contrahentes. Quia ius canonicum non potest punire pœnam contrahentibus, nec testibus. Sic *Castillo* 3 *Pereira conci.* Hoc delictum est mixti fori, vnde iudex quicumque prærenerit, siue Ecclesiasticus, siue secularis, puniet hoc delictum. Prob. quia hæc est quæstio facti, & nō iuris, non oportet cognoscere ad hoc puniēdū, de valore matrimonij. Sic docent *Minchaca de successionū creat. l. 3. §. 26. n. 69. Azebedo lib. 5. recop. 2. 1. 1. n. 42. & 46. Gutier. 2. pract. q. 2. n. 1.*

4 Hoc tamen intelligit *Azebedo co. n. 46.* quando constat de matrimonij clandestinitate, si enim de hac non constaret, dicendum esset prius per iudicem Ecclesiasticum, an esset clandestinum, vt posset iudex secularis contra laicos procedere. Pro qua sententia facit *Couar. 4. decret. 2. p. cap. 8. §. fin. n. 1.* vbi magis propendet in eam sententiam, vt iudex secularis non possit cognoscere de causa matrimoniali, etiam quando est quæstio de facto: quam tenet *Couar. co. n. 42.* & *Paramus ff. de iurisdict. omnium.* At verius est, posse secularem iudicem cognoscere, an matrimonium sit clandestinum. Quia est quæstio de facto, & non de iure: vt tenent omnes quos refert *Couar. cod. §. fin. nu. 3.* & optimè *Barbosa de alien. l. Titia, 31. n. 36. ff. solut. matrim.* vbi dicit non posse *c. Tuam. de ordine cognit.* loquitur enim de Regina Cypri, quam non est verisimile natam esse ex personis, de quibus dubitaretur, an matrim. de facto contraxissent, sed an fuisset legitimum: & sic vertebatur quæstio iuris, pertinebatque ad iudicem Ecclesiasticum: at si esset quæstio, an matrim. esset contractum de facto, iudex secularis esset competens: similiter si in specie illius *c. Tuam*, esset quæstio, an matrimonium esset contractum in facie Ecclesiæ, vel clam, vt sic constet an filius sit legitimus ob bonam parentum fidem, iuxta *c. Ex tenore, qui filij sint legit.* secularis iudex potest cognoscere: quia pertinet ad factū, & facta pronunciatione super facto, proles censetur legitima, vel illegitima. Hæc *Barbosa ibi.*

Hinc fit ius canonicum, & ciuile, in punitione clandestini matrimonij, veluti vnum ius reputari, vt alterius iuris decisiones, & pœnæ, in vtroque foro seruandæ sint, Ecclesiasticо, scilicet, & seculari, vbi non reperiuntur cōtrariæ: ius enim ciuile procedit adiuuando canonicum. Sic *Minchaca d. §. 26. n. 70.* 5

Secunda conclusio. Iudex Ecclesiasticus potest inhibere secularem, vt tantum deponant testes coram eo de valore matrimonij: vt dixit *Couar. 4 decret. 2. p. c. 6. init. num.* 21. non vero respectu punitionis: cum sit mixti fori, & ita locus detur præuentioni. Prob. prior pars, quia cum ad iudicem Ecclesiasticum spectet de matrimonij valore tractare, potest consequenter iudicem secularem compellere, vt permittat testes coram se de hoc deponere. Sic *Gutier. 2. pract. q. 2. n. 1.* vbi hoc restringit, ante Tridentinū habuisse verum, dum matrimonia clandestina, valida erant: cum tamen modo irrita sint, iam (inquit) non est opus testes deponere coram Ecclesiastico iudice, de matrimonij valore. Sed immerito sic restringit: nam etiam modo potest esse necessaria testium depositio coram Ecclesiastico iudice: vt si aliquis intenderet matrimonium celebratum coram parocho & testibus, omissis denunciationibus: (quod clandestinum est, vt diximus hoc 3. lib. disp. 1. n. 7.) esse inualidum: quia contrahentes non præbuerunt signa externa consensus, aut quia intercessit metus, vel quia parochus non attendit, vel allegaret testes absque parocho interfuisse. 6

Tertia conclusio. Si iudex Ecclesiasticus nō condignè puniat clam contrahentes, posset eos iudex secularis retum punire, non secus ac si puniti non essent: ita tamen, vt hæc secunda punitio temperetur, ac condigna sit, habita ratione pœnæ ab Ecclesiastico impositæ. Probatur ex *c. 2. de maledicis, ibi, per temporalem præterea potestatem:* & per *c. Felicis, ad finem, de pœnis, vers. Per hoc,* ibi, *per hoc quoque secularibus potestatibus non aliter nos facultatem vtendi legibus, contra tales.* Sic *Minchaca de successionū creat. l. 3. §. 26. num. 69. Gutier. lib. 2. practic. q. 2. n. 1.* & in genere non condignè punitum ab Ecclesiastico, posse per secularem puniri, si est laicus, & crimen est mixti fori, docent *Abb. c. 1. de offic. ordin. fine, Felinus c. Quod olim, de Iudæis, fine, Couarr.* multos alios referens *cap. Raynutius, initio n. 19. de testam. Marantapract. 4. p. s. An sit iudicium ciuile, vel criminale, n. 27.* vbi eius additionator multa allegat. Et consulendus est *ibi Maranta, nu. 19. & p. 6. cit. Et perueniturr aliquando per viam inquisitionis, num. 92. 100. & sequ.* vbi disputat quid dicendum sit de eodem iudice, quando prius insufficienter punierat. Idem tenet *Anton. Gomez l. 3. var. c. 1. n. 40. Iul. Clarus l. 5. receptarum, pract. crimin. §. fin. q. 57. vers. penult.* dicens esse communem sententiam, *Ant. Cucus l. 2. institut. maior. tit. 6. n. 99. Anast. Germonius de sacrorum immunitate, l. 3 c. 12. n. 84. & 86.* 7

Adde cum *Ant. Gom. & Iul. Claro ibidem, & Ant. Cuco nu.* 98. ex mente omnium colligi, mixti fori criminis reum, prius per secularem iudicem punitum, non posse amplius per Ecclesiasticum puniri. Quia inflicta pœna per secularem, censetur semper competens, & grauior ex iurisdictionis qualitate. Quod bene intelligit *Iulius Clarus*, dummodo pœna corporalis, vel pecuniaria per secularem imposita, non esset leuior imponenda per Ecclesiasticum. Pœna (inquam) corporalis, vel pecuniaria: quamuis enim excommunicationis pœna quam passim imponunt Ecclesiastici, sit omni corporali grauior; at in hac re non est inter graues pœnas computanda, cum potius medecinalis sit, quam afflictiua, *c. 1. de sent. excommun. in 6.* 8

LIBER QVARTVS
DE
CONSENSV COACTO.

Diuisio totius libri.

Egimus duobus libris superioribus, de consensu matrimonij in genere, & de clandestino. Jam hoc quarto libro, de consensu metu extorto, disputandum est. Cuius disputatio vtilissima est, eo quod metus in omnibus contractibus, in votis religionisque professione potest interuenire. Primò igitur agemus de metu in genere, quando leuis sit, quandóue in virum constantem cadat. Deinceps, quando irritet cæteros contractus, tam in foro externo, quàm conscientiæ, ita vt metu extorta restitutioni obnoxia sint. Tandem, quando irritet ipsum matrimonium.

DISPVTATIO I.

Quid, & quotuplex sit metus, quasq; conditiones petat, vt cadens in virum constantem sit?

SVMMARIVM.

Violentum, & coactum omnino, quid sit? num. 1 Et an actus voluntarij possit esse coactus, n. 2.

Quæ metu fiunt sunt voluntaria, inuoluntariáq; conditionaliter, nu. 3. Et an potius voluntarijs accedant? refertur opinio negans, n. 4.

Potius voluntarius accedant, & secundum quid sunt inuoluntaria, n 5. & explicatur c. Maiores, §. Item quæritur, de baptismo. Et quando metus excuset à culpa, n. 6.

Traditur, & explicatur definitio metus, nu. 7. Et diuiditur in quintuplicem, n. 8.

Diuiditur timor in cadentem in virum constantem, & inconstantem: & explicantur nomine quibus in timores appellari solent: & cur ille dicatur timor cadens in virum constantissimũ, à Iurisconsulto, n. 9.

Quot conditiones petat metus cadens in virum constantem? & an oporteat vt malum quod timetur graue sit? n. 10.

An hæc grauitas mali consideretur secundum se, vel comparatiue ad minus malum? refertur opinio dicens satis esse qualecumque malum leue sit, respectu leuioris mali, n. 11.

Verior opinio, requirit vt malum sit in se graue. n. 12.

Timor viri constantis potest accipi generalissime, vt distinguitur contra metum, quo aliquis dubius, imprudenter & inconstanter agit, aut proprie, vt ista eum considerant, n. 13.

Refutatur opinio dicens, si timidus leue malum valdè timeat, esse metum viri constantis, n. 14.

Exigitur ad metum viri constantis, vt timens rationabiliter credat malum sibi imminere. n. 15.

Non requiritur vera mali illatio, sed probabilis timor proximæ illationis, n. 16. & ibi, explicatur l. Metum autem præsentem, ff. de eo quod metus causa.

Iusta & probabilis suffitio metus, habetur pro metu, n. 17.

Timor violentus inferendæ, vitiat electionem, n. 18.

An oporteat, vt minans potens sit exequi malum comminatum, n. 19.

An exigatur, vt solitus sit exequi: & in eodem genere mali quod comminatur, n. 20. & 21.

Quid, si tantum semel minas sit executus, num. 22. & ibi, Vnicus actus non probat consuetudinem: & resumitur, quid in dubio an solitus sit exequi, & ibidem, quid si ex alio efficio iudex, vel vir in priori matrimonio minas executus est?

Quod si timens facile occurrere possit malo, quod timet. n. 23.

1 SVPPONENDVM est primò duplicem esse vim: quandam absolutam, quandam verò conditionalem. Vis absoluta est, quæ violẽtũ simpliciter, & omnino coactũ, ac contrariũ volũtati, efficit. Quod sic definitur ab *Arist. 3. ethic. c. 2. Violentũ est, quod fit ab extrinseco, passo nõ conferente vim*, id est, nõ concurrente: quo modo violetus esset motus Christiani, quo raperetur vi; traheretur ad idoli templũ, eiusq; manus vi corriperetur ad thuribulo adolendum idolis, omnino repugnanti volũtate: quod idẽ aliis verbis docuit *Iurisconsl. 1. 2. ff. de eo quod met. causa*, ibi, *vis est maiorus rei impetus, qui repelli nõ potest.* Vnde sit vt cũ omnino deficiat volũtariũ, excuset à culpa.

2 Secundò supponendum est, an consensus aliquis volũtatis, possit esse coactus? de qua re latè tractatur per D. Thom. & DD. 1. 2. q. 6. a. 4. & 4. d. 29. q. 1. a. 1. vbi vniuersi cum D. Th. concludunt nullum consensum voluntatis, id est, actum illicitum à voluntate, posse esse coactum simpliciter. Quod idem docuit *Arist. 3. Ethic. c. 1. & D. Greg. Nyss. l. 4. Philosoph. c. 1.* quod sic explicat *D. Thom. d. a. 4.* duplex est voluntatis actus, quidam ab ipsa imperatus, & per alias potentias exercitus: vt ambulare, mouere membra: & quoad hos actus potest omnino & simpliciter volũtas cogi: possunt enim externa corporis membra vi arripi, ne voluntatis imperio obsequantur. Alius est actus à voluntate elicitus, propriusque ipsius: vt velle, aut nolle: & hic actus nullo modo potest esse coactus simpliciter. Et ratio est aperta, quia violentum simpliciter, (vt dixi) est quod fit ab extrinseco, passo non conferente vim, at quandocumq; voluntas consentit vel dissentit, iam confert vim, cum eliciat illum actum consensus aut dissensus, ergo nullus eius actus, est violentus simpliciter. Et confirm. quia omnino repugnat aliquam volitionem esse in me, & meam voluntatem non esse principium eius elicitiuum, volitio enim est actus vitalis, qui non nisi à principio vitali intrinseco dimanare potest: ergo repugnat vt voluntas illi volitioni non conferat vim, & consequenter repugnat esse omnino & simpliciter violentam.

Hinc manifestè infertur, quæ metu quantumcumque graui fiunt, esse simpliciter & absolutè voluntaria & libera: & ita metum non inferre vim præcisam, sed conditionalem, quia, scilicet, secluso metu voluntas nollet. Ita dixit *Iurisconsultus, l. Si mulier, 21. §. Si metu coactus, el 2. ff. de eo quod met. caus.* ibi, *quia quamuis si liberum esset, noluissem, tamen coactus volui.* Et *l. Cum proponas, C. de hered. inst.* ibi, *potuit enim quamuis iubente domino nolle adire.* Item probatur ex *l. Si procuratus, ff. qui, & à quibus, & c. Merito, 15. q. 1.* Quod idem agnouit *Arist. 3. Ethic. c. 1. D. Th. & eum eo reliqui 1. 2. q. 6. a. 6. & 4. d. 29. q. 1. a. 1.* Prob. primò, quia metus nõ alia ratione potest adimere libertatẽ, nisi propter coactionem, sed nõ habet coactionẽ simpliciter, cũ voluntas cõcurrat: ergo nõ adimit libertatẽ simpliciter. Secundò, quia ad libertatẽ simpliciter, satis est vt possit aliquis elicere, & nõ elicere actũ, sed metu coactus potest absolutè nolle, ergo liberè vult.

Meritò tamen dubitari potest, cum metu extorta, mixta sint ex voluntario & inuoluntario, an magis accedant ſpontaneis, ac proinde simpliciter & absolutè volũtaria? & libera appellanda sint, & secundum quid inuolũtaria? vel propriè & absolutè inuoluntaria, & secundum quid voluntaria? Nam *Decius reg. Velle, 4. ff. de reg. iur. n. 2. & 3.* tuetur metu gesta, esse propriè & verè inuoluntaria, & tamẽ secundum quid voluntaria. Quod prob. primò, quia *l. Si mulier, §. Si metu coactus, el 2. ff. de eo quod metu causa*, non dixit *Iurisconsultus* absolutè, volui, sed coactus volui. Et post *Iurisconsultus* absolutè, volui, sed coactus volui. Et post siùs vrget *c. Maiores, §. Item quæritur, de baptismo, vers. Propter quod*, ibi, *Is qui terroribus atque suppliciis violenter attrahitur ad baptismum, tanquam conditionaliter volens, licet absolute non velit, cogendus est ad obseruantiam fidei Christianæ.* Si ergo conditionaliter est voluntarium, & absolutè inuoluntarium,

quo

quod enera extorquetur, erit secundum quid tantùm voluntarium: quod enim sub conditione est tale, est secundum quid tale. Secundò, probatur ex *Arist. 3 ethic. c. 1.* vbi absolutè dicit, esse inuita quæ metu fiunt.

5 Cæterum dicendum est magis accedere consentaneis, dicique simpliciter voluntaria, & libera, & secundũ quid involuntaria, quæ metu extorquentur, quia cessante metu non elongatur. Vt egregiè docet D. Tho. 2. 2. q. 6. *art. 6.* quem alij sequuntur, *Durand. 4 d. 29. q. 2. ad 2. & Nauar. summ. Lat. praludio 6. n. 4. Couar. 4. decret. p. 1. c. 4. §. 1. un. n. 12.* Et ratio D. Thomæ est, quia vnumquodque simpliciter & absolutè dicitur secundum hoc quod est in actu, & in rerum natura; at secundum id quod est in apprehensione, non dicitur simpliciter tale, sed secundum quid, sed metu extorta volitio, secundum id quod est in actu, & in singulari, attentis partibus circumstantijs est elicita a voluntate & electa, prout est impedimentum maioris mali, quod timebatur: est autem inuoluntaria, vt est in apprehensione, in quantum apprehensa extra hunc casum, & exclusis his singularibus circumstantijs, non eligeretur: ergo simpliciter est voluntaria. Nec obstant adducta in contrarium: quia *Iurisconsultus* tantum voluit non esse omnino voluntarium, metu gestum, sed mixtum. Ad *c. Matter*, dico tantùm velle, esse conditionaliter voluntarium, & absolutè inuoluntarium quoad apprehensionem, non tamen quoad actionem ipsam: vt explicui. Quare rectè dixit D. Tho. *d. art. 6. in solut. ad 3.* quod metu geritur, esse absolutè voluntarium: quia vt actu geritur, est voluntarium: & esse inuoluntarium sub conditione, id est, vt est in apprehensione: voluntas enim nollet, si talis metus non immineret. Eodem modo respond. ad Aristot. testimonium: intellexit enim esse inuita & inuoluntaria in apprehensione.

6 Hinc fit, metum quantumcumque grauem, non excusare à culpa, in ijs quæ intrinsecè mala sunt, veniali quidem, si abijs seclusio metu esset veniale; & mortali, si seclusio metu esset peccatum mortale. Quia gesta metu, sunt simpliciter voluntaria: & tenemur potius mortem subire, quam aliquam culpam, etiam venialem admittere. Tenet D. Augustino, cuius dictum refertur *c. Primum, & c. Ne quis, 22. q. 2. & D. Tho. 2. 2. q. 110. a. 3. ad 4.*

7 His suppositis, ad definitionem metus descendendum est, sic enim definitur ab *Vlpiano Iurisc. l. 1. ff. de eo quod metus causa*: est instantis periculi, vel futuri causa, mentis trepidatio. Dicitur mentis trepidatio. Quia ortum habet metus ex forti imaginatione periculi futuri, prope iam imminẽtis: dicitur, instantis, quia valde remota pericula non timentur, nec mentem perturbant, teste *D. Augustino serm. 1. post octauam paschatis, Dominica secunda.* Vnde fit, vt cum omnes certo certius norimus nos morituros, mortem tamen quam valde distantem, minime timeamus. Dicit instantis, vel futuri, quia nondum periculum euenit. Quæ clausulæ constituunt ex conditionibus ad iustum metum requisitis, quas n. 10. & seqq. explicabimus.

8 Metus autem in communi, sic diuiditur à *Zasio Instit. de actib. §. Quadruplex, n. 10. & Bursato cons. 72. n. 11. vol. 1.* vbi alios refert. Alius est metus concussiuus, qualis est is qui per fustes infertur. Alius est, impressiuus, qui dicitur metus est, suspicionis, non temerariæ, sed violentiæ, seu compulsiuus potentiæ: qui ita appellatur, quia metum incutiens est vir potens in republica. Quartus est, metus tacitus, & reuerentialis, vt filij erga patrem, vxoris erga virum. Quintus appellatur metus perfidiæ, quando, scilicet, perfidiæ timore aliquid datur, vt si morbo laborans, prodige largiatur medico, timens ne perfide medeatur: vel clientulus causidico, eodem timore.

9 Sed propiùs ad nostrum institutum accedendo, duplex est metus: quidam cadens in virum constantem, quidam verò in inconstantem. sic appellantur hi metus *cap. Dum autem Iurisconsultus l. Metu, la 2. ff. de eo quod metus causa*, appellat cadentem in virum constantissimum, accipitur superlatiuum pro positiuo: & ita sensus est, in virum constantem: vt bene tradunt *Decius c. fin. de appellat. nu. 2. & c. Causam matrimonij, n. 4. de offic. deleg. Menoch. de arbitrar. l. 2. centur. 2. casu 135. n. 2. Flaminius de resign. benef. l. 2. 3. q. 1. nu. 54. & seq.* sicut *idem Iurisconsultus l. Metum, la 1. ff. eo t.* dixit, metum esse maioris mali timorem, id est, magni, vt explicat *ibi gl. in principio.* Quę expositio magis arridet, quam intellectus *Abbatis c. Cùm dilectus nu. 3. de his quæ vi*, vbi quasi corrigens Iurisconsulti sententiam, ait, quamuis Iurisconsultus censuerit requiri, vt metus cadat in virum constantissimum, communis tamen teneri sufficere, vt cadat in virum constantem. Appellatur etiam prior timor iustus, *c. fin. de appellatio.* & consequenter posterior, iniustus. Item prior appellatur, probabilis; posterior, improbabilis. Sic appellat *Goffredus summa t. de his quæ vi. n. 2. Angel. verb. Metus, n. 1.* vbi *Syluest. qu. 1.* Solent etiam appellari metus grauis, & leuis, siue vanus. Et ita *Iurisconsl. l. Metum, la 2. ff. de eo quod met. caus.* dixit, metum autem non vani hominis. Et ratio horum omnium nominum est. Quia prior timor non repugnat constantiæ & fortitudini, sed iuste & probabiliter eo terretur vir constans. Posterior autem, constantiæ & fortitudini repugnat, & inconstantis, vani, leuisque hominis est. illo terreri.

Quinque desiderantur conditiones, vt metus cadat in virum constantem. Prima est, vt malum quod timetur, grauę sit, *l. Metum, la 1. de quod met. causa*, ibi, *metum accipiendum Labeo dicit, non quemlibet timorem, sed maioris mali.* Vbi *gl. statim in princ.* explicat. id est, magni mali. Nam inconstantis & leuis est, rem modicam timere. 10

Dubium autem est circa hanc conditionem, an magnitudo hæc mali attendatur simpliciter ex qualitate ipsius mali in se cõsiderati, ita vt sufficiat in se esse magnum malum. an potius comparatiue ad minus malum. Nam *Syluest. v. Metus q. 1. & Veracruz 1. p. spec. a. 8. concl. 3. Carbon de restit. q. 46. fundamento 3.* dicunt considerari per comparationem ad minus malum: ac proinde quicumque eligit minus malum, qualecũque illud sit, vt vitet maius, vere mouetur timore cadente in virum constantem. Probatur ex *l. Metum, la 1. ff. de eo quod metus causa*, ibi, *metum accipiendum Labeo dicit non quemlibet timorem, sed maioris mali.* Ergo quilibet maioris mali timor cadit in virum constantem. Secundò, quia viri fortis ac constantis est inter duo impendentia mala, minus eligere. Et confirm. quia hic timore odentia mala, minus eligere. Et confirm. quia hic timore operatur, & non cadẽte in virum inconstantem cum constanter & prudenter agat: ergo cadente in virum constantem. 11

Sed dicendum est, non satis esse, vt dicatur metus cadens in virum constantem, vt illud malum constanter caueat, sed debere esse timorem grauis mali in se consideratum. Quod egregiè docuit *Sotus 4. d. 29. q. 1. a. 2. v. Secundo per accidens.* Et ratio aperta est, quia iura concedunt rescissionem contractus; ob timorem cadentem in virum constantem: quia is timor libertatem consensus impedit, *cap. Cùm locum, de sponsal.* sed quando malum quod timetur, in se ipso leue est, quamuis grauiori malo ante ponatur. non impedit in viro forti, libertatem consensus: ergo is timor non cadit in virum constantem. 12

Vt soluamus autem argumenta contraria; magisque hoc enodetur, considerandum est, sicut logici dupliciter vsurpant substantiam, vno modo generalissimè, vt distinguitur contra accidens, & ita partes integrantes, ac differentias appellant substantiam, eo quod accidẽs non sint. Secũdo modo, proprie, vt est quoddam genus, & ita solæ cõpletæ substantiæ appellantur substãtia. Eodem modo, timorem cadẽtem in virum constantem posse dupliciter capi. Primo genetalissime, vt distinguitur contra metum quo aliquis ductus, inconstanter & imprudenter agit. Et in hac generalitate, omnis timor cuiuscumque maioris mali, quamuis in se leuissimum sit respectu minoris dicitur cadens in virum constantem. Quia eligens illud minus malum, prudenter & constanter agit. Secundo mo- 13

do accipitur proprie, prout eum considerant iura ad rescissionem contractuum, & vt impedit libertatem ad illos: & hoc modo non dicitur cadens in virum constantem, nisi quando timor est grauis mali. Ex his clara est solutio ad argumenta contraria proposita n.11. Ad 1. constat ex dictis, nam accipitur maioris, pro magni. Ad 2. dico esse cadentem in virum constantem, ad hunc sensum, vt constanter agat, illud maius malum euitans, non tamen proprie, vt iura considerant. Ad confirm. respondetur eodem modo.

14 Hinc infertur minus bene *Veracruz 1 p. spec. a. 8. concl. 4.* asserere, maius, vel minus malum nō esse considerandum ex natura rei: quia alias (inquit) timor in omnibus esset æqualis: cuius contrarium dicemus disp. 3. nu. 2. vbi minorem in femina, & pusillanimi, exigi probabimus. Et addit, licet res sit leuis, si timidus magis malum esse sibi existimet, quam matrim. inire, esse timorem cadētem in virum constantem, irritaque matrimonium. Sed meritò eum reprehendit *Palacios 4. d. 29. disp. 1. f. 660. col. 2. vers. Ad hæc.* Quia tunc illa coactio non procedit ex natura timoris, sed ex imaginationis corruptione: ergo non est dicenda coactio viri constantis. Secundò, probatur ex *l. Metum, la 2. ff de eo quod met. caus.* ibi, *metum autem non vani hominis, sed qui merito, & in hominem const. antissimum cadat, ad hoc edictum pertinere dicimus.* Sed huiusmodi metus est vani & meticulosi hominis, nec merito cadit in virum constantem: ergo. Nec obstat argumentum oppositum, vere enim exigitur graue esse in se malum, quod timetur, quamuis ista grauitas respectiue consideranda sit, respectu personæ patientis metum. Semper tamen necessarium est, vt malum ipsum sit graue, ita vt merito, & non ex vana æstimatione personæ timeatur.

15 Secunda conditio ad metum cadentem in virum constantem est, vt æstimatio mali quod timetur, sit fortis, id est, vt timens non vane leuiterque credat malum illud sibi imminere, sed probabiliter, & rationabiliter. Vt colligitur expresse ex *l. Metum, la 2. ff. de eo quod met. caus.* ibi, *metum autem non vani hominis, sed qui merito, &c.* & *l. Ne timorem, §. Proinde, el 1. ff. de eo quod met. caus.* ibi, *si quis meticulosus rem villam frustra metuerit, per hoc edictum non restituitur.* Et ratio est, quia hoc distat inter constantem, & inconstantem: quod ille non nisi ex forti & probabili æstimatione moueatur: hic autem ex leui: Vnde *Prouerb. 28* dicitur, *Fugit impius nemine persequente, & Eccles. 19. Qui cito credit, leuis est corde.* Atque ita docent *D. Th. 4. d. 29. q. vn. a. 2. corp. Scotus ibi, q. vn. §. De primo contradictio est, Durand. ibi, q. 2. nu. 4. Ricard. ibi a. 1. q. 1. D. Bonau. q. 1. num. 5. Gabr. 3. d. 39. q. 1. a. 1. ad fin. vers. Iuramentum incautum, Sotus 4. d. 29. q. 1. a. 1. vers. Alterum vero, Palacios 4. d. 29. disp. 1. vers. Distinguunt porro, f. 655. Bart. à Ledes. dub. 23. de matrim. init.* Et ex iurisperitis. *Turrec. 31. q. 2. in sum. n. 6. Syluest. v. Metus, q. 1. Tabiena v. Impedimentum imped. 9. q. 1. n. 2. Bursat. cons. 72. nu. 30. vol. 1. Alphanus collectar. iuris, coll. 877.* Hinc *Aristot. 3. ethic. c. 9.* dicit fortem esse impauidum: quia non timet leuiter, sed vbi recta ratio timendū dictat.

16 Hinc infertur primò, non requiri realem & veram pœnarum illationem: quia sic non timor, sed damnum dicitur: sed sat esse timorem probabilem proximæ illationis. *l. Nec timorem, 7. ff. de eo quod met. causa,* ibi, *quoniam si proditus esset, ea patipotuisset, quæ dicimus.* & *l. 3. cum duabus sequ. ff. de don. caus. mor.* ibi, *mortis causa donare licet non tantum infirmæ valetudinis causa, sed periculi, & propinquæ mortis, vt ab hoste, &c. aut per insidiosa loca iturus. hæc enim omnia instans periculum demonstrant.* Et *l. 15. tit. 2. p. 4.* ibi, *o le quisiesen dar algunas penas.* Et docent *Glossa c. Bone, el 1. verb. Metuebant, de electione, Bartol. l. Metum autem, in principio, num. 1. ff. de eo quod metus causa, Syluest. v. Metus. q. 1. Greg Lop. ea l. 15. verb. O le quisiesen, Ant. Cucus l. 5. instit. maior. t. 12. n. 157.* Hinc infertur intellectus ad *l. Metum autem præsentem, 9 ff. de eo quod metus causa,* ibi, *metum autem præsentem, accipere debemus, non suspicionem inferendi, sed si illatus est timor ab aliquo.* Vbi clare videtur probari non satis esse metus suspicionem, sed metum debere esse præsentem. Per quem textum, *glossa l. 1 ff. eod. t. v. Vel futuri,* notauit quamuis malum futurum sit obiectum metus, at necessario metum debere esse præsentem, & tunc instare. Quod idem docuit *gl. c. Ad audientiam, v. Causa, de his quæ vi, & ibi Ant. nu. 14. Host. c. 2. col. 1. super v. Quæ metus. imo gl. eo. v. Causa, & Ant. eod. n. 14.* clare docent non sat esse suspicionem metus. Et clarius *Bart. d. l. Metum autem, initio nu. 1.* ait non satis esse metum, nisi ab aliquo inferatur. Et *Sotus 4. d. 29. q. 1. a. 2. vers. Alterum vero,* quem sequitur *Bart. à Ledes. de matrim dub. 23. init.* ait requiri, vt malum sit præsentaneum, & iam illatum. Vnde infert vterque, solicitantem puellam, strepitusque auditi timore percitum eam ducentem valide ducere: quia nondum illatus est, nec præsens metus: & simile esse, ait *Sotus*, si timeret postea à parentibus metum inferendum. Sed textus, & Doctores intelligi debent, dum petunt metum præsentem: quia si de præsenti aliquis non timeat, nec malum futurum, mentis trepidationis causa sit, non dicitur re vera metus. Cum deficiat metus essentia, quæ est mentis trepidatio. Et in quantum asserunt suspicionem metus non haberi pro metu, intelligunt quando est vana & frustranea suspicio. Vt constat ex *l. Nec timorem, 7 vers. Proinde el 1. ff. de eo quod metus caus.* ibi, *proinde si quis meticulosus rē frustra metuerit, &c.* Et dum petunt, ab aliquo esse inferendum metum, intelligunt, vel actu inferente malum, vel si probabiliter, & non vane timeri possit de illatione proxima. Quod egregie docuit *Bart. l. Metum, la 2. ff. de eo quod metus caus. init. n. 1.* dum ait, metum non accipi simpliciter, prout est vere de præsenti, sed quando res ad hoc verisimiliter tendit. Vnde notabiliter dicit *Bursatus cons. 72. nu. 30. vol. 1. cum Alphano collectariis iuris, collectario 877.* non satis esse, si quis ad cimbali sonum timeat. Quod autē addidit *Sotus*, si timeret postea metum grauem à parentibus inferendum, non sufficere: intelligendum est quando valde remotum est illud malum quod timetur: sic enim explicat *Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 4. n. 1.* definitionem metus, in qua petitur, vt instans sit periculum. Nam quæ valde remota sunt (inquit) non timentur. Imo crediderim, quamuis regulariter ad metum iustum exigatur malum quod timetur, esse iam iam impendens: quia multis vijs occurri potest periculis futuris, longe distantibus: verum si certum esset illi malo graui multo post tempore probabiliter euenturo, non posse subueniri nisi præsentem contractum incundo, iudicandum esse metum grauem.

17 Secundò infertur, iustam & probabilem metus suspicionem haberi pro metu, & sic satis esse ad rescindendum actum. Per *l. Nouissimè, ff. quod falso tutore,* ibi, *quid enim si metu compulsus aut metuens ne compelleretur?* Sic *Barth. l. 2. lect. 2. vn. vers. Debetis scire, C. quod met. caus. Bald. l. Interpositas, ad fin. C. de transact. Alex. cons. 99. nu. 6. vol. 3. Parisius cons. 60. nu. 15. vol. 4 Romanus l. Si ob turpem, num. 10. C. de condict. ob turpem caus. Host. c. Cum dilectus, de his quæ vi, super v. Nec metum mortis, & ibi Anchar. nu. 7. fin. Rebuf. to. 2. constit. Gallic. t. de rescissione contractum. a. vn. gl. 22. nu. 6. Alex. Tartagnus inter consil. matrim. Zileti. cons. 21. n. 5. Syluest. v. Metus, q. 1. Villalobos in comm. opin. lit. M. v. Metus nu. 70. Ant. Gab. to. 2. commun. in mea edit l. 11. v. Metus. f. 107. col. 1. Burgos de Paz. cons. 25. num. 73. Padilla l. Cum proponas. la 1. n. 3. C. de transact. Decisio Pedemont. 170. nu. 3. Ioan. Garcia de nobil. glo. 17. num. 14 Mascard. de probat. concl. 1055. n. 26.*

18 Tertiò infertur, timorem inferendæ violentiæ, licet illata non sit, vitiare electionem. Sic *gl. c. Bone, el 1. v. Metuebant, de elect.* quam omnes ibi sequuntur, *Alex. cons. 98. vol 3. n. 5. Rebuff. alleg. n praced. Gutier. cons. 16. n. 11.*

19 Tertia conditio ad metum grauem requisita, est, vt metum incutiens, potens sit minas executioni mandare: non enim est viri constantis, ac fortis quibuscumque terreri minis vt viri inermis, vel si minans sit senex, vel debilis, & alter iuuenis, ac fortis, *l. Famosi, ff. ad legem Iul. maiest.* ibi, *nam & persona spectanda est, an potuerit facere, glossa l. Metum, v. Iactationibus, C. de his quæ vi, Anchar. cap. Ad audientiam, nu. 2. de his quæ vi, Bald. l. Metum, 9. n. 1. C. de his quæ vi, & ibi Alex. nu. 2. Salic. ibi n. 2. Sebast. de Medicis de casibus fortuitis. q. 7. nu. 67.* hæ-

benef. to.7 tract.nouiorum, Flamin. de resign. benef. l.13.q.1.nu. 15. Ant. Cucus l.5 instit. maior. t.12. nu.155. Rolandus à Valle cons. 83.n.28.vol.2. Aug. Metus num.1.1. Sotus l.7. de iust.q.2.ar.1.ad 2. vers. Haud tamen hic pacabitur, Aragon.2.2.q.88. ar3.§. Pro explicatione huius difficultatis aduertendum est, fol. 988. Carbon. de restit.4.46. fundam.3. & omnes. Non tamen ita hoc accipiendum est, vt minans vere de facto possit implere, sed vt timens rationabiliter existimet posse eum implere quamuis de facto vere non possit ob aliquam rationem timenti incognitam. Quod egregie significauit D. Bonauent. 4.d. 29.q.1.ar.4. & Ricard. ad d.a.1.q.1. Sic enim vtcumque explicatur hæc conditionem, quando intentantur mala ab eo, quem vir constans præsumit probabiliter velle, & posse facere. Quare perpendenda est qualitas, & potentia metum incutientis, illumq; passi; vt si ille erat vir potens: & hic infirmior, &c. vt bene docent Beroius c.1.n.20. de offic. Iudic. Sotus, Aragon & Carbon. n. præced. allegati, Enriq. lib. 11. de matrim. c.9.n.3.

20 Quarta conditio est, vt metum incutiens, minas exequi solitus sit, secus si homo sit facile minas iactans, facilisque ira deposita nihil aut parum executioni mandans: Constat ex l. vnic. C. si quis imperatori, ibi, *experiendi hominum dicta presumunt.* Et l. Famosi. ff. ad leg. Iul. maiest. ibi, *nam & persona ipsa irritanda est, an potuerit facere, & an ante quid fecerit.* Et melius l. Metum, C. de his quæ vi, ibi, *metum non iactationibus tantum vel contestationibus, sed atrocitate facti probari conuenit.* Et ita docet ibi Bart. nu.1. Paul. n.vn. Alex. n.3. Bald. nu.1. Salic. nu.1. Ty. nu. Aret. ibi nu. & super vers. In textu, ibi iactationibus, Abb. c.2.n.3. de offic. deleg. & c. Causam matrimonii nu. 5. co.1. & c. Cum dilectus, nu.8. de his quæ vi, & c. fin. n.4. de appellat. Anchar. c. Ad audientiam, nu.2. de his quæ vi, Alex. de Neuo c. Consultationi, n.21. de sponsa. & c. fin. num.17. de appellat. Felinus c.1. de offic. delegat. n.2. vbi Decius n.12. idem Decius c. Causam matrim. nu.21. co. 1. Curtius l. si pactus hoc modo concepta, n.67. ff. de verb. obl. Vitalis de Cambenis tract. de clausulis, claus. Non vi t. de metu vxoris, n.2. habetur to.18. tract. nouiorum, Iacobinus l. Interpositas, num.2. C. de transact. Couar. 4. decret. 2.p. c.3.§.6. num.4. Tiberius Daminus cons. 18.n.127. vol.1. Bursatus cons. 72. n. 33. & 42. vol. 1. Flaminius de resign. benef. l.13.q.1.num.174. Mascard. de probat. concl. 1055. num. 18. & 19. Ant. Gab. to.2. comm. in meu edit. l.11. t. Metus, f.106. Et ex Theologis, Enriq. l.11. de matrim. c.9. nu.3. Iul. to.2.9. instruct. de matrim. c. 40. f.1071. §. Igitur pro resolutione. Quando autem simul concurrit metus reuerentialis, vtrum hæc conditio desideretur ad metum cadentem in virum constantem: dicemus disp.6.n.20. & seq.

21 Nec sufficit, vt solitus sit minas exequi, sed oportet solitum esse exequi in eodem genere mali comminati. Per doctrinam Baldi l. fin. ad fin. ff. de hæred. instit. vbi ait, ex dissimilibus non fieri coniecturam. Sic Cynus, quem refert & sequitur Alex. l. Metum nu 2. C. de his quæ vi. Cæterum credidum hoc intelligi, nisi solitus minas exequi sit, licet non in eodem genere mali, at saltem in alio ita atroci, vt sufficiens sit ad incutiendum metum cadentem in virum constantem. Quia eadem videtur ratio.

22 Similiter non sufficit, vt minans, semel male tractarit. Quia vnius hominis actus non probat consuetudinem, sed exigitur saltem binus. Vt docet Archid. c. Illud in fin. dist. 32. & colligitur ex l. Nemo, 3. C. de episcop. aud. fin. Sic tenent Bart. l. De pupillo, §. Si quis ipsi, n. 15. ff. de operis noui nunciat. Ant. Franc. n.6. Decius n.22. Constantinus Rogerius tract. de protest. §. quarto principaliter pollicitus sum. nu.2. habetur to.17. tract. nouiorum 32. hoc tamen intelligitur, quando semel male tractauit alios, secus si ipsummet contrahentem. Sic Alex. de Nele tractasse, nisi probetur in eo quod tunc obijt. Sic Bart. n. 16. Ant. Alex. de Neuo, Imola proxime citati: & in simili Padilla Interpositas, nu. 20. C. de transactio. vbi ait, non satis esse ad rescindendum contractum initum à secunda vxore, ob viri reuerentiam, quod ptiorem hac occasione male tractauit. Sed l. 3. §. Nunc videamus, vers. Quæri potest. ff. de susp. tutor. Quæ tamen intelligerem, nisi inde attenta iudicis & mariti conditione, probabilissima coniectura sumi posset, fore vt idem nunc faciat. Quia satis est probabilis suspicio metus incutiendi vt dixi n.17.

Quid autem in dubio, an solitus sit minas exequi dicemus disp.6.n.22.

23 Vltima conditio est, ne possit timens facile occurrere malis quæ timentur: si enim posset alia ratione facile occurrere malis quæ timentur; vt implorando alicuius auxilium, consulendo superiorem, &c. non esset timor cadens in virum constantem. Inconstantis enim est & timidi, metuere ea mala quę facili negotio vitare potest: & imdi, metuere ea mala quę facili negotio vitare potest: & immerito sibi persuadet illud malũ euenturum. Prob. etiam merito sibi persuadet illud malũ euenturum. Prob. etiam argumento textus c. fin. de elect. ibi, *tempus statutum à canone currit, ex quo in mora fuerint licentiam huiusmodi postulandi*: ergo similiter imputatur ei qui facile potuerit vitare malum, si timore illius aliquid egit. Sic Ang. v. Metus, nu.5. Sylu. ibi q.1. Ant. Cucus l.5. instit. maior. t.12. nu.155. Et circa excommunicationem docent multi, vt videbimus disp.5.n.18.

DISPVTATIO II.

An metus viri constantis necessario petat eligi minus malum ad vitandum maius? vel possit esse talis, licet ob illum eligatur maius malũ ad vitãdum minus; vt si timore mortis eligat quis fornicationem, vel mẽdacium veniale?

SVMMARIVM.

Refertur opinio affirmans requiri electionem minoris mali, n.1. & an sit timor viri constantis, si culpa venialis eligatur ad vitandum grane damnum temporale, n.2.

Opinio Auctoris, non requiri electionem minoris mali, n.3. & seqq. soluuntur argumenta, n.4.

1 DVBLEX est sent. Prima ait exigi, vt timẽs eligat minus malum: quare non cadere in virum cõstantem: quoties timore cogitur peius malum eligere. Prob. primò, ex l. Metum la 1. ff. de eo quod met. caus. ibi *metum accipiendum Labeo dicit non quemlibet, sed maioris ũtali.* Secundò, quia in hoc distat vir constans ab inconstanti, quod ille semper sequitur rectæ rationis dictamen, quod minus malum sub eundum dictat, ad vitandum maius: ergo quoties præfert minus malum, inconstans est, nec ducitur timore cadenti in virum constantem. Hanc tenet D. Th. 4.d.29.q.vn.ar.1. corp. D. Bonau. ibi q.1.fi. Scotus q.vn. §. De primo contradictio est, & §. Hic dicitur, vers. Idem etiam posset probari, Durand. q.2.n.4. Ricard. a.1.q.1. ad 2. Palud. q.vn. a.2. concl 2. num.13. Gab. 3.d.39. q.1.a.1. ad fin. vers. Iuramentum incautum, & a.2. concl.8. Victoria sum. de matrim. n.268. Sotus 4.d.29.q.1. a.2. paulo post princ. via sum. de matrim. n.268. Sotus 4.d.29.q.1. a.2. paulo post princ. vers. Rursus adnotandum est Palac. 4.d.29.d.sp.1. f.655. vers. Vtraque Ver. acr. 1.p. spec. a. 8. paul. post princ. Bart. à Ledes. de matr. dub.23. init. Manuel 1.to. sum 2. edit. c.231. num.3. Vinald. Cand. 1. p. de matrim. n.59. Et ex iurisperitis, Abb. c. Sacris, n.5. de his quæ vi. Fortun. de vlt. fi. allatione 22. nu. 471. & seq. Sylues. v. Metus, q. 1. Tab. v. Impedimentum impedi. 9.q.1. nu.2. Turrecr. 31.q.2. in sum. n.6. & 7. Couar. 3. decret. 2.p.c 3.§. 4 n.2. Peña directorio inquisitorum 2.p. comment. 65.q.41. de blasp. mis num.8. Seraphinus de priuileg. iuramen. priuil. 110. nu. 12. Gaser. cons. 16. n.2. Vgolin. de censuris, tab. 1.c.24 ante §.1. fin. Et quamuis aliqui velint explicare hos DD. vt intelligant hanc conditionem eligendi minus malum, requiri vt metus à culpa excuset, non tamen vt sufficiens sit ad contractus rescindendos. Sed hæc expositio contra eorum mentem manifeste est: nam de metu ad rescindendum contractus, & matrimonium, sermonem faciunt, & facto fundamento, requiri ad rationem metus viri constantis, eligi minus malum: statim nulla mentione facta alterius metus statuunt, metum grauem annullare matrimonium. Et expresse docent quando minus malum eligitur, non esse metum cadentem in virum constantem, & ob id non annullare matrimon. Palud. 4.d.29.q.1.a.4.concl.3.nu. 25. Sotus quamuis dubius 4.d.29.q.1.a.3. ad fin. vers. In contrarium autem, Couar. 4. de-

decret.1.p.c.4.§.1.nu.11. Barth.à Ledes.dub.23.de matrim. ad fin. Idemque colligitur ex DD.quos disp.18.referam, dicentibus matrim.metu contractum, metuq; consummatum esse validum:cum tamen per copulam non extortam metu graui ratificetur: (vt ibi dicemus) & ita censent illum metum non cadere in virum constantem, & proinde ratificare matrimonium,nec cogat ad fornicationem, quæ est maius malum quocumque malo pœnæ.

2 Quamuis hi DD.conueniant in hac sent. discrepant tamen,an quæcumque minoris mali electio efficiat vt metus non cadat in virum constantem? Aliqui enim id temperant, quando illud malum electum est culpa lethalis: quia culpa venialis non opponitur virtuti constantiæ, & potest homo constans succumbere metui,ad committendum veniale.Quia cõstantia non amittitur vno actu præsertim leui,& veniali.Ita *Sotus 4.d.29.q.1.ar. 2.ante 1. conclu. vers.Sed tamen ex parte subiecti,Enriqu.li.11.de matrim.c.9.nu.3.* Verius tamen est tenendo prędictam sententiam,idem esse de peccato veniali: quamuis enim constantiæ virtutem non amittat succumbens tali metui,at in quantum succumbit tali metui,non est constans,sed inconstanter agit. Itẽ quia negari nequit hunc eligere maius malũ,ad vitandum minus: cum minimum veniale malitia excedat quodcumq; pœnæ malum. Vnde pro tuenda vita propria vel alterius mentiendum non esse docet *Augustin.* cuius dictum refertur *c.Ne quis 22.q.2.* Atque ita *D.Th.D.Bonau. Ricard. Palud. Gab. 4.2.concl.8.Vict.Tab.Fortun. Sylu. Veracr. Gutier. Seraph. Man. nu.1.relati*, generaliter & indistincte docent exigi electionem minoris mali.Et expresse *D.Th.ibi,in solut.ad 4.* ait non cogi virum constantem ob quemcumque metum,mentiri. Et tenent expresse *Scotus ea.q.vn.§.Hic dicitur,v.Idem etiam posset probari, Panor.c.Sacris, n.5.de his quæ vi,Turrec. Peña, Candel.Bart.à Ledes.n.1.alleg.Couar.4.decret. 2. p.c. 3.§.4.nu.3. Philiarc.de offic. sacerd.to.1.p.2.l.2.c.8.§.Nec sufficit, Lud.Lop.2.p. instruct.noui materia de matrim.c.40 paulo post princip.§. Præterea secundo quæritur.* Et hæc sent.est satis probabilis.

3 Secunda sent.(cui magis adhæreo) ait, requiri electionem minoris mali, vt ex parte subiecti dicatur metus cadens in virum constantem,id est,ad hunc effectum, vt timens constanter agat,culpæq;immunis sit:verum, id non requiri, vt dicatur cadere in constantem virum, quoad rescissionem matrimonij,& cæterorum cõtractuum, sed ad id satis esse, si timor ipse ex parte obiecti sit cadens in virum constantem:quia est timor mali grauis, quod ex se virum constantem mouere poterat. Prob. quia iura ideo annullant matrimonium, & concedunt rescissionem cæterorum contractuum, quando metus grauis intercedit, quia is metus liberum consensum impedit,& iniuriam irrogat: vt constat ex *c. Cum locum, de sponsi.* ibi, *cum locum non habeat consensu.vbi metus intercedit, matrimonium autem solo consensu contrahitur, & l.Continet, 3. ff.de eo quod met. caus.* ibi, *& si quis vi compulsus aliquid fecit, per hoc edictum restituitur, sed vim accipimus atrocem,& eam quæ aduersus bonos mores fiat.* vbi *gl.v. Atrocẽ*,inquit,*in qua inest dolus*:sed quando incutitur timor mali grauis, non minus impedit libertatem consensus,nec minus iniurioſus est,siue cogat eligere minus,siue maius malum:ergo vtroque modo sufficiet ad contractus rescissionem. Et confirm. quia dum Ecclesia irritat matr. metu graui contractum, non attendit ad priuatum contrahentis bonum, sed tantum ne fateat iniurioſe consensum extorquẽti,& ne matrim. coacta infelices exitus habeant:vt constat ex *d.c.Cum locum.* Quæ ratio æque locum habet, siue ob eum metũ eligatur maius, siue minus malum.Hanc sent.dicit non esse ratione destitutam, & se olim cum magistris eam tenuisse, *Sotus 4.d.29.q.1.a.3.ad fin. vers.In contrarium autem.* Eandem tenent *Nau.sum.Lat.c.21. n.51.vers.Octauum, & nonum.Ledes.2.p. 4.q.49.a.3.§. Menoch. de præsumpt.l 3.præsumpt.4.nu.33. Philiarc. de offic. sacerd.to.1.p. 2.l.2.c.8.ad fin. Pet.de Ledes.de matrim.q.47.a.2. fin. & ar 3.in solut.ad 4.ante vlt.difficultatem, Enriq.l. 11.de matrim.c.9.nu. 3. Lud.Lop.2.p.instruct.de matrim.c.40.§.1070.col.1.* Et qui dicunt matrim.metu contractum, eodemque consummatum,esse irritum(quos disput. 18. referam)tenentur idem dicere: alias timor ille non caderet in virum constantem, & ita spontanea esset copula,ratificaretque matrim.

Ad 1.arg.contrariæ sent.dic cum glossa ibi,initio,*sumi 4* comparatiuum pro positiuo,& ita sensum esse, esse timorem maioris mali,id est,magni. Ad 2.dic concludere non esse metum cadentem in virum constantem,ex parte subiecti patientis metum: cum constanter agat admittens culpam ob eum timorem: esse tamen cadentem ex parte obiecti,quod est malum graue, & ita considerari metum per iurà,ad contractum rescissionem.

DISPVTATIO III.

An metus viri constantis dicatur talis absolute, secluso ordine ad patientem metum,& ita in omnibus æqualis debeat esse? Vel potius dicatur,respectiue, considerata qualitate metum patientis?

SVMMARIVM.

Refertur opinio dicens ad annullandum matrim. non attendi subiectum patientis metum,nu.1. Vbi an femina constantiores sint ad perferenda tormenta.

Talis metus dicitur respectu patientis illum, vnde minor metus satis est in femina,n.2.

Ad irritandum matrimonium femina, satis est metus cadens in constantem feminam,n.3.

An inter ipsos viros consideranda sit ætas & innata animi fortitudo, vt minor metus dicatur cadens in virum constantem, in vno, quam in alio viro,n.4.

An minor metus sufficiens in femina,& in pusillanimi,intelligatur non ex parte mali,quod timetur,sed ex parte probabilitatis mali eueniendi num.5.

BEROIVS *c.1.n.13. & 16.de offic.deleg.* ait in contractu matrim.ad eum annullandum, non considerari qualitatem patientis metum,nec sat esse metum cadentem in feminam constantem:secus in alijs contractibus: hoc enim est speciale fauore matrimonij, ob animæ periculũ, & ne contingat matrim.legitime contractum separari. Prob.ex *c.Consultationi,de sponsal.* vbi sermo habetur de feminæ matrimonio, & ponderat textus metum cadentem in virum constantẽ:& nunquam nomine viri,femina comprehenditur. *& Hippolytus l.1.n. 73.ff.de quæst. & rubr.C.de probat. nu.* 417.videtur sentire non minorem metum sufficere *in fe-* mina:contendit enim probare maiorem in ea constantiã, maiusque robur ad cruciatus perferendos reperiri: atque ita quoties vir & femina torqueri debẽt, à viro tamquam à debiliori,initium sumendum esse: quem sequuntur alij, quos refert *Tiraq.l.9.connub.gl.1.n.134.* per multa exempla, quæ ibi refert *nu.135.* & testimonia constantiæ mulierum in tormentis sustinendis. Bene tamen reprobat idem *Tiraqu.n.136.* cum alijs,& *Couar.4.decret.2.p.c.3.§.4.num.10.& 11.& Ant.Cucus l.5.instit.maior.t.12.n.162.* quamuis enim aliquæ fœminæ inueniantur constantiores, at quia frequenter euenit,quod leges considerant, *l.Nam ad ea.ff.de legib.* sunt suapte natura timidiores ac imbecilliores.

Sit ergo conclusio. Tamquam certum, statuendum est, 2 metum cadentem in virum constantem, dici respectiue, & proinde metum, qui respectu vnius est cadens in virum constantem, non esse talem respectu alterius, qui fortior & robustior est: vnde minor metus desideratur in femina,quam in viro: argumento textus *c.Indignantur, 32. qu.6.* ibi, *cum tanto grauius coercuniri oportuerit quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere & exemplo regere fœminæ.* Et *cap.Sicut,el 1.de homicidio, in princ.* ibi, *nosti quod in excessibus, non solum quantitas delicti, sed ætas sexus delinquentium sunt attendenda.* Et ratio est, quia licet femina habeat virtutem constantiæ, propter constitutionem tamen corporis illi sexui naturalem, minus potest resistere metui quam vir: ergo minor metus sufficiet, vt opprimat cogatque feminam constantem succumbere, quam virum eadem constantia prædictum. Item, quia fœminæ suapte natura sunt valde imbecilles, vt late *Tiraquel.l. 1.connub. num. 71. & seq.* Hanc sent.tenet *glossa.c.Cum locum, de sponsal. verb. Metu*, vbi *Ant.n.12. Abb.n.6. Alex.de Neuo n.23. Calderinus cons. 1.nu.2.1.de*

his

hæc v. Host. sum. l. de matrim. §. penult. n. 27. & c. Veniens, el. ult. de sponsal. Card. c. Cum dilectus, nu. 3. de his quæ vi, Imola c. 2. ad fin. eo. l. Præpositus c. Consultationi, nu. 3. de sponsal. Felin. cons. 14. n. 3. & 12. de iurisd. n. 3. Decius c. Causam matrimonij, nu. 7. de offic. deleg. Franc. Aretin. cons. 24. n. 7. Barbatius cons. 60. nu. 4. vol. 1. Rhinus cons. 60. n. 18. vol. 3. & cons. 170. nu. 16. vol. 1. Alber. Bruno inter cons. feudalia cons. 82. nu. 9. Neuizan. cons. 46. nu. 3. Ripol. singul. 378. incipienti, Metus in feminam constantem. Tiraq. de legibus connub. l. 9. gl. 1. n. 160. Boerius decis. 100. nu. 2. Rosella v. Impedimentum, impedit. 10. nu. 2. Ang. Matrimonium, 3. impedim. nu. 2. Socinus senior cons. 273. n. 5. vol. 2. Tabiena v. Impedimentum, impedi. 9. q. 1. nu. 2. ad fin. Montalnus l. 15. ad fin. t. 2. p. 4. vbi Greg. Lop. 7. Todo, Nauar. sum. c. 22. nu. 51. Conar. 4. decret. 2. p. §. 3. 4. n. 9. Suarez allegat. 24. n. 5. Molin. l. 2. de primog. c. 3. nu. 10. Serment. 2. select. c. 11. nu. 1. Martinus de Garatis inter consilia matrim. Zilett. cons. 15. nu. 26. Ant. Cucus l. institut. maior. t. 12. num. 161. Menoch. de arbit. l. 1. centuria 2. casu 135. n. 4. & 5. Matienzo ad leg. 12. tit. 7. l. 7. glos. 1. n. 17. Seraphinus de priuil. iuram. priuileg. 110. nu. 14. Barsatus cons. 72. n. 31. vol. 1. Ioan. Garcia de nobil. gl. 17. nu. 2. 3. & 20. Gutier. cons. 16. n. 3. & 13. Flamin. de resign. benef. l. 13. q. 1. nu. 61. Ant. Gabr. tom. 2. comm. in mea edit. l. 11. t. Metus, f. 106. col. 1. Et ex Theologis, Sotus l. 7. de iust. q. 2. ar. 1. ad 2. vers. Haud tamen hic paulatim, Veracr. 1. p. spec. a. 8. post 7. concl. §. Timor maior, Palacios 4. d. 29. disp. 1. f. 663. vers. Sed obstrepit, Enriqu. l. 11. de matrim. c. 9. n. 3. in comm. lit. D. & nu. 4. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. c. 8. ad §. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c 131. concl. 3. nu. 3. Bart. à Ledesma disp. 23. de matrim. fundam. 3. Salon. 2. 2. q. 62. a. 2. controu. 5. vbi confirm. 3. concl. Aragon. 2. 2. q. 88. a. 3. §. Pro explicatione huius l. ffgr. aduertendum est f. 988. Carbon de restit. q. 46. fundamento 3. Lud. Lop. 2. p. instruct. noui, materia de matrim. c. 40. f. 1070. col. 1.

3 Hinc infertur, dum textus c. Consultationi, de sponsal. pondérat ad irritandum feminæ matrimonium, initum esse metu cadenti in virum constantem: ea verba magis propriè loco, pro eo metu qui non leuis & vanus sit, accipienda esse, quam vt verbis inhærendum sit. vnde sufficiet metum qui cadat in feminam constantem: quare pensandum est ad annullandū matrimonium, aut alios contractus à femina metu celebratos, quid femina constans tūc à natura habeat, penſata naturali feminarum constantia, quibus à natura inest minor animi vigor, corporisque fortitudo. Sic docent Ant. c. Consultationi, nu. 4. de sponsal. Panor. ibi n. 4. Præpos. n. 4. Alex. de Neuo n. 7. Decius c. Causam matrimonij, n. 7. de offic. deleg. Felin. cons. 14. n. 2. Boerius decis. 100. num. 2. Francis. Arcturus cons. 24. n. 7. Barbatius cons. 60. nu. 4. vol. 1. Rhinus cons. 60. nu. 18. vol. 3. Montalnus l. 15. ad fin. t. 2. p. 4. Roscella v. Impedimentum, impedit. 10. n. 2. Ang. Matrimonium, 1. impedit. 12. inst. Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 4. n. 9. Suarez all. g. 24. nu. 5. Ant. Gab. to. 2. comm. in mea edit. l. 11. Metus. f. 106. col. 1. Ioan. Garcia de nobil. gl. 17. n. 3. Mantica de coniect. vlt. vol. l. 2. t. 2. nu. 7. Sarmiento l. 2. 4 selit. 2. 3. n. 1.

Idem dicendum est, eadem ratione, non tantum in femina respectu viri, sed etiā inter ipsos viros, vt enim discernatur, quis sit metus cadens in virum constantem, attendenda est ætas, vt si senex, vel puer sit, cui metus incutitur: similiter eius fortitudo, innataque animi magnitudo, aut paruitas, & fragilitas: quare dum dicitur metus cadens in virum constantem, intelligitur nomine viri, animi robur pro cuiusque conditione. Prob. ex l. 3. ff. ex quibus causis maiores, ibi, metus autem causa, abesse videtur, qui iusto timore mortis, vel cruciatus corporis conterritus, & hoc ex affectu eorum, qui metuit. iuncta expositione Ricardi de Malumbre, quem refert, & sequitur Alberic. ibi, nu. 1. vbi inquit, ex affectu, id est, ex animo eius cui metus infertur: nam maior metus cadit in militē & constantē, quam in pusillanimi & vilem. Et ex l. Plautium, §. Equitis, ff. de vsu, & habit. ex qua habetur, verba testatoris debere intelligi secundum conditionem personæ, ad quam referuntur. Quod late prosequitur alios referens, Mantica de coniect. vlt. vol. l. 6. t. 11. nu. 1. & 2. & de priuilegijs, late interpretanda esse secundum qualitatem personæ, cui conceduntur, vt priuilegium concessum episcopo ad tēpore interdicti celebrandum intelligitur cum pontificalibus: late Fel. c. Causam quæ, de rescip. nu. 17. vers. Quinta declaratio: ergo dū ius loquitur de metu cadenti in virum constātem, intelligi debet, secundum qualitatē in virum constātem, intelligi debet, secundum qualitatē in virum constātem, intelligi debet, secundum qualitatē in virum constantiā personæ metū passæ. Et ita docent Decius c. fi. & constantiā personæ metū passæ. Et ita docent Decius c. fi. & constantiā personæ metū passæ. Et ita docent Decius c. fi. &

casu, an metus grauis mali comminati meis consanguineis, vt ego contractum ineam, sit cadens in virum constantem, ac proinde sufficiens sit ad contractus rescissionem: nam potest esse, vt talis non sit, licet meis parentibus illud malum comminatum sit. Vt si eo metu non trahor ad contrahendum, sed alias libere contraherem, seclusso eo metu. Vt bene docent *Innoc. cap. Cum locum, n. 1. de sponsal. Ant. ibi n. 10. Ioan. Andr. n. 2. Alex. de Neuo nu. 12. Anchar. n. 10. Henricus nu. 3.* nam in singulari casu pendet ex iudicis arbitrio attentis singularibus circumstantijs: sicut & metus mortis, quamuis ex se cadat in virum constantem, potest esse in singulari casu, vt non cadat. Vt quia minans non est potens, aut solitus exequi, vel non irritet contractum: quia metum patiens minimè eo metu ducitur: sed dubium consistit ex natura rei, & ex parte obiecti, an sicut metus mortis, vel alterius mali grauis mihi comminati, vt contraham, est ex natura sua, ex parte obiecti cadens in virum constantem, & sufficiens ad rescindendum contractum, nisi in aliquo singulari casu circumstantiæ occurrentes aliud suadeant, sic quando idem malum comminatum est non mihi, sed meis consanguineis causa sit ex natura rei, viri constantis timoris, ita vt vir prudens, & constans rationabiliter illud timere debeat, & trahi ad contractum ineundum.

3 Dico primò, id extendendum esse ad alias personas, vltra filios, quare si ea mala timeantur in propria vxore, erit metus cadens in virum constantem, respectu viri. Quia reputantur inferri in persona viri, cum vir & vxor vna caro sint: *Genes. 2. fin.* Et ita censet D. *Th. 4. d. 29. q. vn. ar. 2. ad 2. Altisiodor. l. 4. summæ theolog. tract. 9. c. 7. q. 5. Turrecr. 31. q. 2. in summa n. 1. Henric. c. Cum locum, de sponsal. nu. 5. Roscll. v. Impedimentum, imped. 10. n. 2. Ang. Matrimonium, 3. imped. 11. fin. & v. Metus, n. 1.* vbi *Syluest. q. 1. Tabiena v. Impedimentum, imped. 9. q. 1. n. 2. Albert. Brun inter cons. scandalia, cons. 82. nu. 6. Ant. Cucus l. 5. inst. maior. t. 12. nu. 156. D. Antonin. 3. p. t. 1. ap. 7. paulo post princ. Sotus 4. d. 29. q. 1. a. 2. vers. Ex his modis autem metum, Palacios ea. d. disp. 1. vers. Reconsetur autem, P. Enriquez l. 11. de matrim. c. 9. nu. 5. Lud. Lop. 2. 9 instruct. de matrim. c. 40. paulo post princip. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 231. n. 3. conclu. 5.* Idem eadem ratione dicendum est, si vxor timeat ea mala in viro: cum sint correlatiua, & militet eadem ratio, immo fortior, cum fœminæ magis piæ, affectibusque subiectæ sint, minorque metus in ipsis desideretur.

4 De alijs autem consanguineis, nihil DD. exprimunt. Sed D. *Thom.* dixit, si timeatur malum in persona filiorum aut vxoris, aut aliorũ huiusmodi: nec expressit quas personas intelligeret, per alias huiusmodi. Eodem modo locuti sunt *Syluest. Tabiena, Lud. Lop. n. præced. allegati.* Id tamen magis explicuit *Ang. v. Metus, n. 1.* dicens, vxoris, aut filiorum, aut similium personarum. Et clarius *Enriq. l. 11. de matrim. c. 9. nu. 5.* dicens in filijs, vel vxore, vel in coniunctis in primo gradu: quod & reliqui videntur sentire, sub alijs huiusmodi: cum enim filij sint coniuncti in primo gradu, videntur illis similes in eodem gradu, non autem in vlteriori, propinqui. Imo aliqui (vt refert *Host. c. Cum locum, de sponsal. paulo post princ.*) nolunt id extendere ad metum illatum parentibus, vt filij contrahant.

5 Secundò tamen dico, idem esse dicendum, si timor inferatur parentibus, vt filij contrahant, erit eorum timor viri constantis, respectu filiorum. Prob. quia pater, & filius censentur vna persona, *l. vlt. C. de impub. & aliis substit. & §. Et qui, Instit. de inutil. stip.* Colligitur etiam ex *libr. 11. tit. 1. l. 5. recop.* ibi, *mandamos que ninguno aprenda à ninguna doncella, à que se case contra su voluntad, ni a si mismo aprenda à los padres, y madres de las tales:* vnde colligit *Matienzo ibi gl. 3. nu. 1.* metum illatum parentibus, censeri illatum filijs. Et ita expresse tenent *Host. c. Cum locum, de sponsal. paulo post princ. & ibi Innoc. n. 1. Ant. n. 10. Ioan. And. n. 2. Anchar. nu. 10. Alex. de Neuo n. 12. Henricus n. 3. Præpos. num. 10. Francus c. Sciant cuncti, de elect. in 6. n. 2. Bertachin. in repertorio, lit. M. v. Matrimonium, qua forma contrahatur, vers. Matrimonium contractum ex metu, Ant. Cucus l. 5. inst. maior. t. 12. n. 156. Veracruz 1. p. speculi, a. 8. conclu. 2.* Et pro hac parte sunt, quos retuli dicentes idem esse respectu coniunctorum in primo gradu, hac eadem disput. num. 4.

Tertiò dico, idem esse dicendum, de ascendentibus: nam & timor ipsis illatus reputatur iustus, respectu descendentium. Quia descendentes, ipsos habent, venerantur, ac amant, vt parentes. Sic *Innoc. Alex. de Neuo Præpos. allegati n. præc.*

Quartò dico, idem esse respectu fratrum: est enim à natura insitus arctus amor inter fratres. Et amplius probabitur n. seq. Sic colligitur ex DD. citatis nu. 4. qui dicunt idẽ esse de coniunctis in primo gradu. Et tenent *Præpos. d. cap. Cum locum, n. 10. Phil. Probus dicto seq. allegandus, Ant. Cucus d. l. 12. n. 156.* & à fortiori DD. *allegandi n. sequ.* 7

Quintò dico, idem esse respectu aliorum consanguineorum. Prob. quia natura ipsa amore conciliat consanguineos, tanquam vnam carnem, ex eodemque sanguine deriuatos: vnde dixit D. *Augustin.* & habetur *c. Non existimemus, 13. qu. 2. nemo vnquam carnem suam odio habuit:* ergo vir prudens & constans iuste terrebitur ob malum comminatum consanguineo suo. Secundò prob. ex *Sciant cuncti, de elect. in 6.* ibi, *vel consanguineos eorum:* quem textum dicit esse notabilem *Iason l. De pupillo, §. Si quis ipse, n. 12. ff. de operis noui nunciat. & Felin. c. Ecclesia S. Mariæ, n. 99. de constit.* ad probandum metum illatum consanguineis electoris, ad incutiendum electori timorem, censeri illatum electori. Tertiò prob. ex *c. Quicumque, de sent. excom. in 6.* ibi, *in bonis suis, vel suorum:* vbi textus excommunicat eos, qui offendunt ferentes censuras, in suis personis, vel suorum: vbi *gl. verb. Suorum,* inquit consanguineorum, vel familiarium: & *Anchar. nu. 2.* inquit consanguineorum, & domesticorum *Francus n. 3.* familiarium, & domesticorum: *idem Dominic. ibi n. 5.* vbi *Archid. super v. Suorum,* ait, domesticorum. Quartò prob. ex *Clem. 2. de sent. excom.* vbi excommunicat quomodolibet cogentes clericos: & aiunt *ibi gl. v. Quomodolibet: Imola ibi n. 12. Ponsc. c. n. 27. D. Antonin. 3. p. t. 24. c. 28. Roscll. Absolutio 1. n. 75. Ang. Excommunicatio, 5. casu 15. nnit. Tabiena Excommunicatio, 5. casu 15. q. 2. n. 3. Sylvest. Excommunicatio, 7. casu 17. nnit. n. 51. Navar. sum. l. 1. & Hisp. c. 27. n. 104.* idem esse si consanguineos clericorum grauant, in personis, vel in rebus. Quintò prob. ex *c. Gemma, de sponsal.* vbi textus loquitur de pœna apposita per parentes gemmæ, si non impleret sponsalia, & reijcit illam pœnam, tamquam impedientem matrimonij libertatem: & tamen DD. (vt dixi l. 1. disp. 30. n. 3.) dicunt idẽ esse, si ea pœna apponatur per alios contrahentium consanguineos, vel alios ita cum ipsis amicitia coniunctos, vt verisimile sit contrahentes timore ne illi pœnam soluant, contracturos: quia tunc etiam impeditur libertas matrimonij. Et *l. Hæres meus, § fin. ff. de cond. & demonstr.* reijcitur conditio legato facto parẽtibus, adiecta, Si filia nõ nupserit: eo quod filia retraheretur à nuptijs, ne parẽtes iacturam legati faciant. & tamen DD. (vt dixi l. 1. disp. 34. nu. 10.) dicunt idem esse, quando legatum fieret consanguineis puellæ, vel amicis tam arcta familiaritate coniunctis, vt similiter retraheretur: ergo metus illatus consanguineis contrahentis, censetur iustus, & cogens ad contractum. Et ita tenent *Iason. Instit. de action. §. Quadrupli, n. 55. & ibi Angel. n. 7. Francus c. Sciant cuncti, nu. 2. de elect. in 6. & c. vn. de his quæ vi. in 6. nu. 8. Parisius cons. 5. num. 161. vol. 4. Bald. l. Interpositas, nu. 5. C. de transact. vers. Oppono dicitur hic, & ibi Alex. n. 6. Padilla ibi nu. 10. fin. Anchar. c. Cum dilectus, nu. 7. vers. Secundo quæro, de his quæ vi. Franc. de Platea tract. de excom. §. 46. nu. 10.* habetur *to. 14. tract. nouiorum, Philip. Probus addit. ad Ioan. Monachum, vbi r. de renunc. in 6. nu. 18. 19. Rolandus cons. 2. n. 62. vsque ad 67. vol. 1. Ollanianus decisio. Pedemont. 179. n. 2. Mascard. de prob. concl. 1055. nu. 25. Ant. Gab. to. 2. comm. l. 11. vt Metus, f. 107. col. 1.* hi omnes indistincte dicunt de metu illato consanguineis, extendentes *l. Isti quidem, ff. de eo quod met. caus.* quæ loquitur de metu illato filijs, ad alios consanguineos: & clarius *Præpos. c. Cum locum, de sponsal. n. 11.* expresse dicit etiam habere locum in transuersalibus, & non esse matrimonium defectu libertatis consensus, quando fit metu, ne aliquis trãsuersalium patiatur læsionem.

nem. Et quædam *decisio rotæ*, quã approbant *Padilla ea l. Interpositum, n.10. & Flamin.* dicens esse communẽ, *de resign. benef. l.3. q.1. n.158. Fel. d.c. Ecclesia S. Maria, n.99.* ait beneficij resignationem factam ob metum illatum consanguineis clerici, esse rescindendam, ac si ipsi clerico metus incuteretur. Faciunt etiam DD. qui, cum *c. fin. de appellatio.* decernunt iustum metum incussum appellãti, excusare ne appelleret coram iudice à quo: dicunt idem esse, si metus incutiatur appellantis consanguineis. Sic docet *Aut. eo c. fin. n.8. & de Anchar. n.4. Bald. n.9. Francus n.7. Imola nu.8. Præpos. n.6. Decius n.23. Felin. c. Ecclesia S. Mariæ, nu.99. de constit. Bart. d. l. Papiã. §. si quis ipsi, nu.18. q.9. & ibi Alex.* alios referens n.25. & ibi *Iason n.12. Const. Rogerius tract. de protestat. §. Quarto principaliter positus sum. n.2.* Faciunt pro eadem sent. *Iason o. §. si quis ipsi, n.13. & l.1. C. de indict. viduit. n.3.* vbi *Bald. nu.2. Fel. Probus addit. ad Ioann. Monachum, c. Sciant. cuncti, de elect. in 6. nu.3.* vbi dicunt. & ex multis probat *Iason*, parem esse metum, in se, vel in suis; faciunt etiam *Matienzo lib.5. recop. l.2. tit. gl.1. n.189. & Corona confessorum 4.q.c.8. de matrim. t. de impedim. violentiæ, n.29. §. Sed difficultas est*, vbi dicunt esse metum iustum, in se, vel in suis.

9 Hinc infertur idem dicendum esse, quando malum esset communatum personæ arctissimæ amicitiæ coniunctæ contrahenti. Prob. ex dictis n. præc. in quinta ratione. Iré quia amicus est alter ego: vt testantur *Arist. l.9. ethic. c.4. D. Aug. l.4. confes. c.6.* & *Horat. l.1. od.3.* appellat amicum, dimidium animæ amici: & idem *Arist. 2. Rhetor. c.4.* ait, amicum esse animum vnum, in corporibus duobus habitantem. Facit pro hac sent. clare *Alex. de Neuo c. Cum locum. nu.11. de sponsal.* vbi ait esse metum cadentem in constantem virum, sufficientem ad irritandum matrim. si inferatur aliis, de quorum personis rationabiliter debet timeri ne offendantur. Quod quidem maxime procedere in arctissima amicitia coniunctis dubitabit nemo.

10 Secundò infertur, idem dicendum esse, quando domesticis alicuius metus infertur, vt ille contrahat. Prob. ex allatis n.8. in 3. probat. Item ex *Clem. 1. de excessib. prælat. vers. Seruientes*, vbi ponderans textus violẽtiam illaram monachis, refert seruientibus illis inferri vim. Per quem textum dicit vbi *Card. in princ. n.4. notab.13.* quem sequitur *Felin. c. fidelium, nu.99. de constit. & Lasoul. l.n.4. C. de indicta viduit.* iniuriam domestico occasione mei illatã, mihi irrogari. Aug. ita in casu *c. fin. de appell.* in quo metus iustus excusat ab appellatione, coram iudice à quo, dicunt idem alii, qui DD. quando metus incutitur famulis, & colonis terrarum ipsius appellantis. Hi sunt, *Anchar. eod. c. fin. n.4. Bart. Alex. & Felin. n.8. allegg.* & de domesticis ait *Franc. c. vn. nu.8. de his quæ vi, in 6.* Hoc tamen difficile mihi videtur, & ita id intelligerem, quando inde grauis iniuria, quæ merito à vno contristote timenda esset, sequeretur domino, aut aliud simile damnum.

11 Secundò dico, similiter esse metum cadentem in virum constantem, quando is incutitur affinibus. Quia sunt vel ex proprij consanguinei, cum sint consanguinei alterius ex coniugibus, & hi sunt vna caro. Sic *Præpos. c. fin. n.6. de appel. Monach. de arbitr. l.2. cent.1. casu 135. num.8. Flamin. de resign. benef. l.3. q.1. n.69.* Intelligo tamen hoc, quando affinitas prouenit ex matrimonio, secus quando ex fornicatione. Quia ex hac nullus amor conciliatur: nec cognoscunt se huiusmodi affines.

12 Tandem interrogabis, ad quorum gradum extendatur huiusmodi consanguinitas, aut affinitas, vt censeatur timor iustus illatus mihi, quando incutitur meo consanguineo, vel affini, vt ego contraham? *Bald. c. fin. n.9. de appel.* tractans in materia timoris excusantis de appellatione coram iudice à quo, dixit extendi consanguinitatem vsq; ad septimum gradũ. Quia naturalis (inquit) affectio hoc facit, vt qui vnum de agnatione tangit, totam agnationem tangere videatur. Hoc tamen displicet. Quia valde arcta recusationis, vt possit recusari iudex ratione consanguinitatis: quidam extendunt vsq; ad septimum gradum, alij vsque ad decimum, & alij vlterius. Vt potest videri in *gl. c. Postremo, v. Consanguinei, de appell.* & ibi per scribentes. Sed hoc non facit ad rem. Quia (vt testatur *ibi gl.*) modica causa repellit iudicem & reddit eum suspectum. Vnde existimo dicendum, extendi consanguinitatem & affinitatem vsque ad quartum gradum, sicut ad illum vsque durat, ad impediendum matrimonium. Per *c. Non debet, de consang.* Quia vsq; ad illum durat naturalis affectio, & vltra illum iam non reputantur illi, consanguinei, vt grauiter læderetur aliquis, ex timore incusso consanguineo vltra illum gradum, nisi esset timore rei tangentis, læderetur valde honorem, vnde toti prosapiæ etiam vltra eum gradum macula sequeretur: tunc enim iam in propria persona damnum timeretur.

Ad argum. proposita n.2. resp. Ad 1. dico in illa l. explicari filios, gratia exempli tantum, quod minime arctat recusari filios, gratia exempli tantum, quod minime arctat recusari filios, gratia exempli tantum, quod minime arctat recus

metus, Bald. l. Interpositæ. n. 3. C. de transactio, Iason Instit. de act. §. Quadrupli, n. 54. Syluest. v. Metus, qu. 1. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 4. n. 8. Menoch. de arbitr. li. 2. centuria, 2. casu 135. n. 3. & 4. Nauar. sum. Lat. c. 22. n. 51. vers. Secundum. Et ex Theologis, *Sotus 4. d. 29. q. 1. a. 2. vers. Eiusmodi autem metum,* & multi alij quos hi referunt. Et sicut in foro externo relinquitur hoc iudicis arbitrio, ita in foro interno prudentis arbitrio. Sic *Veracruz 1. p. specul. art. 8. concl. 6.*

2 Hoc autem arbitrium non est quoad ea mala, quæ iure constat esse sufficientia ad metum viri constãtis. Quia (vt optime ait *Bald. c. 2. de his quæ vi, ad finem*) arbitria data sunt in his quæ sub regula comprehendi nequeunt ob humanam varietatem: vt notatur *l. Non possunt, ff. de leg.* Quare cum iure constat malum aliquod incutere metum iustum, non est arbitrium. Vnde arbitrium erit teste *Syluestro v. Metus, qu. 1.* quantum ad ea mala, quæ reducuntur ad damna expressa in iure, & quoad discernendum, an sit probabilis æstimatio illorum.

3 Cæterum quamuis hæc attento iure communi, vera sintat iure regio Castellæ nititur *Villalobos in antimom. iuris ciuilis, ac regij, lit. M. verb. Metus, n. 14.* cortectum esse hoc arbitrium, per *l. 7. t. 33. p. 7.* quæ declarat quarum rerum metus cadat in virum constantem. Sed fallitur omnino; quia lex post enumerata prædicta mala subdit, *e de tal miedo como este, o otro semejante:* ergo desiderabitur arbitrium iudicis, perpendentis quod damnum illis simile sit. Præterea, quia *Greg. Lop. ead. l. 7. verb. Metus*, ait concordare cum *l. Metum, & seqq. ff. de eo quod met. caus. & l. Interpositas, C. de transactio.* per quas dicunt DD definiendum esse hoc iudicis arbitrio. Item, quia iure communi erant etiam expressa damna, timorem iustum incutientia: vt constat ex *toto tit. ff. de eo quod met. caus. & c. Cum dilectus, de his quæ vi*, quo non obstante omnes DD. asserebant exigi iudicis arbitrium. Præterea, quia leges partitarum nunquam censentur corrigere ius commune, nisi expresse in eis dicatur. Vt probaui l. 3. disput. 41. nu. 8. Tandem, quia non tantum obiectum timoris perpendendum est ad iustum metum, sed eius etiam probabilitas, & subiecti qualitas, cui metus incutitur: ergo quamuis lege illa definita essent omnia timoris grauis obiecta, desideraretur iudicis arbitrium, circa obiecti æstimationem, & subiecti qualitatem. Et ita contra *Villalobos*, tenent *Olanus concordiæ iuris litera M. verb. Metus, n. 40. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 9. n. 3. in comment. litera T.*

4 Secundo, citra controuersiam, metus mortis cadit in virum constantem. Habetur *c. Dum dilectus, de his quæ vi, & l. Nec timorem, 7 ff. de eo quod met. caus. & l. 7. t. 33 p. 7.* Et ratio est, quia omnium terribilium finis est mors, teste *Philosoph. 4. ethic.* Idemque dicendum est, de metu mutilationis. Est enim quædam mors partialis membri, *c. Si quis abscinderit, d. 55.* & habetur expresse *d. l. 7.* Idemque dicendum est de tinore graue corporis cruciatus: habetur expresse *d. c. Cum dilectus, & ead. l. 7.* ad quem grauia verbera reducuntur: cum grauiter crucient. Et docent omnes.

5 Tertio, idem dicendum est, de metu armorum: est enim cadens in virum constantem, licet portans arma eis non vtatur, *l. 3. in princip. Qui armati ff. de vi & vi armata.* ibi, *sufficit enim terror armorum, vt videantur armis deiecisse.* Et *l. 15. t. 2. p. 4.* ibi, *como si viese armas.* Et notat *Bartol. ea l. 3. in princ. n. 1. notab. 2. Gregor. Lopez ea l. 15. verb. Touiescu. Anton. Cucus l. 5. instit. maior. tit. 12. n. 158. Padilla l. Cum proponas. la 1. n. 7. Cod. de transact. Gutier. consi. 16. nu. 8. Ioan. Garcia de nobil. gloss. 17. nu. 16.* Idem dicendum est, licet portans arma ea deponat: cum enim possit iis armis vti, nihil eorum depositio confert. *l. Quoties §. Qui in potestate, & l. In delictis, in princ. ff. de noxa.* Sic docet *gl. ea l. 3. v. Sed deiecerunt*, & ibi, *Angel. Gregorius Lopez eodem verb. Touiesen, Ant. Gabr. 2. to. comm. 11. verb. Metus, f. 106. col. 1. Anton. Cucus eodem t. 12. n. 159. Gutierrez consi. 16. n. 10.*

6 Quartò, idem dicendum est de metu seruitutis: vt si alicui libero effecto timor inijciatur redigendi illum in seruitutem. Habetur expresse *l. Ego puto, & l. Isti quidem ff. de eo quod met. caus. & l. 15. t. 2. p. 4. & l. 7. t. 33. p. 7.* Et docent omnes. Imo idem dicendum est si timor sit amittendi instrumenta, quibus libertas probari debet. Vt expresse habetur *dict. l. Isti quidem, & l. 7. & 15. proximè citat.* Quod intelligitur, quamuis non in continenti amissis instrumentis redigendus sit in seruitutem: nam sufficit id periculũ posse euenire: per *l. Nec timorem, 7 ff. de eo quod met. caus.* ibi, *quoniam si prodetus esset, potuisset capi.* Procedit etiam siue sit in possessione seruitutis, siue libertatis, vt docet omnia hæc contra alios, quos ibi refert, *gloss. d. l. Isti quidem, verb. Si iam*, vbi etiam cum *Ioanne per ipsum citato*, id intelligit, licet alias probationes suæ libertatis habeat. Quia possibile est eas non fore sufficientes, & vt sua libertate priuetur.

Quintò, idem dicendum est, de captiuitatis timore. 7 Quia est quædam seruitus. Item, quia longe maius damnum est, quam carcer, cuius timor in virum constantem cadit: vt dicemus nu. 9. Sic docet *Scotus 4. d. 29. q. vn. §. De primo contradictio est.*

Sextò, idem dicendum est de grauis exilij timore, est 8 enim graue malum. Sic *Sotus l. 7. de iustitia q. 2. a. 1. ad 2. vers. Haud tamen hic pacabitur, Palacios 4. d. 29. disp. 1. fol. 454. vers. Aduerte autem, Enrig. l. 11. de matrim. c. 9. n. 4.*

Septimò, idem dicendum est de carceris metu. Habe- 9 tur *l. Nec timorem, & l. Qui in carcerem, ff. de eo quod met. causa.* Quem casum diuersimodè explicant DD. quidam enim indistinctè loquuntur, dicentes absolute metum carceris cadere in virum constantem. Sic *Scotus 4. d. 29. qu. vn. §. De secundo dico, vers. Ad primum, & §. De primo contradictio est, Gabriel. 3. dist. 39. qu. 1. ar. 1. ad fin. vers. Instrumentum incautum, Victoria sum. de matrim. nu. 268. Palacios 4. d. 29. disp. 1. f. 655. vers. Recensentur autem, Corduba sum. qu. 171. punct. 1. Veracruz 1. p. specul. a. 8. concl. 2.* Et ex iurisperitis, *Abb. c. Cum locum, n. 9. de sponsal. & ibi Præpos. ad fin. nu. 12. Philipp. Probus addit. ad Iasonem Monachum, rub. de renuntiatione, in 6. nu. 18. Rosella verb. Impedimentum impedimento, 10. n. 2. Angel. v. Metus, n. 1. Anton. Cucus lib. 5. instit. maior, t. 12. nu. 155. Gutier. de iuramento 1. p. c. 51. n. 5. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rub. gloss. n. 189.* Alij vero explicant de carcere perpetuo. Sic *gl. l. Ego puto, initio ff. de eo quod met. caus. Sotus lib. 7. de iust. q. 2. a. 1. ad 2. vers. Haud tamen hic pacabitur, Angles floribus 1. p. qu. 3. de matrim. coacto, a. 11. ante 1. difficultatem. f. 546. Vinald. Caude l. 1. p. de matrim. num. 59. Carbon de restitutione q. 46. fundamento 2. §. Metus cadens.* Mellius tamen dicendum est intelligi de carcere diuturno, & de vinculis atrocibus. Tunc enim est grauissima pœne, secus vbi carcer breuis esset. Sic *Sotus 4. d. 29. qu. 1. a. 2. vers. Ex iusinodi autem metum, Enrig. li. 11. de matrim. c. 9. nu. Aragon 2. 2. q 88. a. 3. §. Pro explicatione huius diffic. Barth. à Ledesm. dub. 23. de matrim. fundamento 3. Manuel 1. tom. summ. 2. edit. c. 231. concl. 3. n. 3.*

Octauò, idem dicendum est, de timore amissionis sta- 10 tus: vt constat ex *l. Isti quidem, ff. de eo quod metus causa.* & ex vers. allato à *D. Th. 4. d. 29. q. vn. art. 2. ad 2.* continenti mala quæ iustum metum incurrunt *stupri, siue status verberis, atque necis.*

Nonò, idem dicendum est, de metu honoris amitten- 11 di. Habetur *l. 7. t. 33. p. 7.* ibi, *de recebir deshonra. porque sincaria infamado.* Quia viro bono grauior est honoris iactura morte ipsa. Hoc videtur sentire *gl. c. Cum dilectus, v. Metum, de his quæ vi*; vbi ait metum verborum quandoque inferre iustum metum. Quam sequitur *Ant. Cucus* alios referens *l. 5. instit. maior. t. 12. nu. 143.* non enim video, de quibus verbis intelligi possit, nisi quando metum incutiens est virdicax & contumeliosus, facileq; in verba detractoria prorumpens. Et tenet expresse *Barbatius consi. 6. a. n. 3. vol. 1. Ant. Gabr. to. 2 comm. lib. 11. v. Metus, f. 106. col. 2. Padilla l. Interpos. 29. n. 2. Mascardus de prob. concl. 1055. n. 53.*

Decimò, idem dicendum est, de stupri comminatione, 12 siue in viro, siue in muliere. Habetur *l. Ifti, 8. ad fin. ff. de eo quod metus causa*, ibi, *quod si dederit, ne stuprum patiatur vir, seu mulier*, hoc edictum locum habet, *cum viris bonis iste metus maior esse*

ser deberet, quam mortis. Et *l.15.t.2.p.4. O si supiese manceba virgen y la amenaçasen que iacerian con ella.* Ex quibus verbis videtur aperte colligi à contrario sensu, aliud esse, si mulier non esset virgo. Cum *lex partita* expresse loquatur de virgine. & *d.l.18.* de stupro: quod accessum ad virginem, esse constat: nec æqua est infamia, & damnum in non virgine. Et ita etiam de stupro loquuntur *D.Thomas 4.d.29. quæst.vn.art.1.ad 2.* & *ibi Scotus quæst. vn. §. De primo contradistin est, Durand ibi, quæst.2.num.4. D.Bonauent.qu.1.num.5. Ricardus 4.1.qu.1. Paludan.quæst.vn.a.2 concl.2. num.13. Gabr.3.d. 39.q.1.art.1.ad finem, vers. Iuramentum incantum, D.Antonin. 3.p.1.cap.7.paulo post princ.* Et ex iurisperitis, *Innocent.cap. 1.num.2.de his quæ vi.* Imo *Sotus, Barth. à Ledesm. & Enriquez* quos tetuli num.9.fine, expresse dicunt timorem stupri in virgine, cadere in virum constantem. Quare contrarium videntur sentire in corrupta. Cæterum idem credo esse dicendum, si esset vidua, seu mulier honesta. Quia eadem est ratio nam *d.l. Ifti quidem*, non consideranit signaculum virgineum: cum idem dixerit in viro, sed rationem subdit, ibi, *cum viru bonis iste metus maior esse debeat, quam mortis.* Quæ ratio in vidua honesta etiam militat. Et ita sentit *Gregor. Lop. l.15. tit.2. p.4. verb. Manceba, Manuel 1.tom.summ. 2 edit.231. conclus.3.num.3.* Immo credo quamuis in muliere inhonesta non præsumeretur in foro externo duci eo timore, ne vi opprimeretur ad contractum ineundum: si tamen re vera illo timore traheretur, esset cadens in virum constantem. Probatur, nam metus periurij cadit in virum constantem, cuius rationem reddit *Seraphinus de privilegiis iuramenti, privilegio 29. num.1.* quia si metus perdendi honorem, est iustus; à fortiori metus amittendæ salutis æternæ, quæ per peccatum mortale periurij perditur. Sed hæc ratio militat in nostro casu. Dices non amitti. Quia si vi præcisa cognoscitur, non peccat fateor, verum quæ mulier ita fortis esse potest, vt in medio flammæ nō ardeat? & saltem negari non potest exponi maximo, ac euidentissimo periculo admittendi peccatum mortale: vnde dum textus, & Doctores loquuntur de stupro, exponunt casum frequentiorem, non tamen quod velint astare ad illum.

13 Vndecimò, de metu infamiæ, non constat inter DD. Qui iam enim dicunt non cadere in virum constantem. Per *l.Nec timorem.7.ff.de eo quod metus causa*, ibi, *nec timorem infamiæ huc edicto contineri Pedius dixit.* Et tenet *ibi glossverb. Infamiæ quando est infamia falsi.* Idem docent de infamia *D. Thom.4.d.29.q.vn.a.2.ad 3.* vbi *Durandus quæst. 2. num. 4. fin. Carthusianus ibi, quæst.2. Sylvester verb. Metus, qu. 4.* Imo de infamia iuris, nisi adiunctam habeat mortis, aut cruciatus corporis pœnam, docet idem *Tabiena v. Impedimentum, imped.9.qu.1.nu.2.* Alij dicunt cadere in virum constantem, quando infamia est talis, vt ei nullo modo occurri possit. Sic *Ant. Cucus lib 5.instit, maior t. 12. num.155. Lud. Lop. 2.p.instruct.de matrim.cap.40.paulo post princ.* sub dubio tamen id affirmat. Alij vero absolute docent metum infamiæ cadere in virum constantem. Sic *Innoc.c.Cum dilectus, nu.1.de his quæ vi Torrett.31.q.1.in sum.nu.7. Carbon. de restit.q.46 fundamento 2.§. Metus cadens.*

14 Sit tamen prima conclus. Metus infamiæ iuris, est viri constantis. Vt si quis deprehenso in delicto infami, comminetur fore, vt eum prodat. Sic expresse habetur, *l.Nec timorem.7. & l.Ifti quidem.8.§.fin.ff.de eo quod met. cau.* Et docent *gl.d.l.Nec timorem, verb. Infamiæ, Rosella v. Metus, n.2.* vbi *Angel.n.5. Sylvest.q.4.* Et ex Theologis, *Sotus 4.d.29.q.1.a.2. fin.* vbi *Palacios* (qui *1.vers. Inter hæc autem mala, f.656. Veracruz 3.part.tract.8 concl.2. Bart.à Ledes. dub. 23. de matrim.fundam. 3. Enriquez l.11.de matr.c.9.n.4. Manuel 1.tom.sum.2.edit.c.231. concl.3.n.3.*

15 Secunda conclusio. Metus infamiæ facti, cui non facile occurri potest, cadit in virum constantem, secus quando facile occurri potest Et sic cōciliantur opiniones, nam dicentes non cadere in virum constantem quos retuli n. 13. intelligunt, quando facile ei damno subueniri potest. Et ita *D.Thom. Durand. Carthus. Sylvester, Tabiena* pro ea opinione allegati subdunt rationem, quia facile occurri infamiæ potest. Qui vero dicunt cadere in virum constantem, intelligunt quādo non potest facile occurri. Probatur conclusio ex *c.22. Proverb. Melius est bonum nomen, quàm divitiæ multæ.* Sed timor amissionis magni patrimonij, cadit in virum constantem (vt dicemus num. 21. & seqq.) ergo & timor infamiæ. Secundò, quia timor infamiæ æquiparatur metui mortis *l.Iusta, ff. de manumissis vindic.* ibi, *iusta causa manumissionis est, si periculo vitæ, infamiæve dominus seruum liberauerit.* Vbi *glossverb Infamiæ, ait, quod simile est periculo vitæ.* Sic *Paludan.4.d.29.q.vn.art.2.concl.2. nu.13 Lericulo vitæ.* Sic *Paludan.4.d.29.q.vn.art. 2.concl.

cons.369.n 10 & l.Interpositas,n,16.C.de transact.Socin.senior, c.Sacris,n.505.vers.Circa 23.principalem quæstionem,de sent.excomm.Gigas de pensionibus,q.36.Millu in repertorio,v.Iustus metus,Franc.de Platea de excomm.§.46.nu.10. habetur *tom.14. tract.nouior. Philippus Probus addit. ad Monachum, rubr. de renunciat.in 6.n.21.Rosella Excommunicatio,1.casu 29.n.12.Angel.v.Metus n.4* vbi *Sylvester q.5.Tabiena q.1.n.2. Couar.4.decret.2.p.cap.3.§.4.num.12. Villalobos in commun. opin.litera M. verb.Metus,num 73. Ant.Cucus libr.5.institut.maior.t.12.num. 173.Padilla d.l.Interpositas,num.14. Mascardus de probat.concl. 1055.num.50. Barsatus consil.72.num.54. volum.1.Flamin.de resignat.benef.lib.1.quæst.1.nu.134.iunct.num.142.Vgolinus de censuris,tabula 2.cap.24.in princip.num.1.* Et ex Theologis, *Palacios 4.d.29.disput.1.fol.656.vers.Regitas cur excommunicatio,Enriquez lib.11.de matrimon.cap.9.num.4. Ludou.Lopez 2 part. instruct. de matrimon.cap.40.fol.1070.§.Iam ex prædictis.*

18 Hæc tamen sententia intelligenda est, in quantum ait metum excommunicationis iniustæ cadere in virum constantem, quando ei facile non potest occurri: vt si non potest sibi excommunicatus consulere, appellando, vel quia non audet ob potentiam excommunicantis, vel quia non habet in promptu superiorem, ad quem appelleri, vel sunt necessaria sumptus, & est pauper, aut appellando est periculum in mora obtinendi absolutionem, & impendet aliquod damnum de præsenti ob excommunicationem. Sic *Abbas cap. Olim, el 3.num.11.de restitut. spoliat. & cap.Cum dilectus, num.6.de his quæ vi, Felin.cap.Cum inter, nu20.de exception.Tabiena,Socinus. Couar. Anton. Cucus num 174.Barsatus,Vgolinus,Enriquez,allegati num.praced.* Et idem credo sentire *Palacios ibi citatum*; dicit enim esse timorem viri constantis metum excommunicationis iniustæ, nisi euidenter iniusta sit. Id enim credo sentire, quia quando euidenter est iniusta, facile est remedium: si enim esset difficile, adhuc timor ille esset viri constantis. Hanc limitationem intelligit *Vgolinus ibi*, quando dum comminata fuit excommunicatio iniusta, non potuit timens sibi facile consulere appellando: si enim potuit, sibi debet imputare, quare ait tunc non esse timorem viri constantis. Sed melius cæteri indistincte loquuntur. Quare si post latam excommunicationem iniustam, non possit excommunicatus facile absolutionem impetrare, eius metus est viri constantis. Quia adhuc illa excommunicatio est iniuriosa, & pœna grauissima, & quamuis in culpa fuerit excommunicatus non appellando ad suspendendum excommunicationis effectum, verum respectu ipsius excommunicationis expers est culpæ, cum iniuste ea pœna afficiatur, ad extorquendum consensum.

19 Ad argumenta proposita numero 16. ad probandum timorem excommunicationis non esse viri constantis, respondetur. Ad primum, excommunicationem iustam esse medicinalem vt excommunicatus ab inobedientia resipiscat: iniustam autem, minime, sed pœnam iniuriosam. Ad secundum, dic quamuis excommunicatio iniusta non liget coram Deo, ligare in foro externo, cogereque excommunicatum, gratia vitandi scandali, vt abstineat publice ab officiis diuinis, sacramentis, & fidelium participatione: quæ sunt grauissima damna ac iure optimo pertimescenda.

20 Vltimo de metu remissionis bonorum, quidam censent non cadere in virum constantem. Probatur ex *cap. Cùm dilectus, de his quæ vi, ibi, non obstante violentia quæ proponebatur illata, cum neque metu mortis, nec cruciatum corporis contineret, & ideo non debuit cadere in constantem.* Sed metus amissionis bonorum non est mortis, nec cruciatus corporis, ergo. Secundò probatur ex *c.Omnes accusationes,32. qu.7.ibi, nolo mihi proferas damna rei familiaris.* Ex quo constat metum paupertatis minime excusare. Sic *Palud. 4.d, 29.q.1 a.2 concl.2.n.13.* Alij vero limitate loquuntur, quando bona vitæ tuendæ necessaria sunt. Sic *Hostien.c.2.de his quæ vi, super v.Coactus, & Ledesm.2.p.4.q.49.a.3.§.Sed dubitabit aliquis,* adhuc strictus loquitur, ait enim tunc esse timorem viri constantis, quando amissio bonorum tanta est, vt causa futura esset amissionis status, & familiæ. Alij vero dicunt omnium bonorum amissionis metum, cadere in virum constantem: nec amplius explicant, vnde exigere videtur, vt amissio sit omnium bonorum. Probatur ex *c.2.de his quæ vi, ibi, quæ eum à domo, & vniuersa possessione, expellerent.* Vbi textus ad concedendam reiectionem renunciationis, metu perdendi bona factæ, ponderat timorem iacturæ vniuersæ possessionis. Sic *Bart.l.fin.num.6.ff.de condict.ob turp.caus. Menoch. de arbitr.lib.2. centuria 2 casu 135. n.9.Mascard.de probat.concl.1055.n.54.* Et ex Theologis *Palacios 4.d.29.disp.1.f.654.vers. Aduerte autem, Pibiart.de offic. sacerd.to.1.p.2.lib.2 c.8.ad fin.Lud.Lop.2.p.instruct.de matrim. c.40.fi1070.*

Sit tamen prima conclusio. Metus amissionis bonorum cadit in virum constantem. Probatur, quia æquiparatur metui mortis. Vt bene docet *Tiraquel.de nobil.c.31,nu. 369.* nam bona sunt quædam hominis vita. Vt prob.ex *l. Aduocati.14. C.de aduocat diuers.iud.* ibi, *vitam defendunt,* vbi *glos.verb.Vitam,* explicat vt non perdant quod habent. Idemque comprobat Hesiodi carmen, *pecunia est anima miseris mortalibus.* Sic *gloss.vnic.verb.Coactus,de his quæ vi,in 6.& ibi Ioannes Monachus,num.5. Albertus Brixius inter consilia Iudæa,consil.82.nu.7.* & Doctores omnes numero sequenti allegandi. 21

Secunda conclusio. Metus amissionis maioris partis bonorum cadit in virum constantem. Probatur ex *c.1.de restit spol.in 6.in fi princ.* ibi, *illum autem spoliatum intelligo virum, qui tota sua substantia, vel maiori parte ipsius sepe violentiam destitutum affirmat.* Et *l. Propter litem, in princ.ff.de excusat tuto.* ibi, *nisi forte de omnibus bonis, aut plurima parte earum, controuersia sit.* Item quia hæc amissio adeo graue damnum reputatur, vt morti æquiparetur. Vt late probat *Tiraquel.de nobil.cap.31.n.369.* ergo eius metus est viri constantis. Ita tenet *Innoc.* licet sub aliquali dubio *c.Cum dilectus,n.1.de his quæ vi* idem tenent *Ioan.And.c.2.n.2.de his quæ vi, & c.Verum,n.2.de iureiur. Ant.eodem c.2.n.3. & 6. Anchar. n.2.Cardinalis initio, Abbas n.6. Imola statim in princip.Gosfredus summ.t.de his quæ vi nu.3. Idem Ant.c.Gemma,nu.7. dissonat. & ibi Abbas n.1.Alex.de Neuo n.3.Anchar.c vt.de his quæ fal. in 6.fin & ibi Franciscus n.8 & ibi Probus in addit. ad Monachum n.8.Berosius cap.1.n.11 de offic.deleg. Iason l.Titia,nu.4.in princip. & nu.7 ff.de verb.oblig.Franc. Aretin.cons.14.nu.15 l.Roma.Interpositas,n.9.C.de transaction.* vbi *Curtius iunior,nu.7. Aliaster. n.7.Padilla n.14.Rosella verb.Metus,nu.1.& ibi Angelus n.3. Tabiena verb.Coactus,q.3.n.4.* vbi *Armilla nu.3. Gem.Auras l.47. Tauri nu.19.Ioan. Capistrano in quodam consilio matrim.nu.25.* habetur *tom.9 tractat.nouiss.Nauar sum.Lat.c.22. nu.51.vers. Quintum, Couarr.4.decret.2.p.c.3 § 4.nu.18. Matienzo lib.5.tit. cop.tit.1.rubr.gloss.1.n.189. Gutier.de iuram.1.p.cap.37.num.10.* Flaminius *de resign.benef.l.13.q.1.n.155.* Et ex Theologis *Ferraruz 1.p ss.c.4.8.concl.2. Manuel 1.tom.summ.2.edition.cap. 231.n.3.*

Hanc conclusionem temperant aliqui, quando bona, 23 quorum amissio timetur, magna sunt. Sic *Nauarr. Pibiart. & Lud.Lop.* quos retuli n.20 fin. & n.22.ad fin. Verum hoc ita absolute dictum, displicet mihi. Quia ita grauem iacturam patitur inops ablatis sibi modicis facultatibus, vel maiori earum parte, ac ditissimis: imo multo maiorem ille patitur, quia alia dimidia bonorum parte sibi relicta, vitam traducere minime potest: hic autem potest. Quare illud admitterem, quando bona adeo exigua sunt, vt illis retentis, aut deperditis, nō ideo pauperior, aut ditior, moraliter loquendo, possidens efficiatur: tunc enim cum id quod modicum est, pro nihilo reputetur, nullius momenti reputabitur ea iactura.

Secundò limitatur eadem conclusio, quando talis est maior pars ea bonorum, vt metum passus absque illa vitam sustentare minime possit. Sic *Rosella v.Metus, n.1. Angelus ibi n.3.Sylvester quæst.3.Tabiena verb.Coactio,q.3.n.4.* vbi *Armilla num.3.* Additque *Sylvest.* vel saltem requiri, vt ten-

teris facultatibus metum passi, grauem patiatur iacturam sublata maiori bonorum parte. Quia potest (inquit) tam diues esse, vt eam iacturam non faciat, ea ablatione maioris bonorum partis. Cæterum nec hæc limitatio placet: sed vniuersaliter credo esse verum, timorem amittendi maiorem bonorum partē, esse iustum. Quia est grauis iactura, atque ita virum constantem merito mouere potest. Quod videntur tenere reliqui DD. nu. 22. citati, qui absolutè & indistinctè eam admittunt conclusionem. Et nuclius *gl. 4 v. Coactus, de his quæ vi*, vbi *Ant. nu. 6. Anchar. nu. 2. & idem Anchar. c. vn. fin. de his quæ vi, in 6.* vbi disiunctiuè dicunt esse metum viri constantis, quando metum passus absque iis bonis vitam transigere non potest, vel grauem patitur iacturam: quam iacturæ grauitatem explicant *Gosfredus summa, t. De his quæ vi, n. 3. Abb. eo c. 3. num. 6.* quando est maior bonorum pars: ergo sentiunt sat esse amissionem bonorum quando est maior illorum pars, aut licet non sit talis, quando sine illis vita sustentari nequit. Et expressè esse metum viri constantis quando est talis grauis iactura licet absque illis vita sustentari valeat, docent *Veracruz 1. p speculi, a. 8. concl. 2. Barth. à Ledesm. dub. 23. de matrim. fundam. 3.*

25 Imo idem credo, quando non est metus amissionis omnium facultatum, vel maioris partis, si sit metus amissionis rei magnæ & notabilis. Quia virum constantem iure optimo hoc terret. Sic *Bald. c. Verum, statim in princip. de iureiur. & ibi Alex. de Neuo nu. 9.* Sic etiam videntur tenere *Cynus l. Interpositas, statim in princip. oppos. 1. C. de transactio, & Salicet. n. 6. Martinus inter consilia matrim. Zileti, cons. 15. num. 18. Sotus 4. d. 39. q. 1. a. 2. vers. Eiusmodi autem metum, Cordub. summ. qu. 161. punct. 1.* vbi docent graue damnum in rebus proprijs incutere timorem viri constantis. Et melius *Franc. c. vn. de his quæ vi, in 6. n. 8.* vbi postquam dixerat metum amissionis omnium bonorum, vel maioris partis cadere in virum constantem, subdit idem esse de metu magni damni in rebus. Et *Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 4. n. 18. fin.* nam postquam dixerat metum amissionis totius, vel maioris partis patrimonij esse viri constantis, subdidit esse huiusmodi timorem amissionis magnæ rei. Idem videntur tenere *Enr. q. lib. 11. de matrim. c. 9. n. 4. & Aragon 2. 2. q. 88. a. 3. §. Præexplicatione huius diffic.* Vbi dicunt amissionis magnæ bonorum partis timorem, cadere in virum constantem.

26 Tertia concluſ. timor amissionis instrumentorum, totius, vel maioris partis patrimonij, cadit in virum constantem: sicut dixi n. 6. de instrumento, quo libertas probanda est. Hæc est contra *glossam l. Isti quidem, 8. verb. Metu, ff. de eo quod metus caus.* Sed eam tenet *ibi Addatio ad glossam, & ibi Bald. §. Si in fine.*

27 Rogabis autem, quid dicendum sit de amissione magni lucri: eius enim timorem cadere in virum constātem, affirmant *Cynus l. Interpositas, statim in princip. oppos. 1. C. de transactio. Anchar. c. 2. n. 2. de his quæ vi & c. vn. eo. t. in 6. fin.* vbi & *Franc. n. 8.* Et conferunt ad hoc *Salzedo pract. c. 83. §. Est tamen opinio hæc. Nauarra l. 2. de restit. c. 3. in noua edit. p. 4. dub. 2. n. 419. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 28. n. 3.* vbi quamuis negent importunas preces incutere metum, & causam esse inuoluntarij: fatentur tamen tunc id efficere, quando importune rogatus non posset sine magno incommodo dissentire. Vt si rogans esset talis, à quo rogatus, beneficium, aut fauorem sperat fore vt recipiat. Prob. ex *l. fin. §. Si fœnerator. ff. de eo quod met. cau.* ibi, *si fœnerator inciuiliter cubitoribus athletarum, & à certaminibus prohibendo, cauere compudescendo athletam, & à certaminibus prohibendo, cauere compudescendo, vltra quantitatem pecuniæ debitæ, competens iudex restituendum decernet.* Vbi Iurisconsultus concedit restitutionem pecuniæ exactæ metu perdendi lucri.

28 Verum hæc sententia vniuersaliter intellecta minus vera est. Primò, quia (vt optime ait *Metina C. de restitut. q. 5. causa 2. vers. Si fiat remissio*) quoties donatio, aut remissio fit ex metu non acquirendi bonum, aut lucrum, quod remissione facta remittens obtinere sperat, quamuis metus ad id sit incussus, non vitiatur remissio, vel donatio. Quia talis remissio, vel donatio non metui, sed cupiditati lucri acquirendi sperati, est imputanda. Itē, quia quamuis omnis pœna excludatur à sponsalibus, tamquam impediens libertatem matrimonij, at quando apponitur pœna lucri perdendi, valet, nec timor eam incurrendi vitiat matrim. eo metu contractum. Vt si Maria instituatur hæres opulentissimæ hæreditatis, si Titio nupserit (vt late diximus l. 1. disp. 33. n. 7.) Cuius rationem subdidimus ibi, quia hæc non est vera pœna, sed inuitari spe lucri: ergo timor perdendi lucri, non est vere timor cadens in virum constantem. Item, quia passio spei, & concupiscentiæ nō tollit voluntarium, vt passio timoris: sed auget. Vt cum *D. Th. 1. 2. q. 6. a. 7.* docet *Nauar. commen. 2. de regul. n. 87. vers. Addo decimotertio*, inferens inde, licet professio facta ob metum annulletur, non tamen facta ob spei vel concupiscentiæ passionem. Vnde intelligenda est prædicta sententia, quando metum passus, per iniuriam arcetur à lucro ad quod habebat ius. Et in hoc casu loquitur *d. l. fin. §. Si fœnerator*: & ita dicit *inciuiliter custodiendo*: hoc est contra ius, *& à certaminibus prohibendo*: in quo versabatur magna iniustitia, impediebatur enim lucrum quo athleta vitam sustentabat, habebatque ius acquirendi. Similiter dico, si quis vellet se opponere beneficio pingui, vique impediretur, nisi iniret aliquem contractum, talem esse metum viri constantis. Quia contra iustitiam impeditur ne lucrum comparet, ad quod intendendum ius habet. Confert ad hoc *c. Cum venissent, de iustit.* vbi quidam timore ductus ne Episcopus impediret possessionem Archidiaconatus renunciauit quibusdam iuribus: & tamen illa sibi integre restituitur. Per quem textum *Imola c. Cum dilectus, nu. 9. de his quæ vi*, ait metum perdendæ spei promotionis interdum censeri viri constantis. Vbi pondero non dicere Semper, sed interdum: nempe quando timens habebat aliquod ius: vt in casu *illius c. Cum venissent*, vbi ius habebat ille vt possessio Archidiaconatus sibi tribueretur.

Ad argumenta proposita nu. 20. ad probandum metum amissionis bonorum non cadere in virum constantem, respondetur. Ad 1. dico reduci ad metum mortis: quia pecunia est quædam hominis vita: vt probaui nu. 21. Ad 2. dico id c. loqui quando timore paupertatis admittitur peccatum, talis enim timor minimè excusat. Cum potius omnia pœnæ mala, quam peccatum, eligenda sint *C. sacris, de his quæ vi.* Ad *c. 2. de his quæ vi*, dic textum narrare factum, & ita non disponere, vt necessaria sit omnium bonorum spoliatio: eo vel maxime, quia sunt alij textus quos retuli n. 22. significantes sufficere spoliationem maioris partis patrimonij. 29

DISPVTATIO VI.

An timor reuerentialis censeatur cadens in virum constantem, ad effectum irritandi obligationes voluntarias?

SVMMARIVM.

Duplex est consensus tacitus & expressus, n. 1.

Idem metus qui sufficit ad rescindendos alios contractus sat est ad irritandum matrim. nu. 2. & 15. fine. Et quæ sint quæstiones differendæ, n. 3.

An metus reuerentiæ cadat in virum constantem, annulletque matrimonium, quando expresso contrahentium consensu celebratur? referuntur varia sententia, n. 4. 5. & 6.

Quis dicatur metus reuerentiæ, & quando in foro conscientiæ obliget, ad restitutionem remissiuè, n. 4.

Non cadit in virum constantem, nec satis est ad irritandum matrim. vel rescindendos alios contractus, nisi accedant minæ, vel verbera, num. 7.

Impugnatur sententia hoc limitans, si sit reuerentialis patri respectu puellæ, vel filij impuberis? & cautius circumspiciendum est, vt metus reuerentialis patriæ cum minis dicatur vere cadere in virum constantem, nu. 8. Et ibi quid si pater sub sua maledictione iubeat.

Impugnatur sententia asserens metum reuerentialem paternum absque minis annullare contractus, non vero reuerentialem aliorum, n. 9.

Metus reuerentialis solus non annullat contractum iussus à tertio ipso, cui debetur reuerentia, n. 10.

An sufficiat metus reuerentialis absque minis, quando filius, vel vxor est valde patri, aut mariti præcepta obtemperans? nu.11. Et quid, si pater, aut vir non minetur, at nimis crudelis sit in sibi non obtemperantes? n.12. Et quid de vultu terribili patentis, absque minis? n.13.

An valeat matrimonium initum à filia timore ne patris indignationem incurrat, nullis præcedentibus minis? n.14.

An solus metus reuerentialis quādo intercessit enormis læsio satis sit ad rescindendum alias contractus, & annullandum matrimonium, vt si fœmina longe indigniori nubat timore reuerentiali patris, n.15.

Solumitur argum. & explicatur reg. Velle, ff. de regul. iur. & l.1.§. Quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio, & l. penult. ff. de furtis, nu.16. Posit quem sunt aliæ summariæ.

1 SVPPONENDVM est primò, duplicem esse consensum. Quidam est expressus, vt cum aliquis verbis, aut signis exprimit suum consensum: alius verò est tacitus. & à iure præsumptus: vt cum filio præsente pater pro eo contrahit sponsalia, aut matrimonium: præsumit enim ius consentire, si non contradicat: iuxta *c. vnicum, de despons. impub. in 6.*

2 Secundò supponendum est, eumdem metum per quē cæteri contractus veniunt rescindendi, sufficere vt matrim. ob eum contractum, irritum fiat, vt docet *Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 6. nu. 4.* dicens ab omnibus esse receptum: *Nauar. li. 4. cons. in 1. edit. t. de sponsal. cons. 36. nu. 10. in 2. l. 1. t. de his quæ vi, cons. 10. nu. 10. Lud Lop. 2. p. instruct. nou., materia de matrim. cap. 40. f. 107. §. Igitur pro resolut.* Imo non requiri tam iustum, ac requiritur ad alios contractus irritandos, docent *Prepos. c. Cum locum, num. 6. de sponsal. Nouizanus cons. 46. n. 3. Nauar. eo. cons. citato n. 3.* Et confert, nam multi satis probabiliter dicunt (vt dicemus hoc l. 4. disp. 13. n. 1. & 2.) metum grauem iustè incussum, irritare matrim. cum tamen alios contractus non irritet (vt dicam disp. 8. n. 8.) Et ratio esse potest, nam in matrimonio maior libertas desideratur quam in reliquis contractibus: quare ab illo pœna reiicitur. cum tamen in cæteris contractibus valeat. Quod intelligendum est cum moderatione, quam proponam n. 15. fin.

3 Quinq; igitur disputandæ sunt quæstiones. Prima, an metus reuerentialis annullet matrim. expresso consensu initum? Secunda, an annullet professionem? Tertia, dato exigat simul minas, desideretur vt minas proferens solitus sit eas exequi? Quarta, respectu quorum sit hic metus reuerentialis: Quinta, an solus metus reuerentialis irritet matrimonium, rescindatque contractus, solo consensu tacito ac præsumpto celebratos?

4 QVÆSTIO I. An metus reuerentiæ, quo inferior reuerentia superioris, vxor viri, filius patris, &c. ducitur ad ineundum matrimonium, vel celebrandum contractum, sit cadens in constantem virum, sufficiensque ad rescissionem, quando matrimonium, & reliqui contractus expresso consensu contrahentium celebrantur? Præsens igitur quæstio est, de sufficientia huius timoris ad rescindendos contractus, & annullandum matrim. Nam quando obliget in foro conscientiæ ad restituendum, dicam hoc 4 l. disp. 9. n. 11. & ibi n. 12. explicabo, quando metu reuerentiali dicatur aliquid fieri. Quadruplex igitur est sententia. Prima ait, metum reuerentialem cadere in virum constantem, atque ita rescindere alios contractus. & consequenter matrimonium tali metu initum esse nullum. Prob. primò, ex *reg. Velle, 4. ff. de reg. tur. ibi, velle non creditur, qui obsequitur imperio patris, vel domini*: ergo cum omnis contractus consensu perficiatur, rescindet illos metus obsequij, seu reuerentiæ Secundò, prob. ex *l. 1. §. Quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio.* ibi, *& hoc causa cognita si liquidò appareat libertum metu solo, vel nimia patroni reuerentia, ita se subiecisse.* Vbi probatur non solum actum rescindere factū coram eo cui debetur reuerentia, sed etiam si fiat eo absenti, si constet metu, vel nimia reverentia id fecisse. Vbi ponderāda est alternatiua, ad cuius veritatem solum desideratur alterius partis veritas. *Regul. In alternatiuis, de reg. tur. in 6.* ergo sufficit metus reuerentialis, sicut & sufficeret alius metus. Nec obstat si dicas, cum textum loqui de promissione liberti: quoniam nihil speciale inuenitur in ea promissione: & ita *gl. ibi, v. Metu*, extendit ad alios casus. Et confirm. quia si tantum metus reuerentialis rescinderet contractus, vbi interueniunt minæ, nulla esset prorsus differentia inter metum eius cui debetur reuerentia, & metum cuiuscumque extranei, cum quocumque graue malū minanti, quod potest, & solet exequi, sit metus viri constantis. Quare frustra DD. contorquerentur tractantes de metu reverentiali: & *Iurisconsultus l. 1. citata §. Quæ onerandæ*, frustra distingueret illum, contra alios metus enumeranda, frustra distingueret illum, contra alios metus enumerandos. concluderetur enim sub metu cruciatus corporis, aut mortis, iuxta malum comminatum. Tertiò, prob. ex *l penult. ff. de furtis, ibi, & hoc modo patronus quoque liberto, & is cuius magna verecundia, ei quem in præsentia pudor ad resistendum impedit, furtum facere solet.* Ex quo habetur tacentem viso furto ob nimiam reuerentiam, non videri consentire, posseque actione furti agere: ergo metus reuerentiæ tollit consensum requisitum ad contractuum firmitatem. Hanc tenet *Egidius l. 1. §. Quæ onerandæ, v. Metus. ff. quarum rerum actio, & c. Menochius quisque, verb. Saltantium, in fin. 22 qu. 4. Bart. l. Qui in aliena. §. fin. n. 5. ff. de acquir. hared. Bald. l. iuris gentium, in 1. lectura. §. Si ante, nu. 4. vers. Vltimo nota ff. de pactis, & l. interpositas nu. 5. C. de transactio, & l. Pactum dotale, nu. 1. vers. Venio ad quæstiones, C. de collat.* vbi *Cornetus nu. 2. limit. 2. & ibi Romanus nu. 16. Anchar. cons. 339. n. 32. & cons. 59. n. 4. Hugo Celsus cons. 14. nu. 2. & cons. 117. n. 2. Salicetus d. l. Interpositas, nu. 4. & Imola c. Cum sanctam matrimonij, n. 8. de offic. deleg.* dicit hanc sent. esse valde æquam, quamuis contrariam fateatur communem, & tenet *Affictus decis. 69. Neap. n. 4.* vbi distinctiuè loquitur, dicens actum rescindi stante metu reuerentiali, vel stantibus minis: & *Franciscus Aret. cons. 24. n. 12.* anceps manet, vtra opinio sit verior. Et tenet *Menoch. de arbitr. lib 2. centuria 2. casu 136. n. 8. & cons. 1. n. 4. 493. vol. 1. & cons. 181. nu. 88. vol. 2.* Et matrim. solo metu reuerentiali initum irritari, docent expresse, *Ioan. Ignetus l. 3. § Elegantes, nu 139.* latèque probat *Nauar. lib. 4. cons. 1. edit. t. de sponsal. cons. 36. nu. 4. in 2. l. 1. tit. De his quæ vi, cons. 10. n. 4. Alex. Carrerius de sponsal. l. 4. c. 9. ad fin. & Mynchacatus l. 1. controuers. illust. c. 35. n. 9.* dicit forte hodie iure canonico, & iure Codicis irritari matrimonium, per solum metum reuerentialem, quamuis olim iure ff. cò quòd facile permittebatur repudium, non irritaretur. Et tandem hanc sententiam videtur clare tenere *Ant. c. Cum virum, de regularibus*, quoad matrimonium: ait enim actus spirituales exigentes omnimodam libertatem, annullari per solum metum reuerentialem absque minis, licet secus sit de aliis actibus.

Secunda sent. ait, metum reuerentialem patris esse cadentem in virum constantem, sufficereque ad contractuum rescissionem, nō autem metum similem aliorum, quibus reuerentia debetur. Nec aliam differentiæ huius rationem assignat, quam esse nimiam reuerentiam debitam patri. Sic tenet *Barbatius cons. 60. à n. 1. vsque ad 4. vol. 1.* vbi ait solum metum reuerētialem patris annullare matrimonium, professionem, & alios actus: reuerentialem autem viri, non semper, sed quando vxor nimiam reuerentiam ad virum habet. Idem videtur tenere *Anchar. c. Exiuterio, n. 2. de despons. impubet.* vbi ait, metum reverentiæ paternæ, licet non tendat ad corporis cruciatum vel mortem, censeri viri constantis ob nimiam reuerentiam, idem operantem quod metus grauis. Idem videtur tenere *Mantaluus l. 8. gl. 2. init. t. 11. lib. 1 fori.* vbi ait nimiam patris reuerentiam æquiparari timori, & ita etiam distinguunt aliqui teste *Alex. de Imola l. Si cum dotem, §. Eo autem tempore, n. 11. ff. solut matrim.*

6 Tertia sentent. ait, contractum initum cum eo, cui debetur reuerentia, vel ad eius vtilitatem, rescindi ob metum reuerentialem, secus cum alio, nec in eius vtilitatem celebratum: quia in priori casu is cui reuerentia debetur, particeps fuit doli, & causa metus, quare in eius vtilitatem contractus rescinditur. In posteriori autem, cùm in eius vtilitatem non cedat, nec cum ipso contrahatur, non est cur in damnum tertij, culpæ ac doli expertis rescindatur. Ita tenent *Bald. l. Fideiussor, la 2. §. Pater Seq. ad finem*

ipsum §. de pignor. Roman. l. Si cum dotem, §. Eo autem tempore, n. ff. solut. matrim. Barbatus c. Causam matrimonij, statim in principio, de offic. delegat. Sarmiento lib. 2. selectarum, c. 11. nu. 10. Ex videtur tenere *Anchar. in repetitione c. Si propter, de rescript. in 6.* vt eum inducit *Suarez allegat. 24. n. 1.*

7 Vltima sententia, (quam multo veriorem reputo) docet, solum metum reuerentialem, nisi minæ aut verbera, aut alius metus grauis illa adiungatur, non cadere in virum constantem, ac proinde nec annullare matrimonium, nec alios contractus rescindere. Probatur ea sola ratione, quia meras reuerentialis non videtur tantam vim habere ad cogendum voluntatem, vt vir constans eo terreri debeat. Quæ postrema probatio ex aliquibus textibus accipienda est. Probatur ergo primo ex *cap. Ex literis, de desponsat. impub.* ibi, *nolens, & inuita minis parentum impulsa*: vbi textus quo reddet irrita sponsalia metu reuerentiali paternum mixta, ponderat non solum paternam reuerentiam, sed simul minas. Secundò probatur ex *c. 2. de pactis in 6.* vbi dicitur valere renunciationem filiæ, in fauorem patris factam, si iuramento muniatur, nisi vi aut dolo sit præstitum: & tamen ibi concurrit paterna reuerentia: ergo ea sola non inducit vim aut metum. Tertiò probatur ex variis textibus, quibus probabatur hac eadem disput. n. 18. professionem non annullari ex solo metu reuerentiæ: idem enim probant idem de matrimonio, cum (vt ibi videmus) idem metus in vtroque casu requiratur: immo secundum multos (vt ibi dicam) minor sufficiat ad annullandam professionem. Quartò probatur ex *l. Si patre cogente, 22. ff. de ritu nuptiarum*, ibi, *Si patre cogente ducat vxorem quam non decet, si sui arbitrij esse matrimonium contraxit, maluisse eum hoc videtur.* Vbi *glos. finalis*, ait: *maluisse hoc videtur, quam odium patris incurrere, non autem ducas meretricem adhuc virum*: ergo solus metus reuerentialis non satis est. Quintò probatur ex *l. Fideiussor impetrasset, 26. §. Pater Sup. de pignoribus*, vbi filius patris fusione domum obligauit, nec tamen cum contractum potuit tanquam metu rescindere, & reddit rationem *Iurisconsultus*, his verbis, *non metuere debebat, ex hoc solo quod mandante patre mutuam pecuniam sua posuisset instrumentum*: ergo sola reuerentia, & imperium paternum non incutit iustum metum. Sextò probatur ex *l. 10. tit. 1. part. 4.* ibi, *no la puede el padre apremiar a que la saque, de todo en todo, como quiere que la pueda dezar palabra de casar, que lo otorguen*: vbi *Gregorius Lopez verb. Todo*, ponderat eam legem, vt possint parentes aliquo modo cogere filias ad certum matrimonium, nempe timore reuerentiæ ac imperij paterni, non tamen *de todo en todo*; hoc est, timore alio cadenti in virum constantem: ergo solus timor reuerentialis non est talis. Hanc sententiam amplectuntur ex Doctoribus iuris Pontificij, *gloss. c. Præterea, verb. Patrem, 22. q. 3. & c. 1. de despons. impub. verb. Consentiri*, quam ibi sequuntur *Anchar. an. num. 4. Abbas n. 4. Alex. de Neuo in additis loquuntur, Innocent. c. Causam matrimonij, nu. 1. sine, de offic. delegat.* vbi *Ioan. Andr. n. 3. Anton. n. 15. Bald. n. 3. Cardin. n. 1. oppos. 1. Anchar. n. 1. not. abolis 3. Abbas n. 5. Decius n. 17. 24. & 25. Felinus n. 3. & 4. & 5. vers. Tertia declaratio. idem Ioan. Andr. & in fine, qui clerici, vel vouen. Anton. c. Accedens, n. 2. de consuetud. Abbas c. Ex literis, n. 3. de desponsat. impub. & c. Cum contingat, nu. 1. de iureiurand. & c. Cum dilectus, n. 7. de his quæ vi, & cap. Cum verum, n. 8. de regular. & c. Veniens, el 1. nu. 5. de sponsal.* vbi *Alexand. de Neuo, nu. 4. & idem Alex. de Neuo cap. Ex literis, nu. 23. qui clerici, vel vouen. & d. c. Ex literis, nu. 2. & cons. 3. n. 1. Præterea, 24. Ex literis, n. 1. & c. Cum locum, n. 5. & 6. de desponsat. impub. in 6. & 7. Franc. c. vnic. §. fin. num. 4. de desponsat. impub. in 6. & c. 2. de pactis, in 6. n. 2. vers. Secundò etiam patet, Bertrand. cons. 1. num. 11. de offic. deleg. Probus addit ad Monachum. c. vsur. num. 9. de his quæ vi, in 6. Nata cons. 509. num. 13. vol. 3. & c. 2. de pactis, in 6. num. 45. & tract. de pactis p. 1. num. 42. & 47.* (habetur *tom. 6. p. 2. tractatuum nouorum*,) *Vitalis de Cambanis tract. de clausulis, clausula Non vi titul de metu vxoris, num. 1.* habetur *tomo 18. eorundem tractat. Sebastianus Medicis de casu fortuito, qu. 7. num. 66.* habetur *tom. 7. eorundem tract.*

Boërius *decis. 100. num. 11. Ioan. Plotus tract. de in litem iurando, §. 3. nu. 14. Rosella verb. Impedimentum, impedimento 10. n. 3. Angelus verb. Metus, num. 2.* vbi *Syluester, q. 2. Tabiena verb. Coactio, q. 2. n. 3.* vbi *Armilla n. 2. Andreas Gail. pract. obseruationum l. 2. c. 147. n. 17. Rota in nouissimis, decis. 341. n. 3. volum. 2. Bernardus Diaz regul. 532. & ibi Salcedo in additionibus, statim in principio, & ampliat. 1. Brunellus de sponsalibus, concl. 11. num. 1. Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 6. n. 7. & 8. Gama 1. p. decisione 250. num. 4. & decisione 262. num. 1. Gutier. de iuram. 1. p. c. 1. num. 15. & authen. Sacramenta puberum, num. 94. C. si aduersus venditionem. & consil. 16. nu. 16. Petr. Gregorius syntagmate iuris p. 5. lib. 41. nu. 4. Flaminium de resignatione beneficior. lib. 13. q. 1. num. 172. & 173.* Idem tenent ex iuris cæsarei professoribus, *gloss. l. Si patre cogente, 22. in fin. ff. de ritu nuptiar.* quam sequuntur *ibi Baldus n. vnic. & Salyet. ibi, n. vnic. Bartol. l. Ad inuidiam, fin. C. de his quæ vi, & l. 1. §. Quæ onerandæ, num. 4. & in fin. ff. quarum rerum actio,* vbi *Cumanus n. 5. & Angelus n. 4. idem Angelus Institut. de action. §. Quadrupli, nu. 8. & 9. & d. l. Ad inuidiam, num. 1.* vbi *Fulgosius nu. 1. Paul. in fin. Francisc. Aretinus initio, idem Franc. Aretinus l. Metum, init. C. de his quæ vi, & l. Qui superstitis, n. 3. ad fin. vers. Est quarta fallentia, ff. de acquir. hared. & l. Interpositas, n. 3. C. de transact.* vbi *Roman. n. 14. Curtius senior n. 13. Alexan. n. 5. idem Alex. l. Si cum dotem, §. Eo autem tempore, n. 21. ff. solut. matrim. & ibi Ioannes de Imola, eodem §. num. 15. Curtius senior cons. 263. num. 3. & 4. vol. 2. Roman. l. Si ob turpem, n. 12. ff. de condict. ob turp. caus. Iason. cons. 1. num. 6. volum. 1. & l. Titia n. 8. ff. de verb. oblig. & Instit. de action. §. Quadrupli, n. 61. & 62.* vbi & *Zasius n. 10. idem Zasius l. 1. §. Quæ onerandæ, col. 4. vers. Item extenditur, sub num. 10. 20. 30. 40. ff. quarum rerum actio. Alciatus c. Cum contingat, n. 1. de iureiurando, & d. l. Interpositas, num. 13. Ripa in rubr. sponsis, tit. de donationibus, respons. 4. num. 8. Grammaticus decis. Neopolitana 103. num. 49. Capicius decis. 159. num. 34. Hippolytus singulari 347. incip. matrimonium, & cons. 124. n. 16. Campegius de dote, p. 3. quæst. 88. n. 2. & 3. Crottus l. Stipulatio hoc modo concepta, n. 66. ff. de verborum obl. Bertachinus in repert. lit. M. verb. Metus non præsumitur, sub num. 10. vers. Metus non præsumitur in vxore, & lit. C. verb. Contractus meticulosus, vers. penultimo, Angelus de Vbaldis inter consilia matrim. Zelets, cons. 46. nu. 2. Enevardus in suis topicis, loco à matrim. carnalis, nu. 10. differentia 19. Rolandus cons. 95. nu. 28. 29. 30. vol. 1. & cons. 83. n. 25. vol. 2. Villalobos in communibus opin. lit. M. verb. Metus, nu. 47. Rimualdus Inst. quibus alien. lic. in principio, nu. 305. Greg. Lopez l. 10. verb. Todo, tit. 1. p. 4. Ant. Gomez tom. 2. variarum. c. 14. nu. 27. Suarez allegatione 24. nu. 5. Molina lib. 2. de primogen. c. 3. nu. 9. Burgos de Paz cons. 3. n. 53. & cons. 5. n. 11. Matienzo dialogo relatorum, 3. p. c. 20. n. 2. & 4. & lib. 5. recop. tit. 1. l. 11. glossa 3. nu. 2. Azebedo eodem lib. 5. tit. 2. l. 9. nu. 18. Padilla d. l. Interpositas, n. 16. & 17. Ioannes Garcia de nobilitate, glossa 17. n. 11. & 19. Mascard. de probationib. concl. 1055. n. 17. & 22. & concl. 1193. n. 7. Zephalus consil. 91. n. 45. vol. 1. Tiberius Decianus cons. 18. nu. 127. vol. 1. Bursatus cons. 72. nu. 21. 33. 39. vol. 1. Barbosa l. 2. §. fin. n. 7. ff. solut. matrim. Hamada super glossas Greg. Lopez. p. 1. prologor. gloss. 13. n. 4.* Et ex Theologis, *Soto 4. d. 29. q. 1. a. 2. vers. Eiusmodi autem metum, & lib. 7. de iust. q. 2. a. 1. ad 2. ad fin. Veracruz 1. p. spec. a. 8. concl. 5. Palacios 4. d. 29. disp. vnic. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 9. n. 5. Lud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. c. 40. f. 1071. 9. Pro resolutione, Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 231. nu. 5. Carbon. de restitutione, q. 46. fundamento 3. Maurus Antonius corona confessorum, 4. p. c. 8. de matrim. t. de impedimento violentiæ, nu. 29. ad fin. Capua lib. 2. decision. c. 55. n. 17.*

8 Vnus tamen *Ant. Cucus l. 5. institut. maiorum, tit. 12. nu. 135. & seq.* hanc sent. limitat, dicens ad matrimonium irritandum non sat esse metum reuerentialem patris, cum minis, nisi simul adsint verbera, in filio masculo adultæ ætatis, secus in filia puella, & filio impubere: secus etiam in aliis iurisdictioni alterius subiectis. Et ratio est, qui non ita facutre solent parentes in filios, nec pietatis patriæ præsumptio permittit quidquam durius in filios suspicari. Et ita dicit Bartolus cautè exemplificasse in vxore, respectu mariti, & in clerico respectu episcopi: nec de filio meminisse. *l. 1. §. Quæ onerandæ, n. 4. ff. quarum rerum actio. & l. Ad inuidiam, fin. C. de his quæ vi.* Verum ferè omnes DD. citati num. 7. exprese

presè exemplificant etiam in filio: & *Bartol.* & si qui alij non exemplificant, non id consultò fecerunt, quasi contrarium in filio senserint, id enim exemplificarent: sed quia non omnia exempla regulæ afferre oportet. Hoc tamen concederem libentissimè, vt cautius circumspiciendum sit, cum de paternis minis agitur, ad incutiendum metum cadentem in virum constantem. Cum enim (vt n.21. dicemus) necessarium sit, vt minans solitus sit minas exequi, & minæ debeant esse mali grauis, minus præsumitur de patre, ratione pietatis paternæ minas executurum. Verum si pater atrox sit, & ita solitus exequi: idem in illo ac in aliis dicendum est. Quod optimè significauit *Hostiensis. summa tit. de matrimonijs, §. penult. nu. 27. vers. Supradicti loquuntur*, vbi tractans de metu paterno, concludit, quia non est verisimile patrem interfecturum filiam, nisi consentiat: cum enim nullius affectus paternum vincat, *c. Afferte, de præsumptio.* & ideo natura præsumere non permittat fore vt pater filium grauiter offendat *l. Omnimodo, C. de inoffic. testam.* ideo inspiciendam esse conditionem patris minantis. Idem etiam notarunt *Abbas c. Ex litteris, n. 3. de despons. impub. & ibi Alex. de Neuo nu. 2. Iason l. Titia, n. 8. ff. de verb. oblig. Lancelotus institut. iuris can. l. 2. t. de sponsal. §. Hæc tamen, vers. Non tam sua.* vbi dicentes, minas parentum afferre iustum metum, temperant considerata parentum & minarum qualitate. Idem etiam significauit *Enriq. l. 11. de matrim. c. 9. num. 5.* vbi docens metu reuerentiali patris irritari matrimonium, cautè addidit, patris truculenti, vt vel sic verisimile sit, fore vt pietatis paternæ immemor minas exequatur. Oportet autem vt pater graue damnum minetur, non enim sufficeret ad irritandum matrimonium, si sub pœna suæ maledictionis illud præciperet. Quia ea maledictio non est causa necessaria mali euentus. Sic *Palacios 4. d. 29. disp. 1. fine.*

9 Hinc infertur, minus bene 2. sent. relatam n. 5. affirmasse, metum reuerentialem paternum absque minis annullare matrimonium, non autem reuerentialem aliorum. Primò, quia (vt dixi in. præc.) reuerentialis paternus etiam adhibitis minis difficilius annullat. Secundò, quia textus adducti n. 7. pro nostra sent. & DD. illius apertè loquuntur de metu reuerentiali paterno, & tamen exigunt minas, vel verbera. Et specialiter illam distinctionem reprobat *Alex. l. Si cum dotem, §. Eo autem tempore, n. 11. ff. solut. matr.*

10 Secundò infertur, minus bene tertiam sent. relatam, n. 6. dixisse metum reuerentialem rescindere contractũ initũ cum ipso, cui debetur reuerentia. Nam contrariũ probat *c. 2. de pactis, in 6.* vbi valet contractus renunciationis filiæ in fauorem patris, nisi dolus, vel metus interueniat: ergo solus metus reuerentialis paternus non satis est ad rescissionem. Et ita eam distinctionem reiiciunt *Felin. c. Causam matrimonij, n. 3 declarat. 1. de offic. delegat. Roman. l. Interpositas, n. 14. & ibi Alexat. n. 13. C. de transact. Ant. Gom. 2. var. c. 14. n. 27.*

11 In aliquo tamen casu, attentis particularibus circumstantiis occurrentibus, posset admitti ea opinio, nempe, si cum metu reuerentiali concurrat filium esse valde paternis præceptis obtemperantem, & mulierem valde imbecillem, virumq; crudelem, & austerum circa vxorem, vel patrem erga filium sibi non consentientem. Tunc enim si vir, aut pater præcipiat vxori aut filio, vt contractum celebret in ipsius præcipientis vtilitatem, est metus sufficiens ad rescindendum contractum. Vt optimè admittunt *Suarez. alleg. 24. nu. 5. Matienzo dialogo relatorum, 3. p. c. 20. n. 19. Gutier cons. 16. nu. 16. Io. Garcia de nobil. gl. 17. nu. 12. Salzedo super reg. 332. Bernardi Diaz. limit. 2.*

12 Immo censetur metus viri constantis, sine minis, si is cui reuerentia debetur, nimis crudelis sit, & sæuitiam præ se ferat, solitusque sæuire sit, vbi suæ non obtemperatur voluntati. Quia quamuis minæ actu desint, sunt tamen virtute, estque probabilis timor proximæ coactionis. Quod sufficere dixi hoc 4. lib. disp. 1. n. 16. Sic *Abbas c. Cum virum, n. 8. de regular. & c. Nouue, n. 1. de præsumpt.* vbi *Felin. in fine. Iason. cons. 3. n. 6. vol. 1. Beroius c. 1. nu. 18. de officio deleg. Ant. Gom. 2. var. c. 14. n. 27. Ant. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 12. nu. 142. Decisio Pedemont. 179. n. 3. Padilla l. Interpositas, n. 20. C. de transactio. Molina lib. 2. de primogen. c. 3. n. 9.*

Hinc notabiliter dixit *Bald. c. 1. §. Iniuria, col. penult. de pact. firmanda*, vultum potentis terribilem absque minis incutere iustum metum. Quia virtute claudunter ibi minæ Quem sequitur *Decius c. 1. de offic. deleg. n. 10. & ibi Beroius n. 19. Sigismund. inter consil. feudalia, consil. 17. num. 19. Bertachin. in repert. lit. M. verb. Metus non præsumitur, sub n. 120. inuers. vers. Metus iustus infertur.*

Tertiò infertur, si filia matrim. contrahat non præce- 14
dentibus minis, solum eo timore ne patris indignationem incurrat, esse validum: non enim is metus censetur cadens in virum constantem. Sic *gloss. l. Si patre cogente, 22. ff. de ritu nupt. fine, Abb. c. Veniens, el 1. nu. 5. de sponsal.* vbi *Alex. de Neuo n. 4. idem Alex. de Neuo c. 1. n. 7. de despons. impub. & cap. fin. n. 21. qui clerici, vel vouentes, Felinus cons. 14. nu. 1. & 7.* Hoc tamen moderatur, vt intelligatur quando indignatio illa patris, vel viri non diu permanebit, sed spes est futuræ reconciliationis: si enim timeret probabiliter diuturnam fore indignationem, & semper se habituram patrem, aut virũ valde infestum & indignatum, obiecturumque passim illam inobedientiam, crediderim esse timorem cadentem in virum constantem. Quis enim vir constans aut prudens non reputabit graue malum, semper coram oculis habere infensum patrem, aut virum, aut alium à quo pendet, & cum quo semper versatur us est: maximè cum vir inuenias qui linguam moderari valeat, ne male sentiat, peiusque loquatur de eo, cui infestus est. Et confirm. quia vir prudens ita graue hoc existimat, vt potius eligat relicta patria, domoque paterna exul esse: quod graue malum disp. præced. n. 8. esse diximus.

Tandem obseruandum est, aliquos moderari etiam in 15
matrim. nostram quartam sent. nisi læsio enormis adsit in contractu. Atque ita censent solum metum reuerentialem annullare matrim. in quo læsio enormis contingat. Vt si filia ob patris reuerentiam nubat, vito longe disparis conditionis, cui alias non nuberet. Ita *Lud. Lop. 2. part. instruct. noui, materia de matrim. c. 40. f. 1071. fine, §. Cum quidem optimo.* Et videtur clare sentire *Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 6. n. 4.* ait enim solum metum obsequij, & reuerentiæ alias minis non probatis fat esse cum enormi lęsione ad rescindendum alios contractus: & statim subdit hæc verba, *quæ* 4
omnia temerariè non adduximus, sed vt matrimonij contractus, nullus omnino sit, eo casu quo cæteri contractus ex hoc metu sunt rescindendi. Cum ergo sentiat ex hoc metu reuerentiali cæteros contractus rescindi, censet matrim. esse nullam. Et prob. quia (vt diximus n. 2.) idem metus qui sufficiens est ad rescissionem aliorũ contractuum, reddit irritum matrim. sed metus reuerentialis cum enormi læsione rescindit alios contractus, etiam iuramento stabilitos. Vt tenet *ibi Couar.* multos referens, & *c. Quamuis pactum, 3. p. §. 4. n. 7.* vbi explicat hanc enormẽ læsionẽ, tunc euenire, quando est vltra dimidium iustæ æstimationis: ergo reddit irritum matr. Ego tamen quamuis hanc limitationẽ amplectar in aliis cõtractibus, cõtra aliquos quos refert & sequitur *Padilla l. Interpositas, n. 21. C. de transact.* ac in matrimonio, prosus displicet: & ita censeo non reddi irritum ex solo metu reuerentiali, cum enormi læsione. Et ratio disparitatis inter matrim. & cæteros contractus, ea est quod cæteri contractus annullantur ex dolo dante illis causam, quando sunt contractus bonæ fidei, *l. Et eleganter, §. 1. ff. de dolo, l. 57. t. 5. p. 5.* matrim. autem minime, sed ex solo errore personæ aut conditionis seruilis: (vt suo loco dicemus.) Ratio autem quare magna læsio cum metu reuerentiali rescindit cæteros contractus, est teste *Couar. c. Quamuis pactum, 3. p. §. 4. n. 7. & Padilla d. l. Interpositas, n. 21.* quia magna læsio dolum solet arguere, *l. Omnes, §. Lucius, ff. qua in fraud. credit.* & dolus hic re ipsa interueniens ita officit actui, ac si ex proposito accederet, *l. Si quis cum aliter ff. de verb. obl. l. 2. ff. de dolo except. l. Si superstite, ff. de dolo malo:* non ergo mirum est, si cæteri contractus rescindantur ex metu reuerentiali cum enormi læsione, ratione doli illi adiuncti, nõ autẽ matrim. cui

cui debuit ille non nocet, cum non sit circa personam, aut conditionem seruilem. Ex quo cessat argum. contrarium. Nam id fundamentum, metus rescindens cæteros contractus, annullat matrim. venit intelligendum, quando ratione metus annullat, non autem quando ratione doli adiuncti: ob rationem dictam.

16 Ad argum. 1 sent. proposita n. 4. respondetur. Ad 1. intelligeam regulam, quoad pœnam subeundã: obsequens enim imperio, excusabitur aliquantulum à pœna: vt explicant *glossa, verb. metum fine, Ioan. Andr. c. 1. nu. 8. de despons. impub. & ibi Card. n. 4.* Vel secundò potest intelligi, non omnino libere velle. Quia ille metus obsequij, & reuerentiæ aliquid mixtæ de omnimoda libertate, non tamen est cadens in virum constantẽ; & ita non rescindit contractus. Ad 2. dico eum textum intelligi, quando alio genere metus, videlicet metu reuerentiali, cui adiunguntur minæ, liberum se subiecit: quod significat *Iurisconsultus*, dum non dicit, *vel patrui reuerentia*, quæ quidem verba solum timorem reuerentialem patroni præ se ferrent: sed *minas*; hoc est superabundanti & excedenti: quod euenit, quando aliud nolum timetur. Sed dices, comprehendi tunc sub illa particula, Metu, quare superflua esset distinctio adiuncta, *vel minæ reuerentia*: sed respondeo adiunctam esse maioris claritatis gratia, ad significandum metum reuerentialem, quandoque habere eundem effectum, ac alios metus. Ad confirm. dico, negari non posse metum ipsum reuerentiæ & obsequij, quamuis per se solum non sit grauis ac iustus metus: at aliquid admixtæ libertatis, & proinde minoribus minus adiunctum, quam si minæ essent eius cui nulla debetur reuerentia, efficere iustum metum. Vt constare potest in exemplo, quod adduxi num. 14. illa enim indignatio, & toruus vultus eius cui reuerentia non debetur, minimè sufficeret, cum tamen sufficiat in metu reuerentiæ. Ad 3. ille textus loquitur de consensu tacito, & præsumpto, qui resultat ex taciturnitate, qui minimè præsumitur in actu nociuo, vt explicabo n. 37.

SVMMARIVM.

Reuerentialem metum, solum metum reuerentialem annullare professionem religiosi, non autem matrimonium. num. 17. Nec matrimonium, nec professio annullatur. n. 18.

Idem tenent alij. num. 19. Et explicãtur, vt c. Cum virum, de regular. c. Præsentium 19. 33 & c. Puellæ. 20 q. 1. Post n. 19. inducuntur alia fundamenta.

17 QVÆSTIO II. An metus reuerentialis solus, sufficiens sit ad professionem religionis annullandum? Affirmant quidam, statuentes eam differentiam inter matrimonium carnale & spirituale, vt illud solus metus reuerentialis absque minis minime irritet: hoc autem bene irritet. Probant primò, quia voluntarium militẽ eligit Deus, & non coactum. Cum ergo per professionem ascribatur monachus militiæ perfectionis Christi, si coacta sit, erit irrita. Secundò probant ex c. *Puellæ, quod est Leonis Papæ 20. q. 1.* ibi, *Puellæ quæ non coactæ parentum imperio habitum susceperunt, si postea nupserint, eligerunt, præuaricantur.* Ergo à contrario sensu, si coactæ parentum imperio, possunt deserere habitum, & nuptias contrahere. Atque ita *Clemens III. c. Cum virum, de regul.* hunc textum à contrario sensu inducit, aitque procedere in illis quæ post pubertatem habitũ susceperet: illæ enim possunt eligere statum, nec possunt cogi à parentibus: quare textus *cod. c. Cum virum, vncl. glossa fin.* ibi relinquunt tanquam manifestum, esse inualidam professionẽ puberis, qui coactus imperio parentum, profitetur: ergo solus metus reuerentiæ annullat professionem. Tertiò ex c. *Stephanus, 20. qu. 3.* vbi pronunciatur irrita professio cuiusdam, qui à patre coactus est profiteri. Sic tenent *glossa, d. c. Professionis, verb. Patrem, Romanus l. Si ob turpem, nu. 12. ff. de condict. ob turp. caus. & l. Si cum dotem, §. Eo autem tempore, nu. 12.* vbi & *Alexand. de Imola num. 11. & Ioan. de Imola nu. 15. ff. solut. matrim. Hippolytus singulari 347. ancip. Matrimonium, Iason. cons. 3. nu. 6. vol. 1. & Instit. de actio. §. Quadrupli, n. 63. Crottus l. Stipulatio hoc modo concepta, num. 66. ff. de verb. oblig. Campegius de dote, p. 3. quæst. 88. nu. 2. & 3. Everardus in suis topicis, loco à matrim. cau-*

nali, nu. 10. differentia 19. Villalobos in commun. opin. lit. M. verb. Metus n. 76. Suarez alleg. 24. nu. 5. Minchaca l. 1. controuers. illustrium c. 55. nu. 17. ampl. n. 19. Anton. Gabr. tom. 2. commun. in materia edit. lib. 11. verb. Metus, vers. Metus reuerentialis cum minis. ampl. vers. Limita secundo, f. 106. col. 1. Burgos cons. 72. n. 21. vol. 1. Et ex Theologis, *Capuæ l. 2. decisionum, c. 55. num. 17. & 18.* Et hanc sent. dicunt esse communem, *Conar. & Padillan. seq. alleg. ausdi.* Et præter hos auctores, sunt alij asserentes professionẽ annullari solo metu reuerentiali: hi sunt, *Anton. c. Cum virum, n. 6. de regular. Hippolytus l. vnica, nu. 43. C. de raptu virgin. Ignetus l. 3. §. Eleganter, n. 179. ff. ad SC. Syllan. Navarr. sum. Lat. c. 22. nu. 51. vers. Octauum, & c. Non dicatur, 12. q. 1. in 1 edit. nu. 63. fin. in 2. verò, comment. 2. de regular. nu. 31. fine, & l. 3. consil. in 1. edit. tit. de regularibus, 4 cons. 8 4. n. 1. & l. 4. 1. de sponsal. cons. 36. n. 2. in 2. verò, l. 3. tit. de conuers. coniug. consil. 3. nu. 2. & lib. 1. tit. De his quæ vi, cons. 10. n. 6. Manuel 2. to. sum. c. 8. n. 10.*

Verius tamen existimo, nil distare in hoc, inter matri- 18
monium & professionem, & sic metum solum reuerentialem non annullare professionem, sicut nec annullat matrim. Prob. quia tam professio, quam matrim. liberum consensum exigunt, & metu irritantur, eò quod impedit consensum libertum: ergo idem metus impediet, aut non impediet libertatẽ in vtroque, & irritabit. Secundò prob. ex c. *sine. qui clerici, vel voventes*, vbi habetur votum emissum præcepto regio, vel parentum, non esse nullum. Errat *glossa ibi verb. Metu*, quam dicit singularem *Abb. ibi nu. 7.* & sequitur *Anton. ibi n. 6.* vbi *Præpos. num. 8.* ait solum imperium regium, vel parentum non annullare: ergo non sufficit metus obsequij & reuerentiæ. Tertiò probatur ex c. *Puellæ 20. qu. 1.* ibi, *coacta imperio parentum.* Vbi textus ad annullandam professionem puellæ vltra imperium paternum, quod metum reuerentialem continet, ponderat coactionem. Hanc sententiam amplectuntur *Abbas c. Cum virum, de regular. n. 8. Præpos. c. Cum locum, de sponsal. n. 5. Francus c. 2. de paciis, in 6. n. 2. vers. Secundo etiam patet, Angel. Inst. de action. §. Quadrupli, nu. 8. Zasius l. 1. §. Qua onerandæ. ff. quarum rerum actio, col. 4. vers. Item extenditur, sub n. 10. 20. 30. 40.* Idem tenet *Romanus l. Interpositas, num. 14. C. de transact.* posita enim distinctione inter matrimonium & professionem, prioris sententiæ, statim n. 14. indistinctè ait, non annullare metum solum reuerentiæ. Idem tenet *Conar. 5. decret. 2. p. c. 3. §. 6. n. 7. & 8. Matienzo de delegato relatorum, 3. p. c. 20. n. 4. Padilla d. l. Interpositas, n. 17. Ant. Cucus lib. 5. institut. maior. tit. 12. nu. 159. Salcedo super reg. 532. Bernardi Diaz. ampliatione 1.* Idem videtur tenere *Sigismundus inter consil. feudalia, cons. 48. n. 5.* vbi ait matrimonium spirituale & carnale pari passu procedere, vt idem metus vtrumque vitiet. Idem aperte videtur tenere *Sotus l. 7. de iust. q. 2. a. 1. ad 2. ad finem.* vbi dicit, si puella ingrediatur religionem, parentum metu pro eorum conditione atroci, qui eam verbis & re nimium aspere tractant nisi religionem ingrediatur, professionem non tenere. Idem *Enriquez lib. 11. de matrim. c. 9. n. 5. & Lud. Lop. 2. p. instruct. nou., materia de matrim. c. 40. fol. 1071. §. Primò igitur ad argumentum.*

Ad argumenta 1. sent. proposita, num. 7. respondetur. 19
Ad 1. dico metum reuerentialem, cum non sit cadens in virum constantem, non impedire liberam voluntatem requisitam ad professionem, nec matrimonium. Ad 2. respondet *Abbas c. Cum virum, de regular. n. 8.* eum textum potius facere pro nobis, quia ponderat vltra metum reuerentiæ, & imperij paterni coactionem. Secundò & melius respondetur, cum *Hostiense cod. c. Cum virum. fine.* vtrumque textum velle constituere differentiam inter puberem & impuberem: quod pubes coactus à patre potest statim exire, cum iudicium & discretionem habeat ad statum eligendum: impubes autem etiam coactus à patre ingredi monasterium, non potest statim exire, donec pubes factus sit: at professio in religione necessario debet fieri libere, & absque metu cadenti in virum constantem. Ad 3. dico *id c.* loqui de professione omnino coacta: vt constat ex iis verbis, *inuitum, & contra omnem suam voluntatem*: & paulo inferius, *semper restitit.*

SVMMARIVM.

An sufficiat metus reuerentialis cum minis, vel exigatur minantem solitum esse minas exequi? vbi refertur opinio dicens, hoc non requiri, num. 20.

Contraria verior, n. 21. Et quid in dubio huius consuetudinis, n. 22.

Soluuntur argumenta contraria, n. 23. Post quem fuit alia summaria.

20 QVÆSTIO III. An sufficiat metus reuerentialis cum minis ad rescindendos contractus, & annullandum matrimonium, vel desideretur vt minans sit solitus minas exequi? Quain re, quidam censent, quamuis regulariter sit necessarium constare minantem solitum esse minas exequi: at quando concurrit reuerentia minanti debita, solas minas sufficere ad inducendum vim constantis metum, quamuis non probetur minantem solitum esse exequutioni mandare. Et nulla alia ratione id probant, nisi quia *Bart. l. 1. §. Quæ oneranda, num. 4. ff. quarum rerum actio*, ait metum reuerentiæ inesse, si minæ aut verbera intercedant: quod communiter DD. sequuntur, quos retuli n. 7. Cum ergo non faciant differentiam inter minas & verbera, sicut sufficit de verberibus præcedentibus apparere, ita de minis. Sic tenet *Rutrus* dicens communem, *cons. 12. n. 6. vol. 4. Romanus, l. Interpositas, nu. 14. C. de transact. Alciat. c. Cum contingat. nu. 1. de iureiur. and.* & latissimè hoc defendit multos allegans, *Rominal. Instit. quibus alien. lic. ex prine. n. 305. & sequentibus.*

21 Magis tamen placet etiam in metu reuerentiali, desiderari vt minans solitus sit minas exequi. Quia dum aliquis solet minas iactare, & parum exequi, perinde est ac si non minaretur, & virum prudentem nil aut parum mouent huiusmodi minæ tanquam vanæ & nullius momenti. Præterea, quia hoc lib. 4. disp. 1. nu. 20. probaui ex multis, ad metum exigi consuetudinem exequendi minas, & nullam video rationem apparentem, nedum efficacem, ad excipiendum hunc casum. Et ita hanc sentit amplectitur *Abbas c. 1. n. 5. & c. Cum sit matrimoniorum, n. 3. de offic. delegat. Decius cod. c. 1. n. 12. & ibi Beroius nu. 11. & 18. Nata tract. de pactis p. 1. n. 47.* habetur *tom. 6. tract. tantum nouorum. 2. p. Crottus, l. Stipulatio hoc modo concepta, n. 67. ff. de verb. oblig. Vrancis. Aretinus l. Metum, nuncio, iuncto versic. in textu*, ibi, *iactationibus, C. de his quæ vi, Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 6. n. 4. Gama 1. p. decisionum, decis. 250. n. 4. Barsatius cons. 72. nu. 33. & 42. vol. 1. Flaminius de resignat. benefic. lib. 13. q. 1. n. 174. Iacobinus l. Interpositas. nu. 10. C. de transact. Mascard. de probat. cons. 1055. nu. 18. 19. Humada super glossas Gregory Lopez p. 1. in prologo gloss 13. n. 4.* Et re ipsa hanc tenet *Padilla d. l. Interpositas, nu. 20.* tantum enim dicit esse præsumptionem pro metum passo, & proinde ipsum non teneri probare eum cui debetur reuerentia, solere minas exequi, at dicit si aduersarius probet non solere minas exequi, non sufficere eum metum. Idem videntur tenere *Iason. l. Titia, nu. 8. ff. de verb. oblig. Alex. de Neuo c. Ex litteris, n. 2. de despons. impub. Lancelotus instit. iuris can. l. 2. tit. de sponsal. §. Hæc tamen, versic. Non tamen*, vbi asserentes minas patris inducere iustum metum, addunt considerata qualitate parentum: ergo sentiunt requiri vt pater atrox sit, ita vt timeri possit merito executio minarum. Idem tenet *Tab. Dacianus cons. 18. nu. 127. vol. 1.* vbi loquens de principe cui debetur reuerentia, dicit exigi vt soleat minas exequi. Idem tenet *Lud Lopez 2. p. instruct. noui, materia de matrim. c. 40. f. 1071. §. Igitur pro resolutione.*

22 In dubio autem quando, scilicet, vir potens, vel magistratus minatus est, & dubium erat de sua conditione, an atrox esset, & solitus minas exequutioni mandare, dicendum est incutere iustum metum. Vt satè probat *Beroius c. 1. de officio delegat. num. 19.* Quod idem significat *Padilla l. Interpositas, C. de transact. num. 20.* dum ait, alleganti has minas non incumbere onus probandi consuetudinem minantis, quasi præsumptio sit huius consuetudinis. Et potest esse ratio, quia metum passus iustam timendi ansam habuit, dum vir potens cui reuerentia debetur, minatus est dum eius mores ignorantur, nec æquum fuit illi se periculo exponere.

23 Ad fundamentum oppositæ sententiæ propositum n. 20. dico eam doctrinam communem de veris minis, & quæ eo nomine dignæ sunt, intelligi: non vero de vanis minis, & quæ oretenus tales sunt, quales sunt eorum qui non consuescunt minas exequi.

SVMMARIVM.

Metus reuerentialis respectu quarumnis personarum sit, in specialibus casibus arbitrio prudentium pensandum est, n. 24.

Metus reuerentialis datur in eo qui alteri iure aliquo subditur, n. 25.

Datur in genere respectu socerii, n. 26. Idem in descendentibus respectu ascendentium n. 27.

Datur respectu curatoris, num. 28. Et an respectu mariti? refertur opinio negans, nu. 29. Et opinio asserens, n. 30. Et quid de fratre respectu fratris vterini, n. 31.

Quid de fratre minore respectu maioris, n. 32. Et de sorore minore respectu maioris, n. 33.

Quid respectu patrui, n. 34. Post quem innumeri alii summaria.

QVÆSTIO IV. Respectu quarum personarum detur metus reuerentialis: Supponendum est, hoc dubium procedere ex natura rei, in specialibus enim casibus iudex, vel prudens confessarius arbitrari debet, an sit timor reuerentialis: potest enim esse filius tam sui iuris & arbitrij, & adeo iussa paterna paruifaciens, vt etiam non reperiatur in ipso, respectu patris, timor reuerentialis. Quærimus ergo ex natura ipsa rei, & seclusis particularibus circumstantiis oppositum suadentibus.

Prima conclusio. Metus reuerentialis datur in eo, qui iure aliquo subiectionis alteri subest. Vt in clerico respectu episcopi, in seculari respectu magistratus cui subditur, in vxore respectu viri, in filio respectu patris. Conclusio est omnium. Et ratio est manifesta, quia cum hi superiores sint, & alij ipsis subiecti, suapte natura quandam reuerentiam & obsequium eis debent, quæ reuerentia timorem ac pudorem meutit, vt minus audeant ipsorum voluntati contradicere.

Secunda cõclusio. Idem dicendum est respectu soceri. Quia socer parentis locum obtinet. Vt habetur *l. Quia parentis, 17. ff. solut. matrim. vbi gloss. inst.* rationem reddit: quia coniuges per matrim. vna caro fiunt, atq; ita pater vtrius, est quasi alterius pater. Quare *Iason l. Transactionem, n. 2. C. de transact.* ait, non minorem reuerentiam deberi socero, quàm patri. Hanc tenent *Anton. cons. 282. n. 9. vol. 2. Franc. Arretinus cons. 24. n. 6. Padilla l. Interpositas, n. 21. fine, C. de empt. Salzedo addit. ad regulam 532. Bernardi Diaz, fine.*

Tertia conclusio. Idem est dicendum de auo. Quia tam quam pater colitur. Ita *Nauar. l. 3. consil. in 1. edit. tit. de regulis. cons. 84. n. 2. & in 2. tit. de conuers. coniug. cons. 3. n. 2.* Et ibi dicit timorem aui reuerentialem, irritare professionem, sicut & patris. Idem eadem ratione dicerem, de timore aliorum ascendentium. Quia tanquam parentes habentur & coluntur.

Quarta conclusio. Idem dicendum est de curatoris timore. quia loco parentis habetur. ita *Nauarr.* dicens timore curatoris matrimonium & professionem, casu quo timor parentis irritaret, *l. 4. consil. in 1. edit. tit. de sponsal. cons. 36. nu. 5. & 2. lib. 1. tit. de his quæ vi, cons. 10. num. 5.* & de tutore dicit idem *Enriquez l. 11. de matrim. c. 9. n. 5.*

De timore autem matris *Isargos de Paz cons. 3. num. 56. ait*, non sufficere. Quia fœminæ minus timentur, cum minus audaces sint, & imbecilliores, *l. Quisquis, versic. At filiæ, C. ad l. Iuliam maiestatis*, ibi, *quas pro infirmitate sexus minus asseuerare confidimus. & l. 2. tit. 2. p. 7. ad finem*, ibi, *no deue hauer asmar.* idem videtur tenere *Hippolytus cons. 124. n. 13.* vbi dicit non præsumi metum, si filia contrahat in præsentia matris, sicut quando præsente patre.

Quinta conclusio sit. Quamuis non ita facile præsumatur hic metus respectu matris: at vbi mater esset crudelis, & austera, solitaque minas exequi, sufficiens est metus reuerentialis matris, sicut & patris. Prob. quia vtrique parenti subditus est iure naturæ filius, & vtrumque tenetur reuereri, ac vtrique ratione huius reuerentiæ debitæ displicere timet: idque merito, ac iure optimo, natura hoc dictante. Hoc supponit *Franciscus Aretinus cons. 24. nu. 6. &* tenet *Gutier. consil. 16. n. 16. & 19.*

Sexta

30 Sexta conclusio, idem dicendum est in sorore respectu fratris maioris natu: vnde in casibus in quibus patris, vel matris metus reuerentialis sat est ad contractus rescissionem, sufficiet etiam fratris maioris natu, respectu sororis. Quia soror minor quandam reuerentiam & timorem habet respectu fratris maioris. Sic docent *Socinus senior cons.* 265.n.3.& 4.vol.1.*Franc. Aretinus cons.*24.n.6. *Curtius iunior cons.*141.nu.11.vol.2. *Rota in responsis, tit.de donationibus, resp.*4. n.8. *Tur.*29. *Ioannes in.in præfat.n.*143. *& post leges connubiales, glos.*3.n.25. *Ramus consil.*60.n.18.vol.3. *& consil.*98.nu.24.vol. 1.*& cons.*170.num.26.vol.1. *Peralta l. Titia cum testamento, §. Qui in vita,*n.1.*ff.de legat.*2. *Auendaño tit. de except.declaratione al.*4.num.31.*vers. Et insista exceptione*, atque ita consultum esse pervos doctissimos. Idem *Menoch. de arbitrar. lib.*2. *centur.*2.*cas.*136.n.6.*& consil.*1.nu.492.vol.1. *Anton. Cucus* diserte asserit matrimonium, quando soror iussu fratris contrahit, *lib.*4. *instit. maiorum, tit.*12.nu.148. *Padilla d.l. Interpositas,*num.21.*fine. Claudium l. Quæ dotis,*28.*ff.solut.matrim. Oroscium l.Veluti*, nu.7.*ff.de tutil.& iure. Matienzo dialogo relato.* 3.*q.*20.n.6. *Azebedo lib.*4.*recop.tit.*21.*l.*1.*num.*193. *Salzedo ad Gut.utrogolam* 532. *Bernardi Diaz. fine, Anton. Gabr.tom.*2.*communium opinionum tit.*11.*verb.*Metus, *fol.*106.*col.*2. *Gutier. consil.* 16.247. Quamuis *Capicius decis.*159.*num.*35. dicat se veteri, non dari in fratre timorem reuerentialem: quod admittens, quando soror non habitaret cum fratre, ab eoque non gubernaretur. Vnde meritò *Franciscus Aretinus, Ramus, & Tiraq. illa profatione.n.*143. *Peralta, Anton. Gabr. Padilla,* non absolutè dixere, dari timorem reuerentialem in sorore, respectu fratris maioris, sed addiderunt, quando cum eo habitat, ab ipsoque gubernatur. Quod idem alij tenere videntur, nam omnes illi Francisc. Aretinum allegant.

31 Imò idem dicendum est in fratre minori, respectu maioris: datur enim timor reuerentialis: eadem ratione. Sic *Tiraq.*in.*quæ loco citato, Curtius iunior, Rota, Oroscius, Salzedo, Claudius, Matienzo, Azebedo, Auendaño, Gutier. Padilla, Anton. Gabr.* et alij *num.*praced. Idem *Ramus.cons.*98.*nu.*24.*vol.*1. Quod limitant intelligitur quando frater minor cum maiori habitat, & ab eo gubernatur. Vt bene limitant *Tiraq.alla prafatione, n.*143. *Ramus, Padilla, Anton.Gabr. ibidem.*

33 Idem eadem ratione dicendum est de sorore minore cohabitante cum sorore maiori, à qua gubernatur. Quia tunc soror maior est veluti mater. Sic *Peralta n.*37. *Antonius*

34 Septima conclusio. Similiter est metus reuerentialis respectu patrui. Quia patruelis, seu neptis ex fratre patris, illum tanquam patrem venerantur. Sic *Anchar. consil.*319.*n.* 32. *Anton. cons.*976.*n.*16.*lib.*5. *Capicius decis.*159 *nu.*35. *Peralta l.Titia cum testamento,* §. *Quæ vita,num.*1.*ff.de legat.*2. *Menoch. cons.*8.443 *vol.*1. *Anton. Cucus l.*5. *institutionum maiorum,t.*12. *num.*148. *Padilla d.l. Interpositas, num.*21.*fine, Gutier.cons.*16.*n.* 17. *Salzedo addit ad reg.*535. *Bernardi Diaz. fine:* & quamuis aliqui ex his loquantur de nepte ex fratre, quæ est *sobrina ex parte del padre,* vt *Ancharan. Peralta:* at idem de nepote ex fratre, id est, *de el sobrino de parte del padre,* dicendum est. Et ita *Ramus, Capicius, Gutier. Padilla, Salzedo,* indistinctè de patruo loquuntur: & *Menochius* loquitur de patruele, quod nomen vtrumque sexum amplectitur: & expressè *Anton. Cucus*, & ait talem metum imitare matrimonium: limitat tamen quando puella, vel masculus est pubes pubertate maior: sed melius limitat *Capicius proxime citatus*, quando patruelis est in domo patrui, sub eiusque gubernatione remansit: & quamuis DD. non loquãtur de nunculo, *quæstio bermano de madre:* at credo respectu sororis dari metum reuerentialem, quando cum eo nepos habitat, ab eoque gubernatur. Quia eadem est ratio.

SVMMARIVM.

An metus reuerentialis absque vllis annullet consensum tacitum, qui resultat ex præsumptione cum taciturnitate? referuntur duæ sententiæ, n. 35. *& 36.*

*Tacens & confessi idem est iudicium, n.*36.

*Quid, si sola matrimonium sit præiudiciale, n.*38. *& quid de professione facta ex metu reuerentiali facta, n.*39 *iunct. n.*35.

QVÆSTIO V. An solus metus reuerentialis annullet consensum præsumptum ex præsentia, cum taciturnitate? Vt si præsente filio, & tacente contrahat pro eo pater sponsalia, vel matrimonium, filius tamen etsi consentiat, & taceat, at nec consentiret, nec taceret, nisi ob reuerentiam paternam? Triplex est sent. Prima ait, solum metum reuerentialem annullare consensum tacitum, & præsumptum, quamuis minæ non intercedant. Probatur, quia ille consensus cum tacitus sit & præsumptus, facile eliditur. Secundò ex *l.penult.ff.de furtis,* ex qua constat videntē res suas capi, & propter reuerentiam tacentē, posse agere actione furti: ergo talis taciturnitas, non est consensus. Sic tenent *gloss. c. Vnusquisque, verb. Saltantium,* 22.*q.*4. *& c. Plerumque, gloss. c. Vnusquisque, verb. Et tacent,* 2.*q.*7. *& l.Filiusfamilias,* 8.*verb. Non probatur, verb. Et tacent,* 2.*q.*7. *& l.Filiusfamilias, verb. Non probatur, de procurat. Bart. l. Quæ dotis,nu.*23.*ff.solut.matrim. Bald. l. Si finem,n.*1.*C.ad SC. Velleian. & l.*1.*nu.*12.*C. de bonis matern. Ant. c. Nouue, ad fin.de præsumpt. Anchar.c.Cum virum,nu.*4.*de reg.Fel. c. Cum omnes, nu.*12.*de constit. Hippol.singul.*147. *Lesius Inilut. de act.*§. *Quadruplo,nu.*64.*&* 65. *Franc.Aretin.cons.*14.*n.*8. *Campegius de dote,p.*3.*q.*88.*fine, Montalnus l.*8.*gloss.*2.*inst.t.*11.*l.*1. *fori, Peralta l.Titia cum testamento,* §. *Qui in vita,n.*1.*ff.de legat.* 2. *Couar.*4.*decret.*2.*p.c.*3.§.8.*nu.*5. *Minchaca l.*1.*controu.illust.c.* 35.*n.*21. *Ant.Cuc.l.*5.*instit.maior. tit.*12.*nu.*131. *Matienzo dialogo relat.*3.*p.c.*20.*n.*5. *Azebedo lib.*5.*recop.tit.*21.*l.*9.*num.*28. Vnde inferunt *Couar. Ant.Cuc.& Minchaca,* non valere sponsalia, nec matrimonium, quando præsente filio, & tacente contraxit pro eo pater (si filius tacuit ob reuerentiā. alias minime taciturus. Et confert valde ad hoc doctrina *Innoc.c.*1.*de his quæ vi, fine*, quam dicit esse notabilem *Abb.ibi nu.*14. & sequitur *ibi Imola n.*13. *vers. Si autem intercedit*, vbi statuit differentiam inter professionem tacitam & expressam, quod ad hanc irritandam requiratur metus cadens in virum constantem: ad illam vero, quæ est per delationem habitus professorum, quicumque metus. Quia ex delatione habitus oritur sola præsumptio professionis, quæ facilè tollitur per aliam: quod idem sequitur *Card. ibi, in fine*, addens saltem minorem metum sufficere ad elidendam illam taciti consensus præsumptionem.

Secunda senten. docet minimè sufficere metum reuerentialem, nisi adsint minæ. Primò, quia taciti & expressi idem est iudicium: *l.Cum quid ff.de reb.cred.& si cert.petat.* Secundò, quia patri maxima debetur reuerentia, & tamen si pater contrahat sponsalia pro filio tacenti, & præsenti, valent.*c.vn.* §. *Porro, de despons.impub.in* 6. ergo metus reuerentialis solus non annullat illum tacitum consensum. Hanc tenet *Abb. c.Nouue, de præsumpt.n.*1.*ad fin. & ibi Felin.n.*22. explicans quamuis actus sit præiudicialis: idē *Felin.c.Causam matrim. de offic. delegat.num.*4.*fine*, dicens in praxi hanc opinionem sibi placere, quamuis attento iuris rigore cōtraria sit verior. Eandem tenet *Francus c.*2.*de pactis in* 6.*n.*2.*vers. secundo etiam patet, Socin.l.*2.*nu.*7.*ff.solut.matrim. & ibi Vincent.n.*4.*Iason.l. Quæ dotis,n.*96.*ff.solut.matrim.* 36

Tertia sententia distinguit, si actus sit præiudicialis, satis est metus reuerentialis, vt non censeatur filius consentire tacendo. Et hoc manifestè probat *l.penult.ff.de furtis*, quam prima sent. pro se affert, agitur enim in ea de actu præiudiciali, nempe de furto. Et in hoc casu est vera prima sententia. Si vero actus sit fauorabilis, vt matrim. quod contrahit pro filio pater, tunc censetur consentire, nec is consensus annullatur per solum metum reuerentialem: & hoc probat argumentū secundæ sententiæ. & in hoc casu ea est vera. Sic *Decius, c Causam matr. n.*26. *& seqq. de officio deleg. Alex l. Quæ dotis,n.*27.*fine: ff.solut.matrim. & l.Interpositas, n.*5. *C.de transact.* vbi & *Alciat. n.*13. *Gutier.de iuram.*1.*p.c.*4.*nu.*28. *Barbosa alios allegans, l.*2.§. *fin.n.*7. *&* 8. *ff. solut. matr.* Et clarè videtur tenere *Enriqu.* quoad priorem partem, *l.*11. *de matrim.c.*9.*n.*5. vbi ait, matrim. quod contrahit pater vel tutor pro puella præsenti & tacenti, esse nullum, quando puella non aula est contradicere patri aut tutori truculento pro ea respōdenti: vbi non dixit absolutè, patri aut tutori, sed addidit, truculento, quasi requirens vltra reuerētiam, vt tacitè adsint minæ. Et idem tenet in matrimonio, sal-

37

tem in foro conscientiæ. *Lud. Lop. 2. p. instruct. noui materia de matrim. c. 40. ad fin.* vbi ait valere in foro conscientiæ matrimonium, si tacet filius, & interius consentit ob solam reuerentiam patris, alias non taciturus, nec consensurus. Et hæc sent. plus mihi placet. Intellige autem priorem partem huius sententiæ, vt non valeat quando est actus præiudicialis, nisi modicum sit præiudicium: parum enim pro nihilo reputatur. Sic *Alexand. vtroque loco citato.* Et forte ita esse dicit *Gutier. ibi cit.* Intellige etiam quando est matrimonium præiudiciale, non censeri consentire, quoad præsumptionem in foro externo: si enim vere esset consensus, esset matrimonium.

38 Hinc fit, si matrimonium aut iponsalia essent indigna filio, & ei præiudicialia, non præsumi consensum ob taciturnitatem, quando filius taceret ob patris reuerentiam. Sic *Barbosa ibid. num. 9.* At si reuera consentiret, non credo annullari per eum metum: vtenet secunda sententia relata n. 36. & proximè dixi.

39 Secundò infertur, veram esse doctrinam Innocentij, & aliorum allatam in prima sent. in eius fauorem, nempe professionem tacitam censeri annullari per solum metum reuerentialem. Quia actus profitendi est valde onerosus, & sic per taciturnitatem, & actus tacitos, & præsumptos non induci consensum, quando ille tacet ob reuerentiam, alias minimè taciturus: & ita in hoc casu verum tenebit prior sententia: at si reuera consensit, credo veram 2. sent. Ad argum. constat ex dictis in hac certa sententia, n. 37.

DISPVTATIO VII.

An preces importunę incutiant metum cadentem in virum constantem ac proinde sufficiętem ad aliorum contractuum rescissionem, matrimoniique annullationem?

SVMMARIVM.

Preces non importuna principis aut superioris non soliti sauire in non obtemperantem, non incutiunt metum constantem viri, nu. 1. & in dubio ita præsumitur iure, n. 2.

In dubio non sumitur præsumptio partis deterioris, & nemo præsumitur malus, n. 2.

Blanditiæ principum, & aliorum superiorum quando inferant metum viri constantis? n. 3.

Referuntur opinio affirmans preces importunas inferre metum viri constantis, & ita quandoque restituendum & rescindendum alias contractus, nu. 4. Referuntur alia opinio affirmans: ad efficere preces importunas, cum metu reuerentiali, n. 5.

Alia opinio id negans de precibus importunis etiam cum metu reuerentiali, n. 6.

Sententia auctoris, n. 7. & quæ dicantur preces importunæ, nu. 8. Et solutio argumentorum, n. 9.

1 DISPVTATIO præsens solum est de metu graui, ac viri constantis, qualem ad rescissionem contractus, & matrimonij annullationem, iura desiderant. Nam quando inferant metum leuem, ex quo consurgat obligatio restituendi precibus importunis extorta, firmo habendus est tota disp. 10. Et in primis, quando preces non sunt importunæ, commune, & verissimum est, preces principis ac superioris non soliti tyrannice tractare sibi non acquiescentes, non incutere grauem metum. Colligitur à contrario sensu ex *l. fin. C. de his quæ vi*, ibi, *venditiones, donationes, transactiones, quæ per potentiam extorta sunt, præcipimus infirmari*: vbi pondero verbum, Extortæ, nam extorquere violentiam significat. *l. Fideicommissa, §. Si rem. ff. de legat. 3.* & in hoc sensu accipitur *c. Conquerente, de clericis non resid.* Et ita *gloss. d. l. fin. verb. Infirmari*, ait, *intelligo de tali extorsione, quæ inducit actionem, quod metus causa*: ergo sola potentia absque tali extorsione non sufficit. Item, quia vbi alia tyrannis in principe nõ cognoscitur, eius preces, aut imperium non tantam vim habent, vt virum prudentem & constantem cogant: alias principibus nihil petere liceret. Sic docent *Ioan. Andr. c. fin. qui clerici vel vouen. sine.* vbi *Anton. nu. 6. Cardin. n. 4. oppos. 3. Abb. n. 8. Præpos. n. 8. idem Abb. 4. 2. nu. 4. & c. Cum dilectus, n. 8. de his quæ vi, Felin. c. Causam. matrim n. 3. & c. 1. n. 2. de offic. deleg. Bero. in eo c. 1. n. 18. Iason. cons. 3. nu. 6. vol. 1. Romanus l. Interpositas, nu. 3. C. de transact.* vbi & *Alciatus nũ. 11. Francisc. Aretinus l. Metum, fine, C. de his quæ vi, Guillor. Benedictus c. Raynutius, de testam. verb. Condidit, el 2. nu. 2. Alex. cons. 16. n. 10. vol. 1. Decius cons. 219. n. 1. & 2. vol. 2. & regula In omnibus, 39. n. 4. ff. de reg. iur. Peris. cons. 139. nu. 16. vol. 4. Tiraq. de pœnis temper. an. causa 35. n. 8. Rosella verb. Impedimentum, impedi 10. n. 3. Angel. verb. Metus, n. 2.* vbi & *Sylvest. q. 2. & Matrimonium 8. q. 11. dict. 10. Nauar. sum. Lat. & Hisp. c. 17. nu. 46. Rolandus cons. 83. n. 25. vol. 2. Ant. Cuc. l. 5. instit. maiorum, t. 12. num. 142. Paldus d. l. Interpositas, n. 15. Aules. c. 11. Prætorum, gloss. Ruego nu. 4. Barbosa cons. 72. n. 37. vol. 1. Mascard. de probationibus, concl. 195. n. 5. Flaminius de resignat. benefic. l. 13. q. 1. n. 177. vsque ad 181. Tabiena verb. Coactio, q. 2. num. 3. verb. Impedimentum, impedi. 9. q. 1. n. 2. fine, Armilla verb. Coactio, n. 2.* Et ex Theologis, *Sotus 4. d. 29. q. 1. a. 2. vers. Eiusmodi autem metum. Veracruz 1. p. spec. 4. 8. concl. 5. Enriq. 11. de matrim. c. 9. n. 5. in comment. ser. B. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 231. num. 5.* Quare in his verificatur illud commune prouerbium, *est orare ducum species violenta imperandi.* Ex his intelligenda venit *glossa c. Conuenior, verb. Morte, 23. q. 8.* quam sequuntur *Albertus Brunus inter consilia feudalia, cons. 14. nu. 386. Barbatius cons. 60. num. 4. vol. 1.* vbi ait, præceptum regium inducere iustum metum: venit enim intelligenda, quando rex solet male tractare ibi non obtemperantes, & eodem pacto veniunt intelligenda multa quæ cumulat *Tiraq. de pœnis temper. tota causa 35.* ad probandum preces principis inducere necessitatem.

In dubio autem non præsumitur consuetudo male tractandi. Quia non est fomenta præsumptio deteriorem partis: nemo enim præsumitur malus. Vt latè probat *Menoch de præsumpt. l. 5. tota præsumpt. 1.* Sic *Felin. c. 1. nu. 2. vers. An autem preces, de offic. deleg. Mascar. de probat. concl. 193. n. 6.*

Idem dicendum est de blanditiis principum, & aliorum superiorum: non enim inducunt metum viri constantis, nec annullant actus. Vt bene docent *D. Bonau. 4. d. 29. q. 1. nu. 8. & ibi Durand. q. 2. ad 1. Scotus q. vn. ad fin. Paludd. q. 1. a. 3. nu. 20. Ricard. a. 1. q. 1. ad 3. Veracruz 1. p. spec. 4. 8. dub. 2. quod monet post 7. conclusionem, Enriq. l. 11. de matrim. c. 9. num. 5.* Et ratio est, quia blanditiæ non minuunt, immo augent voluntarium, teste *D. Thom. 1. 2. q. 6. a. 6.* Verum si tacitæ minæ insint, vt quia solet princeps sæuire in suis blanditiis resistentes, incutiunt metum viri constantis, sicut de precibus diximus. Sic *Romanus l. Interpositas, nu. 3. & 4. C. de transact. Nauar. sum. Lat. & Hisp. in c. 17. n. 16. Mascar. de probat. concl. 193. num. 4. & 8. Lud. Lop. 1. p. instruct. cap. 96. §. Adde vero.* Hinc venit intelligenda *glossa l. vn. verb. Pignora, C. si vitio prouincię*, vbi ait non esse matrimonium, quando contrahentes blanditiis principum inducti sunt ad illud: quam sequuntur dicentes blanditias principum inferre metum viri constantis, *Hippol. singulari, 645. incip. Aduertant primo, Sigismund. inter consilia feudalia, cons. 17. nu. 21. Alber. Brunus inter eadem consilia, cons. 14. n. 387. Burgos de Paz. cons. 25. nu. 72.* Hæc enim omnia intelligenda sunt, quando blanditiis principum insunt tacitæ minæ, modo exposito.

Difficultas autem potissima est, quando preces importunæ sunt, an secluſa omni alia ratione timendi inferant metum cadentem in virum constantem? Triplex est sententia. Prima dicit solas preces importunas incutere huiusmodi metum. Probatur exillo Christi, *Luc. 11.* vbi de petente ab amico panes, amicoque negante, pondera atq; ita ait, *si ille perseuerauerit pulsans, & si non dabit illi eo quod amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi.* Interpretatio Syriaca vertit, *propter importunitatem.* Et fortius vrget illud *Iudic. 16.* vbi fortissimum Samsonem importunis vxoris precibus coactum detegere veritatem, Scriptura commemorat, his verbis. *Cumque molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhæreret, &c.* vbi verbo LXX. interpretum ait, *Et factum est quando vexauit illum sermonibus suis.* Chaldaica, *Cum molestaret illum in verbo suo, & opprexit eum.* Vatablus ibi, *nu. 34.* vertit, *cum coarctaret, & premeret.* *Abulens. super ea verba, q. 15. in fin.* ait, *Molestabat, & per illum modum necesse erat quod tadio affectus expueret veritatem.*

Ex

Ex quo loco Scripturæ S. iuncta aliorum versione manifeste constat preces importunas habere vim oppressionis & vexationis, ac proinde metum grauē incutere. Secūdo prob. ex Extrauag. Execrabilis, Ioan. 22 de præben. statim in prin. ibi, & improbas importunas petentium à nobis, & prædecessoribus nostris, non tamen obtinuisse, quam extorsisse plerumque nosciuntur. Vbi gloss. verb. Quā extorsisse, ait, ab inuito per talem importunitatem. Ex eadem importunitatē, ad interēdam vim, pondere textus in c. fin. de rescript. in 6. ibi, quia per ambitiosam importunitatem petentium, &c. Vbi glossa verb. Importunitatem, ait, propter quam principes sæpe non concedenda concedunt. Et methodi 5. Clementin. de petitione bonorum, libro 10. ibi, inuicem secunda petitionis initatione constringuntur. Vbi gloss. verb. Initiatione, explicat, id est, frequenti petitione: ergo nimia importunitas cogit principem, nedum priuatos. Tertiò prob. ex l. vn. C. de raptu virgin. ad fin. vbi raptor virginis, siue nolentis, siue volentis, pœna capitis plectitur. & redditur ratio, his verbis, hoc ipsum velle videbitur ob assiduis nequissimi hominis qui meditatur rapinam, inducitur, nisi eum eam solicitauerit, nisi odiosis ardoribus cruciauerit non facit eam velle. Vbi Baldus n. 20. opponit volenti non fieri iniuriā. & ita non esse raptū: & respondet verum esse quando vult simpliciter, secus quando verbo fuit. Ergo nimia importunitas violentiam infert, aliàs non esset raptus. Quartò probatur ex l. 3. vers. Si quis volentem. ff. de liber. hom. exhib. ibi, Si quis volentem retineat, nō videtur dolo malo retinere: Sed quid, si volentem quidem retineat, non tamē sine calliditate circumuentiū vel seductiū, vel solicitatum? Rectè dicetur dolo malo retinere. Vbi Interlocutus solicitationem æquiparat deceptioni, quæ voluntati omnino repugnat. Quinto probatur ex l. Eum. 5. C. de apostatis, ibi, qui seruum sine ingenuum, inuitum seu suasione. Vbi violentia, & importuna suasio æquiparatur: & ita Salic. ibi, n. vnico, ait per importunitatē facta, dici fieri prope violenter. Sextò probatur ex l. 2. §. Qui bona fide, verb. Persuadere, ff. de seruo corrupt. ibi, persuadere est plus quam cōpelli, & cogi sibi parere. Septimò probatur ex l. 1. C. ne filius pro patre, vbi textus dicit pecuniam extortam esse authoritate præsidis pronunciæ restituendam. Vbi gloss. verb. Extorta, ait, suasionibus: ergo importunæ suasiones actum rescindunt. Quod minimè efficeret, nisi metum viri constantis contineret. Octauò prob. ex l. 1. l. 19 p. 7. fine, ibi, como manera es fuerça es solicitar. Nonò probatur ex D. Bernard. de consid. ad Eugen. vbi dicit licentiam per importunitatem obtentam, non esse licentiam, sed violentiam. Vltimò, quia importuna & sæpe repetita petitio virum prudentem & fortem grauius torquet, quam minæ, & nihil est quod non efficiat, vt preces importunas & molestas euitet. Pro hac sent. sunt gloss. ca. Audaciter, verb. Et non per me, 8. q. 1. Dominæ fin. n. 1. de rescript. in 6. Rebuff. tom. 2. const. regiarū, t. Vt beneficia ante vacationem, a. 2. rem. §. 81. n. 5. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 10. glos. 1. n. 1. vbi docent per importunitatem obtenta, dici fieri inuito dante, & c. Tua, de præben. in principio, Rebuffus eodem to. 2. t. de rescript. a. 2. glos. 4. inuito, Matienzo eadem l. 10. glossa 1. num. 2. Azebedo lib. 5. recopil. 1. 10. l. 13. nu. 2. vbi docent per importunitatem obtenta, non debere valere: at non essent cassanda, nisi metus caderet in virum constantem. Et pro eadem parte sunt gloss. 4. Sunt qui opes, verb. Non inducto, 12. q. 4. & c. Tua, verb. importunitatem, de præben. vbi & Hostien. inuito, & Imola nu. 2. Ioannes Lup. d. §. 81. nu. 3. Rebuf. d. tit. de rescript. art. 2. glos. 3. vers. Item non valet electi. vbi per c. Ossius, de electione, docent electionem factam ad importunum populi clamorem, non valere. Facit etiam gloss. c. Vnusquisque, verb. Saltantium 22. q. 4. vbi docet, quod ad importunum populi clamorem promittere, non tenere. Faciunt etiam gloss. d. c. Sunt qui opes, verb. Non inducto, 12. q. 4. Peralta l. Si quis, in princip. nu. 93. ff. de legat. 3. vbi docent votum per importunitatem, & impulsum aliorum emissum, non tenere: cum tamen iuxta communem, & verissimam sententiam, votum solum inualidum sit, ob metum cadentem in virum constantem. Idem pro eadem sent. sunt Bald. d. l. 1. C. de petitio bonorum, l. 10. Inid. Burgensis. l. Si se subjiciant, n. 38. ff. de iudicijs, Ant. de Petrucia l. 1. num. 46. ff. de iureiur. Rebuff. d. tit. de rescrip. a. 2. glos. 3. §. Ad hæc donat. & d. t. Vt beneficia ante vacationem, a. 1. glos. 1. num. 4. Ioan. Lup. d. §. 81. nu. 1. & 10. & Peralta d. l. Si quis, in princ. n. 94. Segura l. 1. §. Si vir, n. 128. ff. de acquir. possess. Auile c. 21. Pratorum gloss. Ruego, n. 5. vbi docent donationem factam vxori, ob nimiam ipsius importunitatem, non valere, nec morte confirmari. Et idem docent ibi Segura, nu. 130. & Peralta eo. nu. 94. de donat. inter patrem & filium fam. ob casuum aquiparationem: & addit Peralta, nec in regno Castellæ reputari meritionem in tertia & quinta bonorum parte, iuxta l. 26. Tauri. Quæ vera minimè essent, nisi preces importunæ Tauri. Quæ vera minime essent, nisi preces importunæ continerent metum viri constantis. Faciunt pro eadem sent. Cepola cautela 36. incip. Licet cum verbis blandis, n. vn. Lucas de Peña, l. Prædia, C. de locat. prad. l. 11. Ioan. Lupus d. §. 81. nu. 14. Segura eo §. Si vir, n. 131. Peralta eo n. 94. Gom. Arias l. 24. Tauri, n. 26. Spino speculo testam. glossa rubrica, 2. p. n. 8 vbi dicunt testamentum à morti proximo variarum astantium importunitatibus, non habere robur. & reddit rationem Peralta, quia importunæ preces etiam parum, vel minorum habentur instar iusti metus. Pro eadem sent. sunt Segura eo. §. Si vir, n. 129. & Tib. Decianus cons. 65. n. 3. vol. 2. docentes reuocari legatum relictum à viro vxori, ob nimiam eius importunitatem. Faciunt pro eodem sent. multis dicentes patria esse aliquid violenter & metu fieri, ac precibus importunis. Hi sunt Boerius decis. 101. n. 10. Calcaneus cons. 25. n. 30 Curtius iun. cons. 141. n. 18. vol. 2. Romanus l. Si ob turpem, n. 14. ff. de condict. ob turp. caus. Aimon. cons. 192. num 12. vol. 1. Paul. cons. 174. n. 1. vers. Sed ad hoc respondetur. Oldrad. cons. 30. n. 1. ad finem, Lucas de Peña, l. 1. num. 11. C. de petitio bonorum, l. 10. Rebuffus d. tit. de rescriptis, a. 2. glos. 3. §. Præterea tractus, Menoch. l. 2. de arbitr. casu 395. nu. 41. & de præsumpt. l. 4. præsumpt. 11. fine, Dacianus, cons. 65. n. 4. vol. 2. Padilla l. Interpositas, n. 31. C. de transact. Gutier. lib. 1. q. canon. c. 37. nu. 20 Matienzo lib. 5 recop. tit. 10. l. 17 glos. 6. n. vnico. Et dicunt Romanus, & Padilla, id verum esse, etiam quoad actus rescissionem, vbi clare sentiunt inferre metum cadentem in virum cōstantem, alias minime sufficerent ad actus rescissionem. Pro eadem parte est Iason. l. 1. num. 1. ff. de condict. indeb. vbi ait solutum propter nimiam importunitatem, posse repeti, ac solutum per errorem. Alia testimonia Doctorum possent adduci pro hac parte, qui docent obtenta per preces importunas esse obnoxia restitutioni: sed consulto omitto, cum enim metus legis obliget ad restituendum, (vt dicemus disp. 9. & 10.) tantum illa probant esse metum leuem: & ideo in eo loco ea in medium afferemus. Et in propriis terminis tenent hanc sententiam, docentes sponsalia, & matrim. contracta ob nimiam importunitatem, esse irrita, Angelus de Vbaldis inter consilia matrimon. Zilet. cons. 46. nu. 4. & Martinus de Garatu inter eadem consilia, cons. 15. num. 17.

Secunda sententia limitatius loquitur, asserens preces importunas vnà cum metu reuerentiali, vt si sint personæ cui debetur reuerentia, incutere metum cadentem in constantem virum. Prob. ex c. Petitio, de iureiurando, vbi habetur iuramentum quod Antiochenus princeps extorsit, non esse seruandum. Vbi Innoc. statim in principio, & sit, non esse seruandum. Vbi Innoc. statim in principio, & Hostiens. ibi inuito, super verb. Extorsit. & Ioan. Andr. ibi nu. 2. inquiunt, extorsit, scilicet precibus importunis, vel etiam metu qui caderet in constantem virum: vbi patificant preces importunas principis cui debetur reuerentia, cum metu cadente in virum constantem: nam secus esset dicendum, quando non est vera coactio: vt c. Ad nostram, el 3. de iureiur. vbi textus dicit, quasi per coactionem. Secūdò, prob. ex c. Cum inter R. de electione, ibi, Cælestinus prædecessor noster ad componendum, coegit inuitum, vbi Innoc. statim in princ. ait: inuitum, quia deuictum instantia precum. Tertiò probatur ex l. Fideiussor impetrauit, 26. §. Pater Seij, ff. de pignor. ibi, pater Seij filio emancipato facilè persuasit: vbi Interlocutus ponderat facilem suasionem paternam, vt actus filij dicatur voluntarius: ergo à contrario sensu, aliud esset dicēdum si vehemens & importuna esset patris suasio. Hanc sent. tenet Matth. de Afflictis decis. Neapol. 69. nu. 3. fine, 4. & 5. vbi ait im-

portunas preces cum metu reuerentiali mariti, æquiparari metui, & ita factum Palatium Neapolit. decreuisse legatum factum ab vxore eius marito, importunis precibus esse nullum. Idem videtur tenere *Iason cons.* 133. *nu.* 18. *vol.* 4. vbi dicit nimiam importunitatem personæ, cui debetur reuerentia, esse idem quod dolum. Idem tenēt docentes preces importunas eius, cui debetur reuerentia, æquiparari metui, quoad actus rescissionem. *Socinus senior cons.* 163. *n.* 8. *vol.* 2. *Ioan. de Nevizano cons.* 22. *nu.* 22. *Montalvus, l.* 8. *gloss.* 2. *in fi. tit.* 11. *l.* 2. *fori, Octavianus decisione Pedemontana* 179. *n.* 4. *Salzedo super regulam* 532. *Bernardi Diaz, limitatione* 3. *Mascardus de probationibus, concl.* 193. *n.* 9. Et clarius id docent alii Doctores asserentes contractum gestum ab vxore ob nimiam viri importunitatem, esse rescindendum, ac si metu esset celebratus: hi sunt *Vitalis de Cambanis, tract. clausularum, in clausula Non vi, vel metu, c. De metu tyranni, n.* 4. *Padilla l. Interpositai, n.* 32. *de transactio. Gutierr. libro* 1. *q. canon. cap.* 37. *num* 17. *&* 18. Idem videtur tenere *Iason §. Quadrifidi, n.* 66. *Inst. de actio.* vbi ait importunas preces viri habere loco minarum: *& Ripa in respons.* 1. *de donat. respons.* 4. *n.* 8. vbi ait importunas preces fratris maioris, non distare à metu. Et melius hoc tenet *Ioann. Garcia de nobil. glossa* 17. *n.* 15. vbi expresse dicit huiusmodi preces incutere metum viri constantis. Et amplius dicit, *n.* 23. quamuis vir, parens, aut superior, sit ingenio non agresti, feroci, austero, sed miti, vrbano, placido, si tamen sæpe per se, & per alios etiam submisse & honeste roget vxorem, filiam, aut subditum, vt consentiat venditioni, censeri eam per metum factam & rescindendam esse. Et in propriis terminis matrimonij & professionis, docent annullari per preces importunas vna cum metu reuerentiali, sicut annullantur per minas cum eodem metu, *Covarr.* 4. *decret.* 2. *p. c.* 3. §. 6. *fine, Villalobos in comm opin. Sot. M. verb. Metus, n.* 77. *mihi. n.* 74. *Veracruz* 1. *p. spec. a.* 8. *post* 7. *concl. dub.* 2.

6 Tertia sent. dicit, preces importunas, quamuis metui reuerentiali connumeratæ sint, non inferre metum viri constantis. Quia non videntur tantam vim habere, vt constantem virum merito mouere debeant. Hanc tenet *Abbas c. Cum inter R. n.* 8. *de elect.* vbi ait preces instantissimas principum non inducere iustum metum, ad rescindendum actum, nisi sæuire soleant in sibi non obtemperantes. Et ipsum sequuntur *Roland cons.* 83. *n.* 17. *vol.* 2. *Anton. Gabr. tom.* 2. *comm. li.* 11. *verb. Metus, vers. Preces instantissimæ, in mea edit. f.* 107. *col.* 1. Et in matrimonio expresse id tenent *Enriquez l.* 11. *de matrim. c.* 9. *nu.* 5. *Iud. Lop.* 2. *p. instruct. de matrim. cap.* 40. *fol.* 107. §. *Adde tamen.* Et videtur tenere *Ledesma* 2. *p.* 49. *a.* 3. *ad fin. ante vltim. dub.* vbi absolute docet preces importunas non annullare matrimonium.

7 Sit conclusio. Inter has sent. secundam reputo probabiliorem. Cum enim ex vna parte importunitas cuiuscumque sit, valde vrgeat, ne dicam, vexet & opprimat (vt probant omnes textus adducti pro prima sent. n. 4.) & ex altera parte reuerentia personæ petentis debita, pusillanimem ac timidum, nec audentem contradicere, rogatum reddat, merito, ac iure optimo vtraque metuendi causa coniuncta, prudentem ac constantem coget, ipsiusque consensum extorquebit.

8 Monuerim tamen, non quascumque preces assiduas importunas dici, sed quæ sunt instantissimæ & sæpius repetitæ, & inculcatæ: vt probat *textus, auth. de haered. & falci. in princ. vers. Semper igitur. collat.* 1. ibi, *semper igitur nobis importuna sunt*: vbi *gloss. verb. Importuna*, ait *id est, valde instantes.* Quod idem probat textus *l.* 1. *C. de petitio bonorum, l.* 10. ibi, *nec recusa a petentium inbiatione*: vbi *gloss. verb. Inbiatione*, ait, *id est, frequenti petitione.* Quod etiam sacra pagina significat *Iudicum c.* 16. vbi importunas Dalilæ preces sic explicat, *Cumque molesta esset ei, & per multos dies iugiter adhæreret, spatium ad quietem non tribuens* Idem significat *Archidiac. cap. fin. nu.* 2. *de rescript. in* 6. vbi importunum (ait) dici quasi sine portu & sine quiete: & docet *Peralta l. Si quis in princ. n.* 94. *ff. de legat.* 3.

9 Ad argum. proposita, nu. 4. respondetur. Ad 1. desumptum ex factis literis, respondeo illud probare, preces importunas continere in se aliquod coactionis genus, quare communiter dum aliquis importuna rogatione lacessitur, solet dicere, Hæc est violētia: minime autem probat esse metum cadentem in virum constantem: nec Samson constanter egit, dum victus amore, & importunitate mulierculæ secretum suæ fortitudinis propalauit. Ad 2. dico similiter omnes illos textus probare importunitatem aliquo modo cogere: & ita solemus dicere vulgariter, *concedillo a mas no poder, porque me sacauan el alma con importunaciones*, non tamen probat de metu graui & iusto. Et ita cauteste *Salycet l. Eum, C. de apostatis, num.* vn. dixit quæ importunis suasionibus fiunt, dici fieri quasi violenter: vt significet non continere violētiam, *el* 1. *tit.* 19. *p.* 7. *fin.* dixi *como en manera de fuerça es.* Ad 3. 4. 5. 6. & 7. resp. omnes eos textus loqui de persuasione dolosa, præsumit enim ius in illis importunis suasionibus dolum commiscerī: & ita explicat *Dynus reg. Scienti, 27. de reg. iur. in* 6. *n.* 3. *&* 4. *Salycet. l.* vn. *num.* 30. *C. de raptu virg.* Quare dum *l.* 1. *C. ne filius pro patre*, dicit pecuniam extortam, esse authoritate præsidis recuperandam, *& gloss. verb. Extortam*, explicat, suasionibus exponunt ibi *Bald. n.* 1. *& Salic. n.* 2. persuasionibus dolosis quæ errori æquiparantur. Ad 8. & 9. dico tantū probare importunitatem esse genus quoddam quasi violentiæ, vt explicui in solutione ad 2. Ad vltim. dico, si attendantur primi motus itæ, & tœdii, quorum nimia opportunitas causa esse solet, fateor plus vrgere etiam virum prudentem sæpe, quam minas, & veluti cogere ad quoduis stultum & ineptum faciendum, vt importunitatem, & tædium illud repellat: verum si ad motus rationi & prudentiæ & constantiæ conformes attendamus, id non est verum, nec prudentem ac constantem illis cogi decens est.

DISPVTATIO XLIV.

An contractus celebrati metu viri constantis sint ipso iure irriti, vel irritandi?

SVMMARIVM.

Contractus metu initi an sint ipso iure nulli, vel annullandi, quid consuluerit Scipio. n. 1

Refertur sententia dicens esse ipso iure irritos. nu. 2. *Et per eos non transferri dominium, n.* 3

Verba præcutis temporis dispositionem ipso iure inducunt, n. 2.

Valent contractus metu initi, donec rescindantur, tam iure naturali quam positivo. n. 4.

Transfertur dominium per tales contractus n. 5

In quibus casibus metu gesta sint ipso iure nulla, vt missum. n. 6.

Rescindantur tales contractus, siue is in cuius fauorem celebrantur, sint alius eo insciis, metum inculerit, n. 7.

Non rescindantur, quando metum passus incidit culpa sua in metum, n. 8

Quid, si incutiens metum non possit nolle inferre: vt si vir minetur mortem vxori deprehensæ in adulterio: & quid, si solum accusationem. n. 9

Et explicantur l. Mulier, & l. Nec timorem, ff. de eo quod met. caus.

Soluuntur argum. & explicantur l. 1. *C. de rescinden. vendit. ff. l. Qui in alienā. §. Celsus. ff. de acquiren. haredit. & l. Qui in carcerem, ff. l.* 38 *cum exceptione. §. In hac actione. ff. de eo quod met. caus. & l.* 3. *§.* 5 *n.* 10

Soluuntur alia argum. quibus probatur per contractum metu extortum non transferri dominium, nu. 11. *& ibi explicatur l. Metum autem præsentem, §. Veteres, ff. §. Licet. ff. de eo quod met. caus. & an res metu extorta restituenda sit cum fructibus?* 12 *Et qui habet actionem ad rem, rem ipsam habere videtur. Et resoluto iure datoris, resoluitur ius accipientis.*

DISPVTATIONI de matrimonij metu initi irritatione, operæ pretium duxi præmittere disputationem de aliorum cōtractuum annullatione, vt vel sic percipiatur differentia inter matrimonium, & cæteros contractus: & quia aliqua principia hic disputanda, passim allegāda sunt in disput. de matrimon. Et existimabit aliquis quæstionem esse de nomine, parumque conferre, siue dicamus esse ipso iure irritos, siue irritandos: cum omnino rescindendus sit contractus, restituendaque sit res cum fructibus, perinde ac si contractus ab initio irritus esset: vt opristatim declarabimus. Sed falletur sic existimans, (vt oppime docet *Navar. c. Accepta, de restitut. spoliator. oppos. f. n.* 2.)

Nam

tum, scribi gratia, & dicamus renuntiationem beneficij esse ipso iure nullam, dum metu grauis facta est, dicendum est etiam renunciantem recitare, & posse ad titulum illius beneficij ad ordines promoueri: cùm vere sit suum. Vt optime infert *Nauar. abi n.* 12. Contrarium tamen in vtroque casu dicendum esset, vbi illa renuntiatio valida esset, quamuis rescindenda: vt probat *ibi Nauar. n.* 21.22. Quia illa beneficiorum non est renunciantis. Similiter si testamentum iure factum, validum sit, succederet hæres in eo instituendo, ab eoque auferet filius tanquam ab indigno: si vero inualidum sit ipso iure, succederet hæres ab intestato. Videre *Palud. l. interpositas, nu.* 9. *C. de transact.* Similiter si donatio quæ facta metu facta, esse nulla, non oriretur inde publicæ honestatis impedimentum: quod secus dicendum esset, si dicamus esse valida, at postmodum irritanda.

2 Duplex igitur in hac quæst. est opinio. Prima docet contractum tali metu inito, esse ipso iure nullos. Prob. ex *l.* 1. *C. de rescind. vendit. ibi, irrita est*: quæ verba cum præteritis temporis sint, dispositionem inducunt ipso iure. Iuxta doctrinam *glossæ l. Labeonis*, 14. §. *Oneranto: verb. Primetur, C. de iudæi. Rodæ. & l.* 3. *verb. Habeat, C. de iurisd. omn. iud.* & receptam communem *Cremensis singul.* 7. *Iasonis l.* 2. *n.* 13 & 15. *C. de rescind. vendit. Vinn. ad eum multos, l. Si vnquam, verb. Reuertatur. n.* 21. & *seq. C. de reuoc. donat.* Et confirm. ex *l.* 3. *in prim. t.* 5. *p.* 5. *ibi, fuerça ni premia no deue de ser fecha á ninguno de vender, e si alguno le fuerça a vender, no valdria.* Secundò probatur ex *l. Qui in aliena*, 5. *Celsus ff. de acquir hared. ibi, qui metu verborum, vel aliquo timore coactus, fecerit hæreditatem, si eligit hæres fieri, hæredum non fieri placet, sine seruus sit, dominium hæredem non fecerit.* Ergo metu gesta, iuris nulla ipso iure. Tertiò prob. ex *l. Qui in carcerem*, 22. *ff. de eo quod met. caus. ibi, qui in carcerem quem detrusit, vt aliquid ei extorqueret, quidquid ob hanc causam factum est, nullius momenti est*: vbi apparet contractum metu celebratum, esse ipso iure nullum: nam ea verba, Nullius momenti, important idem, quod nullius vigoris. *c. Ordinarij, in fine de offic. ordinar. arg. in* 6. & ibi notat *Archid.* Et ita intelligunt illum textum multi, quos refert & sequitur *Rodericus Suar. tom.* 2. *disp.* 83. *sect.* 1. Quartò, prob. ex *l.* 1. *ff. de iudicijs, vers. Si prætor ff.*, vbi si quis coactus sit à prætore eius iurisdictionis consentire, nulla est protogatio ipso iure. Quintò prob. cum dolus dat causam contractui bonæ fidei, est nullus ipso iure contractus, *l. Et eleganter*, 9. 1. *ff. de dolo, l.* 57. 1. 6. 1. at metus dolus inest, *l. Si cum exceptione*, §. *Eum qui, ff. de ea, quod met. caus. & l.* 2. §. *Dolum, ff. de verbor. raptor.* & aduertur *Sanchez l.* 2. *sect. dub.* 21. *n.* 3. atque ita æquiparari solent dolus & metus, *c. Cum contingat sine, de iureiur. & c. 2. de pactis, in* 6 *fin. & l.* 8. *Dolo. C. de inutilibus*: ergo contractus metu celebratus est nullus. 5 Extrò prob. sine consensu contractus nullus est, eius enim substantia in consensu consistit, *l. Obligationum*, 5. *ff. de act. & oblig.* & vbi metus adest, deficit consensus. *reg. Nihil consensui*, 117. *ff. de reg. iur.* ibi, *nihil consensui tam contrarium est quam vis atque metus*, & *cap. Cum locum de sponsal. ibi, cum locum non habeat consensus, vbi metus, vel error intercedit*. ergo. Septimò, quia vim inferens, metumque causans reus est: ergo instar furis illum rei hic ablatæ dominium comparat, nec acceptio illius valida est. Vltimò, quia metus in se habet ignorantiam, *l. Si cum exceptione*, 14. §. *In hac actione, ff. de eo, quod metus causa*. Sed non metus habeat in se ignorantiam: sed ignorantia est consensui contraria *l. Si per errorem ff. de iurisd. omn. iudic.* ergo contractus metu initus, tanquam consensu carens, est ipso iure nullus. Hanc sent. videtur tenere *Bart. l. Metus autem præsentem*. 9. 6. *Volenti, n.* 2. *ff. de eo, quod metus causa*, vbi ait prætor, *l. 1. ff. ea. res.* intelligi nullo tempore, & ita antequam veniatur ad rescissionem, non habere: at in iudicio declarate, irrita esse. Et tenet *Fortunius tract. de vlt. fine, ill. at.* 21. n. 387. & *seq.* Et Theologis, tenent idem *Sotus lib.* 8. *de iust. q.* 1. *a.* 7. *in solut. ad* 3. *vers. Seruata tamen argumentum. Palacios lib.* 4. *de contract. c.* 9. 4. *Dixerim igitur, P. Moluca, tom.* 2. *de iust. tract.* 2. *disp.* 326. *in solutione ad* 2. *Carbon. de restit. q.* 46. *concl.* 5.

3 Hinc infertur *Fortun. ea ill. at.* 21. *nu.* 449. & *P. Molina de iust. ad* 2. minimè transferri dominium per contractū metu initum. Prob. ex *l. Metum autem præsentem*, 9. 6. *Volenti, ibi, volenti autem detur, & in rem actio, & in personam*: & §. *Licet, ibi, licet etiam actionem in rem dandam existimamus. Quia res in bonis eius est, qui vim passus est, ff. de eo quod met. caus.* ergo cùm metum passus habeat actionem ad rem ipsam, & in bonis eius permaneat, non transfertur dominium in accipientem. Secundò, quia res illa cum fructibus restituenda est metum passo, at si accipiens esset verus dominus, non teneretur fructus restituere: cum ii sint veri domini. Tertiò, quia nunquam per traditionem absque iusto titulo transfertur dominium, *l. Nunquam, ff. de acquir rerum dominio*: titulus autem hic est omnino iniustus. Et confir. quia ratione tituli iniusti non acquirit vsurarius dominium, iuxta frequentiorem sententiam: cum tamen adsit consensus voluntarius dantis pro mutuo, & traditio: ergo quamuis in contractu metu extorto adsit voluntas & traditio, non transfertur dominium, quia in vtroque euentu titulus iniustus est. Quartò, quia si trasferatur dominium fundi per metum dati Titio, si hic anteriores creditores habeat, quibus soluendo minimè sit, præferentur in illo, tanquam in bonis Titij, quod omnino falsum esse, ambiget nemo. Quintò, quia plus desideratur ad transferendum dominium rei alicuius in alterum, quam ad abdicandum à se ius, & concedendum illud alteri ad eam rem: cum dominium plus sit quam ius, & ad illud transferendum, non satis sit promissio absque traditione: ad hoc autem, sufficit. Sed per traditionem metu factam non auferetur ius metum passi, nec alter ius retinendi comparat: vt constat, ergo à fortiori nec dominium. Vltimo, quia si metum passus, rem illam propria auctoritate recuperaret absque scandalo, minime peccaret: ergo manet eius dominus: alias non daretur rei vendicatio.

His tamen minimè obstantibus, contraria sententia est 4
tenenda, valere contractus metu initos, esse tamen rescindendos, actione quod metus causa. Prob. primo ex *l. Si mulier* 21. §. *Si metu coactus, et* 2. *ff. de eo quod metus caus. ibi, si metu coactus adus hæredis ait præsto me hæredem esse. Quia quamuis si liberum esset, nolisset, tamen coactus voluit: sed per prætorem restituendus fuit.* Et *l. Si metus causa*, 84. *ff. de acquir. hæred. ibi, si metus causa adeat aliquis hæreditatem, fiet ut quia inuitus hæres existat, detur abstinendi facultas.* Secundo, quia substantia contractus consistit in consensu & voluntate. *l. Obligationum substantia: ff. de action. & oblig.* sed in consensu metu extorto est verus consensus, veraque voluntas, *l. Si mulier*, §. *Si metu coactus el* 2. *ff. de eo quod metus caus.* ergo. Tertio prob. ex *l.* 1. *ff. de eo quod met. cau. ibi, aut prætor, quod metus causa gestum erit, ratum non habebo*: verbum autem futuri, non significat esse ipso iure irritum, sed irritandum: teste *Tiraquello cum multis, l. Si vnquam, verb. Reuertatur, nu.* 29. *C. de reuoc. donat.* Et confirm. quia ibi prætor promisit actionem, seu exceptionem, quod metus causa, vt gesta metu rescinderet. Vt constat ex *l. Metum*, 9. 6. *Sed quod prætor, & §. Volenti, ff. eodem tit.* ergo supponit mero iure valere: non enim solet competere exceptio, nisi vt elidatur actio quæ mero iure competit. *l.* 2. *ff. de exceptionibus*: & tradit *Iason. l. Si vnus §. fin. n.* 7. *ff. de pactis*, resolutéque *Couar. reg. Possessor. 1. p. in princ. nu.* 4. & 5. Quarto prob. ex *Inst. de exceptionib. in princ. ibi, si metu coactus Titio stipulanti promisisti, quod non deberes: promittere palam est iure ciuili te obligatum esse.* Quinto prob. ex *l. fin. C. de his quæ vi, ibi, venditiones, donationes, & transactiones, quæ per potentiam extortæ sunt præcipimus infirmari*: ergo valent mero iure, & iuris remedio infirmandæ sunt. Et confirm. ex *l.* 56. *t.* 5. *p.* 5. *ibi, por viuda, e por fuerça comprando, e vendiendo deue valer, antes dezimos que deue ser desfecha la compra.* ergo valet mero iure. Sexto prob. ex *c.* 2. *de his quæ vi, in fine, ibi, quæ metu & vi fiunt, de iure debent in irritum reuocari.* ergo tantum sunt reuocanda, & dum non reuocantur, sunt rata. Vltimo probatur, quia vel tales contractus metu celebrati sunt irriti iure naturali: & hoc non. Vt bene docent *Sotus 4. d. 29. qu. 1. art. 3. vers. Ad secundum similiter modo respondetur, & vers. Ad tertium pariter respondetur, Carbon de restitutione qu. 46. concl. 5.*

concluſ.4.Enriquez lib.11.de matrim.c.9.n.4. Petrus de Ledesma de matrim.q.47.a.3.dub.1. in ſolutione ad 3. & 4. ex argumentis poſit is in primo loco,fol.214.col.2. Et late videbimus diſp.14. dum diſputauerimus,an matrimonium coactum, ſit iure naturali validum. Non etiam ſunt inriti iure poſitiuo: vt probant omnes textus allegati: ergo ſunt mero iure validi. Et ideo hanc ſententiam ex DD.iuris Pontificij,tenent gloſſ.c.vn.de his quæ vi,in 6.notabil.1.& c. Super hoc,de renunciat. verb.Reſignationis, & c.2.verb. Coactus, de his quæ vi, Goffredus ſum.tit.de his,quæ vi,n.5.Host.c. 2.de his quæ vi,ſuper verb. Coactus,vbi Ioan. Andreas n. 3. Anton.n.7.Anchar.nu.3.Abbas n.7. Imola n.3.Calderinus tit.de his quæ vi conſ.1.n.2.Cardin.Clemen. 2.§. Sane oppoſitione 3.de parris Ioann.Monachus cap.vnico, n.2.de his quæ vi,in 6. Idem Abbas c.Cum locum,n.7. de ſponſal. & ibi Alex.de Neuo n.4.Prepoſ.n.7.idem Anchar. c.Veniens,el 2. nu.6. de ſponſal. & conſ.382. in princ. Felinus c. Præterea,n.35.de ſponſ. Decius c.Cauſam matrimonij,n.5. de offic. deleg. Berous c.In preſentia,n.120.de probat. Roſella verb. Impedimentum, impedimento 10.n.5.Angel.verb.Metus.n.7.vbi Sylueſter q.8. Tabiena verb. Coactio,q.4.n.5.& ibi Armilla n.4. Nauar.c.Accepta,de reſtitut. ſpoliat.oppoſitione 5.n.7.& ſum. c.22.n.50.Lecebatus de concil.li. 4.a.4.n.118.Carrerius l.4.de ſponſal.ca.9.initio, Ant. Cucus lib.5. inſtitutionum maior.tit.12.n.112. init. Gutierr.de iuram.1.p.cap. 57.n.21.Flaminius de reſign.benef.lib.13.q.2.n.9. Et ex doctoribus iuris Cæſarei gloſſ.l.1. verb.Irrita,C. de reſcind.vendit.& l.Si mulier,verb.Vllam, ff.de eo quod vetetus cauſ.& l.1.verb. Non valet,ff.de author.tutor.l.Si vi,in fine, C. de his quæ vi,Paul. ibi n. 2.Iaſon l.Interpoſitas,n.2.C.de tranſact.& l.Titia,nu.6.ff.de verb. oblig. Romanus ad l.Interpoſitas,n.1.& ibi Curtius iunior,nu.1. Socinus iunior conſ.77.n.20.vol 1.Segnorolus conſ.75.nu.22.Aleiat. l.1.reſp. reſp.5.nu.2.& conſ.5.initio, Barbatius conſil.60.num.4. vol.1.Grammaticus deciſione Neapolitana 103.n.67. Sebaſtian. Medicis de caſibus fortuitis,q.7. n. 62. habetur to. 7.tractatuum nouorum,Vincentius Palcotus,de dote, n. 47. habetur to. 9. eorundem tractatuum,Baldus Nouellus de dote,p. 6 priuileg. 39.n.1. Bertachin.in repertorio lit. M. verb.Metus non preſumitur, ſub nu. 80.verſ.Metus non reddit,Martinus de Garatis inter conſilia matrim.Zilett,conſ.15.nu.13.Ant. Gom.to.3.var.c. 4. n vnico,ad fin. caſu 6.Greg.Lop.l.56.verb.Deſecho,t.5.p.3. Ant. Gabr.to.2.communn. in mea edit. lib.1.verb. Metus, verſ.Metus contractuum,fol. 106.col 1.Menoch conſ.2.n.17.vol.1.Riminaldus conſil.5. nu.52. vol.1. Burſatus conſ.72.n.21.vol 1.Padilla l.Interpoſitas, nu.4. C. de tranſact.Seraphinus de priuileg. inram. priuilegio 110. initio, Barboſa ff.ſolato matrimonio,lib.4.p.nu.28. Et ex Theologis,Ricard.4.d 29.a.1.q.2.§. Qui vult tenere opinionem, Paludan.4.d. 15.q.2.a.5.n.32.Sotus 4.d.29.q.1.art.3.verſ. Ad ſecundum ſimile modo & verſ.ad 3.pariter,Enriquez li.11.de matrim.c.9.num.4. Philiarc.de offic.ſacerd.to.1.p.2.l.2.c.6, Petr. de Ledeſma de matrim.q.47.n.3.dub.1.in ſolut.ad 3.& 4.ex argum.propoſitis in primo loco,fol.214.col.2.Iuſt.ep.2.p.inſtructorij, materia de matrim. c.40.f.1065.§.Ad 2.& §. Præterea ad 4.

5 Hinc infertur pet contractus metu grani celebratos, transferri dominium. Prob. quia validi ſunt, alias ſi per venditionem metu factam, dominium non transferretur irrita eſſet.Sic docent gloſſ.ca.vnico,de his quæ vi,in 6.notabili 1.& c. Super hoc,De renunciatione,verb.Reſignationis,Goffred.ſum.tit.de his quæ vi,n.6.Imola c.2.de his quæ vi,n. 4. Paulus l.Si vi,n.2.C.de his quæ vi,Nauarr.c.Accepta,de reſtit.ſpoliato. oppoſit.5.n.21.& 22.Palud. & Petr de Ledeſma citati n.prec.fine. Et probatur quia per traditionem deſinit tradens eſſe dominus, traditione enim transfertur dominium, quando concurrit titulus,qui iure inualidus non eſt. l.Traditionib. C.de pactis,§. Per traditionem, Inſtitut. de rerum diuiſ. Sed hic concurrit traditio,& titulus,qui ex contractu per metum celebrato, acquiritur, non eſt nullus ipſo iure, ſed venit eſcindendus,vt probauimus n. præced. ergo transfertur dominium.

6 Aliqui tamen caſus excipiuntur,in quibus metu facta, ipſo iure irrita ſunt:de quibus eſt videnda gloſſ. ca.2. de his quæ vi,verb.Coactus, & ibi ſcribentes. Et ſpecialiter de reſignatione beneficij metu facta, eſt conſulendus Nauarr.c. Accepta, de reſtitutione ſpoliat.tota oppoſ.5.& Flaminius de reſignat.benefic.lib.13.q.2.Et de teſtamento metu facto,an nullum ſit,ſpecialiter videndi ſunt Minchaca de ſucceſſ.creat §. 17.n.5.& ſeq.Padilla l.Interpoſitas, C. de tranſact. n.4.Burſatus conſ.72.n.22.volum.1. An autem iuriſdictionis conceſſio metu extorta,valeat, dixi l.3.diſp.39.n.15.

Non refert autem, vt contractus metu celebratus rescindatur,ſiue is in cuius fauorem contractus celebratus eſt,metum grauem intulerit,ſiue alius. Quia res illa metu acquiſita,tranſit eo vitio affecta in quemcumque poſſeſſorem:vt habetur expreſſe l. Si cum exceptione, 14.§.In hac actione,ff.de eo quod metus cauſ.ibi, in hac actione non quæritur, vtrum is qui commentus, an alius metum fecerit; ſufficit enim hoc docere metum eſſe ſibi illatum, & ex hac re eum qui commentus,& ſi crimine caret,lucrum tamen ſenſiſſe. Vbi gloſſ.verb.Lucrum,ait idem eſſe,ſi ex cauſa non lucratiua. Idem habetur eadem l.§.Pedius,& docet gloſſ.cap.2.de his quæ vi,verb.Coactus, & ibi Hoſtienſ.paulo poſt princ.ſuper verb. Coactus.

Temperandum tamen eſt quod diximus, reſcindēdos eſſe contractus metu cadenti in conſtantem virum celebratos,vt intelligatur,niſi metum paſſus inciderit culpa ſua in metum. Probatur ex l. Contract, 3. §.Sed vim,ff.de eo quod met.cau.ibi,ſed vim accipimus atrocem, & eam quæ aduerſus bonos mores fiat.& l.Si mulier, 21.ff.eod.t. ibi,ſi mulier contra patronum ſuum ingrata facta,ſciens ſe ingratam, cum de ſuo ſtatu periclitabatur,aliquid patrono dederit vel promiſerit ne in ſeruitutem redigatur, ceſſat edictum: quia hunc ſibi metum ipſa infert. Vbi gloſſ.verb.Quia,ait non obſtare l.Nec timorem,7. in fine, ff.eod.tit,ibi,ſed & ſi me prodatur ab eo qui deprehendit, aliquando fit,ſuccurrit ei per hoc edictum videtur: quia hic inſte faciebat patronus reuocando. ibi autem, delinquebat accipiendo. Ratio eſt manifeſta,quia contractus metu initi reſcinduntur ratione iniuriæ illatæ metum paſſo, quæ omnino ceſſat, cum metus iuſte infertur. Sic tenent gloſſ.c.At cum,verb.Iuuita d.§ & c.2.de his quæ vi,verb.Coactus, vbi Hoſtienſ.ſuper verb.Renuncari, & ibi Abb.n.8.Imola n.3.Prepoſ.fine,Bart.l.Qui in carcerem, num.1.ff.de eo,quod metus cauſa, & ibi Bald.ſtatim in principio, Goffredus ſum.tit.de his quæ vi,nu.3. Cardin.c.Veniens,el 2.n.2.de ſponſal. Alex.de Neuo cap. Cum locum,n,35.de ſponſal. Alexander conſ.99.in princ.vol.3. Rebuf. 2.to. conſtit. tit. de reſignatione contractuum gloſſ.1 2.n.7.Roſella verb.Metus,n.2. vbi Angel.nu.10. Sylueſt.q.6 Tabiena verb.Coactio q.8.n.9.Nauar.lib.3.conſil.tit. edit.tit.de regular.conſ.27.nu. 2.& 3.tit 2.lib.1.tit.de his quæ vi, conſ.8.n.2.& 3.Gutier.de iuram.1.p.c.c.57.n.5. Burſatus conſ.72. n.58.vol.1.Flaminius de reſignat.benef. lib.13.q.1.n.125.

Contra hanc tamen limitationem fortiter vrget doctrina gloſſæ finalis,c.Veniens,el 2.de ſponſal. vbi per illum textum docet, ſubueniri metum ſua culpa patienti. Quam ſequuntur ibi Hoſtienſ.ad fin.ſuper verb. Niſi metu coactus.Ioannes Andr.n.8. Anton.n.4. Anchar. n.7.Cardin.n.1.Henricus nu.1. Prepoſ.n.2.Villalobos in communib. opin. lit.M.verb.Metus,nu.71 Nauar.ſum.c.17.Hiſp.n.14.Lat.n.15.Secundò vrget doctrina Hoſtienſ.c.fin. de appellat.ſtatim in princ.& Ioan.Andreæ n.1.Alexand. din.in fine, Anton,n.7.Anchar.n.1. Abb.n.1.Henricus n.2.Alexand. de Neuo,n.2.Franci n.2. Imolæ n.2. aſſerentium excuſare metum iuſtum patientis illum ſua culpa, ne appellationem interponat coram iudice à quo. Sed prior doctrina non obſtat.Intelligitur enim,quando metū paſſus,culpæ reus fuit,ſed metus iniuſte,& non iuridice incutitur: tūc enim ſubuenitur metum patienti culpa ſua, iuxta l.Nec timorem, ff.de eo quod met.cauſ.Noſtra autē limitatio procedit,quando metus abſque iniuria infertur: iuxta l.Si mulier, verb. Quia. Et ita conciliant hos textus gloſſ. d. l. Si mulier, verb. Quia, Goffredus ſumma tit.De his quæ vi,n.3.Hoſtienſ. c. Veniens,el 2.de ſponſal.ad fin.vbi Ioan. Andr.n.8.Anton.n.7. Henric.n.1.2.& ſ. Et ita ſe explicarunt Roſella verb.Metus,n.2.vbi Angel.nu.10. Sylueſt. qu.6. Tabiena v.Coactio,q. 8.num.9 dicentes, valere contractum metu iuſte incuſſo, celebratum: vt ſi marius minetur vxori accuſationem de adulterio, ſecus ſi iniuſte incutiatur metus, vt ſi mortem priuata auctoritate minetur.Idem Alex.conſ.99.n.1.vol.3. vbi ait, d.l.Si mulier, procedere, dum quis timet pœnam iure ſibi inferendam, ſecus quando per priuatam infertur. Et in hoc caſu procedit,

dic. l.1. Venus, cui prior illa doctrina innititur. Quia pater volebat interficere inuenem inuentum cum filia, cuius primote inuentis eam duxit. De quo etiam dicemus disput. seq. nu. 9. Nec obstat posterior doctrina. Quia ea intelligitur, vt non debeat considerari culpa metum passi, ad appellationem: quando metus in eo casu iniuste infertur. secus si inferret bene explicat *Decius cod. c. fin. de appellat. n. 9.* & egregie significarunt *Anton. ibi, n. 7. Imola n. 2.* vbi asserunt, ideo culpam metum passi excusare, si ob metum non appellet coram iudice à quo: quia de iure nequit talis metus inferri, quamuis enim pars prouocasset indebite, attamen ex ægre ferre non debet appellationē. Quæ sane iudex metum incuteret, non excusaret appellantem vt docent *Bart. l. de populo, §. Si quis ipsi, n. 17. ff. de opere noui nunt. Alex. de Neuo d. c. fin. n. 20. & ibi Præpos. n. 6. Franc n. 6.*

10 Tandem resp. ad argum. prioris sent. proposita n. 2. Ad 1. dico cum *gloss. ea l. 1. verb. Irrita*, intelligi, id est, irritanda per actionem, quod metus causa. Nam in iure irritum dicitur, quod ex causa superuenienti infirmatur & rumpitur. *§. Illa quoque modo. Instit. quibus mod. testam. infirm.* quia in effectu vires non habebit, eo quod rescindendum sit. Ad confirm. respondetur eodem modo: dum enim dicit, *non valebat*, non intelligit ipso iure, sed quia rescindenda est. Quod manifeste declaratur, per *l. 56. t. 5. part. 5.* ibi, *por medio, o por fuerça comprando, o vendiendo no deue valer, antes deuen ser desfechas la compra.* Et statim addit, *Otro si decimos que puede ser desfecha la vendida, que fuere fecha por medio de la misma del justo precio:* vnde apparet ea verba, *no deue valer*, explicari, id est, cum effectu. Ad 2. respondetur cum *glossa ibi, verb. Fallens. & verb. Non fieri*, omissis aliis solutionibus quas affert: defectu animi adeūdi nō valuisse, & ita dicit textus, *fallens.* præmiserat enim occulte protestationem se nolle adire. Additio autem ex animo adeuntis pendet, *l. Gerit §. Pro hærede, ff. de acquir. hæred.* & quamuis actus ex duorum voluntate pendens non impediatur protestatione occulta præcedenti, *l. Cum plures, §. Locator ff. locati*, & dimittatē, l. 2. disp. 45. nu. 19. at *Bart. l. Qui in aliena, §. Cessat ff. de acquir. hæred. & l. Non solum. §. Morte, ff. de noui op. nunciat.* commemorat aditionem hæreditatis, inter actus qui ex vnius solum voluntate pendent. Et hæc interpretatio est communis, teste *Alciato cod. §. Morte, nu. 79.* Cæterum non caret difficultate, quia in aditione hæreditatis negotium inter duos geri videtur: obligari namque dicitur hæres hæreditati, *l. More ff. de acquir. hæred.* Et hæres quasi contrahit cum legatariis & creditoribus, *§. Heres, §. de oblig. quæ ex quasi contract.* Et ita magis debet assimilari actibus qui inter duos geruntur. Et ideo retenta eadem solutione, videtur hæc protestatio clancula, gesta inter duos. Quia defectus animi non cōstitit ex sola protestatione, sed ex vi & metu prius illato, seruo, cuius cautio additionis tempore durabat, & ideo non potuit protestatio contrario actu tolli: excusat etiam protestatio clancula, quando adest iusta causa sic faciendi, vt metus: vt dixi ead. disp. 45. n. 22. Ad 3. dico cum *Gutier. de iuram. 1. p. c. 37. nu. 21.* vltra metum adesse ibi dolum, & calliditatem pessimam illius, qui iniuste detrusit in carcerē: & grauius certa enim iustitiæ falso asseueratæ, cōstituit iudicem, qui ius reddere vnicuique tenetur, instrumentum iniquitatis. Ad 4. dico esse speciale in iurisdictionis prorogatione, non enim valet metu extorta: vt dixi lib. 3. disp. 39. nu. 13. Ad 5. licet quidam, esse latum discrimen: nam vbi adest dolus, deficit consensus, vbi vero metus, non. Sed hanc solutionem optime reprobant *Bart. ea l. Et eleganter, in princ. n. 6. & Couarr. reg. Possessor, 2. p. §. 6. n. 6. vers. Septimo*, nam in eo dolo non deficit substantialis consensus, alias contractus essent inualidi, quando eis dat causam dolus: cum contrarium sit certissimum. Item quia matrimonium tali dolo contractum est validum. Ideo dic cum *Bart. ibi*, aliud esse in simplici dolo, aliud in eo, qui inest metus: nam contrahens metu non errat in causa consensus, sed illam nouit, ideo valet contractus: is vero qui consentit proper dolum, errat in causa consensus, vnde consentit sub quadam conditione, si verum est illud propter quod inducitur ad contrahendum: quod cùm verum non sit, facit deficere consensum: & hoc in bonæ fidei contractibus, in quibus habetur ratio de eo, quod est æquum, licet non deductum sit in pactum, *§. Actionum, instit. de act.* at in contractibus stricti iuris, licet quis inducatur per dolum, verum est hunc consensisse, & licet fiat ex causa, in qua errauit, illa causa est extra contractum, & ideo in his contractibus qui stricte considerantur, illa causa non attenditur de iuris rigore. Ad 6. dico non esse consensum omnino liberum & spontaneum. Ad 7. nego esse rapinam, vel furtum, quando solum metus incutitur. Habetur *l. Si ea exceptione, 54. §. Qui vim. ff. de eo quod met. caus.* ibi, *qui vim intulit, cum possessionem a me sit consecutus, fur nō est, quāuis qui vi rapuit, fur improbior esse videatur.* Ad vltimū, dico textum non velle metum passum errare, & ignorare quid agat, sed tantum iuste ignorare, quis metum intulerit, cum talia nocte vel clanculo fiant. Vt bene *ibi verb. gloss. Ignor.*

Supereſt respondere ad argum. proposita nu. 3. quibus 11
prior sent. probat per contractum metu extortum non transferri dominium. Ad 1. respondent *Goffredus summa tit. de his quæ vi, n. 6. & Paulus l. Si vi, nu. 2. C. de his quæ vi*, quamuis vendens per metum transferat dominium, at eodem instanti de æquitate prætoria restituitur vtile eidem venstanti de æquitate prætoria restituitur vtile eidem venstanti de æquitate prætoria restituitur vtile eidem venst

DISPVTATIO IX.

An sicut in foro externo extorta per metum leuem non rescinduntur, sed tantum quando est cadens in constantem virum, ita in foro conscientiæ obseruandum sit, atque adeò extorta per metum leuem non sint necessario restituenda in foro conscientiæ?

SVMMARIVM.

Referuntur tres sententiæ, n. 1. 2. & 3.
Et sententia nullorum, n. 4.
An solum officio iudicis succurratur metum leuem passo, n. 5.
Restituenda obligatio consurgit, quamuis possessor rei metu extortæ, immunis culpæ metus sit, n. 6.
Quid si metus incussus non sit ad extorquendam donationem, vel contractum, n. 7.
Quid si metus iniustè incutiatur, quia minatur aliquis damnum quod iuste, & absque iniuria inferre potest, vt non ex tuis amicus, vel nouerca feram, n. 8.
An possem iuste accusare, tenèatur restituere extortum, ne accuset? Et explicatur l. vlt. ff. n. 2. 4. & 5. n. 9. Et ibi, quid si falsè minaretur se accusaturum? Et quid, de viro minanti mortem, vel accusationem adulterij deprehensæ cum vxore.
Quid, si recipiat aliquod pretium, vt deferat crimen perpetrandum, n. 10.
Metus reuerentialis an obliget ad restituendum ea extorta, n. 11.
Quis dicatur metus reuerentes, vt obliget ad restituendum, n. 12.
Renuntiatio hæreditatis an falsa metu reuerentiæ paternæ, valeat in conscientia, n. 13.
Feliciter vxoris falsa metu reuerentiali viri an valeat in conscientia, vel possit ipsa bona abscondere, sitque necessaria relaxatio iuramenti? Et quid, quando ob cognitatem abscondit necessaria ad victum, nn. 14.
Vbi an si minisse vxorem non fuerunt solemnitatibus iuris, valeat in conscientia, & si soluat, teneatur alter restituere.
An vxor promittens viro mortui vicinos se soluturam eius debita, tenèatur in foro conscientiæ solucre sine vxoris, sine non? & si soluat, an teneatur alter restituere? Et quid si dicat tibi, Lege quidquid voluerit, nam ego soluam? n. 15.
Quid si filius promittat patri in eo articulo constituto, se soluturum eius debita, vel legata & quando possit si mitior sit, implorare beneficium restitutionis, sicut iurarit, sine non, n. 16. vbi an possit minor in donatione, aut fideiussione restitui.
Quid si creditor partem debiti alicui remittat, desperans se aliunde recuperaturum an sit tutus debitor? Et quid, si dicat se esse paratum ad soluendum, cum tamen non sit nouus? 17. Et ibi quid si quidam tertius communicet creditorem, illi dicens, Nitar vt tibi debitum soluatur, si partem remittas?
Quæ precibus importunis obtenta, obligant ad restitutionem, similiter obligant, si metu reuerentiali extorquantur, n. 18.
Et solumnitur argumenta, n. 19.

1 QVADRVPLEX est sententia. Prima negat extorta per metum leuè esse necessario restituenda. Prob. quia leges ob metum leuem non cõcedunt rescissionem, nec restitutionem, vt constat ex *toto tit. ff. de eo quod metus causa*, & ex *reg. Vam. ff. de reg. iur.* & hæ leges iustissimæ sunt: ergo in vtroque foro seruandæ. Sicut de legibus præscriptionis verissima sent. habet. Secundò, quia quando sent. iudicis non innititur falsæ præsumptioni, ea tenètia in vtroque foro obligat, & est seruanda, (vt dixi. disp. 5. n. 20.) Sed cessante falsa præsumptione consensus, quamuis constet iudici consensum extortum esse metu leui, & ita non fuisse omnino liberum, decernere donationem, & quemcumque aliam contractum eo metu extortum, esse validum, & nullum esse locum restitutioni: ergo idem dicendum est in foro conscientiæ. Tertiò, quia maior libertas requiritur in matrimonio, quam in donatione, & quocumque alio contractu, vt constat: in aliis enim contractibus admittitur pœna, quæ tamen omnino excluditur à matrimonio propter eius liberratem, c. *Gemma de sponsal.* Sed matrim. metu leui contractum non irritatur in foro conscientiæ: ergo similiter alii contractus & donationes. Hanc tenet *Metina C. de rescind. q. 3. causa 2. vers. Si fiat remissio*, vbi ait remissionem & donationem ex metu grauì esse inualidas, nec reddere tutum donatarium, & eum cui remissio concessa est: secus si esset metus leuis.

2 Secunda sent. ait nullum esse discrimen inter vtrumque forum, sed in foro externo non dari actionem quod metus causa, contra tertium possessorem, qui iniustitiæ metus particeps non fuit, nisi metus cadat in virum constantem: concedi tamen aduersus metum inferentem, quamuis metus leuis sit. Similiter etiam in foro conscientiæ extorquentem rem metu leui, teneri restituere: alium autem possessorem rei illius, qui omnino expers fuit culpæ metus illius leuis, non teneri restituere. Prob. primò, ex doctrina *Baldi l. Fideiussor, §. Pater Seij, ad fin. ff. de pignor. & Romanj l. Si cum dotem, §. Eo autem tempore, n. 11. ff. solut. matrim.* vbi dicunt, metum reuerentialem absque minis rescindere contractum, cum eo cui debetur reuerentia, initum: secus cum alio. Secundò, quia obligatio hæc restituendi consurgit ex iniuria illata, nullam autem intulit possessor culpæ metus expers. Tertiò, quia alias votum metu leui emissum, esset irritum: contra verissimam omnium sententiam. Quia Deus quoad recipiendum votum, debet nobiscum iustitiæ leges seruare. Nam instar personæ priuatæ ius comparat ex hominum promissionibus. Hanc tenet *Sarmiento lib. 2. select. c. 11. à n. 6. vsque ad 11.*

3 Tertia sententia ait extorta metu leui esse restituenda, in actibus gratuitis, vt in donationibus, eleëmosynis, mutuis, secus in contractibus onerosis, vbi non interuenit mera gratia, sed do, vt des, facio vt facias, &c. Prob. primò, quia quamuis ciuile non concedat in hoc casu actionem, nec contractus rescissionem, id tamen est ad vitandas lites, quæ passim suborirì possent, cum metus leuis facillimo negotio probari valeat, & ne humana commercia impediantur, non tamen approbat eam receptionem, nec iustam esse censet. Vt in deceptione intra dimidium iusti pretij, ius ciuile ad vitandas lites denegat actionem, cum tamen eam non approbet, tenetur decipiens restituere: ergo similiter in nostro casu. Secundò, quia metu leui contractum extorquens, iniustitiæ reus est, cum restitenti dante rem accipiat ob metum: ergo tenetur restituere, reducens rem ad pristinum statum, restituens quod accepit, reddito sibi eo quod dedit: alias non reduceretur res ad æqualitatem. Et confirm. quia in contractibus onerosis substantia obligationis consistit in consensu, *l. Obligationum ff. de act. & oblig.* & vt rectè & absque iniustitia ineantur, debet concurrere libera vtriusque contrahentis voluntas, quæ iniuste & cum iniuria, qualicumque metu, etiam leui cogitur: ergo tenetur cogens, vt iniuriam resarciat, contractum rescindere, restituto altero contrahente in suam pristinam libertatem, omni metu deposito. Vnde hæc erit sola differentia inter contractus lucratiuos, seu gratuitos & onerosos: quod in illis teneatur extorquens metu leui, restituere, nulla re sibi reddita: cum nihil dederit: in his autem restituendũ est sibi quod dedit. Et ita hanc sententiam amplectuntur *Angelus verb. Metus, n. 14.* vbi *Sylvester, §. fin. & Restitutio 2. dicto 7. Tabiena verb. Coactio, q. 10 nu. 11. Adrianus 4. qu. 1. de restitut. dub. 5. vers. Ex quibus omnibus, in paruis volum. fol. 103. col. 2. Soto 4. d. 29. q. 1. art. 3. vers. Hinc ergo primum. argum.* vbi loquitur in omnibus contractibus, dempto solo voto, & matrimonio *Nauar. sum. lat. & Hisp. c. 17. n. 30 init. & lat. c. 17. n. 5. & 15. & c. 22. n. 51. vers. Septimum, & Hisp. ca. 17. num. 14. & 15. & commen. 2. de regular. n. 67. vers. Addo 13. Conar. reg. Peccatum, 2. §. 3. n. 7. Ledesma 2. p. 4. q. 18. a. 8. fol. 273. col. 2. & melius loquens etiam in omnibus contractibus, q. 49. a. 3. f. 456. col. 1. Veracruz 1. p. spec. a. 8. post 7. concl. §. Ex isto sequitur, Nauarra lib. 3. de restit. c. 1. in noua edit. dub. 7. nu. 332. P. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 267. fin. Lud. Lop 1. p. instruct. ca 96. §. Caterum in foro conscientia, & l. 1. de contractib. ca. 51. §. Præterea attingendo punctum, & l. 2. c. 17. §. Igitur in hac dicturus, & cap. 22. §. Et fundatur ergo ad primam part. vers. Sed proficio, fol. 390. Platus.*

quem

quem refert & sequitur *Salzedo super reg.* 552. *Bernardo Diaz, lauri. 4. Carbon. de restitut. qu.* 46. *conclusio* 7. *Capua lib.* 2. *decisionum, c.* 121. *num.* 7. *Manuel. 1 tomo sum. 2 edit. c.* 95. *conclusio.* 2. 8. 2. ibi tamen loquitur de sola donatione. Et hanc sententiam colligunt *Couarr. & Nauar. citati, ex Hostiensi, c. Verum, de iureiurando, inctio, super vers. Inuiti, & Ioannes Andreas ibi, nu.* 6. *Abbas d. 2. Verum, nu.* 3. vbi *Alexand. de Nevo nu.* 7. & 8. *D. Antonin. 2. p. tit.* 10. *c.* 6. §. *Quintus casus*, vbi censent concedendam esse absolutionem iuramenti metu leui præstiti: si enim iniusta non esset ac iniusta extorsio, & obligans ad restituendum, non concederetur absolutio à iuramento. Et pro eadem sententia sunt *Caietanus* 2. 2. *quæstion.* 32. *art.* 7. *fine, Armilla verb. Restitutio, num.* 58. *Castro libr.* 2. *de lege penali, c.* 2. *corollario* 3. *Corduba l.* 1. *quæstionarij. quæst.* 13. *fine*, vbi censent satis esse mixtum aliquid inuoluntarij, & nolitionem conditionalem ad obligandum ad restitutionem.

5 Immo & in foro externo, licet non detur actio quod metus causa, nisi metus cadat in constantem virum: cæterum metum minorem passo succurretur officio iudicis, & rescinderetur contractus. Vt docent *glossi. l. Nec timorem, verb. Restituta. ff. de eo, quod metus caus. & c. Cum dilectus, verb. Metum, de his quæ vi.* vbi *Anton. n.* 16. *Panorm. num.* 9. *Anchar. num.* 21. *vers. Secundo quæro, Bartol. l. Metum, la.* 1 *ad finem. ff. de eo quod met. caus. & l. Non est verisimile, §. Si fœnerator. fine. ff. eodem tit. Angelus Iustit. de action. §. Quadruplo, n.* 7. *& ibi Iason. n.* 56. *Ioan. de Imola, l. Sicum dotem, §. Eo autem tempore, nu.* 15. *ff. solut. matr. Decius c. fin. de appellatio. n.* 8. *Franc. de Platea tract. de excommunic. §.* 46. *n.* 10. habetur *to.* 14 *tractatuum, Bertachinus in repertorio Iur. M. verb. Metus non præsumitur, sub n.* 80. *fine, vers. Metus actus, Suarez. allegat. 1. n.* 33. *Padilla l. Interpositas. n.* 3. *C. de transactio. Ioan. Garcia* alios referens *de nobilit. glos.* 17. *num.* 20. Et est ratio quia æquum non est, iudicem pati, vt metum inferens, commodum reportet ex culpa sua.

6 Nec placet distinctio, qua vsus est *Sarmiento, num.* 1 *allegat.* nempe, inferentem metum leuem teneri restituere eo metu extorta, non autem tertium possessorem. Et ita iure optimo eam reprobat *Ioan. Garcia de nobilitate glos.* 17. *n.* 29: dicens se non videre, qua ratione metus sufficiens contra inferentem, non sit sufficiens contra alium possessorē, ad quem ea res eo vitio metus affecta, pervenit: atque ita *Sylvester Restitutio* 2. *dicto* 7. asserit teneri possidentem rem metu leui extortam, restituere in foro conscientiæ, siue ipse, siue alius metus intulerit. Et *P. Molina tomo* 2. *de iust. tract.* 2. *disp.* 267. *f.* 97. ait non obligare promissionem aut donationem, siue idem, cui promittitur, metum intulerit, siue alius, vt illi promittatur. Prob. quia actio quod metus causa, ad rescindendum contractum, datur in foro externo, tam aduersus inferentem metum grauem, quam aduersus quemcumque possessorem, (vt probauimus disp. præced. n. 7.) quando metus est cadens in constantem virum, eo quod res illa vitio metus affecta, cum suo onere transiit ad quemcumque possessorem. Ergo similiter in foro conscientiæ, quicumque possessor rei metu leui extortæ, siue à se, siue ab alio, tenebitur eā restituere. Transit enim res vitio illo affecta. Quod enim metus grauis operetur in foro externo quoad contractuū rescissionem, operatur in interno quoad restituendi obligationem, metus leuis, vt probaui hac disp. n. 4. Secundò probatur, quia metum inferens tenebatur eandem rem numero restituere. Cum enim iniuria illam extorserit, nullum retinendi ius acquisiuit: ergo metum passus non tantum habebat ius in personam metum inferentis, sed etiam ius & actionem ad rem ipsam ablatam: ergo eandem actionem habebit ad illam, apud quemcumque possessorem sit, vt teneatur eam sibi restituere, si non ratione iniustæ acceptionis, quia culpæ illationis metus particeps non fuit, saltem ratione rei acceptæ, quia rem vitio metus affectam possidet. Et confirm. quia per iniustam rei alienationem ab incutienti metum factum non est dicendum metum passum amisisse ius, & actionem quam habebat ad illam rem. Tandem probatur à simili, nam sicut res per vsuram accepta est obnoxia restitutioni, ita etiam, res metu leui extorta, sed illa transit ad quemcumque possessorem cum onere obligationis eam restituendi: ergo & hæc similiter.

Dupliciter tamen limitanda est hæc nostra quarta sententia. Primò, quando metus incussus est ad extorquendum donationem, vel alium contractum, si enim fiat donatio ex metu non ad id incusso, valet vtique, nec tenetur alter restituere: verbi gratia, si quis dum iniuste mors sibi imminet ab aliquo, cuidam pauperi aliquid promitteret, vel donaret, vt Deus ipsum ab eo periculo eriperet, valeret vtique, nec teneretur pauper aliquid restituere. Quoniam licet metu promittat, aut donet, non est inuoluntarie, sed propria sponte eligit id medium, vt Deus ab eo periculo liberaret, sumpta occasione ex alterius nequitia, & ita dicemus hoc 4. lib. disp. 13. nu. 3. matrimonium ex simili metu non irritari. Et de voto omnes id dicunt. Ita *Metina C. de restitut. q.* 3. *causa* 2. *vers. Sed iuxta hoc possent, Corduba sum. q.* 180. *P. Molina tom.* 2. *de iust. tract.* 2. *disp.* 267. *f.* 97. 7

Secundò limitanda est, quando metus incutitur iniuste, si enim iuste incutiatur, nō tenetur accipiēs restituere. Quia cessat iniustitia, & iniuria, quæ est causa restitutionis: sicut disp. præc. n. 9 diximus, contractus non rescindi, quando metus est iuste incussus. Sic *Adrianus 4. q.* 1. *de restit. dub.* 5. *vers. Ex quibus omnibus, Nauar. sum. c.* 17. 1 *at. n.* 15. *Hisp. nu.* 14. *Ledesma 2. p. 4. q.* 18. *a.* 8. *f.* 273. *col.* 2. Et exemplificat, vt Da mihi equum, alias non ero tuus amicus: quia non tenetur esse specialis eius amicus. *Corduba sum. q.* 180. & exemplificat, si quis promittat opem se denegaturum ad quoddam matrimonium, nisi donatio fiat: quia non tenetur opem ferre. *Carbon. q.* 46. *de restitut. concl.* 7. *P. Molina tom.* 2. *de iust. tract.* 2. *disp.* 267. *fol* 98. & *DD. Illatum. n. seq. referendi.* 8

Hinc infertur primò potentem aliquem iuste accusare, eoque timore illato, aliquid extorquentem, ne accuset, minimè teneri restituere. Quia iuste poterat accusare, priuaturque actione accusandi, quam habebat. Sic *Angel. verb. Metus, n.* 10. vbi *Sylvest. q.* 6. *Tabiena verb. Coactio q.* 8. *nu.* 9. *Nauar. sum. Latina, c.* 17. *n.* 15. *Hispana cod. c. n.* 14. & *c.* 28. *addit. ad eundem n.* 14. *Corduba sum. q.* 77. *Capua lib.* 2. *decis. c.* 17. *num.* 13. *Iud. Lop. 1 par. instructorij, c.* 96. *fine, Manuel 1. to sum.* 2 *edit. cap.* 206. *n.* 11. Cuius contrarium minus bene tenuit *Metina, qu.* 29. *de restitutione, fine.* cui fauent *Angelus verb. Concussionis crimen inst. iuncti. nu.* 2. *Sylvest. verb. Concussio qu.* 1. *iuncti q.* 3. *Armilla ibi, inst. iuncto num.* 2. Nam in priori loco asserunt esse concussionis crimen, accipere ob non accusandum: & in posteriori accepta per concussionem, esse restituenda Et fauet huic sententiæ *lex vltima, fine t.* 4. *p.* 5. vbi dicens turpiter accipere aliquem ne accuset. subdit „*por cada dezinos que deue tornar lo que assi rescibio al que lo dio.* Sed dic esse pœnalem, quare solum secuta sententia teneri recipientem restituere. Vt bene docent *Corduba, & Manuel, hoc nu. allegati.* Et credo id esse verum, quamuis absque animo accusandi minaretur accusationem: adhuc enim non tenetur eo metu extortum restituere. Quia adhuc priuatur iure accusandi, quod pretio æstimabile est. Quamuis *P. Molina to.* 2. *de iust tract.* 2. *disp.* 514. *fine*, dicat teneri in hoc casu restituere, quod tamen minime credo. Cauendum tamen est à Corduba ibi, quē sequitur 1 *ad. Lop. l.* 1. *de contract. c.* 9. *paulo post principium*, vbi asserunt non teneri virum restituere pretium extortum ab adultero reperto cum vxore, ne illum interficiat. Quia remittit actionem quam in foro externo habebat impune occidendi. Cæterum hoc minus verum est. Quia cum lege iustitiæ teneatur non occidere adulterum priuata auctoritate, iniuste eum timorem incutit, vnde eo extortū tenebitur restituere: seu quando extorquet, ne ad iudicem deferat: id enim potest iuste facere. Et hoc constat ex dictis disp. præcedenti, num. 9. vbi cum aliquibus Doctoribus asseruimus, non rescindi contractum, quem vir metu extorquet, ne adulteros accuset, secus ne priuata auctoritate enecet. Et in terminis similibus docent, dicentes patrem teneri restituere pretium extortum, ne repertum inhoneste 9

cum filia interficiat, nisi patiatur aliquod damnum, in cuius recompensam illud retinere possit. *Angel. verb. Metus n.10. vbi Sylvest. q.6. Tabiena verb. Coactio, q.8. n.9. Capua l.2. decisio.c.17.n.13.*

10 Aliqui temperant corollarium præcedens, vt intelligatur, quando aliquis pretium recipit, ne iudici deferat crimen vere perpetratum, nam si recipiat ne deferat crimen perpetrandum, dicunt teneri restituere. Sic *Capua l.2. decis.c.18.nu.14. Manuel 1.to.sum.in 2.edit.c.206.n.11.* dicens eam restitutionem faciendam esse pauperibus. Cæterum hæc limitatio non placet: quia vtroque casu priuatur metum inferens, iure quod habet accusandi, siue de crimine perpetrato, siue de crimine quod deinceps perpetrari videret: quod quidem ius pretio æstimabile est: ergo non tenetur restituere pretium acceptum, vt illo iure cedat: quamuis enim turpiter faciat id pactum ineundo, dignusque sit vt pretio recepto spoletur, ea tamen est pœna quam ante iudicis sententiam subire minime constringendus est. Et ita videntur tenere *Angel. verb. Accusatio, num.6.* vbi *Sylvester q.6.* vbi animi recipientem ne accuset de crimine perpetrato, teneri de consilio restituere, & multo fortius, si ne accuser de crimine perpetrando: vbi clare videntur sentire in vtroque casu restitutionem esse de consilio.

11 Secundò ex dictis infertur, quamuis metus reuerentiæ absque minis non sit cadens in virum constantem, ac proinde non sit sufficiens, vt forus externus cõcedat rescissionem contractuum, at in foro conscientiæ si inuoluntariũ mixtum efficiat, quia dans, & contrahens id spontaneè non efficit, sed eo metu reuerentiæ ductus, sufficere, vt in foro conscientiæ obliget ad restitutionem. Quia saltem metum leuem incutit, qualem probauimus in foro conscientiæ sat esse. Sic *Angelus verb. Metus, n.15. Sylvest. ibi, q.sin. Nauar. sum.c.17. Lat. & Hisp.n.152. Salzedo super regulam 532. Bernardi Diaz. limitat.4.cum Plato de in litem iurando, §.3.nnm. 19.* quem ibi refert: *& Molina to.2.de iust.tract.2.disp.267.ad finem, §. Duo sunt, iuncto §.seq. Lud.Lop.l.2.de contract.c.17.§. Igitur in hac dicturus, Nauarr.l.1.de restit.c.1.in nona edit.dub. 7.nu.332. Manuel 1.to.sum.2.in edit.c.132. concl.2.nu.5. Vega l.5. sum.casu 354. Sarmiento l.2 select.c.11.num.10.* quamuis cum sua limitatione, nempe, respectu metum inferentis, loquatur: quam n.6. reprobauimus.

12 Maximè tamen aduertere oportet, quis dicatur metus reuerentialis: non enim sufficit metus, & verecundia quæ naturaliter inest filius, coram patre, vel alijs, quibus debetur reuerentia: contrarium enim clare probat textus, *cap. vnico, §. Porro, de despons. impub. in 6.* & docent *Bart. l.1.§. Quæ onerandæ, fine, ff. quarum rerum actio, Franciscus Aretinus l. Ad inuidiam, initio, C. de his quæ vi, Felinus. c. Cum omnes de constit. n.12. vers. Tertio limita, Nauarr. l.4 consil.tit.1.edit one, tit. de sponsal. concil.36.nu.6. in 2.lib.1.tit. de his quæ vi, cons.10.nu.6. Sarmiento lib.2. selectarum, c.11.n.10.* Sed tunc id eueniet, quando ea reuerentia metum inducit, & causa fuit, vt filius consentiret, timens non offendere patrem, vel alium cui debetur reuerentia, & non audens illi contradicere: vt bene *Nauarr. & Sarmiento ibi.* Quod aliis verbis explicant *idem Nauarr. summa, c.17. Latius, nu.30. initio, & n.5. & 15. Hispane, ibi n.15. & Lat. cap.22.n.51. vers. Septimum, Lud. Lop. lib.2. de cõtract. c.17.§. Igitur in hac dicturus, Nauarra lib.3. de restit. ca.1. in nona edit one, dub.7.n.352.* quãdo talis metus est causa principalis actus, vel contractus, ita vt eo non intercedente, nullo modo actus, vel contractus fieret. Quod adhuc sic ego explico: non enim credo fatendum esse, vt actus alio modo non fieret: nam plurima fiunt intercessione parentum, vel aliorum quibus reuerentia debetur, quæ aliter non fierent, at libentissimo animo ea facit filius, vel quicumque alius, vt morem illis gerat: quos reueretur, & amat, & quibus ad multa alia indiget: nec dicendum est hæc omnia esse inuoluntaria, & in foro conscientiæ rescindenda: sed tunc hoc euenit, quando omnino repugnanti voluntate, & quasi coactus consentit, non audens præ pudore & reuerentia contradicere, quamuis nullum aliud malum timeat: & ita cẽseo intelligere DD. citatos. Nec placet quod ait *P. Molina tom.1.de iust.tract.2.disp.135. §. Quod dictum est de precibus importunis*, vbi ait eodem modo philosophandum esse de metu reuerentiali, ad producendam restitutionis obligationem: sicut de precibus importunis ibi ipse philosophatur: quod referam disp.seq.n.4. & ibi reprobabo.

13 Tertiò infertur, quamuis renunciatio hæreditatis patet ternæ facta metu reuerentiali patris, absque minis, nõ rescindatur in foro externo: eo quod is metus non cadat in virum constantem. Vt bene docent *Romanus, l. Interpretatus, n.14. C. de transact. Franciscus cap.2. de pactis in 6. nu.2. Corasius 3. Natta de pactis, q.2. n.42. & 46.* habetur *to.6. tract. tertius nouorum, p.2. Cretius, l. Stipulatio hoc modo concepta, nu.66. ff. de verb. obligat. Roland. consil.95. nu.28. 29. & 30. vol.1. Ant. Gom. multis relatis, tomo 2. variarum, c.14.n.27. Gutier. de iurame. 1. par. c.1.n.15.* Verumtamen in foro conscientiæ, si ea renunciatio vere fiat inuoluntariè metu solo reuerentiali, modo expositio n. præced. teneri patrem restituere hæreditatem sic renunciatam. Quia is metus leuis, est sufficiens ad rescindendum in foro conscientiæ: & ita tenent *Nauarr. sum. cap.17. Lat. & Hispan, n.152. Lud. Lop. 1.p. instructorij noui, c.175.§. Respondetur in promptu, & lib. 2. de contractibus, c. vltimo, ad fin. Manuel 1.to. summ. in 2.edit. c.132. concl.2.n.5. Vega lib. 5. summæ casu 354.* Quare si sibi non restituatur, poterit filius se compensare occulte: debet tamen prius relaxationem iuramenti, petere: vt bene aduertit *Lud. Lop. eodem cap. vltimo ad finem.* Quia quamuis sub iudice sit an renunciatio hæreditatis, & alij actus, qui secluso iuramento innatidi sunt, valeant, quando iuramentum metu extorquentur cadenti in virum constantem, ita vt ad contrauenie ndã, præmittenda sit iuramenti relaxatio, vt disputabimus hoc lib.4 disput.20.) At verior sententia habet (vt dicemus ibi, n.4.) esse necessariam iuramenti relaxationẽ: & quando metus est leuis, vt in præsenti euentu, nemine videnti negantem desiderari relaxationem iuramenti, vt actui iurato contraueniatur. Poterit tamen episcopus eam relaxationem concedere, etiam quando metus est leuis (vt dicemus eadem disp.20.nu.8.)

14 Quartò infertur, vxorem, simili metu reuerentiali viri compulsam, quo vitet iurgia, eiusque offensionem, fide iubentem, alias minime fide iussuram, non teneri in foro conscientiæ ex illa fideiussione, quamuis seruatæ sint omnes solemnitates iure petitæ, vt eius fideiussio valeat. Quia quamuis in foro externo minime audietur, eo quod ille metus non concurrentibus minis, lenis sit: in foro tamen conscientiæ, satis est vt non teneatur ex eo contractu: debet tamen si bona abscondere velit, prout licite facere potest, ne soluere compellatur, quod in foro conscientiæ non tenetur, prius iuramenti relaxationẽ petere ab episcopo: (vt in simili dixi n. præc. fine.) Sic *Lud. Lopez lib. 2. de contract. c.17.§. Quod si hæc sententia.* Secus autem credem, si mulier nollet contrauenire fideiussioni, licet ea omnino valida esset, sed tantum vellet abscondere bona necessaria ad vitam, ne omnibus spoliata, egestate premeretur, necessariisque ad vitam careat. Tunc enim non indiget iuramenti relaxatione. Quia non contra fideiussionẽ, quam iurarat, venit, sed tantum vult differre solutionem ex causa iusta, & licita, donec pinguiorem nacta sit fortunam. Dixi consulto, seruatis solemnitatibus iuris. Quia si nam. Dixi consulto, seruatis solemnitatibus iuris. Quia si nam:

ficium restitutionis. Si tamen crederēt peccare mulierem, asseterent posse denuntiari euangelice. Et expresse tenent *Abbas c. Quia plerique, nu. 27. de immunitat. Eccles. Ant. Gom. l. 3. Taur, n. 124. ad finem, & tom. 2. variarum, c. 13. n. 16. Gutier. de iuram. 1. p. 4. 20 nu. 5. Azebedo lib. 5. recop. tit. 3. l. 9. n. 2. P. Molina tomo 2. de iust. tract. 2. disp. 540. paulo post principium.* Quæ autem sint hæ solemnitates, & quæ requirantur ne fideiussio sit omnino nulla? & quę vt esto sit valida, possit tamen in foro conscientiæ se tueri eo beneficio mulier? & si non se tuetur, & soluit, teneatur alter restituere non repetente mulier? & quamdiu possit repetere? consule *Molinam tota ea disputatione 540. & Doctores l. 61. Taur, Azebedo lib. 5. recop. tit. 3. l. 9. per totum, Matienzo eadem l. 9. gloss. 1. Gutier. de iuram. 1. p. 4. 20 per totum.*

15 Quintò hinc rursus infertur, vxores quæ viris morti propinquis, vt ipsos solatio afficiant, promittunt se soluturas ipsorū debita, nullo pacto teneri soluere. Quia hæc est fideiussio, deficiuntq; illi solemnitates iure requisitæ, nempe vt fiat instrumēto publico, accedente iuramento, & Velleiani renunciatione. Quod autē sit fideiussio, probatur. Quia fideiussio est obligatio accessoria alij principali, *l. His qui. 35. ff. de fideiusser.* ibi, *hi qui accessionis loco promittunt*, & docet *Gregorius Lopez l. 1. verb. Amos a dos, tit. 12. p. 5.* & omnes, sed hæc mulietis obligatio accedit principali mariti, & est in subsidium, si eius bona soluendo non sufficiant: ergo est fideiussoria. Secūdò, quia non minus subuenitur mulieribus, priuilegio Velleiani, si à principio alienum debitum in se loco alterius soluendum, suscipiāt, aut nouatione alienum debitum in se transferant, quam si expresse fideiubeant, *l. 1. & l. Senatus consultum, C. ad Velleian.* & docet *P. Molina tomo 2. de iust. tract. 2. disp. 540. paulo post prin.* ergo. Immo si mulier ignorans se non teneri in hoc casu, soluerit, non poterunt creditores retinere. Quia re vera mulier tamquam debitum soluit, & non animo donandi. Et ita in fideiussione cui iuris solemnitates deficiunt, docet *Molina ea disp. 540. f. 1838.* Si autem mulier ignaffet se soluturam, & conscia erat priuilegij Velleiani, tunc tenetur, quamuis aliæ solemnitates seruatæ nō sint, & quamuis nō renunciarit Velleiano. Si vero erat ignara, est grauis controuersia: & communis opinio tenet valere, iuramentumque supplere certiorationis defectum: quam tenent *Gutier.* multos alios referens *de iuram. 1. p. cap. 20. n. 2. Molina ea disp. 540. f. 1844.* Contrarium tamen tenent multos alios referentes *Couar. cap. Quamvis pactum, 2. p. §. 3. n. 5. Matienzo lib. 5. recop. tit. 3. l. 9. gloss. 1. n. 5. & 6.* Quia iuramentum non fertur ad incognita. Quare cum vtraque sententia, satis probabilis sit, potest mulier inscia talis priuilegij, eo vti, non obstanti iuramento. Quod si soluat, potest alter retinere, sequens opinionem probabilē asserentem teneri mulierem ex ea fideiussione. Potest etiam vxor se tueri, licet iurauerit conscia priuilegij Velleiani, si ob timorem mariti reuerentialem id fecit, petita prius iuramenti relaxatione: (vt dixi n. præc.) Sæpe etiam potest se tueri, quia promittit ex errore, alias nullo modo promissura, existimans maritum pœnis non eximendum esse, donec eius debita soluantur. Cum enim error sit in causa finali promittendi, deficit consensus: & ita quoties talis error in causa finali contingit, vitiari dispositionem defectu consensus, optime & late aliis relatis docet *P. Molina tom. 1. de iustitia tract. 2. tota disp. 209.* Si autem vxor dicat viro, Lega quicquid volueris, nam deficientibus tuis bonis solnam, non est fideiussio. Quia ea promissio nulli obligationi principali accedit: non viri, quia volontarie legumon hæredum, quia hæres non tenetur ad legata vltra hæreditatis vires, *l. fin. C. de iure delib.* Quare est sponsio ipsius vxoris, & est, quasi concederet viro facultatem de suis bonis disponendi: quod validum est, per *l. Sicut 8. §. Verdonius, ff. quib. mod pign. vel hypothe.* ibi, *vt & si legare permisit, valeat quod concessit.* Vnde tenebitur ad hæc legata, nisi m tu reuerentiali, aut errore ducta id spopondit, vt proxime dixi. Si autem sit minor: dicendum est de ea, quod de minoribus dicemus n. seq.

Sextò infertur, filium qui metu reuerentiali paterno, vel materno, patri morienti ad ipsius instantiam timens eius indignationem, & ne eum molestia afficeret, promisit soluere eius debita, vel legata, alias nullo modo promissurus, non teneri in foro conscientiæ. Quia metu fecit. Sic *Lud. Lopez 1. p instructorij ca. 96. §. Ceterum in foro conscientiæ.* Si tamen absque eo metu promisit, nec ductus errore, quo credebat patrem detinendū in purgatorio, debitis non solutis, tenebitur vtique. Quia filius familias ex omni contractu tenetur, si mutuum & votum excipias, & hoc naturaliter & ciuiliter, tāquam si esset pater familias, *l. Tam ex cōtractibus, 57. ff. de iudicii, §. Item mutilis, Institut. de inutil. stip. l. Filius familias. 38. ff. de act. & obligat.* Si autem minor sit 25. annis, cum obligatio illa soluendi debita, sit fideiussoria, (vt dixi nu. præc.) potest aduersus illam beneficio restitutionis in integrum vti. Nam generale est posse minorem lęsum hoc beneficiū implorare: at eo ipso quod talis minor soluere cogendus sit pro debitore principali, censetur læsus ea fideiussione, *l. 1. C. de filio fam. minor. & l. 3. §. Sed vtrum, & l. Ait prætor. §. Non solum, ff. de minor.* & affirmat communis sententia, quam sequuntur *Ant. Gomez to. 2. var. c. 13. nu. 19. Gutierrez 2. pract. q. 128. n. 3. P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 540. fol. 1849.* Vbi cum Ant. Gom. & communi, excipit, nisi minor fide iubeat pro parente in carcerem detruso. Nam quilibet prudens hoc faceret, quo patrem à vinculis liberaret. Et in nostro casu maxime locū habet hæc restitutio: quia imprudenter agit filius, suscipiens in se parēris morti proximi debita. Quia ex vna parte nullum emolumentum sequitur patri impotentia soluendi, excusato: & ex altera sequitur damnū ipsi minori. Obligatio autem soluēdi legata, quæ pater legarit, quamuis non sit fideiussio est tamen donatio: & quoties minor aliquid donat, eo ipso censetur læsus, ac proinde poterit petere restitutionem in integrū, *l. 2. fin. C. si aduers. donat.* & tenet communis sententia, quam refert & sequitur *Ant. Gom. to. 2. var. c. 14. n. 1. corollario 2. P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 575. f. 2114.* Et hoc habet verum, quamuis lædatur in castrensi, vel quasi castrensi peculio: vt docet *Calda l. Si curatorem, verb. Lęsis, n. 88. C. de in integr. restitut. per l. 3. §. Pomponius, ff. de minor.* Quod verum habet, nisi minor prudenter fecisset donando, in causam iustam, sibiq; vtilem, tunc enim nō esset restitutioni locus. Vt bene docent *Ant. Gomez. & P. Molina proxime citati, & alter Molina, lib. 2. de primog. c. 3. n. 32.* vbi alios refert. Vnde videndū est in ea obligatione soluendi legata, an prudēter gesserit: Si enim moderate, & prudenter se obligauit, (decet enim filium aderate, & prudenter se obligauit, quantitate, obligare se ad aliquot legata pia pro parentis anima,) non poterit restitutionem petere. Quia quilibet maior prudens hoc fecisset, & donauit pro causa vtili & honesta. Si vero excessit notabiliter, restitutio concederetur in illo excessu tantū. Quia restitutio eò tantum tendit vt reparciat læsionē: non vero id in quo non est minor læsus, *l. Si res, § 1. ff. de iure dot.* Et docēt multi, quos refert & sequitur *P. Molina d. disp. 573. f. 2113* Dixi, quando lęsus est notabiliter, quamuis enim nō requiratur ad hanc restitutionem enormis læsio, aut quæ excedat dimidium iusti prætij, at requiritur vt sit talis, vt arbitrio prudentis sit notabilis, & non reputetur fere pro nihilo: & quo cōtractus est maioris summę, eo læsio, quæ pro nihilo reputatur, habet maiorem latitudinem. Vt in mille aureis, læsio in 20. pro nihilo reputabitur: at in 100. aureis, læsio in 10. reputabitur notabilis. *l. Scio ff. de in integrum restit.* Et docent *Abbas ca. 1. de in integrū restit. Couarr. l. 1. var. c. 3. n. 11. P. Molina d. disp. 573. fol. 2111.* Et in iis casibus in quibus potest petere restitutionem, siuę aduersus fideiussionē, siue aduersus obligationem ad soluendum legata, potest tuta conscientia, propria auctoritate non stare fideiussioni, nec soluere ea legata, in quibus est læsus. Quia cùm ipsi competat actio, competit exceptio in foro conscientiæ: (vt dicam l. 6. disp. 38. n. 14.) Si verò minor iurauit, cùm efficiatur maior, per *auth. Sacramenta puberum, C. Si aduers. vendit.* tenebitur vtique tamquam maior, nec potē-

rit

rit allegare læsionem etiam enormem, vt concedatur relaxatio iuramenti: quia in contractibus grauitis iuratis, vbi non intercenit, Do, vt des, vel facio, vt facias, nó consideratur enormis læsio, aut enormissima. Quia donator clare intelligit se læsum in toto, & sciens, ac prudens vult illud beneficium in alium conferre. Vt bene *Minchaca li. 1. controu. vsu frequen. c. 13. n. 6. Molina t. 2. de primog. c. 3. n. 30.*

17 Septimò infertur, creditore partem debiti remittente, desperante fore vt alias debitum recuperet, vt hac remissione ductus debitor reliquam debiti partem soluat, debitorem non esse tutum, sed teneri partem debiti sibi cõdonatam, restituere, possèque creditorem occulta compensatione vti. Quia ea remissio mixtum inuoluntarium habet. Sic *D. Antonin. 2. p. tit. 2. c. 6. vers. 7. Angel. Restitutio, vltimo, n. 2. Syluest. Restitutio 7. q. 2. dub. 1. & 3. Nauarr. sum. c. cap. 17. n. 75. Carbon q. 82. de restitut. post 4. conclusionem, Ind. Iop. lib. 2. de contractibus, c. vlt. ad finem, & Accedit etiã Manuel 1. to. summa 2. edit. c. 96. concl. 2. n. 2.* Quod intelligendum venit, quando culpa aliqua, vel fraus debitoris intercenit. Vt quia maiorem fingit inopiam, quàm re vera patiatur. Secus autem vbi nulla intercenit debitoris culpa, sed vera eius inopia cognita, creditor spè solutionis destitutus, totum, aut partem debiti remittit. Quia tunc re vera voluntariè, & misericordia motus, absque vlla fraude, & violentia debitoris, aut cuiuscumque condonat. Sic *Syluest. & Nauarrus ibidem.* Non tamen reputabitur fraus annullans remissionem, fictio, & mendacium debitoris asserentis creditori, se paratum esse ad integram debiti solutionem, nisi partem aliquam condonet: cum re vera animo soluendi careat. Quia licet ad rationem peccati attendenda sit voluntas debitoris remissionem petentis, vt tamen remissio vires habeat, sola remittentis voluntas à qua condonatio illa procedit, attendenda est. Sic *D. Antonin. & Syluest. proxime citati, Angel. Restitutio, vlt. n. 1. Tabiena verb Restitutio, q. 3. n. 4. Molina C. de restitut. q. 3. causa 2. vers. Sequitur non esse necessarium, debitorem: Nauar. sum. c. 17. n. 78. vers. Quarto infertur, Couar,* multos alios referens *reg. Peccatum, 2 p. initio, num. 5. Carbon. de restitut. q. 82. concl. 3. Nauarra lib. 4. de restitut. cap. 5. in nouæ editione, difficultate 5. n. 21.* Quamuis non desint oppositum sentientes, quos refert *ibi Couar.* Nec similiter vitiabitur remissio, si quidam tertius proponat sic creditori, Nitar vt debitor tibi soluat, concessa tibi partis debiti remissione, & hoc, nullo incusso metu, nullaque fraude composita, aut recuperandi diffidentia proposita, quamuis debitori non esset animus aliter soluendi. Sic *Host. in sum. t. de vsuris, n. 12. vers. Hic tamen bonus index. Angelus, Restitutio, vltimo n. 2. Syluester, Restitutio, 7. q. 2. dicto 1. Nauarrus sum. c. 17. n. 78. vers. Quinto infertur, Carbon. q. 82. de restitut. post 4. concl. Manuel 2. to. sum. c. 44. n. 6.*

18 Vltimo inferenda sunt ea, quæ disp. seq. à n. 7. inferemus, de precibus importunis: ea enim quæ precibus importunis metum leuem incutientibus obtenta, sunt in foro conscientiæ restituenda, subiacent etiam restitutioni, metu leui reuerentiæ comparata. Quia eadem est ratio.

19 Ad arg. primæ sententiæ proposita, n. 1. respondetur. Ad 1. negando conseq. Quia quando lex iusta disponit, approbans receptionem, tamquam iustam, seruanda est in vtroque foro: secus quando non approbat, sed solam actionem externi fori, denegat, gratia vitandi lites: vt contingit in præsenti. Ad 2. dic. sent. iudicis innitentem legi approbanti contractum, in vtroque foro seruandam esse, secus quando legi denegãti actionem. Tunc enim sent. iudicis non approbat cõtractum, sed denegat actionem. Ad 3. dic, matrim. maiorem desiderare libertatem, vt ritè, & rectè contrahatur, non tamen vt validè, quam alios contractus: illud enim metu graui celebratum, est ipso iure nullum: & metu leui, nullo modo patitur rescissionem, & est firmum, dolo dante causam cõtractui, modo non sit error circa personam, aut conditionem seruilem: hi autem metu graui celebrati, sunt ipso iure validi, rescinduntúrque in foro conscientiæ, licet metus sit leuis, & si sint contractus bonæ fidei, annullãtur dolo dante causam contractui. Ad 1. secundæ sent. ex propositis, n. 2. dic, eam doctrinam non esse veram: atque ideo eam reprobaui, hoc 4. lib. disp. 6. n. 10. Ad 2. dico, satis esse, iniustam esse illatam ab ipso possessore, vel ab alio. Res enim affecta vitio, transit cum suo onere. Ad 3. neganda est sequela. Nec verum est, Deum se habere ad acceptandas nostras obligationes, more hominum. Nam cum iuxta veriorem opinionem, votum metu graui extortum, sit tantum iure humano irritum: se eluso hoc iure Deus acceptaret hoc votum, tamquam obligatorium: non tamen obligaret promissio facta homini ab altero, simili metu extorta. Vnde quia ius humanum non irritauit votum metu leui emissum, id vtique firmum est: at verò circa promissiones & contractus humanos leui metu extortos, non disposuit obligationem inde nasci, nec iure naturæ ratione initiæ illatæ oriebatur, sed tantum denegauit actionem in foro externo: & inde est, vt talis promissio relicta suæ naturæ minimè obliget. Ad argum. 3. sent. propositum n. 3. respondetur etiam in contractibus onerosis, principium debere esse voluntarium: cum libera contrahentium voluntate ineundi sint.

DISPVTATIO X.

An preces importunæ incutiant saltem metum leuem, efficiantque inuoluntarium mixtum, ita vt eis extortum sit in foro conscientiæ restituendum?

SVMMARIVM.

Refertur sententia asserens precibus importunis extortum, non esse obnoxium restitutioni, nisi quando rogatus contradicere nequit absque magno incommodo, n. 1.

Secunda sententia asserens preces importunas incutere metum leuem obligantem ad restitut. n. 2. Et impugnatur prima sententia, num. 3. Et sensus auctorũ panitur, n. 4.

Desponsata virginem precibus importunis, an teneatur restituere, num. 5 cum seq. n. 1. & 3.

Quæ metu leui reuerentiali extorta, obligant ad restituendum, similiter obligant, quando precibus importunis extorquentur, n. 6.

Donatio inter coniuges precibus importunis extorta quando omnino nulla, nec meræ confirmatiua. Et quid de donatione inter patrem & filium sic extorta, & an censeatur meliorata. Et de testamento sic facto, n. 7.

Precibus importunis impediens legatũ, quando teneatur restituere, n. 8.

Licentia recipiendi, vel retinendi aliquid à religioso precibus importunis obtenta, an eximat à proprietatis vitio. Et an sufficiat tacita ratificatio superioris id scientis, n. 9.

Soluuntur argumenta, n. 10. Et ibi, inollo n. 11. an trahens ad ludum precibus importunis teneatur restituere.

IAm disp. VII. latè disputauimus, quando preces importunæ incutiant metum cadentem in virum constantem, ita vt matrim. irritent, & concedatur in foro externo, rescissio contractuum: & ibi num. 8. explicui, quando dicantur preces importunæ. In præsentiarum tãtum disputamus, quando incutiant metum leuem, & efficiant mixtum inuoluntarium, quale disp. præcedenti diximus, satis esse in foro conscientiæ veres hic extorta, obnoxia sit restitutioni. Qua in re duplicem inuenio sentent. Prima aut, preces importunas non efficere inuoluntarium mixtum, obligans ad restitutionem, nisi sint personæ, cui metum passus contradicere minimè potest absque magno incõmodo. Vt si sit importunè petens, dominus, & rogatus, eius vasallus, vel sit princeps à quo magna se beneficia receputum speret, vel fauorem. Prob. primò, quia trahens inuitum alium ad ludendum tenetur restituere lucrum. Vt docent *D. Tho. 2. 2. q. 32. a. 7. ad 2. & 4. d. 15. q. 2. art. 4. quæstiunc. 3. ad 2. & d. Bonauentura eadem d. 15. p. 2. a. 2. q. 1. nu. 67. Paludan. ibi q. 3 a. 5. n. 33. Abulens. c. 6. Matth. q. 36. Turrecr. c. Episcopus, d. 35. n. 8. Tabiena v. Ludus, q. 8. nu. 9. & ibi Armilla nu. 5. Molina C. de restitut. q. 22. §. Vt igitur in summa dicã:* & tamen communissima sententia censet, non sufficere attractionem precibus importunis, nisi ea exprobratio adiungatur, vt inuitatus & rogatus, si non ludat, vel à ludo discedat, vilis & abiectus reputaretur. Ita videtur tenere *Caietan. 2. 2. q. 32. a. 7. fine.* Et docent expressè *Sotus lib. 4. de iust. q. 5. a. 2. vers. De illo autem, Nauarr. sum. Latina, c. 20. n. 13. Hisp. c. 19.*

19.n.138. Gutier. l.institut.c.7.§.5.vers.12.fine, Petr. de Conarruuias de remedio lusorum,3.p.c.3. Philiarcus de officio sacerd.tom.2. p.2.lib.5.c.2.n.7. Acevedo lib.8.recop.2.7.l.2.n.81.82. Angles floribus 2.p.q.unica,de ludo,4.vnic.dub.4.fol.291. Carbon. de restitut.q.41.concl.3.vers.3. Capua libr.2.decisionum,c.121.nu.7. Lud. Lop.lib.2.de contractibus,cap.22.f.390. Manuel 1,to.sum.2.edit. c.18.9.concl.7.n.7. & in bulla compositionis,casu 10.nu.39. Enriquez.lib.11.de matrim.c.9.n.5. in commento,lit.B. Navarra libr. 2.de rest.n.63.in nova edit.4.9.dub.2.n.431. F.Metina lib.1.sum.c. 14.§.28.f.151.col.1. Salon 2.2.quæst.q.61.tract. de domin.q.5.a.6. dub. 4. per ludum pecunia proueni transferatur dominium, §. Consuluit 2.f.349. Castro lib.2 de lege pœn.c.p.2. corellario 3. addens, aut si intersint preces superiorum adeo vehementes, vt illis inferior contradicere non audeat. Ergo solæ preces importunæ non obligant ad restitutionem. Secundo prob. quia aliàs pauper teneretur restituere eleemosynã precibus importunis obtentã: quod absurdissimum videtur. Hanc sent. tenent in virgine defloratà importunis precibus, dicentes non censeri inuoluntariam, atque ita defloratorem non teneri restituere, Navar.lib.2 de restit.ca. 3.in nona edit p.4.dub.2.n.429. Salzedo pract. c.83.§. Est tamen opinio hæc, Manuel.1.to.sum.2.edit.c.108.n.3. Carbon.de restit.q. 26. concl. 2. Bann. 2.2.q.62.a. 2. dub.7.concl.3.ante 3. Arbitror tamen ego. Ex circa donationem, non annullari solis precibus importunis asserunt Alcocer li.de ludo,c.21.concl.4. Franc. Garcia lib.2.de contractibus,c.19.fol.592. & seq. Navarra lib.4. de rest.c.5.dub.2.n.17. in nova edit. addens nisi preces importunæ sint principis, aut magnatis, cuius preces iussa cẽsentur: & Carbon.de restit.q.46.concl. 8. in 2.eius probatione, addens nisi adsint minæ, quæ possint iustum metum incutere: & tandem Enriquez.libr.11. de matrim.ca.9.num.5.in commento lit.B. ait preces importunas obligare ad restitutionem, quando illis insunt tacitæ minæ, vt quia sunt domini soliti male se habere erga sibi non morem gerentes.

2 Secunda sent. tenet preces nimis assiduas, & importunas incutere metum leuem, & causam esse inuoluntarij mixti obligantis ad restitutionẽ in foro conscientiæ. Probatur, per plurima quæ hoc lib.4.disp.7.nu.4. retuli, probantia preces importunas æquiparari metui & coactioni, vbi multas etiam doctrinas allegaui ad hoc comprobandum: quæ omnia saltẽ probant coactionem leuem inesse precibus importunis, sed metus & coactio leuis obligat in foro conscientiæ ad restituendum, vt dixi disp.præc.n. 4. ergo. Secundò, quia cum ludus sit contractus lucro & tristitiæ expositus, in quo (vt dicã n.10.) est satis probabile, quemcumque metum non obligare ad restitutionem, DD. non permittendi censent preces importunas, quibus aliquis trahitur ad ludum, inducere sufficientem metũ, vt dicatur inuoluntariè tractus ad ludum, & teneatur lucrãs restituere. Sic D. Antonin. 2.p.t.1.c.23.§.3. vers. Tertiò est Ledes. 2. p.4.q.15.a.5. f.123. col.4. Secundo intelligit, Carduba l.1. quæstionario,q.13.fine, Lud. Lop.1.p. instructorij noui, cap.184. conclus. 1. Aragon 2.2.q.32.a.7. circa solut. D. Thomæ, ad 2. Bañes eod.ar.7. circa 3. dubium Diui Thomæ, in solut.ad 2.post 1.concl. §. Secunda pars huius conclusionis, Capua lib.2. decisionum, c.121 n.7. Et ex iurisperitis Rosella,verb.Ludus,n.4. vbi Sylvester q.11. Conarr. regul.Peccatum,2.p.§.4.nu.7. Padilla l.Interpositas,num.32. C.de transactio. Gutier.q.canon.l.14.37.n.18. ergo à fortiori obligabunt ad restitutionem, in aliis contractibus onerosis, & lucratiuis. Hãc tenet Sylvest. Restitutio, 2. vers. Nono, vbi hæc ait, si tempore donationis dans nõ uere vult, sed ideò dat vt importunitatem repellat, tenetur accipiens restituere: & hoc in dubio præsumitur. Lud. Lop. 1.p. instructorij, c.96.§. At quamuis, vbi ait Quia habent vim cuiusdam coactionis leuis. Et virginem importunis precibus violatam censeri inuoluntariam, & violatorem tamquam vim inferentem, teneri restituere, videtur tenere Nicolaus de Lyra cap.22. Exodi, super ea verba, Si seduxerit quis virginem, vbi inquit, verbis vel donis inducendo eam: & ibi Abulens. q.12. paulo post princip. vers. Respondetur quod sicut, vbi inquit, seducendo eam promissis, vel datis, vel blandis verbis. Et tenent expressè glossator Abbat. c.1. de adult. lit.B.Navar.sum.Lat.& Hisp.c.16.n.17. & lib.4.consil.in 2.editione,tit.de cland.despons.cons.3.ad quartam,q.nu.4. & ad 7.q.n. 7. vbi addit, magnas preces attendi ex qualitate viri rogãtis, & fœminæ rogatæ: nam preces quæ essent leues, quãdo vir est vulgaris notæ, essent magnæ, & graues ac importunæ, si vir esset magnæ auctoritatis, & fœmina vulgaris. Idem tenet Carduba lib. 1. quæstionaris, q.13.vers. Quartum dictum, & vers. Septimum dictum Gutier.l.1.q.canon.c.37. n.15. & 23. Enriquez lib.11.de matrim.c.9.n.5. Angles floribus,2. p.q. de restitut.honoris, & bonorum temporalium. ar.vnico,dub.7. diffic.2.concl.4.f.335. Frater Metina, l.1.summæ cap.14.§. 30 fol. 159.fine, & sequenti. Barth. à Ledesma dub.19.de matrimonio fol. 1295. Philiarcus de officio sacerd.tom.1.p.2.lib.4.c.7.n.3 Lud.Lop. 1.p.instructorij,ca.76.§. Ceterum si talis virgo, Salon.2.2. qu.62. a.2.controuersia 5. circl.3. Capua l.2.decisionum,§.78.n.9. Vega l.5 summæ, casu 180. Faciunt pro eadem sententia DD. allegati hoc num. afferentes idem in trahente precibus importunis ad ludum.

Prima conclusio. Prior sentẽtia displicet, nisi sano modo explicetur. Quia aliqui DD. illius docent tunc tantum preces importunas obligare ad restitutionem, quando iungũtur minis grauibus. Quod apertè est minus verum, quia tunc continent metum cadentem in virum constãtem, (vt dixi hoc 4.lib.disp.7.n.3.& 1.) cum tamen ad restitutionem in foro conscientiæ, sufficiat metus leuis: (vt dixi disp.præced.n.4.) Alii verò ex illis DD. exposcunt, vt sint superioris, cui absque magno incommodo subditus contradicere non potest, quia ab eo beneficia se acceptarum sperat, vel fauorem eius expetit: qui deficiunt in duobus. Primò, quia sperare fauorẽ, vel beneficia gratuita, auget voluntarium, nec timor ea amittendi potest dici verè timor, nec aliquid confert ad actus rescissionem, nec ad obligationem restitutionis: cùm ea, debita non sint, & proinde in illorum negatione nulla versetur iniustitia: & latius reprobaui hoc 4.l.disp.5.nu.28. Secundò, quia importunæ preces superiorum, cui subditus debet reuerentiã, incutiunt timorem cadentem in virum constantem. (Vt probaui hoc 4.lib.disp.7.n.7. atque ita à ratione alienum est, eas exigere, vt defloratòr teneatur in foro conscientiæ restituere: cum ad hoc sufficiat metus leuis. 3

Secunda concl. Placet mihi secunda sent. intellecta, nõ 4 vt quæcumque preces importunæ obligent, sed quando efficiunt mixtum inuoluntarium: quod non semper euenit (vt explicui disp.præced.nu.12. de metu reuerentiali) quoties illis cessantibus, rogatus id non efficeret. Sæpe enim importunè rogatus, postea libentissimè exequitur, & tunc non dicitur coactus, nec consurgit inde restituendi onus: vt bene animaduertit Sylvester Restitutio,2. vers. Nono. Sed tunc hoc contingit, quando omnino repugnanti voluntate, & quasi coactus, vt importunitatem vehementem repellat, & (vt vulgò dicimus) a mas no poder, efficit: & ita solemus dicere, dum nimium importunis precibus lacessimur, estos no son ruegos, sino fuerças. Et ita explicuit Sylvest. ibid. Probatur, quia negari nequit tunc admisceri inuoluntarium & conditionalem nolitionem, quæ satis est ad restitutionis obligationem. Vt latè probaui disp. præc.n.4. Nec placet quod docet P. Molina to.1 de iust.tract. 2.disp.135.§. Si tamen preces, vbi ait non sufficere vt eæ preces importunæ sint causa, vt testator ita disponat. Si enim adhuc sit testator in ea quasi habituali dispositione, vt velit suam dispositionem valere, dicit nõ teneri extorquentem restituere, quamuis peccarit contra charitatem, impediendo, & contra iustitiam, in testatorem, inferendo eam molestiam. Quia tandem plenè, & simpliciter voluit testator esse illius bona. Vnde concludit tunc tantum teneri restituere, quando testator erat in ea quasi habituali dispositione, vt vellet non valere quod disponit. Quod dicit rarò accidere. Sed fateor me hoc non percipere: quia quamuis ille velit, non sponte vult, sed coactus, quamuis leuiter, vt importunitatem repellat, tædioque affectus, aliter nullo modo consensurus. Quod satis est vt in foro conscientiæ consurgat restituendi obligatio.

5 Hoc tamen libentissimè concedo priori sent. rarissimè defloratorem teneri restituere virgini, quæ solis precibus importunis adducta consensit suæ defloratioñi. Quia ratiò inuenitur in hoc casu inuoluntarium: fingit enim sæpe se nolle, deditaque opera cunctatur, & tergiuersatur, vulgò *ſt hæc rebacia*, vt pluris fiat eius copula, cariusque suum corpus vendat: & quamuis initio repugnet, postea tamen libentet consensum præbet. In quo casu dixi num. præced. cessare inuoluntarium, & restituendi onus. Immo amplius, & bene dixit *Dacianus pract. 2. p. l. 8. c. 7. n. 38.* nõ esse raptum, si ex paterna domo virgo arrepta consentiat postea liberè suæ defloratioñi. Si tamen re vera virgo importunis precibus victa, voluntate vere repugnanti, solũ vt importunitatem repellat, cõsentiret suæ defloratioñi, teneretur defloratorem restituere: & ita intelligo DD. allegatos n. 2 pro hac sent. Quia est mixtum inuoluntarium, & nolitio cõditionalis: hoc tamen (vt dixi) rarissimè euenit.

6 Ex dictis inferuntur omnia corollaria, quæ intuli disp. præc. nu. 13. & seqq. de metu reuerentiæ leui. Si enim omnia illa precibus valde importunis, mixtum inuoluntarium efficientibus, modo exposito n. 4. ab aliquo extorqueantur, consurget inde in omnibus illis casibus obligatio restituendi. Quia eadem prorsus militat ratio.

7 Secundò infertur, ea omnia quæ hoc 4. lib. disp. 7. n. 4. retuli ex variis DD. nempe, donationem inter coniuges nimia importunitate extortam, nõ confirmari morte: nec donationem inter patrem & filium, nec censeri meliorationem, nec legata, aut testamẽta sic extorta, firma esse: ea (inquam) omnia licet quoad rescissionem in foro externo, non careant difficultate: quia non omnes preces importunas admisimus ibi, n. 7. incutere metum cadentem in virum constantem, qualis desideratur ad eam rescissionem in foro tamen conscientiæ, esse vera, si mixtum inuoluntarium contineant, modo hîc n. 4. explicato. Immo *Suarez allegat. 24. n. 4. & Matienzo dialogo relatorum 3. p. c. 20. nu. 18.* docent, quamuis metus reuerentiæ absque minis, non sit viri constantis, nec sufficiat vt rescindatur testamentum eo metu confectum, actione quod metus causa, sufficere tamen, vt rescindatur officio iudicis. Idque colligunt ex *Bartol. l. fin. n. 4. ff. Si quis aliquem testari prohib.* Quare cautissimè *D. Antonin. 3. p. t. 10. c. 1. §. 2. ad fin.* ait posse testatoris consanguineos ab ipso petere, vt leget eis, dummodo non nimis importunè, vt quasi extorqueant.

8 Tertiò infertur, precibus importunis impedientem legatum, teneri restituere, eo modo, quo vi impedientem: quando eę preces mixtum inuolũtarium continent modo n. 4. declarato. Et probatur eadem ratione. Sic *Gutierr. quæst. can. l. 1. c. 37. n. 20.*

9 Vltimò infertur, licentiam extortam à religioso, precibus valde importunis, accipiendi vel retinendi aliquid, quãdo re vera superior inuoluntariè, vt importunitatem repellat, consentit, aliter omnino repugnaturus, non excusare ipsum à proprietatis vitio. Quia ea non est licentia sed violentia: vt bene dixit *D. Bernar. de consider. ad Eugen.* Et ita *Perez addition. ad Seguram, l. 1. §. Si vir, nu. 128. ff. de acquir. possess.* dixit in simili, licentiam contrahendi extortam precibus importunis ab vxore, non esse legitimam, nec visum esse virum consensisse: & in simili, quando religiosus dicit se esse paratum ad iussum superioris, relinquere quæ possidet, at fundendo querelas & murmurationes, ita vt superior non audeat contradicere, & tacet, vt vitet maius malum, non esse tuta conscientia, non tantũ ob scandalũ, sed ob votum paupertatis: quia ea non est licentia volũtaria, sed permissio coacta, ad vitandũ maius damnũ, vt docent *Dionys. Carthus. de profess. monast. l. 1. a. 11. Corduba sum. q. 54. sol. 139. col. 2. §. Tcerto esta opinion, Nauarra, lib. 3. de restit. c. 1. in noua edit. p. 3. dub. 1. n. 161.* Et in hoc sensu accipienda est doctrina Hugonis, quem sequitur ac refert *Turrecr. c. Non dicatis, 12. q. 1. n. 9.* nempe, taciturnitatem prælati non excusare à vitio proprietatis: intelligẽda enim est, de taciturnitate & consensu permissiuo, secus quando esset consensus approbans, & ita explicat *Nauarr. eo c. Non dicatis, n. 54.* quod est in nouis operibus, *commento 2. de regularibus, n. 22. & Mendoza in quibusdam quæst. scholast. q. 8.*

Ad argum. prioris sent. nu. 1. proposita, respond. Ad 1. 10 dico disparem esse rationem in ludo. Quia cum sit contractus lucro & iacturæ expositus, non omnes admittũt, etiam dum interueniunt preces importunæ cum exprobrationibus, obligari trahentem ad lucrum restituendũ: id enim negant *Alcocer lib. de ludo, c. 21. concl. 4. Franc. Garcia p. 2. de contract. c. 19. f. 592. & seq.* Atque ita valde probabiliter *P. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 516. f. 1687.* tenet contra communem, trahentem ad ludum alio damno non secuto, non teneri lucrum restituere: eò autem secuto solam damni æstimationem. Quia ratione iniuriæ attractionis nil tenetur restituere, sed tantum pati pœnam, dum à iudice condemnatus fuerit: ratione autem lucri ex ludo acquisiti, nil etiam tenetur restituere: quia quamuis mixtum inuoluntarium adsit, at cũ ille consensus ita mixtè inuoluntarius, sufficiens sit, vt contractus ludi sit validus ex parte attracti, ne lucrum inde comparatum teneatur restituere: ita fuit sufficiens: vt seruetur æqualitas, vt esset validus ex parte attrahentis, ne lucrum teneatur restituere. Et quãuis in aliis contractibus onerosis, qui metu tractus contractum iniit, possit petere sibi reddi quod dedit, restituendo quod accepit: in re autẽ præsenti, spes æqua lucrandi, & æquale periculum perdendi vtrimque commutata sunt, ac proinde non habet locum rescissio contractus, reddente attracto quod accepit, & postulante quod in compensationem dedit. Nec obstat, dignum esse metu trahentem, vt lucro spolietur: ea enim est pœna, iudicis sententia indigens. Ad 2. respondet *Sylues. verb. Restitut. 2. §. 9.* fallere in paupere importunis precibus obtinenti eleemosynam. Sed rationem fallentiæ nec assignat, nec ipse video. & ideo dico numquam teneri restituere. Quia preces pauperis parui penduntur, & tandem alter via eleemosynæ, voluntarie tribuit, & nollet sibi restitui: & fortè hac ratione dixit *Sylvester*: fallere in paupere. verum si inuoluntarium mixtum ibi daretur, & eleemosyna non esset debita saltem charitatis lege, fateer vtique consurgere restituendi onus.

DISPVTATIO XI.

An blanditiæ inferant metum leuem, mixtumque inuoluntarium, ita vt blanditiis extorta, obnoxia sint restitutioni?

SVMMARIVM.

Proponitur opinio affirmans: & meretrices teneri restituere exacta blanditiis, n. 1.

Contraria verior, n. 2. Et soluuntur argumenta, n. 3.

QVANDO blanditiæ incutiant metum viri constantis: 1 dixi hoc 4. lib. disp. 7. nu. 3. in præsentiarum autem sermo est, quãdo inferant metum leuem. Aliqui asseuerãt inferre metum leuem, ita vt eis extorta, sint restituenda. Quia non minus excæcat amor, quam ebrietas; atque ita censent meretrices teneri restituere quod vltra stipendium debitum, blandis & amatoriis verbis cõparant. Sic *Cant. 2. 2. q. 32. a. 7. fin. & in sum. verb. Restitutio, post c. 8. 1. Restituentes casu quasi infiniti sunt, vers. sunt duæ radices, & ibi Armilla, nu. 58. Medina C. de restitut. q. 20. ante solut. ad 1. vers. Sequitur ampliùs, Nauar. sum. tit. 119. Capuã lib. 2. decisio. cap. 121. n. 7.*

Contrarium tamen omnino tenendum est. Primò, 2 quia concupiscentia, & amor non efficiunt inuoluntarium, immo valde augent voluntatẽ: teste *D. Th. 1. 2. q. 6. a. 7.* Nihil enim magis voluntarie fit, quàm quod amore efficitur. Secundò prob. ex *l. fin. C. si quis aliq. testari prohib.* ibi, *dicium vxoris patremum in se prouocare maritali sermone, non est crimino sum.* Vbi *gloss. verb. Maritali*, ait, id est, blãdo sermone. Idẽ habetur *l. 27. t. 2. p. 6.* Quare eo textu ducti *Bald. Cepola, Hippolyt.* quos referũt & sequuntur *Ioan. Lup. Ruor. de donat. §. 81. n. 11. Segura l. 1. §. Si vir, n. 128. ff. de acquir. poss. Mantuanus lib. 3. fori, t. 9. l. 3. gloss. 1. Greg. Lopez d. l. 27. verb. Regandole, & l. 2. verb. Por salago, t. 8. p. 6. Anuiet. c. 21. Pratorum, gloss. Rugo, nu. 5. Menoch. de arbitr. l. 2. centur. 4. casu 395. num. 41.* asserunt non vitiari

vicini testamentum, quod vir vxotis blanditiis ductus, in ipsius fauorem confecit. Ergo blanditiæ non efficiunt involantarium mixtum. Sic docent *Sotus lib.4.de iust.q.7.a.1. in solut.ad 2.vers. Adde it tamen, Nauarr.sum.c.17.nu.16. Castro lib.2. de lege pœn.c.2.coroll.3. Ledesma 2.p.4.q.18.a.5.§.Dico igitur,sub fin.allius: Alcocer lib. de lud.c.21. concl.4 fin. Gutier.q.canon.1.c.37.nu.19. Enriquez.l.11.de matrim.c.9.n.5.in commentar. lit.B. tud.lap.1.instruct.c.96.§. Accedo quoque, P. Molina to.1. de iust.trail.2.disp.94.f.369.§. Si fornicarie, Nauarral.2.de restit.ru mer.dub.3.p.4.dub 2.n.430.& lib.4.c.2.dub.12.nu.97. Bañez.2.2.q.61.a.5.dub.5.concl.1. Salon eod.a.5.controu.4.post 3.concl.Manuel 2.tom.sum.c.40.n.4.* Teneretur autem mere taxre stituere, si fraudibus plus iusto stipendio extorqueret: vt si afferetet se virginem, vel non nisi semel à magnate cognitam. Vt bene docent *Sotus, Ledesma, Alcocer, Molina, Lud.lap. Gutier. Bañes, Salon, Manuel. ib. Capua libr.2. decis.2.c. 223.n.10.* Non tamen esset fraus, quando assereret se perditè deamare. Quia hanc esse mulierculatum fraudem, latet neminem. Sic *Sotus, Ledesma, Gutier. Lud.Lop.ibidem.*

3 Ad argum.dic, concupiscentiam excæcare mentem, vt non iuxta rectam rationem, & prudenter actus fiat: non tamen, vt inuoluntariè efficiatur.

DISPVTATIO XII.

An metus cadens in virum constantem, iniustè incussus, irriter matrimonium?

SVMMARIVM.

Cui vsus sit hac quæstio post Tridentinum,nu.1. Et dividitur metus in precedentem ab intrinseco, vel ab extrinseco, & in incussum ad extorquendum matrimonium, vel ob aliam causam, n.2.

Quæ, quoque metus non incussus ad extorquendum matrimonium, non irritet,n.3.

Matrimonium contractum cum concubina,metu præsentanea mortis,ex morbo,naufragio,& c.valet.n.4. Idem,medetur,qui contrahens tem obstetricem vt ducat vxorem,propter humoru abundantiam,n.5.

Valet matrimonium detrusi in carcerem,si non ad id detrusus sit,n.6.

Idem de contractu à captiuo apud hostes, nu.7. Et ibi,an possit hic cumulare præmaterem ad matrimonium contrahendum.

Valet matrimonium, cum uxore damnatus eligit ducere meretricem,vt mortem euadat,n.8.

Idem,si alius ei offerat immunitatem, si talem famosam ducat,n.9.

Idem,si mulier capio tuffi, mortemque timenti vitam condonet, si ducat eum in ipsius filiam, alioquin ei mortis pœnam minetur,num.10. Et quid,si inuitè damnatus sit,n.11.

Quid de consuetudine, vt vir remittat adulterium vxori si professatur in religione vel vt homicida damnando ad mortem,remittat consanguineis crimen,dummodo filiam occisi ducat,n.12.

Valet matrimonium, si princeps obsessum efferat obsidenti filiam in vxorem,si obsessum nolunt,nisi alter ei prius obsedisset,n.13.

Quid, si parentes aliæ consanguineæ volunt interuenire tanquam in stupro commentum, & ea timore inponatur ducere,n.14.

Valet matrimonium ægri ipsi mortali morbo oppressi, cum filia medici inimi, nolentis aliter ipsi mederi,n.15.

An matrimonium metu vere constantis, iniuste incussi, ad illud extorquendum sit validum? referuntur duæ sententiæ,n.16 & 17.

Matrimonium tali metu metum, vt nullum in vtroque foro,n.18.

Idem est à quacunque incutiatur ille metus,nu 19. Et ibi, intelligitur, quando alter ducitur eo metu ad contrahendum.

Quid, si non sit metus ad certam fœminam ducendam, sed incertam de certis,n.20.

Quid,si id matrimonium initum sit in præsentia amicorum, & consanguineorum,n.21.

An confitutio procuratoris ad matrimonium, vel alia negotia, metu facta valeat,n.22. Et explicatur c. Accedens,de procur.

An detrusus ad arctum promisserit,& soluto metu facta valeat? & an valeat vxor à sibi contracta dicat,n.23. Et ibi, explicatur l.si mulier, §. si dotis,ff. de eo quod metus causa.

Quid,de distractis datis metu facto,n.24.

An vitet metu promissum dotem, teneatur dotè dotato constituere,n.25

Et solvuntur argumenta,n.26.

1 HACTENVS disputauimus qualiter metus irritet cæteros contractus, parinatque restituendi obligationem. Iam qualiter ipsum matrimonium irritet, disputandum est. Supponendum est primò non esse inutilem hanc disputationem, post Tridentinum: prout malè existimauit *Palacios Rubio, quia cùm iam matrimonia coram parocho & testibus, celebranda sint, non erit coram eis, coactioni locus. Sed fallitur: quia potest præcedere comminatio mortis, vel alterius mali grauis, antequam intersint parochus, & testes, & durante ea metus causa, coram illis matrimonium inire, ignorantibus metum.* 1

Secundò supponendum est, duplicem esse metum: 2 quidam est incussus ab intrinseco, vel à causis naturalibus, vt à morbo, tempestate, feris animalibus, (ab his enim metus incussus dicitur ab intrinseco, quia incutitur per modum naturæ, id est, non per actum liberum: vt rectè animaduertit *Sotus 4.d.29.q.1.a.3. vers. Hinc primò colligitur.*) Alter verò est ab extrinseco, id est, à causa libera. Vt dum quis incidit in latrones, mortem cominantes. Rursus hic metus adhuc est duplex, quidam incussus à causa libera, sed non gratia matrimonium extorquendi, sed alia de causa. Alter verò incussus gratia extorquendi matrimonium: & hic potest incuti iustè, vt dum minans comminatur malum, quod iniustè inferre potest, vt instam delicti accusationem. Vel iniustè, vt si malum illud iniustè inferat vt priuata auctoritate necate. In præsentiarum ergo non disputamus de metu incusso à causa libera, iustè, ad extorquendum matrim. quia de hoc est habendus sermo, disp.seq.sed quando iniustè.

Hac ergo in re est quædam conclusio certissima apud 3 omnes, nempe, quoties metus non est incussus ad extorquendum matrim.siue proueniat à causa naturali, siue libera, quantumuis grauissimus sit, non reddit irritum matrim. Prob.quia tunc non impellitur homo ab alio ad matrimonium, sed à seipso: cùm nullus tunc exigat matrimonium, sed voluntariè id contrahens eligit, tamquam medium ad euadendum periculum animæ, vel corporis. Secundò, quia inuoluntarium quod in eo matrimonio inuenitur, non est intentum ab incutiente metum, sed tantum habet occasionem ex ipsius nequitia. Tertiò, quia votum emissum ex simili metu, validum est: vt probatur ex *c. Sicut nobis, de regular.* vbi votum factum à morbo laboranti, mortis timore, dicitur obligare; & *Num.21.* populus Israel victus à Chananæo, voto se obligauit, & votum iudicatur validum. Et de quacumque tribulatione ait Dauid, *Reddam tibi vota mea, quæ locutum est os meum in tribulatione mea.* Et constabit ex corollariis inferendis.

Ex hac conclusione primo infertur, matrim. contrac- 4 tum cum concubina, metu præsentaneæ mortis, ex morbo aut naufragio, aut feta bestia, aut inferni timore, esse firmum. Quia is metus non infertur à causa extrinseca libera, ad extorquendum matrim. Sic *Sotus 4.d.29.q.1.a.3. vers. Hinc primò colligitur. Couar.4.decret. 2.p.c.3.§.4.nu.16. Anton.Cuc.lib.5.instit.maior.t.12.nu.118. Palacios 4.d.29. disp.vnic.vers. Septimo dicitur, Angles floribus 1.p. materia de matrim. q. 5. de consensu coacto 1.diffic.2. fol.547. Barth.à Ledesm.dub.23. de matrim.fundam.5. Enriquez li.11. de matrim.c.9.num.1. Manuel 1.tom.sum.in 2.edit.c.231.n.1. Corona confessorum, 4.p.c.8. de matrim.tit. de impedimento violentiæ, n.29. vers. Sed est hic valde advertendum, Philiarc. de offic.sacerd.tom.1.p.2.lib.2.c.8. Petr.de Ledesm. de matrim.q.47.a.3.dub.1. Candelabrum sacrament. 2.p. materia de matrim.nu.62. Lud.Lop.2.p.instructory noui, materia de matrim.c.40.fol.1067.§. Præterea pro huius materia.*

Secundò infertur, si medici asserant quempiam obitu- 5 rum ob humoris abundantiam, nisi ducat vxorem, valere matrimoniũ. Quia metus est ab intrinseca causa naturali, Sic *Ledes.2.p.4.q.49.a.3.f.456.col.4.§. Sed contra hoc est argumentum*, iunctis *duobus §. seqq. Sotus, & Lud.Lop.nu.4.citati.*

Tertiò infertur, matrim. cõtractũ per detrusum in car- 6 cerem, si non animo extorquendi matrim. detrusus sit, validũ esse. Quia quamuis metus carceris grauis sit, ac proinde reddat nullos contractus incarcerati, *l. Qui in carcere, ff. de eo quod met.caus.* & subinde matrim. deberet esse nullũ: quia tamen metus is non incutitur gratia matrim. extorquendi, validum est. Sic *Innoc c. Cum locum, n.2. de sponsal.* vbi *Host. paulo post princ. Ioan. Andr. n.2. Ant. nu.11. Cardin. n.3. Abbas n.9. Henric. n.3. Præpos. n.12. Gutier de iuram. 1.p.c.57.n.4.& 5.*

Quarto infertur, minus bene *Innocentium c. Cum locum,* 7 *de sponsal. n.2.* quẽ sequitur *ibi Hostiens. paulo post princip.* asseruisse matrim. captiui apud hostes esse inualidũ: eo quod

seruus est. Verùm hoc longè à veritate abest. Primò, quia quoad matrim. contrahendum, seruitus nil obest. Vt cōstat ex *totor. de coniug. seruorum.* Secundò, quia is metus captiuitatis, quamuis in virum constantem cadat, minimè tamen ad matrimonium iniectus est. Tandem, quia *c. Dominum, de secund. nupt.* Lucius III. scribens captiuis apud Saracenos detentis, permittit illis matrimonio copulari, modo de priorum coniugum obitu certi sint. Et ita Innocentium reprobant *Ioan. Andr. in c. Cum locum, num. 2. Anton. n. 11. Cardin. fine, Abb. nu. 9. Henric. n. 3. Alex. de Neuo n. 13. idem Ioan. Andr. d. c. Dominus, n. 2. Anton. ibi n. 2. Ancharr. n. 3. Abb. nu. 3. Alex de Neuo n. 3. Præpos. nu. 1.* Nec placet moderatio *Abbatis, in c. Cum locum, n. 9. & Præpositi in c. Cum Dominus, num. 1.* vbi sequuntur Innocentium, ita illum intelligentes: vt captiuus possit vxorem ducere, minimè tamen constituere procuratorem, qui nomine ipsius matrimonium ineat: per *c. Accedens, de procurat.* Sed contrarium est verissimum, & commune: vt refert & sequitur *Alex. de Neuo, d. c. Cum locum, nu. 14.* Nam constitutio procuratoris non maiorem libertatē desiderat, quàm ipsum matrimonium: si ergo ea captiuitas non tollit libertatem ad matrim. à fortiori nec ad procuratoris constitutionem. Nec obstat *d. c. Accedens*, quia ad summum probat constitutionem procuratoris, liberam esse debere: (quod an ita sit, dicemus nu. 22.) in præsenti autem euentu, liberā est: cùm captiuitas non ordinetur, vt procuratorem captiuus constituat.

8 Quintò infertur, validum esse matrimoniū, dum morte damnatus, quo incolumis euadat, ducit meretricem, iuxta morem aut statutum aliquarum regionū. Quia is metus non eò tendit, vt matrim. ineat, sed propria sponte, damnatus id euadendi medium, eligit. Sic *Sotus vers. Exurgunt hic tamen, & Ledesm. Couar. num. 17. Ant. Cuc. n. 118. Lud. Lop. §. Iam ex prædictis liquet. Angles, Pbilarc. Palacios vers. Nonò respondeo, Candelabr. num. 63. Barth. à Ledes.* vbi eos nu. 4. retuli. *Sebast. Medicus de casibus fortuitis, q. 7. nu. 75.* habetur *10. 7 tract. nouiorum, Enriq. li. 11. de matr. c. 6. n. 5. Corduba sum. q. 171. punct. 1.*

9 Sextò infertur, idem esse dicendum, etiam si ipse damnatus minimè offerat matrimonium, sed alius ei promittat immunitatem ab ea pœna, si certam feminam ducat. Quia tunc nullus metus incutitur ad matrim. extorquendum, sed metus aliunde incussus auertitur, oblata illa conditione. Sic *Sotus, Anton. Cucus nu. 116. Lud. Lop. §. Iam ex prædictis liquet. Petr. de Ledesm. concl. 4. Enriquez nu. 2. Corona confessorum*, vbi hos n. 4. allegauit. *Veracruz 1. p. spec. ar. 8. ad fin. dub. 3. Corduba sum. q. 171. punct. 1.*

10 Immo si ipse iudex capto iustè, mortemque timenti, vitæ condonationem promittat, si ducat ipsius iudicis filiam, aut aliam feminam: alioquin ei mortem iustè inferendam comminetur, valet matrim. Quia metus non inicitur ad matrim. ineundum, sed iam conceptus auertitur, traditurque euadendi periculum, modus. Sic *Couarr. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 4. n. 15. Gutier. de iuram. 1. p. c. 57. n. 9. Vega li. 3. sum. casu 236. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. cap. 40. f. 1068. vers. Ad secundum vero casum*, intelligens quando præsentaneam certamque mortem timebat, vel aliud malum graue. Idem videtur tenere *Petr. de Ledesm. de matrim. q. 47. a. 3. dub. 1. concl. 3. vers. Ex hac conclusione*, vbi ait valere matrimonium, si iuste iudex condemnans homicidam, nolit condonare vitam, nisi ducat vxorem occisi. Quare non est audiendus *Angles floribus 1. p. de matrim q. 3. de consensu coacto, a. 1. diffic. 2. concl. 3. f. 548.* vbi ait, si iudex latroni suspendendo, pœnæ remissionem promittat, hac conditione vt aliquam ducat, non valere matrim. Videturque idem tenere *Sotus 4. d. 29. q. 1. a. 3. vers. Ex his*, quem sequitur *Barth. à Ledesma dub. 23. de matrim. fundam. 5.* vbi dicunt, si princeps ei quem iuste posset pœna capitis plectere, se eam pœnam illaturum promittat, nisi hanc duxerit, non valere matrimonium. Quia ad hunc finem incussus est metus. Sed intelligendus est *Sotus*, quando incutitur is metus aliàs nihil timenti, sed ipsum euadendi probabilem habenti. Et ita intelligit eum *Lud. Lop. proximè citatus.*

11 Et quamuis hi DD. videantur limitare, quando is iustè captus erat, mortisque iuste inferenda erat: expressè enim sic loquuntur *Couar. Gutier. Petr. de Ledesm. Vega, in præced. allegati, & Palacios 4. d. 29. disp. vnic. ad fin. vers. Nono respondeo*, ait fortè non valere matrim. quando illud iniuste iuspendendus eligit, quo mortem euadat. Et *Veracruz 1. p. spec. 8. dub. 3. §. Clarissimè ex hoc sequitur*, sentit non tenere matrimonium, quando iniusta esset condemnatio, secus quando iuxta allegata & probata. Cæterum existimo, patum referre ad matrimonij huius valorem, siue iuste siue iniuste damnatus sit. Quia hoc matrim. ex eo non redditur irritum ob hunc metum, quia metus non inicitur ad illud extorquendum, sed metus iam conceptus auertitur: ergo impertinens est, an metus ille conceptus fuerit ex causa iusta, nec ne. Solus enim metus iniuste illatus ad extorquendum matrimonium, illud dirimit: vt dixi nu. 3. Et confirmatur amplius, quia si quidam tertius offeret illam immunitatem ab ea iniusta morte, valeret vtique: ergo idem dicendū est, licet ipsemet iudex offerat. Quia quando metus vitiat matrimonium, idem est à quocumque ille inferatur: (vt dicemus n. 16.) & ita *Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 4. nu. 15.* vbi dixit, si iudex mortem iuste inferendam, illam iam timenti, comminetur, nisi filiam eius ducat, valere matrim. eo quod metus non infertur, sed auffertur subdit hæc, *qua ratione perpensa, hac in re arbitrandum quoad matrimonium, potius sort consideraudum, an metus sit illatus, nec ne, quàm quod iuste inferatur.* Idem apertè volunt *Anton. c. Cum locum, n. 11. de sponsal. & ibi Præpos. n. 12.* vbi disputantes vtrum matrim. intrusi in carcerem iniuste, cum femina detrudente contractum, timore carceris illius iniusti, validum sit? distinguunt, si metus ad finem contrahendi matrim. illatus sit, non valet: secus si ad alium finem: ergo metus ex causa iniusta conceptus, non vitiat matrim. initum cum ipsomet mentiente, vel cum alio, si ad eum finem incussus non sit. Et ita in nostro casu, cùm iudex promittens impunitatem reo, siue iuste siue iniuste mortem timenti, si eius filiam ducat, non metum inferat, sed potiùs metum iam conceptum auferat, immunitatemque offerat, nihil referet, siue metus iuste siue iniuste conceptus sit. Et ita tenent *Corduba sum. q. 171. punct. 1. §. Mas no obstante, Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 231. n. 1.* Idem constabit ex dicendis, nu. 13. & 14. vbi in similibus euentibus eò iniusti metus, dicemus non vitiari matrimonium; eò quòd incussus minimè sit ad eum finem.

Septimo infertur, quo pacto æquitas cōsuetudinis vbique vigentis defendi valeat, vt plectendo capite, aut alio graui supplicio, condonetur vita, aut ea pœna à consanguineis occisi, ea lege vt filiam occisi, aut aliam eius consanguineam ducat, & similiter, dum vir de adulterio vxorem accusat, solet mortis pœnam remittere, si religionem profiteatur. Quamuis enim hic metus in virum constantem cadat, non irritat matrimonium, aut professionem: eò quòd non incutitur ad finem extorquendi matrimonium, aut professionem, sed ad delicti punitionem: & potius metus iam conceptus auertitur, oblata timenti norma, qua immunis à pœna euadat. Sic tenent *Nauar. li. 3. consil. in 1. edit. tit. de regular. consil. 27. n. 2. & 3. in 2.* vero *lib. 1. tit. de his quæ vi, consil. 8. n. 2. & 3. Manuel 2. to. sum. c. 8. n. 10.* vbi aiunt, si cōdonetur vita alicui, ea lege vt religionem profiteatur, esse firmam professionem: & ita ait *Nauar.* solitos esse Pontifices eadem conditione pœnas delictis debitas remittere. Et quamuis hi DD. ea ratione vsum approbent, quia metus iuste incussus non vitiat actum. At tutius & verius, hac via & ratione defenditur prædictus vsus. Quia metus non incutitur ad professionem, vel matrim. extorquendum, sed metus iam conceptus auertitur. Fundamentum enim cui prædicti auctores innituntur non firmum est: grauis enim est difficultas, an metus iuste incussus vitiet: vt videbimus disp. seq.

Octauò infertur, si princeps obsessus matrimoniū offerat cū filia obsidentis, vt sic animi cōcilientur, obsidionemque soluat, validum esse. Quia obsidio nō erat ad eū finem, secus si extorquendi matrim. gratia, obsidio esset.

Sic

Sic Sotus 4.dist.29.q.1.a.3.vers. Hinc primò colligitur, Ant. Cucus lib.5. instit. maior. tit.12.num.117. Barth. à Ledesma dub.23. de matrim. secund. num.5. Angles floribus 2.p. de matrim. q.3. de consensu coacto, a.1. diffic.2. fol.547. Petr. de Ledesma de matrim. q.47.a.3. dub.1. conclus.4. Vinald. Candelabro 2.p. de matrim. num.61. Lud. Lop.2.p. instruct. de matrim. c.40. §. Iam ex praedictis liquet. Vega lib.2. sum. casu 207. Quod quidem verum est, quamuis iniusta esset obsidio: vt probat ratio allata. Et ita docent Petr. à Ledesma, Lud. Lop. Barth. à Ledesma ibid.

14 Nonò infertur, si parentes aut consanguinei interficere vellent in stupro inuentum, & ipse sua sponte, & à nemine coactus offerat matrim. cum stuprata, vt mortem vitet, validum esse. Quia iniuria comminatæ mortis, cùm non inferatur ad extorquendum matrimonium, per accidens se habet ad illud. Item quia iniuria, & metus non tendebat ad matrim. sed ad mortem, & ita nulla coactio circa matrim. versatur: secus si parentes, aut alij minarentur mortem, nisi eam ducat. Sic Enriquez lib.11. de matrim. c.9.nu.2. Angles f.458. & Vinaldus Candelabr. sacrament. nu.64. citatum proced. Corona confessorum 4.p. materia de matrim. c.8. tit. de compel. violentia. num.29.§. Sed est hic valde aduertendum. Valde tamen videtur aduertari huic doctrinæ, quod tradunt Petr. de Barbosa inter consilia matrim. Zilet. cons.24.num. 14. Alex. Tartagnus inter cad. consilia, cons.21.nu.5. Ant. Cuc. lib.5. instit. maior. tit.12.nu.160. vbi docent non tantum metum cadentem in virum constantem, actu minis illatum, irritare matrimonium, sed etiam iustam talis metus suspicionē. Vt si quis deprehensus à patre, & consanguineis puellæ in stupro, timens fore vt occidatur, ducat puellam. Idq; non obscurè probat l. Nec timorem, 7. vers. Proinde, el 2. ff. de eo quod metus causa, ibi, proinde si quis in furto, vel adulterio deprehensus, vel in alio flagitio, vel aliquid dedit, vel se obligauit, Pomponius lib. 28. scilic scribit, posse eum ad edictum hoc pertinere, timuit enim vel mortem, vel vincula. Item quia (vt dixi hoc 4.li.disp.1.n.17.) suspicio metus inferendi incutit metum viri constantis. Sed hæc doctrina ne nostro corollario aduersetur, intelligenda est, quando deprehensus in eo delicto timet fore, vt metu mortis cogatur ad id matrim. Quia tunc est probabilis suspicio metus inferendi ad extorquendum matrimonium, & proinde cum is sit metus viri constantis, tendatque ad eum finem, vitiabit matrimonium. Secus quando non est probabilis suspicio metus inferendi ad eum finem, sed ad vindictam de stupri iniuria sumendam, & stuprator sua sponte matrim. cum illa offerat, vt iniuriæ pœnæque veniam impetret.

15 Vltimò infertur, matrimonium contractum ab ægro morbo lethali oppresso, cum filia medici, aliter ei mederi nolentis, esse validum. Quia medicus minime mortis timorem incutit, sed morbus, ac matrimonium petit tamquam stipendium. Sic Sotus Bart. à Ledesma, Lud. Lopez quos paucit. 1. Vega lib.2. sum. casu 281.

16 His præmissis difficultas est, an metus cadens in virum constantem, iniustè illatus ad extorquendum matrimonium, illud irritum reddat in vtroque foro? Qua in re Cardin. cap.2. de his quæ vi, qu.1. asseruit matrimonium metu hoc contractum, non esse ipso iure nullum, sed rescindendum: instar aliorum contractuum metu initorum, qui ipso iure validi sunt, quamuis rescindendi per iudicem sint: (vt diximus disp.3.n 4.) Et probatur ex c. Consultationi, de sponsal. ibi, sed de illato metu est cum diligentia inquirendū, & si talis metus inuenitur illatus, qui potuit cadere in virum constantem, erunt non immeritò audiendæ. Ergo metus non irritat ipso iure matrimonium, sed fœmina metum passa audienda est, vt matrim. irritetur. Secundò, quia non videtur maior ratio de matrim. quam de aliis contractibus: cum omnes contractus mutuo consensu perficiantur. Tertiò, quia alia sacramenta, vt baptismus, confirmatio, ordo, extrema vnctio, suscepta metu, valida sunt: ergo & matrim. Cuius sententiam omnes Theologi, ac iuris Pontificij DD. tamquam omnino falsam reprobant: & specialiter Abb.4. Cum locum, de sponsal. n.6. Nam cæteri contractus, etsi semel validi sint, possunt per iudicem facile ob metum illatum rescindi: at matrim. semel validum, cùm sit sacramentum indissolubile, nisi ante consummationem, per religionis ingressum, vel dispensationem Pontificiam, nō posset iudex rescindere. Item, quia facilè consummaretur, & tunc nulla esset in terra potestas illud dissoluendi. Quare non bene consultum esset per Ecclesiam, metum passis in matrimonio. Constabit etiam ex textibus quibus probabitur nostra sententia, n.18.

Alij verò, quos refert D. Thom. tacito nomine, 4.d.29.q. 17 vnica, a.3. quæstiunc. 1. corp. asserunt tale matrimonium, si re vera adsit consensus, quamuis coactus, validū esse in foro conscientiæ, & solum in foro externo irritum esse. Probatur, quia Ecclesia præsumit illum, qui cogitur contrahere, mendaciter protulisse verba, & absque consensu interno: ergo vbi verè consensus est, cùm cesset præsumptio, erit verum matrimonium. Probatur antecedens, ex c. Cùm locum, de sponsal. vbi redditur ratio, cur matrim. coactum, sit nullum: quia matrim. solo consensu perficitur, & vbi coactio est, deficit consensus. Ergo si re vera adsit consensus, valebit matrim. Et confirm. quia ad internum consensum in matrimonio, nō potest dari coactio, sed solum ad prolationem verborum: ergo si verè est consensus internus, is est liber. Ergo matrim. eo consensu contractum, liberū erit, & consequetur validum quoad Deum. Secundò prob. quia metus peccati mortalis, & inferni, cùm sint sūma malà culpæ & pœnæ, cadit in virum constantem, & tamen non irritat matrim. Vt quando quis eò quod tenetur sub mortali, vt quia dedit fidem, vel quia præcipit pater, casu quo potest præcipere, contrahit: ergo. Pro hac sententia inueni citatum apud Scotum 4.d.29 q.vn. in margine Goffredum de Fontibus, quodlib.13.q.15.

Sit tamen conclusio aduersus vtramque sententiam: 18 matrim. contractum metu cadenti in constantem virum, ad eum finem iniustè incusso, est nullum in vtroque foro. Hanc conclusionem admittunt DD. vtriusque iuris, specialiter DD. omnes iuris Pontificij, c.2. de his quæ vi: & c. Cùm locum, de sponsal. vbi id matrim. absolutè irritum esse docent, quamuis ipsi non explicent specialiter, etiam in foro conscientiæ. Sed id expresserunt D. Thom. 4 dist.29.q. vnica a.3. quæstiunc. 1. corp. vbi D. Bonauen. q.1. num.5. Scotus q.vnica §. Hic dicitur, Durand. q.2. num.7. Richard. ar.1.q.1. Palud. q.vn. a.3. concl.1.n.17. Sotus quæst.1. artic.3. vers. Refutatur tamen, D. Anton. 3.p.t.1.c.7. paulò post princ. Arboreus lib.11. theosophiæ c. 15 vers. Respondeo percunctationi, Petr. de Soto lect.3. de matrim. §. Tertio etiam ex cod. Enriquez l.11. de matrim. c.9. num.1. Aragon 2.2.q.88.a.3.§. Hoc consituto sit 1. conclus. Phil. arc. de offic. sacerd. tom.1.p.2. lib.2.c.6. Maurus Anton. Corona confessorum, 4.p. c.8. de matrim. t. de impedimento violentiæ. nu.29.§. Sed difficultas est, Manuel 1.to. sum.2. edit. c.231. nu.1. Bart. à Ledesma dub.23. de matrim. post 2. conclus. §. Annotare oportet, Lud. Lop. 2.p. instruct. de matrim. c.40. fol.1063.§. Deinde quæritur. Et ex iurisperitis, Sylvest. Matrimonium, 8.q.11. dicto 3. Tabiena verb. Impedimentum impedimento 9.2.n.3. Navar. sum. c.22.n.51. ad fin. Alex. Carreritus lib.4. de sponsal. c.9. Et probatur ex cap. Cum locum, de sponsal. vbi rogatus Pontifex super matrimonio cuiusdam puellæ, duo enim ciues Papienses illam petebant, & vterque contendebat se cum illa matrim. contraxisse, timebatq; puella sibi metum inferendum; & definit Pontifex in loco tuto esse reponendam, dum causa definitur. Redditq; rationem, quia matrim. solo cōsensu perficitur, qui non inuenitur, vbi adest timor cadens in virum constantem: ergo clare sentit Pontifex consensum illum voluntarium, qui reperitur vbi adest prædictus timor, sufficientē, non esse ad valorem matrimonij. Secundò probatur ex c. Veniens, el 2. de sponsal. vbi est casus, quidā contraxit spōsalia cum puella, & accessit ad ipsam, postmodum inuentus cū alia, coactus est ipsam ducere per verba de præsenti: quæritum est à Pontifice, vtrius harum esset maritus? Et respondet Pontifex his verbis, si inueneris quod primam post fidem præstitam cognouit, ipsam cum ea facias remanere: alioquin secundam, nisi metu coactus qui posset in virū constantem cadere,

dere eam desponsauerit, adhærere facias, vt vxori: ergo clare definit matrim. tali metu contractum, esse irritum. Idem expresse definitur *c. Significauit, de eo qui duxit in matrim.* vbi est casus. Quidam metu compulsus duxit vxorem, deinceps propria sponte aliud iniit matrimonium: & rogatus Pontifex vtrum horum validum sit? respondet, *Si constiterit, quod tanta vis eidem illatæ fuerit, quod non sponte in primam consenserit, propter hoc non dimittas, quin ad aliam, quam postea in vxorem accepit, reuertendi liberam habeas facultatem.* Ergo prius matrim. ratione metus fuit omnino irritum: aliàs nó daretur libera facultas permanendi in posteriori, sed inualidum prorsus esset. Tertiò probatur ratione D. Thomæ proxime citati, decisiones horũ textuum non innixi falsæ præsumptioni defectus consensus, atque ita procedere in vtroque foro. Quia Ecclesia nullam præsumit delinquere in aliquo facto, nisi per legitimas probationes id constiterit, *l. Merito. ff. pro socio*: semper enim Ecclesia præsumit pro meliori parte, *c. Effecte misericordes, de regul. iur.* qua ratione olim sponsalia transibant in matrim. pro copulam, *c. Is qui fidem, de sponsal.* præsumebat enim Ecclesia accessum animo maritali, vt fornicationis præsumptionem effugeret: sed exprimere verba absque interno consensu, est peccatum mendacij: ergo Ecclesia non præsumit contrahentes interius nõ consentire. Hanc rationem impugnat *Durand. 4. d. 29. q. 2. nu. 5.* Quia Ecclesia quandoque præsumit deterius. Vt in fauorem secundi matrimonij publicè contracti, præsumebat mentiri asserentẽ prius se cum alia clam contraxisse. Sed hæc impugnatio non obstat. Quia Ecclesia ex duobus malis minus præsumit: vt multis citatis probat *Menoch. de præsumpt. l. 5. præsumpt. 2. nu. 24. & seqq.* Et ratio est, quia ex duobus malis minus est eligendum, *c. Cum Dauid, & c. Si aliquid, 22. d. & c. Duo mala, 23. dist.* Quia ergo minus malum est, hunc mentiri, quàm bis matrim. inire, ideo merito in illo casu præsumit Ecclesia illũ mentiri. At in nostro casu nulla est necessitas præsumendi delictum: vnde meritò Ecclesia præsumit internum consensum, ne mendacium præsumatur. Tandem probatur, quia conuenientissima fuit irritatio talis matrimonij in vtroque foro. Primo, quia matrim. significat coniunctionẽ Christi cum Ecclesia, quæ per liberum amorem fit. Secundò, quia metus aduersatur debitæ sobolis procreationi, quæ est matrim. finis: hæc enim matrimonij indissolubilitatem, mutuamque coniugum habitationem petit: cui repugnat metus. Cùm enim vi cõiungantur, deficit mutuus amor, atque ita facilè coniuges separabuntur. Quod enim aliquis non diligit, facilè contemnit, *20. q. 3. c. Præsens.* Vltimò, quia matrimonia coacta infœlices exitus habent, *c. Requisiuit, de sponsal.*

19 Nihil autem refert, vt matrim. metu initum, irritum sit, siue metus inferatur per contrahentem, siue absque eius culpa, & scientia, per quemcumq; alium. Et ratio est, quia metus irritat matrim. eò quòd tollit libertatem consensus, *c. Cum locum, de sponsal.* Sed non minus tollit, siue per contrahentem, siue per alium inferatur: ergo non minus irritat. Item, quia idem metus qui sufficit ad rescissionem aliorum contractuum, sufficit ad rescissionem matrimonij; (vt diximus hoc 4. lib. disp. 6. n. 2.) sed alij contractus rescinduntur ob metum per quemcumque illatum, (vt probaui hoc lib. 4. disp. 8. n. 7.) ergo & matrimoniũ. Item quia *c. Veniens, et 2. de sponsal.* declaratur matrim. fuisse irritum, metu contractum, cùm tamen neuter ex contrahentibus metum illum intulerit, sed parentes alterius. Quid autem, si metus non inducat ad contrahendũ: quia aliàs metum passus vult? dixi hoc lib. 4. disp. 4. n. 2.

20 Dupliciter potest limitari conclusio posita, vt matrimonium metu contractum irritum sit. Primò limitatur, quando cum certa fœmina cogitur aliquis contrahere: secus quando cum incerta, de certis: vt cum aliqua ex filiabus Petri. Et ratio est, quia cũ electio sit matrim. spirituale, valet argum. ab ea, ad matrimonium: (vt latè *Eucrardus in suis topicis, loco à matrim. spirituali, ad carnale*:) sed quamuis electio metu facta, nulla sit, *6. 3. §. Cæterum, de elect. in 6.* valet, quando non est alicuius determinati, sed alicuius ex certo personarum genere: tunc enim habet substantialia electionis, cum sit inter plures: ergo similiter valebit matrimonium, vbi aliquis non cogitur cum certa persona contrahere. Secundò, quia inter plures datur consensus electiuus, *l. Serui elect. ff. de legat. 1.* ergo cum eligat vnã personam, potius quàm aliam, dabitur consensus electiuus, & ita libertas: & subinde tali coactione extortũ matrim. validum erit, tamquam liberè factũ. Sic docet *Abb.* posse attentari, quamuis satis dubium sit, *c. Cùm terra, de electione, n. 4.* & tenent *Præpositus c. Cùm locum, de sponsal. n. 8. & 9.* & ibi *Cochus. Imola c. Tuæ. de sponsal. col. 15. Felin. c. In præsentia, n. 37. de prob. Iason l. Titia, n. 6. fine, ff. de verb. oblig. Cosmas pragmat. sanct. tit. de elect. §. Ad tollendum, vers. Libere, Sylua nuptialis l. 2. nu. 119. Ioan. Imp. c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor. not. ab. 5. §. 11. n. 1.* Cæterum hæc limitatio omnino reiicienda est: & dicendum irritum esse matrim. quamuis contrahẽs cogatur cũ incerta de certis contrahere. Prob. quia matrimon. debet plena libertate gaudere, *c. Cum locum, de sponsal.* quod hic minime contingit, cum contrahens in sua plena libertate constitutus, secluso omni metu, nullam ex illis eligeret in vxorẽ. Item, quia ratio irritationis matrimonij coacti, habet locum in hoc casu, ne scilicet infœlices exitus habeat: cùm enim hic contra suam voluntatem cogatur vnam ex illis eligere in vxorem, timendum est de infœlici exitu. Nec obstant rationes oppositæ. Non prima, quia quidquid sit de electione, an tunc valeat? est dispar ratio in matrim. nam aliæ electiones possunt à lege restringi ad duos, ita vt alterum ex illis tantum fas sit eligere: matrim. tamen adeo liberum consensum exigit, vt nulla lex possit ad numerum certum restringere. Nõ obstat etiam secunda ratio, quia illa libertas non est plena, sed respectiua, quæ ad matrimonij valorem minimè sufficit: omnis enim cõsensus quouis modo extortus, est liber respectiuè, cùm potius voluntas eligat illud matrim. quam pati malum comminatum. Et ita hanc sent. tenent *Fortun. de vlt. fin. lat. 21. n. 428. & seqq. Bald. & Philippus Lusitan.* quos refert, & sequitur *Conar. 4. decr. 2. p. c. 3. §. 5. nu. 8. Padilla l. interpositas, §. 6. C. de transact. Anton. Cucus lib. 5. instit. maior. tit. 12. num. 127. Philiarc. de offic. sacerd. 2. 1. p. 2. lib. 2. c. 8. paulò post principium.*

Secundò posset limitari conclusio, nisi matrim. cõtractum sit in consanguineorum, & amicorum præsentia. Quia tunc cessat metus: vt aliqui tribuunt *Bart. l. fin. nu. 4. ff. Si quis aliquem test. prohib.* Vnde consulit *Bart.* testamentum fieri coram consanguineis, & amicis, vt cesset metus. Verum *Bart.* non dicit cessare metũ, sed metus præsumptionem: per *l. Transactionem quæ dominij, 35. C. de transactio.* quæ quamuis de amicis loquatur, at *Padilla ibi n. 3.* cum *Alciato*, probat ad consanguineorum præsentiam extẽdi. De qua præsumptione consule *Mascard. de probat. concl. 1055. nu. 24. & seqq.* Cæterum quidquid sit de hac præsumptione, quæ ad forum externum spectat, in foro conscientiæ, in quo veritati standum est, si tunc vere non cessant metus cogẽs ad matrimonium, illud erit nullum. Imo nec in foro externo cessat metus præsumptio, sed tantum cogitur allegans metum, ad probandum grauiorem illum fuisse, & ad clariores probationes afferendum. Sic *Felin. c. Causam matrimonij, n. 6. de offic. deleg. Salic. d. l. Transactionem, nu. 2. Antonius Gom.* alios referens *tom. 2. var. c. 14. num. 27. fine, Burgos de Paz. cons. 3. n. 69. Gutier. cons. 16. n. 24.*

Nec solum matrim. metu viri constantis initum, est nullum, sed etiam ex hac consensus libertate ad matrim. requisita, non valet ipso iure constitutio procuratoris ad illud ineundum, metu viri cõstantis, facta. Quia matrim. postea celebratur virtute prioris consensus, qui censetur adhuc durare, nisi sit reuocatus, *c. fin. de procurat. in 6.* & proinde cùm prior ille consensus, eo ipso quod est ad procuratoris ad matrim. constitutionem, sit ad ipsummet matrim. contrahendum, sicut est irritus ratione metus, respectu matrimonij, erit etiã respectu constitutionis procuratoris ad illud. Sic *Hostien. c. Cùm locum. paulò post princ. de sponsal.* vbi *Ioan. Andr. n. 1. Imola c. 2. de his quæ vi, n. 5. fine, Conar. 4. decr. 2.*

dict.2.p.c.3.§.5.n.9.ad fin. Padilla l.Interpositas, nu.7.C.de transact. Nec me latet aliquos negare id esse speciale in matrimonio, docentes generaliter constitutionem procuratoris metu factam, esse nullam: per c. Accedens, de procurat. ibi, procuratorem liberè ordinare valeat. Sic Hostiens.c.2. de his quæ vi, ad finem, & ibi Ioan. Andr. fine, Abb.n.18. Romanus singular.734. Rotam cons.121. n.20.vol.4. Bertachinus in suo repertorio lit.M.verb. Matrimonium præsumitur, sub num.80. vers. Metus non reddit. allegat: Sarmiento de reddit.b.p.1.c.4. num.8. vbi notam huius rationem affert: Flaminius de resignatione benef. lib.9.q. 7.n.42. & lib.15.q.1.n.47. Cæterum illud c. Accedens, minimè id probat. Quod fatentur Ind. Romanus singular. 124. Abb. Couar. & Padilla, proximè citati. Quia ille textus tantum decidit locum tutum concedendum esse partibus, vt liberè, seclusaque omni coactione procuratorem constituant: quod in omni actu seruandum est: non tamen inde sequitur, si de facto metus intercedat, constitutionem procuratoris esse nullam. Quare iure optimo Imola c.2. de his quæ vi, n.5. fine, Couar. & Padilla, proximè citati, speciale esse docent in constitutione procuratoris ad matrimonium, ratione libertatis ad illud requisitæ.

23 Imo non tantum matrim. & constitutio procuratoris ad illud, metu annullantur, sed etiam dotis promissio, & solutio metu facta, est ipso iure nulla, tanquam matrimonio accessoria: per l. Si mulier, 21. §. Si dos, ff. de corquod met. caus. ibi, si dos metu promissa sit, non puto nasci obligationem. Quia est verissimum sicut talem promissionem dotis vllam esse. Quod expresse l. fin. tit. 21. p.5. extendit ad promissionem arrarum, vt metu facta, non valeat. Vt animaduertunt ibi Greg. Lop. verb. O promittiese, Padilla l. Interpositas, n.7. C. de transact. Nec me præterit, tum decisionem, tum etiam eius rationem, dubiam esse. Nam Barth. d.l. Si mulier. §. Si dos, in fine, negat promissionem dotis metu irritari, intelligens illum textum, vbi dos per simplicem promissionem absque stipulatione promitteretur: secùs si per stipulationem. Quod fortè iuuenti posse affirmat Alex. de Neuo c. Cum locum, nu. 28. de sponsal. Alij autem intelligunt illum textum, quando simul metus circa matrimonium, & dotis promissionem infertur, asserentes si tantum circa dotis promissionem incurratur, eam validam esse. Sic Alex. Carrerius li.4. de sponsal. c.8. fine. Alium intellectum tradit Barbosa ff. solut. matrim. rubr. 49.n.31.32. vt intelligatur textus, de promissione dotis, non expressa certa quantitate: cùm enim ad arbitrium prudentis taxanda esset, vir prudens arbitrabitur, quando dos metu promissa est, nullam quantitatem esse taxandam. Vnde concludit videre, si certa quantitas promissa metu facta sit omnino irrita, docent gl.c.2.verb. Coactus, de his quæ vi, & ibi Hostiensis ad fin. Anton.n.8. Anchar.nu.3. Carden.q.1.casu 2. Abb.n.9. gloss. l.1.verb. Non valet, ff. de authori. tut. & d.l. Si mulier. §. Si dos, verb. Vllam, & ibi Bald. illatum in principio. Alberic. & Fulgos. ibi, Paulus l.1.nu.1. C. de rescind. vendit. Iason. l. Titia, n. 6. ff. de verb. obl. Nouellus de dote, 6.p. privil. 39.nu.1. Grammaticus decis. Neapol. 103.n.68. Rosella, verb. Metus, num.3. vbi Angel.n.8. Sylueil.q.8. vers. Tertio, Tabiena verb. Coactio, q.6. num.7. & multi alij, quos refert Barbosa d.44. rubr.n.28. Ratio etiam huius decisionis satis dubia est, vt dotis promissio irritetur metu, quia est accessoria matrimonio: cum dos sine matrimonio esse non possit, l 3. ff. de iure dotium, l. Neque vllam, 5.1 ff. de pet. hared. l. fin. verb. Sicut, C. de donatione ante nupt. & ita vitiato matrimonio ob metum, quod est principale, vitietur metu dotis promissio, tanquam accessoria. Reg. Cum principalis ff. de regal. iur. Nam varias rationes illius decisionis tradunt Doctores, quos refert Barbosa, ff. solut. matrim. 44. rubrica n.29. & seqq. reprobatq; hanc rationem. Quia vitiato principali, tunc vitiatur accessorium, quando eadem ratio in vtroque militat: l. Et si is, C. de prætorsoriis. at quamuis dos sit accessoria matrimonio, dissimilis terminatur regulis, differensque ratio militat. Matrim. enim ideo metu est irritum, quia semel validum irritari non potest: at dotis constitutio semel valida, potest ob metum rescindi. Atque ita videmus multa locum habere in matrimonio, quæ minimè in dote accessoria procedunt. Lex enim ciuilis nihil potest circa matrimonium, cùm spirituale sit, disponere. Vt notant DD. per illum textum c. Ecclesia, de constitut. verùm circa dotes passim disponunt, vt l.1.tit. 2. lib. 5. noua recop. Item pœna in sponsalibus nullius est momenti, c. Gemma de sponsal. si tamen dos sub certa pœna promitteretur, valeret pœna l. Si pater, 12. §. Si mulier, ff. de pactis dotal. Item præsentia parochi & testium est accessoria contractui matrimonij, per Trident. sess. 24. c. 1. de matrim. & tamen non sequitur natutam principalis matrimonij: hoc enim metu irritatur, illa autem minimè (vt diximus 3. lib. disp. 39. n. 9.) Ergo nullo modo dicendū est, eam esse rationem irritandi promissionem dotis metu factam, quod sit accessoria matrimonio, quod metu annullatur. Fateor hæc argumenta non exigui momenti esse, atque ita valde dubium reddere, eam esse rationem illius decisionis, quod dos sit accessoria matrimonio. Sed probabiliter potest defendi eam esse rationem quam tradunt gl.c.2 de his quæ vi, verb. Coactus, Hostiens. Ant. Abb. Paul. Rosella, Angel. Sylvest. Tabiena, Padilla hoc n allegg. Nec obstant argumenta in contrarium adducta. Quia, quando textus non irritat expresse accessorium, sed ex ipsamet principalis annullatione, censetur irritum, necessarium prorsus est eandem rationem militare in principali, & accessorio: verùm quando textus expresse irritat accessoriū, cò quòd principale est irritum, non oportet eandem rationem in vtroque subesse. Et ideo non obstat, vt omnia alia dicta locum habeant in matrimonio, non autem in dote. Quia in matrimonio expresse disposita sunt, in dote autem minimè: & cùm diuersa militet ratio, ex dispositione in matrimonio non sequitur idem in dote dicendum esse. In nostro autem casu, est expressa dispositio, non tantùm in matrim. vt metu vitietur, sed etiam in dotis promissione.

Nec tantum contractus dotis metu redditur irritus, 24
sed etiam distractus. Contractus enim, & distractus eiusdem sunt naturæ. Vt notant Doctores l. de tutela. C. de in integrum restit. Sic Grammaticus decis. Neapol. 103. n. 69.

Monuerim tamen Nouellum de dote, 6. p. priuileg. 39. ad fin. 25
asserere, quamuis promissio dotis metu facta irrita sit, cogendam esse mulierem iterum dotem constituere: ne vir cogatur indotatam vxorem accipere. Attamen illum reprobat Barbosa ff. solut. matrim. 44. rubr. n. 31. Nam cum probato metu promissio dotis aut sit nulla, aut annullanda, perinde est tunc, ac si vir indotatam vxorem duxisset, quo casu cogere non potest, vt dotem constituat, l. fin. C. de donat. ante nupt. Verum huius decisio pendet ex ea quæst. quā lib. 1. disp. 59. nu. 3. & 4. tetigimus, vtrum dum vir aliquam ducit absque dotis promissione, censeatur vxor dotem aliquam promittere? Si enim nullam dotem censetur promittere, vera est opinio Barbosæ: nisi vir inscius esset metus, tunc enim non duxit vxorem absq; dotis promissione, nec æquitas patitur, vt absque sua culpa dote priuetur. Si autem censeatur promittere, vera est opinio Nouelli.

Ad argum. primæ sent. proposita nu. 16. respondetur. 26
Ad 1. audendam esse fœminam, non vt iudex rescindat matrimonium metu contractum, sed vt declaret esse irritum: vt manifestè decernunt alij textus, n. 18. allegati. Ad 2. dico, disparem esse rationem. Quia alij contractus semel validi, possunt rescindi: non autem matrimonium. Ad 3. dico, alia sacramenta ibi enumerata non posse irritari ab Ecclesia: at matrim. cum sit contractus, potest: & ita irritauit quando metu contrahitur. Item alia sacramēta non conficiuntur ex consensu, tanquam ex parte intrinseca, sed consensus recipientis est dispositio, & conditio sine qua non: & cum voluntas coacta, voluntas sit, sufficit vt valida sint: sed in matrimonio consensus est essentialiter requisitus, & ita nil mirum, vt is debeat plene liber esse. Ad arg. secundæ sententiæ proposita, nu. 17. respondetur. Ad 1. falsum esse, Ecclesiā præsumere in matrimonio coacto non adesse consensum: & c. Cum locum, dum negat adesse cōsensum, intelligit, de omnino libero, qualis ad matrimonij valorem desideratur. Ad confirmationem

nem, fateor esse consensum liberum, vt distinguitur contra omnino coactum, & violentum: at non est plenè liber. Ad 2. dico illum metum prouenire ab intrinseco, nec tollere libertatem: nam libera electione consentit, ne peccet: vt liberè homo abstinet à peccatis, & vota, ac legem Dei implet, quamuis timore peccati, & inferni.

DISPVTATIO XIII.

An metus cadens in virum constantem, iustè illatus ad extorquendum matrim. illud irritet?

SVMMARIVM.

Referuntur duæ sententiæ n 1. & 2. Et sententia auctoris, n 3.
An sit aliquis momenti medium, quo indices Ecclesiastici viuentes male dare licentiam, vt viuitus stupratam fœminam ducat, donec extrahatur à carcere? n 4.
Detur promissio metu iustè iniustè extorta, an sit nulla? n 5.
Quid, dum aliqua cogitur ad implendas sponsalia, iucundo matrimonii. Et quod à principio est voluntaria postea est necessaria. n 6.
Si iudex cogat stupratorem absque matrimonij promissio, vel stupratam ducere nolentem? n 7.
Quid, si iudex secundum allegata & probata iuste cogat ad matrimonium, at ita re ipsa iniuste, vel è contra, n 8
Soluuntur argumenta, & confutatur c. Veniens el 2 de sponsal. n 9

1 QVÆSTIO hæc difficillima est ob confusionem, & breuitatem qua à DD. tractatur: & ideo quo claritate potuero aliquanto diffusius eam edisseram. Triplex est sent. Prima docet minimè valere matrimonium, quãuis metus iustè incutiatur. Prob. ex *c. Veniens, el 2. de sponsal.* vbi decernitur irritum esse matrim. ad quod pater coëgit inuenem repertum cum filia in eodem lecto, & tamen videtur iustè coëgisse, cùm inuenis fuerit in culpa: ergo nil confert ad matrimonij valorem, si metus iustè illatus sit. Dices hunc metum fuisse iniustè illatum: contra hoc facit, nam ii eo ipso quod in delicto repertus est, iam cõceperat timorem, cùm timor hic non sit incussus ad extorquendum matrimonium, sed iam timor erat conceptus, non irritabit illud, siue ex causa iusta, siue iniusta concipiatur: vt dixi disp. præc. n. 11. Ergo dicendũ est hunc timorem esse incussum, & ita irritare matrim. quamuis causa iusta incutiendi fuerit. Secundò prob. ex *c. Quia diuersitatem, de concessione præbendæ*, ibi, *& si fuerit sua culpa suspensus*: vbi *glos. verb. Suspensus*, ait, licet culpa sua inciderit in excommunicationem, non imputari ei quòd ex sua culpa processit. Cuius ratio est, quia illa culpa nõ tendit directè ad impediendũ. Ad quod comprobandum plura alia adducit *Felinus c. Cum inter, n. 20. de except.* ergo cum culpa, & delictum metum passi, qui causam metui dedit, non tendat ad matrim. non est imputari debet, vt ea ratione metus non vitiet eius matrim. Tertiò prob. quia minans accusationem, vel aliud malũ graue, quod iuste inferre potest, quamuis illud minari possit, absque iniuria, ad finem iustitiæ punitiuæ, iniustè tamen infert, ad hoc extorquendi matrim. Tum, quia nullus priuata auctoritate potest cogere ad matrimonium: tum etiam, quia quamuis ius haberet incutiendi timorem ad alios contractus, non tamen ad matrim. vel professionem, quæ summam libertatem exigunt: ergo metus ille quamuis iustus sit ad alios effectus, respectu tamen matrimonij erit iniustè incussus, illudque irritabit. Quintò prob. quia ideo coactio irritat matrim. quia tollit plenã consensus libertatem, ex matrimonioque coacto infœlices sperantur exitus, sed non minus aufert libertatem, siue metus iustè, siue iniustè inferatur, & in vtroque euentu idem exitus infœlix speratur: ergo etiã metus iustè incussus irritat matrim. Quintò probatur ex *c. Gemma, de sponsal.* ibi, *cum itaque liberæ matrimonia esse debeant.* Vbi propter matrimonij libertatem improbatur pœna appolita in contractu sponsalium, resilientiab eis: & tamen timor talis pœnæ amittendi, nisi ea expresè prohibita esset, erat iustè incussus, cùm ex partiũ conuentione esset debita: ergo timor iustè incussus repugnat matrimonij libertati, & consequenter illud vitiabit. Hanc sent. tenet *glos. c. Veniens, el 2. de sponsal. fine*, vbi ait inde sumi argumentum, vt excusetur metus, quamuis eum passus sua culpa in illum inciderit: & tamen is textus in matrimonio loquitur. Et clarius *Goffred. sum. tit. de his quæ vi, n. 3. in 2. solut. ad l. Si mulier ff. de eo quod met. caus.* quæ contrarium probare videtur: & *Hostiens. d. c. Veniens, ad fin. in 2. solut. ad eandem legem, & ibi Ioan. Andr. n. 8. in 1. solut. Ancharan. n. 6. in 2. solut. Henric. n. 3 in 2. solut. Præpos. nu. 5. in 2. solut. Abbas n. 8 in 2. solut. Alex. de Neuo n. 18.* vbi dicunt, quamuis metus iuste incussus non vitiet alios contractus, esse tamen speciale in matrimonio, propter eius prærogatiuam, maximamque libertatem, quam in illo ius expoſcit, vt quamuis legitimus sit, matrimonium vitiet. Idem tenet *gl. c. 2. verb. Coactus, de his quæ vi*, vbi dicens subueniri metum passo, nisi culpa sua in illum inciderit, per *d. l. Si mulier*, addit fallere in matrim. in quo quilibet cumque metus interueniat, siue culpa, siue absque illa, subuenitur, & non valet matrimonium quam glos. sequuntur *Hostiens. ibi super verb. Reuocari, Abb. nu. 8. Imola n. 3.* Idem *glos. 3. q. 2. in sum verb. Quod autem*, vbi ait excusare à matrimonio, ne valeat, metum culpa patientis illatum: quam sequuntur *Iason. l. Titia, n. 5. fine ff. de verb. obligat. Anton. Cucus lib. 5. institut. maior. tit. 12. nu. 129.* Idem *Archid. c. Clericum, 50. d. fine, & Ioan. Andr. tract. de consang. n. 7.* habetur *to. 9 tractat. nouiorum*, vbi dicunt circa matrimonium non nocere metum culpa patientis iniectum. Idem videntur expresse tenere *Abbas c. Requisiuit, nu. 2. de sponsal. & ibi Alex. de Neuo n. 2. Iason. d. l. Titia, n. 5. ampliat. 3. Fortunius c. 1. de pactis, nu. 30. declarat. 6. verb. Considera tamen. Couar. 4 decret. 1. p. cap. 4. init. nu. 6. Ant. Cucus lib. 5 institut. maior tit. 12. n. 128. Lemosinus instit. curis canon. l. 2. tit. de sponsal. vers. Initiatum igitur*: vbi asserunt, si sponsus qui liberè sponsalia cõtraxit, compellatur metu petficere matrim. esse nullum. Et quamuis non explicent, an compulsio fiat à iudice, nec ne: & ita possit aliquis subterfugere, dicendo intelligi, quando compulsio fieret à persona priuata, & subinde iniuste, cum auctoritate cogendi careat. Verbum hoc subterfugium nullius est momenti. Quia prædicti auctores sequuntur Abbatem, qui in illo textu agit de coactione per iudicem faciẽda, vt impleantur sponsalia: docetq; non debere esse strictam, ne matrimonij valor perielitetur: redditque rationem, cur in eo casu matrim. coactum, non valeat. Quia matrim. non tantum in principio, sed etiam postea liberum esse debet, quamuis sponsalia præcesserint. Idem clarius tenet *Couar. 4 decret. 2. p. c. 3. §. 4. n. 15.* vbi dicit, siue iustè, siue iniustè incutiatur metus ad matrim. illud irritare: & exemplificat, vt si quis iustam accusationem minetur latroni, nisi certam vxorem ducat. In quo etiam exemplo irritum esse matrimonium, docent *Ledesm. 2. p. q. 49. a. 3. f. 456. col. 3. §. Dubium tamen est Gutier. de iuram. 1. p. c. 57. num. 9. Manuel 2. tom sum. c. 93. nu. 3. Vega lib. 3. sum. casu 235.* & tradit *Ledesma* hanc regulam generalem, omnis metus incussus ad finem extorquendi matrimonij, quamuis ob alios fines esset iustus, iniustus est, illudque irritat. Et *Manuel ibid.* generaliter ait, metum ob causam iustam incussũ, annullare matrim. & professionem. Et hæc sent. est probabilis.

2 Secunda sent. distinctione vtitur, si metus sit lege incussus ad illum finem matrimonij extorquẽdi, quia, scilicet, est lex vt violator virginis compellatur eam ducere, tunc quamuis iudex metu mortis ad id compellat, valet matrimonium: secus tamen vbi metus non esset lege incussus. Prob. prima pars, quia iudex iuridicè procedens nõ dicitur inferre metum. Vt bene *glos. c. Cum dilectus, verb. Metum, de his quæ vi, & ibi Imola n. 8.* Et constat ex *l. Constat, 3. §. Sed vim, ff. de eo quod metus causa*, ibi, *sed vim accipimus atrocem, & eam quæ aduersus bonos mores fiat, non eam quam magistratus intulit, scilicet iure licito, & iure honoris quem sustinet.* Præterea, quia tunc iudex minimè dicitur iniicere metũ, sed potiùs liberat à timore pœnæ virtute legis concepto. Item, quia tunc nulla irrogatur iniuria metum passo, cum sua sponte delictum admittens, illi pœnæ se subiecerit: at verò quando lex non cogit ad matrim. iniuriam irrogat iudex, vel quicumque alius cogens ad matrim. quamuis metus ille iustè ad alios contractus non ea gaudentes libertate,

bonare, incuti possit. Vt probant omnia argumenta prioris sententiæ: quæ etiam confirmant hanc, quoad secundam partem, in qua cum ea conuenit. Tandem, quia ius Ecclesiasticum, quod c. 1. & 2. *de adult.* desumens ex *cap.* 22. Exodi, præceptum statuit vt defloratus dolosè virginem, eam ducere & dotare cogatur, si sentiret tale matrimonium coactum nullius esse valoris, id minime statueret. Et quod in hoc casu cogatur ducere, docent *Innoc. eo. c. 1. nu. 2. super v. Noluerit. & Abb. c. 2. ea. t. n. 1. &* 3. & colligitur ex *eo t. 1.* quod copulatiue petit, vt ducat & dotet: si verò dicamus tantum alternatiuè cogendum esse, ad ducendum, vel dotandum, vt sentire videntur *eo. c. 1. Host. super v. Noluerit: & ibi Ioan. Andr. n. 5. Aut. nu. 6.* dum dicunt expresse, esse contra illud c. 2. vt præcisè cogatur ducere: quare alternatiue esse cogendum ad matrimonium, vel dotem, docent *Aut. ea. c. 2. n. 2. Ariam. d. c. 1. nu. 4. Anch. c. 1. n. 4. & c. 3. nu. 2. Card. cap. 1. nu. 1. oppos. 4.* & ita esse in vsu docent *Ant. Gomez. l. 80. Taur n. 2. Iul. Clarus lib. 5. receptarum, in practica crimin. §. Superest, vers. Sed quæro quæ sit pœna:* adhuc procedit argumentum. Quia sæpe dotis constitutio continebit maiorem bonorum dotantis partem, & ita eius metus cadet in virum constantem, quare per talem metum cogi tunc lex ad matrimonium: non ergo vult Ecclesia: vt matrim. cuius coactioni ius ipsum auctoritatem præstat, irritum sit. Et c. *Ex litteris, el 2. de sponsal.* decernitur similiter: vt qui fidem præstitit de aliqua ducenda, si resiliat compellatur per excommunicationem, quę grauissimum damnum infert. Hanc sent. videtur tenere *Ant. c. Veniens, el 2. de sponsal. nu. 7.* vbi docet timorem facti vitiare matrimonium, non autem iuris: eò quod iure inferatur: & melius *Dominicus t. sponsal. ad fin. vers. Concludo, d. 5.* vbi quamuis non loquatur specifice in matrimonio, sed in genere de contractibus, ait, si metus sit iuris, id est, iure illatus, inducere nullitatem actus, aut quod annullandus sit, secus si sit facti. Videtur etiam tenere *Metina C. de restit. qu. 3. causa 2. vers. Si fiat remissio*, vbi vult valere matrimonium contractum metu, à maritato, vel iudice, metu incusso: vt si alius fidem dederat, vel defloranerat, cogaturque ducere: & ipsum sequitur *Manuel Lyra. sum. in 2. Addit. cap. 231 num. 5. conclus. 5. fin.* Et expresse eam tenent explicantes, valere matrim. quando iudex cogit ad illud, virtute legis eam coactionem iuuentis, vt in virginis defloratione: non valere autem, si quis iustam accusationem comminetur alicui, nisi ducat certam vxorem: (alia exempla consulto omitto, quæ ibi Doctores citandi adducunt: quia spectant ad præcedentē disp. vbi eorum veritatem discussi:) *Sotus 4. d. 29. quæst. 1. a. 3. vers. Hinc primo colligitur, & vers. Exurgunt hic tamen*, iuncto *vers. Ex his sequitur: Barth. à Ledesma dub. 23. de matrim. fundament. 5. Pbiliarcus de offic. sacerdotis, tom. 1. p. 2. l. 2. c. 8. Corduba summa q. 17: Spancil. 1. 1. ad Lop. 2. 9. institut. nouæ, materia de matrim. cap. 40. f. 1068. & sequenti, Angles floribus 1. p. materia de matrim. q. 3. de consensu cacto, a. 1. dissic. 2. f. 548. concl. 5. iunct. bilis.*

3 Tertia sententia (cui tamquam probabiliori adhæreo) docet metum minimè irritum reddere matrim. quando iustè incutitur. Probatur primò, quia quoties metus iustè incutitur alicui, damni debiti delicto, quem incutiens iustè inferre potest, tunc magis censetur ille metus oriri ex lege, & natura delicti, & proinde ab intrinseco, quam ab extrinseco incuti: eo quod intra illum est iusta causa timendi, initiumque & radix timoris. Quare Spiritus sanctus dixit, *fugit impius nemine persequente*: significans delinquenti, vt timeat, minime opus esse, vt aliquis comminetur malum. Ergo dum quis malum iustum minatur reperto in delicto, verbi gratia, Te accusabo, nisi contrahas matrim. non censetur metum inferre, sed potius metum iam ex delicto conceptum, auferre offerendo immunitatem, si ducat vxorem. in quo casu diximus disput. præced. num. 9. non vitiari matrimonium metu. Et confirmatur ex *l. Si mulier, 22. in princip. ff. de eo quod metus causa*, ibi, *si mulier contra patronum suum ingrata facta, sciens se ingratam, cum de suo statu periclitabitur, aliquid patrono dederit, vel promiserit, ne in seruitutem redigatur, cessat edictum. Quia hunc sibi metum ipsa infert.* Vbi pondero rationem Iurisconsulti, *quia hunc sibi metum ipsa infert*: quasi sentiat, eo ipso quod aliquis admisit delictum, concipere timorem nemine incutiente. Ergo cùm alter id damnum minatur, non dicitur metum incutere, sed potius auferre, offerendo conditionem immunitatis. Et confirmatur secundò, quia sicut quando morbo oppressio medicus minatur, se nolle mederi, nisi eius filiam ducat (vt diximus disp. præced. nu. 15. ex communi sententia) valet matrimonium: eo quod medicus non infert metum, sed morbus, & exigit matrim. ac stipendium medelæ: nec in hoc est iniurius, cùm lege iustitiæ non teneatur mederi. Similiter dum quis reperto in delicto minatur iustam accusationem, nisi consentiat matrimonio, dicendum est valere. Quia metum accusationis eo ipso quod in delicto repertus est, concepit ex ipso delicto, & repeniens poterat iuste accusare, ac recipere pretium, vt ab accusatione desistat, petitque matrimonium, ac meretedem, & pretium desistendi: nec in hoc iniuriam infert, cum non teneatur lege iustitiæ non accusare. Secundò principaliter prob. quia supra diximus hoc lib. 4. disp. 5. num. 17. metum excommunicationis, quando iusta est, non cadere in virum constantem; excommunicare omnium sent. reddenti rationem, eo quod in causa est, & culpa illius, metum passus: quod egregie docuit *Conar. 4. decret. 2 p. c. 3. §. 4 nu. 12.* vbi reddit huius rationem, his verbis: *non enim est metus cadens in virum constantem, is qui non infertur ab aliquo, sed is qui metum allegat, sibi ipsum intulit, perpetrando ea quæ digna sunt excommunicatione, aliáue pœna: per d. l. Si mulier, si quis enim iure aliquid se facturum comminatur, vt aliquid ei promittatur, detur, aut fiat, non videtur res illa gesta per metum cadentem in virum constantem. Quia is qui rem agit, metum sibi intulit, comminatendo rem dignam illa comminatione, & ita ipse erat in eo metu constitutus.* Ergo dum aliquis verbi gratia, latroni iustam accusationem comminatur, nisi certam ducat, verè non est metus viri constantis ab alio incussus, qui solus matrim. irritat, sed est ab intrinseco ex natura ipsius delicti perpetrati, conceptus. Tertiò, quia idem metus cæteros contractus rescindens, annullat matrimonium (vt diximus hoc 4. libr. disp. 6. num. 2.) sed metus iuste incussus non rescindit cæteros contractus (vt dixi hoc 4. libr. disp. 8. nu. 8. & 9.) Ergo nec matrimonium irritat. Quartò probatur ex *cap. De regularibus, de simonia*, vbi decernitur monachum ob simoniam detrudendum esse in arctius monasterium, & tamen certum est debere ibi profiteri, vt docent *Nauar. l. 3. cons. in 1. edit. ti. de reg. cons. 27. nu. 3. in 2. l. 1. t. de his quæ vi, cons. 8. nu. 1. Manuel 2. to. sum. c. 8. concl. 10 n. 10.* ergo metus iustè incussus non annullat matrimonium: idem enim metus matrim. & professionem irritat. Et ita hanc sent. tenet expresse *Card. c. Veniens, el 2. n. 2. de sponsal.* Eandem tenent *Goffredus sum. t. de his quæ vi, n. 3. in 1. solut. Host. d. c. Veniens, el 2. ad fin. in 1. solut. Ioan. And. ibi, n. 8. in 2. solut. Anchar. ibi n. 6. in 1. solut. Henric. num. 3. in 1. solut. Præpos. n. 5. in 1 solut. & Abb nu. 8. in 3. solut.* dicit hoc posse tolerari: vbi hi DD. opponentes *l. Si mulier, ff. de eo quod metus caus.* ex qua constat metum iuste illatum non rescindere contractum: decisioni *illius c. Veniens*, ex quo constat iuuenem illum inuentum cum filia, in culpa fuisse metus sibi incussi per patrem, vt eam duceret, & decernitur ibi matrimonium illo metu irritari: respondent, tunc metum excusare, quando est legitimus, & à iure sumit exordium: secus si sit iniustus, qualis erat in *eo c. Veniens.* Quamuis enim patri secundum leges liceat occidere inuentum turpiter cum filia, at iure canonico id non licet. Ecce qualiter hi Doctores in ea solutione, tamquam probabile statuunt, solum metum iniustum, vt iniustæ mortis, irritare matrimonium. Videntur etiam expresse tenere *Ant. c. Cum locum. nu. 11. de sponsal. & ibi Præpos. nu. 12. Gutier. de iuram. 1. p. cap. 57. num. 5.* vbi asserunt, si incluſus in carcere meneat

matrimonium, valete, quando detrusio est iusta: si autem sit iniusta, distinguunt an ad eum finem, nec ne incluſus sit: & ita sentiunt metum carceris, qui est cadens in virum constantem (vt diximus hoc 4. libr. disp. 5. nu. 9.) minimè valori matrimonij obesse, quando iuste incussus est. Idem videtur tenere *Felinus c. Cum inter, num. 20. de exceptionib.* vbi explicans *d. l. Si mulier*, ait, ibi sermonem esse de grauamine iuris, secus vbi esset facti, & iniustum. Vbi solum metum facti iniuste illatum, sentit annullare actus. Idem sentiunt *Nauar. & Manuel citati in quarta ratione huius sententiæ*, vbi aiunt metum iustè incussum non irritare actum: & loquuntur de professione religionis. Et in voto quod est omnino simile, docet *Sotus lib. 7. de iust. q. 2. a. 1. ad 1. vers. Sed est perspectè*, vbi ait exigi vt metus incutiatur ab homine per iniuriam, vt votum irriter. Idem in professione tenet *Medina lib. 1. summ. c. 14. §. 6. f. 86.* quem sequitur *Vega libr. 2. summ. casu 365* vbi ait validam esse professionem, dum viri minatur vxori in adulterio repertæ, mortem, nisi religionem profiteatur. Quia est metus ex iusta causa incussus. (Quod vt verum sit intellige, quando minatur mortem auctoritate iudicis infligendam, alias enim iniustè incuteretur timor, & ita non valeret.) Idem expresse in matrimonio tenent exemplificantes, vt si iudex metu iusto compellat stupratorem, vt virginem à se vitiatam ducat: vel committat aliquis iustam accusationem rei: nisi matrimonium contrahat: *Enriquez lib. 11. de matrim. c. 9. n. 1. & 2. Petr. de Ledesma de matrim. qu. 47. art. 3. dub. 1. concl. 3. antio. tunc. §. Sed tamen adhuc est dubium.* Idem *Palacios 4. disp. 29. disp. vn. fol. 667. vers. Sexto dic*, vbi ait, si iuuenis repertus in adulterio, timore mortis compellatur ad matrimonium, non valere: secus si iudex excommunicatione compelleret. Quia non infert iniuriam. Et melius, ibi, *vers. Nouo respondeo*, vbi docet, tunc tantum metum irritare matrimonium quando sit grauis iniuria. Pro hac sententia citantur etiam *Sylues. v. Metus, q. 6. & ibi Aug. n. 7.* vbi asserunt, metum iuste incussum non irritare contractum: sed in matrimonio minime loquuntur, in quo propter eius libertatem, versatur specialis difficultas: in alijs enim contractibus id est certum: vt dixi hoc 4. lib. disp 8. num. 8. & 9.

4 Quicquid sit de hac sententia, quamuis asseremus metum iuste incussum annullare matrimonium: duo obseruanda sunt. Alterum est, inutile prorsus esse medium, quo aliqui iudices Ecclesiastici vtuntur, nolunt enim concedere facultatem incluſo in carcerem propter stuprum, vt stupratam ducat, donec carceribus extrahatur, vt libere contrahat: & ita solet euenire, nondum tamen liber dimissus, eam vxorem ducit. Qui quidem usus friuolus est. Nam solutus ac liber nondum intelligitur is qui quamuis vinculis liberatus sit, adhuc tamen ita comprehensus est, vt non libeat recedendi quo velit facultas concedatur. Vt expresse habetur *l. Qui neque, 48. inulta gloss. verb. Seruatur. ff. de verb. signif.* Et late multis citatis probat *Segismundus inter consilia scandalia, cons. 17. n. 10. & sequentibus.* Quia ratione hanc consuetudinem reprobat *Kartel. l. Quintus Carcerem, nu. 2. ff. de eo quod metus caus. Alex. de Neuo c. Cum locum, nu. 16. de sponsal. Decius cons. 219. nu. 9. vol. 2. Martinus de Garatu inter consilia matrimonialia Zelati, cons. 15. nu. 28. Bertachinus in repertorio. lit. C. v. Contractus meticulosus, §. 2. Rosella verb. Accusatus, fine & alij.* quos refert & sequitur *Gutier. de iuramen. 1. p. c. 51. num. 10.*

5 Alterum est, *gloss. cap. 2. verb. Coactus, de his quæ vi*, & ibi, *Host. super verb. Reuocari, & Imola num. 3.* asserunt, non tantum metum in quem aliquis sua culpa incidit, annullare matrimonium, sed etiam dotis promissionem. Quia in vtrisque non solum consensus requiritur, sed qualitas libertatis. Cæterum quamuis in matrimonio ea sententia admitteretur, in dotis tamen promissione, nullo modo locum habet. Quia quamuis dos sit accessoria matrimonio, cum non militet eadem ratio, non sequitur naturam principalis, nisi in casu, qui in iure expressus est: (vt dixi disputatione præcedenti n. 23.) at in iure *leg. Si mulier, §. si dos, ff. de eo quod metus caus.* tantum habetur dotis promissionem metu extortam irritam esse: non autem explicuit lex illa, si metus iuste incussus esset: imo *eadem lex in principio*, docet contractum minime irritari metu iuste illato. Et hoc maxime habet verum, cum non constet etiam metu iniuste iniecto irritari dotis promissionem: vt dixi disp. præcedenti, eodem n. 23.

Ex dictis infertur, dum iudex excommunicatione co- 6
git contrahentem sponsalia, illa implere matrimonium meundo, moderate cogens, nec finaliter compellens, sed absoluens quando nimis obstinatum contrahentis animum conspiceret, validum esse matrimonium eo metu excommunicationis initum. Probatur primo, quia metus ille iure præcipiente infertur (vt probauimus libr. 1. disp. 29. num. 4.) Secundo, quia metus excommunicationis, quando iusta est, non cadit in virum constantem (vt diximus hoc 4. libr. disput. 5. num. 17.) Tertio, quia non potest dici inuoluntarium, tale matrimonium: iuxta egregiam *Antonij* doctrinam, *c. Requisiuit, n. 3. de sponsal.* quem sequuntur *ibi Alexand. de Neuo n. 6. & Præpos. num. 5. & c. Gemma, num. 2. eod. tit. in fine*, vbi docent tunc matrimonium esse inuoluntarium, quando necessitas est à principio extrinseco, extra partium consensum, secus quando necessitas à principio intrinseco in contrahentibus oritur, id est, ab ipsorum consensu, alias nil esset voluntarium, vbi supponitur obligatio: quod absurdissimum est: hic enim præcessit actus voluntarius, partium scilicet, ipse contractus sponsalium. Vt non dicitur quis inuitus, dum cogitur voluntariæ promissioni stare. Et ideo (vt vulgo fertur) quod à principio est voluntatis, ex post facto fit necessitatis, id est, post contractam obligationem, *leg. Sicut, C. de adiun. & obligation.* Cum ergo vinculum obligationis sit de natura sponsalium, consentiens libere à principio in sponsalia, videtur consentire in omnia inde consequentia, vt in matrimonium, ad quod virtute illorum cogitur: ergo tale matrimonium dicetur voluntarium, & non obstante ea coactione, erit validum. Quare dum aliqui Doctores allegati num. 1. pro prima sententia, expresse dicerent, si sponsus qui libere contraxit sponsalia, metu cogatur perhibere matrimonium, esse nullum, intelligendi *sunt*, quando iudex immoderate, & prætergrediens limites iuris, quod moderate esse cogendum, præscribit (vt late dixi lib. 1. disp. 29. num. 7. & 8. cogit: & ita (vt ibi dixi) omnes illi docent moderate cogendum esse. Vnde cauté *Alex. in. de Neuo c. Requisiuit, de sponsal. num. 6.* vbi dixerat non esse voluntarium matrimonium, ad quod aliquis virtute præcedentium sponsalium cogitur subdidit, intelligo, quando iudex remedijs iuris communis cogit. Item quia quando sic stricte cogit, iniuste cogit, iniuriamque infert. Vnde dum aliqui Doctores citati in secunda & tertia sententia num. 2. dicunt valere matrimonium, dum iudex pro sponsalia, ad illud excommunicatione cogit: intelligendi sunt quando moderate nec limites iuris excedendo, compellit.

Secundò infertur, si iudex præcise cogat stuprato- 7
rem, vt ducat virginem à se vitiatam, absque fide matrimonij, non valere. Quia iniuste, & per iniuriam extorquer: cum tantum possit cogere ducere, vel dotare: vt dixi num. 2. Vnde dum tertiæ sententiæ Doctores, relati nu. 3. exemplificant in hoc casu, valere: intelligendi sunt, quando stuprator ad id tenebatur.

Tandem aduerto, non tantum valere matrimonium 8
quando iudex iuste re vera, & à parte rei compellit ad illud, sed etiam quando iuste secundum allegata & probata: verbi gratia, aliquis fidem dedit de matrimonio feminæ, quæ postea fornicata est, quod cum probare nequeat, sponsus compellitur illam ducere, quamuis secundum tem hæc compulsio est iniusta: cum ille ratione fornicationis esset ab obligatione sponsalium liberatus: quia tamen est iuridica, & iusta secundum allegata & probata.

bata non vitiat matrimonium: non enim est credendum iuri canonico, quod in hoc casu compelli prescribit, vellet vt ea compulsione matrimonium irritetur. Et ita docet *Vtarras 1.p.spec.art. 8. ad fin. dub. 3. §. Clarissime ex hoc sequitur.* Et è contra, intelligo non valere, si iudex iniuste secundum allegata cogat, quamuis in re iustum esset. Quia est iniuria.

9 Ad argumenta primæ sententiæ proposita num. 1. respondetur. Ad primum, dic iniuste coegisse: quia coegit volens interfici re, quod iniustum erat: & quamuis non constet ex teatu, fuisse timorem mortis incussum, cùm generaliter loquatur de timore cadenti in virum constantem: constat tamen ex expositione *Hostiens. Goffredi, Ioan. Andree, Henrici, Anchar. Card. Abb.* quos num. 3. retuli pro tertia sententia, & ne contrahatur, *l. Si mulier, in princ. ff. de ea quod metus causa*, ex qua constat metum iniuste illatum, non vitiare: cum oporteat iura inter se concordare, vt iuris contextio videatur, *l. Præcipimus, C. de appellatio.* Ad replicam, dic hunc timorem incussum esse malitia, & iniuria incutientis: delictum enim præbet causam timendi damnum debitum illi delicto, nimirum, debitam accusationem, & pœnam ordine iuris infligendam: non tamen iniustam pœnam: sed timor illius iniuriose infertur ad extorquendum matrimonium, quare timor hic illud irritabit. Ad secundum, fateor non ea ratione ei imputari, quia culpa sua incidit in metum: nam si mors comminata esset: non valeret matrimonium: quamuis culpa sua dedisset causam metui, sed ea ratione non vitiat matrimonium, quia vere non est metus incussus ad illud extorquendum, sed metus ex delicto conceptus auferitur, exigendo ac pretium, matrimonium: vt explicui num. 3. inter probandum nostram tertiam sententiam. Ad tertium, nego antecedens: quia hic non infert re vera metum, sed delictum: & tantum postulat matrimonium, ac pretium desistendi ab accusatione: & quamuis nullus priuata auctoritate possit cogere ad matrimonium, potest tamen iuste metum conceptum ex iusta ac debita causa, auferre, & cedere iure accusandi, quod habet, petito certo pretio, vice cuius petit matrimonium. Et si argumentum aliquid probaret, similiter probaret, si extorqueret consensum in alium contractum, cum fore rescindendum. Quod est falsum, (vt dixi hoc lib. 4. disp. 8. num. 8.) quia etiam nulla priuata auctoritate potest cogere ad quemcumque contractum. Ad quartum, nego ideò solum irritare, quia metus tollit plenam libertatem: alias cum iudex iuste cogit implere sponsalia, irritaret: sed quia tollit plenam libertatem iniuriose, quod hic cessat. Nec tunc militat eadem ratio, nam non tam infelix exitus speratur: quia aliquantulum quiescit animus, cum quis considerat se iuste compulsum esse, idemque procederet, dum iudex compellit. Ad quintum dico, non ob id improbari pœnam, quia tolleret libertatem requisitam ad matrimonij valorem, sed quia tolleret libertatis plenitudinem: vt bene aduertunt *Ant. à Gemma, de sponsal. num. 7. & Abbas ibi num. 2. Alex. de Neuo ibi n. 3.* Et constat, quia arræ quantumcumque magnæ valent, nec eas amittendi timor vitiat matrimonium eo metu contractum: vt constat ex supra dictis. Ad argumenta secundæ sententiæ proposita num. 2. quoad priorem partem, non est necesse respondere: quia conuenit cum nostra sententia. Quoad posteriorem, in qua discrepat, tantum affert argumenta primæ sententiæ, quibus iam satisfactum est.

DISPVTATIO XIV.

An metus cadens in virum constantem, irritet matrimonium, iuræ naturæ, vel solo iure Ecclesiastico?

SVMMARIVM.

Refertur sent. asserens, irritare matrimonium metus iure naturæ, n. 1.
Sententia verior dicens solo iure Eccles. esse, n. 2.
An matrimonium metu grauis extorti sit iniuria inter infideles, nu. 3.
Soluuntur argumenta n. 4.

DVPLEX est sent. Prima ait irritare matrimonium, iure diuino, & naturali. Prob. primò, quia summi Pontifices non videntur nouam constitutionem irritantem matrimonia coacta, edidisse, sed tantum declarasse ea fuisse irrita, nullus enim inuenitur textus ea irritans. sed omnes supponunt ea irrita. Nam *c. Cum locum, & c. Consultationi, & c. Veniens, l. 2. de spons. & c. Significauit, de eo qui duxit in matrim.* qui sunt textus de hac re loquentes, agunt de matrimonijs iam contractis, & declarant si metu inita sint, esse inualida, nec Ecclesia potuit irritare matrimonia illa iam contracta, si ante ea decreta, valida essent: ergo iure ipso naturali irrita erant. Secundò quia matr. ex se habet vinculum esse perpetuum, nullũ autem violentũ est perpetuum, teste Philosopho: ergo coactio repugnat naturæ matrimonij, & consequenter iure naturæ illud irritabit. Et confirm. quia quod quis non diligit, facile contemnit, *c. Præsens, 20. q. 3.* sed matrim. coactum est contra propriam coacti voluntatem, ergo facile illud deseret, cessabitque perpetuitas, quæ de natura matrimonij est. Tertiò, quia coactio est cõtra principalem matrim. finem, qui est procreatio sobolis, & mutuum coniugum obsequium: quæ requirunt animos voluntarie coniunctos mutuumque amorẽ: ergo repugnat naturæ matrim. Patet consequ. quia natura cuiuscunq; rei dicit intrinsecum ordinem ad suum finem principalem. Et confirm. quia non minus repugnat matrim coactio, quàm conditio opposita fini vel bonis matrimonij, sed talis conditio irritat iure naturæ (vt dicam l. 5. disp. 9. n. 4.) ergo & coactio. Secundò confirm. quia ex matrim. coacto sequuntur grauissima incommoda, aduersa matrimonij fini: ergo debuit iure naturæ irritum esse. Quartò prob. omnis traditio per quam transfertur dominium, debet esse plene libera, donatio enim dicit dationem liberalem, & metu extorta obligat ad restitutionẽ, sed matrimonium est quædam traditio, qua dominium corporum transfertur: ergo vt iure naturę validum sit, debet esse plene libertum. Quintò, quia in omni lege naturę, & diuina, prouideri debet vt omnis iniuria refarciatur, alioquin lex naturalis deficeret in necessariis, sed iniuria matrim. coacto illata, non potest aliter refarciri, nisi illud irritando: quia semel validum non potest rescindi, vt possint alij contractus: ergo ius naturę ipsum irritauit. Sextò, quia alias cum infideles minime legibus Ecclesiæ subsint, matrim. metu cõtractum inter illos, validum esset. Septimò, quia sponsalia iure naturæ irrita non producunt impedimentum publicæ honestatis. bene tamen quando solo iure humano irrita sunt. Vt docent *Ant. c. Ad audientiam, nu. 11. de spons. & ibi Abb. n. 2. Alex. de Neuo n. 5. Præpos. n. 6. Franc. c. vn. de spons. in 6. n. 3.* Per illum textum decidentem, ex spõsalibus nullis defectu consanguinitatis, affinitatis, &c. oriri hoc impedimentum, secus quando nulla sunt defectu consensus: sed matrim. nullum ob metum, non producit hoc impedimentum: teste *Soto 4. d. 41. q. vn. a. 2. ad fin. ante vers. Vbi tamen sponsalia.* ergo est nullum ipso iure naturæ. Octauò, si esset nullum ipso solo iure Ecclesiastico, firmaretur iuramento, *c. Debitores, c. Ex rescripto, c. Cum contingat, de iureiur. c. 2. & c. Licet, de iureiur. in 6.* sed non firmatur iuramento *c. 2. de eo qui duxit.* ergo est nullum iure naturę. Hanc sententiam videtur clarè tenere *D. Thom. 4. d. 29. q. vn. ar. 3. quæstiunc. 1. corp.* quem sequitur *Turrecr. 3. 1. q. 2. summ. n. 8.* ibi enim probat *D. Thomas* matrim. coactum esse nullum ex ipsa ratione matrimonij: quia opponitur perpetuitati: &

ibi concludit Ecclesiam iudicare illum consensum coactum, non esse sufficientem ad matrimonium: vbi non dicit statuere id, quasi supponat esse iure naturali statutum, & idem videtur tenere *Altisiodor. lib. 4. sum. tract. 9. ca. 7. q. 5.* vbi inde colligit esse irritum, quia repugnat fini matrimonij. Idem videtur clare tenere *Ricard. 4. d. 29. a. 1. q. 1. corp. vers. Videtur ergo*, vbi ait nec Deum nec Ecclesiam velle, vt coactus maneat ligatus illo matrimonio, & tenent expresse *Scotus 4. d. 39. qu. vn. §. De secundo dico, D. Bonau. ibi q. 1. num. 5. fin. Gabr. 3. d. 39. qu. 1. ar. 2. concl. 8. fin. Et eius supplementum, 4. d. 29. q. 2. a. 2. Almain. ibi qu. 1. Carthusian. ibi q. 2. D. Antonin. 3. p. t. 1. cap. 7. statim in princ. & paulo inferius: Veracruz 1. p. spec. a. 8. concl. 1. Angles floribus 1. 2. de matrim. q. 3. de consensu coact. a. 1. diffic. 1. f. 546. Bart. à Ledesma dub. 13. de matrim. concl. 3. Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. d. 2. c. 8. fin. & c. 6. ad fin. Molin. tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 326. in solut. ad 2. f. 442.* & dicit esse valde probabilem *Sotus 4. d. 29. q. 1. a. 3. vers. Septimo arguitur:* & asserunt esse probabilem *Victoria summa, de matrim. num. 268 Ledesma 2. part. 4. quæst. 49. art. 3. f. 456. colum. 1. Palacios 4. d. 29. disp. vnic. 662. vers. Porro autem: Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 40. f. 1064. §. Igitur ad quæstionem.* Et ex iurisperitis eam tenent, *Angelus de Vbaldis inter consilia matrimonialia Zileti, cons. 46. num. 3. Conar. 4. decret. 2. p. cap. 3. §. 5. num. 6. Ant. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 12. num. 118. fin. Alex Carrerius l. 4. de sponsal. cap. 9. fin. Matienzo lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gloss. 1. num. 189. Barbosa ff. solut matrim. rubr 49. nu. 30.* & est valde probabilis.

2 Secunda sententia, quam veriorem credo, ait solo iure Ecclesiastico esse irritum matrimonium metu extortum: vnde sicut Ecclesia irritauit matrimonia clandestina, inhabiles reddendo contrahentes ad sic contrahendum, sunt tamen habiles ad contrahendum publice: ita irritauit matrimonium metu extortum, inhabilitando personas ad sic contrahendum, possunt tamen postea cessante metu libere contrahere. Probatur primò, quia si metus iure naturæ irritat matrimonium, aut id prouenit ratione iniuriæ, & hoc non. Quia in metu leui inuenitur iniuria obligans ad restitutionem, & tamen non irritat matrimonium. Aut est, quia tollit libertatem. Et hoc etiam non. Quia sæpe metus leuis similiter, & fortius priuat plena libertate: sine dubio enim hominem auarum magis priuat libertate metus amittendæ pecuniæ, qui non cadat in virum constantem, quam mancipium metus flagellorum, qui cadit in virum constantem. Cum ergo metus leui in quo vtraque ratio reperitur, quæ in metu graui, non irritet matrimonium: signum est metum grauem non iure naturæ, sed Ecclesiastico, quod ita in solo metu graui hoc statuit, irritare. Secundo probatur, quia quod attinet ad libertatem, non minus libera est voluntas coacta per iniuriam metus mortis iniuste incussi, quam voluntas eodem metu coacta extra iniuriam, à causis liberis, vel naturalibus, cum etiam in hoc casu non omnino velit, sed ad euitandum illud periculum: vt cum quis tempestatis tempore, ne naufragium patiatur, merces in mare proijcit. Sed huius libertatis defectus non irritat matrimonium, (vt diximus hoc 4. libro. disput. 12. & sequenti) irritat vero defectus libertatis, quando metus incutitur iniuriosè ad extorquendum matrimonium: ergo differentia hæc prouenit à solo iure Ecclesiastico sic statuente: nam si à iure naturali oriretur defectu libertatis, in vtroque casu irritum esse deberet. Et confirmatur, quia baptismus in adultis exigit ad eius valorem, voluntatem, & intentionem suscipientis, & tamen voluntas metu graui coacta sufficit ad eius valorem, *cap. Maiores, de baptismo, & cap. de Iudæis, 45. d.* ergo similiter sat esset ad matrimonij valorem consensus coactus, nisi Ecclesia oppositum statuisset: & subinde solo iure Ecclesiastico erit irritum. Et secundò confirmatur, quia etiam iuramentum requirit libertatem, & tamen extortum metu graui obligat, *cap. Verum, & cap. Si vero, de iureiurando.* Cum ergo votum, & matrimonium per talem metum irritentur, signum apertum est, huiusmodi differentiam ex solo iure Ecclesiastico oriri. Tandem, quia nil magis contrariatur consensui, quam dolus, & error. *l. Si per errorem, ff. de iurisdictione omn. iud.* & tamen hic non irritat matrimonium, nisi sit error personæ, & conditionis: metus tamen irritat: quod in alijs contractibus omnino diuersum est: nam dolus dans causam contractui bonæ fidei, illum irritat, *l. Et eleganter. §. 1. ff. de dolo, l. 57. tit. 5. p. 5.* metus autem illos non irritat: (vt late dixi hoc 4. libro, disp. 8. num. 4.) ergo hæc differentia non potest prouenire ex iure naturali, alias enim dolus dans causam matrimonio, cum magis contrarietur consensui, quam metus illud irritaret. Et ita hanc sententiam tenent ex Theologis, *Durand. 4. d. 29. qu. 2. num. 6. 7. Palud. ibi, qu. 1. a. 3. concl. 2. num. 20. Sotus ibi, qu. 1. ar. 3. vers. Quæ ergo hanc opinionem:* & videtur tenere *Arborea lib. 11. theosophiæ, cap. 15. vers. Respondeo per cuncta*tionem, quia expresse totam irritationis causam refert ad Ecclesiæ statutum. Eandem tenent *Ledesm. 2 p. 4. quæst. 49. a. 3. §. Præterea multi, Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 9. num. 1. & 5. dragen. 2. 2. quæst. 88. art. 3. §. Hoc tamen non obstante sit tertia conclusio, f. 989. colum. 2. Petr. de Ledesma de matrim. q. 47. a. 3. dub. 1. concluf. 5. & 6. Lud. Lop. allegatus num præcedenti, Man. Antonius in cdrona confessorum, 4. p. c. 8. de matrim. 2. de impedimento violentiæ, num. 29.* Et dicunt esse probabilem, *Ricard. 4. d. 29. ar. 1. qu. 1. in fin. corp. D. Antonin. Victoria, Palacios, Barth. à Ledesma, num. præced. rel. at.* Et ex iurisperitis eam tenent, *Sylvest. Matrimonium, num. 8. quæst. 11. dict. 3. Armilla verb. Matrimonium, num. 41. Tabiena verb. Impedimentum, imped. 9. q. 2. num. 3. Nauar. sum. c. 22. num. 50.*

Dubitabis tamen, vtrum inter infideles valeat matri- 3
monium, metu contractum? *Sotus 4. dist. 29. q. 1. a. 3. ad 5. Enriquez libr. 11. de matrim. cap. 9. num. 1. Lud. Lopez 2 p. instruct. de matrim. cap. 40. f. 1065. §. Præterea ad 4. argumentum*, asserunt non valere. Quia quamuis Ecclesiæ statutum irritans apud illos vim minime habeat: at ius gentium, & ciuile irritat, idque efficere potest, quatenus matrimonium est contractus quidam ciuilis. Sed non placet id esse de iure gentium. Quia ius gentium est, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, apud omnesque pene que custoditur. Vt habetur *l. Omnes populi, 9. ff. de iustitia & iure*: vnde ius gentium dicitur quod ex principijs naturalibus rerum consideratarum in ordine ad aliquem finem per viam conclusionis elicitur. Vt tradit *Soto lib. 1. de iust. quæst. 5. art. 4. in princip.* nec ad constituendum tale ius, fuit necessarium omnes homines simul in aliquem locum confluere: id enim esset impossibile: sed ipsa ratio naturalis id singulos per se docet. Si ergo tali iure matrimonia coacta essent irrita, sequitur eorum nullitatem deduci tamquam conclusionem, ex principijs naturalibus: ergo ex se habent esse irrita, & non ex Ecclesiæ statuto. Ideo melius dicit *Petrus de Ledesma de matrimon. quæst. 47. articulo 3. dubio 1. concluf. 5. fine*, inter infideles validum esse matrimonium coactum metu. Quod verum est intelligo, nisi apud illos sit lex ciuilis illud irritans. Potest enim id ciuilis lex efficere, quatenus est contractus ciuilis, vt suo loco dicemus.

Ad argumenta prioris sententiæ proposita num. 1. re- 4
spond. Ad 1. fateor illos textus non habere statutorum formam, & ita minime constare, vbi talis irritatio scripta sit: habetur tamen traditione tot Doctorum, Pontificeque in illis decretis ostendunt, more & vsu id semper obseruatum esse, vt matrimonium metu graui extortum, sit irritum. Et forsan olim fuit scripta, licet talis scriptura perierit. Sicut licet non habeatur expressum decretum Ecclesiæ irritantis matrimonium fidelis cum infideli, id tamen ita esse constat ex antiquissima Ecclesiæ traditione. Vt docent *Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 2. concl. 2. Veracruz 1. p. speculi, a. 32. concl. 4.* Ad 2. dic violentum simpliciter, quod sit passo nullo modo concurrente, non posse esse perpetuum secus de violento secundum quid, quale reperitur in consensu metu extorto. Ad confirmationem, dic ex ea ratione recte colligi expedire vt Ecclesia irritarit matrimonium metu contractũ, non tamen vt iure naturæ sit irritum,

situm Ad 3. distinguendum est antecedens: est enim contra finem principalem, ad hunc sensum, vt non sit ita conueniens, & aptus illi fini, consensus metu extortus, ac æquitas poscit: non tamen est simpliciter, & ex se ineptus finis illicum enim sit simpliciter voluntarius, est aptus fini. Prior autem inepcitudo non arguit esse iure naturæ irritum matrimonium illud, sed expedire vt irritetur. Ad 1. confirmationem, negatur maior. Quia illa conditio omnino excludit naturam, & matrimonij bona: coactio autem per metum non excludit, sed secum compatitur, quamvis non sit ita apta ad illa cõparanda. Ad 2. confirm. negatur conseq; quia incõmoda ex matrimonio coacto consequenta, non destruunt essentiam eius: quamvis aliqua accidentia illi conuenientia destruantur: non enim est ita aptum matrimonio obsequio, & ita non sequitur inde, esse iure naturæ irritum, sed expedire vt ab Ecclesia irritetur: sicut ex voto minùs deliberato grauia incommoda sequuntur contra finem voti: est enim vt plurimum materia transgressionis; at tale votum validum est, dispensandum tamen. Ad 4. neg. maior: nam donatio metu extorta, aliique contractus valent, transferuntque dominium, etiam attento iure naturæ, & solum irritari debent. (vt probaui hoc 4. lib. disp. 8. nu. 4.) Et donatio importat dationem liberalem, id est, nullo pretio recepto, non tamen quod omnino libera sit. Ad 5. negatur maior, vniuersaliter intellecta, & in eodem bonorum genere: sunt enim multæ iniuriæ quæ non resarciuntur in eodem bonorum genere: vt si quis metu cogatur baptisari, iniuriam patitur, & tamen non resarcitur iniuria annullando baptismum. Similiter si quis fide data de matrimonio, feminam defloret, & mox aliam ducat, iniuria grauissima priori illata non resarcitur irritato posteriori matrimonio. Ad 6. iam respondi nu. 3. Ad 7. dic illam regulam non tenere vniuersaliter, sed quando sunt nulla ex iure positiuo, alia ratione irritanti quam defectu consensus. Quia (vt dicitur c. vnico, de sponsal. in 6.) quando defectu consensus sunt nulla, non producunt id impedimentum: quare cum matrimonium metu initum, iure irritetur defectu liberi consensus, c. Cum locum, de sponsal. ideo non producit id impedimentum. Ad vltimum, nego sequelam: nam matrimonium clandestinum est solo iure humano irritum, & non firmatur iuramento (vt probaui lib. 1. disp. 20. n. 4.) Quare autem matrimonium coactum non firmetur iuramento: disputabimus hoc lib. 4. disp. 20.

DISPVTATIO XV.

Vtrùm matrimonium metu extortum, sit omnino nullum, nullamque obligationem pariat ex parte vtriusque contrahentis, ita vt alteruter altero inuito possit resilire?

SVMMARIVM.

Ex parte neutrius est matrimonium, num. 1. Et si in quo cõsensit, ante reuocauit, num altius consensum, deinde consensit, an contrahat primum matrimonium? n. 2. An si qui non est passus non est, possit resilire, quando particeps culpæ quando fuit in culpa, refertur opinio asserens non posse resilire, volenti alterum matrimonium, nu. 4. Et ibi, adde, quando seruus (extraxit cum vera dicendi, vera decepcrit eo subuenient. n. 4. Contraria auctoris in vtroque casu proponuntur, nu. 5. Et ibi fili professus qui tenetur cessante scandalo, vere profiteri. Ex solutur argumenta, n. 6.

1 SVPPONENDVM est primò, tamquam certissimum, ex parte neutrius contrahentis esse matrimonium. Quod optimè probat D. Th. 4. dist. 26. q. vnic. a. 3. quæstiunc. 2. Quia relatio esse minimè potest absq; duplici extremo: vt non potest esse pater absque filio, sed matrimonium est relatio inter virum & vxorem: ergo nequit esse validum in vno, quin sit validum in alio.

2 Secundò supponendum est, si coactus libere consentiat in pristinum matrimonium, nondum reuocato consensu per alterum, qui coactus non fuit, conualescere illud matrimonium absque nouo ipsius consensu. Vt diximus lib. 2. disp. 32. n. 9. & seqq. vbi etiam dixi non oportere alteri intimari, & satis esse consensum interne reuocari. Quod est verum etiam post Tridentinum, si vitium illud metus, occultum sit: vt dixi eodem li. 2. disp. 37. n. 4.

Tota autem difficultas est, an matrimonium illud ita 3
inualidum sit, vt nullam prorsus pariat obligationem denuo ratificandi illud, respectu eius qui non est passus metum? Vel an possit hic resilire, ante quam metum passus ratificet pristinum consensum? Et vt distincte procedamus, duplex potest esse casus: alter est, cum alter contrahens immunis fuit culpæ, ignorauit enim alteri metum incussum. Et in hoc casu non inuenio cur hic cogendus sit stare matrimonio, & non ab illo resilire possit, eius nullitate cognita, nec priori illo consensu ratificato per coactum. Quia immunis est culpæ, nec se obligauit, nisi altero se illi obligante. Et colligitur ex *cap. 1. de eo qui duxit*, vbi redditur ratio, cur decipiens cogendus sit ad matrimonium, ne ex dolo commodum reportet. Cum ergo dolus in hoc casu abfuerit, non est cur cogendus sit. Quare licet aliqui ex DD. nu. sequenti allegandis, absolute dicant teneri alterum stare matrimonio, volente coacto. Credo tamen eos intelligendos esse, quando particeps culpæ metus fuit. Alter autem casus est, quando non coactus fuit particeps culpæ metus alteri illati. Et in hoc casu versatur difficultas.

Duplex est sententia. Prima ait, non posse eum qui li- 4
bere consensit resilire, sed teneri congruo tempore, arbitrio prudentis expectare, an alter velit stare matrimonio, & peccare si hoc non expectet. Addúque *Nauar. in summ. hosp. ante c. 22. n. 51. in fin.* peccare mortaliter si non expectet, sed altero inuito resiliat, nisi causa valde iusta eum excusset. Prob. primò, cogens ad matrimonium secum contrahendum, maximam irrogat iniuriam alteri, circa matrimonium: ergo tenetur eam resarcire, offerendo ratificationem illius, si coactus id eligat. Et confirm. quia maiorem intulit iniuriam, quam si decepisset, ficte contrahendo: sed hic tenetur restituere, legitimè consentiendo: ergo à fortiori, is qui coëgit. Secundò probatur ex decisione textus, eiusque ratione, *cap. 1. de eo qui duxit in matrimon.* vbi de coniugato, qui aliam decepit, ipsam ducendo, ignaram prioris matrimonij, & mortua vera vxore petebat à posteriori tamquam à non legitima, separandum esse: & decidit textus separandum minimè esse, nisi ad petitionem mulieris deceptæ, ne ex dolo commodum deceptor reportet. Ergo similiter in nostro casu, non debet esse in optione cogentis, velit matrimonium perficere, nec ne, sed in optione alterius coniugis, qui coactus est, & eo volente tenebitur alter. Et ita *lex finalis, tit. 2. p. 4.* explicans illum textum *d. cap. 1.* ait in optione decepti esse separari, aut perficere matrimonium, non autem deceptoris. Tertiò prob. quia iura deceptis, & non deceptoribus subueniunt, *l. 2. §. Verba ff. ad senat. consul. Velleian. & cap. Cum vniuersorum, de rerum permut.* ergo similiter non cogentibus, sed coactis, vtpote qui iniuriam passi sunt, debent subuenire: & ita in optione metum passi, debet esse an velit, vt matrimonium perficiatur. Quartò probatur, quia consensus absolutus ex parte cogentis, sufficiens est ad ipsum ex sua parte obligandum, modo coactus ex sua parte stare velit, minimè impediente, nullam consurgere obligationem ex parte metum passi: quia id est per accidens, & ex culpa ipsius cogentis. Quintò probatur, quia in ceteris contractibus metu extortis, verbi gratia, si quis metu graui rem suam vendere cogatur, quamuis venditor metum passus resilire possit, petendo contractus rescissionem: at emptor metum inferens, id non posset, eo quod rescissio est in fauorem metum passi: ergo idem dicendum est in matrimonij contractu: cum nulla appareat commoda discriminis ratio. Et ita hanc sententiam tuentur *Ricard. 4. d. 29. a. 2. q. 1. Sylues. Matrimonium, 8. qu. 11. dict. 4. Alex. de Neuo c. Cum locum, de sponsal. nu. 29. Turrian. 31. q. 2. ar.*

summa, n.11. Nauar.sum. Lat.& Hisp.c.22.nu.51.fin.Palacios 4. d.29.disp. vnic.f.663. vers. Consentiunt in dogmate, & videtur tenere *Enriq.l.11.de matrim.c.10.nu.5.ad fin.* vbi dicit habere coactum ius compellendi cogentem, vt stet matrimonio. Et in alio simili, tenent eam alij Doctores: dicunt enim, si ingenuus ducat seruam, ignarus seruitutis, posse cognita seruitute resilire, at si serua velit inuito ingenuo resilire, cogendam esse ab Ecclesia, stare matrimonio. Quia ipsa fuit in deceptionis culpa. Hi sunt *gl.c. Si quis ingenuum, v. Faciat, 29.qu.2. & c.fin.de conuers.ser.fin.* quam sequuntur *Host. sum. co.t.fin. Ant.eo.c.fin.in fin. Anchar.ibi, n.4. vers. Quærit glossa, Abb.ibi, fin. Alex. de Neuo ibi, fine, Vincentius, Gaspar, & Philippus*, quos refert & sequitur *Propos.ibi, ad fin. Ricard. 4. d. 36.a.3.q.1. D.Antonin.3.p.t.1.c.3.mat. Rosell.v. Impedimentum, imped.3.n.5. Angel. Matrimonium, 3.impedimento, 4.num.13. Syluest. Matrimonium 8.q.2 dict.9. Tabiena v.Impedimentum impedim.1.q.12.num.13. Nauar.sum.c.22. Hisp.nu.34. Lat.n. 33. Ant. Cucus lib.5. instit. maior. ti.12.num.31. Palacios 4.d. 30. disp.1.f.671. col.1.vers. At si obiecerit, Lud.Lop. 2.p.instruct. de matrim.c.47.f.111 §. Præterea, & hic illa occurrit: Enriqu.libr.11. de matrim.c.10.num 5.* Et quamuis hi DD. non satis explicent in hoc casu matrimonij inter ingenuum, & seruam, an decipiens teneatur ante compulsionem Ecclesiæ stare matrimonio: solum enim dicunt cogendum esse ab Ecclesia: credo tamen eos sentire teneri: & ita *gl.d.c. Si quis ingenuus, & Ricardus proxime citatus*, dicunt teneri deceptorem, altero volente, stare matrimonio. Et in casu metus docent DD. prius citati clare, peccare, nisi metu cogens consentiat volente metum passo. Et in alio simili docet idem *P.Molina 10.2 deiust.tract.2.disp.352.f.590.§. Ego probabilius*, vbi dicit quando dolus dedit causam contractui, & ob id est nullus, multo probabilius esse, id esse in fauorem decepti fauorem, & ita teneri decipientem ante omnem iudicis sententiam, ac compulsionem, stare illi contractui, si deceptus velit: quia iura non compellunt ad id, in pœnam doli, sed naturali quadam æquitate, & quia bono communi ita expedit. Quare similiter in nostro casu videtur dicendum, quamuis matrimonium contractum ob metum, nullum sit, ex eoque nulla oriatur obligatio in metum passo, oriri tamen in ipso cogente, vt teneatur stare matrimonio, si coactus velit. Et idem intelligo iuxta hanc sententiam, dicendum esse, quamuis ipse coniux nō cogerit, si nouit alterum per metum grauem consentire. Quia eiusdem culpæ metus reus fuit, admittendo illud matrimonium coactum. Et hæc sententia est valde probabilis.

5 Secunda sent. (quam probabiliorem existimo) docet non teneri cogentem in foro conscientiæ perficere illud matrimonium, donec per iudicem condemnetur, sed liberè altero inuito posse resilire, nisi aliud damnum secutū sit. Probatur, quia aut tenetur ratione delicti coactionis, in pœnam illius, & hoc exigeret iudicis condemnationem, ante quam nullus tenetur subire pœnam. Aut ratione iniuriæ illatæ per coactionem, & hoc non: quia non est tanta iniuria coactionis, quando aliud damnum inde non sequitur, vt aliter quam per matrimonium resarciri nequeat: præsertim, quia si inde nullum detrimentum sequatur in fama, & ea iniuria est lenis, & posset illa à principio libere eligere illud matrimonium. Et quando metus inferretur ipsi viro, est leuissima iniuria: & tamen DD. primæ sent. qui de casu metus loquuntur, & de matrimonio cum serua, indifferenter loquuntur, siue vir, siue femina metum patiatur, aut deceptionem. Vel tenetur ea ratione, quia ex parte sua se obligauit: & hoc non, quia etiam quando fuit contrahens ignarus metus, vel doli, in nullaque fuit culpa, ex parte sua se obligauit, & tamen tunc non tenetur, vt diximus: ergo nulla est ratio, cur teneatur. Secundò, quia contractus onerosus, cum sit ex vtraque parte sumpte natura obligatorius, vt in eo seruetur æqualitas, aut vtraque pars manere debet obligata, aut neutra. Cum ergo in coacto nulla consurgat obligatio, nulla etiam consurget obligatio in cogente: si autem dicas, ratione delicti non seruari æqualitatem: hoc erit pœna, atque ita iudicis compulsio desiderabitur. Et confirm. quia si sub hac conditione compellens contraxisset, Me obligo tibi, si tu te mihi obligas: non maneret compellēs aliqua obligatione constrictus, nisi alter maneret obligatus, sed in matrimonio ea inest tacita conditio si alter se mihi obliget: est enim contractus onerosus, Do vt des, id est trado tibi corpus, si tu mihi tradas: ergo altero non manente obligato, neuter obligatur. Tertiò prob. quia quando quis ficte contraxit matrimonium, licet deceptor fuerit, si aliud damnum non sequatur, probabilius est minime teneri ad matrimonium (vt l.1. disp.11.num.4. probauimus) ergo similiter in nostro casu. Quartò prob. quia in ficta professione est contractus onerosus, quo monachus se obligat monasterio, & monasterium monacho: & monasterium implet ex parte sua, acceptando vere monachum: & tamen non tantum non est vera professio, sed nec etiam decipiēs manet aliqua obligatione constrictus, nisi per accidens, ratione scandali, eo quod consensum fictum probare non potest: quare posset fugere in locum, vbi scandalum cessaret. Vt tradunt *Sotus lib.7. de iust.q.1.a.2. §. An vero qui tale votum: Angles sylu. 2.p. materia de voto, q.1. a.1. difficultate, 4 concl.5 f.81. Enriq.l.11. de matrim.c.11.num.5. Manuel 2.to sum.c.92.nu.5. Aragon.2.3.qu.88.a.1.ante 3.concl.f. 969.col.1. in princ. Nauar. comment. 4. de reg. super 6. Statuimus, 19.q.3.nu.75.§. Aduertendum quarto*: ergo similiter in nostro casu, cogens quamuis in culpa fuerit, cum matrimonium fuerit nullum, minimè tenebitur illud perficere, altero libere volente. Hanc sententiam in alio simili, nempe, quando quis contraxit cum serua, putans esse liberam, & postea detecta seruitute vult persistere in matrimonio, quod ipsa non teneatur denuo consentire altero volente, sed tantum ex honestate debet induci, docent *Sotus 4. dict.35. qu. vn.a.2.ante solut.ad 1. §. Postremum dixium est, Angles sylu. 1.p. materia de matrim. qu.10. de errore conditionis seruitis.a.1.dub.1 concl.4.f.585. Bart.à Ledesm.dub.31.de matrim. concl.3.ad fin.* Fauet *Scotus 4. dist.35.q.vn. vers. Respondeo simpliter*, vbi ait, quando aliquis ingenuus contraxit cum serua, quæ decepit contrahentem, esse compellendam seruam altero volente, in pœnam deceptionis: & sic videtur exigere iudicis sententiam. Idem tenent in alio simili, *Medina, C. de restitut. qu.13. paulo post princip. vers. Quibus præmissis, Contradus de contractibus, in sum. totius operis, quod ponit in princip. q.57. dict. 1.* vbi aiunt quando dolus dedit causam contractui, & ita est nullus in fauorem decepti, ex neutra parte consurgere obligationem, quamuis decipiens cogendus sit stare contractui, & posse latam sententiam teneri ei stare.

Ad argum.1. sententiæ, proposita n.4. respondetur. Ad 6 1. dico (vt dicebam disp. præc. nu.4. in solutione ad 5.) non omnem iniuriam debere reparari in eodem bonorum genere, maxime cum non tanta sit hæc, vt digna sit tanta satisfactione, vt est matrimonium. Et idem argumentum posset fieri, in ficte professo, immo maior est ibi iniuria, cum alimenta susceperit à religione. Ad cōfirm. dico probabilius esse oppositum, vbi alia iniuria non sequitur. Ad 2. & 3. dico id esse in pœnam deceptionis & coactionis, & ita desiderari iudicis sententiam. Ad 4. antecedens est verum in contractibus gratuitis, vbi non est mutua obligatio: secus in onerosis, quorum ea est natura, vt vtrimque consurgat obligatio. Ad 5. neg. conseq. quia dispar est ratio, nam cæteri contractus metu extorti sunt validi ipso iure, & solum metum passo datur ius ad rescindendum: at matrimonium metu extortum, est prorsus nullum.

DISPVTATIO XVI.

An peccet contrahens matrimonium, per metum cadentem in virum constantem?

SVMMARIVM.

Si scit contrahat, peccat, nisi aquiescat, vel materialiter professus verbo, n.1. An

An id peccatum sit mortale, n. 2
Et soluuntur argumenta, n. 3
Quando quinto vero contrahit, an peccet lethaliter: referuntur diuersentencia. n. 4. & 5.
Sententia asserens nullo modo peccare, num. 6. licet adsit iuramentum, num. 7.
Soluuntur argumenta n. 8

1 DVBIVM est casus in quo præsens quæstio potest habere locum. Primus est, quando coactus ficte consensit. Secundus, quando vere. Et primo, quando ficte contrahit, certum est peccare. Quia aliud verbis profert, quam mente retineat, & ita mentitur. Et hoc fatentur *D. Th. 4. d. 29. q. vn. art. 3. quæstiunc. 1. corp. Ricard. ibi art. 1. q. 1. corp. Soto, dis. quæst. 1. art. 3. vers. Respondetur quod quamuis, & omnes.* Quod intelligo, nisi ea verba materialiter proferret, ac si non essent significatiua. Tunc enim non peccaret. Non enim mentitur, cum nihil contra mentem asserat, nec iniuriam irrogat cogenti, ad cuius mentem minime respondere tenetur. Sic *Pet. de Ledes. de matrim q. 47. a. 3 dissic. 3 circa solut. ad 4. dub. 1.* Intellige 2. nisi æquiuocatione vteretur, vt iuro te accipere in meam, & velle in vxorem: interius intelligendo, si teneor. Vt dixi in alio simili, l. 1. disp. 11. n. 2.

2 Difficultas autem est, an hoc peccatum ficte contrahendi, quando nec materialiter, nec equiuocè verba proferuntur, sit lethale? Aliqui enim id asseuerant. Prob. quia videtur mendacium perniciosum, cum fictus hic alterum decipiat in re graui. Secundò, quia quantũ est ex parte sua irritat sacramentum matrimonij, ergo peccat lethaliter, sicut si alia sacramenta irritaret, absque debita intentione suscipiens, vel ministrans. Sic *Scotus 4. d. 29. q. vn. §. Hic dicitur, Supplem. Gabr. ibi, a. 2.* Sed dicendum est, solum peccare venialiter. Quia nulla irrogatur iniuria consensum metu extorquenti, cum nullum habeat ius nec sacramento, hic enim non irritat illud, ficto illo consensu, sed irritum est iure Ecclesiastico, quamuis ille verè consentiret. Et confirm. quia metum passus non decipit inferentem, sed ipse inferens à semetipso decipitur, nosse enim deberet, non valere matrimonium, altero etiam vere consentiẽte. Præterea, quamuis alter contrahens ignarus sit metus illati, & proinde culpæ expers: non decipitur ab altero ficte contrahente cum matri. illud inualidum esset, licet alter vere consentiret. Sic docent *Nauar. sum. Hisp. c. 28. addit. ad num. 51. c. 22. Palacios 4. disp. 29. disp. vn. f. 657. vers. Scotus refragatur: Manuel 1. 19. sum. 2. addit. c. 231. n. 2. Pet. de Ledes. nu. prac. allegatur.* Quod intelligo, nisi iuramentum intercedat: tunc enim esset peccatum lethale periurii. Vt bene aduertunt *Palacios & Manuel. ibid.*

3 Ad vtrumq; arg. propositum n. præc. constat ex ibi traditis, nec esse mendacium perniciosum, nec hunc fictum irritare sacramentum. Quare non est simile in aliis sacramentis: ficte enim illa recipiens, aut ministrans ea irritat.

4 In secundo casu, quando metu graui coactus vere consentit, aliqui teste *Petr. de Ledes. nu. seq. allegando*, affirmant peccare mortaliter, si conscius sit matrimonium esse irritum. Ducuntur primò, quia quãtum est ex parte sua, tedit irritum sacramentum, quod ministrat & suscipit: ergo admittit sacrilegium mortale, sicut si absolueret non subditum, vel minime dispositũ. Secundò, quia si metu mortis contraheret cum consanguinea, peccaret lethaliter, eo quod sacramentum irritat. Tertiò, quia hic scit se minime transferre corporis dominium, & tamen signo externo & verbis significat se transferre: ergo mentitur in re graui, contra veritatem sacramenti, & subinde erit lethale.

5 Alij verò sic distinguunt. Aut sic contrahens intendit matrimonium inire, quatenus est contractus naturalis, seclusa sacramenti ratione: & tunc non peccat: aut intendit matrimonium, quatenus est contractus & sacramentum: & tunc peccat mortaliter peccato sacrilegij. Vt probant argumenta adducta. Sic *Pet. de Ledesin. de matrim. q. 47. a. 3. circa solut. ad 4. dub. 2.* Cæterum hanc distinctionem minime percipio. Quoniam inter fideles non potest esse contractus naturalis matrimonij, quin sit sacramentum: & ita vere consentiens in matrim. consentit in sacramentum.

Sit cõclusio. Nullo modo peccat vere consensu matri- 6
monium metu graui extortum iniẽs, quamuis id esse irritum norit. Prob. ex *c. vn. de despons. impub. in 6. §. Idem quoque*, vbi approbatur contractus matrimonij per verba de præsenti, inter impuberes initus, & declaratur non valere vt matrimonium, sed vt sponsalia. Ergo stat, matrimonium non valere, & contrahentes non peccare. Secundò, quia cum Christus non alterarit naturam cõtractus matrimonii, sed eam illæsam manentem, eleuarit vt sit sacramentum eo ipso quod Ecclesia irritat contractum (vt potest) manet irritum sacramentum, nec verba contrahentium sunt materia, & forma sacramenti: hoc enim habet, quando ex illis contractus validus consurgit: quando ergo aliquis metu contrahit sacramentum matrimonii, nec ipse irritat, nec ad irritationem cooperatur: quia verba quæ profert, non sunt materia nec forma: cum enim Ecclesia irritet illum contractum, illa verba non sunt materia, & forma contractus validi, & subinde nec sacramenti, & quantum est ex parte sua, valide contrahit, nisi Ecclesia irritaret: ergo nullo modo peccat contra sacramentum. Tandem, quia hic nullatenus mẽtitur: nec enim verba, Accipio te in vxorem, eum sensum patiuntur, Quantum est ex parte mea, accipio te: & hoc verissimũ est, cum verum consensum habeat: & si est irritum matrimonium, non est ex parte sua, sed aliunde, nempe, ex decreto Ecclesiæ irritanti. Sic videntur tenere *Scotus 4. d. 29. qu. vn. §. De secundo dico, vers. Respondeo. Con. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 4. n. 4. Palac. 4. disp. 29. qu. vn. fo. 666. vers. Hinc colligo. Philarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. c. 8.* Dixi, videri tenere. Quia solum dicunt non mentiri, nec explicãt, an admittat aliud peccatum nec ne. Sed manifeste intendunt non peccare. Quia nullã aliã peccati rationem inuenire videntur, præterquam si esset mendacium. Et clarius *Conar. ibi*, id sentit: arguit enim non esse mendacium. Et clarius *Conar. ibi*, id sentit: arguit enim non esse peccatum veniale, vt mortem euadat, & defendit esse metum viri constantis, quia non mentitur supponens nullam aliam peccati rationem ibi inueniri: & eo vel maxime, quia numero præcedenti dixerat, non esse metũ viri constãtis, quo aliquis ductus, venialiter delinquit. Et expresse tenent *Nauar. sum. Hisp. c. 28. addit. ad nu. 51. c. 22. Enriq. l. 11. de matrim. c. 9. n. 6.* Imo laudabilius esse sic consentire, quam mortem comminatam pati, si metus probari posset: docent *Soto 4. d. 26. q. 1. a. 3. vers. Verũ vero, Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 40. f. 1069. §. Quod si quis curiosus.* Et addit vterque, laudabilius etiam esse, non mori, immo vituperabile mori, licet probari minime posset metus, nisi esset notabilis disparitas contrahentium.

Hinc infertur idem dicendum esse, licet iuramentum 7
accederet matrimonio metu extorto: adhuc enim si esset consensus verus in contrahente, nulla esset culpa: cum mendacium desit. Sic *Enriq. & Palacios ibi.*

Ad argumenta proposita n. 4. respondetur. Ad 1. nego 8
irritum reddere sacramentũ ex parte sua: quia verba quæ profert, non sunt materia & forma sacramenti (vt explicui in 2. ratione conclusionis:) neque est simile in aliis sacramentis, quia cum solam sacramenti rationem subeant, materia, & forma eorum semper sunt determinatæ, nec possit proferri, quin sint ex se materia & forma sacramẽti: quare qui indebite profert, irritat ex parte sua sacramẽtum, & sic sacrilegus est. Ad 2. dico primo, similiter non peccare per metum grauem ducentem consanguineam, in iis gradibus qui solo iure Ecclesiastico prohibiti sunt, quamuis conscius sit matrimonium esse irritum. Quia nullam irrogat sacramento iniuriam, (vt probaui nu. 6.) nec intendit consummare, quod est intrinsece malum, eo quod accederet ad non suam: neque iniuriam infert iuri Ecclesiastico id prohibenti, illud enim non obligat ad sui obseruantiam, cum mortis periculo nisi metu incusso in odium fidei, aut Ecclesiæ contemptum, vt habet communis sententia. Secundo potest responderi, diuersam esse rationem. Quia ducens consanguineam, iure Ecclesiastico resistente id facit, & ex hoc capite posset delin-

quere. Qui verò metu graui contrahit, id efficit iure permittente, quo incolumis euadat, *c. Cum locum, & c. Veniens, el 2. de sponsal.* Ad 3. ex dictis constat, nec mentiri, nec decipere: quod enim verbis significat, animo efficere intendit, quamuis Ecclesiæ statuto id matrim. irritum sit.

DISPVTATIO XVII.

An metus leuis sufficiat aliquando ad irritandum matrimonium?

SVMMARIVM.

Quid in hac quæstione certum sit & in quo versetur difficultas, n. 1
Refertur opinio affirmans, ait, quando metu leui irritari matrimonium, n. 2. Et contraria, n. 3.
Opinio auctoris, n. 4. Et soluuntur argumenta, n. 5

1 IN memoriam reuocare oportet, vt intelligatur in quo versetur huius disputationis difficultas, ea quæ hoc 4. l. disp. 3. n. 1. & 4. diximus, nempe, minoris mali timorem, minoremque inferendi probabilitatem, sufficere, vt cadat in virum constantem, quando metus incutitur fœminæ, aut homini timido, vel pusillanimi: idque prudentis arbitrio relinquitur (vt dixi disp. 5 nu. 1.) id iudicaturi, attentis circumstantiis innatæ fortitudinis patientis metum. Quando ergo metus qui in alio viro forti esset leuis, reputaretur in hac fœmina, vel in hoc homine timido, attenta eius fragilitate, cadens in virum constantem: citra dubium est, matrimonium eo contractum esse nullum. Quia vere contractum est metu cadenti in virum constantem. Difficultas ergo est, virum quando attentis omnibus circumstantiis, metus reputatur leuis, aliquando matrimonium eo metu celebratum, sit nullum?

2 Duplex est sententia. Prima docet quamuis in foro externo Ecclesiæ matrimonium non irritetur ex metu non cadente in virum constantem, eo quod Ecclesia quando metus est leuis, minime præsumit coactum, sed spontaneum consensum, at in foro conscientiæ aliquando irritari metu leui, quando, scilicet, consensus non est spontaneus, sed illo metu extortus, ita vt nullo pacto contrahens, id matrimonium eligeret, nisi eo metu perterritus. Probatur primò, quia ideo metus grauis irritat matrimonium, quod plenam consensus liberratem impediat in viro constantiæ: ergo similiter irritabit metus leuis, tantum libertatis auferens in viro, qui natura sua non est adeo constans. Tunc enim absolute verificatur ratio Pontificis, *cap. Cum locum, de sponsa.* ibi, *cum locum non habeat consensus, vbi metus vel coactio intercedit.* Et confirmatur, quia ibi dicitur plena libertate gaudere debere matrimonium: qua minime gaudet, hoc leui metu intercedente. Secundò, ideo maior metus sufficit in fœmina, vt sit grauis, irritetque matrimonium, quam in viro: quia propter subiecti imbecillitatem minor metus eundem effectum in illa operatur, quem maior in viro: ergo si metus leuis eundem effectum coactionis & ablationis plenitudinis libertatis operatur in fœmina, vel in homine imbecilli, irritabit similiter matrimonium: vnde (vt recte aduertit *Durand. 4. dist. 29. quæst. 2. nu. 8.*) vir inconstans ita cogitur per leuem metum, ac constans per grauem, nec inter eos distat in consensus coactione, sed in motiuo. Constans enim non timet ex leui æstimatione, quia inconstans terretur. Tertio, quia ius constituens discrimen inter metum grauem & leuem, innititur præsumptioni, præsumit enim metum grauem causam esse actus, leuem autem minime. Ius autem præsumptioni innitens non habet locum in foro conscientiæ, si in contrarium sit veritas, *c. Tua, & c. Ex qui fidem, de sponsal.* ergo si vere metus ille leuis fuit causa matrimonij, illud irritabit. Quarto, cæteri contractus metu leui celebrati, sunt inualidi in foro conscientiæ, in hoc sensu, vt per illos acquisita, sint restituenda (vt probaui hoc 4. l. disp. 9. num. 4.) quia non sunt plene liberi. Sed matrimonium maiorem petit libertatem: ergo à fortiori irritabitur eo metu. Et confirm. quia idem metus sufficiens ad cæteros contractus rescindendos, annullat matrimonium: (vt dixi hoc 4. libr. disp. 6. num. 2.) sed cæteri contractus metu leui rescinduntur in foro conscientiæ: ergo & matrimonium. Ita tenent *Decius c. fin. nu. 3. & seq. de appellat.* quamuis *nu. 7.* cogitandum relinquat: sed intrepide id docet *regula. In omnibus causis, 29. nu. 3. ff. de reg. iuris. Nauar. summa Lat. c. 22. n. 51. vers. Septimum: & l. 3. cons. in 1. editione t. de regularibus, cons. 84. num. 4. & lib. 3. tit. de his quæ vi, cons. 1. num. 7. & cons. 3. num. 4 & cons. 5. nu. 2. in 2. lib. 3. tit. de conuers. coniug. cons. 3. nu. 4. & li. 1 1. de his quæ vi. cons. 3. num. 7. & cons. 5. num. 4. & consil. 9. num. 2. Iacobatius de conciliis, libr. 4. artic. 4. num. 133. 134. & 135.* habetur *tom. 13. tractatuum nouorum. p. 1. Veracruz 1. part. speculi, articulo 8. conclus. 7. Manuel 2. tomo summæ, cap. 8. num. 10.* Et videtur tenere tamquam probabile *Leson l. Titia, num. 4. ff. de verb. oblig.* vbi cum dixisset solo metu viri constantis irritari matrimonium: addidit, *cogita super hoc, si melius possit dici.* Et dicit esse probabile *Ledesm. 2. p. 4. quæst. 46. a. 3. f. 456. col. 1. & seq.* Et videntur tenere *Bossius pract. crimin. t. de pluribus violentiis, num. 80.* vbi ait ad annullandum matrimonium requiri metum mortis, vel cruciatus, consideratâ tamen qualitate personæ an sit timida, licet non interueniat tantus metus, & *Enriquez li. 11. de matrim. cap. 9. num. 3. in comment. lit. T & num. 4.* Vbi ait respectu fœminæ, aut meticulosi adolescentis, ex subiecti qualitate, metum ex genere leuem, dici interdum in foro conscientiæ grauem respectiue, & esse cadentem in virum constantem, reddereque matrimonium irritum. Dixi, videri tenere hos DD. quia facile possunt explicari, vt intelligant, quando is, qui in viro constanti esset timor leuis, reputaretur grauis, & cadens in virum constantem, respectu timidi: & ita credo eos intelligere. Idem videtur tenere *Salzedo super reg. 532. Bernardi Diaz. limit. 4.* vbi cum dixisset metum reuerentialem absque minis, non esse viri constantis: nec rescindere contractus, limitat, nisi in foro conscientiæ, in quo si sponte non fuit consensus, gesta sunt inualida.

Secunda sententia docet solum metum cadentem in 3 virum constantem irritare matrimonium. Probatur, quia licet non sit textus expresse hoc decidens, at colligitur à contrario sensu, ex *Cap. consultationi, & cap. Veniens, el 2. de sponsal.* vbi deciditur allegantem metum cadentem in virum constantem, esse audiendum: matrimoniumque tali metu initum, esse nullum: ergo à contrario sensu, diuersum est dicendum, quando metus minime cadit in virum constantem: & in professione religionis, quæ omnino similis est, & eodem metu cassatur, expresse est definitum, *capite penultimo, de his quæ vi*, ibi, *non obstante violentia quæ proponebatur illata, cum neque metum mortis, neque cruciatum corporis contineret, & ideo non debuerat cadere in virum constantem.* Et *cap. 1. eodem titul.* ibi, *si legitime probatum fuerit metum fuisse mortis, & c.* Secundò probatur ex *l. Nec timorem, 7. ff. tumore mortu, & c.* Secundò probatur ex *l. Nec timorem, 7. ff. de eo quod metus causa*, ibi, *proinde si quis meticulosus rem vilem fruſtra metuerit, per hoc edictum non restituitur: quamuis neque vi, neque metu factum est:* vnde colligunt *glossa cap. vnico de his quæ vi in 6. verb. Subiacere: & ibi Francus. fine*, metum leuem non esse propriè metum: nec metus leuis habetur ratio in iure, (vt bene docet *Bonifacius Clem. 1. num. 3. de foro competer.*) ergo talis metus nil obstat firmitati aliorum contractuum, nec matrimonii. Item, quia hæc irritatio est ex solo iure Ecclesiastico, (vt dixi hoc libr. 4. disput. 4. nu. 2.) sed ius nullum inuenitur vbi irritetur, nisi quando metus cadit in virum constantem: ergo. Et ratio potissima huius rei, ea est, quia cum hæc irritatio matrimonij sit ex Ecclesiæ statuto, (vt modo dixi) quæ punit & afficit actum externum, subuenit patienti metum grauem, eo quod fecit quod debuit, eligens ex duobus malis id quod minus est, non autem subuenit, vbi metus est leuis, quia metum passus, leuiter ad rem tam grauem motus est. Sicut etiam ius ciuile iustissime fauet patienti iustum metum, contempto metu leui: *reg. Vani timoris, 145. ff. de*

ff. de reg.iur l.74.§3 p.7. Et ideo hanc sententiam tenent ex Theologis, D.Tho.4.d.29.q.vn.a.3. quæstiunc. 1. corp. D.Bonav. ead.d.q.2.vn.4. Durand q.2.nu.5.& 8. Ricard.ibi,a.2.q.2. Palud. q.2.a.3.concl.2.n.20. Altisiodor.li.4.sum.tract.9.c.7.q. 5. D.Antonin.3.p.t.1.c.7. ad fin. Armilla v. Matrimonium, nu.41. Metina C.de reg.iur.43.causa 2.vers. Si fiat remissio ex metu probabili, Victoria summa, materia de matrim.n.268. Sotus 4.d. 29. q.1.a.3. paulo post prin.concl.2. Ledesm.2.p.4.q.49. a.3. f.456. col.3. ante hæc 5. Sotus. Enriquez.li.11.de matri.c.9.num.3. Lud. Lopez 2.p. instruct.num. materia de matri.c.40.f.1063.§. Deinde queritur, & f.1071.§. Primdc. Aragon.2.2.q.88.a.3.8. Hoc tamen non obstante, sit tertia conclusio, Bart. à Ledesm de matrim, dub.23. concl.2. Petr de Ledesm.de matrim.q.47. a.3. dub.2. post 6.concl.9. Ex hac conclus. Cande Lebrum sacramentorum, 1.p. materia de matrimon. n.65. Pibiarc.de offic.sacerd.to.1.p.2.l.2.c.8. Corona confessor. 4. p.d.8. de matrim.t.de impedi.violentiæ,nn.29. Et ex inuisperitis eam tenent gl.c.Veniens, el 2. verb. In virum, & c.Consultationi fin, & c. Cum locum, 3. Metus, de sponsal. & c.2.v. Tanta, de eo, qui duxit in matrim. & c.1.v. consentit, de sponsa impub. addens, licet alias non esset contracturus, metu leui coactus: Host. sum.t.de matrimonis,3.penult.n.16.& d.c. Cum locum, super v. Coactionis, & d.c. Consultationi, fin. Ian. Andr. tract. de consang. n.68. habentur 10.9. tractatuum, Calderinus t.de his quæ vi, conf. 2.n.2. Ant d.c. Veniens, n.3. Abb.d.c. Consultationi, num.4.& d.c. Cum locum, n.6.& c.1.de desponsa.impub.n.4. vbi Alex. de Nouo n.7. Henric.d.c. Cum locum.n.2. Felin.conf.14. nu.1. Beroicus c.nu. 16. de offic.deleg. Alex.cons.99.nu.2. vol.3 Hippol singul.347. incip.matrimonium. Fortun. de vlt.fin.illatione 21.n.431. Bertachin. in suo reper. in. M. verb. Matrimonium qua forma contrahatur, vers. Matrimonium metu Lex 15.tit.2.p.4. Rosella v. Impedimentum impedi.10.nu.1. Angel.v impedimentum,impedi.11. mat. & v. Metus,nu.7. Sylvest. Matrimonium, 8.q.11. dict.2. Conar. 4. decret.2.p.4.§.4.num: Ant. Cucus l.5. Instit.maior.t.12.n.109. Sarmiento l.2.select.c.11.nu.9. Menoch de præsumpt. l.3. præsumpt. 4. n.3. Matienzo lib.5.recop.t.1.rubr.gl.1.n.189.

4 Sit conclusio. Prior sententia est satis probabilis: & sustinendo matrimonium metu contractum, esse iure naturæ irritum, haberet longe maiorem probabilitatem. At retenta opinione, quam tenuimus hoc li.4.disp.14.n.2. esse solo iure Ecclesiastico irritum, tenenda est tanquam probabilior, hæc posteriori sent. Quia Ecclesia solum irritauit matrimonium metu viri constantis initum.

5 Ad argumenta prioris sententiæ, proposita n.1. respondetur. Ad 1. dic non esse præcisam rationem, quod metus tollat plenam libertatem, sed quia rationabiliter, sentata que constantia id facit: quare cum metus leuis, irrationabiliter, lataq; constantia id præstet, nõ irritat, Ecclesia id inter optimo statuente. Ad confirmationem, negãdum est in metu leui deficere plenam libertatem, qualem iura postulant ad matrimonii valorem. Ad 2. distinguendum est antecedens, si minor ille metus attenta imbecillitate personæ, reputatur cadens in virum constantem, atque ita rationabiliter operatur illum effectum; concedo. Quando autem reputatur adhuc metus leuis, & irrationabilis: nego. Ad 3. negatur fundari in præsumptione, sed innititur ius cuidam naturali æquitati, postulãti subueniri constanter & viriliter agentibus, non autem inconstantibus, & leuibus. Ad 4. negatur consequentia. Quia restitutio cõsurgit ex iniustitia admissa, quæ cum inueniatur in metu grani & leui, vterque metus obligat ad restitutionem. Irritatio autem matrimonii non oritur ex iniuria illata, sed ex iure Ecclesiastico, quod merito & iure optimo irritauit, quando metus est grauis, non autem quando leuis. Ad confirmationem, dic eam regulam intelligi, quoties metus sufficit ad rescindendos contractus in foro exteriori: quod tunc euenit, quando cadit in virum constantem. Secus de metu sufficienti ad rescindendum in foro conscientiæ. Cuius differentiæ rationem reddidi in solutione ad 4.

DISPVTATIO XVIII.

An validum sit matrimonium metu viri constantis contractum, eodemque metu consummatum, ita vt prius illud matrimonium inualidum, ratificetur copula illa metu simili extorta vel spontanea?

SVMMARIVM.

Hæc disputatio habet locum quando copula habetur affectu coniugali, num.1.

Matrimonium metu initum, ratificatur copula spontanea, vel metu leui extorta, n.1.

Similiter ratificatur diutina habitatione spontanea, n.3 Non requiritur semel copula, n.4.

Exigitur, vt ratificans matrimonium, sciat fuisse nullum, & ea copula ratificari n.5

Quando dicatur diutina habitatio, vt ea ratificetur matrim. Et explicatur, c. Ad id, de sponsal n.6.

Debet esse illa habitatio, spontanea, nec est talis, dum non cessauit causa metus, quantumcumque temporis intercallum adsit: & quamdiu constetur causam metus durare, n.7.

Exigitur, vt una cum causa metus, cessarint impedimenta, quibus metum passus impeditur, ne possit reclamare, n.8.

Quando censetur actus exterius purgari metum, n.9.

An purgetur sponte aliquo soluente, quod se soluturum iuraratin 10

Ratificatur matrimonium per alios actus, si spontanei sint, per quos ante Tridentinum sponsalia transeebant in matrimonium, n.11. Et an hæc sint vera post Tridentinum n.11.

An matrim. metu grani initum, sicut ratificatur copula spontanea, ita a copula metu extorta, ita vt matrim. metu grani initum, & eodem metu consummatum sit validum, etiam post Tridentinum? Referuntur duplex sent. n.13.& 14.

Quod in gratiam alicuius concessum est, non est in eius dispendium retorquendum, n.13.

Ponitur sententia Adlorii, n.15. Et ibi fit a non operatur plus quam vetitum.

Si semel matrim. metu consummato, accedat copula spontanea, an ratificetur n.16

Metu contrahens matr. si cogatur ad copulam, an teneatur potius pati mortem, n.17.

Soluuntur argumenta, n.18. Et ibi explicatur reg. Quod ob gratiam, de reg iur. in 6.

PRimò supponendum est, locum habere hanc disputationem, quando copula habetur affectu maritali: nam si affectu fornicario, siue copula sit metu, siue sponte habita, non dubium est matrimonium præteritum adhuc manere inualidum, nullasque vires recipere per talem copulam, non secus ac si quando matrimonium contraxit aliquis à principio, verba exteriora protulisset sine intentione contrahendi. Quia illa copula in tantum ratificat matrimonium præcedens, in quantum est signum consensus cõiugalis significatiuum, sed quando habetur affectu fornicario, non significat consensum coniugalem, sed contrarium: ergo non ratificat matrim. 1

Secundò supponendum est: si post matrimonium metu extortum, accedat copula sponte habita effectu coniugali, ratificari prius matrimonium, & ex tunc incipere valere, si alter qui absque metu consenserat, in pristino consensu perseueret. Et ratio est, quia cum non oporteat consensus esse simul, & consensus illius, qui metum passus non est, fuerit legitimus, solum desiderabatur ad valorem matrimonii, consensus spontaneus illius, qui metu consenserat, (vt dixi hoc 4.libr.disp.15.num.2.) sed hic consensus sufficienter exprimitur per copulam spontaneam affectu maritali habitam, *cap. Is qui fidem de sponsal.* ergo ea secuta ratificatur prius matrimonium. Ita D.Tho. *d.29.q.vn.a.3. quæstiuncula 2.ad 2. D.Bonauent.eadem d. 29.qu. 2.num.13. Ricardus ibi, art.2.quæst.2. Palud.an. q.1.a.4.num. 23. Sotus ibi, quæst.1.a.3.concl.2. Palacios ibi, disp. 1. f.663. ante vers. Consentiunt dogmate, D.Antonin.3.p.t.1.cap.7. ad finem, Victoria summa, materia de matrim.num.268. Viguerius lib. institut. cap.16. §.7.vers ibi, secundo ad matrimonium, Tabiena v. Impedimentum impedimento, 9.ad finem, Armilla ver. Matrimonium* 2

n.41. Ledesm. 2. p. 4. q. 49. a. 3. fin. Enriq. lib. 11. de matrim. c. 9. nu. 7. Et ex iurisperitis idem tenuit glossa c. Consultationi, verb. Ante, de sponsal. & ibi Aut. n. 3. Alex. de Neuo n. 10. Abb. nu. 7. Prepos. n. 2. idem Abb. c. Veniens, el 1. nu. 6. de sponsal. & c. Ad id fine, eod. t. Henricus cap. Cum locum, de sponsal. num. 3. Rosella verb. Impedimentum, impedimento 10. num. 11. Angelus Matrimonium, 3. imped. 11 nu. 1. Sylvest. Matrimonium, 8. qu. 11. dict. 4. Turrecrem. 31. qu. 2. in summa, n. 11. Parisius cons. 58. n. 69. & cons. 60. nu. 34. vol. 4. Nauarr. summ. Lat. & Hispana, cap. 22. nu. 51. ad finem, Menochius de præsumpt. l. 3. præsumpt. 4. nu. 30. Greg. Lop. lib. 15. verb. Le plugniese tit. 2. p. 4. Idemque dicendum est, si copula illa non sit omnino spontanea, sed metu leui extorta. Quia idem iudicandum est de consensu expresso, & tacito, qui ex copula præsumitur, sed expressus non irritat, nisi quãdo metu cadenti in virum constantem extortus est: ergo nec tacitus. Sic Ricardus 4. d. 2. artic. 29. quæst. 2. D. Antoninus 3. p. titul. 1. cap. 7. ad finem, Turrecremat. 31. quæst. 2. in summa, num. 11.

3 Tertio supponendum est, non tantum per copulam spontaneam ratificari prius matrimonium metu graui extortum, sed etiam per diutinam habitationem mutuam spontaneam data opportunitate recedendi. Vt expresse habetur c. Ad id de sponsal. & docent omnes statim citandi. Et ratio est, quia sufficiens est signum consensus spontanei denuo habiti, qui solum desiderabatur ad matrimonij valorem, cum metum passus recedere posset à matrimonio, & sponte in eo perseueret.

4 Vt autem habitatio hæc spontanea, sit indicium huius consensus coniugalis, quatuor desiderantur conditiones. Prima est, vt simul interueniat copula coniugalis. Ita Innoc. c. Ad id, de sponsal. n. vn. super v. Cohabitans. Sed hoc minime verum est exigi. Primò, quia d. c. Ad id, solum ponderat habitationem: & sola copula, absque habitatione id efficeret. Secundò, quia ponderat, vt ea sit diutina, cum intercedente copula id minime exigeretur. Et ita merito eam non requirì docent Hostiensis d. c. Ad id, super verb. Temporis, & ibi Ioan. Andr. n. 2. Ant. n. 9. Card nu. 1. Anchar. fine, Abbas num. 4. Henricus cap. Cum locum, de sponsal. num. 3. Rosella v. Impedimentum, impedim. 10 n. 7. Sylvester Matrimonium, 8. qu. 11. dict. 6. Et videtur tenere Greg. Lopez l. 15. v. Le plugniese, tit. 2. p. 4. dicit enim disiunctiue, requiri habitationem, vel copulam.

5 Secunda conditio est, vt ratificans matrimonium, sciat matrimonium prius contractum fuisse nullum, si enim ex errore quo putabat prius matrimonium validum fuisse, cohabitet, aut copula maritali accedat; numquam prius matrimonium ratificabitur. Quia nil magis consensui contrarium, quam error. Et ita dixi latè libr. 2. disput. 34. num. 2.

6 Tertia conditio est, vt habitatio sit diutina. Dubitant autem Doctores, quanti temporis debeat esse habitatio? Ansamque dubitandi præbet c. Ad id, de sponsal. ibi, *quamuis vndecim annos habens, ab initio inuita fuisset ei tradita, & reuertens tamen quia postmodum per annum, & dimidium sibi cohabitans consensisse videtur, ad ipsum est cogenda redire.* Concludunt autem Doctores non esse necessariam habitationem anni, & dimidij, quam hic textus exigere videtur: narrat enim facti contingentiam, dum eius temporis habitationem ponderat: vnde dicunt prudentis arbitrio definiendum esse hoc tempus, qui considerabit fugiendi oportunitatem, habitationisque moram. Quia cum tempus lege non præfiniatur, iudicis arbitrio definiendum relinquitur. cap. De causis, de offic. deleg. & l. 1. ff. de iure deliber. Et ita docent Innoc. c. 2. nu. 1. de his quæ vi, Hostiensis d. c. Ad id, paulo post prin. super v. Annum & dimidium, & ibi Ioan. And. n. 2. Ant. n. 9. Abb. n. 4. Prepos. nu. 1. & 3. Idem Hostiens. c. 1. de his quæ vi, super verb. Non timore mortis: & ibi Ioan. And. num. 15. Ant. fine, Abb. n. 12. Henricus n. 4. Neuizanus cons. 46. num. 32. Rosella verb. Impedimentum, imped. 10. n. 7. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 6. nu. 1. Greg. Lop. lib. 15. verb. Le plugniese, t. 2. p. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 4. n. 25. Bosius pract. crimin. t. de pluribus violentijs, num. 103. Et ex Theologis, D. Antonin. 3. p. t. 1. cap. 7. fin. Sotus 4. d. 29. quæst. 1. ar. 3. conclus. 2. Hoc autem intelligitur, quando sumus in dubio, an potuerit fugere: nam quando constat de spontanea cohabitatione, quia data opportunitate, illico & in continenti non fugit, satis est momentanea cohabitatio. Sic Anton. cap. Ad id, n. nu. 9. de sponsal. & ibi Alex. de Neuo num. 6. & 7. Neuizanus cons. 46. num. 32. Hoc tamen prudenter accipiendum est & moraliter modo: non enim est necessarium, ne cohabitans censeatur spontaneus vt statim mathematico modo fugam arripiat; sed arbitrio prudentis, vt probat l. Quod decimus, 105. ff. de solut. ibi, *quod decimus debere statim soluere, cum aliquo, scilicet, temperamento temporis intelligendum est, neque enim cum sacco adire debet.* Sic Hostiens. c. 1. De his quæ vi super verb. Non timore mortis, & ibi Anton. fine, Abb. num. 12. Henricus num. Neuizanus cons. 46. num. 32. Nauarr. consil. 4. de regul. quod cil super cap. Statuimus, 19 quæst. 3. nu. 17. Hæc autem exiguntur quoad præsumptionem in foro externo accipiendam. Nam in foro conscientiæ nulla temporis habitatio, postquam ineundi causa cessauit, ratificabit matrimonium, si non adfuit animus illud ratificandi. Præsumetur autem in foro exteriori ratificasse ex dicta habitatione. Sic Nauar. d. consil. 4. n. 71.

Vltima conditio est, vt habitatio illa sit omnino spontanea, cessantique omnino timoris causa. Nam durante causa metus, durat metus, quamuis in actu externo appareat omnimoda libertas, vt tradunt Bartol. l. 2. num. 7. C. de his quæ vi, & ibi Bald. nu. 8. Zasius l. 1. §. Quæ onerandæ, colum. 4. vers. Item extende, sub n. 40. ff. quarum rerum actio, Decius cons. 219. n. 7. vol. 2, Rolun. cons. 95 nu. 32. vol. 1. Ant. Gom. 2. var. c. 14. n. 27. Ant. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 12. nu. 171. 172. Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 4. nu. 22. Padilla l. Interpositas, n. 24. C. de transactio, Gama t. 1. p. decis. 346. num. 4. Mascard. de probat. concl. 1055. n. 36. Ioann. Garcia de nobil. gl. 17. n. 47. Flamin. de resignat. benef. l. 13. q. 1 nu. 206. & seq. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 40. ad fin. Quod verum est, quodcumque temporis interuallum differt inter actum, & metum incussum ad illum: adhuc enim censetur durare timor, manente timoris causa, vt docent Bald. Roland. Decius, Ant. Gomez, Gama præsumptati. Idem Decius reg. In omnibus causis 39. num. 14. ff. de reg. iur. Franciscus Aretin. l. Interpositas, num. 4. C. de transactionibus. reuoc. 16. nu. 15. Durat autem timoris causa, dum durat subiectio timorem incutienti: vt si iudex metum inferat, dum durat officium, si tyrannus, dum durat tyrannis, si vir, dum durat matrimonium. Sic gl. c. 1. v. Possimodum, de his quæ vi, & ibi Innoc. n. 1. Host super v. Non timore mortis, Abbas n. 12. Imola n. 14. Bart. l. 2. n. 7. & Ias. nu. 5. & 7. ff. de conditione ob turp. caus. Bald. l. 2. n. 16. C. de his quæ vi, Angel. d. Ad inuidiam, nu. 2. C. eodem t. Alex. cons. 99. num. 8. & 13. volum. 3. & l. Si cum detent, §. Eo autem tempore, n. 11. ff. solut. matrim. Lasso tollit de actio. §. Quadruplo, num. 69. Romanus l. Si ob turpem, 10 ff. de condict. ob turp. caus. Decius reg. In omnibus. 39 n. 15. ff. de reg. iur. Philippus Probus ad dict. ad Menochium, c. vnde de his quæ vi, in 6. n. 8. ad finem, Bertachinus in repertorio, lit. M. verb. Metus non præsumitur sub num. 40. vers. Metus præsumitur durare, Rebuff. tom. 2. constit. Gallia, tit. de rescissione contractuum, art. vnic. glos. 22. num. 2. & 6. Ant. Gomez 2. var. cap. 14. num. 27. Suarez. allegat. 24. num. 5. Ant. Cucus lib. 5. instit. maior. tit. 12. n. 171. 172. Ant. Gab. tom. 2. comm. in mea edit. l. 11. v. Metus f. 107. col. 2. Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 4. n. 23. Padilla l. Interpositas, nu. 24. C. de transact. Matienzo dialogo relatorum, 3. p. c. 20. nu. 3. Gama t. 1. p. decis. 346. n. 3. Ioan. Garcia de nobil. gl. 17. n. 47. Quod intelligendum est quando non fuit opportunitas fugiendi præ timore. Sic Innoc. Hostiens. Abb. ibid. Prepos. cap. Ad id, num. 1. de sponsal. Alex. cons. 99. n. 13. vol. 3. Ang. l. 1. §. Quæ onerandæ, n. 4. ff. quarum rerum actio. 7 8

Nec sufficit etiam, vt causa metus cessarit, nisi etiam cessent metum passum impedientia, ne reclamet. Potest enim reclamare longo tempore, post cessationem metus si eo spatio durent. Quia tunc metu gesta approbare censetur, quando potens reclamare, tacet; quod minime effi-

efficere potest dictis impedimentis durantibus. Sic *Nauar. consuet. 4. de regul. super c. Statuimus, 19.q.3.n.71.* vnde dicit se consuluisse, potuisse reclamare monialem metu patris professam, transacto anno ab eius obitu, intra quem non potuit reclamare, nec procuratorem ad reclamandum constituere, impedientibus monialibus.

9 Vt autem actus exterior inducat metus purgationem, confessumque spontaneus, desideratur vt omni ex parte significet liberam & spontaneam voluntatem. Quia si vllam aliam interpretationem recipere possit, non censebitur purgare metum. Vbicumq; enim potest esse alia causa, quam approbatio contractus per metum gesti, numquam præsumitur approbatio. Vt tradunt optime *Bartol. l. 1. C. de his quæ vi, n. 10. & ibi Bald. n. 14. Nauar. l. 1. consil. de his quæ vi, in 1. edit. cons. 2. n. 9. in 2. vero cons. 4. nu. 9. Bossius practica criminal. tit. de pluribus violentiis, num. 101. Azebedo li. 4. recop. tract. 21 lib. 2. num. 195. Ioannes Garcia de nobilitate, glossa 17. num. 46.*

10 Hinc infertur, minus bene *glossam cap. Ad audientiam, v. Ad resignationem, de his quæ vi*, quam ibi sequuntur *Ant. num. 7 fin. & Cardin. quæst. 3 ad finem*, dixisse: purgari metum, quoties aliquis sponte soluit quod iuramento per metum promiserat. Dicendum enim est, non purgari, cum eum subsit coniectura solutionis metu petitum incurrendi, factæ non præsumitur spontanea solutio. Et probatur clare ex *cap. Debitores, de iureiurando*, vbi iurans soluere vsuras, potest facta solutione repetere, quasi non sponte soluerit. Quare glossam reprobant *Hostiensis eo cap. Ad audientiam super verb. Resignauit, & ibi Ioannes Andr. nu. 8. Anchar. num. 5. Abbas num. 3. Henricus nu. 3. & 4. Imola num. 4. Bart. l. 2. n. 10. C. de his quæ vi, & ibi Bald. nu 13. Bertachin. in suo repertorio, fol. M. verb. Metus non præsumitur, sub nu. 60. vers. Metus iuramento, Nauar. l. 1 consil. de his quæ vi, in 1. editione, cons. 2. num. 9. in 2. cons. 4. num. 9. Padilla l. Interpositas, num. 25. C. de transact. Barbatus cons. 72. nu. 28. vol. 1. Ioannes Garcia de nobilitate glos. 17. nu. 46. Seraphinus de priuileg. iuram. priuilegio 29. n. 5. & 6.*

11 Quarto supponendum est, similiter ratificari matrimonium metu contractum, per alios actus, ex quibus olim ante Tridentinum præsumebatur tacitus consensus; sponsalia; in matrimonium transibant, quando ii sponte tanei fiunt. Probatur, quia sunt indicia sufficientia consensus, sicut & copula. Vt si omnino cessante metu, se amplexabantur vt coniuges, vel se tales affectu vero maritali appellabant: vel sponsa eodem affectu recepit munera sponsalitia. Sic *Rosella v. Metus fin. & verb. Impedimentum, impedit. 10. num. 8. Syluest. Matrimonium, 8. q. 11. dist. 7. Tabiena verb. Coactio, q. 5. n. 6.*

12 Vltimum fundamentum sit, hæc omnia habent verum: post *Tridentinum* etiam *sess. 24. de matrim. cap. 1.* si enim metum passus altero perseuerante in pristino consensu, accedat copula animo maritali habita & spontanea, vel habitet eodem animo, cessante omnino metu cum altero coniuge, modo explicato num. 6. & 7. vel alium actum spontaneum faciat, per quem significet notum consensum maritalem, ratificatur prius matrim. metu contractum, quando impedimentum metus erat occultum, & parocho ac testibus ignotum. Vt probaui lib. 2. disp. 37. n. 14.) & ibi disp. 32. n. 9. & seq. satis probaui non oportere alteri intimari: & tractaui, quando sufficiat consensus internus.

13 His præmissis, difficultas in eo versatur, an sicut matrimonium metu initum, ratificatur copula spontanea, affectu maritali habita, ita ratificetur eadem copula metu graui extorta? Itaque an si quis metu mortis cogatur matrimonium inire, & illud consummare, sit validum? Et habet locum hæc quæstio etiam post Tridentinum, vel quando parochus & testes ignari fuerunt impedimenti metus, idque occultum erat: vel affuerunt parochus & testes matrimonio, & copulæ coactis. Triplex est sententia. Prima docet valere matrimonium. Probatur ex *c. 2. de eo qui duxit in matrim.* ibi, *si constiterit quod tantæ vis ei-*

dem illata fuerit, quod non sponte in primam consenserit, nec post præstitum iuramentum ipsam carnaliter cognouerit. Vbi *gloss. ver. Cognouerit*, ait, *quia tunc consensisse videtur: & c. Insuper, qui matrim. accus. poss. fin.* ibi, *copula carnali consensit.* Vbi *glos. v. Copula*, ait, *ex quo carnali copula consensit, omnis violentia sublata intelligitur.* Et *cap. Consultationi, de spons.* ibi, *mox à sponsis aufugiunt ante carnis copulam subsecutam.* Vbi *gloss. verb. Ante*, ait, *secus si post: quia tunc consensisse videtur.* Et *c. Ex literis, de desponsat. impub.* ibi, *nec ad eandem carnaliter accessum habuit.* Ergo matr. coactum, ratificatur per copulam subsecutam. Secundò, matrimonium non irritatur nisi metus cadat in virum constantem, sed metus quo quis compellitur consummare prædictum matrimonium, non potest esse cadens in virum constantem, nisi copula affectu maritali habeatur: cogeret enim ad peccatum mortale, quod repugnat constantiæ, cum accedat ad non suam. Ergo habetur copula animo maritali, & sic erit matrimonium. Itaque vis argumenti in hoc consistit, solus metus cadens in virum constantem irritat matrimonium, sed nisi hic passus metum, & eo contrahens & consummans, eligat matrimonium, non est metus cadens in virum constantem: ergo non illud irritabit. Et confirmatur, quia (vt dicebamus disp. præced. num. 5.) metus non irritat matrimonium, eo quod tollit libertatem, sed quia rationabiliter, & seruata constantia eam tollit, sed hic metus, si ille accederet animo non perficiendi matrimonium, non tollit libertatem rationabiliter, & seruata constantia, cum accedens ad non suam, peccet mortaliter, & consequenter irrationabiliter faciat, & inconstans sit. Ergo talis accedere præsumitur animo maritali, & perficiet matrimonium: alias talis metus non irritaret: cum irrationabiliter, & contra constantiam cogat ad accessum ad non suam. Tertiò, quia ideo Ecclesia præsumebat olim dum quis post sponsalia accedebat ad sponsam, animum maritalem, & consensum legitimũ ad perficiendum verum matrimoniũ, vt vitaret peccati fornicationis præsumptionem, sed idem fornicationis peccatum resultat, si metu contrahens, & consummans matrimonium, non accedat animo maritali, & verum perficiat matrimonium: ergo Ecclesia id præsumet, & consequenter si ita res se habeat, vt verè accedat animo maritali, legitimum erit matrimonium: alias Ecclesia male pro matrimonio præsumeret. Quartò, quia lex Ecclesiæ irritans matrimonia coacta, est in metum passi fauorem, sed illi noceret, si matrimonium non consurgeret ex consummatione coacta, constringitur enim aut pati corporis mortem, non consummando, aut consummando, admittere peccatum lethale: ergo dicendum est in hoc casu valere matrimonium. Quod enim in alicuius gratiam conceditur, non est in eius dispendium retorquendum: *reg. Quod vò gratiam, 61. de reg. iur. in 6.* Et confirm. quia quilibet potest iure suo cedere: ergo metũ passus iure suo cedens, potest velle matrimonium perficere, vt mortem culpamque lethalem euadat. Hanc tenet *Palud. 4. dist. 29. q. 1. a. 4. concl. 3. num. 25. & ibi supplementum Gabrielis dub. 3. art. 3. concl. 3. & Soto ibi, q. 1. a. 3. ad fin. vers. In contrarium autem*, quamuis valde anceps sit, & dicat se olim cum magistris tenuisse non valere matrimonium, nec id ratione destitutum esse, tandem, ait valere. Idem tenent *Angles floribus 1. p. de matrim. q. 3. de consensu coacto, a. 1. diffic. 4. f. 549. Bart. à Ledes. de matr. dub. 23. Ad fin. Vega li. 2. sum. casu 513.* Et dicunt hanc esse probabilem *Emanu. & Petr. de Led. n. 15. allegandi.* Et in alio omnino simili, dicunt idem alii DD. asserunt enim sponsalia olim, transisse in matrim. per copulam metu graui extortam. Quare idem dicerent de matrimonio coacto, per copulam coactam subsequentem: alia enim copula ideo efficiebat matrim. quia erat sufficiens signum consensus de præsenti: quare cum similiter sit signum eiusdem consensus, quando præcessit matrim. coactũ, similiter perficiet illud: & sicut copulam esse coactam, non obstat, vt sponsalia transeant in matrimonium, similiter sentient non obstare, vt matrimonium coactum inualidum, ratificetur. Hi sunt *Couar. 4. decret. 1.*

p.c.4.§.1.n.11.& 12. Ant. Cucus li.5.instit.maior.t.10.nu.32.& t. 12.n.128. Et videntur tenere Host. c.Is qui fidem, de sponsa. super vers. Quia contra præsumptionem, & ibi Ioan. And.n.3. vbi aiunt feminam posse allegare contra præsumptionem, quod sponsalia per copulam in matrimonium transeant, se vi præcisa oppressam fuisse, virum autem minime: quia oppressi non potest ad copulam, & ita clare sentiunt cessante præcisa oppressione, copulam qualicumque metu extortam efficere, vt sponsalia transeant in matrimonium. Et hæc sententia satis probabilis est.

14 Secunda sent. sic distinguit. si metu contrahens consummet illo solo metu ductus, non valet matrimonium, secus, si non metu ducatur, sed vt euitet culpam lethalē, quam vitare minime potest consummando, nisi intendat matrimonium perficere. Prob. quia si cessante metu ob aliam causam consummaret animo maritali, valeret matrimonium: sed iam non ratione metus, sed gratia vitandi peccatum consummat: ergo valet. Sic Lud. Lop. 2.p. instruct. de matrim. c.40.§.1066.§. Porro iam vrgentur. Sed hanc distinctionem minime capio. Quia ille est constitutus inter duo pericula, hinc enim mors iniuste comminata, nisi consummet, sibi imminet, illinc autem, peccatum lethale fornicationis, si consummet, non perficiendo matrimonium: ergo si eligat sic consummare, vt culpam viter, non sponte, sed metu mortis coactus consummat, nullo modo id facturus, suæ libertati relictus.

15 Tertia sententia, (quæ multo probabilior est,) ait, nullo modo esse matrimonium, quando aliquis metu graui cogitur contrahere, & consummare. Probatur primò, retorquendo argumentum, cui prima sententia maxime innititur contra illam. Nam si consummatio matrimonij metu extorta, facit valere matrimonium iam initum, & sine culpa consummantis: ergo metus tunc cadit in virum constantem, cum prudenter eligat copulam, mortis timore, & matrimonium perficere, ne fornicetur. Si ergo timor ille est viri constantis, irritabit matrimonium. Secundò, quia (vt probaui hoc 4. lib. disp. 2. nu. 3.) non considerat ius timorem cadentem in virum constantem, ad matrimonij irritationem, in quantum excusat operantem à culpa, cogitque minus malum eligere, sed ex parte obiecti, an sit malum comminatum, graue & sufficiens ex se ad priuandum libertate virum constantem: ergo quando malum comminatum est adeo graue, vt priuet spontaneā ac liberā voluntate, respectu cōtractus, ac consummationis matrimonij hominem fortem, siue ipse peccet, siue non, eligendo malum, irritabit matrimonium. Tertiò, quia hæc lex irritans matrimonia coacta est maxime conueniens bono publico, ergo etiam irritat consummata per copulam coactam. Probatur consequentia, quia si valerent, Ecclesia non adhibuisset sufficiens medium coactionibus, nam compellenti ad matrimonium, facillimum esset etiam ad consummationem cogere. Et confirmatur, quia eadem inconuenientia sequuntur ex matrimonio metu inito & consummato, quæ ex eodem non consummato: ergo vtrūq; debuit Ecclesia irritare. Quartò, quia matrimonia coacta irritantur Ecclesia defectu spōtanei & liberi consensus, c. Cum locum, de sponsal. qui copula sequente coacta non supplebitur: ergo. Quintò, quia Ecclesia irritat hæc matrimonia, inhabilitādo cōtrahentes, pro tempore quo metus durat, sed accedente copula coacta non auferetur metus, quin potius augetur, cum præter metum illatum ad contrahendum, addatur nouus ad consummandum: ergo matrimonium erit nullum. Et cōfirmatur, quia negari nequit, priorem metum quo initum est matrimonium, esse cadentem in virum constantem, sed ille adhuc durat, imo est auctus: ergo per nullū actum eo durante firmabitur matrimonium, iuxta dicta n. 7. Tādem, quia fictio non potest operari plus quam veritas, l. Filio quem pater, ff. de liber. & posth. & §. Mouerem, Instit. de adop. sed consensus expressus per verba de præsenti metu extortus non constituit matrim. ergo à fortiori, nec fictus & præsumptus per copulam. Et ideo hanc sent. tenent Abb. c. Discretionem, nu. 3. fin. de eo qui cognouit consang. & ca. Consultationi, fin. de spons. vbi Præpos. n. 2. init. & ibi Alex. de Neuo nu. 10. & c. Contingebat de despons. impub. nu. 10. Iason l. Titia, nu. 6. vers. Sexto adde, ff. de verb. obl. Parisius cons. 58. n. 69. & cons. 60. n. 34. vol. 4. Turrecr. 31. q. 2. in sum. n. 11. Sylvest. Matrimonium, 8. q. 11. dub. 5. Nauar. sum. Lat. c. 22. n. 51. ad fin. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 4. num. 31. & seq. quamuis enim videatur mediam amplecti sententiam, vt si vir metu consummet, valeat matrimonium, secus si femina: at re vera huius est sent. nam n. 35. expresse dicit, si mulier cōsummet, non solum vi præcisa, sed etiam conditionali, quæ per metum infertur, non valere matrimonium, defectu spōtanei consensus: & licet nu. 31. contrarium dicat in viro metu consummante, id dicet, vt ipsemet se explicat num. 33. fin. & 34 quia credit non posse contingere, vt vir metu compulsus consumet: cum enim desiderio non poterit coire. Quare supposito metu consummari matrimonium, clare sentit, non effici validum. Et ex Theologis, eandem sent. tenent Ricard. 4. d. 29. a. 2. q. 2. D. Antonin. 3 p. t. 1. ca. 7 ad fin. ante vers. Tertia coaltio est: Ledesm. 2 p. 4. q. 49 art. 3. fin. Palacios 4. dist. 29. disp. vn. f. 663. ante vers. Consentiunt in dogmate: Enriq. l. 11. de matrim. c. 9. nu. 7. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1 p. 2. l. 2. c. 8. ad fin. Pet. de Ledesm. de matri. q. 47. a. 3. dub. pen. Et in alio simili tenent eandem sent. asserentes olim non transisse in matrim. sponsalia per copulam metu extorta, Ant. d. cap. Contrim. sponsalia per copulam metu extorta, Ant. d. cap. Contingebat, n. 8. fin. & c. Is qui fidem, n. 7. de sponsal. vbi Anchar. n. 6. Henric. n. 11. Præpos dicens communem n. 7. Alex. de Nauo d. c. Contingebat, n. 10.

Monuerim tamen, si matrimonio metu consummato, 16 aliquando accedat copula spontanea, deposito iam prorsus metu, animo ratificandi prius matrimonium inualidum, scienti accedente copula illa, fuisse inualidum, & ea ratificari, manere firmum matrim. iuxta num 2. tradita. Quod habet etiam verum post Trident. in casu quem n. 12. explicui, & 13.

Ex dictis infertur, metu graui contrahentem matrimo- 17 nium, potius debere mortem pati, quam consummare. Quia cum non valeat matrim. est copula fornicaria. Posse tamen excusari, si accedat animo maritali, sequēs priorem opinionem probabilem asserentem ea copula ratificari matri. Sic Enriq. l. 11. de matr. c. 9. nu. 7. Quod intelligo in eo casu, in quo post Tridentinum, efficeretur verum matrim, quem n. 12. & 13. declaraui.

Ad arg. primæ sent. nu. 13. proposita, resp. Ad 1. dic eos 18 textus intelligi, quando copula est spontanea. Ad 2. dico eum esse metum cadētem in virum constantē, quoad effectum irritandi matri. licet illo consummans cogatur ad peccatum mort. Quia (vt dixi hoc l. 4. disp. 2. nu. 3.) quoad hunc effectum, solum attēdit ius an malum comminatū, ita graue sit, vt ex se tollat spontaneam voluntatē in viro constanti, illumq; patiere merito faciat. Vel secundò resp. esto dicamus non esse metū cadentē in virum constantē, nisi ipse eligat matrim. & accedat affectu coniugali, at etiam data hac electione, & accessu, nō est matr. quia prior metus quo contractum est matr. qui erat cadens in virum constantem, adhuc durat, imo est auctus. Ad cōfirm. dico intelligi maiorem, quando rationabiliter, & illæsa constantia ex parte obiecti, tollit libertatem: quia obiectum metus, nempe malum comminatum, est graue, & tale, vt merito constantem moueat: quamuis alias irrationabiliter & contra constantiam agat, eo quod peccet. Vel secundo esto ille metus esset irrationabilis, at metus prior, qui censetur durare, est rationabilis. Ad 3. solū concludit Ecclesiā præsumere accessum illū esse animo maritali, nō tamen inde sequitur perfici matri. quia requiritur vt sit spōtaneus, & liber accessus. Secūdò, possemus dicere minimè præsumere animū maritalē. Quia cū eo dato non sit matrim. minimè vitatur præsumptio fornicationis: quæ vitabatur, cū copula erat spōtanea post sponsalia. Ad 4. dico, eam legem non solum respicere vtilitat é personæ particularis contrahentis, sed potissimū totius reipublicæ, cuius maxime inter est vt matrim. sint libera, ne ex matrim.

coacto

coactodissensiones oriantur: quare non mirum, si aliquã-do in damnum ipsius priuati contrahentis redundet: vn-de per illa quod ob gratiam, &c. intelligi debet, quando ob bonum priuatum aliquid conceditur. Et per hoc patet ad confirmationem, potest enim quilibet cedere iure in fa-uorem sum introducto: secus quando est in fauorem boni communis. Ad argum. 2. sent. propositum, nu. 14. fa-teor qui metu contraxit, posse postea deposito metu con-trahere, ut in eo euentu metus durat.

DISPVTATIO XIX.

An sponsalia metu viri cõstantis inita, sint nulla ipso iure, sicut & matrimonium, vel potius an nullanda, instar aliorum contractuum?

SVMMARIVM.

Proponitur vtilitas quæstionis, an ea sponsalia sint nulla, vel annullan-da. Et opinio affirmans non esse ipso iure nulla, n. 1.
Proponuntur fere omnes esse ipso iure nulla, n. 2. Et explicatur vbi, inualo-re. n. 2. 6. Ex litteris de desponsat. impub. Et opinio auctoris, n. 3.
Animaduertitur, vel eam sententiam fuisse ita ipsa causa illa dissoluendi, n. 3.
Matrimonium vel ratum non irritat sponsalia, n. 4.
Quomodo sponsalia metu grauis inc. ex litteris, efficiat validè posse metum pati. propria auctoritate resilire, n. 5. Et similiter potest, quando metus est le-uis, n. 6.
Et soluuntur argumenta, n. 7.

1 DISPVTARE am vtilitatem affert: si ipso iure valida sint, quamuis re scindenda, patient publicæ honestatis impedimentum: secus si ipso iure inualida sint, iuxta *Tri-dent. sess. 24. c. 5. de matrim.* Et ratio dubitandi ea est potissi-mùm: quia textus: vt c. *Consultationi, c. Cum locum, de sponsal. c. 2. de eo qui duxit in matrim.* irritantes, expresse loquuntur de matrimonio, & quamuis sponsalia sint præparatoria ad matrim. & ob id videtur posse dici, dispositum in matri-monio, censeri dispositum in sponsalibus, *l. Oratio, ff. de sponsal.* Verum id, verum non habet, eo quod est distincta ratio in his, ideò enim matrim. metu irritant: Ecclesia, quia si semel est validum, amplius rescindi non potest: sed sponsalia semel valida possũt dissolui, & de facto mul-tis ex causis dissoluuntur, vt constat ex præcedentibus: ergo non in hoc sequẽtur naturam matrimonij, vt eo ob metum irrito, censeantur etiam sponsalia ob metum irri-tc. Maximè quia per hoc inducereturmultorum furium correctio, disponentium contractus metu initos irritan-dos esse, nõ ritos ipso iure. (Vt dixi hoc 4. li. disp. 8. n. 4.) Secundò quia hac ratione (vt diximus lib. 1. disp. 12. n. 2.) quãuis Tridentinum irritarit matrimonia clandestina, nõ censetur subinde irritasse sponsalia clandestina, est enim diuersa ratio. Cum ergo nullus detur textus irritãs spon-salia clandestina, dicendum est ea valida esse ipso iure. Tertiò, quia textus, cui innituntur aliqui DD. ad censen-dum esse irrita, nimirum *c. Ex litteris, de desponsat. impub.* vide-tur expresse loqui, quando puella omnino inuita contra-xit sponsalia. Et ita textus ait, *nolens, & inuita: & glo. notab. 1. ait, nota quod sponsalia per vim contracta non tenent.* Et cum di-cat textus, *de voluntate parentum, potius quam de sua*, ait *glossa verb. Potius, electiue, & non comparatiue*: quam glossam expli-cans *Hostiensis ibi, super verb. Potius*, ait, *electiue, quasi dicat, non de sua voluntate. Ex eadem Hostiensis ibi super verb. Nolens, & Ioan. Andr. n. 2. idem, & forsan ligata*; & *Innoc. ibi, idem.* dicit, om-nino defuisse consensum. Cum ergo textus minimè pro-bet sponsalia metu inita, esse ipso iure nulla, dicẽdum erit esse valida, iuxta generalem aliorum contractuum regu-lam. Et ita docent *Enriquez l. 11. de matrim. c. 9. nu. 6. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 47. a. 3. circa 3. argum. dub. 3.*

2 Contrariam partem, nimirum, esse ipso iure irrita, talia sponsalia, per c. *Ex litteris, de desponsat. impub.* tenent DD. non pœnitendi. Pro cuius textus intelligentia reuocandum est in memoriam, quod diximus li. 1. disp. 21. n. 2. quando ante debitam ætatem ex parte vtriusque, aut alterius con-trahentis, qui adhuc impubes est, celebratur matrim. ha-bere vim sponsalium. Et quod diximus eodem lib. 1. disp. 31. n. 6. 9. & 10. non posse alterum resilire, siue pubes, siue impubes sit, donec alter ad pubertatem veniat. Continet ergo ille textus, puellam duodennem, & sic puberem metu minarum parentis nupsisse impuberi, quare fue-runt sponsalia, & concludit textus, sic; *Si puella commonita, vt donec compleat idem puer annum XIV. expectet, nõ duxerit ex-spectandum ei, secundum ea quæ proposita sunt, accipiendo aliam virum tribuas facultatem.* Vbi *gl. fin.* quam sequuntur *ibi Car-din. fin. & Anchar. an. n. 4.* opponit *c. De illis, el 1. & c. A nobis, de desponsat. impub.* per quos textus constat puberem non posse resilire à sponsalibus cum impubere contractis, donec hic pubescat. Et respondent id verum esse, quando spon-salia fuerunt valida: at in casu huius textus esse inualida. Ex hoc ergo textu constat sponsalia coacta, esse inualida ipso iure. Quod autem contracta sint vi conditionali, hoc est, solo metu, colligitur ex textu, ibi, *minis parentum impulsa.* Nec obstant ea verba, *nolens, & inuita.* Quia in iure metus appellatur vis: vt constat ex *c. 3. de pactis, in 6.* ibi, *si tamen iuramento non vi, nec dolo præstito*: vbi iuramentum metu extortum, appellatur vi præstitum: (non enim vi præcisa potest iuramentum extorqueri, cùm sit vinculum quod homo propria voluntate sibi imponit.) Hanc sent. tenent *Anton. d. c. Ex litteris, n. 1.* vbi *Abb. n. 2. Alex. de Neuo n. 2 Anchar. c. Veniens, el 2. n. 6. de sponsal. Paris. cons. 58 nu. 62. & cons. 60. num. 10. vol. 4. Mart. de Gozatis inter consilia matrim. Zilet. cons. 15. n. 12. & seq. Conar. 4. decret. 2. p. c. 1. §. 5. n. 1. Barbosa ff. so-lut. matrim. 4. p. rubric. nu. 50.* Et ex Theologis, eam defen-dunt ac probabilem, *Ricard. 4. d. 29. art. 1. q. 2. §. Qui vult te-nere oppositum secund. Pal. d. 2. ad d. q. 1. ad fin. num. 32. Petrus de Ledesm. de matrim. q. 47. a. 3. circa 3. argumen. dub. 3.* Et hanc supponit *Sotus 4. d. 41. q. vnic. art. 2. ad fin. ante vers. Vbi tamen sponsal.* vbi docet ex sponsalibus nullis defectu consensus, vt si per errorẽm aut metum contracta sint, non oriri publicam honestatem. Vbi clarè supponit esse inualida metu contracta: aliàs publica honestas oriretur. Eandem tenet *Manuel 1. tom. sum. 2. cap. 231. n. 4. & c. 244. n. 4.*

Prima concl. sit. Prior sent. est satis probabilis, at hæc 3 posterior est probabilior. Cauendum tamen est ab *Alex. de Neuo*, qui *d. c. Ex litteris, n. 5. & 6.* colligit ex eo textu, me-tum illatum post sponsalia inita, esse iustã illa dissoluendi causam, siue ab impuberibus, siue à puberibus contracta sint. Et probat ex eo textu, ex quo constat sponsalia illa absque metu inita esse, posteaque per metum traductam esse illam puellam: ibi, *puella quadam anno XII. iurata fuit, & desponsata cuidam puero, & tempore procedente de voluntate parentum, potius quam de sua ad domum pueri pueri adducta, vbi nolens & inuita, minis parentum impulsa.* Velle autem supple-re, desponsatam esse minis parentum, est improperiare ver-ba, id enim expressisset Pontifex, sicut expressit iuramen-tum, & minas in traductione ad domum. Sed dico id minimè verum esse. Si enim sponsalia semel valida fue-runt, coactio subsequens circa matrim. cùm minimè ipsa inficiat, sed solum matrim. hoc irritabit, manentibus il-læsis sponsalibus: eò vel maximè, quod puer ille cui spon-salium obligatio acquisita erat, in nulla metus culpa fuit: parentes quippe puellæ illi metum incusserunt. Quare ergo absque culpa puniendus est, vt ius per sponsalia acquisitum deperdat? Quod absurdum vt vitetur, sup-plenda est litera textus, & intelligenda, vt in ipsis etiam sponsalibus metus interceserit. Et licet vis inferatur lit-teræ, id patiendum est, quo vitetur absurdus intellectus: vt dixi lib. 3. disp. 39. n. 6.

Secunda conclusio. Metus leuis non irritat sponsalia, 4 Prob. quia irritatio est de iure humano, at c. *Ex litteris, de de-sponsat. impub.* irritans sponsalia, loquitur de metu cadenti in virum constantem. Item prob. ijsdem rationibus, quibus probauimus hoc lib. 4. disp. 17. nu. 3. matrim. non irritari metu leui.

Tertia concl. Quamuis diceremus sponsalia metu viri 5 constantis inita, esse valida: posset coactus propria aucto-ritate ab eis resilire. Cùm enim actionem habeat ad pe-tendum à iudice rescissionem, poterit propria auctorita-te vtendo ea exceptione, nolle eis stare. Cui enim com-petit actio, eidem competit exceptio, etiam in foro con-sciẽtiæ, & aute iudicis sent. (vt dicemus l. 6. disp. 38. n. 34.)

Vnde dicendum est hunc teneri ad ea sponsalia, nisi vti velit eo exceptionis beneficio: (vt ibi etiam in alio simili dicemus. Præterea, quia alter qui liberè consensit, tenetur sponsionem coacto remittere, quamuis ipse minimè metum intulerit. Sicut probauimus hoc 4. l. disp. 8. n. 7. possidentem rem metu graui ab alio extortam, teneri restituere: ergo coactus via quasi compensationis vtens, potest resilire à sponsalibus, sicut si nondum rem metu extortam tradidisset, vel postea occultè accepisset, posset retinere.

6 Hinc infertur, contrahentem sponsalia metu leui, posse similiter: propria auctoritate resilire. Quia quamuis in foro externo non competat actio, nec exceptio, competit tamen in foro conscientiæ, sicut dixi hoc 4. l. disp. 9. n. 6. obnoxia esse restitutioni in foro conscientiæ, extorta metu leui, quamuis possidens culpa vacauerit: ergo potenter ea exceptione vtens, & via compensationis non implore fidem eo metu leui extortam, quam alter in foro conscientiæ remittere tenebatur.

7 Ad argum. proposita n. 1. constat ex dictis responsio: non enim censentur irrita, sponsalia metu coacta, ex eo quod irritatur matrim. vt probat duo priora argumen. Et quamuis textus ea irritans videatur loqui, quando vi præcisa cõtracta sunt: at iã probauimus, n. 2. de metu intelligi.

DISPVTATIO XX.

An matrimonium contractum metu cadẽti in virum constantẽ, confirmetur iuramento, aut saltem ex iuramenti vinculo consurgat aliqua obligatio ratificandi illud matrimonium, aut petendi relaxationem iuramenti?

SVMMARIVM.

Quot sint quæstiones disputanda. n. 1.

Certum est iuramentum metu extortum non firmare contractum, & in quo distet iuramentum firmare contractum, vel non firmare: indigere tamen relaxatione, n. 2.

Refertur prima opinio, iuramentum metu graui extortum adiectum contractui, qui seclusa iuramento esset inualidus, non indigere relaxatione, n. 3. Et ibi iuramentum non supplet eius vitia.

Verior sententia obligare iuramentum, donec relaxetur. nu. 4.

Soluuntur argum. & explicatur c. Quamuis pactum, de pactis, in 6. & auth. Sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. n. 5.

Post quæ nonnulli alia summaria.

1 QVÆST. hæc valde difficilis est, & duplicis difficultatis intelligentia indiget. Et ideò quadruplex est disputanda quæst. Prima, an quoties actus inualidus, iureq; reprobatus, firmãdus est iuramento, debeat illud sponte, & metu seclusa præstari. Secũda, an id iuramentũ metu quãuis leue extortum, possit per Episcopum relaxari? Tertia, an matrim. metu contractum reddatur validum iuramẽto. Quarta, an saltem id iuramentum relaxatione egeat.

2 QVÆSTIO I. An vt contractus inualidus, iureque reprobatus cõfirmetur iuramento, sit illud sponte & seclusa metu præstandum? Supponendum est, quòd latè diximus l. 1. disp. 32. nu. 3. & triplici seq. aliud esse contractum firmari iuramento: & aliud non firmari, sed iuramentum obligare, indigereque relaxatione: ibique quot sint inter hæc differentiæ, explicui. Certum est, iuramentum metu graui extortum, minimè confirmare contractus aliàs inualidos. vt clarè probant *textus nu. seq. pro priori sent. allegandi.* Difficultas autem in eo versatur, an tale iuramentum obliget, indigeatque relaxatione?

3 Duplex est sent. Prima ait nõ obligare, & proinde nullæ indigere relaxatione: probatur ex *c. Quamuis pactum, de pactis, in 6. & c. 2. de iureiur. in 6. & c. Cum contingat, de iureiur.* an. in quibus est sermo de renunciatione legitimæ, & alienatione fundi dotalis, quæ pacta seclusa iuramento sunt irrita, & tamen iuramento accedente, decidunt hi textus seruanda esse, si tamen iuramentum absque vi & dolo præstitum sit: ergo à contrario sensu, si metu extortum sit, nullam vim habebit. Et confirm. quia ibi æquiparantur iuramentum metu, & dolo præstitum, at quando dolus dat causam contractui bonæ fidei, iuramentum defectu consensus non obligat: vt tradunt omnes: ergo nec quando metus intercedit. Secundò prob. ex *auth. Sacramenta puberum, c. Si aduersus vendit.* ibi, *per vim autem, vel iussum metum exorta, etiam à maioribus, nullius esse momenti inbemus.* At si indigerent absolutione, essent alicuius momenti, & coperarentur obligationem, dum non relaxantur. Tertiò prob. quia iuramentũ vnum plura vitia supplere minimè potest; vt alijs relatis tradunt *Menoch cons. 29. nu. 40. vol. 1. Seraphinus de primitegijs iurium. priuil. 83. n. 44.* Sed in hoc cẽtu concurrit duplex vitium, alterum, defectus spontaneæ voluntatis, alterum, valoris contractus; quia aliàs erat irritus: ergo non sufficit iuramentum hoc metu extortum. Et confirm. quia ea ratione iuramentum præstitum à minõre, sponte, tantum supplet defectum minoris ætatis, hoc est, tantum confirmat contractum, eo casu quo erat nullus defectu minoris ætatis, vt tradunt multi, quos refert & sequitur *Gutier. auth. Sacramenta puberum, C. Si aduersus vendit. n. 31. & seq.* Et ideò hanc sent. dicentes tale iuramentum in hoc casu minimè obligare, nec indigere relaxatione, sustinent *Vincentius*, quem refert & sequitur *Abb. c. Cum contingat, de iureiur. nu. 3. & ibi Alexat. n. 8. Franc. c. Quamuis pactum, de pactis, in 6. n. 5. & 11. vers. Quarto casu, & c. 2. de iureiur. in 6. n. 6. Felinus c. Præterea, n. 35. de sponsal. vers. Tertius est, & c. Si verò, n. 8. casu 1. & c. 2. nu. 2. de iureiur. Grammatinus

nu. 19. Sayrus de priuil. iuram. priuil. 110. n.8. P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 149. f. 841. §. Quatuor iuribus.

5 Ad argumenta prioris sent. proposita n. 3. respondeo. Ad 1. textus illos decidere, contractus, minorum, & alienationem fundi dotalis confirmari iuramẽto, nec locum esse illius relaxationi: quod important verba illa posita in d. c. Quamuis pactum, omnino seruari debet: vt ibi expendunt Dominic. in 4. & Francus n. 3. vnde dum excipiunt, nisi iuramentum metu præstitum sit: exceptio illa tantum denotat, quando iuramentum metu præstitum est, minimè habere vim confirmandi contractum, & efficiendi illum irrevocabilem: facile enim reuocabitur obtenta iuramenti relaxatione, quæ in eo euentu concedi potest: vnde minimè probant ij textus, iuramentũ inualidũ esse. Ad confirmationem respondetur, non æquiparari dolum & metum, quoad omnia, sed quoad hoc tantum, quod iuramentum dolo, vel metu præstitum, non confirmat contractum, & potest relaxari: hoc enim tantum decidere intendunt illi textus, nec tractarunt, an iuramentum sit obseruandum, nec ne: sed in alijs iuribus deciditur: vnde cũ d. Verum, & c. Si vero, tradatur regula generalis, iuramenta metu extorta obligare, dum non vergunt in dispendium salutis æternæ, dum non relaxantur, illis standum est. Neque obstat iuramentum dolo extortum, quando dolus dat causam contractui, esse irritum: quia talis error consensum aufert, in metu autem adest consensus. Iuramentum autem absque consensu non obligat: & ideo dolus impedit eius obligationem, quam tamen minimè impedit metus. Ad 2. dico nihil omnino probare. Quia agit de contractibus maiorum, & minorum, & ita de iuramento metu extorto, tam in contractibus validis, quàm invalidis. Quare communis solutio habet authenticam illam correctam esse iure canonico, c. Verum & c. Si vero, de iureiur. in quantum decernit iuramenta metu extorta, nullius esse momenti. Et cum materia iuramenti, sit spiritualis, in ea, iuri canonico standum est, c. 2. de iureiur. in 6. Vel 2. dic cum Fortunio de vlt. fine, illat. 22. n. 463. cum seq. intelligi auctoritatem illam, vt iuramentum metu extortum nullius sit momenti, quoad obligationem homini acquisitam. Ea enim ex tali iuramento nõ acquirntur (vt dixi l. 1. disp. 32. n. 1.) Secus autem, quoad obligationem acquisitam Deo: de qua ius cuique nil disponit, ne mittat falcem in messem alienam. Ad 3. fateor, non supplere defectum spontaneæ voluntatis, illud iuramentum: qua ratione non confirmare contractum, ad quod spontanea voluntas desideratur: quæ tamen minimè necessaria est, vt iuramentum obligret. Ad confirm. constat ex proxima solutione. Quia iam fatemur iuramentum non supplere duplex vitium.

SVMMARIVM.

Quando versatur turpitudo in recipiente, vt in iuramento metu graui extorto potest Episcopus relaxare, & implere mementanea solutione, & postea statim absque relaxatione rei solutæ repeti, n. 6.
An idem sit in metu leui: refertur opinio negans, n. 7. & contraria, n. 8.
Opinio eorum, n. 9. Vbi an id iuramentũ possit per diploma relaxari.
Solumntur argumenta n. 10. Post quem tamen alia summaria.

6 QVÆSTIO II. An si quis metu leui cogatur iurare, possit obtinere iuramenti relaxationem ab episc. & si soluat, possit absque iuramenti relaxatione repetere? Supponendum est, quando versatur turpitudo ex parte recipientis, quia tenetur iure naturali, & diuino rem acceptam restituere, vt contingit in iuramento soluendi usuras, vel metu grauis extorto posse episcopum ante solutionem relaxare iuramentum: & absque tali relaxatione posse rem solutam statim repeti. (vt latè probaui lib. 1. disp. 32. n. 6. 7. & 15.) Consistit ergo difficultas, an idem dicendum sit, quando metus est leuis?

7 Duplex est sent. Prima negat posse relaxari. Prob. ex c. Si vero, de iureiur. ibi, *si vero aliquis quemquam grauissimo metu: & c. Verum*, eo t. ibi, *verum in ea quæstione, quæ quinto loco ponitur, an à sacramenti vinculo absoluantur qui istud inuitis pro vita, & rebus seruandis fecerunt.* In quibus textibus ponderatur metus viri constantis, vt concedatur absolutio. Secundò, quia metus leuis non reputatur in iure metus, nec tollit spontaneum consensum: (vt dixi hoc 4. lib. disp. 17. n. 3.) Sic tenent *glos. c. Verum, verb. Inuiti, de iureiur. & ibi Ant. nu. 5. Innoc. c. Ad aures, n. 1. de his quæ vi*, vbi *Hostiens. ad fin. super verb. Confirmata, & ibi Ioan. Andr. n. 7. & 10. Ant. n. 9. Anch. ar. ad fin. Card. n. 3 q. 1. Abb. c. penult. n. 10. de his quæ vi, & c. Cum contingat, num. 21. vers. Sextus casus, de iureiur. Felin. c. 2. num. 3. de iureiur. Imola d. c. Si vero, nu. 4. Angel. Iuramentum, n. 5. n. 10. Sylues. Iuramentum, 4. q. 7. fin. Greg. Lop. l. fin. verb. Que la fizo, t. 11 p. 3.* Et hanc sent. dicit in practica tenendam, *Cornens repet. auth. Sacramenta puberum, n. 12. C. si aduersus venditionem.*

Secunda sent docet concedendam esse relaxationem 8 ab episcopo, etiam quando metus est leuis. Prob. quia nõ est iustum ex dolo suo, extorquentem iuramentum reportare commodum. c. Ad nostram, de empt. & vend. & c. Tuæ, de clericis non resident. Secundò ex c. Soluite, & c. Accepta, de restit. spol. vbi ponderatur, iuramenta esse sponte, & non vi, aut metu præstita: & eodem modo *auth. Sacramenta puberũ, C. si aduersus vendit.* at quando metus est leuis, non præstatur sponte iuramentum. Hanc tenent *Hostiens. c. Verum, de iureiur. inst. super verb. Inuiti, & ibi Ioan. Andr. n. 6. Abb. num. 3. Alex. de Neuo n. 7. & S. D. Ant. 2 q. c. 10. c. 6. Quintus casus.* Et hãc dicit veriorem in puncto iuris, *Cornens repet. d. auth. Sacramenta puberum, nu. 12.* & eam sequitur in foro conscientiæ, *Couarr. reg. Peccatum, 2 p §. 3. nu. 7. iunt. Lud. Lop. l. 2. de contract. c. 17. §. Quod si hæc sententia.*

Sit concluſ. Quamuis in foro externo minimè concedatur iuramenti relaxatio, vbi metus est leuis: eò quod non conceditur rescissio contractus tali metu inito. At in foro conscientiæ dicendum est, concedendam esse relaxationem ab Episcopo, nec id iuramentum confirmare contractum, implerique momentanea rei solutione, possequè statim absque iuramenti relaxatione repeti: & posse per diplomata, vel priuilegia relaxari, casu quo posset existente metu graui: de quo dixi l. 1. disp. 32. n. 17. Et ratio est, quia sicut in metu graui adest turpitudo in recipiente, ita etiam quando metus est leuis, & talis vt iure naturali obliget in foro conscientiæ ad restituendum, vt probaui hoc lib. 4. disputatione 9. num. 4. 9

Ad vtrumque arguin. prioris sent. propositum, n. 7. dic 10 probare in foro externo non concedi eam relaxationem.

SVMMARIVM.

An matrimonium metu contractum, reddatur validum iuramento, refertur opinio affirmans, n 11. Et contraria verior, n. 12.
Solumntur argum. & explicatur c. Inter cætera, 22 q. 4. n. 13.
Post n. 13. sequentia alia summaria.

QVÆSTIO III. An matrim. metu contractum, si firme- 11 tur iuramento, reddatur validum? Aliqui (vt refert *Ricard. 4. d. 29. a. 2 q. 3.*) dicunt ratificari, saltẽ in foro conscientiæ: & ipse *Ricard.* videtur sentire id esse probabile, subdit enim alios dicere probabiliter non ratificari. Et prob. hæc sent. ex c. *Inter cætera 22. q. 4.* quod est D. Aug. ibi, *quæsiui quid tibi agendum sit de Vbaldo, qui captus, & timore mortis impulsus, suæ concubinæ iuramento firmauit ipsam in coniugem suscipere: qui a vero quam prius concubinam habuerat, non est peccatum in coniugem suscipere, matrimonium sit in Deo fixum, & stabile.* Ergo matrim. metu coactum, si iuramento stabiliatur, efficietur validum. Secundò, quia renunciatio electionis metu facta, est inualida, & renunciatio legitimæ, at si iuramento stabilsantur, fiunt validæ: vt de renunciatione electionis constat ex c. *Ad aures, de his quæ vi*: & de renunciatione legitimæ constat ex c. *Quamuis pactum, de pactis in 6.* Ergo similiter quamuis matrimonium metu contractum sit inualidum, si accedat iuramentum, erit validum.

Cæterum tamquam certum, tenendum est huiusmodi 12 matrim. nõ effici validum iuramento. Prob. ex c. 2. *de eo qui ducit in matrim.* vbi expresse habetur, eum qui post matrim. metu contractum & iuratum, aliam duxit, permansurum cum secunda, priusque matrim. fuisse inualidum. Et ratio est, quia matrim. metu contractum, irritum est defectu liberi ac spontanei consensus. c. *Cum locum, de spons.*

at iuramentum non supplet defectum, consensus substãtialiter requisiti: vt notant *DD. cap. fin. de procur. in 6.* Item, quia aut iuratur aliquid præteritum, & tunc iuramentum non posset efficere validum matrim. præteritum, quod ratione metus irrirum erat: aut iuratur aliquid futurum, & tunc non potest efficere matrim. sed ad summum sponsalia: aut aliquid præsens, vt quod consentit iurans in id matrim. & tunc est sola testificatio consensus præsentis; qui est inualidus: ergo nullo pacto potest confirmare matrim. Item, quia iuramentum metu extortum non confirmat contractum, qui alias seclusso iuramento erat inualidus, (vt dixi n. 2.) ergo iuramentum metu extortum, minimè confirmat matrim. inualidum eo metu contractum. Præterea, quia personæ sunt inhabiles ad contrahendum durante metu, sicut sunt inhabiles ad contrahendũ clandestinè, ex decreto Ecclesiæ talia irritantis matrimonia, sed per iuramentum non efficiuntur habiles: ergo nõ potest confirmare illud matrim. Præterea, quia si iuramentũ redderet validum matrimon. metu contractum, Ecclesia nullum attulisset remedium coactionibus, quod tamen maximè intendebat: nam qui compellit aliquem ad contrahendum, facilimè compelleret etiam ad iurandum. Præterea, quia matrim. coactum prohibetur ob publicam vtilitatẽ, cò quòd alioquin male seruaretur pax inter cõiuges, & in republica, male que soboles educaretur: at cõtractus vetitus ob publicam vtilitatem, non firmatur iuramento: (vt diximus l. 1. disp. 32. n. 8.) Tandem, quia iuramentum sortitur naturam primordialem actus cui apponitur, sortiturque eius conditiones. *l. fin. c. de non num. pec.* sed matrim. requirit liberum ac spontaneum consensum: ergo iuramentum adiunctum matrimonio, habet eam tacitam conditionem, si consentus libet sit: ac proinde vbi est coactus consensus, minimè confirmabitur. Et ita docent omnes quos n. 15. referam, asserentes hoc iuramentũ, non obligare. Et præter illos. id tenent *gloss. c. 2. verb. Tanta, de eo qui duxit in matrim. & ibi Ant. n. 3. Abbas n. 5. Alex. de Neuo n. 5. & 6. Præpos. ibi fin. Iason. l. Titia. n. 6. imit ff. de verb. oblig. Parisius cons. 60. n. 11. & cons. 62. n. 63. vol. 4. Syluester matrimonium, 8. q. 11. dict. 8. Armil. verb Matrimonium, n. 41. Tabiena verb. Impedimentum, imped. 9. ad fin. Neuizan. cons. 46. n. 3. Cordoba sum. qu. 171. punct. 1. Fol. Vaclauus de prob. li. 2. c. 3. nu. 56. Alexan. Carrerius l. 4. de sponsal. c. 9.* (habetur *tom. 9. tract.*) *Angles florib. 1. p. materia de matrim. q. 3. de consens. coact. a. 1. dissu. 3. f. 548. Palacios 4. d. 29. d. sput. vnica. f. 665. Porro autem.*

Ad argum. propos. n. 11. resp. Ad *c. Inter cetera gloss. ibi, verb.* 13 *Matrimonium*, varias assignat solutiones. Prima est, metum fuisse leuem, eo quod non erat verisimile mortẽ comminãtes eam illaturos. Eodem modo solut *gloss. c. 2. de his quæ vi, verb. Coactus, & ibi Anton. n. 7. fin. Abb. ibi n. 8. fin.* Sed nullo modo placet mihi hæc solutio: quia dicit textus, *timore necis* & assignat rationem, *quia non est peccatum contrahere cum illa.* Quæ ratio etiam procedit in metu graui. Secunda solutio est, vt intelligatur textus, quando post matrim. illud, commixti sunt carnaliter: iuxta *c. Veniens, el 2. de sponsal. & c. 2. de eo qui duxit.* Sic explicat *gloss. cod. c. Inter catera, verb. Matrimonium.* Sed minus placet hæc solutio: quia absque aliquo fundamento diuinat interfuisse copulam. Item quia tunc impertinens esset ratio, quam textus assignat, ibi, *quia verò quam prius concubinam habuerat, non est peccatum in coniugem accipere.* Nam esse peccatum, nec ne, nihil confert ad matrimonij valorem. Tertia solutio est, vt loquatur consulendo, non præcipiendo. Sic *gloss. cod. verb. Matrimonium, & d. c. 2. verb. Coactus*, vbi *Ant. n. 7. fine*, & multi alij. Sed similiter displicet. Quia ea verba, *matrimonium sit in Deo fixum, & stabile* non videntur eum sensum habere: & sæpe nõ est sanum consilium concubinam ducere. Quarta solutio est *vtrusque gloss. ibidem, Antonij cod. n. 7. & Abb. cod. nu. 8.* metum non fuisse probatum. Sed vaticinantur, nullaque probabili coniectura ducuntur: nec ratio in textu tradita congruit. Ideo vera expositio est, quã tradit *Fortunius de vlt. fin. illat. 21. n. 407.* nec in *eo c. Inter catera*, nec in *tota ea q.* tractari, an valeant gesta per metum, sed tantum, quæ iuramenta licita sint, & seruanda. Vt constat ex *summa illius quæst. posita in princ.* & ibi D. Augustin. consultum fuisse de Vbaldo, qui metu coactus à consanguineis suæ concubinæ, iuramento spopondit se eam ducturum, ac negaturum necessaria alimenta matri. & fratribus: non fuit ergo dubitatum de valore matrimonij, sed an iuramentum fuerit licitum. Quare dum inquit, *matrimonium in Deo sit fixum, & stabile*: intelligit iuramentum illud contrahendi matrim. licitum esse, & obseruari posse: at iuramentum negandi alimenta, non esse iustum. Et hæc expositio constat ex ratione quam subdit *D. Augustin.* ibi, *quia verò quam prius concubinam habuerat, non est peccatum*, &c. Idem etiam confirmat *Gratian.* nam *ad fin. illius c.* sic concludit, *sed cum his omnibus illicita iuramenta non seruanda probentur.* Vel tandem potest exponi is textus, vt dum *D. Augustin.* ait, *matrimonium sit fixum, & stabile*, non loquatur affirmatiuè: sed ex hypothesi, quasi dicat, esto daremus id iuramentum confirmare matrim. & obligare, non sequitur iuramentum negandi parentibus alimenta obligare: quia illud est de re licita, hoc autem de illicita. Ad 2. argumentum negatur consequentia, quia illi contractus prohibentur propter priuatam vtilitatem: at matrim. ob publicam. Item licet alij contractus irritentur, at personæ non reddantur ad contrahendum inhabiles: vnde non mirum si per iuramentum, possint confirmari: at matrim. coactum irritatur, & personæ redduntur inhabiles ad sic contrahendum, & sic nullo potest confirmari iuramento.

SVMMARIVM.

An iuramentum adiectum matrimonio metu grauis initi, obligat, indigeatq; relaxatione, referuntur opinio affirmans, n. 14. & contraria, n. 15.

Propositum confusum in quibus in dubium vertitur an sit valor iuramenti & argumenta ad probandum valere illud vt sponsalia, n. 16.

Iuramentum per verba de præsenti adiectum matrimonio coacto, non obligat, nec eget relaxatione, n. 17. Nec conferget vt de sponsalium obligatione, n. 18.

Si apponatur per verba de futuro, vt de non contrahendo illi matrimonio, non obligat, n. 19. Et quid si eo rato habendo aliter consentiat, n. 20 Soluuntur argumenta, n. 21.

QVÆSTIO IV. An iuramentum adiectum matrimonio 14
metu graui extorto, obliget, relaxatione que indigeat? Semetu iuramentum soluendi vsuras non confirmat contractum, obligat tamen, donec relaxetur: (vt diximus lib. 1. disp. 32. n. 12.) Duplex est sent. Prima ait obligare, indigere que relaxatione. Probatur, quia id iuramentum non est contra bonos mores, vt constat ex *c. Inter catera. 22. q. 4.* ergo est seruandum: iuxta regulam traditam *c. Cum contingat, de iureiurand.* Et confirm. quia hac ratione iuramentum soluendi vsuras seruandum est, *c. Debitores de iureiur.* Sic docent *Ant. c. 2. de his quæ vi. fin. & ibi Abb. nu. 8. fin. & ibi Imola fine*, dicit hoc esse tutius. Idem docent *Archidiac. c. Inter catera, 22. q. 4. vers. In gloss. argumentum, & ibi Turrecr. in fine.* vbi dicunt in eo textu actum iurandi fuisse vnum, at promissa iuramento duo: alterum ducendi concubinam & hoc fuisse licitum, & obligasse. Idem tenet *Neuizan. cons. 46. n. 22. & 27.* Et id in foro conscientiæ esse consulendum, docent *Rosella verb. Impedimentum, imped. 10. n. 10. Syluest. Matrimonium, 8. q. 11. dicto 8.* & hæc sent. est probabilis.

Secunda sent. docet id iuramentum non obligare, nec 15
indigere relaxatione. Hanc sent. probant *Abb. Alex. de Neuo, & Iason.* Quia id iuramentum est contra bonos mores. Sed non video qua ratione bonis moribus aduersetur: nullatenus enim peccat, qui ad redimendam vexationem consentit matrimonio coacto, illudque iurat: (vt diximus hoc lib 4. disp. 16. nu. 6. & 7.) Ideo melius probatur, quia Ecclesia non tantum irritat matrimonium metu initum, sed etiam iuramentum tali matrimonio accedens. Vt colligitur ex *cap. 2. eo qui duxit in matrim.* vbi cum qui contracto matrim. & iurato cum vna ob mortis metum aliam duxit, definitur cum secunda validè contraxisse, & liberè permittendum cum ea permanere: si tamen Ecclesia sentiret, velletque eiusmodi iuramentum obligare, adiungeret pro fractione iuramenti imponẽdam esse aliquam

quam pœnitentiam: sicuti fecit c. *Sicut de sponsal.* vbi definit textus, priora sponsalia iuramento stabilita dirimi per matrimonium: & subdit, *imposita ei pœnitentia competenti: quia primam fidem irritam fecit*. Et expresse de iuramentis metu extortis, ait Pontifex c. *Verum, de iureiur.* violatoribus imponendam esse aliquam pœnitentiam, quamuis minorem. Cum ergo in nostro casu nulla imponatur pœnitentia fractori prioris iuramenti, sed libere decernatur permansurum in posteriori matrimonio, signum est Ecclesiam velle, & sentire illud iuramentum minime obligare. Secundò prob. quia quando contractus prohibetur ob publicam vilitatem, iuramentū illi accedens non obligat: vt dixi lib. 1. disp. 32. nu. 9.) at matrim. ob publicam vilitatem prohibetur, quando metu contractum est. Item, quia cum iuramentum sequatur naturam & conditiones cōtractus cui accedit, & matri. requirat liberum ac spontaneū cōsensum, iuramētum illi accedens cū habet subintellectā conditionem, si consensus liber ac spōtaneus sit: quare deficienti conditione, corruit iuramentum. Hanc sent. tenet *glos. 1. ap. 2. 15. q. 6. verb. Absoluimus, post medium, vers. Tu breuiter dicas, & c. 2. de his quæ vi, verb. Coactus, & ibi Hostien. ad fin. idem gl. 1. 2. verb. Tanta, de eo qui duxit in matrim. & ibi Abb. n. 5. Alex. de Neuo, n. 5. & 6. Præpos. ibi sine, Felin. c. Si vero ad fin. de iureiur. Grammaticus decisione Neapol. 103. n. 7. Iason l. Titi n. 6. init. ff. de verb. oblig. Turrecr. 31. q. 2. in sum. n. 12. Ant. Cucus l. 5. institut. maior. t. 12. n. 126. Alex. Carrerius l. 4. de spons. c. 9. ad fin.* (habetur *to. 9. tractat.*) *Lex si. tit. 11. p. 3. & ibi Greg. Lop. vers. En orden. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 5. n. 3. Paz della l. inter pactas. n. 6. C. de transact. Gutierr. de iuram. 1. p. c. 57. n. 22. Anast. Germonius l. 3. de sacrorum immunit. c. 21. n. 83. Ful. Paetanus l. 2. de prob. at. c. 3. n. 56. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 110. n. 11. Matienzo lib. 5. recop. tit. 1. subr. gl. 1. n. 120.* quamuis statim sibi contradicat, ait enim peccare, si cum alia cōtrahat ante iuratēti absolutionem. & refert pro se *Cotarrutam 4. decret. 2. p. c. 3. §. 5. n. 4.* qui id minime dicit, sed sub conditione, si valeret iuramentum: at *n. 3.* præmiserat non valere. Idem tenet *Gratian. reg. 272. n. 2.* Et ex Theologis, *Abulen. q. 5. Matth. q. 306. ad fin. Sotus 4. d. 29. q. 1. a. 3. vers. Alia vero, & vers. Et per hoc respōdetur: Enriquez l. 11. de matrim. c. n. 6. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. c. 7. ad fin. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 47. a. 3. circa 3. argum. dub. 2. f. 216. tol. 2. §. Cōclusio tamen sit, & §. Ad 3. argu. Aragō 2. 2. q. 89. a. 7. circa solut. ad 3. sunt l. 4. Barth. à Ledesm. de matri. dub. 23. post 3. concl. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matr. c. 40. fol. 1065. §. Accedit & hic: Manuel to. 1. sum. 2. edit. c. 231. n. 4. & c. 244. n. 4. Vega l. 2. sum. casu 514.*

16 Hæc sunt quæ circa hanc quæst. dicunt DD. & profectò satis confusè loquuntur, nō enim explicant qualiter præstandum sit iuramentum in contractu matrimonij, vt non indigeat relaxatione, an, scilicet, per verba de præsēti, an de futurō. Et ideo claritatis gratia, tres sunt distinguendi casus: tripliciter enim potest adhibere iuramentum in contractu matrimonii. Primò, per verba de præsēti, vt, Duco te in vxorem, & iuro me ducere. Secundò, per verba de futuro, iurādo se non contrauenturum illi matrim. coacto. Tertiò, iurando similiter per verba de futuro, se ratum habiturum illud matrim. Quando ergo apponitur per verba de præsenti, duplex potest esse difficultas. Altera, an esto non confirmet matrimonium, valeat tamen id matr. & obliget tamquam sponsalia: Vt de matri. inter impuberes inito, quod valere nequit vt matrimonium decernitur *cap. vnic. de despons. impub. in 6.* valere vt sponsalia. Et sic valere probatur: quia iuramento hæc iure ineſt virtus, vt si eo adiecto non possit valere actus, eo modo quo fit, valeat meliori modo quo valere potest. Vt cum aliis tradit *Gutier. de iur. 2. p. 2. n. 3. 4. & 5.* Ergo efficiet, vt id matrimonium valeat tamquam sponsalia. Altera difficultas potest esse, an esto non valeat vt matrim. nec vt sponsalia, sit saltem iuramentum obseruandum, donec relaxetur: sicut quamuis contractus soluēdi vsuras, iuratur iuramento, at obligat iuramentum, donec relaxetur: & obligare probant arg. prioris opinionis.

Sit ergo prima concluſ. Si iuramentum apponatur matrim. contracto per verba de præsenti, vt, Duco te, & iuro me ducere, sicut matrim. est omnino nullum, ita etiam & iuramentum: quare nulla relaxatione indiget. Et ita tenēt DD. 2. sent. allegati n. 15. Et probatur eius argum. Item, quia tale iuramentum assertorium est, at ex iuramento assertorio nulla consurgit in futurum obligatio, sed statim est verum, aut falsum, & ideo in illo non habet locum relaxatio: teste *D. Th. 2. 2. q. 89. a. 9. corp.* Hanc tenet *Fortun. de virt. sin illat. 21. n. 483.* habetur *1. vol. tractat. nouiorum.*

18 Secunda concluſ. Ex tali matrimonio metu contracto, & iurato per verba de præsenti, nulla consurgit obligatio etiam sponsalium. Prob. quia ius resiſtit tali contractui, irritauitque iuramentum: (vt probaui nu. 15.) Item, quia tā matrim. quam sponsalia, vt valeant, requirunt liberum consensum: (vt probaui disp. præc. n. 2. & 3.) ergo cum hic deficiat liber consensus, nec valebit vt matrim. nec vt spōsalia. Tandem, quia matrimonium clandestinum nec obligat vt matrim. nec vt sponsalia (vt diximus lib. 1. disp. 20. n. 4.) eo quod ius tali contractui resiſtit: ergo cum similiter resistat matrim. per metum extorto, idem dicendum est. Ita *Enriquez l. 11. de matrim. c. 9. n. 6.*

19 Tertia concluſio. Si iuramentum adiiciatur contractui matrimonij coacti, per verba de futuro, si sit iuramentum de non contraueniendo illi matrimonio, absque nouo consensu, & ratificatione illius, non obligat, nec relaxatione indiget. Quia est contra bonos mores, & culpa lethalis vti matrimonio nullo, quale est illud metu initum: nec conualescere potest absque nouo consensu.

20 Quarta concluſio. Si iuramentum sit de futuro, nimirum, de non contraueniendo, sed de rato habendo illo matrimonio, nouo consensu libero; tunc perinde est, ac iurare se denuo contracturum matrimonium. Et huius decisio pertinet ad disputationem sequentem, vbi disputabimus, an sponsalia metu contracta iuramento firmentur. Sic enim iuramentum præstare, est sponsalia iurare.

21 Ad argum. 1. sent. propositum n. 14. & confirm. dic, si iuramentum sit per verba de præsenti, etiamsi non sit contra bonos mores, nullam ex eo oriri obligationem, nec in eo habere locum relaxationem. Vnde illud axioma, iuramētum quod non est contra bonos mores, obligat, intelligitur in iuramento promissorio: (vt explicui, n. 17.) Si autem iuramentum sit de futuro, si est de non contraueniendo absque nouo consensu, dic esse contra bonos mores: vt probaui nu. 19. Si autem cum nouo consensu, dicam disputatione sequenti. Ad argumentum propositum n. 16. ad probandum valere vt sponsalia, respondetur dupliciter. Primò habere iuramentum illam vim quando ius non resistit contractui omnino illum irritans: sicut etiam contingit in matrim. clandest. qua ratione etiam accedente iuramento non valet vt sponsalia: vt dixi l. 1. disp. 20. n. 4. Secundo resp. id verum esse, quando altero modo potest valere: at matrim. coactum non potest etiam vt sponsalia valere. Quia metus vtrumque contractum vitiat: vt dixi hoc 4. l. disp. 19. n. 3.

DISPVTATIO XXI.

An sponsalia metu graui contracta, valida sint si iuramentum accedat? vel iuramentum saltem obseruandum sit, donec relaxetur?

SVMMARIVM.

An sponsalia non firmentur iuramento, & ideo licet valida essent, posset ab episcopo relaxari, n. 1.

An iuramentum tale indigeat relaxatione? refertur opinio affirmans, n. 2. Et contraria n. 3.

Quando metu leui incutitur sponsalia, an firmentur iuramento, vel illud possit ab episcopo relaxari? n. 4. Et quid, de iuramento accedente promissioni dotis, vel arrarum, constituentis procuratoris, voto, vel professioni metu facta? refertur opinio negans iuramentum obligare, n. 5. Et sunt auctores, n. 6.

Soluuntur argum. n. 7. Et vbi, an semper iuramentum quod non est contra bonos mores obliget, & indigeat relaxatione?

1 PRÆMITTENDVM est, aliud esse quærere, an talia sponsalia firmentur iuramento? Et aliud, an tale iuramentum obliget, donec relaxetur? (vt dixi disput. præc. nu. 2.) Et quidem, si teneamus sponsalia metu contracta esse inualida, (vt tenuimus hoc 4. libro disp. 19. n. 3.) manifestum est non effici valida accedente iuramento. Quia iuramẽtum metu extortum cùm non confirmet contractum, relinquit illum in pristino valore, aut nullitate: (vt diximus eadem disp. præced. n. 2. Quare ex illis nulla oritur publica honestas. Et esto diceremus ea sponsalia valere, dicendum esset non confirmari iuramento, & posse peti relaxationem iuramenti ab episcopo, eaque concessa, contra talia sponsalia veniri: prout poterat secluso iuramento. Sicut generaliter docuimus de iuramento metu extorto, l. 1. disp. 32. n. 6.

2 Specialis autem difficultas in eo sita est, an id iuramentum obliget, relaxatione que indigeat, sicut iuramentum soluendi vsuras? Duplex est sententia. Prima ait id iuramentum obligare, indigereque relaxatione. Prob. quia id iuramentum non vergit in dispendium salutis æternæ, potest enim seruari absque omni culpa, maximè cùm ad redimendam propriam vitam, licitum sit obligare se ad contrahendum, ergo obligat, iuxta regulam traditam *cap. Cum contingat, de iureiuran. & c. Quamuis pactum, de pactis, in* 6. Et confirmatur, quia iurans soluere vsuras ad redimendam vexationem, cum minimè peccet obseruando iuramentum, tenetur illud obseruare: iuxta *c. Debitores, de iureiurand.* quamuis id iuramentum non confirmet contractum, vt dixi disp. præced. n. 2. Secũdò probatur: quia minor consensus requiritur ad valorem sponsalium, quàm ad valorem aliorum contractuum: nam illa valent inter septennes, hi autem non defectu debitæ discretionis ad consentiendum, sed in aliis cõtractibus metu extortis valet iuramentum, & illos confirmat: ergo similiter est dicendum de sponsalibus, Minor constat ex *c. Verum, & c. Si verò, de iureiur.* Hanc sent. vltra DD. quos retuli disp. præc. nu. 14. asserentes iuramentum additum matrim. coacto, obligare ad contrahendum: idem enim à fortiori dicent in sponsalibus, defendunt tamquam probabilem problematicè, *Ricard. 4. d. 29. art. 1. q. 2. Palud. ibi, q. 1. tota a. 5.* Et tenent *D. Bonauent. 3. d. 39. a. 3. q. 2. fine, Soto l. 8. de iust. q. 1. art. 7. in solut. ad 3. in 2. membro resp. sin. ante §. In 3. membro, col. 18. Enriquez l. 11. de matrim. c. 9. num. 6. Barth. à Ledesm. dub. 23. de matrim. post 3. conclusionem f. 1353. Palacios 4. d. 29. disp. vnica ante vers. Porro autem, & in ipsomet vers. f. 665. Petrus de Ledesm de matrim. qu. 47. a. 3. dub. 3. quod nionet circa 3. argum.* Et *Aragon* dicit esse probabilissimam, 2. 2. *q. 89. a. 7. circa solut. ad 3. §. Sed vltra hæc sunt alia duo, in fine. fol. 1079.* Et eam tenent ex iurisperitis, *Syluest. verb. Sponsalia. q. 6. fine, Fortunius de vlt. fine, illationc 21. nu. 413. & 483.* (habetur *1. tom. tract. at. nouiorum.*) Et est satis probabilis.

3 Secunda sent. ait tale iuramentum minimè obligare, & ita non indigere relaxatione. Prob. primò, quia *c. Ex literis, de despons. impub.* per quem irrita sunt sponsalia metu contracta (vt probauimus hoc 4. l. disp. 19. nu. 2.) expressè loquitur de sponsalibus iuratis, vt patet ibi *ex literis tuæ fraternitatis accepimus quod puella quædam auno 12. iurata sint, & desponsata cuidam puero.* Et *Alex. de Neuo ibi, nu. 3.* explicat interuenisse iuramentum, quamuis *Innocent. ibi, fine,* id neget. Secundò prob. quia dum contractus aliquis ob publicam vtilitatẽ prohibetur, si iuramento stabiliatur, iuramentum nullam parit obligationem, nec relaxatione indiget: vt probauimus l. 1. disp. 32. n. 9. sed sponsalia coacta quæ sunt initium matrimonij, prohibentur ob publicam vtilitatẽ, sicut & ipsum matrim. coactum: oriuntur enim inde seditiones inter coniuges, ac in republica, male cõsulitur prolis educationi: ergo iuramentum illis accedens, minimè obligat. Et sic *Ricard & Palud. citati pro 1. sent. nu. 2.* quamuis problematicè vtramq; partem defendant, at in hanc sententiam magis inclinare videntur, cum eam in vltimo loco constituant. Eandem tenet quamuis sub aliquo dubio, *Caiet. sum. verb. Periurium, c. 2. de periurio promissorio, ad fin. §. Caput 3.* vbi hæc inquit, iuramentũ metu extortum de cõtrahẽdo videtur relaxatũ ipso iure: at tutius est relaxationẽ petere. Eandẽ videtur tenere *D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 18. §. 3. fin.* vbi tantum dicit tutius esse vt petatur relaxatio. Eandem debent tenere *omnes DD. n. 5. citandi*, qui asserũt quoties actus requirit spontaneũ consensum, vt in promissione dotis, &c. iuramentum accedens non obligare. Eandẽ tenent *Almain. 4. d. 29. ad fin. Soto 4. d. 29. q. 1. art. 3. vers. Alias verò, & vers. Et per hoc respõdetur, Aragon. 2. 2. q. 89. a. 7. circa solut. ad 3. Cõcl. 4. f. 1078. §. Accedit & hic alia q. Manuel 1. to. summ. 2. edit. c. 231. conclus. 4. n. 4. & c. 244. concl. 4. nu. 4. Vegal. 2. sum. casu 514.* Et dicunt esse probabilem *Barth. à Ledesm. & Petr. de Ledesm citatis in 2. pro priori sent.* Et hæc sent. est verior.

4 Monuerim tamen, quando metu leui contracta sunt sponsalia & iuramento stabilita, quamuis valida sint, vt secluso iuramento valida erant, iuxta dicta hoc 4. libro disp. 19. n. 4. at minimè confirmare iuramentum id tale contractum, in foro conscientiæ: quare potest cõtrahens illis contrauenire obtenta ab episcopo absolutione iuramenti, iuxta dicta disputatione præc. nu. 8. & 9. vbi diximus dari posse absolutionem iuramenti metu leue extorti, nec confirmare contractum.

5 Immo idem dicunt multi, de iuramento accedẽti promissioni dotis, & constitutioni procuratoris, & voto metu graui extortis, scilicet, non obligare, nec indigere relaxatione: quia hęc metu graui extorta, nulla sunt ipso iure iuxta dicta hoc l. 4. disp. 12. n. 22. 23. Ita ait probabiliter dici posse *gloss. c. Inter cætera, verb. Matrimonium, 2. 2. q. 4.* Et tenet *gloss. c. 2. verb. Absolutionem, vers. Tu breuiter dic. ut, 15. qu. 6.* Idẽ docet in dotis promissione, & procuratoris constitutione, *Hostiens. c. 2. de his quæ vi ad finem.* Idem docent in procuratoris constitutione, *Rebuff. conf. 121. n. 27. vol 4. & Flamin. de resign. benef. libr. 13. q. 1. n. 49.* Et in contractibus qui ratione metus sunt ipso iure nulli, eo quòd in eis desideretur, vt valeant, liber consensus, docent *Felin. c. Si verò de iureiur. ad fi. & c. Præterea, n. 31. casu 3. de sponsa. Grammaticus decis. Neapolit. 103. n. 70. Hippolyt. de Marsilijs,* quem refert ac sequitur *Roland. à Valle cons. 2. num. 80. 81. 82. vol. 1. Gregor. Lopez l. 5. tit. verb. Enordenar, t. 11. p. 3.* vbi idem decidit illa lex, in iuramento accedenti professione religionis, & promissioni arrarũ metu extortis: *Seraphinus de priuileg. iuramenti, priuil. 110. nu. 11. Petr. Gregor. syntagm. iuris p. 3. l. 50. c. 12. n. 4. Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. li. 2. c. 7. ad fin. & l. 3. c. 16.* Potest etiam probari ex ea opinione, quam disp. præced. n. 3. diximus esse probabilem, nempe, iuramentum metu extortum accedens contractibus ipso iure nullis, nil obligare.

6 Verum hoc non caret difficultate: quia, (vt diximus disp. præc. nu. 4.) verior sententia habet iuramentum coactum accedens contractibus, qui sunt ipso iure nulli, obligare. Et ideo quamuis contractus detrusi in carcerem, sit ipso iure nullus: per *l. Qui in carcerem. ff. de eo quod metus causa* iuramentum illi accedens obligare, docet *Gutier. de iuram. 1. p. c. 57. num. 19.* & de iuramento accedenti voto metu extorto; docet *Palacios 4. d. 29. disp. vn. fol. 666. §. Hoc argumentum.* Et ideo in constitutione procuratoris ad matrim. credo si metu extorqueatur, & iuramentum accedat, non obligare iuramentum. Quia (vt dixi hoc l. disp. 12. n. 22.) ille consensus quo is procurator constituitur, censetur permanere, & esse consensus quo perficitur matrimonium: quare sicut iuramentum accedens matrim. coacto, non obligat, ita neque accedens constitutioni procuratoris coactæ ad matrim. Idem credo de iuramento accedẽti professioni religionis, vel voto. Quia hæc videntur prohibita principaliter propter bonum commune: & quia voluntariũ militẽ eligit Deus. De iuramentò autẽ accedenti constitutioni procuratoris ad alia negotia, & promissioni dotis & arrarum metu extortis, credo obligare. Quia constitutio procuratoris ad alia negotia, metu facta, est valida ipso iure: (vt cum communiori sent. hoc 4. lib. disp 12. nu. 22. diximus.) Constitutio autem dotis & arrarum coacta licet nulla sit ipso iure (vt dixi eadem disp. 12. nam. 23.) tamen prohibetur ob bonum priuatum principaliter, patum enim

enim interest reipublicæ, siue hic, siue ille ciuis dotem cõsequatur, cùm intra eandem rempublicam maneat: iuxta regulam traditam l.1.disp.32.nu.11. & ita iuramento non firmabitur: ac erit necessaria relaxatio: (vt dixi eadẽ disp. 32.n.12.) Si tamen in his omnibus euentibus iuramentũ apponatur per verba de præsenti, vt iuro me promittere dotem, constituere procuratorem, &c. tunc iuramentum nihil obligat, nec relaxatione indiget: eo quòd est assertorium: vt dixi disp.præced.n.17.

7 Ad argum. ptioris sent. proposita nu.2.respond. Ad 1. negando consequ. Quia illa regula intelligitur, quando iuramentum non est contra bonos mores, nec cõtra publicam vtilitatem: vt docet optimè *Paul.auth. Sacramenta puberum n.8. & 9. C.si aduersus vendit.* Quamuis autem hoc iuramentum non sit contra bonos mores, quia potest absque culpa seruari: est tamen contra publicam vtilitatem. Sed dices, quo pacto fieri possit, vt sit contra publicam vtilitatem, metu graui contrahere sponsalia, & culpa vacet sic contrahens? Dic excusari à culpa ratione metus grauis illati, cùm prohibitio hæc sit de iure humano. Sicut anima regno extrahere, ob publicam vtilitatem prohibetur, at metu graui coactus iurans se extracturum, nec delinqueret, nec iuramenti relaxatione indigeret. Quia est contra bonum commune. Ad confirm. die diuersam esse rationem. Nam cõtractus vsurarius prohibetur principaliter ob bonum priuatum, parum enim interest reipublicæ, siue hic ciuis, siue ille pecuniam per vsuram extortam comparet: sponsalia verò coacta, ob publicam vtilitatem interdicuntur. Ad 2. distinguenda est maior. Minor consensus requiritur ad sponsalia; id est, minus liber, & spontaneus: nego. Minor cõsensus, id est, minor discretio in consensu: concedo. Rursus falsa est minor, nempe iuramentum metu extortum confirmare alios contractus: nam (vt dixi disp.præced.n.2.) tale iuramentum non firmat contractus: est tamen obseruandum, quando prohibentur principaliter ob priuatam vtilitatem, secus quando ob publicam (vt dixi lib.1.disp.32 n.12.)

DISPVTATIO XXII.

Vtrum Pontifex aux Princeps secularis possit subditos, aut pater filium cogere ad matrim.

SVMMARIVM.

Nec Pontifex, nec Princeps aliquis potest cogere ad matrimonium, potest tamen aliquando præcepto obligare, n.1.

Reperitur sententia duplex: altera dicens matrimonium absque paterna consensu irritum esse, & nullum: & altera, esse rescindendum, n.2. Et vera posterior, n.3.

Pater non potest cogere filium ad matrim. nec ad tale matrimonii, n.4. Intelligitur de metu vere coactiuo, nam interest aliquæ paterna vtcunque potest, n.5.

Non potest absque iusta causa impedire matrimonium filij, n.6.

Quando adest iusta causa, nec filius tenetur ad aliud matrim. potest moderate absque eo & omnia ei pendere, potest exheredationem minari, n.7. Et vbi remedia, quando filius tenetur ad matrim. nimis quod pater prohibet.

An in Trident. sess.24. de matrim. c.9 sit excommunicatio lata in impedientes matrimonia, n.8. Et explicatur illud c. sed n.1.9 & 10.

Quid de regibus, Episcopis, vel parochis impedientibus, n.10.

1 DE Pontifice aut supremo Principe seculari, egi lib.3. disp.27.per totam: vbi probaui, nullam esse potestatem ad cogendum aliquos, vt inuiti matrimon. ineant: posse tamen præcepto hos obligare, vbi ad bonum commune expediret, ad idque compellere: quamuis ipsis cõtrahentibus inuitis matr. nullo modo consistere possit.

2 De patre autem erga filium, potest esse duplex difficultas. Altera, an possit compellere, aut saltem impedire matrimonium, quod contra eius voluntatem inire tentat filius: de hac quæst. disputabitur in præsenti. Altera verò, an præcepto possit compellere filiũ, vt tale matrim. ineat, peccetque filius cõtra voluntatem patris matrim. ineãs, & de hac disp. seq. erit sermo. Supponendum igitur est, quosdam Iurisperitos affirmasse, non esse validum matr. parentibus inuitis à filio initum: alios verò, esse validum, at posse rescindi. Et potest probari ex *decretali Euaristi Papæ*, & habetur *c.Aliter*, 30.*q.5.& ex Conc.Toletano* 3.& habetur *c.sin* 32.*q.2.*& ex *Nicol.Papa*, & habetur *c.Nostrates*, 30.*q.* 5.& ex *Conc.Aurelianen.* & habetur 36.*q.1.c.De raptoribus*,& ex *c.Videtur, qui matrim.accus.pos.*& ex *l.Nuptias ff.de ritu nupt. & l.1.& 2.C.de nupt. & Institut de nuptijs*, §.*Iustas autem*: quibus in locis videtur expresse definiri irritum esse tale matrimonium, vel saltem irritandum. Et tenent aliqui Iurisperiti, quos refert *Couar.4.decret.2.part.c.3.§.8.n.1.*

Prima conclusio sit. Certa fide tenendum est, matri- 3
monium initum à filijs, absque parentum consensu, esse validum, nec posse annullari. Sic enim definitur *c.Cum virum, de regular. & in Trident.sess.24.c.1.de matrim.* Similiter certum est, non satis esse consensum parentum, ad sponsalia vel matrim. filiorum, nisi ipsi filij consentiant. Vt expresse definitur *c.Sufficiat*, 27.*q.2. & c.Vbi non est*, 30.*q.2.& c.Tuas, de sponsa duorum, & c.vnico, de diffens.at impub in 6.* vnde canones n. præcedenti allegati, exigentes consensum parentum, intelligendi sunt de honestate. Et leges clarè significantes aliter matrimonium esse irritum, sunt abrogatæ per ius canonicum. Vtramque partem inter alios DD. rationibus, & Scripturæ. Sanctorumque testimoniis, contraria argumenta soluens, comprobat latè *Bellarm.l.1. de matrim. c.19.& 20.*

Secunda conclusio. Non possunt parentes cogere filios 4
ad matrimonium, vel ad tales nuptias, sed libere contrahere debent, vel alium statum eligere. Sic fatentur omnes cum *D.Th.4.d.29.q.vnic.a.4.* vbi rationem huius reddit. Quia in matrimonio est quasi seruitus quædam perpetua, & ideò cùm homo liberę conditionis sit, nequit à patre ad seruitutem hanc compelli. Quod si arguas, posse filium à parente in necessitate constituto vendi, & ita sua libertate priuari, *l.2. C.de patribus qui filios suos distr.l.7.& 8. tit.17.p.4.* die disparem esse rationem. Quia hæc seruitus non exigit mutuum amorem, nec est perpetua, potest enim redimi: quæ secus se habent in matrimonio.

Intellige conclusionem, de metu cadenti in virum cõ- 5
stantem, potest enim pater increpatione paterna cogere filium ad certum matrim. Quod bene explicat *l.10.t.1.p.* 4. ibi, *no les puede apremiar que lo fagan de todo en todo, como quier que les puede dezar palabras de castigo, que lo ssorguen*: vbi *Greger.Lop.verb. Todo*, inquit, *id est, metu cadente in virum constantem.* Sic tenet *Gossi.ad sum.t.de despons.impub.n.12.* vbi hæc ait, *non potest pater absolutè cogere, sed moderatè coactione, scilicet, increpatione paterna.* Idem docent *Sotus 4.d.29.q.1.a.4.vers. Quod si quis arguat. Bellarm.l.1.de matrim.c.19.propos.3.*

Tertia concl. Peccant parentes absque iusta causa im- 6
pedientes matrim. filiorum. Quia filius sui iuris est circa status electionẽ; (vt dixi n.4.) Sic docent *Petr.de Soto lect.3. de matrim.* §. *Tertiò etiam, Cordub.sum.q.171. punct.1. not ab.2. Lud.Lop.19.instruct.c.44.§. Si aliquis, Vega lib.5.sum. casu* 558.

Quarta concl. Quandò adest iusta causa, vt quia ma- 7
trimonium est indignum, non peccat princeps, aut pater impediens metdiis suauibus, absque vi & metu. Quia hoc non est cogere ad matrim. cùm metus grauis non inferatur, nec impeditur filius quin aliud matrim. dignum ineat. Sic *Cordub.Lud.Lop. & Vega n.praced.allegat: Gutter.q.canon.lib.1.c.20.nu.27. Salon 2.2.tract. de domin.quem ponit post q. 61.q.5.a.5. in dub.quod ibi agit.at, An parentes possint exheredare filios contra eorum voluntatem matrim. ineuntes, fol.* 523. bene addens, posse parentes comminari pœnam exhæredationis, casu quo sibi permissum est, ob id exhæredare. De qua re disp. 24. agendum erit. An verò possit pater præcepto cogere filium? dicam disp seq. Intellige autem, posse patrem medijs suauibus impedire matrim. filij, quando alias non tenetur filius ad id matrimonium: quando enim tenetur, vt ratione fidei præstitæ, manifestum est peccare mortaliter, impediendo. Quando autem teneatur ratione huius fidei, toto lib.1. vsque ad disput.42. egimus: & ab illa vsque in finem, quando excusetur quis à sponsalium impletione. Et disp.14. an sit iusta excusandi causa, disparitas contrahentium: & ibi, nu.4. quando post sponsalia contracta, possit pater impedire.

8 Difficultas autem est, vtrum in *Trident. sess. 24. c. 9. de matrim.* sit excommunicatio lata contra iniuste impedientes matrimonia? *Veracruz append. ad specul. 1. p. a. 9. conclus. 6. fol. 96. & in eod. spec. 1. p. a. 8. fin. in 2. edit.* defendit non esse excommunicationem latam. Quia Tridentinum ibi tãtum dicit, *sub anathematis pœna quam ipso facto incurrant:* quæ verba tantum maledictionem solemnem significant. Præterea quia *ipsummet Trident. ead sess. 24. c. 6. de matrim.* vbi raptorem excommunicare voluit, expressis verbis vsum est, dicens, *sit ipso iure excommunicatus.* Verum dicendum est, esse excommunicationem latam. Et ita intelligunt id decretum *Nauar. sum. Lat. c. 27. num. 150. Hisp. c. 28. addit. 2. fin. ad n. 150 c. 27. Corduba sum. q. 171. punct. 1. vers. Y el que al tal casamiento, Enriquez l. 11. de matrim. c. 6 nu. 5. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 44. §. Si aliquis.* Et probatur primò, quia anathema frequentissime pro maiori excommunicatione vsurpatur. Vt probat *Couar. c. Alma mater, 1. p. §. 8. nu. 6.* Et ex *c. fin. 3. q. 4.* constat idem esse, quod excommunicationem maiorem. Item, quia per hæc verba, Anathema sit, inducitur excõmunicationem ipso facto, sustinent DD. non pœnitendi: vt *Felin. c. Rescripsimus, nu. 33. de rescript.* & multi quos refert *Tiraquel. l. Si vnquam, verb. Renertatur, nu. 180. C. de revoc. donat. Palacios 4. d. 18. disp. 3. Fr. Medina lib. 1. summ. c. 11. §. 2. Vgolinus de censuris, tabula 1. c. 9. §. 6. fin. & tabula 2. c. 28. init. num. 4.* Et quamuis alij contradicant, id euenit propter verbum, Sit, quod est dubium, an sit futuri, vel præsentis temporis: & ita an importet excommunicationem latam vel ferendã. Quod dubitari nequit in eo decreto, cùm dicat, *sub anathematis pœna quam ipso facto incurrant.* Et confirm. quia si, anathema, importet ibi maledictionem solemnem, intelligi nequit qualiter ipso facta incurrenda sit, cùm maledictio illa solemniter in Ecclesia ferenda sit. Nec obstat fundamentum contrarium, quia diuersis nominibus vtitur Concilium ad excommunicandum.

9 Vtrùm autem parentes iniuste impedientes matrimonium filiorum, incurrant eam excommunicationem: non constat inter DD. Quidam enim dicunt incurrere. Quia *Trident. in eo c. 9.* generaliter de omnibus personis loquitur, ibi, *præcipit sancta synodus omnibus cuiuscunque gradus, dignitatis, & conditionis existant.* Sic *Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 44. §. Si aliquis, Albornoz l. 4. de arte contractuum, t. 1.* Sed dicendum est non incurrere. Quia decretum illud loquitur de dominis temporalibus, & magistratibus, & alijs iurisdictionem in foro externo habentibus. Vt constat ex præfatione, iuxta quam decretum intelligi debet *l. fin. ff. de hæred. instit.* Constat etiam ex illa particula. Quare, quæ causalis est præcedentium, vnde pœna præfata, siue prohibitio extendi non debet ad alias personas, quas ibi non numerat: iuxta *l. Interpretationum, ff. de pœnis, & c. Pœnæ, de pœnit. d. 2 l. Quod verò, ff. de legib. c. Statutum, de elect. in 6.* Sic tenent *Gutier. lib. 1. q. can. c. 20. fin. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 231. n. 7. P. Molina to. 1. de iust. et iur. tract. 2. disp. 176. f. 1047. §. Ad 2. partem, Enriquez l. 11. de matrim. c. 6. n. 5. in comment. lit. G.* Et est communis sententia.

10 Vnde ad incurrendam hanc excommunicationem requiritur, vt impedientes subditos, habeant iurisdictionem in foro externo: quare Episcopus si cogat, incurret. Vt aiunt multi Theologi, & Iurisperiti consulti, quos refert & sequitur *Enriq. num. præced. allegg.* addens, & bene, nec parochum impedientem incurrere. Quia caret iurisdictione in foro externo. Nec Regem, aut Imperatorem: quia oporteret exprimi: vt expressit idem *Trident. sess. 22. c. 11. de reformat.* & exprimit *Bulla cœnæ.*

DISPVTATIO XXIII.

An culpam admittant filij non audientes parẽtibus præcipientibus aliquod matrimonium inire? Vel contrahentes insciis, aut inuitis parentibus?

SVMMARIVM.

Quot sint quæ primo disputanda, n. 1.
Referuntur opinio affirmans teneri filium implere sponsalia, quæ ipsius nomine pater spopondit, & obedire ipsi præcipienti aliquod matrimonium, n. 2. Et ibi, verbum Debet, quando importet præceptum.
Filius non tenetur regulariter in hoc obedire, & excusatur, c. 2. de despons. impub. n. 3.
Tenetur quando multum interest parentum, n. 4. Et quid si nolit filius statum matrimonij eligere, n. 5. Vel ex causa iusta renuat id matrimonium n. 6.
An teneatur in hoc casu ad hoc matrim. ex vi paterni præcepti, n. 7. Et ibi solumnitur argumenta.
Quando patris præceptum non obligat filium ad aliquod matrimonium, non potest ducere vxorem inuitis parentibus, ex causis infra: & quæ sint hæ causæ? n. 8.
Sublata tanta causa, refertur opinio affirmans peccare laicaliter, n. 9.
Sententia vtriusq; improbatur, n. 10.
Quid si sequatur scandalum, n. 11.
Et solumntur argumenta, n. 12.

1 DVPLEX quæstio disputanda est. Altera, an filij, teneantur acceptare matrimonium, quod ipsorum nomine spopondere parentes? Seu inire matrimonium, quod parentes iubent. Altera est, an cessante tali præcepto, vel casu quo id non obliget, peccent filij matrim. inuitis parentibus ineuntes? Hæc enim diuersa sunt, potest enim filius nolle eam vxorem, quam vult pater, ducere, & non inire matrimonium contra ipsius voluntatem, sed cum alia ex ipsius beneplacito.

2 QVÆSTIO I. An teneatur filius inire matrimon. quod pater spopondit, vel iubet vt ineat? Videtur teneri ex *c. 1. de despons. impub. fin.* ibi, *& postquam filius peruenerit ad perfectam ætatem, omnino debet hoc adimplere.* Quia verbum, Debet, importat de sui natura necessitatem, & præceptum: vt tradunt *glos. c. Proposuit, verb. Non debet, de appellat. & Clem. Attendentes, de statu monachor. in prin. verb. Debeant: & ibi Cardin. in princ. not. ab. 9. Imola nu. 7. Bonif. §. Hoc igitur, n. 16. Barth. l. Creditores, n. 1. C. de pigner. Abb. c. 1. nu. 7. de dolo & contum. Alex. de Neuo cod. c. 1. de despons. impub. nu. 13. & ibi Præpos. nu. 4. Robuff. de verb. sign. l. 37. vers. Idem dicerem, & seq. Tiraqu.* multos referens, *l. 1. de retract. §. 1. glos. 15. init. Iason. l. 1. nu. 3. ff. de iustit. dict. omn. iud. Bertachin. in repertorio verb. Debet: Torrecr. 4. q. 1. init. n. 4. Syluest. verb. Præceptum, q. 1. Angel. verb. Lex. num. 3. vbi Tabiena q. 28. n. 29. Nauar. sum. c. 23. Hisp. nu. 51. Lat. n. 55. & c. Inter verba. Lat. concl. 1. nu. 9. in solut. ad 5. Hisp. in 2. edit. conclus. 1. n. 27. Auendaño respõs. 14. n. 2. Dictionarium iuris. verb. Debet. Matienzo lib. 5. recop. tit. 4. l. 1. glos. 1. nu. 6.* Et ex Theologis, *Gutier. 4. d. 16. q. 3. a. 1. fin. Medina C. de ieiunio, q. de necessitate ieiunij. 4. Lexicon Theologic. verb. Debet.* Nec credendum est *Arriaga, verb. Præceptum, n. 7. & Ledesm. 2. p. 4. q. 17. art. 2. dub. 6.* dicentibus, ex se non importare præceptum. Hoc enim minus verum est: licet aliquando per accidens, ratione subiectæ materiæ ster improprie, solum honestatis debitum importans: vt asserunt fere omnes DD. citati. Tunc autem subiecta materia id postulabit, quando si importaret præceptum, resultaret prauus intellectus, seu alicuius iuris correctio *l. Prætor, in principio, ff. de edendo.* Sic *Bartol. proximè citatus.* Cum ergo textus *d. c. 1.* asserat debere filium implere sponsalia, quæ pater ipsius nomine iniit, nec subiecta materia distrahat verbum, Debet, à sua natiua significatione, importabit præceptum. Et confirm. quia dicit, *omnino debere*: dictio autem, Omnino, præcisam necessitatẽ importat: (vt probaui *l. 1. disp. 32. n. 6.*) Et ita hanc partem tuetur *Soto 4. d. 29. q. 1. a. 4. concl. 3.* vbi dicit esse sufficientem causam, vt filius teneatur ad matrim. si sibi sit conueniens, nulla que iusta resistendi causa adsit, paterque pro illo spopoderit, & iurauerit. Idem tenet *Nauar. sum. c. 14. n. 15. nam c. 1. de despons. impub.* statuens filium debere implere sponsalia per patrem inita, explicat, de præcepti debito. Idem *Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 231. n. 6. Lud. Lop. 1. part. instructorij, c. 54. §. Sed aduertito, Capnio l. 2. decisionum, c. 55. n. 19.*

3 Prima conclusio. Regulariter non tenetur filius implere sponsalia, quæ absq; suo consensu pater promisit. Quia quoad contrahendum matrimonium, filius est liber, & sui iuris: (vt probaui disp. præc. n. 4.) Hanc sententiam tenent *Ricard. 4. d. 29. a. 1. q. 4. corpore, & ad 2. Abul. 1. Reg. c. 18. q. 24.* Pro eadem sent. sunt multi DD. qui textum *c. 1. de despons. impub.*

impub. decidentem, puerum debere omnino implere sponsalia per parentem inita, dicunt propter subiectam materiam, in qua ius canonicum tantam libertatem postulat, intelligi non de præcepti, sed de honestatis debito. Sic *glos. cod. c. 1. verb. Dubit, Hostien. sine, Ioan. Andr. n. 8. Cardin. n. 1. Anton. n. 4. Anchar. nu. 4. Abbas n. 7. Alex. de Nevo n. 13. Præpos. n. 4. Henricus n. 4.* idem *glos. c. 1. verb. Oportet, 25. qu. 1. & Clem. Attendentes in principio, verb. Dubitant, de statu monachor. & ibi Cardin. notab. 9. Imol. 4 n. 7. Bonifacius §. Hoc igitur, n. 16. Goffred. in summa tit. de desponsat. impub. n. 13. Archid. cap. vnico, cod. tit. in 6. n. 4. Iason l. 1. n. 3 ff. de iurisdict. omnium iudic. Tiraquel. l. Si vxorem verb. Reuertatur, n. 82. C. de reuocan. donat. Angel. verb. Lex, n. 3. Aplaust. verb. Præceptum, q. 2. Tabiena verb. Lex, q. 28. nit. 29. Cæterum, qu. memor. abilibus iuris, cap. 12. & tractat. de desponsat. quot modis sponsalia solumtur, n. 7.* habetur *tomo 9. tractatuum nostrorum: Nauar. c. Inter verba, Latin. conclus. 1. nu. 9. vers. Ad 5 Hispane, conclus. 1. n. 27. Sarmiento 1. Selectarum. c. 11. nu. 8.* Et ex Theologis, *Scotus 4. d. 29. q. 1. fine, Sotus 4. d. 27. q. 2. a. 2. ad 1. Enriquez. lib. 11. de matrim. c. 13. n. 13. Petr. de Ledesma de matrim. q. 41. art. 2. ad finem.*

4 Secunda conclus. Quando multum interest parentũ, vt filius tale matrim. ineat, tenetur filius sub lethali culpa obedire parenti illud præcipienti. Vt si esset mediũ ad graues inimicitias componendas, quæ essent inter parentes, & consanguineos eorum cum quibus est contrahendum matrim. Quia ex virtute pietatis tenentur filii subuenire parentum necessitati, ergo quando parentes indigent tali matrimonio, tenebuntur filii obedire. Sic *Caldeuuus c. 1. de desponsat. impub. & ibi Alex. de Nevo n. 6. Præpos. num. 5. Nauarr. sum. c. 14. n. 15. Henric. c. 1. de desponsat. impub. n. 6. Suarez l. 2. De los casamientos, n. 17. li. 3. fori.* Et ex Theologis, *D. Th. 4. d. 29. q. vnic. a. 4. corp.* vbi *D. Bonau. q. 3. Sotus q. 1. a. 4. concl. 3. Palacios q. 1. fine, Pedraza 2 precepto. §. 1. Veguerius l. institut. nu. 1. 16. §. 7. vers. Sexto, ibi, matrim. adeo liberum est: Metina lib. 1. summ. c. 14. §. 14. fol. 109. col. 1. Angles floribus 1. p. de matrim. qu. 3. de consensu contin. art. 2. dissic. 1. fol. 549. & seq. Bellarmin. lib. 1. de matrim. c. 19. propositione 3. & in fine. Philiarc. de offic. sacerd. 1. tomo summæ, 2. edit. c. 231. nu. 6. Iud. Lopez 1. p. instruct. c. 54. §. Peccat silens, Capua li. 2. decis. c. 55. nu. 19. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 47. a. 6. dubio 2. conclus. 2.*

5 Intelligo casu quo eligat filius matrim. inite: si enim alium statum appetat, non potest pater ad ineundum matrimonium, illum præcepto constringere. Quia in statu eligendo filius est sui iuris: (vt probaui disp. præced. n. 4.) Huius sententiæ videntur *D. Bonau. Nauar. Enriquez Capua, Philiarc. n. præced. allegg.* dicunt enim filium vxorem ducturũ teneri obedire patri præcipienti tale matrim. Vbi non absolute id affirmarunt de filio, sed ex suppositione, quod vxorem ducere velit. Et tenent expresse *Fr. Metina, Palacios, Pedraza, Petrus de Ledes. conclus. 1. n. præced. relatis.* Quod bene intelligit *ibi Petr. de Ledesma*, nisi casu quo ob parentum indigentiam teneretur filius abstinere à religionis ingressu. Tunc enim si matrim. locuples quod offertur filio, esset medium necessarium parentum subuentioni, cui aliter non posset consulere, teneretur illud inire.

6 Secundò intellige conclus. nisi iusta causa ductus filius resistat tali matrim. Vt quia fide priorum sponsaliũ cum altera cõtractorum, astringebatur. Sic *Manuel n. 4. citatus.*

7 In casu autem huius 2. conclus. non tam ex præcepto paterno, quam ex pietatis virtute filium obligantis consulere paternæ indigẽtiæ, tenetur obedire. Quare *Ricard. 4. d. 29. art. 1. q. 4. ad 2.* dicit non posse patrem obligare, nisi quando seclusa eius præcepto tenebatur filius illud contrahere matrimonium. Sic tenet *Petr. de Ledes. de matrim. qu. 47. a. 6. dub. 2. concl. 3.* Ad argum. propositum n. 2. constat ex dictis, n. 3. vbi textum illum cui prior sententia innititur, exodauimus.

8 QVÆSTIO II. An seclusa casu quo teneretur filius obedire patri præcipienti aliquod matrim. peccet lethaliter inuitis parentibus contrahens? Et quidem existente iusta causa in filio, tenentur omnes, eum culpæ esse immunem, vt si patet iniustè prohibeat filiũ, illud matrim. quod appetit, inire. Vt bene exemplificant *Bellarmin. & Enriquez n. seq. allegandi.* Vel si pater indigno matri. filium collocare velit, gratia amplioris dotis. Sic *Corduba, Bellarmin. Salon, Iud. Lop. Vega nu. seq. referendi.* Vel si pater velit, filiũ ducere vxorẽ ægram, imprudentẽ, aut dutioris conditionis, cum qua probabiliter credat filius fore, vt pacẽ nõ habeat. Sic *Corduba, Salon, Iud. Lop. Vega ibidem.* Vel si pater esset negligens in tradenda filio vxore, vt quia iam filius xxv. annum excessit. Sic *Veracruz, Corduba, Salon, Iud. Lop. Vega nu. seq. citandi.* Vel quando asperè tractaretur filius à parentibus: & plus iusto opprimeretur. Sic *Veracruz, & Salon, ibid.*

9 Difficultas autem est, quando deficit hæc causa iusta in filio, an lethaliter deliquat inuitis parentibus iniens matrim. Affirmant quidã. Ducũtur primò, quia est iniuria parentibus illata in re graui, & ob quam meritò, ac iure optimo grauissimè illi offenduntur, dissoluturque amicitia in cuius testimonium, experientia testante, apud omnes nationes, filii sic contrahentes non audent parentum vultum intueri, quæruntque viros graues, qui ipsos placent, quasi graui iniuria affectos, iusteque tractos: ergo est culpa lethalis. Secũdò, quia hęc sunt relatiua, Ego teneor tui curam habere, & tibi circa hoc prouidere: & tu teneris in hoc mihi obedire. Quo argumento vsus est *D. Paulus ad Hebr. 13.* probans prælatis obtemperandum esse, quia ipsis cura est de subditis: tenenturque de ipsis rationem reddere. Sed parentes tenentur sub mort. prouidere filio de nuptiis: ergo tenetur filius sub mort. obedire, non eligendo matrim. inuitis parentibus. Tertiò, quia iure gentium consuetudine omnium nationum explicato non est filiorum, & maximè filiarum, dum parentum curæ subsunt, quærere nuptia, sed id parentum munus est. Quod ius gentiũ confirmatur per ius Pontificiũ, vt 30. q. 5. c. *Aliter*, vbi ad significandum quam æquum sit puellam ex parentum consensu nubere, statuit Euaristus Papa, vt pro nupta non habeatur puella, quam pater non desponsat. Et simile statuit Leo Pont. c. *Qualis*, 30. qu. 5. & D. Ambros. cuius dictum refertur c. *Honorantur*, 32. q. 2. ait non esse virginalis pudoris maritum eligere, sed iudicium parentum expectare. Et in Sacris literis, parentibus tribuitur hoc munus: *Sapien. 7. Da filiã tuã viro prudẽti.* Et *D. Paulus 1. Cor. 7.* copiosè docet à parentibus tradendas esse filias nuptiis. Multaque Scripturæ exẽpla ad hoc confirmandum affert *Bellarmin. Iterum allegandus*: ergo omnia hæc reſtãtur, teneri filios in hoc obedire parentibus: & cùm res sit grauis, erit culpa lethalis. Huius sententiæ sunt *Sotus 4. d. 28. q. 1. a. 1. fin. Corduba summ. qu. 171. punct. 1. notab. 5. Nauar. sum. c. 14. nu. 15. Veracruz 3. p. spec. a. 20. concl. 3. Metina lib. 1. summ. c. 14. §. 14. fol. 109. col. 1. Bellarm. l. 1. de matrim. cap. 19. propos. 7. & in fine, Enriquez lib. 11. de matrim. c. 6. num. 6. Salon 2. 2. post quæst. 61. q. 5. de domin. a. 5. quæst. quam mouet, an possint parentes exhæredare filios ob hanc causam: conclus. 1. fol. 525. Azebedo libro 5. recop. tit. 1. lib. 1 n. 49. Philiarcus de officio sacerdot. to. 1. p. 2. li. 4. c. 21. Petr. de Ledesma* dicens esse sententiam Theologorum & iurisperitorum, *de matrim. q. 47. a 6. dubio 2. Manuel 1. to. summ. c. 14. n. 1. Capua l. 2. decis. c. 55. nu. 19. Iud. Lop. 1. part. instruct. ca. 54. §. Aduerte quid ad hæc: Vega libr. 5. summ. casu 558.* Aliqui tamen ex his DD. vt *Nauarr. Azebedo, Enriquez, Capua, Philiarcus*, temperant quando filius indignam vxorem ducit. Eiusdẽ sententiæ videtur *Petr. de Soto lectione 3. de matrim. §. Tertio etiam, & P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 176. in solut. ad 1.* vbi vterque fatetur peccare filium inscios & inuitis parentibus contrahentem: & addit *Petrus de Soto* esse graue crimen, licet nemo explicet, an sit mortale. Fauent etiam *D. Bonau. 4. d. 29. q. 3. Calderin. c. 1. de desponsat. impub.* vbi *Alex. de Nevo, n. 6. & Præpos. n. 5.* dicunt peccare filiũ non obedientem patri præcipienti ex iusta causa ne cum hac contrahat. Et licet multi ex his Doctoribus loquantur de patre, nihil de matre dicentes. At *Bellarmin. Corduba, Petr. de Soto, Azebedo, Petrus de Ledesma, Ludouicus Lopez, Salon, Vega*, de parentibus loquuntur, sub quibus pater & mater comprehenduntur. Et hæc sententia est probabilissima.

At

o At probabilius credo, teneri filios sub culpa lethali consilium parentum circa matrim. petere, non tamen illud sequi: & ita licite posse ipsis inuitis, ptius tamen consultis, inire matrim. quod volunt. Prob. prior pars, rationibus prioris sententiæ. Præterea, quia iuri naturæ quo parentes in liberos funguntur, sub quorum sunt potestate, conforme est, ne citra patris consilium aliquid de re tam graui, vt est matrimonij vinculũ, à quo totũ vitæ institutũ pendet, filius deliberet: & ipsa perpetuitatis ratio, & amoris nexus quo debent coniuges conglutinari, maturum consilium in nuptiis celebrandis exposcit. Prob posterior pars, ex doctrina *D. Th. 2.2. q. 104. a. 5. corp.* vbi ait, in his quę ad proprij corporis sustentationẽ, prolisque generationẽ attinent, omnes, homines esse pares, nec filios subiici parentibus: ergo non tenentur sequi consiliũ, & voluntatẽ parentum. Secundò, quia cum per matrim. homo perpetuæ seruituti obligetur, recta ratio postulat, vt in illo contrahẽdo, omnino liber sit, à nullius que voluntate pẽdeat. Tertiò, quia nullus obligatur ad id quod est culpa, sed promittens fœminæ clam matrim. tenetur implere, nec inter causas dissoluendi sponsalia, numeratur paterna resistentia, nisi quando grauissima subortirentur scãdala: (vt probauit l. 1. disp. 14. n. 4.) ergo contrahere matrim. absque consensu parentum, non est peccatum. Vltimò, quia conditio adiecta legato, si filius ducat vxorẽ de patris consensu, retinetur tãquam matrim. libertatem impediens, secus si de consilio; quia illud non tenetur sequi: (vt probaui l. 1. disp. 34. nu. 22. & 24.) ergo signum est, filium non teneri sequi in matrim. consensum parentũ: aliàs enim talis conditio honesta omnino esset, & non reiicienda. Sed dices, quorsum petendũ esset id consiliũ, cùm filius non teneatur illud sequi: & maximè quando astrictus erat ad contrahendũ propter fidem datam? Resp. multum conferre. Poterit enim forte pater aliqua aperire, ob quæ licitũ sit filio decepto, dissoluere sponsalia: vel si illis astrictus non sit, mutet voluntatem. Hanc sent. tenent *Menoch. cons. 69. à n. 19. vsque ad 29. vol. 1. Gutierr. l. 1. q. canon c. 20. n. 3. Ioan. Hessels magister Theol. Louanien. in exposit. decalogi, circa præcepta 2. tabulæ c. 22. ad fin.* Et non esse peccatum absque consensu parentum contrahere, videntur expressè tenere *D. Th. 2.2. q. 104. a. 5. corpore, & Scotus 4. d. 29. q. 1. fin. Abb. c. 1. n. 6. de desponsat. impub.* vbi dicunt quoad matrim. contrahendum non esse filium sub parentum potestate, nec teneri illis obedire. Idem videtur expresse tenere *glossa c. fin. 32. q. 2. verb. Parentũ, et 2. & c. Cum virum, verb. Paterna, de regular. Hostiens. sum. 1. de sponsal. §. Qualiter contrahantur, n. 7. ad fin. Suarez. l. 3. fori, t. De locatis & conductis, l. 2. n. 20. Practica forensis 1. de dote, §. 2. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 2. glossa 2. n. 2.* vbi docent, textus, petentes cõsensum parentum ad filiorum matrimonium, procedere ex honestate, nõ ex necessitate. Idem videtur tenere *Ioan. Lup. c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor. notab. 3. §. 15. num. 1.* vbi ait filiam liberam esse, vt etiam ante XXV. annum, nubat indigno, sine patris consensu: ne alias libertas matrimonii impediatur, detur que ansa fornicandi. Idem expressius videtur tenere *Covar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 8. nu. 1. verb. Honestum*, vbi ait honestum esse filias parentum consensum in matrimonio contrahendo exigere. Et *n. 5. init.* vbi ait nemini iniuriam facere filiam, quæ iure permittente matrim. sine patris licentia contrahit. Et tenent expressè *Viguerius Instituc. c. 16. §. 7. vers. Sexto*, ibi, *matrimonium adeo liberum est. Ledesm. 2. p. 4. qu. 49. a. 6. Hippalytus Riminald. cons. 133. n. 49. vol. 2.* Et non esse peccatum lethale inuitis parentibus contrahere: fatentur *Victoria sum. de matrim. nu. 269. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 6. n. 4. in comment. littera F.*

11 Hæc tamen sent. ante intelligenda est, nisi ratione scandali. Quando enim probabiliter nosset filius grauissima inde scandala, & odia capitalia subortura, peccaret lethaliter sic contrahendo, contra charitatem. Sic *Victoria, & Ledesm. n. præced. alleg.*

12 Ad argum. prioris sent. proposita n. 9. resp. Ad 1. die, esse grauem iniuriam, quando inconsulto patre filius contrahit, secus quando ipso consulto, quamuis non consentiente. Quia nulli iniuriam irrogat vtens iure sibi cõcesso. Ad 2. dic, nõ concludere teneri omnino obedire, sed tantum quoad consilium petendum. Sicut pater teneretur filio studere volenti prouidere, vel sacerdotiũ, aut religionem eligenti; at filius non tenetur patri hæc præcipienti obedire. Ad 3. dic tantum probare, esse valde honestum sequi parentum consensum, & esse præceptũ, petere consilium.

DISPVTATIO XXIV.

An filia inuitis parentibus nubens non clandestinè, possit à parentibus exhæredari?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sint. n. 1.

Inferior opinio affirmans filiam indigno nubentem absque parentum consensu posse exhæredari, n. 2.

Non potest ob hoc exhæredari n. 3.

Tres exiguntur conditiones vt possit ob id exhæredari. n. 4.

An sufficiat, vt pater se obtulerit ad filiam maritandam? n. 5. Et vt sit meretrix. n. 6. Et an sufficiat eam esse meretricem, nondum expleto 25 annis. n. 5.

Pater luxuriose viuens potest ob id filiam exhæredare, non tamen mater, n. 7.

Quid, si mater sit correpta? & an hæc correptio debeat esse tempore condendi testamenti, vel mortis. n. 8. Et quid, si filia meretrix sit maior 25. annis. n. 9.

Quid, si filia inuitis parentibus matrimonio nubat. n. 10.

An filius inuitis parentibus ducens vxorem, possit exhæredari. n. 11.

An promissa dos famosæ feminæ soluenda, debeatur si nouem annis transactis, cum mater eam sit 25. annis seruitura? n. 12.

Soluuntur argumenta militantia. Et explicatur l. Non tantum, §. Si emancipatus, ff. de bonor. possess. contra tab. & auth. Sed si post, C. de inoffic. testam. & auth. Vt cum, de appell. §. Aliud quoque, vers. Causas, n. 13.

An attento iure regio Castellæ possit filia, vel filius inuitis parentibus matrimonium exhæredari? proponitur opinio affirmans. n. 14.

Contraria tenetur, n. 15. & explicatur l. 10. & 11. tit. 1. l. 4.

Filia, vel propinqua heres contrahens sponsalia, vel matrimonium cum famulo, an possit exhæredari, n. 16.

DIsputatio præsens non est, quando filia clandestinè nubit. De hac enim re actum est lib. 3. disp. 47. sed quando Trident. forma seruata inuitis parentibus matrimonium init. Potestque quæstio hæc disputari attento iure ciuili, & de hoc est disputatio præsens, vel attẽto iure canonico: de quo disp. sequenti termo habebitur. Quæstio igitur hæc, dubia est, & disputanda. Primo attento iure cæsareo. Et deinde, attento regio Castellæ.

De iure igitur cæsareo, affirmant aliqui filiam indigno 2 nubentem, parentibus inuitis, posse exhæredari. Ducunturque primò per *l. Non tantum, 3. §. Si emancipatus, ff. de bonor. possess. contra tab.* ibi, *nam & si tam ignominiosam duxerit vxorem filius, vt dedecori sit tam ipsi, quàm patri mulierem talem habere: dicemus, & ex ea natum ad bonorum possessionem non admittit: cum possit annus iure suo viri, eumque exhæredare. Secundò, ex auth. Sed si post C. de inoffic. testam.* ibi, *sed si post 25. annos te dissentiente filiã marito copulare, ea in suũ corpus peccauerit, vel sine consensu tuo marito se (libero tamen) copulauerit, eam exhæredare non potes.* Ergo à contrario sensu, si ante 25. annos nubat sine patris consensu, poterit exhæredari. Tertiò, quia *auth. Vt cum de appell. cognoss. §. Aliud quoque, vers. Causas*, vna ex causis ob quam filius exhæredari potest, numeratur, si grauem & inhonestam iniuriã patri intulerit: at talis est hæc, inducit enim odiũ capitale teste *Baldo, l. Omnem, C. ad SC. Tertull.* ergo poterit exhæredari. Sic tenent *Goffred. sum. t. de desponsat. impub. n. 13. Bald. l. Si pater, C. de sponsal. & l. Neque filium, C. de nuptiis, Anchar. c. 1. de desponsat. impub. fin. & c. vn. eod. t. in 6. fin.* vbi *Francus, §. Porro, n. 1. & 2. Ioan. Lup. c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor. notab. 3. §. 5. n. 1. Minchaca de success. creat. p. 1. li. 1. §. 10. n. 623.* addens id verum esse, licet dignò nupserit.

At tenendum est non posse ob hoc exhæredari. Probatur ex *auth. Vt cum de appellat. cognosc. §. Aliud quoque, ad fin.* ibi, *Si alicui ex prædictis parentibus volentibus suæ filiæ, vel nepti maritum dare, & dotem secundum vires subiturum sua pro ea præstare, illa non consenserit, sed luxuriosam degere vitam elegerit. Si vero vsque ad vigintiquinque annorum ætatem peruenerit filia, & parentes distulerint eam marito copulare, & fortitan ex hoc contigerit in suum corpus eam peccare, aut sine consensu parentũ marito se (libero tamen) coniungere: hoc ad ingratitudinem filiæ nolentis* impu-

vnfatere. Quod Authenticum explicans *l.5.t.7.p.6.* sic ait, otro si, quando el padre quisiesse casar su fija, e la dotasse segun la riqueza que oviesse, e segun que pertenesciesse a ella, e a aquel con quien la queria casar: si ella contra su voluntad de el padre dixesse que non queria casar, e despues de ello fiziere vida de mala muyer, en pateria, poderia el padre desheredarla por tal razon. Pero si el padre alongasse el casamiento de su fija, de manera que ella passasse de edad de trezientos años, si despues de ello fiziesse ella yerro, o enemiga de su cuerpo, o se casasse contra voluntad de su padre, non podria el desheredarla por tal razon. Ergo desideratur, vt filia inuitis parentibus nubens, simul vitam luxuriosam eligat. Ita tenẽt *glos. Quintavallus, verb. Exheredare, de inscriptionibus, Hostien. c.1. de despons. impub. paulo post princip.* vbi *Ioan. Andr. n.8. Anton. n. 4. Corset. n.2. Abb. n.5. Alex. de Neuo, n.9. Iason. auth. Sed si post, sin C. de inoffic. testam. Ioan. Lup. c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor. col.3.§.13.n.1. Rosella verb. Hæreditas, n.8. Sylvest. Hæreditas, 2.q.7. Tabiena verb. Dos. q.3.n.4. Suarez l.3 fori, c. De los casamientos, l.2.n.28. Acosta l. Gallus, §. Et quid si tantum, 3.p. stu. 177 ff. de liber. & posth. Iulius Clarus l.3 receptarum, §. Testamentum, q.41. vers. Sed quid si filia, Bertrand. cons. 161. nn. 9. & 10. l.1. Ante Gabr. to.1. communi in mea edit. l.5 verb. Exheredatio, f.315. Practic. forensis, t. de dote, §.2.* Et ex Theologis, *Palud. 4. d.28. q.2. fior. n.35. Soto 4.d.29.q.1 a.4. ad 4. Enriquez l.11. de matri. c.6.n.3. P. Molina to.1. de iust. tract.2. disp.176. f.1039.*

4 Ex dictis infertur, tres desiderari cõditiones, vt filia inuitis parentibus nubẽs exhæredari possit. Prima est, vt parentes velint eã matrimonio collocare, & dotem secundũ vires saæ substantiæ, tradere. Secũda, vt filia illi matrimonio repugnet & simul vitã luxuriosam eligat. Tertia est, vt sit minor 25. annis. Hæ conditiones expressè habentur *d. auth. Vt cum de appellat. cognos. §. Aliud quoque, & l.5.t.7.p.6.*

5 Semper autem præsumendum est velle parentes virũ, & dotem competentem filiæ, aut nepti dare: quando contrarium aliunde non constat. Quia plus filios, quàm seipsos diligunt, *l. Ifti quidem, ff. de eo quod met. caus.* Sic *P. Molina to.1. de iust. tract.2. disp.176. fol.1038.* Immo licet *d. authentica, & d.l.5.t.7.p.6.* videantur exigere patrem obtulisse se ad maritandam, & dotandam filiam; ante quàm 25. annos expleuerit: at vere hoc non exigitur, sed potest exhæredari, licet pater ad hoc non se obtulerit. Quia forte facultas nõ fuit, vel ob negligentiam. Quod clarè significat *d. authenticum*, reddens rationem, quare post XXV. annum non possit filia exhæredari: ibi, *quia non sua culpa, sed parentum id euenisse cognoscitur*, & *illa l.5.* ibi, *pero si el padre alongasse el casamiento.* Nam pater non videtur negligens, nec culpæ reus vsque ad illam ætatem. Et expressè probatur, per *l. Si filiam, 29. in fin. auth. Sed si post, ibi posita C. de inoffic. testam.* Vnde *d. authent. & d. l. partus* debent suppleri, maximè si pater se obtalisset. Sic *Greg. Lop. ea l.5. verb. Que no queria.* Et videtur clare tenere *Couar. c. Raynutius, de testam. init. nn.15.* ibi enim sic explicat hunc casum: quando patre nondum negligente maritare filiam, quia ipsa non est vigintiquinque annorum, luxuriosam vitam elegerit. Et ita iuxta hęc, erit sufficiens exhæredationis causa, quando filia minor vigintiquinque annis elegerit vitam luxuriosam.

6 Hinc infertur, non satis esse, si semel, aut bis copiam sui corporis fecerit filia faciat, vt possit exhæredari. Quia dicit *auth. citatum, luxuriosam degere vitam elegerit.* Et *l.5.t.7.p.6.* ibi, *si ella biuiere vida de mala muyer en puteria.* Sic *Couar. c. Raynutius, de testam. init. n.15. P. Molina to.1. de iust. tract. 2. disp. 176. fol. 1038. fine.* Et quamuis lex illa pactitiæ videatur exigere, vt in lupanari publico meretrix fiat, at satis erit extra locum publicum: quare illa lex intelligi debet, iuxta *authenticum citatum*, vnde sumpta est: & iuxta *l. Si filiam, C. de inofficio test.* quare ea verba, *en puteria*, non debent intelligi, de lupanari publico, sed intelliguntur, vt filia male viuat, meretricando, & luxuriosè viuendo. Sic *Gregor. Lop. ea l.5. verb. En puteria, Molina hoc num. citatus.*

7 Potest autem pater luxuriosè viuens, filiam ita viuentem minorem 25. annis exhæredare. Quia vita luxuriosa quoad infamiam, & damna inde secuta, non ita vituperatur in viris, sicut in fœminis, vt multis citatis probat *Tiraqu. l.1. connub. n.45.* Sic tenent *Tiraqu. ibi. Fulg. auth. Sed si post, C. de inoffic. testam. Iason l. In arenam, C. eodem tit. Rosella verb. Hæreditas, n.6. Couar. c. Raynutius, de testam. init. n.15. Minchaca de successionũ creat. p.1. lib.1. §.10. n.610. P. Molina to.1 de iust. tract. 2. disp.176. fol.1039.* Mater autem meretrix non potest filiam ratione meretricij exhæredare *l. In arenam, 11. C. de inofficioso testam.* ibi, *nisi, & ipse similia conditionis sit.* Quia tunc pari turpitudinis vitio afficitur. Sic cum *Bartol. Baldo*, & communi, *d.l. In arenam*, docent *Rosella, Couar. Minchaca, Molina proximè cit. Bernard. Diaz regul.457. Greg. Lop. l.5.t.7.p.6. verb. Desheredar, Enriquez l.11. de matrim. ca.6. n.3.* & colligitur aperte ex *Glos. authen. Vt cum de appell. cogno. §. Aliud quoque, verb. professionis.*

Quod tamen temperandũ est, nisi mater sit correcta. 8
Tunc enim secundum omnes potest filiam meretricem exhæredare. Quia iam non est in pari turpitudinis causa. Non constat autem inter DD. quo tempore debeat esse hæc correctio. Communis enim sententia docet satis esse tempore mortis: vt fatetur *Minchaca de successionum creat. p. 1.l.1.§.10.n.611.* Quia vltima consuetudo inspicienda est, *l. Mela. §.1. ff. de admen. legat.* Et ita docent *Bald. l. Si filiam, C. de inoffic. testament. Angel. & Guillermus*, quos refert & sequitur *Greg. Lop. l.5. verb. desheredar tit.7.p.6.* Sed bene *Minchaca eod. n.611.* hoc reprobat dicens oportere correctã esse tẽpore quo testamentũ scribebat: ne tunc iniusta videretur mater, turpitudinem in seipsa admissam improbãs in filia, ob eamque exhæredans in illo testamento, contra *d. l. In arenam, C. de inofficioso testam.* Item, quia qualitas adiuncta verbo debet intelligi secundum tempus verbi. *l. In delictis. §. Si extraneus, ff. de noxal. actio.* Quare eam *d.l. In arenam, & authen. Vt cum de appel. cognos. §. Aliud quoque vers. Si prater*, decidant turpiter vinẽtem, non posse ratione similis turpitudinis exhæredare: intelligi debent, quando similis turpitudo aderat, tempore quo exhæredat in testamẽto.

Dum autem *authen. Sed si post, C. de inoffic. testam. & au-* 9
then. Vt cum de appella. cognos. §. Aliud quoque, decidit oportere, vt filia minor sit 25. annis, vt ratione luxuriosæ vitæ exhæredari possit: ea ætas cõpleta esse debet: itaq; oportet vt talis filia compleuerit 25. annos, nẽ ea ratione exhæredari valeat. Quia *ea auth. Sed si post.* dicitur. *sed si post. 25. annos*, quæ particula, Post, complementum postulat: vt tradit *Franc. Aretinus, l. Si cui legetur, in princ. n.1 ff. de legat. 1.* Item quia *d. §. Aliud quoque*, dicitur *Si vero vsque ad 25. annorum ætatem peruenerit*: vbi ponitur ætas in plurali, & in genitiuo, & cum verbo subiunctiui, & cum præpositione, Per, quæ omnia perfectionem, & cõplementum important: vt tradunt communiter DD. *ea l. Si cui legetur.* Tandem, quia hoc expressè decidit, *l.5 t.7.p.6.* ibi, *pero si el padre alongasse el casamiẽto de su fija, de manera que ella passasse de edad de veinte y cinque años.* Et hic tenent *P. Molina tom.1. de iust. tract. 2. disp.176. fol.1039.*

Quamuis autem filia sit maior 25. annis, si contrahat 10
inuitis parentibus cum mancipio, potest exhæredari. Sic expressè colligitur à contrario sensu ex *auth. Vt cum de appel. cognos. §. Aliud quoque, in fine, & auth. Sed si post, C. de inoffic. testam.* ibi, *sed si post 25. annos, &c. sine consensu tuo, marito se (libero tamen) copulauerit, eam exheredare non potes*: ergo à cõtrario sensu, si seruo nubat, poterit exhęredari. Et ita tenet *glos. ea §. Aliud quoque, vers. Vsque, & d. auth. Sed si post, in princ.* quam omnes ibi sequuntur *Suarez l. 2.t. De los casamientos, l.3. fori, nu. 29. Molina alleg. n. præced.* bene addens, à fortiori posse exhæredari filiam ante vigesimum quintum annum absque parentum consensu, mancipio nubentem.

Filius autem quamuis renitentibus parentibus matrimonium ineat, luxuriosęque viuat, nequit exhæredari. Quia *auth. Vt cum de appel. cognos. §. Aliud quoque, & l. 51.7. p.6.* de sola filia meminere: & cum res sit odiosa, multoq; gratius sit delictum in fœmina, non extendi debent ad filium. Hoc est contra *Minchacã de succes. creat. p.1.l. 1. §. 10. n. 634.* vbi idẽ dicit de filio ignominiosè vxorẽ ducenti, & *n. 635.* dicit idẽ, licet dignũ matrim. cõtrahat. Sed nostra sent. tenent *glos. 6. Quintavallus, de inscript. verbo Exheredare.*

Alex.

Alex. de Neuo, c. 1. n. 9. de despons. impub. Sylvest. Hæreditas, 2. q. 2.

11 Ex dictis inuertur resolutio cuiusdam quæstionis conscientiæ, quam proponit *Nauar. l. 4. cons. in 1. edit. t. de spons. cons. 31. in 2. t. de condit. appos. cons. 2.* de quadam femina quæ promisit ancillæ dotem 100. aureorum, si honeste seruiret: seruiuitque ancilla honeste 9. annis, quibus transactis, expletisque 29. ætatis annis, ancilla stuprum admisit. Dubitatum ergo fuit, vtrum domina deberet dotem promissam? Quia defecit conditio honeste viuendi. Sed dicendum est cum *Nauarro ibi*, debitam esse dotem: tum quia promittens fuit in mora tradendi ancillam viro, cum iam illa expleuisset 25. annos. Item quia ea conditio honeste viuendi, non intelligitur toto vitæ curriculo, sed tempore arbitrio prudentis sufficienti, quale est nouem annorum.

12 Ad arg. prioris sent. proposita n. 2. resp. Ad 1. dic, illam legem esse correctam per *auth. Vt cum de appel. cognoss.* vbi deciditur propter nullas alias causas, quam ibi expressas, posse filiam exhæredari: hęc autem non est ibi expressa. Et ita correctam esse, docent *gl. cad. l. Non tantum, § Si emancipatus, v. Exheredare, & ibi Bartol.* & alii quos referunt & sequuntur *Greg. Lop. l. 10. v. Puedela, t. 1. p. 4. Suarez l. 2. nu. 28. t. De los casamientos, l. 3. fori. Remiual. cons. 135. n. 30. vol. 2.* Ad 2. respondet bene *Suarez n. 29.* legem illam solum intendere, filiam nubentem mancipio inuitis parentibus post 25. annum, posse exhæredari: & ad hoc sumi inde argum. à contrario sensu. Ad 3. resp. bene *P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 176. f. 1053.* illam secundam causam intelligi, de iniuria per se, & directe illata parentibus, qualis est contumelia grauis verborum, aut in patris ignominiam, conuua pro sponsibus illi appendere, vel alia similis: secus de iniuria per accidens, ac indirecte, & præter filij intentionem illata, qualis est inuitis parentibus ignominiosam vxorē ducere.

14 Qvæstio I. An attento iure regio Castellæ possit filia inuitis parentibus nubens exhæredari? Id enim affirmant quidam, vt *Sotus 4. d. 29. q. 1. a. 4. ad 4.* addens licet excesserit 25. annos: *Perez. li. 5. ord. t. 1. l. 1. §. Claudestinum, f. 36. Spino spec. test. gl. 10. n. 66.* & limitat *n. 67. contra Sotum*, nisi excedat 25. annos. Ducunturque per *l. 49. Tauri que hodie est l. t. 1. lib. 5. recop.* vbi dicitur posse exhæredari filiam matr. quod Ecclesia iudicet clandestinum, contrahentem. Dicunt enim *Perez & Spino*, appellari ibi clandestinum quoad hanc pœnam, quod sine patris consensu contrahitur. Secundò potest melius probari, ex *l. 2. t. De los casamientos, l. 3. fori*, vbi dicitur posse exhæredari filiam nubentem absque parentum cōsensu, vel fratrum, sub quorum potestate manet parentibus defunctis. Vbi *Suarez nu. 4.* ait, licet leges fori non plus valeant, quam vsi receptæ sint, & illas alleganti incumbat vsum probare: secus esse in hac lege: quia est approbata per pragmaticam quandam Ioan. 2. Tertiò potest probari, per *l. 10. t. 1. p. 4.* ibi, *pero si aquel con quien el padre quiere casar alguna dellas, fuesse a tal, que ceuuiniesse, e que seria assi en bien casado con el, magner que la non puede apremiar, que cūpla lo que el auia prometido, puedela desheredar, &c. E esto se entiende, si despues desto se casare ella con otro contra la voluntad de su padre, o si fuziesse maldad de su cuerpo.* Et *l. 11. fine*, extenditur hæc pœna ad filios similia committentes: & ita aduertit *Greg. Lop. ead. l. 11. fine.*

15 Sed verius est oppositum. Quia leges regni citatæ id nō probant. Non *l. 49. Tauri*, quia loquitur de matrim. cland. quale non reputatur, eo quod desit patris consensus. Vt bene docent *Gutier 2. pract. q. 1. num. 28. Azebedo li. 5. recop. t. 1. & l. 2. n. 6. Gratian. reg. 199. nu. 23. Segura direct. iudic. 2. p. c. 15. n. 36.* Non etiam id probat lex fori, quia ea nōn est vsu recepta: quod ad eius obligationem desiderabatur: nec pragmatica illa Ioan. 2. habetur in noua recopil. cum tamen in pragmatica quadā initio nouæ recopilationis posita, statuatur nullas leges regni obligare, præter ibi insertas, & leges partitarum. Ad *l. 10. & 11. t. 1. p. 4.* quæ pressius vigent pro oppolita sent. dico, eas esse correctas, per *l. 5. t. 7. p. 6. recol. l. 8.* vbi habetur ob nullas alias causas posse filiam exhæredari, quā illis legibus expressas, in quibus non continetur hæc. Et ita *Greg. Lop.* aduertit *ead. l. 10. v. Puedela*, licet sub aliquali dubio. Et potest probari ex dictis n. 13. vbi cū multis DD. dixi, *l. Non tantum*, statuentem posse exhæredari filiam ignominiosè nubentem, esse correctam, per *auth. Vt cum de appel. cognoss.* vbi decernitur ob nullas alias causas quam ibi expressas, posse filiam exhæredari.

16 Tandem est alius casus qui continetur in iure regio Castellæ, *lib. 5. recop. t. 1. l. 2.* vbi statuitur, si famulus habitans in domo heri, contrahat spōsalia, vel matrim. cum filia heri, aut cum eius consanguinea in domo eius habitanti, absq; heri consensu, posse filiam, vel propinquam exhæredari.

DISPVTATIO XXV.

An quatenus leges exhæredant filias contrahētes inuitis parentibus non clandestine, sed seruata forma Triden. corrigātur iure canonico?

SVMMARIVM.

Propositus opinio negans corrigi iure canonico, nu 3. Et ibi, an posse absolui patrem exhæredans filias casu quo tuto id permittat.
Oppositi contrarij verior, n. 2. Et quid si indigno nubat filia n. 3.
Quid, si lex sit exhæredare absque officio patris si non nubant, n. 4.
Soluuntur argumenta, n. 5.

1 Dvplex est sent. Prima negat eas leges iure can. corrigi. Ducitur primò, quia non tollitur ijs legibus libertas ad matr. ineundum, sed eam moderantur, ne in reipublicæ dispendium, ac perturbationem eā contrahentes abutantur, statuentes pœnas in abutentes ineundo matr. inuitis parētibus, vnde perturbationes & rixæ in republica oriri solēt: ergo iustæ sunt, nec iuri canonico aduersantur. Secundò, quia cum matrim sit sacramentum, & contractus naturalis, & politicus, licet vt sacramentū est, nihil possit secularis potestas disponere: at quatenus contractus est, ipsius est curare, vt conuenienter queti, & paci reipubl. celebretur: ergo potest statuere pœnas aliter contrahenti. Tertiò, quia pœna consistēs in lucro non acquirendo non aduersatur libertati matrim. sed valida est; (vt late dixi l. 1. disp. 33. per totam) sed eum leges priuant hæreditate contrahentes absq; patris consensu, nō agunt de damno incurrendo, sed de non acquirendo lucro ipsis ex legibus ciuilibus debito: ergo tales leges iustæ sunt, nec repugnant libertati matrim. Prob. minor, quia iure naturæ sola alimenta vitæ necessaria debētur filijs, quæ per exhæredationem minime auferuntur, iuxta veriorem sent. Hæreditas autem per leges ciuiles debetur, & licet dicatur, filijs debita, *l. fin. vers. penult. C. de codic. l. Cum in adoptiuis, vers. Omnia igitur*, ibi, *naturalia debita percipere, C. de adop.* vbi adeò vt viuentibus parentibus dicatur iam debita filijs, *gl. auth. de hæred. & fal. § Si quis vero non implens, v. Ansorri, collat. 1. & auth. de triente, & semisse, in princ. v. Debitum, collat. 3.* & ita filij respectu legitimæ videantur agere de damno vitādo, cum rem sibi debitam petant: at re vera non est debita legitima, sed quasi debita, & ita iudicatur de ea quasi de lucro captando: vt optime docent *gl. l. Si emancipata, fin. C. de iurib. & facti ignor. & ibi Bart. n. 3. & ibi Bald. Salic. Fulgos. & Ioson*, quos refert & sequitur *Padilla ibi, nu. 32. Aret. l. Titia, in princ. n. 3. ff. de verb. oblig. Socin. l. 1. n. 31. ff. de vulg. & ibi Iason. n. 160. Ioan. Lop. c. Per vestras, de don. inter vir. & vx. not. ad. § 3. 21. Segura l. 3. § fin. nu. 114. ff. de liber. & posth. & ibi Perez. in addit.* Et legitimam nō esse vere debitam, sed quasi, optime docet cum aliis *Tiraquell. l. Si vnquam, v. Susceperit liberos, n. 113. 114. C. de reuoc. don.* Et hinc est, vt superstite patre non publicetur legitima propter filii delictum, nec teneatur pater ex ea condemnationem soluere: vt ex multis probat *Padilla d. l. Si emancipata n. 33. & 34.* Ergo cum in priuatione legitimæ agatur tantum de lucro non acquirendo, ponere licuerunt iuste leges priuare hoc lucro per ipsamet concessō, filios inuitis parentibus contrahentes. Et ita hanc sententiam tenent *Calderinus c. 1. de cland. despons. Lapus, Abbas antiquus, Ioannes de S. Georgio*, quos refert diceus videri sententiam multum æquam, *Felin. c. Ecclesia, n. 59. de const. Host. c. Tenor, in fin. de sent. & re ind. & l. Omnem, ad fin. C. ad SC. Tertul. Paul. auth. Sed si post, C. de ineffic. testam. Carolus Molinæus in Alex. consilia, cons. 97. vol. 1. lit. D. & in consuetudinibus Paris. t. 10. in rubr. Nouellus de dote 6. p. priuil. 16. nu. 6. Ioan. Lop. cap. Per vestras,*

vellan de don. inter vir. & vxor. notabil. 3. §. 1. *num.* 9. *& toto* §. 8. *Montalvus l.* 2. *tit. De los casamientos, l.* 3. *fori, Minchaca de success. feudor. cap.* 5. *l.* 1. §. 10. *nu.* 628. *& seq. Perez lib.* 8. *ordin. tit.* 15. *l.* 1. *fol.* 284. *vers. Et si aliquis. Barbosa l.* 1. *p.* 4. *nu.* 36. *ff. soluto matrim.* Et dicit bene defendi posse *Sarmiento l.* 1. *selectarum, c.* 11. *nu.* 8. Et ex Theologis, *Soto* 4. *d.* 29. *q.* 1. *a.* 4. *ad* 4. *Viguerius Instit. c.* 36. §. 7. *vers.* 6. ibi, *matrimonium adeo liberum est. Barth. à Medina de matrim. disp.* 24. *Molina to.* 1. *de iust. tract.* 2. *d.* §. 176. *f.* 1043. *Salon. to.* 2. *post q.* 61. *tract. de dominio, q* 5. *a.* 5. *dubio speciali quæ de hac re agitat. Vegal. 5. sum. casu* 559. Et hæc sententia probabilissima est. Quare non est audiendus *Navarrus* 3. *specul. a* 20. *concluso* 3. dicens non esse absolvendos patentes, qui in hoc casu per leges sibi concessio, exhæredant filias. Sed absolvendi sunt: cum sententiam probabilissimam sequantur.

2 Secunda sent. (quam probabiliorem reputo) ait, huiusmodi leges non esse validas, sed iure canonico correctas esse. Primò, quia ius canonicum omnimodam in matrimonio libertatem exigit, & ideo ne minuatur cõtrahendi libertas, annullat pœnam in sponsalibus appositã, *c. Gemma, de spons.* sed per exhæredationem valde minuitur hæc libertas, ergo ius canonicum corrigit leges eam pœnam statuentes. Secundò, quia *c. Tuam, de ordine cognit. & c. Causam, el* 2. *qui filij sint legitim. & c.* 1. *de sponsal.* definitur causas matrimoniales, & condere leges circa matrimonia non spectare ad potestatem secularem: consulendumque est *Suarez l.* 3. *fori, t. De los casamientos, l.* 2. *à nu.* 18. *vsque ad* 28. vbi plutibus aliis rationibus hanc sententiam confirmat. Sic tenent *Anton. cons.* 55. *Anchar. cons.* 21. *Abbas c.* 1. *de sponsal. nu.* 8. *& c. Ecclesia, n.* 15. *de constitutio*, vbi *Felin.* dicens communem, & multos referens, *n.* 59. *Decius n.* 36. *& reg. Nuptias,* 30. *à n.* 8. *vsque in fine. ff. de regul. iur. Alex. and. de Neto c.* 1. *num.* 23. 24. *& c. Gemma, nu.* 11. *de spons. al. & c.* 1. *n.* 10. *de despons. impub. Curtius senior, cons.* 27. *Ioan. Andr. c. Statutum, el.* 1. *de haret. in* 6. *num* 2. *Alexand. cons.* 97. *num.* 2. *l.* 1. *& cons.* 7. *n.* 10. *l.* 2. *Iason. auth. Sed si post. nu.* 5. *& C. de offic. testam. Parisius cons.* 29 *n.* 62 *l.* 3. *Guilielmus Benedictus c. Raynutius, de testam. verb. Dotem, nu.* 42. *Ripa l.* 1. *n.* 57. *ff. soluto matrim. Campegius tract. de dote,* 1. *p. q.* 13. *Henricus d. l. Gemma, n.* 10. *&* 11. *Angelus verb. Lex, n.* 6. *Sylvester ibi, q.* 15. *& Matrimonium,* 2. *q.* 2. *Montalvus l.* 10. *tit.* 1. *p.* 4. *& ibi Gregor. Lop verb. Partida, Couar. 4 decret. 2. p. c.* 3. §. 8. *num.* 5. *Ioan. Lop. c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor. notabili* 3. §. 9. *& multis seq. maxime* §. 33. *nu.* 1. *Suarez l.* 2. *legum fori, tit. de los casamientos, el* 2. *nu.* 20. *Villalobos in commentar. lat. M. nu.* 60. *Olanus in concordia veri*, vbi de correctione legum partit. *num.* 71. *Navar. sum. c.* 14. *num.* 35. *Molina l.* 2. *de primogenit. c.* 16. *n.* 6. *Anton. Cucus l.* 5. *institut. maior. tit.* 12 *nu.* 182. *Iulius Clarus practicar. q.* 82. *statuto* 3. *vers. Sed numquid, Gutier.* 2. *practicarum, tota qu.* 5. *& q.* 1. *nu.* 28. *& à n.* 2. *Riminald. cons.* 133. *à n.* 1. *vsque ad* 32. *vol.* 2. *Azebedo lib.* 5. *recopil. tit.* 1. *l.* 2. *n.* 5. *& ibi Matienzo gloss.* 4. *num.* 2. *Gratian. regul.* 83. *n.* 10. 11. *Fulvius Pacianus de probatio. l.* 2. *c.* 3. *n.* 108. *& sequentibus.* Et ex Theologis, *Victoria summa, de matrim. n.* 269. *Ledesma* 2. *p.* 4. *q.* 49. *a.* 6. *Veracruz* 3. *p. speculi, art.* 20. *concl.* 5. *Cordoba summa, qu.* 171. *fine, Enriquez lib.* 11. *de matrim. c.* 6. *nu.* 2. *fine, Lud. Lop.* 1. *p. institut. in* 2 *edition, cap.* 294. §. *Sequitur & alia quæstio, &* 2. *p. de matrim. cap.* 39. *f.* 1061. *col.* 1. *Manuel* 1. *to. sum. c.* 14. *nu.* 4. *Philiarc. de officio sacerd. tomo* 1. *p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 2.

3 Hanc sent. temperant aliqui ex his DD. dummodo femina digno nubat. Sic *gloss. 4. De raptorib. verb. Excusata, a.* 36. *q.* 1. *Montalvus, Suarez, nu.* 28. *Riminald. allegati n præced.* & omnium latissime *Paris. cons.* 29. *vol.* 3. Sed melius alii dicunt esse veram hanc sent. licet indigno nupserit. Quia eædem rationes id probant. Sic *Iason, Ioan. Lopus, Campegius, Couar. Greg. Lop. Navar. Villalobos, Decius, d. regul. Nuptias, nu.* 8. *Molina n.* 8. *Gutier. ex q.* 1. *n.* 5. *Gratian. Matienzo n.* 3. *Olanus, Fulv. Pacianus nu.* 115. *Ant. Cucus n.* 182. *Enriquez n.* 3. *Veracruz, Lud. Lop d. c.* 294. §. *Sequitur & alia quæst. Philiarc. allegati n. præced.*

4 Secundò limitat Fulv. *Pacianus n.* 117. (male referens *Ruinum & Couarruviam*, loquuntur enim in legato. si cum consilio alicuius fœminæ nubat,) nisi sit lex, vt possit exhæredari filia absque consilio patris nubens: talem enim legem dicit validam esse *idem Decius* loquens in statuto, *c. Ecclesia, n.* 129. *& 130. de constit.* Quia non adversatur libertati matrim. cum non obliget ad consilium sequendum, sed petendum. Et placet quamuis *Felin. c.* 1. *nu.* 22. *de sponsal.* non audeat affirmare.

Ad argum. 1. sent. proposita nu 1. resp. Ad 1. dic, id non 5
posse efficere legem secularem, sed Ecclesiasticam, ad quã de matrim. pertinet disponere, quæ vult, non tantum ne absolute impediatur libertas matrim. contrahendi, sed ne minuatur. Ad 2. dic. etiam quatenus est contractus, non posse legem ciuilem statuere aliquid, per quod minuatur libertas matrimonij: repugnat enim ac resistit iuris canonici, ad quod pertinet principaliter de matrim. disponere: cum dignius quod in ipso est, sit esse sacramentum, & per consequens rem spiritualem, ac sic trahat ad se minus dignum, scilicet, esse contractum. Ad 3. dic, licet legitima non sit perfectè, & vsque quaque debita, & sic non omnino agatur de damno vitando: at etiam non omnino agi tantum de lucro non acquirendo, sed partim agi de damno vitando, cum sit ius acquisitum filiis ad legitimam, qua absque graui delicto priuari nequeunt: & sic habere rationem grauissimæ pœnæ.

DISPVTATIO XXVI.

An teneantur parentes dotem constituere filiæ ipsis inuitis nubenti?

SVMMARIVM.

Quando potest pater filiam exhæredare, an possit ea mouenta, & dotem ei denegare. n. 1.

Pater an teneatur dotem filiæ quam matrimonio vlterius collocare, constituere. n. 2.

Quid si filia matrimonium celebrauit sine patris consensu absque dotis mentione? referuntur opinio negans, teneri dotare. n. 3. *Et contraria verior. n.* 4. *Et ibi, an teneatur pater augmentum dotis supplere, quando filia minus competenti nupsit.*

An filia alendo habenti dotem, teneatur pater dotem constituere. n. 5.

Ex quibus bonis censeatur dotare, quando pater habet bona filiæ? & an extrahere dotem possit à patre de eam repetere? remissiue. n. 6.

An filia religionem professuri teneatur pater dotem constituere? & bona quæ quis gratuitus est non alimentare, possit pro dote ad matrim. carnale, vel spirituale descendentis in gratuito alimentare? n. 7. *Et ibi, an filio volenti ad ordines promoueri teneatur pater patrimonium destinare?*

Quotam dotis quantitatem teneatur pater filiæ assignare. n. 8.

Quæ sint quæstiones disputandæ. n. 9.

Referuntur opinio dicens si filia maior 25. annis sine consensu patris nubat dote promissa, teneri patrem dotare, secus non. n. 10.

Veriorsententia, in vtroque casu teneri dotare. n. 11.

An quando filia minor 25. annis nupsit absque patris consensu, teneatur eam pater dotare? referuntur quatuor sententiæ. n. 12. 13. 14. 15.

Si nubat sine patris consensu digno. & dotem promisit, tenetur pater dotare. n. 16.

Idem, si absque dotis promissione. n. 17.

Quid si puella nubens digno absque patris consensu, dicat sit, an teneatur nubere pater eam dotare sine dotem promiserit sine non. n. 18.

Quando filia absque patris consensu nupsit indigno, etiam promissa dote, non tenetur pater dotare, nisi pauper ea sit, & maritus: & tunc vsq; ad quantitatem alimentorum vitæ necessariam. n. 19.

Pater tenetur alimenta præstare filio, absque suo consensu ducenti vxorem. n. 20.

Tenetur etiam auus filij pauperis alimenta præstare, licet filius indignam duxerit. num. 21. *Et ibi, ducens vxorem sine dote tenetur eam alere.*

Qui dicatur indignus matrimonio fœmina? refertur quadruplex opinio. n. 22.

Indignus dicitur cui fœmina absque dedecore nequit nubere. nu. 23. *Vt si sit meretrix etc. vel leno sit.*

Indignus etiam iudicatur ex bonis animi, vt si malis moribus imbutus sit. n. 24.

Dicitur etiam indignus ex bonis fortunæ. n. 25.

Dicitur etiam indignus ille cum quo non potest consistere matrimonium ob aliquod impedimentum. n. 26.

Quo pacto intelligantur dispensationes, in quibus causa traditur, quia non imponitur æqualis cui fœmina nubat. n. 27.

Solumntur argumenta. n. 28.

PRIMO supponendum est, quoties parentibus fas est filios exhæredare ob causas iure permissas, immunes esse ab obligatione dotandi filias. Quia alimenta, & dos in iure æquiparantur, valetque argumentum ab alimentis ad dotem: vt docent optime *Enerardus in suis topicis, loco ab alimentis ad dotem, Ripa, Anton. Gabr. & Menochius, statim referendi*: sed dum parentes possunt exhæredare, non te- 1

nentur ad alimenta, *l.6.tit.19.p.4.* & docent cum multis aliis, *Couar.4.decret.2.p.c.8.§.6.n.17. Molina l.2.de primog.c.16. num.3.* ergo nec ad dotem. Sic docent *Francus c.vnic.§. Porro,n.2.de desponsat.impub.in 6. Iason.auth. Sed si post,num.4.C.de inoffic.testam. Ripa l.1.n.79.ff.soluto matrim. Ioan. Lup. c. Per vestras,notabili 3.§.13.nu.1.de donation.inter vir.& vxor. Enerardus d.loco ab alimentis ad dotem,nu.3. Menchaca de successionum creat. p.1.l.1.§.10.num.615.625.630. Ant.Gabr.to.4. commun. in mea editione,in enchiridio parium, aut similium iuris, verb. Alimenta, & Dos,f.166. Menoch.de præsumpt.l.4.præsumpt.189.n.30. Spino spec.testam.gloss.20.n.66. P.Molina to.1.de iust.tract.2.disp.176. f.1050.§.Ex quibus.* Et sicut est probabile posse parentes in hoc casu negare alimenta etiam necessaria ad vitam. Quod cum aliis defendit *Molina l.b.2.de primog c.16.n.3.* ita etiam est probabile, posse omnino negare. Quia tamen verius est teneri præstare alimenta præcisè ad vitam necessaria. quod cum aliis defendit *Couar.d.num.17.* ita verius est teneri dotare in quantitate necessaria ad talia alimenta, quando aliunde alimenta filiæ non supperetent, sed fame periret.

2 Secundò supponendum est, patrem teneri constituere dotem filiabus, quas matrimonio collocat. Habetur expressè *l. Qui liberos, ff. de ritu nuptiar. & l.fin. C.de dotis promiss. & l.8.t.11.p.4.* Et quamuis aliqui asserant non teneri ad hoc, iure obligationis, sed iudicis officio compellendũ esse. At omnino dicendũ est teneri iure obligationis. Vt est aliis probat *Menoch.de præsumpt.l.4.præsumpt.189.n.64.*

3 Quando autem filia matrim. collocata est ex patris consensu absque dotis mentione, non constat, an pater teneatur dotem constituere. Nam *Bartol.l.Obligamur,nu.13.ff. de alim.vid* etur id negare. Et similiter negant *Bald. Salic. Fulgos. Matesilan.* quos omnes refert *Baeza de non melior. filiab. c.5.num.2.* Ducuntur, quiã pater tenetur dotare filiam, vt virum inueniat: ergo dum iam inuenit, cessante causa, cessabit obligationis effectus, *c.Cum cessante,de appell.* Item, quia dos succedit loco alimentorum, quæ non tenetur pater præstare filiæ habenti aliunde alimenta, at in hoc casu iam habet alimenta: quia vir ducens feminam absque dote, tenetur eam alere. Vt dicam num.21.ergo non tenetur.

4 Sed dicendum est tenen dotare. Quia dos non tantũ constituitur filiæ, vt virum inueniat, & alimenta habeat, sed etiam ad sustinenda matrimonij onera, *c. Saluberrimi,de vsuris. l.Pro oneribus,C.de iure dot.* & ne à viro spernatur: mulier enim indotata facile ab ipso despicitur, *Auth. de nuptiis, §. Si quis itaque, vers.Si quis enim,collat.4. & auth.bon. Quib. modis natural. efficiant legit.§. Quem autem, collat.6.* Item, quia pater tenetur ad duo, nempe, ad collocandum filias matrimonio, & ad dotandum, *l. Qui liberos, 19.ff.de ritu nupt.* ibi, *cognatur in matrimonium collocare & dotare: & l.8.tit.11.p. 4.* ibi, *tenudo es el padre de la casar, e de la dotar.* Ergo licet tam impleuerit primum, tenebitur ad secundum. Sic *glos.l.Obligamur, verb.Lege, ff. de alt. & oblig. Abb.c.1.nu.6.de despons.impub.* vbi *Alex.de Neuo n.12. Præpos.nu.3. Bald.auth. Ea quæ,n.10. C commun.de legat.* vbi *Paulus n.7. Iason.n.14. Curtius iunior.n. 15. Alexand.cons.139.num.7.vol.2. Paris.cons.29.n.62.vol.3. Petra tract de fideicommiss.q.8.num.454. Ioan.Lup.c.Per vestras,de donat.inter vir.& vxor.notab.3.§.20.n.2.& §.14.n.11. Ripa* dicens esse omnium, *l.1.nu.56.ff.solut.matrim. Couarr.4.decret. 2.p.c.3.§.8.nu.7. Molina l.2.de primogen.c.16.n.7. Anton.Gom.l. 40.Tauri,n.87.vers. Sexto intellige, Padilla d.auth.Ea res quæ,n.75. Menoch.de præsumpt,l.4.præsumpt.189.nu.56. Baeza de non meliorandis filiab.c.5.num.6. Anton.Gabr.to.1.communium mea edit.l. 4.q.15. verb. Dos,* & multi alii quos hi referunt. Imo si filia nupsit ex patris consensu cum modica, & minus competenti dote, potest augmentum petere. Sic *Bald. Paul. & Baeza ibid.* Ad argum. proposita nu. præc. constat ex dictis: non enim ea sola causa traditur dos: & aliquando tenetur pater dotem constituere, cum tamen non teneatur dotare: vt dicemus n. seq.

5 Tertiò supponendum est, quamuis filiæ diuiti non teneatur pater alimenta præstare: teneri tamen dotem constituere. Vnde in hoc casu fauorabilior est causa dotis: nec valet argumentum ab alimentis ad dotem. Hoc est contra *Bartolum l.Mulier, §.Cum proponeretur, n.3.ff.ad senatus consul. Trebel.* Sed colligitur ex *l.fin. C.de dotis promiss. ad fin. vers. Vbi autem, & l.8.t.11.p.4.* id definitur expresse, ibi, *el padre quando casa su fija que tiene en su poder, ca quier ata ella algo de lo suyo o de otra parte, o non, tenudo es el padre de la casar, e de la dotar.* Sic docent *Bald. Angel. Paul. Alexand. Hoppol.* quos refert & sequitur *Baeza de non meliorandis filiabus.cap.5.nu.5.& c.2.n.26. Iason auth.Res quæ,n.17. C.commun.de lega.* vbi *Padilla num.67. Ripa l.1.n.55.ff.solut.matrim.& ibi Crottus num.73. Guil.Benedictus c.Raynutius, verb.Dotem, nu.22.de testam. Ioan.Lup.c.Per vestras, de donat.inter vir.& vxor.notab.3.§.14.n.1. Couar.4.decret. 2.p.c.3.§.8.n.8. Bald.Nouellus,* quem refert & sequitur *Greg. Lop.d.l.8. verb. El padre, Menoch.de præsumpt.l.4.præsumpt.189. nu.68. Riminaldus cons.514.nu.24. vol.5. Lud.Lop.1.p.instructorij, in nona edit.c.294.§.Sequitur & alia.*

6 Ex quibus autem bonis censeatur pater dotare, dum filiæ bona possidet, aut de eius bonis se dotare protestatus est: consulendi sunt *Ioan. Lupus d.c. Per vestras,notab.3.§. 14. Ant.Gomez l.53.Taur.n.21.22. Greg.Lopez l.8.verb.El padre, t.11.p.4. & P.Molina to.2.de iust.tract.2.disp.424.* Si autem extraneus, vel mater dotet, an eximatur ab hoc onere pater, vel possit dos data ab ipso repeti: videndi sunt *Ioan. Lop. eod §.14.num.10. Greg.Lop.d.l.8.verb.El padre, Baeza de non meliorandis filiabus, c.5.num.6.& c.12.nu.11. Riminaldus consil.514. n.14.vol.5.*

7 Non tolum autem filiæ nubenti tenetur pater dotem constituere, sed etiam ipsi monasterium ingredienti. Sic *Bald.l.fin.C.de dotis promiss. & auth. Nisi rogati,in princip. C.ad SC.Trebel. Anchar.cons.108.n.4. Felin.c.Ecclesia,n.79. vers.Circa terum, de constitut. Enerardus loco à matrimonio carnali ad spirituale,n.4. Aucudano responso 17.n.4. Greg.Lop.l.8.verb.El padre, t.11.p.4. Menoch.de præsumpt. l.4.præsumpt.189.num.91.* Idem dicit *Aucudano*, si filius velit ad ordines sacros ascendere. Et ratio est, quia fauorabilior est ingressus monasterij dote ad matrimonium temporale: argum. ex tus, *auth. De sanctissimis episc. §.Sed & hoc præsenti, collat.9. & d.auth. Nisi rogati.* Et hac ratione possint bona restitutioni subiecta distrahi pro dote descendentis à testatore volentis ingredi monasterium, sicut pro dote ad matrimonium temporale. vt multis relatis docent *Loazes repet. l.Filius familias, §.Quia,nu. 138.ff.de legat.1. Anton.Gom.l.40.Tauri,nu.87.vers.Septimo intelligo, Menoch.de præsumpt.lib.4.præsumpt.189.n.90.& seqq.*

8 Quarto supponendum est, quantam dotem teneatur pater filiæ nubenti constituere. Multi enim docẽt teneri assignare dotem patrem legitimæ. Hos refert *Baeza de non meliorand.filiab.c.1.nu.1.* His accedere videtur *Greger. Lopez l. 8. verb. Dotar. tit.11.p.4.* vbi dicit in dote taxanda, metam esse legitimam. & idem tenet *Molina tomo 2. de iust. tract.2. disput.424.init.* Immo si legitima hæc non sufficiat, dicunt multi posse cogi vltra legitimam dotare. Hos refert *Baeza d.c.1.nu.2.& 3.* & tenet *Menoch. de præsumpt. l.4.præsumptione 189.n.104.* Sed verius est non esse eam metam. Quia non debetur legitima vsque ad mortem. Quare dicendum est ad taxandam dotem considerandam esse dignitatem filiæ & mariti, quantitatem facultatum patris, numerum liberorum. Constat ex *Concilio Arelaten.* & refertur *c.Nullum,30.q.5. & ex l. Si filiæ pater, ff. de legat. 3. l. Quæro ff. de iur. dot.l.5.tit.7.p.6.* Sic *Ioan.Lupus c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor.notabili 3.§.22.n.1.& 2. Angel. verb.Dos,num.3.* vbi *Sylueſt.quæſt.3. Greg.Lop. l.8.tit.4.p.5.verb. A otro, & l.5.tit.7.p.6. verb. Segun,* & multi alij quos refert, & sequitur *Baeza d.c.1. num.4.& 5.* late probans *vsque ad num.21.* Quod in regno Castellæ intelligendum est, iuxta *l.1.t.2.lib.5.mo na recopil.* prohibentem causa dotis meliorari filiam. Sic *Olanus in correctione legum partit, n.115.* Vnde hodie non potest pater vltra legitimam assignate dotem, imo nec legitimam, si excedat taxam ibi præfinitam. Sic *Baeza de non meliorand.c.1. num.29.30.& 31.* Cum tamen hæc lex minime præscribat summam, quam pater tenetur dare, sed quam non potest excedere: locum habet quod dictum est, nimirum attendendas

endas esse patris facultates, & contrahentium dignitatem, ad taxandum dotem, modo non excedatur taxa ibi præfinita. Sic *Baeza ibi, num.31.32. Barahona in additionib. ad Ioan.Lup.d.c.Per vestras, not.ab 3 §.22.num.1.super verb. Et arbitrium boni viri.*

9 His præmissis difficultas in eo versatur, an casu quo pater nequit exhæredare filiam ipso inuito nubentem, teneatur eam dotare? Et claritatis gratia, duplex est disputanda quæstio. Prior, quando filia est maior viginti quinque annis. Posterior, quando est minor.

10 QVÆSTIO I. An teneatur pater dotare filiam maiorem 25. annis ipso inuito nubentem? Duplex est sent. Prima dicit teneri, si filia promisit dotem, secus non: sed sibi imputarunt viri, quod de dotis promissione minime tractauerit. Sic docent *Bart. l. Obligamur, fine. ff. de act. & oblig. Abb. c. 1. de desp. impub. n.6. & ibi Præpos. n.3. Montalnus l.10.t.1.p.4. Sylueft. verb. Dos q.4 & ibi Tabiena q.3.num.4.* Quam Bartoli sent. approbat dicens singularem *Abbas repet. cap. Ecclesia, de constitut. n.20.*

11 Secunda sent. multa verior, affirmat teneri, quamuis filia minime dotem promiserit indignoq; nupserit. Quia filiæ ex consensu patris nubenti absq; dotis promissione tenetur pater dotem constituere: (vt probaui n.4.) sed filiæ maiori non est culpæ tribuendum, sine patris consensu nupsisse, cum pater fuerit in mora: *auth. Sed si post. C. de inoffic. testam. & l.5.tit.7.p.6.* ergo non est cur dote priuari debeat. Sic de filia maiori tenet indistincte *Ripa l.1.num.57. ff. solut. matrim.* & clare tenet *Menoch. de præsumpt. lib.4 præsumpt.189.num.58.* Et indistincte, quando maior nupsit indigno, tenet *Francus c.vn.§. Porro, n.1. & 2. de despons. impub. in 6. Baeza de non melior. filiabus c.18.num.2.* Et videntur *Ripa, & Baeza* clare loqui etiam quando nulla dotis promissio præcessit. Quia statim in minore viginti quinque annis, vtuntur ea distinctione, an promiserit, nec ne.

12 QVÆSTIO II. An teneatur pater dotare filiam minorem viginti quinque annis ipso inuito nubentem? Varii ad modum sunt DD. Prima igitur sententia dicit indistincte teneri patrem dotare filiam absque eius consensu nubentem. Sic *glos. c. fin. verb. Parentum, el l.32.q.2. Dominus, vnico, de despons. impub. in 6. fine. Alexand. de Neuo c.1. eod. tit. n.12.* explicans sine promiserit dotem, siue non: *Paulus auth. Res quæ, nu.7. Cassanæus de legat. & ibi Iason n.15. Decius regul. Nuptiæ, 30.n.11 ff. de reg. iur. Paz. pract. 3.10.c.6.§.12.n.12.*

13 Secunda sent. docet teneri dotare, quãdo nupsit digno, secus quando indigno: nec distinguit, an promiserit dotẽ nec ne. Sic *glos. cap. De raptoribus, fine. 36.q.1. & ibi Archidiac. Ioan. Andr. cap. Accedens, fine, de procurat. & ibi Anton. n.16. Practica forensis, 7. De dote, §.2. Francus cap. vnic. §. Porro, n.1. & 2. de despons. impub. in 6.*

14 Tertia sent. absolute docet, teneri dotare, licet nupserit indigno. Quia, cum dos loco alimentorum succedat, imò fauorabilior sit quam alimenta, (vt diximus n.5.) sicut nequit pater hanc filiam alimentis priuare, ita à fortiori nec dote. Hanc dicit forte esse veram *Imola, cap. Accedens, num.8. de procurator.* & dicit posse teneri, *Iason. auth. Sed si post, fine, C. de inoffic. testam.* Et tenet expresse *Ioan. Lopus*, licet sit minor, & nupserit indigno, absque dotis promissione, *c. Per vestras, de donat. inter vir. & vx. not. ab.3.§.10. init. & §.13.n.1. & §. 15.n.1. & toto §.16.* Et inspecto iuris rigore dicit esse veram, *Molina l.2. de primogen. c.16.n.8.* explicans, licet dotem non promiserit, nupserit que indigno, fatetur tamen minorem dotem esse dandam attenta minori viri qualitate.

15 Quarta sent. ait, si filia nupserit digno, dotemque promiserit, teneri patrem dotare: secus si non promisit, vel nupsit indigno. Sic *Montalnus l.10.t.1.p.4. Rosella verb. Hæreditas, n.10. Angel. verb. Dos, nu.4.* vbi *Sylueft. q.4. Tabiena quæst. 3.n.4. Armilla n.6.*

16 Prima conclusio sit. Si minor nupsit sine consensu patris digno, & promisit dotem, tenetur patet dotare. Ratio est, quia pater tenebatur eam maritare, & dotare: (vt probauimus n.4.) & sic cum ipsa se maritauerit digno, rem ad quã tenebatur pater, vtiliter gessit: sicut si emeret aliquid tibi necessarium: ad quod emendum tenebatur pater, licet sine patris consensu emerit, tenebitur pater soluere. Quia rem patris gessit. Hanc tenet *Ripa* dicens in hac omnes conuenire, *l.1.nu.57. ff. solut. matrim. Abb. rep. c. Ecclesia, de constitut. nu.20. Couar. referens Campegium, & decisionem Tholosanam*, dicensque esse omnium, *4.decret. 2.p.c.3.§.8.nu.7. Ant. Cucus l.5. institut. maior. t.12.num.182. Molina l.2. de primog. c.16. nu.7. Menoch. de præsumpt. l.4 præsumpt.189 num.60. Gutier. 2. pract. q.1.nu.4. Celsus cons.38.n.2. Baeza de non melior. filiabus, c. 18.nu 2.* Et ex Theologis, *Veracruz 3.p. specul. a.20. Lud. Lop. 1. p. instruct. in nova edit. c.294.§. Sequitur & alia quæstio.* Et in hac conclusione conueniunt Doctores relati pro quatuor sententiis propositis.

17 Secunda conclusio. Si minor absque patris consensu, & dotis promissione nupsit digno, tenetur pater dotare. Hæc est contra DD. relatos nu.4.& 15. Prob. quia rem ad quam tenebatur paret, vtiliter gessit, licet in modo nubendi deliquerit: cum ergo pater alias teneretur dotare, non eximetur ab eo onere in hoc casu. In hac conueniunt nobiscum DD. relati nu.12.13.& 14. pro 3. prioris sent. Et eam tenent *Ripa* dicens communem, *num.57.58. Couar. Ant. Cucus, Molina, Celsus, Gutier. Baeza, Menoch.* latissime probans, & respondens ad contraria, à *num.16.* & tenet hanc sent. *nu.72.* & 75. vbi hos omnes retuli num. præcedenti, & *Veracruz* & *Lud. Lop. ibi relati.*

18 Hanc concluf. & præcedentem temperant aliqui nisi filia dines sit, possitque dotem promissam, aut non promissam soluere, tunc enim licet dignissimo nubat, non tenetur pater dotare: & *l.8. tit. 11. p. 4.* decidentem teneri patrem dotare filiam diuitem, explicant, quando patris consensu nupsit. Quod aperte ex ea colligitur, ibi, *tenudo es el padre de la casar, o de la dotar.* Et ratio ipsa naturalis postulat, vt filiam diuitem, spretoque patre nubentem, non teneatur pater dotare. Sic *Couar. n.8. & Lud. Lop. alleg. n.16.* Quod si obijcias inde sequi nullã esse differentiam, quando filia nubit digno, & quando indigno: nam in hoc casu tenetur etiam dotare, quando ipsa est pauper. Dic hoc distare, quod quando nupsit digno, & est pauper, tenetur plene dotare: quando autem indigno, non tenetur plene, sed tantum iuxta quantitatem alimentorum, quæ ad vitam tuendam necessaria sunt: vt dicemus numero sequenti.

19 Tertia conclusio. Quando vir, vel femina indignũ matrim. iniere, si ita diuites essent, vt alimenta haberent, non tenetur pater dotare. Quia non videtur æquum compellere parentes ad dotandum filiam diuitem, quæ turpi matrim. totum familiæ decus denigrauit. Si autem alimẽtis careret, tenetur pater dotare in modica quantitate conuenienti ad alimenta vitæ necessaria. Et hoc propter æquitatem naturalem, ne fame pereant. Sic *Ripa n.59. Couar. n.7. Molina num.8 Ant. Cucus n.182. Baeza nu.3. Gutier. n.5. Veracruz, & Ludou. Lop. vbi citati sunt num.16. Manuel 1. tomo summæ, cap.14.n 4.*

20 Quarta conclusio. Pater tenetur alimenta præstare filio absque eius consensu ducenti vxorem, si aliunde non habeat. Dixi, si aliunde non habeat, nam filium diuitem nunquam tenetur pater alere. Sic *Decius reg. Nuptiæ, 30. fine, ff. de reg. iur. Ioan. Lup. c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor. notab. 3.§.13.n.1. Molina l.2. de primog. c.16.nu.6. Riminal.* multos referens, *cons.133.n.42. volum.2.* Quando autem ducit vxorem indignam, quæ alimenta teneatur præstare, dixi num. præcedenti.

21 Quinta conclusio. Non tantum tenetur pater præstare alimenta tali filio pauperi, sed etiam vxori eius. Quia, vt habetur, *l. Si quis à liberis, §.§. Si vel parens, vers. Non tantum. ff. de liberis agnos.* non tantum alimenta, sed cætera liberorum onera tenetur pater præbere. Vbi *glos. verb. Cæterã*, inquit, *vt vestimenta, habitationem pro se & pro suis liberis, & vxore*: vbi *Bartol.* & scribentes idem notant: onus enim filii & obligatio est, quando vxorem fine dote duxit, ipsam alere: vt docet *Innocentius, cap. Per vestras ad finem. de donat. inter vir. & vxor. Cynus, Alberic. Curtius, Alexand. Socinus, Celsus,*

quos referunt & sequuntur *Riminald. cons.133.num.43.& sequent. Baeza de non melior.fil.cap.5.num.2.* ergo tenetur pater tali vxori alimenta præstare. Sic tenent multi, quos refert & sequitur *Riminald. ibid. Lud. Lop. 1.p. instructor.in 2. edit.c.294. §.Sequitur & alia quæstio, fine.* Non tamen audiēdus est idem *Lud.Lop.* quatenus limitat, si filius honestam, & dignam vxorem ducat. Idem enim dicendum est quādo indignam ducit: cum ex hac causa exhæredari nequeat, & consequenter nec alimentis necessariis priuari: vt dixi num. 19.

22 Tandem rogabis, quale matrim dicatur indignum, vt filii illud ineuntes, dote, & alimentis non necessarijs ad vitam priuari possint? iuxta dicta num.19. Aliqui censent eum coniugem indignum dici matrimonio alterius, qui indignitate turpi affectus est: vt si sit infamis, non autem qui imparis est conditionis. Sic *Angel.verb. Dos,n.4.* vbi *Syluest.q.4. Tabiena q.3. nu.4. Armilla num.6. Speculum conscientiæ tract.1.cap.51.* & referunt *Antonium, & Imolam c. Accedens, de procurator.* Sed neuter id affirmat.

23 Sexta conclusio sit. Is coniux dicitur indignus, cui alter matrimonio copulari absque dedecore, iuxta ciuitatis mores, nequit. Prob. ex *l.2.t. De los casamientos, l.3. fori*, ibi, *y si ella casare con alguno que no sea conuenible para ella, y para su linage.* Et facit optime, *l. Si adulterium cum incestu, §. Stuprum*, ibi, *contumacia turis, & sanguinis contumelia. ff. ad legem Iul. de adult.* Sic docent *Bart. l. Cum ita, la 1.ff. de condition. & demonst. & l. Si rogatus, ff. de manum. vindic. Bald l. Si pater, C. de sponsal. & l. Nec filium, C. de nupt. Alex. cons 209.n 2.l.6. Paris. cons.29. num.16.& 17. lib.3. Suarez lib.5. fori, t. De los casamientos, l.2. num.7. Acosta l. Cum tale, § Si arbitratu, ampliat.3.num.2. ff. de cond. & demonstr. Tello l.30. Taurr vu.9. Menoch. de præsumpt. l.4. præsumpt.189.n.85. fine. Mantica de coniectur. vlt. vol. lib.11.t.18. num.4. Mores de maiorat.1.p.cap.50.nu.10. & 11.* Fauet *Couarr. 4. decret.2.p.c.3.§.8.num. 7.* vbi dicens patrem non teneri dotare filiam nubentem indigno, reddit rationem, quia indignis nuptiis totum familiæ decus denigrauit: ergo censet indignum matrim. esse, quod sine familiæ dedecore fieri nequit.

24 Septima conclusio. Indignus etiam iudicatur ex bonis animi: vt si coniux malis moribus imbutus sit, *l. Sed ea. ff. de sponsal.* ibi, *indignum moribus, & turpem sponsum: & l. Nuptiæ, C. de nuptijs*, ibi, *& si pares sint genere: & moribus.* Sic *Menoch. d. præsumpt.189.n.85.* & fauent *Angel. auth. quib. mod. naturales effic. legit. & Baldus l. Nec filium, C. de nuptijs*, vbi dicunt meretricem esse personam indignam. Et idem dicit *Menoch.* de viro qui meretricatur, vel leno est.

25 Indignus etiam dicitur coniux ex bonis fortunæ. Sic alios referens *Menoch. d. præsumpt. 189. num.85.* Vt si pauperior notabiliter sit. Quod intelligo, nisi aliunde excessus hic in diuitiis compensetur: vt si pauperior, nobilior sit.

26 Vltima conclusio. Indignus etiam dicitur is cum quo matrimonium consistere non potest ob aliquod impedimentum, nisi in eo sit dispensatum. Quia nuptiæ debent esse conuenientes de iure, & de facto. Vt docet *glos. l. Si rogatus, §. Matrimonij, verb. Matrimonij, ff. de manumiss. vindic.* Sic *Bald. l penult. C. de sponsal. Francus c. vnico, §. Porro, num.1.& 2. de despons. impub. in 6. Ioan. Lup. c. Per vestras, de donation. inter vir. & vxor. not. ab. 33. §. 7. num. 4. Suarez allegatus num. 23. Menoch. d. præsumptione 189. num. 86. Capua libr. 2. decisionum cap.55.n.20.*

27 Et hæc quidem maxime aduertenda sunt, ad verificandam causam allegari solitam in matrimonialibus dispensationibus. Quia non inuenitur coniux æqualis. Quamuis enim genere, & diuitiis æqualis, si pessimis moribus imbutus sit, dicetur indignus, & inæqualis: vel si diuitijs, aut genere inæqualis sit, ita vt prudentis arbitrio ignominiosum sit cum illo matrimonio inire.

Tandem respondetur ad argumentum 3. sententiæ, 28 propositum n. 14. fateor enim dotem succedere loco alimentorum, & ita sicut filiæ diuiti inuito patre nubenti non debentur alimenta, nec dotem debent: quando vero est pauper, sicut debentur alimenta, ita & dotem in quantitate necessaria ad ea: vt probaui n.18.& 19.

DISPVTATIO XXVII.

Qualiter probandus sit metus?

SVMMARIVM.

Metus qualiter probetur, remissiue, nu.1. Et ibi, magis creditur duobus de metu deponentibus, quam mille de spontanea voluntate.

Quid, si adsint præsumptiones spontaneæ voluntatis? & qualis debeant esse? n.2.

Quid, si probatio spontaneæ voluntatis non sit simpliciter negatiua sed coarctata, n.3. & ibi, quando sit arbitrariam quibus potius credendum sit.

CIRCA metus probationem, consulendi sunt *Menoch.* 1 *l.3. præsumptionum, tota præsumptione 4. Mascardus de probation. conclus.1055. & aliquibus sequentibus.* Solum aduertere volo axioma illud commune *Innocentij cap. Super hoc, de renuntiatione, n.2.* vbi ait, magis credi duobus testibus de metu deponentibus, quam mille testantibus spontaneam voluntatem. Et ratio est: quia qui deponunt de metu id quod asserunt, potuerunt sensu corporeo percipere: qui autem testantur spontaneam voluntatem, cum res sit in anima recondita, non potuerunt sensu percipere. Idem docuit *Abbas cap 1. de his quæ vi, num.10. Boerius decisione 100. num.11. Sigismundus inter consilia feudalia, cons.17.nu.14. & Gutier. cons.14.num.9. & cons.16.num.14. Gama 1.p. decisionum, decis.250. nu.4.* vbi bene limitat, quando illi duo testes sunt omni exceptione maiores: & innumeri alij DD. quos referunt DD. ita tim citandi.

Hoc tamen primo intelligendum est, nisi pro depo- 2 nentibus de spontanea voluntate, adessent præsumptiones, & coniecturæ. Sic *Decius c.fin. de appellat.nu.25.& 26.& reg. In omnibus, 39.nu.8.& ff. de regul.iur.* Et exemplificat, vt si actus fieret in præsentia iudicis, quo casu non præsumitur metus: iuxta doctrinam Bartoli & Doctorum, *l. Transactionem, C. de transact.* Idem *Lason l. Interpositas, num.5. C. de transact.* Et exemplificat, si actus fiat coram consanguineis. Idem *Padilla ibi num.33.* Et addit existenti tali præsumptione de libera voluntate, iudicem arbitraturum quibus testibus maior fides adhibenda sit. Idem *Nauar. enar. cons.96. nu. 28. Flaminius de resignat. beneficior. libr.13.q.1.num.89. Mascardus de probat. conclus.1057. nu.8.& 9.* cum aliis quos refert *Burgatus cons.72.num.48.vol.1.*

Secundò intellige, quando testificatio asserentiū spon- 3 taneam voluntatem, seu non interuenisse metum, est simpliciter negatiua, secus si esset negatiua, coarctata loco & tempore: tunc enim non præfertur probatio spontaneæ voluntatis, probationi metu, sed æque creditur affirmantibus, sicut negantibus. Sic *Decius d. cap. finali, num.28. Sigismundus inter consilia feudalia, cons.48.num.18.* vnde data paritate terminorum, æque credendum est deponentibus de metu, ac de libera voluntate: nam in vtroque casu testes de re interna testantur, & sicut metus per media externa probatur, vt per minas, ita libertas: vt si sit præsens iudex, vel consanguinei, &c. Ita *Decius eo cap. fin. de appellat. num.28. & regul. In omnibus, num.9.& 10. ff. de regul. iur. Quare optime Couar. 4. decret. 2.p.c.3.§.5.num.10.& Ant. Cucu lib.5. instit. maior. tit.12.nu.167.168.* docent arbitrariam esse iudici pensatis circumstantiis, quibus magis credendum sit.

LIBER QVINTVS
DE
CONSENSV CONDITIONATO.

Diuisio totius libri.

Vt vltima imponatur manus tractatui de consensu ad matrimonium requisito: solùm superest consensu conditionato disputare, de quo toto hoc libro quinto sermo habendus est. Et primò quidem agam de conditionibus generalibus, quæ in omni contractu intelliguntur: & de necessarijs, ac intrinsecis matrimonio. Secundò, de intrinsecis necessarijs. Tertiò, de impossibilibus, Quartò, de honestis. Quintò, de turpibus contra matrimonij substantiam, eiusque bona. Sextò, de turpibus non aduersis matrimonij substantiæ, & bonis. Septimo, de indifferentibus ac impertinentibus. Vltimò, quando aliquid adiicitur matrimonio tanquam dies, modus, causa, demonstratio.

DISPVTATIO I.

Vtrùm matrimonium possit contrahi sub conditione generali, & sub speciali intrinseca, illudque suspendat? Vt, Si vixerimus, si tu consenseris, si non es consanguinea, si Deo vel Ecclesiæ placuerit?

SVMMARIVM.

Vtilitas huius disputationis declaratur, nu. 1. Et ibi, conditiones quæ admittuntur in matrimonio, vel ab eo reiiciuntur, similiter admittuntur in sponsalibus, & ab eis reiiciuntur.

Quemadmodum possit aliquid matrimonio adiici, n. 2.

Quot sint genera conditionum, quæ apponi possunt in matrim. n. 3.

In foro conscientiæ vbi constat de intentione apponentis conditionem. Illi standum est: in dubio autem huius intentionis stetur præsumptioni seruandi, & quando ea præsumptio tuta, transferitur onus probandi in aduersarium, n. 4.

Matrimonium conditionem non recipit, bene tamen eius consensus, n. 5.

Et ibi explicatur regula, Allus legitimè, de regul. iur. in 6.

Admittit matrimonium conditiones generales, quæ tacitè insunt omni contractui, nec illud suspendunt: vt, Si vixerimus, si tu consenseris, n. 6.

Explicatur l. Si ita legatum, §. Illi si volet ff. de legat. 1. n. 7.

An hæc conditio, Contraho tecum si Deo & Ecclesiæ placuerit, reddat matrim. conditionale? referuntur varia sententiæ, num. 8. 9. & 10. Et sententia auctoris, n. 11. & 12.

Conditiones intrinsecæ quæ necessariæ insunt matrimonio, non reddunt illud conditionale, n. 13.

Explicatur Clem. vnic. de consanguinit. an incurrat excommunicationem vltimi contrahens cum consanguinea, sub hac conditione, si non es consanguinea, n. 14.

1 POSSET aliquis existimare impertinentè esse tractatum hunc de cõditionibus adiectis matrimonio, cum enim post concilium Trident. debeat contrahi corã parocho & testibus: in præsentia illorũ nũquam adiicientur conditiones. Verum dico vtilissimum esse, tum vt natura matrimonij intelligatur, tum etiam, quia eædem conditiones quæ admittuntur, & reiiciuntur in matrimonio, admittuntur similiter & reiiciuntur in sponsalibus. Et ita *D. Thom. 4. dist. 27. q. 2. art. 1. corp.* eandem doctrinam tradit de conditionibus appositis in sponsalibus, quam post *dist. 29. q. vnica, a. 3. quæstiunc. 3.* tradit de conditionibus appositis in matrimonio. Et eodem modo *Ricard. 4. d. 27. a. 3. q. 2. D. Bonauent. 4. dist. 28. q. 3. nu. 13. Turrecrem. cap. Vbi non est, 30. q. 2. a. 3. nu. 4. Syluest. verb. Sponsalia. q. 5. Angel. n. 18. Rosella fine, D. Antonin. 3. p. tit. 1. cap. 18. §. 2. Tabiena verb. Sponsalia. q. 2. num. 3. Philiarc. de officio sacerd. tom. 1. p. 2. l. 2. c. 1. §. Tres conditionum.* Item, quia si post Trident. celebretur aliquod matrimonium coram parocho & testibus, sub aliqua conditione, iudicandum esset de eo, sicut ante Tridentinum: vt bene ait *Barth. à Ledesma dub. 25. de matrim. fine, & Petr. de Ledesma de matrim. q. 47. a. 5. fine*: cum præter solennitatem parochi & testium adhibendam, nil aliud immutarit Tridentinum.

Primò ergo supponendum est, matrimonio aliquid posse adiici quintupliciter. Primò, tanquam tempus & diem qua matrimonium contrahi debet: vt, Contraham tecum cras. Secundò, vt modum, qui est quasi adiectio oneris ad quod volumus obligare contrahentẽ. Et communiter explicatur per coniunctionem, Vt, verbi gratia, Duco te, vt diuitias aut honorem consequar. Tertio, per modum causæ: quod euenit, quando denotatur causa ob quam contrahitur. Et communiter explicatur per dictionem. Quia, vt Contraho tecum, quia diues aut pulchra es. Quarto, per modum demonstrationis: quod cõtingit quoties significatur aliqua qualitas in contrahentibus, & explicatur per relatiuum, aut dictionem importantem aliquam qualitatem. vt, Duco te, quæ libera es, aut virgo. Quinto, per modum conditionis, cum scilicet, aliquid adicitur suspendens contractum, sub cuius existentia, & non alias volumus contractum celebrari. Nam de natura conditionis est, suspendere, & facere vt actus pendeat se habere ad esse, & ad non esse, *l. 1. tit. 4. p. 4. & l. Si ita stipulatus fuero hanc summam ff. de verb. obligationibus.* 2

Secundo supponendum est conditiones quasdam esse generales: quę ita appellantur, quia tacitè cuilibet contractui insunt, quamuis non exprimantur: vt, Si vixerimus: aliæ sunt speciales; & rursus quædam harum, sunt intrinsecæ, quæ, scilicet, matrimonio ex necessitate insunt, quia sine eis matrim. constare nequit: vt, Si non es consanguinea, Si non es monialis, contraho tecum: aliæ autem sunt extrinsecæ: & rursus harum, quædã sunt necessariò euenturæ, vt, Contraho tecum, si sol orietur. Aliæ omnino impossibiles, vt, Si cælum digito tetigeris. Aliæ contingentes & possibiles: & rursus harum, aliæ sunt honestæ, aliæ turpes, aliæ indifferentes, seu omnino impertinentes. Et tandem, ex turpibus quædam sunt contra substantiam, & bona matrimonii: vt, Contraho tecum, si generationem prolis euites, vel, Donec pulchriorem inueniam: aliæ sunt turpes, non contra substantiam, & bona matrimonij: vt, Contraho tecum, si mecum concubueris. 3

Tertio supponendum est, si de interno conscientiæ foro agatur, standum esse intentioni contrahentis sub conditione, qualiscumque conditio sit: hoc est, quamuis Ecclesia iudicet matrim. quando conditio est necessaria turpis aut impossibilis: præsumit enim minime defuisse consensum, huiusmodi conditionibus adiectis: cæterum in foro conscientiæ si contrahens noluit inire matrimonium nisi eueniente conditione, non erit matrim. ante illius euentum: & si numquam euenire possit, quia impossibilis est, numquam erit matrim. Quia matrim. absque consensu nullatenus esse potest. Ita fatẽtur vniuersi DD. vt *Hostiens. c. fin. in fin. de cond. appos. Ioan. Andreas c. Per tuas, eod. tit. num. 7.* 4

vbi *Anton.tit.8. Anchar.n.7. Alex. de Neuo n.* 10. *Sylucst. Matrimonium,3.q.2. Couar.4.decret. 2.p.c.3.§.2. n.4.* Et ex Theologis, *Adrian. 4.quæst.3. de matrim.dub.7. Palud.4.d.29.quæst.2. fine,* vbi *Sotus q.2.a.3.ad 2.* Quando autem oppositum non constat, sed dubius est animus apponentis conditionem, standum est præsumptioni fori externi: & reiecta conditione iudicandum erit matrimonium, quando Ecclesia sic iudicat. Quia quod iudex non innitens falsæ præsumptioni,iudicat in foro externo, est seruandum in interno, quando in eo oppositum non constat (vt dixi l.1.disp.5. n.20.) Item,quia in dubio in vtroque foro iudicandum est pro matrim. vt probaui eodem lib.1.disp.18.n.5.& 6. Hoc est contra *Enriquez l.13.de matrim.c.12.num.5.& in fine,* vbi ait in hoc dubio solum in foro externo iudicari in fauorem matrim. Sed hoc reprobaui eadem disp.18.nu.6. Quando autem est præsumptio iuris, transfertur onus probandi in aduersarium, *l.Generaliter, §.Si pactum,in fine, ff.de fideicommiss.libert. & l.vlt.in princ ff. de his quæ vi.*& docet cum multis, *Menoch.de præsumpt.l.1.q.35.num.2. Sanchez de catholic instit.l.50.n.6.*

5 His præmissis,sit prima conclusio. Matrimonium ipsum conditionem non recipit, bene tamen eius consensus. Hoc est, consensus præteritus ad matrim. potest ex conditione pendere,at matrim ipsum minime. Quia quamdiu conditio pender, matrim. non est. Et hinc deducitur intellect. ad *reg. Ad legitimi, 77.ff.de reg.iur.& reg. Ad legitimi, 50.eod. tit.in 6.* decidentem actus legitimos non recipere conditionem, neque diem: sunt enim à legibus instituti, vt statim suum effectum consequantur; & proinde conditio suspendens aduersatur ipsorum substantiæ. Sic *Sotus 4. d.29.q.2.a.1. ante 2.concl. versi. Rursus animaduertendum, Couar. 4.decret.2.p.c.3.init.n.4.*

6 Secunda conclusio. Matrim. admittit conditiones generales, quæ in omni contractu intelliguntur, taciteque insunt. Vt, Si vixerimus, si tu quoque consenseris. Quia hę conditiones non magis suspendunt contractum, quam si non exprimantur, *l.Conditiones extrinsecus, & l.Aliquando, ff. de condit.& demonst.l.Per hæc verba testatoris, ff.de legat.1.* Siue enim exprimantur, siue tãceantur, prior consensus est inefficax, donec alter vita fruens coniux acceptet verbis aut nutibus consensum proferens. Conclusio est certa,& ab omnibus admittitur.

7 Obstat tamen huic conclusioni fortiter *l.Si ita legatum, 48.§. Illi si volet, ff.de legat.1.* vbi legatum relictum alicui si volet,est legatum conditionale: cum tamen ea sit conditio generalis,& tacite intellecta. Sed dic cum communi *DD.ibi,& Abbate c.Significasti,nu.6.de elect. Præpos.c. Ad audientiam,de sponsal.ad fin. Couar.4.decret.2.p.c.6.§.2.nu.4* conditiones quæ tacite insunt, tunc nihil operari, quando exprimuntur eo modo quo insunt: secus si aliter exprimantur. At ea conditio, Si volet, non exprimitur eo pacto quo tacite inerat: est enim sensus, si legatarius declarauerit se velle: quare ea conditio suspendit legatum, nec legatarius ante voluntatis propriæ declarationem, legatum comparat, & si prius quam declaret, obeat, minime transmittit ad hæredem: vt dicitur *eod.§.Illi si volet.* Qua tamen conditione minime expressa, statim acquireret legatarius quamuis ignorans,& ad hæredes transmitteret, *l. Cum pater §.Surdo.ff.de legat.2.*

8 Non modica tamen difficultas est, an hæc conditio, Si Deus voluerit, si Deo placuerit, sit generalis, ita vt non suspendat, nec reddat contractum conditionalem? Nam *glos.c.vn. fine, de sponsal.in 6.* quam ibi sequitur *Ioan. Menachus n.3. Hostien.c. Ad audientiam,de sponsal.in fin. Abb.c.Significasti, de elect.fine, Angel. Matrimonium 3.impedim.3.n.1.* ait esse sponsalia conditionalia, contracta sub hac conditione, Si Deo & Ecclesiæ placuerit, atque ita reperto impedimento ob quod ea sponsalia sunt nulla, non omni publicæ honestatis iustitiam: eo quod non pure contracta sint: iuxta *d.c.1.de sponsal.in 6.* Idem *Couar.4.decret.2.p.c 6.§.2.*

9 Alij vero censent non esse conditionalia. Quia hæc conditio, Si Deo placuerit, tacite inest. Vt docet *glos. per illum text.c.Beatus,verb.Diuina, 21.q.2.* Sic *Archiep.tit.c.vlt. de sponsal.in 6. ad fin. Alex.de Neuo c. Ad audientiam, & de sponsal. n.15.& ibi Præpos.ad fin. Henric.c.fin.n.1.& 2.de conds. appos. Rosella Matrim. 5.n.1. Tabiena Matrimonium, 2.q.11.nic.12. Brancl. de sponsal.concl.33.n.1. Alex.Carrerius l.4. de sponsal.c.6. Anton. Cucus l.5.institut. maior. t.11.n.48.* Et ex Theologis, *Sotus 4. d.29.q.2.a.1. vers. Ante secundam vero, D. Antonin. 3.p.t.1.c.19. §.5.vers. Primo enim quædam sunt: Pet. de Soto lect.3. de matrim. §. Quarto denique infertur, Vguerius li.millit.c.16.§ 7.vers.6.ad fin. Barth.à Ledesma dub.25. de matrim.paulo post prin. Enriquez l.11.de matrim.c.12.n.2.*

Alij vero censent, quando subest impedimentum, esse 10 conditionalia: secus quando impedimentum non subest. Sic *Ioan. Andr.d.c.vn. fine.& ibi Domin.ad fin. Francus ad fin.*

Cæterum distinguendum est, si contrahentes sub hac 11 conditione, Si Deus voluerit, aut Deo placuerit, intelligant de voluntate beneplaciti, qua Deus omnia quæ fiunt, aut vult, aut permittit; tunc est conditio generalis, & in omni contractu intelligitur, quare non suspendit consensum: si vero intelligant de voluntate diuina approbante, quasi sentiant, Si hic contractus Deo non displiceat, sed sit iuxta eius beneplacitum: tunc non est conditio generalis,& ita suspendet, quia multa fiunt contra Dei beneplacitum, vnde suspendet consensum, donec constiterit placere Deo. Vnde glossa & DD. dum dicunt esse sponsalia conditionalia contracta sub ea conditione, Si Deo placuerit,intelliguntur,quando contrahentes intelligunt de voluntate posteriori: alij autem dicentes non esse conditionalia, loquuntur, quando intelligunt de voluntate priori. Sic *Adrian. 4.materia de matrim.q.3.dub.4. Syluest. Matrim.3.q.3.* & addit in dubio intelligi de posteriori voluntate, quia id est animæ tutius.

Hinc infero eam conditionem, de qua glos. & alij DD. 12 relati n.8. meminere, scilicet, Si Ecclesiæ placuerit, esse vere conditionem, & subsistente impedimento suspendere consensum. Quia semper intelligitur de voluntate approbatiua: cum in Ecclesia non reperiatur illa duplex voluntas, quæ in Deo: vnde suspendit consensum donec constet Ecclesiam approbare facti indagine. Sic *Aur. Cienf.l.5.institut.maior.t.10.n.49.*

Tertia conclusio. Conditiones intrinsecæ, quæ necessa- 13 rio insunt matrim. & absque quibus matrim. consistere non potest, non reddunt matrim. conditionale. Vt, Si non fueris consanguinea, vel affinis, &c. Probatur, quia tacite & intrinsece includuntur in ipso contractu, & in ipsa essentia imbibitæ sunt, cum iis seclusis contractus corruat; & ita docent omnes. Sed fortitet vrget contra hoc: nam (vt dixi nu.12.) sunt conditionalia sponsalia, Si Ecclesiæ placuerit, & reperto impedimento minime oritur publicæ honestatis iustitia; ergo similiter si addatur conditio, Si non es consanguinea, &c. quia perinde est, Si Ecclesia approbauerit, ac si non intercesserit impedimentum. Sed resp. eandem esse conditionem, sed diuersimode adiici: nam dum absolute dicitur, Si non es consanguinea, Si non subest impedimentum, adiicitur conditio, eo prorsus modo quo inerat. Verum quando dicitur, Si Ecclesia approbauerit, alio modo apponitur: intelligitur enim si solerti indagine præmissa, repertum fuerit Ecclesiam huiusmodi matrimonium approbare: sicut supra diximus, lib.3.disp.33.n.4. hanc conditionem, Si es idoneus, confero tibi beneficium, tacite inesse, ac proinde non suspendere collationem: secus autem si addatur, Si inuenturs fueris idoneus.

Quamuis tamen hæc conditio, Si non es consangui- 14 nea, non reddat matrim. conditionale, operabitur tamen vt scienter contrahens cum consanguinea, sub ea conditione, minime incurrat excommunicationem, *Clem.vn.de consanguin.* Quia ea non punit effectum, cum is sequi nequeat: non enim potest esse validum matrim. inter consanguineos: sed punit affectum contrahentium, quem minime ostendunt consanguinei incuntes matrim. sub ea conditione, Si consanguinei non sint.

DISPV-

DISPVTATIO II.

An conditio extrinseca necessario euentura, adiecta matrimonio, reddat illud conditionale, suspendatque consensum? vt, Contraho tecum, si cras sol orietur.

SVMMARIVM.

Referuntur fund. affirm. Sot. eadem, n. 1. Et contraria opinio n. 2.

Si contrahentes reputabant esse contingentem, suspendit, n. 3. Idem quando conditio ipsa necessario est, sed respectu nostri incerta, n. 4. Et ibi, explicatur §. Cæterum 2, Inst. de verb. oblig.

Quid, si conditio necessaria habet diem incertum: vt si Titius moriatur, n. 5

Quid, si conditio necessaria non apponatur tanquam conditio, sed tanquam temporis præfinitio, & quando id contingat, n. 6. Et ibi, quid de hac re sit. Contrahamus tecum, si pater meus moriatur.

Quid, si conditio secundum ordinem naturæ non sit necessaria, sed ex suppositione, vt Antichristus nascetur? n. 7

Solvitur argum. & explicatur l. Heres meus, in principio ff. de condit. & demonstr. n. 8

1 ALIQVI censent huiusmodi conditionem suspendere consensum, ac proinde non esse matrimonium, donec conditio impleatur. Prob. quia quamuis stipulatio sub conditione omnino extitura, non sit conditionalis, at non est perfecta vsque ad euentum diei, *l. Heres meus, 78. in princ. ff. de condit.* & demonst. ibi, *heres meus cum moritur Titius, centum et dato: parum legatum est. Quia non conditione, sed mora suspenditur, non potest enim conditio non existere.* Ita docet gl. *ff. c. Per tuas, de condit. appos. verb. Præsumendum*, vbi Ioann. Andr. n. 7. Antonius fine, Anchar. fine, Speculator 1. de condit. appos. in princ. n. 8. Angel matrimonium, 5. imped. 3. initio. Et rem hanc esse dubiam fatetur *Rosella Matrimonium, 5. n. 2. fine.*

2 Sic conclusio. Matrim. initum sub necessaria conditione est absolutum & validum; nec conditio illa suspendit, sed petinde est, ac si apposita non esset. Prob. ex *l. Si quis ita, 9. §. Qui sub conditione ff. de noxal.* ibi, *qui sub conditione stipulatur, quæ omnino extitura est, pure videtur stipulari, & l. Impossibilis 7. ff. de verb obl.* ibi, *si talis conditio inseratur stipulationi, si in cælum non ascendero, hæc vtilis & præsens est.* Idem habetur *§. Si impossibilis, Inst. de inutil. stip.* Et ratio est, quia cùm conditio illa futura, sit præsens, & determinata in sua causa naturali, ita vt impossibile sit oppositum esse, censetur tam impleta. Sic docent ex Theologis, *D. Thom. 4. d. 29. q. 1. a. 3. quæstiunc. 1. D. Bonaven. 4. dist. 28. q. 3. num. 13. Durand. 4. dist. 29. q. 2. n. 5. Paludan. 4 dist. 29. q. 2. a. 5. concl. 3. n. 30. Adrian. 4. materia de matrim. q. 3. dub. 16. Victoria summa, materia de matrim. n. 160. Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 1. post 2. conclusionem, vers. Hinc colligitur, Viguer. Inst. institut. c. 16. §. 7. vers. 6. ad fin. Petr de Soto lect. 3. de matrim. §. Quarto denique inseritur, D. Antonin. 2. q. 11. n. 12. Angles floribus 1. p. materia de matrim. qu. 2. de consensu condition. a. vn. init. concl. 2. Barth. à Ledesma dub. 25. de matrim. 4. concl. 1. Lud Lopez 2. p. instructorii noui, materia de matrim. c. 43. ad fin. Petr de Ledesm. de matrim. q. 47. a 5. dub. 2. fol. 228. concl. 3. Enriquez 4. 11. de matrim. c. 12. n. 4.* Et ex iurisperitis eam tenent *Hostiens. sum. 1. de condit. appos. na. 12. ad fin. vers. Quid si Contraho sub conditione quæ omnino extitura est. Cardin. c. Per Thar. 2. d. 2. fine, & ibi Abbas fine, Alex. de Neuo n. 15. Præpos. ibi fine. Henricus c. fin. de sponsal. n. 2. Sylvester Matrimonium 3. quæst. 2. & 2. Nauarr. sum. c. 22. Hispanæ n. 66. lat. 67. Conarr. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 2. n. 10. Brunel. de sponsalibus concl. 32. n. 3. Alex. Carrer. l. 4. de sponsal. c. 6.*

3 Hæc tamen conclusio, primò intelligenda est, quando contrahentes reputabant conditionem esse necessariam, si enim crederent esse contingentem, suspenderet vtique vsque in conditionis euentum. Quia in contrahentium intentione conditio contingens erat, ac proinde effectū conditionis contingentis sortiri debet: cum matrim. conditionale ex contrahentium consensu pendeat. Sic *Enriquez. lib. 11. de matrim. c. 12. n. 4. Petr. de Ledesma de matri. q. 43. a. 5. dub. 2. concl. 3.*

4 Imo si conditio necessaria, sit respectu nostri incerta, suspendit vtique. Vt, Desponsabo te, si luna eclipsetur tali die, non erunt statim sponsalia, sed aduenerit conditione. Nec obstat §. *Conditiones, Inst. de verb. oblig.* ibi, *quando, enim per rerum naturam certa sint, non videntur obligationem, quamuis nobis incerta sint.* Quia loquitur textus in conditione de præterito vel præsenti. Sic *Palud. 4. dist. 29. q. 2. art. 5. concl. 3. n. 31. ad finem.*

5 Secundò, est intelligenda conclusio, quando conditio necessaria habet diem certum: vt, Contraho tecum si cras sol oriatur: tunc enim conditio non suspendit, sed statim est matrim. secus si habet diem incertum: vt, Contraho tecum, si Titius moriatur, suspenditur enim matrim. vsque ad Titij mortem. Sic *Iason l. Impossibilis, n. 8. ff. de verb. obl.* Verum hic intellectus minime placet, sed in vtroq; euentu conditio non suspendit, sed statim est matrimonium: cum in vtraq; conditione eadem ratio procedat, vtraq; enim certa est, & in sua causa est præsens. Sic *Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 1. post 2. concl. vers. Hinc colligitur, Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 2. nu. 11. Lud. Lop. 2. p. instruct. noui, materia de matrim. c. 43. ad fi. Angl. floribus 1. p. materia de matrim. q. 2. de consensu condit. a. vn. init.*

6 Mbnuerim tamen, sæpe apponi prædictam conditionem, non tanquam conditionem, sed tanquam temporis præfinitionem: & tūc non statim esse matrim. donec tempus præfinitum accedat. Vt si quis diceret, Contraham tecum, si, & quando, vel, cum sol cras orietur. Sic *Sotus Lud. Lop. & Angles proxime cit. Henric. c. fin. n. 2. de condit. appos. Adrian. 4. materia de matrim. q. 3. dub. 16. §. Respondeo ad 1. Conar. eo 5. 2., proxime citato nu. 10. Enriquez l. 11. de matr. c. 12. n. 4.* Vnde infert *ibi Sotus*, quem sequitur *Barth. à Ledesm. dub. 25. de matri. concl. 1. fine*, si quis dicat, Contraham tecum, si pater meus moriatur, vt licet eam conditionem nō adiectam esse, tanquam conditionem, sed tanquam temporis præfinitionem: & sensum esse, quando pater meus obierit: secus (inquit *Sotus*) si dicat, Si pater meus est moriturus. Quia tunc non ponitur ad designandum tempus, sed tanquam conditio necessaria: quare cum conditio hæc necessaria, sit rem in sua causa præsens, minime suspendit. Sed in his omnibus euentibus nō tam verbis, quam contrahentium menti inhærendum est: quæ si constare nequit, placet hæc coniectura Soti: dum enim homines adiciunt hanc conditionem, Si pater meus moriatur, non adiiciunt tanquam necessariam; sed volunt vtiq; se obligare post patris obitum: quem tamen sensum nullatenus patitur ea verborum forma, Si pater meus est moriturus.

7 Tertiò intelligēda est concl. quando conditio est necessaria secundum ordinem naturæ, secus quando secundū naturam est contingens, ac per accidens ex suppositione est necessaria: vt, Contraho tecum; si Antichristus nascetur, aut cōdemnabitur, non statim erit matrim. sed sponsalia conditionata, expectantia conditionis aduentum, vt pure obligent. Et ratio est: quia talis conditio non potest dici præsens in suis causis, cum effectus non contineatur in causa proxima determinata. Sic *Adrian. 4. q. 3 de matrim. dub. 16. ante §. Ad rationes, & toto dub. 17. Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 2. n. 11. Enriquez lib. 11. de matr. c. 12. n. 4.* Cæterum magis placet non suspendere huiusmodi conditionem; sed statim esse matrimonium: quia contrahentes tam necessariam esse, suppositia Scriptura id testante, hanc conditionem, si Antichristus nascetur, credunt, ac solem eras oriturum: & sicut hæc est iam præsens in sua causa proxima, ita illa in præscientia diuina, nota cōtrahentibus, ex Scripturæ testimonio: ergo in neutro euentu videntur consensum suspendere. Quare *glos. l. Si pupillus, 9. §. Qui sub cōditione, verb. Qui sub conditione, & l. Quod si ea conditione, 18. statim in princ. ff. de condict. indeb.* exemplificat de conditionibus necessariis, vt, Si Antichristus nascetur. Sic tenent aliqui Theologi, quos refert ac sequitur *Lud. Lop. 2. p. instruct. noui, materia de matrim. c. 43. ad finem.*

8 Ad argum. n. 1. propositum, desumptum ex *l. Heres meus*, respondetur aliud esse, cum conditio exprimitur per, Si, & aliud, quando exprimitur per, Cum, priori enim casu est vere conditio, & ii est necessaria: cum sit præsens in sua causa, censetur statim impleta: posteriori autem casu non est conditio, sed temporis præfinitio: & ita suspendet legatum: & in hoc casu loquitur *d. l. Heres meus.*

DISPVTATIO III.

Vtrum conditio impossibilis adiecto matrimonio, vt, Contraho tecum, si digito cælum tetigeris, ipsum vitiet: vel ea reiecta, legitimum & absolutum sit matrimonium?

SVMMARIVM.

Proponitur c. fin. de condit. appos. in cuius intellectu versatur difficultas, proponuntur, argumenta probantia non esse matrimonium, n. 1

Traduntur sex intellectus ad c. fin. de conditio appos. & reprobantur, à n. 2 vsque ad 8.

An conditiones naturæ impossibiles reijciantur à matrim. vel solum impossibilas de facto, n. 7.

Conditio impossibilis reputata possibilis à contrahentibus, non habetur pro non adiecta, n. 8.

An vitiet siue tollat matrimonium, vel sustendat, n. 9.

Quid, si imprudenter existimata est possibilis, n. 10.

Vt conditio impossibilis habeatur pro non adiecta, requiritur scientia eius decernentis haberi pro non adiecta, n. 11. & in vtroq; coniuge, n. 12

Explicatur reg. Ignorantia facti, non iuris excusat, de reg. iur. in 6. n. 13.

Moraliter loquendo nunquam euenire casum, in quo etiam in foro exter. no iudicetur validum matrimonium, contractum sub conditione impossibili, n. 14.

Habetur pro non adiecta, quando dubia est contrahentis intentio, an ioco aut animo non aliter contrahendi apposuerit nom. 15. Et si ex aliis coniecturis cõstet ioco appositam esse, non inficiabitur matrimonium, n. 16. Et qua sint illæ, n. 17.

Traditur verus intellectus ad d. c. fin. n. 18

Explicatur in quo consistat fauor matrimonii, ex quod ab illo reiciatur conditio impossibilis, n. 19. Et an decisio d. c. finalis, habeat locum in foro conscientiæ, n. 20.

Explicatur Clem. vnica de consang. an incurrant illum excommunicationem, contrahentes matrimonium cum consanguinea, sub conditione impossibili vel turpi, n. 21

Explicatur c. fin. de bigamis, an sit irregularis sacerdos, ducens viduam, sub conditione impossibili vel turpi, n. 22.

An reiiciatur conditio impossibilis à sponsalibus: remissiue, n. 23. Et solumtur argumenta, n. 24.

1 HÆc quæstio grauissima ac difficillima est: & consistit in intelligentia textus celeberrimi apud iuris Pontificii auctores, *c. fin. de condit. appos.* ibi, *alie conditiones appositæ in matrimonio, si turpes, aut impossibiles fuerint, debent propter fauorem eius, pro non adiectis haberi.* Ex quo textu constat matrim. contractum sub conditione impossibili, esse statim validum reiecta ea conditione. Contra quod decretum primò arguitur. Ecclesia nunquam præsumit aliquid sine iusta causa, alias esset temeraria, & iniqua præsumptio quod constat, quia idem est præsumptio iuris, apud Iurisconsultos, quod apud Rhetores, probatio verisimilis artificialis. Vt testatur *Menoch. l. 1. de præsumpt. q. 4. n. 1.* hæc autẽ definitur à *Quintiliano l. 5. instit. orat. c. 9* cum aliquibus positis, probabiliter, & verisimiliter sequitur quod intendimus: sed quando conditio est impossibilis, nulla est coniectura consensus, sed potius dissensus: vt constat ex communi loquendi vsu, dum enim petita negare volumus, dicere solemus, Dabo tibi, si cælum digito tetigeris: ergo nulla est ratio, ob quam Ecclesia præsumat consensũ, sed potius dissensum, & sic nullum esse matri. Secundò prob. cæteri contractus initi sub cõditione impossibili, non valent *l. Impossibilis, 7. ff. de verb. obl. & §. Si impossibilis, inst. de inutil. stip. & l. Non solum, 30. ff. de act. & oblig. & l. 3. t. 4. p. 6.* Sed matrim. maiorem libertatem consensus desiderat, quam cæteri contractus, vt constat, cũ cæteros metus nõ irritet, nec ab iis excludatur pœna: quod omnino diuersum est in matrimonio, iuxta superius dicta: ergo à fortiori non valebit matrim. adiecta simili conditione. Et confirm. fortissime, ex ratione quæ redditur *ea l. Non solum*, cur omnes contractus sub conditione impossibili gesti, minime valeant, ibi, *quia in ea re quæ ex duorum pluriumue cõsensu agitur, omnium voluntas spectatur, quorum proculdubio in huiusmodi actu, talis cogitatio est, vt nihil agi existiment, apposita ea conditione quam sciunt esse impossibilem.* Ergo si adiectio conditionis impossibilis est indubitatum dissensus signum, vitiabit matrim. in quo maximè consensus duorum requiritur. Et secundò confirmatur, quia in ceteris contractibus potest ius supplere consensum, vel in fauorem alterius contrahentis, qui conditionem impossibilem non adiecit, vel in adiicientis pœnam: cum ergo non suppleat, sed defectu consensus declaret eos inualidos, à fortiori si debet in matrimonio sententiam ferre: cum in eo consensus defectum supplere minime possit. Tertio principaliter prob. quia quando conditio est facto ipso, & non à natura impossibilis, vt si montem aureum mihi dederis, ius præsumit dissensum. Vt testatur *glossa §. Impossibile, verb. Impossibilis, Inst. de hared. instit.* Et constat ex *l. Cum heres, 4. §. 1. ff. de statu liberis*, ibi, *aut si tam difficilem aut pene impossibilem conditionem adiecerit, &c. nec animus danda libertatis est*, vbi *glossa verb. Dande*, ait, *quod præsumitur ex eo quod tam longum tempus, aut conditionem impossibilem adiecit.* Si ergo difficultas & impossibilitas non absoluta, sed secundum quid, index est, & præsumptio sufficiens dissensus à fortiori id erit tribuendum impossibilitati absolutæ. Quartò prob. quia vel Ecclesiæ constitutio efficit vt matrim. sub cõditione impossibili celebratum, legitimum sit: & hoc non: quia id quod matrim. non est, Ecclesia efficere nequit matri. esse: cum solo contrahentium consensu perficiatur: aut solum declarat illud esse verum matrim. & hoc non, quia alias ante illud decretum, esset etiam legitimum, quod absurdum videtur. Et confirmatur, ante id decretum non erat matrim. ergo nec modo. Quia Ecclesia nequit facere de non matrim. matrimonium. Quinto prob. quia dum reiiciuntur dictę conditiones impossibiles, aut id fit fauore matrimonij, aut ob dictarum conditionum qualitatẽ: sed neutrum potest dici, alias reiiciendæ essent, quamuis aliunde constaret de contraria contrahentium voluntate. Et confirm. quia texus *d. c. fin.* prohibetur fauore matrimonij reiici conditiones impossibiles: at non apparet in quo fauor hic versetur: cum potius matrimonii fauor sit, vt sit valde spontaneum: id enim vinculo perpetuo, & fini matrimonij valde expediens est. Et secundo confir. quia matrimonij fauor postulat, vt cõseruetur, vbi legitime contractum est, at vt introducatur matrim. vbi consensus deesse videtur, potius odium, quam matrim. fauorem respicit, *c. Tua nos, de sponsal.* Vltimo prob. quia cum ad matrim. non sufficiat consensus internus, nisi signo externo consensus expressiuo manifestetur, quamuis contrahentes sub conditione impossibili, interius absolute consentirent, non videtur matrim. legitimum esse, quia illa conditio impossibilis potius exprimit ac denotat dissensum, quam assensum. Hæc sunt quæ vehementissimè vrgent contra decisionem *d. c. fin.* & ex quibus valde dubia redditur ea decisio: adeo vt subtilissimus *Duran. 3. d. 39. q. 4. n. 9.* fateatur se minime percipere, vnde Ecclesia in eo matrim. præsumat consensum: & ideo hoc doctioribus iudicandũ relinquit. Alii verò diuersos intellectus excogitarunt, quos referemus, & postmodũ qui magis placet, manifestabimus.

Primus ergo intellectus *d. c. fin.* est: in foro conscientiæ non esse legitimum matrimonium, si consensus defuerit in apponente conditionem impossibilem, sed teneri vere contrahere, ob præceptum impositum *d. c. fin.* Sic *Palud. 4. d. 29. q. 2. a. 5. conclus. 5. n. 34.* Sed iure optimo hunc intellectum impugnant *Adrianus 4. materia de matrim. q. 3. dub. 7. Metina C. de rescit. quæst. 23. §. Verum adhuc remanent tria dubia, vers. Si dicant, Sotus 4. d. 29. q. 2. art. 2. paulo post princ. vers. Quæstio est profecto, Conarr 4. decret. 2. p. t. 3. §. 2. n. 9. Ledesm. 2. p. 4 q. 45. a. 1. f. 441. col. 1. init. Alex. Carrerius lib. 4. de sponsal. cap. 6. habetur tomo 9. tractatuum, Lud. Lopez 2. p. instructorii nou, materia de matrim. c. 43. fol. 1092. Petr. de Ledesma de matrim. q. 47. a. 5. dub. 1.* Quia nullum ibi contrahendi præceptum imponit Pontifex, sed supponit matrimonium esse legitime contractum: vt constat ex tenore textus, vbi ait cõditiones contra substantiam matrimonii illud vitiare, quantumcumque fauorabile sit, at impossibiles & turpes haberi pro non adiectis: at iis non adiectis esset matrim. legitimum, & purum: ergo Ecclesia non imponit contrahendi præceptum, sed definit reiecta impossibili conditione esse validum.

Secũdus intellectus est, vt *id c. fin.* nõ intelligatur, quãdo contra-

contrahentes norunt conditionem esse impossibilem: tunc enim manifeste videntur dissentire, & refutare matrimonium: vnde non habenda est pro non adiecta: quare intelligi debet, dum contrahentes reputabant esse possibilem. Sic *Adrian. 4. materia de matrim. q. 3. dub. 7.* Verum hic intellectus merito reiicitur. Quia (vt statim n. 8. dicemus & probabimus) nullo pacto locum habere potest id decretum, quando contrahentes credebant eam conditionem esse possibilem. Quia tunc suspendet contractum ad modum conditionum contingentium. Item quia eodem tenore dicitur ibi, reiici conditionem turpem ac impossibilem, sed turpis cognita turpis habetur pro non adiecta: ergo etiam conditio impossibilis, cognita impossibilis.

4 Tertius intellectus est, matrim. adiecta cõditione impossibili vitiari: & ita non haberi pro non adiecta. Vnde pro intellectu *d. c. fin.* supponendum est longe diuersum esse contractum sub cõditione celebrare, vel eundem sub cõditione resoluere, *l. 2. ff. de in diem addict.* contrahitur enim sub conditione, quando dispositio non habet effectum vsq; ad futurum conditionis euentum: resoluitur autem, quando à principio habet effectum dispositio, sed in cõditionis euentum resoluenda est. Vnde in priori parte *d. c. fin.* non agit Pontifex de cõditione suspendẽte matrim. sed de resoluente, quæ iam matrim. semel contractum, & perfectum, in euentum conditionis resoluit. Vt constat ex exemplis ibi adductis, Si te adulterandã prostituas, & donec inueniam aliam pulchriorem, &c. impleri enim non possunt, nisi matrim. iam perfecto: non enim alias erit adulterium, nec soboles: quare de eisdem cõditionibus resolutiuis, & non suspensiuis intelligit Pontifex, in 2. p. dum agit de conditionibus impossibilibus: vt constat ex his verbis, *sicut alia cõditiones, si turpes aut impossibiles*: dictio enim, Alias similem refert. Itẽ, quia exceptio debet esse de regula, *l. Nam, quod liquide, § finali. ff. de pœnu legato*: vnde sensus textus est, quando conditio impossibilis est resolutiua, quæ impleri debet matrimonio iam contracto, habetur pro non adiecta, & manet matrim. legitimum, & purè contractum. Vt, Contraho tecum, si cælum ascendas, Quod si roges, in quo fauor hic matrimonii consistat, ob quem Pontifex definit conditiones has haberi pro non adiectis: Dico cæteros cõtractus sub conditione impossibili, siue suspensiua, siue resolutiua celebratos, regulariter vitiari. Vt elegantèr *Sarmiento l. 2. select. c. 3. n. 13. & 14.* At matrimonium non vitiatur. Quia vbi semel contractum est, & valere incipit ob consensum de præsenti, postmodum dissolui non potest. Hunc intellectum docuit Salmanticæ quidã vir doctissimus dum publice ius canon. explicaret. Verum quãuis hic intellectus acutus satis sit: displicet tamen. Primo, quia est contra vniuersum DD. torrentem, qui illum textum de conditione impossibili suspendente, intelligunt. Secundò, quia nullo modo constat Pontificem in priori parte textus, dum definit conditiones contrarias substantiæ matrimonii illud vitiare, intelligere de solis resolutiuis, quamuis enim exempla sint de conditionibus resolutiuis, at non arctant regulam: quę indistinctè de conditionibus contrariis matrim. traditur. Tertiò, quia alias cõditiones cõtra substãtiã matrimonii, quando suspensiuæ sunt, nõ vitiarent matrim. vt Cõtraho tecum, si prius venena sterilitatis sumpseris: quod tamen minus verum est, vt constabit ex dicendis hoc 5. l. disp. 9. Quartò, quia cõditio impossibilis resolutiua, quę, scilicet supponit matrim. cõtractum, non habetur pro non adiecta, sed vitiat matr. eo quod est cõtra eius substantiam, & indiuidualitatẽ: apponitur enim conditio, qua eueniente matrim. legitimè cõtractũ, est dissoluendũ; atq; ita opposito *d. c. fin.* dum definit cõditiones impossibiles haberi pro non adiectis. Quintò, quia cum dicit Pontifex: *alia cõditiones*, non refertur ad exemplatibi tradita, sed ad regulã, Conditiones cõtra substantiam matrim. illud vitiant: & similitudo quã importat dictio, Alias, in hoc consistit, quod vtræq; conditiones, scilicet cõtra substãtiã, & impossibiles, conditiones sunt: vt si diceremus, animal, aliud homo, aliud equus, proprijssime loqueremur: satis enim est ad proprietatem sermonis, seruari similitudinem genericam in animali, quod est membrũ diuisum, neq; est ibi aliqua exceptio, sed diuisit Pontifex conditiones, in impossibiles, turpes, & eas quæ substantiæ matrimonii aduersantur: & quid de singulis dicẽdum sit, statuit. Sextò, quia si Pontifex nil statueret de cõditionibus impossibilibus suspẽdẽtibus, diminutus esset: cum de huiusmodi conditionibus, in toto eo titulo non agat. Vltimo, quia nil statueret Pontifex in matrimonii fauorem: esse enim indiuiduum, non est fauor à Pontificibus matrimonio concessus, sed ipsimet natura matrimonij: vt constat ex eius definitione: at Pontifex *d. c. fin.* statutum illud fauori matrim. tribuit.

Quartus intellectus est, non fuisse Pontificis mentem, 5
dum dixit impossibilem conditionẽ habendam pro non adiecta: quod eo ipso iudicetur matrim. sub tali conditione contractũ, validum esse: sed eius sensum esse impossibilis conditio habetur pro non adiecta, id est non magis nocet contractui matrimonii, quã si non fuisset apposita: hoc enim sonat ea particula, Habeatur pro non adiecta. Vnde dumtaxat voluit quando per alias coniecturas præsumitur adfuisse consensum, reputãdum esse matrim. Sic *Sotus 4. dist. 29. q. 1. a. 2. vers. Mans ergo Pontificis, & vers. Et in summa nos nihil aliud, & in solut. ad 1. Barth. à Ledesm. dub. 25. de matrim. concl. 7. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 47. art. 5. dub. 1. idem Sotus in fine 2. in solut. ad 2. ac Ledes. 2. p. 4. q. 45. a. 1. f. 445. col. 1.* dicunt in foro externo si non esset alia coniectura ad præsumendũ consensum, illam conditionem potius esse indicium dissensus, & animi decipiendi: quare secluſa illa conditione, ac si adiecta non esset, aliunde quærendã esse præsumptionem consensus, & tali præsumptuone consensus stante reiici conditionẽ impossibilem, aut turpẽ, quasi apposita nõ esset, & iudicari matrimoniũ, ante euentum conditionis. Quia cum altera sit impossibilis, impleri non potest: & cum altera sit turpis, minime obligat. Sed hic intellectus in quantũ asserit mentem Pontificis fuisse, nudare contractum ea conditione impossibili, ac perinde ac si adiecta non esset, iudicãdõ esse de sponsalibus aut matrim. ita vt ex vi conditionis nec præsumatur consensus, nec dissensus: verissimus est, & à nemine negari potest: id enim importat ea particula. Habeatur pro nõ adiecta, hoc est, nihil prorsus de ea conditione curetur, sed iudicetur ac si prorsus apposita non esset. Verum inquantum addit, adiectionem illius conditionis esse indicium dissensus, & necessarias esse alias coniecturas ad præsumendum consensum, omnino à veritate alienus est. Quod manifeste prob. Primò, quia Pontifex expresse dicit matrim. contractum sub conditione impossibili, iudicandum esse, ac si conditio non esset adiecta: sed ea non adiecta iudicaretur manifeste matrim. quia est consensus legitimus de præsenti: ergo ad iudicandum illud esse matrim. non opus est aliis coniecturis consensus, sed satis est vt nõ sint aliæ cõiecturæ dissensus. Secundò probatur ex *c. 1. de condit. appos.* ibi, *quicumque sub conditionis nomine aliquam desponsauerit, & eam relinquere voluerit, dicimus quod frangatur conditio, & desponsatio irrefragabiliter teneatur.* Qui textus licet intelligatur ibi à *gloss. verb. Frangatur*, & à cõmuni sent. de conditione turpi, quæ non est contra substantiam matrimonii, at eadẽ est ratio de impossibili & de turpi conditione quoad hoc: cũ *d. c. fin.* eodẽ tenore vtramq; pro non adiecta habẽdam esse, decernatur. Si ergo reiecta conditione matrim. irrefragabiliter indicandũ est validũ, male asserit *Sotus*, potius esse conditionẽ illã indicium dissensus, quam consensus, & aliis indigere Ecclesiam coniecturis, vt consensum præsumat. Tandẽ, quia sibiipsi, & textui contradicit *Sotus*: ex alia enim parte dicit conditionem impossibilem habendã esse pro non adiecta, & iudicandũ de matrimonio, ac si adiecta non esset: quod idem docet textus: & ex altera parte ait, ex adiectione illius conditionis præsumi

dissen-

dissensum,& vt iudicetur validum matrimonium, alias consensus coniecturas quærendas esse: in quo manifeste sibi & textui contradicit: nam ea conditione impossibili non apposita,manifeste præsumeretur consensus,& validum matr. absque aliqua alia consensus coniectura: ergo si adiectio conditionis obligat ad quærendum alias consensus coniecturas, & efficit coniecturam dissensus, non habetur pro non adiecta,sed multum operatur.Præterea quia esto intellectus hic vndequaq; esset verus,adhuc nõ exhaurit difficultatem. Quia minime reddit rationem, cur potius à matrimonio,quam ab aliis contractibus conditio impossibilis tanquam non adiecta reiiciatur.

6 Quintus intellectus est,cum matrimonium sit res appetibilis,propensionique naturæ conforme,quamuis adiciatur cõditio impossibilis, præsumit Ecclesia loco appositã esse,& sic validum esse matri.Sic *Lud.Lop.2.p. instruct. noui materia de matrim.c.43 f.1091.* vbi alium etiam intellectũ assignat:nam secundũ *Arist.* voluntas non est impossibilium: ergo qui nouit conditionem impossibilem non vult vt alter illam impleat.Sed vterque intellectus minime satisfacit. Non primus,quia quamuis matrim. appetibile sit, tamen cum hac vel cum illa contrahere, non semper est appetibile. Displicet etiam secundus intellectus: quia quamuis voluntas non feratur ad impossibile,& sic manifestum sit,nolle eam conditionem impleri: at eadem difficultas adhuc extat, videtur enim adiectionem conditionis,quam cõtrahens impleri nõ posse nouit, iudicium esse dissensus, atque ita matrimonium esse nullum.

7 Sextus intellectus est:vt decisio *d.c. fin.* non intelligatur de conditionibus à natura impossibilibus,vt si cælum digito tetigeris: cæ enim vitiant matrimonium: quia cùm non apponantur vt adimplendæ, irrisorius est contractus iudicandus: non enim creditur dignum esse,velle aliquem serio matrim. cõtrahere,qui cõditionem à natura impossibilem,& sciens implendam nõ esse, adiecit: sed intelligitur de cõditione in se possibili,& sic adiecta vt adimplenda,quia natura possibilis erat:at est pensata cõtrahentium qualitate, impossibilis, vt si feminæ pauperi aliquis pauperatis conscius dicat, Contraho tecum si des in dotem regnum,aut 100000. aureos. Hæ enim conditiones quæ obseruandæ proponuntur,repelli debent à matrimonio, & pro non adiectis habent: cum enim qui conditionem posuit,sciat alteri esse impossibilem, censetur purè cõtraxisse.Itẽ,quia eodem tenore decidit*ur d.c.fin.* cõditionem turpem & impossibilem habendam pro non adiecta: sed turpis est talis, vt possit ab altera parte acceptari & impleri:ergo impossibilis debet esse etiam talis, vt naturaliter acceptari & impleri possit. Sic docent viri doctissimi, vt testatur *Couarr.4 decret.2.p.ca.3.§.2.n.9.* idem *Ledesm.2.p.4. q.45.a.1.f.441.col.2.* Nec abhorret *Sotus 4.d.29 q.2.a. 2. vers. Profecto resit in cortice affecta:* vbi ait Põtificem non subiecisse exemplum de illa cõditione impossibili.Si cælum digito attigeris, aut de alijs huius generis: sed DD. ex legibus iuris ciuilis,ea exempla adhibere.Nec *Couar.* omnino hunc intellectum reprobat: ait enim esse diligẽtissimum, & interiorem sensum illius *c.fin.* exactè perpendere:& disputationis gratia aliqua dicit se obiicere cõtra illum.Additõ; *Ledesm. ibid.* quando conditiones sunt natura possibiles, Ecclesiam re vera non præsumere consensum esse absolutum,sed cõditionatum,vt sonat, efficere tamen vt valeat matrimoniũ cum eo consensu imperfecto & conditionato,reiecta conditione: sicut ius ciuile fauore matrimonii reiecit conditionem matrim. impedientem, à legatore:vt, Si nõ nupseris:lego tibi centum:& facit reiecta cõditione:valere legatũ.Sed hic sensus displicet mihi.Primò,quia cõmuniter DD intelligunt *d.c.fin.de conditionibus natura impoſsib.* Ita *glos.ibi verb. Contra substantiam, & ibi Henric.n.4.& 6. & Lex 6.t.4 p.4.&ibi Greg.Lop.verb.Monte de oro, Adrian.4.q.3.de matrimonio,dub.7. Rosella Matrimonium 5.n.1. Sylvest. Matrimoniũ,3.q.1.Angel.Matrimonium 3.impedimento 3 n.12.Tab.Matrimoniũ 2.q.11 n.12.Palud.4.d.29.q.2.a.5.concl.5. ou.34.Sotus ibi q.2.a.2.vers. Ad propositum ergo. D.Ant.3.p.t.1. c.19.§.5.paulo post princip. Brunellus de sponsal.cõncl.33.n.5.habetur to.9.tract.Metina C.de restit. q.23.vers.Vnde merito Durandus:Vigerius lib.institut. cap.16.§.7.vers.6.ad finem,Victoria sum.materia de matrimon.nu.259. Petr.de Soto lect.3. de matrim.§. Quærto denique infertur. Nau.sum.1.ed. & Hisp.c.22.nu. 62.Angles floribus 3.p.materia de matrim.q. 2. de consensu,concl. 2.vnico,dissic.4. Barth.à Ledesma dub.25. de matrim. concl.9. Vivald. Candelab. 2. p. materia de matr.nu.53. Pbilarc.de offic. sacerd. tom. 1.p.2.l.2.c.1.§.Tres conditionum, Palacios l.6.de contract.c 6.concl.1.& l.5.c.vlt.dub.7.Lud.Lop.2.p.instruct.noui materia de matr.q.47.a.5.dub.1.* Idem q; asserũt DD. quos hoc 5. l.disp. 7.n.17.refert asserentes conditionem hãc, Si pater tuus cõsenserit,cõtraho tecum,haberi pro non adiecta, quando contrahens sciebat obiisse patrem,eò quod conditio est impossibilis:cùm tamen sit impossibile per naturã, vt mortuus consentiat.Imo de impossibilibus,non per naturam,sed secundũ quid,& de facto,de quibus huc intellectus ait intelligi *d.c.fin.* non modica difficultas est, an habendæ sint pro non adiectis, vel potius vitient matrimonium:vt constabit disp. seq.n.12.& seq. Secundò probatur,quia adiiciens conditionem natura impossibilẽ,vt Si cælum tetigeris,vel etiam facto ipso impossibilem,vt si dicat pauperi, Si regnum,aut 100000. aureos in dotem dederis,in vtroque casu videtur eodẽ pacto dissentire.Vt probat *l.Cum heres,4.§.1.ff. de statu lib.* ibi, *non est statu liber, cui libertas in tam longum tempus collata est, vt eo tempore is qui manumissus est,vinci non possit..aut si tam difficilem,imo pene impossibilem conditionem adiecerit,vt aliunde libertas ei obtingere non possit:veluti si heredi mille dedisset:* ergo vtraque pariter cõditio reiicienda est,vel in illa vitiat matrimoniũ: quia est indicium dissensus: cum hæc pariter dissensum indicet, vtinbitur.Tertiò,quia conditio impossibilis de facto, nõ appellatur in iure impossibilis,sed difficilis,*l.Continuus,137. §.Illud.ff.de verb.oblig.* ergo dum *c.fin.* decernitur,cõditiones impossibiles reiiciendas esse,intelligitur præcipuè de cõditionibus verè impossibilibus: quales sunt natura impossibiles. Quartò quia ius canonicum in hac decisione voluit fauere matrimonio,sicut ius ciuile vltimæ voluntati,à qua excludit conditiones impossibiles:vt testantur *glos.d.c.fin. verb. Impossibiles,& ibi Ioan. Andr.n.7.Card.nu.2. Alexand.de Nevo n.6. Acosta l.1. Sebastiã c.8. n.11.* at à legatis reiiciuntur etiã conditiones natura impossibiles, imõ & impossibiles de facto non reiiciuntur:vt testatur *Cuar.4. cum aliis 4.decret.2 p.c.3.§.2.n.9.* ergo similiter cõditiones natura impossibiles reiiciuntur à matrimonio,& habentur tanquam non adiectæ. Quintò,quia indefinita iuris tradens regulam, æquipollet vniuersali (vt dixi l.3.disp. 44.num.2.) ergo dum Pontifex *d.c.fin.* statuens regulam de cõditionibus impossibilibus,dixit indefinitè, tãquam non adiectas, habendas esse: intelligit de omnibus conditionibus impossibilibus:& male trahitur illa decisio ad solas conditiones de facto impossibiles, quæ cùm verè impossibiles dici non possint, non modica est difficultas (vt dicemus disput. seq. an sub ea decisione comprehendantur.Tandem,contra id quod addit *Ledesma* in eo intellectu, quando conditiones sint impossibiles de facto, non præsumere Ecclesiam consensum absolutum,sed efficere matrim.cum eo consensu imperfecto, vt contingit in legatis,sic insurgo.nam longe diuersa est ratio:ius enim humanum potest supplere consensum in legatis,ac testatore inuito ob fauorem publicum aliquarum causarum, potest efficere vt legatum valeat:quod secus est in matrimonio, in quo nihil circa consensum supplere potest, vt supra dixi,l.2.disp.27.n.2.

His ergo intellectibus reiectis:vt intelligentiam quam 8 vetiorem reputo,proponam,oportet supponere aliquod fundamenta.Primũ fundamentum est, conditio impossibilis reputata possibilis, non reiicitur à contracta matrimonii,vel sponsalium, sed suum sortitur effectum in vtroque foro:vnde *d.cap.fin.* intelligitur, quando sciebant contrahentes conditionem esse impossibilem. Probatur quia in testamentis, vbi conditio similis reijcitur actus testa-

testandi sub conditione impossibili, quam testator possibilem existimabat, est nullus, *l. Seruo manumisso, ff. de condit. inſtit.* & docet *ibi gloſſ. verb. Ex testamento, Bart. l. 1. n. 5. ff. eod. tit. Ioan. de Imola l. 1. n. 11 ff. de conditio. inſtit. & Conarr. ſtatim citandus*: ergo similiter in matrimonio. Secundo, quia licet conditio sit impossibilis in se, si tamen à contrahentibus reputetur possibilis & contingens, eandem vim habet in eorum animis & apprehensione, ac si verè esset probabilis, & contingens: sed si esset possibilis, non reiceretur: ergo nec reiicitur dum possibilis existimatur. Tertio, quia eodem modo loquitur Pontifex *d. c. fin.* de cõditione turpi, & impossibili, sed turpis reputata honesta non reiicitur, (vt dicemus hoc l. 5. disp. 15. n. 7.) ergo nec impossibilis reputata possibilis. Quarto, quia (vt statim dicemus) matrimonium cõtractum sub cõditione impossibili, reputatur nullum etiam in foro Ecclesiæ, quando constat ex aliquibus coniecturis consensum coniugalem defecisse, ita vt contrahentes nullatenus velint consentire, nisi impleta conditione: sed potissima coniectura est, si illi credebant conditionem esse possibilem: ergo in hoc euentu non reiiceretur conditio, sed vitiabit matrim. Tradocent *Adrian. 4 q. 3. de matrim. dub. 11. fine, Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 2. vers. Per hæc tamen dicendum, Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 2. n. 5. Molina q. 23. de iuſtit. §. Verum adhuc remanent tria dubia, Petr. de Soto lect. 3. de matrim. §. Quarto denique refertur, Lud. Lop. 2. inſtruct. noui materia de matrim. c. 43. f. 1093. Petr. de Ledesma de matrim. q. 47. a. 5. dub. 2. concl. 3. Enriq. l. 11. de matri. c. 12. num. 3. in comm. lit. C.* quamuis sibi contradicat *eo n. 5.* asserens hanc conditionẽ impossibilem reputatam possibilem haberi pro non adiecta, & de ea intelligi *d. c. fin.* sed verius est quod dicit in commento, nempe nõ haberi pro non adiecta, nec de ea intelligi *d. c. fin.* Item tenet *Barth à Ledesma dub. 25. de matrim. concl. 8.* Hoc tamen fundamentum est contra *Adrianum 4. q. 3. de matrim. dub. 7.* vbi ait *d. c. fin.* intelligi tantum, quando contrahentes conditionem reputabant esse possibilem, & *Greg. Lop. l. 6. fine, t. 4. p. 4.* aliquantulum trepidat, dicens, tunc tantum conditionem impossibilem reputatam possibilem vitiare matrimonium, quãdo ex tali credulitate manifeste appareat non aliter voluisse contrahentes, matrimonio consentire, nisi eueniente tali conditione: & sic manifeste apparet de dissensu. Sed dico id nõ opus esse, sed eo ipso quod contrahentes existimant eam conditionem esse possibilem, est manifestum signum dissensus, & talis conditio non habetur pro non adiecta. Pro eadem sent. sant DD. quos infra hoc 5. l. disp. 7. n. 17. referam, asserentes si aliqui contrahant sub conditione, Si pater consenserit, existimantes eum viuere, cùm tamẽ mortuus esset; non reiici talem conditionem impossibilem, sed statim vitiari matrimonium: eo quod cum contrahentes existimarent parem viuere, reputabant conditionem esse possibilem.

9 Hinc infertur minus bene *Sotum, Lud. Lop. & Enriquez in ſuo commento, Iit. C. n. præced. citatos*, asserere huiusmodi conditionem impossibilem reputatam possibilem, suspendere contractum vsque ad conditionis euentum: sicut si vere possibilis & contingens esset: dicendum enim est cum reliquis DD. in hoc fundamento citatis, minime suspendere, sed statim annullare matrim. Nam repugnat vt condicio natura sua impossibilis, ponatur in esse: ergo ex tunc contrahentes manent liberi ab obligatione: cum euentum impossibilem nullus expectare teneatur.

10 Nec placet moderatio *Sotı, & Lud. Lop. f. 1094.* quos retuli n. 9. vbi asserunt hoc intelligendum esse, quãdo prudenter contrahentes existimabunt conditionem esse possibilem, secus quando absque omni prudentia id crederent: quibus assentiri videtur *Greg. Lop. ibi cit.* asserẽs quando ex aliquibus causis existimarent esse possibilem, hoc procedere. Cæterum hoc verum est quoad præsumptionem in foro externo, non enim præsumet Ecclesia contrahentes reputasse conditionem esse possibilem, quando id absque omni prudentia esset. Cæterum in foro cõscientiæ, quantumuis imprudenter reputent cõditionem possibilem, vitiabitur matrimonium: quia deficit consensus: cum enim crederent posse euenire conditionem, non videntur consentire, nisi in illius euentum: vt cõtingit in aliis conditionibus verè possibilibus. Et ita in simili docet *Adrian. 4. q. 3. de matrim. dub. 11. fine*, vbi ait, licet conditionem esse iure impossibilem, sit clarum, nec liceat ignorare: adhuc non reiici, quando ignoratur, nisi quoad præsumptionem in foro externo, & nec quoad hoc nocebit, si possit ignorantia probari.

Secundum fundamentum est, vt conditio impossibilis habeatur pro nõ adiecta, vltra cognitionem impossibilitatis conditionis, exigitur etiam vt contrahentes conscij sint constitutionis, *d. c. fin.* statuentis eam cõditionem haberi pro non adiecta, & censeri purum matrimon. Prob. quia conditio impossibilis, ex natura sua, & attento frequenti loquendi modo, importat dissensum: vt manifestè probant argum. n. 1. propositæ: & fauore matrim. dispossuit Pontifex *d. c. fin.* vt in hoc contractu habeatur pro non adiecta, & censeatur purus contractus: ergo vt contrahentes matrim. sub ea, censeantur etiam in foro externo habere pro non adiecta, & pure contraxisse, necessarium est vt huius constitutionis conscij sint: cõstitutio enim minimè obligat ignorantes, *c. 2. de constitut.* Sic *Molina C. de resist. q. 23. duplici col. ante fin. §. Ad cognoscendum autem, Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 2. nu. 1. Alexand. Carrer. l. 3. de sponsal. c. 5.* habetur *tom. 9. trait. Palacios l. 6. de contractibus, c. 6. concl. 1. & 2.*

1 1

Imo non sufficiet, si alter ex contrahentibus norit conditionem esse impossibilem, & ius statuens haberi pro nõ adiecta: sed oportet vt vtrumq; notum sit ambobus cõtrahentibus. Quia cum matrim. constet ex vtriusque cõsensu, & condino impossibilis ex se dissensum explicet, si alter contrahens ignoret ius statutis haberi pro non adiecta, ex parte illius nõ erit consensus, sed dissensus: & ita non potent constare matrim. Similiter si alter ex illis reputet, conditionem esse possibilem, cum natura cõditionis possibilis, ea sit, vt suspendat consensum in cõditionis euentum, ex parte huius, consensus non erit perfectus, & aptus matrim. contrahendo: ergo vt reputetur matrim. necessarium est vt vterque contrahens norit cõditionem esse impossibilem, & ius statuens eam conditionem haberi pro non adiecta. Quare cautè *Conar. & Molina n. prac. citati*, dixerunt requiri scientiam huius constitutionis in contrahentibus, ad significandum in vtroque requiri: & *Adrian. 4. q. 3. de matrim. dub. 11. ad finem*, expresse ait ita esse si vterque vel alter ignoret.

1 2

Sed obiicies: cum ignorantia facti, non iuris excuset: *reg. Ignorantia, 15. de reg. iur. in 6.* & ignorantia huius constitutionis, sit ignorantia iuris, ea non obstante censebuntur cõtrahentes sub conditione impossibili sibi cognita, parè contrahere: quod videtur significare *Greg. Lop. l. 6. t. 4. p. 4. verb. Monte de oro, ad fin.* asserens, cum hoc ius notorium sit, contrahentes videri consentire putè, cum scire debeant à iure reiici tales conditiones. Sed quidquid sit in foro externo, manifestum est in foro conscientiæ vtramque ignorantiam, quamuis crassissima sit, excusare in hoc casu: (vt dixi nu. 10. de eo qui crassissime & imprudentissime reputauit conditionem quæ natura impossibilis erat, esse possibilem.) Quia quæuis ignorantia consensum tollit, qui necessarius est ad matrimonium, quamuis à culpa minime excusat, nisi iusta & probabilis sit. Vt si crassissimè erraret cõtrahens in persona, putans esse aliam: sic ignorantia quantumuis crassa tollat consensum absolutum. Imo & in foro externo excusabit ignorantia iuris clari, si probari possit: vt de ignorantia impossibilitatis de iure cõditionis, docet *Adrian. 4. q. 3. de matrim. dub. 11. ad finem.* Imo & ignorantia huius iuris excusat in foro externo. Quia ignorantia iuris non excusat, quando est ius clarum & omnibus notum. Vt testatur *Dynus ea reg. Ignorantia, n. 4.* & cum aliis *Conar. 4. decret. al. 2. p. c. 8. §. 1. nu. 9.* secus quando ius est obscurum, & in quo ipsi DD. varias professi sunt opiniones, quale est *d. c. fin.* cuius vera intelligentia & doctissimos latet, & tam varia est, vt vidimus.

1 3

Hinc

14 Hinc infertur, moraliter loquendo nunquam euenturum casum, in quo iudicandum sit etiam in foro externo matrim. contractum sub conditione impossibili. Quia nunquam hoc ius notum erit saltem fœminæ cõtrahenti. Et (vt probauimus n.12.) requritur vtique cognitũ esse.

15 Tertiũ fundamentum sit conditio impossibilis habetur pro non adiecta, quando dubia est contrahentium intentio, an animo consentiendi, vel potius non consentiendi, eam cõditionem apposuerint: tũc enim fauore matrimonii præfertur pars illius conseruatrix, & præsumit Ecclesia ea verba accipi in sensu absoluto, perinde ac si cõditio apposita non esset: ita vt conditio nil penitus operetur: in dubio enim pro matri. iudicandum est. *c. fin. de sent. & re iud.* cum enim veritatur periculum animæ, si forte separentur qui legitimè sunt coniuncti, & alius coniungantur matrimonio, eligit Ecclesia in dubio quod animæ tutius est: satius enim est contra statuta hominum dimittere legitimè cõiugatos, quàm contra legem Dei eos separare. Vt habetur *c. Iacet ex quadam, de testibus.* ita *Metina C. de restitut. q. 23. §. Respondeo salua meliori iudicio, Carbon. q. 44. de restit. ante 1 concl. Palacios l. 6. de contract. tit. cap. 6. ad fin. in solut. ad 4. & in 4 concl. Spino spec. test. glos. 14. princ. n. 138.* DD. n. seq. referendi.

16 Hinc infertur, si ex aliis coniecturis constet conditionem impossibilem ioco appositam esse, ac absque animo contrahendi, tunc etiam in foro externo non habendam pro non apposita, sed vitiare matrim. Quia iam intentio contrahentium non est dubia. Sic *Adrian. 4. q. 3. de matrim. dub. 7. Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 2. vers. Ad propositum, ergo Steph. Cast. tan. in sacram. Neapolit. q. 46. de matrim. concl. 8. Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. § 2. n. 5. Enriq. l. 11. de matrim. c. 12. num. 5. & in fine, Barth. à Ledesm. dub. 25. de matrim. concl. 7. Palacios l. 6. de contract. c. 6. concl. 4. Lud. Lop. 2. p. instruct. nou. materia de matrim. c. 43. f. 1093.* Imo credo in hoc euentu adiectionem cõditionis impossibilis coadiuuare præsumptionẽ dissensus in foro externo. Quia tantum habetur pro non adiecta, vbi dubia fuerit mens contrahentis: vt diximus n. præced.

17 Prima autem coniectura erit, quando sic contrahens expressit, nolle se aliter consentire, nisi ea conditione eueniente. Quia iam clarè expressit suam intentionem. Ita *Stephan. Cast. Adrian. dub. 6. Conarr. Lud. Lop. citati, nu. præced.* Secunda coniectura erit, si magna sit disparitas inter contrahentes. Quia hæc satis indicat dissensum, & facit præsumere ioco contractum esse matrim. (vt l. 3. disp. 15. nu. 7. diximus.) Sic *Lud Lopez ibi.*

18 His ergo suppositis, verus intellectus *d. c. fin.* est omnes fideles dum Sacramenta recipiunt, censentur ea recipere iuxta Ecclesiæ intentionem, & dum contractus ineũt matrimonii, & norunt conditionem esse impossibilem, eamque reiici ab Ecclesia, & pro non adiecta haberi, sed præsumere consensum esse purum, & absolutum: videntur velle pure contrahere, iuxta intentionem Ecclesiæ, & vt ipsa Ecclesia præsumit, & iudicat tale matrim. nisi aliter explicent suam intentionem. Sic *Palud. 4. d. 26. q. 2. in fine, Conarr. 4. decret. 2. p. c. 3. § 2. nu. 1. Greg. Lopez l. 6. t. 4. p. 4. verb. Monte de ero, ad fi. Metina C. de restitut. q. 23. duplici col. ante fin. §. Ad cognoscendum autem, Palacios l. 6. de contract. ca. 6. concl. 1. & 2. Alex. Carrerius l. 3. de sponsal. c. 5.*

19 Sed rogabis in quo consistat fauor huic matri. ob quem *d. c. fin.* ait Pontifex reiici ab eo conditiones impossibiles? Dico in hoc consistere: potuit ius in cæteris contractibus disponere, vt condtio impossibilis haberetur pro nõ adiecta, & si id disponeret, valeret contractus initus sub tali conditione. à scientibus talem conditionem esse impossibilem, & reiici à iure: propter rationem proximè dictam: cum autem id non statuerit, cæteri contractus corruunt, si sub conditioni impossibili celebrentur, matrim. autem eo quod contractus fauorabilis est, hoc speciale habet, vt ab eo ex statuto Ecclesiæ, impossibilis cõditio reiiciatur: ac proinde matrim. ea adiecta contractum, quod aliàs naturæ impossibilis conditionis relictum, irritum esset, manet firmum ac validum. Ratio autem quæ induxit Ecclesiam ad hunc fauorem, explicata est n. 15.

Ex his infertur, decisionem *d. c. fin.* non solum locum 20
habere in foro externo, sed etiã in foro conscientiæ, dum contrahentes incerti sunt, ac dubij, an oppositam habuerint intentionem. Sicut de baptismo & cæteris sacramentis, dum ea recipiens non est certus de contraria intentione, iudicandum est in vtroque foro, iuxta intentionem Ecclesiæ recepisse, ac proinde valida esse: sic de matrim. iudicium ferendum est in vtroque foro. Præterea, quia in eo dubio Ecclesia iudicaret in foro externo esse matr. ergo idem iudicandum est in foro interno: nam vbi non proceditur ex falsa præsumptione, sed veritas cognita est, idem dicendum est in vtroq; foro: (vt probaui l. 1. disp. 5. n. 20.) Sed contra hunc intellectũ, est obiectio. Ius canonicum non fundatur ad reiiciendas de matri. huiusmodi cõditiones impossibiles, eo quod contrahẽtes sciant reiici, sed hoc potius subsequitur hanc constitutionẽ, quàm sit ratio ad statuendum ipsum. Ob hanc rationem reiicit hunc intellectũ, *Petr. à Ledesm. de matri. q. 47. a. 5 dub. 1.* Sed nullius est momenti obiectio: libenter enim fateor, scientiam huius constitutionis non esse rationem cur inierint Ecclesia ad reiiciẽdas has cõditiones: sed ratio fuit, fauor matrim. vt Pontifex *d. c. fin.* testatur. Verum scientia eius constitutionis exigitur, vt in ea dispositum locum habeat: nulla enim constitutio ignorantes ligat. *c. 2. de constitut.*

Secundò infertur intellectus ad *Clement. vnic. de cons. ang.* 21
& affin. vbi excõmunicantur consanguinei contrahẽtes matri. incurrent enim prædictam excommunicationem, si contrahant adiecta conditione impossibili. Vt si duo consanguinei sic inter se contrahant, Accipio te in vxorẽ, & vitum, si cælum digito tetigeris. Quia cum ea conditio habeatur pro non adiecta, perinde est, ac si purè & absolutè contraherent. Id tamen intelligendum est, quando secundùm iuris dispositionem vellẽt contrahere, si enim mens eorum esset solum in euentum eius conditionis, & non aliàs contrahere, non incurrerent eam excommunic. Quia Clementina illa punit voluntatem contrahendi de facto. vbi ius resistit, ob impedimentũ consanguinitatis, vel affinitatis, at si euentũ conditionis quam sciunt impossibilem, & nõ aliàs vellent contrahere, non est verum ipsos habere voluntatem contrahendi de facto: ergo non incurrent excommunicationem. Sic *Adrian. 4. de matrim. q. 4. dub. 10. ad fin. & dub. 11. in solut. ad 2. Conar. 4. decret. 2. p. c. 5. §. 2. n. 8. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 47. art 5. triplici col. ante fin. §. In huius rei expositionem, & seq.* Similiter ab eadem excommunicatione excusabuntur, si ius habẽs has conditiones pro non adiectis ignorent. Quia eo casu non est hoc matrim. vt probaui n. 11. Sic *Adrian. ibid.* Idem dicendum est, si sub conditione turpi contrahatur matrim. quia similiter habetur pro non adiecta (vt dicemus latè disp. 15.) Sic *Petr. de Ledesma ibi, §. In huius rei expos.* Et bene addit, §. *Dico tertio,* in casu quo animus esset non contrahendi vsq; ad conditionis turpis euentum, ea eueniente, retenta opinione afferenti purificari illud matrim. absque nouo consensu, (quam referam disp. 8. n. 5.) incurri excommunicationem cum tunc de facto contrahatur matrim. absolutum inter consanguineos. Retenta autem cõtraria opinione, non purificari matrim. post aduentum conditionis, absque nouo consẽsu, quam eadem disp. 8. n. 5 referam) non iuuari, donec adueniente conditione accedat nouus cõsensus. Quia vsque tunc non est matrim. Quid autem dicendum sit, si conditio sit impossibilis de iure? Vt si consanguinei contrahant sub hac conditione, Contrahote cum, si licet inter consanguineos, dicam disp. seq. nu. 10.

Tertio infertur intellectus ad *c. fin. de bigamis,* vbi dece- 22
nitur sacerdotem ducentem viduam, esse irregularem, propter affectum contrahendi opere subsecuto: infertur (inquam) similiter esse irregularem, si sub cõditione impossibili, conscius eam reiici, & conformiter constitutioni Ecclesiæ, id matrim. celebret: secus quando fuit ignarus, vel non conformiter illi constitutioni contraxit. Sic *Adrian. de matrim. q. 3. dub. 11. in sol. ad 2.* Et idem dicendum est de conditione turpi: prout explicuimus n. præc.

Verùm

23 Vtrùm autem reiiciantur à sponsalibus conditiones impossibiles, sicut reiiciuntur à matrimonio? dicemus hoc 5. lib. disp. 17.

24 Tandem ad argumenta num. 1 proposita, resp. Ad primam dic distinguendam esse minorem: nam conditio impossibilis reiecta suæ naturæ dissensum potius indicat: ut supposita Ecclesiæ eam reiicientis, & indicantis consensum esse purum, constitutione & eius notitia in contrahente, manifestè indicat consensum. Nam stante ea scientia vbi alter suũ animũ minime explicat, videtur iuxta Ecclesiæ intentionem contrahere. Ad 2. nego conseq. quia cætera non sunt paria: cum enim ius non excludat eam conditionem à cæteris contractibus, ea indicat dissensum: tollitque spontaneam ac liberam voluntatem, quod secus est in matrimonio: vt explicui in solut præc. Ad 1. confirm. nego conseq. quia ea conditio cùm in cæteris contractibus non habeatur ac non adiecta, sed relinquatur suæ naturæ, index est dissensus: secus in matrimonio vt dixi. Ad 2. confirm. nego conseq. quia cæteri contractus non ita fauorabiles sunt, ac matrim. nec in matrimonio sub conditione impossibili contracto, supplet cõsensum Ecclesia, sed declarat eum cõsensum reiecta conditione purum esse. Ad 3. arg. concedo totum in cæteris contractibus: at secus est in matrim. vbi adiectis iis conditionibus, præsumit Ecclesia purum consensum ob rationem dictam. Ad 4. dico Ecclesiæ constitutionem efficere vt matrim. sub ea conditione celebratum, sit deinceps post eam constitutionem legitimum, quod ante eam invalidum esset. Et dum dicit, Ecclesiam nõ posse facere vt id quod matrim. minimè erat, modo sit matrimonium: distinguo, si intelligas de matrim. ante suam constitutionem contracto, id fateor: si autem intelligas de in posterum contrahendo, id bene potest efficere, non supplendo consensum sed variando decreta. Vt dum Ecclesia, *cap. non debet de consang.* restrinxit gradus consanguinitatis ad quantum, non efficit vt matrim. contractum in quinto gradu ante eam constitutionem, quod invalidum fuit, validum effecerit fecit vt matrim. deinceps in quinto gradu contracta, quæ secluſa ea constitutione inualida essẽt, deinceps valerent, tollendo antiquam prohibitionem. Sic in nostro casu ante constitutionem, *d. c. fin.* matri. sub conditione impossibili celebratum, nullum erat: quia ea conditio indicabat dissensum, & ita Ecclesia nequit efficere vt id matrim. sit validum: at vbi statuit eam conditionem reiiciendam esse, cũ variata sit natura contractus, eò quod iam indicat consensum, efficit, vt deinceps matrimonia sub ea conditione celebrata sint firma. Ad confirm. patet ex solutione præc. Ad 5. dico propter vtramq; rationem reiici: nec inde sequi reiiciendas esse, quamuis aliunde constaret de contraria voluntate: quia Ecclesia nequit consensum in matrim., supplere. Ad confirm. iam n. 19. explicui, in quo fauor matrimonij præ ceteris contractibus, cõsistat: nec hic fauor aduersatur libertati, ac spõtaneo consensui ad matr. requisito: vt explicui in solut. ad 2. Ad 2. confirm. dico odium esse vt introducatur matrim. vbi consensus deest: at in dubio an sit cõsensus, nec ne, favor est matrimonii, vt valeat, statuendo non indicare dissensum, id quod secluſa ea cõstitutione eum indicaret. Ad vltimum, constat ex dictis: quia supposita constitutione *d. c. fin.* eiusque notitia, est sufficiens expressio consensus absoluti: dum sub conditione impossibili contrahitur.

DISPVTATIO IV.

An omnes conditiones impossibiles reijciãtur de matrim. iuxta c. fi. de cond. appos. vel tantum impossibiles per naturam: et hoc siue apponantur de præsenti, aut præterito, siue de futuro?

SVMMARIVM.

Quemplex est conditio impossibilis? num. 1 Et an reiiciatur, quando est de præsenti, aut præterito? refertur opinio negans, n. 2.

Tb. Sanchez. de matrim. Tom. 1.

Contraria auctoris. n. 3.

Et soluuntur argum. n. 4.

An reiiciatur conditio impossibilis per naturam? remissiue. nu. 5. & ibi, quid si partim est possibilis, partim verò impossibilis.

Quid, si conditio sit iure impossibilis: refertur opinio negans reiici, nu. 6.

Et contraria, n. 7.

Quid, si talis conditio referatur in tempus futurum? vt si aliquando libebit matrimonium inter consanguineos, n. 8.

Quid, si dubium sit, an conditio sit natura, vel iure impossibilis n. 9

Explicatur Clem. vn. de consang. an incurrat excomm. contrahens cum consanguinea sub conditione, si est licitum, nu. 10 Et soluuntur argum. num. 11.

Quid, si contrario sit de facto impossibilis: referuntur duæ sententiæ, num. 12 & 13.

Et sententia auctoris n. 14 Et ibi soluuntur argumenta.

Quid, si conditio sit per accidens, ex lapsu temporis impossibilis: vt si corrupta dicatur, Contraho tecum si es virgo? refertur opinio affirmans resolute n. 15. Et ibi, adpotentiam non est potentia. Et verior opinio, num. 16.

Valet hæc conditio Si es virgo, contraho tecum. n. 17

Soluuntur argum. & explicatur l. Si Mœvia, ff. de hæred. instit. n. 18. & ibi an reiiciatur hæc conditio, Si filia tua vivit, contraho tecum, casu quo ille nunquam habuerit filiam?

An conditio impossibilis contra substantiam matrimonii, reiiciatur, vt Contraho tecum, si furis arguto, velsi venetis ad exequiat meas, vel si non ascenderis capitolium. n. 19.

CVot multiplex sit conditio impossibilis. Quædam enim est per naturam impossibilis, vt, Si cælum digito tetigeris. Quædam iure impossibilis, quando scilicet, ius, oppositum iubet: vt, Contraho tecum, si licet inter consanguineos contrahere. Quædam est facto ipso impossibilis, vt si quis pauperi dicat, Contraho tecum, si cẽtum mille aureos in dotem dederis. Quædam est natura sua possibilis, at ex accidenti. vt ex lapsu temporis, est impossibilis: vt, Cõtraho tecum, si es virgo, vel, si pater tuus adhuc viuit. Quædã sunt conditiones impossibiles contra substantiã matrimonij. De his ergo omnibus, hoc eodem ordine quo propositæ sunt, in hac disp. est agendum. 1

Primò tamen generaliter circa has omnes conditiones impossibiles, dubitatur: an, cum apponuntur de præsenti, aut præterito, habeantur pro non adiectis: vel tantũ quãdo apponuntur per verba de futuro? Duplex est sent. Prima ait *d. c. fi.* dum decidit conditiones impossibiles habendas esse pro non adiectis, intelligi quando apponuntur de futuro: vt, Contraho tecum, si cælum digito tetigeris, secus quando de præterito, aut præsenti: vt Contraho tecum, si cælum digito tangis, aut tetigisti, tunc enim non habentur pro non adiectis, sed vitiant matrimonium, & irritum illud reddunt. Prob. quia verba iuris sunt proprie intelligenda, sed conditiones de præterito, aut præsenti non sunt propriè conditiones. vt constat, quia non suspẽdunt: quod proprium est conditionis, ergo cum *d. c. fin.* loquatur de conditionibus impossibilibus, intelligi debet de propriè conditionibus, quando, scilicet, sunt per verba de futuro. Secundò, quia eodem tenore definit ibi Põtifex reiiciendas esse à matrim. cõditiones impossibiles, & turpes, sed hæ non reiiciuntur, quando sunt de præterito, aut præsenti (vt dicemus hoc 5. l. disp. 15, n. 5.) ergo nec illæ. Et confirm. quia in *eadem c.* asserit Pontifex conditionem contrariam substantiæ matrimonii annullare, sed non annullat, quando est de præsenti, aut præterito, sed tantum quando est de futuro: ergo similiter dum decidit conditiones impossibiles esse reiiciendas, intelligit de conditionibus de futuro. Sic videtur tenere *Sylvester, Matrimonium, 3. q. 1. fin.* nam vbi dixerat conditiones impossibiles & turpes haberi pro non adiectis, subdit hæc dicta esse de cõditionibus propriis de futuro, nã de præsenti, vel præterito statim est matrim. si sunt veræ, vel non, si sunt falsæ, nisi sint contra matrimonii substantiam. Eandem renent aliqui viri docti neoterici: & fertur fuisse Magistri Cano: & tenet *Petr. de Ledes. de matrim. q. 47. art. 5. dub. 1. §. Hoc posito fundamento.*

Secunda tamen sent. (cui adhæreo) ait, reiiciendas esse 5 quamuis sint de præterito vel præsenti. Prob. quia eodẽ modo reiiciuntur à matrim. quo ab vltima voluntate, (vt probaui disp. præc. n. 7.) sed ab vltima voluntate reiicitur

impossibilis de præsenti, vt patet ex *l. Si Mœuia, 45. ff. de hæred. instit.* vbi conditio, Si filia testatoris viuet, casu quo numquam habuit filiam, reiicitur à testamento, tanquam impossibilis. Et dicit *glos. v. Vincat, id est viuunt in præsenti tẽpore.* Secundò, quia Pontifex dum *d. c. fin.* decernit conditiones impossibiles esse reiiciendas, non ideo id decernit quia obligant ad aliquid impossibile, sed quia omnino impossibiles sunt, ac tam impossibiles sunt, siue apponantur de præterito, præsenti, aut de futuro, ergo similiter sunt reiiciendæ: sicut etiam hoc lib. 5. disp. 2. nu. 2. de conditionibus necessariis diximus, non esse differentiam, an apponantur de præsenti, præterito, aut futuro: quia semper sunt necessariæ, & præsentes in suis causis. Et ita hanc sent. tenent *Durand. 4. d. 28. q. 2. nu. 5. Palud.* dicens forte hoc esse verum, *4. d. 29. q. 2. a. 5. nu. 28. Conarr. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 2. nu. 2. Greg. Lop. l. 6. t. Monte de oro, ad fin. tit. 4. p. 4. Lud. Lop. 2. p. instruct. noua materia de matrim. c. 42. f. 1083.* Idem tenet *Adrian. 4. q. 3. de matrim. dub. 11.* vbi exemplificat in conditione impossibili de iure, quam dicit habendam pro non adiecta: in conditione de præsenti, vt si inter consanguineos potest consistere matrim. Idem expressè *Alexan. Carrer. de sponsal. l. 4. c. 5.* habetur to. 9. tract. *Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 25. conclus. 7.* vbi asserens conditiones impossibiles haberi pro non adiectis, exemplificat, vt si Deus non esti* quæ est conditio de præsenti.

4 Ad 1. arg. ex propositis nu. 2. dico, conditiones de præsenti, aut præterito, non esse propriè conditiones, at dum textus reiicit conditiones impossibiles, non attendit ad proprietatem conditionis quæ est suspendere, sed ad impossibilitatem, quæ æque propriè reperitur in conditione impossibili de præterito & præsentu. Ad 2. nego conseq. quia turpes non reiiciuntur ex eo quod turpes sint, sed quia incitant & obligant ad peccandum, vt dicemus hoc l. 5. dis. 15. n. 4. quare cum hoc solum inueniatur in turpibus de futuro: solum turpes de futuro reiiciuntur. At impossibiles reiiciuntur ex eo quod impossibiles sunt, quæ impossibilitas in cõditione de præsenti, & præterito reperitur. Ad confirm. pariter negatur cõsequentia, quia conditio contra substantiam annullat, quia est obligatoria ad implendum aliquid contra substantiam, aut bona matrimonii: quæ ratio solum habet locum in conditione de futuro: at impossibilitas in vtraque reperitur.

5 Secundò dubitatur, an oporteat esse notã contrahenti impossibilitatem conditionis, vt ea reiiciatur? & habeat hæc decisio locum in conditionibus etiam natura impossibilibus? satis de his dixi disp. præc. n. 7. & seqq. si tamen conditio sit pro parte possibilis, & pro parte impossibilis, reiicitur quatenus est impossibilis, & implenda est, quatenus est possibilis: per *l. Qui dotem, ff. de dote præleg. & l. penult. ff. de condit. & demonst.* Sic *Bart. l. 1. n. 10. ff. de condit. instit. Anchar. c. fin. n. 9. de condit. appos.*

6 Tertiò dubitatur, de conditionibus iure impossibilibus, an reiiciãtur à matrim. iuxta *d. c. fin.* Vt, Contraho tecum, si inter consanguineos potest matrim. contrahi, vel si filius potest sine causa à patre exhæredari, *Sylvest. Matrimonium 3. qu. 9. fin.* dicit non esse reiiciendas eas conditiones. Quia non sunt absolutè de iure impossibiles: cum facile variari possit. Vt consanguinitatis gradus variati sunt *c. Non debet de consanguin.*

7 Verum dicendum est, huiusmodi conditiones reiiciendas esse, sicut reiiciuntur impossibiles per naturam: iuxta *d. c. fin.* Probatur primò, quia cum id possimus, quod iure possumus, *l. Nepos Procul. ff. de verb. sign.* dicetur impossibile, quod de iure fieri non potest. Secundò prob. nam testamentum, à quo similiter reiicitur conditio impossibilis: valet reiecta conditione, non tantum per naturam, sed iure impossibili *l. 1. ff. de cond. instit. l. Continuus, §. Cum quis. ff. de verb. oblig. & §. Impossibilis. Instit. de hæred. instit.* Et docet *Bart. ibi n. 5. Molina* cum aliis, *lib. 2. de primog. c. 12. n. 36. P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 206. concl. 2.* ergo similiter reiiciuntur à matrim. Et ita docent *Ioan. ab Imola l. 1. n. 11. ff. de condit. instit. Adrianus 4. q. 3. de matr. dub. 11. Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 2. n. 7. Greg. Lop. l. 6. t. 4. p. 4. v. Mõte, Lud. Lop. 2. p. instruct. noui, materia de matrim. c. 43. f. 1095.*

Intellige tamen primò hanc sent. si conditio referatur ad ius præsens, secus si ad ius futurum. Vt, Contraho tecum, si aliquando licebit inter consanguineos inire matrimonium, vel si hoc anno licebit: id quod modo est iure prohibitum. Sic *Adrianus, Conar. & Lud. Lop. ibi.* Hoc tamen intelligo, quando id est iure humano prohibitum. Quia potest variari, & sic conditio est possibilis. Secus si esset iure naturali interdictum: cum enim inuariabile sit, reiicietur conditio, etiam relata in futurum. Vt, Contraho tecum, si aliquando licebit homicidium, furtum. Quia semper est impossibilis.

Secundò intellige, quando est certum & manifestum conditionem esse contra ius, vel naturam impossibilem, secus si id sub iudice sis. Tunc enim non debet haberi pro non adiecta. Quia non est cur præsumatur tunc consensus absolutus. Sic *Adrianus cod. dub. 11. ad fin.*

Hinc infertur, contrahentem cum consanguinea matrim. ea conditione, Si licet cum consanguinea contrahere, si nouit esse impossibilem de iure, & vult contrahere conformiter iuris dispositioni, quod habet pro non adiecta, incurrere excommunicationem, de qua habetur in *Clem. 1. de consang. & affinit.* Quia cum reiiciatur conditio, habetur pro matrim. absolutè & pure contracto: sicut dixi *præc. nu. 21.* diximus, quando adiicitur conditio impossibilis per naturam: secus si nolint hi consanguinei contrahere, nisi in euentum conditionis. Sic *Adrianus cod. dub. 11. in solut. ad 2. Conar. n. 8. Lud. Lop. nu. 7. citatis Petr. de Ledesma de matrim. q. 47. a. 5. triplici colum. ante finem, §. In hac difficultate, f. 263.*

Ad arg. contrariæ sent. propositam n. 6 resp. satis esse, vt conditio dicatur de iure impossibilis, vt secundum præsentem iuris definitionem sit prohibita, quamuis id ius variari possit: sicut conditio hæc, Si sol quiescet, dicitur natura impossibilis: quia talis est attento præsenti naturæ cursu, quamuis illum Deus immutare possit.

Quarto dubitatur, circa cõditiones, quæ solo facto impossibiles sunt, an ex ex contractu matri. reiiciendæ sint, iuxta decisionem *d. c. final.* an potius suum operentur effectum, suspendendo valorẽ matrimonii, vlq; in illarum euentum? Quidam aiunt has conditiones vitiare matrim. Prob. quia vitiant vltimã voluntatem, vt probat *gl. Inst. de hæred. inst. §. Impossibilis, v. Impossibilis, Bart. & Imol.* quos refert ac sequitur *Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 2. nu. 9. Molin. lib. 2. de primog. cap. 12. n. 37.* at ius canon. dum reiicit conditiones impossibiles à matrim. voluit illi fauere, sicut ius ciuile vltimæ voluntati, à qua reiicit conditiones impossibiles: (vt dixi disp. præc. nu. 7.) si ergo ius ciuile non reiicit conditiones de facto impossibiles ab vltima voluntate, sed vitiant, similiter ius canonicum nõ reiiciet eas à matrim. sed illud vitiabunt. Secundo, quia *d. c. fin.* solum reiicit conditiones impossibiles à matrimonio, at impossibiles de facto non dicuntur impossibiles, sed difficiles, *l. Continuus, §. 37. f. Illud. ff. de verb. obl.* ergo non reiiciuntur: & ita videtur tenere *Conar. cod. n. 9.*

Alii vero censent reiiciendas esse. Prob. quia similiter reiiciuntur ab vltimis voluntatibus, vt probant cum aliis *Greg. Lop. l. 3. verb. Portal, tit. 4. p. 6. Acosta lib. 1. select. a. c. 8. nu. 9. P. Molina tomo 1. de iust. tract. 2. disp. 206. fol. 1259.* Secundo, quia tam impossibile videtur pauperi dare centum millia aureos, ac cælum digito tangere: & tam irrisorium videtur illud, ac hoc petere. Hanc sent. videtur amplecti *Lex 6. t. 4. p. 4.* vbi inter conditiones quæ reiiciuntur à matrim. ponit, Si dederis montem aureum. Nam eandem conditionem appellat *l. 4. t. 4. p. 6.* impossibilem de facto, & ita intelligitur prior lex (vt *Greg. Lop. super eam:* notat *v. Monte*) de monte aureo artificiali, qui est impossibilis de facto: nam naturalis est natura impossibilis. Idem dicunt *gl. c. fin. verb. Contra, de cond. appos. & ibi Henricus n. 6. Ostiensis summ. t. de condit. appos. n. 12. vers. Aut est honesta, Vigerius lib. 2. instit. cap. 16. §. 7. vers. Sexto, ad fin. Victoria summ. materia de matrim.*

trum.n.259.vbi inter conditiones impossibiles,quæ à matrimonio reiiciuntur,exemplificant vt si dederis mihi imperium: quam constat esse tantum facto impossibilem: idem tenet *Palacios ls.5.de contractib.c.fin.dub.* 7. vbi ait hanc conditionem, Si feceris montem aureum, reiici à matrimonio:quia est summæ difficultatis: idem *Lud. Lop.2.p.instruct.nouis,materia de matrim.c.43.f.*1094. vbi ait reiici hanc conditionem,si petatur à paupere cognita,vt det centum mille aureos in dotem.Idem tenet expressè *Ledes.2.p.4.qu.* 45 *a.1.f.441.col.2.* cum aliis viris doctissimis, prout refert *Couar.4 decret.2.p.c.3.§.2.n.9.*Idem *Bart.à Ledesm.de matrim. dub.25.concl.8.* Nescio tamen, cur inter forum conscientiæ,& externum,hac in re distinguat, asserens reiici in foro externo:at in foro conscientiæ suspendere, donec impleantur.Sed immeritò distinguit; quia vbi non constat de contraria intentione, idem seruandum est in hac re in vtroque foro:vt dixi disp. præced.n.20.

14 Placet tamen in hac controuersia, distinctio *Greg.Lop. l.6.t.Monte,t.4.p.4.* vbi sic distinguit, aut conditio est impossibilis de facto,solum respectu illius personæ, cui proponitur implenda,&non simpliciter etiam respectu alterius, potest enim alieno auxilio impleri. Vt si à paupere petatur hæc condatio,Si dederis centum mille in dotem: & tunc talis impossibilitas est potius difficultas, vt probat prima sent.n.4.relata: quare hæc conditio non reiicienda,sed suspendendi effectum habebit,& si non impleatur,annullabit matrim. Aut est impossibilis etiam respectu aliorum, vt si dederis montem aureum artificialem, quamuis enim multis aureis congregatis posset construi, at quia id non facile fieret,nec esset possibile alicui personæ,de facto, reiicitur tamquam impossibile, fauore matrim.Et eodem modo intelligo cõditionem illam,Si dederis mihi regnum,aut imperium, reiici tanquam impossibilem de facto. Vt ex multis auctoribus retuli num.13. Quia est plus quam moraliter impossibile.Et per hoc, facile respondetur ad contraria argumenta proposita n.12.

15 Quinto dubitatur,an similiter reiiciatur à matrimonio, iuxta decisionem *d.c.fin.*conditio quæ ex natura sua possibilis est,at ex accidẽti est impossibilis, aut ex lapsu temporis?præteritum enim redire non potest, *Host.c.fin.de cõdit.appos. ad fin & sum.t.de condit.appos. n.12. vers. Quid si contrahat sub tenutione hac, Si es virgo:* dicit hanc conditionem, Contraho tecum,si es virgo, reiici: & esse matrimon. purum. Quia si iam defl orata est, virgo esse non potest.*ca.Si Paulo,32.q.1.*ad præteritum enim non est potentia:*reg.Vetus,31.ff de reg.iur.* Secundò, potest argui in fauorem huius opinionis.Quia multi DD.asserunt reiici hanc conditionem,si pater consenserit,tamquam impossibilẽ, quando contrahentes sciebant patrem decessisse:vt dicam hoc 5.disp.7.n.17. sed hæc non est impossibilis ex natura sua, sed ex accidenti, quia, scilicet,pater obierat.Tertiò,& fortissimè,ex *l.Si Mauia,*45.*ff.de hared instit.* vbi asseritur hanc conditionem, Si filia mea viuit, hæres esto, quando testator nunquam habuit filiam,reiici, & sic valere institutionem. Et redditur ratio, ibi, *quia id quod impossibile in testamento scriptum esset,nullam vim haberet,*vbi *glos. v. Impossibile,* dicit de natura. Vnde duplex argum. colligitur: alterum, quia hæc conditio , ex natura sua est possibilis, & solum per accidens ex transcursu temporis præteriti, quia non habuit filiam, dicitur impossibilis: alterum, quia eodem modo reiicitur conditio impossibilis à legato , & à matrim. si ergo hæc impossibilis per accidens, reiicitur à legato,reiicietur etiam à matrim.

16 Nihilominus absque dubio dicendum est decisionem *d.c.fin.* intelligi de conditione quæ ex se est impossibilis, secus de ea quæ suapte natura possibilis est, quamuis ex transcursu temporis,eo quod ad præteritum, vt nõ transierit,minime est potentia,sit impossibilis,talis enim conditio non reiicitur, sed si vere est valebit matrim. si verò falsa,vitiabitur. Et hæc distinctio est satis conformis iuri. In aliis enim casibus, multum operatur cõditionem non esse natura impossibilem, sed ex solo temporis transcursu. Vt lex nil potest fingere circa impossibile,*l. Quia certũ, ff.locati,l.Certe,in princ.ff. de precar.* & tamen quando res ex transcursu temporis tantum est impossibilis,habet locum fictio legis. Vt cum *Bart.* docet *Decius l.Verum,* 31.*ff.de reg. iur.nu.* 5. & sic *l.Non dubium, C. de legibus* pacta contra leges inita pro infectis habentur fictione iuris.Ita docent *Areti. cons.82.col.penult.Couar. 4.decret.2.p.c.4.* §.2. *nu.3.Palud.4. d.29.q.2.a.5.n.33.Adrian.4.materia de matrim.q.3 dub.6.Sotus 4.d.29.q.2.arg.3.poil 3 cõcl.vers.Dubium autem,Greg.Lop.l.6.ad fin.t.4.p.4.Veracruz 1.p. spec.art.19. §. Quid de isto contractu, Lud.Lop.2.p.instruct.nouis,materia de matrim.c.43.f.*1092.*Petr. de Ledes.de matrim.q.47.a.5. dub.3. f.229.*

Hinc infertur, hanc conditionem, Contraho tecum,si es virgo,non reiici,sed si talis est, valere statim matrimonium: secus, si talis non sit. Quia est honesta conditio,& natura sua possibilis, quamuis per accidens supposita defloratione,impossibilis sit.Dixi,Si es virgo,& non dixi,Si talis inueniaris: quia hæc potest intelligi honestè, vel inhoneste:& de illa an valeat agendum est infra hoc libr.5. disp.16.n.3.Hoc corollarium est contra *Host.pro 1.sent. allegatum.n.* 15. sed illud docet *D.Bonauent.4.d.* 29.*q.* 3. *num.*13. *Ricardus 4.d.28.a.2.q.2.Syluest. Matrimonium,3.q.8. Palud.Adrian.Sotus,Couar.Veracruz Lud.Lop. Petr.de Ledes.citati, num. præced.Bart.à Ledesm.dub.25.de matrim.post* 10 *concl.*§.*Sed quid dicendum est.* 17

Ad 1 argu.propositum n. 15.constat ex dictis, id enim est per accidens ex transcursu præteriti temporis impossibile.Ad 2.& 3.dico cum *Ioan. Imola lib.3. num.8.ff.de condit. instit.* appellari conditionem ex accidenti impossibilem, quæ non reiicitur à matrimonio & legato, quando immediatè,& absque vllo circuitu potuit esse verà:vt,Si pater tuus viuit, si es virgo: secus quando non immediatè, sed longus discursus exigitur,vt sit verè:vt in *d.l.Si Mauia,* exigitur enim ad veritatem illius conditionis, vt fuisset nata filia,& adhuc viueret. Et eodem modo,Si pater tuus consenserit,quando iam obiit: exigitur namque vt pater modo extaret,& amplius vt consentiret: quod idem,licet obscurius,sensit *Couar. 4 decret.2.p.c.3.§.2.num.3.*vbi sic explicat illam conditionem *d.l. Si Mauia,* Si filia mea viuit: quia quamuis possibile sit,aliquem habuisse filiam,tamen impossibile est & fuit eam viuere, si eam non habuit: vbi nota duplicem impossibilitatem, & consequenter circuitum. Hinc fit similiter reiici à matrim.hanc conditionem tamquam impossibilem.Si filia tua viuit, cæsit quo numquam habuerit filiam, sicut reiicitur à legato,iuxta *d.l. Si Mauia.* Ita *Couar.eod.n.3.& Lud.Lop. 2.p. instruct. nouis materia de matrim.c.*43.*f.*1092. 18

Tandem dubitatur de conditione impossibili contraria substantiæ matrim. an reiicienda sit , iuxta id quod decidit *d.c.fin. de condit. imposs.* vel potius annullat matrim. vt *eod.c.* definitur de conditionibus contrarijs matrimonio? Breuiter dicendum est,non reiici, sed annullare matrimon.vt,Contraho tecum, si veneris ad exequias meas: quod est idem, ac post obitum meum. Similiter,Contraho tecum,si non ascenderis capitolium : cùm enim sit cõditio negatiua, cuius contrarium toto vitæ curriculo fieri potest, perinde est ac dicere, Contraho tecum post mortem tuam. Vt habetur,§.*Si quis stipuletur,Inst. de verb.obl.*Et ratio est, quia talis conditio cum tollat matrimonij substantiam, excludit consensum necessarium, absque quo matrimonium consistere nequit.Ita videntur expressè tenere *Abb. Propos. Alex. de Nouo cap. fin. de condit.appos.statim in princ. & Lancelotus instit.iuris can. l.* 2. *tit. de sponsal.*§.*Sponsalia contracta sub cond.v.Honesta sunt,* vbi ita summant illud *c. fin.* conditiones turpes & impossibiles quæ non sunt contra substantiam matrimonij reiiciuntur: idem tenent expressè *Adrian. 4. materia de matrim. qu.3.dub.5 & 9 fin. Angel.Matrimonium , 3. impedim. 3.num. vltim. Syluester Matrimonium, 5. quæst. 11. vers. Tertio, Lud. Lopez 2.p. instruct. nouis, materia de matrim.cap.42.fol.*1089. Idem tenet *Sotus 4. d. 29. q.2.art.2. ad finem , vers. Ad propositum ergo :* vbi dicit hanc conditionem, Si angelus fueris, contraho tecum, quamuis sit 19

impossibilis, vitiare matrim. quia est eius substantiæ contraria.

DISPVTATIO V.

An hæc conditio reputanda sit impossibilis, Si Pontifex dispensauerit, ac proinde adiecta sponsalibus inter duos consanguineos, sit rejicienda, & ita talia sponsalia minimè obligent, ac si absolutè, et secluſa conditione contracta essent.

SVMMARIVM.

Quot sint quæstiones disputandæ, n.1.
Si impedimentum sit tale, in quo non est solitus Pontifex dispensare, non obligat promissio. n.2.
Nec si solitus sit Pontifex dispensare ex causa iusta, & contrahentes illa careant, n.3.
Obligat promissio, si obtenta iam dispensatione ratificetur. Et quando censebitur ratificari? n.4.
An promissio inter impeditos sub conditione. Si Pontifex dispensarit, obligat: Referuntur iura, quæ n.5.11 & 12. Et sententia auctoris, num.13. Vbi etiam soluuntur arg. contraria.
Conditio pendens à principis voluntate, quando reputetur impossibilis: n.5. usque n 12. Et an nomine huius Principis intelligatur non tantum princeps supremus, n.13.
Quid, si iuramento firmetur talis promissio, num.6. & quid si magna expensa pro dispensatione impetranda facta sint, & sub eaſpe vrgo deflorata sit, n.7.
An peccent contrahentes sub tali conditione, n.8. usque n.16.
Quid, si aliqui se obligent in contractibus, panamq; apponant, conferentes omnium in Pontificis beneplacitum, & dispensationem, an valeat pœna, n.9. usque n.16.
An legatum relictum fratribus, cum onere exequendi aliquid, ad quod Pontificia licentia desideratur, valeat conditione relicta, n.10. usque num.16.
Quid, si matrim. initum sit inter impeditos per verba de præsenti sub conditione, Si Pontifex dispensarit, n.14.
Quid, si dantes sibi fidem de matrim. contrahendo, sint in secundo consanguinitatis gradu, n.15.
Explicatur Clem. vn. de consang. an consanguinei contrahentes matrim. sub conditione, si Pontifex dispensauerit, incurrant vitium excommunicationem. n.17.18.
Valet conditio apposita in legato, vel mandato, si aliquis ducat consanguineam præcedenti Pontificia dispensatione, n.19. Et quid si secundo consanguinitatis gradu coniungi sint? n.20.
Tunc incumbit legatario impetrare dispensationem, n.21.
Post quam inuenies alia summaria.

1 HÆc quæstio grauissima est, & in ea septem quæstiones disputandæ latẽt. Prima est, an impediti ad cõtrahendũ impedimento Pontifici reseruato, si contrahẽdi fidem sibi dent, sub conditione, Si Pontifex dispensauerit: talis cõtractus obliget? Secunda, an sint veræ spõsalia? Tertia, an sit idem dicendum, si tales nõ exprimãt conditionẽ, Si Pontifex dispẽsauerit? Quarta, an idẽ dicendum sit, si impedimentum sit tantum impediens, per solum Pontificem, aut etiã epiſc. dispensabile? Quinta, an casu quo talis contractus non obliget, qui resilit, teneatur alteri soluere expensas in dispensatione, vel alias occasione talis contractus factas? Sexta quando talis cõtractus obligat, quis teneatur expensas dispensationis facere, eamque procurare? Septima, an liceant inter hos impeditos, sub conditione, Si Papa dispensarit: contrahẽtes, amplexus, & oscula licita inter sponsos de futuro?

2 QVÆSTIO I. An dantes sibi fidem de matrim. contrahendo, sub conditione, Si Papa dispensarit in consanguinitate vel alio impedimento dirimenti, quo affecti sunt, obligentur, ita vt Pontifice dispensante, teneantur contrahere matrim. Certum est, si impedimẽtum eius generis sit, vt nunquam solitus sit Põtifex dispensare: vt in primo gradu transuersali, vel si contrahens sit sacris initiatus, nec vrgeat causa grauissima, vt cum ipso dispensetur: talem contractum esse nullum, & eam conditionem reputandam impossibilem, vt constabit ex dicendis n.12.

3 Secundò est certum, contractum esse omnino nullum, quando Pontifex solitus est ex legitima causa dispensare in impedimẽto, & contrahentes ea carent. Quia non possunt absq; graui culpa dispensationem petere, nec ea vti. Et id verum est, licet tali promissioni iuramẽtum accedat. Quia iuramentum nõ est vinculum iniquitatis, *c. Quando, de iureiur.* & tale iuramentum est contra bonos mores.

4 Tertiò, similiter est certum, esse vera sponsalia, & obligare, quando obtenta dispensatione ratificatur prior cõsensus. Tunc autem ratificari tacitè credo, quando iam concessa dispensatione per ordinarium, proceditur ex contrahentium consensu, ad denunciationes in Ecclesia faciendas. Quia id est contractum promissionis cõtinuate, & niti vt ad effectum perducatur.

5 Difficultas ergo in eo versatur, an quandò princeps solitus est dispensare in impedimento ex causa iusta: adestque talis causa, obliget matrim. promissio inter sic impeditos, ea expressa conditione, Si Pontifex dispensauerit? Triplex est sent. Prima docet, eam promissionem esse omnino nullam, & proinde licitũ esse vtriq; contrahenti, ante, & post impetratam à Pontifice dispensationẽ, altero inuito resilire. Ducitur primò, quia conditio impossibilis reiicitur à contractu matr. vel spõsalium isque purus manet, ac si ea adiecta non fuisset (vt Iarè diximus tota disp. 3.) sed hæc conditio, Si Pontifex dispensauerit, est impossibilis: ergo ea reiecta, manet ea promissio pura & absoluta: & proinde minimè obligabit: quia est inter personas inhabiles, & contra bonos mores. Quod autem talis conditio sit impossibilis, probatur sic. Quia conditio à voluntate Principis dependens, qualis est hæc, reputatur impossibilis. Vt constat ex *l. Continuus*, 147. §. *Cum quis, ff. de verb. obl.* ibi, *vbi omnino conditio iure impleri non potest, & si velit facere, ei non licebat, nullius momenti fore stipulationem: perinde ac si ea conditio, quæ natura impossibilis est, inserta esset. Nec aliter putant, quod ita mutari potest, & id quod nunc impossibile est, possit fieri possibile fieri: non enim secundum futuri temporis ius ad secundum præsentis, æstimari debet stipulatio.* Et *l. Inter stipulantem*, 83. §. *Sacram. ff. de verb. obl.* reprobatur hæc stipulatio, *eum locum sacrum ex sacro profanum esse caperit, dare spondes.* Et subditur ratio, quæ communis est etiam casui nostro, ibi, *quia ius præsentis obligationem temporis recipere potest, & ea dumtaxat quæ natura sui possibilia sunt, deducuntur in obligationem.* Et *l. apud Iulianum* 40 §. *fin. qui incipit, Constat* (in alijs hæc lex incipit, *Aphricanus*, in alijs, *Idem Iulianus* in aliis ponitur hic § post *l. 41. ff. de legat. 1.*) vbi dicitur valere legatum rei alienæ, & deberi æstimationem, quando est possibile, licet difficile, rem illam comparari, nisi res Principis sint, tunc enim si legentur, non debetur etiam æstimatio. Et redditur ratio, ibi, *quoniam commercium earum, nisi iussu Principis non fit. Cum distrahi non soleant.* Vbi clarè appellatur impossibile, quod à voluntate principis pendet. Et ita hoc esse impossibile, docent *gl. d. l. Continuus, v. Relicta, Dynus reg. Semel Deo, 51. num. 2. de reg. iur. in 6. Bart. d. l. Apud Iulianum*, §. *Constat, num. 2. Abbas cap. Cum esset, num. 19. de testam. Roboff. de verb. sign. fol. 143. §. Limitatur etiam, Zephalus cons. 407. num. 40. vol. 3. Ioannes Baptista de Plotis inter consilia matrimonialia Zileti, cons. 87. num. 10. vol. 1.* asserens id esse verum, licet Princeps solitus sit dispensare: *Mandosius reg. 52. Cancellaria q. 31. n. 11. & 12.* Et consirm. quia quod tantum potest fieri per remedium extraordinarium, vt dispensationem, dicitur impossibile. Vt testantur *Innoc. c. Pastoralis, nu. 1. de causa poss. ff. & propr. Tir. 15.* multos referens, *de retractu lignag. §. 32. glossa. nu. 59. Mandos. referens Romanum, d. q. 31. nu. 12. Aur. Gabr.* referens *Barbatium, in meæ editionis, tom. 1. communi. l. 7. ad fin. verb. Gratia, fol. 466.* Huic rationi inniti videntur omnes auctores huius sententiæ, dempto *Enriquez lib. 12. de matrim. c. 10. num. 4.* qui tenens hanc sent. fatetur hanc conditionem non esse impossibilem: & ita alia ratione ducitur ad hanc sent. amplectendam: nimirum, quia melius est conformari legi communi prohibenti nuptias inter impeditos, quàm legem specialem dispensationis: & ita ea promissio obligans ad recedendum à iure communi, nullius est momenti. Hanc sent. tenent *Ioan. And. c. Super eo, de condit. appos. nu. 2. Innocent. & Hostiens. ibi, initio, Anchar. num. 7. Cardin. nu. 2. & penult. Abb. num. 8. Alex. de Neuo à num. 13. vsque ad 18. & Prepos. n. 5.* vt latè disputant

disputata, anceps manet, vtra pars verior sit. Eandem tenent *Henric. sing. n. 2 fin. de consist. oppos. Fiol. Probus, additionibus ad Monachum c. vn. de sponsal. in 6. nu. 11. Franc. Aretinus* dicens communem *d. l. Apud Iulianum*, §. *Constat, nu. 11. vers. Et ad matrimonia nostra leges*, quam interpretatur simul cum *l. Cum seruus ff. de leg. 1. Additionator Decij l. Ea quæ ratio, nu. 4. ff. de reg. iur. Idem Franc. Aretinus, cons. 142. nu. 1. 2. & 3. Lorens de matrim. dub. 12. Matio, Rosella Matrimonium, 5. n. 13. & 14. Sylueſt. Matrimonium, 3. q. 9. Asensi li. 8 sum. t. de modo contrahendi sponsalia art. 2. q. Sed quid si aliqua persona, Villalobos in comment. opin. Lt. M. n. 67. Ant. Cucus l. 5. milit. maior. t. 11. n. 56. Tolet. l. 22. Tom. c. 18. Mattienzo lib. 5 recop. t. 6. l. 6 gl. 5. nu. 2.* Et ex Theologis, *Victoria sum. de matrim. nu. 258. Sotus 4. d. 29 qu. 2. a. 1. dub. 2. q. 4. ad 2. f. 440. col 3. Veracruz 1. p. spec. art. 19. vers. Quod si quæras, Henriq. lib. 12. de matrim. c. 10 n. 4. Capreo lib. 2 decis. 209. n. 5. & triplici seq. Vmaldus Candel. sacram. de matrim. q. 9. n. 55.* Et tenent esse probabilem *Pet. de Ledesm. de matrim. q. 47. a. 4. dub. 2. concl. 2. & Vega l. 2 summ. casu 334.* Et vere est probabilis.

6 Imo idem dicendum est, ea promissione iuramento confirmata. Cum enim iure prohibita sit, illique non resistat, iuramentum nullas vires habet. Sic *Victoria, Sotus, Ledesma, Capreo, n. præced. allegg.*

7 Præterea idem est verum, licet magnæ expensæ factæ sint causa talis promissionis, & sub eâ ipse virgo defloratæ fuerit. Quia cum hæc damna sint per accidens, possunt alia via reparari. Sic *Sotus, Enriquez, & Capreo n. 5. allati.*

8 Ex præmissis secundò infertur primo, *Victoria & Sotus alleg. n. 5.* peccare hos impeditos contrahendo sub ea conditione, Si Papa dispensauerit, & iurando. Quia promittunt, & iurant rem illicitam. Quod temperat *Sotus*, quando hi intenderent sponsalia celebrare, secus si solum se ex honestate obligare; ne expensæ dispensationis frustra fiant.

9 Secundo infert *Alex. de Neuo t. Super eo, n. 17. de condit. appos.* obligantes se apposita pœna, contrahentes euentum contractus in principis dispensationem, minimè teneri contractu, nec pœna. Quia conditio est impossibilis, & ita vitiat contractum: & sicut contractus non valet, ita nec pœna illi accessoria.

10 Tertiò inferunt *Bartol. Apud Iulianum*, §. *Constat ff. de leg. 1. nu. 2. & Imag. Baptista de Ploccis inter consilia matrimonialia Zachæi, cons. 87 n. 9.* relictum fratribus minoribus, cum onere, cuius implementum exigit Pontificis licentiam, esse purum, reiecta ea conditione, tamquam impossibili.

11 Secunda sententia docet talem contractum, & promissionem obligare: at esse reuocabilem, posseque alterutrum contrahentem altero inuito resilire, ante & post dispensationem impetratam, nisi ea impetrata ratificetur consensu. Sicut sponsalia impuberum valida sunt, & obligatoria, reuocabiliter tamen cum possit vterque pubes tactus, resilire, vt diximus lib. 1. disp. 51. n. 6. Ducitur, quia non est dicendum ita firmum, & irreuocabilem esse hunc consensum præstitum à personis inhabilibus, sub conditione, Si Princeps dispensauerit, ac quando personæ sunt habiles. Sic tenent *Gutier. quæst. can. lib. 1. c. 22. n. 17. & sequentibus, Mamed. 1. to. sum. 2. edit c. 244 n. 9.*

12 Tertia sententia docet talem promissionem obligare, & neutri altero inuito fas esse resilire, siue ante, siue post obtentam dispensationem. Prob. quia pendens à voluntate principis reputatur impossibile, quando princeps id concedere non solet, secus quando solet. Vt patet ex *l. Apud Iulianum*, §. *Cassius ff. de leg. 1.* quam refutat num. 5. pro prima sent. ibi, *quoniam commercium eorum nisi inter principis non est, eum distrahi non soleant.* Et ita aduertunt *ibi Cuma, & Alex. n. 5. & ibi Iason.* dicens communem, *nu. 13. Roma, l. 2. initio. ff. de verb. obl. Paulus l. Communi*, §. *Cum quis, nu. 5 ff. eo t. Prapositus c. Super eo, n. 5 de condit. appos. Socinus iunior cons. 51 num. vlt. vol. 1. Decius reg. Ea quæ rarò, 64. fin. & ibi Cagnolus nu. 4 ff. de reg. iur. Roland. cons. 11. n. 15. l. 2. Conar. 4 decret. 2. p. c. 3. initio, nu. 8. & l. testam. super 9. Explicari, Greg. Lop. l. 13. t. Si mandato, t. 9. p. 6. Arolla lib. 1. select. c. 3. n. 14. Pinellus l. 2. c. 3. nu. 52. vers. Et inde in-*

ferendo, C. de bonis mater. Tello l. 26. Tauri num. 14. Zephalus cons. 304. n. 124. l. 3. Ant. Gom. l. 9. Tauri n. 18. fine, Ant. Gab. alios referens, *in mea edit. tom. 1. commun. l. 9. v. Impossibile. f. 509. Molina lib. 2. de primog. c. 13. n. 8. 9. & 10. Meres de matrim. 1. p. q. 50 n. 2. fin. Matienzo dialogo relatorum 4. p. c. 11. num. 7. & lib. 5 recop. t. 9 l. 5. gl. 4 n. 7. Gutier. cons. 18. nu. 10. Sacra de non meliorand. filiab. 4. 26. n. 14 Caldas de nominatione emphyt. q. 10. nu. 31. Speculo testam. glos. 2. principalis, n. 9.* Immo nec quando princeps difficillimè concedit, reputatur hoc impossibile. Quia hoc potius ad difficultatem, quàm ad impossibilitatem pertinet vt docent *Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. init. nu. 9. Acosta & Meres proximè citati.* quare talis conditio non dicitur impossibilis, rescienda, iuxta *c. fin. de cond. appos.* vbi sumitur impossibile pro eo quod natura, vel iure impossibile est: vt diximus disp. præced. Et confirm. quia institutio spurij facta sub conditione, si princeps eum legitimauerit, est valida: iuxta communissimam & verissimam sent. vt potest videri in *Conar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 5. nu. 12 Duenas reg. 366. limit. 1. Molina l. 2. de primog. c. 7. n. 40. & 41. Mattienzo lib. 5. recop. ti. 8 l. 6 gloss. 8. num. 19.* vbi multos alios referunt: cum tamen ea conditio pendeat à voluntate principis. Similiter venditio rei feudalis, seu maioratus, simpliciter facta, inualida est: valet tamen, si fiat sub conditione, si dominus feudi, aut Princeps voluerit. Vt probat *Molina li. 4. de primog. c. 3. nu. 48.* Similiter votum episcopi transeundi ad religionem, si Pontifex dispensauerit, validum est, secundum omnes: cum tamen hæ conditiones pendeant à principis voluntate. Et amplius confirm. quia quando est controuersia de aliquo beneficio, licitum est contendentibus, pacisci de pensione concedenda, sub conditione, Si Pontifex dispensauerit, qua secluſa pactum esset simoniacum, & verè obligat: ergo similiter in nostro casu. Præterea, quia in hac promissione duo inuoluuntur, alterum, promissio petendi dispensationem, alterum, ea obtenta contrahendi: & vtrumque est licitum, & possibile, ergo promissio obligat. Secundò principaliter probatur, quia licet conditio pendens à Principis voluntate reputaretur impossibilis, at quoties est præambula, & necessaria ad dispositionis & actus valorem, nō est rescienda, etsi summè difficilis sit, sed eius euentus expectatur. Vt tradunt *Bald. l. 1. q. 6. num. 17. C. de inst. & sub. Alex. l. Apud Iulianum*, §. *Constat. n. 5. ff. de leg. 1. & ibi Iason. nu. 16. Socinus l. Quidam relegatus. ff. de rebus dubijs, Ant. Gom. l. 9. Tauri num. 18. fine:* sed hæc conditio, Si Pontifex dispensauerit, est necessaria ad valorem promissionis matrimonij, inter impeditos: ergo non est rescienda. Tertiò, quia licet factum pendens à principis voluntate, reputetur impossibile, non tamen excusatur promittens, nisi à principe postulauerit, licet facilè nō soleat concedere. Vt tradunt *Bald. cons. 395. num. 3. l. 2. Paulus cons. 433. nu. 2. vers. Sed his non obstantibus, l. 1. Simon. cons. 121. n. 10. lib. 1. Zephalus cons. 304. n. 123. l. 3. Meres de mater. 4. 9. q. 40. n. 20.* ergo esto ea conditio esset impossibilis, non esset irrita promissio, sed tenebitur promittens niti dispensationem impetrare. Et ideo hanc sententiam tenent *Anton. c. Super eo. n. 8. de cond. appos. & ibi Calderinus.* Et in hanc quamuis dubius, magis inclinat *Prapositus nu. 5.* Et in hanc inclinare videtur *Lasso. l. Apud Iulianum*, §. *Constat, n. 11. ff. de leg. 1.* & firmatur de consuetudine, secundum *Boerium decis. 264. n. 27.* Eandem tenent *Ang. Matrimonium. 3. imped. 3. n. 4. Decius, l. Ea quæ ratio, n. 14. ff. de reg. iur. Nauar lib. 4. cons. 1. edit. 1. de sponsal. cons. 25. n. 2. in 2. de censang. cons. 5. nu. 2. Conar. 4 decret. 2. p. c. 3. init. nu. 9 fin. Ant. Gab. in mea edit. tom. 2. comm. v. Matrimonium. l. 11. f. 92. Iulius Clarus li. 5. receptarum, v. Incestus, vers. Sed quæd.* Et supponere videtur *Greg. Lop. l. 3. t Cæsar. tit. 4. p. 4.* dicit enim, aduenientè dispensatione non esse necessarium nouum consensum, & sic clarè supponit priorem promissionem valuisse. Et quando intercurrent iuramentum, tenent idem *Tabiena v. Sponsalia, q. 8. n. 9. & ibi Armilla num. 11.* Et ex Theologis, sequuntur hanc sententiam *Adrianus 4. materia de matrim. q. 3. dub. 10. Philiarc. sum. parua de offic. sacerd. c. de sponsal. Veracruz append. ad 3. p. tit. super a. 19. de cond. à f. 114. Pet. de Ledesm. de matrim. q. 47. a. 5. dub. 2. conclus. 3.*

Lud. Lop. 2.p. instruct. c. 42. de matrim. f. 1086. Angles floribus 1.p. q. 2. de matrim. condit. a. vn. dub. 3. f. 542. Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 25. f. 1372.

13 Sit conclusio. Prima sent. probabilis est: sed tertia opinio est multo probabilior. Secúdam autem minimè percipio. Non enim video qualitèr stare possit, aliquem esse obligatum, & semper posse resilire: si enim potest resilire, ergo non est obligatus. Nec confert simile de sponsalibus impuberum. Quia impuberes nō semper resilire possunt, sed statim ac pubertatem nacti fuerint (vt dixi l. 1. disp. 51. n. 6. & 14.) at iuxta hanc sent. possunt semper contrahentes resilire, nisi obtenta dispensatione nouam obligationem ineant. Ad arg. primæ sent. proposita nu. 5. constat ex dictis n. præced. non enim est impossibile quod pendet à voluntate principis, & per remedium dispensationis extraordinarium fit, quando princeps solet dispensare, sed quando nullo modo solet: nec tunc verè dicetur impossibile, sed difficile. Ad argum. quo vtitur *Enriq.* eod. nu. 5. propositum, dic melius esse conformari legi communi, quando non est aliqua obligatio licitè contracta; ab ea recedendi: qualis est pr omissio matrimonii inter impeditos, præmissa conditione, Si Pontifex dispensauerit. Sicut iure communi contendentibus circa beneficium, minimè licet de pensione dandâ pactum inire, quod tamen pactum semel initum, sub conditione, Si Papa consenserit, obligat quidem, & neutri contrahenti altero inuito resilire licet.

14 Idem dicendum est, quando tales consanguinei vel alio impedimento affecti, contraxerunt per verba de præsenti, sub conditione, si Papa dispensauerit, tenentur enim. Quia resoluitur is contractus in promissionem de futuro iuxta *c. Super eo. in fin. de condit. appos.* Sic *Ant. Calderinus, Conar. n. 9. fin. Pet. de Ledesm. all. g. n. 21. Gutier. q. canon. lib. 1. c. 22. n. 22.*

15 Similiter idem asserendum est, licet consanguinei dantes sibi fidem prædictam de matrim. contrahendo, sint secundo cōsanguinitatis gradu coniuncti. Quamuis enim difficile soleat Pontifex dispensare in hoc gradu, at sæpe ex causa iusta dispensat. Sic *Navar. li. 4. cons. 2. edit. tit. de consangu. cons. 5. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 47. a. 5. dub. 2. in solut. ad 1.* Et constabit ex iis quæ dicemus nu. 20. nimirum, non reiici à legato, vel maioratu conditionem contrahendi cum consanguinea in secundo consanguinitatis gradu, præmissa dispensatione.

16 Hinc infertur contra DD. relatos nu. 3. hos impeditos contrahentes sub conditione, Si Pontifex dispensauerit, minime peccare. Quia illa conditio suspendit in tempus habile, tollitque rationem culpæ, ab eo contractu. Sic *Adrianus 4. de matrim. q. 3. dub. 10. in solut. ad 2. Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. init. n. 7. fin. Gutier. quæst. can. lib. 1. c. 22. nu. 5. & 17.* Similiter negandā sunt corollaria, quæ intulit 1. sent. n. 9. & 10. innituntur enim illi fundamento, quod pendet à voluntate principis, esse impossibile.

17 Secundò infertur, quid dicendum sit, ad eam quæstionem, An si duo consanguinei contrahant matrimonium per verba de præsenti, sub conditione, Si Pontifex dispensauerit, incurrant excommunicationem latam, *Clem. vn. de consang.* contra consanguineos contrahentes? *Gutier. q. canon. l. 1. c. 22. nu. 17.* affirmat incurrere. Quia ea cōditio tanquam impossibilis reiicitur, manetque purum matrim.

18 Sed dicendum est, nullo modo incurrere, quia ea conditio non reputatur impossibilis: (vt probaui n. 12.) Sic *Adrian. 4. qu. 3. de matrim. dub. 10. ad fin. Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. init. nu. 7. Greg. Lop. l. 6. v. Impossibles, t. 4. p. 4. Ant. Cucus l. 5. instit. maior. t. 31. nu. 56. fin. Iud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. cap. 42. fol. 1081. col. 2. Pet de Ledesm. de matrim. q. 47. a. 5. f. 257. §. Sed circa confirmationem vlt. arg.*

19 Tertiò infertur, valere conditionem legato vel maioratui adiectam, vt legatarius, vel in maioratu succedens ducat consanguineam, præmissa Pontificis dispensatione. Quia ea conditio nō reputatur impossibilis. Nec obstant *l. Si stipular, ff. de verb. oblig. & l. 14. fin. t. 4. p. 6.* quantum verba referam. n. 26. Quia loquuntur, dum non exprimitur cōditio. Si Pontifex dispensauerit: vel si exprimatur, est tale impedimentum, in quo non est solitus dispensare. Sic docent *Acosta l. 1. Select. c. 8. n. 14. Molina l. 2. de primog. c. 13. à nu. 8. vsque ad 13. Mercs de maior. 1. p. q. 50. n. 2. Gutier. cons. 188. n. 9.*

20 Controuersia autem est inter hos DD. quādo consanguinitas est in secundo gradu, an valeat talis conditio? Nā *Molin. eo. c. 13. n. 12. & 13. & Enriq. l. 12. de matrim. c. 10. n. 4.* dicunt reici eam cōditionem, tamquam impossibilem, illaque rectè valere legatum. Quia *Trident. sess. 24. de matri. c. 5.* decernit in hoc gradu dispensandum non esse, nisi inter magnos principes. Sed verius est valere conditionem. Quia licet difficile dispenset Pontifex, sæpe tamen solet dispensare. Sic docent *Acosta l. 1. select. c. 8. n. 14. Molina* mutans sent. *in annot. ad nouis. quæ proponit in fine totius lib. de primog. n. 12. Gutier. cons. 188. n. 9.* Imo addit *Acosta*, valere conditionem, vt contrahat cum consobrino, si Pontifex dispensauerit, mulier succedens in maioratu. Quia quamuis difficillima sit dispensatio, hoc potius ad difficultatem, quàm ad impossibilitatem pertinet.

21 Incumbet autem legatario, vel maioratus successori gravato ad contrahendum cum consanguinea, si Pontifex dispensauerit, impetrare dispensationem. Cum ipse teneatur niti implere conditionem, si vult legatum, vel maioratum. Sicut ipsi incumberet quodcumque aliud onus legato adiectum subire. Sic *Mercs* alios referens, *de matr. 1. p. q. 50. n. 3. & 4. p. q. 40. n. 20.*

SVMMARIVM.

An promissio matrim. inter impeditos sub condit. Si Pontifex dispensauerit, vel sub alia, quæ posita sunt habilis, vt si quis promittat infideli, se conuertendo, obliget? Quid sentiendum? Et explicatur in quæstione dispositiua, n. 22. Et ibi nūc impletam conditionem non sufficere alias.

Propositur opinio asserens impletā conditionē non obligare vt sponsalia, n. 23.

Opinio refellitur n. 24. Et ibi soluuntur argumenta. Reprobantur ibi dicti esse bonæ conditionem pro valere, Si consumm. etc.

Post nunc existit. alias sufficiunt.

22 QVÆSTIO II. An promissio matrimonij inter impeditos, sub cōditione, Si Pontifex dispensauerit, obliget, vt simplex promissio, vel vt vera sponsalia? Et generaliter an sint vera sponsalia, quoties inhabiles promittunt *sibi* matrim. sub conditione, qua posita sunt habiles: vt si promittat fidelis infideli matrimonium, si cōuertatur? Propono autem hoc dubium generaliter, quia in priori exemplo, cum conditio illa, Si Papa dispensauerit, pendeat ex principis voluntate, omnes DD. relati n. 5. negant in ratione promissionis valere, nedum in ratione sponsalium. Quia reputāt eam conditionem impossibilem. Quare non cōsistit vis huius difficultatis in hoc; sed esto ea conditio sit possibilis, & ex hac parte non sit reiicienda, vt contingit in posteriori exemplo, quando promittit fidelis infideli si conuertatur, an obliget talis contractus in ratione sponsalium, non obstanti inhabilitate ad cōtrahendum, tempore promissionis factæ? Et quidem ante impletam conditionem, nemo dubitat non esse sponsalia, quia deficit consensus perfectus conditione nondū impleta. Et constat ex *c. 1. de sponsal. in 6.* vbi ex sponsalibus conditionalibus deciditur ante impletam conditionem non oriri publicā honestatis impedimentum: eo quod nondum valida sint defectu consensus.

23 Difficultas autem est, post conditionem impletam? An negant obligare, vt sponsalia, sed ratione solius promissionis, nisi tunc ratificentur. Quia tēpore quo hi contraxerunt erant inhabiles, & vbi impleta est conditio, & iam sunt habiles, non ratificarunt priores consensus, sed illi permanent immutati. Ergo talis promissio non habet rationem sponsalium. Sic in utroque exemplo docet *Enriq. l. 12. de matr. c. 13. fin. & c. 10. n. 4. Angles florib. 1. p. q. 2. de consensu conditionato, c. vn. dub. 3. & q. 12. de impedimento disparitatis cultus, dub. 2.*

24 Sed dicendum est, impleta conditione esse vera sponsalia. Quia licet illi, inhabiles sint ad contrahendum pro tunc,

tunc, non tamen ad contrahendum tempore impletæ cõditionis, ac quando contrahunt sub conditione, non contrahunt pro tunc, sed pro tempore conditionis impletæ. Quoniam ea est conditionis natura, vt suspendat actum & eius absolutam obligationem, in tempus impletæ conditionis. Vt dicitur *l. Cedere diem*, 213. *ff. de verb. sign.* ibi, *vbi sub conditione, neque extat, neque venit dies pendente adhuc conditione.* Et per hoc soluitur arg. contrariæ sent. propositum præc. Necest verum, priores consensus permanere immutatos. Quia pendente conditione sunt ineffectus, imperfecti, nec pariunt publicam honestatem: quæ secus se haberet, conditione impleta, *c. 1. de sponsal. in 6.* Et confirmatur institutio vt valida sit, debet esse hominis capacis, & tamen valet institutio spurij facta sub cõditione, Si principem legitimauerit, (vt probani n. 12.) Quia licet spurius sit incapax tempore institutionis, at conditio illam suspendit, vt non censeatur ex tunc facta, sed à tempore impletæ conditionis, quo tam est capax: ergo similiter in nostro casu. Sic docent in priori illo exemplo, quando cõsanguinei promittunt sibi matrim. sub conditione, Si Papa dispensauerit: *Adrian. 4. q. 3. de matr. dub. 10. in solut. ad 2. & ad vlt. & post solut. ad vlt. vers. Resiat respondere. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. inst. nu. 9. fin. Gutier. qu. can. l. 1. c. 22. n. 17. Veracr. apparat. ad spec. super a 19. de cond. appos. f. 118. vers. Hanc opinionem. Manuel. 1. to sum. 2. edit. c. 244. nu. 9. Lop. Lop. 2. p. instruct. c. 42. de matrim. f. 1086. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 47. a. 5. dub. 1. conclus. 1. & 3.* & in posteriori exemplo, quando aliquis fidelis promittit matrimonium infideli, si conuertatur, esse vera sponsalia impleta conditione, docent *D. Bonau. 4. d. 28. q. 3. nom. 13. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 6. in princ. Rosella v. impedimentum, impedim. 11. nit. Angel. Matrimonium, 3. impedi. 10. sanct. Sylues. diuens esse omnium, Matrimonium, 8. q. 10. dict. 3. Lex 154. 2. p. 4. Soto 4. d. 39. q. vn. a. 2. vers. Vnde verbum: & in solut. ad 2. Petr. de Ledes. ca 45. dub. 2. ante solut. ad 1.* Et huius sent. apertè videntur *Ant. à Spir. de infidelibus, de consang. nu. 7.* vbi *Alex. de Nauo n. 12. Carb. sing. n. 3. de cond. appos.* vbi *Henric. an. 2. fi. Propos. n. 6. vers. tota ergo*, dicunt enim valere matrimonium initum inter fidelem, & infideles, ea conditione, si infidelis conuertatur, & suspendi in tempus euentis conditionis. Hinc fit minus bene *Sotum 4. d. 29. q. 2. art. 1. vers. Ante secundum verb.* quem sequitur *Bart. à Ledes. dub. 25. de matrim. paulò post princ.* asserere. esse conditionem generalem, quæ nihil facit, & tacitè inest, si infidelis ad fidem conuertatur. Dicitur quæ, quia hæc conditio Si non est consanguinea, est generalis, & tacitè inest, ob idq; non suspendit (vt diximus hoc 5. d. disp. 1. n. 13.) Eo quod cum consanguinea non potest consistere matrimonium: sed similiter cum infidelium cõuertatur, initi nequit à fideli validè matrim. ergo ea conditio, Si conuertatur infidelis, est generalis, & nil operatur. Sed ex dictis constat eam conditionem suspendere consensum: cum ea non opposita, promissio sit prorsus invalida, & peccatum, ea tamen adiecta sit valida, & ante conditionis euentum obliget, vt simplex promissio, post euentum tamen, vt sponsalia. Nec simile est, de illa conditione, Si non es consanguinea: cum enim sit præsenti, non potest consensum suspendere, nec aliquid operari: sicut ea conditio, Si non es infidelis, contrahо tecum: secus autem est de illa, Si conuertaris: cùm enim pendeat ex futuro euentu, suspendet vtique, & operabitur.

SVMMARIVM.

Refertur opinio asserens impeditos promittentes sibi matrimonium non expressa conditione, Si Pontifex dispensauerit, perinde teneri, ac si ea expressa esset: & similiter valere conditionem legatõ adiectam, vt legatarius ducat consanguineam, licet ea conditio, Si Pontifex dispenset non exprimatur. n. 25. Et ibi, verba quantumcumque generaliter restringenda sunt de habilitate.

Contraria opinio tenetur in vtroque casu, num. 26. Et quid, si tractetur de dispensatione. n. 27.

Fundamentum argumenti. n. 28. Post quem sunt alia summaria.

25 QVÆSTIO III. An valeat promissio matrimonii inter impeditos, non expressa ea conditione, Si Pontifex dispẽsauerit, perinde ac si expressa esset? Affirmant quidam. Quia promittens matrim. consanguineæ necessario supponit dispensationem præmittendam esse, cum ea conditio à iure insit, eo quod aliter matrim. constare nequeat. Vt conditio hæc, Si alter voluerit. Et confirm. quia verba quantumcumque generalia, restringenda sunt, vt intelligantur de extremis habilib. *l. Vt gradatim, § 1. ff. de mune. & honor.* Sic tenent aliqui in alio simili, nimirum, quando testator apponit conditionẽ in maioratu, vel legato, vt successor ducat consanguineam: dicunt enim non esse differentiam, siue explicet præc. dispensatione, siue id taceat. Quia semper hoc intelligitur; verba enim testatoris in dubio, secundum ius commune intelligenda sunt. Vt notant DD. *l. Heredes mei, § Cum ita. ff. ad SC. Treb.* Sic *Molin. l. 2. de primog. c. 13. n. 7. Gut. q. can. l. 1. c. 22. n. 24. & cons. 18. nu. 5. 6. 7.* 8. inclè tamen refert Socinum. iun. Et nihil refert, siue ea conditio exprimatur, siue taceatur, ait *Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 1. vers. Re vera fateor.* Et quando interceßit iuramẽtum, docent idem *Tabien. v. Sponsalia, q. 8. n. 9. & ibi Armil. n. 11.* limitans, nisi ignorassent impedimentum, quo cognito non sibi promitterent. Et hæc sent. est satis probabilis.

Sed probabilius est, minimè obligare promissionem, 26
ea conditione non expressa, tamquam bonis moribus aduersam. Quia conditio secundum præsentis temporis ius æstimari debet. *l. Continuus, 137. §. Cum qua. ff. de verb. ob.* ibi, *non enim secundum futuri temporis ius, sed secundum præsentis, æstimari debet stipulatio.* Præterea prob. ex *l. Si stipuler, 35. in fin. princ. ff. de verb. obl.* vbi dicitur, si stipuler sororem adoptiuã me ducturum, non valere: quia statim sit contra bonos mores, & *l. 14. fin. 1. 4. p. 6.* ibi, *e si la mujer non queriendo cumplir la condicion non casare con aquel con quien le mandaua el testador, non aura el heredamiento, nin la manda: sueras ende, si aquel con quien le mandaua que casasse, fuesse pariente de ella, o tal home con quien non deuia, non podia casar segun derecho.* Tertiò, quia institutio spurii pure facta, & præceptum de alienandis bonis maioratus, nil valent: quæ tamen adiecta conditione, Si Princeps legitimauerit, vel dispensauerit, valida sunt: ergo in actibus qui alias sine hac cõditione, Si Princeps dispensauerit, sunt nulli, minimè subintelligitur hæc conditio, nec validi sunt, ea tacita. Nec confert aliquid, si consanguinei sibi promittentes matrim. intenderint præmissa Pontificia dispensatione. Quia cum sit contractus inter homines initus, oportet externè necessaria ad illius valorem exprimi. Sicut in simili, dicit *Nauar. l. 4. cons. in 1. edit. t. de spons. cons. 25.* promittentem consanguineæ matr. non teneri procurare dispensationẽ, licet intenderit procurare, nisi externe se homini obligarit, vel internè Deo per votum. Hanc sent. tenent aliqui, in alio simili, nimirũ, conditionem adiectã maioratui, vel legato, ducendi consanguineam, tacitã conditione, Si Pontifex dispensauerit, dicentes esse inualidam, & ea reiecta, institutionem manere puram. Hi sunt *gl. l. Vter ex fratribus, v. Conformum ff. de cond. inst. & l. 2. v. Voluerit, C. de instit. & substit.* vbi & *Bald. n. 1. Cynus, Albvb. Salic. Bellapert. abs: Segusm. cons. 16. n. 1. & 2. Acost. l. 1. select. c. 8. n. 14. Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 18. num. 6.* Et in propriis terminis promissionis matrim. docent idem *Adrian. 4. q. 3. de matr. dub. 10. ad 2. & ad 1. confirm. 1. arg. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. inst. n. 7. Gutier. q. canon. l. 1. c. 22. n. 17.* Et quidam Doctor cuius sent. refertur *in consiliis Nauarri 2. edit. l. 4. t. de consang. cons. 5. n. 1. Petr. de Ledes. de matrim. q. 47. a. 5. dub. 2. ad 4. Iud. Lop. 2. p. instruct. c. 42. de matrim. f. 1086. col. 2. in solut. ad 3. Phil. arc. in summa parua, de effic. sacerd. c. de sponsalib.*

Quando autem inita promissione absoluta inter con- 27
sanguineos, tractant de impetranda dispensatione, tam tacitè inest ea conditio, & obligabit promissio: cum in ea promissione adhuc perseuerent.

Ad arg. prioris sent. proposita n. 25. resp. Ad 1. dic eã con- 28
ditionẽ non esse iure, sicut de simili conditione, probaui n. 24. fi. nec esse simile de illa, Si alter voluerit: quia nõ posse aliter matr. cõstare, nisi Põtifice dispẽsante, nõ est ab intrinseco, & ex natura matr. sicut est, si alter voluerit: sed est ab extrinseco. ratione prohibitionis Ecclesiæ. Ad cõfirm. & ad aliud arg. de dispositione testatoris, dic ea esse vera, quando verba sunt dubia: at in præsenti casu sunt clara.

SVMMARIVM.

An quando impedimentum non est dirimens sed impediens, à solo tamen Pontifice dispensabile, sit probabile non valere promissionem sub conditione, Si Pontifex dispensauerit. Referuntur opinio negans.n.29. Et contraria verior n.30.

An si impedimentum sit per episcopum dispensabile, n.31.

Vide quæ supra nouies alia summaria.

29 QVÆSTIO IV. An si impediti impedimento non dirimenti, sed solum impedienti, dent sibi fidem de matrim. contrahendo, præmissa dispensatione, sit probabile promissionem esse nullam, sicut quando impedimentum est dirimens. diximus nu.15. esse probabiliter primam sent. id asserentem: *Petr de Ledesm. de matrim. q. 47. a.5.dub.2.f.257.§. Sed adhuc est dubium*, dicit esse probabilius etiam stando in illa prima opinione, hanc promissionem obligare. Aduertit tamen (& bene) cum licitum sit post sponsalia vouere castitatem, iuxta opinionem probabilem, & religionem: iuxta omnes, & per tale votum dissoluantur sponsalia: (vt late diximus l.1. disp.46.) licere huic promittenti, velle in suo voto perseuerare, nec teneri petere dispensationem ad contrahendum (quod intelligo, nisi fecerit esse virginis defloratio, aut notabilis hoc fœminæ infamia) obtenta autem dispensatione, teneri contrahere, nisi denuo se voto astringat. Quia prior obligatio voti, extincta est.

30 Sed verius est, recedendo illa prima opinione, non obligare promissionem, quando impedimentum est impediens, per solum Pontificem dispensabile. Quia omnes rationes illius primæ sent. allatæ n.5. æquè nullæ in hoc casu: cum hæc conditio pendeat à voluntate principis. Pro qua sent. faciunt *Innoc. Host. Ioan. And. Anchar. Card. Alob. Alex de Nevo, Sylvest. in eo nu.5. pro illa sent.* generaliter enim loquuntur, quando inter contrahentes subest canonicum impedimentum, nec distinguunt, an sit dirimens vel impediens.

31 Imo licet non ita probabile sit, quando impedimentum impedit ens est dispensabile per episcopum, non tamen caret probabilitate. Quia procedunt eædem rationes nu.5. allatæ. Nam hoc non potest fieri, nisi per remedium extraord narium dispensationis. Item procedit ea ratio, melius est ituare iuri communi prohibenti, quam particulari dispensationi. Item procedit illa, pendens à voluntate principis reputatur impossibile. Quia hoc non solum habet verum in principe supremo, sed etiam in inferiori: vt domino al cuius loci. Vt tradunt, *Socinus iunior cons.74.nu.23. vel 1.Iason.l.Apud Iulianum, § Constat, nu.17.ff.de leg.1.* vbi dicunt, totiè hoc esse verum, *Imola n.3. & Alex.n.6.* Idem tenet *Zephalus cons.407.n.41.vol.3.*

SVMMARIVM.

An dicto possint contrahentes resilire à sponsalibus, teneatur resilies alteri extra, in dispensationis, & sequatur alias secus, prescribit. Et generaliter quoties aliquis esset absque culpa alterius resilit à sponsalibus, vt si ingrediatur religionem, &c. Resolutio affirmens, n.32. Et contraria non verior, n.33.

Exodus vel Si pecuniam. ff. de condictione causa data, n.33.

Quid si debitor contraxit animo petita restituendi, sed culpa sua, vt ob seruitium, vel quia aliam duxit, dissimulantur sponsalia, an teneatur hoc alteri sponsalia exigenti? n.34.

Vide quæ supra nouies alia summaria.

32 QVÆSTIO V. An promittens matrimonium sub conditione, Si Pontifex dispensauerit in impedimento, si resiliat sequens opinionem probabilem asserentem id esse licitum, teneatur alteri contrahenti soluere expensas occasione illius contractus, vel dispensationis impetrandæ gratia factas. Et generaliter, ad id teneatur, licitè resilit ens à sponsalibus absque alterius contrahentis culpa? Vt si alter ingrediatur religionem, vel fiat notabiliter deformis. Duplex est sent. Prima affirmat teneri. Quia licet non teneatur ratione rei acceptæ, cùm in nihilo tactus sit ditior, nec ratione iniustæ acceptionis, nullam enim iniustitiam admisit vtens iure suo: at tenetur ratione cõtractus, ea enim est natura talis contractus, vt possit resilire, seruando tamen alterum indemnem, non enim est iustum vt alter qui commodum non reportat, sentiat damnum, sed vt resiliés qui commodum reportat, sentiat damnum. Et hanc esse naturam contractus, probatur ex *l.Si pecuniam, 5.in prin. ff. de condict. causa data*, vbi dicit textus dantem pecunias alicui, vt iret Capuam, altero nondum profecto posse pœnitere, & resilire, subdit tamen textus: *ita tamen vt indemnem sibi præstetur eius quod expendisti*: vt si fecit sumptus necessarios ad profectionem. Ergo similiter in nostro casu licet alter iuste resiliat à promissione, tenetur alterum seruare indemnem, soluendo expensas. Et posse aliquem ratione contractus teneri, licet non ratione rei acceptæ, nec iniustæ acceptionis, patet: nam si quis accipiat commodatum in sui vtilitatem tantum, tenetur de culpa leuissima, secũdum omnes, cum sæpe non adsit culpa venialis, nec iniustitia aliqua. Cuius ratio est (vt bene ait *Navarra l.3. de restit. c.3.in versa edit. dub.1.n.7.*) quia qui ex maleficio tenetur, solum tenetur ratione iniuriæ, itaque obligationem solum crimen, & iniuria parit: quando vero tenetur ex cõtractu, non iniustitia, sed natura contractus efficit, vt teneatur. Hanc tenet *Gutier.q.canon.l.14.22.nu.19 fin.* & supponit *Enrig.l.12. de matrim.c.10.fin.* Et est probabilis hæc sententia.

33 Secunda sent. probabilior, ait, non teneri refacere alteri expensas, sed quemlibet suam partem soluturum, cum sit onus commune. Imo si dispensatio petatur ad instantiam vnius tantum, ipsi incumbere integras expensas soluere. Quia nullus videtur dolo facere, qui iure suo vtitur, *reg. Nullus, 55. de reg. iur.* cum ergo hic resiliens vtatur iure suo, non tenebitur refundere expensas, quasi dolo fecerit. Secundò, quia si ea expressa esset conditio, vt quilibet liberè resilire posset, ab hac obligatione immunis esset, sed ea cõditio in hoc casu tacitè inest, scilicet vt quando contrahunt impediti, possit quilibet resilire: & quicumque contrahant, possit alter ad religionem commutare: ergo minimè tenetur hic ad expensas. Nec potest alter cõqueri, cum similiter posset ipse resilire absque expensarũ solutione. Quare contractus vtrimque est æqualis. Tertiò, quia hic non tenetur ratione rei acceptæ, nec iniustæ acceptionis: vt constat. Nec ratione contractus, quia nullibi cautum est in iure, resilientem iustè à sponsalibus teneri expensas refundere. Nec est similis casus, *d.l.Si pecuniam*, cui contraria sent. innititur. Quia id est speciale in illo casu, lex enim quæ posse pœnitere concessit, id onus pœnitenti imposuit, vt alterum seruet indemnem: & merito quidem: quia in eo casu non est æqua contrahentium cõditio. Qui enim pecunias dedit, potest resilire, accipiens verò, minimè, sed potest cogi. Vt notant *gl.ea l.Si pecuniam, 5.Sed cum, & ibi c.art.n.4.* & ita cum disparem vtriusque cõtrahentis conditionem fecerit, gauisus potentem resilire, seruare indemnem alterum, qui à contractu recedere minimè potest. In nostro autem casu æqua est vtriusq; cõditio. Hanc tenet *Pet de Ledesm. de matrim.q.47.a.5.dub.2.*

34 Si autem dolosè contraxit, animo postea resiliendi, vel iniustè à sponsalium fide recessit, tenebitur vtriq; expensas soluere. Vnde femina quæ fornicando conditionem suam fecit deteriorem, nec eam absque dedecore potest alter ducere, tenebitur ad has expensas: quia culpa sua dissoluuntur sponsalia, nec liberè alter resilit, sed coactus ne honoris iacturam subeat. Secus autem credo, quando vt fornicaretur: non enim teneretur refundere expensas sponsæ resilienti. Quia libere resilit, nullum enim damnum illi nubens patitur.

SVMMARIVM.

An promittens consanguineæ matrimonium, si Pontifex dispensauerit, teneatur procurare dispensationem? Referuntur opinio negans, n.35.

Contraria verior, n.36. Et conditiones exponit, n.37.

Posse quem sumi alia summaria.

35 QVÆSTIO VI. An promittens fœminæ consanguineæ matrimonium, si Papa dispensauerit, teneatur procurare dispensationem, eiusque expensas facere? Hæc quæstio locum habet retenta opinione probabiliori, alterenti hanc promissionem obligare. *Navar.lib.4.consil.in 1.edit.de sponsal. cons.25.* docet minimè ad hoc teneri, quamuis spe matrimonij eam violarit: sed tantum teneri dispensatione ob-

gotium contrahere, quamuis animum habuerit dispensationem procurandi, nisi is animus, tacite, vel expresse, esset feminæ intimatus. Ducitur; quia non se obligauit ad procurandam dispensationem, sed tantum ad ea obtenta contrahendum: nec intentio impetrandi minime alteri intimata confert: cum sit contractus humanus.

36 Dico primò, teneri procurare dispensationem. Quia licet expresse id non promiserit, eo ipso quod promisit dispensatione concessa matrim. videtur promittere se dispensationem procuraturum. Quia hoc est accessorium. Et quia obligatus ad aliquid faciendum, subinde tenetur efficere, vt actus valeat: iuxta doctrinam *Iasonis l. Huiusmodi, in princ. nu. 27 ff. de leg. 1.* Sic docent *Tabiena verb. Sponsalia, q. 8. num. 9. Armilla ibi, n. 11. Pet. de Ledes. de matrim. q. 47. a. 5. dub. 2.* Et quando defl orata est virgo, sub ea spe, docent idem, *Nauar. l. 4. cons. 2. edit. 1. de consangu. cons. 5. fin.* & quidam Doctor cuius sent. refertur *eod. cons. 5. n. 7.*

37 Dico secundò, quamuis hic Doctor *eo. cons. 5.* dicat teneri promittentem suis expensis impetrare dispensationem: verius esse, siue à viro, siue à femina impetretur, sumptus esse vtriusque communes. Quia negotium commune est.

SVMMARIVM.

Non licent tactus, & oscula inter impeditos, promittentes sibi matrim. præmissa dispensatione dum ea impetrata non est. n. 38. Quod ea impetrata? n. 39. Et quid in aliis sponsalibus conditionalibus, n. 40.

38 QVÆSTIO VII. An impeditis contrahentibus sponsalia, sub conditio, Si Papa dispensauerit liceant tactus, & oscula; quæ sponsis de futuro permissa sunt? Breuiter dic, ante impetratam dispensationē, minime licere. Quia hæc tantum licent inter sponsos de futuro, ea ratione, quia sponsalia sunt quoddam matrimonij initium: sed hæc promissio tunc non habet vim sponsalium (vt diximus n. 22.) ergo tunc non licent. Sic docent *Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 1. ad fi. vers. Hoc tamen addiderim, Veracr. append. ad specu. super a. 19. de consist. matrim. f. 118. §. Hanc opinionem, Gutier. q. can. l. 1. c. 22. n. 17. fin. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 25. concl. 6. fin.*

39 Idem dicendum est, impetrata dispensatione, dum non est ratificatus prior ille consensus: iuxta opinionem relatam n. 23. sententem, non esse hæc vera sponsalia. At retenta opinione, quam amplexi fuimus n. 24. hæc esse vera sponsalia, dicendum est licere illis amplexus, & oscula, eo modo quo licent sponsis de futuro.

40 Hinc infertur, idem dicendum esse in quibuscumque sponsalibus conditionalibus: nimirum, ante impletam conditionem, non licere hos tactus & oscula: bene autem impleta conditione: ratione dicta.

DISPVTATIO VI.

Vtrùm conditio honesta, & possibilis, adiecta de præsenti, præterito, vel futuro, suspendat matrimonium?

SVMMARIVM.

An sit de præterito, vel præsenti, non suspendit sed si est vera valet matr. secus, non n. 1. Et vbi, præmissum, an oporteat vt parochus & testibus manifesta ex interuallo impletam esse. Et si est de futuro suspendit, nu 2. Quid si tantum minime suspendit. n. 3. Nec si mutuo consensu apponatur secus in sponsalibus, vel in aliis contractibus, n. 4. Quid si conditio non referatur ad arbitrium alterius? vt, Si tantam dotem dederis, n. 5. An semper hæc conditio, Si tantum mihi dederis, suspendat? nu. 6. Et ibi, præmissum. An per copulam videatur recessum ab ea conditione, ita vt iam non debeatur dos, & à quacumque alia conditione honesta? An suspendat conditio relata in cuiuscumque arbitrium, vt si extraneus quidam consenserit? n. 7. An sub conditione iniusta matrim. vel sponsalia possit ante conditionis euentum resilire? n. 8.

1 PRIMA conclusio sit. Conditio honesta, & possibilis de præsenti, vel præterito, adiecta matrimonio, illud non vitiat, nec suspendit, sed si conditio tunc est vera, vt, Si pater tuus vult, vel voluit, est statim validum matrim. si vero est falsa, est statim irritum. Hæc conclusio est *D. Th. 4. d. 29. q. vn. art. 3. quæstiunc. 3.* quem omnes sequuntur. Et quamuis *D. Th.* solum loquatur de conditione de præsenti: at omnes idem dicunt de conditione de præterito. Prob. quia nil deest tunc ad matrimonij substantiam, si conditio tūc est vera: cum adsit consensus mutuus de præsenti, nullatenus ex futuro euentu dependens. Itē, quia in aliis contractibus conditio de præsenti, aut præterito non suspendit, sed si ea est vera, valet contractus, si vero non est vera, non valet. Vt habetur expresse *§. Institutio talis, 10 ff. de cond. inst. l. Cum ad præsens, 37 ff. Si cert. petat. & §. Conditiones, Instit. de verb. oblig.* Vtrum autem oporteat, non tantum vt parocho & testibus conster de matrimonio, sed etiam de conditionis implemento? dicam disp. 8. n. 23. & 24.

2 Secunda concl. Conditio possibilis, & honesta de futuro, suspendit contractum matrimonij: vt nullo modo valeat, dum conditio non impletur. Sic habetur expresse, *c. Super eo, & c. De illis, de cond. appos. & l. 3. t. 4. p. 4.* Et ratio est manifesta, quia ea est natura conditionis, vt suspendat valorem contractus sub ea initi, in euentum conditionis, *l. Si ita stipulatus fuero hanc summam. ff. de verb. obl. & l. 1. t. 4. p. 4.* sed nullo iure reiiciuntur à matrim. conditiones honestę, & possibiles, sed tantum turpes, & impossibiles: vt constat ex *c. fin. de cond. appos.* ergo conditio honesta & possibilis suspendet matrim. & efficiet, vt minime validum sit, donec impleatur conditio. Et in hac conclusione omnes conueniunt.

3 Intelligenda tamen est primo conclusio, si conditio adiiciatur in ipso actu contrahendi matrim. secus si ex interuallo: vbi enim matrimon. semel contractum est, cum iam suum effectum sortitum sit, nec ex communi consensu liceat ab eo recedere, nullam admittit conditionem, *l. Perfecta, C. de don. quæ sub mod.* ibi, *perfecta donatio conditiones positas non capit.* Ita gl. *c. De illis, verb. Huiusmodi verbis, de cond. appos. & ibi Host. paulo post princ. Ant. nu. 6. Alex. de Neuo n. 18. Præpos. num. 4. Palud. 4. d. 29. q. 2. a. 3. conclus. 2. num. 17. D. Antonin. 3 p. t. 1. c. 19. §. 5. in princ. Angel. Matrimonium, 3. impedimento 3. num. 13. Sylues. Matrimonium, 3. q. 12. vers. 2. Tabiena Matrimonium, 2. fin. Couar. 4. decret. 2 p. c. 3. §. 1. num. 8. Nauar. sum. c. 22. nu. 62. Iud. Lop. 2 p. instruct. noui, materia de matrim. c. 42. f. 1088.*

4 Hoc tamen distat inter matrim. & alios contractus, vt sponsalia: quod cum matrimon. non possit etiam mutuo consensu dissolui, non potest postquam semel contractum est, pari conditionem, etiam ex vtriusque consensu: at cæteri contractus eum mutuo consensu dissolui valeant, possunt etiam mutuo consensu admittere conditionem. Vt sponsalia, secus ex alterius consensu. Sic *Ant. eo c. De illis, num. 6. Alex. de Neuo nu. 17. Præpos. n. 4. Palud. ibid. concl. 3. n. 18.*

5 Secundò intelligenda est conclusio, vt conditio de futuro tunc suspendat, quando refertur ad arbitrium alterius, vt, Contraho te cum si pater consenserit; quia est circa substantialia matrimonij, nempe, circa consensum: secus de alia conditione, vt, Contraho te cum, si tantam dotem dederis: cum enim sit circa qualitatem, non suspendit, sed statim valet matrim. Sic *Specul. t. de condit. appositis in princ. nu. 2. Vincentius, Petrus & Abbas antiquus c. De illis, de cond. appos.* vt ibi eos refert *Abb. num. 5.* Cæterum contrarium tenendum est, nempe, vtramque conditionem suspendere. Prob. ex *d. c. De illis, & l. 3. t. 4. p. 4.* vbi vtraque conditio tanquam matrimonij suspensiua, ponitur. Et ratio est, quia qualiscumque sit conditio, siue relata in arbitrium tertij, siue non, semper suspendit, ac respicit consensum substantialiter requisitum ad matrim. nempe, ipsorum contrahentium: substantia enim matrimonij non regulatur à tertij consensu, vel dissensu. Sic docent: *Host. sum. t. de condit. appos. nu. 12. vers. Si conditio honesta, Ioan. And. in illum locum Specul. v. Super eo, & c. Super eo, de condit. appos. num. 3. & ibi Ant. n. 5. Card. n. 1. & d. c. De illis, fine,* vbi & *Anchar. n. 7 Abb. num. 5. Alex. de Neuo n. 16. Præpos. fin. Henricus c. fin. n. 4. de condit. appos. D. Antonin. 3 p. t. 1. c. 19. §. 5. vers. Quarta est conditio, Sotus 4. d. 29.*

d.29.qu.2.ar.3.concl.3. Pet.de Soto lect.3.de matrim. §. vlt. Bruxellus de sponsal concl.33.num.3.(habetur *to.9.tract.*) *Alex.Carerius li.4.de sponsal.c.6.*(habetur *eo to.9.*) *Navar.sum.c.22.nu. 62. Couar. 4. decret.2.p.c.3.initio,n.2.Greg.Lop.l.3 v.Cæsar,ti.4. p.4.Ant.Cucus l.5 instit.maior.t.11.nu.53.Bart.à Ledesm. dub. 25. de matrim.conc.3. Lud.Lop.2.p. instruct.noui,materia de matrim. c.43.in fin.*

6 Monuerim tamen,dum diximus suspendere matrimonium, ac esse validam conditionem, Si tantum mihi donaueris, intelligi, quando est causa iusta dandi, vt in dotem,vel quia est disparitas inter contrahentes: alias enim est conditio turpis: iuxta *l. Si ita stipulatus, la.3. §.Si tibi nupsero. ff.de verb.obl.* & dixi l.1.disp.35.nu.4. quare tamquam conditio turpis non suspendet, sed reiicietur: (vt hoc 5.l. disp.15.nu.1.de conditionibus turpibus dicemus.) Sic *Abb. c. De illu,de cond.appos.n.3.& ibi Alex.de Neuo n.3.Præpos.num.1. Rosella Matrimonium, 5.n.6. Ang.Matrimonium,3.imped.3.n.5. Syluest.Matrimonium, 3.q.5. Tabiena Matrimonium, 2.q.11.nu. 12.* An autem per copulam videatur recessum à conditione honesta, tam dandi dotem,quam à quacumque alia, nec tunc dos debeatur: dixi l.1.disp.26.n.12.& 13.

7 Hinc infertur,minus bene aliquos DD. antiquos,quos tacito nomine referunt ac re probant *Geffredus summa 1. de cond.appos.num.3.& ibi Host.in sum.n.12.vers. Si conditio honesta*, dixisse,non valere conditionem relatam in quorumcumque arbitrium, sed tantum eorum qui contrahentes matrim. habent sub sua potestate, vt parentum. Sed (vt probauimus) omnis conditio modo honesta & possibilis sit, valet ac suspendit.

8 Tertiò intelligenda est conclusio, vt quamuis conditio honesta suspendat tam matrim. quam sponsalia, vsq; ad conditionis euentum, nec sit vsque tunc perfecta obligatio, at non potest alter antequam conditio deficiat, recedere à sponsione, sed tenetur expectare vsque ad cõditionis euentum. Id enim est proprium contractus conditionalis, vt ante conditionis euentum neutri liceat resilire,inuito altero: vt per *l. Qui balneum,9.& l.Potior, 11.in princ.vers. Videamus, ff.qui potiores in pign. hab.* docent *Sylvest. Donatio, 1.q.15.num.19.P.Molina tom.2.de iust.tract.2.disp. 285. conc.4.* Et ratio est,quia ex contractu conditionali nõ minus oritur obligatio in spe, hoc est, in euentum conditionis,quam ex contractu absoluto, & puro, obligatio absoluta, & in re: cum vterque contractus sit, & in suo ordine, & gradu perfectus: ergo neuter altero inuito resilire potest, alias nulla obligatio ex eo contractu orta esset. Et in propriis terminis, docent *gl. c.Super eo, de condit.appos.v. Alicuo, & ibi Host super v. Qui in alicuo, Ant.n.6.Abb.nu.7. Præpos.num.3.Sylvest.Matrimonium,3.q.4.dub.1.Tabiena Matrimonium, 2.q.11.nu.12.notab.4. Victoria relect. de matrim.p.1.quæst. 2.nu.9. Navar. sum. Hispana c.22.n.67. Couar.4.decret. 2.p.c.3. initio, n 6. Ledesma 2.p.4.q.45. a.1.f.441.col.4.fin. Anr. Cucus l. 5.instit.maior.t.11.nu.54.& 55.fine, Matienzo li.5.recop.1.1.rubr. gl.1.n.63. Gutier.l.1.q.can.c.22 n.22.fin. Petr.de Ledesm.de matrim.q.47.a.5.dub.7 principali,5. Colligetur tertiò.f.245.*

DISPVTATIO VII.

Quando conditio hæc adiecta sponsalibus, aut matrimonio, Contraham tecum, aut contraho, si patri placuerit, censeatur impleta, vt ex tunc obligent sponsalia, aut matrimonium?

SVMMARIVM.

Quot modis apponatur hæc conditio, & possit se pater habere? Et in dubio an sit de præterito, vel futuro? n.1.

Si est de præsenti, vel præterito, valet matrimonium ea impleta, licet contrahentes ignorent? n.2.

Idem, quamuis crederent patri displicere. num.3. Et satis est virtute placuisse patri, vel modo dicat placere; n.4.

Si tunc non placet, non sufficit postea placere, n.5. Et quid si conditio sit de præterito, & aliquando placuit, aliquando non? num.6. Et quid, si pater taceat, vel obierit? n.7.

Quid si de futuro, & pater primo dissentiat, & postea consentiat? Referuntur opinio affirmans verificari conditionem, n.8.

Et opinio auctoris, n.9.

Soluuntur argum. & explicatur c.Licet, de procurat. in 6. n.10.

Quid si conditio sit de futuro, & pater nil explicet, sed taceat? referuntur opinio dicens non censeri conditionem impletam. n.11.

Et contraria auctoris, n.12.

Quid si condatio sit, Si pater dicat se consentire? n.13.

Et soluuntur argum. n.14.

Quid si quando contrahitur celebratum est sub conditione, Si pater non scripserit, & ita iam obierat? Referuntur variæ sent. n.15.16.17.18.

Et sententia auctoris, n.19.

An oporteat conditionem verificari coram parocho & testibus? Remissiue, n.20.

SVPPONENDVM est, hanc conditionem aut posse apponi de præsenti, vt, Si patri placeat, aut de præterito, vt, Si patri placuit, aut placuerit, de præterito subiunctiui modi: aut de futuro, vt, Si patri placebit, aut placuerit, de futuro subiunctiui. Et in dubio, Si pater consenserit, semper refertur ad futurum: vt bene aduertit *Lud. Lop. 2.p. instruct. de matrim. c.42. fol.1081.* Nam communis hominum vtentium his verbis, vsus est, de futuro parentum consensu intelligere. Item pater potest diuersimode se habere, aut enim potest primo assentiri, & postmodum contradicere, aut potest tacere, nec consentiendo, nec dissentiendo, aut potest iam obiisse, ipsis cõtrahentibus scientibus, aut ignorantibus obitum: vel possunt ipsi contrahentes ante consensum patris reuocasse consensum.

Primò ergo dubitatur, quando hæc conditio apponitur de præterito, aut præsenti.

Prima concl. Quando hæc conditio est de præsenti, aut præterito, validum est matrimonium, si pater tunc consensum præstet, quamuis contrahentes ignorent assensum patris. Quia vere tunc verificatur conditio. Sic *Soto 4.d. 29.q.2.a.1.vers. Sit ergo 2. concl. Cordoba sum. q.46. Lud.Lop.2. p.instruct.noui,materia de matrim.c.42.f.1081.*

Secunda concl. Idem dicendum est, quamuis contrahentes crederent parentibus displicere, si verum habeant animum contrahendi, casu quo parentibus placeat. Quia nil deficit ad consensum, & cætera requisita ad matrimonij valorem. Sic *Soto, & Lud.Lop.citati n.præced.*

Tertia concl. Satis est virtute placuisse. Vt si tunc essent dormientes, at cogitarant de eo matrimonio, & placuerat eis. Immo, & si de hoc numquam cogitassent, si postea interrogati, matrimonium approbarent, approbatio illa esset interpres virtualis consensus præteriti, nec tãtem minime displicuisse. Quia cum dicitur, Si patri non displicuerit, de præterito, sentius est, Si non fuerit dissensus, & sciens gratum habuerit: & similiter idem sensus est, dum de præsenti dicunt, Si patri placeat, id est, Si non displicet, & sciens gratum haberet. Sic *Soto*, quamuis hoc secundum eum timore dicat, dicens forte ita esse: attamen pide vtrumque tenet *Lud. Lop. n.2. citatus.*

Quarta concl. Quando tunc non placet id matrim. licet postea placeat, est nullum. Sic *Soto, & Lud. Lop. ubi Bart. à Ledes. de matrim. dub. 25. post 2. concl. §. Et annotate.* Et credo absque dubio hoc esse verum. Quamuis enim dubium fit, dum adiicitur conditio de futuro, an si prius pater dissentiat, & tandem assentiat, id sufficiat, vt censeatur impleta ea conditio: at quando conditio est de præsenti, tunc debet verificari, & similiter quando est de præterito, debet tunc verificari, nec sat est, vt tempore futuro verificetur, cùm vel tunc debuit esse validum, aut non esse validum matrimonium.

Sed dices, quid si conditio sit de præterito, Si patri placuit, & in tempore præterito, aliquando placuit, & aliquando displicuit? credo standum esse absque dubio, posteriori voluntati, & si illa fuit complacentiæ, valere: secus, si fuit displicentiæ. Quia posterior voluntas derogat priori: item quia animus contrahentium est patrem minime offendere contrahendo matrimonium ipso inuito: sed hoc tamen, voluntas posterior, quæ tunc temporis est, attenditur.

Quid autem, si pater taceat, nec explicans consensum, nec dissensum, vel si tunc temporis erat defunctus? dicam statim nu.11.& 12. vbi de conditione, Si pater consenserit. Quia

Quia in hoc casu idem dicendum est, sive apponatur de præsenti, præterito, vel futuro.

8 Secundò dubitatur, quando apponitur de futuro cõditio? Vt, Si patri placebit, vel placuerit, de futuro: Si pater certior factus, primo dissentiat. & postmodum consentiat, sufficiat, vt censeatur impleta conditio? In quo duplex est sententia. Prima ait sufficere. Prob. quia ea conditio tractum habet successiuum, vt scilicet, verificari debeat, dum contrahentes persistunt in eadem voluntate: ergo sufficit vt verificetur, dum non reuocarunt priorem assensum contrahentes, quamuis pater primo dissenserit. Secundò prob. ex *c. Licet, de procurat. in 6.* vbi expresse habetur, si procurator constitutus renuit acceptare mandatum, posse adhuc acceptare, quam diu constituens in eadem perseuerauerit voluntate. Et *c. Si tibi absenti, de prab. in 6.* vbi textus dicit, Si conferatur beneficium absenti, non acquirit ius donec acceptet, posse tamen episcopum, terminum præfigere intra quem accepter, & eo lapso posse episcopum alij prouidere: vbi *glos. v. Eo lapso*, ait, quamuis primo dissentiat, posse postmodum acceptare, modo consentiens in eadem voluntate permaneat: ergo similiter si contrahentes sub conditione, Si pater consenserit, permaneant in eadem voluntate quamuis pater primo dissentiat, poterit postea consentire, & erunt vera sponsalia, vel matrimonium. Hanc sententiam tenent *Alex. de Neuo cap. Super eo, sine, de condit. appos. Sylues. Matrimonium, 3. quæst. 4. dict. 2. Taberna Matrimonium, 2. quæst. 11. nu. 12. notab. 6. Nauar. summa Lat. & Hispan. cap. 22. nu. 63. Anton. Cucus lib. 5. institut. maior. tit. 11. num. 54. Petrus de Ledesma de matrim. q. 47. d. 5. dub. 7. principali. §. Sed quid dicendum est si pater, fol. 250. Lud. Lopez. 2. p. instruct. noui, materia de matrim. cap. 42. fol. 1082. §. Pratoria expeditio.* Idem cum hac limitatione, modo maneant in eodem proposito, animo se obligandi, secus si solum sint in proposito perficiendi ad quod obligantur ex primo consensu, *Adrian. 4. quæst. 3. de matrim. dub. 2. Veracruz 2. p. spec. d. 19. 3. Sed posquam.* Et est probabilis hæc sententia.

9 Secunda sent. quæ multo probabilior est, docet verificandam esse conditionem, de primo cõsensu patris. Quare si primo dissentiat, non erunt sponsalia, nec matrimonium quamuis postea assensum præstet, nisi contrahentes iterum se obligent. Prob. primò, quia eo ipso quod pater conscius discesserit, detecit conditio, vt constat; potuit enim tunc alteruter contrahens altero multo resilire, quod vtique non posset, nisi conditio defecisset, (vt dixi disp. præced. num. 8.) ergo obligatio illa extincta est at obligatio semel extincta non reuiuiscit, *l. Cum ex causa, C. de remiss. pign.* ergo cum obligatio illa sponsalium, aut matrimonij, semel cessarit, nec noua obligatio postea contracta sit, manere enim in eodem proposito, non est noua obligatio, non restauratur ea obligatio. Et confirmatur, quia esto manerent in eodem animo se obligandi, cum ad matrimonium, vel sponsalia requiratur, vt is animus explicetur verbis, aut signo externo, non sufficiet ille animus. Quia nullum est nouum signum externum exprimens eum animum: & priora verba conditionalia iam euanuerunt, per defectum conditionis. Item, quia sermo simpliciter prolatus, de prima vice intelligendus est, *l. Boni, §. Hoc sermone, ff. de verb. signif.* ergo conditio illa, Si pater consenserit, de prima voluntate patris est accipienda. Et confirm. ex *l. Hac conditio, 29. ff. de condit. & demonst.* ibi, *hæc conditio, Si in capitolium ascenderit, sic recipienda est, si cum primum potuit, ascenderit.* ergo hæc conditio, Si pater consenserit, de primo consensu accipienda est. Item, quia *cap. Requisti de sponsal.* habetur copulam post sponsalia efficere, vt transeant in matrimonium, & *c. Per tuas, de condit. appos.* habetur idem esse, quamuis essent cõditionalia, eo quod per copulam videntur à conditione recessisse: sed hoc non efficit copula, quando ante eam conditio defecerat, (vt dixi libr. 1. disp. 26. num. 12.) ergo à fortiori id non efficiet permanere in eodem proposito, quando iam defecerat conditio per primum patris dissensum. Tandem quia *c. Si prote, de rescript. in 6.* prouidente Pontifice alicui de beneficio, si episcopi, & capituli consensus accedat: quærunt *Ioan. And. n. 2. Anchar. n. 2. Dominic. n. 6. Francus n. 4.* quid, si episcopus, & capitulum, prius dissentiant, & post consentiant? Et respondent nil prodesse, secus si non dissenserint, sed consentire noluerint: ergo similiter in nostro casu dicendum est, Si pater expresse dissentiat, iam subsequentem consensum nil prodesse, secus quando pater non dissensit expresse, sed tantum distulit assensum præbere. Et ita hanc sent. tenent *Rosella Matrimonium, 5 nu. 4. Sotus 4 d. 29. q. 2 a. 3. vers. Regas autem.* Idem tenet dicendum esse, postquam hic transiuit ad aliud matrimonium, *Ang. Matrimonium. 3. impedimento 3. n. 2.*

Ad argum. oppositæ sent. proposita num. 8. resp. Ad 1. 10
concedendo eam conditionem habere tractum successiuum, ad hunc sensum, vt possit pater non statim consentire, sed terminum ad deliberandum petere, non tamen ad hunc sensum, quod si semel dissenserit, prosit, si postmodum resiliat. Ad 2. dico neutrum caput loqui in actu vere conditionali, qui statim deficiente conditione corruit, nec sine noua obligatione reuiuiscere potest. Secundò, dico ad priorem textum, cum *glos. v. Placebit*, non desinere esse procuratorem, ex quadam æquitate. vel si desinit, iure reassumere, ne ob procuratoris defectum negotia differantur: at in nostro casu id non disponit ius, nec disponere potuit, cum deficiente conditione, consensus defecerit. Alia autem doctrina *glos. c. Si tibi absenti*, est satis dubia: & à multis DD. ibi reuocatur.

Tertiò dubitatur, an contracto matrimonio, vel spon- 11
salibus sub hac conditione, Si pater consenserit de futuro, si pater conscius nec consensum, nec dissensum exprimat, censeatur extare conditio; vel potius deficere? Constat, si sint coniecturæ, ideo tacere, quia dissentit, habendã esse taciturnitatem pro dissensu: & si sint cõiecturæ, ideo tacere, quia placet sibi, habendum esse pro assensu. Quare tota difficultas est, in dubio, an iudicandum sit pro assensu, & ita censeatur tunc conditio impleta? Quidam asserunt id minime satis esse, vt conditio censeatur impleta. Primò, quia conditio debet impleri in specifica forma, *l. Qui heredi, §. 1. & l. Maeuius, ff. de cond. & demonst.* ergo ea cõditio, Si pater consenserit, debet verificari in specifico & vero consensu. Secundò, quia qui tacet, nec fatetur, nec negare videtur: *reg. Is qui tacet de reg. iur. in 6.* ergo tacendo nõ impletur conditio. Si pater consentiret, quę oppositum consensum desiderat. Tertiò, quia facta non præsumuntur, nisi probentur, *c. Cum in iure de offic. d. leg.* cum ergo cõsensus ad factum pertineat, non præsumetur ex taciturnitate, nisi probetur. Sic tenent *Angel. Matrimonium, 3. impedim. 5. nu. 3. Nauar.* mutans sententiam quam hispane defenderat, *sum. Lat. c. 22. n. 63. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 74. a. 5. dub. 7. principali, §. Sed quid dicendum est, si pater, vers. Sed adhuc est maior difficultas.*

Verius tamen est, sat esse eam taciturnitatem, vt cense- 12
atur impleta conditio: satis enim in specifica forma adimpletur. Quia huc tendit ea conditio, ne pater contradiceret, ac ægre ferret, id enim intendunt filij sub ea conditione contrahentes, at quamuis taciturnitas non indicet expressum consensum, at indicat saltem patrem non negare, nec contradicere: iuxta *d. regulam, Is qui tacet*, & consequenter nec ægre ferret: tunc enim id exprimeret: ergo impletur conditio. Et ita tenent *Anchar. c. Per tuas, nu. 2. de condit. appos. Adrian. 4. qu. 3. de matrim. dub. 3. Sylues. Matrimonium, 3. q. 4. dict. 4. Alex. de Neuo, c. Super eo, de cond. appos. n. 16. Præpos. nu. 4. Rosella Matrimonium, 5. n. 5. Nauar. sum. Hisp. c. 22. nu. 63. Ant. Cucus li. 5. instit. maior. t. 11. n. 54. Veracruz 2. p. spec. d. 19. §. Quicquid dicat: Lud. Lop. 2. p. instruct. noui, materia de matrim. c. 32. f. 1082. §. At vero non minus.*

Addit tamen, & bene *Adrianus*, secus esse, si conditio 13
esset, Si pater dicat se consentire: tunc enim non satis esset taciturnitas, sed oporteret, vt pater exprimeret consensum.

Ad argum. proposita nu. 11. resp. Ad 1. dico satis veri- 14
ficari

ficari in specifica forma. Quia sensus est, nisi pater contradixerit, & dum tacet, satis non contradicit. Ad 2. fateor nõ esse signum expressi consensus, at esse signum, patrem non negare, nec contradicere: vt affirmat *ea reg. Quod satis est.* Ad 3. dico, nullum factum, nec consensum in hoc casu præsumi sed taciturnitas est in iure signum non contradictionis, quod satis est vt ea conditio vera sit.

15 Quartò dubitatur, quid dicendum, quando tempore quo contractum est matrim. seu sponsalia sub ea conditione, Si pater consenserit, pater iam obierat? In hoc dubio varij sunt dicendi modi. Primus ait, absolute non valere matrim. Quia deficit conditio, cum mortui nulla sit voluntas, *c. Si gratiosè, de rescript. in 6.* Sic *Speculator t. de cond. appos. in princ. nu. 5. & Vincentius*, quem ibi refert. Idem *Alex. de Neuo c. Super eo, nu. 11. & 12. de cond. appos.* explicans siue adiciens conditionem, sciret, siue ignoraret patris obitũ: magna enim præsumptio est dolo adiecisse, quando sciebat.

16 Secundus dicendi modus est, siue scirent, siue ignorarent contrahentes patris obitum, valere matrimonium: quia vtroque modo conditio est impossibilis. Sic *Calderinus c. Super eo, de condit. appos.*

17 Tertius dicẽdi modus est, si ignorabant patris obitum, non valere matrim. Quia conditio non potest impleri, & ea impossibilitas ignorabatur: quo casu impossibilem cõditionem non haberi pro non adiecta, sed vitiare, diximus hoc 5. l. disp. 3. nu. 11. secus si sciebant, & conditionem tamquam impossibilem haberi pro non adiecta, & sic validũ esse matrim. Sic *Ioan. Andr. addit. ad Specul. t. de condit. appos. in princ. nu. 5. v. Quod non, & c. Super eo, de cond. appos. nu. 2.* vbi *Ant. nu. 7. Card. n. 2. q. 2. Anchar. n. 6. Præpos. n. 4. Rosel. Matrimonium, 5. n. 3. Sylvest. Matrimonium, 3. q. 4. dict. 2. Tabiena Matrimonium, 2. q. 11. n. 12. notab. 6. Navar. sum. Lat. & Hisp. c. 22. num. 64. Ant. Cucus l. 5. instit. maior. t. 11. nu. 54. Iud. Lop. 2. instruct. noui, materia de matrim. c. 42. f. 1081. col. 2. & c. 43. f. 1092. fin. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 47. a. 5. dub. 7. principali, §. Circa ea quæ dicta sunt dub. præced.*

18 Quartus dicendi modus est, si ignorabant patris mortem, validum esse matrimonium: si autem nouerant, in neutro foro iudicandum esse matrimonium. Sic *Enriq. lib. 11. de matrim. c. 12. n. 5. auct. comment. lit. D.*

19 Dico tamen probabilius mihi videri, si sciebant mortem, haberi eam conditionem tamquam non adiectam, eo quod est impossibilis, & ita manere purum matrimonium, & sponsalia. Vt tenent auctores citati nu. 13. pro tertia sent. Si autem ignorabant, validum etiam esse. Vt tenet *Enriq. citat. in 4. opinio, n. 18.* Quia (vt dicebam nu. 12.) hi intendunt absolute contrahere, nisi stet per patris displicentiam: volunt enim filij ne parentes ægre ferant, quod bene verificatur, quando pater obierat.

20 An vero quando matrimonium contrahitur per verba de præsenti, sit necessarium, vt conditio verificetur coram parocho & testibus, dicam disp. seq. n. 24.

DISPVTATIO VIII.

An matrimonium per verba de præsenti, sub conditione honesta contractum, vt, Cõtraho tecum, si pater tuus voluerit, impleta ea conditione, absque nouo aliquo consensu efficiatur validum?

SVMMARIVM.

Certum est sponsalia conditionalia, eueniente conditione, absque nouo consensu pura manere: & matrimonium non manere purum, quando prior consensus reuocatus est, etiam altera ignorante. n. 1.

Quæ sint quæstiones disputandæ n. 2.

An quando contrahentes possunt absque dispensatione inire matrimonium, & contrahunt de præsenti sub conditione honesta, permanente, & in eodem consensu tempore euenientis conditionis, efficiatur verum ac purum matrimonium absque nouo consensu? Refutur opinio negans, num. 3.

An sit validum aliud matrimonium initum per hoc, post euentum conditionis, ante nouum consensum præstitum? n. 4 usq. n. 7.

Verior opinio efficit verum matrimonium absque nouo consensu, n. 5. Et ubi, responsum iuxta interrogata, tibi intelligendum.

Non est opus vt contrahentes sciant conditionem iam extitisse, nu. 6. Solumuntur argum. n. 8. Post n. 8. mouetur alia summaria.

1 IN hac disp. duo sunt certa. Prius est, quando verba fuerunt de futuro, vt, Contraham tecum, si pater consenserit, impleta conditione sunt sponsalia pura, absque nouo alio consensu, nisi prior ille consensus sit reuocatus. Vt colligitur à contrario sensu, ex *c. vn. fine, de sponsal. in 6.* vbi deciditur ex sponsalibus conditionalibus ante conditionis euentum non oriri publicæ honestatis institium, denis euentum non oriri publicæ honestatis institium, denis euentum non oriri publicæ honestatis institium, den

ratione matrimonij, vt constat: quia si interim ante conditionis euentum aliud celebret matrim. est validum: ergo solum obligat in ratione sponsalium: ergo impleta conditione non efficitur matrim. sponsalia enim sub conditione non transeunt in matrim. per implementum conditionis, vt diximus num. 1. Quartò probatur, ad matrim. requiritur consensus de præsenti: sed hic consensus. Accipio te in meam, si pater tuus cõsenserit, nõ est de præsenti, sed de futuro. Vt habetur c. *Super eo, fine, de condit. appos.* ibi, *cum huiusmodi consensus non sit de præsenti habendus, licet per verba de presenti euidentius exprimatur, qui in alterno arbitrio non habito, sed habendo consistit*: ergo. Et confirm. ex *eadem c. Super eo, vers. Respondemus*, vbi habetur eum qui in mulierem consentit, Si pater volet, nõ esse cogendum contrahere matrim. nisi voluntas patris postmodum intercedat: ergo hac intercedẽti, cogendus est si ergo impleta cõditione cogendus est contrahere, non erit statim matrimonium. Quintò probatur, omne matrim. celebratum inter Christianos, est sacramentum, sed hoc non est sacramentum, etiam impleta conditione absque nouo consensu: non enim appparet signum sensibile tunc adesse, quod enim prius adfuerat, scilicet, illa verba conditionalia, minime efficiunt sufficiens: ergo id non est matrimonium. Hæc sunt potissima argumenta quibus hæc sententia fulcitur, & est communis Theologorum, & probabilissima. Hanc tenent *D. Thom. 4. d. 29. q. vn. a. 3. quæstiun. 3. D. Bonauent. 4. d. 8. q. 3. num. 13. & ibi Durand. quæst. 2. num. 5. in solut. ad 1. Richard. ibi a. 2. quæst. 2. Maior. 4. d. 27. quæst. 4. Victoria relect. de matrim. p. 1. punct. 2. nu. 9. & sum. materia de matrim. nu. 238. Adrian. 4. q. 3. de matrim. ante dub. 1. Sotus 4. dist. 29. quæst. 2. art. 1 concl. 3. Ledesma 2. p. 4. q. 45. a. 1. §. Præterea est dubium, fol. 440. col. 4. & post 4. propositionem f. 441. col. 4. Angles floriũs, 1. p. materia de matrim. qu. 2. de consensu conditionato, art. vnico. difficult. 2. Candelar. tum sacramentorum, 1. p. materia de matrim. nu. 54. Enrique c. lib. 11. de matrim. cap. 12. n. 3. Barthol. à Ledesm. dub. 25. de matrim. concl. 5. Lud. Lop. 2. p. instruct. noui materia de matrim. c. 42. fol. 308 3. Petrus de Ledesma de matrim. q. 47. a. 5. dub. 7. princip. concl. 12. f. 246.* Et ex iurisperitis, hanc tenent *Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. initio, nu. 5. Nauar.* ibi contrarius, *l. 4. consilior. in 2. edit. tit. de sponsal. consil. 14. n. 7. Matienzo lib. 5. recop. tit. 1. rubric. glos. 1. n. 63. Gutier. lib. 1. quæst. canon. cap. 22. n. 21.*

4 Ex hac sententia infertur, si post euentum conditionis ante nouum consensum præstitum, alter aliud contrahat matrimonium, peccare quidem contra fidem præstitam, at validum esse matrimonium: quia primus tantum habebat vim sponsalium. Sic *Sotus eod. a. 1. post 3. conclus. vers. Sed arguitur ad id, Barth. à Ledesma dub. 25. de matrim. post. 5. conclus. ante vers. Et annotare hic oportet.*

5 Secunda sent. (quam multo probabiliorem existimo) docet aduenientе conditione statim absque nouo consensu effici matrim. Prob. primò ex *c. Super eo. de conditio. appos.* vbi Pontifex rogatus an qui per verba de præsenti contraxit sub conditione, Si pater voluerit, sit impleta cõditione cogendus consummare matrimonium? Respondet nõ esse cogendum ad contrahendum, nisi voluntas patris intercedat: ergo à contrario sensu hac intercedente cogendus est contrahere: quod verbum videtur intelligendum de contractus perfectione, id est, matrimonij cõsummatione? quia interrogatio de consummatione est proposita: cui responsio congruere debet, & iuxta illã est intelligenda, *c. Qualiter, & quando, de accus. ad finem, ante vers. Hæc tamen ordinem*, ibi: *vt iuxta formam iudicij sententia quoque forma dicatur*: ergo supponit Pontifex aduenienti conditione iam esse cõtractum matrimonium. Secundò probatur, sicut ad matrim. requiritur purus consensus de præsenti, ita ad sponsalia purus consensus de futuro, sed consensus conditionatus de futuro aduenientе conditione absque nouo cõsensu perficitur, & manent sponsalia perfecta ac pura, ac si ab initio essent pure inita, & ex tunc incipit oriri publica honestas, quæ antea minime oriebatur: vt omnia hæc constant à contrario sensu ex *c. vnico, fine, de sponsal. in 6.* ergo similiter consensus de præsenti imperfectus ante implementum conditionis, ea impleta perficitur, & constituit absolutum, & purum matrimonium. Tertiò probatur, quia dispositio conditionalis aduenientе conditione purificatur, & ab eo tempore censetur perfecta, ac si à principio pure fuisset contracta, *l. Potior. 11. in principio, ff. quipotior. in pign. hab.* ibi, *cum enim semel conditio extitit, proinde habetur ac si illo tempore quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset*: sed si à principio non esset adiecta cõditio, esset matrimonium validum, & perfectum: ergo similiter impleta conditione. Quartò probatur, quia cæteri contractus conditionales impleta conditione absque nouo consensu purificantur, *l. Hæc venditio. 7. ff. de contrab. empt.* ibi, *conditionales venditiones tunc perficiuntur, cum impleta fuerit conditio*: ergo idem dicendum est de matrimonio. Sed assignatur ratio differentiæ: quia cæteri contractus non sunt sacramenta, vt est matrimonium, & sacramenta non possunt pendere ex futuro euentu. At hæc differentia est omnino friuola. Quia quando Deus instituit matrimonium, sacramentum, in nihilo alterauit contractus naturam, sed eam illæsam ac immutatam eleuauit ad esse sacramenti: si ergo matrimonij natura quatenus est contractus, petit vt dum sub conditione celebratur, impleta conditione firmum maneat: esse sacramentum nihil obstabit. Præterea, quia ea ratione, quia matrimonium est quidam contractus, habet alia quæ cætera sacramenta minime patiuntur, vt non habere ministrum distinctum ab ipsis contrahentibus, posse fieri per procuratorem, non requiri vt vterque coniux simul tempore consentiat, vt constat: cur ergo non habebit, vt possit pendere à futuro euentu. Et confirmatur, quia si alter coniux dicat, Consentio in te, si tu in me consenseris, pendet hoc matrimonium ex futuro euentu consensus alterius, & quando celebratur matrimonium per literas, eodem modo pendet. Alia assignatur ratio differentiæ, quia in aliis contractibus, potest lex disponere circa consensum, illumque supplere, secus in matrimonio. Sed nec hæc differentia est sufficiens: quia lex non supplet consensum in aliis contractibus conditionalibus, dum impletur conditio, sed explicat id quod ex natura rei habet contractus. Alia differentia assignatur, quod in aliis contractibus, iure præsumitur semper in virtute durare priorem consensum, donec impleatur conditio: secus in matrimonio. Sed hoc est gratis dictum. Quia in matrimonio etiam præsumitur idem. Vt quando contrahitur matrim. per procuratorem, præsumitur consensum durare instituentis procuratorem, iuxta *c. fin. de procurat. in 6.* Alia differentia assignatur: cum alii contractus rescindi possint, & transferre dominium ad tempus, & ideo impleta conditione censentur statim absque nouo consensu purificari: secus in matrimonio, quod semel contractum est perpetuum. Sed hæc ratio minus placet: quia non obest perpetuitati matrimonij, posse contrahi sub conditione, & ea impleta manere firmum: tunc enim manet perpetuum & irreuocabile. Tandem prob. hæc sent. quia cæterarum rerum potest transferri dominium sub conditione, ita vt ea impleta, & non ante, ea dominij translatio effectum habeat: ergo similiter in matrim. Hanc sent. tenent communiter DD. iuris Pontificij, *Innocent. c. 1. n. 4. & c. Super eo, fine, de condit. appos. Hostiensis eod. c. 1. paulò post principium, & ibi Ioannes Andreas, num. 1. & c. De illis, eod. tit. num. 1. Anchar. eod. c. 1. num. 1. & in d. c. Super eo, n. 8. & d. c. De illis, nu. 4. Cardin. d. c. 1. nu. 1. & d. c. Super eo fine, Abb. d. c. De illis, fine: Henric. cap. fin. eod. tit. num. 4. Alex. de Neuo. d. c. 1. nu. 4. & d. ca. De illis, num. 16. & d. c. Super eo, n. 25. Præpos. d. c. 1. nu. 1. Anton. de Butrio, d. c. Super eo, num. 9. Nauar. sum. Lat. & Hispan. c. 22. nu. 63. sunt. & n. 64. fine, & lib. 4. consil. 1. de condit. appos. in vtraque edit. cons. 1. per totum: Montalnus l. 2. fine, & l. 6. tract. 1. q. 4. Brunel. de sponsal. conclus. 33. nu. 3.* (habetur *to. 9. tractat.*) *Villalobos in communibus opinionibus. M. nu. 66. Ant. Cucus, lib. 5. institut. maiorum tit. 11. n. 55.* Et ex Theologis, eam tenent *Paludan. 4. d. 26. q. 2. art. 5. ad finem, nu. 37. Petrus de Soto lect. 3. de matrim. §. Quarto denique infertur, Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 219. concl. 18. n. 19.* Et videtur

tenere *Viguerius lib.instit.c.16.§.7.vers.Sexto,ad finem.* Et dicit valde probabilem *Petr. de Ledesma, de matrim.q.47.art.5. dub.7 principali,conclus.1.fol.243.*

6 Neque est opus vt contrahentes sciant conditionem iam extitisse,vt matrimonium impleta conditione purificetur: sed eo ipso quod conditio euenit, purum manet: sicut qui contrahit per procuratorem, eo ipso quod procurator consentit, firmum manet matrim. quamuis contrahens id ignoret. Sic *Anchar.c.Super eo,de condit.appos.n.8.* licet tandem id cogitandum relinquat: sed immerito, quia est verissimum. Vt tamen licite possint vti matrimonio necessarium est vt sciant cõditionem esse iam impletam,atque ita matrimonium esse perfectum.

7 Ex hac sent. infertur contra priorem, matrim.alias cõtractum post prius conditionale, & impletam tam conditionem,esse inualidum. Quia per implementum conditionis,prius matrim.omnino firmum fuit.

8 Ad argum.oppositæ sent.propositæ n.3.resp.Ad 1.concesso antecedenti, negatur conseq. quamuis enim ante aduentum conditionis insufficiens sit, ea tamen aduenientè manet purus,& perfectus.Et ad probationem, dico, quamuis si interim ante conditionem impletam dissentiret, non esset sufficiens, si tamen non dissentit, sufficiens esse: neque esse simile de aliis contractibus conditionalibus,in quibus, dissensus medii temporis nihil obest valori contractus,quia cum ille sit cõtra iustitiam,supplet lex consensum, prout supplere potest: in matrim. autem supplere nunime potest: & si argum.aliquid probaret,cõuinceret matrim.per procuratorem esse inualidũ,& sponsalia contracta sub conditione, ipsa impleta non valere: vtroque enim casu dissensus medii temporis efficeret, vt non valerent sponsalia,nec matrimonium. Ad confirmationem,dico, quamuis impleta conditione non efficiatur nouus consensus, satis esse vt valeat matrimonium, vt prior ille qui imperfectus erat, & cuius perfectio pendebat à conditionis implemento, ea impleta perficiatur. Ad 2.constat ex dictis differentia: quia ratio sacramenti non immutauit naturam contractus, quare sequitur naturam aliorum contractuum, qui possunt pendere ex futuro euentu. Ad 3.dico matrimonium conditionale esse contractum medium inter purum matrim. & sponsalia antequam impleatur conditio: & conuenire cum matrimonio, quia fit per verba de præsenti, in quo differt à sponsalibus, quæ fiunt per verba de futuro: vnde non obligat tamquam matrimoniũ purum, neque etiam vt sola sponsalia, sed vt matrimonium conditionatum, cuius perfectio & valor pendet ab implemento conditionis. Ad 4. dico esse consensum de præsenti, pendentem tamen à futuro euentu: vnde dũ *c.Super eo*,dicitur nõ esse consensum de præsenti, intelligitur de perfecto, & absoluto, secus de conditionali. Ad confirmationem dico ibi,contrahere,accipi pro consummare matrimonium: vt probaui n.5. Ad 5.nego minorem, sed est verum sacramentum: nam cum Christus eleuans matrimonium ad esse sacramenti, non immutarit naturam contractus, id quod sufficiens erat ad rationem contractus, sufficit etiam ad rationem sacramenti: nec requiritur aliud signum: quare sufficiunt illa verba sub conditione, vbi conditio impleta est.

SVMMARIVM.

Quando contrahentes de præsenti sunt inhabiles,& contrahunt sub conditione,Si Pontifex dispensarit, an dispensatione obtenta, consurgat verum matrimonium absque nouo consensu? refertur opinio asserens exigi nouum consensum,n.9.

Contraria vera est,n.10 Et soluuntur argumenta,n.11. Post quem immediate alia summaria

9 QVÆSTIO II. An non tantùm quando matrimonium contrahitur inter personas habiles sub conditione, efficiatur validum absq; nouo consensu, cõditione impleta,(vt diximus num.5.)sed etiam,quando inter inhabiles, vt si consanguinei contrahant per verba de præsenti, sub conditione,Si Pontifex dispensauerit? Duplex est sententia. Prima ait, non effici matrimonium absque nouo consensu. Prob.primò,quia sicut constituto noua non respicit præterita,*c.2.& c.fin.de constitutio*,ita nec dispensatio ergo dum Pontifex dispensat,non efficit vt præterum matrimonium, quod inualidum erat, vtpote inter personas illegitimas,efficiatur validum.Et cõfirmatur,quia Pontifex dispensare, non est præteritum matrimonium confirmare,sed est impedimentum tollere,& contrahentibus facultatem concedere, vt possint matrimonialiter coniugi. Secundò prob. quia consensus non potest retrotrahi, quando ab initio non potuit legitime præstari, cum vtrumque extremum ei conuenire debeat: vt notatur l.*si in, qui pro emptore*, 15.*ff.de vsucap.*sed hic consensus nõ potuit ab initio legitime præstari, eo quod extrema erant inhabilia:ergo euemente conditione non potest consensus retrotrahi, vt perficiat prius matrimonium. Tandem,quia ad matrimonium requiritur consensus de præsenti inter personas legitimas,& habiles: solum enim hæ sunt subiectum capax recipiendi hoc sacramentũ.sed tempore contractus fuit consensus inter personas illegitimas & inhabiles, & tempore impletæ conditionis non ratificatus est prior consensus,sed immutatus permanet: ergo non perficitur matrimonium. Hanc tenent ex Iuniperitis *Innoc. & Hostiens.c.Super eo,paulo post princ.de conditio appos. & ibi Ioannes Andreas,n.2.Cardin.n.2.q.fundit. Abb.n.8. Alex.de Nouo n. 16.Rosella Matrimonium,5.nu.14. Sylvest. Matrimonium,3.§.7. Tabiena Matrimonium,2.q.12.n.13.Franciscus Aretin. l.Apud Iulianum,§ Consilat,nu.11.vers.Et ad materiam nostræ legis, quam* legem interpretatur simul cum *l.Cum seruus,ff.de legat.1.Felabos in commun.opin.l.5.M.nu.67. Nauar.lib.4.consiliorum,38 2.adu.sit de spons.consil.14.n.7. Anton. Cucus lib.5.instit.matr.tit,11.n.56. Tello l.2.t.1.n.18.* Et ex Theologis,eandẽ tenet *Victoria summa,materia de matrim.n.238*,dicens oppositum esse errorem intolerabilem: *Sotus* dicens omnino certum,*4.dist.29.q.2.artic.1.post 3. conclusionem, vers.Nouum autem,Veracruz.1.p.specul.a.19 §.Respondetur quod non,Ledesma 2.p.q.45.a.1.§. Præterea est dubium:Enriquez lib.11.de matrim. c.12.n.3.Bart.à Ledesma dub.25.de matrim.§. Et annotare hic oportet.Palacios lib.5.de contractibus, c.vlt. dub.6.§.497.vers. Caterum horum placitum, Petrus de Ledesma de matrim.q.47.art. dub.2.quod manet post 7 principale,fol.258.col.2. Nibidanum,sit tertia conclus.: Candelabrum sacramenti.1.p.materia de matrim. num.55.Lud.Lop.*dicens oppositum esse improbabile,*2.p.instruct.de matrim.c.42.fol.1085.col.1.*

His tamen non obstantibus,secunda sententia (quam ut probabiliorem existimo,) ait,adueniente dispensatione, statim absque alio nouo consensu matrimonium perficitur. Probatur, sicut matrimoniũ requirit consensum de præsenti inter personas legitimas, ita sponsalia consensum de futuro inter personas legitimas, sed sponsalia inter inhabiles,sub conditione redidente eos habiles, vt si duo consanguinei dent sibi fidem de futuro matrimonio contrahendo,Si Papa dispensauerit,vel fidelis promittat infideli matrimonium, si ad fidem conuertatur, manent firma & valida,impleta conditione: (vt ex multis probatissimus hoc l.5.disp.5.n.24.)ergo similiter dicendum est de matrimonio,Quare non mirum est,si tot Doctores contrariam sequantur sententiam, loquuntur enim consequenter ad opinionem quam defendunt,nempe,eam conditionem Si Papa dispensauerit,esse impossibilem,& haberi pro nõ adiecta: quæ sent.si vera esset, cum contractus omnino esset nullus, & reprobatus, nec conditio illa suspenderet, verissimum esset adueniente conditione non perfici matrim.quia prior consensus,omnino erat nullus.Verum retrimendo id, quod tamquam longe probabilius hoc l.5.disp.5.n.13.defendimus, eam conditionem esse possibilẽ, & honestam,& sponsalia esse conditionalia, & impletæ conditione perfici: consequenter loquendo,idem dicendum est de matrimonio sub eadem cõditione contracto. Secundò probatur, quia contrahentes per verba de præsenti sub ea conditione, Si Pontifex dispensauerit: non contrahunt pro tunc, sed pro tempore impletæ conditionis:hæc enim est conditionis natura,vt suspendat actũ: & eius

eius absolutam obligationem, in tempus impletæ conditionis: vt dicitur, *l. Cedere diem*, 213. *ff. de verb. signif.* at tempore impletæ conditiones sunt habiles, & nihil obstat quominus perficiatur matrimonium: ergo perficitur. Et ideo hanc sententiam tenent *Anton. c. Super eo, de conditio. apposit. num. 8. Calderinus ibi.* Et in hanc magis inclinat *Præpos. ibi, num. 5.* Et tenent *Angelus Matrimonium, 3. impedimento 3. nu. 4. Gregorius Lopez l. 3. verb. Cæsarme, titul. 4. p. 4. & Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. initio, n. 9.* ait retenta opinione Doctorum iuris Canonici, matrimonium cõditionale perfici impleta conditione, se non videre cur non idem dicendum sit in hoc casu. Et *Petrus de Ledesma, tit. num. præced.* dicit hanc esse probabilem.

11 Ad argumenta prioris sent. proposita n. 9. respondetur. Ad 1. concedo dispensationem non efficere, vt prius matrimonium inualidum, perficiatur: sed tollit impedimentum, & ponit in esse conditionem, ex qua pendebat consensus contrahentium, quare cum tunc perficiatur consensus, perficitur virtute illius matrimonium. Ad confirmationem dico, Pontificem dispensare, licet non sit perficere matrimonium, esse tamen tollere impedimentum, & ponere in esse conditionem, quando sub illa contraxerant de præsenti: quando autem solum per verba de futuro, tollere impedimentum, vt possint celebrare matrim. Ad 2. nego minorem: nam ille consensus ab initio fertur in personam legitimam, & habilem: cum natura conditionis sit, suspendere consensum vsque ad illius euentum, & post euentum conditionis, nempe, vbi Pontifex dispensauit, est habilis. Ad 3. nego minorem: non enim fuit consensus inter personas illegitimas, & inhabiles, cum non fuerit præstitus pro eo tempore, quo tales erant, sed pro tempore quo Pontifex iam dispensasset, & tunc iam erant legitimæ, & habiles.

SVMMARIVM.

Quando quis duas fœminas dotem de præsenti sub conditione honesta, ea simul implata, quod matrimonium illarum præualeat: Referuntur variæ sententiæ. n. 12. n. 13 & 14.

Sententia asserens, neutrum matrimonium valere, n. 15.

Si prædicta non simul impleatur, præualebit matrimonium, cuius conditio prius impletur, n. 16.

Quid, quando sunt sponsalia sub conditione honesta cum duabus contracta, & vtraque conditio simul, vel successiue impleatur? Refertur quædam sententia, n. 17. Et sententia auctoris, n. 18.

Solutio argumenta, n. 19 Post quæ numeros alia summaria.

12 QVÆSTIO III. Quando quis cõtrahit cum duabus sub conditione honesta, Si tantam dotem dederis, impleta simul conditione, quod matrim. præualeat? Vt clare procedamus, potest quæstio hæc locum habere, vel quando contracta sunt sponsalia cum duabus, sub ea conditione, & simul, aut prius impletur conditio: vel quando contractum est matrimonium per verba de præsenti. Quidam ergo dicunt, quando contractum est matrimonium cum illis duabus, sub ea conditione, & simul impletur conditio, præualere prius matrimonium. Quia potior est cõditio prioris, nec posterius potuit priori præiudicare: *regul. Qui prior. 54. de regul. iur. in 6. & cap. Mandato, de præben in 6.* Item, quia primum vinculum excludit secundum sibi contrarium, *c. Intellecto, & c. Ea te, de rureuit.* Sic *Fabiena Matrimonium, 2. q. 11. n. 12.*

13 Alij dicunt præualere secundum matrimonium, siue simul, siue posterius impleatur conditio secundi matrimonii: & hoc supposita opinione communi Doctorum iuris Pontificij, esse matrim. impleta conditione: nam si dicamus cum communi Theologorum esse sponsalia tantum, iudicandum erit, sicut statim n. 18. dicemus de spõsalibus. Prob. hæc sent. quia ad hoc vt primũ matrim. perficiatur aduenienti conditione, requiritur vt cõtrahens maneat in eadem voluntate, at per posterius matrim. recedit à priori voluntate: vt constat ex *l. fin. ff. de diuortijs, fine*, ibi, *proinde si patronus sibi despondere alteram, vel destinauerit, vel matrimonium alterius acceptauerit, credendum est nolle hanc nuptam.* Ergo omnino manet prius matrimonium, dissolutum, & sic valebit posterius. Secundò, quia numquam fictio retrotrahitur in præiudicium actus medio tempore gesti, *l. Si indebitum, §. 1. & ibi Bart. ff. rem ratam haberi*: ergo fictio qua cõsensus trahitur ad tempus euentus conditionis, nõ debet retrotrahi ad tempus primi matrimonij, in præiudicium secundi medio tempore gesti: ergo valebit hoc secundum matrimonium. Tertio, quia in his quæ pendent à mera voluntate, stamus vltimo actui: vt in procuratore, *c. Si quẽ, de procurat. in 6.* & in testamentis. *§. Posteriore. Instit. Quibus mod. testam. infirm.* Sed contracto priori matrim. conditionali, liberum est ab eo recedere, saltem vt valeat secundum, quamuis recedens peccet: ergo. Ita tenent quidam DD. vt refert *Præpos. c. 1. de condition. appos. nu. 2. in secunda opinione*, & *Petr. de Ledesma de matrim. q. 47. art. 5. dub. 1. conclus. 4. quod mouet post 7. dubium princip. fol. 252.*

14 Alij vero censent esse locum optioni alterius matrimonij. Probant per *l. Vidua, 18. C. de nupt.* Sic tenent aliqui quos refert *ibid. Præpos. n. 2. in 3. opinione.*

15 Sed verius est, neutrum matrimonium valere. Quia incertitudo vitiat matrimonium, *c. Ex literis, el 2. de sponsal.* vbi hoc communiter notant Doctores. Et patet etiam ex *regul. Vbi repugnantia, 148. ff. de regul. iur*, ibi, *vbi repugnantia inter se in testamento inuenirentur, neutrum ratum est.* Sed hoc matrimonium incertum est, quia cum conditio trahat consensum ad tempus impletæ conditionis, quæ simul impletur, perinde est, ac si in eodem tempore simul eam duabus contraheretur matrimonium. Sic docent *Calderinus & Iacobus de Zochis*, quos refert & sequitur re late disputata *Præpos. c. 1. de condit. appos. fine. & ibi Alex. de Neuo, n. 5. Rosella Matrimonium, 5. n. 6. Angel. Matrimonium, 3 imped. 3. n. 6. Syluest. Matrimonium. 3. q. 6. Adrian. 4. q. 3. de matrim. dub. 1. Greg. Lop. l. 3. verb. Si me dieres, tit. 4 p. 4.*

16 Hinc fit, si aliqua illarum citius impleret conditionem, illud esse matrim. Quia vtrumque pendebat ab euentu conditionis: ergo illud præualebit, & perficietur, cuius prius conditio impleta fuerit. Ita *Sylvest. & Angel. ibi.*

17 Quando autem sunt sponsalia cum duabus sub prædicta conditione, vel tenendo communem sentent. Theologorum, id matrimonium conditionale tantum habere vim sponsalium, dicit *Petr. de Ledesma de matrim. qu. 47. a. 5. dub. 1. quod mouet post 7. princip. de concl. 1. & 2. fol. 251.* siue simul, siue prius impleatur conditio secundi contractus sponsalium, primum contractum sponsalium manere validum, & obligare in ratione sponsalium. Et probat, quia sponsalia priora non dissoluuntur per posteriora, sed non obstantibus posterioribus, firma manent.

18 Sed dicendum est, in neutro casu manere validum primum contractum sponsalium: quare ex illo minime oritur publicæ honestatis iustitia. Ratio est, quia primus contractus sponsalium cùm fuerit conditionalis, fuit imperfectus, donec impleretur conditio, per cuius implementum perficiendus erat, si contrahens non mutasset voluntatem: at mutauit in vtroque euentu. Nam si simul impletur conditio, voluntas est incerta, cum æquè sit cum duabus, & sic ratione incertitudinis vitiatur: si autem prius impletur conditio secundi contractus, perinde est, ac si secundus purè fuisset initus: & sic manifesta esset reuocatio prioris voluntatis. Fateor tamen in euentu quo prius impletur conditio secundi, teneri ad expectandum euentum conditionis primi contractus, & ea eueniente teneri ad illum: & similiter quando simul vtraque conditio euenerit, teneri ad priorem contractum, non in ratione sponsalium. Quia quando erant perficienda, erat mutata voluntas, sed ratione promissionis, cui non potuit derogare per secundam promissionem.

19 Ad duo argum. prioris sent. proposita n. 12. resp. vtrumque procedere, quando non esset in potestate gerentis posteriorem actum, tollere priorem: nam si esset in potestate, per posteriorem actum reuocarè priorem, reuocaret vtique. At dum matrim. prius est conditionale, neque impleta est conditio, potest contrahens, validè reuocare, quamuis peccet: censetur autem reuocare, quando vel prius impleta est conditio secundi matrimonij:

quia tunc manet secundū, purum, & incompatibile cum priori. Vel quando vtraque conditio simul impletur, ratione incertitudinis, cum deberet esse matrim. cum vtraque. Ad argumenta secundæ sententiæ, proposita nu. 13. respondetur. Ad 1. dico, distinguendam esse minorem, quando posterius matrim. esset absolutum, vel promissio absoluta cōtrahendi, recederetur à priori voluntate. Quia est incompatibile absolute contrahere matrim. vel promittere contrahere, cum matrimonio conditionali cum alia inito. At quando vtrumque matrimonium est conditionale, cum vtrumque sit imperfectum, & pendeat ex futuro conditionis euentu, non est incompatibilis haec voluntas, sed perficietur id matrimonium, cuius cōditio primo euenerit: quare *l. illa finalis*, manifeste loquitur de matrimonio, vel sponsalibus absolutis. Ad 2. dico, antecedēs esse verum, quando licitum esset partibus sola voluntate recedere ab actu priori, vt contingit in testamentis, & in constitutione procuratoris. Item quando actus sunt in se incompatibiles, at à priori matrimonio conditionali, non licet ex mera voluntate recedere, & vtrumque matrimonium conditionale, est compatibile: vt probauimus. Et per hoc patet solutio ad tertium. Ad argumentum tertiæ sententiæ propositum nu. 14 dico, textum illum procedere, quando nullum est vinculum contractum, sed voluntas habet liberam electionem, & quando nulla est repugnantia in voluntate: at in nostro casu non est voluntas libera, sed tenetur seruare priorem contractum cōditionalem, antequam eueniat conditio posterioris: si autem simul vtraq; conditio concurrat, est repugnantia in voluntate, ratione incertitudinis. Ad argum. propositum n. 17. probans quando duo sponsalia conditionalia contracta sunt, manere obligationem priorum, in ratione sponsalium, &c. dico, quando priora sponsalia, pure contracta sunt, cum iam sint perfecta, nullo modo posse derogari per posteriora, illis: secus quando imperfectè, sub conditione, contracta sunt: tunc enim potest illis derogari per posteriora, ad hunc sensum, vt non obligent in ratione sponsalium. Quia quando erant perficienda per aduentū conditionis, mutata erat voluntas: non tamen potest derogari, vt non obligent in ratione promissionis, ac sponsalium imperfectorum, ac conditionalium: quia iniquè, & contra iustitiam, mutata est voluntas.

SVMMARIVM.

Contracto matrim. coram parocho & testibus sub conditione de futuro, sustinendo aduentitia conditione non contrahere matrim. ab qua nouo consensu. certum est hunc nouum consensum praestandum esse coram parocho & testibus, licet prior coram illis habitus fuerit, n. 20.

Sustinendo esse matrim. absque nouo consensu, vel quando conditio est de praesenti, refertur opinio dicens post Trid. matrimonia tam non esse secreta, ut opinio sit, n. 21. & reprobatur, n. 22.

An sit necessarium, vt conditio impleatur coram parocho & testibus? Refertur opinio affirmans, n. 23.

Confirmatur auctoris, n. 24. Et ibi quando contrahitur per procuratorē non est opus vt parochus & testes videant mandatū. Et quando contrahentes à Sponsa dispensationem petunt, quid si pendente conditione se cognoscant? Scilla exorto, an sit matrimonium post Trident. n. 25.

An si duo consanguinei contrahant de praesenti coram parocho & testibus, obtenta dispensatione sit matrim. etiam post Tridentinum 26. Et soluuntur argumenta, n. 27.

20 QVÆSTIO IV. An hodie post Tridentinum sit aliquid immutatum, circa dicta in tribus praemissis quæstionibus contentis in hac disputatione: an scilicet necessarium sit non tantum consensum conditionalem de praesenti, sed etiam verificationem conditionis, coram parocho & testibus, vel sustinendo opinionem Theologorum dicentium consensum de praesenti sub conditione de futuro, habere vim impleta conditione. solius contractus sponsalium: manifestum est, necessarium esse aduenienti conditione nouum consensum de praesenti coram parocho & testibus praestari: nec satis esse, consensum nouum occultum, vel conditionem purificari coram parocho & testibus. Quia purificata conditione adhuc sunt sponsalia, atque ita parochus & testes solis sponsalibus assisterent. Et ita docent *Enriquez. lib. 11. de matrim. c. 12. num. 3. Bartholomæus à Ledesma, dub. 25. de matrim. post 5. concl. §. Et annotare hic oportet, Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 42. fol. 1081. col. 2. §. Verum in hoc casu, & f. 1085.*

Tota autem difficultas est, an sententia Iurisperitorum 21
dicentium matrimonium cōtractum de praesenti sub cōditione, ea impleta absque nouo consensu esse legitimū; possit sustineri, post *Tridentinum sess. 24. c. 1. de matrimonio.* Quam re, aliqui Theologi, (vt refert *Petrus de Ledesma, de matrim. q. 47. art. 5. dub. 7. princip. §. In hac diffic. fol. 246. col. 2.*) censent omnino esse improbabilem eam sententiam: & cessasse iam per Tridentinum. Idem tenet *Pere. lib. 1. cardinal. tit. 1. l. 1. ad fin. §. Octauo etiam essent*: vnde dicunt necessarium esse, vt de nouo coram parocho & testibus consentiant, impleta conditione.

Sed haec sententia minus vera est, quia si parochus & 21
testes assistant contractui de praesenti, quod ex se erat matrimonium impleta conditione absque nouo consensu, iuxta illam opinionem: & deinde coram ipsismet impletur conditio, iam parochus & testes assistunt omnibus requisitis ad matrimonij perfectionem, ac subinde seruatur forma Tridenti, quare nihil obstaret quominus esset verum matrim. impleta conditione. Sic tenent *Nauarr. lib. 4. consil. in vtraque edit. tit. de condit. apposit. consil. 1. n. 6. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 219. concl. 18. n. 19.* dicentes impleta conditione non esse necessarium, vt iterum coram parocho & testibus contrahant: & *Petrus de Ledesma, d. dub. 7. concl. 4.* dicit hoc esse probabile.

Potissima autem difficultas est, an si matrimonium ce- 23
lebretur de praesenti, sub conditione de futuro, coram parocho & testibus, efficiatur purum, statim impleta conditione, vel sit necessarium, vt parochus & testes simul assistant impletioni conditionis? Et similiter, quando matrimonium est de praesenti, sub conditione de praesenti, aut praeterito: vt si coram parocho & testibus aliquis dicat, Contraho tecum, si pater tuus consensit, vel modo consentit: an, si vera est conditio, sit statim matrimonium, vel sit necessarium, constare eidem parocho & testibus pusillanimi de verificationem conditionis de futuro, & verificationem conditionis de praesenti, aut praeterito? Quia enim cēsent esse certum, hoc desiderari. Prob. quia Trident. exigit vt parochus & testes assistāt vero matrim. quod tale est simpliciter, & inducit vinculum indissolubile, vt de illo testificari possint, sed illud matrim. conditionale non est simpliciter matrim. nec indissolubile, nec possunt vere parochus & testes testificari de matrimonio contracto: cum illud pendeat à conditionis verificatione, nec huius verificationis testes sint: ergo nullo modo est matrimonium. Et confirmatur, quia finis Concilij est, ne possint spōli ad alias transire nuptias cum de prioribus minime constet Ecclesiæ, sed hoc incōueniens minime cessat, si parochus & testes non intersint verificationi conditionis: nam ea verificata in occulto, cum non constet Ecclesiæ eius veritas, non constabit de matrim. atque ita eos permittet aliud inire matrim. Sic dicit esse certum *Petrus de Ledesma ibid. concl. 3.* Et quamuis tantum loquatur de conditione de futuro, at eius rationes idem omnino probant non esse matrimonium, quando conditio est de praesenti, non tamen constat parocho & testibus de conditionis veritate. Potest secūdo in fauorem huius sententiæ adduci, quod matrimonium de praesenti inter impuberes corā parocho & testibus, non sit verum matrimonium, si aduenienti pubertate inter se consentiant: vt dixi lib. 3. disp. 40. nu. 9. 24

Negare quidem minimè possum rationes has vrgentissimas esse, & quæ conuincere videntur. Verum pro contraria parte, vt sufficiat parochum & testes interesse illi matrimonio de praesenti, siue conditio sit de praesenti, siue de futuro, nec sit necessarium vt praesentes sint conditionis verificationi, quæ mihi valde probabilis est: vehementissime vrget: nam quando aliqui contrahūt per procuratorē, nō est opus vt parochus & testes videant literas in quibus cōtinetur potestas procuratoris, vt praxis totius Eccle-

Ecclesiæ recepit: alias deberent esse viri docti, vt scirent an ea potestas sit sufficiens, nec ne: at non possunt plene testificari de matrimonio, nisi supposita veritate illius potestatis procuratoris. Similiter quando consanguinei cõtrahunt ex Pontificis dispensatione, non est opus vt parochus & testes videant dispensationem: cum tamen alter nequeant plene testari de matrimonio, nisi supposita veritate dispensationis obtentæ. Ergo si hoc matrimonium valet, valebit etiam contractum per verba de præsenti, sub conditione, coram parocho & testibus: quamuis eisdem minime constet de verificatione conditionis. Præterea, quia non videtur mens Concilii, vt plene & integrè possint parochus & testes de matrim. testificari, sed vt sint testes consensus de præsenti, quamuis valor matrimonii pendeat ex alicuius veritatis suppositione, vt constat ex matrimonio contracto per procuratorem, in quo vt parochus & testes plene testentur de matrimonio, oportet vt videãt potestatem procuratoris, & sciant esse sufficientem, nec reuocatam. Similiter quando contrahunt duo pueri qui dicunt se esse puberes, si verè sunt puberes, validum est matrim. quamuis parochus & testes dubitarent esse impuberes; & ita non plene possunt testificari de matrim. cuius valor pendet ex veritate ætatis: ergo cum in nostro casu vere testificentur parochus & testes de consensu de præsenti, quamuis valor pendeat ex euentu conditionis, de quo non possunt testificari, valebit matrimonium. Et confirmatur, quia sic seruatur finis concilii in eo decreto, qui est, ne contrahantur secundæ nuptiæ spretis primis: nam cum constet Ecclesiæ de illo matrimonio de præsenti, quamuis valor pendeat ex verificatione conditionis, nullo modo permittet eos ad secundas tranire nuptias, donec plene Ecclesia discutiat, an impleta fuerit conditio, nec ne: & an recesserint à conditione, & ite voluerint vt absolute contractus valeat. Hanc sent. videntur clare tenere *Nauar. l. 4. cons. 1. De condition. appos. in vtraque edit. cons. 1. n. 6. Manad. 1. 2. sum. in 2. edit. c. 219. concl. 18. n. 19.* vbi dicunt matrimonium semel coram parocho & testibus contractum sub conditione licita, non esse opus, vt post aduentum conditionis iterum fiat coram parocho & testibus: quia aduenienti conditione retrotrahitur, ac manet perfectum, ac si à principio factum fuisset.

25 Hinc infertur, si pendente conditione illius matrim. initi coram parocho & testibus, contrahentes habeant copulam, præsumere Ecclesiam recessisse à conditione, & perfici matrimonium: per *c. Per tuas, de condit. appos.* Quod idẽ erit in foro interno etiam post Tridentinum, si affectu coniugali commixti sint. Quia iam seruata est forma Tridentina in priori contractu, & iudicandum erit, ac si impleta esset conditio occulte.

26 Secundò infertur, si duo cõsanguinei contrahant coram parocho & testibus, per verba de præsenti, sub hac cõditione, Si Papa dispensauerit supposita opinione, quã tenuimus n. 10. esse matrim. absque nouo consensu, idem dicendum esse modo post Trident. si vero solum contrahant sponsalia, quamuis antiquitus aduenienti dispensatione, per copulam transibant in matrim. iuxta *c. Is qui, de sponsa.* & docent *Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 1. ad fin. vers. Postremum. Lorca de matrim. dub. 12. n. 24. Couarr.* cum multis, quos refert *4. decret. 2. p. c. 4. sect. nu. 5. Veracruz append. ad dub. 19. 1. p. spec. §. At si post dispensationem, fol. 118. Villalobos in commun. opin. lit. M. nu. 68. Lud. Lop. 2. p. instruct. noui, materia de matrim. c. 42. f. 1087. col. 1. Candel. lib. sacrament. 1. p. materia de matrim. n. 54.* At per Trident. est iam correctum: cum cessarint matrim. præsumpta. Vt bene *Veracruz, Lud. Lop. & Candel. ibi.* Haberet tamen locum post Trident. si sponsalia illa, & copula fierent coram parocho & testibus. Quia iam seruatur forma. In quantum autem videtur repugnantia inter hos DD. nam *Sotus, Veracruz, Lud. Lop.* dicunt hoc ita esse, siue quando cõmixti sunt affectu vxorio, scirent dispensationem esse obtentam, siue ignorarent. At Couar. & cæteri dicunt, quando scientes dispensationẽ esse obtentam: si conciliandi sunt: si nomine eorum obtenta est dispensatio, sat est vt is qui impetrauit, sciat esse obtentã, quia ex tunc prodest ipsis dispensatio: si vero non nomine eorum, sed ipsis ignorantibus, necessarium est vt sciant dispensationem esse obtentam. Quia alias nil eis prodest dispẽsatio, nec priuilegium (vt dixi lib. 5. disp. 56. n. 2. & 6.) quare perinde esset, ac si sine dispensatione commixti essent: cum illa à tempore scientiæ impetrantium, vel procuratoris tantum prosit.

Ad argum. oppositæ sent. proposita n. 23. respondetur. 27
Ad 1. dico, non esse necessarium, vt assistant matrimonio omnino perfecto, de quo plene possint testificari: vt probaui n. 24. sed sat esse, assistant matrimonio de præsenti, quod ex suppositione alicuius conditionis præteritæ, aut præsentis, est omnino perfectum, vel erit impleta conditione futura: nunc que inducet vinculum indissolubile. Ad confirm. constat ex dictis, vitabitur enim id inconueniens. Quia cum iam constet Ecclesiæ de aliquali matrimonio, non permittet secundum, ante plenam primi discussionem. Ad 2. non est simile: quia ille contractus de præsenti inter impuberes, solum habet rationem sponsalium: iuxta *c. vnicum, de desponsat. impub. in 6.* at matrim. sub conditione de futuro, est vere contractus de præsenti, & non sponsalia: vt diximus.

DISPVTATIO IX.

An conditio contraria substantiæ matrimonij, aut bonis eius, ipsum annullet, siue adiiciatur de præsenti, præterito, vel futuro, vel potius tanquam turpis reiiciatur, validũq; sit matr.

SVMMARIVM.

Proponuntur argumenta ad probandum non vitiare sed reiici tanquam turpem. n. 1.
Tria bona matrimonij quæ pulsa sint de eius substantia, n. 2.
Conditio contraria substantiæ matrimonij, aut eius b. nu, illicit irritum reddit? n. 3
Hæc est verum etiam stando in iure naturali? n. 4.
Non vitiat, quando conditio illa non adiicitur præsenti matrim. sed alij, sed tunc tanquam turpis reijcitur. n. 5.
Quid, si conditio contraria substantiæ matrim. non sit de futuro, sed de præsenti? n. 6.
Quid, si conditio illa de præsenti, aliquo modo tangat matrim. de futuro, vel resoluatur in conditionem de futuro? n. 7.
Quid, si additam conditionem contrariam substantiæ, non principaliter intendat aliquid contra matrim. substantiam: vt Contrahe tecum, & si decem non dederis, vel adulterium admiseris, volo vt dotatio matrim. non valeat? n. 8
Quid, si conditio contraria non adiiciatur tanquam obligationis, sed suspensiua. n. 9.
Quid, si conditio contraria sit impossibilis. n. 10.
An valeat matr. sub hac conditione, Si te adulterandam tradiderim. n. 11.
Quid, de hac conditione, Si prolem iuxta aut mactes, aut mancam reddas aut oculos eruas, n. 12.
Quid, de hac conditione, Si prolem à nobis semper abiiciamus, & alendam exponamus. n. 13.
Soluuntur argumenta, n. 14. Et ibi, explicatur c. fin. Qui clerici vel votum & an conditio vetandi proprium, adueniente substantia professionis, & eam vitiet?

ET videtur nullo modo vitiare. Primò, nã stante intentione non seruandi fidẽ & vitandi generationem, stat substantia matrimonii: ergo conditio, & pactum contrariũ non est contra substantiam matrimonii, nec tollit debitum consensum. Et confirm. quia cum matrim. stat sterilitatis venena sumere, prolisq; generationem vitare: ergo hæc conditio proli contraria, Si vites generationẽ, nõ vitiat matrim. Secũdò prob. cũ essentia consistat in indiuisibili, semperque eadem maneat, ac inuariabilis sit, quod contradicit essentiæ in rei cõstitutione, & impedit constitui, si adueniat rei cõstitutæ, destruet ipsam. Vt si homini iam constituto aduenirent aliquid contrariũ suæ essentiæ, ipse peribit: sed si post initum matrim. adiiciantur istæ cõditiones contrariæ eius substantiæ, non annullant ipsum: ergo nec si adiiciantur ante contractũ. Tertiò prob. quia cõditio contra substantiam actus, non vitiat actũ, sed sustinetur actus reiecta conditione, *l. Cum precario aliquid. 12. ff. de precar.* vbi pactum ne possit precarium quandocumq; reuocari, quod est contra substantiam precarij, vt con- 1

stat ex *c. fin. de precarijs*, dicitur non vitiare precarium, ergo conditiones contrariæ substantiæ matrimonij non ipsum vitiant. Quartò prob. quia conditio retinendi proprietatem est contra substantiam professionis, *c. Cum ad monasterium, fine, de statu monach.* & tamen nō vitiat professionem, vt constat ex *c. fin. Quj clerici vel vouentes*, vbi approbatur professio, cum conditione manendi in domo, cum omni substantia propria: ergo cōditio contraria substantiæ matrimonii, non annullabit ipsum. Quintò prob. ex *c. Diaconi, 28. d.* vbi valet sacer ordo collatus alicui, ea lege vt possit vxorem ducere, reiicitur q; cōditio. Et *c. 2. 10. q. 1.* valet consecratio Ecclesiæ reiecta conditione, vt non subsit episcopi curæ: ergo similiter in matrimonio dicendū est.

2 Præmittendum est, quamuis tria bona matrimonii non sint de eius essentia, quoad executionem: esse tamen de essentia quoad obligationem: est enim de essentia, vt cōiuges obligentur ad vitam perpetuam & indiuiduam, & ad fidem sibi seruandam, reddendo debitum, negandoque corpus alij: prolemque non impediendum, sed educandum, si Deus eam dederit. (Quod latè explicui, *l. 2. disp. 29. n. 12.*) Vnde conditiones, & pacta per quæ coniuges ad aliquid his contrarium obligantur, tollunt matrimonij substantiam, & debitum consensum.

3 Hoc supposito, sit conclusio. Conditio contraria substantiæ matrimonij, aut bonis eius, illud irritum reddit, habetur expresse, *c. finali. de condit. appos.* vbi *si conditiones contra substantiam coniugij inserantur, puta, si alter ducat alteri, Contraho tecum si generationem prolis euites, vel donec inueniam dignioren, aut si pro quæstu adulterandam te tradas: matrimonialis contractus quantumcumque sit fauorabilis, caret effectu.* Idem habetur *c. Solet, 32. q. 2.* & concordat *l. 5. t. 4. p. 4.* Et ratio est, quia sine substantia nihil potest subsistere, *c. Tuanos, de sponsal. & c. Detrahe, 1. qu. 1.* sed substantia matrim. consistit in consensu ad societatem coniugalem, sub quo tacite includitur ad perpetuam societatem, ad fidem mutuo sibi seruandam, prolemque suscipiendam, quæ sunt tria bona matrimonii, *c. Omne, 27. q. 2.* ergo conditiones quæ his aduersantur, destruunt substantiam matrimonii, & consequenter ipsum annullabunt. Præterea, quia alij contractus annullantur ob conditionem eorum substantiæ aduersam, vt si societatis contractus ineatur ea lege, vt lucrum & damnum, communē sit, vel venditionis ea cōditione, vt emptor rei venditæ dominium non compareat: ergo similiter cōditio repugnans substantiæ matrimonij, illud vitiabit.

4 Hinc fit, conclusionem esse veram etiam stando in iure naturali: vt probant rationes prædictæ: & docet bene *Petr. à Ledes. de matrim. q. 47. a. 5. dub. 4. concl. 2.* & 3. quare Pontifex dum *d. c. finali.* definiuit cōditiones has vitiare matrim. nil nouum statuit, sed quod ius naturæ dictabat, declarauit.

5 Intellige tamen primò cōclusionem, quando conditio adiecta aduersatur præsenti matrim. non enim vitiabit si alij matrim. aduersetur: vt, Contraho tecum si feceris, vt coniux Petri adulteretur, vel sumat venena sterilitatis. Et ratio est manifesta, quia ideo hæ cōditiones vitiāt, quia illis stantibus nō solum subtantia huius matrim. sed quādo conditio non aduersatur substantiæ huius matrim. ea manet salua ac illæsa: ergo nō vitiat matrim. Sic *Palud. 4. d. 29. q. 2. a. 5. n. 27. Lud. Lop. 2. p. instruct. noui, materia de matrim. c. 42. fol. 1097. col. 1.* Vnde talis cōditio tanquam turpis reiicetur: iuxta dicēda de cōditione turpi, hoc *l. 5. disp. 15. n. 1.*

6 Secundò intellige conclusionem, vt conditio repugnās substantiæ matrimonij illud vitiet: siue sit de futuro, siue de præsenti: vt, Contraho tecū, si velis modo veniens sterilitatis. Quia *d. c. fin.* indistincte loquitur de his conditionibus Sic *D. Thom. 4. d. 29. q. vnica, a. 3. quæstiunc. 3. Sylues. Matrimonium. 3. q. 1. fine, Victoria sum. materia de matrim. nu. 260. Soto 4. d. 29. q. 2. a. 1. concl. 2. Barth. à Ledes. dub. 25. de matrim. concl. 2. Et annotato, Lud. Lopez 2. p. instruct. noui, c. 42. fine. fol. 1089. col. 1. & 2. de matrim. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 47. a. 5. dub. 4. ante solut. ad 1. §. Aduertendum tamen est, f. 233.* secus (inquit *Petrus de Ledesma*) est, quando conditio esset de præterito, talis enim non vitiaret. Sed contrarium est verius, nempe solam conditionem contrariam matrimonio illud vitiare, quando est de futuro, secus quando est de præsenti, vel præterito: tunc enim valida est conditio, & ea existente matrim. erit: non autem existente, minime valebit matrim. Prob. quia *d. c. fin.* loquitur de conditionibus, ar propria conditio non est, nisi quando est de futuro. Item, quia fœminam aut virum intendere adulterari, aut venena sterilitatis sumere, nō aduersatur substantiæ matrimonij, sed se obligare ad sic faciendum: nam hæc bona matrimonij tantum pertinent ad eius essentiam, quoad obligationem, non vero quoad executionem: at quando est conditio de præsenti, aut præterito, tantum continet executionem contrariam, non vero obligationem. Ita docēt *Palud. 4. d. 29. q. 2. a. 5. n. 26. 27. Adria. 4. q. 3. de matrim. dub. 9. §. Palud. 4. d. 29. q. 2. a. 5. n. 26. 27. Adria. 4. q. 3. de matrim. dub. 9. §. Respondeo ad 1. quod maior. vers. Ex hoc patet responsio ad 2. & vers. Ad tertium dico, Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. n. 9. Enriquez l. 11. de matrim. c. 12. n. 7. & c. 4. n. 1. communio, lit. F. Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 25. concl. 10.* vbi male contra reliquos dicit habere pro non adiecta talem conditionem, tanquam turpem: nam sola turpis de futuro, reiicitur. (Vt dicemus hoc 5. l. disp. 15. nu. 5.) Quare, vt diximus, valida est conditio, & ea impleta valebit matrim. & non aliter.

In vno tamen casu habebit verum prior sent. scilicet, quando sic adiiceretur conditio contraria de præsenti, aut præterito, vt afficeret, ac tangeret matrim. in futurum. Vt, Contraho tecum, si inuenisti, vel habes venena sterilitatis ad vtendum in matrimonio, vitiabit enim cōditio hæc matrimonium. Quia perinde est ac obligare se in futurum ad ea venena sumenda. Sic *Palud. 4. dist. 29. q. 2. art. 5. num. 27.* Similiter contraho tecum, si modo per biennium contrahimus. Quia æquiualet propositioni de futuro, nempe, si post biennium soluatur matrimonium.

Tertiò intellige conclusionem, vt intelligatur, quando § adiiciens conditionem contrariam matrimonio, principaliter intenderet, vt sequeretur aliquid contra matrimonij substantiam. Vt, Donec aliam ditiorem inuenian, contraho tecum: secus quando non principaliter id intenditur, sed aliquid aliud, & si id deficiat, velit matrim. dissolui. Vt, Cōtraho tecum: & si dotem non dederis, aut adulterium admiseris, volo te posse relinquere: talis enim conditio non vitiat matrim. sed tanquam turpis reiicitur, & manet purum ac validum. Quia talis conditio non tendit ad dissoluendum matrim. Sic *Alex de Neuo c. 1. nu. 2. & f. fin. n. 4. de condit. appos. Ioan. Andr. ad c. 1. n. 2. & vbi Vincentius & Ant. n. 2. Anchar. n. 2. & 3. Abb. n. 2.* Cæterum omnino tenendum est contrarium, & huiusmodi conditionem vitiare matrim. Primò, quia licet hęc cōditio sit resoluens & non suspendens, at etiam resoluens vitiat matrim. Vt cōstat ex exemplo *textus d. c. fin.* Donec aliam ditionem inueniam. Secundò, quia huiusmodi conditio tollit substantiam, ac principale bonum matrimonij, scilicet, esse perpetuum ac inseparabile vinculum: ergo implicat habere legitimum consensum ad matrim. requisitum cum ista conditione separabilitatis. Et ita tenet *Abb.* sibi contrarius *d. c. fin. n. 2. Cardin. c. 1. de condit. appos. n. 2.* vbi *Præpos. n. 1. & d. c. fin. n. 4. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. nu. 10. Lancelotus inst. iuris can. l. 2. de sponsal. §. Sponsalia contracta sub conditione, verb. Puta, Ludeu. Lop. 2. p. instruct. noui, materia de matrim. c. 42. fol. 1088.*

Quartò intellige concluſ. vt matrim. irritum fiat adiecta conditione eius substantiæ contraria, quando non adiicitur suspensiue, sed in vim obligationis: quia stantibus spōsi contrahunt, & perficiunt matrim. ac volunt manere obligati ad eas conditiones, secus quando eæ conditiones adiiciuntur suspensiue: quia sc. suspendunt matrim. donec eæ eueniant. Tunc enim non annullant matrim. sed tanquam turpes reiiciuntur, manetque validum. Et ratio differentiæ est, quia in priori casu matrim. concurrit cum illis conditionibus, & sic non mirum est si illud annulleret: at in posteriori, non concurrunt cum matrimonio, sed prius impleri debent, quam matrim. sit. Hanc sententiam tribuit *Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. nu. 7. Adriano 4. q. 3. de matrim.*

matrim.dub.6. Sed eam minime tenet, sed solum dicit nō vitiare has conditiones, quando adiiciuntur per modum assertionis, sed solum quando per modum obligationis, quod est dicere, (vt ipsemet se explicat *ibi, in solut. ad 3.*) non vitiare, quando sunt de præsenti, vel præterito, sed tantum quando sunt de futuro. Sed hanc sent. tenet *Lud. Lopez 2.p.instruct.noui, materia de matrim. cap.42.fol.1088.* Sed merito *Couar. ibi*, dicit esse dubiam: & iure optimo contra eam tenet, dicens in vtroque casu vitiare matrim. *Anton.Cucus lib.5.instit.maior.tit.11.nu.113.* quia textus d.cap. fin. generaliter loquitur de cōditionibus contrariis matrim.& propriè est conditio, quando suspendit. Secūdò, quia quādo ponitur ea conditio suspensiue, adhuc inducit obligationem repugnantem matrimonio, quod sub ea conditione contractum est: ergo adhuc vitiat.

10 Quintò intellige conclusionem, vt etsi ea conditio sit impossibilis, adhuc vitiet matrim. quamuis aliàs conditio impossibilis reiiciatur: vt dixi hoc 5.lib.disp.4.n.19.

11 Ex hac conclusione sic intellecta, infertur primò, minus bene *Angelum, Matrimoninm, 3.imped. 3.n.11.* asseruisse hanc conditionem, Si te adulterandam tradideris, non esse cōtrariam matrim. nisi addatur, & mihi debitum non soluerit: atque ita non vitiare illud, sed tamquam turpē reiici. Sed minus bene dixit. Quia fides matrimonii vtrumque complectitur. Iuxta illud D. Pauli, *vir non habet potestatem corporis sui, sed vxor; neque vxor sui, sed vir:* & quamuis non sit de essentia matrim. vt coniux non adulteretur, est tamen de essentia, & pertinet ad eius fidem, vt se obliget ad seruandam & debitè fidem matrimonii, & ad non adulterandum. Item quia hoc exemplum expressè ponitur *d.c. fin.* Et ita *Angelum* reprobant *Adrian.4.q.3.de matrim. dub 9. Tabiena Matrimonium, 2.q.11.n.12. Couar. 1.decret.2.p.c.3.§.1.n.2. Rosella Matrimonium, 5.nu.1.* & omnes DD. iuris Pontificii *d.c.fin. Sotus 4.dist.29.q.2.a.3. in solutione ad 1. Aut. Cucus lib.5. instit.maior.tit.11.n.116. Alexand. Carterum lib.4.de sponsal.c.5.* (habetur *tom.9.tractat.Lud.Lop.2.p.instruct.noui, materia de matrim.c.42.f.1080.col.1. Petr.de Ledesm.de matrim.q.47.a.5. dub.4.in solut. ad 7.fol.238.*

12 Secundò infertur, hanc conditionem, Si prolem neces, aut mutiles, aut eam mancam reddas, aut oculos eruas, esse contrariam bono prolis, atque ita vitiare matrimonium. Sic *Lud.Lop.2.p.instruct. noui, materia de matrim.cap.42. f.1088.col.2.*

13 De ista autem conditione, Si prolem à nobis semper abiiciamus, & alendam exponamus: non constat inter DD. Aliqui enim censent vitiare matrimonium, tāquam contrariam eius secundario fini, qui est commoda prolis educatio. Sic *Barth.à Ledesm.dub.25.de matrim.concl.4.* Secus (inquit) de hac conditione, Ne filios proprio lacte nutriam. Cæterum probabilius est, neutram conditionem esse contra substantiam matrimonii. Quia non est omnino contra prolis bonum, non enim omnem curam prolis parentes deponunt, cum intendant eam exponere ab aliis alendam. Sic *Lud.Lopez 2.p.instruct. noui, materia de matr. cap.42.f.1088.col.2. Petr.de Ledesm.de matrim.q.47.a.5. dub.4. ad 3.arg.solut.2.*

14 Superest respondere ad argum.n.1. proposita. Ad primum, & confirmationem negatur consequentia. Nam (vt diximus) quamuis intentio non seruandi fidem, & vitandi generationem, & sumendi venena sterilitatis, non repugnet substantiæ matrimonii: repugnat tamen ad hoc se obligare, pacto inter contrahentes inito. Ad 2. distinguenda est maior, si id quod repugnat essentiæ, adueniat post essentiam constitutam, eo modo quo repugnat essentiæ, destruet ipsā: secus si alio modo. Verbi gratia, si post initum contractum societatis absolutè, communi consensu partium, nec ineundo alium contractum assecurationis, adiiciatur conditio, vt nec lucrū, nec damnum sit commune socijs, destruetur societas: quia ea conditio apponitur eo modo, quo repugnabat essentiæ contractus, nempe, tamquam pars illius. Cum enim hi contractus possint mutuo consensu dissolui, potest etiam mutuo consensu adiici conditio. At in matrimonio conditio cōtraria quando apponitur in ipso contractu, repugnat eius substantiæ, quia apponitur tāquam pars contractus, quo solo modo repugnat substantiæ matrimonii, sed quando apponitur matrim. iam cōtracto, cū iam dissolui nequeat, non est pars ipsius contractus, & sic non aduersatur ei, neque ipsum vitiat. Ad 3. respondetur, cum *Couarruuia 4.decret.2.p.c.3.§.1.n.17.* conditionem contrariam substantiæ actus tunc actum annullare, quando resistit initio ipsius actus. Quia repugnat illi qualitati sine qua actus initium capere non potest, vt contingit in conditionibus contrariis substantiæ ac bonis matrimonii: at conditio, ne possit præcarium quandocumque reuocari, non repugnat initio contractus: nam consensus necessarius ad cōtractum precarii gerendum, non tollitur ex eius conditionis adiectione, sed est contra quandam illius actus qualitatem, & ita reiecta conditione sustinetur actus: vt contingit in testamento facto cum pacto non reuocandi: quia enim id pactum non contrariatur consensui, qui ad testamenti valorem desideratur, sed cuidam eius qualitati, sustinetur testamentum reiecto pacto: at conditiones contrariæ matrimonio aduersantur consensui ad ipsum requisito, (vt explicuimus) & ideo vitiant. Ad 4. longa & grauis se offerebat disputatio, an pactum retinendi proprium ita aduersetur professionis religionis, vt ipsam vitiet? sed ne lōgius diuagemur consulto, quia ea non est nostri instituti, omittimus. Possunt tamen circa eam consuli DD. *c.fin.de condit appos. & auth. Ingressi, C.de sacrosanct. Eccles. & Couar. 4.decret.2.p.c.3.§.1.num.19.* Admisso tamen esse contra substantiam religionis, & eam vitiare (quod probabilius existimo:) respondeo ad *c.fin. qui clerici, vel vouen. cum gloss.ibi, verb. Vt in domo. & Imola l.Vbi ita donatur, n.4.ff.de donat.causa mortis*, intelligi eum textum, cum conditione manendi in domo, cum omni substantia, nō quoad proprietatem, sed quoad vsum: quod non contrariatur substantiæ professionis. Ad vltimum, dico conditionem ducendi vxorem, non esse contra substantiam ordinis, sed contra præceptum Ecclesiæ: nec conditionem vt Ecclesia consecrata non subsit Episcopo, esse contra substantiam consecrationis, & ita neutram vitiare.

DISPVTATIO X.

Vtrùm conditio contraria bonis matrimonii, si honesta sit, illud vitiet, vel tantum quando est turpis?

SVMMARIVM.

Proponit primò opinio dicens non irritare, vt Contrahe tecum, hac lege, vt seruemus castitatem. n.1. Et contraria verior, n.2.

Quid de hac conditione, Contrahe tecum, si pr. ius voueris, nec te patituram, nec reddaturam, dehinc? n.3.

Quid de hac, Contrahe tecum hac lege vt nunquam petas? n.4.

Quid de pacto non cohabitandi, vel certis diebus abstinendi à copula? n.5

Quid de pacto vt liceat ante, vel post consensum aliquem ingredi religionem? Vel si deducatur in pactum tradita quæ de iure communi, & consuetudine inest? Vel vt teneatur ambo, vel alter religionem ingredi. n.6. Et soluuntur argum. n.7.

1 DVPLEX est sent. Prima ait, conditionem honestam, licet contrariam bonis matrimonii nō irritare illud: vt si duo contrahant hac lege, vt in perpetua castitate viuant: aut consummato matrim. religionem profiteantur: vnde dum *c.fin. de condit. appos.* decidit conditiones contrarias matrimonio, illud annullare, intelligitur, quādo eæ conditiones sunt turpes: vt constat ex exemplis ibidem subiunctis: quæ omnia cōditiones turpes cōtinent. Prob. primò, quia copula carnalis non est de essentia matrimonii, ergo conditio de illa non habenda, nō illi aduersatur, licet sit contra bonum prolis, atque ideò nec illud irritat. Et confirm. quia hac conditione videntur contraxisse B. Virgo, & S. Ioseph. Secundò prob. quia si ambo ante matrimonii contractū, voto se religionis aut castitatis astrinxissent, esset verum matrim. non obstante ea obligatione, qua alteruter tenetur ab altero minimè petere debitum, ergo idem erit quamuis ea conditio apponatur in ipso

contractu. Tertiò prob. quia ea conditio tacitè videtur ineſſe, cùm contracto matrim. poſſint communi conſenſu vouere caſtitatem, ac ingredi religionem. Vt conſtat ex *toto tit. de conuerſ. coning.* ergo eius expreſſio nil operabitur, nec vitiabit matrim. Quartò prob. quia ſi quis ſic cõtraheret, Contraho tecum non tradendo poteſtatem, nec dominiũ mei corporis, manifeſtè eſt contra matrim. ſubſtantiam, quod conſiſtit in dominio corporis tradendo, at cùm dominiũ diſtinguatur ab vſu, conferri illud poterit ſub conditione nunquam vtendi tali re, nec hæc conditio erit contraria traditioni dominii, nec ſubſtantiæ matrimonii: ergo illud non irritabit. Et confirm. quia dici nequit impertinens eſſe tale dominium abſque vſu, plures enim habet effectus, contrahens enim ſub tali conditione manet inhabilis ad aliud matrim. & ſi accedat ad aliam, eſt adulter: & ſi mutato propoſito accedat ad vxorem, non fornicatur. Vltimò prob. quia ſalua eſſentia matrimonii, eoque manente illæſo poteſt tolli ius petendi, & reddendi: ut ſi ambo communi conſenſu voueant caſtitatem, vel profiteantur religionem. Et ſi alter adulteretur, aut cognoſcat conſanguineam vxoris, priuatur vtique iure petendi, ergo conditio auferens ius petendi, & reddendi, non eſt contraria eſſentiæ matrimonii, nec illud vitiabit. Et ita defendunt *Palud. 4. diſt. 30. qu. 2. a. 1. concl. 2. nu. 6. Abulenſ. c. 30. Numer. q. 32. ad fin. Barbatius c. fin. col. 1. de precariis.* Et videtur tenere *Gerſon 3. p. ſer. de natiu. Virg. conſiderat. 2. alphabeto 59. lit. V. fine*, hæc enim dicit, *Votus Maria virginitatem, vouit & ipſe Ioſeph, cui voto non repugnauit vera matrimonialis coniunctio.* Et dicit non eſſe omnino improbabilem hanc ſent. *Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 4. verſ. In prima autem concl.* Et verè eſt probabilis.

1 Secunda tamen ſententia multò probabilior, affirmat eiuſmodi conditionem vitiare matrim. Pro cuius probatione, ſuppono, quamuis non ſit de eſſentia matrimonii, vt proles & copula intendantur expreſſè, requiri tamen ne potentiæ ſeu poſſibilitati ad hæc adiiciatur diſſenſus contrarius: cum ius & potentia ad carnalem copulam ſit ſubſtantialis. Matrim. enim (vt dixi l. 2 diſp. 1 num. 5. 6.) eſſentialiter conſiſtit in mutua corporum traditione, qua vterque conſtituitur dominus alterius corporis, ad quod dominium intrinſecè conſequitur ius & poteſtas vtendi illo corpore. Secundò ſuppono, quando in ipſo cõtractu matrimoniali apponitur cõditio, vt vterq; cõiux maneat in perpetua caſtitate, non ſolum tolli copulam carnalem, ſed etiam ius & poteſtatem ad talem copulam, nam obligantur ad non petendum, nec reddendum, quæ obligatio efficaciter impedit, ne ſequatur tale ius & poteſtas, quantum eſt ex parte ſua. Probatur ergo hæc ſententia, illa conditio quamuis honeſta ſit, repugnat intrinſecis & neceſſariis ad matrimonium: ergo illud deſtruit. Secũdò, illa conditio eſt contra bonum prolis: ergo irritat. Quia Pontifex *cap. fin. de condit. appoſ.* expreſſè aſſerit conditionẽ contra bonum prolis illud annullare: nec diſtinguit, an conditio honeſta ſit, an turpis, nec vim facit in conditionis turpitudine, ſed in repugnantia bonis matrimonii, æquè autẽ illis repugnat, ſiue turpis, ſiue honeſta ſit. Et ideo hanc ſententiam tenent *D. Thom. 4. d. 28. q. vnic. a. 4. ad 3. D. Bonau. eadem d. q. vlt. num. 33. Ricardus eadem d. a. 2. q. 4. ad 3. Henricus quodlib. 9. q. 11. Adrian. 4. q. 3. de matrim. dub. 9. Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 3. verſ. In prima autem. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 4. n. 1. & lib. 12. cap. 2. fine. Barth. à Ledeſ. dub. 25. de matrim. concluſ. 4. Vuald. Candelabro 1. p. de matrim. nu. 56. Petr. de Ledeſma de matrim. q. 47. a. 5. dub. 4. ad 2. Ludouicus Lopez 2. p. inſtruct. de matrim. cap. 42. f. 1080. col. 2.* Et ex iuriſperitis, *Abb. c. Commiſſum, num. 2. ſponſal. & ibi Alex. de Neuo, n. 5. Sylueſt. Matrimonium, 4. q. 7. Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. n. 3. Anton. Cucus libr. 5. inſtit. maior. t. 11. nu. 110. Nauar. lib. 4. conſ. in 2. edit. t. 1. de ſponſal. conſ. 18. n. 1. & 3. in 2. edit. lib. 3. t. de voto, conſ. 13. nu. 2. & 3. Alex. Carerius lib. 4. de ſponſal. c. 5.* habetur *to. 9. tractatuum.*

Aliqui cenſent non vitiare matrim. Quia talis conditio non impedit translationem dominii, & poteſtatis corporis: ſi enim poſtea coniux qui ſic vouit, petat, aut reddat, non peccat contra iuſtitiam, ſed contra religionem voti. Sic aliqui neoterici, vt eos refert ac ſequitur *Petrus de Ledeſma de matrim. q. 47. a. 5. dub. 4. in ſolutione ad 2. §. Quod vero attinet, fol. 235.* Sed dicendum eſt vitiare matrimonium. Quia eſt contra bonum prolis, & quantum eſt in ſe, impedit translationem dominii corporis; quia cùm in pactum deducatur vt alter voto ſe aſtringat nec petendi, nec reddendi, non tantum tenetur ex religione voti ad id, ſed etiam ex iuſtitia, ratione pacti acceptati, & ſub eo iniri matrimonii. Idem, quia fruſtra eſſet ea potentia ad copulam, quæ nunquam poſſet abſque mortali culpa in actum reduci. Et hinc patet ſolutio ad rationem contrariũ. & ita docent *Sotus 4. d. 29. q. 2. art. 3. verſ. In 1. autem concl. Conar. 4. decret. 2. p. c. 3 §. 1. n. 5. Barth. à Ledeſm. dub. 25. de matr. concl. 4. Enriq. li. 11. de matr. c. 4. n. 1. & lib. 12. c. 2. fine.*

2 Secundò infertur, quid dicendum ſit de pacto non exigendi appoſito in matrimonio? de quo *Sylueſt. Matrimonium 4. q. 7.* ait non vitiare matrim. Quia non exigere non eſt contra bonum prolis, quæ reddendo generari poteſt: nec contra bonum fidei: ſecus ſi eſſet pactum non reddẽdi. Quia eſt contra vtrumque bonum. Idem *Adrian. 4. materia de matrim. q. 3. dub. 9. in 1. ſolut. ad 3.* Dicendum tamen eſt, eiuſmodi pactum vitiare matrimonium. Quia de ratione matrimonii eſt totalis corporum traditio, ex qua dimanet mutuum, & æquale ius ad corpus alterius, at hîc non eſt totalis traditio, cum non tradatur ius petendi, nec eſt æquale ius in vtroque ad corpus: cùm alter ius petendi & reddendi acquirat, alter verò ſolum ius reddendi. Sic *Adrian. cod. dub. 9. in 2. ſolut. ad 3. Vigerius lib. inſtitut. cap. 36. §. 7. verſ. Sexto, ad finem*, ibi, *ſed cum in conditionibus. Barth. à Ledeſma dub. 25. de matrim. poſt 4. concl. not ab. 2. Petrus de Ledeſma de matrim. q. 47. a. 5. dub. 4. in ſolutione ad 3. dub. 1. quod circa id diſcutit.* Idem videtur tenere *Enriquez lib. 11 de matrim. c. 4. n. 1.* ait enim vitiari matrimonium, quando alter ſe obligat ad non petendum, aut non reddendum.

3 Tertiò infertur, quid dicendum ſit, de pacto non cohabitandi ſimul: de quo *Petr. de Ledeſm. de matrim. q. 47. a. 5. dub. 4. in ſolut. confirmat. ad 6.* ait, ſi ſit pactum de nõ cohabitando ad tempus, non vitiare matri. ſecus ſi ſit pactum, numquam cohabitandi. Quia ad eſſentiam matrimonii non pertinet vt omni tempore cohabitent coniuges, bene tamen mutua habitatio. Vt conſtat ex ea particula, *Indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens*, vt explicui lib. 2. diſp. 1. n. 8. Et placet mihi. Si tamen eſſet pactum vt certis diebus abſtinerent à copula, vt ſextis feriis, vel alio tẽpore extra bimeſtre præfinitum à iure poſt initum matrim. tunc eſſet irritum matr. Quia eſt contra ſubſtantiam eius, nempe, contra totalem corporũ traditionẽ. Vt bene *Lud. Lop. 2. p. inſtruct. noui, materia de matrim. c. 42. f. 1080. col. 2.*

4 Quartò infertur, quid dicendum ſit de pacto appoſito & in matrim. contractu, vt liceat ingredi religionẽ ante cõſummationem matrimonii? De quo certum eſt nõ vitiare matrim. quia iure ineſt ea conditio, (vt late diximus l. 2. tota diſp. 18.) Sic docent *Cardin. c. De infidelium, de conſang. n. 2. & ibi Ioan. Andr. n. 5. Anchar. nu. 5. Alex. de Neuo, n. 10. Goffred. Vincentius, & Philippus*, quos refert ac ſequitur *Præpoſ. ibi, num. 5. verſ. Item nota.* Et ſimiliter idem dicendum eſt, ſi apponatur quælibet alia conditio quæ iure communi ineit. Vt docent *Ioan. Andr. Anchar. Præpoſ. ibi. Alex. de Neuo, cap. fin. de condit. appoſ. n. 9.* Idem dicunt *Ioan. Andr. Anchar. Præpoſ.* quando eſt conditio, quæ ineſt de conſuetudine, & idem *Iacobus de Zochis.* quem refert *Alex. de Neuo, d. c. fin. n. 9.* quamuis ipſe dicat ſe de hoc dubitare. Et ratio horum omnium eſt, quia ea conditio verè non eſt contra matrimonii ſubſtantiam, nec apponitur alio modo quam inerat. Quare ſimiliter non vitiabit matrim. ſi ſit conditio vt liceat vtrique ex communi conſenſu poſt conſummatum matrim. religionem profiteri. Quia ea etiam conditio iure ineſt. Vt conſtat ex *toto t. de conuerſ. coning.* Si autem

3 Ex hac ſent. infertur primò, quid dicendum ſit de ea conditione, Contraho tecum, ſi prius te voto caſtitatis ſic obſtrinxeris, vt numquã à me petas, nec reddas debitum?

esset conditio, vt tenetentur vel ambo, vel alter ingredi religionem, ante, vel post matrimonii consummationem, non valeret matrim. Quia ea conditio est contra matrimonij substantiam, nempe, contra mutuam corporum ad copulam traditionem: nec iure inest: licitum enim est sic profiteri: at verò vt ad id teneamur, non iure inest.

7 Ad argum. 1. sententiæ propositæ, n. 1. respondetur. Ad 1. dico licet copula non sit de essentia matrim. esse tamen obligationem, potestatemque ad copulam, quæ per id pactum tollatur. Ad confirm. (vt latè dixi l. 2. disp. 28. num. 4.) Virgo & Ioseph non contraxerunt cum ea conditione, sed absolute, & vere consentientes in ius & potestatem suorum corporum: quamuis vterque haberet propositum seruandi castitatem. Ad 2. negatur conseq. Et ratio differentiæ est duplex. Prima, quia votum simplex non est traditio, sed solum promissio, vnde licet quod vni promisi possim alteri tradere, & efficietur suũ, quamuis ego peccem: ita homo corpus per votum Deo promissum potest per matrim. fœminæ tradere, ita vt verum dominium acquirat. At vero quando in ipso contractu ponitur conditio, efficaciter impedit corporis translationem, & consequenter matrimonium irritat. Secunda, quia obligatio ex voto cum sit in ordine ad Deum, non tribuit alteri ius ad negandum debitum, & consequenter nec aufert à vouente facultatem ad tradendum suum corpus, & recipiendum alienum ius ex iustitia: cum per votum non abdicet de facto à se dominium quod habet in corpus coniugis, nec se reddiderit incapacem ad illud de nouo acquirendum: at verò obligatio orta ex conditione apposita, est obligatio in ordine ad se ipsos, & ideo dat vinculatque ius ad negandum debitum, & aufert ad petendum. Ad 3. dico tacite inesse eam conditionem, vt liceat ingredi, nec per hoc impediri translationem corporum, & ius petendi, ac obligationem reddendi, si ante consummationem nolit ingredi religionem coniux. At vt teneatur ingredi, non tacitè inest, & per id pactum impeditur potestas vtendi corpore. Ad 4. nego, posse in matrimonio conferri dominium absque facultate vtendi, esset enim contra bonum prolis, ac principalem matrim. finem, quamuis possit aliis vsibus deseruire. Et per hoc patet ad confirm. Ad vltimum, concedo antecedens, & nego consequentiam. Quia quando à principio deducitur in pactum, impeditur plenè translatio potestatis corporum, secus quando iam est initum matrim. tunc enim potestas, & dominium translatum reuocari minimè potest.

DISPVTATIO XI.

An annullet matrim. conditio hæc, vt alter cõiux minimè teneatur debitum reddere, quoties alteri non licet exigere?

SVMMARIVM.

Refertur opinio negans validare, n. 1.
Et contraria verior, n. 2.
Valet conditio, vt coniux possit debitum negare, quando alter non habet ius iustitiæ ad petendum, n. 3.
Ea solvuntur argumenta, n. 4.

1 ALIQVI dicunt hanc conditionem non annullare matrim. Prob. primò, quia ea conditio iure inest, cum alter cooperetur peccato tunc reddendo, consentit enim peccato alterius: ergo iure inest vt tunc non teneatur reddere. Secũdò prob. quia est conditio pectati mortalis ansam tenuoẽs. Tertiò, quia bonum prolis non pertinet ad matrimonii substantiam, cùm non nisi graui alterius peccato suscipi possit. Sic tenet *Ang. Cucus l. 5. instit. maior tit. 11. n. 112.*

2 Verius tamen est, eam conditionem esse contra matrimonij substantiã, atque ita illud vitiare. Prob. primò, quia ea cõditio iure nõ inest, in multis enim euentibus vir peccat mortaliter exigendo, at vxor negare nõ potest debitũ. Vt si vir emiserit votum castitatis, vel petat affectu fornicatio, vel credat matrim. non tenere, vxore sciente esse validum: ergo si ex conditione posita liceat tunc negare debitum, signum est non plene translatum esse corporis dominium: ac subinde matrim. nõ valebit. Secundò prob. quia per matrim. acquiritur ius iustitiæ ad corpus alterius, quamuis exigens aliquando peccet contra religionem, vel temperantiam, ergo conditio auferens hoc ius iustitiæ, est contra matrimonii substantiam, atque ita illud vitiabit: talis autem est cõditio non reddendi in iis casibus, tollit enim ius iustitiæ, quod alter coniux per matrimonium acquirere debebat, vt sibi debitum petenti soluatur. Ita tenent *Adrian. 4. q. 3. de matrim. dub. 4. Couar. 4. decret. 2. p. §. 3. §. 1. n. 6. Lud. Lopez 2. p. instruct. noui, materia de matrim. c. 42. f. 1080. col. 2. Petr. de Ledesma de matrim. q. 47. art. 5. dub. 4 circa solut. ad 3. dub. 2. f. 236.*

Si tamen apponatur conditio, vt possit coniux debi- 3
tum negare, quoties id sibi licet, quia alter non habet ius iustitiæ ad petendum, vt si alter adulteretur, vel petat in loco sacro, valet conditio, nec vitiat matrimonium, quia iure inest. Sic *Adrian. & Petr. de Ledes. n. prac. citati.*

Ad arg. proposita n. 1. resp. Ad 1. nego iure inesse, non 4
enim cooperatur peccato. Quia non omnis consensus in peccatum alterius est cooperatio, sed quando aliquis sponte consentit: secus quando consentit, quia ex debito iustitiæ, vel alterius virtutis cogitur. Vt dum quis iurauit soluere vsuras, quamuis eas accipiens peccet, minimè tamen peccat soluens. Quia constringitur ex iuramenti religione soluere, *c. Debitores de iureiur.* Ad 2. fateor, ansam peccati mort. remouere etiadhuc tamẽ vitiat matrim. Quia aduersatur eius substantiæ, non quatenus amouet eam peccandi ansam, sed quatenus tollit ius iustitiæ, quod acquiritur per matrim. vt alter coniux teneatur debitũ reddere. Ad 3. distinguendum est anteced. quando sine graui peccato iniustitiæ, quia alter ex aliqua causa priuatur iure iustitiæ exigendi, cõcedo: si autẽ peccatum exigendi non sit contra iustitiam, nego. Quia matrim. cum sit cõtractus quidam iustitiæ, quo coniuges obligantur ad sibi inuicem reddendũ debitũ, tantum respicit hoc ius iustitiæ, & quoad ipsum impertinens est, si aliunde cõtra votũ peccetur.

DISPVTATIO XII.

An, si pagani, aut Iudæi contrahant matrim. ea lege vt possint dare libellum repudii, iuxta ritum eorum, valeat matrimonium?

SVMMARIVM.

Quamuis olim esset licitum libellum repudii Iudæis, non non licet, n. 1
Refertur opinio asserens valere matrimonium Iudæi ea lege, vt liceat libellum repudij dare, quando in lege sua id permittitur, n. 2. Et contraria verior, n. 3.
Quid de conditione habendi plures vxores, vt in sua lege permittatur? num. 4.
An valeat matrim. si infidelis contrahat animo dandi libellum repudii, non dicendo id in pactum. c. Et si Dominus arg. n. 6.

SVPPONENDVM est, Iudæis permissum esse repudii li- 1
bellum. Vt testatur Christus *Matth. 19.* Et quamuis fuerit sub iudice, an Moyses permiserit tamquam licitum Deo dispensante, vel tamquam minus malum: at hodie nullo modo est licitus. Tum, quia lex eorum cessauit: tum etiam quia Christus *Matth. 19.* eorum dispensationem abstulit: Vt bene *Sotus 4. d. 33. q. 2. a. 2. concl. 2.* De quo latè dicendum erit suo loco. At inter gentiles numquam fuit licitus, nec Deus dispensauit: vt constat ex *c. Gaudemus, de diuor. vers. Qui autem.* Et docet bene *Sotus ea concl. 2.*

Hoc supposito, quidam dicunt matrim. inter Iudæos 2
initum pacto expresso, vt liceat dare libellum repudii secundũ ritum eorũ, validum esse. Quia cum lex eorũ hoc permittat, licite deducitur in pactũ, & iure inest: atque ita eius expressio nõ nocebit, *c. Significasti de electione.* Sic *Ioan. Andr. c. De infidelibus, n. 5. de cõsang. Cardin. ibi. n. 2. Anchar. n. 4.* 3
Anton. n. 9. Abb. n. 6. Alex. de Neuo, n. 10. Prepos. n. 5. vers. Istẽ nota.

At dicendum est, modo nullum esse matrim. Quia ea conditio est contra matrimonii substantiam, cùm contineat, posse dissolui matrim. vinculum, nec iure inesse: cum iam absque controuersia sit eam legem non excusare a culpa, nec dare ius aliud ineundi matrim. Sic *gloss. cod. c.*

De

De infidelibus, verb. Esse matrimonium, & ibi Hostiens. fine, Couar. 4 decret. 2 p. c. 3. §. 1. n. 5. Et à fortiori idem dicendum est de aliis infidelibus, quibus nunquam licuit libellum repudii dare.

4 Hinc infertur, si infidelis contrahat secundum ritum suum, qui est vt habeat tot vxores, quod possit alere, si id deducat in pactum, esse nullum matrim. secus si id non deducat. Quia est contra fidem matrimonij. Sic *Card. d. c. De infidelib. fine, Anchar. n. 5. Alex. de Neuo, n. 13. Præpos. fine.*

5 Si tamen infidelis contrahat animo dandi libellum repudij, quoties id sibi licet secundum ritum suum, quamuis id non deducat in pactum, est nullum matrim. Quia intentio non seruandi perpetuitatem matrimonii, illud annullat: secus de intentione non seruandi alia bona, vt dixi lib. 2. disp. 29. n 11.

6 Ad argum. propositum, nu. 2. constat ex dictis: ea enim conditio non iure inest.

DISPVTATIO XIII.

An quando conditio cõtraria matrimonio apponitur ab altero tantum ex contrahentibus, vitiet matrimonium?

SVMMARIVM.

Referuntur quatuor sententiæ, n. 1. 2. 3. & 4. Et sent. auctoris, n. 5
Mutatio animi non præsumitur, n 4.
Soluuntur arg. & explicatur cap. Aliquando, 32. q. 5. n. 6.

1 HAc in re quatuor inuenio sentẽtias. Prima ait, requiri, vt vitiet matrim. vt apponatur ab vtroque contrahente: quare si alter contrahens apponat, & alter contradicat, aut taceat, (censetur enim tunc fauore matrimonii contradicere,) valebit matrim. Probatur ex *c. Aliquando, 32. q. 5.* vbi *D. August.* de iis qui venena sterilitatis procurãt, quando ab initio sic conuenerunt, dicit non per connubium, sed per stuprum conuenisse: vbi clarè dicit non esse matrim. & statim subdit, *si autem ambo non sunt tales, audeo dicere, aut illa est quodammodo mariti meretrix, aut ille adulter vxoris*, vbi clare supponit, quando alter tantum consentit, esse verum matrimonium: cum eos viri & vxoris nomine appellet. Secundò prob. quia quamuis alter consensus sit purus, & alter conditionalis, at ille conditionalis non vitiat actum: ergo valebit matrim. Probatur antecedens, quia per easdem causas contractus nascitur & dissoluitur: *c. 1. de regul. iur.* sed ad matrim. constituendum est necessarius mutuus consensus, ergo & ad dissoluendum. Cùm ergo hic non concurrat alterius consensus in conditionem, ea conditio non vitiat. Si ergo non vitiat: & ex alia parte est turpis, habebitur pro non adiecta, iuxta *c. fin. de condit. appos.* & remanebit consensus purus in matrim. Et confirm. quia conditio nec confert ad contractũ matrimonii confirmandum, vel infirmandum, nisi ab vtraque parte acceptetur, teste *Soto 4. d. 29. q. 2. art. 1. ante 2. concl. vers. In calce demum.* ergo cum illa conditio non acceptetur ab vtroque, non infirmabit matrimonium: & cum ex alia parte sit turpis, habebitur quasi adiecta non esset. Ita hanc tenent *Innoc. eo c. fin. n. vnico, & ibi Hostiens. paulo post princ. Ioan. Andr. n. 2. Anton. n. 7. Cardin. n. 1. & in fine, Henric. n. 4. Alex. de Neuo n. 8. Præpos. nu. 1. Signorolus in repetit. l. Vbi ita donatur, ad fin. ff. de donat. causa mort. Angel. Matrimonium, 3. impedim. 3. n. 13. Sylues. Matrimonii, 3. q. 11. vers. 2. Tabiena Matrimonium, 2. q. 11. n. 12. Brunellus de sponsal. conclus. 33. n. 5.* habetur *to. 9. tract.* Dicitque esse valde probabilem, *Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. n. 11.* Et eam tenet quando alter contradicit, non explicans quando tacet, *Ant. Cucus l. 5. instit. maior. tit. 11. num. 52.* Et ex Theologis *D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 19. vers. Sexta est. Barth. à Ledesm. dub. 25. de matrim. concl. 10.*

2 Secunda sent. ait, tunc non esse matrim. sed sponsalia, Nescio cui fundamento innitatur. Ita tenent aliqui iurisperiti, quos refert *Couar. n. præced. cit.* Idem tenent *Enriquez lib. 11. de matrim. c. 12, n. 7. Lud. Lop. 2 p. instructorii noui, materia de matrim. c. 42. fol. 1089.*

3 Tertia sent. docet, nec esse spõsalia, nec matrim. Prob. quia diuersitas in consensu vitiat contractum. Vt quando alter purè consentit: alter verò sub conditione. Vt habetur expresse *l. 1. §. Si quis simpliciter ff. de verb. oblig.* Et ratio est manifesta, quia non vniuntur inter se consensus, ex qua vnione contractus oritur: ergo cum in hoc matrimonio inueniatur hæc diuersitas, erit nullum. Secundò, quia ad matrimonium requiritur mutua corporũ traditio, at in hoc casu non inuenitur: cũ alter non absolute tradat corpus, sed sub conditione contraria matrimonii substantiæ, ac cõsequenter excludenti verum consensum: ergo nullo modo est matrim. Hanc tenet *Ioan. ab Imola l. Vbi ita donatur, n. 3. ff. de donat. caus. mort. Aretin. lib. 1. §. Sed si mihi, nu. 3. ff. de verb. oblig. Couar. 4. decret. 2 p. c. 3. §. 1. nu. 11. Ant. Cucus l. 5. instit. maior. t. 11. nu. 113.* Et ex Theologis, *Adrian. 4. q. 3. de matrim. dub. 9. ad finem, Petr. de Ledesm. de matrim. q. 47. a. 5. dub. 5. principali, quod monet circa solut. ad 8. dub. quarti, fol. 139.* vbi ita mordicus hanc defendit, vt dicat primã sent. esse omnino improbabilem. Et idẽ asserit, licet copula statim sequatur.

Quarta sent. docet, si copula sequatur, esse matrimonium, vnde videtur sentire ea non secuta non esse matrimonium. Prob. quia ex eo quod alter taceat, vel cõtradicat, non videtur à cõditione recessum, cum mutatio animi præsumi nõ soleat, nisi facto, vel verbo declaretur, *l. Nõ ad ea ff. de condit. & demonstr. l. Cum hic status, ff. de donat.* ergo cum non adest culpa, non videtur recedi à conditione, at cum adest, eo ipso videtur à conditione recedi, & matrim. erit purum, iuxta *c. Per tuas, de condit. appos.* Ita docent *Abb. c. fin. de condit. appos. n. 6. Rosella Matrimonium, 5. num. 1. & Matrimonium, 3 n. 11. 12. Sylues. Matrimonium, 4. q. 5. Greg. Lop. l. 5. tit. 4. p. 4. vers. Si el casamiento, Lancelotus instit. iuris can. 2. t. de sponsal. §. Sponsalia contracta sub conditione, vers. Puta.*

Sit conclusio. Prima & quarta sent. sunt valde probabiles, vnde immerito *Petr. de Ledesm. n. 3. cit.* dixit primam esse omnino improbabilem: at tertia est cæteris probabilior.

Ad argum. primæ sent. proposita, num. 1. respondetur. Ad 1. dico *cum Adriano cit. num. 3.* nil deductum esse in pactum, sed tantum interuenisse animũ sumendi, & ipsam sumptionem: quare siue ambo, siue alter habuerint eam intentionem, est verum matrimonium, & ita in priori parte, dum dicit, non esse coniuges, quando ambo eam intentionem habuerunt: intelligitur, id est, non seruãt ratã coniugii: vt explicat *ibi gloss. verb. Coniuges*, non autem quòd non sit matrimonium. Ad 2. & confirm. dico cõtractum, vbi semel perfectus est, per easdem causas debere dissolui, & sic per mutuum consensum: at antequam perficiatur, satis est vt alter dissentiat, at matrim. perficiatur, satis est vt alter dissentiat, at matrim. per appositionem talis conditionis, est omnino nullum, & diam pro non adiecta, iuxta *c. fin. de condit. appos.* & remanebit consensus purus in matrim. Et confirm. quia conditio nec confert ad contractũ matrimonii confirmandum, vel infirmandum, nisi ab vtraque parte acceptetur, teste *Soto 4. d. 29. q. 2. art. 1. ante 2. concl. vers. In calce demum.* ergo cum illa conditio non acceptetur ab vtroque, non infirmabit matrimonium: & cum ex alia parte sit turpis, habebitur quasi adiecta non esset. Ita hanc tenent *Innoc. eo c. fin. n. vnico, & ibi Hostiens. paulo post princ. Ioan. Andr. n. 2. Anton. n. 7. Cardin. n. 1. & in fine, Henric. n. 4. Alex. de Neuo n. 8. Præpos. nu. 1. Signorolus in repetit. l. Vbi ita donatur, ad fin. ff. de donat. causa mort. Angel. Matrimonium, 3. impedim. 3. n. 13. Sylues. Matrimonii, 3. q. 11. vers. 2. Tabiena Matrimonium, 2. q. 11. n. 12. Brunellus de sponsal. conclus. 33. n. 5.* habetur *to. 9. tract.* Dicitque esse valde probabilem, *Couar. 4. decret. 2 p. c. 3. §. 1. n. 11.* Et eam tenet quando alter contradicit, non explicans quando tacet, *Ant. Cucus l. 5. instit. maior. tit. 11. num. 52.* Et ex Theologis *D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 19. vers. Sexta est. Barth. à Ledesm. dub. 25. de matrim. concl. 10.*

Ad 1. dico *cum Adriano cit. num. 3.* nil deductum esse in pactum, sed tantum interuenisse animũ sumendi, & ipsam sumptionem: quare siue ambo, siue alter habuerint eam intentionem, est verum matrimonium, & ita in priori parte, dum dicit, non esse coniuges, quando ambo eam intentionem habuerunt: intelligitur, id est, non seruãt ratã coniugii: vt explicat *ibi gloss. verb. Coniuges*, non autem quòd non sit matrimonium. Ad 2. & confirm. dico cõtractum, vbi semel perfectus est, per easdem causas debere dissolui, & sic per mutuum consensum: at antequam perficiatur, satis est vt alter dissentiat, at matrim. per appositionem talis conditionis, est omnino nullum, & diam pro non adiecta, iuxta *c. fin. de condit. appos.* & remanebit consensus purus in matrim. Et confirm. quia conditio nec confert ad contractũ matrimonii confirmandum, vel infirmandum, nisi ab vtraque parte acceptetur, teste *Soto 4. d. 29. q. 2. art. 1. ante 2. concl. vers. In calce demum.* ergo cum illa conditio non acceptetur ab vtroque, non infirmabit matrimonium: & cum ex alia parte sit turpis, habebitur quasi adiecta non esset. Ita hanc tenent *Innoc. eo c. fin. n. vnico, & ibi Hostiens. paulo post princ. Ioan. Andr. n. 2. Anton. n. 7. Cardin. n. 1. & in fine, Henric. n. 4. Alex. de Neuo n. 8. Præpos. nu. 1. Signorolus in repetit. l. Vbi ita donatur, ad fin. ff. de donat. causa mort. Angel. Matrimonium, 3. impedim. 3. n. 13. Sylues. Matrimonii, 3. q. 11. vers. 2. Tabiena Matrimonium, 2. q. 11. n. 12. Brunellus de sponsal. conclus. 33. n. 5.* habetur *to. 9. tract.* Dicitque esse valde probabilem, *Couar. 4. decret. 2 p. c. 3. §. 1. n. 11.* Et eam tenet quando alter contradicit, non explicans quando tacet, *Ant. Cucus l. 5. instit. maior. tit. 11. num. 52.* Et ex Theologis *D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 19. vers. Sexta est. Barth. à Ledesm. dub. 25. de matrim. concl. 10.*

Secunda sent. ait, tunc non esse matrim. sed sponsalia, Nescio cui fundamento innitatur. Ita tenent aliqui iurisperiti, quos refert *Couar. n. præced. cit.* Idem tenent *Enriquez lib. 11. de matrim. c. 12, n. 7. Lud. Lop. 2 p. instructorii noui, materia de matrim. c. 42. fol. 1089.*

Tertia sent. docet, nec esse spõsalia, nec matrim. Prob. quia diuersitas in consensu vitiat contractum. Vt quando alter purè consentit: alter verò sub conditione. Vt habetur expresse *l. 1. §. Si quis simpliciter ff. de verb. oblig.* Et ratio est manifesta, quia non vniuntur inter se consensus, ex qua vnione contractus oritur: ergo cum in hoc matrimonio inueniatur hæc diuersitas, erit nullum. Secundò, quia ad matrimonium requiritur mutua corporũ traditio, at in hoc casu non inuenitur: cũ alter non absolute tradat corpus, sed sub conditione contraria matrimonii substantiæ, ac cõsequenter excludenti verum consensum: ergo nullo modo est matrim. Hanc tenet *Ioan. ab Imola l. Vbi ita donatur, n. 3. ff. de donat. caus. mort. Aretin. lib. 1. §. Sed si mihi, nu. 3. ff. de verb. oblig. Couar. 4. decret. 2 p. c. 3. §. 1. nu. 11. Ant. Cucus l. 5. instit. maior. t. 11. nu. 113.* Et ex Theologis, *Adrian. 4. q. 3. de matrim. dub. 9. ad finem, Petr. de Ledesm. de matrim. q. 47. a. 5. dub. 5. principali, quod monet circa solut. ad 8. dub. quarti, fol. 139.* vbi ita mordicus hanc defendit, vt dicat primã sent. esse omnino improbabilem. Et idẽ asserit, licet copula statim sequatur.

Quarta sent. docet, si copula sequatur, esse matrimonium, vnde videtur sentire ea non secuta non esse matrimonium. Prob. quia ex eo quod alter taceat, vel cõtradicat, non videtur à cõditione recessum, cum mutatio animi præsumi nõ soleat, nisi facto, vel verbo declaretur, *l. Nõ ad ea ff. de condit. & demonstr. l. Cum hic status, ff. de donat.* ergo cum non adest culpa, non videtur recedi à conditione, at cum adest, eo ipso videtur à conditione recedi, & matrim. erit purum, iuxta *c. Per tuas, de condit. appos.* Ita docent *Abb. c. fin. de condit. appos. n. 6. Rosella Matrimonium, 5. num. 1. & Matrimonium, 3 n. 11. 12. Sylues. Matrimonium, 4. q. 5. Greg. Lop. l. 5. tit. 4. p. 4. vers. Si el casamiento, Lancelotus instit. iuris can. 2. t. de sponsal. §. Sponsalia contracta sub conditione, vers. Puta.*

Sit conclusio. Prima & quarta sent. sunt valde probabiles, vnde immerito *Petr. de Ledesm. n. 3. cit.* dixit primam esse omnino improbabilem: at tertia est cæteris probabilior.

Ad argum. primæ sent. proposita, num. 1. respondetur.

1 D. *Thom.4.d.27.q.2.a.1.corp.& D.Bonau.4.d.28.q.3.nn.13. Durand.4.d.28.q.2.n.5. Ricardus 4.d.27. art.3.q.2. Paladan.d.29.q.2.a.3.conclus.2.n.16. D. Antonin.3.p.t.1.c.18.§.2. Sylueſt.verb.Sponſalia.q.5. & ibi Roſella ſine, Tabiena ibi, q.2. num. 3. Turrecr.c. Vbi non eſt,30.q.2.a.3.num.4.* aiunt vitiari ſponſalia per conditionem ſubſtantiæ cõtrariam, ſicut & ipſum matrimonium. Idem *Angelus, verb. Sponſalia, num.18.* vbi ait idem iudicandum eſſe de conditionibus appoſitis in ſponſalibus, ac de appoſitis in matrimonio.

2 At Petr. *de Ledeſm. de matrim.q.47.art.5.dub.6. quod mouet circa ſolut.ad 9 fol.240.* Sic diſtinguit. Si illæ conditiones adiiciantur implendæ antequam contrahatur matrim. valent ſponſalia. Quia eæ conditiones tamquam turpes reiiciuntur, nec contrariantur matrimonio, cùm non referantur ad matrimonii tempus. Et poteſt confirmari: quia ideò conditiones contrariæ de præterito, vel præſenti, non vitiant matrim. quia non contrariãtur matrim. contrahendo: ſi verò apponantur tamquam implendæ poſt matrim. contractum, vitiant ſponſalia. Quia contrariantur matrimonio ad quod ea ſponſalia ordinantur.

3 Cæterùm nec omnis conditio contraria matrimonio, ſi antea implenda ſit, eſt turpis, vt reiiciatur, nec omnis ea etiam antea implenda, de ſinit eſſe contraria. Et ideo ſic diſtinguendum eſt: quando conditio contraria ponitur tamquam implenda poſt matrimonium, ſemper illud annullat, & ſic intelligunt omnes DD. citati, nunc quando autem debet impleri ante, tunc ſi eſt contra inſeparabilitatem, vt, Contraham tecum, niſi ante initum matrimonium aliam ditiorem aut pulchriorem inuenero: non vitiat matrim. Quia ipſi non opponitur: cùm non tollat matrimonii inſeparabilitatem: nec etiam opponitur ſpõſaliũm naturæ, vtpote quæ ſolubilia ſunt. Nec etiam reiicitur tamquam turpis. Quia nõ eſt talis cùm ad peccandum minimè incitet: quare valida erunt ſponſalia, impleta ea conditione, & ea deficienti, erunt nulla. Si verò ſit conditio contra matrimonii fidem, vt, Si ante matrim. forneceris: tunc valebunt ſponſalia, reiecta ea conditione tamquam turpi. Quia ea non contrariatur matrimonio: cùm ad fidem matrimonii ſolum pertineat, ne poſtquam translatum eſt dominium corporis in coniugem, alteri tradatur, at ante matrim. non eſt translatum dominium: ſi verò aduerſetur bono prolis, vt, Si ante matrim. venena quibus ſterilis efficiaris, ſumas: vitiat ſponſalia. Quia per eam conditionem obligatur ſponſus ad aliquid contrarium bono prolis, quod per illud matrim. promiſſum intenditur: vnde aduerſatur futuro matrimonio promiſſo. Quare non eſt ſimile de conditione contraria de præterito, vel præſenti. Quia per illam minimè obligatur ad aliquid matrimonio repugnans: vt explicui hoc 5. l. diſp. 9. num. 6.

DISPVTATIO XV.

An conditio turpis quæ non eſt contraria ſubſtantiæ matrimonii, nec bonis eius, ſuſpendat aut habeatur pro non adiecta? vt, Contraho tecum, ſi furtum admiſeris.

SVMMARIVM.

Talis conditio reiicitur, & manet purum matrimonium, n. 1.
Propenatur obiectis contra hoc, n. 2. Et refutatur quadam ratio eius deciſionis n. 3.
Traditur vera ratio, num. 4. Et non reiicitur quando eſt de præterito, vel præſenti, n. 5.
Propponuntur & ſoluuntur obiectiones contra eam deciſionem, nu. 6. Et ibi quando ex aliis conietturis colligitur contraria voluntas, non reiicitur.
Vt reiiciatur, oportet vtrique contrahenti conſtare conditionem eſſe turpem, & non vetitam, n. 7. Et ſoluitur argum. n. 8.

1 IN memoriam reuocandum eſt quod diximus hoc li. 5. diſp. 1. n. 4. in foro conſcientiæ ſtandum eſſe intentioni contrahentis: at in dubio de intentione ſtandum eſſe præſumptioni fori externi, & definitioni Eccleſiæ: comuniter autem adiiciuntur eo animo conditiones turpes vt impleantur: quare iis non impletis, nec ſponſalia, nec matrim. communiter obligabunt. Vt bene *Enriquez li. 11. de matrim. c. 12. n. 6.* Certum igitur eſt, conditionem turpẽ, ſicut & impoſſibilem adiectam matrimonio haberi pro non appoſita, matrimonium que manere purum. Sic enim definitur *c. fin. de condit. appoſ.* concordat *l. 6. t. 4. p. 4.*

Tota autem difficultas eſt, vnde Eccleſia præſumat conditionem illam haberi pro non adiecta, & eſſe purum conſenſum. Nam Eccleſia nunquam præſumit eſſe verum matrim. vbi ex ipſa forma contractus non apparet conſenſus, aliàs temerariè præſumeret, & abſque cauſa: at ex forma contractus ſub conditione turpi non apparet conſenſus abſolutus, ſed ſub illa conditione, & ſæpè appetunt homines eam conditionem, vt ſi ſit carnalis copulæ, vt, Contraham tecum, ſi mihi tui corporis copiam facias: ergo non eſt cur præſumat matrimonium. 2

Quidam enim aſſignant rationem: nam ſicut *c. Is qui ſidem, de ſponſal.* præſumebat Eccleſia matrimon. ex copula ſublecura poſt ſponſalia, nè fornicationis delictum præſumeret: ſic in hoc caſu ne peccarum inductionis ad malũ præſumat, præſumit ioco adiectam eſſe eam conditionẽ. Sed hæc ratio corruit, eo quod vitandam eſſe delicti præſumptionem eſt præſumptio generalis, quæ in omnibus rebus ac contractibus locum habet, *l. Merito, ff. pro ſocio:* quare ſicut ea conditio reiicitur à matrim. reiicienda eſſet à cæteris contractibus, ne oriretur delicti præſumptio: cuius tamen contrarium eſt verum: vt conſtat ex *toto t. ff. de condict. ob turp. cauſ.* & alias niſi ſpeciale eſſet in matrimon. cùm tamen Pontifex *d. c. finali*, aſſerat reiici à matrim. ob fauorem ipſius. Item quia adhuc non ceſſat delicti præſumptio: inducere enim etiam abſque intentione alliciẽdi ad malum, eſt peccatum ſcandali, præbens alteri occaſionem ruinæ, cùm ignarus ſit an ioco, vel vero animo adiecit conditionem. 3

Quare vera ratio eſt, cur Eccleſia excludat eam conditionem: quia ad peccandum incitat: quare cenſetur ac impoſſibilis: id enim poſſumus quòd iuſtè poſſumus, *l. Nepos Proculo, 125. ff. de verbor. ſignif.* Sic *Sotus 4.d.29.q.2.art.3. paulo poſt princ. concl. 2. Greg. Lop. l. 6. verb. Si furtares, tit. 4. p. 4. Palacios l. 5. de contract. 5. vlt. fol. 493. verſ. Quam ob rem dixerim, Enriquez l. 11. de matrim. c. 12. nu 6. Barth. à Ledeſm. dub. 25. de matrim. concluſ. 9. Lud. Lop. 2. p. inſtruct. noui, materia de matrim. c. 43. ad fin.* 4

Hinc infertur non reiici conditionem turpem, quando eſt de præſenti aut præterito, vt, Contraho tecum ſi es inimica Petri: vel ſi hominem occidiſti, illaque verificata valere matrimonium: ſecus autem non, & ratio eſt: quia non inducit ad aliquid turpe faciendum, ſed factum eſſe ſupponit. Ita docent *D. Thom. 4. d. 29. q. vnica, a. 3. queſtiunc. 3 & ibi Palud. q. 2. a. 5. n. 28. Adrian. 4. q. 5. de matrim. dub. 9. §. Reſpondeo ad 1. quod maior. verſ. Ad tertium dico, Palacios l. 5. de contract. c. vlt. fol. 498. verſ. Quamobrem dixerim, Enriquez lib. 11. de matrim. c. 12 n. 7. Lud. Lop. 2. p inſtructorii noui materia de matri, c. 42 fine.* Quamuis *Victoria ſum. materia de matrim. n. 260.* cenſeat iuxta deciſionem *d. c. fin.* haberi pro non appoſita in foro externo, conditionem turpem de præſenti aut præterito. Sed omnino tenendum eſt quod dixi. Et ex iuriſperitis, eandem ſententiam tenent *Sylueſt. Matrimonium 3. q. 1. fine, Alex. de Neuo c. De illis, nu 16. de condit. appoſ. Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 2. num. 2. Greg. Lop. lib. 6. verb. Si furtares, t. 4. p. 4. Alexand. Carrerius l. 4. de ſponſal. c. 5.* habetur *tom. 9. tractatuum.* 5

Cæterùm hæc ratio deciſionis *d. c. fin.* patitur aliquot difficultates. Prima eſt: quia cùm ſimiliter incitet ad peccandum appoſita cõditio turpis de futuro in aliis contractibus, ſimiliter eſſet reiicienda: cùm tamen text. *d. c. fin.* aſſerat reiici fauore matrimonij: ſicut ſimiliter reiicitur fauore vlt. volũtatis, *l. Reprehendenda, 5. C. de inſtit. & ſubſtit. & l. 3. tit 4. p. 6.* Item, quia ſimiliter cõditio contraria ſubſtantiæ matrimonii, vt, Si te adulterandam proſtitueris, incitat ad peccandum, & tamen non reiicitur, ſed vitiat matrim. vt dicitur *eo c. final.* ergo non ideo reiicitur conditio turpis, quod ad peccatum incitet. Verum his non obſtãtibus, ſuſtinenda eſt ratio propoſita: & ad primam obiectionem, 6

ctionem dico, cum esse fauorem matrimonij: quia sacramentum quoddam est, & res tanti momenti, vt sicut ab eo ius excludit conditiones verè impossibiles, ita etiam quæ moraliter sunt impossibiles, eò quod sine peccato ad quod incitant, impleri nó possunt. Item; quia eò quod matrim. est contractus fauorabilis, in dubio oportet conseruari, vt valeat c. *final. de sent. & re iudic.* Quare cùm dubium sit, an ex conditiones ferio & animo non aliter contrahendi adiectæ fuerint, an solum ioco: præsumit Ecclesia in hoc dubio, ioco adiectas, & non animo suspendendi, & ita iudicat matrimon. esse validum, ac pure contractum esse. Vnde fit, vt si ex aliis coniecturis deprehenderetur non aliter contraxisse, quàm sub ea conditione, & non aliter voluisse, in vtroque foro iudicabitur non esse matrim. purum. Vt docet optimè *Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 2. n. 5* Quod idem docuimus hoc l. 5. disp. 3. nu. 17. de conditionibus impossibilibus, & ibi explicuimus coniecturas, quia decisio *d. c. fin.* locum obtinet, vbi dubium est de contrahentis intentione. Et quamuis eadem ratio militet in cæteris contractibus: quia tamen tantæ sanctitatis non sunt, nec ita fauorabiles, non excluſit eas conditiones ab aliis contractibus. Ad 2. obiectionem, dico disparem esse rationem: quia vbi adiicitur conditio contraria substantiæ matrimonij, iam non est dubia contrahentis intentio, nam eo ipso quod eam conditionem adiecit, est manifestum dissensus signum.

7 Sed adhuc animus non quiescit, nec videtur exhausta difficultas. Quia esto legitima ratio sit, cur Ecclesia excludat conditiones turpes, & habeat pro non adiectis: quia incitant ad peccandum: non tamen apparet vnde præsumat animum contrahentis fuisse, absolutè & purè contrahere secluſa ea conditione: cum sæpe conditio illa sit de re appetibili, vt de concubitu carnali, & vt plurimum adiicientes eam conditionem, velint omnino eam impleri: & ex altera parte Ecclesia minimè possit consensum ad matrimonium requisitum supplere. Sed dico id decretum intelligendum esse, modo contrahentes norint conditionem esse turpem, si enim honestam esse crederent, non reiceretur sed sortiretur naturam aliarum conditionum honestarum, vt impleta conditione, & non aliter obligatio aut matrimonij, aut sponsalium consurgeret: sicut hoc l. disp. 3. nu. 8. diximus de conditione impossibili oportere, vt contrahentes norint esse impossibilem, & ibi probauimus. Ita *Adrian. 4. q. 3. de matrim. dub. 7. Couar. 4 decret. 2. p. c. 3. §. 2. nu. 6. Lud. Lop. 2. p. instructory nou., materia de matrim. c. 43. f. 1093.* Oportet etiam vt eædem conditiones habeantur pro non adiectis, vt vterque contrahens norit ius eas reiicere, & habere pro non adiectis: vt probauimus ead. disp. 3. n. 11. & 12. de conditionibus impossibilibus: eodem enim tenore reiiciuntur ac impossibiles, *d. c. fin.* Et præterea, quia (vt dixi hoc l. 5. disp. 4. n. 6.) habet locum id decretum non tantum in conditionibus impossibilibus à natura, sed etiam in impossibilibus de iure: & hæ turpes sunt de iure impossibiles: quare eodem modo philosophandum est de illis, ac de impossibilibus: quo supposito, iure optimo Ecclesia, dum ipsi non constat de oppositæ intentione, sed contrahentium intentio dubia est, cum ipsi norint ab Ecclesia reiici, præsumit voluisse contrahere purè, iuxta Ecclesiæ mentem, & ioco, ac non animo suspendendi contractum adiecisse prædictas conditiones: vt dixi d. disp. 3. nu. 18. Et ita tenet *Alex. Carreras de sponsal. lib. 4. c. 5.* (habetur *tom. 9. tract.*) dicens requiri vt sciat ab Ecclesia haberi pro non adiectis, & tunc præsumi consensum.

8 Ad arg. nu. 2. propositum, fateor ex forma contractus præcisè sumpti apparere non aliter esse consensum, nisi eueniente ea conditione, at suppositis in contrahentibus scientia decreti Ecclesiæ reiicientis tales conditiones, dũ aliter de oppositæ intentione non constat, sed dubia est, merito præsumit Ecclesia matrim. contractum esse secũdùm intentionem Ecclesiæ eas conditiones reiicientis.

DISPVTATIO XVI.

Quid dicendum sit de his cõditionibus, Si mecum concubueris, Contraham tecum, vel, Si te virginem inuenero, vel, In primo concubitu mihi placueris; an, scilicet tamquam turpes reiiciantur?

SVMMARIVM.

De hac cõditione, si mecum concubuero, referuntur duæ sent. n. 1 & 2. Et sent. auctoris, n. 3. Et quid de hac conditione. Si permiserit secutum nu. 4.

De hac conditione. Si te virginem inuenero si in primo coitu mihi placueris, referuntur duæ sent. n. 5. & 6.

Sent. auctoris circa conditionem, Si te virginem inuenero, n. 7. Et circa conditionem, Si in primo coitu mihi placueris, n. 8.

Quid, si aliquis dicat, Contraham tecum, vel dabo tibi tantum, si mecũ concubueris? & an per copulam videatur recessum à cõdit. tacitè n. 9.

PRIMO de hac conditione, Si mecum concubueris, I contraham tecum: aliqui censent eam conditionem non esse turpem, ac proinde suspendere contractum. Quia initio copulæ hæc sponsalia pure contingunt, & consequenter ante perfectam copulam efficiuntur matrim. per *c. I qui fidem, de sponsal.* Sic *Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. n. 13. Ant. Cucus l. 5. institut. maior. tit. 11. n. 51.* Sed hoc, si verum est, locum habere poterat ante Conc. Trident. secus post, cum iam sponsalia non transeant in matrimon. per copulam: & sic conditio illa turpis est.

Alii verò censent eam conditionem non suspendere 2 sponsalia, quia aut de concubitu illicito & fornicario intelligitur, & tunc non suspendit, sed tamquam turpis reiicitur: aut de concubitu licito, & matrimoniali, & tunc non suspendit: quia iure ipso mox est: cum coniuges mutuò sibi debitum reddere teneantur. Sic *gloss. c. 1. de sponsa duorum, verb. Permiserit, Anton. num. 6. Ancharan. sine, Abb. num. 6. Præpos. n. 4. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 19. §. 5. ad finem, Rosella Matrimonium, 5. num. 7. Angel. Matrimonium, 3. inoped. 3 nu. 9. Sylues. Matrimonium, 3. q. 7. Tabiena Matrimonium, 2. q. vlt. Brunel. de sponsal. c. 33. n. 6.* habetur *tom. 9. tractat.*

Melius tamen alii opinantur, dicentes, si intelligatur 3 de concubitu turpi, reiici tamquam turpem: & manere sponsalia absolute: si verò de concubitu licito, & matrimoniali, suspendere vsque ad euentum. Quia censetur alio modo apposita quàm iure insit: iure enim post contractum matrimonium datur bimestre: at ea conditio intelligitur si statim inito matrimonio feceris tui corporis copiam. Sic *Card. c. 1. de sponsa duorum, n. 3. & ibi Alex. de Neuo, n. 9. & 10.* Quamuis his non reddant rationem dictum sed quia ea conditio non intelligitur in sponsalibus, sicut in matrim. Sed præstat nostra ratio, ob quam hanc sent. amplectuntur, *Adrian. 4. q. 3. de matrim. dub. 8. Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 3. post 3 concl. vers. Censent enim. Nauar.* nulla assignata ratione, *summa Lat. & Hisp. c. 22. n. 65.*

Hinc fit, si contractus celebratur per verba de præsenti 4 sub prædicta conditione, vt, Contraho tecum, si permiserit coitum, & intelligatur de coitu turpi, statim esse matrim. cum reiiciatur conditio: si verò de matrimoniali, perfici impleta conditione. Sic *Sylues. Matrimonium, 3. q. 7. Nauar n. præced cit.*

Rursus de illa cõditione, Si te virginem inuenero, con- 5 traham tecum: vel, Si in primo coitu mihi placueris: aliqui dicunt reiici tamquam turpem, & sic manere sponsalia pura. Sic *gloss. c. Per tuas, verb. Præsumendum, de cond. appos. & ibi Ioan. Andr. n. 7. Anton. n. 8. Anchar. nu. 7. Abb. n. 7. Specular. de cond. appos. in princ. n. 10. Innoc. c. De illa, n. vnico, de condit. appos. vbi Alex. de Neuo n. 2. & c. 1. de sponsa duorũ, n. 12. Montalbus l. 6. fine, tit. 4. p. 4. Spino speculo testam. gloss. 15. principali n. 64.*

Alij vero censent non esse conditionem turpem, quamuis 6 que ita non reiici, sed suspendere contractum. Quia ea intelligatur si per coitum inuenero te virginem. Quia ea conditio non fertur super actum turpem, sed super honestam virginitatis conditionem. Sic *Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 3. post 3 concl. vers. His nihilominus non obstantibus.*

Verius tamẽ est, sic distinguendũ esse, de ea cõditione, 7 Si

Si te virginem inuenero, si intelligatur per aspectum matronarum, vel aliam iustam indaginem, non reiici, sed suspendere. Quia est conditio honesta. Si verò intelligatur per concubitum, esse turpem. Quia incitat ad peccandum: & quamuis conditio virginitatis honesta sit, at quãdo apponitur ac turpiter exploranda, est turpis & inhonesta: vnde meritò ea reiecta remanet contractus purus. Sic Cardin. *c. Per tuas, num. 4. de conditio appos.* vbi *Alex de Neuo n. 9. & 11. Præpos. n. 6. Aretin. cons. 82. colum. penult. Rosella Matrimonium, 5. n. 8. Angelus Matrimonium, 3. impedim. 3. n. 3. Sylvest. Matrimonium, 3. q. 8. Nauar. sum. Lat. & Hisp. c. 22. n. 66. Conar. 4 decret. al. 2. p. c. 3. §. 2. n. 12. Tabiena Matrimonium, 2. q. 11. n. 12. Ant. Cucus lib. 5. institut. maior. t. 11. nu. 51.* Et ex Theologis, *Pet. de Soto lect. 3. de matrim. ad fin. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 12. n. 6. Lud. Lopez 2 p. instructorij, de matrim. c. 43. ad fin. & cap. 42. fol. 1087. & seq. Barth. à Ledesma dub. 25. de matrim. post 10. conclus. Philiar. de offic. sacerd. tom. 1 p. 2. lib. 2. c. 1. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 47 a. 5. dub. 3. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 244. conf. 3. n. 8.*

8 Hinc fit, eam conditionem, Si mihi in primo concubitu placueris, reiici tanquam turpem. Quia semper est talis, concubitus sub ea conditione experiendi, an placeat fœmina, numquam potuit esse matrimonialis: cum animus esset anceps, secus de illa conditione, Si mecum concubueris. Quia potest concubitus esse illicitus, vt si ante matrimonium, vel licitus, vt si intelligatur statim matrimonio contracto.

9 Tandem si quis dicat, Contraham tecum, vel dabo tibi centum, si mecum coieris, non erunt sponsalia, nec matrim. secuta copula, nec per eam videtur recessum à conditione. Quia habet electionem vel ducendi eam in vxorem, vel dandi centum: iuxta *reg. In alternatiuis, de reg. iur. in 6.* nec hæc facultas eligendi tollitur per carnalẽ copulam subsecutam: quia hoc nullo iure cautum reperitur. Sic *Sylvest. Matrimonium, 3. q. 7. Angel. Matrimonium, 3. impediment. 3. nu. 8. Farrard. in suis topicis, loco à natura alternatiuorum, n. 1.* vbi & alios refert. Et ex Theologis *D. Anton. 3. p. t. 1. c. 19. §. 5. ad finem.*

DISPVTATIO XVII.

An sicut conditiones turpes, & impossibiles reiiciuntur ad matrim. ita etiam reiiciantur à sponsalibus?

SVMMARIVM.

Refertur opinio quadam dicens non reiici, num. 1. Et vera opinio contraria, n. 2. Solvuntur argumenta, n. 3.

1 HANC quæstionem mouet *Petr. de Ledesma de matrim. q. 47. a. 5. ad fin.* & refert aliquos Theologos doctissimos ex Salmantina schola sentisse non reiici à sponsalibus: & ipse dicit hanc sententiam esse probabilem: at contrariam longe probabiliorem. Ducuntur primò, quia sepositis, non reiicerentur conditiones impossibiles, sed annullarent, & turpes suspenderent matrimonium: ergo ius Eccles iast. id statuens tanquam correctorium iuris naturalis & diuini, est restringẽdum. Quæ enim à iure communi exorbitant, restringenda sunt, *reg. Quæ à iure communi, de regul. iur. in 6.* Cum ergo *c. fin. de condito appos.* solum in matrim. statuat eas conditiones reiici, extendendum minime est ad sponsalia. Secundò, quia *d. c. fin.* asserit Pontifex reiici fauore matrimonii, at sponsalia non sunt in iure fauorabilia, sicut & matrim. vt constat, nam in *c. Series, & c. Cum in tua, de testib. & attest.* deciditur posse post publicatas attestationes recipi testes ad improbandum impedimentum obiectum contra matrim. contractum. Quod est in matrimonij fauorẽ, vt notat *glos. c. Iuranit, verb. Partibus, de probat. & ibi Abbas nu. 2.* & tamen in sponsalibus non admittuntur testes publicatis attestationibus: vt habetur *d. c. Iuranit*, docentque *ibi glos. verb. Partibus, Abbas ibi n. 2.* & omnes. Cùm ergo sponsalia non sint fauorabilia, ac matrimonium, fauor concessus *d. c. finali*, matrimonio, non est extendendus ad sponsalia.

Fateor rationes has vrgentes esse, nisi ex alia parte inuenirem concordem omnium DD. sent. tamquam quid indubitatum supponentium reijci conditiones turpes ac impossibiles, tam à matrim. quàm à sponsalibus: à qua receptissima sent. nullo pacto recedendum est. Cuius ratio est, quia sponsalia sunt initium quoddam matrimonij atque ita dispositum in matrim. censetur dispositũ in sponsalibus, *l. Oratio ff. de sponsal.* & quamuis fatear hanc rationem non multum vrgere, & facile dilui posse: at ea, adiuncta communi omnium DD. intelligentia illius *c. fin.* & ita ab initio receptum esse, fortissimè vrget. Et ita conditiones turpes pariter reijci à sponsalibus, vt, Contraham tecum, si mecum coieris, intelligendo de coitu turpi, vel Si te inuenero virginem, intelligendo turpiter: attuli disp. præced. n. 5. 6. & 7 multos auctores concorditer id tamquam notissimum supponentes, & solum inter illos est discordia, quando illa conditio turpis sit. Et præter illos id docent *D. Thom. 4. d. 27. q. 2. a. 1. corp. D. Bonau. 4. d. 28. q. 3. nu. 13. Ricard. 4. d. 27. a. 3. q. 2. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 18. §. 2. Turrec. c. Vbi non est, 30. q. 2. a. 3. num. 4. Paludanus 4. d. 29. q. 5. art. 5. concl. 7. n. 36. Sylvester verb. Sponsalia, q. 5. Rosella ibi, fine, Tabiena ibi, q. 2. nu. 3. Lud. Lopez 2 p. instructorij nouæ, materia de matrim. c. 42. fine.* Et *Rosella, Sylvester, Tabiena ibi, cum Angelo verb. Sponsalia, n. 18.* dicunt circa conditiones, eodem omnino modo iudicandum esse de sponsalibus, ac de matrimonio. Et præterea reijciendas esse tam à matrimonio, quàm à sponsalibus conditiones impossibiles & turpes, docent *Lex fin. tit. 4. p. 4. Adrian. 4. materia de matrimonio, q. 3. dub. 7. vers. Respondeo in foro indicij. Paludanus 4. d. 29. q. 2. a. 5. concl. 7. n. 22. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 19. §. 5. paulo post principium, Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 2. vers. Mens ergo Pontificis, Vigerius lib. instit. ca. 16. §. 7. vers. 6. ad finem, Philiarcus de officio sacerd. tom. 1. p. 2. l. 2. c. 1. 5. Tres conditiones, Barth. à Ledesma dub. 25. de matrim. conclusione 7.*

2 Ad argum. proposita n. 1. resp. Ad 1. dico, quando decretum correctorium non est in pœnam, nec in alicuius odium, sed declaratorium voluntatis, ob bonum commune, & fauorem contractus, extendi debere ad casum similem, & in quo similis ratio militat: at *c. fin.* non statuit reijci conditiones impossibiles ac turpes in matrimonio in odium & pœnam adijcientium: nam similiter reijceret à cæteris contractibus: sed id definit fauore matrimonij, vt potius conseruetur, quàm pereat: vt ibi dicitur: cũ ergo sponsalia, dispositio ad matrim. & via sint, idem fauor ad ea extendi debet: expedit enim ad matrimonii bonum conseruari sponsalia. Ad 2. dico non probari ex ijs textibus, sponsalia non esse contractum fauorabilem, sicut est matrim. nam etiam in matrim. non semper publicatis attestationibus admittuntur alij testes: quare *d. c. Cum in tua*, non absolute id definitur, sed cum limitatione, scilicet, in hoc casu, & notat *ibi glo. verb. In hoc casu*, id est, cum probata est consanguinitas, vel aliud impedimentum contra matrim. iam celebratum, potest altera pars publicatis attestationibus id impedimentum improbare: secus in alijs casibus. Et ratio est, vt docet *gloss. c. Iuranit, verb. Partibus, de probat. & ibi Abb. n. 2.* quia in dissoluendis sponsalibus non subest animæ periculum, cum possint etiam mutuo consensu dissolui, sicut sub est dissoluendo matrim. contracto. Quare, vt bene ait *Abbas*, quando in sponsalibus subest simile periculum animæ, admittuntur etiam testes post publicatas attestationes: vt si impedimentum contra sponsalia nondum probatum esset, & publicatis attestationibus producerentur testes ad id probandum, admitterentur vtique, ne sequatur animæ periculum, si impediti perficerent sponsalia, per matrimonium.

DISPVTATIO XVIII.

An conditiones impertinentes habeantur pro non adiectis in matrim. vel potius illud suspendant?

SVMMARIVM.

Refertur opinio dicens reijci, n. 2. Et ita reijci hanc conditionem, Si es pulchra, bene morigerata: secus, Si non es cæca, cocles, aut alia insigni fœditate notata, n. 2.

Opinio contraria auctoris, n. 3. Et soluitur argum. n. 4.

1 ALIQVI censent reijci. Idque nullo iure, aut ratione probant. Sed in tatiam eorum potest adduci, tales conditiones turpes videri: turpe enim apparet contractui tam sancto, & qui sacramentum est, impertinentem conditionem adijcere. Sic tenent *Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 3. paulo post princ. concl. 2. Barth. à Ledesma dub. 25. de matrim. concl. 9.* Et videntur tenere *Roscilla verb. Sponsalia, sine, & ibi Sylvest. q. 5. D. Anton. 3. p. t. 18. §. 2.* vbi asserunt, si conditio sit honesta, vel vtilis, valere conditionem: vnde oppositum videntur sentire, quando esset inutilis atque impertinens.

2 Hinc inferunt *Sotus ea. 3 post 3. concl. vers. Tandem quod de virginitate, & Barth. à Ledesma cod. dub. 25. concl. 3. Lud. Lop. 2. p. instruct. noui, materia de matrim. c. 43. sine*, si quis contrahat cum aliqua, hac conditione, Si non es cæca, mutа, cocles, leprosa, aut alia insigni turpitudine deformata, vel hanc edocta es artem ad alendam vitam: validas esse huiusmodi conditiones. Quia sunt honestæ, multumque ad perpetuam cohabitationem, & generationem conducunt: secus si minus ad matrimonij finem conducerent: vt, Si es pulchra, aut bene morigerata, Quia non sunt admittendæ in foro Ecclesiæ huiusmodi conditiones tamquam matrim. annullantes, si non verificentur.

3 Cæterùm nullo modo placet hæc sent. sed censeo huiusmodi conditiones suspendere contractum matrimonij, neque aliter esse vah dimisi illis stantibus. Prob. quia omnis conditio iure non improbata potest apponi matrimonio: vt colligitur à contrario sensu, ex *c. Super eo, de condit. appos.* ibi, *ac conditionem ipsam canonica non improbent statuta.* Et ita per eum textum docet *ibi Abb. n. 4. Alex. de Neuo, n. 6. Lancelot. instit. iuris canon. l. 2. t. de sponsal. §. Sponsalia contracta sub conditione, vers Sub conditione*: sed hæ conditiones impertinentes nullo iure reprobantur: ergo possunt valide apponi. Probatur minor, quia *c. fin. de condit. appos.* reijcit conditiones turpes, quia incitant ad peccandum, (vt diximus hoc 5. lib. disp 15. n. 4. & 5.) sed conditio impertinens ad nullum peccatum inducit: ergo nullo modo est reijcienda. Pro hac sent. est *Henric. 4. fin. n. 4. de condit. appos.* vbi ait hanc conditionẽ, Si nauis ex Asia venerit, suspendere matrimonium. Pro eadem sunt DD. quos hoc 5. li. disp. 2. n. 7. retuli asserentes conditiones quæ non sunt necessariò à natura, vt Si Antichristus nascetur, suspẽdere matrimonium: quæ tamen impertinentissimæ sunt ad matrim.

4 Ad argum. propositum n. 1. dico, quamuis cõditionem impertinentem adiicere matrimonio, culpa aliqualis sit, non tamen est ex turpibus quæ reiiciuntur à matrim. quia non obligat, neque incitat alterum contrahentem ad aliquod peccatum in futurum admittendum, qualis est illa, si furtum feceris. Vt docet *Couar. c. Cum tibi, nu. 13. vers. Hæc tamen, de testam.* in alio simili: dicit enim hanc institutionem, Instituo te hæredem, si me hæredem instituas, esse turpem, & captatoriam: at eam conditionem minimè esse turpem, quia nullibi prohibetur hæres hic institutus testatorem hæredem instituere.

DISPVTATIO XIX.

An idem quod de conditionibus est dictum, censendum quoque sit de modo, & demonstratione, & causa, ita vt si hæc contrarientur matrimonio, illud vitient: si sint honesta, illud suspendant: si turpia, aut impossibilia, reijciantur?

SVMMARIVM.

Refertur opinio asserens demonstrationem & causam vitiare matrimonium, quando aduersantur eius substantiæ, n. 1.

Opinio auctoris, numquam vitiare qualescumque conditiones sint, nec suspendere, sed statim valere matrim. nisi adsit error conditionis seruilis, aut personæ, n. 2.

Quid, si apponantur per modum conditionis, num. 3. Et ibi explicatur quando demonstratio, & causa censeantur conditiones.

Circa modum refertur opinio dicens, non vitiare matrim. quando eius substantia aduersatur, num. 4.

Modus contrarius substantiæ matrimonij ipsum annullat, n. 5.

Reprobatur quadam concordia, quia hac opinio, & contraria conciliantur, n. 6.

Modus si impossibilis, vel turpis omnino reijcitur, sicut conditio, n. 7.

Modus si sit necessarius, habetur statim pro impleto, n. 8.

Modus honestus, & possibilis non suspendit matrim. initium, sed statim est validum, n. 9. Et ibi, An alter teneatur modum seruare.

Resumitur quadam opinio circa modum honestum, n. 10.

Si sponsalia contrahantur in diem, sunt statim absoluta, quamuis ante aduentum diei non obligent, n. 11.

Soluitur ar. generatum, n. 12.

QVID sint modus, demonstratio & causa, qualiterq; differant: dixi hoc 5 l. disp. 1. n. 2. Circa demonstrationem, *Nauar. sum. c. 22. n. 62.* ait, quamuis demonstratio & causa nunquam suspendant matrim. annihilare tamen quando sunt contra substantiam. & matrimonii bona & videntur fauere *D. Thom.* & reliqui DD. citati hoc 5. l. disp. 9. num. 6. asserentes annullare matrim. ipsi repugnantem conditionem, quamuis sit de præsenti, cum tamẽ illa non fit propriè conditio, sed demonstratio. Fundamentum suæ sent. nullum affert *Nauar.* sed potest esse: quia eo ipso quòd non absolutè, sed sub ea causa & demonstratione consentit, quæ substantiæ matrimonij aduersatur, non videtur absolutè consentire in matrim. 1

Cæterùm omnino tenendum est, demonstrationem, vel causam per se sumptam, nunquam suspendere, nec vitiare matrim. cuiuscumq; sit qualitatis, siue sit turpis, siue cõtraria substantiæ matrimonij, siue vera sit, siue falsa, sed semper habetur pro non adiecta, ac firmum manet matrim. Vt, accipio te, quæ vel quia es sterilis, vel quia procuras venena sterilitatis, &c. Prob. primò, quia falsa demonstratio non vitiat legatum, *l. Falsa, 35. ff. de conditio. & demonstr.* ergo nec matrim. quod est fauorabilius. Secundò, quia quę matrim. variant, vel vitiant, debent ad substantiam seu vim contractus spectare, sed demonstratio & causa non spectant ad substratiam cõsensus contractus matrimonii, sicut spectat conditio, sed tantùm pertinent ad opiniones rerum quas contrahentes conceperunt, vel ad causas quæ ad contrahendũ ipsos mouent: ergo nullo modo variant matrimonium. Et confirm. quia error demonstrationis, aut causæ, qualiscumq; sit, non vitiat matrim. nisi sit error personæ vel conditionis: vt suo loco dicemus: non enim tollit consensum absolutum. Tandem, quia demonstratio aut causa non se habet vt obiectũ, vel pars obiecti contractus, sed antecedenter, & quasi motiuum: ergo non irritat. Sic *Palud. 4. d. 29. q. 2. a. 1. concl. 1. n. 5. & a 2. concl. 1. n. 11. D. Anton. 3. p. t. 1. c. 19. §. 5. paulo post princ. Sylvest. Matrimonium, 3. q. 12. Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 1. Lud. Lopez 2. p. instruct. noui, materia de matrim. c. 42. paulo post princ.* Idem colligitur ex *Angelo Matrimonium, 3. impedim. 3. fi Rosella Matrimonium, 3. n. 9. Tabiena Matrimonium 2. q. vlt. Petr. de Ledesm. de Matrimonio, q. 47. art. 5. dub. 3. fin.* vbi generaliter dicunt matrim. non vitiari ex falsa demõstratione aut causa. Dixi per se, quia si reducatur ad personæ aut conditionis errorem annullabit matrimonium. Vt, Cõtraho tecum, quia, vel quæ es libera, vel primogenita Petri, si non esset libera, aut filia primogenita, esset nullum matrim. non ratione falsitatis causæ aut demonstrationis, sed ratione erroris personæ aut conditionis. Quia, quamuis ea causa aut demonstratio non adiiceretur, adhuc ex tali errore contractum matrim. inualidum esset: vnde defectus demonstrationis aut causæ oppositio ad transferendum probationis onus in alterum. Vt, Contraho tecum, quia, vel quę es libera, tenetur femina probare eum scisse esse antillam. Sic *Sotus ea concl. 1. Paludan. ea a. 1. concl. 5. n. 9.* 2 3

Intellige tamen, quando apponuntur per modũ causæ aut demonstrationis, nam si apponantur per modum conditionis, iudicandum est de illis, sicut de conditionibus. Vt, Contraho tecum, quæ dabis tantam dotem: tunc licet videatur demonstratio, at est sensus conditionalis.

Sic

Sic *Palud.in.4.d.1.concl.2.num.6.* & subdit *d.2.concl.2.num.12.* si causa adiiciatur in futurum, vt, Contraho tecum, quia dabis tantum dotem, esse quasi modum. At *Sylvest. & D. Anton.vt.n.* præced. aiunt, Contraho tecum, quia dabis, non suspendere: & ita sentiunt non esse conditionem: aliàs suspenderes. Sed melius *Soto & Lud. Lop.ibid. citati*, dicunt quando demonstratio, aut causa adiiciuntur per verbum futuri, esse dubium sensum, aut enim referunt conditionem, & tunc faciunt sensum, Si dederis: & tunc indicandum esse sicut de conditionibus: si enim honestæ sunt, suspendent: si turpes aut impossibiles, reiicientur: si contrariæ substantiæ matrimonii, illud annullabunt: aut tantum important credulitatem contrahentis, & tunc manere intra limites demonstrationis aut causæ: quare nullo modo suspendent, nec vitiabunt matrim. sicut dictum est.

4 De modo autem maior est difficultas. Quidam enim asserunt modum contrarium substantiæ, aut bonis matrimonii, ipsum non annullare: vt, Contraho tecum, vt venena sterilitatis procures, vel vt te adulterandam tradas. Prob. quia modus in hoc distat à conditione, quod conditio suspendit actus perfectionem, ita vt ante ipsius implementum validus minime sit: at modus non suspendit, sed aduenit actui perfecto, statimque valet actus, & alter obligatus manet ad modi implementum. Vt, Dono tibi equum, vt facias hoc, valet statim donatio, & tenetur donatarius implere modum *l.1.2. & fin. C. de donat. quæ sub mo-do.* Et docent specialiter *Bartol. l. Quibus diebus. §. Termulius, ff. de condit. & demonst.* Item, quia modus non ad naturam contractus spectat, si d ad finem intentum per contrahentem. Sic docent *Barth. Anth. Ingrisi, C. de sacrosanct. Eccles. nu.* 29. *Lat. Butrogarius ibi, Paulus à Castro ibi n.14. Alberic. num.15. Salicet. n.3. vers. Tertio casu, Iason n.36. Anton. c. fin. num. 8. de condit. appos.* vbi *Præpos. n.8. & 9. Roman. l.1. §. Si stipulanti, n. 21. ff. de verb. obl. Ioan. Imola l. Vbi ita donatur, num. 4. ff. de donat. causa mort. Soto 4. d. 29. q. 2. a. 1. concl. 1.* Eiusdem sententiæ videntur alii indistinctè asserentes matrim. cõtractum sub modo statim valere, ac si modus adiectus non esset. Hi sunt *Verucius*, quem refert ac sequitur *Rosella Matrimon. 5. nu. 9. Tabiena Matrimonium, 2. q. vltim. Petrus de Ledesm. de matrim. q. 47. art. 5. dub. 3. fine.*

5 Prima conclusio sit. Modus contrarius substantiæ aut bonis matrimonii, ipsum annullat, sicut & conditio contraria. Prob. ex *c. fin. de condit. appos.* vbi habetur hanc condition em cõtractui matrimonii adiectam, Contraho tecum, do nec pulchriorem inueniam, ipsum vitiare, tamquam eius substantiæ contrariam: & tamen est eadem ratio de hac conditione, & de modo, nam sicut modus non suspendit dispositionem, sed aduenit dispositioni perfectæ, ita hæc conditio: ergo similiter modus contrarius substantiæ vitiabit. Secundò prob. ex *l. Per seruum. 14. §. 1. iunct. l. seq. ff. de vsu & habit.* vbi si vsusfructus legetur absque vsu, distinguitur, an in eadem oratione eodemq; contextu legatum fiat, vt tunc legatum sit inutile: eo quod inutilis sit vsusfructus absq; vsu: vel in diuersa oratione fiat: tunc enim valet legatum vsusfructus, reiecta vsus ademptione: ergo sim. iliter quãdo eorũ verborum cõtextu contrahitur matrimonium sub modo repugnanti & incompatibili, vitiabitur matri. secus quando matrim. iam contracto aduenit modus contrarius. Item quia modus inest contractui: nec pactum à contractu separatum inducit: vt si vendo tibi domum, vt facias hoc, non sunt duo contractus diuersi, & separati, sed vnus: ergo quando modus est contrarius matrimonio, habet in ipso sui initio, cõtractus matrimonii vitium. Tãdem, quia obligari ad aliquid contra substantiam, & bona matrimonii, tollit essentiam matrimonii: (vt dixi l. 2. disp. 29. nu. 12.) sed contrahens sub modo obligatur ad illum modum seruandum: ergo obligatur ad aliquid repugnans essentiæ matrimonii, quando is modus est essentiæ contrarius, & consequenter annullabitur matrim. Et ita hanc sent. tenent *Franciscus Aretinus l. 1. §. Sed si mihi, nu. 4. ff. de verb. obl. Decius auth. Ingresso, n. 23. C. de sacros. Eccles. Palud. an. 4. d. 29. q. 2. a. 3. concl. 1. nu. 16. & concl. 4. n. 19. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 19. §. 5. paulo post principium, Angel. Matrimonium, 3. imped. 3. fine, Sylvest. Matrimonium, 3. q. 12. Navar. sum. c. 22. n. 62. Couar.* cum aliis, quos refert *4 decret. 2. p. c. 3. §. 1. n. 8. & 17. Greg. Lopez l. 5. verb. Aquellas. tit. 4. p. 4.*

Tb. Sanchez de matrim. Tom. 1.

Nec placet distinctio *Lud. Lopez 2. p. instruct. coni. materia de matrim. cap. 42. paulo post princ.* vbi hac distinctione nititur vtramque sent. ad concordiam redigere, vt scilicet modus contrarius substantiæ matrimonii non vitiet, quãdo apponitur vt causa impulsiua, secus si apponatur, vt per illũ inducatur obligatio ad eius obseruantiam. Displicet (inquam) quia semper ea est modi natura, vt contractum minimè suspendat: verum alter recipiens sub modo, teneatur illum obseruare: vt dixi n. 4. 6

Secunda conclusio. Si modus sit impossibilis, verbi gratia, contraho tecum, vt digito cœlum tangas, valet omnino matrimonium reiecto modo, & similiter si sit turpis. Probatur, quia similis conditio tamquam impossibilis, & incitans ad peccandum reiicitur à matrimonio, per *c. fin. de condit. appos.* ergo à fortiori reiicietur modus impossibilis & turpis, qui incitat ad peccandum: cum hic non suspendat contractum, sed adueniat contractui iam perfecto. Et confirmatur, quia in aliis contractibus: vbi conditio impossibilis vitiat, modus impossibilis non vitiat, sed reiicitur, ac si appositus non esset. Vt cum multis per eum citatis docet *Molina l. 2. de primogeniis, cap. 12. n. 42.* dicens, ab omnibus esse receptum: & *Padilla l. Cum donatorius, n. 8. C. de transaction. P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disput. 208. §. Modus impossibilis*: quamuis contrarium velit probare *Sarmiento lib. 2. select. c. 3. num 7 & seqq.* ergo à fortiori in matrim. vbi conditio impossibilis reiicitur, reiicietur & modus. Sic *Palud. 4. d. 29. q. 2. a. 3. concl. 7. nu. 22. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 19. §. 5. in princip. Angel. Matrimonium, 3. impedim. 3. fin. Sylvest. Matrimonium, 3. q. 12.* 7

Tertia conclusio. Si modus est necessarius, vt, Contraho tecum vt moriaris, habetur statim pro impleto, vt de conditione necessaria supra docuimus. Sic *Paludanus, D. Antonin. Angel. & Sylvest.* vbi in concl. præced. eos reculi. 8

Quarta conclusio Si modus sit honestus & possibilis, non suspendit matrim. sed statim est validum. Ratio est, quia natura modi est, vt non suspendat, *l. Cum ab eo, 42. ff. de contrab. empt.* Sic *Palud. D. Antonin. Angel. Sylvester in conclus. 2. citati. Soto 4. d. 29. q. 2. a. 1. concl. 1. Lud. Lop. 2. p. instructorii materia de matrim. c. 42. paulo post princ.* Quare dicendum est, si modus ille honestus & possibilis cedat in apponentis fauorem, vt, Contraho tecum, vt des mihi centum; valeret statim matrim. at alter tenebitur modum adimplere: si verò modus sit gratia tantum alterius contrahentis, vt, Contraho tecum cum decem libris, vt habeas vnde emas tibi fundum, ad nil teneri. Vt habetur expresse *l. Titio centum, 70. in princ. ff. de condit. & demonstr.* Sic *Palud. D Anton. Sylvest. Angel. conclus. 2. cit.* 9

Hinc fit, minus bene *Hostiens. c. De illis, ad fin. de condit. appos. & ibi Ioan. Andr. n. 3. anit.* sic distinguere, si modus non pendeat ex arbitrio & voluntate tertii non suspendit, vt, Contraho tecum, vt des centum: si autem pendeat, suspendit, vt, Contraho tecum, vt patri placeat. Quare meritò hanc distinctionem reiiciunt, dicentes in neutro casu suspendere, *Calderinus eod. c. De illis*, vbi *Anchar. n. 1. Alex. de Neuo n. 10. & 11. Præpos. n. 4.* 10

Vltima concl. Si sponsalia contrahantur in diem, vt, Cõtraham tecum abhinc vno anno, quamuis non obligent ad contrahendum ante anni lapsum, at non suspenduntur, sed statim sunt pura, & obligant. Quia quamuis dies habens annexam tacitam conditionem voluntariã, quæ potest adiici & non adiici, suspendat obligationem, vt in legato annuo, in quo virtute plura legata continentur, *l. Senatus, §. fin. ff. de donat. caus. mortis*, primi anni legatum est purum, sequentium autem conditionale. Vt notat *ibi glos. verb. Multa, per l. Si in singulos. ff. de annuis legatis*: perinde enim est ac legare quolibet anno, si legatarius vixerit: vnde obligatio secundi anni non cedit ante primã diẽ secũdi anni. Quia conditio tacita, Si vixerit legatarius, suspẽdit. 11

Vnde non transmittitur legatum illud ad legatarii hæredes, poterat enim legare testator illi, & hæredibus: & proinde conditio, Si vixerit legatarius, fuit voluntaria. At secus est vbi ea conditio est omnino necessaria, vt contingit in matrimonio, & sponsalibus, vbi conditio, Si vixerit, est omnino necessaria, & tacitè necessario intelligitur, & ideò non reddit actum conditionalem. Præterea, quia id quod in diem stipulamur, statim quidem debetur, quamuis ante diem illam exigi nequeat. Et ita docet Paludanus 4. d. 29. quæst. 2. art. 4. num. 24.

Ad argum. propositum num. 4. ad probandum modum contractus substantiæ matrimonii, non vitiare: respondetur quando modus non contrariatur repugnatq; ipsi actui, tunc non vitiare, nec suspendere, sed accidere actui perfecto: at quando repugnat, cùm implicet repugnantiam ipsius actus valori, & perfectioni, vitiare. Ad confirm. dic non pertinere ad naturam contractus quando ipsi non repugnat.

LIBER SEXTVS

DE

DONATIONIBVS INTER CONIVGES, SPONSALITIA LARGITATE, ET ARRIS.

Diuisio totius libri.

Quia dissolutis sponsalibus quandoque acquiritur sponsalitia largitas alteri sponso, & consummato matrim. semper acquiritur: arræque similiter matrimonij consummatione comparantur; non abs re erit de sponsalitia largitate, & arris tractatum hunc edere. Et quoniam in eo tractatu, passim in id principium incidendum est, an donatio inter coniuges valeat; agendum est pariter de donationibus inter virum & vxorem. Prius igitur de donationibus inter virum & vxorem, quando sint validæ, & quando inualidæ, agendum est: & quo pacto donationes tales inualidæ confirmentur. Deinde de sponsalitia largitate. Tandem de arris.

DISPVTATIO I.

Vtrùm valida sit donatio inter virum & vxorem?

SVMMARIVM.

Donatio inter coniuges quotuplex sit. & quid sit sponsalitia largitas, donatio ante nuptias, vel propter nuptias. GAIVS num. 1. Et ibi, donatio propter nuptias non est in vsu: & eius loco successere arra.

Donatio inter coniuges est inualida, potestque ad libitum reuocari, num. 2. & ibi, an ex ea oriatur obligatio naturalis, & in foro conscientiæ.

Non tamen est omnino nulla, nec tenetur coniux donatarius statim restituere, n. 3.

An sit inualida, si fiat ante consummatum matrim. recepta & Ecclesia benedictionem. n. 4. Et quid si fiat post annum à contracto matrim. vel facta ante eum annum confirmatio illius anni lapsu, n. 5. & ibi, leges fori vbi coeunt, nisi probetur earum vsus.

Non valet donatio ante contractum matrim. si eius effectus differatur in matrimonij tempus, n. 6. Et ibi idem est aliquid fieri tempore inhabili vel non permisso, & referri in tempus inhabile, vel non permissum.

Explicatur l. Inter eos ff. de donat. inter vir & vxor. n. 7.

Non valet donatio inter coniuges, per interpositas personas, n. 8.

Idem est, licet duo coniuges separati habitauerint, n. 9.

Quid si donetur coniugi per eos, qui aliquo modo coniuges contingunt per patrium potestatem vt socer &c. nurus, n. 10.

Principale præsertim semper inspiciendum est, n. 11.

Cæteri contractus inter coniuges valent, n. 12. & legatum, n. 12.

1 PRæmittendum est, donationē inter coniuges, vel sponsos, quandam esse simplicē, quandam vero ob causā. Illa est, quæ ex mera donantis liberalitate proficiscitur *l. 1. in princ. ff. de donat. l. 1. t. 4. p. 5.* Hæc verò quæ non merè liberaliter, sed ob aliquam causam fit. Et est triplex. Quædam est, sponsalitia largitas. Alia, donatio propter nuptias, vel ante nuptias. Et alia, arra. Sponsalitia largitas, quæ fit inter spōsos de futuro, ob matrimonii ineundi spem, eiusque causam: quam Hispane vocamus, *las donas y joias que se embian los desposados.* vocatur etiam mundus muliebris, teste *Matienzo l. 5. recop. t. 2. rub. n. 1.* Appellatur etiam donatio ante nuptias vel dotalitiū quod tradit sponsus sponsæ: teste *Ioan. Lupo rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 3. n. 2.* Licet alii pro eodem vsurpent donationem propter nuptias, & ante nuptias: vt *Anton. Gom. l. 50. Tauri, n. 9.* Donatio autem propter nuptias, seu ante nuptias, est id quod cōfertur à viro vel ab alio ipsius loco pro matrimonii oneribus, ad similitudinem dotis quę confertur viro per vxorem, & sic appellatur dos, *§. Et & aliud, inst. de donat. l. Cum multæ, C. de donat. ante nupt.* & dissoluto matrim. etiam post consummationem, redit ad virū, *c. si. de donat inter vir. & vxor.* vt dos data per vxorem viro redit ad ipsā soluto matr. Vnde licet antiquitus donatio propter nuptias appellaretur arra, apud Hispanos *l. 1. t. 11. p. 4.* valde tamen differunt. Quia soluto matr. arræ fiūt vxoris, nec redeunt ad virū donantem: sicut redibat donatio propter nuptias. De qua differentia, & aliis consulendus est. *Anton. Gom. l. 52. Tauri, n. 12.* Et de hac donatione nihil amplius dicendum est: abut enim in desuetudinem. Vt testantur *glos. Auth. Aequalitas fin. C. de pactis conuent. Bald. auth. Dos data, C. de donat. propter nup. Paris. cons. 95. n. 35. lib. 2.* & alii quos refert & sequitur *Aut. Gom. l. 52. Tauri, n. 11. fine, Iul. Clarus lib. 4. receptarū, §. Donatio, qu. 11. num. 7. Tello l. 16. Tauri, n. 8. Valascus cons. 2. n. 11. to. 1. Matienzo lib. 5. recop. t. 6. l. 1. gl. 3. n. 8. Azebedo cod. tit. 6. l. 12. n. 4. Ioan. Garcia de donat. remunerat. oria, n. 50. Barbosa l. Si cum dotem, 23. §. Si pater, n. 11. ff. solut. matr. Speculo testam. glos. 18. n. 95. Angelo de melior. l. 9. glos. 5. n. 10. Aufrera de partit. 2. p. q. 44. fine, Auendaño l. 29. Tauri gl. 2. n. 1. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 290. ad fin.* Arræ autem non sumuntur apud Hispanos, pro eo quod traditur in signum matrimonij contrahendi: in qua significatione late egimus li. 1. de ipsis, sed sunt donatio facta sponsæ, per sponsum in remunerationem pudicitiæ, vel nobilitatis, vel dotis spōsæ: quas soluto matrim. sponsa lucratur. Hæ autem arræ, quamuis valde distent à donatione propter nuptias; quæ olim erat in vsu: successerunt tamen loco illius. Vt constat ex *l. 1. fine, tit. 11. p. 4.* vbi dicitur donationem propter nuptias appellari in Hispania arras. Et docent *Castillo l. 10. Tauri, n. 6. Gomez Arias l. 49. Tauri n. 6. Ioan. Lup rubr. de donat. §. 24. init. Suarez l. 3. fori, t. 2. de las arras, l. 1. num. 2. Greg. Lop. l. 87. verb. Segun fuero, t. 18. p. 3. Burgos de Paz. cons. 14. num. 1. Valascus d. cons. 2. n. 13. Olanus concordia lit. D. verb. Donatio, tit. 71. Tello d. n. 8. Azebedo d. l. 12. num. 4. Baeza de non meliorand. filiab. c. 11.*

n.21.n.13.& c.4.n.18. Padilla auth. Res quæ.n.95. C. Communia de lega. Barbosa d.§. Si pater.n.21. Gutier. 3 practic.q.43.n.6. Spino d.§o.18.n.95. vora d.q.44. P. Molina proximè citat.

2 Hoc præmisso prima conclusio sit. Donatio simplex inter virum & vxorem, non est valida, & subinde potest per donatorem ad libitum reuocari. Habetur expresse *ca. fin. de donat. inter vir. & vxor. & l.1.2 & 3. ff. eo.t. & l. 4.t. 11 p.4.* Quibus in locis ea prohibitionis huius redditur ratio: ne mutuo se amore spolient. Quare cùm tali donationi ius resistat, nulla prorsus obligatio ciuilis, vel naturalis, seu in foro conscientiæ, ex ea oritur. Vt constat ex *l.3.§. Sciendum autem ff. de donat. inter virum & vxor.* ibi, *ipso iure quæ inter virum & vxorem donationis causa geruntur, nullius momenti sunt.* Sic Bart. *l. Quod meo inuit. & ibi Alex. ff. de acquir. poss. ff. Greg. Lop. l.4. ver. Non deue, tit.11 p.4. Anton. Gom. l.52 Tauri, n.64. fin. & 12. Var. c.4.n.23 init.*

3 Monuerim tamen, hanc donationem dici nullam, & inualidam, non quod omnino nulla sit, sed quia potest ad libitum à coniuge donante reuocari. Non est autem omnino nulla: quia (vt dicemus hoc 6. lib. disp. 14.) confirmatur morte trahiturque retro. Sic *Abb. C. fin. n. 3. de donat. inter virum & vxorem*, vbi *Alex. de Nemo n 3. Ioan. Lop. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 69. n 1. Tac. una vers. Dos. §. 9. n 10. Molina l.2. de primog. c.11. num.12.* Sicut etiam donatio causa mortis appellatur imperfecta & inualidata: eo quòd vsque ad mortem reuocari potest, licet à principio valida fuerit, dominiumque transtulerit. Vt bene docet *Molina ibi n.15.* Vnde infero, coniugé cui alter aliquid tradit causa donationis, non teneri illud restituere, sed posse tuta conscientia tenere, expectaréque donec morte confirmetur, si donator præmoriatur. Et constat, quia iura concedunt vt ea donatio inualida, morte confirmetur, traditione rei donatæ secuta, viuo ipso donante, & non aliter: (vt dicemus eadé disp. 14.n.6.) ergo permittunt illi cõiugi donatario retinuquem rei donatæ, & sibi traditæ, vt expectet confirmationem morte donantis præmortui. Quod si cõiux ipse donatarius præmoriatur, donatio illa tamquam nulla, nec morte confirmata, (vt dicemus ead. disp 14. n. 20.) cedit ad ipsum donantem, eique restituenda est.

4 Quidam temperant prædictam conclusionem, vt donatio inter coniuges minime valeat, quando fit matrimonio consummato, & Ecclesiæ benedictionibus secutis, vxoréque ad viri domum traducta: Ducuntur, quia ratio prohibitionis, ante hoc tempus, non ita militat: cum non tanto eo tempore cõiuges amore ardeant, ac postea. Item quia iura pro ea conclusione allegata, nu. 2. docent non valere donationem inter virum, & vxorem: nomine autẽ viri & vxoris, in materia exorbitanti, conectoria & odiosa, qualis est hæc, quia tiando in iure naturæ valebat donatio inter eos, solum comprehenduntur coniuges post matrim. consummatum (vt probaui l.1. disp.1. num.3.) Sic docent *Azo, Imola, Alex. Purriu, Campegius*, quos refert *Ant. Gom. l.52. Tauri, nu 66. ver. Octauus*: & alii quos refert *Ioann. Lop. rubr. de donat. §.55. nu.1.* Sed dicendum est non valere etiam inter sponsum & sponsam de præsenti, ante matrimonium consumatum. Probatur ex *l. Non sine, vers. Quãquã. C. de bonis mater.* ibi, *idem ius tam de vxore, quam de sponsa arbitrarius est*: vbi ex rationis identitate docetur, dispositũ de viro & vxore, ad sponsos de præsenti protrahi: at in præsentiarum sic contingit, maior enim affectio est inter sponsos de præsenti, cum omnia noua placeant, & quotidie tepescat amor. Quare tunc faciliores sunt sponsi, ac liberaliores ad pacta ibi inuicem concedenda, quare mutuo se amore spoliarent. Inde éque ortum habuit, vt lex fori (vt dicemus num. seq.) decreuerit, anno elapso à contracto matrimonio, valere donationem inter coniuges, quasi tunc amore iam tepido, periculum se spoliandi cessaret. Præterea constat ex *l. penultima ff. de donat. inter vir. & vxor.* ibi, *itaque nisi ante matrimonium contractum (quod de coniugibus intelligitur,) donatio facta esset, non valeret.* Sic docent *gloss. l.3. verb. Concubina ff. de donat. inter vir. & vxor. Bald. Cyn.* & alii, quos refert dicens nullibi oppositam sententiam posse practicari, *Ioan. Lupus rubr. de donat. §. 55. nu. 21 & seq. Paris. cons. 86. num. 40. & seqq. lib 3. Socinus. Salic. Imola, Alex.* quos refert & sequitur *Anton. Gomez l. 52. Tauri, n. 66. vers. Octauus est, Segura l.1. §. Si vir, num. 12. 13. & 14 ff. de acquir. poss. Nauar. sum. c.17. n.149. Villalobos in summa tract. lit. D. verb. Donatio, n.24. Greg. Lopez l.3. verb. Por palabras, t 11. p.4. Duenas regul. 221. ampliat. 1. Olanus in concord lit. D. verb. Donatio, n.69.* Idemque docent multi DD. asserentes *legem 52. Tauri*, permittentem donari sponsæ de præsenti sponsalitiam largitatem, corrigere ius commune, quod eam prohibebat: quos referam hoc 6. lib. disp. 23. n. 1. Et ex Theologis, *P. Molina to. 2. de iustitia tract. 2. disput. 289 §. Quamuis autem, Lud. Lopez lib. 2. de contract. c. 47. fol. 522. col. 2. vers. Porro quoniam. Manuel 1. tom. summæ, c. 92. n. 1.*

Alii intelligunt, vt donatio non valeat inter virum, & 5
vxorem: nisi fiat post annum elapsum à contracto matrimonio: tunc enim dicunt valere. Ducunturque per *l.3. tit. 12. lib. 3. fori* id disponentem pro regno Hispaniæ. Et ratio est, quia transacto anno cessat amoris feruor, qui initio ipsius matrimonii causa esse posset, vt coniuges ipsis permissa donatione se spoliarent. Sic tenent *Ioann. Lop. rubr. de donatio. §. 54. n. 2. Bernard. Diaz reg 113. vers. Quinto fallit. Montalbus lib. 3. fori, t. 12. l. 3. Ant. Gom. l. 52. Tauri. num. 66 fine. Duenas reg. 221. fine.* Addit *Anton. Gom.* donationem, inter coniuges intra annum primum matrimonii factam, confirmari lapsu anni in Hispania: sicut iure communi confirmatur morte. Sed vsus huius legis probandus est ab eam alleganti: vt bene docent *Olanus concord. iuris. lit. D. verb. Donatio' nu. 70. Gutier. de iuram. 1. p. c. 3. num. 15. Molina tom. 2. de iust. tract. 1. disp. 289. §. Gutierrez de iuram.* dicens eam legem non esse vsu receptam. Nam leges fori non sunt proprie leges, sed potius quædam scriptæ consuetudines, tantum obligantes, vbi vsu approbatæ sunt. Vt cõstat ex *l.1. Tauri*, ibi, *mandamos que se guarden las leyes de los fueros, en lo que son vsadas, y guardadas en los dichos lugares.* Quæ lex habetur in noua recopil. legum Castellæ, in pragmatica initio illius posita. Vnde alleganti leges fori incumbit onus probandi esse vsu approbatas. Vt contra *Villalobos in commun. opin. lit. A. verb. Arra. n. 251. & Montalbum in suo repertorio, verb Leges, & l. 10. t. 11. p. 3. & l. fin. t. 6 lib. 1. fori*, dicentes præsumi esse in vsu: & ita alleganti non incumbere hoc probare, sed aduersario negati vsum incumbere non vsum ostendere, docent *Castillo lib. 1. Tauri, verb. En que fueren vsadas: & ibi Burgos d. Pax an. 107. & n. 116.* dicit sic practicari in regio concilio: *Suarez proœmio legum fori, n. 2. & ibi Baldissius eius additionator: Greg. Lop. l. 7. verb. Palad. no, tit. 2 p. 1. & l. 28. verb. Fruto, tit. 15 p. 7. & l. 4. gl. 3. t. 13 p. 5. Gutier. & Olanus proxime citati. Idem Gutier. auth. Sacramenta puberum n. 66. C. si aduers. vend. & lib. 2. pract. q. 93. n. 3. Oroscius l. De quibus, n. 4 ff. de legib. Fusas epitome successionum, c. 18. n. 5. Muscard. de probat. concl. 78. n. 12. Matienzo l. 5. recop. tit. 9. l. 2 gloss. 2. n. 16. Azebedo lib. 4. recop. ti. 14. l. 4. n. 1*

Secunda cõclusio. Non tantum donatio inter coniu- 6
ges inualida est, sed etiam donatio ante contractum matrimonium facta, si eius effectus differatur in matrim. cõtracti tempus. Constat ex *l. Quod sponsa, 4. C. de donat. ante nupt.* ibi, *quod sponsæ ea lege donatur, vt tunc dominium eius adipiscatur, cũ nuptiæ fuerint secutæ, sine effectu est.* Et ratio est, quia idem est rem fieri tempore inhabili vel prohibito. & conferri ad tempus inhabile vel prohibitum, *l. In tempus, ff. de hered. instit. l. Eum qui. ff. de iurisdict. omn. iud.* cum multis similibus congestis per *Tiraq. tract. de constit. limit. 2. n. 3.* Hanc conclusionem docent omnes.

Sed obijcies *l. Inter eos, 28 ff. de donat. inter vir. & vxor.* ibi, 7
inter eos qui matrimonio coituri sunt, ante nuptias donatio facta iure consistit, etiamsi eodem die nuptiæ fuerint consecutæ. Vnde *gloss. c. fin. verb. Constante, de donat. inter virum & vxorem, Angel. Donatio, 3. n. 6. Sylues. Donatio, 2. q. 1.* dicunt valere donationem inter sponsos de futuro. Secundò, quia (vt dicemus hoc 6. l. disp. 18. n. 2.) sponsalitia largitas valet inter sponsos de futuro iure communi, & eius euentus refertur in tempus contracti matrimonii: cum ea tota non acquira-

tur donec consummetur matrimonium: vt dicam eadem disp.18.nu.2. Et cum iure communi nulla esset taxa huic sponsalitiæ largitati imposita, quidquid sponsus donaret ante matrim. contractum, valeret: cũ posset pertinere ad sponsalitiam largitatem. Nemo enim viam eligere videtur, qua sua dispositio subuertatur, *l.3.ff. de iniust. testam.* Ad 2.dic intelligi eam legem, quando donatio non refertur in tempus contracti matrimonii, sed absolute fit, transferendo statim dominium: licet enim postea eadem die sequatur matrim. firma manebit. Et ita *gl l. Quod sponsæ, C. de donat. ante nupt. verb. Sine effectu*, reddens rationem, quare donatio facta ante matrim. à sponso, collata in matrimonii tempus, non valeat, ait, *quia ante matrim. non transit dominium, quia nolunt: nec post, quia non potuit.* Ad 2.dic sponsalitiam largitatem non referri ad tempus contracti matrimonii: vt dicemus infra, d.disp.18.n.2.

8 Tertia concluſ. Non valet donatio inter cõiuges, etiam facta per interpositas personas. vt si vir det aliquid cuidã, vt donet vxori. Sic habetur expresse *l. Si sponsus, statim in princ. & vers. Generaliter tenendum est. & l.3. §. Videamus, fine, ff. de donat. inter vir. & vx.* Quia paria sunt per se, vel per aliũ facere: qui enim per alium facit, per seipsum censetur facere, *l.1. in princ. ff. de eo per quẽ factum erit.* Et docent omnes.

9 Quarta conclusio. Licet vir & vxor diu seorsum habitauerint, adhuc inter eos donatio non valet. Vere enim sunt vir. & vxor. Sic *Ioan. Lupus rubr. de donat. §.34. init. Duenas regul.221. ampliatione 6.*

10 Quinta cõclusio. Nõ tantũ donatio inter coniuges nõ valet, sed etiã inter eos, qui aliquo modo cõiuges contingũt per patriã potestatẽ. Vt si socer det nurui. Quẽ casum bene explicat *Ioan. Lup. rubr. de donat. §.42. n.1.* & expresse habetur *l.3. §. Videamus, à vers. Qui in eiusdem. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Sed aduertit *Ioan. Lupus eadẽ rubr. §.43. n.1.* in Hispania sublatũ esse hoc, & sic valere: cum cesser patria potestas in filios per contractum matrimonii: per *lib. 47. Tauri*, quæ hodie est *l.8.t.1. lib.5. recop.* per quam cessat iste casus.

11 Sexta cõclusio. Licet donatio inter coniuges nõ valeat, at cæteri contractus inter ipsos initi, valent, vt venditio, permutatio, &c. Habetur expresse *l. Si sponsus, 5. vers. Circa venditionem. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & hoc dummodo pretiũ æquumaleat rei venditæ: si enim pretiũ minus iusto sit, remissio illa pretii, erit donatio inualida. Venditi expresse deciditur. Quod intellige, quando animo vendendi facta est venditio: tunc enim venditio valet, non autem remissio pretii: si vero animo donandi principaliter est facta venditio, nullius est momẽti. Sic habetur expresse ea *l. Si sponsus, vers. Circa venditionem.* Quia principale propositum semper inspiciendũ est, *l. Rogasti, in princ. l. Si quis nec causam. ff. si cert. pet. a, & l. Si quid donationis causa, ff. de contrab. empt.* Vnde infert *Tiraquel. alias referens, l. Si vnquam. verb. Donationis largitas, nu.4. C. de revoc. donat.* vendita re minori pretio animo vendendi, licet remissio illa prætii sit donatio, excedatque 500. aureos, non indigere insinuatione. Quia principale propositũ fuit vendendi: qua tamen indigeret, si principale propositum esset donandi. Et hæc cõsideratio magni est momenti: vt aduertit. *Alex. de Neuo c. fini. num. 8. de donat inter vir. & vxor.* quia quando venditio non valet, ea rescindetur pretio restituto: quando autem valet, supplebitur pretium, conseruata venditione.

12 Vltima conclusio. Legatum inter vir. & vxor. valet. Sic supponit *cap. Si pater, de testam. in 6.* & ex eo textu id notant *Anchar. ibi n.5. Franc. not. ab. 6. Acosta ibi p.1. super verb. Legauit, n.1.* & omnes. Quia quamuis legatum quædã donatio sit, *l. Legatum, la 2. ff. de legat. 2.* cõfertur tamen in tempus solui matrimonii: ad quod tempus collata donatio inter coniuges, valida est, vt dicam disp.3.n.8.

DISPVTATIO II.

Vtrùm inter cõiuges qui veri non sunt, sed putatiui, valeat donatio?

SVMMARIVM.

Quos casus dissentiendo sint, n.1

Quando vterque coniux nouit matrimonii nullitatem, valet donatio in foro conscientiæ, donec patens fisco, sibi per iud. non applicetur, & an hæc nullio competat fisco solum, quando matrim. est consummatũ, n.2

Quando solus coniux legauerat conscius impedimenti nullitatis legatũ, n.3.

An idem sit in donatione & dote? referuntur duæ sententiæ, n.4

Sententia auctorũ n.5. Et ibi, solum ex falsa causa censetur donare. Et dos tradita vxori ignoranti nullitatem per maritum, cum conscium, non est restituenda etiam soluto matrimonio.

Quid, si coniux donat uxori, nõ habenti ignorantiæ facti, sed iuris? n.6.

Quid, si donans ignorabat nullitatem, quam donatarius norat? n.7

Quid quando vter que nullitatem ignorabat, referuntur opposita affirmata valere donationem, & legatum n.8. Et contraria auctorũ, n.9.

An talis donatio morte donantis confirmetur? eodem n.9.

VT clarè, & distinctè in re satis obscura procedamus: 1 quatuor casus oportet distinguere. Primus est, quando vterque coniux conscius fuit impedimenti dirimentis matr. Secundus, quando solus coniux donans sciuit. Tertius, quando solus cõiux donatarius sciuit. Quartus, quãdo vterq; ignorauit, & sic vterque putabat matr. tenere.

In primo casu, quando vtrique coniugi nota fuit matri- 2 monii nullitas: constat apud omnes, non posse donatore repetere, sed fiscum vendicaturum rem donatam. Sic enim habetur expresse *l. Cum hic status, 33. §. final fine, ff. de donat inter vir. & vxor.* ibi, *sed si senator libertinam desponsauerit, vel tutor pupillam, vel qui alios ex iis, qui matrimonium copulare prohibentur, & duxerit: an donatio quasi in sponsalibus facta, valeat? Et putem etiam sponsalia improbanda, & quasi ab indigno ea quæ donata sunt, ablata fisco vendicari.* Idem habetur *l.51. t.14. p.5.* Et quamuis difficultas non modica sit, an fiscus auferat etiam quando matrimonium non est consummatum? vt voluit *Ioan. Lup. rubr. de donat. §.36. n.7.* vel solum quando matrimonium est consummatum? vt cum aliis quos refert, dicit satis probabile *Greg. Lop. d.l.51. verb. Casando.* Quia leges puniunt incestum, qui copula perficitur. Sed quidquid sit de hoc, quod ad forum pertinet externum: at in foro conscientiæ dum fiscus non repetit, ipsiúque per sententiam iudicis applicatur, potest coniux donatarius tuta conscientia retinere. nam tradens ex falsa causa falsitatis conscius censetur donare, abdicatque à se dominium, transferens in donatarium, nisi hic illius dominii incapax aliquo iure effectus sit (vt num.5. probabo.) At in hoc casu donatarius non est factus incapax, sed tantum in delicti matrimonii initi pœnam, datur actio fisco ad vendicandum & auferendum ab eo: quæ pœna non obligat, nisi iudicis sententia subsecuta. Sic docent *Angel. Donatio, 3. nu.5. Sylues. Donatio, 2.q.1. Tabiena Donatio, 3.q.1.n.4 fine.*

In secundo casu quando solus coniux donans fuit con- 3 scius nullitatis, si ignorãti coniugi aliquid legauit: constat valere legatum. Id enim expresse habetur *l fin. ff. de legat.1. l. Præfectus ff. de ritu nuptiar. l.2. §. Per contrarium. ff. de his quibus vt indign.* Et tenet *glos. l. Qui contra, verb. Fisco, C. de incest. nupt.* & ibi omnes scribentes: vt testatur eos sequens *Acosta c. Si pater, de testam. in 6. p.1. super verb. Vxorem, n.5. Molina tom. 1. de iust. tract.2. disp.200. fol.1222.*

Difficultas autem est: an idem procedat in acquisitis 4 à cõiuge ignaro, per alium contractum inter viuos? Vt si coniux sciens donauit aliquid ignoranti, vel ipsum donauit, *glos. l. Qui contra, verb. Fisco, C. de incest. nupt.* duas refert sent. Alteram asserentem non esse idem: sed donationem acquisita applicari fisco, per *l. Cum hic status, 33. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Et hanc videtur ibi amplecti: & tenet *glos. ea l. Cum hic status, §. fin. verb. Fisco, & l.3. verb. Concubina. ff. de donat. inter vir & vxor. Abb. c. fin. de donat. inter vir. & vxor. num.14.* vbi *Alexand. de Nevo, nu.14. Præpos. numer. 9. Ioan. Lup. rubr. de donat. §.36. n.7. Ravennas, Raphael, Fulgos. Salicet. Chassaneus*, quos refert & sequitur *Cov. ar.4. decret. 2.p. cap.7. §.1.n.8 in 1 edit.* Et quamuis *Greg. Lopez l.50. verb. Tocando t.14. p.5.* referens hanc sententiam, dicat eam distinguere inter contractum donationis, & dotis, & velle leguere inter contractum donationis, & dotis, & velle legatum, vel donationem acquisiti coniugi ignoranti: non tamen dotem. Vere tamen DD. citati nõ distinguunt voluntatẽ à solo dotis contractu, sed etiã à donationem voluntate à solo dotis contractu, sed etiã à donatione, & quocunque contractu inter viuos. Alteram autem sen-

sententiam refert *d. glos.* sententiam idem esse in legato, & quocumque contractu inter viuos, & ita donationem illum aut dotem acquiri coniugi ignoranti, nec fisco competere repetitionem. Quæ sententia verior est. Nec obstant *l. Cum hic status, § fin. in fin.* applicans hanc donationē fisco: intelligitur enim, quando vterque coniux in mala fide constitutus fuit, quia nullus est textus, qui refragetur: nec ratio legitima reddi potest, cur donatum coniugi illi in bona fide constituto, auferendum sit ab eo, fisco que applicandum: nec est aliqua differentiæ ratio congrua in hac re inter vltimam voluntatem, & donationem. Quoties autem non traditur legitima differentiæ ratio, valet argumentum de contractibus ad vltimas voluntates, & è contra: vt late *Enrr. d. in suis topicis, loco 36. à contractibus ad vltimas voluntates.* Et ita hanc partem tuetur cum aliis *Acosta, c. Si pater, de testam. in 6. p. 1. verb. Vxorem, num. 6.* Et *Conar. 4. decr. 2. p. c. 7. § 1. nu. 8. in 2. edit.* ait posse defendi hanc sententiam. Et eandem tenet *Molina to. 1. de iust. tract. 2 disp. 200. fol. 1223. fine.*

5 Aut quidquid sit de iure communi, est iure regio Castellæ *l. 50. t. 14. p. 5.* quæ clare videtur applicare coniugi ignoranti ibi, *sabiendo alguna muger que non podria casar con algun otro, con que ouiesse pleito de casamiento, porque fuesse su pariente, o porque ella ouiesse otro marido, &c. e non sciendo el sabidor que auia entre ellos algun embargo, casasse con ella, si le diesse ella alguna cosa por dote: magner el casamiento se partiesse por esta razon, que podria ella demandar aquello, que le ouiesse dado por dote, non seria tenudo de gelo tornar.* Vbi *Greg. Lopez verb. Tenudo* dicit, licet hæc lex non satis explicet an ea dos cedat viri lucro; at iuncta lege seq. applicanti fisco quando vterque coniux impedimentum nouit, clare significare secus esse in hoc casu, quando donans tantum conscius fuit: & ita concludit non posse mulierem repetere dotem, & si tantum promisisset, teneri soluere. Idem *Suarez lib. 3. fori, tit. De las ganancias, l. 11. n. 19. vers. Sed reperio,* & sic concludit, virum inscium eius impedimenti, non teneri soluto matrimonio ad dotem reddendam. Idem docet *Ioan. Lupus rubr. de donat. § 36. num. 7. fine* loquens de donationibus. Idem loquens de quocumque contractu inter viuos, *Acosta d. verb. Vxorem, nu. 6. & 7. Molina d. disp. 200. fol. 1223.* Idem *Conar. 4. decret. 2. p. c. 7. § 1. num. 7. & Matienzo lib. 5. recop. t. 9. l. 2. glos. 1. n. 5.* vbi vterque dicit, per hanc legem ea quæ coniux sciens alteri ignoranti dedit in dotem, aliumve titulum, amitti, & penes ignorantem manere. Idem loquens in donatione, *Navarra l. 3. de restit. c. 1. in nona edit. dub. 8. n. 104. & 106.* Et probatur, quia soluens ex falsa causa, quam nouit esse falsam, censetur donare: & ideo non repetit, *l. Cum per errorem, ff. de regul. iur. & l. 1. ff. de condict. indeb. & l. 30. t. 14. p. 5.* vnde ortæ est doctrina *Bartoli, auth. Ingressi, C. de sacrosanct. Eccles. Antonij, & Abbatis,* & communiter scribentium. *c. In præsentia, de probat.* dicens offerentem se, & sua monasterio, scientem ingressum non valere, ea minime recuperare vitiato ingressu. Et ita ex his omnibus concludo, cōiugem ignorantem, recipientem à sciente, titulo dotis aut donationis, aut cuiuscumque contractus inter viuos aut vltimæ voluntatis, in neutro foro teneri etiam dissoluto matrim. restituere: quia donans ex ea falsa causa, matrimonij falsitatis non ignarus, censetur donare: & lex talem donationem applicat coniugi ignoranti.

6 Hoc tamen temperat *Acosta d. verb. Vxorem, n. 7.* quando coniux laborabat ignorantia facti: nam si ignorantia erat iuris, quia, scilicet, impedimentum norat, ignorabat tamen non posse eo stante matrim. consistere: licet possit mulier sæpe ea ignorātia iuuari, ne propria bona amittat: non tamen iuuatur vt lucrum comparet, *l. Si adulterium, §. 1. ff. ad leg. Iul. de adult. & ibi glos. verb. Illicitum, Bart. & communis,* vt refert ac sequitur *Conar. 4. decret. 2 p. c. 6. § 8. n. 22.* vnde dicit *Acosta*, merito quasi ab indigno auferri donationem per fiscum. Sed hoc procedit in foro externo, secuta iudicis sententia (vt dixi num. 2.) Quare ante sententiam potest donatarius tuta conscientia retinere.

7 In tertio casu, quando coniux donatarius impedimentum nouit, at donator erat in bona fide constitutus: tunc si legatum sit; non pertinere ad hæredes legantis: sed ad fiscum, tenent multi quos refert *Acosta c. Si pater, de testam. in 6. p. 1. verb. Vxorem, num. 11.* Sed merito ab eis recedit, *n. 14. 15. & 16.* dissolutis contrariis fundamentis, docetque legatum, & donationem esse nullius momenti: atque ita legatum hæredibus donantis, donationem vero ipsi donanti, & ipso mortuo, hæredibus eius, restitui debere. Et idem sequitur *P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 200. fol. 1225.* Probatur, quia in donatione sic disponitur, *l. Cum hic status, 33. § fi. vers. Si quis sponsam, ff. de donat. inter virum & vxor.* at legatum, quædam donatio est, *l. Legatum, 1. 2. ff. de legat. 2.* Item, quia tam legatum, quam donatio ex errore procedunt, quæ legans, vel donans existimat legitimum esse matrim. nihil autem magis contrarium consensui est, quā error, *l. Si quis per errorem, ff. de iurisd. omn. iudic.* Tandē, quia coniux ignarus, delicti expers fuit, ergo non est æquum, ob delictum, & dolum alterius, vt suis bonis priuetur, fisco que applicentur.

In quarto casu, quando vterque coniux insciis impedimenti, putabat matrim. valere: videtur dicendum, donationem esse validam: per *l. Si ex voluntate, 7. C. de donat. inter vir. & vxor.* ibi, *sed si matrim. iure non valuit: licet ipso iure donatio teneretur: quia tamen indigna persona eius fuit, qui nec matrimonii potest dici, vtiles actiones super reuocandis his, tibi competunt.* Et textum intelligi quando vterque coniux ignorat, inde constat, quia concedit danti repetitionem, dicitque mero iure valere. Quod cum coniuges norunt impedimentum, non euenit, sed vendicat fiscus (vt dixi nu. 2.) Et ita explicat eum textum, *glos. l. Cum hic status, §. fin. verb. Fisco, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Quare *Angel. Donatio, 3. n. 5. Roscella Donatio, 1. n. 36. Sylvest. Donatio, 2. q. 1. Tabiena Donatio, 3. q. 3. n. 4. fin.* dicunt inter coniuges putatiues valere eam donationem, posse tamen donantem reuocare, si vterque impedimentum ignorabat. Et *Bald. Nouel. de dote p. 11. primil. 15.* tenet sine dubio valitarum legatum in hoc casu: & *P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 200. fol. 1226.* dicit ex coniecturis deprehendendum esse, an valeat legatum: & in dubio in clinandum esse, vt valeat. 8

Sed dicendum est, donationem nihil prorsus valere. 9 Et id significat *l. Si ex voluntate, est. qu. præced.* pro contraria sententia: quasi dicat, licet videatur valere in rigore iuris: at quia reuera nō erant coniuges, non valet, & potest donator repetere. Idem probatur ex ratione textus, *l. Cum hic status, § fin. vers. Si quis sponsam, de donation. inter virum & vxor.* vbi dicitur donationem factam vxori putatiuæ, non valere, sed redire ad donantem. Redditurque ratio his verbis, *quia non quasi ad extraneam, sed quasi ad vxorem fecit.* Præterea, quia hæc donatio procedit ex errore, qui consensum excludit. Item, quia donatio inter veros coniuges appellatur inualida, (vt dixi disp. præc. num. 2.) cum tamen morte confirmetur, qua ratione dixi ibid nu. 3. posse coniugem donatarium retinere, expectantem morte donantis confirmari: ergo à fortiori hæc donatio inter coniuges putatiuos, erit inualida, nullumque retinendi ius detecta matrimonij nullitate conferet: cum nec morte donantis confirmetur: vt ex *d. l. Cum hic status, § fin.* colligunt *Baldus l. Eam quam, n. 22. C. de fideicomm. Ioan. Lupus rubr. de donation. § 36. num. 7. Anit. Suarez lib. 3. fori, titul. De las ganancias, l. 1. num. 4. Conar. 4. decret. 2. p. c. 7. § 1. num. 8. Anton. Gomez l. 52. Tauri, num. 77. fine, & num. 65. fine,* explicans licet ignoranter contraxerint: *Matienzo lib. 5 recop. tit. 9. l. 2. gl. 1. num. 6.* Sic docent *Abbas c. fin. num. 14. de donat. inter vir. & vxor.* vbi *Prapositus n. 9. Suarez n. 4. proxime citato Ant. Gomez l. 52. Tauri nu. 77. fine:* & melius cæteris *Acosta c. Si pater, de testament. in 6. p. 1. verb. Vxorem, n. 18.* vbi etiam legatum irritum esse docet, ob defectum voluntaris, & ad testatoris hæredes pertinere.

DISPVTATIO III.

Vtrùm in aliquibus casibus valida sit donatio inter virum & vxorem?

SVMMARIVM.

Valet inter Imperatorem, & Imperatricem & Principes non recognoscentes superiorem, n. 1. Item quando donatarius non fit recipiens ditior: vt si donetur ei causa sepulturæ, nu 2. Et ibi, idem quando donantur ei redditus ad capellaniam vel ad oleum, & ceram ad templum illuminandum, vel ad alia ad Dei cultum. Et donationes inter coniuges non sunt amare tractandæ.

An si coniux donatarius inutiliter rem expendat aut partem illius, tenatur reuocata donatione integre restituere? Et quod tempus inspiciendum sit ad discernendum, an coniux donatarius factus sit re donata locupletior? n. 3.

Valet donatio si coniux pecunia sibi ab altero donata, soluat sportulas id est vectigalia, vel expensas pro studio, aut nuptijs consanguinei, nu 4. Et ibi, quid si in his casibus rem donatam conseruasset. saltem demptis de suis bonis in ea re consumptis? Item valet donatio inter coniuges, ad refectionem ædium alterius incensarum, n. 5.

Valet donatio, quando coniux donat coniugi, vt apud illum res maneat, sed vt donet alteri, n. 6. Et quid quando donans non fit pauperior? vel renunciat in fauorem alterius, lucra constante matrimonio acquisita vel acquirenda in re cessisse, n. 7.

Quid, quando donatur, vt donatio acquiratur alteri coniugi tempore soluti matrimonij? n 8.

Valet, si vxor donet viro gratia honoris, vel dignitatis adipiscenda vel ludorum præparandorum, aut oratoriæ publicæ, vel causa studij, licentiæ, aut doctoratus obtinendi. n. 9. Et ibi, idem pro militia aut nobilitate acquirenda.

Valet, si vir remittat vxori promissam dotem, vel illius partem: non autem si aliud debitum remittat n. 10. Et ibi, quid si ad certum terminum debet aliquid vxori, & ante illum soluat? vel constante matrimonio si dotem restituat?

Quid si vir remittat vxori vsuras dotis non solutas n 11.

Quid si vir donet vxori quid annuum ad alimenta? n 12. Et ibi an valeat si tantum promissum sit, vel morte confirmetur, quamuis traditio subsecuta non sit?

Quid si donet vxor viro exilij causa? n. 13. Et quid si alter ex coniugibus vendatur seruus vel actionalibus alterius, vel in domo alterius habuerit grauem causa donationis? n. 14. Et quid, si donatio sit remuneratoria? remissiue. n. 15.

1 AFFIRMATIVE resp. vt constabit ex casibus seqq. Primus casus est, in quo valet donatio inter virum & vxorẽ, si fiat inter Imperatorem, & Imperatricẽ. Habetur expresse *l. penult. ff. de don. inter vir. & vxor.* Quia contractus imperiales obtinent vim legum. Idem eadem ratione dicendum est, de donatione facta inter Regem, & Reginam: vt docent *Nauar. summa, c. 17. num. 149. Ant. Gom. l. 52. Tauri, num. 66. vers. Octauum est, Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 289. §. In ementibus, Lud. Lop. lib. 2. de contract. lib. c. 47. §. Porro quoniam.* Idemque est, si fiat inter alios principes minime superiorem recognoscentes. Vt bene *Molina ibid.*

2 Secundus est quando ex donatione coniux donatarius non fit ditior, licet donans reddatur pauperior. Quia iam videtur causa prohibitionis cessare, cũ enim recipiens nõ fiat ditior, non proprie spoliat alterum. Habetur expresse *l. Si sponsus, 5. vers. Concessa donatio*, ibi, *concessa donatio est sepulturæ causa. Nam sepulturæ causa locum marito ab vxore, vel contra donari posse, constat. Hoc autem ex eo euenit, quod definiri solet eam demum donationem impedire solere, qua & donantem pauperiorẽ, & accipientem faceret locupletiorem. Porro hic nõ videtur fieri locupletior, in ea re quam religione dicauit. Nec moueat quemquam quod emeret, nisi à marito accepisset. Nam & pauperior ea fieret nisi maritus dedisset, nõ tamen ideirco sit locupletior, quod nõ expendat. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi *glos. verb. Nec moueat*, opponit mouere debere, tantum de suo patrimonio consumpturũ coniugem nisi alius donasset. Quia re vera locupletior efficitur: vt *l. In pupillo. ff. de solutio.* Et respondet, aliud esse in pupillo, qui certat de lucro iniuria alterius non acquisito: & aliud de coniugibus inter quos donationes hæ nõ sunt amarè tractandæ: vt dicit textus *l. Si id quod, vers. Si quas, ff. de donat. inter vir & vxor.* Hic etiam casus expresse est definitus *l. 6. tit. 11. p. 4.* & redditur ibi ratio, in fine, ibi, *porque aquel aquien las dan non se aprouecha de ellas, en su vida. Otrosi porque son dadas en manera que se torna en seruicio de Dios.* vnde infert *Ioã. Lop. rubr. de donat. §. 48. n. 2.* valere similiter si coniux coniugi donet redditus ad capellaniam dotandam, vel ad oleum, & ceram ad illuminandum templum.

Hinc infertur, si vir donet aliquid vxori, & ipsa invitili-
3 ter expẽdat, valere donationẽ, nec teneri vxorẽ restituere id quod inutiliter expendit: vt si donata sunt 100. & prodigè expendit 50. tantũ tenetur restituere, donatione reuocata, illa 50. quia in illis tantũ locupletios facta est. Probatur ex *l. Quod autẽ, 8. §. Si maritus. ff. de donat. inter vir. & vx.* ibi, *quia non fit locupletior, qui tantumdem in re mortua impendevit.* vbi *glos. verb. Mortua*, inquit, *id est, de qua non est locupletior.* Et *l. Si Sponsus, 5. fine. ff. eod. tit.* ibi, *vbi semper igitur non dominauit de facultatibus suis qui donauit: vel etiã si dominauit, locupletior tamen non fit qui accepit, donatio valet.* Sic docent *gl. c. fi. de donat. inter vi. & vxor. verb. Locupletior. fine*, vbi *Alb. n. 8. Alex. de Neuo, n. 19. Præpos. n. 4. Ioan. Lop. rubr. de donat. §. 48. nu. 1. Angel. Donatio, 3. n. 2. Syluest. Donatio, 2. q. 1. Tabiena Donatio, 3. q. 2. n. 2. Greg. Lop. l. 4. verb. Mas rico, ti. 11. p. 4. Ant. Gomez l. 52. Tauri, n. 67. init.* Addunt fere omnes hi DD. secus esse, si hæres cõiugis donatarij inutiliter expendisset: quia satis est, vt vxor recipiens, ditior facta sit. Ait autem *Greg. Lop.* diiudicandũ esse, an coniux donatarius factus sit locupletior, inspecto tempore mortis donantis. Sed hoc nõ percipio. Quia si prius moritur donans, nec reuocauit donationem, confirmatur morte, & ita nihil est restituendũ. Si reuocauit, iam ex tũc donatio non valet, & venit restituenda. Si vero donatarius prius decedat, iam ex tũc reuocata manet donatio. Quare credo inspiciendũ esse tẽpus, quo reuocatur donatio: vt colligitur ex *Anton. Gom. to. 2. n. 67. init.* Quia ex tunc tenetur cõiux donatarius restituere, & caret iure expendẽdi. Hoc corollariũ temperat *Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 289. §. Obserua.* vt tantum sit verum, si vel res absq; culpa coniugis donatarij perit, vel vtiliter consumpta fuit in expensis, quas alioquin facere tenebatur maritus, aut censebatur contentus, vt eas faceret vxor: secus autẽ, si donatarius eiusmodi rem donauit, aut inutiliter consumpsit. Interim namq; dum donatio non erat morte donantis confirmata, fas illi nõ erat inutiliter expendere, atq; prodigere. Sed hæc limitatio displicet: quia textus & DD. allegati innituntur illi rationi, quod cõiux donatarius, ditior effectus non sit in quantitate inutiliter consumpta: quæ ratio militat, siue absque culpa perierit, siue culpa sua prodegerit: & donatio illa quamuis non confirmetur vsque ad donãtis mortem, eam tamen tacitam conditionem habet, vt dum reuocatur solum restituẽda sit, quatenus donatarius coniux locupletior tempore reuocationis factus est.

Secundò infertur, valere donationem, si vxor pecunia
4 sibi ab altero coniuge donata, soluat sportulas, id est, vectigalia, pro cognato, quamuis eam pecuniã mutuo esset acceptura & pro cognato expensura. Habetur expresse, *l. Si mulier, 6. ff. de donat. inter vir. & vx.* Cuius rationem reddit *Ioan. Lop. rub. de donat. §. 48 n. 1.* quia non ex necessitate, sed ex voluntate esset expensura: per *l. Marcell. ff. eo. t.* Vnde infert, eadem ratione valere donationem, si ea pecunia faceret expensas pro consanguineo studenti, vel pro nuptiis. Idem dicit cum *Alex. de Neuo, c. fin. nu. 18. de donat. inter vir. & vxor.* si in his casibus vxor rem donatam conseruasset, tantumdemq; de suo patrimonio consumpsisset. Quia non est facta locupletior.

Tertiò infertur, valere donationem factam inter con-
5 iuges ad refectionem ædium alterius incensarum, in tantum in quantum ædificij extructio postulat: habetur expresse *l. Quod si vir. 15. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi *gl. rati.* rationem reddit: quia recipiens non efficitur locupletior: cum tantum de suo patrimonio amiserit.

Quarto infertur, valere donationem inter coniuges, &
6 quando alter alteri donat, non vt apud donatarũ res donata permaneat, sed vt alteri donet. Quia recipiens non efficitur locupletior, vt est casus *l. Profectitia, §. antepenult. ff. de iure dot.* Sic *Bart. l. Si cum filius, ff. de donatio. Tiraq. l. Si vnquam, verb. Susceperit liberos, nu. 172. C. de reuoc. donat. Crottus l. Frater à fratre, nu. 75. ff. de condict. indeb. Ioan. Lop. rubr. de donat. §. 48. n. 1. fine, & §. 49. n. 1. Baeza de non melior. silab. c. 19. n. 6.*

7 Tertius casus est: quando donans non efficitur pauperior, licet donatarius efficiatur ditior. De quo casu, disseq. est habendus sermo. Et an possit coniux lucra constante matrimonio acquirenda, vel acquisita, renunciare in fauorem alterius? dicemus disp. 5.

Quartus

1 Quartus casus est: quando donatur in tempus soluti matrimonij, nimirum, vt res fiat coniugis donatarij, quando alteruter coniux obierit. Habetur expresse *l. Sed interim, 12. Sed quod dicit, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Quia paria sunt facere tempore permisso, & in diem tempus referre, *l. In tempus. ff. de hared. instit.* at soluto matrimonio licita est donatio: ergo & cum donatio ad id tempus refertur. Et ita docent omnes, specialiter *Tiraquel. post leges connub. glos. 8. de sua mary, n. 191.*

2 Quintus est, quando vxor donat viro, gratia honoris, vel dignitatis adipiscendæ. Idem, si causa honoris, vel dignitatis fiat, vel gratia ludorũ authoritate publica præparandorum. Habetur expresse, *l. Quod adipiscendæ, 41. cum duplici seq. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Et docet *Ioan. Lup. vbi. de donat. §. 54. num. 1.* vbi addit, idem esse, si causa studiorum, vel hæreditatis, aut doctoratus obtinendi: vel quando pro militia, vel nobilitate acquirenda donatio fit.

10 Sextus est: si vir constante matrimonio remittat vxori promissam dotem, vel partem eius. Vt colligitur ex *l. Si constante, 19. de donat. ante nupt. vers. Firma.* Et tradunt *ibi Cyn. & Bald. Iad. de Rauen.* quem refert & sequitur *Præpos. q. 3. n. 7. de donat. inter vir. & vxor, Angelus Donatio, 3. n. 2. Sylvest. Donatio, 2. q. 3. Armil. verb. Donatio n. 29. Nauar. sum. c. 17. Rip. nu. 190. Lat. n. 149.* Remissio vero alicuius debiti nõ valet inter eos: vt bene docent *Syl. ex. & Nauar. vbi*, per text. expressum, *l. Si sponsus, 5. vers. Si debitor vxori, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Si tamen coniux debeat alteri coniugi ad certum terminum, potest ante illius terminu adueniens solui. Quamuis enim eo medio tempore videatur donare, ex originalis causa est debitum. Habetur expresse, *l. Sed si vir ex lana, 32. §. Si vir vxori, vers. Quod vir vxori, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Et docent *Suarez l. Quoniam in prioribus, in euidentia libri, n. 7. C. de inoffic. testam. Ant. Gom. l. 51. Taurt. n. 66. vers. Septimus est, Duenas regul. 222. fallentia 16. Barbosa l. 2. q. 2. in print. num. 1. ff. solut. matrim.* Quod si opponas, restitutionem dotis factam vxori constante matrimonio, cõtinere in se quãdam donationem prohibitam inter coniuges: vt cum multis authoribus colligit *Barbosa eodem n. 1. ex l. vnic. C. si dos constante matrim. & auth. de nuptijs, §. Dotes, collat. 4.* cum tamen dos debita fit, ac soluenda soluto matrimonio: ergo donatio resultans ex solutione ante diem, prohibita est inter coniuges. Respondet bene *Barbosa ibid. n. 2.* dispari esse rationem. Quia quod debetur in diem, vere debitum est attento præsenti statu, *l. In diem, ff. de condit. indeb.* Quare ex solutione illius anticipata, nulla resultat donatio prohibita: cum hæc donatio solam respiciat executionem anticipatam. Vt explicat *Peralta l. 3. §. fin. n. 71. ff. de hared. instit.* Dos autem non debetur simpliciter, sed sub conditione, si soluatur matrimonium: iuxta notata, *l. Si constante, §. 1. ff. solut. matrim.* Quare attento præsenti statu restituitur dos, quæ erat omnino indebita, nondum impleta conditione soluti matrim. *l. Sub conditione, ff. de condit. indeb.* & hac ratione videtur resultare prohibita donatio inter coniuges.

11 Septimus est: si vir vsuras dotis non solutæ, de quarum solutione cõuentum erat, remittat: valet donatio. Habetur *l. Vir vsuras, 55. de donat. inter vir. & vxor.* Et docet *Duenas reg. 222. limit. 7.*

12 Octauus est: si vir donet vxori quid annuũ ad alimenta, valet enim, modo donatio minime excedat fructus dotis. Habetur *l. Ex annuo 36. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & docent *Sylvest. Armil. Nauar. allegati n. 10. Tabiena, Donatio, 3. q. 2. num. 3. Iad. Lop. lib. 2. de contract. c. 47. casu 8. Barbosa* multos referens, *l. Quæ dotis, 34. n. 66. & 67. ff. solut. matrim.* Et addit n. 66. non reuocari quod superest ad alimenta, nisi nimis immoderatum, & excessiuum sit attentis fructibus dotis: vt exponit *Falgos. d. l. Ex annuo.* Et *idem Barbosa, num. 67.* dicit tum: hoc intelligendum esse, quando illud annuum est traditum: si enim tantum promissum sit, non statim valet, sed morte viri confirmatur, instar cæterarum donationum: & licet illæ minime confirmentur morte quando tantum promissæ sunt, nec traditio secuta est: (vt diximus hoc 6. lib. disp. 14 n. 6.) At speciale est in hoc casu. Quia non est mera donatio, sed alimentorum loco succedit.

Nonus est: si coniuges exilii causa sibi donẽt: valet enim donatio. habetur expresse, *l. Inter virum, 44. ff. de donat. inter vir. & vxor. vbi gloss. initio*, sic explicat, quando vir expectaret se in exilium mittendum, valeret donatio, vt exilio confirmaretur. 13

Decimus est: si alteruter coniux vsus fuerit seruis, animalibus, vel vestibus alterutris, vel in ædibus eius gratis habitauerit: valet donatio. Habetur expresse, *l. Si vir vxori, 19. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Et docet *Duenas reg. 221. limitat. 13.* 14

Vltimus est: quando est donatio remuneratoria. De quo casu late agendum est disp. 6. 15

DISPVTATIO IV.

An valeat donatio inter coniuges, ex qua donans non efficitur pauperior, licet donatarius efficiatur ditior?

SVMMARIVM.

Valet talis donatio n. 1. Et quid si legatum aut donatum causa mortis coniugi, reget ille vt non sibi, sed suo coniugi leget aut donet, n. 2. Et ibi eadantur l. Hac ratione §. fin. & l. Idemque ff. de donat. inter vir. & vxor, & videre an imperite necessitatem & habere animum ad vere. Et an in donatis nec ipsa mortis transferatur statim dominium Et quid si mortuo testatore reuocetur ea hæreditas, aut legatum, vt acquiratur coniugi alteri.

Valet quando coniux donat coniugi rem alienam n. 3.

Valet, si coniux donet coniugi quæ erat prodige consumpturus n. 4.

An sic idem, si coniux donat rem alicui ne coniugi, eam donationem permittentis, n. 5.

Valet si coniux donet coniugi fructus ex re alia percipiendos, n. 6.

Eradatur motus proprius Clementis 8. prohibens ex religiosi communia dare: an ille administrator aut vere pauperitatis, si volentem donare rem ipsi, reget ille, vt det eandem: vel potius tanto religiosus, n. 7. Et ibi, quid si communitas respondet legitimam non esse.

Eradatur, l. Qui sub conditione ff. quæ in fraud. credit. & regul. Non fraudantur ff. de regul iur. qualiter possit debitor repudiare hæreditatem vel legatum, in fraudem creditorum n. 8. Et ibi, quid, si bona debitoris sint hypothecata vel si causa sit condemnatus, etiam in specie fauoris, & quid in casu fauoris qui est hæres suus.

An hæc repudiatio possit fieri in foro conscientiæ, vel hic debitor repudians censeatur alium rem offerre & omnium emergens: & tandiu ipse confidentes, n. 9 Et ibi, an succedens in hæreditate tutus sit in foro conscientiæ? vide.

Summatur argumentum, n. 10. Et ibi, an vxor possit tuta conscientia remittere marito id, quod maritus acquisiit, vt legatur partem dotis eius facere.

Explicantur 2 Cum excepimus 11. q. 2. & 2. Cum Apostolica, de his quæ fiunt à prælato, an possit prælatus hæreditatem Ecclesiæ, vel monasterio delatam, repudiare absque licentia Superioris ob aliquas alienationes rerum Ecclesiæ, n. 11. Et an item sit in legato, n. 12. Et explicatur l. Magis puto §. Si pupillus ff. de reb. eo.

Solue prælatus non impleta conditione sub qua aliquid legatur Ecclesiæ, an ipse præsentet, vt illud auferat? Et recipiens pensionem ab eo quem petunt posteri ob patrimonia soluta, an præiudicet Ecclesiæ? vt amplius priuatæ nequeat, n. 13.

Prælatus absque iusta causa se repudiare, peccat, non tamen incurrit excommunicationem contra alienantes res Ecclesiæ absque debita solemnitate, n. 14.

Teneatur talis prælatus damnum resarcire, & an Ecclesia possit restituere? num. 15.

An summa dicta vera sint non tantum quando est renunciatio hæreditatis, vel legati, sed etiam cessio in alterum fauorem? refertur opinio affirmans, n. 16. Et contrari. vide n. 17. Et explicatur l. fin. §. fin. C. de bonis quæ liber quando momentum ad finem in consideratione.

Eradatur l. 26. Tauri an remisso vsufructu falla per patrem filio, consentur meliorasse vel possit reuocare? tam quam inofficiosa. n. 18.

Valet licentia testamentaria concessa per patrem filio, in præiudicium legitimæ ad patrem pertinentis. & alterum si certum. Et an desiderentur solemnitates? Et qualiter possit filius talis licentia obtenta disponere de illa bona, vel maritatus. Infra inter. n. 19.

An mater dum nupta est, possit huic facultatem filio concedere, absque viri licentia. n. 20.

An licentia hac tollendi semel concessa, possit reuocari? n. 21.

SIT conclusio. Valida est donatio inter coniuges, ex qua donans non redditur pauperior, licet recipiens fiat ditior. Quia tunc cessat prohibitionis ratio, ne mutuo amore se coniuges spolient: coniux enim donans nulla re spoliatur, cũ pauperior non fiat. Hæc prob. à contrario sensu, ex *c. fin. de donat. inter vir. & vxor*, ibi, *donatio quæ constante*

stante matrimonio inter coniuges dicitur esse facta (ex quo alter locupletior, & pauperior alter efficitur,) firmitatem non habet. Et habetur expresse, *l. Si sponsus, 5. ff. de donat. inter vir. & vxor. in fine*, vbi exempla cum suis rationibus subduntur. Vt si maritus hæres institutus repudiet hæreditatem, vel legatum, vt succedat vxor: quæ succedit, vel quia substituta est, vel quia futura erat hæres ab intestato. Quia pauperior non fit, qui non acquirit, sed qui de patrimonio suo aliquid deponit. Similiter si rogatus hæreditatem vxori restituere: sine deductione quartæ Trebellanicæ restituat. Quia magis videtur functus maritus pleniori officio præstandæ fidei, quam donasse. Magis enim fidem exsolut in hoc casu, quam donat: nec de suo putat proficisci, quod de alieno plenius restituit, voluntatem defuncti secutus. Idem disponitur, *l. 5. tit. 11. p. 4.* Limitationem huius decisionis vide n. sequenti fine.

2 Hinc infertur primò valere, si legantem, aut hæreditatem relinquentem marito, roget ipse vt vxori leget, aut relinquat. Habetur, *l. Sed si vir. 32. §. si vir. ff. de donat. inter virum & vxor. vers. Quod legaturus.* ibi, *quod legaturus mihi, aut hæreditatis nomine relicturus es, potes rogatus à me, vxori meæ relinquere: & non videbitur ea esse donatio. Quia nihil ex bonis meis diminuitur.* Sed fortiter vrget cõtra hoc *l. Hæc ratio, 3. fine. ff. de donat. inter virum, & vxor* ibi. *si donaturum mihi tuissero vxori meæ dare, nullius esse momenti Iulianus scribit. Perinde enim habendum, atque si ego acceptam rem meam factam vxori meæ dedissem.* Et *l. Idemque, 4. ff. eod. tit.* ibi, *Idemque est & si mortis causa traditurum mihi, tulerim vxori meæ tradere. glos. ea l. 4. verb. Habere, Ioan. Lup. rubr. de donat. §. 47. n. 12. Angel. Donatio 3. num. 1. Sylues. Donatio, 2. q. 2. Tabiena Donatio. 3. q. 1. num. 2.* Sic conciliant. Valet legatum quod vir rogat dari vxori: quia legatarius non fit legati dominus, vtique ad mortem legantis: non autem donatio causa mortis. Quia statim transfertur dominium talis donationis in donatarium, licet reuocabiliter, traditione statim secuta, *l. Senatus, in princ. & l. Si mortis causa res donata, ff. de donat. caus. mort.* Vt docent *Couarr. rubr. de testam. 3. p. n. 16. Acosta 6. Si pater. p. 1. verb. Legauit, nu. 5. de testam. in 6. Angel.* multos referens, *de meliori. l. 1. glos. 1. n. 6.* Quamuis *Sylues. proxime cit.* minus bene dicat absque traditione transferri dominium. Sed hæc solutio quamuis in se vera sit, non exhaurit difficultatem. Quia idem disponitur illa *l. 3. fin. de donat. inter vinos*, nec videtur textus loqui de donatione iam facta, sed de facienda: ait enim, *si donaturum mihi tulero.* Quare dicendum est in vtroque textu esse vnum actum occultatum, quo donatarius tacite acceptat donationem, & iterũ donat alteri coniugi. Et ita *Odofred. l. 1. fine, ff. eod. tit.* vbi illam l. 3. explicuit, & *Bald. ea l. 3. fine*, explicantes ea verba, dicunt illa procedere, quãdo est vnus actus occultatus. Et *Couar. 4. decret. 2. p. cap. 7. §. 1. num. 11. Matienzo lib. 5. recop. 1. 9. l. 9. glos. 1. n. 4. Companus lib. 8. comment. iuris, c. 11. nu. 7. fine, Caldas l. Si curatorem, verb. Lasis, n. 117. vers. 2. C. de in integr. restit.* sic explicant eas leges, aliud (inquiunt) est repudiare legatum, vel rem delatam sibi, aliud iubere donationem ei paratam, & oblatam vxori fieri. Hoc enim casu ipsam donationem non repudiat vir, sed recipit, ac demum vxori fieri iubet. Eodem modo explicat *Anton. Gom. 2. var. c. 4. n. 24.* vbi ait vxorem in eo casu fuisse vocatam, & admissam ex mariti dispositione. Quia expresse renunciauit donationi, onerans donãtem vt daret vxori. Idque clarè colligitur ex verbis illarum legum, *l. 3. fin.* ibi, *si donaturum mihi, tulero vxori meæ dare. & l. 4.* ibi, *idemq; est etsi mortis causa traditurum mihi, tulerim vxori meæ tradere.* Nam verbum, Iubere importat necessitatem: vt optime *Alberic. in suo diction. verb. Iubere*, & potest videri in *Rebuf. l. 164. verb. Iubere, de verb. sign.* vbi omnes acceptiones quas huius verbi refert, important iubentem habere actionẽ, necessitatemq; imponere. Et constat ex *l. 1. ff. quod iussu*, ibi, *nam quodammodo cum eo contrahitur, qui iubet.* Et ita textus *d. l. Sed si vir, vers. Quod legaturus*, vbi legatarius non habet actionem aliquam ante mortem testatoris, vtitur verb. Rogo, & dicit valere, ibi, *quod legaturus mihi, aut hæreditatis nomine relicturus es, potes rogatus à me vxori meæ relinquere.* Quare in omnibus his casibus dicendum est, posse coniugem, hæreditatem, vel legatum, vel donationem sibi fieri parata, ante acceptionem, iurisq; alicuius acquisitionem, rogare vt alteri coniugi fiant, secus post acceptationem, & ius acquisitum. Quia priori casu nihil ex propriis bonis deperdit, sed solum non acquirit: in posteriori autem, rem acquisitam amittit. Nec audiendus est *Sylues. Donatio, 2. q. 2.* vbi limitat vt possit vxor repudiare hæreditatem vel legatum vt succedat vir, vel è contra, quando testator adhuc superstes est, & ita ius non est acquisitum. Dicendum enim est posse etiam post testatoris obitum ante acceptationem, quia ante illam non acquiritur hæreditatis dominium, & nec legati, nisi reuocabiliter & imperfecte, vt constabit ex iis quæ dicemus, n. 8.

3 Secundò infertur, valere donationem, si coniux coniugi rem alienam donet, ad hunc effectũ vt recipiens possit vsu capere. Quia donans non efficitur pauperior. Habetur expresse, *l. Sed & si constante, ff. de donat. inter vir. & vxor. & l. 5. t. 11. p. 4.* Sed hic casus non caret scrupulo. Quia videtur coniugem donantem effici pauperiorem, cum teneatur restituere. Respondet bene *glos. ea l. Sed & si constante, verb. Rebus, sublato intuitu, & fine*, licet subobscure, intelligi hunc casum, quando coniux donans, bona fide possidebat, putãs rem esse suam: tunc enim si det alteri coniugi, qui rem præscribat, nil tenetur donans restituere: cum bona fide possederit, nec factus sit locupletior. Quod si replices, coniugem donantem posse præscribere, & ita hac spe frustran. Licet aliter respondeat *glos.* melius satisfit dicendo, id nõ esse ex proprio patrimonio deperdere, sed non acquirere. Potest etiam intelligi hic casus quando coniux donauit rẽ alienam alteri coniugi, de licentia domini concedentis liberam donandi facultatem. Sic *Angel. Donatio, 3. n. 2. Sylues. Donatio, 2. q. 1. Tabiena Donatio, 3. q. 2. n. 3.*

4 Tertiò infertur, si vir erat prodigus, & prodige consumenda donet vxori, vel è contra, valere donationẽ. Quia licet coniux recipiens fiat ditior, at donans non efficitur pauperior: cum inutiliter esset expensurus. Sic *cum Baldo* docet *Ioan. Lup. rubr. de donat. §. 47. fi.* quamuis dubiter *Greg. Lop. l. 4. verb. Son defendidas, tit. 1. p. 4.*

5 Quartò infertur, si vir donet rem vxoris, vel è contra, ea permittente, non tenere donationẽ. Quia vxor fit pauperior, & vir donans locupletior. Cum ex ea donatione acquirat sibi naturalem obligationem, qua donatarius tenetur ad antidora. Sic *Bart. l. 2. §. 1. ff. de donat. Ioan. Lup. rubr. de donat. § 47 num. 23.* vbi limitat cum *Bart. l. 1. in fin. ff. rerum amot.* & sequitur *Sylues. Donatio, 2. q. 1.* nisi donaret causa piæ, quia tunc cessat ratio obligationis ad antidora.

6 Quintò infertur: si coniux coniugi donet fructus ex prædio percipiendos, valere. Quia donans non fit pauperior: nam potius ex industria, quam ex re ipsa fructus illi percipiuntur: iuxta *l. Fructus percipiendo, ff. de vsuris.* Sic cum aliis quos refert *Pinel. l. 2. p. 2. c. 4. n. 5. C. de rescind. vendit. Ioan. Garcia de expensis, c. 23. nu. 21.* Quamuis *glos. l. De fructibus, 18. fine. ff. de donat. inter vir. & vxor.* oppositum sentiat.

7 Sexto infertur intellectus ad motum propriũ Clement. 8. quo prohibuit religiosis, ne largirentur munera. An illi constitutioni, vel voto paupertatis aduersetur, si religiosus absq; sui superioris licentia, volentem sibi aliquid donare roget vt donet cõsanguineo: quibus precibus ductus donet illi consanguineo? Videtur enim aduersari. Primò, quia motu proprio, § *Id autem, fine*, dicitur sic *prohibemus religiosis missiones numerum, non solum per se, verum etiam per alios, tam directe, quam indirecte*: at hoc videtur indirecte donare. perinde enim est, ac si religiosus acceptaret, ac mitteret cõsanguineo: quod enim mei causa fit, meũ quodammodo fit. *l. Prætor ait. ff. de edendo.* & consequenter aduersabitur etiã voto paupertatis, cum religiosus disponat absq; superioris sui licentia. Et confirm. quia si hoc non sit dare indirecte, minime apparet quid per indirectam donationẽ intelligatur. Secũdò, quia *l. 2. ff. de calumniat.* Sic dicitur, *nec refert an ipse pecuniã acceperit, an alij iusserit dari.* Vltimò, quia iuxta communem doctrinã, (vt dicemus hoc *l. 6. disp. 26. n. 11.*

nat donata viro à consanguineis vxoris, cẽsentur in dubio donata vxori, & ita ad ipsam soluto matrim. pertinẽt: & hoc non alia ratione, nisi quia non contemplatione viri, sed ipsius vxoris donata sunt. Cum ergo in hoc casu non donaretur consanguineo religiosi, nisi ipsius religiosi contemplatione, videtur ipsi religioso donatum & acquisitum, & per ipsum, datum consanguineo: & ita erit contra motum proprium, & votum paupertatis. His tamen non obstantibus, dicendum est, nec aduersari motui proprio, nec voto paupertatis, quando religiosus profitetur se nolle acceptare, vt si dicat sic: Ea re non indigeo, si tibi placuerit, gratum mihi facies, si dederis meo consanguineo. Secus quando religiosus expresse, vel tacite acceptaret, & peteret dari consanguineo. Vt si offerenti donum gratias agat, petatque ab eo vt tradat consanguineo: quia in priori casu nulla est acceptatio religiosi, & ita nihil ipse donat, sed tantum intercedit vt alius donet. In posteriori autem, religiosus acceptat, mittitque per manum donantis, consanguineo. Præterea, quia motus proprius, & votum paupertatis tantum obligant religiosum, ne sibi acquisita alienet absque debita licentia, non vero vt acquirat: at in hoc casu nihil sibi acquisitum alienat, acquirere enim non potest absque acceptatione, & tantum abest vt acceptet, vt potius protestetur contrarium, & hoc non ficte, sed vero animo nihil acquirendi: ergo. Deinde, quia similiter est prohibita donatio inter virum & vxorem, & tamen (vt diximus n. 2.) non est donatio, quando vir volentem sibi donare rogat, vt det vxori, nisi se aliquis actus occulteatur, quo tacite acceptans iubeat vxori tradi: ergo similiter non erit donatio aduersus illum motum proprium, aut votum, quando religiosus nullo modo acceptare vult, rogans vt donatio fiat consanguineo. Sic tenet *Sosa in tabel.* quo expoliit d. motum proprium. Clementis VIII. *n.* 73. vbi tamẽ addit aduersari motui proprio, si conuentus absque alia iusta causa repudiet legitimam monachi iam delatam. At hoc tantum est verum, quando hæreditatem illam acceptarat monasterij, vel illi cederet in alicuius fauorem: includitur enim ibi tacita acceptatio, (vt dicemus nu. 17.) Quia ante acceptationem tacitam, vel expressam non acquiritur hæreditas illa monasterio, & ita eam repudiare non est alienare, nec donare, (vt probabimus n. 11. & 12.) quare nec erit contra motum proprium, nec contra votum paupertatis. Peccabit tamen contra charitatem, si absque causa iusta religiosus priuatus rem sibi donatam nollet acceptare, sed togatarius alij dari. Quia impedit bonum monasterij, in cuius vtilitatem donatio illa cedit. Sicut precibus absq; iusta causa impedire bonum proximi, cui aliquis legare volebat, autem communiter DD. peccatum esse charitati aduersus. Secus si illa res nullo modo in bonum monasterij cedere debebat. Nec obstant argum. contraria. Non primum: quia id non est donare: cum religiosus nihil re vera acquirat. Et illa *l. Prator ait*, non dicit absolute, quod in gratiam mei datur, meum esse: sed quodammodo esse meum: vbi *glossa verb. Meum*, inquit, non quod sit meum, vel commune, sed quia vtilitas mea ibi consistit. Ad confirm. dic esse donationem indirectam, quando est tacita acceptatio, & iussus vt donans tradat alteri: vel quando est tacita donatio sub mutui specie & nomine: vt si religiosus mutuet nummos animo non recuperandi: vt bene *Sosa d. n.* 73. Vel dic ea verba, directè, nec indirectè, apponi vt religiosi intelligant quam exactè sibi munerum largitio interdicatur. Vt cum hispanè dicimus, *no es passe por essamiento hazer eso*. Ad 2. dic includi ibi tacitam acceptationem: cum iussio vt alteri detur, importet rem prius subeuti esse acquisitam. Vt explicuimus n. 2. Ad vltimum, dic eam doctrinam esse veram in dubio, vbi non constat de intentione donantis, & donatarij. At in nostro casu manifesta est intentio donantis, vt non acquiratur religioso: cum ipse repudiet, & acceptare nolit.

8 Septimò infertur intellectus ad *l. Qui autem, 6. ff. quæ in fraud. credit. vers. Proinde*, ibi, *proinde & qui repudiauit hæreditatem, vel legitimam, vel honorariam, vel testamentariã, non est in ea causa, vt huic edicto locum faciat. Noluit enim acquirere, nõ suum proprium patrimonium diminuere.* Et *paulo inferius, vers. Sed & illud*, ibi, *sed & illud probandum est, si legatum repudiauit: cessare hoc edictũ. Quod tabianus quoque scribit.* Et *reg. Non fraudantur, 177. ff. de reg. iur.* ibi, *non fraudãtur creditores eũ quid nõ acquiritur à debitore, sed cum quid de bonis diminuitur.* Huius enim decisionis ea est ratio. Quia talis debitor nil alienat, cum nil acquisierit: ius enim hæreditatem adeundi, antequam ea acceptetur, non est in bonis nostris, *l. Pretia rerum. ff. ad legem Falc.* sed tantum desinit acquirere. Et quamuis legatũ consistens in specie transeat à morte testatoris in legatarij dominium, nec ad id expectetur aditio hæreditatis, *l. A Titio ff. de furtis, l. 1. §. Sed vtrum ff. Si quid in fraudem patroni, & l. 35. t. 9. p. 6.* merito idem disponitur *ea l. Qui autem, vers. Sed & illud*, in legato repudiato per debitorem. Quod verum habet, etiam postquam cessit dies legati. Vt bene docent *Molinæus in consuet. Paris. t. 1. §. 1 gloss. 3. q. 1. n. 13. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 1. n. 12.* Cuius decisionis ea est ratio: quia quamuis legatarius factus sit iam dominus illius legati, & ita videatur ea repudiatio, diminutio proprij patrimonij, & alienatio. Revera tamen talis non est, quia acquiritur dominiũ legati imperfecte, & reuocabiliter ante acceptationem, & sub tacita conditione, nisi repudietur; vnde cum postea repudiatur, fingitur non esse quæsitum dominium: vt bene docent *glossa d. l. Qui autem, verb. Legatum, & ibi Bartol. paulo post princ. Iason. Instit. de actio. §. Item si quid, nu. 121.* Et fuit ante responsio *Iurisconsulti, l. 1. vers. Vtrum autem ff. si quid in fraud. patr.* ibi *quamuis enim legatum retro vestrum sit, nisi repudiet: attamen cum repudiatur retro nostrum non fuisse, palam est.* Aliqui temperant hanc decisionem, vt possit debitor repudiare hæreditatem, vel legatum, quando mere personalis debitor est, secus quãdo bona eius sunt hypotheca. Sic *Anchar. & Socinus*, quos refert *Tello l. 4. Tauri. n. 55. Ripa* vero dubius manet, vt refert *ibi Tello n. 56.* Sed merito hanc limitationẽ reiicit *Tello ibi à n. 57* & maxime *n. 60. & Bald.* quem refert & sequitur *Ioan. Lup. robr. de donat. §. 47. n. 9. Vincent. de Franchis in sua decisione 101.* late q; probat *Tello ibi.* Secundò, alij limitant, nisi repudiatio fiat secuta condemnatione ob delictum ad summam aliquam pecuniariam: non enim potest fieri in fraudem huius condemnationis repudiatio hæreditatis aut legati. Sic videtur sentire *Greg. Lop. l. 12. verb. Engañe samente, t. 10. p. 5.* & in quadam lite pronunciatum fuisse in supremo Regis consilio affirmat. Sed contrariũ tenendum est. Quia potiori priuilegio gaudent creditores habẽtes hypothecas, in quorũ præiudiciũ potest debitor repudiare. Nã ex delicto sola obligatio personalis absque hypotheca aliqua cõsurgit. Sic *Tello ea l. 4 n. 60. fin. & seq.* Nec obstat sententia illa supremi senatus. Quia ea minime legẽ efficit. Imo nec semper sent. principis, teste *Couar. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 4. nu. 15.* Quia magistratus electi per Principẽ ad ius reddendũ, non possunt inducere stylũ cõtra ius: vt bene aduertit *Greg. Lop. l. 9. verb. Como a los ricos, t. 28. p. 3.* Tertiò alij temperant, nisi facta sit condemnatio fisco applicanda: per *l. in fraudem. ff. de iure fisci.* Sed oppositũ est verius. Nam si hæreditas potest repudiari in fraudẽ creditorum: ergo à fortiori in fraudẽ fisci. Nam causa creditorum potior est, tractãt enim de damno vitando, quam fisci, qui quo ad pœnã tractat de lucro captando: & creditor priuatus potioris est cõditionis, quam fiscus pœnã exigẽs, *l. 1. C. pœnis fisc. a credit. præfe. l. 10.* Et ita nullo in hac re priuilegio gaudet fiscus: nã ante sent. nulla illi hypotheca cõceditur. Quia tunc non est creditor, *l. Si qua pœna, & l. Aliud, §. Inter multa, ff. de verb. sign.* Post condemnationem vero respectu aliorũ creditorũ ex contractu, nullã habet hypothecam, *l. Quod placuit, ff. de iure fisc.* eam tamẽ habet respectu aliorũ creditorũ ex delicto, ipsiusq; præfertur: vt bene docet *Couar. 1. variar. c. 16. nu. 8.* Præterea prob. ex *l. Cum quidam, ff. de iure fisci*, ibi, *rescriptum est non videri in fraudem fisci factum quod acquisitum non est.* Sic tenent *Alberic. tract. statutorum, l. 3. q. 24. Decius cons. 445. à nu. 65. Nelus tractat. bannitorum, 1. p. secundi temporis q. 30. Barbatus cons. 22. à num. 9. l. 3. Ruinus cons. 23. l. 5.*

Vide

Vincentius de Franchis decis. Neapol.101. nu.5. Canchus repetit l. Haredes mei. §. Cum ita, 4.9.n.88.ff.ad Trebel. Tello l.4.Tauri, à n.62.& præcipue *n.64.vbi bene satisfacit, l.In fraudem.ff.de iure fisci*, contrarium probanti: *Meres de maior.4.p.q.23.n.45. Azebedo lib.4.recopil. t.10.l.3.n.140. Auendaño l.4. Tauri, gloss. 7.n.6.* Tandem alii limitant, nisi in filio familias qui est hæres suus, hic enim non poterit repudiare hæreditatem in fraudem creditorum. Quia hæc repudiatio non est circa bona quærenda, sed iam quæsita: cum hæredibus suis adhuc ignorantibus statim mortuo patre, ipso iure acquiratur hæreditas, *l.Nolentibus, & l.Si fratris*, ibi, *statim C. de iure delib. l.1. §. Qui sunt in potestate, ff. si quis omissa caus. & l.In suis. ff.de suis, & legit. hæred.* Sic *Anchar cons.101.* Sed oppositum est dicendum: quia illa acquisitio est reuocabilis, & quasi sub conditione, nisi hæres repudiare velit: quæ repudiatio retrotrahitur: sicut proxime de legato diximus. Sic docent *Alberic.l.3.statutorum, q.24. Alex. Paul.* quos referunt & sequuntur *Ant.Gom. 1.var.c.9.nu.22. & l.50.Tauri, n.76.Tello l.4.Tauri, nu.64.Matienzo lib.5.recop. t.9.l.5. glos. 9. fine, Gutier. de pactis in princ.nu.24. Cernantes l.6. Tauri, nu.86. P.Molina to.1.de iust.tract.2.disp.180.f.1078.*

9 Hucusque diximus quod seruatur in foro externo circa repudiationem hæreditatis, vel legati in fraudem creditorum. Dubiũ autem est, an idem procedat in foro conscientiæ, ita vt liceat debitori, id efficere, quando alias nõ est creditoribus soluendo, & hæreditas est lucrosa, eique vtilis, & proinde illam acceptaret, nisi debitis astrictus esset? Quæ quæstio satis vtilis est, & necessaria: contingit enim debitis astrictum, vel ob delicta, vel ob contractus, vel quia fideiussit, ne creditores capiant hæreditatem, vti hoc repudiationis remedio, vt ita in ea succedant filij, qui alias successuri erant, fraudenturque creditores. Constat talem repudiationem in vtroque foro validam esse, & proinde successorem tuta conscientia possidere. Quia hæc non est alienatio, vel donatio, vt possit reuocari tamquam facta in creditorum fraudem, sed tantum est non acquisitio. Et hoc est, quod propriè definit *l.Qui autem.ff. quæ in fraud.credit. & reg.Non fraudantur.ff.de reg.iur.* & quamuis hic repudians, contra iustitiam delinqueret, at successor in hæreditate, minime particeps fuit illius iniustitiæ: cum nihil consuluerit. Et (vt optime tradit *Conar.4. decret. 2.p.c.7.§.1.n.12.*) succedens in ea hæreditate, nihil à repudiante capit: solum enim teste *Molinæo in consuet. Paris.to.1. §.1.gloss.3.q 1.num.15.* obstaculum tollit, quo alter à successione impediebatur, quo ablato succedit ille qui alias successurus erat. Difficultas igitur est, an hic repudians, eo legum beneficio vtens, peccet? Et videtur non peccare. Primò, quia idem in vtroque fore sentiendum est, quando sententia iudicis non innititur falsæ præsumptioni, nec est in delicti pœnam: (vt diximus lib.1.disp.5. num.20.) sed in foro externo hic debitor repudians hæreditatem absoluetur, nec sent. illa innititur falsæ præsumptioni, aut est in delicti pœnam: ergo idem dicendum est in foro conscientiæ. Et confirm. quia si ante repudiationem conueniatur, à creditoribus, vt eũ cogat iudex non repudiare, absoluetur, nec ad id coget iudex: ergo similiter in foro interno. Secundò, quia *l.60.Tauri, hodie l.9.t.9.lib.5.nouæ recop.* decernitur posse mulierem medietati lucrorum constante matrim. acquisitorum renunciare, ne partem æris alieni per maritum contracti, soluere astringatur, quæ tamen non renuncians soluere tenebatur: ergo similiter debitori fas erit renunciare hæreditati, vt à debitis soluendis eximatur. Tertiò, quia multi DD. grauissimique absolute docent posse debitorem renunciare hæreditati, ne soluat debita: vt *Ioan.Lup. vnbr.de donat. §.47.n.9.* Omnes scribentes, *d.l.Qui autem, Iason.Iustit.de act.§.Item si quis, num.122. Molinæus in consuet. Paris.t.1.§.1. gloss.3.q.1.num.13. Socinus iunior.cons.124. à nu.3. Vinc. de Franchis decis. Neapol.101. Conar.4.decret.2.p.c.7.§.1.num.12. Ant.Gom.2.var.c.14.nu.14. Tello l.4.Tauri à num.57. Gut.de pactis, in princ.num.20. & 24. Azebedo lib.5.recop.t.3. l.1.num.5. Cernantes l.6.Tauri, num.75.* At si esset peccatum, non ita absolute dicerent, cum id possimus, quod iure possumus. Immo *Ant. Gomez* explicans leges hoc permittentes, *l.52.Tauri, nu.66.vers. Quinta est, & 2.var.c.4.num.24.vers. Quinto infero*, ait licite debitorem repudiare hæreditatem, vel legatum in fraudem creditorum. Et videtur facere pro hac sent. quod docent *Paulud.4 dist.38.q.3.a 2.n.15. & Angel.verb.Religiosus, n.7.* vbi dicunt religiosum professionem minime teneri in religione attem exercere, vt debita soluat: eo quod per professionẽ bonis cesserit: nec cedentem bonis in seculo, teneri eam attem exercere. Et innituntur ei fundamento, quod assumit *D.Thom.2.2.q.vlt.a.6.ad 3.* nimirum, personam liberam non esse alligatam pro ære alieno soluendo, sed eius bona: ergo hic debitor modo non abscondat bona quæ possidet, immunis erit à culpa, licet minimè operam det ad acquirendum, acceptando hæreditatem. His tamen non obstantibus, credo hunc repudiantem peccare mortaliter cõtra iustitiam. Probatur, nam eadem lege qua aliquis tenetur ad finem, tenetur adhibere media necessaria ad illum finem comparandum, quãdo media sunt facilia: v.g. eadem lege qua teneor audire sacrum, teneor confiteri in templum, quando non excusor legitime, vbi sacrum celebratur. Et eadem lege qua teneor ad votum religionis implendum, teneor adhibere media, vt petere, & adire ea loca in quibus est spes probabilis me admittendum: ergo eadem lege iustitiæ qua debitor tenetur soluere debita, tenetur adhibere media, vt soluat, quando media non sunt valde difficilia: at in hoc non potente alias soluere, est medium necessarium, & facillimum acceptare eam hæreditatem, quando est lucrosa, & expediens: ergo contra iustitiæ legem delinquit non acceptans. Et confirmatur, si quis in die festo careret pallio, & sic excusaretur à sacro audiendo, si illi accommodaretur pallium, quis dubitat quin teneretur acceptare, vt audiret sacrum, & ejus præcepti fractorem esse, si absque legitima causa solum ne audiret sacrum, nollet acceptare? ergo similiter in nostro casu. Secundò, quia filius habens maxima egestate pressos parentes, nec potentes alimenta quærere, si nollet attem qua posset lucrari ad eis alimenta exhibenda, peccaret vtique contra legem pietatis, qua tenetur parentes alere carentes alimentis, nec potentes quærere: peccaret etiã mortaliter si posset alimenta acquirere, acceptando hæreditatem sibi relictam, si absque causa sufficienter excusante repudiaret: eadem enim lex quæ obligat alere parentes, vel filios, obligat ad curandum acquirere alimenta mediis conuenientibus: ergo à fortiori peccabit debitor contra legem iustitiæ, qua tenetur soluere debita, si non adhibeat media conuenientia & nolit potens facile, vt acceptando hæreditatem, acquirere vt soluat. Et confirmatur, quia strictiori iure tenetur debitor soluere, quam filius alere patrem, illa enim est iustitiæ, & absoluta obligatio: hæc autem pietatis, & non absoluta, sed in subsidium, nempe, quando pater est inops, nec habet vnde se alat. Dices, argumenta nil probare: quia quando debitor non habet vnde soluat, non tenetur lege iustitiæ soluere, cum nemo obligetur ad impossibile, & sic non tenebitur adhibere id medium acceptandi hæreditatem. Sed solutio est friuola: quia is non est absolute de obligatus à solutione debitorum, alias pinguiorem nactus fortunam non teneretur soluere, sed tantum pro tunc excusatur à solutione: quia non habet vnde soluat. Cùm ergo adhuc manear lege iustitiæ astrictus ad soluendum, quam legem facile implere potest acceptando hæreditatem, tenebitur ad id: alias similiter diceremus habentem filios pressos egestate non peccare repudiando hæreditatem: quia dũ pater est pauper, nec habet vnde alat filios, excusatur: sicut ergo dicimus hunc patrem peccare mortaliter, quia potuit acquirere quo suam obligationem impleret, & non impleuit: similiter in nostro casu dicemus. Tertiò, quia si quis videret proximum fame petire, & extremum iam agentem spiritum, vel grauiter indigentem, & aliquis offerret illi bona quibus posset illi indigentiæ subuenire, quis negaret hunc mortaliter delinquere contra legem charitatis, non

non acceptando, cum tam facile illi extreme indigenti posset succurrere? Ergo à fortiori peccabit non acceptando, & acquirendo, cum facile possit, vt soluat creditoribus, quibus fortiori vinculo, scilicet, iustitiæ astrictus est. Quintò, quia DD. grauissimi tamquam manifestum supponunt astrictum debitis, qui nouit aliquam artem, nec ei est dedecus illam exercere, teneri exercere, vt soluat creditoribus: sicut teneretur vt filios aleret, quibus minori vinculo, quam iustitiæ obligatus est. Hi sunt, *Metina C. de restitut. qu. 3. casu* 8. §. *His non obstantibus, &* §. *Ad rationes, Gerson. 2. p. q. An liceat grauato debitis intrare religionem, alphab. 39 lit. T.* Et sic forte debet intelligi illud Sapientis, *qui fœnerator mutuum, seruus est fœnerantis.* Et *Nauar. c. Non dicatis, 12. q. 1. n. 3. vers. 5. 6. & ad 4. in operibus nouis est c. Cui portio, 12. q. 1. num. 8. vers. 5. 6. & ad 4. Angles floribus 2. p. q. de restit. qu. Quis à restitutione sit liber, a. 2. dub. 6 dissic. 12. f. 185. & Nauarra lib. 4. de restit. c. 4. num. 93.* disputans eam quæstionem, An debitor exiens soluendi facultate, possit ingredi religionem, dicit certum esse, si breui, & sine magno labore possit ptius creditoribus satisfacere, teneri: & *nu. 94. & 95* tantum excusat eum cui dedecus est seruire, vel artem aliquam exercere, vel si dedecus non sit, difficili labore poterit soluere. Immo *Metina ibi, in solut. ad 5. & Angles ibi*, docent debitis astrictum teneri in religione artem aliquam exercere, vt soluat: ergo debitor qui soluendo non est, reus est iniustitiæ, si non acquirat repudians hæreditatem: cum facilius hoc sit, quam acquirere artem aliquam exercendo. Quintò, quia leges concedentes debitori talem repudiationem, solum intendunt eam esse validam, & sustineri, nec ad petitionem creditorum reuocari: vt constat ex *d. l. Qui autem, vers. Proinde*, ibi, *proinde & qui repudiauit, &c. non ist in ea causa, vt hunc edicto locum faciat*: & *d. reg. Non fraudantur*, ibi, *non fraudantur creditores, cum quid non acquiritur à debitore*: quibus verbis solum decernitur eam repudiationem non esse alienationem in fraudem creditorum, quæ illo edicto reuocatur: non autem decidunt hunc debitorem licite facere, nec ipsi priuilegium aliquod concedunt: ergo nulla ratione id licite efficere potest. Vltimo, quia saltem videtur clare delictum esse contra charitatem. Quia quilibet lege charitatis tenetur damno proximi obuiare, si facile potest, maxime si eius causa damnum illud patiatur: at creditor causa debitoris patitur sui debiti iacturam: ergo debitor potens facile hoc damnum creditoris, vitare, tenetur saltem charitatis lege. Et ita hanc sententiam tenet *Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 455. ad fin.* & peccare saltem contra charitatem, magisque inclinat esse etiam delictum contra iustitiam, docet *Nauarra lib. 3. de restit. c. 1. in noua edit. num.* 112. Et delinquere contra iustitiam clare colligitur ex DD. 4. ratione allegatis, cum ipsi sentiant teneri debitorem lege iustitiæ acquirere artem aliquam exercendo. Faciunt etiam pro hac parte *Sotus l. 4. de iust. q. 7. a. 4. ad 2. vers. Attamen quia hæc, Corduba summ. q. 68. punct. 3. §. La tercera opinion, Manuel 2. tom. sum. c. 45. nu. 5.* Vbi tamquam quid speciale docent, virum nobilem minime teneri artem exercere, qua facultates comparet, vt soluendo sit. Hinc fit hunc debitorem licet alias ratione impotentiæ excusaretur à restitutione damni emergentis, & lucri cessantis, ob dilatam solutionem: at casu quo reputetur hæreditatem, ne soluat, teneri deinceps ad luctum cessans, & damnum emergens. Cum iam culpa sua minime restituat: & quamuis semel repudiata hæreditate maneat vere impotens ad restituendum, nec ei deinceps imputetur culpa: at prouenit ex culpa, quam repudiando contraxit. Sicut iniustus possessor ratione impotentiæ restituendi non excusatur à lucro cessante, & damno emergenti. Quia in culpa fuit: vt bene docet *Salon. 2. 2. q. 62. ar. 2. f. 966. & seq.* Similiter causidici, & alij consulentes debitoribus vt repudient, & sic efficiuntur impotentes ad soluendum, tenebuntur restituere creditoribus ea debita. Quia iniusto consilio fuerunt causa illius damni. Sæpe tamen tam debitores, quam consulentes excusantur: quia bona fide, & iusta ignorantia procedunt, ducti prauo legum intellectu, iuste tamen ignorato: non enim res facilis est. Bona autem fides excusat non habentem rem, nec ea factum locupletiorem. Vt passim tradunt DD. in materia de restitutione.

Ad arg. proposita nu. præc. ad probandum posse debitorem tuta conscientia repudiare, resp. ad 1. dic maiorem esse veram, quando sententia iudicis innititur legi approbandi aliquid, tamquam iustum: secus quando legi deneganti actionem: tunc enim sententia illa non approbat contractum, sed actionem denegat. Et ita cõtingit in præsenti, iudex enim sua sententia tantum declarat repudiationem illam fuisse validam, nec dari actionem creditoribus ad eam reuocandam. Sicut in simili, dixi l. 4. disp. 9. n. 19. in sol. ad 1. Ad confirm. eodem pacto respondetur: iudex enim non absoluit, approbans tamquam licite factã eam repudiationem, sed denegans actionem, vt ea rescindatur. Ad 2. dic mulierem in eo casu nihil agere in creditorum præiudicium, tantum enim ex ijs lucris constante matrimonio acquisitis tenetur ad debita, quatenus est socia, & ea sibi acquirit: & iis non sufficientibus, minime tenetur ex propriis bonis, cum non ipsa, sed vir debita contraxerit. Vnde cum lucris cedit, eadem bona manent vt creditoribus satisfiat: quare licite facit. Sicut hæres licite repudiat hæreditatem, ne testatoris debita soluere cõstringatur. Ad 3 dic eos DD. nil de foro conscientiæ, aut de peccato disputare, sed tantum an ea sit alienatio, sustineaturque tamquam valida, quamuis in fraudem creditorum fiat. Nec doctrina Paludani, & Angeli, vt cedens bonis non teneatur artem exercere, est vera. Quia ea cessio si solemnis sit, tantum tribuit ius ne debitor in carcerem conijciatur, & vt ei relinquantur necessaria ad victum, *l. 1. C. Qui bonis ced. & l. 1. 1. 15. 9. 5.* & vltra alios docet optime *Couar. 2. var. c. 1. n. 4. & 5.* vnde (vt optime dicit *Nauar. c. Non dicatis, 12. q. 1. nu. 3.* in operibus vero nouis est, *c. Cui portio, 12. q. 1. n. 8. vers. 6.*) cessio bonorum tantum excusat vere impotentem soluere, non autem eum qui artem exercens soluendo esset: nisi creditores vrgerent, vt statim solueret, conijcerentque eum in carcerem. Et tunc (vt dic *Metina C. de restit. q. 3. causa 8. vers. Ad rationes*) excusabit, ne in carcerem detrudatur, vel alij seruitum subijciatur, non autem vt non quærat modum quo soluat. Et dum ait D. Thom. personam debitoris esse liberam: intelligit, vt possit ingredi religionem, quando non est soluendo.

Octauò infertur intellectus ad *c. Sine exceptione, 12. q. 2.* & *c. Cum apostolica, ad fin. vers. In alienatione de his quæ fiunt à prælato*: infertur, (inquam) licet res Ecclesiæ alienari minime possint à prælato absque solemnitate in illis textibus contenta: posse tamen solum prælatum nulla solemnitate adhibita, repudiare hæreditatem Ecclesiæ delatam. Ex ratione *l. Qui autem, ff. quæ in fraud. credit. & l. Si sponsus, ad fin. ff. de donat. inter virum & vxorem.* Quia hæc non est alienatio, sed non acquisitio: ius autem eam solemnitatem in alienatione rerum Ecclesiæ petit. Sic *Corneus consil. 11. nu. 2. l. 3. Phanucius de lucro dotis, gloss. 8. num. 17. & 18.* vbi multos alios refert: *Ioan. Lupus rubr. de donat. §. 47. num. 5. Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 71. n. 32. Cernantes lib. 6. Tauri num. 79.* & multi alij n. seq. allegandi, idem etiam in legato admittentes. Quamuis *Lambertinus de iure patron. l. 3. q. 9. a. 1. num. 21. conclus. 5. vers. Eodem modo*, id neget in hæreditate, & in legato.

In legato autem, an valide repudietur per prælatum absque ea solemnitate? non leuis est difficultas: propter textum, cum sua ratione, *l. Magis puto, 5. §. Si pupillus, vers. Fundum. ff. de rebus eorum*, ibi, *secundum autem legatum repudiare pupillus sine prætoris auctoritate non potest. Esse enim & hanc alienationem, cum res sit pupilli nemo dubitat.* Vbi *gloss. verb. Pupilli*, recognoscens hanc difficultatem, opponit *l. Si Sponsus, ad finem, ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi permittitur repudiatio legati per maritum facta, vt in eo succedat vxor, nec reputatur alienatio, & donatio inter coniuges: & re-

spondet aliud esse in eo casu, quia donationes inter coniuges non ita amare tractandæ sunt: & ita sentire videtur in omnibus aliis casibus repudiationem legati, esse alienationem. Quare in hac repudiatione requiri solemnitatem iure petitam in alienatione rerum Ecclesiæ, docent *Bald. Paul. Alexand. Aretin. Romanus, Socinus*, & alij quos refert & sequitur *Minchaca de succession. progress. l.3. §.27. nu.23. Lambertinus relatus num. præced. Angel. verb. Alienatio, num.16. Pinellus de bonis mater. libr. 1. p.3. num.103. vers. Alia ampliatio erit.* Sed contrarium est verius, nempe solum prælatum valide repudiare posse legatum Ecclesiæ relictum, nec solemnitatem aliquam desiderari. Et constat ex dictis nu.8. in principio, vbi per *l. Qui autem, ff. quæ in fraud. credit.* diximus repudiationem legati, cuius tam cessit dies, permitti, validamque esse in fraudem creditorum: cum tamen *l. 1.* & melius *l.3. fine, ff. eodem t. Omnis prorsus alienatio in fraudem creditorum facta, reuocetur*: ibi, *& omnino qui aliquid fecit, vt desinat habere quod habet, ad hoc edictum pertinet*: ergo repudiatio legati non est alienatio, & subinde potest repudiari absque solemnitate iure petita in alienatione rerum Ecclesiæ. Sic tenent *Bart. Bald.* sibi contrarius, *Lapus, Antonius, Felin. Ripa*, & alij quos refert *Minchaca de success. progress. l. 3. §.27. nu.23 Federicus cons. 9. Abb. c. Tua, num. 9. de his quæ fiunt à prælat. & c.1. num.22. de dolo & contumacia, Iason. l. Legatum seruo, n.20. ff. de legat.1. Rosella verb. Alienatio, num.10.* vbi *Sylvester q.19. Tabiena qu.10. Corneus, Ioan. Lup. & Cernantes allegati nu. præcedenti, Bernard. Diaz. reg.219. vers. Tertia, & singularis: Navar. cap. Si quando, de rescript. exceptione 6. nu. 2. Spino speculo testam. gloss. 8. principali num. 63. fine.* Et idem dicendum est de prælato religionis, respectu legati religioni relicti. Quia eadem est ratio. Ita docent *Iason. & Cernantes ibidem.* Ad *l. Magis puto*, cui innititur contraria sent. respondet *Abbas proxime cit.* loqui in pupillo administratione carenti: secus in prælato qui administrationem habet: vocariq́ue eam repudiationem, improprie alienationem: cum dominium legati non omnino transferatur, sed reuocabiliter, ante acceptationem. Sed melius respondet *Ant. Gom.* cum alijs quos refert *tom. 2. variar. cap. 14. n. 14.* in minori non solum prohiberi alienationem, & bonorum dilapidationem, sed etiam omissionem lucri, quare cum per eam repudiationem omittat lucrari, appellatur quodammodo alienatio: quia perinde in ipso prohibetur, ac si alienatio esset. In bonis autem Ecclesiæ solum desideratur ea solemnitas, quando vere & proprie alienantur. Vnde infertur solum prælatum absque consensu capituli, & solemnitate, posse in acquirendis nocere Ecclesiæ, & conditionem eius facere deteriorem. Sic *gloss. c. fin. fine, 16. q. 6. & c. 2. verb. Non debet, de donatio.* vbi *Innoc. n. vn. & Antonius nu.10. Bart. l. Iubemus nullam, nu. 4. C. de sacrosanct. Eccles. Abb. Corneus, Rosella, Sylvest. Tabiena, hoc n. cit. Ioan. Lup. rub. de don. §. 47. n. 6. Armil. v. Donatio, num.16. Seraphin. de priuil. iuram priuil. 71. n.32.* vbi alios refert.

13 Vnde legato relicto Ecclesiæ, aut monasterio, sub certa conditione, si solus prælatus conditionem minime impleat, priuabitur Eccl. sia, aut monasterium. Sic *Abb. c.1 n. 23. de dolo, & contum. Ioan. Lup. rub. de don. §. 47 nu.8. Bernard. Diaz reg.219. vers. Tertia, & singularis, Beia* alios referens *in sua sum. casu 41. fine.* Similiter solus prælatus recipiens pensionem ab eo quem priuare poterat, ob eam non solutam præiudicat Ecclesiæ, vt amplius priuare non possit. Quia emphyteuta non cadit ipso facto à iure suo, sed potest repelli, quare prælatus recipiens pensionem, & subinde hoc ius amittens, non dicitur vere alienare, sed non acquirere. Sic contra *gloss. c. Potuit, vers. Expelli, de locato*, tenent *Abb. ibi, num.15. Iason. l. Legatum seruo, n.22. ff. de leg.1. Ioan. Lupus d. §.47. num.7.*

14 Quamuis autem prælatus sic repudians hæreditatem, aut legatum absque causa iusta, peccat, vt constabit ex dicendis n. seq. minime tamen incurret excommunicationem latam in alienantes bona Ecclesiæ absque solemnitate. Quia ea alienatio non est. Sic *Tabien. v. Alienatio, q.10.*

15 Tenetur autem prælatus sine causa repudians hæreditatem, vel legatum, Ecclesiæ relictum, proprijs bonis damnum illud refarcire. Quia ex officio, & consequenter ex iustitiæ lege tenetur bene administrare, bonæ autem administrationi aduersatur ea repudiatio. Item probatur ex *cap. Quicumque, 12. q. 4.* ibi, *si neglectum laberis exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit, restituit.* Vbi gl. *vers. Aut neglectum*, hoc tenet, dicens teneri ad instar tutoris, qui si negligentia sua pupillo non acquirit, tenetur restituere, *l. Quicquid, C. arbitr. tute.* idem docent *Abbas c. Tua, n.9 de his quæ fiunt à prælat. Iason.* alios referens *l. Legatum seruo, n.19. ff. de legat.1. Spino speculo testam. gloss. 8. principali nu.63.* Competit etiam Ecclesiæ beneficium restitutionis in integrum. Id enim conceditur sibi etiam quando agit de lucro captando, quod facilitate, vel negligentia prælati amittit. Sic *glossa cap. Audiuit, verb. Restituimus, fine, de in integr. restit.* vbi *Abb. n.15 Iason. d. l. Legatum seruo, n.21. Ioan. Lup. rubr. de donat. §.47. num.12. Bernard. Diaz reg.219. Spino d. num.63.* & dicit *glossa eo. verb. Restituimus*, fauore Ecclesiæ esse in ipsius optione conuenire prælatum, vel petere beneficium restitutionis. Si autem vellet Ecclesia beneficium restitutionis implorare ob hanc repudiationem, contra aliam Ecclesiam, cui hæreditas illa esset iam acquisita, non audiretur. Quia potior esset conditio Ecclesiæ possidentis, certantis de iure sibi acquisito perdendo, quam alterius Ecclesiæ certantis de lucro. Sic cum aliis quos refert *Bernardi Diaz. ibid.*

16 Grauis tamen difficultas est, an sicut vir potest repudiare hæreditatem, vel legatum, vt succedat vxor, & debitor in creditorum præiudicium, & prælatus sine solemnitate ad alienationem requisita, & religiosus repudiare donationem absque motus proprij, aut voti paupertatis violatione: (vt diximus corollarijs præcedentibus,) ita possint hi omnes cedere, seu renuntiare in fauorem alicuius, qui alias non succederet, nisi ex hac renuntiatione, seu cessione in fauorem suum facta? Nam *Phamacius de lucro dotis gloss. 8. nu.18.* dicit idem de cessione hæreditatis, quod de simplici repudiatione, & ita ait factam à prælato sine debita solemnitate ad alienationem requisita, valere, & consequenter idem diceret in cæteris casibus positis, omnes enim ex hoc pendent an hæc sit alienatio, vel potius non acquisitio. Et affert quædam decisionem Rotæ id resoluentem. Probatque quia licet cedendo videatur prius acquirere: at cum cessio non ad acquirendum, principaliter tendat, sed potius ad renuntiandum, illa aditio, & acquisito momentanea considerandæ non est. Quia momentanea non sunt in consideratione *l. fin. §. fin. C. de bonis quæ libe.* Idem tenet *Socin. senior. cons. 53. num. 27. & 28. vol. 4. Roland. cons. 15. n. 35. & 36. vol. 1.*

17 At contrarium tenendum est. Quia ea cessio, est vera donatio, & alienatio: cum eo ipso quod cedit, tacite & prius natura adeat. Vt expresse colligitur ex *l. Si auia, C. de iure delib.* vbi qui de hæreditate sibi relicta testatur, eo ipso adire videtur, vt cessio sit efficax. Qui enim vult aliquid, censetur velle omne id quod ad eius efficaciam necessarium est: argument. *l. 2. ff. de inrisd. omn. iud. & c. Sæne, de offic. deleg.* Et quamuis illa aditio sit tacita, idem operatur ac si esset expressa: vt vere sit donatio, & alienatio. Vt constat ex *l. singularia, ff. si cert. pet.* vbi quando duo actus concurrunt in vnum, alter tacitus, & alter expressus, idem operatur tacitus, ac si esset expressus. Et *l. 1. §. Si minor, ff. de rebus eorum*, ibi, *si minor emerit prædia, vt quoad pretium soluendum essent pignori obligata, non puto pignus valere. Nam vbi dominium quæsitum est minori, cæpit non posse obligari.* Ecce qualiter vni co actu acquisitum est dominium, & datum pignori, & non valet traditio in pignus. Et melius id probat *l. 3. fin. & l. 4. init. ff. de donat. inter virum & vxorem*, vbi non valet tanquam donatio inter virum, & vxorem, si vir donanti sibi iubeat, vt donet vxori: quia iubendo donare, est tacita & occulta acceptatio: (vt late probaui nu.2.) Item probatur ex *l. Si sponsus, 5. ff. de don. inter vir. & vxor.* vbi dicens textus

tum non esse donationem inter coniuges, quando vir repudiat hæreditatem, vt succedat vxor: subdit hæc verba, *repudiatio autem mariti, mulieri prodest, si vel substituta mulier sit, vel etiam ab intestato hæres futura.* Quasi sentiat aliud esse, quando ex renunciatione viri acquireret vxor ius in illam hæreditatem. Quod etiam clare docet *Barth. d. l. Qui autem, paulo post princip.* vbi reddens rationem cur ea repuditatio non sit alienatio, valeatque in creditorum fraudem, dicit id prouenire, quia debitor nihil facit, ex eiusque repudiatione nihil alter consequitur. Eandem rationem secutus est *Conarru. 4 decret. 2 p. cap. 7. §. 1. num. 12.* & ita vterque videtur expresse sentire, aliud esse, quando virtute cessionis debitoris, succedens consequitur hæreditatem. Et clarius id tenet *Carolus Molinæus in consuet. Paris. 1. §. 9. gloss. 4. num. 4.* vbi dicit aliud esse absolute absistere, aliud vero cedere ius suum alij. Quia tacite se geret hic cedens pro hærede, sic cedendo, siue illa gestio fiat tacite, siue expresse: & *num. 7.* dicit perinde haberi, ac si expresse aditet, & cederet. Quia prior natura est aditio, Et *§. 1. gl. 3. num. 15.* dicit *l. Qui autem ff. quæ in fraud. credit.* procedere, quando quis renuntiat hæreditati, vt alij cedat. Et addit hæc, *intellige vt loco cederet, siue vt non impediat, sed eius enim fauore renuntiat, relinqueret in iure quod habebat, vt ipso repudiante succideret. Secus si renuntiat in fauorem eius, quia alias non vocatur, nisi renuntiatio acceptet, & transferat in illum. Quia hæc non est renuntiatio, sed aditio, & alienatio.* Expresse etiam pro hac sententia est *Ripa l. Si vnquam, quæst. 11. num. 31. C. de reuocat. donat.* vbi dicit renuntiationem factam in fauorem alicuius, cui per ius accrescendi non acquirebatur, esse proprie donationem. Cum renuntians, in necessarium antecedens censeatur acceptasse, & postea alteri donasse. Ad argumentum oppositæ sententiæ propositum num. præcedenti, dic momentanea esse in considerazione, quando ex illis producitur aliquis iuris effectus, secus quando non producitur, *l. 2. C. de posthum. hered. instituend.* & declarat bene cum alijs *Barbosa l. Dotalem, 62. n. 23. ff. solut. matrim.* Et valde confert doctrina *Bartoli l. fin. nu. 4. ff. de condit. insti.*

18 Nono infertur intellectus ad *l. 26. Tauri, hodie l. 10. tit. 6. lib. 5. recop.* qua disponitur donationem quamcumque per parentes factam filio, computari in tertia & quinta bonorum patre: infertur (inquam) remissionem vsusfructus quem habet pater in bonis aduentitijs filij, non computari in tertia & quinta bonorum patre: nec conferendam esse, aut reuocari posse, tamquam inofficiosam, si excedat: sed vltra eam posse patrem meliorare illum filium, vel alium in tertia & quinta bonorum parte. Quia ea remissio non est alienatio proprij patrimonij, sed tantum renunciatio iuris legalis, & non acquisitio. Sic *Anton. Gom. l. 48. Tauri nu. 10. Gutier. de pact. inuito, nu. 31. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 3.*

19 Decimò infertur, posse parentes dare facultatem filio, testandi de legitima ipsis debita, ex bonis filij, vt possit libere de illis disponere in præiudicium aliorum filiorum. Prob. quia si licet hæreditatem iam delatam, & legatum repudiare in fraudem creditorum, nec hæc est alienatio per creditores reuocabilis: (vt diximus n. 8.) à fortiori possunt parentes in filiorum præiudicium hãc repudiationem facere. Cum hic hæreditas non sit delata, sed deferenda, & viuentis nulla est hæreditas, *l. Qui superstitis. ff. de acquirenda hered.* nec debitum legitimæ, dum viuit is cui succedendum est, est verum & proprium debitum, sed impropriũ (vt probaui l. 4. disp. 25. n. 1.) Et confirm. quia *l. 6. Tauri n. 64 65. Molina lib. 2. de primog. c. 3. nu. 49. Gutier. lazebedo lib. 5. recop. t. 3. l. 1. nu. 76. Ceruantes l. 6. Tauri à num. 74.* Hinc fit posse filium hanc testandi licentiam nactum, instituere maioratum cum grauaminibus, & conditionibus quas voluerit, & vocare ad illum ipsos parentes, vel extraneos. Quia potest libere de illis bonis disponere. Sic *Molina eodem n. 49. Gutier. de pactu, init. num. 59. Ceruantes l. 6. Tauri nu. 78.* Exigitur tamen iuramentum parentis, vt hæc licentia testandi valeat, alias non valebit, & ea non obstanti erit parens hæres necessarius. Quia ille consensus, vel licentia continet pactum de non succedendo: vt declarant *Odofredus, Petrus, & Cynus. l. fin. C. de bonis libert.* pactum autem de non succedendo, inualidum est, *l. Pactum dotali, Cod. de collat. & l. Pactum quod dotali, Cod. de pactis*, nisi firmetur iuramento, *c. Quamuis pactum. de pactis, in 6.* Et licet *Bald. l. Quamuis, qu. vltim. C. de fideicommiss.* dicat id intelligi quando filius repudiat, seu pacisciturcum ascendenti, de non succedendo, non autem quando ascendens id pactum de non succedendo init cum descendenti. Eius tamen opinionem ex multis improbat, alios referens, & dicens esse falsam, *Ant. Gomez l. 22. Tauri num. 3.* ergo vt ea licentia valida sit opus est iuramento. Sic *Tello* dicens sic per sententiam pronuntiatum fuisse, *l. 6. Tauri n. 64. & 65.* vbi *Ceruantes n. 86. Molina l. 2. de primog. c. 3. n. 50. Gutier. de pactis, init. in 2. edit. num. 50. Azebedo lib. 5. recop. tit. 8. l. 1. num. 79.* Quamuis ipse *Gutierrez 3. pract. q. 75. n. 6.* teneat valere licentiam absque iuramento, licet iuramento non accedente reuocabilis sit. Sed verius est quod dixi. Intellige tamen nisi fieret in actu ipso testandi, in vita, vel in morte. Quia renuntiatio parentis, vel consensus ne instituatur in eo actu, valet sine iuramento: non enim reputatur renuntiatio hæreditatis futuræ, sed institutionis præsentis, quæ eo tempore fit, & sibi debebatur: & licet in consequentiam veniat priuatio hæreditatis non attenditur: cum fundetur in iure de præsenti. Sic *Ant. Gomez* multos referens *l. 2. Tauri num. 5 ad finem, ante vers. Item infero*, & melius *to. 1. var. c. 11. n. 14. & 31. Gutier. de pactu, initio n. 39.* & dicit *Anton. Gom. eisdem locis*, idem esse, si in ipso testandi actu consentiat filius, vt exhæredetur à patre, secus si ante, vel post testamentum: tunc enim non valeret, quia est pactum de non succedendo. Idem docent *glos. l. Si quando, §. Et generaliter, v. Iudicium, C. de inoffic. testam. & ibi Bart. Cynus, Salic. Paulus, Cuma. Vulgos.* & alij quos omnes refert *Suarez l. Quoniam in prioribus, ampliatione 10. n. 32.* ipsosque sequitur *num. 37. & 38.* non tamen ita generaliter loquuntur, vt reliqui, sed cum hac modificatione: nimirum, quando pater volebat filium instituere, vel è contra, & instituendus renuit in ipso testandi actu, secus quando tunc vtriusq; voluntas concurrit, tunc enim dicunt non valere sine iuramento. Quia in effectu est pactum de non succedendo. Quamuis *Bald. eidem l. Si quando*, in vtroq; casu iuramentum desiderari affirmet. Et ideo propter opinionum varietatem, tutius & firmius erit, si iuramentum accedat: vt fatetur *Gutier. eo. n. 39.*

Rogabis autem, an mater dum nupta est, possit absque viri licentia concedere hanc facultatem testandi filio, in præiudicium legitimæ sibi obuenientis? Videtur enim posse: quia quamuis *l. 54. Tauri hodie l. 1. tit. 3 lib. 5 recop.* prohibeatur mulierem coniugatam absque licentia viri repudiare hæreditatem, sibi ex testamento, vel ab intestato obuenientem: at hæc non est vera hæreditatis repudiatio: cum hæreditas non sit viuentis, *l. Qui superstitis. ff. de acquir. hered.* & ita *Matienzo eadem leg. 1 gloss. 2. num. 5.* interpretans illam legem, semper loquitur de hæreditate delata. Item, quia cum sit lex correctoria, iure enim communi poterat vxor, & quicumque repudiare, cum id minime sit perdere, sed non acquirere, non videtur extendenda ad eam quæ non est propriè hæreditatis renuntiatio. At credo non posse. Tum quia hic est inclusum pactum de non succedendo, (vt diximus nu. præcedenti,) nullum autem pactum inire potest coniugata absque viri consensu, *l. 55. Tauri hodie, & l. 2. & t. 3. lib. 5 recop.* Secundò, quia vt docent omnes scribentes, *l. illa 54. & 55. Tauri, & l. 1. & 2. t. 3. lib. 5. recop.* ratio illius prohibitionis fuit, vt cõsulatur imbecillitati mulierum, & ne damnificent virum: at in hoc casu eadem militat ratio, nam damnificatur vir, cum ex iis bonis in quibus succedebat vxor, debeat habere dimidiam partem lucrorum inde prouenientium. Item, sicut ad hæreditatem extranei delatam habet vxor, 20

ius ad rem, quo iure noluit lex posse vxorem priuare virum, sine eius licentia, ita habet ius ad succedendum in bonis filij præmorientis, descendentia carentis: & non mirum est, si extendatur hæc lex correctoria ex rationis identitate: cum generale sit, legem correctoriam ex identitate rationis extendi posse, *l. Scire oportet, §. Aliud etiã, vers. Sed & si maxime, ff. de excusat. tuto.* & late per Tiraquellum cum aliis quos refert *l. Si vnquam, v. Donatione largitus, num. 179. C. de reuoc. don. & Conar. 1. var. c. 11. n. 5. ad finem.* Et in propriis terminis quod hæc lex extendenda sit ex rationis identitate, docet *Ioan. Lup. rub. de don. § 68. n. 14.* dicens ob identitatem rationis extendendam ad donationes, & quasi contractus, licet proprie contractus non sint.

21 Vtrum autem hæc testandi licentia legitime semel cõcessa interueniente iuramento, possit per parentes reuocari: *Gutier. l. 3 pract. q. 75. n. 6. & seqq.* asserit, quando firmatur iuramento, minimè posse reuocari, quando autem iuramentum deficit, si res sit integra, quia nondum filius testatus est, posse reuocari: secus si res non sit integra. Sed dicendum est, iuramento non intercedenti minimè esse validam (vt diximus n. 19.) Si autem iuramentum intercedat, minimè posse reuocari absque consensu filij, cui concessa est. Quia ius est acquisitum illi filio, & quod semel placuit amplius displicere non potest, *reg. Quod semel, de regul. iur. in 6.* Sic dicens fuisse sententia pronuntiatum, docet *Tello l. 6. Tauri num. 65. Gutier.* latius probans, *de pactis, in princ. 2. edit. n. 45. & 50.*

DISPVTATIO V.

An possit vxor constante matrimonio, in fauorem viri renuntiare lucrorum medietati sibi competenti, vel potius sit hæc donatio prohibita inter coniuges?

SVMMARIVM.

Potest ante matrim. initum, conuenire inter coniuges, ne lucra diuidantur n. 1.

An valida sit ea renuntiatio constante matrimonio facta, referuntur duæ sententiæ n. 2. 3 & 4.

Potest vxor in fauorem viri renuntiare lucris acquirendis, num. 5. Et è contra, n. 6.

Non potest vir lucris acquisitis renuntiare in vxoris fauorem, n 7. Potest tamen vxor, n 8.

Tutius est, vt ea renuntiatio fiat iuramento, n. 9.

Et an possit fieri in præiudicium legitimæ ascendentium, vel descendentium, n. 10.

Soluuntur argumenta, num. 11. Et ibi an vxor possit renuntiare in fauorem viri lucris acquisitis, aut acquirendis, ex contractu cum quodam tertio.

1 CONSTAT inter omnes DD. ante initum matrim. posse inter coniuges conueniri de lucris non diuidendis. Quia est tantum renuntiatio futuræ ac incertæ spei, nihilq; de patrimonio minuitur. Item, quia tempore celebrationis talis contractus, nondum sunt vir & vxor. Præterea, quia illa non est donatio, sed contractus onerosus, cum sit integrum cuique eorum matrimonium contrahere volenti, non aliter velle, quàm seruatis certis conditionibus.

2 Tota autem difficultas est, an ea renuntiatio facta, constante matrimonio, sit valida: Duplex est sententia. Prima negat, posse alterum coniugem lucris, siue acquisitis, siue acquirendis, renuntiare in alterius fauorem, sed dicit eam esse donationem prohibitam inter ipsos, quæ aliter valida non erit, nisi morte confirmetur, instar cæterarum donationum inter ipsos factarum. Ducitur primò, quoniam posito iure Castellæ, quo lucra constante matrimonio acquisita, communia sunt, eo ipso quod matrimonium initur, debetur alterutri coniugi dimidium lucrorum, ex vi solius contractus matrimonij, & independenter ab acceptatione: & iuxta veriorem sententiam comparatur dominium illius medietatis lucrorum, cuilibet ex coniugibus, qua ratione vterque coniux transmittit hoc ius ad hæredes, sed donatio consurgens ex remissione debiti facta inter coniuges, non valet, (vt dixi hoc 6. libr. disp. 3. num. 10.) ergo nec ea renuntiatio. Secundò, quia si vxor celebrasset societatis contractum cum quodam tertio, non posset lucris vel acquisitis, vel acquirendis renuntiare constante matrimonio in fauorem viri: ergo similiter nequit renuntiare lucris prouenientibus ex societate cum viro inita, cum vterque sit verus societatis contractus. Tertiò, quia si alter coniux renuntiaret hæreditati sibi delatæ, in fauorem alterius coniugis, aliàs non habentis ius in illa succedendi, esset vera alienatio, & donatio prohibita inter coniuges: (vt probaui disp. præcedenti num. 17.) ergo similiter erit talis renuntiatio lucrorum, qua alter coniux in alterius fauorem renuntiat, cùm alter ex ea renuntiatione ius acquirat. Quartò, quia si hæc renuntiatio non esset alienatio, posset fieri in præiudicium legitimæ ascendentibus, vel descendentibus debitæ, quod absurdum videtur sicut potest repudiari legitum, vel hæreditas in præiudicium legitimæ ascendentium, vel descendentium. Vltimò, quia vxor nequit contrahere sine viri licentia, *l. 55. Tauri, hodie l. 2. tit. 3 lib. 5. recop.* quod non tantum est in viri fauorem, sed vt consulatur imbecillitati mulierum, ne decipiantur: durumque videtur, & à multis negatur, posse virum præstare auctoritatem huic renuntiationis pacto cum ipso inito. Ergo non valebit. Sic tenent *Greg. Lopez l. 5. ti. 11. p. 4. verb. Otra manera, Minchaca referens Chassaneum, l. 1. controu. vsu frequent. c. 13. num. 6. Burgos de Paz. qu. 9. cumul. num. 10. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 289. §. Ex hac doctrina, & disp. 435. §. Contrariam sent.* fauet *Castillo l. 60. Tauri num. 3.* vbi ait difficilem sibi videri sententiam, vt cum vir domum emit, possit mulier constante matrim. lucris quærendis renuntiare: ac posse sustineri, quando de pretio, & emptione certior facta, nollet lucra participare. Et addit *P. Molin. vtroque loco cit.* hanc renuntiationem lucrorum, si excedat summam quingentorum aureorum, insinuatione indigere quoad illum excessum, vt morte confirmetur. Sicut de cæteris donationibus inter coniuges factis, eam summam excedentibus. dicemus hoc 6. lib. disp. 14. nu. 25. Et hæc sent. est probabilissima.

3 Secunda sententia censet, validam esse renuntiationem medietatis lucrorum acquisitorum, & acquirendorum, factam constante matrimon. per vxorem, in fauorem viri. Ducitur primò, quoad lucra acquirenda: quia cum ea nondum in vxoris dominio sint, nec acquisita, non censetur vxor aliquid ex proprio patrimonio alienare, sed tantum non acquirere. Et confirmatur, quia pater potest remittere vsumfructum, quem habet in bonis filij, in præiudicium legitimæ aliorum filiorum, quia id non est donare, sed lucris legalibus cedere: vt diximus disp. præced. num. 18. ergo similiter non erit donatio, cum vxor lucris legalibus acquirendis cedit, vt vir succedat. Secundò probatur de lucris iam acquisitis, quia propter hanc renuntiationem vxor donans non efficitur pauperior. Quia non verè & propriè acquirit dominium illius medietatis lucrorum, nec est realis incorporatio in patrimonium suum per actum verum, & naturalem, sed fictè & reuocabiliter per legem. Sicut quando hæreditas, vel legatum ipso iure alicui acquiritur per legem sine additione: ergo sicut potest hæreditas, vel legatum repudiari ab vxore, (vt diximus disp. præced. num. 1.) similiter succedat vir: (vt diximus disp. præced. num. 1.) similiter poterunt renuntiari lucra hæc iam acquisita. Tandem, quia *l. 60. Tauri* hodie *l. 9. tit. 9. lib. 5. recop.* indistinctè decernitur, posse vxorem renuntiare lucris constante matrimonio acquisitis. Sic tenent *Ioan. Lup. rubr. de donat. §. 47. num. 19. & l. 60. Tauri nu. 3. Conar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 1. num. 11. Ant. Gom. l. 51. Tauri n. 66. vers. Quintus est, ad fin. & l. 60. ad fin. Perez lib. 5. ordin. t. 4. l. 4. f. 169. col. 2. vers. Dubitatur vlterius, an alter ex coniugibus, Matienzo lib. 5. recop. t. 9. l. 9. gl. 1. n. 5. Azeuedo ea l. 9. nu. 8. Gutier. 2. pract. q. 126. n. 5. Ioan. Garcia de conuigali acquæstu, n. 147.*

4 Immo, & virum posse renuntiare lucris quæsitis constante

tente matrimonio, in fauorem vxoris, sentiunt *Gonzal. Perez. Matienzo, n. prælegati*, dicunt enim, posse alterum ex coniugibus in fauorem alterius lucris iam acquisitis renunciare. Et pro hac parte est *Phanucius de lucro dotis gl. 8. n. 16.* vbi dicit posse virum remittere vxori lucrum dotis, quod per pactum sibi competebat.

3 Sit prima conclus. Vxor potest constante matrimonio renuntiare lucris acquirendis, in fauorem viri. Prob. rationibus adductis num. 1. & docent DD. ibi allegati. Et vltra illos idem *Ioan. Lop. vbi de don. §. 63. nu 2. Suarez l. 3. tori, ti. De les gananciales, num. 24. §. Quæritur, & secundo. Meres de maior. 4. q. 26. num. 60. Navarra l. 3. de restit. c. 1. dub. 9. n. 111. vii nouæ editionis.*

4 Secunda conclus. Potest similiter vir suæ medietati lucrorum acquirendorum renuntiare, in fauorem vxoris. Probatur iisdem rationibus, & docent auctores allegati num. 4.

7 Tertia conclus. Vir nullo modo potest constante matrim. cedere lucris acquisitis, in fauorem vxoris. Quia est perfectè dominus, & irreuocabiliter illius medietatis lucrorum, per realem incorporationem in patrimonium suum. Hæc est contra DD. allegg. n. 4. quorum sententiam merito *Greg. Lop. & Molina relati n. 2.* dicunt in hoc, alienam à veritate esse.

8 Quarta conclusio. Probabilius mihi est, posse vxorem constante matrim. renuntiare lucris acquisitis, in fauorem mariti. Ducor rationibus adductis, nu. 3. Et sic tenent Doctores ibi relati.

9 Quinta conel. Vt euitetur opinionum varietas, tutum est eam renuntiationem, siue à viro, siue à muliere fiat, sine lucrorum acquirendorum, siue acquisitorum, iuramento stabiliri. Quia iuxta communissimam fere omnium sent. verissimamque, donatio prohibita inter coniuges, firmatur, & irreuocabilis efficitur, iuramento. Vt dicemus hoc 6. l. disp. 11. n. 2.

10 Vltima conel. Ea lucrorum renuntiatio in fauorem alterius coniugis, antequam acquirantur, potest fieri in præiudicium legitimæ ascendentibus, & descendentibus debitæ; at vbi semel acquisita sunt, non potest fieri in talis legitimæ præiudicium. Quia iam dominium est translatum. Et licet idem videatur probare, non posse renuntiare in fauorem viri: iam respondeo donationes has inter virum & vxorem, non ita amarè & exactè tractandas esse, vt docet textus *l. Si id quod, vers. Si quis, ff. de don. inter vir. & vx.* ad quam solutionem oppressa alio simili argum. confugit *gl. l. Si sponsus, vers. Nec te moueat. ff. eod.* Sic docet *Ioa. Lop. vbi de don. §. 63. fin. Gutier. 2. pract. q. 127. n. 4. 5. Meres de maior. 4. p. q. 26. n. 60.*

11 Ad arg. nu. 2. pro priori sententia proposita resp. Ad 1. dic, non acquiri dominium omnino perfectè, & irreuocabiliter, per veram & realem incorporationem in patrimonium suum (vt explicui nu. 3.) & ita potest renuntiare vxor lucris illis acquisitis: respectu autem lucrorū acquirendorum, manifestum est neutrum coniugem habere dominium, nec ea in suo patrimonio esse, cum nondum comparata sint. Nec obstat nullam requiri acceptationē, vt vxor comparet dominium lucrorum acquisitorum, & absque acceptatione obeuntem transmittere ad hæredes. Quia idem contingit in hærede suo, & in legatario speciei, qui tamen repudiare possunt, nec ea erit alienatio in fraudem creditorum (vt dixi disp. præced. n. 8.) satis enim est, vt illa non sit omnino perfecta, & irreuocabilis acquisitio dominij. Ad 2. dic, esse valde disparem rationē. Quia respectu lucrorum acquisitorum ex illa societate, vxor habet dominium perfectum, & irreuocabile: & quamuis hoc non habet respectu acquirendorum, at non est illa mera repudiatio, non enim lucra illa comparentur viro ex mera repudiatione vxoris: sed est acceptatio lucrorum illorum, & cessio in fauorem viri (vt dixi disp. præc. n. 17. de cessione hæreditatis in fauorem coniugis, aliàs non successuri.) At in societate inter cōiuges, vxor non acquirit dominium perfectum, & irreuocabile, & ex mera repudiatione alterius coniugis, lucra illa cedunt alteri. Ad 3. neg. conseq. quia quamuis coniux renuntiet lucris in fauorem alterius coniugis, non acquirit coniux ea lucra ex alterius renuntiatione in ipsius fauorem, sed tantum renuntians aufert impedimentum, quo alter coniux impediebatur, ne ea acquireret. Nam eo ipso quod alter renuntiat, succedit alter. Sicut quando vir repudiat hæreditatem in fauorem vxoris substitutæ in illa, vel hæredis futuræ ab intestato, valet, iuxta *l. Si Sponsus, ad fin. ff. de don. inter vir. & vx.* Nec vxor recipit aliquid tunc à viro, sed solum vir remouet impedimentum, vt succedat vxor. Ad 4. constat ex dictis n. præced. Ad 5. respondet bene *Matienzo lib. 5. recop. t. 3. l. 2. gl. 1. n. 12.* cum multis, quos refert, non requiri licentiam viri, dum vxor cum ipso contractum celebrat, nec eam esse auctoritatem, sed meram licentiam, & solum desiderari in viri fauorem. Quod inde constat: quia eadem imbecillitas manet soluto matrimonio, cum tamen tunc nulla requiratur licentia.

DISPVTATIO VI.

Vtrùm valeat donatio remuneratoria inter coniuges?

SVMMARIVM.

Refertur opinio negans valere. n. 1.

Negatque donationem remuneratoriam esse, nisi merita pariant iustitiæ obligationem. Et contraria opinio dicens id non exigit. n. 2.

An exigatur exprimi in ea ob honorarium fieri. n. 3. Et ibi, in conscientia non est necessaria probatio meritorum. Exigitur, vt ea merita non sint alias debita. n. 4. Et sint insignia. n. 5.

Desiderantur vt donatio sit meritis æquipollens. n. 6.

Quales debeat esse hæc æquipollentia? Referuntur varia sent. n. 7. 8. 9. Et sent. tria auctorum, num. 10. Valet donatio remuneratoria inter coniuges. n. 11.

Si mulier absque matrimonij fide det viro, potest vir matrimonio secuto, ipsi donationem remuneratoriam priori fidere. n. 12.

An vxor omnia obsequia debeat viro? refertur quædam opinio. n. 13.

Et opinio auctoris. n. 14.

Pinellus de bonis mater. l. 1. p. 3. nu. 61. & 62. negat valere donationem remuneratoriam inter coniuges. Quia in ea est sent. vt donatio remuneratoria, cui multos effectus passim tuta & DD. tribuunt, sit tantum ea, qua obsequia patientia ius agendi, & petendi remunerationem, exhibentur: non autem quando solum obligant lege gratitudinis ad antidora: quod idem sequitur *Matienzo li. 5. recop. t. 9. l. 3. gl. 6. nu. 3.* & alij DD. quos refert *Pinellus ibid. num. 60.* probatque fortissimis arg. Ex quo fundamento sic probat, inualidam esse donationem remuneratoriam viri erga vxorem, quia nulla obsequia potest vxor viro præstare, ob quæ iustitiæ consequatur ius, vt sibi remuneretur: omnia enim ratione societatis coniugalis debet viro. Et ad *l. Quod autem, §. Si vir. ff. de donat. inter vir. & vx.* cui contrarij DD. innituntur, ad probandum valere donationem remuneratoriam inter coniuges dicit, non sustineri eo textu donationem mutuam inter coniuges, eò quòd remuneratoria sit: sed quia cùm vtrimque compensatio fiat, neuter redditur pauperior. 1

Prima conclusio sit. Donatio remuneratoria quæ verè & propriè talis est, nec dicitur donatio simplex, minimè exigit merita ex iustitiæ lege mercedem poscentia, sed satis est, ea sint merita, quæ virum honestum & probum deceat remunerare, obligentque lege gratitudinis ad antidora. Prob. ex *l. Aquilius Regulus. ff. de donat.* ibi, *defendi non meram donationem esse, verum officium magistri mercede remuneratum.* Et *l. Si pater, § fin. ff. de donatio. & l. Metum, §. Sed licet, ff. de eo quod met. cau. & l. Sed & si lege, §. Consuluit. ff. de petit. hared.* ibi, *planè si antidora acceperunt, dicendum est locupletiores factos, quatenus acceperunt, & velut genus hoc esse permutationis.* Ecce qualiter donationem remuneratoriam ad antidora obligantem, appellat Iurisconsultus permutationem. Tandem prob. ex *l. 1. ff. de donat.* vbi dicitur eam esse propriè donationem, ad quam donator nulla alia præce- 2

denti causa, nisi vt magnificentiam, & liberalitatem exerceat, ducitur: at obligatus ad antidora non donat gratia solius liberalitatis exercendæ, sed potius vt naturæ debitum soluat: ergo ea minimè erit donatio simplex, sed verè, & propriè remuneratoria. Sic tenent *Abbas rubr. de donat. n.3. Tiraquel.* multos referens *l. Si vnquam, verb. Donatione largitus, num.16. C. de reuoc. donat. Couar.* multa eleganter afferens *3. Cum in officijs, nu.9 de testam. Rumual. Institt. de don. in princ. n.92. & sequ. Menoch. de præsumpt. l.4 præsumpt.167.n. 31.32. & 33. Iulius Clarus l. 4. receptarum, §. Donatio, q.3. initio, Ioan. Garcia* latè probans Pinellum, eiusque fundamenta soluens, *tract. de donatione remun. num.1. & multis seq. Molina tom.1. de iust. tract.2. disp.244.f.1054.* Et hanc sententiam fatetur communem ac receptissimam *Matienzo libr.5. recept. t.9. l.3. gloss 6.n.3.*

3 Secunda conclusio. Aliqua sunt requisita, vt hæc donatio remuneratoria, talis sit. Primũ requisitum est, in donatione exprimi ob bene merita fieri. Si enim id non exprimatur, quãuis ea præcessisse probetur, non erit donatio remuneratoria, sed simplex. Quia aliàs omnis donatio esset remuneratoria, cùm soli meriti præsumatur donationem fieri. Sic *Bald. l. Illud n.8. C. de sacrosanct. Eccl. Ant. de Canario, tract. de insinuat. 2.p. num.15. Barbosa l. Quæ dotis, 34.n.56. & 57. ff. solut. matrim.* refert que alios pro hac sententia: & eam sic explicat. Cùm in donatione exprimuntur bene merita, censentur causa finalis, & ita donatio erit remuneratoria: ea verò tacita, quamuis præcesserint, censentur causa impulsiua, liberalitas autem causa finalis: & ita donatio erit merè liberalis. Sed dicendum est, hoc non requiri, sed satis esse probari merita præcessisse. Prob. ex *l. Si verò, §. Idem Papinianus, ff. mandati*, vbi præsumitur libertum videntem fundum suum vendi à patrono, & capere pretium, donare quando post libertatem sibi concessam id permittit: vbi *gloss. verb. Patrono*, ait ratione primæ liberalitatis, præsumi hanc donationem. Et tenet optimè id explicans, cum multis, quos refert *Tiraquel. l. Si vnquam, verò. Donatione largitus, C. de reuocandis donat. nu.71 & sequentibus:* & præcipuè, *nu.78.* vbi id sic declarat. Licet quælibet donatio præsumatur facta ob merita, vix enim quis donat non benemerito, sed si de illis non appareat, habetur pro simplici. Donatio enim non censetur remuneratoria, nisi merita æquiualeant donationi, quæ si ignota sint, iudicari nequit an æquiualeant. Si autem de meritis præcedentibus appareat, licet de iis mentio in donatione minimè fiat, præsumitur eorum contemplatione facta, & de ea tamquam de donatione remuneratoria iudicandum est. Idem docet *Menoch. de arbitrar. lib.2. casu 88. num. 53. Gutier 2 pract. q.120. fin. Mascard. de probat. concl.560. nu.10. Ioan. Garcia de donat. remuneratoria, num.49.* Et pro hac sententia sunt *gloss. l. Si donatione, verb. Postulet, C. de collatio.* communiter ibi à scribentibus recepta, *Rosella Donatio, 1.n.47. Syluest. Donatio, 2.q.7. dict.13. Nauar. summ. c.17. Hisp. num.145. Lat. num.146.* vbi dicunt donationem factam à patre filio, censeri remuneratoriam, quando probatur merita donatione digna præcessisse. In foro autem conscientiæ non est necessarium ea merita probari, sed satis est, si donatario constet. Quia probatio tantum desideratur, vt iudici in foro externo veritas constet. Sic *Nauar. sum. c.17. nu.145. Gutier. de iuram. 1.p. c.5. nu.18. Molina tom. 1. de iust. tract.2. disp. 244. §. Quando constat.*

4 Secundum requisitum est, vt obsequia, & merita non sint alias debita, si enim debita essent, non essent remuneratione digna. Quia in necessitatibus nemo vnquam liberalis existit, *l. Rem legatam, ff. de admend. legat. l Si seruo, ff. de hared. institut. l. Proximè, ff. de ritu nupt.* ibi, *magis debitam libertatem præstitit, quam vllum beneficium in mulierem contulit, quo nomine nec libertus obsequia præstando, nec vasellus fidelis pro domino moriendo, nec filius pro parte elaborando, nec vxor virum colendo quicquam fecisse nisi aliud magis & grauius intercedat, quod ad meritum pertinere videatur.* Sic docent *Rip. l. Si vnquam, q.14. nu.30. vers. Secundò, C. de reuocandis donat. ibi Tiraquel.* multos referens, *verb. Donatione largitus, n.106 & 107. Iason. l. Ex hoc iure, num.55. fine. ff. de iust. & iure, Ioan. Lup. rubr. de don. §.50. num.32. & 33. Castillo proœmio legum Tauri, super glos. Gratia vers. Sed non qualibet, Ant. Gom. l.29. Tauri, n.23. Gutier. de iuram. 1.p.c.5. num.2. & 3. Meres de maior. 1.p.q.22.n.22. Ioan. Garcia de donat. remuneratoria, n.54. Angulo de meliorationibus, l.12. glos. 1. n.18.*

5 Tertium requisitũ est, vt obsequia, & benemerita sint insignia: non enim quæcumque satis sunt, vt donatio dicatur remuneratoria. Vt de donatione remuneratoria Ecclesiæ, docet *gloss. c. Si quos, 57. verb. Benemeritos, 12.q.2.* Et de donatione inter coniuges, docent *Ioan. Lup. n.32. & Castillo n. proœm. allegati.*

6 Quartum requisitũ est, vt donatio meritis æquipolleat: si enim ea excedat, in eo excessu est donatio simplex *c. Ralatum, el 2. de testam.* ibi, *iuxta seruitij meritum. Sic Alex. de Nouo c. fin. n.7. de don. inter vir. & vx. Tiraqu.* multos referens, *d.l. Si vnquam, v. Donatione largitus, n.79. & 80. Ioan. Lup. rub. de don. §.32.n.9. & §.50. à n.26. d.17. Tauri à n.52. Castillo proœmio legum Tauri, super gl. Gratia, vers. Primò vt valeat, Greg. Lop l.3. tit. 6. nu.5. Azebedo eo lib.5. t.1. l.4. n.1. & t.6. l.12. n.20. Ioan Garcia de don. remun. num.51. Angulo de meliorat. l.12. gl.1. n.19. Gratian. reg.150. n.28.*

7 Grauis autem est difficultas, qualiter hæc merita debeant æquipollere? Quidam enim censent oportere, vt omnino merita æqualia sint donationi. Sic videntur tenere omnes DD. n. præc allegati: quia ferè omnes illi absolute docent debere esse æqualia merita donationi. Sed hæc sent. reijcitur. Quia gratitudinis lex postulat, semper plus reddi, quàm sit acceptum. Vt testantur *Aristot. 5. ethic & D. Th. 2.2.q.106.a.6. Fortu l.2. §. Ius naturale, n.65. ff. de iust. & iure, Purpuratus l. Cum quid, n.131. ff. si cert. pet.* Quare *Seneca lib. 2. de benef. cap.18.* inquit, *diligentius quærendus est beneficij, quam pecuniæ creditor, huic enim reddendum est, quantum accepit, ille verò plus soluendum est.* Vnde *Decius & Lancelot. l. Quæ dotis, ff. Soluto matrim.* aiunt beneficij acceptorem instar agri fertilis futurum plus reddentis, quàm accipiat.

8 Alij fuerunt in alio extremo, censentes benemerita tunc dici æquiualentia donationi, quando hæc non excedit dimidium remunerationis illis debitæ: iuxta *l. 2. C. de rescin. vend.* Sic *Bald. auth. Ex testamento, n.1. fin. C. de collat. Selicat.* & alij quos refert *Tiraq. d.l. Si vnquam, v. Donatione largitus, n.81.* Sed hanc sent. bene reiiciunt *Tiraqu. ibi, n.82. Ioan. Lup. rubr. de donat. §.50.n.29.* Nec alicui solido innititur fundamento.

9 Alij opinantur, dici æquiualentia, quando in modico excedit donatio meritorum valorem: nempe, in quarta parte: vt si merita valeant 12. & donentur 16. tunc enim tota donatio censetur remuneratoria. Secus si excessus sit nimius, in illo enim erit liberalis donatio. Ducuntur, per *l. Si verò, §. Idem Papinianus, ff. mandat.* quia ibi patronus donarat fundum liberto, & bessem pretij quod soluerat pro eo fundo, & libertus postea consentiens fundum vendi per patronum, censetur animo remunerandi consensisse, ita vt valeat venditio facta per patronum, & ipse integrum pretium recipiat. In quo non tantum continetur bessis pretij, quod patronus ei donarat, sed etiam triens pretij, quod ex propijs bonis libertus soluerat. Sic tenet *Nauar. de reddit. bus. q.1. n.91. & apolog. ad eum liberum in 1. edit. q.1 mon.82. n.6. Barbosa l. Quæ dotis, 34. nu.60. ff. soluto matrim.* Et hæc opinio satis probabilis est.

10 Magis tamen placet hoc arbitrio prudentis relinquendum esse, attenta donantis qualitate, an dines sit, vel nobilis. Cum soleant nobiles multo maiorem referre gratiam, *c.1. de donat.* Sic *Tiraquel. d.l. Si vnquam, verb. Donatione largitus, n.84. & 86. Menoch.* cum alijs quos refert, *de arbitrarijs, lib.2. casu 132.n.7. & sequ. Iulius Clarus libr.4. recept. §. Donatio, q.3. fin. & q.8. §. Sed pone, Ioan. Garcia de don. remun. n.55. Quare optimè Tiraq. ibi, n.84.* alios referens & *Menoch. ibi, num.9.* aiunt totam donationem dici remuneratoriam, quamuis merita excedat, si non excedat id quod diuites ac nobiles in eo euentu remunerare solent.

11 Tertia concl. Donatio remuneratoria inter coniuges valida

valida est. Hæc est contra Pinellum num.1. alleg.1. Probatur iura solum donationem inter coniuges prohibét,(vt constat ex dictis hoc 6.lib.tota disp.1.)sed donatio remuneratoria,quamuis merita non pariant actionem ex iustitiæ lege,non est absoluta donatio, sed potius debiti solutio(vt probaui n.2.)ergo non censetur inter eos prohibita. Secundò prob. ex *l. Quod autem,§. Si vir.ff.de donat.inter vir.& vx.*vbi dicitur valere donationem, si vir & vxor ad inuicem sibi donent. Quem textum licet aliter intelligat Pinellus, vt retuli nu.1. ac multi iurisperiti grauissimi,quos statim referam, intelligunt donationem illam sustineri: quia est remuneratoria. Sic *Abb.c.fin.n.7. de don.inter vir.& vx.Alex.de Neuo ibi nu.7. Præpos.nu.3. Tiraqu.* multos referens *de nobil.c.18.nu.19.& l.Si vnquam,v. Donatione largitus, nu.19. C.de reuocand.don.& in consuetu. Gallia,t.14.§.10.gl.1.in princ. fallent.2.Ioan.Lup.rub.de don.§.32.n.8.Rosella Donatio,num.32. Angel.Donatio,3.init.Sylvest.Donatio,2.q.1. Tabuena, Donatio,3. init.Armilla v.Donatio,n.24. Rolandus cons.5. vol.1. Aut.Gom.l. 31.Tauri,n.66.casu 4.Menoch.de arbitr. l.2.casu 132.nu.4. Ioan. Garcia de donat. remuner.num.21. Gratian.reg.150.num.28.* Et ex Theologis, *Molina to.2. de iust.tract.2.disp.289.§. Tertius si fuer.* Eiusdem sent.sunt DD. disp. seq.nu.3. allegandimam ideo concedunt, virum ignobilem posse constante matr. vxori nobili dotem constituere, quia est donatio remuneratoria. Eiusdem sent. sunt DD. asserentes posse atras dari vxori per maritum, post initum matrim. quos refertam hoc 6.l.disp.28.nu.2.Ducuntur enim,quia ea est donatio remuneratoria.

12 Hinc infertur mulieri absque matrimonii spe donanti viro,cui postea nupsit,posse constante matrim,virum donationem remuneratoriam illius prioris efficere.Sic *Ioan. Lup.rubr.de donat.§.32.n.8.fin.*

13 Dubitabis autem, quæ obsequia vxoris minimè sint viro debita,vt ob illa liceat viro, vxorem remunerare? *Pinel.de bonis mater.l.1.p.5.num 61. vers. Sed predilli viri,* docet vxorem omnia obsequia viro debere, ac proinde nulla esse remuneratione digna. Idem *Barbatius addit.ad Bald.l. Si vxorem, C.de condit. insert.* asserens vxorem nobilem teneri ad obsequia,licet vilia sint.Et videntur tenere *Ioann. And.c.Literas,n.9 de restit.spoliat.& Angel.v.Vxor, n.2.* dicunt enim indistinctè teneri vxorem ad obsequia viri, etiam vilia.Et hoc dicit fortè verius esse, *Tiraq.de nobil.c.20.n.95. & seqq.* ad quem locum se remittit, *l.1.connub. gl.1. p.1.nu.* 27.Et probat,quia non debet esse conditio creditoris deterior,ob debitoris nobilitatem, nisi aliter esset iure cautum: at ex iuris dispositione tenetur vxor operas præstare viro,cum sit ipsi subdita, *l.Sed si vir ex lana.ff. de don.inter vir. & vxor.*bonus textus,*ca.Hæc imago, & c. Est ordo, 33.q.5.* vbi dicitur mulierem esse viro subditam, & pene eius famulam,ergo licet vxor sit nobilis, ad hæc tenetur: cùm in iure non excipiatur. Secundò, quia ab initio contracti matrim. inerat ea dignitas vxori, ergo ea non excusat ab his obsequiis:eo enim quòd se ad matrim. obligauit, consequenter se ad hæc obsequia astrinxit.

14 Sed verius est non teneri vxorem nobilem ad ea obsequia vilia, sed ad ea sola quæ iuxta suam dignitatem ac conditionem non dedecent: quare si ea vilia præstet, tũc digna remuneratione. Vnde non tenetur lauare pedes & caput viri, cibos condire, & alia seruilia ministeria exercere.Facit optimè in alio simili *l.Interdum, la 1.ff. de operis libertor.*ibi,*sed si liberta quæ operas promisit, ad eam dignitatem pertinuit,vt inconueniens sit præstare patrono operas, ipso iure hæc intercident.* Sic docent Bald.*l.Si vxorem,nu.6.C. de conditionibus insert.Abb.c.Literas,n.27 de restit.spoliat.Felinus c. Illud. nu.11.de præsumpt.vers.Adde istis,Decius cons.202.vers. Nec obstat quod adhæc.Corsetus tract.de potest.reg.q.30.fin.Ioan.Lup. rubr.de don.§. 31.n.2.& §.50.n.33.& §.62.n.6. Rosella verb.Vxor.nu.6. & ibi Sylvest.q.2.Suarez l.9.1.De los pleitos,nu.13.fin.lib.2.fori,Ioann. Garcia de donat.remuner.n.28.* Et conferunt ad hoc quæ docent *Cyrus & Salerius d.l. Si vxorem, & Guilielmus Bened.cap. Raynutius, de testam. v. Dotem quam ei dederat.nu.47.* vbi docent,vxorem nobilem non teneri operari viro. Quæ tamen intelligerem, nisi coniuges ita pauperes essent, vt famulam conducere nequirent,hæc obsequia præstituram. Tunc enim vxor ratione necessitatis ad ea teneretur. Similiter erunt obsequia remuneratione digna, licet aliàs debita,si essent impensa diutissimè,& magna cura in graui & longa ægritudine patris, vel viri: vt cum *Decio & Parisio,*docent *Tiraq.l.Si vnquam,v.Donatione largitus,num.108. C.de reuoc.don.Meres de maior.1.p.q.22.nu.22.* Ad arg. proposita n. præced.fine,facilè respondetur, numquam vxorem debuisse obsequia viro, quæ suam dedecent dignitatem: nec ad ea,per matrim. se obligasse.

DISPVTATIO VII.

Vtrùm valeat donatio,qua alteruter coniux alteri dotem constituit?

SVMMARIVM.

Valet si vxor etiam constante matrim dotem constituat marito,n 1.
Vir constante matrim. vel ante,an possit dotare vxorem in 2
An valeat quando est disparitas inter coniuges, ratione nobilitatis aut diuitiis, n 3
Quid,si ea nobilitas fœmina compensetur viri diuitiis,n.4.
An hoc det.per virum constituta fœmina habeat dotis priuilegia n.5
An valeat hæc dos,quando vir fœminam desponsat: & non ducit, & dotat n. 6.
Valet quando Pontifex dispensat in impedimento, ea lege vt vir dotet vxorem n.7. Et quando est consuetudo dotandi, nu 8. Et quando est pro pacis bono inter consanguineos viri & vxoris,n.9

PRima conclusio sit. Vxor, non tantum ante matrimonium, sed etiam eo constante potest dotem constituere viro. Probatur, quia mulier dotata à principio potest constante matrimonio augere dotem,*l.Si constante,& l.fin.vers. Quare enim paulo post princ. C.de donat. ante nupt.* Et expressius, *Inst.de donat. §.Est & aliud,vers.Et primis quidem,* ergo à fortiori dotem constituere poterit, quando dotata non est. Præterea,quia est satis probabile mulierem diuitem nullo de dote pacto inito, censeri bona in dotem promittere(vt dixi l.1.disp.59.nu.4.) Si autem post matrimonium initum, bona aliquot comparauit, remunerat beneficium à viro acceptum,qui indotatam eam recepit. Tandem, quia dos soluto matrimonio redit ad vxorem, non sic autem quando vir dotat vxorem, sed ea dos est vxoris soluto matrimonio, quare mirum non est, si vxor possit constante matrimonio virum dotare, non tamen id liceat viro respectu vxoris:vt dicemus nu.sequ. Sic docent *Bald. Nouellus de dote, 7 p.priuileg. 8. Ioan. Lup.rubr. de donat.§.53.nu.1.& 2. Mantica de coniect.vlt.vol.lib.11.t.22.num 2. Baeza de non melior filiab.c.5.nu. 16.* addit *Nouellus,* si dos excedat congruentiam,iuxta viri qualitatem non valere excessum. Quia est donatio simplex.Sed de hoc dubitat *Ioan.Lup.ibi fin.& Baeza n.17.* & merito magis in eam partem inclinat, vt valeat, cum ea dos reditura sit ad ipsam vxorem,soluto matrimonio.

Secunda conclusio. Non valet,si vir constante matri- 2
monio dotet vxorem. Prob.ex *l.Si quis vxori, ff. de don.inter vir.& vxo.*vbi habetur,si vir donasset rem vxori,eo pacto, vt postea vxor eam sibi in dotem daret,non valere.Et ratio est,quia constituere dotem,est donare, *l.fin. §.Si à socero.ff.qua in fraud.cred.*Sic docent *Abb.c.Et si necesse n.2. de donat. inter vir.& vx.*vbi *Alex.de Neuo n.2.Præpos.n.1.Bart.Socin.lib.1. n.70.ff.solut.matrim.Ioan.Lup.rubr.de don.§. 30.n.1.Sylvest. v. Dos.q.6.*vbi *Ang.n.6.Armill. n 8. Tabuena q.5.n.6.Baeza de non melior.filiab.c.16.n.40.* Idem dicendum est,si fiat hæc dotis constitutio ante contractum matrimon. referendo se ad tempus quo contractum est:id est, quando datur hac lege,vt inito matrimonio,& non aliàs acquiratur.Nam donatio inter sponsos relata in tempus matrimonii, nulla est,(vt dixi hoc lib.6.disp.1.n.6.) Sic docent *Abbas, Præpos. Alex.de Neuo,Bart. Socin Ioann.Lup.nu.2.Angel.Sylvest.Tabuena, proximè citat.*Quare de his donationibus iudicandum est, sicut de cæteris factis inter virum & vxorem, quę inuali-

dæ sunt, nisi morte confirmentur: vt bene tradit *Bart. Socin. ibid.* Si tamen vir ante initum matrim. absolutè dotaret vxorem non referendo se ad tempus contracti matrimon. sed ita vt statim acquireret illius dominium, valet, vt expresse probatur ex *l. 1. C. de donat. ante nupt.* Sic docent *Abb. Alex. de Neuo, Præpos. Angel. Sylvest. Tabiena ibid. Ioann. Lup. eo. §. 40. n. 2.*

3 Tertia conclus. Aliqui sunt casus, in quibus valet hæc dotis cõstitutio. Primus est, quando vir excedit ut ab vxore, nobilitate, vel ætate: vt si ignobilis aut senex ducat nobilem aut iuuenculam. Quamuis enim aliqui negent licere huic viro dotare vxorem. Sic *Crottus rubr. ff. solut. matrim. nu. 62. Ainon cons. 51.* & vtrimque disputat *Nouellus de privil. dotis, 10. p. à n. 8.* Et alii distinguant, dicentes, validam esse dotem, si ante initum matrim assignetur, secus eo imito. Quia priori casu est donatio remuneratoria ex causa necessaria, posteriori verò, ex causa voluntaria. Sic tenent *Barth. Socin l. 1. n. 73. solut. matrim. Matuccius, l. In ambiguis pro dote, n. 62. ff. de reg. iur. Paris. cons. 86. num. 45. lib. 3.* Et refertur *Salicetus l. 2. num. 2. ad fin. C. de dote cauta:* sed eam non tenet, imo expresse dicit valere dotem constitutam post matrimonium, si exprimatur animo remunerandi constituentis, at in dubio hunc animum non præsumit: qui tamen præsumeretur, si ante matrimonium fieret talis donatio. Eandem sententiam tenent *Iulius Clarus li. 4. recept. v. Donatio, q. 9. vers. Sed pone quod maritus, Lud. Lop. libr. de contractibus cap. 47. vers. Adde etiam.* Sed dicendum est, valere eam dotis constitutionem etiam constante matrimonio factam. Quia est donatio remuneratoria beneficii in virum collati per vxorem, quæ cum nobilis, vel iuuencula esset, nõ dedignata est ignobili, aut seni nubere. Sic docent *gl. I. Si Voluntate, vers. Petendũ, C. de dotis promiss. Bart. l. Si diuortio, nu. 4. ff. de verb. obl.* vbi *Ang. Paul. & Alex. Bald. l. 1. fin. C. de don. ante nupt. Imola l. 1. ff. soluto matrim. Iason l. Ex hoc iure, nu. 55. ff. de insti. & iur. & d. l. Si diuortio, n. 9. Abb. c. 1. nu. 8. de adult. & c. fin. n. 7. de don. inter vir. & vx. & c. Et si necesse, eod. t. nu. 2. Præpos. d. c. fin. n. 3. & d. c. Et si necesse, n. 2. Alex. de Neuo d. c. fin. n. 7. & d. cap. Et si necesse, n. 2.* Tiraquel. innumeros referens, *de nobil. c. 18. nu. 19. Ioan. Lup. rubr. de don. §. 31. n. 1. & §. 32. n. 7. Segura l. Cohæredi, §. Cum filia, nu. 162. ff. de vulg.* vbi *Perez in addit. Ang. verb. Dos, n. 6.* vbi *Sylvest. q. 6. Tabiena q. 5. n. 6. Armilla nu. 8. Castillo proœmio leguũ Tauri, super gl. Gracia, §. Sed quia supra dixi: Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 5. n. 2. Greg. Lop. l. 2. verb. Con la vieza, t. 20 p. 2. Ant. Gom. l. 52. Tauri, n. 66. casu 4. & 19. 2. var. c. 4. n. 23. Villalobos in communibus opin. lit. D. n. 226. Perez lib. 5. ordinam. tenul. 2. l. 1. f. 73. §. Præterea relictum, vers. Vnde infertur, Ducñas reg. 121. limitat. 31. Baeza de non melior. fil. c. 16. fin. Ioann. Garcia de don. remun. n. 1. n. 26. Azevedo lib. 5. recop. t. 2. l. 2. num. 11. Aiora de partition. 1. p. c. 7. n. 36. & 31. Barbosa l. Qua dotis, 34. n. 56. ff. solut. matrim. Valasc. cons. 4. n. 7. & cons. 5. n. 18. tom. 1.* Et ex Theologis, *Molina to 2. de iust. tract. 2. d. 289. §. Tertius si fiat, & disp. 439. §. Secundum si eadem confessio: Lud. Lop. 2. p. instruct. de matr. c. 41. f. 1076.*

4 Sed dubitabis, an hoc procedat, quando nobilitas fœminæ compensatur diuitiis viri? Vt si ignobilis ditissimus ducat nobilem paupertimam. Videtur enim tunc nullã esse disparitatem, vt ratione illius liceat dotem remuneratoriam constituere. Sed dicendum est valere: quia post viri obitum manet vxor deterioris conditionis eò quod ignobili nupserit: atque ita non datur compensatio. Sic *Ioan. Lup. rubr. de don. §. 32. n. 9.*

5 Hæc autem donatio per virum facta vxori, causa huius excessus, quamuis communiter dos appellari soleat, nõ gaudet dotis priuilegiis. Quia non est vere, & propriè, dos, sed sola illa quam vxor tradit marito, ad onera matrimon. sustinenda. Sic cum Romano docent *Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 3. n. 4. Lud. Lop. 2. p. instructorij, de matrim. cap. 41. f. 1076.*

6 Secundus casus est, si quis virginem seductam violarit, & ob hoc ducat eam, & dotet, valebit enim dotis constitutio. Quia non est donatio: cum ad hoc teneatur, iuxta *c. 1. de adult.* Sic *Ioan. Lup. rubr. de don. §. 39. n. 3.*

Tertius est, quando Pontifex dispensaret cum duobus consanguineis, ea lege, vt vir vxorem pauperem dotaret: valebit enim dotis constitutio. Quia non est donatio, sed ex causa onerosa datur, vt Pontifex dispenset.

Quartus est, si esset cõsuetudo, vt vir dotaret vxorem; 8 quia consuetudo vincit legem, & est altera lex, *cap. final. de consuetud.* Sic *Vincentius c. Et si necesse, de donat. inter vir. & vx.* vbi *Ioan. Andr. n. 2. Ant. n. 2. Card. nu. 1. Ioan. Lup. rubr. de donat. §. 30. n. 4.*

Quintus est, quando vir constitueret dotem vxori, vt 2- 9 nimi discordes concilientur consanguineorum vtriusque coniugis. Sic *Ioan. Lup. rub de don. §. 32. n. 6.* quamuis sub aliquali dubio. Quia tunc non est propriè donatio, cum non sola liberalitas moueat, sed bonum pacis conciliandæ. Probat etiam per *l. Creditor, §. 1. ff. mandati*, vbi promissum pro pace obtinenda, occasione matrimonii, nequit à muliere repeti: & ad hoc commendat *ibi Baldus.*

DISPVTATIO VIII.

An dos cõstituta per virum vxori, minuat legitimam debitam ascendentibus, vel descendentibus viri: atque ita extrahenda sit de toto hæreditatis corpore, vel potius de ea parte, de qua potest maritus liberè disponere, vt in Castella de quinta bonorum parte, si habeat descendentes, vel de tertia, si habeat solos ascendentes?

SVMMARIVM.

Refertur opinio dicens, non minuere legitimam. n. 1
Si vir dispar constituat fœminæ excedenti ipsum, nobilitate, aut iuuenta- te dotem, ante matrimonium, extrahitur de toto acervo hæreditatis, secus si constante matrim. constituatur. n. 2.
Et quid, quando Pontifex dispensat in consanguinitate, si vir dotet vxorem? n. 3
Quid, quando est consuetudo, vt vir dotet vxorem? nu. 4. Et quid, si ea pars concilientur. n. 5.
Quid, quando constitutus dotem fœminæ, quam defloruit, & duxit. n. 6.

IOAN. Garcia *de donat. remun. n. 42.* affirmat dotem, quam 1 vir senex, vel ignobilis cõstituit vxori nobili, aut iuniori, non minuere legitimam ascendentibus debitam, sed extrahendam esse ex ea parte, de qua potest maritus in horum præiudicium disponere. Quia donatio remuneratoria, quando ex iustitia non est debita, non minuit legitimam: qua ratione arrarum donatio licet in remunerationem fiat, extrahitur de ea parte, cuius dispositio libera est viro absque præiudicio legitimæ. Vt dicemus hoc lib. 6. disp. 36. Cùm ergò hæc dos non sit ex iustitiæ lege debita, sed gratis constituatur à viro, non minuet legitimam.

Primò tamen dico, dos quam constituit vir ignobilis, 2 nobili, vel senex iuuenculæ, ante contractum matrimonium, vt effectum habeat, deducenda est ex toto hæreditatis cumulo, tam quam æs alienum, & ita minuet legitimam. Si verò constante matrimonio constituatur, non minuit legitimam, sed extrahitur de ea parte de qua potest vir liberè disponere, in præiudicium ascendentium, vel descendentium. Probatur, quia ante contractum matrimonium datur ex causa onerosa & necessaria, & ita non est donatio, sed contractus onerosus, Do, vt faciat vir enim largitur dotem nobili, vel iuuenculæ, vt sibi ignobili, vel seni nubat, & illa dote promissa compensat disparitatem. Quando autem nulla dotis promissio matrimonium præcessit, est donatio remuneratoria ex causa lucrativa, & voluntaria, vt optimè docet *Bartbol. Socin. l. 1. num. 73. ff. solut. matrim.* Quare bene dicit *Angelus de meliorat. l. 6. gloss. 4. numer. 5.* promissionem dotis post initum matrimonium factam, non posse dici ex causa onerosa, cum non fiat præiudicium fœminæ, quæ ea lege minimè contraxit. At donatio remuneratoria quando

do non est debita ex iustitiæ lege, non minuit legitimum, ergo. Secundò, quia filiis prioris mātrimonii tenetur vir reseruare, quæ habuit ab vxore titulo lucratiuo donationis, non autem quæ titulo oneroso, *l. Femina ea. de secundis nupt. auth. Hoc lucrum, C. eo t.* & bene docent *Ioann. Lup. rubr. de don. §. 50. nu. 35. Couar. 2. decret. 2. p. cap. 3. §. 9. num. 7. Valascus cons. 16. n. 6. & 7. in 1.* nec satis est, vt sit donatio remuneratoria. Quia iuxta communiorem & veriorem sententiam, donatio arrarum à priori viro facta, reseruanda est ab vxore filiis prioris matrimonii, quę tamen donatio remuneratoria est. Sed hanc dotem constitutam à viro sene vel ignobili, vt sibi nubat iuuencula, vel nobilis, non tenetur hæc vxor reseruare filiis prioris matrimonii. Vt docent *Rip. ad l. Femina, n. 35. Ioan. Lup. rubr. de don. §. 50. nu. 35. Castillo proœmio legum Tauri, super gl. Gratia, vers. Sed quia supra dixi. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 3. n. 3. Perez. lib. 5. ordin. t. 2. l. 1. f. 73. §. Præterea relictum. vers. Vnde infertur, Azebedo lib. 5. recop. t. 1. l. 4. num. 1.* ergo hæc dos non censetur donatio, sed contractus oneroſus. Et ita *Ioan. Lup. eo. num. 35.* dicit hanc non esse donationem, sed contractum permutationis: ergo deducenda est tamquàm debitum, ex toto hæreditatis corpore, minuetque legitimam. Sic tenet *Auendaño de exequend. mandat. 2. p. t. 29. n. 14. vers. Quarto infero.*

3 Secundò dico, quando vir dotat vxorem consanguineam, eo quod Pontifex ea lege in consanguinitate, vel alio impedimento dispensauit, extrahitur ea dos ex toto hæreditatis cumulo. Quia non est donatio, gratiosa, sed contractus cum Pontifice initus, vt ea dispensatio concederetur.

4 Tertiò dico, quando vir dotat vxorem ratione confectudinis id permittentis, non tamen cogentis dotare, extrahitur dos de ea parte, de qua potest vir disponere in præiudicium ascendentium vel descendentium. Sicut hoc 6. *disp. 36. n. 15.* dicemus, arras ex ea parte deducendas esse. Quia tunc ea dos non est debita, sed ex causa voluntaria procedit.

5 Quartò dico, quando vir dotat vxorem propter bonum pacis inter vtriusq; consanguineos, nullo inito contractu, extrahitur dos de ea parte, cuius libera dispositio conceditur viro seruata illæsa legitima. Quia ex causa voluntaria procedit. Si verò pactum iustum iniretur, vt gratia cedendi lite iusta, tunc esset transactio, extraheturque de toto hæreditatis corpore.

6 Vltimò dico, dos constituta per virum vxori, eò quod illam defloraret, casu quo tenetur eam dotare, deducitur similiter ex toto hæreditatis corpore. Quia tunc est debiti solutio. Atque ita *Ioan. Lup. & Castillo n. 2. allegati*, dicunt non teneri vxorem reseruare dotem hanc, filiis prioris matrimonij.

DISPVTATIO IX.

An confessio viri de dote recepta, quam recepisse minimè constat, vel de maiori summa, censeatur donatio illius dotis, aut augmenti, validaque sit talis donatio?

SVMMARIVM.

Referuntur quatuor sententiæ n. 1.

Quando constat simulatam esse causa honoris, & non est donatio. n. 2.

Ante matrimonium facta licet conster de animo donandi, est invalida, nec morte confirmatur, n. 3.

Si fiat ante matrim. nec conster de animo donandi, is non præsumitur. n. 4. Et ibi, allud, qui vno casu est permissus, alio verò prohibitus, censetur in dubio factus in casu permisso, hi quod, quando in ipsomet matr. contractu.

Si fiat constante matr. censetur facta animo donandi. n. 5.

Ea donatio confirmabitur morte viri præmorientis, nisi reuocata sit tacitè, vel expressè. n. 6. Et ibi quando censeatur hæc confessio reuocata.

In casibus in quibus valet donatio inter coniuges, statim est valida donatio consurgens ex ea confessione, & sit irreuocabilis. n. 7

Quid, si vir ignobilis, vel senex fateatur, se dotem recepisse, ab vxore nobili, vel iuuenili. 8.

Quādo hæc confessio habet vim donationis, nil refert, sint elapsa tempora exceptionis, non numeratæ pecuniæ, n. 9. Et ibi remissiuè an donatio consurgens ex tali confessione firmetur iuramento? & præiudicet creditoribus? & censeatur donatio, quando vir fatetur ab extraneo se dotem recepisse?

Quando dos ante matr. fuit promissa, & eo constante fatetur, vir recepisse, non præsumitur animus donandi, sed vere recepisse fuisse. n. 10.

Soluuntur arg. & euadantur l. Si voluntate, C. de dotis promissione, & l. finalis, C. de dote cauta. n. 11.

QVæstio hæc valde confusa est apud aliquos scribentes: & ideo qua breuitate & claritate potuero, illam disputabo, latius videndam apud auctores quos referam. Quatuor igitur sunt sententiæ, tres priores refert *Valascus cons. 5. num. 3. tom. 1.* Prima dicit, confessionem factam ante matrimonium initum, minime censeri animo donandi, sed spe numerationis futuræ effectam: factam verò constante matrim. censeri animo donandi, & ita iudicandum esse de illa, ac de cæteris donationibus inter coniuges quæ inualidæ sunt, nisi morte donantis confirmentur. Sic *Ioan. Aud. addit. ad Speculat. rub. de donat. inter vir. & vxor. in fine, & Albertus*, quem refert *ibi Valascus.* Secunda sententia dicit, semper eam confessionem reputari factam animo donandi. Pro hac sententia refert *Valascus Bartolum, l. Si diuortio num. 3. ff. de verb. oblig. & alios auctores.* Tertia sententia ait, nunquam censeri eam confessionem animo donandi factam, sed spe futuræ numerationis. Sic *Dynus, Roman. Alexand.* quos refert *ibi Valascus*: & multi alii quos refert & sequitur. *Couar. 1. variar. cap. 7. num. 4. vers. Sed quod etiam, & num. 5. mitto*: addítque hanc sententiam esse veram, licet fiat hęc confessio, adhibita renuntiatione exceptionis non numeratæ dotis. Probatur, quia vbi alia ratio, aut coniectura potest assumi, nunquam præsumitur donatio, *l. Si id quod aurum. ff. de solut. & l. Cum de indebit. ff. de probat.* sed spes futuræ numerationis potest hic esse causa illius confessionis: ergo non præsumitur donandi animus. Secundò, quia si donatio præsumeretur, ea confirmaretur morte viri. Quod verum non videtur: cùm *l. fin. & auth. ibi inserta, C. de dote cauta*, post mariti obitum comperat eius hæredibus exceptio non numeratæ dotis. Et *l. Si voluntate, 4. C. de dotis promiss.* statuatur posse maritum petere eam dotem, quam recepisse fatus est. Quæ vera minimè essent, si ex confessione dotis receptæ consurgeret donatio. Tertiò, quia alias ex eodem actu duæ donationes præsumerentur contra *l. 1. C. de dotis promiss.* negantem duo specialia præsumi. Altera est, vt vir se astringeret ad vxorem indotatam, suis sumptibus alēdam. Altera verò, ad restituendam dotem non habitam. Quarta sent. est media, vt tunc donatio præsumatur, quando confessio facta est matrim. constante, & adiecta renunciatione exceptionis nō numeratæ dotis, secus ea renuntiatione omissa. Quia renuntiās illi exceptioni, priuatur spe futuræ numerationis: atque ita non est alia coniectura, quæ assumi possit illius confessionis. Sic tenent *Imola, Crottus, Socinus, Alex. Aret. Gozadinus*, quos refert *Couar. eod. c. 7. nu. 4. vers. Sed quod etiam.* Eandem tenet *Menoch. de præsumpt. li. 3. præsumpt. 12. n. 51. & 52. sumit. n. 60.* 1

Prima concl. sit. Quando vir simulatè dotis receptionem confiteretur, aut maioris summæ, vt honori consulat, ne incompetenter dotatam vxorem duxisse videatur, vel vt satisfaciat parentibus aut consanguineis, quibus renitentibus matrimonium iniit: non est dubium huiusmodi confessionem esse nullam, nec donationem inducere, quia constat de animo simulato. Sic *Valascus cons. 5. nu. 21. vers. Quintus casus, to. 1. Molina to. 2. de iustit. tract. 2. disp. 439. §. Vt quid tenendum sit.* 2

Secunda conclusio. Quando matrimonio nondum inito, facta est confessio dotis receptæ, aut maioris summæ, de cuius receptione non constat: si certum sit animo donandi factam esse, donatio illa est prorsus inualida, & confessio, quare morte non confirmabitur. Probatur ex *l. 1. C. de donat. ante nupt.* ibi, *multum interest, si ea quæ donat vir futurus, tradiderat vxori, & postea in dotem acceperit: an vero donandi animo dotem auxerit, vt videatur accepisse, quod non accepit.* 3

pit. *Priori enim casu donatio non impeditur, & res quæ in ea causa sunt dotis efficitur, iudicio de dote peti possunt: posteriori autem casu nihil actum est donatione: & quod in dotem datum non est, repeti non potest.* Sic docent *Iason l. Si diuortio, num. 8. ff. de verb. oblig. Valascus* alios referens, *cons. 5. num. 4. tom. 1. Molina disc. disp. 439. §. Quando autem, & seq.* Nec audiendus est *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 12. num. 3.* dicens morte viri præmorientis confirmari eam donationem. Quod si obiicias, donationes factas inter virum & vxorem, ante matrimonii contractum, relatas in matrimonii tempus, quamuis inualidæ sint, confirmari morte præuia coniugis donantis, instar donationũ quæ constante matrim. inter ipsos fiunt (vt dicemus hoc 6. lib. disp. 14. nu. 2.) ergo ea donatio consurgens ex illa confessione dotis receptæ, ante matrimonium facta, confirmabitur morte. Nec obstat si dicas, traditionem rei donatæ ad eam confirmationem desiderari: quæ in hoc casu deficit: cum nulla traditio dotis illius præcesserit. Non (inquam) obstat, quia quando constante matrim. confessio illa dotis receptæ facta est, præsumitur donatio, & morte confirmatur: cum similiter traditio deficiat: (vt dicemus num. 6.) Sed bene respondet *Molina proxime cit.* disparem esse rationem: quia quando confessio dotis fit constante matrimonio, est ibi ficta traditio, & virtualis: reputatur enim quasi tradita à viro vxori, & mox ab ipsa vxore viro, vt soluto matrimon. ipsi vxori restituatur. Dos enim apud maritum esse debet cõstante matrim. vt eius onera sustineat. Quando autem ante matrim. fit confessio dotis receptæ, nec constante matrim. repetitur, non habet rationem dotis, quia nondum secutum est matrim. & ita cessat illa ficta & virtualis traditio, & proinde donatio est prorsus inualida, nec morte confirmatur.

4 Tertia conclusio. Si dubium sit de animo viri ante initum matrimonium confitentis dotem receptam, aut augmentum, non præsumitur animus donandi, sed spes futuræ numerationis. Quia quando actus vno casu est permissus, alio verò prohibitus, in dubio censetur factus in casu permisso, ne eligatur interpretatio, per quam actus reddatur nullus. Vt tradunt *Bartol. l. De pupillo, §. Sed vt reprobari, n. 7. ff. de operis noui nunciat. & ibi Alexand. & Iason.* sed hæc cõfessio potest intelligi facta in casu permisso, nimirum, spe futuræ numerationis: ergo non est censenda facta in casu prohibito donationis inter coniuges. Deinde, quia cum possit sumi coniectura spei futuræ numerationis dotis, quam facile tunc temporis concipit maritus, minime est præsumenda donatio: contra *l. Cum de indebit. ff. de probat.* Sic tenent *Doctores relati num. 1. pro 1. & 3. sentent. Alciatus l. Si diuortio, 21. n. 3. ff. de verb. oblig. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 12. nu. 8. & 65.* & multi alii quos refert & sequitur *Valascus d. cons. 5. nu. 5. Molina d. disp. 439. §. Et quidem.* Idem dicendum est, quando in ipsomet matrimonii contractu facta est confessio, vt bene tradunt *Alciatus, & Valascus ibid.*

5 Quarta conclusio. Viro confitente inito iam matrim. dotem receptam, aut maiorem summam, præsumitur in dubio animus donandi. Quia cum iam secutum sit matrimonium, nulla dote promissa aut recepta, non est verisimilis præsumptio, vt vir speret fore vt sibi soluatur; sed præsumitur virum vxoris blanditiis, & amore ductum talem confessionem fecisse, animo ipsi donando. Præterea, quia quoties testator fatetur se debere alicui summã, quam revera nõ debet, censetur in dubio velle eam quantitatem illi legare. Vt habetur expresse *l. Qui vxori, ff. de auro & argent. leg. & l. Lucius, §. Sempronie, ff. de leg. 3. l. Aurelius, §. fin. ff. de liber. legat. l. 2. & 3. C. de falsa causa adicta legat. l. 19. tit. 9. p. 6.* Quod si dicas non esse simile, quia quando confessio fit in vltima voluntate, nulla subest numerationis futuræ spes: secus quando extra vltimam voluntatem: quia tunc præsumi potest numerationis futuræ spes. Nulla est disparitas, vt bene dicit *Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 12. n. 50.* quia hæc ratio tantum concludere videtur, quando testator laboraret in extremis: secus si esset sanus: tunc enim spem numerationis futuræ habere potest: at textus, siue testator sit in extremis, siue sanus, decidunt confessionem falsam debiti, censeri in dubio donationem. Et ita hanc tenẽt *DD. prioris sent. allegati num. 1. Alciat. d. l. Si diuortio, n. 3. Claudius,* & alii quos refert & sequitur *Valascus d. cons. 5. num. 15. Molina d. disp. 439. 3. Quando confessio, & §. Ego sanè.* Et ab hac sententia dicit *Menoch. d. præsumpt. 12. n. 66.* difficile in foro recedi posse. Quia est magis recepta.

Quinta conclusio. Donatio consurgens ex prædicta confessione, est inualida, in iis omnibus casibus, in quibus donationes inter coniuges inualidæ sunt: & more illarum, confirmatur præuia viri morte. Nec obstat traditionem minime esse secutam: vt explicui n. 3. & latius dicam infra multis auctoribus relatis hoc l. 6. Vnde fit, posse virum dum vita fungitur, hanc confessionem, & donationem ex ea consurgentem, reuocare, siue expresse, siue tacitè, vt alienando rem quam fassus est se in dotem recepisse, nec tunc morte confirmari. Quia aliæ donationes viuo donante reuocatæ, minime cõfirmantur morte. Sic *Couar. 1. var. cap. 7. n. 4. vers. Tertio inde apparet, Menoch. d. præsumpt. 12. num. 69. Valasc. d. cons. 5. nu. 16. Molina d. disp. 439. §. Secundum si eadem confessio.* Quando autem censeatur hæc donatio ex confessione consurgens reuocata? dicam disp. 15. n. 3. & 4.

Sexta concluſ. In omnibus casibus in quibus valida est donatio inter coniuges, valebit, firmaque erit & irreuocabilis donatio consurgens ex tali confessione. Sicut in iis casibus donationes factæ inter coniuges sunt ratione firmæ & irreuocabiles. Sic *Valascus d. cons. 5. nu. 17. Molina d. disp. 439. §. Secundum si eadem.*

Hinc infertur, quid dicendum sit in ea quæstione, si vir ignobilis, aut senex fateatur se dotem recepisse ab vxore nobili, aut iuuencula? Quidam enim sentiunt in dubio non præsumi animum donandi. Sic videtur sentire *gloss. l. Si voluntate, 4. C. de dotis promiss. verb. Petenda,* dicit enim valere hanc confessionem, nisi animo simulandi fiat, vt faciunt ignobiles, cum ducunt nobiles. Et tenet *ibi Baldus,* dicens præsumi simulatè fieri, & causa honoris, nisi de animo remunerandi constet: & videtur tenere *Bartol. l. Si diuortio, num. 4. ff. de verb. obligat.* dicit enim valere, quando animo donandi fecit vir eam confessionem. Et tenent *ibi Alciatus num. 4. Guillermus, & Salicetus,* quos refert & sequitur *Couar. 4. decret. 2. p. cap. 3. §. 3. num. 2. Barbosa* multos alios referens, *l. Quæ dotis, 34. num. 56. ff. soluto matr.* Alii vero distinguunt, dicentes ante contractum matrimonium factam confessionem, non censeri donationem, nec esse validam: secus contracto matrimonio. Sic *Barth. Socin. l. 1. num. 102. ff. solut. matrim.* Quam distinctionem reprobaui disp. 7. num. 3. Et ideo dicendum est, valere eam confessionem, & in dubio censeri factam animo donandi, ac remunerandi, & statim eam donationem esse firmam & irreuocabilem. (hic enim est vnus ex casibus in quibus valet donatio inter coniuges, vt dixi disp. 7. num. 3.) Et ratio est, quia cum æquum sit, vt hanc disparitatem vir remuneret, ac compenset, præsumitur in dubio animo huic obligationi antidorali satisfaciendi confessionem fieri, cum merita sint nota. Sic docent *Bart. l. Si voluntate, num. 2. C. de dotis promiss. Bal. l. 1. ad fin. C. de donat. ante nupt. Alex. dict. l. Si diuortio, & ibi Iason num. 11. & 15. Ruinus rubr. ff. solut. matrim. nu. 225. Segura l. Coheredi, §. Cum filia, nu. 162. ff. de vul. & ibi Perez in addit. Vill alobos in commun. opin. lit. D. n. 219. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 12. n. 77. Valascus cons. 4. n. 7. & cons. 5. n. 18. to. 1. Molina d. disp. 439. §. Secundum, si eadem confessio,* & multi alii quos refert *Suarez* dicens esse communem, *lib. 3. fori, tit. De las arras, l. 1. num. 55. vers. Et quæ infert,* & tenet *ibi Baldesius in addition. ad numerum 34.* Quare in hoc casu nulla constituenda est differentia, siue ea confessio constante matrimonio, siue ante illud fiat: vt bene docet *Menoch. d. num. 77. fin.* Quia donatio hæc in vtroque casu est valida, subestque maxima coniectura non spei futuræ numerationis, sed donationis remuneratoriæ.

tis. Quare cessant rationes, quibus ducti diximus num. 3. hanc donationem esse inualidam, licet de animo donandi constaret, & nu. 4. non præsumi in dubio animum donandi.

9 Quando autem hæc confessio habet vim donationis, nil refert si elapsa exceptionis non numeratæ dotis, tempora sint. Vt bene docent *Couar. 1. var. c. 7. n. 4. vers. Sed quod. Molina d. disp. 439. ad fin.* Vtrum autem confessio hæc iuramento firmetur? dicam hoc 6. l. disp. 22. Et an noceat creditoribus consulendi sunt *Couar. eo c. 7. nu. 4. Ant. Gom. l. 52. Tauri n. 52. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 12. n. 68. & tota præsumpt. 13. Palacius cons. 6. to. 1. Molina d. disp. 439. fine.* Quid autem, si vir fateatur, se recepisse dotem ab alio, quam ab vxore? videndus est *Menoch. ea præsumpt. 12. n. 78 & seq.*

10 Vltima concl. Quando dos ante contractum matrim. fuit promissa, & eo constante vir fatetur, se recepisse dotem, communis est DD. sent. virum non animo donandi, nec spe futuræ numerationis fateri, sed verè ipsum dotem recepisse. Sic tenent *Couar. 1. var. c. 7. n. 6. Villalobos in comm. lit. D. n. 122. Menoch.* multos referens, *de præsumpt. l. 3. præsumpt. 12. n. 53.* dicens esse receptam sententiam: *Gutier. alleg. 11. nu. 17. Molin. to. 2. de iust. tract. 2. disp. 439. §. Item quando præcesit.* Licet alii, quos refert *Menoch. d. præsumpt. 12. n. 55.* teneant oppositum.

11 Ad argum. 3. sent. proposita n. 1. resp. Ad 1. maiorem esse veram, quando attentis circumstantiis, & iuris dispositione, alia congruens potest reddi ratio, quod in hoc casu nõ contingit: vt probauimus n. 5. Ad 2. dic, eos textus intelligi quando nondum inito matrim. confessio facta est: vel si post illud initum apertè constat spe futuræ numerationis, factam esse. Ad 3. dic, non esse duas donationes, sed vnam tantum, videlicet dotis, in cuius consequentiam venit obligatio præstandi alimenta vxori sicà viro dotatæ.

DISPVTATIO X.

Vtrùm donatio causa mortis valeat inter coniuges?

SVMMARIVM.

Valet, nec per eam transfertur dominium, etiam traditione secuta, & explicatur l. Mortis. ff. de don. inter vir. & vx. n. 1

Quid si addatur pactum de non reuocando. n. 2.

Quid si mutuo sibi coniuges donent, ea lege, vt superstes dum vixerit, fruatur alterius bonis? Et an ea donatio possit fieri in præiudicium legitimæ ascendentium. n. 3. Et ibi, explicatur l. 6. Tauri. An traditio requiratur, vt hæc donatio causa mortis valeat. n. 4.

An deportatione viri confirmetur hæc donatio, quoad dominium, nec possit ab illo reuocari. Eiusque bonis publicatis minimè publicetur. n. 5. Et ibi, quod si facta confessione vir reuocet donationem. Et an si minister morte causæ vxoris confirmetur donatio ab ipsa vxore facta? An trahatur retro morte donantis secuta, ad tempus donationis facta. n. 6. Et ibi explicantur l. Si mortis causa inter vir. ff. de don. caus. mort. & l. Sed interim, in princ. ff. de don. inter vir. & vxor.

1 DOnatio causa mortis valida est inter coniuges. Habetur expresse, *l. Si eum seruum, 10. fine, & l. sequenti, ff. de don. inter vir. & vx. & l. Sed interim, 12. §. Sed quod dicit. ff. eod. t.* vbi dicitur valere omnem donationem inter coniuges causa mortis factam. Vbi *gl. v. Sed omnis*, explicat, id est qualitercumque facta sit. Tribus enim modis fit: vt habetur, *l. 2. ff. de donat. causa mort.* Et ita fatentur vniuersi DD. Nec decipiatur quisquam, si inueniat *Couar. rub. de testam. 3. p. n. 2. & Iulium Clarum li. 4. recept. §. Donatio, q. 9. vers. Et hæc quidem conclusio, cum gl. l. 2. in princ. v. Legatum. ff. de dote præleg.* ab omnibus recepta, dicentes non valere hanc donationem inter coniuges. Quia vel intelligunt non valere irreuocabiliter; potest enim coniux donans, dum superstes est, reuocare: vel non valere, ita vt per ipsam statim transferatur dominium in coniugem donatarium. Quamuis enim donatione causa mortis traditione secuta transferatur statim dominium (vt diximus hoc 6. li. disp. 4. num. 2.) speciale tamen est illud non transferri per donationem mortis causa inter coniuges factam, donec mors donantis sequatur: vt habetur expresse *d. l. Sed interim, init.* quod quidem verum est, licet coniux causa mortis donans tradat alteri coniugi rem sic donatam. Sic *Couar. rub. de testa. 3. p. nu. 4. fin. Acosta c. Sipater, 1. p. v. Legauit, nu. 5. de testam. in 6. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 288. §. Dubium. est vtrum donatio.* Quod si quis obiiciat *l. Mortis, 54. in princ. ff. de donat. inter vir. & vxo.* vbi decidi tur irritam esse donationem causa mortis soceri, genero aut nurui, quia socero mutuo adhuc persistit matrim. inter cõiugem donatarium, & filium aut filiam donantis. Dic ipsum textum rationem subdidisse, cur ea donatio irrita sit. Quia socer tamquam filius, aut filia coniux reputatur, cuius intuitu alteri coniugi donatur, & ita reputatur quasi donatio inter ipsos coniuges, quæ cum morte soceri etiam viuente vtroque coniuge, confirmanda esset, iam valeret donatio inter coniuges facta, & constante matrim. omnino confirmata esset; secus autem est, cum alter cõiux causa mortis alteri donat: non enim confirmatur ea donatio donec morte donantis soluatur matrimonium.

Si tamen ea conditione fieret donatio causa mortis inter coniuges, vt irreuocabilis esset, non valeret. Quia transit in donationem inter viuos. Sic habetur *l. Vbi ita donatur. ff. de don. causa mort.* vbi *gl. v. Non valet*, dicit minime valere tunc, vt donationem causa mortis, at confirmari morte donantis, eo pacto quo aliæ donationes inter viuos confirmantur morte donantis, si tamen iniretur pactum, vt non reuocari possit, nisi donatarius præmoriatur, valebit. Quia est donatio causa mortis. Sic *Ioan. Lup. rubr. de donat. §. 77. fine.* 2

Hinc infertur, si coniuges mutuo sibi donent ea lege, vt alterius obitu superstes ipsius bona habeat, dum vita fruetur, valere donationem. Quia est causa mortis. Sic *Ioan. Lup. rubr. de don. §. 50. nu. 12. & 17. Ant. Gom. l. 52. Tauri nu. 66. vers. Secundus est. Gutier. d. iura. 1. p. c. 3. n. 26. & 27* Immo ea donatio reciproca præiudicabit legitimæ ascendentium. Quæ *l. 6. Tauri hodie l. 1. tit. 8. lib. 5. recop. Castellæ*, disponens ne possit descendens in præiudicium ascendentium disponere, nisi de tertia bonorum parte: limitanda est in hoc casu. intelligitur enim quando ex mera liberalitate donatio fit: secus si per pactum reciprocum, vt superstes coniux fruatur bonis coniugis præmorientis. Sic *Ioan. Lup. eo. n. 17.* dicens sic sententiam rei 7 iudicati decisum esse: *Gutier. eo. nu. 27. Additio marginalis ad Suarez. l. Quoniam in prioribus, ampl. 6. n. 6. C. de inoff. testam.* 3

Inquires autem, an traditio requiratur ad valorem huius donationis causa mortis inter coniuges? Affirmant aliqui, licet in legato nulla traditio requiratur. Sic *Syluester Donatio, 2. q. 4. Armilla verb. Donatio, num. 27. Couar.* dicens communem & referens *Baldum, Paulum, & Lozzes rubr. de testam. 3. p. num. 2. & 3. Manuel 1. tom. sum. c. 92. nu. 11.* Sed verius est traditionem rei donatæ minimè desiderari. Quia nullo iure probatur. Item, quia hæc donatio habetur instar legati, & ita ex ea, sicut ex legato detrahitur falcidia, quod valet inter coniuges absque traditione. Sic docent *Bald. l. Et si mortis, C. ad legem fal. Ripa l. 2. ff. de leg. 1. Rom. Paul. Aret.* quos refert & sequitur *Ioann. Lup. rubr. de donat. §. 77. num. 2. Ant. Gom. 2. var. c. 4. nu. 18. vers. 9. Acosta c. Sipater, de testam. in 6. 1. p. verb. Legauit, n. 2. & seq. Matienzo lib. 5. recop. t. 10. lib. 7. glos. 1. num. 6. Angulo de meliar. l. 1. glos. 1. num. 9. Molina tom. 2. de iustit. tract. 2. disput. 288. §. Dubium est vtrum donatio causa mortis.* 4

Hæc autem donatio causa mortis inter coniuges facta, confirmabitur quoad dominium, deportatione viri donantis, licet vir reuocare possit dum vixerit. Vt habetur, *l. Sed si mors, in principio, cum glos. ibi, verb. Rata. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Et docent *Bald. l. Executorum, nu. 3. C. de execut. rei iudic. Ioann. Lup. rubr. de donat. §. 71. num. 1. Couar. rubr. de testam. 3 p. n. 4. Greg. Lop. l. 4. verb. En su vida, t. 11. p. 4. Acosta, c. Sipater, de testam. in 6. 1 p. verb. Legauit, num. 6. Molina tom. 2. de iustit. tract. 2. disp. 288. §. Dubium est, vtrum donatio causa mortis.* Dicit tamen *Acosta*, exigi ad hoc traditionem, 5

quæ

quare traditione secuta publicatis bonis viri excludi fiscum, secus traditione non præcedente: cum enim dominium fit apud virum, inter alia eius bona publicabitur. Sed merito contradicit *ibi Molin.* dicens non requiri ad id traditionem, qui *d.l. Sed si mors* generaliter de donatione causa mortis facta vxori, loquitur: & cæteri auctores allegati indistincte loquuntur. Quid autem, si facta confiscatione, vir reuocet donationem? dicam hoc 6.li.disp.17.n.5 Donatio autem hæc causa mortis viro facta per vxorem, morte ciuili vxoris expirat: sicut morte donantis expirant cæteræ donationes causa mortis factæ aliis, morte (inquã) donantis ciuilis est enim solius vxoris priuilegium, vt morte ciuili viri non expiret. Sic *Molina dict. disp.* 288. §. *Donatio causa mortis, & disp.* 289. §. *Disp praced. dictum est.*

6 Rursus inquires, an donatio causa mortis inter coniuges effecta, morte donantis secuta trahatur retro? Id enim videtur probare *l. Si mortis causa inter vir.* 40. *ff. de don. caus. cert.* ibi; *mortis causa, si inter virum & vxorem, donatio facta sit, morte secuta reducitur ad hoc tempus donatio, quo interposita fuit,* Quidam negant retrotrahi: & explicant eam *l. Si mortis,* quando in ea donatione initum est pactum, vt reuocari nequeat: transit enim tunc in donationem inter viuos. Sic *gl. ea l. Si mortis, v. Donatio, & ibi Paul.* Et probatur per *l. Sed interim* 12. *in princ. ff. de don. inter vir. & vxor.* ibi, *sed interim non statim fiunt res eius cui donata sunt, sed tunc demum, cum mors insecuta est, medio igitur tempore dominium apud eum remanet, qui donauit.* Sed *Couar. rubr. de testam. 3. p. nu. 5.* quem sequitur *Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 288. §. Donatio causa mortis* merito hoc reprobat, dicens retrotrahi, quoad fructus perceptos, ad tempus donationis factę, & traditionis secutæ: & hic intelligi *d.l. Si mortis,* non vero quoad dominium: & ita intelligi *d.l. Sed interim.*

DISPVTATIO XI.

Vtrùm donatio inualida inter coniuges, confirmetur iuramento?

SVMMARIVM.

Refertur sent. dicens non firmari, n. 1. Et contraria verior, n. 2.
Et soluuntur argumenta.
An vt firmetur iuramento, exigatur coniugem donantem præmori, n. 3.
Et ibi explicatur, qualiter iuramentum sequatur naturam, & conditiones contractus cui adiicitur.
Anad id exigatur traditio rei donatæ? n. 4. Et vt iuramentum sit de futuro? n. 5.
Quid si iuramentum sit de non contraueniendo donationi, n. 6. Et quid, si sit de ea obseruanda n. 7.
An similiter confirmetur hæc donatio homagio, à completo omenaje? Refertur opinio affirmans & alio simili, n. 8. Et contraria n. 9. Et ibi, si illud non est iuramentum.
Solumtur arg. & explicatur l. 16. t. 11. p. 3. nu. 10. Et ibi iuncta, num. 8. an melioratio tertio in Castella sit irreuocabilis homagio præstito sicut iuramento.

1 HActenus actum est, quando donatio inter coniuges, inualida sit. Iam agẽdum est de modis, quibus ea donatio cõfirmari possit: qui ad tres reducũtur, nempe, iuramentum, mortem naturalem donantis, mortemque eiusdem ciuilem. Tribus igitur sequent. disp. de confirmatione per iuramentum, agendum est: deinceps de confirmatione per mortem naturalem: & tandem de confirmatione per mortem ciuilem. In proposita ergo quæstione duplex est sent. Prima negat, firmari iuramento. Ducitur, quia iuramentum contra bonos mores minimè obligat, *reg. Non est obligatorium, de reg. iur. in 6.* donatio autem inter coniuges propter bonos mores interdicitur, ne mutuo se amore spolient. Hanc sent. sustinent *Bald. l. 1. ff. de don. inter vir. & vx. & ibi Bart. Salic. Fulg. Card. Clem. 1. §. Porro, n. 10. de iureiur. Præpos. c. fin. de don. inter vir. & vx. n. 6. & ibi Henric. n. 6. & ibi Abb. n. 9.* dicit esse multum probabilem. Et eam tenet *Alciat. c. Cum Contingat, num. 198. de iureiur.* & multi alii quos refert *Duen. reg. 217. ampl. 2. vers. Cæterùm opinionem.*

Secunda sent. multo probabilior & communior, asserit confirmari iuramento. Primo, quia donatio hæc non interdicitur primo, aut principaliter fauore publicæ vtilitatis, sed priuatæ ipsorum coniugum, ne mutuo amore se spolient, & alter ditior cum alterius iactura efficiatur, ex quo nullum peccatum consurgit, nihilque contra bonos mores naturales: ergo confirmatur iuramento, quoties enim contractus prohibetur ob priuatam vtilitatem, nec turpitudo aliqua est in creditore, iuramentum confirmat contractum (vt diximus l. 1. disp. 32. n. 8.) Et confirmatur, quia ius non omnino has donationes improbat, nec omnino inualidæ sunt, sed mors donantis expectatur, qua confirmentur (vt dicemus disp. 14.) ergo à fortiori, iuramento confirmabuntur. Secũdò, quia donatio inter coniuges fauore religionis, & piæ causæ, est valida (vt diximus hoc li. 6. disp. 3. num. 2.) ergo etiam valere debet propter iuramentum, cuius religio magna est, *l. 1. ff. de iureiur. & l. 2. C. de rebus cred.* Nec obstat argum. contrarium: quia illud iuramentum est contra bonos mores ciuiles, non autem naturales, in quo casu confirmat contractum (vt dixi. & explicui l. 1. disp. 32. nu. 1.) Hanc sent. sustinent *Bartol. l. Si quis pro eo, n. 17. ff. de fideiussor. & l. Seius & Augerius, n. 7. ff. ad legem falc. Abb. cons. 95. nu. 1. vol. 2. & c. fin. de don. inter vir. & vx. n. 9. & c. Cum contingat, n. 30. de iureiur.* vbi *Imola n. 89. Alex. de Neuo d. c. fin n. 14. Guliem. Alber. Decius, Bald. Alex. Roman. Paul. Angel. Franc. Aretin. Barbatius, Corneus, Capola, Corsetus, Fulgos. Socin.* quos cum multis aliis refert & sequitur *Duen. reg. 219. ampliat. 2. à vers. Secus tamen esset, Joan. Lap. rubr. de don. §. 51. nu. 1. Fortun. de vlt. fin. illat. 20. nu. 324. Gomez. Arias l. 48. Tauri, n. 13. & l. 67. n. 13. Rosell. Donatio, 1. nu. 40. Angel. Donatio, 3. nu. 4. Sylvest. Donatio, 2. q. 4. Tabiena Donatio, 3. q. 3. n. 4. & v. Dos. q. 9. n. 10. Armilla v. Donatio, nu. 27. Segura l. 1. §. Si vir, num. 57. ff. de acquir. possess. & ibi Perez in addit. Roland. cons. 8. n. 16. & cons. 77. n. 1. & 2. & cons. 21. nu. 24. lib. 1. & cons. 70. n. 19. & cons. 25. n. 15. lib. 2. Everard. loco à vi, n. 15. Couar. 2. var. cap. 7. nu. 4. & rubr. de testam. 2 p. nu. 10. Ant. Gom. 2. var. c. 14. n. 26. vers. Quinto infertur, & l. 52. Tauri n. 66. casu 6. Iul. Clarus l. 4 recept. verb. Donatio, q. 9. vers. Sed quid si in ipsa donat. Villalobos in commun. opin. li. D. v. Donatio, n. 147. Minchaca de success. creat. li. 3. §. 29. n. 11. Tello l. 17. Tauri, n. 92. Riminal. instit. de don. §. 1. n. 272. Ant. Gab. tom. 3. commun. lib. 3. t. de don. concl. 3. nu. 1. Gutier. de iuram. 1. p. c. 3. n. 7. Hier. Gabriel cons. 82. n. 13. vol. 1. Seraphin. de priuil. iuram. priuil. 71. num. 3. Valascus cons. 5. num. 19. fin. & 20. tom 1. Angelo de melior. l. 1 gloss. 1 n. 36. & gl. 8. n. 2.* Et eam dicunt esse communem & receptiorem, *Greg. Lop. l. 4 v. Son defendidas, t. 11. p. 4. Suarez l. 3. fori, t. De las arras, l. 2. nu. 23. Matienzo l. 5. recop. t. 2. l. 2. glos. 3. num. 19.* Et ex Theologis eam tenent *Molina to. 2. de iust. tract 2. disp. 289. ad fin. Lop. l. 2. de contract. ca. 47. §. Nunc vero agendum, Manuel 1. tom. sum. c. 92. n. 2.*

Hanc sent. quidam temperant, vt intelligatur, si coniux donans præmoriatur, in eadem voluntate persistens. Quia iuramentum sortitur naturam, & conditiones contractus cui adiicitur, *l. fin. C. de non num. pecun.* Sed donatio inter coniuges eam habet tacitam conditionem, si donator prius decedat, in eadem voluntate perseuerans (vt dicemus disp. 14) Ergo licet addatur iuramentum, eandem sortietur naturam, & conditionem. Sic *Bald. cons. 29. lib. 1. Decius cons. 140.* vbi alios allegat. Sed hæc limitatio omnino reiicienda est, nihil enim operaretur iuramentum. Quoniam eo secluso donatio inualida inter coniuges confirmatur obitu donatoris præmoriẽtis, nec reuocantis: (vt dicemus ead. disp. 14.) Sic docent *Alciat. c. Cum contingat, n. 240. de iureiur. an. Roland. cons. 77. n. 5. & seqq. volum. 1. Couar. rubr. de testam. 2. p. n. 10. fin. Minchaca de success. creat. lib. 3. §. 29. n. 13. Ant. Gabr. tom. 3. commun. l. 3. t. de donat. concl. 3. n. 19. Seraphin. de priuileg. iuram. priuileg. 71. num. 47.* Et de eadem limitationis veritate, ait multum se dubitare *Greg. Lop. lib. 4. fine, tit. 11. p. 4.* Nec obstat argu. contrarium: quia respondetur cum *Seraphino d. priuileg. 71. num. 52.* iuramentum sortiri naturam contractus, quando ea cum ipso iuramento compatibilis est: quod hic non contingit, cum

5

cum ea donatio de se inualida, & reuocabilis esset. Vel melius die, iuramentum sequi naturam primordialem contractus, non verò accidentalem, vt multis adductis probant *Roland.cons.6.n.37.li.. Conar.c. Quamuis pactum, 1. p.§.4.n.1.* vbi latè id prosequitur, & optimè declarat *Gutier.de iuram.1.p.c.37.nu.2. & 3.* At donatio inter coniuges ex sui natura primordialis erat valida, & irreuocabilis, nisi accidentariè iuris prohibitio aduenisset: quare iuramento adiecto, ad pristinum statum restituitur, irreuocabilis effecta.

4 Secundò alij temperant, vt tunc donatio hæc firmetur iuramento, quando interuenit traditio vera vel ficta. Sic alios referens *Ant Gabr.to.3 communi.lib.3.t.de donat.concl.3. n.27.* Sed hæc limitatio pariter reijcitur. Nulli enim fundamento innititur, & rationes adductæ, nu.2. pariter probant traditione non sequuta firmari donationem hanc iuramento. Sic *Seraphinus de priuil.iuram priuilegio 71. nu.61. P.Molina to.2.de iust.tract.2.disp 289. ad fin.*

5 Tertiò limitatur, vt tunc donatio hæc firmetur iuramento, quando est de futuro, secus si iuramentū sit de præsentis, aut præterito, verbi gratia, si vir iuret se donare aut donasse vxori, talis donatio non firmabitur eo iuramento. Quia solum censetur iurare eam esse veram & liberam voluntatem, nec fictè donare; quando autem iurat per verba de futuro, vt si iuret se non contrauenturum donationi, firmatur iuramento. Ratio discriminis est. Quia quando apponitur iuramentum de futuro, incurreretur periurium eo non seruato, cùm possit abstq; peccato seruari, & ideò vt iuramentum seruetur, periuriumque euitetur, efficitur valida & irreuocabilis donatio. At quando iuramentum est de præsenti vel præterito, si ficta fuit donatio, tam periurium admissum est, nec si reuocetur donatio sine vetè, sine falsè facta sit, periurium incurritur: quare cum ea sola ratione donatio iuramento firmetur, vt periurium euitetur, quando iuramentum est de præsenti vel præterito, non confirmabit donationem. Sic docent *Conar.in lib. de test.am.3.p.n.14.con.la. 5. Tello l.17. Tauri nu.93. Ducitas reg. 219. ampliat. 2. vers. Est tamen verum, quod multi, Rominal.instit.de donat.§.1.num.268. Gutier.de iuram.p.1.c.3.n.2. & 11. & 12. Meres de maior.1.p.q.22.n. 8. Angulo de meliori l.1.gl.8.n.2.*

6 Hinc infertur, minus bene aliquos asseuerare, non firmari donationem hanc iuramento non contraueniendi ipsi: sed quando propriè & simpliciter iuratur, donationem confirmando. Quia quando donans iurat, se non contraueniturum, intelligitur secundum naturam actus, id est, quatenus ius non permittit contraueniri. Sic *Calderin.cons.2.de iureiur. Curt cons. 66.* Sed contrarium est verum. Quia tale iuramētum est vere de futuro, periuriumque admittitur eo non seruato. Et ita hos authores reprobant *Rominald.inst. de donat. §.1.nu.270. Seraphinus de priuileg.iuram priuileg.71.n.4.9.*

7 Secundò infertur minus bene *Tello l.17. Tauri, num. 33.* asserere, iuramento de obseruanda donatione, minimè eam confirmari, sed tantum quando fit adiecto pacto de non reuocando. Quia iuramentum de obseruanda donatione, intelligitur iuxta eius naturam, quæ est vt per pœnitentiam reuocari possit. Sed hoc minus verum est. Quia tale iuramentum est de futuro, & potest seruari abstq; iactura salutis æternæ, ergo seruandū est. Præterea, quia idē est iurare aliquid me obseruaturum, ac non contraeniturum: qui enim contrauenit, non obseruat, & qui obseruat, non contrauenit: ex obligatione enim obseruandi, consurgit obligatio non contraeniendi: si ergo iuramentum non contraeniendi confirmat donationem, similiter confirmabit iuramentum obseruandi. Præterea, si fundamentum cui *Tello* innititur, aliquid probaret, similiter, quando donator iurat se non reuocaturum, intelligeretur secundum naturam contractus, nisi pœnituerit illum. Quare illi fundamento satisfecimus n.3.

8 Inquires autem, an, sicut donatio inter coniuges firmatur iuramento, similiter firmetur homagio, vulgò (*pleito omenaje?*) Affirmat *Bald.cons.291. vol.2.* Et in alio simili docent idē *Peralta l.Vnū ex familia,init. n.23.ff.de legat.2. Padilla l.Si quis maior,n.36.C.de transact.* dicunt enim meliorationem tertij, in Castella effici irreuocabilem homagio sicut iuramento. Et probari videtur *l.26.tit.11.p.3.* ibi, *e aun dezimos que si alguno iurare à otro, o le fiziere pleito omenaje, para cumplirle alguna cosa, si lo faltesciere, es porende periuro.* Si ergo homagium iuramentum est, firmabit donationem.

Sed dicendum est, minimè confirmari homagio. Quia 9
non est iuramentum iurare enim est, Deum in testem inuocare, *c.Et si Christus, vers. Alioquin.de iureiur.l.1.titu.11.p.3.* in homagio verò non interponitur fides diuina, ac testis, sed tantum fides viri nobilis. Præterea, quia hoc colligitur ex *d.l.26.t.11.p.3.* vbi hæc tanquam diuersa ponuntur, ibi, *si le iurare, o le fiziere pleito omenaje.* Et ex *l.5.t.15.p.2.* vbi prius dicitur omnes debere iurare, & statim nobiles facturos esse homagium: quare ponuntur, vt diuersa, vt bene aduertit *ibi Greg.Lop.verb.Omenaje.* Et ex *l.4.t.26.p.4.* ibi, *iurādole, e faciendole pleito omenaje:* vbi *Greg.Lop.verb. Prometiendole*, notat hæc poni vt diuersa. Tandem, quia clerici præstant iuramentum obedientiæ, *c.Nullus, de iureiur.* non verò homagium, *c fin.de reg.iur. 6. Ex diligenti, de simonia:* ergo non est iuramentum. Et ita non esse iuramentum docent *Greg.Lop.locis proximis citatis, & l.26.t.11.p.3. verb.O le fiziere, Auendatio de exequend.mand.2.p.c.27.num.6. & 7. Padilla l.Si quis maior.n 36.C.de transact. Gutier.tract. Sacramenta puberum,n.149.C. si aduer. vendit. Meres de sudiora 1. p.q.2: nu, 11. Azebelo lib 5.recop.t.10.l.3. Angulo de meliori l.1 gl.8.n.3.* Et videtur tenere *Conar.c. Quamuis pactum, 1.p.§.2.num.2.* dicit enim non esse iuramentum, quando quis promittit fide quæ nobilitatis iure ac titulo passim cōtractibus accedit.

Nec obstat *l.26.* in contrarium adducta, nu 8. nam respondet *ibi Greg.Lop.verb.O le fiziere, & Gutierr.d. tract. Sacramenta puberum,n.128.* referri singula singulis, & ita illa verba, *es porende periuro*, ad illa, *si alguno iurare à otro.* Et illa, *aia por pena no ser creido*, ad illa, *o le fiziere pleito omenaje.* Quia illa lex refert se ad dicenda infra, nimirum *in l.2.t 5.p.7.* vbi hæc pœna tantum imponitur fractori homagij. Nec est vera doctrina, eo nu.8 tradita, scilicet meliorationem tertij fieri irreuocabilem homagio, sicut iuramento, & ita eam reprobant *Meres & Angulo n.praced allegati.*

DISPVTATIO XII.

An donatio præsumpta consurgens ex confessione facta per virum dotis receptæ ab vxore, confirmetur iuramento?

SVMMARIVM.

Si confessio fiat spe numerationis futuræ, & non animo donandi, iuramentum de illa in futurum soluenda, non obligat. n.1.

Quando confessio fit animo donandi, referuntur duæ sententiæ, n.2. & 3.

Sententia author is, n 4. Et soluuntur argum. explicaturq; l.2.C. de dotis promiss quando duæ spes ialia possunt concurrere, n.5.

QVANDO non animo donandi, sed spe futuræ nume- 1
rationis confessio facta est: cōstat iuramentū de illa dote in futurum soluenda, minimè obligare. Quia in ea promissione includitur tacita conditio, si dos numeretur & soluatur. Sic *P.Mol.to.2.de iust.tract.2.disp.439.§. Cū autē.*

Difficultas autem est, quando confessio facta est animo 2
donandi, (quo casu diximus disp.9.n.6.non valere donationem, nisi morte confirmetur,) vtrùm donatio præsumpta ex ea confessione consurgens reddatur firma & irreuocabilis adiecto iuramento? In qua re duplex est extrema sent. & tertia media. Prima negat eā donationē iuramēto firmari, licet iuramentū sit de futuro: vt si vir confitens se dotem recepisse, iuret fore, vt soluto matrim. eam restituat. Ducitur: quia duo specialia iuramentum illud induceret, contra *l.1.C de dotis promiss.* alterū, vt ex confessio præsumatur facta animo donandi, quod secluso iuramento minimè præsumeretur: alterū, vt ea donatio inualida & reuocabilis, efficiatur valida & irreuocabilis, ratione iuramenti. Hanc tenēt *Rom. & Socin.* quos refert *Conar. 1.var.c.7.n.4. & n.5.* dicit hanc sent. veriorē esse. Eiusdem sentent. videntur *Iul.Clarus* alios referens *li. 4. recept. verb.*

Donatio, q. 9. vers. Hæc tamen conclusio. Lud. Lop. l. 2. de contract. c. 47. §. Nunc vero agendum, nam indistinctè dicunt, eam donationem præsumptam minimè confirmari iuramento. Et *Iul. Clarus* refert pro se *Couarruuiam d. n. 5.* vnde manifestè videtur loqui sicut *Couar.* etiam quando iuramentum est de futuro.

3 Secunda sent. in alio extremo asserit hanc donationem confirmari iuramẽto, siue de futuro, siue de præsenti, aut præterito adijciatur: vt si vir constante matrim. iuret se recepisse, aut recipere tantam dotis summam Ducitur, quoniam ea verba hunc sensum efficiunt, Iuro me recipere aut recepisse, &c. iuro me donare tantum dotis vxori, quam proinde confiteor, me eo ipso virtute ab illa recepisse, ne præsumatur periurium: quod ea verba vt sonant intellecta continerent: iuramentum autem assertorium quo quis se donare affirmat, continet virtute promissorium non reuocandi eam donationem: ergo illam confirmabit. Sic tenent *Valasc. vs cons. 5. nu. 19. Molina d. disp. 439. §. Maior autem controuersia est.*

4 Placet autem mediam sententiam eligere, vt hæc donatio confirmetur iuramento de futuro: non autem iuramento de præterito, aut præsenti. Quia priori casu cùm iuramentum illud seruari possit absque culpa, periurij reus erit vir, non seruans, ac proinde vt id crimen euitetur, confirmabitur donatio, & irreuocabilis efficietur. Posteriori autẽ, nullum incurretur periurium, donatione reuocata: cum iuramentum assertorium nullam in futurum obligationem producat, sed eius veritas pendeat ex euentu præsenti, aut præterito. Et gratis dicitur in iuramento assertorio, quo quis se donare affirmat, claudi virtute promissionem non reuocandi: cum id sit contra naturam iuramẽti assertorij. Iurans enim se dotem recepisse, solum significat se ex tunc verè, & non fictè donare, ac proinde virtute recipere ab vxore eam dotem illi donatam: vt sic periurium euitetur. Cum autem iuramenti virtus minimè afficiat donationem in futurum, nullam vim illi confert, sed relinquit eam in sua natura, quæ est vt inualida & reuocabilis sit, nisi morte confirmetur. Hanc tenere videtur *Bart. l. Cum quis decedens, § Titia, n. 2. ff. de legat. 3.* vbi cautè dixit hanc donationem non confirmari iuramento, quo vir fatetur se dotem recepisse: quasi aliud sentiens, vbi iuramentum esset de futuro. Et tenent *Imola c. Cum contingat, n. 89. de iureiur. Baldus Nouellus*, quem refert & sequitur *Ioan. Lup. rubr. de donat. §. 51. n. 4. 5. & 6. Ant. Gabr. tom. 3. comm. l. 3. t. De donatio. concl. 3. n. 4. & 5. Menoch. de præsump. l. 3. præsumpt. 12. num. 45. iunct. n. 48. Duenas reg. 219. ampliat. 2. vers. Est tamen verum quod multi. Gutier. de iuram. 1. p. c. 3. nu. 11. 12. & 13. Seraphin.* multos alios referens, *de priuil. iuram. priuileg. 71. nu. 55. & 56.* Et hanc fatetur esse communem, *Couar. 1. var. c. 7. n. 4.*

5 Ad argum. 1. sententiæ propositum, n. 2. dic cum *Bart. l. Si is qui pro emptore, in princ. n. 7. ff. de vsucap.* vbi late probat, posse concurrere duo specialia, quãdo vnum pendet ab altero. Quod hic contingit: nam supposita donatione, consequitur iuramento de futuro firmari, ne periurium incurratur. Vel dic minimè concurrere hic duo specialia. Nam confessio illa secluso iuramento esset donatio præsumpta (vt diximus hoc 6. l. disp. 9 n. 5.) Ad argum. 2. sent. propositum, n. 4. negãda est minor, vt probaui n. 4.

DISPVTATIO XIII.

An donatio inter coniuges contra prius non donandi iuramentum facta, confirmetur iuramento?

SVMMARIVM.

Proponuntur duæ glossæ contrariæ, an contractus gestus contra prius iuramentum firmetur iuramento, & referitur duplex sententia, n. 1

Donatio inter coniuges, & alienatio rei dotalis facta contra prius non donandi vel non alienandi iuramentum, nõ firmatur iuramento, n. 2.

Traduntur vtrius glossarum concordia, quando actus gestus contra prius iuramentum non firmatus iuramento, n. 3. & 4.

Duplex impedimentum difficilius tollitur, quàm vnum, n. 3.

Traditur vera glossarum conciliatio, & quando contractus contra prius iuramentum, firmatur iuramento, n. 5.

Quid si per primum iuramentum nullum est ius tertio acquisitum cum interest seruari, n. 6.

Quid si in casu quo contrahitur, ignorabat primum iuramentum? 7.

FACESSIT nobis negotium in hac disp. duplex glossa sibi contraria. Altera est, *c. Licet mulieres, fin. de iureiur. in 6.* vbi dicit iuramentum minimè confirmare alienationem dotis, contra prius iuramentum eam non alienandi. Altero verò est *c. fin. de procur. in 6.* vbi *verb. Reuocatus*, asserit constituentem procuratorem iuramento præstito de non reuocando, periurum esse, si reuocet: at validè reuocare: aduersatur etiam priori doctrinæ glossæ. nam si quis iuret se testamentum minime reuocaturum, & postea reuocet, licet periurus sit, tenebit reuocatio. Præterea obstare videtur *c. Sicut, de sponsal.* vbi habetur matrim. contractum contra spontalia iuramento stabilita, validum esse: ideò authores in hac re, varij sunt: quidam enim improbant priorem glossæ doctrinam, dicentes alienationẽ rei dotalis contra prius non alienandi iuramentum, confirmari iuramento. Sic cum alijs *Ant. Gom. l. 52, Tauri. n. 38.* & eam glossæ doctrinam asserit communiter reprobari *Iason. § Si quis postulante, n. 11. Inst. de act.* Alij autem amplectentes prioris glossæ doctrinam, asserunt donationem inter coniuges contra prius ab illa abstinendi iuramentum, minime confirmari iuramento. Sic *Minchaca, de succ. creat. l. 2. §. 18. n. 160. Gutier. de iuram. 1. p. cap. 3. n. 14.*

Dicendum est cum posteriori sent. donationem inter coniuges in hoc casu non firmari iuramẽto. Iuxta doctrinam illã glossæ, *c. Licet mulieres, de iureiur. in 6 fine*, tradentis alienationem dotis contra prius non alienandi iuramentum, non firmari iuramento. Quam sequuntur *Speculator. t. de empt. §. Tertio loco, n. 13. vers. Et nota generale, Archid. d. c. Licet mulieres. fin. Domin. ibi, fine, Anchar. ad fin. Franc. n. 7. Bart. l. Si quis pro eo, n. 9. ff. fideiussor. Abb. c. Intelecto. num. 8. de iureiur.* vbi *Alex. de Neuo n. 17. Imola c. Cum contingat, eod. num. 81. & ibi Alciat. n. 114. & 115. Ioan. Lup. rubr. de do. n. §. 54. nu. 6. Angel. Iuramentum, 5. num. 15. Syluester Iuramentum, 4. q. 12. Bernard. Diaz. reg. 477. & ibi eius additionator Salcedo, Couar. de pactis 2. p. §. 1. n. 4. Villalobos in commun. opin. lit. I. n. 212. Minchaca de succ. creat. l. 2. §. 18. à n. 148. Gutier. de iuram. 1. p. c. 1. num. 79. Manuenzo lib. 5 recop. tit. 10. l. 3 gl. 15. n. 1. Seraphinus* cum multis alijs *de priuileg. iuram. priuil. 75. n. 44.*

De ratione tam huius doctrinæ, dissident valde DD. Quidam dicunt eam esse, cur in hoc euentu secundus contractus contra primum iuramẽtum non valeat. Quia duplici de causa ad secundum contractum procedi non potuit. Prima est, propter iuramẽtum prius præstitum. Secunda, quia is contractus lege prohibitus erat: constat autem duplex impedimentum, difficilius tolli, quàm vnum; *l penult. § Si vero pater, C. de adopt. & l. 2. ff. de raptu virg.* & cõsequenter secundus contractus iuratus non tenet, nec potuit firmari iuramẽto. Quia concurrit duplex prohibitio, hominis, scilicet, & legis, quæ efficacius operatur, quàm simplex. vt bene docet *Roninus consil. 41. num. 27. vol. 1.* Hanc rationem reddunt *Alexand. Crottus, Lorez, Silua*, quos refert *Couar. de pactis, 2. p. §. 2. nu. 4.* Idem *Iason auth. Sacramenta puberum, n. 60. C. si aduer. vendit. Imola c. Cum contingat, nu. 81. de iureiuran. & ibi Alciat. n. 43. Minchaca de succ. creat. lib. 2. §. 18. n. 151. & 152. Gutier. de iuram. 1. p. c. 1. num. 81. Seraphinus de priuileg. iuram. priuilegio 75. num. 46.* Vnde sic conciliant glossas hi DD. vt *gloss. cap. Licet mulieres, de iureiurand. in 6.* asserens secundam dotis alienationem iuratam, non valere contra prius iuramentum de non alienando: & ita generaliter iuramentum posterius non confirmare contractum contra prius iuramentum de non contrahendo: habeat locum, quoties quis iurauit se non actum id quod iure efficere prohibitus erat: vt quãdo mulier iurauit se non alienaturam bona dotalia, quæ de iure alienare non poterat. *glossa* autem *c. final. verb. Reuocatus, de procur. at. in 6.* afferens, quando quis promisit iuramento se non reuocaturum procuratorem, & postea reuocat, valere reuocationem, & ita actum contra prius iuramentum

tum, validum esse: procedat, quando quis promisit se nō facturum, quod aliàs de iure licebat facere: vt reuocare procuratorem. Sed hæc conciliatio, & ratio non exhaurit difficultatem. Fortiter enim vrget, *c. Sicut, de sponsal.* si quis sponsalia iuramento firmata contraxit cum Titia, valet matrimonium cum alia contractum: cùm tamē iuramento priori iurasset se cum alia non contracturum, quod idem prohibitum erat fieri propter priora sponsalia: ergo non est verum dicere, actum contra prius iuramentum, non agendi id quod de iure prohibitum erat non valere. Quod argumentum valde contorsit *Salzedō in addit. ad regal.* 477. *Bernardi Diaz cuca 1. limit. fine*, ita vt maranus excogitandam solutionē dixerit, niti velit quis illum textum procedere, ob matrimonij priuilegium, quod semel legitimè contractum, rescindi nequit. Sed hæc euasio nullius est momenti. Tum, quia petit principium, dum reddit rationem priuilegii matrimonii in hac re: quod legitimè contractum, rescindi nequeat. Nam in hoc versatur difficultas, an legitimum & validum sit matrimonium contra prius iuramentum? Tum etiam, quia in cæteris contractibus id contingit, si quis enim promisit alicui se illi venditurum talem equum, iuramento adiecto non vendendi alij, si contra iuramentum alij vendat, & tradat, venditio hæc valida erit: cum tamen contraria sit priori iuramento non vendendi alij: quod iure communi prohibitus erat facere, propter priorem promissionem. *l. Quoties, C. de rei vendic.* Et ita hanc rationem improbat: *Cuear. de pactu. 2. p. §. 2. n. 4. vers. Est igitur.*

4 Alij eam rationem tradunt. Quia iuramentum interpretationem recipit secundùm naturam primordialem actus cui adijcitur. *l. fin. C. de non num. pec.* Quare reuocatio procuratoris contra prius non reuocandi iuramentum, valida est: quia hæc est propria huius actus natura, vt reuocari possit procurator, quoties constituens voluerit. Ita *Mariana lib. 3. recop. t. 10. l. 3. glos. 13. num. 2.* Sed hæc solutio displicet. Quoniam contractis sponsalibus cum Titia iuramento adiecto abstinendi ab alio matrimonio, ea promissio irreuocabilis est absque Titiæ consensu, vel causa dissolutionis sponsalium iusta: & tamen valet secundum matrim. Titia renitente, nec causa iusta concurrente: ex *c. Sicut, de sponsal.* ergo quamuis prior actus iure naturæ irreuocabilis sit, valet posterior gestus contra iuramētum.

5 Vnde vera solutio & conciliatio glossarum, ea est: vt quoties actus iure validus erat, ac licitè fieri poterat, sicq; eius valor ab agentis voluntate pendebat, adhuc valeat, licet sit contra prius iuramentum. Vt reuocario procuratoris, de se licita erat, & contractus matrimonij, poteratque valide fieri, ex sola contrahentium, vel reuocantis voluntate, nullo desiderato iuramento vim & valorem illi actui tribuente: & ita valent, licet fiant contra prius iuramentum. Quia id iuramentum solum efficiet, vt illud frangens sit periurii reus, non autem vim habet reddendi nullum posteriorem contractum. At vero quando actus est iure inualidus, nec pendens ab agentis voluntate, obstante prohibitione iuris illum irritantis: soloque iuramento confirmandus erat, ac validus efficiendus: vt contingit in donatione inter coniuges *l. 1. ff. de donat. inter vir. & vxor.* & in contractu minoris absque curatoris authoritate, *auth. Sacramenta puberum, C. si aduers. vendit. & alienat. rei dotalis. §. Iuliamus. ff. de fundo dot. auth. Sine à nob, C. de Vellean. c. Cum contingat, de iureiur.* tunc si iuret quis se non facturum id, si postea faciat, iuramentoq; confirmet: hic posterior actus contra prius iuramentum, inualidus est, itaque vt summatim complectar, quando actus contrà prius iuramentum gestus, non indiget iuramēti vinculo, ad sui confirmationem & valorem, non obstat prius iuramentum eius valori, sed validus potest esse, siue iuramentum accedat, siue non, nihil impedienti priori iuramento. At vero quando actus contra prius iuramentum est iure inualidus, & solo iuramenti vinculo confirmandus, ac robur & valorem accepturus, tunc iuramento valorem non accipit, sed perinde remanet inualidus, ac si iuramentum nō adesset. Et ratio est manifesta, quia actus ille gestus contra prius iuramentum, est illicitus, & periurium: ergo iuramētum, quod iniquitatis vinculum non est; *c. Inter cætera, 22. q. 4. & c. Quanto, de iureiur.* non potest ei robur & valorem tribuere. Et confirm. quia actus ille est illicitus, & periurium: ergo iuramentum illi adhibitum, est nullum, & pœnitus non obseruandum: cum absque peccato obseruari nequeat, *c. Cum contingat, de iureiur.* Et ita conciliant duas illas doctrinas. *Abb. c. Intellecto, nu. 8. de iureiur.* per illum textum, vbi *illicitum fuit secundum iuramentum, & propterea penitus non seruandum. Alex. de Neuo ibi, n. 17. Angel. Iuramentum, 5. nu. 15. Sylues. Iuramentum, 4. q. 12. Francus c. Licet, nu 7. de iureiur. in 6. Couar. de pactis, 2. p. §. 2. n. 3. vers. Caterum, & sequenti.* Pro eadem sent. sunt *gloss. c. Licet, de iureiur. in 6. fine*, vbi *Archid. fin. Domin. fin. Anchar ad fin. Specular. t. de empt. §. Tertio loco, n. 13. Ropa c. Cum Martha 83. vers. Secundo limitatur, de consist. Minchaca de succes. creat. l. 2. §. 18. n. 147. Gutier. de iuram. 1. p. c. 3. nu. 14. Salzedo addit. ad Bernard. Diaz reg. 477. ante 1. limitat.* vbi omnes hi reddentes rationem, quare iuramentum non confirmet alienationem rei dotalis contra prius iuramentum non alienandi: dicunt eam esse, quia illa alienatio est illicita, & periurium.

Nec admittenda est limitatio aliquorum dicentium, 6
contractum iure inualidum, non firmari iuramento contra prius iuramentum, intelligi, quando illud prius iuramentum præstitum est alicui, cuius intererat ab eo contractu abstineri. Quia tūc posterius iuramentum in damnum tertij, cuius ex priori iuramento acquisitum fuerat, minime obligat *c. Quamuis de pactis, de pactis in 6. & ca. Cum contingat, de iureiur.* Et potest probari, quia quādo iuramentum nō fit alicui tertio, cuius interest, cum sit in solius iurantis vtilitatem, vt iuramētum de non alienando res dotales, vel de nōdonando coniugi, potuit iurans cedens iure suo, propria authoritate illi contrauenire, nec periurii reus erit, & subinde is contractus posteriori iuramento confirmabitur. Sic limitant *Bald. c. Veniens, de iureiur. n. 4. & l. Duobus, §. fin. ff. de iureiur. Alexand. cons. 16. n. 6. lib. 3. Decius cons. 536. n. 13. Alciat. d. 5. Cum contingat, num. 46. Ioan. Lopus rubr. de donat. §. 54. n. 6. Bernard. Diaz reg. 477. limit. 4. Anton. Gom. l. 52. Tauri, n. 58. Gutier. de iuramento 1. p. c. 1. nu. 87. Matienzo lib. 5. recop. tit. 10. l. 3. glo. 13. n. 8.* Et videtur tenere *Francus c. Licet, n. 7. de iureiur. in 6.* ponderat enim iuramentum factum esse Deo, & parti. Sed hæc limitatio non est admittenda, & idem est dicendum, licet prius iuramentum soli Deo factum sit. Quia eadem militat ratio: cum enim actus cōtra illud gestus, sit peccatum, ac periurium, non potest ei obligandi vim conferre iuramentum posterius. Quare eam limitationem reiciunt *Couarr. de pactis, 2. part. §. 2. n. 4. vers. Secundum eandem, Seraphinus de priuileg. iurand. priuilegio 75. n. 41. Salzedo super regulam 477. Bernardi Diaz limit. 3.* Et dubitat *Alex. l. Duobus, §. fin. ff. de iureiuran.* Et satis fauent *Abb. c. Intellecto, num. 8. de iureiur. & ibi Alex. de Neuo n. 17. Angel. Iuramentum. 5. n. 15. Sylvest. Iuramentum, 4. q. 1.* dicunt enim posterius iuramentum non valere, quia priori iuramento obligauerant se alienantes, Deo. Nec obstat argumentum contrarium: quia respondent bene *Couar. Salzedo & Seraphinus proximè citati*, id iuramentum principaliter factum fuisse Deo, & ita necessariam esse relaxationem, vt possit illi cōtrauenire: si eius vbi nullus habetur respectus ad Deum, nec inde consurgit etiam minus principaliter aliorum vtilitas: vt resultat hæredum, ex non alienando, nec donando.

Alij autem limitant, vt contractus iure inualidus, non 7
firmetur iuramento contra prius iuramentum: quando is cum quo contrahitur, erat conscius prioris iuramenti. Quia æquum non est, quando is ignorabat, vt contractus inualidus sit iusta ignorātia obstāti. Sic *Bald. Imola, Alexād.* quos refert *Couarr. de pactis, 2. part. §. 2. nu. 4. vers. Satis etiam*, dicens esse communem sententiam: *Villalobos in commun. opin. litera I. n. 213. Bernard. Diaz. reg. 477. limitat. 2. Ant. Gom. l. 52. Tauri, n. 58.* Et ab hac sent. dicit non esse recedendū in iudicando, & consulendo, licet contraria in rigore verior

sit, *Gutier. de iuram. 1. p. c. 1. n. 88.* Sed merito cum *Imola & Alciato*, reijciunt hanc limitationem *Conar. ibi, Salcedo super d. regul. 477 Bernardi Diaz, Seraphinus de primileg. iuram. primileg. 75. n. 11. Matienzo lib. 5. recop. t. 10 l. 3 gloss. 13. n. 9.* & dicunt nil referre, siue is cum quo contrahitur, sciuerit, siue ignorauerit prius iuramentum. Quia vtroque casu contractus ille gestus contra iuramentum, est inualidus ipso iure, & solo iuramento firmandus, quod fieri non potest, cum absque periurij peccato seruari non possit. At in hoc casu admittunt hi DD. eam limitationem: quando mulier, vel alius contrahens, dolose priori iuramento se astrinxit, vel dolose tacuit tempore alienationis, & contractus, quo alterum contrahentem circumueniret. Quia deceptis, & non decipientibus iura subueniunt, *l. 3. C. si minor se maiorem dix. & l. 6. t. 19. p. 6.* secus quando ex simplicitate, oblitione, id tacuit. Quod in dubio, dicit *Imola ibidem*, præstimendum esse.

DISPVTATIO XIV.

An donatio inualida inter coniuges, confirmetur morte naturali donatoris?

SVMMARIVM.

Confirmatur morte naturali, vt dixit ibi, quid quando mors est accidentalis, vel donatur memoria donantis post eius obitum? Et quid de donatione inter coniuges facta, inuicem reuocata, & quid, quando precibus importunis extorta est reuocatio.

Donatio ante matrim. facta, collata in matrimonij tempus, confirmatur morte donantis, n. 2. Et an hoc sit in præiudicium legitimæ ascendentium, vel descendentium, n. 3. Et an ex ea detrahatur falcidia, n. 4.

An hæc donat. o morte confirmata, sit propriè legatum, & desideretur additio hæreditatis, vt morte confirmetur, n. 5. Et an traditio rei donatæ exigatur, n. 6. Et ibi, an sat sit possessio, seu detentio rei donatæ, absque traditione?

An requiratur hæc traditio, vt annui redditus ad alimenta vxori promissi à viro, confirmentur mortuo eodem, n. 6.

Satis est quocumque tempore vita donantis traditio fiat, n. 7.

Quid si coniux donans traderet rem coniugi donatario pro suis usu, vt si donans conualescat, sibi restituatur, vel non curet traditionem, n. 8.

An si coniux promittat aliquid coniugi, & tradat, confirmetur morte, num. 9.

Quid si vir donet vxori domum in qua ambo habitant, vel res domi existentes, nec interuenit alia traditio, n. 10. Et an in donat. mutuo reciproca, desideretur traditio, n. 11.

An requiratur traditio vera, vel sat sit ficta, n. 12.

Quando constitutum var constante matrimonio se donare recepisse. An ea censeatur traditio, vt morte confirmetur? Et qui ipsi ante matrimonium confessio sit, n. 13.

An satis sit ficta traditio, n. 14. Et quid, si donans retineat vsumfructum, n. 15.

Quid si vxor sit debitrix mariti, & hic animo donandi remittat debitum, n. 16.

Quid si coniux donans tradat donatario instrumenta rei donatæ, n. 17. Vel faciat confirmatorium donationis, n. 18. Vel faciat rem sibi debitam in alterum transferri, n. 19.

An desideretur, vt donatio morte confirmetur, donantem prius decedere, num. 20.

Quid si simul, pereunt coniuges incendio, aut naufragio, & conflat donantem superuixisse, vel id dubium est? Et explicatur l. in incerto, ff. de reb. dub. Et significatio dictionis implicatiue, Maxime, n. 21.

Quid quando non simul eadem casu pereunt, sed diuersis in locis, nec constat quis prior decesserit? Et quid si in hoc casu, testatus sibi donasset, vel ea lege vt qui prius decederet bona donata obtineret, n. 22.

An hæc correcta sint statuto iure regio Castellæ, & præsumatur in dubio vxorem prius decessisse, n. 23.

An desideretur, vt donatio hac morte confirmetur, eam non excedere quingentos aureos absque insinuatione, n. 24.

An si excedat tota donatio corruat nec morte confirmetur, n. 25. Et an exigatur vt donans in eadem voluntate perseueret, vsque sine, n. 26.

1 DONATIO irrita inter coniuges, confirmatur morte donantis naturali. Habetur expresse *c. fin. de don. inter vir. & vx. l. Papinianus, & l. Cum hic status. ff. eod. t. 1. 1. & 3. & l. Donationes quas parentes, C. de don. inter virum & vxorem, & l. 4. t. 11. p. 4.* Et ratio est, quia eo tempore cessat ratio prohibitionis, ne, scilicet, mutuo se amore spolient, & potest alter alterum libere instituere, ipsique legare: & proinde ex tacita & præsumpta voluntate, cum donationem in vita donator minime reuocauerit, censetur tunc relinquere, ac legare. Quoniam in eadem voluntate præsumitur aliquem mori, nisi appareat contrarium voluisse. *c. Maiores de baptismo, l. Sanctimus, C. de testam.* & ita perinde est, ac si in testamento ea donatio relicta esset. Nomine autem mortis naturalis, qua donatio hæc confirmatur, comprehenditur etiam mors accidentalis gladij, *l. Si tibi*, vbi *Bald. C. de don. ante nupt. Item Bald. l. Res vxoris, n. 2. C. de don. inter vir. & vxor. Ioan. Lup. rub. de don. §. 70. n. 1. Greg. Lopez l. 4. verb. En su vida, t. 11. p. 4.* Addit bene *Ioan. Lup. n. 2.* secus esse, si donator mortem sibi ob sceleris conscientiam conscinerit, vel etiam post mortem memoria eius damnata sit: tunc enim reuocatur donatio: habetur *l. Cum hic status, 33. §. Si donator, vers. Si maritus. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Verum autem donatio inter coniuges putatiuos, confirmetur donantis morte i dixi hoc 6. l. disp. 2. n. 9. & quid, quando precibus importunis extorta est i dixi l. 4. disp. 10. n. 7.

2 Similiter donatio facta ante matrimonium, collata in matrimonij tempus, quæ inualida est, *l. Quod sponsa, C. de don. ante nup.* confirmatur donantis morte: non quidem ex verbis legum, cū vere non fiat inter coniuges, sed ex ipsatum mente. Quia donatio collata in matrimonij tempus, ficte videtur facta in ipso matrimonio, & inter coniuges: habetur *d. l. Cum hic status. §. Oratio, vers. Si sponsus.* & docent omnes, specialiter *Ioan. Lup. rub. de don. §. 69. n. 2.*

3 Ex his infertur, hanc donationem confirmari morte, quatenus non est in præiudicium legitimæ ascendentium vel descendentium. Quare in regno Castellæ, si donator descendentes habeat, extrahetur de quinto, de quo solo disponere potest in descendentium præiudicium, *l. 30. Tauri, hodie l. 13. t. 6 lib. 5 recopil.* si autem solos ascendentes, extrahetur de tertia bonorum parte, de qua libere testari potest, *l. 6. Tauri hodie l. 1. t. 8 lib. 5 recop.* Ratio est manifesta, quia donatio hæc morte confirmata, est instar legati gratiati in testamento relicti: (vt diximus n. 1.) Huiusmodi autem legata minime nocent legitimæ. Sic *P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 289. §. Vt ad Lusitanum.*

4 Secundò infertur, ex huiusmodi donatione morte confirmata, detrahendam esse falcidiam. Quia in vim legati potius, quam in vim contractus sustinetur. Habetur *l. Cum hic status. 33. init. ff. de don. inter vir & vxor.* ibi, *sed de falcidia vbi possit habere locum, tractandum est, cui locum ita fore opinor, quasi sit testamento confirmatum, quod donatum est. Et l. In donationibus, C. ad leg. falcid.* ibi, *in donationibus inter virum & vxorem factis, legem falcidiam, quando fideicommissi partibus funguntur, &c* vbi gloss. *verb. Factis* inquit, *id est, quando fiunt causa mortis, vel morte confirmantur, nam si fiunt inter viuos, & ilatum valent, non detrahitur falcidia.* Sic *Bartol. d. l. Cum hic status, init. nu. 2. Tiraquel. si vnquam, verb. Libertis, n. 121. C. de reuoc. don. Ioan. Lup. rubr. de donat. §. 69. n. 2. Greg. Lop. l. 1. verb. Donationes t. 11. p. 6. Iulius Clarus l. 4. recept. §. Donatio, q. 9. vers. Scias autem, Molina* multos referens, *lib. 1. de primog. c. 12. nu. 10. Angelo de melior. l. 1 glo. 1. nu. 11.* Et ex Theologis *P. Molina to. 2 de iust. tract. 2. disp. 289. §. Ex donatione, Led. Lop. lib. 2. de contractib. c. 47. ad fin. §. Notandum est.* Quare minus bene *Iason. l. Si in quo pro emptore, n. 116 ff. de rebus.* censet non detrahi falcidiam, nisi quando donatio fuerit confirmata in testamēto; quae alias minime posset morte confirmari: vt si ex cedat 500. solidos: (vt dicemus n. 24.) Tunc enim rationem fideicommissi habet, & proinde ex ea detrahitur falcidia. Quare caute dicitur *d. l. In donationibus: quando fideicommissi partibus fungentur.* Sed verius est quod dixi: illud enim, Quādo, accipitur causatiue, pro, Quia, vt tradit *ibi gl. verb. Quando:* & ita textus vniuersaliter definit ex donationibus morte confirmatis, detrahi falcidiam. Quia vim legati, ac fideicommissi habent. Et *d. l. Cum hic status*, absolute dicitur ex tali donatione falcidiam detrahi.

5 Quamuis autem donatio hæc morte confirmata vim relicti habeat: nō tamē est propriè legatū, nec contractus, sed tertia quædā species media: vt optime probat *Molin. l. 1. de primog. c. 12. n. 11.* Vnde vt hæc donatio morte cōfirmetur, non desideratur hæreditatis additio. Sic multis citatis docent *Tiraq. l. Si vnquam verb. libertis, n. 122. C. de reuoc. don. Ioan. Lup. rubr. de don. §. 69. n. 3. Greg. Lop. l. 4. verb. En su vida. t. 11. p. 4. Ant. Gom. 2. var. c. 4. n. 23. vers. Adverte dum, Angelo de melior. l. 1 glo. 1. nu. 15.* Et ratio est, quia est veluti donatio causa mortis,

mortis, cum morte confirmetur: hæc autem non indiget ad sui valorem, hæreditatis additione: vt late probat *Ioan. Lupus proxime citatus.*

6 Quatuor tamen oportet adesse conditiones, vt donatio hæc morte cõfirmetur. Prima est, vt præcesserit in vita donantis, traditio rei donatæ. Probatur ex *l. Papinianus. 24. ff. de don. inter vir. & vxor.* ibi *si stipulanti vxori sua spopondisset, non putabat commissum posse heredem mariti, licet durante voluntate mariti decesserit.* Et *l. Res vxorii, 24. C. de donat. inter vir. & vxor.* ibi, *vel etiam largitione viri in eam, ante reatum iure pervenerant.* Et infra, *donatio mariti ante tempus criminis, ac reatus collata in vxorem.* Quæ sane verba traditionem important. Et argumento, *l. 2. C. si quis alteri, vel sibi*, vbi in donatione facta filio familias, confirmanda eius emancipatione, traditio desideratur. Et ratio est, quia cum talis donatio sit inualida, non esset quid confirmaretur, deficienti traditione: ea autem accedente, iam est actus, res & voluntas quæ possit confirmari. Sic docent *glossa. d. l. Papinianus, verb. Mariti, Salicet. l. 2. n. 2. C. de dote cauta, Iason l. Si donatio, n. 8. ff. de verb. oblig. Henricus c. fin. nu. 4. de donat. inter vir. & vxor. & ibi Alex. de Neuo n. 4. Bald. Paul. & Lozzes*, quos refert & sequitur *Couar. rubr. de testament. 3. p. n. 3. Tiraquel. l. Si vnquam, verb. Libertis, n. 122. C. de reuoc. don. Ioan. Lupus rubr. de donat. §. 76. n. 1. Rosella Donatio, 1 n. 34. Angel. Donatio, 3 num. 5. Sfrauf. Donatio, 2. q. 4. Tabiena Donatio, 3 q. 3. n. 4. Armilla verb. Donatio, n. 27. Anton. Gomez 2. var. c. 4. n. 23. vers. Aduertendum, & l. 52. Tauri, n. 65. Mynchaca de success. 4 progressu. l. 1. §. 1. nu. 136. 138. 139. & de success. creat. §. 29 n. 11. 12 & 18. Greg. Lopez l. 4. verb. In sua vita, 2. 11. p. 4. Villalobos in comm. opin. lit. D. verb. Donatio, n. 147. 148.* Cl. arus multos refert ex *l. 4 recep. §. Donatio, q. 9. vers. Sciant autem. Molina l. 1. de primogen. c. 12. n. 11. fin. Anton. Gabriel to. 1 comm in mea edit. l. 4. verb. Donatio. f. 208. col. 1. Acosta 4. Si pater, 3. p. verb. Legauit, n. 1. de testam. an 6. Matienzo lib. 5. recopil. 1. 10. l. 7. glos. 2. n. 5. Gutier. 2. pract. q. 11. nu. 110. Valascus cons. 5. n. 16. 20. 1. Angelo de melio l. 4. gloss. 4 nu. 13. Barbos. l. Quæ dotem. 34. n. 67. ff. solut. matrim.* Et ex Theologis, *P. Molina to 2. de iust. & iur. tract. 2. disp. 289. §. Illud obserua. Ind. Lopez l. 2. de contract. c. 47. §. Ter 10 confirmatur.* Addit *Matienzo eod. n. 5.* cum Paulo de Castro, non satis esse, si coniux donatarius sit in possessione, seu detentione rei donatæ, nisi traditio intercesserit. Quamuis autem requiri traditionem hanc, communis sententia habeat: non est hoc omnino certum: quia *d. l. Papinianus*, videtur loqui non de vera donatione, sed de promissione donandi. Quod non obscurè significant ea verba, *si stipulanti vxori sua spopondisset.* Quare *gloss. l. 1. verb. Valla, C. de don. inter vir. & vxor. & l. 2. fin. C. de dote cauta*, vbi *Cyn. & Bart. d. l. Papinianus*, vbi & *Salicet.* explicant eum textum, de donatione facta per promissionẽ donandi. Et ita hanc differentiam constituunt *Bald. cons. 397. 1. 1. Paul. cons. 138. l. 1. Anchar. cons. 76.* Et hãc sent. dicit *Tiraquel. de iure confliit. 1. p. n. 45.* non esse rationẽ destitutam. Imo *Azo sum. t. de donat. inter vir. & vxor. fin. & Hostiens. sum. eod. t. f.* dicunt forte non requiri traditione: & *d. l. Papinianus*, correctam esse per *l. Cum hic status. ff. de don. inter vir. & vxor.* vbi absolute traditur donationẽ hanc morte conformari, nulla traditionis mentione facta. Sed nõ est recedendũ à frequẽtissima fere omniũ sent. ita intelligenti *l. illam Papinianus*, nec verũ est corrigi per *d. l. Cum hic status.* (Vt bene probat *Ant. Gom. l. 52. Tauri, n. 65.*) Quia leges legibus suppleri debent, vt earũ correctio vitetur. Item, quia cum *l. Papinianus* mentionem faciat orationis D. Seueri, posterior est dictione, *l. Cum hic status.* Vtrum autem hæc traditio requiratur, vt annui redditus promissi vxori, ad alimenta, per virum, confirmentur morte: dixi hoc 6. lib. disp. 3. n. 12.

7 Non desideratur autem traditionem fieri donationis tempore, sed satis est quocumque tempore vitæ donantis. Quia textus solam traditionem petunt, non restringentes id tempore ipsius donationis fiat. Item, quia cum donatio hæc toto donatoris vitæ curriculo, inualidà sit, & sola eius morte confirmanda, satis est ante mortem traditionẽ fieri, vt tempore mortis adsit aliquid traditũ, quod morte confirmari valeat. Sic referẽs Bald. docet *Ioan. Lup. rubr. de don. §. 76. n. 1. Greg. Lopez l. 4. verb. Ensu vida, t. 11. p. 4.*

8 Nec huius donationis confirmationi obstaret, si vir donans traderet donatariæ vxori rẽ, eo pacto inito, vt si donans conualesceret, ea res ad ipsum rediret. Quia re vera iã intercessit traditio. Sic *Mynchaca de succes. progr. fin. l. 1. §. 1. n. 136.* Obstaret tamen meo iudicio, si vir cõualescens rem traditam reassumeret, ex vi illius pacti. Quia iam perinde est, ac si non esset traditio, cũ ea reuocata sit, nec tempore mortis inueniatur aliquid traditũ, quod cõfirmari possit.

9 Ex dictis fit, tripliciter posse fieri donationẽ inter coniuges. Vel si coniux dicit coniugi, Dono tibi talem fundum: vel, Promitto me tibi talem fundũ donaturum: vel, Promitto tibi talem fundum: & in omnibus his euentibus, traditione secuta donationem confirmari donantis morte. Sic *Mynchaca l. 1. de success. progress. §. n. 140.*

10 Secundò infertur, viro donante vxori domum communis habitationis vtriusque, vel rem domi existentem, minime donationem hanc confirmari morte viri, alia traditione non intercedente. Quia viro superstite, nec domum, nec res in illa existentes vxor possidet, sed detinetur à viro. in *ea l. Habetur. cẽ ibi notatis. ff. de precar. l. 1. §. penult. ff. de vsu qui docuerunt. vel. ff. de cer.* Sic *Paulus*, quem refert & sequitur *Ioan. Lup. rubr. de don. §. 77 n. 1.*

11 Limitatur autem conditio hæc, vt requiratur traditio, nisi sit reciproca donatio inter coniuges. Sic *Villalobos in comm. opin. lit. D. verb. Donatio, n. 148.* & refert pro se *Paulum l. Si pater, ff. d. donat. inter vir. & vxor. & Ioan. Lupum rubr. de donat. §. 50. n. 17.* Sed laplus est *Villalobos*: hæc enim non est limitatio: donatio enim inualida traditionem petit, vt morte confirmetur: quando autem valida est, nulla indiget traditione, nec cõfirmatione. At donatio hæc reciproca inter coniuges, cum remuneratoria sit, valida est (vt dixi hoc 6. l. disp. 6. n. 11.) Et hanc rationem expresse assignant *Paulus l. Si pater filiæ, in fin. C. de in offic. testam.* (quem falso allegauit *Villalobos l. Si pater ff. de don. inter vir. & vxor.* nam in toto illo tit. non inuenitur talis lex) & *Ioan. Lupus d. §. 50. n. 17.* Si autem hæc donatio reciproca excederet iustam remunerationem, iuxta tradita d. disp. 6. nu. 6 & seq. cum in eo excessu sit donatio simplex, & subinde morte confirmanda, indigeret vtique traditione: sicut cæteræ donationes simplices inter coniuges factæ.

12 Dubitabis autem circa hanc conditionem, an requiratur traditio vera, aut sat sit ficta? Quidam censent requiri veram, nec sufficere fictam, vt per clausulam, constituti. Quia hęc clausula inducens possessionem fictam, est nulla, vbi principalis actus est nullus: vt voluit *Bald. l. Ex testamento, C. de fideicommiss.* Hos refert *Tiraquel. tract. de iure constit. 1. p. n. 52.* Cæterum tenendum est sufficere fictam traditionem: per *l. Cum hic stat us, 33. §. Si maritus. ff. de donat. inter vir. & vxor.* ibi, *finge in possessione precaria mulierem remansisse, paratamq; esse satisfacere creditoris: dicendum est donationem valere.* quamuis *gloss. ibi verb. Precaria*, aliter explicet eum textum. Et ratio est, quia quando actus est omnino nullus, non sufficit ficta traditio, at quando actus non est omnino inualidus, sed potest morte vires accipere, sicut actus ipse principalis morte conualescit: ific & traditio ficta. Sic docent *Bart. Bald. Alber. Angel. Salic.* quos cum alijs refert *Tiraquell. tract. de iure constit. 1 p. n. 51. & 2. p limit. 7. n. 21. &* 22. & ipsos sequitur: & fere omnes vbique idem tenent reste *eod. Tiraquell. de retractu conuent. ad fin. tit. n. 48. Alex. de Neuo c. fin. n. 6. de donat. inter vir. & vxor. Ioan. Lupus rubr. de donat. §. 76. n. 2. & 7. Greg. Lopez l. 4. vers. Es su vida, t. 11. p. 4. Acosta c. Si pater, 1. p. verb. Legauit, n. 1. de testam. an 6. Ant. Gom. l. 52. Tauri, n. 65. Villalobos in comm. opin. lit. D. verb. Donatio, n. 148. Mynchaca de success. progress. l. 1. §. 1. n. 137. Ant. Gabriel in mea edit. to. 1. comm. l. 4. verb. Donatio f 208. col. 1. P. Molina to. 2. de iustit. tract. 2 disp. 289. §. Idcirco autem.*

13 Hinc infertur primò, confessionẽ dotis receptæ factam constante matrim. à viro, quando cõstetur animo donandi facta (de qua re hoc l. 6 tota disp 9. egimus) haberi loco traditionis, & ita eam præsumptam donationem absque alia traditione confirmari morte. Et ratio est, quia hoc est

speciale in dotis donatione, vel augmento, quam constante matrimonio vir facit vxori: cum enim dos tunc, tam quoad possessionem, quam quoad proprietatem, penes virum esse debeat, *l. Dece ancillam, C. de rei vendic.* frustra traderetur vxori, cum statim ad maritum possessio redire debeat, *l. Qui sic. ff. de solut.* sicque eius retentio, breui manu pro traditione habetur, quasi breui manu mulieri tradita, ad virum redierit: vt in simili habetur *l. Singularia. ff. si cert. petat.* Sic docent *glos. l. Papinianus, fin. ff. de don. inter vir. & vx. & ibi Bart. fin. Felinus c. Si cautio, n. 77. ff. de fide instrum. Barth. Socin. l. 1. n. 17. ff. solut. matrim, Iason. l. Si diuertio, n. 8. ff. de verb. oblig. Salic. l. 2. n. 2. C. de dote cauta, Rosella Donatio, 1. n. 34. Angel. Donatio, 3. n. 3. Syluest. Donatio, 2. q. 4. Tabiena Donatio, 3. q. 3. n. 4. Ioan. Lupus rub. de donat. §. 76. n. 3. Couar. 1. var. c. 7. nu. 4. vers. Sed quod etiam, Iul. Clarus l. 4 receptarum, §. Donatio, q. 9. vers. Sed an autem, Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 12. num. 38. Mynchaca l. 3. contr. vsu frequ. c. 46. n. 10.* vbi multos refert: *Valascus cons. 5. n. 16. to. 1.* Et ex Theologis, *P. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 289. §. Idcirco autem, & disp. 439. §. Caterum, obiicies, & §. Sunt vero nonnulla. Iuop. Lop. l. 1. de contract. c. 47. §. Tertio confirmatur.* Quare audiendus non est *Auendaño de exequend. mand. 2. p. c. 29. n. 14.* asserens donationem ex hac confessione consurgentem, minime confirmari morte, traditione non secuta. Vtrum autem ea confessio ante matrim. facta animo donandi, confirmetur morte? dixi hoc 6. l. disp. 9. n. 3.

14 Secundò infertur, cõtra auctores n. 12. relatos, satis esse clausulam constituti, vt ea donatio morte cõfirmetur. Vt si coniux donans nomine coniugis donatarij se possidere constituat. Quia clausula constituti habetur pro traditione: per eam enim traditur ficta possessio. *l. Quod si eo. ff. de acquir. possess.* Sic *Alex. de Neuo c. fin. n. 6. de donat. inter vir. & vx. Tiraquel.* multos referens, *de iure constit. 1. p. n. 49. Ioan. Lupus rubr. de donat. §. 76. n. 2. Gregor. Lop. Iul. Clarus, Molina, relati n. præced. Mynchaca de success. progress. l. 1. §. 1. nu. 138.* Quod cum alijs bene intelligit *Ioan. Lup. eod. n. 2.* quando constituens tempore illius clausulæ constituti, possidebat. Idem dicendum est, si donans se inquilinum nomine donatarij constituat. Sic alios referens *Mynchaca eod. n. 138.*

15 Tertiò infertur, confirmari, si donans retineat vsumfructũ. Quia talis reseruatio habet vim traditionis, *l. Quisquis, & leg. Si quis argentum, C. de donat.* Sic *Tiraquel.* alios referens, *Ioan. Lup. n. 4. Mynchaca relati n. precedenti.*

16 Quartò infertur, si vxor erat debitrix mariti, & hic animo donandi remittat, confirmari hanc donationẽ morte. Quia ea liberatio vim habet traditionis, *l. Cum hic status, 53. §. Oratio, vers. sine autem. ff. de don. inter vir. & vxor.* Videtur enim solutionem debiti factam esse, & statim traditam. Sic *Alex. de Neuo c. fin. n. 6. de donat. inter vir. & vxor.*

17 Quintò infertur, similiter confirmari, si donans tradat donatario rei donatæ instrumenta, per quæ eam habuit. Quia hæc tradendo, videtur rẽ ipsam tradere. *l. 1. C. de don. & l. 8. t. 80 p. 3.* Sic *Mynchaca de success. progress. l. 1. §. 1. n. 138.*

18 Sextò infertur, firmari etiam, si coniux donans alteri instrumentum donationis conficiat. Ex hoc enim videtur possessio tradita, *l. 8. t. 30 p. 3.* Sic *Ioan. Lup. rubr. de donat. §. 76. nu. 6.*

19 Vltimò infertur, firmari etiam donationem morte, si vir rem sibi debitam faciat transferri pęr se, vel per alium, in vxorem, & illi describi in libro rationum, vbi debita describuntur, quia per talem descriptionem videtur donare, & tradere vxori. Sic *Anchar.* quem refert & sequitur *Ioan. rup. rub. de donat. §. 76. n. 6.*

20 Secunda conditio requisita, vt donatio inualida inter coniuges morte confirmetur, est, vt coniux donans prius decedat, si enim donatarius prius obeat, euanescit penitus donatio. Habetur expresse *c. fin. de donat. inter vir. & vxor. & l. Cum hic status, 53. §. Si diuortio, fin. ff. eod. t. & l. 42. 11. p. 4.*

21 Inquires autem, quid dicendum sit, quando minime constat vter prius obierit? Et vt clare procedam, præmittam quid attẽto iure regio Castellæ, & attento iure communi, videtur dicendum, quando coniuges simul perierunt, licet donator superuixerit, valere donationem: per *l. Si inter virum, 9. ff. de rebus dub.* ibi, *si simul cum ea donatum est, quam is qui donauerit, decedant: magis placuit valere donationem: eo maxime quod donator non superuixit:* ergo idem dicendum est, si donator superuixerit. Nam dictio implicatiua, Maxime ex propria vi & natura implicat idem esse, quamuis ratio expressa deficiat, *l. 1. §. Si ex dodrante, ad sen. vers. Caterum ibi, vel maxime, ff. de collat. bonor. I. Scire oportet, §. Et si maxime. ff. de excusat. tut.* Primo tamen dico, attento iure communi, si ambo simul moriuntur naufragio, incendio, &c. & constat donatarium prius obijsse, minime firmari donationem, sed euanescere: vbi autem non cõstat vter prius obierit, firmari. Quoniam præsumitur donatorem in eadem voluntate præmortuum esse. Habetur expresse *l. Cum hic status, 53. §. Si ambo. ff. de donat. inter virum & vxor.* vbi etiam dicitur, si ambo coniuges ab hostibus capti sint, (*glos. verb. Capti*, scilicet simul) nec reuertantur, rempus captiuitatis spectandum, esse, quasi tunc decesserint, si verò alter redierit, cum superuixisse, censendum esse, Et inter alios optime hoc docent *Couarr. 2. variar. c. 7. nu. 5. Menoch. de præsumpt. l. 6 præsumpt. 50. n. 6 & sequ.* Nec obstat argumentum in contrarium, desumptum ex *l. Si inter virum. ff. de rebus dubijs.* Quia respondet bene *Couar. d. nu. 5.* illam dictionem, Maxime, propriam vim obtinere: implicat enim casum magis dubium, ibi enim deciditur, quando non constat quis prius obierit, valere donationem: & postea dicitur, *eo maxime quod donator non superuixit:* qui casus omnino certus est: & ita implicat casum magis dubium, nimirum similiter confirmari, si ambo simul moriantur. Secundò respondetur dictionem, Maximè indicetam causæ finali, stare taxatiue, non implicatiue, *c. Ad abolendam, de filijs presbyt.* vbi *glos. verb. In secularibus*, & multi alij, quos refert & sequitur *Couar. d. nu. n. 5. & Menoch. d. præsumpt. 50. n. 12.* & ita in eo textu stat taxatiue: vt tradunt *Menoch. & Couar. ibidem.*

Secundò dico, quando coniuges non simul eodẽ casu 22
perierunt, sed diuersis in locis, nec vter prius obierit, constat: varij sunt DD. Aliqui censent hæredi donatarij incumbere onus probandi donantem prius decessisse, vel saltem vtrumque simul, siue hæres possideat, siue non. Sic *Alex. l. Ex facto. §. Si quis autem. ff. ad Trebel.* Alij autẽ sentiunt hæredem donatoris teneri id probare, atque ita dum hæres minime probauerit, morte firmari donationem. Quia licet donatio inter coniuges sit nulla, cõfirmatur silentio donatoris vsque ad mortem: ergo morte donantis probatur confirmatio: & proinde eius hæredi incumbet probare, minime esse confirmatam: quia donator superuixerit. Sic *Bart. Socin. l. Si inter, 9. fin. ff. de rebus dub. Ioan. Lup. rubr. de don. §. 75. fin.* Facit optime *glos. l. Cum hic status, §. Si ambo, verb. Simul decesserint. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi dicit, *non dico simul, id est, eodem tempore, sed simul, id est, vnus & alter, nescitur t, quem quis prius decesserit.* Et hic modus dicendi, satis probabilis est. Alij verò, & verius dicunt, præsumptionem esse pro ipso rei donatæ possessore, & ita incumbere onus probandi donatorem superuixisse ei, qui minime possidet. Quia in dubio melior est possidentis conditio *reg. In pari. ff. de reg. iur. & tot. t. in 6.* Sic docent *Bart. l. Si inter, ff. de rebus dub. & ibi Imola, Raphael, & Cumian.* quos refert & sequitur *Couar. 2. variar. c. 7. num. 5. Mascardus de prob. conclus. 1200. n. 15. P. Molina to. 2. de iustit. tract. 2. d. §. 289. §. Decimo causa mortis, Barabona in addit. ad Ioan. Lop. rub. de donat. §. 75. lit. B. Menoch.* multos referens, *de præsumpt. l. 6. præsumpt. 50. n. 16.* Et ita inquit *Barabona*, cum traditio rei donatæ necessaria sit ad confirmandam donationem, obtinere sine per præsumptionem pro coniuge donatario: additque cum Molinæo quem ibi refert, si forte ceciderit à possessione, expedire ei illam possessorio iudicio recuperare, antequam petitorio agat. Et hoc verum est, licet distinctis in locis vir & vxor moriantur, dum enim non constat quis prior decesserit, valida est donatio. Sic *Couar. & Mynch. ibi.* Quod si mutuo ambo coniuges sibi donassent, vtriusque donatio maneret confirmata: per *l. Cum hic status, §. Si ambo,*

*anio,vers.Proinde,de don.inter vir.& vxor.*Sic *Couar.& Molin.* ibi.Et ratio est,quia cum iam donatio esset facta,& res donataria tradita,ab illoque possessa,in hoc dubio præualet fauor donatarij possidentis, vt donatio censeatur valida, & confirmata.Addit bene P. *Molina cum Acosta* per ipsum relato,cassari omnino donationem,si cõiuges sibi mutuo donassent,sub ea conditione, vt qui posterior è vita discederet,bona donata obtineret:& vterque simul obiisset nec constaret vter prius. Quia sub positiua conditione,si alter superuixerit, donatio facta est, quæ conditio in eo casu defecit.

23 Maior autem difficultas est, attento iure regni Castellæ.Nam obstat fortissime,*l.12.t.33.p.7.*ibi, *muriendo el marido,y la muger en vno,fuego,&c.entendemos que la muger, porque es flaca,muera primero que el varon.E tiene por saber esto, por razon de las donaciones que el marido e la muger hazen el vno al otro en su vida.* Vbi expresse decidit coniugibus simul morientibus,præsumi mulierem prius decessisse, & ita in hoc casu,si vir donauerat vxori,videtur dicendum donationem euanescere, tanquam vxore donataria præmortua:secus tamen,si vxor donauerat viro:cum præsumatur vxorem donatricem prius decessisse. Quare videtur correctum ius commune disponens valere vtramque donationem, præsumiq́ue semper donatorem præmortuum esse. Et ita correctum esse docet *Ioan.Lup.rubr.de donat.§.* 74.*fin.*Quamuis *Couar.2.var.c.7.fin.* dicat non corrigi ius commune per hanc legem. Sed ab eo recedendum est, quia fatetur, expresse hanc legem disponere contra ius commune,nec obstendit qualiter ipsum nõ corrigat:& falso diceret lex, hoc deseruire ad donationes factas inter coniuges.Hoc tamen fatendũ est,cum predicta lex solum disponat,quando simul naufragio,incendio,aut alio casu vterq; coniux perit: nihilq; disponat quando diuersis in locis,nec cõstet quis prius obierit,manere in hac parte,ius commune incorrectum,& id quod ex eo diximus,n.22.

24 Tertia conditio requisita, vt donatio inter coniuges morte confirmetur,est,vt nõ excedat 500.aureos absque insinuatione. Si enim hanc summam excedat,nec adhibeatur insinuatio requisita, *l.Sancimus,C.de don.& l.9.t.4.p.5.*non confirmabitur morte. Habetur expresse, *l.Donationes quas parentes,*25.*C.de don.inter vir.& vxor.*vbi subditur, si tempore mortis donator confirmarit dictam donationem excedentem 500. aureos, absque insinuatione factam,valere tunc vt legatum,quod non indiget insinuatione. Quare aduertendus non est *Iac.Lop.l.12.de contract.t.* 47.*ad fin.§.Notandum est*, asserens hanc donationem vltra 500.aureos non insinuatam,confirmari morte.Quod idẽ in alio simili, docuit *Bald.l.Si mortis,nu.5.C.ad legem falcid.* dicit enim donationem factam à patre, filio familias, excedentem hanc summam,& non insinuatam, morte confirmari:quia habet vim relicti:quod idem procedit in nonnatis,qui factæ per patrem sito filio familias,& habeat vim relicti.Sed hæc doctrina falsa est,& contra decisionem *d. l.Donationes quas parentes*, vt bene aduertit *Ant.Gom.2.var.c.* 4.*n.*17.*vers.Quarto infero, Angulo de melior.l.1.glos.1.n.13.*

25 Grauis autem difficultas est, circa hanc conditionem. An donatio hæc excedens summã dictam, in nihilo consensu cõtrarij, confirmetur morte in summa quingentorum aureorum,quæ insinuatione non indigebat? Aliqui volunt penitus euanescere. Ducuntur, quia *l. Donationes quas parentes,C.de don.inter vir.& vxor.*indistinctè ait hanc donationem morte non confirmari. Deinde,quia est defectus in re, cum non fuerit insinuata, contra *l.Sancimus C.de donat.* & in persona cum inter coniuges donatio non valeat. Sic tenent *Salicet.d.l. Donationes,n.3.& ibi Socin.* dicens ita fuisse approbatum per collegium Pitanum idem *Paris.Cheffan.Reinus, alcias.* quos refert *Angulo de melior.l.1. glos.1.n.*14. Idem *Menoch.de præsumpt.l.3.præsumpt.12.nu.*67. Sed contrarium est verius,nimirum, solum excessum annullari, reliquam autem summam morte confirmari. Quia,*d.l.Donationes quas parentes,* non asserit in vniuersum donationem illam minime firmari morte, sed solum debitæ summæ excessum: vt constat ex illis verbis, *nam amplioris quantitatis donationem minime insinuatam, nec per silentium eius qui donauit,confirmari concessimus.* Vbi solum negat excessum illum firmari.Deinde,quia vtile per inutile non vitiatur.*reg.Vtile,de reg.iur.in 6.* quando vtile ab inutili separari potest(Vt explicat *ibi Dynus n.4.*) Ego cum in hac donatione possit debita summa, quæ est pars vtilis,separari ab excessu,qui inutilis est,non debet vitiari. Nec obstat donationem tunc carere duobus adminiculis. Nam defectus personæ, suppletur per durationem in eadem voluntate vsque ad mortem, & morte secuta confirmationem. Defectus autem rei, scilicet, insinuationis,non debet magis in his donationibus nocere, quam in aliis: quæ in solo excessu annullantur, validæque sunt quoad summam permissam, *l.Sancimus,vers.Quid autem,C.de don.* Et ita hanc partem tuentur *gloss.& fin.verb. Constante, de don. inter vir.& vxor,Odofred.Ioann. Andreas, Albericus, Crottus, Aret. Bello,Rub.*quos refert & sequitur *Angulo de melior.l.1 glossa 1. n.4.Ioan.Lupus rubr.de donatio,§.8.n.1.fine,Ant.Gom.2. var.c. 4.n.17.vers.Quarto infero,Iul.Clarus* dicens communem,*l.4. recept.verb.Donatio q.17.vers.Sed hic incidenter,Ant.Gabr.* alios referens,*in mea edit.to.1 comm.l.4.verb. Donatio,fol.211 P.Molina to.2.de iust.tract.2.disp.289.§.Quando non præcessit.*

26 Vltima conditio est,vt donans in eadem volũtate permaneat vsque ad mortem, nec tacite, nec expresse reuocans.De qua conditione dicam tota disp.seq.

DISPVTATIO XV.

An vt donatio inter coniuges morte confirmetur,desideretur vt donans in eadem volũtate perseueret vsque ad mortem,nec tacite,nec expresse reuocans & quando censeatur tacitè reuocare?

SVMMARIVM.

Necessarium est vt donans in eadem voluntate persistat, nec tacite, nec expresse reuocans,n.1.

Desideratur euidenter constare de reuocatione. Et quid si primo reuocet, postea approbet,n.2.

An reuocetur etiam quod cumulatiue expensa per coniugem donatarium remissiue eodem,n.3.

An desideretur simul cum donatione traditionem reuocari n.2.

An donatio consurgens ex confessione debiti recepti, reuocetur confessione reuocata,n.3.

An hæc donatio ex ea confessione consurgens, reuocetur alienatione rei, quam vir fatetur se in domum recepisse. & alias modis quibus donatio expresse inter coniuges reuocatur,n.4.

An donatio inter coniuges confessa reuocata, alienatione, vel impignoratione, vel hypothecatione rei donatæ,n.5 Et quid generale instituente facta omnibus bonorum vel ea re aly legata,n.6.

An si coniux legat coniugi quæ prius ei donauerat,videatur à donatione recedere? Et quid referat habere virtute donationis morte confirmata,vel legati,n.7.

An testator non utens verbo legati, aut fideicommissi, sed verbis dubiis, recedat à donatione,n.8.

Quid. si testator utatur verbis legati, aut fidei commissi,n.9.

An reuocetur ea donatio, diuortio facto inter coniuges,n.10.

Quid. si coniux donatarius mutet mentem in donantis detrimentum,vt si vxor donatarla adulterium admittat, vel alia inhonesta permittat, vel extra domum pernoctis vel cum se ingrati animi committat donatore sciente, aut ignorante.& requiratur vt ipse reuocet,n.11. Et reuocatur hæc donatio eo modo quo legatum,n.12.

Reuocatur sicut & legatum, per inimicitias. Et quando hoc contingat? Et quid, si coniuges ad pacem redierint,n.13.

Quid si donans aut legans petierit reuocari,& fecit codicillum non reuocando, vel partem reuocauit,n.14.

Quid, si culpa testatoris, vel donatis sunt inimicitiæ,n.15.

VT donatio inualida inter coniuges, morte confirmetur, desideratur donantem in eadem voluntate persistere vsque ad mortem. Quare si expresse aut tacite reuocet,minime confirmabitur morte. Habetur expresse *c.fin.de don.inter vir. & vxor.& l.Cum hic filius,33.ff.eo t. init. vers.Ait oratio,& vers.Pœnitentiam.& l.4.t.11.p.4.* Et oportet euidenter constare de reuocatione: vt expresse dicitur

co, vers. Pœnitentiam, ad finem, ibi, vbi semel donatorem pœnitut, hæredis reuocandi potestatem tribuimus, si appareat defunctum euidenter reuocasse voluntatem. Quod si in obscuro sit: proclivior esse debet index ad comprobandam donationem. Si autem donationem prius reuocatam, postea approbaret, confirmaretur morte: vt expresse habetur d. vers. Pœnitentiam, ibi, pœnitentiam accipere debemus suprematam, proinde si vxori donauit, deinde cum pœnituit, mox desit pœnitere, dicendum est donationem valere: vt suprematum eius spectemus iudicium. Vtrum autem reuocetur omnino etiam quoad inutiliter expensa per coniugem donatarium dixi hoc 6. lib. disp. 3. n. 3.

2 Hinc infertur contra Bartol. d. l. Cum hic status, §. Si maritus, n. 2. sufficere donationis reuocationem, quamuis traditio ipsa, vel possessio minime reuocetur. Quia textus relati per solam pœnitentiam dicunt reuocari. Præterea, quia sufficit tacita & præsumpta reuocatio, vt diximus n. 10. & seq. cum tamen traditio non reuocetur. Sic Anton. Gomez. l. 52. Tauri, nu. 65. fin. P. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 289. §. Secundus euenit.

3 Secundò infertur, donationem consurgentem ex confessione dotis receptæ facta per virum constante matrimonio, non censeri reuocatam, eo quod postea recantet palinodiam, asserens falsam fuisse confessionem. Quia illa confessionis reuocatio non est clara, & aperta retractatio donationis: cum possit in id tendere, ne ea dos soluatur vxori tanquam debita, & ita de toto hæreditatis acertuo: ne legitimam ascendentium, vel descendentium minuat: quod si his careat, ne creditoribus præiudicet: quod si ære alieno minime grauetur, ne putaretur debita, sed donata. Sic docent Ioan. Andr. Alberic. Roman. quos refert & sequitur Ioan. Lup. rub. de don. §. 69. n. 11. Quamuis Couar. 1 var. c. 7. n. 5. vers. Aliud præterea, de hac doctrina dubitet.

4 Tertiò infertur, hanc donationē inualidam consurgentem ex prædicta confessione, morteque confirmandam, posse expresse, vel tacite reuocari: censetúrque tacitè reuocatam per alienationem rei quam vir fassus est se in dotem recepisse. Quia vero donatio per hoc reuocatur, vt dicam n. sequenti: ergo à fortiori præsumpta. Sic Couar. eodem c. 7. nu. 4. vers. Sed quod etiam, ibi, quarto videm constat. P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 439. §. Secundam, si eadem confessio. Idem dicendum est eadem ratione, de aliis modis quibus tacite censetur donatio expressa reuocata: de quibus dicam numeris sequentibus.

5 Quarto infertur, non confirmari donationē, sed tacite censeri reuocatam, si coniux donans rem donatam postea alienauerit: vel pignori dederit, vel speciali hypothecæ subiecerit. Habetur expresse l. Cum hic status, §. Si maritus, & §. Qui quasdam res ff. de don. inter vir. & vxor & l. Si maritus, l. 2. C. eodem t. vbi gloss. opponit §. Si rem, & §. Idem rescriptum, Instit. de legat. vbi legatum non reuocatur persequentem obligationem, & l. 2 C. de legatis, vbi minimè legatum extinguitur, si alteri hypothecæ subiiciatur: & respondet aliud esse in hac donatione, quæ cum à iure communi exorbitet, est odiosa, & non valet à principio: & aliud in legato, quod est fauorabile, & à principio valuit. Vel dic cum Ioan. Lupo rubr. de donat. §. 69. n. 4. donationem inter coniuges attento iure communi non valere, imo autem singulari confirmari morte: id autem quod iure singulari valet, facilius tollitur, quam quod valet iure communi, vt legatum, l. Eius militis, §. Militis missus ff. de testam. milit. Et prædictam donationem censeri reuocatam alienatione postea secuta, habetur etiam, l. 4. t. 11. p. 4. Non sufficeret autem generalis hypotheca omnium bonorum: vt constat ex d. l. Si maritus, ibi, si maritus post factam donationem specialiter obligauit. Quia generalis hypotheca non afficit rem sicut specialis, l. Ex differentia ff. ex quib. caus. pignus vel hypothec. Sic Bart. Bald. Iason. quos refert & sequitur Ioan. Lup. rubr. de donat. §. 69. n. 4. Fauo de pignoribus, 2. p. membr. 1. num. 4. Couar. rubr. de testam. 3. p. n. 19. vers. Quarto ex his, ibi, quibus illud suffragatur. P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 289. §. Tacite censetur. Censebitur etiam reuocata donatio per pignorationem generalem omnium bonorum, quando tanto pretio pignorantur, ac valent vna cum re donata. Quia tunc verisimile est nolle pignorantem soluere, & ita reuocare donationem. Sic late probans Ioan. Lup. d. §. 69. n. 10. vbi bene intelligit tunc reuocari tacite donationem per pignorationem hanc generalem, vel specialem rei donatæ, nisi ea res donata fuisset maiorum pignorantis. Tunc enim ob affectionem ad rem, est verisimile fore vt eam redimat l. Ineptiæ, ff. de minor. & refert pro hac parte Paulum, Alexand. & Iasonem.

Quinto infertur, non reuocari donationem, per generalem omnium bonorum institutionem, secus per specialem illius rei donatæ: Vt si alteri eam legauit donans. Prob. ex l. Cum hic status, §. Si tamen, fin. ff. de donat. inter vir. & vxor. ibi, qui quasdam res ex iis quas donauerat, legasset, quasdam non, videbitur cæteras res ad vxorem voluisse pertinere. vbi gloss. verb. Pertinere, inquit, & aliàs quas legauit, videtur ademisse, l. Si ex toto in princ. ff. de legat. 1. 6

Est autem non modica difficultas, an si coniux leget coniugi qui in vita donauerat, videatur à priori donatione recedere, & proinde morte minime confirmetur, sed habeat donatarius titulo legati. Multū interest vtro ex his modis cōfirmetur. Nam si vt donatio, retrotrahetur quoad fructus: (vt dicemus disp. seq.) secus si vt legatū. Quia sub legato minime includūtur fructus vsuo testatore percepti, l. Quæsitum, §. penult. ff. de leg. 1. Sic Paulus l. Si quando, inatio, n. 5. ff. de leg. 1. Deinde si vt donatio confirmetur, debebitur secuta morte, ad hæreditatis additionem: (vt diximus disp. præc. n. 5.) Si tamen vt legatum, non debebitur nisi adita hæreditate, vel re petita ab intestato l. Eum quem, C. de fideicommiss. Sic Paul. d. l. Si quando, nu. 5. Ioan. Lup. rubr. de don. §. 72. n. 2. Quæ differentia procedit attento iure communi: nam iure huius regni Castellæ, per l. 3. Tauri, hodie l. 11. 4. lib. 5. recopil. quæ ad valorem testamenti non requirit hæredis institutionem, legata debentur hæreditate non adita. Vt multis citatis docet Mariensis ea l. 1. gloss. 14. à n. 5. 7

Primo dico, quando testator non vereretur verbo importante legatum, aut fideicommissum: vt si diceret, Confirmo donationem factam vxori meæ, vel vxor mea habeat quod illi donaui, aut similia verba dubia: tunc si prior donatio poterat morte confirmari, manere confirmatam eam, vt donationem: vt expresse habetur l. Ex verbo, C. de don. inter vir. & vxor. Si vero non poterat morte confirmari vt quoad excessum legitimæ tunimæ quando deficit insinuatio in ipsa donatione, iuxta dicta disp. præc. n. 25. tunc confirmari vt legatum: Habetur expresse, l. Donatiouis quas parentes, 25. C. eo t. Sic Bart. l. Si quando inst. n. 3. ff. de leg. 1. & ibi Paul. n. 5 Ioan. Lup. rubr. de don. §. 72. n. 2. 8

Secundò dico, si testator vtatur verbis legati, aut fideicommissi, vt si dicat, Lego, vel fideicommitto vxori meæ quod illi donaui, videri recedere à priori donatione. & confirmari vt legatum. Constat ex l. Si quando, ff. de leg. 1. & ex l. Illud ff. de acquir. hæred. Sic Bart. Paul. & Ioan. Lup. n. præced. allegati. Intellige tamen videri recessum à priori donatione, & confirmari vt legatum, non quoad fructus perceptos in vita donantis. Quia id esset in damnum mulieris, cum eos tunc non acquirat tur (vt dixi n. 7.) Quia non debet esse deterioris conditionis, quam si res illa donata legata non esset. Cum enim vtilius sit vxori habere ex donatione, quam ex legato, id legatum potius dicitur confirmatio donationis, quam eius reuocatio. Prob. ex l. Cum pater. §. Pater filiæ ff. de leg. 2. vbi quando vir donauerat vxori ancillas, & postea eas legauit eidem, deciditur partus vsuo testatore habitos esse vxoris. Sic Paul. eo §. Pater filiæ, Ioan. Lup. rubr. de donat. §. 72. nu. 2. vers. Idem est in eo. Et ita intelligitur Greg. Lop. l. 4. verb. & la dueña, t. 11. p. 4. vbi dicit virum legantem rem donatam, non videri reuocare donationem. Id enim probat per d. l. Cum pater, §. Pater filiæ, & doctrinam Pauli proximè allegatam. 9

Similiter reuocatur tacite donatio, diuortio postea secuto ex displicentia, nisi donans voluerit expresse tunc valere, l. Cum hic status, §. Si diuortium ff. de don. inter vir. & vx. & l. Sed interim, fine, & l. Et ideo ff. eodem t. Secus si bona gra- 10

tis diuortium fiat, vt causa religionis Si autem post diuortium instauretur matrim. cõualescit donatio, ac hunc effectum, vt mòrte confirmetur. Habetur *d.l. Cum hic status, §. Si diuortium.* Sic docent *Rosella Donatio, 1. nu. 31. Angel. Donatio, 3. nu. 7. Syluest. Donatio, 2. nu. 6. Tabiena Donatio, 3 fine, Armilla verb. Donatio, n. 29.*

11 Similiter tacitè reuocatur, quando coniux donatarius mores mutat in præiudicium donantis. Vt si vxor donataria committat adulterium. Sic *Ioan. Lupus* latè probans *rubr. de donat. §. 78. n. 2. Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt 37. nu. 30.* & in legato docet idem *Mantica de coniect. vlt. vol. l. 12. t. 5. n. 6.* Idē docet *Ioan. Lup. eo. nu. 10.* si vxor pudicitiam luxuriosi oculi violasset, vel palpari mammillas permisisset: & *n. 11.* dicit, idē forsan esse, si probaretur fuisse in balneo cum alio viro: & *n. 12.* dicit, idem esse, si pernoctarit extra domum absque causa. Et concludit ibi, in his casibus marito sciente induci tacitam reuocationem, adeò vt morte non confirmetur donatio. Et *nu. 13.* dicit idem & fortius videri, si maritus ignorasset: quod idem in legato docet *Mantica d. t. 5 nu. 6.* Quia quando vir conscius fuit, nec reuocauit, poterat facilè præsumptio apparens capi voluntatis non reuocandi, cum autem ignorauit, nulla est præsumptio voluntatis perstistendi in eadem donatione. Similiter videtur tacite reuocata donatio hæc, si donatarius ingratus fuisset donanti, aliquo ex modis traditis, *l. fi. C. de reuoc. don. & l fin. C. de don.* Quia si ex illis causis potest reuocari donatio perfecta inter viuos, à fortiori censebitur reuocata hæc donatio imperfecta, & quæ habetur instar legati. Sic *Ioan. Lup. d §. 78. n. 17.* Et quamuis vt donatio perfecta, reuocetur ob ingratitudinem, desideretur actus donatoris reuocantis: is tamen minimè desideratur, quando hæc donatio inter coniuges morte confirmanda, reuocatur ob ingratitudinis causas, sed ipso iure tacitè reuocata manet. Vt bene docet *Gregor. Lopez l. 10. verb. Sit hereditas, tit. 4. p. 5. per l. 3. §. finali ff. de admend. legat.* ex qua constat legatū ob similes causas ipso iure reuocari. Et ratio discriminis est, quia donatio perfecta reuocatur ob ingratitudinem, in pœnam ingrati, quare opus est vt donator eam pœnam inferat. Donatio autem imperfecta reuocatur ex tacita & præsumpta donantis mente, instar legati, & donationis quæ natiuitate filiorum reuocatur, iuxta *l. Si vnquam, C. de reuoc. don.* quare sicut hæc ipso iure
12 reuocantur, ita donatio hæc imperfecta.

Tandem donatio hæc tacite reuocatur eodem prorsus modo, quo & legatum. Quia naturam vltimæ voluntatis, non autem contractus ob seruat. Sic *Molina lib. 1. de primog. c. 9 n. 42.*
13

Hinc infertur reuocari ipso iure per graues inimicitias superuenientes, secus per leues: vt colligitur ex *d. l. Cùm hic status, §. Si diuortium. ff. de don. inter vir. & vxor.* & docent *Ioan. Lup. rubr. de don. §. 78. n. 19. & seq. Menoch. de præsum. l. 3. præsu. 37. n. 17.* & constat, quia legatum ob similes inimicitias reuocatur ipso iure: vt expresse habetur *l. 3. §. Non solum, ff. de adim. leg.* & tradunt omnes auctores. De qualitate autem harum inimicitiarum, cõsulendi sunt *Ioan. Lup. eo. §. 78. n. 19. & seq. Mantic. de coniect. vlt. vol l. 12. toto t. 5. Menoch. d. præsump. 37. & l. 4. tot. præsumpt. 170.* Et hoc verum est, nisi post ortas inimicitias se reconciliauerint donans, vel legans, & donatarius aut legatarius. Tunc enim censetur remissa inimicitia, & instauratur donatio vel, legatum: vt de donatione habetur expresse *l. Cum hic status, §. Si diuortio, ff. de don. inter vir. & vxor. & de leg. l. 4. ff. de adim. leg.* Et docent *Ripa Iason, Curtius*, quos refert & sequitur *Molina l. 1. de primog. c. 9. n. 42. Aur. Gom. 1. var. c. 12. n. 56. Alosa l. Gallus, §. Et quid si tantum, 3. q. numr. 80. & seqq. ff. de lib. & posth. Minchaca de success. creat. l. 1. §. 10. n. 621. Manti. de coniect. vlt. vol. l. 12. t. 5. n. 18. Menoch. de præsum. l. 3. præsumpt. 37. n. 38. & l. 4. præsum. 170. nu. 13.* vbi exemplificat, si testator post inimicitias fecisset codicillū & aliquid legasset inimico, tum enim ait censeri remissam inimicitiam. *Salzedo addit. ad reg. 410. Bernardi Diaz fenus. 4. P. Molina to. 1. de inst. tract. 2. disp. 212. §. Tacite verò.*

Et verum quidem est, censeri tacitè reuocatam donationem per inimicias superuenientes, quamuis donans inimicitiæ conscius tempus habuerit reuocandi, fecerit̃q; codicillum, nec in eo reuocauerit. Sic enim delegati reuocatione aperte habetur, *l. Filio, §. Scia ff. de adim. leg.* Et tenent *ibi Bart. n. 1. Alexan. l. 1. n. 35. ff. de vulg. Ripa d. l. fin. nu. 151. Arat. cons. 93. n. 5. Peralta l. Cum quidam, n. 8. de legat. 2. Mantica d. t. 5. n. 2. Menoch l. 3. de præsumpt. præsumpt. 37. nu. 18. & l. 4. præsumpt. 170. n. 4. Salzedo d. reg. 410. ampliat. 2. Molina l. 1. de primog. c. 9. n. 41. alter Molina d. disp. 213. §. Tacite vero.* Et in terminis donationis inter virum & vxorem videtur tenere *Menoch. d. præsumpt. 37. n. 18.* vbi hoc dicit in donatione causa mortis, cui *nu. 17.* dicit in hoc æquiparari donationem inter virum & vxorem. Quod temperandum est, nisi testator in ipso codicillo reuocasset aliqua ex legatis iam tacite reuocatis; tunc enim quæ expresse non reuocauit, videtur tacitè confirmasse. Sic cum *Petrasancta* docet *Menoc.* agens de legatis, *de præsumpt. l. 4. præsumpt. 170. num. 5.* Quare consequenter idem dicendum est de don. inter virum & vxorē, cum similiter ac legatū reuocetur: vt diximus n. 12.
14

Demum inquires, quid si culpa donantis inimicitiæ ortæ sint? *Bart. l. Cum in tabulis, n. 1. ff. de his quib. vt indig. & Rominal. Instit. de don. in princ. n. 1083.* & multi alij, quos refert *Menoch. de præsump. l. 3 præsumpt. 37. nu. 12.* censent legatum in hoc euentu non reuocari: quare idem censerent de hac donatione. Sed dicendum est reuocari: quia in legato ita videtur expresse probari, *l. 3. ff. de adim. leg. vers. Et pœnitet.* Et ratio est, quia hoc casu reuocatur legatum, vel donatio ex præsumpta donantis, vel legantis voluntate, quæ ita præsumitur mutata, siue culpa donantis, aut legantis, siue donatarij, aut legatarij inimicitiæ ortum habuerint. Sic agentes de legato, docent *Ripa l. fin. C. de reuoc. don. n. 151. Ioson l. Si filiam, n. 2. C. de inoffic. testam. Ioan. Lup. rub. de don. §. 78. nu. 27. Gerardus singul. 5. Ioann. ab Anicis, cons. 4. Peralta l. Legatum, n. 3. ff. de leg. 2. Bernar. Diaz reg. 410. limitat. 1. & ibi Salzedo in addit. vers. Et vnicam limitationem, Minchaca de success. creat. l. 1. §. 10. n. 621. & de successi. progressu, l. 3. §. 27. n. 9. Couar. rub. de testam. 2. p. n. 2. vers. Quinto ex præmissa, Padilla l. Si super possessione, n. 20. C. de transact. Molina l. 1. de primogen. c. 9. nu. 38. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 12. t. 5. nu. 9. Menoch. de præsump. l. 3. præsumpt. 37. n. 23. & l. 4. præsumpt. 170. num. 6. & 7. Meres de maior. 1. p. 43. n. 17.* Quare idem dicendum est in donatione inter virum & vxorem, & ita expresse tenet *Ioann. Lup. d. §. 78. n. 27.*

DISPVTATIO XVI.

Vtrùm donatio inualida inter coniuges, morte confirmata, retrotrahatur vsque ad tempus donationis factę, tam quoad dominium, quā quoad fructus? & semel reuocata, vel cassata ita reuocetur, aut cassetur etiam quoad fructus perceptos.

SVMMARIVM.

Donatio hæc retrotrahitur non quoad dominium, sed quoad fructus perceptos. n. 1.

Non retrotrahitur quoad omnes fructus, sed quoad percepctos à tempore traditionis. n. 2.

Aũ si ex donatio excedat quingentos aureos absque insinuatione, & donans in testamento confirmat excessum, retrotrahitur excessus ille quoad fructus n. 3.

An possit ea donatio morte confirmata, ante confirmationem vsucapi. n. 4.

Transfertur dominium talis donationis à tempore mortis, nulla exspectata hæreditatis additione. n. 5. Et ibi quid si excedat summam debitam sine insinuatione? & donans confirmet excessum in testamento?

An reuocata donatione aut morte non confirmata, teneatur coniux donatarius restituere omnes fructus percepctos? Et ea morte confirmata comparat donatarius solos fructus industriales percepctos, & hoc tantum quando credidit bona fide valere donationem? Refertur opinio affirmans, n. 6.

Licet donatio non confirmetur morte, acquirit coniux donatarius fructus industriales, nec ad hoc requiritur bona fides. n. 7.

Reuocata donatio, aut morte non confirmata, non retrotrahitur quoad omnes fructus, sed tantum quoad naturales, & cæteros acquirit coniux donatarius, nec omnes tenetur restituere, sed in quantum factus est locupletior. n. 8.

Non

Non requiritur bona fides in coniuge donatario, vt donatione morte confirmata fructus acquirat, n. 9. Et hæc donatio retrotrahitur quoad fructus naturales & industriales, n. 10.
Explicatur l. Fructum percipiendo. ff. de vsuris, eodem n. 10.

1 SIT conclusio. Donatio inualida inter coniuges, dum morte confirmatur, non trahitur retro ad tempus donationis factæ, quoad dominium rei donatæ, sed tantum quoad fructus ex ea perceptos. Quod trahatur retro, habetur expresse; *l. Donationes quas parentes, 25. C. de donat. inter virum, & vxorem, vers. Si vero vel non amplior*, ibi, *ad illud tempus refer atur, quoad donatio conscripta fuit.* Et *l. Si is seruus, 21. ff. eod. t.* Quod autem non retrotrahatur quoad dominum, probatur quia expressa coniugis voluntas nequit rei donatæ dominium transferre in coniugem, dum ambo superstites erant, cum inter eos sit prohibita, & inualida donatio: ergo multo minus id poterit tacita & præsumpta voluntas, ex qua ea donatio morte confirmatur. Fictio enim non plus operari potest, quam veritas, *l. Filio quem pater. ff. de liber. & posth. & l. Bonorum ff. rem ratam hab.* Quod autem retrotrahatur quoad fructus, probatur, quia constat retrotrahi, & non quoad dominium: ergo quoad fructus. Deinde quia id habetur expresse, *l. Cum pater, §. Pater filio. ff. de legat. 2.* ibi, *nec aliud in vxore, iunct. gloss. verb. Nec aliud.* Et ratio est, quia coniux donatarius possidet rem donatam alio coniuge superstite, (si enim non sibi tradatur, & possideat, non confirmabitur morte ea donatio, vt dixi hoc 6. l. disp. 14. num. 6.) fructus autem possessionem sequuntur. §. *Si quis à non domino, Instit. de rerum diuis. l. Bonæ fidei. ff. de acquir. rerum domin.* ibi, *possessor quoad fructus attinet. loco domini pene est.* Et *l. Qui scit. ff. de vsuris*, ibi *porro bonæ fidei possessor in percipiendu fructibus id iuris habet, quod dominis prædiorum tributum est.* Hanc conclusionem docent *glossa. l. Donationes quas parentes; verb. Referantur, & ibi Bald. fine, C. de donat inter virum, & vxorem idem gloss. l. Talis scriptura. fine, ff. de legat. 1.* vbi *Paul.* dicens communem, *nu. 4. & 5. & Alex. nu. 8. Hostien. sum. t. de donat. inter vir. & vxor. n. 9. vers. Et quod dicit, Bart. l. Sequens quæstio. ff. de legat. 2. Crottus l. Si is qui pro emptore, n. 15. ff. de vsucap. Ioann. Lupus rubr. de donat. §. 72. nu. 1. Conar. rubr. de testam. 3. p. n. 5. Gregor. Lop. l. 4. verb. En su vida, t. 1. p. 4. Ant. Gom. 2. var. c. 4. n. 23. vers. Aduertendum, & l. 5. Tauri, n. 65. Vill. alobos in commun. opin. lit. D. verb. Donatio, num. 150. Iul. Clarus l. 4. recept. §. Donatio, q. 9. vers. penult. Padilla l. Cum virum, n. 18. C. de fideicomm. Angulo de melior. at. l. 1. gloss. 1. nu. 8.* Et ex Theologis, *P. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 289. §. Vt disp. præced. Lud. Lop. lib. de contractib. c. 47. ad fin. §. Notandum est.* Quæ non est audienda *gloss. d. l. Sequens quæst. fine, & l. Sub conditione, verb. Olim, fine, ff. de solut.* quam sequuntur alij, quos refert *Pinellus de rescind. vendit. l. 2. p. 2. c. 4. n. 51.* docens hanc donationem retrotrahi etiã quoad dominium. Quam bene reprobat *Bart. d. l. Sequens quæstio.*

2 Hinc infertur donationem hanc retrotrahi quoad fructus perceptos à tempore donationis traditione sequuta, si enim prius donatio facta est, quamuis traditione ante mortem donantis sequuta, confirmetur donatio, at non retrotrahetur quoad fructus ante traditionem perceptos. Quia ratio acquirendi fructus est possessio, vt dixi n. præced.) ergo fructus ante possessionem percepti non acquirentur. Sic *Conar. rub. de testam. 3. p. n. 5. Molina n. præced. alleg.*

3 Secundò infertur, quando donatio excessit legitimam summã, nec insinuata fuit, si in testamẽto donantis cõfirmaretur, non retrotrahi quoad fructus ex illo excessu perceptos, sed soli fructus illius incrementi, percepti à morte donantis pertinebunt ad coniugem donatarium. Quia quoad illum excessum habet vim legati, (vt diximus hoc l. 6. disp. 14. n. 24.) quando autem debetur vt legatum, nõ retrotrahitur quoad fructus, (vt dixi disp. præc. n. 7.) Cum autẽ quoad legitimam summam, quæ poterat absque insinuatione donari, confirmetur morte (vt dixi d. disp. 14. n. 25.) quoad illam retrotrahetur quoad fructus à tempore traditionis perceptos, sicut aliæ donationes morte confirmatæ. Sic *P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 289. §. Vt disp. præc.*

4 Tertiò infertur, hanc donationem, quæ morte confirmatur, non antea vsucapi incipere, quam donantis morte confirmata sit. Sic alios referens *Greg. Lop. l. 4. verb. En su vida, titul. 11. par. 4. Molina n. præc. relatus.*

Quartò infertur, statim à tempore mortis coniugis 5 donantis transferri dominium in coniugem donatarium nulla hæreditatis additione exspectata, in quo distat à legatis. Ita docent per *l. 1. C. de donat. inter virum & vxor.* cum Bartolo, Paulo & cõmuni, *Ant. Gom. 2. variar. c. 4. n. 24. vers. Aduertendum tamen, Gregorius Lopez l. 4. verb. En su vida. fine, tit. 11. p. 4. P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 289. §. Illud etiam obseruandum est.* vbi addit, si donatio insinuata non sit, summamque excedat, excessusque confirmatus sit in testamento, cum vim legati habeat, (vt diximus qu. 3.) iudicandum esse circa translationẽ dominij, sicut de aliis legatis: nisi excessus esset modicus: tunc enim per concomitantiam, ait, dominium excessus transire in donatarium, vnà cum reliqua rei donatæ summa. Quia permixta sunt, nec designare licet, quid in re donata rationem habeat excessus. Contra autem, si valor quingentorum aureorũ, qui absque insinuatione donari potest, modicũ quid esset comparatione excessus, dicit ante hæreditatem aditam minime comparare donatarium illius summæ dominium.

Dubium autem non leue est, an hæc retrotractio sit 6 quoad omnes fructus, requiraturque in donatario bona fides? Et reuocata donatione, aut morte non confirmata, teneatur coniux donatarius omnes fructus perceptos restituere? Nam *Ioan. Lop. rubr. de donat. §. 72. n. 1. & in fine*, ita dicit. Primum est, requiri bonam fidem in coniuge donatario, nimirum, vt credat donationem valere, quo fructus sibi comparet, qua deficiente minimè comparare, nec retrotrahi donationem morte confirmatam quoad illos. Ducitur, quia si nouit donationem non valere, non possidet bona fide: ergo fructus non acquiret: iuxta *l. De fructibus, 18. ff. de donat. inter vir. & vxor. iunct. gloss. verb. Habere*, vbi hæc ait, *adeoque cum mulier donationem prædiorum valere putauit, fructus suos facit.* Idem *gloss. l. Fructus percipiendo, 45. verb. Maritus, & verb. Donata ff. de vsuris: Ioann. Andr. c. fin. n. 4. de donat. inter vir. & vxor. & ibi Cardin. num. 4.* idem *glossa, l. Quod vxor, verb. Pro possessore. ff. de acquir. rerum dom. Ioann. Garcia de expensis, c. 23. nu. 1. 22. & 23. Salic. Imola, Areuz.* & communis vt refert *Pinell. de rescind. vendit. l. 2. p. 2. c. 4. nu. 49.* Secundo dicit *Ioan. Lop.* donationem hanc morte confirmatam nõ retrotrahi quoad omnes fructus, sed quoad solos industriales. Ducitur per *d. l. Fructus percipiendo.* ibi, *fructus percipiendo vxor, vel vir ex re sibi donata sues facit illos tantum, quos suis operis acquisierit, (velut serendo,) nam si pomum decerpserit, vel ex sylua ceciderit, non fit eius sicut nec cuiuslibet bonæ fidei possessoris, quia non ex facto eius is fructus nascitur.* Tertiò dicit *Ioan Lopez*, si donatio reuocetur, aut morte non confirmetur, eam retrotrahi quoad omnes fructus: & proinde coniugem donatarium teneri restituere omnes fructus perceptos.

Dicendum tamen est primo donationem reuocatam, 7 aut morte non confirmatam, retrotrahi quoad solos fructus naturales, illosque tantum teneri coniugem donatarium restituere: fructus autem industriales sibi comparare: nec vt hos comparet, exigi bonam fidem, qua putet donationẽ valere. Prob. prior pars, quia fructus illi industriales non tam ex re ipsa quã ex industria donatarij possidentis percepti sunt, quare coniux donans quoad illos non efficitur pauperior: in quo casu valet donatio inter coniuges (vt dixi hoc 6. lib. disp. 4. n. 1. & 6.) Deinde probatur simul vtraq; pars, quia *l. Fructus percipiendo. ff. de vsuris, & l. De fructibus. ff. de donat. inter virum, & vxorem*, non considerant bonam fidem, vt coniux donatarius acquirat fructus industriales, sed coniugem donantem non efficiat pauperiorem quoad hos fructus, cum non tam ex re ipsa, quam coniugis donatarij industria percipiantur. Itẽ, quia *dict. l. De fructibus*, quasi reddens rationem, cur coniux fructus rei donatæ acquirat, ait, *licitam habere donationem.* Et ita sentit fructus acquiri ex ipsa donatione immediatè, & non ex vi possessionis bonæ fidei. Et confirm. quia quamuis coniux norit donationem non valere, bona fide & tu-

ta

ta conscientia possidet, exspectans confirmationem mortis vt dixi hoc l.6. disp.1.n.3. & ita iure permittente possidet, vt donatio ea morte confirmari possit. Quare cum fructus ipsi tam possessionem sequantur, (vt probaui n.1.) non mirum est, si ratione huius possessionis ius sibi concedat eorum fructuum industrialium acquisitionem. Sic docent Fabros l. Ex annuo ff. don. inter vir. & vx. Pinellus de rescind. vend. t.1.p.2.c.4.n.50. Conanus l.8. commentar. iuris c.11. Et videtur tenere Spino speculo testament. glos. 13.n.43. & 44. reddit enim rationem, ad d.l. Fructus, & ad d.l. De fructibus, applicantem coniugi donatario fructus industriales: quia aliter non fit pauperior.

8 Immo nec reuocata donatione, aut morte non confirmata tenetur coniux donatarius omnes fructus naturales restituere: sed industriales statim irreuocabiliter acquirit, (vt probaui num. præc.) Et videtur expresse tenere glos. l. Generaliter, §. Proinde, ver. Ex aliqua ff. de fideicomm. libert. vbi dicit, fructus non augere rem donatam, vt cum ea reuocentur. Et docent Pinellus d.c.4.nu.51. Ioan. Garcia de expens. c.23.n.34. vers. In renouatione. Fructus autem naturales tenetur restituere, in quantum factus est locupletior. vnde si inutiliter eos consumpserit, non tenetur restituere, sicut si rem donatam inutiliter consumpsisset, nec ex ea factus esset locupletior, non teneretur eam restituere, reuocata aut non confirmata donatione: vt dixi hoc 6.l. disp.3.n.3.

9 Hinc infertur, minime requiri, quando donatio morte confirmatur, quo retrotrahatur quoad fructus, bonam fidem in coniuge donatario, quo existimet donationem valere. Quia bona fide & iuste possidet, quamuis sciat nó valere: (vt probaui nu. 7.) Deinde quia l. Donationes quas parentes C. de don. inter vir. & vxor. absolute decidit donationem hanc morte confirmatam, retrotrahi, nec confidebat bonam fidem. Sic Pinellus eo cap. 4. n. 51.

10 Secundo dico, donationem morte confirmatam retrotrahi quoad omnes fructus naturales, & industriales. Probatur, quia si tantum quoad industriales, inutilis & vana esset hæc retrotractio: eos enim fructus donatione non confirmata acquirit coniux donatarius, (vt probaui nu. 7 & 8. Deinde, quia textus & Doctores all. g. num. 1. indistincte docent eam donationē retrotrahi quoad fructus: nec d.l. Fructus percipiendo, qua Ioan. Lupus probat suam sententiam, loquitur de donatione morte confirmata, sed quando mortē nōdum confirmata est, decidit statim acquiri coniuge donatario fructus industriales, non tamen naturales: vt probaui nu. 7.

DISPVTATIO XVII.

Vtrum donatio inter coniuges inualida, sicut confirmatur morte naturali, ita & confirmetur morte ciuili? Vt si donans exulet, ita vt perdat ciuitatem, vel efficiatur seruus pœnæ, aut hominis, vel profiteatur religionem.

SVMMARIVM.

Quotuplex sit mors ciuilis, & quæ quæstiones disputandæ sint, n 1.
Referuntur opinio negans confirmari hanc donationem morte ciuili, qua donans exulat, ac ciuitatem amittit, n 2.
Confirmatur tali morte ciuili, ac potest vxor reuocare, n. 3.
An vir efficiatur seruus hominis, non confirmatur ea donatio, secus si fiat seruus pœnæ, n 4.
Confirmatur tam respectu fisci. Quia publicatis bonis viri ea donatio non publicabitur: at vero vir posset reuocare. & tunc res illa donata erit sua. & non fisci, num. 5.
Si vxor donauerat viro non confirmabitur ea donatio della morte ciuile di Vlpiano, num. 6.
An confirmetur hæc donatio professione religionis coniugis donantis? Referuntur duæ sententiæ, n. 7.
Vt donatio confirmetur professione religionis coniugis donantis, nil refert siue ante matrimonij consummationem facta sit, siue consummato, licentia alterius coniugis, n. 8.
Hæreticus professus bona sibi in communi, non confirmatur donatio. sed exspectabitur mors naturalis donantis. si vero non possideat, tam fit professus, n. 9.

An exigatur ad hanc confirmationem, vt coniux donans sponte degradetur religionem? 10
An possit talis professus in religione possidentia bona in communi, reuocare talem donationem factam vxori, n. 11.

TRIPLEX est mors ciuilis. Quædam, qua coniux exulat, ita vt ciuitatem perdat. Alia, qua efficitur seruus hominis, aut pœnæ. Tertia, qua religionem profitetur. Triplex igitur est quæstio in hac disp. tractanda. Prima de morte ciuili generis. Secunda de secundo mortis ciuilis genere. Tertia de vltima morte ciuili. 1

QVÆSTIO I. An donatio inualida inter coniuges, cōfirmetur morte ciuili qua vir donans in exilium mittitur, ciuitatemque perdit? Negant multi. Per l. Res vxoris. C. de donat. inter virum. & vxorem. Pro hac sententia est glossa. c. Licet vndique, in fine. de offic. deleg. vbi asserit morte ciuili non confirmari hāc donationem. Et videntur tenere Ioan. Andrea c. fin. n. 3. de donat. inter vir. & vxor. & ibi Præpositus num. 5. dicunt enim confirmari, si coniux donans perdat ciuitatem, & libertatem. Et tenent Alexan. de Neuo, eodem c. fin. nu. 11. Rosella Donatio, 1. n. 34. Angelus Donatio, 3. n. 4. Syl. Donatio, 2. q. 4. Tabiena Donatio. 3. q. 3. nu. 4. Lud. Lopez l. 2. de contract. c. 47. §. Tertio confirmatur. 2

Contrarium tamen expresse habetur de donatione causa mortis. l. Sed si mors ff. de don. inter vir. & vxor. atque ita idem dicendum est de hac donatione: cum similis sit illi, & vtraque morte confirmetur. Sic docet Ioan. Lup. rubr. de don. §. 71 init. P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 288. §. Donatio causa mortis. Pro qua sent. sunt aliqui Doctores generaliter docentes morte ciuili hanc donationem firmari. Sic multi quos refert & sequitur Tiraq. l. Si vnquam, verb. Libertis, n. 122. C. de reuoc. donat. Greg. Lopez l. 4. verb. En su vida, t. 11. p. 4. Vnde forte priores DD. intelligunt non confirmari respectu viri, eo quod reuocare possit, dum viuit: vel si vxor donauerat vtro: iuxta ea quæ dicemus n. 5. & 6. 3

QVÆSTIO II. Vtrum donatio hæc confirmetur morte ciuili, qua vir donans efficitur seruus pœnæ, aut hominis. Breuiter dicendum est confirmari, si seruus pœnæ efficiatur, non autem si seruus hominis, sed tunc euanescere donationem. Hæc posterior pars expresse habetur, l. Cum hoc statu, 35. §. Si donator seruus ff. de don. inter vir. & vx. Vtraque autem pars probatur ex l. Rex vxoris. C. de eodem t. in nulla glos. verb. Deducto, vbi dicit confirmari quando donans efficitur seruus pœnæ, vt si damnetur in metallum, secus si seruus hominis. Et ratione differentiæ assignant: quia donans seruus pœnæ effectus in nullius potestatem transit quire reuocare donationem valeat: quando autem fit seruus hominis, adest dominus qui reuocare possit. Idē tenent Suarez allegat. 20 nn. 22. & 23. Rosell. Angel. Sylvest. Tabiena. Lud. Lopez n. 1. allegati. 4

Intelligē tamen confirmari ea morte ciuili respectu fisci, ne ea bona donata capiat bonis viri publicatis: non autem respectu viri donantis, potest enim ipse dum superstes est, reuocare. Sic de donatione causa mortis expresse decidit. l. Sed si mors ff. de don. inter vir. & vx. Et dixi hoc 6. l. disp. 10. n 5 Et ita videtur idem dicendum de donatione facta vxori inter viuos: cum æquiparetur donationi causa mortis, in eo quod vtraque morte confirmetur. Et licet Conar. rub. de testa. 5. p. n. 4. vocet hanc nimiam extensionem at Bald. l. Res vxoris. C. de donat. inter. vir. & vxo. generaliter docet donationem factam vxori non publicari viro misso in exilium: idem Gregor. Lopez l. 4. verb. En su vida, tit. 11. p. 4. & loquitur de donatione facta inter viuos inter coniuges, & P. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 288. §. Donatio causa mortis, & disp. 289. § Dissentiat præcedenti. Si autem vir reuocauerit prædictam donationem post bonorum publicationem, res donatæ erunt suæ, & non fisci, eo quod in publicatione bonorū inclusæ non fuerint, l. Si deportati seruo. ff. de legat. 3. Sic Bald. l. Exequutorem, nu. 3. C. de exequut. reiudic. & reputat singulare Tiraq. l. Si stipulatus fuerim, § Cum stipulamur ff. de verb. oblig. Idem docent Greg. Lopez, & Molina d. disput. 289. proxime allegati. 5

Si autem vxor donauerat viro, donatio hæc non confirmaretur 6

firmaretur simili morte ciuili vxoris. Quoniam id solum in fauorem vxorum videtur introductum, de quibus solis ait *l. Rex vxorib. C. de don. inter vir. & vxor.* Neque ratio eius constitutionis, quam textus ille reddit, locū habet in viris, vt constat, ibi, *& donatio maritalis ante tempus criminis ac reatus collata in vxorem, quia pudicitiæ præmio cessit, obseruanda sit, tamquam si maritum eius natura, non pœna subduxerit.* Sic docet *P. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 289. §. Disp. præcedenti.*

7 QVÆSTIO III. Vtrum donatio hæc confirmetur professione religionis coniugis donantis? Quidam asserunt ea morte non confirmari donationem, sed expectandam esse naturalem donantis mortem. Sic *Vinc. c. fin. de don. inter vi. & vx. Anast. Germonius de sacrorum immun. l. 2. c. 3. nu. 16. & l. 2. in mad. c. 13.* Alij constituunt differentiam inter ingressum religionis ante matrim. consummatum, vel post illud consummatum, de licentia legitima alterius coniugis: & priori casu censent confirmari donationem professione: secus autem posteriori. Ducuntur, quia *l. Res vxoris, C. de don. inter vir. & vxor.* eam mortem ciuilem petit, per quam dissoluitur matrim. vt confirmet donationem, in priori autem casu ea professione dissoluitur matrim. non autē in posteriori. Sic docent *Ioan. And. c. fin. n. 3 de don. inter vir & vx. Ang. Donatio, 3. n. 4. Syl. Donat. 2. q. 4. Tabiena Donatio, 3. q. 3. n. 4. Lud Lop. l. 2. de contract. c. 47. §. Tertio cōfirmatur.*

8 Primò tamen dico, parum referre siue matr. consummatum sit, siue non, vt cōfirmetur donatio per professionem donantis, & sic in casibus in quibus confirmatur donatio professione coniugis donantis ante matrim. consummatum facta, confirmari etiam professione eiusdem legitime facta, nempe, de licentia alterius coniugis, post cōsummatum matrim. Et ratio est quia licet matrim. consummatum nō dissoluatur quoad vinculū per professionē, at quoad effectum dissoluitur: cum nō liceat iam matrim. vti, *c. Accedens, & c. Significauit, de conu. coniug.* Sic docet *Alex. de Nevo c. fin. de don. inter vir. & vxor. n. 12. Præpos. ibi, init. n. 5.* & colligitur plane ex *Ioan. Lop. rub. de don. §. 71. n. 4.* probat enim confirmari eam donationem professione, eo quod professio est mors spiritualis: *l. fin. C. de Episc. & cler. c. Placuit, cl. 2. 16. qu. 1.* Et quia matrim. dissoluitur saltem in effectu, cum non possint coniuges se inuicem repoſcere, & sic manifeste loquitur de professione post matr. consummatum. Pro eadem sent. sunt *glos. d. c. Placuit, verb. Mortuum, Rosella Donatio, 1. n. 35. Manuel 1. to. sum. c. 92. n. 2.* vbi absq; ea distinctione an matrim. sit consummatum, nec ne, docent confirmari donationem professione donantis.

9 Secundò dico, si religio in qua donās professus est, capax sit possidendi in communi bona, donationē minime cōfirmari, sed exspectandam esse naturalē donantis mortem, & vt prius moriatur, quàm donatarius: si autem religio incapax fuerit; sic possidendi, vt est religio Minorum, confirmari donationem ea professione, sicut cōfirmaretur morte naturali donantis. Prob. ex simili doctrina Bartoli, & multorum aliorum, quos refert & sequitur dicēs esse communē *Couar. c. 2. de testam. n. 6.* docentis, testamentum factum ante ingressum religionis nō firmari professione testatoris in religione possidenti bona in cōmuni, sed monasterium habiturum ea bona dum viuit naturaliter testator, confirmari vero testatore profitente religionem nec in communi possidentē bona, & statim ea bona pertinere ad hæredem. Cuius rationem assignāt, eo quod mors ciuilis & naturalis æquiparantur, quando vtraque eundem habet effectum quoad bona: ex doctrina glossę, *Clement. 2. de cleric. verb. Morientē*, quam ad hoc commendat *Alb. c. Nisi essent, num. 11. de prob. & Bald. l. fin. C. de episc. & cler. init. n. 8. Ioan. Lop.* vbi alios refert, *rubr. de don. §. 71. nu. 2.* At quando religio non habet bona in communi, eundem effectum fortitur mors naturalis & ciuilis per professionem: cum iam ea bona nullo pacto possideri valeant ab ipso religioso, nec à religione repræsentāte ipsum: sicut nec à naturaliter mortuo. Verum quādo religio possidet bona in communi, non habet eundem effectum mors ciuilis per professionem, quoad bona, quem mors naturalis: quāuis enim religiosus ipse possidere nequeat, atque bonis frui, potest tamen ipsa religio quæ religiosum repræsentat eiusque loco habetur, *c. In præsentia, de prob. & auth. Nisi rogati, C. ad Trebellianum*: ergo similiter in nostro casu. Sic videtur tenere *Ioan. Lupus rub. de don. §. 71. n. 1. & 2.* iuncto eo quod dicit, *n. 3. init.* Et docent *Rosella Donatio, 1. n. 35. Syl. Donatio, 2. q. 4. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 92. n. 2. Lud. Lop. l. 2. de contract. c. 47. §. Tertiò confirmatur.* Et ita tenendū est: quamuis fatear non esse vsque adeo certum, donationem hanc confirmari professione in monasterio nō possidēte bona in communi. Nā fundamentum cui innititur, testamentum, scilicet, confirmari eadem professione, quāuis communissimum sit; non est absque controuersia: multi enim illud negant, docentes donec professus illa naturaliter moriatur, bona ad Ecclesiam Rom. vel venientes ab intestato pertinere: quos refert *Suarez alleg. 20. n. 18.*

Cauendum autem est à *Ioan. Lop. Rubr. de don. §. 71. nu. 4.* 10 vbi limitans doctrinam traditam, docet professione donantis confirmari donationē hanc, quando donās sponte religionem ingreditur, secus quando ob delictum in monasterium detruditur. Per lex. cum gl. *auth. Sed hodie, verb. Habitu, C. ad legem Iul. de adul.* Sed hæc limitatio prorsus displicet. Quia si vere, & valide profitetur in monasterio non possidente bona in communi, siue sponte ingressus sit, siue coactus, eadem prorsus militat ratio. Nam cum tam ipse, quam religio incapax bonorum sit, ea professio eumdem effectum operabitur, quem mors naturalis: quare confirmabitur donatio. Nec *auth. illa. & gl. loquuntur* de professione, sed de vxore in monasterium detrusa in delicti pœnam. Quod si in hoc casu loqeatur Ioan. Lup. doctrina eius non est limitatio sententiæ traditæ, asserentis professione confirmari donationem.

Verum obseruandum est, posse monachum professum 11 in religione possidente in communi bona, dum vita fruitur, reuocare donationem hanc vxori factam. Quæ iuxta tradita, n. 9. minime cōfirmatur vsque ad eius naturalem mortem. Prob. quia est satis probabile, posse hunc reuocare testamentum ante professionem conditum: quod sustinet communis opinio, vt referunt & sequuntur *Burges de Paz l. 3 Tauri, nu. 688. Matienzo l. 5. recop. t. 6. l. 1. glos. 3. nu. 4.* Et quamuis testamento oppositum credam verius cum multis aliis: at diuersa est ratio in donatione hac. Quia testamentum antea factum reuocari nequit sola contraria voluntate, immo nec expressa reuocatione, sed alio æque perfecto testamento. *l. Si iure, ff. de legat. 2. & §. Posteriore, Inst. quib. mod. testam. infirm.* vnde cum professus testandi incapax sit, minime potest prius testamentum reuocare. At donatio causa mortis, cui est similis donatio facta inter cōiuges morte confirmanda, potest ad libitū reuocari, ad idque sufficit sola tacita voluntas: (vt diximus tota disp. 15.) Quare potent professus eam donationem reuocare. Et ita loquens de donatione causa mortis, cui hæc similis est, affirmat, *Suarez alleg. 20. nu. 27.* asserens cum aliis quos refert, etiam tenendo nō posse professum reuocare testamentum, sentiendum esse posse reuocare huiusmodi donationem.

DISPVTATIO XVIII.

Vtrùm donatio sponsalitiæ largitatis inter sponsos de futuro, valida sit, & quando acquiratur ei qui donatur?

SVMMARIVM.

Sponsalitia largitas quid sit & quando conuenit inter sponsos vt ad diem nuptiarum in nullo casu reuocetur, statim acquiritur in quocumque euentu donatario, n. 1.

Vbi nullum inuitur pactum, olim reputabatur donatio simplex. & irreuocabilis, hodie habet tacitam conditionem si matrim. sequatur, vbi consummatio perficitur, n. 2.

Quando matrim. non sequitur culpa donantis, ex tenetur soluere quod promisit. & restituere sponsalitiam largitatem, quam accepit. Et quid si casu, vt alterius morte, & interueniat, eiusdem, vel superueniat non interueniat, vel culpa donatarij non sequatur, vel absque vtriusque culpa ingressu religionis, n. 3.

Quid

Quid si sponsus donauerit iocalia sponsæ, & è contra, & alterius morte eorum sequatur matrim. osculumque solum adfuit, an teneatur sponsus integrè restituere iocalia accepta, sponsa autem solam dimidiam acceptorum partem? n. 4.

An sponsa lucretur hanc dimidiam partem per osculum, siue præcedat, siue sequatur iocalium donationem? n. 5. Et ubi quod si sponsa non sit virgo, cum sponsus talem esse eam existimet? resoluitur.

Quid, si osculum vel copula sint antequam contrahantur sponsalia? n. 6.

Quid, si sponsalia sint conditionalia, & ante conditionis aduentum accedat osculum aut copula, n. 7.

An per solum amplexum lucretur sponsa aliquid sponsalitiæ largitatis? n. 8.

Sponso repræsentabo, an incumbat probare se dedisse ob matrimonii consum. & sponsa intercessisse osculum, aut copulam, aut culpa sponsi dissolutu esse sponsalia? n. 9.

An hæc sint corrolla per iuris nouum Castellæ, n. 10.

An vt acquiratur hæc sponsalitia largitas per osculum, aut copulam, requiratur animus donandi & valeat oppositum pactum? n. 11.

Et an insinuatio desideretur? n. 12.

An in foro conscientiæ prouideat hæc legum dispositio? n. 13.

An acquiratur, vbi vxor nullam dotem attulit? & qualiter tunc sit tenenda? & valeat quando donatio post matr. de præsenti consummatum, aut non consummatum, sine secutis benedictionibus, Ecclesiæ, sponsis non secutis? Resoluitur n. 14.

HACTENVS de donationibus inter coniuges in genere, disputauimus: iam de quadam donatione, nimirum, sponsalitiæ largitatis disputandum est. Quæ in re primò agendum est, quo pacto acquiratur, aut deperdatur sponsalitia largitas? Deinde, quo tempore, & in qua quantitate, donanda sit, ne censeatur donatio prohibita inter virum & vxorem? Tandem, quæ dona tradita sibimet, ab ipsis sponsis, vel ab eorum consanguineis aut extraneis, censeantur sponsalitia largitas? In præsenti ergo disputatione quæritur, quid desideretur, vt sponsalitia largitas efficiatur sponsi, aut sponsæ cui donatur?

Prima conclusio. Sponsalitia largitas est donatio facta inter sponsos de futuro matrimonii ineundi spe, eiusque causa. (Vt dixi hoc li. 6. disp. 1. num. 1. vbi quibus nominibus appellari soleat, explicui.) Huius autem donationis ea est natura, vt pacto inito inter sponsos ne ad donanté vllo casu tedeat, statim acquiratur irreuocabiliter donatario, quamuis nec copula, nec osculum intercedat, & eius culpa matrim. non sequatur, *l. 1. verf. Igitur, ff. de donat. l. Si mater, C. de donat. ante nuptias.* Cuius ea est ratio, nam tunc est donatio simplex & pura, nec iure illo prohibita: cum non fiat inter coniuges, nec referatur in tempus matrimonii contracti: quæ sola donatio prohibita est: iuxta dicta hoc l. 6. disput. 1. num. 2. & 6. Sic *glos. in l. de donat. §. Est & aliud, verb. Exequenter fin. Gom. Arias l. 50. Tauri, n. 2. Ant. Gom. l. 52 Tauri n. 2. Ant. Gom. l. 52. Tauri. n. 2. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. rub. gl. 3. n. 3.*

2 Secunda conclusio. Nullo pacto inter sponsos inito, olim reputabatur donatio absoluta, statimque irreuocabilis, & vt censeretur facta sub conditione matrim. ineundi oportebat eam conditionem exprimi, *l. 1. verf. Igitur ff. de don. & l. 2. & l. Si filiæ, & l. Si tibi, C. de don. ante nupt.* Iure autem nouioti ea conditionis expressio minimè desideratur, sed ex legis dispositione, præsumptaque contrahentium voluntate, tacite inest. Habetur expresse *l. Cum veterum, C. de don. ante nupt. & l. 3. tit. 11. p. 4.* quare secuto matr. firma & pura remanebit, tamquam secuta conditione (vt dicemus disp. seq.) Sic *gl. Gom. Arias n. 3. Ant. Gom. n. 2. Matienzo n. 2. allegg. n. graced. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 290. tmt.* Quod si obijcias, qualiter possit valere hæc donatio, cum referatur ad tempus contracti matrimonij? Dic minime omnino referri, cùm matrim. non secuto culpa alterius, lucretur donatarius totam donationem, & non secuto absque culpa, lucretur sponsa per osculum dimidiam partem: vt statim dicemus.

3 Tertia conclusio. Si matrim. minimè sequatur, distinguendum est sic: Aut non contrahitur ob solius donantis culpam: & tunc donans siue sit sponsus, siue sponsa, perdit quam sponsalitiam largitatem dederat, fietque accipientis, & si aliquid acceperat, restituet integrè: & si quid promisit, tenetur soluere. Si verò ob donatarii culpam, restituet donanti quod ab ipso recepit. Hæc habentur expresse *l. Cum veterum, C. de don. ante nupt.* Quod autem dicimus de amittenda spōsalitia largitate, intelligendum est in hoc regno Castellæ, modo ea non excedat quantitatem, quæ titulo sponsalitiæ largitatis donari potest, de qua quantitate dicemus disp. 24. Quia iura tantum disponunt amitti sponsalitiam largitatem, is autem excessus in hoc regno minime valuit, nec fuit sponsalitia largitas. Si autem casu minime consummetur matrimonium, vt alterius morte, si sponsa receperit à sponso largitatem spōsalitiam, osculumque interceserit, acquiret dimidiam eius partem, alteramque donanti restituet (quando autem interceßit copula, vel matrimonium de præsenti, nondum tamen consummatum, quid acquirat? dicam disp. seq. Si verò sponsa donauerat sponso, nil sponsalitiæ largitatis acquiret sponsus per osculum, sed integrè restituet. Habetur expresse, *l. Si à sponso, C. de don. ante nupt. & l. 3. tit. 11. p. 4.* Et ratio differentiæ est, nam sponsus ob osculum nihil amittit, in nulloque grauatur: at sponsa ruborem ac verecundiam patitur, & non ita facile nuberet, hoc matrim. non secuto. Deinde, quia sponsa potius videtur osculum dare, quàm accipere: vt habetur *l. 3. t. 11. p. 4.* id est, videtur dare spe remunerationis accipiendæ à sponso, eò quòd muliebris sexus auarissimus sit. Quando autem absque culpa, vt ingressu religionis, voto, amissione oculi, vel culpa alterius data occasione iusta dissoluendi sponsalia? dicam disp. 21.

Hinc infertur sponso donante iocalia sponsæ, & similiter sponsa sponso, casuque vt morte non secuto matrim. vel eo dissolato ante consummationem, si osculum interceßit, restituenda esse sponsæ integra iocalia, quæ dedit: ipsam autem solam dimidiam partem acceptorum teneri restituere. Quia sponsus osculo nihil comparat, & proinde integra iocalia restituit, sponsa autem osculo dimidiam partem acquirit: quare solam reliquā partem restituere tenetur. Sic *Cyrus, l. Si à sponso, C. de don. ante nupt. fin. Ioan. Lop. rub. de don. §. 3 fin.* 4

Quarta concluſ. Siue osculum præcedat, siue sequatur iocalium donationem, modo post inita spōsalia accedat osculum, comparat sponsa medietatem iocalium: Prob. ex verbis expressis *l. 52. Tauri, hodie l. 4. t. 2. lib. 5. recop. Castellæ*, ibi *gane si el esposo la uviere besado, la mitad de todo lo que el esposo le uviere dado, antes de consumado el matrimonio.* Vbi solum considerat lex, vt iocalia ante matrimonii consummationem donentur: ergo nihil refert data sint, an non, ante osculum. Et quamuis iure communi non videatur hoc ita clarè decisum: nam *l. Si à sponso, C. de donat. ante nupt.* sic dicitur, *rebus à sponso donatis, interueniente osculo, &c.* vnde posset aliquis existimare res donatas debere præcedere osculū. Verùm id non considerat lex illa; sed parum refert, cùm militet eadem prorsus ratio, ob quam applicat medietatem iocalium per osculum, siue præcedat donatio, siue sequatur: vtroque enim casu sponsa ruborem, ac damnum inueniendi difficiliùs alium virum patitur. Sic docent *Anton. Gom. l. 52. Tauri, n. 6. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. l. 4. gl. 3. n. 1. Azebedo ea l. 4. n. 13. Barbosa rub. ff. solut. matr. 2. p. num. 112.* Vtrum autem, si sponsa non sit virgo, cùm sponsus talem esse existimet, lucretur hanc sponsalitiam largitatem? dicam hoc 6. l. disp. 27. n. 3. & seq.

Quinta concluſ. Osculo vel copula intercedente ante sponsalia, nihil per ea lucratur sponsa. Quia qualitas adiuncta verbo, debet intelligi iuxta verbi tempus, *l. In delictis, §. Extraneus, ff. de noxal.* cum ergo *l. Si à sponso, C. de donat. ante nupt. & l. 3. t. 11. p. 4. & l. 54. Tauri*, loquatur de rebus donatis à sponsis, debent intelligi, quando interuenit osculum, postquā sponsi sunt. Præterea, quia actus culpabilis, ac pœna dignus nón est aliquo legali præmio afficiendus, *l. Sine hæreditas, ff. de negot. gest.* cum similibus adductis per *Cornetum, cons. 76. volum. 1.* sed illud osculum ante sponsalia est peccatum, & pœna dignum, ergo per illud non lucratur sponsa præmium legale medietatis iocalium. Sic docent *Ioan. Lop. l. 52. Tauri, n. 8. & 9.* vbi *Castillo n. 6. & 7. Ant. Gom.* 5 6

Gom.tit.6.Conar.4.decr.2.p.c.4.§.1.n.14. Gom.Arias l.50.Tauri,n.9.& 10.Matienzo d.l.4.gl.3.n.3.Azebedo ca l.4.n.13 Gutier. 3.pract.q.44.n.7.Barbosa rub.ff.solut.matrim. 2.p.nu.108. Lud. Lopez 2.p.instruct.de matrim.c.26.f.1032.

7 Hinc infertur, si sponsalia sint conditionalia, per osculum datum ante conditionis euentum, nihil lucrari sponsam: quia adhuc præcedit sponsalia, actusque culpabilis est. Quando autem tunc adest copula? dicam disp.seq.

8 Sexta conclusio. Si post sponsalia solus amplexus absque osculo & copula intercedat, nihil comparabit sponsa. Quia textus n.3. relati expresse lucrum medietatis iocalium soli osculo concedunt: nec eadem de amplexu militat ratio, maiorem enim ruborem patitur sponsa propter osculum. Sic tenent *Ioann.Lap.l.52.Tauri, n.18. Castillo ibi,n.13. Azebedo lib.5.recop.tit.2.l.4.n.31.*

9 Hinc infertur sponsum repetentem iocalia quæ sponsæ donauit, quando per ipsum non stetit, quominus impleretur matrimonium, minime teneri probare se dedisse ob causam, & eam non esse secutam: sed satis esse probare tempore donationis contracta fuisse sponsalia. Quia (vt dixi n.2.) intelligitur eum dedisse causa matrim. Sponsæ autem incumbere onus probandi, osculum vel copulam interuenisse, vel sponsi culpa dissoluta esse sponsalia, vel aliter inter ipsos conuenisse. Quia vt ipsa lucretur, aliquid horum deideratur, quate cum hoc sit suæ intentionis fundamentū, ipsius est illud probare. Sic *Ioan.Lap.l.52. Tauri,n.12.& ibi Castillo,n.9.Matienzo lib.5.recop.t.2.l.4.glos. 4.n.1.* Vnde dum *Bald.l.Si præsidi, C.de don. ante nupt.* asserit teneri sponsum probare se dedisse ob causam, & eam nō esse secutam; intelligitur secundum ius antiquum, quo attento reputabatur donatio absolutarvt dixi n.2.

10 Vnde non est audiendus *Castillo l.52.Tauri, num.21. vers. Adde sed illa lex*, asserēs *l.52.Tauri, hodie l.4.t.2.lib.5.recop.* correctam esse per *l.101.in cuius Matriti*, hodie *l.1.t.2.eiusd.lib. 5.recop.* vbi disponitur non posse sponsalitiam largitatem excedere octauam dotis sponsæ partem. Sed bene eum reprobat *Azebedo li.5.recop.t.2.l.4.n.32.* quia cum sub *eod.t.2.* vtraque lex collocetur, credendum minime est sub eodē titulo esse legum correctionē. Deinde, quia hæ leges nullo pacto sibi aduersantur, sed tantum illa lex prima limitat legem quartam, ne sponsalitia largitas quæ per osculū, vel copulam coniugalem acquiritur, possit in quacumque quantitate donari, sed in octaua dotis sponsæ parte.

11 Septima concl. Vt sponsa lucretur hanc iocalium medietatem per osculum, vel integra per copulam, non desideratur animus donandi in sponso, sed satis est, si de animo contrario non constet per expressam inter eos cōuentionem: Quoniam vbi non initur oppositum pactum, leges relatæ nu.3. applicant per osculum medietatem iocalium, & per copulam ea integra. Sic colligitur ex *Ioan.Lap. rubr.de don.§.6.fin.* vbi postquam latè dubitauerat, an animus donandi desideretur: ait ad sedanda hæc dubia editam fuisse *d.l.52.Tauri.* Et tenet *Azebedo lib 5.recop.t.2.l.4.n. 4.& 20.* Valeret autem oppositum pactum. Quia donatio sponsalitiæ largitatis est voluntaria.

Octaua concl. Quamuis donatio hæc sponsalitiæ lar-
12 gitatis excedat summam, quæ absque insinuatione donari nequit, iuxta *l.Sancimus, C.de don.* valida est absque insinuatione. Quia *l.52.Tauri*, indistinctè decidit, valere hanc donationem, acquisitque per matr. consummationem: & *l.1.t.2.lib.5.recop.* solùm restrinxit hanc donationem, ne in ea quantitate sit, vt octauam dotis sponsæ partem excedat. Sic *Molina to.2.de iust.tract 2.d.290.§. Quantum est.*

Vltima conclusio. Harum legum dispositio procedit
13 in foro conscientiæ, & ita sponsa acquirens iocalia ob causas prædictis legibus definitas, tuta conscientia ea retinet. Quia hæ leges iustæ sunt, & optimæ rationi innituntur, per osculum enim sponsa ruborem patitur, & aliquam honestatis diminutionem, difficiliusque nubet: ergo æquitas poscit, vt in præmium, dimidiam iocalium partem consequatur, non autem integra, sed per copulam, qua matrim. consummatur, impleturque conditio sub qua donatio hæc fit. Sic docent *Minchaca, de succes. creat.l.1.§.1.n.26.ad fin. Azebedo lib.5.recop.t.2.l.4.n.18.*

Vtrūm autem valeat sponsalitia largitas promissa spon- 14
sæ nullam dotem afferenti, qualiterque sit tunc taxanda? dicam hoc 6.l.disp.24.num.6. & an valeat, quando donatur matr. consummato, aut nondum consummato, siue secutis, siue non benedictionibus Ecclesiæ? dicam tota disput.25.

DISPVTATIO XIX.

An acquiratur sponsalitia largitas per solum matr. de præsenti non consummatum, etiam traductione ad sponsi domum secuta, aut per copulam præcedentem matrimonium?

SVMMARIVM.

Quando consummatur matrim. acquirit sponsa integra iocalia, n.1.
Non requiritur traductio ad sponsi domum, nec benedictiones Ecclesiæ desiderantur n.2.
Per solum matr. absque consummatione, & osculo, nil lucratur sponsa n.3.
Quid si secuta sit traductio ad sponsi domum vel benedictiones Ecclesiæ recepta fuerint n.4.
An si post sponsalia accedat copula lucretur sponsa aliquid iocalium. 5
Quid, si ante sponsalia sit copula, vel post sponsalia conditionalia, non purificata conditionem 6.
An sponsa lucretur hanc sponsalitiam largitatem sibi donatam à sponso per mortē consummatum matrimonium? Resp. veriorem opinionem negare, n 7.
Si donatio fit à sponsa de futuro, lucratur totam sponsi consummato matr. n. 8.
Quid si à sponsa de præsenti ante consummationem matri donata sit? Proponuntur tres doctrinæ, n.9. Et decidituir valere, n.10.
Verba gratia frequentiora, vbi posita in lege, hæc eam limitant, non mutant in aliis iuris dispositionibus, n.10

VT distinctè procedamus, prius de sponsa qualiter 1
consummato matrimonio, lucretur totam sponsalitiam largitatem, erit sermo. Deinde autem à num.7. de ipso sponso agemus. Et quidem constat sponsam comparare integram sponsalitiam largitatem, matrimonij consummatione. Prob. ex *l.Si à Sponso, C.de donat ante nupt.* ibi, *si ante nuptias hunc vel illum mōdum contegerit.* Et *l.3.tit.11.p.4.* ibi, *si muriesse ella ante que el matrimonio fuesse acabado.* Et clarius *l.52.Tauri, hodie l.4.t.2.lib.5.recop.* ibi, *pero si qualquier dellos muriere despues de consumido el matrimonio.* Et ratio est, quia tunc omnino perficitur cōditio ineundi matrimonij, cōsummatione autem nondum accedente, non est perfectè impleta conditio, adhuc cùm possit dissolui per alterius in religionem ingressum. Sic *Ioan Lap.l.52.Tauri, num.16.& rubr.de donat.§.4.n.1.in fine, & initio, Gom. Arias l.51.Tauri n.5. Gregor.Lopez,l.3.verb. Pesado t.11.p.4.*

Nec desideratur traductio sponsæ ad sponsi domum. 2
Quia textus nu. præc. allegati, solum considerant matrimonij consummationem, ad integra iocalia comparanda. Sic *Villalobos in concordia iuris ciuilis, & regij, littera D.verb. Donatio,n.24.Olanus in concord.d. littera D.verb.Donatio, n.69. Azebedo lib.5.recop.t.2.l.4. nu. 2. & 3.* Et eadem ratione non desiderantur Ecclesiæ benedictiones.

Hinc infertur, per matrim. ratum non secuto osculo, 3
nihil lucrari sponsam, si tunc dissolueretur morte, vel alio modo, absque culpa, vt professione religionis. Quia nondum est verificata perfectè conditio ineundi matrim. cum consummatum non sit, nec medietas sponsalitiæ largitatis acquiratur osculo deficiente: vt diximus disput. præc.n.3. Sic *Ioan.Lap.rubr.de donat.§.4.initio.*

Limitat autem *Greg.Lop.l.3.verb. Pesado, t.11 p.4.* nisi tra- 4
ductio sponsæ ad domum sponsi secuta sit, tunc enim ait, acquireret sponsam totam sponsalitiam largitatem. Quia præsumitur copula per talem traductionem, & ita censetur quoad hunc effectum iam matrim consummatum. Sed hæc limitatio displicet: quia *l.52.Tauri*, ponderat matrim. verè consummatum esse, ibi, *pero si consumido el matrimonio.* At verè non consummatur matrimonium, nisi per copulam: ergo ante eam quantumuis sponsa tradu-
cta sit ad sponsi domum, non acquiret integram sponsali-
tiam

tum largitatem. Sic *Ioan. Lup. rubr. de don. §. 4. n. 1. fin. & l. 52 Tauri, n. 16. & Castillo ibi, nu. 17. fine*, & melius *num. 18. & fin. Azebedo li. 5. recop. t. 2. l. 4. n. 2.* Qui *n. 32.* hoc limitat, nisi benedictiones Ecclesiæ secutæ sint, tunc enim ait per traditionem ad domum acquiri totam sponsalitiam largitatem. Sed hoc caret fundamento. Quia cum copula non accesserit, matrim nondum consummatum est.

5 Quando autem post sponsalia de futuro intercedit copula, acquires sponsa integram sponsalitiam largitatem. Quia iam matrimonium consummatum est: per *l. Si qui sponsæ, de sponsal.* Sic *Ioan. Lup. rubr. de donat. §. 4. initio, Ant. Gom. l. 52. Tauri, n. 3. Matienzo li. 5. recop. t. 2. sub gloss. num. 3.* Quod tamen iure antiquo verissimum erat. Hodie autem cum per *Trident. sess. 24. de matrim. c. 1.* cessarint matrimonia præsumpta, & copula illa minimè cõsummentur, non acquiretur per eam sponsalitia largitas. Sic *Matienzo ibi, n. 4. Molinæo 2. de iust. tract. 2. disp. 290. §. Quando autem*: vbi addit, tunc non plus consequi sponsam per copulam, quam per solum osculum: vnde videtur supponere cõsequi medietatem iocalium, sicut per osculum. Sed hoc nõ caret difficultate: quia cum copula illa illicita sit, pœnaque digna, non est adscribenda præmio legali medietatis lucrosũ, quales leges afficiunt osculum, quod inter sponsos de futuro licitum est. Qua ratione disp. præc. n. 6. diximus per osculum præcedens sponsalia, nihil sponsalitiæ largitatis acquiri. Verùm placet per eam copulam acquiri medietatem sponsalitiæ largitatis. Quia leges minimè cõsiderarũt an osculum, vel copula licita sint, sed roborem & detrimentum sponsæ, quæ grauiora sunt copula secuta, quam solo osculo intercedente. Nec obstat obiectio cõtraria, quia osculum præcedens sponsalia prorsus culpabile est, nullamque excusationem habet: at copula post sponsalia, quamuis coram Deo culpa lethalis sit, at in foro externo hominumque æstimatione non tribuitur culpæ, nec infamiæ fœminæ: cum fiat spe proximi matrim.

6 Inquires autem, quid dicendum sit de copula habita post sponsalia conditionalia, nondum impleta conditione? (Quando enim ante spõsalia habita est, dixi disp. præc. n. 6.) Et quidem, si liberum non sit contrahentibus, à cõditione recedere: vt si impediti contrahant sponsalia sub conditione, Si Pontifex dispensuerit, manifestum est per copulam ante dispensationẽ habitam nihil acquiri. Quia cum conditio nondum impleta sit, copula illa omnino præcedit sponsalia. Si autem liberum erat contrahentibus à conditione recedere, erat enim pendens ex eorum voluntate, vt si duo contrahant sponsalia, si sponsa tantam dotem attulerit, tunc videtur per copulam acquiri medietatem iocalium: quia per eam videtur recessum à conditione: iuxta *cap. Per tuas, de condition. appos.* & ita copula illa habetur post sponsalia absoluta. Sed dicendum nihil acquiri: quia attento *Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* per eam copulam non recedit à conditione: (vt probaui li. 1. disp. 26. n. 12.) & proinde copula illa omnino præcedit sponsalia per facta & vera: quo casu nihil per eam acquiritur: vt dixi disp. præc. n. 6.

7 Hucusque de sponsa sermo habitus est, quid acquirat per copulam. De ipso autem sponso difficultas est, an cõsummato matrimonio acquirat totam sponsalitiam largitatem, seu iocalia donata sibi à sponsa: sicut diximus n. 1. lucrari tunc sponsam integra iocalia quæ sibi sponsus donauerat. Aliqui negant acquirere, dicentes teneri ea integræ sponsæ restituere, nisi apertè constet de animo donãdi. Quia *l. Si à sponso, C. de don. ante nupt. & l. 3. t. 11. p. 4. & l. 52. Tauri, hodie l. 4. t. 2. lib. 5. nouæ recop.* in hoc casu nihil disponunt, sed tantum quando sponsus donauerat sponsæ: & licet sint correlatiua, non est eadem ratio. Præterea, quia sexus fœmineus anxiissimus est, raroque eum donare præsumitur: vt expresse habetur *ea l. Si à sponso, & l. Si stipulata, §. Si vxor. ff. de don. inter vir. & vxor. & l. Si ego. ff. ad S. C. Velleia, & l. 3. t. 11. p. 4.* quare in viro præsumitur animus ea iocalia donandi, secus autem in fœmina. Et ita in hanc partem magis propendet *Gomez. Aria. l. 50. Tauri, num. 19.* Et tenet *Azebedo libr. 5. recopil. tit. 2. l. 4. num. 16.*

Quamuis autem DD. non ita distinguant: duplex in hoc casu est distinguendus. Prior, cum sponsa de futuro donat iocalia sponso. Posterior, cum sponsa de præsenti. Et in priori casu, contra priorem sent. dicendum est, matrimonii consummatione lucrari sponsum integra iocalia sibi à sponsa de futuro donata. Prob. ex *l. Si à sponso, G. de donat. ante nupt.* ibi, *quod si sponsa donationis titulo fuerit aliquid sponso largita, & ante nuptias hunc vel illum mori contigerit, ad donatricem sponsam, sine eius successores donatorum rerum dominium transferatur.* Quod idẽ clarius explicuit *l. 3. t. 11. p. 4.* ibi, *E si muriesse ella ante que el matrimonio fuesse acabado, essonce en tal caso como este, quier se han bs. sado, o non, deue tornar la cosa dada à los herederos de la esposa*: ergo à contrario sensu nuptiis secutis, seu matrimon. consummato non tenebitur sponsus iocalia sibi donata restituere, sed ea integre acquiret. Argumentum enim à contrario sensu est fortissimum in iure. *l. 1. §. Huius rei. ff. de effic. eius cui manda. est iurisdict.* cum aliis quæ congerit *Everard. loco à contrario sensu, nu. 1.* Præterea, quia *l. Cum veterum, C. de don. ante nupt.* decidit ad quod datur à sponso, sponsæ, veram donationis rationem habere, factæ sub spe, ac tacita conditione futuri matrim. & *ibi in fine*, hic concluditur, *que similiter obseruari oportet, & si ex part. sponsæ in sponsum donatio facta fuerit*: ergo sicut donatio sponsi sponsæ intrè acquiritur à sponsa consummato matrim. eò quòd tunc putificetur conditio, & proinde maneat donatio absoluta, & pura: similiter eadem ratione donatio sponsæ, sponso, quæ eandem tacitam conditionem habet, manebit tunc pura & absoluta, & integrè sponsi erit. Sic docent *Ioan. Lup. rubric de donat. §. 4. init. & l. 52. Tauri n. 13.* vbi *Castillo nu. 11. & 12. Ant. Gom. n. 3. 4. init. & l. 52. Tauri n. 13.* vbi *Castillo nu. 11. & 12. Ant. Gom. n. 3. Auenda. de exequend. mandat. 1. p. c. 15. n. 3. fin. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. l. 4. gloss. 4. n. 2. Gutier. 3 practic. q. 44. fine.*

In posteriori autem casu, quando sponsa de præsenti donat sponso: vrgentior est difficultas, an consummato matrimonio sponsus donata lucretur. Videtur enim minimè eum lucrari: Quia iure communi & partitarum, huiusmodi donatio inter sponsos de præsenti facta, non valebat, & solum valet iure nouiori huius regni Castellę, per *l. 52. Tauri, hodie l. 4. t. 2. lib. 5. recop.* (vt dicemus hoc 6. li. disp. 23. num. 2.) at ea lex tantum agit, quando sponsus donat sponsæ de præsenti, decernitque sponsam integra iocalia acquirere: ergo cum omittat quando sponsa de præsenti donat sponso, hic casus omissus remanebit in iuris communis dispositione. *l. Commodissime. ff. de liber. & posth.* atque ita ea donatio non acquiretur matr. consummato. Et confirm. quia ea lex est iuris communis correctoria, & consequenter non extendenda vltra casum in quo disponit: eo vel maximè, quia non est eadem ratio in vtroque casu.

Cæterum dicendum est, etiam in hoc casu acquirere sponsum integra iocalia, matrimonii consummatione. Prob. quia quamuis *d. l. 52. Tauri*, nihil disponat in donatis per sponsam de præsenti, sponso, at cum sponsus & sponsa sint correlatiua, dispositum in vno censetur in alio disponi. Lex enim noua corrigẽs in vno correlatiorum, censetur in altero corrigere *l. fin. C. de iudicia vidua*, vbi notant *Bart. Angel. Iason*, cum multis aliis quos refert & sequitur *Everard loco à correlatiuis n. 7.* nec in hoc casu est diuersa ratio, sicut diximus disp. præc. num. 3. esse diuersam, quando est donatio inter sponsos de futuro. Quia quando inter sponsos de futuro, ex natura contractus conditionem implicitam futuri matrim. consummati habentis, nil debebatur iocalium sponsæ, aut sponso, quando casu soluitur matrim. nõ consummatum: at leges decreuerunt per osculum acquirere sponsam, medietatem propter roborem quem patitur, qui cum in sponso cesset, nõ habet in eo locum eadem dispositio. At consummato matrim. ratio acquirendi integra iocalia est natura ipsa contractus, tunc enim purificatur conditio, sub qua iocalia donata sunt: quod cum æquè militer in donatis per spõsam, ac in donatis per sponsum, lex noua extendens ius anti-

quum, vt intelligatur in donatis per sponsum de præsenti, idem censetur disponere in donatis per sponsam, spõso de præsenti: eo quod sint correlativa, militetque eadem ratio. Præterea, quia verba posita in lege gratia frequentioris vsus, nec eam limitant, nec in alus iuris dispositionem mutant: sed quia aliud, rarum, positum vero in lege est frequens, ideo hoc explicatur, illo tacito. Vt docent optimè *gl. Clem. 1. verb. Præsidentes, de refer.* Rebuffus *de nominationib. q. 5. a. n. 3. Peralta l. Lucius, la 1. n. 22. ff. de legat. 2. Acoſta c. Si pater, verb. Si alíſque liberis, nu. 26. de teſtam. in 6. Palaez. de Meres de maior. 1. p. q. 31. nu. 4. Valaſcus conſ. 8. n. 2. to. 1.* At lex 52. *Tauri*, explicat donata à sponso sponsæ, subticens donata à sponsa, sponso: quia illud est frequens, hoc autem rariſſimum: vt habetur *l. Si à ſponſo, C. de donat. ante nupt. & lib. 3. tituli. 11 part. 4.* ergo illa verba posita gratia frequentioris vsus, non restringunt legem, nec mutant in aliis iuris dispositionem tradentis dispositum in vno correlativorum, censeri in altero dispositum. Tandem, quia *l. 52. Tauri*, intendit id quod iure communi stabilitum erat circa donata per sponsos de futuro, extendere ad sponsos de præsenti. Cum ergo (vt probaui num. 8.) iure communi donata per sponsos de futuro, acquirerentur tam sponso, quam sponsæ consummato matrimonio: idem dicendum est attẽta *d. l. 52. Tauri*, inter spõsos de præsẽti. Sic docent *Azeuedo de exequend. mandat. 2. p. c. 15. n. 3.* Idem clarè docet *Anto. Gom. l. 52. Tauri n. 4.* vbi postquam *n. 3.* dixerat, donata per sponsum sponsæ, & è contra, acquiri alteri per copulam: dicit *n. 4. init.* per eam legem omnia quæ dicta sunt in spõsis de futuro, habere etiam locum in sponsis de præsenti. Videtur etiam tenere *Matienzo lib. 5. recop. tit. 2. rubr. gloſſ. 3. n. 3. fine.* vbi dicit idem quod *Anton. Gomez. 40 n. 4.* Videtur etiam tenere *Gutier. 3 practi. q. 44. fine*, vbi inquit distinctionem *l. 52. Tauri*, non procedere in donatis à sponsa sponso, nisi copula intercedat. Ad arg. cõtrarium, & confirmationem, proposita n. præc. constat ex dictis: iam enim ostẽdimus inter sponsos de præsenti militare eandem rationẽ.

DISPVTATIO XX.

An quando spõsalia fuere nulla ob aliquod impedimentum, vt consanguinitatis, &c. & sic dissoluuntur, lucretur sponsa medietatem sponsalitiæ largitatis, per osculum, & per copulam matrimonialem, integre?

SVMMARIVM.

Proponuntur casus quatuor ad discutiendi, n. 1.

Quando vterque ignarus fuit impedimenti, proponitur opinio negans, num. 2.

Contraria verior, num. 3. Et ibi, non lucratur vxor aurum Hispanus *in hoc casu*

Soluuntur argumenta n. 4.

Quando vterque conscius impedimenti fuit, refertur opinio asserens, nec dantem posse repetere, nec recipientem retinere, sed fiscum vendicare n. 5. Et alia opinio dicens esse restituenda sponsalia danti, n. 6 Et opinio auctoris, n. 7. Vbi an restituendum sit acceptum ob inuitis crimen admittendum, vt ob honestam intercessionem.

Soluuntur arg. n. 8

Quando sponsus ignorauit, sponsa sciente impedimentum, nil lucratur sponsa, sed tenetur restituere sponso. n. 9.

Quando sponsa ignorauit sponso sciente, lucratur per osculum medietatem, & per copulam integri, n. 10

QVadruplex potest esse casus. Primus, quãdo vterque sponsus ignatus impedimenti fuit. Secundus, quando vterque fuit conscius. Tertius, quando sponsus ignorauit, sponsa sciente. Quartus, è contra, quando sponsa ignorauit, sponso sciente.

In primo casu quando vterque ignarus impedimenti fuit. Quidam censent nihil spõsalitiæ largitatis cõparare sponsam, per osculum, vel copulã. Ducuntur, quia sponsalitia largitas habet tacitam conditionem. Si matrimoniũ sequatur, *l. Cum veterum, C. de donat. ante nupt.* at in hoc euẽtu matrimonium minimè potest subsequi, impedimento iuris obstanti, & hoc absque culpa sponsi illius ignari: ergo nil lucratur sponsa. Secundò, quia sponsalitia largitas acquiritur per osculum datum inter veros spõsos de futuro, aut de præsenti, quoad medietatem: & per veram copulam coniugalem, integre: at hic nec vera sponsalia, nec vera copula matrimonialis adsunt. Sic docent *Salic. l. Si à ſponſo, n. 2. C. de don. ante nupt. & ibi Fulgoſ. Ant. Gom. l. 52. Tauri, n. 7.* & non distinguentes an sponsi ignorarint, nec ne docent idem *gloſſ. d. l. Si à ſponſo, vers. Non intermittente. Cæteri, l. 52. Tauri ad finem.*

Verius tamen est lucrari sponsam medietatem per osculum & per copulam integre. Prob. ex *l. 3. tit. 11. p. 4.* ibi, *pero ſiempre ſe entiende que el deue tornar aquello que recibe, ſino ſu culpa finca, que el matrimonio ſe no ſiga*. Ergo à contrario sensu, si absque culpa sua matrimonium non sequatur, vt contingit in præsenti casu, acquiret sponsa largitatem sponsalitiam. Secundò, quia id lucrum pertinet ad sponsam in præmium amissi pudoris: ergo cum in hoc casu inculpabiliter amiserit, comparabit id lucrum. Sic docent *Ioan. Lup. l. 52. Tauri, n. 4. & rubr. de donat. §. 36. nu. 7. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. l. 4. gloſſ. 2. n. 2. Azebedo ea l. 4. n. 19.* Intellige tamen, quando bona fides intercessit. Quia ignorantia fuit iusta & probabilis: secus si fuerit crassa vel supina, quæ bonam fidem excludit, nec coram Deo excusat. Sic *Ioan. Lup l. 52. Tauri, n. 4.* Arras tamen credo non lucrari vxorem in hoc casu. Quia non consideratur in arris absque culpa vxoris dissolui matrimonium, sed acquiruntur consummato vere matrimonio: quod hic non contingit. Sic *Barbosa l. 2. p. 1. in princip. n. 158. ff. ſolut. matr.* male tamẽ pro se *Antonium Gomez*, & contra se Ioan. Lupum refert: cum vterque loquatur in sponsalitia largitate.

Ad arg. proposita, num. 2. respond. Ad 1. dic, non posse à sequi efficaciter matrim. posse tamen sequi quoad existimationem, impedimento ignorato: atque ita posse inuaniri veram futuri matrimonii spem, ob quam fit hæc donatio. Ad 2. dic. satis esse copulam existimatam bona fide coniugalem, & sponsalia similia, pudoremque amissum esse per osculum, spe futuri matrim. bona fide ineundi.

In secundo casu, quando vterque impedimenti fuit conscius. Quidam credunt nec dantem posse repetere, nec recipientem retinere, sed fiscum vendicare. Ducuntur per *l. Cum hic ſtatus, 33. §. fin. ff. de donat. inter vir. & vx. & l. Qui contra. C. de inceſt. nupt.* Sic *Ioan. Lup. rub. de donat. §. 36. nu. 7 vers. Si igitur donatio. Anton. Gom. l. 52. Tauri, n. 7. Matienzo lib. 5. recop. tit. 2. l. 4. gloſſ. 2. n. 2.* Et in hoc casu sponsam nihil lucrari, docent etiam *Castillo l. 52. Tauri, n. 3. Azebedo lib. 5. recop. tit. 2. l. 4. n. 10.*

Alii opinari possent nequire sponsam retinere, nec teneri fisco restituere ante iudicis sententiam, sed sponso danti. Non posse retinere, probatur, quia culpa sua pudoris iacturam fecit, absque spe veri aut existimati bona fide matrimonii: ergo non est præmio legali afficienda, ratione illius actus culpabilis, pœnaque digni. Secundò, quia hæc non est donatio absoluta: cum sit sponsalitia largitas, in cuius natura imbibitum est vt fiat sub spe futuri matr. veri, vel bona fide existimati. Prob. autem, non fisco, sed danti restitui debere. Quia fiscus vendicat in pœnam: ergo iudicis sententia desideratur.

Quamuis autem hæ duæ sent. probabiles sint: verius mihi videtur posse spõsam retinere, donec fiscus per sententiam auferat. Ducor, nam donans ex falsa causa, nec falsitatis ignarus, censetur donare, abdicatque à se dominium, transferens illud in donatarium, si hic non redditur aliqua lege illius incapax: (vt probaui hoc li. 6. dub. 2. n. 2.) qua ratione dixi ibi, donationem factam inter coniuges putatiuos valere, quando neutrum latuit impedimentum, nec teneri donatariũ restituere, donec cõdemnetur. Sed in hoc casu spõsum donantẽ minimè latuit impedimentum, falsaque matr. spes: nec sponsa lege aliqua incapax dominii comparandi redditur, sed solum in pœnã ius auferendi fisco conceditur, quæ condemnatione indiget: ergo non tenetur restituere. Secundò, quia quando turpitudo versatur ex parte vtriusque, melior est possidentis conditio: vt constat ex *toto t. ff. de condictione ob turp. caus.*

tas. Quæ ratione probabilissimum est in dotis ob turpem causam, etiam contra iustitiam, cum ex parte vtriusque adest turpitudo, vt in pecunia data ob homicidium perpetrandum, &c. non teneris accipientem restituere, donec sententia sublecura fiscus auferat. Quod defendit *Molina in sum. verb. Restituto, n. 1. §. Turpe, & verb. Concussio. Navar. sum. c. 17. Hispane. nu. 32. & 95. Lat. nu. 30. & 96. & c. 15. Lat. & Hispane, n. 34. Alcocer summa, c. 26. inter peccata iudicum, & §. El testigo, Palacios lib. 5. de contractibus, c. 21. fol. 481. vers. di vero, cum dictum sit, & sequentes,* (quamuis non sibi constet, nam contrarium tenet *4. d. 15. disp. 7. fol. 308. vers. Verum si iudex: Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 94. f. 562. Bañes 2. 2. q. 62. a. 5. dub. 3. Navarra l. 4. de restitut. cap. 2. in nona edit. dub. 12. n. 101. & seqq. Enriquez l. 7. de indulgen c. 35. n. 4. Pittar. de offic. sacerd. tom. 2. p. 2. lib. 6. c. 25. §. Pro quorum solut. ad finem: Tud. Lop. 2. instruct. de elemosyna c. 106. f. 374. col. 2. Mercad. 2. to summa. c. 40. n. 2.* ergo cum in nostro casu turpitudo versetur ex parte vtriusque, melior erit conditio sponsæ possidentis, ne teneatur accepta restituere. Atque ita in propriis terminis docet *Ioan. Lop. l. 52. Tauri, n. 5.* licet aliquantulum dubius.

8 Ad argu. 1. sent. propositæ n. 5. dic, eas leges esse pœnales, atque ita in dicis sententiam defiderari. Ad 1. secundæ sent. propositum n. 6. dic, sponsam non consequi sponsalitiam largitatem in eo casu, virtute legum eam applicantium per oscu lum, aut copulam: sed vi donationis, quæ præsumitur facta à sponso conscio impedimenti: vt probauimus nu. 7. Ad 2. negatur esse veram sponsalitiam largitatem: sed est donatio facta per hunc sponsum impedimenti conscium, instar veræ sponsalitiæ largitatis: & proinde nõ requiritur veritas sponsalium, aut vera matrimonii spes.

9 In tertio casu, quando sponsum solum latuit impedimentum: dicendum est teneri sponsam illius conscium impedimenti, restituere integrè donanti. Quia culpa ipsius non perficitur matrim. sponsaliaq; falsa fuerunt, & causa donandi falsa fuit, donante ignaro, & sponsa donataria conscia. Sic *Ioan. Lop. l. 52. Tauri, n. 5. & rubr. de donat. §. 3. fine, Castillo l. 52. Tauri, n. 3.* vbi *Ant. Gomez n. 7. Matienzo li. 5. recop. t. 2. l. 4. glos. 2. n. 2. Azebedo ea l. 4. n. 10.*

10 In quarto casu, quando sponsa ignorauit sponso sciente, dic lucrari sponsam per oscu lum, medietatem iocalium, integraque per copulam. Constat rationibus adductis. Sic *Ioan. Lop. l. 52. Tauri, n. 5.* vbi *Ant. Gom. n. 7. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. l. 4. glos. 2. n. 2.*

DISPVTATIO XXI.

Vtrùm quando sponsalia dissoluuntur absque vtriusq; culpa, non tamen casu vt morte, sed data opera, aut ingressu religionis, voto castitatis, amissione oculorum, mutuo consensu, lucretur sponsa per oscu lum, dimidium sponsalitiæ largitatis? Vel si alter spõsus culpa sua causam dissoluendi iustam præbeat, vt quia in longinquum profectus, debito tempore expectatus non rediit, vel fornicatus est, lucretur sponsus innocens, aut sponsa resiliens à sponsalibus, integram sponsalitiam largitatem?

SVMMARIVM.

Proponuntur argum. ad probandum nil lucrari sponsam, quando absque vtriusque culpa, non tamen casu dissoluuntur sponsalia. n. 1

Tunc sponsus nil lucratur ex sibi à sponsa donatis, n. 2.

Lucratur sponsa in hoc casu per oscu lum medietatem iocalium, absque illo nihil, n. 3.

Si sponsa impediat se religionem, & sic facto suo dissoluuntur sponsalia, comparat oscu lo medietatem iocalium: & idem ipso facto sponsi religionem ingredientis, n. 4

Idem, si vter existat alterutrius, vel alius mole luciscio, dissoluuntur sponsalia, n. 5.

Quid si mutuo consensu dissoluuntur? n. 6. Et quid si non simul vterque sponsus conuenerat in eadem voluntate? n. 7. Et ibi explicatur, quando ultima mera non nocet.

Quando alter præbet iustam dissoluendi causam, vt quia fornicatus est, &c. in qui probuit causam, sine sit sponsus, sive sponsa, perdet totum quod donauit, & restituet quod accepit n. 8.

Soluuntur arg. num 9. Et ibi, argum. à contrario sensu non habet vim, quando contrarium decidetur in iure.

ET quando non casu, sed data opera absque vtriusque sponsi culpa, dissoluuntur sponsalia, nihil spõsam lucrari; videtur probari ex seq. Primò, quia tunc nulla est culpa donantis sponsi, ergo quidquid dederat, recuperat: quoties enim absque donantis culpa matrimonium non perficitur, reddendum est illi quidquid dederat (vt dixi hoc 6. l. disp. 18. n. 5. Et confirmatur, quia si spõsa dederat iocalia sponso, & absque culpa dissoluantur sponsalia, restituet integrè sponsus: ergo idem est quando sponsus dederat. Cum enim sint correlatiua, dispositum in vno, censetur in alio dispoi, *l. fin. C. de medicin. vbi.* Secũdo, quia *l. Si à sponso C. de donat. ante nupt. & l. 3. tit. 11. p. 4.* solum decidunt quando casu, vt morte diriumtur sponsalia, comparate sponsam per oscu lum medietatem iocalium: ergo non sunt extendendæ in sponsi præiudicium, ad alios casus, quibus inculpabiliter sponsalia dissoluuntur. Tertiò probatur ex *l. Cum veterum, C. de donat. ante nupt.* ibi, *si sponsus, vel parentes eius sortiri noluerint filium vxorem, si quid ab eo donatum fuerit, nec repetatur traditum.* Vbi *glos. verb. Noluerint,* inquit *sine causa:* ergo à contrario sensu ex iusta causa resiliens sponsus, quamuis sinè culpa sponsæ, repetet quidquid dederat.

Prima concl. 1. Quando absque culpa vtriusq; sponsi 2
dissoluuntur sponsalia, licet non casu, vt morte, si sponsus iocalia receperat à sponsa, tenetur integrè restituere, quamuis oscu lum interceserit. Quia per oscu lum solum nihil lucratur sponsus (vt dixi hoc lib. 6. disp. 18. nu. 4.) & ex alia parte, culpa sponsæ non interuenit in ea dissolutione. Præterea, quia expresse hoc colligitur ex *l. Si à sponso, C. de donatio. ante nupt. & l. 3. tit. 11. p. 4.* vbi disponitur sponsalibus dissolutis morte alterius, & ita absque vtriusque culpa, sponsum nihil lucrari per oscu lum.

Secunda concl. Sponsa tamen in hoc casu lucratur per 3
oscu lum, medietatem iocalium, & illo non intercedente, nihil. Probatur ex *l. Cum veterum, C. de donat. ante nupt.* ibi, *quod si sponsa causam non contrahendi matrimonium præbuerit, tunc sponso, vel eius heredibus sine aliqua diminutione restituatur.* Et clarius, *l. 3. tit. 11. p. 4.* ibi, *deue tornar aquel que recibe sipor su culpa finca que el matrimonio no se cumpla:* ergo quoties à contrario sensu absque sponsæ culpa dissoluuntur sponsalia, ius acquisitum per oscu lum, ad dimidiam iocalium partem non amittet. Non enim æquum est, vt absque culpa puniatur, *l. Aliud est simm. 131. in princip. ff. de verb. signif.* ibi, *pœna sine fraude esse non potest:* & *reg. Sine culpa, de reg. iur. in 6.* Sic *Ioan. Lop. l. 52. Tauri. num. 3. Molina tom. 2. de iust. tract. 2 disp. 290. §. Quando autem.* Pro eadem sent. sunt Doctores aliegati disp. præced. n. 3. dicentes, sponsalibus dissolutis ob impedimentum, cuius vterque coniux ignarus erat, lucrari sponsam per oscu lum medietatem iocalium: cum tamen tunc vterque culpa vacauerit.

Hinc infertur, si sponsalia diriumantur per ingressum 4
sponsæ in religionem, & ita facto suo inculpabili tamen, lucrari sponsam per oscu lum, medietatem iocaliũ. Quia absq; culpa dissoluta sunt. Constat etiam ex *c. Decreta legalia, 27. q. 2. ibi, decreta legalia desponsatam si conuersi voluerit, nullo modo consuenerunt damno mulctari.* Et ex *l. Deo nobis, C. de epis. & cler.* vbi decernitur, sponsam ingredientem religionem non teneri duplicatas arras restituere, quas tamẽ restituere tenetur, facto suo culpabili à sponsalibus resiliens. Sic docent *gloss. d. c. Decreta legalia, fine, Corneus cons. 228. vol. 1. Ioan. Lop. l. 52. Tauri, nu. 3. & ibi Cisneros vers. In eadem lege. Castillo nu. 3. Anton. Gom. n. 8. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 4. n. 12. Gregor. Lop. l. 3. verb. La mitad, tit. 11. p. 4. Matienzo lib. 5. recop. tit. 2. l. 4. glos. 2. nu. 1. Azebedo ea l. 4. nu. 9. & 17. Molina tom. 4. de iust. tract. 2. disp. 290. §. Habent vero locum.* Similiter lucrabitur sponsa, eam medietatem per oscu lum, si inculpabili sponsi facto, vt ingressu eius in religionem, dirimantur sponsalia. Quia sponsa vacat culpa: & proinde

non debet amittere medietatem illam per osculum acquisitam. Sic *Ioan. Lup. Azebedo, Molina ibidem.*

5 Secundò infertur, quoties castitatis voto sponsi vel sponsæ dirimuntur sponsalia, (tetenta opinione probabili per illud dirimi,) similiter lucrari sponsam, eam medietatem, per osculum: idemque in aliis casibus in quibus licitè absque alterius culpa sponsalia dissoluuntur. Vt constat ex dictis n. 3.

6 Excipiendus tamen est vnicus casus nimirum, quando mutuo consensu vtriusque sponsi dirimuntur sponsalia: quamuis enim neuter culpæ particeps sit, nil lucratur sponsa per osculum, sed integram restituet sponsalitiam largitatem. Quia eo ipso quod communi consensu resiliunt sponsi, videntur racitè pactum inire, vt quilibet eorum alteri accepta restituat. Argumento *l. Si diuersa, C. de transactio*, ibi, *si diuersa pars contra placitum agere nititur, aquitatis ratio suadet, refusa pecunia (cum & tu hoc desideres) causam ex integro agi*, vbi *gloss. verb. Refusa, & verb. Pecunia*, ait, *id est restituta pecunia transactionis nomine data*. Sic docent *Cynus, Iac. de Arctio, Salicet. num. 2. l. Cum veterum, C. de donat. ante nupt. Angel. §. Est & aliud el 2. n. 2. instit. de donat. Ioan. Lup. rubr. de donat. §. 3. n. 5. Castillo l. 52. Tauri, nu. 4. Gom. Arias l. 50. Tauri. num. 4.*

7 Diffidet autem inter hos DD. quid dicendum sit, vbi sponsi non simul dissentiunt, sed successiue: quia nunc, verbi gratia, sponsus inuita sponsa resilit: & postea tandè sponsa consentit, vel è contra: *Cynus, Iac. de Aret. & Gom. Arias n. praced. allegati*, dicunt hanc vltimam moram nocere resilienti: argumento *l. Illud, 17. ff. de peric. & commode rei vend. & l. Si mora 10. ff. solut. matrim.* Vnde sponsa nil sponsalitiæ largitatis consequetur in hoc euentu, sed perinde erit, ac si simul resiliant. Verius tamen est, hanc vltimam moram minimè nocere resilienti, atque ita sponsum vel sponsam vltimo consentientem dissolutioni sponsalium, comparare integram sponsalitiam largitatem. Quia eo ipso quod alter iniustè resiliebat, acquisiuit consentiens, ius ad retinendam sponsalitiam largitatem sibi donatam, vendicandamque quam donarat, *l. Cum veterum, C. de donat ante nupt.* Quare cum executio facta sit à lege statim, & ipso facto, mora illa purgari nequit. Iuxta doctrinam *Bartoli l. Si insulam, n. 19. & ibi Alexandri, & Angeli ff. de verborum obleg.* vbi docent minimè purgationi moræ locum tribui, quando executio facta est à lege: & argumento, *Si is, nu. 19. ff. de legat. 2.* Sic docent *Angel. Ioann. Lup. Castillo n. praced. alleg. & Salicet. d. l. Cum veterum, n. 2.* in hanc partem, quamuis dubius magis inclinat. Quæ leges quas contrarii pro se allegant, intelligendæ sunt, quando executio non est facta à lege, nec ius est perfectè acquisitum.

8 Tertia conclusio. Sponsus, aut sponsa licitè à sponsalibus recedens alterius culpa vt fornicatione, vel professione in partes longinquas, nec tempore debito redeuntis lucratur integrè sponsalitiam largitatem sibi donatam, recuperatque quam donarat. Prob. ex *l. Cum veterum, fine, C. de donat ante nupt.* vbi spōsum, & sponsam in hoc parificat. Sic *Castillo l. 52. Tauri, n. 5.* Et constat ex dictis hoc libro 6. disp. 18. num. 3. vbi probauimus pares in hoc euentu esse sponsum & sponsam, quando alterius culpa matri. non perficitur.

9 Ad argum. proposita, num. 1. respondetur. Ad 1. die, quando sine culpa donantis sponsæ dissoluuntur sponsalia, eam recuperare totum quod dedit, si verò sponsus donauerat, perdere medietatem, si sponsa culpa vacet, osculumque receperit. Ad confirm. dic dispositum in vno correlatiuorum, habere locum in altero, vbi eadem ratio militat: secus vbi diuersa, *l. Curatorem*, cum ibi notatis per scribentes, *C. de interdict. matr.* Docetque *Enerard. loco à correlatiuis, n. 8.* At in hoc casu diuersa militat ratio (vt probaui hoc 6. li. disp. 18. n. 4.) Ad 2. dic cum *Ioan. Lup. l. 52. Tauri, n. 4. & 5.* explicasse eas leges casum mortis, quia frequentius morte dissoluuntur sponsalia, non autem eo quod nolint extendi ad alios casus, in quibus eadem ratio subest, nempe, quando absque spōsæ culpa dissoluuntur. Cum enim subsit eadem ratio, idem est ius, *l. Cum pater, §. Dulcissimis, ff. de legat. 2.* Ad 3. dic argum. à contrario sensu non procedere, vbi oppositum est aliquo iure statutum, & ita iurium correctio inducereturve colligitur ex *c. Anobii, el 2. de sent. excomm.* docentque *Abb. ibi, nu. 4. & Felinus, n. 2. vers' Nota quod argumentum gloss. c. Significasti, verb. Clerici, de foro compet.* & ibi late *Felin. gloss. cap. vnico, verb. Permittimus, de etate & qualit. in 6. & ibi Francus n. 3. Nauarr. apolog. ad lib. de reddit. q. 1. monita 4 4. n. 2. Enerar. loco à contrario sensu, num. 8. Greg. Lop l. 17. verb. Descendiessen, titul. 1 part. 6. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 15. num. 13. Gutier 1. practic. q. 5. num. 14.* At hic est contrarium decisum in iure, *l. Si à sponso, C. de donat. ante nupt. & l. 3. t. 2. t. 11. p. 4.*

DISPVTATIO XXII.

An si arræ in matrimonio interueniant, lucretur sponsa matrimonio cōsummato, integrè sponsalitiam largitatem & arras, vel detur option? & si matr. casu non sequatur, & adsit osculum, possit sponsa eligere medietatem iocalium, vel arrarum?

SVMMARIVM.

Quando arra interueniunt in matrim. & iocalia, an possit vxor vel vir hæredes eligere. & intra quotum tempus. 1. Et ibi, si donatio iocalium fuit inualida, & morte confirmatur. vxor eam simul cum arra hab. bit. Vbi autem semel elegit nequit variare, n. 2.

Si electio non habuit effectum potest variare, n. 3. Et ibi, actus inualidus gestus censetur ac si factus non fuisset.

Transactio 20. dierum ad electionem concessa purgatio mora non admittitur, n. 4.

An vxor, vel eius hæredibus eligentibus arras, restituenda sit sponsalitia largitas eiusdem æstimationis, cuius erat quando donata est, n. 5

Quot sint qualitates disputandæ n. 6.

Verbum, Velo, absque infinitiuo adiuncto, facit dispositionem & electionem, n. 7

Idem, si adiungatur infinitiuo importanti executionem, n. 8

Idem si infinitiuum importet actum expediendum ab alio, at voluntatem debet explicare voluntatem suam, n. 9.

Si infinitiuum non importet executionem, sed actum desiderantem factum aliquod, non facit verbum Velo, electionem & dispositionem, n. 10. Idem si continetur actum pendentem ex duorum voluntatibus, num. 11

Idem, quando infinitiuum importat sustinentium, seu actum in futurum gerendum: vt, Velo elegere num. 12.

Quid, si nunc adiungatur dicto, Omnino? n. 13.

Quid, si aliquis post tempus concessum ad deliberandum, dicerat, Velo eligere, vel puto hoc mihi expedire? n. 14

Quid, si ad interrogationem eius cuius interest, dicerat, Velo eligere? num. 15

Quibus verbis censeatur vxor eligere arras? n. 16

An sicut per osculum lucratur sponsa medietatem iocalium, ita si sola arra interuenisset, lucretur medietatem arrarum? Vel si vtraque interueniat possit eligere? Refertur opinio affirmans n. 17

Contraria auctoris, n. 18. Et ibi explicatur natura dictionis aduersatiuæ, Sed, at, ver). Et verba debent intelligi iuxta subiectã materiam & naturam contractus. Et ibi. Arra acquiruntur per consummationem matrimonii.

Vna & eadem res diuerso iure censeri non debet. Et quãdo lex vnam dixerit & alterum præsupponit, vt habeat locum, dispositum, debet verificari præsuppositum, n. 18

Soluuntur arg. n. 19. Et ibi iuncta, n 17. quod iuris est de toto quoad totum. est de parte, quoad partem. Et quando clausula posita in vna parte dispositionis, referatur ad omnia an contenta?

COnstat si consummato matrim. decedat sponsa, vel sponsus, dari electionem sponsæ, vel eius hæredibus, vt eligere possint arras, vel sponsalitiam largitatem, si vtraque in eo matrimonio interueniant. Hæc autem electio necessario facienda est intra viginti dies, postquam vir vel eius hæredes requisierint vxorem, aut eius hæredes: & si eo termino non elegerint, vito vel eius hæredibus conceditur electio, an malint sponsalitiam largitatem vel arras dare. Habetur expresse *l. 52. Tauri, habita, l. 4. tit. 2. lib. 5. noua recop.* Quod intellige, quando donatio sponsalitiæ largitatis fuit valida, vt si facta sit ante cōsummatum

marum matrimonium: si enim esset inualida, quia consummato matrimonio effecta est, morteque confirmaretur, compararet sponsa arras, & eam donationem. Quia *l. 52. Tauri* loquitur de donatione sponsalitiæ largitatis valida: vnde quando inualida est, sequitur naturam aliarum donationum inter coniuges, quæ morte confirmantur. Nec lex aliqua prohibet harum donationum vna cum arris acquisitionem. Sic *Barbosa ff. soluto matrim. rubr. 3. part. n. 112.*

2 Hinc infertur, vxori aut eius hæredibus semel eligentibus arras, aut iocalia, non licere variare. Prob. ex *l. Serui electione, in principio ff. de legat. 1.* ibi *seruis electione legata, semel tantum optare possumus.* Et *l. apud Aufidium, 20. ff. de optione legat.* ibi *si dixisset quæ vellet, mutare voluntatem non posse.* Et *l. 25. tit. 9. 6.* Deinde, quia quod semel placuit, amplius displicere non potest: *regul. Quod semel, de regul. iur. in 6.* Sic *Ioan. Lop. l. 52. Tauri. nu. 19. & ibi Castillo n. 16. Matienzo lib. 5 recop. tit. 2. l. 4. glos. 7. n. 2. Mercs de maior. 1. p. q. 52. n. 10.*

3 Intellige tamen, si electio ea effectum habuerit, ea enim suo effectu destituta, licebit vxori, vel eius hæredibus variare: per *l. Qui per salutem, ff. de iureiur.* Quia eligens inutiliter, & inualide, censetur quasi non elegerit: actus enim inutiliter gestus, perinde est, ac si non esset, *l. Si aut nolam, C. de legit. hared. l. 4. 8. Condemnatorum. ff. de sent. & re iudic.* Non enim præstat impedimentum, quod de iure nõ sortitur effectum: *regul. Non præstat, de regul. iur. in 6.* Atque in genere cum concessa est electio, posse iterum eligere, priori electione existenti nulla, docent *glos. l. Apud Aufidium, verbo, Non posse ff. de opt. legat. & l. Serui electione in princip. verb. Possumus ff. de legat. 1.* vbi *Iason num. 3. Bart. l. 2. ff. de optione legat. Felinus* multa cumulans ad hoc comprobandum, *c. Ex tenore, num. 2 & seq. de rescript. Tiraq. l. Bones, §. Hoc sermone, tota limitat. 1 ff. de verb. sign. Greg. Lop. l. 25. verb. Arreputar. 3. 9. 6. Peralta l. Vnum ex familia, §. Sed si vno. n. 3 ff. de legat. 2.* Et in nostris terminis docent *Matienzo, & Mercm. præcedentes allegati.*

4 Secundò infertur, transactis iis diebus ad electionem faciendam, purgationem moræ non admitti, quia est terminus lege præfinitus. Sic *Mercs de maior. 1. p. 48. n. 7. Azebedo lib. 5 recop. tit. 2. l. 4. n. 32.*

5 Tertiò infertur, vxorem vel eius heredes eligentes soluto matrimonio arras, teneri viro, vel eius hæredibus restituere sponsalitiam largitatem eiusdem valoris, cuius erat receptionis tẽpore: quod si vsu deterior facta sit, teneri æstimationem deteriorationis restituere. Quia reddita non videtur res restitutioni obnoxia, si deterior restituatur: vt expresse habetur *l. 3. §. Si reddita, ff. commodati*, vbi notant scribentes. Deinde, quia cum donatio sponsalitiæ largitatis tacitam habeat conditionem, nisi sponsa arras elegerit, easque eligente, tacitè pactum de illa reddenda, inirum sit, per *l. 52. Tauri*, res trahitur ad sui initium, & ita reddenda est secundum æstimationem quam tempore traditionis habuit: alias euenire posset vsu consumptam esse, & ita vxorem nil teneri reddere, sed lucrari arras, & sponsalitiam largitatem. Sic *Aiora de partitionibus, 1. p. c. 7. num. 55.* Hoc tamen cautè accipiendum est: nam cum vestes tam quotidianæ, quam pretiosæ datę per virum ante consummatum matrimonium sponsæ, sint sponsalitia largitas (vt dicam disp. 25. num. 30.) & has teneretur sponsus dare sponsæ, saltem ad vsum, constante matrimon. quando iuxta personæ facultates & dignitatem necessariæ sunt, nec soluto matrimonio teneretur vxor eas reddere, nisi in eo statu, in quo tunc inueniebantur: deducendum est ex hac restitutione sponsalitiæ largitatis, iuxta æstimationem quam tempore traditionis habuit, quod vir alias consumpturus cum vxore, durante matrim. in iis vestibus, & iocalibus, nisi sponsalitiam largitatem dedisset, & si eædem vestes essent conficiendæ, & consumendæ, seu deteriorandæ, non restitueretur id pretium consumptionis, vel deteriorationis; siquidem expendendum erat à viro.

6 His præmissis, duplex est quæstio disputanda. Prior, quando per verbum, Volo, cẽseatur vxor eligere? Posterior, an liceat sponsæ per osculum sibi acquirere medietatem iocalium, aut arrarum, & si solæ intersint arræ, medietatem arrarum?

Qvæstio I. Quando vxor vtens verbo Volo, censeatur eligere? Huius decisio pendet ex cognitione, quando verbum, Volo, faciat electionem, ac dispositionem in actibus inter viuos. (Nam quando in vltimis voluntatibus, non est præsentis disputare; consalendi tamen sunt *Bart. l. 1. n. 3. & ibi Iason. in 2. lectura à n. 17. C. de sum. trinit. idem Bart. l. Serui elect. in princ. num. 4. & ibi Iason. à n. 33 ff. de legat. 1. Gom. Arias l. 50 Tauri, n. 46. Menoch. de arbitrar. l. 2. centuria 5. casu 496. & de præsumpt. l. 4. præsumpt. 100.*) vt autem sciatur, quando facit electionem, & dispositionem in actibus inter viuos, statuam aliquot regulas. 7

Prima regula sit. Verbum volo, positum absque infinitiuo adiuncto importat dispositionem, & electionem. Vt Volo hanc rem. Ita apertè colligitur ex *l. Apud Aufidium. ff. de optione leg.* ibi *si is dixisset quæ vellet, mutare voluntatem non posse.* Et ratio est, quia tunc nullius alius actus propriæ, aut alienæ voluntatis expectatur, ad illius complementum & perfectionem: ergo inducit dispositionem. Item, quia in rebus certis non est locus coniecturis, *l. Continuus, §. Cum ita. fine. ff. de verb. oblig.* ergo cum in eo euentu certa videatur eligendi voluntas, non est quærenda alia coniectura. Sic docent *Bart. l. Seruis electione, in princ. n. 4. & ibi Iason. nu. 32. ff. de legat. 1. idem Bart. l. 1. n. 3. & ibi Iason. in 2. lectura, nu. 14. C. de sum. trinit. Gom. Arias l. 50. Tauri, n. 48. Menoch.* alios referens, *de arbitrar. l. 2. centuria 5. casu 496. nu. 7. & 8.* Pro eadem sent. sunt DD. qui dicunt matrim. initi his verbis, Volo te in vxorem, quos retuli l. 1. disp. 18. n. 10.

Secunda regula. Si adiungatur infinitiuo importanti executionem & complementum, importat electionem & dispositionem: vt, Volo habere, vel accipere. Quia satis aperte declaratur voluntas eligendi, cum non apponatur verbum quod suspensionem aliquam denotet. Sic *Iason d. l. Seruis electione, in princ. n. 24. Menoch. d. casu 496. num. 28. 29.* Eiusdem sent. sunt Doctores asserentes huiusmodi verba. Volo te habere, vel accipere in vxorem, efficere matrimonium: quos retuli l. 1. disp. 18. n. 24. 8

Tertia regula. Si iungatur infinitiuo importanti actum expediendum ab alio, volensque tantum habeat suam voluntatem explicare, importat mandatum, & dispositionem. Vt, Volo, te gerere negotia mea. *l. 1. in fine, ff. mandati.* Quia cum actus per alium expediendus sit, satis est volentem suum exprimere consensum, tantumque alterius executio expectatur. Sic *Bart. d. l. 1. n. 3. & ibi Iason in 2. lectura n. 15. & 16.* dicens esse rem indubitatam: idem *Bart. d. l. Seruis electione, in princ. num. 4. & ibi Iason. n. 31. Bald. auth. Et qui iurat n. 17. C. de bonis auctorit. iudic. possid. Menoch.* alios referens *de arbitrar. l. 2. centur. 5 casu, 496. n. 12. & 13.* 9

Quarta regula. Si iungatur infinitiuo importanti actũ non expedibilem sola voluntate, sed requirentem factum aliquod, non importat dispositionem. Vt, Volo ascendere arborem, vel comedere: non enim importat me ascendere, vel comedere, sed desiderium. Regula est manifesta, & eam tradunt *glos. l. In vendentis, verb. In vendentis, C. de contrab. empt. Bart. l. 1. num. 3. & ibi Iason. in 2. lectura, num. 17. C. de summa trinit.* 10

Quinta regula. Si iungatur infinitiuo importanti actũ, qui fieri nequit ex voluntate vnius, sed desiderantem mutuum duorum consensum, tunc non importat dispositionem, nisi vtriusque consensus accedat: vt volo vendere. Cuius rationem assignat *Bart. l. 1. num. 3. C. de sum. trinit.* quia ea verba intelligi debent secundum naturam contractus, *l. Si vno, ff. locati, l. Si stipulatus, ff. de vsuris*: cum ergo natura emptionis & venditionis sit, vt ex duorum voluntate pendeat, prædicta verba non disponunt nisi vtriusque voluntate secuta. Sic *glos. & Barth. num. præcedenti citati, Iason ea l. 1. in 2. lectura, n. 24.* 11

Vltima regula. Si iungatur infinitiuo importanti suspensionem in futurum, seu actum alium tempore futuro 12

gerendum, non importat dispositionem. Vt, Volo eligere, Quia tantum importatur animus & voluntas faciendi actum electionis. Sicut l.1.disp.18.nu.14. diximus hæc verba, Volo tecum contrahere matrim. non esse verba matrim. constituentia, sed tantùm explicantia contrahendi voluntatem. Sic *glos.l.Seruis electionem in princ.verb. Possumus. ff. de legat.1. & ibi Bart.n.3. Iason.n.24. Ripa nu.16. Gom. Arias l.50. Tauri,n 46. Menoch.* alios referens *d.casu 496.nu.18.& 19.& nu. 26.* hoc extendit cum *Ruino*, licet iuret se velle eligere. Quia sensus est, iurare se habere animum eligendi.

13 Hæc tamen vltima regula intelligitur primò nisi addatur dictio, Omnino, si enim quis sic diceret, Omnino volo eligere, tũc erit electio. Sic *Ripa d.l.Seruis electionem, in princ. fine, Socin. senior. cons.249.n.17.& 19.lib.2. Ruinus cons.204.n. 6.lib.2.* Sed meritò *Menoch.eo casu 496.nu.27.* dicit esse dubiam hanc sent. Et *nu.51.* dicit fortè non esse veram, nisi aliæ coniecturæ concurrant Quia tantum est sensus, In omni euentu habeo voluntatem, & desiderium eligendi: quod vere non est eligere. Et ita credo.

14 Secundò intelligitur nisi termino ad deliberandum, & respondendum concesso iam elapso, diceret aliquis, Volo eligere, tunc enim est electio: per *l. Sed & si alio tit 2. resson. & l.Omnes, quiff.ad SC.Trebel.* Sic *Iason.ea l.Seruis elect.in princ. n.28.29.& ibi Bart.nu.3. Ripa n.21. Alciat.nu.7. Cornæus, Romanus, Gozadin.* quos refert ac sequitur *Menoch. de præsumpt.lib. 4.præsumpt.100.nu.12. Greg.Lop.l.11.verb.Deue sine,t.6 p.6.* vbi idem dicit cum Bárt. per cum relato, si tunc dicat, Puto hoc mihi expedire.

15 Tertiò intelligenda est, nisi ad interrogationem eius cuius interest diceret, Volo eligere. Tunc enim esset electio. Quia responsio facta parti cuius interest, debet intelligi, ita vt alter certus maneat. Vt notatur *l.In vendentis, C. de contrab.empt.* Sic *Bart.d.l.Seruis electionem, in princip.nu.3. & ibi Iason.n.30. Cornæus cons.91.lib.3. Ruminald.iunior, l.Qui se patris num.211. C.vnde liberi. Menoch. de arbitrar.libr.2.centuria 5.casu 496.n.52.& de præsumpt.lib.4.præsumpt.100.n.13.*

16 Ex dictis infertur decisio nostræ quæstionis, si enim vxor diceret, Volo arras, vel volo habere, vel accipere arras, esset electio: iuxta dicta n.7.& 8. Quare tunc variare minimè liceret. Idem dicendum est, si transactis diebus ad deliberandum, & respondendum concessis, vel ad interrogationem eorum quorum interest, diceret vxor, Volo eligere arras: iuxta dicta nu.14.& 15. Secùs si deficientibus his circumstantiis diceret, Volo eligere, vel omnino volo eligere, vel iuro me velle eligere, non enim esset electio, iuxta tradita n.12.& 13.

17 Quæritur II. An sicut sponsa per osculum lucratur medietatem sponsalitiæ largitatis: ita si in matrim. illo nõ interueniat sponsalitia largitas, sed solæ arræ, lucretur medietatem arrarum: & si vtrumq; interueniat, posti dissolutis sponsalibus, vel matrim. illo rato, sponsæ eligere medietatem arrarum, vel sponsalitiæ largitatis? *Gom. Arias l.50. Tauri,n 29.* defendit partem affirmantem, nempe, lucrari, medietatem arrarum, quando eæ solæ interueniunt: & dari electionem sponsæ, quando vtrumque interuenit, Prob. primò, quia quod iuris est de toto quoad totum, debet esse de parte, quoad partem, *l. Quæ de tota, in princ. & ibi glos. & Bart. ff. de rei vendic.* & per alia iura quæ affert *Euerar. in suis topicis, loco a toto ad partem, n.2.* ergo sicut sponsa consummato matrim. potest eligere integras arras, & si solæ hæ interueniant, eas lucratur, ita ante consummatum matrimonium, potest eligere arrarum medietatem, illamque lucratur, si solæ sint in matrim. arræ. Secundo probat, quia leges iuris communis, & regni in hoc casu disponunt in sponsæ fauorem, quæ ob osculum ruborem passa est: ergo sunt extendendæ, vt concedant medietatis arrarum electionem, & acquisitionem per solum osculum. Nam odia restringi, fauores conuenit ampliari: *regula, Odia, 25. de reg. iur. in 6.* Tertio probat, quia vna determinatio respiciens plura determinabilia, pariformiter ea determinat, prout vnicuique conuenit, *l.Iam. hoc iure, ff. de vulg. & pupil. finali, C. de sentent. & interloq.* At *l.52. Tauri*, est vna determinatio, in illis verbis, *pero si arras vuiere, pueda osculari, &c.* ergo pariformiter determinat duos casus in ea lege contentos, prout vnicuique conuenit, nempe, vt detur electio medietatis arrarum, si solum fit osculum, & integrarum, si copula. Et confirmat, quia clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia, *l.1.C. de liber. præter. l. Iubemus scripturæ, § fin. ff. de legat.1.c. Secundò requiritur, de appellat.* vbi id communiter obseruant Doctores, & alios referens docet *Gutier. cons.12.num.27.* ergo illa clausula *in fine, l.52. Tauri* posita, *pero si vuiere arras pueda osculari, &c.* refertur ad duos casus præcedentes contentos in ea lege, scilicet, ad casum osculi, & copulæ. Quartò probat, quia si in hoc casu in quo deficit sponsalitia largitas, non lucraretur sponsa medietatem arrarum, pateretur ruborem per osculũ, & defraudata maneret. Quintò probat, quia aperitur via sponsis vt constitutis artis nullam darent sponsalitiam largitatem sponsæ, ne illa per osculum aliquid lucraretur.

His tamen non obstantibus, contrarium teneo: licet nullum auctorem, præter *Gomez. Arias*, hanc quæstionem disputantem inuenerim, & ita censeo dissolutis sponsalibus, vel matrimonio ante consummationem, non dari electionem medietatis arrarum sponsæ per osculum: & si solæ interueniant arræ, nil prorsus lucrari Prob. primò, ex ipso contextu, l.52. Tauri, nam postquam decreuit sponsam per osculum lucrari medietatem sponsalitiæ largitatis, subdit hæc verba, *pero si qualquier dellos muriere despues de consumido el matrimonio, que gane todo lo que prende despuesdos, le ovo el esposo dado, no aviendo arras en el tal matrimonio, pero si uviere arras, que sea en escogencia de la muger, &c.* Vbi pondero id verbum, *Pero*, cui latinè correspondet, sed, quæ est dictio aduersatiua, de cuius natura est, vt quãdo ponitur absque copula, & aduersetur in iure, & in facto, ita vt diuersum casum, & diuersum ius importet. Vt notat *Bart.l.Patris & filij,20 ff. de vulga, num.1.& l.1. fine ff. Ne quis eum. Iason. ea l.Patru & filij,n 6.* dicens, ita tenere omnes: & *l.Qui cum fundum,58.nu.8.ff. de verb.oblig.* dicens esse communem: *Greg. Lop.l.11. verb.Su parte, l.11 p.6. & l.35.l.3. verb. El dia, p.6. Burgos de Paz, l.3. Tauri, n. 85. Matienzo libr.5. recop.tit.4.l.2.glos.1.num.5.* At quando ponitur cum copula, &, vt si dicat, sed &, tunc denotat diuersum factum, idem tamen ius. Sic *glos.d.l.Patru, & filij, verb. Per seipsum, uers. Per copulam, & l.2. verb. Sed & fortius, ff. ne quis eum, qui in ius vocatus est. Bartol. & Iason proximè citati eadem Bart. l. Sed & si lege, matio, ff. de petit. hered.* Cum ergo in præsenti lege ponatur abiq; copula, importat diuersum factum, & diuersum ius, non ergo loquitur in casu solius osculi, de quo in priori parte, illa lex disposuerat. Pondero etiam in *ea lege 52. Tauri*, dum de sponsalitia largitate lucranda loquitur, eos vocare sponsos, ibi *qualquiera dellos esposo*: & ibi, *si el esposo*, quasi sentiens, dum sponsi sunt, lucrari posse per osculum, dimidiam partem sponsalitiæ largitatis: in secunda vero parte, dum de artis meminit, maritum, & vxorem eos appellat, ibi, *que la muger*, & ibi, *lo que el marido*: quasi apertè significans arras non acquiri, nisi postquã copula carnali effecti sunt vna caro. & sic vir & vxor. Secundò probatur, quia *l.52. Tauri*, (vt fatentur omnes, & dicam disp. sequenti, n.1.) nil aliud in prima parte disposuit, nisi quod iure communi statutum erat, *l.Si a sponso, C. de donat ante nupt. & l 3 t.11 p.4.* & solum extendit dicta iura loquentia de sponsis de futuro, vt intelligantur etiam de sponsis de præsenti: cum ergo præfata iura non loquantur de arris, nec per osculum, earum medietatem concedant, non est dicendum nostram *l.52. Tauri*, id concedere. Tertiò prob. quia verba debent intelligi iuxta subiectam materiam, & naturam contractus, *l.Damni infecti, in principio, ff. de damno infecto, l.Si vno, ff. locati, & ibi Bart. & DD. Gutier. cons.12.n.26.* at ea est natura arrarum, vt denotent in præsenti pudicitiæ amissæ ob copulam matrimonialem: vt dicam hoc lib.6. disp.27. num.1. & sic vt tunc acquirantur. Vt optime dicit *Couarr. 4. decret.2. p.c.1.§.7.num.12.& c.Officij, de testam.n.4.* quibus in locis sic inquit, Arræ sunt donationes factæ vxoribus in præmium pudicitiæ, vt co-

con-

consummato statim eis acquirantur. Idem *Gom. Arias l.49. Tauri ad fin.* & idem supponit *Castillo l.51. Tauri n.1.* & habetur *l.52. de las ganancias lib 5. fori*, ibi *si arras le dio, y no uvo que ver con ella, tornelas* Quam legē vsu receptam esse supponit *Gom. Arias l.50. Tauri, nu.29.* siquidem variis modis mititur ei respondere, vt contrariam tueatur sententiā: & *Covarr. & Castillo & Molina tom.2. de iust. tract.2. disp.431. §. Quæ autem*, supponunt apertè ita esse in vsu, si quidem dicunt acquiri consummato matrimonio. Sed dices hoc procedere quoad integras arras lucrandum, non vero quoad medietatem, hæc enim per solum osculum acquiritur. Hoc tamen non obstat, quia est contra dispositionem *l. Eum qui ades, 23.* & quæ ibi notant scribentes, *ff. de vsucap. qua habet vnam*, & eandem rem diuersis iure censeri non debere, ibi, *absurdum est, vt vna res diuersis temporibus vsucapiatur.* Eadem namque ratio est de totis arris, & de parte arrarum: argumento, *l. Quæ de tota ff. de rei vendic.* quam aduersus nostram sent. induxit *Gomez Arias*: ergo natura arrarum est, vt totæ non acquirantur nisi consummato matrim. idem erit de natura partis arrarum. Tandem prob. quia quando lex vnum disponit, & alterum præsupponit, vt habeat locum dispositum, debet prius verificari præsuppositum. Vt ex *gloss. l. Mancipia, verb. vocandum, C. de seruis fugit.* colligunt omnes, teste *Menochio, de recuper. possess. remedio 9. n.161.* & refert multos DD. *Gutier. cons. 21. n.6. & 3 pract. q.22. n.3.* sed *l.52. Tauri*, præsupponit quando acquirantur ab vxore arræ, de hoc enim non agit, sed tantum disponit, vt detur electio arrarum, vel sponsalitiæ largitatis: ergo vt hæc electio, & dispositio huius legis locum habeat, debet prius verificari in ea præsuppositum, nempe, iure acquisitas esse arras: quod (vt probaui,) non verificatur, nisi post consummatum matrimonium.

19 Ad argum. contrariæ sent. resp. Ad 1. illud principium quod iuris est de toto quoad totum, est de parte quoad partem, dico locum habere, vbi totius & partis non est diuersa ratio. Vt ex multis probat *Everardus in suis topicis iuris, loco a toto ad partem, num.7.* At hic est diuersa ratio: nam natura arrarum est, vt non acquirantur, nisi consummato matrim. quare cum per solum osculum non consummetur, & cesset ratio eadem illas acquirendi, non acquiretur etiam pars illarum. Ad 2. dico, loqui eas leges in fauorem mulierum, præsupposita aptitudine, & requisitis ad lucrandum arras: est autem requisitum vt matrim. fit consummatum. Ad 3. nego esse vnam determinationem *l.51. Tauri*, sed sunt duæ longè diuersæ, cum prior pars tantum loquatur in acquisitione medietatis sponsalitiæ largitatis: posterior vero in omnimoda & totali acquisitione sponsalitiæ largitatis, & electione illius, vel arrarum. Ad confirmationem dico, clausulam positam in vna parte dispositionis, siue ponatur in principio, siue in medio, siue in fine, censeri referri ad omnia contenta in illa, quando omnium præcedentium est eadem ratio. Vt docet *Decius*, qui & refert & sequitur *Nauarr. dub. 5. consiliorum, tit. de simon. in 1. edit. cons. 34. num. 4. in 2. cons. 92. nu. 4. Bart. Iason, Roma. Alexan. Socin. Capitius, Ali. iur. Bolognetus*, quos refert & sequitur *Menoch. de præsumpt. l. 4. præsumpt. 181. num 2.* quod hic non contingit: quia cum de natura arrarum sit, vt solum consummato matrim. acquirantur, & in priori parte illius legis tantum agatur de osculo, & sic ratio acquisitionis desideretur, posterior pars quæ arrarum acquisitionem supponit, & tantum disponit de electione, non potest extendi ad contenta in ea priori parte. Ad 4. dico, non esse inconueniens, vt defraudata maneat, sibi enim imputare debet permittenti osculum, nulla data vel promissa sponsalitia largitate, cuius medietatem per id osculum lucretur. Ad 5. dico: non esse inconueniens eam viam aperiri, cum proomissio & donatio arrarum, & sponsalitiæ largitatis nulla lege cogente fiat, sed ex mera voluntate: vt diximus in tractatu de arris.

DISPVTATIO XXIII.

Quo tempore donari debeat sponsalitia largitas, nec censeatur inualida, & donatio prohibita inter coniuges, an, scilicet, non tantum ante initum matrimonium, sed etiam eo inito possit validè donari?

SVMMARIVM.

An possit donari sponsalitia largitas tempore sponsos de præsenti.1.

Quid si donetur post traductionem sponsa ad domum sponsi, nondum tamen consummato matrimonio? n.2.

Quid si consummatum sit matrim. nondū tamen Ecclesiæ benedictiones receptæ sint? Referuntur opinio affirmans vsu. receptum. 3. Et ibi vt hæc lex posita intelligenda sint intra communem vsum. & hæc est proprietati præferendus. Et contraria opinio vtitur. n. 4.

Casu quo non valet, quia matrim. consummato facta est, censemur donatio mortis. n.5. Soluuntur argumenta. n. 6.

An si sponsus ante consummatum matrim. mittat nuntium sponsæ in ecclesia, & ante nuncij accessum consummat matrim. valeat hæc donatio. n.7.

An si donatio sponsalitiæ largitatis tempore nuptialium benedictionū, matrimonio nondum consummato valeat? Referuntur opinio negans. n. 8. Et ibi proximè attingendus punctus habetur.

Contraria vera. 9. Et quid de annulo dato sponsæ in Ecclesia, qui tunc benedicitur? n.10. Et soluuntur argumenta, n.11.

CONSTAT inter DD. attento iure communi, & regio antiquo Castellæ, inualidam esse sponsalitiæ largitatis donationem, inter sponsos de præsenti matrim. etiam nondum consummato, factam, more cæterarum donationum quæ inter coniuges fiunt, quas inualidas esse diximus hoc 6. l. tota disp. 1. Nam *l. Si à sponso, C. de don. ante nupt.* à qua ortum habuit *l. 3. t. 11. p. 4.* idem disponens intelligebatur communiter à DD. vt solis sponsis de futuro permittat huiusmodi donationem: per textū *l. 1. ff. de sponsa. & l. Inter eos, ff. de donat. inter vir. & vxor.* At iure nouo Castellæ constat, valere huiusmodi donationem inter sponsos de præsenti, ante matrimonij consummationem factam: per *l. 52. Tauri, hodie l. 4. t. 2. lib 5. recop.* Et ita corrigitur commune & antiquum Castellæ, per hanc legem, docēt *Ioan. Lup. l. 52. Tauri, n. 2.* vbi *Castillo inuito, Ant. Gom. n. 4. Gom. Arias l. 50. Tauri, n. 5. Montalu. in l. 5. t. 2. De las arras, l. 5. fori, Couar. 4. decret. in p. c. 4. §. 1. n. 14. Greg. Lop l. 5. verb. Por palabra, ti. 11. p. 4. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. rubr. glos. 3. n. 3. & l. 4. glos. 1. n. 1. Acebeda l. 4. n. 1. Barbosa l. Quæ dotu, 34. num. 83. ff. solut matrim.* Et ex Theologis, *Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 290. §. Nonnulla circa hactenus dicta, Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 36. f. 1032.*

Nec audiendus est *Gregor. Lop. d. l. 3. verb. Besado*, vbi hoc temperat, nisi sponsa ad sponsi domum traducta sit: tunc enim ait inualidam esse donationem sponsalitiæ largitatis factam. Quia præsumitur copula, censeturq; matrim. consummatum, quoad hunc effectum. Sed in simili reprobauit illum, hoc 6. l. disp. 19. n. 4. quia *l. 52. Tauri*, non pōderat consummationis præsumptionem, sed verè matrimonium consummatum esse. 2

In triplici autē casu, versatur difficultas. Primus est, quādo consummato matrim. fit hæc donatio sponsalitiæ largitatis. Secūdus, quando nondum consummato matrim. mittitur nuntio, & ante eius accessum consummatur matrim. Tertius, de donatis tempore nuptialiū benedictionum ante matrim. consummatum, an acquirātur sponsæ? 3

In primo casu, affirmant aliqui, validam esse sponsalitiæ largitatis donationem factam matrim. consummato, nōdum tamen Ecclesiæ benedictionibus subsecutis, ac proinde sponsam comparare eam integram donationem per illam copulam. Ducuntur, quia sponsa lucratur eam donationem in amissi pudoris præmium: quæ ratio æquè militat, quando donationem iocalium præcedit matrimonij consummatio. Secundò, quia ex communi vsu, & modo loquendi nostri regni, semper ante benedictiones nuptiales vocantur spōsus, & sponsa, quamuis matrim. consummatum sit: ergo donatio facta sponsæ ante nuptiales benedictiones, iudicanda est secundū regulas donationis sponsalitiæ, & non secundum regulas donationis inter virū & vxorem. Quare dum *l. 52. Tauri, l. 4. t. 22. lib. 5. recop.* 4

dicit,

dicit, *qualquier esposa agora sea de presente gane, &c.* nomine sponsæ de præsenti claudetur etiã carnaliter cognita, modo benedictiones nuptiales minimè receperit. Quia verba in lege posita iuxta communẽ vsum loquendi accipiẽda sunt, & ille verborum proprietati præferendus est. Vt probat *glos. c. Nouuelli, verb. Viuir, de restrict. Bart. l. Non dubiũ, n.11. C. de legibus*, ex l. Librorum, §. Quod tamen Cassius, & ibi notarii, *ff. de legat. 3. & l. In vulgari. l. Vt Alphenus. ff. de verb. sign. & Felin. præmio decret. super gloss. num. 3. Abb. ibi super verb. Greg. epist. num. 8. & ibi Anton. 1. p. prooem. n. 39. 40. Innoc. c. Olim, de verb. sign. n. 2. Sylvester, Angel. Tabiena verb. Padua, initio.* Tertiò prob. quia d. l. 52. Tauri, æquiparat casum oculi, casui copulæ, quoad rationem lucrandi iocalia, licet diuersificet vtrumque casum, quoad lucri quantitatem, sed sponsa lucrarur medietatem iocalium per oculũ, siue donatio præcesserit oculum, siue subsecuta sit, ergo similiter lucrabitur totum per copulam, siue donatio illam præcesserit, siue sequatur. Vnde dum *l. 52. Tauri*, inquit, *gane si el esposo la uviere besado, la mitad de todo lo que el esposo le uviere dado antes de consumido el matrimonio*: non ponit ea verba, *antes de consumido el matrimonio*, quasi velit à contrario sensu, vt si iocalia matrim. consummato donata fuerint, nil lucretur sponsa, sed ad diuersificẽdum casum oculi, à casu copulæ, quoad lucri quantitatem, vt per oculũ pars dimidia, per copulam vero integra iocalia comparentur. Et hæc sent. est valde probabilis: quam tenent *Anton. Gom. l. 52. Tauri. n. 6. Auendan. de exequ. mand. 1. p. c. 5. n. 4. & 5. Gutier. 3. pract. q. 44. n. 2. & seq. Azebedo lib. 5. recop. t. 2. l. 4. n. 14. & 20. Barbosa ff. solut. matrim. libr. 3. p. n. 112. Aiora de partition. 1. p. c. 7. n. 37.*

4 Verius tamen est, eam donationẽ sponsalitiæ largitatis esse inualidam, tanquam factã inter veros coniuges. Prob. ex *l. 52. Tauri*, ibi, *y gane si el esposo la uviere besado, la mitad de todo lo que el esposo le uviere dado, antes de consumido el matrimonio*: ergo à contrario sensu sponsa nõ lucretur donata post consummatũ matrim. quamuis benedictiones secutæ nõ sint. Nec est conueniens expositio quã aduersarij tradunt, vt illa verba, *antes de consumido el matrimonio*, iũgantur cũ illis, *gane la mitad*, & nõ cũ illis, *lo que le uviere dado*. Quia gratis, & absq; fundamento, valdeq; impropriè verba transponuntur. Sic tenent *Ioan. Lup. l. 52. Tauri, nu. 2. fine, & n. 14. fine*, Castillo ibi, *n. 17. vers. Ex quo habet. Gom. Arias l. 50. Tauri, n. 20. Greg. Lop. l. 3. verb. besado, t. 11. p. 4. Matienzo libr. 5. recop. t. 2. l. 4. glos. 3. n. 2. Azebedo* fatis contrarius, *eadem l. 4. n. 25. fin. & 26.*

Quando autem hæc donatio sponsalitiæ largitatis non 5 valet, eò quòd facta sit post consummatum matrim. confirmabitur donantis morte, sicut de aliis donationibus inualidis inter coniuges, diximus hoc *6. l.* tota *disp. 14. Sic Matienzo allegatus n. precedẽ. & Barbosa allegatus n. 3. fine.*

Ad argum. contrariæ sent. propolita, *n. 3. resp. Ad 1. dic,* 6 licet sublit eadem ratio amissi pudoris, ex alia parte esse differentem rationem. Quia omni iure prohibetur donatio inter coniuges, & *l. 52. Tauri*, tantum corrigit ius antiquum, quando sponsalitia largitas donatur inter sponsos de præsenti, ante copulam. Alias simili ratione probaretur valere post Ecclesiæ benedictiones, & copulam. Ad 2. dic, bene probare intentum, si *lex 52. Tauri*, tantum diceret valere eam donationem inter sponsos: at expresse dicit, *de lo que le uviere dado antes de consumido el matrimonio*. Ad 3. negãda est consequentia, quia alia ratione prohibita est ea donatio post consummatum matrimonium.

In secundo casu, quando nondum consummato ma- 7 trimonio, mittit sponsus nuntio iocalia sponsæ, & ante nuntii accessum, & donationis acceptationem, consummatur matrim. breuiter dicendũ est, si erat nuntius ipsius sponsi, minimè valere. Quia donatio perficitur sponsa acceptante: (vt dixi *l. 1. disp. 6. n. 2. & 3.*) tunc autẽ est tempus inhabile, cùm iam sit consummatum matrim. Si verò sit nuntius sponsæ, dicendum est valere. Quia ex eo tempore quo nuntius nomine sponsæ acceptauit, acquisita fuit donatio sponsæ: tunc autem, tempus habile erat. Sic habetur expresse *l. Si sponsus, in princ. ff. de don. inter vir. & vxor.* Docentq; *Ioan. Lup. l. 52. Tauri n. 14. & ibi Castillo n. 13. & 14.* Intellige autem, quando fuit nuncius destinatus ab ipsa ad accipiendum iocalia. Quod optime dicit *glos. d. l. Si sponsus, verb. Eum*, dicens, *eum, scilicet, procuratorem ad recipiendum eum.* Quia aliter non absenti sponsæ stipulari potest, (vt dixi *l. 1. disp. 7. n. 29.*) nisi sit persona cui ea donatio traditur, quæ absenti stipulari possit: iuxta traditã ea disp. 7. n. 4. & seq. Nec audiendi sunt *Matienzo lib. 5 recop. t. 2. l. 4. glos. 4. n. 4. & Gutier. 3. pract. q. 44. n. 8.* asserentes etiam, quando fuit sponsi nuntius, valuisse statim donationem: per *l. 2. tit. 16. lib. 5. recop. Castellæ*, per quam vt donatio valeat, & irrevocabilis fiat, non requiritur acceptatio donatarij. Sed hoc reprobaui lib. 1. disp. 6. n. 19.

In tertio casu, an donata tempore nuptialium benedi- 8 ctionum, nondum tamen consummato matrim. lucretur sponsa per copulam subsecutam, & medietatem per oculum? Negant aliqui, dicentes, ea restituenda esse sponso, vel eius hæredibus. Primò, quia de proximo benedicẽda, vel copulãda, pro benedicta, vel copulata habetur. Vt latè tradit *Iason. auth. Si quæ mulier, à n. 25. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi explicat quomodo proximè accingendus pro accincto habeatur. Secundò, quia certum est, ea dona minimè tradenda esse, si benedictiones non statim essent recipiendæ: atque ita non animo donandi tradita videntur, sed vt sponsa ornatior appareat. Sic tenet, licet aliquãtulum dubitans *Greg. Lop. l. 23. ad fin. t. 11. p. 4.* & docent *Azebedo lib. 5. recop. tit. 2. l. 4. n. 27. & 32. Gutier. 2. pract. q. 19. n. 1.*

Sed dicendum est, acquiri sponsæ per oculum, quoad 9 medietatem, & per copulam, integrè. Quia *l. 52. Tauri* pulla sit distinctio temporis quo sponsalitia largitas donatur, si sponsi sint benedicti, vel proximè benedicendi: sed tantum an donetur ante, vel post consummatum matrim. præterea, quia adhuc sunt sponsi: & lex illa de donatis per sponsos loquitur: qualitas autem adiuncta verbo, debet regulari secundum tempus verbi, *l. In delictis, 6. Sicuma num. ff. de noxal.* ergo cum illa verè sint donata per sponsos, in illis seruandum erit, quod ea lex disponit. Sic docent *Anton. Gom. l. 52. Tauri, num. 5. Auendaño de exequend. mandat. lib. 1. cap. 15. num. 5. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. l. 4. glos. 6. n. 4. Gutier. allegat. 11. n. 7.*

Dubitabis autem, quid dicendum sit de annulo dato 10 sponsæ in Ecclesiæ, qui tunc benedicitur, an fiat sponsæ? *Et matrimonium nondum est consummatum? Bald. auth. Et testamento, n. 8. C. de collat. ait fieri sponsæ. Sed credo nisi antea donatus esset minimè fieri sponsæ. Quia minime censetur donatus, sed ad seruandum ritum Ecclesiæ, quibus debet vt tunc tradatur anulus benedicendus. Sic Castillo l. 52. Tauri, fine.*

Ad argumenta contraria proposita, n. 8. respondetur. 11 Ad 1. dic, quamuis moraliter videantur facta post benedictiones, quæ proximè fiunt: at habemus iam aliunde in re communi explicatum, vt intelligatur in toto rigore metaphysico: vt constat ex *l. Inter eos. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi decernitur, valere donationem inter eos qui matrimonio iuncti sunt, factam ante nuptias, licet eodem die nuptiæ sequantur. Ad 2. dic minimè præsumi dari, vt ornatior appareat, sed nomine sponsalitiæ largitatis: eãdem enim animus contrarius minimè manifestetur, standum est legum interpretationi.

DISPVTATIO XXIV.

Vtrum donatio sponsalitiæ largitatis posſit in quacumque quantitate fieri?

SVMMARIVM.

Non potest in regno Castellæ excedere octauam dotis partem, sine consuetudine communi taxa præfinita non sit. n. 2. Et ibi remissiue, an possit dari vltra decimam bonorum sponsi partem. Et quid, si sponsa moriatur ante sponsalia, eaque nunquam redeant ad donantem, n. 4. Quid si dos magna promittatur, fiat tamen, vel promissa non integrè tradatur, vel soluatur matrimonium ante dotem promissam solutam, n. 3.

An si dos possit eminctur diminuenda sit sponsalitia largitas? Et quid si excedat octauam partem dotis? An ita secum varient? Et an possit iuramento? Et an sit nullus in foro conscientiæ? Et an valeat confirmatio, &c.

exigua quando dotior ab ea, quàm à sponso? Et qualiter computandus sit valor dotis, quando sponsa affert maioratum in dotem? Et an extrahenda sit de quinta bonorum parte, in Castella, si sponsus habeat descendentes: vel de tertia, si habeat ascendentes? Et an filius familias, vel minor possint donare hanc sponsalitium largitatem rem sua, n. 4. An hodie leges forenses, vel regnicolas, si habeant bona extra regnū, vel si regnicola sit extra regnū, vel si subdit nostri regni habeat extra, n. 5. An dicatur sponsalitia largitas invalida sit, quando sponsa nullam dotem affert: & qualiter sit intelligenda taxanda? n. 6.

1 PRIMA conclusio. Quamuis iure communi nulla sit præfinita taxa sponsalitiæ largitatis donationi: at in regno Castellæ excedere nequit octauam dotis sponsæ partem. Habetur expresè l. 1. fin. t. 2. lib. 5. recopilat. Castellæ. Verum autem in eodem regno nequeat excedere decimam bonorum sponsi partem? dicam disp. seq. n. 31.

2 Intelligè primò conclusionem, nisi talis donatio fieret ante sponsalia, hac lege, vt nullo casu reuerteretur ad donatorem: tunc enim posset excedere: cum non sit sponsalitia largitas, de qua ea lex loquitur: nec est prohibita: eum non sit donatio inter coniuges, nec reseruatur in tempus contracti matrimonij. Sic *Azeuedo de exequen. mandat. 1. p. cap. 15. n. 1.*

3 Secundò intelligè, vt sit octaua pars dotis verè recepta, secus si ficte magna dos promittatur, vel promissa non integrè tradatur. Constat ex illis verbis d. l. 1. t. 2. lib. 5. recopil. *Nisi la que montare la octaua parte de la dote que con ella recibiere.* Sic *Azeuedus d. cap. 15. nu. 2. Matienzo lib. 5 recop. t. 2. l. 1. gl. 6. n. 3. & 4.* Addit autem *Azeuedo n. 2.* necessarium esse verè recepeam esse dotem, quarè si dote promissa ad certum diem, dissoluatur antea matrim. non lucrari sponsam largitatem sponsalitiam. Quia vt valeat, non debet fieri cōputatio de dote promissa, sed de vera recepta: secus si aduenientē solutionis die noluerit spōsus dotem petere, cùm possit: tunc enim censetur ac si soluta esset. Sed hoc addit ampliectendum non est, & dicendū est valere spōsalitiam largitatem, quamuis dos soluta non sit, quia dies solutioni destinata nondum accessit. Quia quamuis dies nondum venit, cessit tamen, l. *Cedere dicitur. ff. de verb. sig. nif.* Sic *Matienzo lib. 5. recop. t. 2. l. 1 glos. 6. nu. 4.* Et in alio omnino simili, tenet *Valasc.* cons. 3. fine, tom. 1. in regno enim Portugalliæ non possunt aræ excedere tertiam partem dotis vxoris: & tamen ait dotem promissam, quando nondum adhuc venit solutionis dies, sufficere, vt fiat dicta computatio.

4 Verùm autem dote postea euicta diminuatur sponsalitia largitas? Et quando octauam dotis partē excedit, in totum vitietur, vel solus excessus: sicq; nullus in foro conscientiæ, siue à sponso, siue ab alio donetur: Et an excessus ille iuramento? Et qualiter computandus sit valor dotis ad hoc, quando sponsa affert maioratum in dotem? Et an in regno Castellæ extrahenda sit spōsalitia largitas de quinta bonorum parte, si sponsus habeat descendentes, vel de tertia, si ascendentes habeat? Et an filius familias, vel minor possint largitatem sponsalitiam promittere? De his omnibus statim in tractatu de actis disputandū est: de illis enim similes quæstiones agitandæ sunt.

5 Secunda concl. Hæc lex minimè ligat forenses. Cōstat ex illis verbis, *nunguno de nuestros reinos.* Sic *Matienzo ea l. 1. glos. 5.* An regnicola de bonis extra regnum sitis non potest libertas huius legis excedere. Quia lex obligat personā legislatori subditam. Sic *Pelaez de maiora t. p. q. 58. nu. 38. Azebedo lib. 5. recop. t. 2. l. 1. n. 28.* Idē dicunt *Pelaez ibi n. 25. & Azebedo n. 28.* si regnicola sit extra regnū. Ducuntur, quia statutū est prohibitiuum in persona, & fauorabile, ne sponsi mutuo se amore spolient, & ita extēditur ad subditos vbicumq; existentes, & bona vbicumq; sita. Sed hoc nō credo: nā (vt dixi l. 3. disp. 18. n. 18.) absentes à loco vbi leges obligant, minimè illis tenentur. Si autem puella nostri regni nubat extero in hoc regno, non poterit excedi dicta taxa sponsalitiæ largitatis. Vt contra Minchacā per eos citatum, defendunt *ibi Pelaez, n. 64. & Azebedo n. 32.*

6 Vnicum tamen dubium est hic an donatio sponsalitiæ largitatis inualida sit, quando sponsa nullam dotē affert: neque ita nil illius lucretur per osculum, aut copulā? Affirmat *Matienzo lib. 5. recop. t. 2. l. 1. glos. 6. fine.* Ducitur, quia lex illa definit, non posse donare sponsalitiam largitatē vltra octauam dotis sponsæ partem: quare vt hæc donatio valeat, habuit respectum ad sponsæ dotem: ergo vbi nulla est dos, ea donatio nō valebit. Sed verius est valere, & lucrari sponsum per osculum medietatem, & per copulam, integrè. Quia dicta lex prima non intendit, vt sponsalitia largitas nulla donetur, quando dos nulla data est, sed vt modus & taxa apponatur sponsalitiæ largitati, & excessui, quando dos data, vel promissa est: vt constat ex illis verbis, *y porque los que se disponan, suelen dar a sus esposas joias y vestidos excessuos* ergo etiam si nulla dos promissa sit, non intelligitur prohibita sponsalitia largitas. Sic *Auendaño de exequen. mand. 1. p. c. 15. n. 2. vers. Tertia conclusio, & num. 3. vers. Quarta* Clus. *Azebedo lib. 5. recop. t. 2. l. 4. n. 15.* Quod si roges, quæ taxa sit tunc accipienda? *Matienzo ea glos. 6. fine* optimè dicit iuxta hunc sent. taxandam esse sponsalitiam largitatem arbitrio boni viri.

DISPVTATIO XXV.

An vestes, & reliqua quæ mittit sponsus sponsæ, censeantur sponsalitia largitas, & acquiratur integra consummato matrimonio, & nondum consummato, per osculum dimidia pars?

SVMMARIVM.

Sunt quæstiones sine disputanda? n. 1.

Quando consummato matrimonio constat de animo donandi, non est facienda distinctio, an sint vestes pretiosæ, an quotidianæ, sed acquiruntur vxori: si vero constat de solo animo accommodandi ad vsum sunt solum matrimonio resolubili viro, n. 2.

An quando vxor donat viro vestem valeat donatio? n. 4.

An quando animus donandi est dubius, censeantur hæ vestes donatæ vxori? Referuntur varia sententia, à n. 5. vsque ad 9.

Vestes quotidianæ censentur donatæ, & ita fuerunt sunt vxoris: pretiosæ autem tantum accommodatæ ad vsum, atque ita soluto matrimonio sunt viro restituendæ, n. 10.

Donatio in dubio, & quando alia coniectura capi potest, non præsumitur eodem n. 10.

Idē dicendū est de annulo, & aliis iocalibus traditis per virū vxori, n. 11.

Vestes quotidianæ ex bonis viri traditæ sunt vxoris, secus de pretiosis, n. 12.

Quid si vestes quotidianæ excedant dotis fructus? n. 13.

Quid, si vir mittens vestes pretiosas vxori, exprimat se donare? num. 14.

Vel faciatur cas esse vxoris? n. 15. Vel sit consuetudo vt animo donandi mittantur, n. 16. Vel si non sit consuetudo vt vir mittat vestes pretiosas vxori? n. 17.

Quid si vxor aliqua vno die, aut nocte, vicibus vestes pretiosas mittat? n. 18.

Quid si vir mittens vestes pretiosas, sit valde nobilis, aut dives, vel vxor nobilis, ipse autem plebeius? n. 19.

Quæ dicantur vestes quotidianæ, & quæ pretiosæ, relinquitur arbitrio prudentis, n. 20.

Vestes seruorum apud nobiles, & diuites censentur quotidianæ, secus apud alios, n. 21.

Vestes aestiuæ, & hyemales an censeantur quotidianæ? n. 22.

Vestes sine quibus vxor absque dedecore non potest in publicum exire, censentur quotidianæ, n. 23.

An hæc intelligatur de diebus festiuis, vel de quibuscumque? Referuntur quædam, n. 24. n. 25.

Sententia auctoris, n. 25. Et soluuntur argumenta n. 26. Et ibi duobus quæstionis contrariantibus remotis pertransitur. Explicatur, l. Cum hic statur in principio. ff. de donat. inter vir & vxor. l. Vxori. ff. de legat. 3. & l. 2. C. si quis alteri. Post quem sunt alia summaria.

1 HÆc quæstio grauissima est, eiusque intelligentia petit præmitti aliam de vestibus donatis inter virum & vxorem. Quatuor igitur quæst. disputādæ sunt. Prima, de vestibus traditis per virum vxori. Secunda, de vestibus & aliis traditis per sponsum sponsæ; attento iure cōmuni & regio antiquo Castellæ. Tertia, quid attento iure regni Castellæ nouiter. Quarta, quid dicendum sit, quando socer, aut socrus donat has vestes nurui, aut genero.

2 QVÆSTIO I. An vestes quas consummato matrimonio vir tradit vxori, censeantur ipsi donatæ? Constat vbi est certus animus mariti tradentis, distinguendum non esse inter vestes quotidianas, & pretiosas: sed vtrasque esse restituendas, quando commodatæ sunt ad vsum, finito vsu per matrimonij dissolutionem, viro vel eius hæredibus. Sic *Ioan. Lupus rubr. de donat. toto §. 5.* Si autem animus donan-

donandi fuerit, constat donationem esse, siue vestes pretiosæ, siue quotidianæ sint. Vt docent *Bart. l. penult. §. Seruis vxoris, n. 3. vers. Non obstat, ff. solut. matrim. & ibi Ioan. de Imola, n. 10. Alex. de Neue, c. fin. nu. 22. de donat. inter vir. & vxor. Paul. cons. 428. nu. 2. lib. 2. Roma cons. 146. Matth. de Afflictis, decis. 315. nu. 9. Ioan. Lup. eod. §. 5. per totum, Iul. Clarus l. 4. receptar. §. Donatio, q. 10. fine, Anton. Gabr. in mea edit. tom. 2. communi. l. 19. fol. 457. col. 2. vers. Vestes, Gama decis. 71. num. 4. Mascard. de probat. concl. 564. nu. 3. Gutier. 2. pract. q. 19. num. 5. Barbosa l. Quæ dotis, 34. n. 78. ff. solut. matrimon.*

3 Est tamen latum discrimen quoad valorem donationis harum vestium: nam si pretiosæ sint, non valet donatio, nisi morte confirmetur, instar aliarum donationum quæ fiunt inter coniuges. Vt bene docent *Ioan de Imola, Matth. de Afflictis, Iul. Clarus, Anton. Gabr. Gutier. cum Alex. & Socino per ipsum allegatis*, quos tetuli n. præced. Donatio autem vestium quotidianarum statim valet. Quia hæ vestes pertinent ad alimenta, virq; tenetur vxorem alere. Sic docent *Bart. l. penult. §. Seruis vxoris, n. 3. ff. solut. matrim. Ioan. Lup. rubr. de donat. §. 11. num. 3. Barbosa l. Quæ dotis, 34. n. 64. ff. solut. matr.* Vnde fit, hanc donationem vestium quotidianarum cum statim valuerit, non posse per virum reuocari. Vt bene docet *gloss. fin. l. Si vsusfruct. ff. ad leg. falc. Barbosa n. 65. fine.*

4 Si tamen vxor donet viro quotidianas vestes animo donandi, non valet statim donatio. Habetur expresse *l. Sed si vir, 32. in fine princ. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Quia est donatio inter coniuges, nec militat eadem ratio in vxore; nam vir tenetur vxorem alere, non autem vxor virum. Quare si vxor teneretur virum alere ob eius inopiam, valeret statim ea donatio vestium quotidianarum: cum militet eadem ratio. Sic *Barbosa d. l. Quæ dotis, nu. 72.* ita intelligens *Salicetum d. l. Sed si vir.* Quando autem non valet donatio, confirmabitur morte, sicut aliæ donationes inter coniuges factæ.

5 Tota autem difficultas quando minime constat de donandi animo, consistit: an in hoc dubio censeantur vestes traditæ vxori per virum, ipsi donatæ, vel solum accommodatæ ad vsum? *Bart. l. penult. §. Seruis vxoris, nu. 2. ff. solut. matrim.* duas refert sent. Prima est, virum censeri omnes vestes donare vxori, eamque donationem morte confirmari. Ducitur, quia traditione rerum dominium acquiritur, *l. Traditionibus, C. de pactis*: ergo cum vir tradat has vestes vxori, censetur eas donare.

6 Secunda sent. ait minime censeri donate, sed ad vsum accommodare, & ita reddendas esse viro soluto matrim. Prob. quia vir tenetur vestes dare vxori, at in necessitatibus nemo liberalis existit, *l. Rem legatã, ff. de adim. legat. l. Donari, ff. de regul. iur.* ergo nõ censetur donare. Secundò, quia vir tantum tenetur alere vxorem constante matrimonio, & proinde pro eo tempore tenetur vestes dare: ergo eo soluto restituendæ sunt viro, si adhuc extent. Hanc sent. sequitur *Dyan.*, quem *Bart. ibi* refert: eandem tenent *Bald. l. Cum te, n. 4. C. de donat. ante nupt. Alexand. l. Si in qui, §. Dos, n. 4. ff. ad legem falc. Campegius de dote, 2. p. q. 55. num. 3.* Temperat autem hanc sent. *Bald.* vt vestes sint restituendæ viro, soluto matrimonio, quando vxor prius obiit. Viro enim præmortuo vestes quibus viduæ vti licet, vxoris erunt, cæteris viri hæredibus restitutis. Sed hanc sent. bene impugnat *Bart. n. preced. allegatus*: quia ex ea infertur virũ censeri donare vxori vestes pretiosas, nõ autem quotidianas: has enim tenetur dare, & ita non censebitur donare: cum autem illas minime teneatur dare, censebitur liberaliter donare: quod tamen valde absurdum est.

7 Tertia sent. vltra eas quas *Bartolus* refert, asserit censeri virum donare vestes tam quotidianas, quam pretiosas, quando fructuum dotis quantitatis id patitur, aut parum superesset, nec hanc donationem esse prohibitam inter coniuges: secus si matrim. breui tempore durasset. Sic *Cuma. l. penult. §. Seruis, n. 5. ff. soluto matrim.*

8 Quarta sent. ait vestes necessarias nullo modo censeri donate: si vero necessariæ non sint, sic distinguendũ esse: aut proportionantur dotis quantitati, & tunc dicit non censeri etiam donare: secus si excedant dotis quantitatem: tunc enim dicit censeri donationem, mortemque confirmari. Sic *Alberic. d. l. penult. §. Seruis, n. 5.* & addit, *n. 6.* æstimandas esse prout valent tempore soluti matrim.

Quinta sent. fatetur, vestes quotidianas censeri donatas per virum vxori, si vero sint pretiosæ, & festiuæ, sic distinguit, si vxoris causa paratæ sint, (vt communiter accidit,) eique traditæ fuit, censentur ei donatæ, eaque donatio morte viri confirmabitur. Si vero non causa vxoris paratæ sint, nõ censentur donatæ: vt si vir mittat vxori gemmas, monilia, & alia ornamenta quæ domi habebat ipse vir. Probatur censeri donatas, quando paratæ sunt causa vxoris: ex *l. Cum hic status, 33. in princ. ff. de donat. inter virum & vxor.* ibi, *Oratio autem Imperatoris nostri de confirmandis donationibus non solum ad ea pertinet quæ tempore vxoris comparata sunt.* Secundò prob. ex *l. Vxori, 32. §. fin. als. ff. de leg. 3.* vbi vir legauit vxori quicquid pro ea conteslit, & quæritur *tacitus fultus*, an in legato hoc comprehendantur centum aureos quos vir creditori vxoris soluerat, & respondet comprehendi, si donationis causa pro vxore soluit: idq; præsumptum esse debere, nisi contrarium ab hæredibus viri probetur: ergo eo ipso quod aliquid vxoris causa paratur, præsumitur ipsi donari. Tertiò prob. ex *l. 2. C. si quis alteri, vel sibi*, ibi, *si emancipatis vobis familos quos nomine vestro pater emit, vobis tradidit, vel in possessione eorum voluntate patris fuistis, dominium acquisistis*: ergo similiter vxori traditione rerum sibi comparatarum acquirit dominium. Hanc tenet *Barbosa l. Quæ dotis, 34. n. 75. & dupl. sequentis. ff. soluto matrim.*

Sit tamen conclusio. Verior ac frequentissima sent. est, in hoc dubio censeri donatas vxori vestes quotidianas, solutoque matrim. esse vxoris, & eius hæredum: vestes autem pretiosas, seu festiuas non censeri donatas, sed tantum ad vsum accommodatas, & proinde soluto matrimonio & eius hæredibus esse restituendas: & cum nõ sit donatio harum vestium, minime confirmari morte. Prob. prima pars, nempe, vestes quotidianas, censeri donatas. Quia expensas necessarias quas vir expendit, vt suæ obligationi satisfaciat, nequit repetere: vt patet ex *l. penultima, ff. de impensis*, vbi dicitur impensas factas gratia colligendorum fructuum ex re dotali, non esse extrahendas de dote, vt eam minuant. Et redditur tibi ratio, his verbis, *nã tales res dotales vir suo sumptu debet*: sed vir tenetur suis sumptibus vxorem alere, *l. Si cum dot. n. 3. Sin autem ff. solut. matrim.* & nomine alimentorum clauduntur vestes quotidianæ, & necessariæ, *l. Legatis, ff. de alimentis & cibar. leg. l. Verbo vsus, ff. de verb. signific.* ergo eas vestes quotidianas nequit vir repetere, sed censentur donatæ. Secundò prob. ex *l. Ex annua, 16. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi allegatur, si quid annuum præstet vir vxori, scilicet, ad alimenta, (vt exponit *ibi glossinatio*,) statim vxoris effici, nec residuum posse à viro repeti, nisi fructus dotis valde excedat: ergo cum vestes quotidianæ ad alimenta spectent, statim censentur donatæ vxori. Prob. secunda pars, nempe, vestes pretiosas non censeri donatas: ex *l. Hoc legatum, 43. ff. de leg. 3.* vbi vestes paratæ causa vxoris ei legantur per virum: ergo supponitur à principio non fuisse donatas, alias legatum non subsisteret, *l. Propria, C. de legat.* Secundò prob. ex *l. Mortua sine, 54. ff. de donat. inter vir. & vxor.* vbi habetur si res in dote æstimatas mulier viro cõsentiente in vsu habeat, nõ ob id censetur ipsi donatas: ergo ex eo quod vir tradat vxori ad vsum vestes pretiosas, nõ censetur ipsi eas donare. Tertiò prob. ex *l. 23. tit. 11. p. 4.* vbi sic dicitur, *mas si la mujer tuuiere paños escusados, que su marido le auuiere dado, si el muere, luego deue de tornar ella los tales paños con sus apparejos a los herederos del marido*: vbi expresse videtur hoc definiri. Quartò, quia in dubio nõ præsumitur donatio, *l. Cũ de indebito, vers. Quia enim soluit. ff. de probation.* & late tradunt *Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 88. Mascardus de probat. tota concl. 555. num. 1. toto*, vnde oportet expresse agi de donatione, vt talis sit: vt bene docet *Bald. l. Cum te, n. 2. C. de donation. ante nupt.* Inde etiam fit donationem numquam præsumi, quoties alia cõiectura, quam donationis capi potest: vt docent *Bald. & Alex.*

Alex. quos refert & sequitur *Greg. Lop. l. 36. v. Bienes, t. 12. p. 5. Tiraqu.* cum multis aliis quos refert & sequitur *Mascard. d. conc. 555. n. 13. & 14.* addens etiam si coniectura esset leuis. At dum vir tradit vxori vestes pretiosas, non expresse agitur, vt sint donatæ, & saltem negati nequit esse dubium an sit donatio, potestque sumi alia coniectura, quam donationis, nempe traditionis vt ornatior incedat: ergo non censentur donatæ. Quintò, quia in traditis gratia tradentis non præsumitur donatio: *l. Si vt certo, § Interdum. ff. commodati*: sed vir gratia sui tradit has vestes vxori, vt ornatior accedat ad ipsum: ergo non præsumitur donatio. Sextò, quia hæ vestes pretiosæ solent per virum mitti, & dari vxori, & sic pudor esset viris non concedere: quod autem sit ex pudore, dicitur fieri necessario, *l. Pecunia. ff. de alimen. & cibar. leg.* cum ergo hæc donatio fiat ex quadam necessitate, non est præsumenda donatio: quia in necessitate nemo liberalis existit, *l. Rem legatam ff. de adim. legat. l. Donare ff. de regul. iur.* Tandem probatur vtraque pars, ex *l. Id vestimentum, 26. ff. de peculio*, vbi habetur id vestimentum esse peculij seruj, quod ei dominus tradidit ad vsum quotidianum: secus de eo quod dedit non vt semper eo vteretur: sed certis temporibus, & ad certum vsum. Hanc sententiam sustinent *Bart. l. Si vsusfructus ff. ad legem fal. c. d. n. vn.* ita intelligens glossam finalem ibi: *idem Bartol. l. penult. § Seruis, n. 3. ff. soluto matrimonio, & ibi Bald. nu. 3. & 4. Ioan. de Imola ibi, nu. 11. Paulus nu. 4. Alex. nu. 3. & 4. Id. tu Bald. authent. Ex testamento, n. 8. C. de collatio. Alex. de Neuo, c. fin. nu. 22. de don. inter vir. & vxor. Roman. cons. 146. Barbatius cons. 60. lib. 3. Capella Tholosana quæst. 336. Vitalin. tract. clausularum. tit. An iuri alimentorum possit renuntiari: Angel. Inst. de actio. § Fuerat, nu. 26. Matthæus de Afflictis, decis. 315. nu. 2. & 3. Alex. cons. 41. nu. 4. volum. 5. Ioan. Lup. rub. de don. § 6. à nu. 5. vsque ad 13. &* melius *§ 11. nu. 1. 2. 3. 4. & 9. Montaluus lib. 3. fori, t. 6. l. 6. gl. 1. cubo quotidiano, Roland. cons. 10. nu. 12. l. 1. Rosella Donatio, 1. n. 37. Syluest. Donatio, q. 5. Castillo l. 52. Tauri v. Sea pretioso, num. 21. Greg. Lop. l. 23. verb. Paños, t. 11. p. 4. Gomez Arias l. 50. Tauri num. 11. Aut. Gomez l. 32. Tauri num. 4. Villalobos in communibus opin. lit. V. verb. Veller, num. 47. & 48. & lit. D. verb. Donatio, nu. 198. Rojas epitome successionum c. 33. num. 47. Petrus Gregorius Syntagmate iuris l. 38. c. 10. nu. 19. Menoch. multos referens, de arbitr. lib. 3. centuria 3. casu 218. num. 2. & 3. Iulius Clarus lib. 4. recep. §. Donatio, qu. 10. vers. Successiue quæro, Mascard. de probat. concl. 564. n. 2. Ascudalio de exequend. mandat. 1. p. c. 15. fin. Ant. Gab in mea theor. 2. communi l. 19. f. 453. colum. 2. vers. Vestes, & to. 1. l. 4. f. 206. col. 2. verb. Donatio, Gama 1. p. decis. 71. num. 4. & decis. 126. num. 1. & 2. Quesada diuersis quæstionibus iuris, cap. 28. Gutier. 2. pract. q. 19. n. 2. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. l. 4. gl. 5. num. 1. Azebedo ad l. 4. num. 29. Angulo de meliorationibus, l. 3. gl. 2. n. 77. Burgos in compendio rejolutorio lit. V. verb. Vestes festiuæ, & v. Vestes pretiosæ.*

11 Eadem distinctio adhibenda est de iocalibus, vt annulis, &c. traditis per virum vxori: quotidiana enim ipsius esse iuntur: pretiosa autem commodantur ad vsum. Constat eisdem rationibus. Sic docent *Matthæus de Afflict. decis. 315. nu. 14. Alex. Montaluus, Menoch. n. 3. Quesada, Gutier.* quos retuli n. præced. *Ioann. Lup. rub. de don. § 11. nu. 9. Ant. Gab. to. 1. com. mun. in mea edit. li. 4. fol. 206. col. v. Donatio, vers. Vestes, & vers. Iocalia.*

12 Hinc fit, vestes quotidianas de bonis viri tradendas esse vxori, secus de vestibus pretiosis. Sic *Montaluus allegatus n. 10. Perez l. ordinam. t. 1. l. 7. vers. Vestir por luto.*

13 Hæc autem conclusio est primo intelligenda, vt vestes quotidianæ censeantur donatæ, nisi fructus dotis excedant: in excessu enim erit liberalis donatio, inualidaque, nisi morte confirmetur. Sic *glos. finali, l. Si vsusfructus, ff. ad legem falcid. Salicet l. Sicut, in fine, C. de donat. inter vir. & vxor. Ioan. Lup. rubr. de donat. §. 1. num. 9. in princip. vers. Et intelligo hoc.* At verius existimo, adhuc censeri donatas, & valere, licet dotis fructus excedant. Quia etiam in hoc casu tenetur vir has vestes suis expensis vxori præstare. Sic videtur sentire *Bald. l. penultima, § Seruis, num. 3. ff. soluto matrimonio*, ait enim censeri donatas vestes quotidianas, præsertim si fructus dotis eam donationem patiantur: & ita videtur idem sentire, licet fructus dotis excedat ea donatio. Et docet *Barbosa l. Quæ dotis, 34. num. 47. ff. soluto matrimonio.*

Secundò intellige, vt vestes pretiosæ non censeantur 14
donatæ, nisi vir eas mittens exprimeret se donare: tunc enim standum esset verbis. Quia clarius de voluntate mittentis constare nequit, quã si le donare exprimat. Sic *Ang. cons. 339. in princ. Cagnolus l. Contractus, num. 36. ff. de reg. iur. Iul. Clarus 4. recep. § Donatio, qu. 10. in prin. Rom. Barbatius, Petr. Gregorius*, quos refert & sequitur *Barbosa l. Quæ dotis, 34. nu. 78. ff. solut. matrim.* At licet hoc probabile sit: verius tamen est, non censeri donationem. Nam verbum, Dono, impropriatur secundum subiectam materiam, *l. Si vno, 17 ff. locati*, ibi, *sed & si verbo donationis dominus ob sterilitatem anni remiserit, idem erit dicendum, quasi non sit donatio, sed transactio.* Secundò probatur, quia cum vsus sit eas vestes mittẽdi vxori, non animo liberali, sed ex verecundia ac pudore: ex necessitate censetur mittere: vt probaui nu. 10. 11. atione 6. atque ita non erit donatio. Tertiò, quia illis verbis non vsus est maritus donare, sed sunt vrbanitatis, & officij gratia dicta: quæ obligationem non pariunt, vulgo *palabras de complimento no obligan.* Vnde cessat fundamentum contrariæ sent. quia ex subiecta materia aperte colligitur contrariæ sent. quia ex subiecta materia aperte colligitur nõ vsurpari tunc verbum, Dono, in sua propria significatione. Ita tenent *Bart. l. 1. §. Nec castrense, nu. 10. ff. de collat. bonor. Bald. auth. Ex testamento, nu. 8. C. de collat. Paulus cons. 428. nu. 2. l. Anchar. cons. 181. à n. 1. Alex. cons. 155. nu. vlt. l. 7. Cornetus cons. 81. à n. 14. l. 1. Ioann. Lup. rubr. de don. § 7. per totum, Ioan. de Imola l. penul. § Seruis, num. 11. ff. solut. matrim. Roland. cons. 10 n. 15. & 16. lib. Campegius de dote, 2. p. q. 55. nu. 4. Rosell. Donatio, 1. nu. 7. Ang. v. Peculium, nu 21. Sylvest. Donatio, 2. q. 5. Ant. Gom. l. 51. Tauri n. 4. Matienzo li. 5. recop. t. 1. 2. 4. gl. 5. num. 1. 2. l. fin. Gutier. 2. pract. qu. 19. num. 3.* Et ex Theologis, *Lud. Lop l. 2. de contract c. 47. § Sed de his donationibus.*

Vnde minus credo quod ait *Barbosa ea l. Quæ dotis, num.* 15
80. referens Aimonem, nimirum si vir fateatur vestes esse vxoris. censeri animo donandi tradidisse. Nam ea verba sunt vrbanitatis, & licet communiter dentur accommodatæ ad vsum, nunquam vir rogatus cuius ex vestes sint, solet dicere suas, sed vxoris: ergo non videtur per ea verba donare.

Tertiò intellige, vt vestes pretiosæ non censeantur do- 16
natæ, nisi consuetudo esset in ea regione vt animo donandi mitterentur: tunc enim missio simplex contineret in se donationem. Quia donatio videtur facta iuxta loci consuetudinem: ex doctrina *Baldi l. 2. n. 2. C. de iure dot.* & quia consuetudo est optima legum interpres; *l. Si de interpretationes. ff. de legib. & c. Cum dilectus, de consuet.* Sic *Bart. l. Si vt certo, § Interdum, n. 1. ff. commodati*, vbi *Balld. Paul. & Fulgo.* Idem *Decius, Iason, Lancelotus*, quos refert & sequitur *Barbosa l. Quæ dotis, 34. nu. 79. ff. solut. matrim. Ioan. Lup. rub. de donat. § 6. init. Gomez Ar. l. 50. Tauri nu. 11. Quesada in diuersis quæstionibus iuris c. 28. Gutier. 2. pract. q. 16. n. 2.*

Quarto intellige, vt vestes prẽtiosæ nõ censeantur do- 17
natæ, quando ratione cõsuetudinis eas vir mittit: si enim ea consuetudo non esset, censeretur donare, *l. Donari, ff. de reg. iur.* Quia tunc sponte mitteret. Vnde eadem ratione censetur donare, si quid vltra consuetudinem mittat. Quia in eo excessu versatur liberalitas. Sic docent *Rom. & Corn.* quos refert ac sequitur *Barbosa d. l. Quæ dotis, n 81.*

Quintò intellige, nisi sponsa donarit aliqua viro: tunc 18
enim censetur vir in remunerationem donare vestes pretiosas. Argumento, *l. Si vero non remuneraturus, § Inde Papinianus. ff. mandati.* Sic *Rom.* quem refert & sequitur *Barbosa ea l. Quæ dotis, n. 80. fin. Ioan. Lup. rub. de donat. § 10. init. Quesada de diuersis quæst. iur. c. 28.*

Vltimo intellige, nisi vir tradens vestes pretiosas, vahle 19
diues & nobilis sit: tunc enim videtur eas donare: & verba ambigua in vim donationis accipientur: argumento,

c.1. de don. ibi, *nobilitas legem imponit, vt debeat se quod sponte tribuit, existimet, & nisi in beneficium suis creuerit, nihil se præstitisse putet.* Et *l. Vxori* 32. §. *fin. iunct. gl. fin. ff. de leg. 3.* vbi textus ait præsumi donationem, cum vir soluit pro vxore. Et reddit rationem gl. quia erat vir nobilis. Sic *Bald. c. Iuranit, num. 10. vers. Item si dicant, de prob. Matth. de Afflict. decis. 315. nu. 4. Berous cons. 62. n. 24. l. 1. Tiraq. de nob. c. 1. num. n. 47. Bocr. & Aimon,* quos refert & sequitur *Barbosa l. Quæ dotis, 34. n. 80. ff. solut. matrim. Ioan. Lop. rubr. de don. §. 8. num. & §. 9. n. 28. Sylvest. Peculium, 2. q. 12. Tabiena v. Peculium, q. 19. n. 20.* vbi *Armilla nu. 17. Gom. Arias l. 50. Tauri n. 16. Nauar. sum. c. 17. nu. 166. Quesada diuersis q. iuris c. 28. Gutier. 2. pract. qu. 20. n. 1. Salazar de visu curiæ, c. 7. n. 12.* Et ex Theologis, *Lud. Lop. li. 2. de contractib. c. 41. fin. Mannel 1. to. sum. c. 93. n. 4.* Imò solæ diuitiæ faciunt hanc coniecturam, *gl. l. Sed si ego. fin. ff. ad SC. Velleia. Bald. l. 1. nu. 6. C. eo t. Ioan. Lop. d. §. 9. nu. 18. Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 24. nu. 3. 4. & 5.* vbi idem dicit cum *Ioan. Lop. n. 19.* præsumi, quando sponsa esset nobilis, & sponsus plebeius. Addit *Barbosa, eo n. 80.* præsumi diuitem & nobilem donare, licet res essent magni valoris, nisi immensi essent pretij. Quia alias nulla esset specialitas in viro nobili & diuite: cum quemcumq; maritum præsumatur parua donare: argum. *l. Vtrum ff. de donat. inter. vir. & vx.* ibi, *ex genere impensa.* vbi *gl.* in casus positione, dicit in paruis præsumi donum. Cæterum hæc limitatio valde dubia est: vt recte expendunt *Menoch. de arbit. l. 2. centur. 1. casu 88. nu. 50. Mascard. de prob. concl. 551. n. 62.* & sic dicunt intelligendam hanc limitationem, quando actus à nobili gestus conueniret donationi. Item intelligitur in rebus non magnis. Sic *Bart. l. Vxori, § fin. n. 1. ff. de leg. 3. Socin. senior. cons. 79. nu. 99. vol. 8. Menoch. d. casu 88. n. 50. & de præsumpt. l. 3. præsum. 24. fin. & cons. 1. num. 225. vol. 1. Mascard. d. concl. 555. n. 63.* & tenet *Ioan. Lop. rubr. de don. §. 11. inst.* vbi postquam *duplici §. Præcedit* asseruerat ratione nobilitatis vel diuitiarum præsumi donationem: dicit §. 11. *inst* prædicta intelligenda esse, quando dona sunt vilia & parui valoris, nec in pretiosis donationem præsumi. Et videtur clare tenere *Gutier. 2. pract. qu. 19. n. 4.* vbi relata sent. asserenti præsumi virum nobilem donare, ait in his personis iuxta rerum traditarum rationem & qualitatem iudicandum esse an sit donatio. Atque ita plus mihi placet hæc sententia. Et ad fundamentum Barbosæ dic cum *Gutier. eo n. 4.* plus deferendum esse viro nobili & diuiti: quod enim respectu pauperis erit magnæ quantitatis, & pretiosum, respectu nobilis & diuitis erit paruum.

20 Tandem restat videndum, quæ dicantur vestes pretiosæ, quæ autem quotidianæ? Quod communis sententia ait arbitrio prudentis relinqui, attenta viri & vxoris dignitate, & patriæ consuetudine inter similes personas. Sic docent *Imola l. penult. §. Seruis. ff. solut. matrim. Ioann. Lop. rubr. de donat. §. 11. Anu. 11. Roland. cons. 10. n. 17. l. 1. Greg. Lop. l. 23. gl. fin. 2. p. 4. Gom. Arias l. 50. Tauri nu. 17. Villalobos in commun. opin. lit. V. verb. Veites, n. 48. Menoch. de arbitrariis, libr. 2. centur. 3. casu 218. n. 5. Gutier. 2. pract. qu. 19. nu. 6. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. l. 4. gl. 5. fin. Azebedo ea l. 4. nu. 29. Spino specul. testam. gl. 18. n. 115. Quesada diuersis qu. iur. c. 28.* Adde considerãdam etiam esse in hoc arbitrio, quantitatem dotis vxoris: quo enim dos amplior est, eo honorabilius tractanda vxor est. Argumento eorum quæ notantur, *l. 1. C. de imponenda lucrati. descrip. l. 10. & l. Id vestimentum. ff. de peculio.* Sic *Ioan. Lud. eo. §. 11. num. 15.*

21 Hinc infertur, vestes sericas annumerari inter quotidianas, apud nobiles & diuites, quando attentis nobilitate, & diuitiis hæ decent ipsos: apud inferiores autem notæ personas minusq; diuites, inter pretiosas computari. Non enim omnes æqualibus vestibus vti debent. *l. 1. C. quæres vendi non possunt.* Sic *Alex. cons. 42. vol. 5. nu. 4. Afflictis decis. 315. n. 14. Ioan. Lop. rub. de don. §. 11. n. 9. & 10. Menoch. de arbitrar l. 2. centur. 3. casu 318. nu. 5. Gutier. 2. partit. q. 19. num. 9. Barbosa l. Quæ dotis, 34. n. 73. ff. solut. matrim.*

22 Secundò infertur, si vestes distinctæ sint pro anni tempore, aliæ scilicet, hyemales, & aliæ æstiuæ, it pro dignitate necessariæ essent, omnes censeri quotidianas. Sic *Salicet. l. Sicut. fin. C. don. inter. vir. & vx. Ioann. Lop. rub. de don. §. 11. n. 9. inst. Barbosa n. 73. proxime citato.*

23 Tertiò infertur, vestes honorificas sine quibus attenta dignitate coniugum mulier commode, & pro dignitate sine dedecore nõ posset exire in publicum, reputari quotidianas, quamuis ex se pretiosæ sint. Sic *Bald. d. l. penultim. §. Seruis, n. 3. ff. solut. matr. Ioan. Lop. co. §. 11. n. 9. Greg. Lop. l. 23. §. t. 11. 9. 4. Auendaño de exequend. mand. l. 2. c. 15. fin. Azebedo lib. 5. recop. t. 2. l. 4. n. 29. Gutier. 2. pract. q. 19. n. 8. Barbosa d. n. 73.*

24 Dissidet tamen inter hos DD. an intelligatur hoc de vestibus sine quibus non potest vxor absque dedecore in publicum exire solis diebus festiuis? Quidam enim censent quotidianas etiam dici eas vestes quibus vtãtur mulieres diebus festiuis communibus, & non solemnibus, & sine quibus tunc in publicum absque dedecore egredi nequeunt. Sic *Greg. Lop. Auendaño, Azebedo, Gutier. n. 8. relatis. proced.* Nituntur que auctoritate *Baldeo. §. Seruis, nu. 2.* vbi indistincte docuit censeri vestes quotidianas, siue quibus non potest mulier publicè comparere. Et hic modus dicendi probabilis est.

25 Verius autem est, intelligi de diebus non festiuis. Arg. desumpto ex *l. Id vestimentũ, 26. ff. de pecu.* vbi habetur id vestimentum esse peculij ferui, quod ei dominus tradidit ad quotidianum vsum: secus de eo quod dedit, non vt semper seruus illo vteretur, sed certis temporibus, & ad certum vsum. Item, quia vestes quotidianæ si vocem & sonũ attendamus, eas quæ in vsu quotidiano sunt, significant. Sic *Ioan. Lop. & Barbosa relatis n. 33.* & videtur tenere *Menoch. de arbitr. l. 2. cent. 3. casu 218. nu. 3.* vbi vestes quotidianas explicat, quibus quotidie mulieres domi vtuntur: & *n. 5.* ait festiuas esse quibus solis diebus festiuis induuntur.

26 Ad argumentum primæ sententiæ propositum num. 5. resp. traditione acquiri dominium, nisi coniectura probabilis sit contrariæ voluntatis: qualis est dum traduntur vestes pretiosæ. Ad argumenta secundæ senten. proposita num. 6. Dic ad 1. cum *Paulo l. penul. §. Seruis, num. 4. & ibi Ioan. de Imola num. 11. ff. soluto matrim.* censeri virum soluere debitum quando vestes quotidianas vxori, pro tempore quo matrimon. constat: donare autem pro eo tempore quo dissoluendum est: quando iam non ex necessitate id facit. Quæ donatio valet irreuocabiliter à principio, vt dixi num. 3. Secundò potest dici concurrentibus duabus coniecturis vincere potentiorem, vt multis relatis tradit *Mantica de coniecturis vlt. vol. l. 12. tit. 17. num. 7. Menoch. de præsumpt. l. 1. qu. 30. num. 1.* & clarè probat *l. Dunus. ff. de in integr. restitut. iuncta gl. verb. Existimari.* Fortior autem est præsumptio, & coniectura quæ desumitur ex *l. Ex annos. ff. de don. inter. vir. & vx.* decidenti annuum datum pro alimentis licet aliquid superfit, censeri donatũ, & valide inter coniuges: & ex *l. Vtrum. ff. eodem t. quæ habet modica censeri inter coniuges donata*; qualia sunt quæ superfunt soluto matrim. ex vestibus quotidianis: quam coniectura, quod nemo in necessitatibus liberalis censetur. Quod vel ex eo colligitur, nam hæ donationibus inter coniuges, nõ amare ac inter infestos, sed benigne tractandæ sunt, vt inter coniunctos maximo affectu. *l. Si id quod, 29. vers. Si quæ ff. de donat. inter vir. & vx.* Ad 2. dic tantum teneri dare pro tempore quo durat matr. censeri autem illum absolute dare, quando id non explicat. Ad argum. quintæ sententiæ proposita n. 9. resp. Ad 1. dico *cum Bart. l. penul. §. Seruis, n. 3. ff. sol. matrim.* intelligi eum textum, quando constat animo donandi comparasse vxori: non vero quando fumus in dubio. Ad 2. resp. cum *gloss. fin. ea l. Vxori* videri præsumi donationem, quia vir dicit in legato, Quicquid concessi pro vxore, vbi videtur significare se donasse, & animo donandi soluisse, alias non diceret, Quicquid concessi pro ea. Ad 3. dico, cum *gl. ea l. 2. vers. Emancipatis*, id prouenire, quia filius iam est emancipatus, & sic præsumitur ea donatio: cum iam sit extra patris potestatem & regimen: secus si non esset emancipatus. Cùm ergo vxor sit sub viri potestate,

&

& regimine, viroque incumbat ipsam vestibus quotidianis & pretiosis ornare, non eo quod pretiosas vxori pareat, censebitur donare.

SVMMARIVM.

An attento iure communi, & regio antiquo Castellæ, vestes quas mittit sponsus sponsæ, censeantur donata, ipsaque acquirat, siue sponsa sit de præsenti, siue de futuro? Refertur opinio affirmans, n. 27. & ibi, refertur alia opinio.

Sententiis auctoris, n. 28. Post quem innumeræ aliæ summaria.

27 QVÆSTIO II. An attento iure communi, & regio antiquo Castellæ, vestes siue pretiosæ sint, siue quotidianæ, quas mittit sponsus de futuro, aut de præsenti, sponsæ, ante matrim. consummatum, censeantur donari? Affirmant aliqui, dicuntque sponsam, dimidiam illarum partem lucrari per osculum, integras autem per copulam: & ita cēseri sponsalitiam largitatem. Quia tunc adest probabilis coniectura donationis, in præmium, scilicet, virginitatis & dotis. Sic *Ant. Gom. l. 52. Tauri n. 4. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. l. 4. gl. 5. n. 2. Molin.* autem *to. 2. de iust. tract. 2. disp. 290. §. Quartum est dubium*, dicit quæ mittit sponsus sponsæ, siue de præsenti, siue de futuro minime censeri sponsalitiam largitatem, atque ita nil illorum lucrari sponsam per osculum, aut copulam: sed censeri commodata, vt ornatior ad sponsa accedat. Quia cum possit alia coniectura, quam donationis, sumi, ea præsumenda non est: iuxta tradita num. 10.

28 Sed verius est, eandem adhibendam esse distinctionē, siue vestes mittantur vxori, siue sponsæ, vt pretiosæ non censeantur donatæ, sed commodatæ ad vsum, quotidianæ autem censeantur donatæ: quia vtroque casu rationes propositæ n. 10. militant. Deinde probatur ex *l. Si vt certo, §. Interdum ff. commodati*, ibi, *si sua duntaxat causa commodavit sponsa sua, vel vxori, quo honestius cultu dh̄ se duceretur.* Vbi sponsa & vxor, quoad hoc æquiparantur: & *l. Hōc legatum 45. §. fin. ff. de leg. 3.* vbi expresse dicitur pariæ esse siue tradantur vestes sponsæ ante matrim. consummatum, siue vxori, eo consummato. Quia vtroque casu videntur vestes ad vsum, traditæ, & *l. Si quid, 45. initio ff. de leg. 3.* ibi *si quid earum rerum comparavit, antequam vxorem duxit, sīd ei vt uteretur tradidit, perinde est quasi postea comparavisset.* Nec obstat fundamentum primæ sent. propositum n. præc. quia non hæ vestes, sed aliæ solent assignari in præmium pudicitiæ & dotis. Nec etiam obstat fundamentum secundæ, quia vehementiores sunt coniecturæ quæ probant vestes quotidianas censeri esse donatas: vt dixi n. 26. Sic tenent *Imola l. penult. §. 1. ff. solut. matrim. Angel. cons. 339. nu. 3. Anchar. cons. 28. nu. 3. Cornæus cons. 81. nu. 13. l. 1. & cons. 114. ad fin. l. 4. alex. cons. 155. li. 7. Cagnolus l. Contractus, n. 36. ff. de reg. iur. Ioann. Lap. rub. de don. §. 6. a nu. 5. vsque in fi. Villalobos in comm. opin. lit. V. v. Vestes, n. 47. & 48. Greg. Lop. l. 23. v. Paños, t. 11. p. 4. Iul. Clar. lib. 4. recop. §. Donatio, q. 10. nu. Quesada diuersis quæst. iuris, c. 28. Olanus concord. iuris, lit. D. v. Donatio, nu. 72. Gama 2. p. decis. 71. n. 1. & 4. & decis. 123. n. 1. & 2.*

SVMMARIVM.

An attento iure nouiori Castellæ, vestes & quæcumque alia missa per sponsum sponsæ de futuro, aut de præsenti, ante consummatum matrimonium, censeantur sponsalitia largitas, & more illius acquirantur? Refertur opinio negans, n. 29.

Contraria auctoris, n. 30. Et ibi, rem, siue quid de annulo, & cæteris donatis tempore nuptialium benedictionum.

Quid si hæc donatio excedat decimam bonorum sponsi præsem, n. 31.

Post n. 31. innumeræ aliæ summaria.

29 QVÆSTIO III. An vestes, & quæcumque alia missa per sponsum sponsæ de futuro aut de præsenti, vel è contra per sponsam sponso, censeantur attento iure nouiori regni Castellæ sponsalitia largitas, & more illius acquirantur, quando de contraria donantis voluntate minime cōstat? *Greg. Lop. l. 23. v. Paños, t. 11. p. 4.* dubius est, an *l. 52. Tauri, hodie l. 4. t. 2. lib. 5. recop. Castellæ*, loquatur de his vestibus. Quia vestes nuptiales non dantur: vt sponsalitia largitas, nec vt sponsæ, sed tamquam vxori. Quare magis in eam partem declinat, vt in his vestibus incorrectum maneat ius commune: quod quid contineat n. præc. explicuimus. Imo *Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 290. §. Quartum est dubium*, asserit etiam attento hoc iure, donata inter sponsos de futuro, vel præsenti ante consummatum matrim. vbi de animo donantis minime constat, non pertinere ad sponsalitiam largitatem, & ita nec per osculum medietatem, nec per copulam, integre acquiri. Eius fundamentum retuli n. 27. & illi satisfeci n. 28.

Verum tenendum est, corrigi ius commune per illam 30
l. 52. Tauri, & ita vestes, siue pretiosas, siue quotidianas, & quæcumque alia iocalia data per sponsum sponsæ de futuro, vel de præsenti, vel è contra per sponsam sponso ante matrimonium consummatum, pertinere ad sponsalitiam largitatem, acquirique sponsę medietatem per osculum: & vtrique integre, per copulam, quando de contraria donantis voluntate non constat. Probatur ex illis verbis *d. l. 52. todo lo que el esposo le uviere dado antes de consumido el matrimonio, agora sea precioso, agora no.* Et ita tenent *Ioan. Lop. rub. de don. §. 6. n. 23. Castillo l. 52. Tauri v. Agora sea preciosa. num. 21. & ibi Ant. Gom. n. 4. fin. Gom. Arias l. 50. Tauri n. 16. Villalobos antinom. iuris ciuilis, & regij, lit. D. v. Donatio, num. 15. Olanus concordia iuris, & regij, lit. D. v. Donatio, 72. & in correctione legum part. n. 75. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. l. 4. gl. 5. n. 2. Azebedo ea. l. 4. n. 29. Spino spec. 1. §. fin. gl. 18. nu. 115. Barbosa l. Quæ dotis, 34. n. 81. & 83. ff. solut. matrimon.* Quid autem dicendum sit de annulo, & aliis donatis tempore nuptialium benedictionum? dixi hoc 6. l. disp. 23. n. 8. 9. & 10.

Cauendum autem est à *Villalobos, n. præcedenti relato*, vbi 31
hanc sent. temperat, dummodo hæc donatio non excedat decimam bonorum sponsi partem, quam arrarum nomine potest vxori designare: iuxta *l. 50. Tauri, hodie l. 2. t. 2. li. 5. recop. Castellæ.* Sed bene *Olanus concord. iuris ciuilis & regij lit. D. v. Donatio, n. 72.* eum reprobat: quia *l. 52. Tauri*, hanc donationem computat inter sponsalitiam largitatem, & non inter arras: dicit enim medietatem acquiri per osculum, & integram per copulam: quod sponsalitiæ largitatis proprium est. Hæc autem non mensuratur iuxta bona sponsi, sed iuxta dotem sponsæ: vt dixi disp. præc. n. 1.

SVMMARIVM.

An si socer donet vestes nurui, nurus eas sibi comparet, vel censeantur donata filio, teneaturq; in sua legitima computare? Refertur opinio affirmans, n. 32.

Vbi dubium est an animus fuerit donandi, si pretiosa sint, censentur accommodata ad vsum, si autem quotidiana, censeantur donata, & proinde tantum teneatur filius conferre: & si conflatur de animo non donandi, quotidiana essent etiam conferenda, n. 33. Et ibi, an si sponsalitia largitas hæc donatio vestium quæ dicta sunt?

Idem dicendum est de vestibus datis soleto patrem nuptiarum tempore, n. 40.

Quid si non tradat pater has vestes vltra dictum n. 35.

Quid si pater, aut socer sit valde dives, aut nobilis? n. 36.

An sint conferenda hæ vestes tales, quales tempore collationis fuerint? num 37.

Quid si animus soceri sit donare nurui, & non filio, 38. Et ibi semper inspiciatur quid principaliter intenderit.

QVÆSTIO IV. An quando socer donat vestes nurui, 32
eas sibi acquirat, censeanturque sponsalitia largitas, & filius teneatur eas conferre? Affirmant aliqui eas vestes indifferenter acquiri nurui, siue ante consummatum matr. siue post dentur: & idem de iocalibus per socerum nurui datis: filiumq; cuius contemplatione dantur, & cui in dubio videntur acquiri, iuxta dicenda disp. seq. nu. 11. teneri conferre, ac in sua legitima computare: quod si vestes cōsumptæ, aut deteriores factæ sint, earum æstimationem esse in legitima filij computandam. Sic *Ant. Gom. l. 29. Tauri n. 15. & l. 52. num. 67. fin. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 238. f. 1483. fin. & seq. & to. 2. disp. 430. fine.*

Cæterum verius est, vbi non constat de mente soceri 33
donantis vestes, distinguendum esse inter quotidianas & pretiosas: vt illæ censeantur donatæ, & subinde confe-

rendæ non sint, pertinent enim ad alimenta: hæ autē censeantur solum commodatæ ad vsum maneantq; in dominio ipsius soceri, ac proinde eo mortuo sint computandæ in legitima filij. Prob. iisdem rationibus quibus n. 10. probauimus virum censeri donare vestes quotidianas vxori, non autē pretiosas. Item probari videtur ex *l. Si quid eatē, ff. de leg. 3.* vbi si vir leget vxori sui causa comparata, veniūt in hoc legato quæ socer nurus nomine comparauit: ergo non erant vxoris. Sic docent *Bart. l. 1. §. Nec castrense, n. 9. ff. de collat. bonor. Bald. l. Omnimodo, 30. §. Imputari, nu. 4. C. de ind. testam. & l. Filia cum, 18. num 14. C. familiæ hercisc.* vbi *Salicet. n. 19. Ang. Inst. de socet. §. fin. n. 9. Nicol. de Vbaldis de succ. ab intest. q. 5. n. 27. (habetur to. 7. tract.) Paulus cons. 184. fin. & 427. vol. 2. Alexand. & Pet. de Vbaldis*, quos refert & sequitur *Ioann. Lup. rub. de don. §. 11. n. 3. Mantal. li. 3. sort. 3. de Usufructu. Ioannes Lup. l. 6. v. Iecbo quotidiano, Roland. cons. 10. num. 12. lib. 1. Rosella Donatio, 1. n. 37. Ang. v. Peculium, n. 21. Sylvest. Donatio, 2. qui. 5. & Peculium. 2. q. 1. Gutier. 2. pract. q. 20. nu. 1. Spino 3. speculo restam. gl. 8. nu. 91.* Similiter etiam quotidianæ conferendæ essent, vbi constaret animum soceri non esse donare. Sic *Salicetus hoc nu. citatus.* Vtrum autem eæ vestes quotidianæ donatæ nurui, censeantur sponsalitia largitas: dicam disp. seq. n. 21. & 22.

34 Idem dicendum est de vestibus datis per patrem filiæ nuptiarum tempore: nam quotidianas non tenetur filia conferre: pertinent enim ad alimenta: pretiosas autem tenetur conferre, quia censentur tantum commodatæ ad vsum, nisi de animo donandi constet. Prob. eisdem rationibus. Sic *Angel. v. Peculium, n. 11. Sylvest. Peculium, 2. q. 12. Natar. sum. c. 17. nu. 166. Spino speculo restam. gl. 18. n. 91. Iud. Lop. l. 2. de contract. c. 41. fin. Manuel. 1. tom. sum. c. 93. n. 4.*

35 Intellige tamen vt vestes pretiosæ: censeantur accommodatæ filiæ, quando vltro dotem tradit eas pater. Nam alias omnia sunt computanda in dote ei promissa, præter vestes quotidianas quibus vti consueuerat: hæ enim cum alimentis ipsi à parentibus collatis vsq; ad matrimonium initum, computari debent. Sic *Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 238. f. 1484.*

36 Secundò intelligunt aliqui, censeri accommodatas vestes pretiosas filiæ, aut nutui, nisi nobilitas, aut dignitatum patris, vel soceri copia, donationis præsumptionē efficiat. Sic *Sylvest. Natar. Iud. Lop. Manuel, relati nu. 34. Tabiena v. Peculium, q. 19. n. 20.* vbi *Armilla nu. 7. Gutier. 2. pract. q. 20. nu. 1.* De qua limitatione quando vera sit, satis dixi n. 19.

37 Tertiò intellige vestes pretiosas datas filiæ, vel nutui conferendas esse tales, quales fuerint collationis tempore, & non secundum æstimationem temporis quo traditæ fuerunt. Quia cum mānserint in patris aut soceri dominio, tantumq; vsum concesserint, augmentum vel decrementum æstimationis earum cedit domino. Sic *Bart. l. §. Nec castrense num. 9. ff. de coll. bonor. Bald. Filiæ, cuius nu. 14. C. familiæ hercisc. & ibi Salicet. 19. Ioan. Lup. rub. de donat. §. 11. nu. 3. & ibi eum addit. Barahona lit. B. Rosella Donatio, 1. nu. 37. Sylvest. Donatio, 2. q. 5. & Peculium. 2. q. 12. Ang. v. Peculium, nu. 21.* vbi *Tabiena q. 19. nu. 20. Armilla nu. 17. Natar. sum. c. 17. nu. 166. Gom. Arias l. 7. Tauri n. 124.* Quod ego intelligerem, nisi darentur æstimatæ ea æstimatione quæ facit emptionem: nunc enim censerentur venditæ, & ita pretium quo æstimatæ sunt, esset conferendum.

38 Tandem monuerim, si vestes pretiosas dederit socer nurui animo donandi, & vt ipsi acquirantur, & non filio, non teneri filium eas conferre. Quia nihil sibi donatum est, & licet inde ditior efficiatur, parcit enim sumptibus quos in iis vestibus facturus erat: at solū attenditur quod principaliter agitur, & non quod venit in consequētiam: arg. *l. 2. §. penult. ff. de aqua pluuia arcenda*, vbi permittitur alicui torrentem auertere, ne aqua ad eum perueniat, licet inde vicino damnum inferatur: tantum enim inspicitur quod principaliter agitur, scilicet auertere suum damnū. Sic ergo in præsentiarum cum principaliter nutui donetur, ipsique acquiratur, considerandum minime est inde filium commodum percipere, vt conferre teneatur.

DISPVTATIO. XXVI.

Vtrùm donata à consanguineis sponsi, sponsæ, vel è contra à consanguineis, sponsæ, sponso, censeantur sponsalitia largitas, atque ita acquirantur sponsę per osculum quoad medietatem: & vtrique per copulam, integre instar sponsalitiæ largitatis?

SVMMARIVM.

Quotuplex sit quæstio à sponsanda n. 1.

Idem quod de donatis à consanguineis alterius coniugis alteri dicitur, dicendum est de donatis ab amicis alterius n. 2.

Quando vtrique coniugi donatur aliquid ab extraneis, hoc alterius contemplatione, est dividere tam ios et iovis, n. 3. Idem si donetur vtrique ab amicis, vel aque consanguineis vtriusque, 10, n. 1.

Quando donatis est consanguineis coniugi tui donat illi soli acquiritur, n. 4. Et ibi, explicatur l. 3. 19 lib. 5. recop.

Quando donatis alteri coniugi est aque vtriusque consanguineis, acquiritur coniugi tui donat, nu. 5. Idem illi, quando alter coniux non est coniux præsens illius donationi, n. 6.

Quando coniugi donatur ex causa hereditis ergo consanguineum alterius coniugis donatum acquiritur coniugi, cui donatur, nu. 7. Et ibi quod si ob aquales, aut bona filij collata essent de communibus bonis.

Quando socius mariti meretur in causa ergo donatum vxori, acquiritur ea donatio, si maritb, n. 8. Et tandem est voluntas donantis, quando de illa constat n. 9.

Quando consanguineus alterius coniugis consummato matrimonio, donat alteri, aut alteri ratione coniugis sui donat, vel coniugi consanguineo coniugis explicatur donatio, Referuntur epistolæ n. 10. Et contraria sententia, n. 11.

Quid si à consanguineis alterius donatur vtrique coniugi, n. 12.

Quid, si consensit pri consanguineus alterius coniugis, alteri facti, n. 13. Et quid si princeps, vel augusta donauit aliquid vxori sui consanguinei, An censetur in donatione fieri mentionem affectatis, n. 14.

Quid si res donata à coniuge ipsi sint aptæ, & non consanguineo quem complectuntur donantes, aut sint indifferentes, n. 15.

Quid, si donatur sua matri ita consanguineo coniugis, n. 16.

Quid de donatis à socero nepoti semissalis, n. 17.

An ille donata vxori à viri consanguineis censeantur viro donari, si illi fuerit ea vxori donata, cum transierit in censeatur illa donare vxori, & morte confirmatur ea donatio? Referuntur opinio affirmans, n. 18. Et contraria amittens, n. 19.

Soluuntur argum. & concluditur l. 5. sicuti commodati ff. de donat. inter vir. & ux. & l. final. in fin. C. de rei vx. act. usufructu n. 20.

An donata sponsæ à consanguineis sponsi, vel è contra, censeantur sponsalitia largitas, & inde per copulam acquirantur? Referuntur opinio affirmans, n. 21. Et contraria amittens, n. 22.

Ea donatio habet tacitam conditionem, si matrimonium sequatur, n. 23.

QVÆSTIONIS huius decisio pendet ex alia, quare ea 1
præmittenda est. Duplex igitur est pertractanda quæstio. Prior de donatis viro à consanguineis vxoris, & è contra. Posterior de donatis à consanguineis vnius sponsi alteri ante consummatum matrimonium.

QVÆSTIO I. An donata à consanguineis viri, vxori, & è 2
contra à consanguineis vxoris, viro, acquirantur coniugi cōsanguineo cuius contēplatione donantur, vel potius ipsimet coniugi, cui donantur? Præmittendum est, idem prorsus dicendum esse de donatis ab amicis, vnius coniugi valeriti, quod diximus de donatis à cōsanguineis. Sicut enim in hoc casu ratione consanguinitatis oritur præsumptio, factum esse donationē ratione ac contēplatione cōsanguinei, ita in illo, ratione amicitiæ. Colligitur ex *l. Sed si plures, §. In arrogato, ff. de vulgar.* ibi, *si arrogatoris amicus, vel cognatus*, vbi data per amicos vel cognatos q̄ quiparauit. Itē quia dispositū in consanguineis ratione præsumpta amoris & dilectionis, censetur dispositum in amicis non leui amicitia coniunctis, *l. Cum allegas, C. de castrens. peculio, l. 12. l. 3. 1. 9. lib. 5. recop. Castella.* ibi, *donadio de pariente, o amigo*: vbi *Matienz. gl. 4. n. 1. & dial. relat. 3. 9. c. 15. & seq. Azeb. alios referens ea l. 3. n. 6. & l. 3. 4. n. 3. 1. 6. li. 3. recop.* hoc docent. Et colligitur etiam ex *l. 9. 1. 5. 9. 6.* ibi, *lo que vicsse dado algun su amigo de aquel que lo prebisse.* Et in propriis terminis indifferenter de amicis, vel consanguineis, in præsenti casu loquuntur *Bart. cons. 11. n. 3. l. 2. Franc. Aretin. l. Si pater, §. In arrogato*, (ibi enim hunc §. explicuit *n. 8. vulg. Ioan. Lup. l. 52. Tauri n. 11. & rub. de don. §. 45. n. 7. & 12. fi. Sylu. Donatio, 2. q. 5. Gutier. 2. pract. q. 120. n. 8. & 9. Iud. Lop. l. 2. de contract. c. 47. §. Sed de his donationib.*

Hoc præmisso, quæ apud auctores certiora sunt, propo- 3
nam: deinde quæ dubia sunt, disputabo. Primò igitur certum

rum est, quando vtrique coniugi donatur aliquid ab extraneis, ita vt nulla sit coniectura alterius contemplatione dari, acquiri, societati, & proinde diuidendum esse inter vtrumque coniugem, sicut alia bona constante matrimonio acquisita. Quia vtrique datur, & cum non sit coniectura contrariæ voluntatis, vtrique debet acquiri. Sic *Anton. Gom. l. 52. Taurinu. 67. Gutier. 2. pract. q. 120. n. 9. Ioan. Garcia de coniugali acquestu, nu. 114. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 430. vnd.* Idem dicendum est de donatis vtrique, ab amicis vtriusque. Sic *Ioan. Garcia, & Molina, ibid.* Idem si sit donans vtrique æque consanguineus vtriusque. Sic *Molina ibid.* Quæ in his euentibus non est in oppositum coniectura, & ex altera parte vtrique fit donatio.

4 Secundò certum est, quando donans est consanguineus illius coniugis cui donat, illi acquiri, nec esse cum alio diuidendum. Habetur expresse *l. 3. tit. 9. lib. 5. recop. Castellæ*: quam minus bene expendit *Azebedo ibi, num. 8. & l. 2. nu. 25.* vt faciat contra opinionem Bartoli, & communem quam amplectemur, nu. 11. asserentem donata à consanguineis viri, vxori, acquiri viro: quasi hæc lex generaliter statuat acquiri donata à quibuscumque consanguineis, ipsi coniugi donatario. Nam vere hæc lex intelligitur quando donator est consanguineus ipsius donatarij. Et ita eam intelligunt *Ioan. Garcia de coniugali acquestu, nu. 115. Gutier. 2. pract. q. 120. n. 9. fin.* Vel vt intelligit *Ioan. Lop. rub. de don. §. 44. n. 2.* quando donaret consanguineus vnius coniugis, alteri coniugi, & constaret de eius mente esse, vt omnino acquireretur coniugi donatario.

5 Tertiò est certum, quando donans alteri coniugi est æque vtriusque consanguineus, illi tantum cui donat, acquiri, nisi aliunde diuersa sit coniectura. Quia tunc illi tantum fit donatio, nec est coniectura præsumendi potius alterius coniugis, quam sui contemplatione fieri. In hoc enim casu loquimur. Sic *Gutierrez. 2. practicar. qu. 120. num. 11.*

6 Quartò videtur certum, quando consanguinitas, vel amicitia cum altero coniuge, est tantum causa remota, vel occasio vt alteri donetur, non autem causa proxima, solit coniugi donatario acquiri. Vt si consanguineus vxoris donat viro, ita vt non donasset nisi propter vxorem, tunc vxor erit causa immediata & proxima eius donationis: & locum habebit quæstio, an id donum acquiratur vxori, cuius causa ac contemplatione donatur, vel potius viro cui donatur. Si autem propter vxorem, & ob eius consanguinitatem, donans notitiam viri habuit, verum non propter vxorem proxime donat, sed quia ex amicitia cum eo contracta, æque aut plus illum diligit, quam vxorem: tunc consanguinitas vxoris erit causa remota, seu occasio: vera autem & proxima causa erit amicitia cum viro inita, & ita in hoc casu proculdubio donum acquiretur viro, non autem vxori donatoris consanguineæ. Sic colligitur ex *l. Socium qui in eo, §. fin. ff. pro socio.* Et ratio est quia cum de voluntate donantis non constet, & ex coniecturis deprehendenda sit; maior est coniectura pro donatario: vrget enim in ipsius fauorem, tum ipsi factam esse donationem: tunc etiam, æqualem aut maiorem amicitiam cum ipso initam esse. Sic *Bart. l. Sed si plures. §. In arrogato. n. 3. ff. de vulgar. & ibi Alex. n. 6. Cumanu. n. 3. Paulus ibi §. Ad substitutos. n. 6. Ioan. Lop. rub. de don. §. 65. n. 65. Montaluus l. 9. fori. 2. §. 9. & lib. 3. fori, t. 4. l. 7. n. Otro, Castello l. 52. Taurin. n. 16. Sylueft. Peculium, 1. q. 15. Angel. v. Peculium, nu. 13.* vbi *Tabiena n. 14. Nauar. sum Hisp. c. 17. n. 164. Greg. Lop. l. 3. v. Ignalmente. l. 10. p. 5. Suarez lib. 3. fori. t. De las ganancias, l. 1. nu. 32. vers. Videtur hoc facere. Azebedo lib. 5 recop. t. 9. l. 3. nu. 9.* Quamuis enim multi ex his Doctoribus non loquantur in casu nostro, sed quando filius contemplatione patris aliquod donum acquirit, dicantque acquiri patri, quando pater est causa proxima, secus quando est remota: at casus est omnino similis.

7 Hinc infertur, quando vxoris extant benemerita erga consanguineum viri donantem, in dubio ipsi vxori acquiri. Vt si ægre valenti donatori magna cura ministrauit vel alia obsequia exhibuit. Quia tunc præsumitur viri cōsanguinitatem esse causam remotam, proximam vero illa vxoris benemerita. Item, quia quando præcesserunt donatarij merita, præsumitur donationem animo remunerandi factam fuisse. Vt ex *l. Si vero non remunerandi, §. Idem Papinianus ff. mandati*, & ex aliis multis probaui, hoc lib. 6. disp. 6 n. 3. Sic docent *Ioan. Lop. rub. de donat. §. 45. nu. 13. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 26. n. 1. & cons. 81. nu. 50. & 51. vol. 1. Gutier. 2. pract. q. 120. fin. Molina tom 2. de iust. tract. 2 disp. 450. post 4. conclusionem*, vbi bene addit, si obsequia, ac communibus bonis essent præstita, aut beneficium collatum, censeri commune vtriq; coniugi, sic donatum, nil impediente si vrbanitatis, aut honoris causa ad vxorem mittatur.

8 Quintò videtur certum, quando mariti benemerita præcedunt erga donantem vxori, donum factum vxori, acquiri marito. V. g. vir est medicus, magnamque curam adhibuit medens viro morbo laboranti: vel est cantidicus, aut procurator negotij alicuius viri, tunc si hic mittat donum vxori, absq; dubio id acquiretur marito. Quia manifesta est coniectura voluntatis donandi marito, in remunerationem obsequij exhibiti, vel saltem ad eius benevolentiam captandam, vt sedula cura illud negotium exequatur. Sic in simili casu probat textus *l. Profectitia, ff. de iure dot. & ibi gl. in prin. & Bald.* dum dicunt esse dotem profectitiam, quam aliquis filiæ constituit ob patris benemerita, quasi ex bonis patris prouenientem. Sic *Menoch. ea præsumpt. 26 proximè citata n. 3.* Et in simili casu, docet idem *Ioan. Lop. rubr. de donat. §. 45. n. 19.*

9 Sextò certum est, quando constat de donantis voluntate, cui voluerit acquiri donum, illius effici. Cum enim acquisitio ex donantis voluntate pendeat, dum de illa constat, illi standum est, nec ad coniecturas recurrendum. Et ita fatentur omnes.

10 Tota ergo difficultas versatur in hoc, an quando vere suus in dubio, cuius contemplatione consanguinei viri donent vxori, vel consanguinei vxoris donent viro, & vtri illorum voluerint donum acquiri, sit sufficiens coniectura, consanguinitas alterius, vt censeatur illius contemplatione donatum, & ipsi voluisse donantem acquiri, quod alteri eius coniugi donauit, & proinde soluto matrim. donum illud esset coniugi consanguineo, ac eius hæredibus restituendum? Duplex est sententia.

11 Prima ait, licet in hoc dubio præsumatur donationem fieri contemplatione coniugis consanguinei, vere tamen ipsi non acquiri, sed coniugi donatario, quare soluto matrimonio minime restituendā esse. Probatur ex *l. Si seruus commun. 39. de donat. inter vir. & vx.* vbi expresse habetur, si vir donet vxori rem suam, & duorum fratrum eius simul, videntibus ac consentientibus fratribus, non valere pro tertia parte quæ est viri, validā tamen esse donationē pro duplici parte fratrū viris & cōcludit textus ex duabus partibus reliquis nihil debere mulierē reddere. Ex quo textu sic arguo, hæ duæ partes donatæ sunt vxori à fratribus viri, & acquiruntur vxori, & non viro: cum textus dicat fuisse validam donationem vxori factam: ergo donata à consanguineis viri, vxori, non viro, sed vxori acquiruntur. Secundò, quia si socius donet nutui, valet statim irreuocabiliter donatio. Vt expresse habetur *l. Si rem vacuam, 23. C. de don. inter vir. & vx.* & similis casus habetur *l. Si mater, & l. Si constante, C. de donat. ante nupt.* ergo donata à consanguineis viri, vxori, acquiruntur vxori. Tertiò probatur ex doctrina *Bartoli l. Si vero, §. 1. ff. solut. matrim.* & communi, vbi docet, quia de more est vt detur ambasiatoribus, donum contemplatione mittentis traditum, ipsis, & non mittenti acquiri. Sed similiter consuetudo habet, vt viri consanguinei dona mittant vxori: ergo licet viri contemplatione mittantur, acquirentur ipsi vxori. Quartò, quia *l. Sed si plures, §. In arrogato. ff. de vulgari*, cui potissimum contraria sententia innititur, eius intentum mini-

me probat: quia dispositum in ea, vt quicquid arrogatus filius contemplatione arrogatoris, donatione acquirit, videatur arrogatori acquisitum, prouenit ratione patriæ potestatis, ob quam filius patri acquirit: vnde nemo diceret donum datum filio, sui iuris effecto, patris contemplatione, acquiri patri. Similiter si ego essem amicus Petri, & alter eiusdem Petri amicus, cuius contemplatione mihi vas argenteum donaret, mihi prorsus acquireretur: ergo similiter cum vxor possit sibi acquirere, nec sub viri potestate sit quoad lucrorum acquisitionem, si quid sibi à viri consanguineis, eius contemplatione donetur, suum efficietur. Vltimo probatur ex *l. fin. C. de vsu & vsufruct. fine*, ibi, *cum plerumque verisimile sit testatorem contemplatione magis filij, quam patris vsumfructum filio reliquisse.* Vbi *glossa finalis*, inquit in dubio potius filij contemplatione relictum præsumi. Idem *Bartolus ibi*, ponderatque illud verbum, Verisimile, quod enim verisimile est, non est certum, sed dubium: ergo similiter in nostro casu, in hoc dubio donata vxori à viri consanguineis, non præsumentur ita viri contemplatione donari, vt ipsi acquirantur. Et hæc sententia est valde probabilis: & eam tenent *Bald. cons. 316. n. 2. vol. 4. Salicet l. Nec inter, C. de don. inter vir. & vx. & l. Sisponsus, §. Si donat. ff. eod. t. Cumanus l. Sed si plures, §. In arrogato. nu. 4. fin. & 5. ff. de vulga. Ang. & Roma*, quos refert *Iason ibi, §. Ad substitutos, n. 8.* & censere videtur *n. 9.* esse probabilem, tantum enim oppositam dicit esse tutiorem. Eandem tenent: *Franc. Aretin. l. Si pater, §. Inarrogato, nu 9 ff. de vulgar. Alciatus de præsumpt. reg. præsumpt. 18. per totam, & ibi Nicol. eius additionator. Zasius l. intellect singul. c. 9. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 26. nu. 17. Manuel Mendez l. Cum oportet, 3. p. verb. Ex eius substantia. n. 9. C. de bonis quæ liber. Auendaño l. 29. Tauri gl. 4. nu. 10. & 14. Caldas l. Si curatorem, verb. Lesis, n. 117. C. de in integr. restit.* & fauet huic sententi *gl. l. Vt liberis, verb. In ipsos, C. de collation.*

11 Secunda sent. quam veriorem reputo, docet in dubio donata à consanguineis viri vxori, censeri donata viro, & sic soluto matrimonio esse viro, vel eius heredibus restituenda: & è contra, donata viro à consanguineis vxoris, censeri donata vxori, ipsique esse soluto matrim. vel eius heredibus, reddenda. Probatur ex *l. Sed si plures, §. In arrogato. fin. ff. de vulg.* ibi, *& si quid beneficio arrogatoris acquisiuit, & hoc substitutum posse habere: vt puta, si arrogatoris amicus, vel cognatus ei aliquid reliquit:* vbi patre instituente arrogatum, & ei substituente pupillariter alium, mortuo arrogato, habebit substitutus bona quæ arrogatus habuit ab arrogatore, eiusq; cognatis, & amicis. Quia arrogatoris contẽplatione sunt acquisita: & per consequens sunt ipsius: ergo similiter in nostro casu, cum ratione coniugis consanguinei videantur alteri acquisita, cum nulla alia coniectura sit aliud præsumendi, censebuntur donata ipsi coniugi consanguineo, licet alteri eius coniugi donentur. Secundò probatur ex *l. Si quid earum, in principio, vers. Ex quibus ff. de leg. 3.* vbi si vir legauit vxori quæ sui causa comparata sunt, in hoc legato comprehenduntur quæ socer nurus nomine comparauit: ergo non erant ipsius vxoris, sed viri. Tertiò prob. ex *l. Additio ff. de acquir. hared.* vbi acquisita alicuius contemplatione, dicuntur acquiri ex re eius. Tandem, quia cum nulla sit ratio donandi illi vxori, non est cur præsumatur illi datum à consanguineis viri, sed aliter datum, vt acquiratur ipsi viro: & è contra: cum tota donandi ratio sit illa consanguinitas. Hanc tenent *Bart. d. l. Sed si plures, §. In arrogato, n. 4.* vbi *Alex. n. 13. Paulus ibi §. Ad substitutos, n. 4. Iason eo. §. Ad substitutos, n. 9.* dicens esse tutiorem, & durum in practica ab ea recedere: & eam tenet *idem Iason l. Vt liberis, nu. 17. C. de collat.* dicens esse communem: *Abb. c. Quia plerique, nu. 36. de immunit. Eccles. Ioan. de Imola l. Si pater. §. Ad substitutos,* (ibi enim hunc §. legit) *n. 7. ff. de vulgar. Angel. Instit. de act. §. Fuerat, nu. 16. Antonius, Decius, Cornæus, Barbatius, Rainus, Decisio Rotæ*, quos refert *Menoch. de præsumpt. l. 3. præsump. 26. n. 13. Cagnolus l. Contractus, nu. 38. ff. de regul. iur. Ioan. Lup. rub. de don. toco §. 45. Roland. cons. 10. nu. 10. & 11. vol. 1. Montaluus l. 9. fin. t. 5. p. 6. Rosilla Donatio, 1. num. 39. Sylueft. Donatio. 2. q. 5. Nauar. sum. c. 17. nu. 166. Ant. Gom. l. 52. Tauri nu. 67. Iul. Clarus* dicens communem, *lib. 4. recept. v. Donatio, qu. 10. vers. Sed numquid ea, Ant. Gab. in mea edit. to. 2. comm. libr 17. f. 311. col. 2. v. Sponsæ, Mascardus de prob. concl. 564. n. 5. 6, 7. Ioan. Gutier. 2. pract. q. 120. nu. 9. Ioan. Garcia de coniugali acquæstu, n. 116. Aiora de partitio. 1. p. c. 8. nu. 19.* Et ex Theologis, *Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 430. concl. 2. Lud. Lop. libr. 2. de contract c. 47. §. Sed de his donationibus.*

Intellige hanc sententiam, licet à consanguineis alterius fiat vtique coniugi simul donatio: adhuc enim facta censetur consanguinei intuitu, & vt illi acquiratur. Sic *Ant. Gomez l. 52. Tauri num. 67. Gutier. 2. practic. quæst. 120. num. 9.* 12

Hæc tamen sententia aliquibus modis est temperanda. 13
Primò, nisi princeps, vel augusta, vel eos repræsentans donaret aliquid vxori sui consanguinei, tunc enim acquireretur ei cui donatio fit: per *l. Cum multa, C. de bon. quæ liber.* Non enim censentur hi alterius contemplatione donare. Sic *Bart. cons. 11. nu. 1. lib. 2. Menoch. de præsump. lib. 3. præsump. 26. nu. 11.* Cæterum quando ob viri obsequia princeps donaret aliquid vxori, credò viro acquiri in dubio. Censetur enim donare in remunerationem. Vt in simili docet *Ioan. Lup. rub. de donat. §. 45. n. 19.* vbi dicit acquiri patri, donatum filiæ per principem, ob patris seruitia. Secundò limita, nisi aliud habeat consuetudo: si enim consuetum sit vt consanguinei viri dent vxori, & è contra, acquiritur res donata ei coniugi cui donatio fit. Sic *Bald. l. Cum te, nu. 3. C. de don. ante nupt. Paulus l. Sed si plures, §. Ad substitutos n. 4. ff. de vulgar.* fauet *Castillo l. 52. Tauri n. 15.* vbi consuetudinem seruandam esse docet. Sed hæc limitatio sano modo intelligenda est, nimirum, quando consuetudo non tantum est hic donandi, sed vt sic donata acquirantur ei coniugi cui donantur. Nam in dubio semper donatio videtur esse facta secundum loci consuetudinem: iuxta *Baldum l. 2. C. de iure dot.* Sic *Alex. l. Sed si plures, ff. In arrogato, nu. 13. ff. de vulgar. Ioan. Lup. rubr. de don §. 45. n. 12. & 13. Roland. cons. 10. n. 11. vol. 1. Menoch.* alios referens *de præsumpt. l. 3. præsump. 26. nu. 10. Ioan. Garcia de coniugali Acquæstu, n. 122. Gutier. 2. pract. qu. 120. n. 13. Azebo lib. 5. recop. t. 9. l. 3. n. 10.*

Tertiò limita, dummodo in donatione mentio fiat affinitatis. Verbi gratia. Do Mariæ vxori consanguineæ meæ, vel qui nupta est Titio: tunc enim viri contemplatione censetur facta, ipsique acquiritur. secus mentione viri minime facta: vt, Do Mariæ, vel Mariæ nuptæ. Probatur doctrina *Bart. l. fin. ad fin. C. de vsufruct. & l. Cum aliquis, nu. 3. C. de iure deliber. & ibi Alexander, & Iason nu. num. 2.* & aliorum quos refert & sequitur *Caldas l. Si curatorem, v. Lesis, num. 115. C. de in integr. restitut.* vbi docent relicta filio, non censeri patris contemplatione relinqui, nisi mentione facta patris, & patriæ potestatis: ergo idem dicendum est in nostro casu. Sic docent *Angel. de Perusio, l. Sed si plures, §. Ad substitutos. ff. de vulga Ioan. Garcia de coniug. acquæstu, nu. 108. 117. 118.* Sed hæc limitatio reiicienda est: parum enim refert, siue mentio affinitatis fiat, siue non: cum enim non sit alia ratio donandi, nisi consanguinitas alterius coniugis, semper illius contemplatione in dubio præsumitur donari. Nec obstat doctrina Bartoli, & aliorum, quia ea intelligitur cum non est aliqua coniectura præsumendi donationem fieri contemplatione patris. Vt si donet filio aliquis extraneus, tunc enim vt coniectura acciperetur præsumendi donationem fieri patris contemplatione, oporteret non tantum facere mentionem patris, tunc enim censeretur ponere causa demonstrationis, *l. Hu verbis. fin. ff. de hared. instit.* sed etiam patriæ potestatis, vt tibi filio Titij, quia es sub patris potestate. Et sic *Bartol. l. fin. C. de vsu & vsufruct.* se explicat dicens, quando non est alia coniectura, vt *l. Sed si plures, §. In arrogato. ff. de vulgar.* Quare ea doctrina non habet locum vbi est alia cõiectura, vt quia amicus, vel consanguineus patris, vel mariti donat. Et sic eam limitationem reiiciunt *Alex. de Imola d. §. In arrogato, nu. 13. Franc. Aret. l. Si pa-*

ter,

ter, §. *In arrogato* (vbi illum §. explicuit) *n.9. vers. Quarto nota. & Ioan. de Imola ea l. Si pater, §. Ad substitutos, n.11. ff. de vulgari, Ioan. Lup rubr. de donat. §.45. n.7. Gutier. 2. pract. q.120. nu. 9.* Addit bene *Ioan. Lup.* si fiat mentio vxoris, parum refert præcedat nomen proprium ipsius vxoris, vt, Mariæ vxoris, vel nomen, vxor, præcedat, vt, vxoris Mariæ: ipsumque *Ioan. Lupum* sequitur *Menochius de præsumpt. l.3. præsumpt. 26. n.5.*

15 Quartò limita, nisi res donatæ coniugi, à consanguineis alterius, sint aptæ soli coniugi cui donantur: tunc enim illi acquiruntur. Verbi gratia, si consanguinei mariti, dent vxori ornamenta solis feminis conuenientia: vel consanguinei vxoris, viro, res solis viris conuenientes, vt arma, equum, vestes viriles. Prob. nam propria & vera regula interpretandi in dubio testantium & aliorum contrahentium dispositiones, est vt intelligatur juxta rei & subiectæ materiæ naturam & conditionem. Vt bene tradunt *Couar. præct. c.38. num.12. vers. Quod si dixeris, Mantica de coniect. 9 lt. vol. lib. 6 t. 12. nu. 3. & 4.* idque confirmat, nam licet legatum Episcopo ab eius consanguineis, censeatur intuitu personæ relictum, *c. Requisisti, de testam.* at si esset res Ecclesiæ conueniens, ex qualitate rei donatæ præsumeretur contemplatione Ecclesiæ relictum: & è contra relictum Episcopo ab extraneo censetur contemplatione Ecclesiæ, at si res non esset apta Ecclesiæ, vt falco, vel ensis censeretur respectu personæ: vt docet communis sententia, *d. c. Requisisti*: ergo idem in nostro casu dicendum est. Secundò, nam in donatis, ambasiatoribus, seu legatis, communis est Bartoli & aliorum distinctio, quos refert & sequitur *Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 27. n.2. & 3.* vt si talia sint, vt potius conueniant ipsis, quam Principi mittenti, censeantur ipsis acquiri, ipsorumque contemplatione donata: secus si potius conueniant Principi mittenti: ergo. Sic tenent *Bart. cons. 11. lib. 2. n.3. Angel. de Perusio, l. Sed si plures, §. Ad substitutos, ff. de vulgari, Mascard. de probat. concl. 564. n.7. Gutier. 2. pract. q.120. n.14. Acebedo lib.5. recop. tit.9 l. 3. n.10.* Non tamen conuenit inter hos Doctores, quid dicendum sit, quando res donata est indifferens vtrique sexui: vt vas argenteum, tela serica ex qua vestes vtrique sexui confici possunt. Nam *Ang.* ibi cēset esse coniugis consanguinei, cuius cōtemplatione alteri donatur, dummodo maneat res in eodem statu, id est, tela illa incisa non sit, & fiat in donatione mentio affinitatis. Idem *Acebedo n.10.* absque hac secunda limitatione, *Bart.* vero *eo. nu.3.* censet esse communem vtrique coniugi: quia datur ratione matrimonij, quod est quædam societas, *l.1. ff. de ritu nupt.* & ita ratione societatis, & vt illi acquiratur: per *l. Si socius, in fin. & l. Veruin, §. Si seruo, in fin. ff. pro socio.* At *Gutier. eod. num. 14.* dicit acquiri coniugi consanguineo donatoris, cuius contemplatione donatur: & intelligit priorem limitationem, nisi consanguinei vel amici mariti res vxori conuenientes donassent, ad subleuandam ipsius mariti inopiam. Et hæc limitatio sic intellecta, est valde probabilis, Probabilius autem credo, non esse admittendum hanc limitationem: sed siue res conueniant soli viro, siue soli vxori, siue vtriq; communes sint, acquiri coniugi consanguineo, cuius contemplatione alteri donantur. Ducor, quia adhuc intuitu coniugis consanguinei donantur, & nulla est coniectura sufficiens vt credatur voluisse donatorem acquiri sexui, cui ea dona conueniunt. Nam si conueniant soli vxori, videntur viri consanguinei donantes voluisse consulere mariti vtilitati, qui de ijs rebus vxori prouidere tenebatur: si vero sint vxoris consanguinei, qui viro donarunt res ei soli conuenientes, licet vxor non teneretur de his prouidere, at expensis communibus prouidendum erat, atque ita negari nequit, quin donatio in vxoris vtilitatem cedat, & sit ipsius contemplatione, & vt ipsi acquiratur, facta. Et ideo prædictam limitationem reijciunt, *Ioan. de Imola l. Si pater, §. Ad substitutos, n. 12. ff. vulga. Alex. and l. Sed si plures, §. In arrogato, n.13. ff. eo t. Ioan. Lup. rub. de donat. §. 45. nu. 8. & 9. Roland. cons. 10. nu. 11. lib. 1. Ioan. Garcia de coniug. acquestu, n.119.* Nec obstant rationes oppositæ. Non prima, quia Episcopus non tenetur Ecclesiæ de suis bonis prouidere, nec quod Ecclesiæ donatur, cedit in Episcopi vtilitatem, cum bona sint omnino distincta, quare non mirum est, si in ijs donis cōiectura accipiatur ex rei donatæ qualitate, an conueniat Episcopo, vel Ecclesiæ. Quare ea regula, quam tradunt *Couarr. & Mantica*, intelligitur vbi non est alia opposita coniectura. Nec obstat secunda ratio de ambasiatoribus. Quia ambasiatores consueuerunt remunerari, & ita nisi ex qualitate rei donatæ accipiatur coniectura contrariæ voluntatis donantis, præsumitur illis donati.

16 Quintò limita si donent consanguinei superstite consanguineo coniuge, nam si illo defuncto donent alteri coniugi, donatio efficietur illius coniugis cui fit. Quia quoties aliquid fit contemplatione & fauore alicuius, cessat contemplatio & fauor illo defuncto. Vt late *Tiraq. tract. de cessante causa, nu.107.* Sic *Acebedo lib.5 recop. tit.9 l.3. num.11.*

17 Quid autem dicendum sit de donatis à socero nurui? dixi disp. præced. n.32. & sequentib.

18 Tandem dubitatur, an retenta hac opinione, vt donata vxori, à consanguineis viri, censeantur viro donata, si vir conscius minime reuocet, censeatur illum eas res donare vxori, talisque donatio morte viri confirmetur, & instar cæterarum donationum, quæ inter coniuges fiunt? Aliqui censent partem affirmantem. Cui autem fundamento innitantur, ignoro. Sic docent *Paul. l. Sed si plures, §. Ad substitutos, n.41. ff. de vulga. Ioan. de Imola, l. Si pater, §. Ad substitutos, n.11. ff. eo t. Ant. Gom. l.52. Tauri n. 67. Manuel Mendez. l. Cum oportet, 1. p. v. Ex eius substantia, nu.9. C. de bon. quæ liber. Ioan. Garcia de coniugali acquæstu, n.106.*

19 Sed verius est, non censeri virum donare vxori, licet ratam haberet eam consanguinei donationem, & ita morte viri minime eam confirmari Prob. quia in dubio non præsumitur donatio, *l. Cum inhibito, ff. de prob.* & dixi disp. præced. nu.10. vbi probaui, non præsumi donationem ex traditione per virum facta vxori, vestium pretiosarum: ergo cum hic nulla adsit coniectura sufficiens ad præsumendam donationem, ea in dubio præsumenda non est: nec sufficiens erit, permittere & ratum habere vt vxori tradatur, cum minus id sit, quam si vir ipse traderet, per quod non præsumitur donatio. Deinde, nā quoties ex actu aliquo coniectura alia quam donationis accipi potest, non præsumitur donatio (vt probaui disput. præced. numero 10.) sed ex ea ratihabitione potest sumi coniectura voluntatis viri, vt res ea tradatur vxori ad vsum: ergo non præsumitur donatio. Tandem, quia sæpe vir ignorabit ea dona ad se pertinere, quare voluntatis donandi præsumptio minime capi poterit. Sic tenent *Ioan. Lupus referens decisionem Rota rubr. de donat. §. 44. fine. Gutierrez 2. pract. q.220. nu. 2, 11. & 12. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 430. concl. 4.*

20 Ad argum. prioris sent. proposita nu.10. resp. Ad 1. dic esse diuersum casum: quia in eo casu intentio viri fuit vt seruus ille communis omnino daretur vxori, siquidem ipse dedit consentientibus fratribus: quare videtur etiam ea intentio donantis esse dubia. Ad 2. dic illas leges non tendere ad decisionem casus nostri, nempe, in casu dubio cuius contemplatione censeantur donata, & cui acquiratur: sed an sicut erat prohibita donatio inter coniuges, sic inter coniunctos eorum: & definiunt non esse, sed valere statim. Vel secundo dico, intelligi quando constat de intentione donantis esse, vt remaneant illa dona vxori. Ad 3. respondetur, ambasiatoribus esse consuetum donari, vt ipsis acquiratur, in remunerationem legationis: coniugibus autem licet consuetum sit vt à consanguineis alterius coniugis donetur, id non esse, vt donatario coniugi acquiratur, sed coniugi consanguineo donantis, cuius contēplatione donatio fit. Ad 4. fateor filium emancipatum non acquirere patri donata ipsius patris contem-

platione, nec similiter in alio casu proposito in 4. argum. at ibi id euenit, quia is filius est iam omnino à patre seiunctus, & quasi persona extranea: & idem dico in alio casu proposito, & vt vulgo dicitur *hazes ranchopor si*, & sic donans illis videtur ea mente affectus, vt ipsis acquiratur: cum norit nihil commune habere cum patre, vel cum alio amico. Coniuges autem sunt vna caro, eisdemque expensis viuunt, bonorumque societatem habent, & quod alteri donatur, cedit in vtriusque commodum, & ita in illis merito consideratur, cuius contemplatione donum acquisitum sit ad discernendum donantis animum cui voluerit acquiri: non autem in casibus propositis. Ad vltimum respondetur, illam legem procedere, quando non est alia coniectura præsumendi contemplatione patris donari: vt dixi n. 14.

21 QVÆSTIO II. An donata à consanguineis sponsi, sponsæ, vel è contra, ante consummatum matrim. censeantur sponsalitia largitas, & more illius acquirantur? Quæstio hæc locum habet, retenta secũda sent. quam amplexi sumus n. 11. vt donata à consanguineis sponsi, sponsæ, censeantur donata sponso, & ipsi acquirantur: & è contra. Nam si teneamus primam sent. relatam n. 10. asserentem ipsi donatario acquiri, non erit sponsalitia largitas. Cum hæc tantum sit quæ ab ipso sponso procedit. Duplex est sent. Prima ait esse sponsalitiam largitatem, & more illius acquiri. Ducitur, quia consanguinei sponsi donantes spõsæ, censentur donare sponso, & sponsus sponsæ, & è contra, quando consanguinei sponsę donant sponsõ, censentur donare ipsi sponsæ, & sponsa spõso: ergo erunt ea dona, sponsalitia largitas. Quia quæcumque donata inter sponsos ante consummatum matrim. censentur sponsalitia largitas (vt dixi disp. præc. n. 30.) Hanc tenet *Ioann. Lup.* aliquantulum dubius, *rub. de donat.* §. 45. *n.* 19. & absque ea dubitatione affirmat *idem Ioan. Lup.* addens idem esse de donatis ab amicis sponsi, sponsæ, vel è contra, l. 52. *Tauri n.* 11. *Castillo ibi n.* 8. *Azebedo lib.* 5. *recop. t.* 2. *l.* 4. *nu.* 17. *Ioan. Garcia de conug. acquestu. n.* 107.

22 Secunda sent. (cui adhæreo,) ait non esse sponsalitiam largitatem, & ita minime acquiri per osculum, aut copulam, sed semper esse illius cui præsumitur donatio facta. Ratio est, quia in dubio non præsumitur sponsum ea sic donata velle sponsæ donare, nec è contra: vt satis probaui nu. 19. vnde non sibi constat *Ioan. Lup.* quem ibi retuli, nam eo loco dicit hanc non esse donationem: cuius contrarium asserit loco quem n. præcedenti retuli. Ita tenent *Gutier. 2. pract. q.* 120. *nu.* 10. *P. Molina to.* 2 *de iust. tract.* 2. *disp.* 430. *concl.* 3.

23 Tandem monuerim, id quod datur à consanguineis, vel alijs pro ipsis sponsis, habere tacitam conditionem, si matrimonium sequatur: sicut sponsalitiæ largitati ea inest tacita conditio, per *l. Cum veterum*, *C. de donat. ante nupt.* Ita docet *ibi Cynus*, sic extendens illum textum: *Ioan. Lup. rubr. de donat.* §. 3. *nu.* 5. *Castillo l.* 52. *Tauri n.* 8. *Gom. Arias l.* 50. *Tauri n.* 3.

DISPVTATIO XXVII.

Quæ sit arrarum natura, quo pacto acquirantur, & an dentur in præmium virginitatis ita vt quæ virgo non est, si talis credebatur à viro, teneatur arras restituere?

SVMMARIVM.

Arræ quid sint n. 1. *Et ibi remissive, quando acquirantur, & an differant à donatione propter nuptias. & an vxor simul cum sponsalitia largitate eas acquirat, & quid si est putativa.*

Quæ sint quæstiones discutiendæ, n. 2.

An arræ dentur in præmium virginitatis, restituendæque, sint ab ea quæ virgo non est. Refertur opinio affirmans, in sponsalitia largitate, & in alijs donatis per sponsum sponsæ. n. 3.

Contraria multorum, tam in arris, quam in sponsalitia largitate, n. 4.

An si viduus constituat decem feminæ, credens eam esse virginem, teneatur ea, si virgo non sit restituere, n. 5 *iuncto n.* 9.

Verba posita in contractu quando aliud non exprimitur, intelliguntur secundum iuris dispositionem, n. 5.

Solumtur argumenta, n. 6. *Et ibi, verba apposita in contractu ex tabellionum vsu, an aliquid operentur. Et eundatur l. Res vxorii, C. de donat. inter vir. & vxor.*

An peccet femina virginitatem simulans remedijsque vtens, vt virgo appareat vt sic nubat, & qui tale matrimonium, defectus virginitatis consij. præsumunt. Proponuntur argumenta ad probandum peccare: & refertur quædam opinio, n. 7.

Non peccat hac puella contra iustitiam, n. 8.

Nullo modo peccat, quando certum est virum non percepturum id vitium, vel, si perspicat, fore vt non valde ægre ferat, n. 9.

Si est probabile fore vt non ferat, & valde ægre ferat, peccat lethaliter contra charitatem, n. 10.

Et solumtur argumenta, n. 11.

VT vltimam huic libro manum imponamus: superest agere de donatione inter coniuges, quam Hispani arras appellant. In quo tractatu hic ordo seruandus est. Primò, de natura ipsa arrarum, & quam ob causã dentur, qualiterque acquirantur, & quo tempore constitui possint, disputandum est. Secundò, de quantitate in qua constitui possunt, & an extrahédæ sint de toto bonorum corpore, vel de ea parte de qua potest vir in præiudicium ascendentium, vel descendentium libere disponere. Et an maritus cui integra dos non soluitur, teneatur integras arras soluere. Tertiò, quis possit arras promittere. Tandé, qualiter possit vxor soluto matrim. de arris disponere.

Supponendum est, inter communi accipi arras pro ea re quæ traditur inter sponsos, in signum & pignus matrimonij futuri. De quibus æris late disputaui, li. 1. disp. 55. & sequ. In Hispania autem accipiuntur arræ, pro donatione quam facit sponsus sponsæ, vel maritus vxori, in præmiũ dotis receptæ, vel nobilitatis, vel pudicitiæ sponsæ, quam ipsa soluto matrimonio lucratur: vt dixi hoc li. 6. disp. 1. n. 1. vbi etiam explicui, qualiter differant à donatione ante nuptias. Acquiruntur autem per matrimonij consummationem, tuncque vxoris efficiuntur: vt dixi hoc 6. li disp. 22. num. 18. Vtrum autem vxor putatiua eas lucretur? dixi hoc 6. l disp. 20. nu. 3. Si autem arræ & sponsalitia largitas adsint in matrimonio, an vxor vtraque acquirat? dixi hoc 6. l. disp. 22. n. 1. & sequ.

Duo autem potissimum hic vertuntur in dubium. Alterum est, an dentur in virginitatis sponsæ præmium, aliterque restituendæ sint. Alterum, an peccet mulier virginitatem simulans, vt nubat.

QVÆSTIO I. An arræ dentur in virginitatis sponsæ præmium, & proinde sponsa credita virgo à sponso, cum tamen virgo non sit, teneatur eas restituere? Affirmant aliqui. Ducunturque, quia in contractu arrarum stylus tabellionum habet dicere, *os señalo estas arras por razon de vuestra virginidad*: cum ergo virginitas sit causa finalis huius donationis, euanescet ea existente falsa. Nam causæ finalis falsitas annullat donationem, *l.* 2. §. *fin. ff. de don.* vbi per *Bartolom. n.* 1. & alios scribentes. Et confirm. quia talis donatio procedit ex errore, quo sponsus eam esse virginem putabat, & si nosset virginem non esse, minime daret, nec eam duceret: error autem tollit consensum, *l. Nihil. ff. de reg. iur.* ergo talis donatio tamquam inuoluntaria, est nulla. Secundò, probatur, dari in virginitatis præmium, ex *l. Res vxorii, C. de don. inter vir. & vxor.* ibi, *quia pudicitiæ præmio cessit*: vbi *Bald. in fine*, ait donationem factam per virum vxori, præsumi fieri in pudicitiæ præmium. Vnde *Ioannes Lupus rubr. de donation.* §. 12. *num.* 1. *Gomez. Arias l.* 49. *Tauri num.* 8. *Padilla auth. Res quæ, num.* 31. *C. communia, de leget.* dicunt arras præsumi dari in præmium detrimenti virginitatis, quod per matrimonium sponsa patitur. Quod idem significant *Conarru. 4. decret. 2. part. cap.* 3. §. 7. *num.* 12. *Villalobos in communibus opin. in lit. A. verb. Arra, num.* 251. *Anton. Gabr. in mea editione tom.* 3. *commun. l.* 1. *verb. Arra, fol.* 57. *Idem Lopez 2. part instruct. de matrim. cap.* 36. *fin.* dicunt enim: arras dari in pudicitiæ præmium: ergo cessante pudicitia, & virginitate, irrita erit donatio. Sed dices, arras posse dari vidue,

viduæ, & ita corruptæ: vt expresse probat *l.1.t.12.lib.5.fori*, fatenturque omnes. Hoc tamen non obstat: licet enim possint viduæ, & corruptæ dari, at dum donans ignorauit se corruptæ dare, præsumitur donatio facta in virginitatis præmium: vt fatentur *Ioannes Lupus*, & *Gomez. Arias præmium tituli*. Et in terminis hanc sententiam tenet *Castillo* loquens de sponsalitia largitate, atque alijs donatis per sponsum sponsæ: *l. 52. Tauri super glos. Antes de consumido, num. 20. vers. Ex quo ratione*, vbi hæc ait, *tenuo indubitanter quod si sponsa fuit prius ab alio cognita, quod sponsus ignorabat, non licebat sponsa dotalia data à sponso: nam datum sponsæ intelligitur datum in præmium pudicitiæ*. Faciunt pro eadem sententia alioqui Doctores asserentes, si viduus feminę, quam ducit, dotem constituat, credens esse virginem, aliter nullatenus constituturus, nec eum ad ipsam accessit, nouit virginitatis defectum, teneri eam feminam quæ vere virgo non est, dotem restituere: & similiter si cognito defectu dotasset, non tamen ita ample, teneri excessum illum restituere. Sic *Cardubasumma. quæst. 115. Ludouicus Lopez 1 p. instruct. cap. 76. §. Præterea consequenter, Vega l. 1. summa. casu 387. Manuel. tertio summæ 2. edition. cap. 208. num. 12.* vbi addit caute dixisse hos Doctores, si vir non nouit defectum, dum ad sponsam accessit. Quia si tunc nouit, & vitam maritalem agat, censetur iniuriam remittere, & denuo dotare.

4 Cæterum hæc senten. mihi displicet: & credo arras minime dari in virginitatis præmium: nec restituendas esse ab ea quæ vere virgo non est, licet a marito virgo credebatur. Ducor, quia nullo iure probatur arras dari in virginitatis præmium: imo ita possunt dari viduæ sicut virgini, & aliter corruptæ: vt probat *l.1.t.12.l.3.fori*, & docent *Greg. Lop. l.87. verb. Segun fuero, t.18. p.3. & l.1. verb. En España, ad finem. t.11. §.4. Ant. Gom. l.52. Tauri num.13.* Vnde *Couar. c. Offic. n.4. de testam. & 2. var. c.6. num. 7. & Gutier. 1. pract. q.124. num.2.* dicunt dari in præmium pudicitiæ virginalis, vel vidualis. S. quidò, quia *l.87. t.18. p.3.* vbi describitur forma instrumenti donationis arrarum, nō continentur ea verba, quæ communiter tabelliones apponere solent, in honorem virginitatis: sed tantum, *por razon del casamiento*. Quam contra vsum hanc tabellionum expendit *ibi Greg. Lop. l.87. verb. Segun fuero, & l.1. verb. En España, ad fin. t.11. p.4.* Vnde *Suarez. l.1. fori t.12. de las arras, l.1. n.1.* optime dixit, arras promitti vxori in honorem virginitatis, vel propter ipsius viri honorem: esseque imperitorum tabellionum errorem, in contractu apponere promitti in honorem virginitatis: cum id necesse non sit, sufficiatque simplex promissio, & datio arrarum: ergo, quæ non est virgo, minime tenetur arras restituere. Tertiò, quia vt cessante causa cessat effectus, oportet omnes causas cessare: vt optime *Barr. l.2. §. fin. in fine ff. de donat.* & latissime *Tiraquell. tract. Cessante causa. tot. limitatione 6.* Quamuis autem virginitas esset causa huius donationis, at non ea sola est. Vnde *Castillo l. 51. Tauri num.2.* ait dari ratione dotis, vel matrimonij contracti. Et *Ant. Gomez. l.52. Tauri num.12. & Matienzo lib. 5 recop. tit.1. rubr. glos.3. num. 6.* dicunt arras dari in remunerationem dotis, vel virginitatis, vel nobilitatis sponsæ. Et *Acebedo libr.5 recop. titul.2. l.1. num. 26. & l.2. num. 9.* ait dari in præmium virginitatis, vel nobilitatis, vel alterius causæ. Et *Barca de non melior. fil. cap.5. num. 19.* ait dari in præmium pudicitiæ quam viro prostituit vxor, & in præmiū dotis, & vt aliquid accipiat ipsa à viro. Et *Gutierrez 2. pract. quæst.28. num 4.* ait dari in recompensam nobilitatis, vel virginitatis. Et *Valascus cons.16 num 6. tom.1.* ait censeri datas arras in compensationem dotis, & honoris mulieris, *& cons.2 num.4.* dicit esse imperitiam notariorum apponere, ob virginitatis honorem: & secundum hodiernos mores eam solam donationis arrarum causam attēdit, vt vxor ditior sit ad sustinendam vidualem vitam, in qua præsumitur fore vt permaneat. Et tandem *Molina tom.2. de iust. tract.2. disp.431. §. Dubium est quam ob causam*, fatetur ad nullam causam restringi arrarum donationem: ergo quātis cesset virginitas, non euanesceret ea donatio. Quartò, quia arræ succedunt, in Hispania loco donationis propter nuptias, vt dixi hoc li.6. disp.1. num.1. vbi etiam dixi donationem propter nuptias dari in præmium dotis vxoris, & esse quasi dotem viri: ergo similiter arræ sunt proprie donatio in præmium dotis. Quintò, quia vbi non est error in principali causa donationis, sed in aliquibus circumstantijs, licet eæ tales sint, vt si cognitæ essent, à tali donatione retraherent donantem, velletque donationem non valere: adhuc non vitiatur donatio. Vt optime alios referens explicat ac probat *Molina tom. 1. de iustit. tract.2. disputat.209. fol.1281. & sequent.* Verbi gratia, si quis paupertate motus donet alicui eleemosynam, ignorans eum esse infidelem, quod si nosset, non daret, imo vellet donationem esse nullam, si vere pauper est, valet donatio eleemosynæ. At in nostro casu causa principalis & finalis donationis arrarum, non est virginitas sponsæ, immo ea est impertinens: ergo error in circumstantia virginitatis, non vitiat donationem, licet si cognitus esset defectus, retraheret à donatione. Eadem ratione non tenetur sponsa quæ virgo non est, sponsalitiam largitatem restituere. Quia nullo iure probatur dari ob sponsæ virginitatem.

Hinc infertur, minus bene dixisse DD. citatum. 3. fin. 5 viduum constituentem dotem feminæ, eo quod putabat eam virginem esse, alias non constituturum inualide donare, si ipsa virgo non sit: & ipsam teneri restituere. Prob. quia (vt dixi hoc lib.6. tota disp 7.) vir non potest dotare vxorem, sed erit donatio prohibita inter coniuges, nisi ob inter ipsos disparitatem, at quod vir sit viduus, & ipsa virgo nullam disparitatem constituit, & ita hæc non est sufficiens causa dandi dotem, & proinde error huius causæ, cum non sit legitima, nec substātialis, non vitiabit donationem: vt n, præced. fine probaui (sed legitima causa est, si ipse sit senex, & ipsa iuuencula, vel ipse ignobilis, ipsa vero nobilis: (vt d. disp. 7. probaui) existentibus ergo his causis veris error in virginitate non vitiat donationem, & sic credo idem esse, licet in instrumento dotationis diceretur, *por ser yo viejo, y vos doncella*: nam verba apposita in contractu, quando aliud non exprimitur, intelliguntur secundum iuris dispositionem, *l. Quæro, §.6. §. Inter locatorē, ff locati*, vbi, *quamuis nil expressum sit in stipulatione, tamen veri simile est ita conuenisse*. Et late *Alciatus de præsump. regul. 3. præsumpt. 32.* & sic illa verba, *por ser vos doncella*, in dubio intelliguntur, id est iuuencula, vulgo *moça*: nam secundum ius non est causa dotandi sponsam, esse virginem, sed esse disparem ætate: quare si ipsa quoque vetula esset & virgo, dotari minime posset à viro. Et confirm. quia nemo censetur vitam eligere, qua sua dispositio subuertatur, vbi de expressa eius intentione & verbis non constat, *l.3. ff. de volunt. testam.* ac si apponeretur vt causa, eam esse virginem, non valeret dotis constitutio: ergo in dubio non debent accipi in eo sensu verba. Minus etiam approbo id quod dicit *Manuel. num.3. fine allegatu*, nimirum, censeri, virum hanc dotem remittere sponsæ obligatæ ad restituendum, si conscius defectus virginitatis vitam coniugalem cum ea agat. Nam coactus necessitate eam vitam agit, fornicatio enim præcedens ius diuortij minime concedit, in necessitatibus autem nemo liberalis existit, *l. Donari. ff. de regul. iur.* ergo vita illa coniugalis non est coniectura nouæ donationis.

Ad argumen. proposita num.3. respondetur. Ad 1. dic, 6 eam clausulam ex errore, & imperitia tabellionum apponi: vt probaui numero 4. Præterea, verba communiter apponi solita ex tabellionum vsu, nihil operantur; cum magis ex stylo ipsorum, quam ex voluntate partium censeantur apposita. Vt optime *Tiraquell.* multis citatis, *l. Si vnquam, in præfat. num.126. C. de reuoc. donat. Ant. Gom. 2. var. cap.4. n.22. vers. Vnum tamen est. Gutier. auth. Sacrosancta puberum, n.101. C. Si aduers. vendit.* & multos alios refert *Couar. rubr. de testam. 2. p. num.14.* quamuis multos in contrarium referat: & *ipse Couar.* fatetur nil operari huiusmodi verba, in eo euentu in quo actum gestum immutarent. Quod

huc

hic contingit, iure enim attento arræ non dantur in præmium virginitatis. Ad confirmationem constat ex dictis, n.4. non enim est error circa causam finalem donationis, & ita minime voluntate priuat. Ad 2.dic, *l.Res vxoris, C. de donat.inter vir.& vx.* & DD. asserentes arras & cætera vxori donata censeri in præmium pudicitiæ donari, non intelligi, eo quod illa virgo, seu pudica esset: sed quia pudicitiam suam viro prostituit, pudoremque pariter tradens corpus viro. Et ita explicat *Baeza de non melior.fil. c.5.nu.19.* vbi dicit arras dari in præmium pudicitiæ, quam viro vxor prostituit.

7 QVÆSTIO II. An culpam admittat femina medijs aliquibus alias licitis vtens, vt virginitatis defectum tegat, & tamquam virgo nubat? Et idem de parentibus, alijsq; intercessoribus conscijs eius defectus, & copulantibus eam tamquam virginem matrimonio. Videtur enim culpa lethalis. Quia matrimonium est quædam instar venditionis species, vbi vir est quasi emptor, & mulier venditrix, teste *Tiraq. de retract.in comment. ad fin.tituli, n.70. & l.4.connub.nu.5.* at venditor lege iustitiæ tenetur vitia rei venditæ saltem latentia indicare emptori. Vt cum *D.Th. 2.2.q.77.a.3.* docent omnes. Imo & vitia manifesta, quãdo emptor ignorantia inculpabili laborat. Vt bene docet *Nauarr.lib. 3. de restit.c.2.dub.7.in nona edit.n.46.* quod in hoc casu frequenter cõtingit: ergo peccat lethaliter contra iustitiam sponsa quæ vt virgo nubit, celans illud vitium, & intercessores in tali matrim. Secundò, quia non tantum mendaciũ est in verbis, dum aliquis verbis aliud quam sentiat, significat, sed etiam in factis, cum per signa factorum vel rerum aliquid contrarium veritati significat. Vt optime explicat *D.Th.2.2.q.111.a.1.corp.* sed hæc mulier vtẽs medijs ne vir percipiat defectum, significat factis & signis se esse virginem, cum tamen non sit ergo mentitur: & cum sit deceptio in re notabili, merito ac iure optimo sic existimata, erit mendacium grauiter pernicioſum, & proinde culpa lethalis. Nec obstat, si dicas neminem teneri se prodere. Id enim verum est, quando coactus & citra suam voluntatem constituit se in aliquo statu: at in hoc casu voluntate sua eligit femina illa nubere. Quare tenetur vel ab eo matrimonio abstinere, vel vitium suum patefacere, quo vitetur alterius deceptio. Hanc quæstionem à nemine vidi tactam, nisi à solo *Nauar.cap.Inter verba, in 2.edit. conclus. 1.corollar 16.n.60.* vbi breuiter dicit, si credatur fore vt vir non valde ægre ferat, nec sit initiatus minoribus ordinibus, qui velit priuilegio clericali gaudere, puellam hunc defectum celantem non peccare saltem lethaliter. Quia nulli sequitur damnum notabile. Si autem vir initiatus sit ordinibus minoribus, volens priuilegio clericali frui, vel probabiliter credatur vbi defectum perceperit vir, fore vt ægerrime ferat, ipsamq; interficiat, aut ea relicta ad Indos proficiscatur, aut asperrime tractet, vitamque discordijs plenam agat: rutios ait esse, vt ipsi non nubat, nisi patefacto defectu, nec se audere oppositum consulere: propterea quæ dixit *corol.14.* in quo nihil ad hanc rem conferens dicit. Et videtur fauere huic sententiæ *Sotus 4.d. 39. q.2.a.3.post 3.concl.vers. His nihilominus*, vbi ait maximam iniuriam irrogare feminam corruptam decipientem virum in hoc. Sed non facit ad rem: quia loquitur casu quo expressa fuit conditio. Si es virgo.

8 Prima concl. sit. Puella hunc defectum & alios celans non peccat contra iustitiam, licet aliquibus medijs vtatur vt is defectus minimè percipiatur. Probatur a simili, ex doctrina *Conar.reg.Peccatum, 2.p.§.4.n.6.* communiter recepta, vbi quamuis iuxta veriorem sententiam certus de lucro non possit spondere, quia esset fraus ac inæqualitas spondentium, fateturin ludo certum de victoria posse augere sponsionem, ob naturales ludi leges, quæ consensu vtriusque ludentis has conditiones admittunt. Sed similiter in nostro casu vsus communi contrahentium assensu receptus est, ne contrahentes vel mediatores detegant propria vitia, vel eorum quorum mediatores sunt. Quod vulgare prouerbium testatur, *no ai casamiento pobre, ni noua fea*: sed altero contrahenti incumbit vt aliunde certior fiat, iam enim nouit, vel nosse debet, feminam minimè detecturam: & æqua est vtriusq; conditio. Quia nec vir solitus est vitia quæ patitur, manifestare: ergo nulla est iniustitia. Præterea, quia durum esset, ac onus intolerabile huiusmodi feminas cogere, vt innuptæ maneant. Vix enim audebit aliqua proprium vitium detegere, & eo detecto nulli nisi infimæ sortis viro nubet. Hanc conclus. sentire videtur *Nauar.relatus nu.7.fin.* totam enim rationem culpæ in eo cõstituit, quod vir defectus conscius ægrè feret, vel non poterit citra culpam priuilegium clericale, quod per bigamiam amisit allegare: at si ea celatio esset contra iustitiam, minimè excusaretur femina, quando non esset spes vt vir defectum virginitatis perciperet.

Secunda concl. Si verisimile sit fore, vt numquam vir id 9 vitium percipiat, vel eo percepto non valde ægrè ferat, nulla est culpa tegere, vel medijs aliàs licitis ad tegendum vti. Probatur quia nullum damnum incurrit vir, & vti illis medijs non tendit ad virum decipiendum, vt ipsum ducat, cum ante matrim. non sit ad eam accessurus, & accessu experturus an sit virgo: sed ne post matrimon. initum, quando neutri resilire iam licet, vir defectum virginitatis percipiat, maleque vxorem tractet. Hæc conclu. similiter colligitur ex *Navarro n.7. fin. allegato*, qui rationem culpæ in damno prouenturo marito, ex defectus cognitione collocat.

Tertia conclu. Si verisimile sit, maritum habiturum il- 10 lius defectus notitiam, & ægerrimè laturum, vitamque discordijs plenam acturũ, ac malè tractaturam vxorem, est peccatum lethale contra charitatem, illi nubere eo tacito defectu. Quia datur grauis ansa scandali, multorumque criminum quæ saltem lex charitatis vitare obligat. Quare meritò *Nauar.* dixit se in hoc casu non audere oppositum alicui consulere.

Ad 1.argum. propositum n.7. respondeo disparem esse 11 rationem in cæteris contractibus: cum in illis nõ sit communi receptum consensu, vt liceat vitia occulta tegere, imò aduersus tegentem datur actio etiam in foro externo. In contractu autem matrimonij illud est communi vsu & consensu receptum: vt probaui n.3. Ad 2.dic. si ipsa vteretur illis medijs animo se fingendi virginem, esse mẽdacium, sed non lethale, nisi in casu expresso n.10. si verò non animo fingendi se virginem, sed tantum suum vitium tacendi, & celandi, & ita vtendi iure suo, non esse mendacium. Quia tacere & bonis medijs occultare vitium, non est mentiri: vt docet *D.Th.2.2.q.11.1.a1.ad 4.*

DISPVTATIO XXVIII.

Vtrùm arræ possint inito matrimonio constitui, vel ea sit donatio prohibita inter coniuges, & inualida?

SVMMARIVM.

Refertur opinio negans posse tunc constitui, n.1.
Contraria opinio verior, n.2.

G *Regorius Lop.l.1.verb. En España, t.11.p. 4.* dicit hoc esse 1 valde dubiũ. Quia *l.1. & 2.t.2.l.3. fori*, videntur velle vt datio arrarum, vel saltem promissio matrim. præcedat: quia donatio inter coniuges omni iure prohibita est: subditque fortè posse inito iam matrimonio arras dari, quãdo nobilitas, vel ingens vxoris dos, vel alia causa induceret ad tunc donandum arras, secus quando meram donationem saperent. Idem tenet *Molina to.2.de iust.tract.2.disp. 431.§.Dubium est num arræ, & §.Simili modo.*

Probabilius autem est, posse constitui ante, vel post 2 initum & consummatum matrim. Prob. *ex l.1.fin.t.11.p.4.* vbi postquam lex dixit donationẽ propter nuptias apud Hispanos appellari arras, subdit ad finem, *las dotes i las donaciones que faze el marido a la muger, i la muger al marido, assi como*

como de su so diximos, se pueden fazer antes que el matrimonio sea acabado, e despues. Et l. 87. t. 18. p. 3. ibi, *arras y donaciones fazen los maridos á sus mugeres, &c. la carta deue ser fecha en esta manera, Iuan Garcia dio en donacion por casamiento a su muger.* Et iuxta communem vsum loquendi maritus & vxor dicuntur post consummatum matrim. Secundò, quia donatio arrarũ in Hispania succesſit loco donationis propter nuptias, quæ iure communi erat in vsu: (vt probaui hoc li. 6. disp. 1. nu. 1.) sed donatio propter nuptias poterat iure cõmuni fieri constante matrimonio, *l. Cum multa, C. de donat. ante nupt.* ergo & arræ. Tertiò, quia donatio remuneratoria non est prohibita inter coniuges (vt probaui hoc 6. li. disp. 6. n. 11. vel donatio arrarũ est remuneratoria in præmium pudicitiæ, vel dotis, vel nobilitatis vxoris, (vt dixi disp. præc. n. 1.) ergo valida est facta constante matrim. Sic docent *Ioan. Lap. rub. de don. §. 24. n. 2. & l. 50. Tauri nu. 4.* vbi Castillo *n. 6. Ant. Gom. n. 12. Mont. alnus l. 1. t. 2. De las arras, l. 3. fori*, vbi *Suarez n. 30. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 7. n. 12. Bæza de non melior. filiab. c. 5. n. 12. 18. 19. 20. & 21. Matien. l. 5. recop. t. 2. l. 2. gl. 2. n. 2. & vbi gl. 2. n. 6. Azebedo ea l. 2. n. 8. Valasc. cons. 4. nu. 4. & 1. Gutier. 3. pract. q. 43. n. 5. Avora de part. 2. p. c. 44.*

DISPVTATIO XXIX.

In qua quantitate possint arræ promitti?

SVMMARIVM.

Non possunt arra decimam bonorum mariti partem excedere in Castella, quæ valet renuntiare, n. 1.
Improbatur opinio asserens non debere excedere vnam dotis sponsæ partem, n. 2.
Non requiritur insinuationem, licet excedant summam ea indigentem, nu. 3.
Vxor potest conſtituere arras viro, nec possunt excedere decimam bonorum vxoris, n. 4.
Possunt de bonis præsentibus & futuris promitti, & vxor poterit eligere tempus quo malit sibi assignari, modo non excedant decimam bonorum quæ vir tunc possidet, n. 5.
Quando adijciatur promittentur, an intelligatur promissio de solis bonis præsentibus solum, ea attendantur ad taxandam decimam? n. 6.
Declarantur l. in G. quæ res pignori, & l. 1. t. 11. p. 5. n. 7.
Quid, si tempore promissionis arrarum vir careat bonis, an intelligatur promissio de bonis futuris? n. 8. Et quid si pro securitate arrarum ob. legat bona præsentia, & futura? nu. 9. & ibi, clausula posita ad exercendum contractum, non commutat eius naturam.
An si promittens arras careat bonis necessarijs, possit decimam dictam excedere, n. 10.
Ad computandum huius decimam, attendenda sunt quæ marito debentur, & deducendum est as alienum, n. 11. Et onera & tributa quæ ex bonis solmuntur, deducenda sunt, n. 12.
Attendendus est valor efficiorum vendibilium mariti, n. 13.
Si arra excedant decimam, solus excessus vitiatur, n. 14. Idem si sponsalitia largitas excedat vnam dotis sponsæ partem, n. 15.
Quid, si detur fundus arrarum, vel sponsalitia largitas, nomine excedat decimam, vel octauam partem, num. 16. Et ibi explicatur l. Si sponsus, vers. Generaliter tenendum est ff. de donat. inter vir. & vx. quando virle faciat valere inutile, quod ab ipso separari nequit.
An tertius promittens arras possit excedere decimam; Refertur opinio negans n. 17.
Contrarius auctorii, n. 18. Et ibi, idem in sponsalitia largitate.
An cum quidam tertius promittit dote vltra taxam lege præscriptam, vel arras, vel sponsalitiam largitatem, vel fideiubeat: vel pro reli. & ipse obligetur, valeat promissio, vel fideiussio? n. 19.

1 PRIMA conclusio sit. In regno Castellæ vir tãtum potest decimam bonorum suorum partem pro arris promittere vxori. Habetur expresse *l. 1. t. 2. De las arras, l. 3. fori*, quæ approbatur *l. 50. Tauri*, hodie *l. 2. t. 2. lib. 5 nouæ recop. Castellæ*, vbi subditur non posse huic legi renuntiari. Et ratio prohibitionis est, ne mutuo se coniuges amore spolient. Et idem esse decisum de iure partitarum, affirmat *Greg. Lop. l. 1. t. Arra. t. 11. §. 4. per l. 9. tit. 4. p. 5.* Id tamen non dicit: vnde ipsemet Greg. *Lop. l. 87. vers. Segun fuero, t. 18. p. 3.* sibi contrarius, dicit, hoc non esse de iure partitarum.

2 Nec audiendus est *Perez. Addit. ad Seguram, l. 1. §. Si vir, n. 139. ff. de acquir. poss. ff.* dicens, non posse arras excedere octauam dotis sponsæ partem: per *l. 52. Tauri*. Sed longè à veritate distat, Quia ibi tantum fit sermo de sponsalitia largitate, seu de iocalibus, quę multum distant ab arris. Vt constat ex *rub. t. 2. l. 5. recop. Castellæ*, quæ est *de las arras y joias*. Nam copula, & inter diuersa ponitur. Nec obstant ea verba *l. 52. Tauri, no pueda dar a su muger en vestidos, joias, ni otra cosa alguna*. Quia dictio, alius, similiter repetit, & cum mentio facta sit de vestibus & iocalibus, de ijs debet intelligi. Sic *Villalobos in commun. opin. lit. A. v. Arra, nu. 251. Ant. Gabr. in mea edit. to. 1. commu. l. 1. v. Arra f. 537. col. 2. Azebedo lib. 5. recop. t. 2. l. 1. n. 26. Gutier. de iuram. 1. p. c. 14. n. 13.*

Non requiritur autem insinuatio in hac arrarum do- 3
natione, licet summam insinuationē ad sui valorem indigentem, excedant, dummodo non excedant decimam bonorum, quæ vir tunc possidet. Quia *l. 50. Tauri*, omnino permittit arras, dummodo eam decimam non excedant. Sic *Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 290. § Quintum est.*

Secunda concl. Non tantum vir potest arras vxori con- 4
stituere, sed etiam vxor viro, in nobilitatis, vel diuitiarum præmium: nec possunt excedere decimam bonorũ vxoris partem iuxta *d. l. 50. Tauri*, quæ indistinctè de arris loquitur. Præterea, quia cum vir, & vxor sint correlativa, & militet eadem ratio, ne mutuo amore se spolient. dispositum in arris datis per virum, censetur dispositum in donatis per vxorem. Sic *Azebedo l. 5. recop. t. 2. l. 2. n. 1.*

Tertia conclusio. Arræ possunt promitti de bonis præ- 5
sentibus & futuris, vxorque eligere poterit tempus, quo bonorum viri valor computandus sit: & tunc decimam illorum non debent excedere. Sic disponitur *l. 2. t. 2. De las arras, lib. 5. fori*, ibi *si prometiere a su muger que si las dara de aquello que despues ganare, mandamos que quando quier que demãdare a su marido que le entregue las arras que se las de, de guisa que no le de mas de el diezmo de quanto oviere al tiempo que se las demandare* Et ita afferunt per hanc legem tamquam vsu receptam, *Ioan. Lop. rub. de don. §. 24. n. 1. vers. Si autem vir, Castillo l. 50. Tauri n. 5.* vbi *Ant. Gom. n. 13. Suarez l. 1. num. 10. vers. Nota vlterius, l. 3. fori, & ibi Baldesius eius addit. Gutier. 3. pract. q. 42. n. 2. Matienzo l. 5. recop. t. 2. l. 2. gl. 2. n. 5. Azebedo ea l. 2. n. 24. Avora de partit. 1. p. c. 7. n. 8.*

Quarta concl. Promissio arrarum de solis bonis præ- 6
sentibus intelligitur, nisi futura exprimantur: vnde sola bona quæ tẽpore promissionis maritus possidebat, ad taxandam arrarum quantitatem, inspiciẽda sunt, siue possea bona augeantur, siue diminuantur. Prob. ex *l. Quicquid, 99. init. ff. de verb. obl.* ibi, *quicquid astringendæ obligationis causa dictum est, id nisi palam verbis exprimatur, omissum esse intelligendum est*: ergo cum promittens arras non explicuerit se etiam de bonis futuris promittere id non intelligitur. Secundò, quia nomine bonorum intelliguntur sola præsentia, vbi aliud non explicatur. *l. Si ita legatum, 8. ff. de auro & arg. leg.* ibi, *quia præsens tempus semper intelligitur. si aliud comprehensum non sit. nam cum dicit, vel hæc meam, argentum meum, hac demonstratione, meum præsens, non futurum tempus ostendit.* Et *l. Si stipulatus, 76. §. . ff. de verb. obl.* ibi, *cum stipulamur, quicquid te facere oportet, id quod in præsenti die debetur, duntaxat in stipulationem deducitur, & ideo additur verbum, oportebitue.* Et *tl. Si mandauero, 22. § Is cui mo. ff. mãdati*, ibi, *publicatis bonis quicquid postea acquiritur, non sequitur fiscũ*. Tertiò, quia qualitas adiuncta verbo debet regulari secundum tempus verbi, *l. In delictis, 4. §. Si damnum extraneus*, seu *& si extraneus* (vt alij legunt) *ff. de noxal.* Quod axioma optimè explicat *Bart. l. Ex facto, n. 1. ff. de vulgari*: ergo dum vir promittit, vel donat arras de bonis suis, qualitas illa, de bonis suis, adiũcta verbo, Promitto, vel, dono, quæ sunt præsentis temporis, debet intelligi de bonis in præsenti possessis. Sic docent *Padilla auth. Res quæ, nu. 26. C. communia, de leg. Bæza de non melior. fil. c. 31. n. 10. fin. Gutier. 3. pract. q. 42. n. 2.* & sic se explicat *2. præt. q. 17. n. 4.* vbi oppositum videbatur sentire: *Azebedo li. 5. recop. t. 2. l. 2. n. 22. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 431. §. Circa hoc quæritur, in fin. Avora de partit. 1. p. c. 7. n. 18.*

Sed obijcies *l. fin. C. quæ res pignori, & l. 5. titul. 13. p. 5.* vbi 7
definitur sub hypotheca bonorum comprehendi etiam bona futura: ergo similiter dum vir de bonis suis promittit arras, nomine bonorum præsentia & futura claudentur,

dentur. Respondetur cum *glos. d. l. fin. verb. Pertinentium, & ibi Saliceto, nu.* 2. aliud esse in obligatione aliquid dandi de bonis: quia si nomine bonorum comprehenderentur futura, ageretur de magno promittentis damno, cum obligatio extenderetur, & ad plus teneretur promittēs: aliud verò in bonorum hypotheca, nam licet extendatur, vt bona futura sub illa comprehendantur, agitur de modico præiudicio, cum ex hoc non in plus teneatur obligatus, sed tantum ad principalis debiti securitatem constituatur hypotheca.

8 Hanc conclusionem temperant *Baeza, & Azebedo relati n. 6. fi.* vt intelligatur, quando maritus tempore promissionis arratum bona aliquot habebat, si enim ijs careret, tempus præstationis, & non promissionis dicunt esse inspiciendum. Ducuntur per *l. 2. t. 2. De las arras, l. 3. fori*: et referuntque in suum fauorem, *Ioan. Lup. rub. de donat. §. 24. nu. 1. vers. Si autem vir, Suarez l. 1. nu. 10. vers. Nota vlterius, t. 2. De las arras, l. 3. fori.* Et fortiùs posset probari: quia si non valet actus vt agitur, valet eo modo quo valere potest, *c. vn. §. Idem quoque, de despons. impub. in 6.* nemo enim videtur eligere viam, per quam sua dispositio subuertatur, *l. 3. de milit. test. am.* Cùm ergo talis promissio possit valere, & effectum sortiri, si fiat de bonis præsentibus, & futuris, tacitè videtur maritus arras spondens, id velle. Sed admittenda non est hæc limitatio: nullo enim iure probatur: & *lex fori, Ioannes Lupus & Suarez* expresse loquuntur, quando vir pauper promisit arras de bonis futuris: ergo non est idem dicendum, quando absolutè de bonis suis promisit: cum bonorum nomine sola præsentia claudantur in promissione: vt probaui num. 6. Nec obstat ratio in ipsorum fauorem à me adducta. Quia illud axioma intelligitur, quando vtroque modo actus valere potest: at constitutio arratum non valet, nisi quoad decimam partem bonorum tempore promissionis possessorum, nisi expresse fiat de bonis etiam futuris: alias promissio arratum vltra decimam bonorum tunc possessorum, valeret, si postea crescerent bona: cum eo modo, quo facta est, non valuerit quoad excessum, & potuerit valere, si de bonis etiam futuris fieret.

9 Imo licet vir obliget bona præsentia & futura pro arratum securitate, nisi in promissione arratum explicet se promittere de bonis futuris, promissio intelligitur facta de solis præsentibus. Primò, quia accessorium naturam sequi congruit sui principalis: *reg. Accessorium, 42. de reg. iur. in 6.* & proinde non trahit ad se principale; cum ergo hypotheca illa de bonis præsentibus & futuris, sit accessoria obligationi principali arratum, ex natura sua comprehēdi sola bona præsentia, non trahet illam vt extendatur ad futura. Secundò, quia clausulæ ad executionem contractuum appositæ non immutant, nec augent eorum naturam: *Clem. 1. de prabend.* & docent multis relatis *Couar. rubr. de testam. 2. p. n. 13. vers. Tertia conclusio, Molina lib. 4. de primog. c. 2. n. 42.* Cum ergo clausula hypothecam continens adijciatur tantum ad executionem & securitatem promissionis arratum, non debet ipsam alterare, aut augere, vt præter naturam suam extendatur ad bona futura. Tandem, quia taciti & expressi idem est iudicium, *l. Cum quid, ff. si cert. pet.* sed hypotheca tacita quæ ex natura sua inest tacitè contractui arratum, extenditur ad bona præsentia & futura. Vt docent *glos. l. fin. v. Ad futura, C. quæ res pignori*, vbi *Salicet. n. 3. Fauus de pignor. membr. 4. p. 2. n. 165. Couar.* multos referens, *quæst. pract. c. 29. n. 4. Gutier. 2. pract. q. 17. nu. 6.* ergo si non obstante hac extentione hypothecæ taciæ ad bona præsentia & futura, obligatio principalis arratum sola præsentia comprehendit: idem dicendum erit, si hypotheca illa quæ tacitè inerat, exprimatur.

10 Quinta conclusio. Quamuis promittens arras hæredibus necessarijs destitutus sit, non potest vltra decimam bonorum partem promittere. Colligitur ex *l. 1. tit. 2. de las arras, li. 3. fori* excessum applicanti proximioribus consanguineis. Sic *Baeza de non melior. fil. c. 9. n. 83. Azebedo li. 5. recop. t. 2. l. 2. n. 29.*

Sexta conclusio. Cum de bonorum computatione 11
facienda tractatur, vt liqueat quantitas decimæ arratum nomine vxori promissæ, deducendum est omne æs alienum. Quia quod superest eo deducto, dicitur esse in bonis, *l. Subsignatum, §. Bona. ff. de verb. significat. l. Ea demum, C. de collat. l. Mulier bona. ff. de iure dot.* Sic *Ioan. Lup. rub. de donat. §. 25. num. 8. Montaleus l. 1. tit. 2. De las arras, verb. De quanto otorgare, li. 3. fori, & ibi Suarez num. 5. vers. Nota tamen, & cum additionator Baldesius: Castillo l. 50. Tauri num. 6. fine*, vbi *Antem. Gomez num. 13. Baeza de non melior. and. filiab. cap. 28. num. 2. Cavallarem de vsufruct. mulieri relicto, num. 107. Matienzo lib. 5 recop. tit. 2. l. 2. gloss. 2. num. 11. Azebedo eadem l. 2. num. 13. Gutier. 3. pract. quæst. 42. num. 32. Avora de partit. p. cap. 2. num. 41. & cap. 7. num. 20. P. Molina tom. 2. de iust. et iur. tract. 2. disput. 431. §. Illud est obseruandum*, vbi bene addit, attendenda esse omnia quæ viro debentur: quia hæc sunt in bonis eius: vt dicemus n. 15.

Hinc infertur ad computandam hanc bonorum decimam, deducenda esse onera, & tributa quæ ex eis solumtur, *l. Non amplius. ff. de leg. 1. num.* Sic *Ioan. Lup. rub. de don. §. 25. n. 6. Suarez l. 1. nu. 5. 1. De las arras, lib. 3. fori, & ibi Baldesius eius additionar.*

Septima conclusio. Ad computandum hanc bonorum 13
decimam, æstimandus est valor officiorum quæ vendibilia sunt, vt tabellionatus, tectoris vibis, vulgo *regidor, veintiquatro*, &c. secus eorum quæ vendibilia non sunt. Quia secūdum communem opinionem illa officia conferuntur, tamquam bonorum pars, hæc autem non. Sic *Azebedo lib. 5. recop. t. 2. l. 2. n. 13. & 14.* Computanda sunt etiam illa, ad quæ vir habet actionem: illa enim dicuntur esse in bonis, *l. Bonorum. ff. de verb. sign.* Qui enim actionem habet ad rem recuperandam, ipsam habere videtur, *l. Qui actionem, 15. ff. de reg. iur.* Sic *Suarez. lib. 3. fori, t. 2. de las arras, l. 1. n. 5. & ibi cum additionator Baldesius, Anton. Gom. l. 50. Tauri num. 19.*

Octaua conclusio. Si arræ excedant decimam bono- 14
rum partem, non omnino sunt inualidę, sed tantum quoad excessum. Probatur primò, ex *l. 3. tit. 2. De las arras, lib. 3. fori*, vbi tantum dat actionem consanguineis ad excessum decimæ: ergo supponit, validas esse arras in decima. Secundò, quia vtile non debet per inutile vitiari: *regul. Vtile, 37. de reg. iur. in 6.* ergo cum constitutio arratum intra decimam, vtilis ac valida sit, per excessum illum inutilem additum nō debet vitiari. Tertiò probatur ex *l. Sancimus, 34. init. C. de don.* ibi, *si quid autem supra le statutam definitionem fuerit donatum, hoc quod superfluum est, tantummodo non valere.* Cui consonat *l. 9. tit. 4. p. 5. fin.* ibi, *mas si quisiesse fazer mayor donacion, lo que fuesse donado de mas, no valdria*: ergo idem in excessu arratum dicendum est Sic *Ioan. Lup. l. 50. Tauri n. 11.* vbi *Castillo n. 8. Ant. Gom. n. 13. Suarez l. 1. n. 10. vers. Nota vlterius. 2. l. 3. fori, & ibi Baldesius eius additionator, Paulus auth. Res quæ n. 19. C. communia de leg. Matienzo lib. 5. recop. 8. l. 2. gl. 7. n. 3. Azebedo eo lib. 5. t. 2. l. 2. n. 20. Molina to. 2. de iust. et iur. disp. 431. § Illud est obseruandum.*

Hinc fit, idem dicendum esse de sponsalitia largitate, si 15
enim octauam dotis sponsæ partem excedat, contra *l. 1. fin. t. 2. li. 5. recop Castillæ* solus excessus erit irritus. Probatur iisdem rationibus.

Inquires autem, quid dicendum sit, si fundus excedens 16
valorem decimæ, nomine arratum constituatur? Videtur enim in totum validas esse arras: per *l. Si sponsus, 5. Paul. post princ. vers. Generaliter tenendum est, ff. de donat. inter vir. & vx.* vbi habetur vtile trahere ad se inutile, quod ab ipso separari nequit, & vtrumque valere. Sed dicendum est tantum valere quoad decimam. Quamuis enim inutile non possit separari in corpore, potest separari in æstimatione, & hoc satis est. Sic *Ioan. Lup. l. 50. Tauri, num. 12.* vbi *Castillo num. 8. Azebedo lib. 5 recop. t. 2. l. 2. n. 20.* Idem dicendum est eadem ratione, si fundus tradatur per sponsum sponsæ nomine sponsalitiæ largitatis, excedatque octauam dotis partem, quæ eo titulo assignari potest: excessus enim irritus erit.

Rursus

17 Rursus inquires vtrum quidam tertius possit vltra decimam bonorum viri partem, nomine arrarum vxori promittere? Quidam negant. Quia qui per se aliquid facere nequit, nec per alium poterit, *l. Pupillus, 5. §. Item ipse, vers. Sed & si per interpositam ff. de auctl. tutor.* nam qui facit per alium, perinde est ac si faceret per se ipsum, *regul. Qui facit, (alias Qui per alium) 72. de regul. iur. in 6.* Sic *Ioann. Lup. l. 50. Tauri, num. 5. & ibi Castillo, n. 4. vers. Sed pone. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 2. gloss. 2. n. 8.*

18 Sed verum credo, posse tertium quendam, siue extraneus, siue viri consanguineus sit, excedere hanc decimam in arris consignandis. Quia *l. 1. t. 2. De las arras, l. 3. fori, approbata l. 50. Tauri*, expresse dicit, *todo home que casare no pueda dar mas arras à su mujer del diezmo.* Cùm ergo sit correctoria, exorbitans, & pœnalis, vtpote annullationem actus aliter facti inducens, ac consanguineis viri applicans excessum, non est extendenda ad alium personam, quàm prohibitam: & cùm loquatur de viro, ad alias personas trahenda non est, *l. Si vero, §. De viro, ff. solut. matrim.* Et fie m alio simili, nempe quod possit socer, vel extraneus dare sponsæ sponsalitiam largitatem vltra metam prælimitatam, *l. 52. Tauri, hodie l. 1. fine, t. 2. lib. 5. recop.* tenet *Auendaño de exequend. mand. 1. p. c. 15. n. 1. Gutier. de iuram. 1. p. c. 14. num. 12. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. l. 1. gloss. 6. num. 2.* qui simili fundamento ducuntur, eo quod illa lex prima solum prohibeat sponso donare vltra illam quantitatem. Quod tamen intelligendum est cum *Matienzo ea. l. 1. gloss. 7 num. 1.* nisi à consanguineis vel aliis extraneis donetur, non verè de propriis bonis, sed de sponsi bonis: & in hoc sensu procedit regula in oppositum, num. præcedenti adducta. Quia tunc vere maritus vel sponsus donaret. Hinc venit intelligenda doctrina *Ioan. Lup. rubr. de donat. §. 14. num. 1.* quem sequitur *Baeza de non meliorand. filiab. c. 11. n. 13.* dicentis patentes sponsi nequire promittere arras pro filio, si excedant decimam partem eorum, quæ de eorum bonis filius habiturus est. Quoniam tunc perinde est ac si filius daret. Similiter dicendum est, non valere donationem arrarum vltra decimam, quando consanguineus mariti donans arras vxori, ita donaret vt vellet donationem illam acquiri marito, iuxta dicta hoc 6. lib. disp. 26. n. 11. & per maritum donaretur vxori. Quia verè donatio illa facta esset à viro.

19 Tandem infertur, quàm ineptè sponsi, dum assignatur per parentes dos sponsæ, timentes ne excedat metam signatam in cortis Matriti, *petitione 101. hodie l. 1. t. 2. lib. 5. nouæ recop. Castill.* petant tertium constituere dotem sponsæ: & similiter ipsæ sponsæ timentes ne arræ promissæ à viro excedant decimam bonorum, postulent tertium quendam eas promittere: si enim tertius ille ex propriis bonis dotem, aut arras constitueret, licitum esset (vt dixi num. præced.) Cùm tamen ex propriis bonis nunquam id faciat, manifesta est fraus, & iniustitia. Quia perinde est, ac si pater dotem constitueret, aut maritus arras promitteret. Si verò se obliget tanquam fideiussor cum principalis obligatio non teneat, corruet accessoria fideiussoris, *l. 1. & 2. ff. de fideiuss.* Potest autem peti vt tertius se obliget non accessorie obligationi paternæ, aut mariti, vt fideiussor, sed tanquam principalis, vt maneat, scilicet, obligatus, casu quo fratres non ratam habuerint eã summam excessiuam dotis, vel excessus arrarum petatur. Sic ut in alio simili docet *Nauar. c. Non ducatis, 12. q. 1. in antiqua edit. n. 74. vers. Sexto: in noua, n. 44. vers. Sexto*, dicens fideiussorem accedentem obligationi religiosi minimè teneri, eo quod religiosus nec ciuiliter nec naturaliter obligetur: posse tamen obligari non accessorie tanquam fideiussorem, sed tanquam principalem, casu quo superior, religiosi obligationem ratam minime habeat.

DISPVTATIO XXX.

An decima pro arris promissa computanda sit iuxta bona quæ vir tempore promissionis bona fide possidet tanquam sua, ita vt illis postea euictis, vel vbi constiterit sua non esse, arræ minuendæ non sint?

SVMMARIVM.

Refertur opinio affirmans, n. 1. Et contraria auctoris, n. 2.
Idem dicendum est de sponsalitia largitate, si dos vxoria postea euincatur, vel minor apparet. n. 3.
Sol. motiuum argumen. & explicatur l. Bonorum appellatio, ff. de verbor. signif. n. 4.

1 AFFIRMANT aliqui, decimam hanc computandam esse iuxta bona, quæ maritus promissionis tempore bona fide possidet, illisque postea euictis, vel si aliter constet non fuisse propria, minuendam non esse. Ducunturque, quia bona nostra appellantur, quæ bona fide possidemus, quamuis aliena sint, *l. Bonorum appellatio, 49. ff. de verb. signif.* ibi, *in bonis autem nostris computari oportet, non solum quæ domini nostri sunt, sed & si bona fide à nobis possideantur.* Sic docent *Suarez lib. 3. fori, t. 2. De las arras, l. 1. nu. 5. vers. Tene etiam ment. Ant. Gomez l. 50. Tauri, n. 1. Baeza de non meliorand. filiab. c. 28. n. 4. & c. 31. num. 12. Matienzo lib. 5. recop. t. 2. l. 1. gloss. 2. nu. 4. Azebedo eadem l. 2. n. 23. P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 431. §. Illud est obseruandum.*

2 Cæterum leui fundamento ducuntur viri doctissimi: & ideo multo verius est oppositum, nimirum, computandam esse decimam eorum bonorum tantum, quæ re vera erant promittentis. Prob. ex *l. 1. t. 2. De las arras, lib. 3. fori approbata l. 50. Tauri*, ibi, *no pueda dar mas de la decima parte de sus bienes*: quæ verba denotant proprietatem, & verum dominiũ. Quia verba in potiori significatu accipienda sunt, *l. ff. si ager vectig. vers. Qui in perpetuum*: nec bona vere aliena licet bona fide possideantur, dicuntur propriè sua, verba autẽ propriè accipienda sunt, *l. 3. §. Hæc verba. ff. de negot. gest.* Secundò, quia bona alicuius dicuntur deducto ære alieno (vt probaui hoc l. 6. disp. 29. n. 11.) sed ea bona verè debita quantumuis bona fide possideantur, sunt vere æs alienum: ergo iis deductis computanda sunt bona ad eorum decimam assignandã. Tertiò, quia militat eadẽ prohibitionis ratio in suis bonis, ne scilicet se mutuo spolient amore: nam si promittat vir decimam etiam respectu horum bonorum, cùm postea euicta fuerint, spoliatus veris bonis & pauper manebit, cum decima respectu omnium bonorum exhauserit euictis bona fide possessis, ea quæ vere erant mariti. Sic tenet latius probans, *Gutier 3. pract. q. 42. n. 12. & seqq. Auend de partit. 1. p. c. 7. n. 22. 23. & 24.*

3 Hinc infertur, sponsalitiam largitatem, quæ excedere nequit octauam dotis sponsæ partem, *lib. 5. recop. t. 2. l. 1.* minuendam esse iuxta dotis postea euictæ quantitatem. At si integra dos euincatur, tunc sub iudice manebit, an omnino sponsalitia largitas euanescat? quia dubium est an nulla assignata dote, valeat sponsalitia largitas? (vt dixi hoc l. d. disp. 24. n. 6.) Ac retenta opinione quam ibi amplexus sum, dicenti valere, bonique viri arbitrio taxandam esse, idem dicemus in hoc casu.

4 Ad *l. Bonorum appellatio, ff. de verb. sign.* cui oppositi innituntur, respondetur cum *Rebuffo ibi, vers. In bonis autem, & Gutier. 3. pract. q. 42. nu. 35.* dici bona nostra, quæ bona fide possidemus, quoad aliquos effectus ciuiles, vt ad habendum actionem & exceptionem pro eis, & ad præscribendum. Vnde non infertur propriè dici bona nostra ad computandam decimam bonorum quæ nostra verè sunt.

DISPVTATIO XXXI.

An si arras promittẽs maioratum possideat, bona maioratus æstimanda sunt, & qualiter, vt intelligatur an arræ promissæ excedant decimam bonorum partem?

SVMMARIVM.

Non æstimandus est valor bonorum maioratus sed reddituum quos possessor toto vitæ curriculo percipiet, n. 1.

Proponuntur varia opiniones, n. 1. & 3. Et sententia authoru, num. 4. Idem in sponsalitia largitate quando vxoru dos est maioratus. n. 5.

1 CONueniunt omnes, habendum non esse respectum ad valorem maioratus, sed ad valorem vsufructus, seu reddituum, quos promittens arras percepturus est toto vitæ suæ curriculo. Verbi gratia, si vir ex bonis maioratus deductis expensis percipiat quotannis duo mille aureos æstimandum est, quantum valeant duo mille aurei singulis annis percepti pro vitæ possessoris maioratus tempore, & decima huius valoris potest pro arris constitui. Probatur, non æstimandum esse valorem bonorum maioratus, quia licet verior sententia habeat, possessorem habere verum illorum dominium, vt potest videri in *Molina lib. 2. de primog. c. 19. à n. 4.* at cùm ea bona alienare nequeat, potius vsufructuario, quam vero domino comparatur, ac proinde non valor bonorum attendendus est. Probatur autem valorem fructuum esse computandum, quia ius eos fructus percipiendi, appellatione bonorum comprehenditur, *l. Bonorum appellatio, 49. ff. de verb sign.* Sic docent *Ioan. Lop. vbi. de donat. §. 25. nu. 1. & 6. Greg. Lop. l. 4. verb. Sus deudas, ad fin. t. 15. p. 2. Padilla auth Reiqua, num. 30. C. com mun. de legat. Molina lib. 2. de primog. c. 19. num. 41. Mercs de maiora, 3. p. q. 9. n. 13. Avora de partitio. 1. p. c. 7. n. 26. Azebedo lib. 5. recop. tit. 2. l. 2. n. 13. Valasius to. 1. cons. 16. n. 11. & 12. Gutier. 2. pract. q. 17. nu. 2 & seqq. P. Molin. tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 431. §. Circa hac quæritur.*

2 Controuersia autem est circa modum computandi valorem horum redditum. Quidam enim dicunt, computationem faciendam esse attenta ætate ac valetudine ipsius maioratus possessoris: nam quo robustior fuerit, iuniorque (cum eius vitam amplius duraturam præsumatur) eò maioris æstimationis illi redditus erunt. Quam computationem sequutus est *Iurisconsultus Hæreditatum, 68. ff. ad leg. falcid.* in legis falcidiæ ratione habenda, vt detrahatur ex vsufructu legato: quam non tantum in eo casu obtinere, sed in quibuscumque etiam aliis casibus, in quibus de æstimatione redditum ad vitam tractatur, docent multi, quos refert *Couar. 3. var. c. 9. nu. 8.* & latè probat *Suarez l. Quoniam in prioribus, ampliat. 3. n. 9. & seqq. C. de inoffic. testam.* Et ita in nostro casu docent *Ioan. Lop. n. 1. Greg. Lop. Padilla, Mercs, Valasc.* quos nu. præced. retuli. Hanc autem computationem *legis Hæreditatum*, dicunt *gloss. ibi, verb. Triginta, & ibi Bart. n. 2. vers. Quæro quid, & ibi Alberic.* & alii quos refert *Couar. 3. var. c. 9. n. 8. vers. Hinc deducitur*: ipsosque sequitur *Gutier. 2. pract. q. 17. n. 8.* ita esse intelligendam, vt pendeat à futuro euentu vitæ illius redditus percepturi, quare si semel facta computatione, pauciores annos postea vixisse comperiatur, quàm computati sunt, reddendum sit plus illud quo redditus æstimati sunt: si verò comperiatur plus vixisse, addatur incrementum hoc computationi illi prius factæ. Atque ita in nostro casu vult *Gutier.* si in hoc regno Castellæ vxor ante virum moriatur, seu vir ipse ante vxorem, computandum esse valorem redditum illorum annorũ ab initio matrimonio perceptorum, vsque ad illius dissolutionem, quo tempore arræ soluendæ sunt, non obstanti quacunque computatione prius facta. Meritò tamen *Aymon, & Capola*, quos refert & sequitur *Couar. eo. num. 8. vers. Hinc deducitur, & P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 431. §. Circa hac quæritur.* recedunt ab hac sententia, censentq; æstimationem *d. l. Hæreditatum*, minimè pendere à futuro euentu, sed semel legitimè effectã, seruandã esse, quicquid postea rei probet euẽtus. Quia quod semel legitimè factum est, retractari nõ debet ex iis, quæ postmodũ acciderint, *l. Sancimus, C. de admin. tutel. & l. Nec enim, ff. de itinere, actuq; prima.*

3 Alij verò docent, æstimandos esse hos redditus ad rationẽ vnius pro octo: sicut frequentissimè annui redditus ad vitam constituuntur ad rationem vnius pro octo: teste *Couar. d. c. 9. n. 7.* vnde si redditus maioratus sint duo mille aurei quotannis deductis expensis, potest maioratus possessor 1600. aureos pro arris promittere vxori. Nam ad rationem vnius pro octo, valent illi duo mille aurei, decẽ & sex mille, quorum decima pars sunt 1600. Sic *Molina li. 1. de primog. c. 10. num. 41.* asserens ita quotidie practicari. *Azebedo lib. 5. recop. t. 2. l. 2. n. 18. Gutier. 2. pract. quæst. 17. ad fin.* vbi subdit hodie per nouam pragmaticam Philippi 2. Hisp. regis, promulgatam 3. die Iulij, anno 1583. (habetur *hæc pragmatica in quaternione addito nouæ recopil. lib. 5. t. 15. l. 8.*) decretum esse pretium census vitalitii, esse ad rationem vnius pro septem; & ita redditus maioratus, qui deductis expensis supersunt, æstimandos esse ad rationẽ vnius pro septem. vnde in proposito exemplo valor redditũ duorũ mille aureorũ, erunt quatuordecim mille aurei: & decima quæ potest à tali maioratus possessore pro arris assignari, erit 1400. aurei. Ratio est, nam æstimatio redditum illorum pro vitæ possessoris maioratus tempore, est quasi emptio census vitalitii eorum duorum mille aureorum, census autem vitalitius æstimatur regia pragmatica ad rationem vnius pro septem.

Alter verò *Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 431. §. Circa hæc a quæritur*, dicit iniustum esse, & irrationabile, æquale pretium statuere vitalitiis omnibus censibus æqualium reddituum, sed pro ætate & valetudine eius, in cuius vitam conceditur census, & pro aliis circumstantiis concurrentibus, taxandum esse. idemque censet in taxando valore redditum maioratus ad vitam possidentis, vt intelligatur quanta sit decima pro arris promissa. Quia nemo prudens æquo pretio taxaret censum ad vitam inuenis robusti emptum, ac ad vitam senis debilis nonagenarij. Sed retinenda est computatio ad rationem vnius pro septem, sicut regia pragmatica taxat census vitalitios: vt diximus n. præc. Nec obstat obiectio Molinæ contra illam, ius enim habuit Princeps constituendi certum pretium omnibus censibus vitalitiis. non enim certum & determinatum cuilibet sigillatim destinari poterat, idque relictum prudentis arbitrio pro ætate & valetudine, innumeris latibus, & iniustitiis pateret: & qui emit censum ad vitam nonagenarij sibi imputet, Princeps enim minime cogit ad sic emendum, sed emat à nonagenario ad vitam inuenis alicuius robusti. Nec in arris computandis iniuriam Princeps infert, si eodem pretio computentur annui redditu, siue vir senex debilisque, siue iuuenis & fortis sit: non enim in hoc casu possunt comparari ad vitam alterius. Quoniam Princeps qui arrarum quantitatem, (quarum donatio voluntaria est; taxare potuit, simili modo valori redditum maioratus ad vitam mariti potuit pretium statuere: quod licet specificè non fecerit, at consequenter fecit, dum censuum vitalitiorum pretium taxauit. Quia (vt probaui n. præcedenti) taxa hæc redditum maioratus, more census vitalitia accipienda est.

Ex his fit, si fœmina viro nubat, bonaque maioratus tradat illi in dotem, prout potest facere, vt probat *Mercs de maiora. 3. p. q. 9. n. 15.* tunc non ipsa bona maioratus, sed ipsorum redditus æstimandos esse ad vitam vxoris possidentis modo declarato, vt octaua pars valoris ipsorum possit dari per sponsum sponsæ, nomine largitatis sponsalitiæ, iuxta *l. 1. fin. tit. 2. lib. 5. recop. Castel.* Sic *Gutier. 2. pract. q. 17. n. 7. Valascus consil. 16. n. 10. to. 1.*

DISPVTATIO XXXII.

An antapochæ (vulgò *contrascripturæ*) quas aliqui faciunt de non petenda aliqua quantitate sibi promissa causa matrimonij contrahendi, nocent vxori quoad arras, ita vt ea quantitas fictè promissa computanda non sit inter bona sponsi, ad æstimandum decimam bonorum, arrarum nomine promissam.

SVMMARIVM.

Melioratio facta filio absque aliqua causa, vel causa matrimonij incerti, potest reuocari, secus si facta sit cum tertio ac ea commodum reportanti, num. 1.

Si filium meliorauit causa matrimonij incerti intra pactum de matrimonio celebrando, & pater asserat filium esse meliorat. ab eo, vt fœmina ei nubat, vel amplitudo dotis constituat sit irreuocabilis, licet filius remittat, num. 2.

Ne

Non potest filius consentire vt noua conditio apponatur, n 3.
Non potest remittere promissionem de non meliorando fallam vt certum matrimonium ineat, n 4.
Non prosunt antapocha, (vulgo contrarescripturas) quibus filij pollicentur se meliorationi non vsuros, n. 5. Et ibi, idem si promissio alicuius quantitatis danda ratione huius matrimonij fiat ab alio consanguineo, aut extraneo.
An valeant in ipsius remittentis præiudicium, teneaturq; eam quantitatem restituere si sobole careat, nu. 6. Et ibi, an nocent vxori quoad arras vel quoad alia?
An recipiens filij patrimonium ad ordines, antapocha facta illud reddendi si susceptis ordinibus, teneatur, vel possit reddere? Refertur quadruplex opinio n. 7 & ibi de significatione dictionis, Nullatenus.
Contraria auct. tu. n. 8. Et explicatur Trident sess. 21. c. 2. de reformatione: rerum iuris patrimonia ad cuius titulum aliquis ad ordines promouendus accedat, n. 7.
An qui teneatur alere clericum, quem bona fide absque vero patrimonio ad ordines promouit, n. 7 simile n. 8. & quid si patrimonium ipse parat n. 8.

1 SVPPONENDVM est, meliorationem factam filio absque aliqua causa, vel causa matrimonij incerti, & in genere contrahendi, esse suapte natura reuocabilem in regno Castellæ, nisi alia cõcurrant quæ irreuocabilem efficiunt: de quibus agunt scribentes, *l. 17. Tauri.* Vnde non satis est maioratum vel meliorationem ex causa onerosa dotis, vel matrimonij facti, vt irreuocabilis sit, sed oportet vt facta sit cum tertio ex ea cõmodum reportanti. Constat ex *l. 17. Tauri, hodie L. 1. t. 6. lib. 5. noue recop. Castella*, ibi, *pro causa onerosa tam vtro tercero.* Sic *Anton. Gom. l. 22. Tauri, num. 17.* vbi *Tello n. 17.* idem *Tello d. l 17 n. 69. Baeza de non meliorand. filia. c. 21. n. 36. & 37. Molina lib. 4. de primog. c. 2. nu. 16. & 17. Azebedo lib. 5. recopil. t. 6. l. 1. n. 40. & ibi Matienzo gloss. 7. nu. 1. Gutier. 2. pract. q. 50. num. 3 Auendaño l. 44. Tauri, gloss. 15. n. 1.* & melius *gloss. 16. nu. 7. & 8.* Et ratio est, quia quando non initur pactum cum tertio cuius interest, pactum illud non est pars contractus dotalis, nec illa ratione & causa matrim. fuit celebratum. At quando fit cum tertio, est pars contractus dotis, cum ipsoque confunditur, & est quasi vnus contractus. *I. Petrus, C. de pactis*, & ita dicit *Tella. d. l. 17. n. 71.* tunc donationem causa matrimonij esse partem contractus dotis, quando ad dotem constituendam, vel matrimonium ineundum, ducti fuerunt parentes sponsæ, vel ipsa sponsa ob dotationem illam sponso factam: & hoc casu dicit irreuocabilem fieri, licet absenti filio facta sit.

2 Hinc infertur primò, quamuis donatio seu melioratio facta filio ob causam matrim. incerti sit reuocabilis, at si ea facta, filioq; matrimonium ineunti, asserat pater eum esse melioratum, vt vel sic fœmina el nubat, vel ampliorem dotem constituat; & hac de causa matrimonium celebretur, reddi irreuocabilem, licet filius remittat, vel parentem liberum ab obligatione reddat. Quia illa patris assertio vim promissionis habuit, & viget eadem causa, ne mutus decepta maneat. Probatur ex doctrina *Baldi, l. Si præses, 8. C. de donat. vers. Tamen bene dico.* vbi hæc ait, *si mater æstimari bona faciat, vt insufficientes credant filios ditiores, & sic honorabilius ducant vxores, quamuis ea bona non intelligantur donata filio, at pro dotis restitutione obligata manerent. Quia dolus matris consensui æquiparatur.* Quem sequitur *Alexand. cons. 10. n. 4.* Et colligitur ex *l. In bona fidei, 37 ff. de peculio*, ibi, *Ego autem arbitror non solum de peculio conuenirj: sed & si quid præterea dolo malo patris capta, fraudataq; est mulier.* Sic *Tello l. 17. Tauri nu. 72. & 73. Molina lib. 4. de primog. c. 2. nu. 17 fine, & 18. Metes de maior. 1. p. quæst. 22. n. 31. Matienzo lib. 5. recop. t. 6. l. 1. gloss. 8. n. 4. Angulo de meliorat. l 6 gloss. 4. n. 9.*

3 Imo nec licet filio consentire, vt aliqua noua conditio adiiciatur illi meliorationi aut donationi. Sicut enim renocatio est prohibita, ita conditio noua minime permittitur, *l. Perfecta, C. de donat. quæ sub modo, l. Filius, C. de pactis.* Sic *Metes de maior. 1. p. q. 22. n. 32.* & refert Paulum huic pariuentem.

4 Secundò infertur, non posse filium, in cuius gratiam facta est promissio de non meliorando, vt aliquam determinatam duceret in vxorem, quæ eo pacto inito ipsi nupsit, remittere id pactum in vxoris præiudicium, cui ius erat acquisitum. Quia ius alteri acquisitum nequit eo inuito auferri: *reg. Id quod nostrum, ii. ff. de reg. iur.* Sic *Matienzo lib. 5. recop. t. 6. l. 6. gloss. 1. n. 5.*

Tertiò infertur, esse inutilem cautelam qua patentes 5 meliorantes filios ex causa onerosa, accipiunt antapochas ab illis, (vulgo *contrarescripturas,*) hoc enim nomine ipsas appellat textus *l. Plures, 18. C. de fide instrum.* quibus pollicentur filij se meliorationi minimè vsuros. Quia quantumcumque donatarius id polliceatur infringi, non poterit meliorario in vxoris & filiorum præiudicium: vxori enim ius quæsitum est, quia contemplatione illius donationis nupsit, vel ampliorem dotem promisit. Fauet quod hoc l. 6. disp. 13. nu. 7. cum multis DD. asseruimus, nempe, iuramentum de dote non alienanda, minime nocere emptori illius; iuramenti ignaro, quando vendès dolosè iuramentum tacuit. Item, quia cum causa ob quam aliquid statuitur, est ad alicuius tertij commodum, præsumitur finalis: vt bene docet *Tiraquel.* multos referens, *tract. Cessante causa, limit. 1. n. 52.* vnde cum illa donatio seu meliorario sit in fauorem mulieris nubentis, præsumitur ipsa mulier causa finalis: ergo illa non consentiente non potest annullari. Confert etiam ad hoc quod docet *Aluaradus in coniect. mẽte defuncti, l. 2. c. 48. & Padilla*, licet non ita definitè, sed dicens esse turius, *l. Post mortem, n. 22. C. de fideicomm.* nempe, minimè posse virum renunciare maioratui in successoris fauorem, ob præiudicium quod in dimidia lucrorum parte sequitur vxori. Sic docent *Tello l. 17. Tauri, n. 73. Metes de maior. 1. p. q. 22. n. 32. Angulo de meliorat. l. 6. gloss. 4. n. 9.* Addit *Tello eo n. 73.* etiamsi filius ante matrimonium contractum, liberum reddidisset patrem ab ea obligatione, vel postea remiserit, esse inutilem remissionem, aut liberationem quatenus mulieris interest. Constat etiam ex dictis tribus num præc. Idem dicendum est si ea promissio fiat ab alio consanguineo, vel extraneo. Quia eadem est ratio.

Valeret autem prædicta remissio seu liberatio in re- 6 mittentis præiudicium: cum in re sua quilibet sit moderator & arbiter. *l. In re mandata, C. mandati*: nec vxor aut filij poterunt conqueri, quando non lęduntur, sed ius suum illæsum manet. Hinc fit vxorem non posse pati diminutionem in arris sibi promissis, propter prædictam remissionem. Quia tunc esset in eius præiudicium. Sic *Angulo de meliorat. l. 6. gloss. 4. nu. 10.* vbi ad-dit, si hanc diminutionem in arris minime patiatur propter remissionem, non posse illi contradicere: nec etiam filios, si remissa donatio claudatur in quinta bonorum parte, de qua potest pater in hoc regno Castellæ in ipsorum præiudicium disponere. Non approbo tamen, quatenus dicit non posse vxorem contradicere, quando remisio non lædit ipsam in arrarum quantitate promissa. Quia vltra hoc, alia damna incurrit vxor, scilicet, in medietate lucrorum quę acquisitura erat: patitur etiam damnum, quia diminutis facultatibus non ita opulentam & tranquillam viram matrimonialem ducet. Soluto autem matrim. absque sobole: cum iam cesset vxoris & filiorum præiudicium, tenebitur qui antapocham remissionis fecit, illi stare.

Ex his infert *Angulo de meliorat. l. 6. gloss. 4. n. 9.* idẽ dicendũ 7 esse de donatione facta causa patrimonij ad ordines suscipiendos, quantumcumq; enim donatarius promittat non se vsurũ ea donatione, & quamuis ab extraneo fiat, dicit infringi non posse, ob ius quæsitum episcopo, qui tenetur alere eum quẽ sine legitimo patrimonio ad ordines promouit *c. 2. c. Episcopus, & c. Cum secundum Apostolum, & c. Tuis quæstion. de prob.* Idem docent alij quoad hoc, vt recipiens patrimonium à quocunq; cum secreta conditione & antapocha restituendi statim ordinibus susceptis nec teneatur, nec possit restituere, donec beneficium sufficiens, vel aliunde necessaria alimenta habeat. Ducũtur per decretũ *Trident. sess. 21. c. 2. de reform.* ibi, *patrimonium vel pensionem obtinentes, &c. illa deinceps sine licentia episcopi alienari, aut extingui, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium Ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant vnde viuere possint.* Vbi ponderanda est dictio, Nullatenus, quæ nullitatem actus ipso iure inducit. Vt docent *gloss. auth. Si qua mulier, verb.*

Nullatenus, C. ad S.C. Velleia, & Clem. vnica, verb. Nullatenus, de sequest. vbi Zenzelinus & Imola n.20. bart. tract. minoritatum, lib.1. de heredit. ex testam. c.2. Alberic. in dictionario, verb. Nullatenus, Corset. in singular. verb. Nullatenus, Cardin. c. Super literis, n.6. de rescript. Alex. de Neuo c. Qua fronte, n.32 de appell. Decius cons.302.n.2. Felin. c. Rodulphus, de rescript. ante n.27. vers. Nullatenus, & c penult. n.7. de constitut. Tiraq. alios referens, l. Si vnquam, verb. Reuertatur, n.95. C. de reuoc. donat. Roland. cons.75. n.51. lib.2. Menoch. consil. 383. n.14. vol.4. Mandosius reg 15. cancellarie, q.5. n.8. Brunorus in suo compend. lur. D. verb. Dictio Nullatenus. Quamuis Angelus Excommunicatio 7. fine, Sylvest. Excommunicatio, vltimo, fine, Armilla verb. Excommunicatio, casu 35. & alij quos refert Tiraqu. d. verb. Reuertatur, n.69. negent inducere nullitatem, quando actus alias posset fieri ab illo, cui facere interdicitur. Deinde possidere verbum, Non possit, quod reddit omnino actum nullum. Ob quas rationes bene docent renunciationem patrimonij ad cuius titulum aliquis initiatus est, esse nullam, donec renuncians adeptus sit beneficium, vel patrimonium aliud sufficiens Nauar. lib.1. cons.t.11. de tempor. ordin. in 1.edit. cons.14. 16. & 41. in 2. autem, cons.21. Flaminius de resign. benef. li.2. q.6. n.17. P. Molina tom.1. de iust. tract. 2. disp.238. ad finem. Manuel 2. tom. sum. c.15. n.2. & 5. ergo remissio illa & antapocha promoti ad ordines, nullius est momenti, donec beneficium aut patrimonium sufficiens habeat. Sic tenent Enriquez l. 13. de excommunic. c.37. n.2. Manuel. 2.to. sum. c.15. n.5.

Cæterum verius credo, recipientem fictè patrimonium
8 vt ad ordines promoueatur, data antapocha aut fide id reddendi, cum promotus fuerit, teneri id patrimonium restituere. Primò, quia falsò dixit Angulo cedere in Episcopi præiudicium. Quoniam cum bona fide illum ad ordines promouerit, & ita culpæ expers sit, non tenetur eum alere: vt bene docent Decius c. Episcopum nu. 13. de præbend. Nauar. l.1. cons.tit.11. de tempor. ordin. in 1.edit. cons.14. & 46. in 2. consil. vlt. per totum: obligatio enim illa addendi, est punitio delicti Episcopi promouentis ad ordines carentem patrimonio: vt bene docet gloss. c. Cùm secundum apostolum, verb. Successores, de præbendis. Quare si Episcopus promoueat habentem patrimonium, illudque postea casu pereat, nõ tenetur illum alere: quia promouens nullam culpam cõtraxit, vt docent Ioan. Andr. c. Tuis, n.5. de præbendis, vbi Anton. n.7. Cardin. n.1.4. 4. Abb. nu.5. Imola n.6. Vnde glossa ibi verb. Patrimonialibus, & Henricus n.1. anchar. n.4. & Hostiens. ibi, dicentes quando patrimonium casu periit, teneri Episcopum, illum alere: intelligendi sunt de generali obligatione, qua Episcopus tenetur pauperibus subuenire, & non de speciali consurgente ex virtute promotionis ad ordines: & ita se explicat glossa cap. Cum secundum, verb. Donec, de præben. Nec obstat decretum Tridentini, sess. 21. c.2. de reformatione: quia loquitur de obtinentibus patrimonium, vel pensionem, vt possint ad ordines promoueri: ibi patrimonium verò, vel pensionem obtinentes: at in nostro casu hic nunquam obtinuit patrimonium: cum ea non fuerit vera donatio, sed donationis fictio, nec acquisiuit alter dominium rei sic donatæ, & licet inique egerit donans fictè, mereaturque re donata priuari: cum tamen hæc sit pœna, iudicis sententiam desiderat. Sic docent Corduba sum. q.32. §. Respondo que no es la misma razon: Lud. Lopez 1.p. instructerij, in 2.edit. c.240. fin. & lib.2. de contract. lib. c.45. f.515. Et pro eadem sent. sunt alij DD. dicentes ordinatum hoc patrimonio fictè donato, esse suspensum: quia sine patrimonio ordinatur, (si enim donatio illa valeret, nec statim restituenda esset, vero patrimonio ordinaretur, nec esset suspensus: vt docet Nauar. lib.1. consil. t.11. de tempor. ordin. in 1. edit. cons.16. & 41. in 2. cons.21. Manuel 2 tom. summæ, c.15. n 2. & 5.) Hi sunt Nauar. summ. c.27. nu.158. & lib.1. consil. t.11. de tempor. ordin. in 1. edit. cons. 14. & 17. id 2. cons. vlt. Ledesma 2.p.4.q.26. a.2. f.361. Maiol. lib.4. de irregul. c.15. init. Pedraza 2.p. sum. c.2. Metina l.1. sum. c.11. §.8. Borgasius de irregul. 1.p. q.5. nu.24. Spino spec. testamen. glos. 18. n.75. Salzedo practic. c.18. n.1. & 12. Manuel 2.to. sum. c.15. n.1.

DISPVTATIO XXXIII.

An in foro conscientiæ valida sit promissio arrarum vltra decimam bonorum partem, ita vt vxor minimè teneatur excessum illum restituere?

SVMMARIVM.

Proponuntur rationes pro vtraque parte, n.1.

Arra vltra decimam bonorum, vel sponsalitia largitas vltra octauam dotis sponsæ partem, non sunt valida in foro conscientiæ, sed restituenda sunt, n.2.

Soluuntur argum. & melioratio causa dotis est valida in foro conscientiæ, nec restituenda, n.3.

VIDETVR non valere: quia melioratio causa dotis facta per parentes erga filiam, contra l.11.2. lib.5. nouæ recop. Castel. est irrita in foro conscientiæ, peccatque lethaliter pater, & filia meliorata tenetur restituere: vt docet Batza de non melior. fil. c.29. n.1. & 2. & vltra illum sentiunt peccare lethaliter patrem sic meliorantem, Tello l.26 Tauri, fine, Roias cepit. succeff. c.3. n. 41. Angulo de meliorat. l.29 glos.9. n.3. Ducunturque, quia hoc iustissimè illa lege prohibetur, annullaturque quidquid contra gestum fuerit. Sed eadem leg. 1. in fine, prohibetur ne sponsalitia largitas octauam dotis sponsæ partem excedat, & l. sequenti, ne arræ vltra decimam bonorum partem sponsi donentur, annullanturque contra gesta: ergo excessus ille non est validus in foro conscientiæ. Ex altera parte videtur esse validum, quia verius videtur meliorationem causa dotis factam non esse irritam in foro conscientiæ, nec restituendam, donec iudicis sententia accedat, nec patrem meliorantem peccare. Quia ea lex id prohibens non est ita recepta vt obliget in conscientia, sed tantum vt detur actio in foro externo ad repetendum. Quod inde probatur, quia passim sic videmus fieri dictas meliorationes, nec confessores iniicere scrupulũ, quare ita videtur lex hæc vsu interpretata. Et ita tenent Corduba sum. q.124. fine, licet postea aliquantulum trepidet: Mexia taxa panis, concl.6.n.42. Enriquez l.11. de matrim. c. 20. nu.4. Lud. Lop l.1. instruct. c.175. in 2. edit. & firmius id tenet l.2. de contract. c.42. initio, Manuel. t. to. sum. 2. edit. c.97. n.3. Ad idem est Padilla auth. Res quæ, n.23. C. commun. de legat. vbi dicit sibi renunciatum esse apud vtriusque prætorij æquissimos iudices, hanc legem dissimulatione quadam exoleuisse.

Breuiter dicendum est, excessum arrarum vltra decimam, & sponsalitiæ largitatis vltra octauam partem dotis, non esse validam in foro conscientiæ quoad excessum, sed illum restituendum est nulla iudicis sententia expectata. Quia leges hæc prohibentes, & quidquid contra gestum fuerit annullantes, in vtroque foro receptæ sunt: vt sonant, & ita vsus ipse testatur.

Ad argum. oppositum fateor, mihi verius esse, patrem meliorantem filiam causa dotis, minimè peccare, nec filiam melioratam tenere restituere: quia lex illa non est in hoc sensu recepta: vt probaui n.1. at verò leges de sponsalitia largitate & aris disponentes, receptæ sunt in foro conscientiæ, vt sonant.

DISPVTATIO XXXIV.

An donatio arrarum vltra decimam confirmetur iuramento, vel illud obseruandum sit?

SVMMARIVM.

Proponitur sententia affirmans, n.1. Et contraria verior, n.2. Vbi iuramentum indigent relaxatione? Et donatio sponsalitiæ largitatis vltra octauam dotis partem firmatur iuramento, n.3.

Soluuntur argumenta, & explicatur l.11.2. l.4. nouæ recop. Castella, n.4.

DVPLEX est sent. Prima docet confirmari iuramento. Probatur primò ex l.12. t.1. lib.4. nouæ recop. vbi permittitur iuramentum apponi in arratum contractu: ergo id iuramentum aliquid operatur: aliàs frustra apponeretur. Secundò, quia hoc iuramentum potest seruari absque interitu salutis spiritualis, ergo est seruandum, iuxta cap. Cum contingat, de iureiurand. Tertiò, quia contractus lege ciuili interdictus, non ob publi-

cam

cum vilitatem, sed ob priuatam principaliter, licet minus principaliter ob publicam, firmatur iuramento: iuxta doctrinam *Bartoli* communiter receptam, *l. Si qui pro eo, n. 8. ff. de fidiuss.* quam pluribus adductis approbat *Couar. de pactis, 2. p. §. 1. n. 5. & 6.* At promissio arrarum vltra decimam, principaliter interdicitur ob priuatam vtilitatem, non enim interest boni publici, vt hic potius quam ille ex ciuibus pecunias habeat, ergo firmatur iuramento. Quærò, quia eadem est ratio prohibitionis, ne arræ decimam excedant: & ne fiat donatio inter coniuges, scilicet, ne mutuo se amore spolient: at donatio inter coniuges firmatur iuramento, vt diximus hoc 6. *disp. 34. n. 2.* ergo & donatio arrarum excedans decimam. Et hæc sent. latis probabilis est, & eam tenent *Castillo l. 30. Tauri, n. 4. Segura l. 1. §. Si vir, nu. 139. ff. de acquir. poss. ff. & ibi Perez in addit. eidem Perez lib. 3. ordin. t. 1. l. 6. §. Item iuramentum, Gom. Arias l. 48. Tauri, num. 23. Aut. Gom. l. 2. Tauri, nu. 15. & l. 69. n. 4. & l. 2. var. c. 14. n. 20. ad finem, Mascard. de probat. concl. 3. §. 28. n. 53. & §. 26. num. 43. Aut. Gabr. to. 2. communium tertia edit. lib. 1. verb. arra. fol. 57. Aliora de parit. 1. p. c. 7. num. 19.* Et in hanc dicit *P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 431. fine*, se magis inclinare.

2 Secunda tamen sent. probabilior, ait, non confirmari iuramento. Hæc sent. solet probari primò, quia contractus nō firmatur iuramento, quoties lex non tantum prohibet contractum, sed etiam prohibet eidem apponi iuramentū, decernitque contractum appositio iuramento esse nullū: vt late *Couar. de pactis, 2. p. §. 1. n. 8.* cum aliis quos refert idē *Matienzo lib. 5. recop. t. 2. l. 1. glos. 3. n. 7.* vbi amplius defendit contra *Couarr.* non tantum non confirmari iuramento, sed etiam non esse necessariam ipsius absolutionem, seu relaxationem: licet enim lex ciuilis non possit disponere circa iuramentum semel præstitum: hoc namque est fori Ecclesiastici: at potest impedire eius obligationem, ante quam præstetur: vt late *Couarr. de pactis, 2. p. §. 3. n. 7. & seqq. Gutier. auth. Sacramenta puberum, n. 46. C. Si aduersus vendit.* at lex. 11. tit. 1. *de las arras, lib. 5. fori*, decernit, promissionem arrarum vltra decimam, non valere, licet iuretur: ibi, *e si mas le diere, o pleito sobre ello hiziere, no vala*: ergo promissio arrarum vltra decimam, non firmatur iuramento. Sed hæc rario mea sententia, parū vrget. Primò, quia valde incertū est posse legem ciuilem, cum iuramenti etiam ante quam præstetur cernitur. Nam contrarium cum multis tenet *Mascard. de probat. ff. creat. l. 3. §. 28. n. 30.* dicit tamen eam prohibitionē id præstare, quod is contractus carebit effectibus datis à lege ciuili contractibus: & *Barbosa l. 1. p. 1. nu. 72. 73 ff. solut. matrim.* defendit cum aliis nō posse tollere vim, ac iuramenti effectus in foro Ecclesiastico, sed tantum id operari in foro ciuili, in quo non dabitur actio: at posse cū eis iuramentum præstitum est, recurrere ad forum Ecclesiasticum, *text. l. fin. de foro compet. in 6.* vt cogat iudicem sęcularem obseruare iuramentum. Secundo, quia in ea lege fori, nulla fit mentio iuramēti, illa enim verba *o pleito sobre ello hiziere*, nō intelliguntur de iuramento, sed tantum de pacto seu promissione. Et ideo hac omissa ratione, & aliis quæ patū vrgent, potissima ratio, qua hæc sent. probari solet, est, quia non posse promitti arras vltra bonorum decimā, est non tantum in fauorem ipsius promittentis arras, sed eius cōsanguineorū, quibus deferrur ius repetēdi hūc excessum, *l. 1. t. 2. De las arras, l. 7. fori*, ibi, *si por ventura mas diere, los parientes mas propinquos de el marido lo puedan demādar*: at in præiudicium tertij non firmatur contractus iuramēto, *6. Quamuis pactum, de pactis, in 6. in fine*, ibi, *nec redundet in alterius detrimentum: & 1. Cum contingat, ad finem, de iureiur.* ergo talis promissio arrarum vltra decimam nō firmatur iuramento. Sic tenent *Montalius* referens *Vincentium epist. l. 1. verb. Todo hombre, 1. De las arras, l. 3. fori. & ibi Suarez n. 23. Couar. de pactis 2. p. §. 2. n. 8. Padilla auth. Res quæ, num. 29. C. comm. de legat. Bazza de non melior. filiab. c. 29. n. 6. & 12. Mexia l. Toleti, de los terminos, 7. fundamento 2. partu, n. 54. Villalobos in comm. opin. lit. A. verb. Arra, n. 251. Matienzo lib. 5. recop. tit. 2. l. 2. glos. 3. n. 6. Azebedo ea l. 2. nu. 17. & l. 12. verb. Arras, t. 1. lib. 4. recop. Vasseu cons. 16. n. 14. to. 1. Gutier. 2. pract. tota q. 10. & de iuram. 1. p. c. 14. n. 2. auth. Sacramenta puberum, n. 44. C. si aduers. vendit. Manuel t. 10. sum. 2. edit. c. 192. concl. 6. n. 6.* Nec id iuramentum indiget relaxatione: nō enim potest seruari absq; peccato, & ita nō obligat, quia lex iusta prohibet, excessūq; penitus annullat, & est in præiudiciū tertii. Sic *Matienzo ibi, n. 7.*

De sponsalitia autem largitate dicendum est, si donetur aut promittatur vltra octauam dotis sponsæ partem, 3
contra *l. 1. fine, tit. 2. lib. 5. recop. Castellæ*, eam firmari iuramento. Quia deficit potissima ratio, ob quam donatio arrarum vltra decimam non confirmatur iureiurando, ni-mirum, eam esse in consanguineorum præiudicium, quibus lex actionem ad repetendum excessum concedit: in sponsalitia enim largitate talis actio ad repetendum excessum nulli conceditur, sed solum est in præiudicium sponsi donantis, aut promittentis, vt constat ex *d. l. 1.* Nec obstat, si arguas hanc promissionem esse contra legem annullātem actum, sicuti est promissio arrarum vltra decimam: & ita videri esse contra bonos mores. Respondeo esse contra bonos mores ciuiles, non autem naturales: cum nō sit in præiudicium tertij, qualis est promissio arrarum vltra decimam: hæc autem est vis iuramenti, vt faciat valere actum prohibitum lege ciuili, etiam cum decreto irritanti, si non sit in præiudicium tertij: vt constat ex *c. Quamuis pactum, de pactis, in 6.* ibi, *quamuis lex ciuilis improbet.* Sic docent *Gutier. de iuram. 1. p. c. 14. nu. 5. Spino speculo testam. glos. 18. n. 117.* An valeat, si excedat hæc donatio eam partem de qua licitum est sponsis disponere in præiudicium ascendentium, vel descendentium? dicam *disp. 36. nu. 18.* vbi an iuramento tunc confirmetur?

Ad argum. oppositæ sent. proposita, n. 1. resp. Ad 1. in- 4
telligi eam legem in quantitate à iure permissa, ne inducatur iuris correctio: & quia lex illa minimè quæstionem hanc decidebat, sed in quibus contractib. permittatur tabellionibus iramentum apponere: & permittitur in hoc, quia bona arrarum nomine promissa perpetuo alienantur. Sic explicant *Gutier. de iuram. 1. p. c. 14. nu. 3. Azebedo lib. 4. recop. tt. 1. l. 12. ad finem.* Ad 2. respondet *Matienzo lib. 5. recop. tt. 2. l. 2. glos. 3. n. 7.* iuramentum hoc minime obligare: quia iurando peccatum admittitur. Sed hoc bene impugnat *Barbosa l. 1. p. 1. n. 72. & 73. ff. solut. matrim.* obligat enim iuramentum cum peccato præstitum, si in eius obseruantia culpa absit. Vt bene docet *Abb. cap. 2. n. 8. de arbitr. per c. Et si Christus, de iureiur.* Vnde negandum est posse seruari id iuramentum absque peccato, vt explicui n. 2. fine. Ad 3. dic etiam quando principaliter ob bonum priuatum prohibetur contractus, minime eum iuramento firmari, si fit in præiudicium tertij, qualis est hic. Ad vltimum nego, eandem esse omnino rationem. Quoniam donatio inter coniuges multis in casibus est permissa, & in solum donantis præiudicium cedit: arræ autem vltra decimam in nullo casu permittuntur, & si excessus iuramento firmaretur, cederet in tertii præiudicium, nempe, consanguineorum, quibus datur ius ad excessum repetendum.

DISPVTATIO XXXV.

An soluto matrim. incūbat vxori & eius hæredibus probare arras promissas non excedere decimā bonorū mariti partē, vel potius viro, & eius hæredibus incūbat probare excedere?

SVMMARIVM.

Hæc quæstio desernit etiam pro foro conscientiæ, n. 1.
Refertur duplex opinio, n. 2. & 3. & sententia auctoris, n. 4.
Proponitur duplex casus, in quibus est certum vxorem nil teneri probare, n. 5.

HÆc quæstio non tantum deseruit pro foro externo, 1
sed etiam pro foro conscientiæ: si enim ipsa mulier non tenetur probare, nec ad illam attinet discutere, an arræ excedant decimam, vel non excedant: poterit tuta conscientia eas retinere, dum sibi non constiterit, vel hæredes viri non probauerint excedere. Si verò ad illam attinet hoc probare, tenebitur hoc discutere, ne dubia saltem fide non adhibens debitam diligentiam ad assequendum veritatem possideat.

2 Hac ergo in re quidam aiunt vxori incumbere onus hoc probandi. Quia cum certam arrarum quantitatem exigat, quæ sibi competere nequit, nec ad eam actionem habeat, nisi sit intra bonorum mariti decimam, fundamentum vxoris & eius hæredum est vt decimam non excedant: id ergo tenetur probare vxor, iuxta doctrinã gloss. *l. Si vero, §. Qui pro rei qualitate, ff. qui satisdare cogantur, & l. Cũ de lege, ff. de prob.* Sic sentiunt *Suarez l.1.n.15.t.2. De las arras, l.3 fort. Ant. Gom. l.50. Tauri, n.13. Matienzo lib.5. recop. t.2. l.2.gl.2.n.9.* Et dicit receptam *Couar.2.variar.c.6.n.7.*

3 Alij verò dicunt, dum vxor aut eius hæredes petunt arras promissas, teneri eos probare non excedere decimam: secus quando possident arras, & conueniuntur à viro, vel hæredibus viri, quod sint vltra decimam: tunc enim his incumbit id probare. Sic *Azebedo lib.5.recop.t.2.l.1.n.19. Meres de maior.1.p.q.52 n.13. & 17.*

4 Verùm probabilius credo nec vxorem, nec eius hæredes teneri probare esse arras intra decimam bonorum, vt eas obtineat, sed marito, vel eius hæredibus incumbere onus probandi excedere decimam. Quia cum vxor arras sibi simpliciter promissas petit, & aduersarius obiciat sibi non integre ob decimæ excessum debitas esse, fundamentum intentionis aduersarij est hoc, & sic illud tenetur probare: vxor autem petens arras non fundatur in diuitijs viri sufficientibus, sed in sola arrarum promissione, & instrumento: aduersarii verò est excipere, non sat esse diuitias viri vt ea arrarum quantitas promittatur: ergo debet probare eam exceptionẽ. Item probatur ex *l. Cum de lege, ff. de probatio.* vbi habetur si hæres legatorum solutionem deneget, eo quod totum testatoris patrimonium exhauriant, ob idque contendat falcidiam detrahendam esse, ei incumbere hoc probare: cum tamen legatarij actores sint, quia fundantur in legato ipsis relicto: ergo similiter cum vxor fundetur in arrarum sibi facta promissione, si agat, vt sibi tradantur, nil tenebitur probare, sed hæredibus viri opponentibus excedere decimam, incumbet hanc exceptionem comprobare. In hanc sent. magis inclinat *Couar.2.var.c.6.n.7.* Et eam tenent *Baeza de non meliur. fol.636. nu.19. Gutier.3.pract.q.40.n.4.5. & 6. & de iuram.1.p.c.1.nu.23. Matienzo lib.5.recop.t.2.l.1.gl.7. fin. Aiora de partit.1.p.c.7.n.27. & duplis seq.*

5 Duplex tamen est casus, in quo videtur citra controuersiã, vxorẽ aut eius hæredes nil teneri probare. Primus est quando vxor vel eius hæredes arras iã possident. Quẽ casum admittunt DD.2. sent. allegati n.3. & dicit indubitatum *Gutier.7.pract.q.40.n.3.* Secundus est, vbi adsunt aliquæ coniecturæ, & præsumptiones, quibus iudices sibi quodammodo suadent, arras minimè excedere decimã. Sic *Couar.6.var.c.6.n.7. Matienzo lib.5.recop.t.2.l.2.gloss.2.n.7.*

DISPVTATIO XXXVI.

An arræ minuant legitimam ascendentibus vel descendentibus debitam, vel solum extrahendæ sint de ea parte, de qua potest maritus in præiudicium filiorum prioris matrim. disponere; aut si illis careat, de qua potest in præiudicium ascendentium, donare.

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sint? num.1.

Referuntur opinio asserens donationem remuneratoriam extrahendam esse de toto hæreditatis corpore, n.2. Et ibi, si voluisset legislator, expressisset. Et expressa notent, non expressa amittunt.

An possint parentes tempore vitæ, aut mortis eleemosynas quascumque largiri, & opera pia instituere in præiudicium legitimæ ascendentiũ, vel descendentium, vel extrahenda sint de parte, de qua possunt liberè disponere? n. 3. multis n. 6.

Donatio remuneratoria quatenus non debitur ex iustitia, extrahenda est de parte, de qua donans potest libere disponere, n. 4.

Donatio remuneratoria facta filio, an computetur in Castella, in tertia & quinta bonorum parte, in qua parentes consentur, dum donant filios meliorare? Et explicatur l.26. Tauri, hodie l.10.t.6.lib. 5. recop. Castellæ, n.5. Et solumntur argum. n 7.

An eleemosynæ & donationes munera à parentibus vitæ tempore facta, extrahenda sint de ea parte, de qua possunt liberè disponere? Referuntur variæ sent. n. 8 9. & 10. Et sint authoris, num.11. Et quid si facta sint alicui ex filijs, & tempore mortis, ille vel alius redierit, n.12. Et soluuntur argum. n.13.

An arræ extrahendæ sint de ea parte, de qua potest vir liberè disponere in præiudicium ascendentium vel descendentiũ. Referuntur opinio negans, n.14. Et alteraria varior. n.15. Et ibi donatio arrarum est voluntaria.

Quid si maritus tempore promissionis carebat descendentibus, an eorum nascitura reuocetur hæc donatio, n.16. Et ibi donatio remuneratoria nascitura reuocetur hæc donatio, n.16. Et ibi donatio remuneratoria nõ reuocatur nascitura filiorũ, nec quãdo donans, debebat cogitabat.

An idem dicendum sit de sponsalitia largitate, num.17. Et an si excedat quantitatem de qua sponsus potest disponere in præiudicium ascendentium, vel descendentium, conseruetur iuramento, n.18. Et donatio hæc est voluntaria? n. 17.

QVÆSTIO hæc ex decisione illius pendet, an donatio remuneratoria extrahatur de toto hæreditatis aceruo minuatque legitimas ascendentibus vel descendentibus debitas? Et ideo triplex est disputanda quæstio. Prima, de donatione remuneratoria. Secunda, de donationibus minutis. Tertia, de arris.

QVÆSTIO I. An donatio remuneratoria extrahenda sit de toto hæreditatis aceruo, more æris alieni, vel de ea sola parte, de qua potest quis in præiudicium legitimæ ascendentibus, vel descendentibus debitæ disponere? Vt in regno Castellæ, de quinta bonorũ parte, in præiudicium descendentium: iuxta *l.30. Tauri, hodie l.13.t.6.lib.5.recopil. Castel.* & de tertia in præiudicium ascendentium *l.6. Tauri, hodie l.1.t.8.lib.5.eiusd. recop.* Duplex est sent. Prima affirmat extrahendam esse tanquã æs alienum, ex hæreditatis corpore, & ita minuere legitimam ascendentium vel descendentiũ. Prob. ex *l. Viuum, 9 ff. si quis in fraudem patroni*, vbi habetur libertum bene meritis donare posse, non vero legare, quo patroni legitimam portionem minuat: cum ergo portio patroni, & filiorum sint similes, *l. fin. C. de inoff. test.* & illa possit donatione remuneratoria minui, poterit similiter hæc. Secũdò, quia *l.30. Tauri, hodie l.13.t.6. lib.5. recop. Castel.* numerat quæ ex quinto extrahenda sunt nõ obstante filiorum legitima, & solum refert donationes gratiosas, & funeris impensas: sed nomine donationis gratiosæ non comprehenditur remuneratoria, sed est veluti solutio debiti: (vt probaui hoc 6.l.disp.6.n.2.) ergo donatio remuneratoria, nõ est in quinto computanda. Si enim voluisset lex de quinto extrahi, id expressisset, *l. Itẽ apud Labeonẽ, 15. §. Ait prætor, vers. Hoc edictum ff. de iniur.* ibi, *ea enim quæ non abolita sunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi neglecta.* Et melius, *inter corporalia post medium de translat. epis.* ibi, *si extra translationem idẽ fieri voluisset, potuit expressisse.* Quod multis exornat *Tiraq. l. Si vnquã, verb. Libertis, à n.5. C. de reuoc. donat.* Expressa enim nocent, nõ expressa autẽ minime, *l. Nonnunquam, 31. in fin. ff. de cond. & demõst.* Tertiò, quia tutor potest solemnia munera parentibus, ac pupilli cognatis de ipsius populli bonis mittere, quando attenta eius pupilli consuetudine, ac dignitate mittere debuit, *l. Cum plures, 13. §. fin. ff. de administr. tut.* & docent *Bart. ibi mutio, Abb. c.3. nu.2. de donat. Cumul. cons.101. Ioan. Garcia de donat. remunerat. nu. 22.* ergo si tutor potest de bonis alienis donationes remuneratorias facere, à fortiori poterit pater de propriis bonis, licet filiorum legitimam tangat. Et ideo hanc sent. tenent *Ioan. Lop. rubr. de donat. §. 50. n. 12. Castillo in proœmio legũ Tauri, verb. Gratia, vers. Ex quo tria singulariter infero, & l.29. Tauri, verb. Las arras donaciones, n.20. Gom. Arias l.26. Tauri nu.9. Nauar. sum. bisp. c. 28. addit. ad n.36. c.26. ad 3. dub. & sum. lat. c.26. n.39. Azebedo lib.5. recop. t.2. l.2. num.30.* Et videtur tenere *Anton. Gom. l.29. Tauri, n.23.* dicit enim donatum filio ob benemerita conferri debiti solutionem, & velut extraneo datum, & proinde vltra legitimam illi cõpetere. Et ex Theologis, idem tenent *P. Molina to.1. de iust. tract.2. disp.244. ad fin.* addens siue donatio hæc fiat inter viuos, siue in vltima voluntate, *Lud. Lop.1.p.instruct.2.edit.c.170. concl.5. Manuel 1.tom. sum.c.13.n.2. Vega lib.5. summ. casu 292.* Et hæc sententia est probabilis.

Ex hac sent. inferunt aliqui, posse parentes dum vita fruuntur, in eleemosynas & opera pia quicquid voluerint expendere, licet quintũ bonorũ excedat, de quo solo, in regno Castellæ possunt disponere in præiudicium filiorũ. Quia

Quia l.30. *Tauri* solæ donationes gratiosæ prohibentur vltra quintum bonorum, in descédentium præiudicium, eleemosyna autem non est donatio gratiosa, sed fit in remunerationem beneficiorum à Deo acceptorum, & pro animæ bono, quod filiis præferendum est. Sic *Nauar. sum. Lat. c.26. n.39.* & clarius *hisp. c.28. addit. ad n.36. inf. c.26. Lud. Lop. 1.p. instruct. 2.edit. c.170. cõcl.7. & l.2. de contr. c.42. §. Praterea*, Manuel *1.p. summ. 2.edit. c.93. n.2. Vega l.5. sum. casu 294.* allegatur *Cordoba sum. q.125. dub.5.* at ibi agit de minutis eleemosynis, de quibus statim dicemus. Immo *Lud. Lop. eo c.170. cõcl.10. & 11.* quę sequitur *Vega l.5. sum. casu 295. 296. & 297.* asserit etiam, tempore mortis posse parentes vltra quintum bonorũ legare ad quæcũque opera pia, saltem in foro conscientiæ, modo alimẽta necessaria filiis superstint.

4 Secunda sent. multo probabilior, docet donationẽ remuneratoriã quando non est debita lege iustitiæ, non minuere legitimas ascendentiũ vel descendentium, sed extrahi de ea parte de qua liberè potest donans disponere. Prob. quia l.30. *Tauri*, expressè constituit filios ac descendentes hæredes necessarios, præter quintam bonorum partem; ergò cùm hæc sit causa præcisa ac necessaria, non est prętergredienda propter donationes remuneratorias, quæ verè & propriè non continent iustitiæ debitum, sed voluntariæ sunt. Quare dum lex illa loquitur de legatis & donationibus gratiosis, ideò ea sic appellat, quia voluntaria sunt, nec ex iustitia debentur. Et confirm. quia *ea l.30. Tauri*, cauetur funeris impẽsas ex quinto bonorũ deducendas esse, cùm tamen valdè necessariæ sint: ergo à fortiori donationes remuneratoriæ quæ voluntariæ sunt. Secũdò prob. ex *l.8. t.4. p.5.* ibi, *si el padre quisiere fazer donacion, puede la fazer assi en vida como en muerte, con tal que sinque à los hijos su legitima*: ergo. Et ideò hanc sent. tenent *glos. auth. Vnde, & si parens, verb. Falcidiæ, C. de inoffic. testam.* vt bene ponderat eam sequens ibi *Fulgos. & Iason nu.15. fin. Paulus ibi n.7. Aymon cons.156. Segura l. Cohæredi, §. Cũ filia. nu. 181. ff. de vulg. Couar. c. Cum in officiis. nu.11. de testam. Greg. Lop. l.8. fin. t.4. p.5. Tello l.28. Tauri. nu.5. Mercs de maior. 1.p. q.22. nu.19. Perez lib.5. tod. t.2. l.5. §.73. §. Praterea relictum, Baeza de non melio. fil. c.17. n.3. Matienzo lib.5. recop. t.6 l.12. glo.2. n.4. Azebedo ea l.12. num. 5 & 20. & l.6. n.22. Gutier. de iuram. 1.p. c.5. nu.24. & 25. & 3. pract. q.43. n.16. Ioan. Garcia de don. remuner. num. 14. Angulo de melior. l.12. gloss 1. nu.17. & 18. Salzedo addit. ad regul. 214. Bernardi Diaz vers. Amplia tamen.*

5 Hinc infertur intellectus ad *l.26. Tauri, hodie l.10. t.6. li.5. recop. Castel.* quæ disponit donationes factas filiis per parẽtes, computandas esse in tertia & quinta bonorum parentum portione, in qua ab ipsis meliorari possunt: similiter enim dicendum est de donationibus remuneratoriis factis per parentes filiis, quando obsequia remunerata non sunt talia, ob quæ posset pater in iudicio conueniri. Quia re vera spontaneæ & liberales sunt. Sic *Couar. Gutier. & Salzedo n. praced. allegg.*

6 Secundò infertur minus bene authores, n.5. relatos asseruisse, posse parentes in præiudicium legitimę descendentium, vltra quintã bonorũ partẽ in opera pia expendere. Primò, quia donatio remuneratoria ex solâ gratitudine debita, maiorem debiti rationẽ habet quã vera eleemosyna, & tamẽ non minuit legitimam filiorũ: ergo à fortiori nec eleemosyna. Secundò, quia eleemosyna non est verè donatio remuneratoria: nec est verè causa pia, Deoq; grata, quando in præiudicium rei alteri debitæ fit, qualis est legitima. Vnde meritò *D. Aug.* & habetur *c. fin. 17. q.4.* ait: *quicũque vult exheredato filio heredem facere Eccl. sium quemlibet alterum quẽ suscipiat, non Augustinum, immo Deo propitio nemẽ inuenies.* Tertia, quia *d.l. Tauri*, expressè disponitur legatũ pro sacris faciendis, extrahendum esse ex quinta bonorum parte, cum tamẽ sit legatũ pium pro anima. Tandem, quia praxis receptissima regni Castellæ habet solum parentibus licere disponere de quinta bonorũ parte, siue in vita, siue in morte, in præiudicium filiorum, quando dispositio non est necessaria sed liberalis. Et ita hanc partem tenet latè probans *Gutier. de iuram. 1.p. c.5. n.28. & l.3. pract. q.61. n.2. & seq.* Pro eadem sent. est *Suarez l. Quoniam in prioribus, in declaratione legis regiæ, limit. 1. initio, C. de inoffic. testam.* vbi aliis citatis asserit, si hæreditas patris esset adeo opulenta, vt legatum pium parum excedens quintũ bonorum, modicum præiudicium filiis inferret, posse sustineri tale legatum: quod idem sequitur *Baeza de non melior. filiab. c.27. n.9. Azebedo lib.5. recop. tit.8. l.1. num.67. & 68.* addens, idem dicendum esse de testio, si filius patri opulentissimam hæreditatem relinqueret: & dicit esse probabile *Gutier. 3. pract. q.61. fine*, licet probabilius dicat, non valere excessum illum vltra tertium vel quintum.

Ad argumenta prioris sent. proposita n.2. respondetur. 7 Ad 1. dic, cum *Couar. c. Cum inofficiosi. n.11. de testam.* esse minori priuilegio præditam patroni portionem, quam filiorum legitimam: vt notat *Iason l. Eum qui. C. de inoffic. testa.* Ad 2. dico, nomine donationis gratiosæ intelligi donationes omnes, quæ non ex iustitiæ debito fiunt. Ad 3. dico argumentum procedere, si pater non haberet vnde posset obsequia sibi præstita remunerare. At cum habeat quintum bonorum, de quo potest disponere, æquum nõ est, vt filiorum legitimas minuens se gratum exhibeat.

QVÆSTIO II. An donationes & eleemosynæ minutatim à parentibus factæ, dum superstites sunt, computãdæ sint in ea parte de qua libere possunt disponere, & ita in regno Castellæ de quinto bonorum defalcandæ sint: ita vt si ex iis minutis donationibus ac eleemosynis coalescat aceruus, qui vel quintum excedat, non possit amplius parens de quinto bonorum disponere, vel si non excedat, tantum possit parens de residuo disponere? Varii sunt dicendi modi. Primus ait, donationes etiam minimas & minutatim factas esse de quinto defalcandas. Prob. ex *l.28. Tauri, hodie l.12. tit.6. lib.5. recop. Castellæ*, præcipiente ne parentes in vita vel in morte nisi de quinta bonorum parte disponant iuncta *l.30. Tauri hodie l.15. eodem tit.6.* decidenti omnes donationes gratiosas de quinto extrahendas esse: quæ leges licet duræ videantur, seruandæ sunt, *l. Prospexit. ff. quis & à quibus.* Et confirm. quia parum interest filiorum, siue parentes per viam quotæ siue minutatim disponant, cum æquè lædantur, & minus habeant in bonis. Secũdò, quia in cõcernentibus iustitiã etiã parua attendũtur, Vt probat *Pinel. rub. C. de rescind. vendit. n.8. & 24.* Et vbi agitur de iure alterius auferendo, de minimis etiam habenda est ratio, vt late probat *Brunus tract. de statuto exclud. fœminas, c.9. q.12.* Tertiò, ex doctrina *Innoc. c.3. n. vnic. de don. Abbatis, c.2. eod. t. n.4.* vbi dicunt, si prælatos potest donare modica, totẽque minutatim donet, vt Ecclesiam lædat, reuocati vltimas donationes: ergo similiter donata à parentibus etiam modica, si quintum bonorum excedant, reuocabũtur quoad excessum. Sic docet *Tello l.28. Tauri, n.4*

Secundus dicendi modus est, si excessus sit modicus, 9 ita vt filij parum grauentur in legitima ex donationibus minutis toto vitæ curriculo factis, non defalcari de quinta bonorum parte, secus si esset notabilis excessus, & grauamen. Sic *Greg. Lop. l.8. verb. En vida t.4. p.5. Gutier. 2. pract. q.68. n.2.* licet dicat iuris rigore attento veriorem esse primam sent. At æquitate & consuetudine attenta esse tenẽdam hanc sent. Eandẽ tenet *Manuel 1.p. sum. 2.edit. c.93. n.6.*

Tertius dicendi modus est, quando pater non donauit 10 tempore vitæ quintum per modum quotæ, id est, certam bonorum partem, sed fecit aliquas speciales donationes modicas, ac minutas eleemosynas, vt quotidiè fit, non attendi vt tempore mortis diminuant quintum de quo pater disponere potest. Prob. ex consuetudine, quæ est optima legum interpres, *c. Cum dilectus, de consuetudine*, quæ ita interpretatur leges decidentes, ne liceat patri in filiorum præiudicium disponere, nisi de quinta bonorum parte: nullus enim dum testatur de hac parte, solet respicere ad modicas donationes, vel eleemosynas toto vitæ curriculo factas, quod si hæ minuerent quintum, rarissime parentes possent de quinto testari. Sic docent *Suarez l. Quoniam in prioribus, fine, C. de inoffic. testam. Baeza de non melior. fil. c.27. n.6. Matienzo lib.5. recop. t. 6. l.12. gloss.3. nu.3. Cordu-*

ba sum. quæstiunc. 125. punct. 5. Et hæc sent. est probabilis.

11 Vltimus dicendi modus est, qui præ cæteris mihi arridet, donationes non immodicas factas prudenter, pro modo substantiæ & qualitate personæ, & quas his attentis postulat recta ratio, atque bonorum administratio fieri, non teneri parentes computare in quinta bonorum parte, sed pertinere ad sumptus ordinarios. & ad bonorũ administrationem: secus si limites prudentiæ & huius rectæ administrationis excedant. Quia ita interpretatur praxis, & cum pater legitimus bonorum administrator sit, arcendus non est ab iis quæ recta & prudens administratio postulat. Sic docent *Angulo de meliorat. l. 12 gloss. 1. n. 26. Aiora de partit. 2. p. q. 55. per totam, P. Molin. to. 2. de iust. tract. 2. disp. 282. §. Dubium est*, vbi bene addit, plus posse hoc modo donare parentes diuersis, atque decursu temporis, quam simul: & hanc sententiam dicit probabilem, *Gutier. 2. pract. q. 68. fine.* Sed obiicies hinc sequi donationes remuneratorias extrahendas esse de toto corpore hæreditatis, nec minuere quintum, quia recta administratio postulat parentes has donationes remuneratorias facere, ne ingrati sint erga benefactores. Respondetur verum esse, quando eæ donationes modicæ sunt: quando enim magnæ sunt, non potest recta administratio in præiudicium filiorum fieri, nec consuetudo permittit: sed solum de ea parte de qua possunt libere disponere.

12 Aliqui temperant nisi donationes modicæ fierent alicui ex filiis, & vltra eas aliquis postea in tertio & quinto melioraretur, tunc enim dicunt, imputandas esse in quinto, ne contra legis prohibitionem vltra tertiũ & quintum melioratio fiat. Sic *Matienzo li. 5. recop. tit. 6. l. 12. gloss. 3. n. 3. Gutier. 2. pract. q. 68. fin. Angulo de meliorat. l. 12. gloss. 1. num. 26.* Sed non video huius limitationis solidum fundamentũ: si enim de illis minutis ac modicis donationibus factis extraneo, curandum non est, nec minuunt tertium & quintum in quo filius meliorari potest: cur peioris conditionis debet esse filius, cui hæ modicæ donationes fiunt?

13 Ad argum. pro prima opinione proposita n. 8. resp. Ad 1. dic, leges illas sic rigidè loquentes, vsu interpretatas esse modo à nobis exposito, num. 11. ne scilicet, curetur de modicis donationibus prudenti administratione factis. Ad confirm. dic, non sentiri ita damnum, nec re vera tantum inferri, minutatim dando. Ad 2. & 3. dic omnia illa locum habere, vbi quis non est verus bonorum dominus, sed merus administrator, vt est prælatus, secus in vero domino, qualis est pater.

QVÆSTIO III.

4 Vtrùm arræ promissæ per virum habentem filios prioris matrimonij, sint extrahendæ ex toto hæreditatis corpore, vel ex sola ea parte de qua potest liberè disponere? Vt in Castella, de quinto bonorum, vel si ascendentes habeat, de tertio. Quidam affirmant, extrahendas esse de toto hæreditatis corpore, instar æris alieni. Ducuntur, quia donatio arrarum non est simplex, sed remuneratoria. Sic *Azebedo li. 5. recop. t. 2. l. 2. n. 30. Aiora de partit. 2. p. q. 44.* temperans, quando vir absque dedecore non potuit omittere dare arras: & idem dicit vterque de sponsalitia largitate.

15 Ceterum dicendum est arras extrahendas esse ex ea parte de qua potest vir in præiudicium ascendentium, vel descendentium disponere: vt in Castella, de quinto bonorum, si filij ex priori matrimonio supersint: vel ex tertio si solos ascendentes habeat. Et ratio est, quia donatio arrarum quamuis remuneratoria, at non debetur ex iustitia, sed ex liberali ac spontanea mariti promissione, qui nullo iure constringitur ad arras vxori assignandas. Vt bene docent *Suarez. l. 3. fori, tit. 2. De las arras, l. 1. nu. 3. Couar. c. Offic. n. 4. de testam. Tello l. 16. Tauri, n. 8. Spino speculo testam. gloss. 18. n. 95. Matienzo lib. 5. recop. t. 9. l. 7. gloss. 1. nu. 8. Azebedo eod. lib. 5. tit. 6. l. 12. n. 4. Aiora de partit. 1. p. c. 7. num. 32. Gutier. 2. practic. q. 124. n. 2. Barbosa l. Si cum dotem, 23. §. Si pater, n. 11. ff. solut. matrim. Ceruantes l. 4. Tauri, n. 20. Valasc. cons. 2. num. 12. tom. 1. Angulo de meliorat. l. 12. gloss. 1. n. 21. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 200. f. 1230. fin.* Donatio autem remuneratoria non debita ex iustitia non extrahitur ex toto hæreditatis corpore, vt probaui nu. 4. ergo & arræ. Et ideo hanc sent. sequuntur *Spino ea gloss. 18. n. 94. & 95. Azebedo* sibi contrarius *lib. 5. recop. t. 6. l. 12. n. 4. Gutier. 3. practic. q. 43. nu. 22. & 23. Angulo de meliorat. l. 12. gloss. 1. num. 22.*

Inquires autem, quid dicendum sit, si tempore quo vir promisit arras, carebat liberis, an postea iis natis extrahendæ sint de quinto bonorum? Affirmat *Azebedo lib. 5. recop. tit. 6. l. 12. n. 6.* Ducitur, quia initium inspiciendum est, in quo arratum promissio, spontanea & liberalis fuit: huiusmodi autem donatio reuocatur natis postea liberis in quantum eorum legitimas tangit, *l. Si vnquam C. de reuocat. donat. & l. 8. t. 4. p. 5.* Sed melius *Spino speculi testam. gloss. 18. n. 94. Angulo de meliorat. l. 12. gloss. 1. nu. 22. & 23. Gutier. 3. pract. q. 43. n. 8. & 23. fine.* dicens, hic sententia regii concilii Pinciani pronunciatum esse, docent, arras ex toto hæreditatis acerno tunc extrahi, & eis non obstantibus posse patrem in vita vel in morte de integro quinto disponere. Primò, quia tempore promissionis nulla ratione astringebatur ad eas de solo quinto promittendum, cum filius careret: nec natiuitas filiorum superueniens id impedit. Quia donatio remuneratoria, qualis est hæc, minimè filiorum natiuitate reuocatur: vt testantur *Turaq.* multos allegans, *l. Si vnquam, verb. Donationem largitus, nu. 22. C. de reuoc. donat. Bernard. Diaz. reg. 213. fallentia 6. Gregor. Lop. l. 8. verb. Dieste, tit. 4. p. 5. Villalobos in commun. opin. lat. D. verb. Donatio, n. 189. 190. Molin. lib. 2. de primog. c. 3. n. 39. Mercs de maior. 1. p. q. 21. n. 15. Gutier. 3. pract. q. 43. nu. 21. Grattian. reg. 150. nu. 26.* Præterea, quia donatio non reuocatur natiuitate filiorum, quoties verisimile est donantem tempore donationis cogitasse de liberis habendis. Vt clare colligitur ex *c. fin. 17. q. 4.* ibi, *cum non haberet filios, nec speraret habere, &* *l. 8. tit. 4. p. 5.* ibi, *ni hanfijes, ni esperanza, de los auer.* Et docent *Turaq.* dicens esse omnium, *d. l. Si vnquam, in præfat. nu. 75. Bernard. Diaz. d. regul. 213. fallentia 8. & Salcedo super eam fallentiam, Iulius Clarus lib. 4. recept. §. Donatio, q. 23. vers. Sed quid si filius. Greg. Lop. d. l. 8. verb. Ni han, Rocca de non meliorando filiab. q. 9. nu. 47. Gratian. regul. 150. n. 30.* At in nostro casu, cum vir promisit arras vxori, cogitauit de liberis habendis: ad id enim matrimonium contraxit: ergo non reuocantur natis liberis.

Hinc infertur, quid dicendum sit de sponsalitia largitate de qua *Azebedo & Aiora* (vt retuli nu. 14. fine) dicunt extrahendam esse de toto hæreditatis corpore. Sed dicendum est extrahendam esse de ea parte, de qua potest vir liberè disponere: vt in Castella, de quinta bonorum parte, si filios ex priori matrim. habeat, vel si solos ascendentes, de tertia: si autem filiis careret tempore promissionis, dicendum est extrahi de toto hæreditatis corpore: vt n. præced. de arris diximus. Quia hæc donatio sponsalitiæ largitatis: similiter est voluntaria, & tempore promissionis donans de liberis habendis cogitauit. Et ita priorem partem, nempe, cum adsunt filii ex priori matrimonio, vel ascendentes, extrahi de ea parte de qua potest vir libere disponere, docent *Spino spec. testam. gloss. 18. nu. 117. Gutier. 3. pract. q. 43. n. 23. fin. & de iura. 1. p. c. 14. n. 8. vers. quæ profecto, Azebedo lib. 5. recop. t. 2. l. 1. n. 28.*

Secundò infertur, licet promissio sponsalitiæ largitatis vltra octauam dotis sponsæ partem, firmetur iuramento: (vt dixi hoc 6. li. disp. 34. nu. 3.) si tamen excedat quintum tertiumve bonorum, in præiudicium legitimæ ascendentium vel descendentium, minime confirmari iuramento, in hoc excessu tertii, vel quinti, siue excedat, siue non excedat octauam dotis partem. Quia est in præiudicium tertii, cui legitima est debita. Sic *Spino & Gutier. nu. præced. allegati.*

DISPVTATIO XXXVII.

An vir cui dos non soluitur, vel non integrè, teneatur ad integras arras soluendas?

SVMMARIVM.

Refertur quædam opinio, n. 1. Et opinio auctoris n. 2. Vbi quid si dos ma- Præ- dentur æstimata pluris quam valeant

Transgressi filiam fides seruanda non est. n.2
Quid si vir partem dotis remittat. n.3. Et soluitur arg. n.4.

1 ET videtur teneri virum in hoc casu ad integras arras soluendas. Quia arræ dantur in præmium pudicitiæ quam vxor viro prostituit, & ob matrimonii honorem: ergo cum non soluta dote promissa, exrent hæ causæ debeantur arræ tamquam causa subsequuta: argumento sumpto ex *toto tit. ff. de condict. caus. dat.* Aliqui asserunt virum magnas arras promittentem, ea ductum ratione, quod ampla sibi dos promissa sit, aliter minores arras promisisset, minimè teneri dote non soluta arras persoluere: & si minor dos quàm promissa est, soluatur, vel in tertia dotalium æstimatione decipiatur vir, posse pro rata minuere arrarum quantitatem. Probant ex *l. Pollicitationem 3. C. de donat. ante nupt.* vbi decidituer mulierem in dote fallentem non posse petere donationem ea causa sibi factam. Vbi *glossa, omitto*, dicit dupliciter hanc fraudem contingere, aut non soluendo dotem: aut eam æstimando plus quam valet. Sic docent *Suarez lib. 3. for. tit. 2. De let arr. d. n. 11. vers. Vnum casum, Baeza de non mulier filiab. c. 32. n. 28. Azebedo lib. 5. recop. t. 2. l. 3. n. 3. & 4. Aiora de partit. 1. p. cap. 71. n. 34.* Quamuis hic videatur loqui, quando mulier mala fide se habuit fallendo virum.

2 Cæterum quamuis id quod docet hi DD. verissimum sit id tamen non probat *ea lex Pollicitationem*: loquitur enim in muliere quæ fallaciter se habuit, & sic mala fide: vt probatur ex illis verbis, *quoniam maritum in dote fefellit*: verbum enim, Fallere, dolum & malitiam importat, *l. Fallacitur. C. de abolitionibus, l. 1. §. 2. de adulit. edicto.* Præterea limitare admodum loquuntur, cum in casu tantum loquantur, quo vir ex magnitudine dotis promissæ ductus est ad tam amplas arras promittendas. Et ideò amplius sentio, quamtis maritus tempore promissionis arrarum non meminerit dotis promissæ, aut forte tunc nondum promissa fuerit sibi, sed postea promissa sit, posse non soluta dote non soluere arras: & si non soluatur integra dos, vel plus æquo æstimetur, minuere pro rata dotis non solutæ, vel pluris æstimatæ, quantitatem arrarum. Prob. quia non implenti implendum non est, *l. Quæro, 65. §. Inter locatorem, ff. locati.* Et frangenti fidem fides seruanda non est: *reg. Frustra, 75. de reg. iuris, in 6. C. Peruenit, el 2. de iureiur. l. 1. in fine. ff. de loco publico fruendo, l. 28. tit. 11 p. 3.* vbi *Greg. Lopez verb. Lo quebrantare*, refert alia iura concordantia: ergo si frangitur viro fides dotis promissæ, non tenetur ipse seruare fidem arrarum promissarum: potest enim compensatione vti. Et pro hac sent. sunt *Valascus cons. 3. n. 5. 10. 1. Gama decis. 370. num. 2. Roland. à Valle, cons. 10. n. 1. 2. & 3. 10. 1.* alios referens *P. Molina 10. 2. de iust. tract. 2. disp. 431. §. Dubium est verum si dos.* Vbi absolutè docent non teneri virum soluere integras arras, si dos integrè non soluatur. Limitandum tamen est hoc, nisi matrimonium initum fuerit habita fide de dote certo tempore soluenda, & ante id tempus matrim. dissolutum fuerit, tunc enim licet dos soluta non sit, tenetur vir vel eius hæres ad integras arras soluendas. Primò, quia habita fides de pretio pro numeratione habetur. *l. Quod vendidit, 19. ff. de contrab. empt.* vbi id notant scribentes, & ibi, nouissimè *Gabriel Mudam*: & constat etiam ex §. *Vendita, vers. Sed si is qui vendidit, Instit. de rerum diuis.* Secundò, quia in nulla culpa est mulier, quæ ante diem solutioni destinatam, dotem minimè tradidit. Sic docent *Affictus* dicens ita decisum esse in sacro concilio Neapolit. *Guido, Nevizan. Secun. Bertrand. Roerius*, quos refert & sequitur *Roland. d. cons. 10. n. 4. Valascus d. cons. 3. ad fin. Baeza d. c. 32. n. 19. Molina* proximè citatus.

3 Si autem vir partem dotis remiserit, tenetur integras arras soluere. Quia quod remittitur, quasi solutum habetur. Sic *Gama & Molina n. præced. allegati.*

4 Ad arg. propositum n. 1. resp. negando consequentiam. Quia subsistente causa donationis tenetur donans implere, nisi aliud possit excipere: vt contingit hic, cum enim sibi dotis promissæ non impleatur fides, potest compensatione vtens non implere.

DISPVTATIO XXXVIII.

An pupillus vel minor possit absque tutoris aut curatoris auctoritate, iudicisque decreto arras constituere?

SVMMARIVM.

Quæ sint quæstiones disputandæ. n. 1
Quando puer vel puella pubescat, & quando sit in ætate pupillari: quidò desinat minor? & quidò pubertati aut infantiæ approximari? n. 2.
Quando ex contractu oriatur obligatio ciuilis aut naturalis, aut vtrasque? & quotuplex sit obligatio naturalis? Remissiue, n. 5.
Minor habens curatorem, & eius licentia contrahens obligatur naturaliter & ciuiliter, absque curatoris auctoritate non obligatur ciuiliter. Si autem cartas cambii, obligationis naturaliter & ciuiliter, n. 4.
Pupillus absque auctoritate tutoris obligatur naturaliter & ciuiliter, modo sit proximus pubertati: & quid quando non est proximus, n. 5.
Minor vel pupillus non obligatur ex alio absque auctoritate tutoris ciuiliter, in alienatione rerum immobilium, vel vsucapionem, quæ seruando seruari possunt, nisi adsit iudicis decretum. Et quid si curatorem non habeat, n. 6
An minor vel pupillus habens tutorem vel curatorem, contrahens sine illo auctoritate obligetur ciuiliter & naturaliter si factum sit locupletior, n. 7.
Pupillus seu impubes cartis tutore an obligetur ciuiliter ex citra allu, n. 8
An valeat tutoris, aut minoris aut pupilli sine auctoritate tutoris aut curatoris gestum, in eius vtilitatem, seu vt eius optimè fiant contractui, n. 9.
An possit minor sine auctoritate curatoris magistratum instituere, n. 10.
An possit petere restitutionem, licet auctoritate curatoris vel iudicis decreto contraxerit, n. 11.
Quando minor dicatur lasus, vt beneficio restitutionis vti possit, n. 12.
Contractus minoris firmatur iuramento, nec potest petere restitutionem, licet sine auctoritate curatoris & iudicis decreto alienos immobiles, & licet iuret procurabit se, sine in ipso contractu sine emit, sine post, n. 13.
Quando valeat iuramentum à lasionis possit minor non obstanti iuramento petere restitutionem? Remissiue, n. 14.
Quid, si iuramentum illud præstitur ab impubere pubertati proximo? Referens ep. suo assertum conformem contractum, n. 15. Et contraria verior, n. 16.
An videatur relaxatum hoc iuramentum, possitq; iterari à parentibus, siue fiat ab impubere, sine à minoribus, etiamsi fiat de pecunia castrens. vel quasi, n. 17.
Soluuntur arg. n. 18. Vide quem incuntes alia summaria.

QVÆST. huius cognitio petit alterius cognitionem, 1
nempe, quando minor vel pupillus naturaliter aut ciuiliter obligetur. Et ideo claritatis gratia triplex est disputanda quæstio. Prima, quando pupillus vel minor habens curatorem, vel eo caremus obligetur naturaliter & ciuiliter ex contractu, vel promissione? Secunda, quando contrahit absque tutoris vel curatoris auctoritate, an obligetur naturaliter? Tertia quando valeat constitutio arrarum facta per minorem?

QVÆSTIO I. Vtrum pupillus vel minor contrahens 2
auctoritate tutoris aut curatoris, aut illo caremus obligetur naturaliter & ciuiliter? Præmittendum est puberem dici masculum post 14. annos completos, feminam verò post 12. similiter completos. Cur autè citius femina pubescat: eruditè satis tractat *Tiraq. l. 6. connub. n. 38. & Gutierr. auth. Sacramenta puberum, n. 1. & 2. C. si aduers. vendit.* Ante hanc autem ætatem puer dicitur impubes, seu pupillus, femina autem pupilla: constat ex *l. fin. C. quando tutor. & cap. Puella, 20. q. 2. & l. 11. 5. 9. 9. & l. 12. 1. 16. 9. 6.* minor verò dicitur tam masculus quam femina post pubertatem: vsque ad xxv. annum completum, *l. 2. C. si minor se maior dixer.* Approximare autem pubertati in hac materia dicitur puer, x. annum cum dimidio excedens, & femina cum excedit ix. & dimidium: (vt dixi l. 1. disp. 51. n. 24.) Ante hanc autè ætatem dicitur puer, infantiæ proximus, & puella infantiæ proxima. Sic *glossa. §. Pupillus, verb. Infantia, Inst. de inutil. stipul.* Doli autem capax dicitur, qui est pubertati proximus. Sic *Duen. in reg. 259. limit. 3.*

Secundò supponendum est duplicem esse obligatio- 3
nem, alteram naturalem, & alteram ciuilem: & rursus naturalem esse duplicem, alteram quæ vere obligat in foro conscientiæ, alteram verò ex solo honestatis debito, (vt latè explicui l. 1. disp. 7. n. 14. 15. & 16. vbi etiam dixi, quando oriatur obligatio naturalis, & quando ciuilis)

Prima conclusio. Minor curatorem habens, eiusq; li- 4
centia

centia contrahens obligatur naturaliter & ciuiliter: si tamen absque eius licentia, non obligatur ciuiliter. (Nam de obligatione naturali dicturi sumus à nu. 19.) Quando verò minor curatore caret, obligatur ex contractu naturaliter & ciuiliter: licet si lædatur, possit beneficium restitutionis implorare. Prob. ex *l. Si curatorem, 4. C. de in integr. restit.* ibi, *si curatorem habens minor post pupillarem ætatem vendidisti, hunc contractum seruari non oportet: si vero sine curatore constitutus contractum fecisti, implorare in integrum restitutionem non prohiberis.* Vbi *glos. verb. Non oportet*, dicit contractum gestum ab habente curatorem non valere ipso iure sine curatoris licentia: & *verb. Fecisti*, ait carentem curatore esse quasi patrem familias, & valere contractū ab ipso gestum, ob idque necessariam esse restitutionem, si læsus sit. Prob. etiam ex *l. 4. t. 11. p. 5.* ibi, *otrosi dezimos que si alguno que fuesse mayor de catorze años, e menor de veintecinco, que no entresse guardador, si entresse prometimiento para obligarse à otro en alguna manera, que vale mas si se sintiere engañado, o que lo fizo à su daño, puede pedir à juez en manera de restitucion que lo que desobligue, y el juez lo deue desfazer mandando que el tal prometimiento no valga.* Et *l. 25. tit. 4. p. 3.* ibi, *e porende dezimos que si algun menor de veintecinco años metiesse su pleito en mano de auenidores, sin otorgamiento de su guardador, e no quisiesse despues auer por firme la sentencia, puede lo fazer, e no caera en pena alguna. Mas si fuesse mayor de catorze años, e no entresse entonces guardador, dezimos que conuiene que assi por lo que los auenidores mandaren, e sino caera en la pena à que se obligo.* Hanc conclus. vltra glossam citatam, docent *glos. reg. Pupillus, 150. ad fin. ff. de reg. iur. & l. 1. verb. Promiserit. ff. de nouat. & ibi Bart. n. 9. Alberic. ibi. §. Illud non interest, n. 4. Cyn. Petr. Odofred. Bartol. Bald. Paul. Salic. & omnes d. l. Si curatorem, Angel. §. Pupillus, nu 3. Instit. de inut. stip. Greg. Lop. l. 4. t. 11. p. 5. verb. Que ha. Ant. Gom. to. 2. var. c. 14 n. 1. Matienzo li. 5. recop. t. 11. l. 22. glos. 2. n. 8. Gutier. de iuram. 1 p. c. 5. n. 6 P. Molina to. 1. de iust. tract. 2 disp. 224 f. 1397.*

5 Imo pupillus auctoritate tutoris contrahens obligatur naturaliter & ciuiliter. Constat ex *l. Impuberes, 13 ff. de auctoritate tut.* ibi, *impuberes tutore auctore obligantur:* vbi *glos. verb. Obligantur*, inquit, *ciuiliter & naturaliter.* Item definitur *l. 1. §. pen. & ibi glos. ff. de act. & oblig.* Idem habetur *reg. In negotiis, 5 ff. de reg. iur. & §. Pupillus, vers. Sed quod diximus, Inst. de inutil. stip.* & docent *glos. l. 1. verb. Promiserit, ff. de nouat. & ibi Bartol. n. 7. idem glos. l. Marcellus, 26. verb. Obligato, ff. de fideiuss. & reg. Pupillus, 150. ff. de reg. iur. paulo post princ. & l. 1. verb. Non es obligatus, C. de inutil. stip. & ibi Salic. initio, Alberic. Ang. & Ant. Gom. relati n. præced. Decius, d. reg. In negotiis, n. 9. P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 224 f. 1393.* Intellige tamen, modo pupillus sit pubertati proximus, aliàs non obligatur defectu consensus sed à solo tutore contractus celebrandi sunt. Sic *Salic. Alberic. Angel. Decius, Ant. Gom. Molina proxime citati.* Immo licet infans ditior effectus sit, non obligatur etiam auctoritate tutoris, ita vt teneatur actione ex contractu, sed solum tenetur ex æquitate naturali, quæ minimè patitur aliquem cum aliena iactura locupletari, *l. Nam hoc, 14 ff. de condict. indeb.* Et docent *Bart. l. 1. n. 7 ff. de nouat. & ibi Paul. n. 6. Angel. Alberic.* proximè citati, *Greg. Lop. l. 4. verb. Infante, t. 11. p. 5. Molina d. disp. 224 f. 1394.*

6 Intellige tamen concluſ. quatenus habet, minorem auctoritate curatoris obligari naturaliter & ciuiliter: præterquam in alienatione bonorum immobilium, vel mobilium, quæ cõseruando conseruari possunt: in hac enim vltra curatoris auctoritatem, desideratur iudicis decretum, *l. Lex quæ tutores, 22. C. de administr. tut. l. 18. t. 16. p. 6.* Immo licet minor curatore careat, non potest huiusmodi bona alienare absque iudicis decreto, quamuis ex aliis contractibus obligetur. Prob. ex *l. Non solum, 4. C. de prædiis min.* vbi generaliter adolescentibus interdicitur alienatio prædiorum absque iudicis decreto: & *l. fin. C. si maior factus alienationem*, vbi textus decidit venditionem prædij esse nullam, factam à minori potestate curatoris exempto, eo quod veniam ætatis impetrarit. Sic docent *glos. §. Nunc admonendi, verb. Villam, Inst. quibus alien. licet*, quam sequuntur ibi *Faber & Angel. Alberic. l. 1. §. Illud non interest, nu. 4. ff. de nouat. Minchaca* latissimè disputans *de succes. creat. lib. 1. §. 1. n. 73. Caldas* alios referens, *l. Si curatorem, verb. Res, n. 2. C. de in integr. rest. P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 224 f. 1395.*

Secundò intellige alteram conclusionis partem, vt minor curatorem habens absque illo contrahens non obligetur ciuiliter: nisi quatenus factus est locupletior: tunc enim tenetur ciuiliter & naturaliter. Vt de pupillo probatur ex *l. fin. C. pro emptore.* Et docent etiam de pupillo *glos. l. Marcellus, verb. Obligato, ff. de fideiuss. & reg. Pupillus, n. 150. ff. de reg. iur. & l. Si pupillus, 21. in princ. verb. Si pupillus. ff. ad leg. falcid. & l. 1. verb. Promiserit. ff. de nouat. & ibi Alberic. §. Illud non interest, n. 3. glos. l. 1. verb. Non es obligatus. & ibi, Salic. nu. 1. C. de inut. stipul. Duarenus l. Si pupillus, 127 ff. ff. de verb. oblig.* Quamuis *Paulus l. 1. sine ff. de nouat.* asserat, minime obligari ciuiliter, sed solum naturaliter.

Tertiò intellige tertiam conclusionis partem, nempe 8 minorem carentem curatore obligari ciuiliter ex contractu, vt intelligatur de minori pubere: impubes enim seu pupillus tutore carent non obligatur ciuiliter ex contractu. Quia illi administratio est interdicta, *l. Iusiurandum, 17. §. 2. ff. de iureiurand.* & colligitur clarè à contrario sensu ex *l. Si curatorem, C. de in integ. restit.* ibi *si post pupillarem ætatem, & l. 5. t. 11. p. 5.* ibi, *que fuesse mayor de catorze años.* Et docet *Paul. d. l. Si curatorem, n. 2.*

Quartò intellige conclusionem, quatenus habet con- 9 tractum pupilli vel minoris absque curatoris auctoritate celebratum non valere: nisi in eius fauorem, & in quantum est illi proficuus. Sic expresse definitur *Instit. de auth. tu. in princ.* & tenet *ibi glos. verb. Non obligatur.* Idem habetur *l. Contra iuris, & ibi glos. verb. Concessum, ff. de pactis, & §. Pupillus, Instit. de inut. stipul. & l. 17. & ibi Greg. Lop. verb. A pro, tit. 16. p. 6 & l. 4. t. 11. p. 5.* Et ratio est, ne quod minorum fauore introductum est, in eorum detrimentum redundet: minoribus enim æras in damnis subuenit, nec in prospere gestis obesse in aliquo consueuit, *l. Non eo minus, Code procurat.* vbi *Bart. Bald. Paul. Salic. Iason*, & alij multi, quos refert & sequitur *Seraphin. de priuil. iuram. priuileg. 83. num. 30. & 31. Ant. Gom. to. 2. var. c. 14. n. 1. P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 224. f. 1393.* & omnes. Vnde in optione minoris est cum auctoritate curatoris, & iudicis decreto vbi id necessarium est, stare contractui, vel ab eo desistere restituendo tamen pretium, in quantum locupletior factus est. Sic *Sanctus de valdivia p. 1 c. 2. nu. 16. & 17. P. Molina d. disp. 224. fol. 1394.* vbi bene addit, teneri etiam restituere pupillum pubertati proximum, quamuis ditior effectus non sit, si dolo eius res periit: vt habetur *l. Pupillus 5. ff. de auth. tut. & l. 1. §. An in pupillum. ff. depositi.*

Hinc infert *Greg. Lopez l. 4. verb. Alguna, pro t. 11. p. 5.* posse 10 pupillum maioratum per viam contractus vel donationis facere in sibi succeſſurum. Quia inde vtiliter tam ipse, quàm eius progenies consequitur. Sed optime cum multis *Molin. lib. 1. de primog. c. 9. n. 8. & 9.* probat non posse minorem absque curatoris auctoritate quando illum habet id efficere, nisi eam iuramentum suppleat.

Secunda conclusio. Quamuis minor auctoritate cu- 11 ratoris contrahat, si læsus sit, potest petere restitutionem. Sic habetur *l. 1. & 2. & toto t. C. si tutor interuenerit, & l. 1. t. 25. p. 3.* Et docent *glos. l. Pupillus, 150. paulo post princ. ff. de reg. iur. Paulus l. Si curatorem, n. 3. C. de in integr. restit. Gutier. de iuram. 1. p. c. 5. n. 6. P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 224 f. 1397.* Idem dicendum est, quando interuenienti iudicis decreto contraheret. Nam auctoritas curatoris ac iudicis decretum efficiunt actum mero iure valere, non autem beneficium restitutionis excludunt. Sic *Paulus eod. n. 3.*

Quando autem minor dicatur læsus, vt sic beneficio 12 restitutionis possit uti? consulendi sunt *Ant. Gom. to. 2. var. toto c. 14. Caldas l. Si curatorem, verb. Læsi, C. de in integr. restit.* & ibi omnes scribentes. Vnum tamen hoc notandum est, vbicumque minor facit actum ex quo nulla sibi vtilitas sequi potest, at damnum potest sequi, dicitur læsus, & restitutionis beneficio vti potest. Vt latè probat *Sarmient. l. 3. Select. c. 13. n. 2.*

Tertia

13 Tertia conclusio. Si minor pubes factus iuret contractum onerosum vel lucratiuum, firmatur iuramento, teneturque illi in vtroq; foro stare, nec competit ei restitutio, quòuis lædatur. Quia efficitur maior ratione iuramenti suppletis defectum minoris ætatis. Prob. ex *auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus vendit.* ibi, *Sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis, inuiolabiliter custodiantur.* Et *l. 6. tit. 19. p. 6.* ibi, *esso mesmo seria quando el moço fuesse mayor de catorze años, e iurasse, ea desspues que oviesse vso de razon, de lo guardar assi entro.* Idem habetur *l. 16. tit. 11. p. 3.* docentque omnes. Et præcipue consulendi sunt *Ant. Gom. tom. 2. var. c. 14. n. 18. Seraphin. de priuil. iuramenti priuil. 83.* vbi latissime rem hanc disputat. Quòd verum est; siue iuramentum in ipso contractu, siue ante, siue post apponatur. Sic multos referens *Ant. Gom. eo. n. 18.* Item est verum, siue minor per se, siue per procuratorem cum speciali mandato ad iurandum constitutum, iuret. Sic *ant. Gom. ibi, Greg. Lop.* alios referens contra quosdam quos ibi allegat *l. 6. verb. Maior. t. 19 p. 6.* Item est verum, licet minor curatorē habens absque eius authoritate contrahat. Supplet enim iuramentum curatoris auctoritatem. Vt statim alios referens probabo. Sic docent *Ant. Gom. eo. n. 18. Greg. Lop. ad l. 6. verb. Maior, Molina li. 2. de primog. c. 9. nu. 9. Gutier. d. auth. Sacramenta puberum, n. 103. & 106.* vbi alios refert, cōtra quosdam oppositum dicentes. Imo firmat iuramentum, ac validum reddit alienationem immobilium factā per minorem absque curatoris authoritate, ac iudicis decreto. Quia *l. 1. C. si aduers. vendit.* expresse dicitur venditionem prædii factā à minori firmari iuramento: & *d. auth. Sacramenta puberum*, generaliter traditur minorum contractus firmari iuramēto: vbi autem ius nō distinguit, nec nos distinguere debemus. *l. De pretio, ff. de Public in rem actio.* Sic docent *glos. 1. verb. Emptori, C. si aduers. vendit. Barth. Iason*, & multi alii, quos referunt & sequuntur *Ant. Gomez. to. 2. var. c. 14. n. 18. Rimual. Inst. quib. alien. licet, §. 3. nu. 24. Gutier. d. auth. Sacramenta puberum, nu. 24. Seraphin. de priuil. iuramenti priuil. 83. n. 32. Azebedo lib. 5. recop. tit. 2. l. 2. n. 12.*

14 Vtrū verò nō obstanti iuramēto, petita eius relaxatione possit minor ratione enormis, aut enormissimæ læsionis restitutionem petere: cōsulendi sunt *Conar. de pactis, 3. p. §. 4. n. 6. Molina l. 2. de primog. c. 3. à n. 18. Gutier. de iuram. l. c. 26. n. 8. Matienzo lib. 5. recop. t. 11. l. 1 glos. 8. à n. 50. Caldas l. Si curatorem, verb. Læsi, à n. 2. C. de in integr. restit.* & ibi scribentes.

15 Grauis autem difficultas est, an desideretur pubertas in minori iurante, vt eius iuramentum cōtractum firmet, vel satis sit iurantem esse pubertati proximum? Multi, & valde probabiliter affirmant satis esse si iurans proximus pubertati sit. Ducūtur primò, quia si iuret spōsalia, tenetur iuramento, *c. Ex literis, l. 2. de sponsal.* Secundò quia peccādo & petendo potest se obligare diabolo, *c. 1. de delictis puerorum*: ergo potest Deō iuramenti vinculo astringi. Sic tenent *Bart. auth. Sacramenta puberum, n. 9. C. si aduers. vendit.* vbi *Paul. n. 6. Salic. n. 8. Iason n. 24. & ibi Cornew*, & communis: *Alb. cons. 108. lib. 2. & d. cap. Ex literis, nu. 6.* vbi *Alexand. de Neuo n. 15. Decius l. Pupillam, n. 4 ff. de regul. iur. Hostiens. Ioan. Andreas, Paulus de Elazar, Dominicus, Imola.* & alii multi quos refert & sequitur *Seraphin. de priuilegiis iuram. priuileg. 83. n. 24. Gregor. Lopez l. 6. verb. Maior. tit. 19. par. 6. Ant. Gabr. in concl. tom. 2. comm. l. 19 q. 34 fol. 438. & lib. 11. f. 110. Gutier. d. auth. Sacramenta puberum, nu. 117. Caldas l. Si curatorem, verb. Minoribus, n. 9. C. de in integr. restitut.*

16 Verius tamen est, desiderari pubertatem. Prob. quia *d. auth. Sacramenta puberum, & l. 56. t. 5. p. 5. & l. 6. t. 19 p. 6.* ad confirmandum contractum, exigunt iuramentum pubertis. Præterea, quia licet in causa matrimoniali, quippe quę integrum intellectū potius quam certam ætatem exigit, iuramentum impuberis pubertati proximi obliget: verum ad confirmandos cæteros contractus alias inualidos non satis est, nisi pubertas adsit. Quia ante pubertatem facillime ea ætas decipitur in contractibus, ac subinde in iuramentis eos cōfirmantibus. Sic docent *glos. l. finali, verb. Puberis, ff. de liberali causa, & d. auth. Sacramenta puberum, verb. Puberū*, vbi *Odofr. vers. Quæro quid in impubere, & Cynus, quæst. 7. Bald. n. 9. & 10. Alberic. nu. 7. Cornew in repetit. n. 8. Alexand.* dicens communem, *l. Qui iurasse, in princ. ff. de iureiur. Mclatur c. Cū contingat, n. 141. de iureiur. & l. Paula n. 26. C. de pactis, Conar. de pactis 3. p. §. 1. n. 3. & 4. decret. 2. p. c. 5. §. 1. nu. 4. Ant. Gom. 2. var. 4. 14. n. 18. Menoch* alios referens, *cons. 29. n. 37. vol. 1. Gratian. reg. 1. n. 4. Lud. Lop. lib. 2. de contract. c. 39 fol. 485.*

Obligabit autem tale iuramentum donec relaxetur. 17
Quia est de re licita, potestque absque culpa seruari. Sic *Cornew, Conar. Gratian. n. præced. allegati, & ibi Lud. Lop.* Erit autem sufficiens relaxationis causa, impubertas, sicut & metus. Vt bene docent *Conar. & Gratian. ibi.* Immo potest pater vel tutor iuramentum hoc impuberis irritare. Quia tum contractum minimè confirmet, non acquiritur ius irreuocabile tertio, sed solum ex vinculo religionis tenetur impubes. Sic *Lud. Lop. ibi.* Quod tamen verum credo, si sustineamus probabilem sententiam quam referemus n. 20. docentem impuberem non obligari naturaliter. Si enim sustineamus oppositam, cū acquiratur ius naturale tertio nō poterit pater vel tutor irritare. Similiter retenta opinione asserenti impuberem non obligari naturaliter, dicendum est etiam si contrahat circa peculium castrense, vel quasi, iuretque contractum, posse patrē vel tutorem irritare. Quia impubes inualide contrahit etiam circa huiusmodi peculium, vt bene probat *P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 130. ad fin. §. Licet filius familias, & 2. tom. disp. 261. paulo post princ. §. Filius familias*: atque ita iuramentum illud minime confirmat contractum, solumque manet religionis vinculum. Recedendum tamen est à *Lud. Lop.* dicenti posse patrem vel tutorem irritare iuramentum quo pubes contractum firmat. Quia cum omnino confirmet contractum, acquiritur ius irreuocabile tertio: ætatisque defectus suppletur iuramento, & efficitur maior, iure sic statuente: vt dixi, nu. 14. & pater non potest irritare obligationem homini factam, vt dicemus disp. sequenti, n. 1.

Ad arg. proposita n. 15. ad probandum iuramento im- 18
puberis confirmari contractum, resp. ad 1. constat ex dictis num. 16. vbi inter sponsalia & alios contractus discrimen constituimus. Ad 2. dic probare iuramentum impuberis illum obligare: quod num præced. fassi sumus: non tamen eo contractum confirmari.

SVMMARIVM.

Idem dicendum est quoad obligationem naturalem, de minori habente curatorem absque eius licentia contrahente, & de pupillo, n. 19.

An minor curatorem habens, & absque illius authoritate contrahens obligetur naturaliter? Refertur opinio negans, nn. 10. Et contraria verior, n. 21.

Verbum Non potest, an reddat actū nullum. & dicitur à Non possitin. 20

Quid si pupillus nō sit factus doctor in. 22. Et quid, si tutore curante in 23

Quid si non sit pubertati proximus? in. 24. Et quid, si etiam ipse tutore approbante in. 25.

Quid si promissio fiat de alienandis immobilibus vel mobilibus qua conseruandis conseruari possunt. & hoc absque iudicis decreto in. 26.

Quid si pupillo vel puberi ex aliqua causa cæteris filiis bonorum administratio in 27.

Quid de prodigo? eodem nu. 27. Et an pupillum obligetur naturaliter ex mutuo? in. 28.

An filius familias sine patris licentia, aut minor sine authoritate curatoris obligetur naturaliter ex contractu inito pecunia credita? Et an talis contractus firmetur iuramento n. 29.

Lucrans in ludo à minoribus absque iuramento, vel cum illis an teneatur lucrum restituere? in. 30.

An habens aliquid à minore sine curatoris authoritate, teneatur illud restituere? nu. 31.

An possit minor cui beneficium restitutionis conceditur, vti dispensatione occulta, quādo magna expensis indigeret ad recuperandū? n. 32. Et ibi quid de perdente in ludo prohibito, cui conceditur actio ad repetendum?

An possit is minor, vel qui perdit ludo prohibita, casu quo potest beneficii restitutionis implorare, vel lucrū repetere, non soluere? Refertur opinio negans, n. 33. & contraria verior, num 34. Et ibi, cui datur actio eidem conceditur exceptio. & retentio licet actio ad repetendum sit temporalis, & transactum sit tempus quo repetitio conceditur. Et annalis seu temporalis ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum

Quid si minor petat coram iudice beneficium restitutionis, & defectu probationum succumbat, an teneatur hic negans restituere, petentē negando? n. 35. Vbi & de negante lucrum comparatum ludo prohibito.

Soluuntur arg. n. 36. Et ibi, an pupillus obligatus naturaliter, tradens rem, transferat dominium? Et enodantur l. Obligari in princip.

ff. de

ff. de author tutoris l.1. C. de inutil stipul. l. Si curatorem. C. de in integr restit. l. Pupillus ff. de aliun. & oblig. l. Quod pupillus ff. de condict. indeb. & l. Contra iuris. ff. de pactis. & l. 5. §. 4. & 5. & l. 17. §. 16. p. 6.

Post num. 36. innumeris aliis summaria.

19 QUÆSTIO II. An minor absque curatoris authoritate contrahens vel pupillus obligetur naturaliter, id est, in foro conscientiæ? Aduertendum est quoad obligationē naturalem ex contractu consurgentem, idem omnino dicendum esse de minori pubere habente curatorem, & absque eius authoritate contrahenti, ac de pupillo. Quia in hoc æquiparantur. Constat ex *l. Si curatorem, C. de in integrum restit. & l. 4. tit. 11. p. 5.* ibi, *no vale la promesa de el menor que tiene curador como la del pupillo.* Sic docent *glos. d. l. Si curatorem, verb. Non absimilis, l. Contra iuris, 29. verb. Concessum, ff. de pactis. Ripa l. 1. §. Fuit quæsitum, n. 33. ff. ad Trebel. Salic. d. l. Si curatorem, n. 5. & ibi Caldas. verb. Cum non absimilis, nu. 1. Ant. Gom. l. 3. Tauri n. 5. Rimin. ald. Instit. quibus alien. licet. §. 2. num. 4. Gutier. auth. Sacramenta puberum, num. 104. C. si aduers. vendi.* Quare in præsenti difficultate multi DD. explicantes in quibus casibus pupillus obligetur naturaliter necne: concludunt idem omnino dicendum esse de minore sine suri curatoris authoritate contrahente. Sic *glos. l. 1. verb. Nomen obligatus. C. de inut. stipul. & l. Pupillus. 150. ad fin. ff. de reg. iur. & l. 1. verb. Promiserit. ff. de nouat.* vbi *Barth. n. 9. Angel. num. 4. Alberic. §. Illud non interest, nu. 2. idem Angel. Instit. de inut. stipul. §. Pupillus, n. 3. Cynus l. 1. ad fin. C. de inut. stipul. Azo sum. t. de arbitris, n. 8. Alciat. l. Pacta, n. 24. C. de pactis, P. Molina t. 2, de iust. tract. 2. disp. 224. §. 1394.*

20 Hoc supposito, omissis variis sententiis quas refert *gl. l. 1. verb. Promiserit, & ibi Bart, n. 6. ff. de nouat.* quas pro limit. 2. sententiæ referam: duplex est celebris sent. Prima docet pupillum sine tutoris authoritate contrahentē non obligari naturaliter de bito vere naturali, quod in foro conscientiæ obliget. Prob. primo, quia si pupillus obligatur naturaliter, & sic in foro conscientiæ, inuititiam foueret leges ciuiles, & sic esset iniquæ, quæ tuētur pupillum, ne soluat id debitū. Dices non esse iniquas, sicut licet defraudans intra dimidium iusti pretii peccet, non subinde sequitur iniquas esse leges denegantes actionem aduersus eam fraudem. Sed hæc soluto non satisfacit, quia in eo casu non fouent eum dolum leges, sed solum vitandi lites gratia denegant actionem in foro externo: at in nostro, nulla est causa vitandi lites, sed fouent ipsum pupillum non soluentē, & si forte soluit, cogunt alterū ad restitutionem. Secundò, quia minor dū sine curatoris authoritate mutuo dat, aut soluit, non transfert dominium. *Instit. quibus alien. licet. §. Nunc admonendi,* ibi, *si pupillus mutuā pecuniam sine tutoris authoritate alicui dederit, non contrahit obligationem, quia pecuniam non facit accipientis.* Et *§. fin.* ibi, *pupilli vel pupillæ soluere sine tutoris auctoritate non possunt, quia id quod soluunt non fit accipientis: cum nullius rei alienatio sine tutoris auctoritate concessa sit.* Ergo ex cōtractu non obligatur naturaliter & in foro cōscientiæ transferret quippe dominū, si obligaretur, & alterum retinendo redderet tutū in foro cōscientiæ. Tertio, quia dū lex restitit cōtractui, nulla oritur obligatio, (vt dixi lib. 1. disp. 7. n. 16. At leges restiunt contractui pupilli sine tutoris authoritate inito: vt patet ex *l. Obligari. 9. ff. de auth. tut. in princ.* ibi, *Obligari ex omni contractu pupillus sine tutoris authoritate non potest.* Et *l. 1. C. de inutil. stip.* ibi *ex stipulatione in qua impubes sine tutore authore spopondisti, non es obligatus.* Et idem habetur *Instit. de author. tutor. in princip. & l. 17. t. 16. p. 6. El moço no puede fazer pleito, ni postura à menos de otorgamiento de su curador.* In quibus textibus pondero verbum, nō potest, quod præcisam necessitatem importat, & actum contra gestum omnino reddit nullum, priuatque potentia: vt testantur *glos. reg. 1. verb. Non potest, de reg. iur. in 6. Bart. l. Gallus, in princ. nu. 4. ff. de liber. & posthum. & l. finali, n. 7. ff. de seruit. & l. De his, num. 4. ff. de transact. & l. Meuius, §. Duobus ff. de legat. 2. n. 20. Corrasius, l. Frater à fratre, §. 1. n. 7. ff. de condict. indeb. Tiraquel. multos referens post leges connubiales, glossa 4. num. 1. Angel. Excommunicatio, 7. n. vlt. Syluester Excommunicatio, 10. nu. fin. Medina C. de pœnit. tract. 2. de confess. quæst. de alieno sine licentia propria absoluente, vers. Postremo facit Couar. 6. Tua, de testam. nu. 2 fine, Azebedo* alios referens, *lib. 5. recop. t. 3. l. 1. n. 1.* Nec obstat, si dicas cum *Bartholo l. Cum lex, n. 6. & 7. ff. de fideiussor.* hoc distare inter, Non potest, & Nō potest: quod Non possit inducit necessitatem, ac potestatem aufert, redditque actū nullum, & sic obligationem naturalem impedit: secus Non potest: at prædictæ leges minime vruntur verbo, Nō possit, sed dicunt pupillum non posse obligari. Quam distinctionem approbant *Iason l. Frater à fratre, n. 44. vers. Tertia difficultas ff. de condict. indeb. Socinus l. 1. ff. de liber. & posthum. Enriquez l. 13. de excommunic. c. 28. n. 3.* Non obstat, (inquam) quia hanc Bartoli distinctionem reprobant *Iason l. Stipulatio ista, §. Alteri, nu. 27. ff. de verb. oblig. & d. l. Gallus, in principio, n. 12. & l. Pacta, n. 7. C. de pactis,* vbi *Decius n. 10. Tiraquel.* alios referens post leges connubial. *glos. 4. n. 9. Couar. de pactis, 2. p. §. 4. n. 4. vers. Sed aduers. Gutier. l. Nemo potest, num. 147. ff. de legat. 1. Caldas l. Si curatorem, verb. Cum non absimilis, nu. 27. fine. C. de in integr. restit. Gratian. regul. 484. num. 7.* Et confirm. quia *l. Is cui bonis, 6. ff. de verb. oblig.* eodē tenore dicitur prodigum cui datus est curator non posse obligari, ibi *is cui bonis interdictum est, tradere non potest, vel promittendo obligare: & ideo nec fideiussor intercedere potest pro eo.* Et tamen omnes fatentur non obligari naturaliter. Vt optime tamquam certum statuit *Caldas d. l. Si curatorem, verb. Cum non absimilis, n. 24.* Quare *n. 24.* dicit eius obligationē non firmari iuramento. Secundò confirmatur, quia minor habēs curatorem æquiparatur prodigo, cui bonis interdictum est: vt habetur *d. l. Si curatorem, & l. Certi conditio, 9. §. Quinimō ff. si cert. pet.* ibi, *puto pupillo eum comparandum:* ergo cum hic non obligetur naturaliter, ita nec ille. Tertiò confirm. quia ideo hic prodigus nō obligatur naturaliter, quia administratio sibi est concessa interdicta: vt fatetur *Bart. l. 1. n. 8. ff. de nouat.* at adulto statim cōceditur administratio cum obligetur ciuiliter, & naturaliter, (vt diximus n. 4.) quod non fieret, nisi administratio esset concessa. *l. Iusurandum quod ex conuentione, §. 1. ff. de iureiurand.* ergo per datam curatoris videtur sibi administratio interdicta, sicut prodigo; & ita non obligabitur naturaliter. Quarto principaliter prob. quia *l. Si curatorem, C. de in integr. restitut.* definitur contractum gestum à minori sine curatoris authoritate esse nullum: ergo nō obligatur naturaliter, aliàs valeret saltem per viam exceptionis, aut compensationis, qui sunt effectus naturalis obligationis, teste *Corrasio, l. Frater à fratre, in princ. n. 36. ff. de condition. indeb.* Quinto probatur ex *l. Pupillus, 38. ff. de actio. & obligat.* vbi sic dicitur, *pupillus mutuam pecuniam accipiendo nec iure naturali obligatur:* & *l. Quod pupillus, 41. ff. de condict. indeb.* vbi sic dicitur, *quod pupillus sine authoritate tutoris promiserit, & soluerit, eius repetitio est. Quia nec natura debet:* vbi claiè dicitur, non obligari naturaliter: & insuper posse repetere: ac si naturaliter debeatur, non posset repetere: *l. Naturaliter, 13. ff. de condictione indeb.* ibi, *naturaliter seruus obligatur, & ideo si manumissus soluat, repetere non potest.* Sextò, quia pupillus sine tutoris authoritate cōtrahens comparatur furioso, *l. Interdum, 29. ff. de condict. indeb.* vbi sic dicitur, *interdum persona locum facit restitutioni, vt puta, si pupillus sine tutoris authoritate, vel furiosus soluerit.* Idem *l. 4. t. 11. p. 5.* ibi, *prometer puede à otro todo bono aquello no es descubierto: e aquello es descubierto son ellos, el loco, o desmemoriado, o el menor de siete años. o el pupilo mayor de siete, y menor de catorze,* sed furiosus nō obligatur naturaliter: ergo. Septimò prob. ex *l. Contra iuris, 29. ff. de pactis,* ibi, *contra iuris ciuilis regulas pacta conuenta, rata non habentur, vt iusti si pupillus sine authoritate tutoris pactus sit.* Vltimo prob. ex *l. 25. t. 4. p. 5.* vbi postquam lex dixit minorem absq; curatoris authoritate compromittentē sub certa pœna, ea minime afficī, si sententia non acquiescat: subdit hæc, *empero los fiadores que dio son tenudos de pechar la pena a que se obligaron, si el huerfano no quisiesse estar por el juyzio siendo mayor de catorze años:* ergo à contrario sensu fideiussor pupilli minoris 14. annis non obligatur, & proinde talis pupillus non obligabitur naturaliter.

tualiter. Hanc sent. docent *Lac. Ravennas*, quem refert & sequitur *Cyrus l.1. ad finem, C. de inut. stip. Alciatus l. Pacta, nu.* 24. *C. de pactis, Duarenus l. Si pupillus, l 27 ad fin. ff. de verb. oblig. Ant. Gouean. l. 1. §. Id quod, ff. ad leg. falcid. Conar. de pactis, 2. p. §.* 4. n. 10. Et in hanc partem motus illa lege declinat *Gregor. Lop. l. 25. verb. Stiendo, tit. 4. p. 3.* licet tandem cogitãdum relinquat. Pro hac sent. citatur *Corrasius, l. Filium quem, n.* 138. *C. famil. herciscundæ* sed mendose, nam ibi nihil dicit: & *ibi.* §. *Falcidia, n.* 38. vbi de hoc agit, nil definit, sed tantum dicit oppositam sent. esse communem, & se late de hoc agere in quodam miscellaneo: quod tamen inuenire non potui. Et hæc sent. est valde probabilis.

21 Secunda sent. cui tamquã cõmuniori ac probabiliori adhæreo, docet pupillum aut minorẽ contrahentem sine tutoris aut curatoris auctoritate obligari naturaliter, & id satis ad conscientiæ ex contractu. Prob. primò, quia principali nullo modo obligato, non tenetur fideiussor, vnde vt fideiussor obligetur; opus est principalem saltem naturaliter obligari, *l Cum lex, 47 ff. de fideiussor, & l. Naturaliter, 13 ff. de condict. indeb.* ibi, *naturaliter seruus obligatur, & ob id fideiussor pro seruo acceptus tenetur*: & *l. Fideiussor obligari, 17. in princ. ff. de fideiuss.* vbi *glos. verb. Non est*, reddit rationem, quia deficiente principali obligatione non valet accessoria *reg. Cum principalis, 138 ff. de reg. iur.* sed fideiussor pupilli contrahentis sine auctoritate tutoris obligatur: ergo & ipse pupillus saltem naturaliter obligabatur. Prob. minor ex *l. fin. ff. de iurctur. in princ.* ibi, *pupillus autem hoc solo defendebatur quod tutor eius non interuenisset, & hoc casu fideiussor ẽptor non tuebitur.* Et *l. Si pupillus, 40. ff. de recept. arbitr.* ibi, *si pupillus sine auctoritate tutoris compromiserit, non est arbiter cogẽdus pronunciare: quia si contra eum pronuncietur, pœna non tenetur, præterquam si fideiussor eius dederit, a quo pœna petipossit.* Et idem habetur expresse *l. 25. tit. 4. p. 3.* hac moderatione, quando puer est maior 14. annis: ergo clare cõstat pupillũ obligari naturaliter, vt huic obligationi accedat valide fideiussor. Secundò probatur ex *l. Si pupillus, 21. in princ. ff. ad l. falcid.* vbi habetur pupillum sine auctoritate tutoris mutuam pecuniam accipientem, cui postea legatum fit sub ea conditione, si mutuum reddat, implere cõditionem reddendo mutuum, libere atque ab obligatione naturali reddendi. Et *l. 1. ff. de nouat.* ibi, *dummodo sequens obligatio aut ciuiliter aut naturaliter teneat, vt pura. si pupillus sine auctoritate tutoris promiserit.* Et *l. Si cum, 64. in prom. ff. ad Trebel.* ibi, *non repetã, quia ab eo in me naturalis obligatio translata est.* Et *l. Cum ideò, 25. §. 2. ff. quando dies leg.* vbi testator legauit, quod pupillus ei debebat: & respondet *Iurisc.* naturalem obligationem legatum videri si debitũ fuit contractũ sine licentia tutoris. Et *l. Marcellus, 26. ff. de fideiuss.* ibi. *si quis pro pupillo sine auctoritate sui tutoris obligato*: vbi *Iurisconsult.* supponit pupillum posse sine tutore obligari. Tertiò, quia obligatio naturalis oritur ex consensu, *l. Stichum, §. Naturalis ff. de solut.* hoc autem consensu pupillus non caret, *§. Pupillus, Instit. de inutil. stipul.* Et confirmatur ex *l. 5. tit. 12. p. 5.* ibi, *si alguen siruo prometiesse a otro, & es tenudo es naturalmente de cumplir por si lo que promete, por quanto es home*: ecce qualiter ponderat textus obligationem naturalem consurgere ex cõsensu eo quod seruus homo sit: cũ ergo idem militet in minori, & pupillo, tenebitur naturaliter. Quartò, contractus gestus à minori sine licentia curatoris, firmatur iuramento: (vt diximus n. 14.) ergo ex eo oriebatur obligatio naturalis, seclusa iuramento. Hoc enim argumento probat *Bart. l. Si quis pro eo, n. 12. ff. de fideiussor.* ex stipulatione alteri per alterũ facta ortri obligationem naturalem: quia talis stipulatio firmatur iuramento. Hanc sententiã docẽt *gl. l. finali, verb. Nã tuebitur ff. de iureiurando, & l. Quod pupillus, 41. verb. Natura. ff. de condict. indeb.* & *l. Pupillus, 58. verb. Nec quidem. ff. de actio. & oblig.* & *l. Marcellus, 26. verb. Obligato. ff. de fideiussor.* & *l. Imperium, 13. verb. Obligantur ff. de author. tutor.* & *l. Pupillus, 150. ad fin. ff. de reg. iur.* & *l. Si pupillus, 127. verb. Promittat, ff. de verb. oblig.* & *l. 1. verb. Non es obligatus, C. de inutil. stipul.* & *l. 1. verb. Promiserit. ff. de nouatio.* vbi *Bart. n. 7. Paul. n. 6. Angel. n. 4.* idem *Bart l. 2. n. 1.* & *l. Cum lex, n. 7. ff. de fideiussor. Angel. Instit. de inutil. stipul. §. Pupillus, num. 3. Salicet. l. 1. num. 1. C. de inutil. stipul. Fulgos. l. Quod pupillus, n. 2. & 3. ff. de condict. indeb. Azo summa, tit. de arbitris, n. 8. Alexand. l. Si pupillus, 21. in princ. n. 2. ff. ad leg. falcid. Decius l. Pupillus, fine. ff. de reg. iur. Cornem repetit. auth. Sacramenta puberum, nu. 8. C. si aduers. vendit. Iason l. Interdum, 29. n. 5. ff. de condict. indeb. & l. Impuberibus, n. 7 ff. de acquir. hared. Roma l. Stipulatio ista. §. Alteri, ff. de verb. oblig. Felinus cap. Quanto, n. 1. de præsumpt. Fortun. de vltimo fine, illatione 10. num. 324. Bertachin. in repertorio, verb. Pupillus, sub n. 50. Aldobrandinus Instit. de author. tutor. §. Authoritas autem, n. 22. Nauar. l. 4. consiliorum, in 1. edit. tit. de sponsal. cons. 39. nu. 1. in 2. t. de dispensat. impub. cons. 4. n. 11. Anton. Gom. tom. 2. var. c. 14. nu. 1. Cossanus de sponsal 1. Qui possint sponsalia contrahere, nu. 4.* (habetur *tom. 9. tract. nouiorum*) *Lambertenghus tract. de contractibus, gloss. 16. verb. Non valeat, num. 12. Anton. Gabr. in mea editione, tom. 2. communi. l. 14. verb Pupillus f. 251. Gutier. l. Nemo potest, nu. 149. ff. de legat. 1. Cauacanus 1 p. decisione 31. n. 13. Caldas l. Si curatorem, verb. Non absimilis, num. 27. C. de in integrum restitut.* Et hanc sententiam dicit esse communem *Corrasius l. Filium quem, §. Falcidia, nu* 38. *C. familia herciscunde.* Et ex Theologis, eam tenent *Corduba summa, q. 155. P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 224. §. Quamuis autem, I. ad Lop. 1. p. instruct. 2. edit. c. 124. §. Igitur.*

Hæc tamen sent. solet aliquibus modis limitari. Primò 22
limitatur, vt pupillus teneatur naturaliter, quando factus est locupletior. Sic limitant aliqui, tenẽ *glosa, l. 1. verb. Promiserit. ff. de nouatio* Sed hæc limitatio reijcienda est. Tum, quia *illa l. 1.* pupillus nouandi animo alienam in se suscepit obligationem, & ita ditior non est effectus, & tamen ibi dicitur teneri naturaliter. Tum etiam, quia quando ditior efficitur, tenetur naturaliter & ciuiliter: (vt dixi n. 7.) & ita colligitur ex *l. Pupillus, 127 ff. de verb. oblig.* & notat *ibi glo. verb. Promittat: & d. l. 1. verb. Promiserit*, vbi *Bart. num. 6. Angel. Instit. de inut. stipul. §. Pupillus num. 3. Cald. in l. Si curatorem, verb. Non absimilis, n. 30. C. de in integr. restitut.*

Secundò limitatur, vt procedat quãdo pupillus habet 23
tutorem, & ipso non auctore contrahit, vnde si tutore careat, non obligabitur naturaliter. Sic *glo. l. 1. verb Non es obligatus, C. de inutil. stip. Ang. l. Si pupillus, 21. paulo post princ. vers. In textu*, ibi. *sine tutore, ff. ad legem falcid.* Sed hæc limitatio reijciẽda est. Primò, quia per tutoris dationem magis coarctatur pupilli potestas, plusq; illi administratio interdicitur: ergo si habẽs tutorẽ, & sine illo contrahens, tenetur naturaliter, à fortiori quãdo illo caret. Secundò prob. ex *l. Si curatorem, C. de in integr. restitut. & l. 5. ti. 11. p. 5.* vbi minor carens curatore obligatur naturaliter & ciuiliter, & illum habens, eoque non auctore contrahens, minime obligatur ciuiliter, & ita in hoc casu minus obligatur: ergo pari ratione minus obligari debet pupillus spreto tutore sibi dato contrahens, quam vbi tutore caret. Et ita reiecta hac limitatione docent pupillum tutore carentem obligari naturaliter. *Bartol l. n. 6. & 7. ff. de nouat.* vbi *Paul. n. 7. Alberic. ibi, §. Illud non interest, n. 2. Salicet l. 1. nu. 1. C. de inutil. stipul. Alexand. l. Si pupillus, 21. in princ. nu. 2. ff. ad legẽ falcid. Angel. Inst. de inutil. stipul. §. Pupillus, n. 3. Iason l. Interdum, nu. 4. ff. de condition. indeb. Gutier. l. Nemo potest, n. 151. ff. de legat. 1.*

Tertiò limitatur, nisi pupillus sit infans, aut infantiæ 24
proximus: vnde vt obligetur naturaliter, debet esse pubertati proximus. Deficit enim ante illam ætatem plena intelligentia, vt sic perfectum consensum habeat. Sic *glos. l. Si pupillus, in princ. verb. Si pupillus. ff. ad leg. falcid. & l. 1. v. Non es obligatus, C. de inutil. stipul.* vbi *Salic. numero 1. Bart. l. 1. num. 7 & ibi Paul. num. 6. ff. de nouatio Iacobus de Arena, l. Si pupillus, init ff. de verbor. obligation. Decius l. Pupillus, 149. in fin. ff. de regul. iur. Angel. Inst. de inutil stip. §. Pupillus, numero 2. Iason l. Iusiurandum quod ex conuentione, §. Pupillus, nu. 10. ff. de iureiur. & l. Interdum, num. 4. ff. de condict. indeb. b. Felinus cap. Quanto, nu. 1. de præsumpt. Aldobrandinus, Instit. de auth. tutor. §. Authoritas autem, num. 22. Nauar. lib. 4 consil. in 1. edit. 1. de sponsal., cons. 39. num 11. in 2. tit. de despons. impub. cons. 4. num. 11. Ant. Gomez. tom. 2. var. c. 14. num. 1 Anton. Gabr. in mea edit. tomo 2. communi. lib. 14. verb. Pupillus, f. 251. 1. Cauacan. 2. p. decis. 31. nu.*

13. P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 224. fol. 1394. Quod intelligit Angel. eo §. Pupillus, n. 2. nisi malitia suppleret ætatẽ: tunc enim etiam nondum pubertati proximus diceretur doli capax, & obligaretur. Sed verius credo non obligari. Quia deficit prohibitionis ratio in casu quodã particulari.

25 Quartò limitatur, nisi pupillus cum ipso tutore cõtrahat: tunc enim nec naturaliter obligatur. Quia prohibitus est tutor eam promissionem recipere, immo punitur, l. Nõ licet, C. de contrah. empt. & ita lex huic contractui resistit. Sic glossa l. Naturaliter, 13. fine, ff. de condict. indebit. & l. 1. verb. Non est obligatus, C. de inutil. stipul. & l. 1. verb. Promiserit. ff. ale novat. vbi Bartol. n. 7. Paul. n. 6. & ibi Alberic. §. Illud non interest, n. 3. Angel. Instit. de inutilibus stipulatio. §. Pupillus, n. 3. Salicet. l. 1. n. 1. C. de inutil. stip. Bertachinus in repertorio, verb. Pupillus, sub nu. 50. Gutier. l. Nemo potest, n. 149. ff. de legat. 1. P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 224. f. 1395. & dicit communem Corras. l. Filium quem. §. Falcidia. n. 38. C. familiæ herciscundæ. Et constat etiam ex l. Pupillus 5. ff. de author. tut. ibi, pupillus obligari tutori eo authore nõ potest. Quod tamen intellige primo, nisi altero tutore auctore ei obligetur. Vt habetur ead. l. Pupillus: & docent glo. reg. Pupillus, 150 ff. de reg. iur. Salic. Bertachin. & Molina proximè citati. Secundò intellige, nisi pupillus factus sit locupletior: tũc enim tenetur ipsi tutori. Sic habetur ead. l. Pupillus: & docent glo. ibi verb. Naturaliter, & d. reg. Pupillus, Bart. Salic. Angel. Bertachinus. Molina, hic alleg. Immo in hoc casu tenebitur pupillus tutori naturaliter & ciuiliter. Vt bene gloss. ea l. Pupillus, verb. Naturaliter, & Molina proximè cit. Intellige tertio, nisi pupillus dolum committeret. Sic gloss. ea l. Pupillus, verb. Naturaliter, Molina hic allegatus, explicans vt si dolo eam rem destruxisset, vel alienasset.

26 Quintò limitatur, nisi promissio facta sit de rebus, quarum alienatio est interdicta minori absque iudicis decreto: vt sunt immobilia, & mobilia quæ seruando seruari possint: tunc enim non obligatur etiam naturaliter, licet auctoritate tutoris, absque iudicis decreto promiserit, vel alienauerit. Quia lex tali alienationi resistit, l. Si ad resoluendam, 7. & l. Si quidem, 11. & l. Si minor, 15. C. de prædiis minor. Sic Bart. l. 1. n. 7. & 8. & ibi Paulus n. 6. ff. de nouat. Ang. l. Instit. de inutil. stip. §. Pupillus, n. 3.

27 Sextò limitatur, nisi pupillo vel adulto ex aliqua causa iudex interdixerit administrationem: tunc enim nec naturaliter obligabitur: eadem ratione qua de prodigo cui datus est curator, diximus n. 20. in prima confirm. ad tertium argum. Sic Bart. l. 1. fine. ff. de nouatio.

28 Septimò limitatur, nisi in mutuo, ex quo pupillus nec naturaliter obligatur. Vt expresse videtur decidi l. Pupillus, 58 ff. de actio. & oblig. & l. Quod pupillus, 41 ff. de condict. indeb. Et tenet Bologninus rubr. ff. si cert. pet. n 23. Sed displicet hæc limitatio, nec illæ leges eam probant, (vt num. 36. vbi illis satisfiet, videbimus.) Et probatur ex l. fin. ff. de furtis. & l. Si pupillus, 21. in princ. ff. ad leg. falcid. vbi de mutuo dato pupillo fit sermo, & docetur pupillum ex eo naturaliter obligari. Sic Caldus l. Si curatorem, verb. Non absimile, n. 28. C. de in integr. restit. Gutier. l. Nemo potest, n. 150. ff. de legat. 1.

29 Octauò limitatur in regno Castellæ, vt minor sub tutore constitutus, sine licentia curatoris non obligetur ciuiliter, aut naturaliter ex cõtractu pecunia credita inito: vt si pecunia credita aliquid emat: & idẽ dicendum est de filiofamilias siue maior sit, siue minor, similem contractum absq; patris licẽtia ineunte. Quia l. 22. t. 11. l. 5. recop. Castellæ resistit huic cõtractui penitus annullans, & fideiussorem dicit minimè obligari. At si minor aliquo pacto obligaretur, fideiussor maneret obligatus: (vt diximus nu. 21.) potuitq; ea lex propter bonũ commune id statuere, ea pœna venditores puniens. Sic Perez. lib. 3. ordin. t. 8. l. 1. f. 603. vers. Hic etiam adijcitur: Matienzo ea l. 22. glo 8. num. 10. Azebedo ead. l. n. 2. P. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 26. §. In regno Castellæ. Nec talis contractus firmatur iuramento. Quia ea lex expresse resistit contractui, & iuramẽto. Sic Matienzo, Perez, Azebedo n. 6. proximè citati, Gutier. auth. Sacramenta puberũ, n. 47. C. aduersus vendit. Hæc tamen vt filiusfamilias & minor non teneantur ex tali contractu pecunia credita facto, intelligenda sunt eisdem limitationibus, quibus tradunt DD. filiumfamilias nõ teneri ex mutuo. Vt probat Gutier. d. auth. Sacramenta puberum, à n. 50. vsque ad 61. & præcipuè, n. 54. Quas limitationes refert Greg. Lopez l. 4. verb. Prestado, & verb. Cauallero, tit. 1. p. 5. Ant. Gom. to. 2. var. c. 6. num. 2. Ducñas reg. 370. Perez d. l. 1. f. 603. à vers. Fallit secundò, Matienzo d. l. 22. glo. 3. & 4. Azebedo ead. l. num. 5. Gutier. d. auth. Sacramenta puberum, n. 48. 51. 57. 76. 77. 78. 86.

30 Ex dictis infertur pro materia de ludo, id quod communiter docent DD. lucrantem à minoribus teneri lucrũ restituere: non ita indistinctè verum esse. DD. hi sunt D. Thom. 2. 2. q. 32. a. 7. ad 2. Medina C. de restitut. q. 22. §. Vt igitur in summa dicam: D. Anton. 2. p. t. 1. c. 13. §. 3. inu. Sotus l. 4. de iust. q. 5. a. 2. vers. Hæc demum, Castro l. 2. de lege pœn. c. 2. corell. 3. init. Bañes 2. 2. q. 32. a. 7. circa solut. D. Thomæ ad 2. & ibi Aragon circa eandem solut. Alcocer lib. de ludo, c. 14. §. El primero caso, Lud. Lopez lib. 2. de contract. b. c. 21. Paulò post princ. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 189. nu. 1. & 3. Et ex multis peritis, Sylvest. verb. Ludus, q. 11. dict. 1. Conar. reg. Peccatum 1. p. §. 4. nu. 4. vers. Deinde illud, Petr. de Conar. de remedio luserum, 3. p. c. 1. Sarmiento de restitut. 1. p. c. 2. n. 5. Azebedo li. 8. recop. t. 7. l. 2. n. 88. Sed hoc pacto distinguendum est, si minor sit pubes, & curatore careat, non tenetur lucrans restituere, donec minore restitutionem petente iudex lucrantem ad eam cogat. Ratio est, quia hic minor naturaliter & ciuiliter obligatur ex cõtractu, cui beneficio restitutionis, (vt diximus n. 4. Quare caute Angles florib. n. 2. p. q. de ludis resitt. a. vn. dub. 1. f. 289. Alcocer l. de ludo, c. 16. f. 101. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 191. num 3. & in bulla compositionis casu 10. n. 35. limitarunt, quãdo minor curatorem habet. Si autem minor curatorem habeat, vel si impubes pubertati tamen proximus, sustinendo potiorem sent. valde probabilem, quam retuli n. 20. asserentem hunc sine curatoris auctoritate contrahentem non obligari naturaliter: consequenter dicendum est, lucrantem teneri restituere: & in hoc casu vera est sent. prædictorum auctorum: & cum sit valde probabilis, potest minor illi nititens non soluere pecuniam in ludo amissam. Cæterũ retenta sent. probabiliori relata, n. 21. vt impubes pubertati proximus, & minor sine tutoris aut curatoris auctoritate contrahentes obligentur naturaliter: dicendum est lucrantem à minori, vel pubertati proximo, vel aliter cũ illis contrahentem absque curatoris auctoritate, non teneri restituere, interim dum minor vel tutor loco illius id non repetit coram iudice, vtens beneficio restitutionis. Quia licet minor vel impubes ille eo contractu dominium non transtulerit, (vt dicemus nu. 36.) at tenebatur naturaliter & in foro conscientiæ stare contractui, dum non eliditur beneficio restitutionis: ergo lucrans non tenebitur restituere: ad hoc enim non desideratur translatio dominij in accipientem, sed satis est habeat ius accipiendi ac retinendi. Sic P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 224. ad finem, §. Ex dictis infero, & to. 2. disp. 519. §. Quod dictum est. Hoc autem necessario intelligẽdum in ijs casibus in quibus diximus pupillum, & minorem obligari naturaliter. Præterea si minor iuret contractum ludi, vt si iuret se soluturum vel non repetiturum, tenebitur soluere, nec poterit vti beneficio restitutionis, nisi in casibus in quibus maiori conceditur repetitio: & hoc verum est, siue minor ille curatorem habeat, siue illo destitutus sit: quia iuramentum supplet defectum minoris ætatis, firmatque contractum, excluditque restitutionem ratione minoris ætatis concessam: (vt probaui nu. 13.) Si autem ludens & iurans sit impubes pubertati proximus, & sine auctoritate tutoris ludat, sustinendo sententiam relatam nu. 15. dicentem eius iuramento firmari contractum, idem dicendum est: sustinendo autem oppositam veriorem relatam num. 16. potest impubes petere relaxationem ratione imperfectæ ætatis, & ea obtenta vti beneficio restitutionis, ante obtentam vero relaxationem astringitur iuramento: vt probaui n. 17.

31 Secundò infertur, temperandũ esse quod tradunt alii qui Doctores, nempe habentẽ rem à minori sine tutoris auctо-

auctoritate, quouis titulo habeat, tenere restituere. Hi sunt, *Innoc.c. Quia plerique, n 3. vers. Sed quid dices, de immunit. Eccles. Sotus l. 4. de iust. q. 5. a. 3. vers. At quo rei punitum, Ledesm. 2. p. 4. q. 18. a. 1 dub. 12. f. 227. col. 2. fine, Anton. Gom. l. 3. Tauri, n. 124. Sarmiento de reddit. 1. p. c. 2. nu. 4. & 5. Mercado lib. 3. de contract. lib. 2. §. 7 publicada lo postura.* Et pro eadem parte est *Syluest. Restituere, 2. dict. 5.* vbi ait soluētem debitum, pupillo sine tutoris auctoritate, non liberari, nisi pupillus habeat apud se, vel factus sit locupletior, & proinde teneri iterum soluere: addit *Sarmiento n. 6.* posse alterum rem detinere donec pupillus soluat sibi pretiū, quatenus factus est locupletior, quod si locupletior non sit effectus, sed pecunias perdiderit, teneri emptorem rem gratis restituere. Sed hoc temperādum est, si enim teneamus pupillum & minorem obligari naturaliter, dicēdum est non teneri alterum restituere, donec minor læsus vtatur beneficio restitutionis. Quia valet is contractus in foro conscientiæ, donec rescindatur. Sic docent *Anton. d. c. Quia plerique, n. 12. & ibi Abbas n. 31. P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 124. ad finem, § Ex dictis infero.* In hoc tamen casu erit veriſſima prior doctrina, cum minor siue curatorem habens, siue illo destitutus, alienat rem immobilem sine iudicis decreto. Quia ex tali contractu nec ciuiliter nec naturaliter obligatur: vt probant n. 26.

23 Inquires autem, an si minor nequeat absque magnis expensis petere coram iudice restitutionem, possit occulta compēsatione vti? Affirmant *Cordoba sum. q. 155. & Lud. Lop. 1. p. instruct. 2. edit. c. 124. §. Si autem talis minor.* Sed hoc minimè credo, nisi quando talis esset læsio, vt alter citra omne dubium teneretur in foro conscientiæ restituere ante omnem iudicis sententiam. Quoniam beneficium restitutionis minoribus læsis concessum, non est, vt alter teneatur ipsius ante iudicis sententiam resarcire læsionē, sed vt minores ipsi gaudeant hoc priuilegio, vt iudex audita parte possit concedere ipsis restitutionem. Vt cōstat ex *l. Si curatorem, C. de in integr. restit. ibi, implorare in integrum restitutionem non prohiberi, si necdum tempora præfinita excesserint, causa cognita.* Et *l. 5. t. 11. p. 5. ibi, mas si se fuessen enganados, que la dē esto, puede pedir al juez, en manera de restitucion que la dē soltegue.* Præterea, quia minor extra curatore cum obligatur naturaliter & ciuiliter, cogetur à iudice stare contractui, dum restitutionem non petit: ergo eo beneficio non gaudet dum restitutionem minimè petit, & proinde idem dicendum est de minore curatorem habente. Quia (vt diximus n. 4.) vterque minor læsus æquè gaudet hoc beneficio. Tandē, quia perdens ludis lege interdictis actionē habet ad repetendum lucrum coram iudice *Auth. Alearum, C. de relig.* at non potest inconsulto iudice cōpensatione vti, & si soluat, peratq; postea auctoritate priuata lucrū sibi restituit, non tenetur alter donec cōdemnetur. Vt docent ferè omnes DD. in materia de ludo, & potest
33 videri in *Conar. reg. Peccatū 2. p. §. 4. ad fin. vers. Hinc tollantur.*

Rursus inquires, esto minor qui re vera soluit, non possit propria auctoritate recuperare, nec compensatione vti tantundem retinendo, an possit non soluere pecuniam, vel aliam rem promissam, sicut potest solutione facta petere coram iudice restitutionem? In simili quæstione, nempe, in casibus, in quibus datur repetitio pecuniæ amissæ in ludo ipsi perdenti, negant aliqui posse tuta cōscientia non soluere. Ducuntur, quia alias non esset verū, minorem habentem curatorem, eiusque auctoritate cōtrahentē, vel si eo careat, obligari naturaliter & ciuiliter, cum beneficio petendi restitutionem, quando læsus est. Cuius cōtrarium vt certum statuimus, n. 4. si enim potest retinere, & nō soluere, minimè tenebitur stare cōtractui. Secundò, quia is contractus non redditur irritus, & ita aliter non tenetur restituere, antequā minor petat: vt docent *Abb. c. Quia plerique. n. 28. de immun. Eccles. Anton. Gom. l. 3. Tauri, n. 124. ad fin.* sed tantum datur actio minori, vt petat coram iudice rescissionē, ergo dū nō petit, tenebitur soluere. Et ita in hoc casu docet *Alcoçer libro de ludo, c. 33. fine.* Et in simili casu, quādo datur repetitio in ludo, vt nō obstante actione quam habet perdens ad repetendū, teneatur soluere, docent *Alcoçer ibi, concl. 3. Metina C. de restit. q. 22. §. Corollariè sequitur, Castro l. 2. de lege pœn. c. 2. corol. 3. Salon 2. 2. ante q. 62. q. 5. de dominio a. 6. f. 561. Franc. Garcia l. 2. de contract. c. 19. f. 589. & seq. Azebedo lib. 8. recop. t. 7. l. 8. nu. 5. Bañes 2. 2. q. 32. a 7. f. 1182. Valentia 2. 2. disp. 5. q. 6. punct. 5. dub. 8. §. Hæc sententia:* & dicit esse valde probabile *Aragon referendum n seq.*

Quamuis autem hoc sit valde probabile, verius tamen 34
est, posse tuta conscientia non soluere, nec stare contractui. Quia quoties lex humana iusta negat actionem ad aliquam rem petendam, & simul concedit eiusdem rei possessori & debitori repetitionem, si soluerit, tunc licet possidenti in vtroque foro retinere: ea enim lex præstat auctoritatem at retinendū. Cui enim datur actio, eidem competit exceptio, & retentio: *reg. Qui ad agendum, 61. de reg. iur. in 6. & reg. Inuitus, 197. §. Cui damus, ff. de reg. iur. l. 1. §. Qui superficiem. vers. Num cui damus, ff. de superficiebus, l. Creditori. 5. C. de pact.* Præterea, quia frustra petitur, & esset circulus inutilis, quando aliquid statim restituendum est, *l. Dolo, 8. ff. de dol. mali except. & reg. Dolo, 59 de reg. iur. in 6.* Cū ergo statim repetita ea pecunia debeat auctoritate iudicis restitui, frustranea esset eam soluendi obligatio. Sic expresse colligitur ex *Bart. Extrauag. Ad reprimendam. num. 13. Ant. c. Nouit n 62. & 63. de iudicis,* vbi dicunt si pupillus non soluat id ad quod obligatione naturali tenetur, nō posse denunciari euāgelice; quia si soluat, repetit, & cōceditur sibi restitutio. Si tamen peccaret, clarū est posse denūciari euangelicè. Et ita in alio simili, nempe, cum datur repetitio pecuniæ amissæ in ludo, posse perdētem cui repetitio datur, minime soluere, eo quod actionem habet ad repetendum: docent *Adrian. 4. materia de restit. q. de restit. ludi, quæ incipit, Qui in superioribus. Sotus* licet non ita clare *l. 4. de iust. q. 5. a. 2. ad fin. vers. Vnum autem. Couarr. reg. Peccatum, 2. p. §. 4. nu. 8. vers. Sed & secunda, P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp. 515. conclus. 4. Angles floribus 2. p. q de restit. ludi, fin. Phelipe de offic. sacerd. to. 2. p. 2. l. 5. c. 2. nu. 11. Aragon 2. 2. q. 32. art. 7. ad fin. Carbon q. 42. de restit. concl. 5. Lud. Lop l. 2 de contractibus, c. 22. conclu. 1.* & dicit esse probabile *Alcoçer l. de ludo, 33. conclus. 3.* Quod non tantum est verum, quando actio ad repetendum est perpetua, sed etiam si temporalis sit, id est, tempore limitato concessa, si enim nondum solutio facta sit, quamuis transactum sit tempus quod ius cōcedit repetendi actionem, durat ius excipiendi, & retinendi, quod perpetuum est. Quoniā annalia seu temporalia ad agē dum, sunt perpetua ad excipiendū. *l. Licet. 5. C. de except.* vbi & *glos. fine, & ibi scribentes: Specul. tit. de exceptionib. §. Viso quando exceptiones, n. 49 Bertachin. in repet. verb. Exceptio, sub n. 190.* Nec obstant argumenta contrariæ sent. proposita nu. præced. Ad 1. resp. rem illam esse naturaliter, & in foro conscientiæ debitam dependenter tamen, nisi perdens in ludo, aut minor velit vti eo beneficio, ac legis priuilegio sibi concedenti ius excipiendi, & retinendi. Nec obligatio hæc est frustanea, multum enim deseruit, nam si minor, aut perdens soluat, non poterit vti compensatione nec recipiens tenebitur restituere ante iudicis sententiam, fideiussorque obligabitur: quia omnia secus se haberent, si minor minime obligaretur naturaliter. Ad 2. dic contractum non esse irritum, at cum minori competat actio ad repetendum, subinde ius excipiendi, & retinendi comparat.

Vtrum autem, si contrahens cum minori læso petenti 35
beneficium restitutionis, neget contractum coram iudice, minorq; legitima probatione destitutus, succumbat: peccet id negans, teneaturque restituere? consulendi sunt *P. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 514. §. Dubium est vtrum, quando iuridice, Azebedo lib. 8. recop. tit. 7. l. 1. n. 97. Salon 2. 2. q. 61. fin. q. 5. de dominio, art. 6. post vlt. conclus. §. Quæres hic duo,* qui id disputant in negante coram iudice lucrum comparatum in ludo prohibito, dum perdens illud repetit.

Ad argumenta prioris sent. proposita nu. 20. probān- 36
tia pupillum minime obligari naturaliter, respondetur. Ad 1. dico non inde sequi, leges ciuiles esse iniquas, & fouere peccatum, licet enim minor obligetur naturaliter ex

contractu, at ea lege, vt fas sit illi hoc debitum naturale elidere vtendo aduersus illud priuilegio restitutionis. Ad 2. dic quamuis naturaliter obligetur, minime eum transferre dominium: quia cum iure ciuili introductum sit vt non solis pactis, sed accedente simul traditione transferatur dominum, *l. Traditionibus, 20. C. de pactis*, id verum est de traditione habili eodem iure ciuili, qualis non est facta à minori sine tutoris auctoritate. Vt probant textus cod. argumento 2. allegati: at adhuc ea possessio reddit rutum in foro conscientiæ possidentem, non enim solum dominium de obligat à restitutione, sed & ius accipiendi, ac retinendi, quod iure quis obtinet solutione facta per minorem ad satisfaciendum obligationi naturali. Ad 3. & textus alios adductos in seqq. argum. ait *Fulgosius l. Quod pupillus, sect. ff. de condict. indebiti*, adeo repugnare sibi Iurisconsultos, vt vaticinari ad eos conciliandos opus sit: glossæ autem super eos textus respondent, dum dicunt pupillum non posse obligari, vel natura non obligari: intelligi de pupillo infantiæ proximo. At melius dic cum *Fulgosio ibi*, dum textus aiunt non posse obligari, intelligi efficaciter & debito vtroque iure exigibili. Quæ expositio colligitur primo, nam verba simpliciter prolata, sunt in potiori significato accipienda, *l. 1 ff. Si ager vectigal. vers. Qui in perpetuum*: & est bonus textus *l. Si is cui, 94. §. Flavius, ff. de solut.* vbi solutio debiti simpliciter facta, intelligitur de debito efficaci. & vtroque iure exigibili. Colligitur secundo, ex *l. Quod pupillus ff. de condict. indebit.* vbi caute *Iurisconsultus* non dixit pupillum minime obligari naturaliter, sed naturam non debere: id enim deberi dicitur quod efficaciter debetur, & ad quod soluendum cogi debitor potest: *reg. Cum ampliùs, 85. ff. de reg. iur.* ibi, *is natura debet quem iure gentium dare oportet*. Vbi pondero verbum, Iure, quod coactionem denotat, teste *Rodolpho Agric. l. 1. de inuent. c. 5.* at hæc obligatio pupilli naturalis non est efficax, licet enim soluat, potest vti beneficio restitutionis, nec datur vis coactiua contra illam, adeo vt *Bart. Extrauag. Ad reprimendum, vers. Denunciationes, n. 13.* merito dixerit pupillum non posse cõueniri via denunciationis euangelicæ ad hoc debitũ naturale persoluendum. Ad confirm. resp. ex illa lege euidenter colligi mentẽ Iurisconsulti esse vt non obligetur naturaliter prodigus, non eo quod dicat non posse obligari, sed quia subdit, *& ideo fideiussor ei accedere nõ potest*. Nã (vt diximus, n. 21.) obligationi naturali bene accedit fideiussor. Ad 2. cõfirm. dic, æquiparari nõ quoad omnia, sed quoad obligationem ciuilem, & efficacem. Ad 3. cõfirm. dic, ex doctrina *Bartoli l. 1. nu. 8. & ibi Paul. n. 6. ff. de nouatio.* quam valde commendat *Greg. Lop. l. 5. verb. Defendido, t. 11. p. 5.* cum prodigo esset administratio perfecte cõcessa, nec concederetur ei restitutio, per assignationẽ curatoris omnino sibi interdici administrationem: & proinde fideiussorem eius non obligari. (vt dixi in solutione ad 1. confirmationẽ.) At minori ante dationẽ curatoris nõ erat perfecte concessa administratio, poterat enim beneficio restitutionis iuuari: & ita reputatur quasi non esset cõcessa, quare dato ei curatore nõ videtur interdicta administratio, sed quod principaliter agitur, est supplere ætatis defectum, & tollere fomentum iuris ciuilis, non vero interdicere administrationem iure naturali cõcessam. Ad 4. resp. dici cõtractum nullum quoad obligationem ciuilem, & efficacem, de qua textus ille agebat, cõstituens discrimen inter minorem curatore carentem, & illum habentẽ, vt ille obligetur ciuiliter, & efficaciter; hic vero minime. Ad 5. patet ex solutione ad 3. non enim dicit *Iurisconsult.* non obligari naturaliter, sed iure naturali, & natura non debere: quæ verba, iure, &, debere, important coactionem, & obligationem efficacem. Quãtum autem ad id quod dicit *Iurisconsultus ea l. Quod pupillus*, nempe, repetitionem dari, si pupillus soluat, die dupliciter: primo, cum *glo. l. Interdum, 29. verb. Locum. ff. de condict. indeb. & l. Si pupillus, verb. Repetere, ff. ad leg. Falc.* repetitionem cõpetere pupillo, & minori, per viam restitutionis: denegandam verò esse minori iure ordinario petere volenti propter obstaculum naturalis obligationis: & eodem modo respondet alijs solutionibus explosis, *Caldas l. Si curatorem, verb. Non absimile, n. 30. vers. Vel aliter, C. de in integr. restit.* Secundò resp. cum *Sarmiento de reddit. lib. 1. p. cap. 2. n. 3.* obligationem naturalem pupilli, imperfectam esse, cum hæc oriatur ex cõsensu, qui naturali iure imperfectus est, & debilis ratione minoris ætatis, *l. 1 ff. de minor.* & ita non mirũ, si omnes effectus naturalis obligationis nõ sortiatur, & detur repetitio: quare *Iurisconsultus ea l. Quod pupillus*, reddens rationem permissæ repetitionis: ait, *quia natura non debet*: intellige, perfecta obligatione naturali. Ad 6. dic, comparari quoad obligationẽ ciuilem. Ad 7. dic, ea pacta rata non haberi, quoad fomentum iuris ciuilis, & obligationẽ ex eo cõsurgentem. Ad vltimum dic, argum. à contrario sensu nil probare, vbi oppositum est alio iure definitum: (vt dixi hoc l. 6. disp. 21. n. 9.) Quare cùm ex multis textibus constet pupillum obligari naturaliter, argum. inductum ex illa lege, à contrario sensu, ad probandum oppositum, est inefficax.

SVMMARIVM.

Non potest minor absque iudicis decreto donare arrarum nomine immobilia, aut mobilia quæ seruando seruari possunt: nec oritur inde obligatio naturalis. n. 37.

Ratificatur transactio quinquennio postquam minor fuerit maior effectum. n. 38.

Potest minor in bonis mobilibus quæ conseruando conseruari nequeunt, arras donare absque iudicis decreto. n. 39.

Desideratur tamen curatoris auctoritas, absque illa tamen obligatur minor naturaliter. n. 40.

Si dederit moderatè arras, non potest petere restitutionem. Et quæ ratio accipienda hæc moderatio. n. 41.

Quid de sponsalitia largitate. nu. 42. Et quid si intermixtas iuramento. n. 43.

QVÆSTIO III. An possit minor arras promittere? 37

Prima concl. Si bona sint immobilia vel mobilia, quæ seruando seruari possunt, desideratur iudicis decretum. Quia per donationem arrarum transfertur dominium in vxorem, bonaque illa alienantur: at horum bonorum alienatio absque iudicis decreto facta, est prorsus irrita, nullamque obligationem etiam naturalem parit (vt diximus n. 6. & 26.) Sic *Caldas l. Si curatorem, verb. Contrahens fecisti, n. 40. C. de in integr. restit. Suarez lib. 3. fori. t. 2. De locatis, l. 1 nu. 65. Greg. Lop. l. 1. verb. En Espana, t. 11. p. 4. Ant. Gom. l. 52. Tauri, n. 14.* dicens eam donationem esse omnino irritam. *Azebedo lib. 5 recop. t. 1. l. 2 n. 12.* Vbi *Matienzo glos. 2. n. 3. Barbosa l. Si ante, 6. ff. solut. matrim. n. 23.*

Secunda concluſio. Quando sine decreto donasset huiusmodi bona arrarum nomine, ratificaretur donatio hæc transacto quinquennio, postquam minor impleuerit 25. annos, *l. Si quando, C. si maior factus.* Sic *Anton. Gom. Matienzo, Azebedo, n. præced. allegati.* 38

Tertia concluſ. Si bona sint mobilia, & quæ seruando seruari nequeunt, vt pecunia, &c. non requiritur decretum iudicis. Quia ad horum bonorum alienationem id non exigitur. Sic *Suarez, Ant. Gom. Matienzo, Azebedo, Barbosa n. 24.* quos omnes retuli n. 37. 39

Quarta conclu. Desideratur tamen curatoris auctoritas, si minor curatorem habeat. Quia de omnibus minoribus curatorem habentibus dũ contrahunt, id definitur, *l. Si curatorem. C. de in integr. restit.* & in specie probatur ex *l. & l. Mulier, C. de iure dotium.* Sic *Suarez n. 66. Matienzo, & Azebedo, Barbosa n. 24.* quos retuli n. 37. Adde tamen si absque curatoris auctoritate promittat, aut donet arras, obligari eum naturaliter: iuxta tradita n. 21. 40

Quinta concl. Si minor dederit moderatè arras, nõ potest implorare restitutionis beneficium. Quia fecit quod quilibet maior & prudens gessisset, *l. Non videtur, C. de in integr. restit. l. Cum plures, §. fin. ff. de admnistr. tutor.* Sic *Suarez. Ant. Gom. Matienzo, Barbosa n. præced. allegg.* Hanc autem moderatam quantitatem explicant *Ant. Gom. & Matienzo ibi*, si minor arrarum nomine decimã suorum bonorum partem donauerit. Cum hæc quãtitas lege præscripta sit. Sed melius *Suarez. n. 66.* dicit, licet vltra decimam sint arræ immoderatæ in maiori, & in minori excedituri enim decima lege taxata, at in minori etiam decimam posse esse immo- 41

immoderatam, vt minori restitutio competat, nimirum, quando attenta vxoris & viri qualitate reputaretur arbitrio prudentis immoderata.

42 Sexta concluſ. Idem dicendum est de sponsalitia largitate per minorem promissa, quod quinque conclusionibus præcedentibus de arris per ipsum promissis diximus. Quia eadem est ratio.

43 Tandem monuerim omnia tradita conclusionibus præcedentibus accipienda esse nisi minor arrarum aut sponsalitiæ largitatis contractum iuret: valebit quippe accedente iuramento, licet immobilia donet arrarum nomine, absque curatoris auctoritate iudicisque decreto. vt bene tradit *Azebedo lib.5. recop.t.2.l.2.n.12.* Nec poterit vti beneficio restitutionis, nisi casu quo maiori competeret. Quia iuramentum efficit maiorem, firmatque huiusmodi contractus: vt latè probauimus n.13.

DISPVTATIO. XXXIX.

Vtrùm filiusfamilias possit arras promittere inconsulto patre?

SVMMARIVM.

Filiusfamilias potest inconsulto patre contrahere, & ex omni contractu obligatur ciuiliter & naturaliter, nec potest pater huiusmodi obligationem irritare, n.1.

Et est impubes, non potest contrahere etiã circa castrensia, vel quasi, n.2.

An obligetur ex mutuo, & voto, n.3.

Nam potest pater amouere filium puberem, quando ad certo tempore ministrandum se obligauit, n.4.

An possit cogere filium, vt sibi ministret? n.5. Et an teneatur filius cum patre habitare possit que pater eum recedere volentem impedire n.6 Et filium se vendere possit?

An possit filiusfamilias contrahere circa aduentitia quorum pater habet usumfructum, vel etiam proprietatem alienare, vel hypothecæ subiacere sine patris licentia? n.7.

An in regno Castellæ possit filiusfamilias alienare proprietatē tertia partem aduentitiorū absque patris licentia: Refertur opinio affirmãtis, n.8.

Opinio auctorum, n.9. Et explicatur l.6. Taurinorum l.1.tit.2. lib.5. recop.

An possit pater irritare vota realia filiifamilias excedentia 25. annos & vnius anni exeuntis filios à patria potestate? n.10.

Quæ res possit arras promittere filiusfamilias? n.11.

Quælibet res possit promitti sponsalitiam largitatem? n.12.

1 PRÆMITTENDVM est filiumfamilias posse inconsulto patre contrahere, & ex omni contractu absque licentia patris inito, obligari naturaliter & ciuiliter, ac si esset paterfamilias. Habetur expresse *l.Tam ex contractibus.57.ff.de iudicijs*, vbi, *tam ex contractibus, quam ex delictis in filiumfamilias competit actio.* & §. *Inutilis, instit. de inut. stip.* ibi, *seruum non solum domino suo, sed nec vllis alijs obligari potest: filij verò familias alijs obligari possunt.* Et melius *l.Filiusfamilias ex omnibus, 38.ff. de act. & oblig.* ibi, *filius familias ex omnibus causis tam quam paterfamilias obligatur, & ob id agi cum eo tamquam cum patrefamilias potest.* Et *l.fin.* §. *Pupillus.ff.de verb.oblig.* Ratio autem cur sine curatore non obligetur illum habens saltem ciuiliter, (vt dixi disp. præc. nu. 4.) & tamen filiusfamilias obligetur sine patre: ea potest esse quam ad aliud propositum reddit glos. § *Pupillus, verb. Patre, Inst. de inut. stip.* quia curator datur ad supplendam imbecillitatem intellectus, ac ætatis minoris imperfectionem circa contractus ineundos. Vnde fit vt deficiente curatoris auctoritate quando minor illum habet, ius ciuile contractui non assistat, & subinde non oriatur obligatio ciuilis: at partia potestas est ad corrigendum. Sed cur potest pater irritare vota filiifamilias realia, saltem ante xxv. annum emissa, & tamen non potest irritare, ac impedire obligationem homini factam? Dic cum glos. *l.2. verb. Non obligantur. ff. de pollicitationibus*, rationem esse: quia minus agitur cum Deo, quam cum hominibus, *l.Celsus.ff. de recept. arbitr.* Sed cur iure communi non poterat filiusfamilias testari, permittebatur tamen ipsi contrahere. Resp. cum *Ant Gom.10.2.var.c.1.nu.2.* eam esse rationem, quia licet actu bonis careat, ac potest habere, cum contractu inito viuus maneat, & acquirere possit, efficique sui iuris: ac testari nequit: quia nec bona habet, nec potest habere, eo quod statim obiturus sit.

2 Intelige tamen, quando filiusfamilias est pubes. Habetur expresse, §. *Pupillus, Inst. de inutil stipul.* ibi, *sed qui in potestate parentis est, impubes, ne auctore quidem patre obligatur*: vbi *glos. verb. Patre.* quærit cur impubes auctore tutore obligetur ciuiliter & naturaliter, non autem auctore patre. Et respondet rationem esse. Quia impubes habet tutorem obligarum, si male auctoritatem præster: patrem autem minime. *l.Cum oportet, §. Sub hac tamen. vers. Non autem hypothecam, C. de bonis quæ liberis.* Idem habetur expresse, *l.fin.* §. *Pupillus.ff. de verb. oblig. & ibi glos. verb. Pupillus*, reddit eandem rationem. Quod etiam verum est, circa bono castrēsia, vel quasi. Vt optime probat *P. Mol. to.1. de iust. disp.130.* §. *Licet filiusfamilias, & to.1. disp 261.* §. *Filiusfamilias.* Intelige tamen impuberem filiumfamilias non obligari ciuiliter: nam obligari naturaliter si pubertati proximus sit, omnem impuberem, dixi disp. præc. n.21.

3 Secundò intelige, nisi in mutuo & in voto: ex his enim non obligatur filiusfamilias etiam pubes absque patris consensu. Sic *glos. Instit. de inut. stip.* §. *Item inutilis, verb. Obligari, Couar. rubr. de test. am. 3.p.n.6. Molina l.2. de primog. c.9.nu.14. Padilla l. Fratris. nu.10. C. de transact. Matienzo lib.5. recop.t.10.l.7.gl.2.n.25.* Et de mutuo constat ex toto *tit ff. ad SC. Macedon.* De qua re dixi remissiue disp. præc. n.29. His adde de contractum pecunia credita factum: vt eod. n. 29. explicui. De voto autem constat ex *d.l.2. verb. Voto. ff. de pollicitat.* ibi, *filiusfamilias & seruus voto sine domini patrisue auctoritate, non obligantur.* Quod sano modo accipiendum est, vt intelligatur irreuocabiliter: potest enim pater votum filiifamilias ante pubertatem emissum, si personale sit, irritare, si autem reale, potest vsque ad vigesimum quintum annum: & an possit post eam ætatem, dicemus n. 10.

4 Hinc infertur minime posse patrem amouere filiumfamilias puberem qui se obligauit ad certo tempore ministrandum alicui. Quia obligatur ex contractu instar patrisfamilias, vt diximus n.1. Sic docent *Alberic. l. Velati, nu. 26. ff. de iust. & iur. & ibi Zasius n.3. Claudius nu.8. Iason lib.1.* §. *Huius studij, num. 16. ff. de iust. & iur. Padilla l. Fratris, nu.11. C. de transact. Gutier. de iuram. 1.p.c.5.nu.5. & 6.* Quamuis contrarium minus bene doceant *Odofred & Martin. de Fano*, quos refert *Padilla ibidem.*

5 Secundò infertur, minus bene sensisse *Angel. cons. 85.n.3.* quem sequuntur *Boerius decis. 195.n.5. Padilla l. Fratris, nu.11. C. de transact.* dicentem posse patrem compellere filiumfamilias puberem, vt sibi ministret. Quod probari potest ex *l. Sicut, 48. ff. de oper. libert.* ibi, *patronæ, filiæ, nepti, & proneptipatronæ, operarum exactio non denegatur.* Sed dicendum est non posse. Quia filius tenetur ad operas obsequiales patri, & de his intelligatur *ea lex Sicut*; id est, tenetur ad obsequendum patri in gubernatione domestica non autem tenetur ad operas industriales. *l. pen. ff. de obsequijs*, ibi, *pietatem liberi parentibus, non operas debent.* Vt docent *Bald. auth. Ex testamẽto. n.6. versic. Quid enim si lucratus, C. de collat. Paul. auth. Vnde & si parens n.6. ad fin C. de inoffic. test. Iason l. Illud, n.7. vers. Vltima opinio, C. de collat. Cerasius l. Frater à fratre, n.47. ff. de condict. indeb. Gutier. de iuram. 1.p.c.5.nu.3. Padilla d.nu.11.* Et in propris terminis, non posse filium compelli à patre vt sibi ministret, docet multos referens, *Gutier. eo.c.5.n.4.* Tenebitur tamen filius patri ministrare lege pietatis, quando pater adeò inops esset, vt vitam traducere commode non posset. Vt bene docent *Angel. verb. Filius nu.30. Nauar. sum.c. 14.n.13. Manuel 1.tom. sum.c.14.nu.6.* addunt bene *Nauar. & Manuel*, hoc esse verum, licet pater arte notit quam exercens posset vitam tueri, quando absque dedecore eam exercere minime posset. Cuius sententiæ est etiam communis opinio, docens non posse filium relictis parentibus in magna necessitate constitutis, si in seculo sua opera ac industria subuenire possit, ingredi religionem: si enim minime teneretur ad operas industriales parentibus egenis, posset vtique ingredi.

6 Tertiò infertur, minus bene dixisse *Angel. cons. 85.nu.3. & Boerium decis. 195.n.5. Baldum Nouell. de dote, p.7. priuileg 34.n. 5. vers. Et sicut*, vbi aiũt ita teneri filiumfamilias habitare cũ patre, ac vxorem cum viro. Sed dicendum est, si filius nolit alimenta à patre recipere, velitque honestũ vitæ genus

quærere, non posse impediri à patre non indigente filij opera, quominus alio proficiscatur. Primò, quia contrariũ esset hominem liberum, seruilis conditionis efficere, contra *l.1.ff. si quis à parent. fuer. manum.* Item quia filiis in hoc conceditur libertas & voluntas, *l. fin. ff. de liberis exhiben.* ibi, *cum liberam facultatem abeundi vel remanendi haberet.* Præterea, quia peculiare est correctionis gratia vt possit pater filiũ modico tempore inclusum habere, vt docent *Bart. l. Ex facto. fine. ff. de hared. instit. Felin.* alios referens, *c. Cum contingat, n. 8. de foro compet. Alciatus reg. 1. præsump. 3. Pinel. l. 1. p. 2 n. 55. C. de bonis matern. Sotus l. 5. de iust. q. 2. a. 3. fin. Salon. 2. 2. q. 65. a. 3 fin.* Vnde bene infert *Pinel.* non posse patrẽ absq; causa iusta impedire filium ad Indos proficisci volentem. Pro eadem sententia est *Padilla l. Fratris, n. 10. C. de transact.* vbi multis DD. citatis contra alios sentit posse filium familias inuito patre se venundare ad pretium participandum.

7 Secundò supponẽ dum est, circa quæ bona possit filiusfamilias licentia patris minime requisita contrahere: quãuis enim proprietarius extraneus vendere proprietatem inuito vsufructuario possit. *l. 2. C. de vsufruct.* at filius familias proprietarius nullo modo potest vendere, vel alienare, aut obligare proprietatem aduentitiorum in quibus pãter habet vsumfructum, inuito patre, propter paternã reuerentiam: & ita nequit de his contractum facere. Habetur expresse *l. fin. §. Filius autem, C. de bonis quæ lib.* ibi, *filius autem familias in iis dumtaxat casibus in quibus vsusfructus apud parentes constitutus est, donec parentes viuunt, nec de eisdem rebus testari permittimus neque citra voluntatem eorum in quorum potestate sunt vlla licentia eis concedenda dominium rei ad eos pertinẽtis alienare, vel hypothecæ titulo dare, vel pignori assignare.* Et ita docent *Anton. Gom. l. 6. Tauri, nu. 14. Caldas l. Si curatorem, verb. Lesis, n. 152. C. de in integr. restit. Molina* multos referens, *lib. 2. de primog. c. 9. n. 20. Cæruantes l. 5. Tauri, n. 26. P. Molina to. 1. de iust. tract. 2 disp. 228. f. 149.* & melius *2. to. disp. 161. f. 41.* vbi probat filiumfamilias puberem minorem viginti quinque annis posse circa aduentitia contrahere, de patris licentia contra alios id solum concedentes, quando filius est maior viginti quinque annis.

8 Grauis autem est difficultas, an ius hoc commune correctum sit in Castella, quoad tertium bonorum aduentitiorum, possitque filius familias absque patris licentia cõtractum facere, alienareque illud quoad proprietatem, seruato patri vsufructu, dum iure sibi competit? *Caldas l. Si curatorem, verb. Lesis, nu. 152. C. de in integr. restit.* affirmat esse correctũ & sic posse per *l. 6. Tauri, hodie l. 1. tit. 8 lib. 5. recop. Castell.* ibi, *los ascendientes suceedan alos descẽdientes en todos sus bienes pero bien permittimos que no embargante que tengan los dichos ascendientes, que en la tercera parte de sus bienes puedan los dichos descendientes disponer en su vida, o hazer qualquier vltima voluntad.* Vbi ponderanda sunt ea verba, *puedan disponer en su vida.* Item quia cum eisdem verbis loquatur de dispositione in vita, & in vltima voluntate, si per illam legẽ non esset permissum filio familias per viam contractus, & dispositionis inter viuos disponere de tertia bonorum parte, id vtique non liceret etiam per viam testamenti: quod falsum est, vt constat ex *l. 5. Tauri, hodie l. 4. t. 4. libr. 5. recopil. Castellæ.*

9 Cæterum verius est, per *l. 6. Tauri*, non esse correctum ius commune quoad dispositionem filijfamalias inter viuos, & ita non posse per viam contractus disponere de tertia bonorum parte, etiam quoad proprietatem absque licentia patris habentis in illis vsumfructum. Prob. quia à iure communi recedendum non est nisi expresse eius correctio sit in iure nouiori, & verba impropriandа sunt, vt hæc eu itetur. (vt dixi li. 1. disp. 7. n. 6.) sed in *l. 6. Tauri*, non fit mentio de filiofamilias, sed tantum dicitur, *los descendientes puedan en perjuizio de los ascendientes, disponer en vida, &c.* ergo vt vitetur iuris communis correctio, debet intelligi secundum ius commune, de filiis qui sunt sui iuris, Et confirm. quia *l. 5. Tauri*, expresse agens de filiis familias solum concessit via testamenti disponere, ibi, *el hijo, o hija que esta en poder de su padre pueda hazer testamento como si ellu-*

uiesse fuera de su poder. At quoad potestatem contrahendi nihil dicit, cũ ergo sit casus omissus, manet in dispositione iuris communis, *l. Commodissime ff. de lib. & posthum.* Nec obstat quod in contrarium adduximus, nempe, non probari ex *ea l. 6.* filiumfamilias posse testari de tertio bonorum. Quia id fateor: de eo dicitur tamen *l. 5. Tauri*, posse testari ac si esset sui iuris, & cum *l. 6. Tauri*, decidatur filium effectum sui iuris posse de solo bonorum tertio disponere, consequenter idem dicendũ est de filiofamilias. At circa contractus nil disponitur de filio familias, & ita manet in correctum ius commune. Sic tenet *Cæruantes li. 3. Tauri, n. 55. & seqq.* & eiusdem sent. est clarè *Molin. l. 2. de primog. c. 9. n. 20* iunct *n. 12.* nam dicit *n. 12.* posse filiumfamilias in testamento maioratum instituere, absque patris licentia: & *n. 20.* non posse per viam contractus: vbi necesse est vt intelligat etiam de tertio bonorum: nam si intelligeret vltra tertium bonorum, nulla esset differentia inter contractum & testamentum, cum neutro casu vltra tertium disponere possit, iuxta *d. l. 6. Tauri.*

Hinc infertur pro materia de voto, non esse certum id 10
quod communiter tradunt DD. nimirum, solũ posse patrem irritare vota realia filijfamilias emissa ante xxv. annum. Quia vsque ad eam ætatem denegatur illis bonorum administratio. Sic *Angel. Votum, 2. n. 6. Syla. Votum, 4 qu. 2 dict. 2. Navar. sum. Lat. & Hisp. c. 12. n. 70. D. Ant. 2. p. t. 11. c. 2. n. 6. Sotus l. 7. de iust. q. 3. a 2. vers. Ex his sic dispositis. Angles floribus, 2. p. qu. de voto a. 7. diffi. 12. dub. 8. f. 119. Martina l. 1. summæ, c. 114 §. 7. f. 90. fine, & seq. Margarita const. Borũ de irritat. voti, f. 138. Alcoçer sum. c. 16. concl. 4. f. 56. Argon. 2. 2. q. 88. a. 9 ante lo post princ. & §. Circa 4 conclus. Lud. Lop. 1. p instruct. c. 48 §. Vota personalia: Vega l. 4 sum. casu 414. Manuel 2 to. sum c. 91. n. 3. Philarc. de offic. sacerd. to. 1. p 2. d. 3. c. 18. §. Quod vtrũ.* Cæterum probabilius cẽseo posse, in quacumque ætate filiusfamilias vota realia emiserit, ea patrem irritare. Prob. quia ratione ætatis non eximitur filius à patria potestate, licet senex sit: cum nullo iure id cautum sit. Vt docent *glos. l. fin. §. Pupillus, verb. Pupillus, ff. de verb. obl.* & ibi omnes scribentes, *Suarez. libr. 1. legũ fori, ti 11. l. 9. vers. Vnum nota. Ant. Gom. l. 47. Tauri, nu. 1. Perez. l. Cordin. 8. l. 1. f 128. Matien. lib. 5 recop. t. 1. l. 8. gl. 1. n. 2.* Et ex altera parte nullam habet bonorum administrationem aduentitiorum, dum est sub patris potestate constitutus, nec ea potest vllo modo inconsulto patre alienare, vel de eis disponere: (vt probaui n. 7.) ergo votũ emissum à tali filiofamilias cuiusque ætatis sit, circa ea aduentitia in quibus pater habet vsumfructum, potest ab ipso patre irritari. Et confirm. quia *l. 2. ff. de pollicitat.* vniuersaliter dicitur filiumfamilias non obligari ex voto: & solum DD. excipiunt quando talis filius habet peculiũ castrense, vel quasi: ergo cum filius hoc peculio careat, potest pater eius vota realia irritare in quacumque ætate filius familias sit: si quidem durat patria potestas in patre, & defectus administrationis in filio. Præterea, quia (vt bene tradit *Sylvest. Votum, 4 q. 2. dict. 5.*) ratio potestatis irritandi vota realia filijfamilias minoris, non est defectus voluntatis, sed præiudicium patris, quo inconsulto nequit filiusfamilias vllo modo circa aduentitia obligari, cuiuscumque sit ætatis. Et hanc sent. clarè videtur tenere *Tabiena Votum, 2. q. 5. n. 6.* vbi dicit alta vota filiorum puberum, præter votum religionis non esse rata, dum sunt in patria potestate. Et expresse tenet tamquam valde probabile dicens sic tenere aliquos neotericos, *Vivald. Candid. sacramentorum, 3 p. c. 14. n. 92.*

His præmissis sit prima conclusio. Potest filiusfamilias 11
arras inconsulto patre promittere. Prob. ex dictis n. 1. potest enim quemcumque inire contractum: & si quidẽ eas promittat de bonis præsentibus & futuris, decima bonorum quam potest promittere, computabitur attenta bonorum quantitate quæ possederit tempore quod elegerit vxor, vt sibi assignentur arræ: iuxta tradita hoc 6. lib. disp. 29. num. 5. Si autem vel de solis bonis præsentibus, vel absolute de bonis suis promittat, (tunc enim de solis præsentibus intelligitur, vt dixi ead. disp. 29. n. 6.) computanda

tanda est decima, iuxta bona quæ tũc possidet filiusfamilias, ad quam computationem faciendã attendenda sunt aduentitia quæ tunc habet, non integre, si arras promittat ante benedictiones Ecclesiæ subsecuras: sed computandus est valor illorum bonorum aduentitiorum, seu iuris quod ad ea habet, cum eo onere vt pater sit vsufructuarius, nec filius possit ea alienare. Deducenda enim sunt onera & grauamina bonorum ad computationem decimæ: (vt dixi ead. disp. 29. n. 12.) Dixi, si arras promittat ante benedictiones Ecclesiæ: quia cum per matrimonium subsecutis iis benedictionibus efficiatur filius sui iuris in hoc Castellæ regno, nec deinceps pater vsumfructum habeat: vt constat ex *l. 47. & 48. Tauri, hodie l. 8. & 9. t. 1. lib. 5. recop. Castel.* Si tunc promitteret filius arras, integrè computandus esset valor bonorum aduentitiorum ipsius: quia tam plenè sunt sua quoad proprietatem, & vsumfructũ. Vnde fit vt etiam si arras promittat ante initum matrim. modicæ considerationis sit ad valorem aduentitiorum æstimandum, vsusfructus, quem pater in illis habet: cùm citò extinguendus sit in hoc regno, nimirum subsecuto matrim. receptisque Ecclesiæ benedictionibus.

12 Secunda conclusio. Similiter potest filiusfamilias promittere sponsalitiam largitatem, tum quia ex omni contractu obligatur, tum etiam, quia hæc non mensuratur iuxta bona quæ possidet, sed iuxta quantitatem dotis vxoris. Vt dixi hoc lib. 6. disp. 24.

DISPVTATIO XL.

An mulier quæ ad secundas nuptias minimè transiit, possit superstitibus filiis, vel ascendentibus, ad libitum soluto matrimonio disponere de arris?

SVMMARIVM.

Proponitur lex 1. tit. 1. de arris lib. 5 fori, in cuius intelligentia versatur disputatio, n. 1.

Quæ sint disputandi casus, n. 2.

Quando mulier non secundo nupsit, & habet descendentes an possit disponere de arris sicut de ceteris bonis, & meliorare in tertia, & quinta illarum parte. & quomodo meliorare in regno Castellæ aliquem ex descendentibus? Refertur opinio negans, n. 3. Et communis verior, n. 4.

Declaratur propositio, n. 5.

An si mulier habeat solos ascendentes, possit ad libitum disponere de arris? Proponuntur argum. probantia partem affirmantem, n. 6.

Oppositio militans, n. 7.

Soluuntur argum. n. 8. Et explicatur l. 51. Tauri, hodie l. 3. tit. 2. lib. 5. recop. & quando exceptio firmet regulam.

1 QVÆSTIO hæc in duplici potest euentu disputari. Alter est, dum mulier non transiit ad secundas nuptias. Et de hoc est disp. præsens. Alter verò, dũ ad eas transit. Et de hoc habebitur sermo disp. seq. Pendet igitur præsens difficultas ex intelligẽcia *l. 1. & 2. de arris, l. 3 fori*, vbi quatuor decidũtur. Primũ est, vt arræ nõ excedãt decimam. Et hoc est confirmatũ l. 50. Tauri, & diximus in superioribus disp. Secundũ, vt vxore defuncta absq; descendẽtibus, nec disponente de arris, succedant in illis maritus ac eius hæredes. Et hoc est correctum per *l. 51. Tauri, hodie l. 3. tit. 2. lib. 5. recop. Castellæ.* Vbi sic dicitur, *si la muger no ouiere hijos, sino dispone expresamente de las arras que las aya el heredero, o herederos de ella, y no el marido, aya la muger haga testamento, o no.* Tertiũ, si mulier filios habeat, vt possit disponere de quarta arrarũ parte reseruatis aliis tribus portionibus filiis: his verbis, *si la muger auiendo hijos deste matrimõ sinare pueda dar por su alma la quarta parte de las arras a quien quisiere, e las tres partes sinquen a los hijos del marido de quien las vuo.* Quartũ, si vxor liberis careat, possit tẽpore vitæ vel mortis ad libitũ de arris disponere.

2 Circa hæc ergo duo vltima quæ disponit lex prædicta fori, duo sunt casus dubij. Primus, an si mulier descendentes habeat, quæ secundò non nupsit, possit de arris disponere, sicut de reliquis bonis, & meliorare in tertia & quinta illarum parte quemlibet descendentem, & quintam partem cuicunque extraneo legare? Secundus, quando descendentibus caret, an possit in ascendentium præiudicium disponere ad libitum de arris?

3 In primo casu, quidam asserunt de sola quarta arrarum parte mulierem posse ad libitum disponere, reseruatis tribus reliquis portionibus filiis, in illisq; filios equaliter succedere, nec concedi matri posse aliquem descendentium in illis portionibus meliorare. Ducuntur, quia vbicunque lex defert aliquid filiis, æqualiter sit diuisio inter illos, *auth. De nuptiis, collat. 4. §. Veniens autem, & auth. Item verum, C de secund. nupt. at d. lex 1. fori*, disponit tres arrarum portiones ad filios pertinere: ergo æquia lance fiet inter eos distributio. Quod si dicas, leges fori non habere vim legum nisi probetur vsus: id minimè prodest. Quia est approbata *in lege 50. Tauri, hodie l. 2. ti. 1. lib. 5. recop. Castellæ.* Secundò, quia *l. 53. Tauri*, disponit, vt si mater filios non habuerit, possit disponere de arris; ergo à contrario sensu eis habitis nequibit disponere. Sic tenent *Suarez lib. 3. fori, t. 2. De las arras, l. 1. n. 70.* licet dicat se nõ omnino id definire: & *l. Quoniam in prioribus, limit. 10. nu. 1. C. de inoffic. test. Ioann. Lopez, vbi de don. §. 27. n. 1. Acebedo li. 5. recop. tit. 2. l. 5. nu. 2.*

Verum omnino tenendum est, posse matrem quæ se- 4
cundò non nupsit, quemcumque ex descendentibus meliorare in tertia & quinta arrarum parte, & meliorationẽ generalem bonorum factam comprehendere arras, posseque quintam partem cuilibet extraneo legare, atque ita nullum esse discrimen in hoc regno Castellæ inter arras, & cætera bona vxoris. Prob. quia lex illa fori, quoad eam partem non est vsu recepta, immo contrarium viu fertur, nec l. 50. Tauri, illam in ea parte confirmat, sed solùm in quantum disponit arras non debere excedere decimã bonorum. Secundò, quia expresè *l. 17. & 18. Tauri, hodie l. 1. & 2. t. 6. li. 5. recop. Castellæ*, absolute conceditur parẽtibus, posse meliorare quemcumque ex descendentibus in tertio & quinto bonorum: & *l. 30. Tauri hodie l. 13. t. 6. lib. 5. recop.* decidit ur posse parentes cuicumque legare quintum bonorum. sed arræ sunt patrimonium vxoris, ipsique acquiruntur: ergo potest de illis disponere meliorando descendentes in tertia & quinta parte, & legando cuicunq; quintam partem. Tertiò, quia *l. 52. Tauri, hodie l. 4. t. 2. libr. 5. recop.* conceditur mulieri posse eligere arras, vel sponsalitiam largitatem, sed de hac potest disponere, sicut de reliquis suis bonis ergo & de illis. Sic docent *Tello l. 9. Tauri, n. 12. Molina l. 2. de primog. c. 10. n. 64. Spino speculo testam. gl. 18. n. 26. Meres de maior. 1. p. q. 54. n. 4. Matienzo libr. 5 recop. tit. 2. l. 3. glos. 1. Vasq. cons. 16. n. 6. to. 1. Angulo de melior. l. 2. gl. 1. n. 5. Gut. 2. pract. q. 8. n. 5. & l. 3. q. 43. à nu. 24.* licet *in fine illius quæstionis* aliquantulum vacillet: *P. Molina to. 1. de inst. tract. 2. disp. 431. §. De arris quas mulier.*

Ad argum proposita, nu. 3. resp. Ad 3. constat ex dictis 5
n. præc. Ad 2. dic solum probare, non posse mulierem habita prole disponere ad libitum de arris. Quia proles succedit in omnibus bonis præter quintum.

In secundo casu, quando mulier solos habet ascenden- 6
tes, videtur posse illam de integris arris disponere: ex *l. 51. Tauri, hodie l. 3. tit. 2. lib. 5. recop.* ibi *si no dispone expresamente de las arras, que las aya en su heredero*: ergo à cõtrario sensu quãdo expresè disponit, potest excludere hæredem: & sic parentes. Nam verbum Hæres, positum in contractibus, vel in legibus, significat directè succedentes in vniuerso patrimonio, *l. fin. C de hared. inst.* & resoluit post *Speculatorem, Guido Pape decis. 457. n. 2. & 591. num. 2.* parentes autem sunt legitimi filiorum hæredes: vt in *toto t. C. de suis, & legitimis heredib.* Secundò faciunt ea verba *d. legis 51. Tauri si la muger no ouiere hijos*: quia ne mulier posset de arris liberè disponere, solum lex considerauit filios, exceptio autem firmat regulam in contrariam, in casibus nõ exceptis, *l. Nam cum liquidè ff. de penu legata. & l. Quæsitum*, 12. *paulò ante §. Si quis fundum, vers. Idem respondit. ff. de fundo instructo.*

His tamen non obstantibus certissimum est, mulierem 7
habentem ascendentes, de sola tertia arrarum parte posse in eorum præiudicium disponere in regno Castellæ. Probatur ex *l. 6. Tauri, hodie l. 1. t. 8. lib. 5. recop.* ibi, *los ascendientes succedan a los descendientes, y les sean legitimos herederos como son los descendientes a ellos en todos sus bienes de qualquier qualidad que sean, & c. pero en la tercera parte de sus bienes puedan disponer.*

Vbi

Vbi pondero ea verba, *en todos sus bienes de qualquier qualidad.* at arræ sunt bona propria mulieris, & ipsius patrimonium: ergo deficienti prole sunt parentes hæredes necessarij dempta sola tertia parte. Deindè pondero ea verba, *sean los ascendientes herederos legitimos, como son los descendientes a ellos*: ascendentium namque, & descendentium successio in omnibus ibi adæquatur: ergo sicut mulier non potest descendentibus præiudicare in totis arris, sed in solo quinto: ita nec ascendentibus nisi in solo tertio.

8 Ad argum. proposita n. 6. resp. Ad 1 dic. argum. à contratio sensu non habere locum, quando contrarium est decisum alio iure (vt probaui hoc l. 6. disp. 21. n. 9.) vt contingit hic, nam *l. 6. Tauri*, decisum est parentes esse hæredes necessarios dempto tertio bonorum. Ad 2. similiter dic exceptionem firmare regulam in casibus non exceptis, nisi alius sit casus alio iure exceptus. Quia quoad illum exceptio non firmat regulam. Constat ex *clem. Exiui, de verb. signif.* §. *Deinde*, & ibi docet *gl. verb. Deinde. & ibi Card. eod.* §. *Ducr ad loco ab except. ad regulam, nu. 5. Gutier. l. 1. pract. q. 111 n. 1. vers. Nihilominus, & l. 3. q. 15. num. 42.* At hic casus quando mulier habet ascendentes, vt non possit nisi de tertia bonorum parte disponere, est exceptus *l. 6. Tauri.*

DISPVTATIO XLI.

An mulier secundò nubēs superstitibus filiis ex priori matri. possit disponere de arris à priori viro acceptis, sicut de aliis propriis bonis: vel teneatur integras seruare iis filiis, illíque succedāt æqualiter, ita vt nullū meliorare possit.

SVMMARIVM.

Filiis prioris matrim. tenetur mulier secundò nubens reseruare quæ à priori marito titulo lucratiuo habuit, non autem quæ oneroso: illique æqualiter succedunt: nec potest aliquem ex illis meliorare: nec hoc est correctum iure canonico, num. 1.

Refertur opinio affirmans teneri reseruare arras filiis prioris matrim n. 2.

Contraria sent. multiplicatur, n 3. Et quid de sponsalitia largitate? num. 4. & quid si alius dedit arras nomine viri? n. 5.

Soluuntur argum. n. 5. Vbi vnitis n. 2. an donatio remuneratoria restringatur filijs prioris matrimonij.

1 PRæmittendum est, vxorem aliquid à marito accipientem siue donatione inter viuos, siue vltima voluntate teneri ad secundas nuptias transeuntem, integrè reseruare filiis prioris matrim. Habetur expresè *l. Fœmina, 3. C. de secund. nupt.* concordat *l. 26. t. 13. p. 5.* Et statim mulier transiens ad secūdas nuptias amittit dominium prædictorum bonorum, transfertur que in filios, retento sibi solo vsufructu. Constat ex *d. l. Fœmine*, ibi, *possideat tantum, atque fruendi in diem vitæ: & auth. Ex testamento, C. eod. tit.* ibi, *eorum solum vsumfructum percipit: & auth. In donatione, C. eod. t* ibi, *deserit eam proprietatem*: & talia bona æqualiter inter filios diuidūtur: nec poterit mater in eis aliquem meliorare, *auth. Locrum, C. eo. tit.* ibi, *lucrum hoc æqualiter inter liberos lege distribuitur, non arbitrio parentis permittitur.* Idem habetur, *§. Venient, auth. de nuptiis*, quæ omnia optimè docet *Ant. Gom. l. 15. Tauri, n. 3.* Hæc autē intelliguntur de iis quæ habet mulier ex bonis prioris mariti titulo lucratiuo: nā quæ habet titulo oneroso, efficiuntur omnino sua, nec tenetur reseruare filiis prioris matrim. sed de eis potest disponere sicut de cæteris suis bonis, vt constat ex illis verbis, *d. l. Fœmina donationibus factis, vel cuiuslibet munifica liberalitatis præmio. Et auth. Hoc lucrum, C. eo. tit.* appellatur hoc, lucrum. Sic cum *Baldo, Boerio*, & multis aliis docet *Ant. Gab. to. 3. commun. l. 3. t. de secundis nuptiis, concl. 1. n. 4. Ioan. Lup. rub. de donat. §. 67. n. 17. vers. Sed re vera. Valasc. cons. 16. nu. 7. to. 1. P. Moli. to. 2. de iust. tract. 2. disp. 431. §. Contrariū.* Nec decisio hæc corrigitur iure canonico: solas enim leges sustulit quæ in secundarum nuptiarū odiū sunt principaliter editæ: hęc autē principaliter in filiorū prioris matrim. fauorē lata est. Sic docēt *Rip., Decius, Guido*, quos refert & sequitur *Valasc. d. cons. 16. nu. 3. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. vlt. n. 7. Ant. Gabr. d. concl. 1. num. 18. Ant. Cucus l. 5. institut. maiorum, t. 12. num. 189. Matienzo lib. 5. recop. 11. l. 3. gloss. 2. n. 2. Molina d. disp. 431. §. Dubium est, vtrum.*

Hoc supposito duplex est sent. Prima ait, nō teneri reseruari arras filiis prioris matrim. sed de illis posse vt de reliquis bonis disponere. Ducitur primò, quia hæc non est donatio simplex, sed remuneratoria: huiusmodi autē donatio non reseruatur filiis prioris matrim. Vt cū *Rip., Bertrand. & Ioan. Nicolao* docet *Ant. Gabr. d. concl. 1. nu. 39.* Secundò, quia arræ non dantur titulo lucratiuo, sed oneroso in compensam pudicitiæ quam vxor viro prostituit, & doris ab ea receptæ, (vt diximus hoc 6. l. disp. 27. num. 3. & 4.) Et confirm. quia communiter arræ deducuntur in pactū instar contractus oneroſi, nec aliter cōuenire vult vxor, vel eius partes agens, nisi tanta arrarū quantitas promittatur. Nec obstat, si dicas principium esse volūtarium. Quia vir nullo iure compellebatur arras promittere. Nam etiam dotem datam sponsæ iuniori, aut nobiliori nō tenebatur sponsus promittere, & tamen non tenetur vxor eam reseruare filiis prioris matrim. (vt diximus hoc l. 6. disp. 8. n. 2.) Et ideo hanc sent. quæ satis probabilis est, tenent *Valasc. d. cons. 16. n. 6. Molina d. disp 431. §. Contrarium*: vbi addit quando sponsa relictis arris eligeret sponsalitiam largitatem, vt sibi conceditur *l. 52. Tauri, hodie l. 4. t. 2. lib. 5. recop.* tunc non teneretur vxor reseruare filijs prioris matrim. sponsalitiam largitatem quoad quantitatem valoris præcise qui arris respōderet: quia quoad eum valorem vim arrarum haberet in materia proposita.

Secunda sent. cōmunior & probabilior, ait teneri reseruare arras filijs prioris matrimonij, quas ab eorum patre mulier accepit, inter illosque esse æqualiter diuidēdas, ex testamento, aut ab intestato, nec posse ex illis instituere maiorarū, aut meliorare quemquam eorū filiorum. Quia donatio arrarum est voluntaria, & ita non habetur ex titulo oneroso, sed lucratiuo à priori viro. Quare hanc sustinent sent. *Ioan. Lup. rub. de donat. §. 67. n. 17. vers. Sed reuera. Suarez l. Quoniam in prioribus, in declarat. ad legem regni. Anno. 10. n. 2. C. de inoffic. testam. & l. 1. t. de las arr. l. 3. fori, n. 73.* vbi ampliat, siue vir dederit arras, siue alius nomine viri: *Palacios Rubios in commun. opin. lit. A. verb. Arra. nu. 251. fin. Molina l. 2. de primog. c. 10. n. 62. Auora de partit. 3. p. q. 15. Gutier. 2. pract. qu. 18. fine, & l. 3. q. 43. n. 25. Azebedo lib. 5. recop. t. 1. l. 4. num. 6. Angulo de melior. l. 2. gl. 1. n. 5.* Fauent *Ant. Gom. l. 15. Tauri, n. 3. & Matienz. lib. 5. recop. t. 1. l. 3. gl. 2. n. 4.* dicūt enim teneri vxorem reseruare filiis prioris matrimonium quidquid habuit à viro causa nuptiarum. Videtur etiam decisum *l. 26. t. 13. p. 5.* ibi, *Las arras e las donaciones que el marido fiziado le onie se dado, en saluo finca a sus fijos del primer marido.*

Sponsalitiam autem largitatem à priori viro acceptam absque dubio tenetur vxor transiens ad secundas nuptias reseruare filiis prioris matrim. Quia est vera donatio perfecta à viro in vxorem. Sic docent *Ant. Gom. Matien. Aurea relatis in præced.* & fatetur *Molina, relatus pro contraria sent. num. 2. fine.*

Ad argu. prioris sent. proposita n. 2. resp. Ad 1. dic eam doctrinam esse veram de donatione remuneratoria debita ex lege iustitiæ: qualis non est hæc. Ad 2. negatur data arras ex contractu oneroso. Quia licet dentur in præmium pudicitiæ, non sunt debitæ, sed ex spontanea maritī voluntate proficiscuntur. Ad confirm. dic, quamuis arræ deducantur in pactum, at principium promittēdi est voluntarium, promissioque fuit liberalis nulla causa ad eam cogente. Nec est simile de dote promissa sponsæ nobiliori, aut iuniori. Quia ibi intercedit causa vrgentissima, pretiosa, æstimabilis, atque ita redditur cōtractus oneroſus. Secus in arrarum promissione. Quia dotæ datæ ab vxore, proprie, & per modum contractus oneroſi correspondet obligatio, qua vir astringitur ad onera matrimonij sustinenda, & ad reddendum integrā dotem soluto matrim. Pudicitia autem quam vxor viro prostituit, nō est cōsideratione digna vt remuneretur: frustraneū enim esset matrim. nisi vxor pudicitiam viro prostituta esset. Quare arrarū promissio potius ex munifica ac liberali maritī ipsius proficiscitur, quā ex titulo, & cōtractu oneroso. Atque hæc ad laudē, & gloriā omnipotentis Dei, & intemeratæ Virg. Mariæ dicta sint: quibus finitur tomus hic prior.

FINIS TOMI PRIMI.

TOMVS SECVNDVS

DISPVTATIONVM

DE

SANCTO

MATRIMONII SACRAMENTO,

Auctore THOMA SANCHEZ Cordubensi,
è Societate IESV.

In hoc secundo Tomo continetur liber septimus, qui de Impedimentis Matrimonij agit.



ANTVERPIÆ
Apud HENRICVM AERTSIVM,

ANNO M. DC. XXVI.

Facultas Patris Prouincialis.

MElchior de Gadea, Prouincialis Societatis IESV, in Prouincia Bætica, poteſtate ad id mihi facta à R. admodum P.N. Claudio Aquauiua Generali Præpoſito, facultatem concedo, vt poſterior Tomus de Matrimonio à P. Thoma Sanchez noſtræ Societatis compoſitus, & virorum grauium atque ſapientium iudicio eiuſdem Societatis examinatus & approbatus, typis mandetur. In quorum fidem has literas manu noſtra ſubſcriptas, & noſtri officij ſigillo munitas dedimus, Cordubæ, die 30. Iunij, anni M.DC.III.

Melchior de Gadea.

APPROBATIO.

DISPVTATIONVM de ſancto Matrimonij Sacramento Tomum alterum de impedimentis, & illorum diſpenſationibus, à grauiſſimo & eruditiſſimo P. Thoma Sanchez, è Societate IESV nunc feliciter editum de mandato Regij ſenatus, ſedula, qua potui, euolui diligentia, & ſumma voluptate perlegi. In quo quidem contenta omnia, præterquàm quòd fidei Catholicæ conſonant, & almæ matris Eccleſiæ ſanctionibus & ſanctorum Patrum dictis minimè repugnant, & bonis moribus non diſſonant, eruditiſſimè ab auctore diſſeruntur, & accuratiſſimè ſententiarum vbertate ac pondere, inſigniáque reſolutione & eruditione perluſtrantur. Tanta inſuper dexteritate auctor de theſauro ſuo noua & vetera proferens, pro eruenda & ſuſtinenda veritate, digladiatur ac dimicat, vt ijs qui illius lectioni ſeſe dederint, magnam, cùm ad Chriſtianam pietatem, tum ad ſacros Pontificum canones & decreta, acceſſionem futurum iri non dubitem; nihil denique ad huius magni Sacramenti perpetuum & indiſſolubilem nexum ſpectans deſiderari poterit, quod ad amuſſim, & conſequenter in hoc tractatu non explanetur. Quare opus digniſſimum cenſeo, quod non ſolùm pro communi ſchole vtilitate in lucem prodeat, typisque quàm citiſſimè mandetur; verum etiam, quod omnium oculis ac manibus continuè verſetur. Datum Matriti, poſtridie Idus Martij, anni Domini M. DC. IV.

Fr. Petrus Epiſcopus Venecenſis,
electus de Gaeta.

ILLVSTRISSIMO
AC
REVERENDISSIMO
D.D.FERDINANDO
NIÑO
DE GVEVARA,
S. R. E. CARDINALI,
ARCHIEPISCOPO HISPALENSI,
A STATV CONSILIARIO
CATHOLICÆ MAIESTATIS,

Thomas Sanchez è Societate IESV S. P. D.

ABSOLVI, Deo auſpice, iam diu inchoatum de matrimonii Sacramento opus duplici volumine incluſum. Quod vt tibi Cardinalis Illuſtriſſime, dicarem, non ſolum mea à me flagitabat voluntas, verùm ampliſſima tua erga minimam Societatẽ noſtram officia, ſuo quaſi iure poſtulabant. Neq; his ſolum adductus rationibus ſum, hunc vt tractatum tui nominis inſignirem patrocinio: verùm vt exiguo quidem (ſi per ſe conſideretur) operi, auctoritatem ſplendoremq; tantum conciliarem, quantum clariſſimæ tuæ dignitatis, ſplendidiſſimæ ſapientiæ, illuſtriſſimæque ſtirpis, lux in omnium mortalium oculis afferet. Excipe igitur hilari fronte, optimarum omnium diſciplinarum patrone inclyte ac Mœcenas alter, munuſculum hoc; exiguum illud ſanè, magna tamẽ animi propenſione oblatum. Quod quidem ſi voluntatis exæquaret ſtudium, tuæ procul dubio reſponderet amplitudini: verumtamen, Antiſtes ampliſſime, ſuppleat quod muneri deeſt, & tua ingens benignitas erga eos, qui ſe ſuaque ſtudia communi Eccleſiæ emolumento voluerunt: & peculiaris illa humanitas, qua me ſemper tuo obſequio tot tantisque nominibus obſtrictum proſecutus es. Foue igitur ſtudii laboriſque mei fructus hos qualeſcumque, quos ſpero maioribus in dies incrementis augendos, cùm tu illos benignis oculis, ac propitio vultu, tanquam Hiſpaniarum noſtrarum, atque adeò Eccleſiæ totius Sol clariſſimus intuearis. Vale, prid. Kal. Iulij, Anno M.DC.III.

PROOEMIVM.

SVperioribus sex libris priori volumine contentis disseruimus de matrimonij firmitate & de qualitatibus, quas consensus desiderat, vt illud firmum reddat; iam de alijs quæ ad complementum materiæ huius de matrimonio supersunt tractanda, disputandum est. Verùm timentes, ne si ea omnia, quæ de grauissima hac materia tractanda restant, in vno tantum volumine continentur, in magnam molem liber excresceret; visum est, id in duos tomos diuidere: quorum hic secundus librum septimum continebit; tertius verò & vltimus alios tres, octauum, nonum, & decimum, quibus claudetur totus de matrimonio tractatus. Seruato igitur ordine prioris voluminis, quod sex libris clausum est: hoc secundum illi connectendo, Septimus hic liber principium huic volumini dabit, qui de impedimentis matrimonij, tam de his quæ solum impediunt & non dirimunt, quàm de ijs quæ etiam matrimonium dirimunt, disputabit. Liber octauus de dispensationibus tam in genere, quam de ijs quæ matrimonij contractum concernunt agit. Nonus liber agit de debito coniugali, vbi multa ad luxuriam concernentia discutiuntur. Decimus liber agit de diuortio. Neque existimet quispiam secundas nuptias, ac benedictiones nuptiales, bigamiam & pœnas ciuiles secundarum nuptiarum, silentio prætereunda. De illis enim agitur in hoc septimo libro, vbi de impedimento ligaminis dirimenti disseritur. Atque Deo dante, edam postea in lucem œconomiam quandam inter ipsosmet coniuges, ac inter parentes & filios, vbi de obligatione mutua domestica inter coniuges, & de societate ciuili, quoad lucrorum diuisionem, ac de obligatione parentum erga filios, & contrà, atque de successione disseretur.

LIBER SEPTIMVS
DE
IMPEDIMENTIS,
VEL SOLVM IMPEDIENTIBVS,
VEL ETIAM MATRIMONIVM
DIRIMENTIBVS.

Diuisio totius libri.

PRÆMISSIS *aliquibus disputationibus, quæ omnibus impedimentis communes sunt, differemus de impedimentis solùm impedientibus, ac de potestate ac necessitate circa illa dispensandi. Deinde de impedimentis dirimentibus, hoc ordine sermo habendus erit, 1. de impedimento erroris, & conditionis. 2. de voto solemni & ordine. 3. de triplici cognatione. 4. de affinitate. 5. de publica honestate. 6. de disparitate cultus. 7. de impedimento criminis. 8. de impedimento ligaminis: & ibi, de secundis nuptiis, earum benedictione, bigamia, cæterisque earum pœnis. Tandem de impotentia seu frigiditate. Hic impedimentum violentiæ prætereo. Quia iam de illo totus liber IV. disputauit.*

DISPVTATIO I.

An integrum sit Pontifici & Episcopis impedimenta matrimonium dirimentia statuere?

SVMMARIVM.

Proponuntur arg. fundentia partem negantem, n. 1
Pontifex potest impedimenta matrimon. dirimentia statuere: & satisfit argum. oppositis, n. 2.
An possit Pontifex infidelibus impedimenta matrim. dirimentia statuere, n. 3. & remittit, an impedimenta ab ipso statuta comprehendant infideles sibi subditos.
Desideratur iusta causa, & maior ad impedimenta dirimentia, n. 4.
Refertur sent. dicens tenere facilius, si absque iusta causa impedimenta statuat Pontifex, n. 5. Sententia auctoris, n. 6.
An possit Pontifex aliquos priuatos reddere inhabiles ad contrahendum inter se matrimonium, non lata lege generali, n. 7.
An possit certam personam omnino inhabilem reddere, n. 8.
An possit in suam diœcesi matrimonii impedimenta dirimentia statuere Episcopus, n. 9.
An possit ad tempus Episcopus aut parochus matrimonium impedire, remittit, n. 10.

1 ANTEQVAM tractatum de singulis impedimentis, tum solùm impedientibus, tum etiam dirimentibus aggrediamur, quæstiones quasdã generales ac omnibus impedimentis communes, præmittere oportet. Præsens igitur circa potestatẽ Ecclesiæ, ad impedimenta dirimentia statuenda versatur. Quæ multũ negotii nobis faceſſeret, ni late disputata esset in 3. tota disp. 4. vbi an Ecclesia potuerit irritare matrim. clandestina? Eadem enim ratio vtriusque difficultatis est. Et arg. ibi proposita, hic militãr. Totaq; difficultas eò pertinet, quòd Ecclesia non potuerit mutare materias & formas Sacramentorum. Cùm ergo matrimon. sit Sacramentum, non poterit Ecclesia eius materiam & formam variare, reddendo eos inhabiles ad verum matr. ineundum, qui iure naturæ habiles sunt.

2 Prima concl. Fide Catholica tenendum est, posse Ecclesiam impedimenta matrim. dirimentia statuere, ac matri. aduersus eam prohibitionem contractum, esse irritum. Quod quidem constat ex multis Pontificum & Conc. decretis, quæ huiusmodi impedimenta statuunt, & ex vsu vniuersæ Ecclesiæ. Et demũ veritas hæc stabilita est in *Conc. Trid. sess. 24. de matrim. can. 3. & 4.* Nec id est mutare essentiã, aut variare materiam & formam sacramenti, sed irritum facere contractum humanum, qui in sacramento matrimonii prætenditur. Quod latè declaraui, & solui argumenta opposita l. 3. tota disp. 4. & ideo non immoror.

Quidam hanc Ecclesiæ potestatem ad infideles etiam extendunt, atque ita asserunt posse Ecclesiam infidelibus impedimenta matrim. dirimentia statuere, & proinde si intenderet inter ipsos irritare matrim. in gradibus cõsanguinitatis, quos prohibet, verè fore irritum: at fortè id nõ intendere. Sic *Guilelmus Rubion 4. d. 40. q. 2. inst. & concl. 3.* Quo tamẽ fundaméto ducatur, me prorsus latet. Et ideo reiecta ea sent. dicendum est Ecclesiam minimè habere eam potestatem aduersus infideles. Quoniã cùm sint extra Ecclesiæ gremium, nulla iurisdictione in eos gaudet: atq; ideo constitutionibus Pontificiis minimè arctantur, vt fatetur expresse *Innoc. 3. c. Gaudemus, de diuort.* adducto *Pauli* testimonio 1. *Corinth. 5. Quid enim mihi de iis, qui foris sunt, iudicare?* Præterea, quia ideo disp. 3. dicemus, posse hodie Principes infideles impedimenta matrim. dissoluentia, suis legibus indicere: cùm tamen id Principibus Catholicis, non sit integrum. Quia Ecclesia hanc sibi reſertuait facultatem, Ecclesiæ autem reſertatio ad infideles non pertrahitur, vtpote qui Ecclesiast. iurisdictioni minimè subsunt. Id tamen libenter concedo, nimirum, posse Pontificem non tamquam Ecclesiast. Principem, sed tanquam temporalem, impedimenta dirimentia matrim. infidelibus inhabitantibus oppida suæ temporali iurisdictioni subdita, decernere. Sicut potest Princeps infidelis sibi subditis. Quia veram habet iurisdictionem temporalem suprematn Pontifex in eos infideles tãquam dominus temporalis eorum. Dixi, infidelibus suæ temporalis iurisdictionis oppida inhabitantibus: nam infidelibus incolis aliorum oppidorum: quæ Principibus fidelibus subduntur, nequit Pontifex ea impedimenta statuere. Quia nulla temporali iurisdictione fungitur in iis oppidis, sed sola spirituali tanquam suprematum Ecclesiæ caput, ab hac autem iurisdictione infideles exempti sunt. Quamuis *Ledesm. 2. p. 4. q. 61. a. 2. col. 3 & Abulens. 1. Reg. 8. q. 187* elate sentiãt, id posse respectu omnium infidelium qui Christianis subduntur. An vero Princeps ille Catholicus, qui infideles illi temporaliter subduntur, id possit efficere? dicam disp. 3. n. 8. vbi etiam dicemus an impedimenta matrimonii à Pontifice statuta, comprehendant infideles sibi temporaliter subiectos.

3

Secunda concl. Desideratur iusta causa, vt Pontifex ritè & rectè valeat impedimenta matrimonii indicere. De veritate huius conclusionis nemo dubitat. Quoniã Pontificis potestas non est ad dissipandum, sed ad rectam Ecclesiæ administrationem: quæ causam iustam postulat, maximè ad interdicendum matrim. iure naturali & diui-

4

no concessum. Et (vt bene aduertit *Ruardus Tapper. art. 26. Louaniensis, paulo post princip.*) maior exigitur causa ad diri-mendum, quàm ad simpliciter prohibendum matrim. & sæpe aderit iusta causa prohibendi, non tamen dirimendi. Quia dirimere grauius est quàm simpliciter prohibere.

5 Difficultas autem est, an si Pontifex absque causa iusta decernat impedimentum aliquod, teneat factum: ita vt sit peccatum cum eo impedimento inire matrimon. si solum impediens sit, & strictum, si impedimentum dirimens sit? Affirmant aliqui, quamuis admittant Pontificem tunc reum esse culpæ. Ducuntur, quia multa potest peccando efficere Pontifex, cùm tamen factum teneat. Secundò, quia cùm olim potuerit dirimere matrim. intra septimum cõsanguinitatis gradum contractum, vt constat ex c. *Ad sedem. 35. q. 5.* donec gradus restricti sunt, c. *Non debet, de consang. & affin.* ita hodie poterit in vlterioribus gradibus matrimonium initum dissoluere. Sic docet *Hostiensis* dicens fortè ita esse, c. *Tua fraternitas. ad fin. de sponsa duorum, Veracruz 1 p. speculi, art. 46. §. Dubitatur vtrum, Vega 2 tom. sum. c. 34. casu 18.* & limitant *Veracruz & Vega*, nisi ita Pontifex gradus consanguinitatis interdiceret, vt non superessent personæ, quibus integrum esset matrimonio inter se copulari.

6 Cæterum omnino tenendum est ad valorem prohibitionis desiderari iustam causam. Et proinde ea non existente, dicendum est matrim. contra eam initum, validum esse, & culpa vacare. Quoniam cùm matrim. sit vinculum iure naturali & diuino inuentum, ac omnibus concessum, excepto saltem primo gradu cõsanguinitatis inter ascendentes & descendentes, non potest Pontifex illud ad libitum interdicere: sed sicut dispensatio in iis quæ iure naturæ obligant, facta absque causa est irrita, ita censendum est de prohibitione matrimonij absque legitima causa. Nec obstat argumenta opposita. Quia fateor Pontificẽ dispensando in iis, quæ sunt de iure humano absque causa, peccare at validam esse dispensationem. Secus autem est, dum interdicit matrimonium in gradibus iure naturæ concessis, non existente iusta causa. Et olim dum Ecclesia interdixit matrim. vsque ad septimũ cõsanguinitatis gradum, iustam interdicendi causam habuit: at pòst, successu temporis experientia docuit expedire gradus restringere, vt dicitur c. *Non debet, de consang. & affin.* & ita ibi restricti sunt. Posset autem Pontifex etiam modò plures gradus prohibere, si iudicaret tunc adesse nouam causam plures interdicendi. Id autem non posse iustè nec validè citra iustam causam affirmamus. Atque ita docent *Hostiens. summa. tit. de matrim. contract. contra interdictum Ecclesiæ, nu. 3. vsq. Henric. c. fin. n. 1. ad 7. & c. Quanto, n. 8. de consuetud. Alex. de Neuo c. pen. nu. 22. de despons. impub. Ledesm. 2. p. 4. q. 56. a. 4. §. pen.* Et quidam vir doctissimus, vt refert *Veracruz n. præced. allegat.* Et est commune placitum.

Dubitabis tamen, an sicut potest Pontifex legem gene-7 ralem indicere, qua matrimonium ex causa iusta irritet inter certum genus personarum: ita possit aliquos priuatos ita prohibere ne matrimonium inter se ineant, vt matrimonium aduersus eam prohibitionem contractum, sit prorsus nullum, quando iusta intercedit causa, vt magnæ disparitatis inter contrahentes, & timoris discordiarum grauium? *Nauar. lib. 4. consil. in 1. edit. t. de sponsal. toto cons. 24. in 2. vers. edit. t. de matrim. contracto contra interd. Eccles. toto cons. 5.* quæstione hac mota nil decidit de Potestate Pontificia circa hoc impedimentum dirimens statuendum, sed dicit nullo pacto expedire vt id statuat; fatetur tamen posse interdicere id matrimonium, & iubere parocho ne illi intersit: at matrim. aduersus eam prohibitionem simplicem fore validum: & dicit nunquam auditum esse vt Pontifex simile impedimentum dirimens statuerit. Et in *ea 2. edit. 20. t. cons. 2. n. 3.* dicit etiam si esset in ea opinione vt Pontifex id posset, id non expedire. Vnde in neutro loco decidit id posse Pontificem. Et *Enriq. lib. 12. de matrim. c. 12. nu. 1. iunct. commento, lit. C.* dicit nunquam Pontificem simile impedimentum dirimens statuisse, necesse expediens vt id statuat: idque fuisse dubitatum in casu cuiusdam Magnatis, ad instantiam Regis Hispaniæ: atque ita circa potestatem statuendi nil definit. Verum existimo posse Pontificem iusta existenti causa aliquos priuatos reddere inhabiles vt inter se matrimonium ineant. Quia si potest ex iusta causa reddere irritum matrim. inter omnes personas certi generis, vt inter omnes consanguineos vsq; ad quartum gradum: cur non poterit irritare inter duas priuatas personas, vbi tam vrgens fuerit causa vt id postulet? Et ita sentiunt *Host. sum. t. de matrim. contract. contra interd. Eccles. fine, & c. penult. fin. de despon. impub. & ibi Ioan. Andr. fin. Anchar. nu. 7. Card. Clem. vn. n. vlt. de rerum permut. & ibi Anchar. q. 5. nu. 9. Felin. t. Ex parte, nu. 6. vers. Quartus casus, de constit. Asensius sum. 2. p. lib. 8. t. 31. a. vn. q. 2. Palud. 4. d. 34. q. 1. a. 1. n. 10. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 16. in fin. princ. Greg. Lop. l. 18. t. Ser de facto, t. 2. p. 4. Et Additi. ator ad Nauarr. lib. 4. cons. 1. de matrim. contract. contra interd. Eccles. in 2. edit. cons. 1. fin.* refert Pontificem nostra hac ætate inhabilitasse quendam virum illustrissimum ad ineundum matrimonium cum certa femina: & iterum quendam alium, qui vt eluderet sponsalia de futuro, super quibus lis pendebat, tentabat contrahere aliud matrimonium. In vtroque enim euentu grauia scandala non immeritò timebantur.

Vrgentior tamen difficultas est, num integrum sit Pon-8 tifici, iusta subsistenti causa, personam aliquam reddere perpetuò inhabilem ad matrimonium, quæ iure naturali habilis erat? Nam in casu præmisso, illi qui à Pontifice reddebantur incapaces matrimonii inter se ipsos ineundi, non astringebantur ad vitam cœlibem traducendam, poterant enim ad alias tranire nuptias. In præsenti autẽ, persona hæc cogeretur ad perpetuam continentiam. Cum tamen ad illam nemo absque proprio consensu adstringi possit, c. *Integritas, 22. q. 1.* nec priuari matrimonio, quod in remedium concupiscentiæ natura ipsa indulsit, *Alexand. de Neuo c. Tuas, nu. 17. de sponsa duorum.* refert ex Calderino ibi, Vrbanum V. reddidisse inhabiles ad matrimonium ineundum Barnabonem Vicecomitem & dominum Mediolanensem, ac liberos eius rebelles Ecclesiæ: & tunc agitata hinc inde quæstione de potestate hac Pontificia: Calderinum sustinuisse id integrum esse Pontifici: quod idem sustinet *Alex. de Neuo ibi.* Et ita tenendum est. Quamuis enim ius naturæ concedat cuilibet matrimonium, ac potest Pontifex in grauissimi delicti pœnam, eo iure quemquam priuare, reddendo ipsum inhabilem: sicut posset capite plectere, aut in seruitutem redigere, priuando libertate à natura concessa. Insuper, si potest Pontifex in pœnam delicti impedire perpetuò matrimonium, ita vt citra culpam lethalem inire minimè valeat? vt de facto impediuit propter incestum, & quædam alia crimina (vt videbimus disp. 6.) Cur, vbi grauitas delicti id exegerit, non poterit ita alicui interdicere matrimonio, vt contra prohibitionem initum efficiatur inualidum? Pontificia enim potestas non arctata est ad sola impedimenta matrim. impedientia statuenda: sed ad dirimentia quoque extenditur.

Vltima conclusio. Si solum ius diuinum & naturale at-9 tendamus, sicut integrum est Pontifici in vniuersa Ecclesia impedimenta matrimonium dirimentia statuere, ita Episcopo in sua diœcesi. Quia quidquid potest Pontifex in vniuersa Ecclesia, potest Episcopus in sua diœcesi, nisi Pontifex sibi reseruet (vt probauimus lib. 1. disp. 61. num. 3. At id hodie non potest, quoniam hoc sibi Pontifex reseruauit. Atque ita docent *Victoria relect. de matrim. 1. p. 2. part. ad finem, Ledesma 2 p. 4. q. 56. a. 3. dub. 1. concl. 2. ad medium.* Et id non posse quemcumque Prælatum Pontificio inferiorem docent etiam *Antoninus c. Tua fraternitas, nu. 5. de sponsa duorum, & cap. penult. in fine, de spons. impub. & ibi Abb. fine, Alex. de Neuo, n. 21. Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. num. 16.* & communiter Doctores *Palud. 4. d. 34. q. 1. a. 1. nu. 10. Tabiena v. Impedimentum impedim. 13. n. vn. ad fin. Armilla v. Matrimonium, num. 54.* Sed textum non referunt, id Pontifici reseruantem, nec eum inueni. Et ideo ex generali Ecclesiæ cõ-

suc-

suetudine id Pontifici reseruatum credo, sicut de dispensatione quinque votorum reseruatorum communiter tradunt Doctores.

20 Vtrum autem valeat Episcopus aut parochus ad tempus impedire matrimonium? dicam disp.6.n.6.

DISPVTATIO II.

An Pontifice interdicenti suo præcepto aut cõstitutione matrimonium, eo ipso reddatur irritum, si contra eam prohibitionem ineatur?

SVMMARIVM.

Proponuntur textus, qui difficultatem in hac quæstione ingerunt, n.1.
Non redditur inualidum matrimonium, quando prohibitio est insufficiens, n.2.
Quando prohibitio est sufficiens, referuntur 6. sententiæ, n.3.4.5.6.7.8.
Sponsal. de futuro contra simplex Pontificis interdictum non valent, & quid contra inferioris prohibitionem? n.9.
Valet matrimonium aduersus Papæ prohibitionem, absque decreto irritante, n.10.
Quid, si sit decretum generale irritans, non facta matrimonii mentione, n.11.
Quid si in decreto irritante fiat specifica matrimonii mentio? n.12.
Nam aliquid interest, an Prohibitio Pontificia sit per modum præcepti, an per modum constitutionis? n.13.
An matrimonium initum aduersus ipsam indictæ prohibitionem, sit ad illud separandum, & sit interdirendum vsus coniugij; & explicatur c.1. de matrim. ibi citata contra interd. Eccl. n.14.
An lites pendentes possint contrahi matrim. & si contrahentes fuerint, sint separandi? & explicatur c.1. audabilem, ut lites pend. n.15.

1 ANSAM dubitandi tribuunt tres textus, qui sibi aduersari videntur. Duo enim videntur statuere, matrimon. initum contra Ecclesiæ interdictum esse irritum, nempe, c. *Tua fraternitas, de sponsa duorum*, Et ibi, *si contra interdictum Ecclesiæ publicè factum venire præsumpserit, matrimonium tam præsumptuosè contractum potest irritare.* Vbi sermo erat de iis, qui appellatione pendenti super prioris matrimonij valore, ad aliud transiere. Et c. *penultim. de despons. impub.* ibi, *Quod si contra interdictum nostrum, in præiudicium ipsius aliquid fuerit attentatum, id irritum esse decernimus, & viribus omnino carere.* Vbi sermo habebatur de quibusdam, quibus Pontifex matrim. interdixerat, ob consanguinitatem obiectam ipsis, donec veritas discutiebatur. Ex altera verò parte pugnat *cap.2. de matrim. contract. cond. interd. Eccles. in fin.* vbi expresse dicitur nõ esse dissoluendum matrim. eo quòd contra Ecclesiæ prohibitionem initum sit, ibi: *Licet enim contra interdictum Ecclesiæ ad secunda vota transire non debuerit, non est tamen conueniens, vt ob id solum sacramentum coniugij dissoluatur, aliqua tamen penitentia eis debet imponi. Quia contra prohibitionem Ecclesiæ hoc fecerunt.* Et est ibi sermo de iis, quibus ob sponsalia præcedentia interdictus erat transitus ad alias nuptias; donec de priorum sponsalium veritate cognosceretur.

2 In hac igitur disp. id fatentur omnes, nimirum, vbi prohibitio matrimonij fuerit facta à prælato inferiori, non reddere irritum matrim. aduersus eam factum. Quia Prælatus Pontifice inferior, impedimentum dirimens indicere nequit. Vt disp. præced. n.9. diximus.

3 Difficultas autem est, si prohibitio sit Pontificia. Quæ in re satis confusè loquuntur auctores. Sex inuenio sententias. Prima ait matrim. aduersus Pontificiam prohibitionem initum, non esse inualidum, nisi aliud subsit impedimentum dirimens. Ducitur, quia fortius est matrim. vtpote quod iuris naturalis est, Pontificia prohibitione. Sic *gl. c. penult. in fin. de despons. impub.* Et manifestè loquitur *glossa*, quando est interdictum cum decreto irritanti: nam præmiserat cæteros contractus initos aduersus Pontificis decretum irritans, esse inualidos, secus eo decreto irritante minimè adiecto prohibitioni: & immediatè quærit, quid in matrim. aduersus Papæ interdictum celebrato, & respondet tamquam quid speciale, esse validum propter rationem dictam. Et ita glossam intelligunt *Abbas ibi nu. 9. Cardin. n.9.* & omnes. Eandem glossæ sent. amplectitur *Innoc. ibi in fin.* quamuis in sponsalibus teneat ea reddi irrita. Eandem tenet *Monachus c. vn. fin. de voto, in 6. & ibi, Probus in additionibus, fine.*

4 Secunda sententia sic distinguit. Si causa illius prohibitionis Pontificiæ sit perpetua, vtpote quæ ad nullum tempus restricta est, erit initum matrimonium, secus si causa sit temporalis, vt ob dies veneration em, vel ob litem pendentem. Probatur prior pars ex c. *Tua fraternitas, de sponsa duorum: & c. penult. de despons. impub.* quorum verba relati n.1. Probatur etiam posterior pars ex *c. 2. de matrim. contract. contra interdictum Eccles. iuncta glossa, verb. Ob id*, dicenti ideo interdictum illud Ecclesiæ nõ dirimere matrimonium subsequens, quòd causa prohibitionis non sit perpetuum impedimentum. Ita docent *gl. c. Tua fraternitas. v. Potest, de sponsa duorum, & ibi Abb. n.4. Alex. de Nevo nu. 8. idem Abbas c. penult. nu. 9. de despons. impub. Dominicus cons. 55. n.11. Decius c.2. de testibus, col.2. vers. Et predicta, in nona edit. nu. 17. Felinus t. Ex parte, num.6. vers. 4. casu, de constit. Rosella v. Impedimentum, impedim. 16 fin. Angel. Matrimonium, 3. impedimento 1. nu. vii. Sylvest. Matrimonium, 7. q 1. dubio 3. in principio*: quamuis postea aliam distinctionem amplectatur: (vt dicam num.7. *Armilla v. Matrimonium, n.54. Tabiena v. Impedimentum impedim. 13. num. vii. paulo post principium, Conar. 4. decret. 2. p. cap. 6. in princ. nu. 6. Gutierr. 2. de tutelis, 2.p. cap. 12. in num. 9. Greger. Lopez l. 18. v. Ser desechos, tit. 2 p. 4. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubric. glossa 1. n. 146. Magdalenus de num. testium in testamento requisito, p. 1. c. 10. n 101. & p. 3. c. 3. num. 230. Ludouicus Lopez 2. p. instruct. de matrim. cap. 46. §. Porrò aduertendum. Vualdus Candelabro Sacramentorum, 1. p. de matrimon. num. 85.* Explicant aliqui ex his Doctoribus hoc procedere, siue prohibitio sit præcepti, siue constitutionis Pontificis. Sic *Conar. Matienzo, Lud. Lop. Vualdus proximè citati.* Insuper sententiam hanc videtur intelligere *Decius proximè citatus*, vt quando matrimonium contra legem Pontificiam initum habet causam prohibitionis perpetuam, sit nullum, quamuis prohibitio simplex sit, nec decretum irritans contineat. Quia *num.11.* dixerat nil interesse vt actus gestus contra legem sit tritus, an lex impliciter prohibeat, an etiam viteriùs procedat, decernens irritum quidquid contra gestum fuerit: atque pro se refert *gl. Clem. 1. v. Inhibentes, de iure patron.* quam sequuntur *Alexand. de Imol. l. 1. n. 8. ff. de liber. & posthum. & Iason. l. Non dubium, nu. 18. C. de legibus*, vbi docet quando lex causam prohibitionis perpetuam habet, non valere actum contra eam gestum, licet lex non habeat decretum irritans. Sed *Abbas cap. penultim. nu. 9. de despons. impub.* clarè intelligit distinctionem hanc, quando est decretum irritans, vt tunc si prohibitio Pontificia contineat causam perpetuam, sit nullum matrimonium, secus si temporalè; tunc enim valet matrimonium, & decretum irritans debet referri ad causam, vt illius sensus sit, matrimon. illud separandum esse ad tempus, quo causa illa perseuerat. Et refert *glossam cap. Tua, de sponsa duorum*, quæ est dux huius sent. & cæteri DD. citati illam sequuntur: & ita videtur clarè intelligere glossam. Eodem modo intelligunt hanc sent. *Rosella v. Impedimentum, impedim. 16. fin. Tabiena v. Impedimentum, impedim. 13. num. vii. paulo post princip.*

5 Tertia sent. distinguit inter clausulam generalem irritantem, & specialem, vt prior minimè irritet matrimon. contra prohibitionem initum, secus de posteriori: ita distinguunt quidam, quos tacito nomine refert *Abb. c. penult. n. 9. de despons impub.*

6 Quarta sent. similiter distinguit, num Pontifex constitutione generali interdicat matrimonium, an absq; constitutione, per modum præcepti. Et priori casu dicit matrimon. dirimi: posteriori autem minimè: nisi subsit causa perpetua: & tunc non irritari propter interdictum, sed propter causam, ac proinde causa non existenti vera validum esse matrim. Sic *Goffred. sum. tit. de matrim. contract. contra interd. Eccles. num. 1.* & idem videntur sentire quoad

posteriorem hanc partem, gl. c. Tua, v. Poterit, de sponsa duorum, Host. ibi, ad fin. Henric. c fin. n. 4. de matrim. contract. contra interd. Eccle. vbi dicunt interdicto matrim. ob causam perpetuam, separandos esse coniuges. donec de causa cognoscatur, & non probato impedimento permittendos esse simul habitare, per c. fin. de matrim. contract. contra interd. Eccles. atque ita clare censent non esse irritum matrim. propter prohibitionem, sed propter causam.

7 Quinta sententia dicit, si Pontifex aliquibus interdicat matrimonium viua voce cum decreto irritanti, nō esse validum, quamuis aliud impedimentum minimè subsit, vel saltem ad eius intentionem recurrendum esse, Quia si potest Pontifex constitutione quæ lex mortua est, à fortiori viua voce irritare potest matrim. Et si potest lege generali impedimentum dirimens indicere, cur non poterit personaje aut locale? Ita docent Hostiens. sum. t. de matrim. contract. contra interd. Eccles. fin. & c penult. fine, de despons. impub. vbi Ioan. Andr. fine, refertque Alanum, qui id dubitando asseruit: Antonius ibi, fin. Anchar. n. 7. Cardin. n. 9. Præpos. fin. dicens esse communem: & c. Tua fraternitas, nu. 5. de sponsa duorum, Asensis summ. 2. p. l. 8. t. 31. art. vn. q. 2. Guillelmus Clem. vnica, de rerum permut. Et ibi Card. n. vlt. Anchar. q. 5. num. 9. Imola nu. 13. Et videntur tenere Palud. 4. d. 34. q. 1. a. 1. num. 10. D. Antonin. 3. p. t. 1. cap. 16. in fine principij, Sylvest. Matrimonium, 7. quæst. 1. dict. 3. Anton. Cucus l. 5. institut. maiorum, tit. 12. num. 14. vbi dicunt irritum esse matrimonium contractum aduersus Pontificiam prohibitionem continentem decretum irritans. Et addunt Host. vtroque loco, Præpos. eod. c. Tua. n. 3. Asensis eo. a. vn. q. 1. distinctionem communem relatam nu. 4 asserentem esse inualidum matrimonium initum contra prohibitionem, quando causa prohibitionis est perpetua, secus quando est temporalis, locum habere in prohibitione prælati inferioris, vel constitutionis Pontificiæ: secus vbi Pontifex viua voce prohibeat cum decreto irritanti.

8 Vltima sent. ita distinguit. Si interdictum sit à iure, & causa sit perpetua, est irritum matrimonium, secus si temporalis. Si verò sit ab homine & à Pontifice, & causa est perpetua, similiter non valet matrimonium. Si vero temporalis, aut adijcitur decretum irritans, & tunc similiter non valebit, aut non adijcitur, & tunc valebit. Ita Ant. cap. Tua fraternitas, num. 5. de sponsa duorum. Ecce quam varij sint Doctores, & quam confusè loquantur. Sed meam sententiam, qua claritate potero, sequentibus exprimam conclusionibus.

9 Prima conclusio. Sponsalia inita contra Pontificis interdictum, cum decreto irritanti, quamuis generali, nec sponsalium mentionem facienti, sunt inualida. Vt si Pontifex ex causa iusta inhibeat duobus, ne sponsalia de futuro inter se contrahant, decernens irritum si quid contra gestum fuerit. Et ita intelligo Innoc. c penult. in fin. de despons. impub. & Alexand. de Neuo ibi nu. 21. constituentes id discrimen inter sponsalia, & matrim. aduersus huiusmodi prohibitionem contracta, vt illa irrita sint, hoc autem minime, nisi addatur clausula specificam mentionem matrimonij irritationis faciens (vt dicemus nu. 11.) Cum enim matrimonium sit res adeò ardua, & grauissimum negotium sit illud irritare, specificam clausulam poscit. Ad sponsalia vero irritanda non desideratur ea clausula specifica, sed satis est generalis, cum ea irritare non sit res tanti momenti. Existimo tamen sponsalia non reddi irrita ex simplici Pontificis prohibitione, ne ineantur, nullo adiecto decreto irritanti. Sicut si Pontifex interdiceret ex causa iusta cuiquam ne voto se astringeret, peccaret vouens contra id præceptum, at validum esset votum, quia non adiectum est decretum irritans, & multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent, cap. Ad Apostolicam, de regul. Sed obijcies promissionem iniquam nullius esse momenti, vt si voto castitatis astrictus, aut alio impedimento solum impedienti ligatus iniret sponsalia de futuro, essent prorsus inualida, quòd promissio iniqua sit. Cum ergo promissio illa matrimonij sit contra Pontificis iustum præceptum, iniqua erit, ac subinde inualida. Dic promissionem iniquam ex parte obiecti esse prorsus inualidam, id est, cū obiectum illius promissionis est iniquum, quale est inire matrimonium laboranti quocumque impedimento etiam solum impedienti. Secus quando obiectum promissionis est licitum, quamuis promissio ex alia circumstantia sit peccatum, vt quia contra prohibitionem. Sicut modica deliberatione vouens religionem peccat venialiter, at votum tenet. Sed quid, si Pontifex interdicat matrimonium absque decreto irritanti, an valeāt sponsalia: esto matrim. valeret, iuxta dicenda nu. seq. Sic distinguendum censeo, si causa prohibitionis, ac proinde ipsa prohibitio sint perpetua, sponsalia erunt nulla tanquam rei illicitæ promissio: si verò temporalia sint, valebunt vtique. Quod intellige, nisi obligatio sit ad contrahendum matrimonium, eo tempore quo durat prohibitio. Tunc enim esset res promissa illicita, ac subinde sponsalia nulla. Constat ex dictis l. 1. disp. 15. nu. 2. vbi probauimus laborantes impedimento perpetuo etiam solum impedienti, ad ineundum matrimon. esse incapaces validè contrahendi sponsalia: secus de impedimento temporali: nisi pro eo tempore quo impedimentum durat, se obligent. Hinc infertur, quid dicendum sit de sponsalibus initis aduersus episcopi, aut parochi præceptum, interdicens matrimonium. Cum enim his non integrum sit matrim. perpetuò impedire, sed ad tempus ex causa iusta (vt dicemus disp. 6. nu. 6.) sponsalia, durante ea matrimonij prohibitione inita, validè tunc, nisi contrahentes se obligarint ad perficiendum matrimonium durante legitima eius prohibitione.

Secunda conclusio. Si prohibitio simplex sit, nimirum, 10
absque decreto irritanti, matrimonium aduersus eam prohibitionem Pontificiam initum, est validum. Constat, quia cum multa prohibeantur, quæ tamen facta tenent. c. Ad Apostolicam, de regul. ac prohibitio sit nuda ac simplex, non est cur dicamus rem tam arduam, & tanti momenti, ac est matrimonium, tunc irritari. Idque apertè decidit, c. 2. de matrim. contract. contra interd. Eccles. in fine, cuius verba num. 1. retulimus. Atque ita docet, dicens esse omnium, Alexander de Neuo cap. penultimo, num. 21. de despons. impub. Idem Ricardus 4. d. 32. a. 5. quæst. 2. fin. Paludan. 4. d. 34. q. 1. art. 1. num. 10. D. Antonin. 3. p. tit. 1. cap. 16. in fine principij, Sylvester Matrimonium, 7. q. 1. dict. 3. Turrecrem. c. Non oportet, el 1. 33. qu. 4. num. 2. in solut. ad 2. Hinc fit minus veram esse sententiam Decij, & sequacium nu. 4 ad finem relatam, dum asserunt matrimonium aduersus Pontificiam prohibitionem ex causa perpetua factum, contractum esse inualidum, quamuis decretum irritans minimè contineat. Id enim esse minus verum conuincitur, tum ex dictis, tum etiam, quia omnia matrimonii impedimenta solum impedientia, prohibent perpetuò matrim. initi, illud tamen cum eis initum minimè dissoluunt. Et c. 1. & c. Ex literis, de eo qui cognouit consang. decernitur incestuosos numquam posse ad alias nuptias transire, & tamen certum est validas esse, si contra eam prohibitionem, quæ perpetua est, ad eas transeant.

Tertia concluſ. Similiter erit validum, quamuis sit de- 11
cretum generale irritans, & non referens se specificè ad matrim. Vt si Pontifex interdicens matrimonium, addat si quid contrà gestum sit, fore irritum & inane. Rationem huius conclusionis subiecimus n. 9. constituentes in hoc discrimen inter sponsalia & matrim. Et in hoc euentu est vera sent. gloss. & Innocentij n. 3. relata, asserentium matrim. contractum aduersus prohibitionem cum clausula irritanti, non reddi irritum. Et ita docet Alex. de Neuo eod. c. penult. n. 21. de despons. impub. Quare tunc clausula illa irritans debet intelligi, vt contra gestum non valeat in præiudicium alicuius. Et ita intelligitur illud c penult. & ita explicat ibi gl. v. Irritum.

Quarta conclusio. Si clausula decreti irritantis faciat 12
specificam matrimonij mentionem, id irritans si contra prohibitionem initum sit, distinguendum est, num cau-

sa

sa sit temporalis an perpetua, vt priori casu matrim. non reddatur irritum, sed sensus sit, vt matrim. sit nullum, non simpliciter, sed in quantum parat præiudicium alicui liti, ob cuius pendentiam est ad tempus interdictum: posteriori autem, irritum reddatur. Quia cum matrimonii irritatio sit res grauissima, non censenda est inducta ex tali clausula adiecta prohibitioni ob causam temporalem, sed iuxta merita eatlæ demetiendum est, an sit irritatio absoluta, an potius quoad peculiarem effectum. Et in hoc casu est vera communis distinctio relata n. 4. inter prohibitionem matrimonii ex causa perpetua & temporali. Atque ita docet *Alex. de Neuo. d. c. penult. n. 22.*

13 Quinta concl. Præmissę quatuor cõclusiones verę sũt, siue Pontificia prohibitio sit per modum constitutionis, siue per modum præcepti. Quoniam nullum inuenio interhæc discrimen, nisi quoad durationem, constitutio enim perpetuò durat: mandatum vero morte mandantis extinguitur vt potest videri in *Syluest. verb. Mandatum, q. 3.* Cùm enim vtroque modo possit Pontifex matrim. interdicere ac dirimere, nil interest, siue prohibitio per modũ præcepti, siue per modum constitutionis emanet. Atque ita nullum in hoc differentiam agnoscunt, *Anchar. Clem: vn. q. 5. n. 9. de rerum permut. Couar. Matienzo, Lud. Lop. Vivald. n. 4. relati.* Quare audiendi minime sunt DD. quos n. 7. & 8. retuli, inuenientes quoad rem hanc discrimen inter præceptum & constitutionem Pontificiam.

14 Sexta concl. Quamuis causa interdicendi matrim. sit temporalis, & matrim. contra prohibitionem initum sit validum, at quando iudicis prohibitio fuit legitima, separandi sunt coniuges ad tempus, in pœnam delicti, ne pœnæ immunitate præceptum iudicis iussum contemnere audeant. Constat ex c. 1 *de matrim. contract. contra interd. Ecclesiæ sibi: Matrimonium quatenus ficti ita, & prefatam nullier em, ne mãdatum tuum contemptibile videatur, ad domum matris redire compellas, & impositas ibi de tanto excessu pœnitentia condigna, postquam in domo matris per mensem steterit, ad tertium reuerti permittas.* Nec obstat c. 2. *eod.* vbi id matrim. minimè separandum esse decernitur. Nam intelligitur de perpetua separatione. Atque ita docent *gl. c. Tua fraternitas, v. Poterit, de sponsa duorum. Et ibi Ant. n. 5. Host. ad fi. & summat. de matrim. contract. contra interd. Eccles. §. vlt. n. 3. Henric. c. fin. eo tit. n. 4. Astensis sum. 2. p. l. 8. t. 31. a. vn. q. 2. Angelus Matrimonium, 3. impedim. 1. n. vn. Albericus in suo dict. lit. I. v. Impedimentum, 16. Turrec. c. Non oportet, el. 1. 33. q. 4. a. 2. nu. 2. Syluest. Matrimonium, 7. q. 1. dict. 3. & alicui. v. Impedimẽtum, imped. 13. n. vn. statim in princ. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. init. n. 6. Ant. Cucus l. 5. iust. in dict. t. 12. n. 13.* Et ex Theologis, *D. Bonau. 4. d. 31. a. 4. q. 2. & ibi Ricard. a. 5. q. 2. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 46. §. Porro aduertendum.* Et quamuis *c. 1. de matrim. contract. cont. interd. Eccles.* assignetur vnicus mensis, at tempus hoc separationis est arbitrarium, vt bene docent *Host. in summ. Ant. Henric. Astensis proxime citati.* Vnde mensis ille ponitur in eo textu, gratia exempli, & non ad arctandum iudicis facultatem. Soli autem coniugi culpæ particeps est interdicendus coniugii vsus, nimirum, ne debitum petat, quamuis reddere debeat. Coniux enim illius expers, minimè puniendus est. Quod si vterque reus fuerit, vtrique est eadem pœna iungenda, & vsus matrimonii omnino prohibendus, eo separationis tempore. Ita *Host. in summa, Henric. Astensis ibid.* Quod si periculum incontinentiæ subsit, non separandum est matrimonium, sed alia pœnitentia iniungenda, vt in simili de tempore prohibito celebrantibus nuptias, docent *Palud. 4. d. 32. q. 2. a. 4. nu. 19. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 17. ad fin. Turrec. c. Non oportet, el 2. fin. 33. q. 4. Gaet. a repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 549. fi. Syluest. Matrimonium, 7. q. 2. dict. 6.* ita intelligentes, *id caput, Non oportet*, decernens eas nuptias

15 tunc celebratas, esse in pœnam ad tempus separandas.

Hinc infertur, pendente lite super impedimento dirimenti prius matrimonium, atque ita super eius valore, non esse ad aliud transeundum, vt constat ex *c. Tua fraternitas de sponsa duorum*. Et quamuis hic textus loquatur pendenti appellatione: at idem dicendum est lite pẽdenti ante appellationem, vt constat ex *cap. Cum in apostolica, de sponsal.* Quare matrimonium tunc contractum est separandum, dum lis durat, vt habetur *eo c. Tua*. Sic *Abb. ibi, n. 3. Alex. de Neuo n. 5.* qui bene addit etiam nulla lite pendenti, non licere in eo euentu transitum ad aliud matrimon. vt constat ex *c. Duo pueri, de despons. impub. & c. Porrò, de diuort.* Quod si opponas *c. Laudabilem, vt lite pendenti*, vbi habetur alterutrum confugem accusatum non esse iure quod habet in alterum coniugem priuandum, ante probatam accusationem. Dic cum *gloss. fin. c. Tenet. de sent. & re iudic. & ibi Abbate n. 9. Alex. de Neuo eod. c. Tua, n. 6.* eum textum intelligi, cum nulla lite pendenti, sed approbante Ecclesia, matrimon. in eius facie contrahitur. Imo addit bene *Alex. de Neuo eod. n. 6.* hoc intelligendum esse, nempe, vt non interdicendus sit vsus coniugii, quando ante litem motam est contractum matrim. vt intelligatur, nisi contrahatur matrimon. stante alio matrimonio. Quia tunc cum possessio stet pro priori, interdiceretur posteriorís vsus dum de prioris valore disceptatur.

DISPVTATIO III.

Vtrùm Princeps secularis, siue fidelis, siue infidelis, possit suis subditis impedimenta matrimonium dirimentia statuere?

SVMMARIVM.

Refertur sententia negans posse Principem secularem fidelem impedimenta matrimonij statuere, n. 1

Potest id ex natura rei, nisi Ecclesia sibi reseruasset, n. 2.

Ecclesia potest id interdicere Principibus secularibus, & sibi reseruare num. 3.

Hodie nullus Princeps secularis fidelis potest fidelibus impedimenta statuere, n. 4.

Princeps infidelis potest impedimenta etiam dirimentia statuere, n. 5.

Quid de Iudæis? Et an si hodie contrahant in gradibus lege Mosaica vetitis, teneat matrimonium? n. 6.

An fidelis subditus in fidelibus subditum eorum legibus irritantibus matrimonia, ita vt matrim. sit nullum cum eo impedimento? n. 7.

An Princeps fidelis possit infidelibus sibi subditis, matrimonij impedimenta statuere? & statuta à Pontifice hos ligentia 8.

An volentibus infidelibus subditis Principibus Christianis inter se matrimonia, ante litem motam de valore matrimonij inter, aut circa dissertum celebrandum, quis index sit competens? Et quid, vbi alter ad fidem conuersus? n. 9.

Quid, si infidelis contrahat coram apud fideles, & adsit impedimentum dirimens statutum à suo Principe infideli? Vel si fidelis c. mixtus apud infideles cum impedimento dirimenti apud solos fideles? d. 12.

Soluuntur argumenta, n. 11.

DE Principe seculari Catholico loquendo, quidam negant eum posse fidelibus sibi subditis aliquot matrimonij impedimenta statuere. Ducuntur, quia cum matrim. fidelium sit Sacramentum, est res quædam spiritualis & sacra, ac proinde extra limites potestatis secularis. Secundò, quia *c. Tuam, de ordine cogn.* deciditur causas matrimonii ad solius Ecclesiæ forum pertinere. Imò ad solos Episcopos, & non ad inferiores definitur pertinere, *c. Multorum, quod est Alexandr. II. 35. q. 6. & c. Accedentibus, de excess. prælat.* Tertiò, ex *c. 1. de sponsal.* vbi quidam Francigena feminam Saxonem duxerat, & causatus non est suã, quòd aduersus Francorum legem inierit matrimon. & proinde fuerit nullum, transiit ad alias nuptias, & decidit textus prius matrim. non obstanti ea lege fuisse validum. Vbi mò, quia *c. Euphemium, 2. q. 3.* quod est *D. Greg. l. 4. epistolarũ, epist. 50. Ioan. Episcopo Corinthi*, cum D. Greg. asseruisset non effici infames quos tales lex ciuiles reputat, eo quod ad secundas nuptias transierint, subdit his verbis rationem: *Cum matrimonia hodie regantur iure poli, non iure fori.* Et ideo huius sententiæ sunt *gl. fin. c. Si quis ingenuus, 29. q. 2. Ant. c. 1. de sponsal. n. 12. & c. 2. n. 2. de despons. impub. Host. summ. t. de 2. nuptijs, fine, Abbas repet. c. Ecclesia, de const. nu. 19. & c. 1. de spons. n. 9. & ibi Alex. de Neuo, n. 21. 22. Præpos. n. 7 Felin. n. 10. & 11. & d. c. Ecclesia, nu. 61. Francus c. Statutum, de hæret. in 6. fine, Astensis summ. 2. p. l. 8. t. 19. a. 2. q. 5. Syluest. Matrimonium, 8. q. 8 dict. 1. Tabiena verb. Impedimentum, impedim. 6. n. 1. Turrec. c. 1. 30.*

q.3.a.6.in solut.ad 1.nu.17.Couar.4.decret.2.p.c.6.§.10.num.16. Gaeta repet.c. Ad limina,30.q.1.§.4.nu.299. vsque ad 304.Brunellus de spons.concl.19.n.1.Peguera quæst.criminalib. c.42.num.2. Et ex Theologis.D.Th. *4.d.42.q.2.a.2.ad 4.*vbi *D. Bonau.a. 2.q.2.ad fin.Ricard.a.2.q.2. in fin.corp. Palud.q.1.a.2 concl.7.nu. 25.& d.26.q.3.a.3. num.13.Maioris 4.d.29.q.2.concl.1.in fin. Soto 4.d.42. q.2.a.2 ad 2.& ibi Ouiedus disp.vn.propos.11.Caietdo summa Sacram.de matrim.c.6.fine.*

2 Cæterum absque dubio dicendum est, posse Principem secularem ex genere & natura suæ potestatis, matrimonij impedimenta dirimentia fidelibus sibi subditis, ex iusta causa suis legibus indicere, eo pacto quo id Pontifex summus potest, nisi sibi hanc potestatem reseruasset. Hanc partem probant omnes rationes, quas l.3.disp.4. num.4. attuli, ad probandum id posse Ecclesiam: & ideo in ea probanda non immorabor. Ratioque potissima est. Cum potestas regia ad tranquillitatem, & bonum reipublicæ tuendæ, sit ponissimum instituta: eius est, ad quod ad hunc finem obtinendum desideratur, prouidere. Quale est circa matrim. ineunda sancire, illa impediendo & irritando. Inde enim maximè pendent tranquillitas & recta reipublicæ gubernatio. Quare egregiè *D.Tho 4 cont.Gent. c.78.& 4.d.34.q.vn.a.1.ad 4.* dixit matrimonium, in quantum contractum ciuilem in officium communitatis instituum, subiacere legis ciuilis ordinationi. Et confirm. si enim potest Princeps secularis alios contractus ciuiles ob reipublicæ bonum irritare, cur non poterit etiam matrimonij contractum? cum id quandoq; idem bonum commune postulet. Nec obstat Principis secularis potestati, matrimonium esse Sacramentum. Quia eius materia est contractus ciuilis, qua ratione perinde potest illud ex causa iusta irritare, ac si Sacramentum non esset: reddendo personas inhabiles ad contrahendum, & sic illegitimum & inualidum contractum. Si enim nudam Sacramenti rationem attendamus, nec Pontifex circa illud disponere posset, illud dissoluens: eiusque potestas ex ratione contractus humani, qui est materia huius Sacramenti, consurgit (vt diximus hoc libr.disp.1. nu.2.) Et ideo hanc sent.sustinent *D.Th.4.d.34.qu.vn.a.1.ad 4.gl.c. Si quis ancillam.v. Et legibus, 29.q.2.Tapper.a.20. Louaniensi,col.4.§. In his igitur casibus, Victoria relect.de matrim.1.p.2.p.n.12. Petr.de Soto lect.1.ad fin.de matrim. Sotus 4.d.39.qu.vn.a.1.in solut.ad 3. in fin.& d.40.q.vn.a.5 col.4. vbi interrogationis Ledesm.2.p.4.q.61. a.2.col.2 & q.56.a.5.dub.1.concl.1. Bellarm.l.1.de matrim.c.32. ad fin. Angles florilegium 1.p.de matrim. q.13. de impedim. consangu. a 3 diffic.4 Enriquez l.12.de matrim.c.1.nu 4. Petr.de Ledesma de matrim. qu.50.art.1.dub.2.Barth.à Ledesma dub.29.de matrim. concl.1.fine.*

3 Potest nihilominus Ecclesia Principibus fidelibus huius potestatis vsum interdicere, sibique reseruare, qua id efficiente, irritæ erunt leges Principis secularis contra eam reseruationem, matrim. impedientes dirimentesve. Quoniam potestas temporalis est subiecta spirituali, ipsique subordinata in ordine ad finem spiritualem, & supernaturalem: ac proinde poterit potestas spiritualis temporalem moderari, ac coërcere in iis quę rebus spiritualibus coniuncta sunt, quale est matrim. quod hodie est Sacramentum, potestique illi limites præscribere, quos transgredi valide nequeat. Et confirmatur, quia in contractu matrimonij fundatur ratio sacramenti, quæ superioris ordinis est, & finem supernaturalem spectat. Tandem, quia *cap. fin. de raptor.* approbatur matrim. raptoris cum rapta, quamuis secundum leges contrarium statutum fuisset, *l. vn. C. de raptu virg.* Atque ita docent *Victoria, Angles, Petrus de Ledesma, Bellarminus num. præced. allegati. Sotus 4.d.40.qu. vnica, art.5. colum.4.vers. Interrogationis, & colum.seq.vers. Nihilominus, Ledesma 2.p.4.q.56. art.3.dub.1.conclus.2.* Passimque inueniuntur leges ciuiles, matrim. in aliquibus euentibus interdicentes, per ius Canonicum correctæ. Quamuis *Petrus de Soto* teneat contrarium, quem num. sequenti reprobabo.

4 Hinc deducitur primò, non esse integrum hodie Principi seculari fideli disponere aliquid circa matrimonia fidelium impedienda aut dissoluenda. Quoniam Pontifex hanc sibi potestatem reseruauit, & merito quidem. Quippe cum matrimonij contractus hodie limites naturæ excedat, & ad esse supernaturale sacramenti eleuatus sit, decet vt tanti sacramenti dispositio ad Principes seculares pertineat. Atque hanc reseruationem probant textus n.1.relati: & DD.ibi allegati, negantes hanc potestatem Principi seculari, sunt huius sent. eam enim negant non ex vi eius potestatis, sed ratione huius reseruationis. Atque in propriis terminis docent *Victoria, Enriqu. Petr. de Ledes. Vaz. à Ledesma n.2.citati, Ledesm. 2.p.4.q.61.a.2.colum.3. vers. Sed contra est.* Nec audiendus est *Petrus de Soto lect.4.de matrim. ad fin.* vbi ait leges ciuiles ex pietate & voluntate Principum in hac re cessisse Ecclesiæ, vt nullum iam censeatur matrim. illegitimum, quod Ecclesia tale non iudicat, non tamen propterea legi id auferendum esse, vt illegitimos aliquos reddere possit ad matrim. ineundum, vbi clarè admittit hodie id posse Principem seculatem: nec posse Pontificem eam adimere facultatem, sed propria sponte ac pietate ductos cessisse Principes. Sed contrarium probaui n.præcedenti.

5 Secundò deducitur, Principes infideles posse hodie leges suis subditis indicere, quibus quædam matrimonia ex iusta causa interdicant ac dirimant, vt si ad pacem reipublicæ videant expedire, ne infideles diuersæ sectæ matrimonio inter se copulentur: aut certam solemnitatem adhiberi, quo matrim. clandestina vitentur. Ratio est aperta, quoniam cum sint veri Principes ex natura suæ potestatis, id est eis integrum (vt num.2. probauimus.) Nec constitutionibus Ecclesiasticis hanc sibi reseruantibus potestatem arctantur, *c. Gaudemus de diuort.* Cessatque in ipsorum matrimonis ratio reseruationis cum Sacramenta minimè sint. Ita docent *D.Th.4.d.39.qu.vn.a.2.ad 5.Durand.ibi q.1. in solut.ad 2.n.10. Alb.ens sum.2.p.l.8.t.21.c.4.§.4. Abulens.1. Regum 8.q.175.& 176.fine, Rosell.v.Impedimentum, imped. 9 nu.vlt. Angel. Matrimonium, 3.imped.10.nu.1.D. Antonin.3.p.t.14.c.6.v. Verium punctum est, Syluest. Matrimonium, §.q30.dub.2. Tabiena v.Impedimentum, imped.8.nu vlt.Tapper. a. 20.Louaniensi.col.4. §.In his igitur casibus, Sotus* licèt sub dubio *4.d 39. qu.vn.a.1.in solut ad 3. in fine. Nauar. sum.c.22.n. 48.& lib.1.cons.in 1.edit 2. de pactis, cons.4.nu.5.in 2. vero* sub aliquo dubio, *l.3.t.1.de conuers.infidelium, cons.2.n.5. Ledesm.2. p.4.q.61.a.2.paulo post prim. Gaeta repet.c. Ad limina, 30.q.1.§. 4.n.435. Ant.Cucus l.5.instit. maior.t.12.nu.102. Veracruz 2.p. spec.a.32. in prob.2.oct.aue concl.Palacius 4.d.39.disp.vn.f.906. col.1.vers. Scoto tamen, & d.42. disp.vn.f.916.colum.1.vers. Et demum Ouiedus 4.d.39.disp.vnic.propos.7. Angles florilegium 1.p.de matrim.q.13. de imped.consangu.a.3. diffic.4 Enrequez l.12.de matrim.c.1.n.5. Petr. de Ledes. de matrim.q.50.a.1. dub.1. in corollario quod ex 2.concl. infert, & q.59.a.2.ante dub.1.§. Ex dictis sequitur Lud.Lopez 2.p instruct. de matrim. c.52. col.3.notabili 1. Emmanuel Sa sum.v. Matrimonium,* vbi de impedimentis dirimentibus, *nu.18. Vega 2.tom.sum.c.24. casu 129 & 139. Manuel.1.tom.sum.2.edit.c.230.n.1.* Vnde fit infideles hos, qui cum impedimento dirimenti iuxta eorum leges matrimonium iniere, cùm ad fidem redierint, iterum debere id matrimonium celebrare, si in eo persistere velint. Cùm priùs fuerit nullum. Sic *Sotus, Angles, Emmanuel Sa, Manuel proximè citati.* Quòd si roges, vnde discernendum sit, an id impedimentum sit dirimens apud eos, an potiùs impediens solum? *Sotus proximè citatus* dicit ex consuetudine apud eos obseruata id deducendum esse: videndumque an inter eos ita ea lex obseruetur, vt matrimon. aduersus eam initum reputetur nullum, Quòd si de eo vsu non constet, existimo iudicandum esse iuxta regulas traditas disp.præced.n.9. & sequentibus.

6 Excipe tamen Hebræorum rempublicam, cum enim hodie non sit libera, nec Principem habeat, nequit matrimonij impedimenta statuere: & statuta lege Mosiica Leuit.18. expirarunt cum illa lege, per Christi passionem. Sic *Sotus, & Manuel num.præced. allegati, Nauar.lib.5.cons.in 2. edit.*

tit.1.de conuers.infidelium conf.2.n.4. Vega 2.to sum.c.34. casu 129. Subdit bene *Sotus*, si Iudæi quando ante passionem Christi temp. liberam habebant, impedimentum dirimens statuissent, hodie durare. Quia illæ leges secularis reipublicæ non sunt abolitæ per Christum, idemq; docet *Ledes.2.p.4.q.61.a. col. 2.* Vnde fit minimè audiendum esse *Enriquez lib.12. de matrim c.1.n.5.* dicentem nunc apud infideles Iudæos, qui lege Moysis volunt impiè gubernari, esse irritum matrim. prohibitum Leuit.18. quòd si vterq; coniux ad fidem conuertatur, Ecclesiam permittere vt ex dispensatione in eo matrimon. permaneant. Quia illa lex Mosaica prorsus extincta illos minimè astringere potest. Nec de ea Ecclesiæ dispensatione constat. Nec similiter est audiendus *Palacios 4.d.39.disp. vn.s. 906.col.1. vers. Scito tamen*, vbi æquiparat Iudæos aliis infidelibus, quoad matrimonij impedimenta stabilienda. Quod ex dictis minùs esse verum, facilè conuincitur.

7 Id verò monuerim, fideles subditos infidelibus Principibus, vtpote qui eorum oppida inhabitant, astringi legibus eorum iustis in contrahendis matrim. in omnibus iis casibus, in quibus ad alias eorum leges tenentur. Quare si cum eo dirimenti impedimento contrahant, erit nullum matrim. Quia ratio sacramenti superaddita matrimonio fidelium, non impedit in Principibus potestatem impedimenta dirimentia statuendi, sed sola reseruatio Pontificis (vt diximus n.2.) Quæ ad Principes infideles extendi nequit, vt n.5. probauimus.

8 Tertiò deducitur, posse similiter Principem secularem fidelem infidelibus sibi subditis, impedimenta matrimonium dirimentia statuere. Quia si posset Princeps infidelis, cur non poterit fidelis? Nec reseruatio Pontificis, de qua n.4. meminimus, est respectu infidelium, cùm matrimonium horum non sit sacramentum, ac proinde non militet in eis ratio reseruationis. Atque ita tenent *Abulensis 1. Regum.8 q.177. fin. Ledes.2.p.4.qu.61.a.2.col.3.* qui manifestè etiam sentit impedimenta ab Ecclesia hactenus statuta, comprehendere omnes infideles, principibus Christianis subiectos. Quoniam ij subiiciuntur Ecclesiæ, quæ dum ea stabiliuit, minime exemit infideles. Quod alienum est à veritate. Nam Pontifex ea impedimenta non decernit vt dominus temporalis, sic enim non posset in tota ecclesia, sed vt caput spirituale, & vt sic, nullam habet iurisdictionem super infideles. Posset autem vt dominus temporalis in locis suæ iurisdictionis statuere impedimenta infidelibus sibi temporaliter subditis, vt diximus hoc li. disp. 1. num. 3.

9 Quartò deducitur, si infideles Principibus Christianis subiecti velint matrim. inter se inire, & opponatur impedimentum: aut contendant matrim. semel initum esse irritum: aut diuortium petant ratione adulterij aut sæuitiæ, nullo modo esse iudicem ecclesiasticum adeundum, sed solùm secularem esse competentem. Quia is contractus est merè temporalis, & iurisdictionis secularis, nec infideles iurisdictioni ecclesiasticæ subsunt. Quòd si iam alter coniugum ad fidem redierit, actor debet sequi forũ rei, ac proinde si infidelis agat ad diuortium, vel ad nullitatem matrimonij, debet conuenire fidelem coram iudice ecclesiastico, qui in causa matrimonij est iudex fidelis: si verò fidelis sit actor, debet infidelem conuenire coram iudice seculari, qui est eius iudex. Cùm semper actor forum rei sequatur, *cap. Si clericus. & ca. Cum sit generale, de foro comp.* Quòd si neuter agat, sed quidam tertius id matrim. denunciet fuisse nullum, existimo solum iudicem ecclesiasticum esse competentem. Quia dignius debet trahere ad se minus dignum, *c. Non aſtimemus, 15.qu.2. & l. Quæ litigiosis. ff. de rei vendic.* At constat dignius esse matrim. ex parte fidelis, in quo esse quoddam spirituale habet.

10 Tandem deducitur, si fidelis contrahat matrim. apud infideles, apud quos domicilium habet, cum impedimento aliquo dirimenti ab Ecclesia inducto, matrimon. fore nullum. Quia leges Ecclesiasticæ vbique terrarum fideles astringunt. At secus erit dicendum, si infidelis contrahat extra patriam in loco Principi Christiano subdito aut alij Principi infideli, cum impedimento dirimenti statuto, à suo solo Principe. Quia non astringitur legibus suæ patriæ extra illam (vt late probaui lib.3. disp.18.n.18.) Dixi à suo solo principe, quia si etiam esset impedimentum dirimẽs sancitum à principe loci in quo contrahit, non valeret. Quia peregrini astringuntur legibus communibus suæ patriæ, & loco in quo reperiuntur (vt probaui ea disp. 18. nu.5.) Si autem esset ab Ecclesia inductum illud impedimentum in loco fidelium, vbi infidelis contrahit, & in suo oppido à principe infideli, valeret matrim. Quia lex illa ecclesiastica non est generalis in illo oppido, sed solos fideles astringit.

Ad arg.n.1. proposita constat ex dictis. Nã omnes textus ibi relati probant hodie id non posse principem fideli: quòd Pontifex sibi reseruauit. Quod n.4. fassi sumus. Et matrim. esse Sacramentum nõ obstat quo minùs id posset princeps, ni Pontifex sibi reseruasset, vt n.2. probauimus. 11

DISPVTATIO IV.

An consuetudo efficax sit ad reddendos quospiam inhabiles ad matrim. inducendo noua impedimenta dirimentia: aut habiles, qui iure canonico inhabiles erant, abolendo aliquot impedimenta dirimentia iuris?

SVMMARIVM.

Proponuntur cap.1. & c. Super eo, de cognat. spirit. & c. Quod super, de consang. quæ in hac re difficultatem ingerunt, n.1.

Consuetudo nullas vires obtinet ad dissoluendum matrimonium legitimum, n.2.

Potest consuetudo à Papa approbata inducere impedimenta dirimentia, ac inducta abolere, n.3.

Consuetudo potest impedire ad tempus, & efficere vt ad tempus separentur, n.4.

Proponuntur duæ quæstiones disputandæ, n.5.

Vtrùm consuetudo possit inducere noua impedimenta matrimonium dirimentia. Referuntur varia sentẽtiæ: & variis modis interpretandi textum, c. Super eo, de cognat spirit. n.6.7.8.9. & 10.

Explicatur sententia Auctorum, & c.1. de spons. & qualis consuetudo desideretur ad derogandum iuri Ecclesiastico, n.11.

Soluuntur argumenta n.12.

An consuetudo possit aliquod dirimens impedimentum abolere? Refertur quædam sent. n.13.

Proponitur sent. Auctoris. Et explicatur qualis consuetudo dicatur rationi conſona, vt legi deroget. Et an reprobata à lege consuetudine, possit noua induci aduersus illam legem: & desideretur in hoc speciali euentu sententia Principis: excusenturq; posteri ab inuisi consuetudine, quamuis illa non constet de iusta causa illius inducendæ. Et extemporis diuturnitate præsumatur ipsum tacitum, n.14.

Soluuntur argumenta, n.15.

NON modica est cõfusio, & diuersitas opinandi apud DD. in hac disp. cuius rei ansam præbent tres textus: quorum duo manifestè decidunt, nulla consuetudine induci posse, vt iure inhabiles ad ineundum matrim. habiles efficiantur. Quod est dicere, nullum impedimentum iure canonico dirimens matrim. posse contraria consuetudine abrogari. Primus textus est, *cap. Quod super, in fine de consangui.* ibi, *Ne autem infra gradus prohibitos matrim. contrahatur, debes publicè inhibere, & præsumptores Ecclesiastica districtione punire, non obstante consuetudine, quæ dicenda est potius corruptela.* Secundus est *cap. Super eo. in priori sui parte, de cognat. spirit.* ibi, *respondemus, quòd si tales filij fuerunt, per quorum alterum vel vtrumque parentes ad compaternitatem venerunt, eos coniungi nulla ratione sustineas, & contradictos Pontificali auctoritate non differas separare.* Tertius textus est *c.1. de cognat spirituali, iuncto eodem c. Super eo, in posteriori sui parte.* Nam *eod. c. Super eo*, sic dicitur: *Si per neutrum eorum ad compaternitatem ventum fuerit, de his te volumus consuetudinem tuæ Metropolitanæ Ecclesiæ vel aliarum circumpositarum inquirere, & diligentius imitari: ita quòd si eiusdem Ecclesiæ consuetudo habeat, inter eos non sustinere coniugium fieri, nec factum firmitatis robur habere, tu simili modo in Ecclesia tibi commissa, coniugium huiusmodi fieri non permittas, & si quos taliter coniunctos inueneris, iuxta eorundem Ecclesiarum consuetudinem ipsos separare ab inuicem non omittas.* Et *c.1. de cognat. spirit.* relato eodem casu, & itamq; matrim. consistere posse inter eos duorum compatrum 3

filios,

filios, quorum neuter causa fuit compaternitatis, subditur, *Nisi consuetudo Ecclesiæ, quæ scandalum generet, aliter se habere noscatur.* In quo apparet manifesta repugnãtia: si enim consuetudo vim habet inducendi impedimentum dirimens, vt hi duo textus aperte decidunt: cur eadem virtute carebit impedimentum dirimens iure canonico inductum auferendi? Quod prioris textus negant. Cum in vtroque euentu solum ius ecclesiasticum videatur consuetudini resistere: quod vel id impedimentum nouum minime indixit, vel impedimentum auferendum statuit. Quamobrem DD. varios interpretandi modos adinuenere. Et vt clarius procedam ea in quibus omnes ij conueniunt, præmittam: deinceps vtramq; quæstionem seorsum disputabo, & præmissis aliorum sententiis, meam in medium proferam.

2 Primò igitur conuenit inter DD. consuetudinem quocumque scandalo adiutam, nullas vires sortiri ad dissoluendum matrim. semel legitimè initum: vtpote quod est vinculum iuris naturalis & diuini. Nec ob scandalum à veritate iuris diuini recedendum est, *c. 2. de operis noui nunciat. regula. Qui scandalizauerit, de regulis iuris.* Constat etiam ex *cap. fin. de sponsa duorum*, vbi definitur non standum esse consuetudini, vt spreto priori matrim. rato, perfistatur in posteriori consummato. Atque ita docent *Glossa c. 1. de cognat. spirit. v. Nisi consuetudo. Abbas c. Super eo, nu. vlt. eod. t. & ibi Alex. de Neuo n. 10. Præpos. nu. 4. Brunell. de sponsalibus cons. 20. n. 8. Angelus Matrimonium, 5. impedimento 17. nu. 1. Sylvest. Matrimonium, 2. q. 3.*

3 Secundò concordes sunt posse consuetudine à Pontifice approbata, induci impedimenta, matrim. postea cõtractum dirimentia, atque iure canonico statuta auferri. Quoniam ea consuetudo habet vim constitutionis Pontificiæ. Ita *Host. c. fin. n. 1. de sponsa duorum, & cæt. de consang. & affin. in fin. & sum. t. de cognat. spir. §. Quæ sit effectus, n. 6. Henric. c. 1. n. 5. de sponsal. Alberic. in suo dictionario, lit. I v. Impedimentum, 1. vers. An aliqua consuetudo. Astensis sum. 2. p. l. 8. t. 18. a. vn. q. 4. ad fin. Turrecr. c. Placuit. d. 32. a. 2. num. 13. Tabiena v. Impedimentum, 1. communi, q. 4. Sylvest. Matrimonium, 2. q. 3. Gaetan. per. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 80. & 296. Ioan. de Friburgo sum. confess. lib. 4. t. 5. q. 2.*

4 Tertiò, fatentur omnes, valere consuetudinem ad tempus impedientem matrim. & separantem ad tempus, non eo quòd inualidum sit, sed in pœnam, quòd aduersus prohibitionem initum sit. Quippe prohibitio consuetudinis tantum valet, quantum prohibitio hominis, sed contra hanc valet, & separatur ad tempus: ergo contra prohibitionem consuetudinis similem dictæ hominis prohibitioni. Atq; ita docent. *Aut. c. Super eo, in fin. de cognat. spirit. & ibi Abb. n. 6. Alex. de Neuo n. 16. Præpos. n. 4. & c. 1. in fin. eod. tit. Ang. & Sylvest. citatis n. 2. fin. Brunel. de sponsal. cons. 20. n. 9.*

5 Duplex autem quæstio controuertitur. Prior est, de efficacia consuetudinis ad noua matrimonij impedimenta dirimentia statuenda. Posterior, de eiusdem potentia ad impedimenta iuris cationes abrogandas.

6 QUÆSTIO prior, an consuetudo eas vires habeat, vt possit noua impedimenta matrim. dirimentia statuere, ac eos reddere inhabiles ad matrimonium, qui iure canonico antea habiles erant? Maximè discordes in hac re inueniõ DD. Et difficultas versatur circa intelligentiam textus *c. Super eo de cognat. spirit. in secunda sui parte*, vbi (vt nu. 1. videmus) eas vires consuetudini tribuere videtur. Primus interpretandi modus est, vt consuetudo eam vim minimè habeat nisi à Pontifice approbata sit. Quare cùm *d. c. Super eo*, approbetur consuetudo, inhabiles efficiens ad matrim. filios duorum compatrum, per quorum neutrum compaternitas est contracta, in eo solo casu eas vires obtinebit consuetudo, nec ad similes casus protrahi debet. Ex quo fit nullius esse roboris consuetudinem, vt quinto consanguinitatis gradu se attinentes non possint valido matrim. copulati, quia desideratur approbatio Pontificis quæ in solo casu prædicto reperitur. Deinde, quia DD. cõtrarij admiserunt, non posse consuetudine effici habiles ad matrim. qui iure inhabiles sunt: quo dato, manifestum absurdum consequi videtur non concedendo similiter nequire reddere consuetudinem inhabiles, qui iure habiles sunt: id nimirum, vt fatendum sit consuetudinem nullo adminiculo adiutam posse vincere duplex ius sibi resistens: cùm tamen eadem consuetudo cum externo adminiculo nequeat vnicum ius ex illis superare. Quoniam consuetudo reddens inhabiles qui iure canonico habiles erant, omni adminiculo destituta pugnat aduersus ius naturale, & canonicum sibi resistentia, quæ id matrim. permittebant. Quòd si negemus consuetudini, eam nequire efficere habiles ad matrimonium, qui iure canonico inhabiles sunt, consuetudo iure naturali id matrim. permittente associata, nequibit solum ius canonicum sibi obstans vincere, vnde duo manifesta absurda consequuntur. Prius, vt plus possit consuetudo contra ius naturæ, ac Dei, permittens matrim. quam contra statutum Pontificis id prohibens. Cùm tamen verissimum sit consuetudine vinci posse ius humanum, nõ tamen diuinum & naturale, *c. Licet ex quadam, de testibus.* Posterius est, vt res debilior fortiùs operetur, quam ipsamet adminiculo alia roborata: contra *c. Inter corporalia, de transact. prolat.* vt igitur hæc absurda caueantur, fatendum necessariò est, consuetudinem Pontificia approbatione destitutam, non posse inhabiles quospiam ad matrim. efficere: sicut communiter fatentur DD. non posse habiles reddere. Atq; ita sustinent *Host. c. Quod super, in fin. de consang. & affin. iuncto c. Super eo, de cognat. spirit. n. 9. paulo post princip. super verf. Nouerint, & summa t. de cognat. spirit. §. Quæ sit effectus, n. 1. Rosella dicens communem esse sententiam v. Impedimentum, impedim. 1. n. 7. Sylvest. Matrimonium, 2. q. 3. in fine.*

Secundus interpretandi modus est, vt cõsuetudo nullas 7
vires obtineat, vt inhabiles aliquos ad matrim. reddat: at si consuetudinem mixtam clericorum & laicorum contineret scandalum, quod ex eo contracto aduersus consuetudinis prohibitionẽ subortiretur: id matrim. esti initum, non ratione consuetudinis, sed quòd canones ipsi cum scandalo coniugia iniri minimè tolerent. Ducitur, quia nõ apparet cur consuetudo possit inhabiles reddere, quibus ius canonicum matrim. permittit: eum tamen võ valeat habiles efficere, quibus idemmet ius matrimonio interdicit: & si prius admittatur, posterius sanè admittendum est. Quod est contra textum apertissimum *cap. Quod super, in fin. de consang. & affin.* Sic *Couar. 4. de rest. 2. p. c. 6. §. 10. nu. 18. Lud. Lop. 2. p. instr. de matrim. c. 46. col. 5. §. Deinde debitare, Enriq. l. 12. de matrim. c. 1. n. 5. in textu*, iuncto *comment. lit. A.* subditque olim ita fuisse, iam tamen hodie cessare.

Tertius modus est, vt consuetudo gaudeat viribus, in- 8
habiles reddendi ad matrim. quibus iure canonico contrahere permittebatur, si consuetudinem comitetur scandalum, quod ex matrim. inito pullularet. Ducitur, quoniã conceditur consuetudini vt efficere possit quempiam inceptum ad matrim. spirituale, minutum, ad beneficium obtinendum, *c. Cùm olim, iunct. gl. §. de cler. coniug.* Poterit ergo idem, ad matrimonium carnale. Valdè enim ducitur argumẽ à matrim. spirituali ad carnale, vt probat *Enr. ad dict. suum topicum, loco à matrim. spirituali, n. 3.* Præterea, quod id decidi videatur, *c. Super eo, in fin. de cognat. spir.* & quamuis ibi solius consuetudinis mentio fiat, at *c. 1. eo. t. in fin.* consuetudini scandalum adiicitur, tanquam requisitum, vt hunc effectum ea operetur. Et quamuis vterque textus loquatur in casu speciali, quo matrimonio iungantur filij duorum compatrum, quibus nullo iure matrim. prohibetur, at id extendendum est ad omnes alios euentus, in quibus nullum aliud matrimonij impedimẽtum intercedit, præter consuetudinem scandalo coniunctam. Vt si hæc obtinuerit, quinto consanguinitatis gradu coniunctos non posse valido matrimonio vinciri. Quippe eadem militat ratio, nec præfatus casus relatus est, *d. c. Super eo*, ad illius decisionem restringendam, sed gratia exempli, quod minimè regulam arctat, *l. 1. §. Quod vulgo ff. de vi, & vi arm.* Ita sentiunt *Glossa cap. fin. verb. Cognouisset, de sponsa duorum, &* cæ-

Cæ-

Cum olim in fine de cleric. coniug. & cap. Super eo, verb. Consuetudo, de cognat. spirit. & c. Quod super, verb. Non obstante, de consang. & affin. Anton d. cap. Super eo, in fine, & c. 1. in fine, de cognat. spirit. & c. Quod dilectio, n. 10. de consang. & affin. Abbas dict. cap. Quod super, num. 4. & dict. cap. Super eo n. 4. & d. c. 1. num. 3. Præpositus cap. Quod dilectio, de consanguin. & affin. num. 7. & dict. c. Super eo, num. 6. Alexander de Neuo d. c. Quod super, num. 7. & 8. & d. cap. super eo, num. 18. & 19. & dict. cap. 1. num. 3. Angelus Matrimonium, 3 impedimento 17. nu. 1. Rauennas tractatu de consuetudine, sect. 1. in fin. Vincentius & Goffredus relati ab Abbate, Brunellus de sponsalibus, conclusione 20. num. 8. Supplementum. Gabriel 4. d. 42. q. 1. art. 3. dub. Guillermus Borrilong. 4 dist. 42. q. un. a. 2. corollar. 2. Driedo de libert. Christiana, in nea edit. lib. 1. c. 11. ad fin. (in aliis enim editionibus aliter solet citari.) Nauarr. summa Latina, & Hispan. cap. 12. num. 73. fine, sed Latina, confusè, & valde succinctè, Hispana verò clarius, addens desiderari, vt sequatur scandalum, non solum ex contractione matrimonii, sed etiam ex perseuerantia in illo, Villalobos in erario commun. opin. litera C. verb. Consuetudo num. 269. Hanc autem sententiam non ita late, vt proposui, explicant omnes hi Doctores, nam aliqui non meminere scandali, vt Guillermus Borrilong. Rauennas, Vincentius, Goffredus, Driedo, Villalobos. At illius cæteri meminere. Præterea extensionem illam ad cætera impedimenta, vt si consuetudo dirimat in quinto consanguinitatis gradu, explicant Glossæ (quamuis hæc sub dubio, dicens fortè, ita esse,) cap. Super eo, verb. Consuetudo, de cognat. spirit. & ibi Abbas num. 6. Alexand. de Neuo num. 18. ante fin. Rauennas, Driedo, Brunellus proxime citati. Quam cæteri allegati subticuerunt. Rursus discordant hi Doctores, quia aliqui ex illis eam extensionem non generaliter admittunt, sed in exemplo posito à Glossa, de prohibitione matrimonii in quinto consanguinitatis gradu. Quia in eo concurrit cum consuetudine adminiculum iuris antiqui, quod in eo gradu matrimonium dirimebat. Vnde aiunt non sufficere consuetudinem cum scandalo ad inhabilem reddendum quempiam ad matrimonium, extra casum expressum dict. cap. Super eo, inter filios duorum compatrum, per quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem, nisi consuetudo illa innitetur aliquo iure, quod idem matrimonium interdicebat. Sic Gloss. d. c. Super eo, verb. Consuetudo, Anton. in fine, & c. Quod dilectio, n. 10. de consanguin. & affin. vbi Præpos. n. 7. Alexand. de Neuo, d. c. Super eo, nu. 18. & 19. Angelus Matrimonium, 3 impedimento 17. num. 1. Syluest. Matrimonium, 2. qu. 3. Alii autem id iuris adminiculum minimè posecunt, sed consuetudine cum scandalo contenti sunt. Ita Abbas, dict. cap. Super eo, nu. 6. quamuis enim id expressè non addit, at ex secunda ratione, qua hanc sententiam confirmat clarè colligitur eum esse huius sent. Et ita pro ea illum referunt Alexan. de Neuo, Angelus & Sylvest. proxime allegati.

9 Quartus interpretandi modus est, vt consuetudo nequeat aliquos reddere inhabiles ad matrimonium, nisi à Pontifice approbetur. Quia cùm inferior potestate in superiorem careat, c. cum inferior de maiorit. & obedient. consuetudo, quæ Pontifice inferior est, nequit circa hoc disponere, quod ius sibi Pontificium reseruauit. (vt diximus disp. præced. n. 4.) Secundò idem probat cap. 1. de sponsal. vbi Gallus contendens matrimonium à se initum aduersus Gallicam consuetudinem fore irritum: (sic enim explicat ibi Glossa. verbo Lege) damnatur vt ad vxorem redeat, ea consuetudine minime obstanti. Ex quo textu colligit Abbas ibi n. 3. omissionem consuetudinis patriæ non vitiare matrimonium. Et Innoc. ibi in fine, Hostiens. paulo post principium, super verbo, Superinduxit, Ioann. Andr. num. 5. Cardin. num. 5. Præpos. num. 7. vers. Circa primum, Colligunt ex eodem textu, nullas esse consuetudinis vires circa matrimonii substantiam. Et reddit Cardin. rationem, quia consuetudo est iuris positiui, ideo non potest tollere matrim. quod surgit à iure diuino. Non ergo poterit consuetudo aliquos inhabiles efficere ad matrimonium. Id enim substantiam matrimonii lædere. Sic tenet Calderin. cap. fin. de sponsa duor. quem ibi refert & sequitur Alex. de Neuo nu. 23. Palud. 4. d. 26. q. 3. a. 3. concl. 2. n. 13.

Vltimus modus est; vt valeat consuetudo impedire 10
matrimonium non tamen dirimere: sed ad tempus separabitur in pœnam. Sic Glossa fin. cap. 1. de cognat spirit. Goffredus, summa. eodem tit. num. 5. Innoc cap. Super eo, num. vn. eodem tit. Alberic. in suo diction. litera I. verb. Impedimentum, 1. vers. An aliqua consuetudo, Archid. cap. Placuit, num. 2. d. 32. & ibi Turrecrem. a. 2. num. 12. Ioan. Andr. cap. Quod super, in fine de consanguinit. & affinit. & ibi Anchar. fine, Alfensis sum. 2 p. l. 18. 2. 18. art. vnic. q. 4. ad fin. Tabiena verb. Impedimentum, 1. in commun. q. 4. num. 5. Viguerius l. inst. cap. 16. §. 7. vers. 8. impedim. 6. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. num. 269. Anton. Cacus l. 5 institut. maior. t. 12. n. 35.

Sed vt meam sententiam explicem, existimo consue- 11
tudinem legitime præscriptam, ac rationi consonam, qualis petitur cap. fin. de consuetud. ad legem statuendam, & statutam derogandam, vires habere inducendi nouum impedimentum dirimens, ac subinde matrimonium aduersus eam consuetudinem initum, esse nullum: idque solam consuetudinem posse, absque scandalo & adminiculo alterius iuris, nec ad eam inducendam desiderari scientiam Pontificis, sed eo ignorante, posse talem consuetudinem legitime præscribi, summque operari effectum, dummodò sit consuetudo mixta clericorum & laicorum. Singulæ partes probandæ sunt. Et in primis quatenus affero consuetudinem eas vires habere, conuenio cum Doctoribus tertiæ sententiæ relatis ium. 8. Idemque docet Petrus Sotus lect. 4. de matrim. ad fin. Alb. Pighius in suis controuers. controu. 15. ad finem, Abulensis tractans inter infideles 1. Reg. 8. quæst. 275. vers. Dicendum quod non. Et quamuis Doctorum maior pars ex iis quos nu. 8. retuli, petat consuetudinem scandalo comitatam, & adminiculo iuris antiqui aduitam, at aliquos annotaui ibi eam conditionem non exigere: sicut nec illius meminere Doctores proxime citati. Quamuis fatear me nullum inuenisse, qui expresse asserat id scandalum non desiderari. Ducor tamen ad id asserendum: quoniam id generale est, vt consuetudo, quamuis nequeat iuri diuino & naturali derogare, possit tamen addere, diminuere & distinguere: vt tradit Innoc. communiter receptus c. fin. Statum in princ. de consuetud. Per illum textum, qui expresse generaliter decidit, posse consuetudinem rationi consonam, ac legitimæ præscriptam, iuri positiuo derogare, antiquam legem abrogando, atque nouam statuendo: nec petitur ibi, vt consuetudinem scandalum comitetur. Cùm ergo possit consuetudo leges alias Ecclesiasticas stabilire, atque ea consuetudo legitime introducta obligabit, vt circa iciunium nouum, festum nouum, reddendum inhabilem quempiam ad beneficium, c. Cum olim, de cler. coniug. cur non poterit nouum matrimonij impedimentum dirimens inducere, eo pacto quo id posset noua lex Ecclesiastica? Dices, id sibi Pontificem reseruasse. (prout dixi disp. præced. n. 4.) Fateor id sibi Pontificem reseruasse, ne potestas secularis leges circa matrimonium dirimendum indicere posset: ac minime interdixit, quin id posset consuetudo, quæ vires habet ad legem etiam Ecclesiasticam statuendam. Præterea, quia c. Super eo, in 2. sua parte, de cognat spirit. expresse dicitur dirimendum esse matrim. quod contra receptam consuetudinem initum est, nec vbi vlla fit mentio scandali, nec alterius iuris antiqui adiuuantis. Imo in casu illius textus nulla erat prohibitio, præter consuetudinis interdictionem. Quod si dicas, c. 1. de cognat. spirit. expressum esse, vt talis sit consuetudo, quæ scandalum generet. Resp. non censeri restrictionem consuetudinis, contra regulam generaliter traditam c. fin. de consuetud. quæ solùm petit eam esse rationi consonam, atque legitime præscriptam, vt legem nouam sanciat, antiquámve aboleat: sed potius esse declarationem conditionum consuetudinis, quæ petuntur, dict. cap. fin. nempe, vt si rationi consentanea, & legitime præscripta. Si enim eas conditiones habeat, eius violatio suapte natura scandalum generabit. Atque ita

sensus est, non sit consuetudo contra rationem, nec de nuo introducta, sed talis ac tam diuturna, vt eius violatio iure optimo scandali orituri ansam præbeat. Quare is effectus inducendi nouum impedimentum dirimens, non scandalo, sed consuetudini legitimè introductæ tribuendus est. Sicut nec vitius statuendi nouam legem attribuitur scandalo, quòd nascitur ex legitima consuetudine non obseruata, sed ipsi consuetudini iustæ, & debitæ præscriptæ: cui facultas hæc concessa est *dict. cap. finali de consuetud.* Ea confirmatur. quis enim negaret hanc vim legitimæ consuetudini, si per accidens non sequeretur scandalum ex eius transgressione, cum tamen conditiones omnes habeat requisitas *d. cap. fin.* ad nouam legem stabiliendam? Et è contra, quis eam tribueret consuetudini, cui aliqua ex illis conditionibus deficit, si magnum ex non obseruantia oriretur scandalum? Nemo sane, sed diceret in priori casu, id per accidens euenire, ea enim violatio sufficientem scandali suapte natura occasionem præbet: in posteriori autem, esse scandalum passiuum, & aduersus rationis limites acceptum: quod iura non attendunt. Ergo is effectus non ex scandalo proficiscitur, sed ex consuetudine legitimè præscripta, quæ ex se absque scandalo violari nequit: ac proinde legitimus sensus est. *cap. 1. de cognat. spirit.* dum dicit: *Nisi consuetudo Ecclesiæ, quæ scandalum generat, aliter se habere noscatur.* Id est, nisi consuetudo iusta, & legitimè præscripta, ex cuius transgressione meritò scandalum oriri possit, aliter se habeat. Deinde probatur minimè ad eam consuetudinem inducendam desiderari Pontificis scientiam. Quoniam licet non desint Doctores graues scientiam Principis exigentes, quo consuetudo vim legis indicendæ aut abrogandæ habeat; at verior sententia habet eam minimè desiderari, etiam si sit circa sacramentalia ea consuetudo, (vt dicemus hoc lt. 7. disp. 81. num. 20.) Quippe cùm Princeps *d. cap fin. de consuetud.* generaliter decreuerit consuetudine posse legem statui, & derogari, iam talis voluntas vt eam facultatem obtineat consuetudo, est tacita scientia, & tolerantia consuetudinis in posterum legitimè inducendæ, vt eas vires sortiatur absque alia speciali ipsius consuetudinis in Principe notitia. Demum probatur desiderari vt sit consuetudo mixta clericorum & laicorum. Quod asserunt *Couarr. & Sud. Lopez. n. 7 alleg.* Nam defectus consuetudinis statuit solius laicorum, nil potest immutare circa matrimonii substantiam, & leges Ecclesiasticas, deficit enim potestas in consuetudinem inducentibus. Atque ita explicant textum. *cap. 1. de spons. Anton. ibi num. 8. & 12. Abbas n. 9. Alex. de Neuo num. 10. n. 21. 22. Felinus n. 2.* dicunt enim consuetudinis Gallicæ violationem non obstare valori matrimonii, eo quod deficeret potestas in eam inducentibus, matrimonium enim spectat ad Ecclesiæ forum, *cap. Tuam, de ordine cognit.* Atque ita clare intelligunt de consuetudine laicorum.

12 Ad argum. contrariâ num. 6 proposita, respondetur. Ad 1. constat ex dictis nu. præced. non est enim necessaria specialis scientia & approbatio Pontificis, sed sat est illa generalis, qua eam vim tribuit consuetudini, *c. fin. de consuetud.* Ad 2. dico non pugnare aduersus meam sent. Nam n. 14. concedam vtrumque cõsuetudini. At retenta communi sent. vt consuetudo nequeat inhabiles ad matrim. habiles efficere: nullam vim habet id argumentum, sed fallax est. Quippe consuetudo inhabiles quospiam reddens ad matrimonium non aduersatur iuri diuino naturali, nec canonico: ea enim iura non præcipiunt in eo gradu matrim. contrahi, sed solum permittunt: at cõsuetudo reddens habiles, iure can. impeditos: aduersatur ipsi iuri can. interdicenti id matrim. Multo autẽ plus est, ius præcipiens, & irritãs abolere, quam vltra iuris permissionem aliquid prohibere. Hoc enim non est proprie ius permittens vincere, & abrogare, sed aliquid nouum statuere, quod ab ipso præceptum minime erat. Ad argum. num. 7. obiectum, non est opus respondere. Quoniam meam sent. nu. 14. aperiendam, vt vtrumque possit consuetudo, confirmat. Ad 1. propositum nu. 8. non est necesse respondere. Quia non militat contra nostram sententiam num. præced. explicatam, sed illam confirmat. Ad secundum respondi num. præced. vbi sensum illius textus explicui. Ad primum, num. 9. propositum, dic solam consuetudinem tamquam inferiorem id minime posse: at eam vim habere ex ipsius Pontificis generali permissione, qua *cap. fin. de consuetud.* id generaliter legitimæ consuetudini concessit. Ad secundum constat ex dictis num. præcedenti in fine, vbi probaui eum textum loqui de sola laicorum consuetudine.

QVÆSTIO posterior. An consuetudo legitimè præscripta vim habeat abolendi aliquod impedimentum dirimens, efficiendõ habiles ad ineundum inter se matrimonium, qui iure canonico inhabiles sunt? Et quidem fere omnes DD. pro constanti asseuerant id non posse consuetudinem. Vtuntur, quia *c. Quod super, de consang. & affin. in fine, & c. Super eo, ex priori sui parte, de cognat. spirit.* quorum verba n. 11. retuli, id videtur clare decidi. Et confirm. quia consuetudo tamquam inferior nequit vires habere ad ius abrogandum, nisi ex tacito principis consensu. Solus enim is potest consuetudinẽ legitimam inducere, qui legem indicere potest. *l. De quibus ff. de legibus.* Quod solius Principis esse nemo dubitat. At in hoc euentu consuetudo non habet tacitum consensum Principis, imò expressum dissensum. Nam *d. c. Quod super, in fine*, dicitur non obstante contraria consuetudine separandos esse cõiunctos matrimonio, in gradu prohibito per ius canonicum. Et *d. c. Super eo*, habetur id matrimonium nulla ratione permittendum, vnde *Sotus lib. 1. de iustit. q. 7. art. 2. colum. 2. vers. Hoc ergo memorie*, ait vbi lex exprimeret nullam consuetudinem contra legem valituram, id decretum consuetudini vires auferre, ne per illam lex vnquam abrogari possit. Quòd si dicas per ea verba posita *dict. cap. Quod super. Non obstante consuetudine*, non derogari consuetudini futuræ, sed soli præteritæ, iuxta glossam celebrem *Clement. Statutum. verb. Consuetudine, decisi.*, ac proinde non obstare, quo minùs consuetudo postea introducta possit impedimentum dirimens abrogare, abolendo ius Pontificium quod illud statuerat. Non iuuabit hæc euasio. Quia illa doctrina glossæ communiter reprobatur, & communis sententia docet vtramque consuetudinem comprehendi, vt multis citatis docent *Tiraquell. de retract. in præfatione num. 18. & 19. Couarr. 5. var. cap. 13. num. 4. Burgos de Paz, leg. 1. Taur. num. 464. & 479. Zavallos tit. suis quæst. practicis q. 704. per totam.* Secundum, quia consuetudo vt legi deroget, debet esse rationi consentanea, *cap. fin. de consuetu.* At consuetudo ineundi matrimonium in gradu iure canonico interdicto, non potest esse rationi consona, tum, quia *d. cap. Quod super*, appellatur potius corruptela, quàm consuetudo; tum etiam, quia peccatum lethale fouet, quale est id matrimonium inualidum iure, in eoque persistere. Et confirmatur, quia sicut *cap. finali, de consuetud.* appellatur potius corruptela, consuetudo aduersus ius naturale inducta, & ita decidit ibi, ea non posse ius naturale abrogari: ita *dict. cap. Quod super*, appellatur consuetudo ineundi matrimonii in gradu prohibito, corruptela, & ideo dicit textus eam consuetudinem minime obstare. Sicut ergo in priori euentu nunquam potest consuetudo præualere: ita nec in posteriori. Tertium, quia valde distant, posse consuetudinem efficere vt personæ inhabiles ad matrimonium, habiles reddantur: & posse habiles reddere inhabiles. Priori enim casu, consuetudo aduersa est moribus bonis, nec rationi conformis esse potest. Cum interdictio matrimonii in gradibus prohibitis, charitatis dilatandæ gratia, fit institutа, vt extranei vinculo strictiori inter se vniantur (consanguinei enim jam coniuncti sunt) teste *D. Augustino lib. 15. de ciuitate Dei, cap. 16.* & refertur *cap 1. 35. quæst. 2.* Posteriori autem casu, nullis bonis moribus aduersatur. Atque ideo non mirum est, si prius consuetudine fieri possit, posterius autem minime. Quam rationem differentiæ tradunt Abbas,

Abbat. & Alexand. de Neuo, ac Brunel. statim allegandi. Aliam verò tradunt Vincentius & Goffredus, quos statim referam, quòd consuetudo possit onerare, non verò honorare, cap. Quod in scripturis, 8. q. 1. At facere habilem quempiam ad matrimonium, est honos: efficere verò inhabilem, est onus: & ideo hoc conceditur consuetudini, illo denegato. Tandem, quia consuetudo quam iura improbant, dissonat rationi: este Glossa cap. finali, verb. Rationabilis, de consuetud. & ibi Innocent. in fine, qui ita explicant eum textum petentem, vt consuetudo sit rationabilis. Cum ergo consuetudo, efficiens aliquos habiles ad matrimonium, contra iuris canonici decreta, sit improbata, cap. Quod super, de consanguin. & affin. in fine, nullius erit efficaciæ ac valoris ad id inducendum. Atque ita sustinent glossa, dicto cap. Quod super, verb. Non obstante. Et ibi Vincentius, & Goffredus, Hostiens. ibi, in fine, & summa, tit. de cognat. spirit. §. Quis sit effectus, num. 6. Antonius cap. Super eo, in fine, de cognat. spirituali, & dict. cap. Quod super, num. 3. & cap. Quod dilectio, num. 10. de consanguinitate & affinit. Abbas dict. cap. quod super, num. 4. & dict. cap. Super eodem, num. 5. & 6. vbi Alexander de Neuo, num. 5. & 16. & dict. cap. Quod super, num. 5. & duplici sequenti & ibi Anchar. nu. 4. Præpos. dict. cap. Quod dilectio, n. 7. & dict. cap. Super eodem, num. 4. Rosella verb. Impedimentum, impedimento 2. num. 7. Angelus Matrimonium, 3. impedimento 17. num. 1. Sylvester Matrimonium, 2. quæst. 3. Brunellus de sponsal. conclus. 20. num. 7. & 8. Driedo de libert. Christiana, in nouæ editione, libr. 2. cap. 1. in fine, Couar. 4. decret. 2. part. cap. 6. §. 10. num. 18. Ant. Cucus lib. 3 inst. maiorum, t. 12. n. 36. Enriq. l. 12. de matrim. c. 1. n. 5. in commento, lit. A.

14 His tamen minimè obstantibus, verius mihi est, posse consuetudine derogari legi Ecclesiasticæ statuenti impedimentum dirimens inter aliquos, ac proinde vi consuetudinis illius posse eos habiles effici ad ineundum inter se matrimonium. Ducor, quoniam cap. fin. de consuetud. statuitur generaliter; vires habere consuetudinem ad derogandum legi. Cum ergo lex statuens ea impedimenta dirimentia, non sit naturalis & diuina, sed meræ humana, cur ab ea generalitate excipienda erit? eo vel maximè, quod is textus solam legem naturalem & diuinam ab ea consuetudinis facultate eximat. Præterea, quia vel id consuetudo nequit, eo quod improbata sit capite Quod super, in fine, de consanguinitate & affinitate. vel quod ea consuetudo aduersus ius Pontificium inducta, nequeat rationi consentanea esse. Quæ sunt aduersæ sententiæ fundamenta. Sed in primis, nil obstat huic veritati ea improbatio consuetudinis facta dict. cap. Quod super. Nam frequens ac verissima sententia habet quoties lex reprobat consuetudinem ac iniquam, & ipsi etiam futuræ derogat, posse ex noua causa induci consuetudinem aduersus eam legem. Quippe noua causa tollit iniquitatem, quæ inesse videbatur consuetudini, eo tempore quo lex ipsam vt iniquam reprobauit. Quod egregie probat textus l. Si hominem, 30. ff. mandati, vbi decidit generalem procuratorem posse reuocare specialiter à domino prouisa, existendi causa iusta reuocandi. Quam Bartolus ibi, initio, Abbas cap. At si clerici, §. de adulteriis num. 9. de iudiciis, & ibi Addition. ad Felinum, num. 3. exponunt, quando est causa noua, vel antiqua verisimiliter non cognita. Et constat ex textu, ibi, Nisi iustam causam habuerit, veluti si postea compererit eum falsas rationes confecisse. Ergo similiter quamuis habeat consuetudo vim legem nouam statuendi, & antiquam abrogandi, ab ipso principe, poterit contra ipsiusmet Principis dispositionem, futuram consuetudinem improbantis & decidentis ea non obstanti valituram legem, ex noua ratione superuenienti præualere aduersus eam legem. Atque ita posse in eo euenire vim habere consuetudinem ex noua causa ortam, docent Abbas cap. Cæterum, num. 9. de iuramento calumniæ, & cap. 2. num. 8. de probat. & cap. fin. num. 24. de consuetud. Dominic. cap. 1. ad finem, de constitut. in 6. & ibi Francus num. 19. in fine. Decius cap. 2. de probat. in nouæ editione, num. 68. & ibi Arctinus num. 34. Fel. nus num. 11. Barbatius dict. cap. final. num. 81. & 82. Rochus de Curte de consuetudine, sect. 7. num. 11. Petrus Rauennas de consuetudine sect. 3. num. 11. & 16. vers. Prædicta conclusio, Balæus Nouellus de dote 6. part. priuileg. 21. num. 19. Ioan. Lupus c. Per vestras de donation inter vir. & vxor. not. ab. 3. in princip. num. 2. & 3. Rosella verb. Consuetudo, num. 1. & ibi Angelus num. 9. Sylvest. qu. 6. Tabiena qu. 4. num. 5. ad finem, Armilla num. 4. Ferretus in repetitione cap. 2. de probat. num. 26. Couar 3. variarum cap. 13. num 4. Anton. Gomez l. 51. Tauri, num. 26. fine, Auilez cap. 8. prætorum, glossa Costumbre, num. 3. Auendaño respons. 16. num. 2. vers. Quod præsertim, Duennas regul. 144. limitatione 1. Burgos de Paz l. 11. Tauri, num. 480. Gutierr. lib. 3. pract. quæst. 31 num. 12. Anton. Gabriel in mea editione, tom. 1. communium lib. 3. fol. 151. vers. Consuetudo ex noua causa, Brunorius in suo compend. litera C. verb. Consuetudo, vers. Consuetudo etiã futura Zanellus in suis quæst. pract. q. 76 4. n. 6. Non ergo obstabit semel reprobatam esse consuetudinem d. c. Quod super, vt coniuncti gradu per Ecclesiam interdicto, matrimonio copulentur, quo minùs ex noua causa possit legitima consuetudo induci, vt taliter coniuncti matrimonium ineant. Sed dices, vt noua consuetudo ex superuenienti causa consurgens, eas vires habeat contra legem improbantem consuetudinem desiderari, vt sciente Principe introducta sit. Quod voluere Antonius Burgensis repetit. c. at si clerici, num. 57. de iudiciis: & aliqui alii relati per Rochum de Curte de consuetud. sect. 4. nu. 19. Rebuffus alijs citatis l. 10. constitut. Gallicarum in proæmio glossa 3. in num. 146. Sed respondeo id non desiderari, nec inniti aliquo fundamento. Nam c. fin. de consuetud. vbi astruuntur conditiones necessariæ ad eam vim consuetudinis, minimè petitur specialis scientia Principis. Vt etiam notaui num 11. Atque ita docent Rochus cod. num. 19. Anof. verb Consuetudo, nu. 9. Sylvest. q. 6. Deinde non obstat alia pars minorum, eam consuetudinem nõ posse esse rationi consentaneam. Id enim apertè falsitatis conuincitur. Quia quamuis magna sit opinionum diuersitas, quando dicatur consuetudo rationi conformis. Vt potest videri apud Menoch l. 2. de arbitr. cent. 2. casu 82. At si fides habenda sit Gersoni 3. p. tract. de vitæ spirit. anima lect. 4. corol. 13. alphabeto 62. lit. P. Supplemento Gabriel. 4. d. 42. q. 1. art. 3. dub. 6. Nauarro lib. 3. consil. tit. de censibus in priori editione, cons. 7. num. 3 in posteriori autem cons. 3. num. 3. nunquam censetur consuetudo rationi dissonans, nisi iuri diuino aut naturali refragetur. At consuetudo in hoc euentu illis iuribus non opponitur, sed soli Pontificio. Quòd si his Doctoribus minus credendum sit; saltem negari nequit, tunc rationi congruentem esse consuetudinem, quando de eadem re, de qua est consuetudo, iusta esset lex denuo edita, priori mutata, si qua esset, vel minime mutata, si nulla existebat. Quod docent Sylvest. verb. Consuetudo, quæst. 1. Sotus lib. 1. de iust. q. 7. art. 2. vers. Quam verò longum. Et ratio est, quia, cum consuetudo vim legis debeat habere, eadem honestate eam conuestiri opus est, ac sufficit, quam lex ipsa poscetur. At nullus sanæ mentis negare potest, dari posse causam iustam legis nouæ indicendæ, qua gradus aliqui canonibus antiquis interdicti in matrimonio aboleantur, atque interdicto illa ad pauciores gradus restringatur. Humana enim statuta variari, iuxta temporum diuersitatem, quandoque opus est, cap. Non debet, de consanguinit. & affin. Atque ita Trident. sess. 24. de matrim. cap. 2. restrinxit gradus cognationis spiritualis: & c. 3. gradus publicæ honestatis: & cap. 4. gradus affinitatis contractæ ex copula fornicaria. Et reddit rationem c. 2. quod experientia docuerit prohibitionum multitudinem saluti animarum noxiam esse; & peccata non leuia inde pullulare. Potuit ergo consuetudo iusta esse, ac rationi valde consonans, si experientia magis id expedire docenti, prædictos gradus aliosue restringeret. Præterea, quia consuetudinẽ esse contra honestatẽ, rationiq; aduersari, cõtingit dupliciter. Primò, quasi actus illi quibus inducitur consuetudo, sint contra rectæ rationis dictamen, postquam iam in consuetudinem abierunt. Et si hoc modo dicatur esse contra rationẽ: petitur principium. Probandum enim erat, obseruantiam illam ra-

tioni aduersam esse, non obstanti consuetudine illa iam inducta. Secundò potest intelligi: quia actus illi ante legitimam cõsuetudinis præscriptionem iniqui fuerunt. Quod fateor: at id nõ obstat, quo minus cõsuetudo ex actibus illis iniquis consurgens, vbi legitimè præscripta fuerit, honesta sit, ac vim legis nouæ statuendæ & antiquæ derogandæ habeat, vt bene docet *Caietan. 1.2. q.97.a.3.* nemine contradicente. Alias nunquam consuetudo eam vim obtinere posset: cum semper necessarium sit, actus illos contra legem gestos, initio illicitos esse, donec consuetudo illos excusans iam inoleuerit, præscriptaque sit, priori lege abrogata. Deinde quia licet non constet inter Doctores, an in dubio præsumatur consuetudinis honestas. Eam enim præsumi asserunt *Franc. Aret. cons. 23. ad fin. Rauen. de consuet. sect. 2. nu. 4.* Contradicit tamen *Rebus de Curte*, alios referens, *de consuetud. sect. 7 num 24.* dicens nulla ratione probari. Quia obstant *c. fin. de consuetud* ibi, *fuerit rationabilis*, & *c. 3. de eo qui mittitur in possessionem*, ibi, *Si Laudabilem esse constiterit.* Et saltem mihi certum est id non præsumi, vbi consuetudo est à lege reprobata: vt in præsenti casu. Quod fatetur *idemmet Francis. Aret. c. 2. nu. 27. de probat.* Concludit tamen *Rebus de Curte con. 24. cum Abbate c. fin. n. 5. ad fin. de consuet* ex quo consuetudinis honestas non in facto, sed in iure consistit, eam probandam minime esse, sed iudicis partes esse discernere, num honesta sit. At id necessariò dicendum est, posteros consuetudinem à suis maioribus introductam obseruantes, à culpa excusari, nec solicitos esse tenerj, ad inuestigandam iustitiam causæ ex qua initium duxit: sed iustè eam præsumere posse, vt bene tradunt *Caiet. 1.2. q.97.a.3. Supplem Gabrielis 4.d.42.q.1.a.3.dub.6. Valentia 1.2. disp. 7 q.5. punct. 8. §. Ex quo patet.* Ergo cõcedendum est posse consuetudinem excusantem posteros induci, qua impedimentum aliquod iure Pontificio matrim. dirimens aboleatur, licitumque deinceps iam sit, in illo gradu olim interdicto, inire matrim. Demum, quia (vt bene ait *Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. num. 18.*) concesso, posse consuetudinem personas alioquin habiles ad matrimonium, inhabiles efficere: quod admittit communis sententia (vt retuli nu. 8) est sane dicendum eadem ratione ipsam consuetudinem posse, inhabiles iure humano ad nuptias, habiles reddere. Nulla enim congrua discriminis ratio reddi potest. Et ratio assignata ab *Abbate, relata num. præcedenti*, nimium, non posse hanc consuetudinem esse honestam, & rationi consentaneam, iam satis impugnata est. Nec obstat prohibitionem graduum factam esse gratia charitatis dilatandæ: ac proinde aduersam consuetudinem videri contra charitatem. Quia possunt alia occurrere, quæ ei rationi præponderent, ac iustificent contrariam cõsuetudinem. Sicut reuera occurrerunt, vt antiquitus graduum prohibitio restringeretur: *c. Non debet, de consang. & affin.* & nouissimè *in Trident. sess. 24. de matrim. c. 2. 3. & 4.* Nec ratio etiam Vincentii & Goffredi, nu. præcedenti citata, est alicuius ponderis: nimirum, posse consuetudinem onerare, non tamen honorare. Quia omnino fundamento id destitutum est: nec textus quam allegat, aliquid probat. Et ideo huius sent. est *Innoc. c. 1. in fine, de cognat. spirit.* Et melius, *Supplementum Gabrielis, 4. d. 42. q. 1. a. 3. dub. 6.*

15 Ad opposita arg. n. 13. proposita, respondetur. Ad 1. & confirm. constat ex dictis n. præced. quamuis enim ibi reprobetur consuetudo, at tacita voluntas Pontificis est, vt ea ex noua causa possit induci, vt ibi probaui. Ad replicam fateor contra eam Glossam, intelligi etiam futuram consuetudinem reprobatam: nisi tamen ex noua causa oriatur: vt num. præced. explicui. Ad 2. die posse ex noua causa iustam esse: & quamuis initio id peccatum foueat, at vbi legitimè præscripta fuerit: excusat à culpa: nec id obstat valori consuetudinis, vt num. præcedenti probaui. Ad confirm. fateor eisdem verbis reprobari vtramque consuetudinem. Non tamen id arguit eodem prorsus modo vtramque consuetudinem iniquam fore, sed vbi est aduersa iuri naturali diuino, nullo modo potest iusta reddi: secus in præsenti casu, ex noua causa. Ad 3. constat ex dictis nu. præced. in fine, vbi vtramque discriminis rationem reprobaui: Ad vltimum dic eam doctrinam esse veram, nisi consuetudo iure improbata, iterum ex noua causa ipsi honestatem tribuente, inolescat, vt num. præc. explicuimus.

DISPVTATIO V.

Vtrùm impedimenta, siue impediẽtia, siue dirimentia, ita obligent, vt nullus metus excusset: constituantque duplicem malitiam in matr. cum illis inito: specialique malitia afficiant copulam illicitam habitam inter sic impeditos: ita vt ea circumstantia sit necessario fatenda.

SVMMARIVM.

Quale & quotuplex peccatum sit matrimonium cum impedimento initum? num. 1.

An metus ab ea culpa excuset? Refertur quædam sententia, n. 2

Quando est impedimentum solum impediens, est probabile nullam esse culpam contrahere & consummare. Et an deinceps liceat petere debitum? num. 3.

Quid quando impedimentum dirimens? n. 4.

An sit circumstantia necessario fatenda, ceu pula fornicaria, inter affines impedimento dirimenti ad inuicem inter se matrimonium? Refertur duplex sent. n. 5. & 6.

Traditur regula ad id discernendum quando prohibitio matrimonij sit circumstantia necessario fatenda in copula illicita, n. 7

An copula habita inter impeditos ad inuicem se contrahendum, propter consanguinitatem vel affinitatem, habeat specialem circumstantiam intrinsecam? n. 8

Quid, si sit impedimentum cognationis spiritualis inter eos? n. 9.

Quid, si cognationis legalis? n. 10.

Quid, si publicæ honestatis? n. 11.

Quid, si disparitatis cultus. Vt si copula sit fidelis cum infideli? n. 12.

Quid, si sit fidelis cum hæretico? n. 13

Quid si adsit impedimentum dirimens impotentiæ? n. 14.

An in hoc omnibus communibus sit duplex malitia, altera propria fornicationis copulæ, altera vero, quia adest inter contrahentes impedimentum dirimens? Et an sit incestus, cognoscitur cum consanguineis, quando extenta est dispensatio ad matrimonium? n. 15.

Quid, si adsit impedimentum e diuerso, vti simplicis solemnitatis, aut legitimi? Et an sint vltra sacrilegium vel adulterium, sit specialis circumstantia propter matrim. prohibitionem? n. 16.

Quid, si inter eos impedimentum dirimens raptus? n. 17.

Quid, si impedimentum alterum criminis dirimentis? n. 18

Soluuntur argumenta. n. 19.

IN hac disput. id tamquam ab omnibus receptissimum 1 præmittere oportet, nimirum culpam esse lethalem contrahere matrimonium cum aliquo impedimento dirimenti. Quia contrauenitur præcepto iuris naturalis, si de iure naturæ sit impedimentum, vel Ecclesiastici, si sit de iure Ecclesiastico: idque in re maximi momenti. An vero idem dicendum sit si solam adsit impedimentum impediens? dicemus hoc lib. tota disp. 17. Id tamen non immerito dubitari potest: an sit duplex malitia mortalis quando adest impedimentum dirimens? Affirmant enim viri gratissimi, & cum magna probabilitate: vt testatur *Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 50. ar 1. dissic. 3. post 2. concl.* Ducuntur, quia vltra culpam transgressionis iuris naturalis, aut Ecclesiastici, reperitur sacrilegium irritationis sacramenti matrim. At ipse *Petrus de Ledesma* ait, non esse improbabilẽ solam vnam malitiam transgressionis præcepti repetiri. Idque meo iudicio probabilius est. Quippe cætera sacramenta habent iure diuino præscripta materiam & formam certa ac determinata, & solam sacramenti rationem subeunt: ac proinde materia & forma non possunt adhiberi, quin sint ex se materia ac forma sacramenti: quare si fit indebitus vsus, ità vt sacramẽtum irritetur, est sacrilegium. At matrim. vltra sacramenti rationẽ est contractus quidam naturalis, nec habet præscripta materiã & formam determinata, sed cõsensus contrahentium legitimos, verbis, nutibus, aut literis, aut per procuratorem expressos: vnde cum Ecclesia, aut iure naturali irritante consensus inter aliquos, ij matrim. copulantur non

non ipsi iritum sacramentum efficiunt quantum enim ex se est, valide contrahunt: sed ius Ecclesiasticum aut naturale, si aduersus id impedimentum illud irritat. Qua ratione cum aliquibus DD. excusauimus à culpa sacrilegii ineuntem matrim. ob metum viri constantis, quamuis sciret id esse irritum, l. 4. disp. 16. n. 6. Quod in nullo alio sacramento reperitur. Nec id mirum esse debet, cum ea ratione quòd matrim. cõtractus sit, multa alia specialia habeat valde aliena ab aliorum sacramentorum natura, vt posse ab Ecclesia irritari: contrahi in absentia per procuratorem, sterari super eam demmet materiam: vt quando per procuratorem in absentia initum est, solet præsentibus contrahentibus confirmari.

2 Grauius autem dubium est, An ita grauis culpa sit, cum impedimento dirimenti matrim. inire, vt nullus metus in virum constantem cadens, cogens ad id matrimonium, à culpa excuset? Id aiunt *Caiet. 1. 2. q. 96. a. 4. Sotus l. 2. de iust. q. 6. a. 4. ad finem corporis, & 4. dist. 2. 2. q. 1. art. 4. ad finem corporis. Medina 1. 2. q. 69. a. 4. col. 9. in solut. ad 2. Nauar. sum. c. 27. disp. num. 142. Lat. num. 141. Valentia 1. 2. disp. 7. q. 5. punct. 6. §. 4. 5. Vide caput illud Rutilius Benzonius tract. de fyga, lib. 1. disp. 1. q. 4. ad finem, in solut. ad 5.* Diuerso autem innituntur fundamento. Nam *Caietan.* id probare contendit, quod Ecclesiæ præcepta ad eorum obseruantiam obligẽt cum mortis periculo. Cæteri autem (& meritò) id fundamentum improbant: alioquè ducuntur. Quippe suppositâ Ecclesiæ prohibitione id matrim. irritantis, est re vera matrim. irritum, nec metus id efficit validum, vtpote qui minimè impedimentum dirimens aufert: accessus autem ad non suam, est intrinsecè malus, nulloque metu excusari valet. Sed nec hæc ratio difficultatem exhaurit. Quia quando impedimentum dirimens est ex solo Ecclesiastico iure, cùm hoc non obliget cum mortis periculo, videtur dicendum, eam legem Ecclesiasticam irritantem matrim. non obligare in eo euentu quo mors inferenda sit alicui, nisi matrim. ineat, & consummet: ac proinde effici matrim. tunc validum, quale esset, nisi ea lex Ecclesiastica irritans extaret. Quare tota obligatio in legem Ecclesiæ refunditur: vnde vel dicendum est eam tunc minimè astringere, vel obligare cum mortis periculo. Quod prædicti DD. nolunt concedere.

3 Primo igitur dico, si impedimentum sit solum impediens matrimonium etiam iure naturali, quale est votum simplex, vel sponsalia, nec metus incutitur in odium fidei, vel religionis (tunc enim quamcumque legem Ecclesiasticam obligare cum mortis periculo, est certissimum) & cadit in virum constantem: inire solum matrimonium, nulla est culpa, si vero animo ineatur: si verò fictè, erit venialis: at illud consummare, est probabilius esse culpam mortalem, licet metus idem cogat ad consummationem: non caret tamen probabilitate nullâ esse culpam. Ducor ad asserendum nullam esse culpam inire verè matrimonium, solùm esse venialem inire fictè. Quoniam secluso eo impedimento voti, vel sponsalium, vbi tantum obstabat metus, qui matrimonium dirimit: id probauimus lib. 4. disp. 16. num. 2. & 6. vnde si culpa debet adesse, ea consurgere debet ex fide sponsalium, aut voto violatis. Inde autem in casu tanti periculi, nullam consurgere culpam vel ex eo constat, quòd neutrum vinculum cum tanto discrimine obliget. Vt constat de omnibus aliis votis & promissionibus, quæ rebus notabilissimè mutatis, minimè iuxta omnium sententiam obligant (vt diximus libr. 1. disp. 62. num. 3.) Nec votum ingrediendi religionem obligat cum notabili vitæ periculo. Probatur autem alia pars, nempe probabile esse, posse tunc absque peccato consummari, si metus ineatur coram parocho & testibus, non tantum ad matrimonii contractum, sed etiam ad consummationem: & consummans, vero affectu matrimoniali, & animo perficiendi matrim. accedat. Quia solus metus irritans matrim. obstat (vt proxime probaui:) at quando metus viri constantis incutitur ad contrahendum & consummandum matrimonium, & adsunt conditiones prædictæ, est probabile votum perfici matrimonium, & proinde consummationem vacare culpa) vt probauimus libr. 4. disput. 18. num. 13. & 17.) Quia tamen ibi numero 15. probauimus multo verius esse non perfici matrimonium obstanti metu, ac subinde culpam esse lethalem id consummare: ideo idem dicendum est in hoc euentu. Sustinendo autem verum perfici matrim. tunc consummando, vbi prædictus metus cessarit, tenebitur sic contrahens abstinere à debiti petitione, quando si sponte contraxisset, ad id teneretur, vt si erat votum castitatis, cum iam causa excusans cessarit: & obliget votum ad sui obseruantiam, in quantum fieri potest absque matrimonii præiudicio.

Secundò dico, si impedimentum sit dirimens, & solum 4
contrahatur matrim. non animo consummandi, propter illum metum, ex natura rei, & cessante alio scandalo, idem censendum esse, nimirum, vacare culpa lethali, quod de matrimonio solo metu inito diximus numero præcedentissimo & veniali, si desit fictio; vt ibi etiam dixi, & late probaui in loco ibi allegato. Quia non est maior ratio cessante scandalo, & ex natura rei loquendo de metu, quam de aliis impedimentis. Cùm metus etiam matrimonium dirimat, saltem iure ecclesiastico, & iuxta valde probabilem opinionem, iure naturali & diuino (vt esse valde probabilem diximus libr. 4. disp. 14. num. 1. fine.) Nec obstat, si dicas duo in hoc euentu concurrere impedimenta dirimentia, alterum metus, alterum illius impedimenti dirimentis, verbi gratia, consanguinitatis. Quia tantum obstat valori matrimonii vnum, ac duo impedimenta: & rationes id probantes quando adest solus metus, æque probant interuenienti alio impedimento. Cum in vtroque casu sit legitima causa excusans, ille metus, nec contrahentes irritent matrimonium, sed alio iure irritum sit. (Vt larius explicui loquens de metu, lib. 4. disp. 16. num. 2. & 6.) At consummationem matrimonii cum eo impedimento dirimenti initi, nullus metus excusare potest à culpa lethali fornicationis. Quod docent authores nu. 2. allegati, & est verissimum. Sed in ratione reddenda versatur difficultas: valde enim vrget ratio proposita eo num. 2. nimirum, legem irritantem id matrimonium, esse Ecclesiasticam: vt si sit inter consanguineos vltra primum gradum, ac proinde non videri illud irritare, cum quis metu viri constantis cogitur matrimonium consummare, ne cogatur in alterum ex duobus malis incidere, in peccatum mortale, si consummet vel si non consummet, in vitæ amissionem. Vrget etiam metum cadentem in virum constantem reddere irritum matrimon. iure Ecclesiastico, & iuxta probabilem sententiam iure naturali: at est probabile firmari matrim. copula illa sic metu extorta, ab proinde eam copulam carere culpa. Similiter ergo aliæ leges statuentes impedimenta dirimentia, non obligabunt in eo discrimine, eritque probabile consummationem matrimonii absque culpa fieri. At nullo modo recedendum est à certissima sententia asserenti non reddi validum id matrimonium, ac subinde eam consummationem esse culpam mortalem fornicationis. Et ratio est quia licet regulariter loquendo, lex Ecclesiastica non obligat cum vitæ discrimine: at exceptio communis Doctorum est: quando ea lex valde expediret ad bonum commune tuendum. Huiusmodi autem sunt leges dirimentes matrimonia in aliquibus casibus, vt vsus Ecclesiæ testatur. Nemo enim auderet dicere validum effici copula matrimonium metu graui initum & consummatum, absque parocho & testibus. Cum tamen lex illud irritans sit merè Ecclesiastica. Quoniam si metus efficeret vt valida essent huiusmodi matrimonia cum impedimento dirimenti inita, & consummata, facilis pateret via, ea impedimenta temnendi, incusso eo metu. Nec obstat simile adductum de metu. Quia probabilitas opinionis asserentis matrim. metu graui initum, & consummatum esse validum, non eo fundamento innititur, quod cum eo discrimine non obli-

obliget lex Ecclesiastica: sed quia solus metus cadens in virum constantem irritat matrim. qualis non est cogens matrimonium contrahere, & simul consummare, (vt constat ex dictis l.4.disp.18.n.13.vbi eam opinionem, & eius fundamentum retuli.

5 Rursus non modica difficultas est, an copula habita inter eos qui aliquo impedimento dirimenti laborant ne matrimonio copulari possint, circumstantiam specialem addat necessario in confessione detegendam? Pars enim negatiua inde suaderi videtur, quando non concurrit alia specialis prohibitio copulæ, vt in cognatione, voto, ordine & ligamine inuenitur. Quoniam *D. Thom. 2.2. q.154. a. 1. corp.* que omnes sequuntur, ait simplicem fornicationem esse soluti cum soluta. Quod specialius explicans *Toledo l.5.sum.cap.10.n.5.* ait vocau solutum, qui non habet statum, vt coniugii, ordinis, voti. Quod in præsenti casu contingit: atque ita simplex fornicatio videtur. Præterea, quia nulla specialis ratio malitiæ apparet, eo quod sit impedimentum dirimens inter fornicantes. Cũ iura solam coniunctionem matrimonii illis interdicant. Et confirmatur, nam dato opposito, dicendum esset, sacerdotem, vel religiosum, vel coniugatum, fornicantes, duplicis culpæ specificæ reos esse, altera est aduersus proprium statum, altera verò contra prohibitionem specialem copulæ, ob impedimentum dirimens, religionis, ordinis, vel ligaminis. Et ideo pro hac sententia est *Alexçer in sua sum. cap.20. fol.74.p.1.§. Esser la mugier*, vbi dicit coitum fidelis cum infideli non addere circumstantiam necessariò confitendam. cum tamen laborent impedimento dirimenti.

6 Partem autem affirmantem addi circumstantiam specialem, non leuiter probant quæ sequuntur. Primò, ex eo quod Ecclesia dirimit matrim. contrahendum inter aliquos, subinde censetur speciali prohibitione copulam inter illos interdicere. Quod vel inde constat: nulla enim alia ratione accessus ad consanguineam in secundo & vlteriotibus gradibus vsq; ad quartum, est incestus, & ita species distincta luxuriæ: nisi quia Ecclesia in iis gradibus matrimonium diremit, vt visus Ecclesiæ & omnium sententia docet, nulla enim extat specialis prohibitio copulæ inter consanguineos, sed prohibitio matrimonii inter illos facta ab Ecclesia constituit diuersam fornicationis speciem necessariò confitendam. Et confirmatur, quia sublata matrimonii prohibitione inter aliquos cõsanguineos, siue dispensatione speciali Pontificia, siue derogatione legis dirimentis in illo gradu, tam amplius coitus in illo gradu non est incestus, vnde recte *Caietan. sum. verb Incestus, matri.* ait incestum esse, commixtionem veneream inter consanguineos, vel affines, absque dispensatione matrimoniali. Tota ergo specialis malitia huius concubitus consurgit ex prohibitione matrimonii. Et subinde idem videtur dicendum in alia copula illicita inter eos, qui quouis alio dirimenti impedimento laborant ad ineundum inter se matrimonium. Cùm eadem ratio in omnibus impedimentis dirimentibus militet. Confirmatur amplius. Quia quoties malitia specifica copulæ illicitæ non pendet, nec consequitur ex matrimonii prohibitione, ea sublata manet adhuc malitia illa, vt si cum habente votum simplex aut solemne castitatis dispensetur ad solum matrimonium, quæcunque copula illicita erit perinde sacrilega contra votum, ac si dispensatio non esset. Cum ergo contrarium repetiamus in consanguinitatis & affinitatis, cognationis spiritualis ac legalis, publicæq; honestatis, disparitatis cultus impedimentis dirimentibus, iis enim sublatis per dispensationem, cessat specifica malitia copulæ, manifeste conuincitur eam oriri ex speciali matrimonii prohibitione, & subinde hanc constituere in copula illicita diuersam fornicationis speciem. Tandem, quia cum matrimonium tendat ad vnitatem carnis efficiendam inter coniuges per copulam, inter dicto matrimonio, censetur etiam specialiter interdicta copula fornicaria, per quam similiter vnitas carnis efficitur. Quare talis copula vtpote speciali ratione interdicta, habebit specie distinctam deformitatem necessario in confessione detegendam. Pro hac sententia est *Enriquez lib.5.de panitentia,c.6.num 3. in comment. lit.M.* vbi dicit esse circumstantiam necessariò confitendam, si vir ad eam accedat, cum qua nequit matrimonio copulari, vt si sit eunuchus, frigidus, vxoricida, vel Christianus cum infideli: & licet non exprimat, num ea circumstantia speciem mutet, ateam numerat inter alias, quæ in sexto præcepto diuersam speciem constituunt. Et *Nauar. summa c.16. num.3. statim. in princ.* loquens de specialis impedimento disparitatis cultus, sentit manifeste constituere diuersam speciem in copula illicita: dicit enim fornicationem simplicem esse inter solutos, nõ solum à matrimonii vinculo, sed etiam à cognatione, affinitate, ordine, voto, infidelitate: necesse talem, si alteruter ex coeuntibus esset vinctus aliquo prædictorum vinculorum. Et in eodem casu disparitatis cultus, dicunt etiam esse circumstantiam notabiliter aggrauantem, & necessariò fatendam, quamuis subticeant, an speciem mutet, *Lud. Lopez 1.p. instruct. c.35.§. Affine est huic. & Vega 1. tom. sum. cap.55. Casu 26. & Petr. de Led. sum. de matrim. q.55. art.4. dub.2. in dubio quod monet circa solut. ad 2. argum. §. Nihilominus tamen*, dicit accessum ad sororem sponsæ de futuro non esse simplicem fornicationem, sed habere rationem incestus imperfecti. Et reddit rationem, quod eo ipso quod inter eos prohibetur matr. & est irritum, interdictus specialiquadam ratione, copula carnalis inter illos: sicut eadem ratione est specialis circumstantia coitu cum consanguinea vel affini.

Cæterum sic distinguendum censeo. Duplicitèr interdicit Ecclesia matrim. inter aliquos. Priori modo ob speciale motiuum alicuius virtutis quod spectat, idque inuenitur etiam in copula illicita. Posteriori modo, non ob id motiuum, quod reperiatur etiam in copula illicita, sed in delicti admissi pœnam, aliquod q; præcauendum damnum. In prioti casu censetur quoque prohibita specialiter copula illicita, & ita est specialis malitia in ea, diuersa specie à simplici fornicatione, & necessariò fatenda. Quia militat eadem ratio prohibitionis. Secus verò in posteriori. Quod clarius constabit ex corollariis inferendis. 7

Hinc deducitur Primò esse circumstantiam incestus & diuersam specie à simplici fornicatione; & necessariò explicandam in cõfessione, si quis accessum habeat carnalem ad eam cum qua nequit inire matrim. ob impedimentũ cõsanguinitatis vel affinitatis. Constat ex *cap. Lexulta. §. Cum ergo, 36.q.1.* vbi dicitur coitum cum consanguinea, vel affini, esse incestum. Et nemo dubitat de hoc. Et ratio est, quia Ecclesia dirimens matrim. inter cõsanguineos, obseruantiam debitam inter illos spectauit: & similiter dum diremit inter affines, vt latius videbimus in cõsanguinitatis & affinitatis impedimentis. Quod motiuum inuenitur etiam in copula inter illos fornicaria. Quare prohibito matrim. inter illos, censetur subinde prohibita copula & translata in aliam deformitatis speciem, videlicet, incestus. 8

Secundò infertur, esse similiter circumstantiam luxuriæ diuersam specie, ac necessario fatendã, si quis tem habeat cum cognata spirituali, in eo gradu, in quo hæc cognatio matrimonium dirimit. Quia reuerentia sacramenti ex quo cognatio hæc originem duxit, & obseruantia debita cognationi huic, quæ assimilatur cõsanguinitati, quæ sunt spectata ab Ecclesia, quo hæc matrimonia cum huiusmodi impedimentis inita irritaret, habent etiam locum in copula fornicaria inter spiritualiter cõiunctos. Violatur enim reuerentia debita sacramento, & obseruantia coniunctioni illi. Sic *D. Thom. 2.2.q.154.art.10.ad 2. & ibi Caietan. Sylueft. verb. num §.vlt. D. Antonin. 2.p.t 5.c.2.statim in principio. Emanu. Luxuria.q.8. Nauar. sum.c.16. num.3. paulo post prin. Emanu. Sa summ. verb. Luxuria, nu.2. Lud. Lopez 1.p instruct.c.35.§. addit vero, Manuel 1.to.sum.2.edit.c.209.n.1.concl.1.* Speciem autem hanc fornicationis, appellant *D. Thom. D. Antonin. Sylueft.* lucri-

sacrilegium ad modum incestus. Et *idemmet D. Anton. 2. p. t. 5. ca. 5. § 1. vers. In cognatione vero*, dicit esse incestum spiritualem, vnde & sacrilegium: Et *Nauarrus* dicit esse reductiue incestum, & sacrilegium. At *Emmanuel Sa, & Manuel* appellant incestum. Sed bene *Caietanus loco citato* explicans verba D. Thomæ, ait esse reuera sacrilegium. Quia ob sacramenti reuerentiam ea copula interdicta est: habere autem modum incestus, quippe assimilatur violationi consanguinitatis.

10 Tertiò infertur, addere malitiam specificam necessariò fatendam, concubitum cum cognatis legalibus, reduciq; ad incestum. Quia sicut per adoptionem quis efficitur cognatus, ita obligatur legibus cognatorum naturalium, nimirum, reuerentia debita parenti adoptanti, cui non solum matrim. sed copula illa aduersatur. Sic *Martinus de Magistris tract. de temperantia, q. 9. concl. 7.*

11 Quartò infertur, reduci etiam ad incestum, esseq; diuersam specie à simplici fornicatione circumstantiã, ac in confessione detegendã, si quispiam accessum habeat cum consanguinea in primo gradu sponsæ propriæ de futuro, contra publicæ honestatis impedimentum, dirimens in eo gradu matrim. Quippe id est quoddam coniunctionis genus, & affinitatis, ortum ex consanguinitate. Et huius sent. sunt clarè *Abbas c. Duo pueri, nu. 7. de despons. impub. & ibi Præpos. n. 4. Alex. de Neuo n. 9.* vbi admittunt esse aliqualem incestum, non tamen propriè. Quia inde non oritur affinitas, & tenet in propriis terminis. *Petr. de Ledesma de matrim. q. 55. 4. dub. 1. in dubio quod monet circa solutionem ad 2. §. Nihilominus tamen.*

12 Quintò infertur, habere circumstantiam luxuriæ mutãtem speciem, ac necessario fatendam, accessum fidelis cũ infideli, aduersus impedimentum dirimens matrim. ob cultus disparitatem. Quia ratio ob quam Ecclesia id matrimonium diremit, videlicet, quia cedit in religionis dedecus, si fidelis cum infideli copuletur matrimonio, locum habet in copula illicita, & ideo prohibito matrim. censetur specialiter copula illicita prohibita. Adde rationem quoque esse periculum educationis prolis in infidelitate, & peruersionis coniugis fidelis, quæ pericula in coitu fornicario etiam reperiuntur, vtpote qui vnitatem carnis efficit, & valde amorem conciliat. Tandem pœna Peculiaris grauissima huic copulæ legibus statuta, argumentum non leue inducit, vt inde illius specialis grauitas colligatur. Nam *l. regia 9. t. 24. part. 7.* imponitur pœna mortis Iudæo cum Christiana coeunti. Et *l. fin. t. 25. eadem part.* imponitur Mauro cocunti cum fideli virgine, vel nupta, vt lapidibus obruatur: & ipsi virgini, vel viduæ accessum Mauri patienti, prima vice amisso dimidiæ bonorum partis, secunda autem vice, amissio vitæ. Et si accessus fuerit Mauri cum Christiana meretrice, prima vice vterque flagellis, secunda autem, vterque capitis pœna punitur. Quod etiam apud Hebræos ita graue facinus reputatum est, vt Phinees zelo Dei motus, interfecerit Iudæum cum alienæ lectæ muliere Madianitide coëuntem, Num. 25. Rursus in concilio Illiberitano, *c. 50.* dicitur vt abstineat à communione, fidelis eum Iudæis cibum sumens. Si ergo tantum nefas censetur cum illis participare cibum sumendo, quanto grauius censebitur, cum illis carnale commercium habere, ex quo vnitas carnis consurgit? Et pro hac sententia sunt omnes DD. *n. 6.* allegati. Quòd si quæras ad quam speciem accessus hic pertineat? Quamuis neminem id exprimentem inuenerim, existimo ad religionis Christianæ dedecus & iniuriam pertinere, ac proinde sacrilegium esse eam copulam.

13 Imò idem credo de copula fidelis cum hæretica. Quamuis enim matrimonium inter hos validum sit: at prohibetur sub mortali, ob dedecus & iniuriam Christianæ religionis, & periculum peruersionis catholici, & educationis prolis in hæresi: (vt videbimus in impedimento disparitatis cultus.) Quæ rationes militant suo modo in copula illicita cum hæretico, sicut cum infideli: ac proinde censetur specialiter etiam ea copula prohibita, & pertinebit ad sacrilegium.

Sextò infertur, coitum cum impedimento dirimenti 14
impotentiæ, vt si frigidus vel eunuchus coëat, habere circumstantiam diuersæ speciei necessario confitendam, vt bene docet *Enriquez nu. 6. alleg.* Quia ratio prohibitionis matrimonij inter hos, nempe, impotentia generãdi, & sic frustratio finis ad quem natura coitum destinauit, militat etiam in copula illicita. Quare hic coitus reducetur ad peccatum contra naturam.

Non tamen in prædictis casibus est alia specialis mali- 15
tia in copula illa illicita, distincta ab ea quæ consurgit ex matrim. prohibitione. Cum nulla alia peculiaris interdictio copulæ reperiatur, sed tota malitia ex prohibitione matrimonii deducatur. Quare sublata matrimonii prohibitione per dispensationem specialem, vel generalem legem restringentem gradus, cessat malitia copulæ: & similiter si Pontifex dispensaret, vt quispiam fidelis iniret matrim. cum quadam infideli, vel hæretica, copula cum illa ante matrim. habita, careret circumstantia illa infidelitatis. Vt constat ex adductis n. 6. in priori arg. & duplici ipsius confirmatione, vnde copula tunc in omnibus casibus, in quibus cessat matrimonij prohibitio, erit simplex fornicatio.

Septimò infertur, variari speciem fornicationis, si quis 16
post votum simplex, aut solemne castitatis, aut ordinẽ sacrũ, aut cũ sit cõiugatus, fornicetur: in tribus enim primis casibus erit sacrilegium, in vltimo autẽ, adulteriũ. Quod ex se manifestũ est. At non erit duplex malitia, altera contra votum, aut matrim. fidem: altera vero, quia cõtra matrimonij impedimentum. Quia quamuis prohibitio copulæ in his impedimentis non pendeat ex matrim. prohibitione, ac proinde concessa habenti votum, vel ordinem, dispensatione ad matrim. solum, non eximetur copula à sacrilegio extra matrim. habita, vt constat: at quia idemmet motiuum est vtriusque prohibitionis, nempe, obseruatio voti, & fides matrimonii, inde est, vt minimè constituatur diuersa malitia ab adulterio & sacrilegio.

Octauò infertur, si quispiam accessum habeat cum re- 17
pta cõsentiente, antequam ad locum tutũ restituatur, quãuis matrim. validum inter eos consistere nequeat, nõ esse circumstantiam mutantem speciem, nec notabiliter aggrauantem, atque adeo non esse opus eximi in confessione. Quia ratio, quæ *Trident. sess. 24. de matrim. c. 6.* induxit ad id matrim. irritandum, fuit plena libertas in statu perpetuo desiderata, quæ minimè in copula militat: & ita ex hoc capite nulla est specialis prohibitio copulæ, cõstituens diuersam fornicationis speciem. Quòd si copula illa, vi extorqueatur, erit distincta luxuriæ species, nempe raptus. At etiam antequam Trident. irritaret matrim. ea inerat malitia tali copulæ, & inest hodie etiam casu quo rapta non extrahatur de domo, in quo euentu non est impedimentum matrimonij. Ex quo fit nullam consurgere malitiam nouam ex talis matrim. prohibitione.

Tandem infertur, copulam cum femina cum qua ne- 18
quit valide inire matrim. ratione impedimenti criminis, vt adulterii cum promissione matrimonii, vel contractu de præsenti, vel homicidio coniugis (de qua re in impedimento criminis sermo habebitur) non habere nouam circumstantiam exprimendam in confessione. Quia in copula illicita deficit ratio prohibitionis matrimonii, nimirum, pœna delicti admissi, & ne detur ansa captandi mortem cõiugis ad contrahendum cum adultera. Quod est contra *Enriquez*, cuius sententiam n. 6. retuli.

Ad argumenta num. 5. proposita respondetur. Ad 1. 19
dic, addendum esse definitioni illi fornicationis simplicis, modo non sit aliquod impedimentum dirimens inter coëuntes, ex quo aliqua specialis malitia deriuetur in copulam illicitam: iuxta dicta numero 7. Ad secundum constat ex dictis num. 7. Ad confirmationem constat ex dictis numero 16. Ad argumenta num. 6. obiecta, facilis est solutio ex dictis. Ad primum, & duplicem confirmationem, respondetur, per dicta num. 7. & 15. & 16.

Ad 2. dic quamuis ex copula fornicaria consurgat vnitas carnis, sicut ex matrimoniali: at quia non semper militat eadem ratio prohibitionis in matrimonio & in illa copula iuxta dicta num. 7. inde esse vt ex prohibitione matrimonii non semper detineatur specialis prohibitio, ac malitia in copulam fornicariam.

DISPVTATIO VI.

Quot sint & quæ impedimenta dirimentia, & solum impedientia matrim. & an conuenienter assignentur: & qualiter aliquot ex solum impedientibus intelligantur.

SVMMARIVM.

Proponuntur argumenta suadentia vllum conuenienter assignari impedimentum, num. 1.
Expedit impedimenta statuere. n. 2.
Referuntur impedimenta dirimentia, n. 3.
Traditur ratio conuenientia ac numeri impedimentorum dirimentium, num. 4.
Quot & quæ sint impedimenta solum impedientia? n. 5.
Qualiter intelligenda. Et in ipsa impediat: & quis sit ille qui interdicere potest ad tempus matrim. initi? & quæ sint tuta causa? n. 6.
Sponsalia qualiter aliud matrim. impediant? n. 7.
Qualiter baptizatus, vel locutus propter filij, aut alterius coniugis defectum, vel tentio in confirmatione impediat? n. 8.
Quid de presbytero interficiente? n. 9.
Quid de solemni penitente? n. 10.
Quid de sanctimoniali velata? n. 11.
Quid de propter filij interfectionem? n. 12.
Solumntur argumenta, n. 13.

1 EGIMVS in superioribus disputationibus de aliquibus præludiis ad omnia impedimenta matrimonii, tam de ipsis impedimentis differendum est: primò, de impedientibus solùm, deinde de dirimentibus. Et videtur minùs conuenienter assignari impedimenta matrimonii, quippe est vnum ex septem Ecclesiæ Sacramentis: at reliquis nulla impedimenta assignantur. Secundò, quia cum concupiscentiæ morbus omnibus communis sit, medicina à Deo naturæ instituta, qualis est matrimonium, nemini interdici debet.

2 Cæterum veritas catholica est, expediens esse vt præter impedimenta iure ipso naturæ matrimonium dirimentia, alia ab Ecclesia statuantur. Constat, quia Ecclesia multa impedimenta dirimentia statuit, & cum res hæc ad fidem & mores pertineat, impium esset dicere illam errasse. Quare *Tridentinum sess. 24. de matrim. can. 4.* anathemate damnat asserentes Ecclesiam in statuendis impedimentis dirimentibus errasse. Deinde, quia in omni rectè administrata republica, expedit maximè leges indici interdicentes ea quæ rectæ administrationi ac tranquillitati ipsius aduersantur. Quale esset si matrimonia indebitè celebrarentur. Tandem, quia in lege Mosaica ob publicam vtilitatem statuta sunt aliqua impedimenta dirimentia. Vt constat ex *Leuit. 18. Deut. 7.* Cum ergo lex illa cessarit, oportuit Ecclesiam ob eosdem fines similia impedimenta decernere.

3 Ex his autem impedimentis matrimonii, quædam impedientia tantum appellantur, quòd matrim. licitè contrahi impediant, at contractum cum illis sit firmum & ratum. Alia verò dicuntur dirimentia, non quasi matrim. verum dirimant, sed quia matrim. de facto non de iure cum illis initum, reddant inualidum. Priotis generis impedimenta non aduersantur essentiæ matrimonii, sed solemnitati, & ornamento alicui accidentario: & ideo illud minime dirimunt. Posterioris autem generis, sunt contraria ipsi matrimonii essentiæ, & ideo id dirimunt. Impedimenta dirimentia attento iure antiquo sunt 12. quibus addita duo alia iure nouo Tridentini statuta, sunt omnia 14. quæ his versibus continentur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibis,
Si Parochi & duplicis desit præsentia testis,
Raptaue sit mulier, nec parti reddita tutæ.
Hæc socianda vetant connubia facta retractant.

Tres priores versus ab omnibus Doctoribus referuntur: duos sequentes addidi, quibus comprehenderem duplex impedimentum dirimens nouissimè statutum in *Tridentin. sess. 24. de matrim. cap. 1. & 6.* Prius quando clam celebratur absque Parochi & duorum testium præsentia. De qua late egimus toto lib. 3. Posterius, quando vir mulierem rapuit, & nondum in loco tuto & libero constituta est. De quo impedimento agam, dum de impedimento raptus, quod iure antiquo solum impediebat, sermonem fecero.

Numerus autem & congruentia horum impedimentorum optimè colligitur à *D. Thom. 4. d. 34. q. vnica, a. 1. corpore.* Quia matrimonii impedimenta sumi possunt ex parte contractus, aut ex parte contrahentium. Si ex parte contractus, cum liberum consensum desideret, libertati autem opponantur error & violentia; consurgit ex hoc capite duplex impedimentum, nimirum, erroris & violentiæ. Et ad impedimentum violentiæ reducitur raptus impedimentum statutum à Tridentino. Ex parte autem ipsorum contrahentium potest dupliciter matrim. impedire, aut simpliciter, aut respectu certæ personæ. Si simpliciter, id prouenit ratione impotentiæ, quæ cõtingere potest tripliciter. Primò quòd nullo modo possit actus coniugalis exercere: & sic statuitur impedimentũ impotentiæ. Secundo, quòd non libere possit: & ita ponitur impedimentum conditionis seruilis. Tertiò, quòd nõ licite possit, aut ex obligatione ministerii suscepti, & sic ponitur impedimentum ordinis: aut ex obligatione voti emissi. & sic statuitur impedimentum voti. Si autẽ impeditur matrim. respectu alicuius personæ, potest contingere, vel propter obligationem matrimonii initi cum altera persona: & sic statuitur impedimentũ ligaminis: vel quia deficit proportio debita personæ ad personam. Et hoc tripliciter. Primò ob personarũ distantiam: & ita statuitur impedimentum disparitatis cultus. Secundo, ob nimiam coniunctionem, & ita consurgunt tria impedimenta nimirum, cognationis, affinitatis, publicæ honestatis. Vltimò, ob indebitam coniunctionem præcedentem matrimonium, habitam inter ipsos contrahentes. Et sic ponitur impedimentũ criminis. Rursus ex his impedimentis, quædam sunt de iure naturali, alia de iure Ecclesiastico. Alia reddunt personam inhabilem absolutè, & proinde respectu cuiuscumque matrimonii. Vt sunt impotentia, ligamen, ordo, votum solemne. Alia verò non absolutè, sed respectu alicuius matrimonii cum certa persona. Hæc sunt cognatio, affinitas, publica honestas, cultus disparitas, crimen. Et tandem alia nec absolutè, nec respectu certæ personæ, sed solùm ratione defectus libertatis, aut solennitatis necessariò requisitæ, matrimonium irritant. Hæc sunt error, conditio, raptus, defectus Parochi & testium, violentia. De quibus omnibus sigillatim in propriis locis disseremus. 4

Sunt præterea quædam alia impedimenta non dirimentia, sed solum impedientia matrimonium licitè contrahi. Duo autem numerari solent, nimirum interdictum Ecclesiæ, & tempus feriarum. Alia autem non solent poni seorsum in numerum cum illis. Quòd duo illa sint impedimenta distincta omnino à dirimentibus: cætera verò ad dirimentia reducantur: vt votum simplex ad impedimentum voti solemnis: sponsalia ad impedimentum ligaminis: catechismus ad impedimentum cognationis: crimina ad impedimentum criminis; sed maioris claritatis gratia hæc impedimenta sunt duplicis generis. Quædam non consurgunt ex crimine aliquo: & hæc sunt 5. quæ his versibus continentur. 5

Ecclesiæ vetitum, nec non tempus feriatum,
Atque catechismus sponsalia, iunctio voti,
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Primus versus ab omnibus refertur, & similiter vltimus; medium addidi, quo cætera impedimenta ex crimine non

non orta clauderem. Alia vero ex crimine proficiscuntur: & hæc sant septem: quæ sub his versibus communiter referuntur.

Incestus, raptus sponsatæ, mors mulieris,
Susceptus propriæ sobolis, mors presbyteralis,
Vel si peperitat solemniter, aut monialem
Accipiat: prohibent hæc coniugium sociandum.

Annumeratur autem inter crimina, solemnis pœnitentia, non quod crimen sit, sed quia ob crimen imponitur. Prius igitur sigillatim de his impedimentis solum impedientibus differemus: & deinde de dirimentibus Et quia impedimenta ferrarum, voti, carechismi, incestus, raptus. interfectionis vxoris, habent pleraque disputanda, ad sequentes disputationes remittam: in præsenti verò reliqua proposita explicabo.

6 Interdictum ergo Ecclesiæ impedit matrimonium contrahendum. Nomine autem huius interdicti potest intelligi prohibitio Ecclesiæ, ne matrimonia clam incantur, quæ olim non timebat matrimonia: at iam hodie, si ita clam celebrentur, vt desint Parochus & duo testes, sunt irrita: si vero solæ desiderentur denunciationes præuiæ, & quidem absque legitima dispensatione, culpa admittetur, valebit tamen tale matrimonium (vt late diximus lib.3.tota disput.5.) Secundo modo, & magis ad rem, intelligitur interdictum hominis ob legitimam causam interdicentis ad tempus, matrimonium iniri. Vt ad sedandum scandalum, vel ad discutiendum impedimenti obiecti veritatem. Et hoc interdictum impediret matrimonium licitè contrahi, non tamen dirimet (vt probaui hoc libr.disp.2.num.12. Et tota ea disp.explicui, quando si prohibitio sit perpetua, diximat.) Quisnam autem sit hic homo, qui potest ad tempus interdicere matrimonium contrahi: non constat inter Doctores. Quidam enim id soli iudici Ecclesiastico tribuunt, cuius est de causis matrimonialibus cognoscere, *cap.1. de consang. in fine.* Sic *Gosfredus summar. de matrim. contracto contra interd. Eccles. num.1. Angelus Matrimonium, 3.impedimento 1.num.vnico.* Cæterum tenendum est id posse etiam parochum. Quia aliud est causas matrimoniales pertractare: id enim iudicialem earum indaginem imponat, ac proinde solius iudicis Ecclesiastici est. Et hoc est quod deciditur *cap.1. de consang. in fine.* Aliud autem est, matrimonium impedire ad tempus: & hoc parochi incumbit, vt latè probaui lib. 3.disp.15, num.3. Et vltra multos Doctores ibi allegatos, id etiam tenent *Paludanus 4. dist. 34. q.1. a.1. num.10. conel 4. Asensis summa 2.p.l.8. t.31. a. vnico, q.2. D. Antonin. summa 3.p. tit.1.c.16. in princ. Sylues. Matrimonium, 7.q.1. dict.2. Caietan. sum. verb. Matrimonium, c.1.6. Secundum vero caput. Armilla Matrimonium, n.4. Tabiena verb. Impedimentum, impedimento 13.n. vnic. Petr. de Soto loc. 14. de matrim. §. Huic proximum est Nauar sum. c.22. n.8. Ant. Cucus lib.5. instit. maior. t.12. nu.12. Angles floribus 1.p. de matrim. q.11. de imped. ordinis, art. 2. Matienzo libr.3. recop.t.1. rubr. gloss.1. num.146. Philarc. de officio sacerdotis. tom.1.p.2.lib.2.c.4. Emmanuel Sa, summa verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis non dirimentibus, *num.1.* Cauendum est autem ab *Angles loco proxime citato*, vbi ait hoc interdictum esse impedimentum dirimens post *Trident. sess.24. de matrim. cap.1.* Quod minus verum est, quia non obstante ea prohibitione iudicis, potest seruari solennitas petita *cod. cap.1.* vt si Parochus & testes non obstante ea Episcopi prohibitione assistant: vel iis præsentibus, & inuitis, contrahatur. Causas autem iustas huius prohibitionis assignat bene *Anton. Cucus cod. tit. 12. num. 13.* vt si opponatur matrimonio contrahendo impedimentum: vel si prælatus credat fore vt magnæ rixæ oriantur, quas vt componat, interdicat ad tempus matrimonium: vel ob festi veneretionem.

7 Sponsalia quoq; priora impediunt matrim. Qui enim sponsalia cum aliqua contraxit, tenetur sub mortali, nisi iusta dissoluendi causa adsit, non transire ad aliud matrimonium (vt dixi lib.1.disp.27. num 2.) at si transeat, erit validum, vt dixi lib.1.tota disp.38.

Præterea leuatio proprii filii de sacro fonte, quando animo insidiandi matrimonio fit, ad priuandum alterum coniugem debito coniugali, obstat matrim. ineundo vbi illud dissolutum fuerit: si tamen sic leuans aliud inierit, erit validum. Constat ex *c. De eo, 30.q.1.* quod est desumptum ex *conc. Moguntiensi, c.10. ibi, De eo qui filium summo baptizauit, & vxor eius cum de fonte suscepit, hæc causa vt dissidium coniugij fieret: de talibus sic respondendum est. Si coniuges legitimi, vnus aut ambo ex industria fecerint, vt filium summo de fonte susciperent: si prauaricator coniugij superuixerit, sine spe coniugij maneat.* Et fatentur omnes. Atque idem dicendum est, si fiat patrinus filii alter coniux tenens eum in confirmatione, eodem animo insidiandi matrimonii. Quoniam miliiat prorsus eadem ratio: & similiter per eum actum contrahitur cognatio spiritualis. Sic *D. Antonin. 3.p.tit.1.c.17.§.4. Caiet. summa verb. Matrim. c.1.§. Secundum vero caput. Armilla ibi n. 59 Veracruz 1.p spec.a 26. concl.1. Maiolus lib.3. de irreg. c. 25.n.16.§. Crimina impedimenta Vgolinus de matrim.c.20.n.4. Enriquez lib.13. de matrim. c.2.nu 1. fine. Marienzo lib.5. recop.t.1. rubr. gloss.1. num.143. Lud. Lopez 2.p. instruct. de matrim.c.46.§. Præterea & annumerasse, Graff. 1.p. decis.l.2. cap.85. fine. Vivald. candel. sacram. 1.p. de matrim.nu.104.* Idem dicendum est, si alter coniux eodem animo baptizet filium. Quia eadem est ratio, & eadem cognatio oritur. Sic *Bellarm. l.1. de matrim.c.18.§. Sunt præterea.* Oportet tamen vt hic filius aut sit communis vtriusq: coniugis, aut alterius ab eo qui est patrinus, aut baptizat. Quia tunc contrahitur cognatio spiritualis cum altero coniuge: & insidiatio matrimonij: si enim sit filius solius baptizantis coniugis, vel qui est patrinus, cùm nullam tunc cognationem contrahat cum altero coniuge, nec debiti petitio impediatur, cessat insidiatio matrimonij, & quamuis ea tunc insidiandi intentio adesset, frustranea prorsus esset? quare nullum matrimonij impedimentum consurgeret ex eo actu. §

Interfectio sacerdotis etiam impedit matrim. non tamen dirimit *c.2. de pœnit. & remiss. ibi, Qui presbyterum occiderit, conuictus vsque ad vltimum vitæ suæ tempus militiæ cingulo careat, & absque spe coniugij maneat.* Et ratio est, quia cum interficiatur sacerdos, cuius est huic sacramento interesse, æquum est vt talis interfector hoc sacramento priuetur: dubium autem versatur inter Doctores, an quicunque interfector Presbyteri hæc pœna plectatur, an potius solus ille qui huius criminis cõuictis est in iudicio? Quibusdam asserentibus non desiderari, vt is interfector sit conuictus in foro contentioso. Ita *Innoc. cod. c.2.n.vnic. statuo in princ.* videtur sentire: dum ait pœnitentiarium debere præcipere ei interfectori vt abstineat à matrimonio: vnde clarè videtur textum intelligere de interfectore conuicto in foro pœnitentiæ. Quam etiam expositionem amplectitur *ibi Card. num.vnico notab.2.* Et *Abbas ibi, num. vn.* disiunctiuè proponit hunc intellectum, vel vt sit conuictus in foro contentioso: & dicit vtrumque posse sustineri. Et eandem expositionem tamquam probabilem videntur amplecti *Rosella verb. Impedimentum, impedimento 8. in princ. Sylvester Matrimonium, 7.q.6. dict.1. Armilla Matrim. n.59. impedimento 9. Lud. Lop. 2.p. instruct. de matr. c.46. §. Præterea & annumerasse*: dicunt enim iuxta Abbatem, secundum vnam expositionem esse necessarium, vt interfector sit conuictus in iudicio: vnde videntur alteram expositionem non reiicere. Et videtur tenere. *Nauar sum. c.22.n.74.* dicit enim occisorem presbyteri puniri hac pœna, quamuis *Abbas* exigat eum conuictum esse in iudicio. Et clarius id videtur sentire *Enriquez lib.12. de matrim. c.2. n.1. in fine*, vbi dicit eum homicidiam incurrere hoc impedimentum, præsertim si in iudicio conuictus sit. Et tenet expressè *Vivaldus candelabro sacram. 1.p. de matrim.n.105.* At dicendum est desiderari ad hanc pœnam incurrendam, vt is interfector conuictus sit in iudicio contentioso eius criminis. Quia expresse *cod.c.2.* petitur vt conuictus sit: at in foro pœnitentiæ nulla est conuictio. Cum in eo foro testes & accusator externus non intersint, sed ipsemet pœnitens propria sponte culpas fateatur. Et ita sentiunt *Hostiens.* 9

ficens. ea c.2.nu.vnic. super verb. Consilius, vbi *Anton.nu.6. Abbas n.vnic.* iuxta vnam expositionem, cui magis accedunt *Rossella, Sylvest. Armilla, Lud.Lop proxime citati*, & tenent etiam *Sotus 4.d.37.q.vnic.a.2. colum.penult. vers. Circa hos autem. Palacios 4.disp.34. disp.2. fine. Toledo lib.7. sum.c.15.nu.6. Emman. Sa summa verb. Matrimonium.* vbi de impedimentis non dirimentibus, *n.9.*

10 Solemnis quoque pœnitentia ità matrim. impedit, vt illud minimè dirimat. Constat ex *cap. De his, & c. fin.* 33.q.2. quæ sunt ex Siricio & Nicolao Pontificibus. Sed intelligitur, quamdiu pœnitentia illa durat: Quia cum id tempus luctui & pœnitentiæ destinatum sit, dedecent tunc nuptiæ. Sic *Palud. 4.d.34.q.1.a.2.nu. 12. & 13.in fin. Durand. 4.d.37.q.2.a.2.nu.6. Sotus ibi, q.vn.a.2.col.3.vers. De solemniter pœnitentibus, Vigerius lib.instit. c.16.§.7. vers.8 fin. Emman.Sa sum.verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis non dirimẽtibus, *nu.*10. Imo iam pœnitentia solemnis non est in vsu, & proinde cessat hoc impedimentum, vt bene *Armilla verb. Matrimonium, n.59 amped.*10 *Barth.à Ledesma dub. 59. de matrim.§. Hic addatur.*

11 Deinde sanctimonialem ducenti scienter, interdicitur matrimonio contrahendo. Quia delinquens in matrimonium sponsæ Christi, indignus est matrimonio: at si contrahat, factum tenet. constat ex *c. Hinc go, 27.q.1.* quod est ex *Concilio Tiburiensi c.6.*

12 Tandem impedimentis impedientibus relatis, num.5. addunt quidam interfectionem proprij filij: quos tacito nomine refert, nec improbat *Asensius sum.2.p.l.8.t.10.a.1.ad fin.* Ducunturque per *c.1. de his qui filios occid.* vbi de matre filii interfectrice sic dicitur: *Mandamus quatenus eam laboribus inducere, vt ad aliquod monasterium transeat, in quo perpetuæ pœnitentiæ sua peccata deploret: si autem repugnante carnis fragilitate, ad hanc induci nolueris, ei licentiam nubendi in Domino tribuas.* Vbi *Glossa fin.* ait non dandam illi licentiam nubendi ob id crimen, nisi in continentiæ timor subesset. Et *Ananias* ibi n.4. id supponit: dicit enim iudicem in hoc casu permissurum minus malum, vt vitet maius. Et placet hæc sententia.

13 Ad argum.n.1. proposita respondetur. Ad 1.dic, alia sacramenta impediri quoque posse, si aliquid ad essentiam sacramenti pertinens subtrahatur: at plura assignari impedimenta matrimonio tribus de causis, teste D.Thom. 4.d. 34.q.vn.a.1.ad 1. Prima est, quia cætera sacramenta vni personæ conferuntur: at matrim. duplicem desiderat, & ideo pluribus de causis impediri potest. Secũda, quòd de cæteris sacramentis sit præceptum, vel consilium: at matrim. indulgetur tam quam bonum imperfectius. Tertia, quòd solum matrimonium sit contractus, possitque minus debite initum in præiudicium commune facilè vigere. Ad secundum dicid procedere, nisi alia concupiscentiæ remedia supererent.

DISPVTATIO VII.

An feriarum tempore interdicantur matrimonium, eius consummatio, benedictiones, ac sponsæ in sponsi domum traductio?

SVMMARIVM.

Quæ sint feriarum tempora attento iure communi & nouo Tridentini: cur, & an conuenienter interdicantur tunc benedictiones nuptiarum? num. 1.

An incipiant à vesperis diei præcedentis primam Aduentus Dominicam, & feriam quartam cinerum? n.2.

An sit mortale eo tempore nuptias benedicere? n.3.

Quam pœnam incurrat sacerdos tunc benedicens? n.4.

An sponsi tunc recipientes benedictionem sint separandi: an alia plectendi pœna? n.5.

An possit Episcopus dispensare, vt tunc recipiantur? n.6.

An prohibeantur eo tempore sponsalia de futuro? n.7.

Quid de monitionibus matrimonio præuijs. n.8.

Quæ quæstiones disputandæ sint, n.9.

An matrimonium initum eo tempore, interdictum sit? Referuntur duplex sententia, n.10. & 11.

Id est licitum, num.12.

Quid existenti contraria consuetudine, n.13.

Solumntur argumenta, n.14.

An traductio sponsæ in domum sponsi tempore feriarum sit interdicta? refertur sententia affirmans, n.15.

Sola traductio solemnis interdicta est, n.16.

Quid intelligatur nomine traductionis solemnis: an conuiuia, & alia lætitiæ signa n.17.

An id sit mortale ex natura rei, aut consuetudine, n.18.

An excusentur qui benedictiones suscipiunt ante feriarum tempus: at traductionem, conuiuia, & alia lætitiæ signa in id tempus differunt, num.19.

Solumntur argumenta, n.20.

An feriarum tempore vetitum sit matrim. consummare, sine secunda, sine reddenda? Et exponitur commune dictum negans? Refertur, & affirmans cum quibusdam, tenet propositum, n.21.

Refertur alia sententia n.22.

Proponitur vera sententia, n.23.

Satisfit argumentis, n.24.

CVM quoddam ex impedimentis solum impedientibus disp.præced.n.5.relatis, sit feriarum tempus: discutere oportet quodnam illud sit: & quid eo interdicatur. Totaque hæc disp. versatur in explicatione, *c. Capellanus, de feriis. c.Non oportet, 1.& 2.c.Non licet, 3.Nec vxorem, 33.q.4.& Trident.sess.24.de matrim.c.10.* vbi solemnitates nuptiarum certis temporibus interdicuntur. Et quidem iure veteri pluribus temporibus interdicebantur: nempe, ab Aduentu ad Epiphaniam, à Septuagesima ad Octauam Paschatis, à diebus Rogationum ad Octauam Pentecostes, vt constat ex textibus nupet allegatis. Erat autem nõ modica difficultas, an vltimæ dies octauarum Epiphaniæ & Pentecostes comprehenderẽtur. Vt videri potest apud *Sylvest Matrim.7. tota q.2.* Ratio autem eius prohibitionis fuit, teste *D.Tho.4.d.43.q.vn.a.5. quæstiunc.4.corp.* quem omnes sequuntur, quod tribus illis Paschatum temporibus olim communio esset in præcepto, ex *Concilio Agathensi, can.18.* Solemnitates autem nuptiarum vehementer animos à spiritualibus auocent, ad carnalia; q; trahunt: cum in illis conuiuia fieri, & multa aliæ lætitiæ vanæ signa exhiberi soleant. Qua propter iis temporibus vetitæ sunt, vt vel sic à carnalibus his abstinentes, sese homines colligerent, communionique parationes redderentur. Nec tamen ea fuit sola ratio huiusmodi prohibitionis, (vt bene probat *Bellarm. lib.1. de matrim. c.31. §. Adde quod*) sed etiam ea esse festa omnium toto anno occurrentium celeberrima: quare placuit Ecclesiæ fideles ab his abstinere, quo aptius ieiunis ac orationi vacarent, quæ id tempus maxime decent. At iam Tridentinum eam prohibitionem temperans solum interdixit ab Aduentu ad Epiphaniam, & à feria quarta Cinerum vsque ad octauam Paschatis. Sic enim ait *sessione 24 de matrim. cap.10. Ab Aduentu Domini nostri Iesu Christi vsque in diem Epiphaniæ, & à feriâ quarta Cinerum vsque in octauam Paschatis inclusiue, antiquas solemnis nuptiarum prohibitiones, diligenter ab omnibus obseruari sanctæ Synodus præcipit: in aliis vero temporibus nuptias solemniter celebrari permittit.* Quare confutatur error Kemnitij & Caluibrari permittit. Quare confutatur error Kemnitij & Caluinistarum hæreticorum nostri temporis: ille enim damnat hanc prohibitionem, quòd causa iam cessarit, quamuis à principio iusta fuerit. Iam enim cõmunio solo tempore est in præcepto, *c. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* hic autem impudentius illam simpliciter condemnat: sed prior error ex dictis facile conuincitur, cùm non fuerit communio sola causa eius prohibitionis. Posterior autem reiscitur etiam ex causis iustissimis assignatis, ob quas Ecclesia ducta est ad prohibendum. Quare *Trident. sess. 24. de matrim. can.* 11. eum errorem anathemate damnat. Posset tamen quispiam dubitare, an in ipsa Epiphaniæ die liceat hodie nuptias solemniter celebrare? quod *Tridentinum in prædicto cap.* 10. solum prohibuerit vsque in diem Epiphaniæ, nec addiderit inclusiue, sicut addidit octanæ Paschatis. Verum dicendum est absque dubio comprehendi in ea prohibitione ipsam Epiphaniæ diem. Quod bene docet *Eum. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis non dirimentibus, *nu.*2. Clareq; probatur, quippe *Trident. co.c.*10. statuens tempora huius prohibitionis, dixit ea esse ab Aduentu vsque ad Epiphan. & à feria quarta

quarta cinerum vsque ad octauam Paschatis inclusiue: quod cum sub vna clausula contineatur, non est cur dicamus particulam, inclusiuè, minimè referri ad vtrumque prohibitionis tempus eadem clausula inclusum: eo vel maximè, quod cum iure antiquo ea dies sub prohibitione contineretur, expressè excludenda esset, vt censeretur ius antiquum correctum quoad eam diē. Cum iuris correcto in dubio tanquam odiosa, vitanda sit, *l. Præcipimus, in fine, C. de appellat. l. Sancimus, C. de testamentis.*

2 Apparentius autem dubium est, num dies immediatè præcedentes primam Aduentus Dominicam, & feriam quartam cinerum, comprehendantur à vesperis, sub prohibitione *Trident. sess. 24. de matrim. c. 10.* ac proinde ab eo tempore interdictæ sint nuptiarum solemnitates? Et quidem de feria quarta cinerum nulla prorsus est difficultas, sed prohibitio incipit a media nocte illius feriæ quartæ. Quia totum officium diei præcedentis, etiam Completorium, minimè pertinet ad diem sequentem. De Aduentu autem est difficultas, quia per se officium Aduentus incipit à vesperis Sabbati præcedentis: quamuis per accidens fiat aliquando sola commemoratio propter festum maius occurrens. Atque ita attento iuris rigore, nisi consuetudo declarasset alicui incipere à media nocte Dominicæ, dicendum esse affirmant *Palud. 4. d. 32. q. 1. ar. 4. num. 16. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 17. ad fin. Rosella verb. Impedimentum, impedimento 17. nu. 3. Sylvest. Matrimonium, 7. q. 2. d. 4. Tabiena verb. Impedimentum, impedim. 14. num. 3 q. 2.* Et quamuis ante Tridentinum scripserint, at ius antiquum, *c. Non oportet, d. 33. q. 4.* eisdem verbis quibus Tridentinum in hac prohibitione vtitur, ibi: *Ab Aduentu Domini.* Et *Ant. Cucus lib. 5. instit. maurum, t. 12. n. 7.* ait etiam post Tridentinum, consuetudine alicuius Ecclesiæ non seruante oppositū, tempus Aduentus in hac prohibitione incipere à primis vesperis sabbati præcedentis: in feria autem quarta cinerum, à media nocte illius feriæ, & ita credo esse verum. Quamuis *Canalcanus in suis decisionibus, 2. p. decis. 12. de contractibus, qua in ordine est, 58. nu. 19.* dicat, vbi consuetudo aliud non expresserit, incipere etiam tempus Aduentus à media nocte, quæ est initium diei primæ Dominicæ Aduentus, quia tunc rē vera incipit Aduentus.

3 Et quidem in his feriarum temporibus benedictiones nuptiarum prohibitas esse, dubitat nemo. Quia consuetudo totius Ecclesiæ id testatur, dum textus allegati nu. 1. prohibent eo tempore solemnitates nuptiarum, intelligi solemnes earum benedictiones, quas vulgo velationes vocant. Quare culpa esset lethalis, huic præcepto contraire. Nam tamquam de re graui semper intellexit Ecclesia. Idque non obscurè significauit *Tridentinum, dum sess. 24. de matrim. cap. 10.* diligenter seruari præcepit hanc prohibitionem, atque ideo esse culpam lethalem, docent *Palud. 4. d. 32. q. 1. a. 4. nu. 10. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 17. paulo post princ. Ioan. de Friburgo sum. confessorum, lib. 4. tit. 17. q. 1. Sylvest. Matrimonium, 7. q. 2. d. 1. Catechan. sum. verb. Nuptiarum peccata, Armilla verb. Nuptiæ, n. 7. Nauar. sum. c. 22. n. 71. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 46. fin. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 50 art. vnic. col. antep. Manuel 3. to. sum. 2. edit. c. 241. n. 4. Vega 2. to. sum. c. 34. ca. fin. 179.* Nec audiendum esse existimo *Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 60. §. Sed dubitatur*, vbi dicit cessante scandalo & contemptu non esse peccatum mortale. Cui valde fauent *Cajet. & Armilla nuper allegati*, reddunt enim rationem, cur culpa lethalis sit, quod publicè cùm fiant benedictiones, non potest non scandalum suboriri, ac contemptus adesse. Verùm non ex scandalo & contemptu, quę omnibus generalia sunt ad culpam cōstituendam, sed ex ipsa præcepti natura & grauitate, quam Ecclesiæ consuetudo & verba Tridentini testantur, culpa hæc lethalis contrahitur, sicut cessante scandalo & contemptu, cætera præcepta Ecclesiastica rei grauis, vt audiendi sacri, ieiunandi, obligant sub mortali.

4 Quare sacerdos aduersus hoc præceptum benedicens nuptias eo tempore vetito, graui pœna plectendus est, arbitraria tamen: cum nulla in iure præscripta sit. Ea autem quæ iure definita non sunt, arbitrio iudicis demandatur, vt late probat *Menoch. l. 1. de arbitr. procm. nu. 3. & duplici sequ.* Ita docent *Paludan. 4. d. 32. q. 1. a. 4. num. 9. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 17. ad fin. Rosella verb. Impedimentum, impedimento 17. fin. Sylvester Matrimonium, 7. qu. 2. d. 6. Salzedo super pract. Bernardi Diaz. c. 74. § pen. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 241. nu. 4. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30 q. 1. § 4. n. 550.*

Sponsi vero ipsi id præceptum transgredientes, sunt in delicti pœnam ad tempus separandi, vt expressè habetur, *c. Non oportet, cl 2. 33. q. 4.* vbi dicitur, hos separandos esse. Et *gloss. verb. Separentur*, ait ad tempus. Idemque docent *Abbas c. Capellanus n. 4. in fin. de feriis, Paludan. & D. Antonin. n. præced. alleg. Asiensis sum. 2. p. lib. 8. t. 30. a. vn. q. 2. Sylvest. Matrimonium, 7. q. 2. dict. 6. Rosella v. Impedimentum, impedim. 17. inst. Tabiena verb. Impedimentum. impedim. 14. q. 1. nu. 2. Lex 18. tit. 2. p. 4. & ibi Greg. Lopez verb. En la manera, D. Thom. 4. d. 32. q. vn. a. 5. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30 q. 1. § 4. n. 549. fin.* Id autem tempus quo separandi sunt, est dum feriarum tempus, quo interdictæ sunt nuptiarum solemnitates, durat. Vt bene tradunt *Abbas, Rosella, Sylvest. Tabiena, Greg. Lopez ibid.* Est tamen hoc temperandum, nisi esset periculum incontinentiæ in alterutro coniuge, tunc enim à separatione prædicta abstinendum esset, aliaque pœnā iniungenda. Sic *Paludan. D. Antonin. Rosella, Sylvester, Gaeta proxime citati, Turrecr. d. c. Non oportet, fine.* Et dixi in alio simili, hoc l. disp. 2. n. 14. Et in hoc casu verum est quod docent *Salzedo cod. cap. 74. fine, & Manuel num. præced. relati*, dicentes esse hos sponsos pœna arbitraria puniendos. Secundum hoc temperat *Tabiena*, nisi iam matrimonium consummatum sit. Tunc enim separandi minime sunt. Quippe matrimonio semel consummato non amplius peccant coëundo. Verum id temperamentum admittendum non est. Quia huius separationis ratio non est culpa coitus, ille enim in eo tempore semper vacat culpa (vt probabimus nu. 23.) Sed culpa suscipiendi benedictiones contra Ecclesiæ interdictum, cui culpæ ea pœna iure indicta est. Et ideo merito cæteri Doctores allegati id temperamentum non apponunt.

Vtrum autem posse Episcopus in hac prohibitione 6
dispensare, discordant DD. Affirmant quidam ex causa valde vrgenti posse, cauendo ne populi frequentia adsit, nec aliæ consuetæ solemnitates interueniant. Vt si quispiam puellam pauperem nollet dotare, nisi statim solennes benedictiones reciperet: sic tenent *Sotus 4. d. 23. q. vn. a. 3. fine, Veracruz 1. p. spec. a. 14. fin. Parth. à Ledesma dub. 60. de matrim. §. Sed dubitatur, Graffis 1. p. decis. lib. 2. c. 85. num. 29.* & refert *Synodum Neapol. c. 40.* dicentem ordinarium ab humana periculu, facile & gratis eam licentiam concedere posse. Idem docet *Emmanuel Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis non dirimentibus, *nu. 11.* Et facit valde quod refert *Bellamera cap. Capellanus, in fine, de feriis*, vbi ait consuesse Episcopus quandoque dispensare. Alij negant. Quia prohibitio hæc est *Clem. 3. c. Capellanus, de feriis: & Trident. sess. 24. de matrim. c. 10.* At inferior nequit in lege superioris dispensare. Sic *Cardin. c. Capellanus, q. 1. in fine, de feriis, Henric. Bothens*, quem refert & sequitur *Enriquez li. 11. de matrim. c. 16. n. 2. in comment. lit. T. & lib. 12. c. 2. nu. 1. in comment. lit. E.* vbi oppositam sententiam falsam appellat. Sed sic distinguendum est, iure ordinario nequit, vt clare probat ratio proxime allata. Quare *Nauar. summa lat. c. 22. n. 70. in fine*, dixit se nunquam ausum fuisse dicere posse Episcopum dispensare in denuntiationibus matrimonio non præmittendis, donec *Trident. sess. 24. de matrim. cap. 1.* id ipsis indulsit. Quod præceptum eas præmittendi sit Concilij Lateranensis. At in casu valde vrgenti, vbi non esset recursus ad Pontificem, posset vtique Episcopus. In eo enim euentu potest Episcopus in lege Concilij & Pōtificis dispensare (vt late probaui lib. 2. disp. 40.) Et sic intellecta prior sententia est vera. Quamuis fatear DD. illius videri sentire posse iure ordinario. Nam omnes Sotum sequuntur, qui clare hoc sentit: ea enim ratione vtitur, quod posset Episcopus in sua diœcesi dispensare, non

aliter

aliter quam Pontifex in vniuerso orbe, quoties dispensatio non est sibi in aliquo casu specialiter à Pontifice interdicta: vt contingit in hoc casu. Nam nec Pontifex, nec Tridentinum dispensationem hanc sibi reseruant. Sed quamuis fundamentum sit verissimum, at eo ipso quod lex editur à Pontifice vel Concilio, nec conceditur dispensatio, nequit Episcopus dispensare, sed censetur reseruata dispensatio, propter id principium generale, Inferior nequit in lege superioris dispensare. De quo consulendus est late *Dunas reg. 248. statim in princ.* Et late tractabo lib. seq. disput. 6. Rarissimè tamen existimo posse eum casum tam præsentaneæ necessitatis contingere, vt possit Episcopus dispensare in hac prohibitione.

7 Similiter constat inter omnes, (vt bene ait *Sylvest. Matrimonium, 7. q. 2. d. 5.*) non prohiberi eo feriarum tempore sponsalia de futuro. Quia nullus est textus ea interdicens.

8 Denunciationes etiam matrim. præmittendas, constat posse tunc fieri. Quoniam nullus textus eas vetat eo tempore. Et ita affirmant *Phil. Barc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. l. 2. c. 4. Canalcan. in suis decisionib. 2. p. decis. 12. de contractibus, alias in ordine, decis. 58. num. 17. Barth. à Ledesma dub. 60. de matrim. §. Animaduertere hic oportet, Vega 2. to. sum. c. 34. casu 178.*

9 Tria autem veritantur in dubium. Primum, an ipsum matrimonium inuisi eo tempore prohibeatur? Secundum, de vxoris traductione, conuiuiis aliisque lætitiæ signis. Tertium, de matrimonij consummatione.

10 QUÆSTIO I. An feriarum tempore licitum sit matrimonium contrahere? Quidam interdictum esse aiunt. Ducuntur, quia debet celebrari in facie Ecclesiæ, & non clam. At in facie Ecclesiæ non permittitur eo tempore, sicut nec benedictiones nuptiales. Secundò, quia *cap. Nec vxorem, 33. q. 4.* quod est Nicolai Pontificis, expresse interdicitur matrimonium, ubi: *Nec vxorem ducere. Et c. Non oportet, el 2. eadem causa, & q. quod est ex Concilio Ilerdense*, ibi, *Non oportet à septuagesima, & c. Nuptias celebrare, quod si factum fuerit, separentur.* Idemque habetur, *c. Non oportet, el 1. & c. Non licet, eadem causa & q.* Tertiò, quia *c. Capellanus, de feriis*, prius dicitur consuetudinem Ecclesiæ habere, vt matrim. quocunque tempore contrahatur: & postea feriarum tempore numerato iubetur nuptias tunc suspendi. Huius sent. videtur clare *D. Thom. 4. d. 32. q. vn. a. 3. quæstiunc. 4. ad 1.* vbi dicit celebrationem matrimonij habere aliquam mundanam lætitiam, & carnalem, quod in alijs sacramentis non reperitur, & ideo illius celebrationē prohiberi, cùm cætera sacramenta tunc sint permissa. Eandem videtur *Richard. 4. d. 32. a. 3. q. 1.* quamuis enim *in corpore*, duplici relata sententia neutram desinat: at *in solutione ad 1.* proposito argumento cæterorum sacramentorum, quæ nullo tempore prohibentur, respondet matrimonium non prohiberi ea ratione qua sacramentum est, sed ratione festiuarum celebritatum, quæ in nuptijs reperiri solent: vbi clarè supponit sacramentum matrimonij tunc interdici ob has celebritates. Et in hanc magis videtur inclinare *Ascensius sum. 2. p. lib. 8. t. 50. a. vnic. q. 1.* Et tenent aliqui Doctores antiqui, teste *Ioan. Andr. c. Capellanus, n. 3. de feriis.* Eandem tenent *Hostiens. sum. tit. de matrim. contracto contra interdict. Eccles. n. 3. paulo post princ. Paludan. 4. d. 32. q. 1. a. 4. n. 18.* Et ibi *Maiorus q. 2. fine, Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. gloss. 1. n. 147. Gomedo in collectaneis suis, collect. 22. n. 2. Margarita confess.* dicens esse mortale eo tempore matrimonium inire, *in sua sum. fol. 150. pag. 1.* Et esse vetitum sub veniali, videtur tenere *Manuel. 1. to. sum. 2. edit. c. 241. n. 4.* vbi dicit non esse mortale eo tempore contrahere.

11 Alij sentiunt non solùm eo tempore prohiberi matrimonium, sed esse irritum, si tunc contrahatur. Quia est contra interdictum Ecclesiæ. Sic tenent aliqui antiqui, quos tacito nomine refert *glos. c. Vir cum propria, §. Hinc etiam, in fin. 33. q. 4.*

12 Cæterum omnino tenendum est, id nullatenus interdictum esse, si absque magna solemnitate & pompa fiat, (de qua solemnitate nu. 16. & seqq. sermonem faciam.) Quod primò probat ipsa Ecclesiæ consuetudo, passim enim his temporibus matrim. ineuntur connimentibus prælatis, nec punientibus parochos qui intersunt. Deinde, quia nullibi id prohibitum reperitur (vt constabit ex dicendis nu. 14. vbi contrarijs argumentis satisfiet.) Imo, *c. Capellanus, de feriis*, affirmatur consuetudine Ecclesiæ id attestante, posse omni tempore matrimonium celebrari. Tertiò, quia non expedit vt pia mater Ecclesia matrimonium tot temporibus prohiberet iniri, daretur enim ansa tunc admittendi plurima carnis peccata, cum non possent homines tunc matrimonio copulari, quod in concupiscentiæ remedium est institutum. Et ideo hanc sententiam sustinent *glos. cap. Vir cum propria, §. Hinc etiam, in fin. 33. quæst. 4. & cap. Capellanus, verb. Quocunque, de feriis.* Et ibi *Anton. num. 9. Bald. in fine, Abbas* referens *Tancredum, num. 4. Imola num. 1. notab. 1. Raimerius sum. 1. De impedim. feriarum in princ. Goffred. sum. 1. De matrim. contract. contra interd. Eccl. n. 2. Albericus in suo dict. lit. I. verb. Impedimentum, 17. init. Henric. c. siu. n. 3. de frigid. & maleficiat. Ioan. de Friburg. sum. confess. l. 4. t. 17. q. 1. Rebuf praxi benefic. regul. de dispens. in gradibus prohibitis gl. 5. num. 55. Rosel. verb. Impedimentum, impedim. 17. init. Angelus Matrimonium, 3 impedim. 2. ad fin. Sylvest. Matrimonium, 7 q. 2. dist. 5. Tabiena verb. Impedimentum, impedim. 14. nu. 1. & 2. Armilla verb. Matrimonium, n. 62. & verb. Nuptiæ, n. vn. Nauar. sum. c. 22. nu. 71. Lex 18. t. 2. p. 4. & ibi Montalu. in fin. Greg. Lopez. ibi verb. Per palabras, Turrec. c. Non oportet, el. 1. d. 1. nu. 1. & c. Nec vxorem n. vn. 33. q. 4. Gutierrez. tit. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. num. 548. & seq. Maiol. lib. 3. de irregul. c. 25. n. 17. 4. Feria, Aut. Cucus lib. 5. institut. maiorum, t. 12. n. 8. Canalcan. in suis decision. 2. p. decis. 12. de contractib. & in ordine decis. 58. nu. 17. Spino spec. testam. gloss. 15. princ. n. 20.* Et ex Theologis, *D. Bonau. 4. d. 32. a. 4. q. 1. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 17. Paulo post princ. Cajet. sum. verb. Nuptiarum peccata. Abulens. c. 5. Matth. q. 242. in solut. ad 1. Petr. de Soto lib. 14. de matrim. §. Huic proximum est. Veguer. lib. institut. c. 16. §. 7. vers. 8. Veracruz 1. p. spec. a. 14. concl. 2. F. Alexander in sua Euchirid. 2. par. præcept. 6.* vbi *de statu matrim. §. Contrahere, Bellarm. lib. 1. de matrim. c. 31. ad fin. §. In altero, Enriquez lib. 11 de matrim. c. 16. n. 2. Emmanuel Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis non diriment ibus, *nu. 2. Phil. Barc. de officio sacerd. tom. 1. p. 2. l. 2. c. 4. Petrus de Ledesma de matrim. q. 50. a. vnic. colum. penult. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 60. §. Animaduertere hic oportet. Graffis 1. part. decision. lib. 2. cap. 85. num. 38. & 2. p. lib. 2. cap. 13. num. 15. Vega 2. tom. sum. cap. 34. casu 178. & sequenti.*

13 Id tamen fatendum est, si alicubi consuetudo vigeret, vt nec matrim. his feriarum temporibus liceret, illa standum esse. Quia consuetudo legitima vim legis obtinet, *c. siu. de consuetud.* Sic *D. Antonin. Sylvest. Antonius Cucus. n. precedenti allegati, Ouandus 4. dist. 32. dist. vn. fine.*

14 Ad argum. n. 10. proposita respondetur. Ad primum dic, posse contrahi in facie Ecclesiæ coram parocho & testibus, absq; benedictionibus nuptialibus, & alijs festinis solemnitatibus, nec id esse vetitum. Ad secundum explicant *Abbas, Sylvest.* illud, *Nec vxorem ducere*, id est, traducere at textus cæteri non prohibent absolute nuptias, sed illarum celebrationem, quæ fit per benedictiones, & alias festiuas solemnitates. Ad tertium dic, iis temporibus sustinendi nuptias quoad earum celebritatem, non tamen quoad eas absque solemnitate contrahendas.

15 QUÆSTIO II. An traductio sponsæ in sponsi domum, feriarum tempore interdicta sit? Duplicem inuenio sent. Prima omnem traductionem etiam absque solemnitate interdictam esse ait. Tum, quia Textus Nicolai Pontificis, *c. Nec vxorem, 33. q. 4.* absolute prohibet eo tempore vxorē ducere, id est, traducere: vt n. præced. explicuimus. Tum etiā, quia ex ipsa traductionis nouitate animus circa carnales ac venereas voluptates magis occupatur. Idem tenent expresse *Sylvest. Matrimonium, 7. q. 2. post. 5. dubium. dub. 2. Rosella verb. Impedimentum, impedim. 17. init. Veracruz 1. p. spec. a. 14. concl. 4. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 60. concl. 3. Anton. Cucus lib. 5. instit. maiorum t. 12. nu. 9. Graffis 2. p. decis. lib. 2. c. 13. n. 15.* Idem videntur tenere alij, qui indistincte & absolute docent traductionem prohiberi. Sic *Glossa cap. Vir cum propria,*

propria.§.Hinc etiam,ad fin.33.qu.4.Abbas,cap.Capellanus,n.4. ad finem,de feriis,& ibi, Cardin.ad fin.D.Bouauen.Rainerius,Alhericus,Henric.Caiet. Richard.D.Anton.Ioan.de Friburg. Petrus de Soto,Viguerius, Maiolus,Emmanuel Sa num.12. alleg.Armilla verb.Nuptiæ n.vnic.Tabiena verb. Impedimentum , impedimento 14.n.1.Lex 18.t.2.p.4. & ibi Greg. Lopez. verb. Velar. Turrecr.c. Non oportet,el 1.33.q.4.ar.1.n.1.Nauarr.sum. Hispan.c.22. n.71. Manuel 1.to.sum.2.edit.c.241.nu.4.Petr.Ledesma de matrim.qu. 50.a.vnic.ante penult.

16 Secunnda sent.(quam veriorem existimo) ait solã solemnem traductionem sponsę in sponsi domũ prohiberi. Quia nimia mentis euagatio decedens illius temporis sanctitatem minimè reperitur in traductione absque solemnitate , & festiuis vanæ lætitiæ signis. Quod & ipsa consuetudo licitum esse testatur: eo vel maximè quòd matrimonij consummatio,quæ traductioni obstare posset,non est eo tempore ieterdicta , vt nu.23.probauimus. Atque ita tenent *Goffred.sum t.de matrim. contract.contra interd.Eccles.n.2.Hostiens.*referens *Tancredum C.Capellanus nu.2. in fin.de feriis,& sum.1.de matrim.contract.contra interd.Eccl n. 3.paulo post principium. Astens.summa,2.p.lib.8.t.30.a.vnic.q.1. Palud.4.d.32.q.1.a.4.n.17.Angelus Matrimonium,3.impedim.2. ad finem,Nauar.sum Lat.c.22.n.71.Hispan.c.28.addit.ad eundem n.Gatta repet.c.Ad limina,30.q.1.§.4.nu.549.fine, Canalean.in suis decis.2.par.decis.12.de contractib.& in ordine.58.n.17. & duplici sequenti.Graff.1.p.decis.lib.2.c.85.nu.28.Alexan.in suo Enchrid.2.par.præcept.6.*vbi de statu matrim.§. *Si à Dominica,Philarc.de officio sacerdotis,tom.1.p 2.d.2.c.4.Bellarminus l.1. de matrim.c.31.ad fin.Lud.Lop.2.p.instruct.de matrim.c.46 fine, Vega 2.tom.summæ,c.34.casu 179.*

17 Quòd si quæras,quid intelligatur nomine traductionis solemnis prohibitæ eo tempore? dicam intelligi conuiuia,& alias vanæ lætitiæ signis comitatã traductionem. Atque ita c.*Nec vxorem,33.q.4.* vbi dicitur non licere nuptæ vxorem ducere, subditur , *Nec conuiuia facere.* Item , quia hæc vana lætitiæ signa sunt,quæ nimiam mẽtis euagationem,id tempus dedecentem, secum afferunt: quæ causa est illius prohibitionis. Ac proinde tunc ea conuiuia & vana lætitiæ signa prohibita esse, affirmat *Hugo, cap.Non oportet,el 1.33.qu.4.& ibi Archid.num.vnic,Turrecr. ibi. a.2.fine, in expos.lit.& d.c.Nec vxorem,n.vnic.Supplem. Gab.4.d.32.qu. vnic.a.3.fin.Rebuff.praxi beneficior.reg.de dispensat. in gradibus prohibitis,gl 5.n.55. Palud. Angelus,Gatta, Canalean n.17.Bellarm. n.præced.allegati.Caietan.sum.verb. Nuptiarum peccata. Armill. verb.Nuptiæ,n.vnic.Nauar.sum.Hisp.c.22.n.71.& c.28.addit.ad eund.nu.Emmanuel Sa.summa verb.Matrimonium,* vbi de impedimentis non dirimentibus,*n.2.Petr.de Ledesm.de matr.q. 50.a.vnic.sol.antepenult.Graffis 2.part.decisio.l.2.c.13.n.15.Vega 2.tom.summæ,cap.34.casus 179.Manuel 1.tom.sum. 2.edition.cap. 241.n.4.*

18 Si turſus roges, quale peccatum sit hiſce diebus vxorem traducere,conuiuia solemnia facere, aliaque secularis lætitiæ signa exhibere? Plerique absolutè loquẽtes de vxoris traductione,dicunt eam esse lethale peccatum.Sic *Ioan.de Friburg.Tabiena,Viguer.nu.15. allegati.Nauar.sum.Hisp. c.22.n.71.* Alij verò dicunt traductionem solemnem esse peccatum lethale. Sic *Angelus, Alex.Lud.Lopez., Vega nu.16. relati.Nauar.sum.Lat.c.22.n.71.* Vnde conuiuia splendida eo tempore fieri ad nuptiarum solemnitatem,sub mortali prohiberi affirmant *Nauar.sum.Hisp.c.22.num.71.Angelus, Petr.de Ledesma,Manuel,Vega n.præced.allegati.* Nec obscurè id significant *Caiet.sum.verb.Nuptiarum peccata,Armilla verb. Nuptiæ,n.vnic.*dicentes nuptias tria importare,nempe, benedictionem coniugum,traductionem sponsæ,& solemnitatem conuiuij,ac violãtes hoc statutum reos esse culpæ lethalis.Et potest probari, quia benedictiones matrimonij nõ prohibentur ratione suiusũ sint quid spirituale, nec proinde tempus deuotioni dicatũ minimè dedeceant: sed propter cõuiuia,& alia festiua tunc interuenire solita, quæ mentẽ à diuinis auocant.Vt clarè colligitur ex *D.Th. 4.d.32.q.vnic.a.5.quæstiunc.4.corp.& ibi Richard.a.5.qu.1.ad 1.* Et docent expetisse *Caiet.& Armilla nuper cit.* Ergo fortiùs hæc prohibẽtur:argum.deducto ex *auth.Multo magis, C.de Episcopis & clericis.* Alij autem non ita rigide loquuntur, sed traductionẽ sine solemnitate,culpæ venialis damnãt.Sic *Bart.à Ledesma de matrim.dub.60. conclus.3.* immo idem de traductione solemni,modo scandalum cesset, tradit *Veracruz 1 p.spec.a. 14.concl.3.* Atque sola conuiuia, & alia lætitiæ signa, absque vxoris traductione, nullam esse culpã affirmat,*Tabiena verb.Impedimentum,impedimento 14.q.1.n.2.* ratione generalis cõsuetudinis hæc præmittentis. Verùm (vt meam sententiam explicem) solas nuptiarum benedictiones hoc tempore veritas esse sub mortali existimo. Quia generali cõsuetudine receptum esse video,vt sponsæ eo tempore in sponsi domum traducantur,conuiuiaq; fiant,ac alia lætitiæ signa præbeantur conuiẽntibus prælatis.Quare si hæc moderata sint,nullã culpã agnosco , si aliquantulus sit excessus, solam venialem: mortalem autem minimè,nisi vbi nimius esse excessus,ita vt sanctitati prædictorum temporum notabiliter derogaretur: & ansa notabilis iure optimo offensionis ac scandali, spectantiũ animis tribueretur,vnde *Palud.4.d.32.q.1.a.4.n.17.* mitiùs est locutus, dicens prohiberi nuptiarum celebrationem his temporibus,ob lasciuias & multas insolentias iis valde dissentaneas . Quamuis enim iura rigidiùs loquantur:vt constat ex *cap.Nec vxorem,33.q. 4.* vbi vxorem duci, ac conuiuia fieri,absoluere prohibetur: at generalis consuetudo hunc iuris rigorem temperauit,& fere ad solam nuptialium benedictionum prohibitionem reduxit.

Hinc infertur temperandum esse, quod tradunt *Caiet.* 19 *Armill. Manuel. Vega n.præced.allegati,& Petrus de Ledesma de matrim.quæst.50.art.vnic.col.penult.* nimirum,eos non effugere legis transgressionem,qui ante feriarum tempus,nuptiarum benedictiones suscipiunt,& conuiuia,celebritatesque festiuas in id tempus differunt, quasi illis solis prohibitis,hæc permissa sint. Quod potiùs hæc prohibeantur. Sed temperandum(inquam) est,iuxta n.præced.tradita: vbi explicuimus quando nulla, quando venialis, atque quando culpa mortalis sit,hæc eo feriarum tempore celebrare.

Ad argum.num. 15. proposita respondetur. Ad 1. dic' 20 ex ratione textus colligi intelligendum eum esse de solemni traductione,vt probaui nu.16. Et esto ita rigide intelligeretur , at consuetudo iam explicuit solam solemnem traductionem comprehendi. Ad 2.constat ex dictis n.16. non enim tanta mentis euagatio reperitur in traductione non solemni.

QVÆSTIO III. An feriarum tempore interdictum sit 21 matrimonium consummare? Quidam id affirmant. Et ducuntur,quia c.*Nec vxorem,33.q.4.* interdicitur traductio vxoris eo tempore. Cuius ratio nulla alia esse potest , nisi vt vitetur copula carnalis. Secundum,quia c. *Non oportet, el 2.33.q.4.* decernitur separãdos esse celebrantes nuptias his diebus: quod nequaquam fieret, si copula non esset tunc prohibita,sed sola solemnitas. Non enim fieret personarum separatio , sed alia pœnitentia imponeretur. Pœna enim non debet culpæ quantitatem excedere. c. *Quæsiuit,de his quæ fiunt à maiori parte capituli,l.Sanctimus,C.de pœnis.* Tertium,quia etiam matrimonio consummato non licet tempore orationis & ieiunij vacare copulæ: ergo à fortiori non licet consummare: quia turpius ejcitur, quàm non admittitur hospes , c. *Quemadmodum , de iureiur.* Ita *glosia.cap.Vt cum propria.§. Hinc etiam , fine , 33.quæst.4.& c.Capellanus verb.Quicũque,de feriis,* vbi *Ant.n.9. Bald. in fine, Petrus, & Abbas antiquus.* quos refert & sequitur *ibi Ioan. And.n.4.Panor.n.4. Card.ad fin.Imol.n.1.notab.1. Rainer. sum. tit.de imped.feriarum,in princ.Hoss. sum.tt.de matrim. contract. contr.interdict.Eccl.nu.3.paulo post princ. Bertachin.in suo repert. lit.M.verb.Matrim.vers.Matrim.consum. Henric.c. fin.n. 3.de frigid.& maleficiat. Ioan. de Friburg.sum. confess.l.4.t.17.q.1. Palud. 4.d.32.q.1.a.4.n.20.D.Anton.3.p.t.1.c.17. fin. Rosella verb. Impedimentum,impedimento 17.ad finem. Angel.verb.Debitum,n.1. & Matrimonium,3.impedimento 2.ad finem , Sylvester.Matrimonium,7.q.2.post dictum 5.dub.3. Tabiena verb. Impedimentum,*

impedimento 14.qu.2.n.3.fin. Caiet.summ.verb.Matrimonium,c. vlt.§.In publico autem loco: vbi *Armill.n.6.4. & verb. Nuptiæ, n.vnic.Montalnus l.18. in fine,t.2.q.4. & ibi Greg. Lop. verb. Per palabras.Gaeta repetit.4. Ad lumina,30.qu.1.§.4.n.594.fin. Alex. in suo Enchiridio 2.p.præcepto 6.* vbi de statu matrimoniali.§. *Si à Dominica. Petraz.4 summ.præcept.6.§.28. Barth. à Ledesma de matrim.dub.60 fin.Graff.2.p.decisionum, lib.2.c.13.n.15.* Et tandem *Astensis sum. 2.p.lib.8.tit.30.4.vnic.q.1.* duplicem opinionem refert,neutramque decidit. Discordant autem aliqui ex his DD.quia quidam asserunt tunc esse mortale consummare,sic colligentes ex Paludano dicenti,in casu quodam speciali non esse peccatum mortale, docent *D.Anton.Rosella, Angel.vtroque loco, Ioannes de Friburgo,Sylu.Tabiena, Alex.and. nuper citati.* At alij solam culpam venialem agnoscunt. Quòd non contra præceptum, sed contra illius finem sit.Ita *Caietan. Armill. Petraz.a, Barth. à Ledesm.eodem loco allegati.* Et non esse mortale, non decidens an sit veniale, docet etiam *Veracruz. 1.p speculi,a.4. conclus.5.* Et non tantùm consummationem petendo, sed etiam reddendo,damnat venialis culpæ,*Barth. à Ledesma ibi.* Quare apertè sentit non teneri alterum coniugem eo tempore reddere ad primò consummandum matrimonium. Si enim teneretur, non peccaret venialiter reddendo, immo mortaliter denegando.Quòd etiam sentiunt *Abbas auriquus, Petrus, Ioan. Andr.Gaeta proxime allegati,* dicũt enim cõgi tunc petenti obstare temporis exceptionem.Temperant tamen quidam ex his Doctoribus, quando eo feriarum tempore cõsummatur prima vice matrimonium, nam semel iam consummato dicunt non esse mortale, deinceps vacare copulæ.Ita *Rosella, Sylvest. Angel.Caietanus, D.Antonin. Petraz.a proxime cit. Tabiena verb. Impedimentum, impedi.14.qu.2.nu.3 fine,Greg.Lopez.l.128.verb.Per palabras t.2. p.4.* Secundum temperant, nisi vxor sit ritè benedicta.Sic *Palud. D.Anton.Rosella,Sylvest.ibid.* Tertium limitant, nisi conuges sint vidui.Sic *Angelus Matrimonium,3.imped.2.fine* Sed hanc limitationem reiciunt *Panorm. Cardin. Sylvest. Alex.and.hoc num.allegati, Rosella verb. Impedimentum, impedimento 17.in princip.Tabiena ibi impedimento,14.qualt.c.num.2. Graff.2.par.decis.lib.2.c.13.n.15.*

22 Alij verò Doctores non ita rigidè sentiunt,sed dicunt hoc feriarum tempore minimè speciali præcepto interdici copulam coniugalem,sed generali præcepto,quo tempore orationis,quale est hoc,prohibita est: vnde dicunt minimè tunc prohiberi reddere: de petitione autem sic distinguunt, si causa vitandæ fornicationis vel prolis, dicunt vacare culpa,si verò causa voluptatis,esse culpam lethalem. Sic *Goffred.sum.tit.de matrim.contracto contra interd. Eccl.num.3.*

23 Cæterùm aduersus vtramque sententiam, mihi persuadeo nullam esse prohibitionem consummandi tunc matrimonium, ratione illius tempore, quare etiam primam consummationem vacare prorsus culpa ex hac parte,nisi alia circumstantia mala vestiatur: tunc enim erit culpa iuxta qualitatem circumstantiæ,qualis esset quouis alio tempore, quo eadem mala circumstantia concurreret.Ducor, quippe nulla est prohibitio talis consummationis. Textus enim nu.1. allegati solam benedictionem nuptialem traductionemque sponsæ eo tempore prohibent: nec traductio interdicitur causa vitandæ copulæ, sed propter vana lætitiæ signa illam comitari solita, quæ temporis illius sanctitatem dedecent (vt probaui nu.16. & 18.) Deinde, quia si ob temporis reuerentiam prohibita est tunc consummatio, non minus sanctitati illius detrahitur per primam consummationem, quàm per sequentes,& siue sponsa sit benedicta, siue non. Cùm tamen DD. contrarij in hoc duplici casu copulam excusent. Tandem,quia tempore orationi dicato multo veriot sententia est, vacare culpa copulam coniugalem, & solum esse consilium tunc abstinere, vt dicemus l.10.tota disp.12.Et ideo hãc sent.sustinent(licet nõ ita expresse,at valde faueant,) *D.Tho.4.d.32.quæstiunc.vnic.a.5.qu.4.ad 2.& Turrecrem.c.Non oportet,el 1.33.q.4. a.1.n.1.ad 3.* vbi admittunt indistinctè esse licitum iis temporibus petere & reddere. Et tenent expresse *Petr. de Soto lect. 14.de matrim.§. Huic proximum est,Nauar.sum.Lat.22.nu.71. & Hisp.c.28.addit.ad eum num.* quamuis *Hisp.c.12.nu.71.* solum explicuerit non esse mortale. *Ant.Cucus libr.5.inst.maiorum.tit.12.nu.10. Canale in suis decis.2.p.decis.12.de contract.in ordine 58.num.17. Bellarm.lib.1.de matrim.c.31. ad fin.§. In altero, Vega 2.10 sum. c.34.casu 179.Philiar.de offic.sacerd.tom.1.p.2.libr.2.c.4. Emm. Sa sum.verb.Matrimonium*, vbi de impedimentis non dirimentibus,n.2. *Ludou.Lop.1.p instruct.de matrim.c.46.fin.* Et clarè sentit *Petr. de Ledesm. de matrim. qu.58.a. vn.col.penult.* dicit enim omnia esse licita eo tempore præter traductionem vxoris nuptiarum benedictionem,& continuij celebritatem. Ex quo clarè infertur, petenti tunc debitum non posse opponi exceptionem temporis, sed ea non obstanti esse sub præcepto reddere.

Ad argumenta nu.21.proposita respondetur. Ad 1.dic, 24 non eam esse rationem,sed vt vana & festiua lætitiæ signa vitentur,vt probaui num.præced. Ad 2.dic,eam pœnam non imponi eo quod consummatum sit matrim.eo tempore, id enim non est prohibitum, sed quia nuptiæ sunt benedictæ, & sponsa solemniter traducta: nec eam pœnam excedere culpæ quantitatem:quin potiùs cùm coniuges circa matrim. deliquerint, meritò ipsius matrimonij separatione ad tempus puniũtur. Ad 3.negandum est id prohiberi tempore orationis,vt n.præced.diximus.

DISPVTATIO. VIII.

An tempore interdicti,& cessationis à diuinis, liceat matrimonium inire,ac nuptias benedicere?

SVMMARIVM.

Refertur opinio asserens matrimonium non posse contrahi tempore interdicti,n.1.

Posse licitè contrahi,n.2.

Tempore cessationis à diuinis potest matrimonium. & quæcumque alia sacramenta celebrari,quæ interdicto tempore sunt permissa,n.3.

Validum est matrimonium contractum tempore interdicti,n.4.

Contrahentibus specialiter & personaliter interdictis, licitum est inire matrimonium,n.5.

An possint Sacramenta per missas eo tempore interdicti, ministrari in Ecclesia specialiter interdicta,n.6.

Possunt denunciationes matrimonij tempore interdicti fieri,n.7.

Soluuntur argumenta,n.8.

Refertur sententia docens posse benedictiones nuptiales tempore interdicti conferri,n.9.

Non possunt tunc conferri,n.10.

Possunt tolli ea benedictiones & cætera beneficia Ecclesiastica celebrari, seruata moderatione, c. Alma mater de sent. excom. in 6. nec de sponsi habeat diploma. n.11.

Quid habeant circa in spirituali interdicto loci,an tantùm in generali,n.12.

An cum illa moderatione licitè extra Ecclesias tempore interdicti benedictiones nuptiales,& alia officia diuina peragerentur,n.13.

An possint seruari ea omnia tempore cessationis à diuinis cum illa moderatione celebrari,n.14.

An in festiuitatibus,in quibus tunc suspenditur interdictũ licitè publicè & solemniter benedicere nuptias, & cætera officia celebrare,n.15.

An si tempore interd. celebrand. contigit nuptiæ die Natalis Christi, vel Paschatis, contrahentes interdicto, & incurrunt irregularitatem aduersus contrauenientes lata,vel si præceptes interdicentes eo tempore benedictionem? Et similiter, an obligatus ex voto, vel regulari institutione ad carnium abstinentiam posset aduersus eam communem probabilem eam idiotam feria sexta, festis vescendi feria sexta, in qua incidit Natale Domini cum? Et explicatur cessatio de obseruat. istius. & an sublato voto per dispensationem, vel irritationem, vel prælato dispensatio in consuetudine liceat vescendi,n.16.

An liceat in præfatis festiuitatibus officia non propria diei peragere, ac nuptias benedicere non celebratas ab ipsis propria die,n.17.

An liceat in eisdem idem efficere, tempore cessationis à diuinis? vel si Ecclesia sit specialiter interdicta, supposito n.18.

Nam siue vir, siue femina interdicti sint, licitè illi benedictionem recipere in loco non interdicto,n.19.

Satisfit argumentis. Et eadem regula Aicefferium. de regul. iuris, in 6.num.10.

DVPLEX inuoluitur quæstio disputanda in præsenti disputatione.Prior est de matrimonio tempore interdicti celebrando. Posterior de benedictionibus nuptialib.eodem tempore conferendis. Circa priorẽ quæst. sentiunt

sentiunt aliqui nefas esse tempore interdicti matrimonium contrahere, secus de sponsalibus Ducuntur, quod nulla tempore interdicti Sacramenta ministrari possint, præter excepta, *c. Alma mater, quod est finale, vers. Nulla, de sēt. excom. in 6.* Nam facta generali prohibitione in omne vetitum censetur, quod expressè concessum minimè repetitur. *Clem. 1. §. Porro, vers. Nam vbi, de verb. signif.* At matrim. exceptum non est. Et confirm. quia sicut *eodem cap. finali.* excepta, sunt Sacramenta pœnitentiæ, respectu etiam non ægrotantium, & iure alio excepta, nimirum, baptismus, & Confirmatio, & Eucharistia per modum viatici. *cap. Non est, de sponsal. & cap. Quod in te, de pœnit. & remiss.* similiter matrimonium concessum esset, excepteretur. Secundum, quia rationes ob quas præfata Sacramenta tunc permittuntur, cessant in matrimonio. Cum ex negatione matrimonij minimè subtrahatur Ecclesiæ debitus honor, nec hæreses pullulent. Quæ sunt rationes assignatæ, *d. cap. finali*: eo vel maximè quòd si necessitas incundi matrimonij occurrat, possit id extra locum non interdictum commodè fieri: ac proinde non est cur in loco interdicto concedatur, argumento *c. Si sententia, § Cæterum, de sent. excommun. in 6.* Tandem quia hodie, cùm matrimonium absque parochi præsentia consistere nequeat, parochus quodammodo est minister. At parochis interdictum est eo tempore quæ vis Sacramenta ministrare, demptis Pœnitentia, & Eucharistia morientibus, ac baptismo. Et ideo huius sententiæ est *Vgolinus de censuris*, vbi de interdicto, *tabula 54. 7. §. 3. n. 1. & c. 10. §. 1. n. 1.*

2 Verùm absque dubium dicendū est, posse licitè matrimonium inire tempore interdicti. Constat ex *c. Capellanus, de feriis*, vbi habetur eam esse Romanæ Ecclesiæ consuetudinem, vt matrim. quocumque tempore contrahatur. Deinde, quod ea sola Sacramēta censeantur tempore interdicti vetita, quæ patrē Sacramenta sunt, & omnino spiritualia. At matrim. est contractus quidam naturalis, cui per accidens adiecit Christus Dominus Sacramenti rationem. Pro hac sent. citatur communiter *Glossa c. Alma mater, verb. Sacramenti, de sent. excomm. in 6.* at id non dicit expresse, sed validum esse matrim. eo tempore initum: at id innuit, cum sermo ibi habeatur de permissis tempore interdicti. Et tenent expressè *Innoc. c. Non est, in fine, de sponsal. & ibi Host. sum. Ioan. Andr. nu. 5. Anton. nu. 19. Abb. n. 8. Cardin. nu. 4. q. 1. Præpos. n. 7. Alex. de Neuo, num. 21. & seq. Anchar. fin. & d. c. Alma mater. n. 10.* vbi *Franc. in princ. nu. 3. Calderin. de interdict. membr. 6. §. Visa de effectu interdicti. Rosella Interdictum, 2. nu. 7. Angelus Interdictum, 6. n. 30. Sylvest. Interdictum, 5. q. 7. nu. 9. excep. 5. Armilla verb. Interdictum, n. 53. Tabiena Interdictum, 5. qu. 23. n. 14. Navar. sum. c. 27. Lat. n. 179. Hisp. num. 178. Couar. c. Alma mater. 2. p. §. 2. num. 7. vers. Matrimonij autem Sacramentum. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. nu. 547. Borgasius de irregular. p. 6. de senten. interdicti, n. 50.* Et ex Theologis, *Palud. 4. d. 18. q. 8. a. 2. princip. concl. 4. n. 27. & d. 26. q. 2. a. 2. num. 12. D. Anton. 3. p. t. 16. c. 4. in princ. col. 5. Medina l. 1. summ. c. 11. §. 13. Enriqu. l. 11. de matrim. c. 16. n. 2. comment. lit. S. & lib. 12. c. 2. num. 1. commen. lit. F. & lib. 13. de excommun. c. 45. n. 3. Bart. à Ledesm. de peccat.* vbi de interdicto, *dub. 7. Graffis 2. p. decision. lib. 1. c. 1 nu. 25. Lud. Lop. 2. p. instruct. de interdict. c. 21. t. de extr. vnct. & matrim: Manuel 1. tom suim. 2. edit. c. 116. nu. 2. Cañedo de Sacram. tract. de interdict. c. 8. n. 56. Vivald. candel. Sacrament. 2. p. de interdict. nu. 209. Petr. de Ledesma de matrim. q. 50. a. vnic. dub. 3. post 4. concl. Vega 1. to. sum. c. 103. casu 6. Emmanuel Sa sum. verb. Interdictum n. 17. Philiarcus de offic. sacerd. to. 1. p. t. 1. 4. c. 3. § vltim. n. 7.*

3 Immo tempore cessationis à diuinis licitè initur matrim. Quod constat ex *c. Capellanus, de feriis*, quocumque enim tempore dicit concedi. Et clarè videntur sentire DD. omnes n. præc. allegati, *c. Non est, de sponsal.* nā licere dicunt tempore interdicti: & casus illius textus non est proprie de interdicto, sed de cessatione à diuinis. Vt ibi aduertit *Abbas nu. 8.* & docent expressè *Couarr. c. Alma mater, 2. p. §. 4. n. 7. vers. Vtcumque tamen, Medina* dicens clausulam Salmanticensium sic definisse, *lib. 1. sum. c. 11. §. 14. Emmanuel Sa summ. verb. Interdictum, n. 17. Vega 1. to. sum. c. 103. casu 6. Cañedo sum. Sacram. tract. de interdict. c. 9. paulo post princ. Manuel 1. to. summ. 2. edit. c. 117. nu. 2. Lud. Lop. 2. p. instruct. de interdicto c. 21. ad fin.* Immo omnia Sacramenta tempore interdicti permissa, sunt etiam licita tempore cessationis. Vt bene *Navar. sum. c. 27. n. 178. Couar. Manuel, ibid.*

Vtcumque tamen sit, fatendum necessariò est ab omnibus, matrimonium tempore interdicti contractum, esse validum: eum *Glossa c. Alma mater, verb. Sacramenti, de sent. excom. in 6.* vt bene aduertit *Couarr. eod. c. Alma mater, 2. p. §. 2. n. 7. vers. Matrimonij autem.* Atque ita fatetur *Vgolinus de censuris*, vbi de interdicto, *tabula 5. c. 7. §. 3. nu. 3.* Quamuis sentiat tunc interdici. Atque idem dicendum est de matrimonio inito tempore cessationis à diuinis. Et constat, quia nullus est Canon irritans. Deinde, quia matrimonium illicitè contrahitur tempore excommunicationis, at si contrahatur, est validum, vt disp. seq. dicam. 4

Nec quicquam refert, si contrahentes sint specialiter & personaliter interdicti. Possunt enim licitè matrimonio copulari. Quod sub illo interdicto non comprehendatur matrim. nisi expressum sit. Quia matrimonium, tamquam contractus cui per accidens ratio Sacramenti aduenit, sua sponsalia impedimenta sortitur, nec interdici solet instar aliorum Sacramentorum. Sic *Innoc. Calder. Anchar. vtroque loco, Francus, D. Anton. Rosella, Sylvest. Tabiena, Armilla, Navar. Philiarc. Petr. de Ledes. n. 2. allegati. Palud. 4. d. 26. q. 2. a. 2. n. 12. Enriq. l. 12. de matr. c. 2. n. 1. comm. lit. F. & l. 13. de excom. c. 45. n. 5. Toledo l. 1. summa, c. 20. n. 9.* 5

Vtrùm autem in Ecclesia specialiter interdicto supposita, possint matrimon. & reliquia sacramenta tempore interdicti permissa, celebrari: non constat inter DD. Nam *Vgolin. de censuris, tabul. 5. de interdict. c. 10. §. 1. nu. 1.* dicit in Ecclesia specialiter interdicta posse baptismum & confirmationem ministrari. Quòd necessariò intra Ecclesiam ministranda sint: secus de Eucharistia & pœnitentia, nisi necessitas aliud suadeat. *Borgasius* verò *de irregul. p. 6. de senten. interdicti, nu. 27.* distinguit sic: Si Ecclesia sit interdicta specialiter ab homine, nullum Sacramentum excepto baptismo potest in ea conferri: & dicit *n. 28.* matrim. tunc ante fores Ecclesiæ posse ministrari. Si autē sit à iure, dicit *n. 29.* baptismum, confessionem, & matrimon. ante Ecclesiæ fores ministranda esse. Cæterùm dicendum est, omnia Sacramenta tempore interdicti permissa posse licitè in Ecclesia specialiter interdicta ministrari: & si honestum sit ea alibi celebrari, si commodè fieri possit. Quia nulla reperitur prohibitio, quòd ea Sacramenta ab omni interdicto exempta sint. Atque ita docent *Nau. sum. c. 27. nu. 179. Couar. c. Alma mater, 2. p. §. 2. nu. 7. vers. Hæc vero sacramenta, Enriquez. li. 13. de excommun. c. 45. n. 3. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 1. lib. 4. c. 3. §. vlt.* Et expressè de matrimonio id docent *Enriquez & Philiarc. ibi.* Et clarè videntur huius sententiæ *Calderin. de interdicto, membr. 2. col. 7. fol. 3. vers. Sed numquid in Ecclesia, & Anchar. c. Si ciuitas, nu. penult. de sentent. excommun. in 6.* vbi dicunt licitè ministrari in ea Ecclesia baptismum & Confirmationem. Quippe à quouis interdicto ea sacramenta exempta sunt. Cùm enim eadem militer ratio in aliis sacramentis tempore interdicti permissis, sunt enim ab interdicti prohibitione libera, videntur in eis idem sentire. 6

Possunt etiam à fortiori tempore interdicti denunciationes matrimonij fieri. Sic *Palud. 4. d. 26. q. 2. a. 2. num. 12.* subditque intelligi in cōcionibus, vel aliter, nō tamen in missa. Quod fortè dicit, quia missam celebrare tempore interdicti olim non licebat, *c. Non est, de sponsal.* At cùm hodie liceat seruata moderatione *c. Alma mater, de sentent. excom. in 6.* (vt n. 11. dicemus) non est cur negemus posse ibi denunciationes fieri. Quòd si fortè contra interdicti formam celebraretur sacrum, & in eo fierent denunciationes, peccatum esset celebrare, non autem facere denunciationes. Hoc enim cùm non sit officium diuinum, minimæ opponitur interdicto. 7

Ad argu. nu. 1. proposita respondetur. Ad 1. & confirmationē dico nō excipi matrim. Quia id supponitur tanquam 8

quam manifestum, & generali consuetudine Ecclesiæ receptum, vt numquam intelligatur prohibitum matrimonium: & excipiuntur ea sacramenta, quæ merè spiritualia sunt, & ad actum ordinis pertinent, vt dixi n 2. Ad 2. constat ex dictis, eæ enim rationes traduntur respectu sacramentorum quæ sunt merè spiritualia, at in matrimonio militat ratio exposita num. 2. Ad vltimum dic, parochum non habere rationem ministri, sed testis: ipsos autem contrahentes esse ministros.

9 QVÆSTIO II. An benedictiones nuptiales possint tempore interdicti conferri? Affirmant aliqui. Quia cùm accessorium sequatur naturam principalis, *regul. Accessorium, 42. de regul. iur. in 6.* concesso principali, conceditur accessorium. At benedictiones accessoriæ sunt matrimonio, quod eo tempore concessum est: vt nu. 2. Et confirm. quia concessis tempore interdicti baptismo, & confirmatione, conceditur cõfectio chrismatis, quod accessorium est *c. Quoniam de sent. excommun. in 6.* vbi *Glossa verb. Dubium*, ait, rationem huius esse, quod concesso principali, concedatur accessorium. Et ita hanc partem tuentur *Rosella Interdictum, 2. n. 7. Angel. Interdictum, 6. n. 30. Gaeta repet. cap. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 547.* & rem esse dubiam nil definientes, docent *Abb. c. Non est n. 8. de sponsal. & ibi Præpos. n. 7.*

10 Nihilominus dicendum non est posse conferri. Quia benedictio nuptialis est officium diuinum, & ad actum ordinis pertinet: cùm solus sacerdos possit sponsum & sponsam benedicere, idque precibus & officio peculiari ab Ecclesia institutis, & in missarum solemnis. Atque ita tenent *Calderin. de interdicto, membr. 6. §. Viso de effectu interdicti. Host. c. Non est, fin. de sponsal.* vbi *Ioan. Andr. n. 3. Anton n. 10. Alex. de Neuo n. 22. Anchar. fin. & c. Alma mater, de sent. excom. in 6. n. 10.* vbi *Francus impugnat. n. 3. Astrensis sum. 2. p. l. 7. t. 16. ar. 3. q. 6. Syluest. Interdictum, 5. q. 7. nu. 9. except. 5. Tabiena Interdictum, 5. q. 3. n. 14 Armilla verb. Interdictum, n. 53. Nauar. sum. c. 27. La. nu. 179. Hisp. 178. Vgolin de censuris tab. 5. de interdicto, c. 7 §. 3. nu. 4.* Et ex Theologis *Palud. 4. d. 26. qu. 2. a. nu. 11. & d. 18. q. 8. a. 2. princ. concl. 4. num. 27. D. Anton. 3. p. 26. c. 4. princ. col. 5. Metina lib. 11. sum. m. c. 11. §. 13. Enriqu. lib. 11. de matrim. c. 16 n. 2. comment. lit. S. & lib. 13. de excom. m. c. 44. nu. 1. lit D. Lud. Lopez. 2. p. instruct. cap. 51. de interdict. tit. de extrema vnctione, & matrim. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 1. lib. 4. c. 3. §. vlt. nu. 7. Vivald. candel. Sacram. 2. p. de interdict. n. 209. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 16. n. 2. fin. Graff. 2. p. decis. lib. 1. c. 1. nu. 25. Barth. à Lede sin. de pœnit.* vbi de interdicto, *dub. 7.*

11 Hodie autem licitè benedictiones nuptiales conferũtur tempore interdicti, seruata moderatione *c. Alma mater, de sent. excomm. in 6.* nimirũ, submissâ voce, ianuis clausis, excommunicatis ac interdictis exclusis. Quippe is textus cum ea moderatione concessit omnia diuina officia tempore interdicti celebrari posse. Et tenent *Syluest. Interdicti, 5. q. 2. dict 3. fin. Couar. c. Alma mater, 2. p. § 2. n. 7. vers. Matrimonij autem, Enriq. lib. 13. de excomm. c. 44. nu. 1. comment. lit. D & lib. 12. de matrim. c. 2. nu. 1. in commento, lit. F. Petrus de Ledesma de matrim. q. 50. a. vnic. dub. 3. post 4. conclus.* vnde minus bene hoc reprobat dicens esse falsum, *Vgolin de censuris, tabula 5. de interdict. c. 7. §. 3. fin.* Sed ipse se explicat, *c. 8. §. 5. n. 3.* dicens non posse conferi tunc. Quia laici debent necessario interesse, nempe, ipsi coniugis, quibus tamen vetitum est tempore interdicti diuinis interesse. Sed DD. citati hoc non negant. Intelliguntur enim, dummodo cõiuges priuilegium habeant assistendi diuinis, vt bullam cruciatæ. Atque ita docent *Enriquez vtroque loco, & Petrus de Ledesma proxime citati.*

Non tamen permissio hæc in vniuersum accipienda
12 est. Nam in Ecclesia speciali interdicto affecta minime licebit officia diuina peragere, & benedicere nuptias, cum prædicta limitatione, *d. c. Alma mater.* Quod in solo interdicto generali loquitur: vt constat ex principio illius textus, vbi sermo est de locis suppositis interdicto, atque ita de interdicto generali. Quare concessio postea contenta ibi *vers. Adiicimus*, vt possint celebrare diuina, tempore interdicti cum ea moderatione, de eodem interdicto debet intelligi. Quia ad principium legis, vbi aliud non apparet, debent trahi sequentia, *cap. 2. ff. de iust. & facti ignorantia, l. 2. C. de impetranda lucrativorũ descriptione, l. 10.* Quare ita docent *glos. d. c. Alma mater, verb. Ecclesiis.* Et ibi *Anchar. q. 1. Dominicus ibi, §. Adiicimus n. 1 Francus cod. §. num. 2. Calderin. de interdicto, membr. 2. col. 7. f. 3. vers. Per prædicta soluitur, Ioann. Andr. c. Quæsiuit n. 2. de his quæ fiunt à maiori parte capituli.* vbi *Ant. n. 6. Abbas fin. Cardin. fin. Imola n. 11. Felin. c. Apostolica, n. 1. de except. Frederic. consil. 70. Milis in suo repert. verbi Interdictum, D. Anton. 3. p. t. 26. c. 3. vers. Item in Ecclesia. & c. 4. in princ. col. 2. Angel. Interdictum, 6. n. 1. & 16. Syla. Interdictum, 5. §. 1. Nauarr. sum. c. 27. n. 175. fin. Couar. d. c. Alma mater, 2. p. §. 4. nu. 1 Astens in princ. & §. 5. nu. 2. fin. Vgolinus de censuris, tab. 5. de interdict. c. 10. init. n. 5. Tabiena, Interdictum, 5. q. 1. n. 2. Paul Fusc. li. 2. de regim. & visit. Eccl. c. 31. n. 4. Villadiego tract. de irregular. c. De interdicto, quod incipit, Dictum est etiam quod celebrans tempore interdicti, col 3. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 116. num. 6. Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 1. l. 4. c. 3. fin. Lud. Lop. 2. p. instruct. c. 21. de interdict. 1. de suspens. interdictorum. flatius in prine. Toledo l. 1. sum. c. 20 n. 2.*

Præterea nec cum dicta moderatione, *c. Alma mater, de* 13 *sent. excomm. in 6.* licet nuptias benedicere, aut alia officia diuina celebrare, extra Ecclesias & monasteria. Quia ibi *vers. Adiicimus*, sic dicitur, *Adiicimus præterea quod singulis diebus, in Ecclesiis & monasteriis Missæ celebrentur, & alia diuina officia sicut prius.* Cùm ergo limitata sit concessio ad Ecclesias vel monasteria, non est extendenda ad alia loca, quæ Ecclesiæ non sunt, vt oratoria priuata: maxime cum hæc concessio sit iuris communis correctoria. Deinde, quia rationes in *d. c. Alma mater*, assignatæ illius concessionis non militant in priuatis oratoriis, non enim ex hoc quod in illis à celebratione abstineatur, excrescit indeuotio populi, pullulant hæreses, Ecclesiis debita obsequia detrahuntur, quas rationes textus in principio assignat. Tãdem, quia maiori esset permissio extra Ecclesiam: cùm Ecclesia sit locus diuinis peragendis dedicatus: atque ideo non habet locum eadem ratio, vt fiat extensio. Atque ita censent *Calderin. de interdicto, membr. 6. Franc. d. c. Alma mater, §. Adiicimus, nu. 1.* Et *ibi Couar. 2. p. §. 4. n. 1. vers. 2.* Alij tamen volunt eam concessionem minime restringendam esse ad Ecclesias vel monasteria, sed vbique licere cum illa moderatione diuina peragere officia. Quia dicitur *in c. Alma mater*, licere officia celebrare cum ea moderatione, sicut prius, nempe, ante interdicti tempus: tunc autem vbique licebat. Præterea, quia non est intentio textus concedentis celebrari in Ecclesiis, excludere alia locaimò à fortiori includere illa. Quia finis interdicti est, dum diuinorum celebrationem vetat, nè intersint laici: at frequentius in Ecclesia id euenit: illuc enim omnes ad diuina audienda conflunt. Tandem, quia verba posita in lege, gratia frequentioris vsus, illam non restringunt, argumento ex, *l. vnic. cum ibi notatis, C. de raptu virginum.* At expressum est in textu, in Ecclesiis vel monasteriis, quod ibi frequentius diuina celebrentur. Atque ita tenet falso referens *Villadiego, Nauar. sum. c. 27. nu. 175. Vgolin. de censuris, tabula 5. de interdict. c. 8. §. 5. num. 2.* At prior sententia mihi valde placet, cùm fortissimis innitatur rationibus. Nec obstant argumenta contraria. Quia primum cessat, eo quòd textus non absolute concesserit sicut prius diuina celebrari, sed in Ecclesiis vel monasteriis. Non obstat 2. argumentum, quia quamuis ratio ob quam interdictum prohibet diuinorum celebrationem, magis militet in locis extra Ecclesiã sitis, ac rationes ob quas prædicta concessio facta est, *d. c. Alma mater*, nullo modo militant extra Ecclesiam: atque subinde nec ipsa concessio ibi locum habere debet. Non obstat etiam tertium, quia satis probant rationes contrariæ, non gratia frequentioris vsus, sed ad concessionem restringendam appositæ esse. Id tamen fatendum est etiam retenta priori opinione, nimirum, posse in hospitalibus auctoritate Episcopi erectis facta celebrari tempore interdicti, cum prædicta moderatione, quod in iis quæ ad fauorem pertinent nomine

Ecclesiæ

Ecclesiæ comprehendantur. Idem quoque dicendum est de monasteriis monialiũ. Quia textus generaliter dicit in monasteriis. Atque ita vtrumque fatetur *Couar. cod.* §. 4. n. 2. Et hoc posterius docet etiã *Sylu. Interd. 1. tum*, 5. q. 1. *dict.* 1.

14 Granius autem dubium est, an tempore cessationis generalis à diuinis liceat nuptias benedicere, & cætera officia diuina celebrare, cum prædicta moderatione, *d. c. Alma mater*? Quidam enim eam concessionem extendunt ad cessationem generalem à diuinis. Quòd hæc æquiparetur interdicto quoad diuinorum celebrationem: & rationes inducentes Pontificem ad prædictam concessionem faciendam, pariter militent in cessatione generali à diuinis, ac in interdicto. Et ita docent *Archid. c. Si canonici, scarim in prim. de offic. ord. in 6. Palud. 4. d. 18. quæst. a. 3. principali, nu. 38. Ioan. de Friburg. summa confess. lib. 3. t. 33. q. 121. Villadiego tract. de irregul. vbi tractat de irregularitate violantis interdictum*, §. *Dictum est etiam quod celebrans tempore interdicti, col. 3. Nauar. sum. Lat. c. 27. n. 188. sin Hisp. n. 189.* At verius est, ad cessationem à diuinis etiam generalem minimè extendi eam concessionem: & subinde non licere prædicta in ea. Quod & ipsum nomen cessationis testatur, vtpote quod omnimodam à diuinis cessationem præ se ferat: & ipsa etiam consuetudo id obtinuit. Et *d. c. Si canonici*, vbi probat. dum §. *Si autem*, decernit cum cuius causa cessatio ponitur, teneri Canonicis restituere distributiones, eo quod omnino cessantes ab officiis eas minimè acquisierint: quas tamen vere acquirerent, si possent tunc diuina peragere cum moderatione, *d. c. Alma mater*: vt in eò dicitur. Et ideo huius sententiæ sunt *Couarr. eo c. Alma mater, 2. p. §. 4. nu. 7. & Gutier. lib. 1. q. canonicarum, c. 10. nu. 6.* & vterque latius hanc quæstionem disputat, satisfaciens oppositis argumentis. Eandem tenent *Curiel tract. de cessat. à diuinis fol. 11. Margallo de horis canon. fol 17. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 21. de interdict. tit. de cessat. à diuinis, vers. Hu nihilominus non obst. antibus, Manuel 1. to sum. 2. edit. c 117. n. 2.* Et concludit *Couar.* esto contraria sent. esset iure verior, hanc amplectendam esse, tamquam consuetudine vniuersali receptam vbique locorum.

15 Deinde de quatuor solemnitatibus, in quibus iure suspenditur interdictum, *c. Alma mater, de sent. excommun. in 6.* nimirum festo natalis Domini, Pentecostes, Paschatis, & Assumptionis beatæ Virginis: quibus addidere Martinus V. & Eugenius IV. festum Eucharistiæ, cum tota octaua: dubitatur an in illis liceat benedictiones nuptiales, sicut cætera officia permittitur publice & solemniter celebrare? Cui dubitationi ansam præbuit *Palud. 4. d. 6. q. 2. a. 2. n. 12.* non alia ratione ductus, quam quod solũ suspendatur interdictum iis diebus quoad Eucharistiam administrandam. Verum absque dubio dicendum est, posse tunc benedici nuptias publice & solemniter, si alia ex causa non sit interdictum eas benedici, vt prohibitum est tempore Paschatis, & natalis Domini (vt dixi disp. præc. n. 1) Quia interdictum illis diebus omnino suspenditur quoad officia diuina celebranda sicut prius, ante interdicti tempus, vt expresse dicitur *cod. c. fin.* solaque administratio sacramentorum tempore interdicti vetita reseruatur. At benedictio nuptialis non est sacramentum, sed ad officia diuina pertinet: licebit ergo eius publica & solemnis celebratio instar aliorum officiorum diuinorum. Sicque docent *Calderin. tract. de interdicto, membr. 5.* §. *Viso de effectu, Anchar. d. c. Alma mater, col. 5. n. 2. in fin. Franc. ibi*, §. *Aduertimus, nu. 3. vers. Vltimo nota. Sylues. Interdictum, 5. qu. 2. dict. 3. in fin. Armilla verb. Interdictum, nu. 43. Sotus 4. d. 22. qu. 3. ar. 1. col. 8. vers. Hoc autem, Couar. c. Alma mater 2. p. §. 5. n. 6. vers. 11. Enrique. libr. 11. de matrim. c. 16. num. 2. in comment. Iur. S. & lib. 13. de excomm. 6. 44. n. 1. in comment. Iur. D. & c. 47. nu. 4. Vgolin. de censuris, tab. 5. de interdict. c. 8. §. 10. num. 2. Vinald. candelab. sacram. 2. p. de interdict. nu. 254. Lud. Lop. 2. p. instruct. de interdict. c. 21. tit. de suspensione interdictorum, ad fin.*

16 Immo addiderim, si die Natalis Domini aut Paschatis, tempore interdicti sacerdos benedicat nuptias, eũ reum, vt culpæ lethalis, aduersus præceptum non benedicendi nuptias eo tempore, non tamen reum esse violati interdicti: ac proinde minime incurrere irregularitatem statutam aduersus violatores interdicti. Quia *c. Alma mater, de sent. excom. in 6.* absolute & generaliter suspendit interdictum in iis festiuitatibus: ac proinde interdicti præceptum, quoad officia diuina celebranda, cessat eo tempore. Quòd si aliud præceptum adsis, non benedicendi tũc nuptias ob temporis reuerentiam, vt vere adest, id solum celebraris tunc nuptiis violabitur. Sicut in simili dicunt *Sylues. v. Dominica*, §. 2. & *v. Ieiunium, qu. 10.* vbi *Armilla nu. 13. Tabiena qu. 11. nu. 12. Lud. Lop.* dicens *Victoriam* idem sensisse, *2. p. instruct. de pœnit. c. 12. de ieiun. f. 716.* & apertè colligitur ex eo quod statim refert ex *Emman. Sa v. Ieiunium, num. 6.* eum qui ex voto vel constitutione regulari tenetur sextis feriis abstinere à carnibus, absolui à præcepto iuris communis illarum esum prohibenti tunc, quando Natale Domini inciderit in 6. feriam: quare si iis vescatur tali feria, minimè delinquere aduersus prohibitionem iuris communis, sed tantum contra votum vel constitutionem. Quòd *c. fin. de obser. ieiun.* propter festi tanti honorem, generaliter dispensarit quoad esum carnium in illa die, quatenus per ius commune prohibitus erat, relinquês in suo robore obligationem voti vel constitutionis, si quæ aderat. Quam doctrinam probabiliorem credo aduersus *Metinam lib. 1. summ. c. 14. §. 10.* censentem id *c. fin.* non dispensare cum his in præcepto iuris communis. Et retenta hac probabiliori doctrina, dicendum est Fr. Dominicanos qui ex regulæ præscripto tenentur semper à carnibus abstinere in refectorio communi, si eas edant feria 6. in qua incidit Natale Dominicum, solum reos esse constitutionis violatæ: & cum ea illos non obliget ad culpam, nullius culpæ participes esse. Quod si quispiam voto se obstrinxisset, solum aduersus votum peccaret. Rursus ex ea infertur, Prælato dispensante in constitutione regulari, vel in voto, immunem esse culpæ edendo tunc carnes, eũ qui ex in constitutione vel voto tenebatur. Quippe solum hæc obstabant. Atque ita docent *Sylues. Tabiena, Armilla, Lud Lop. Emman. Sa proxime citati.* Et idem dicendum est, si votum irritet quicumque id efficere potest. Et quamuis doctrina prædicta in casu *d. c. fin. de obseru. ieiun.* vera minime esset, at in nostro casu reputo certissimum esse, sacerdotem benedicentem nuptias tempore interdicti, in die Natalis Dominici aut Paschatis, minimè reum esse violati interdicti. Quia *d. c. Alma mater*, absolute & absque distinctione aliqua relaxat interdictum quoad officia diuina. At *c. fin. de obseru. ieiunij*, non autem absolute obligationem abstinendi a carnibus in feria sexta, in qua incidit Natale Dominic. sed eos excipit, qui voto aut constitutione regulari ad prædictam abstinentiam obligantur.

17 Opponet forsan aliquis, non posse nuptias benedici in prædictis festiuitatibus, in quibus suspenditur interdictũ absque illius contrauentione. Quia Missa in qua nuptiæ benedicuntur, est peculiaris. At in iis festis solum suspenditur interdictum quoad officia propria illarum dierum. Sed solutio est facilis. Non enim sola officia diuina, & Missæ illarum dierum propria, possunt tunc publice & solemniter celebrari, sed quæuis alia. Quia *c. Alma mater, de sent. excom. in 6.* indistincte & generaliter de officijs loquitur. Et ita docent *Calderin. de interdict. membr. 6. v. Dubitant quidam. gl. d. c. Alma mater, vers. Sicut prius, Ioan. Andr. nu. 21. & ibi Anchar. col. 4. n. 1 vers. Sed quæritur an vi prædictis, Dominic. ibi. §. Aduertimus n. 3. Franc. eo. §. n. Nauar sum. c. 27. n. 185. Couar. d. c. Alma mater, 2. p. §. 5. nu. 5. Sylues. Interdictum, 5. q. 2. d. 1. D Antonin. 3. p. t. 26. c. 4. in prine. col. 2. Ledes. 2. p. 4. q. 26. a. 2. vbi de interdicto. f. 362. col. 4. Vgolin. de censuris, tabula 5. de interdict. c. 7. §. 9. n. 1. & §. 11. n. 1.*

18 Difficultas autem est, an in prædictis festiuitatibus liceat nuptias benedicere, & alia officia diuina celebrare publice & solemniter, tempore cessationis à diuinis, sicut licet tempore interdicti? Quod est quærere, an cessatio à diuinis suspendantur tempore harum festiuitatum, sicut suspenditur interdictum? Id enim negat *Margallo de horis*

canonicè.f.17.23.& 24.& est probabilissimum, vt testantur *Couar.c.Alma mater,2.p.§.5.n.3.Gutier lib.1.qu.canon.c.10.nu.* 11. Verùm probabilius est ea tunc licere,& suspendi cessationem à diuinis. Quòd benigna illa concessio in honorem tantarum festiuitatem, non est cur ad solum interdictum restringatur:eo vel maximè quod hæc suspensio temporalis sit,& ad prædictas festiuitates restricta, & ideo parum ea concessa derogetur cessationi à diuinis. Atque ideo hanc sent. dicit fortasse veriorem esse *Couarr. eo.n.5.*& tenent *Gutier.d.c.10.fin.Lud.Lop.2.p.instruct.de interdict.c.11.de suspensione interdictorum, vers.Hic merito, Manuel t. 10.sum.2.edit.x.117.num.2.* At in Ecclesia speciali interdicto affecta, non licet in prædictis festiuitatibus, nuptiarum aut aliorum diuinorum officiorum celebratio. Quia cessat ratio concessionis,quandoquidem extra illam Ecclesiam diuina tunc obiere possunt . Et huius sententiæ videntur *DD.num.12 allegati*, qui indistinctè fere omnes docent concessionem, *c.Alma mater.de sent excomm in 6.* non habere locum in speciali alicuius Ecclesiæ interdicto. Et in propriis terminis docet *Vgolinus de censurin,tabula 5. de interdict.c.10.init.n.5.*

19 Tandem dubitatur, vtrum alterutro ex coniugibus solum interdicto, liceat extra locum interdictum benedictiones nuptiales recipere? Quia in re sic distinguendũ est. Aut interdictum est locale aut personale. Rursus, si personale:aut generale,quia,nimirum,vniuersitas aliqua est interdicta,vt ciues alicuius vrbis,cuius pars est coniux: aut speciale,quia, scilicet, coniux est nominatim interdictus:aut causam culpabilem interdicto ferendo præstitit: in quo euentu censetur specialiter interdictus,*c.Alma mater,de sent.excomm.in 6.vers.Illis.* Primo ergo dico, si interdictum locale sit, posse coniuges extra eum locum benedici. Quia interdictum locale non ligat extra eum locum quem afficit,*c.Si sententia,de sent. excomm.in 6.* Nec in hoc est difficultas.Secundò dico,si interdictum sit personale & generale, sic distinguendum est. Si solus vir eo personali interdicto affectus sit,aut vterque coniux, non licet benedictiones nuptiales etiam extra locum interdictum recipere,nisi vir domicilium mutet: tunc enim licebit in loco non interdicto.Ratio est, quia cum vir maneat pars illius ciuitatis personali interdicto suppositæ, dum alio non migrat animo domicilium transferendi, eodem personali interdicto ligatus manet.instar aliorum ciuium, *d. c.Si sententia,*cum ibi notatis, ac proinde vxor non poterit vna cum viro sic interdicto benedici. Sic *Calderin de interdicto,membr.6.§. Viso de effectu interdicti. Anchar.d.c. Alma mater n. 1.& ibi Franc.in prim.nu 3.D. Ant. 3.p.t.26.c.4.in prim. col.5.tabiena Interdictum,§.q. 13.n.4. Armilla verb.Interdictum, n.53.Graffis t.p.decis.lib.1.c.1.nu.25.*Quod si sola vxor sit illo generali personali interdicto ligata, potest in loco non interdicto benedici vnà cum viro. Quippe cum vir interdicto minime affectus sit, vxorque fortiatur forum, munera,& honores sui viri *l.Fœmina ff.de senat.l.fin. C. de incolis*, gaudet ea viri nõ interdicti immunitate,vt benedici possit. Ita *Calderin Tabiena, Armilla ibi.* Tandem, si quinis coniugibus sit speciali interdicto personali astrictus, nullibi fas est illis benedictiones nuptiales recipere, donec coniux ille interdicto ligatus absoluatur.Quia id interdictum speciale personæ ipsam quocumque se transferentem comitatur,instar aliarum censurarum,donec absolutio accedat. Sic *Calderin.Tabiena. Armill.ibid.*

20 Ad argum.nu.9.propositum,dic illam regulam intelligi, vbi est eadem ratio in accessorio, & principali:nec est aliqua dispositio specialis in accessorio: vt bene *Dinus cadem regul. Accessorium, in fine.* At non est eadem ratio in matrim.& benedictionibus nuptiarum:illud enim non spectat ad diuina officia tempore interdicti vetita: secus de his. Deinde de matrim. nullà est dispositio prohibens:secus de benedictionibus , interdicuntur enim generali prohibitione diuinorum officiorum tempore interdicti. Ad confirm. dic esse prorsus disparem rationem. Quia Chrisma est accessorium, tanquam de confirmationis essentia: & de necessaria sub præcepto baptismi dicentia: solumque potest de Iouis sancti confici, & quotannis renouatri debet. Quare si tunc ratione interdicti nõ conficeretur,ea Sacramenta ministrari validè, si sit confirmatio, aut de center,si sit baptismus ,non possent. Quæ rationes in benedictionibus nuptialibus locum non habent.

DISPVTATIO IX.

Vtrùm tempore quo alter aut vterque coniux excommunicatione ligatus est,validè aut licitè matrim. contrahi possit?

SVMMARIVM.

Refertur sententia affirmans matrimonium in tum à ligato excommunicatione maiori,esse invalidum.n.1

Validum est matrimonium ab excommunicato initum.n.2.

Peccat lethaliter maiori excommunicatione ligatus, si matrimonium iniret.n.3.

An id sit duplex lethale.n.4.

An idem sit cum excessum nullatenus minuit.n.5.

Scienter iniens matrimonium cum excommunicatione maiori ligato, denunciato vel notoriè clerico percussore peccat mortaliter.n.6.

An sit mortale contrahere cum excommunicato non denunciato, nec notorie clerico percussore , vel cum excommunicato excommunicatione maiori Refertur quadam sententia,n.7.

Nulla est culpa cum hoc contrahere , nec potest Sacramenta à tali excommunicato, nec excommunicatus peccat tunc , quando promissum ab alio ministrat aut contrahit matrimonium.n.8.

An sit duplex mortale , vnde matrimonium cum excommunicatione maiori ligato denunciato, vel notorio clerico percussore n.9.

An sit mortale, & quotuplex , inire matrimonium excommunicato excommunicatione minori.n.10

An peccet mortaliter, si vterque coniux maiori vel minori excommunicatione ligatus sit,& matrimonium iniret,n.11.

An ligato maiori vel minori excommunicatione aliqua interdicta sint sponsalia, sine nuda promissione, seu cum iuramento firmata.n.12.

An matrimonium sit benedictiones nuptiales recipere,n.13.

An teneatur examinare matrimonia confitentium, qui excommunicatione aut peccato lethali ligantur,n.14

An sponsus etiam ab ingressu Ecclesiæ vel in qui Ecclesia ingressus est tenetur est peccet si matrimonium iubat, aut benedictiones nuptiales recipiat,n.15

Solvuntur argumenta,n.16.

QVIDAM ita rigidè loquuntur in hac disputatione, vt 1 censeant matrimonium initum à ligato excommunicatione maiori,esse inualidum. Quod is Sacramentorum incapax sit. Ita *Martinus de Magistris relatus à Cast. 2.2. q.154.a.7.paulo post principium, dub.3.*

At procul dubio dicendum est, id matrimonium esse 2 firmum. Quod expresse probat *c.Significasti,de eo qui duxit in matri.* Vir enim excommunicatus erat,quod priori matrim. durante, adhæreret vxore relicta meretrici; vxoreque mortua,duxit meretricem , nondum absolutione ab excommunicatione obtenta. Et respondet Pontifex firmum fuisse matrimonium,nisi cum eo adulterio concurrerit matrimonij promissio, aut machinatio in mortem alterius coniugis. Non ergo obstat excommunicatio firmitati matrimonij. Deinde,quia licet peccet excommunicatus matrimonium iniens,at nullus est textus illud irritans.Atque ita docent ex iunis peritis, *glo.c. fin. verb. Sacramentis,de sentent.excom.in 6.& c. Nullus , verb. Quod si. de consecr.d.4.& c.Illud,verb.Negantur, et l.8.§.5. Cod.c. Significasti,in notab quod infert post ea,quæ positionem,& ibi Ioan. And.n.3. Anton.n.3. Alb.n.3. Anchar.n 3.Cardin.n.2 & 4.Alexand.de Nevo n.3. Prapos.n.2. Hemic.n.1.& 2. Idem Cardin.clun,. in prim. n.6.q.13.de privileg.Calderin de interdicto, membr.6.§ Viso de effectu interdicti.Bald.l.1 n.11. C.de iuris & facti ignor. & ibi Iason n.27.Alexand.cons.56.n.3.vol.4. Philip. Prebus addit. ad Manachum,d.nu.n.9.de despons.impub.in 6.Francus t.Decretal., n.1.de haret.in 6.& c.1.n.7.vers.Et limita. de except.eod.lib.Felin. rubrica de sponsal.nu.8. vers.12. Alfaresis sum.2.9.lib.7.tit.16.q.3. q.6.Sylueil. Excommunicatio,3.initio & vers.14. Armilla verb. Excommunicatio n.9.in fin.& verb.Matrimonium, num.67. Navar.c.Consideret.§. Cautus.nu.26. de pœnit d 5.& sum.l.ar.c.22. n.8.Conar.4.decret.2.p.c.6.init.nu.3. Ant.Cuc.lib 5.Instit maior. tit.1.nu.170.& t.12.num.33 Gaeta repet.c. Ad limina,50 Ap.1. §.4.nu.12. Matun.lib.5.recop.t.1.rubr gl.1.nu.136. Pran. Martin*

29 decision. 535. *n.* 1. *Pyrrhus de censuris, tab.* 2. *de excom. c.* 7. §. 2. *n.* 4. vbi alios refert. Et ex Theologis *D. Tho.* 4. *d.* 39 *q.* 1. *a.* 1. *ad* 5. *Palud.* 4. *d.* 26 *q.* 2. *a.* 2. *concl.* 1. *nu.* 8. *Maiorin* 4. *d.* 29. *q.* 2. *ad fin. Caiet.* 2. 2. *q.* 154. *a.* 7 *dub.* 3. *D. Anton.* 3 *p. tit.* 24. *c.* 76. *verſ.* 14. *& tit.* 1. *c.* 19. *fine. Idem Caiet. ſum. verb. Matrimonium, c.* 1 *in fine, Ledeſma* 2 *p. q.* 9. *a.* 3. *ad* 9. *argum.* 3. *iunct. eius ſolut. Viguerius lib. inſtit. c.* 16. §. 7. *verſ.* 8 *imped.* 1. *Toledo lib.* 7. *ſum. n.* 1. *Enriquez lib.* 13 *de excom. c.* 10 *n.* 1. *Petr. de Ledeſma de matrim. q.* 59. *ar.* 1. §. *penult. Graſſis* 2. 9. *deciſionum, l.* 1. *c.* 1. *n.* 25. *Barth. de Ledeſma de penit.* vbi de interdicto, *dub.* 7. *Ludou. Lop.* 2 *p. inſtruct. de matrim. c.* 46. §. *Preterea circa impedimenta. Vinald. Candelabro Sacramentorum* 1. *p. de matrimonio, n.* 80.

3 Peccat tamen mortaliter ligatus maiori excommunicatione, ſi ante abſolutionem ab illa, matrim. ineat. Quia excommunicatio hæc, priuat receptione Sacramẽtorum ſub mortali, cùm materia ſit grauiſſima. Atque ita docẽt *D. Anton. vtroque loco, Caiet. vtroque loco, Sylueſt. ambobus locis, Armilla vtroque loco, Viguerius, Enriquez, Petrus de Ledeſma, nu. prec. allegati, Palud.* 4. *d.* 26 *q.* 2. *a.* 2. *concl.* 2. *n.* 9. *Tabiena Excommunicatio, c.* 1. *q.* 13. *n.* 17. *Nauar. ſum. Lat. & Hiſp. c.* 22. *n.* 81. *Alexand. in ſuo Enchirid.* 6. *præcept. vbi de ſtatu matrim.* §. 1. *Vinal. Candelabro Sacram. 1 part. de matrim. n.* 109.

4 Verum vero ſit duplex culpa mortalis, diſcernendum eſt ex ſolutione eius quæſtionis: An cõtrahens matrim. in mortali, duplex lethale peccatum admittat, alterum, qua miniſter eſt huius Sacramenti; alterum vero, qua illud recipit. De qua egimus lib. 2. diſp. 6. nu. 3. & 4. & diximus vtramque partem eſſe probabilem: at tamquam probabiliorem ſecuti ſumus vnicum eſſe peccatum. Sic ergo in præſenti caſu eſt probabile, duplex eſſe peccatum mortale. Quia ligatus excommunicatione maiori ſub mortali tenetur abſtinere adminiſtratione & receptione Sacramenti. At probabilius multo eſt vnicum eſſe peccatum mortale. Quia is miniſter peccat lethaliter Sacramentum miniſtrãdo, cùm peccato lethali aut excommunicatione maiori affectus ſit, qui miniſter eſt conſecratus ad id munus (vt dixi de affecto peccato lethali, ea diſp. 6. n. 4.) Sed ſi peccato lethali affectus ſit, & excommunicatione maiori, duplicem culpam mortalem admittet: alteram quidem, quod peccato mortali infectus recipiat Sacramentum: alteram autem, quod excommunicatione maiori ligatus. Quippe hæc culpa mortalis eſſet, quamuis ſic excommunicatus iam in gratia conſtitutus eſſet, vnde ex natura res ſemper erit duplex mortale. Quia ille excommunicatus, eo ipſo quod ſciens & prudẽs vult ſic contrahere, incurrit peccatum mortale, ac proinde contrahit matrimonium cum peccato mortali & excommunicatione. At ſi ſolam excommunicationis rationem attendamus, vnica eſt culpa lethalis receptionis indignæ Sacramenti, non autem adminiſtrationis eiuſdem.

5 Similiter reus eſt mortalis culpæ, ineẽs matrim. cum excommunicatione minori, ante abſolutionem ab ea. Quia hæc interdicit Sacramentorum receptione, ſub culpa mortali; vt expreſſe colligitur ex *cap. final. verſicul. Peccat autem, de clerico excomm. miniſtr.* Sic *Palud.* 4 *diſtinct.* 26. *q.* 2. *a.* 2. *n.* 2. *concluſ.* 3. *n.* 10. *Caietan. ſumma, verb. Matrimonium, cap.* 1. *in fine, Armilla ibidem, nu.* 67. *Nauar. ſumma Lat. & Hiſp. cap.* 22. *n.* 81. Et erit ſimiliter duplex mortale, alterum ratione cenſuræ alterum vero ratione culpæ mortalis, qua infectus ſic excommunicatus, eo quod velit recipere cum illa excommunicatione Sacramentum, id recipit, vt nu. præcedenti explicui.

6 Grauior autem difficultas eſt de eo, qui ſcienter matrim. init cum ipſo excommunicato, an peccet? Et quidẽ ſi excommunicatus ſit denunciatus, aut notorius clerici percuſſor, quos ſolos vitare tenemur iuxta decretum Concilij Conſtantienſis, non dubium eſt, quin contrahens cum illo peccet mortaliter. Quoniam participat in Sacramento cum ligato excommunicatione maiori: qui eſt vnus ex caſibus, in quibus participatio hæc eſt mortalis, ſecundum omnes. Et ita fatentur Doctores omnes, nu. ſequenti & 8. pro vtraque ſententia allegandi.

At punctus difficultatis eſt, quando excommunicatus 7
non eſt denunciatus, nec notorius clerici percuſſor. Nam *Viguer. & Petrus de Ledeſma n.* 2 *allegati*, indiſtinctè & generaliter docent, contrahentem matrimonium cum excommunicato; tum eſſe culpæ mortalis. Et ſaltẽ peccare non explicando culpæ qualitatẽ, docent etiam *D. Tho.* 4. *d.* 39 *q. vnic. a.* 1. *ad* 5. *Toledo l.* 7 *ſum. c.* 7 *num.* 1. Atque ita videntur ſentire hanc culpam admitti, ſiue excommunicatus ſit denunciatus, aut notorius clerici percuſſor, ſiue non. Cuius ſent. eſt apertè commune Doctorum placitum, quod ſenuit peccare lethaliter recipientem Sacramenta ab excommunicato non denunciato. Cuius rationem optimè explicat *Suarez* 3. *p. q.* 65. *a.* 4. *diſp.* 28. *ſect.* 1. *col.* 5. *litera B.* Quia quamuis ex ratione & meritis excommunicationis, ſolum aſtringẽtur fideles vitare excommunicatum denunciatum, aut notorium clerici percuſſorem, ac proinde ab alijs excommunicatus non interdicatur illis recipere Sacramenta: at ex vi legis charitatis de vitando ſcandalo, & generalis obligationis non cooperãdi ad peccatum alterius, obligentur fideles ad non petendum nec recipiendum Sacramenta à miniſtro quomodocũque excommunicato. Eo quod ille peccet miniſtrando: vtpote cui in nullo tenet de cretum Cõcilij Conſtantienſis, vt dicitur ibi, in fine. Maximus autem fauor eſſet excommunicati, ſi poſſet abſque culpa vitare Sacramentorum miniſterio: quo, tatione excõmunicationis, ante id decretum priuatus erat. Si igitur excommunicatus miniſtrans peccat, eiuſdem culpæ partic ps erit recipiens ab ipſo, vtpote qui cooperatur peccato illius. Nec hæc obligatio, cum naturalis ſit, potuit per illam decreti Concilij Conſtantienſis moderationem auferri. Quod per illam nec excõmunicatio generalis auferatur, neque prohibitio ipſi excommunicato facta, ne ſe ſacris rebus vel miniſterijs ingerat. Similiter ergo videtur dicendum in præſenti caſu, cum enim ipſe quomodocunque excommunicatus peccet ineẽs matrimonium, vtpote quem in nullo releuat decretum Concilij Conſtantienſis, ſimilem culpam admittet contrahens cum ipſo, quia cooperatur ad peccatum quod ſine ipſo expleri non poterat. Et iuxta hanc ſententiam, idem neceſſario dicendum eſt, ſi quis contrahat cum ligato excommunicatione minori, quia cooperatur ad peccatum (quod mortale eſſe diximus n. 5.) ipſius excommunicati.

Cæterum verius exiſtimo nullam eſſe culpam contra- 8
here ſcienter cum excommunicatione maiori ligato, niſi denũciatus ſit, aut notorius clerici percuſſor. Quod bene docet *Vinaldus candelabro Sacramentorum, 1 p. de matrim. nu.* 80. Ducor, quoniam non obſtanti communi & probabiliſſima ſent. contraria, n. præc. allegata, ſemper mihi perſuaſi probabilius eſſe, petentem Sacramenta à miniſtro quocunque, etiam nõ parato, excommunicato, dum nõ ſit denunciatus, nec notorius clerici percuſſor, abſque quauis neceſſitate, immunem eſſe culpæ, ſi nullum aliud obſtaculum, dempta excommunicatione, interueniat, nec ipſum excommunicatum præſentem miniſtrantem peccare, & ſubinde nec irregularem eſſe. Quod docent aliqui teſte *Victoria, ſummæ*, vbi de excommunicatione, *n.* 339. & ipſe tamquam probabile relinquit. Idem tenent *Sotus* 4. *d.* 22. *qu.* 1. *a.* 4. *col.* 5. *verſ. Ait vero, Ledeſma* 1. *p.* 3. *q.* 5. *a.* 6. *dubio penult. Lud. Lopez* 2 *part. inſtructor.*, vbi de Sacramentis in genere *c.* 59. *col.* 18. *verſ. At vero vrgentius dubium, fol.* 85. Et ratio eſt. Quod Concilium Conſtantienſe ita predicto decreto indulſerit omnibus fidelibus, vt in nullo teneantur euitare huiuſmodi excommunicatos, etiam in Sacramentorum receptione, ad euitanda multa ſcandala, & multa pericula, & ſubueniendum conſcientijs timoratis: vt ibi expreſsè dicitur. At ſi peccatum eſſet, ſic excommunicatos præuenire; petendo ab ipſis ſacramenta, vel ipſos alloquendo, eadem ſcandala, & pericula, ſcrupuliſque timoratorum pullularent: nempe, ſi excommunicatus ille eſt paratus miniſtrare, vel ſi illum induco, vel ſi neceſſitatem requiſitã hãbeo, vel ſi illum præuenio in colloquis

communibus: eo vel maximè, quòd timorati plus timeãt culpam, quàm excommunicationem minorem, à qua fatentur omnes eximi hunc participantem virtute dicti decreti Concilij Constantiensis. Et confirmatur, quia in dicto decreto nulla fit mentio culpę, aut excommunicationis minoris, sed absolutè decernitur, fideles in nulla re astringi ad vitandos huiusmodi excommunicatos: & tamẽ inde colligunt omnes non incurri excommunicationem minorem ex hac participatione. Cur ergo non dicemus idem de culpa? Præsertim, quia verba illa prædicti decreti, *Constituimus vt nemo post hac teneatur abstinere*: potiùs obligationem ad culpam sonant, & illam videntur auferre: manente enim culpa, non esset verum dicere neminem teneri ad vitandum: excommunicationem autem minorem solùm auferunt per modum naturalis sequelæ: cessante enim culpa, cessat subinde pœna excommunicationis ita illi annexa, vt absque illa contrahi nequeat. Deinde, quia cum id priuilegium redũdet in magnum animarum fauorem, & ad consulendum timoratis conscientijs, atque earum pericula vitanda emanarit, ampliandum potiùs est ad culpam, & excommunicationem minorem, ita vt neutra ex hac participatione incurratur: quàm restringendum ad solam excommunicationem minorem. Quippe lex quantumcumque pœnalis & odiosa sit, est ampliranda, quando est in fauorem animarum ad vitanda peccata, (vt probauimus lib. 1. disp. 39. n. 5. & lib. 3. disp. 1. num. 8.) nedum hæc, quæ pœnalis minimè est. Dices cum contraria sententia, prohibitionem non recipiendi sacramenta ab huiusmodi excommunicato non oriri ex ipsa excommunicatione: hanc enim abstulit Ecclesia in dicto Concilij Constantiensis decreto, dum fidelibus indulsit participationem cum hoc excommunicato: sed oriri ex ipso naturali iure, dictanti non esse cooperandum peccato alterius. At iuris naturalis interdictio non potest Ecclesiastica lege auferri. Quare cũ excommunicatus tunc ministrans peccet, peccabit recipiens. Sed profectò probandum esset peccare excommunicatum præuentum à petenti sacramentum, illud ei administrantem. Cũ enim prohibitio, ne excommunicatus ministret sacramẽta, descendat ex ipso iure Ecclesiastico, potuit vtique ius Ecclesiasticum hanc prohibitionem restringere ad omnes excommunicatos, qui aut denunciati aut notorij clericorũ percussores existũt: ad cæteros autem, in eo solo euentu, in quo ipsi sua sponte se ingerunt. Quare minimè peccabunt, quãdo à petentib. præuẽti ipsis administrant. Id autem intendisse facere prædictum Concilij Cõstantiensis decretum, vel ex eo constat, quòd cùm fidelibus indulsit, vt possent participare cum his excommunicatis, nec tenerentur eos vitare in Sacramentorum administratione, indulsit indirectè, & ex consequenti ipsis excommunicatis, vt possent tunc licitè ministrare. Non enim stat, me non teneri vitare hunc excommunicatum: & ipsum peccare mecum participando. Quare dum dicitur in prædicto decreto, nõ releuari per illud excommunicatum, debet intelligi, directè, & ex intentione: secus indirectè, & quatenus est necessarium, vt fideles tutè & plenè possint frui priuilegio participandi cum ipso excommunicato. Nec conferet dicere, prædictum decretum concessisse administrationem & receptionẽ Sacramenti: at contrahere matrimonium cum excommunicato, nõ est recipere ab ipso Sacramentum, sed participare in administrando & recipiendo simul cum ipso excommunicato sacramentum. Quod illicitum videtur, nec concessum in prædicto decreto. Alias liceret mihi inducere prædictum excommunicatum, vt simul mecum interesset sacro, aut ministraret, alijs Eucharistiam. Sed respondetur, contrahere matrimonium cum excommunicato, verè esse recipere ab illo Sacramentum, & in receptione cum illo participare: quod in prædicto decreto indulgetur. Quia vterq; contrahens verè ministrat, & recipit matrimonij sacramentum. Sed tandem dices saltem peccare moraliter contrahẽtem matrimonium cum ipso excommunicato, quando ipse excommunicatus præuenit contrahentem: quo casu manifestum est cum esse reum culpæ mortalis: ac subinde eiusdem culpæ particeps erit, qui cum ipso contrahit, tamquam cooperans peccato. Sed respondeo, nec in hoc casu peccare contrahentem cum eo excommunicato. Quia non ratione excommunicationis: ea enim dum denunciata non est, nec ex notoria clerici percussione orta, minimè astringit fideles vt excommunicatum vitent. Non etiam ratione cooperationis peccato. Quippe vtens malitia alterius parati, vt suæ vtilitati consulat, quando alter bene potest exequi, minimè censetur cooperari. Sicut contraria sententia communis fatetur, recipientem Sacramenta ab excommunicato nõ denunciato, nec notorio clerici percussore, parato conferre, minimè delinquere, nec cooperari: quando sibi valde vtile est. Atque omnes fatentur recipientem nummos ad vsuram ab vsurario parato, non esse participem culpæ, conferentis vsurarij: quando ijs indiget. At præuentus ab excommunicato vt secum ineat matrimonium, nõ inducit ad peccatum indignæ susceptionis excommunicati, qui si vult, potest absolutionem obtinere, sed solum vtitur iure suo, & malitia alterius, vt suæ consulat contrahendi necessitati. At si excommunicatus absolutionem obtinere non posset, tunc nullo modo liceret cum illo tunc cõtrahere, quia non potest excommunicatus licitè facere.

Hinc infertur duplicem esse culpam lethalem, contrahere matrim. cum excommunicato denunciato, vel notorio clerici percussore, quando ipsum inducit hic contrahens: Alteram, contra prohibitionem Ecclesiæ vitandi prædictum excommunicatum, quæ *in re* diuina & Sacramentis obligat sub mortali (vt dixi nu. 6.) Alteram verò scandali, eo quòd inducat sic excommunicatum ad peccatum mortale patrandum. Erit autẽ necessariũ vtramque in confessione detegere. Quia explicata participatione in Sacramento, nõ declaratur inductio: potuit enim illa absque hac esse: nec explicata inductione detegitur participatio, sed voluntas participandi: quæ suo effectu defraudari valuit. Quando autem non inducit, vnicum est peccatum contra prohibitionem Ecclesiæ participandi cum excommunicato. Quia ea seclusa non esset peccatum, nec cooperatio, vt dixi n. præced. *in fine*. 9

Secundò infertur, nullam esse culpam contrahere matrimonium cum excommunicatione minori ligato, nondum denunciato. Quia si hic contrahens inducat illum, non peccat inducens, nec inductus contrahens, sicut n. 8. dixi de excõmunicatione maiori ligato. A fortiori enim procedet in excommunicatione minori. Præsertim, quia decretum Concilij Constantiẽsis participationem in sacramentis cum affecto qualibet censura nõdum denunciato indulsit: at excõmunicato minor est censura. Quòd si non inducat alter, peccabit ipse ligatus excommunicatione minori, iniens matrimonium (vt nu. 5. probaui.) At contrahens cum ipso minimè peccabit, (vt de ligato excommunicatione maiori probaui n. 8. fine.) At si affectus excommunicatione minori esset denũciatus (quod numquam fieri solet) si alter inducit, peccabit hic lethaliter peccato scandali. Quippe inducit ad peccatum lethale, Cùm in hoc euentu, nullo priuilegio gaudeat inducens decreti Concilij Cõstantiensis. Non tamen erit plus quã vnicum peccatum mortale. Quia censura excommunicationis minoris non priuat fideles participatione cum tali excommunicato. Si verò non inducat, nullam culpam admittet contrahens cum illo. Nam non est culpa cooperationis (vt probaui nn. 8. fine) Nec etiam contra præceptum Ecclesiæ participandi cum prædicto excommunicato. Quia id præceptum non est, sed cum solo excommunicatione maiori ligato. 10

Forsan rogabis quid dicendum sit, quando vterque ex contrahẽs est excommunicatus? Et quidem tripliciter id contingere potest: aut enim vterque est toleratus, quia neuter est denũciatus, nec notorius clerici percussor: aut vterque non est toleratus, quia ambo sunt denunciati, vel notorij

notorij clerici percussores: aut alter est ex his, alter verò non, sed toleratus. In primo casu, quando scilicet vterque est toleratus, præueniens alterum vt secũ contrahat, semper delinquit lethaliter, siue maiori siue minori excommunicatione teneatur, non quidem contra censuram alterius. Quia cùm ea sit adhuc tolerata, non obligat præuenientem ad vitandum, sed solum peccat contra propriam, quæ ipsi interdicit participare cum quocumq; etiam non excommunicato, dum ab ipso non præuenitur, & recipere sacramentum. Quòd si sit excommunicatio minor, prohibet eam solam receptionem sacramenti sub mortali, non verò participationẽ. Præuentus autem non peccat. Quòd propria censura tolerata non vetet participare in Sacramento recipiendo, præueniente altero: nec id sit cooperari peccato præuenientis, vt latè explicui n. 8. Quòd si obiicias diuersum esse, quando non excommunicatus præuenit excommunicatum toleratum, & quando excommunicatus toleratus eundem præuenit. Quippe non excommunicatus habet præueniendi ius, quo careret excommunicatus, vtpote qui præueniẽdo peccat. Ergo licet præueniat excommunicatus, non excusatur alter excommunicatus correspondens. Dic non habere illum ius ex parte propriæ censuræ, atque ita contra illam delinquere: habere tamen ex parte censuræ alterius, & proinde illius violatæ reũ minime esse ipsum, nec inductum correspondentem. In secundo casu, quando vterque est non toleratus, tunc inducens peccat peccato inductionis ad scelera per inductum admittenda: & indignæ receptionis Sacramenti, cum peccato lethali, & censura participationis in sacramento cum altero, contra vtriusque id interdicentis censuram. Quæ omnia peccata satis explicantur in confessione hoc verbo: Cum essem excommunicatus non toleratus iniui matrimonium cum excommunicato non toleraro, ipsum inducens. Inductus autem obnoxius est culpæ lethali receptionis sacramenti cum censura, & lethali, participationis in re sacra contra propriam & alienam censuram. Quòd si vterque contrahens sola excommunicatione minori denunciata affectus sit: peccat inducens lethaliter, quatenus inducit ad mortale: & quia recipit sacramentum propria cẽsura sibi interdictum, & cum peccato mortali, quo infectus est ratione prauæ voluntatis recipiendi indignè Sacramentum. Quæ omnia peccata inductus quoque patrat, dempta inductione. Neuter autem sibiacet peccato mutuæ participationis in Sacramento, quia excommunicatio minor hac non priuat. In tertio casu, nempe, quando alter est excommunicatus toleratus, alter verò non toleratus: si toleratus inducat, peccat qua inducit, & participat in re sacra contra propriam & alienam censuram (propria enim licet tolerata ipsum priuat participatione, dum ab altero non præuenitur:) & indignè recipit Sacramentum cum censura & peccato lethali. Eidemque peccatis inductus tenetur, præter inductionem, & participationem in re sacra contra alienam censuram. Quippe sola propria ipsi interdicit eam participationem: aliena enim cum tolerata sit, solum ipsummet ea ligatum, ab aliorum participatione abstinere obligat. Quòd si non toleratus toleratum inducat, peccat inducens, & indignè recipiens Sacramentum, peccato lethali & censura itteritus: & tandem participans in re sacra contra propriam solam censuram. Quia censura alterius tolerata non excludit à participatione. At inductus peccat participans in re sacra contra alterius censuram non toleratam, & recipiens sacramentum in lethali. Contra propriam verò censuram nullo modo peccat, quia inducitur, & sua censura tolerata est; quod constat ex dictis n. 8. Tandem si vterque sit in excommunicatione minori, & alter solus denunciatus sit si hic denunciatus inducat, peccat solo peccato indignæ receptionis sacramenti contra propriam censuram: & quod Sacramentum recipiat in peccato lethali, in quo est ratione illius prauæ voluntatis, non autem admittit peccatum inductionis, quia inductus non peccat, vt probaui nu. 9. Quòd si non denunciatus inducat, peccat lethaliter inducens alterum ad lethale, quod alter committit: & recipiens Sacramentum in excommunicatione, & peccato mortali existens: quod ratione inductionis, & prauæ voluntatis recipienti indignè Sacramentum admisit.

De sponsalibus etiam est difficultas, num possit excommunicatus excommunicatione maiori ea contrahere? 12
Nam *Palud. 4. 26. q. 2. a. 2. concl. 2. n. 9.* tanquam manifestum supponit nõ posse absque culpa lethali iureiurando præstito, sponsalia contrahere. Quòd id sit immiscere se diuinis: sicut et non liceat quemcumque alium contractum, iuramento saltem solemni, inire. Et tamquam verius amplectitur interdicta illi esse sponsalia ipsa absque iuramẽto, sola nuda promissione contracta. Cui enim interdicitur matrim. pariter interdicitur omne id per quod peruenitur ad illud *l. Oratio ff. de sponsalibus.* Præterea, quia sponsalia tamquam initium matrimonij sunt sacrametalia, ac proinde res diuina & spiritualis. Atque ita ea vocat sacramentalia, *D. Tho. 4 d. 27. q. 2. a. 1. ad 6.* Et *idem Palud. num. 10.* concedit, posse excommunicatione minori ligatum, contrahere sponsalia. Cæterum nullam culpam agnosco in sponsalibus contrahendis ab excommunicatione quacumque ligato, præter solam venialem participationis cum altero in contractu humano, casu quo cæteræ participationes in humanis culpam inducerent: & hoc, quãtus sponsalia iuramẽto firmata sint. Ducor, quoniam minimè interdicitur iuramentum extra iudicium excommunicato. Nec sponsalia aliquid sanctitatis continent, aut aliquid spirituale sonant, sed dicuntur quodammodo sacramentalia: quod initium sacramenti sint (vt dixi l. 1. disp. 1. num. 8.) Nec interdicto aliquo interdicitur id, per quod peruenitur ad illud, quando diuersa est in vtroque ratio. Quod hic contingit: nam matrimonium, eo quod sit Sacramentum, prohibetur excommunicato: at sponsalia nec sunt sacramentum, nec quid spirituale.

Benedictionem autem nuptialem non posse conferri 13
ligato excommunicatione maiori, certum est. Atque ita affirmant *Henric. c. Significasti, nu. 2. de eo qui duxit in matrim. Palud. 4 d. 26. q. 2. a. 2. concl. 2. n. 9. Vgolin. de censuris, tabula 2. de excommunic. c. 7 §. 2. n. 4.* Subditque *Paludanus* esse peccatum mortale eam recipere, sicut audire Missam. Quia vtrumque est sacramentale. Cæterum quamuis certum sit esse peccatum mortale, ea ratione qua interest excommunicatus Missæ, & officio diuino benedictionum: atq; in re sacra participat cum aliis assistentibus: at quatenus recipit eas benedictiones, culpam mortalem non video. Quia excommunicatus non excluſus est à sacramentalibus quibuscumque, vt à sumptione aquæ benedictæ: nisi dicas benedictiones illas esse preces nomine Ecclesiæ fusas pro sponsis qui benedicuntur. At excommunicatus est excluſus ab iis precibus. Atque ob hanc rationem fateor quoque esse mortale in excommunicatione tali benedici: non autem eo quòd sacramentalia sint. Quod si excommunicatio minor sit, nulla est culpa benedictiones recipere, quia sola Sacramentorum receptione priuat. Et id fatetur *ipsemet Palud. ea q. 2 a. 1. conclus. 3. n. 10 fine.*

Ex dictis infertur, teneri excommunicatum, siue ma- 14
iori siue minori, præmittere matrimonij contractui absolutionem ab excommunicatione, casu quo esset mortale cum illa contrahere, iuxta dicta. At confessionem sacramentalem non tenetur præmittere, quamuis peccato lethali sit præpeditus, vt bene docent *Veracruz. append. ad speculum, dub. 13. concl. 2. Manuel. tomo sum. 2 edit. c. 241. nu. 1.* Atque ita *Trident. sess. 24. de matrim. cap. 1.* solum hortatur ad confessionem & communionem præmittendam. Et nemo hoc negat. Quia solum Eucharistiæ Sacramentum præmitti confessionem mortalium delictorum postulat: cætera autem solam contritionem, vel attritionem bona fide contritionem existimatam, quo dignè recipiantur. Si autem iam matrimonium initum sit, nulla est culpa suscipere benedictiones in mortali. Quia eæ non sunt Sacramentum,

Tandem

15 Tandem suspensus etiam generaliter si solis minoribus ordinibus initiatus sit, nullo modo peccat matrim. iniens, aut benedictiones suscipiens. Quippe suspensio est propria clericorum pœna, qua ab actibus ordinis propijs aut à beneficio suspenduntur. Quare licet esse suspensus ab Ecclesiæ ingressu, posset in ea benedictiones recipere. Nam non est sibi interdictus ingressus Ecclesiæ vt laico, sed vt clerico. Quare posset in ea audire diuina, & efficere quidquid laico liceret. Sic docet *Palud. 4 d. 26. q. 2 a. 2. concl. 4 nu. 11.* Quòd si non suspensus esset, sed illi interdiceretur ingressus Ecclesiæ, non posset intra Ecclesiam benedictiones recipere. Quia interdictum est cẽsura communis laicis & clericis: posset tamen extra Ecclesiam eas recipere. Quia nullus actus extra Ecclesiam gestus, per id interdictum prohibetur, vt à contrario sensu colligitur ex *c. Is cui, de sentent. excom. in 6.* Et docet *ibi glossa verb. Intra*, ab vniuersis DD. recepta.

16 Ad argum. num. 1. propositum, die excommunicatos esse incapaces licitè recipiendi Sacramenta: at recepta valida esse. Argumentis num. 7. obiectis satisfeci n. 8.

DISPVTATIO X.

An catechismus matrim. impediat ineundum?

SVMMARIVM.

Quid sit Catechismus n. 1.

An teneatur in Catechismo contrahat cognationem dirimentem, an solum impedientem matrim. n. 2.

Oportet vt teneatur sic in toto Catechismo, n. 3.

Opus est alia respondere ad interrogata circa fidem, n. 4.

An contrahatur hæc cognatio per exorcismum? 5

Ad quot gradus hæc cognatio nec antiquo extenderetur, n. 6.

An oriatur ex Catechismo sub remoti baptismum? n. 7.

An dissideretur Catechismum simul esse cum baptismo? Vel vt fiat Catechismus ante baptismo? & quando idem est patrinus vtrius que actus, contrahatur duplex cognatio, n. 8

An contrahatur cognatio ex Catechismo, licèt possea baptismus non sequatur? n. 9

Cognatio hæc a fuit restricta per Tridentinum, instar cognationis orta ex baptismo: & corrigens aut limitans mentem, corrigit & limitat verum intellectu. Et vitium duplex ex vna radice ortum tollitur vnica lege. n. 10.

An sit sublata cognatio Catechismi per Tridentinum? Refertur quædam sententia n. 11.

Contraria videtur, n. 12.

An teneatur Parochus in libro annotare patrinum in solo Catechismo interuenisse, vt ita domi baptizato, n. 13.

Soluuntur argumenta n. 14.

1 PRÆMITTENDVM est quid sit Catechismus. Est instructio fidei quæ fit ante iamiam Ecclesiæ superbaptizãdo: dicitúrque sic à catechizo, id est, instruo. De quo habetur *c. Ante cap. 1. num. de consecr. d. 4* Ita docẽt *Angelus, Syl. & reliqui summarum auctores verb. Catechismus, flatim in princ.*

2 Secundò supponendum est, eum qui tenet puerum in catechismo, contrahere cognationem spiritualem imperfectam, impedientem quidem, sed non dirimentem matrim. Habetur expressè *c. 2. de cognat. spirit. in 6. & c. Contracto, de cognat spir.* Ratio autem huius ea est, iuxta *D. Tho. 4. d. 42. q. 1. a. 2. ad 3. Durand ibi q. 1. a. 2. n. 8. Ricard. a. 1. q. 2.* quòd catechismus sit quædam futuri baptismo professio, eiusque initium, & est quædam regeneratio imperfecta per fidem, quam profitetur patrinus pro parulo: sicut sponsalia sunt quoddam matrimonij initium. Quare sicut in his contrahitur quidam gradus propinquitatis imperfectæ, ita in illo quædam cognatio spiritualis imperfecta. Quare audiendus non est *Hugo*, qui *c. Peruenit, 30. q. 1.* docet dirimere quoque matrimonium, per illum textum. Qui id minimè probat: nec hodie est de hac re controuersia, cùm clarè textibus citatis decidatur non esse impedimentum dirimens. Nec similiter fides habenda est *Soto, 4. d. 42. q. 1. a. 2. ad 4 vers Vrgentius autem*, vbi tamquam (inquit) *Bonifac. 8. c. 2. de cogn. spirit. in 6.* non asseruit hoc impedimentum: sed id colligit ex *c. Contracto, de cogn spirit.* vbi *Clemens III.* non id clarè decidit, sed tantum dicit catechismum vix afferre impedimẽtum matrimonio. Quæ verba potiùs sunt dubitantis, quàm asserẽtis. Quare cum collectio non sit clara, nec etiam decisio certa erit. Sed vniuersi DD. tamquam certum statuũt hoc impedimentũ. Quippe verba ea *c. Contracto*, quæ non ita clarè decidebãt esse impedimentum, explicuit *Bonifac. 8. d. c. 2.* vt verè statuerint per catechismi cognationem impediri, nõ tamen dirimi matrim. vnde iã de hoc dubitandum minimè est.

Oportet tamen vt is patrinus in toto catechismo te- 3
neat, vt hanc cognationem contrahat, vt bene docet *glossa c. Contracto, de cogn. spirit. in fin.*

Nec satis est tenere in catechismo, sed is contrahit 4
hanc cognationem, qui infantis personam gerit, respondens ad fidei interrogata, dum sacerdos rogat, an credat. Quare sicut in baptismo hæc cognatio spiritualis contrahitur per eleuationem pueri de sacro fonte, ita in catechismo per professionem illam fidei nomine infantis factam. Catechismus enim est quædam fidei instructio (vt n. 1. diximus.) Sic docent *Veracruz. 1. p. spec. a. 22. dub. 4 concl. 2. Palacios 4. d. 42 disp vnic. col. 31. f. 9: 8.*

Hinc deducitur recedendum esse à *Palud. 4. d. 42. q. 1. a.* 5
1. n. 7. dicenti ex exorcismo cognationẽ hanc oriri. Quia *c. Peruenit. 30. q. 1.* ait Deus dedit Pontifex, *A primo pabulo sacri salis vsque ad confirmationem per chrisma, nullus Christianus suam commatrem in coniugium suscipere debet.* Sed dicendum est per solum catechismum contrahi. Quia textus n. 2. allegati de solo eo mentionem faciunt. Nec obstat *ib c. Peruenit.* quia (vt benè ait *Durandus statim allegandus*) ea verba copulatiuè & non disiunctiue accipienda sunt: ita vt per omnia illa contrahatur cognatio, sed quasi initium sumat in ipso exorcismo. Atque ita tenent *D. Thom. 4. d. 42. q. 1. a. 2. corp. & ibi Durand. q. 1. a. 2. nu. 7. Palacios ibi, disp. vnic. col. 1. fol. 918. Ouand. ibi, disp vnic propos. 7. Veracruz 1. p. spec. a. 22. dub. 3. Marienzo lib. 5 recop. tit. 1. rubric. glossa 1. n. 149. Enriquez lib. 2. de baptismo c. 15. num 4. in commento lit. K. & lib. 12. de matrim c. 2. n. 1. commento lit. M. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 46. § penult. fine.*

Extendebatur autem hæc catechismi cognatio, atten- 6
to iure antiquo, ad easdem personas, ad quas cognatio ex baptismo orta, & ad eosdem gradus. Quamuis enim *c. 2. de cognat. spirit. in 6. & c Contracto, de cognat. spirit.* vbi hæc cognatio statuitur, nulla graduum aut personarum ad quas extenditur, mentio fiat: at quia oritur hæc cognatio, eo quod catechismus sit quoddam baptismi initium, & cognationis spiritualis perfectæ ex illo ortæ, inde est vt per illam metiẽda sit, ad eosdemque gradus vtraque trahenda veniat. Sic *Nauar. sum. c. 22. n. 72. Maiolus lib. 3. de irregular. 25. n. 14. § Catechismum.* Idque supponunt vniuersi *DD. n. 10. allegandi*, dicentes restrictam esse per Trident. instar cognationis ex baptismo ortæ.

Quidam tamen temperant, vt tunc hæc cognatio ex 7
catechismo oriatur, quando baptismum præcedit: sic eius si puero iam baptizato fiat. Quod textus *c. 2. de cognat. spirit. in 6.* docens hanc cognationem ex catechismo contrahi, expressè decidere videatur, ibi, *Per catechismum qui præcedit baptismum.* Solum catechismum baptismo præuium hanc cognationem parere. Atque ita hanc cognationem explicantes, de baptismo præcedenti catechismo loquuntur *D. Anton. 3. p. t. 1. c. 6. § 3. Catet. summa verb. Matrimonium, c. 1. verb. Secundum vero caput*, vbi *Armilla nu. 56. impedimento 4. Sotus 4. d. 37. q. vnica, ar. 1. ad fin. corpus. Angles floribus 1. p. de matrim. q. 11. de impedim. ante ordinis, a. 2. in prime.* Deinde, quia catechismus hãc cognationem producit, eo quod sit dispositio ad futurum baptismum, eiusque initium (vt diximus numero secundo.) Quod non inuenitur, quoties ipsum baptismum antecedit. Atque ita tenet *Barth à Ledesma de matrim. dubio 46. § De catechismo.* At verius est id efficere catechismum, quamuis baptismo præuius sit. Quippe eadem semper militat ratio, nam suapte natura est quoddam initiũ generationis spiritualis perfectæ, & dispositio ad baptismum: quamuis per accidens ratione occurrentis necessitatis, aliquando baptismo postponatur. Nec obstat textus in contrarium adductus, quia ea verba frequentioris vsus gratia apposita sunt; cõmuniter enim,

20

ac recto seruato ordine, catechismus procedit. Quare dispositionem non restringunt. Iuxta tradita per scribentes, *l.vn. C. de raptu virg.* Atque ita docent *Hieronymus Paulus in praxi c.f.16.* quem refert & sequitur *Conar. 4. decret. 2.p.c.6. §.4.n.11. Ouand. 4.d.42. disp.vn.propos.7. Petrus de Ledesma de matrim.q.56.a.2.dub.1. quod monet circa 2. argum. Ludouicus Lopez 2.p.instruct. de matrim.c.51.col.3.init.§. Ex quo corollariè sequitur, Enriquez l.12. de matrim.c.2.n.1.* Nec quicquam refert testibus *Hieron. Paulo & Conar. ibidem*, si longo tempore post baptismum catechismus accedat.

8 Alij censent catechismum non producere hanc cognationem matrim. impedientem: nisi quando baptismo coëxistit. Sic *Albertus Magnus 4.d.42.a.5.fine.* Alij verò contra tunc id efficere dicunt, quando absque baptismo fit catechismus. Ita *Ouand. 4.d. 42. disp. vnica propos.7.* Sed ab vtroque recedendum est. Quia nil confert, siue catechismus solus, siue vna cũ baptismo concurrat. Quippe *textus num.2. allegati* non distinguunt. Id tamen libenter fateor cum *Palacios 4.d.42: disp.vnica, col.31. & 31.f.928. & seq.* quoties esset idem patrinus in catechismo & baptismo, vnicam pullulare cognationem. Superflua enim esset alia. At vbi diuersi essent patrini, vterque suam cognationem contraheret.

9 Nec desunt etiam qui dicant fortan desiderari subsequi baptismum, quo hæc cognatio ex catechismo subortatur: ac proinde quando catechismus absque baptismo est, quia catechizatus retrocedit, aut antea vita defungitur, eam minimè oriri. Ita *Palacios 4.d.42. disp. vnica, col.30. & 31.fol.928. & sequenti.* At non video huius fundamentum. Res enim hæc non pendet ex futuro euentu: sed tempore facti catechismi cõtrahitur hæc imperfecta cognatio spiritualis, vt probauimus numero secundo, & duplici sequenti: ac proinde siue subsequatur, siue non baptismus, cognatio ea semel contracta minimè abolebitur. Nec inconueniens est hanc imperfectam cognationem spiritualem in infideli reperiri.

10 Potissima autem difficultas in hac disputatione pertractanda est, an hoc catechismi impedimentum sublatum sit prorsus per *Tridentinum sess.24. de matrim.c.2.* Qui in re cõstat saltem restrictam esse cognationem ex illo ortam, ad gradum primum, ad quem eo decreto Tridẽtini contracta est ex baptismo orta cognatio. Quamuis enim nulla in eo mentio fiat catechismi, at cùm baptismi cognatio mensura sit eius quæ ex catechismo oritur, & ex illa gradus in hac sumantur (vt diximus n.6.) satis est cognationem baptismi restrictam esse, vt eodem quoque pacto censeatur catechismi cognatio restricta. Quando enim duo sic se habent, vt alterum sit mensura, & alterum res mensa, lex corrigens, vel limitans mensuram, censetur pariter corrigere & limitare rem mensam, si eadem ratio in vtrisque limitet. Vt aliis similibus adductis probant *Dominicus c.1.nu.9. fallentia 5. de tempor. ordin. in 6. & ibi Francus n.8. limit.9.* & repetitur hic eadem ratio suo modo. Nam licet non sit identitas in vtraque cognatione, quãtum ad rationem diriment di matrimonium: est tamen quantum ad impediendum: atq; hæc sufficit ad dispositionis identitatem. Et confirm. quia hac ratione *Glossa communiter recepta c. Non debet, verb. In secundo & tertio, ad fin. de consang. & affin.* docet per eum textum sublata esse quædam genera publicæ honestatis, quod sublata sint similia affinitatis. Quoties enim duplex vitium ex vna radice nascitur, vna lege tollitur, *l. vlt. fi. C. de nuptiis, l. Duobus §. Colonus, ff. de iure.* Et ideo huius sent. sunt *Nauar. sum. Lat. c.22.n.72. vers. Ad quæstionem autem: Hisp. c.28. addit. ad eundem n. Mayol. l.3. de irregul. c.25.nu.14.§. Catechismus, Palacios 4.d.42. disp. vn. col.29.f.927. Vgolinus de matrim.c.29.n.5. Phillarc. de offic. sacerd. to.1.9.2. lib.2.c.4. Barth. à Ledesma de matrim. dub.46. fine, an 2. edit. Enriquez lib.2. de baptismo. c.15. fin. Petrus de Ledesma de matrim. q.56. art.1.§. In huius expositionem, Ludouicus Lopez 2. p. instruct. de matrim. c.64. impedim.4. Vinald. candel. 19 de matrim. n.91. Manuel 1.to sum. 2. edit one, cap. 226. num.1. fine, Vega 1.tomo sum. c.33. casu 39. ad finem.*

Difficultas autẽ eò pertinet, an id catechismi impedi- 11
mentũ sit omnino sublatũ: Duplex est sent. Prima ait adhuc manere. Ducitur, quippe intentio legis ex præfatione colligatur, per illamque tollatur incertitudo legis, ac manifestetur eius dispositio, vt multis relatis probat *Tiraquel. tract. Cessante causa, limit.1.n.65.* Quod si præfationem decreti *Trident. sess.24. de matrim. c.2.* attendamus, manifestè solam cognationem dirimentem matrimonium restringere voluit, vt constat ex ijs verbis: *Docet experientia propter multitudinem prohibitionum, multoties in casibus prohibitis contrah. matrimonia ignoranter: in quibus vel non sine magno peccato perseueratur, vel ea non sine magno scandalo dirimuntur.* Quæ rationes præfationis nullatenus habent locum in cognatione spirituali solùm impedienti, qualis est catechismi. Cum enim matrim. validum sit, nec id dirimere oportet: nec in eo cum peccato perseueratur. Et cõfirmatur, quia in nullo ex capitibus sequentibus restringit Concilium, impedimentum aliquod ex solùm impedientibus: sed tantùm affinitatis, & publicæ honestatis: quæ dirimentia sunt. Secundò, quia decretũ hoc est iuris cõmunis correctorium: ac proinde cũ expresse nõ auferat hanc cognationem, ad illam extendi non debet, sed tamquam casus omissus relinqui debet iuris cõmunis dispositioni *l. Commodissimè, ff. de liberis & posthum.* Ita supponere videtur *Nauar. Maiolus, Vinaldus, Manuel, Vega n. præced. allegati*, dum dicunt eam cognationem per Tridentinum restrictam esse, nec vlteriùs dicunt esse prorsus ablatam, quasi non esse supponentes. Eiusdem sent. videntur etiam esse alij, qui post Tridentinum scribentes docent esse impedimentũ. Sic *Ant. Cucus lib.5. instit. maiorum t.12.n.17. Leuceletus, institut. iuris canonici l.2. tit. de triplici cognatione, §. Per catechismũ. vers. Dissoluetur, Angles fioribus, 1.p. de matrim. q.11. de impedimento ordinis. a.2. princ. Matienzo lib.5. recop. tit.1. rubr. gloss. 1.n.148. Toledo lib.7. summæ c.14. fine, Lud. Lopez 2.p. instruct. de matrim. c.46. impedim.4. & c.51. col.3. initio, Vega 2.to. sum. cap.5. casu 3.* Et tenent in terminis proprijs *Palacios 4.d.42. disp. vnica. col.29. & 30. f.927. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 46. in posteriori editione.* Et est valde probabilis.

Verior tamen sent. habet id impedimentum catechis- 12
mi esse omnino sublatum per d. Tridentini decretum. Quòd numeratis in eo decreto personis inter quas contrahitur cognatio spiritualis: *per baptismum vel Confirmationem. & iure antiquo circa hoc correcto, sic concludatur: Omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis.* Et si dicas intelligi de cognatione spirituali contracta per Baptismum vel Confirmationem: obstat principiũ illius capitis, vbi dicit Concilium, se velle multitudinem prohibitionum restringere, vt incommoda vitentur: & statim subiungit: *Volens itaque sancta Synodus huic incommodo prouidere. & à cognationis spiritualis impedimẽto incipiens statuit.* Vbi generaliter de cognatione spirituali loquitur: & statim statuit inter quas personas contrahatur: ac in fine concludit inter nullas alias personas contrahi. Verè igitur intendit cognationis spiritualis impedimentũ omnino auferre, præter casus ibi expressos, inter quos catechismus non numeratur. Et cõfirmatur, quia Pius V. motu proprio edito anno 1566. 4. Kalendas Decembris, declarans prædictum. Tridentini decretum, ait non esse recedendum à præcisis illius verbis. Cum ergo concilium generaliter dicat inter nullas alias personas contrahi eam cognationem, quàm ibi expressas, censendum est cognationem catechismi, cuius ibi mentio minimè fit, omnino sublatam esse. Tandem, quia cognatio hæc catechismi primam originem trahit à baptismo: ideo enim cõtrahitur, quòd sit initium quoddam & dispositio ad baptismum (vt n.2. diximus.) Quare sublata cognatione baptismi tollitur, licet catechismi non fiat mentio. Quod etiã num.10. probauimus, eo quod cognatio baptismi sit filius mensura. Cum igitur Tridentinum omnino abstulerit cognationem baptismi, præterquam inter tenẽtes in ipso baptismo, censebitur ablata cognatio tenentium in catechismo solo: quæ, si primam originem attendamus, à baptismo

ptissimo procedit. Et ideo huius sent. sunt *Veracruc. 1. p. spec. art. 22. fine, & 2. 55. fin. Ouand. 4. d. 42. disp. vnica, propos. 8. Enriquez lib. 2. de baptismo, c. 15. n. 4. & c. 18. n. 2. fine, & l. 12. de matrim. c. 2. n. 1. Emm. Sa, sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis non dirimentibus, *n. 4. Bart. à de Ledes. dub. 46. de matrim. fine, in posteriori editione. Petr. de Ledesma sum. Sacramentorum, c. 13. de baptismo, dub. 2. post 5. concl. & in suo tract. de matrim. q. 56. a. 3. §. In huius expositione*, & est modò communis.

13 Hinc deducitur expedire vt Parochus describat in libros quem habere debet ad describendum nomina patrinorum baptismo, iuxta *Trident. sess. 24. de matri. c. 2.*) an sint illi patrini in solo catechismo: quòd puer sit iam domi baptizatus. Ita *Nauar Lud. Lopez nu. 11. relati. Petrus de Ledesma* vtroque *loco relato, n. præced.* Et quamuis hi non explicent an Parochus ad hoc teneatur, at existimo eum teneri. Quia Tridentinum, patrinorum nomina describi iubet, quo sciatur qui cognationem spiritualem contrahant, ne matrimonia iniquè cõtrahantur. At latissima est differentia, num in baptismo tenuerint, an in solo catechismo. Quòd priori casu sit impedimentum dirimens: posteriori autẽ, ad summum impediens: & iuxta veriorem sent. est nullũ impedimentum, vnde non fideliter id describeret Parochus, nisi annotaret solius catechismi eos patrinos fuisse. Defraudaret enim Concilij intentionem, ansamque præberet dissoluendi matrimonia valide eũ eo solo impedimẽto inita: (cuius ego testis sum oculatus, in casu Granatæ contingenti:) & tandem iniurius foret ipsismet patrinis.

14 Ad arg. n. 11. proposita respondetur ex dictis n. 12. Nam in proœmio de prohibitionum multitudine, non distinguens de dirimentibus, an solum impedientibus, loquitur Tridentinum. Deinde in fine clare omnem aliam cognationem excludit, vt num. 12. ostendimus. Nec refert in seqq. minime fecisse mentionem impedimenti alicuius solum impedientis. Quia fateor nullum alium tale restrinxisse: id tamen non concludit hoc non restrictum esse.

DISPVTATIO XI.

Qualiter votum simplex matrimonio ineundo obstet, nec id dirimat?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones discutiantur, n. 1.

Proponuntur argum. suadentia matrimonium dirimi per votum simplex, n. 2.

Referuntur alia probantia aliquando nec impediri. n. 3.

Votum simplex castitatis impedit, & non dirimit matrim. n. 4.

Id votum emissum in Sot. ipsa dirimit, n. 5.

Nec dirimit votum religionis, non vouendi matrim. assumendi ordinis sacri, & iuramentum earum rerum sed tantum impedimunt. n. 6.

Quid, si hæc vota sint conditionalia, vel pro tempore implenda, quod nondum aduenit: vt post obitum matrim? n. 7.

An hoc votis adstricto liceat matrim. inire animo transeundi ante consummationem ad religionem: saltem si iurauit sponsalia: vel post illa emiserit vel post votum occiderit defloratis vel infamauit fœminam. Et qualiter post hæc vota, ante vel post matrim. emissa, de consensu eius mortui, vel alterius coniugis, aut absque illo interdicatur vsus matrimonij, & quis dispenset Remissius, n. 8.

An venereis tentationibus vexato, & passim succumbenti, liceat post hæc vota matrim. inire? Explicatur que ea regula, Votum non obligat, quando eo omisso superuenit aliquid, quod minus bonum & contra consilium reddat illius materiam. Et an valeat votum castitatis emissum ab eo, qui matrim. esset sub consilio ob frequentes lapsus carnis, 9.

An valeat matrim. dã vterq; coniux voto castitatis adstrictus erat, n. 10.

An peccet ineens matrim cum habente castitatis votum? n. 11.

Qualiter respondere liceat adstricto castitatis voto, roganti an validè possit matrimonio copulari: & similiter alio votis id impedientibus ligato? n. 12.

Dissoluuntur argumenta, n. 13.

An liceat consulere minus malum, gratia maioris vitandi; Referuntur quædam sent. n. 14.

Auctoris sententia proponitur, n. 15.

An liceat etiam ad id minus malum inducere? n. 16.

An inducens ad minus damnum teneatur restituere? n. 17.

An liceat opem ferre inferenti id minus damn. tenetur? n. 18.

An liceat offerre materiam illius minoris mali perpetrandi: ac complicem, cum quo id admittendum est, vt confessarius, inducere? n. 19.

An oporteat vt is, cui minus malum consulitur, sit ad vtrumque determinatus, n. 20.

Quid, si ad malum malum non sit omnino determinatus, sed malo habitus affectus, passim in illud labatur? n. 21.

An oporteat sic consulentem exprimere conditionem, Si malus malum perpetraturus esset? n. 22.

An parentibus, iudicibus, & confessarijs liceat minus malum consulere, ad vitandum maius? Et an hi vel alij potentes alia via vtrumque damnum impedire, teneantur restituere minus consulentes? n. 23.

An liceat consulere minus damnum vxori, ad vitandum maius alterius? n. 24.

An volenti meo bona eripere, liceat ad illa tuenda consulere, vt alterum rapeat? n. 25.

An liceat malum consulere, vt æquale vitetur? n. 26.

An liceat cuiquam minus peccatum, etiam veniale patrare, vt grauius omnino in se ipso vel in alio caueat? n. 27.

Qualiter à culpa quid caueatur facilius. Lot b effrenatæ filias Sodomitis, vt à peccato nefando eos auerteret? n. 28.

An habens votum castitatis, vel alia matrim. obstantia, liceat suadere, vt vxorem ducat, quando possim in venerem labi? n. 29.

Satis fit argumentis, n. 30.

DISPVTATIO præsens duplicem petit difficultatem enucleandam. Prior est, qualiter votum simplex matrimonio ineundo obstet? Posterior, qualiter id votum habenti licite consulatur, si passim succumbat tentationibus, vt potius matrimonium contrahat. 1

QVÆSTIO prior. An votum simplex castitatis impediat matrim. adque dirimat? Et quidem id dirimere, videntur suadere sequentia. Quia votum simplex non minus obligat apud Deum, quàm solemne, *c. Rursus, qui clerici, vel vouent.* Hoc autem dirimit. Et confirm. quod vtrumque votum sit eiusdem speciei. Secundò, quia cùm nemo ad rem illicitam possit obligari, quæcumque talis obligatio irrita est apud Deum. Cuiusmodi est obligatio per matrimonij contractum inducta post simplex castitatis votum. Tandem, quòd id vinculi fortioris est proprium, vt debilius dissoluat. At votum simplex, vtpote obligatio cum Deo contracta, exuperat matrim. quippe quod contractus cum homine initus est; dissoluet ergo matrim. 2

Ex altera parte, videtur aliquando non impedire matrim. nempe, quando votum castitatis cedit in spirituale detrimentum vouentis qui consultiùs ageret matrim. incundo: vtpote qui venereis tentationibus exagitatus, passim succumbit, atque præ nimia carnis fragilitate continere nequit. Si hæc carnis molestiæ acfrequens ruina, votum antecedãt, videtur id votum irritum, quòd eius materia non sit illi satis idonea & iusta, immo potius contra id consilium Pauli 1. Cor. 7. *Quòd si non se continent, nubant: melius est enim nubere, quàm vri.* Si verò voto iam emisso subsequantur, obstat obligationi eius voti, communis illa regula Doctorũ, & nominatim *Caietani summa verb. Votum*, nimirum, quando ei qui vouit constat aliquid esse melius præterita voti materia, posse propria auctoritate à voto recedere, & in illam materiam commutare. Insuper obstat, reddi materiam ineptam voti, & ingratam Deo, quoties id superuenit, quòd præcedens efficeret vt non esset materia apta voti. At in hoc euẽtu, cùm melius sit & consultius illi matrim. non est apta voti materia, nec grata Deo castitas, sed contra consilium: ergo difficultas hæc superueniens, aut votum illud omnino reddit irritum aut saltem licebit illud habenti, commutare propria auctoritate in matrimonium, tamquam in melius. 3

Prima tamen conclusio certissima sit. Votum simplex castitatis impedit matrim. licitè iniri, non tamen dirimit initum. Habetur *c. Consuluit, & c. Rursus, qui clerici, vel vouent. c. vnico, de voto, in 6. & epist. Innoc. 1. ad Victricium cap. vlt. & c. Quidam, d.* 7. quod desumptum est ex *D. Ang. lib. de bono viduit. Ad Iulianam, c. 10. & c. Si vir, ead. d.* quod est ex *Theodoreto in pœnitentiali.* Et *c. Nuptiarum, 27. q. 1.* quod est ex *D. Aug. eadem lib. de bono viduit. cap 8. & l. 11. tit. 2. p. 4.* Cuius ea est ratio, quòd votum simplex non corporis traditionem, sed solam promissionem importet: atque adeo verum dominium maneat apud vouentem. Ea est autem natura promissionis, vt impediat licitam translationem dominij rei promissæ in alterum, vtpote quæ est aduersus fidem præstitam: non tamẽ illam irritam reddat: quippe quæ facta est à vero domino. Et quamuis Ecclesia potuerit sua constitutione 4

huiusmodi irritare matrimonia post simplex castitatis votum contracta: sicut potest alia impedimenta dirimentia statuere: at consultissimè id non fecit, sed valida esse declarauit. Quippe id votum simplex emittentes, non propè mutant statum, & sæpè absque magna deliberatione, & primatim absque testibus id vouent, nec magis Ecclesiæ se subiiciunt, quàm antea subiecti essent: vnde cogi nequeunt ad votum seruandum per viam iudicij, sed per viam correctionis fraternæ. Atque proinde non expedit huiusmodi matrimonia irritare.

1 Hinc infertur optimo consilio ductum Gregor. XIII. nouæ suæ constitutione in hoc corrigente ius commune, statuisse anno 1584. quæ incipit, *Ascendente Domino in nauicellæ*, in fauorem Societatis IESV, vt vota simplicia post biennium probationis in illa, iuxta eiusdem morem emissa irritent matrimonium postea initum. Quod rationes numero præcedenti adductæ, ad non irritandum in secularibus, omnino cessent, immo contrariæ adsint, quæ vtilem & valde expedientem eam irritationem reddent. Ea enim vota magna deliberatione fiunt, minutim, præmisso biennio ad deliberandum publice coram domesticis religiosis: efficiuntque vt vere mutetur status secularis in regularem, ac vouentes possint cogi ne retrocedant, ac peccent tamquam apostatæ, si à proposito desistant: vtpote qui vere nouæ obligationi, nouoque statu, Ecclesiæ subduntur, vt decidit Gregorius XIII. in ea constitutione.

6 Similiter impediunt matrimonium licite contrahi, non tamen illud dirimunt, simplicia vota ingrediendi religionem, assumendi ordinis sacri, non ineundi coniugij, & iuramentum de his rebus, vel de castitate seruanda facta. Quis huiusmodi vota vel iuramenta è diametro aduersantur statui matrimonij: ac proinde id impediunt, non tamen dirimunt: quòd solam promissionem absque traditione impotent: instar voti castitatis. Atque ita de iuramento castitatis affirmat *Syluest. Matrimonium*, 7. *qu.* 5. *dub.* 10. Idem de voto religionis docent *Aut. Cucus hbr. 5. instit. matrim. s. 12. n. 18. Toledo lib. 7. summ. c. 14. nu. 3. Graffis t. 3. decisionum, lib. 2. c. 85. fin. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 2. num. 1. Manuel t. 12. sum. 2. additione, c. 244. n. 1.* Et de voto ordinis sacri assumendi docent *Enriquez & Manuel ibi.* Et de voto non ineundi matrimonij docet *Enriquez ibi.* Et nemo de hoc dubitat.

7 Nec refert an hæc vota sint conditionalia, nec ne: an pro tempore quod nondum aduenit: vt si quis castitatem promiserit, ea conditione si aliquid assecutus sit: vel post parentum obitum promiserit ingressum in religionem: quamuis enim non teneatur ad votum, donec conditio impleatur, & dum parentes superstites fuerint, tenetur interim se talem seruare, vt possit conditione impleta, aut eo tempore accedente obitu parentum, seruare votum. Quare interdictum est sibi interim matrimon. quod ei voto adimplendo impedimentum præstat. Et sic clarè docet *Abulensis c. 30. Num. 4. vltim.* vbi dicit astrictum voto conditionali, teneri pendenti conditione ad vitandam status assumptionem, quæ voto repugnet, nec cum illo state possit.

8 Verum autem liceat habenti hæc vota matrim. inire animo firmissimo ante consummationem ingrediendi religionem, saltem si iurauit sponsalia? dixi l. 1. disp. 34. nu. 6. & seqq. Et quid, si post votum defloraut aut infamauit fœminam? habes ibi, tota disput. 45. Et quid, si votum post sponsalia sit emissum? ibi tota disp. 46. Qualiter etiam interdictus sit vsus matrimonij initi post hæc vota, siue ante ea, siue communi consensu emissa, siue absque illo? late dicendum est lib. 9. vbi de petitione debiti differemus. Et quis dispenset, dicam l. seq.

9 Secunda conclusio. His votis astrictus non potest matrimonium absque dispensatione inire, quamuis vehementissime carnis stimulis vrgeatur, expertusque sit passim se succumbere, nec vires ad resistendum sentiat: siue votum ante cesserit difficultatem hanc se continendi, siue subsecutum sit. Hæc conclusio certissima est, constatque ex vsu Ecclesiæ, quæ non existimat hunc eximi à voto ratione prædictæ difficultatis antecedentis, aut subsequentis, sed causam esse dispensationis. Quia (vt optimè ait *Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. 6. puncto 2. dubio 4. colum. 10. pag. 1344. §. Respondeo ad argumentum, & duplici seqn. & puncto 4. dub. 4. colum. 8. pag. 1359.*) cùm materia votorum castitatis & religionis sit res grauissima, & per quam grata Deo, ac subinde magnum in eorum violatione periculum subsit: non cuiuscumque iudicio quantumuis moraliter certo relinquendum est, an vouenti, omnibus consideratis expedientius sit matrimonium: sed auctoritas superioris dispensantis expectanda est, vnde dupliciter potest considerari his votis ligatus. Priori modo, vt quædam singularis persona: posteriori autem, vt pars communitatis Ecclesiæ, & vt bonum vel malum Ecclesiæ est etiam bonum vel malum ipsius. Quamuis ergo illi vt singulari personæ possit esse melior ac salubrior status matrimonij, secus tamen vt est pars communitatis Ecclesiæ. Certissimum enim est statum continentiæ esse tali, vt parti illius communitatis, atque adeo omnibus pensatis meliorem, ac Deo gratiorem: quamdiu cum eo superior non dispensauerit. Quippe plurima scandala & mala Ecclesiæ pullularent, si cuiq; permissum esset propria auctoritate, ob frequentes carnis lapsus, votis his postpositis ad nuptias transire. Quare vt voti obligatio cesset, ob votorum horum præstantiam, oporteret quidem materiam illius mihi bonam reddi vouenti, si omnia pensentur, atque adeò si is qui vouit consideretur vt est pars communitatis Ecclesiæ, Sicut abstinentia à carnibus in Carthusianis eo morbo laborantibus, vt iudicio medicorum salus desperetur, nisi illis vescantur, à culpa vindicatur: quia quamuis Carthusianus vt priuatus quidam, in eo discrimine constitutus, illis vti teneretur, eiq; expedientius id foret: ab ea tamen obligatione eximitur, quòd omnibus pensatis, atque eo vt membro quodam sanctissimæ religionis, consultius illi sit, atque vt in commune totius vniuersitatis Christianæ exemplum eluceat, conducentius illis abstinere cum propriæ vitæ iactura.

Quidam temperant, vt votum simplex castitatis non dirimat matrim. nisi vterque contrahens eo voto ligatus sit. Cùm tunc enim sit vtriq; vsus matrimonij interdictus, non potest inter illos validum matrim. consistere. Ita *gl. c. Si quis votum, statim in princip. 27. q. 1.* At verissimum est adhuc validum esse matrim. Quia vterque non obstanti eo voto, potest dominium sui corporis validè transferre: & semel eo transiuto, licet neuter possit petere, at reddere tenebitur. Atque ita hanc partem sustinent *Astensis summ. 2. p. l. 8. t. 16. articulo vnic. quæst. 7. Rosella verb. Impedimentum, impedimento 4. num. 6. Angelus Matrimonium, 3. impedimento 5. n. 5. Syluest. Matrimonium, 7. q. 5. dict. 6. Tabiena v Impedimentum, impedimento 2. q. 6. nu. 7. Nauar. summ. c. 22. num. 73. Veracruz 1. p. spec. ar. 15. dub. 3. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. gloss. 1. n. 152.* 10

Tertia conel. Scienter contrahens cum habente votum castitatis peccat mortaliter. Quippe cooperatur alterius peccato, fitque socius & particeps illius. Præterea, quia cum votum illud sit matrimonii impedimentum, quod inter duos necessariò debet consistere, vtrumque contrahentem afficit. Tenetur enim vterque matrim. ineundo abstinere, impedimento impedienti vel dirimenti in alterutro illorum existenti. Tandem id colligitur à contrario sensu ex *D. Augustin. epistola 70. ad Bonifac. Comitem*, & refertur *c. Nos nouimus, 17. q. 2.* & docent *ibi gl. v. Sciens, Turrec. ibi, a. 2. n. 4. in expositione textus, ad finem. Astensis, & Sylucst. n. præced. Allegatt. Nauar. summ. c. 22. nu. 73. Greg. Lop. l. 11. fin. t. 2. p. 4. Veracruz 1. p. spec. a. 15. dub. 4. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. sub gloss. 1. nu. 151. Alexand. in suo Enchirid. 2. p. præcept. 6. vbi de statu matrimon. §. 1.* Atque eadem ratione idem dicendum est de contrahente cum habenti votum religionis, aut ordinis sacri assumendi, aut non ineundi matrim. Quia cum similiter impediant matrim. eadem est ratio. Obstat autem

fortiter huic conclusioni, nam inire matrim. cum excommunicato parato, & non denunciato, nulla est culpa, nec cooperatio, quamuis ipse excommunicatus peccet (vt dixi disp. 9. num. 8.) quia excommunicatus non inducitur ab altero, & potest bene contrahere petita prius absolutione. Similiter ergo nulla erit culpa, cum habente votum castitatis parato inire matrim. potest enim prius obtenta voti dispensatione licitè id facere. Respondetur disparem esse rationem. Nam excommunicatio non est impedimentum speciale matrimonij, sed sicut peccatum mortale impedit omnium Sacramentorum receptionem, ratione indignitatis recipientis, ita excommunicatio, quia ita statuit Ecclesia, ob reuerentiam & dignitatem Sacramenti, quod bonam recipientis dispositionem petit. Cum non sit igitur speciale impedimentum matrimonij, nec illi obstet quatenus contractus est, sed ratione Sacramenti, inde est vt id obstaculum non afficiat vtrumque contrahentem. Quare ex ea parte nulla erit culpa in non excommunicato, nisi cooperaretur ad alterius peccatum: quæ cooperatio non reperitur in contrahente cum eo excommunicato parato. At votum impedimentum speciale est matrimonij, vt est contractus: ac proinde vtrumque contrahentem impedit. Iustus enim matrimonij contractus petit in neutro contrahente esse impedimentum impediens aut dirimens. Quare licet cesset cooperatio, cum afflictus voto est paratus, & inducit alterum, qui vt suæ vtilitati consulat, matrimonio annuit: at non cessat ratio peccati, eo quod contraueniatur impedimento impedienti.

12 Tandem dubitari potest, qualiter responderi liceat astricto castitatis voto (& idem de aliis votis quæ similiter impedium) rogatti an valeat matrimon. contra illud inítum? *Hostiens. summ. tit. de voto. §. Quot sunt species votorum, n. 5.* satis scrupulosè loquitur, dicitque habenti votum castitatis, & rogatti, an possit matrimonium inire, respondendum esse, eum non posse: & viterius instanti, an contractum valeat: denegandam esse responsionem: Quippe si respondeatur inualidum esse, erit mendacium: si autem validum esse, præbebitur occasio ineundi matrim. cum peccato mortali: atque ita respondens eadem culpa lethali inficietur. Et ipsum sequuntur *Alberic. in suo dictionario, lit. I. v. Impedimentum, 4. fin. Astens. sum. 2. p. lib. 8. tit. 16. art. 7. n. 9. Greg. Lop. l. 2. v. Tam tenudo, t. 8. p. 1. Gaeta repetitione ca. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. num. 351. Vega 2. tom. sum. c. 129. casu 13.* Et hanc sententiam dicit tutiorem *Tabiena verb. Impedimentum, impedimento 2. q. 5. num. 6. fin.* Et videtur tenere *D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 16. §. 1.* ait enim non esse respondendum secundùm *Hostiensem*, ne detur ansa voti violandi: atque ita videtur clarè eius sententiam amplecti. Alij non ita rigidè loquuntur at non omnino vindicant à culpa respondentem, sed dicunt saltem eum non delinquere lethaliter. Ita *Rosella v. Impedimentum, impedimento 4. fine, Sylvest. Matrimonium, 8. q. 5. dict. 9. Veracruz 1. p. specul. a. 5. dub. vltim. Anton. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 12. n. 24.* Sed primò dico, esse prudenter eludendum sic interrogantem, vt docet *D. Clement. epist. 3.* respondens Origeni quærenti an fidei arcana sint omnibus reseranda? Et refertur *c. In mandatis, dist. 43. ad fin.* ibi, *Quod si ingesserit se, & prouocauerit nos dicere ea, quæ eum minus rectè agentem non oporteat audire, prudenter eum debemus eludere. Nam nil omnino respondere, auditorum causa vtile non videtur.* Et ratio est. Quia lex charitatis non solum præscribit ne præbeamus occasionem peccandi proximo, sed etiam vt ab eo auertamus in quantum possumus. Atque ita docent *D. Antonin. Sylvest. & Veracruz proxime allegati.* Secundò dico nullam esse culpam scandali, seu occasionis peccandi datæ, veritatem respondere, dicendo peccari mortaliter, at matrimonium esse validum. Quia cùm veritas propaletur, factumque debitè granetur, explicando id esse culpam lethalem: non est occasio ruinæ data, sed accepta. Nihil enim proponitur quod suapte natura ad peccatum prouocet: sed alter ex sua malitia abutitur falsa doctrina. Aliàs similiter delinquerent, eandè occasionem delinquendi offerentes Doctores, qui ita scriptum reliquere, saltem materna lingua, quæ ab omnibus percipi potest. Et ita à peccato prædictam responsionem excusant *Abulensis cap 30. Num. quæst. 63. in fin. Angelus Matrimonium, 3. impedimento 5. fine, Matienzo lib. 5. recop. ti. 1. rubric. gloss. 1. num. 152.* Et non esse peccatum occasionis datæ, fatetur etiam *Manuel. 1. tom. summ. in 2. editione, c. 24. nu. 3.* Tertiò dico posse adesse peccatum incautæ responsionis. Vt si quis videat fragilem interrogare, qui vera doctrina abusurus est ad ineundum id matrimonium cum sacrilegio mortali: potestque commodè cauta responsione, cælata veritate absque mendacio interrogantem eludere, peccabit quidem imprudenter, & minus cautè se habens propalans veritatem. Et hoc est, quod DD. proximè citati asseuerant esse prudenter interrogantem eludendum. Quod tunc quamuis non detur occasio delinquendi, at non amouetur occasio lapsus proximi præ sua fragilitate, quæ commodè amoueri potuit: atque ita offenditur præceptum charitatis proximi, quod vtrumque cauere iubet, ad eius spiritualem ruinam vitandam. Ita *Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 2. n. 1. commen. lit. G. Manuel proxime citatus.* Id etiam significat *Ant. Cucus nuper allegatus*, qui dicit attendendam esse interrogantis qualitatem. Tandem dico numquam hanc culpam excedere limites venialis, nisi in respondente adsit malitia: quippe qui tali tempore & forma respondet, vt alter meritò credat eum velle, vt voto postposito matrimonium contrahat; ac proinde respondendi modus sit quædam tacita inductio. Et hoc videntur sentire Auctores allegati, qui dixerunt saltem vitare culpa lethali hanc responsionem. Atque id melius expressit *Nauar. summ. c. 22. n. 73.* dum hanc responsionem dixit esse culpam lethalem; quamuis enim in Latina, solum dixerit esse peccatum, at in Hispana expressit esse mortale, petit enim omnes has circumstantias concurrere: nimirum, vt talis sit interrogans, tale tempus, talis locus, & is respondendi modus, vt detur occasio violandi voti. Quæ malitiam in respondente sonant. Ratio autem est extra hunc euentum non sit culpæ mortali tribuenda responsio ea est. Quod præceptum charitatis, quale est hoc, non ita stricto rigore obligat ad tantam circumspectionem habendam, quæ non modicam prudentiam desiderat: nec facile tam prudens inuenietur qui subito interrogatus possit commode tacita veritate, & fugato mendacio, respondentem eludere. Tacere autem omnino non expedit (vt dixit *D. Clemens d. c. In mandatis, dist. 43. relatus.*) Quia interrogatus, tamquam inimicus iudicabitur, respondentemque offendet: & non leuem suspicionem in eo generabit tacitæ veritatis. Quamobrem satius erit respondere grauissimum & atrox sacrilegii crimen esse violati voti: & ex eiusmodi sacrilego matrimonio infelices admodum exitus, ac Dei supplicia posse iure optimo timeri: atque ita diuertendo in alia sermonem, obliuiscetur directæ responsionis interrogatis. Quod si ea prudens diuersio non sufficeret vt interrogans desisteret ab incepta interrogatione, nullam agnosco culpam in respondente veritatem. Et ad tam prudenter se gerendum præcepta charitatis, quæ suauissima esse solent, quis dicit obligare sub mortali? Imo profecto vt culpa sit venialis, oportebit vt valde commodè possit interrogans eludi: offeratque se modus id efficiendi.

Ad arg. nu. 2. proposita respondetur. Ad 1. dic vtrumque 13
votum æquè obligare, si solam obligationis speciem attendamus. Quia vtrumque sub mortali & ratione virtutis religionis obligat: ac proinde vtriusque violatio est sacrilega. At si obligationis quantitatem spectemus, longè maior est voti solemnis, vtpote quod veram traditionem importet, quàm voti simplicis, quod sola promissio est. Ad confirm. dic, esto vtrumque votum sit eiusdem speciei, (de qua re non disputamus modo, sed dicemus in impedimento voti solemnis) at posse solemne dirimere matrimon. non tamen simplex. Vel quod ita statuerit Ecclesia, vel quia solemne contineat etiam traditionem,

non

non tamen simplex. Ad 2.dic, quando est sola promissio, fieri posse irritam ex sola circumstantia personæ promittentis: vt si voto castitatis ligatus promittat feminæ matrimonium. Quia ex malitia redundat in obiectum: cùm nefas sit tale matrim. inire. At quando est traditio, qualis reperitur in ipso matrimonii contractu, non irritatur ex ea malitia. Et ratio differentiæ est, quod in priori casu obligetur promittens ad rem, quæ citra culpam impleri nequit: ac proinde est nullius valoris promissio: in posteriori autem, peccatur in ipsa traditione facta per matrimonium: at deinceps in vsu ad quem obligat matrim. qui est reddere debitum, minimè delinquitur: vnde non est cur tradicio illa non sit firma. Ad 3. dic, licet votum simplex & vinculum fortius ex parte eius cui fit, esse debilius ex parte modi obligandi. Nam matrim. obligat vt perpetua traditio transferens corporis dominium: votum verò simplex, vt sola promissio manente dominio apud volentem. Ad argum. n. 3. obiecta constat ex dictis n. 9. vbi explicuimus eas regulas.

14 QVÆSTIO posterior. Num ei qui venereis tentationibus vexatus passim succumbit, nec mediis adhibitis aliis fore vt illi consulatur, spes est, liceat suadere vt matrimonium ineat, quamuis voto castitatis simplici astrictus sit? Quæstio hæc ex eo pendet, an liceat minus malum consulere illi, qui maius perpetrare animo constituit, & ad id inducere illum? Duplex est sent. Prima ait illicitum esse id, minus malum consulere. Ita videtur clarè sentire *Ant. cap. Super eo, ad fin. de vsuris*, dicit enim eum textum valde repugnare sententiæ contrariæ. Et tenent *Gab. 4. dist. 15. q. 11. ar. 3. dub. 14. Caiet. an. 2. 2. q. 78. a. 4 notabili 3. ad fin. Sylvest. Matrimonium, 7. q. 5. dist. 9. Conr. ad. de contract. qu. 26. corell. 1. & 2. quæ infert ex 2. conclus. Covarr. 4. decret. 1. p. cap. 4. in princ. num. vlt. ad fin. Valentia 2. 2. d. sp. 5. qu. 21. punct. 4 col. 4. Emmanuel Sa, sum. verb. Peccatum, n. 8.* quamuis subobscurè loquatur, *& Angles floribus 2. p. de restitut. qu. Quis teneatur ad restitutionem, a. 1. dub. 4. difficult. 8.* cum hoc temperamento, si vtrumque sit intrinsecè malum. Addunt *Caietan. Covar. & Valentia* aliud esse offerre materiam minoris mali, non inducendo ad illud: aliud inducere ad minus malum: illud enim licet, hoc verò minimè. Nam in priori casu voluntas tantum fertur in volitionem maioris mali, & declarationem minoris: in posteriori autem fertur in executionem etiam minoris mali. Ducitur hæc sententia primò per *c. Super eo, de vsuris*, ibi, *Multo magis prohibendus est quis, ne etiam pro redimenda vita captiua, vsurarum crimine inuoluatur*, At maius malum est homicidium quàm vsura. Non ergo minus malum licet ad vitandum maius. Secundò, peccat faciens minus malum ad vitandum in se vel in altero maius: ergo & his qui consulit facere minus, quantumuis parato ad maius admittendum. Nam quoad peccatum attinet, nil interest inter consilium & executionem: si omnibus pensatis, vno & eodem modo se habet obiectum peccati ad consilium & executionem. Quod hic contingit, nam omnibus pensatis aliter facit quod hic consulit faciendum. Et confirmatur, quia cum comparatiuum non tollat positiuum, qui consulit minus malum, verè consulit malum. quod iniquum est. Tertiò, quòd non liceat petere, quod alius nequit iustè facere: quamobrem à maleficio quantumuis parato non licet petere vt maleficium maleficio soluat: quia ille non potest id absq; peccato exequi. Cùm ergo is cui consulitur minus malum, peccet id efficiens, peccabit pariter qui cõsulit, & petit vt faciat. Quartò, quia quod est materia consilii, cùm bonum sit, potest aliquando cadere sub præcepto: at minus malum numquam potest præcipi, ergo nec consuli. Quintò, quia si liceret consulere minus damnum gratia vitandi maioris, eo quod id non sit consulere malum, nec damnum, sed electionem illam minoris mali & damni, quæ bona est, & vtilis illi cui damnum inferendum erat: licebit non tantum respectu eiusdem, cui vtrumque damnum est inferendũ, sed etiam quando diuersis ea damna inferri debent. Quia vtrobique non consulitur malum absolutè, sed deuiatio à maiori damno, quæ bona est: & hæc est intentio consulentis: fieri verò illud minus damnum ex prauo operantis affectu prouenit. Cum ergo fere omnes negent id concilium licere, quando damnum est diuersarum personarum, negandum quoque erit, quando est eiusdem personæ. Nam ad bonitatem vel malitiam consilij, nil conferre videtur, siue damnum sit eiusdem siue diuersæ personæ. Tandem quia consulens & inducens, verè est causa illius minoris damni. Ergo peccat contra iustitiam, & tenetur restituere.

Secunda sententia (quam veriorem existimo, licet prima sit satis probabilis) ait licitum esse consulere minus malum gratia vitandi maioris, quando is cui consulitur constitutum apud se habebat maius illud malum perpetrare: & alia via à malo proposito reuocari nequit, vt si quis decreuerit occidere Petrum, & nullo modo possum eum auertere ab eo malo animo, possum consulere vt potius eum percutiat, vel ab eo furetur. Et si quis certus sit adulterium perpetrare, nec alio modo retrahi possit, potest illi suaderi vt potius fornicationem simplicem admittat. Probatur ex *D. Augustino lib. 2. de adulterinis coniugij c. 15.* & refertur *cap. Si quod verum, 33. q. 2.* ibi: *Si enim facturus est quod non licet, tam faciat adulterium, & non faciat homicidium: vt viuente vxore sua alteram ducat, & non humanum sanguinem fundat.* Vbi *D. Augustinus* ei qui decreuerat vxorem necare, quo aliam duceret, consulit vt potius adulterij reus sit, aliud viuente vxore matrim. ineundo, quam vxoricidii. Et quamuis *gloss. ibi verb. Adulter*, explicet hunc textum, vt loquatur non consulendo, sed permittendo: ita vt sensus sit, potius esse permittendum minus malum. Et eodem modo explicat *ibi Turrecrem. num. vnic.* explicat enim, faciat, id est, tolerabilius erit. At verè textus non permissionem, sed consilium continet. Quod clarè sonant ea verba: *Tam faciat adulterium.* Alij autem volunt eum textũ minimè fauere huic sententiæ, sed potiùs cõtrariæ. Quod ibi *D. Augustinus* subdat non esse illicitum pro illicito faciendum, concludens si vtrumque nefarium sit, alterum pro altero perpetrandum minime esse, sed vtrumque vitandum. Sic *Gabriel & Emmanuel Sa, n. præced. allegati, Pereira in c. 19. Genes. disp. 1. n. 9.* At *Abbas c. Super eo, in fine, de vsuris, & ibi Ananias nu. 3. Adrianus, Sotus, Navar. Gutier. Aragon, Molina* dicens esse rem apertam, statim allegandi, explicant hunc textum, vt verè *D. Augustinus* consulat id minus malum. Quia quamuis *D. Augustinus* dicat neutrum crimen esse perpetrandum, neque alterum pro altero eligendum: ac proinde eligentem minus delictum esse culpæ obnoxium: at expresse quando delinquens vtroque abstinere renuit, consulit illi vt minus malum exequatur. Secundò, ex *D. Epiph. l. 2. contra hæreses, tom. 1 hæres. 61 pag. 6.* vbi postquam docuit grauissimè delinquere qui contra votum castitatis matrimonio copulatur, consulit ei qui contra votum libidini vacat, vt matrimonium ineat, ibi: *Melius est vnum peccatum habere, & non plura: melius est lapsum palam sibi vxorem sumere, quàm quotidie occultis laculis sauciari.* Tertiò ex *D. Greg. li. 32. moral. c. 18.* & habetur *c. Nerui, dist. 13.* ibi, *Si omnino nullus sine peccato euadendi aditus patet, minora semper eligantur.* Vbi inter duo mala culpæ minus semper eligendum docet: clarè enim loquitur de malo culpæ: vt testantur ea verba, *Nullus sine peccato euadendi aditus patet.* Et quamuis casus re ipsa sit impossibilis, non enim potest dari perplexitas: at ex conscientia erronea potest dari. Vt si pastor die Dominica existimet se teneri ad audiendum sacrum: & ex altera parte existimet etiam se teneri non deserere oues, propter damnum domini, & circumuicinarum segetum. Si ergo in hoc casu iuxta D. Gregorium tenetur ita perplexus id quod minus peccatum est eligere: similiter quando ex prauo affectione quispiam maius malum perpetrare certus est, licebit mihi consulere vt minus eligat, quamuis ille reus culpæ sit vtrumuis eligendo, vtpote qui potest & tenetur vtrumque cauere. Quartò, ex *D. Chrysost. hom. 27. ad popul. Antiochenum*, vbi dicit assueto iurare per Deum, consulendum esse, ne per illum, sed per caput suum iuret.

15

Quod quidem est iuramentum, iuxta illud *Matt.5. Neque per caput tuum iurauerit*: sed multo leuius. Quintò, quia *D. Ambros. D. August. D.Thom.* (vt n.28. referam) vindicant factum Loth à culpa, offerentis filias stuprandas Sodomitis, quod minus malum cõsuluerit ad vitandum maius. Sextò, probatur ratione. Quia consulens, vel petens minus malum fieri, quando aliter à maiori malo non potest reuocare, verè non consulit, nec petit vt minus id malum exequatur, sed solam minoris mali præelectionem. Quod obiectum non est malum, sed bonum. Iuxta regulam illã Topicam approbatam à *D. Greg. c. Nemo, d.13. Ex duobus malis minus est eligendum.* Et confirm. quia proximus per hoc consilium minime ad peccatum inducitur. Cum enim ille maius peccatum patrare apud se firmiter statuerit, solũ ad id inducitur, atque eo consilium pertinet, vt peccatum minuat, sed à parte culpæ desistat: quod sanum consilium est: sicut si volenti furari, & occidere, consulerem ne homicidij reus esset. Quod si alter acquiescere nolit, nisi minori malo executioni mandato, suæ culpæ & non consulentis adscribendum est. Atque ideo hanc sententiam tenent *Innoc. c. Super eo, in fin. de vsuris, Host. ibi, ad fin. Ioan. And. n.2 fin. Abb. in fin. Anchar. fin. Cardinal. fin. Adrian. quodlib.1. ar. 3. ad 8. & quodlib.9. a.3. ad 3. in fin. & 4. tract. de restit. qu.1. §.2. dubitatur, vers. Ex quo infero, Angelus Matrimonium, 3 impedim. 5 fin. & Vsura, 2.n.2. Syluest. Vsura, 7.q.1 fin Caiet. summ. v. Tyrannus. Et 2.2. qu.95. a.8. ad fin. Et in opusculis tom.1. tract. 31 septemdecim responsionum, responsi.13. in solut. ad 3. dub. Armilla v. Tyrannus, n.vn. ad fin. Ioan. à Medina de restit. qu 7. ad 1. Soto in c. 3. ad Roman. super ea verba, Non sunt facienda mala, & l.4. de iust. q.7. a.3 ad fin. corp. vers. Veruntamen: & l.6. qu 1. a.5. col.4. vers. Hu non obstantibus, Nauar. sum. Lat. c.14. nu.40. vers.13. & c.17. n.263. & c.24.n.11 fin Hisp. cap.14.nu.29 & c.24.nu.14 c. 17. n.263. c.28. addit. ad n.30. c.14. vers. La 16. Veracr. 1. p. spec. a. 15. sub. vlt. & in id ad Rom. 3. Non sunt facienda mala Cordub. sum. q.5. corell. 8. Bart. à Medina 1.2.q.96. a.4. ad fin. Nicua sum. t.126. Nauarr. l.3. de rest. c.4. vbi de iuss. & cons. notab.4. in nouaedit.n.23. Gutier. 4. can. l.2. c.23.n.43. & seq. Matienz. li.5. recop.t.1. rub. gl.1.n.152. Enr. qu.lib.4. de pœnit. c.27. n.9. P. Molina tom.2. de iust. tr.2. t.2. disp.335. §. Hac tamen concl. Salon. 2.2.q.62. a.7 controu.7. & q.78. a.4. controu.1. col.4. Aragon. 2.2. qu.62. a.7. col.15. in solut. ad 2. & q.78 a.4. col.8. §. Hoc tamen non obstante, Carbon de restit. qu.69 concl.2. Graffis 1.p. decis. l.2. c.127. n.11. Lud. Lop. 1.p. instruct. c.58. col.2. §. Licet inducere, Manuel 1. to. sum.2. edit. c.12 n 9. vers. Lo quarto. Vega in tom. sum. c.9 casu vn.* Et dicit probabilem, & non malam sententiam, *Pereira c.19. Gen. disp.1. n.23.*

16 Immò in hoc euentu non tantùm licet consulere, sed etiam inducere ad minus malum perpetrandum. Quod probant rationes nu. præcedenti allatæ. Consilium enim quædam inductio est: nec inducitur tunc verè ad malum, sed ad electionem illam minoris mali: quæ bona est. Hoc videtur esse contra *Aragen 2.2. quæst. 78 a.4. col.8. §. Sed dubitabit aliquis*, vbi supponit non licere inducere, bene tamen consulere. Sed nobiscum sentiunt *Caietan sum. verb. Tyrannus. Et apuse. tom.1 tractat.31. septemdecim respons. responsi. 13. dub.3. Soto l.6. de iust. q.1. art.5. colum.3. vers. Tertio ad hominem, Innoc. Angel. Syluest. Nauar. Armilla, Gutier. Lud. Lop. n. præced. allegati.*

17 Hinc infertur, inducentem in hoc casu ad minus damnum alicui inferendum, quo maius eiusdem caueat, minimè teneri restituere. Quod clarè constat: quia non tenetur ratione rei acceptæ, nil enim commodi reportauit: nec ratione iniustæ acceptionis, quia non delinquit in eo consilio dando, nec inducendo. Item, quia hic valde vtiliter ait negotium domini. Ita *Adrian. 4. tract. de restit. qu.1. §.2. dubitatur, vers. Ex quo infero, Ioan à Medina de restit. q.7. ad 1. Soto l.4. de iust. q.7. a.3. ad fin. corp. vers. Veruntamen. Nauar. sum. Hisp. c.24. nu.14 Aragon 2.2.q.62. a.7. col.15. in solut. ad 2. Et ibi Salon controu.7. Carbon. de restit. q.69. concl.5. Graffis 1.p. decis. lib.2. c.127. n.11.*

18 Secundò infertur, ferentem opem latroni, ac rem furto ablatam conuehentem, quo minus damnum inferat, nec peccato, nec subinde restitutioni obnoxium esse. Quod non ad furtum, sed ad minus damnum cooperetur, & vtiliter rem domini gerat. Ita *Adrian. Ioan. à Medina, Nauar. n. præced. allegati.*

19 Tertiò infertur, parato ad maius malum perpetrandum licere offerre materiam minoris mali, vt parato ad occidendum quempiam quo eius bona furetur, licitum est ei exponere quemadmodum exercendo minus malum, nempe, vsuras, possit bona consequi, ac mortem iniustam illius vitare. Quia id tantum est non vitare vsuræ peccatum & scandalum passiuum, quod ex ea declaratione minoris mali creditur alterum incursurum committendo id minus malum. Et quamuis charitatis lex obliget ad hanc quoque peccati occasionem tollendam, id verum habet, nisi necessitas aliud suadeat: vt contingit in præsenti. Necessitas enim maioris damni vitandi cogit. Huius senten. sunt *Caiet. Arborens, Oleaster, Couar. Valentia, Carbon. num.28. allegandi*: qui ideo excusant factum Loth à culpa, quod solam minoris mali materiam obtulerit. Idem docent *Soto l.6. de iust. q 1. a.5. col. penult. vers. At vero de Loth, & Pereira c.19. Gen. disp.1. num.13.* vbi quamuis factum illud Loth non approbent: at fatentur potuisse illum dicere Sodomitis, li certũ vobis est explere vestram libidinem, ad feminas potius diuertite, quę in hac ciuitate complures sunt. Præterea id licere, probatur ex iis quæ nu. 8q. dicemus. Id tamen nullo modo licet, nimirum, inducere complicem vt illius culpæ particeps fiat, vt ad euitandum grauissimum adulterium, non licet solutæ feminæ consulere vt corporis sui copiam adultero faciat. Quia soluta illa vere ad malum inducitur, quod nulla ratione licite potest facere: nec illa præelectio minoris mali in se, ad vitandum maius alterius, potest boni rationem inducere, vt num.27. dicemus. Sic *Soto eodem artic.5. colum.7. vers. Ex his ego.*

20 Temperant quidam omnia prædicta, nimirum, vt liceat consulere alicui minus malum, & ad id illum inducere, quando ille vtrumque facere decreuerat: secus si de maiori malo perpetrando tantum excogitaret: non enim minus ei consulere liceret. Quippe id esset simpliciter ad malum inducere, ac determinare. Ita *Nauar. l.3. de restitut. cap.4. vbi de infame. & cons. notab. 4. id noua edizione, num.23. Carbon. de restitut. quæst.69. post 3 concl.* dicens forsan oppositam sententiam esse probabilem. At non est admittenda prædicta limitatio, sed licitum est, illi id minus malum proponere ac consulere. Quia id solum est hortari ne maius illud malum perpetret, proposita materia minoris mali. Quod num. præced. probauimus licere. Et confirm. quia proponens id minus malum, non determinat illum ad malum, sed retrahit à maiori malo, proposita minoris materia, ad quod mala eius voluntas se determinat. Tandem, quia rationes adductæ numero 15. ad probandum licere consulere minus malum ad vitandum maius, æquè procedunt, siue ille ad vtrumque malum determinatus sit, siue ad solum maius. Atque ita cæteri DD. ibi allegati pro ea sententia, indistinctè admittunt hoc consilium esse licitum.

21 Oportet autem vt liceat minus id malum consulere, vt ille sit omnino ad maius malum determinatus, à quo aliter auelli nequit. Nam si certis coniecturis existimet quispiam fore vt alter adulterium patret, quod nondum animo constituit, nefas esset persuadere illi simplicem fornicationem, qua calorem libidinis temperet. Similiter si videat illum ad Sodomiam valde propensum, inquum esset praui habitus executionem præuertire, fiendo accessum ad feminas. Quia tunc voluntatem minimè malo inhærentem, ad malum consulens determinat. Ita *Soto lib.6 de iust. qu.1. a.5. col.5. vers. His tamen non obstantibus, P. Molina tom.2 de iust. tract.2. disp.335. §. Hac tamen conclusione, Salon 2.2.q.78. a.4. controuersia 1. col.4. §. Primo est. Vega to.1. sum. c.9. casu vnico.*

22 Non est tamen necessarium in consilio minoris mali perpetrandi, exprimere eam conditionem, si maius malum

hum facturus es. Quamuis enim non liceat absolutè consulere minus malum: at dum determinato prorsus ad maius, consulitur minus, subintelligitur semper talis conditio. Ita *Caiet. opusc. tom. 1. tract. 31. septendecim responsionum, resp. 13. ad 3. dubium, Sotus l. 6. de iust. 1. qu. 1. a. 5. col. 1. vers. Quod huiusmodi. Salon. 1. 2. qu. 78. ar. 4. controuers. 1. col. 7. §. Ex quibus sequitur.*

23 Vtrum autem non solum priuato licitum sit consulere alteri minus malum ad vitandum maius, sed etiam id quoq; possint parentes, confessarij, & iudices consulere? non constat inter DD. Quidã enim negant: ducti quod teneantur ex officio vitare omne peccatum sui subditi. Ita alsqui, quos tacito nomine refert *Salon 1. 2. qu. 62. a. 7. controu. 7. in fine ad 2.* Quibus iure optimo ipse non conniuet: eo quod quæstio hæc procedit casu quo consulens non potest alterum à maiori malo auertere tentatis aliis medijs (vt no. 15. diximus) at tunc consilium horum non minus est vtile illi, cui maius damnum inferendum erat, quã si à priuato quodam proficisceretur: nec ipsi etiam cui cõsulitur, est minus vtile: si quidem auertitur ne ita grauis criminis reus fiat: cum aliter retrahi nequeat. Eam tamen differentiam agnosco inter eos, qui ex officio & lege iustitiæ tenentur impedire damnum tertij, quales sunt ministri iustitiæ: & alij cui ex officio iniuncto id incumbit: ac cæteros priuatos quos sola charitatis lex ad id astringit. Quod illi si alio modo poterant maius illud damnum vitare, quam minus consulendo, teneantur restituere refarciendo minus id damnum tamquam legis iustitiæ transgressores. Hi autem & alia via possent vtrumque damnum cauere, non tenebuntur restituere consulendo minus, eo animo vt retrahant à maiori. Quia rẽ dominat agũt impediendo illud maius damnum: quod si deliquant non impediendo minus, id delictum non est contra iustitiam, sed contra solam charitatem, quæ impedire obligabat, cũ possent. Sed dices hunc non solum non impedire: sed etiam consulere: ac proinde influere ad minus illud damnum: eo vel maxime, si sint diuersi generis damna, & inductus solum maius damnum inferre excogitant, vt si certus sit Petrum interimere, & quo illum ab eo propositio reuocem, consulo vt potius ab eo centum furetur: cum possem ab homicidio retrahere alio modo. Sed respondeo consilium ex obiecto adhuc bonum esse, cum non consulatur vere illud minus damnum, sed electio illa (vt n. 15. probaui) sed tantum peccatur in modo contra legem charitatis præscribentis vtrumque vitare: vnde negandum est hunc consulentem influere ad minoris damni illationem, sed ad solam illam bonam electionem.

24 Grauior vero difficultas est. Quando maius & minus damnum non fiunt eidem personæ, sed diuersis inferenda: an liceat consulere minus damnum inferri vni ad vitandum ne maius inferatur alteri: quando vtrumque malum cauere nequit alio modo consulẽs? *Quidam discipuli D. Tho.* affirmant (vt referunt *Salon. & Nauar. statim allegandi.*) Idque non leuiter suadet quintum arg. nu. 14. propositum. Verum id minime licere tenendum est, sed sic consulentem teneri restituere, ratione illius minoris damni suo consilio illati. Primò, quia sic consulens est directe causa illius damni tertiæ personæ; id enim inferendum non erat, nisi ipse consuluisset: nec fas est vni prodesse cum alterius detrimento: est enim quod vulgo abiit in prouerbium: *Quitar de vn santo para componer à otro, o hurtar para dar limosna.* Secundò, quia illa tertia persona signata, iuis habet ne ipsius damnum consulatur, gratia detrimenti maioris alieni vitandi. Quis enim dubitet iniquum esse, volenti interficere Ioannem, gratia iniuriæ vlciscendæ, consulere vt Petro brachium potius abscindat? Quid etiam debet Petrus in hoc Ioanni? Tandem, quia media ad auertendum quempiam à prauo nocendi proposito, debẽt esse proportionata fini, iuxta iustitiæ limites, qui nulli damnum inferri permittunt, nec vnius commodo consulere, alteri damno dato, vt furari non permittunt ad pauperum eleemosynas: eo vel maxime, quod cum illa tertia persona maxime teneatur id minus detrimentum subire: vt grauius alienum caueatur, merito conqueri potest de consulente, ac iustè est inuitus. Peccat ergo contra illius ius sic consulens, ac proinde damnum compensare tenebitur. Atque ita docent *Sotus libr. 4. de iustit. qu. 7. art. 3. paulo ante solut. ad 1. vers. Verum tamen. Aragon. 2. 2. q. 62. a. 7. col. 15. ad 2. Salon. eodem a. 7. controuersia 7. & q. 78. art. 4. controu. 1. col. 9. paulo ante argum. solutionem. P. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 355. §. Hac tamen conclusione, Nauarra libr. 3. de restit. c. 4.* vbi de iussione & consilio, *notab. 4. in noua editio. num. 24. Carbon de restitut. q. 69. conclus. 4. Lud. Lop. 1. p. instructor. c. 58. colum. 2. §. At hanc sententiam, Graffis 1. p. decisionum, lib. 2. c. 127. num. 11. Manuel 1. tom. summ. 2. edit. c. 12. num. 9. vers. 4. Vega 1. tom. summ. c. 9. casu vn.* Quod verum est, quamuis ille non esset determinatus ad maius damnum inferendum sed dubius esset num maius damno infertet Paulo, an minus Ioanni: tunc enim peccaret, & restituere teneretur consulens illud minus damnum: quamuis ille determinatus esset ad vnum ex illis duabus damnis inferendum. Quia consulens iniurius esset Ioanni, voluntatem alterius dubiam determinans ad id damnum, quod fortè absque eius consilio non subsequeretur. Ita contra aliquos, quorum nomina subticet, tenet *Nauarra cod. n. 24.* Qui bene subdit secus esse, si vtique id damnum inferre decreuisset: tunc enim liceret consulere vt alterum solum infertet, quando alia via reuocari nequit. Quia tunc non esset inducere ad malum illum, sed ad minus: cum minus sit, vnum quam duos lædere. Et neuter inde iure offendi potest: quod ille vtrumque inferre decreuisset: ac subinde ex eo quod alterum siue maius, siue minus damnum passurum liberem, alter conqueri nequit. Quod ego intelligo verum, si solam iustitiæ legem attendamus. Posset tamen violari charitas auertendo à minori damno, postposito alterius maiori: si vtrumuis posset ille impedire, non tamen vtrumque. Quippe lex charitatis maius damnum præferri postulat, nisi aliunde aliqua ratio præponderet, quæ antepositionem minoris cohoneslet: vt coniunctio maior cum consulente, aut maior paupertas. Sententia tamen dicta est primo temperanda, nisi damnum vnius esset modicum, alterius vero magnum, maxime si hic sit pauper, ille vero diues. Tunc enim licet inducere ad id modicum damnum, quo in altero magnum caueatur. Quippe non iuste inuitus esset nolens in hoc euentu id modicum detrimentum pati. Sic *Nauarra eodem cap. 5. num. 25.* Ex quo iurius colligitur secunda limitatio, nimirum, si is in cuius detrimentum consulitur illud minus malum teneatur illud pati, vt vitetur maius in altero. Vt si quis decreuerit regem, vel aliam personam valde reipublicæ necessarium, interficere: ad cuius mortem cauendam tenetur potius plebeius illum pati: licitum est consulere vt potius plebeius illum necet. Tertia limitatio est, si malefactor nolit certæ & determinatæ personæ nocere, sed in communi, licet consulere minus damnum, videlicet, vt illi damnum inferat, cui minus nocebit, vt volenti furari suadere licet, vt potius à diuite quam à diuitiis destituto. Quod clarè constat ex testimonio D. Augustin. num. 15. allegato, vbi occidere volenti adulterium consulit. Præterea, quia in hoc euentu nulli iniuriam irrogat consulens, cum ad nullius damnum determinet voluntatem alterius, sed potius auertat à maiori damno huius. Sic *Adrian. quodlib. 1. ar. 3. ad 8. Salon 1. 2. qu. 62. art. 7. controu. 7.* Imo eadem ratio concludit idem esse dicendum, quando vult ille nocere certæ personæ: tunc enim licet consulere non liceat, vt alteri determinatæ personæ minus damnum inferat, at licet in generali, minimè nominata persona, vt volenti furari à Petro inope, fas est consulere, vt eo relicto, potiùs à diuite furetur, nullo nominato. Quia tunc similiter ad nullius damnum voluntas illa determinatur à consulente, sed reuocatur ne huic pauperi noceat, cui magis noxium esset furtum, quàm diuiti. Et sic cautè *P. Molina tom. 2. de iust. tract. 2. disp. 355. §. Hac tamen conclusione*, dicens non licere consulere minus

malum alio tertio inferendum, addidit, modo id vergat in detrimentum cuiusdam tertij in particulari: clarè significans, secus esse quando non cederet in detrimentum alicuius nominatim expressi.

25 Hinc deducitur decisio huius quæstionis, an volenti rapere bona mea, liceat suadere vt potius bona alterius rapiat, ad bona propria tuenda: Respondet bene *Salon.* 2. 2. *q.* 62. *a.* 7. *controu.* 7. *fin.* id minimè licere. Quod nefas sit, alteri qui iniustor non est, damnum inferre, eiusve damnum suadere; vt indemnitati meæ consulam. At licere existimo suadere vt potius alij noceat, nulla nominata persona, vt dicendo, Si furati vis, fine me; multi alij sunt à quibus furari possis. Tunc enim nullius damnum consulitur, sed proprium auertitur.

26 Sed an liceat consulere æquale malum; ad vitandum æquale: *Carbon. de restit. q.* 69. *in solut. ad* 4. dicit posse concedi esse licitum. Sed qua ratione id possit concedi, minimè video. Cum electio æqualis mali nullam boni rationem induat, quo illa cohonestetur: ac proinde obiectū talis consilij malum sit. Id tamen libenter fatebor hunc consulentem excusari à restitutione, quando esset omnino æquale damnum, eidemque alterutrum absque eo consilio certissimè inferendum. Quia id consilium nil operatum est, sed mutationem materialem damni in prorsus æquale.

27 Quatenus tamen liceat consulere alteri minus malum ad vitandum maius: at nemini licet sibi tali consilio vti. Quippe in altero non potest vtrumque malum vitare: & proinde tuto consulit minus: at in seipso potest. & tenetur vtrumque cauere. Ita *Sotus l.* 6. *de iust. q.* 1. *ar.* 5. *col.* 7. *paulo ante vers. Ex his ergo Salon* 2. 2. *qu.* 78. *a.* 4. *controu.* 1. *in solut. ad* 3. P. *Molina tom.* 2. *de iust. tract.* 2. *disp.* 345. *ad* 2. *Carbon. de restit. q.* 69. *ad* 2. Vnde audiendi non sunt quidam, quos tacito nomine refert *gl. l.* 1. *d.* 14. *v. Periculosissime*, asserentes licere culpam venialem admittere, vt caueat in altero mortale, quia mortem temporalem subire licet, gratia vitandæ pœnæ æternæ alterius: at venialis pœna temporalis correspondet. Sed merito *gl. ibi* ab illis recedit: quam sequuntur *Turrec. ibi. a.* 2. *n.* 4. *Soto nuper allegg. vers. Ex his ergo.* Quod comprobat ille textus, qui est *D. August. libr. quæst. super Genes. c.* 42. Quia quamuis malum pœnæ possit amplecti ad culpam alterius vitandam: at secus est de malo culpæ, quantumuis minimæ: implicat enim culpam esse, & licite posse eligi.

28 Ex dictis deducitur qualiter factum Loth à culpa vindicari valeat: (qui (vt refertur *Genes.* 19. Sodomitis libidine lasciuientibus abutendi hospitibus, quos domi exceperat, proprias filias stuprandas obtulit, vt vel sic expleta libidine, à pessimo Sodomiæ scelere se abstinerent. De qua re latissimè consulendus est *Pereira in c.* 19. *Gen. disp.* 1. Sed breuiter id factum damnant *D. August. lib. quæst. super Genes. c.* 42. & refertur *cap.* 1. *d.* 14. dicens, perturbationi Loth, & menti tanto malo permotæ, potius quam sano consilio tribuendum esse: *& libr. contra mendacium, c.* 9. *gl. interlinearis, Lyra, Thom. in Anglicus, Abulens. Hugo, Dionysius. Ferus in eundem locum Genes.* 19. *&* 161. *& ibi Lapeman. in catena. Sotus lib.* 6. *de iust. qu.* 1. *a.* 5. *col. pen. vers. At vero de Loth. Pereira in c.* 19. *Genes. disp.* 1. *in fin. Salon.* 2. 2. *qu.* 78. *a.* 4. *controu.* 1. *in solut. ad* 4. *in fin.* Alij vero (quod magis mihi placet) à culpa excusant id factum. Sic *D. Ambros. lib. de Patriarch. libr.* 1. *de Abraham, c.* 6. & refertur *c. Offerebat,* 32. *q.* 7. *D. Chrysost. hom.* 43. *in Genes. D. August. lib. de mendac. c.* 7. *D. Th. q.* 2. *de malo, ar.* 5. *ad* 14. *Adrian. quodlib.* 1. *a.* 3. *ad* 8. *Cai. & Hon. ibi in eundem locum Genes.* 19. *idemmet Cai.* 2. 2. *qu.* 78. *a.* 4. *not. ab.* 3. *ad fin. Oleaster in eundem locum Genes.* 19. *Arboreus lib.* 10. *Theosoph. c.* 2. *fin. Conar.* 4. *dicer.* 1. *p. c.* 4. *in princ. n. vlt. ad fi. Valentia* 2. 2. *disp.* 5. *q.* 21. *punct.* 4. *col.* 4. *§. Et hoc ipsum. P. Molina tom.* 2. *de iust. tract.* 2. *disp.* 335. *fin. Aragon.* 2. 2. *q.* 62. *a.* 7. *col.* 15. *in solut. ad* 2. *Carbon. de restit. q.* 69. *post* 3. *concl.* At in modo excusandi discrepant. Nam *D. Ambros. D. Tho. Aragon. Carbon.* excusant quod minus delictum sit secundum naturam coire, quam contra naturam delinquere. Alij vero quod Loth nō suaserit filiarum stuprum, sed materiam minoris mali obtulerit. Sic *Cai. to. ar.* 4. *Arboreus, Oleaster, Conar. Valentia nuper allegati.* Alij, quod noluerit Loth filias stuprari, nec prostituere: cum id fit ex inducere ad malum. Sed norat filias non præbituras consensum stupro, sed inuite, ac proinde absque earum culpa fore vt violarentur. Ita *Adrian. proxime alleg.* At is excusandi modus placet, vt Loth minime obtulerit filias ea mēte vt Sodomitæ illis abuterentur, sed quo ea submissione illius deflexi, ab hospitum Sodomitico abusu tēperarent. Vt si quispiam in se vehementer indignāti pugionem offerat, dicens Me occide, non eo animo vt is mortem inferat, sed vt ea submissione placatus iram sedet. Sic *Cai. in eum locum Genes.* 19. *& ibi Hon. cola. Molina proxime citatus.* Et merito *Pereira in d. c.* 19 *disp.* 1. *fin.* si à culpa vindicandum sit factum illud, hunc excusandi modum omnibus præfert.

Tandem ex his decidenda est quæstio n. 14. proposita. 29
Num habenti votum castitatis, aut religiosæ matrim. impedientia, & ita carnis illecebris agitato, vt se continere nequeat, sed passim succumbat, licitè suaderi possit vt matrimoniū ineat, vt vel sic minus peccet? Id enim licere probat apertè testimonium *D. Epiphany n.* 15. *allegatum*, vbi id consulit. Quod matrimonio inito vnicum peccatum admittatur: atq; adeo id tanquam minus malum præferendum sit quām plurimis sacrilegijs, quæ passim venereis vacando perpetrantur, iuxta doctrinam quam nu. 15. amplexati sumus. Atque ita suadere licitum esse fatentur *Angel. Matrimonium, 3. impedimento 5. fin. Veracruz 1. p. Specul. a.* 25. *dub. vlt. Matienzo lib.* 5. *recop. t.* 1. *rub. gl.* 1. *n.* 152. At contrarium docent *Asensio summ.* 2. *p. lib.* 8. *t.* 10. *a. vn. q.* 10. *Sylvest. Matrimonium,* 7. *q.* 5. *dub.* 9. Et videntur clarè sentire *Host. summ. t. De voto, §. Quot sunt species, n.* 5. *Greg. Lop. l.* 2. *t. Tan tenedor, t.* 8. *p.* 2. vbi aiunt, interroganti an possit votum castitatis, quo ligatus est, valeat matrimonium, non posse responderi validum esse nisi interrogans non seruet continentiam. Tunc enim potest responderi valere vt maius peccatum vitet: subdunt tamen dicendū eidē esse, Meo consilio non inibis matrimonium: ac proinde videntur sentire nunquam licere consulere illi matrimonium ad maius id peccatum vitandum. Sed dicendum est, moraliter & in plurimum loquendo, numquam licitum esse tale consilium. Quod vt minus malum possit consuli, desideretur alterum esse omnino ad malum maius determinatum, nec sufficiat pravus habitus ipsum ad lapsum frequentiā impellens: insuper sit etiam necesse, vt nullo alio modo retrahi possit à maiori eo malo perpetrando, nisi illo minori malo sibi proposito (vt probauimus n. 15. & 21.) Quæ in hoc casu minimè concurrunt. Quippe voto astrictus non omnino animo constituit venereis inhærere, sed præ fragilitate ac pravo habitu impulsus labitur. Deinde potest illi facili negotio consuli, nimirum, petita voti dispensatione, quæ statim concedi solet allegato incontinentiæ periculo. Verum si eo voto ligatus ita malo inhæret, vt nec dispensationem petere vellet, nec à venereis desistere, sed omnino paratus esset ad illis vacandum: speraretur quē matrimonio inito illi malo consultum fore: amplector priorem opinionem, nempe licere id consilium dare, quo à maiori malo retrahatur. Tunc enim omnia requisita ad cohonestandum minoris mali consilium reperiuntur.

Tandem ad argumenta nu. 14. proposita respondetur. 30
Ad 1. dic, eum textum solum probare non licere cupiam vsuras exercere, vt exprimi vitam redimat. Quia nemini licet etiam veniale admittere ad maius malum in altero vitandum, vt nu. 27. probauimus: at non probat minimè licere id minus suadere malum ad maius vitandum. Ad 2. neganda est consequētia. Quia non se habet minus malum, quod est consilij obiectum, eodem modo ad consilium & executionem. Nam in exequentis potestate fitum est, vtrumque malum cauere, ac proinde reus est culpæ, quamuis leuioris, minus malum eligendo: at consulens nequit ab vtroque malo ipsum retrahere: quocirca licitè minus malum suadet: vt vel sic leuiorem culpam is, cui consilium præbet, contrahat. Ad confirm. dic, si fatemur

tumur vtrè suaderi minus malum, concluderetur vtique suaderi positiuum, quod est malum: at non suadetur minus malum: sed electio illa, quæ bona est, (vt nu. 15. explicuimus.) Ad 3. negandum est antecedens, quando illud nō petitur absolutè, sed posita determinatione voluntatis ad maius malum: à quo aliter reuocari nequit. Ad 4. fateor non tantum posse, sed reuera esse præceptum de minori malo eligendo (vt nu. 15. probauimus) nō absolute, sed ex suppositione determinationis volūtatis ad maius malum: hoc enim non est tenere ad minus malum, sed ad potius retrahendum se à maiori: sicut quando consulitur minus malum, non est re vera cōsilium minoris mali, sed ante positionis illius minoris mali, maiori, quod admittere voluerat decreuerat. Ad 5. negandum est esse simile, qui præelectio illa minoris mali, vt bona sit, debet suadere medijs proportionatis, quę iustitiam nullius violent: quale non est, dum consulitur minus damnū alicuius tertij in particulari, vt n. 14. explicui. Ad vltimum dic negandum esse antecedens. Quia consulens non est vere causa illius minoris damni, sed bonæ præelectionis quā suadet.

DISPVTATIO XII.

Quid sit raptus: quæue eius pœnæ, attento iure antiquo: & qualiter attento eodem iure, matrimonio incundo impedimentum sit?

SVMMARIVM.

Quæst quæ fieri d sput antur, n. 1
Quæ sint effectus vere antiqui & proprię pœnæ: & an sint excommunicatio hæc verba, Anathema sit, sint excommunicationis lata an ferenda, n. 2.
Quæ conditiones desideretur ad raptum, vt pœnis iuris communis subiaceat, n. 3.
An sat sit ex vtraq; voluntatem puellæ, aut parentum, n. 4.
An sufficiat puellam videri homines ad nuptias in forendum parasse, n. 5
Num sat sit rapere si fœmina sui iuris consentiat, quamuis alijs impedimentum vxi inferatur, n. 6.
An satis sit iuuenis, vel pœsi fœminam consentire, n. 7
Quid si parentes consentiant, at mulier dissentiat, n. 8.
An præsumatur contraria voluntas puellæ consentientis, ac sit raptus, num. 9.
An sit raptus quando fœmina in portantis precibus abducitur, n. 10.
Quid si pactis aut dolo abducatur, n. 11.
Quid, si parentibus contradicentibus fœmina consentiat: & pœna debet eommuni iuxta delicta, n. 12.
Quid quando parentes ignorabant, n. 13.
Quid de tutoribus vel fratribus sub quorum custodia est, n. 14.
Quid si raptum præsserat tractatus de matrim. incundo & enodatur capitula de raptorib. n. 15.
An raptor raptam ducens vxor teneatur raptorum pœnas, n. 16.
An desideretur vt causa libidinis raptus fiat, n. 17.
An ejus sit causa communis omnes sub, ejus n. 18
An raptus attentatus, & generaliter quodcunque crimen, subiaceat eisdem debitis pœnis, n. 19.
An desideretur traditio de loco ad locum, n. 20.
Quale debeat esse hæc traditio, n. 21.
An filius fœmina honesta sit rapiens, cuiuscunque sit status, n. 22.
Quid, si meretrix rapiatur, n. 23.
Fœs n. 24. tangentes alia summaria.

1 DISPVTATIO de impedimento raptus desiderat necessario præmitti, tamquam valde difficile, quid raptus sit. Atque vt explicetur decretum *Tridentin. sess. 24. de matrim. c. 6.* quod de raptu verba facit, grauissimas pœnas decernens, quarum cognitio ad conscientiæ forum valde conducit, necessarium est aliqua præmitti de pœnis iure ciuili aut canonico antiquo statutis per raptores incurrendis, quod breuiter percurram, parum enim ad forum conscientiæ refert. Tres igitur disput. de raptu instituam. Præsens, quid raptus sit, & quibus pœnis adductis attēto iure antiquo, & qualiter eo attento matrim. impediat, disputabit. Sequens, qualiter attento Tridentini decreto, matrim. impediat, & quando eius pœnis obnoxius sit. Vltima, an stuprum sine raptu contingere possit, ira vt peculiarem luxuriæ speciem necessario confitendam constituat: vt si inuitis parentibus virgo sui corporis copiā faciat. In præsēti ergo disp. quinq; quæstiones agitādæ sunt. Prima, quid raptus sit, qualve conditiones exigat, vt pœnis iuris antiqui subiaceat. Secunda, an eisdem pœnis subdatur femina rapiens virum, aut aliam feminam? Tertia, an rapta nubens raptori, amittat ipsius raptoris bona, quæ ob raptus iniuriam lex ciuilis sibi deferebat? Quarta, quid raptus sit quod attinet ad forum conscientiæ, & vt cōstituat speciem luxuriæ necessario in confessione exprimendam? Quinta, qualiter raptus attento iure antiquo impediat ac dirimat matrimonium?

2 QVÆSTIO I. Quid raptus sit qualve conditiones exigat, vt pœnis iuris antiqui subiaceat? Præmittendum est *l. vn. C. de rapta virg. & l. reg. 3. tit. 20. p. 7.* raptoribus mulieris honestæ statutam esse mortis pœnam, & vt bona raptoris, & opē ei ferentium, statim ad raptæ dominium transeant. Insuper excommunicationis pœna raptor cum ei fauentibus punitur. *c. Si quis virginem, 36. q. 2.* quod est *Greg. 2. in Synod. Rom.* ibi: *Si quis virginem vel viduam (nisi desponsauerit) rapuerit, cum filij fauentibus anathema sit.* Quam esse excommunicationem latam affirmant *Mart. de Magistris tract. de temperantia, q. de raptu, conclus. 6.* & aliqui alij. Et videtur tenere *Petr. Gregor. syntagmate iuris p. 3. lib. 36. c. 8. n. 7.* vbi ait esse excommunicationem aduersus raptores. & allegat *d. c. Si quis virginem.* Quod suadent verba illa, *anathema sit*: quæ canonem latæ sent. important: vt docent *Felin. c. Rodolphus, n. 33. de rescript.* & multos alios referens *Tiraqu. l. Si vnquam, v. Reuertatur fallentia 60. n. 180. C. de reuoc. donat.* Et in simili dicit *Abb. c. 2. in fin. de foro compet.* vbi ait hæc verba, Excommunicatus sit, esse latæ sententiæ. Cæterum verius est nō esse latam, sed ferendam sententiam. Quod, Anathema sit, sententiam ferendam importet, nulla addita particula ad latam trahenti, vt testatur *Bald. cap. At si clerici, num. 20. de iudicijs.* & clare *gloss. c. 2. de foro compet.* vbi in fine, cùm textus ille dicat, *Sit sequestratus*, explicat, *per sententiam sicut 30 d. quasi per totam*: in qua ferè in omnibus textibus dicitur, Sit anathema, ac proinde clare sentit glossa ea verba anathema sit, desiderare sententiam, ac proinde non continere latam excommunicationem. Quod idem non obscure significat *Turrecrem. ea. d. 30. c. 1. in fin.* vbi quærens an textus illius distinctionis contineat latam sententiam, in quibus dicitur, Anathema sit: respondet contentos in illis, esse ipso iure excommunicatos, quia sunt hæretici; vbi clarè sentit non virtute illorum verborum, sed quia hæretici sunt, eos incurrere excommunicationem. Præterea, quia esto ea verba Anathema sit, excommunicatus sit, importarent latam sententiam: at id intelligendum venit, nisi proferantur in materia, in qua ex aliis textibus constat non inferri ipso iure excommunicationem, sed exigi sententiam. Ita docent *Abb. ea c. 2. in fin. de foro compet. & ibi eius Additionator. Felin. d. c. Rodolphus, n. 33. & de dilat. Tiraq. d. l. Si vnquam, v. Reuertatur, nu. 183.* At constat ex *eadem causa 36. q. 2. c. 1. & cap. De puellis*, raptores, non esse excommunicatos, sed excommunicandos: dicitur enim ibi, *Anathematizentur*: quod verbum cum sit futuri temporis, importat excommunicationem ferendam, vt latissimè *Tiraq. d. l. Si vnquam, verb. Reuertatur, nu. 39. & seq.* Atque ita non esse latam excommunicationem, sed ferendam in raptores, clare colligitur ex *Goffredo sum. t. de raptoribus, n. 8. Host. sum. 1. de pœnis raptor. corporis, n. 1. vers. Canones autem, Bertachino in suo repertorio, lit. R. v. Raptor mulieris, Sylues. v. Luxuria, q. 6. dict. 1.* vbi dicunt raptores debere excōmunicari: sentiunt ergo non esse ipso iure excommunicatos. Et in propriis terminis docent *Maioris 4. d. 29. q. 2. ad fin. Caiet. 2. 2. qu. 154. a. 7. in solut. ad 3. dubium, Veracruz appendice ad speculum*, vbi de raptu, *f. 83. §. Sed tamen satue. Petr. de Ledesma de matrim. qu. 50. a. vn. dub. 2.* vnde ea verba *d. cap. Si quis virginem, anathema sit*, explicat *Caietan.* id est anathema fiat.

3 Hoc præmisso, sit prima concl. Ad raptum pœnis iuris subiectum, quadruplex cōditio desideratur. Prima est vt adsit violentia. Secūda, vt raptus fiat causa libidinis. Tertia,

tia, vt sit traductio de loco ad locum. Quarta, vt mulier rapta sit honestæ vitæ. Quæ omnes constabunt ex corollariis inde à n.6. inferendis: vbi & DD. referam.

4 Secunda concluſ. Ad raptum sufficit violentiam illam vel ipsi feminæ raptæ, vel parentibus aut tutoribus inferri. Quam probabo n.8.12. & duplici seq.

5 Non tamen desideratur expresse metum inferri, vt raptus sit, sed satis erit quouis modo adsit metus violentiæ: vt si puella inspiciat homines armis munitos, ad eam renitentem cogendam. Et constat ex dictis lib.4. disp.5.n.5. vbi probauimus metum armorum cadere in virum constantem, licet ea' portans minimè illis vsus sit. Et ita tenent *Decianus tract. crimin. l.8.c.7. n.6. Azebedo libr.8. recop. tit.13 l.1. num.45.*

6 Hinc primum deducitur, non esse audiendos Doctores quosdam asserẽtes esse raptum, quando puella etiam sub nullius potestate constituta, volens abducitur. Hi sunt *Abb. c. penult. nu.4. de raptor. & ibi Anan. n.4. vers. ingloss. 2. & Ang. l. vlt. n.5. C. de raptu virg. Paulus l. penult. nu. 2. C. de epiſc. & cler.* vbi *Alberic. n 7. & d. l. vn. n. 2. oppoſ 3. Ant. A. c. penult. n.8. Boſius pract. 1. de raptu mulierum, nu. 16. Benifacius de Vitalenis tract. de maleficia de raptorib. nu. 2. Gothofred l. vn. v. Pœna raptus, C. de raptu virg.* Ducuntur *Abb. Ananias & Boſius*, quod *l. vn.* expresse dicatur, *Siue volẽti*, siue nolenti femina raptum admittit: semper enim decepta præsumitur. Deinde quod femina dominium corporis sui non habeat, vt membra sua raptui exponat, *l. Liber homo. ff. ad l. Aquiliam. & cap. Significauit, de corp. vitiatis.* Alii verò DD. soli priori rationi innituntur. At merito ab his DD. recedendum est. Quod rapere impotet cum vi & impetu auferre, vt constat ex *l. 3. vers. Non solum ff. de incendio, ruina*, ibi: *Aliud autem esse rapi, aliud amoueri palam est. Siquidem amoueri aliquid etiam sine vi potest. Rapi autem sine vi non potest.* Præterea, quia scienti & volenti non fit iniuria nec dolus, *l. Nemo videtur ff. de regul. iur.* quare *D. Thom.* (quem omnes Theologi sequuntur, & ferè omnes iurisperiti) *2.2. q.145. art.7.* pro constanti docet, ad raptum violentiam desiderari. Nec credo Doctores allegatos præter *Abb. Anan. & Boſium* oppositum sentire: innituntur enim præsumptioni voluntatis feminæ dolis extortæ, sicut & *d. l. vnic.* vnde quando constaret voluntatem spontaneam adfuisse, in neutro foro raptus iudicabitur: nec ratio Abbatis & sequacium aliquid probat. Quamuis enim mulier non sit sui corporis domina, ita vt licitè possit raptui exponere: est tamen ad eum sensum domina, vt possit connivere absque vllo iustitiæ crimine in altero: atque ita ipsa consentiente cessabit raptus, qui violentiam iustitiæ contrariam postulat? Atque ideo hanc partem tuentur *gl. c. penult. v. Consentit, de raptor. Abulenſ. c 5. Matth. q.203. Hoppol. l. vn. n.16. C. de raptu virg. Nauar. lib.5. conſ.1. de raptor. vt aque editione, conſ.1. nu vn. Carrerius practica criminali*, vbi de raptu, § *Secundo caſu principali, nu.7. Decianus tractatu criminali l.8 c.7. num. 19. Maſcardus de prob. concl.1159. n.29. Peguera deciſ. crimin. c.43. nu.8. Ant. Cucus lib.5. inſtit. maiorum c.12. n.120. Veracruz. appendice ad Speculum*, vbi de raptu, *f.82. § Conſequenter etiam, Azebedo libr.8. recop. tit. 13. l.2. num.58. Vela de pœnis delictorum. c.26. §. Vno autem caſu*, Adde cum *Deciano, & Azebedo eisdem locis*, adhuc in eo casu, quo femina sui iuris vult, non esse raptum, quamuis eam abducens viris armatis comitatus abiret, ne aliqui impedimento sibi essent. Quia nec feminæ, nec alicui, sub cuius cura & custodia sit, vis infertur: qualis ad raptum desideratur.

7 Secundò infertur, quid dicendum sit, si puella abductioni conniuerat, postea verò renitens cognita sit? Vel è contra, abductioni resistat, mox autem abducta copulæ annuat? Et quidem quando femina initio voluit abductione, postea vero copulæ resistit: *Guido de Suſa* relatus *ab Alberico l. pen. n.6. c. de epiſc. & cler. & Gandinus de maleficiis, t. de multis quæstionibus dependentibus à ſtatutis, nu.21. Alberic. l. vn. n. 16. C. de raptu virgin.* & placet. Quia cùm raptus abductionem violentam petat, vbi ea deficit, non erit raptus, sed copula vi extorta. Iuxta ea quæ num.20. dicemus. Deinde quod in his spectetur initium, *l. Diuus, 14. ff. ad l. Iuliam, de ſicariis*, ibi, *In maleficiis voluntas ſpectatur, non exitus.* Nec audiendus est *Albericus ea. l. penult. nu.7.* hoc reprobans. Quia loquitur iuxta suam sent. nimirum vt sit raptus, licet femina semper velit, quam n. præced. impugnaui. Hinc rursus infertur, quando è contra femina initio abductioni resistit, ac postmodum copulæ annuit, esse raptum. Quod initium spectandum sit, in quo violentia interfuit. Sic idem, & *Carrer. pract. crim.* vbi de raptu, §. *Secundo caſu principali, n.10. Peguera deciſionib. crim. cap.43. nu.7. Guido singulari 569. nu.1.* Credo tamen in hoc euentu, si vere probaretur is consensus feminæ in sua plena libertate positæ, liberandum fore raptorem à pœna ordinaria raptus. Quod is consummatus minimè sit: petit enim ad sui consummationem, & violentam abductionem & violentam copulã: saltem ex parte voluntatis raptoris, qui fecit quod potuit (vt nu.18. dicemus.) Sic docent *Decianus tract. crim lib.8. 7. n.38. & 24. Azebedo lib.8. recop. t.13. l.2. n.77.*

Tertiò infertur, esse vere raptum feminæ dissentienti, § quamuis eius parentes consentiant abductioni. Quia parentes non habent dominium corporis puellæ, nec facultatem illud ei vsui exponendi absque iniustitiæ labe, ob iniuriam puellæ irrogatam. Sic *Hoſt. ſum. t. de pœnis raptorum corp. n.1. vers. Dicitur ergo raptor. D. Th. 2.2. qu.154. a.7. Gerſon 4.9 ſerm. vlt. domin. 2. aduent. alphab. 22. lit. T. & Antonin. 2. p.t.5.c.2. imprinc. Roſell. v. Luxuria, int.* vbi *Sylueſt. q.1. vers. Raptus vero Turrec. c. Raptus, 36.36. q.1. n 3. Veracruz. 2. append. aſſert.* vbi de raptu, *f.82. § Conſequenter etiam. Palacios 4. d.14. diſp.2. col.12. vers. Eſt aliud. Toledo lib.5. ſum. c.11. n.7. Nauarr. ſum. c.16. n.3. Nauarra l.2. de reſtit. c.3. p.4.* vbi de lædente in cæteris corporis bonis, *in noua edit. dub.1. n.148. Valentia 2.2. diſp.9. q.3. punct.3. col.7. §. Raptus.*

Quartò infertur intellectus ad *l. vn. §. Et ſi quidem, vers. 9 Pœnas autem, C. de raptu virgin.* quæ decidit raptum admitti, siue mulier velit, siue nolit. Intelligenda enim est, vt procedat ex præsumptione quadam, præsumit quippe vim inferri illis importunis ac dolosis suasionibus, vt constat ex illis verbis, quæ reddens huius rationem subiungit, ibi: *Quia hoc ipſum velle mulierum ab inſidiis nequiſſimi hominis, qui meditatur rapinam, inducitur. Niſi etenim eam ſolicitauerit, niſi odoſis artibus circumuenerit, non facit caſu velle in tantum dedecus ſeſe prodere.* Et ita docent *Salicet. ea l. vn. nu.19. & 30. Rum conſ.122. n.5. vol.4. Decian. tract. crim. l.8. c.7. num. 19. Azebedo lib.8. recop. t.13. l.2. n.55. Cantera quæſt. crimin. quæſt. tangentibus punitionem delicti, §.4 nu.20.* Nec placet alia expositio, quam tradunt *Hoppol ea l. vn n.16. Decian. ea. c.7. n.7.* dicentes eam l. vnicam considerare violentiam, parentibus non conniuentibus raptui, illatam, atque illorum intuitu appellare raptum, quando puella consentit. Sed non placet, quia textus ille expresse non expendit parentum contradictionem, sed voluntatem feminæ non omnino liberam. Vt clarè constat ex ratione ibi subiuncta, nuper allegata.

Quinto infertur, temperandos esse Doctores asserentes esse raptum, quando femina sui iuris importunis precibus abducitur. Quasi violenta sit extractio, eo quod importunæ preces vim inferant. Quod suadet *l.3. vers. Si quis volentem ff. de libero hom. exhibendo*, vbi solicitationibus detentus, dicitur vi ac dolo retineri. Et *l.1. §. Perſuadere ff. de ſeruo corrupto*, ibi: *Perſuadere autem eſt plus, quàm compelli, & l.1.2.9 p.7.* ibi: *Como en manera de fuerça, y ſon ſacar, y ſalagar.* Et probat etiam *l. vnic. §. Et ſi quidem, vers. Pœnas autem, C. de raptu virgin.* Et ita docent *Gloſſa ea l. vnic. verb. Ipſum velle, & ibi Baldus num. 20. Nauarrus lib.5. conſ. titul. de raptoribus, conſil.1. num. vnic. Carrerius practic. crimin.* vbi de raptu, §. *Secundo caſu principali, num.4. Peguera deciſionibus crimin. cap.43. num.3. Vela de pœnis delictorum c.29.6. Ex quibus apparet.* Sed temperandi sunt, quando hæ preces importunæ violentiæ æquiparantur. Cùm enim raptus vim desideret, non sufficiunt quæcumque preces importunæ, non etenim omnes eæ vim inferunt: (vt latius declaratum est *l.4. diſp. 7. num.5. & ſeqq.* vbi textibus in contrariam allegatis respondi.)

spondi.) Sed quando aliæ circumstantiæ cum illis concurrunt, vt maximus reuerentiæ timor, ita vt personæ sic instanti non audeat puella contradicere. Atque proinde quando solæ preces importunæ interueniunt, non esse raptum dictis pœnis obnoxium, sed cuidam extraordinario supplicio, docent *Hippol. d. l. vn. n. 14. Decian. tract. crim. li. 8. c. 7. n. 7. ad finem.*

11 Sextò infertur, ad pœnas *l. vn. C. de raptu virgin.* raptoribus statutas incurrendas, satis esse, si dolosis persuasionibus aut quibuscumq; fraudibus circumuenta mulier abducatur. Constat ex *cal. gn. . Et si quidem, vers. Pœnas autem,* ibi: *Nisi adhibitis artibus circumuenerit.* Vbi decidens textus, quare raptor fœminæ volentis pœnis ibi statutis plectendus sit, rationem reddit, quod consensus ille dolosis artibus extortus præsumatur. Ergo quoties constat dolum adesse, incurrentur hæ pœnæ. Et ita tenent *Dynus reg. Sciens, 27. nu. 3. & 4. de regul. iuris, in 6. Angelus auth. de incest. § fin. in fin. Salicet. d. l. vn. n. 29.* vbi *Hippolyt. n. 15. Decianus tract. criminal. l. 8. c. 7. num. 8. Barber. in viatorio iuris, tit. de raptoribus, post medium, Mascardus de probat. conclus. 1259. n. 30. Cantera quæst. criminu. qu. tangentibus punitionem delicti, c. 4. n. 23.* Vnde dum hi DD. dicunt esse raptum, si fœmina donis sibi promissis extrahatur, intelligendi sunt, si in promissione dolus interueniat, vt quia animo defraudandi, montes aureos (vt vulgo fertur) quis promisit: secus si pretio conuenit cum ipsa, absque dolo, ita *Decianus eo. n. 8.* Nec placet limitatio *Italy Clar. lib. 5. receptarum. § Raptus, nu. 3. & Azebedo lib. 8. recop. tit. 23. libr. 2. num. 42.* vbi hoc temperant, quando verbis fallacibus abducitur mulier, vt contra suorum voluntatem, in alio loco retineatur. Sed non placet: quod *d. lex vn.* non considerarit eo loco dissensum suorum; (vt nu. 9. diximus) quando enim parentes abductioni fœminæ renituntur, nil refert an fœmina decepta sit nec ne: erit etenim raptus, quamuis ipsa consentiet, vt num. sequenti dicemus.

12 Septimò infertur, esse raptum, quando puella sub parentum custodia constituta, ex eorum domo ipsis inuitis abducitur, quamuis ipsa consentiat: quippe iniuria maxima parentibus irrogatur, quam ipsa remittere nequit, sponte sua abductioni consensum præbens, *l. 1. vers. Vsque adeo. ff. de iniurijs.* Et notat *gl. c. Contingit, el 1. de sent. excom. v. Insolita*, in quodam simili. nimirum, in clerico cuius consensus vt in ipsum manus iniiciantur, non liberat iniicientem à sententia excõmunicationis, vt decidit ille textus: quod possit clericus assensum iniuriæ præbere, quatenus iuæ personæ offensa est, non tamen quatenus est status clericalis iniuria. Atque ita docent *Host. summa tit. De pœnis raptorum corporum, n. 1. vers. Dicitur ergo raptor. Abbas c. penult. num. 4. de raptor. & ibi Ananias n. 4. vers. In gloss. 2.* Idem tenent *Hippol. l. vn. n. 16. C. de raptu virg. Rosell. verb. Luxuria, uit.* vbi *Sylues. q. 6. d. 2. Barbatius cons. vlt. n. 1. vol. 2. Matheslanus notab 100.* quem refert & sequitur *Bermondus Chouet de publicis concubinariis,* vbi de stupro, *num. 29.* (nabetur *tom. 11. tract. atuum. p. 1.*) *Carrerius pract. crim.* vbi de raptu. *§. Secundo casu princip. al. num. 7. Bossius pract. crimin. t. de raptu mulieris, n. 16. Iul. Clarus lib. 5. receptarum, § Raptus, num. 3. Decianus tractatu crimin. l. 8. c. 7. n. 21. Perez l. 8. ordinamenti, t. 15. rub. f. 278. ad fin. Azebedo li. 8. recop. 1. 13. l. 2. n. 41. & 42. Pegueta delictionibus crim. c. 43. nu 6. Salzedo pract. Bernardi Diaz c. 78. in postrema edit. in fin. Mascard. de prob. concl. 1259. num. 29. Canterera 9. crim. quæst. tangentibus punitionem delicti, c. 4. n. 20. Petrus Greg. Syntagmate iuris, p. 3. l. 36. cap. 8. n. 4. Vela de pœnis delict. cap. 29. §. Vnde si femina. Zanallos qu. practicis, q. 596. num. 33. &* multi alii fatentur esse raptum verum, quamuis de pœnis iuris non agant, quos n. 35. referam. Quamuis autem *Pegueta eo c. 43. n. 3. & Zanallos super citatus* velint hunc raptorem subdi ordinariis pœnis raptus, ac *Perez* dicat pœnam capitali plectendum esse, at verius est solam extraordinariam pœnam infligendam esse, quod pœna commensurari delicto debeat, *c. Non aestimamus, 24. q. 1. auth. Vt patrum filii succedant. §. Quia vero.* At longè minus delictũ est tunc, quam si fœmina quoque dissentiret, cũ sit respectu solius patris raptus: eo vel maximè, quod in his iniuriis voluntas fœminæ, cui directè iniuria violentiæ irrogatur, spectanda sit. Non ergo pœna ordinaria raptus, sed alia arbitrio iudicis imponenda est. Quod docent *Decianus, Bossius n. 7. Cantera, Azebedo n. 56. nuper allegati.*

Immo erit quoque raptus, quando parentibus ignorantibus virgo consentiens sub illorum cura existens abducta est. Quamuis enim tunc non interueniat ipsorum contradictio positiua, est tamen voluntatis ipsorum defectus, qui nolitio appellatur, quod satis est vt de iniuria sibi ipsis illata iustam querelam concipiant. Sic *Abbas Ananias, Bossius num. 16. Pegueta num. 6.* quos num. præcedenti retuli. At non subdetur pœnis ordinariis raptus. Quippe non est propriè raptus (vt n. 36 probabimus.) Et ita docet *Enriquez lib. 12. de matrim. c. 14. nu. 5.* & hunc non subdi pœnis statutis raptui in Tridentino tenent alij, quos disp. sequ. n. 12. referam. Nec tanta pœna infligenda est, ac si parentes expresse abductioni resisterent. Tunc enim grauius delinqueretur. 13

Idem dicendum est, quando puella sub tutorum potestate, aut mariti constituta, ex eorum domo absque ipsorum voluntate consentiens abduceretur. Habentur enim loco parentum. Ita *Carrerius, Mascard Perez. vbi nu. 12. ex retuli.* Addit bene *Perez* idem tenendum esse, si fœmina sub fratrum custodia esset. Cum tamen minus sit delictum, quando sub fratrum custodia est, minor erit pœna. 14

Sunt tamen hæc limitanda, nisi præcessisset tractatus de matrim. ineundo. Tunc enim si puella volens, quantumuis reclamantibus parentibus à sponso extraharur, non subdetur raptus hic pœnis iuris ciuilis: quod corrigitur in hoc per ius canonicum, quod in hoc seruandum est. Cõstat ex *c. penul de raptor.* ibi: *Cùm ibi raptus dicatur admitti: vbi nil ante de nuptijs agitur, ille raptor dici non debet, cùm habuerit mulieris assensum, & priùs eam desponsauerit, quàm cognouerit: licèt parentes reclamarẽt, à quibus eam dicitur rapuisse.* Per quod corrigitur *l. vn. ad medium, princ. C. de raptu virg.* ibi, *Quoties communem casum cum qui saltem sponsam suam per vim rapere ausus fuerit.* Quam *l. regia, 3. t. 20. p. 7.* explicat de raptu sponsæ de futuro: vt bene aduertit *Greg. Lop. v Su esposa.* At corrigitur per *d. c. penul.* quod raptum puniri non permittit: factum pro ineundo matrim. quando præcessere sponsalia de futuro. Et loqui eum textum etiam quando sola hæc sponsalia præcessere, inde constat. Quod dicat: *Vbi nil ante de nuptijs agitur*: quando etenim sponsalia præcedunt, iam verum est, aliquid de nuptiis actum esse. Atq; ita docent *Abbas ibi n. 1. notab. 1. & n. 4. Ananias num. 4 vers. In glossa.* Secundò, ita intelligentes *glossam ibi, v. Admitti*, quæ docet non esse raptum, quando puella consensit, vt intelligatur si præcessit tractatus de matrim. contrahendo. Ita tenent *Corneus cons. 80. n. 7. & 8. vol. 2. Barb. cons. vlt. n. 1. vol. 2. Carrer. pract. crim.* vbi de raptu, §. *Hinc nata occasione, aliqua de raptu differamus. n. 26. Bossius pract. t. De raptu mulieru, n. 17. Decianus tract. crim. l. 8. c. 13. nu. 47.* Idem videtur clarè sentire *Vigerius l. institt. c. 7. § 4. vers. 5.* vbi ait non esse raptum, si sponsa maxime de præsenti abducatur. Et fauem aliqui, qui generaliter hoc docent, quando tractatus aliquis de matr. præcessit. Hi sunt, *Rosella v. Luxuria, nu. 2. &* bi *Syluest. q. 6. dict. 2. Angelus v. Raptor, n. 3. & ibi Tabiena n. 2. q. 1. Vela de pœnis delict. c. 29. § Vnde si.* Aliqui volunt, vt non sit locus pœnis raptus, iuxta decisionem *d. c. penultimi*, desiderari tres conditiones. Prima, vt puella abductioni consenserit. Secunda, vt præcesserint sponsalia. Tertia, vt matrim. subsecutum sit. Sed bene *Bossius & Decian.* proximè allegati cum alijs quos referunt, solas duas priores conditiones necessarias esse affirmant. Quod *text. d. c. penultim.* solas eas exegerit, & dum de matrimonio subsecuto mentionem fecit, id fuit ad eum finem, vt reuocetur coniux à monasterio, quod post matrimonii consummationem ingredi nequit. Id tamen cum *Cornco proximè alleg.* asserendum est, nempe non sufficere actum esse de nuptiis contrahendis, si non sit iam præstitus consensus de matrimonio ineundo, ac is tractatus conclusus. Verba enim illa *d. c. pen. Vbi nil antè de*

nuptiis

nuptiis agitur, sunt cum affectu accipienda. Quòd ex tunc iam habeat aliquale ius raptor in raptam: nullum enim habet, dum sponsalia non sunt communi placito inita.

16 Quinimo quamuis nullus matrimonij incundi tractatus præcesserit, eo postea subsecuto, est valde rationi consentaneum, praxique receptum, ne ordinariis raptus pœnis raptor plectatur, sed mitioribus arbitrio iudicis. Quod docent *Paulus l. penult. n. 5. C. de Episcopis & cler.* dicens Mantuæ raptorem quendam mortis pœnam euasisse, quod raptam duxerit, *Bossius pract. crim. ti. de raptu mulieris, n.* 17. *Decian tract. crim. l. 8. c. 13. nu.* 48. *Peguera quæst. criminal. c.* 42. *fin.* (qui omnino videndus est, latè enim hanc quæstionem discutit.) Et consentit *Ant. Gom.* aliis citatis, *l.* 80. *Tauri nu.* 43. *ad fin.* in Hispania, propter *l. reg.* 22. *titul.* 1. *p.* 7. quæ vult, concordia inita inter partes, non imponendam esse pœnam corporalem delicto statutam: quamuis iure communi attento, secus esse dicat. Quamuis non desint alii, qui hunc raptorem à pœna mortis minimè eximant: inter quos est *Greg. Lop. l.* 3. *v. Casasse, t.* 20. *p.* 2. adducens forsan nec esse iustam legem id disponentem: eo quod ad peccandum inuitaret. Et dubius manet, nihilque definit de pœna mortis, *Iul. Clarus l.* 5. *recept.* §. *Raptus, num.* 8. *fine.* Nec est opus, vt raptor hic pœnam ordinariam euadat, parentibus connuentibus initum esse matrimonium, vt bene tuetur *ibidem Decianus* contra Paulum & Pegueram proximè allegatos.

17 Octauò infertur, non esse raptum his pœnis obnoxiũ, si non causa libidinis explendæ fiat, sed alia quacumque. Quod constat, nam raptus propriè est luxuriæ species, teste *D. Th.* 2. 2. *q.* 154. *a.* 7. Et ita *D. Isidor. l.* 5. *Etym. c.* 26. & refertur *c.* 136. *q.* 2. raptum, dixit esse illicitum coitum à contũpendo dictum, raptuque potientem, stupro frui. Atq; ita docent *Decius cons.* 234. *n.* 8. *vol.* 2. *Carrerius pract. crimin.* vbi de raptu. §. *Secundo casu princ. n.* 12. *Bossius pract. crim. t. De raptu mulieris, n* 17. *Iul. Clarus l.* 5. *recept.* § *Raptus, nu.* 1. *Decian. tract. crimin. l.* 8. *c.* 7. *n.* 38. *Cantera quæst. criminal. quæst. tangentibus punitionem delicti, c.* 4. *nu.* 22. *Peguera decis. crimin. c* 42. *n.* 7. *Azebedo lib.* 8. *recop. t.* 13. *l.* 2. *n* 91. *Vela de pœnis delict. c.* 29.

18 Dubitabis autem, num de fideretur ad raptus pœnas, copulam subsecutam esse? Affirmant quidam. Quod colligunt ex *l. vn. C. de raptu virg. paulo post principium*, ibi, *Cum virginitas vel castitas corrupta restitui non possit.* item, quia pœnæ illius legis eò tendunt, vt copula vitetur. Ita *Ananias* testans ita iudicatum Bononiæ, *c penult. in fin. de raptor. Copola cons.* 57. *col.* 2. *Decius cons.* 234. *n.* 8. *vol.* 2. *Boerius decis.* 319. *nu.* 4. *Rumin. cons.* 571. *nu.* 19. *vol.* 5. *Perez. lib.* 8 *ord. t.* 15. *rub. f.* 279. §. *Quæritur, quis rapuit virginem*: & addit hoc esse verum, siue raptor se à copula abstinuerit, quia noluit, siue quia non potuit. Alii tenent contrarium. Ita *Baldus l. Si quis non dicam rapere, in fin. C. de episc. & cler. Paulus l. penult. nu.* 5. *C. eod. t. Bossius pract. t. de raptu mulie. n. n.* 8. *Greg. Lop. d. l.* 2. *t.* 20. *p.* 7. *verb. Ofaziendo*, per illam l. ibi: *Robando o faziendo*. Et illa ductus tenent idem *Zavalles qu. pract. q.* 596 *n.* 28. *Cantera q. crimin. quæst. tangentib punitionem delicti, c.* 4. *n.* 20. *& n.* 22. vbi addit, siue raptor potuerit habere copulam, & noluerit, siue nõ potuerit, locum esse pœnis raptus. Sed placet distinctio communis DD. vt si raptor à copula se abstinuerit, pœnitentia ductus, & nolens habere, quamuis potuerit, non sit ordinariis raptus pœnis obnoxius, sed extraordinariæ: secus si copula subsecuta non fuerit, quòd ad eam peruenire non potuit. Sic docent *Hippolytus* latè probans *d. l. vn. nu.* 254. *Bermond. Chouer de publicis concubinarits.* vbi de stupro, *n.* 32. *fin. & seq. Carrerius pract. crim.* vbi de raptu. §. *Secundo casu principali, n.* 8. *fin. Iul. Clarus lib.* 5. *recept.* §. *Raptus, nu.* 4. *Conar. elem. Si fuerioſus. de homic. 2. p. sint. n.* 8. *Ant. Gom. l.* 80. *Tauri num.* 40. *Decian. tract. crim. l.* 8. *c.* 7. *n.* 38. *Menoch. de arbit. l.* 2. *centur.* 4. *casu* 360. *n.* 32. *Mascard. de probat. conc.* 1259. *nu.* 37. *Hieronym. Gab. cons.* 172. *n.* 2. *& 6. vol.* 1. *Peguera decis. crim. c.* 43. *n.* 2. *Azebedo l.* 8. *recop. t.* 13. *l.* 2. *n.* 89. *Vela de pœnis delictorum, c.* 29. §. *Vnde dicendum est.* Limitant bene *Conarr. & Decianus*, nisi rapta sit monialis, raptor quippe pœnam ordinariam subibit quacumque ex causa copula non sit subsecuta.

Ex qua resolutione colligitur decisio illius quæstionis, 19
An conatus ad rapiendum eo non subsecuto, quia rapiés non potuit, astrictus sit pœnis ordinariis raptus? De qua latè consulendi sunt *Menoch. de arbitr. l.* 2. *centur.* 4. *casu* 360. *Zavalles q. pract. tota qu.* 540. Sed breuiter teneri sic conantem pœnis raptorum: vt si vadat mulieris domum hominibus armatis comitatus ad eam rapiendam, nec eam inueniat, & ideo cesset raptus, docent gl. *Insist. de vi bon. rap. in princ. verb. Comprehẽdatur, Hippol.* late probans *d. l. vn. n.* 244. *& seq. C. de rapt. virg. Corsetus in sua notabilibus, verb. Vis, Cantera nu.* 20. vbi citatus est nu. præced. Ducuntur, quòd in atrocioribus delictis conatus pro facto reputetur, vt notat *Cardin. Clem. Pastor. alii, in princ. n.* 3. *notab.* 8. *de sent. & re iud.* colligens ex eo textu. At verius est sola pœna extraordinaria puniendum esse eum conatum. Quod probant *Conar. Ant. Gom. n. præced. alleg. Menoch. dict. casu* 360. *num.* 35. & addit bene *Conar.* id esse verum, licet conatus ad rapiendam mulierem adhibitus fuerit, ea non rapta, nec è monasterio abducta.

Nonò infertur, desiderari ad raptum vt pœnis iuris sub- 20
iacerat, traductionem de loco ad locum, vnde si absq; traductione cognoscatur violenter femina, erit copula vi extorta, non autem raptus, *l. Mariti lenocinium*, 29. *in fin. ff. ad l. Iuliam, de adult.* ibi: *Eum autem qui per vim stuprum intulerit vel mars vel femina.* Cõstat etiam ex *c. Lex illa*, Quod est Gelasij Papæ, 36. *q.* 1. ibi: *Raptum dixit commissum esse, vbi puella de cuius nuptiis nil antea actum fuerat, videatur abducta.* Extra docent *Bald. l. Sed eximendi, paulo post princ. vers. In glossa quæ incipit. ff. Ne quis eum qui, Host. sum. t. De pœnis rapt. corporum, n.* 1. *vers. Dicitur ergo raptor. Alberic. l vn. in fin. C. de raptu virg. Et in suo dictionar. lit. R. verb. Raptus, & l.* 2. *de statutis, q.* 31. *num.* 1. *& 2. Guido singulari* 1007. *n.* 1. *Paulus l. pen. num.* 4. *C. de episc. & cler. Hippol. singul.* 65. *nu.* 2. *Bertrand. cons.* 39. *vol.* 6. *Cuman. cons.* 95. *n. vn. Bonifacius de Vitalinis tract. de malefic. t. De adulterio, incestu & sodomia, n.* 12. *Gand. de malef. t. de multis quæstion. dependentibus à statutis, n.* 19. *Carrer. pract. crim.* vbi de raptu, §. *Secundo casu principali, n* 1. *Navar. l.* 5. *cons. in vtraque edit. t. Deraptoribus, cons.* 1. *n vn. Bossius pract. t. de raptu mulieris, num.* 3. *Iul. Clarus* multis citatis, & dicens esse omnium, *l.* 5. *recep.* §. *Raptus, n.* 1. *Ant. Gom. l.* 80. *Tauri, nu.* 41. *Decian. tract. crimin. l.* 8. *c.* 7. *n.* 31. *Mascard. de prob. conc.* 1259. *nu.* 20. *&* 23. *Perez lib.* 8. *ordinam. t.* 25. *rub. f.* 279. §. *Quæro quando dicatur raptus, Azebedo lib.* 8. *recop. t.* 13. *l.* 2. *n.* 82. *Peguera decis. crim. c.* 42. *num.* 8. *Zavalles quæst. pract. q.* 596. *n.* 3. *Bermond. Chouer de publicis concubin.* vbi de stupro; *nu.* 19. *Vela de pœnis delict. c.* 29. *paulo post princ. Manuel* 1. *tom. sum.* 2. *edit. c.* 232. *n.* 2. *Vega* 2. *t. sum. cap.* 34. *casu* 157. *notab.* 2. *Emman. Sa sum. v. Matrimonium, in princ. n.* 9. Quare credendum minime est *Rebuffo l. Marcellus.* 9. *v. Rapere ff. de verb. sig. & Cantera quæst crim. quæst. tangentib. punitionem delicti c.* 4 *n.* 20. dicentibus ad raptum non desiderari traductionem de loco ad locum. Quamuis verò absque ea traductione non sit proprie raptus: at plectetur vi cognoscens poena capitis & amissionis bonorum, instar veri raptoris, in hoc regno Castellæ. Quòd id disponat *l. reg.* 3. *ti.* 20. *p.* 7. ibi: *Faziendo con alguna dellas por fuerça.* Et ita obseruant ibi *Greg. Lop. v. Ofaziendo, Ant. Gom. d. l.* 80. *n.* 41. *Zavallos d. q.* 596. *n.* 6.

Nec qualiscumque traductio de loco ad locum sufficit, 21
sed debet esse ad effectum abducendi, & non gratia commodioris vsus & coitus. Id enim non est vere traducere de loco ad locum. Ita *Cuman. Bertrand. Iul. Clarus, Decian. n.* 32. *Mascard. n.* 20. *Azebedo nu.* 83. *Peguera, Zavalles nu.* 5. *Vela. §.* 5. *cit. num prec.* Vnde non satis erit, si puella de vna camera in aliam extrahatur. Quod non id sit ad effectum abducendi, sed ad commodiorem coitum. Ita *Bertrandus, Iulius Clarus, Decianus, Azebedo, Mascardus nu.* 21. *Peguera, Zavallos ibidem.* Nec similiter sufficiet, si rapiatur à via publica, & seorsum abducatur. Quia id est gratia commodè coeundi: is etenim actus occultum locum petit. Sic *Cuman. Carrer. nu.* 2. *alleg. n. præced.* Tandem, nec satis est, si quis puellam in agro repertam, per aliquot passus abducat, vt eam carnaliter cognoscat, quoniam id ad commodiùs coeun-

cumditum fit. Sic *Bertrand. Iul. Clar. Mascard. nu. 21. Azebedo, n. 83 & seq.* Imo plus dicit *Decianus d. nu. 32.* non sufficere si de via in campum gratia commodioris vsus vehatur. Id tamen monendum, esse verum raptum, si feminam animo abducendi in alium locum, quispiam è loco rapiat, quamuis eam ad locum destinatum minimè perduxerit. Quòd ita sit vera de loco ad locum abductio & animo abducendi facta. Ita docet *Bald. n. præced. allegatus.*

22 Decimò infertur, raptum pœnis iuris subditum petere, vt sit mulieris honestarum. Constat ex *l. vlt. statum in princ. C. de raptu virg.* ibi: *Raptores virginum honestarum, vel quarumlibet viduarum*, Vbi *gl. v. Virginum & Hippol. vbi n. 210.* dicunt particulam illam, Honestarum, determinare etiam sequentia: ita vt in quocumque casu, & in quacumque muliere intelligatur, dummodo sit honesta. Quod etiam clarè expressit *l. regia, § 1. 20. p. 7.* Et constabit amplius ex dicendis in sequentia. Si tamen mulier sit honesta, siue virgo, siue nupta, siue vidua, siue soluta sit, erit raptus, vt constat ex *cod. l. vn. & ex cod. l. regia 3.* Et docent *Hoss. sum. t. de pœnis raptorum corporum, paulo post princ. Grillandus de pœnis omnisfariam coitus, § 10. n. 1.* (habetur *to. 11. tract. p. 1.*) *Roniscius de vitalium tract. de maleficiis, t. De raptorib. n. 2. & t. de adulterio, incestu, & sodomia, n. 12. Carrerius pract. crimin.* vbi de raptu, § *Hinc nulla occasione, aliqua de raptu differamus, n. 1. & 8. Ant. Gom. l. 80. Tauri n. 36. Decianus tract. crim. l. 8. c. 7. nu. 17. Cantera quæst. crim. quæst. tangentibus punitionem delicti, ca. 4. nunc. 20. Azebedo lib. 8. recop. t. 13. l. 2. n. 49.*

23 Tandem infertur, meretricis raptorem non incidere in pœnam, *Lvn C. de rapt. virg. & l. reg. 3. t. 20. p. 7.* Quòd ad eas pœnas incurrendas desideretur honestas in muliere rapta (vt n. præc. probaui) sed is raptor pœna extraordinaria arbitrio iudicis puniendus erit. Constat etiam ex *l. Verum est. 40. ff. de furtis*, ibi: *Verum est, si meretricem alienam auferam, rapisse: quia non esse furtum.* Atque ita docent *gl. Institut. de public. iudicia, § item, l. Iul. a. v. Viduam. Bart. d. l. Verum, num. 3. Angel. l. vn. n. 3. C. de raptu virg. & ibi Hippol. num. 210.* & ibi omnes. *Conar. l. 2. var. c. 14. n. 2. fin. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 3. casu 291. n. 3. Iul. Clarus li. 5. recep. § Raptus, n. 5.* & omnes DD. statim allegandi. Quod temperandum est primo, nisi vitæ ante actæ pœnitentia ducta meretrix illa vitam honestam agere cœpisset: ita vt non sufficiat pœnitentia illa absque honestæ vitæ inceptione. Ita *Salicet. d. l. vn. n. 3 oppos. 1. & ibi Hippol. n. 19. & seq. Ananias c. fin. nu. 3. in fin. de raptor. Bermondus Clouet de publicis concubin.* vbi de stupro *n. 22. & seq. Grillandus de pœnis omnisfariam coitus, q. 10. n. 25. & duplici seq.* (vterque habetur *tom. 11. tract. p. 1.*) *Carrer. pract. crim.* vbi de rapt, § *Hinc nulla occasione, aliqua de raptu differamus, nu. 12. Decianus tract. crim. l. 8. c. 7. n. 9. Ant. Gom. l. 80. Tauri, nu. 45. Mascard. de prob. conc. l. 1259. n. 14. Azebedo lib. 8. recop. t. 13. l. 2. n. 110.* Atque ita intelligendi sunt *Bald. d. l. vn. n. 21. & ibi Alberic. nu. 10. Cyn. n. 3. 9. 1. Paulus l. penult. nu. 1. C. de epis. & cler. Greg. Lop. l. fin. v. Fuer. ca. 3. 17. p. 7. Peguera decis. crim. c. 45. n. 15.* vbi raptorem meretricis pœnis subdunt, quando meretrix renitebatur, præterita vitæ pœnitentia ducta, volens in posterum ab ea desistere. Intelligendi enim sunt, si vna cum pœnitentia illa cœpisset honestam vitam, alias sola pœnitentia non sufficeret iuxta dicta. Secundum temperandum est, nisi meretrix ea iustam haberet renitendi causam, vt si contrahere ob consanguinitatem, vel affinitatem cum raptore. Ita *Alberic. Cyan., Paulus Greg. Lop. Peguera, ibid. Azebedo d. l. 2. n. 111.* Sed melius *Salicet. & Carrer. proxime alleg.* dicunt adhuc nō esse locum pœnis raptus, sed incestus. Quia desicit honesta vita in rapta, quæ omnino ad pœnas raptus incurrendas necessaria est. (vt n. præc. probaui.) Tertium temperandum est, nisi meretrix illa esset contugata. Quia tunc marito iniuriam raptor illius meretricis, ac subinde iure optimo raptoris pœnis obnoxius esset. Ita *Paulus, Hippol. n. 30. Carrer. Ant. Gom. Decian. n. 14. Mascard. nu. 15. Azebedo n. 107. super citati.* Quod intellige, nisi maritus esset leno. Tunc enim etiam respectu ipsius cessaret iniuria. Sic *Hippol. n. 31. Carrer. Decian. Mascard. na. 19. Azebedo ibid.* Atque ita intelligendus est *Ang. d. l. vn. n. 6.* dicens non esse raptum, quamuis meretrix nupta sit. An verò dicatur meretrix, seu inhonesta mulier, quæ semel sui corporis copiam fecit, ita vt non sit locus pœnis raptus? consulendi sunt *Decian. to. 1. c. 7. n. 12. & Vela de pœnis delict. c. 26. corol. 4.*

SVMMARIVM.

An eisdem pœnis raptus subdatur mulier rapiens virum vel aliam feminam? Refertur quadruplex sent. assertiua. n. 24.
Proponitur contraria Auctoris sententia, n. 25
Soluuntur argumenta, n. 26.
Post nun. 36 aduertes alia summaria.

QVÆSTIO II. An eisdem pœnis raptus subdatur femina rapiens virum, vel aliam feminam? Quidam affirmant eisdem pœnis raptus obnoxiam esse feminam viri rapticem. Ducuntur primùm, quòd quamuis *l. vnic. C. de raptu virg.* loquatur de viro rapiente feminam, & similiter *Leg. 3. tit. 20. p. 7.* & illi raptui vtraque lex pœnam decernat: at cum militet eadem ratio in femina virum rapiéte, ad eum euentum extendenda est. Secundum, quia dum eæ leges de viro raptore, loquuntur, verba, gratia frequētioris vsus posita sunt, quòd frequentius id contingat, quàm oppositum. Verba autem gratia frequētioris vsus posita in lege, eam restringere minime solent, quin ad casum minus frequentem extendantur (vt late probaui *l. 6. disp. 29. n. 10.*) Et multis similibus adductis probat *Th. Aquel. de retractu lignag. § 10. glos. 3. n. 4. & seq.* Tertium, quia textus interdicētes incestuoso debitum petere, ac aliud matrimonium inire, de solo viro loquuntur. At ad vxorem quoque eiusdem criminis ream extendi, dicemus hoc li. 7. disp. 15. n. 2. Ergo idem dicendum erit de pœnis viri raptoris, extendi nimirum ad feminam rapticem. Quartum, quia textus statuunt vxoricidium esse matrimonii ineundi impedimentum, & tamen multi, & non pœnarum auctores, extendunt ad viricidium, vt dicemus hoc libr. disp. 16. nu. 5. Quintum, quia *d. l. vn. § Et siquidem, vers. Pœnas autem*, clare loquitur de masculis & feminis: & ad finem concludit. *Sed & si quis inter hæc ministeria seruilis conditionis fuerit comprehensus citra sexus discretionem.* Quòd si dicas ibi esse sermonem de opem ferentibus raptori, atque æquè comprehendi feminas ac masculos raptui auxiliantes: nil proderit euasio. Quia si femina opem ferens raptui comprehēditur sub illis pœnis: ergo à fortiori femina ipsa raptrix. Quam consequentiam minùs in modum confirmat *c. 2. de apostat.* iuncta communi doctrina. Nam ibi soli acolytho, qui ministerium exhibet sacerdoti repabtizanti imponitur irregularitas: & cum nullus alius textus sit ipsi sacerdoti repabtizanti eam statuens; omnes DD. eum textum ad sacerdotem rebaptizārem extendunt, ac afferunt per eum textum esse irregularem. Cuius extensionis rationem optimè explicat *Suarez 3. p. qu. 71. a. 4. disp. 31. sect. 6.* quòd ea irregularitas sit propter nefandum ministerium, quod multo magis conuenit repabtizanti, quàm ministrantis: & quòd ea cooperatio non sit in rebus & actionibus distinctis, sed in eadem actione. Quod in præsenti casu prorsus inuenitur. Quippe perus delinquat femina ipsa rapiens, quàm si rapienti opem præstet, ac cooperatio illa & auxilium non sint in actionibus distinctis, sed in eadē. Si ergo femina auxilium raptui præstans incurrit pœnas raptus: vt expressè decernit *d. l. vn.* à fortioti incurret ipsa femina raptrix. Et tandem, quia quādo verba possunt adaptari mulieribus: sicut masculis, & materia potest conuenire vtriq; sexui, masculinum comprehendit femininum etiam in pœnalibus & odiosis, iuxta doctrinam Bartoli communiter receptam *Litura in fine ff. de legibus.* Atque ita *Clem. 1. de reg.* statuitur vt religiosi mendicantes ex Pontificis licentia transeuntes ad non mendicantes, vocem & locum in capitulo minimè habeant: & tamē *gl. ibi v. Quoslibet, in fin. Cardin. ibi, in princ. q. 7. n. 15. Imola n. 8.* & communis, affirmant extēdi masculinum ad femininum, ac proinde comprehendi quoque moniales transeuntes. Ita igitur dicendum erit in præsenti. Et hæc sententia est valde probabilis: & illam sustinent *gl. d. l. vnic. verb. Sponsam, & ibi.*

Bald.

Bald.n.23.idem Bald.l.penul.n.7.C.de epiſc & cler.& l.Si ita,q.1. in fin.ff.de inuiſto,rupto, & irrito, facto teſtam. & cap. Cauſam matrimonij,de probat.in fin. Et forte eſſe veram dicunt *Hoſt. ſum.t.De pœnis raptorum corporum,nu.1.verſ. Hoc autem delicti ũ, & Azo ſum.t De raptu virg.n.3.* Eãdem ſuſtinent *Ananias c.ſi. nam.de raptor. Angelus dict.l.vn.in fin.* dicens ſemel ſe vidiſſe Florentiæ meretricem comburi, quod puerum rapuiſſet. *Hippolyt.d.l.vn.n.225.& l.Si quis viduam,nu.6.ff.de queſt. Carrerius pract.crimin.vbi de raptu,§.Hinc nacta occaſione aliqua de raptu diſſeramus,n.27.& 29.Barbatius conſ.64.n.12. vol.1.Petr. de Bermã in addit.ad Ias.Butricanem l Raptores, col.penult. C.de Epiſ.& cler.Frãc.Currius.& collectarius,* quos refert & ſequitur *Tiraqu.de retractu lignag.§.20.gl.vn.n.4.vbi n.5.& l 9. connub. n.112.* refert varias feminas virorum raptrices, *Lud.Gom.regul.Cancel.de infirmis reſignantibus, q.6.§.Sed his non obſtantib. Ant.Gom.l.80.Tauri,nu.37. Contra quæſt.crim.quæſt. tangentib.punitionem delicti,c.4.n.20.Azebedo lib.8.recop.t.13.l.2.nu. 95.Vela tract.de pœnis delict.c.29.§.Tertio ex illa, Enriq.l.12. de matrim.c.14.n.4.Manuel t.10.ſumm.2.edit.c.232.n.4.Vega 1.10. ſum.c.34.caſu 157.notab.5.*

25 His tamen non obſtantibus, verius eſt minime comprehendi feminas virorum raptrices,ſed alia pœna extraordinaria puniendas eſſe.Ducor primùm, quòd ſolius viri rapientis meminerit *l.vn. C. de rapt. virg.* nec femineum ſub maſculino claudatur, maximè in odioſis & pœnalibus, *l.1.§. Quare,ff.de vent.in poſſ.mitt. & l.iuxta.ff.de verb ſig.* Secundùm, quòd leges non adaptentur iis quæ ratiſſimè contingunt,ſed ea ſola quæ frequenter accidunt,ſpectent ac comprehendant, *l. Nam ad ea.ff.de legib.* At ratiſſimum & vix auditum eſt, vt femina virũ rapiat.Tertiũ,quia *d.l. vn.§. Et ſi quidem,verſ.Pœnas autem,* vbi pœnas ſtatuit aduerſus opem ferentes raptui , volens vtrumque ſexum id efficientem comprehendi,id expreſſit: *& ad fin.verſ.Sed & ſi quis,* iubens hos auxiliantes,ſi ſerui ſint, concremari, neutrius ſexus rationem eſſe habẽdam decreuit: quòd opem ferre lenocinando,vtrique ſexui & commune & frequens ſit. Si igitur quando vtrumq; ſexum comprehendere voluit,bis expreſſit:nõ obſcurum indicium eſt, noluiſſe eam comprehendi ſexum femineum, dum raptoribus eademmet lex pœnas indicens , ſolius viri rapientis meminit. Quartõ,quia ob eandem rationem, multi ſentiunt viricidium non eſſe impedimentum matrim. quòd intra ſolius vxoris occiſionis meminerint:& illud delictum ſit rarum: hoc autem frequens. Quod auctoribus relatis ſequemur hoc lib.diſp.16.nu. 6. Quintùm, quia cùm maior honeſtas deſideretur in femina, *l.Si furioſi, C. de nupt.* atrocius delictum eſt raptus feminæ perpetratus à viro,quàm ſi femina virum rapiat. Multo enim grauior iniuria irrogatur honeſtati feminæ raptæ,quàm viri rapti. Quippe nec maſculus raptus,nec eius parentes, ac conſanguinei eam iniuriam & infamiam patiuntur: ac quãdo femina rapta eſt. Quamobrem cùm pœna delicto commenſurari debeat, *c.Non afferamus,24.q.1.* par non eſt, pœna raptori feminarum inflicta plecti mulierem viri raptricem. Sextum, quia tunc verba,gratia frequentioris vſus poſita in lege,extenduntur ad altos caſus non ita vſitatos, quando in vtriſq; eadem ratio inuenitur, vt latè *Tiraq.de retract. lignag.§.20. gl.vn.nu.6.* at in raptu viri à femina commiſſo non inuenitur eadem ratio,vt proximè probaui.Tandem,quia frequentia maior delicti , & maior inclinatio ad illud admittendum , ſunt in cauſa, vt pro minori delicto grauior pœna imponatur,vt tradunt optimè *gl.c. Admonere,v.Exiſtimes 33.q.2.D.Th.4.d.37.q.2.a.2.ad 2.& ibi,D. Bonau.a.2.qu.2. corp.Ricar.ibi,a.2.q.2.ad vlt. Turrecr.c. Interfectores,a.2.nu.5. in ſolut.ad 1.33.q.2.Euerard.in ſuis Topicis,loco ab effectu,n.6.* Cum igitur rapi virum à femina ratiſſimum ſit,ac modica ſit in femina pronitas ad id perpetrandum , non eſt veriſimile, ac rationi cõſonum, pœnam raptus perpetrati per virum, extendi ad raptum per feminam admiſſum. Et ita huius ſent.ſunt *Cynus,l.vn.n.4.q.2.C. de rapt.virg,& ibi. Alberic.n.11. Salicet.n.7.Guilliel.relatus à Baldo, l.pen.n.7.C. de epiſc.& cler. Grillandus de pœnis omnifariam coitus, q.10.n. 23. Bertachinus in ſuo repert.lit.M.v.Mulier,§. Mulier punitur,verſ. Mulier rapiens & lit.R.v.Raptor mulieris,verſ. Raptus pœna, Mentalinus l.3.fin.t. 20.q.7.Iodoc.in ſua pract.c.95.nu.17. Iul.Clarus l.5.recept. §. Raptus,n.6. Menoch.de arbitr.l.2.cent.3.caſu 291. fin. Decian. tract. crimin.l.8.c.7.n.27.Gothofred.auctor quidam modernus, l.vn.v. Etiam femina,C.de rapt.virg.Veracr.append. ad ſpec. vbi de rapt. fol.84.§. Reſpondetur quod raptus.* Quod ſi femina feminam rapiat,conſulendi ſunt DD.citati,& breuiter exiſtimo,nõ extendi eas pœnas ad hunc raptum. Quòd hic quoque caſus ſit ratiſſimus.Quamuis videam multos tenere oppoſitum.

Ad argum.n.24.propoſita reſpondetur.Ad 1.conſtat ex 26
dictis nu.præc.non ſubeſſe eandem rationem in vtroque caſu.Ad 2.dic,non gratia frequentioris vſus factam fuiſſe mentionem de feminarum raptu: ſed quod alter caſus ſit ratiſſimus,& ita leges illum non ſpectent. Deinde eſto id eſſet verum, non ſubeſt eadem ratio . ac proinde verba, gratia frequentioris vſus ibi poſita, non extenduntur ad alium caſum iuxta num. præced. dicta. Ad 3. dic, ſubeſſe prorſus eandem rationem affinitatis contracto cum altero coniuge in vtroque caſu , & vtrumque ſatis frequentem eſſe.Ad 4.dixi n.præced. cõtrariam ſententiam eſſe veriorem.Ad 5.dic,eum locum potius fauere noſtræ ſententiæ,vt n.præc.probaui.Nam ibi imponitur pœna ſiue maſculis ſiue feminis auxiliantibus viro, qui mulierem rapit. Nec inde infertur feminæ quoque raptrici imponi. Quia raptus ſubiacens pœnis & auxilium hoc verſantur circa eandem actionem:ſicut rebaptizatio ſacerdotis & miniſterium acolythiræ proinde optimè inferretur, auxilians viro vt feminam rapiat,incurrit pœnas:ergo & ipſe vir rapiens:iuxta *id c.1.de apoſtata.* At auxilium obnoxium illis pœnis non eſt,ſi femina virum adiuuet,quo aliam feminam rapiat,ac proinde ex pœna adiuncta auxilianti circa diuerſam actionem , non infertur principalem exercentem actionem diuerſam,nempe feminam viri raptricem ſubdi illis pœnis.Ad vltimum dic,id eſſe verum,quando ſubeſt eadem ratio , vt in exemplo ibi relato contingit. Ratio enim illius deciſionis(vt ex præfatione illius textus conſtat)eſt,vt profeſſores cuiuſuis ordinis in ſua vocatione perſiſtãt, ac quietiorem, in ordine ad quem tranſeunt, vitam agant:quæ æquè in monialibus habet locum, non in noſtro caſu non militat eadem ratio.

SVMMARIVM.

An rapta nubens raptori amittat lucrum quod ſibi lege defertur?propoſitis 17 quædam ſunt n 27.
Contraria adducuntur.n.28.
Soluuntur argumenta,n.29.
Poſt n.29.ſummaria alia ſummaria.

Quæstio III. An rapta nubens raptori amittat ipſius 27
raptoris bona.quæ ob raptus iniuriam ſibi lex ciuilis deferebat, iure canonico prædictam legem corrigente ? Præmittendum eſt *l.vn.C.de raptu virg.§. Et quidem, verſ. Sin autem,* bona raptoris & auxiliantium,ſtatim ad raptæ dominium transferri. At *auth de raptu mulier. §. vnic. verſ. Sanximus,& l.regia 3.t.20.p.7.* ſanciri, ea bona à muliere deperdi,ſi raptori nubat. Quæritur ergo, an hoc habeat locum attẽto iure canonico, quod libertati matrim. valde fauet, ab eo omnem pœnam excludens? Duplex eſt ſent.Prima ait eam legem non eſſe iure canonico correctam : ac proinde id bonorum lucrum non deferri mulieri raptæ,ſi raptori nubat.Ducitur,quoniam cùm bona illa raptoris ſint lucrum quoddam per legem ciuilem delatum mulieri raptæ,eadem lex ciuilis deferens lucrum,appoſuit cõditionem,niſi rapta raptori nubat,ut conſtat ex *d. auth. de raptu mulier.* quod ſi dicas eam non eſſe conditionem , ſed pœnam:quod lucrum ſit iam delatum per *d.l.vn.* Saltem negari nequit in regno Caſtellæ eſſe conditionem lucro acquirendo adiectam,attenta *l.regia 3.tit.20.p.7. ibi, E demas dexen de ſer todos los bienes de la muger , que à ſi enuieſſe robadas: ſi ſe caſaſſe con el que la*

robo,

rodo, o forzò, non auiendo otro marido. Ergo nubens raptori amittit id lucrum, tamquam conditionem minime impiens, l. Cum ita legatum, in princ. ff. de conditio & demonstrat. Nec euaditur difficultas, si dicas eam conditionem nuptias impedientem reiici tamquam inhonestam, & libertati matrimonij obstantem. Quòd ea conditio non inducat viduitatem, nec matrimonij ineundi libertatem auferat: sed tantùm impediat matrimonium cum raptore, tamquam indigno. At vtroque iure admittitur conditio quæ impedit nuptias, non absolutè, sed cum certa persona indigna, sub pœna amissionis lucri, quod comparandum erat, abstinendo nuptijs illis. Nil enim iam acquisitum aufertur, sed lucrum comparandum parendo conditioni, vt diximus l. 1. disp. 34. n. 39. & seq. Secundò, quia tantum abest vt ius canonicum legem ciuilem in hoc correxerit, vt potius eam approbarit, vt constat ex c. Cum secundum leges, de haret. in 6. ibi: Et mulier humanam legem transgrediens, raptorum nuptias eligens, bona omnia quæ per legem sibi obuenerant à raptore, amittat. Et confirmatur, quia supponit esse delictum, si rapta nubat raptori, vt constat ex comparatione quam ibi facit textus, inter contrahentem incestas & nefarias nuptias, & mulierem contra legis humanæ præscriptum nubentem raptori. Et ideo hæc sent. tenent glos. ea cap. Cum secundum leges, verb. Certoq; casu. Ioan. Andr. ibi, ad fin. vers. In glossa. Cum parentes & ibi Anchar. ad fin. vers. Quærit glos. Domin. ibi, in principio, n 6 fin. Anton. c. 1. de spons. al. nu. 12. vers. Quandoque statutum, & ibi Felin. n. 15. fallentia 2. vers. Et quia collata. Franc. Aret. c. Ecclesia, de constit. num. 1. col. 4. vers. His tamen non obstantibus. Et tamquam tutiorem sustinent Anania c. penult. n. 5 paulo post princ. de raptor. & Salicetus l. vn. nu. 12. C. de raptu virg. Eandem tenent Ioan. Lupus cap. Per vestras, notab. 3. §. 3. n. 13. de donat. inter vir. & vx. Lucas de Peña l. 4. in fine, C. de nauicularijs. l. 11. Franc. Curtius addit ad Decium, c. Ecclesia. n. 120. de const. in nona edit. Brunel. de sponsalibus, concl. 19. n. 7. Bonifacius de Vitalinis, tract. de maleficijs, t. de raptoribus, n. 2. in fin. Iul. Clarus l. 5. receptarum, §. Raptus, n. 8. fin. Gothofred. l. vn. C. de raptu virg. verb. Raptum raptori. Et in hanc magis inclinat, licèt cogitandum relinquat Gregorius Lopez l. 3. verb. Casasse, in fine, tit. 20. p. 7. & est valdè probabilis.

28 Secunda sent. (quam veriorem existimo) ait, correctâ esse legem ciuilem per ius canonicum, ac proinde id lucrum deferri mulieri raptæ nubenti raptori. Potissimum huius sent. fundamentum est, quia ob id lex ciuilis abstulit id lucrum raptæ nubenti raptori, quòd ea attenta id matrimonium stare non posset, atque adeò in matrimonij iniustè initi pœnam lucrum denegauit. Cùm ergo ius canonicum legem ciuilem correxerit id matrim. impedientem ac dirimentem (vt num. 41. & sequ. dicemus) corriget quoq; pœnam illi injusto matrim. accessoriam. Et confirmatur, quia l. vnica. C. de raptu virg. §. Et si quidem, vers. Sin autem, prius bona raptoris raptæ detulit: ac deinde interdixit matrimonium. Et postea auth. de raptu mulier. §. vn. vers. Sanctimus, statutum est, vt ea bona non acquireret rapta nubens raptori: quasi iniquum matrim. eligens, in delicti pœnam: vnde causa finalis illius amissionis est prohibitio matrimonij. Ea ergo per ius canonicum cessante, cessat quoque pœna amissionis lucri. Et interdictionem matrimonij esse causam priuationis lucri, clare colligitur ex d. auth. vers. Quia enim, vbi rationem illius constitutionis dicitur esse, quod matrim. inter raptorem & raptam stare prohibitum sit. Insuper solet probari hæc sententia, eo quod lex ciuilis auferat matrimonij libertatem. Quod ius canonicum abhorret. Sed hæc ratio non placet. Quia clarè probat contraria sent. non impediri matrimonij libertatem. Hanc sentent. sustinent glos. c. De puellis, in fin. 36. q. 2. Fredericus cons. 36. Host. sum. tit. De pœnis raptorum corporum, n. 1. fin. vers. Sed numquid. Goffred. sum. t. De raptorib. n. 8. Archid. c. Cum secundum leges, de haret. in 6. nu. 1. vers. Certo casu: & ibi Zenzelinus, & magis in hanc pendet, licèt non omnino asserat, Franc. ibi in princ. nu. 2. Abb. c. Ecclesia, n. 15. de constit. & in repet. eiusdem c. nu. 19. & c. 1. n. 8. de sponsal. vbi Alex. de Neuo num. 24. Felin. n. 60. Decius in nouis edit. n. 120. idem Decius l. Nuptias, n. 12. fin ff. de regul. iuris. Idem Abbas c. penult. n. 4. fine de raptorib. (licèt in hoc vltimo loco trepidet, ac cogitandum relinquat.) Ioan. Lupus c. Per vestras, de don. inter vi. & vx. not. ab. 3 §. 20. n. 8. Alex. l. Seius & Augerius, nu. 4. ff. ad l. falcid. Crottus l. Omnes populi, nu. 44. vers. 4. facis ff. de iust & iure. Conar. 4 decr. 2. p. c. 3. §. 9. num. 2. Decian. tract. crimin. l. 8 c. 13. n. 49. Peguera decis. criminal. c. 42. nu. 2. Vela de pœnis delict. c. 29. Et ex Theologis, Abulens. c. 5 Matth. q. 205 col. vlt. Enrique l. 11. de matrim. c. 14. n. 4. in comment. lit. N. Iud. Lopez 2 p. instruct. de matrim. c. 41. paulo post princ. Manuel 1 to. sum. 2 edit. c. 232. fin. Vega 2. to. sum. c. 34 casu 157 fine.

Ad argum. n. 27. proposita resp. Ad primum dic, eam 29
non esse propriè conditionem, sed pœnam iniqui matrimonij: vt n. præced. explicui. Nec lex illa 3 to. 20. p. 7. aliquid nouum statuit: sed idem quod auth. de raptu mulier. statutum erat. Nec alia replica facit contra nos: non enim tuemur eam conditionem reiici, quasi impedientem matrimonij libertatem, vt n. præced. dixi. Ad secundum dic cum Decio d. c. Ecclesia. n. 120 alleg. n. præced. non esse approbationem legis ciuilis: quòd ponantur ea verba in facti narratione, atque ita non contineant ius: ittxta glossam, c. 2. verb. Non teneri, de dolo & contum. in 6. Ad confirm. dic, supponi esse delictum stante valore legis humanæ. Atque ita ait: Mulier humanam legem transgrediens. Ea tamen iure canonico correcta, cessat delictum.

SVMMARIVM.

In quo consistat specialis malitia raptus in foro conscientiæ n. 30.
An raptus sit species distincta, necessariò fatenda, quando est violentia sine abductione de loco ad locum? n. 31.
Quid, si precibus importunis femina cognoscatur? n. 32.
Quid, si dolo, vel ignorans? n. 33.
Quid, si femina sui iuris inuita abducatur, & post volens cognoscatur: aut è contrà: & sit consternata vtraque vis concurrente? n. 34.
Quid si sub parentum aut tutorum potestate constituta, volens abducatur ipsis inuitis, aut cognoscatur vel inuita, ipsis tamen consentientibus? n. 35.
Quid, si ipsis ignorantibus? n. 36.
An sit raptus fœminæ cuiuscumque status, etiam meretricis. n. 37.
Quid, quando non causa libidinis educitur, aut non venitur ad copulam. n. 38.
An sit raptus propria sponsa, remissiuè? n. 39.
An sit raptus in foro conscientia, si mulier virum rapiat? n. 40.
Post n. 40. inuenies omnia summaria quæ desiderantur.

QVÆSTIO IV. Quid raptus sit, quod attinet ad fo- 30
rum conscientiæ & vt constituat circumstantiam specificam luxuriæ necessariò exprimendã in confessione. Quæstio hæc pendet ex cognitione, in quo consistat specifica malitia raptus. Ea consistit (vt colligitur ex D. Thom. 2. 2. q. 154. a. 7 ad 2. & Cajet. ibi in solut. ad 2. dubium) quòd homo affectu luxuriæ impulsus, eò perueniat, vt quolibidinem expleat, vim inferat fœminæ, aut ijs sub quorum potestate ac cura est. Adde, cùm actus venereus in solo matrim. legitimè exerceatur, quod vt debito ordine seruato ineatur, desiderat fœminæ & eorum sub quorum cura est, beneplacitum, l. vn. ad finem. C. de raptu virg. inde esse, speciatim à debito ordine deuiare copulam raptu extortam, quòd aduersetur beneplacito fœminæ, aut eorum quorum potestati subditur. Ex quo fit raptum duplicem malitiam specificam habere, alteram castitati aduersam: in quantum coitum extra matrimonium claudit: alteram iustitiæ oppositam, ratione violentiæ quam importat. Vnde est duplex species, sicut adulterium, incestus, & sacrilegium duas species diuersis virtutibus aduersas continent. Quare (vt bene annotarunt Caietan. 2. 2. q. 154. a. 1. circa 2 argum. & Vazquez 1. 2. q. 18. a. 10. disp. 53. num. 10.) hæ species non sunt directè contentæ sub genere luxuriæ formaliter contra castitatem: sed in illis omnibus reperitur quædam luxuriæ species infima castitati opposita, illique aliæ species alijs virtutibus oppositæ coniunguntur. Sed obiicies inde deduci, species has per accidens se habere ad luxuriæ speciem. Cuius contrarium docet D. Tho. 2. 2. q. 154. a. 1. ad 2. Sed die sententiam D. Thom. non esse ita accipiendam, quasi ex duplici illa luxuriæ specie

nicā confletur: ſed quia ita comparatur poſterior illa iniuſtitiæ ſpecies, priori luxuriæ ſpeciei: vt quo magis poſterior illa creſcit, eo magis prior augeatur. Cum eo mali libidinis affectus hominem pertrahat, vt illo captus in iniuſtitiam raptus adulteriue prorumpat, aut in ſacrilegium, aut in inceſtum. Atque ita ſe explicuit *D. Thom. in ea ſolut. ad* 2. & illum explicans *Caiet. ea q.* 154. *a.* 7. *in ſol. ad* 2. *dubiū. & Vazquez d. a.* 7. *n.* 21. vbi bene aduertit conſulto non dixiſſe *D. Thomam eo a.* 1. *ad* 2. poſteriorem ſpeciem non comparari per accidens cum priori: ſed dixiſſe non omnino per accidens, ob rationem dictam. Quare *idem D. Thom. q.* 15. *de malo, a.* 3. *ad* 3. dicit, quòd hæ deformitates iniuſtitiæ ordinentur ad intemperantiam, totum ad genus intemperantiæ pertinere.

13 Hinc primò deducitur, quamuis ad pœnas raptoribus iure decretas incurrendas, deſideretur violenta de loco ad locum abductio (vt n. 20. diximus) at vt in foro conſcientiæ raptus ſit, circumſtantiamque raptus ſpecie diuerſam à fornicatione, neceſſario confitendam habeat, id non deſiderari: ſed ſufficere quomodocunque vim feminæ inferri ad copulam extorquendā. Ratio eſt in promptu, quippe vltra fornicationis malitiam aduerſam caſtitati, adeſt malitia violentiæ illatę contra iuſtitiam. Atque ita expreſsè videntur docere *D. Thom. 2. 2. q.* 154. *a.* 7. *& Turrecr. c. Raptu*, 36. *q.* 1. *n.* 3. vbi poſtquam dixere raptum committi, ſiue femina renitens abducatur, ſiue cōſentiens inuitis parentibus, concludunt qualiter cumque vis adſit, rationem raptus conſtare. Et tenent *Sylu. verb. Luxuria, q.* 1. *verſ. Raptu vero*, vbi *Armilla n.* 4. *& verb. Rapina, n.* 4. *Abul. c.* 5. *Matth. q.* 205. *paulo poſt princ. Sotus* 4. *d.* 18. *q.* 2. *a.* 4. *col.* 12. *verſ. De ſimplici verò ſtupro, Nauar. ſum. c.* 16. *n.* 3. *Nauarra l.* 2. *de reſtit. c.* 3. *p.* 4. vbi de lædente in cæteris corporis bonis, *in noua edit. dub.* 2. *n.* 41. *Toledo l.* 5. *ſum. c.* 12. *n.* 7. *Vega* 2. *tom. ſum. c.* 105. *caſu* 1. *ad fin. & tom. c.* 55. *caſu* 25. §. *La ſegunda. Ioannes Meſſels in expoſitione decalogi, præcepto* 6 *cap.* 9.

32 Secundò deducitur idem dicendum eſſe, ſi femina importunis precibus ducta, cōſenſum copulæ prębeat: quādo preces importunæ tales ſunt, vt violentiæ æquiparentur, iuxta n. 10. dicta, ſecus ſi preces importunæ non ſint eiuſmodi. Quod raptus violentiam ad ſui rationem deſideret, vt probaui n. 6. Atq; ita quando ſimplicibus precibus importunis, aut pretio ducitur mulier, non eſſe raptū, tradit *Veracruz. append. ad ſpec.* vbi de raptu, *f.* 81. §. *Verum animaduerſione, & f.* 82. §. *Conſequenter etiam*. Quòd etiā tenentur dicere omnes qui in ea ſunt ſent. vt preces importunæ vim non importent. Quamuis contrarium dicent, ſentientes eas vim continere, DD. vtriuſque ſent. & eorum rationes retuli lib. 4. tota diſp. 7. & ibi diſcuſſi.

33 Tertiò deducitur non eſſe propriè raptum, quando femina abſq; vi aliqua, fraudibus, vel ignorans cognoſcitur, vt ſi quis fraudibus copulam extorqueat: vel rem habeat cum femina dormienti, aut putanti eſſe virum ſuum. Quia licèt fraus & ignorantia illa voluntarium auferant: at vim minimè inferunt, quæ ad verum raptum neceſſaria prorſus eſt. Sicut non eſt rapina, rem à domino ignoranti aut dolis circumuento auferre. At ea copula continet malitiam ſpecie diuerſam à fornicatione, ac neceſſariò confitendam: eaque reducitur ad raptum. Conſtat, quia ea copula non ſoli caſtitati aduerſatur, ſed etiam iuſtitiæ. Negari enim non poteſt aduerſus iuſtitiā delinqui, iniuriam irrogando feminæ, ea præter voluntatem carnaliter cognita. Dixi autē reduci ad ſpeciem raptus: quod nolitio illa feminæ aſſimiletur & accedat violentiæ: cum vtrobique voluntas deſit. Sicut hoc lib. diſp. 5. n. 10. & 11. diximus, acceſſum ad cognatam legalem, vel ad eam cum qua eſt publicæ honeſtatis impedimentum, non eſſe propriè inceſtum, qui in ſola copula cum conſanguineis vel affinibus reperitur, reduci tamen ad eam ſpeciem inceſtus, quod inde oriatur quædam coniunctio affinitati ſimilis, quę per copulam violatur. Sed dices furtum præter voluntatem domini admiſſum, eo nimirum ignorante, aut fraudibus circumuento, nullam ſpecialem malitiam rapinæ ſortiri, nec propriè, nec reductiuè, ſed eſſe ſimplex furtum. Dic diuerſam eſſe rationem: quod tota malitia ſimplicis furti in eo verſetur, vt præter voluntatē domini fiat, eo enim volente culpa vacat. Quare vbi ſola eſt nolitio abſque vera violentia, eſt ſimplex furtum. At malitia fornicationis inuenitur vbi femina copulæ conniuet: quare ipſa non conniuente, ad alterius ſpeciei malitiam tranſit copula illa, ſiue voluntarium auferatur per vim, ſiue per ignorantiam aut dolum.

Quartò deducitur, eſſe raptū ſpecie diuerſum à fornicatione, ſiue femina ſui iuris inuita abducatur domo, & poſtmodum copulæ conſentiat, ſiue ſolum inuita cognoſcatur, quamuis volens abducta ſit. Quia in vtroque caſu inuenitur violentia. Et conſtat ex ijsquæ n. 31. retuliex *D. Thom. & Turrec.* nimirum, eſſe raptum, qualitercumque violentia adſit. Et in propriis terminis eſſe raptum ſpecie diuerſum à fornicatione, quando femina violenter educitur, licèt poſtea copulæ conſentiat, docent *Sotus & Ioan. Meſſels*, vbi eos nu. 31. retuli. Erit tamen explicandum in confeſſione, ſi vtraque violentia adſit, tamquam circumſtantia notabiliter aggrauans violentiæ iniuſtitiam. 34

Quintò deducitur, eſſe raptum explicandum in confeſſione tamquam ſpecie diuerſum à fornicatione, ſi femina ſub poteſtate parentum aut tutorum conſtituta omnino conſentiens ipſis inuitis abducatur domo. Quia quamuis femina etiam virgo iniuriam non inferat patri, conſentiens ſuæ defloratiōni, nec in ipſam volentem defforans (vt diſp. 14. dicemus) at extractio feminæ conſentientis à domo parentum vel tutorum, ſub quorum cuſtodia eſt, manifeſtam iniuriam illis extractioni renitentibus infert, atque proinde eſt noua culpa iuſtitiæ aduerſa. Conſtat ex dictis n. 12. & 14. omnes enim DD. ibi allegati, fatentur illum eſſe raptum. Et præter illos idem fatentur, loquentes de puella ſub parentū poteſtate conſtituta, *D. Thom. Turrec. & Nauarra allegati n.* 31. *D. Anton. 2. p. t. c.* 2. *in princ. Sylu. Nauar. Ioan. Meſſels eod. nu.* 13. *cit. idem Nauarr. l.* 4. *conſ. in priori edit. tit. de ſponſal. conſ.* 32. *n. vnice: in poſteriori, l.* 5. *tit. de raptor. conſ.* 2. *n.* 19. *Abul. c.* 5. *Matth. q.* 203. *Veracruz append. ad ſpeculum*, vbi de raptu, *fol.* 82. §. *Conſequenter etiam. Ouandus* 4. *d.* 43. *diſp. vn. propoſ.* 12. *Palacios* 4. *d.* 34. *diſp.* 2. *col.* 12. *v. Eſt aliud. Salzedo ſuper pract. Bernard. Diaz, c.* 78. *in poſt. edit. in fine. Enriquez l.* 12. *de matrim. c.* 14. *nu.* 4. *Toledo l.* 5. *ſum. c.* 12. *n.* 7. *Emmanuel Sa ſum. verb. Matrimonium, in princ. nu.* 9. *Valentia* 2. 2. *diſp.* 9. *q.* 3. *punct.* 3. *col.* 7. §. *Raptus. Manuel* 1. *tom. ſum.* 2. *edit. c.* 232. *n.* 1. *Vega* 1. *tom. ſum. c.* 55. *caſu* 25. §. *La ſegunda, &* 2. *tom. c.* 34. *caſu* 157. *notab.* 1. Similiter erit raptus quando parentibus conſentientibus ipſa renititur, vt probaui n. 8. Et quando eſt violentia reſpectu parentum, & ipſius feminæ, eſt neceſſario explicandum, vt in ſimili dixi n. præced. fine. 35

Quòd ſi puella volens abducatur ignorantibus parentibus, aut tutoribus, non erit propriè raptus, vt bene docēt *Veracruz. append. ad ſpec. vbi de raptu. fol.* 81. §. *Verum animaduerſione, Enriquez l.* 12. *de matrim. c.* 14. *n.* 5. & rationem reddidi n. 32. Erit tamē ſpecies diſtincta luxuriæ, ac neceſſariò confitenda, vt in ſimili dixi eod. n. 32. Et conſtat, quia multi eum appellant raptum, quos retulin. 13. Et ita eſſe raptū dicit *Abulenſ. c.* 5. *Matt. q.* 203. ſed intellige non propriè eſſe raptum, ſed ad eum reduci, vt declaraui d. n. 32. 36

Sextò deducitur eſſe raptū feminæ cuiuſcumq; ſtatus, etiam meretricis, ſi violenter cognoſcatur aut abducatur. Quia quāuis ſolius mulieris honeſtæ, talis dicatur, vt ordinarijs pœnis raptus, vtpote quæ grauiſſimæ ſunt, obnoxius ſit (vt diximus n. 22.) at in foro cōſcientiæ eſt raptus diuerſæ ſpeciei à ſimplici fornicatione, ac neceſſariò fatendus, qualiſcumque ſit femina, ſi violentia vere inferatur. Quia vis illa ad iniuſtitiam pertinet. Atq; ita *D. Tho. 2. 2.* (quem cæteri ſequuntur) *q.* 154. *a.* 7. explicans luxuriæ ſpecies, indiſtinctè dixit eſſe raptum, ſiue femina virdua, virgo, aut corrupta violenter cognoſcatur. 37

Septimò deducitur hūc raptū qui ſpecies luxuriæ eſt, minimè inueniri, quādo nō cauſa libidinis, ſed alia cauſa ſit. 38

Iux-

iuxta ea quæ n. 17. diximus. Erit tamen tunc alia species iniustitiæ. Nec ad hanc speciem raptus est opus copulam subsequi, sed satis est vim inferri animo libidinis explendæ, sicut adulterium erit coniugatam aggredi animo coeundi: in neutro tamen euentu delictum omnem suam consummationem habebit, copula minimè subsecuta.

39 Vtrum autem sit raptus propriæ sponsæ, & quando sit peccatum: dixi li. 2. disp. 22. n. 14. & sequentibus.

40 Vltimò deducitur, ad speciem hanc raptus necessariò confitendam, nil referre, siue vir rapiat feminam, siue femina virum. Cùm enim vterque raptus violentiam iniustè illatam claudat, vterque malitiam specificam diuersam à fornicatione habet. Quamuis maior sit iniuria quãdo vir feminam rapit, & solus hic raptus pœnis raptorum subiaceat, vt n. 25. probaui.

SVMMARIVM.

An attento iure ciuili, & canonico antiquiori ac nouiori, raptus dirimat matrim. n. 41.

An ius antiquius sit in hoc omnino correctum, ita vt quamuis rapta maneat adhuc sub raptoris potestate, valeat matrim. n. 42.

Raptus alienæ sponsæ an impediat raptorem cum quacumque contrahentem num. 43.

An ipsa quoque sponsa consentiens raptui, afficiatur eodem impedimento num. 44.

An hoc impedimentum intelligatur de sponsa sola de præsenti, siue ea sit virgo, siue soluta, siue sit consummatum matrim. siue non. n. 45.

An desideretur traductio de loco ad locum, & copula secuta n. 46.

Quid si ambo sponsi raptui consentiant, vel sola sponsa, vel solus sponsus & an aliquid conferat ac voluntas vel contradictio parentum, nu. 47. & ibi quid, si sponsus rapiatur.

Quid, si sponsi ignorante, aut eius consensu dolis aut precibus importuni exoto, raptus fiat, n. 48.

Quid, si causa matrimonij ineundi raptus ille fiat, n. 49.

41 QVAESTIO vltima. An raptus attento iure antiquo ciuili & canonico, dirimat, aut saltem impediat matrimonium? Et quidem si ius ciuile attendamus, dirimet vtique matrim. non absolutè, sed inter raptorẽ & raptam. Quod licèt non adeo clarè constet ex *l. vn. §. Et si quidem, vers. Nec sit facultas, C. de raptu virg.* solùm enim ibi sic dicitur, *Nec sit facultas rapta raptorem suum sibi maritum exposcere* Inde enim colligitur interdictum esse id matrim. sed non cassatum. At id clarè constat ex *auth. de raptu mulier. §. vnic. vers. Quia enim*, ibi: *Tale fiare matrimonii prohibuimus.* Stare enim idem est, quod semel initum consistere, ac vires habere tamquam validum. Et id constabit ex dicendis disp. seq. n. 2. vbi ex multis probabimus esse impedimentum dirimens inter raptorem & raptam, quod Tridentinum illud impedierit, vtens ijs verbis: *Nullum posse consistere matrimonium.* Et ita fuisse impedimentum dirimens attento iure ciuili, fatetur *Decianus tract. crimin. l. 8 c. 6. n. 9.* Iure autem canonico antiquo constabat quidem matrim. inter raptorem & raptam interdici, *c. De puellis, cap. Si autẽ, & c. Placuit. 36. q. 2.* non video autem in eis verbum, per quod tale matrimonium denotetur fuisse irritum: quamuis communiter DD. dicant inualidum fuisse. Verùm hæc iura corriguntur per ius canonicum nouius, *c. fin. de raptoribus.* quod inter raptorem & raptam matrim. concedit. Quo standum est, vt vniuersi Doctores fatentur.

42 At difficultas est, an omnino ea iura correcta sint, atque ita attento *d. cap. fin. de raptor.* valeat semper matrim. inter raptorem & raptam. Nam *Martin. de Magistris tract. de temperant. qu. de raptu, concl. 6. & 8.* dicit id matrim. non valere, nisi prius rapta ad pristinam libertatem redacta, parentibusque restituta sit: ac raptor condignam egerit pœnitentiam. Ducitur, quoniam raptor est ipso iure excommunicatus: matrimonium autem tempore excõmunicationis initum, est inualidum. Sed id fundamentum prorsus corruit. Quod vtrumque assumptum falsum sit. Raptorem enim iure antiquo attento, non excommunicatum, sed excommunicandum esse, probauimus num. 2. Matrim. quoque excommunicationis tempore contractum, validum esse probauimus hoc l. disp. 9. n. 2. Alij autem diuerso fundamento ducti asserunt, non posse constare validum matrimonium inter raptorem & raptam, attento *d. c. fin.* nisi puella extra raptoris potestatem constituta, ac in pristina libertate posita, consensum præbeat. Ducuntur, quod *id c. fin. de raptor.* iura antiqua corrigens, id videatur clarè petere, ibi: *Rapta puella legitimè contrahet cum raptore, si prior dissensio transeat postmodum in consensum, & quod ante displicuit, tandem incipiat complacere.* Nam dictio Postmodum, importat longum temporis interuallum, vt ex illo purgatus metus videatur, per *l. 2. vers. Postmodum, C. de custodia reorũ.* quem textum ponderauit *Barth. l. 1. § Duns Scotus. n. 3. & 4. ff. de quæst.* ad probandum confessionẽ tormentis extortam, non statim ac tortura cessat, esse ratificãdam, sed aliquo tempore arbitrio iudicis transacto, ita vt iam tormentorum dolor non præsentaneus videatur. Deinde, quod dictio illa, Tandẽ, videatur importare quandam longissimam examinationem. Ita docent *Barbatius consil. fin. n. 18. & seq. vol. 2. & Bossius practica crimin. t. de raptu mulieris, n. 18.* Cæterùm quamuis hæc fundamenta sint apparentia: mihi certissimum est id non desiderari, sed satis esse, vt matrim. valeat, attento *eo cap. fin.* si rapta adhuc sub raptoris potestate existens, vere libere consentiat. Et hoc est quod *d cap. fin.* intendit, dum petit consensum postmodum adesse, id est, si iam dissensio cessarit. Si enim voluisset id matrim. esse nullum, dum rapta est sub raptoris potestate, id vtique expressis verbis declarasset: vt fecit *Trident. sess. 24. de matrim. cap. 6.* (de quo decreto, disp. tota sequ. est habendus sermo.) Nec credendum est verbis tam ambiguis & obscuris voluisse irritare matrim. Quod est res tanti momenti. Et ideo hanc partem tuentur *Abulens. c. 5. Matth. q. 203 ad 3. Maioris 4. d. 29. q. 2. concl. 2. Couar. 4. decret. 1. p. c. 3. §. 9. n. 1. Turrec. 36. q. 2. c. Apud omnipotẽtẽ, in fine. Veracruz 1. p. spec. a. 15. ad fin. Ant. Cuc l. 5. instit. maior. t. 12. n. 122. Matienzo li. 5 recop. t. 1 rub. glossa 1. n. 142. Enriquez l. 12. de matrim. c. 14. nu. 4. Manuel 1 tom sum. 2. edit c. 232. n. 4. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 157. notabil. 4.* Nec id obscurè significat *Decianus tract. crimin. l. 8 c. 15. nu. 48.* dicit enim valere matrimonium attento *d. cap. fin.* modo appareat clarè de libera mulieris voluntate. Quod (inquit) non videtur apparere posse clare, dum est in potestate raptoris. Sentit ergo valere matrim. si re vera libere consentiat.

Raptus autem alienæ sponsæ impedit hodie matrim. 43
ita vt raptor ille nec cum rapta, nec cum quacumque alia possit inire matrim. non tamen contractum dirimit. Constat ex *c. Statutum, 27. q. 2.* ibi, *Statutum est à sacro concentu, vt si quis sponsam alterius rapuerit, sine spe coniugij maneat.* Atque ita omnes DD: solum raptum alienæ sponsæ impedimentum esse matrimonij non obscurè significant, dum impedimentum hoc raptus referentes, explicant raptum alienæ sponsæ. Et expresè, alium raptum minimè impedire docent *Palud. 4. d. 34. q. 1. a. 2. n. 13. & Caietan. 2. 2. q. 154. art. 7. ad fin. Veracruz 1. p. speculi, art. 15. concl. 2. Matienzo li. 5. recop. tit. 1. rubr. gloss 1. n. 142. Palacios 4. d. 34. disp. 2. colum. 12. vers. An autem raptus.* Et quamuis, *c. Si autem. 36. q. 2.* videantur idem de omni raptu statuere, ibi: *Iterare coniugium non præsumat.* At ne noua inducantur (ait *Caiet. nuper allegatus*) intelligendum est de raptu alienæ sponsæ. Huius autem impedimenti reddit optimè rationem *Sotus 4. dist. 37. q. vnic. artic. 1. col. 4. vers. De raptore*: quod qui alienum matrimonium perturbare ausus est, iure proprij contrahendi merito priuetur: vt in quo deliquit puniatur.

Nec ipsa sponsa rapta, si postmodum assensum raptui 44
præbeat, poterit alio matrimonio copulari. Colligitur à contrario sensu, ex *eo c. Statutum*, ibi: *Et si ipsa eidem crimini consentiens non fuerit, licentia nubendi alij non negetur.* Ita *Veracruz concl. 1. & Palacios n. praced. alleg.*

Sed an hic textus intelligatur de raptore solius sponsę 45
de præsenti; an etiam de futuro, non explicant clarè Doctores. *Glossa d. c Statutum, vers. Rapuerit, & Hugo ibi, & Archid. statim in princ. Bellamera num. vnico, Turrec. num. vnico,* de raptu vtriusque sponsæ videntur intelligere eum textum. At *Paludan. 4. d. 34. quæst. 1. art. 2. nu. 13.* explicans hoc

impedimentum, ait, raptus alienæ sponsæ, id est, vxoris alienæ. Et ratio huius impedimenti relata n. 43. ex Soto videtur persuadere solùm intelligi de raptu alienæ sponsæ de præsenti, & id mihi placet. Durum enim est, in re pœnali & odiosa, nomine sponsæ comprehendi eam, quæ per sola verba de futuro desponsata est. Habebit autem locum hoc impedimentum, siue sponsa illa sit virgo, siue corrupta. Quod bene docent *Palacios & Veracruz n. præcedenti allegati.* Cùm ius non distinguat. Idem dicendum est, siue matrimonium sit consummatum, siue tantùm ratum, cùm in vtroque casu iniuria irrogetur matrimonio.

46 Desideratur insuper ad hoc impedimentum incurrendum, vt raptus ille fiat, traducta sponsa de loco ad locum: prout n. 20. & 21. explicui. Quod (vt ibi probaui) raptus sine ea traductione pœnis iuris minime subiaceat. Existimo quoque desiderari copulam esse subsecutam. Quod alio modo non sit delictum plene consummatum, & iniuria plene matrimonio irrogata. Et quamuis num. 18. ad pœnas iuris ciuilis raptoribus decretas incurrendas, distinxerim, an copula habita non sit ex voluntatis mutatione, an ex impotentia: at, ad impedimentum hoc matrimonij, ea non seruata distinctione, existimo copulam omnino desiderari, quia mitiùs procedit ius canonicum: & in materia fauorabili valde, qualis est matrim. impedimenta eius valde restringenda sunt.

47 Præterea, si raptus sit vtroque sponso consentiente, non existimo locum esse huic impedimento. Quia iniuria perfecta matrimonij punitur: qualis non est, vbi vterque sponsus consentit: nec ille vere est raptus, cum nulli vis inferatur: quamuis sit verum adulterium, propter bonum fidei matrim. violatum, cui neuter coniux renunciare potest. Similiter non erit locus, si solus vir consentiat, vxore renitente, quod cesset similiter perfecta matrimonij iniuria. Si vero sola femina consentiat, erit locus huic impedimento, quia irrogatur iniuria sponso ac matrimonio: immo ipsa quoque ligabitur eodem impedimento, ne soluto eo matrimonio possit alij nubere, vt diximus n. 44. Contradictio autem parentum, aut consensus ipsorum raptui, ad hoc nil confert. Cum in hoc impedimento sola matrimonij iniuria spectetur. Si autem rapiat femina alienum sponsum, non afficietur hoc impedimento. Quod solus raptus sponsæ alienæ hac pœna puniatur, *d. c. Statutum.* Nec pœna ea ad sponsi raptricem extendenda sit iuxta tradita n. 25.

48 Deinde, si ignorante sponso raptus sponsæ consentientis fiat, vel renitentis, aut viro dolis circumuento, non erit locus huic impedimento. Quia raptus hic attenditur respectu violentiæ illatæ viro (vt dixi num. præced.) at non est proprie raptus respectu ipsius, quando solum est ignorans, aut dolis circumuenitur, vt diximus num. 33. & dicemus in simili, disp. seq. n. 12. & sequ. Quod si dicas perturbari tunc matrim. Quæ est ratio huius impedimenti (vt dixi num.) fateor id. At non quæcumque perturbatio matrimonij præstat hoc impedimentum, qualis esset per adulterium vi extortum absque traductione: sed perturbatio per raptum, non est autem propriè talis in hoc euentu. Quod si importunis precibus viri consensus extorqueatur: si eæ tales sint, vt violentiæ æquiparentur: erit locus huic pœnæ. Cum sit proprie raptus: secus non, vt constat ex dictis num. 10. & 32. & ex dicendis disput. seq. num. 10.

49 Tandem, si sponsa aliena, causa ineundi matrimonij cum ipsa, extrahatur, existimo locum esse huic pœnæ. Quia est vere raptus perturbans matrimonium, immo magis quàm si solius libidinis explendæ causa: ibique inuenitur causa libidinis, cum ea tam effrenata fuerit, vt raptorem traxerit ad volendum inire matrim. inualidum cum coniugata, ad fruendum eius concubitu, & hac de causa rapiendam illam.

DISPVTATIO XIII.

Quando attento decreto Tridentini, raptus dirimat matrim. obnoxiusque sit excommunicationi, & pœnis in eo decreto contentis?

SVMMARIVM.

Quando raptor cum suis fautoribus sit excommunicatione & cæteris pœnis Tridentini ligatus: & an ea excommunicatio sit reseruata, seu irregularis: & ea pœna sententiam iudicis desiderent: ac eas incurrat Parochus assistens matrimonio inter raptorem & raptam nondum ad priſtinam libertatem restitutam, n. 1.

An raptus sit impedimentum dirimens attento eo decreto, n. 2.

An ijs pœnis Tridentini locus sit, quando raptus non fit causa inuendi matrim. cum rapta? Refertur quadam sent. n. 3.

Proponitur sententia auctoris, n. 4.

An raptus causa solius libidinis factus, qui est luxuria species, puniatur in eo decreto, n. 5.

Quid de raptu facto vt rapta cum alio ineat matrim. n. 6.

An raptus sine vi & fallacijs de loco ad locum comprehendatur, n. 7.

An desideretur subsequi copulam, n. 8.

Quid, si femina volens abducta sit, & post resistatur? n. 9. & ibi, quid, e contra?

Quid, si rapta non per ducta sit ad locum destinatum, n. 10.

Quid, si importunis precibus aut pretio abducta sit, n. 11.

Quid si dolo, n. 12.

Quid, si inuitis aut ignorantibus parentibus virgo volens rapta fuerit vel ipsa volens volentibus parentibus, n. 13.

Quid, si raptus sit meretricis, aut coniugata, aut cuiusuis status, vel impedimenti quodcumque impedimentum dirimens matrim. cum rapiente, n. 14. & ibi an desideretur matrim. subsequi ad eas pœnas.

Quid, si rapiatur sponsa propria per verba de futuro, n. 15.

Quid, si femina rapiat virum, n. 16.

An irrita sint sponsalia inter raptorem & raptam, n. 17.

Soluuntur argumenta, n. 18.

PRAEMITTENDVM est, *Tridentinum sess. 24. de matrim. c. 6.* aliquot pœnas raptoribus statuisse: nimirum, vt matrim. inter raptorem & raptam cõsistere nequeat, quamdiu rapta in potestate raptoris manserit: secus si extra illius sit iam potestatem, ac in loco tuto & libero constituta. Deinde, vt raptores, ac consilium, auxilium, aut fauorem præbentes, sint ipso iure excommunicati, perpetuo infames, ac omnium dignitatum incapaces: & si clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Tandem, vt raptor teneatur raptam decenter arbitrio iudicis dotare, siue eam duxerit, siue non. Quæ excommunicatio est latæ sententiæ: ac proinde nullum iudicis actum desiderat. Quod constat, quia dicitur ibi: *sint ipso iure excommunicati.* At particula, ipso iure, denotat sententiam latam, vt testatur multis citatis *Tiraquel. l. Si vmquam, verb. Reuertatur, num. 20. C. de reuoc. donat.* Et ita esse excommunicationem latam, fatetur *Veracruz appendice ad speculum*, vbi de raptu, *f. 83. §. Relicta ergo, & fol. 81. §. Hic considerandum.* Cui nemo contradicit. Immo esse excommunicationem Pontifici reseruatam, ait *Manuel 1. tom. summæ, 2. edit. cap. 213. num. 7.* Verum id omnino negandum est. Quod Tridentinum in eo decreto minime reseruet: ac subinde locum habeat regula tradita *cap. Nuper, vers. In secundo casu, de sentent. excommun.* nempe, vt reseruata non sit. De matrimon. an sit ipso iure irritum, dicemus num. seq. Teneri raptorem ad raptam dotandam, manifeste est pœna iudicis sententiam postulans. Quod clare constat, eo quod Tridentinum addidit teneri arbitrio iudicis dotare decenter. Atque ita fatentur *Veracruz appendice ad speculum*, vbi de raptu, *ad fin. fol. 84. & Enriquez libro 12. de matrim. cap. 14. num. 5.* vbi addit arbitrium hoc iudicis fore attenta qualitate raptoris & raptæ. Quia cum sit pœna iniuriæ illatæ, & illa sit maior aut minor attenta vtriusque personæ conditione, merito ea spectanda est ad id arbitrium. Dixi hoc esse pœnam, & exigi iudicis sententiam: quatenus imponitur per id decretum, & dos arbitrio iudicis taxanda venit. Nam si ex raptu pullularet raptæ damnum: id in foro conscientiæ nulla iudicis exspectata sententia, instar aliorum damnorum quæ iniustè inferuntur, resarciendum esse dubitat nemo, & fatetur *Enriquez ibid.* Perpetua quoque infamia sententiam iudicis postulat, vt in simili casu ait *Nauar. sta-*

1

tim

tem allegandus. Et idem dicendum est de ea pœna decidendi à proprio gradu. Atque ita *Enriquez d. cap 14. num. 4* explicans id decretũ, ait de proprio gradu eos deiiciendos esse ac deponendos, manifestè significans non depositos esse, donec ministerium iudicis deponentis accedat. De pœna autem incapacitatis dignitatum posset ambigi. Quod sit pœna priuatiua: propter illa quæ allegabo l. 10. disp. 30. num. 1. Cæterum ea regula de pœnis priuatiuis non est certa (vt dicam ibi, num. 2.) Atque ideo merito inhabilitatem indigere iudicis sententia, ob eius pœnæ maximam acerbitatẽ, docent *Nauar. in Extrauagante Gregorij XIII. de datũ pro iustitia vel gratia, notab. 31. n. 44. P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 96. §. Quod attinet ad pœnam.* Quod maximè verum est, quia ea dignitatum incapacitas sequitur infamiam, ac proinde immediatè post infamiam potita est in eo Tridentini decreto: infamia autem minimè incurritur ante iudicis sententiam. Ab hac autem infamiæ pœna liberant aliqui raptorem, si raptam ducat. Sic *Enriquez d. c. 14 n. 4. & Manuel 1. to sum. 2. edit. c. 232. num. 1. Vega 2. tom. sum. cap. 34 casu 157. in fine.* Et idem dicit *Enriquez* de dignitatum incapacitate. Ducuntur, quod id credendum sit ex pia Tridentini mente: durum etenim esse raptam cogere, vt nubat infami. Quod in matrimonij gratiamen cederet, contra fauorem, quem ipsi Tridentinum concedere intendit. Præterea, quia *Couar. 4. decret. 2. p. cap. 7. §. 4. n. 11.* dicit *l. vnicam, C. de raptu virgin.* imponentem raptori pœnas, non ita strictè debere seruari in sponso de futuro propriâ sponsam rapienti; sed propter præuiam consensus coniugalis promissionem, temperandum esse rigorem illius legis. Sed omnino tenendum est, minimè ab ijs pœnis eximi, si raptã ducat. Quod id apertis verbis ibi decernat Tridentinum: vbi enim dixit posse duci raptam, si ad pristinam libertatem restituta consenserit: & tunc concessit vt eam habeat raptor in vxorem: subdit hæc: *Et nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, & fauorem prabentes, sint ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames, omniúmque dignitatum incapaces.* Vbi ponderanda est dictio, Nihilominus, quæ non minùs, Hispanè, *con toda esso*, significat *l. fin. ff. de in integrum restit.* vt notat *Rebuffus* alios textus allegans, *l. 59. §. Eaque nihilominus, ff. de verb. significe.* Atque ita clarè decidit Tridentinum, non obstãte matrimonio raptoris cum rapta, eum subdi excommunicationis, infamiæ, & inhabilitatis pœnis. Nam hoc est compellere raptam, vt infami nubat. Nemo enim eam cogit, sed in sua potestate situm est, id matrim. aliudve eligere. Nec id matrimonij fauori aduersatur. Quoniã non ea pœna imponitur ob contractum matrimonij, sed ob raptus delictum, solumque decernitur, non eximi raptorem ab ea pœna, quamuis raptam ducat. Immo maximus est matrimonij fauor: quòd tanti eius Tridentinum libertatem faciat, vt illi cõtrauenientes, raptu admisso ad eum effectum matrimonij ineundi, (in quo solo casu loquitur, vt probabo num. 4.) subdat grauissimis pœnis, non obstanti matrim. postmodum libere subsecuto. Nec doctrina Couar. allata fauet contrariæ sent. nam in eo euentu raptus est multo minus delictum, ac proinde temperanda est pœna: at in nostro iam raptus omnino admissus erat, ac integrè consummatum delictum: ac proinde raptor eas incurrerat pœnas. Futurus autem euentus non eximit à pœnis iam incursis, nisi ex ipso iure colligatur: quod tantum abest, vt ex eo decreto colligatur: quin potiùs expressè contrarium decernat. Insuper *Maiolus lib. 5. de regul. c. 42. fin.* ait, laicum siue clericum raptorem, & ei auxiliantes, esse irregulares. id què probat per hoc Tridẽtini decretum, statuens eos esse infames, & à proprio gradu decidere. Sed melius *Nauar. lib. 5. consil. in 2. editione, tit. de raptoribus, cons. 3 num. 4.* dicit, Tridentinum ibi non definiisse raptorem esse irregularem, sed infamem: infamiam autem esse causam irregularitatis. Quare existimo non esse illum irregularem, donec infamiam incurrat, à prioriéque gradu deiiciatur. Quod cum sententiam iudicis desideret, non erit irregularis ipse, nec consulentes, ante iudicis sententiam. Tandem, *idem Maiolus lib. 3. de irregular. cap 25. num. 17. vers. Rapiens*, ait Parochum assistentem matrimonio raptoris cum rapta, nondum ad pristinam libertatem extra raptoris potestatem restituta, incurrere pœnas huius decreti Tridentini: cum fautor raptoris sit: ac pœnas *c. fin. de clandest. desponsat.* nimirum suspensionem triennij. Sed de hac suspensione nihil in præsenti agendum est: latè enim de illa egi lib. 3. tota disp. 48. At pœnis huius decreti eum minimè subdi existimo. Quod tantùm imponantur aduersus fautores raptus: at Parochus assistens postea matrimonio, non fauet raptui, vtpote qui iam omnino admissus est. At vtique incurreret, si ante raptum promitteret illi eam assistentiam, qua animosior factus est raptor ad raptum exequendum. Tunc enim raptus verè fautor esset.

2 Matrimonium autem contractum inter raptorem & raptam, dum sub raptoris potestate existit, nec separata est, ac in loco tuto & libero cõstituta, est prorsus irritum, quare raptus pro eo tempore est impedimentum dirimens. Constat ex *eo decreto Trident cap. 6* vbi nullum posse consistere matrim. inter raptorem, & raptam, pro eo tempore decernit. Quæ verba clare significant, id matrimonium nullum valorem habere: vt constat ex *c. vn. de cogn. leg.* vbi similiter inter adoptantẽ & adoptatam non posse consistere matrimonium, duranti adoptione decernitur: & tamen omnes id esse impedimentum dirimens fatentur (vt in impedimento cognationis legalis videbimus.) Atque ita hoc esse impedimentum dirimens, ac matrim. tunc initum esse nullum, docent *Nauar sum. lat. c. 22 n. 74. & l. 4 cons. in 1. edit. t. de spons. cons. 32. n. vn. in 2.* verò *l. 5. t. de raptorib. cons. 2. n. vn. Veracruz 1 p spec. a. 25. fin. & append. ad spec.* vbi de raptu. *f. 80 fin. Oxand. 4. d. 42. disp. vn propos. 12. Toledo l. 7. sum. c. 13. n. 2. Enriqu. l. 12. de matrim. c. 14 n. 4. Gratus cons. 38. vol. 2. Azebedo lib. 8. recop. t. 13 l. 2. nu. 74 & seq. Emman. Sa sum. verb. Matrimonium in princ. n. 9. Vers. de Ledesm. de matrim. q 50. a. vn. dub. 2. Vinaldus candel. sacram. 1. p. de matrim. n. 103. Peguera decis. arimin. c. 42. n. 2. Manuel 1. to sum. 2. edit. c. 232. n. 3. Vega 2. tom. sum. cap. 5. casu 3.* Addit bene *Enriquez* id esse verum, licèt rapta adhuc sub raptoris potestate constituta, re vera libere consentiat. Quòd Tridentinũ non eam solam libertatem petat ad huius matrimonij valorem, sed vt plene rapta libera fit à raptoris potestate.

3 Potissima autem difficultas est qualis raptus obnoxius sit prædictis Tridentini pœnis, vt non valeat matrim. nisi iam rapta extra raptoris potestatem constituta? Aliqui affirmant id de omni raptu, siue causa ineundi matrimonij, siue causa solius libidinis explendæ factus sit. Ducuntur primum, quod Tridentinum innouare voluerit pœnas per antiquos canones raptoribus decretas, quæ raptorem causa libidinis comprehendebant. Secundum, quòd textus generalior rubricæ non debeat per illam restringi, vt est *glossa notab. authen. de incestis & nefarijs nupt. verb Illicitas, collat. 3.* vbi licet rubrica solùm sit de nuptijs incestis & nefarijs, quia tamen textus generaliter loquitur de nuptijs illicitis, comprehendit omnes nuptias illicitas, etiam si non sint incestæ vel nefariæ: & ex multis probat *Eucardus in suis Topicis loco à rubr. nu. 11.* Cùm ergo hoc decretum loquatur generaliter de raptore, ibi: *Decernit sancta Synodus inter raptorem & raptam:* & postea in toto illo capite numquam restringat, necessario dicendũ erit de omni raptore intelligi, nec restringi debet ad raptorẽ, causa solius matrimonij ineundi, quòd sub rubrica de reformatione matrimonij constituatur. Et confirm. quia quamuis raptus non fiat causa matrimonij, non dissonat id decretum rubricæ. Satis enim ad reformationem matrimonij spectat, vt inter raptorem, quocumque animo rapuerit, & raptam sub sua potestate manentem, non possit consistere matrim. Quòd matrimonij libertati maximè omnes canones consulant: at ea vix potest esse plena, aut saltem talis non præsumitur, donec rapta ad pristinam libertatem redeat. Atque iterum confirmatur, quòd finis Concilij sit libertati matrimonij consulere.

At quacumque intentione rapiatur femina, dum potestati raptoris subest, non minùs impeditur plena libertas, cùm metus & vis non plenè cessarint. Tandem, quia Tridentinum ibi punit raptorem & fautores, si clerici fuerint, ea pœna vt à proprio gradu decidant: ac proinde supponit raptorem aliquando fore clericum. Qui tamen non potest rapere causa ineundi matrimonij. Cùm illud contrahere possibile non sit. Huius sent. videtur clarè *Veracruz append ad specul.* vbi de raptu, *f.* 81. §. *Hic considerandum*, vbi dicit intelligi id decretum de omni raptore. Et tenent expressè *Emmanuel Sa summa verb. Matrimonium, in principio, num.* 9. dicens sic declarasse congregationem Cardinalium. *Vela de pœnis delictorum, cap.* 29 §. *Sed ego indistinctè*. Et est satis probabile.

4 Verùm mihi probabilius est, in eo decreto solos feminarum raptores causa contrahendi cum eis matrimoniũ comprehendi. Ducor, quòd ex *principio illius cap.* 6. id colligatur, nam statim incipit verba facere de matrimonio contrahendo inter raptorem & raptam: ac proinde indicium est de illo solo raptu agere, qui causa matrimonij admittitur. Deinde, quòd id decretum sub rubrica de reformatione matrimonij ponatur: ad quam esto conferat, vt rapta plenam libertatem adepta sit, vt raptori nubat, at imponere raptoribus non causa matrimonij, sed libidinis explendæ, tam acerbas pœnas, est prorsus extra rem: cùm raptor ille nullatenus matrimonium, nec eius libertatem offenderit. Et confirmatur, quia quando causa matrimonij raptus est admissus, delictum fuit contra matrimonij libertatem, & ab initio in eo interfuit coactio: ac proinde vt plenior sit libertas, petit id decretum priùs raptam in pristinam libertatem, ac in locum à raptore separatum restitui: ac raptorem tamquam iniquum libertatis matrimonij violatorem, cui libertati totis viribus Tridentinum ac canones antiqui consulere intendunt, punit pœnis acerbis in eo decreto contentis. Tandem, quòd vbi textus est dubius, rubrica probat qualiter sit intelligendus, vt multis citatis probat *Everardus in suis Topicis loco à rubro, n.* 6. textus enim in dubio intelligendus est, vt conueniat rubricæ sub qua constituitur. Quòd optimè probat doctrina *Alex. l.* 1. *n.* 2. *ff solut. matrim. & Iason. l. De die, in princ. num.* 3. *vers. Istud membrum, ff. qui satisdare cogantur*, vbi *l. Non puto*, 10. *ff. de iure fisci*, generaliter tradentem in dubijs quæstionibus sententiam contra fiscum ferendam esse, temperant, vt intelligenda sit, quando fiscus agit ex causa lucratiua, orta ex delicto, vel incapacitate hæredis indigni. Idq; probat *Iason* ex rubricæ, sub qua lex illa constituta est, natura. Et *Rosella verb. Irregularitas*, 2. *statim in princ. Directorii l.* 3. *t.* 8. *Angelus verb. Irregularitas, n.* 38. *Enriquez l.* 2. *de baptism. c.* 29 *n.* 1. *fin. & l.* 14. *de irreg. c.* 6. *n.* 1. limitant *c.* 1. *de clerico non ordin. minist.* generaliter decidens non ordinatum exercentem actum ordinis, esse irregularem, vt intelligatur, quando exercens est clericus: & reddit rationem *Enriquez*, quod collocetur sub rubrica, de clerico non ordinato ministrante. Nec alia potest reddi ratio. Adde hunc textum concilij esse restringendum, quòd corrigat *cap. fin. de raptor.* permittens matrimonium inter raptorem & raptam. Et ideo huius sent. sunt *Salzedo in pract. Bernardi Diaz. c.* 78. *fin. Manuel* 1. *tom sum.* 2. *edit. c.* 213. *n.* 7. *Vega* 2. *tom. sum. c.* 34. *casu* 157. *notab.* 1.

5 Hinc primò infertur, non puniri in hoc decreto raptũ qui est species luxuriæ. Is enim est, quando causa libidinis explendæ fit, (vt diximus disp. præced. n. 38.) nisi fieret simul causa libidinis, ac matrimonij ineundi. Tunc enim ea sola ratione, quod causa matrimonij fieret, comprehenderetur sub hoc decreto.

6 Secundò infertur, si quis proprio motu, nimirum, non petente qui matrimonium initurus est, feminam rapiat, non vt secum, sed vt cum alio matrimonium contrahat, eum raptorem non subdi pœnis huius decreti Tridentini, ac valere matrimonium cum illo tertiò initum, si fœmina re vera libere consentiat, quamuis nondum extra raptoris potestatem sit. Constat, quia prima pœna illius decreti est vt inter raptorem & raptam non possit consistere matrimonium, quamdiu rapta sub raptoris potestate fuerit: ac proinde supponit raptum eo destinatum esse, vt raptor raptam ducat, non ergo locus erit ijs pœnis, quando gratia ineundi matrimonij cum alio. Si autem ad instantiam inituri matrimonium rapuit: tunc matrimonium cum illo erit inualidum, nisi priùs in loco tuto femina constituatur, & incurret ille, qui instauit vt raptus efficeretur, cæteras pœnas, tamquam verus raptor per interpositam personam, ad effectum matrimonij. Is verò qui raptum exercuit tamquam auxilium raptui ferens ad finem ineundi matrim. incurret excommunicationem, & cæteras auxiliantium pœnas, at cum ipso validè potest femina contrahere, prius quam in loco tuto reponatur. Quòd auxilium ferentes non plectantur in illo decreto ea pœna, vt matrim. cum ipsis consistere nequeat, donec femina sit ad locum tutum restituta.

7 Tertiò infertur, vt raptus comprehendatur in hoc decreto, desiderari traductionem de loco ad locum. Quod potest generaliter probari, quia raptus subiacens pœnis id postulat (vt dixi disp. præc. n. 26. & 46.) At specialiter probatur ex ipsomet *Trident. decret. eo c.* 6. ibi: *Quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit.* & statim: *Quod si rapta à raptore separata & in loco tuto & libero constituta.* Quæ omnia verba expressè significant raptam esse feminam de vno loco in alium, in quo est sub potestate raptoris constituta. Atque ita docent *Navar. l.* 5. *conf. in vtraque edit. t. De raptoribus, consil.* 1. *n.* vn *Manuel* 1. *tom. sum.* 2. *edit. c.* 232. *n.* 2. *Emman. Sa summa verb. Matrimonium, in principio, num.* 9. *Vega* 2. *tom. summa cap.* 34. *casu* 157. *notabili* 2.

8 Quartò infertur, nil referre, siue sequatur copula, siue non sequatur, ad pœnas huius decreti incurrendas. Quòd non puniatur raptus causa libidinis, qui copula non secuta minime rationem delicti perfectam obtinet: sed causa ineundi matrimonij, ad quem copula nil confert.

9 Quintò infertur, non esse locum his pœnis, si femina volens abducta sit, quamuis abductione secuta voluntatem mutet prioris facti pœnitentia ducta: secus si principio abductioni renitatur, quamuis post abductionem factam velit. Constat ex dictis disp. præced. n. 7. vbi probauimus initium in his spectandum esse.

10 Sextò infertur, esse locum his pœnis, quamuis rapta causa matrimonij non sit perducta ad locum destinatũ, sed in ipso itinere raptor resipiscat. Quòd delictum hoc raptus in ipsa abductione consummetur, & tunc perfectè irrogetur matrimonij libertati iniuria: nec concilium spectet vt raptor in aliquo loco iam raptam constituerit, vel eam duxerit, sed tantum vt rapuerit causa matrimonij, illamque sub suam potestatem reposuerit. Adde dicta disput. præced. nu. 21. fine, vbi cum Baldo probaui, raptum committi, quando de loco abducitur femina, quamuis ad locum destinatum non peruenerit.

11 Septimò infertur, si solis importunis precibus aut pretio conducta femina extrahatur, non esse locum his pœnis. Quod non sit vere raptus (vt probaui disp. præced. num. 10. & seq. & n. 32.) Sic *Ant. Cuc. l.* 5. *instit. maiorum, t.* 12. *num.* 129. *Veracruz append. ad spec.* vbi de raptu *fol.* 82. §. *Consequenter etiam.* Secus si tales essent ex preces, vt violentiæ æquiparentur. vt dixi eisdem locis.

12 Octauò infertur, si dolis circumucta virgo extrahatur, non esse locum his pœnis. Quod non sit propriè raptus cum ibi nulla inueniatur violentia (vt dixi disp. præced. n. 32.) Nec obstat ibi nu. 11. traditum esse hoc sufficere, vt locus sit pœnis *l. vnica, de raptu virg.* Quia ea lex id explicat. At Tridentini decretum solos raptores comprehendit: & cum sit pœnale & correctorium, restringendum est, vt de vero & proprio raptu intelligatur. Quòd si instes, dolum etiã opponi libertati matrimonij, sicut & violentiam: cum vtrumque voluntarium auferat. Dic non omnem dolum id efficere, sed eum solum qui versatur circa personæ aut conditionis errorem: & quamuis huiusmodi sit dolus, ac proinde auferat libertatem, & valorem

matrim. at non infert vim, quæ ad propriam rationem raptus ijs pœnis obnoxij necessaria prorsus est.

13 Nonò infertur, nec esse locum his pœnis, si virgo consentiens, ignorantibus tamé parentibus abducatur. Quòd non sit proprie raptus (vt probaui disp. præced. num. 36.) Atque ita fatentur *Veracruz append. ad specul.* vbi de raptu, *f.* 81. §. *Verum animadnersione. Anton. Cucus l. 5. institut. mater. tit. 13. num. 120. Enriquez l. 12. de matrim. c. 14. n. 5. Emman. Sa summa verb. Matrimonium, in princ. nu. 9.* At grauior est difficultas, si parentibus inuitis femina volens extrahatur? Tunc enim has pœnas incurri fatidet, esse verè raptum (vt diximus disp. præced. nu. 12. & 35.) Atque ita incurri affirmant *Nauar. l. 4. cons. in priori edit. t. De sponsalibus. cons. 32. n. vn. in poster. l. 5. t. De raptoribus, cons. 2. nu. vnic. Onand 4. d. 42. disp. vnic. propos. 12. Salzedo pract. Bernardi Diaz, c. 78. §. vlt. in hac postrema edit. Enriquez l. 11. de matrim. c. 14. n. 4. Emman. Sa summa verb. Matrimonium, in princ. nu. 9. Vega 1. tom. summæ c. 34. casu 157 notab. 1. Manuel 1. to. summæ 2. edit. c. 232. n. 1.* Et videtur clarè sentire *Toledo l. 7. summæ c. 13. n. 2. fine*, vbi explicans hoc Tridentini decretum, ait esse illi locum, cum femina è domo parentum, vel eorum quorum curæ subest, ipsis inuitis abducitur. Verum in contraria fum sententia. Quod hoc decretum libertati matrimonij fauere intendat: cauereque ne femina renitens cogatur illud inire. At ad eam libertatem nil confert parentum voluntas, sed sola feminæ, quæ in hoc euentu reperitur abductioni conniuens. Nec iuuat, si dicas voluntatem parentum desiderari ad honestatem matrimonij. Nam Tridentinum in eo decreto, non honestatem, sed solam eius libertatem spectat. Quod vel inde clarè constat, quod ad valorem matrimonij inter eundem raptorem, ac violenter raptam, solùm petat, raptam ad pristinam libertatem restitui, ac in loco tuto reponi. Si autem virgo volens abducatur parentibus volentibus, erit vtique locus huic pœnæ. Quod sola voluntas feminæ, eiusve contradictio in eo decreto attendatur.

14 Decimò infertur, comprehendi in eo decreto raptum cuiuscumque fœminæ, siue virginis, siue corruptæ, siue meretricis, & inhonestæ, coniugatæ, & cuiuslibet status. Quod bene docuit *Veracruz append. ad spec.* vbi de raptu, *f.* 81. §. *Hic considerandum.* Et ratio est, quod Tridentinum ibi non puniat quemcumque raptum, sed qui causa incundi matrim. cum violenter rapta fit, ac proinde libertatem matrim. offendit: quæ non minùs impeditur & offenditur, quando mulier inhonesta rapitur: & ea ratio procedit in raptu feminæ cuiuscumque status. Dices non habere locum, quando femina est coniugata, vel est aliud habere locum, quando femina est coniugata, vel est aliud impedimentū dirimens inter eos, siue sit ex parte raptoris, siue ex parte raptæ; id colligens ex ijs verbis Trident. in eod. decreto positis: *Quod si rapta à raptore separata, & in loco tuto & libero constituta illum in virum habere consenserit, eam raptor in vxorem habeat.* Vbi clarè Trident. supponit raptorem & raptam tales esse, inter quos possit verum matrim. consistere. Præterea, quia raptus inter hos non potest habere plenam delicti consummationē. Cùm inire matrim. nequeant. Sed nihilominus in hoc euentu est locus illis pœnis, si causa incundi matrimonij, de facto, licèt non de iure, femina illa rapiatur. Quia Tridentin. non petit iniri inter eos matrim. nec id spectat, sed siue ineatur, siue non, suis pœnis illos afficit. Quod constat ex illis verbis, quæ post proximè relata adiungit: *Et nihilominus raptor ipse, & omnes illi consilium, auxilium & fauorem prebentes, sint ipso iure excommunicati.* Quasi dicat, non minùs incurrat pœnas raptor raptam ducens, quàm si non duceat. Ac proinde delictum hic punitum ipsa violenta abductione ad incundum matrim. consummatur. Nec spectat Tridentinum, sint habiles nec ne ad illud cōtrahendum. Si quidem illud cōtrahi aut non contrahi non confert ad pœnas. Nec supponit semper fore illos habiles ad matrimonium: sed quando illud iniri permittit, id est ex parte impedimenti raptus quod non impedire ait, si velit femina loco tuto ac plenæ libertati reddita. Secus, si ex alia parte impedimentum adsit. Id enim Tridentinum minimè aufert. Et hoc est verum, quamuis *Manuel 1. tom. summæ 1. edit. c. 32. n. 1.* videatur oppositum sentire: explicans enim hoc decretum, ait, si quis non rapiat sponsam alienam, sed viduam, vel solutam; statuere Tridentinum, vt raptor incurrat pœnas.

Vndecimò deducitur, non comprehendi hoc decreto 15
raptum propriæ sponsæ de futuro reclamantibus parentibus. Quia iure communi raptus hic à pœnis liberatur, *c. penul. de raptor.* & dixi disp. præced. n. 15. quod Trident. minimè corrigit: vt patet ex contextu. Atque ita sentiunt *Enriquez l. 12. de matrim. c. 14. nu. 4. & 5. Emmanuel Sa summa verb. Matrimonium, in princ. n. 9. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 232. n. 4.* Addit *Enriquez eo n. 5.* id esse verum, siue volens, siue nolens sponsa abducatur. Sed id minimè credo. Quod *textus d. c. penult.* expressis verbis loquatur, quando femina volens abducitur, inuitis tamen parentibus (vt notaui disp. præced. nu. 15.) Et tunc etiam libertas matrimonij offendatur. Non enim violenter cogi potest sponsalium fidem seruare. Sed dices, nil concedi sponsæ raptui. Cùm etiam quando quæuis alia femina consentiens abducitur, non sit locus illis pœnis: (vt diximus n. 13.) Id vtique fateor in mea opinione. At cùm alij (vt ibi retuli) sentiant sufficere ad has pœnas, contradicere parentes: iuxta illorum etiam opinionem, fallet vbi sponsa de futuro rapta est: propter decisionem *d. cap. penult.* si raptui consenserit, quantumuis parentes renitantur.

Duodecimò deducitur, non esse locum his pœnis, & 16
prædicto Tridentini decreto, si femina virum rapiat nolentem, vt secum ineat matrimonium. Quod id decretum de solo viro raptore verba faciat. Quod denotant ea verba illius decreti: *Quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit.* Et statim: *Quod si raptor.* Et postea pœnas decernens, ait: *Et nihilominus ipse raptor.* Et proinde id decretum correctorium & pœnale ad feminam viri rapticem extendendum non est (vt latè probaui disp. præced. nu. 25.) Et in proprijs terminis docet *Veracruz appendic. ad speculum*, vbi de raptu, *fol. 84. §. Respondetur quod.* Vnde vt matrim. inter rapticem & raptum valeat, non est opus seruari formam prædicti decreti, nimirum, vt vir raptus sit à potestate rapticis liber: sed sufficit vt libere consentiat, sub illius potestate adhuc existens. Prout iure communi antiquo attento, id sufficere, diximus disp. præced. n. 42. At retenta opinione probabili, quam disp. præced. n. 24. retuli nempe, pœnis decretis in virum feminæ raptorem, subdi feminam viri rapticem: dicendum erit idem in hoc decreto Tridentini. Idque sequuntur *Enriquez l. 12. de matrim. c. 14. n. 4. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 232. n. 4. Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 157. notab. 1.* At prior opinio placet.

Tandem dubitatur, an, sicut prædictum Tridentini de- 17
cretum irritat matrimonium inter raptorem & raptam, quamdiu in eius potestate manserit: ita irritet quoque sponsalia tunc inita? Pars enim negans suaderi videtur: quòd id decretum sit pœnale, iusque commune corrigens, ac subinde loquens de solo matrimonio, non videatur ad sponsalia extendendū, *reg. Quæ à iure, de reg. iuris, in 6.* Deinde quia *l. Si quis officium 38 ff. de ritu nuptiarū*, interdicitur rectori prouinciæ matrimonium: nec id ad sponsalia extenditur. Et in *Trident. sess. 24. de matrim. cap. 1.* irritatur matrimonium clandestinum, cùm tamen adhuc valeant sponsalia clandestina, vt dixi lib. 1. disp. 10. nu. 2. Sed dicendum est sponsalia quoque non valere. Quod bene docent *Nauar. lib. 4. cons. in priori edit. tit. de consanguin. cons. 3 num. 6. & sequentibus: in posteriori, lib. 5. tit. de raptoribus, cons. vltim. n. 5 Manuel 1. to. sum. 2. editione, c. 232. n. 3. Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 157. notab. 3.* Quia lex etiam correctoria & pœnalis extendi debet, vbi omnino eadem ratio militat (vt ibi ex alijs probat *Nauarr.*) quod hic reperitur. Quia Tridentinū irritauit pro eo tempore matrim. consulens plenæ libertati ad id requisitæ: quæ non omnino plena est, dum rapta manet in raptoris potestate. Quæ ratio in sponsalibus militat, ad quæ iura quoque

plenam libertatem postulant. Nec obstant in contrarium adducta, quia non militat eadem ratio in sponsalibus & matrim. vt dixi eod. l. 1 disp. 10. n. 2.

18 Ad argumenta num. 3. proposita respondetur. Ad primum dic, id non intendere Tridentinum, sed solùm pœnas imponere offendentibus libertatem matrimonij per raptum. Ad secundum dic, eam doctrinam intelligendam esse, vbi est aliquod verbum expressum in textu, ex quo colligatur illum esse generaliorem rubrica, vt contingit in illo authentico, ibi enim dicitur: *Siquis illicitas & contrarias naturæ nuptias*. Quare ne particula illa, Illicitas, superflua sit, ac vt dictio, Et, coniungat diuersa, (vt facere solet) oportuit intelligere non solùm de incestis contra naturam nuptijs, de quibus est rubrica, sed de omnibus illicitis. At in Tridentini decreto non inuenitur verbum cogens id vltra rubricam extendere. Adde etiam eam glossæ doctrinam non esse certam: ipsa enim ibi refert Doctorem antiquum limitantem eum textum ad solas nuptias in rubrica comprehensas. Ad duplicem confirm. constat ex n. 4. dictis. Ad vltimum, dic fautores quos ea pœna comprehendit, posse esse in sacris constitutos: & raptorem in minoribus, atque ita verificari esse clericum. Adde, posse esse in sacris, & rapere causa incundi matrimonij de facto, licèt non de iure: & subesse tunc illis pœnis iuxta dicta n. 14.

DISPVTATIO XIV.

An stuprum absque raptu contingere possit, ita vt sit tunc diuersa luxuriæ species necessariò fatenda? vt siue inuitis, siue volentibus parentibus virgo sui corporis copiam faciat?

SVMMARIVM.

In quo consistat signaculum virginale, an sit aliqua membranula n. 1.
Quid desideretur, vt circumstantia aliqua addat nouam luxuriæ speciem? n. 2.
Refertur duplex sententia, n. 3. & 4.
Proponitur sententia Auctoris, n. 5.
An circumstantia virginitatis, ipso non mutet speciem, tamquam notabiliter aggrauans sit necessario fatenda? n. 6.
In quo consistat ratio & deformitas stupri, & differat à raptu. n. 7.
An sit stuprum, & diuersa luxuria species, quando virgo pretibus importunis victa defloratur? n. 8.
Quid, si ignorans, aut dolo circumuenta? n. 9.
Quid si volens, at parentibus inuitis abducitur, & defloratur, an vltra raptum sit species stupri necessariò fatenda. n. 10.
An virginem volentem defloratam teneatur parentibus restituere? n. 11.
Quid si nolentem, an teneatur puella & parentibus, n. 12.
An in virgine rapta pra timore consentienti, sit necessariò fatenda virginitatis circumstantia, n. 13.
Defenditur Sotus à credentibus illum sentire, circumstantiam virginitatis esse fatendam in actu externo, secus in interno, & quando in vtroque actu fatenda sit? n. 14.
An qua non est virgo confitens fornicandi desiderium, teneatur explicare se non esse virginem, & confessor, ad rogare, ipso sit circumstantia virginitatis necessario fatenda? n. 15.
Soluuntur argumenta, n. 16.

3 QVÆSTIO hæc grauissima est, ac satis difficilis. Et ideò antequam opiniones referam, duplex fundamentum præmittendum est. Prius est, quid sit signaculum virgineum. Quæin re *Vesalius l. 5. de corp. humani fabric. pag. 4. f. 654.* ait carneam esse membranam, quę Hymen & Eugion appellata, virginibus est peculiaris, ac virili coitu lacerata aboletur. Quod idem secutus est *Fragoso in sua chirurg. vniuer. l. 1. de anatom. c. 19. De la madre, paulo ante fin. cum Falopio* quem ibi refert. Sed *idemmet Fragoso eod. li. tract. 2. De las declaraciones que han de hazer los cirujanos, titul. Para conocer la virginidad, statim in princ. f. 309. pag. 2.* ait cum *Realdo li. 11 de anatom. c. 16.* vnicam inter mille feminas eam membranam habere, atque ita claustrum seu signaculum virgineum non esse partem aliquam carnis, seu membranam: sed quandam quasi complicationem partium ipsius orificij vasis feminei, quæ per viri accessum dilatantur, & sic aperitur & patefit vas. Et hoc est verissimum, id attestantibus peritissimis Medicis consultis.

2 Posterius fundamentum est, vt circumstantia aliqua addat nouam luxuriæ rationem supra simplicem fornicationē, necessarium est, vt nouam malitiam specialemque vitij deformitatē afferat: teste *D. Thom. 2. 2. q. 154. a. 6. corp.* Quod bifariam euenire potest. Primò, addendo aliquam nouam speciem extra luxuriam, oppositam alij virtuti, quam castitati, ita vt aduersus castitatem & aliam virtutem delinquatur, vt incestus opponitur castitati & pietati, sacrilegium castitati & religioni, adulterium & raptus castitati & iustitiæ (vt explicui hoc l. disp. 12. nu. 30.) Secundò, non addendo nouam speciem vltra luxuriam, oppositam alij diuersæ virtuti à castitate & temperantiæ, sed quod priuet conditionibus requisitis ab ipsa natura generica omnibus animalibus cōuenientibus in ipso concubitu. Quod efficiunt peccata luxuriæ contra naturam, priuant enim concubitum conditione illa à natura petita, nimirum, vt sit inter personas diuersi sexus intra vas naturale aptum ad prolis generationem, ad quām natura ipsa concubitum destinauit. In defloratione igitur virginis consentientis, ac proinde non interuenienti raptu, non potest reperiri circumstantia noua specifica aduersus castitatem seu temperantiam, præter simplicem fornicationē. Cum ille concubitus sit modo naturali intra vas feminæ, & generationi aptus: ac proinde minimè priuat concubitum conditione speciali requisita in illo, vltra genericam quæ in omni luxuriæ peccato inuenitur, quæ est esse extra legitimum matrim. quare si nouam circumstantiam specie diuersam à simplici fornicatione, in eo concubitu demus necessariò ea petenda est ex distincta virtute, cui præter castitatem concubitus is opponatur. Et manifestum est eam nullam aliam esse posse præter iustitiam. Consistit ergo punctus difficultatis, qualiter virgine consentiente, & proinde non concurrenti raptu, inueniatur ratio iniustitiæ in eo concubitu: ac proinde noua species distincta à simplici fornicatione.

Triplex igitur est sent. Prima ait virginis cōsentientis 3
defloratione m, esse distinctam luxuriæ speciem, quæ stuprum appellatur, necessarioque eam virginitatis circumstantiam esse explicandā in confessione. Quare hæc sent. admittit speciem stupri absque raptu inueniri. Ducitur, quod ibi reperiatur iniustitia, non contra personam virginis, nā scienti & volenti non fit iniuria: sed contra finē naturæ, ad quem concessit virgineum claustrum, cui non potest femina tamquam non domina, sed custos illius signaculi, renuntiare. Prob. ergo primo hæc sent. Natura concessit claustrum virgineum feminæ ad duplicem finē. Alter est, vt habilior seruaretur matrim. ineundo. Alter verò, vt ipsam cōtineret ab actibus venereis. Nil enim ita feminam ab his retrahit, quā timor iacturæ faciendæ virginei claustri, qua facta, effrenatē libidini vacat. Cōsensus igitur virginis & parentū, non eximet ab iniustitia naturæ illata, coitum cum illa. Sicut permittens abscindi sibi manum, non reddit culpæ immunem abscindentē. Quod licet persona conniueat, renitatur natura, quæ vsum manuum ad alium finem concessit. Et confirm. quia consensus in ijs quorum non sumus pro libito domini, non tollit iniuriam, vt constat in exemplo abscissionis manus nuper proposito. At virgo non est domina claustri virginei, ita vt pro suæ voluntatis libito possit illo vti. Et iterum confirm. quia consensus coniugū vt alteruter fornicetur, non eximit concubitū illum ab adulterij specie distinctā à simplici fornicatione, eo quod dominium non habent coniuges in corpus ad illum vsum, sed ad solum coniugalem. Secundò principaliter probatur, quod cōcubitus cū virgine, opponatur speciali virginitatis virtuti. Virginitas quippe specialis virtus est, teste *D. Thoma 2. 2. q. 152. art. 3. corp.* & per illum concubitum amittitur. Nequit autē vitium speciali virtuti opponi, quin ipsum habeat speciale m deformitatem: vtpote quod priuat speciali illa bonitate cui opponitur. Tertiò, quod raptus & stuprū, tamquam diuersæ luxuriæ species, ab omnibus constituantur. Debet ergo assignari species luxuriæ, quæ stuprum fit absque raptu: quæ esse nequit nisi quando virgo defloratione

rationi consentit. Ea enim non consentiente, erit raptus. Quarto, quod sigillum virgineum sit ob bonum prolis: cui virgo consentiens nequit renunciare. Idque inde ostenditur, cùm enim fœminæ sint ad libidinem procliuiores, atque ad resistendum infirmiores, ideo natura interius maiorem verecundiam illis indidit: & exterius virgineum claustrum, quibus vt freno quodam arcerentur à vago sui corporis vsu: qui in non modicum prolis detrimentum cedit, & eo deperdito, constituuntur in via meretricandi, contra prolis bonum, & cum eius manifesta iniuria. Et confirm. quod in ordine ad bonum prolis per matrim. habendæ, concessit natura hoc claustrum feminis quasi in dotem: vt vel sic marito esset maior propriæ sobolis certitudo, magisque vxoris amore flagraret, habens suæ fidelitatis id testimonium, ex eoque certior factus se primo ad eam accessisse. Quo amore mutuo, quodam strictissimo vinculo vniuntur coniuges, vt maiori amore erga sobolem afficiantur, maiorique cura illius educationi intendant. Ergo etsi sponte sua virgo eius claustri iacturam faciat, erit specialis circumstantia iniustitiæ, ob prolis iniuriam, cuius bona educatio impeditur. Huius sent. videtur expresse *D. Thom. 2. 2. q. 154. a. 7. in fin. corp.* vbi ait stuprum sine raptu inueniri, quando quis absque violentia virginem defloret, & *4. d. 41. q. vn. art. 4 quæstiunc. 2. corp.* vbi ait stuprum esse violationem virginis, & addere specificam deformitatem supra luxuriæ genus: & manifeste agit etiam quando virgo consentit, quia condistinguit hanc speciem contra raptum, in quo violentia inuenitur. Idem aperte sentiunt alij, qui explicantes luxuriæ speciem quæ stuprum est, & condistincta contra raptum, qui violentiam importat, dicunt indistincte stuprum esse virginis illicitam defloration em. Hi sunt *Magister 4. d. 41. c. vlt.* Et *ibi D. Bonauent. in expos. lit. n. 6. Vincent. speculo doctrinali, tom. 2. & l. 10. cap. 46. Gerson 2. part. in regul. moralib. c. de luxuria, alphabeto 24. lit. T. Rosella verb. Luxuria, initio, Bernardus Diaz pract. in noua edit. c. 83. initio, Guillelm. Borrillong. 4. d. 35. q. vnic. a. 1. vers. Quarta species. Cantera quæst. criminalibus, quæst. 1 angentibus punitionem delicti, c. 4. n. 10. Nider summa, præcept. 6. c. 2. paulo post princ. versus. Secunda species, Alex. in suo Enchiridio, 2. p. præcept. 6. in 2. specie luxuriæ. Emanuel Sa sum. verb. Luxuria, n. 3. Vela tractatu de pœnis delictorũ, c. 35. statim in princ.* Idem expressius sentiunt alij, dicentes indistincte fornicationem cum virgine mutare speciem, & esse eam circumstantiam necessario fatendam. Ita *Cajetan. summa verb. Stuprum. Victoria sum. Sacram.* vbi de confessione, *n. 176. Metina C. de pœnitentia, quæst. de circumstantiis mutantibus speciem, paulo post princ. Nauar. sum Lat. & hisp. c. 16. n. 3. & Lat. c. 6. n. 8. & hisp. c. 28. addit. priori ad n. 7. c. 6. Gutier. quæst. canon. lib. 1. c. 31. nu. 29. Angles floribus, 1. p. q. 3. de confessione, a. 4. difficult. 7. Enriquez lib. 5. de pœnit. c. 6. n. 3. lit. T. & c. 8. n. 2. Ledesma 2. p. 4. q. 8. a. 4. dub. 3. fine, Valentia 2. 2. disp. 9. q. 3. punct. 3. §. Stuprum accipiendo, Toledo li. 3. sum. c. 18. n. 2. Graffis 1. part. decis. l. 1. c. 20. nu. 32. Philiarcus de officio sacerdotis, to. 1. p. 2. l. 4. c. 16. paulo post princ. Vivald. candelabro Sacrament. 1. p. de confessione, n. 36. Carbon. de restitut. qu. 26. ad fin. Lud. Lopez 1. part. instructor. c. 29. §. Ad hæc circa circumstantiam. Manuel 1. to sum. 2. edit. c. 208. concl. 1. nu. 1. Hier. Llamas in methodo curationis 3. p. c. 8. §. 17 statim in princ. Cañedo summa Sacram. de pœnit. c. 5. n. 40.* & fere expresse *Margarita confessorum, quæst. moralibus f. 178. pag 2 §. Verum vir.* Atque in proprijs terminis, esse peculiarem stupri speciem, quamuis virgo consentiat, docent *Gratian. c. Lex illa, §. Cum ergo, vers. Stuprum, 36. q 1. Alensis 2. p. q. 167. membro 1. & 3. Abulens. c. 5. Matth. q. 201. corp. Cajet. 2. 2. q. 154. a. 6. in solut. ad 1. dub. Viguer. lib. institutionum, c. 7. q. 4. vers. 4. Bermund. Chouer de publicis concubin.* vbi de stupro, *n. 2.* (habetur tom. 11. tractatuum p. 1.) *Cordub. in suo quæstionario, lib. 1. q. 13. col. 5. §. Respondeo negando antecedens, & §. seq. Bartholom. à Ledesma de pœnitentia, dub. 10. ad fin. in 1. & 3. conclusione. Peguera decision. crimin. c. 42. n. 6. Ioan. Hessels in expositione decalogi, circa 6. præceptum, c. 8. Vega 1. to sum. 4. 55. casu 25.* & fere expresse id dicunt *Alcoçer summa, 20. §. La circunstancia. f. 73. Metina li. 1. summ. c. 9. fol. 22. Petrus de Ledesma in summa sacramentorum,* vbi de pœnitentia, *c. 19. dub. 5.* quamuis enim non explicent, si virgo consentiat, at impugnant contrariam Soti sententiam, qui in virgine consentiente dicit non esse circumstantiam (vt num. 5. referemus) Immo clare *Metina* sentit etiam virgine consentiente: nam *eodem l. 1. c. 14. §. 18. in fine,* obligat ad restitutionem defloratorem virginis consentientis: eo quod ipsa minime dominium sui corporis habeat. Et explicant *Cajet hoc posteriori loco. Abulensis in solutione ad 1. Valentia nuper citati,* quamuis sub nullius potestate virgo sit constituta. Et *Cajetan.* addit, licet parentes & virgo illis subdita consensum præbeant. Et hæc sententia est communis, & valde probabilis.

Secunda sententia non ita generaliter loquitur, sed dicit stuprum, quod est species distincta luxuriæ, tunc esse, quando virgo sub parentum potestate constituta defloratur. Ducitur, quod tunc vltra incontinentiam castitati oppositam, reperiatur species iniustitiæ contra patrem. Quod inde ostenditur, quia honos ac facultates parentum læduntur: ijs enim in ignominiam cedit, cogenturque vel dotem augere, si eam in matrimonium collocent, vel eam innuptam alere. Nec potest cedere suo iure virgo, dum parentum potestati subest. Cum sui iuris minime sit: prout contingit in pupillo. Atque ita non satis erit eius consensus. Secundò, quia cum naturali ordine prius sit filiam alere, & custodire illam vsque ad nuptias, quam viro tradere; eiusdem patris, cuius est filiam alere, & marito tradere, erit quoque custodire illam vsque ad nuptias habilem matrimonio, atque ita claustrum virgineum habilitans ad illas custodire. Stuprator ergo qui hoc aufert, est iniurius patri. Tertiò, quod minor iniuria parentibus irrogetur, si filia illis inconsultis nubat: quam si corpus defloran dum tradat. At in priori casu est culpa lethalis contra pietatem parentibus debitam (vt lib. 4. tota disp. 23. ostendimus.) Ergo erit noua culpa mortalis in posteriori casu, vltra fornicationis speciem. Tandem, quia ob id parentibus restituendum esse, quamuis virgo consentiat, non pœnitendi Doctores tradunt, quos num. 11. referam, quod in eo euentu iniustitia aduersus parentes admissa sit. Ideo hanc sententiam tenent *D. Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 6. in principio, & in fine corpor. & art. 1. corp. D. Antonin. 2. p. t. 5. c. 2. in princ. & c. 6. in princ. Angelus verb. Stuprum, in princip. Sylvester verb. Luxuria, q. 1. vers. Stuprum, Tabiena verb. Stuprum, num. vnic. in princ. & in fine, & verb. Luxuriosus, q. 5. n. 6. Armilla verb. Luxuria, num. 4. & verb. Stuprum, num. vnic. Graffis 1. p. decis. lib. 2. c. 79. num. 1.* Et videtur expresse tenere *Pedraza sum. in 6. præcept. §. 2.* Et hæc quoque sententia est valde probabilis. 4

Tertia sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) ait non dari speciem stupri sine raptu, atque ita violationem virginis sponte consentientis, quamuis sit sub cura paterna, non differre à simplici fornicatione: tuncque solum adesse speciem stupri, quando adest iniustitia, eo quod virgo inuita violetur, siue sit sub cura parentum, siue non. Fundamentum huius sent. est, quod in violatione virginis consentientis non possit constitui noua luxuriæ species, eo quod is concubitus priuetur conditionibus à natura vniuersali in concubitu petitis: iuxta id quod num. 1. 2. diximus: sed solum, quod in eo reperiatur aliqua species iniustitiæ (quod enim intendit 2. argumẽtum num. 3. propositum, nimirum opponi speciali virtuti virginitatis, ostendemus non esse verum num. 16. in eius solutione.) Hanc autem iniustitiam non reperiri ex parte fœminæ, nec naturæ, nec damni prolis, nec parentum, respectu quorum contrariæ sententiæ intendunt inueniri, probat hæc sent. ex sequentibus. Primò ex parte fœminæ, & naturæ ordinantis claustrum, vt aptior fiat matrim. & caueat venerea, probatur non adesse iniustitiam. Quia fœmina est domina illius vsus membri, sicut dominium habet vsus aliorum membrorum. Et quia talis vsus non est sine corruptione, non delinquit contra iustitiam, si amittat virginitatem extra matrimonium. 5

Nec

Nec natura ipsa, prout est communis omnibus animalibus, inde offenditur, ordinauit enim membrum feminæ ad illum vsum: ac proinde si adsit voluntas personæ, nullum est inuoluntarium in apertione illius membri. Secus autem est in abscissione manus facta volente persona, dissentit enim voluntas ipsius naturæ, quæ nullo modo manum ad eum vsum concessit. Dices concessisse naturam membrum femineum ad eum vsum in legitimo matrim. Fateor id, vt ritè & rectè sit vsus illius membri, & ita est peccatum intemperantiæ, propter indebitum vsum: at hoc non arguit inueniri aliam nouam speciem, præter simplicem fornicationem, in qua eadem debiti ordinis peruersio reperitur. Et confirm. quia abscissio membri fit contra iustitiam, eo quod puella non est domina suorum membrorum, & ita consensus illius vt abscindantur, non aufert rationem iniustitiæ. At est domina vsus sui corporis, & integritatis, nec tenetur illam vsque ad matrimonium seruare. Quod ipsa possit innupta perpetuo manere. Qua enim ratione asseri potest corruptam esse iam dominam sui corporis, vt sine iniustitia illo abutatur extra matrimonium, solum peccando contra castitatem: at virginem non esse similiter dominam prædicti vsus, vt libere consentiat absque iniustitia in sui defloratione? An quia virginei sigilli ruptio est ordinata vt debitè fiat in matrimonio? Hoc non probat aliam malitiam, quam in simplici fornicatione: vt nuper ostendi. Secundò, quia vel consideratur claustrum, secundum suam entitatem, & vt pertinet ad substantialem corporis mulieris integritatem, & sic est paruæ entitatis, in qua ratione paruitatis materiæ non potest dari culpa mortalis, permittendo ruptionem: vt si femina permittat tantillũ carnis ex qualibet alia corporis parte sibi abscindi: eo vel maximè quod (vt num. 1. dixi) integritas illa non est pars aliqua corporis, quæ abscindi debeat. Vel vt est dos quædam naturalis ad matrimonium: & tunc ipsa est sui iuris quoad hoc, & sicut potest non nubere, ita potest cedere eo iure quod habet ad illam dotem quasi naturalem. Tertiò, quia concubitus cum virgine extra matrimonium, quando illa consentit, nullam aliam repugnantiam videtur habere cum recta ratione, præter eam quam habet idem concubitus cum soluta. Concubitus enim cum coniuge, eiusdem rationis est, siue illa sit virgo, siue soluta. Quare sola videatur ea deordinatio adesse, quę est in simplici fornicatione. Quartò probatur non adesse iniustitiã ex parte damni prolis. Nam simplicem fornicationem bonæ prolis educationi aduersari, facit illam esse iniquam, & iuri naturæ repugnantem aduersus castitatem: non autem facit eam esse contra iustitiam. Proles enim nondum existens, ius aliquod minime habere potest, quod violetur, vnde iniustitia consurgat: præsertim quia illi melius est sic esse, quam nunquam esse. Quod eo concubitu non habito accideret. Ergo id damnum prolis bene educandæ, ortum ex amissione claustri virginei, non efficiet concubitum cum virgine esse contra iustitiam. Quintò, quia non est deordinatus accessus per matrimon. accessus feminæ prius defloratæ. Alias non liceret illi, nec viduis nubere. Ergo non tenetur seruare claustrum ratione prolis concipiendæ ex matrim. Atque ita permittere violationẽ non erit iniustum ratione damni prolis. Et confirmatur, quia si id damnum prolis spectaretur, non liceret virgini defloratæ matrim. Nil enim in damnum prolis futuræ vergens permittitur: ob idque simplex fornicatio in nullo euentu est licita, quòd in damnum prolis sit. Sextò, virgo ratione prolis habendæ non tenetur nubere. Ergo nec seruare claustrum, vt illam ex matrimonio habeat. Sed dices, non teneri virginem nubere, at teneri non se reddere inhabilem matrimonio. Contra, reddere se inhabilem non constituit iniustitiam: alias non liceret votum solemne. Septimò, quia nullus diceret abscindentem sibi virilia, peccare speciali malitia propter inhabilitatem ad matrimonium & damnum prolis: cum tamen natura concesserit illa ad generationem. Nec si virgo absque aliqua libidine, ex negligentia etiam crassa, propter aliquem motum magno impetu factum, pateretur claustri ruptionem, aut ex leui necessitate, gratia salutis mendæ, esset culpæ mortali obnoxia. Cum tamen inde consurgat idem damnum in ordine ad se & ad prolem, ac si ex viri congressu. Quod per se loquendo non magis constare possit viro futuro, an amiserit ex viri congressu, an ex accidenti. Non ergo ratione huius damni concedenda est iniustitia in virginis consentientis defloratione. Octauò probatur nullam esse iniustitiam in ordine ad parentes. Quod puella sit domina vsus sui corporis ad illum actũ, si non vt licite fiat extra matrim. quia est contra temperantiam: at non erit contra ius alicuius: nec manere minus aptam matrimonio consentienti ipsa lædit ius alicuius. Cum possit sua sponte innupta perpetuo manere, & ad hoc ius habet, parentibus inuitis. Et confirmatur, quia si femina absque viri congressu patiatur claustri ruptionem modis nuper in septima ratione explicatis, nullus assereret eam specialis iniustitiæ ream aduersus ius paternum: ob eam rationem, quod minus apta reddatur matrimonio. Nonò, quia nulla ratione videtur probari patrem habere maius dominium filiæ virginis, quam solutæ. Cum ergo non sit speciale peccatum, cognoscere solutam sub patria potestate existentem ac consentientem, id asserendum non est esse, cognoscere virginem eidem potestati subditam volentem stuprari. Tandem, quia verior sententia habet violatorem virginis consentientis, nil teneri restituere parentibus, quibus virgo subest (vt num. 11. dicemus.) Nulla ergo iniustitia inde consurgit contra ius paternum. Et ideo hanc sent. tenet *Sotus 4 dist. 38. q 2. a. 4. col. 13. vers. De simplici vero stupro:* & quamuis non prorsus affirmet, sed dicat se non clare videre nouam fornicationis speciem, & forte id esse verum, licet sit sub cura parentum: at tandem concludit esse hoc probabile: & dicit non esse rogandam circumstantiam virginitatis, quando puella fatetur carnis desiderium: & quando fatetur copulam, ait esse bonum & consilium. Quæ stare non possunt, nisi sentiendo non mutare speciem, cum circumstantiam. Eandem tenent *Nauarra l. 2. de restitutione, c. 3. p. 4. de ledente in cæteris corporis bonis, dubio 1. in nona edit. num. 419 Vazquez 1 2. q. 74. a. 8 disp. 112. n. 1. & 3.* & quamuis *Nauarra & Vazquez* non explicent, si virgo sit sub cura parentum. At manifeste in eo casu loquuntur, approbant enim sent. Soti, qui in eo casu loquitur. Et *idem Nauarra ibi nu. 417.* explicat esse sententiam Soti, quamuis virgo sit sub patris potestate: & eam statim approbat, *nu. 419.* Eiusdẽ sent. videtur aperte *Bañes 2. 2. q. 62. a. 2. dub 7. in 1. conclus. confirm.* vbi dicit virginem esse dominam vsus illius claustri, ac proinde non esse contra iustitiam, si defloretur suæ consentiat. Et huius sententiæ sunt alij doctissimi Neoterici. Et loquens quando etiam est sub parentum cura, dicit esse probabilem *Suarez de sacram. disp. 22. sect. 4. in 2. circumstantia. quid, n. 6.* 6

Hinc primò infertur, vbi nulla vis infertur virgini, non esse necessario exprimẽdam in confessione circumstantiam virginitatis, si quis solo actu desiderij deliquerit, siue etiam copulam habuerit. Quia tunc ea non mutat speciem à simplici fornicatione diuersam: nec notabiliter aggrauat. Et quamuis expresse Doctores allegati numero præcedenti non asserant minime esse notabiliter aggrauantem: at ex dictis eorum facile colligitur. Nam *Sotus* dicit in actu externo esse consilium eam explicare: & in interno non esse premendam feminam, vt explicet. Et *Nauarra eo. num. 419.* dicit expresse non esse circumstantiam necessario fatendam. Quod minime assererent, si esset notabiliter aggrauans. Cum *Sotus* eius sit sententiæ, vt circumstantiæ notabiliter aggrauantes sint necessario in confessione aperiendæ. Et *Vazquez* dixit eam copulam cum virgine consentienti non differre à simplici fornicatione. Et *Suarez num. præcedenti relatus* dicit esse probabile, non esse eam circumstantiam necessariò fatendam.

Secundo

7 Secundo infertur, in quo consistat ratio stupri, & à raptu distet. Consistit quippe in iniustitia admissa auferendo violenter à virgine claustrum virgineum. Differtque à raptu, quod raptus solam violentiam importet, non habita ratione status fœminæ: is enim nil confert ad rationem raptus, quippe quæ æque inuenitur, siue femina sit virgo, siue soluta, siue coniugata: at stuprum sit solum quando femina est virgo. Vnde qui vi cognoscit virginem, duplicem luxuriæ malitiam specie diuersam committit, alteram stupri, alteram raptus: & vtraque est necessario confitenda. Quamobrem habent se raptus & stuprum, tanquam superius & inferius. semper enim in stupro inuenitur raptus, nec potest ratio stupri consistere absque raptu. at non in omni raptu inuenitur stuprum, sed in solo virginis.

8 Tertiò infertur, corruptionem virginis precibus importunis inductæ tunc esse stuprum, quando preces illæ violentiæ æquiualent. Tunc enim solum est raptus, vt dixi disp. 12. num. 32.

9 Quartò deducitur, esse stuprum necessario fatendum, si virgo dolis circumuenta aut ignorans cognoscatur. Quia licet non sit propriè raptus, reducitur tamen ad illum, & est iniustitia, vt dixi disp. 12. n. 33.

10 Quintò deducitur, non esse stuprum, sed simplicem fornicationem, vbi nulla vis infertur fœminæ virgini, sed solis parentibus aut tutoribus, è quorum renitentium domo virgo volens abducitur. Quia quamuis ibi sit raptus respectu parentum, & necessario explicandus in confessione (vt probauimus disp. 12. n. 35.) at virginitati nulla infertur iniuria, cum ipsa virgo in eius violationem consentiat, ac proinde stuprum minime est: quod violentam virginitatis ablationem petit. Quare tenebitur raptor fateri vim illatam parentibus, aut tutoribus, rapiendo puellam sub eorum potestate constitutam, & copulam; at circumstantiã virginitatis non tenebitur explicare. Præterea, quia non maior cura incumbit parentibus filiæ virginis, quam solutæ, (vt dicebamus n. 5.) vt ex hoc capite augeatur iniuria violentiæ paternæ, atque addatur noua species stupri.

11 Sextò deducitur, quid dicendum sit in ea quæst. an deflorans virginem volentem, esto excusetur à restitutione facienda ipsi virgini, prout vere excusatur, teneatur parentibus aliquid restituere? Id enim multi fatentur. Cum enim parentes damnum in bonis fortunæ patiantur, indigent enim maiori dote, vt eam in matrimonium collocent, id resarciendum est damnum, supplendo in augmẽtum dotis necessarium ratione defloratonis. Potest insuper probari argumento 2. quod n. 4. retuli ad probandam 2. sent. Et ita huius sent. videntur *D. Thom. 2. 2. q. 154. a. 6. corp. & ibi Caiet. immediatè ante solutionem ad primum dubium: & Abulensis c. 5. Matth. q. 201. corp.* vbi dicunt stuprato rem virginis inferre iniuriam & patri & puellæ. Videtur etiam *Sylua nuptialis l. 3. n. 24.* vbi ait, eum cõdemnandum esse vt restituat patri, cui onus dotandi incumbit. Et tenent expresse *Guilielmus*, quem refert & sequitur *D. Anton. 2. p. 2. 5 c. 6. §. 1. Bern. Diaz. sua practica canon. in noua edit. c. 81. n. 6. & ibi Salzedo in additionibus, verb. Non debeat*: addens, licet sit sub curatorũ potestate, teneri curatoribus. *Corduba l. 1. quæstionarij q. 13 col. 4. §. Vbi & isti, & seq.* additq; idem de curatoribus. Et idem addens *Gutier. l. 1. q. canon c. 37. n. 24. Valentia 2. 2. disp. 9. q. 3. punct. 3. §. An autem & quando. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 77. §. Sed hæc quæstio: & c. 76. §. Sed miror: & c. 107. §. An vero vice versa. Manuel. 1. to. sum. 2. edit. c. 208. concl. 3. n. 3.* Citatur etiam pro hac sent. *Nauarr. sum. c. 16. latinè n. 18. hispanè n. 19.* At expresse loquitur, quando defloravit quispiam fraudibus, aut precibus importunis, quæ violẽtiæ æquiparantur. Et *n. 16.* absolute dixerat, defloratorẽ virginis sponte volentis ad nil teneri: & ita potius fauet contrariæ sententiæ. Solet etiam citari *Angles floribus, 2. p. q. de restitut. honorũ, & bonorũ temporaliũ. 2. vnic. dub. 7. difficultate 2. concl. 4.* At manifeste loquitur de corrumpente importunis precibus, quas violentiæ æquiparat: de quibus in tota difficultate sermonẽ facit. Et hæc sententia est probabilis. At probabilius est nil teneri parentibus aut tutoribus restituere. Quod iis non irrogetur iniuria, cum ipsa sit suæ virginitatis domina, & nuptiarum iacturam pati volens possit, renitente patre. Item, quiasi ipsa cõsentiens defloratori haberet pecunias proprias, quibus patri satisfacere posset, non teneretur vtique: cùm tamẽ sit causa principalis, & efficacior iniuriæ & damnorum. Minus igitur tenebitur defloror, qui est causa minus principalis. Tandem, quia ipsa virgo potest inuito patre nubere cui voluerit, ita vt nec ipsa, nec vir teneantur aliquid parentibus ratione iniuriæ restituere. Et ideo hanc partem tuentur *Sotus li. 4. de iust. q. 7. a. 1. in solut. ad 2. vers. An vero vice versa. Veracruz 3. p. speculi. a. 19 fine. Nauarra l. 2. de restit. c. 3. p. 4. de lædente in cæteru corporis bonis. in noua edit. dub. 2. n. 413. vers. Mihi aliter videtur. Bañes 2. 2. q. 62 a. 2. du. 7. concl. 1. Salon eodem art. 2 controuersia 5. concl. 1 Graffis 1. par decisionum, li. 2. c. 79. n. 13. vers. Sed dubium est. Suarez nu 5 relatu. Hieronymus Llamas p. 3. methodi curationis, cap. 8. §. 18. in fine.* Addunt *Bañes & Salon* teneri restituere patri honorẽ ablatum. Quibus minimè credo. Quòd nec id vsus habeat. Et quia femina volens potuit id damnum pati non obstante ignominia inde parentibus & consanguineis subsecuta. Sicut potest quilibet absque iniustitia aliud scelus admittere, quamuis inde toti cognationi dedecus sequatur. Non enim tenetur lege iustitiæ ab eo crimine abstinere, quo honori consanguineorum consulat.

Aliqui tamen ex Doctoribus posterioris sent. numero 12
præcedenti relatis, quamuis fateantur defloratorem virginis consentientis nil teneri patri restituere: at vbi violenter defloruit, non soli virgini, sed etiam patri restituendum esse docent. Quod vtrique iniuria irrogata sit. Sic *Nauarrus, Angles, Bañes, concluf. 2. Salon concluf. 2. Hieronymus Llamas numero præcedenti allegati. Petrus de Ledesma de matrimon. quæst. 45. art. 4. dubio 1. in solutione ad confirmationem tertij. Philiarc. de officio sacerdotis, tom. 1 part. 2. lib 4. c. 17. ad fin. Carbon de restitut. q. 26. concl. 9.* At existimo nil aliud esse restituendum, quam supplementum dotis necessarium virgini ad nubendum, eo quod defloratasit: quo non indigeret, si virgo esset: quod etiam restituendum erat, quamuis virgo esset sui iuris. Quia eo supplemento dotis satisfit etiam patri. Quippe eo restituto recuperat damnum maioris dotis dandæ filiæ defloratæ. Quod si ex iniusta domus inuasione per raptorem facta, aliud damnum in bonis fortunæ sensisset pater, nullus dubitat illud quoque resarciendum esse.

Septimò deducitur, quid dicendum sit in hoc, an sit 13
circumstantia virginitatis necessariò fatenda in ipsa virgine quæ rapta est, & præ timore consensit suæ defloration? Et eam fatendam esse suadet, quod si esset coniugata, vel peccaret cum coniugato, timore eodem compulsa, teneretur fateri circumstantiam illam status. Quippe est verum adulterium: atque ita libr. 10. disp. 5. num. 16. dicemus esse sufficientem diuortij causam, quod habere minime posset, si adulterium non esset. Ergo similiter virgo timore consentiens, tenetur circumstantiam virginitatis fateri: sicut enim illud est adulterium, ita hoc est stuprum, diuersa luxuriæ species (vt diximus numero 5. & 7.) Deinde, quod cooperetur stupro vel raptui alterius. Verum dicendum est, feminam timore illo consentientem defloration, minimè teneri circumstantiam virginitatis fateri, vel raptus. Quod solius simplicis fornicationis rea sit. Nam stupri ratio consistit in violenta ablatione virginitatis (vt numero 7. probaui iuncto ntim. 5.) At virgo nullam virginitatem violenter aufert: sed patitur violenter sibi auferri. Nec ratione concursus seu cooperationis potest ea femina peccare stupri peccato. Quia vbi timor cogit, non tribuitur culpæ concursus, nec censetur cooperatio, nisi vbi res est intrinsecè mala, nec pendet à voluntate concurrentis, rectè fieri, vel saltem absque circumstantia illa superaddia. Et ideo femina illa virgo timore compulsa, est re a

forni-

fornicationis; & si esset coniugata, vel cum coniugato, adulterij. Quia nec malitia fornicationis, nec circumstantia adulterij pendet ex feminæ voluntate, ita vt illa concurrente tollatur: at cum malitia circumstantiæ raptus & stupri pendeat ex feminæ voluntate; si enim ipsa consentiret, non esset raptus, nec stuprum: inde est, vt in ipsa non inueniatur malitia huius circumstantiæ, sed solius fornicationis: at in stuprante vtraque inueniatur, quod non habeat voluntatem spontaneam virginis, sed metu extortam. Sicut cogens me mortis metu incusso, vt manum sibi abscindendam tradam, peccat abscindens: at ego offerens minimè delinquo. Quia non spontaneè concurro ad alterius peccatum, ac possum libere manus abscissionem velle, & intendere, ad vitam tuendam. Et tandem id manifestè probatur. Quia non magis peccat, sed multo minus, coacta metu consentiens defloratori, quàm sponte sua: metus enim licet non semper rationem culpæ auferat, at semper extenuat: eo quod minus voluntaria sit: at hæc non esset rea stupri, sed solius simplicis fornicationis. Ergo nec illa.

14 Octauò deducitur, iniustè imponi *Soto 4. d. 18. q. 2. a. 4. col. 13. vers. De simplici vero stupro*, vt sentiat circūstantiā virginitatis fatendā necessariò esse in actu externo copulæ, non verò in interno desiderij. Ita illi imponunt *Nauarrus summ. Lat. in c. 6 nu. 8. Gutier. quæst. canon. l. 1 c. 31. n. 28. Metina lib. 1 sum. c. 9. f. 22. Petr. de Ledesma sum. Sacrament.* vbi de pœnitent. *c. 19. §. La vltima duda, f. 624. Lud. Lop. 1. part. instruct. c. 29. §. Adhæc circumstantiam Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 208. concl. 1 n. 1.* ipsumque reprobant. Quod actus interior & exterior ad eandem bonitatis vel malitiæ speciem pertineant, vt bene docet *D. Thom. 1. 2. q. 72. a. 7.* At falsò illi imponi, optime aduertit *Vazquez 1. 2 q. 74. a. 8. disp. 112. nu. 1.* Nam *Sotus ibi* tam in actu interiori, quam in exteriori sentit non esse circumstantiam necessariam: at eam differentiam optimè constituit inter vtrumque actum: vt dum femina solum desiderium copulæ fatetur, non sit consilium interrogare eam, an sit virgo. Cum enim circumstantia virginitatis in femina fatente numquam sit necessario fatenda iuxta opinionem quam ibi nobiscum sequitur; vel saltem id sit probabile, non est interroganda femina de virginitate. Si enim virgo minimè sit, maximo pudore suffundetur id explicando: ingentique periculo exponetur mentiendi, dicendo se esse virginem. At cum fatetur copulam externam, licet non sit necessarium eam virginitatis circumstantiam interrogare: sanum tamen consilium erit id efficere, tamquam tutius, ob opinionum diuersitatem. Quod cessent prædicta pericula, feminam enim fatentem copulam minimè pudebit se non esse virginem patefacere.

15 Vltimò deducitur, minus consequenter ad suam sententiam loqui quosdam DD. sentiunt enim circumstantiam virginitatis tamquam mutantem speciem, esse necessario fatendam: & simul dicunt non teneri confessarium, feminam quam ex habitu virginem esse præsumit, interrogare num virgo sit, quando solum actum desiderij internum fatetur. Ducuntur, quod huiusmodi feminæ sint communiter virgines, & si confitens talis minimè sit, parum referat. Quoniam confessarius intelliget grauius esse peccatum, nempe, stupri, quam re vera erat. Nec pœnitens tenetur culpam suam extenuare, circumstantiasque minuentes fateri. Sic *Enriquez lib. 5. de pœnitent. c. 4 n. 2. fin. & c. 8. n. 2. Alcocer sum. c. 20. §. La circumstancia, fol. 73. Angles floribus, 1. 9 q. 3. de confessione, a. 4. diffic. 7.* Et dicunt id esse probabile, quamuis oppositum sit certius & tutius, *Metina, Lud. Lopez, Manuel n. præced. allegati.* Idemque ait esse probabile *Petr. de Ledesma sum. Sacram.* vbi de pœnitentia, *cap. 29. §. A esta duda, f. 625.* vnde dicit, si femina sit virgo, teneri eam id explicare: quod sit circumstantia speciem mutans aggrauando: si vero virgo non sit, non teneri declarare se non esse virginem, nec confessarium id interrogare: quod sit circumstantia diminuens. Cæterum hoc non consonat eorum sententiæ: nam tenendo circumstantiam virginitatis mutare speciem, est necessario dicendam teneri feminam, actum internum vel externum fatentem, explicare se non esse virginem, si non sit, sicut esse virginem, si talis sit: & confessarium id interrogare. Quia licet verum sit non teneri pœnitentem communiter se excusare, circumstantiasque minuentes exprimere: at tenetur id efficere iuxta omnium sententiam, quando talis circumstantia tollit rationem peccati mortalis aut nouæ speciei peccati mortalis. Quis enim diceret legitimè fateri cum, qui scit confessarium existimare illum esse coniugatum, cum iam sit viduus, vel tempore quo erat solutus admisit fornicationem: atque ita decipitur confessarius existimans ita grauius esse peccatum, vt speciem mutet? Alias profectò dicendum esset validam esse confessionem, si mentiretur femina asserens se virginem, aut coniugatā esse, fatens desiderium luxuriæ. Quia mendacium circa ea quæ non sunt de confessionis substantia, eam non irritat. Cum igitur illa circumstantia, nimirum, feminam cōfitentem actum carnis non esse virginem, & similiter si solum desiderium fateatur, ita peccatum diminuat, vt tollat nouam speciem peccati noui mortalis, nimirum stupri, tenebitur pœnitens eam declarare, & confessarius de illa certior fieri. Nec obstat confessarium posse probabiliter ex habitu eam esse virginem præsumere. Quod teneatur confessarius certò nosse peccata pœnitentis, & ipse pœnitens certo declarare, prout bono modo potest, vt si pœnitens certus sit se septies peierasse, non satisfaciet dicens paulo plus, vel minus: sed tenetur illam certitudinē metaphysicam, quam habet, explicare. At in hoc euentu re vera confessarius manet dubius, & præsumit nouam peccati speciem, potestque de ea certus fieri: nec pœnitentis verecundia excusat à circumstantijs necessariò fatendis. Atque ita merito *Barthol. à Ledesma de pœnitentia dub. 10. ad finem, in 3 conclusione: & Vega 1. to. sum. c. 55. casu 25.* recedunt ab ea doctrina, dicuntque sustinendo eam sententiam, vt circumstantia virginitatis mutet semper speciem, esse necessario rogandum, quamuis monialis solum actum internum fateatur, an sit virgo. Id tamen concederem, si femina sit in bona fide constituta, maximumque periculum mentiendi videret confessarius imminere, si de statu interrogaret, posset vtique non interrogare, vt bene dixit *Manuel proximè citatus*: non ob rationē quam ipse affert, nimirum, sequens opinionem prædictam, quam ipse probabilem existimat: sed in quacumque opinione id est verum. Nam quando pœnitens est in bona fide, & ex manifestatione veritatis, subest periculum, vt in peccato maneat, nec resipiscat, debet confessarius prudenter tacere (vt probaui lib. 2. tota disp. 38.) Ab his tamen omnibus angustiis liberamur, amplectendo nostram opinionem, cum enim in femina, siue consentiens siue renitens sit, non sit circumstantia stupri necessario fatenda (vt diximus num. 6. & 13.) numquam tenebitur confessarius eam, siue actum internum siue externum fatentem, de hac circumstantia interrogare: nec ipsa interrogata tenebitur respondere.

Ad arg. primæ sent. nu. 3. proposita resp. Ad 1. dic, na- 16
turam concessisse claustrum ad eos duos fines, ita tamen vt esset sub dominio & potestate feminæ aliter eo vti, non quidem licite, sed absque iniustitia: vt concessit oculos ad videndum, & cæteras corporis partes ad destinatos vsus, ita vt homo maneret dominus talis vsus, quamuis peccet, si ijs abutatur. Nec est simile de abscissione manus: ea enim est contra vsum cuius natura concessit dominium: vt explicui num. 5. Ad priorem confirmationem, negandum est, feminam non esse dominam claustri virginei, ita vt possit ad libitum vti absque iniustitia. Ad posteriorem, dispar longè est ratio, quod in matrimonio is contractus ineatur ex ipsiusmet matrimonij natura, vt vterque coniux sit dominus corporis alterius ad solum proprium vsum, & non amplius. Vnde etiamsi coniux velit alteri corpus suum præbere, eius dominio caret, & delinquit contra iustitiam, abutens re aliena: nec alter

coniux

coniux potest absque iniustitia adulterij, consensum illi abusui præstare, quod ad solum actum matrimonij, eius corporis dominium habeat. Nec confert etiam consensus vtriusque coniugis, esset quippe contra bonum fidei & prolis, quæ matrimonio suapte natura insunt, atque illis coniuges renuntiare nequeunt. Contra bonum fidei, quia violatur fides sibi inuicem præstita in matrimonij contractu. Contra bonum prolis, quia si est femina quæ est adulterij rea, erit proles incerti patris. Vnde semper est specialis deformitas contra matrimonij finem. Ad 2. dic, nil probare contra nostram sententiam, in fauorem illius sententiæ. Nam fere vniuersi DD. fatentur primum concubitum viri, primamve eius pollutionem, carere circumstantia necessario fatenda: cum tamen opponatur similiter virtuti virginitatis, quę tunc amittitur. Quamobrem vt respondeamus, præmittendum est cum *D.Th.* 2.2. q.151.a.3. castitatem & virginitatem se habere inter se, instar magnificentiæ ac liberalitatis. Quare sicut liberalitas & magnificentia sunt speciales virtutes inter se distantes: quod illa circa moderatos sumptus, hæc autem circa magnos versetur. Ita castitas, quæ assimilatur liberalitati, & virginitas assimilata magnificentiæ, sunt diuersę virtutes: differuntque, quod castitas sit voluntas abstinendi se ab omni actu illicito venereo: virginitas autem ab illicito & licito, qualis est coniugalis. Hoc præmisso, die materiale virtutis virginitatis esse integritatem carnis, & per accidens se habere ad virtutem virginitatis. Nam non desinit femina esse virgo, si casu, aut causa medendi morbo, aperiatur claustrum aliquo instrumento. Formale autem consistit in abstinentia omnis carnalis delectationis, etiam coniugalis. Vnde per quamcumque pollutionem, & concubitum prima, amittunt vir & femina virtutem virginitatis, & per primum concubitum deperdit femina integritatem corporis: at neutra iactura arguit specialem deformitatem, & speciale vitium. Non prima, quia ea non opponitur specialiter virginitati, vt specialis virtus est, distincta à castitate, sed eodem prorsus modo opponitur castitati: vnde non constituit speciale peccatum: speciale enim dicitur, quod specialiter opponitur formalitati alicuius virtutis. Non etiam secunda, quod illa non opponatur formalitati virginitatis, sed materiali, quod in ea reperitur. Quare virginitas, vt specialis virtus distincta à castitate est, non habet vitium oppositum, sicut nec magnificentia, vt distinguatur à liberalitate. Vt ergo breuiter satisfiat argumento, distinguenda est maior: opponitur virginitati, quoad eius formale, & vt distincta virtus est à castitate, negatur: opponitur autem quoad materiale, & vt coincidit cum castitate, conceditur. At hoc non sufficit ad specialem deformitatem, vt explicui. Ad 3. constat ex dictis num. 7. vbi discrimen explicui. Ad 4. constat ex dictis num. 5. & similiter ad confirmat. vbi probauimus, non teneri virginem ad seruandum claustrum illæsum ex lege iustitiæ, ob bonum prolis: atque id non constituere specialem malitiam distinctam à simplici fornicatione. Ad argum. 2. sent. proposita num. 4. resp. Ad 1. die, stupratorem non directe & vere contra iustitiam lædere honorem, & parentum facultates, sed intercedenti voluntate filiæ, quæ tamquam sui corporis & nuptiarum domina, ius habet, vt absque iniustitia id damnum indirecte inferat vtendo iure suo: à quo non tenetur se abstinere ex iustitiæ præcepto, vt id damnum caueat: vt num. 5. probauimus. Ad 2. dic, id ius competere patri dependenter à voluntate feminæ, quæ tamquam domina potest libere absque iniustitia vti suo corpore. Ad 3. dic, matrim. esse statum perpetuum, & magni momenti in eo non errare, & ita maior est impietas aduersus reuerentiam patri debitam eo inconsulto cum statum eligere. Ad vltimum, constat ex dictis eodem num. 11. vbi oppositam sententiam probaui.

DISPVTATIO XV.

An incestus cum consanguineis, vel affinibus, matrimonio ineundo impedimentū præstet?

SVMMARIVM.

Incestus cum consanguineis vxoris impedit, sed non dirimit matrimonium, n. 1.

Quid, si vxor petens cum consanguineis viri, & an possit petere debitum, n. 2.

An ipsi consanguineis coniugis, cum quibus incestus admissus est, interdicatur matrim. n. 3.

Vsque ad quem gradum extendatur hic incestus cum consanguineis coniugis, impediens matrimonium, n. 4.

Quid, si sit copula cum consanguineis sponsi vel sponsæ de futuro, & vsque ad quotum gradum. Et exoletur c. Duo fratres, de despons. impub. num. 5.

Quid, si cum consanguineis sponsæ de præsenti, nondum matrim. consummato: & vsque ad quotum gradum: & an ea copula impediat debiti petitionem, n. 6.

Quid, si cum affine, orta affinitate ex sola fornicatione, n. 7.

Quid, si cum cognata legali vel spirituali, n. 8.

An desideretur scienter incestum admissum esse, & excuset ignorantia culpabilis, iuris, vel facti, n. 9

Quid, si femina renitens aut timore compulsa cognoscatur, n. 10.

Quid, si copula cum affini non sit consummata, n. 11.

Quid, si copula cum consanguineis coniugis sit post eius obitum, & an desideretur vt simul concurrant adulterium & incestus, n. 12.

Quid, si incestus sit occultus, n. 13.

An sit necessaria sententia iudicis ad hoc impedimentum, n. 14.

An incestus cum consanguineis proprijs impediat matrim. Referuntur sententia asserens impedire: & nil referre, sive ante, sive post matrimonium admittatur, n. 15.

Proponitur contraria Auctoris sententia, n. 16.

Soluuntur argum. & eruditur c. Si quis viduam, 32. q. 7. & c. De incestis, 33 q. 3. & c. Si duo, 35 q. 6 & c. fin. 35. q. 8. n. 17.

IN hac disputatione constat inter omnes, incestum admissum à viro cum consanguineis suæ vxoris impedire, non tamen dirimere matrimonium, vt constat ex *cap.* 1. *& c. Transmissa, de eo qui cognouit consang.* vbi tali incestuoso interdicitur matrimonium. Cum tamen nil addatur, quod ipsum contra prohibitionem initum irritari denotet, non erit irritum, iuxta regulam traditam hoc libr. 7. disp. 2. n. 10. Vnde non sunt audiendi quidam, quos tacito nomine refert, nec improbat *glossa cap. Si quis cum duabus, verb. Pœnitentiam, 33. q. 2.* asserentes id matrimonium esse irritum. Sed vniuersi DD. contradicunt, referentes hoc impedimentum inter solum impedientia: quod nullus reperiatur textus, qui id esse dirimens decernat. Ratio autem huius impedimenti optime assignatur à *Caiet.* 2.2. *q.* 154. *a.* 9 *col.* 2. §. *Ad secundam obiectionem*: quod talis incestus habeat ex propria ratione impedire exactionem debiti à coniuge, eo quod inde coniuges efficiantur affines: & quia incestuosus non veritus est coniugem sibi facere affinem, ac plenum coniugij vsum impedire, ideo punitur in ipso matrimonio contra quod deliquit: & interdicit sibi aliud matrimonium cum quacumque alia persona contrahere. Atque ita *D.Th.* 4. *d.* 34. *q.* VII. *art.* 3. *in solutione ad argum. & ibi Ricard. a.* 4. *q.* 2. *ad* 1. *Turrecr. cap. Quædam cum fratre*, 32. *q.* 7. *n.* 2. *ad* 3. dicunt incestum præstare hoc impedimentum matrimon. ineundo, non tam ratione culpæ, quam ratione affinitatis contractæ. 1

Quamuis autem apparenter posset aliquis existimare, non idem impedimentum incurri, si è contra vxor incestum committat cum consanguineis viri, quod omnes textus toto *tit. de eo qui cognou. consangu. vxor.* vbi id impedimentum statuitur, de solo viro cognoscente vxoris consanguineam loquantur. Et in simili, hoc lib. disp. 12. num. 25. probauimus textus imponentes pœnas raptori feminæ, non extendi ad viri raptricem. At idem prorsus impedimentum incurri, absque dubio dicendum est. Eadem enim prorsus est ratio: cum ratio huius impedimenti sit iniuria matrimonij propter affinitatem contractam: quę omnino æque in vtroque incestu reperitur. Adde, etiam vtrumque esse frequentissimum. Et ideo non est simile exemplum adductum de raptu. Quia raptus femi- 2

næ frequens est: raptus autem viri rarissimus, & vix auditus: atque ideo leges quæ communiter accidentia respiciunt, prætermisso tamquam raro, raptu viri, raptui soli feminæ pœnas statuere. Tandem, quia *c. Si quis viduam, 32.q.7. & c. Si quis cum matre, 34.q.2.* dum hoc impedimentum statuunt, loquuntur expresse etiam de femina. Et ita tenent *Palud. 4.d.34.q.1.a.2.n.12. & ibi Supplementum Gabr. q.vn.a.1. D. Antonin. 3 p.t.1.c.16. §.4. Sylvest. Matrim.7.q.fin. dict.3. Armilla verb. Matrim.nu.57. Petr de Soto lect.14 de matrim. §. Huic impedimento interdixit. Sarmiento li 7 select.c.10. statim in princip. Veracruz 1 p specul.a.23 conclus 2. Gaeta c. Ad limina.30.q.1.§.4.n.295. Gutier lib.1 q canon.c.23.nu.5. & 21. Corduba in suo quæstion. lib.1. qu.12. paulo post princ. Matienzo lib 5 recop.t.1.rubr glos.1.n.137. Cetata 4.d 34.q.3. concl.1. Toledo li.7 sum.c.15.n.2. Lancelotus instit. iuris can. li.2.t. de triplici cogn. §. Si quis autē, vers. Si quis autē. 1.nd. Lop.2.par. instruct. de matrim.c.46.§. Circa 5. impedimentū.* Imo quamuis nullus sit textus qui loquatur de vxore incestuosa cum viri cōsanguineis, dum interdicit debiti petitionem, sed omnes loquantur de viro incestuoso: idem prorsus dicendum est de vxore incestuosa: nequit enim petere debitum à viro. Et constat ex rationibus proxime adductis. Et præterea, quia sunt correlatiua, & militat eadem ratio in vtroque: in quo casu eandem quoque dispositionem locum habere probat late *Everardus in suis Topicis, loco à correlatiuis.* Et ita docent *Paludan. Supplementū Gabriel. D. Antonin. Sylvest. Sarmiento, Gutier. Matienzo n.103. Cordub. Gaeta nuper citati, Victoria sum.* vbi de matrim.*n.288. Sotus 4 d.37.q. vn.art.2. concl.2. Palacios 4.d.34.disp.2.col.9. vers. Quod si obiecerit.*

3 Nec tantum ipsis coniugibus incestus huiusmodi reis, interdicitur aliud matrimonium, sed etiam illis consanguineis coniugis, cum quibus alter coniux incestum admisit. Constat ex *c.1. de eo qui cogno. consang.* ibi: *Si quis cum filiastra sua scienter fornicatus fuerit, nec filiastra, nec ille vllo vmquam tempore, alij se poterunt matrimonio copulare.* Et notant *ibi Ioan. Andr.n.3 Hostiens. ad fin. super verb. Sicut filiastra, Ant.n.4. Anchar. fin. Palud.4.d.34.q.1.a.2.concl.1.nu.12.* idem definitur *c. Si quis cum nouerca, 32.q.7.* quod desumptum est ex Concil. Triburiensi, ibi: *Si quis cum nouerca sua dormierit, neuter ad coniugium poterit peruenire.* Et ratio est, quod inique concurrerint ad iniuriam irrogandam matrimonio, contracta affinitate inter coniuges, ex qua impeditur vsus matrimonij.

4 Hoc autem impedimentum extendebatur attento iure communi vsque ad quartum gradum: ita vt coniux incestum admittens cum consanguineis alterius coniugis intra quartum gradum, incurreret hoc impedimentum (vt circa prohibitionem petendi debitum, quæ pari passu currunt, dicam li.10.disp.27.n.12.& ibi rationē reddam huius extensionis, quamuis textus de primo gradu loquātur.) Atque ita docent *Aslensis 2 p.sum.lib.8 t.20.a.1.initio, Gutier lib.1.q.canon c.23.n 5.* Et sic intelligendus est *Toledo lib 7.sum.c.15.n.2.* vbi dicit extendi vsque ad quartum gradum: cum tamen post Tridentinum scripserit. At hodie cum *Tridentinum sess.24. de matrim.c.4.* restrinxerit affinitatem ex fornicatione ortam ad secundum gradum: ac proinde ex copula cum consanguineis coniugis citra secundum gradum, non oriatur hæc affinitas cum altero coniuge, quam esse causam huius impedimenti, probauimus n.1. inde est vt hoc impedimentum sit quoque restrictū, & hodie non oriatur, nisi ex incestu cum consanguineis coniugis intra secundum gradum. Et ita docent *Ouandus 4 d.41.disp.vn.propos.t.7. Emmanuel Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis tantum impedientibus, *n.7. Vivald. candel. Sacram 1 p.* vbi de matrim.*n.269.* Et in simili, nimirum, tantum incestum in prædicto secundo gradu impedire petitionem debiti, attento eodem Tridentini decreto, dicemus, & latius probabimus relata contraria opinione, lib.10.disp.eadem 27.n.14.

5 Dubitabis autem, an impedimentum hoc oriatur ex copula cum consanguineis sponsi vel sponsæ de futuro, contra publicæ honestatis impedimentum? Quidam esse impedimentum negant. Quod non sit proprie incestus, qui solus hac pœna punitur. Ita *Angelus verb. Incestus, nu.5.* relata *glos. c. Quidam, 27.q.2.* quæ id minime dicit. Idem tenet *Veracruz 1.part.specul.art.23. in quodam dub. quod mouet post secundam conclusionem.* Cæterum dicendum est, ex ea copula oriri impedimentum contrahendi matrimonii. Quod probat *tex.c.2. de eo qui cognou. consangum.* ibi: *Si matrem sponsæ suæ cognouit, si sponsæ numquam carnaliter adhæsit, poterit ex dispensatione cum alia matrim. cōtrahere.* Quem textum intelligi de sponsa per verba de futuro, vel ex eo constat, si enim esset de præsenti, non posset cum alia cōtrahere, ex dispensatione Episcopi, (de ea enim dispensatione intelligitur, quia conceditur dispensatio, & non reseruat sibi Pontifex vt bene docent *ibi Abb.n.3. Alex. de Neuo n.3.*) At quia solū erat sponsa de futuro, & sponsalia iam soluta fuerant ob affinitatem contractam cum sponsa, ortam ex copula cum eius matre, datur facultas cum alia contrahendi, ex dispensatione tanien Episcopi. Et ita intelligunt illum textum de sponsalibus de futuro, *glossa ibi, verb. Matrem sponsæ. Innoc. num.vn. Hostiens. statim in princ. Ioan. Andr. nu.4. Anton. num.5. Abbas in casu positione & num. 2. & 4. Alex. de Neuo num.2. & 7.* Atque id etiam probat *ca. Duo pueri, de sponsi. impub.* quod statim referam, & ponderabo. Et huius sententiæ sunt *glos. eo.c.2. verb. Ex dispensatione, Ioan. Andr.n.4. Ant.n.2. & 5. Præpos. nu.4. D. Bonauen.4.d. 34.a.3.q.2. in fine corp. Ricard. ibi a 4.q.2. in fine corp. Palud.q. 1.a.2.n.13. Supplementum Gabriel.q.vn.a.1. Sylvest. verb. Luxuria, q.4. in fine, Turrecr.c. Quadam cum patre, 32.q.7.n.2. Gaeta repetitione c. Ad limina, 30.q.1.§.4.nu.108. Matienzo lib.5. recop.tit.1.rubrica glos.1.nu.138. Cordub. in suo quæst. lib.1.q.12. paulo post princip. Palac. 4.d.34.disp.2.col.11. vers. Caterum forte.* Et DD. statim allegandi hoc impedimentum fatentur: & solum inter illos controuertitur, an sit perpetuum. Et rationem huius impedimenti bene assignant *gl.a. Duo pueri, verb. Dubitur, de desponsi. impub. & ibi Anton. fine, Cardin. fine,* inductum enim est ob violatam publicam honestatē ortam ex sponsalibus, accedendo ad sponsæ consanguineam. Non leuis autem controuersia est, an hoc impedimentum sit perpetuum? Dubitandi ansam præbet *c. Duo pueri, de desponsat. impub.* ibi: *Neutri viuente altero dabitur licentia contrahendi.* Quidam affirmant esse perpetuum; & explicant hunc textum, vt intelligatur maxime viuente altero. Ita *Petr & Abbas antiquus ibi*, quos sequitur *Cardin. ibi in fin.* At verius est, impedimentum esse temporale, nimirum, dum viuit complex delicti, cum quo incestus ille contra publicam honestatē admissus est: nec enim complex viuenti sponso, nec sponsus viuenti complici, potuerunt matrimonium quodcumque inire: altero autem vita functo cessat impedimentum, ac liberum esset superstiti ad nuptias transire. Id enim probare videtur is textus, dum solum altero superstite negauit matrimonium. Et ita docent *Abbas eod.c. Duo pueri, nu.7. Alexand. de Neuo, n.9. Præpos. num.4. statim in princip. Couar.4. decret.p.2.c.6.in principi.n.4. Anton. Cucus lib.5. inslit. maiorum, t.12.n.18. Land. Lopez 2.p. instruct.* vbi de matrim. *ca.46. impedimento 5. fine.* Sed cur tantum altero viuenti hoc impedimentum inductum est? *Abbas eod.nu.9.* dicit rationem esse, quia vulgus existimabat matrimoniū esse initum: & ideo ne sponsus videatur secundum matrimonium inire, id sibi interdicitur, dum alter superstes est. Sed iure optimo *Alexander de Neuo ibi, num.9.* reprehendit hanc rationem, nam ea stante spectanda esset mors sponsæ, vt cessaret scandalū secundi matrimonij initi: at ea non est spectanda, sed mors complicis in delicto incestus. Vnde optime dicit, rationem legitimam illius decisionis esse, ne delictum maneat impunitū. Et quia non est tantum delictum, nec proprie incestus, ac copula habita cum affine: ideo minus punitur, inducto solum impedimento temporali. Hodie autem hoc impedimentū non excedit primum gradum, quamuis olim ad quartum protraheretur. Quare hodie sponsus de futuro rem habens cum consanguinea sponsę in secundo gradu, nullum incurrit impedimentum. Quia statu-

simum est ob publicam honestatem violatam. At publica honestas non excedit hodie 1. gradum: attento decreto *Trident. sess. 24 de matrim. cap. 3.* Et ita tenet *Veracruz 1.p Speculi a. 21. in quodam dubio, quod monet post 2 conclus.*

6 Ex ratione autem proxime tradita forsan inferet aliquis, copulam habitam cum consanguineis sponsæ de præsenti ante matrim. consummatum, non præstare impedimentum perpetuum. sed temporale matrimonio alij contrahendo: nimirum, dum complex viuit. Quod ea copula non sit proprie incestus. Hic enim proprie est cum consanguineis vel affinibus *c. 1. 36. q. 1.* At ante carnis copulam non est proprie affinitas contracta cum consanguineis sponsæ: sed intercedit impedimentum publicæ honestatis, vt in eo impedimento dicemus. Verum contrarium dicendum est, nimirum, impedimentum esse perpetuum, sicut si esset copula cum consanguineis coniugis cognitæ. Quod prob. ex *c. 1. & c. Transmissa, de eo qui cognouit consang.* vbi pariter interdicitur matrim. in perpetuum, & petitio debiti, incestuoso cum consanguineis coniugis. At quoad petitionem debiti, necessariò intelligi debet de accessu ad consanguineam vxoris, etiá matrim. non consummato. Quod id impedimentum nascatur ex affinitate cõtracta cum vxore in matrimonij iam initi iniuriam. Quod æque fit ante & post matrimonium consummatum. Et ita accedenti ad consanguineam sponsæ de præsenti, anté matrimonij consummationem, interdici petitionem debiti, affirmant tamquam rem claram, *Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 3. nu. 26. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 11. col 3. vers. Nota etiam, Angelus Matrimonium. 3. impedimento 15 n. 2. Sylvest. Matrimonium, 8. q. 15. dict. 7. & verb. Luxuria q. 4. dict. 5. Sotus 4. d. 37. q. vn. a. 2. Couar. 4. decret 2. p. c. 7. §. 2. nu. 6. Gaeta repet. c. Ad limina, 30 q. 1. §. 4 n. 408. Gutierrez lib. 1. q. can. c. 23. nu. 15. Celaia 4. d. 34. q. 3. concl. 2. Petr. de Ledesm. de matrim q. 55. a. 6. dub. 4. quod monet circa tertium flatum affinitatis. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 41. post 2. concl §. Scire tamen hic oportet. Ludou. Lop. 1. p. instruct. c. 296. §. vlt. Vivald candel. Sacram 1. p.* vbi de matrim. *n. 207.* Similiter ergo idem dicendum est quoad impedimentum perpetuum matrimonij inducendum. Fortiter etiam probat hoc *cap. Discretionem, eodem t.* vbi casus est, de femina violenter cognita ex voluntate sponsi de præsenti, ante matrimonium consummatum, à consanguineo ipsius sponsi: & ibi dicitur affinitatẽ illam contractam cum sponsa de præsenti, absque eius culpa, ei officere non debere: secus ergo esset, vbi volens cognita esset. Tandem, quia ratio huius impedimenti perpetui est affinitas inique contracta cum vxore, in matrimonij iniuriam, eius vsum impediens (vt diximus n. 1.) Quæ ratio similiter procedit, quando copula est ante matrimonij consummationẽ, vnde non est simile de sponsalibus. Quia licet in vtroque casu non sit proprie incestus: at in sponsalibus non læditur matrim. iam initum. Quare *Sylv. verb. Luxuria q. 4. dict. 5.* absolute dixit copulam cum sponsa de præsenti nondum cognitæ consanguineis, impedire debiti petitionem, & aliud matrim. eo soluto iam. Impedimentum autem hoc est vsque ad secundum consanguinitatis gradum, vt de copula cum consanguineis coniugis diximus num. 4.

7 Imo incestus cum affini, nullo subsistenti matrim. præstat impedimentum perpetuum matrim. contrahendo. Probatur ex *c. Si quis cum matre, 34. q. 2.* ibi *Si quis cum matre & filia fornicatus fuerit, ignorante matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat vxorem: illa vero si voluerint, accipiant maritos. Si autem hoc scierint, ipsa femina absque marito perpetuo maneant.* Et ex *c. Si quis cum duabus, 33. q. 2.* quod est Nicolai Pontificis, ibi: *Si quis cum duabus sororibus fuerit fornicatus, si dignam egerit pœnitentiam, & castitatis non valuerit continentiam sustinere, licet ei legitimam in coniugio vxorem accipere.* Nec valet solutio Ouandi, quem statim referam, qui ita exponit hos textus, si altera earum erat vxor. Quia vterque textus dicit, si cum vtraque fornicatus fuerit: cum vxore autem nequit esse fornicatio. Et ita etiam apertè probat *c. Si quis viduam, 32. q. 7.* quod est ex Conc. Mogunt. ibi: *Si cum duabus sororibus, aut si qua cum duobus fratribus, &c. eos dissungi, & vlterius nunquam in coniugio copulari præcipimus.* Atque sic docent *Nauar. sum. 1. at. c. 22. n. 74. Ant. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 12. nu. 27. sin. Cordoba sum. d. 5. Toledo l. 5. sum. c. 12 n. 4. Petr. de Ledesma de matrim q. 58. a. 4. dub. 2. §. Tertio arguitur. Vega 2. to. sum. c. 5 casu 4.* & idem videntur tenere alij indistinctè dicentes, incestum cum affini producere hoc impedimentum. Hi sunt *Palud. 4. dist. 34. q. 1. a 2. n. 13. concl. 2. Abulens. c. 5 Matth. q. 200. Rebuff praxi benef. reg. de dispensat. in gradibus prohibitis, gl. 5. n. 26. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1 § 4 nu. 295.* Verum contradicit *Ouand. 4. dist. 41. disp. vn. propos. 10.* cui consonat *Cauet. 2. 2. q. 154. a. 9 col. 2. §. Ad 2. obiect.* vbi ait solum incestum cum consanguineis coniugis impedire. Ratio etiam huius impedimenti num. 1. posita probat solum hunc incestum cum consanguineis coniugis præstare hoc impedimentũ. Nec *c. Si quis viduam*, probat intentum. Explicabitur enim n. 17. & ad *c. Si quis cum duabus.* resp. eodem modo, quo eodem n. 17. respondebimus ad *c. Si duo, 35. q. 6.* idem enim tenor est vtriusque textus. Solus text. *c. Si quis cum matre*, me vrget, sed loquitur in casu valde speciali & enormi, nimirum, incestus cum matre & filia: & ita *gl. ibi verb. Hoc scierint*, videtur sentire esse casum specialem. Et ita sentio non omnem incestum cum affinibus, orta affinitate ex fornicatione, impedire: sed quando est cum matre & filia: & tunc ipsæ quoque incurrent idem impedimentum, si conscię fuerunt incestus, vt expresse dicitur *eo c. Si quis cum matre.*

Id autem impedimentum minimè oritur ex incestu 8
cum cognata legali vel spirituali. Quod nec is proprie incestus sit: nec inueniatur textus illud statuens. Et ita docent *Palud. & Gaeta num. præced. alleg. Supplem. Gabr. 4. d. 34. q. vn. a 1. Nauar. l 4. cons. in 2. edit. t. De cognat. spirit. cons. 8. n 8. Palacios 4. d. 24 disp 2 col 11. vers. Caterum forte.*

Doctrina hucusque tradita de incestu cum consangui- 9
neis coniugis impediente matrim. solet aliquibus modis limitari à DD. Primò, vt intelligatur quãdo scienter admissus est incestus. Id enim expressis verbis petit *c. 1. de eo qui cognouit consang.* Cum enim ignorantia à culpa incestus excusat, excusabit quoque ab eius pœna. Et ita vniuersi DD. fatentur. Vtrum autem excusat ignorantia culpabilis, & solius facti, an etiam iuris? dicam lib. 9. disp. 32. à n. 44. Eadem enim est ratio in vtroque casu, nimirũ, vt ob eum incestum interdicatur aliud matrim. & petitio debiti à coniuge. Nam vtrumque simul interdicit *id c. 1.* & ad vtrumque petit scienter incestum commissum esse.

Secundò temperatur, nisi femina à consanguineo ma- 10
riti violenter cognita sit. Cum enim nullius culpæ rea sit, omnem euadit pœnam: vt expresse habetur *c. Discretionẽ, de eo qui cognouit consangu.* & nemo de hoc dubitat. Is vero mariti consanguineus, qui violenter cognouit, tamquam veri incestus reus, & affinitatis contractæ inter virum & vxorem, incurret impedimentum ad contrahendum matrim. iuxta dicta n. 3. Quid autem, si non omnino inuita, sed timore compulsa consensit incestui? dicemus lib. 9. disp. 31. n. 4. circa impedimentũ petendi debitum ex ea copula ortum. Idem enim de vtroque impedimento dicendum esse probauimus n. præc. & n. 6. Nam vtrumque impedimentum simul in iure statuitur, vt constat ex *c. 1. & c. Transmissa. de eo qui cognouit consang.*

Tertiò temperatur, si incestuosa copula sit cõsumma- 11
ta, ex qua oritur affinitas. Cum enim ratio huius impedimenti sit affinitas iniquè contracta (vt diximus n. 1.) si copula non sit consummata intra vas legitimum feminæ, emittente viro semen, non producet eam affinitatem, & proinde nec impedimentũ. Adde, cum hoc sit pœnale, & stricte restringendum, petere delictum consummatum esse. Et ita docẽt *Lancelot. instit. iuris can. l. 2. t. De triplici cognat. §. Si quis autem, vers. Commiscuit. Vivaldus candel. Sacram. 1 p. de matrim. n. 97. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 50.*

Quartò limitatur, si incestus commissus sit cum con- 12
sanguineis coniugis adhuc viuentis: non enim præstabit id impedimentum, si mortuo iam coniuge perpetretur.

Ita docent *Sotus 4.d.37.q.vn.a.1.paulo post primam concl. Cordub. in suo quæstion.l.1.q.12.a.1.col.2.vers. Notetur etiam, Enriquez. lib.12.de matrim.c.2.n.1. Vivald. candel. Sacram.1.p.* vbi de matrim *n.96. Emman. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis tantum impedientibus, *num.7. Vega* dicens esse omnium, *2.tom. sum.ca.5. casu 2.* Fundamentum huius limitationis me latet. Ideo omnino dicendum est, nil referre, siue viuo, siue mortuo coniuge is incestus admittatur, vtroque etenim casu hoc impedimentum incurretur. Est enim textus expressus id decidens, quando vxore defuncta is incestus admissus est, *c. Transmissa, de eo qui cognou. consangu.* idque apertissime sentiunt *Palud. 4.dist.34.q.1. art.2.num.13. concl.2. & ibi Supplementum Gabrielis q.vn art.1. Gaeta repet.c. Ad limina, 30.q.1.§.4.num.295.* vbi dicunt ad hoc impedimentum incurrendum nil referre, an adulterium reperiatur cum incestu, nec ne. Et in proprijs terminis docent *Sarmiento*, dicens rem esse manifestam *l.7. select.cap.10. statim in princ. Quandus 4.dist.41.disp.vn.propos. 8. Petrum de Ledesma* dicens esse rem certissimam, *de matrim. quæst.58.art.4.dub.1.*

13 Quintò limitatur, si incestus occultus non sit. Si enim occultus sit, inde non consurget impedimentū aliquod. Sic videtur sentire *Abbas cap. Literis, n.2. vers. Et ex hoc, de præsump.* vbi ait hanc esse pœnam delicti incestus, qualitercumque de eo constet. Et tenet *Angelus verb. Incestus, n.4.* & referunt, nec improbāt, & sic videntur eam tenere, *Sylvest. verb. Luxuria, q.4. dict.2. Sotus 4.d.37.q.vn.a.1.col.3. vers. Circa hos.* Et tenent *Emm. Sa sum. verb. Matrimonium.* vbi de impedimentis tantū impedientibus, *n.7. Lud. Lop. 1.p. instruct. c.296.§. Nunc supereſt ad textum.* Cæterū ab hac limitatione recedam in simili, circa petitionem debiti, l.9. disp. 27.n.2. & nunc circa hoc impedimentum recedo. Quod nullo iure probari videam. Præterea, quia cum incestus sit eius naturæ, vt semper occulte committatur, raro esset locus huic impedimento. Et ita sustinent *gl.c. Qui dormierit, verb. Neutram, 32.q.7. Castro lib.2. de lege pœn.c.5.§. Rursus quinto argumento. Gutier. quæst. canon lib.1.c.23.n.8.*

14 Tandem temperatur, vt tunc incestus impediat, quando præcesserit iudicis sententia circa illud. Id enim videtur placere *Palacios 4.d.34.disp.2.fin.* circa hoc, & circa cætera crimina quæ impediunt. Et *Simancas li. instit. catholic. t.9.n.202.* ait loquens de incestu, incertum esse an in hanc pœnam incidatur ante iudicis sententiā. Cæterum quæstione hac hinc inde disputata, dicam non desiderari sententiam, vt incestuosus hic priuetur iure petendi debitū, l.9.disp.30.n.2. Et ob easdem rationes sentio nec ad incurrendum hoc impedimentum desiderari. Sicut non desideratur ad incurrenda impedimenta dirimentia criminis. Et ita sentiunt *Castro n.prac. allegatus, Petr. de Ledesma de matrim.q.58.a.4.fine.*

15 Potissima autem difficultas in hac disputatione tractanda, est, An incestus cum proprijs consanguineis impedimentum hoc matrim. contrahendo præstet? id enim multi affirmant. Ducuntur primò per *c. Si quis viduam, 32. q.7.* quod est ex Concilio Moguntinensi, ibi: *Si quis viduā vxorem duxerit, & postea cum filiastra sua fornicatus fuerit, seu cum duabus sororibus, &c. eos disiungi, & vlterius nunquam in coniugio copulari præcipimus.* Et *c. De incestu, 35.q.3.* quod est ex Concilio Agathensi, c.61. ibi: *Incestuosos nullo coniugij nomine deputandos, hos censemus esse, si quis frater germanam vxorem acceperit? si quis cōsobrinā suā se sociauerit.* Et *c. Siduo, 35.q.6. in fin.* quod est ex Concilio Vrbani Papæ, vbi dicitur cōsanguineos committentes incestum alia matrim. contrahere non prohibendos esse, si iuuenes sint, vbi *gl. v. Non prohibeantur*, ait ratione iuuentutis, vel ipso iure, si ignoranter coniuncti sint, & *c. fin. 35.q.8.* quod est ex Concilio Aurelian. vbi est sermo de incestuosis manentibus in incestu, & concluditur in fine capitis sic: *Et si alter eorum morte præuentus fuerit: alter quamdiu vixit, sine spe coniugij maneat.* Secundò quod stylus curiæ seruet, dum dispensat cum cōsanguineis incestus inter se reis, vt ineant matrim. addere clausulam, vt altero eorum defuncto, superstes non contrahat aliud matrimoniū. ergo censet cum incestum esse impedimentū. Tertiò, quod incestus cum affinibus, nullo subsistenti matrimonio, sit impedimentum (vt n.7. diximus.) Cur ergo id negandum erit de incestu cum consanguineis, qui peior est? Et ex neutro producitur affinitas cum coniuge. Et hæc sententia est valdè probabilis. Quā sustinent *gl. sin. d.c. De incestu, Alex. de Neuo c.2.nu.7. de eo qui cognou. consang. Palud. 4.d.34.q.1.a.2.n.13. concl.2. Asensius sum. 2.p.l.8.t.10.a.1. initio, Angelus verb. Incestus, nu.5. Rebuffus praxi benefic. reg. de dispensatione in gradibus prohibitu, glos.5.n. 26. Sotus 4.d.37.q.vn.a.1. paulo post 1 concl. Nauar. sum. Instr. c. 22.n.75.* & melius *Latina c.22.n.74. vers. Contrarium vero. & li.4. consil. an 1. edit. 1. de sponsalibus, consil.17.n.2. in 2. vero tit. de eo qui cognouit consang. consil.1.n.2. lex 13.t.2. parit.4. & ibi Greg. Lop. verb. Con su parienta, in fine*, dicit forte standum esse hac opinione: quòd ea lex, & Doctores iuris canonici sic ipsum explicent, quamuis id expresse non dicat ius canonicum, *Castro li.1. de lege pœnali, c.7. triplici col. ante fin. §. Ex hoc tertio documento, paulo post prin. Sarmiento li.1. select. c.9.nu.3.* & clare loquitur de incestu cum consanguinea sua: vt constat ex *n.1.* vbi proponit casum. Et *l.7.c.10. ad fin.* quæstione hac latius disputata, eam indecisam reliquit, dicens se desiderare sedis Apostolicæ declarationem. *Auton. Cucus li.5. instit. maiorum, tit.12.n.27. Cordub. li.1. quæstionary. q.12.a.1. opin.3. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30 q.1.§.4. n.295. Petr. de Ledesma de matrim. q.58.a.4. dub.2. Philiarcus de officio sacerdotis, to.1 p.2.l.2.c.4. Manuel 1.to. sum.2. edit. c.229. concl.3.num.3. Vega 2.tom. sum. c.5 casu 3.* & in hanc inclinat *Supplementum Gabriel. 4.dist.34 q.vn.art.1.* quamuis vtramque referat, & neutram definiat. Fauet *Abbas cap.1. num.2. de eo qui cognouit consang.* vbi ait esse pœnam committentis crimen incestus, priuari facultate contrahendi matrimonium: & statim addit, incestum proprie committi cum consanguineis vxoris, vel proprijs. Fauent etiam *Hostien. eo c.1. ad fin. Abulensis c.5. Matth. q.200. Veglinus de Sacramentis*, vbi de matrim. *c.20.n.1.* vbi generaliter & indistincte incestuosis interdici matrim. asseuerant. Addit-que *Sotus proxime citatus* nil referre, ante an post matrimonium is incestus commissus sit.

Verum probabilius reputo, huiusmodi incestum mi- 16
nime impedire matrimonium. Quod hoc sit pœna, & perinde restringendum. Textus autem qui id impedimētum statuunt, non loquuntur expresse de incestu cū consanguineis proprijs (vt fatentur *Greg. Lop. & Castro* auctores contrariæ sent.) Deinde, quod licet hic incestus sit in se grauior, at non ita offendit matrimonium, cum ex illo non pullulet affinitas, nec impedimentum matrimonij vsus. Et ideo hanc sent. expresse tuentur *D. Tho. 4.d.34.q. vn.a.5. in solut. ad argum. Et ibi Ricard. a.4.q.2. ad 1. Turrecr. c. Quadam cum fratre, 32.q.7.nu.2. in solut. ad 3.* vbi proposito argumēto, incestum cum consanguineis proprijs esse peiorem, & non producere hoc impedimentum: respondet, incestum non tam esse impedimentum ratione culpæ, quàm ratione affinitatis ab ipso ortæ, quæ ex solo incestu cum consanguineis coniugis oritur. Et *in corp. artic.* explicantes hoc impedimentum, dixerunt esse incestum cum cōiugis consanguineis. Eandem tenent *D. Antonin. 3.p.t.1. c.16.§.4. Rosella verb. impedimentū, impediment. 8.n.18. & 19. Sylvest. Matrimonium, 7.q.6. dict.3. Cajet. sum. verb. Matrimonium, c.1.§. Secundum vero caput:* & expressius ac melius *2.2. q.154.a.9.col.2.§. Ad 2. obiectionē. Armilla verb. Matrimonium, n.57. Couar. 4.decret.2.p.c.6. in princ.n.4. Alex. Carrer. de sponsalibus, lib.5.c.22.* (habetur to.9. tractatuum.) *Veracruz 1.p. speculi a.23. statim in princ. concl.1. Celaia 4.d.34.q.3. ad sinum, & ibi Palacios disput. 2. vers. Verum vt ad nos redeamus. Quand. 4.dist.41.disput.vn.propos.11. Matienzo lib.5.recop.tit.1. rubr. 4.dist.41.disput.vn.propos.11. Matienzo lib.5.recop.tit.1. rubr. 4.dist.41.disput.vn.propos.11. Matienzo lib.5.recop.tit.1. glos.1.num.138. Enriquez lib.12.de matrim. cap.2. num.4. initio. Toledo lib.5. summæ cap.12.num.4. Barth. à Ledesma de matrim.dub.50. Vivaldus candelabro Sacram. 1.p.* vbi de matrim. *n.95. Lud. Lopez 1.p. instruct.c.296.§. Pro resolutione, & 2.p.* vbi de matrim. *c.46. impedimento 5.* Et dicit probabilem *Petrus de Ledesma n.præced. allegat.* Et fauent *D. Benauent. 4.d.34.a. 3.q.2.*

342. Reinerius 2.p.sum.t.de matrim.c.16. Petr.de Soto lect.14. de matrim.§.Huic impedimento. Maiolus lib.3. de irreg. c.25.in §.Crimina impedientia. Angles floribus 1.p. de matrim. q.11.de impedimento ordinis,a.2.in princ. Lancel. institut. iuris canonici l.2.t de triplici cogn.§.Si quis autem,vers.Si quis autem. Graff.1. p decis.li.2.c.80.n.10 & c.85.n.27. Emm. Sa sum. verb.Matrimonium,vbi de impedimentis tantum impedientibus,n.7. nam explicantes hoc impedimentũ,dicunt esse incestum cum consanguineis coniugis.

17 Ad argum.n.15.proposita resp.Ad 1.dic cum *Castro n. proced.allegato c. Si quis viduam*, non de omni coniugio loqui,sed de solo coniugio incestuoso inter ipsos consanguineos contracto, & iubetur id matrimonium ita separari, vt amplius ad talem copulam incestuosam non veniant.Ad c.*De incestu*,dic cum *Cajet.2.2.q.154.a.9.col.2.§. Ad 2.obiect.*sola coniugia incestuosa ibi reprobari,nimirũ, cum consanguineis vel affinibus: diciturque, non posse hos veniam impetrare, nisi ab his coniugijs separentur: atque ita in fine subijcit textus hæc verba:*Sanè quibus coniugio illicita interdicitur,habebunt inundi melioris coniugij libertatem.* Ad c.*Si duo* dic cum *Cajet. ibid. & Palacios 4.d.34. disp.2.col.6.vers.At scio*,id non esse definire: vt si ij iuuenes non sint,interdicatur illis matrimonium: sed solùm causam assignare,cur illi, volentes ad nuptias transire,prohibendi minime sint. Quare non ob id alijs adimitur ea facultas.Ad c.*finale*,dic ibi iniungi solemnem pœnitentiam pro tempore totius vitæ incestuoso, qui præcedentibus monitionibus,de quibus fit ibi mentio, non resipuerit: & cum solemnis pœnitentia dum durat, sit matrimonij impedimentum (vt diximus disp.6.n.10.) ideo interdicitur matr. Quare *gl. ibi verb. Maneat*, dicit quid iuris sit in hoc casu dictum esse *cap. Hoc ipsum.§.De pœnitentibus 33.q.2.*vbi *verb.De pœnitentibus*, disputat, quando solemnis pœnitentia matrim.impediat,quare nil facit cõtra nos. Quia non erit impedimentum ratione incestus, sed ratione solemnis pœnitentiæ,vbi illa imposita fuerit, quæ iam minimè est in vsu(vt diximus ea disp.6.n.10.)Ad 2.dic cum *Palacios proxime cit.*stylum curiæ non probare hoc esse impedimentum. Pontifex enim concedens eam dispensationẽ, id grauamen illis imponit, vt homines ab incestu cohibeantur.Quamobrem ij quibus impositum fuerit,tenebuntur eo impedimento,virtute eius sõlius præcepti Pontificij.Ad 3.dic, non omnem incestum cum affinibus id impedimentum præstare,sed eum solum, qui est cum matre & filia, ob enormitatem criminis. Et quia est textus expressus id disponens. Qualis non inuenitur in incestu cum consanguineis.Quod constat ex dictis n.7.

DISPVTATIO XVI.

Vtrùm vxoricidium ac viricidium matrim. contrahi impediant?

SVMMARIVM.

Vxoricidium impedit,sed non dirimit matrimonium.n.1.
Id habet verum, licet vxorem deprehensam in adulterio vir propria auctoritate occidat.n.2.
Reprobantur Doctores oppositum asserentes,n.3.
An idem dicendum sit,quando auctoritate iudicis adulteram necat?n.4.
An è contra viricidium sit impedimentum? Refertur quædam sent.n.5.
Proponitur contraria sententia Auctoris,n.6.
Soluuntur argumenta,n.7.

1 DISP.præsens nõ est de vxoris aut viri interfectione,animo ad aliud matr.trãseundi facta Hæc enim disp. ad impedimentum criminis,quod matrim. dirimit, pertinet.Disputatio ergo præsens est,quãdo alia causa subest, vt iræ,odij,vindictæ,adulterij. Et quidẽ, vxoricidiũ tunc esse impedimentum,ne vir aliam ducere possit,non tamẽ dirimere matrim.postea initum,cõstat inter omnes. Idq; probat textus c. *Interfectores*, 33.q.2. quod est ex Nicolao Pontif.desumptũ,ibi:*Quibus pœnitentibus coniugiũ denegatur.* Et ex c. *Admonere*,33.q.2.quod est Stephani V. Pontif.vbi reprehendẽs Astulphum,quod vxorem occidisset,sic ait: *Vxorem nunquã ducere audeas.* Et c. *Quicumque,ead.q. & causa*, quod est Pij Pontificis, ibi: *Quicumque propriam vxorem, absque lege,vel sine causa,& certa probatione interfecerit,aliamque duxerit vxorem,publicam agat pœnitentiam.*

Quod verum est, quamuis maritus vxorem in adulterio deprehensam enecet propria auctoritate. Quamuis enim leges id impunè permittant:at ius canonicum spectans culpam mortalem in ea occisione repertam, eam minimè permittit.Quod denotant ea verba c. *Quicunque*, relata n.præced.*absque certa probatione.*Et ita docent D.*Th.* 4.d.37.q.2.a.2.corp.Et ibi D.Bonau.a.2.q.3.Durand.q.2 a.2.n.6. Ricard.a.2.q.2.Palud.q.2.a.2.nu.9.Supplem.Gab.q.vn.a.2.fin. Rainer.2.p sum.t.de matrim.c.14.Turrecr.c.Interfectores,33.q.2. a.2.nu.5. D.Antonin.3.p.t.1.c.16.§. 4.Sotus 4.d.37.qu.vn.a.4. concl.2.Pet.de Soto lect.14 de matrim.§.Huic impedimento.Palacios 4.d.37.disp.vn.col 8.vers.In alijs vero.Enriq lib.12.de matrim.c.2.n.1.ad fin.& c.14.num.2.anit. Barth à Ledes.dub.58 de matrim.concl.2.Vinal.candel.Sacram.1.p. de matrim.num.101. Manuel 1.tom.sum. 2.edit c.229.n.4.Vega 2.tom sum.c.34.casu 74. statim in princ. 2

Hinc deducitur, minime audiendos esse quosdam, asserentes tunc non esse impedimentum. Quod impune permittatur,quamuis non absque culpa.Hi sunt *Palud.* sibi contrarius 4.d.34. *qu.1.a.2.nu.13.Gatta repet c. Ad limina*, 30.q.1.§.4.n.295.*Emm.Sa sum. v. Matrimonium*, vbi de imped.non dirimentibus,n.6.Sed dic permitti impune quoad pœnas ciuiles: at ne impediat matrim. non reperitur textus id permittens. 3

Quando autem adulteram sibi traditam iudicis auctoritate vir enecat, minime hoc impedimentum incurrit. Quod sit inductum in pœnam criminis vxoricidij,at tunc prorsus culpa vacat.Idque probant ea verba:textus c.*Quicumque*,33.q.1.ibi:*Absque lege,absque certa probatione.*Et clarè significauit *l.reg.14.t.2.part.4.*vbi peccati grauitatẽ asseruit esse causam huius impedimenti. Atque ita tenent *Sotus concl.1.Vega,Petr. de Soto, Palacios, Enriq.vtroq; loco, Barth.à Ledes.concl.2.Vinald.Manuel n.2.allegati.Veracruz 1.p.spec.a.24. concl.2.Matienzo lib.5.recop.t.1.subr.gl.1.n.139.* Idque à fortiori dicent DD.nu.præced. allegati. Quare non est credendum *Ouando 4.d.17.disp.vn.fin.*vbi ait tunc esse impedimentum.Quod ius canonicum indistinctè loquatur, nec tradat adulteram viro necandam,sed ius ciuile id efficiat. At non est ei credendum, quia ius canonicum verè punit culpam vxoricidij: in eo autem euentu culpa abest. Nec oportet vt ius canonicum tradat adulteram viro,sed satis est,id iure ciuili disponi, non contradicente (vt vere non contradicit) canonico. 4

Dubitatur autem,an idem impedimentum ad matrim. ineundum,incurrat vxor virum interficiens? Affirmant (& valde probabiliter) multi. Quod sint correlatiua vir ac vxor: ac militet eadem ratio.In quo casu dispositum in vno,censeri in alio dispositum probat ex multis *Enerardus in suis topicis,loco à correlatiuis.* Imo maior est ratio. Grauius quippe delictum est, si vxor virum interficiat, cui tamquam capiti debet reuerentiam & subiectionem. Et confirm.quia rationes propositæ à Steph. V.*c. Admonere*,33.*q.* 2.vbi hoc impedimentũ vxoricidij statutum est,procedũt etiam in viricidio, ibi: *Occidisti vxorem tuam partem corporis tui,legitimo matrim.tibi sociatam,filios tuos orphanos fecisti.*Secundò,hoc probant omnes rationes, quas disp.12.nu.24. attuli, ad probandum leges punientes virum feminæ raptorem,extendi etiam ad feminam viri raptricẽ. Et DD. illius sent.idem dicerent in hac quæst. Et ideo hanc partem amplectuntur *Palud.4.d.37.q.2.a.2.n.10.& suppl.Gab. 4.d.34.q.vn.a.1.imped.3.D.Antonin.3.p.t.1.c.16.§.4.Sot.4.d. 37.q.vn.a.1.vers.Simplex.item.Nau.sum.c.22.n.74.Ant.Cuc.l. 5.instit.maior.t.12.n.25.Viguerius l.instit.c.16.§.7.v.8.ad fin. Palacios 4.d.34.disp.2.ad fin.in 3.imped.vers.Sunt qui putant, Enriq.li.12.de matrim.c.2.n.1.ad fin.Lud.Lop.2.p.instruct.*vbi de matrim.c.46.§.Circa 6.imped. *Phil.arc.de offic.sacerd.to.1. p.2.dib.2.c.4.Vinald.cand.Sacram.1.p.*vbi de matrim.*nu.*102. *Vgolinus de Sacram.*vbi de matrim.*c.*20.*n.*3. 5

At verius puto non esse impedimentum. Quod textus iuris canonici hoc impedimentũ statuentes de solo vxo- 6

ricidio loquantur: nec sit eadem ratio de viricidio: quia viricidium est rarissimũ, & vxores non sunt pronæ ad id, imo sunt timidæ: at vxoricidium est frequens, viriq; sunt audaciores & procliuiores ad id delictum perpetrandum. Quamobrem ad virorum audaciam & inclinationem cohibendam, ius canonicum pœnam hanc statuit viro interficienti vxorem, non autem è contra vxori virum necanti. Quam rationem extensius attuli & ponderaui disp. 12. nu. 25. vbi hac ratione & alijs ductus, sequens non pœnitendos DD. defendi pœnas viri raptoris fœminæ, non extendi ad viri raptricem. Et ideò omnia ferè ibi allata conducunt ad hoc probandum. Et ita huius sent. sunt *Syluest. Matrimonium, 7 q. 6. dicto 1. Armilla verb. Matrimonium, n. 58. Ledesma 2. p. 4. q. 62. a. 2. paulo post princ. Veracruz 1. p. spec. art. 24. concl. 3. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. glossa 1. n. 140. & seq. Toledo l. 7. sum. c. 15. n. 3.* Et hanc videtur sequi *Emm. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis non dirimentibus, n. 6. quamuis enim vtraque opinione relata, non explicet vtra sibi arrideat: at refert hanc in posteriori loco: atque ita illam sequi videtur. Fauet etiam doctrina *D. Tho. 4. d. 37. q. 2. a. 2. ad 2.* ibi *D. Bonauent. a. 2. q. 2. corp. Ricardi a. 2. q. 2. ad vlt. Turrecrem. c. Interfectores, a. 2. n. 5. ad 1. 33. q. 2.* vbi opponentes matricidium esse grauius scelus vxoricidio, & tamen minimè impedire matrim. respondent rationem esse, quòd vir matrem reuereatur, proniorque sit ad vxoris occisionem: ad eiusque inclinationis represſionem est matrim. interdictum, quod in matricidio non fuit necessarium. Quæ ratio pariter militat in præsenti casu.

7 Ad argum. n. 5. proposita resp. Ad 1. constat ex dictis n. præced. vbi diuersam esse rationem probaui. Ad confirm. dic non eam esse totam rationem, sed vna cum grauitate criminis, facilitatem in viris ad id exequendum. Quæ tamen deficit in præsenti casu. Ad 2. constat ex dictis ea disp. 12. n. 26. vbi illis rationibus satisfeci.

DISPVTATIO XVII.

Qualis culpa sit affectum aliquo impedimento impedimenti, matrimonium inire: & quis dispenset: quóve iure hæc impedimenta inducta sint, & an impediant petitionem debiti, matrim. cum aliquo eorum inito?

SVMMARIVM.

Qualis culpa sit contra interdictum Ecclesiæ matrimonio copulari n. 1.
Quid, contra priora sponsalia aut votum? Remittitur, n. 2.
An iure attento, & secluſa consuetudine, sit mortale contrahere cum impedimento catechiſmi, & criminum qua solum impediunt? n. 3.
An attenta consuetudine culpa sit? Refertur duplex sent. n. 4. & 5.
Si consuetudo legitimè præscripta sit, nulla est culpa, n. 6.
Non est opus eam consuetudinem scitam esse à prælatis, n. 7.
Ea consuetudo viget hodie. Et an doctori asserenti esse consuetudinem sit credendum? n. 8.
Hodie nulla est culpa cum impedimento quocumq; impedienti, matrim. inire, præter votum, sponsalia, & interdictum Ecclesiæ, n. 9.
Esto dispensatio esset necessaria, cuius sit dispensare? Refertur triplex sent. n. 10. 11. 12.
Quo iure inducta sint hæc impedimenta, & quis dispenset in voti & sponsalium impedimenta? n. 13.
Impedimenti interdicti Ecclesiæ, ne matrim. ineatur, cui competat dispensatio? n. 14.
An ea sit inuenta necessaria circa impedimentum incestus, nu. 15. & ibi quis dispenset in hoc impedimento.
An contrahenti cum aliquo impedimento horum, præter votum, interdictum pessimè debeat Remitti? n. 16.

1 VT vltimam manum tractatui de impedimentis solum impedientibus imponamus, sola superest disp. præsens, omnia illa complectens. Quæ duo petit. Prius est, qualis culpa sit, affectum aliquo eorum inire matrim. Posterius, quis in illis dispensare valeat. Et circa priorem difficultatem, quando est impedimentum interdicti Ecclesiæ: quia nimirum alicui interdicitur ad tempus aliquod inire matrim. iuxta tradita hoc l. disp. 6. n. 6. *Emman. Sa sum. verb. Matrim.* vbi de impedimentis non dirimentibus, n. 1. refert aliquos DD. sentire esse culpam mortalem contra illud contrahere: alios verò solam venialem, & nil decidit. Videtur tamen huic posteriori sententiæ adhærere: cum illam referat in posteriori loco. Sed hanc sent. à nemine scriptam inueni. Et ideo esse culpam mort. fatétur *Palud. 4. d. 14. q. 1. a. 1. concl. 4. n. 10. & d. 26. q. 2. a. 2. concl. 5. n. 12.* addens idem esse de sponsalibus, si sit eadem ratio prohibendi. *D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 16. in princ. Caiet sum. v. Matrimonium, c. 1. §. Et scito peccatum esse. Angelus Matrim. 3. impedim. 1. n. vn. Sylnest. Matrimonium, 7. q. 1. dict. 3. Armilla v. Matrim. n. 54. & 60. Tabiena verb. Impedimentum, impedim. 13. n. vn. Sa. tim in princ. Sotus 4. d. 37. q. vn. a. 1 col. fin. concl. 2. Petrus de Soto lect. 15. de matrim. §. Huic proximum est. Nauar. sum. Lat. & Hisp. c. 22. n. 68. Ant. Cucus l. 5. institut. matorum, t. 12. n. 13. Margarita confess. f. 150. pag. 1. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rub. gl. 1. nu. 146. Toledo l. 7. sum. c. 14. n. 2. & c. 18. n. 4. Lud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. c. 46. §. Præterea & annumeraſſe. Vivald. Candel. Sacram. 1. p. de matrim. n. 109. Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 59. fine. Petr. de Ledesma de matrim. q. 50. a. vn. concl. 4.* Quod probatur ex *c. fin. de matrim. cõtracto contra interd. Eccles.* vbi præcipitur excommunicari iunc. Deinde, quia res est grauis. Vnde miror, qualiter *Veracruz 1. p. spec. a. 17. concl. 2.* numeret inter impedimenta quæ vsu abrogata sunt, nec consuetum esse, illorum dispensationem petere interdictum Ecclesiæ: & ita ait eam consuetudinem excusare à mortali. Miror (inquam) quòd nullibi possit esse ea consuetudo: quorsum enim iudex interdiceret ad tempus matrim. dum de impedimenti veritate discutitur, si id præceptum nullas obtineret vires? aut quæ consuetudo posset inducere, vt nondum ea discussione facta præceptum Superioris iustissimum parui fieret? At existimo horũ DD. sent. aliquantulum temperandam esse, non enim semper erit culpa mortalis, contra id interdictum contrahere, sed attendẽda est causa prohibitionis, & iuxta eam res hæc metienda erit. Quis enim dicet esse mortale, quando solum ob honorem diei festi est prohibitio? aut si causa alicuius impedimenti obiecti, & contrahentibus constat falso impositum esse? Vnde cautè *Petr. de Ledesma* dixit non semper esse peccatum mortale, contrahere contra interdictum Ecclesiæ, sed aliquando.

2 De prioribus sponsalibus, an sub mort. aliud inire matrim. impediant: dixi li. hoc disp. 6. nu. 7. Et de voto, disp. 11. num. 8. remissiuè.

3 De alijs verò impedimentis impedientibus, quæ retuli disp. 6. n. 5. Si ea in desuetudinem minimè abierint, sed seruetur rigor iuris illa statuentium, non constat an obligent ad mortale. Quia *Petrus de Ledesma de matrim. q. 50. a. vn. fine*, dicit non esse mortale cum his impedimentis matrim. inire, sed veniale. Quod non tanti momenti existimentur ab Ecclesia. Quod testatur, transgressores non puniri à prælatis. Et *Toledo l. 7. sum. c. 18. nu. 4. & c. 15. fin.* Iocèt inclinet in eam partem, vt sit mortale, at aliquantulum dubitat, nec affirmare audet. At verius existimo, culpam esse mortalem. Quia contrauenitur iuri in re graui. Atque ita docent *Palud. 4. d. 34. q. 1. a. 2. nu. 14. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 16. §. 4. fin. Rosella v. Impedimentum, impedim. 8. in fine principij, Syluester Matrimonium, 7. q. 6. dict. 2. Sotus 4. d. 37. q. vnic. a. 1. col. vlt. vers. Tandem ad pacandas. Petr. de Soto lect. 14. de matrim. § penult. in fin. Nauar. sum. Hisp. c. 22. num. 74. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 295. Viguer. lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 8. initio. Vgolinus de Sacram.* vbi de matrim. *c. 20. ad fin. Matienzo lib. 5. recop. tit. 1. rubr gloss. 1. nu. 137. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 2. num. 1. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 59. §. penult.* Idque clarè colligitur ex *Caietan. sum. verb. Matrimonium, c. 1. §. Et scito peccatum esse: & ibi Armilla nu. 60.* vbi solùm excusant à mortali, quando consuetudo viguit, ne petatur dispensatio. Et loquentes de impedimento incestus, idem tenent *Ledesma 2. part. 4. q. 60. a. 4. paulo post princ. §. Ideo est dubium. Corduba sum. q. 53. §. 7 sepa. Gutier. lib. 1. quæst. canon. c. 23. nu. 5. Toledo lib. 5. sum. c. 12. nu. 3. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 229. n. 2. Vega 2. tom. sum. c. 5. casu 4. fine.*

4 Difficultas autem est, quid hodie sentiendum sit circa hæc impedimenta, attenta consuetudine? Quidam enim censent non valere consuetudinem contrariam ad excu-

sandum

sindum à culpa lethali, nisi constet Episcopos id diu scienter dissimulasse. Fundamentum suæ sententiæ nullum afferunt. Sed forte illud erit, consuetudinem non habere vires ad legem abrogandam, nisi scita sit à Principe. Ita *Palud. D. Antonin. Rosella, Sylvest. num. præced. alleg. Navar. sum. Hisp. c. 27. num. 57.* Et videtur tenere *Gutierrez lib. 1. qu. can. cap. 23. num. 14.* ait enim non esse necessariam dispensationem, vbi est consuetudo non petendi dispensationem scientibus prælatis.

5 Alij docent eam consuetudinem excusare à mortali, vbi obtinuit ne petatur dispensatio super his impedimentis. Quòd Ecclesia id patiens censeatur dispensare. Vnde non videtur hæc sent. excusare à veniali. Nec affirmat sit consuetudo, nec ne. Ita *Caiet. Armilla, Petr. de Soto n. 3. alleg. Sotus 4. d. 37. q. vn. a. 1. col. 3. vers. Circa hos autem. Bart. a Ledes. dub. 59. de matrim. §. Annotare hic oportet. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 46. circa 5. impedimentum.*

6 Prima tamen concl. sit. Si consuetudo viguit, vt cum his impedimentis, nulla petita dispensatione, matrimonium ineatur, prorsus vacat culpa illud inire. Constat, quòd consuetudo vires habeat ad abrogandam legé Ecclesiasticam, *c. fin. de consuetud.* quæ sola hæc impedimenta induxit (vt dicemus n. 13.) & ea consuetudo ab omni culpa excusat, cum legem abroget, quæ culpæ inducendæ, ob eius transgressionem, causa erat. Imo & posse consuetudine impedimenta dirimentia aboleri, probauimus hoc lib. disp. 4. num. 13. Et ita docent *Maiolus libr. 3. de irregular. c. 25. n. 56. §. Crimina impedientia matrim. Corduba in suo quæstionar lib. 1. q. 12. a. 1. dicto 3. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 229. n. 3.* Eiusdemque sententiæ sunt alij DD. qui quamuis culpæ non meminerint, asserunt tamen stante consuetudine non petendi dispensationem, eam non esse necessariam. Si enim sentirent esse culpam saltem venialem, peterent vtique dispensationem, quo ea culpa caueretur. Hi sunt *Sarmiento lib. 7. select. cap. 10. fin. Palacios 4. d. 34. disp. 2. col. 11. vers. Caterum forte. Ouando 4. d. 41. q. vn. propos. 12. Corduba sum. q. 53. §. Y sepa. Graffis 1. p. decisionum, lib. 2. c. 80. num. 11.* Et quamuis de solo incestu sermonem habeant: at à fortiori de reliquis idem dicerent: inter omnia enim crimina fòlàm impedientia primas obtinet, ac maius impedimentum est incestus (vt bene docet *Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 2. num. 2.*) & *Navar. sum. Lat. c. 22. nu. 75.* id de incestu docet: & de alijs *n. 85.*

7 Secunda concl. Non desideratur scientia prælatorum, vt ea consuetudo vires obtinuerit aduersus hæc impedimenta, & hodie liberet à culpa contrahentem cum illis absque dispensatione. Constat ex dictis hoc libr. disp. 4. num. 14. vbi probauimus numquam eam scientiam desiderari, quamuis sit circa sacramentalia: ac textus dicat, Non obstanti quacumque consuetudine. Nedum vbi ea verba non adiiciuntur: vt contingit in textibus inducentibus hæc impedimenta.

8 Tertia concluf. Iam diu ea consuetudo inualuit, vt affectus aliquo ex his impedimentis minimè petita dispensatione ineat matrim. Quod inde constat, quippe Doctores antiqui, & neoterici, & sanè insignes, qui in diuersis orbis partibus scripserunt, ac versati sunt, eam consuetudinem legitime præscriptam esse testantur, conscijs ac conniuentibus prælatis (quamuis hoc non desideretur, vt dixi num. præced.) & præsertim *Nauarrus*, qui varias regiones longè inter se dissitas peragrauit, ac centesimum vitæ suæ annum compleuit, semper studijs intensissimè vacans, ac vndique circa conscientiæ quæstiones consultus, & Romæ tandem diu moratus est, quò ex vniuersis orbis partibus dissoluendæ quæstiones hæ deferuntur, & tamen affirmat *sum. Latina c. 22. n. 75.* loquens de incestu, & *num. 85.* loquens de alijs impedimentis, se in tanta ætate nec vidisse, nec audiisse peti dispensationem: & ita eam consuetudinem præscripsisse ne dispensatio necessaria sit. Deinde, quòd Doctori excellenti testanti consuetudinè credi debere, non pœnitendi Auctores affirment, ac bonis rationibus ducti, vt *Bartolus repet. l. De quibus, nu. 21. q. 4. ff. de legibus: Iason l. Filius à patre, in princ. num. 27. ff. de liberis & posthu. Ant. Gom. lib. 41. Tauri, nu. 4.* & multi alij quos refert *Mascardus de probat concl. 426. n. 1. & duplici seq.* Et quamuis id valde dubium sit, ac meritò impugnetur à *Iasone* sibi contrario *d. l. De quibus, nu. 89. Beroio c. Potuit, n. 80. de locato*, quando consuetudo est contra ius, & *Navar. cap. Placuit, de pœnit. d. 6. à nu. 86.* & à multis alijs quos refert *Mascard. ead. concl. 426. num. 4. & seq.* Quòd quæ facta sunt, vt consuetudo, plerumque etiam prudentissimos fallant *d. l. ff. de iuris & facti ignor.* Idque etiam probant aliæ rationes, quas *ibi Mascardus* affert. At vbi communiter Doctores id testantur, & nemo contrarium asseuerat, est vtique habenda fides, vt multis citatis probat *ibi Mascardus n. 17. & seq.* Quod hic contingit: nam multi huius consuetudinis testes sunt, quos statim referam: & neminem inueni contradicentem: nec vidi Doctorem referentem alios, qui eam consuetudinem esse negent. Præterea, quia *Sotus 4. d. 37. q. vn. art. 2. col. penult. fine, vers. Et reuera: & Lud. Lopez 1. p. instruct. ca. 296. §. Nunc superest ad textus*, aiunt, cùm ferè omnes textus, hæc impedimenta inducentes, sint ex concilijs prouincialibus desumpti, quæ auctoritatem condendi legem vniuersalem minimè habent, nil mirum esse, si iam nunc temporis non tanta eorum habeatur ratio: & forte olim in vsu fuisse quoad pœnitentiæ forum, vt confessarij illas pœnitentias iniungerent: eumque morem iam diuturna consuetudine abolitum esse. Et ita eam esse consuetudinem testantur *Veruecius & Rodensis*; quos refert & sequitur *Angelus Matrimonium, 3. impedimento 9. initio. Roiuerius*, quem refert & sequitur *Aslensis 2. p. sum. lib. 8. t. 20. a. 1. fin. Monald. in summ.* vbi de matrim. *tit. Qua crimina matrim. impediant, vers. Item quamuis predicta. Ioan. de Friburgo in sum. confessorum, li. 4. tit. 9. qu. 1. Alberic. in suo dictionario, litera I. verb. Impedimentum 8. paulo post princ. Turrecr. c. Nullus, 31. q. 1. num. 3. Nicolaus de Orbellis 4. d. 35. q. 1. fin. Nic. de Osmo in supplem. sum. Pisana, verb. Impedimentum 8. n 1. Navar. summa Lat. c. 22. n. 75. & 85. & lib. 4. cons. in 1. edit. 1. de consang. cons. 2. fin. & in 2. t. de cognat. spirit. cons. 8. num. 8. Ant. Cucus lib. 5. instit. maiorum, t. 12. n. 30. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 408. Veracruz 1. p. spec. a. 27. concl. 2. Corduba lib. 1. quæstionar. q. 12. a. 2. dub. 3. Angles floribus 1 p.* vbi de matrim. *q. 11. de impedim. ordinis, a. 2. in princ.* dicens fortè non esse in vsu. *Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 296. §. Nunc superest, notabil. 2. & 2. p.* vbi de matrim. *c. 46. circa 5. impedimentum, Enriq. lib. 12. de matrim. c. 2. n. 1. in commento, lit. R.* (licet *n. 2.* non absolutè dicat esse consuetudinem, sed apud quasdam regiones.) Et *Sarmiento lib. 7. selectarum, c. 10 fine, ac Emmanuel Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis non dirimentibus, fine, referunt aliquos testari hanc consuetudinem, nec improbant: vnde videntur idem sequi.

Ex his deducitur, nullius culpæ reos esse, qui affecti a- 9
liquo ex his impedimentis matrimonium absque dispensatione ineunt. Constat ex dictis, nam si non peccant stante consuetudine (vt num. 6. probaui) & est talis consuetudo (vt dixi num. præced.) non igitur peccant. Atque ita sentiunt viri doctissimi neoterici: & omnes DD. nu. præcedent. allegati sunt clarè huius sententiæ, cùm eam consuetudinem referentes non improbent. Immo hoc est verum, quamuis amplectamur sententiam rigidam num. 4. relatam. Quippe hæc consuetudo scientibus prælatis est inducta: tanti enim temporis vsum ignorare non potuerunt. Vnde propter hanc consuetudinem iam hodie sola impedimenta voti, sponsalium priorum, ac interdicti Ecclesiæ vim habent.

Circa posteriorem difficultatem, nimirum, stantibus 10
impedimentis his in suo robore, quis dispenset in illis? Non est multum in ea immorandum, si quidem iam non obligare propter consuetudinem firmauimus. Et breuiter triplex est dicendi modus. Primus est, vt in incestu (de hoc enim solo impedimento loquitur) vero nempe, admisso cum consanguineis vxoris post consummatum matrimonium, solus Pontifex dispenset, vt incestuosus ineat matrimonium: nisi ratione iuuentutis. quo casu dis-

pensare poterit Episcopus, per *c. Si duo, in fin. 35. q. 6.* Secus si incestus non sit verè & propriè talis, vt cum consanguineis sponsæ nondum cognitæ. Quòd *cap. 2. de eo qui cognou. consangu.* concedat in hoc euentu posse ex dispensatione matrimonium iniri: & cum non reseruetur, censetur Episcopo commissa, iuxta regulam communiter à DD. traditam, *c. At si clerici, §. De adulteriis, de iudicijs.* Sic *Abbas c. 1. n. 4. de eo qui cogn. consang. & ibi Præpos. in fin. Alex. de Neuo cap. 2. eo t. n. 7. Angelus v. Incestus, nu. 5. Syluester v. Luxuria, q. 4. dict. 5. Rebuff. praxi benefic. regul. de dispensat. in gradibus prohibitis, glos. 5. n. 26. & idem Alexand. de Neuo, Angelus, & Rebuff. ibi* docent, quando incestus est commissus cum proprijs consanguineis, nempe, non posse Episcopum dispensare. Quod vere & proprie incestus sit.

11 Secundus dicendi modus est si incestuosi sint iuuenes, eos non indigere dispensatione ad contrahendum. Quia *c. Interfectores, 33. qu. 2.* statuens interfectorem vxoris non posse aliud matrimonium inire, excipit iuuenes. Ita *gloss. 33. q. 2. c. In adolescentia, verb. Regulam. Veracruz 1. p. speculi, a. 23. in dub. quod de hac re monet, concl. 2. Gutier. l. 1. q can. c. 23. n. 13. Corduba l. 1. quæstionar q. 12 a. 2. dict. 2. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 229. num. 2.* Et iuuenes appellant *Gutier. & Corduba*, qui sexagenarij non sunt.

12 Tertius dicendi modus est, iuuenes quoque indigere dispensatione, at faciliùs cum eis dispensandum esse ob incontinentiæ periculum. Et sic intelligitur *c. Interfectores, 33. q. 2.* dum excipit adolescentes. Et *c. fin. 33. q. 2.* ibi: *Nubat, si se cõtinere non potest. & c. In adolescentia, ead. causa & q.* iuncta *glossa. verb. In adolescentia. & c. Ex literis, de eo qui cogno. consang.* iunct. *gloss. fin.* Ita *Palud. 4. d. 34. q. 1. a. 2. n. 14.* Et consentiunt DD. nu. 10. allegati, qui solum ratione iuuentutis concedunt posse Episcopum dispensare. Et fauet *glossa c. 1. de eo qui cognou. consang. fine*, vbi dicit ratione iuuentutis faciliùs dispensari.

13 Sed primò dico, omnia hæc impedimenta non dirimẽtia esse iure Ecclesiastico inducta, præter sponsalia priora & votum: quæ iure naturali & diuino obligant fidem seruare, illa homini, hoc Deo: & proinde iure eodem impediunt matrimonium: vtpote quod præstitæ fidei aduersatur. Sic *Caietan. summa, verb. Matrimonium, c. 1. §. Secundam verò caput, Veracruz 1. p. speculi, a. 27. paulo post princ.* Nec potest Episcopus in sponsalium impedimento dispensare, vt bene docent *Caiet. eo c. 1. §. Et scito peccatum esse. Armilla verb. Matrimonium, n. 60. Sotus 4 d. 37. q. vn. a. 1. col. vlt. concl. 2. Veracruz proxime alleg. Enriqu l. 12. de matrim. c. 2. nu. 2. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matr. c. 46. circa 5. impedimentum.* Quod idem probaui latius re hac disputata aliosq; allegans li. 1. disp. 61. nu. 3. & ibi nu. 2. probaui posse Pontificem dispensare. In voti autem impedimento quis dispensare possit, pertinet ad librum sequentem, vbi latus est de dispensationibus sermo habendus.

Secundò dico, in impedimento interdicti Ecclesiæ posse Episcopum dispensare: quando ipse vel inferior matrim. interdixit, secus si superior. Quia inferior nequit legem superioris tollere, nec moderari, *cap. Inferior, 21. d. clem. Nec Romani, de elect.* at propriam aut inferioris potest. sic *Angelus Matrimonium, 3. impedim. 18. n. 3.* 14

Vltimò dico, verius esse posse Episcopum dispensare in 15 omnibus impedimentis alijs solum impedientibus. Quia licet nullum ius id exprimat, nisi de incestu proprie, *c. 2. de eo qui cogno. consang.* at consuetudo interpretatur ex similitudine rationis extendi ad alia quoque impedimenta. Et ita docent *Palud. Rosella, D. Antonin. Syluest. nu. 4. allegati, Angelus Matrimonium 3. impedim. 18. n. 3. Sotus 4. d. 37. q. vn. a. 1. col. 3. vers. Circa hos autem. Nauar. sum. Lat. c. 22. n. 85. Barth à Ledesm. de matrim. dub. 59. §. Annotare hic oportet. Gaeta repet. c. Ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 295. Toledo l. 7. sum. c. 15. fin. & c. 18. n. 5. Caiet. sum. verb. Matrimonium, c. 1. §. Et scito peccatum esse, & ibi Armilla n. 60. Veracruz n. 13. relatus, Enriquez l. 12. de matrim. c. 2. n. 2. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 50. a. vn. fin. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim *c. 46. circa 5. impedimentum. Emmanuel Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis non dirimentib. *fin. Vinald. candelabro Sacram. 1. p.* vbi de matrim. *n. 110. Vgolinus de Sacram.* vbi de matrim. *c. 20. ad fin. Philiarch. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. c. 4. ad fin.* Et loquentes de incestu idem docent *Nauar. sum. l. at c. 22. n. 75. Sarmiento l. 7. selectarum, c. 10 ad finem. Ouand. 4. d. 41 q vn. propos. 12. Gutier. l. 1. q. canon c. 23. n. 10. & duplici seq. Corduba sum. q. 53. §. 3 sequ. Enriquez l. 12. de matrim c. 2. nu. 1 Petr. de Ledesm. de matrim. q. 58. a. 4. dub. 2. p. ante solutionem ad argumenta.* Imo forte satis esse licentiam proprij parochi, docent *Verucci, Rodensis, Astensis, Monaldus, Nicolaus, Turrecr. Gaeta, Albericus*, quos retuli n. 8. quod non approbo, quia fundamento caret: parochi enim non est dispensare. Cum iuuenibus autem credo facilius dispensandum, at reuera egere dispensatione: nisi iam consuetudine abolita essent prædicta impedimenta, vt bene docent Auctores n. 12. allegati.

Vtrùm vero affectus impedimentis impedientibus, esto 16 ea valerent, si matrim. ineat, possit petere debitum? dicam l. 10. disp. 27. num. 5.

DE IMPEDIMENTIS DIRIMENTIBVS.

De impedimento erroris personæ, & conditionis seruilis.

DISPVTATIO XVIII.

An error personæ, qualitatis, aut fortunæ dirimat matrim. & quo iure: & quando error qualitatis in personæ errorem redundet?

SVMMARIVM.

Quid differat inter ignorantiam & errorem: & an vtrumq; dirimat matrim. n. 1.
Error personæ desiderat præuiam illius cognitionem, n. 2.
Error est quadruplex, n. 3.
Quid sint error, seu dolus, antecedens, concomitans, dans causam contractui, aut in ipsum incidens? n. 4.
Error personæ dirimit matrimonium? n. 5.
Quid, si sit concomitans, nec dans causam contractui? n. 6.
Quid, si error sit crassissimus? n. 7.
Error qualitatis non dirimit matrimonium, n. 8.
An Ecclesia possit statuere vt is error dirimat? n. 9.
Quotuplex qualitas disputatur, n. 10.
An error personæ iure naturæ dirimat matrimonium. Refertur sententia negans, n. 11.
Contraria auctorũ, n. 12.
Iniens matrimonium non tenetur dirigere consensum in præsentem, sed in personam, quam putat esse, n. 13.
Non valet matrimonium inter infideles cum errore personæ, n. 14.
Ecclesia statuere nequit constare matrimonium cum hoc errore, n. 15.
Soluuntur argumenta, n. 16.
An error qualitatis, seu dolus antecedens, & dans causam matrim. iuxta ius, id virtute? Proponitur quædam sententia, n. 17.
Opinio Auctorũ, n. 18.
Quid, si tantus esset dolus, vt consensum auferret? n. 19.
An contrahens cum corrupta quam virginem putat, teneatur consummare matrimonium? n. 20.
Quid, si error qualitatis contingat apposita qualitate per modum conditionis, siue actu, siue virtute, siue habitu? n. 21.
An Parochus assistens tali matrim. cognita deceptione circa qualitatem, incurrat triennij suspensionem? n. 22.
Quid, si error qualitatis redundet in personæ errorem? n. 23.
Soluuntur argumenta, n. 24.

Quando

Quando error qualitatis redundet in personæ errorem. Refertur duplex regula. n. 25.
Quæ qualitas non determinat individuam personam, est error qualitatis. vt, Suus filius regis, n. 26.
Ubi differat individuum. vt, Suus filius talis regis est persona. n 27.
Quid si nulla notitia illius personæ præcesserit. n. 28.
Quid si femina sciens quempiam multos habere filios, & nominem ignorans, supponatur secundogenitum, tanquam primogenitum, num. 29.
Quid si primogenitus iam obierit. n. 30.
Quid, si Rex plures habeat filios, & quis se illius filium simulet: vel si vnicum, id fraudem latet. n 31.
An differat, inter ea verba, Suus filius regis, sumantur substantiuè, an adiectiuè. n 32.
Quid si animus erranti is esset consentire in præsentem. n. 33.
Quid si persona fingens qualitatem illam, esset antea contrahenti nota, num. 34.
Quid, si dum de matrimonio inundo conuenitur; velit contrahens Ignota futura pulcherrimi iudicium inspicere, & alia supponatur. n 35.
Quid, si quis dicat se esse vnicum regis Francia filium, cum ille habeat plures. n 36.
An error nominis solius matrimonium vitiet. n. 37.
Summatim explicatur quando error qualitatis in personæ errorem redundet. n. 38.

1 HACTENVS de impedimentis solum impedientibus matrimonium, verba fecimus. Iam impedimenta dirimentia aggredimur: quorum numerus & sufficientia explicata sunt disp. 6. n. 3. & seq. Initium autem sumimus ab impedimento erroris personæ & qualitatis: de quo in præsenti & in sequentibus de conditionis seruilis errore sermo erit. Et præmittenda sunt aliquà. Primò præmittendum est ex *D. Th. 4. d. 30. q. 1. a. 1. ad 1. & Sotoibi q. 1. a. 1 initio corp.* ignorantiam differre ab errore, quod illa ex sua ratione nullam præuiam cognitionẽ desideret, sed solã scientiæ negatione contenta sit: hic autem iudicium positiuũ intellectus peruersum postulet: & ideo dicitur ignorantia priuæ dispositionis: vbi autem non adest error, ignorantia putæ negationis. Errare enim est, vnum pro alio putare: teste *D. Augustin. in Enchiridio, c. 21.* & refertur *c. Inquisitionibus, 22. q. 2.* vt si me prorsus lateat quantũ hinc distet Roma, non dicar errare, vtpote qui nullum distantiæ conceptum formauerim: si verò existimarẽ centum leucas distare, cum quadringentas distet, errarem vtique, falsum iudicium habens, vnde (inquiunt *D. Thom. & Sotus ibid.*) licet ignorantia instar erroris impediat consensum, efficiatque ne actus sit voluntarius: si enim volitum quin præcognitum teste *Philosopho 3. de anima, commento 39.* ignorantia autem cognitionem prorsus tollit, sicut error veram: vnde quoad dirimendum matrimonium, non differt an dicatur ignorantiam an errorem impedire: quia tamẽ nunquam contingit ignorantia quæ voluntarium cõsensum auferat, nisi cum errore coniuncta sit: quod actus voluntatis præsupponat cognitionem rei in quam fertur, quæ si vera sit, iam actus est voluntarius: si autem falsa, ac proinde reddit actum inuoluntarium, iam admiscetur error: ideo potius dicitur error impedire matrim. quam ignorantia. Quippe ille est causa proxima defectus voluntatis: & hæc in quantum admixtum habet errorem.

2 Hinc infertur, numquam posse contingere errorem personæ absque aliquanta illius personæ notitia, ex visu, aut saltem auditu & fama. Nam in penitus ignotum nec consensum nec affectum dirigere possumus, argumento ex *l. Cum ab eo, vers. Mensam. ff. de contrah. emp & l. In lege, 77. ff. eodem*, vbi vendito fundo lapidicinas penitus ignoratas in eo existentes, minimè vendi deciditur: quod nemo venditionis rei ignotæ conniuere censeatur. Et *l. Tres fratres, 36. ff. de pactis.* Et ita docent *D. Tho & Sotus n. præced. allegati. D. Bonauen. 4. d. 30. a. vn q. 1. ad vlt. Hostiensis sum. t. de matrim. §. Qualiter impediatur, n. 26. Hugo. & Laurent.* quos refert & sequitur *Archid. 29. q. 1. in sum. n. 7. & ibi Bellamera n. 3. Torrer. d. 4. n. 5. Alex. de Neuo c. 2. num. 6. de coniug. seru. & ibi Præpos. n. 4. q. 2. vers. Dicit. Henricus ibi nu. 5. Monaldus summa, vbi de matrim. t. de errore personæ, paulo post princ. Affensis sum. 2. p. l. 8. t. 14. 4. 1. q. 2. Ioan. de Friburgo in summa confess. l. 4. t. 3. q. 4. Vitalis de Cambanis in tractatu clausularum, clausula, Non*

errore dictum. §. Ostenso de errore indiæ. videndum est, an error qui in matrim. committitur. n. 2. (habetur cornu 28. [illegible] tuum.) *Rosella verb. Impedimentum, impedimentum 2. in principio. Angelus Matrimonium, 2. impedimento 4. nu. 3. Supplementum sum. Pisanæ verb. Impedimentum, impedim. 2. nu. vlt. Syluest. Matrimonium, 8. q. 1. dict. 5. Tabiena v. Impedimentum impedi. 1. q. 3. n. 4. & ex 10. t. 2. partit 4. & ibi Greg. Lop. verb. Filio. Brunel. de sponsalib. concl. 32. n. 2. Alex. Carrer. d. q. de sponsalib c. 12. Nauarr. sum. c. 22. n. 32. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 336. Ledesma 2. p. 4. q. 53. a. 1. dub. 4. Ant. Cuc. l. 5. institt. maiorũ t. 12. n. 16. Enriquez l. 11. de matrim. c. 10. n. 2. comment. lit. I.*

Secundò præmittendum est cum *Magistro 4. d. 30. c. 1.* 3 quem omnes sequuntur, quadruplicem esse errorem. Primum, personæ, cùm vna persona pro alia supponitur. Secundũ, conditionis seruilis, cùm cõtrahens liber existimat se contrahere cum libera, & est ancilla. Tertium, qualitatis cùm credit se cõtrahere cum pulchra, nobili, virgine, & est deformis, plebeia, corrupta. Vltimum, fortunæ, cùm putatur diues, & est pauper. Qui error potest dici qualitatis: cùm tunc in qualitate diuitiarum sola erretur.

Rursus, quicumque ex his erroribus est duplex, (sicut 4 ait *D. Th. 1. 2. q. 6. a. 8.* de ipsa ignorantia) quidam est antecedens actum, nimirum, qui causam præbet actui faciendo, ita vt eo non existente actus nequaquam fieret: atque ita efficit vt actus sit inuolũtarius. Cum nil volitum, quin præcognitum. Alter vero est cõcomitans actum: qui, scilicet, non inducit ad volendum, sed ita concomitatur actum, vt eo non existente actus fieret. Quare (vt ait *D. Th. ibi.*) prior error inducit ad volendum, causaque est actus. Vt si quispiam per errorem, existimans feminam esse Regis filiam, illam ducat, minimè ducturus veritate cognita, erit error antecedens. Posterior verò non inducit ad volendum, sed accidit simul esse aliquid factum & ignoratum. Vt si ille cognita veritate esset adhuc ducturus. Et hic error (ait *ibi D. Th.* cum Philosopho) non efficit inuoluntariũ: quòd non sit causa alicuius repugnantis voluntatis, immo amplectendi ab ipsamet voluntate, eo errore deficienti: quare per accidens se habet ad actum: at efficit non voluntarium. Quia non potest esse actu volitum, quod ignoratum est. Priorem errorem, quando cum alicuius dolo contingit, appellant Iurisperiti, *l. Et eleganter, ff. de dolo*, dolum dantem causam contractui, quod si is non adesset, contractus non iniretur: posteriorem autem, vocant incidentem in contractum. Quia eo detecto, adhuc contractus celebraretur, atque ideo non est causa.

In hac ergo disp. certum est apud omnes, errorem per- 5 sonæ antecedentem, id est, qui causa est vt matrim. ineatur, alias non ineundum, dirimere ipsum. Quòd is error auferat voluntarium. Atque latius probabitur n. 12.

Quando autem error personæ est concomitans, quia 6 contrahens cum Maria existimans esse Catharinam, ea voluntate affectus erat, vt cognitam Mariam æque libẽter aut libentius duceret. Aliqui possent existimare, validum esse matrimonium. Quod is error non efficiat inuoluntarium (vt n. 4. diximus.) Et ita censerent, qui affirmãt errorem conditionis cõcomitantem non annullare matrimonium. Quos & eorum rationes retulimus li. 1. disp. 65. vbi ea opinione reiecta, contrariam tenuimus & probauimus. Et ideo propter rationes ibi adductas, censeo huiusmodi errore irritari prorsus matrimonium. Quippe vt legitimum sit, necessarius est consensus, & voluntas positiua. Error autem concomitans quamuis non efficiat actum esse inuoluntarium, efficit tamen non esse voluntarium, (vt probauimus num. 4.) Atque ita hanc sententiam tenent *Ledesma 2. p. 4. q. 53. art. 1. col. 2. §. Sed difficultas est. Veracruz 1. p. Speculi, art. 28. ad fin. §. Circa hoc impedimentum. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 30. conclus. 2. Petr. de Ledesma de matrim. q. 51. a. 2. dub. 2. concl. vn. in fin. 1. rationis.* Imo quãuis tempore initi contractus matrimonij hunc actum eliceret, ducerem, si noissem hanc esse Mariam, non valeret matrimonium. Vt in ignorantia concomitanti conditionis seruilis tradunt *Sotus 4. d. 35. q. vn. a. 2. colum. 3. vers. Quid*

autem. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 31. col. 2 Lud. Lop. 2. p. instructor. de matrim. c. 47. vbi de impedimento conditionis, col. 3. dicentes desiderari hunc actum, Duco te, quamuis sis alia persona. Matrimonium enim consensum de præsenti postulat: qualis minime clauditur in eo consensu conditionali. Ducerem, si scirem.

7 Temperaret hæc forsan aliquis, vbi error seu dolus esset iustus, & qui prudentes falleret, secus si esset fatuus, seu crassissimus. Posset duci, quòd quando est error conditionis seruilis, sic temperent DD. non pœnitendi (vt disp. seq. nu. 19. videbimus.) Et in professione religionis temperant multi, dicentes dolo fatuo effectam valere, secus dolo qui prudentissimum quemque falleret: quos & eorum rationes referam l. 10. disp. 9. n. 19. & 22. Cæterum quantumuis fatuus & crassus sit error, credo eum satis esse ad dirimendum matrimonium, quando circa personam contingit. Quod re vera is auferat consensum directum in hanc personam, qui omnino ad matrimonij valorem desideratur. Atque ita eam distinctionem circa professionem reprobabo, soluens argumenta, & DD. illius explicans. l. 10. disp. 9. nu. 20. & duplici seq. & circa errorem conditionis reprobabo disp. seq. n. 20.

8 Secundò certum est etiam apud omnes, errore qualitatis & fortunæ, minime vitiari matrim. Quod is circa circumstantiam matrimonij non contingat, sed circa accidentia. Et id n. 18. latius est probandum.

9 Posset tamen Pontifex causa iusta ductus statuere, vt is error matrim. dirimat: sicut potest alia impedimenta dirimentia indicere. Et ita docent *glos. 29. q. 1. in sum. verb. Quod autem. Palud. 4. d. 36. q. 1. a. 1. n. 8. Supplement. Gabrielis 4. d. 30. q. 1. a. 2. concl. 5. Astens. summa, 2. p. lib. 8. t. 15. a. 1. q. 1. fin. Monaldus sum.* vbi de matrim. *t. de impedimento conditionis, fine. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 3. fine, Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 312. Veracruz 1. p spec. a. 29. concl. 2.*

10 Triplex autem quæstio disputanda est. Prima, an error personæ dirimat iure naturæ matrim. Secunda, an error qualitatis, sine dolus antecedens, qui dat causam matrim. incundo, ipsum vitiet. Tertia, an error qualitatis aliquando refundatur in errorẽ personæ, ita vt matrim. dirimat.

11 QVÆSTIO I. An error personæ dirimat iure naturæ matrim. *glossa 29 q. 1. in summa verb. Quod autem*, affirmat solo iure Ecclesiast. ac proinde integrum esse Pontifici statuere, vt is error non dirimat. Probaturq; primò, quod cætera sacramenta non sint irrita ex personæ errore, vt si quis baptizet, confirmet, vngat, absoluat, sacris ordinibus initiet Petrum, existimans esse Ioannem, valent hæc sacramenta. Differentia ergo hæc inter matrimonium, & cætera sacramenta, vt illud solum sit irritum ex personæ errore, habetur ex solo iure Ecclesiastico. Secundo, quia *Genesis* 27. dum Isaac benedixit filio suo Iacob, existimãs esse Esau, errauit in persona, & tamen fuit valida benedictio. vt cõstat ex litteræ cõtextu, ibi: *Benedixiq; ei, & erit benedictus.* Tertiò, quia error personæ cæteros contractus minime vitiat, siue sit error circa personam cum qua contrahitur: vt si vendam rem Petro existimans illũ esse Paulum: vel circa rem venditam, vt si venditor emptorem decipiat, dicens esse sericum Granatense, cum tamen sit Giennense: si vtrumque sit æque bonum ac vtile.

12 Cæterum omnino dicendum est, iure naturæ dirimere. Quippe error libertatem & consensum aufert, *l. Si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud.* & errantis nullus est consensus, nec voluntas. *l Cum testamentum, & l Non idcirco, C. de iuris & facti ignor.* At matrim. absque consensu est iure naturæ irritum. Secundò, quod sit error circa substantialia, nempe, circa corpora tradita: quod ad matrimonij essentiam pertinet. Tertiò, id ostendit discrimen inter matrim. & reliqua sacramenta. Illud enim individuas personarum contrahentiũ conditiones respicit: & iuxta illas determinatur consensus. Cum hæ conditiones per se & suapte natura conferant ad individuam vitæ consuetudinem inter coniuges retinendam: in quo consistit matrimonij essentia, iuxta definitionem matrimonij traditam l. 2. disp. 1. In cæteris autem sacramentis non spectantur conditiones individuæ recipientium, vtpote quæ nil conferunt ad sacramenti finem, ac proinde per accidens se habent ad intentionem ministri vt applicantis tale sacramentum. Ergo error in persona, cui cætera ministrantur sacramenta, ipsorum valorem non tollit, quasi error circa accidentalia: secus autem in matrim. in quo is error circa substantialia versatur. Tandem id probatur ex differentia inter matrim. & cæteros contractus. Quòd iustitia commutatiua, ad quam cæteri contractus pertinent, qui onerosi sunt, vt emptionis & venditionis, solam æqualitatem inter rem & pretium, & rei venalis vsum, ac commoditatem respiciat, atque ita abs re illorum fit, erretur nec ne in persona vendente, vel cui venditur, vel in qualitate rei venditæ, dummodo æqualitas pretij, idem vsus & commoditas seruentur. Quare talis error eos contractus minime vitiat. Matrimonij autem contractus per se primo respicit individuas personas mutuam corporum traditionem præstantes: vtpote quæ ad eius substantiam valdè conferunt: vt proxime probaui. Vnde fit, vt in eo error personæ sit circa substantialia, ac subinde ipsum iure naturæ dirimat. Et ideo huius sent. sunt *Hostiens. sum. t. De matrimonio, n. 26. Alex. de Neuo c. 2 n. 9. de coniug. seruor. & ibi Calder. & Zechus*, quos refert & sequitur *Præpos. ibi n. 4 p. 1. Henricus ibi n. 4 & 5. Palud. 4. d. 36. q. 1. a. 1. n. 3. & d. 30. q. 1. a. 2. n. 5.* vbi *Supplementum Gabrielis q. 1. a. 2. concl. 2. Astensis sum. 2. par. l. 8. t. 15. a. 1. q. 1. fine, Monaldus sum.* vbi de matrim. *t. De impedimento conditionis, fin. Ioan. de Friburgo sum. confess. lib. 4. t. 3. q. 4. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 2. §. 1. Rosella verb. Impedimentum impedi 2 in princ.* vbi *Tabiena Impediment. 1 q. 2. num. 3. Sylvest. Matrimonium, 6. q. 1. vers. Error personæ. Brunell. de sponsalibus, concl. 32. n. 2. Vitalis de Cambanis tract. clausularum, clausula, Non errore ductus, §. Ostenso de errore indico, videndum est de errore. & c. n. 2. & 4.* (habetur tom. 18. tract.) *Victoria sum.* vbi de matrim. *n. 270. Sotus 4. dist. 30. q. 1. a. 1 concl. 1. fin. Ledesm. 2. p. 4 q. 53. a. 1 paulo post princ. Veracruz 1 p spec. a. 29. paulo post princ. con. l. 2. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. nu. 321 322. 328. Ouandus 4. d. 30. disp. vn. propos. 3 in fine, Enriquez li. 11 de matrim. c. 10. n. 3. & lib. 12. c. 4. n 1. Petr. de Ledesma de matrim. q. 51. a. 2. dub. 2. conc. vn. Vinaldus candel. Sacram. 1. p. de matrim. n. 27 Barth. à Ledesma de matrim. dub. 30. concl. 1. Lud. Lop. 1. par. instruct. de matrim. c. 74* vbi de impedimento conditionis, *col. 8 vers. Postremo autem.*

Hinc infertur discrimen inter matrim. & reliqua Sa- 13
cramenta, quoad intentionem legitime à ministro habẽdam. In reliquis enim Sacramentis tenetur minister non coarctare intentionẽ ad personam quam coram se astare putat, sed ministrare præsenti, quicumque ille sit: at in matrimonio cõtrahentes qui ministri sunt, ad id minime astringuntur, sed limitatam intentionem contrahendi cum illa quam esse existimant, possunt habere. Cuius differentiæ ratio est ea, quam num. præced. in 2. ratione assignauimus. Et ita docet *Petr. de Ledesma de matrim. q. 51. a. 2. dub. 2. in solut. ad 1. & 2. argum.*

Secundò infertur, non valere inter infideles matrim. 14
initum cum errore personæ. Constat, quod non valeat inter ipsos matrim. cum impedimento iuris naturalis, *cap. Gaudemus, de diuort.* Quale est hoc. Ita *Veracruz 1. p. spec. art. 29 paulo post princip. ante 1 conclus.*

Tertio infertur, non posse Ecclesiam statuere, ne error 15
personæ dirimat matrim. Quia nequit efficere, vt absque consensu matrim. consistat, quem error personæ tollit. Sic contra glossam n. 11. allegatam docent *Calder. Zechus, Alex. de Neuo, Præpos. Henricus, Astensis, Ioan. de Friburgo, Palud. Supplem. Gabrielis, Monaldus, D. Antonin. Veracruz, Gaeta, Ouandus*, vbi eos num. 12. retuli.

Ad argum. n. 11. proposita resp. Ad 1. & 3. constat ex 16
dictis n. 12. vbi constituimus differentiã inter matrim. & reliqua sacramenta, atque alios cõtractus. Ad 2. dic cum *Abulensi in id cap. 27. Genesis, q. 7. & ibi Honcala*, & communi sententia, mentem Isaac fuisse dirigere benedictionem ad filium præsentem, vteruis ex illis esset. Vel dic cum

D. aug.

D. Aug. lib. 6. de Genes. cap. 37. in fin. D. Theodoret. q. 79. in Genes. Andreas Masius in illa verba Iosue 9. Et non per cusserunt eos, illam benedictionem fuisse initio inualidam ob personæ errorem, at sortitam valorem ex confirmatione illius postea secuta, quod diuina inspiratione intellexerit Isaac, eam fuisse diuinam voluntatem.

17 QVÆSTIO II. An error qualitatis, seu dolus antecedens, nempe, qui ineundo matrim. causam præbet, alias non ineundo, illud dirimat? Affirmant quidam in foro conscientiæ id matrim. irritum esse: secus in foro externo. Ducuntur primò, quod contractus bonæ fidei ex dolo ipsis causam præbente initi sint ipso iure nulli, l. Et eleganter in principio ff. de dolo. & id quidem defectu libertatis consensus. Nil autem est, quod ita consensum postulet, ac matrim. cap. Cum locum. de sponsal. Secundò, quia error cuiusuis circumstantiæ tollit voluntarium, teste arist. 3. Ethicorum. cap. 3. Tertiò, quia cum voluntas sequatur apprehensionem intellectus, tanquam ducem, eo ipso quod intellectus apprehendit hanc feminam, vt virginem vel nobilem, voluntas non consentit in illam, nisi sub tali qualitate cognitam, existenti igitur illius qualitatis errore, cessabit consensus, ac proinde matrimonium irritum erit. Tandem quia si quis ficta paupertate eleemosynas extorqueat, non acquiret dominium defectu consensus in conferente. Ergo nec dominium corporis sibi traditi per matrim. quando ficta aliqua qualitate extorquetur, & cognita veritate tradendum non erat. Et confirm. quia votum tali errore emissum non esset validum. Ita sentiunt Præpositus c. vlt. in fine, de coniug. leprosorum. Metinade restit. q. 3. paulo post princ. vers. Quibus præmissis. Et dubius manet cogitandum relinquens Everardus in suis topicis, loco a matrim. spirituali ad carnale, num. 2.

18 Cæterum verissima sententia habet id matrim. minimè irritari. Quod is error seu dolus non efficiat matrim. inuoluntarium, sicut nec professionem religionis: quamuis secus esset in voto simplici, & sponsalibus, ac alijs contractibus. Quod latè probabo disparitatis rationem reddens l. 10. disp. 9. n. 20. Secundum, quia c. Cum in apostolica, de sponsal. decidituir matrimonium non irritari ex mendacio & subreptione ad ipsum inducentibus, vt exponit ibi Ant. n. 3. Abbas n. 2. Præpos. n. 2. Alex. de Neuo n. 3. Tertium, quia licet omnis error sit causa inuoluntarij: at non omnis efficit inuoluntarium simpliciter, sed is solus, qui est circa qualitatem per se, & ex natura rei requisitam ad ipsius contractus essentiam: at dum qualitas se habet per accidens, solum inuoluntarium secundum quid consurgit. Et ratio huius est. Quippe cum nihil sit volitum, quin præcognitum, quando error est in apprehensione rei non necessariæ, ad essentiam contractus, ipsiusque finem, sed in accidenti quodã, efficit vt contractus sit quoad essentiam voluntarius, ac proinde talis simpliciter, inuoluntarius autem secundum quid, & quantum ad accidens illud, in quo versatur error. Et confirm. quia cõtractus stricti iuris initi ex dolo dante illis causam, valent: quod causa in qua erratur, sit extra ipsorum naturam (vt probaui lib. 4. disp. 8. nu. 10. in solutione ad 5.) Cum igitur error qualitatis contingat circa accidentia matrimonio, non illud vitiabit. Tandem, quia nulla ratione fulcitur differentia in hoc, fori contentiosi & conscientiæ. Cum iudicium hoc, quo illud matrimonium decernitur validum, non innitatur præsumptioni, sed veritate consensus cognita, idem decerneret forum externum. In quo euentu vtrumque forum idem iudicat, (vt probaui lib. 1. disp. 5. num. 20.) Et ideò sententiam hanc amplectuntur glossa L. A D. Pio. 58. verb. Actionem. ff. de ritu nupt. quam singularem reputat Baldus l. 1. num. 5. fine, C. plus valere. Et gloss. cap. fin. in fin. 10. q. 3. & c. Cum dilectus. verb. Ad fauitatem de his quæ vi. Et ibi Abbas n. 13. Imola n. 8. fine. Idem Abbas c. Cùm dilectus. num. 7. de empt. & vendit. Et ibi additionator lit. D. Baldus l. Cum Archimedoras, nu. 10. C. vt in possessione legatorum. Et rubr. de iudiciis, lectura 1. n. 7. Iason Instit. de action. §. Actionum, n. 38. Curtius iunior l. Interpositas, n. 4. C. de transact. & repetitione eiusdē l. n. 7. vers. Fallit primo. Ioan. Lupus c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor notabili 3. in princ. n. 2. vers. Et per ista. Angelus Matrimonium, 3. impedimento 4. n. 1. Syluester Matrimonium, 8. q. 1. fine, Marcus Mantuanus singulari 316. Crottus repet. c. In ciuitate, n. 20. de vsuris, Rebuffus praxi beneficior. vbi de causis resignationē irritantibus, & 1. de dolo, n. 8. & 9. Remigius tractatu de immunit. Eccles. sallentia 26. n. 4. vers. Item ad predicta, Gom. Arias l. 62. Tauri, num. 15. & 16. Loazes in tractatu matrimonij Regum Angliæ, dub. 8. num. 37. Sotus 4. d. 35. quæst. vnic. art. 2. colum. 4. vers. Ad hæc, Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. § 7. n. 3. & l. 1. par. c. 5. n. 1. Perez li. 5. ordinaments. t. 1. l. 1. f. 15. § Dubitatur vtrum matrimon. dolo contractum. Flamin. de resign. benef. l. 3. quæst. 3. num. 11. Valentia 2. 2. disput. 5. quæst. 10. punct. 4. §. Secundò probatur conclus. Molina dicens se mirari, Ioan. à Metina, n. præced. allegatum, sensisse contrarium, to. 2. de inst. tract. 2. disp. 531. paulo ante 2. conclus. §. Illud est obseruandum. & disp. 259. §. Illud postremo. Barth. a Ledesma de matrim. du. 30. concl. 3. Lud. Lopez 2. par. instruct. de matrim. c. 47. vbi de impedimento conditionis, c. l. 9. vers. Quibus adde. & lib. 1. de contractibus, c. 43. in prob. 3. concl. & in fauor. ad 3. Petrus de Ledesma de matrim. q. 51. a. 2. dub. 3. paulo ante 2. conclus. Anton. Cucus li. 5. instit. maiorum, tit. 12. n. 12.

19 Temperant hoc quidam, nisi tantus esset dolus, vt consensum auferret: tunc enim irritaret matrim. Ita Abbas cap. Cum dilectus, n. 13. de his quæ vi. Curtius repet. l. Interpositas, n. 7. vers. Fallit primo, C. de transact. additionator ad Abbat. Angel. Syluest. Perez nu. præced. allegg. Sed fateor me non capere limitationem hanc, & ideo existimo eam non esse necessariam. Quod cùm dolus iste circa solam qualitatem manente illæsa matrimonij substantia, sit semper circa quoddam matrimonij accidens, numquam potest tantus esse, vt consensum auferat, sed quantuscumque sit, auferet consensum circa illud accidens manente legitimo consensu circa matrimonij substantiam, (vt num. præcedent. dicebam,) quod ad eius valorem sufficit.

20 Alij aiunt hunc errorem, licet non irritet matrimonium, aliquando tamen efficere, vt coniux illud minimè consummare teneatur. Vt si quispiam ducat feminam, credens eam esse virginem, cognito ante consummationem defectu integritatis, non est cogendus consummare. Quia fiet bigamus. Ita Vinaldus cand. libro Sacram. 1. par. de matrim. n. 118. & refert pro se Hugonem c. Raptor, 27 qu. 2. & Syluestrum Matrimonium, 8. q. 1. dub. 3. sed vterque de sola sponsa de futuro loquitur: & de eadem loquuntur Suppl. Sum. Pisane. verbo Impedimentum, impedim. 2. n. 1. Sotus 4. d. 30. q. 1. art. 1. col. 4. vers. Error fortuna. Lud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. cap. 47. colum. 3. notabil. 1. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 51. art. 2. dub. 3. post 2. conclusionem, § Aduertendum est etiam: & optimè dicunt, sufficiens enim is error est, vt sponsalia dissoluat. At semel matrimonio inito, non erit sufficiens diuortij etiam quoad torum causa: sed compelletur vir consummare, nisi ad religionem transeat. Causæ enim diuortij solæ sunt, adulterium corporale aut spirituale, aut sæuitia alterius coniugis, at hæc non est causa perpetui diuortij, vt toto lib. 10. vbi de diuortio erit sermo, ostendemus.

21 Id tamen fatebor, nimirum, si qualitas, in qua erratur, apponatur per modum conditionis in ipso contractu, quando scilicet matrimonium initur, siue verbis exprimatur, siue mente contrahentis retenta sit, irritari matrimonium: vt si contrahens eam actu intentionem haberet, Duco hanc, si diues aut nobilis sit: tunc enim deficiente ea qualitate, deficit conditio, & subinde consensus sub illa præstitus; atque ita matrimonium erit nullum. Conditio enim honesta est. Ita D. Bonauent. 4. d. 30. in expositione litera n. 4. Palud. ibi, q. 1. a. 2. n. 9. concl. 2. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 2. fin. Sotus & Lud. Lopez, Petrus de Ledesma nu. præc. allegati. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 30. conclus. 3. & omnes. Desideratur tamen vt ea intentio apponendi talem conditionem, sit actualis aut virtualis: nimirum, vt contrahens habeat tunc illam actu vel virtute, quia antea habuit, nec per contrarium actum reuocata est. Hæc enim inten-

intentio,sicut sufficit ad constituendum matrim. si affirmatiua fit rita ad dissoluendum,quãdo est negatiua. Non verò sufficit intentio habitualis. Quare validum esset matrim.licet in hac habituali dispositione esset, vt abstineret matrim. illo, si nosset feminam esse corruptam aut ignobilem (vt n.18.probauimus.)Sicut enim ea intentio habitualis,quando est affirmatiua, non satis est ad verum matrim. vbi adesset error personæ aut conditionis, qui dirimentes sunt (vt n.6.dixi:)ita non satis est ad illud irritandum, quando est negatiua, existenti errore solius qualitatis,qui matrim.minimè vitiat.

22 Quamuis autem error hic qualitatis dans causam matrim. ineundo, id minimè dirimat:at Parochus assistens ei matrimonio,conscius doli,ac voluntatis contrahentis, qui veritate cognita non contraheret,incurreret triennij suspensionem.*c.fin.de clandest.desponſ.* Quod dolosè assistat interdicto matrim.Ita *Maiol.lib.1.de irreg.c.25.n.14.*vbi de impedimento erroris.Sed illi fidem non habeo, quia *c.illud fin.§.vlt.* dum imponit triennij suspensionẽ Parocho assistenti matrim. interdicto, non loquitur de quocumq; matrim. in quo aliqua culpa interuenit,sed de solo interdicto à iure vel à iudice (vt probaui l.3.disp.48.nu.5.)At in hoc casu nulla iuris aut iudicis prohibitio adest.

23 Demum,si error qualitatis in errorem personæ redundet,fatentur omnes cum *D.Th.4.d.30 q.1.a.2.ad 5.* dirimi eo matrim.Quod tunc sit verus personæ error. Quando autem id contingat,dicemus n.25.& seq.

24 Ad argumenta n.17.proposita.Ad 1.dic non esse irritos defectu consensus, sed alia ratione, vt probaui l.4. disp.8.n.10.in solut.ad 5. & esto ea ratione essent irriti, at in matrim. non censeretur deficere consensus (vt probabo tradens differentiæ rationem,li.10. disp.9.nu.20.) Ad 2.dic,eum errorem efficere inuoluntarium secundum quid,vt probaui nu.18. Ad 3. distinguendum est antecedens,non consentit in illam nisi sub tali qualitate cognitam, si loquamur de consensu omnibus modis voluntario,admittendum est: vt enim is actus sit omnino voluntarius, desideratur ne etiam in circumstantia sit error. Si vero loquamur de voluntario simpliciter, cui admixtum est inuoluntarium secundum quid, negandum est ferri consensum in personam sub illa qualitate cognitam, vt error in qualitate sola tollat voluntarium simpliciter, vt n.18.explicui.Ad vltimũ dic (quidquid sit de veritate illius antecedentis,non enim minima est difficultas)longe disparem esse rationem. Quod is error in eleemosynã sit circa illius substãtiam.Nam misericordia, cuius actus est largitio eleemosynæ,respicit per se & suapte natura paupertatẽ illius, cui erogatur. At error solius qualitatis in matrimonio respicit quoddam accidens, nec circa substantiam versatur. Ad confirm. dic esse discrimen inter votum simplex,& sponsália ex vna parte, & professionẽ, ac matrim.ex altera,quam tradam l.11. disp.9.n.20.

25 Quaestio vltima. Quando error qualitatis redundet in errorem personæ,ita vt tunc vere circa personam erretur,ac proinde matrim. sit nullum? Quæstio est maximi momenti,ac difficillima. Quidam eam regulam tradunt. Si consensus contrahentis feratur in personam sibi præsentem,directè & formaliter, error in nobilitate, vel alia ipsius qualitate, non redundat in errorem personæ irritantem matrimonium:si vero feratur directè & formaliter in personam,cui illa qualitas inest, vt in filium regis, at materialiter & indirectè in personam præsentem,quatenus existimatur filius regis: error erit personæ matrim. irritans.Hanc tradunt *D.Th.4.d.30.q.1.a.2.ad 5. Alberic.in suo dictionar.lit.I.verb.Impedimentũ,2.fine, Abulensis c.27.Genes.q.7.fin.Sylueſter Matrimoniũ 8 quæſt.1.dict.4.Rosella verb. Impedimentum, impedim. 2.in princ.& ibi Supplementum sum. Pisanæ,impedimento 2.n.vlt Tabiena ibi impedimento 1.q.3.nu. 4.Sotus 4.d.30.q.1.a.1. paulo ante sol.ad argumenta, verb. Respondetur.Ledesma 2.p.4.q.53.a.1.ad fin.Viguerius lib.inſtit.c.16. §.7.verſ.9.impedimento 1.Petr.de Ledesma de matrim.q.51.a.2. dub.3.poſt 2. concluſ. verſ. Ad cuius expoſitionem. Philiarcus de officio ſacerdotis,tom.1.p.2.l.2.c.5.impedimento 1.Iud.Lopez 2.p.inſtructorij,de matrim. cap.47.* vbi de impedim. erroris, *ad fin.Barth.à Ledesma de matrim dub.30 p.ſt 5.concl. Manuel 1.tom ſum.2.edit.c 223.concl.2.n.2.* Alij tradunt aliam regulam,quæ ferè in idem recidit. Si erretur circa subiectum qualitatis,vt nobilitatis,est error personæ,secus si erratur circa ipsam qualitatem. Ita *Ricard.4.d.30. art.1.q.2.ad 2. Rainer.2.p.ſum.t.de matrim.c.15.D Antonin.3.p.t.1.c.2. ad fin. Alexan.Carrer.de ſponſalibus,l.4.c 13.* Vtraque regula verissima est,non tamen exhaurit difficultatem: quæ eo pertinet,vt declaretur quando intentio errantis circa qualitatem censeatur directè ferri in qualitatem,atque ita sit solius qualitatis error: quando autem in personam, ac subinde sit personæ error,matrim.dirimens. Desideratur igitur specialior regula,quæ difficultatẽ hanc enodet.Quod Deo duce,vt assequi potuero, ex DD. colligens, duplici regula explicabo.

Prior regula sit. Quoties qualitas in qua erratur, non 26
determinat indiuiduam personam, non est error personæ,sed solius qualitatis, vt si quis se filium aut primogenitum regis fingat,minime explicans cuius regis filius sit, femina illi nubens, eo errore ducta, in sola qualitate errat,& ideo valet matrimonium. Ratio est aperta, quòd persona sit intellectualis naturæ indiuidua substantia,teste Boëtio,quem refert ac sequitur *D.Th.1.p.q.29.a.1.corpore.& ad 1.* Error ergo personæ debet esse circa quid indiuiduum. Deinde, quod cum cogitatio & apprehensio intellectus errantis non sit circa peculiarem personam, consensus non sequitur errorem illum, vt feratur in personam sic in genere apprehensam,sed est in personam illam indiuiduam præsentem apprehensam cum eo qualitatis errore. Consensus enim coniugalis, instar aliorum contractuum, speciales ac indiuiduos contrahẽtes amat. Atque ita docent *D Bonauent.Hostiensis, Astens.Ioan.de Friburgo,Rosella,Sylvest.Supplem.summ. Pisana, Tabiena, Vitalis de Cambanis,Turrecremata,Gaeta,Nauarrus, Ant.Cucus,* quos num.2.retuli, *Lex regia 10.t.2.partit.4.& ibi Greg.Lopez, Filio.Angelus Matrimonium,3 impedimento 4.nu.3.Matienzo lib.5.recop.t.1.rub.gloss.1.n.116.Palacios 4.d.30.dest.vn col.15. verſ.Hic tamen interim noſtiſu. Toledo lib.7. ſumma,cap 3 nu.2. dict.3.Ludouicus Lopez 2.p.inſtruct de matrim. cap.47.*vbi de impedimento erroris,*in fine,Vtuald.candel ſacrament.1.part. de matrim num.117.*

Posterior regula. Si qualitas illa, in qua erratur, defi- 27
gnat indiuiduam personam, tunc error circa qualitatem refunditur in personæ errorem,ac matrimonium dirimit, vt si ille mentiatur âtcès se esse filium talis regis,vt Franciæ.Quia cum apprehensio intellectus cõsensum voluntatis quasi manu ducat, in id tendit consensus, quod apprehensio illa ducens proponit voluntati. Cum igitur tunc temporis persona indiuidua apprehensa ab intellectu,media illa qualitate qua inducatur,voluntati proponatur,consensus directè & formaliter in personam illam apprehensam tendit,ac proinde error circa illam, est error circa personam.Et confirm. nil enim refert, siue nomine proprio quis exprimatur,siue aliquo signo,quo persona determinata notetur,vt constat ex *c.Licet ex quadam, de testibus & atteſt.verſ.Testes, & l.Si in rem aliquis, 6.ff.de rei vendicat.*Et ita docent *D.Bonau.Hoſt.Astens.Ioan.de Friburgo, Rosella,Sylvest.Supplem.ſum. Pisana, Tabiena, Vitalis de Cambanis,Turrec.Greg.Lop.Nauar. Gaeta, Matienzo, Palacius, Anton.Cucus,Toledo,Vtuald.n.116.*quos n.præced.allegaui.

Hæc tamen posterior regula est primò temperanda,vt 28
intelligatur,si errans notitiam prius habuerit ex fama,visu,vel auditu,personæ illius indiuiduæ circa quam erat, putans se cum illa contrahere.Verbi gratia,si habeat notitiam regis Franciæ, vel ipsius filij, quem alter contrahens se simulat.Ducuntur,quod(vt num.2.probauimus) nequeat circa personam prorsus ignotam errari. *Ita D. Bonauent.Hoſt.Astens.Ioan.de Friburg.Rosella,Sylvest.Supplem. summ.Pisana,Tabiena,Vitalis de Cambanis, Archid. Bellamera, Henricus,Monaldus,Turrecr.Gaeta, Nauarrus, Antonius Cucus, Greg.*

Greg. Lop. quos n. 2. retuli. Imo non posse errari in hac persona, nisi expresse cognoscatur ab erranti, docent *Ledesm. 2. p. 4. q. 53. a. 1. dub. 4. Enriqu. lib. 11 de matrim. c. 10. nu. 2. in comment. Iur.* I. At hæc moderatio minimè placet, & iure optimo illam non adhibent *Palacios, Toledo, Vinald. in prac. alleg.* sed absolutè & indistinctè tradunt regulam. Et expresse eam præsuiam notitiam minimè desiderari docet *gl. 29 q. 1. in sum. v. Quod autem.* Quippe satis est ea notitia personæ cum qua initur matrim. quæ concipitur eo tempore, quo de matrim. contrahendo conuenitur, vt circa illam possit errari: & parum videtur ad id referre, an antea, an potius tunc habita sit notitia: si quidem in vtroque euentu habetur iam ante matrim. Intellectus enim apprehendit eo modo, quo sensus repræsentant obiectum, & proinde si tempore quo præstatur consensus, repræsentat sensus vt talis regis filium, ita apprehendit intellectus, ac voluntatem ducit, vt in personam illam indiuiduam filij talis regis consentiat. Deinde, in omnibus alijs actibus, vt conceptum erroneum formem, satis est notitia falsa concepta eo tempore, quo actus fit: vt si quis volens inire contractum, cuius honestatis nullam apprehensionem habuerat, decipiatur ab aliquo dicenti eum esse licitum, cùm tamen sit vsurarius: errat quidem in eo contractu ob falsam notitiam tunc conceptam, quamuis antea nullam habuerit, sed prorsus ignorarit, sit licitus, nec ne.

29 Hinc infertur, non esse credendum *Hugoni 29. qu. 1. in princ. Abbensi 2. p. sum. l. 8. t. 14. a. 1. q. 4. Ioan. de Friburgo in summa confessorum, li. 4. t. 3. q. 9. Monaldo sum.* vbi de matrim. *t. De errore personæ. paulo ante finem.* vbi dicunt, non esse errorem personæ, sed qualitatis, si femina scienti quempiam multos habere filios, quorum nullus est sibi notus, aliquis eorum mentiatur dicens se esse illius primogenitum. Quia non datur error personæ absque præuia illius cognitione. Sed illis non est habenda fides. Quod ad errandum satis sit ea notitia tunc habita, verè enim femina errore ducta illi nubit, existimans esse personam illius filij primogeniti, quam apprehendit, & in maritum eligit. Sic *gl. 29. qu. 1 in sum. v. Quod autem. Calderin c. 2. de coniug. seru. Angelus Matrimonium, 3. imped. 4. n. 3. Supplem. sum. Pisanæ, v. Impedimentum, imped. 2. n. 2.* vbi *Tabiena Impedimentum, 1. q. 3. n. 4. Greg. Lop. l. 10. v. E vinieſſe, t. 2. partit. 4. Maticuzo lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gl. 1. n. 254.* & ita est tenendum.

30 Nec refert, si primogenitus ille, cui conuentum erat feminam nupturam, sit post conuentionem vita functus, ac secundogenitus, qui nunc primogenitus est, supponatur feminæ ignoranti: erit enim error personæ. Quia consensus fertur in priorem, cum quo pactum initum fuerat, qui qualitate illa primogenituræ tempore pacti indicabatur. Nec minus est error personæ, quamuis persona circa quam erratur, iam obierit, vt bene tradunt *glossa 29. q. 1. in summ. verb. Putatur. Abbensis 2. p. summ. lib. 8. tit. 14 ar. 1. qu. 3. Ioan. de Friburgo summa confessorum, lib. 4 tit. 3. qu. 5. Monald. summ.* vbi de matrimon. *tit. De errore personæ paulò ante finem. Sylvest. Matrimonium, 8. q. 1. dict. 7. Rosella v. Impedimentum, impedim. 2. n. 1.* Atque in nostris proprijs terminis docent *Sotus 4. d. 30. qu. 1. a. 1. paulo ante solut. ad argum. vers. Respondetur. Ledesm. 2. p. 4. q. 53. a. 1. dub. 4. Lud Lopez 2. p. instruct. de matrimon. cap. 47.* vbi de impedimento erroris, *ad finem, Barth. à Ledesma de matrimon. dub. 30. post 3. conclus. Manuel 1. tom. summ. 2. edit. cap. 223. concl. 2. num. 2. Vega 2. tom. sum. 4. 34. casu 117.*

31 Secundò temperatur regula, quando ea qualitas, in qua est error, ita designat indiuiduam ac præscriptam personam, vt media illa apprehensione consensus voluntatis determinetur ad certam & singularem personam. Si enim adhuc vaga & confusa maneret apprehensio, est error qualitatis, vt si quispiam se simulet filium regis Franciæ, qui vel multos habet filios, vel si vnicum habeat, latet contrahentem, num vnum an plures habeat, est qualitatis error: secus si diceret se esse primogenitum, aut secundò genitum, vel vnicum regis filium: tunc enim esset error personæ. Quòd in priori casu, cum certa ac indiuidua persona nō denotetur, sed qualitas illa in multis reperiri possit, perinde est, ac si persona indiuidua minime indicaretur. Cum illa nota non sit circumlocutio expressa æquiualens indiuiduæ personæ. Atque ita locum habet prior regula, tradens esse tunc qualitatis errorem. In posteriori autem, describitur omnino certa & indiuidua persona, atq; proinde procedit posterior regula, docens esse personæ errorem. Sed displicet, quia cū determinetur pater, non est singulare omnino vagū: iuxta ea quæ dicam n. 35. fine, & sic est error personæ, si non filia illius supponatur.

Tertiò tēperatur, vt intelligatur regula: quando ea verba, Sum filius talis regis, vsurpantur substātiue: nimirum, vt eum sensum efficiant, Sum ille qui est filius talis regis. Tunc enim si talis non sit, errabitur in persona: secus si fumantur adiectiue, vt is sit sensus, Sum generatus à rege, erit quippe error qualitatis. Sic *Archid. Bellamera, Henric. Monal. n. 2. alleg. Brunel. de sponsal. concl. 23. n. 2.* Sed hæc limitatio displicet. Tum quod metaphysica valde sit, & vix rei morali deseruire possit, numquam enim quantumuis re hac discussa constare poterit, vtro in sensu verba illa prolata atq; accepta sint. Tum etiam, quia adiectiue quoq; sumpta, certam & indiuiduam personam indicāt, & eundem prorsus sensum habent, ac substantiue prolata, vt Sum primò generatus è rege, aut primus regis filius. Erit igitur in vtroq; casu error personæ per illā qualitatē designatæ. 32

Quartò temperatur, nisi contrahens quocumq; errore affectus cōsentiret verè in personam sibi præsentem quæcumque illa sit. Quia tunc nullo errore ducitur ad consentiendum, cùm mens eius sit contrahere cum persona coram astanti quæcumque illa sit. Ita *Nauar. sum. c. 22. n. 32. Pet. de Ledesm. de matr. q. 51. a. 2. dub. 3. not. ab. vlt. ante solut. argum.* 33

Vltimò temperatur, nisi persona cum qua matrim. initur, & qualitate illā erronea designatur, esset ante illius qualitatis notitiam cognita alteri contrahenti, tunc enim quacumque qualitate indiuidua designetur, est error solius qualitatis, & valet matrim. vt si Maria optime norit Petrum cui nubit, falsò tamen existimet esse primogenitum regis Hispani, in sola qualitate errat, & matrim. tenebit. Ratio est, quia cùm persona ante illius qualitatis notitiam sit alteri contrahenti nota, qualitas recens cognita non trahit illum ad personæ notitiam, sed ad solius qualitatis nouum conceptum, ac proinde error circa solam qualitatem accidet, manenti vera personæ notitia, in quā consensus coniugalis fertur. Fauent *Ricard. Rainer. D. Antonin. Alex. Carrer. n. 25. alleg.* asserunt enim tunc esse errorem qualitatis, seu circa subiecti nobilitatem, quando consensus est in personam contrahenti notam, quòd eam nobilem credat. Et fere expresse tenet *Veracruz 1. p. spec. a. 28. fi.* vbi ait esse qualitatis errorem, si Maria nubat Ioanni, quē optimè nouit, existimans eum esse primogenitum talis Comitis, cùm non sit. Consultò dixi, quando contrahens personam optimè nouit, quia non sufficeret ex fama vel auditu notitia habita: non enim sic cognitus cognosci vere dicitur, ac proinde qualitas adiuncta, certam & indiuiduam personam denotans, in veram personæ cognitionem duceret, atq; error circa illam esset circa personam. Atque ita *Veracruz* eisdem prorsus verbis vtitur. Prudens quoq; dixi, si ante qualitatis notitiam sit cognita contrahenti. Si enim à principio cognitionis esset error in qualitate certam & indiuiduam personam designanti, isque error adhuc permaneret, esset error in persona matrim. irritans. Quod re vera consensus directè & formaliter tendat in præsentem, quatenus est illa persona quam ab initio intellectus apprehendit. Notitia enim illa circa personam erronea, dirigens consensum, eadem prorsus tempore contracti matrimonij perseuerat. 34

Ex dictis deducitur primo, quid dicendum sit in ea conscientiæ quæstione, quam suo tempore discussam fuisse in casu tunc contingenti, refert *Tabiena v. Impedimentum, imped. 1. q. 4. num. 5.* Quidam enim duas filias habens, iuueni pulchritudine minoris capto, eam sibi in matr. collocari postulanti denegauit, offerens primogenitam, iuuenis petijt eam 35

cam ostendi cuidam amico, à quo de illius pulchritudine certior fieri volebat: pater dolosè filiam minorem ostendit amico, quòd primogenita deformis esset: iuuenis ergo bene instructus de feminæ pulchritudine, eoque errore ductus contraxit cum primogenita, existimans esse eam quæ amico exhibita fuerat: dubitatum fuit, num solus qualitatis error esset, ac proinde valeret matr. *Tabiena ibi* dicit se fuisse in ea sententia, vt qualitatis error esset, quòd non posset consensus dirigi in secundò genitam, ea quippe denegata fuerat illi: & sola primogenita concessa: quare vere direxit consensum in primogenitam sibi oblatam: & solũ fuit error circa eius pulchritudinem. Et optime in hoc sensit *Tabiena*. At si secundò genita minime esset sibi denegata, ait casum esse dubium, & videri errorem personæ. Sed sic distinguendum existimo: aut enim oblata est alicui ad matrim. cum ea ineundum, filia, v.g. Petri, speciali aliqua nota designata, vt nomine proprio, vel primogenita, aut secundò genita: & tunc quamuis volenti pulchritudinem per se aut per tertiam personam inspicere, ostendatur femina pulchrior, & ipse eo errore circumuentus ducat feminam priùs sibi oblatam, nõ est error personæ, sed solius qualitatis. Quòd apprehensio prioris feminæ sibi oblatæ permaneat, ac ducat consensum in illam, quare non errat in personam quam ipse existimat, sed in illius pulchritudine. Si tamen nulla nota singulari filia illa designata esset, sed generice quædam Petri filia oblata esset, & ostensa esset alia, esset vtiq; error personæ. Quia apprehensio alterius contrahentis non erat ad singularem personam determinata: determinatur autem per inspectionem propriã, vel tertiæ personæ, ad mulierem ostensam, quare si alia supponatur, erit error personæ. Si alia (inquam) eiusdem Petri filia: secus si alterius filia ostendatur, tunc enim ea pulchritudine feminæ ostensę deceptus, ducens filiã Petri, nõ errabit in persona, sed in qualitate pulchritudinis. Quia licet inter filias eiusdem Petri non esset apprehensio determinata, atq; ita determinatur ad filiam ostensam: verũ respectu aliarũ, quę eiusdem Petri filię non sunt, determinata erat, atq; ita per inspectionem nequaquã distrahitur ad eam quę Petri filia non sit volendum in coniugẽ, sed in eadem voluntate ducendæ filiæ Petri persistit. Ipsam ergo ducens nõ errat in persona, sed in personę pulchritudine.

36 Secundò deducitur, non esse errorem personæ, si quis mentiatur dicens se esse vnigenitum regis talis, vt Franciæ, si re vera eius filius sit, at habeat alios filios. Quia cum non erretur in filiatione, non erratur in persona, sed in sola illa qualitate, seu potiùs negatione aliorum filiorum. Secus vbi quis dicit se esse primogenitum regis talis, cùm sit secundò genitus. Quia ea nota indicat præscriptũ filiũ.

37 Tertiò deducitur, non vitiari matrim. ex solo nominis errore, si de corpore constet. Id apertè probat *l. In venditionibus, 9. ff. de cõtrah. empt.* ibi: *Plane si in nomine dissentiamus, verum de corpore constet: nulla dubitatio est quin valeat emptio & venditio. Nil enim facit error nominis, cum de corpore constat.* Et ita docent *Aut. c. Tua. n. 14. de sponsal. Maioris 4. d. 30. qu. 1. notab. vlt. ante 1. conc. Ledes. 2. p. 4. q. 53. a. 1. dub. 4. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. qu. 1. §. 4. n. 324. Lancelotus instit. iuris canon. l. 2. t. de nuptijs, ad finem.*

38 Tandem in summam redigendo quæ à n. 26. dicta sunt, ad explicandum, quando error circa qualitatem redundet in errorem personæ matrim. dirimentem: dico breuiter tunc id accidere, quando erratur circa qualitatem quę certam personam designat, quæ contrahenti priùs nota non erat absque illa qualitate: nec constat mentem contrahentis fuisse in personam sibi præsentem, quæcumque illa sit, consentire.

DISPVTATIO XIX.

An error conditionis seruilis dirimat matrimonium: & quo iure?

SVMMARIVM.

Quotuplex sit seruus: & quid sit adscriptitius, vel originarius. n. 1.
Matrimonium liberi cum ancilla, vel libera cum seruo, ignorata conditione seruili, est nullum. n. 2.
Quid si pro tempore determinato concedatur libertas, an eo tempore matrimonium contractum cum ignorantia seruitutis, valeat? Et an libertas possit ad tempus concedi. n. 3.
Quid de ignorantia statu liberi, nempe, eius cui concessa est libertas pro certum tempus comparanda. n. 4.
Quid, si error conditionis sit concomitans, quia liber conscius seruitutis ancillam duceret. Et an ita sit nullum matrim. vt si liber velit in illo persistere, non sit cogendus seruus. Et an ratificetur per copulam habitam à libero ignaro manumissionis postea factæ: vel per copulam post seruitutem cognitam? Et an lite pendente circa coniugis seruitutem, possit aut teneatur liber reddere debitum. Remissiè. n. 5.
Quid, si decennium transactum sit post matrimonium liberi cum ancilla, & eo tempore ancilla se tamquam liberam gesserit. n. 6.
An desideretur auctoritas Ecclesiæ separatis matrimonium cum seruitutis errore. n. 7.
An coniugi libero incumbat probatio ignoratæ seruitutis. n. 8.
An error seruitutis adscriptitiæ vel originariæ dirimat matrim. n. 9.
Quid de errore libertinæ conditionis. n. 10.
Quotuplex quæstio disputatur. n. 11.
Proponuntur rationes fundantes seruitutem iure naturali impedire matrimonium, quamuis cognita sit. n. 12.
Potest esse matrimonium inter seruos, vel cum liberis, cognita seruitute, & soluuntur rationes contrariæ. n. 13.
An liber scienter ducens ancillam peccet: vel seruus dolose liberam contrahens ignarum? Et an liber ducens ancillam sit irregularis. n. 14.
An error conditionis seruilis dirimat iure naturæ matrimonium? Refertur quædam sententia. n. 15.
Contraria Auctoris. n. 16.
Valet matrimonium inter infideles cum errore conditionis seruilis. n. 17.
Satisfit argumentis. n. 18.
An si ignorantia conditionis seruilis sit leuissima, & valde crassa, irritetur matrimonium. Refertur quædam sententia. n. 19.
Contraria Auctoris. n. 20.
Soluuntur argumenta. n. 21.
An error conditionis paris aut dignioris dirimat matrimonium? Refertur duplex sententia. n. 22.
Sententia Auctoris. n. 23.
Satisfit argumentis. n. 24.

CVM quadruplex sit error, & disp. præced. dissertum sit de errore personæ, qualitatis, & fortunæ: iam de errore conditionis seruilis, in præsenti agendum superest. Et præmittendum est, seruos esse in triplici differentia. Quidam sunt verè serui, qui ita sunt domini, vt eos vendere possit. Alij sunt ascriptitij, nimirum qui glebæ seu prædio colendo sunt perpetuò addicti inde numquam recessuri, dominisq; prædiorum annuos redditus omnes, præter sumptus & victum, reddituri, vt bene docet *Abbas c. 2. de Iudæis. nu. 7. n. notab. 1.* Originarij autem (vt notat *idem Abbas ibi*) sunt orti ex his ascriptitijs. Sunt tamen omnes hi ascriptitij & originarij vere liberi, quamuis ad certas operas teneantur, vt bene docet *gl. eo. c. 2. v. Sint liberi, & ibi Abbas n. vn. vers. Item nota.* Quod clare is textus significat, dum interdicit Iudæis mancipia Christiana possidere, concedit autem seruos ascriptitios vel originarios. Aduerte autem cum *Velasco de iure emphyt. qu. 37. num. 9. & sequ.* eos qui se obligant perpetuò ad seruitia personalia, non appellari ascriptitios: sunt enim ascriptitij partes fundi, & computantur inter immobilia, vt habetur *l. Inbemus nulli, 14. in princ. C. de sacrof. Eccles.* iunct. *gl. ibi v. Mancipia*, at alij non, sed sola personali obligatione tenentur.

In hac ergo disp. quædam sunt conclusiones omnino certæ, aut ferè certæ, quæ præmittendæ sunt, vt inde ad difficiliora disputanda gradum faciamus. Prima conclus. apud omnes certissima est. Error conditionis seruilis, quando liber contrahit cum ancilla, vel libera cum seruo, reddit irritum matrim. Conclusio hæc est definita *c. 2. & 3. & fin. de coniug. seru. & c. Si quis ingenuum, 29. qu. 2.* quod est ex Conc. apud Vermeriam, *c. 6.* & concordant *auth. Ad hoc, C. de latin. libert. & l. 11. t. 2. p. 4. & l. 14. t. 14. p.* Rationem autem cur hoc impedimentum dirimens inductum sit, tradunt *D. Th. 4. d. 36. q. vn. a. 1. corp. & ad 1. & ibi D. Bonav. a. 1. q. 2. Durand q. 1. n. 6. Ricar. a. 1. q. 1.* & omnes, quòd is error valde bonis matrimonij aduersetur: bono sacramenti, & indiuiduæ cohabitationi: cùm seruus debeat in domo domini habitare, ab eoque possit mitti in partes remotas, ibi vendendus: bono fidei, quia non potest ad libitum redire debitum, sed cùm ei vacauerit, satisfecerit q; obsequijs in quibus à domino occupatus: bono prolis, quia nequibit eam

eam altere: cum omnia domino acquirat, nec erit in parentis potestate vt religiosè educetur.

3 Immo quamuis seruitus ignorata non sit perpetua, sed pro certo tempore concedatur seruo libertas, vt biennij spatio, vt eo transacto in pristinam redigatur seruitutem, dirimet matrimon. eo medio libertatis tempore contractum. Quod re vera manet ille seruilis conditionis, & quidquid interim agit, agit vt seruus: atque ita non potest ad ordines promoueri, nec domicilium mutare, nec potest liberè tradere potestatem sui corporis. Sic *Supplem. Gab. 4. d. 36. q. 1. a. 3. dub. 2. Sotus 4 d. 35 q. vn. a. 2. col. 4. vers. Ad hæc. Ledes. 2. p. 4. q. 54. a. 1. ad fin. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 223. n. 3. Vega 1. to. sum. c. 34. casu 67. §. Nota quacumque.* Et posset aliquis existimare idem sentire *Angel. Matrimonium, 3. imped. 4. n. 6. & Syluestr. Matrimonium, 8. q. 2 dict. 3.* dicunt enim, liberi matrimonium cum ancilla, cui data est libertas in tempus, minime valere, ignorata per liberum ea conditione seruili, quia eo medio tempore seruus est, per *l. Statu liberum. ff. de statu lib.* at id neuter sentit. Quia loquuntur de seruo statu libero, de quo lex illa loquitur, qui est ille cui in tempus concessa est libertas, *l. 1. ff. eo. t.* vbi *glossa* in casus positione explicat, id est, cui libertas concessa est ex certo die: & ideò *d. l. Statu liberum*, dixit medio eo tempore illum seruum esse: itaque non loquuntur *Angel. & Sylues.* de seruo cui pro tempore determinato concessa est libertas, vt post illud ad pristinam redeat seruitutem: sed de seruo statu libero, cui, nimirum, concessa est libertas perpetua, non ex tunc, sed ex certo die comparanda, vt abhinc vno anno. De quo casu agam n. seq. Sed verè opinati sunt prædicti DD. si libertas pro tempore determinato cõcedi valide posset. Quoniam revera simpliciter esset ille seruus, cùm eo tempore concessę libertatis transacto, ad seruitutem reduci debeat. Verùm fundamentum corruit, quod libertas concedi nequeat pro tempore determinato, sed semel pro quocumque tempore concessa, sit perpetua, vt expresse habetur *l. Libertas*, 31. (alias est 32) iunct. *l. Ideo. 34.* (alias est immediatè sequens) *ff. de manumiss. testam.* ibi: *Libertas ad tempus dari non potest, ideoq; si ita scriptum fuerit: Stichus vsque ad annos decem liber esto: tempus adiectio superuacua est.* Et *glos. ea l. Libertas, v. Non potest*, ait valere concessionem libertatis adiecto tempore. Et *d. l. Ideo, v. Superuacua est*, ait illam temporis adiectionem superuacuam esse, libertate suum effectum sortiente. Et huius ratio est, quia libertas semel data reuocari non potest, *l. Et si sine dolo, 3. Quod Papinianus, ff. de minoribus*, vbi minor beneficium restitutionis impetrans hereditatis à se repudiatæ, aduersus seruum in ea substitutum, auferet quidem hæreditatem: at manebit seruus liber in perpetuum: quamuis libertatem non directe assecutus sit, sed accessoriè, eo quod hæres substitutus. Cuius nulla alia est ratio, nisi quia libertas semel concessa reuocari nequit. Vnde oritur vt attento iure communi dies libertatis non cedat, nisi ab adita hæreditate: id est, seruus cui libertas legatur, eam minime consequitur, donec hæres adeat hæreditatem, *l. vn. §. Libertatibus, C. de caducis tollendis.* Quod aliter est in alijs legatis, vt habetur *ea l. vn. §. In nouissimo.* Eiusque ratio est, quod nemine adeunte hæreditatem corruant attento iure communi omni relicta in testamento, *l. Nemo, 9. C. de testamentaria tutela.* Quia igitur libertas semel acquisita reuocari non potest, quod secus in alijs legatis euenit; ideo iure optimo statutum est, vt sola libertas legata non acquiratur ante aditam hæreditatem. Inde etiam fit, vt alienatio aliarum rerum facta in creditorum fraudem, quamuis mero iure valeat donec reuocetur, *l. 1. ff. qua in fraud. credit.* ibi: *Reuocando ea.* At libertas in creditorũ fraudem cõcessa, fit nullius momenti, vt *Instit. quibus ex causis, in princ.* ibi: *Nihil agit.* Vbi additio marginalis ait ipso iure esse nullam: aliàs enim esset irreuocabilis. Et idem docent *Ioan. de Platea & Aretin.* quos refert & sequitur *Tiraquell. l. Si vnquam, verb. Reuertatur, n. 265. C. de reuoc. donat.* Verba enim, Nihil agit, inducunt actum ipso iure nullum esse, *l. Is qui hæres, 13. ff. de acquir. hæred.* iuncta *l. Is potest, 18. ff. eod. t. & l. Obligari, 9. §. Tutores, ff. de author. tutor.* Ex dictis igitur sequitur contra Sotum, & alios allegatos, valere matrimon. liberi cum ancilla, cui pro certo tempore donata est libertas. Quia ancilla illa est iam omnino & perpetuò libera, vt constat ex prædictis.

Grauius autem dubium est, an valeat matrimon. liberi 4
cum ancilla statu libera, nimirum, cui ex tempore aliquo vt abhinc biennio concessa est libertas, ignorante libero eam conditionem seruilem. *Ang. Matrimonium, 3. imped. 4. n. 6. & Syluest. Matrim. 8. q. 2. dict. 3.* indistincte aiunt non valere matrimon. Quod eo medio tempore sit verè ancilla, vt expresse habetur *l. Statu liberum. ff. de statu lib.* Ac proinde matrim. sit inter liberum & ancillam, ignorata seruitute. Verùm quamuis neminem inuenerim hoc temperantem, consultis tamen viris doctissimis, illis visa fuit mea sententia valde probabilis, nimirum, vt temperetur hoc, nisi modicum tempus deficiat, vt statu libera plenam acquirat libertatem; tunc enim id matrim. valebit. Cessant enim rationes quas nu. 2. retuli, quibus Ecclesia ducta irritauit matrim. inter liberum & ancillam: quando iam intra breue tempus est acquirenda libertas. Nullius enim momenti est præiudicium, quòd obligari perfecte & libere nequeat ad reddendum debitum, & cohabitandum, quin occupari à domino possit: cum breui duraturum sit impedimentum, neque potest iam ea serua per venditionem separari, atque ita non erit contra bonum Sacramentum, nec prolis: & si attendas dedecus, quod est contrahere cum reuera ancilla, idem profecto sequitur ex matrim. cum liberta: parum enim refert paulo ante fuisse seruam, & tunc esse liberam: aut tunc esse seruam, & citò futuram liberam. Et tamen matrimonium cum liberta valet (vt dicemus nu. 10.) ignorata conditione. Nec mirum est, si valeat matrimonium durante seruitute. Quia disp. seq. nu. 14. dicemus cum communissima sententia, valere matrimonium, quando dominus collocat in matrimonium ancillam cum libero ignoranti seruitutem. Quòd statim ac initum fuerit matrimonium, consequatur per illud ancilla illa libertatem. Cùm tamen vere tempore consensus coniugalis fuerit ancilla. Quòd si quæras, quantum temporis designandum sit, vt, si eo transacto, seruitute iam finita, libertas comparanda sit, valeat matrimonium, cum nita, libertas comparanda fit, valeat matrimonium, cum illius seruitutis ignorantia initum? Existimarem dũmodo breuius spatio sex mensium sit. Ducor, quoniam l. 3. disp. 23. n. 13. probaui esse modicum tempus, minus sex mensibus, vt incolatus & parochia acquirantur. Et disp. 18. n. 6. eod. l. 3. probaui quod modico tempore durat, reputari pro nihilo: & num. 9. id modicum tempus esse minus sex mensibus. Nec in hoc tempore potest sequi id prolis damnum, vt seruituti subijciatur, quòd ancilla ducta in vxorem nondum vere sit libera. Quia legitimus & perfectus partus v 11. mense nascitur, *l. Septimo mense, 12. ff. de statu hominum.* Et optime probat *Menoch. li. 2. de arbitrar. t. casu 89. nu. 35.* illos 7. menses esse lunares, atque ita continere 6. menses, & dies 5. & refert Alciatum.

Vtrùm autem iniens matrimonium ignoranter cum an- 5
cilla, & postea rem habens cum eademmet manumissa, ignarus manumissionis, censeatur ratificare matrimon. dixi lib. 2. disp. 36. n. 3. ratione 7. non esse matrimonium, contra aliquos quos ibi nu. 2. arg. 5. retuli. Et quid, si cognita seruitute saltem ex auditu, accedat affectu vxorio? dixi ibidẽ n. 1. & 6. & quid post Trident. dixi eo l. 2. disp. 37. num. 5. Et an lite pendenti circa seruitutem cõiugis, possit aut teneatur alter coniux reddere debitum? dixi eodem lib. 2. tota disp. 43. Et quid si error conditionis sit concomitans, quia, nimirum, contrahens seruitute cognita, adhuc contraheret, an sit irritum matrim. dixi li. 1. tota disp. 65. Et an ita sit nullum matrim. cum errore conditionis, vt in vtriusque facultate sit recedere, an potius solius liberi, atque ita illo volente teneatur ancilla consentire? dixi l. 4. tota disp. 15.

Temperant aliqui concluſ. propositam, ne valeat ma- 6
trim. liberi cum ancilla cum errore conditionis seruilis:

nisi transierit decennium, ex quo illa ancilla est in libertatis possessione. Probant ex *c. penul. de coniug. seru.* vbi non auditur femina allegans viri seruitutem, qui probauit decennio se tamquam liberum gessisse, nulla sibi circa statũ controuersia mota. Eo enim decennio libertas præscribitur: imo quinquennio, vt ait *gl. ibi, v. Decennio, per l. 1. & l. Si pater. C. ne de statu defunctorum.* Ita *Palud. 4. d. 36. q. 1. a. 2. n. 15.* At ipsemet meritò, quamuis subobscurè, ait hoc pertinere ad forum externum, vt præsumatur matrim. at in foro conscientiæ non consurgere matrimon. nisi post præscriptam libertatem nouus adfuerit consensus, cognita prioris matrimon. irritatione, vt quando ancilla illa esset iam manumissa: dixi l. 2. disp. 36. nu. 3. rat. 7. & clariùs id docet *Palacios 4. d. 36. disp. vn. col. 5. vers. Porro quidquid, & vers. sequ.* Id tamen est verissimum, si ante matrim. initum ancilla illa iam ligitimè præscripsisset libertatem, concurrentibus ad eam præscriptionem requisitis, matrim. esse legitimum. Quòd esset liberi cum libera. Nec obstat prior seruitus ignorata, vt dicemus n. 10.

7 Dubitabis forsan, an coniux seruitutis ignarus, possit propria auctoritate recedere, quando seruitutem alterius coniugis detexerit? Et breuiter dicendum est licere quoad torum. Quia hoc occultè & absque scandalo fit. Ita *Ricard. 4. d. 36. a. 3. q. 2. Astens. sum. 2. p. l. 8. c. 15. a. 1. q. 8. Ang. Matrimonium, 3. imped. 4. n. 14. Syluest. Matrimonium, 8. q. 2. dub. 10. Nauar. sum. c. 22. n. 33. Sotus 4. d. 35. q. vn. a. 2. col. 4. vers. Verum verò. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 47.* vbi de imped. condit. *col. 8. vers. Porro solet hic. Bart. à Ledesm. dub. 31. de matrim. immediate ante 2. concl.* Secundò dico, si matrim. sit occultũ (vt si iam nec testibus, nec libro Parochi probari possit: obiere enim Parochus & testes, ac liber amissus est) potest etiam liber propria auctoritate recedere quoad habitationem. Quod sit certus matrim. fuisse nullum, & cesset separationis scandalum. Ita *Ricard. Astensis, Angel. Syluest. Sotus, Nauar. Lud. Lop. Bart. à Ledesm. ibid. Armilla v. Matrimonium, n. 7. fin. Enriq. lib. 11. de matrim. c. 10. n. 5.* Quando autem matrim. non est occultum, dicunt *Sotus, Bart. à Ledesm. Lud. Lop.* desiderari iudicium Ecclesiæ, si coniux deseratus reclamauerit. At *Ricard. Angel. Syluest. Armilla, Enriquez.* dicunt absolutè non posse tunc propria auctoritate recedere, quamuis seruitus sit notoria. Idem ait *Nauar.* quamuis non explicet, si seruitus sit notoria: at manifestè in eo casu loquitur. Id enim probat ex *cap. Porro, de diuort.* quod de casu notorio agit. Probat *Enriqu.* quia licet notoria sit seruitus: at ignotum est an liber habuerit conditionis seruilis ignorantiam, necessariò requisitam vt matrim. sit irritum: quam liber probare tenetur. Sed in hac re multum immorandum nobis esset, ad excutiendum quando existenti causa notoria liceat propria auctoritate diuertere, ita vt non audiatur coniux restitutionem petens, & circa concilianda *c. Porro, & c. Significasti, de diuort.* quæ videntur secum è diametro pugnare. At de hac relatè agemus l. 10. disp. 12. à n. 10. Eadem enim est ratio de hac dimissione, & de diuortio propria auctoritate faciendo ratione adulterij, de quo est illa disp. 12. instituenda, vt bene ait *Sotus proxime citatus.* Et ideò breuiter dico, cessante scandalo id licitum esse. Quod etiam fatetur *Enriquez:* & nos dicemus ea disp. 12. n. 32. & 33. etiam quando causa demissionis, vt adulterium, vel seruitus sunt occulta. At quando id non cessat, quia coniux liber non abit in partes longinquas, sed manet in loco vbi publicum est matrim. tunc vera est sententia allegata, asserens non licere propria auctoritate recedere, non quod coniugi libero incumbat probatio ignorantiæ seruitutis (contrarium enim nu. seq. dicemus) sed quia hoc est impedimentum dirimens omnino matrim. & quando est tale impedimentum, non potest coniux propria auctoritate recedere, quamuis notorium sit, quin concedatur alteri restitutio: quamuis secus sit vbi fit diuortium ratione adulterij notorij, vt probauimus d. disp. 12. n. 37. & seq.

8 Rursus rogabis, petenti coniuge libero dissolui matrimon. ratione seruitutis à se ignoratæ, cui incumbat probatio illius ignorantiæ? *Enriquez. lib. 11. de matrim. c. 10. n. 5.* ait allegantis ignorantiam seruitutis incumbere eam probare. Idque colligi videtur ex *c. fin. de coniug. seru.* ibi: *Mandamus quatenus si constiterit quod miles ignoranter contraxit cum ancilla.* Verùm dicendum est, coniugi seruilis conditionis incumbere onus probandi scientiam suæ conditionis in altero: & ignorantiam liberi præsumi, dum contrarium minimè probatur. Quod in alieno facto non præsumatur scientia, sed ignorantia. *Reg. præsumitur ignorantia, de regul. iur. in 6. & l. Verum, ff. de probat.* Atque ita docent *Hostiens. in c. fin. n. 3. super verb. Constiterit, & ibi Ioan. And. n. 3. Ant. num. 6. Abbas nu. 6. Cardin. statim in princ. oppositum v. Alex. de Neuo num 5. Præpos. num. 4.* Quod bene temperant *Abbas, Alexan. de Neuo, Præpositus ibid.* nisi tempore contracti matrimonij conditio coniugis seruilis esset communiter in eo loco nota, quòd præsumatur scientia eorum quæ communiter innotescunt, *c. 1. de postulat. prælat. c. Quod dictis, d. 16.*

Secunda conclusio. Quando seruitus non est vera, sed 9
ascriptitia vel originaria, eius error non dirimit matrim. Hæc conclusio videtur contra *gloss. 29. qu. 2. in summa, verb. Secunda*, ubi relata opinione Hugonis dicentis valere matrimon. liberæ cum ascriptitio, ait leges contradicere. Atque ita videtur sentire, legibus contrarium decidentibus standum esse. Ius enim ciuile non permittebat matrim. liberæ cum ascriptitio alieno, *authent. Ad hoc, C. de lat. libert.* quæ desumpta est ex *auth. de nuptijs, §. Ascriptitio:* vbi additur id non esse matrimon. Sed hi textus procedunt etiam cognita ea seruitutis conditione. Sed non valere id matrim. vbi est error ascriptitiæ vel originariæ conditionis, docet *Palud. 4. d. 34. q. 1. a. 2. num. 13.* Idque probat, quia licet seruitus ascriptitia & originaria non sit tanta, ac ea quæ iure ciuili inducta est, non enim potest ei seruienti subiectus vendi, at est talis, vt sit contra matrimonij bona, vt contra bonum prolis educandæ: quæ non erit patrimonij paterni hæres, sed fiscus totum aut partem occupabit: nec erit habilis ad ordines, vel monasticam vitam, & contra mutuam habitationem. Quia is seruus est glebæ ascriptus. Et *supplem. Gabr. 4. d. 36. q. 1. a. 2. statim in princ.* anceps manet: & *a. 3. dub. 2.* dicit opus esse Ecclesiæ declaratione. Sed his non obstantibus, nostra conclusio est fere certa. Quod Ecclesia non irritarit matrimon. ex cuiuscumque conditionis errore, sed solius seruilis, vt constat ex textibus n. 2 allegatis. At serui ascriptitij vel originarij sunt verè liberi. Vt n. 1. probaui: non ergo impedimentum hoc erroris conditionis seruilis, erit ad hanc impropriam seruitutem extendendum: quamuis in ea aliqui seruitutis effectus reperiantur, & ea sit aliquantulum contra peculis bonum: id enim solum ad coniugij valorem spectandum est, vt libere possit exigi & reddi debitum, quod hi efficere possunt: nec habenda est ratio, vt proles habilis sit ad ordines, aut monasticam vitam recipiendam. Et ideò hanc sent. tenent ex Iurisperitis, *Hostiens. summ. ti. de coniug. seruorum, nu. 9. Alberic. in suo dictionario, lit. I. verb. Impedimentum, 3. Ioan. And. c. 2. nu. 3. de coniug. seruorum, & ibi Ant. nu. 4. Abbas n. 5. Anchar. n. 2. Cardin. n. 2. q. 3. Præpositus n. 6. q. 5. Alex. de Neuo n. 7. Henricus nu. 3. Astensis 2. p. summ. lib. 8. t. 15. a. 1. q. 2. Ioannes de Freiburgo in summ. confessorum, lib. 4. t. 3. qu. 2. Vitalis de Cambaris de clausulis, clausula, Non errore ductus, §. Ostenso de errore iudicij, videndum est de errore qui in matrimon. committitur, num. 5. Rosella verb. Impedimentum, impedimento 4. num. 1. Angelus matrimonium, 3. imped. 4. nu. 11. Syluest. Matrimonium, 8. q. 2. dict. 7. Supplementum summ. Pisan. v. Impedimentum impedim. 3. nu. 3.* vbi *Tabiena impedimento 1. fin. Anton. Cucus lib. 5. instit. maior. tit. 12. num. 55. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. qu. 1. §. 4. num. 332. Brunellus de sponsalibus, conclus. 32. n. 3. casu 3. Lancelotus instituta turis canon. lib. 3. ti. Quæ matrimonium impediunt possunt, paulo post princ.* Et ex Theologis, *Durandus 4. d. 30. q. 1. n. 8. & ibi Maiorin, q. 1. coroll. 1. Palacios ibi, col. 3. & col. 11. fin. & sequenti.*

Hinc deducitur, valere etiam matrimonium cum liber- 10
ta, id est, cum ea quæ ancilla fuit, iam tamen libertate donata

nem est. Quod sit verè libera: ac proinde eius conditionis error, cum non sit seruitutis præsentis, non obstat matrimonij firmitati. Ita *Astensis, Ioan. de Friburgo, Rosella, Sylvest. Supplementum Pisane, Gaeta, Palacios n. præced. allegati. Sotus 4. d. 35. q. vn. a. 2. col. 4. vers. Ad hæc. Covar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 7 n. 1. vers. Primum, Enriq. lib. 11. de matrim. c. 10. nu. 3. comment. lit. N. Vivaldus candelabro Sacram. 1 p. de matrim. nu. 123. Lud. Lop. 2 p. instruct. de matrim. c. 47.* vbi de impedimento conditionis *fol. 8. Vega 2. p. sum. c. 34. casu 49.*

11 Triplex autem quæstio in præsenti disputanda est. Prima, quo iure seruitutis error dirimat matrim. Secunda, an dirimat, quamuis seruitutis ignorantia sit leuissima? Tertia, quid si sit paris aut dignioris conditionis error?

12 QVAESTIO I. An error conditionis seruilis dirimat iure naturali matrim. Hæc quæstio in duplici sensu discuti potest. Prior est, an seruitus suapte natura præstet impedimentum matrim. ineundo: sicut naturalis impotentia ad copulam coniugalem, ac proinde quamuis cognita sit, dirimat matrim. Posterior, an error seruitutis dirimat iure naturali matrim. Et in priori sensu, videtur seruitus impedimentum iuris naturalis ad matrimonium. Quia est contra substantiam matrimon. nempe corporis traditionem, quam seruus liberè præstare nequit, vt docet *D. Tho. 4. d. 30. q. 1. a. 2. corp.* atque ita *d. 36. q. vn. a. 1. corp.* comparat seruitutem naturali impotentiæ: sicut enim hæc impedit omnino matrimonij vsum, ita illa liberum. Et confirm. quia si in contractu matrim. ea conditio apponeretur, vt non teneretur coniux habitare cum coniuge, illíve debitum reddere, nisi quando dominus voluerit, matrim. esset nullum, ob conditionem matrim. substantiæ aduersam, *c. fin. de condit. appos.* at ex conditio tacitè inest in serui matrimonio.

13 Verùm certissima est res, seruitutem non præstare naturale impedimentum matrimonio ineundo: atque ita validum esse matrim. seruorum inter se, & matrim. liberi cum ancilla, vel liberæ cum seruo non ignorata seruitutis conditione. Et ita definitur *c. 2. de coniug. serv. & c. Si quis liber*, quod est Zachariæ Pontificis, *29. q. 2. & c. Si quis ingenuus*, quod est ex Concil. apud Vermeriam, *eadem causa & q.* Concordat *l. regia, 11. t. 2. p. 4. & l. 1. t. 5. eadem p.* Quia seruitus cognita non aduersatur substantiæ matrimonij, (vt de ignorata etiam probauimus nu. 16.) Vnde dum *D. Th. n. præced. allegatus* ait seruitutis errorem aduersari substantiæ matrimonij, & comparat naturali impotentiæ, non intendit omnimodam similitudinem inter ea impedimenta statuere. Sed vult aliquo modo aduersari substantiæ matrimonij, & vsui libero illius: sicut naturalis impotentia tollit simpliciter vsum, indeque congruentem rationem desumit, vt iure optimo Ecclesia irritarit matrimon. cum conditionis errore initum. Nec est simile, si apponeretur ea conditio in contractu matrimonij, vt non teneretur coniux habitare, aut debitum reddere, nisi cum alter tertius voluerit: in quo casu esset irritum matrimon. Quia seruus contrahens matrim. nec tacitè, nec expresse, eam conditionem apponit, vt non teneatur habitare, nec reddere, nisi domino volente: sed tantum ex natura status seruilis supponitur non teneri seruum reddere debitum, quando ex iusta causa impeditur à domino. Quod nullatenus est contra matrimonij essentiam. Hæc enim minime astringit ad semper & vbique debitum reddendum, sed quoties legitimum impedimentum non obstiterit. Cùm ergo dominus nequeat seruo impedire iustum & rationi consonum matrim. vsum, manifestè apparet latam esse differentiam in eo, qui conditionem apponit non reddendi nisi altero volente: & in eo qui etiam explicitè apponeret conditionem non reddendi, quando ratione status legitimum obstaret impedimentum. Et per hoc soluuntur obiecta num. præced. Hinc fit, iure canon. quod in hac re præualet, corrigi *l. Cum ancillis, C. de incestis nuptijs*, decidentem non posse constare matrimonium inter liberum & seruam. Sed ius canonicum id permittens detecta seruitutis conditione, est præferendum in causa hac matrimonij *c. penult. & finali, de secundis nuptijs.* & ita tenet glossa *d. c. Si quis liber, in fin. Ioan. Andr. c. 1. nu. 3. de coniug. serv. & ibi Host. super v. Inter seruos. Anchar. n. 2. Card. n. 3. Abbas c. 2. n. 3. eod. t. Præpos. c. Licet, eod. t. paulo post principium, Angelus Matrimonium, 3. impedimento 4. n. 15. Sylvest. Matrimonium, 8. q. 2. fol. 2. Sotus 4. d. 35 qu. vn. art. 1. col. 3. vers. Contra hanc.* Et omnes.

14 Peccabit tamen (si credendum est *Soto 4. d. 35. qu. vn. art. 1. colum. 3. vers. Contra hanc,*) liber absque vrgenti causa, vel valde commoda ancillam ducens, at non mortaliter, nisi graues circumstantiæ aut scandalum accedant. Verùm ex se non video vllam culpæ rationem. Id enim nullo iure prohibetur. Et ita nullam esse culpam bene docet *Angelus Matrimonium, 3. impedimento 4. fine.* Est tamen irregularis ancillam ducens, per *c. Si quis viduam, & 2. d. 34.* quod desumptum est ex *canonibus Apost. cap. 18.* ibi: *Si quis viduam aut electam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, non potest esse presbyter, aut diaconus, aut eorum numero qui ministerio sacro deseruiunt.* Et ratio est, quod vilis & infamis persona reputetur ancillam ducens. Et ita esse irregularem, testantur *glossa ibi verb. Ancillam, & cap. 1. verb. Legem, 29. q. 2. Laurentius & Hugo d. c. Si quis viduam, & ibi Archid. fine, & ibi Dominicus fine, & Turrecr. n. vn. Speculator t. de dispensatione, §. Iuxta, n. 14. vers. Item qui contraxit. Astensis summ. 2. p. lib. 8. t. 15. a. 2. quæst. 2. D. Antonin. 3. p. t. 28. c. 3. vers. 7. Sylvest. v. Irregularitas, q. 16. Nauar. summ. c. 27. n. 196. Maiolus lib. 3. de irreg. c. 1. n. 5. Manuel 1. tom. summ. 2. edit. c. 158. n. 3.* quamuis *Enriquez li. 14. de irreg. c. 5. num. 4. fine* dicat hunc esse infamem: *& in commento, lit. I.* dicit id non esse expressum in iure: & ita videatur oppositum significare. Et id verum est, quamuis ancilla virgo sit, alias nil decideret is textus, ducens enim etiam liberam non virginem, est irregularis ob bigamiam contractam. Deinde, quia textus indistinctè loquitur de ancilla. Et ita sentiunt *Archid. Domin. Turrecrem. D. Antonin. Maiolus, Sylvest. Nauar. Manuel ibid.* Non tamen consentiunt inter se Doctores hi, quando liber duceret propriam ancillam virginem. Nam *glossa cod. cap. Si quis viduam, verb. Ancillam,* quamuis faceatur effici tunc liberam ancillam, ait esse eum irregularem. Quod adhuc reputetur vilis. At *Archid. Turrecr. ibid.* id negant, nisi propria ancilla corrupta sit. Quia cùm per id matrimonium libera efficiatur, cessat causa prohibitionis. Et *Dominicus ibi* vtramque expositionem sub disiunctione sequitur, & ita vtramque censet esse probabilem. At dicendum est non esse irregularem, ob rationem dictam, quando per id matrimonium ancilla redit in libertatem. Quod consultò dico, quia iure communi verius est non per id effici liberam, (vt dicam disput. seq.) at iure Hispaniæ efficitur: & ita in illa locum habebit hunc non esse irregularem, & in illis regnis vbi libera sit. Et dico similiter non esse irregularem, qui init matrimonium cum ancilla, existimans eam esse liberam. Quia non reputatur vilis, ignorantia excusante. Et præterea, quod matrim. sit inualidum, ac careat effectu. Et similiter quoties matrimon. illud cum ancilla cognita, esset nullum. Quia non sortitur suum effectum id matrimonium. Nec est verbum aliquod in *d. cap. Si quis viduam,* ex quo colligatur considerari in eo factum ipsum, & animum facientis, vt proinde cogamur dicere, incurri eam irregularitatem non secuto matrimonio valido iuxta regulam quam tradidimus l. 3. disp. 2. n. 2. ad discernendum quando pœnæ actui impositæ incurrantur, licet actus sit nullus. At non requiritur matrimonij consummatio, vt ducens ancillam sit irregularis. Quia id desiderari nullo iure probatur. Et quia infamia illa ex ipso matrimonio contracto pullulat. Hactenus de libero scienter cum ancilla contrahente diximus. Si verò loquamur de eo qui cùm seruilis conditionis sit, decipit liberum, & init matrimon. cum eo conditionis ignaro, citra dubium peccat lethaliter. Tum, quod reddat matrimon. irritum. Tum etiam, quod in re grauissima decipiens notabilem irroget iniuriam. Sic *Angelus Matrimonium, 3. impedimento 4. fin. Nauar. summ. hispana, c. 22. num. 33. Enriquez lib. 11. de matrim.*

c.10.n.3. Petr.de Ledesma de matrim.q.52.a.2.diffic.1.ante 1.conclusionem.

15 Potissima verò difficultas est in posteriori sensu, nimirum esto seruitus cognita nullo iure obstet matrim. ineundo: an error seruitutis ita obstet, vt iure naturali reddat irritum matrim. initum cum libero sic erranti? Affirmant (& satis probabiliter) aliqui. Idque solet probari rationibus num. 12. adductis. Sed illæ probant etiam seruitutem cognitam impedire iure naturali. Et ideo illas disputans in priori sensu proposui ibi, & solui nu. 13. Sed probatur primò, quòd *D. Thom.4.d.30 qu.1 art.1.corpore*, errorem hunc comparet errori personæ, dicens vtrumque auferre consensum. Et confirmatur ratione qua id probat *D. Th.* Nam cum duo includat matrimonij substantia, nempe, personas, & mutuam corporum traditionem: eius substantiæ aduersantur error circa personas, & circa conditionem seruilem, quæ liberam corporis traditionem aufert. Secundò, quia, si quis equum vendat, cuius vsus ex alterius voluntate pendet, id tacendo, irrita est iure naturæ venditio. Cum eò intrinsecè tendat venditio, vt dominium cum libera vsus rei venditæ potestate transeat in emptorem. At vsus corporis serui pendet magna ex parte ex domini voluntate. Ergo matrim. per quod seruus liberæ tradit dominium sui corporis, tacito impedimento illo liberi vsus, est iure naturæ irritum. Tertiò, quòd conditionis error valde aduersetur bonis matrimonij (vt n.2. probauimus) & si dicas eodem argumento probari, seruitutem à contrahente libero notam impedire. Quippe similiter lædantur bona matrimonij. Dico longe disparem esse rationem, quando is error accidit. Talis enim error aufert voluntarium consensum. Cum enim iniens matrimon. id principaliter velit, & intendat propter primarios matrimonij fines, qui magna ex parte deficiunt: quando liber contrahit cum serua, conditionis ignaro, sequitur vt non habeat verum consensum in illud matrim. Quod secus est, quando conditionis est conscius, tunc enim cedit iure suo, & adest plenus consensus. Quartò, quod naturæ is defectus ascriberetur, vt in valde necessarijs deficiens esset, nisi matrim. cum hoc errore initum, esset nullum ipso naturæ iure. Cum enim grauissima iniuria irrogaretur coniugi decepto, nec reparari possit existenti valido matrim. natura deficiens fuisset non consulens huic errori. Tandem, quia *Alexand.III c.2.de coniugio serui* rogatus an matrimonium serui cum libera conditionis ignara sit validum: respondet minimè valere, non constituens nouam legem irritantem, sed supponens esse inualidum. At nullibi inuenitur textus illud irritans: supponit ergo ipso naturæ iure irritum fuisse. Quòd si respondeas cum *Petro de Ledes.de matrim.qu.52.a.3 dub.1.ad vlt.* irritatum fuisse per Zachariam Pontificem, qui antiquior fuit illo, vt constat ex *cap.Si quis liber*, 29. q.2. Non satisfacit solutio. Quòd ibi Zacharias nil circa hoc decidat, sed solùm decernat valere matrim. inter liberum & ancillam cognita seruili conditione: contra *l.Cum ancillis, C. de incestis nuptijs*, quæ contrarium statuebat, imò potiùs tanquam certum relinquit, ac supponit secus esse vbi adest conditionis error. Huius sent. videntur *gl.c.fin.v.Conditionis, de coniu ser. & ibi Host.n.1. Gosfred.sum eo t.n.5. Magister 4.d.30.c.1.paulo post princ. & ibi Scotus q.1. Mayronis ibi qu.1. Celaia ibi q.1.concl.1. Petr de Soto lect.3.de matrim. § Iam ex hoc qua sequuntur, in fin. Couar.4.de cret.2.p c.3.§.7.nu.1. flatim in princ. Ant. Cucus lib.5.institutionum maiorum.t 12.n.48.* qui omnes inde probant hoc matrimonium esse nullum, quod is error omnem auferat consensum. Quare cùm matrimonium absque consensu sit iure naturæ irritum, sentiunt apertè eo iure hoc matrimon. irritari. Et tenent expresse *Sylues. Matrimonium, 6.q. 1.verf.Error personæ & conditionis: & Matrimonium, 8.q.2.dist. 1.Almain.4.d.36.q.vn.fin. Palacios 4.d.30.q.vn.col.5.verf.Rursus quia. Angles floribus 1.p.de matrim.q.10.de errore conditionis, a.1.dub.1.concl.1.*

16 Cæterum probabilius est solo iure Ecclesiastico irritari: quamuis id valde iuri naturali consonum sit: prout rationes n. præced allatæ probant. Ducor primò, quoniam seruitus non impedit absolute & simpliciter vsum matrimonij liberum, sed tantùm certis temporibus, nimirum quando iuste & rationi consentaneè occupat dominus seruum. At hoc non aduersatur substantiæ matrimonij, quæ contenta est absoluta potestatis corporis traditione, & obligatione ad reddendum debitum, quando legitimum impedimentum non obstiterit. Et confirm. quia si id impedimentum traditionis potestatis plenæ corporis, quod in seruitute reperitur, obstaret essentiæ matrimonij: cum idem inueniatur in seruitute cognita, hæc quoque dirimeret iure naturæ matrim. Quod est contra Ecclesiæ decretum (vt probatū num. 13.) Nec obstat etiasio, si dicas conscium seruitutis, & adhuc volentem inire matrim. cedere iure suo. Quia cum requisita ad matrimonij valorem non possint ex contrahentium voluntate immutari, sed semper stabilia sint, non prodest in hoc, cedere iure suo. Sicut quia naturalis impotentia ad copulam, est iuris naturalis impedimentum ad matrimonium, non prodest eam cognitam fuisse ab altero contrahente, vt matrimonium subsistat. Rursus confirmatur, quod lepra vel morbus diuturnus plus impediant liberum matrimonij vsum, quàm seruitus. Cum tamen illa non dirimat matrim. Tandem, quia quamuis intercedente eo errore, inueniatur in matrim. aliquid inuoluntarij, in quantum si quis conditionem seruitutis præsciret, non contraheret: at contractus est simpliciter voluntarius, cum simpliciter in hanc personam consentiat. Eritigitur verus contractus attento solo naturæ iure. Simile quippe inuoluntarium reperitur, quando adest error qualitatis dans causam contractui: nec tamen vitiatur matrim. (vt probauimus disp.præced.num.18.) Et ideo huius sententiæ sunt ex Iurisperitis *gl.29.q.1.in summa, verb. Quod autem, & ibi Archid. n.3.super v Non admittit. Bellamera ibi n.2. Alex.de Neuo c.2.n. 9.de coniug.serv.* vbi *Praepos.n 4.q.1.in fin. & nu.5.q.3. Henricus ibi n.5. Ioan.de Friburgo summ.confessorum, lib.4.t.4.qu.1. Matthæus Reginald.summ.* vbi de matrim.t. *De impedimento conditionis, fin. Angelus Matrimonium.3. imped.4. Tabiena verb. Impedimentum, imped.1.q.6.n.7. Vitalis de Cambanis de clausulis, clausula, non errore dicitur, §. Ostenso de errore iudicij, videndum est, & c.n. 5. Astensis summa, 2.p. lib.8.t.15 a.1 qu.1.ad fin. Gaeta repet.cap. Ad limina, 30.q.1.§.4.n.322. & 327.* Et ex Theologis, *D.Th. 4.d.36.qu.vn.a.1 ad 3. & ibi D.Bonau.a.1 qu.2. Durandus qu.1. in solut.ad 2. Maioris 4.d.30.qu.1.in probat.1. conclusionis, & ad finem totius quæst. Palud.4.d.30.q.1.a.2.n.6. & d.36.q.1.ar.1.n. 8. Supplementum Gabrielis 4.d.30.q.1.a.2. conclus.3. & d.39.q. 1.a.2.init. Victoria sum.* vbi de matrim. *nu.270. D. Antonin.3. p.t.1.c.3.fin. Sotus 4.d.35.q.vn.a.2. post 1.concl.verf Dubium autem est. Ledesma 2.p.4.q.35.a.1.paulo post principium: & q.45.a. 1.paulo post princ. Veracruz 1.p.speculi, a.19.paulo post princ.conclus.1. & 2. Ouandus 4.d.30.qu.vn.proposs.3.fin. Enriquez lib.11. de matrim.c.10.nu.3. Petr. de Ledesma de matrim.q.52.a.1.dub. 1.concl.1. Lud. Lopez 2.p.instruct.de matrim.c.47.* vbi de impedimento conditionis, *col. 8.verf. Postremo autem. Barthol.à Ledesma de matrim. dub.31.col.3.§. Et annotato. Vega 2.to.sum. c.34.casu 117. Vivaldus candelabro Sacramentorum 1.p.de matrim.n.127.*

Hinc deducitur, attenta hac posteriori sententia quam 17
amplexi sumus, valere matrim. inter infideles initum cum
errore conditionis: nisi aliqua speciali eorum lege irritetur. Quod legibus Ecclesiasticis id irritantibus minimè astringantur. Sic *Veracruz conclu.2.Barth. à Ledes.Enriqu.nu. 3. comment.lit.N. Vega nu.praceden allegati.* At satis probabile est non valere: sicut est valde probabilis sententia dicens iure naturæ, cui subijciuntur etiam infideles, id matrimonium esse irritum: vt n.15. diximus.

Ad argumenta nu.15. proposita resp. Ad 1. dic, similitu- 18
dinem non esse in omnibus, sed in hoc, vt, sicut error personæ tollit omnino consensum: ita error conditionis tollat circa conditionem illam seruitutis: & licet hoc sit inuoluntarium tantùm secundùm quid: at ius Ecclesiasticum irritauit, vbi non admittitur voluntarie coniugium cum

cum seruo vel ancilla: quod minime contingit, quando conditionis seruilis error adest. Ad confirmationem dic aduersari aliquo modo, quòd omnino plenam & perfectissimam corporis traditionem non patiatur: at patitur absolutam, & rationi status consonam. Quod ad veram matrimonij rationem satis est, attento iure naturali, vt n. 16. probaui. Ad 2. neganda est consequētia. Quia (vt disp. præc. nu. 18. probauimus) est lata differentia inter matrim. & cæteros contractus bonæ fidei, qui irritantur ex dolo circa qualitatem dante causam contractui: vt in hoc euentu accidit. Quod secus se habet in matrimonio. Ad 3. fateor aliquo modo aduersari bonis matrimonij, non tamen adeò vt substantiam destruat. Quòd si ita aduersaretur, non sufficeret scientia seruitutis, nec cessio proprij iuris. Nec iserror aufert voluntarium simpliciter, sed tantum secundum quid. Quæ omnia probaui n. 16. Ad 4. dic, non imputandum esse vitio naturæ, si non irritârit hoc matrimonium, nec prouiderit huic iniuriæ resarciendæ, quæ consistente matrimonio reparari nequit. Nec enim omnes iniuriæ debent reparari in eodem bonorum genere: (vt respondens simili argumento probanti matrim. metu extortum esse iure naturæ nullum, ostendi li. 4. disp. 14 n. 4 in solutione ad 5.) Et natura matrimonij indissolubilis exposcit, ne huiusmodi iniurijs satisfiat, matrimonio dissoluto. Postea autem Ecclesia experientia comperiens damna multa inde subsequi, irritauit. Ad vltimum, dic verum esse illos textus non habere formam statuti, nec constare vbi talis irritatio scripta sit: at constare ex vsu & traditione Ecclesiæ: & forsan olim scriptam fuisse, ac periisse scripturam. Sicut d. disp. 14. n. 4. in solut. ad 1. probaui, respondens simili argumento probanti matrimon. metu extortum esse iure naturæ irritum. Quare non placet solutio *Pet. de Ledes.* quam nu. 15. ad hoc argumentum retuli. Ibi enim satis confutata est.

19 QVAESTIO II. An matrim. liberi cum ancilla valeat, si ignorantia conditionis seruilis sit crassissima, ac leuissima. Affirmant quidam, quod Ecclesia ideo irritauerit hoc matrim. vt resarciatur grauissima iniuria irrogata coniugi ignoranti. Quæ cessat, ac leuissima est, vbi ignorantia est adeò crassa. Secundò, quòd metus leuis non irritet matrimonium: ac proinde idem videatur dicendum de ignorantia leui. Sicut enim iura nihili faciunt vani hominis timorem. *l. Metum, 6. ff. de eo quod metus caus.* ita & imprudentis fatuam ignorantiam. Tertiò, quòd ignorantia adeò crassa æquiparetur scientiæ, adeò vt in materia pœnali & odiosa, quando ius punit delictum scienter admissum, hæc ignorantia tam crassa à pœna minimè eximat (vt dicemus li. 10. disp. 32. n. 39.) Et ideo hanc partem sustinet *Sotus 4. d. 35. qu. vn. a. 2. post 2. concl. vers. De his conclusionibus. Bart. à Lesin. dub. 31. de matrim. concl. 1. in prima eius limit. Lud. Lop. 2. p. instructor de matrim. cap. 47.* vbi de impedimento conditionis, *columna 2. vers. Circa praditam doctrinam. Manuel 1. tom. summæ, 2. edit. c. 213. num. 3. Vega 2. tom. summ. cap. 34. casu 67. ad finem.*

20 Quamuis tamen hæc sententia sit valde probabilis, oppositam credo probabiliorem. Quòd vt matrimonium liberi cum ancilla, vel liberæ cum seruo valeat, desideretur libera electio, & omnino voluntaria talis conditionis seruilis, vt sic libere cedat contrahens iure suo, quæ cessio est quædam condonatio iuris proprij. At hæc irritatur ex errore quantumuis fatuo. Vt si velim dare Petro, & errore leuissimo ductus dem Ioanni, non tenet donatio: quia deficit donandi voluntas. Et confirmatur, quia sicut iure naturæ exigitur consensus in personam, ad matrimonij valorem: & irritatur quocumque errore crassissimo personæ existenti, vtpote qui consensum directum & formalem in illam personam aufert. (vt probauimus disp. præced. nu. 7.) Ita iure Ecclesiastico petitur voluntarius omnino, & consensus directus in circumstantiam illam conditionis seruilis, vt sic conscius coniux damni ex eo matrimonio sibi subsecuturi, cedat libere iure suo, & sponte illud amet. Similiter igitur irritabitur ex quocumque conditionis seruilis quantumuis crasso & temerario errore. Is enim verè tollit directum & formalem consensum, ac animum iure proprio cedendi. Tandem quia licèt ad culpam, & pœnam illi correspondentem, hæc ignorantia æquiparetur scientiæ: quia actus est indirectè & interpretatiuè volitus propter obligationem aduertendi. Præceptum enim obligans ad aliquid, subinde astringit ad diligentiam adhibendam ad aduertendum, ne violetur. Ad cùm nullum præceptum sit contrahendi cum persona liberæ conditionis, non est quòd culpa ascribatur contrahenti ea inaduertentia: ac subinde censeatur indirectè volita. Et confirm. quòd ius canonicum irritans matrimonium id, absque scientia conditionis seruilis initum, non tam attendat modum irrogandi iniuriam ex parte personæ seruilis conditionis decipientis tacendo conditionem: quàm dolum re ipsa contingentem, & damna ex eo subsecuta, quæ liberum pati noluit, nisi sciens ac prudens iure suo cesserit. Aliàs valeret matrim. quando nullus dolus, nullaque culpa adesset in seruo: vtpote qui vel existimabat alterum eiusdem conditionis esse, aut si diuersæ, conscium suæ seruitutis. At quando est ignorantia hæc fatua & crassissima, idem dolus re ipsa contingit, & eadem damna pullulant, nec ignorantis animus fuit iuri suo renuntiare. Et pro hac sententia sunt *Abbas, Alex. de Neuo, Præpos.* qui (vt n. 8. in fine retuli) quando ignorantia est rei communiter notæ, non dicunt valere matrimoniū, sed potius supponunt non valere, & solùm imponunt pro foro externo onus ignorantiam probandi, illam allegantis: quòd tunc ea minimè præsumatur.

Ad argum. n. 19. proposita resp. Ad 1. constat ex dictis n. præced. vbi eandem iniuriam re ipsa irrogari, licet non ex parte modi, probaui. Ad 2. dic, disparem esse rationem. Metus enim non aufert consensum, sed minuit libertatem, quare solus is metus spectatur, qui id nomen meretur: qualis solus est, qui in virum constantem cadit. At error quicunque sit, tollit consensum circa rem, in qua erratur. Ad 3. constat ex differentia tradita n. præced. 21

QVAESTIO vltima. An quicumque error conditionis seruilis irritet matrim. quamuis sit æqualis aut dignioris conditionis: an potius quando est deterioris? Exempli causa, liber contrahit cum libera, credens illam esse ancillam, errat circa conditionem, at dignior est conditio alterius ea, quam ipse putabat. Similiter si seruus contrahat cum libera, putans eam seruam, inuenit nobiliorem conditionem: & si contrahat cum serua credens eam liberam, errat in conditione, sed inuenit æqualem suæ. *Gloss 29. quæst. 2. in summ. verb. Secunda*, duas refert opiniones. Altera est, vt error in conditione siue deteriori, siue digniori, semper dirimat matrimonium, vt si liber vel seruus contrahat cum libera, credens eam esse ancillam, erit nullum matrimonium. Altera est, vt si interueniat error in disparī conditione, sit nullum matrimonium, vt si seruus velit contrahere cum ancilla, & contrahat cum libera: vel si liber cum ancilla velit, & sit libera. Quòd in vtroque casu sit dispar conditio. Secus si erretur in pari conditione, vt si seruus velit cum libera, & sit ancilla. Quòd æqua sit vtriusque contrahentis conditio. Et hanc sequitur *glossa ibi.* Et probat. Si enim quispiam contrahit cum aliquo quamuis ditiori, putans se cum alio contrahere, non est matrimon. Eandem sentent. sequitur *gloss. cap. Si quis ancillam, in fine, eadem causa & quæst.* & format 2. argum. pro ea. Quod *l. 3. C. de incest. in nuptijs* irritet matrim. cum ancilla: ius autem canonicum tantum excipiat, quando scienter ea ducitur in vxorem. Ergo remanet ius incorrectum, quando ignoranter: ac proinde quando seruus errore conditionis ducit ancillam, putans eam esse liberam, erit irritum matrimon. Insuper sunt aliqua quæ suadent esse nullum, quando est error circa parem conditionem, vt si seruus existimet se ducere liberam, cùm tamen sit ancilla. Sit ergo 3. argumentum. Ius Ecclesiasticum irritat matrimonium, in quo est verus conditionis seruilis error, qualis inuenitur in hoc casu. Ergo erit nullum. Et confirmatur, quòd con- 22

sensus serui non feratur in illam, vt ancillam, sed vt liberam. Tandem, quia posset esse seruus tam arrogans, vt nulla ratione ducere vellet ancillam, quin imò prudenter faceret, ne filij essent serui, & vt liberius posset vsui matrimonij vacare: & si à domino venderetur, posset ipsum vxor sequi. Et ita *Vinaldus candelabro Sacramentorum, 1. p.* vbi de matrim. *num.* 122. dicit forsan se eius sententiæ futurum, vt matrimonium serui cum ancilla, quam liberam credebat, sit nullum, nisi singularitatis vitio notaretur: & ideo non audere à contraria sententia, quæ communis est, recedere.

23 Nihilominus ac certissimum est tenendum, non omnem conditionis errorem efficere, vt matrim. sit nullum: sed quando talis est error, vt fiat deterior errantis conditio: secus si erretur in pari aut digniori conditione. Quare solum erit inualidum matrim. quando liber contrahens errat in seruili alterius conditione, quem liberum quoq; credebat. Si autem credebat alterum seruum, & sit liber, siue sit ipse seruus, siue liber, valebit matrim. Quod erret inueniens digniorem conditionem, quam ipse putabat. Similiter valebit, si seruus contrahat cum ancilla, credens eam liberam. Quòd serui conditio non efficiatur deterior, sed æqualem suæ conditionem reperiat (quando autem in exemplo dicimus valere matrim. si seruus contrahat cum libera, existimans eam esse ancillam, intellige ex parte sui erroris, vbi femina libera non errarat in conditione serui, sciens eum esse seruum: si enim crederet eum liberum, ex hac parte esset nullum matrim.) Ratio legitima huius sententiæ est. Quòd hoc impedimentum sit solo Ecclesiastico iure inductum (vt n. 16. probauimus.) Ius autem Ecclesiast. solùm irritat matrim. inter eos, quorum alter est liber, alter verò seruus, ac liber insciis est seruitutis, vt constat ex textibus, quos n. 2. allegani, in quibus hoc impedimentum statuitur. Deinde, quia ratio, quæ induxit Ecclesiam ad hoc impedimentum statuendum, ea est, vt reparet iniuriam irreparabilem illatam libero ignoranti conditionem alterius seruilem, & ab grauem contractus inæqualitatem; at vbi conditio alterius, in qua erratur, est dignior opinione, aut par conditioni errantis, cessat ea iniuriæ grauitas, & inæqualitas contractus: nil igitur valori matrimonij obstabit is error. Atqueita huius sententiæ sunt, ex Iurisperitis, *Goffred. summ. t. de coniugio seruor. n. 6. & 7. Host. summ. co. t. n. 9. & c. fin. n. 2. eod. t. Innoc. c. 2. n. vn. eo. t.* vbi *Ioan. And. n. 3. & d. c. fin. n. 2. Ant. eod. c. 2. n. 4. & d. c. fin. n. 5. Abb eo. c. 1. n. 5. & ibi Anchar. n. 2. Card. n. 2. q. 1. & 2. Alex. de Neuo n. 7. Præpos. n. 6. 7. 8. q. 4. 6. 7. Henric. n. 3. Hugo 29. q. 2. in sum. Alberic. in suo dictionario. lit. I. v. Impedimentum, 3. fi. Monald. sum.* vbi de matrim. *t. de impedim. conditionis, vers. Item nota. Astensis sum. 2. p. l. 8. t. 15. 4. q. 1. Rainer. 2. p. summ. t. de matrim. c. 16. Ioan. de Friburgo sum. confessorum, l. 4. t. 4. q. 1. Vitalis de Canibanis de clausulis, clausula, non errore ductus, §. Ostenso de errore inducij, videndum est de errore qui in matrimonio committitur, n. 5. Rosella v. Impedimentum, imped. 3. in princ. Angel. Matrimonium, 3. imped. 4. n. 4. Sylvest. Matrimonium, 8. q. 2. dist. 1. Supplementum sum. Pisane, v. Impedimentum, imped. 3. nu. 2.* vbi *Tabiena Impedimentum 1 nu. 1. Armilla v. Matrimonium, n 5. Brunel. de sponsalibus concl. 52. n. 3. casu 1. & 2. Lex 3 t. 5 p. 4. & ibi Greg. Lop v. Como el mismo, & ibi Montaluus in fin. & l. 4. ad fin. eo t. Tarrec. 29 q. 2. in sum. n. 4. Nauar. sum. c. 2 . n. 33. Alex. Carrer l. 4 de sponsalib. c. 2. Ant. Cucus lib. 5. instit. maior. ti. 12. n. 52. Gaeta repet. c. Ad limina. 30. q. 1. § 4. nu. 331. Matienzo li. 5 recop t. 1. rub. gl. 1 n. 156. Lancelotus instit. iuris can. l. 2. t. Quæ matrimonium impedire possunt, paulo post princ.* Et ex Theologis, *D. Bonau. 4. d. 30 a. 2. q. 2 & ibi Durand. q. 1. nu. 7. Scotus ibi q. 1. Ricard. a. 1. q. 1. Mayronis q. 1. idem Scotus 4. d. 36. q. 1. in fine corporis,* vbi *Palud. q 1. a 1. n. 9 concl. 3. Supplementum Gabr. qu. corol. 4. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 4. statim in princ. Soto 4. d. 35. qu. vn. a. 2. post 2 conclus. Petr. de Soto loci. 3. de matrim. §. Iam ex hoc quæ sequuntur. Guill. Borrillong. 4. d. 36. qu. vn. art. 2. paulo ante concl. 3. Palacios 4 d. 30. disp. vn. colum. 8. dub. 2. & 3.* vbi *Quandus q. vn. propos. 3. Toledo l. 7. sum. c. 3. nu. 4. propos. 2. Philiarc. de esse sac. to 1 p. 2. l. 2. c. 5. imped. 2. Petr. à Ledes. de matr. q. 52. a. 1. dub. 1 post solut. ad vlt. Lud. Lop. 1. 9 instruct. de matrim. cap. 47.* vbi de imped. conditionis, *col. 2. vers. Accedit ad hoc. Barth. à Ledes. dub. 31. de matrim. in 3. limit. 1 concl. col. 2. Vinald. candel. Sacram. 1. p.* vbi de matrim. *nu.* 120. & 122. Et valere matrimonium serui cum ancilla, quam liberam credebat, tenent *D. Th. 4. d. 36. qu. vn. a. 1 ad 1. & ibi Nicolaus de Orbello q. vn. Basseluis, q. vn. a. 3. Nicolaus de Nissa 4 sententiarum, tract. 6. p. 3. de matrim. qu. 6 conclu. 7. Victoria summ.* vbi de matrim. *nu. 270. Ledesma 2. p. 4. q 53. a. 1. §. Sed difficultas est, vers. Verum est aduertendum. Veracruz 1. p spec. art. 29. dub. 1. quod propono post 2 concl. Enriquez 21. de matrim. c. 10. n. 4.* Et idem dicit *Veracruz*, quando liber duxit liberam, quam putabat seruam. Et *Ledes. q 54 a. 2. paulo post princ.* dicit idem, quando ancilla nubit libero, credens eum esse seruum.

Ad arg. nu. 22. proposita resp. Ad 1. dic, esse verum vbi 24 esset error circa personam, secus si eadem persona existenti erraretur circa qualitatem, vt quia contrahens credebat esse pauperem, & est dives: vel cum sit seruus, credebat alterum esse liberum, & est seruus: vel seruum, & est liber. At 2. dic, ius canonicum permittere quodcumque matrimonium cum ancilla, modò si eam ducens sit liber, & non ignoret eius conditionem. Ad 3. dic, non irritare, quoties est error conditionis seruilis, sed quando redditur deterior conditio errantis, vt nu. præc. explicum. Ad confirmationem, & ad 4. dic eum errorem tantum esse errorem qualitatis, manente eadem persona, ac proinde minimè obesse valori matrimonij.

DISPVTATIO XX.

Quando ancilla vel seruus libertatem consequantur ex matrimonio permissu domini inito, & an tunc id sit validum, ignaro altero conditionis.

SVMMARIVM.

An serui liberi fiant, est domino collocante in matrimonium, cum liberis ignaris seruitutis: & quid si præcipiat alij vt collocet n 1.
An desideretur ad id dolus in domino n. 2. & vbi an sit opus sententia.
Quid, si vterque seruus sit, vel alter liber consciusue seruitutis & exigatur l. 5. t. 22. partit. 4 n. 3.
Quid si dominus non collocet, sed sciens matrim. ancilla cum libero conditionis ignaro, taceat? Refertur sententia n. 4.
Contraria Auctoris, n. 5.
An exigatur tunc dolus in domino. Et ex studio facere, quid sit n. 6. & vbi an desideretur sententia iudicis?
An hoc procedant in seruo ascripticio, n. 7.
Solvuntur argumenta, n. 8.
An ancilla libera fiat, domino conficiente datalia instrumenta? n. 9.
An domino ducente ancillam, fiat libera: attento iure communi? Refertur quædam sententia, n. 10.
Contraria Auctoris, n. 11.
Quid iure regni Hispaniæ: & an filij antea nati libertate donentur? num. 12.
An valeat matrim. quando alter ignorat seruitutem: ac obtinetur liberos ex matrimonio ipsi? Refertur sententia, n. 13.
Contraria Auctoris, n. 14. 1

PRAESENS disput. duo petit, alterum, quando seruus libertatem ex matrim. permissu domini inito assequatur: alterum, an tunc sit validum matrimonium? Circa prius, sit prima concl. Si dominus personam conditionis seruilis collocet in matrimon. cum persona libera, ignara seruitutis, nec eam deregat: eo ipso persona illa seruituti subiecta, siue masculus sit, siue femina, libertatem consequitur. Habetur expresse *auth. Ad hoc, C. de latina libertate*, ibi: *Qui suam ancillam credenti tradidit in matrimon. tam suam liberam, siue confesserit dotale instrumentum siue non, aut sciens eam ducitaxit ex studio: dominium eius amittit, eaq; ad ingenuitatem rapitur. Idem dicitur de seruo.* Quæ desumpta est ex *auth. de nuptijs, collat. 4. §. Si verò decretum, vers. Hoc autem decernimus*, vbi *glossa verb. Credens*, explicat, quando liber credit eam non esse ancillam. Et idem dicendum est, si dicat eam non esse ancillam. Et idem dicendum est, si dominus dicat clerico, vel alij, vt coniungat seruum cum ancilla

noranti seruitutem libera, tacita seruitute. Quod perinde sit, ac si ipse dominus coniungeret. Ita *Veracruz 1.p spec. ar. 30 fine.* & ratio est. Quod dominus in matrim. serui consentiens cum libera persona, tacens seruitutem, eo ipso censeatur libertatem dare, sine qua matr. consistere nequit. Consentiens enim in aliquid, consentit subinde in id absque quo illud perfici nequit. Quæ decisionis ratio aperte colligitur ex *d. auth. de nuptijs, §. Si vero decretum, vers. Hoc autem decernimus*, vbi agens quando dominus tradit ancillam libero ignoranti in matrim. sic ait: *Non erit iustum, tale non cõstare matrim. sed tacitam libertatem sequi, siue virum, siue mulierem: cum tale aliquid à domino fit.* Quare non existimo hoc esse in pœnam fraudis, sed fauore matrim. vt valeat. Nec credo desiderari iudicis sententiam, vt is seruus liber fiat. Quod constat ex illis verbis *d auth. Dominium eius amittit, eaque ad ingenuitatem rapitur.* Quæ verba ipso facto libertatem comparari, satis clarè indicant. Deinde, quia ibi decernitur validum esse matrim, & vt id valeat, conceditur ei libertas. At valere minimè posset, nisi seruus eo ipso per matrim. consequatur libertatem. Quippe esset matrim. liberæ cum seruo, ignorata seruitute. Quare non sane audiendi *Veracruz 1.p. spec. ar. 30. §. Sed est dubium circa hoc: & Bart. à Ledesm. dub. 31 de matrim. concl. 6.* dicentes hoc statutum esse in pœnam fraudis. Nec *Ledesm. 2.p. 4.q. 54. a. 1. fin.* asserens id esse in pœnam negligentiæ domini non exprimentis alteri seruitutem.

2 Hinc infertur, minimè desiderari dolum in eo domino tradenti nuptui ancillam libero tacita seruitute. Quod aperte constat ex *auth. de nuptijs, §. Si vero decretum, vers. Hoc autem decernimus, collat. 4.* vbi textus ille agens de eo casu, in quo dominus collocat ancillam in matrimonium, non addidit, Ex studio: & statim *vers. Si vero*, agens quando dominus non tradidit, sed sciens contractum tacuit, addit: *Ex studio*, & statim paulo inferiùs, *Siue consentit, siue malignatus est dominus*, vbi *gl. v. Consentit*, ait: *expresse. & v. Malignatus*, ait: *Scilicet tacendo.* Ergo aperte textus id discrimen constituit inter expressam voluntatem domini, qua seruum in id matrimonium collocat, & inter permissionem tacendo: vt in priori euentu dolus non desideretur: secus in posteriori, vt amplius n. 6. explicabimus.

3 Secunda conclusio. Quando vterque contrahens est seruus, vel si alter liber, est conscius seruitutis, quamuis dominus consentiat, tradatque mancipium in matrimonium, non consequitur seruus libertatem. Quod textus n. 1. allegati, eam libertatem donantes mancipio, expresse loquuntur, quando liber fuit seruitutis inscius. Deinde, quod fauor valoris matrimonij, eam libertatem necessariò petentis, cesset in hoc euentu. Cùm valeat matrim. absque mancipij libertate: nullus enim in libero adfuit error. At huic textus illi fauori innituntur (vt nu. 1. probauimus.) Et ita docent *Couar. 4. decret. 2.p. c. 3. §. 7. nu. 1. vers. Secundo. Ant. Cucus l. 5 instit. maior. t. 12. nu. 48. Valascus de iure emphyteut. q. 37. n. 5. Veracruz 1 p. spec. a. 30 §. Sed est dubium circa hoc. Palacios 4. d. 30 disp. vn. c. 1. col. 12. vers. Argumentũ autem. Enriq l. 11. de matri. c. 10 n. 4. vers. 4. P. Molina to. 1. de inst. tract. 2 disp. 39. §. Septimus est. Vinald. candel. sacram. 1. p. de matrim. n. 124. Barth à Ledes. de matrim. dub. 31. concl. 6. Iud. Lop. 2. p. instr. de matrim. c. 47.* vbi de imped. conditionis, *col. 5. Vega 2. to. summ c. 34. casu 67. §. Nota que aunque.* Vnde *l. reg. 5. t. 22. partit. 4.* ibi: *Casando siervo alguno con muger libre, sabiendolo su señor, è non lo contradiziendo, fazese el siervo libre por ende. Esso mismo dezimos que seria, si casasse la sierua con home libre*: debet intelligi quando coniux liber fuit seruitutis ignarus, vt explicat *l. 1. 1. 5 tad. p. 4.* Et eundem intellectum adiuuat *l. 5. t. 21. l. 4. seri vegij* ibi: *Quien quier que sus siervos casare, diziendo que son libres, no los pueda mas tornar à seruidumbre, mas queden libres.* Et ita explicant *Couar. & Valascus*: & addit *Couarr.* se vidisse ita semel in regio prætorio Granatensi per sententiam definitum. Vnde non est audiendus *Abb. c. Illud, n. 11. de præsumpt.* dicens seruum fortè consequi libertatem, quando domino sciente init matrim. Idque probat, quod seruus seruite domino ad ordines promotus efficiatur liber, *c. Si seruus sciente, d. 54.* quod est D. Leonis Papæ. Sed textus non est ad rem. Id enim expresse definitum in sacri ordinis honorem, non est cur ad matrimonium trahatur, in quo nullo pacto eadem ratio inuenitur.

Difficultas autem est, quando dominus non collocat ancillam in matrim. cum libero seruitutis ignaro, sed conscius matrimonij tacet seruitutem? Quidam enim aiunt eam ex hoc non donari libertate. Quod tacens non censeatur consentire in ijs, quæ in ipsius præiudicium redundant, vt tradunt omnes DD. *reg. Is qui tacet. 44. de reg. iuris, in 6.* cum *gl. ibi v. Is qui tacet. & Dyno ibi n. 4.* Secundò, quod taciturnitas minimè potentis impedire non operetur consensum. Ad dominus nequit impedire matrim. serui. Tertiò, quod lex concedens libertatem seruo in hoc euentu, innitatur præsumptioni voluntatis domini, concedendæ libertatis: ac proinde non obligat, vbi dominus eum animum minimè habuerit. Huius sententiæ sunt *Palud. 4. d. 36. q. 2 a. 1. concl. 2. n. 8. in fin. & ibi Supplementum Gab q. 1. a. 5. concl 2 fin.* vbi hanc ancillam non effici liberam iure canonico: & licet videatur manumitti iure ciuili, id non tenere in hoc casu, asserunt. Et licet neuter explicet, an liber ignoret seruitutem: at manifestè in hoc euentu ambo loquuntur: in hoc enim solo disponit ius ciuile. Et expresse tamquam probabilius sustinent *Veracruz 1.p. spec. ar. 30. §. Dubitatur adhuc. Lud. Lop. 2 p. instruct. de matrim. c. 47.* vbi de impedim. conditionis, *col 5.* 4

Tertia tamen conclusio sit. Satis est vt seruus vel ancilla consequantur libertatem, vt domino tacente conditionem seruilem, conscioque matrimonij, illud ineant cum persona libera seruitutis ignara. Ita enim expresse definitur *auth. Ad hoc, C de latina lib. & auth. de nuptijs, collat. 4. §. Si vero decretum, vers. Hoc autẽ decernimus, & l. reg. 1. ti. 5. partit. 4.* & ratio huius decisionis est, quod dominus tunc non aperiens conditionem seruilem sui mancipij, est in culpa, & dolo graui iniuriæ contrahenti libero illatæ. Quare dignus est, vt in pœnam illius fraudis, & fauore matrimonij, vt illud fit validum, mancipium libertatem consequatur. Quare textus hoc statuentes non fundantur in præsumptione voluntatis domini, sed in vera voluntate puniendi taciturnitatem domini debentis in eo euentu manifestare seruitutem. Et ideo hanc conclusionem docet *gloss. c. Si quis ingenuum. v. Faciat, el l. 29. q. 2. Goffred. sum. t. de coniug. seru. n. 1. Host sum. co. t. n. 3. Astensis sum. 2. p. l. 8. t. 15. a. 2. q. 3. Roscila verb. Impedimentum, imped. 3. n. 3. Syluest. Matrimonium, 8. q. 2. dict. 5. Sotus 4. d. 35. q. vn. a. 2. col. 3. vers. Ex his colligitur. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 7. nu. 1. vers. Secundo. Ant. Cucus l. 5. instit. maior. ti. 12. n. 48. Ledesma 2. p 4. q. 54. ar. 4. paulo post princ. Palacios 4. d. 30. disp. vn. col 12. vers. Est hæsitatio. Valascus de iure emphyteut. qu. 37. n. 4. P. Molina tom. 1. de inst. tract. 2. disp. 39. §. Septimus est. Enriquez li. 11. de matrim. c. 10. nu. 4. vers. 5. Bart. à Ledesm. dub 31. de matrimon. conclus. 6. Vivaldus candel. sacram. 1. p. de matrim. num. 124.* 5

Monuerim tamen desiderari dolum in domino sic tacente, vt mancipium consequatur libertatem. Quia *authent. Ad hoc, C. de latina libert.* expresse petitur, vt dominus ex studio taceat. Et idem *authen. de nuptijs, collat. 4. §. Si vero decretum, vers. Hoc autem decernimus*: vbi *glos. verb. Ex studio, & Bald. d. auth. Ad hoc, initio*, explicant, id est dolo malo. Verbum enim studiosè, vel ex studio aliquid facere, importat in delictis, dolosè & fraudulenter efficere, vt docent *glossa fin. auth. vt exactione dotis instante, §. fin. Bald. c. Præterea, de testibus cogendis, n. 3. fin. & l. 1. §. Huius studij, n. 4. quæst. 1. ff. de iust. & iure. Felin. d. c. Præterea, n. 3. vers. In textu. & c. Veniens, num. 5. initio, de simon. Iasond. §. Huius studij, n. 2.* alios allegans, *Decius c. Peruenit, el 2. notab. 4 in noua edit. n. 11. & 13. de appellat. Parisius addit. ad Bartolum, l. vn. nu. 5. C. de thesauris, lib. 10.* Idemque probatur, nam *d. auth. de nuptijs, §. Si vero decretum, vers. Si vero.* sic dicitur, *Siue consensit, siue malignatus est dominus.* vbi *glossa verb. Malignatus*, ait, *Scilicet tacendo.* Vnde ignorantia quantumcumque crassa facti vel iuris excusabit. Quod vbi dolus exigitur, nulla ignorantia iuris vel facti sufficit (vt late probabo lib. 10. disp. 32. n. 36.) Ita *Bald. d. c.* 6

Præterea, n.3.fine. Felin.ibi n.3.vers.In textu, Iason proximè citatus. Ex quo infero, non plecti dominum hac pœna amittendi serui, si non aduertens, vel ex simplicitate quantumcumque culpa lata interuenerit, taceat. Quia deficit dolus. Rogabis tamen, an desideretur sent. iudicis, vt dominus dolosè tacens priuetur serui dominio? Eam enim desiderari fortiter probat id esse pœnam fraudis. Verũ non desiderari est mihi certum. Quòd *idem auth. De nuptijs, §. Si vero decretum*, sic dicat, *Priuamus dominum ita maligne cogitantem: vt ille quidem cadat dominio: ad ingenuitatem vero seruilis persona rapiatur.* Quæ verba latæ sententiæ sunt. Deinde, quia ibidem dicitur esse validum matrim. cum ea persona seruilis conditionis initum à libero ignorante, quando dominus sciuit, & tacuit. Quod sustentari minimè posset, nisi ipso facto compararetur libertas, donec iudicis sententia accederet.

7 Quidam extendunt dicta in prima & tertia concluſ. vt procedant in seruo ascriptitio: atq; ita censent eum libertatem consequi, si eum tradat dominus in matrim. libero eius seruitutis ignaro: vel sciens vt liberum ducere vxorẽ ignaram, subticuerit seruitutem. Quod libertas concessa à vera seruitute in hoc euentu, meritò extendenda sit ad hanc seruitutem impropriam. Ita *Valasc. de iure emphyteut. q.37.n.4.* Sed meritò contrarium docent *gl. auth. De nuptijs, §. Si vero decretum, v. Mulierem, & Salicet. auth. Ad hoc, n.vn. C. de latina libert.* Quod non militet ex hac libertate inde cõsurgente, idem fauor matrimonij. Nam eadem ascriptitia seruitute manente eius error non obstat valori matrimonij, vt probaui disp. præc. n.9. deinde, quod non tanti momenti sit hæc fraus, ac quando est vera seruitus, ac subinde lex pœnalis non est ad illam extendenda.

8 Ad arg. nu.4. proposita resp. Ad 1.dic, non concedi libertatem ex tacito consensu domini, sed à lege in fraudis pœnam: nec eam inniti præsumptioni voluntatis domini, vt n.5. prob. Per hoc soluuntur 2. & 3. argum.

9 Quarta conclusio. Si dominus in matrim. tradat ancillam libero seruitutis conscio, dotis instrumentum ancillæ conficiens, eo ipso ancilla efficitur libera. Constat ex *l. vn. §. Sed & si quis homini, C. de lat. libert.* ibi: *Sed & si quis homini libero suam ancillam in matrim. collocauerit, & dotem pro ea conscripserit (quod solitum est in liberis personis solum procedere) ancilla non latina, sed ciuis efficiatur Romana.* Et quamuis textus non explicet an liber nosset seruitutem feminæ: at manifestum est ita intelligi: vt constat ex *auth. Ad hoc*, quæ ibi statim inferitur, vbi quando alter ignorat seruitutem, decernitur ancillam consequi libertatem, siue dominus eam in matrim. colloceans dotalia confecerit instrumenta, siue non. Atque ita vt speciale aliquid contineat *illa l. vn. §. Sed & si quis homini*, necessariò intelligi debet, quando etiam scienti dominus tradit conficiens dotalia instrumenta. Idq; amplius confirm. quod decisio illius §. eo innitatur, quod dotem constituere pro femina, in solis liberis personis procedat, vt in eo expresse dicitur. Atque ita intelligunt *gl. ibi* in casus positione, & *P. Molina to.1. de iust. tract.2. disp.39. §. Septimus est.* Idem ait *Abb. c. Illud, n.11. de præsumpt.* si dominus constituat dotem aut donationem propter nuptias ancillæ vel seruo. & refert *d.l. vnic. §. Sed & si quis homini.* Sed ibi de sola dote est sermo, & de sola ancilla: & quando lex voluit seruum quoque amplecti, id explicuit, vt cõstat ex *auth. Ad hoc, nuper citata*, vnde non credo in hoc Abbati. Nec etiam fidem habeo *Enriquez li.11. de matrim. c.10. n.4. vers.5.* dicenti ancillam censeri manumissam, si seruus præsente domino, & non contradicente, dotalia instrumenta ancillæ conficiat. Nam textus solum id decernit, quando ipse dominus conficit: vnde non est cur extẽdatur ad permissionem vt alius conficiat. Nec tandem credo *Valasco de iure emphyteut. q.37. nu.4.* addenti seruum quoque ascriptitium hanc consequi libertatem, ex confectione dotalium instrumentorum facta per dominum. Quod cum non sit propriè seruitus, sed ij serui verè liberi sint, & ad certas solas operas teneantur, (vt dixi disp. præced. n.1.) non est cur dispositum in vera seruitute, ob actum qui solis liberis proprius est, extendatur ad seruitutem secundùm quid, & in qua est vera libertas: ac proinde illa confectio dotalium instrumentorum non repugnat statui. Atque ita nu.7. similem eiusdem Valasci extensionem reiecit.

Sed quid, si dominus ancillam ducat in vxorem, num- 10
quid ea consequetur libertatem? *gloss. c. Si quis viduam, ei 2.* 34. *d. v. Ancillam*, asserit. Et eam sequuntur *Archid. ibi, §. Dominicus fin. Turrecr. n.vn. Sylvest. v. Seruitus, q.4 fin.* Probat *gl. per auth. Ad hoc, C. de lat. libert.* quæ quidem nec verbum dicit ad hoc conferens, sed solum quando dominus tradit ancillam libero ignoranti seruitutem. Et ex *l. Libertæ, §. C. de operis libert.* quæ nil etiam dicit, sed solum libertam ductam in vxorem non esse cogendam operas præstare. Idem tenent *gl. auth. Vt liberti de cetero aureo, §. Si quis autem, v. Legitimam. Astensis sum. 2. p. lib. 8. t. 15. a. 2. q. 2.*

Verum cum nullus detur textus eam libertatem decer- 11
nens, iure optimo ab hac opinione recedendum est, dicendumque iure communi attento eam ancillam minimè effici liberam. Et ita sentiunt *Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 7. n. 1. vers. Tertio. Palacios 4 d. 30. disp. vn. col. 13. P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 35. §. Sextus est. Enriq. l. 11. de matrim. c. 10. n. 4. comment. lit. Z. Emanuel Sa sum. v. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentib. *n. 1. vers. Si dominus. Vivald. cand. sacram. 1. p. de matrim n. 125.*

Attento autem iure regni Hispaniæ ancilla ducta à do- 12
mino, fit eo ipso libera. Sic enim expresse disponitur *l. 1. t. 13. p. 4. fin.* vbi: *Tan gran fuerça ha el matrimonio, que luego que el padre e la madre son casados, se fazen por ende los fijos legitimos. Esso mismo seria: si alguno huuiesse fijo de su sierua, e despues desso se casasse con ella. Ca tan gran fuerça ha el matrimonio, que luego que es fecho, es la madre por ende libre, e los fijos legitimos.* Et ita *Greg. Lop. ibi in fin.* ait ex solo matrim. competere matri libertatem. Et fatentur omnes DD. n. præced. alleg. Quare deciperetur existimãs desiderari ad id, filium conceptum esse ex ea ancilla sic ducta, quod in eo euentu videatur loqui ea lex. Nam duplicem vim tribuit ibi matrimonio, alteram legitimandi prolem antea concepram, & ad hoc desideratur proles: alteram vero, redigendi ancillam in libertatem, & ad hoc, nil confert habitam esse prolem ex ea, nec ne. De filijs verò antea conceptis ab eo domino ex illa ancilla, qui patris serui erant, nil disponitur expresse in ea lege, circa eorum libertatem: ar satis clare id indicat, dum eos legitimos fieri, & per consequens hæredes decernit. Quod seruituti repugnat. Item quia sufficit vt dominus manumittat matrem, vt filij quoque, quos ex ea habuit, censeantur manumissi, vt bene docent *Conar. cum Fulgosio per eum citato, & Molina nu. prac. alleg.* Quod optimè probatur ex *auth. Vt liberti de catero aureo, §. Si quis autem*, ibi: *Neque enim quilibet eum putaturus erit voluisse filiorum quidem matrem legitimam esse, & hoc tam magnum donasse opus libidinis, proprios autem filios ex suo natos semine, adhuc relinquere seruituros.* Meritò autẽ dubitabis, an si filij ex ea ancilla nati sint spurij, quod habiti sint tempore quo ipsa vel dominus erant coniugati; efficiantur liberi, domino ducente legitime ancillam, soluto iam priori matrimonio? Quia in §. *Si quis autem*, ait per matrimonium, & libertatem concessam matri, consequi filios libertatem, & ius suitatis. Quod competere nequit filijs spurijs, eo quod non reddantur per matrimonium legitimi. Et lex partitæ tantum decidit filios effici legitimos. Quod de solis naturalibus intelligi potest. Sed credo etiam spurios effici liberos. Et ita *Conar. cum Fulgosio, & Molin. proximè cit.* indistinctè aiunt manumissa matre, censeri quoque filios manumissos. At per id matrimonium censetur mater manumissa. Præterea ratio nuper adducta ex *illo §. Si quis autem*, militat in his filijs: nimirum, non esse credendum voluisse patrem fieri matrem legitimam, id est ingenuam, teste *gloss. ibi v. Legitimam*, & filios proprios vtriusque seruos manere.

Tandem de posteriori difficultate agendum est. An 13
quando ancilla vel seruus ineunt matr. cui persona libera, ignara seruitutis, domino tradente in matrim. vel sciente, &

& tacitæ seruitutem: in quibus euentibus consequuntur libertatem ex ipsomet matrimonio iuxta dicta n. 1. 5. & 6. sit validum id matrim. Nam *l. reg. 1. in fin. 5. partit.* 4. ait eos libertatem consequi, at matrimonium esse nullum. Et videtur clarè approbare *Greg. Lop ibi v. Porque*, dum ait concordare *c. 2. & c. fin. de coniug. seru.* Idem docet *Conar. 4. decret. 2 p. c. 3. §. 7. n. 1. vers. Secundo, in fin.* Et ratio ipsa id ita suadet. Quod cum ex ipso matrim. inito consequatur libertas, prius sit matrim. iniri libertate: ac proinde verè initum sit inter personam liberam, & seruituti subiectam, cum conditionis seruilis errore: in quo casu est irritum matrimonium *c. 2. de coniug. seru.*

14 Verùm in *auth. de nupt. §. Si vero decretum, vers. Hoc autem decernimus, & vers. Si vero*, dicitur & eos seruos consequi libertatem, & matrim. consistere. Et ita tenẽdum est. Nec obstat *lex regia n. præc. alleg.* Solùm enim arguit conditores illius fuisse in ea opinione, non tamẽ habet vim legis quoad decisionem nullitatis matrimonij, bene tamen quoad libertatem dandam seruo illi. Quod prius sit fori Ecclesiastici: posterius autem, secularis. Nec etiam obstat ratio contraria: Quia cum statim eodem momento, quo perficitur matrim. maneat coniux seruilis conditionis, effectus liber, seruitus illa est nullius considerationis, nec obest matrimonij fini, nec affert incommoda, ob quæ ius Ecclesiasticum irritauit matrim. cum errore conditionis initum. Vt in fortioribus terminis probaui disp. præc. n. 4. Et ideo hanc partem sustinent *gl. c. Si quis ingenuus, v. Faciat, ci 1. 29. q. 2. Goffred. 4. fin. de coniug. ser. & ibi Ioan. Andr. fin. Abb. fin. Antchar. ad fin. Card. ad fin. Alex. de Neuo fin. Ant. n. 10. Præpos. fi. Richer. 4. d. 36. a. 2. q. 2. fin. Astensis sum. 2. p. l. 8. c. 15. a. 2. q. 3 fin. Angel. Matrimonium, 3. imped. 4. n. 7. Sylvest. Matrimonium, 8. q. 2. dict. 5. Tabiena v. Impedimentum, imped. 1. q. 12. n. 13. Sotus 4. d. 35. qu. 2. col. 3. vers. Ex his colligitur. Ledes. 2 p. 4. q 54. a. 1. in fin. & n. 4. paulo post princ. §. Sed est dubium, in fin. & §. Sed rursus est dubium. Veracruz 2. p. spec. a. 30. §. Sed est dubium circa hoc: & in fi. Palacios 4. d. 30. disp. un. col. 12. vers. Argumentum autem. Angles florib. 2. §. vbi de matrim. q. 10. de errore condit. a. 1. dub. 1. concl. 3. Ant. Cucu l. 5. instit. maior. t. 12 n. 48. Enriq. lib. 11. de matrim. c. 10 n. 4. vers. 4 & 5. Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 31. concl. 6. Pet. de Ledes. de matrim. qu. 52. a 1 dub. vlt. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 47.* vbi de imped. condit. *col. 5. Emman. Sa sum. v. Matrimonium*, vbi de imped. dirimentib. *n. 1. vers. Si liber. Vega 2. to sum. c. 34. casu 67. & seq. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 223. n. 4. concl. 4. Canedo sum. sacram.* vbi de matrim. *c. 4. n. 28.*

DISPVTATIO XXI.

An seruis integrum sit matrimonium inuitis dominis inire: ac nefas sit illos impediri: ac vtri tunc potius satisfacere teneantur, domino an coniugi?

SVMMARIVM.

Quotuplex quæstio disputatur, n. 1.
Proponuntur suadentia non posse seruos inuitis dominis contrahere, n. 2.
Possunt serui inuitis dominis matrimonium inire, n. 3.
An valeat consuetudo, vt ducens ancillam fiat seruus, & excuset ignorantia, n. 4.
An peccent domini, minitantes damnum inferendum, aut beneficij subtractionem seruis contrà eorum voluntatem contrahentibus, n. 5.
An peccent domini ob id punientes seruos n 6.
An teneantur domini consensum præbere, n 7.
An dum cogitat seruus de matrimonio ineundo, possit dominus illum alio mittere? Proponuntur suadentia id nefas esse, n. 8.
Explicatur sententia Auctoris: & satisfit rationibus contrarijs, n. 9.
Soluuntur argumenta. Et eodatur c. fin. 29. q 2. n. 10.
Seruus per contractum matrimonij non eximitur à domini obsequio, quoties non obstat debito coniugali, n. 11.
Quid quando non simul stant, vtri potius satisfaciendum sit? Referuntur tres sententiæ, n 12. 13. 14.
Proponitur sententia Auctoris, n. 15.
Qualiter dominus commodum matrimonio serui, possit illum occupare, num. 16.
An dominus teneatur concedere locum seruo ad debiti exactionem, quando contra eius voluntatem contraxit, n. 17.
Soluuntur argumenta, n. 18.

DVPLEX est quæstio tractanda. Prior, de licentia seruorum ad ineundum matrim. inuitis dominis. Posterior, vtri potius tunc satisfacere teneatur seruus? 1

QVAESTIO prior. An seruis integrum sit, contra domini voluntatem matrim. contrahere? Id enim minime licere, suadetur primò, ex *Conc. Cabilon. 2. c 30.* & refertur *c. fin. 29. q. 2.* vbi postquam decretum est coniugia seruorum solui non esse, sic subditur: *Et hoc in illis obseruandum est vbi legalis coniunctio fuit, & per voluntatem dominorum.* Vbi *gl. v. Legalis*, explicat, id est, legitima. Ergo à contrario sensu, vbi contra domini voluntatem sunt diriminda. Secundo, ex *can. 40. D. Basilij*, ibi: *Quæ præter domini sententiam se viro tradidit fornicata est. Quæ autem postea libero matrim. vsa est, nupsit. Quare illud quidem fornicatio, hoc vero matrimonium. Eorum enim qui sunt in alterius potestate pacta conuenta, firmi nihil habent.* Tertiò, ex Constit. Apost. ibi enim (vt refert *D. Clemẽs li. 8. Constit. Apost. c. 34.*) sic habetur: *Fidelis vir, aut femina seruis copulati, vel separentur aut ejciantur.* Quartò, quod si est ancilla contrahens, inferat magnum damnum proli, quæ in seruitute nascitur. Quintò, quod nequeat seruus ad ordines aut religionem transire absq; domini licentia. Cùm tamen huius status causa potior sit, illo enim diuinis obsequijs mancipatur. Tandem, quia cùm seruus peculium domini sit, nec potestatem sui corporis habeat, non poterit eam in vxorem transferre, eo vel maximè, quod id in graue domini præiudicium vergat. 2

At certa res est, posse seruos inuitis dominis licite matrimonio copulari. Et ita est sententia *D. Th. 4. d. 36. quæst. vn. ar. 2. corpor.* quem vniuersi sequuntur. Et constat ex *cap. 1. de coniug. seru.* ibi: *Nec inter seruos debent matrimonia vllatenus prohiberi: & si contradicentibus dominis & inuitis contracta fuerint, nulla ratione sunt propter hoc dissoluenda.* Ratio autem D. Thomæ & communis, ea est. Quod ius dominorum non se extendat, vt seruis matrimonij eiúsve vsum prohibeat. Cum ius naturale & diuinum id concesserit ad naturæ humanæ propagationem, & in remedium contra concupiscentiam. Quod ius nec sublatum est, nec auferri potuit iure gentium, quod seruitutem induxit. Sicut enim appetitus naturæ fertur naturali quodam motu ad individui conseruationem, exercendo actus ad id necessarios, vt comestionem, somnum: ita ad speciei conseruationem per generationis actum. Quare sicut seruus nõ subditur domino quoad actus priores, nec ab ipso impediri potest: ita nec quoad posteriorem. Sed hanc rationem impugnat *Scotus 4. d. 36. q. 1.* quod libertas iure naturæ competens potuerit iure gentium impediri, ex iusta causa. Deinde, quia non omnis qui tenetur conseruare individuum, tenetur speciem multiplicare: ac proinde non procedit id simile, nisi in solo casu, quo serui tenerentur ad matrim. ratione conseruandæ speciei. Qui casus numquã accidet, cum iam natura valde propagata sit. Sed dic diuersam esse rationem. Nam libertas homini concessa est propter particulare ipsius personæ bonũ, ac proinde sicut propria sponte potuit se illa priuare ipsemet homo, ita ex iusta causa potuit ius gentium idem efficere. At matrimon. concessum est ob bonum publicum, in remedium concupiscentiæ, vt vitarentur fornicationes, & alia carnis flagitia: item ob bonum naturæ ad eius propagationem. Quare nulli iuri positiuo id datum est, vt possit omnino matrim. alicui interdicere, nisi ipsemet perfectioris status auidus, continentiæ voto se Deo astringat. Quamobrem simile allatum à *D. Th.* & communi, licet non teneat in omnibus, at tenet in hoc, vt sicut homo non subditur domino quoad actus ad individui conseruationem requisitos, itanec quoad actus ad conseruationem speciei necessarios, vtrique enim actus inter naturales computantur. Et confirm. quia seruus non subditur domino, nisi quoad ciuilia obsequia. Matrimonium autem ad naturæ officium spectat. Secundò, quia ius hominis ad matr. contractum, est potius ius ipsius naturæ humanæ, ad suam propagationem & conseruationem, quàm ius priuatum cuiuslibet individui. At seruus amittit quidem iura priuata 3

quæ

quæ per seruitutem ad dominum transferuntur: non tamen ius ipsius naturæ. Tandem, quia si aliqua ratione prohibitum esset seruis matrim. absque domini consensu, & esset aliqua culpa, non diceret textus *d.c.1.* nullatenus inter mancipia esse prohibenda matrimonia.

5 Valet tamen consuetudo, vt libera nubens seruo ancilla fiat. Sicut enim ius ex causa iusta potuit nouum seruitutis modum inuenire, ita & consuetudo. Et tunc femina alienigena in eo loco contrahens ligaretur ea consuetudine, cum viri domicilium sequatur. At si ignoraret consuetudinem, aut illum esse seruum, excusaretur. Quia sicut statuta ciuium non ligant ignorantes, vt habetur *cap.2. de constit. in 6.* ita nec consuetudines. Sic *Palud. 4.d.36.q.1.a.3. concl.5.n.21. & ibi Supplementum Gabr.q.1.a.3.dub.6.D. Antonin.3.p.t.1.c.3.§.1.fine.*

9 Ex his deducitur nefas esse domino, matrim. serui impedire. Quare iure optimo serui ab Ecclesia defenduntur, ac proteguntur aduersus dominum prohibentem. Cum enim serui sint in hoc sui iuris, nec domino subdantur, iniustè dominus interdiceret eis suo iure vti. Quod omnes DD. fatentur: & licet non explicent num hæc culpa sit mortalis: at rei grauitas facilè & apertè docet non posse esse solam venialem. Quare nec poterit dominus minitari seruo aliquod supplicium seu damnum inferendum, si matrimonium ineat. Cum ob id punire illum nequeat; vt dicemus n. seq. Potest tamen subtractionem beneficij, quod in ipsum sua sponte confert dominus, minari, vt deinceps fore, vt non ita splendidè ipsum induat, ac delicate tractet, ac in vilioribus occupet. Quia cum hæc beneficia sua sponte conferat, potest pro libito auferre: vnde non poterit seruus meritò conqueri. Sicut nec pater potest matrimonij contractum filio impedire, mala minando, potest tamen quæ iure permissa sibi sunt, minari: vt exhæredationem casu, quo ius sibi permittit: subtractionem tertiæ partis & quintæ bonorum, vt leges Hispaniæ permittunt, & in ea parte substantiæ paternæ cæteros fratres præferendos esse (vt diximus lib.4.disp.22.n.5.) Et hoc quando nondum sponsalia inijt, vt ibi dixi.

7 Secundò deducitur, nec posse tuta conscientia seruum à domino puniri, quòd matrimonium inuito domino inierit. Quia vsus est iure suo, ac in nihilo deliquit. Ita *Barth à Ledesm. de matrim. dub.31. concl.4. Petr. de Ledesm. de matrim. q.52.a.2. in corollario. quod infert ex 2. concl.* Quod si roges, an ea culpa esset lethalis? Existimo id ex supplicij qualitate diiudicandum esse. Si enim id esset graue, culpa lethalis admitteretur, qualis non esset, si delicto supplicium responderet.

7 Non tenetur tamen dominus consentire in serui matrimonium, sed potest tutò reniti, nullum obstaculum afferendo. Quia consulit sibi, ne id damnum subeat, quod ex consensu sibi redundare plerique DD. affirmant, vt videbimus n.12. & duplici seq. & disp. seq. sex prioribus numeris. Ita docent *Palacios 4.d.30.disp.vn.col.8.dub.4. Enriq. lib.11.de matrim c.10.nu.4. vers. Sexto. Emmanuel Sa summa v. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus, *n.1. vers. Cum seruo.*

8 Sed dubitabis an domino certiori facto mancipium de matrimon. ineundo tractare, fas sit illud aliò vendendum mittere, quo se incolumem seruet, damnique; immunem, quod ex serui matrimonio in ipsum dominum redundat? Et nefas esse suadet, inde ius serui ad matrimonium impedire. Deinde, quod iudex Ecclesiasticus à mancipio aditus coget statim dominum, ne aliò amandet, dum de matrimonio tractatur, donec causa hæc absoluatur. Præterea, faueat huic parti quæ attuli lib.3.disp.18.nu.29. ad probandum irritum esse matrimonium initum absq; parocho & testibus, in loco vbi non viget Tridentinum, quando contrahentes data opera eò tendunt, vt ea forma non seruata, matrimonio iungantur. Quod nemini fraus & dolus patrocinari debeant.

9 Existimo tamen sic in hac quæstione distinguendum. Si iam matrimonium cœptum sit, quia seruus fidem suam alligauerat alicui, de matrimonio cum ea contrahendo, nefas erit domino eo medio vti. Quia per illa sponsalia, quę quoddam matrimonij initium sunt, iam est cœptum, & velut in fieri matrim. Deinde, quod seruus inuito domino potuerit fidem suam astringere, ac proinde legitimum ius comparauerit femina, vt seruus promissis stet etiam renitente domino. Nequit ergo dominus ius hoc alteri acquisitum, & à sua voluntate indepẽdens impedire. Quod si dicas, posse matrim. iam inito seruum in partibus remotis venumdari: cur igitur id post sola sponsalia minimè licebit? Resp. suppositum à me nõ admitti, quamuis à multis cõcedatur, vt dicemus disp. seq. At esto id esset verum, adhuc diuersa est ratio. Quia matrimonio iam inito, illud non impeditur ea venditione: quod si impediatur vsus, sentiunt Auctores admittentes eam licere, ius domini ad vendendum antiquius esse iure vsus matrim. non tamen ipsius contractus, atq; adeo illi præualere. At verò quando sola spõsalia sunt inita, impeditur ius antiquius, & põtentius ad matrim. ineundum inuito domino. Si autem sponsalia nondum sunt inita, poterit, vtique dominus sic venundare. Quia vsq; tunc nulli tertio ius est acquisitum, ac proinde non est ius suum vendendi seruum, domino interdicendum. Deinde, quod id non sit directe impedire matrimonium, sed vti iure suo vendendi seruum, quo dominus suæ incolumitati consulat. Præterea, quia iure suo vtens non potest dici fraudem committere, vt pluribus adductis exornaui, contraria soluens, l.3. disp.18.nu.29. Item, quia quamuis pater nequeat filij matrimonium impedire, minis & terroribus grauibus, at potest quando id eum dedecet matrimonium, bono modo iure suo vtens illi obstare, vt probaui lib.4. disp.22.n.5. & seq. Cur ergo non poterit dominus, vt se indemnem seruet, bono modo impedire, seruum distrahendo? Et ex his constat solutio eorum, quæ n. præced. obieci. Et id præceptum iudicis est propter præsumptionem violentiæ illatæ à domino, ne serui contrahant.

Ad argum. nu.2. proposita respondetur. At 1. die cum *gloss. eo c. fin. verb. Voluntatem*, supplendum esse, maximeque ita sensus est, numquam ea matrimonia dissoluenda esse, præsertim autem quando domini consensere. Ad 2. respondet *Turrian. in libr.8. constitutionum Apostolicarum D. Clementis cap.34.* non significare D. Basilium, dirimendum esse huiusmodi coniugium, sed non legitimè nupsisse ancillam, quæ absque domini permissu se in matrimonium tradidit; sed potius intemperanter ac libidinosè, vt fornicatio potius videatur, quam matrimonium. Quod (ait) ad exaggerandum crimen, dictum est, non autem vt coniugium fiat irritum. Sed fateor me hanc solutionem non posse capere. Et ita *Balsamon in additione ad eum canonem*, sentit D. Basilium in ea fuisse sententia, vt matrimonium ancillæ absque domini consensu sit irritum. Quod apertè ea verba ostendunt: *Eorum enim, qui alterius potestati subditi sunt, pacta conuenta nil firmi habent.* Præterea, quia nulla culpa commissa est in eo ancillæ, non petito domini consensu, matrimonio. Quamobrem non inuenio commodam solutionem, sed vere D. Basilius in ea fuit sententia. Res enim hæc non erat ita clarè eo tempore decisa. Ad tertium respondet *idem Turrianus in eundem locum*, non intelligi de dissoluendo matrimonij vinculo, sed de corporum separatione: atque ita ne euangelium blasphemè vituperaretur, quasi docens seruos fraudare dominum, eumque incommodo afficere, cum ministerium conuictu coniugali impeditur: constituerunt Apostoli, vt serui absque domini consensu ineuntes matrimonium, separarentur corpore, aut ejicerentur ab Ecclesia. Et placet solutio. Tunc enim id expediebat, ad vitandum scandalum neophytorum in fide. Quod tamen iam cessauit. Ad quartum dic, melius fore proli sic esse, quam non esse. Ad quintum dic, longe disparem esse rationem. Quia per ordines, & religionem, totum corpus traditur Deo: (vt bene ait *D. Thomas 4. distinct. 36. quæstione vnica. artic. 2. ad 5.*) at secus per matrimonium. Præterea obligatur homo per

religionis professionem, & ordinem, ad opera naturalibus superadita, & in quibus dominus habet potestatem: quia caret in naturalibus, ad quæ se obligat per matrim. Ad vltimum dic, non in omnibus esse sub domini potestate, sed in culibus obsequijs.

11 QVÆSTIO posterior. Vtri potius teneatur seruus coniugatus satisfacere, domino, an vxori? Difficultas hæc procedit, vbi ita alterum alteri obstat, vt simul stare nequeant. Alioquin enim certum est, seruum per contractum matrimonij minimè eximi ab obsequijs consuetis domino præstandis, vt constat ex *c. 1. de coniug. serv.* ibi: *Debita tamen & consueta seruitia non minus debent proprijs dominis exhiberi.* Vbi *Host. n. 9. super verbo, Consueta. Ioan. Andr. n. 4. Ant. n. 7. Anchar. n. 5. Alex. de Neuo num. 11.* explicant, maximè consueta. Quia enim non consueta obsequia debent serui domino. Quippe quicquid seruus est, domini est, § *Item nobis instit. per quas personas nobis acquiratur.* Vel secundò, quia si alicubi viguisset consuetudo, vt serui coniugati ad certa quædam obsequia astringerentur, Ecclesia eam tueri deberet.

12 Tota autem difficultas eò pertinet, quando non simul præstat obsequium domini ac reddere vxori debitum, vt si eodem tempore coniux debitum petat, & dominus aliquod seruitium, quod tunc debito reddendo impedimentum præstet. Qua in re variæ sunt sent. Prima dominum præferendum affirmat. Nititur *cap. 1. de coniug. serv.* vbi traditur seruum teneri ad consueta domino obsequia præstanda non minus quam si coniugatus non esset. Cum ergo non sit minor obligatio erga dominum, ac in ipso præponderet prius sibi obligatum esse seruum, & eo affectum onere ad nuptias transisse. Res enim cum suo onere transit ad possessorem, *cap. Ex literis, de pignor.* ius domini prævalet. Et confirm. *ex regula Qui prior est tempore potior est in iure, de reg. iuris, in 6.* Nec obligatio superueniens cum prioris detrimento induci potuit. Et ideò sic tenent *Goffredus summ. tit. De coniug. serv. n. 2. Innoc. c. 1. n. vn. de coniug. serv. & ibi Host. n. 10 super verb. Exhiberi. Lex reg. 2. 1. 5. partit. 4.* Temperant omnes hi, nisi periculũ fornicationis immineret vxori, non reddito statim sibi debito. Præponderaret enim hæc ratio, vt postponeretur in eo euentu dominus, nisi (vt ait *Host. num. 11.*) mortis expositus esset dominus periculo, superueniente inimico.

13 Secundà sent. docet ad ferendum iudicium, vtri potius satisfaciendum sit, speciales circumstantias occurrentes attendendas esse, nimirum periculum incontinentiæ, aut damnum petenti coniugi ex dilatione imminens, & detrimẽtum domino redundans ex mora præstandi obsequij, si prius seruus coniugi reddat: & illius causam anteponendam esse, qui maiori necessitate vrgetur, cuique mora grauius damnum inferet. Quod secundum naturalem æquitatem, vrgentioris necessitatis habenda sit ratio: nec seruus teneatur domino, aut coniugi, nisi quando iustè & secundum rationis limites exigunt. Quos prætergrederetur volens sibi satisfieri, postposita alterius grauiori indigentia. At ex natura rei, & vbi cætera essent paria, attendendum esse, an matrimonium ex domini consensu, an potius ipso inscio contradicentéve initum sit, vt in priori casu coniux petens sit præferendus. Quia dominus matrimonium concedens cessit iure suo, ac subinde omnia quæ ipsum petit concessisse visus est. Concesso enim principali, concessum quoque videtur accessorium *cap. Prudentiam, de officio deleg.* In posteriori autem dominus anteponendus sit. Quod eius ius in seruum anterius sit, vt num. præced. probauimus. Ita sentiunt *D. Thom. 4. d. 36. q. vn. a. 2. ad 3.* vbi *D. Bonau. art. 1. q. 1. ad vlt. Durand quæst 2. num. 4. Supplementum Gabriel. quæst. 1. art. 3. dub. 3. corol. 1. & 2. Anton. cap. 1. num. 10. de coniug. seruor.* vbi *Abbas num. 6. Alexand. de Neuo num. 10 Maiorũ 4. dist. 30. quæst. 1. ad finem, vers. Ad secundam partem dubij. Ioan. de Friburgo in summa confessorum l. 4. tit. 4. quæst. 10. Astensis summa 2. p. lib. 8. tit. 15. art. 2. q 3. Supplementum sum. Pisanæ, verb. Seruus, 3. num. 2. Tabiena verb. Impedimentum, impediment. 1. q. 7. nu. 8. Armill. verb. Matrimonium num. 6. Turrecr. c. 2. num. vn. 29. q. 2. in solut. ad 3. Montaluus l. 2. statim in princip. tit. 5. partit. 4. & ibi Greg. Lop. verb. De su señor, iuncto verb. Estemiga. Sotus 4. d. 35. q. vn. a. 1. ad 2. Ledesm. 2. p. 4. q. 54. a. 4. col 2. §. Circa materiam tertij. Palacios 4. d. 30. disp. vnica. 10. dub. 6. Petr. de Ledesma de matrim. q. 52. a. 2. ad fin. Emman. Sa summ. verb. Matrimonium,* vbi de impedimentis dirimentibus, *nu. 1. vers. Dominus consentiens. Bart. à Ledesm. de matrim. du. 31. concl. 4. Lud. Lop. 2 p. instruct. de matrim. c. 47.* vbi de impedimento conditionis, *tribus columnis ante fin. §. Circa prædictam.* Insuper eandem distinctionem admittunt, nimirum, vbi sciente domino matrim. est contractum præferendum esse dominum, secus quando ignorante, vel contradicente, *Ioan. Andr. cap. 1. n. 9. de coniug. serv.* vbi *Anchar. n. 7. Præpos. num. 6. vers. Inglossa vltima. Ricard. 4. d. 36. a. 4. qu. 2. & ibi Palud. q. 2. a. 2. num. 14. concl. 4. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 3. § 2. notab. 1. Rosella verb. Seruus, 3. n. 1. Angelus Matrimonium 3. impedimento 4. num. 15. Syluest. verb. Seruitus, q. 7. Nauar. sum. c. 22. n. 34. Arborensis l. 11. Theosophiæ, c. 16. dub. 2. Veracruz 1. p. spec. a. 30. concl. 2.* iunct. *concl. 4.* Limitant *Ioan. Andr. Anchar. Præpos. Rosella, Arborensis*, nisi periculum incontinentiæ sit in coniuge: tunc enim ille anteponendus est. Addunt *Sotus, Emm. Sa, Bart. à Ledesma, Lud. Lop.* in dubio an cætera sint paria, & vtrius necessitas præponderet, fauendum esse matrimonio, præsertim incontinentiæ periculo imminenti. Quod ius naturale matrimonij iuri gentium seruitutis præferatur.

Tertia sent. ait, etiam contradicente domino inito matrimonio, potius morem gerendũ esse coniugi petenti, nisi dominus graui necessitate obsequij statim sibi præstandi opprimeretur, vt si ab hostibus necandus inuaderetur. Ducitur, quod mora reddendi debiti coniugalis, modica sit: ac proinde æquum sit, ac rationi consonum, vt dominus eam patiatur, quo matrim. oneribus satisfiat. Huius sententiæ videntur *gl. cap. 1. verb. Seruitia. de coniug. serv. & ibi Card. n. 5. q. penult. Henric. ibi n. 1 Monaldus summa*, vbi de matrim. *t. De impedimento conditionis, paulo post principium*: dicunt enim absque aliqua distinctione prius satisfaciendum esse coniugi. Et tenent in proprijs terminis *Host. sum. tit. de coniug. serv. num. 4. instit. Colaia 4. dist. 36. qu. 1. dub. 2. ex iis quæ mouit post 2. argumenti solutionem.* 14

Cæterum, quamuis videam cõmuniter DD. distinguere inter matrim. initum à seruo, domino volente, & initum domino ignorante, aut contradicente: nulla tamen ratione mihi persuadere possum, aliquid discriminis inter matrimonium vtrouis modo contractum intercesse. Quia si res hæc attentè perspiciatur, fundamentum, cui discrimen innititur, valde dubium est: nimirum, ius domini in seruum antiquius esse iure vxoris in ipsum seruum acquisito per matrimonium. Imò dicendum est, antiquius esse ius vxoris, ac proinde, id cæteris paribus, anteponendum. Quod sic explico. Dupliciter ius hoc vxoris considerari potest, vno modo quoad possessionem actu apprehensam in corpus coniugis ratione matrimonij initi, & hoc modo loquendo, non dubium est, quin ius domini anterius sit, coniux enim seruituti addictus erat, cum sui corporis potestatem tradidit per matrimonium. Altero modo quoad suam primæuam originem, ex qua principium traxit, vireſque assumpsit: & hoc modo ius coniugis in seruum antecedit iuri domini. Quod proficiscatur ac robur accipiat ex iure naturali primæuo, quod habent serui ad potestatem sui corporis tradendam per matrimonium. Quod quidem præfertur iuri gentium, ac prius illo est, quo aliqui in seruitutem redacti sunt. Vt ex mente D. Thomæ, & communi diximus num. 3. Quod ius per contractum coniugalem transfert seruus in coniugem: eo enim ipso, quod seruus ius naturæ habeat antecedens omnem seruitutem, transferendi potestatem sui corporis per matrimoniũ in coniugem, coniux ille, in quem transfertur, acquirit ius illud primæuum serui. Sicut si à tempore antiquo domus esset tradita Petro & successoribus, cum hoc onere, vt possit ex voluntate Pauli, eiusque successorum, quandocunque seruitus imponi in fauorem tertij: cum post longa tempora successor quispiam Petri seruitutem imponeret in Ioannis fauorem, Ioannes ille ius posterius haberet iure Petri & successo- 15

cessorum, si apprehensionem possessionis iuris seruitutis attendas: prius autem, si originem eius, ex qua vim accepit, consideremus. Nam innititur conditione & pacto, sub quibus antiquitus tradita est domus Petro, quæ cum suo onere transit in perpetuum in successores, *cap. Ex literis, de pignor.* Atque ita Ioannes hic, cui de nouo ius illud seruitutis concessum est, potest inuito domus domino ea seruitute vti: eo quod habeat ius antiquius in sua primæua origine. Ita ergò (ni fallor) contingit in matrim. Quando enim ius gentium seruos aliquos efficit, cum eo onere potestatem illorum dominis tradidit, vt seruaretur illæsum ius naturæ seruorum, ad id grauamen imponendum domino, eiusque seruitio, vt possent serui ipsis renitentibus dominis, potestatem sui corporis per contractum coniugalem in coniugem transferre. Hac igitur potestate in coniugem translata, ius illud in coniugem transmissum, posterius quidem est iure domini, quoad possessionis apprehensionem: prius autem quoad originem & fundamentum. Nam fundatur in iure, quod habebat seruus ad illam translationem efficiendam, consurgenti ex conditione, qua iure gentium effectus est seruus, traditusque domino. Poterit ergo coniux eo iure vti inuito domino, iusque domini, vbi cætera sunt paria, postponendum erit. Deinde, quia cùm seruus omnino sui iuris sit, instar liberorum, ad matrim. contractum celebrandum, neque in hoc pendeat à domini voluntate: nil refert, an dominus consentiat an dissentiat. Dices nil referre ad matrim. ineundum: valde tamen ad liberum matrimonij vsum conducere. Sed id non obstat, quia cum ex matrim. consequatur ius ad ipsius vsum, & inane sit matrim. absque eo iure, eo ipso, quod liberum est matrimonium, liber quoque esse debet rationi consonus vsus ipsius. Ex his ergo mihi persuadeo, attendendas esse circumstantias ad discernendum in euentibus specialibus, vtri potiùs teneatur seruus satisfacere, domino an coniugi: atque illi potiùs obsequendum esse, cuius necessitas magis vrget: vti dicebat 2. sentent. num. 13. relata: at vbi cætera sunt paria, neutrius necessitate præponderanti, potiores esse coniugis partes, vt sibi reddatur debitum postulanti, siue conniuenti siue inuito domino matrimonij initum sit: vt ait tertia sentent. num. præced. relata. Quod ius coniugis potius & vetustius sit, vt proximè probaui.

16 Hoc tamen prudenti moderatione, & non metaphysico & exacto rigore accipiendum est, sed morali modo. Ius etenim potius coniugis, siue volenti domino matrim. sit contractum, siue eo inuito, non aufert ius seruitutis, ac debita obsequia domino præstanda: atque ita non erit in potestate alterius coniugis situm, ea passim, aut plus iusto impedire, crebra debiti petitione. Sicut enim viro liberum est, vxore deserta, aliquandiu abesse pro negotijs expediendis: nec ius vxoris est obstaculo huic absentiæ: ita etiam domino licebit coniugem seruitute sibi subiectum, in necessarijs occupare, & cum aliquo proficiscitur, secum deferre, vt ei ministret: & alio mittere causa alicuius negotij expediendi. Ius enim vxorium hæc ex mariti voluntate facienda, minimè impediret: ac proinde nec debet impedire facienda ex domini voluntate, cui vir iure seruitutis subditur. Non enim minus iuris habet dominus in seruum, ne ratione matrimonij etiam suo consensu initi impediatur à quotidianis obsequijs, quam habet seruus ipse. Cum totum quod seruus absque matrimonij læsione potest, subijciatur domino, & tantum extra illius potestatem sit id, ex quo iuri matrimonij præiudicaretur. Præterea, quia lex matrimonij solum obligat ad rationi consonam debiti solutionem: quæ iustis occupationibus minime obstat. Sed obijcies inde sequi, si vxor sit ancilla, non licere domino, modo expositò eam occupare: vt secum ducendo, relicto viro, quando aliquo tendit ad aliqua peragenda. Quia vxori id non permittitur propria sponte efficere, absque matrimonij præiudicio. Sed negandum est id sequi: atque admittimus id licere domino. Quia non esse licitam vxori profectionem licitam viro, non consurgit ex matrimonij lege: coniuges enim in ea sunt pares; atque ita vtrique liceret, aut neutri. Sed consurgit ex ratione capitis, quæ est in viro, atque ideo vxor illi subest in gubernatione domestica. Quare cum hoc non sit contra matrimonij legem, sed solum contra capitis rationem, ac domesticam gubernationem, quæ potiori iure competit domino respectu ancillæ, & ea lege vir eam duxerit, vt sub domini potestate ac domestica gubernatione foret, inde est vt idè liceat domino respectu ancillæ.

Hactenus de redditione debiti dicta, sunt quoq; accipienda de ipsa exactione, siue enim seruus voluntate domini, siue absque illa inierit matrim. potius & antiquius habet ius ad honestam & moderatam debiti exactionem, quam dominus iure seruitutis ad obsequia, quæ huic moderatæ exactioni impedimento essent. Quod æquè probat ratio nu. 15. adducta. Cùm enim vetustius sit ius serui ad matrim. ineundum, præferendum quoque est quoad honestum matrimonij vsum: ne ius illud vanum & inane sit. At ad matrimonij vsum & reddere & petere spectat. 17

Ad argum. n. 12. proposita constat ex dictis n. 15. Is enim textus solum probat per matrim. non effici seruum sui iuris, sed adhuc teneri ad consueta domino obsequia præstanda. Et n. 15. probaui ius coniugis esse anterius. 18

DISPVTATIO XXII.

Vtrum integrum sit domino seruum coniugatū in partes longinquas vendendum mittere?

SVMMARIVM.

Referuntur varia sententia, à n. 1. vsque ad n. 6.

Si vxor libera sit, & possit commodè virum sequi, potest seruus vbique à domino venundari, n. 7.

Quid, si vxor ancilla sit, vir autem liber. n. 8.

Quid, si vterq; coniux seruituti subdatur, aut si alter solus est liber, non potest commodè seruum sequi: & consensu domini est initum matrimonium, n. 9.

Quid, si in eo euentu seruus male moratus esset, aut dyscolus, aut grauissima necessitate ipsum vendendi vrgeretur dominus, n. 10.

Quid, si ignorante aut contradicente domino initum est matrimonium an sit mortale seruum coniugatū in partes remotas distrahere, n. 11.

An id peccatum sit contra iustitiam, n. 12.

An vt liceat hac venditio, satis sit non inuenire iustum pretium in loco matrimonij, n. 13.

An dominus iniustè vendens in loco remoto seruum coniugatum, teneatur reparare iniuriam, & qualiter, n. 14.

Vtrum liceat hac venditio, quando seruus tractat de matrimonio contrahendo. Remissiue, n. 15.

Quid, si vterque coniux seruus sit diuersorum dominorum, diuersaq; loca inhabitantium, n. 16.

Satisfit argumentis, n. 17.

VARIAE sunt in hac disp. Doctorum sententiæ. Prima 1 ait seruum sine voluntate domini contrahentem posse vbique locorum venundari: quamuis inde vsus matrimonij impediatur. Ducitur, quia integrum erat domino ante matrimonij contractum, seruum vbique locorum venundare: cui iuri non potuit seruus matrimonio inito præiudicare, nec à domini potestate amplius subtrahi: secus si conniuente domino contraxerit. Quia conniuens dominus matrimonio, cessit iure suo taliter vendendi, vt vsui matrimonij impedimentum præfletur. Deinde, quia cum absque domini consensu collocatur seruus in matrimonium, transit cum suo onere nimirum iuris anterioris domini ad illum vbique vendendum. Huius sententiæ sunt *Cardin. cap. 1. de coniug. seru. sine, Scotus 4. d. 36. q. 1. §. Dico ergo: & ad finem corp. Almain ibi, quæst. vn. a. 3. Supplem. Gabriel. quæst. 1. art. 3 dub. 3. conclus. 3. & cæteri. 1. subsidens esse probabile non posse ita vendi. Nicolaus de Orbellis ibi q. vn. Guillelm. Borrillong. q. vn. art. 2. in 1 probat. secunda conclus. & ad fin. probationum. Celaia q. 1. in solut. replicæ contra 1 argum. Ledesma 2. p. 4. q. 54. art. 4. colum. 2. §. Circa materiam tertij argumenti, statim in princ. Palacios 4. d. 30. disp. vn. colum. 9. dub. 5. Angles floribus 1. p. vbi de matrim. q. 10. de errore conditionis 4. 2. concl. 2. & 3.*

Secun-

2 Secunda sententia absque distinctione ait, cogendum esse dominum ne seruum taliter vendat, vt reddat matrimonij onera grauiora, non suppetente coniugi alteri facultate coniugio vtendi. Quia interest reipublicæ, ne quis re sua abutatur, §. *penult. Instit. de his qui sunt sui vel alieni iuris*. Atque idem probat *l. Possessionum, 11. C. communia vtriusque iudicij*, ibi: *Quis ferat liberos à parentibus, à fratribus sorores, a viris coniuges segregari?* Sic *D. Tho. 4. d. 36. q. vn. a. 2. ad 4. & ibi Faludanus q. 2. a. 1. concl. 1. n. 9. gl. c. 1. de coniug. serv. verb. Seruitia, & ibi Innoc. n. vn. Host. sum. col. n. 5. Monald. sum.* vbi de matrim. *tit de impedim. conditionis, paulo post princ. lex 1. t. 5. p. 4. Montal. l. 2. v. Apremiar, t. 5. part. 4. Turrec. à. fin. n. 2. 29. q. 2. Vigerius Institutionum c. 16. §. 7. vers. 9 imped. 1. Lud. Lop. l. 1. de contractib. c. 5. fin.* Addunt *D. Tho. & Turrecr.* præcipuè cum non desit facultas seruum vbicunque vendendi iusto pretio. Et *Lud. Lop.* expresse limitat hanc sent. quando potest seruus in eodem loco iusto pretio venundari.

3 Tertia sent. consentit cum præcedenti, quando consentienti domino est initum matrimonium: at quando ignorante, aut inuito, dicit non debere dominum in parte remota vendere absque necessitate, vt si inueniat iustum pretium in eodem loco: at dicit non esse culpam lethalem sic vendere absque necessitate. Ita sentiunt *Enriqu. l. 11. de matrim. c. 10. n. 4. vers. 6.* iuncto *commento, lit. G. Toledo l. 7. sum. a. 3. n. 3. propos. 1. in fin.* Idem videtur tenere *Nau. sum. c. 22. n. 34.* ait enim esse honestum ne seruus in parte remota vendatur: at non teneri dominum ad id sub mortali: saltem quando in vicinis partibus commodè vendere non posset: vbi tamquam certum relinquit in hoc casu non esse mortale: & propendet vt etiam extra illum. Idem videntur sentire *D. Antonin. 4. p. t. 1. cap. 3. in fin. principij. Henric. c. 1. ad fin. de coniug. seru. Rosella verb. Seruus, 3. fin. Supplem. sum. Pisana verb. Seruus, 3. n. penult.* dicunt enim non debere vendi in partibus remotis, si iustus emptor in loco matrimonij reperiatur. Et videtur tenere *Emmanuel Sa summa, verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentib. *num. 1. vers. Dominus consentiens*, vbi ait posse tunc vendere in partibus remotis, si compellatur ad id causa aliqua.

4 Quarta sent. ait, quando dominus matrimonio consensit, esse illicitam venditionem in partibus remotis, at si ignorante, considerandum esse, an absque suo præiudicio possit in eodem loco vendere, & tunc ad id obligari. Ita *D. Bonau. 4. d. 36. in expos. lit. n. 6.* vbi *Richard a. 4. q. 2. Quand. ibi, disp. vn. fine. Angelus Matrimonium, 3. imped. 4. nu. 15. Sylvest. verb. Seruitus, q. 7. Petr. de Ledes. de matrim. q. 51. a. 2. dub. 1. quod monet post solutionem ad 5.* & explicat esse culpam mortalem, oppositum facere. Id autem præiudicium non adesse explicat *Angelus ibi*, quando æquè vtiliter posset dominus seruum vendere, vbi non impediretur vsus coniugalis. Addunt etiam *Sylvest. & Ang.* idem esse dicendum, quando serui sunt diuersorum dominorum. Et quidem id peccatum vendendi in parte remota, vbi potest dominus in eodem loco vendere, esse contra iustitiam, sentit manifestè *D. Bonau. ibi*, ait enim, manifestam iniuriam irrogari coniugi, & *Richard.* ait enim carere dominum iure taliter vendendi seruum. & *Sylvest.* quia dicit, seruum ita venditum lædi iniustè. Et tenet in proprijs terminis *Petrus de Ledesm. ibid.* Imò & dicit esse probabile, non posse quoque ita vendere, quamuis necessitas adsit, quamuis sit etiam oppositum probabile. Licet *Quando proxime citatus* dicat solum esse contra charitatem.

5 Quinta sent. ait absolutè, & nulla distinctione facta, quando vterque coniux seruituti subditur, siue eidem, siue diuersis dominis, nequaquam permittendam esse aut alterius aut vtriusq; venditionem in partibus ita distantibus, vt nequeant matrim. vsui vacare; quod si vxor libera sit, posse seruum vbique vendi. Quippe tunc non lædit matrim. Quia vxor libera tenetur virum sequi, & sibi imputet, scienter se mancipio nupsisse. (Si enim ignoranter, non erit matr.) Ita *Host. c. 1. fine, de coniug. seru. & ibi Io. Andr. fin. Anton. fin. Abb. fin. Anchar. fin. Alex. de Neuo num. 11. Prapos. n. 6. fin. Tabiena verb. Impedimentum, impedimento 1. q. 8. n. 9.*

6 Vltima sent. ait, quando consensu domini est contractum matrim. nefas esse domino, in longinquam regionē seruum vendendum mittere, quando vero absq; licentia, adhuc prohibendam esse talem venditionem, præcipuè cum non desit facultas seruum in propria patria vendendi, nisi dominus bona fide compulsus id faceret, vt si profectus dominus aliquò seruum duceret, & illic egestate pressus eum venderet. Et tunc si maritus commodè posset transferre vxorem, teneri illam obedire: secus si non posset commodè: at nullam esse iniuriam. Quod sciens nupserit seruo. Ita docent *Sotus 4. d. 35. qu. vn. a. 1. in solut. ad 2. Bart. a Ledes. de matrim. dub. 9. concl. 4. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 47. col. antepen.* Addunt *Sotus & Lud. Lop.* forsan aduersari iustitiæ venditionem in partibus remotis extra dictæ necessitatis casum.

7 Ex his omnibus apparet, quam confuse & absque distinctione loquantur DD. in re tam graui & passim occurrenti, vt vix liquidò constare possit, quid hac in re sentiendum sit. Et ideo qua potuero claritate & distinctione, paucis meam sent. exponam.

Prima conclusio. Si vxor libera sit, siue à tempore matrimonij, siue ex post facto libertatem consecuta, & commode possit sequi virum, potest seruus vbicunque à domino venundari, quamuis consentiente domino matrim. initum sit. Ducor, quoniam non posse libere vendi, consurgit ex matrim. vinculo, in quod vel dominus consensit, vel eo inuito ius habuit seruus ne eius vsus impediatur. At quando vxor est libera, minimè impeditur, quod teneatur virum sequi ex propria voluntate, nedum ex causa necessaria venditionis factæ à domino, domicilium mutantem. Quod si cum possit commodè sequi, & subinde ad id teneatur, nolit, sibi ascribetur culpa, & non domino, qui minime impedit matrimonij vsum. Et confirmat. quia vir ipse si manum itteretur à domino, posset vbicumque domicilium constituere, absque vxoris potentis eum sequi iniuria. Cur igitur non dominus eodem iure vtetur? Cum tantum teneatur minime obstare vsui matrimonij, & minori obligatione, quam vir. Præterea, quia si erat libera tempore matrimonij, & scienter seruo nupsit, sibi imputare debet: animaduertendum enim ei erat, posse seruum alio vendendum mitti: nec hoc ius ex consensu domini in matrim. amittitur. Cum is cōsensus solum eum astringat ad non impediendū matrimonij vsum. Quod si tunc erat ancilla, obseruare debebat posse aliquando se manumitti, & ita cogi venditum seruum comitari. Tandem quia nullum onus imponitur vxori, cum ipsa ex natura rei teneatur virum comitari.

8 Secunda conclusio. Idem sentio, quando vxor esset ancilla, potest enim vbique vendi, viro existenti libero, siue tēpore matrim. talis fuerit, siue post manumissus, si commodè possit ancillā venditam alibi sequi: quamuis cōsentiente domino eam duxerit. Quod adhuc non impediatur matrimonij vsus. Cum liber possit, & subinde teneatur, sequi vxorem ex causa necessaria proficiscentē (vt probaui l. 1. disp. 41. n. 14.) qualis est hic. Nec dominus in ancillæ matrim. cōsentiens obligauit se ad eam minimè in partes remotas distrahendam, casu quo vir posset eam cōmodè sequi: ac proinde nō impediretur vsus matrimonij. Quod si dicas grauari virum, cum ex natura rei non teneretur vxorem sequi, sed è contra: dic ei se periculo exposuisse ancillam ducendo. Euentum enim futurū libertatis suæ, si erat seruus, considerare debebat, manente vxore ancilla: atque ita cogendum sequi vxorem, ex causa necessaria alio migrantem, nimirum, quia venditur à domino.

9 Tertia conclusio. Quando vterque coniux seruituti subiectus est, vel si alter liber sit, non potest commodè alterum sequi, ac proinde ab ea obligatione immunis est: si consensu domini matrim. initum sit, tenetur dominus lege iustitiæ non ita distrahere seruum, quin matrimonio vti possit. Quia quamuis dicamus ius superesse domino vbicumque seruum vendendi, non obstanti matrimonio: at illo cessit, dum matrimonio conniuit. Concedens enim prin-

principale, concedit subinde accessorium, *c. Prudentiam, de offic. ord. deleg.* Hanc conclusionem admittunt omnes sententiæ relatæ numeris præced.

10 Hanc tamen temperari, nisi seruus malè moratus esset, ac inique animo ac vita constitutus, ita vt nequeat à domino absque periculo proprio aut rerum suarum sustineri: nec in proprio oppido, aut partibus vicinis inueniretur emptor: posset enim tunc in partibus remotis distrahi. Quod bene docuit *Palacios 4. d. 30 disp. vn. dub. 5. col. 10. vers. Iudicarim.* Et ratio est. Quia consensus domini & ius serui non extendenda sunt ad eum casum, in quo delicta serui, & necessitas domini sibi consulendi, cogunt ad venditionem extra locum, in quo manet alter coniux. Potiùs enim id culpæ serui tribui debet, quam domino. Et confir. quia sicut iudex posset in delicti pœnam, seruum in triremes conijcere, non obstanti matrim. iure: ita domino integrum erit, quamuis non ea punitione iudiciaria, domestica tamen ac dominis permissa vti: qualis est seruum alio vendendum mittere. Quia sicut iudicibus prior punitio permissa est, ita dominis posterior. Quare neutri ius matrim. obstaculo esse debet, concurrente prædicta necessitate in domino. Quod addo, quia ea secluſa non liceret domino: vnde non est in omnibus simile de iudice. Idem existimo, quoties grauissima necessitas vrgeret dominum ad vendendum seruum, & nullo modo posset inuenire emptorem in eodem oppido, nisi facta valde notabili pretij iactura. Quia consensus domini, & ius serui ad hunc extraordinarium euentum & inopinatum non extenditur. Sicut enim posset seruus ipse, si sui iuris esset, relicta vxore ancilla alio migrare, quando aliter graui suæ necessitati consulere nequiret: ita dominus qui minus tenetur vxori, quam vir ipse, eodem iure vti poterit, vbi simili propria necessitate vrgetur. Credo tamen euentus hos rarissimè accidere posse.

11 Quarta conclusio. Quamuis in casu præcedentis conclusionis, sit initum matrim. ignorante aut contradicente domino, tenetur dominus sub culpa mortali seruum non distrahere in partes remotas, vbi non est facultas vtendi matrimonio: & nō compellitur vrgenti necessitate, eo quod pretium iustum inuenire potest in eodem loco. Hanc cōcl. tenent DD. relati n. 4. pro 4. sent. & relati n. 2. pro 2. sent. & relati n. 6. pro 6. sent. & nu. 5. pro 5. sent. Et quamuis pauci explicent, id peccatū esse mortale; at manifeste id omnes sentiunt, qui illicitū hoc esse opinantur: & nescio qualiter potuerunt dicere aliqui Auctores relati n. 2. esse illicitū, & non mortale. Cum res grauissima sit, illicitè impedire in perpetuum matrimonij vsum, ac proinde longè excedat culpæ venialis materiam. Et clarius id sentiunt opinantes hoc peccatum esse contra iustitiam: quos n. 4. retuli. Et ita certā existimo hanc concl. vt contrariam nec probabilē reputem. Quod saltem lex charitatis constringat dominum, ne simili venditione vtatur, in grauissimum salutis spiritualis vtriusque coniugis detrimentum, absque propria necessitate præponderanti.

12 Quinta concl. Multo probabilius est, & mihi ferè certum, id peccatum esse contra iustitiam. Atque ita tenent *DD. n. 4 allegati: & Sotus ac Lud. Lop. n. 6. relati*, dicunt fortè ita esse. Et expressè id etiam sentire videtur *Veracruz 1. p. spec. art. 30. concl. 3.* vbi ait non habere ius ad hanc venditionem dominum, contra cuius consensum seruus copulatus est matrimonio: sicut nec habuit ius ad impediendū matrim. Et ratio est aperta. Quoniam eo ipso quod serui habent ius inuitis dominis matrim. contrahendi, habent subinde illo vtendi: alias frustraneum esset ius illud. Ergo sicut dominus iniuriam irrogat, ac iniustitiæ reus est, si seruorum matrim. impediat: ita si eius vsum. Et confirm. quia (vt probaui disp. præced. nu. 15.) ius coniugum potius ac vetustius est iure domini. Non ergo integrum erit domino absque iniustitia, vti vendendi iure, nisi manenti illæso iure priori serui coniugati.

13 Sexta conclusio. Vt venditio hæc à labe iniustitiæ eximatur, non satis est minime inuenire in eo oppido emptorem iustum serui pretium offerentem: sed desideratur adesse necessitatem, quæ iuri serui præponderet, & damno ex ea venditione sequuto: nimirum, quia magna necessitas vrget dominum, vt seruum distrahat, & notabilis est diminutio pretij. Quia si charitatis legem attendas, magni momenti est periculum spirituale incontinentiæ vtriusque coniugis, cui non quamcumque necessitatem, & pretij diminutionē præferri, est rationi consentaneum. Quod si ius iustitiæ serui ad vsum matrimonij potius & anterius (quod adesse probauimus disp. præced. nu. 15.) spectes, manifestius relinquetur desiderari rationem illi præponderantem, vt iniustitia cesset. Et ita intelligo DD. n. 4. relatos, qui dicunt non licere absque iniustitia hanc venditionem, vbi sine graui præiudicio domini posset fieri in eodem loco.

Ex dictis infertur, in euentibus, in quibus diximus 14 venditionem hanc serui extra locum matrimonij esse aduersus iustitiam, teneri dominum lege iustitiæ eam iniuriam coniugibus refarcire, aut emendo coniugem derelictum, vt transferat in locum vbi alter coniux est, aut seruum venditum iterum emendo, vt in priorem matrimonij vsum restituatur: nec remissio alterutrius sufficeret, nisi vterque iure suo cederet, vtriusque enim est iniuria. Constat, quia lex iustitiæ obligat, iniuriam ita reparari, vt res ad pristinum statum reducatur, quem ipsa iustitiæ lex exigebat.

Vtrum autem possit dominus seruum, de matrimonio 15 ineundo tractantem, alio distrahere? dixi disp. præced. num. 8. & seq.

Vltima conclusio. Si vterque coniux seruus sit diuersi 16 domini, & diuersa loca inhabitantis, ita vt mutuo conuenire nequeant, obsequijs dominorum satisfaciendo, tunc vt vitetur fornicationis periculum, cogendus est alter dominus per Ecclesiam, vendere alteri volenti emere. Sicut quando seruo communi multorum dominorum, quidam ex illis concedit libertatem, coguntur alij partes suas vendere, vt seruus ille liber fiat, *l. 1. C. de communi. seruo manumisso.* Nam fauorabilius est matrimonium, quam libertas. Quod si neuter dominus emere velit, cogendus erit alter vendere cuicumque extraneo in parte illa, in qua alter seruus est. & si nullus inueniatur emptor, emat Ecclesia. argumento ex *c. Fraternitatem, d. 54.* Ita docent *gl. c. fin. verb. Habeant, 29. q. 2. Goffred. sum. 1. De coniugio seru. num. 3. Alliens. 2. p. sum. 18. a. 15. a 2. q. 5. & 6. Henric. l. 1. sum. de coniug. seruor. Rosella verb. Seruus, 3. n. 2. Supplem sum. Pisane, verb. Seruus, 3 n. 5. Hugo*, quem refert & sequitur *Turrec. c. fin. n. 3 29. q. 2.* Et id decidit *lex regia 2. t. 5. p. 4.* quæ subdit dari electionē iudici, vt quem maluerit ex dominis, cogat alteri vendere, ibi: *Deue apremiar à alguno dellos, qual touiere por mas guisado.* Imò sicut cogit Ecclesia alterum dominum vt vendat, ita potest cōgere aliquem, vt emat in loco vbi alter seruus est, vt bene docent *Hugo & Turrec. proximè citati.*

Ad argum. n. 1. proposita, concedendum est dominum 17 ante matrimonij contractum potuisse seruum vbicumque venundare: negandum tamen est, non potuisse seruum huic iuri per matrim. præiudicare. Quia cum ius serui ad matrim. ineundum sit potius & anterius iure domini, potuit quidem iniens matrim. præiudicare domino, obligans ipsum ne taliter distrahat, vt inane reddatur illud ius serui, impedito vsu matrimonij. Hinc etiam manet solutum 2. argum. Supponit enim ius domini ad vbique vendendum seruum, esse prius iure coniugis. Quod non omnino veritati initititur, vt latè explicuimus, & probauimus disp. præced. num. 15.

DISPVTATIO XXIII.

An seruitus matrimonio superuenire possit, alterutro coniuge se in mancipium venundante?

SVMMARIVM.

Refertur quædam sententia, n. 1.
Potest vir se vendere absque debiti coniugalis præiudicio, n. 2.
An sit mortale, si absque iusta causa se vendat, n. 3.

An

An id in matrimonij fraudem efficiat, sit contra iustitiam. n. 4.
An probari iustam diuortij causam, vel si vir captiuus ducatur, n. 5.
An possit mulier vendi à domino, & vxor teneatur sequi, n. 6.
Num vxor consentiens venditioni, redigatur in seruitutem, ac sibi præiudicet, n. 7.
An in regno Hispaniæ integrum sit viro se venundare, teneaturq; vxor, venditionem retractare, pretium reddere, n. 8.
An vxor possit se vendere, n. 9.
An ea venditio sit contra iustitiam, n. 10.
Eius sit argumenti, n. 11.

1 ET quidem videtur non integrum esse viro se venundare, ex *c. penult.* 29. *q.* 2. quod est ex Concilio Tribur. vbi de marito, qui ingenuam duxerat, & filijs procreatis, occasione diuortij celebrandi seruituti se subiecit, quæritur quid iuris? Et sic dicitur: *Iudicatum est vxorem minime debere dimitti.* Vbi *Turrecr. a. 3. n. 4.* ait nihil ad rem esse, filios procreatos esse: quia idem esset ijs non existentibus. Secundò, ex *l. reg. fin. t. 5. part. 4.* ibi: *Si por auentura el marido se tornasse siervo à sabiendas, por auer razon de se partir de su muger, non deue valer, ni se departira el casamiento, antes lo puede la muger demandar, é sacarle assu de la seruidumbre. si quisiere. E esto es porque ha derecho en el, e porque nace ende muy gran deshonra à ella, e à sus fijos, si lo souiere.* Tertio, quia præiudicatur debito conugali, ea venditione facta. Et votum in eius præiudicium emissum non valet, nedum venditio. Tandem, quia vxor inuito viro se vendere nequit. Cum igitur in causa matrimonij ad paria iudicentur, id quoque non erit integrum viro. Et ideo hanc partem sustinent *gl. c. pen. verb. Diuortij, 29. q. 2. Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 10. de errore consummationis a. 3. concl. 1. Palacios 4. d. 30. disp. vn. col. 14. vers. Quod si etiam*: licet postea se explicet, dicens id euenire, quando venditio in debiti coniugalis præiudicium vergeret.

2 Verum dicendum est, integrum esse viro se venundare, renitente vxore. Quia vir subditur vxori in ijs solis, quæ ad debiti redditionem pertinent, atque in cæteris est sui iuris. At venditio hæc non vergit in præiudicium debiti coniugalis, esto vir in eius fraudem se venundaret: tenetur enim vxori ad omnia quæ lex matrimonij petit, à quibus retrahi nequit domini præcepto. Et ita docent *D. Thom. 4. d. 36. q. vn. a. 3. corp. & ad 1. & ibi D. Bonau. in explicit. lit. nu. 5. Ricard. a. 5. q. 1. corp. Palud. q. 1. a. 5. concl. 2. n. 18. Supplem. Gabr. q. 1. a. 3. dub. 4. concl. 2. Durand. q. 1. n. 4. Hugo c. penult. 29. q. 2. & ibi Archid. n. vn. Bellamera ibi n. vn. Turrecr. ibi. a. 1. n. 1. & n. 2. in solut. ad 1. Præpos. c. 1. n. vlt. de coniug. seru. Henric. c. fin. nu. vn. eod. tit. Ioan. de Friburgo sum. confess. lib. 4. tit. 4. q. 13. Abulensis summa 2. part. l. 8. t. 15. a. 3. q. 1. Angelus Matrim. 3. impedim. 4. fin. Supplementum summæ Pisanæ verb. Seruus, 3. n. vlt. Syluester Matrimonium 8. q. 2. fin. Armilla verb. Matrimonium, nu. 6. Tabiena verb. Impedimentum impedit. 1. q. 9. nn. 10. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 3. § 1. Sotus 4. d. 35. q. vn. a. 3. concl. vn. Celaia 4. d. 36. q. 1. dub. 1. in fine, ex iis quæ ponit post 2. arg. solut. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 10. n. 5. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 52. a. 3. concl. vn. Vivald. candel. sacram. 1. part. de matrim. n. 121.*

3 Non tamen vacabit culpa lethali ea venditio absque iusta causa facta. Quod in dedecus graue vxoris & familiæ, ac iniuriam redunder, nulla iusta causa præponderanti. Sic *Petr. de Ledesm. de matrim. q. 52. a. 3. in solut. ad vlt.*

4 Sed rogabis, num id peccatum sit contra iustitiam? Quod affirmat *Petr. de Ledesm. n. præced. allegat.* At verius est non esse contra iustitiam, licet vir faciat in fraudē. Quod iure suo vtatur, nec in vxoris detrimentum cedat quoad debitum coniugale, vt docuit *D. Thom. 4. d. 36. q. vn. a. 3. ad 1.* At in cæteris vir non est vxori subiectus. Ita docet *Sotus 4. d. 35. q. vn. a. 3. ad 1.*

5 Præbebit autem iustam diuortij petendi causam, si vir in vxoris fraudem se venundet. Sic *Enriqu. lib. 11. de matrim. c. 10. n. 5. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 52. a. 3. in corell.* quod infert ex conclusione vnica. Et dicit *Enriquez* id colligi ex *l. Porro, de diuort.* Quod nihil ad rem facit. Et ideo ab hac sent. recedo. Quia solum præbent iustam diuortij causam adulterium corporale vel spirituale, aut timor damni notabilis ob fœditatem aut morbum contagiosum alterius coniugis: aut si ad peccatum trahere nitatur, vt dicemus toto l. 10. vbi de diuortio est habendus sermo. At nil horum in hoc euentu reperitur. Imo vir vtitur iure suo absque detrimento debiti vxorij, vt dixi num. præced. Id tamen placet, quod affirmat *Petr. de Ledesma ibid.* nimirum, altero coniuge in captiuitatem ducto, non teneri derelictum sequi: sed niti totis viribus vt quam primum potuerit, ipsum redimat. Quia cum tanto detrimento non tenetur illum sequi.

Imo credo, integrum esse domino, virum, qui se venun- 6
dedit, aliò vendendum mittere, si vxor possit commode eum sequi. Quia per venditionem transtulit maritus in dominum ius omne, quod ipse habebat libertatis suæ, & tantum id reseruatum est, quod matrimonium lædere poterat. At vir sine matrimonij læsione poterat domicilium mutare, vxore potente eum commode sequi. Eodem igitur iure vtetur dominus.

Nec vxor venditioni matrim. consentiens redigitur ob 7
id in seruitutē: sed solum præiudicat sibi quoad debitum coniugale, cui præferetur obsequium domini eodem tempore petitum, nisi fornicationis periculum tunc immineat vxori, vt bene ait *Abulensis statim allegandus.* Et ideo vxorem non fieri tunc ancillam, docent *glossa c. penult. verb. Secundum seculares, 29. q. 2. & ibi Turrecr. a. 3. nu. 4. Palud. 4. d. 36. q. 1. a. 3. concl. 4. n. 20. Et ibi Supplementum Gabrielis a. 3. dub. 4. ad fin. Abulensis sum. 2. p. l. 8. t. 15. a. 3. q. 2. Henricus, & D. Antonin. n. 2. allegati, Sotus 4. d. 35. q. vn. a. 3. ad 1.*

Quamuis autem dicta circa viri venditionem, sint ve- 8
ra attento iure communi: at in hoc Hispaniæ regno est seruāda *l. reg. fin. t. 5. part. 4* cuius verba retuli n. 1. in 2. argumento, quæ expresse decidit eam venditionem minime valere & posse ab vxore rescindi. Et quamuis loquatur in euentu in quo vir se data opera vendit in fraudem matrimonij. At *Greg. Lopez ibi, verb. A sabiendas*, dicit supplendū esse, maximè: idem enim ait dicēdum, licet non fiat venditio ea intentione. Cum eadem ratio præiudicij vxoris, dedecoris ipsius, & filiorum habeat locum in hoc casu. Et *verbo Sacarle*, ait idem *Greg. Lop.* posse venditionem retractari, iuxta illius legis decisionem, quamuis ea non impediat vsum coniugij. Quia ratio dicta dedecoris, quam assignat illa lex, procedit in hoc casu. Et subdit vxorē retractantem hanc venditionem non teneri soluere pretium: vt alias decisum est in patrono, *l. 2. ff. si liber. ingen. esse dic.* Quia retractat ob sirum præiudicium: nec vir potuit se subiicere seruituti: & quia lex illa indistinctè loquitur.

Si verò de vxore sermo fiat, manifestum est minime 9
posse se ipsam seruituti mancipare ac vendere, absque viri consensu. Quia vltra obligationem reddendi debiti coniugalis, in qua coniuges sunt pares, subditur viro tanquam capiti, in reliquis, quæ ad regimen domus & familiæ attinent. Cum autem hæc subiectio non inueniatur in viro, inde est, vt non sit idem in viro, sed possit vxore renitenti se vendere, attento iure communi, vt num. 2. probauimus. Atque ita docent *D. Thom. 4. d. 36. q. vn. a. 3. ad 3. & ibi Durand. q. 1. n. 4. Ricard. a. 5. q. 1. ad 2. Palud. q. 1. art. 3. concl. 1. n. 17. Supplem. Gabr. q. 1. a. 3 dub. 4. concl. 1. Turrecr. c. penult. 29. q. 2. art. 2. num. 3. Præpos. Henric. Ioan. de Friburgo, D. Antonin. Supplementum sum. Pisane, Tabiena, Armil. Celaia, Enriqu. num. 2. allegati, Abulensis sum. 2. p. l. 8. t. 15. a. 3. q. 3. Sotus 4. d. 35. q. vn. a. 3. ad 2. Greg. Lop. l. fin. v. Sacar, t. 5. part. 4. Palacios 4. d. 30. disp. vn. col. 14. vers. Quod si etiam. Petrus de Ledesm. de matrim. q. 52. art. 3. in 1. argum.* Quare audiendi non sunt *Hugo 26. q. 2. c. penult. Archid. ibi. num. vn. Bellamera ibi n. vn.* dicentes posse vxorem se inuito viro venundare.

Talis autem venditio vxoris absque consensu viri fa- 10
cta, esset contra iustitiam. Quod bene docet *Petr. de Ledes. de matrim. q. 52. a. 3. ad 2.* Quod sit contra rationem capitis, quæ ex natura matrimonij oritur in viro.

Ad argum. num. 1. proposita resp. Ad 1. dic, eum textum 11
solum probare, ob talem venditionem non præiudicari vxori: vt sit dimittenda, eive negandum debitum. Ad 2. constat ex dictis, num. 8. Ad 3. constat ex dictis, num. 2. Ad 4. constat ex dictis n. 2.

DISPVTATIO XXIV.

Vtrius parentis conditionē filij sequantur, quoad seruitutem & honores?

SVMMARIVM.

Filius sequitur conditionem patris, quoad honores & nobilitatem, nu. 1. & ibi, an id verum sit de filio naturali?
An statuto aut consuetudine induci possit, vt sequatur in hoc conditionem matris, n. 2.
An habitus ex nobili & ancilla, si postea manumittatur, nobilis sit? Proponuntur suadentia eum non esse nobilem, n. 3.
Sententia auctoris, n. 4.
Quoad seruitutem, filij sequuntur conditionem matris, n. 5.
Habitus ab aliquo ex propria ancilla, ait seruus patris, n. 6.
An filij illegitimi sequantur matris seruitutem, n. 7.
Quid, si ex legitimo matrim. sint concepti? Et explicatur cap. fin. 32. q. 4. n. 8.
An valeat consuetudo, vt filius patris, aut vtriusque parentis seruitutem sequatur, n. 9.
An sufficiat momento temporis matrem fuisse liberam, dum fœtus erat in vtero, vt liber sit, n. 10.
An hoc intelligatur, quando ex vi natalium, & statu matris, filius liber aut seruus futurus est, n. 11.
Explicatur l finalis, C. de seruis fugitiuis, n. 12.
Enodatur l. 2. C. de libertis, n. 13.
An matre grauida capta in bello iusto, filius sit seruus, n. 14.
An si mater fiat ancilla, quod à se vel à patre sit vendita, fœtus postea conceptus sit liber, n. 15.
Quid, si tempore venditionis esset grauida: & an liceat matri vendere filium, & nepotem? Et explicatur l. 2. C. de patribus, qui filios distraxerunt, n. 16.
Quid, si ancilla communis plurium, ab aliquo manumittatur, an fœtus sit liber: & quid operetur illa manumissio? Et explicantur l. 1. C. de communi seruo manum. & l. 2. t. 21. p. 4. n. 17.
Quid, si ancilla, cui data est libertas ad certum tempus, vel sub conditione aut modo, interim pariat, an fœtus sit liber, n. 18.
Quid, si ancilla, cui data est libertas sub conditione, si tres filios pariat, tertio partu duos aut tres filios edat, n. 19.
Quid si libertas sit pro solo certo tempore concessa, n. 20.
An domino promittente ancillæ, fore vt certo ab hinc tempore illam manumittat, nec manumittente, sit eo transacto fœtus liber. Afferuntur textus probantes promissionem domini factam seruo, vel è contra, esse nullius momenti, n. 21.
Proponitur sent. Auctoris, & qualiter valeat talis promissio, & explicantur, reg. In personam, ff. de reg. iur. l. Interpositæ, fine. C. de transact. l. 6. t. 31. p. 5. n. 22.

1 PRIMA conclusio sit. Quoad honores & nobilitatem filius sequitur conditionem patris. Habetur expresse *l. Cum legitimæ, ff. de statu hominum, l. reg. 3. t. 21. p. 2. l. 1. t. 11. p. 7.* Cuius rationem reddit *D. Th. 4. d. 36. q. vn. a. 4. corpor.* quod partus esse recipiat à patre, tamquam à causa efficienti ac nobiliori principio suæ substantiæ: atque ita quæ pertinent ad esse, vt honos & dignitas, sequūtur patrem; vnde qui ex patre fidalgo est, & matre plebeia, est fidalgus, vt *d. l. 3. t. 21. p. 2.* licet reuera nobilis non sit: vt ibi habetur. Verè enim nobilis est, qui ex vtroque parente nobili descendit, vt bene *Otalora de nobilit. 2. p. c. 2. n. 4. & seqq.* Quod etiam ad filium naturalem extenditur, gaudet enim patris nobilitate. Quamuis enim iure communi inspecto aliud sit: vt bene *Tiraquell. de nobil. c. 25. n. 10.* At de consuetudine contrarium seruatur, vt docet *idem Tiraquel. ibi.* Et est *l. reg. 1. t. 11. p. 7.* id decidens: vbi id obseruat *Greg. Lop. verb. Amiga. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 4. n. 3. Tello l. 11. Taur. n. 2. Villalp. l. 22. t. 1. p. 7. §. 42. n. 4. Auendaño in dictionario, verb. Hijo natural. Padilla l. Naturalis, n. 10. ff. de præscriptis verb. Perez l. 1. t. 1. li. 4. ordin.* Nec obstat *regia l. 1. t. 15. p. 4.* quæ contrarium decidere videtur: intelligenda enim non est quoad nobilitatem, quam consequitur filius naturalis ex patre nobili genitus, sed quoad alios honores, vt explicat *ibi Greg. Lop. verb. Honras, Auendaño, & Perez proximè allegati.*

2 Et hanc conclusionem adeò veram quidā existimant, vt sibi persuadeant nec statuto, nec consuetudine induci posse, vt filius quoad nobilitatem sequatur matris conditionem. Ita *Bart. l. Exemplo, n. 2. C. de decurion. l. 10. & ibi Angelus, Guill. Benedict. c. Raynutius, in princ. nu. 15. de testam. Ioan. Lup. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 32. num. 4.* & alij multi, quos refert *Tiraqu. de nobil. c. 18. n. 21.* Id tamen non paucos contra dicentes habet. Nam contrarium sustinent *idem Bart. l. 1. n. 8 2. vers. Tertio ex prædictis infertur, C. de dignit. l. 12. Decius c. Nouit, de iudicijs, col. 3. in nona edit. n. 39. vers. Et ad prædicta. Chassanæus in catalog. gloriæ mundi 8. p. consider. 8. Otalora* multos referens, *de nobil. 2. p. c. 2. n. 7. Burgos de Paz, alias relatis in proœmio leg. Tauri, n. 116.* Quia cum nobilitas sit de iure positiuo, potest per statutum aut consuetudinem induci. Alij verò sic vtramque sent. conciliant: vt prior intelligatur, quando statutum, aut consuetudo est inferioris: posterior vero, quando est principis vel populi non recognoscentis superiorem. Ita *Decius l. Femina, n. 68. & seq. ff. de regul. iuris, Tiraquel. d. c. 18. n. 24.* At si loquamur de statuto, placet hæc concordia. Statutum enim populi recognoscentis superiorem nequit legem abrogare, nisi à Principe confirmetur: si vero loquamur de consuetudine, displicet. Quod hæc legitimè præscripta etiam ignorante Principe vincat legem, vt dixi disp. 4. n. 14.

3 Non immeritò autem dubitabis, an filius naturalis habitus ex ancilla, & viro nobili, paternam nobilitatem consequatur? Et videtur eum non esse nobilem. Primò, quia est seruus ratione seruitutis maternæ. At serui, quod attinet ad ius ciuile, pro nihilo reputantur, *reg. Quod attinet. ff. de reg. iuris*: & ideo nec habere statum, nec viuere dicuntur, sed quasi mortui habentur, vt docēt *Iason* alios allegans *l. Si tibi homo, §. Cum seruus, n. 2. ff. de leg. 1. Greg. Lopez cum Baldo p. 4. t. 5. in princ. v. De su persona.* Et ideo incapaces sunt honorum & dignitatum, *l. Barbarius. ff. de offic. prat. c. 1. de seruis non ordinand.* Nobilitas autem est dignitas, *Bart. l. 1. nu. 40. C. de dignitat. l. 12.* Secundò, quia si manumittatur, adhuc manet libertinus: *Inst. de libertinis, in princ.* Quia status semper nota quadam & obscuritate inficitur, vtpote qui memoriam pristinæ seruitutis refricat. Et confirm. quia non omnes ingenui sunt nobiles: cum tamen libertinis præstantiores sint. Tertiò, quia cum ab ipsa conceptione & natalibus trahenda sit nobilitas à sanguine, & tunc temporis is illius incapax sit ratione status seruilis, nil conficeret libertas postea acquisita. Transijt enim tempus, in quo erat nobilitas ex sanguine trahenda. Sicut capacitas succedēdi tempore, quo successio defertur, adesse debet, nec tunc incapaci proderit capacitas postea superueniens.

4 Cæterum quamuis compertum sit hunc non esse nobilem, dum seruituti est subiectus: vt probant rationes nu. præced. in 1. argum. alfatæ at pium & satis probabile est, nobilitatem comparare, cum postea manumittitur. Ducor, quod nobilitas sit quoddam ius sanguinis incommutabile, *l. Ius agnationis, ff. de pactis*: & cum Baldo & alijs tradit *Tiraqu. de nobil. c. 26. n. 5.* vnde & sanguini dicitur inhærere: & comparatur cum eo, quod prouenit à natura, *l. 3. ff. de interdict. & releg.* ibi: *Quæ vero non à patre, sed à genere, à cognatione, à rerum natura tribuuntur, ea manere eis incolumia.* At vt habet *reg. Iura sanguinis. ff. de reg. iuris, Iura sanguinis nullo iure ciuili dirimi possunt*: vbi pondero non dicere, impediri, sed dirimi. Potuit ergo ius ciuile, quod seruos pro nihilo reputandos statuit, impedire nobilitatem, eo statu seruili durante, quæ iure sanguinis comparanda erat, non tamen diremit, quin sublato iuris ciuilis impedimento acquisita iam libertate, velut reuiuiscat nobilitas illa, quæ sanguini inhærebat, & erat velo seruitutis nō omnino extincta, sed quasi tecta. Data enim libertate, id quod naturaliter inerat, detegitur, vt in simili dicit *gloss. Inst. de libertinis, in princ. verb. Datio.* Et licet neminem inuenerim quæstione hanc decidentem, satis fauet illi in quodam simili *Paleotus de nothis & spur. c. 62. n. 2.* vbi cōtra alios tuetur legitimatū spurium à principe, effici eo ipso nobilem, absq; alio nobilitatis priuilegio: auferitur enim per eam legitimationem impedimentū illud obscuritatis spurietatis, iure ciuili inductum, ac subinde redit ad eam dignitatē, quæ ex sanguine trahenda erat, nisi id impedimentū obstitisset. Nec obstat in contrarium adducta. Non primū, quia fatemur quod intendit. Non secundū cum confirmatione. Quia licet olim notabilis differētia esset inter libertinos & ingenuos, vt *Inst. de libertinis, & Inst. de ingenuis*: at nouo iure ea differentia est sublata, & ciues Romani & liberi simul efficiuntur,

tur, arb. Vt liberti de cætero, in prin. Nec obstat tertiũ. Quia cum nobilitas sanguini inhæreat, oteſt quidem eo obstaculo impediri ad tempus, & tegi, non tamen ita extingui & dirimi, quin eo impedimento sblato reuiuiscat.

5 Secunda conclusio. Quoad seruitutem, filij sequuntur conditionem matris, atque ita si mater ancilla sit, filij sunt serui eius, cuius est mater; & si mater sit libera, filij quoq; liberi sunt, cuiuscumque conditionis sit pater. Habetur expresse c. fin. de seru. non ordin. l. Partum, 7. C. de rei vendicat. & §. penult. Instit. de iure person. & §. Sed & si quis, Instit. de ingenuis. Et idem continebat lex vetus 21 Exodi, cõstat ex c. ibi: Si dominus dederit ancillã suam alicui in vxorem, & pepererit filios & filias, mulier & liberi eius erunt domini sui. Sed quæres, cum libertas sit fauorabilissima, cumõ sequitur vtriusuis parentis libertatem? Sicut vt prole sit legitima, sufficit bona alterius parentis fides, c. Ex tenore, qui filij sint legitimi. Deinde, cum res debeat dominium habere à principaliori, & ipsum sequi, l. Quæritur, ff. de stat. hominum, & semen viri sit principalius in generatione, videtur potius attendendam esse patris conditionem. Diuersæ rationes huius conclusionis assignari solent, aliquas ex potioribus referam. Prima est D. Thom. & communis, 4. d. 39. q. vn. a. 4. corp. quod proles corpus recipiat à matre, tmquam administrante materiam ex qua id formatur, eruitus autem ad corpus pertineat. Secũda ratio est Bald. in paulo post princ. C. de seruis fugit. & Salicet dict. l. Partum, in fine, fauor partus, cui potest libertas matris triplici tempor prodesse, nimirum, conceptionis, partus, & medio. Quod non posset pater, sed solo cõceptionis tempore, quo efficausa efficiens. Tertia ratio est Angeli Instit. de ingenuis, §. Sed & si quis, n. 1. in fine, quia quoad libertatem inspexerunt leges quod certius est. At constare nequit de filio, à quo patre sit progenitus, cum tamen certo constet cuius matris fœtus sit. Ratio autem huius est, quia si sequatur patris nobilitatem, nullum damnum sequitur domino serui, qtamuis pater incertus sit: at si sequatur patris incerti libertatem, posset in hoc præiudicium fieri domino. Tandem, quia cum mater pariendo, sit exposita mortis periculo, quod periculum pater minimè subit, inde fit vt dominus matris, qui hoc damnum sentit, debeat etiam commodum fœtus adipisci. Qui enim sentit damnum, sentire debet & commodum. Adde etiam partum potius fructum matris esse, quam patris. Sicut arbores non dicuntur fructus seminis terræ mandati, sed ipsius terræ. Insuper mater grauida, & filios educans, minus apta est obsequijs heri, quod in patre seruo non inuenitur. Maioremque operam nutriendis & procreandis filijs impendit mater.

6 Et adeo vera est conclusio, vt quamuis quispiam ex ancilla filium habeat, quæ sua est, similiter is proprius filius erit suus seruus. Sic notat Padilla l. Naturalis, n. 5. ff. de præscriptis verbis. Et constat ex l. 2. C. si mancipium ita fuerit alienatum: ibi, Si ea lege Cresten filium suum & naturalem Crestem venundedit: vbi glossa verb. Filium, ait, id est, qui erat filius. Et idemmet prob. ex l. fin. C. communia de manumissionibus, vbi decernitur, si dominus ancillæ retentæ in concubinam vsque ad domini mortem, cõiugatus non sit, & aliter non disponat in suo testamento, eam consequi libertatem, & liberos, quos ex ea dominus genuit, ita vt mors domini sit libertatis ipsorum initium, vbi Salicet. n. vn. ait idem esse, si libertatis ipsorum initium, vbi Salicet. n. vn. ait idem esse, si ab intestato decedat. Quod verificetur in suo elogio nihil dixisse, cum elogium non fecerit. Constat ergo filium ex propria ancilla genitum esse sui patris seruum.

7 Præterea est vera conclusio, quamuis filij non ex legitimo matrimonio procreentur: sequuntur enim quoad libertatem, & seruitutem, conditionem matris. Habetur expresse l. Et seruorum, 5. vers. Ingenui sunt, ff. de statu hominum: vbi dicitur nil referre, an ex iustis nuptijs an vulgo conceptus sit filius. Vulgo autem conceptus dicitur, qui est spurius, vt expresse habetur l. Vulgo, 23 ff. de statu hominum, vbi gloss. verb. Non licet, explicat, vt si pater sit monachus, vel ex incestu proles concepta sit.

8 Imo quando ex matrim. concipitur proles, sunt qui dicant partum non sequi conditionem matris, sed patris, per l. Cum legitima, ff. de statu homin. ibi: Cum legitimæ nuptiæ factæ sunt, patrem liberi sequuntur, vulgo quæsitum matrem. Et c. fin. 32. q. 4 quod est D. Isidori lib. 9. Etymol. c. 5. de filijs conceptis ex legitimo matrim. sic dicitur: Semper qui nascitur, deteriorem partem sumit. & in fin. Iis vero, qui non sunt de legitimo matrim. matrem potius, quam patrem sequuntur. Et sic tenet Guilliel. Naso, quem referunt & sequuntur Anton. c. 1. n. 9. & c. Licet, n. 4. de coniug. seru. Præpos. eodem c. Licet, n. 1. super gl. in verb. Dissoluendi. Verum contraria sent. est verissima, nimirum, filios ex legitimo matrim. procreatos sequi cõditionem matris, quoad libertatem & seruitutẽ. Quod textus n. 5. allegati, decidentes id, loquuntur indistincte de filiis: idque colligatur ex c. fin. de seruis non ordinand. Nec obstant textus in contrarium adducti. Quia l. Cum legitima, bene explicatur à gl. ibi, verb. Sequuntur, vt filij ex matrim. habiti sequantur patrem quoad familiam & originem. Et dict. c. fin. 32. q. 4. explicatur à gl. ibi verb. Deteriorem partem, & communiter, vt tales filij sequantur deteriorem partem, id est debiliorem, qualis est femina. Quæ expositio apertè colligitur ex eo textu, quia prius in eo dicitur filios ex libero & ancilla habitos esse conditionis seruilis: & statim adiungitur: Semper enim qui nascitur, deteriorem partem sumit. Nec obstat impugnatio Soti, vbi statim eum referam: eo quod is textus in fine concludat illegitimos filios sequi matrem: intelligitur enim (vt ait ibi gloss. in fin.) sequi matrem, quoad originem. Et ideo vltra glossas citatas, tenent etiam hanc sent. gloss. c. fin. in fin. de seruis non ordinand. & ibi Host. n. 1. Ant. n. 2. Abb. n. vn. gl. c. 1. verb. Dissoluenda, de coniug. seru. & ibi Host. n. 7. super verb. Dissoluenda. Abbas n. 5. Alex. de Neuo n. 8. Card. n. 4. Præpositus. n. 6. vers. Nota secũdo. Rosella verb. Seruus, 1. n. 1. Sotus 4. d. 35. q. vn. a. 4. concl. 1.

Valet tamẽ consuetudo, si alicubi legitime præscripta 9
sit, vt filius non matris, sed patris aut vtriusque parentis, seruitutem sequatur: ita vt si vel solus pater seruus sit, proles seruituti subdatur, vel ad id desiderari vtrumque parentem esse mancipium. Cum enim res hæc sit ex iure humano, potest prævalere cõsuetudo, c. fin. de consuetud. Idemque colligitur ex c. Licet, de coniug. seru. vbi textus supponit secundum leges prouinciæ cuiusdam, fœtum quoad seruitutem sequi conditionem patris, nec improbat. Atque ita docent Ioan. Andr. c. 1. n. 7. de coniug. seru. & c. fin. in fin. de seruis non ordinand. Ant. co. c. fin. nu. 2. fin. & d. c. Licet, nu. 3. vbi Abb. n. 2. Anchar. n. 2. Alex. de Neuo n. 2. Cardin. d. c. fin. v. vn. oppos. 2. Palud. 4. d. 36. q. 2. art. 2. nu. 11. Maioris 4 d. 30. q. 1. in prob. prima concl. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 3. in princ. Angelus Matrim. 3. imped. 4 n. 12. Sylvest. Matrim. 8. q. 2. dict. 8. Padilla l. Naturalis, n. 2. ff. de præscript. verb. Lancelot. instit. iuris canon. t. de nuptiis, in l. 2. §. Si quis tamen, verb. Leges. Molina to. 1. de inst. tract. 2. disp. 33. ad fin. Vnde non est audiẽdus Host. qui d. c. Licet, ait, eam consuetudinem tanquam abusum reiiciendam esse, atque ea non obstanti filios sequi matris conditionem.

Tertia concl. Sufficit tempore conceptionis, aut natiui- 10
tatis, aut medio tempore, matrem liberam fuisse, vt partus libertate gaudeat, vt si ancilla prægnans sit manumissa, deindeque ante partum in seruitutem redacta, proles nata indeque ante partum in seruitutem redacta, proles nata in vtero existenti nocere, vnde sufficit vt per minimum temporis momentum, à conceptione vsque ad partum, mater libera fuerit, vt soboles libera sit; vt bene expendunt gloss. c. fin. verb. Deteriorem partem, 32. q. 4. Host. c. fin. n. 1. de seruis non ordin. & ibi Ioan. Andr. n. 7. Ant. n. 2. Abb. n. vn. Card. n. vn. oppos. 1. Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 15. a. 4. q. 1. Sotus 4. d. 35. q. vn. a. 4. col. 2. immediate ante vers. Addit vero. Molina n. praced. alleg. additq; (& bene) id in fauorẽ libertatis constitutũ esse, natura rei postulãte, potius solius partus tempus spectandũ.

Intellige concluſ. quando ex vi natalium, & status ma- 11
tris, est futura soboles libera, aut seruituti subdita. Tunc enim satis est libertas matris minimo temporis momẽto,

quo fœtus fuit in vtero, vt liber fit. Secus autem quando non iure sequelæ status materni, futurum est vt fœtus sit seruus. Quod explicabunt corollaria triplici num. seq. inferenda. Ita docent *Iac. Butrican. l. fin. C. de seruis fugit. & ibi Alberic. in fin. Salicet. ibi n. vn. opposit. 5.*

12 Hinc primò deducitur intellectus ad *l. fin. C. de seruis fugit.* vbi deciditur seruos publicis operibus deputatos, qui se priuatarum ancillarum consortijs adiunxérint, redigi in seruitutem, cum vxoribus & liberis eorum. Et ita filij ex libera nati, sunt serui, sequentes quoad hoc conditionem patris. Et quidem *gl. ibi verb. Restituantur*, ait id esse speciale in odium domini ancillæ. Vel etiam sequi tunc matris conditionem: nam & mater sequens virum fit ancilla. Et hunc posteriorem intellectum tradit etiam *Baldus ibi, statim in princ.* sed meritò *Iac. Butrican. & Salicet. num. praced. alleg.* reprobant hanc posteriorem solutionem, quia partus sequitur conditionem, quam mater habebat tempore, quo in eius vtero fuit, quamuis postmodum mater fiat ancilla: at filij de quibus est sermo *dict. l fin.* iam erant nati, vnde non potest dici eos sequi conditionem matris, quæ postea in seruitutem redacta est. Quare legitima solutio est, quam iidem tradunt ibi, & *Alberic. ea l. fin. in fine*, huiusmodi filios non effici seruos ex vi natalium, & status materni, in quo casu debebant matris liberæ conditionem sequi: sed ob delictum paternum, atque ita patris conditionem similiter seruili effecti imitari.

13 Secundò deducitur intellectus ad textum, in *l. 2. C. de libertis, & eorum liberis, vers. Filius*, in qua partus sequitur conditionem patris quoad seruitutem: nempe, cùm pater reuocatur in seruitutem propter ingratitudinem: nam & filij hoc patre nati post commissam ingratitudinem, reducuntur in seruitutem, etiam si libera ex matre orti fuerint. Hoc enim non consurgit ex vi status materni, sed in pœnam insignis delicti paternæ ingratitudinis, vt bene expendunt *Horoscius l. Et seruorum, §. 1. n. 2. ff. de statu hominum, Padilla l. Naturalia, n. 3. ff. de præscript. verbis.*

14 Tertiò deducitur, cùm mater prægnans iure belli capta est, fœtum quoque fieri mancipium, non obstante libertate matris tempore conceptionis. Quia non ex vi natalium efficitur seruus, sed quod vna cum matre bello iusto captus sit, eoque beneficio affectus, ne vna cum matre interimeretur.

15 Dubitabis autem, an matre effecta serua, eo quod ob necessitatem à patre vendita sit: vt permittitur *l. 2. C. de patribus qui filios distrax. & l 8. t. 17. partit. 4.* filius post seruitutē conceptus, sit seruus? Dico esse seruum. Quia ex matre vere ancilla, ratione legitimæ venditionis effecta, conceptus est. Atque ita docent *gloss. ead. l. 2. verb. Vendiderit: & ibi Salicet. num. 6.* Atque idem eadem ratione ductus existimo, si mater se vendat ad participandum pretium: vt permittitur *l. Et seruorum, 5. C. de statu hominum*, seruatis conditionibus petitis ad eius venditionis iustitiam, quas refert *ibi gloss. verb. Venire:* nam filius post venditionem illam in vtero conceptus, erit seruus; vtpote qui ex matre verè ancilla concipiatur.

16 Grauius autem dubium est, si tempore, quo mater se vendidit, vel à patre venundata est, prægnans esset, an fœtus sit liber? Videtur enim eum minimè libertate donandum. Quod non iure status materni redigatur in seruitutem, sed quia simul tamquam pars viscerum, ac mulieris portio, qualis reputatur, dum in vtero est, *l. 1. §. 1. ff. de ventre inspiciendo*, venditus sit cum matre. Ex quo fit vt vendita ancilla prægnanti, nulla fœtus mentione facta, censeatur cum matre venditus, quasi reputatus vna & eadem res, vt ex multis probat *Ant. Gom. to. 2. var. c. 2. n. 14.* At dicendum est in neutro casu fœtum esse seruum, sed liberum. Quia tempore conceptionis mater fuit libera. Nec potuit vendi à matre. Cum enim filium non habeat in potestate, non potest ipsum vendere, vt docent *gl. l. 2. verb. Vendiderit, C. de patrib. qui filios distrax. Et ibi Baldus n. 3. Salicetus n. 2.* ac multi decisum in Hispania *l. regia 8. t. 17. partit. 4.* Nec etiā auus potest nepotem vendere: sed id priuilegium soli patri concessum est. Vt docent *Baldus ead. leg. 2. n. 3. Salicetus n. 3. Montal. l 7. ad fin. t. 17. part.* Nec obstat fœtum in vtero constitutum, esse matris potionemue vnum cum ea reputari. Quia in fauorabilibus si partui reputatur iam natus *l. Qui in vtero ff. de statu hominum. l. Intelligendus, ff. de verb. sign.* Nec obstat etiam, simul verbi cum matre. Id enim intelligitur quando mater erat ancilla, atque ita partus eius conditionem sequens potuit cum illa venundari.

Quarta conclusio. Si communis ancilla duorum aut 17
plurium dominorum ab aliquo illorum manumittatur, (vt solet contingere in serua constante matrim. acquisita, & sic communi vtriusque coniugis, vbi lucra inter eos communicantur) & est eam manumissionem, antequam soluatur pretium alteri domino partis, quam habebat in ancilla, pariat, prolis erit seruituti subdita. Quia ancilla minime consequitur libertatem, donec id pretium soluatur, vt expresse colligitur ex *l. 1. C. de communi seruo manumiss. in princ. vers. Hinc itaque.* Et tenet *ibi gl. verb. Necessitatem, & ibi Salicetus n. 1. vers. Sed gloss. hoc dubitat.* Et clarius colligitur ex *l. 2. ad fin. C. eod. t.* ibi: *Fiat itaque liber ex parte quidem testatoris.* Vbi *gl. ver. Fiat*, dicit futurum tempus significari, atque ita comparandam libertatem præstito prius pretio. Et clarius id deducitur ex *l. 2. t. 22. partit. 4.* ibi: *E dende en adelante sera libre.* Vbi *Greg. Lop. verb. E dende*, dicit antea non comparari libertatem. Et ratio est. Quia cum seruitus sit indiuidua, non potest quispiam pro parte liber esse, & pro parte seruus, vt probat *glossa ead. l. 2. verb. Ex parte, ex l. Duobus, ff. de libera caus. & l. Cum filius, ff. de legat. 2. & l. Iudicare, ff. de except. rei iudic.* Sed dices, cur ergo non efficitur tota libera, sed mane in totum serua? Respondeo, quia antea erat in totum serua, & cum manumissio vnius domini non sufficiat ad integram libertatem, nec sit diuidua, manebit integre ancila. Rursus inde inferes, vanam esse illam manumissionem. Sed dico magni momenti esse, idque operari, vt serua offerente partem pretij, quam in ipsa possident, alijs cominis, cogentur recipere fauore libertatis, contra *reg. l Neque emere, C. de iure deliberandi, & l. Imitatum, C. de contrah. empt.* Et manebit omnino libera. Quod habetur expresse *l. 1. in princip. vers. His itaque, C. de communi seruo manumiss. & l. reg. 2. t. 22. partit. 4.* Et id verum habet, quāuis serua vel seruus sint plurimorum dominorum, & vnus solus manumittat, cogentur enim cæteri pretium recipere suarum partium, vt expresse habetur *ea l. 1. in princ. vers. Et si plures.* vnde in hoc est speciale fauore libertatis, vt non stetur iudicio maioris partis, contra *l. Et suum, & l. Maiorem, ff. de pactis.* Et notat *glossa ea. l. 1. in princ. verb. Vno. & ibi Salicet. num. 1.* Imo id procedit, quantamcumque partem alij habeant, & manumittens minimam, vt colligitur expresse ex *d. l. 1 in princ.* ibi, *quantamcumque*, & docet *ibi Bald. n. 2.* inde colligens casum, in quo minimum trahit ad se maximum. Idem est verum, licet aliquis ex dominis sit minor. Quod textus loquatur indistinctè. Et est casus specialis, quia non ipse minor, sed socius manumittit. Quare non obstat *l. 1. ff. de manumissis vindicta*, interdicens minori absque decreto manumittere. Et ita docent *gloss. l. 1. C. de communi seruo manum. in princ. verb. Impetrent, & ibi Salicet. in fine princ. Alberic. n. 2. vers. Item quærit gloss.* Et reddit rationem. Quia venditio fit hic auctoritate legis, vbi non est opus decreto, etiam in rebus minoris, *l. 2. & 3. ff. de rebus eorum.* Idem docent *Bald. ibi n. 2 fin. Greg. Lopez l. 2. t. 22. part. 4. verb. Vender.* Et idem disponitur *ead. l. regia 2.* quamuis quidem tertius velit offerre pretium alijs dominis: cogentur enim recipere. Quod bene intelligit *Greg. Lop. ibi verb. Otro alguno*, quando ille tertius ad id emit eam partem, vt ancilla illa consequatur libertatem. Quia hæc est mens *illius leg. & leg. 1. C. de communi seruo manum.* vnde est desumpta. Ex his ergo omnibus fit, prolem habitam ex ancilla à quodam ex dominis manumissa, antequam soluatur alijs pretium suarum partium, nasci seruilis conditionis, tamquam ex verè ancilla habitam. Quòd si tamen ante partum breui momento soluatur pretium, erit soboles libera. Quia

iam

tum illo momento ante natiuitatem mater erat libera.

18 Quinta conclusiõ. Si ancilla sit statu libera, (dicitur autem talis quæ statutam & destinatam habet libertatem, in tempus, vel in cõditionẽ. *l. 1. ff. de statu libero*: vt, Post annũ, aut si hoc euenerit, esto libera.) & ante illius temporis aut conditionis aduentum pariat, fœtus est seruus. Habetur expresse *l. Statu libera, 16 ff de statu libero, & l. Cum libertatẽ, 3. C. de fideicommiss. libert.* Et ratio est, quia ipsa interim ancilla est. Vt expresse habetur *l. Statu liberum, 9. ff. de statu libero.* Obseruandũ tamẽ maxime est, ne quis fallatur, num libertas relicta sit sub conditione, an sub modo. Quia si sub modo, comparatur statim libertas: si sub conditione autẽ, minime, donec impleatur conditio. Quia conditio suspendit, & non impleta vitiat actum. Quod secus est in modo. Vt dixi l. 3. disp. 33. n. 2. vbi etiam explicui, quando sit modus, & quando sit conditio; vt, Lego libertatem ancillæ, dummodo ministret decem annis, vel soluat 10. aureos, est modus. Quia adiicitur actui perfecto: secus, Iubeo, vt ancilla sit libera, si seruierit decẽ annis, vel cùm seruierit; vel si dederit, aut cum dederit decem aureos: adiicitur enim actui imperfecto, & sic est conditio suspendens libertatem. Vt constat ex differentia ibi tradita. Idque etiam constat ex *l. Thaïs, 41. in princ. ff. de fideicommissis liber.* vbi dicitur legatam libertatem sub hac forma, Cùm hæredi meo seruieris annos decem, post id tempus comparari.

19 Hinc deducitur, si quis leget ancillæ libertatẽ sub hac conditione, Si tres peperit filios: & tertio partu duos aut tres fœtus edat, quando tres, duos vltimò editos esse liberos: & quando duos, vltimum esse liberum. Quòd vbi primum tertius in lucem editus est, impleta fuit cõditio, matersque libera mansit, & eousque ancilla erat: quare fœtus editus post tertium est liber tanquam ex libera ortus; nati autem antea sunt serui, quod mater ancilla esset. Habetur expresse *l. Arethusa, 15. & l. seq. ff. de statu hominum.*

20 Secundò deducitur, tradita libertate ancillæ pro tempore certo & præfinito, vt pro quatuor annis, fœtum eo tempore, & quocunque alio post illud, editum esse liberum. Quia libertas illa est perpetua. Vt dixi disp. 19. n. 3.

21 Tandem dubitatur, an domino promittente se manumissurum certo tempore seruum, promissione ipsi ancillæ facta, & non impleta tempore præfixo, fœtus post id tempus conceptus sit liber, aut saltem teneatur dominus eum manumittere. Ratio dubitandi est: quòd inter dominum & seruum nulla oriatur obligatio, *l. Interpositas, 13. in fin. C. de transact.* ibi: *Neque enim dubij iuris est, dominos cum seruis sua pacisci certos ex placito teneri atque obligari non posse.* vbi *Baldus n. 5.* inde colligit, dominum minimè teneri fidem seruo datam præstare, quia inter illos nulla cadit obligatio. Deinde, quia *reg. In personam, ff. de regulis iuris*, sic habet: *In personã seruilẽ nulla cadit obligatio.* Et *l. regia 6. tit. 11. part. 5.* ibi: *Otrosi dezimos, que el señor à su siervo, ni el à su señor, non pueden fazer prometimiento el vno à el otro, de manera que se puedan apremiar por aquella promission. E mager la fiziessen, no valdria la promission.* Quod si dicas cum gl. & multis alijs relatis à *Padilla ca. Interpositas, n. 34.* excipi, nisi inter dominum & seruum de libertate conuentio fiat. Hanc exceptionẽ reprobat *ibi n. 35.* cum multis alijs. Atque ita *gl. l. Cum testamentum, 8. verb. Non potuerunt, el l. C. de iuris & facti ignor.* ait, pactum inter dominũ & seruum de libertate danda in futurum non valere. Quod *Bartol. ibi n. 5. & Alex. d. l. Interpositas fine*, intelligunt, nisi libertas esset naturaliter debita seruo. Cùm ergo hoc casu nullo modo sit debita, non valebit promissio. Tandem, quia *l. Nec seruus, 42. ff. de pecul.* sic dicitur, *Nec seruus quicquam debere potest, nec seruo potest deberi.*

Sed dicendum est, promissionẽ inter dominũ & seruum 22
minimè valere quoad obligationem ciuilem, secus quoad naturalem. Et ita cautè dixit *l. reg. n. prætallegata: De manera que se puedan apremiar.* Et expresse habetur *l. Si id, quod dominus, 64. ff. de cond. indebiti*, ibi: *Si id quod dominus seruo debuit, manumisso soluerit, quamuis existimans ei aliqua teneri actione, repetere non poterit. Quia naturale debitum agnouit.* Vbi *gl. verb. In conditione*, ait, obligationẽ fuisse seruo in seruitute quæsitã. Et *Bart. ibi* summat eam l. sic, dominus obligatur seruo naturaliter. Et *n. 2.* ait obligationẽ naturalẽ cadere in seruũ actiuè & passiuè. Et *Bald. 4. Cum contingat, n. 30. concl. 2. de iure* explicat *l. Interpositas, in fin. C. de transact.* quæ decidit obligationem non acquiri seruo de ciuili, secus de naturali. Et eodem modo explicat *Decius reg. In personam, n. 1. ff. de reg. iuris*, eam regulam idem decidentem. Et *Ioan. de Molina in different. inter forum conscientiæ & externum, differ. 18.* ait promissum seruo à domino, deberi in foro conscientiæ. Constat etiã ex *l. Non solum, 50. §. Si ignoratte, ff. de peculio*, ibi: *An debitor vel seruus domino, vel dominus seruo intelligatur, ex causa ciuili computandum est.* Vbi textus supponit posse esse debitum domini ad seruum: & *gl. verb. Ex causa ciuili*, sic explicat, id est, quæ causa obligaret ciuiliter vnum liberum alteri libero, eadem seruum domino, & è contra obligat, licet non teneatur dominus seruo ciuiliter, vel è cõtra. Et *l. Nec seruus, 42. ff. de peculio.* quæ definit nec seruum debere, nec illi deberi posse, explicat *gl. v. Debere*, de ciuili debito. Et constat hic intellectus. Quia seruus naturaliter obligatur: vt est textus expressus, *l. Naturaliter. ff. de condict. indebiti, & l. reg. 5. 1. 12. part. 5.* Sentit etiã expresse *Innoc. c. Cum pietate, de immun. Eccl. n. 1.* vbi ait restituendũ debitum siue iure naturali, ac ciuili sit debitum, siue solo naturali, quale est quod debetur seruo, & *Ant. ibi nu. 5.* vbi ait seruo posse quempiam naturaliter obligari: cum consensum habeat: atque ita si seruus aliquid acquirat, quauis id domino acquiratur, possitque dominus sibi vsurpare, at pacto inito cum eo, vt ijs nũmis se redimat, id nefas esse, propter obligationẽ naturalẽ seruo quæsitam, vt constat ex *l. Is qui, 4. ff. de manumiss. statim in princ.* vbi dicitur promittentẽ seruo libertatẽ, si suis se nummis redimat, teneri. Et *Abb. ibi nu. 11.* expresse dicit dominum promittentẽ aliquid seruo, non obligari ciuiliter, bene tamẽ naturaliter, & in foro animæ: & ita explicat *d. l. Interpositas.* Tandẽ idem docent *P. Molina 10. 2. de iust. tract. 2. disp. 38. §. Primus est, & Lud. Lop. l. 2. de contract. c. 40. paulo post princ. §. An autem*, vbi constituunt inter casus inquibus seruo possidere proprium fas est, hunc, si dominus cum seruo pactum ineat, vt singulis diebus, aut hebdomadibus, mensibus, vel annis, certam summam ei persoluat, reliqua sibi ipsi retenta, vnde bene infert *Molina*. teneri tunc dominũ stare contractu, nec posse vsurpare quæ sibi seruus eo modo cõparauit. Et his ergo constat deberi naturaliter, & in foro conscientiæ, libertatẽ ancillæ à domino promissam: at quia tantùm est promissio, antequam manumittat, non erit libera serua: ac proinde nec filij eo tempore nati: tenebitur tamen ratione damni emergentis ex fidei violatione, donare libertatem illos filios. In hoc enim damnum illatum est matri & proli.

DE IMPEDIMENTO VOTI solemnis, & ordinis.

DISPVTATIO XXV.

Quæ sit differentia essentialis inter votum simplex & solemne professionis; & in quo solemnitas illa consistat?

SVMMARIVM.

Refertur duplex sententia, n. 1. & 2.

In quo consistat solemnitas voti iuxta secundam sententiam, n. 3.

An in voto simplici sit traditio iuxta eandem sententiam, n. 4.

An sit tanti vinculi votum simplex, quanti solemne, iuxta eandem sententiam, n. 5.

An differant specie, retentâ eadem sententia? n. 6.

Proponitur sententia Auctoris, n. 7.

Castitas, paupertas, & obedientia sunt essentialiter annexa religioni, n. 8.

Desideratur ad statum religiosi, vt hæc tria voto aliquo firmentur, n. 9.

Exigitur

Exigitur quoque vt in religione approbata, nec sit est modus viuendi approbatus. Et an essentia religionis habeatur ex illa Pontificia approbatione, n.10.

Duplex est traditio, n.11.

Essentia professionis consistit in traditione & acceptatione, estque professio contractus vtroq; citroq; obligatorius, n.12.

Acceptatio voti simplicis sit immediatè à Deo, secus de solemni, n.13.

Explicatur ac probatur qualiter traditio sit de voti solemnis essentia; & circumstantiæ adiectæ ab Ecclesia sint conditiones, sine quibus non, num.14.

Qualiter qui in Societate Iesu simplicia biennij vota emiserunt, sint veri & ex natura rei religiosi: & in illis reperiatur traditio, n.15.

Essentia voti solemnis est de iure naturali & diuino, at solemnitas, quoad circumstantias, est de iure Ecclesiastico. Et explicatur c. vnicum, de voto, in 6. n.16.

In votis simplicibus, demptis Societatis Iesu, non est traditio, licet fiant in manu alicuius, n.17.

Non tanti vincult est votum simplex, quanti solemne religionis, n.18.

Votum simplex, & solemne religionis differunt specie, n.19.

Explicatur qualiter in voto solemni sit promissio & traditio, n.20.

An promissio solius castitatis in religione approbata sit solemnis, dirimens matrimonium subsequens, n.21.

An promissio facta in religione approbata, trium votorum, non obligando se illi religioni, sed religioni in genere, habeat vim voti solemnis dirimentis matrim. Et enodatur cap. Constitutionem, de regul. in 6. num.22.

An vota feminarum, & fratrum D. Francisci, & D. Dominici, non in communi viuentium, & eremitarum, sint solemnia, & matrimonium dirimant, n.23.

Soluuntur argum. Et enodatur cap. Rursus, qui clerici, vel vouentes, num 24.

1 DISPVTATIONES de voti solemnis & ordinis impedimentis connectimus, quod valde sibi inuicem affines sint, & altera ex alterius intelligentia pendeat, & hunc ordinem seruabimus. Primò, de natura voti solemnis religionis, & qualiter matrim. dirimat, disputabimus. Secundò, de natura voti solemnis ordinis, & quo pacto per illud dissoluatur matrim. subsequens. Tertiò, de ordinibus minoribus, qualiter cum matrim. pugnent, & culpa sit ad illos promoueri, animo transeundi postea ad matrimon. Quartò, qualiter liceat coniugatis ad religionē, ordines, episcopatum, cardinalatum, pontificatumve transire. Demum de damnis, quæ ex matrimonio pullulant clericis minorum ordinum, aut sacrorū, nempe, de amissione beneficiorū, pensionum, priuilegiorum clericalium, excommunicatione, irregularitate. Initium igitur sumendo ab impedimento voti solēnis emissi in professione religionis, disputatio præsens est de differentia essentiali inter illud & simplex: inde enim pendet resolutio disp. sequent. quæ de iure, quo matrimonium dirimat, instituenda est. In hac re tres inuenio opiniones. Prima sent. ait essentiam voti solemnis consistere in benedictione spirituali seu consecratione, per quam professus redditur inhabilis ad opera carnis & seculi, atque adeò ad matrim. contrahendum. Huius sent. videtur *D. Th. 2.2. q. 88. a. 7. corpore, & a 11. corp.* Sed hæc sent. communiter ab omnibus reiicitur. Quòd in aliquibus religionibus promissio solemnis professionis absque ea benedictione fiat; vt in Societ. IESV, & in religione D. Dominici, & in alijs. Deinde, quia professio tacita est vera, ac legitimis votis solemnibus tacitè emissis constat: cùm tamen nulla benedictio adhibeatur. Nec *D. Thom.* eius est sententiæ: sed solùm vult eam benedictionem esse ceremoniam quamdam accidentalem.

2 Secunda sent. ait votum solemne & simplex eiusdem materiæ minimè differre per se & essentialiter, ex ipsius voti natura & ratione, nec iure diuino, sed solū accidentaliter, & extrinsecè, ex sola Ecclesiæ constitutione, decernentis per votum solemne dirimi matrim. subsequēs, non autem per votum simplex. Ducitur primò, ex *c. vn. de voto, in 6.* ibi, *Voti solēnitas ex sola Ecclesiæ cōstitutione eā inuēta.* Nec potest dici id intelligi de solemnitate accidentali. Quòd Pontifex rogatus quod votum debeat dici solemne ad dirimendum matrimonium: ex eo quòd solemnitas voti sit ex sola Ecclesiæ constitutione, deducit duplex solùm reperiri votum solemne eum effectum producens. Quasi dicat, quia ex solius Ecclesiæ institutione pendet voti solemnis natura, & Ecclesia solùm admittit vt solemne, votum emissum in professione, & ordine, ideo tantum est duplex votum solemne. Quæ ratio omnino conueret, si textus intelligeretur de solemnitate accidentali. Non enim ex accidentibus res ea definienda erat. Et cōfirm. quia sublato Ecclesiæ statuto, nullum votum esset solemne, & ideo feminæ, quas Beatas vocant, licèt voueant, & se tradant superiori, in cuius manibus vouent, non emittunt votum solemne: quòd Ecclesia ea vota tamquam solemnia non approbet: & si Ecclesia statueret, vt quodcumque votum coram tribus testibus, vel alia ceremonia emissum, fieret solemne, esset vtique. Tota igitur hæc res ad Ecclesiæ institutum referenda est, nec ex ipsa rei natura pendet. Secundò, quia *cap. Rursus, qui clerici, vel vou.* ait Cælestin. Pontifex, votum simplex non minus obligare apud Deum, quàm solemne, vbi non interdit, vtriusque vinculum esse omnino æquale, sed esse eiusdem ordinis, inquantum veramque traditionem importat. Tertiò, quia ante tempora Cælestini III. *cap. Rursus, qui cleric. vel vouēt.* & Alexand. III. *c. Insinuante, & c. Memoriam, eod. tit.* non est in Ecclesia audita mentio voti simplicis & solemnis. Quare *D. Augustin. Psalm. 75.* cùm nonnullas votorum species distinxerit, non meminit voti simplicis & solemnis: nec *Hugo de S. Victore serm. 53. de tripl. instit. & l. 2. de Sacram. part. 12.* vbi solùm diuisit votum in occultum & publicum. Quòd si Theodorus Archiepiscopus Cantuariensis, qui vixit an. 690. meminit voti simplicis, vt refertur *c. Si vir, 27. d.* videtur id additū ab aliquo iuris Pontificij doctore: cùm id non habeatur *c. Si quis votum, 27. q. 1.* vbi idem caput refertur. Vnde signum est, meram Ecclesiæ institutionem id discrimen instituisse. Et confirmatur, quia antiquitus non erat hæc professionis forma, & fuit inuenta ab Ecclesia, ab eaque robur accipit. Quartò, quia posset Ecclesiæ auctoritate constitui, vt vota, quæ nunc in religionibus approbatis vt solemnia emittuntur, desinerent esse solemnia, nec matrim. postea contractum dirimerent: & tamen in eis reperitur eadem traditio. Et si dicas, id prouenire, quia Ecclesia non recipit: iam habetur intentum, nimirum, vota solemnia non in sola traditione consistere, sed in ea, quam vt solemnem Ecclesia recipit: ac proinde totam voti solemnis celebritatem sola nuti Ecclesiæ auctoritate. Quintò, quia si quis emittat tria vota substantialia in religione, quam falsò existimat approbatam, aut in approbata in manibus superioris non legitimi, animum reuera habuit se tradendi, & vere se tradidit, at non sunt vota solemnia, nec soluerent matrimoniū subsequens: vt colligitur ex *c. vn. de voto, in 6. fine*: & notat *Abbas* ab omnibus receptus, *cap. Rursus, ad finem, qui clerici, vel vouent.* eo quòd Ecclesiæ auctoritas approbantis & admittentis desideretur. Et confirmatur, quia cùm homo sit dominus propriæ libertatis, nil obstat, quo minus se possit Deo in mancipium per vota tradere: sicut se potest cuilibet homini vendere: ac proinde eam traditionem non esse solemnem, ac sufficientem ad matrimonium dirimendum, non prouenit ex ipsa rei natura, sed ex Ecclesiæ cōstitutione, prohibentis valorem talis traditionis non acceptatę ab ipsamet Ecclesia. Sextò, quia cùm Deus sit vbique præsens, & votum simplex sit res sibi grata, censetur illud acceptare, tamquam rem sibi traditam & oblatam, *Regula, Qui tacet, de regulis iuris, in 6.* ac proinde transit in pactum, vt traditur *rub. & c. De pactis*, sicut in professione acceptat superior. Non ergo differentia inter hæc vota consistit, quòd in solo solemni sit traditio. Et confirmatur, quia non est cur Deus per se ipsum immediatè non acceptet quando soli Deo promitto: alias non esset peccatum fractio voti simplicis. Et si dicas, acceptare quantum ad obligationem, & religionis virtute, non re quantum ad obligationem, & religionis virtute, non re quantum ad translationem dominij rei promissæ in ipsum Deum. Quærenda est ratio, cur Deus vnum & non aliud vsurpet. Septimò, quia nulla alia differentia reperiri videtur inter votum simplex per modum futuri, vt, Voueo emissum, vt, Voueo castitatē; & per modum futuri, vt, Voueo me ingressurum religionem nisi quod in hoc nulla sit

rei

rei traditio, sed promissio tradendi in futurum: in illo autem sit quædam de præsenti traditio, & exhibitio sui corporis ad abstinendum ab omni actu carnali, etiam alias licito. Nulla enim alia differentia apparet. Atque ideo distincta obligatio in his votis reperitur. Quippe fornicans post votum religionis, in quo in virtute castitas includitur, non peccat aduersus votum: secus autem est in fornicante post castitatis votum: cuius alia ratio nequit reddi, nisi vouentem religionis ingressum se solùm promisisse, at vouentem castitatem se etiam tradidisse. Non ergo id interest inter votum solemne & simplex, quòd in illo solo fit traditio. Octauò, quia ex nullo textu constat Ecclesiam impedire, quin possit homo suum corpus immediatè Deo per votum tradere ad perpetuam continentiam seruandam: sed tantùm definitur *cap. vnico de voto, in 6.* eam traditionem non esse solemnem, quæ matrimonium postea contractum dirimat. Et confirmatur, quia si Ecclesia eam traditionem irritaret, non maneret voto castitatis astrictus, qui eam voueret animo se tradendi Deo: sicut vendens se sine solemnitate iuris impedientis traditionem, nullam contrahit obligationem. Cuius oppositum constat ex *cap. Quidam, & c. Placet, de conuers. coniug.* vbi coniux professus absque alterius coniugis licentia non ligatur professione solemni, bene tamen ea valet, vt votũ castitatis simplex. Nonò, quia Gregor. XIII. in bulla concessa Societati Iesv anno 1584. incipienti, *Ascendente Domino*, decidit vota, quæ post biennium emittuntur à religiosis Societatis Iesv, esse simplicia, & tamen in eis esse veram traditionem, & acceptationem Ecclesiæ, ibi: *Statuimus atque decernimus, tria vota huiusmodi, etsi simplicia, ex huius sedis institutione, ac nostra etiam declaratione & confirmatione, esse vere substantialia religionis vota, ac in dicta Societate tam quam in religione approbata per eandem sedem, admissa fuisse, & esse, ac per nos admitti.* Ac proinde ibidem decernit discedentem post ea vota, subdi pœnis apostasiæ & excommunicationis. Decimò, quia cum de voti natura sit promissionem factam Deo esse: vt ex eius definitione constat: non videtur esse traditio in voto solemni, tamquam de eius essentia: alias non esset essentialiter promissio, & subinde nec votum. Cùm promissio & traditio sint rationes contrariæ, & tradito toto homine per votum solemne, nil supersit, quod in posterum promittatur. Et confirmatur, quia votum emissum in ordine sacro castitatis seruandæ, est perinde solemne, ac emissum in religionis professione: ac æquantur *c. vnico, de voto, in 6.* & tamen non reperitur ibi traditio alia specialis, quam in voto castitatis simplici (vt probabo disput. 27. num. 17.) Vndecimo, quia traditio habet rationem generis & materiæ in voto solemni: at circumstantiæ ab Ecclesia institutæ rationem differentiæ & formæ: per illas enim completur in esse solemni: sed res non à genere & materia, sed à differentia & forma habet esse tale: vt homo non ab animali & materia, sed à rationali & forma habet esse hominis. Non ergo differentia specifica & essentialis collocanda est inter votum simplex & solemne, in traditione, sed in illo statuto Ecclesiæ. Tandem, quia iusiurandum solemne à simplici non differt, nisi in hoc, quòd in illo formula solemnis iure præscripta reperiatur, qua hoc caret: & eodem modo secernuntur testamentum solemne, & non solemne: atque ideo in iis ea solemnis formula ac celebritas non est ex iure naturali & diuino, sed ex iure scripto. Sic igitur votum ex eo tantùm solemne dicetur, quod in eo cæremonia & formula iure præscripta adhibeatur, nec ea solemnitas ex alio iure erit, quàm Ecclesiastico. Et ideo hanc sententiam tuentur *Scotus 4. dist. 38. quæst. vnic. & ibi Paludan. quæst. 4. art. 4. conclus. 11. num. 49. Caietan. 2. 2. qu. 88. art. 7. dub. 1. Abulens. c. 30. Numer. q. 109. col. 4. vers. Respondendum est vt supra. Michael Medina de sacrorum hominum continentia, lib. 4. controuersia 7. c. 22. & multis seqq. Guillelmus Borrillong. 4. d. 38. q. vn. a. 2. concl. 1. & ibi Palacios disp. 2. concl. 2. 3. & 4. Onandus ibi, quæst. vn. propos. 16. Azor lib. 12. instit. moralium cap. 6. q. 1.* & eiusdem sententiæ videntur omnes, quos disputatione sequenti nu. 2. referam, quia asserunt solo iure Ecclesiastico dirimi matrimoniũ per religionis professionem. Et hanc sententiam dicit probabilem *Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. 6. punct. 5. col. 3. §. Sed quod attinet.*

Hinc infert hæc sententia, tótam voti solemnis rationem esse iuris canonici constitutione inductam: & proinde in eo solo sitam esse, quod ius canonicum instituit. Et probat ex *cap. vnic. de voto, in 6.* sic docet *Azor dict. cap. 6. in quæst. 2.* 3

Secundò infert, omnia quæ in voto solemni intrinsecè 4
cluduntur, in quantum est actus voluntatis transferentis dominium rei promissæ in Deum, esse prorsus æqualia in voto simplici, quod in præsens confertur, quale est votum simplex paupertatis, castitatis & obedientiæ: atque adeò traditionem non esse magis in vno quam in alio. Quod probant aliquot ex argumentis num. 2. adductis. Et ita docent *Scotus 4. d. 38. q. vnic. & ibi Onand. q. vn. propos. 16. Medina lib. 4. de sacr. hominum continentia, controuersia 7. c. 22. ad finem. Azor d. c. 6. q. 7.*

Tertio infert, votum simplex, quo res præsens vouetur 5
ex natura sua, & per se, tanti esse vinculi quanti solemne, sed Ecclesiæ solius constitutione minorem vim habere. Quia æqualis est in vtroque traditio facta Deo, & ab ipso acceptata: differunt autem quòd Ecclesia per solum votum solemne dirimi matrim. subsequens statuerit. Secus quando votum est promissio rei futuræ: minoris enim tunc est per se vinculi, voto solemni, in quo est vera traditio. Sic *Azor d. c. 6. q. 7.*

Demum infert, votum simplex rei præsentis & solem- 6
ne eiusdem rei, non differre specie, sed sola extrinseca & accidentali differentia. Quoniam extrinseca Ecclesiæ sola constitutione secernuntur. Ecclesia autem rei naturam non mutat, sed vim & robur adiungit. Sic *Caietan. 2. 2. q. 88. a. 7. in fine. Medina de sacrorum hominum contin. lib. 4. controu. 7. cap. 18. §. Hinc iam solemne, & §. seq. Azor d. cap. 6. quæst. 8.* Quod idem tenet *Petrus de Ledesma* (quamuis non sit illius secundæ sententiæ) *de matrim. quæst. 13. art. 2. dubio vnico in solutione ad 4.* & videtur tenere *Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. 6. punct. 5. fin.*

Tertia sententia ait, votum solemne religionis consi- 7
stere essentialiter in traditione actuali dominij sui ipsius in manus Dei, & manus eorum, qui vicem Dei tenent: ac in eo distare à voto simplici. Quam sententiam ex parte docuisse videntur *D. Thom. 4. d. 38. quæst. 3. art. 2. quæstiunc. 3. corp. & ad 1. & art. 3 quæstiunc. 2. corp. & quæstiunc. 3. corp. & ad 3. D. Bonauent. eadem d. art. 2. quæst. 1. Durandus ibi, q. 1. num. 7. & in solut. ad 1. & quæst. 2. num. 8. Ricardus ibi, art. 7. q. 2. corpor. Mayronis qu. vnic. particul. 4. Capreolus 4. d. 33. quæst. vnic. art. 1. conclus. 2. & a. 3. in solut. ad 1. Scoti contra 2. conclus. Deza 4. d. 33. q. vn. art. 3. notabil. 4. Carthus. 4. d. 3. 8. quæst. 2. Fortun. Garcias cap. 1. de pactis, nu. 13. vers. Quid igitur dicendum. Turrecrem. c. Presbyterii. num. 1. & 2. d. 27. & c. 1. 27. q. 1. art. 2. num. 4. corp. & in solut. ad 3. & a. 3. num. 7. in solut. ad 1. Tabiena verb. Dispensatiõ, qu. 7. num. 8. in solut. ad 1. & verb. Impedimentum, impedimento 2. nu. 5. Sotus l. 7. de inst. quæst. 2. art. 5. colum. 6. vers. Igitur si opinio, & vers. Sed air. & 4. d. 38. qu. 2. art. 1. colum. 2. vers. Ex omnibus: & art. 2 in probatione prima conclus. & in solutione ad 1. Petrus de Soto lect. 5. de matrim. ad fin. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 4. num. 7. Ledesma 2. p. 4. q. 55. art. 1. statim in princip. Alexand. Carrer. lib. 3. de sponsalib. cap. 6. ad fin. Cebata 4. d. 37. q. 4. & d. 38. q. post 7. argumentum, §. Vlterius est notand. Viguerius lib. institut. cap. 16. §. 7. vers. 9. impedimento 3. Stunica de voto q. 6. num. 99. Matienzo lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gloss. 1. num. 7. Vega in sua sum. casuum c. 49 statim in princip. Enriquez lib. 12. de matrim. ca. 5. nu. 3. & 4. iuncto comment. lit. R. Barbosa rubrica, ff. soluto matrim. 2. p. à n. 93. vsque ad 100. Aragon 2. 2. q. 88. art. 7. Vgolin. de sacram.* vbi de matrim. *c. 19. n. 4. Valentia 2. 2. disp. 6. qu. 6. puncto 5. col. 3. §. Sed quod attinet, & 4. part. disp. 10. de matrim. qu. 5. puncto 3. in impedimento voti. Vinaldus candel. sacram. 1. p.* vbi de matrim. *n. 129. Petrus de Ledesma de matrim. q. 53. ar. 2. dub. vnic. conclus. vnica, post 6. probationem: & in solutione ad 5.*

&

& 6. Bart. de Ledesma de matrim dub. 32 conclus. vnica, & dubio 33. statim in princ. Lud. Lopez 1. p. instruct. de matrim. c. 48. col. 5. §. Circa prædictam doctrinam, & in solut. ad 1. Graff. 2. p. decisionum, lib. 2. c. 12. num. 40. Vega 2. tomo summ. cap. 57. casu 21. Et hanc quoque differentiam inter votum simplex, & solemne, agnouere quidam alij antiquiores, quamuis iure solo humano dirimi matrimonium subsequens per professionem asserant. Hi sunt *Ioannes Andr. cap. vnico, de voto in 6. n. 1. & ibi Archid. n. 1. Anchar. n. 2. notab 3. Dominicus n. 10. idem Archid. c. fin. n. 3. d. 27. Cardin. clem. vn. de consangu. nn. 19. q. 24. Altisiod. l. 3. sua sum. tract. 28 cap. 2. q. 3. qua incipit, De simplici voto, vers. Quod votum solemne. Brunellus de sponsalibus, conc. 31. num. 2.* Quamuis autem hæc sententia multis Auctorum testimonijs corroborata sit, adeò tamen vrgent, & auctoritas Pontificum, & rationes pro secunda sententia allatæ, vt ab ea minimè recedendum putem, sed ea omnino tenenda est tamquam probabilior, & decretis Pontificum congruentior.

8 Sed vt videantur fundamenta huius tertiæ sententiæ & corollaria, quæ ex illis inferunt eius defensores, vt vel sic faciliùs & meliùs impugnetur, oportet aliqua præmittere. Primò iuxta hanc sent. præmittendũ est, castitatem, paupertatem, & obedientiam esse annexa essentialiter statui religioso, ita vt sine illis consistere nequeat. Quia religiosi status est, ad perfectionem anhelare, eique adipiscendæ neruis omnibus incumbere: ad eam autem adipiscendam desideratur animi auulsio ab ijs omnibus, quę non modico obstaculo sunt, ne religiosus expeditè in Deum feratur: qualia sunt, venereorum vsus, tum ex vehementi delectatione, qua animum ad terrena rapiunt: tum etiam, ex cura familiæ filijsque prouidendi, quæ varijs curijs solicitudinibusq; animum obruit: cupiditas bonorum temporalium, ac propria voluntas. Quæ tria votis castitatis, paupertatis, & obedientiæ coercentur. Præterea, quia per professionem, nuntium prorsus remittit seculo religiosus, moriturque mundo, & ad vitam spiritualem se transfert omnino, mancipans se Dei obsequio. Quod nequit simul stare cũ matrim. in quo incumbit necessitas prouidendi vxori & familiæ. Quare *Apost. 1. Cor. 7.* ait: *Qui cum vxore est, solicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est.* Vnde nomen monachi ab vnitate sumitur, per oppositum ad diuisionem prædictam. Quod clarè docetur *c. 16. q. 1.* ibi: *Placuit omnibus residentibus in sancta Nicena Synodo, vt monachorum conuersatio & vita, secundum etymologiam nominis, ab omnibus discrepet, Monachus enim Grece, Latine singularis dicitur.* Et melius *c. Placuit, el 2. ea. q. quod est ex Eugenio Pontifice*, vbi monachis omnino interdicitur negotijs etiam spiritualibus extra claustrum vacare. Et redditur ratio, ibi: *Quia mundo mortuus est, Deo autem viuit.* Atque ita natura huius status petit, vt nullo sibi reseruato dominio transferatur quispiam in Dei potestatem, cuius obsequio omnino per eum statum se dedicat.

9 Secundò præmittendum est, desiderari quoq; ad religiosum statum essentialiter, vt hæc tria voto aliquo firmentur. Quod docet *D. Th. 2. 2. q. 186. a. 3.* quem vniuersi sequuntur. Et ratio est, quod status petat immobilitatem, & obligationem operis ad illúm statum pertinentis, solemnitate aliqua firmatam, (vt probat *D. Thom. 2. 2. q. 183. a. 1.*) Vt constat in statu coniugatorum & Episcoporum. Sicut enim inter homines, vt quispiam serui aut liberi statum adipiscatur, desideratur obligatio aliqua, aut absolutio. Non enim seruus quispiam efficitur, aut liber, quod seruiat, aut seruire desinat. Quia & liberi aliquãdo seruiunt, & serui fugitiui seruire desinunt. Sic in spiritualibus ad statum desideratur immobilitas & obligatio aliqua.

10 Tertiò præmittendum est, requiri, vt tria prædicta vota constituant verum religiosum, ea emitti in religione approbata pro tali à Sede Apostolica, nec satis esse, vt modus viuendi approbatus sit, nisi tamquam vera religio approbetur. Quod bene docent *glossa clem. Cum ex eo, verb. Tertio, de sent. excom. Abb. rubr. de regular. n. 1. Angelus verb. Religiosus, n. 1. Sylues. Religio 1. q. 1. Armilla verb. Religio n. 4. Nauar. in antiqua editione, c. Non dicatis, 12. q. 1. nu. 13. 14. in noua* vero *comment. 1. de regularibus, quod est super c. Cuiportio, 12. q. 1. nu. 18. corol. 23.* Hæc autem Pontificis approbatio non est institutio religionis, nec de eius essentia, sed exigitur vt conditio sine qua non, quatenus integrum est Pontifici impedire, ne hæc vel illa tanquã vera religio habeatur: & exigere conditiones in professione petitas, quo vota sint solemnia. Quod ex eo constat, quia essentia religionũ in euangelio fundamentũ habet: atque adeo ex hac parte non indigent religiones Pontificis approbatione. Quare SS. Antonius, Basilius, Augustinus, Benedictus, qui fuerunt auctores religionum, nullam Pontificiam approbationẽ requisiere: nullibi enim legitur eam esse quæsitam. Quia nondum erat ius Ecclesiasticum id præcipiens. Posteà vero prohibita est nouæ religionis institutio absque Pontificis approbatione, *c. fin. de relig. domib. & c. vn. eo. t. in 6.* Et ita docet *Bellarm. l. 2. de monachis, & c. 4.*

11 Quartò præmittunt defensores aliqui huius tertiæ sent. duplicem esse traditionem, quãdam perfectissimam & solemnem, quæ tradentem semetipsum priuat totali corporis dominio, & ex consequenti per se & ex ipsa rei natura inhabilem reddit ad transferendum dominium sui in alium. Alteram autem esse non perfectissimam, neque solemnem, quę nimirum reddit personam subiectam ac mancipatam illi, cui traditur: at non priuat tradentem omnino dominio, nec incapacem efficit ex vi illius traditionis, quin valide, peccando tamẽ, transmittat sui dominium in alium. Et huiusmodi (inquiunt) est traditio, qua religiosi Societ. Iesv finito probationis biennio tradunt se Societ. per tria vota simplicia. Sunt enim capaces dominij acquirendi, ac per se & ex natura rei contrahendi valide matrim. nisi obstaret noua Greg. XIII. constitutio, quæ illud irritauit. Iuxta hanc tertiam sent. votum simplex & solemne specie differunt secundum diuersitatem traditionum supra explicatam.

12 Quintò supponendũ est, id quod dicitur essentiam voti solemnis consistere in traditione, non ita accipiendum esse, vt constituatur hæc traditio in ipso vouentis actu, quasi ille actus sit ex sola sui ratione intrinsece & essentialiter, actualis donatio, siue translatio dominij sui ipsius ad differẽtiam actus, quo emittitur votum simplex. Quia si solum actum attendamus, quo quis vouet solemniter, nil reperiemus essentialiter in illo, quod non reperiatur in actu voti simplicis rei præsentis, vt quo vouetur castitas. Sicut enim vouens solemniter, obstringit Deo totam suam personam, & totam suam operandi facultatem, ad castitatem seruandam: ita etiam vouens simpliciter. Sed consistit essentia voti solemnis in traditione facta per ipsum vouentem & à Deo acceptata. Itaque ad plenam voti solemnis rationem requiritur essentialiter traditio ex parte vouentis, & acceptatio ex parte Dei. Constat, quia matrimonium carnale non perficitur sola traditione alterius coniugis, sed essentialiter postulat acceptationem alterius, cum sit contractus mutuus. Ergo similiter matrimonium perfectum spirituale, quod professione religionis initur, vtrumque essentialiter desiderat. Et confirmat. quoniam professio non est contractus gratuitus, instar voti simplicis, sed est contractus onerosus, vltro citroque obligatorius, quo professus fidem suam astringit Deo, & obligatur religioni, & religio ipsa Dei nomine obligatur religioso, ad retinendum eum, & alendum, & tractandum secundùm religionis institutum. Vt bene docent *Nauar. libr. 3. consil. tit. de regularibus, in priori editione, cons. 5. num. 1. in posteriori, cons. 26. num. 1. Azor lib. 12. instit. moral. cap. 4. qu. 5. fin.* Deinde, quia nec traditio, nec donatio perfecta esse valent, aut transferre dominium à donante in donatarium, sola donantis traditione, sed donatarij quoque acceptatio desideratur, vt latè probaui l. 1. disp. 6 num. 2. & sequ. Sic explicant hanc sententiam *Soto lib. 7. de iust. q. 2. art. 5. col. 6. vers. Igitur si opinio, & vers. Sed ais. Toledo lib. 4 sum. cap. 18. num. 1. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 5. colum. 4. & seq. Aragon 2. 2. q. 88. a. 7.* & nemo negat.

Hæc

13 Hæc autem acceptatio, per quam transfertur dominium in voto solemni, non fit immediatè à Deo, sed ex Dei commissione, per ministros ab Ecclesia ad id deputatos: atque ita cùm votum simplex soli Dei fiat, non inuenitur in eo perfecta ratio traditionis, per quam se dominio sui abdicet vouens, hanc autem acceptationem non fieri immediatè à Deo, quamuis vbique præsens sit. sic explicant *Ripa rubr. ff. de verb. oblig n. 21. & ibi Iacobus Nigrus n. 78. ad fin. Barbosa rubr. ff. solut. matrim. 2. p. n. 93.* quod consensus & acceptatio fit ex diuersis animi motibus, eorum idem sensus, *l. 1, ff. de pactis:* in Deum autem nullum accidens, nullusque animi motus cadere potest. Sed hic explicandi modus minime placet. Quia complacentia, gaudium de bono opere, acceptatio, displicentia de peccatis, in Deum cadunt, absque ipsius mutatione & accidenti. Quare legitima ratio est, cur ad votum simplex acceptandum solus Deus concurrat, non autem ad solemne. Quoniam est valde dissimilis ratio in acceptanda promissione, & acceptanda traditione: nam acceptatio promissionis eo solum ex ipsa rei natura pertinet, vt promittens maneat astrictus ad standum promissis, retenta potestate & cura gubernandi rem promissam, eiusque dominio, penes ipsummet vouentem. At acceptatio traditionis perfectæ cum acquisitione possessionis & dominij, ordinatur ex natura rei ad vsum rei traditæ & acquisitæ, eiusque gubernationem, frustra enim est dominium sine vsu. Et hinc est Deum numquam se solo admittere traditionem totalem alicuius rei sibi factam, nec vsurpare dominium peculiare illius, vltra id, quod illi competit tanquam causæ vniuersali, nisi medijs prælatis. Non enim vult vti immediatè, & tanquam causa particularis, re aliqua, & eam gubernare. Quod explicatur exemplo: nam ideo non admittitur peculiare agri dominium, per donationem Deo factam, nullo eius nomine acceptanti. Quia Deus de lege ordinaria nequit vti nec frui agro illo, vt causa particularis, nisi medio aliquo homine. Adde, quia esto Deus acceptaret cæteras donationes sibi factas, at noluit in hac re grauissima se ipso immediatè acceptare, non interuenienti auctoritate Ecclesiæ leges præscribentis, vt ea foret legitima. Quòd sit status perfectus, ac valde difficilis, ac propterea magnam deliberationem petat. Atque ita *c. vn. de voto, in 6* definitum est hanc acceptationem non esse legitimam, nisi in religione per sedem Apostolicam approbata. Tandem, quia cùm perfecte dare & acceptare, constituant humanum contractum, oportet adesse acceptantem, humano more, sicut adest donans, vt perfectus & irreuocabilis contractus humanus ineatur. At Deus præsens est omnibus rebus tamquam causa vniuersalis, non tamen tamquam causa particularis more humano acceptans. Et hinc est, vt promissio simplex facta Deo non transeat perfecte in pactum, vt transit facta homini. Hanc enim violare iuxta receptiorē sententiam est iniustitia: secus in voto contingit, cuius violatio soli religioni aduersatur. Oportet igitur ad perfectam acceptationem adesse personam visibilem, quæ vices Dei gerat, & quasi ipsius procurator sit, habens ab ipso potestatem acceptandi, ipsius nomine & vice. Cùm autem pontifex sit, qui vices Dei in terra gerit; eius erit potestatem inferioribus concedere ad acceptandum nomine Dei, & leges præscribere, quibus seruatis, & non aliàs acceptatio legitima sit, ac dominij translatio in Deum sequatur: vt disponere circa ætatem tradentis se, tempus nouitiatus, ceremonias in professione seruandas. Ratio autem cur non cuilibet committatur hæc potestas acceptandi, ea est. Quòd cùm tradere hominem voluntatem suam, seque in perpetuum Dei mancipium alienare, sublata sibi penitus facultate de proprio corpore disponendi, sit res ardua, maximiq; momēti, fieri non debet sine magno iudicio & examine: & ideo non cuilibet cōmittenda est, nec quocumque modo, nec in quacumque ætate; sed in religione approbata, acceptante superiore illius, trāsactoq; nouitiatus anno, cōcurrētibusq; cæteris per leges Ecclesiæ petitis.

His ergo præmissis, sent. tertia, num. 7. proposita, quam 14
reiicimus, ait essentiam voti solemnis consistere in traditione ipsius vouentis, & acceptatione Dei per ministros ab Ecclesia ad id destinatos: & quamuis necesse sit adhiberi quoque circumstantias ab Ecclesia præscriptas: at diuerso modo concurrunt. Quia natura & essentia voti solemnis consistit in traditione illa sic acceptata, per quā dominium vouentis perfectè transfertur in Deum, ita vt iam sit dominus eius, non solùm sicut causa vniuersalis, quale cæterarum rerum dominium habet, sed comparet speciale dominium huius personæ, quod ipsa antea habebat in se, tamquam peculiaris persona, & domina suorum operum, ac proinde reddatur incapax per se, & ex natura rei, transferendi dominium in alium. Circumstantiæ autem per Ecclesiam præceptæ, vt legitima ac valida sit acceptatio, sunt conditiones sine quibus essentia voti solemnis non consisteret. Sicut essentia matrimonij consistit in traditione corporis vnius coniugis per alterum acceptata: conditiones autem, quas Ecclesia postulat, vt valida sit ea traditio; vt fieri coram Parocho, & testibus, in tali ætate, ne contrahentes sint consanguinitate aut affinitate coniuncti, & cæteræ, sunt conditiones sine quibus non consisteret matrimonium. Quare sicut sponsalia differunt à matrimonio, ita votum simplex, verbi gratia, castitatis à solemni eiusdem. Sicut enim sponsalia consistunt in sola promissione, retento dominio, ac facultate validè disponendi, ac proinde valet matrimonium initum spretis illis sponsalibus, quamuis peccetur: at matrimonium consistit in perfecta traditione, & acceptatione, per quam plenè transfertur dominium, & tollitur libertas validè de propria persona disponendi. Ita votum simplex consistit in promissione, retento dominio penes vouentem, & facultate validè disponendi contra votum: at solemne in perfecta traditione, & dominij, ac facultatis liberæ validè disponendi, translatione. Et hanc sentent. sustinent Doctores num. 7. allegati. Et specialiter ita explicant eam *Valentia 2. 2. disp. 6. qu. 6. punct. 5. col. 4. & sequ. Aragon 2. 2. q. 88. art. 7. Enriquez l. 12. de matrim. c. 5. num. 3. & 4. iunct. comment. lit. R.* Et probatur hæc sent. Primò, quia contraria sent. relata num. 2. dedecet excellentiam professionis religionis, quæ tanta est, vt teste *D. Tho. 2. 2. q. 189 a. 3. ad 3.* per illam omnia peccata quoad pœnam deleantur. Quod idem asserūt *D. Bernar. in l. de dispensat. & præcept. & D. Anselm. l. de similit. ad fin.* Quare *D. Hieron. Epist. 25. ad Paulam*, sentit statum religionis esse quasi secundum baptismum. Quæ creditu difficilia sunt, constituta professionis natura in extrinseco Ecclesiæ statuto, & non potiùs in perfecta traditione, & omnimoda sui ipsius dominij in Deū translatione. Secundò, quia hæc sententia consonat testimonijs sanctorū passim appellantiū professionem religionis, mortem spiritualem; quod nu. 8. probauimus. Non autem esset perfecta mors, nisi consisteret in renunciatione omnimoda dominij propriæ voluntatis, corporis, & rerum omnium. Tertiò, quia sicut homo se vendens potest se dominio abdicare, & in emptoré transferre: ita possibilis est in Ecclesia status, in quo non solùm promittatur aliquid faciendum, vel omittendum, ob Dei honorē, sed etiam totum dominiū personæ transferatur in Deum, constituendo se ipsius mancipium, ita vt iam Deus sit dominus eius tamquā causa particularis: quod genus colendi Deum est multo perfectius mera promissione. Ergo reperitur in statu religioso, quo nullus alius perfectior reperiri potest, quoad officiū perficiendi se ipsum, secluso officio perficiendi alios. Tandem, quia Gregor. XIII. in bulla quæ incipit, *Ascendente Domino*, appellat vota biennij Soc. Iesu simplicia, & tamen addit statutum, quo sic vouentes reddit inhabiles ad matrim. non ergo votum solemne differt à simplici, solo statuto annexo per Ecclesiam voto solemni, quo sic vouens redditur matrimonij incapax. Ex his ergo constat votum solemne in perfecta traditione consistere, quæ perfectio attenditur in tribus. Primò in obiecto, quia circa perfectissi-

ma obiecta est votum solemne, nempe, circa castitatem, paupertatem & obedientiam. Secundò, in perpetuitate & independentia ab omni euentu. Tertiò, in perpetua incapacitate ex natura rei cuiuscumque dominij & facultatis transferendi in alium. Et hæc vltima perfectio nulli voto simplici est communicabilis.

15 Quòd si ex hac sent. inferat quispiam non esse veros religiosos, qui in Soc. Iesv vota simplicia post nouitiatus biennium emisere. Quod olim sensit *Nauar. c. Non dicatis, num. 15. 12. q. 1.* Et videntur sentire DD. asserentes vota solemnia esse de religionis essentia. Hi sunt *Caiet. 2. 2. q. 188. a. 1. circa solut. ad 4. Angel. verb. Religiosus, init. Sylvest. Religio, 1. in princ. Armilla verb. Religio, n. 1. & ibi Tabiena initio, Sotus l. 7. de iust. q. 5. a. 1. concluſ. 8.* Et probatur, quia in ijs votis non est traditio perfectissima, priuans dominio sic vouentes, ac illud in Deum transferens, vt dixi n. 11. sed solo Ecclesiæ statuto redduntur inhabiles ad matrimonium. Sed Doctores huius sent. defendũt eos vere, proprie, & simpliciter esse religiosos. Quod definiuit Greg. XIII. in bulla incipienti, *Ascendente Domino.* Qua visa recantauit palinodiam *idem Nauar. in noniori edit. comment. 1. de regular. nu. 19. corollario 26.* Et constat, quia de essentia status religiosi non sunt vota solemnia, sed esse certam vitæ conditionẽ, qua viuitur in paupertate, castitate, & obedientia, voto firmatis, cum quadam immobilitate, & externa cæremonia, per quam res pateat Ecclesiæ, sub viuendi instituto, approbato tamquam verè religioso per sedem Apostolicam. Quod reperitur in illis votis. Secundò, quia per ea vota fit traditio, quæ verè reddit personam subiectam, ac mancipatam arbitrio & potestati superioris: ita vt minime in posterum integrum ei sit, absque apostasiæ labe ab eo instituto recedere: & vota illa acceptantur à superiore nomine Dei, ex facultate Sedis Apostolicæ. Nec obstat posse hos à Societ. dimitti, & sic dimissos manere liberos à votis. Quòd ad status immobilitatem, sufficiat ipsos ius non habere recedendi propria auctoritate, vt constat in triplici statuum genere, qui apud omnes verè & propriè status dicuntur, nimirum, Episcopi, religiosi professi, & serui: qui omnes in vero & perfecto statu immobili constituti sunt: quòd propria sponte ab eo resilire nequeant, quamuis auctoritate aliena auocari possint: nempe Episcopus & professus ex summi Pontificis licentia, interueniente iusta causa, vel in delicti pœnam: & seruus ex domini voluntate. Nec obstat etiam doctrina auctorum relata, asserentium naturam religionis petere, vt vota sint solemnia. Quia respondetur cum *Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. de matrim. punct. 3.* vbi de impedim. voti, *& Enriquez l. 12. de matrim. c. 5. n. 3* iunct. *comment. lit. N. & n. 6.* id quidem desiderari ad summam & perfectissimam status religiosi dignitatem, in quo statu sunt professi Soc. Iesv: secus tamẽ ad veram, propriam, & perfectam religiosi status rationem, in qua sunt alij è Soc. solis votis simplicibus astricti. Sicut omnes ordines sacri sunt verè & propriè sacramenta, licet non attingant perfectionem essentialem ordinis sacerdotalis. Ita etiam Sedes Apost. diuersos religionis gradus à Christo institutos approbauit, nimirum, perfectissimum cum votis solemnibus, & non eam perfectionem attingentem, attamen verum, propriũ, & perfectũ, cum votis simplicibus, in quibus etiam est traditio. Adde antiquos DD. propterea dixisse, ad naturam religionis requiri solemnitatem, vt significarent traditionem necessariam, quæ iure antiquo non erat sine votorum solemnitate, at verò post confirmationem religionis Societ. Iesv sine votorum solemnitate est vera personæ traditio, per quam Deo mãcipatur, ac proinde acquirit verum statum religionis. Quare bene concludit *Enriquez eo nu. 3. in comment. lit. N.* hũc statum religionis cum prædictis votis simplicibus esse ex diuina Christi institutione. Sed tandem dices non fieri posse in ijs votis traditionem reperiri: cùm n. præced. dixerimus cum communi DD. sententia in voto simplici solam promissionem reperiri, & in hoc differre à solemni, in quo est traditio. Quia respondeo cum *Valentia proximè cit.* id esse verum de voto simplici abstractè & præcisè considerato, secundùm generalem rationem voti simplicis, omnibus votis simplicibus communem: at vota simplicia Societ. Iesv continent etiam traditionem quandam, vt n. 11. explicuimus, non præcisè vt simplicia sunt, sed vt talia simplicia. Ex quibus omnibus constat eos Soc. Iesv votis prædictis simplicibus ligatos religiosos, non esse tales ex Apostolico priuilegio, sed verè, & ex rei natura ac Christi institutione. Quia iuxta dicta vertus religionis status ijs votis simplicibus est contentus.

Hinc primò auctores huius sent. inferunt aduersus 1. 16 corollariũ secundæ sent. n. 3. relatum, essentia voti solemnis esse de iure naturali & diuino: circumstantias autem, quæ accidentales sunt, & conditiones sine quibus non acceptatur ab Ecclesia votum solemne, esse de iure Ecclesiastico. Sicut essentia matrimonij est perfecte & integre, ex iure naturali & diuino: quamuis cõditiones ab Ecclesia petitę, sine quibus cõsistere nequit, sint de iure Ecclesiastico. Et hinc soluuntur pleraque ex argumentis secundæ sent. solùm enim probant non consistere essentiam voti solemnis in nuda traditione, sed desiderari quoque acceptationem Ecclesiæ. Quod nos n. 12. fassi sumus: & insuper probant esse necessarias circumstantias ab Ecclesia petitas: quod verum est, non tamquam partem essentiæ, sed tamquam conditiones sine quibus Deus non acceptat traditionem, nec Ecclesia eius nomine. Id tamen non concludit essentiam voti solemnis non consistere in traditione & haberi ex iure naturali diuino, sed esse ex mera Ecclesiæ institutione. Quia idem prorsus reperitur in matrim. (vt partim hic, partim nu. 12. probaui) cùm tamen eius perfectam essentiam iure naturali diuino consistere nemo in dubium vertat. Eodem modo venit intelligendum *ca. vn. de voto, in 6.* dum decernit solemnitatem voti esse ex solo iure Ecclesiastico inuentam. non enim loquitur de solemnitate essentiali, sed accidentali, & quæ est conditio sine qua non acceptat Deus votum. Et sic optimè est ratio in eo textu reddita, nimirum, cùm solemnitas voti sit ex solo iure Ecclesiastico: id est, cùm nullum votum possit esse solemne, & habere effectum dirimendi matrim. subsequens, nisi solum quod Ecclesia vt tale acceptat, seruatis circumstantijs per ipsam postulatis, & sola vt talia acceptet vota in professione religionis & ordine sacro emissa, inde est, vt nullum aliud sit sufficiens ad irritandum matrim. subsequens. Sicut idem posset dici de matrimonio, nimirũ, cùm nullum sit legitimum, nisi acceptatum ab altero coniuge, seruatis circumstantijs ab Ecclesia ad eius valorem præscriptis, nullum aliud matrimonium dirimet aliud post illud contractum. Et ita hoc corollarium videtur clarè docere *D. Tho. 4. d. 38. q. 1. a. 2. quæstiun. 3. corp.* vbi ait votum solemnizari per traditionem factam in manu prælati regularis recipientis, seruatis alijs circumstantijs, quæ secundum iura determinantur. Et docent expresse *Deza 4. d. 33. q. vn. a. 3. not. ab. 4. Victoria relect. de potestate Papæ, nu. 1. in solut. ad 1. Sotus l. 7. de iust. q. 2. a. 5. col. 6. vers. Sed ais, & col. 8. vers. Dissentio: & 4. d. 38. q. 2. a. 1. col. 4. vers. Quod ergo, & a. 2. in solut. ad 1. Pet. de Soto lect. 5. de matrim. §. Iam de voto. Conar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 4. n. 8. Matienzo li. 5. recop. t. 1. rubr. gl. 1. n. 70. Aragon 2. 2. q. 88. a. 7. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 5. col. 4. & seq. Enriquez li. 12. de matrim. c. 5. n. 6. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 53. a. 2. dub. vnic. in solut. ad 1. Barth. à Ledesma dub. 33. de matrim. paulo post 2. concl. Lud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. cap. 48. in solut. ad 1.* & ita intelligendi sunt *Gerson 3. p.* vbi de confil. euang. *alphab. 67. lit. T. & Ledesma 2. p. 4. pag. 69. a. 7. ad finem,* vbi ait vterque solemnitatem voti esse de iure positiuo.

Secundò inferunt contra 2. coroll. oppositæ sent. pu- 17 positum, in voto simplici, quo res offertur de præsenti Deo, non inueniri traditionem, sed nudam promissionem, (demptis votis Soc. Iesv, de quibus n. 15. diximus.) Distat autem inter ipsa & vota de futuro, vt votum ingrediendi religionem. Quod in illis promittatur res ab eo momento implenda, vt dum promittitur castitas, ac proinde ex tunc castitatis violatio est sacrilega contra votum: in his autem pro-

promittitur res in posterum offerenda, nimirum, status in quo est promittenda castitas, ac proinde fornicatio non est contra id votum donec actu castitas Deo promittatur. Et ratio est, quia vera traditio, per quam transfertur dominium, consistere nequit absque aliquo acceptante: vt probaui n.12. At Deus non acceptat se ipso, ita vt transferatur in ipsum dominium, nisi medio homine, vt probaui n.13. idque amplius confirmatur, quia fractio talis voti soli religioni aduersatur. Sed dices, fac id castitatis votum emitti in manu alicuius acceptantis, vt prælati, extra religionem approbatam. Sed respondeo adhuc esse meram promissionem. Quia promissio illa non fit homini in eius commodum, sed Deo in eius honorem. At prælatus ille non habet potestatem acceptandi à Deo. Et hoc corollarium docent Auctores tertiæ sententiæ n.7. citati.

18 Tertiò deducunt contra tertium corollarium oppositæ sententiæ relatum n.5. non tanti vinculi esse ex natura ipsa rei, votum simplex, quanti solemne. Sicut nec in cæteris contractibus sunt eiusdem vinculi, simplex promissio & traditio. Simplex enim promissio non priuat dominio promittentem, nec efficit vt inualida sit donatio alteri facta: quod est conforme tertiæ sententiæ nu.7. propositæ, illudque amplius probabimus disp. seq.

19 Quartò deducunt contra 4. corollarium n.6. citatum, differre specie votum simplex & solemne. Quod promissio & traditio, & actus sint specie diuersi, ac suapte natura longè diuersos effectus producant, sicut sponsalia & matrim. Sic docent *Sotus lib.7 de iust. q.2. a.5. in solut. ad 1. Aragon 2.2.q.88.a.7. ad fin. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c.35. nu.5.* & colligitur ex *D. Thom. 4.d.38.q.1 a.2. quæstiunc. 2 corp.* vbi ait distingui hæc vota, sicut sensitiuum & vegetatiuum.

20 Quintò explicant, qualiter in voto solemni inueniatur ratio generica voti, nempe, promissio, & specifica, per quam constituitur in propria specie solemnis, nimirum, traditio. Quod explicuit *Petr. de Ledesm. de matrim. qu.53. a.2. dub.vn. in solut. ad 6.* dicens esse traditionem respectu corporis & voluntatis, ac potentiæ possidendi, quæ actu sunt in homine, & sunt radices quædam operationum sequentium, ac ipsas virtute continent: promissionem verò respectu operationum sequentium. Quia traditio propriè, & in rigore nequit esse nisi eorum quæ actu sunt. At potest etiam dici traditio respectu operationum, quatenus virtute traduntur, traditis earum principijs & radicibus. Quare merito appellatur professio, traditio totius hominis, si quidem actu per illam traduntur Deo radices omnium operationum, & in virtute operationes ab illis procedentes. Nec hæ rationes sibi inuicem aduersantur, cùm sint respectu diuersorum, promittuntur enim operationes, & traduntur radices.

21 Sextò deducitur decisio eius quæstionis valde controuersæ inter DD. an votum castitatis in religione approbata in manu prælati illius emissum, non promissis paupertate & obedientia, sit solemne, ac per consequens per illud dirimatur matrim. subsequens? Affirmant plerique ex Iurisperitis. Quod in aliquibus religionibus emittatur professio, sola obedientia secundùm regulam promissa. Item, quia *c. fin. qui cleric. vel vouen.* decernitur validam esse professionem, ac per eam dissolui matrim. in qua adiectum est pactum, vt professus maneat in propria domo, ac propria substantia retenta. Ita sentiunt *gloss. c. Ex parte tua, verb. Propositum. de conuers. coniug. & ibi Innoc. nu. vn. super verb. Consummandum. Anton. c. Rursus, nu.8. qui cler. vel vou. & ibi Præpos. n.13. vers. Item modus solemnizandi votum est, quando quis promittit paupertatem.* & *ibi Alex. de Neuo, n.21. Ant. Cuc. l.5. institut. maiorum. t.12. n.23.* Addunt *Innoc. & Alex. de Neuo* non sufficere id votum ad dirimendum matrim. ratum præcedens, nisi tria religionis substantialia vota præmittantur. At dicendum est id votum non esse solemne, nec per illud dirimi matrim. subsequens. Quia *c. vn. de voto, in 6.* petitur ad id, professionem emitti in religione approbata, atque ita vt sit talis, quæ verè constituat religiosum. Qualis non est hæc, vt bene docent *Angel. verb. Professio, n.1. & ibi Tabiena q.1. nu.2. Armilla nu.1. Sylvest. Religio, 3. q.18.* & constat, quia religionis essentia penitria substantialia vota emitti, vt probaui n.8. & 9. Et ideò hanc partem tuetur *Abbas d.c. Rursus, in fin.* Nec obstant argumenta contraria. Quia in eo voto obedientiæ secundùm regulam claduntur vota paupertatis & castitatis, quæ in ea regula continentur. Nec obstat similiter *c. fin qui cler. vel vou.* quia quàuis in eius intelligentia multum elaborent Iurisperiti: at communis interpretandi modus est, in ea professione adfuisse votum obedientiæ, erat enim ea femina professa habitatura in propria domo sub Abbatis obedientia. votum quoque paupertatis quia reseruatio propriæ substantiæ erat quoad solum vsum de licentia Abbatis.

Septimò deducitur solutio alterius quæst. nempe, an promissio trium votorum facta in religione approbata, & acceptata per superiorem illius, non obligando se illi religioni, sed religioni in genere, habeat vim voti solemnis dirimentis matrimon. subsequens, an solius simplicis? Et quidem communis Doctorum sententia affirmat. Ducitur per *c. Constitutionum de regul. in 6.* vbi decidit professionem factam tacitè ante finitum nouitiatus annum, per delationem habitus professorum triduo, obligare professum, non illi religioni speciali, cuius habitus est susceptus, sed religioni cuicumque. Atque ita sentiunt *Goffred. sum. t. de regular. n.12. & Host. sum. eo t. nu.8. vers. Sed quid si ingressus. & tit. Qui cler. vel vou. fin. Ioan. Andr. c. Consul. num.7. de regul. & d.c. Constitut. n.2. & ibi Anchar. n.2. not. ab. 4. Franc. nu.4. Domin. ibi, §. In alia, n.9. Anton. c. Rursus, nu 8. qui cler. vel vou. Abbas c. Cum virum, in fin. de regul. Palud. 4.d.38.q.3.a.5. n.33.34. Roscella verb. Nouitius, nu.19. Guiliel. de Monte Lauduno repetit. in clem. vnic. n 8. de consang. Gaet. repet. 6. Ad limina, 30. q.1.§.4.n.343.q.127.* At dicendum est non habere vim voti solemnis dirimentis matrim. sed vim voti simplicis obligantis religioni in genere (intellige ante Trident. & sic intelligitur *d. c. Constitution.* post *Trident* enim *sess. 25. de regul. c. 15.* nullam vim etiam voti simplicis habet professio expresse facta, nedum tacitè, ante annum nouitiatus expletum: vt ibi expresse decernitur.) Et ratio huius sententiæ est, quòd professio sit contractus mutuus, quo religiosus monasterio, & hoc illi obligatur, (vt probauimus nu.12.) cùm nulla igitur religio ei obligetur, ea professio nullius religionis approbatæ potuit esse: quod ad valorem voti solemnis dirimentis matrim. petitur *c. vnic. de voto, in 6.* Et ideò hanc sent. amplectuntur *Calderinus consil. 26. de regul. Angel. verb. Profess. n.1. & 2. & verb. Nouitius, nu.14.* vbi *Armil. n.9. Sylvest. Religio, 3 q.5 & 18. Tabiena verb. Nouitius, q.6. n.7. Navar. comment. 2. de regul. nu.5. corol.4. & comment. 3. nu.44. Anton. Cucus lib.5. institut. maiorum, t.12. n.23. Azor lib.12. institut. moralium, c.1. q.5. fin.*

22

Vltimò infertur, quid dicendum sit de votis Beatarum, & aliquorum Fratrum D. Dominici, & tertij ordinis D. Francisci, Eremitarum, Equitum ordinum militarium, an sint solemnia, ac proinde sufficientia ad dirimendum matrimonium? De qua re egi lib.2. disp.18. num.4.5.7.8. Consulantur ibi dicta.

23

Sed vt dixi n.7. in fine, nullatenus hæc sentent. placet. quia minùs bene constat cum testimonijs Pontificum, & minùs bene defendit constitutionem Gregorij XIII. n.2. allegatam. & quod iuxta illam dicitur nu.8. circa fin. pugnare videtur directè cum ea constitutione de fimente illos, qui retento dominio vota post biennium simplicia emittunt, esse proprie & vere religiosos, non secus atque ipsos professos: quod verum non esset, si natura status religiosi id peteret, vt nullum reseruaretur dominium. præterea quod n.11. asserit prædicta sent. 3. esse duplicé traditionem, alteram perfectissimam, alteram autem minùs perfectam: pugnare etiam videtur cum dicta constitutione Greg. XIII. quia hæc traditionum diuersitas manifestam traditionum diuersitatē specificam denotat, quia per earum alteram professus priuatur ex natura rei quodam corporis dominio, quo non priuatur non professus.

24

quòd si huiusmodi traditiones essentialiter differant, palam fit essentiam status religiosi, quæ per traditionē completur, essentialiter imperfectiorem esse, & diuersam in ijs Soc. Iesv religiosis, qui sola vota simplicia emittunt: quos tamen dicta constitutio Gregor. XIII. definit vere & proprie esse religiosos, non secus atque professos cuiusque religionis: tandem quia male explicat prædicta sententia n. 16. decretū *Bonif. c. vn. de voto, in 6.* asserentis solemnitatem voti esse de solo iure Ecclesiastico inuentam, esse intelligendum de sola solemnitate accidentali, & non de essentiali: quod responsum aperte aduersatur definitioni Gregorij XIII. in dicta constitutione, qui dum refert errorem eorum qui male interpretati fuerant priorem ipsius constitutionem, & dixerant eos, qui non sunt professi per vota solemnia, non esse vere religiosos, ait eos id dixisse non considerantes voti solemnitatem sola Ecclesiæ constitutione inuentam esse: at illi Theologi, contra quos Pontifex loquebatur, satis considerauerant solemnitatem voti accidentalem esse ab Ecclesia inuentam, atque id ad decretum Bonifacij respondebant, quod decretum illi sibi in suis scriptis obiecerant, atque horum responsum Gregor. XIII. vidit in eisdem scriptis: ergo constitutio Gregorij XIII. de solemnitate etiam essentiali intelligēda est, atque eodem Gregor. XIII. interprete decretum Bonifacij de illa eadem essentiali solemnitate intelligi debet, & ex ijs patet solutio ad argum. contraria proposita nu. 14. pro 3. sent. quam reprobauimus, cum ex his, & dictis n. 2. constet eius fundamenta non esse solida. Sextum tamen, septimum, & vltimum corollariū adducta n. 21. 22. & 23. vt sunt verissima, ita iuxta omnem sent. amplectenda sunt.

DISPVTATIO XXVI.

Quo iure votum solemne in professione religionis emissum, matrimonij contractum postea initum dirimat?

SVMMARIVM.

Matrimonium subsequens est irritum, post religionis professionem, n. 1.
Refertur sententia asserens id esse ex iure Ecclesiastico, n. 2.
Refertur alia sententia, n. 3.
Proponitur Auctoris sententia n. 4.
Soluuntur argumenta, n. 5.

1 IN hac disp. illud certissima fide tenendum, præmittendum est, nimirum. matrim. subsequens solemnem religionis professionem esse irritum. Sic enim definitur in *Concilio Toletan. 1. ca. 16. & Toletan. 4. can. 51. Toletan. 8 can. 6. Chalcedonensi, can. 16. Foroiul. can. 2. Turon. 2. can. 16. Triburiensi, can. 23.* & à *Siricio Pontifice epist. 1. cap. 6. Innocent. 1. epist. 2. c. 12. & 13. Gelasio 1. epist. 1. c. 22. & 23. Gregor. 1. li. 1. epist. 40. Alex. 3.* & refertur *c. Meminimus, qui cler. vel vou. Innoc. 3.* & refertur *c. fin. eod. tit. Bonif. 8.* & refertur *c. vn. de voto, in 6.* & notissime veritas hæc definita est in *Trid. sess. 24. de matri. can. 9.* & eandem veritatem docuere SS. Patres, *D. Cyprian. li. 1. epist. 11. ad Pompon. D. Basilius l. de virginitate, paulo vltra medium. D. Ambros. lib. ad virginem lapsam, c. 5. D. Chrysost. epist. 6. ad Theodor. D. Hieron. lib. 1. in Iouinian.* Idque latissime aduersus hæreticos nostræ tempestatis, eorum rationibus cōfutatis, defendit *Bellarmin. in suis controuersiis, lib. 2. de monachis, à c. 22.* & conuenientissimum quidem est. Quod religiosi statu imperfectiori relicto, ad perfectiorē transeant, magna deliberatione præmissa, & annua probatione, ac publice populo spectante se Deo per vota consecrarint: æquum igitur fuit, vt saltem Ecclesia prouideret eos non posse valide matrimon. postea inire, ne daretur ansa descendendi ad statum imperfectiorem, & expriori fide violata, scandala pullularent.

2 Difficultas autem non modica est, quo iure id matrimonium sit irritum? Quidam enim existimant solo iure Ecclesiast. id statutum esse. Ducuntur primo, quod nulla sit ratio cogens affirmare id iure naturæ inductum esse. Quia traditio rei vel personæ ex iustitia descendens, est alterius rationis ab ea, quæ ex religione existit, neque hæ duæ traditiones suapte natura repugnant: nec vna alteram expellit, vt manifeste constat. Coniugatus enim potest de licentia alterius coniugis valide profiteri: & sine licentia, altero adulterante: vt infrà late declarabimus: & tamē non dissoluitur prior traditio: cum vinculum matrimonij perseueret. Ergo ex eo quòd religionis professio consistat in traditione, non sumitur efficax ratio ad concludendum traditionem postea factam per contractum matrimonij esse irritam. Et cōfirm. nam seruitus & matrim. simul consistunt, cùm tamen seruus sit priùs domino traditus, & sub eius possessione. Traditiones igitur diuersæ rationis simul stant. Secundò, quia manente eadem prorsus voti solemnitate, potest Ecclesia statuere, ne dirimat matrimonium subsequens. Cùm enim solus quidam voti solemnis effectus impediatur, nil prorsus essentiæ & solemnitatis quæ nunc gaudet, amittet. Tertiò, quia antiquitus professio nō dirimebat matrimonij subsequens, vt constat, quia *D. Cyprianus epistola 11. ad Pomponium*, rogatus de virginibus, quę post castitatis votum nupserant, quid faciendum esset, non eas separari præcepit, sed publicam agere pœnitentiam. Et *D. Augustin. lib. 9. de bono viduitatis, cap. 9. 10. & 11.* probat falsam esse sent. dicentium non esse vera coniugia virginum post castitatis votum nubentium. Et *in Concilio Ancyrano cap. 19.* & refertur *c. Quotquot, 27. quæst. 1.* & *Eliberitano, canone 13.* & refertur *c. Virgines, 27. quæst. 1.* & *Chalcedonensi, canone 15.* & refertur *cap. Si qua virgo, 27. quæst. 1.* virginibus sacris, quæ post votum continentiæ nubunt, pœna indicitur, nec tamen à nuptijs separari iubentur. Signum igitur est, eo tempore nondum legem Ecclesiast. editam esse irritantem ea matrim. atque ita attento iure naturali & diuino valida fuisse. Quartò, quia votum solemne non irritat matrimonium subsequens, qua ratione votum est, aliàs omne votum irritaret: sed qua ratione est solemne. Cum igitur solemnitas sit ex iure Ecclesiastico, *c. vnica, de voto, in 6.* solo iure Ecclesiastico irritabit. Quintò, quia nec sola traditio, nec sola extrinseca cæremonia ab Ecclesia statuta, & eius acceptatio, constituunt votum solemne, sed sunt duæ causæ partiales, & traditio habet rationem generis & materiæ: cætera autem differentię & formæ, sed res non à genere & materia, sed à differentia & forma, sortitur proprietates, vt homo esse risibilem. Ergo votum non dicetur solemne à traditione, sed ab acceptatione & cæremonia Ecclesiæ, & ab illa sortietur proprietatem dirimendi matrim. Sextò, quia in votis simplicibus biennij Soc. Iesv est vera traditio & acceptatio: vt nuper definiuit Gregor. XIII. in Bulla, quæ incipit, *Ascendente Domino*: & tamen ea vota non irritant matrim. subsequens iure naturæ, sed virtute illius constitutionis Greg. XIII. irritantis. Non igitur quòd votum solemne consistat in traditione, arguit irritari per illud matrim. Tandē hanc sent. probant omnia argum. allata disp. præced. n. 2. ad probandum, votum solemne secerni à simplici, sola Ecclesiæ irritantis matrim. postea initum constitutione. Et ideo hanc sent. tuentur *gloss. c. 1. verb. Sub testimonio, ad fin. 27. q. 1.* & *c. Rursus, qui cler. vel vou. verb. Apud Deum*, vbi *Ioan. Andr. n. 8. Hostiens. n. 2. Anton. n. 7. Abbas n. 6. Cardin. n. 3. q. 2. Anchar. nu. 3. Henric. n. 3.* & *7. Alex. de Neuo n. 10.* & *11.* & *c. Meminimus, n. 3. eod. tit. Idem Hostiens. in sum. tit. Qui clerici, vel vouent. §. Quis vouens, n. 4. versic. Tu dicas. Goffred sum. eo tit. n. 8. Ioss. c. vn. in casu positione, notab. 1. de voto, in 6.* & ibi *Ioan. And. n. 1. Archid. n. 2. Dominin. n. 10. Anchar. n. 2. notab. 3. Franc. n. 1. not. abl. 2. idem Archid. c. fin. n. 1.* & *2. 27. d.* & *c. 1. n. 4.* & *6. 27. q. 1. Card. clem. vn. n. 19. q. 24. de consang. Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 19. 4. vn. q. 1. Rosel. v. Impedim. imped. 4. n. 2. Angelus Matrimonium, 3. imped. 5. init. Brunel. de sponsal. concl. 31. n. 1.* & *2. Gatta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 194. n. 464.* & *465.* Et ex Theologis, *Scotus 4. d. 38. q. vn. ad fin.* vbi *Ricard. a. 7. q. 2. in solut. ad 3. in fin. Palud. ibi q. 4. a. 4. ad fi. n. 54.* & *cōcl. 11. n. 49. Supplem. Gabriel. q. vn. a. 3. §. Circa nūc dicta, occurrūt dubia, post du. 3. cōcl. 4. Albert. Pigius in suis cōtrou. c. 15. ad fin. Gādauo quodlib. 5. q. 38. Herueus quodlib. 11. q. 25. Gerson 1. p. de regul. moralib. tract. de matrim. alphab. 25. lit. I. Altisiod. l. 3. sum. tract. 28. c. 2. q. 3. qua incipit, De simplici voto, v.*

Propter

Propter hoc dicimus Abul.c.30 Num.q.59 in solut.ad 1.Caiet.2.2.q.88.art.7.dub.1.§.Quantum verò ad secundam. Alvar.Pelagius de planctu Eccles.l.1.a.46.Guillielm.Rubion 4.d.38.q.1.a.1. & ibi Guillielm.Borrilong.q.vn art.2.concl.1 in fin.Nicol.de Orbellis ibi,q.1.§.13.Palacios ibi,disp.2.concl.3. Onand.ibi.qu.vnic. propos.16.Nicol de Nissa super 4.sent p.6.tract.3 de matrim.q.7. concl.2.Veracruz 1.p.speculi.a.31.concl.vn.Metina de sacror.hominum contin.l.4.controu.7.c.22.& multis seqq præcipuè cap. 31.paulo post princ.Stunica de voto,q.6.n.116.Angles floribus,1. p.vbi de matrim.q.11.de imped ordinis,a.3. diffic.1.Mozzim de matrim.tit.Qui matrimonium contrahere possunt,n.12. Vgolin. de sacram.vbi de matrim.c.19.nn.5.Hier Plat.l.2.de bono stat. relig.c.21 fin.Azor lib.12.instit.moral.c.6 q.3.& dicit esse probabilem,neutram partem definiens, Bellarm. in suis controuers.l.2 de Monachis,c.34.col.antepenult.in solut.ad.2. Et idem Azorio 4.6.q.4. dicit similiter solo iure Ecclesiastico reddi professum per votum paupertatis solemne, inhabilem ad acquirendum rei alicuius dominium,& ad transferendum illud in alium.

3 Alij verò censent id non ex iure naturali, sed ex diuino positiuo consurgere. Ita Almain. in suo tract. de potest. Eccles. c.15.Ducitur ea ratione, quòd nil referat, votum solemne prius ne matrimonio sit, an posterius: cum igitur votum solemne posterius matrim.consummato,illud non dirimat iure naturæ,& ex vi sua, non dirimet quoque quando votum solemne est prius matrimonio, sed id habebit ex iure diuino positiuo.

4 Tertia sent.ait, votum solemne professionis religionis ex vi sua ac iure naturali diuino vim habere matrim. postea initum irritandi, secluso quocumq; iure Ecclesiast. Ducitur primò ex decreto Syricij Pont. epist.1.c.6. & refertur c. Siquis sacro,§.Velatæ, 27.q.1. vbi ait contrahentes post votum solemne separandos esse verbo Domini,& auctoritate canonica. Non ergo solo iure Ecclesiastico, sed diuino quoque id matrim.est irritum. Et confirm. quia Tridentin. sess.24 de matrim.canon.9. sic ait: Si quis dixerit clericos in sacris ordinibus constitutos, vel regulares castitatem solemniter professos,posse matrimonium contrahere, contractumq; validum esse, non obstante lege Ecclesiastica & voto,anathema sit. Vbi videtur lex Ecclesiastica referri ad sacros ordines, votum verò ad professionem, quasi ex natura huius voti sit, vt matrimon. postea contractum dirimat. Secundò,quia iure naturæ res vni tradita, inualidè traditur alij. Nemo enim transferre potest in alium, quod iam non habet:iuxta regulam traditam cap. Quod autem, de iure patron. at per votum solemne religiosi transfertur dominium personæ in Deum, ita vt iam non habeat religiosus dominium sui corporis ad vsus matrimonij,vt probaui disp.præced.nu.7.& 14. ergo iure naturæ est irrita translatio dominij in coniugem per matrim. Et confirm. quia hac ratione est iure naturæ irritum matrim.initum à coniugato viuenti priori coniuge: quod corpus priori coniugi traditum non possit validè alij tradi. Et confirm.amplius,quia quamuis irritatio matrimonij subsequentis pendeat ex Ecclesia quasi acceptante votum solemne, at id non obstat, quo minus vbi acceptauit, dicendum sit,non ex iure Ecclesiastico,sed ex ipsa rei natura dissolui matrim.posterius subsequens,vt institutio præbendæ Ecclesiasticæ ex auctoritate Ecclesiæ eorum habet, at illa institutione suo posita, est contra ius naturale diuinum,illam vendere. Similiter contractus matrimonij pendet ex alterius coniugis acceptatione, at ea præmissa,dissoluit vi sua & iure naturæ alium matrimonij contractum subsequentem. Et ratio est; quia auctoritas Ecclesiæ non concurrit,quasi statuentis dirimi matrim.post initum,sed quasi acceptantis:vt in matrimon.consensus alterius coniugis. Sed respondebis: traditionem per contractum matrimon. non pugnare cum traditione per professionem, vt clarè probat primum argument. oppositæ sententiæ relatum num.2. At quando duo vincula non ita repugnant, quin simul stare possint, vnum suapte natura non expellit alterum.At solutio hæc non exhaurit difficultatem. Quia vinculum matrimonij in fieri,id est,quo ad sui initium,ita aduersitur professioni religionis præcedenti, vt nullatenus simul consistere possint: secus in facto esse, id est postquam semel est legitime initum matrim. tunc enim potest stare cum professione valida. Ratio discriminis ea est, quia non potest validè iniri matrim. absque plena translatione potestatis corporum,& iure ac potestate vtendi illo, & obligatione mutuo cohabitandi (vt probaui lib.5.disput.10. num.2.)quæ translatio & ius aduersantur è diametro professioni, vtpote quæ plene transfert dominium corporis professi in Deum, cum obligatione perpetua abstinendi à quibusuis venereis, & vsu coniugali: atque ita suapte natura obstat professio matrimonio valide ineundo. At postquam semel legitime contractum est matrimonium, cum plena hac translatione potestatis & iuris, potest matrimonij essentia permanere, amisso iure vsus corporis & cohabitationis (vt dixi eadem disp.10.num.vltim.in solutione ad vltimum.) Et constat,quando alter adulteratur: vel alter ex coniugis licentia profitetur. Et proinde cum tunc cessent quæ directe pugnabant cum professione, potest valide professio emitti. Ex his ergo constat,has traditiones non omnino secum ita pugnare in facto esse, id est, quando professio est posterior matrimonio iam inito, quin simul aliquàdo consistere possint:at pugnare quidem prorsus in fieri, quando professio præcedit matrimonium ineundum,& hoc suapte natura,ex vi traditionis prius factæ Deo per professionem. Concluditur igitur suapte natura, secluso quocumque iure Ecclesiastico, professionem præcedentem impedire valorem matrimonij subsequentis. Et ideo hanc partem tuentur D.Thom.4.d.38.qu.1. art.3. quæstiun.3.corp & ibi D Bonau.art.2.q.1.Duran.q.1.in fine corporis. Maiorii q.14.conclus.1.in fin.Capreolus 4.d.33 q.vn.a.1.conclus. 1.Sotus lib.7.de iustit.q.2.a.5.col.7.vers.Sed interrogas, & 4.d. 38.q.2.a.2.col.4.vers.Et vt claritatis gratia. Petrus de Soto lect. 5.de matrim.ad fin.Caiet.tom.1.opusc.tract. 27. de dispensatione matrimonij in Occidentali Ecclesia,q.vn. §.Videtur autem mihi. Victoria relectione de potestate Papæ,nu.1.in solut. ad 1. Ledesma 2.p.4.qu.55.a.2.fin.Veguerius lib.institut.c.16.§.7.vers.9.impedim.3.Stunica de voto q.4.n.25 Enriquez lib.12. de matrim.c.5. n.2 fin & n.3.init & nu.7 fin.Valentia 2.2.disp.6.q.6.punct.5. col.3.§.Est igitur: & col.4.§.Altero igitur modo: & §.penult. & in 4.p.tract.de matrim.disp.10.q.5.punct.3. in impedimento voti. Aragon 2.2.q.88.a.7.col.antepenul.§.Mihi ex his duabus. Petrus de Ledesma de matrim.q.53.a.2.dub.vn.conclus.vnic.Barth.à Ledesma dub.33.de matrim.concl.2.Lud Lopez 2.p.instruct.de matrim.c.48.in solut.ad 1.& dicunt esse probabile Veracruz 1.p. speculi.a.31.fin & Bellarmin. n.2.allegatus. Et idem tenent ex Iurisperitis,Turrecrem.c.Presbyteris n.1.d.27.& 5.1.a.2.n.4.& a.3.n.6.27.q.1.Tabiena verb.Dispensatio,q.7.nu.8. in solut.ad 1. & verb.Impedimentum,impedimento 2.nu.5. Couarr.4.decret.2. p.c.7.§.4.n.7.Alexand.Carrerius lib.3.de sponsalib.c.6.fin.Matienzo lib.5.recop.ti.1.rubrica gloss.1.num.76.Barbosa rubrica,ff. solut.matrim.2.p.n.98.Vega 2.tom.summ.c.57.casu 11.Ex his sententijs prima omnino amplectenda est, dicendumque solo iure Ecclesiastico dirimi matrim. Vt supra disput.25. iuxta decreta Pontificum tamquam firmiorem & probabiliorem sententiam defendimus.

Ad argum. autem contraria, num. 4. proposita facilis 5
est solutio ex dictis disp.præced.& ex dictis n. 2. & latissime videri possunt argumentorum responsa in Michaele Medina allegato num.2.

DISPVTATIO XXVII.

An ordini sacro sit iure diuino annexa continentia,& obligatio ad illam sit ex voto annexo,an ex sola Ecclesiæ lege: & in quo essentialiter voti illius solemnitas consistat?

SVMMARIVM.

Quotuplex quæstio disputanda sit,n.1.
Continentia est annexa ordini sacro,& conuenientissimè,n.2.
Hæc obligat abstinere à nuptijs, & ab omni actu venereo,n.3.
Refertur sententia asserens esse annexam iure diuino, n.4.

Ex solo Ecclesiæ statuto est annexa, n. 5.
Nec iuris diuini est, nec Apostolici, ne ad sacros ordines eligantur, nisi ij, qui nullo fuerint antea matrimonio iuncti, n. 6.
Nec ordini Episcopali est annexa iure diuino continentia, n. 7.
Soluuntur argumenta, n. 8.
Post numerum 8. inuenies alia summaria.

1 NON petit disputatio præsens, quo iure ordo sacer matrim. subsequens dirimat: id enim disp. sequenti discutiendum est, vbi nu. 8. ostendam posse stare, vt continentia sit annexa iure diuino ordini sacro, & tamen solo iure Ecclesiastico matrim. subsequens dirimat. petit ergo disputatio hæc, qualiter obligatio ad castitatem seruandam sit ordini sacro annexa. Triplex igitur quæstio disputanda est. Prima, quo iure continentia sit ordinibus sacris annexa? Secunda, an ea obligatio sit ex mera Ecclesiæ constitutione præcipientis promotis ad ordines sacros continentiam, an potius ex voto implicitè emisso in eorum susceptione? Tertia, in quo consistat essentialiter solemnitas illius voti?

2 QVAESTIO I. An iure diuino, potiusne solo Ecclesiastico sit annexa continentia ordinibus sacris? Quæstio hæc non eo pertinet, vt discutiatur, num existentes in sacris teneantur iure diuino & naturali ad continentiam, supposito voto, quod in eorum susceptione emittunt. Qui enim fatentur id votum (quos n. 10. referam) subinde concedent eam obligationem esse ex iure diuino naturali, ex quo vim obligandi votum sortitur. Qui verò id votum non admittunt (quos nu. 9. citabo) negabunt eam obligationem ex iure naturali. Sed difficultatis punctus in eo situs est, an continentia annexa ordinibus sacris, siue ex voto, siue ex Ecclesiæ constitutione proficiscatur, sit iure diuino annexa, an potius ex sola Ecclesiæ constitutione, statuentis eos teneri ad continentiam, aut ad votum continentiæ emittendum in ordinis sacri susceptione: ita vt cessante Ecclesiæ constitutione, nulla ratione tenerentur promoti ad ordines sacros continentiam seruare, nec id votum emittere? Et quidem continentiã esse annexam ordini sacro, ita vt illum sponte suscipiens teneatur in posterum continere, idque conuenientissimum esse, fides catholica est. Id enim est definitum *cap. Rursus, qui cler. vel vou. c. 2. de cleric. coniug. clement. vn. de consanguin. c. Si quis eorum, quod est ex 6. Synod. c. 6. & c. Erubescant*, quod est ex D. *Gregorio ad dominum Patriarcham, 32. d.* & multis alijs textibus, quos n. seq. referam: & nouissimè in *Trident. sess. 24. can. 9.* De cuius legis antiquitate & conuenientia longus esset tractatus instituẽdus, nisi præter multos Doctores antiquiores, nouissimè quæstio hæc esset disputata ab aliquibus, qui de hac re sunt omnino consulendi, vbi etiam argumentis hæreticorũ eam legem cœlibatus impugnantium satisfaciunt. Hi sunt *Michael de Metina de sacrorum hominum continentia toto lib. 2. & 3. Bellarminus in suis controuersijs, lib. 1. de clericis, c. 19. & seq. Valentia in suis controuersijs, lib. vn. de cœlibatu, à c. 3. vsque ad finem. Et 4. part. tract. de Sacrament. ordinis, disp. 9. q. 5. toto punct. 5.*

3 Hæc autem continentia clericorum non tantum obligat continere à nuptijs, sed etiam ab omni actu venereo, perinde ac votum castitatis. Quia cum mancipentur functioni rerum sacrarum, omnis mundicies eos condecet. Et constat, quia textus absolutè de castitate loquuntur. Vt constat ex *c. 1. d. 28.* ibi: *Nisi quis se castè victurum promiserit.* Et *c. Diaconi, eadem d.* ibi: *Professi continentiam.* Et *c. 1. d. 31.* ibi: *Nisi quis se victurum castè promiserit.* Et *c. Placuit, ead. d.* ibi: *Continentes esse in omnibus.* Et *c. De iis, d. 28.* quod est ex Concilio Tolet. 2. vbi de promotis ad ordines sacros sic dicitur: *Cauendum tamen est iis, ne quando suæ sponsionis immemores, aut ad terrenas nuptias, aut ad furtiuos concubitus vltrà concurrant. Quod si forte fecerint, vt sacrilegij rei ab Ecclesia habeantur extranei.* Et *c. 1. d. 27.* quod est Martini Pontificis, ibi: *Si dixerit non posse in castitate permanere, huic non ordinetur.* Et Concilio Carthaginensi 2. *c. 2.* & refertur *c. Cum in præterito, d. 84.* ibi: *Gradus isti tres conscriptione quadam castitati per consecrationes annexi sunt. Episcopos, (inquam) Presbyteros, & Diaconos, ita placuit, vt condecet sacrosanctos Antistites & Dei sacerdotes, necnon & Leuitas, vel qui Sacramentis diuinis inseruiunt, continentes esse in omnibus.* Idem etiam constat, quia constituti in sacris fornicantes, sunt sacrilegij rei (vt dicemus hac disp. n. 19.) Et si coniugatus quispiam ad ordines sacros inuita vxore promoueretur, non posset debitum petere (vt dicemus hoc lib. disp. 38. n. 21.) vtrumque autem falsum esset, si castitas, ad quam tenentur, sola esset respectu abstinentiæ à nuptijs ineundis. Quippe voto non ducendi vxorem astrictus, non peccat contra votum fornicans, nec si ducat, tenetur debiti petitione abstinere. Et ideò ita docent *Celaia 4. d. 37. q. 3. Gutierrez lib. 2. qu. canon. c. 7. n. 2. Valentia in suis controuersijs, lib. vnico de cœlibatu, c. 2. & in sua 4. p. tract. de sacram. ordinis, disp. 9. q. 5. punct. 5. §. 1. statim in princip.* Et idẽ tenentur dicere omnes asserentes fornicationem clerici in sacris constituti esse sacrilegium: & coniugatum promotum ad sacros ordines non posse debitum petere, quos referam locis proximè citatis.

His præmissis, duplex est sententia circa quæstionem propositam. 4
Prima sustinet iure diuino annexam esse continentiam ordini sacro. Ducitur, quia ab Apostolorum tempore Ecclesia Latina & Græca hactenus seruauit, ne ad sacros ordines promoti matrimonium ineant. At iuris diuini videtur esse, quod tamdiu in Ecclesia viguit. Secundò, ex illo *Luc. 21.* vbi Christus suis discipulis dixit: *Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius seculi.* Quod D. *Leo sermon. 8. de ieiunio decimi mensis*, dicit in primis pertinere ad Ecclesiæ ministros. Et *2. Timoth. 2.* ait D. Paulus, *Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus.* Et *ad Titum, c. 2.* suadet Tito Episcopo, vt secularibus curis depositis Deo inseruiat, & ad hoc ait apparuisse Saluatorem nostrum. Tertiò, quia *Deuter. 33.* dicitur Leuitas nescisse filios suos. Quod falsum esset, si intelligeretur de Leuitis ministris veteris legis: sed intelligitur spiritualiter & propheticè de ministris noui testamenti. Quartò, quia *Siricius Pontif. in Ep. ad Hymerium Tarraconensem Episc.* præcipiens cœlibatũ clericis, eam legem confirmat, quòd Christus voluerit in Ecclesia sua castitatem radiare. Quintò, quia sacerdotes apud Ethnicos solo naturæ lumine ductos pudicitiam habebant commendatissimam, vt ex varijs testimonijs constat, quæ latè congerit *Tiraquel. li. 15. connubial. à n. 118.* Signum igitur est obligationem hanc ex ipso iure naturali diuino consurgere. Et ideo continentiã esse iure diuino ordini sacro annexam, affirmant *Maioris 4. d. 24. tota q. 2. Vualdensis de sacramentis, c. 128. n. 5. & c. 129. statim in princ. & de sacramentalibus, c. 66. n. 6. Francis. Torrensis l. 2. de dogmaticis characteribus, f. 85. col. 1. & f. 88. col. 2. Celaia 4. d. 37. q. 1. fin.* Et dicit probabilem *Azor l. 13. instit. moral. c. 12. q. 1. §. Quamquam autem.* Et idem tenent cum quadam moderatione *Clictoneus lib. de cont. sacerdot. cap. 4. & Metina lib. 2. de sacror. homin. contin. c. 7. fine, & multis seq.* vbi dicunt castitatem esse annexam iure diuino ordini sacro, quoad hoc vt sacris initiatus vxorem non ducat, aut matrimonio posit ordinem sacrum non vtatur: secus quoad vsum matrimonij ante ordinem sacrum contracti.

Secunda sent. (cui tamquam veriori adhæreo) ait solo iure Ecclesiastico annexam esse continentiam ordinibus sacris: quamuis enim ordo suapte natura quandam afferat congruentiam, decentiamque castitatis matrimonio repugnantem, non tamen ex se parit virtutem præcepti, vt eo ipso quod Christus sacramentum ordinis instituerit, sit sacro ordine initiatis matrimonium iure diuino interdictum. Prob. quia licet sit aliqualis traditio in ordine sacro, non tamen est totalis, sed ad cultum Dei, & diuinum officium: cui traditioni non repugnat matrim. iure diuino, cùm tale præceptum nullibi reperiatur, (vt constabit num. 8. ex argumentorum solutionibus) nec iure naturali. Cum sit alioquin licitus matrimonij vsus, & permissus Græcis, quando matrim. est ante ordines initum, *cap. Cum olim, de clericis coniug. & D. Gregor. lib. 1. epist. 42.* subdiaconis Siciliæ concessit posse vti matrimonio ante ordines contracto. Et confirmatur, quod si iure naturæ ordo sacer pu- 5

guaret

gnaret cum matrim. essentque incompatibilia, dirimeret vtique ordo sacer matrim. ratum præcedens: instar professionis solemnis. Cuius contrarium definitum est in *Extrauag. Antiquæ, Ioan. 22. de voto.* Secundò, quia in *Trident. sess. 24. canon. 9.* videtur apertè lex hæc de clericorum cœlibatu vocari Ecclesiastica. Vt ponderaui disp. præc. n. 4. in confirm. primæ rationis. Et *Calixtus 1. c. Presbyteris, d. 27.* appellat eam Ecclesiasticam, ibi: *Contracta quoq; matrimonia ab huiusmodi personis, disiungi, iuxta sacrorum canonum definitiones, iudicamus.* Et ideo hanc sent. tradunt *D. Thom. 2. 2. q. 88. a. 11. in fine corporis. Caiet. in opuscul. to. 1. tract. 27. de dispensatione matrimonij in Occidentali Ecclesia, q. vn. §. Videtur autem mihi. Gandauo quodli. 5. q. 38. Abulensis c. 30. Num. qu. 109. col. 4. Deza 4. d. 33. q. vn. a. 3. notab. 3. D. Antonin. 2. p. tit. 10. c. 2. §. 9. vers. Papa autem, & 3. p. ti. 1. c. 8. com. l. 2. Viguer. lib. institut. c. 16. §. 7. vers. 9. impediment. 4. Claudius Spencaus lib. 1. de continentia sacerd. c. 3. Palud. 4. d. 38. q. 4. a. 4. n. 48. Sotus li. 7. de iust. q. 4. a. 2. col. 4. vers. De tertia propositione, & col. 8. vers. Per hæc ergo, & q. 5. a. 3. in solut. ad 2. & 4. d. 38. q. 1. a. 1. col. 3. vers. Dubiũ tamen est quo iure. Ouand. 4. d. 25. q. vnic. propos. 9. Palacios 4. d. 27. disp. 2. col. 22. vers. Obsicies forsan. & col. 25. vers. At dices. & d. 37. disp. vn. concl. 4. & d. 25. disp. 2. concl. 6. Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 15. col. 2. Enriq. li. 10. de sacram. ord. c. 14. n. 7. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 53. a. 3. dub. 1. concl. 3. Bellarm. in suis controuers. lib. 1. de clericis, toto c. 18. Valentia 4. p. tract. de sacram. ord. disp. 9. q. 5. punct. 5 §. 1. & in suis controuers. suis, lib. vnic. de cœlibatu, c. 2. Azor lib. 13. institut. moralium, c. 12. q. 1. Aragon 2. 2. q. 88. a. 11. paulo ante solut. ad argumenta, notab. 3. & col. 3. §. Hoc tamen non obstante. Ludou. Lopez 2. p. instruct. de matrim c. 48. in solut. ad 1. Vsuald. candel. libro sacrament. 1. p.* vbi de matrim. *n. 142. 144. Vega 2. to. sum. cap 57. casu 6. Llamas methodo curationis animarum 3. p. cap. 4. §. 41.* Et ex Iurisperitis, *Innoc. 6. Placet, n. vn. de conuers. coning. & ibi Ioan. Andr. n. 4. Hostien. ibid. ad fin. Anton. n. 9. Abbas n. 7. Anchar. ad fin. Cardin. num. 3. quæst. 3. Henricus n. 3. Aretin. consil. 59 n. 7 fin. Brunel. de sponsal. conclus. 30. n. 3. Syluest. Votum, 4. quæst. 5. Tabiena verb. Dispensatio, quæst. 7. n. 8. in solutione ad 1. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 3. n. 2. Rota in nouissimis, decis. 561. n. 11. & 12. Anton. Cucus lib. 3. institutionum maiorum, ti. 12. n. 219. Stunica de voto, q. 6. n. 116. Barbosa rubr. ff. soluto matrim. 2. p. n. 89.*

6 Nec iuris diuini est, nec Apostolici, ne ad sacros ordines eligantur, nisi illi, qui nullo fuerint antea matrimonio coniuncti. Quia *D. Paulus 1. Timoth. 3. & ad Titum 1.* scribit oportere Episcopum esse vxoris vnius virum. Et ex multis alijs probat *Azor lib. 13. institut. moralium c. 12. q. 7.* Nec obstat *D. Clemens Epistola 2.* vbi ait ad dominica ministeria tales eligendos esse, qui ante ordines assumptos, vxorem non nouerint. Nam est intelligendus, id est, qui vxoribus suis non commisceantur, atque ita vsum coniugij negat sacerdotibus.

7 De statu autem Episcopali posset esse maior difficultas, an iure diuino sit illi annexa castitas? Quòd perfectior sit religioso, vt tradunt *DD. 2. 2. quæst. 184. art. 7.* cui tamen iure diuino & essentialiter annexam esse castitatem diximus disp. 25. nu. 8. Deinde, quòd Episcopi propositi sint populo, vt virtutum exemplar: atque ita *Matth. 5.* appellantur *Sal terræ, & lux mundi.* Id autem cum statu coniugali repugnare videtur. At dicendum est, solo iure Ecclesiastico illi annecti ratione ordinis sacri. Quare (vt dicemus disp. seq. num. 13.) si Episcopus esset tantùm electus, & confirmatus, & nondum in sacris constitutus, non tenetur ratione status ad castitatem. Ducor, quoniam status coniugalis non habet repugnantiam cum ministerijs Episcopalibus, sed tantùm ex quadam decentia & honestate oportet Episcopum à coniugio abstinere, quod secluso iure Ecclesiastico non tranfit in præceptum. Deinde, quia D. Paulus (vt num. præced. retuli.) dixit oportere Episcopum vnius vxoris esse virum. Et elegit in Episcopum Dionysium Areopagitam Athenienſem, vt in eius vita refertur: quem tamen coniugatũ fuisse constat ex *c. 14. Actuum Apostolorum. & Turonica Synodus 2. canon. 13. & 14.* vxorem Episcopi appellat Episcopam. Nec obstat statum Episcopi esse perfectiorem religioso: & Episcopos esse exemplar. Quia status religiosus licèt sit imperfectior in ordine ad alios perficiendos: at in ordine ad propriã perfectionem assequendam est perfectior, & claudit mortem perfectam spiritualem. Quare sicut non obstante ea maiori perfectione Episcopatus, nullo iure est ei annexa paupertas, quæ tamen est de essentia status religiosi: (vt probaui disp. 25. num. 8.) ita nec castitas, nisi ex iure Ecclesiastico, ratione ordinis sacri, qui necessariò præmittitur consecrationi Episcopali. Et ita docent *Palacios 4. d. 16. disp. 3. col. 14. post 1. conclus. vers. Vnde non sat erit. Petrus à Ledesma de matrim. q. 53 a. 3. col. antepenultima.*

Ad argumenta n. 4. proposita resp. Ad 1. dic, ex ea anti- 8
quitate non colligi præceptum esse iuris diuini, sed esse Ecclesiasticum ab Apostolis originem trahens. Ad 2. dic, ijs in locis non interdici omnino curas seculares, sed nimias, quæ auertant à spiritualis salutis cura necessaria, quam coniugium minimè impedit, alias esset illicitum. Adde, nec ea omnia verba ad solos Ecclesiæ ministros referri, sed ad omnes etiam fideles, vt latè & eruditè probat *Valentia in suis controuersijs, libro vnico de cœlibatu, c. 2.* Ad 3. dic, esto admittamus vaticinium esse de continentia ministrorum nouæ legis, non concludi id fore præceptum diuinum, sed vaticinium verificari, siue lege diuina siue Ecclesiastica præcipiatur illis continentia. Ad 4. respondeo, non inde colligi esse diuinum præceptum, sed conforme voluntati Christi, qui voluit castitatem in Ecclesia enitere, eo modo, quoad bonum ipsius status pertineret. Ad vltimum dic, inde argui esse conforme rationi naturali, vt ei statui annectatur castitas, tamquam res illi decentissima, non tamen concluditur esse omnino necessariam.

SVMMARIVM.

An obligatio clericorum ad continentiam sit ex voto? Refertur quadam sent. n. 9.

Hæc obligatio est ex voto, n 10.

Quid, si promotus ad ordines sacros ignoret votum continentiæ illis annexum, n 11.

Quid, si noluerit tunc vouere, & an peccet mortaliter? n. 12.

Quid, si ordo sacer fuit irritus, vt quia fuit collatus à non vero Episcopo, vel defuit aliquid substantiale, n. 13.

An sit dicendum, initiatos sacris teneri duplici obligatione ad castitatem, nempe ex voto & Ecclesiæ constitutione? n. 14.

Soluuntur argumenta, n. 15.

Post n 15. inuenies summaria cætera, quæ desideraueris.

QVAESTIO II. An obligatio, qua tenentur clerici sa- 9
crorum ordinum ad continentiam seruandam, sit ex mera constitutione Ecclesiæ præcipientis continentiam illis, vel ex voto, quod Ecclesia annexuit ordini sacro? Constituto iam ex sola Ecclesiæ constitutione teneri huiusmodi clericos ad continentiam, superest discutere, an ea obligatio sit ex Ecclesiæ præcepto directè præcipiente illis castitatem, vt præcipit audire Missam diebus feriatis: vel immediatè sit ex voto castitatis in ordine sacro tacite emisso, mediate autem ex Ecclesiæ constitutione, quæ id votum ordini sacro annexuit, quod iure diuino annexum non erat. Et procedit quæstio ex se, & secluſa ignorantia talis voti, aut contraria voluntate: de quibus euentibus dicitur n. 11. & 12. Nec existimet quispiam, parum referre ad rem moralem, vnum aut alterum dicere. Nam multum refert, si enim est merum præceptum Ecclesiasticum, valida erit dispensatio Pontificia ad contrahendum matrimonium absque causa concessa. Secus si sit obligatio ex voto. Præterea, licet validum sit in vtroque casu matrim. virtute illius dispensationis absq; causa concessæ initum. Quod solo iure Ecclesiastico id votum dirimat contractum matrimonij sequentem: vt dicemus disput. sequenti, num. 11. At si sola constitutio Ecclesiæ obliget ad castitatem, cùm sit omnino valida dispensatio, poterit post initum matrimonium peti debitum: secus si obligatio sit ex voto. Quia cùm inualida fuerit voti dispensatio, obligabit votum, in quantum patitur status matrimonij, nimirum ad non petendum debitum. Quod latiùs libro sequenti dicemus disputat. de dispensatione in voto so-

lemni ordinis sacri. Dicunt ergo quidam in præsenti disputatione, eam obligationem non esse ex voto, sed ex Ecclesiæ statuto: atque ita votum istud annexum ordini sacro, quoad rem ipsam attinet, aliud non esse, quam illam obligationem iure Ecclesiastico inductam ad non ducendam vxorem post sacros ordines susceptos, & ad perpetuam continentiam deinceps seruandam: eamque obligationem appellari votum continentiæ (ait *Valentia statim allegandus*) implicitum: quod imposita sit ijs, qui sacris initiantur, ob maiorem Dei cultum: qui finis in votis respici solet, & appellari solemne: quia instar voti solemnis dirimit subsequentem matrimonij contractum. Ducitur hæc sententia. Quia cùm votum sit lex priuata, quâ quisque sua sponte sibimet imponit, non videtur qua ratione in Ecclesiæ facultate situm sit, voto aliquem obligare, quamuis lege sua possit illi continentiam indicere. Deinde, quia ad sacros ordines promotus tenetur æquè continere, quamuis ignoret inuincibiliter votum illis annectit: aut expresè nolit vouere. At tunc constat non obligari ex voto, quod est lex priuata, propria sponte suscepta. Et ideo huius sent. sunt *Scotus 4.d.37. quæst. vnic.* §. *Dico igitur*, *Matheßlanus*, quem referunt & sequuntur, dicentes esse communem sententiam, *Cardinal. clement. Ad nostram, v.7. n.3. de hæretic. & ibi Imola n.vlt. Innocent. cap. Placet, num.vnic. vers. Ex hoc apparet, de conuers. coning. Archid. cap. Cum in præterito, super verb. Annexi, nu.2.d.84. & ibi Laurentius & Hugo per ipsum allegati, & ibi Turrec. ad fin. idem Turrec. cap. Placuit, a.1. nu.6. in solutione ad 5.d.32. Ioan. de Lignano cap.2. de cleric. coning. Præpos. rubr. qui clerici, vel vou. num.5. & numero fin. Henric. cap. Rursus, in fin. qui cler. vel vou. Bellamer. cap. De illo, n.4.d.32. Palud. 4.d.37.q.1.art.2.num.14 & d.38.q.2.art.vnic.num.12. Gandauo quodlib.5.q.38. Decius cap. At si clerici, in principio, in nouæ edition. n.235. vers. Tertiò limitari potest, de iudiciis. Bonifacius clem. vnic. num. fin. de consang. Palcotus de notis & spuriis, c.16. num.15. Stunica de voto, qu.4. Gutier. qu. canon. lib.2.c.7. n.25. Valentia 4.p. tract. de sacrament. ordinis, disp.9.q.5. punct. 5.§.1. paulo post princ. & in suis controuersiis, lib. vnico de cœlibatu cap.2. paulo post princ. Balthasar Megollon tract. de his, quæ vi, c.8.§.2.n.26.* & est probabile.

10 Cæterùm multo probabilius est, eam obligationē non consurgere immediatè ex constitutione Ecclesiæ, sed ex voto castitatis, quod Ecclesia suo præcepto annexuit ordinibus sacris: cogitque eos, qui ordinem sacrum assumūt, vt votum castitatis emittant, non expresè, sed facto ipso & tacitè, quamuis enim non voce vouēant, at facto & opere profitentur castitatē per sacrorum ordinum susceptionem: sicut per delationem habitus professorum, & exercitium actuum illis solis competentium in religione approbata inducitur tacita solemnis professio, *c. Viduæ, de regul.* Et quidem probatur primò id subesse potestati Ecclesiæ, & verè sic votum ligare. Quia quamuis Ecclesia neminem possit absolute cogere ad continentiam, quòd sit res meri consilij. *c. Integritas, 32. q.2.* At in ordine sacro, quem confert, potest apponere conditiones, & leges iustas illi statui conuenientes, qualis est, vt ad illum promotus, castitatem voueat. Sicut quilibet in rei suæ traditione potest legem apponere, *l. In traditionibus ff. de pactis.* Et suppositā hac lege, eo ipso quòd quis vult sacris initiari, vult ex consequēti vouere, sicut vult obligari ad recitandum officium canonicum, quod similiter est onus ordini annexum. Quare id votum non est absque propria voluntate, vt qui officium prætoris obit, aut ad episcopatum prouehitur, contrahit eo ipso obligationes statui & officio annexas. Deinde probatur reuera Ecclesiam decreuisse, vt promouendi ad ordinem sacrum id votum emittant. Nam D. *Gregorius l.1. epist. 42. in fin.* & refertur *c.1.d.28.* sic ait, *Nullum facere diaconum præsumant Episcopi, nisi qui se victurum castè promiserit.* Vbi *glossa verb. Promiserit* dicit expresse vel tacite. Et *cap. Diaconi eadem d.* quod est ex Synodo Ancyrana, *cap.10.* sic dicitur: *Quicumque sanè tacuerunt, & susceperunt manus impositionem professi continentiam.* Cùm ergo Episcopi non sint transgressores huius præcepti, sed id obseruent, suscipientes, intelliguntur ipso facto vouere castitatem, licet non verbo. Idem probatur ex *c. Cum olim, de cleric. coniug.* ibi, *Nos igitur attendentes quod Orientalis Ecclesia votum continentiæ non admisit.* Ergo supponit in Ecclesia Occidentali, quæ est Latina, id votum continentiæ esse ordinibus annexum. Præterea id appellatur votum *c. vnico de vote, in 6. & Extrauag. Antiquæ, Ioannis 22. de voto.* Et in Concilio Toletano 2. & refertur *cap. De his, d.28.* Et ideo hanc partem sustinent D. *Thom. 4.d.37.q.1.a.1. corp. & ibi Ricardus a.1. quæst.1 corp. Capreolus 4.d.33.q.vnica, a.1. fin. & ibi Dez. a q.vnic a.4. ad finem. Caietan.* reprobans contrariam sententiam, *in opusc. tom.1. tract. 27. de dispensatione matrimonij in Occidentali Ecclesia, q.vnica, §. Quoad secundum. Abulensis cap.5. Matth. q.200. paulo post princ. Waldensis de sacramentalibus, c.66.n.2. D. Antonin. 3. p. t.1. c.8. concl.2. Clichtoueus de vita & moribus sacerdotum, c.21. paulo post principium. Arboreus lib.5. Theosophiæ cap.7. paulo post princ. vers. Rursus obiicies. Sotus lib.7. de iustitia q.4. art.2. col.4. vers. De tertia propos. & q.5. a.3. ad 2. & 4.d.38. q.1. a.1. col.4. v. Est tamen animaduertendum. & a.2. col.3. vers. Quare professio. Petr. de Soto lect.5. de matrim. §. Cæterum rationem. Castrensis tom.3. aduersus hæreses, verb. Sacerdotium, hæresi 4. Viguerius lib. instit. c.16.§.7. vers. 9. impedimento 4. paulo post principium. Michael Medina* late impugnans contrariam sent. *li.5. de sacrorum hominum continentia c.2. & seqq. Orland. 4.d.25.q.vnic. propos. 9. Palacios 4.d.37.q vn. conclus. 3. fine. Toledo lib.4. sum. c.17.n.11. & lib.7.c.8.n.3. Bellarm. in suis controuersiis, l.1. de matrim. c.21. paulo post princ. §. Impedimenta. & lib.1. de clericis cap.18. paulo post princ. §. Arbeatur. Philarcus de officio sacerdotis, tom.1.p.2. lib.2.c.9. statim in princ. Aragon 2.2.q.88.a.11. col.2. §. His constitutis, & col.4. fin. Enriquez lib.10. de sacrament. ordinis, c.14. n.7. fin. & lib.17. de matrim. c.5.n.9. Emmanuel Sa in sum. verb. Ordo, n.28. Bañes 2.2.q.11.a.1. pag.672. §. Secunda concl. Acerbè impugnans contrariam sent. lib.13. instit. moral. c.12.q.6. & c.13.q.10. Vega 2. tom. sum. c.57. casu 7. & 11. Petr. de Ledesma de sacrament. vbi de sacram. ordin. c.6. difficul.1. dist.3. & de matrim. q.53. a.3. dub.1. in corroll. quod infert ex 3. concl. Bartholomæus Ledesma de sacrament. Ordinis, dub.14. col. penult. vers. 7. Iud. Ioannes 2.p. instr. de matrim. c.49. col.5. vers. Ad verbum. Manuel 2. to. sum. 2. editione, c.96. nu.4. concl.4.* Et ex Iurisperitis, *glossa c. Coniugatus, verb. Continentiā, de conuersione coning. & Extrauag. Antiquæ, Ioan. 22. de voto, in fin. & c. vn. de voto, in 6. in casu positione, notab.3. & verb. Sacri, & ibi Dominicus, n.5. & ibi Franc. n.1. notab.4. glossæ c. Cum olim, verb. Votum, de cler. coning. & ibi Hostiens. n.1. fin. Anton. n.8. Abbas n.4. Cardin. in fin. Imola nu.7. Calderin. t. qui clerici, vel vou. conf. vnic. ad fin. Idem Host. sum. t. de ætate & qualitat. n.5. vers. Sed numquid conditionaliter. Speculator tit. De statu monach. §. vlt. nu.42. idem Abbas c. Ioannes, n.1. notab.1. de cler. coniug. idem Cardin. c. vnic. n.1. q.1. de clericis per saltum promotis. Idem Dominicus c.1. n.vn. vers. Nota quod, & c. Diaconi, fin. 28. d. & c. Quoniam, n.3. d.31. & c. Placuit, n.1. & c. Nemo, paulo post principium, d.32. idem Imola c. Vt clericorum, n.1. de vita & honest. cler. Barbatius cons. 60. nu.5. vol.1. Monaldus sum. vbi de voto. §. Qualiter possit votum redimi. Alensis sum. 2.p. lib.8. tit.22. a.1. q.3. Lex regia 59. t.6. p.1. Turrecr. c.1. nu.1. d.28. Rosella verb. Impedimentum impedit. 11. n. vltim. Supplementum sum. Pisana, verb. Ordo, 1 n. penult. Sylvest. Matrimonium 8. q.12. dict. 2. Navar. sum. c.22. n.52. Alex. Carret. lib.3. de sponsalibus, c.3. Gregor. Lopez l.32. v. Hatal virtud, t.6. partit.1. Antonius Cuc lib.5. institut. maiorum, tit.12. num.219. Gutier. lib.2. quæst. canon. c.7. n.2. Stunica de voto, q.6. num.119. Barbosa rubrica ff. solut. matrim. 2.p.n.100. & 101. Spino specula testamentorum glossa 12. principali, n.2. vers. Votum autem solemne.*

Quid autem dicendum sit, si initiatus sacris ignorarit 11
votum ordini annexum, non constat inter Doctores. Id autem absque controuersia est, ita initiatum teneri omnino continere, nec posse valide matrimonium inire. Quòd potuerit Ecclesia iustissimam de cœlibatu clericorum legem indicere, atque ex ligare quoscumque in posterum promouendos, siue sciérint siue ignorarint prædictam legem. Sicut quantumuis ignorent, tenentur officij recitare, & alias status leges obseruare. Eo vel maxime, quòd lex semel legitimè promulgata omnes ligat, quantumuis ignorantes:

quam-

quantuis hi à culpa transgressionis legis excusentur, vt tradunt DD. in materia de legibus. Eam autem esse Ecclesiæ mentem in lege cœlibatus constat ex vsu Ecclesiæ. Et ita docent *Ioan. Andr. c. Ioan. n. 17 q. 2. & ibi Anton. n. 13. Anchar. n. 8. q. 2. Card. n. 6. q. 1. Imola n. 5. de cleric. coning. gloss. c. Presbyter. verb. Ignorantiæ, d. 28.* & consentiunt omnes DD. statim allegandi: in sola enim ratione obligandi discrepant. Hoc autem intelligendum est, quando quispiam nouit se ad sacrum ordinem promoueri, at continentiæ votum annexum ignorauit. Si enim penitus ignorauit se ordinem sacrum recipere, non cogetur in foro conscientiæ continentiam seruare. Quòd non susceperit sacrum ordinem voluntarie: eo quòd fuerit ordinatus ignorans prorsus quid in eo fieret, vt disp. 30. dicemus idem de infante ordinato, propter eandem rationem. At in foro externo cogetur vtique. Quia ea ignorantia non præsumetur probabilis. Ita docet *Azor lib. 13. institut. moralium, cap. 14. q. 10.* Discrepant verò DD. num scienter ordinatus ignorans prorsus votum annexum ordini, teneatur continere ex voto, an ex sola Ecclesiæ constitutione. Et quidem ex hac sola teneri, affirmant *Vincentius & Goffredus, c. Cum olim, de clericis coniug.* quos refert, dicens eorum opinionem esse verissimam. *Abbas ibi n. 4. Monaldus & Rosella n. præc. allegati.* Idem *Sylvester* quando ignorantia fuit inuincibilis, secus si talis, vt non excusarit, *Matrimonium, 8. q. 12. dicto 2. & Navarr. sum. Hispan. cap. 25. n. 108.* ait teneri tunc, saltem ex Ecclesiæ constitutione. Quod inde probatur, quia votum est lex priuata, quam quilpiam sponte sua sibi imponit. At ignorans prorsus votum caret voluntate vouendi, ac per consequens imponendi sibi eam legem. Aliis autem placet teneri tunc etiam ex voto. Quia eo ipso, quòd sciens & volens est sacris ordinibus initiatus, licèt ignorarit votum annecti, emisit tacitè votum. Qui enim vnum sciens & prudens efficit & vult, facit & vult subinde ei annexa. Vt scienter susciplens prætoris munus, voluntariè quoque susciplt onera officio annexa, licet ea ignorarit: eo vel maximè, quòd ascendens ad ordinem sacrum semper nouit se alium statum eligere, & ascribi militiæ clericorum, & accedit intentione saltem virtuali faciendi quod vult Ecclesia, atque ita consequenter vouendi, vt Ecclesia præscribit, licèt ipse ignoret, quid Ecclesia velit ac præcipiat. Et hoc mihi valde placet. Et ita sustinent ex voto teneri *Cardinalis d. cap. Cum olim, in fine.* Et *ibi Imola num. 7. Azor lib. 13. institutionum moralium, c. 14. quæst. 10.*

12 Similis difficultas est de promoto ad sacros ordines, qui in promotione habuit expressam intentionem minime se ad continentiam obligandi. Hunc enim adhuc ad eam obligari, saltem ex Ecclesiæ cõstitutione, quæ omnes sponte promotos, velint nolint, obligat, nemo est, qui dubiter: nec in dubium id vertere possit. Atque hunc peccare mortaliter, si habuit intentionem non promittendi vere & ex animo continentiam, rectè docuit *Palacios 4. d. 37. disp. vnic. concl. 3 fine.* Quòd in re grauissima contraueniat statuto Ecclesiæ. In dubium autẽ vertitur, an tunc teneatur ex voto. Id enim aliqui affirmant. Quod id votum annexum sit ex Ecclesiæ cõstitutione ordini independenter ab ordinati voluntate. Sicut & onus recitandi officium Canonicum. Ita affirmant *Ricardus 4. d. 37. a. 1. q. 1. corp. Palud. 4. d. 38. q. 1. a. 2. vn. n. 12. Navar. summ. c. 22. nu. 52. Palacios 4. d. 37. disp. vn. concl. 3. fine.* Alij dicunt idem, quia licet protestetur se nolle continere, at accedens postea ad ordines, videtur ab ea voluntate per protestationem declarata recedere. Sic *Domin. c. Diaconi, ad fin. d. 28.* Idem significat *Toledo l. 7. sum c. 8. nu. 3.* reddit enim hanc rationem: quia illa nolitio est sola quædam noleitas, at absolute vult, quando vult ordinem. Aliam rationem tradit *Turrecrem. c. 1. n. 1. d. 28.* quia habens intentionẽ non vouendi, adeò violenter præsumitur vouisse, vt nulla probatio admittatur in contrariũ. Sed hæc ad forum contentiosum pertinent, in quo præsumitur recessus ab ea contrariæ voluntatis protestatione: nec admittitur oppositi animi probatio. Ideo mihi placet, vbi verè adfuit animus non obligandi se ad continentiam, ex sola Ecclesiæ constitutione, teneri sic promotum ad continentiam seruandam, & abstinendum à matrim. Quod ad cætera præcepta & onera ordinibus annexa, possit Ecclesia sponte ordinatos, velint, nolint, astringere; secus de voto: id enim eius naturæ prorsus repugnat: vtpote, quæ est, esse legem priuatam, quam quispiam sibimet voluntarie imponit. Et ideo hanc partem tuentur *Palud. 4. d. 37. q. 1. a. 2. n. 14. Supplement. Gabrielis 4. d. 38. q. vn. a. 2. ad fin. vers. Hinc colligi potest, & d. 37. q. vn. art. 2. post 2. conclus. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 8. post 2. concl. Sylu. Matrimonium, 8. q. 12. dict. 2. Durandus 4. d. 7. q. 1. fine corp. Arlorcus l. 5. Theosoph. c. 7. paulo post princip vers. Rursus obiicit. Bassolis 4. d. 47. q. vn. a. 1. Nicol. de Nyssa super 4. sentent. tract. 6 p. 2. de matrim. q. 7. paulo post princ. Ant. Cuc. l. 5 institut. maior. t. 12. n. 220. Palacios 4. d. 37. disp. vna, col. 2 vers. Quod vero sint. Anglis floribus, 1. p.* vbi de matrim. *q. 11. de impedimento ordinis. a. 1. disse. 4.*

De promoto verò inualide ad sacros ordines, qui vere 13
promouen voluit: at ordo fuit irritus deficiente aliquo substantialiter requisito: aut quia ordinans se fuxit Episcopum, an valide possit inire matrim. dubitauit *Damascenus in qu. sua 2. tit. qui clerici, vel vou.* Quòd sponsalia etiam nulla ex alio defectu, quam consensus, pariant publicæ honestatis impedimentum, *c. vn. de sponsal. in 6.* at in eam partem inclinauit, vt matrim. valeat. Quæ verissima est, vt statim probabo: & ita docent *gloss. cap. vn. verb. Approbatis, de voto, in 6. & ibi Archid. n. 3. Ioan. And. ad fin. Domin. nu. 14. Palud. d. 38. q. 2. a. vn. n. 10. & 11. & ibi Supplem. Gabr. qu. vn. a. 2. vers. Secunda diuisio vott. Abul. c. 30. Num. q. 61. fine. Brunel. de sponsalib. concl. 31. n. 7. Barbosa rubr. ff solut. matrim. 2. p. n. 100.* Discordant autem prædicti DD. an hic saltem voto simplici teneatur ad castitatem, ac proinde peccet matrimonium ineins. Quod affirmant *Ioan. Andreas, Dominicus, ac Brunel. ibidem.* Ducuntur, quia professus in religione, quam falsò existimabat approbatam, vel alias inualidè, tenetur ob suam profitendi intentionem voto simplici castitatis, *c. Quidam. & c. Placet, de conuers. coniug.* similiter ergo inualidè ordinatus tenebitur ob intentionem validum ordinem susciplendi, simplici castitatis voto. Et confirm. quia procedit in hoc casu ratio decisionis illorum textuum, nimirum, vt actus, qui non valet eo modo, quo fit, valeat modo, quo valere potest: iuxta textum *c. vn. §. Porro, de despons. impub. in 6.* Cæterũ verius est, hunc ad nil prorsus obligari. Quod docent *Palud. Supplementum Gabrielis, Barbosa eisdem locis.* Qui benè tradit disparitatis rationem inter inualidè professentem, & inualide ordinatum. Quia cum castitas sit essentialiter annexa statui religioso (vt probaui disp. 25. n. 8.) non verò ordini sacro (vt dixi hac disp. n. 5.) sed ex statuto Ecclesiæ, tamquam accessoria statui, & tacite in eius susceptione promissa: hinc est, vt professus in religione emittat per se, & principaliter, votum castitatis: quamuis ergo non valeat vt solemne propter aliquem acceptationis defectum, valebit eo modo, quo valere potest, nempe, vt simplex. At susciplens ordinem sacrum non emittit per se, & principaliter, votum castitatis, sed accessorie, & in consequentiam status, ob Ecclesiæ constitutionem. Quando igitur principale non valuit, id, quod venit in consequentiam, nullum effectum producere potest, *l. 3. §. finali, ff. de seruit. rustic. prad. l. Cum principalis, ff. de regulis iuris.*

Ex dictis forsan quispiam inferet, ordinatum sacris or- 14
dinibus sponte, ac conscium voti castitatis annexi, duplici obligatione adstringi ad castitatem, altera ex voto, altera vero ex Ecclesiæ constitutione. Si enim ea duplex obligatio non concurreret, vbi cessaret obligatio voti, nempe, in volenti non vouere, nulla obligatio supereesset. Quod est contra omnes, & contra dicta nu. 11. & 12. Rursus inde inferet, constitutum in sacris fornicantem, duplici malitia vltra simplicem fornicationem infici, & ea quidem specie diuersa, vt iudex extrahens iniuste reum ab Ecclesia, astrictus voto non extrahendi, admittat duplex sacrilegium, alterum, contra Ecclesiæ præceptum iubentis, ob loci sacri reuerentiam, ne extrahat: alterum autem, contra votum id interdicens, ob fidem traditam præstandam Deo,

Simi-

Similiter ergo peccabit sic promotus contra voti fidem, ac contra Ecclesiæ præceptum continentiam indicens ob reuerentiam ordinis. Sed id omnino negandum est. Idque communis omnium conceptio attestatur. Nullus enim asserit eam duplicem malitiam: imo (vtn. 30. videbimus,) sacerdos fornicans, si professus sit, sat fatebitur dicens se esse professum, tacito sacerdotio. Quod verum habere non posset, si in sacerdote esset alia malitia, vltra contra votum, quod est in professo. Quare dicendum est, præceptum Ecclesiæ non esse immediatè de continentia à sacerdotibus obseruanda, sed de voto castitatis emittendo, quod vbi emissum fuerit, obligabit, ac ab illo consurget ea continentiæ lex: at dicetur mediatè procedere ex Ecclesiæ constitutione, non quasi Ecclesia nouum continentiæ præceptum statuat (vt contingit in exemplo iudicis allato) sed quia Ecclesia præcepit id votum emitti (vt dixi nu. 10.) Et optimè docet *Metina lib. 5. de sacrorum hominum continentia, c. 3.* Quare hoc significantes dixerunt, *Vincentius, Goffredus, Abbas, Rostella, Sylvest. num. 11. allegati*, conscium voti annexi dum ad ordines sacros promouetur, teneri ex voto ad castitatem: ignarum autem ignorantia probabili, ex Ecclesiæ præcepto. Et similiter *Arboreus n. 12. relatus* dixit non habentem contrariam voluntatē teneri ex voto: habentem autem, ex Ecclesiæ lege. Quasi Ecclesia directe voluerit solùm ad votum emittendum astringere, & eo astrictum noluerit ampliùs ligare: quia tamen in facultate ordinati situm erat fingere votum, nec Ecclesia potest aliquem voto obligare contra eius voluntatem: nec in foro conscientiæ ordinatus ille, qui noluit vouere, ab obligatione speciali continentiæ annexa ordini liber maneret, instar fictè professi, illum sua speciali lege Ecclesia astrinxit. Nec diuersus finis allegatus voti, & prædictæ constitutionis, duplicem arguit malitiam, vt n. 30. declarabimus.

15 Ad argumenta nu. 9. proposita constat ex dictis, nu. 10. 11. & 12. vbi explicuimus qualiter Ecclesia possit cogere ad id votum emittendum, illudque sit voluntarium. Et an nolens vel ignorans voto ligetur.

SVMMARIVM.

An votum solemne ordinis consistat in vera traditione, & sit per se & ex natura sua solemne: Refertur opinio, n. 16.

Proponitur sententia Auctoris, n. 17. & ibi enodatur c. vnicum de voto, in 6.

Solemne ordinis differt specie à solemni professione, non autem à voto simplici, nec ex natura rei, n. 18.

Initiatus ordine sacro fornicans, est reus sacrilegij, ac tenetur tam circumstantiam fateri, n. 19.

Reiicitur sent. asserens monachum, aut clericum ordinis sacri fornicantes, non esse reos voti violati, n. 20.

Refutantur dicentes concubitum sacris initiati esse simplicem fornicationem, n. 21.

An qui simul sacerdos & professus est, si fornicetur, satisfaciat confitens, se sacerdotē aut professum esse? Refertur triplex sententia, n. 22 23. 24.

Vota aut iuramenta multiplicata non constituunt nouam malitiam necessariò fatendam in fractione, n. 25.

Secus si sit iuramentum & votum de eadem re. n. 26.

Professus fornicans non satisfacit, si se votum emisisse dicat, n. 27.

Nec si sit simul sacerdos, & dicat se esse sacerdotem, n. 28.

Nec si dicat se fecisse votum solemne, sed debet se professum dicere, n. 29.

Satisfacit dicens se esse sacerdotio tacito professum, n. 30.

Sacerdos non professus fornicans, satisfacit dicens se esse ordinis sacri, num. 31.

Imò sat est dicere se contra votum deliquisse, n. 32.

Nec Episcopus, aut prælatus religionis fornicans, tenetur seclusa scandalo circumstantiam dignitatis fateri, n. 33.

Si religiosus Soc. Iesu nondum solemniter professus fornicetur, satis fatetur dicendo se peccasse contra votum castitatis: nec peccata religiosi votis non aduersa continent circumstantiā necessariò fatendā, n. 34.

Qui fecit expresè votum castitatis, & est sacerdos, & emisit vota simplicia biennij in Societ. Iesu, satisfacit explicans se votum castitatis violasse, n. 35.

Quid, si professus, vel sacerdos, vel habens votum castitatis, promiserit se non habiturum mollitiem? n. 36.

Si professus, aut sacris initiatus, aut alio voto castitatis ligatus, iuret se seruaturum castitatem, tenetur hanc circumstantiam iuramenti fateri, n. 37.

Probabile est professum sacerdotem fornicantem satisfacere dicendo se emisisse votum castitatis, n. 38.

Soluuntur argumenta, n. 39.

16 QVAESTIO vltima. An votum solemne ordinis sacri consistat in vera & perfecta traditione, per quam eo ordine initiatus se dominio sui corporis abdicat, & illud transfert in Deum, instar voti solemnis professorum, sitque per se & ex natura sua solemne? Fortiter enim id ita esse suadet textus *cap. vnico, de voto, in 6.* vbi Ecclesia illud votum vt solemne admittit, & æquiparat illud voto solemni professionis. Idemque habetur in *Extran. Antiquæ. Ioannis 22. de voto.* Quòd si dicas, expresè non appellari solemne simpliciter, sed quoad effectum dirimendi matrim. Cùm eodem prorsus modo loquatur vterque textus de voto solemni professionis, idem de eo dicendum erit: atque ita concludetur aut in neutro, aut in vtroque voto, esse veram traditionem. Et confirm. quia non est ratio cogens, cur negemus eam traditionem in ordine, quam concedimus in professione religionis, licèt non quo ad omnia, ad quæ se tradit religiosus, quia promotus ad ordines non vouet paupertatem, at quo ad castitatem seruandam, quam vterque solemniter vouet. Cùm vterque status sit fixus & immobilis omnino: ita vt contra gesta fint prorsus irrita. Secundò, quia ordinatus se dedicat diuino obsequio ad castitatem seruandā, & mutat statum: at Episcopus nomine Ecclesiæ acceptat. Et si dicas nullam esse formam traditionis nec acceptationis. Obstat, quia idem contingit in professione tacita: votum autem hoc solemne est tacitum. Tertiò, quia Gregor. XIII. in bulla quæ incipit, *Ascendente Domino*, appellat vota, quæ religiosi Societ. Iesv emittunt finito nouitiatus biennio, simplicia. Cum tamen per illa statuat dirimi subsequens matrim. Non igitur sufficeret per votum sacro ordini annexum dirimi sequens matrim. vt appellari deberet solemne, si in eo traditio non esset. Et confirm. quia cùm de voti solemnis essentia sit perfecta traditio, (vt diximus disp. 25. n. 7.) si in hoc voto traditio perfecta non reperiatur, neutiquam erit solemne. Quod est contra *d. c. vnicum*: & contra *d. Extrauag. Antiquæ.* Et ita in eo voto esse traditionem, per quam transfertur dominium corporis in Deum, affirmat *Ioan. Andr. c. vn. de voto, in 6. n. 1. & ibi Archid. nu. 1. Anchar. nu. 2. notab. 3. Dominn. 10. Card. clem. vnic. n. 19 q 24. de consang. Metina l. 5. de sacr. hominum continentia, c. 8.* asseritque tam verè solemne esse, ac tam veram traditionem continere, ac professionem, & tantùm differre quòd sit traditio ad pauciora. Et *D. Tho. 4. d. 38. q. 1. art. 2. quæstiunc. 3. corp. & ibi Ricard. art. 7 q. 2. corp. Bruuel. de sponsal. concl. 31. nu. 2. Celaia 4. d. 37. q. 4. Beja in sua summ. casu 49. statim in princ. Matienzo lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gloss. 1. n. 157. Barbosa rubr. ff. solut. matrim. 2. part. nu. 90. fin. & n. 98. 99. Graffis 2. p. decision. l. 2. c. 12. n. 40.* æquè ponunt traditionem in ordine sacro, ac in professione. Faciunt etiam docentes votum solemne professionis & ordinis esse eiusdem speciei: quos n. 18. referam.

17 Alij DD. quos disp. 25. nu. 7. retulimus, dicentes essentiam voti solemnis consistere in ea traditione, per quam dominium corporum transfertur iure naturæ, dicerent id votum non esse simpliciter per se solemne, quia non reperitur in eo perfecta traditio, qua transferatur dominium corporis in Deum, sed esse per se votum simplex castitatis, dici autem per accidens & extrinsecè solēne, quod habeat effectum potissimum ex ecclesiastica constitutione annexum voto solemni, qui est subsequens matrimonium dirimere. Nec hic loquendi modus alienus est à vero loquendi modo, quo vniuersi Theologi loquuntur. Nam omnes illi eam vim sacramentis, saltem pœnitentiæ & baptismi, tribuunt, vt ex attrito efficiant contritum: cùm tamen substantia doloris, & obiectum, eadem perseuerent, & dolor ille, qui ante susceptum sacramentum erat propter pœnas inferni, non transit in dolorem propter Deum, ac proinde per se & essentialiter dolor ille prior est attritionis per susceptionem sacramenti: appellatur verò per accidens & extrinsecè dolor contritionis, quod virtute sacramenti habeat eundem effectum, qui competit contritioni absque actuali sacramenti receptione, cum solo proposito recipiendi, qui est restituere peccatorem

torem ad gratiam. Sic ergo votum illud annexum ordini sacro est per se & essentialiter simplex: at dicitur solemne extrinsecè & per accidens, quia habet eundem effectum voti solemnis. Et ideo caute *c. vn. de voto. in 6.* non appellatur solemne absolutè & simpliciter, sed quoad effectum dirimendi matrimonium: & quoad hoc æquiparatur voto professionis: & sicut non obstante ea æquiparatione est differentia in modo dirimendi, quòd votum solemne (inquiunt) dirimat ex natura sua, & iure naturali; (vt probauimus disp. præced. nu. 4.) at votum ordinis sola constitutione Ecclesiæ (vt dicemus disp. seq. nu. 11.) ita est differentia in modo, quo vtrumque est solemne. Sed dices, eam differentiam non colligi ex eo textu. Id fatebuntur DD. huiusmodi, sicut neque colligitur discrimen modi irritandi, at colligitur ex ratione & auctorum doctrina. Et *Caietan* est expressè huius sent. *tom 1. opusc. tract. 27. de dispensatione matrimonij in Occidentali Ecclesia, q. vn. §. Videtur autem mihi*: vbi ait, id votum non esse solemne per se, sicut votum professorum, sed per accidens solemne. Quia per accidens coniungitur sacro ordini: nec ordinatus exhibet seipsum ad castitatem, sed ad ordinum ministerium. Vbi expressè vocat solemne per accidens, & dicit in voto castitatis non esse tradationem. Et ferè expressè idem tenet *Sotus l. 7. de iustitia, q. 5. art. 3. ad 2. versic. Sed inferes.* vbi ait, votum hoc non esse ex iure diuino solemne, sed ex iure positiuo, hoc est, solo statuto Ecclesiæ reddens personas inhabiles ad matrimonium. Vbi clarè totam huius voti solemnitatem in eo sitam esse dicit, quòd ex Ecclesiæ statuto dirimat matrimonium subsequens. Et *eod. lib. 7. qu. 2. art. 5. col. 6. paulo ante versic. Igitur si opinio*, ait, si votum solemne professionis solo iure humana dirimeret subsequentem matrimonij contractum, ablato eo statuto, id votum manere per se simplex. Cùm igitur ipse sentiat, votum solemne ordinis solo iure humano dirimere, censet apertè id votum nullam aliam rationem voti solemnis habere præter illam extrinsecam, & per accidens sibi coniunctam solo Ecclesiæ statuto dirimendi matrim. Idem non obscure sentiunt Doctores, qui traditionē voti solemnis in eo constituunt, quod per ordinem constituatur clericus sub Episcopi potestate ad cultum Dei, & ad diuina officia, ac ideo sit aliqualis traditio, cui non repugnat matrim. sed per accidens coniungitur castitas. Sic explicant *Dec. a 4. dist. 33. qu. vn. a. 3. notabil. 4. Valentia in suis controuers. lib. 3 no de cœlibatu cap. 2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 53. art. 3. dub. 1. conclus. 2. in 1. eius probat. & in solutione ad 1.* vnde *in solutione ad 2.* concludit, quamuis *c. vnico de voto, in 6.* æquiparentur votum professionis & ordinis sacri, at reuera esse maximam diuersitatem inter vtrumque votum, quæ colligitur ex ipsa rei natura. Et *ipsemet Valentia eod. cap. 2. paulo post princ. & in sua 4. part tract. de Sacramento ordinis, disp. 9. q. 5. puncto 5. §. 2. paulo post princ.* dicit votum hoc appellari solemne, quòd instar voti solemnis dirimat matrimonium ex Ecclesiæ statuto. Et idem *Sotus lib. 7. de iust. q. 2. a. 5. col. 6. vers. Igitur si opinio: & Aragon 2. 2. q. 88. art. 11 col. 11. §. Secundo est aduertendum*, explicant eam traditionem reperiri in ordine, quæ est ad diuinum cultum. Atque ita concludit *Aragon notabil. 3.* esse latissimum discrimen inter traditionem, quæ est in ordinis sacri susceptione, & in professione. Constat ergo ex his omnibus DD. non esse veram traditionem, per quam transferatur dominium corporis in Deum, ad castitatem seruandam: vt in religionis professione: sed aliqualem tantùm, & non ad castitatem, sed ad ministeria diuini cultus: ac per accidens adiungi votum illud castitatis. Erit igitur id votum, simplex ex natura sua, & per se: at extrinsecè, ac per accidens solemne, quod voti solemnis effectum habeat. Deinde, quia vniuersi ferè Doctores, vno vel altero excepto, asserunt votum solemne ordinis dirimere ex solo statuto Ecclesiæ matrimoniū subsequens, (vt disp. sequenti videbimus) estque sententia receptissima. Cùm tamen plerique ex illis dicant id competere iure naturali voto professionis, quod sit traditio, per quam transfertur dominium corporis in Deum (vt dixi disp. præced. num. 4.) Sentiunt ergo eam traditionem non reperiri in voto solemni castitatis ordini annexo: aliàs profectò eodem iure naturali dirimeret matrim. Quamuis enim id votum ex solo Ecclesiæ statuto annecteretur ordini, at semel annexum, si esset per se solemne, cum vera traditione, instar voti professorum, dirimeret vtique iure naturali subsequens matrim. Sicut non obstante annexione solius iuris Ecclesiast. obligat instar voti simplicis, iure naturæ & diuino, ac impedit eodem iure matrim. iniri. Adde, *D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 11* & multos alios absque controuersia fateri, posse Pontificem dispensare in voto solemni ordinis sacri, cùm tamen posse in voto solemni professionis negent. Cuius differentiæ alia ratio esse nequit, nisi quòd in voto ordinis sacri non reperiatur perfecta traditio, secus in voto professi. Tandē ratio huius differentiæ ea est petita ex rerum natura: vbi enim ius humanum non disponit, ad ipsas rerum naturas est confugiendum. Cum igitur ex nullo textu constet differentia inter ambo vota; imò æquiparentur, *c. vnic. de voto, in 6.* ex ipsa vtriusque status natura, differentia hæc petenda est. Status ordinis sacri non habet suapte natura castitatē adiunctam, sed ex solo Ecclesiæ statuto (vt n. 5. probauimus) nec promotus ad sacros ordines, suapte natura renunciat nuptijs, nec moritur seculo, quasi ad aliam se transferens vitam, & ita non est cur dicamus illum alienationē sui facere: sed tantùm ob ministerij sacri decentiam adiungit Ecclesia votum castitatis, statuens vt per illud instar voti solemnis, dirimeretur matrimonium subsequens. Quæ omnia secus se habent in statu religionis, qui continet suapte natura castitatem, & est perfecta mors spiritualis, vt dixi disp. 23. nu. 8. Cæterùm retenta nostra sent. qua asserimus, non differre votum simplex & solemne per solam traditionem, (cùm ea quoque reperiatur in aliquibus votis simplicibus, vt supra dictum est) sed ex solo statuto Ecclesiæ, dicendum est, votum ordini sacro annexum per se & simpliciter esse solemne instar voti professorum, atque ita *Bonifac VIII eo cap vnico*, vtrumque votum æquiparat; dicitque esse solemne.

Hinc primò deducitur bene dixisse *Cordubam sum. q. 3.* 18
Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 29. vers. Praterea huic affinis est. votū solemne ordinis & professionis non differre specie in genere moris: neque est audiendus *Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 35. n. 5.* dicens vtrumq; votum differre specie à voto simplici. Sed dicendum est, neque hæc duo vota differre inter se specie, neque etiam à voto simplici, sed per solam Ecclesiæ constitutionem decernentis, hæc duo vota dirimere matrimonium, non autem votum simplex.

Secundò deducitur pro materia confessionis, quid in 19
ea quæstione dicendum sit. An professus in sacris cōstitutus fornicans, teneatur vtriusque voti circumstantiā fateri? Et in primis, tamquam res certa, supponendū est, non tantùm professum, sed etiam solo ordine sacro initiatum, fornicantem, esse reum sacrilegij: ac proinde teneri fateri illam circumstantiam voti annexi ordini sacro; tanquam quæ speciem mutet. Constat, quia vltra fornicationem virtuti temperantiæ aduersam, delinquit in religionem, violans castitatis votum. Quod si sentiat quispiam, obligationem castitatis annexam ordini sacro, non esse ex voto, sed ex mera Ecclesiæ constitutione: vt sentiunt Auctores numero 9. relati: adhuc tenetur dicere sacrilegam esse eam fornicationem. Quia cùm Ecclesia castitatem præceperit clericis, ob reuerentiam ministeriorum sacrorum, quibus vacant: id præceptum ad religionem pertinet: ac subinde eius violatio sacrilega est. Quòd si quis velit dicere, id præceptum esse tantùm de abstinendo à matrim. reprobatum est n. 3. Idem etiam constat ex *Concil. Toletan. 2.* quod refertur *cap. De his, d. 28.* vbi expressè clericos fornicantes, tamquam sacrilegij reos, ab Ecclesia reiiciendos esse decernitur. Et ita sentiunt *Abulensis c. 1. Matth. quæstion. 204. columna 2. v. De primo patet. Clictouæus de vita & moribus sacerdotum, cap. 21. paulo post principium. Nauarrus summa Hisp. c. 25. nu. 108. Celaia 4. dist. 37. quæstion. 3. Sotus lib. 7. de iustitia, quæstion.*

quæstion. 4. art. 2. col. 4. versic. De tertia propositione. Gutier quæstion. canon. lib. 2 cap. 7. num. 3. Aragon 2. 2. quæstion. 88. art. 11. col. 2. §. His constitutis. Toledo lib. 4. summ. cap. 17. num. 21. Azor lib. 13. institutionum moralium cap. 12. quæst. 6. ad finem. Et omnes Doctores num. 22. & 23. allegandi hoc supponunt, & solùm disputant, an qui simul sacerdos & professus est, fornicans teneatur sacri ordinis & professionis circumstantiam fateri, an solam alteram. Idem docet *Stunica de voto quæst. 4 num. 28.*

20 Quare reiicienda prorsus est ea sententia, quam amplectuntur *Gerson regulis moralibus, tractatu de matrimonio, alphabeto 25. litera I. Supplementum Gabrielis, 4. distinction. 24. quæstion. vnica, artic. 3. post dubium 3. versic. Hinc oritur dubium: & distinct. 38. quæst. 1. articul. 3. §. Circa nunc dicta, post 3. dubium, conclusione 5. Tabiena Votum 1. numero 3. notabili 2.* asserentes fornicationem sacerdotis aut monachi non addere circumstantiam specie diuersam à simplici fornicatione, ac necessario fatendam. Quod votum non cadat propriè supra materiam alio præcepto debitam, sed sit tunc quasi noua confirmatio & ratificatio obligationis præcepti illius, ac proinde nouam non addat, sicut contingit in eo, qui vota de eadem materia repetit: quorum transgressionem vni malitiæ obnoxiam esse dicemus, num. 25. Sed hanc sententiam erroneam & longè à veritate alienam, & communi sentiendi modo appellat *Castro lib. 1. de lege pœnali cap. 10. col. 5.* Quia cùm altera obligatio sit ex lege naturali diuina, pertinens ad temperantiæ virtutem, altera autem sit ex voto, pertinens ad religionis virtutem, qua strictiori vinculo se obstrinxit vouens, ad castitatẽ, quam iure naturali seruare tenebatur, & ad non ducendam vxorem; dicendum est, necessariò duas esse obligationes specie diuersas, ac proinde in transgressione duplicem reperiri malitiam.

21 Similiter non est admittenda sententia aliorum, dicentium concubitum clerici sacris initiati, esse simplicẽ fornicationem. Ducuntur per *ca. Quia circa, de bigamis*, vbi loquens textus de presbyteris concubinarijs sic ait: *Cum eis tamquam simplici fornicatione notatis.* Et *c. Presbyter, di. 28.* ibi: *Presbyter si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit.* Sic docent *Cardin. clem. Ad nostrum, versf. 7. n. 3. de hæret. & ibi Imola nu. vlt. Idem Imola c. Vt clericor. n. 8. versf. Aduerte tamen, de vita & honest. cler. Felin. c. At si clerici, in princ. n. 14. versf. Vtrum autem: & ibi Decius in noua edit. nu. 229. versf. Non obstant, de iudiciis. Bermond. de publicis concubin. §. Et alios non publicos concubin. n. 12. Paullus Grillan. de pœnis omnifariam coitus, q. vlt. nu. 2. Iul. Clar. li. 5 recept. §. Fornicatio, n. 18. & §. Incestus, nu. 1. versic. Sed numquid cõmittitur. Bossius pract. t. de coitu damnato, n. 10. & 16. Velasquez de Auendaño, l. 9. Taur. in gloss. 10. n. 10. Gutier. quæst. canon. li. 2. c. 7. n. 44.* At sententia hæc confunditur ex dictis num. 19. Et ad textus, quibus innititur, respondet bene *Azor lib. 13. institutionum moralium cap. 12. q. 6. ad finem*, id solùm velle eos textus, ne clerici fornicatio sit appellanda adulterium, stuprum, incestusve. Quod nomen non pauci Iurisperiti illi tribuunt.

22 Potissima autem difficultas est, an sacerdos, qui simul professus est, fornicans, teneatur vtramque circumstantiam fateri; an potiùs satisfaciat alteram explicans, aut se voto castitatis ligatum esse? Quidam aiunt minimè teneri vtramque circumstantiam fateri, sed satisfacere dicendo se sacro ordine initiatum esse, explicando. Quòd vota ordinis sacri & professionis non distinguantur specie, nec alterum notabilem deformitatem addat. Sic sentiunt *Corduba sum. qu. 3. Ouand. 4. d. 25. qu. vnic. post 9. propos. coroll. 2. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 29. col. 9. §. Præterea huic affinis est. Manuel 1. tom. summæ 2. editione, cap. 53. n. 5.* Citatur ab his *Nauar.* pro sua opinione, *sum. Hispan. cap. 28. in addit. ad n. 11. cap. 6.* sed ibi satis æquiuoce loquitur. Nam quærens, an religiosus sacerdos fornicans teneatur fateri se esse religiosum, an sufficiat fateri se esse sacerdotem, ait: *Respondeo quod non*, vbi æquiuocè loquitur, vix enim dignosces, an ea responsio negans correspondeat priori parti quæst. & sic erit huius sent, an posteriori, & sic erit contra-

riæ. Et *sum. Latin. c. 6. n. 13. in fine*, neutrum etiam explicuit; sed tantum dicit religiosum fornicantem teneri explicare se religiosum esse.

Alij censent sacerdotem professum fornicantem non 23
satisfacere dicendo se sacerdotem esse. Quod votum solemne religionis mutet speciem, aut notabiliter aggrauet: & dicunt contrarium non esse probabile: & similiter dicunt teneri explicare circumstantiam sacerdotij, nec satisfacere dicendo se professum esse, & ordine sacro initiatũ: at si sacerdos non sit, satis fateri, explicando se professum esse, & ordine sacro insignitum, nec teneri explicare, diaconus ne an subdiaconus sit. Quia quamuis ordo sacer ratione voti non addat nouam deformitatem, supra professionis votum: eam tamen addit, & notabiliter quidem aggrauantem, ratione consecrationis ad ministeria diuina: atque inter ipsos ordines sacros, eam addit sacerdotium. Quoniam ad longè altius ministerium dedicat. Dicunt etiam, si Episcopus sit, teneri explicare episcopatum ratione altioris consecrationis. Ita *Petrus de Ledesma de sacram. vbi de sacramento pœnitentiæ, cap. 19. circa circumstantiam personæ, dub. 1. & 2. à fol. 619.*

Tandem alijs placet, etiam professum satisfacere di- 24
cendo se emisisse votum castitatis. Ita opinantur quidam, teste *Henriq. lib. 5. de pœnit. c. 5. nu. 6. in commento, littera G.* & ipse tantum vocat oppositam sententiam probabiliorem. Quare clare existimat hanc esse probabilem.

Sed vt meam sent. explicem, præmitto eum, qui semel 25
factum à se votum repetit millies, nullam in se obligationem distinctam suscipere, sed veterem tantùm renouare ac confirmare: quare si votum id violet, vnius solùm culpæ reus erit: nec in confessione tenebitur voti sæpius repetiti mentionem facere. Quia omnia ea vota eodem prorsus modo ad vnam religionis speciem pertinent. Sicut qui multa conficit instrumenta eiusdem obligationis, cum eisdem hypotheeis, non plus astringitur, quam vnico confecto instrumento. Et ita docent *Metina 1. 2. qu. 72. a. 6. col. 2. versf. Sed dices: & l. 1. sum. cap. 9. paulo ante §. 1. fol. 23. Ouand. 4. dist. 25. quæst. vnic. post 9. propos. coroll. 2. Enriq. li. 5. de pœnit. cap. 5. num. 6. Azor l. 11. institut. moralium c. 14. q. 1. ad fin. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 23. n. 4. concl. 2. fi. & 2. to. c. 94. num. 9. Vega 2. tom. sum. c. 129. casu 8.* Et eadem ratione est idem dicendum de iuramentis multiplicatis circa eandem rem, vt bene docet *ibi Enriquez.*

Erit tamen diuersa malitia necessariò in confessione 26
detegenda, si votum & iuramentum de eadem re facta violentur. Quòd diuersa ratione pertineant ad religionis virtutem, nimirum, votum ob fidem datam Deo seruandam: iuramentum autem, ne Deus adducatur in testem falsò. Et ita docet *Enriquez n. praced. allegat.* Et clare videtur tenere *Azor lib. 11. institut. moral. cap. 10. q. 2. §. Alius tamen non videtur*, vbi ait vincula voti & iurisiurandi super eadem re esse diuersa.

Prima conclusio sit. Professus fornicans satisfacit, si se 27
votum emisisse dicat, quia id solemne votum à simplici non differt specie, neque alterius rationis vinculum est, sed solùm accidentaliter, vt dixi disp. 25. n. 7. & ita docent DD. quos in hac disp. nu. 24. retuli. Quamuis *Metina lib. 1. sum. c. 14. §. 18. f. 119. pag. 2. Enriquez l. 5. de pœnit. c. 5. num. 6. in comment. lit. G. Petrus de Ledesma nu. 23. allegat. Aragon 2. 2. q. 88. a. 7. ad fin. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 53. num. 5.* dicant, hunc non satisfacere, sed debere explicare professionem. Quod quidem est valde probabile etiam retẽta nostra sent. Quia licet id votum non differat essentialiter, & specie à voto simplici, addit tamen circumstantiam status religiosi notabilissime aggrauantem.

Secunda concl. Si sit sacerdos & professus, satisfacit di- 28
cens se sacerdotem esse. Hæc est contra DD. nu. 23. allegatos, & tenent quos n. 22. allegaui, quia hæc vota non sunt distinctæ speciei, quamuis probabile est non satisfacere, quia videtur multo grauior Monachi fornicatio, vt ait *Palaotus de nothis & spur. c. 16. n. 15.* Pro hac quoque concluf. est *Palud. 4. dist. 38. q. 4. a. 1. post 5. concl. n. 14.* vbi ait professum

in

in sacris constitutũ fornicantem, esse duplicis voti reum. Cuius doctrinam non omnino approbo, vt dicam nu. 30.

29 Hinc infertur professum satis fateri, si se votum solemne emisisse dicat. Quod constat à fortiori ex dictis dupli. ci num. præced.

30 Tertia concluſ. Sacerdos professus fornicans satis fatetur, se professum, tacito sacerdotio, dicens. Quia cùm castitas non sit ex natura rei annexa consecrationi sacerdotij, sed ex voti ratione annexi: (vt probauimus nu. 2.) sola malitia necessario cõfitenda consurgit ex voti transgressione. Tota autem malitia voti ordinis sacri violati inclusa est in voto solemni professionis violato. Nec obstat, si dicas duplicem obligationem esse in sacro ordine insignitis, ad castitatem: alteram ex voto, alteram ex Ecclesiæ præcepto. Id enim n. 14. reprobaui. Nec similiter obstat, si quispiam obijciat, Ecclesiam annexuisse votum castitatis ordini sacro, ob ministerij sacri reuerentiã. At votum obligat propter fidem Deo præstandam: atque ita videntur diuersi fines virtutis religionis, ac proinde cõstituunt diuersam specie malitiam. Sicut ob id diuersa est malitia, ac duplex, vbi votum & iuramentum de eadem re violantur, vt nu. 26. diximus. Hoc inquam non obstat. Quia quamuis Ecclesia præcipiens, vt initiati emittant votum continentiæ, cum finem habuerit: at votum continentiæ emissum tantùm obligat ex vi fidelitatis Deo debitæ. Itaque si hi non vouerent in ordinis sacri assumptione, delinquerent contra præceptum Ecclesiæ iubentis, vt voueant ob reuerentiam ordinis sacri: at id votum emittentes satisfecere huic præcepto & fini Ecclesiæ, & sola superest obligatio voti ad castitatem. vt stetur promisso facto, in Dei cultum. Hæc est aduersus *Pet. de Ledesma alleg. n. 23.* Et videtur contra *Paludan.* cuius verba retuli nu. 28. Sed eam docent *Medina l. 1. sum. c. 14. §. 18. f. 119. p. 2. Oviand. & Manuel alleg. n. 22.* Et clarè tenent reliqui eodem n. 22. allegati: dicunt enim satis esse sacerdotem professum dicere, se esse sacerdotem: quia vota ordinis & professionis non variant speciem moralem: à fortiori ergo dicent satis esse, professionem explicare.

31 Quarta concluſ. Sacerdos non professus fornicans non tenetur sacerdotij circumstantiam fateri: sed satisfaciet se sacri ordinis esse dicens. Hæc est contra *Petrum de Ledesma cit. num. 23.* Et ratio est, quod sacerdotium nullam aliam obligationem ad castitatem afferat, quàm eam, quæ consurgit ex voto emisso in subdiaconatu, (vt n. præced. diximus.) Nec reperitur vbi Ecclesia nouam obligationem iniunxerit. Quare secluſa ea Ecclesiæ constitutione, concubitus sacerdotis esset simplex fornicatio. Non ergo diuersa malitia inuenitur, quàm contra votum, quod in cæteris ordinibus sacris reperitur. Præterea, quia licet ea circumstantia aliquantum culpam augeat, sicut auget fornicantem esse sanctiorem aut doctiorem, aut maximis Dei beneficijs affectum: hæc tamen non ita notabiliter aggrauant, vt sit necessarium ea explicare. Et ita tradunt *Palacios 4. d. 16. disp. 3. col. 13. post 1. concl. vers. Vnde non sat erit. Enriq. lib. 5. de pœnit. c. 5. n. 6. comment. lit. G. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 29. col. 9. §. Præterea huic affinis est.*

32 Immò satis puto dicere, se voto castitatis ligatum esse. Quod tota malitia specifica superaddita consurgat ex voti fractione (vt n. 30. probauimus) & quamuis votum ordinibus sacris annexum sit solemne, non differt tamen à simplici per se & essentialiter: sed ex sola Ecclesiæ constitutione & accidentaliter, quia Ecclesia constituit per id votum dissolui matrimon. vt probauimus num. 17. & 18. Quare nullam aliam malitiam specificam reperio, quam in voti simplicis fractione: nec auget ea circumstantia notabiliter (vt n. præced. declarauimus.) Nec Ecclesiam irritasse matrim. postea initum, constituit nouam circumstantiam necessario fatendam (vt probaui disp. 5. nu. 16.) Hoc est contra *Manuelem alleg. n. 22.* & contra *Petrum de Ledesma n. 23. relatum*, dicentes non sufficere explicare votum castitatis. Sed ita docent *Stunica de voto q. 4. n. 28. Enriq. li. 5. de pœnit. c. 5. n. 6. commento lit. G. in fine.*

33 Adde idem esse dicendum, licet fornicans sit Episcopus, non enim tenetur Episcopatus circumstantiam fateri. Quod (vt probaui n. 7.) nullam aliam obligationem ad castitatem habeat, quam ratione voti annexi ordini sacro: vnde eiusdem rationis est fornicatio Episcopi, ac fornicatio cuiuscumque in ordine sacro constituti. Hoc est contra *Petrum de Ledesma alleg. n. 23.* Et ideo hanc sententiam dicit forte esse veram *Palacios n. 31. allegatus.* Et tenet *Enriq. num. prec. relatus.* Addit bene *Palacios ibid.* nec Prælatum religionis fornicantem teneri prælationis circumstantiam fateri, sed solum se professum esse: ob eandem rationem. Ex quo infero fornicationem Episcopi nondum consecrati, sed tantum electi & confirmati, nec sacro ordine initiati, non excedere malitiam simplicis fornicationis, nec continere circumstantiam necessario fatendam. Quod nulli obligationi speciali ad castitatem aduersetur. Rursus infero, illi Episcopo consecrato satis esse fateri se contra votum castitatis deliquisse, vt nu. præced. diximus, de sacerdote. Et docet *Enriq. ibi allegatus.* Et id apertè probat ratio adducta. Sunt tamen hæc accipienda, nisi fornicatio illa ab Episcopo, aut à religionis prælato admissa, ita publica esset, vt scandalum pareret: tunc enim aduersus specialem officij obligationem delinquerent, qua tenentur subditos non solo verbo, sed exemplo pascere: atque adeò specialis malitia ex statu, ac officij circumstantia contraheretur, eaque necessario fatenda.

34 Quinta concl. Si fornicetur religiosus Societatis Iesv, solis votis biennij aut coadiutoris temporalis, aut spiritalis, simplicibus ligatus, non tenetur se religiosum esse explicare: sed satis est, vt votum castitatis explicet. Constat ex dictis n. 27. vbi de professo id diximus. Præterea, quia si dicas statum religiosi, in quo illi per ea vota verè & propriè constituuntur, esse longè perfectiorem statu sacerdotis in seculo (vt docet *D. Tho. 2. 2. q. 184. a. 8.*) atque ita ratione status augeri malitiam. Id vtique fatebor, at id augmentum non est adeo notabile, vt circumstantiam necessario fatẽdam constituat. Quoniam peccata religiosi non variant speciem, nisi voto aduersentur, vt docẽt *Cajet. 1. 2. q. 7. a. 1. paulo post princ. Navar. c. Confiderat. in princ. num. 50. de pœnit. d. 5. & sum. c. 6. Hispanus n. 11. Lat. n. 13.* qui in vtroque loco addit, nec eam status circumstantiam esse necessario fatendam. Et ita hanc conclusionem docet *Enriqu. li. 5. de pœnit. cap. 5. n. 6. in commentat. lit. G.* Probabile tamen est teneri circumstantiam religionis explicare, tamquam notabiliter aggrauantem, vt n. 27. dixi de professo fornicante.

35 Ex dictis deducitur, qui expresse fecit castitatis votum, ac præterea initiatus est sacro ordine, & emisit simplicia vota in Societate Iesv, per quæ redditur verus religiosus, si fornicetur, satis eum fateri, si dicat se contra votum castitatis peccasse. Quia omnia ea vota non essentialiter differunt à voto simplici. Nec votorum multiplicatio efficit, vt ea sit necessario in confessione detegenda (vt probaui numero 25.) Et ita docet *Enriquez num. præcedenti allegatus.*

36 Secundò deducitur, professum, qui se non habiturum mollitiem vouit, & transgressus est, satis fateri se professum indicando, tacito eo voto. Quia voto castitatis emisso in professione ad idem tenebatur, nec multiplicatio votorum nouam affert malitiam. Sic *Llamas in methodo curationis animarum p. 3. cap. 4. §. 39.* Et idem dicendum est de clerico in sacris constituto, vel religioso Societ. Iesv nondum professo, aut iam professo, & de quocumq; alio qui votum castitatis fecit, imo & his omnibus satis erit dicere, se contra votum castitatis, aut contra votum non polluendi se, deliquisse. Quia in ijs sola malitia fractionis voti reperitur, quod enim alterum sit solemne, alterum verò simplex, est sola differentia accidentalis. Et licet votum castitatis plura contineat, quàm abstinentiam à peccato mollitiei: at dum violatur sola mollitie habita, non amplius violatur, quàm si esset votum solius abstinentiæ à mollitie. Si tamen is vltra mollitiem admitteret aliud peccatum in ea castitati aduersum, vt delectationis mo-

rosæ in feminæ cogitatione, aut concupiscentiæ ipsius, aut tactuum cum tertia persona, non sat esset explicare votum abstinendi à pollutione, sed aut simul esset votum castitatis explicandum, aut solum id castitatis votum: quia in peccato adiuncto non explicaretur circumstantia violationis voti.

37 Sexta concluf. Si initiatus sacris, aut professus, aut qui alias votum castitatis emisit, iureiurando se astringat ad castitatem, non satis fatebitur fornicationem, declarans professionem, ordinem, votum, aut solum iuramentum explicans, sed cum alijs vinculis tenetur iuramentum fateri. Quod sint diuersæ rationis vincula necessaria in confessione detegenda, vt probaui n. 26.

38 Ex dictis n. 27. & nu. 28. constat satis probabile esse sacerdotem professum satis fateri, si se sacerdotem aut voto ligatum dicat.

39 Ad argum. proposita num. 17. constat ex dictis.

DISPVTATIO XXVIII.

Vtrùm sacer ordo dirimat matrim. subsequens: & quo iure?

SVMMARIVM.

Proponuntur textus probantes matrimon. contractum post sacrum ordinem, non esse irritum, n. 1.

Est irritum, n. 2.

Nunquam licuit in Ecclesia initiatis sacro ordine matrim. inire, n. 3.

Græcus sacris initiatus non potest mortua vxore aliam ducere, n. 4.

Quid distet inter Ecclesiam Latinam & Græcam, quoad matrim., ante ordines sacros initum? n. 5.

An peccent Græci in sacris constituti, vtentes matrim. antea inito? n. 6.

Soluuntur argumenta. Et explicantur c. Diaconi, d. 28. c. Quoniam, & c. Aliter, d. 31. & an canones VI. Synodi, quos vocant Trullanos, sint authentici? n. 7.

Quo iure sacer ordo matrimon. postea contractum dirimat? Explicatur quid distet inter hanc quæstionem, & illam, an sit annexa ordini castitas iure diuino? n. 8.

Refertur duplex sententia, n. 9 & 10.

Proponitur sententia Auctoris, n. 11.

An ordo sacer iure naturæ impediat matrimon. subsequens, licet id non dirimat? n. 12.

Episcopatus quo iure dirimat matrim subsequens: & quid, si in Episcopus nondum sit consecratus, nec ordinis sacri? n. 13.

Soluuntur argumenta, n. 14.

1 DVPLICEM petit quæstionem disp. præsens. Alteram, an ordo sacer dirimat matrimonium postea initum: alteram, quo iure. Et circa priorem quæst. videtur pars negans vera. Primò, ex *canon. 6 Apost.* ibi: *Episcopus aut presbyter vxorem propriam nequaquam obtentu religionis abiiciat.* Secundò, ex *conc. Gangr. can. 4.* ibi: *Quicumque decernit à presbytero, qui vxorem habuit, quod non oporteat eo ministrante de oblatione percipere, anathema sit.* Tertiò, quia Stephanus Pontifex, & refertur *c. Aliter, d. 31.* ait in Orient. Ecclesia Clericos matr. copulari. Nec eum morè reprehendit. Quartò, quia *D. Aug. l. 15. de ciu. c. 16.* & refertur *c. vn. 35. q. 1. ad fin. vers. Illud autem*, sic ait: *Ecclesia post Apostolica instituta, quædam consilia perfectionis addit: vtpote de continentia ministrorum.* Quintò, ex *c. Diaconi, 28. d.* quod est ex Synodo Ancyrana, *cap. 10.* ibi: *Diaconi quicũq; cum ordinantur, si in ipsa ordinatione protestati sunt, dicẽtes, velle se habere vxores nec posse continere, ij, si postea ad nuptias venerint, maneant in ministerio: propterea quod eis Episcopus licentiam dederit.* Et confirm. quia si dicas hanc Synodum esse prouincialem: est postea approbata à Leone IV. & refertur *c. De libellis, d. 20.* ac proinde habet auctoritatẽ Pontificiam. Tandem, quia in *VI Synodo, can. 13.* & refertur *cap. Quoniam, d. 31.* sic habetur: *Nos antiquum canonem Apostolicæ perfectionis seruantes, hominũ qui sunt in sacris, coniugia deinceps ex hoc temporis momẽto firma & stabilia esse volumus.* Quos canones Adrianus Pontifex postea recepit, vt habetur *c. Sextam, d. 16.* ibi: *Sextam Synodum sanctam recipio cum omnibus canonibus suis.* Et amplius in eo canone reprobatur mos Ecclesiæ Romanæ interdicentis matrim. clericis constitutis in sacris. Constat ergo ex his omnibus non esse irritum matrim. contractum post ordinem sacrum.

Cæterum veritas Catholica est, per ordinem sacrum dirimi matrimonium postea initum. Id enim definitum est *c. 1. & 2. qui cler. vel vouentes. & c. vnic. de voto, in 6. & c. Vt lex, 27. q. 1.* quod est Innoc. II. Idem definierunt *Nicolaus Pontifex, & Alex. II.* quorum decreta referuntur *c. Nullus missam, & c. Præter hoc, dist. 32. & VI. Synodus c. 6.* & refertur *c. Si quis eorum, d. 32.* & multa alia decreta referuntur *ca. d.* Idem definiuit *Ioan XXII. in sua extrau. Antiquæ, de voto*, & nouissimè *Trident. sess. 24. de matrim. can. n. 9.* De cuius decreti conuenientia remissiuè diximus disp. præced. n. 2. 2

Dubitabis autem, an vmquam permissum sit sacris ordinibus initiatis matrim. inire? *Caiet. in opusc. tom. 1. tractat. 27. de dispẽsatione matrimonij in Ecclesia Occidentali, q. vn. paulo post princ.* dicit olim Græcis diaconis licuisse matrimonium inire. Probat ex *c. Aliter, & c. Diaconi, allegatis in nu. 1.* Et idem docet *Sotus 4. d. 38. qu. 1. a. 1. col. penult. vers. Colligito, & lib. 7. de iust. qu. 6. a. 2. conclus. 2.* quando in ipsa promotione protestati essent se continere nolle. Sed verius est numquam licuisse in Ecclesia, siue Latina siue Græca, sacro ordine præditis matrim. inire. Nam *cap. Si quis eorum, d. 32. & VI. Synodo generali*, dicitur de Ecclesia Græca, sic: *Si quis eorum, qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinationem subdiaconatus faciat.* Et de Ecclesia Latina hoc certum est, ex *c. Sunt quidam, & c. Presbyteris, 27. q. 1. & c. Decernimus, d. 28. & c. Lectores, d. 32.* Id etiam constat, quia ab initio nascentis Ecclesiæ id prohibitum fuit, vt constat ex *canon. 27. Apostolorum*, ibi: *Qui ad clerum promoti sunt, præcipimus vt si voluerint, vxores accipiant, sed lectores & cantores tantummodo.* Et inter alios nouissime id probat *Azor l. 13. instit. moral. c. 12. q. 3.* Et semper apud Græcos fuit irritum matrim. contractum post ordinem sacrum, vt bene probat *Azor eod. c. 12. q. 5.* 3

Vnde deducitur Græcum sacris ordinibus post coniugium initiatum, non posse valide, vxore mortua, ad alias nuptias transire. Quod irritum sit etiam apud illos matrimonium initum post sacros ordines. Sic *Azor lib. 13. instit. moral. c. 14. q. 7.* 4

Ea verò est differentia inter Græcos & Latinos in sacris ordinibus constitutos. Quod illis licuit post coniugium ad sacros ordines ascendere, & vti matrim. antea contracto. Quod Latinis est interdictum. Quæ differentia constat ex *c. Cum olim, de cler. coniug. & c. De Syracusana, 28. d.* Et Græcis quidem concedebatur vsus matrimonij ante ordinem initi, præter id tempus, quo altaris ministerio deseruire vel consuetudine vel lege debent, vt latè probat *Azor lib. 13. instit. moral. c. 13. q. 1.* 5

Dubitabis autem, an sacerdotes Græci, vtentes matrimonio ante ordines inito peccent? Posset enim aliquis id sibi persuadere, existimans id permitti Græcis ob eorum duritiem, tamquam minus malum: instar permissionis lupanarium. Et ita sentiunt quidam, quos tacito nomine refert *Azor statim allegandus.* Et probant ex *decreto Nicol. I. ad consulta Bulgaror. cap. 70.* & habetur *cap. final. d. 28.* vbi consultus à Bulgaris, num presbyteri habentes vxores sustentandi essent, respondet sic: *Licet ipsi valde sint reprehensibiles, vos tamẽ Deum conuenit imitari, qui solem summ oriri facit super bonos & malos.* At Bulgari semper retinuerunt, & nunc retinent Græcorum morem. At dicendum est eos minime peccare. Quod clare colligitur ex *cap. Aliter, d. 31.* vbi Stephanus Pontifex Græcorum morem refert, nec reprehendit. Et similiter *Innocent. II. cap. Cum olim, de cler. coniug.* Immo *Clem. III. cap. Quæsitum, de pœniten. & remiss.* clare supponit eum vsum esse licitum, ibi: *Quæsitum est vtrum sacerdotibus Græcis, quibus legitimo matrimonio licet vti.* Et *Concil. Lateranens. sub Innocentio III. cap. Vt clericorum, de vita & honestate cleric. in fine*, id clare dicit, ibi: *Qui autem secundum regionis suæ morem non abdicarunt copulam coniugalem, si lapsi fuerint, grauius puniantur, cum legitimo matrimonio vti possint.* Vbi *gloss. fin.* ait id dici propter Græcos, qui in sacris constituti vtuntur matrimonio antea contracto. Et ratio est, quia cum lex de Sacerdotum cœlibatu sit Ecclesiastica (vt diximus disp. præced. numero 5.) nec sit apud Græcos rece- 6

recepta, nisi modo prædicto, illos non obligabit: eo vel maxime, quod sciente Pontifice id effectum sit. Et ideò hanc partem tuentur *gloss. cap. De libello. fin. d.* 20. *Abbas cap. Cum olim, num.* 2. *& 3. de cler. coniug. & ibi Imola num.* 4. *Ant. num.* 4. *Ioan. Andr. num.* 1 *fin. Card. n.* 1. *D. Antonin* 3. *p. tit.* 1. *c.* 8. *post* 2. *concl. Roseüs verb. Impedimentum, imped.* 11. *num. penult. Sylvest. Matrimonium* 8. *q.* 12. *fin. Soto* 4. *d.* 38 *q.* 1. *art.* 2. *in fine corporis. Azor lib.* 13 *institut. moralium c.* 12. *q.* 1. *Lud. Lopez* 2. *p. instructorij, de matrim. cap* 49. *colum.* 1. *vers. Ad verbum.* Quare textus contrarius forte intelligitur de ducentibus vxores post ordinem sacrum.

7 Ad arg. n. 1. proposita respon. Ad 1. dic, canonem illum intelligi de vxore ante ordines habita non abijciẽda quoad curam victus largiendi, non enim quoad hoc est abijcienda: secus quoad carnale commercium. Vt dicitur *cap. Omnino, d.* 31. quod est ex D. Leone Pontifice. Ad secundum dic, sensum Concilij hunc esse, qui ita damnat nuptias, vt credat eum, qui vxorem habuit, non posse ob id ad ordines ascendere, anathema sit. Ad tertium dic, cum *gl. ibi, v. Copulantur, & Con* 4. *decret.* 2. *p. c.* 6. §. 3. *n.* 1. intelligi, copulari, id est, matrimonio contracto vti. Et ita solum dicit, Græcos vti matrimonio ante ordines contracto. Nam copulari pro coniugij vsu aliquando accipitur. Vt constat ex *c. Agathosa* 27. *q.* 2. *in fin.* ibi: *Postquam copulatione coniugij vir atq; mulieris vnum corpus efficitur.* Id est, consummatione & vsu. Et *c. Nosse,* 30. *qu.* 1. ibi: *Nosse desideras, vtrum mulier quæ viri filium de sacro fonte leuauerit, possit cum eodem viro copulari.* Vbi *gloss. v. Copulari*, explicat, id est, carnaliter commisceri. Et constat, quia iam erant matrimonio iuncti. Et eandem solutionem tribuunt *Azor lib.* 13. *instit. moral. c.* 12. *q.* 3. *& Bellarmin. in suis controuers. l.* 1. *de cler. c.* 21. Ad 4. dic, id non esse ex D. August. sed ex Gratiano, & posse intelligi, Ecclesiam imposuisse clericis continentiam sub præcepto, quæ antea erat sub consilio. Et ad quintum, & confirmationem dic cum *Maiori* 4. *d.* 24. *q.* 2. *in solut. ad* 2 *& Azor d. c.* 12. *q.* 2. *&* 4. ibi sermonem esse de more Ecclesiæ Græcæ, & de vxoribus ante Diaconatum ductis, & ideo dici, *Si cum ordinantur, dixerint velle se vxores habere*, id est, retinentes antea ductas velle se matrimonio vti: & cum postea dicit: *Si postea ad nuptias venerint*, id est, si nuptijs antea contractis vti voluerint. Vel dic cum *Archidiac. Dom. Turrecr. eod. cap. Diaconi, & Azor proxime citato*, intelligi, si ad nuptias venerint, id est, si contraxerint, non de iure, sed de facto, tunc separentur ab illis vxoribus, quas duxerunt, eo quod matrim. non valeat: & separati ab vxoribus permaneant in ministerio, nec à clero eijciantur. Quod Episcopus licentiam dederit. Ad vltimum dic, Canones illos VI. Synodi, quos Trullanos appellant, eo quod apud Trullum palatium regium editi sint, non esse authenticos, nec Ecclesiasticam habere auctoritatem: nec editos esse à Concilio, sed post illud dissolutum à quibusdam Episcopis, nullumque Romanum Pontificem eos approbasse, sed apertè improbasse Sergium Pontificem illius temporis. Vt scribunt *Beda lib. de sex ætatibus in Iustiniano, & Paulus Diac. lib.* 8. *de reb. Rom. c.* 9. VI. enim Synodus nullos canones edidit, vt constat ex *VII. Synodi act.* 4. *&* 5. Et ideò hos canones non esse authenticos, nec VI. Synodi docent *Anast. Theophan. & Vmbertus*, vt eos refert *Simancas de catholicis instit. tit.* 40. *nu.* 38. idem docent *quædam Additio ad decretum correctum iussu Gregor. XIII. c. Habeo librum, d.* 16. *Canonus lib.* 5. *de locis Theol. c. fin. ad* 6. *Soto* 4. *d.* 38. *q.* 1. *a* 2. *colum.* 4. *vers. Quocirca. & lib.* 7. *de iustit. qu.* 6. *a.* 2. *col.* 11. *vers. Hæc ergo. Torrens. libr. vn. de canonibus VI. Synodi. Bellarmin. in suo contromers. lib.* 1. *de Concil. c.* 7. *& lib.* 2. *de Pontifice, c.* 18. *& lib.* 1. *de clericis c.* 21. *col.* 3. *vers. Ad* 3. *Valentia* 4. *p. disp.* 9. *q.* 5. *punct.* 5. §. 2. *vers. Respondeo canones illos: & disp.* 10. *qu.* 5. *punct.* 3. *in impedimento disparitatis cultus,* §. *Cum infideli autem. Bañes* 2. 2. *q.* 1. *a.* 10. *dub.* 5. *f.* 159. *& Surius* 3. *tom. concil. in* 6. *Synodo*, ante hos canones ponit præfationem ad lectorem, ipsum admonens, quosdam ex his canonibus esse ab hæreticis corruptos, & falso tribui VI. Synodo. Et ad *ca. VI. Synodum, d.* 16. quod probat eos canones receptos esse ab Adriano Pontifice, respondet *additio quædam in novo decret. Gregoriano in eodem 6. Sextum, posita*, Gratianum non referre proprie verba Adriani, sed Adrianum referre ea verba ex epistola à Tarasio ad se missa.

Quæstio posterior. Quo iure sacer ordo matrim. sub- 8
sequens dirimat? Quæstio hæc procedit, siue teneamus continentiam annexam esse sacro ordini iure Ecclesiastico siue diuino, siue ex voto, siue ex sola Ecclesiæ constitutione. Quodcumque enim horum teneamus, potest esse locus opinionibus statim referendis. Quoniam lex illa diuina vel votum posset ita clericis castitatem præcipere, vt matrimonium postea initum minime dirimeret: sicut voto simplici castitatis astrictus tenetur lege diuina naturali nuptijs abstinere, si tamen contrahat, validæ sunt. Quare etsi dicamus lege diuina annexam esse continentiam, vel ex voto lege Ecclesiastica adiuncto, potest esse difficultas, an sola Ecclesiastica lege sit irritum matrimonium post sacrum ordinem contractum, an lege diuina, an potius ex vi illius voti adiuncti.

Triplex igitur est sent. Prima ait, iure diuino per ordi- 9
nem sacrum dirimi matrim. subsequens. Potest probari, quia *v. vn. de voto, in* 6. æquiparantur votum solemne ordinis sacri & professionis. Hoc autem dirimit iure diuino (vt diximus disp. 26. n. 4.) Et confirm. quia in ordine sacro est traditio, sicut in professione (vt docent Auctores cit. disp. præc. n. 16.) Cum igitur votum professionis dirimat iure naturæ, eo quod in illo reperitur traditio: eodem iure dirimet ordo. Tandem, quia ordini est iure diuino annexa castitas conueniens ministris sacerdotalibus: quibus coniugales curæ aduersantur. Huius sententiæ sunt *Maiorus* 4. *d.* 24. *tota q.* 2. *Celaya* 4. *d.* 37. *qu.* 1. *fin. Barbosa rubr. ff. solut. matrim.* 2. *p. n.* 98. Et dicunt esse probabilem, *Bassol.* 4. *d.* 37. *qu. vn. art.* 1. *& Nicol. de Nissa super* 4. *sententiarum, tract.* 6. *p.* 3. *de matrim. q.* 7 *paulo post princip.*

Secunda sent. docet, ordinem sacrum, vt ordo sacer 10
est, non habere ex natura sua & iure naturali diuino dirimere contractum matrimonij subsequentem, quod non habeat eo iure annexam sibi continentiam: at ratione voti solemnis annexi id efficere iure naturali & diuino. Ducitur, quia licet per accidens & ex statuto solo Ecclesiæ annexum sit id votum solemne ordini sacro: at suppositâ annexione, habebit iure naturæ dirimere matrim. qui est voti solemnis effectus. Sicut album per accidens coniungitur corpori, & ideo corpus, vt sic, disgregat per accidens visum: at corpus vt album est, id habet essentialiter. Et confirm. quia si per accidens ex statuto Ecclesiæ annecteretur votum simplex ordini, impediretur iure naturæ matrimonium subsequens, non ex vi ordinis, sed ex vi voti. Cum ergo sit annexum votum solemne, quamuis ex iure Ecclesiastico, dirimetur matrimonium subsequens, non solo iure Ecclesiastico, sed diuino naturali, ratione voti solemnis adiuncti. Perinde enim est voti solemnis effectus, dirimere iure naturæ matrim. ac simplicis impedire. Ita tenent aliqui, vt refert *Bassolis num. præced. allegat.* Et videntur tenere *Ricard.* 4. *d.* 37. *ar.* 1. *q.* 1. *corp. Raynerius* 2. *p. sum.* 1. *de matrim. cap.* 23. *Petr. de Soto lect.* 5. *de matrim.* §. *Rationem huius. Valentia* 4. *p. disp* 10. *q.* 5. *punct.* 3 vbi de impedimento ordinis: dicunt enim reddi matrimonium subsequens nullum propter votum solemne adiunctum, & propter statutum Ecclesiæ.

Tertia sent. (cui adhæreo tamquam communiori, & 11
multo veriori) ait solo Ecclesiæ statuto dirimi matrimonium subsequens per ordinem sacrum. Ecclesia enim inhabiles reddidit initiatos sacris ad matrimonium, sicut consanguineos in secundo & vlterioribus gradibus vsque ad quartum. Sententia hæc probatur eisdem prorsus rationibus, quibus disp. præced. num. 5. probauimus solo iure Ecclesiastico annexam esse continentiam ordini sacro: eædem enim hanc sententiam probant. Item probatur, quia hoc votum non est per se & ex natura sua solemne, sed per accidens (vt probauimus disp. præced. num. 17.) non ergo dirimet matrimonium iure naturali diuino in-

ftar voti solemnis per se, quale est professionis votum. Et ideò hanc sent. tenent vniuersi DD. quos disp. 26. num. 2. retuli, asserentes votum professionis ex solo iure Ecclesiastico dirimere contractum matrimonij sequentem. Et præter illos, tenent hanc sententiam *D. Thom. 4. d. 37. qu. 1. art. 1. corp. Scotus ibi, q. vn. §. Dico igitur. D. Bonau. art. 1. quæst. 2. corp. Albert. Magnus ibi, art. 1. Durand. q. 1. num. 4. Palud. q. 1. a. 1. num. 8. & a. 3. num. 19. Supplem. Gab. q. vn. a. 2. concl. 2. Guilliel. de Rubion ibi, q. 1. a. 2. Basolis q. vn. a. 1. Mayron q. vn. Albertus Pighius in suis controuers. controu. 15. ad fin. Nicol. de Orbellis 4. d. 37. q. vn. Clitouæus de vita & morib. sacerdot. ca. 21. paulo post princ. Nicolaus de Niisa alleg. num. 9. Caietan. in opuscul. tom. 1. tract. 27. de dispens. matrim. in Occident. Ecclesia, qu. vn. ad fin. §. Quo ad tertium. Catharin. lib. 6. in Caietan. ca q. An possit Pontifex dispensare in voto solemni ordinis sacri. Idem Caietan. 2. 2. qu. 88. art. 7. dub. 1. §. Quantum vero, ad 2. & 3. opinionem. Gerson 1. p. regul. moralibus tract. de matrim. alphab. 25. lit. I. Capreol. 4. d. 33 q. vn. art. 3. ad fin. in sol. ad argumentum Scoti contra 3. concl. Victoria sum. vbi de matrim. num. 291. Sotus l. 7. de iust. q. 5. a. 3 ad 2. & 4. d. 38. q. 1. art. 1. col. 3. vers. Dubium tamen est, & q. 2. a. 2. col 4. vers. Et vt claritatis causa. Metina lib. 4. de sacrorum hominum contin. controuersia 7. c. 31. paulo post princ. Ledesm. 2. p. 4. qu. 55. a. 3. statim in princ. Palacios 4. d. 25. disp. 2. concl. 6. & d. 37. disp. vn. concl. 4. Angles floribus 1. p. vbi de matrim. qu. 11. de impedim. ordinis, a. 1. difficil. 4. Valentia in suis controuers. lib. vn. de cœlibatu, cap. 2. Bellarm. in suis controuers. lib. 1. de cler. toto cap. 18. Enriqu. lib. 11. de matrim. c. 5. nu. 9. Idem Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 5. col. 2. §. Hac sententia. Petr. de Ledesma de matrim. qu. 53. a. 3. dub. 1. concl. 1. Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 34. concl. 2. Gandauo quodlib. 5. qu. 38. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 224. n. 2. Vega 2. tom. summ. c. 34. casu 48. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 48. in solut. ad 1.* Et ex iurisperitis, *Innoc. cap. Placet, num. vn. de conuers. coniug. Host. 4. Rursus, nu. 2. qui cler. vel vou. & ibi Ioan. Andr. num. 8. Ant. n. 7. Abbas num. 6. Anchar. n. 3. Alex. de Neuo n. 10. & 11. Henricus nu. 5. Card. clem. vn. n. 19. de consang. Bellamera c. De illo, d. 32. n. 4. Turrec. c. Placuit, a. 1. n. 5. d. 32. Tabiena v. Dispensatio, q. 7. n. 8. in solut. ad 1. Astensis sum. 2. p. lib. 8. t. 22. a. 1. q. 3. Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 3. n. 2. Stunica de voto q. 4. n. 26.* Et exprimunt nec ratione voti annexi, id competere iure naturali ordini sacro, *Scotus, Caiet. eod. tract. 27. qu. vn. §. Quoad tertium: Basolis, Guilielmus Rubion, Supplem. Gab. Angles* pro hac sententia allegati. Redditque rationem *Caietan.* quia id votum est solemne per accidens. Et cæteri DD. allegati, sunt clare huius opinionis, vt nec ratione voti id competat ordini: valde enim diminuti essent, si expresse & ex professo tractantes de iure, quo ordo sacer dirimit matrim. assererent id habere iure humano, intelligentes id quoque habere iure diuino, ratione voti annexi.

12 Fatendum tamen est, iure diuino naturali impediri matrim. subsequens, ratione illius voti castitatis annexi: iuxta sententiam quam tenuimus disp. præced. n. 10. At sentientes nullum esse votum (quos ibi nu. 9. retulimus) hoc negabunt. Id tamen votum non dirimit, quia est solemne per accidens, vt probaui disp. præced. n. 17.

13 Nec Episcopatus quoque dirimit iure naturali aut diuino, sed solo Ecclesiastico, matrim. subsequens, ratione voti annexi ordini sacro, quod eo iure dirimit. Quia nulla alia ratione habet castitatem annexam, vt probauimus disp. præc. nu. 7. & ita sentit *Petrus de Ledes. de matrim. q. 53. a. 3 in dub. quod mouet circa solutionem ad tertium, concl. 1. & 3.* Quare *post 3. concl. §. Sed vt hæc conclusio*, optimè infert, Episcopo confirmato, nondum tamen ad sacrum ordinem promoto, & per consequens nec consecrato, nullo iure interdici resilire, & ad nuptias transire.

14 Ad argum. num. 9. proposita resp. Ad 1. dic æquiparari quoad matrimonij dissolutionem, non autem quo ad ius, quo id competit. Ad confirm. constat ex dictis disp. præced. num. 17. vbi probauimus non esse traditionem quoad castitatem seruandam. Ad 2. constat ex dictis disput. præced. num. 5. vbi solo iure Ecclesiastico annecti probaui. Ad argumentum & confirm. secundæ sententiæ proposita nu. 10. dic euidenter concludere, si id votum esset vere & per se solemne, instar voti professionis. At est tantum per accidens solemne: atque adeo nec id votum habet ex se dirimere.

DISPVTATIO XXIX.

An ordo sacer, per vim vel metum assumptus, obliget ad castitatem, ac proinde dirimat matrimonium postea initum?

SVMMARIVM.

Quando est vis precisa ad nil obligat, nec impedit matrim. n. 1.
Coniugatus metu ordinatus an possit viti coniugio? n. 2.
An metu ordinatus nolens viti ordine, gaudeat priuilegio clericali? n. 3.
An non coniugatus recipiens ordinem sacrum ob metum viri constantis, teneatur continere? Refertur quadam sent. n. 4.
Sententia Auctoris, n. 5.
Potest hic matrim. contrahere absque dispensatione, n. 6.
Nec tenetur hic ad recitandum officium diuinum, n. 7.
Quid si metus non fuit cadens in virum constantem? n. 8.
Quid si postea ratificet verbo vel facto, vt ens ordine accepto? n. 9.
Quid si inscio prælato præcepto compulsus est ad ordines? n. 10.
Solumntur argumenta. Et explicatur regula, Accessorium, de reg. iuris in 6 n. 11.

CONSTAT inter omnes, ordinē vi præcisa assumptum ad nil prorsus obligare. Quia cùm desideretur voluntas, non valet ordo, nec character recipitur, vt constat ex *c. Maiores, de baptismo.* Quare tota difficultas est, quando est solus metus, in quo casu adest voluntas, & valet ordo, imprimitque characterem, vt constat ex *eo c. Maiores*, & fatentur omnes vtriusque sententiæ DD. 1

Secundò, constat inter omnes, eum qui post matrimon. metu viri constantis recipit ordinem sacrum, non teneri continere quoad vsum illius matrimonij, sed posse illo libere vti, ac si ordinem non accepisset. Quod rationi consentaneum minime sit, eum iure vtendi matrimonio inito priuari, qui non sua sponte, sed metu graui compulsus ad ordines ascendit. Et ita fatentur omnes DD. contrariæ sententiæ referendi num. 4. Et id est verum, quamuis matrimonium consummatum non sit, vt fatetur *Abbas c. Maiores, §. vlt. num. 7. de baptismo.* Immò habet verum, quamuis vxor continere vellet, vt bene docent *Goffredus sum. tit. de at. at. & qualit. ordinand. num. 11. Host. summ. eod. tit. num. 5. vers. Sed nunquid conditionaliter.* Nec audiendus est *Auctor summæ Armillæ, verb. Ordo, num. 14.* dicens hunc teneri continere, si vxor velit. 2

Tertiò, qui metu ordinatus est, dato illum non teneri ad ordinem & ad castitatem, constat non frui priuilegijs clericalibus, si continere nolit. Æquum enim non est, vt qui onus sentire recusat, sentiat commodum. Contra *reg. Qui sentit, de regul. iuris, in 6.* Ita docent *gloss. c. Vbi, d. 74. verb. Honorem. Hostiens. c. Maiores, §. vlt. n. 38. super verb. Conditionaliter, de baptism. & ibi Card. num. 1. q. 1. Azor lib. 13. instit. moralium, c. 14. q. 8* At vtetur iis priuilegijs, dum non transit ad actum contrarium, vt in simili habetur, *cap. Quisquis, d. 84.* & tradunt *Goffredus & Hostiens. nu. praced. fine allegati.* Vnde si ante ordines susceptos esset coniugatus, & vxor vellet continere, ipse autem nolit, non gaudebit priuilegijs clericalibus. Quod cum sibi liberum sit vti matrimonio, aut ab vsu se abstinere, eligat vti: quod castitati annexæ ordini aduersatur. At si ipsa nolit, ipse autem eligat, in quantum sibi per matrimonij leges permittitur, continere, nimirum, non petendo debitum, & obliget se ad castitatem, ac clericorum more viuat, gaudebit priuilegijs clericalibus: iuxta *cap. Multorum, 27. quæst. 2.* Ita docent *Goffredus & Hostiens. num. praced. fine, allegati. D. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 16. fine. Rosella Ordo, 3. num. 7. Supplementum summ. Pisanæ, verb. Ordinatus, 1. num. 7. Albericus in suo dictionario, littera O. verb. Ordinatus, 1. vers. Vtrum coactè ordinatus. Syluest. Ordo, 4. q. 1. dict. 2. Tabiena Ordo, 2. fine.* Quod intellige cum *Alberico, Supplemento summ. Pisanæ, Syluestro ibidem*, nimirum, hunc debere frui priuilegijs clericalibus, si non sit bigamus, & tunc non omnibus, sed solis ijs, quibus fruuntur cæteri 3

clerici

& tunc non omnibus, sed solis ijs, quibus fruuntur cæteri clerici coniugati cum vnicâ & virgine: iuxta *cap. vn. de cler. coniugati in 6.* De quibus nos agemus infrà, in hoc eodem impedimento voti & ordinis.

4 Difficultas autem est, an ordo metu assumptus ita obliget ad continentiam, vt si initiatus non sit matrimonio nunctus, teneatur prorsus continere, nec validè possit matrimonium inire: si verò sit coniugatus, non possit eo matrim. soluto ad aliud migrare, sed teneatur omnino continere, dempto illius matrimonij præcedentis vsu? Quidam (& valdè probabiliter) affirmant obligare eum ordinem ad continentiam, & matrimon. postea initum esse irritum. Ducitur hæc sententia. Quod sic ordinatus characterem ordinis recipiat, cui annexa est castitas. Cùm igitur accessorium sequatur naturam principalis, *reg. Accessorium, 42. de reg. iur. in 6.* ac principale valeat, valebit quoque accessoria ad castitatem obligatio. Et confirmat, quia cum Ecclesia adiunxerit votum continentiæ ordini sacro, de prædicto voto debet iudicari, iuxta terminos ordinis, cui fuit adiectum, *l. Grege, ff. de leg. 1. l. Peculium. ff. de leg. 2.* Et pulchrè tradunt *Bart. l. Si conuenerit, la 2. §. Si nuda, num. 2. ff. de pign. act. Bald. l. Etiam, nu. 4. C. de iure dotium*, docentes adiectum alicui rei diiudicandum esse secundum illius rei terminos. Sicut ergo de natura ordinis est, vt ad characteris illius impressionem sufficiat voluntas coacta metu, ita etiam voluntas debet sufficere ad votum continentiæ, quod ab ordine pendet: alioquin plus requireretur in accessorio, quam in principali. Secundo, metu baptizatus compelli tur seruare fidem ac reliquas Ecclesiæ leges, eo quod characterem recipiat. *cap. De Iudæis, d. 45.* quod est ex *Concil. Toletan. 4. cap. 56.* At vt fides & lex Christiana comitantur characterem baptismi, ita castitas ordinis characterem. Tandem, quia cum voluntas metu extorta, voluntas sit, *c. Merito, 15. q. 1.* as qui metu initiatus est, voluntarie id facit: æquum igitur est, vt ad castitatem teneatur. Et confirm. ex *Concil. Tolet. 8.* ibi: *Quicumque (etiamsi inuiti) ad Ecclesiasticarum officia dignitatum assumuntur, deserere quam semel recepe runt gratiam donumq; nequaquam audeant. Si verò ad coniugia mortalis seculi redire attentauerint, omni Ecclesiastica dignitate priuentur, & apostata habeantur.* Et ideò hanc sent. tuentur *Goffred. & Hostiens.* vbi eos n. 2. fine retuli, *Ioan. Andr. c. Mariores, in fin. de baptism.* vbi *Ant. §. vlt. n. 7. Abb. eod. §. nu. 7. Cardin. clem. fin. in fin. de æt. & qual. Alberic. in suo dictionar. lit. O. verb. Ordinatus, 1. vers. Vtrum coacte ordinatus. Raimundus in sum. ti. de æt. & qual. ordin. l. ex reg. 32. t. 6. p. 1. & ibi Montalnus in fin. Sylvest. Ordo, 4. q. 1. dict. 2. Supplementum sum. Pisana v. Ordinatus, 1. n. 6. Tabiena Ordo, 2. fin. Armilla v. Ordo, nu. 14. Rota in nouiss. p. 1. decis. 560. nu. 7. & seq. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 3. q. 19. num. 96.* Et ex Theologis, *Palud. 4. d. 38. q. 3. a. 4 concl. 6. n. 28. D. Antonin. 3. p. t. 14. c. 16 in fin. Sotus li. 7. de iust. q. 2. a. 5. in solut. ad argumentum vltimum.*

5 Cæterùm probabilius censeo, sic initiatum nullo iure cogi continentiam seruare, quando metus fuit in virum constantem cadens. Primò, quia castitas perfecta & integra est res voti, non præcepti, *c. Integritas. 32 q. 2.* nec continentia debetur, nisi voluntariè assumpta, *c. Ante triennium, d. 31. & cap. Præsens, 20. q. 3.* Secundò, quod ordo sacer non obligetex natura rei ad castitatem, sed ratione voti ex Ecclesiæ constitutione adiuncti (vt probauimus disp. 27. n. 2. & 10.) votum autem expressum, nedum tacitum, quale ordini inest, irritum est, si ob metum viri constantis emittatur. *5. Perlatum, & c. Cum dilectus, de his quæ vi.* Et confirm. quia licet constitutio Ecclesiæ astringat ad castitatem initiatum sacro ordine, quando sponte illum suscipiens noluit vouere: vel à voto ratione ignorantiæ excusaretur. At id procedit, quod sponte sua ordines susceperit, ac priuilegijs clericalibus frui elegerit. Quippe rationi consentaneum est, vt onera quoque annexa subeat: vt qui sentit commodum, sentiat & onus, *reg. Qui sentit, 55. de reg. iur. in 6.* Quæ ratio in coacte suscipiente ordines deficit. Cùm non sponte ad ordines ascenderit, nec subinde affectum habuerit priuilegijs clericalibus fruendi. Secundo, quia constitutio Ecclesiæ non obligat clericos directe ad castitatem, sed ad castitatis votum emittendum. Quare qui votum illud castitatis in susceptione ordinis sacri tacite emittit, ex solo voto ad eam tenetur (vt probaui disp. 27. n. 14.) & solum obligat constitutio Ecclesiæ, quando hic initiatus votum non emisit (vt ibidem probaui.) At hic cùm in susceptione ordinis non habuerit voluntatem cõtrariam, vere votum annexum ordini tacite emisit, instar aliorum clericorum. Cùm ergo ex voto non manserit obligatus, irritante illud eadem Ecclesia ratione metus, nulla ratione manebit obligatus. Tertiò, quia ius id seruat in metu gestis, vt ea quæ facilè reparari, & ad pristinum statum restitui ope iudicis nequeunt, omnino cassetur: ne destituatur remedio iniurioſum metum passus. Atque ob eam rationem matrimonium metu initum irritauit: quod semel contractum dissolui à iudice nequeat, at cùm cæteri contractus irritari facile possint à iudice, eos metu initos non irritauit, sed à iudice rescindẽdos reliquit (vt probaui lib. 4. disp. 8. n. 4.) Cùm ergo obligatio ad castitatem ordini sacro annexa, vbi semel contracta fuerit, ope iudicis dissolui nequeat, æquum est vt Ecclesia eam obligationem irritarit. Tandem, quia si coniugatus nullo modo tenetur ad castitatem respectu illius matrim. (vt nu. 2. diximus omnes fateri:) cur non coniugatus ad castitatem est compellendus? Si enim hic compellendus esset, pariter coniugatus obligandus esset ad ex parte sua continẽdum, non petendo debitum. Cùm susceptio ordinis fuerit in vtroque voluntaria ea coacta voluntate: & vbi esset libera voluntas, teneretur coniugatus ad ordines promotus non petere. Et ideo hanc sententiam amplectuntur *gl. cap. Vbi, v. Honorem, d. 74. & ibi Hugo, & Archid. in fin. & Domin. ibi fin. gloss. c. Maiores, §. vlt. v. Conditionaliter, in fin. de baptismo, & ibi Host. n. 38. v. Conditionaliter, & ibi Henric. n. 7. fin. Calderin. t. Qui cler. vel vouen. conf. vn. fin. Imola c. Ioannes, num. 21. de cler. coniug. & c. Sacris, n. 7. de his quæ vi. Card. d. c. Maiores. §. vlt. num. 1. q. 1. Ailensis sum. 2. p. l. 6 t. 2. a. 4. q. 2. fin. Ioan. de Friburgo sum. confess. t. de æt. & qualit. ordinand. q. 50 & 51. Pet. Rauennas in compendio iuris can. t. de baptismo. Rosella Ordo, 3. num. 6. Angel. Ordo, 3. n. fin. Rota in nouissimis p. 2. decis. 561. nu. 1. fin. & seq. & in fin.* concludit stylum curiæ hanc sententiam approbare. *Præpos. d. 74. in sum. n. 2. & Turrec. ibi, in sum. a. 2. ad fin. Nauar. lib. 1. cons. 1. de his quæ vi, in priori edit. cons. 2. nu. 4. & seq. & cons. 3. n 2. & cons. 4. n. 1. in posteriori edit. cons. 4. nu. 4. & seq. & cons. 2. n. 1. & 3. & cons. 5. n. 2. & sum. lat. c 22. n. 51. ad fin. & n. 52. Greg. Lop. l. 32. v. Que le tomara, tit. 6. p. 1. Balthasar Mogollon tract. de his quæ vi, c. 8. §. 2. n. 13.* & refert *n. 5.* tribus sententijs se obtinuisse in iudicio hunc non teneri continere. Et hoc forte est, quod voluerunt dicere *Rebuffus in concordatis, rubr. de regia ad prælaturas nominatione facienda, §. 1. vers. Sponte: & Barbatius cons. 60. n. 5. & 6. vol. 1.* vbi docent ordinem metu assumptum esse ipso iure nullum, sicut & professionem: forte enim intelligunt quoad obligationem ad continendum, alias falsa prorsus esset eorum sententia. Et ex Theologis, videtur clare idem tenere *Ricard. 4. d. 25. a. 4. q. 2. ad 3.* vbi ait continentiam non esse annexam ordini sacro, nisi quoad eos qui voluntarie illum suscipiunt. Et tenent *Maioris 4. d 24. q. 2. in solut. ad 5. Sotus 4. d. 25. q. 1. a. 2. ad 3. vers. Hinc autem emergit. Enriq. li. 10 de sacram. ordin. cap. 14. n. 3. & li. 12 de matrim. c. 5. n. 9. in comment lit. Q. Azor li. 13. instit. moral. c. 14. q. 8. Vinald. Candel. sacram. 1. p.* vbi de Sacram. ordinis, *n. 26. Pet. de Ledes. de sacram.* vbi de Sacramento ordinis, *c. 6. diffic. 3. dict. 2. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 224. n. 5 & 2. to. c. 96. n. 4 concl. 4. Emman. Sa sum. v. Ordo, n. 14. Barth. à Ledesm. de Sacram. ordin. dub. 14. col. 4. §. Annotare hic oportet, Vega 2. tom. sum. c. 57. casu 6.*

Hinc infertur, posse hunc licitè matrim. contrahere. 6 Quia sola obligatio ad castitatem ordini annexa posset obstaculo esse: at non tenetur continere. Et ita credo esse de mente omnium DD. quos nu. præced. retuli. Quamuis *Petr. de Ledes. ibi relatus* dicat hoc non inferri ex illa sententia. Et in proprijs terminis ita docent *Imola c. Ioan. n. 21. de cler. coniug. Nauar. sum. Lat. c. 22. n. 52. & lib. 1. cons. tit. de his quæ vi,*

vi, in priori edit. conf. 4. nu. 3. in posteriori autem, *conf. 2. num. 3. Turrec. Greg. Lop. Azor, Balthas. Mogollon, Vega nu. praced. allegati. Enriquez lib. 10 de Sacram. ord. c. 14. nu. 3. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. 't. 224. n. 5.*

7 Secundò deducitur, nec hunc nolentem vti ordine, teneri ad officium canonicum recitandum. Quod id sit onus adiunctum ordini sponte assumpto, sicut & onus continentiæ seruandæ. & ita docent *Nauar. sum. Lat. c. 22. n. 51. ad fin. Vtuald. & Emman. Sa allegati n. 5. ad finem.*

8 Imo nec tenetur hic continere, quamuis metus non sit cadens in virum constantem, modo sit talis, vt præ timore illo initiatus esset, eoque secluso nullatenus initiandus. Ita *Nauar. li. 1. conf. 1. De his quæ vi, in priori edit. conf. 3. n. 4. in posteriori, conf. 5. n. 4.* & potest probari, nam multi sentiunt matrimonium simili metu initum, esse in foro conscientiæ nullum. Quos retuli l. 4. disp. 17. n. 2. & dixi ibi, n. 4. id esse probabile: & ita censeo esse probabile. At probabilius est oppositum (vt ibi retuli multos id tenentes nu. 3. & dixi probabilius nu. 4.) & ibi probaui. Atque ita docent cæteri Auctores relati hac disp. n. 5.

9 Id tamen monuerim, si metu quantumuis graui initiatus, postea ratificet verbo aut facto, semel vtens ordine accepto, idque sine coactione aliqua, in posterum non esse sibi integrum resilire: sed teneri continere, instar aliorum clericorũ, qui sponte ad ordines assumpti sunt. Quod per illam liberam ratificationem elegerit in ordine permanere, ac proinde ad eius onera ex tunc obligabitur. Sicut etiam professio tacita inducitur faciendo propria professis. *c. Vidua, de regul.* Et sic docent *Host. cap. Maiores, §. vlt. n. 38. super v. Conditionaliter, de baptism. & ibi Ant. nu. 8. Ioan. And. in fin. Henricus n. 7. fin.* Quod intellige, si sciens & prudens exerceat, secus si per errorem, quo se ad ordinis obseruantiam astrictum existimet: tunc enim non censetur ratificare. Quod numquam sit ratificatio actus nulli, dum ignoratur actum fuisse nullum (vt probaui li. 1. disp. 16. nu. 7.) Et ita docent *Nauar. l. 1. conf. 1. de his quæ vi, in priori edit. conf. 2. n. 8. & 9. in posteriori, conf. 4. n. 8. & 9. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 224. n. 5 Vega 2. to. sum. c. 57. casu 6.*

10 Tandem prædicta de iniusta compulsione accipienda sunt. Si enim vrgente necessitate compellat prælatus iusto præcepto ad ordines assumendos, sic compulsus tenetur ad continentiam, & ad cætera ordinis onera. Cum nullam iniuriam passus sit. Quod bene docet *Enriq. lib. 10. de sacram. ordin. c. 14. n. 3. commento, lit. T.*

11 Ad argumenta num. 4. proposita resp. Ad primum, & confirmat. dic, accessorium sequi naturam principalis, & connexa diiudicari iuxta terminos eorum, quibus connectuntur, quando sunt essentialiter connexa, & secundum necessariam consequentiam, ac proinde indiuidua: secus quando solo iure humano coniuncta sunt, vt annectitur castitas ordini. Quare per metum, qui humana rescindit, & non diuina, licet non impediatur essentia sacramenti ordinis, quod diuinum est, impeditur tamen coniunctio continentiæ, quæ est humana. Vel secundò, dic eam regulam intelligi, vbi in accessorio non reperitur dispositio specialis, vt bene explicat *Dynus in eadem regul. Accessorium, n. 2.* At reperitur dispositio specialis annullans votum metu emissum, *c. Perlatum, & cap. Cum dilectus, de his quæ vi.* Ex voto autem accessorio ordini debebat consurgere obligatio ad continentiam, vt n. 5. probauimus. Vel tertiò dic, intelligi, quando in principali, & accessorio, ac connexis reperitur eadem ratio, vt bene docent *Abbas ca. Debitores, num. 2. de iureiur. & ibi Imola num. 5. Felinus num. 3. Rota in 1. tom. in nouissimis, decis. 561. num. 13.* Et constat ex *eod. c. Debitores*, vbi valet iuramentum accessorium promissioni soluendi vsuras: cum tamen principalis promissio sit irrita. Quod ratio diuinæ reuerentiæ, quæ seruare iuramentum compellit, minime in simplici promissione reperiatur. At non est eadem ratio in characteris ordinis impressione, & in voto continentiæ annexo. Nam ad illam sat est in adulto quæcumque voluntas; immo & sola voluntas Ecclesiæ in infante. Hoc autem liberam voluntatem desiderat. Ad secundum, dic disparem esse rationem, quia baptismus non est tam propriè votum, quam religionis professio, quæ ab Ecclesia irritari nequit, & qualiscumque in adulto voluntate contenta est: & in infanti sola Ecclesiæ voluntate: & ideo ex mera natura Sacramenti nascitur obligatio religionis. Quod in voto ordini annexo non inuenitur. Quare professio religionis est iure diuino annexa baptismo: at continentia solo Ecclesiastico annectitur ordini. Ad vltimum fateor fuisse voluntarium votum: at petit, amplius vt valeat, spontaneam ac liberam voluntatem. Ad confirm. dic, illud concilium intelligendum de ijs, qui postea libere ratificarunt ordinem. Iuxta tradita nu. 9. vel secutum fuisse priorem opinionem valde probabilem. Nec ei fidem habere cogimur: quod sit prouinciale.

DISPVTATIO XXX.

An sacer ordo ante rationis vsum, aut post eum, ante pubertatem tamen assumptus, obliget ad continendum, ac irritet matrimonium subsequens?

SVMMARIVM.

Circa infantem, refertur duplex sententia, n. 1. & 2.
Proponitur sententia Auctoris, n. 3.
An possit matrim. inire, possitq; Ecclesia illum ad matrimonium inhabilem reddere? n. 4.
Quando possit resilire, & an resiliens maneat suspensus, nec gaudeat priuilegijs clericalibus? n. 5.
An ordinatus post vsum rationis, ante pubertatem tamen, teneatur continere? Refertur duplex sententia, n. 6. & 7.
Sententia Auctoris, n. 8.
An possit hic matrimonium contrahere? n. 9.
Quota ætate possit resilire? n. 10.
An sit necessarijs interrogandus an velit in ordine permanere, vt censeatur ratificare? n. 11.
An teneatur recitare officium, licet ante tempus legitimum ratificet? num. 12.
An si post pubertatem ratificet, vel vtatur ordine, possit resilire: & quid desideretur, vt ratificet? n. 13.
An possit hic vti ordine susceptos? n. 14.

DVPLEX petitur difficultas; altera, de ordine sacro susceptio ante rationis vsum: altera vero, de suscepto postea, ante pubertatem tamen. Circa priorem difficultatem quidam censent ordinatum ante rationis vsum teneri continere. Quod verum characterem suscipiat. Sicut de metu ordinato asserunt multi, ducti eadem ratione: quos retuli disp. præced. nu. 4. Et ita docent *Palud. 4. d. 37. q. 1. a. 1. num. 14. Supplementum Gabr. 4. d. 25. q. 1. art. 2. concl. 8. D. Antonin. 3. p. t. 1. cap. 8. in fine secundæ conclusionis*: subditque matrimonium postea contractum non valere. *Iedes. 2. p. 4. q. 55. a. 4. paulo post princ. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. qu. 194. num. 465.* Et clare sentit hanc sententiam esse probabilem, *Richardus 4. d. 25. a. 4. q. 2. ad 3.* vtramque enim retulit sententiam, & neutram definiuit. Et vtramque partem ponit ac probabilem *Celaia 4. d. 25. quæst. 3. §. Contra istam opinionem arguitur.* 1

Alijs placet hunc non teneri continere: at non certum 2 illis est an possit matrimonium inire. Sic *Angles* dicens esse probabile, esse inhabilem ad matrimonium, *floribus 1. p.* vbi de Sacram. ordin. *qu. vn. a. 4. diffic. 1. Petrus de Ledesma de Sacramentis*, vbi de Sacram. ordin. *cap. 6. diffic. 1. col. 6. post 3. dictum, §. A esta duda.* Et reddit rationem, quia licet non ligetur voto, potuit statuto Ecclesiæ inhabilis reddi ad matrimonium.

Verum omnino dicendum est, hunc nulla ratione 3 stringi ad continentiam. Constat ex dictis disp. præc. n. 5. vbi late probauimus, metu graui ordinatum non teneri continere: quod licet voluntas adfuerit, non fuit libera: nedum ante vsum rationis initiatum, in quo nulla prorsus fuit voluntas. Et argumẽta contraria soluta sunt disp. præc.

præc. nu. vlt. Et ideo hanc partem sustinent omnes quos num.8.referam, dicentes etiam ordinatum post vsum rationis,ante pubertatem tamen, non teneri continere. Et vltra eos,docent *glossa c.a. Pueri, v. Ad sacros, cl 1.1. qu.1. Host. summ.t.de temp.ordin.§.Sed & præter reg.n.11.vers.Plus notat. Paul.clem.vn.de consang.& ibi Card.nu.1.oppos.7. Sylvest.Matrimonium,8.q.12.dict.2.Navar.l.1.cons.t.de his quæ vi, in priori edit.cons.2.n.4.in posteriori,cons.4.n.4. Rota in nouissim.p.1. dcis.561.n.6. Ant.Cucus lib.5. instit. maior.t.12.nn.221.Gaeta repet.cap. Ad limina,30.q.1.§.3.q.12.num.55.Mogollon tract.tatu de his quæ vi, c.8.§.2.n.23.* Et ex Theologis, *Maiorii 4.d.24. q.2.argum.5.Palud. 4.d.25.q 3.a.1.n.10.Ricard. 4.d.37.art.1. q.1.corp.Almain.4.d.25.q.vn.& ibi Sotus q.1.a.2. circa solut.ad 2.post 3.concl.vers. Quod si roges,& l.7.de inst.q.2. art 5. ad vlt. Palacios 4.d.25.disp.1.col.10.vers.Porro occidet aliquis. Enriqu. lib.10 de sacram.ordin.c.14.n.3.& l.12 de matrim. c.5.nu.9.in commento,lit.Q. Azor lib.13.institut.moral.c.24.q.9.Manuel 2. to.sum.2.edit.c.96.n.4 concl.4.Vsuald. candel.sacram.1.p.* vbi de sacram. ordinis, *num.25. Barth. à Ledesma de sacram.ord. dub.14.col.2.Vega 2.tom.sum.cap.57 casu 7.*

4 Hinc infertur contra Auctores n.2 allegat. posse hunc libere,si ordine vti nolit, ad matrimonium transire. Quia sola castitas ordini annexa poterat impedire, at nulla ratione tenetur ad castitatem. Constat etiam ex dictis disp. præc.nu.6.vbi multis DD. allegatis probauimus idem de ordinato per metum. Idem etiam constabit in hac disp. n.9.vbi referam Auctores hoc asserentes de ordinato post vsum rationis,ante pubertatem tamen.Et ita docent *Paulus,Card.Sotus vtroq; loco,Enriq. vtroque loco, Gaeta, Azor,Manuel,Vsualdus,Mogollon,n.prac.allegati.* Nec verum est quod dixit *Pet. de Ledesm.nu.2.relatus*, nimirum, posse Ecclesiam reddere inhabiles ad matrimonium, initiatos ordine sacro ante rationis vsum. Quia potuit Ecclesia id imponere ordinatis propria voluntate:& nulla alia ratione eos ad ordines admittere. Quia cum voluntariè promouentur ad ordinum dignitatem, voluntariè subinde ad castitatem obligantur,ad quam nullum inuitum potest Ecclesia cogere.Quamobrem (vt disp. seq.nu.4. probabimus) potest Ecclesia statuere, ne in posterum quispiam minoribus ordinibus initietur,nisi promissa castitate: at iam initiatus id onus imponere nequit, ne inuiti cogantur ad continentiam. Cum ergo infans absque omni prorsus voluntate sit ordine sacro insignitus,caret Ecclesia potestate ipsum inuitum ad continentiam compellendi,reddens ipsum matrimonij incapacem.

5 Secundò infertur, infanti sic ordinato, dum fuerit sui compos, dandam esse optionem, velit ne in ordine permanere, an resilire.Quod si velit permanere,iam voto castitatis manebit ligatus: si autem resilire eligat, manebit suspensus vsu ordinis.Sic *Sotus, Enriqu. Azor, Manuel, Vega num.præced.allegati.* Dicunt autem eam optionem dandam cùm peruenerit ad vsum rationis.At de hoc dicemus numero 10. An verò fruatur priuilegio clericali? dic idem quod dixi de metu ordinato nolenti in ordine permanere,disp.præced.num.3.

6 Circa posteriorem autem difficultatem,est grauius dubium de ordinato post rationis vsum, ante pubertatem tamen, num continere teneatur? Qua in re triplex est sent. Prima ait eum teneri continere. Quia libera voluntate ad ordinem sacrum est promotus. Quare non est cur à voto annexo excusetur.Ita docent *glossa c.Pueri v.Ad sacros,el 1.1.q.1.& cap.vn.v.Discretionis de clerico per saltum promoto.* vbi *Ant.n.4.fin.Card.num.2.q.1.in fin. Bonifac.clem.fin. num.26.& 27.de ætat.& qual. Alex.Carrer.l.3.de sponsal.cap.3. Sotus l.7.de inst.qu.2.art.5.ad vlt.* explicatque quando,dum initiatus est, attigerat x. aut xii. annum, & forsan viii. *Vega 2.tom.sum.c.57.casu 7.*

7 Secunda sent. distinguit, si impubes ille sit doli capax, cogetur continere: secus vero non. Quia in matrimonio carnali malitia supplet ætatem.*cap.De illis, de despons. impub.* cur ergo non in hoc spirituali matrim. Ita docet *Imola ca. Ioannes,n.22.de cler.coning.*

Tertia sent.(quam probabiliorem credo) ait non tene- 8
ri continere, nisi adeptus pubertatem ratificet. Ducitur, quoniam votum solemne expressum in religione approbata,ante pubertatem emissum,nisi post pubertatem ratificetur,non obligat,*c.1.& c.Illud,* 20.*q.1.& cap. Ad nostram, de reg.* Ergo nec votum solemne tacitum emissum in sacri ordinis susceptione. Dices hoc votum solemne non tantæ esse efficaciæ, cùm non sit per se & ex natura rei solemne. Id fateor, at vere constituit in statu iure Ecclesiastico incompatibili cum matrim.& quamuis Pontifex possit dispensare,at summa cum difficultate dispensabit, & propter causam valde publicam: quare non est credendum velle Ecclesiam voto tanti momenti alligari puerum impuberem. Quamuis enim votis simplicibus ligari possit, at facillimo negotio illi ætati consulitur; cum possint omnia illa impuberum vota à parentibus vel tutoribus, absque causa aliqua irritari.Et ideò hanc sent. sustinent *Calder.t. Qui clerici,vel vou.cons.vn.ad fin.Innoc.x.Vel non est compos,n.1. de temp.ord.Et ibi Host.super v.Vsque ad ætatem,n.7.Ioan.Andr. c.vn.n.5.de clerico per saltum promoto.* vbi *Abb.n.3. Anchar.n.8. Henric.n.12.& duobus seq.Hugo c.Subdiaconus,77.d. Archid.c. Pueri,n.vn.1.q.1. Imola clem.1.fi.n.9.de at.& qual.Rebuff.praxi benef.reg.de clericis ad sacros ord.male promotis, gl.2.n.10.Bernard.Diaz in sua pract.can.in nouo edit.c.26.n.4.Maiolus lib.1. de irreg.c.30.n.6.Gaeta repet.cap. Ad limina,30.q.1.§.3.q.12. n.55.* Imo hodie cum votum expressum solemne professionis non valeat vsque ad xvi.annum completum: iuxta *Trident. sess.25.de reg. c.15.* idem dicendum erit iuxta hanc sententiam de initiato ordinibus sacris ante 16. annum, nempe, cum non teneri continere. Quia ratio tradita ab hac sententia prorsus militat in hoc casu.

Hinc infertur,integrum esse huic,matrimonium inire, 9
si nolit in ordine perseuerare. Quia ad nullam continentiæ legem obligatur.Ita *Innoc.Host.Ioan.Andr.Anchar.Henricus, Rebuffus,Bernardus Diaz,n.præced.allegati.*

Sed rogabis,quamdiu possit resilire? Respondeo,si am- 10
plectatur sententia afferens ordinatum post vsum rationis teneri continere,non autem antea ordinatum:est subinde dicendum futuram esse contradictionem post rationis vsum,ita vt si tunc ratificet, amplius resilire nequeat. Et ita docent Auctores num.5.allegati. At retenta nostra sententia, non posse eo voto ordini annexo quempiam obligari ante pubertatem, subinde dicendum est posse quandocumq; ante pubertatem resilire, vel statim ac pubertatem adeptus est: ita vt necesse sit ratificet, pubertatem adeptus.Et ita docent *Innoc.Host. Io.And.Anchar.Henric.n.8.allegg.Gaeta repet.c.Ad limina,30.q.1.§.3.q.12.n.61.&* posse aduenienti pubertate resilire docent etiam *Abbas & Maiolus n.8.citt.* Et vtrumq; etiam tradit *Bernar.Diaz pract. canon in nouo edit.c.26.n.4.* Imo hoc tempus contradicendi durat hodie vsque ad 16.annum:& statim eo expleto. Quia ad professionis valorem hic annus successit, nouo iure Tridentini, pubertati, quæ olim ad professionē desiderabatur, vt notaui n.8. in fin. Sed rursus quæres,quamdiu post illud tempus resilire licebit, nempe, post pubertatem(& hodie post 16.annum.) Aliqui censent illud,statim accipiendum esse metaphysicè. Quia *c.Ad nostram,de reg.* concedens triduum post pubertatem, loquitur in diuerso casu.Ita *Card.c.vn.num.2.q.1.in fin.de clerico per saltum promoto.* Alijs vero placet dari triduum post pubertatem. Quia *c.Ad nostram,de reg.* conceditur triduum post pubertatem,professis ante illam, vt nisi resipuerint intra id spatium, sed habitum professorū detulerint, non possint deinceps retrocedere.Ita *Host.Ioan.And.Anchar.Bernar.Diaz, Maiol.Gaeta eisdem locis.* Cui sententiæ fauet, dici statim fieri,quod post triduum fit.Qua ratione ducti diximus lib. 1.disp.51.n.14.impuberi, cui pubertatem adepto licitum est à sponsalibus resilire, concedi triduum post illam, & resilientem eo temporis spatio dici statim resilire. Sed diuersa profectò est ratio in sponsalibus.Quia sponsalia ante pubertatem contracta erant omnino valida,nec aliquā ratificationem desiderabant,sed tantum in fauorem tene-

ræ ætatis & immaturi consilij ius concessit posse resilire statim post pubertatem. Atque ita si tunc non resiliat pubes, manent omnino firma & irreuocabilia. At professionis & ordinis sacri vota non erant antea valida, & indigebant ratificatione post legitimam ætatem, vt ex tunc valida esse inciperent. Quare si reuera is postea non ratificaret, non astringetur: & vbi ratificat, manet ligatus. Illud autem triduum deseruit præsumptioni fori externi: nam si intra illud post legitimam ætatem non reclamauerit, præsumetur ratificare, & ampliùs non audietur.

11 Nec ad hanc ratificationē efficiendam post legitimam ætatem, desideratur illum rogari, eligat ne in ordine permanere, an eo deserto ad nuptias transire. Quia nullus est textus id probans. Et quamuis id petant aliqui DD. *c.1. de reg. in ratificanda profess.* diuersa tamen est ratio. Quia in ea nil valide gestum est: in hoc autem euentu ordo sacer validè susceptus est. Ita *Innoc. c. Vel non est compos, n 1. de temp. ordin.* Quamuis hæc ratio differentiæ displiceat *Host. Ioan. Andr & Anchar.* vbi eos n. 8. retuli.

12 Hinc deducitur hunc non teneri ad recitandum officium canon. donec post legitimam ætatem ratificet ordinem. Sicut de metu ordinato diximus disp. præced. nu. 7. Quia sola characteris impressio, quæ ab Ecclesia irritari non potuit, valet vsque ad eam ratificationē. Et sicut hic non tenetur ad principale onus annexum ordini, quod est continentia: ita nec ad onera minùs principalia.

13 Quod si post legitimam ætatem verbo vel facto ratificet, nimirum vtendo ordine sacro, iam non erit integrum sibi resilire, vt diximus etiam disp. præced. num. 9. de ordinato per metum. Et intellige (vt ibi dixi) quando non per ignorantiam, qua se ad ordinem astringi credebat, eo vsus est.

14 Tandem hic ante legitimam ætatem initiatus ordine sacro, non poterit eo vti, donec ætatem iure ad ordines petitam nactus sit. Quamuis velit in ordine permanere. Est enim ab illius executione interim suspēsus, *c. Vel non est compos. de temp. ord. & c. Ex ratione, de ætat. & qual.* At vbi iam adeptus fuerit ætatem iure ad ordines præscriptam, si bona fide initiatus est, ita vt culpæ expers fuerit, poterit absque alia dispensatione vti ordine. Quod iam impedimentum cessarit: & ratione ignorantiæ & bonæ fidei excusatus fuerit à suspensione lata *in Extrau. Pij 11.* aduersus eos, qui ante legitimam ætatem sacro ordine infigniuntur. Secus si culpæ particeps fuerit.

DISPVTATIO XXXI.

Vtrùm prima tonsura, & quatuor ordines minores impediant matrimonium, ita vt culpa sit ab eis resilire, ac matrimonium contrahere: aut saltem eos ordines recipere absque intentione ad superiores ascendendi?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones discutiendæ sint, n. 1.

An ordines minores impediant matrimonium? Refertur quædam sententia, n. 2.

Proponitur vera sententia, n. 3.

An possit Ecclesia statuere vt initiati minoribus, aut in posterum initiandi, sint ad matrim. inhabiles, perdant & priuilegium clericale, si continere nolint? Et explicatur c. De his, d. 28. n. 4.

An teneatur voto initiatus ordinibus minoribus, existimans votum castitatis illi annexum dirimens subsequens matrim. n. 5.

Soluuntur argumenta. Et enodatur qualiter dictio taxatiua non excludat casus similes, n. 6.

An sit aliqualis culpa initiatos prima tonsura, aut minoribus ordinibus, deserto ordine matrim. inire? Refertur duplex sentent. n 7. & 8.

Licitum est ex causa iusta, quamuis ducant viduam, & explicatur c. Seriatim, d. 32. n. 9.

Non est mortale absque causa recedere, etiam docendo viduam: & dimittendo beneficium, n. 10.

Id est veniale, n. 11.

Quando cum vnica & virgine, etiam absq; causa, nulla est culpa, n. 12.

Licet non solo facto, sed etiam verbo renunciare, ordine; que deserere minores, n. 13.

Soluuntur argumenta, n. 14.

An peccet mortaliter recipiens primam tonsuram aut ordines minores absque animo vlteriùs progrediendi? Refertur quædam sententia. n. 15.

Proponitur sententia Auctoris, n. 16.

Quid, si recipiat solo animo declinandæ iurisdictionis secularis? n. 17.

Refutantur asserentes peccare Episcopos, qui ad ordines minores promouent eos, qui vlteriùs progressi non intendunt, n. 18.

An possit Episcopus petere iuramentum à puero vel parentibus, antequam primam tonsuram conferat, num vlteriùs ascendendi animum habeant, n. 19.

Satisfit argumentis, n. 20.

TRIPLEX est quæstio breuiter discutienda. Prima, 1
qualiter ordines minores impediant aut ditimāt matrim. subsequens? Secunda, qualis culpa sit ad matrimonium transire? Tertia, qualis culpa sit ad illos promoueri absque animo vlterius ascendendi?

QVAESTIO I. An ordines minores impediant subse- 2
quens matrimonium? Quidam credunt tempore Apostolorum fuisse acolythum incapacem matrimonij. Ducuntur ex *can. 27. Apostolorum*, ibi: *Qui ad clerum promoti sunt, præcipimus, vt si voluerint, vxorem accipiant; sed lectores & cantores tantummodo.* Et in *nouella constitutione Iustiniani, collat. 4. sub t. De nuptiis, §. Sed & si quis*, dicitur ne clericus vltra cantorem & lectorem nuptias contrahat. Et sic *Theodorus Balsamon in ea verba canon. 27. Apostolici*, ait ante ordines permissum esse omnibus matrimonio copulari, post ordines autem, solis cantoribus & lectoribus.

Cæterum veritas est, ordines minores nullum prorsus 3
impedimentum matrimonio præstare. Quia nullus est textus id interdicens, vt constabit nu. 6. ex solutione contrariorum. Imo id expressè conceditur *c. Si quis eorum, d. 32.* quod ex VI. Synodo, *cap. 6. & c. Si qui vero eadem d.* quod est ex D. Greg. Pontifice, *& c. 1. de cler. coning.* Et ratio est, quia ordo suapte natura non repugnat matrimonio, sed voti solius annexi causa (vt probauimus disp. 27. nu. 5. & 10.) At Ecclesia solis ordinibus maioribus, qui sacri dicuntur, id castitatis votum annexuit, vt constat ex textibus eodem n. 10. allegatis.

Imo nec Ecclesiæ integrum est, ijs qui hactenus ad or- 4
dines minores prouecti sunt, continentiæ legem indicere: caret enim potestate. Quoniam absque ea obligatione continentiæ sunt promoti. At continentia præcipi nequit, sed tantum suaderi, *c. Integritas, 32. qu. 1.* Deinde, quia esset obligare ad vitam longe arctiorem: contra notata *c. Gesta, d. 74.* Id tandem probat *c. De his, d. 28.* quod ex Concil. Tolet. 2. desumptum est, ibi: *Quibus autem voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab Apostolo licentiam auferre non possumus.* Atque ita docent *Turrec. ibi n. 7. Syluest. Matrimon. 8. q. 12. ad fin. Azor lib. 13. instit. moral. c. 13. q. 4.* Posset tamen Ecclesia constituere ne in posterum ad primam tonsuram aut ordines minores promoueantur, nisi qui se voto castitatis solemni astrinxerint, sicut præcepit de ordinibus sacris. Quia non tam Ecclesia matrimonij ineundi potestatem auferret, quam ipsi suo facto ea se ipsos priuarent, eligentes sua sponte statum, cui id votum annexum est. Quare textus prædictus accipiendus est de iam ad ordines absque ea continentiæ lege promotis. Ita *Baldus l. Rescripta, n. 8. C. de precibus Imperatori offerendis. Turrecrem. & Azor eisdem locis.* Qui bene addit posse Ecclesiam hactenus initiatis præcipere castitatem, aut vt omni clericorum priuilegio careant. Sicut *cap. vnic. de cler. coning. in 6.* statuit clericos ducentes vxorem bis, aut viduam, destitui omni priuilegio.

Quando autem recipiens ordines minores credebat 5
illis annexum esse votum continentiæ solemne, perinde ac sacris: quidam censent illos recipientem eo errore, teneri voto continentiæ simplici: ac proinde teneri non inire matrim. at si ineat, esse validum. Quia cùm in animo habuerit facto ipso vouere castitatem, ligabitur vtique voto: at non solemni, quamuis id intenderit. Quod in nullius potestate situm sit, votum solemnizare, nisi in religionis professione, aut vera ordinis sacri susceptione, *c. vn. de voto, in 6.* Ita sentiunt *Ioan. And. cap. Ioannes, de cler. coniug. n. 17. & ibi Ant. nu. 13. Anchar. n. 8. q. 2. Card. n. 6. q. 1. Imo-*

la

le,n.14. Gutta repet c. Ad limina,30.q.1.§.4.q.193.n.463. Cæterùm quamuis videam viros grauissimos huius sent. illis fidem minimè habeo: sed credo hunc nullo voto astringi. Ducor propter doctrinam traditam *disp.27.nu.13.* vbi probaui profitentem in religione,quam putabat approbatam, cùm non esset, teneri voto simplici: at recipientem inualidè ordinem sacrum nullo voto teneri: cùm tamen hic quoq; facto ipso intenderit vouere solemniter. Quia promotus ad ordinem sacrum, non facit per se & principaliter votum castitatis, sed in consequentiam ordinis sacri,cui Ecclesia illud annexuit:ac per cõsequens, vbi principale, nimirum, ordo non tenuit, cùm nulla sit voti annexio; nulla consurget obligatio. Sic ergo in casu præsenti,initiatus illis ordinibus minoribus non intendebat per se & principaliter votum castitatis emittere, sed quatenus existimabat annexum esse ordinibus minoribus, & in eorum consequentiam: cùm igitur nulla sit annexio, nulla consequentia,nullo voto ligatus manebit.

6 Ad arg.num.2.propositum dic,cum *Bellarm.in suis controuersiis lib.1.de cleric.cap.19.col.5.§.Probatur tertio: & Azor lib.13.instit.moral.cap.13.q.4.fin.* dictionem illam taxatiuam non excludere duos alios ordines minores, sed includere. Quia in illis est eadem prorsus ratio:atque est taxatiuæ dictionis natura,vt ita excludat extranea,& dissimilia,vt includat omnes casus similes eandem rationem habentes,vt latè multis allegatis probat *Euerardus in suis topicis iuris,loco a natura dictionis taxatiua,n.4.* Atque ita Nouellam constitutionem in eodem argumento allatam, explicuit *Iulianus antecessor in ea.nouel.22.num.27.* clericos vltra lectores dici diaconos & subdiaconos.

7 QVÆSTIO II. An sit aliqua culpa, initiatos prima tonsura,aut minoribus ordinibus, ab eo ordine retrocedere, maximè bis ducendo vxorem, aut non virginem, sed viduam,aut alias corruptam? *Caiet.2.2.q.12.a.3.dub.1.* censet esse culpam mortalem, si absque iusta causa retrocedant, ducentes non virginem, aut binas nuptias contrahentes: ac proinde reddentes se inhabiles propter bigamiæ irregularitatem ad exequenda horum ordinum ministeria. Ducitur, quod sit perfecta ab ordine apostasia. Nec id fieri valeat absque sacramentali cõtemptu,sicut nec recedere ab ordine sacro absque sacramenti contemptu,cùm neuter ordo iterari possit. Sed in ipsius gratiam probatur secundo ex *c.Seriatim,d.32.* quod est ex D.Leone Pontifice,ibi: *Ostiarios,Lectores, Exorcistas, Acolythos, si extra votum & habitum monachi inueniantur, & continentiam profiteri noluerint, vxorem ducere virginem cum benedictione sacerdotali permittantur, non autem viduam, aut repudiatam. Quia propter hoc deinceps ad Subdiaconatum prouehi non poterunt.*

8 Alij autem absolutè nulla distinctione præmissa docent nullam esse culpam, initiatum minoribus ordinibus retrocedere, transeundo ad matrimonium. Ducuntur, quod vtatur iure suo, nec recedat à statu perfecto, sed à statu, qui initium est & via ad perfectum ordinis statum: sicut nouitius ad professionem: nec faciat contra votum,aut aliquod iuris præceptum. Ita docent *Couar.4.decret.2 p.cap.6.§.3.num.3.fin. Toledo lib.4.sum.cap.18 num.4. Azor lib.13.instit.moral.cap.14.qu.14.* addens non peccare, quamuis ducat viduam. Et facit clare *Syluest. v.Apostasia, quæst.3.num.7.* vbi ait, clericum primæ tonsuræ ex parte desertionis illius nullo modo peccare, sed ex sola deserendi intentione: atque ita solùm peccare, quando bona intentio defideratur.

9 Prima tamen conclusio sit. Quando ex iusta causa retrocedit clericus hic,etiamsi viduam ducat, nulla est culpa. Hanc probat apertè ratio allata num.præced. Etsi posset videri aliqua inconstantia venialis,ab ea excusat causa illa iusta. Sicut nouitius tempore probationis retrocedens ex iusta causa, excusatur quidem etiam à culpa veniali inconstantiæ. Præterea quia *cap. Seriatim, d.32.* cuius verba retulimus num.7. non absolutè interdicit matrimonium huius cum vidua, sed si velit mortua vxore ad clericatum redire, maioresque ordines ascendere. Quod clarè constat ex ratione, quam subiungit. Et ita interpretantur eum textum *Archid.ibi num.1. Turrecremat. ibi art.2. num.2. D.Bonauent.4.d.37.initio, in expositione litera.* Quare hi Doctores sunt clarè huius sententiæ: & eam tenet *Caietan.summa, verb. Apostasia. Azor numero præcedenti allegatus. Aragon 2.2.quæst.12.art.1.dubio 1. Manuel 2 tomo summa,2. editione cap.7.num.1* Et faciunt Doctores num.præcedenti allegati, qui indistinctè excusant à culpa. Et *Petrus de Ledesma de sacram.* vbi de sacram. ordinis, *cap.7.post 3.conclusionem,§.De la primera corona,circa medium.colum.20 fo.842.* vbi indistinctè ait nullam esse culpam retrocedere ab his ordinibus ex iusta causa. Quod idem ait *Tabiena v. Apostasia,quæst.10.num.13.*

Secunda concl. Non est culpa mortalis eiusmodi re- 10
trocessio absque iusta causa facta, ducendo viduam, aut bis matrim. ineundo. Quia status,qui his ordinibus continetur, non videtur tanti momenti, quandoquidem licet absque mortali culpa numquam illius ministeria obire. Præterea,quia his clericis non interdicitur iudicis munus, ac sententiam in causa sanguinis ferre, quo efficiuntur irregulares. Demum hoc apertè probat ratio num.8.allata. Et ideo ita tenet *Caietan.*sibi contrarius,*in sum.v.Apostasia. Valentia 2.2.disp.1.qu.12.punct.1.col.3. Bañes 2.2.qu.12.art.1. pag.673.§ Sit tamen 3. conclus.* Et clare est huius sententiæ *Angelus v.Apostasia,num.2.* vbi ait non esse mortale deserere primam tonsuram, licèt ex sola libidine status laici deseratur. Nec ex eo efficietur ea culpa mortalis,quod sic recedens à statu clericali amittat beneficium, quod possidebat,quia ea amissio nulli est perniciosa,& poterat ille propria sponte illud dimittere. Sic *Caietan.ibi. Aragon, Manuel n.præced.alleg. Toledo n.8.relatus.*

Tertia conclusio. Venialis culpa est, sine causa iusta re- 11
cedere à prima tonsura,vel minoribus ordinibus,reddendo se incapacem ad illorum ordinum munia obeunda, propter bigamiæ irregularitatem, vt ducendo non virginem, aut bis contrahendo nuptias. Sicut nouitius absque causa retrocedens à religione, obnoxius est culpæ veniali. Quod sit inconstans in bono cœpto,quam inconstantiam nulla causa excusat, quæ in ea retrocessione inueniatur. Sic *Caietan.Bañes,num.præced.allegati.* Et clarè *Tabiena verb. Apostasia, quæst.10.num.13.* dicit enim esse culpam absque iusta causa retrocedere, quamuis qualitatem culpæ subticeat. Et videtur etiam sentire *Syluester v.Apostasia,quæst.3. num.7.* vbi ait desertionem hanc non esse culpam ex se,sed ex sola deserendi intentione: atque ita ait peccare deserentem sine bona intentione. Idem etiam videtur sentire *Valentia num.præcedenti allegat.* solùm enim dicit non esse mortale absque causa iusta recedere. Idem etiam videtur tenere *Angelus verb.Apostasia,num.2.* vbi solùm à culpa mortali excusat retrocessionem hanc,quando ex sola affectione status laici fit.

Quarta conclusio. Nullam credo esse culpam, quando 12
absque causa fit retrocessio,ducendo vnicam & virginem. Quia non est omnimoda & perfecta retrocessio,per quam retrocedens constituatur in statu, in quo est incapax exequendi munia illorum ordinum; imo potest illa exequi, atque frui priuilegio duplici clericali: iuxta *cap.vn. de cler. coning.in 6.* Sic docet *Bañes n.10.alleg.* & faciunt Doctores n.8. alleg. absolutè docentes retrocessionem hanc vacare culpa. Quamuis *Angel.Sylvest.Tabiena n.præced.relati,* absolutè loquantur de retrocessione absque causa, dum illam damnare videntur.

Nec audiendi sunt *Abbas cap.Tua,in fin.de apostatis: & An-* 13
gelus verb. Apostasia, num.3. vbi retrocessionem hanc facto ipso gestam minimè damnant: secus si verbo fiat, per *c.Si diligenti,de foro compet.* Quod nil ad rem facit: solùm enim decidit non posse clericos priuilegio fori cedere: quia in totius status clericalis fauorem est concessum. Item, quia mirum est, fas esse cuipiam facto ipso clericatum deserere,ac laicorum more vitam traducere: nefas autem, dicere se velle renunciare. Et ideo merito ab eis discedit *Sylvest. v.Apostasia,q.3.n.7.*

14 Ad arg.nu.7.proposita resp.Ad 1.dic, non esse apostasiam ab ordine,qui constituit in statu perfecto, sed in dispositione & via ad illum, cum facultate retrocedendi: & potest vtique esse, & quotidie fit absque ordinis contemptu.Ad textum constat ex dictis nu.9. vbi illum explicui. Ad argum. n.8. propositum,quatenus probat numquam esse culpam venialem, eam retrocessionem absque causa factam,dic eam rationem probare non esse culpam ex se, at ex parte desertionis horum ordinum: ac potest inueniri culpa venialis leuitatis & inconstantiæ in bono inceptò vt n.11.explicui: & dixit bene *Sylnest.ibi allegatus.*

15 Quæstio vltima. Qualiter peccet recipiens primam tonsuram,aut ordines minores,sine animo vlteriùs ascendendi? *Bañes 2.2.qu.12.a.1.pag.674.§. Sit vltima conclusio*: & multi ex discipulis D.Thom.censent esse culpam mortalem. Et quamuis *Bañes ibi* videatur non ita absolutè tradere eam sententiam,ait enim esse culpam mortalem, suscipere minores ordines cum animo retrocedendi ab illis, ea sola intentione vt interim gaudeat suscipiens priuilegijs clericalibus:at *col.seq.§.Sed est argumentum*,clarè sentit esse mortale recipere animo solo retrocedendi. Ducitur,quoniam nouitius tenetur bona fide religionem ingredi,vt experiatur an sibi conueniens sit: & delinqueret lethaliter, ingrediens animo retrocedendi. Quia Ecclesiastica iura concedunt initiatis ordinibus minoribus facultatem retrocedendi,non tamen vt possint animo retrocedendi suscipere.Sicut etiam contingit in nouitio.

16 Prima tamen concl.sit.Qui initiatur prima tonsura,aut ordinibus minoribus, non tenetur animum ad sacros ordines ascendendi habere: quare absque ea intentione potest illis insigniri.Prob.quia nullo iure talis intentio petitur in initiando: nec *Trident. sess.23. de reform.c.4.* vbi conditiones initiandi his ordinibus explicuit, huius meminit. Deinde,quod Episcopus dispensare possit cum illegitimo ad ordines minores *cap.1. de filijs presbyt.in 6.* qui tamen ad ordines sacros ascendere nequit, propter irregularitatem. Sic docent *Nauar.sum.Lat.c.25 n.108.& Hisp.c.28. addit.2. ad n.108.c.25.Aragon 2.2.qu.12.a.1.dub.2. Petr.de Ledesm.de sacram.* vbi de sacramento ordinis, *c.7. post 3.concl.§. De la primera corona,col.20.f.842.Manuel 2.to.sum.2.edit.c.17.n.2. conclus.2.Vega 2.to.sum.c.57.casu* 11. Quare si haberet animum retrocedendi determinatum, indicanda esset ea voluntas sicut & ipsa retrocessio:& sicut retrocessio numquã est culpa mortalis: (vt probaui nu. 10.) sed aliquando venialis,& aliquando nulla, iuxta tradita nu.9.11.& 12.Ita etiam ipsa voluntas culpa afficietur, aut illa vacabit. Non enim voluntas aliquid faciendi peior est ipso facto: immo ab ipso malitiam aut bonitatem accipit. Nec obstat solutio, quam tradit *Bañes*, nimirum, id verum esse, vbi eadem circumstantiæ concurrunt in voluntate & in facto, vt contingit in nouitio, qui non peccat resiliens,at reus esset culpæ mort.eo animo ingrediens. Sed hoc non obstat, quia teneretur probare malitiam specialem inueniri in volitione hac,quæ in ipso facto non reperiatur.Cuius contrarium probauimus:cùm nullo iure talis intentio permanendi in ordinum ministerio,& ad vlteriores ascendendi petatur. Nec est simile de nouitio, vt nu.20.probabimus, ostensa differentiæ ratione. Si autem suscipiens ordines minores anceps sit an vlteriùs progredietur, an potiùs resiliet,nullo modo peccat. Sicut nec religionem eo animo dubio ingrediés.Annus enim nouitiatus iure præscriptus, ad id conceditur, vt nouitius experiatur, firmetque permanendi voluntatem,aut resiliat.

17 Secunda concl.Si ordines minores aut primam tonsuram accipiens, solum intendat declinare iurisdictionem fori secularis, nonnulla culpa est. Quòd deficiat recta intentio ordines suscipiendi.Imò eam esse mortalem existimant *Pet.de Ledes. Aragon.Manuel citati n.praced.Bañes relatus nu.15.*Ducuntur quod hic decipiat Ecclesiam in re gratu, Et Episcopus illius intentionis conscius non posset eum absque peccato mortal.ad ordines admittere. Contraueniret enim iusto Tridentini præcepto *sess.23.c.4. de reform.* Quare *Victoria sum.de sacram ordinis nu.240.* dicit Episcopum initiantem prima tonsura eum,quem nouit recta intentione inseruiendi choro carere, peccare plus quam venialiter. At non video culpam mortalem. Quia nec finis est mortalis, nec debiti finis peruersio culpam mortalem inducit: maxime in his ordinibus, quos non esse sacramẽta,nec gratiam conferre,est probabilissimum.Nec *Tridentinum* aliquam ipsis initiandis in hac re obligationem imponit.Quare mitius locutus est *Nauar. cap. Quando Latine, c.7.n.15.*vbi tunc agnoscit peccatum mortale in suscipiente ordines minores, quando intentio mortalis est, nimirum,vt ordines sint sibi quasi occasio & ansa libere iniurias vlciscendi,altosque offendendi,absque iudicij secularis timore subeundi.

Hinc deducitur contra *Bart.à Ledes.de sacram. ord.dub.5.* 18
concl.2. non peccare Episcopum conferentem ordines minores,aut primam tonsuram ei, qui non habet intentionẽ vlterius ascendendi. Quia nullo iure id sibi interdicitur, nec *Trident.sess.23.c.4.de reform.& c.Nullus, de temp.ord.in 6.* quibus ipse innititur,id probant. Nam *Trident.* eam intentionem in promouendo non petit,*& c.Nullus*, solùm decidit minores ordines non esse conferendos coniugatis, nisi ad ordines sacros aut religionem ascendere velint,casu quo eum ascensum iura permittunt. Vnde potius inde sumitur, argumento deducto à contrario sensu, eam intentionem in solutis minimè desiderari. Præterea, quia *c.1.de filijs presbyt.in 6.* conceditur Episcopo, vt ex dispensatione promoueat illegitimũ ad ordines minores: quem tamen constat nec posse ad superiores ascendere.

Verùm laude digni sunt Episcopi, qui primam tonsu- 19
ram conferre nolunt pueris, nisi ipsi,si adulti sint,alias eorum parentes, iurent, bona intentione ascendendi postea ad ordines sacros, se velle ordines minores, aut primam tonsuram. Quia sic adest bona intentio in ordines suscipienti: & non aufertur retrocedendi libertas. Ita *Nauar. c. Quando Lat.c.7.n.16.& c.Si quando,de rescript. except.13.n.7.*

Ad argum.n.15.propositum resp.disparem esse ratio- 20
nem. Quia nouitius decipit in re graui religionem, à qua alimenta accipit,& cuius secreta & institutum ipsi panduntur,nec posset admitti,nisi cum animo,quantum in se est, perseuerandi. Quæ in initiato minoribus ordinibus non procedunt.

DISPVTATIO XXXII.

An sola coniugis licentia sufficiat ad professionem alterius coniugis post matrim. consummatum, an potiùs vtriusq; professio desideretur, aut saltem votum continentiæ manentis in seculo?

SVMMARIVM.

Quid exigatur,vt matrimon. consummato alter coniux ad religionem transeat? Referitur quædam sententia, n.1.

Proponitur vera sententia n.2.

An sit necessaria licentia Episcopi & explicatur c. Si vir & vxor, 27. q.2. num.3.

An desideretur coniugis inuenis professio, an potius sat sit excluso in monasterium,ne vagetur:vt alter possit legitimè profiteri nu.4. & ibi, an sufficiat professio Equitum D Ioannis.

Vtrum sat sit votum temporale castitatis coniugis senis in seculo n.5.

An id votum castitatis coniugis manentis in seculo, efficiatur solemne, eo ipso quod alter profitetur,ita vt post professionem obitum nequeat valide manens in seculo matrim.ineat Refertur duplex sent. n.6. & 7.

Proponitur sententia auctoris, & declaratur an si nondum matrim.sit consummatum, statim ac alter profitetur,possit manens in seculo cum voto castitatis,valide matrim.copularit n.8.

An sufficiat senem suspectum de incontinentia, votum castitatis emittere,vt alter proficeatur? Et quid hac in re differat inter iuuenem & senem? n.9.

An sufficiat votum coniugis iuuenis in seculo, vbi ita honesta vita est, vt nulla incontinentiæ suspicio adsit? n.10

An satis sit idem votum vxoris senis non suspectæ de incontinentia, sed de aliis prauis moribus: & an tunc sit reuocandum vir professus vt ipsam cohibeat? n.11.

An talux senex manens in seculo cum continentia voto, viuens turpiter, aut incontinenter, post alterius professionem, cogendus sit religionem ingredi n. 12.

Ab coniux egressus ante professionem sit reddendus coniugi, de cuius licentia, voto castitatis emisso, ingressus fuerat, & id votum adhuc obligat manentem in seculo n. 13.

An volente coniuge valeat habere professionem coniugis sine sua licentia factam, ejus sit ipsum quoque, si inueniat sit, proficere? an sat sit vouere castitatem: & quid si hic viuat incontinenter? n. 14.

Qua aetate dicatur coniux senex, vt sufficiat votum castitatis ad alterius professionem? Refertur quadam sent. n. 15.

Improbatur sent. Auctoris: & explicatur qua aetate reddantur steriles senes: sine masculi sine femina, n. 16.

An eadem aetas reddat senes, masculos & feminas, quò ratione aetatis à teimonio excusentur, & qua sit ea aetas, n. 17.

1 HACTENVS disputatum est, qualiter professio & ordo matrimonium præcedentia, illud dissoluant. Iam agendum est, qualiter matrimonio consummato superuenire possint. Nec sermo est habendus, quando matrimonium nondum consummatum est: aut quando alter in adulterium est lapsus. Quod de priori quæstione egerim l. 2. disp. 18. & sequ. De posteriori autem acturus sim l. 10. disp. 10. & sequ. Quamobrem tantùm in præsenti discutiendum est, quando post matrimonium consummatum, altero coniuge non adulterante, liceat alteri ad religionem, ordines, Episcopatum, Cardinalatúmve transire. Et primò quidem de transitu ad religionem sermo erit, deinceps de transitu ad alia. Petit ergo disputatio præsens, quid exigatur vt licitè & secundum iuris canonici definitionem possit alter coniux de alterius licentia ad religionem transire? Qua in re *Angelus v. Matrimonium, 4. num. 8.* dicit posse coniugem de licentia alterius ad religionem transire, quamuis manens in seculo non voueat continentiam: ac proinde solam coniugis licentiam videtur petere. Quo fundamento duci possit, me prorsus latet: cùm id fit contra apertam iuris canonici definitionem (vt nu. sequ. ostendemus.) Quare suspicor mentem eius solùm esse, id sufficere vt valeat professio. Quod verissimum esse disp. sequ. dicemus.

2 Certissimum igitur est, vt sit licitus ingressus alterius coniugis post matrimon. consummatum in religionem, minime sufficere licentiam alterius manentis in seculo, sed si manens in seculo sit senex, & absque incontinentiæ suspicione, desiderari vt votum castitatis emittat: si autem iuuenis, id non sufficere, sed opus esse vt pariter religionem ingrediatur. Habetur expresse de ingressu viri in religionem, *c. Cum sis de conuers. coning.* ibi: *Prohibemus ne virum vel vxorem (nisi vterque ad religionem migrauerit) transire permittas. Verum si ita vxor senex est & sterilis, quod sine suspicione possit esse in seculo, dissimulare poteris vt ea in seculo remanente, & castitatem promittente, ad religionem transeat vir eiusdem.* Et idem definitur *c. Vxoratus, eod. t.* Atque de alterutrius coniugis ingressu deciditur idem *c. Ad apostolicam, eo. t.* ibi: *Non est alter coniugum recipiendus ad obseruantiam regularem, nisi reliquum perpetuam continentiam reprom ittat; sed & vitam debet mutare: nisi forte sit eius aetatis, vt sine suspicione incontinentiæ valeat in seculo remanere.* Etiuxta horum textuum distinctionem debet intelligi *c. 1. eo. t.* vbi virum de monasterio reuocandum decernitur, nisi vxor ad religionem transierit, aut continentiam in seculo vouerit, non enim alterutrum horum semper sufficit, sed cùm manens in seculo est iuuenis, necessarius est vtriusque ingressus: si verò senex, satis est, vt in seculo voueat continentiam. Prout alij textus expressere. Atque ita vniuersi Doctores in hoc conueniunt. Vel textus hic non agit de requisitis ad licitam professionem: sed vt professus non sit officio iudicis reuocandus, aut ad coniugis petitionem: ad quod satis est votum continentiæ manentis in seculo, quantumcumque iuuenis, vt dicemus disp. seq. n. 9.

Dubitabis autem, vtrùm sit necessaria licentia Episcopi? Eam esse necessariá, videtur suaderi ex *c. Si vir & vxor, 27. q. 2.* ibi: *Si vir & vxor diuertere prosola religiosa inter seconserint vita, nullatenus sine Episcopi conscientia fiat.* Quod est desumptum ex Synodo Eugenij Pontificis, & *cap. 1. de conuers. coning.* ponderatur ignorante Episcopo præstitam esse licentiam. Atque ita clarè supponitur eam fuisse necessariam. Et ita videtur sentire *glos. eod. cap. 1. verb. Reuocari.* dicit enim si coniux senex sit, sat esse votum eius in seculo, interuenienti Episcopi auctoritate. Et eam exigi docent *Hostien. c. Cum sis, n. 3. super verb. Permittas de conuers. coning. & c. Vxoratus, n. vn. super v. Publicè, eo. t. & ibi Ioan. Andr. n. 1. super v. Conspectu Ecclesiæ, Anchar. ibi n. 4. mot. ab. 3. Ant. nu. 4. Card. in fine.* Et expresse esse de substantia valoris professionis, videtur tenere *Guilielmus Borrillong 4. d. 22. qu. vnic. a. 2 post 1. concl. casu 1.* vbi agens de coniugis professione, ait vt sit hoc validum, requiri licentiam vxoris auctoritate Episcopi concessam, & *Maiolus l. 1 de irreg. c. 4. nu. 5.* vbi ait ad coniugum conuersiones validandas decretum Episcopi requiri: & *n. 7.* ait deficiente Episcopi decreto nudum coniugis consensum non sufficere. Verum vt res hæc clarè explicetur: potest ea Episcopi licentia esse ad tria requisita. Primum est, ad valorem professionis. Secundum, vt rectè fiat, quasi sub præcepto sit ea petenda. Tertiú, ne coniux quamuis legitimè professus possit reuocari ad coniugem manentem in seculo: sicut reuocari potest, quando coniux manens in seculo non vouit continentiam, at concessit licentiam: vt dicitur *cap. 1. de conuers. coning.* & disp. seq. declarabimus, quamuis tunc professio fuerit valida. Quantum ad primum, censeo eam Episcopi licentiam non esse necessariam ad professionis valorem. Quia *d. c. Si vir & vxor*, vbi ea licentia petitur, non irritatur professio aliter facta. Idque aperte colligitur ex *c. 1. de conuers. coning. in fin.* à contrario sensu, vbi dicitur virum qui ignorante Episcopo de licentia vxoris professus est, reuocandum non esse, si vxor vouerit castitatem. Sentit ergo textus ex defectu licentiæ Episcopi nil offici professioni. Et ita sentiunt *gl. d. c. Si vir, verb. Conscientia, & ibi Archid. nu. 1. Bellamera num. vn. Turrec. n. vn. Frederic. cons. 37. ad fin. Ioan. And. c. n. 1. de conuers. coning. & ibi Anton. n. 5. Abbas n. 3. Card. q. 2. idem Abbas c. Vxoratus, n. 7. & c. Ex parte, el 1. n. 2. eo. t. Aretin. cons. 59. n. 9. vers. Pro his facit.* Et ex Theologis, *Scotus 4. d. 32. q. vn. & ibi Maior, qu. 2. concl. 6. Supplem. Gab. ibi, q. 1. a. 2. concl. 9. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. col. 15. paulo ante vers. Id autem.* Quare dum *l. reg. 2. tit. 10. p. 4.* ait hoc auctoritate Episcopi faciendum esse: non intelligit eam esse requisitam ad professionis firmitatem, vt bene intelligit *ibi Gregor. Lopez verb. Del Obispo.* Quod secundum, videntur ea verba *d. cap. Si vir, Nullatenus sine Episcopi conscientia fiat*, inducere præceptum. At dicendum est non esse præceptum, sed de honestate desiderari licentiam Episcopi, vt docent *ibi Archid. num. 1. super verb. Fiat. & ibi Bellamera num. vn. & ibi Laurent. per ipsos citatus, Ioan. And. c. 1. nu. 1. & ibi Card. q. 2. de conuers. coning. Frederic. proxime alleg.* Tum quia non est certum, *ad c. Si vir*, loqui in hoc casu. Et ità *glossa ibi verb. Conscientia*, ait posse intelligi, quando coniugati volunt monasterium construere, ad quod transeant. Id enim sine Episcopi facultate ædificari nequit, *c. Nemo, de consecr. d. 1.* Tum etiam, quia consuetudine receptum est, vt ea licentia non petatur, vt testantur *Ioan. And. & Card. proximè alleg.* Quoad tertium, existimo nil ad rem facere defectum licentiæ Episcopi, aut eam interuenisse, quoad reuocationem. Et ita si coniux est professus ex licentia alterius non intrantis religionem, nec vouentis continentiam, poterit reuocari, quamuis ex Episcopi licentia id effectum sit: si verò alterum fecit, non poterit reuocari, quamuis Episcopi licentia defuerit. Quod clarè sentit *Host. c. 1. de conu. coniug. statim in princ. super v. Ignorante*, vbi eum textum ponderantem, ingressum factum fuisse Episcopo ignorante, explicat, id est, maximè Episcopo ignorante, quasi dicat idem esse si sciente: atque ita scientiam eius vel ignorantiam nil conferre. Et meliùs *Ant. ibi nu. 5.* vbi ait, si nondum facta esset professio, posse Episcopum reuocare donec cognoscat, an legitimus fuerit ingressus. Sentit ergo facta professione non esse reuocationi locum: quod Episcopi auctoritas in ingressu desiderata sit. Et de hac reuocatione professi, eo quod manens in seculo non fecerit votum, est latè disp. seq. habendus sermo.

Rursus

4 Rursus inquires, an hic transitus ad religionem coniugis iuuenis, quo alter licitè profiteatur, debeat esse ad professionem emittendam; an potiùs vt ibi inclusus à vagationibus arceatur, ac proinde consultum sit incontinentiæ periculo? *Palacios 4.d.27.disp.2.col.33.vers. Quocirca, f.589.* censet non desiderari huius professionem, sed satis esse dictam inclusionem. Quod potest probari ex *c. Vxoratus, vers. Si autem talis, de conuers. coniug.* ibi: *Si autem fuerit talis, quæ suspicione non careat, voto continentiæ celebrato, à secularium hominum conuersatione remouetur.* Cæterùm dicendum est, necessarium esse, vt coniux ille iuuenis profiteatur. Quod apertè probant ea verba *d.c. Vxoratus*, quæ immediatè sequuntur, *Et in loco religioso, vbi Deo seruiat, perpetuo commoretur.* Nam si ingrediatur solum vt arceatur à vagationibus, monasterium esset sibi carcer: non autem intraret, vt Deo seruiat. Et meliùs id probatur ex *cap. Cum sis, de conu. coniug.* ibi: *Nisi vterque ad religionem migrauerit.* Et *c.1. eo t.* ibi: *Nisi vxor ad religionem transierit.* Non enim transit ad religionem, qui non profitetur. Et ex *c. Agathosa, 27.q.* ibi: *Postquam copulatione coniugij, viri atque mulieris, vnum corpus efficitur, non potest ex parte conuerti, & ex parte manere in seculo.* Quod idem traditur *c. Ad Apostolicam, de conuers. coniugat.* At non dicitur conuerti, sed in seculo manere, si non profiteatur. Et ideo ita sentiunt *Abb. eo c. Vxoratus, n.3. & c. Accedens, num.2. de conu. coniu.* Et ad *id c.* vbi vir professus est, & mulier transit ad religionem habitu non assumpto, nec animo profitendi, respondet *Abb. eo. num.2.* narrari ibi factum, & non statui ius. Idem *Brunellus de sponsalib. concl.40. nu.16. Sylvest. v. Dinortium, q.13. dict.2. Sotus 4.d.27. qu.1.a.4. col. antepen. vers. Potest & vnus. Palacios* sibi contrarius *4.d.32. disp.2.col.10.f.718. in vers. At vrgentior est. Petr. de Ledesma de matrim. q.64.a.4. dub.1. concl. vlt. Bart. à Ledesma de sacram. ordinis dub.14.col. vlt. Cañedo summa sacramentorum tract. de matrim. c.7.n.54. in comment. Vega 2.tom. sum. c.34. casu 103.* Nec sat est, si profiteatur vir assumpto habitu equitum D. Ioannis. Quia etsi ea sit professio solemnis, at ij manent in seculo cum periculo incontinentiæ. Cuius contrarium petitur *d.c. Vxoratus.*

5 Nec sufficit votum temporale coniugis senis in seculo manentis, nimirum dum coniux professus superstes fuerit. Constat ex *c.1. de conu. coniug.* ibi: *Nisi vxor ad religionem transierit, aut perpetuo castitatem seruare promiserit.* Et *c. Ad Apostolicam, eo t.* ibi: *Nisi reliquus perpetuam continentiam repromittat.* Atque ita docent *Host. c. Vxoratus, n.vn. super v. Continentiam, de conuers. coniug. & ibi Ioan. And. n.1. Idem Ioan. And. d.c. Ad Apostolicam, n.1 & ibi Ant. n.2. Idem Ant. d.c.1.n.3. Monald. sum.* vbi de voto, *t. De voto coniug. vers. Similiter vxor.*

6 Grauior autem est difficultas, an id votum castitatis cõiugis manentis in seculo efficiatur solemne, eo ipso quod alter profitetur: ac subinde irritum reddat matrim. contractum contra id castitatis votum à manenti in seculo post obitum professi. Id enim affirmant quidam. Quod cùm vir & vxor sibi inuicem actiones communicent, *cap. Martinus, de cogn. spir. c. Si quis vnus, 30.q.4.* solemnitas cõiugis professi redundet in votum simplex coniugis secularis, reddens illud pariter solemne. Ita docent *Goffred. sum. t. de conu. coniug. n.2. & n. vlt. Host. sum. eo t. n.3. & c.1. in fin. & c. Ad Apostolicam, n.1. de conu. coniug. Abb. c. Constitutus, n.3. eod. t. Anchar. c. vn. n.3. notab.4. de voto, in 6. & ibi Domin. n.14. fi. Palud. 4.d.38.q.3.a.5 concl.1.n.29. Supplem. Gabr. 4.d.32.q.1.a.2. immediatè ante 9. concl. Astensis sum.2.p.l.8.t.11.a.2. q.9. Turrec. Seriatim, d.32.a.4 n.7* Quibus ex his *Supplem. Gabr. & Turrecr.* dicant votum solemnizari, at nullam huius rei rationem explicant. Et per id votum manentis in seculo diximi matrim. subsequens, affirmat *Henric. c. Vxoratus, n.12. de conuers. coniug.* at non reddit rationem. Limitat *Goffred. n. vlt. Host. triplicis loco allegato: Astens. Henric. Supplem. Gabr.* si mulier conscia erat præiudicij sibi secuti ex professione viri, cui consensit votũ castitatis emittens: alias enim solo voto simplici astricta manebit: ac proinde valebit matrimon. subsequens. At limitationem hanc negat *Turrec.* Limitat etiam *Astensis*, quando id votum in seculo emissum est in manu Episcopi, vel de eius licentia. Eiusdem sententiæ videtur *D. Bonauen. 4.d.17. in expos. lit.* vbi dicit si vir de licentia vxoris data in conspectu personæ per quam secundum formam Ecclesiæ possit fieri diuortium, profiteatur, vxorem obligari ad perpetuam continentiam cum viro: nec posse nubere post mortem, nec iuris ignorantia excusari. Quia est eadem caro cum ipso.

7 Alij admittunt per id votum manentis in seculo dirimi matrimonium subsequens: atque id votum solemne fieri: discrepant tamen in ratione: id enim dicunt consurgere, non ex actionum communicatione: sed ex statuto Ecclesiæ, quæ id decreuit quando vir de licentia coniugis vouentis in seculo, ad ordines transijt. De qua re dicemus disp.40. Ita sentire videntur *Ioan. Andr. c. Cum sis in fine, de conuers. coniug. & ibi Anchar. fin.* referunt enim vtramque sententiam, & hanc in vltimo loco.

8 At existimo nullâ ratione id votũ effici solemne. Quia voti viri solemnitas nequit in vxoris votum redundare: exigitur enim vouentis intentio, quæ non adest, nisi ad votum continentiæ simplex emittendum: & esto ea intentio adesset, non potest fieri votum solemne, nisi in professione religionis approbatæ: aut in ordinis sacri susceptione, *c. vn. de voto, in 6.* Et textus n.6. allegati probantes communicari actiones inter coniuges ob carnis vnitatem, loquuntur in actionibus, ad quas non tam requiritur interuentus animi, quam corporis actus, vt in compaternitate. Et quidquid sit de ordine sacro à viro de licentia vxoris assumpto: at in professione nullus extat textus decernens viro de licentia vxoris profitenti, reddi solemne votum simplex vxoris in seculo factum, quoad matr. subsequentis dissolutionem. Et cum sit res valdè odiosa, & in matrimon. præiudicium, non venit extendenda. Atque ideo hanc sententiam tuentur *gl. c. Seriatim, v. Post mortem, d.32. Card. c. Cum sis, in fin. de conuers. coniug. & idem vn. n.18. q.22. de consang. Monald. sum.* vbi de voto, *t. de voto coniugatorum, vers. Item quid si licentiã.* Et addunt hi duo (& optimè) matrim. post obitum viri professi initum ab vxore esse validum, quamuis peccet contra votum simplex. Cauendum tamẽ est à *Palud. 4.d.27.q.3.a.1. concl.2. n.11. & ibi Supplem. Gabr. q.2.a.3. dub.8. casu 2.* vbi dicunt si vir profiteatur ante consummatum matrim. vxore vouenti in sæculo castitatem, esse vxorem inhabilem matrimonio dum viuit coniux professus, non ratione voti simplicis: sed quia tunc per professionem coniugis non dirimitur matrimonium ratum. Quod reprobaui l.2. disp.20. n.4.

9 Sed quid si coniux senex in seculo manens suspectus sit de incontinentia: an tunc sufficiat eius votũ in seculo: an potiùs desideretur vt ad religionẽ transeat? Videtur enim votũ sufficere. Quia alias iura perperam ponderarẽt ætatem, *c. Cum sis, & c. Ad Apostolicã, de conu. coniug.* Siquidẽ potius periculũ incontinẽtiæ attendendum esset. Præterea, quia cum leges respiciant quæ cõmuniter accidũt, *l. Nam ea, ff. de leg.* nil ad legẽ immutandã conferre videtur, si vnus aut alter coniux in ætate senili suspectus de incontinentia sit: sed in eo seruãdũ erit ius decidẽs sufficere votũ senis in seculo manentis. Cũ in ea ætate cesset cõmuniter ea suspicio. Existimo tamen dicendũ, non sat esse tunc id votum. Quod iura non absolutè ponderent ætatem, sed simul vt coniux de incontinẽtia suspectus non sit, *c. Cum sis*, ibi: *Verum si ita vxor senex est, & sterilis, quod sine suspicione possit esse in seculo, de conu. coniug. & c. Vxoratus, eo t.* ibi: *Si autem talis fuerit quæ suspicione non careat, & c. Ad Apostol. eo t.* ibi: *Nisi forte sit eius ætatis, vt sine suspicione incontinẽtiæ valeat in seculo remanere, & c. Significauit, eod. tit.* ibi: *Si est ita, & est talis ætatis, de qua suspicio haberi non possit.* Præterea, quia iura id decreuere, ne coniux religionem profiteatur, manenti altero cum incontinentiæ periculo: atque ita huic periculo consulere voluerunt. Ergo in quacumq; ætate id periculum sit, non satis erit votum manentis in seculo. Nec obstant in contrarium adducta. Quia iura non solam ætatem ponderant, sed etiam vt non præsumatur incontinentiæ periculum. Quare existenti senectute non præsumetur tale periculum,

culum & dabitur licentia profitendi alteri coniugi, manente sene in seculo, cum solo voto. Verum vbi de eo periculo constaret, cessabit præsumptio: & proinde ea licentia denegabitur. Nec obstat etiam secundum. Quia lex hæc edita est ad consulendum bono priuato coniugis relicti in seculo: vt eius incontinentia caueatur. In quo euentu satis est cessare finem in particulari, vt contingit in lege correctionis fraternæ, quæ ad fratris emendam tendit: & itaea cessante in hoc particulari, cessat in illo. Et ita supponunt DD. nu. 11. allegandi, qui tamquam rem claram supponunt, quando vxor senex est suspecta de incontinentia, non concedi viro ingressum in religionem: & solum dubitant, quando de alijs moribus prauis est suspecta: & adhuc tunc licere negant. Et ferè expressè tenet *Cardin. c. Cum sis, n. 1. oppositione 2. de conuers. coning.* vbi ait ad viri professionem peti in eo textu duo copulatiue, nempe, vt vxor sit senex & sterilis, ita vt sine suspicione incontinentiæ possit esse in seculo. Et *Host. ibi nu. 4. super verbo Sterilis*, sic ait: Quasi dicat, si processit in diebus suis, ita quod sit annosa, honesta, & maturata. Et *Anton. c. Vxoratus, nu. 1. eod. tit.* vbi sic inquit: Nisi remanens in seculo transierit dies suos, ita quod non sit suspicio incontinentiæ, suspicione autem subsistente non potest vir ingredi religionem, nisi mulier ingrediatur. Quod eisdem verbis tradit *Victoria sum. vbi de matrim. n. 253.* & ferè expressè docent *gl. c. Coniugatus, verb. Continentiam, de conuers. coning. Goffred. sum. eod. t. n. 6. Anton. t. 2. 17. decler. coning. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. col. antepen. vers. Potes & vnus, & ibi Palacios disp. 2. col. 24. f. 584. vers. Sed quid si facta. Quand. 4. d. 27. fin.* vbi petunt, vt coniux manens in seculo sit senex & sine incontinentiæ suspicione: quasi alterum minime sufficiat: & clariùs *Syluester v. Diuertium, q. 13. dist. 2.* vbi petit non esse timorem de incontinentia, quod coniux sit grandæuus, & vitæ honestæ. Idem *Abbas cap. Ad Apostolicam, n. 1. de conuers. coniug. et. Couar. 3. decret. 2. p. c. 6. §. 3. n. 3. Aut. Cac. l. 5. instit. maiorum, t. 12. n. 223.* vbi disiunctiue dicunt non sufficere votum, si coniux manens in seculo sit iuuenis, aut de incontinentia suspectus.

10 Nec etiam sufficiet votum prædictum vbi coniux manens in seculo est iuuenis: quamuis ita honestæ vitæ sit, vt nullus incontinentiæ timor subsit. Quod constat ex textibus nu. præc. relatis, qui ætatem ponderant, & nullum ratione illius subesse periculum. Et ratio est aperta, quoniam iuuentus varijs semper incontinentiæ casibus valde subiecta est, atque ab inceptis facile desistit: cum varijs ac vrgentissimis carnis illecebris passim agitetur. Et in proprijs terminis loquentes de femina iuuene, non suspecta de incontinentia ratione honestæ vitæ, non sufficere eius votum in seculo ad professionem viri, tradunt *Ioan. Andr. cap. Coniugatus, in fine, & ibi Anchar. in fine, de conuers. coning. & ibi Antonius in fine, & ibi Abbas n. 4.* & quamuis feminæ speciali inconstantiæ nota inurantur, vt eruditissimè tradit *Tiraquel. l. 9. connub. n. 129. & seq.* at viri maioribus periculis expositi sunt: eo quod liberius vagentur. Et ita experientia ipsa docet multo frequentius esse, viros iuuenes in incontinentiam labi, quàm feminas.

11 Nec similiter prædictum votum satis erit, quando vxor senex manens in seculo non est suspecta de incontinentia: est tamen de alijs peruersis moribus, vt si timor subsit fore, vt viri cura destituta, fiat incantatrix, venefica, vsuraria, vel quid simile. Quia eadem ratio videtur in alijs malis moribus, sicut in suspicione incontinentiæ. Quia cum non expediat vxoris saluti virum tunc profiteri: id permittendum non est. At si contra fiat, tenet omnino ingressus. Quia principaliter hic consideratur incontinentiæ periculum: eo quod illa aduersetur bono fidei, quod est vnum ex tribus matrimonij bonis. Ita docent *Ioan. Andreas c. Ad Apostolicam, num. 3. de conuers. coning. Anton. num. 3. Abbas nu. 4. Anchar. fine. Cardin fin. Lancelotus instit. iuris canonic. lib. 2. tit. De diuor. §. His exceptis, verb. Incontinentiæ.*

12 Quod si coniux senex relictus in seculo cum continentiæ voto id non seruet post viri professionem, sed incontinenter viuat, cogetur ingredi monasterium, vt colligitur à cõtrario sensu ex *c. Significauit, de conuers. coning.* ibi: *Si est talis ætatis, de qua suspicio haberi non potest, ipsum votum continentiæ obseruantẽ intrare monasterium compelli non permittatis.* Sic *Host. c. Placet, n. 2. & ibi Card. n. 2. q. 2. Ioan. And. n. 2. Anton. n. 7. de conu coning. Abb. c. Ad Apostolicam, fine, co. 1. Anchar. d. c. Placet, n. 4. q. 1. in fine.* Qui explicat cogendum quoq; esse profiteri: cæteri solum dicunt cogendũ ingredi, & de professione subticẽt: sicut & *textus d. cap. Significauit.* eodem modo locutus est. Sed durum mihi videtur cogendum esse profiteri. Quòd non videam textum expresse id decidentem. Præterea, quia coniux hic non nouit religionẽ: & durum est ipsum obligare ad rem tam arduam, vt melius seruet castitatem, & ab incontinentia arceatur. Deinde, quia (vt disp. seq. videbimus) magna est dissensio, an vxor iuuenis, ac proinde ratione ætatis suspecta, volens in seculo continentiam, sit cogenda profiteri, an tantùm in monasterium detrudenda, vt periculum cesset. Et quamuis in eo casu verior sententia distinguat, an mulier sit iuris conscia, nec ne, at in hoc euentu non potest habere locum ea distinctio. Nam iura iubent *cap. Cum sis, cap. Ad Apostolicam de conuers. coning.* vt vxor iuuenis transeat ad religionem, quo vir legitimè profiteatur? ac proinde vxor talis iuris conscia, & dans licentiam viro profitendi, voto castitatis à se emisso, censetur ad religionem se astringere. At quando vxor est senex, & non suspecta, contentum est ius solo voto continentiæ in seculo. Quare ipsa voto suo ad id nec expresse, nec tacite se obligauit. Non ergo cogenda est profiteri, sed arcenda in monasterio ab incontinentia. Quod si non incontinenter viuat, sed alijs vitijs vacet, dubitat *Abbas d. cap. Ad Apostolicam, in fine*, & in eam partem inclinat, vt compelli debeat ad abstinentiam à vitijs, non autem ad monasterij ingressum. Quia principaliter non delinquit in fidem matrimonij: quæ in his casibus specialiter spectatur. Et hoc mihi placet.

Sed si coniux ingressus religionem de alterius licentia, 13
exeat nouitiatus tempore, est cogendus redire ad coniugem manentem in seculo. Quod effectus licentiæ non sit secutus: ea enim licentia fuit ad ingressum cum effectu. Ita *Host. sum. t. de cõuers. coning. n. 3. vers illud quidẽ. l. reg. 11. fin. t. 7. p. 1. & ibi Greg. Lopez verb. Saliesse*, qui ita intelligit illam legem non distinguentem, an tempore professionis an post professionẽ egressus sit. *Host.* tamen loquitur eo casu, quo manens in seculo votũ castitatis non emiserit. Sed melius *Greg. Lop.* dicit idem, quamuis vouisset. Quia votum illud censetur factũ ob causam professionis alterius coniugis: & sub cõditione tacita, si alter profiteatur. Quare dicit professione non secuta cessare votum defectu causæ & conditionis. Quod ego intelligo, nisi coniux habuisset animum vouẽdi independenter ab alterius professione. Tunc enim etiam altero non professo ligaretur suo voto. Et altero coniuge sibi restituto non posset petere, vtpote qui voto simplici castitatis obligatus est: at teneretur reddere. Quia coniux ingrediens licentiam vouendi concessit dependẽter à sua professione. Quod si dedisset licentiam independenter & absolutè, dicemus li. 10. disp. 36. n. 5. & seq.

Prædicta autem, quæ diximus desiderari, vt coniux le- 14
gitimè profiteatur, intelligenda sunt ante factã professionem. Si enim alter coniux absque alterius licentia professionem faciat, ac manens in seculo ratificare velit, non indiget religionis ingressu, quamuis iuuenis sit, sed satis est in seculo castitatem voueat. Sed dicunt forte esse verum, *Host. c. Placet, n. 1. super verb. Educta, de conuers. coning. Ioa. And. n. 2. Ant. n. 7. Anchar. n. 4. q. 1.* Et tenet *ibi Abb. n. 6. & Aretin. cõs. 59. n. 9. vers. Pro his facit optimè.* Et quãuis auctores dicãt manentẽ in seculo debere castè viuere, & nõ explicẽt debere emittere votũ castitatis; at reuera id intendunt; & ita declararũt *Ant. & Aretin. ibid.* Quod si hoc facere nolit, nõ proderit ratificatio, sed cogetur repetere. Quia non permittit ius alterũ esse in religione, & alterum absq; voto in seculo. Sic *Host. Anton. Andr. Abb. Anchar.* Et idem dicit *Nauar. l. 3. cons. 1. de conuers. coning. priori edit. cons. 3. n. 3. posteriori cons. 6. n. 3.* quando manens in seculo viuit incontinenter.

15 Potissima tandem difficultas discutienda superest, an sit præscripta senectutis ætas, quam adeptus coniux non egeat religionis ingressu, sed possit in seculo manere, castitatis voto astrictus, vt alter coniux legitimè ad religionem transeat? Neminem ex antiquioribus hoc discutientem reperi: sed primus, qui de hac re locutus est, & sanè breuissimè, fuit *Sotus*, qui 4.*d.*27.*q.*1.*a.*4.*col.* 12.§. *Præterea contra eandem* 1.*conc.* & *col.* 15.*vers. Potest & vnus*: & *ad fin. a.* v. *Quod hic de separatione*: & *d.*38.*q.*1.*a.*2.*concl.*2.*fine*, & *concl.* 3.*fin.* quibus in locis dixit feminam dici senem ad hunc effectum, quando est sexagenaria. Et *d.a.*4.*vers. Potest & vnus*, dicit idem de viro. Et Sotum secuti sunt loquentes de viro & femina, *Corduba in sum. qu.* 178.*vers. Empero si el matrim. Quand.* 4.*d.*27.*qu.vn. fine*, *Angles Floribus* 1.*p.* vbi de matrim. *q.*1.*de essentialib. ipsius*, *d.*27.*a* 3. *in dub. quod mouet post* 3. *difficult* & loquentes de femina dicunt idem, *Azar li.*12. *instit. moral.c.*1.*q.*6.§. *Si quæras*: & *li.*3 *cap.*14. *quæstione* 11. *statim in principio*, *Barth. à Ledes. dub.*14. *de sacram. ord. col. vlt.* & *dub.* 64.*de matrim. concl.*2. *fin.* & ad aliud intentum, simile tamen, nempe, quando quispiam dicatur iuuenis, vt ratione periculi incontinentiæ valeat cum ipso in incestu dispensari, dicunt *Corduba l.*1 *sui quæstion. q.*12.*a.*1.*col.*5.§. *Secundum dictum*: & *Gutier. q.*2.*can. l.*1.*c.*23.*nu.*13. tunc euenire, quando nondum est sexagenarius, & allegant communiter annotata *c.*1. *de conuer. coniug.* vnde eam doctrinam clarè amplectuntur in hoc casu. Sed neminem inueni *eo c.*1. annotantem: cùm multis euolutis libris diligentissimè quærierim. Nullus ex his Doctoribus quæstionem hanc discutit, nec rationem aut textum, quibus innitatur, affert. Sed potest probari, quia communiter DD. existimant sexagenarios senes esse, vt ratione ætatis possint à ieiunio excusari: vt n.17. videbimus, & Pius V. ac Pont. successores negantes in diplomate cruciato facultatem lacticinia edendi, clericis & religiosis in Quadragesima, exceperunt sexagenarios, quasi hos senes reputantes.

16 Sed verè hæc non probant hanc partem. quia Pontifices in eo casu speciali ætatem præscripserunt: & varijs in casibus diuersimodè est iure præscripta, vt potest videri in *Menochio l.*2.*de arbitrar. centur.*1.*toto casu* 59. vbi *nu.*3. multis allegatis concludit in casibus, in quibus nulla extat clara iuris constitutio, relinqui iudicis arbitrio, qua ætate senex quis censeatur. Cùm ergo in hoc ita eueniat, non videtur ea ætas sexagenaria præscribenda, sed id prudentis arbitrio committendum. Præterea, quia non videtur rationi consonare, eandem ætatem ad senectutem præscribi in feminis & in viris, vbi ius non ita clarè disposuit. Quod feminæ (vt auctores sunt *Arist. l.*7 *de histor. animal. cap.* 3.*fine*, *Plin l.*7 *natural. hist. c.*4. *Tiraqu. l.*6. *connub. n.*38. & *l.*1.*n.*57.) ocyus quam mas & accrescant, & ætate floreant, ac senectute macerentur. Quia vita in calore sita est, teste *Aristot. in problem. sect.*3. *problem.*12. & *sect.*14. *problem.*10. Cuius ratio est, nam anima tamdiu corpus informat, quamdiu in eo vitæ munia obire potest: præcipuus verò vitalium functionum administer est calor: at feminæ frigidiores viris sunt: vt ex multis probat *Tiraquel. l.*9. *connub. n.*142. & *sequ.* Si ergo feminæ breuioris vitæ sunt, & citiùs senescunt, non eadem senectutis ætas ascribenda est illis, sed minor quàm viris. Præterea, quia textus dum senectutem petunt, subiungunt, ita vt sine incontinentiæ suspicione possit in seculo remaneri: (vt nu. 9. probaui:) vnde senectutis mensura sumenda est ex ætate, in qua communiter incontinentiæ periculum non versatur. At hoc non æque reperitur in feminis, ac in viris: calor enim qui libidinem fouet, eiusque est causa, vt latissimè probat *Tiraquel. lib.* 9. *connub. n.*150. & *seq.*) minor est in feminis: & ideo minùs eas esse luxuriæ deditas, latè probat *Tiraquel. ead. l.*9. *n.*142. & *seq.* & senectute ocyùs feminis appropinquante, citius tepescit ac remittitur calor. Cùm igitur breuiori ætate & senectus aduenit. & periculum incontinentiæ cesset in feminis, quàm in viris: immeritò prudens diiudicabit eandem ætatem vtrique sexui assignandam ad senectutẽ. Tandem, quia textus *cap. Cum sis, de conuers. coniug.* clariùs explicuit qualis senectus desideretur. ibi: *Verum si ita vxor senex est & sterilis, quod sine suspicione possit esse in seculo.* Vbi *gloss. verb. Sterilis*, & *Ant. fin. Host. n.*4. *super verb. Sterilis*, intelligunt steriles non ratione naturæ, sed ratione ætatis. Feminæ enim natura steriles præ cæteris libidinosæ sunt: teste *Tiraquel.* id ex alijs comprobante *l.*9. *connub. nu.*111. Quia cùm non satis expurgentur, plurimo illas abundare sperma est necesse. Quare textus nos docet ad diiudicandam senectutem, attendendam esse ætatẽ, qua coniux sterilis efficitur: tunc enim libidinis ardor nitescit, & minus periculi incontinentiæ subest. At minori ætate femina redditur sterilis, quam vir, teste *Arist. l.*7. *de hist. animal. c.*5. vbi ait multas feminas anno quinquagesimo periisse, at vltra id tempus nullam, & *li.*5. *cap.*14. vbi ait maribus vltimum gignendi terminum esse annum septuagesimũ: feminis vero quinquagesimũ: verum id rarò, sed magna ex parte feminis esse XLV. maribus verò LXV. Et *l.*7. *Polit. c.*16. ait vt plurimum finem generandi esse viris LXX. annum, mulieribus L. Et *Plinius l.*7. *natur. histor. c.*14. docet feminas post L. annum non generare. Quod adeo verum est, vt mirabile & rarum appellarit textus, *l. Si maior*, 12. *C. de legit. hæred.* si femina quinquagenaria concipiat. Quod idem tradunt *gloss. l. Si pater familias*, 15.§. *vlt. verb. Sexaginta*, *ff. de adopt. Botton. l.*2. *de morbis mulieb rib. c.*8. *Tiraqu. li.*6. *connub. n.*22. *Mascard. de probat. concl.*1152. *n.*7. & 8. *Menoch. de arbitrar. li.*2. *centur.* 1. *casu* 89. *n.*56. & *seq.* & *de præsumpt. l.*5. *præsumpt.*24. *nu.*5. & *seq.* & demum sexagesimum annum esse iam communiter viris terminum generandi, attento naturali generandi statu, quod si contrarium contingat, accidenti potiùs, quam naturæ tribuendum esse colligitur ex textu *d. l. Si pater familias*, §. *vlt.* ibi: *Nisi forte minor sexaginta annis sit is, qui arrogat, qui magis liberorum procreationi studere debeat.* Et docent ibi *gloss. verb. Sexaginta. Menochius d. casu* 89. *nu.*58. & *li.*6. *de præsumpt. præsumpt.*47. *n.*26. *Mascard. d. concl.*1152. *n.*6. & colligitur ex *Arist. l.*7. *de hist. anim. c.*6. *init.* vbi ait mares plurimos ad LX. annum generare, quem si excesserint, ad LXX. vsque procedere. Ex his ergo existimo virum sexagenarium esse diiudicandum ad hunc effectum senem, vt docent *Authores num. præced. allegati.* Quod vel ea ætate, vel paulo post accidat hodie communiter sterilitas: & sit iam proximus interitus, ac calor iuuenilis ferè extinctus, & communis animi conceptio habeat sexagenarios senes dici. At feminas quinquagenarias credo esse senes ad eundem effectum. Quia attento breuiori vitæ cursu ipsarum, ac celeriori senectutis aduentu, tam senex est mulier quinquagenaria, quam vir sexagenarius. Quod communis existimatio testatur: & libidinis ardor ita tepescit in illa, ac in hoc: & iam in ea ætate est sterilis, & communiter verè senex tunc appellatur, & suspicione incontinentiæ libera creditur.

Hinc deducitur pro tractatu de ieiunio, qua senili ætate feminæ à ieiunij præcepto eximantur. De qua re nullus, quem viderim, agit peculiariter, sed indiscriminatim de senibus, nec distinguendo, feminæ ne an mares sint. Et varij sunt DD. in hac re. Quidam enim ætatem septuagenariam assignant, in qua communiter senes excusantur à ieiunio. Quia ea ætate excusantur senes ab oneribus personalibus, *l. vlt. C. qui ætatem*, *l.*10. At ieiunium est onus non leue. Sic *Gabr.* 4. *d.*16. *q.*3. *art.*1. *notab.*4. *Rosella verb. Ieiunium*, *n.*15. vbi *Syluest. q.*6. *dict* 2. *Tabiena ibi q.*17. *n.*18. *Toleda l.*6. *sum. c.*4. *n.*2 *Lud. Lopez* 2.*p. instruct. tract. de sacram. pœnit.* vbi de ieiunio, *c.*111. *paulo post princ.* Communis autẽ sent. docet eam ætatem esse sexagenariam. Quia cùm dies annorum nostrorum sint 70. anni, vt habetur *psalm.* 89. qui sexagenarius est, prope interitum est: si quidem teste *Apost. ad Hebr.* 8. quod antiquatur & senescit, prope interitum est. Et ita docent *Caiet.*2.2.*q.*147.*a.*4. *circa solut. ad* 2. *col.*2. §. *Quoad primum de senibus*. & *sum. verb. Ieiunium*, *c. Ieiunium quibus personis inexcusabiliter sit obligatorium. Armilla verb. Ieiunium*, *n.*3. *Nauar. sum. c.*21. *Hisp. n.*15. *Lat. n.*16. *Metina l.*1. *sum. c.*14.§.10. *f.*100. *Pedraza sum. præcep.*3.§.13. *Angl. florib.*1.*p.* vbi de ieiun. *q.*6. *diffic.*6. *f.*401. *Valent.*2.2. *disp.*9. *q.*2. *punct.*5. *col.*2. 17

col.2.§.Impotentia ad ieiun.Emman.Sa sum verb.Ieiunium,n.9. Philiarc.de offic.sacerd.to.1.p.2.l.3.c.25.§.Causa ob quas, caus.2. Graffis 1.p.decis.l.2.c.37.n.43.Manuel 1.to sum.2.edit.c.24.n.1. & dicit probabilem Azor l.7.instit.moral.c.28.q.4. Alij nullam prorsus ætatem præscribunt, sed attendendam complexionē corporis & robur affirmant. Quod quidam sexagenarij aut septuagenarij fortiores sint ac robustiores alijs quinquagenarijs. Quare censent arbitrio prudentis id cōmittendum, qui attentis viribus obligationem ieiunandi aut exemptionem ab eis diiudicabit. Ita docent D.Antonin. 2.p.t.6.c.2.§.6.vers.Septimo senes. Metina C.de ieiunio,q.de his, qui ad ieiunia tenentur,col.2.vers.Deinde senibus. Ledesm.2.p.4. q.17.a.3.col.3.§. Praterea de pueris. Palacios 4.d. 15. disp.8. col. 20.paulo ante 5.concl. vers.Porro quia est. Manuel in expos.bullæ, §.6.dub.2.Vega 1.to sum.c.14.dub.15. Quod idem docent etiam omnes Auctores allegati, præter Angles & Emman. Sa: dicunt enim non ita præscribi annum LX. aut LXX. vt generaliter tradendum sit senes ea ætate excusari à ieiunio: sed vires attendendas esse dicunt, ac iuxta eas diiudicandum. At communiter hunc virium defectum dicunt priores DD. accidere anno septuagesimo, posteriores vero anno sexagesimo: & ita censent hac ætate communiter senes excusari. Quare Caietan. & Pedraza proximè allegati dixerunt in ætate sexagenaria constitutos semper excusari, nisi euidenter constet ex complexione robustiori posse absque detrimento ieiunare. Quia ex quo de ætate constat, & de robore est ambiguum, non est amplius exspectandum. At Angles omnes sexagenarios excusat, quamuis aliquis ex illis viribus ad sustinēdum ieiunium polleret. Quod idem docet clarè Emmanuel Sa: ait enim excusare à ieiunio ætatem minorem anno vigesimo primo, vel maiorem sexagesimo: vnde æquiparat has duas ætates: at minor vigesimo primo semper excusat. Quæ sent. etiam placet quibusdam viris doctissimis. Mihi quoque valde arridet. Quod senes nequeant simul totum alimentū naturæ sufficiens sumere: id enim ob caloris defectum, qui senectutem comitatur, concoquere non possunt: quare pauciori cibo, quàm iuuenes indigent, sed frequētius sumpto. Et licet quidam sexagenarij in ea ætate robusti videantur, negari nequit naturam iam prolabi, ac celeriter ad interitum tendere. Atque adeo eorum natura adminiculo cibi frequentius sumpti indiget: vt non tam præsenti statui, quàm futuro consulatur: ne cibo suis temporibus esitato natura destituta, citiùs corruat, viresque omnino deficiant. Nec enim ieiunium soluere licet, attenta sola præsenti necessitate, sed etiam quando in posterum lapsus probabiliter timetur. Adde, sanitatem senum non esse firmam & constantem, sed fallacem & incertam, mediamque inter morbum & perfectam sanitatem, vt pulchre testatur Galen.l.5.de sanit.tuenda, pag. 7. & statim subiungit hæc verba: *Scire licet senilu corporis statum, quoniam ex leui momento in morbum decidit: simili ratione iis, qui ex morbo conualescunt, in victu esse curandum.* Et li.6. pag.2. hæc ait: *Senum sanitas querimonijs non vacat: quamuis enim omnes habeat actiones, nullam validam habet. Atque adeo illa pars artis, quæ de senum ductu instituitur, huc tantum consilia dirigit, vt sanitatem eorum quatenus fieri potest tueatur.* Si ergo sanitas eorum non est constans, sed fallax, & apparēs, victuque indigent instar valetudinariorū, non cogendi sunt vt totum cibum naturæ necessarium vnico esu accipiant, & cætera diei parte abstineant; quod ieiunij essentia petit: sed frequentius est eis concedendus cibus, vt conualescentibus, vt natura adiuuetur, cibusque concoqui valeat. Et confirmatur, quia ob eam rationem conualescentes ex morbo à precepto ieiunij excusantur, donec ad pristinam sanitatem restituantur. Tandem, quia Pius V. & Pont. successores denegantes, clericis & religiosis indultum bullæ cruciatæ vescendi lacticinijs in quadragesima, exceperūt sexagenarios, quasi in ea ætate rationi consonet, vt imbecillitati naturæ consulatur: similiter ergo ea ætas reputanda erit sufficiens, vt eam adepti, tamquam imbecilles, & non firmæ valetudinis, à ieiunij onere eximantur. Sed superest iam enucleanda difficultas de feminis, an similiter ætas sexagenaria sit illis præscribenda, vt à ieiunio eximantur: an potiùs quinquagenaria? Nam allegata num. præced. quinquagenariam præscribendam esse probant. Quæ enim in viris est sexagenaria, ea in feminis est quinquagenaria, attento breuiori illarum vitæ curriculo. Deinde, quia ea ætate femina æque appropinquat morti, ac viri LX. annum nacti: atque similiter viribus destituitur, indigetq; cibo frequentiori, vt calor senilis paulatim illum coquere possit: ne simul toto necessario cibo sumpto, senilis ille calor ac tenuis suffocetur: eo vel maxime, quod calor in feminis sit minor, quàm in viris (vt n. præc. probauimus:) ac proinde is diminutus ratione eius ætatis, minus capax sit totius cibi necessarij simul sumpti concoquendi, quàm calor viri sexagenarij. Quæ potissima, imò tota ratio est excusandi masculos sexagenarios. In contrarium est quod nullus asserat (& quidem meritò) feminas ante XXI. annum teneri ieiunare, cum tamen ratio naturalis augmenti, quæ viros eam ætatem non adeptos excusat, cesset in feminis: vtpote quæ sicut citiùs senescunt, ita etiam citiùs adolescunt, ac incrementum perfectum recipiunt, vt ex Aristot. retuli n. præc. Sed potest responderi, iam consuetudine ita interpretandi receptum esse, vt lex Ecclesiastica neutrum sexum obliget vsque ad XXI. annū. Quæ consuetudo non reperitur explicans senectutis terminum: ac proinde conceditur locus, vt fas sit rationibus ex vtriusque sexus diuersa natura petitis inniti, ad sibi persuadendum diuersum senectutis terminum præfigendum esse. Præterea, quia Pontifices indulgentes esum lacticiniorum virtute bullæ, religiosis vtriusque sexus sexagenarijs, nullum ætatis discrimen constituerunt. Sed facilis est solutio, in eo enim indulto fatendum est eandem ætatem in vtroque sexu desiderari: eo quod Pontifex certam ætatem præscripserit: at vbi non præscripsit, sed ex sola imbecillitatis ratione, quæ ex ætate proficiscitur, iudicium sumendum est, sicut diuersitas ætatum diuersum iudicium efficit, ita diuersitas sexuum, quę causa est senectutis ocyùs aduenientis. Deinde, quia si spectemus maiorem phlegmatum copiam, quæ in feminis reperitur, in quæ calor natiuus agit, vicemque cibi supplent, atque vitam ipsam quietam, ac modicæ corporis exercitationi vacantem, manifestè comperiemus feminas etiam quinquagenarias minimè indigere frequenti cibo, quali viri senes indigent, sed paucis naturam earum contentam esse alimentis. Quod & experientia ipsa testatur: feminæ enim suapte naturæ ad ieiunia procliuiores sunt, & multo facilius viris ieiunium ferunt. Quare cum in quinquagenarijs feminis cessaret ratio indigentiæ frequentis cibi, quæ inuenitur in viris sexagenarijs, non excusandæ sunt illę à ieiunijs, instar horum: sed eadem ætas in vtrisque desiderabitur: atque maior senectus reperta in viro sexagenario, quam in muliere eiusdem ætatis, compensabitur & adæquabitur minori indigentia cibi existenti in muliere, ratione abundantiæ phlegmatum, & defectus exercitationis corporis. Sed nec hæc ratio concludit, nec difficultatem exhaurit. Ex ea enim pariter concludetur, senes in nulla ætate à ieiunijs excusari. Quia senes facillime ieiunium ferunt (vt docet Hippoc. in suis aphoris. aphor.13.) pauciorique cibo indigent: eo quod frigidiores sunt. At eos excusamus, quia (vt dicunt Galen. & Brasauolus in illum aphoris. Hippocrat.) tale patiuntur, quale lucernis penè extinctis accidit, quæ continuam exigunt olei suffectionem, multam autem & subitam simul nequeunt sustinere: sic (inquiunt) senibus exhibere oportet cibum necessarium, at paucum, & hanc ipsam cibi paucitatem in multas partiri portiones: nec vlla illis longa inedia est iniungenda. Idem ergo dicam de feminis quinquagenarijs, fateor enim ob phlegmata, & vitam quietam, facilius quam viros ferre ieiunium, ac pauciori alimento egere: at illam cibi paucitatē, præ senectute æquali cum viris sexagenarijs, ac maiori frigiditate, non possunt simul sustinere, sed indigent vt in multas diuidatur portiones: nec poterunt vnico esu cibum necessarium vitæ tuendæ in posterum sumere: ac proinde à ieiunio.

quod in vnica comestione consistit, excusabuntur. Hæc me ancipitem reddunt, & viris doctis à me consultis placuit minorem ætatem feminis assignandam, quàm viris: at dubitarunt de quantitate ætatis. Sed profecto quæ nu. præced. attuli ex virtute ad generandum, quæ cessat in femina anno quinquagesimo, & in maribus ad minus vsque ad sexagesimum protenditur; & ex communi existimatione, probant eque dici senem feminam quinquagenariam, ac virum sexagenarium. Et ideo alijs viris doctis hæc pars arrisit. Et re mecum considerata, & rationibus perpensis, existimo nil à ratione deuium, nec mediocriter alienum à probabilitate dicturum, qui feminas quinquagenarias à ieiunio excusauerit, sicut viri sexagenarij excusantur. At dum aliud non apparuerit clariùs conuincens, tamquam probabiliorem eligo opinionem, quæ sustinet indiscriminatim de ætate viri & feminæ, ad excusandum à ieiunijs, loquendum esse. Et deseruient prædicta, ne damnemus amplectentem opinionem, quæ feminas quinquagenarias excusat, verumtamen licet prædicta ostendant eam opinionem esse probabilem speculatiuè loquendo, at in praxi censeo non esse tutam.

DISPVTATIO XXXIII.

An professio coniugis de licentia spontanea alterius emissa absque alijs iure requisitis valida sit: nec professus reuocari possit, sed manens in seculo cogendus sit profiteri, aut vouere castitatem?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sint, n. 1.

Quando coniux etiam iuuenis manens in seculo vouit castitatem, valida est professio alterius de licentia, ipsius facta, n. 2.

Quid, quando nullum emisit votum? Refertur quædam sententia. n. 3.

Valida est huiusmodi professio, n. 4.

An hic professus ad vxorem reuocatus, teneatur vxore mortua ad religionem redire, nec valide possit matrim. iungi. n. 5.

An teneatur reddere, ac possit debitum petere? n. 6. & ibi remissiuè, an vxor teneatur ei reddere.

Satisfit argumentis, n. 7.

An coniux professus de licentia alterius iuuenis manentis in seculo cum voto castitatis, possit reuocari à monasterio? Refertur quædam sent. n. 8.

Non potest tunc reuocari, n. 9.

Quid, si votum castitatis coniugis manentis in seculo sit temporale, n. 10.

Quid, si nullum votum emisit? Referuntur tres sententiæ, n. 11. 12. 13.

Proponitur sententia Auctoris, n. 14.

An quoties potest reuocari, possit hic propria auctoritate exire, n. 15.

An sit locus huic reuocationi, eo quod Episcopi auctoritas non interuenerit, n. 16.

An hæc reuocatio fiat iure actionis competentis coniugi manenti in seculo, an solo iudicio officio interuenientis? Refertur opinio, n. 17.

Proponitur Auctoris sententia, n. 18.

An si res est integra, possit ipse coniux, qui licentiam concessit, reuocare? num. 19.

An quando Episcopus licentiam concessit, possit fieri reuocatio? n. 20.

An possit Episcopus compellere religiosos exemptos impedientes reuocationem hanc ex eorum monasterio, n. 21.

An possit in hoc & in alijs casibus, in quibus iuri dissidentem habet in exemptos, ipsos censuris compellere. Refertur quædam sententia, n. 22.

Auctoris sententia traditur, n. 23.

Coniux manens in seculo, cum nullum votum fecit, aut illud fecit, & est senex, nec suspectus, an sit cogendus ingredi religionem, si de eius spontanea licentia alter professus sit, n. 24.

Quid, si coniux sit iuuenis aut suspectus de incontinentia. Refertur duplex sent. n. 25. & 26.

Sententia Auctoris, n. 27.

Soluuntur argumenta, n. 28.

1 SVperiori disp. egimus de requisitis, vt professio coniugis de alterius licentia facta sit licita. In præsenti discutiendum est, quæ ex illis desiderentur, vt valida sit: & quæ exigantur, ne concedatur repetitio, & cogatur professus egredi. Et quia potest dari licentia sponte, dolo aut metu, aut nulla intercedere licentia, aut sola dissimulatio absque alia licentia expressa. Disputatio hæc aget de professione facta ex licentia spontanea coniugis, in qua desecerunt alia iure requisita, nimirum, quia coniux iuuenis non pariter ingressus est religionem, aut non emisit votum, siue iuuenis, siue senex esset: atq; ita procedit quãdo in licẽtia ipsa nil vitij intercuenit. Et in seqq. disputabitur, quando deficit prorsus licentia, aut ea fuit vitiosa, quia metu aut dolo extorta: aut non fuit expressa, sed sola dissimulatio. Quadruplex ergo quæstio sub præsenti disputatione clauditur, in ea enucleanda. Prima, de valore professionis coniugis factæ ex spontanea alterius licentia, absque alijs iure requisitis. Secunda, de facultate reuocandi illum, qui sine his conditionibus est professus. Tertia, an hæc facultas reuocandi competat iure actionis coniugi? Quarta, quando non conceditur reuocatio, an cõpellendus sit coniux manens in seculo profiteri religionem?

Quæstio I. An valida sit coniugis professio de li- 2
centia spontanea alterius emissa manentis in seculo cum voto castitatis vel absque illo? Quæstio hæc in duplici euentu discuti potest. Prior est, vbi cõiux licentiam concedens mãsit in seculo cum voto castitatis. Posterior, quãdo absque illo. Et quidem in priori euentu, quamuis qui manens in seculo votum castitatis emisit, sit iuuenis & suspectus de incõtinentia, certum est validam esse professionẽ alterius, cui sponte suã licentiam concessit. Quod non sit de substantia professionis coniugis, professio alterius, sed tantum desideretur, quando hic est iuuenis, vt professio alterius licite fiat. Nec peruersio ordinis, quando non est de substantia, vitiat actum, vt *l. 1. & ibi per Bald. C. de appell. & per Bart. l. Prolatam, C. de sentent. per Abb. Imol. & DD. c. Exhibita, de iudiciis.* Deinde, quia textus, *c. Ad Apostolicã, c. Cum sit, c. Vxoratus, de conuers. coniug.* petentes vt coniux iuuenis simul profiteatur, explicant quid iure fieri debeat, vt legitimè fiat professio, non tamẽ irritant contra factam. Cum constet multa prohiberi fieri, quæ tamen contra facta tenent, *c. Ad Apostolicam, de regul.* Et ideo ita docent *Fredericus cons. 57. ad fin. Host. sum. 1. de conuers. coniug. n. 8. Innoc. c. 1. n. vnic. verb. Seruare, eo. t. & ibi Calder. Abb. ibi n. 8.* dicẽs esse omniũ, *Anchar. ibi n. 3. Card. ibi in fin. & c. Ex parte, el 1. ad fin. eo. t. Henric. c. Vxoratus, n. 9. eo. t. Aretin. cons. 59. n. 8. vers. Si ergo. Palud. 4. d. 27. q. 3. a. 2. n. 19. Maioris 4. d. 32. q. 2. §. Pro illa rubrica. Rosella verb. Impedimentum, imped. 11. limit. Syl. Matrimonium, 8. q. 12. dict. 4. Tabiena Matrimonium, 1. q. 3. n. 4. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. col. penult. vers. Casus autem. Nauar. li. 3. consil. 1. de conuers. coniug. in priori edit. cons. 5. n. 3. in poster. cons. 14. n. 3. Greg. Lopez l. 12. verb. Vale el casamiento, t. 7. p. 1. Enriq. li. 11. de matrim. c. 8. n. 9.* & omnes DD. n. 4. referendi, qui dicunt valere professionẽ quando coniux manens in seculo nullum votum emisit, nedum quando vouit. Et quamuis *Anchar. c. 1. nu. 2. notab. 2. de conu. coniug.* dicat, vt transitus ad religionem sit iure validus, non satis esse votum alterius manentis in seculo, sed oportere, vt simul ingrediatur, non est cõtrarius: intelligit enim, vt sit validus, id est firmus. ita vt reuocationi non sit locus; vt ibi ferè se explicat. Nec audiendus est *Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 1. de essentialibus illius, d. 27. a. 3. in dubio, quod mouet post 3. diffic.* vbi docet, professionem alterius esse nullam, altero iuuene non profitente, & statim *diffic. 6.* sibi contradicit, ait enim nuptias contractas ab hoc coniuge reuocato, post alterius obitum esse nullas. Quod verum esse nequit, nisi professio prior esset valida, ob quam matrimonium subsequens irritaretur.

In posteriori casu, nimirum, quando coniux manens in 3
seculo nullum votum emisit, est grauior difficultas. Quidã censent professionem esse nullam. Prob. ex *c. Vxoratus, de conuers. coniug.* ibi: *Vxoratus sine licentia vxoris inter vos nullatenus recipiatur, quæ integra opinionis existat.* Nam dictio Nullatenus inducit actum ipso iure nullum. Vt ex multis probaui lib. præc. disp. 32. n. 7. Ita docent *Innocent. c. Quidam, statim in princ. & n. 3. & 4. de conuers. coniug. Villeria summa,* vbi de matrim. *n. 253. Emman. Sa summa, verb. Religio, num. 33.* Addit Innocentius id votum in professione ea factum habere vim solius voti simplicis, ac proinde per illud non dirimi matrim. subsequens. Sicut dicitur *eod. cap. Quidam,* de professione absque alterius coniugis licentia facta.

Cæterum verissima sent. probat, eam professionem esse 4
validam. Quam probant eædem rationes num. 2. adductæ. Insuper constat ex *cap. Ex parte, el 1. de conuers. coniug.*

vbi

vbi consultus Pontifex de quodam, qui graui morbo laborans vxore sponte consentiente, in religione professus est: ac postea sanitatem adeptus, vxorem retinuit, & ea defuncta aliam duxit, sic ait: *Quia vero praedictus D. licet vxore sua remanente in seculo de iure ad religionem ingredi potuerit proficiscendi tamen sublata de medio, votū sine salutis suae periculo non potuit violare; mandamus vt praedictum D. compellas, vt mulierem dimissa ad suum monasterium reuertatur, sub regulari habitu de caetero Domino seruiturus.* Ergo valuit professio, vbi sola vxoris licentia adfuit, alias valeret secundum matrimonium. Tandem id probatur ex *cap. Agathosa, 27. qu. 2.* quod est ex D. Greg. *li. 9. ep. 44.* ibi: *Experientiae tuae praecipimus, vt diligenti inquisitione discutiat, ne forte cum eius voluntate conuersus sit, vel ipsa se mutare promiserit, & si hoc repererit, illum in monasterio remanere prouideat.* Vbi pondero, Pontificem locutū fuisse disiunctiuè, nimirum si vxor consensum praestitit, aut pariter conuersa est. In quocumq; igitur illorum euentuum valida est professio. Et ideo hanc sent. tuentur ex Iurisperitis *gloss. c. Vxoratus, verb. Nullatenus, de conuers. coniug. & c. Ex parte, el 1. eod. t. in fin. Goffred sum. t de conuers. coniug. n. 5. Host. summ. eod. t. n. 2. fine. & d. c. Ex parte, paulo post princ. super verb. Vxorem. Calderin. c. 1. de conuers. coniug. & ibi Abbas nu 8 idem Abbas d. c. Ex parte, n. 2. 3. & 5. & d. c. Vxoratus, n. 5.* vbi *Ant. n. 5. Aretin cons. 59. n. 8. vers. Tertio probatur. Astens. 2 p. sum. l. 8. t. 11. a. 2. q. 11. Rosella verb. Impedimentum, imped. 11. imit. Syla. Matrimonium, 8. q. 12. dict. 4.* Et ex Theologis, *Durand. 4. d. 32. q. 2. nu. 6. & ibi Maior is, qu. 2. §. Pro illa rubrica. Ricard. 4. d. 27. a. 2. q. 4. corp. Adrian. quodlib. 1. a. 3. ad 7. Palacios 4. d. 27. disp. 2. col. antepen. fol. 591. & col. 34. vers. Hasitat secundo, f. 589. Enriquez l. 11. de matrim. c. 15. n. 9. Azor li. 11. instit. moral. cap 1. q. 6 §. Si quaeras.* Eiusdem sent. videntur esse alij Theologi & Iurisperiti, qui indistinctè docent, valere professionē coniuge manente in seculo, nec explicant votum emiserit, necne. Sic ex Iurisperitis docent *Alberic. in suo dictionar lit. V. verb. Votum, 4. Archid. c. 2. n. 2. & ibi Bellamera n. 3. 33. q. 5. Cardinal. c. 1. n. vn. q. 4. de conuers. coniug. Henricus c. Placet fin. eod. t. Brunell. de sponsalib. concl. 30. n. 9. Ioan. de Friburg. sum. confess. l. 1. t. 8. q. 50. Angel. Matrimonium, 4. nu. 10. Syluest. verb. Diuortium, q. 17. dict. 3. & ibi Armill. n 11.* Et ex Theologis, *D. Bonauent. 4. d. 27. in exposit. lit. nu. 4. Palud. & Sotus n. 2. alleg. Lud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. c. 54. col. antepen. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 104. Cañedo sum. sacram. tract. de matrim. c. 7. n. 54.*

5 Hinc deducitur, professum hunc à monasterio reuocatum, eo quod desiderata sint aliqua iure requisita, ac coniugi restitutum, teneri, eo coniuge defuncto ad monasterium redire. Quod verè professus sit, ac solùm coactus redire ad coniugem manentem in seculo, ad consulendum periculo incontinentiae eius, quod morte cessat. Et ita habetur expresse *c. Ex parte, el 1. de conuers. coniug.* cuius verba n. praec. retuli. Et docent *glos. c. Agathosa, verb. Debeas, 27 q 2. Hostiensis sum. t. de conuers. coniug n. 8. Abbas c. 1 n. 8. eod. t. Calder. Anton. Alberic. Archid. Bellamera, Brunell. Aretin. Ioan. de Friburgo. Aug. n. praced. allegati. Domin. c. Seriatim, n. 5. d. 32 & ibi Turrec. a. 3. n. 4. casu 8. Cardin. c. Ex parte, el 1. paulo post princ. & c. Quidam, n. 2. q. 5 fin. de conuers. coniug. Sylues. v. Diuortiū, q. 17. dict. 3. & ibi Armilla, n. 12. Greg. Lopez l. 12. verb. Vale el casamiento, t. 7. part. 1.* Et ex Theologis, *D. Bonauent. Palud. Sotus, Azor, Lud. Lopez, Cañedo, quos n. praced. retuli, Angles Floribus 1. p.* vbi de matri. *q. 1. de essentialibus matri. d. 27. a. 3. diffic. 5.* Quare si professus ille aliud matrim. tunc ineat, erit irritum ratione voti solēnis in illa professione valida emissi. Sic *gloss. Albericus, Host. Henric. Greg. Lopez, Palud. Sotus, Azor, Angles diffic. 6. tisdem locis. Abbas c. Ex parte, el 1. n. 2. de conuers. coniug. Enriqu. l. 11. de matrim. c. 15. n. 9.* Et clarè probatur ex *eo c. Ex parte,* vbi iubetur professus hic, vxore postea ducta dimissa, ad monasteriū, à quo ad priorem vxorem reuocatus fuerat, redire. At si matrim. posterius esset validum, id cōseruandum esset. Quare non audiendus est *Palacios, qui 4. d. 32. disp. 2. col. 15. & 14.* dicit eam professionem reuocatione cassari: ac proinde matrim. postea initum esse validum. Et ipsum sequitur *Vega 2. to. sum. c. 34. casu 104. §. Lo tercero.* Sed contrarium esse verum, ex dictis conuincitur.

Secundò deducitur, professum hunc reuocatum ad coniugem manentem in seculo teneri illi debitum reddere. Quia aliàs frustra esset reuocatio, nec ea consuleretur incontinentiae manentis in seculo, imò grauiori periculo exponeretur. Et ratio est, quoniam etsi coniux licentiam profitendi concedens videatur iuri suo renunciare, ac proinde alterum non teneri reddere censendum sit: at quia renunciatio non fuit sufficiens & perfecta, defectu modi ab Ecclesia praescripti, suspenditur voti executio ad hunc effectum vt reddere teneatur. Ita docent *Scotus 4. d. 32. q. vnic. Paludan. 4. d. 27. q. 3. art. 2. n. 19. & d. 32. q. 2. a. 2. nu. 17. Abbas c. Vxoratus, num. 8. de conuers. coniug. Turrec. cap. Seriatim, d. 32. a. 5. n. 4. casu 8. Supplement. Gabriel. 4. d. 32. q. 1. art. 2 in coroll. quod infert ex 9. corol. Palacios 4. d. 27 disp. 2. col. antepenult. fol. 591.* Addit *Scotus* (& bene) teneri hunc non petere debitum. Quia cùm sit verè professus, astringitur voto castitatis: ac proinde tenetur ex parte sua continere. Imo & *Turrecremata* ait neutrum posse exigere. Quia coniux dans licentiam cessit iure suo. Sed cùm nullum emiserit votum, ratione cuius interdictum sibi sit debiti petitione, existimo eum posse. Quia renunciatio illa non fuit solida ac perfecta. An verò alter coniux teneatur ei reddere? dicam disp. 38. n. 22.

Ad textum contrarium n. 3. adductum, respondeo dictionem Nullatenus, non semper reddere actum nullum (vt docent aliqui, quos retuli li. 6. disp. 32. num. 7.) Idque maxime est verum, vbi inducereturiuris alterius correctio declarantis actum illum esse validum, vt contingit hic, vt probant textus n. 4. adducti. 7

QVAESTIO II. An ille validè professus absque iure petitis in coniuge manente in seculo possit reuocari, vt coniugi restituatur, ex cuius licentia professus est: ac ipsi integrum sit propria auctoritate exire? Difficultas haec versatur in expositione textus *cap. 1. de conu. coniug.* vbi sermo est de viro qui vxore consentiente professus est, & sic dicitur: *Dicimus quod nisi vxor ad religionem transire it, aut perpetuo castitatem seruare promiserit, vir potest & debet de monasterio reuocari.* Et quidem haec quaestio, si: ut & praecedens, in duplici casu potest agitari. Prior est, vbi coniux manens in seculo voto se castitatis astrinxit. Posterior, vbi id non fecit. Et in priori casu, quando coniux manens in seculo vouit, cùm esset iuuenis, aut de incontinentia suspectus, posse professum reuocari, iuxta decisionem *d. cap. 1.* admittunt aliqui. Quia manens in seculo non praestitit, quod iure praescriptum est ad alterius professionem: erat enim pariter professurus ratione iuuentutis, secus si esset senex, nec de incontinentia suspectus, *c. Cum sis, cap. Vxoratus, cap. Ad Apostolicam, de conuers. coniug.* Et confirm. quia *cap. 1. eo. t.* non corrigit praedicta textus sub eadem rubrica contentos, imò iuxta illos debet intelligi: oportet enim iura iuribus concordare, *l. vn. C. de inofficios. dotibus.* Atque ita dum *cap. 1.* negat reuocationem professi, nisi vxor vouerit castitatem, aut religionem professa sit, intelligi debet vt in sene sufficiat praedictum votum. Quando ergo coniux iuuenis solum votum in seculo emisit, erit locus reuocationi. Et ideo hanc sententiam satis posse amplecti, ait *glossa c. Significauit, in fine, de conuers. coniug.* Et eam sustinent cum hac limitatione, si mulier esset iuris ignara, nec de praeiudicio suo certior reddita. *Host. eo. c. Significauit, n. 2 in fine, & ibi Ioan. Andr. n. vlt.* & absque limitatione *idem Host. sum. t. de conuers. coniug. n. 8. Greg. Lop. l. 12. v. Vale el casamiento, t. 7. part. 1. & Enriquez l. 11. de matrim. c. 8. nu. 9.* ait posse Episcopum ex dispensatione extrahere maritum sic professum, ob periculum incontinentiae vxoris. Et reddit rationem *in comment. lit. R.* quia vrgente periculo incontinentiae Episcopus dispensat in voto castitatis praecipue cum coniugato. Sed hoc non credo. Quia hoc est votum solemne, ac per id acquisiuit ius religio.

At verior sent. habet, non esse locum praedictae reuocationi. Quod coniux manens in seculo cesserit iure suo licentiam spontaneam alteri profitendi concedens, voto castitatis à se emisso. Quod licet iura non approbent, vt 8 9

licitus sit ingressus, quando manens in seculo est iuuenis, imo fieri interdicant, c. *Cum sit*, c. *Vxoratus*, c. *Ad Apostolicam*, *de conuers. coniug.* at approbat c. 1. *eo t.* ad hunc effectum, ne concedatur reuocatio professi. Siquidem disiunctiuè petit, vt alter simul profiteretur, aut votum castitatis emitteret. Quare hi textus sibi ipsis minimè aduersantur. Et ideo huius sent. sunt *Innoc* c. 1. n. vn. *super verb. Reuocari*, *de conuers. coniug & ibi Calder & Abbas num.* 8 *idem Abbas* c. *Significauit*, n. 3. & c. *Vxoratus*, n. 5. *eod. t. Anchar. d.* c. 1 n. 3. *Cardin.* c. *Ex parte*, *el* 1. *ad fin. de conuers coniug. Aretin. consil.* 59. n. 8. *vers. Si ergo. Maioris* 4. *d.* 32. *q.* 2. §. *Pro illa rubrica*, *paulo ante vers. Ecce quomodo. Rosella verb. Impedimentum imped.* 11 *anit. Sylues. Matrimonium*, 8. *q* 11. *dict.* 4 *Tabiena Matrimoniũ*, 1. *q.* 3. *n.* 4. & hoc supponit *Archid.* c. *Agathosa*, *nu.* 3. & *ibi Bellamera n.* 2. 27. *q.* 2. & *Dominic.* c. *Seriatim*, *n.* 5 *d.* 32. vbi sustinent hunc coniugẽ manentẽ in seculo cogendum esse, quo seruet votum, ingredi religionem. Idemque tamquam notum supponunt *DD allegandi n.* 25. & *duobus seq.* & solum in dubium vertunt an hic coniux sit in monasterium tantùm detrudendus, an etiam cogendus profiteri. Et hæc sent. est vera, quamuis vxor esset iuris ignara. Cùm enim non cogatur ad aliud, quam ad proprij voti obseruantiam, & ne reuocetur professus, cui consensum præstitit, non est curandum, an iuris conscia an potius ignara sit. Ita *Abbas duplici priori loco allegatus. Calderin. Sylu. Maiorù*, *Rosella*, *Tabiena ibid.*

10 Imò quamuis votum castitatis emissum à coniuge manenti in seculo sit temporale, non esse locum reuocationi professi, ait *Hugo*, c. *Qui vxorem*, 33. *q.* 5. Sed melius *Rodensis*, quem referunt & sequuntur *Alberic. in suo dictionario*, *lit. V. verb. Votum*, 4. *Vincent.* 2. *to. in spec. doctrin. li* 9. c 87. *Astens.* 2. *p. sum lib.* 8. *t.* 11 *a.* 2. *q.* 12. *Ioannes de Friburgo sum confess. li* 1. *t.* 8. *qu.* 40. sic distinguit, si vxor conscia iuris erat, non reuocabitur vir, sed ipsa cogetur, si senex sit, votum perpetuum emittere: & si iuuenis, ingredi monasterium. Sicut iura petunt ad eum ingressum viri: ad id enim se visa est obligasse, eam licentiam conscia iuris concedendo: iuxta ea, quæ dicemus nu. 14. & 27. si verò ignara, reuocabitur vir professus. Quia *cap.* 1. *de conuers. coniug.* concedens professi reuocationem, eam concedit quoties coniux manens in seculo non vouet perpetuo castitatem.

11 In posteriori casu, nempe, quando coniux manens in seculo nullum emisit votum, est quadruplex sententia. Prima negat professum reuocandum fore; sed ait manentem in seculo compellendum castè viuere. Quòd professio tenuerit: & explicat c. 1. *de conuers. coniug.* concedens reuocationem, quando coniux concedens licentiam non vouit, vt intelligatur de licentia metu aut dolo extorta. Ita docent quidam antiqui, vt refert *glossa fin. d.* c. 1. idem tenet *Durand.* 4 *d.* 32. *q.* 2. *n.* 6.

12 Secunda sent. admittit reuocationẽ, siue vxor esset conscia iuris, siue ignara. Quia textus c. 1. *de conuers. coni.* indistincte concedit reuocationem, vbi manens in seculo non vouit castitatẽ. Ita sentiunt *gl. eo.* c. 1. *ad fin. & ibi Innoc. n. vn. vers. Seruare, & vers. Hoc autẽ. Card. ibi fin. Henric.* c. *Vxoratus*, *n.* 8. & 10. *de conuers. coniug. Palacios* 4. *d.* 17. *disp.* 2. *col.* 36. *fol.* 590. Idẽ colligitur ex alijs, qui indistinctè docent professũ hunc reuocandũ, quando cõiux in seculo manens non vouit. Hi sunt *Ioan. And.* c. *Ex parte*, *el* 1. *n. vlt. vers. In quarto casu*, *& ibi Anchar. in fine*, *de conuers. cõiug. Archid.* c. *Agathosa n.* 3. & *ibi Bellamera n.* 2. 27. *q.* 2. *Adrian. quodlib.* 1. *a.* 3. *in solut. ad* 7.

13 Tertia sent. absolutè dicit vxorem simpliciter consentientẽ, si suspecta sit, cogi ad religionis ingressum: ac proinde reuocationem negat. Sic *Hugo*, quem refert & sequitur *Goffred. sum.* 1. *de conuers. coniug. n.* 9. *Host sum. eo t. n.* 10.

14 Quarta sent. (cui tamquam probabiliori adhæreo) ait cum distinctione hac. Si vxor manens in seculo erat conscia iuris disponentis virum non posse profiteri, nisi ipsa licentiam concedens voueat castitatem, si senex sit: & si iuuenis, ingrediatur religionem: non potest vir professus reuocari: secus si ipsa huius iuris insciа erat. Quare c. 1. *de conuers. coniug.* disponens posse reuocari professum, quando manens in seculo non emisit votum, quãdo ea iuris ignorantia accidit, venit intelligendum. Ratio huius sententiæ est, quia manens in seculo eius iuris conscius, & spõte concedens licentiam profitenti sui coniugi, videtur tacitè vouere, & ad id se astringere, quod ad illius ingressus valorem irreuocabilem desiderari norat. Volens enim aliquid videtur velle omne id, per quod peruenitur ad illud, c. *Prudentiam de offic. deleg. l. Ad rem mobilem*, *l. Ad legatum. ff. de procur.* Præterea, quia non videtur velle actum frustraneum efficere. Deinde quia c. *Qui vxorem*, 33 *q.* 5. quod est ex concilio Rementi, satis fauet huic sent. ibi: *Qui vxorem suam velare permisit, erit aliam non accipiat. sed similiter conuertatur.* Vbi non dicitur maritum vouisse, sed consensum vxoris professioni præstitisse: & tamen quia vir præsumitur conscius iuris, cogitur similiter profiteri. Et ideo hanc sententiam tenent *gloss. eo.* c. *Qui vxorẽ. in fine. &* c. *Agathosa. verb. Vel ipsa*, *in fin.* 27. *q.* 2. *&* c. *Seriatim*, *verb. Possmortẽ*, *d.* 32. *&* c. *Ex parte*, *el* 1. *verb. Consentiente*, *de conuers. coniug. Abbas d.* c. 1. *n.* 4. *&* 8. *&* d. c. *Ex parte*, *n.* 4. *&* c. *Veniens*, *n.* 3. *eo t. Ricard* 4. *d.* 27. *a.* 2. *q.* 4 *corp. Vincent.* 2. *to. in speculo doctrinali*, *li.* 9. *c* 92. *Rosella verb. Impedimentum*, *imped.* 11. *anit. Angel. Matrimonium*, 4. *n.* 9. *Sylu. Matrimonium*, 8. *q.* 12. *dict.* 4. *Tabiena Matrimonium*, 1. *q.* 3. *n.* 4. *Sotus* 4. *d.* 27 *q.* 1 *a.* 4. *col. pennl. Greg. Lop. l.* 11. *verb. Esto*, *t.* 7. *p.* 1. *& l.* 12. *verb. De guardar*, *t.* 10. *p.* 4. *Enriq. l.* 11. *de matrim. c.* 8. *nu.* 9. Meritò autem omnes hi loquuntur de vxore iuris ignara: si enim esset vir, siue esset iuris conscius siue ignarus, eo ipso quòd vxori licentiam profitendi concederet, censeretur vouere, ac proinde cessaret reuocatio. Quòd in ipso locũ habeat *reg. Ignorantia. de reg. iuris*, *in* 6. quæ habet ignorantiam facti, non iuris excusare. Ita limitant *Abb. eo t. n.* 9. *Greg. d. l.* 2. *verb. De guardar. t.* 10. *p.* 4. Sed hæc differentia intelligitur in foro externo, in quo non præsumitur, nec excusat iuris ignorantia, vt dicam l. 9. disp. 32. n. 10.

Sed dubitabis, an casu, quo potest hic coniux reuocari, possit propria auctoritate exire? Id affirmant *Innoc.* c. *Quidam*, *n.* 1. *de conuers. coniug. & Magister Abbatũ antiqui* (vt referunt *Ioan. Andr.* c. 1. *n* 3. *& ibi Ant. n.* 7. *Anchar. in fine*; nec reprobant, sed tantùm vocant oppositum tutius, nimirum vt reuocatio fiat auctoritate iudicis.) Idem tenet *Turrec.* c. *Seriatim. a* 3 *n.* 5. *d.* 32. Quia si potest reuocari, cur non poterit coactionem præuenire? Deinde, quia quamuis professio teneat, at alienando se à coniuge peccauit, præstititque adulterij ansam. Ergo potest propria auctoritate egredi, ne in peccato persistat, & vt cesset causa adulterij. Imo addunt *Innoc. & Turrecr.* posse eum professum petere vt coniux manens in seculo sibi reddatur. At dicendum est minimè posse propria auctoritate egredi. Quia vere professus est, & tenetur ad obedientiam. Et quamuis initio peccarit ingrediens religionem non seruatis iure præscriptis in coniuge manenti in seculo: at persistens in religione non peccat: quia iam non est sui iuris: & licet possit reuocari, id non est iure actionis, competentis alteri coniugi, sed ex mero iudicis officio (vt dicemus n. 18.) Et esto esset iure actionis, at dum coniux manẽs in seculo eo iure non vtitur reuocationem petens, nullum ius egrediendi habet professus ille. Et ita docent *glossa* c. *Vxoratus*, *verb. Nullatenus*, *de conuers. coniug. & ibi Anchar. fin. Cardin.* c. 1. *n. vnic. q* 2. *&* 4. *eod. tit. Vega* 2. *tom. sum.* c. 34. *casu* 104. 15

An autem eo quod licentia Episcopi non interuenerit, detur reuocatio? dixi disp. præced. n. 3. 16

Quæstio III. An casu quo professus hic reuocari potest, id fiat iure actionis competentis coniugi in seculo relicto: an potius ex solo iudicis officio? Quibusdam placet id fieri iure actionis: atque ita concedunt coniugi in seculo relicto, qui sponte licentiam illam profitendi dedit, ius repetendi professum. Quia cum ea coniugis licentia fuerit minus legitima, non videtur ipsi ius reuocandi ademptum. Atque ita sentiunt *Abbas antiquus*, c. 1. *de conuers. coniug. Innoc.* c. *Quidam*, *n.* 3. *eod. tit. Dominic.* c. *Seriatim*, *n.* 5. *d.* 32. *Ricard.* 4. *d.* 32. *a.* 2. *qu.* 2. *fine corporis*, *& ad* 2. *fin. Palud. ibi*, *q.* 2. *a.* 2. *n.* 17. *& d.* 27. *q.* 3. *a* 2. *n.* 15. *Astens. sum.* 2. *p. lib.* 8. *tit.* 10 *a.* 2. *q.* 7. *fin. Supplementum Gabrielis* 4. *d.* 32. *q.* 1. *art.* 2. *in corollario quod infert ex* 9. *concl. Guiliel. Borrillong.* 4. *d.* 32. *q. vn. a.* 2. *post* 1. 17

con-

cont.casu 1. Palacios 4.d.27.diff.2.col.36.vers.Scito tamē. Maioks li.1.de irregular c.4.n.5. Angles floribus, 1.p. vbi de matrim. *q.1.de essentialib ipsius d.27.a.3 diffic.4. Aut. Gom. in expositione bullæ cruciatæ,clauſ.10.nu.70.* Dicunt autem *Palud.ea d.32. q.2.a.2.n.17. Ricard. Aſtenſis. Supplement. Gabrielis eiſdem locis,* peccare coniugem manentem in ſeculo reuocando.

18 At multo verius eſt non poſſe reuocari iure actionis,ad coniugis alterius petitionem, ſed ex ſolo iudicis officio, cuius eſt conſulere periculo incontinentiæ coniugis in ſeculo relicti,dum id imminere viderit, reuocando profeſſum,& eum illi reſtituendo.Et ita intelligitur *cap.1.de conuerſ.coning.* eam reuocationem concedens. Quia cum profeſſioni conſenſum præſtiterit,ceſſit iure ſuo,quod in eum habebat: ac proinde amplius actionem non habet. Et ita opinantur *gloſſ.c.Vxoratus,verb.Nullatenus, de conuerſ.coning.* vbi *Ioan.Andr.ſin. Anton.n.5. Abb. n.6. Anchar.ſin. Cardin.q.1. Idem Ioan.Andr.c.Ex parte,el 1.n.4 cod.t.& ibi Anton.n.8. Anchar.n.2.verſ.In 4.caſu.Cardin.paulo ante fin. Idem Anton.c.1. n.4 cod.t. & ibi Calder. Abbas n.8. Cardinal.in fine,& oppoſit.2. idem Abbas c.Significauit,n.3.cod.tit. Aretinus conſ.59.n.8.verſ. Tertio probatur. Aſtenſis ſum.2.p.lib.8.t.11.art.2.q.11. Brunel de ſponſal.concluſ.30.n.9 lex regia 11.t.7.p.1. & ibi Gregor Lopez verb.De ſu officio. Roſell.verb.Impedimentum,impedim.11.initio. Angelus Matrimonium,4.nu.9. Sylueſt.Matrimonium,8.qu.12. dict.4.Tabiena Matrimonium,1.q.3.n.4. Azor lib.12.inſtitutionum moralium,c.1 q.6.§.Si quæras.*

19 Id tamen certum eſt,ſi res eſt integra, quia coniux, cui data eſt licentia, nondum eſt profeſſus, poteſt licentia à coniuge concedente reuocari: nec factum tenebit geſtum ab altero poſt eam reuocationem.Quod legitima licentia caruerit.Ita docent *Palud 4.d.32 q.2.a.2.nu.17.& d.27.q.3. a.2.n.15. Supplementū Gabriel.4.d.32.q.1.a.2.concl.8. ſin.& d. 27.q.2.a.3. dub.9. Palacios 4.d.27. diſp.2 fine:* qui addit nullum eſſe tempus præſcriptum, ad hanc reuocationem, ſed quandocumque fieri poſſe, dummodo res ſit integra. Et explicat *Palacios*,quando manens in ſeculo non emiſit votum: indeciſum autem reliquit quando votum emiſit. At exiſtimo non poſſe reuocare, ſi licentia legitima fuit, vt quia manens in ſeculo erat ſenex. Iam enim perfecte ceſſit iure ſuo:nec res eſt integra: cum ipſe voto aſtrictus ſit pacto mutuo inito: quippe alter conſenſit emiſſioni voti vt ſibi integrum eſſet profiteri. Si vero non fuit legitima, quia erat iuuenis, peccabit quidem contra votum reuocando:at factum tenebit,reuocatioq; valida erit.Quia non erat perfecta renunciatio proprij iuris,vt diximus n.6.

20 Vtrum autem ceſſet prædicta reuocatio officio iudicis facienda,quando Epiſcop.conceſſit licentiam profeſſioni faciendæ: at fuit minus legitima iuxta dicta? dixi diſput. præced.num.3.

21 Poteſt vero Epiſcopus contra religioſos exemptos procedere, quando iniuſte detinent coniugem hunc profeſſum:impediuntque ne eius officio reuocetur. Quod bene docet *Salzedo in additionibus ad pract. Bernardi Diaz c.3. lit. A.§.Punire,in fine:* & ita praxi receptum ſe vidiſſe. Et ratio eſt quod in hoc euentu non agatur de religionis priuilegijs ſeu ipſa concernentibus: aut de ſtatu regularium: ſed de matrimonij inſtauratione, coniugiſq; reuocatione,qui minus legitime profeſſus fuit. Quod ordinarij proprium eſt,*c.1.de conuerſ.coning.* Deinde, quia ordinario competit omnimoda iuriſdictio contra extraneos & exemptos impedientes ſuam iuriſdictionem.Vt tenent *Innoc.c.Dilectus, in fine,de pœnis. Stephanus Auferius tractatu de poteſtate ſeculari ſuper Eccleſiaſticas perſonas,num.23. Roja.de hæreticis 1.part. n.155.& ſeq.* ait ſe, cum eſſet vicarius generalis, pluries in praxi id obtinuiſſe contra canonicos regulares, & quoſdam monachos D.Bernardi exemptos.Quia conceſſa iuriſdictione,cenſentur ea conceſſa ſine quibus exerceri nequit,*l.2.ff.de iuriſdict.omn.iudicum.*

22 At in dubium vertitur, vtrum poſſit Epiſcopus cenſuris prædictos exemptos compellere impedientes reuocationem coniugis è ſuo monaſterio: & in omnibus alijs euentibus, in quibus iuriſdictionem habet erga ipſos. Id enim affirmat *Salzedo nu. precedenti allegatus.* Quia poteſtas excommunicandi eius eſt, qui iuriſdictionem in foro externo ad cogendum habet, vt tradunt *Doctores in tractatu de excommunicatione*, qualem habet Epiſcopus in his caſibus.Deinde quia alias inanis & fruſtranea eſſet iuriſdictio Epiſcopi ad compellendos exemptos ſi armis,quibus Eccleſia ſoluta eſt compellere,deſtitutus eſſet,minirum,poteſtate cenſuras ferendi,vt in ſimili dicit *gloſſ c.Super quæſtionem,verb Executorem,& cap.Ex litteris.verb. Si ſubdelegatum: & c.fin.v.Commiſſam.de offic.iudic delegat.* vbi docet habentem nudum miniſterium poſſe excommunicare impedientes ſuam commiſſionem, ne alias inutilis ſit commiſſio. Præterea,quia cui iuriſdictio data eſt,ea quoque conceſſa eſſe videntur,ſine quibus ea explicari non poteſt,*l.2.ff. de iuriſdictione omn.iudic.c.Paſtoralis,c.Preterea,de officio deleg.*

Sed exiſtimo non poſſe Epiſcopum prædictos exemptos excommunicare,ſuſpendere,vel interdicere,ſi priuilegium ſpeciale habeant,ne poſſint excommunicari, ſuſpendi,vel interdici.Quale habent mendicantes,vt conſtat *ex eorum compendio,verb.Exemptio,num.9.13.& 24.*& Societatis Iesv, vt conſtat ex bulla Pauli III.ipſi conceſſa anno 1549.& hoc niſi expreſſe concedatur Epiſcopis, vt in ijs caſibus poſſint cenſuris latis contra exemptos procedere, vt euenit in decreto *Tridentini ſeſſ.25.de regular.cap.16.* vbi conceditur Epiſcopis, vt per cenſuras cogant exemptos reſtituere bona nouitijs relinquentibus, & *cap.5.* vt clauſuram monialibus imponant, & inobedientes aut contradicentes compellant cenſuris. Et *ſeſſ.22.decreto de vitandis & obſeruandis in celebratione miſſæ*, vt procedant per cenſuras contra exemptos celebrantes in oratorio priuato, aut horis non debitis: & quaſcumque ſuperſtitiones ablegent. Et ita docent *Gambara de officio legati lib.8. cap.vltim. num.77.* habetur *tom.13. tractatuum.part.2. Enriquez lib.7. de indulgentijs cap.25.num.7.ad fin. Manuel 1 tom.ſum.2. edit. cap.74.num.4.caſu.1.* Ducor ex *cap.1. de priuileg. in 6.verſ.In eos autem*,vbi cum decretum fuiſſet habere Epiſcopum iuriſdictionem in exemptos delinquentes,aut contrahentes extra locum exemptum,ſubdit textus hæc verba: *In eos autem quibus ne interdici, ſuſpendi vel excommunicari à quoquam valeant,à ſede Apoſtolica eſt indultum (ſicut ſunt religioſi quamplures) in quorum priuilegijs continetur, ne quiſquam Epiſcopus vel Archiepiſcopus monaſteriorum ſuorum monachos pro vlla cauſa,vllóve loco interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare præſumat: iidem ordinarij iuriſdictionem ſuam quantum ad iſta, vbicumq; illi facerint penitus exercere non poſſint.* Et quidam ſolus caſus ibi excipitur: vbi *gloſſa verb. Quantum ad iſta. Hoſtienſ. col.5.ſuper eod.verb.Ioan.And.n.7.verſ.In gloſſ.interdictum. Archid.nu.2.verb Iſta. Anchar.n.4.notabil.7. Dominicus ibi,§.vlt. n.7.& ibi Francus eo.§.vlt.n.2.* dicunt poſſe Epiſcopum hos religioſos deponere, & in arctius monaſterium detrudere,aliuſve pœnis punire, non tamen poſſe in eos cenſuras ferre. Quod quantum ad hoc ſit ligata poteſtas. Quod ſi cenſuras ferat,eas nullius valoris fore dicunt *Hoſt. ibi ſuper verb. Præſumas. Anchar.ibi n.4.notab.8. Dominic.ibi,§.vlt.n.6. verſ. Quid ſi ordinarius,& ibi Francus eo.§.vlt.n.1.*& ſoli ſummus Pontifex & legatus à latere excipiuntur, qui poterunt cenſuris hos exemptos cogere, vt teſtantur *ibi Hoſtienſ.ſuper verb.Epiſcopus. Archid.nu.2.verb.Epiſcopus. Dominic. n.5.verſ.Quæro an dicitur.* Secundò,ex doctrina multorū aſſerentium exemptos ab ordinario citatos teneri comparere,vbi exemptio non eſſet notoria, & ſi non compareant, valere excommunicationem aduerſus eos inflictam: nec vim ſuam amiſſuram, quamuis poſtmodum priuilegium allegent,iuxta *c.Suborta,de ſentent.& re iudic.fine:* excipiunt tamen niſi exempti priuilegium habeant, ne poſſint excommunicari, cum clauſula irritanti. Hi ſunt *Ioan. Andr, regul.Scienti,de regulis iuris,in 6.n.7.ad fin. verſ. Non obſtat decretalis,quia cunctis,& ibi Francus n.4. Idem Ioan.Andr.cap.1.de conceſſ.præb.in 6.n.8.& ibi Anchar.n.6.verſ.Venio ad 3 partem. Dominic.ibi,§.Ex parte,n.4. Franciscodem §.n.2. Socinus c.Mulier,n.34.de ſent.excomm. Ricard.4 d.18.art.5.q.5. Roſella verb. Exemptus,initio. Sylueſt.verb.Exemptio.q.8.& ibi Armilla,n.2.*

23

Stat igitur habere Episcopum iurisdictionē in exemptos, & tamen non posse illos censuris ligare. Adde, quoties Tridentinum voluit Episcopis iurisdictionem procedendi per censuras contra exemptos concedere, id explicuisse: vt constat ex decretis allegatis. In alijs autem decretis, vt *sess. 25. de regul. c. 13.* subiecit exemptos Episcopis quoad compellendos eos vt publicis processionibus interssint, & quoad componendas controuersias de præcedentia locorum exortas: & *c. 14.* quoad punitionem religiosi publice delinquentis in certo casu, & *c. 17.* quoad explorandam voluntatem puellæ professuræ: & tamen non adiecit, vt posset Episcopus censuris compellere. Ergo signum est eam iurisdictionem noluisse dare. Nec obstant in contrarium adducta n. præc. Quia habens iurisdictionē in foro externo spiritualem, potest excommunicare, & concessa ea iurisdictione, conceduntur subinde ea, sine quibus explicari nequit: nisi per speciale priuilegium ligata sit potestas quoad aliquam specialem pœnam: vt contingit in casu præsenti. Nec est frustranea cogendi potestas, quia potest alijs pœnis vti, vt explicuimus. Ex hisergo colligitur, exemptis hoc priuilegio fruentibus impedientibus monachi coniugati reuocationem, non esse integrum Episcopo censuris eos cogere, sed alijs pœnis. Quod nullus textus id concesserit in hoc casu.

24 QVAESTIO vltima. An coniux manens in seculo, qui licentiam alteri concessit profitendi, casu quo non datur reuocatio, iuxta dicta, cogendus sit religionem profiteri, aut votum castitatis emittere? Et quidem si nullum votū emisit, & erat iuris ignarus, ea ignorantia, quæ excuset: iam num. 14. diximus hunc nequaquam ad aliquid cogendum esse, sed professum reuocandum. Si autem votum castitatis emisit in seculo, & est senex, nec suspectus de incontinentia, ad nil est cogendus: sed potest in seculo manere, & legitima est professio, vt diximus disp. præc. n. 2.

25 Procedit ergo quæstio, quoties coniux manens in seculo est iuuenis, aut suspectus de incontinentia, & votum emisit: aut erat conscius iuris, quo casu vouere censetur, nec datur reuocatio iuxta tradita n. 9. & 14. Cum ergo his casibus non concedatur reuocatio, merito dubitatur qualiter consulendum sit periculo incontinentiæ coniugis in seculo relicti? Quidam censent hunc non cogendum profiteri, sed in monasterium recludendum, ne incontinentiæ periculum incurrat. Quia vltra proprium votum nemo profiteri est cogendus, *c. Integritas, 32. q. 2.* ita sentiunt *Innoc. c. 1. n. vn. verb. Seruare, de conuers. coniug. & c. Significauit, n. vni. paulo post principium, eod. t. & ibi Anton. n. 4. Cardin. n. vnic. oppos. 4.* & manet dubius *ibi Anchar. in fine*, & cogitandum relinquit vtra pars sit verior. Et tenent *Archid. c. Qui vxorem, n. 2. 33. q. 5. & ibi Bellamera n. 3. Nauar. li. 3. cons. tit. de conuers. coniug. in priori edit. cons. 5. n. 4. in posteriori, cons. 14. nu. 4.* & dicit probabile *Palacios 4. d. 27 disp. 2. col. 31. vers. Porro in capitulo, fol. 588.* addens reclusionem duraturam, quousque sit senex, & de incontinentia minime suspectus; & limitat Nauar. nisi votum emiserit religionis, tunc enim ait teneri ad religionem, & cogendum profiteri.

26 Alij cogendum profiteri asseuerant. Probatur ex *c. Significauit, de conuers. coniug.* à contrario sensu; vbi de vxore concedenti viro profitendi licentiam sic dicitur: *Mandamus quatenus si est ita, & est talis status, de qua suspicio haberi non possit, ipsam votum continentiæ obseruantem, intrare monasterium compelli non permittas.* Ergo debet compelli, quando est iuuenis aut suspecta. Nec iuuabit dicere, compelli ingredi monasterium, sed non profiteri. Quia cum ijs, quæ religionem professæ sunt, non bene conuenit quæ professa non est; & ideo ius commixtionem hanc interdicit *c. Vt clerici, c. Vidua, de regular.* Secundò, quia cum coniux ille manens in seculo non deliquerit, non est par eum includendum fore quasi in carcerem, *c. De lapsis, 16. q. 6.* Tandem quia licet aliquis non cogatur inuitus profiteri: id tamen accidit, quando non est aliquid, quod sibi imputetur. Et ideo ita sentiunt *Goffred. sum. t. de conuers. coniug. nu. 9. Host. summ. eod. tit. n. 10. & 6. 2. n. 4. eod. t. Henric. c. Vxoratus, n. 9. eodem tit.*

Sed ea distinctio valde mihi placet in hac quæst. Aut enim coniux votum religionis emisit, & tunc cogenda est religionem profiteri; aut vouit solam continentiam dando marito licentiam profitendi: & tunc distinguendum est. si erat iuris petentis professionem ipsius, vt vir legitime profiteretur, ignara, non cogetur profiteri, sed includetur in monasterium, quo à vagationibus arceatur, & cesset incontinentiæ periculum, vt ait prima sent. relata nu. 25. si vero eius iuris conscia erat, cogetur profiteri, vt ait sententia n. præced. relata. Probatur, quando erat iuris ignara, non esse compellendam profiteri: quia est res dura rem tam arduam iniungere ei, quæ nec expresse, nec tacite eam promisit: nec mirum, si compellatur vt sit intra monasterium inclusa, quia venit accessorie ad obseruantiam castitatis, quam promisit: nec compellitur ingredi, vt stet ibi quasi in carcere, sed vt honestam vitam ducat. Probatur vero, quando erat iuris conscia, eam compellendam profiteri, ex *c. Qui vxorem, 33. q. 5* ibi: *Qui vxorem suam velare permisserit, aliam non accipiat, sed similiter conuertatur.* Deinde, quia sciens id desiderari ad legitimum viri ingressum, assensum illi præbens videtur se ad illud obligare (vt probaui n. 14.) & ideo hanc sententiam sustinent *Caldeir. cap. 1 de conuers. coniugat. & ibi Abbas n. 8. & c. Significauit, in fine, eod. t. Brunellus de sponsal. conclus. 30. n. 10. Maior. 4. d. 32. quæst. 2. §. Pro illa rubrica. Rosella verb. Impedimentum, impedimento 11. in princip. Syluest. Matrimon. 8. q. 12. dicto 4. Tabiena Matrimonium, 1. q. 3. n. 4. Azor li. 12. institut. moral. c. 1. q. 6. §. Si quæras.* Temperant *Abbas eod. cap. 1. nu 8. Rosella, & Sylvest. proxime citati*, vt hæc distinctio habeat locum in ijs, quos iuris ignorantia excusat: vt sunt mulier, minor, miles: secus quando non excusat, tunc enim coniux iuris ignarus cogitur etiam profiteri. Et mulierem excusari in hoc casu ignorantia iuris affirmant etiam *Hostiens. d. c. Significauit, in fine. & Ioan. Andr. ibi, in fine*: quamuis excusari neget *Cardin. c. Exparte, el 1. ad finem, de conuers. coning.* Sed (vt dixi num. 14.) distinctio hæc ignorantiæ iuris deseruit foro externo. Nam in foro conscientiæ æque excusat ac facti ignorantia. 27

Ad argum. n. 25. propositum constat ex dictis n. præc. ingressus enim ille & professio veniunt accessorie ad rem promissam, & licentiam præstitam non ignorato iure. Ad arg. proposita nu. 26. dic. Ad 1. respondeo intelligi de ingressu ad profitendum, vbi ignorantia iuris non excusat: vel de inclusione sola vt seruetur castitas, quando ea excusat. Nec est absurdum, causa iusta concurrenti non professam esse ratione custodiæ inter professas. Ad 2. constat ex dictis n. præcedenti, non enim includitur quasi in carcerem, sed ad custodiam. Ad vltimum dic non adesse causam compellendi ad professionem, nisi quando aderat iuris scientia, vt num. præcedenti diximus. 28

DISPVTATIO XXXIV.

Vtrùm professio coniugis post consummatum matrimonium facta ignorante altero, aut sciente, contradicente tamen, valida sit? an potius professus reuocandus sit, & sic reuocatus ad quid obligetur?

SVMMARIVM.

Professio illa non habet vim voti solemnis, n. 1.

Votum castitatis in ea emissum habet vim voti simplicis: & obligat coniugem ne exigat, at tenetur reddere, n. 2.

Quid, si ex fine immediato profitendi in religione, castitatem tunc vouerat, & dependenter ab ea: & quid in dubio n. 3.

An liceat huic professo reuocato petere debitum, non tamen exigere? n. 4. & remissime an alter coniux teneatur ei redderet

Num ei liceat saltem validè ad aliud matrimonium soluto transire, n. 5.

An liceat coniugi alteri professum absque sua licentia reuocare, quamuis vterque communi consensu castitatem vouisset, n. 6.

Non licet è religione illum rapere: & enodatur c. Cum causa, de raptoribus, n. 7.

An professio absque coniugis licentia facta vim habeat voti simplicis religionis? Refertur duplex sententia n. 8. & 9.

Nullatenus obligat ad religionem: & tenuitur differentia inter id votum, & votum castitatis in ea professione factum, n. 10.

An

An coniuge reuocante mortuo, ad religionem redire teneatur? Refertur quadam sententia, n.11.
Non tenetur redire, n.12.
An semel reuocatus teneatur regredi, si coniugem reuocantem pœnitet reuocationis, n.13.
An coniux hic possit propria auctoritate redire, altero non repetente? Proponitur quadam sent. n.14.
Potest propria auctoritate exire, n.15.
An volenti coniuge spoliato consentire professioni illi, possit professus retrocedere, ac coniugem spoliatum repetere, n.16.
Quando coniux sic professus permanere vult: quid relictum in seculo, volens consentire, teneatur facere, n.17.
An hoc dum vivit non consentiente, possit statim eo defuncto, contra professum redire: & an desideretur in eo notitia nullitatis prioris professionis, & nouæ acceptatio in superiore, & nouum nouitiatus, n.18.
Quid, quando ignarus mortis perseuerauit, & factum illius certior vult statim exire, n.19.
Si conscius mortis perstiterit in religione, an censeatur habere ratam priorem professionem, n.20.
Quid, si coniux spoliatus vixerit nec consensit, nec dissensit, sed dissimulauit? Remissive, n.21.
Quid, si spoliatus dum viueret, consenserit, n.22.
An coniux, sine cuius licentia alter professus est, possit eo inuito profiteri, num.23.
An, si vterque coniux mutua licentia minime obtenta profiteatur, siue conscius siue ignarus professionis alterius, valeat professus, neuter que alium reuocare possit, n.24.

1 DISPVTAT. huius difficultas versatur in intelligentia textuum, *c. Quidam, & c. Placet, de conuers. coniug.* Nam *c. Quidam*, de viro professo vxore contradicenti, ac ad eius instantiam reuocato, sic dicitur, *Respondemus quod votum non tenuit, vnde ratione voti ad monasterium non tenetur redire. vterius vero non poterit vxorem accipere: promisit enim se non exigere debitum, quod in eius potestate erat: & ideo quoad hoc, votũ tenuit.* Et *c. Placet*, de muliere quę virum defunctum credens professa est, ac postea à viro reuocata, sic dicitur: *Respondemus quod licet votum eius vsquequaq; non tenuerit, tatenus tamen fuit obligatoriũ, quatenus se poterat obligare: promisit enim intrando monasterium se non exacturam carnis debitum, quod erat in potestate ipsius. Redire vero ad seculum non erat in eius potestate, sed in potestate mariti: & ideo quantum ad ipsam tenuit votum. Consultius itaque dicimus, & ei congruentius ad salutem, vt ad monasterium redeat. Si vero ad hoc induci non poterit, ipsam inuitam credimus non cogendam.* Quain re id absque controuersia est, professionem illam minime habere vim voti solemnis professionis. Id enim vterq; textus fere expresse ait, dum eum coniugem non teneri ratione voti in monasterio permanere, nec altero defuncto ad illud redire decidit. Et ratio est, quod coniux dominium sui corporis minime habeat, quod illud in religionis dominium transferre valeat. Sicut eadem ratione, qua quis non est post professionem sui corporis dominus, nequit valide illud tradere vxori per matrim. vt diximus disp. 26. n. 4.

2 Secundò constat votum illud castitatis in ea professione emissum habere vim voti saltem simplicis, & obligare coniugem in quantum se obligare potuit: nimirum, vt in eo matrim. abstineat se à debiti exactione, & eo per mortem soluto, ab alio matrim. incundo: & ab alijs quæ castitati promissæ aduersantur: at tenetur ad coniugem reuocatus reddere illi debitum. Quod vterque textus n. præc. allegatus decidit, ac eam rationem reddit. Quod votum illud coniugem astrinxerit, quatenus se obligare potuit: at potuit se ad hæc obligare: cum ea non cedant in præsentis matrim. præiudicium. Quod si roges, cur votum hoc emissum in professione irrita obliget, vt votum simplex castitatis, cum tamen votum factum in ordine sacro valore carenti non obliget? dixi disp. 27. n. 13.

3 Sunt tamen hæc intelligenda, niti coniux ille emitteret votum castitatis in ea professione dependenter ab illa, & ex fine immediato permanendi in religione. Tunc enim in virtute talis intentionis ad nil voluit obligari cassata professione illa. Quare vt professionem irritam faciens maneat voto simplici ligatus, desideratur intentio obligandi se independenter à professionis valore. Atque eam intentionem præsumit ius, vbi de contraria non constat, vt patet ex *c. Quidam. & c. Placet, de conuers. coniug.* Sicut dum impuberes matrimonio inepti illud ineunt, præsumit ius *c. vn. de desponsat impub. in 6.* voluisse se astringere quatenus potuerunt: ac proinde illud valere vt sponsalia præsumunt, quæ in eorum potestate erat contrahere, & in dubio intentionis credo standum esse hac iuris præsumptione, vt dixi lib. 1. disp. 21. n. 3. Conferunt ad hoc quæ dixi disp. 32. n. 13. ex doctrina *Gregory Lopez*, nimirum, coniugem volentem in seculo castitatem, vt alter possit religionem profiteri, hoc non profitente liberum manere à voto. Quod tacitam videatur habere conditionem, si professio alterius, quæ finis eius voti fuit, subsequatur.

Hinc deducitur casu quo ad votum castitatis obliget 4
iuxta n. præc. tradita, non esse fidem habendam aliquibus asserentibus, *c. Quidam, & c. Placet, de conuers. coniug.* non negari coniugi initialide professo, & ad alterum reuocato, facultatem petendi humiliter debitum, sed solam exigendi cogendo. Quod vterq; textus verbo, exigere, vtatur: quod coactionem importat. Hi sunt *Nauar. sum. c. 12. n. 60. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 2. n. 9. & lib. 11. c. 15. nu. 9.* Quare concludit hic vtroque loco immunem esse culpæ coniugem hunc petendo debitũ, secus exigendo. Sicut coniux adulter potest ab innocente debitum petere, non vero exigere. Sed sent. hæc displicet: quod valde dispar ratio sit: adulter enim priuatur iure exigendi, in fauorem innocentis, quo potest innocens cedere reddendo: ac proinde integrum est adultero supplicare, vt cedat, petendo humiliter corpus, non tamquam debitum: secus cogendo per exactionem. At coniux hic professus priuatur facultate exigendi, non in fauorem relicti in seculo, cui hic renuntiare possit: sed propter votum castitatis, quod obligauit in quantum potuit, vt vterque textus ponderat. At ligato castitatis voto, non tantum exigere, sed petere debitũ interdicitur. Quia petens immiscet se voluntarie actui carnis, nec astrictus lege matrimonij, quæ solam redditionem iubet. Ac proinde absque dubio nec textus nec DD. negantes huic facultatem exigendi, vim faciunt in coacta petitione. Cum voto castitatis valido innitantur. Et aliqui vtuntur verbo, petitionis, dicentes non licere huic petere. Ita *Albericus in suo dictionar. lit. V. verb. Votum, 4. Henric. c. Vxoratus, n. 8. de conuers. coniug. Palud. 4. d. 27. q. 3. a. 2. n. 15. Altẽsis 2. p. sum. l. 8. t. 11. a. 2. q. 16. Ioan. de Friburg. in sum. confessorũ, li. 1. t. 8. q. 49. & 50. Vincentius in speculo doctrinali. to. 2. li. 9. c. 91. Supplementũ Gabriel. 4. d. 32. q. 1. a. 2. concl. 8. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. col. pen. vers. Casus autem. Celaia 4. d. 31. q. 2 paulo post princ. Azor lib. 12. institut. moral. c. 1. q. 6 paulo post princ. Petrus de Ledes. de matrim. q. 64 a. 4. dub. 1. concl. 1. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 104.* An vero alter coniux teneatur huic reddere? dicam disp. 38. n. 22.

Secundò infertur, non audiendos esse qui dicunt ma- 5
trim. cõtractum ab hoc cõiuge inualide professo, & reuocato, post alterius coniugis obitũ fore inualidũ. Quia licet votum id castitatis solemne non fuerit, at quia fuit votum in certa religione approbata, habetur pro solemni, estque sufficiens ad irritandũ subsequens matrim. Ita *gloss. c. Quidam, verb. Non exigere, in priori responso, de conuers. coniug. & ibi Host. n. 1. in 1. responso, & ibi Ant. n. 8.* Alij vero in alio extremo sunt, dicentes integrũ esse huic soluto eo matrim. ad aliud transire. Sic *Ant. Gomez in expos. bullæ cruciatæ, clausula 10. n. 69.* Et inclinat in hanc partem *Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *qu. 1. de essentialibus ipsius, d. 27 a. 3. diffic. 8.* & reddit rationem, eo quod votum fuerit nullum. At dicendum est, reum esse hunc culpæ lethalis transeundo ad aliud matrimonium, tamquam violatorem voti simplicis castitatis: matrim. vero ratum esse. Quia id votum non fuit solemne, sed simplex. Et ita docent *glossa c. Agathosa, verb. Debeas, 27. q. 2. Goffredus sum. t. de cõuers. coniug. n. 3. Host. summa, cod. t. n. 8. & c. Placet, eo. t. n. 4. Innoc. d. c. Quidam, n. 1. statim in princ. Vincentius & Philipp. ibi Abb. ibi, n. 4. Cardin. n. 2. q. 1. in fin. Anchar. n 4. q. 1. & n. 5. q. 2. ad fin. Albericus in suo dictionar. lit. V. verb. Votum, 4. Archid. cap. 2. n. 2. & ibi Bellamera n. 3. 33 qu 5. Henricus d. c. Placet, n. 8. & c. Vxoratus, n 8. eodem tit. Brunel. de spons. concluſ. 30. n. 10. Alfens. sum. 2. p. lib. 8. t. 11. art. 1. q. 16. Ioan. de Friburgo in sum. confess. lib. 1. tit. 8. q. 50. Lex regia, 12. tit. 7. part. 1.*

&

& ibi Greg. Lopez verb. Vale. Rosella verb. Impedimentum, impedimento 11. ad fin. princ. & verb. Votum, 2. n. 10. Angel. Matrimonium, 4. n. 15. Sylvest. Votū, 4. q. 2. dict. 4. & Matrim. 8. q. 12. dict. 5. & verb. Diuortium, q. 16. casu 3. Nauar. sum. c. 12. n. 60. & li. 3. cons. tit. de conuers. coniug. in priori edit. cons. 4. n. 4. in posteriori, consil. 5. n. 4. Barbosa rubr. ff. solut. matrim. 2. p. n. 101. Lancelotus institut. iuris canonici, lib. 2. tit. de diuortijs, §. Quæsitum tamen est, verb. Non potest. Et ex Theologis Vincentius 2. tom. in speculo doctrin. lib. 9. c. 91. Durand. 4. d. 32. q. 2. n. 7. Palud. ibi, q. 2. a. 3. n. 22. & d. 38. q. 4. a. 2. n. 29. & d. 37. q. 3 a. 2. nu. 19. Palacios 4. d. 32. disp. 2. col. 9. vers. Verum si contraxerit. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 5. n. 10. Azor li. 12. institut. moral. c. 1. q. 3. §. Si quæras. Lud. Lopez 2. p. instruct. vbi de matrim. c. 54. col. antepenult. Vega 2. to sum. cap. 54. casu 104. Cañedo summa Sacram. vbi de matrim. c. 7. nu. 54. Quod idem clare docet Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 239. n. 4. ait enim votum hoc obligare tamquā simplex castitatis. Et hunc peccare, quamuis subticeat, valeat matrimoniū, necne, docent etiam D. Bonau. 4. d. 27. in expositione lit. n. 4. Ricardus ibi, a. 2. q. 4. Sotus ibi, q. 1. a. 4. col. penult. vers. Casus autem. Monaldus sum. vbi de voto, tit. De votis coniugatorum, vers. Item si alter coniugum. Celaia 4. d. 32. q. 2. paulo post princ. Temperat Innoc. eod. c. Quidam, in fine. prædictam sent. quatenus ait valere matrim. postea initum, vt intelligatur, nisi coniux ille professus in ipso ingressu vouisset continentiam. Quamuis enim solus ingressus absque licentia non sufficiat ad reddendum id votum solemne: at sufficit, quando simul in ingressu fuit emissum votum. At caret fundamento hæc limitatio. Quia votum solemne esse nequit, nisi in ordinis sacri susceptione, aut approbatę religionis professione, cap. vn. de voto, in 6. Hæc autem non fuit vera professio. Et ideo non video, qua ratione possit id votum solemne effici, ac efficax ad subsequens matrimonium dirimendum.

6 Tertiò infertur, integrum esse coniugi, absque cuius licentia professio facta fuit, sic professum reuocare. Quod vniuersi fatentur, & expresse habetur c. Quidam, & c. Placet, de conuers. coniug. Quippe nequit inuitus iure suo expoliari. Idque placet, etli communi consensu ambo vouissent castitatem. Quia tunc etiam non licet sine licentia transire. Vt probabo l. 10. disp. 37. n. 14.

7 Non tamen licet rapere de religione, sed auctoritate iudicis extrahere. Quamuis enim viro fas sit, de vico ad domū vxorem reducere, quod in eam ius correctionis habeat: at non posset eam priuato quasi possidēti vi eripere, nedum monasterio. Nec obstat c. Cum causa, de raptor. ibi enim narratur raptus, at non approbatur. Atque ita docēt

8 Palud. 4. d. 27. q. 3. a. 2. n. 15. Sylvest. verb. Diuortium, q. 14. ad fin. Potissima autem difficultas in hac disp. est. An votum illud religionis emissum in ea professione irrita vim aliquam obligandi sortiatur, saltem voti simplicis religionis? Quidam enim videntur affirmare vim obligandi habere instar voti simplicis ingressus religionis: sicut votum illud solemne castitatis non obligat vt solemne, sed tamquam simplex. Et potest probari, quia quamuis ea professio non potuerit vim voti solemnis religionis habere defectu dominij in coniuge ad alienandum se in monasterium: at potuit valere vt votum simplex, quod solam promissionem ingressus tempore habili importat. Atque ita succedet regula tradita c. vn. de despons. impub. in 6. si non valet actus vt ago, valeat eo modo, quo valere potest. Qua ratione id votum castitatis, quod voti solemnis vim habere non potuit, obligat omni modo possibili, nimirū vt votum simplex. Non enim ratio aliqua discriminis inter hæc vota apparet. Quod si dicas, votum castitatis esse diuiduum, non autem religionis. Obstat votum religionis esse quoque diuiduum quoad tempus obligationis: atque ita non astringet pro eo tempore quo coniux dissentiens superstes fuerit, obligabit tamen eo vita functo ad religionem. Sicut votum castitatis admittit eandem temporis diuisionem. Cum non obliget viuo altero coniuge ad integram continentiam, ad quam post eius obitum astringit, vt probauimus nu. 5. Et ideo huius sentent. sunt Calderinus c. 1. de conuers. coniug. & ibi Abbas nu. 7. & c. Consuluit, in fine, eodem t. Asiensis 2. p. sum. l. 8. t. 11. art. 2. q. 9. fin. Brunellus de sponsalibus, concl. 30. n. 9. Sylvest. verb. Diuortiū, q. 16 casu 3. Palacios 4. d. 27. disp. 2. col. penultima & finali, vbi aiunt professionem hanc semper tenuisse, quatenus obligat ipsum profitentem ad manendum perpetuo in religione, secus quoad præiudicium coniugis alterius, cui integrum est reuocare. Et dicit probabile Henricus c. Placet num. 5. de conuers. coniugat. Eiusdem sententiæ est Anton. eod. Placet, nu. 5. vbi ait, hanc professionem non astringere in foro externo, secus in foro conscientiæ: Et videtur tenere Emmanuel Sa summa, verb. Religio, num. 33. vbi indistincte ait, professionem illam habere vim voti simplicis. Et eiusdem sententiæ videntur Doctores, quos num. 11. 14. & 18. referam asserentes hunc professum non posse propria auctoritate egredi: & reuocatum à coniuge teneri eo mortuo redire: & non reuocatum in vita minime posse post mortem resilire. Hæc enim omnia eo inniti untur, quod hæc professio saltem vim habuerit obligandi ad religionem, instar voti simplicis religionis.

Alij videntur sentire, id votum religionis vim obti- 9
nuisse obligandi, & reuocatione facta per coniugem, absque cuius licentia factum est, vim illius amitti quasi reuocatio illa sit irritatio voti. Huius sententiæ videntur Abbas c. Quidam, num. 4. de conuers. coniug. Et ibi Card. num. 2. oppositione 4. Rosella verb. Impedimentum, imped. 11. ad fin. princ. Sylvest. Matrimonium, 8. q. 12. dict. 5. vbi aiunt, per reuocationem coniugis solutam esse obligationem, si qua erat ex parte professi cum monasterio contracta. Idem videtur sentire Angelus Matrimonium, 4. num. 14. vbi ait, hunc reuocatum non teneri ad religionem redire. Quod obligatio semel extincta non reuiuiscat. Et eiusdem sent. sunt alij quos li. 9. disp. 39. n. 36. referam, dicentes eam reuocationem fuisse voti irritationem.

Caterum existimo, id votum religionis omnino fuisse 10
irritum. Ducor, quod id forte expressis verbis decidatur, c. Quidam de conuers. coniug. ibi: Votum non tenuit, vnde ratione voti non tenetur ad religionē redire. Et confirm. quia is textus constituit discrimen inter votum castitatis, & permanendi in religione: quod illud partim obliget, nimirum, quatenus vouens in sui præiudicium obligare se potuit: partim autem minimè obliget, nempe quatenus vergit in præiudicium coniugis spoliati: hoc autem non teneat. At si partim teneret, partim autem non, nullum esset discrimen. Secundò, quia nescio qualiter asseri possit, eam professionem valuisse tamquam votum simplex religionis, at reuocatione coniugis vim illam obligandi cassatā esse: vt volunt auctores n. præced. allegati. Quia eadem ratione dicendum esset votum id castitatis irritatum fuisse, eo vel maxime, quod c. Placet, de conuers. coniug. vxor fuit, quæ absque viri licentia professa est, & ab ipso reuocata. Quē probabile satis est, posse omnia vxoris vota irritare: & ipsē simpliciter reuocauit. vnde non est, cur dicatur votum religionis omnino irritatum, non autem votum castitatis: præcipuè quia votum religionis, quoad obligationem illud implendi post mariti reuocantis obitum, non videtur in mariti præiudicium: at votum castitatis manens quoad obligationem non petendi debitum, cedit in viri detrimentum. Quippe cogetur semper petere debitum, & solicitus esse de tacita vxoris voluntate coniectanda ac exploranda, vt ipsi vitans eius incontinentiæ periculū reddat. Et ipsa stimulis conscientiæ vrgebitur, dubitans, an tacite petat, necne, ac proinde votum violet. Si ergo votum illud castitatis nullo modo irritatū est, cur id de voto religionis asserendū erit? Tertiò, quia d. c. Quidam, vxor fuit, quæ virū professum reuocauit. Quā tamen valde dubium est, an possit aliquod viri votum irritare: & certum est minime posse, quando in suum præiudicium non redundat. Quale est votū illud religionis viri, quatenus obligaret ad redeundū in religionē mortua vxore. Quartò, quia textus d. c. Quidam, expresse ait, votum religionis non tenuisse, loquens de præterito: & ideo subiungit, virum

non

non teneri ad religionem redire. At si irritatio sola votum enerualſet, dicendum eſſet votum tenuiſſe, at reuocatione caſſatum: nec defectus obligationis redeundi ad monaſterium adſcribendus eſſet nullitati voti, ſed ipſius irritationi Quintò, quia matrim. initum à coniugato, viuenti eius coniuge nullam prorſus vim obligandi habet. Quod cum ſui domínio careat, id nequeat valide in alium transferre. Ergo nec profeſſio coniugati, quantum ad obligationem ad religionem. Quia in vtroque caſu eſt alienatio ſui contra domini voluntatem. Sed reſpondet *Abbas Conſuluit, nu. 2. de conuerſ. coning.* diſparem eſſe rationem. Quia ingrediens religionem, ſemper videtur ingreſſus cauſa diuini obſequij, ac in melius vitæ commutandæ. At ſecundas nuptias prioribus non diſſolutis celebrans, prauo affectus eſt animo: nec intendit matrimonium perficere, ſed potius fraudare. Sed hæc ſolutio non exhaurit difficultatem. Quia ſi eo matrimon. durante conſenſus alterius coniugis eſt inhabilis abſque licentia ſocij ad profeſſionem emittendam, recta eius intentio nil prorſus confert. Sicut non conferret, vt ex ſecundo illo matrim. vis aliqua obligandi conſurgeret. Vt ſi bona fide illud iniret, ſufficienti atteſtatione fide dignorum deceptus circa mortem prioris coniugis. Quod ſi peras rationem diſcriminis inter votum caſtitatis & religionis in ea profeſſione facta, ob quam illud partim obliget, hoc autem fit prorſus obligandi vi deſtitutum, eam cenſeo eſſe. Quippe votum caſtitatis non emittitur per modum vnius, & cuiuſdam rei indiuiduæ: ſed continet obligationem diuiduam, id eſt, quæ commodam diuiſionem patitur: cum ſuapte natura obliget ad abſtinendum illicito concubitu & coniugali; & matrim. incundo, qui actus commode ſeparari poſſunt. Vnde iure optimo interpretatur Eccleſia, diuidendam eſſe hanc obligationem, vt tempore, quo tota hæc obligatio non potuit conſurgere ex voto ob matrimonij impedimentum: ea ſaltem oriatur, cui lex matrimonij prius initi non aduerſatur. Nec eſt verum, obligationem hanc diuidi quoad tempus: ſed ſtatim obligat ad omnes actus, quos vinculum fortius coniugij patitur. Sicut ſi quis emiſſo caſtitatis voto vxorem ducat, quamuis conſtante matrimonio teneatur reddere, non eſt dicendum obligationem diuiſam eſſe quoad tempus, ſed ſemper aſtrinxit ad omnes actus: impeditur autem ad tempus ratione vinculi fortioris. At vero obligatio permanendi perpetuo in religione ſub obedientiæ iugo, in qua conſiſtit votũ religionis in profeſſione factum, dicit obligationem quandam indiuiduam ad vnicum actum permanendi ex tunc in perpetuum in religione: atque adeò ſi tunc temporis obligatio induci non potuit, eſt omnino irrita. Neque enim quoad tempora diuidenda eſt. Quia obligare ſe religioni de præſenti, non claudit temporum diſtinctionem: ſed ex tunc eſt perpetua obligatio per modum vnius. Velut qui cum ſit coniugatus, init aliud matrim. obligat ſe de præſenti, & per modum vnius ad vitam perpetuam coniugalem, & quia pro tunc eſt inhabilis, nullam vim habet contractus ille, nec matrimonij, nec ſponſalium. Quod ad vtrumque ſit inhabilis. Secus quando impuberes contrahunt matrimon. cum enim ſint ſponſalium capaces, valet vt ſponſalia. Sic igitur cùm coniugatus ſit pro tunc inhabilis ad tradendum ſe religioni, ſiue voto ſimplici, ſiue ſolemni: vtrumque enim obligat ipſum ad ſeparationẽ perpetuam à coniuge, inde eſt profeſſionem illam nec valere vt votum ſolemne, nec vt ſimplex. Et hinc conſtat ſolutio fundamenti contrarij n. 8. propoſiti. Huius ſent. videntur *gloſſ. c. Agathoſa, verb. Debeat, 27. q. 2. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. col. penult. verſ. Caſus autem. Lancel. inſtitut. iuris canonici, lib. 2. de diuortiis, §. Quæſitum tamẽ eſt, verb. Teneri*, vbi abſolute dicunt id votum non tenuiſſe reſpectu ingreſſus religionis. Et fere expreſſe tenent *Innoc. to. c. Quidam, ſtatim in princ. & ibi Ioan. And. n. 3.* vbi explicantes eum textum, in quantum dicunt votum religionis non tenuiſſe, dicunt non tenuiſſe quoad hoc quod ſit in monaſterio, cum non eſſet perſona idonea ad intrandum: at valuiſſe quoad non exigendum debitum. Et clarius *Antoninus to c. Quidam, nu. 8.* vbi ait, profeſſionem illam non obligare quoad pauperſtatem & obedientiam, ſed ſolum quoad partem caſtitatis. Et *nu. 6.* expreſſe ait, id votum valere vt caſtitatis, non vt religionis. Et videntur etiam tenere *D. Bonau. 4. d. 27. in expoſit. lit. n. 4. & Manuel. 1. tom. ſum. 2. edit. c. 239. n. 4.* vbi dicunt, id votum non obligare ad religionem. Et fauent DD. aſſerentes poſſe hunc propria auctoritate egredi, ac non teneri poſt coniugis obitum redire ad religionem: quos referam *n. 12. & 15.*

Hinc deducitur ſolutio illius quæſtionis, an coniux 11
abſque licentia alterius profeſſus teneatur ab ipſo reuocatus, redire poſt eius obitum ad religionem? *Gloſſ. c. Quidam, verb. Non tenetur, de conuerſ. coning.* affirmat cum ad id teneri, ac peccare non redeundo: & cum textum expreſſe dicentem non teneri redire explicat, id eſt, non eſſe cogendum ab Eccleſia: atque ita *cap. Placet, eod. tit.* loquens in eodem caſu dixit inducendum eſſe redire, non tamen cogendum. Et gloſſam ſequuntur *Hoſtienſ. eod. c. Quidam paulo poſt princ. ſuper verb. Non tenetur. Anton. c. Placet, nu. 5. eod. tit. Albericus in ſuo dictionar. litera V. verb. Votum, 4. Hugo cap. Agathoſa, 27. q. 2. & ibi Archid. ad fin. & ibi Bellamera in fine. Monaldus in ſumma*, vbi de voto, *t. de voto coning. verſ. Item ſi alter coniugum. Aſtenſ. ſum. 2. p. l. 8. t. 11. a. 2. q. 9. fine, & vide Ioan. de Friburgo in ſum. confeſſ. lib. 11. t. 8. q. 50. Sylueſt. verb. Diuortium, q. 19 caſu 3. Lex reg. 12. t. 7 p. 1.* Et ex Theologis ita docent *Palud. 4. d. 27 q. 3. a. 2. nu. 16. Vincentius 2. tomo in ſpeculo doctrinali, lib. 9. c. 91.* Et hanc culpam eſſe lethalem tradunt *Alberic. Archid. Bellamera, Sylueſt. Vincentius ibid.* & dicit eſſe probabile *Henric. cap. Placet, n. 5. de conuerſ. coning.* Imo hunc poſſe cogi redire ad religionem, non ad petitionem monaſterij, cui ſe ſubiicere non potuit, ſed ex Epiſcopi officio, cuius eſt cogere à peccato reſilire, teſtantur *Hugo, Archidiac. Bellamera, Albericus, Vincentius, Aſtenſis ea quæſt. 9. in fine.* Et ita interpretantur *d. c. Placet*, dum ait hunc non eſſe cogendum, vt intelligatur ad monaſterij inſtantiam, ſecus ex iudicis officio. Quod etiam cenſet eſſe probabile *Henricus ibidem.* Ducuntur, quod id votum religionis non ſit omnino irritum, ſed vim obligandi habuerit, quantum eſt ex ſe, quæ impedita fuit vinculo coniugali: ac proinde obſtaculo ceſſante tenetur coniux id votum ſeruare, ad religionem redeundo.

Sed dicendum eſt hunc culpæ immunem eſſe, quamuis ad religionem non redeat. Ducor, quod id expreſſe videatur decidi *cap. Quidam, de conuerſ. coning.* vbi aſſeritur hunc poſt coniugis obitum non teneri ad religionem regredi. Culpa ergo vacat non rediens. Quia vbi obligatio non eſt, tranſgreſſio nullam culpam inducit. Deinde, quia *c. Placet, eod. t.* ſolum dicitur conſultiùs & congruentius ad huius ſalutem fore, vt ad monaſteriũ redeat. At ſi id præceptum eſſet, non conſultius & congruentius ad ſalutem vocaretur, ſed neceſſarium. Quid enim abſurdius poſſet dici, quam congruentius eſſe ad ſalutem, non fornicari, votum obſeruare, ac reliqua præcepta? Tandem, quia votum illud religionis fuit prorſus irritum (vt n. 10. probauimus.) Et ideo hunc coniugem non redeuntem minime peccare docent *Anton. d. c. Quidam, n. 6. & ibi abbas n. 4. Cardinalis nu. 2. oppoſ. 4. Brunellus de ſponſalibus, concluſ. 30. nn. 10. Rojella verb. Impedimentum, impediment. 11. ad fin. princip. Syluſt. Matrimonium, 8. q. 12. dict. 5. Lancelottus inſtituta iuris canonici, l. 2. t. De diuortiis. §. Quæſitum tamen eſt, verb. Teneri.* Et fere expreſſe hoc ſentiunt alij, dicentes hunc non teneri ad religionem regredi (conſulto dico, fere expreſſe: quia poſſet quiſquam cauillari hos authores nil amplius expreſſiſſe quam textum *d. c. Quidam*, dicentem etiam non teneri: atque ita explicandos eſſe, id eſt, non cogendum: vt contrarij explicant textum.) Hi ſunt *Supplementum Gabriel. 4. d. 32. q. 1. a. 2. concl. 8. & ibi Celaia q. 2. paulo poſt prine. Angelus Matrimonium, 4. n. 14. Sylueſt. Votum, 4. q. 2. dict. 4. Palacios 4. d. 32. diſp. 2. col. 9. verſ. Eſt autem, fol. 718. Angles floribus 1. p. de matrim. qu. 1. de eſſentialib illius, d. 27. art. 3. diſſic. 7. Beia in ſua ſum. caſu 49. §. Facit pro hac opinione. Cañedo ſum. ſacram.* vbi de matrim. *c. 7. n. 54.*

13 Secundò deducitur non esse audiendos *Palud. 4. d. 27. q. 3 a. 2 n. 16. & Sylvest. verb. Diuortium, q. 16. casu 2.* asserentes hunc coniugem sine licentia professum, & ab altero reuocatum teneri ad religionem redire, si coniugem reuocantem pœniteat postmodum reuocationis. Quorum sententia ex dictis num. præced. reprobatur. Si enim post mortem, quando omnino cessauit obstaculum, non tenetur redire: eo quod votum non ligarit, cur post solam reuocantis pœnitentiam astringendus ad reditum est? Atque ita tenentur dicere omnes DD. ibi relati.

14 Tertiò deducitur, an coniux ille sine licentia professus possit propria auctoritate religionem deserere, altero non repetente? Quod licere negat *gloss. c. Placet, verb. In eius potestate, de conuers. coniug.* per illum textum, ibi: *Redire vero ad seculum in eius potestate non erat, sed in potestate mariti.* Vbi clarè deciditur vxori absque viri licentia professæ non esse integrum ad seculum regredi: sed soli marito ius reuocandi concedi. Idem docēt *Ant. ibi, n. 11. Abb. n. 3. Palud. 4. d. 27. q. 3. a. 2. n. 15. Supplem. Gabr. 4. d. 32. qu. 1. a. 2. concl. 9. Sylvest. v. Diuortium, q. 14. statim in princ. Nauar. l. 3. cons. t. de conuers. coniug. in priori edit. cons. 3. n. 3. & 4. in posteriori cons. 6. nu. 3. & 4. Enriquez. lib. 2. de matrim. c. 5. n. 10. Emman. Sa sum. verb. Religio, n. 3. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 239. n. 3. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 104.* Et loquuntur casu quo vxor bona fide professa est: quod vir se mortuum finxerit, *Nauar. Manuel, Vega,* & adhuc negant licere propria auctoritate egredi.

15 Contrarium tamen mihi persuadeo. Quod nullius valoris fuerit votum illud religionis, vt probaui n. 10. Deinde quia aliqui, quos retuli disp. præc. n. 10. aiunt de licentia alterius coniugis professum, non seruatis iure petitis ad licitam professionem, quamuis vere professus sit, posse propria auctoritate exire, ne in peccato persistat præbens alteri incontinentiæ ansam. Quod licet in eo euentu reprobarim ob professionis valorem & spontaneam alterius licentiam, cuius ratione nullam passus est iniuriam: at in hoc casu militat fortiter ea ratio. Coniux enim absque alterius licentia post consummatum matrim. profitens, est reus iniustitiæ lethalis: instar rei alienæ raptoris: quod si bona fide professus sit, existimans alterum obiisse, aut absque eius consensu id sibi licere, excusatur à culpa per ignorantiam: at veritatis certior factus, habebit se in posterum instar rei alienæ bona fide possessoris, iam rem alienam esse cognoscentis. At vterque tenetur statim restituere, nec opus est vt verus dominus repetat: nisi liquido constet retentionem esse ex illius consensu. Ergo vt iniuriam illatam resarciat coniugi spoliato, poterit hic propria auctoritate exire: imo & tenebitur, si commode possit. Quare optime *Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. col. penult. vers. Casus autem,* dixit teneri hunc egredi, ac se coniugi restituere, quantumuis bona fide professus sit. Præterea, quia hoc videtur colligi ex *c. Accedens, de conuers. coniug.* vbi Pontifex narrat virum de licentia vxoris metu extorta professum, exiisse, nec illi ascribit exitum culpæ. Et melius ex *c. 2.* quod est ex *Alexand. II. 33. q. 5.* vbi idem factum non reprehenditur, sed clare videtur approbari, ibi: *Non enim violentia, sed ex pari voluntate & consensu hoc fieri debet.* Vnde *glossa fin.* ibi mota hac quæstione, dicit videri ex eo textu elici, fas esse coniugi absque licentia professo resilire propria auctoritate. Idem colligitur ex *c. Vna sola. 33. q. 5.* quod est ex *D. August. in Epist. 45.* ibi: *Nam & vouenda talia non sunt à coniugatis, nisi ex consensu & voluntate communi: & si præposterè factum fuerit, magis est corrigenda temeritas, quam persoluenda promissio.* Vbi *glossa verb. Corrigenda,* ait inde sumi argumentum, ad comprobandum posse coniugem, qui absque licentia professus est, propria auctoritate exire. Tandem, quia præsumi nequit consensus coniugis spoliati ex sola non repetitione. Tum, quia sola eius voluntas non satis est ad licitum ingressum, & ad perseuerandum: sed saltem desideratur votum castitatis in permanente in seculo: (vt dixi disp. 32. num. 14.) & in dubio non credendum est alterum se velle voto ligare: ac potest etiam præsumi non reuocare, gratia vitandæ litis aut ignorantia iuris sibi competentis, aut timore. Quod si constaret posse eum commode reclamare, & tamen dissimulat: dicendum est disp. sequ. Nec obstat textus, num. præc. allegatus in contrarium: nam manifesta mens eius textus est, non esse in potestate vxoris in religione manere: atque ita redire ad seculum non esse in eius potestate, accipiendum est, id est, deserto marito profiteri, nec redire ad pristinam coniugalem vitam. Quod ex ratione textus colligitur, intendit enim probare votum religionis non tenuisse: at castitatis partim tenuisse. Quod in eius potestate sit abstinere à debiti exactione: quod ad votum castitatis pertinere constat. At manere in religione, quod attinet ad religionis votum, non fuberat eius potestati, sed maritis: alias ratio illa friuola esset. Et ideo huius sent. sunt duæ glossiæ proximè allegatæ. *Innoc. c. Quidam, n. 3. de conuers. coniug. Abb. c. Accedens, nu. 3. eod. t. Archid. c. 2. fin. & ibi Bellamera fine. 33. q. 5. Henricus c. Vxoratus, n. 8. eod. tit.*

16 Quartò deducitur decisio eius difficultatis, an coniuge, sine cuius licentia professio facta est, consensum præstante professioni, reddatur ea valida, nec integrum sit professo illi resilire? *Glossa c. Mulier, el 1. verb. Coniugium, 33. qu. 5.* ait huic professo non licere exitum. Ducitur ex *cap. 1. de eo qui duxit in matrim.* vbi deciditur virum, qui viua vxore contraxit cum alia rei insciа, non audiendum esse, si post vxoris mortem, diuortium à posteriori petat, nisi hæc velit: ne ex proprio dolo cōmodum reportet. Eam sequuntur *Turrec. ibi, n. 1. Henric. c. Vxoratus, n. 8. de conuers. coniug. Enriquez li. 11. de matri. c. 6. in commento fin. Nauar. Manuel, Vega.* quos n. 14. retuli, aduertens eos loqui, etiam casu, quo professio sit facta bona fide. Sed probabilius est, eum posse in foro conscientiæ exire, non obstanti consensu manentis in seculo, & posse hunc ab illo repeti. Quod affirmant *Innoc. & Turrec.* in casu fortiori (vt retuli disp. præc. nu. 15.) nimirum, quando de licentia coniugis manentis in seculo, nullo voto ligati, alter professus est. Quos quamuis ibi reprobarim, eo quod in eo euentu professio sit valida: at cùm ista hoc fuerit irrita, habebit locum ea opinio. Ducor, quòd ea professio semel irrita nequit tractu temporis conualescere, absque noua ratificatione: nec obligauit vt simplex religionis votum (vt nu. 10. probaui.) Nec potest dici eam professionē non fuisse omnino cassam, sed ex futuro euentu pendentē. Quia professio non potest esse in pendenti, nec Ecclesia potest supplere consensum, vt valida efficiatur professio: teste *Nauar. li. 3. cons. in tit. de reg. in 1. edit. cons. 32. n. 5. in 2. cons. 31. n. 5.* nec potest emitti sub conditione de futuro: in quo distant matrimonium carnale & spirituale, teste *Enerardo loco à matrim. carnali ad spirit. nu. 10. in quarta differentia, ex iis quas ibi inter vtrumq; matrimonium constituit.* Quare vel tunc debet professio habere suum omnimodum valorem & efficaciam, aut valore carere, quando fuit emissa. Cùm igitur tunc nullam obligandi vim fortita sit, non potest conualescere accedenti nouo coniugis relicti in seculo consensu: nisi professus ipse denuo ratificet. Dixi autem in foro conscientiæ non teneri. Quia si ille decepisset religionem tacens coniugium, & accedenti consensu alterius coniugis nollet ratificare priorem professionem, posset religio eum cogere in foro externo. Et hoc probat *c. 1. de eo qui duxit in matrim.* Quod glossa pro contraria opinione retulit. At in foro conscientiæ sicut religio cognita veritate non tenetur eum retinere, vtpote qui verè professus non est: ita potest ipse cessante scandalo exire, vt contractus vtraque ex parte æqualis sit. Vt latè probaui contra alios li. 4. disp. 15. n. 5. Hoc etiam amplius constabit ex dicendis n. 23.

17 Quòd si professus ille velit ratificare professionem: an coniux manens in seculo consensum præstans teneatur quoque ingredi: an potius satis sit solum castitatis votum, dixi disp. 32. num. 14.

18 Quintò deducitur, quid in ea quæst. iudicandum sit, an coniux sine alterius licentia professus, nec ab eo in vita reuocatus, possit eo defuncto egredi? Et vt clarè procedamus, potest quæstio hæc in quintuplici casu discuti. Primus est, quando coniux spoliatus numquā expressè aut tacitè con-

consensit. Quia aut semper restitit, aut semper ignorauit, aut si sciuit, nec reclamauit, non potuit commodè reclamare: & ipse professus statim ac coniux alter mortuus est, voluit exire. Secundus, quando ignarus mortis perseuerauit, atque statim ac illius conscius fuit, reclamauit. Tertius, quando conscius mortis perstitit in religione, ac postmodum resilire vult. Quartus, vbi coniux spoliatus professionis conscius, potensque reclamare commode, non reuocauit, nec consensit, sed tacuit ac dissimulauit. Quintus, quando spoliatus expresse consensit, nec professus exiuit, & post mortem spoliati vult egredi. Et in primo casu plerique affirmant eum professum egredi non posse. Ita affirmant *Calderin. c.1. de conuers. coniug. & ibi Abb. nu. 7. & c. Consuluit, in fin. & c. Placet, nu. 3. co. t. Card. c Ex parte, el 3. n. vn. oppos. vn. vers. Sed pro intellectu, eod. t. Maioris 4. d 32. q 2. §. Pro illa rubrica. & ibi Supplementum Gabr. qu 1. ar. 2. concl. 8. Brunel. de sponsalib. concl. 30. n. 9. Rosella v. Impedimentum, impetd. 11. paulo post princ. Angel. Matrimonium, 4. n. 13. Sylues. Matrimonium, 8 q. 11 dict. 4. & 5. & v. Diuortium, q. 14. & q. 16. fi. Azor lib. 12. instit. moral. cap. 1. q. 6. §. Si quaras.* Atque ea mouentur ratione, quia ex quo professus ille reuocatus non est altero superstite: eo vita functo efficitur incontinenti omnino valida prior professio: eo quòd ablatum sit obstaculum eius firmitati aduersum. Quare non inituntur hi Auctores ratificatione prioris professionis facta post alterius coniugis obitum: sed quòd prior illa professio fuerit ex parte professi valida, impeditus tamen erat firmus & omnino efficax illius valor ob coniugij impedimentum, quare cessante eo obstaculo per alterius mortem consequitur omnimodam firmitatem. Iusuper prob. ex *c. Consuluit, de conuers. coniug.* vbi consultus Pontifex de coniuge, qui professus est, manitque in religione vsque ad vxoris mortem, an possit exire, & vxorem ducere, ductamque retinere? sic ait: *Respondemus, quod prædictus vir nec habitum potest abijcere, quem assumpsit, neque aliquam sibi matrimonio copulare: quod si contraxerit matrimonium, decernimus dirimendum.* Quòd si respondeas cum *gl. ibi, v Transiens, & v. Dirimendum*, intelligi textum, quando de licentia vxoris, quæ senex erat, vel promisit vitam mutare, professio est facta, vel ipse post mortem vxoris ratam habuit. *Abbas d. c. Consuluit, n. 1. in fin.* reprehendit hunc intellectum, dicens fundamento carere ad coniectandum interfuisse eum vxoris consensum: & vanam fuisse in eo euentu consultationem, tamquam omni dubitandi ratione carentem. Verùm glossa citata in ea est opinione, vt sit necessaria noua ratificatio ad valorem illius professionis, quando absque licentia emissa est. Et *Angelus Matrimonium, 4. nu. 16* ait valere matrim. contractum ab eo professo, qui statim morte cognita egressus est, licet peccet ob votum simplex castitatis: & ita sentit professionē illā minimè restaurari, nec vires assumere ex alterius coniugis morte, nisi noua ratificatio professi accedat. Quod ego mihi omnino persuadeo, quòd illa professio fuerit prorsus irrita, in ratione etiam voti simplicis religionis (vt n. 10. defendi.) Quare cùm prior consensus fuerit omnino irritus, tamquam in personam illegitimam & inhabilem cadens, opus est eum iterari (vt probaui l. 2. disp. 35. n. 2.) Non igitur satis est mors coniugis absque noua ratificatione. Quare credo hunc posse scandalo cessante, propria auctoritate fugere (vt in simili dixi n. 15.) vtpote qui nec verè professus est, nec aliquo religionis voto astrictus. An verò ea noua ratificatio desideret scientiam nullitatis prioris professionis, nouamque superioris acceptationem, ac nouitiatum iteratum? id disp. 37. discutiemus. Non obstat *cap. Consuluit*, pro contraria parte allegatum. Quia disp. seq. eius intellectus enodandus est.

19 In secundo casu, nimirum, quando coniux ignarus mortis alterius, numquam suæ professioni consensum præstantis, perstitit in religione, ac statim ac illius certior factus est, valt exire: quidam ea distinctione vtuntur: Si coniux ille bona fide professus sit, ignorans impedimentum suæ professionis, ratificatur ex sola alterius morte, siue à se scita, siue ignorata: secus si mala fide, tunc enim ignorata morte non ratificaretur, sed censeretur in priori consensu irrito perstitere. Ita docet *Innoc. c. Quidam, n. 2. de conuers. coniug.* iunct. *c. 1. n. vn. vers. Vel dic, de eo qui duxit in matrim.* vbi ita distinguit, in matrimonio priùs irrito: & ad eam distinctionem se remittit *eod. c. Quidam.* Et ipsum sequitur *Host. eo c. Quidam, n. 3.* & ratificari indistincte eam professionem, siue coniux sciuerit mortem, siue ignorarit, tenet *Abbas c. Consuluit, in fin. de conu. coniug.* Et idem sustinebunt Auctores n. præc. allegati, qui, vt ea professio conualescat, solam impedimenti coniugij cessationem petunt. At eam professionem minimè conualescere ignorante coniuge mortem alterius, tenet *Innoc.* sibi contrarius, *c. Consuluit, in fine, de conuers. coniug.* (sibi enim esse contrarium aiunt *Ioan. And. Ant. Card. Henricus*, quos statim referam. Quamuis id mihi non facilè persuadeam, quòd remittat se ad dicta per ipsum, *c. 1. de eo qui duxit in matrim.* ad quem locum etiam se remisit *d. c. Quidam*, in eo autem vsus est præfata distinctione, quare in ea residere videtur. (Sed hanc partem sustinent *Ioan. And. d. c. Consuluit §. & d. c. Quidam, n. 2.* vbi *Ant. n. 4. inchar ad fin. Card. n. 2. q. 3. Idem Anchar. d. c. Consuluit. §. & ibi Card. fin. Ant. fin. Henricus c. Placet, n. 4. de conuers. coniug.* Eaque verissima est. Quòd prior professio fuerit prorsus irrita, ac proinde nouo consensu indigeat (vt nu. præc. declaraui.) At si coniux hic quamuis ignarus mortis alterius, sciens priorem professionem fuisse nullam, vellet denuo ratificare eo modo, quo posset: & concurrerent superioris acceptatio, iteratusque nouitiatus (casu quo ad contualescendam professionem ea desiderentur: iuxta dicenda disp. 37. vbi hoc discutietur, sit necessarium nec ne) valebit vtique professio prior. Sicut probaui l. 2. disp. 33. nu. 2. validum esse matrim. inter eos initum, qui impedimentum dirimens subesse putabant, cùm tamen re ipsa illud non subesset, vel iam cessasset: si re vera intendebant facere quidquid in se erat.

In tertio casu, nempe, quando coniux professus sciens 20
mortem alterius, qui numquam consensit, perstitit in religione: supponunt conualescere professionem, *Ioan. And. Ant. Anchar. Card. Henric. n. prac. allegati*: nam relata opinione Innoc. sentientis ratificari professionem, siue scita, siue ignorata morte, contradicunt illi quando mors ignorata est. Et tenent *Innoc.* etiamsi tunc per momentum steterit in religione, *c. Quidam, n. 2. de conuer. coniug. & ibi Host. n. 3.* & placet mihi, si seruentur cætera requisita, vt ea professio conualescere possit. De quibus erit sermo disp. 37. & ille faciat propria professis sufficientia ad inducendam professionem tacitam, animo verò profitendi de nouo.

In quarto casu, nimirum, quando coniux spoliatus con- 21
scius professionis sine sua licentia factæ, potensque commode reuocare, non reuocauit, sed dissimulauit ac tacuit, quid sentiendum sit, dicam disp. seq.

In vltimo casu, nempe, quando spoliatus dum viueret, 22
consensit expresse vt professus persisteret in religione: *Angel. Matrimonium, 4. n. 16.* ait non posse post mortem exire. Quia persistens in religione, cum illo consensu alterius coniugis, videtur ratam habere priorem professionem. Et constat ex allegatis nu. 20. Idque verissimum est: si (vt ibi dixi) concurrant cætera requisita ad illius professionis confirmationem.

Sextò deducitur, num coniux in seculo relictus, altero 23
absq; eius licentia professo, possit quoque inuito professo religionem ingredi? Qua in re quidam sic distinguunt. Si coniux sit iam è monasterio eductus, alteriq; reconciliatus, non poterit spoliatus inuito altero ingredi. Cùm iam res non sit integra, ac matrim. sit instauratum, & semota diuisione ad pristinam vnitatem restitutum. Si verò id effectum non sit, poterit vtique. Ducuntur ad hanc posteriorem partem affirmandam, quia coniux ille professus nequit debitum petere. Sed hæc ratio similiter probat contra ipsos id licere post reconciliationem: tunc enim non potest etiam petere debitum ob votum castitatis simplex (vt diximus n. 4.) Secundò, adducunt *c. Agathosa, 27. q. 2. Quod*

nil facit ad rem hanc: sed solùm ibi decernitur virum sine vxoris licentia professum esse illi restituendum. Huius sent. sunt gl. c. Quidam, v. Non exigere, de conuers. coniug. & ibi Host. n. 2. & ibi Ioan. And. in fin. dicit æquitati consonam esse sententiam hanc. Eandem tenent idem Host. summ. t. de conuers. coniug. n. 8. vers. Quid si ipsum. Goffredus sum. eod. t. n. 9. Archid. c. Mulier, el 1. fin. & ibi Bellamera fin. 33. q. 5. Albericus in suo dictionar. v. Votum, 4. ad fin. Henricus c. Vxoratus, n. 13. de conuer. coniug. Vincentius 2. to. in speculo doctrinali, l. 9. c. 92. Monaldus summ. vbi de voto, t. De voto coniugatorum, vers. Item quid si vterque. Ioan. de Friburgo in sum. confess. lib. 1. t. 8. q. 54. Lex regia 12. ti. 7. p. 1. fin. & ibi Greg. Lop. v. Binuessen. Imò addunt Host. in sum. eo. n. 8 Ioan. de Friburgo & prædicta lex regia, etiam licere coniugi relicto in seculo ingredi inuito professo sibi restituto, si post restitutionem non est carnalis copula subsecuta. Quod Greg. Lop. ibid. dicit non carere scrupulo. Limitat etiam Albericus, vt ante restitutionem liceat coniugi relicto ingredi contra voluntatem alterius, quando in illius ingressu vouit continentiam, secus non. At dicendum est nunquam posse professo inuito alterum ingredi, & ingressum posse reuocari. Quia professio non tenuit, nec dilectum professi præstat ius alteri diuertendi, quando dilectum non est ex ijs ob quæ licitum est diuortium. Et ideo hanc partem tuentur Innoc. dict. cap. Quidam, n. 2. & ibi Ant. in fin. Cardin. ibi n. 2. q. 2. in fin. Anchar. n. 5. q. 2. Astesis sum. 2. p. lib. 8. t. 11. a. 2. q. 13. Addit Ancharanus (& bene) professionem factam à relicto in seculo, quæ sine alterius professi licentia, sed ipso repugnante facta est, non valere. Quia ipso inuito profiteri nequit.

24 Tandem ex his deciditur, an si vterque coniux mutua licentia non obtenta profiteatur, siue conscius siue ignarus professionis alterius, valeat professio. Et quidem vtriusque professionem valere in vtroq; euentu, & neutri reuocationem alterius permitti, affirmant Innoc. c. Quidam, n. 2. fin. de conuc. coniug. & ibi Ioan. And. n. 2. fin. Ant n. 5. Anchar. ad fin. Alberic. in suo dictionario, lit. V. v. Votum, 4. ad fin. Henric. c. Vxoratus, n. 13. de conuers. coniug. Brunel. de sponsal. concl. 30. n. 15. Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 11. a. 2. q. 14. & 15. Ioan. de Friburgo sum. confess. lib. 1. t. 8. qu. 56. & 57. Quia neuter potest conqueri se ab alio spoliatum, sed semetipsum proprio facto spoliauit: & vtriusque professio altero profitente rata facta est. At placet distinctio Card. d. c. Quidam, n. 2. q. 4. & Guillielmi per Henricum relati, nimirum, vt valeat professio, quando vterque fuit conscius. Quia facto ipso sibi mutuo licentiam concedunt: secus quando fuit ignarus: tunc enim poterit vteruis exire, & alterum repetere, & neutrius professio valida erit. Quia neuter licentiam alterius habuit: & professio prioris professi valere non potuit, quia consensus alterius defecit, nec potuit rata fieri absque noua ratificatione; nec etiam posterior professio valida esse potuit. Cùm enim prioris professio non valuerit, nequit posterior absque eius consensu profiteri (vt n. præced. diximus.) Nec obstat quemlibet coniugem seipsum spoliasse, quo minùs restitutionem petere possit. Quia coniux se spolians potest eam petere, si rediens non admittatur. Ex tunc enim censetur spoliatus, vt dicemus lib. 10. disp. 12. num. 16.

DISPVTATIO XXXV.

Vtrùm quando licentia extorta fuit per coniugem professum metu aut dolo: aut nulla interfuit: sed sola coniugis manentis in seculo dissimulatio, valida sit professio: nec ius competat alteri reuocandi?

SVMMARIVM.

Quando licentia fuit metu extorta, an possit coniux in seculo manens reuocare professum, n. 1.
An hic reuocatus possit petere & reddere, n. 2.
An ea licentia & professio valida fuerint: obligaricq; professio saltem vt votum simplex religionis, n. 3.
An teneatur hic reuocatus redire post coniugis mortem ad religionem num. 4.
An peccet exiens propria auctoritate, n. 5.
An validè contrahat matrimonium & peccet, n. 6.
An si non fuit reuocatus dum viueret coniux, possit post exire, n. 7.
An dicenda sint omnia de coniuge sic professo, ac si absque licentia professus fuisset, n. 8.
Quando licentia fuit dolo extorta, an liceat coniugi decepto reuocare professum, n. 9.
An ea licentia & professio valida sint, n. 10.
An sic professo, nec reuocato, liceat post coniugis mortem exire, n. 11.
An idem omnino dicendum sit in hoc euentu, ac quando nulla adfuit licentia, n. 12.
Quando coniux in seculo relictus nec consensit, nec dissensit, sed dissimulauit, & tacuit, cùm sciret ingressum, an possit reuocare, n. 13.
An ea professio fuerit valida, n. 14.
Si non reuocetur, an possit post coniugis obitum egredi n. 15.
An perinde censendum sit quoad omnia, sicut quando absque licentia professus est n. 16.

TRIPLICEM disp. præsens casum enucleandum inuoluit. Primus est, de licentia metu extorta. Secundus, de dolo. Tertius, quando interfuit sola dissimulatio. Et quidem in primo casu, certum est quando metus fuit cadens in virum constantem, coniugi concedenti licentiam integrum esse professum repetere: secus quando metus leuis fuit. Constat ex c. Accedens, de conuers. coniug. vbi proponitur casus de vxore, quæ metu graui coacta ingressa est religionem, habitu non assumpto, nec voto emisso, vt ibi moraretur: & vir professus est religionem: posteaque eam deserens, repetitus est ab vxore, & iubetur vt illi restituatur. Quare non ex solo iudicis officio ea reuocatio fit, sed ad coniugis petitionem, cui licentia illa metu per professionem extorta nil detrimenti affert: ac proinde ius integrum atque illæsum reuocandi manet. Et ita docent Hostiens. cod. c. Accedens, in fin. Ioan. And. in fin. Ant. fin. Abbas fin. Card. n. vn in 2. oppos. Calder c. 1. de conuers. coniug. & ibi Abb. n. 7. Henricus c. Vxoratus, n. 8. & c. Placet, n. 2. eo. t. Albericus in suo dictionario, lit. V. v. Votum, 4. ad fin. Astensis summa 2. p. lib. 8. tit. 11. a. 2. q. 9. Ioan. de Friburgo summa confess. lib. 1. t. 8. q. 52. Rosella v. Impedimentum, imped. 11. initio. Angelus Matrimonium, 4. n. 12. Syluest v. Diuortium, q. 14. & Matrimonium, 8. qu. 12. d. 4. Turrec. c. Seriatim, d. 32. a. 3. n. 4. casu 6. Brunellus de sponsal. conc. 30 n. 9 Greg. Lop. l. 2. v. Gelo otorgase, t. 10 p. 4. Et ex Theologis, Vincentius 2. to. in speculo doctrinali, lib. 9. c. 92. Durand. 4. d. 32. q. 2 nu. 6. fin. & ibi Maiorus q. 2. §. Pro illa rubrica, & ibi Supplementum Gabr. q. 1. a. 2. concl. 8. Azor lib. 12. instit. moral. c. 1. q. 6. Petr de Ledesma de matrim. qu. 64. a. 4. dub. 1. concl. vlt. Ludouicus Lopez 1. p instructorij, vbi de matrim. cap. 54. col. penult. Quare etsi Ioan. Andr. dict. c. Accedens, in fine, & ibi Hostiensis num. vn. super verb. Habitu religionis, Ant. ad finem, Anchar. fine. dicant præcipuè ponderari in eod. cap. Accedens, vxorem inuenem nullum votum emisisse: vt sic professio viri non valuerit, ac vxori concedatur repetitio, Abbas tamen ibi, in fine, & Card. num. vn. in 2. opposit. meliùs docent non ponderari vxorem non voluisse, sed licentiam fuisse metu extortam. 1

Hic autem coniux reuocatus non potest petere debitum, tenetur tamen reddere, vt docent gl. c. 2 33. q. 5. v. Cum festinatione. Host. c. Accedens, de conuers. coniug. n. vn. super v. Exhibeat. Sicut disp. præced. nu. 4. diximus idem de professo absque coniugis licentia. Quia votum castitatis obligauit illum in quantum potuit. Quod intellige cum limitatione ibi n. 3. posita. 2

Professio autem religionis nulla fuit. Quod coniugatus inhabilis sit ad transferendum dominium sui in monasterium per professionem absque licentia, qua alter coniux cedat iure suo: qualis non est per metum extorta. Aliàs non daretur coniugi concedenti licentiam ius repetendi, vtpote qui iuri suo renunciarit (vt dixi disp. 33. n. 18.) Idemque probatur ex c. 2. 33. q. 5. quod est Alexand. II. vbi vir, qui metu licentiam vxoris extorserat ad profitendum, post professionem exijt, & quæsiuit à Pontifice, quid faciendum? Et quamuis Pontifex non directè respondeat interrogationi, at per consequentiam ostendit 3

talem

talem professionem fuisse nullam: dum ait professionem coniugati minimè faciendam absque communi consensu spontaneo, vt notat *ibi gloss.* in casus positione. Et ita dicunt non tenere ingressum, *Ioan. Andr. cap. Ex parte, el 1. n. 4. vers. In 4. casu, de conuers. coning. & ibi Anchar. num. 2. vers. In 4. casu. Cardin. n. vn. oppos. vnic. vers. Sed pro intellectu.* Et *Dominicus c. Seriatim, num. 5. d. 32.* ait hunc non posse dici professum, sicut quando absque licentia professus est. Et *Henric. c. Placet, num. 2. de conuers. coning.* dicit idem omnino de hoc iudicandum esse, sicut de eo, qui absque licentia ingressus est. Quod idem clarè docent *gl. c. Veniens, v. Captiosè. de conuers. coning. Host. c. Accedens. paulo post princ. eo t. Petr. de Ledes. de matrim. q. 64. art. 4. dub. 1 concluf. vlt.* vbi dicunt licentiam illam metu extortam fuisse ipso iure nullam. Atque ideo credo eam professionem nec habuisse vim voti simplicis religionis, vt dixi disp. præced. nu. 10. de professione, quæ absque omni licentia facta fuit.

4 Hinc deciditur, an hic coniux teneatur ad religionem redire post mortem coniugis reuocantis? Et non esse cogendum redire, docent *gl. c. 2. 33. q. 5. v. Cum festinatione. Host. c. Accedens, nu. vn. super v. Exhibeat, de conuers. coning. Henricus c. Placet, n. 2. eo. t, Dominicus c. Seriatim, n. 5. d. 32.* Et credo nec in foro conscientiæ teneri, vt disp. præced. n. 12. dixi contra alios de professo absque licentia, & postea reuocato. Cùm in neutro casu voto religionis teneatur.

5 Secundò, hinc deciditur, an peccet exiens propria auctoritate à religione? Peccare affirmant *Ioan. Andr. c. Accedens, n. 1 super v. Reliquisset, de conuers. coning. & ibi Host. nu. vn. super v. Reliquisset, & Card. ibi. in fine.* Quòd obligare seipsum potuerit. Sed sicut disp. præced. n. 15. hanc sent. reprobaui in eo, qui absque licentia professus est, ita & displicet, vbi licentia fuit metu extorta. Quia in vtroque euentu idem dicendum est, vt dixi n. 5.

6 Tertiò deciditur, an professus hic peccet ineundo postea matrimonium, idque sit validum? Dicendum enim est eum peccare contra votum simplex castitatis, at matrim. esse validum. Sicut disp. præced. n. 5 diximus idem de professo absque alterius coniugis licentia. Nam *Host. & Henric. n. 4. alleg.* dicunt in hoc euentu dicendum esse idem, quod statuitur *c. Quidam, & c. Placet, de conuers. coning.* de eo coniuge, qui sine licentia professus est.

7 Quartò deciditur, an si professus hic non reuocetur altero coniuge viuente, valeat post eius obitum exire? Quidam exire posse negant: eo quod cessante obstaculo valoris professionis, per alterius coniugis mortem, effecta sit valida. Ita *Calder. c. 1. de conu. coning. & ibi Abbas n. 7. Ioan. Andr. c. Ex parte, el 1. n. 4. vers. In 4. casu, eo tit. & Anchar. n. 2. vers. In 4. casu. Card. nu. vn. oppos. vn. vers. Sed pro intellectu.* At dicendum est in hoc casu, quod diximus disp. præced. n. 18. & sequ. in eodem casu. Quia idem iudicium est.

8 Tandem omnia dicta tota disp. præc. de coniuge absq; licentia professo, dicenda sunt de professo cum licentia metu extorta. Quia idem est iudicium de vtroque, vt bene censuit *Henric. c. Placet, nu. 2. de conuers. coning.* & constat ex dictis nu. 3. Et quia cùm illa licentia non valuerit (vt diximus eo. n. 3.) perinde est, ac si non interuenisset, non enim impedimentum præstat, quod de iure non sortitur effectum, *reg. Non præstat, de reg. iuris, in 6.*

9 In secundo casu, nimirum, quando licentia fuit dolo graui extorta, similiter poterit coniux manens in seculo reuocare professum. Quòd licentiam non præstiterit spontaneè, ac proinde iure suo non cesserit, nisi enim magis cõtrarium consensui, quàm error, *l. Si per errorem. ff. de iurisd. omn. iudic.* Idque probatur ex *c. Veniens, de conuers. coning.* vbi mulieri concederetur reuocatio viri, qui dolo licentiam extorserat, nisi fuisset fornicata, vt constat ex finalibus illius textus verbis, ibi: *Super reuocatione ipsius non est aliquatenus audienda: cùm ipsius intentio exceptione posita commissæ fornicationis elidi. Maximè cùm antequam fuerit fornicata, ipsum non duxerit repetendum.* Et ita docent *Ioan. Andr. c. Ex parte, el 1. eo. t. n. 4. vers. In 4. casu. & ibi Anchar. n. 2. vers. In 4. casu. Card. nu. vn. oppos. vn. vers. Sed pro intellectu. Ant. n. 8. Calder. c. 1. eo. t. & ibi Abbas n. 7. Archid. c. Agathosa, n. 3. & ibi Bellamera n. 227. q. 2. Henric. cap. Vxoratus, n. 8. & 10. eod. tit. Brunellus de sponsalibus, concl. 30. n. 9. Rosella, Angelus, Sylvest. Vincentius, Maiorus, Supplement. Gabr. Greg. Lopez, Azor, Pet. de Ledesma. Lud. Lopez, vbi eos retulimus. n. 1. Tabiena Matrimonium, t. q. 3. num. 4.* Quare non sunt audiendi *gloss. eo. cap. Veniens, v. Captiosè: & ibi Host. n. 5. super verb. Captiose: Anton. num. 6.* vbi dicunt ideo mulierem in casu eius textus audiendam fore, nisi adulterium admisisset, quòd non emiserit votum continentiæ, nec promiserit religionem ingredi. Quos bene reprobat *Abbas eod. c. Veniens, num. 4.* dicens ideo audientiam non fore ipsi denegandam, si continuisset: quòd sponte non consenserit, sed dolo.

Sed dubitabis, an ea professio valida fuerit? Quia *gl. c. Veniens, v. Captiosè, de conuers. coning. & ibi Abbas nu. 1. notab. 2. Anchar. n. 2. notab. 3. Cardin. paulo post princ. oppos. 1.* sustinent licentiam fuisse validam. Quòd dolus in his spiritualibus non noceat. Sed illis fidem non habeo, atque ita existimo professionem illam fuisse irritam. Quod fatentur *Innoc. d. cap. Veniens, statim in princip. super verb. Tonsuratus, & ibi Hostiens. n. 2. super eodem verb. Ioan. Andr. n. 2. Cardin. statim in principio.* Quia licentia dolo extorta fuit ipso iure nulla, vt bene docent *Palacios 4. d. 32. disp. 2. col. 10. vers. At vrgentior, fol. 718. Petrus de Ledesma de matrim. qu. 64. art. 4. dub. 1 concl. vlt.* Quamuis enim dolus, qui non contingit circa professionis substantiam, non vitiet ipsam: at id est verum, quando dolus est respectu professi. Is enim non tollit voluntarium sicut nec in matrim. carnali (vt probabo lib. 10. disp. 9. num. 21.) at secus est de licentia concessa dolo per alterum coniugem. Cùm enim talis debeat esse, per quam ille cedat iure suo, idque condonet: & dolus voluntarium auferat circa donationem, quæ à spontanea & libera voluntate oriri debet, inde est vt nulla sit. Quamobrem credo nec vim voti simplicis religionis eam professionem habere, sed solius castitatis, quoad abstinendum à debiti petitione, & ab alio matrimonio, quamuis si iniretur, validum esset, vt dixi disp. præced. quando nulla licentia interfuit. 10

Quòd si coniux cum ea licentia dolo extorta, non reuocetur in vita alterius, non poterit eo defuncto exire. Quia sublato per mortem obstaculo, firma efficitur ea professio. Ita docent *Calder. Ioan. Andr. Abbas, Anchar. Card. Supplementum Gabr. Rosella, Sylvest. allegati num. 9.* Sed id non credo, nisi noua ratificatio cum cæteris requisitis adsit, vt num. 7. dixi, quando professionis licentia est per metum extorta. 11

Demum ea omnia dicenda sunt in hoc euentu, quæ à num. 1. vsque ad 9. dixi, quando licentia fuit metu extorta. Quia vtroque casu est nulla. 12

In tertio casu, nempe, quando coniux in seculo relictus nec consensum nec dissensum præsticit, sed sciens alterius ingressum, tacuit, & dissimulauit: concordant DD. integrum esse manenti in seculo professum reuocare. Quòd licentia desideretur, vt coniux eo iure priuetur. Sola autem dissimulatio non est licentia. Ita *Calderinus, Ioan. Andr. Abbas, Card. Anchar. Henricus, Brunellus, Supplementum Gabrielis, Maioris, Angelus, Sylvest. Tabiena, Greg. Lopez, Azor allegati num. 9. Dominicus c. Seriatim, num. 5. dist. 32.* Quamuis *Ant. c. Ex parte, el 1. n. 8. de conuers. coning.* sentiat non ad petitionem coniugis, sed ex iudicis officio reuocationem faciendam. Et *Palud. 4. d. 27. q. 3. a. 2. nu. 15.* ait quando coniux dissimulans non erat de incontinentia suspectus, sed erat talis, qui posset licentiam concedere, ipsi denegandam fore restitutionem. Sed verè DD. allegati de actione coniugis dissimulantis loquuntur: aiunt enim ipsi concedi ius reuocandi, sicut quando eo inuito est professus. Nec admittenda est distinctio *Monaldi summa*, vbi de voto, *tit. De voto coniugat. vers. Item si vxor sciuit: & Enriquez lib. 11. de matrim. cap. 8. num. 9.* vbi aiunt si coniux dissimulans norit ius, eam taciturnitatem reputari consensum: secus si ius ignorarit. At melius *Calderinus c. 1. de conuers. coning. & ibi Abbas n. 8. & 7. Sylvest. Matrimon. 3. q. 12. dist. 4.* & alij, quos retuli disp. 33. 13

n.14.eam distinctionem scientiæ, & ignorantiæ iuris, admittunt in coniuge expressam licentiam concedente: & statim de solo dissimulante absolute docent ei concedi repetitionem, perinde ac quando ipso inscio licentia concessa est.

14 Doctores autem hi non explicant, an professio fuerit valida, necne: at videntur non valere supponere, dum omnes illi, & quos n.seq. referam, aiunt coniuge non reuocante in vita, ratam effici professionem, quasi in vita non valuerit. Et expresse id sentit *Sylvest. v. Diuortium, q.16.casu 3.* vbi ait si coniux viuens reuocet, & reuocatus eo defuncto aliud ineat matrim. id valiturum, at esse peccatum contra votum castitatis. Idem tenet *Angel. Matrimonium, 4.n.16. & Palacios n.seq. allegandus.* Et clarè videtur tenere *Vincent. 2.to. in specul. doctrinal. lib.9.c.92.* vbi ait taciturnitatem non reputari consensum, sed desiderari licentiam expressam. Et ideo existimo eam professionem nec vim simplicis voti religionis habere, sed solius castitatis. Sicut dixi disp. præc. quando licentia non interuenit.

15 Verùm si toto vitæ suæ spatio coniux in seculo relictus dissimulauit, cũ posset reclamare, rata efficietur professio. Quòd per illam dissimulationem & silentium vsque ad mortem videatur consensisse. Idque apertè videtur probare *c. Consuluit, de conuers. coniug.* vbi habetur virum professum non posse vxore defuncta ad seculum redire, nec aliud contrahere matrim. idque contractum fore irritum. Et ita docent *Auctores n.13. allegati, Ioan. Aud.* relatis *Petro, & Abbate antiquo, cod.c. Consuluit, n.2. & in fin. & ibi Ant. fin. Anchar. fin.c. Quidam, eo.t. ad fin. Card. d.c. Consuluit, in fin. Henric. c. Placet, sect.4. cod.t. Rosella v. Impedimentum, impedim.11. init. Nauar. lib.3. cons.5. de conuers. coniug. in priori edit. cons.4. n.4. in posteriori, cons.5. n.4. Palacios 4.d.27 disp.2. col.34. vers. Hæsitas secundo. f.589. Enriq. l.12. de matrim. c.5. n.10 Lud. Lopez 2 p. instruct. de matrim. c.54. col. antepenult.* Sed existimo professionem ratam non effici sola morte coniugis, nisi noua ratificatio cum cæteris requisitis accedat, vt dixi nu.7. & n.11. quando adfuit licentia dolo aut metu extorta. Quòd si semel fuit irrita professio, non video qualiter solo consensu illo tacito coniugis possit valida fieri: cùm nec etiam consensum expressum sufficere probarim disp. præced. nu. 16. & ita hanc partem clarè sensit *glos. eo c. Consuluit, verb. Transiens, & v. Dirimendum,* cùm eum textum, quo contrarij innituntur, explicat, quando adfuit consensus, vel postea ratificata est professio. Et tenet expresse *Angel. Matrimonium, 4.n.16.*

16 Tandem omnia dicta disp. præced. de coniuge professo absque licentia, dicenda sunt de hoc. Quia ea dissimulatio non valet pro licentia, vt probaui.

DISPVTATIO XXXVI.

Vtrùm coniux, qui professus est absque coniugis licentia, aut cum ea dolo aut metu extorta, possit resilire, coniuge altero postea adulteranti?

SVMMARIVM.

An coniux hic fornicans post alterius professionem, possit sic professum reuocare, n.1.
An liceat huic professo, altero non repetente, exire, an potius ius habeat monasterium, aut monasterio nolenti, iudex ex officio compellendi. Refertur quædam sententia, n.2.
Proponitur sententia Auctoris, n.3.
An coniux absque vxoris licentia ad ordines sacros promotus, sit ipsi postea fornicanti restituendus, n.4.
Soluuntur argumenta, n.5.

1 TAMQVAM certum præmittendum est, coniugem absque licentia, vel cum minùs legitima alterius professum, nimirum, per dolum aut metum extorta, non posse reuocari à coniuge postmodum fornicanti: si ipse professus innocens sit. Quia per adulterium perdidit omne ius, quod in coniugem habebat. Ita habetur expresse *c. Veniens, de conu. coniug.* quando licentia metu fuit extorta: atq; redditur ratio, his verbis: *Cùm ipsius intentio exceptione possit commissæ fornicationis elidi.* Atque ita docent vniuersi DD. quos n.seq. referam. Et *Sotus 4.d.27.q.1.a.4. ad fin. in vers. Casus autem. Barth. à Ledes. dub.64. de matrim. post 3 concl. §. Annotare oportet secundo.* Dubitabis autem, an coniux relictus in seculo, cuius adulterium occultum est professo, possit in foro conscientiæ ea reuocatione vti? Decisio pendet ex ea quæstione, quam l.1. disp.68. discussi, an sponsus fornicans possit innocentem illius fornicationis ignarum cogere stare sponsalibus: & coniux adulter exigere debitum ab innocente ignaro? Et retenta parte affirmanti, quam ibi amplexi sumus, dicendum est posse vti hac reuocatione. Quia non tenetur iure suo se priuare, donec alter conscius illum iure suo spoliet. Et quid, si professo opponenti fornicationem coniugi reuocare volenti se hic falsis testibus tueatur? dicam in simili lib.10. disp.9. n.33. Dixi, si professus innocens sit. Quia si fornicatus sit in seculo, vel post ingressum etiam professione facta, nec compensatis iam delictis id adulterium accidit, poterit fieri dicta reuocatio. Quoniam cum professio illa irrita fuerit (vt tota disp. præced. probauimus) nec iure suo spoliarit coniugem in seculo relictum, censetur res integra: ac proinde illa delicta mutua compensatione abolebuntur, iuxta dicenda lib.10. disp.6. per totam. Et quamuis adulterium professi occultum sit, non poterit opponere alteri coniugi repetenti adulterium, vt ea disp.6. n.9. probabo.

Difficultas autem est, an coniugi professo absque legiti- 2
ma licentia, & innocenti, liceat resilire, quando iam constat alterum in adulterium lapsum esse? Id enim licere videtur, quia quamuis contra adulterum repetentem possit excipere: at licut nemo compellitur agere *l.1. C. vt ne inuitus agere*: ita nec cogitur excipere: poteritque eo beneficio in fauorem suum inducto cedere *c. Ad Apostolicam, de reg. gl. c. Veniens, v. Sponte, de conuers. coniug.* ait professo non excipienti, posse monasterium eo inuito excipere, ac illum religiosum defendere: ac consequenter ipsi non integrum esse à monasterio exire. Ducitur, quia omne ius reale & personale monachi transit in monasterium. Et quia professio illa etsi omnino non tenuerit, obligauit tamen ipsum vouentem in ipsiusmet præiudicium. Quare cum manens in seculo per adulterium amiserit ius repetendi, & ita suum præiudicium cessarit; statim monasterium comparat plenum ius in professum: atque ideo exceptio competens illi, fuit acquisita monasterio. Et confirm. quia iam res ad eum statum peruenit, à quo poterat efficax habere principium. Qua ratione vtitur textus, *cap. Placuit, de conuers. coniug.* ad probandum, coniugem, qui sine alterius licentia professus est, teneri eo mortuo omnino continere. Glossam sequuntur *Ioan. Andr. cod.c. Veniens, n.5. Ant. n.7. Abbas nu.5. Innocent. nu.vn. super v. Continuit. Host. n.6. Cardin. n vn. q.2. Anchar. n.5. Astensis summa 2 p. lib.8.t.11.a.2.q.7. Brunellus de sponsal. concl. 30. declaratione 8. n.12. vers. Quartus casus.* Quòd si monasterium nec vir excipere velint, allegantes contra vxorem adulterium per ipsam admissum, vt à viri professi repetitione excludatur: aiunt *Ioan. Andr. Ant. Anchar. Card. Brunel. n.13. proxime allegati*, integrum esse iudici ex officio excipere. Sed statim *glos. cod.c. Veniens, & cod. v. Sponte, vers. Sed quid si exiret, & Astensis cod.a.2.q.8. Ioan. de Friburgo sum. confess. l.1. t.8. qu.49.* aiunt virum è monasterio exeuntem, & nolentem excipere, posse vxori condonare adulterij iniuriam, ac illam admittere, non obstante monasterij contradictione: quia votum ex toto non tenuit, quam glossam arguunt contradictionis, *Anton. ibi, n.6. Abbas n.6. Cardin. q.3.* & vt ab hac contradictione illam defendant, exponunt eam *Ant. & Cardin.* vt intelligatur, si coniux exire velit ante professionem. Sed hæc defensio meritò impugnatur ibi ab *Abbate num.6.* nam quæstio esset inutilis & friuola. Cùm in quouis euentu manifestum sit licere exitum ante professionem: vnde non est cur glossa ponderaret, vt is exitus liceat, vxorem fuisse deceptam, & votum viri ex toto non tenuisse. Nam tempore nouitiatus non est votum, & semper exitus licet.

His

3 His tamen non obstantibus, existimo meritò glossam recantantem palinodiam & sequaces censuisse, licere exitum illi professo, non obstante sui monasterij contradictione, ac posse condonata adulterij injuria vxorem sibi reconciliare: nisi (vt bene aiunt *gl. Astensis, Ioan. de Friburgo, nu. praced. ad fin. allegati*) ante professionem fuisset vxor fornicata: tunc enim valuit professio, tamquam in nullius præiudicium facta: intellige cum *Astensi q. 6. & Ioan. de Friburgo*, si ipse vixit castè ante legitimam professionem: alias compensarentur delicta. Ratio huius sent. est, quòd professio illa absque vxoris licentia facta, aut cum illa dolo aut metu extorta, fuerit nulla: nec vim aliquam obligandi quoad votum religionis habuerit: vnde donec concurrentibus requisitis, ea ratificetur, liber manet coniux à iugo religionis, vt possit liberè exire, vt hæc latè probauimus duplici disp. præcedenti. Idque amplius probatur ex *eo. c. Venient*, vbi de viro cum licentia metu extorta professo, cuius vxor postea fornicata est, sic dicitur: *Mandamus quatenus si ita est, predictum Laurentium in monasterio, quod intrauit, perseuerare libere permittatis.* Vbi pondero dici, Permittatis, &, Libere: non ergo cogendus est permanere. & paulò inferius habito sermone de coniuge manenti in seculo fornicante, solùm denegatur ipsi actio ad repetendum alterum: propter fornicationem ab ipsa admissam. Id tamen prioribus Auctoribus, quos n. præced. retuli, concedendum erit, nimirum, posse sententia lata cogere hunc professum stare suæ professioni, in pœnam deceptionis, vt diximus disp. 34. num. 16. at ante sententiam non tenebitur ad eam pœnam.

4 Si autem coniux innocens ad ordines sacros absque vxoris licentia promoueatur, & postmodum ipsa fornicetur, non est illi restituendus. Quia cùm ius amiserit vxor ob adulterium, non est illi viro concedendus recursus ad vxorem: eo quod ordo valuerit. Sic *Archid. c. Si cuius, 34. d. n. vn. vers. In ea glossa*, ibi, *Iniuriam faciat. Dominic. ibi, fin. Greg. Lopez l. 8. v. Esso mismo. t. 2. partit. 4. Hugo de Celso in repertor. legum regni, v. Clerigos*, §. 10.

5 Ad arg. n. 2. proposita constat ex dictis n. 3. Cùm enim professio non valuerit, nullum ius monachi illius transiit in monasterium. Nec obstat confirmatio ibi adducta ex *c. Placet.* Quia ille textus ponderat votum castitatis valuisse, in quantum potuit coniugem astringere: & quia soluto matrim. cessat obligatio debiti reddendi: iam ex tunc incipit perfectè obligare. At votum religionis à principio fuit irritum, vt probaui disp. 34. n. 10.

DISPVTATIO XXXVII.

Vtrùm coniux absque coniugis licentia professus, ac eius mortis conscius persistens in professione, ignarus illius nullitatis, aut nolens ratificare: esto non verus professus sit, possit transacto quinquennio reclamare, aut occultè religionem deserere?

SVMMARIVM.

Quot conditiones petantur in Trident. sess. 25. de reg. c. 19. vt liceat contra professionem tacitam aut expressam reclamare n. 1.

A quo die numeretur quinquennium in professione tacita & expressa: & an dies illa termini computetur in termino: & an Tridentinum sustulerit professiones tacitas, n. 2.

An professo dimittenti habitum ex iusta causa liceat intra quinquennium reclamare n. 3.

Quid, si iniustè dimisit, ac postmodum resumpsit n. 4.

Quot quæstiones disputanda sint, n. 5.

An Tridentinum d. cap. 19. statuens quinquennium ad reclamandum, fundatur in præsumptione, nec in conscientia procedat? Proponuntur suadentia procedere in foro conscientiæ, n. 6.

Quotuplex sit præsumptio, n. 7.

Quando dicatur iuris, & de iure? n. 8.

Decretum Tridentini fundatur in præsumptione ratificationis professionis, nec habet locum in conscientia, vbi ratificata non est, n. 9.

An ante quinquennium præsumatur ratificatio professionis: & cur ex actuum professorum exercitio præsumatur professio tacita, vbi nulla expressa præcessit, secus hæc præcedente n. 10.

An liceat huic quocumque tempore, dum priorem professionem non ratam habuit, fugere, n. 11.

An professus hic dubitans num intra quinquennium habuerit animum ratificandi, teneatur stare professione illa præsumpta, n. 12.

An superior possit transacto quinquennio sciens hunc non ratificasse professionem, occultè illum dimittere? & an possit iudex occultè dimittere, quem innocentem nouit, probatum reum, n. 13.

An sit credendum in foro conscientiæ huic dicenti se facta professum, aut eo quinquennio non ratificasse, n. 14.

An saltem ex officio iudicis possit hic transacto eo quinquennio audiri in foro externo, n. 15.

Hæc præsumptio Tridentini est iuris, & de iure, n. 16.

Soluuntur argumenta, n. 17. & ibi, an salarium triennio contra famulos præscriptum debeatur in conscientia.

Post n. 17. inuenies alia summaria.

DISPVTATIO hæc petit intelligentiam decreti *Tridentini sess. 25. de regul. c. 19.* ibi: *Quicumque regularis prætendat se per vim & metum ingressum religionem, aut etiam dicat ante ætatem debitam professum fuisse, aut quid simile: velitq; habitum dimittere quacumque de causa, aut etiam cum habitu discedere sine licentia superiorum, non audiatur, nisi intra quinquennium tantum à die professionis: & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderit, deduxerit coram superiore suo & Ordinario. Quòd si antea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur, sed ad monasterium redire cogatur, & tamquam apostata puniatur: interim vero nullo priuilegio suæ religionis utatur.* Quod decretum vtilissimum est, & passim necessarium pro irritis professionibus: & ideo libet aliquantulum circa illius intelligentiam immorari: & præmissis quibusdam certioribus circa hoc decretum, aliquas quæstiones discutiam necessariò præmittendas ad decisionem præsentis disputationis, quæ vltimo loco agitabitur. Tres ergo conditiones petuntur in eo decreto, vt monacho reclamare contra professionem liceat. Prima, ne ante reclamationem habitum deponat. Secunda, vt causas, quas prætendit, coram superiore & ordinario deducat. Tertia, vt id sit intra quinquennium à die professionis numerandum. Et subiungitur in eo dimittentem sponte habitum, nullatenus admittendum esse ad quamcunque causam allegandam, sed ad religionem redire compulsum, apostatæ pœnis subiici. Et id decretum procedit in professione quacunque, siue expressa, siue tacita. Quia Trident. in vniuersum de professione loquitur. Ita docent *Nauar. comment. 4. de regul. n. 73. Azor lib. 12. instit. moral. cap. 4. q. vlt.* 1

Dies autem hæc, à qua numerandum est quinquennium, incipit in professione expressa, à die ipsa professionis; in tacita verò, à die qua professio tacita inducitur attento iure antiquo: nempe, à die, in qua monachus est tacitè professus per annuam delationem habitus nouitiis & professis communis, & solùm occultè distincti: iuxta *clem. final. de regularibus.* (Nec enim ea professio tacita est correcta per Tridentinum: testibus *Nauarro lib. 3. conf. tit. de regular. in 1. edit. conf. 35. num. 5. in 2. vero, conf. 28. num. 5. Azor lib. 12. instit. moral. cap. 4. qu 6. fin. & Manuele 2. to. summæ, 2. edit. c. 8. num. 1.*) & ita incipere illam diem testantur *Nauarr. commentar. 4. de reg. n. 76. Azor eod. c. 4. qu. 10.* Et similiter à die, qua transacto nouitiatus anno inducitur professio tacita per delationem habitus professorum, & exercitium actuum, qui ipsis proprij sunt: iuxta *c. Vidua, de regul.* Sic *Nauar. d. comment. 4. de regul. n. 76.* Est enim generaliter verum professionem tacitam non tolli per Tridentinum, dummodo transacto nouitiatus anno inducatur, vt bene docent *Palacios 4. dist. 38. disput. 1. col. 32. vers. Porro autem. Sorbus in compendio priuileg. mendicantium, verb. Nouitius, post 3. notabile*, §. *Primò aliquid operetur.* An verò dies illa professionis computetur in termino quinquennij? consultò omitto: quia vix in praxi accidet huius difficultatis necessitas. Quòd rarissimum sit eo temporis puncto quinquennium illud expleri, vt ex illa die, qua professio emissa est, pendeat, an quinquennium exactè impletum sit, necne. Et ideo pro difficultate illa enucleanda, ex qua decisio pendet, nimirum, an dies termini computetur in termino, sunt consulendi *Tiraquell. de retractu lignag. §. 1. glossa 11. à num. 16. & glossa 2. num. 19. Dueñas regul. 196. & sequentibus,* 2

Bernard. Diaz reg. 190. Gratian reg. 133. Matienzo lib. 5. recop. t. 11. l. 7. gloss. 6.

3 Quatenus verò ait Trident. eod. c. 19. dimittentem habitum nullatenus etiam intra quinquennium audiendum esse, ad allegandas nullitatis professionis causas: limitandum est, nisi professus is iustam dimittendi habitus causam haberet. Vt si non posset obtinere licentiam eundi ad reclamandum, nec ire nisi habitu deposito: aut non permittitur causas nullitatis proponere coram Ordinario: & ob id habitu dimisso fugit, vt reclamet. Quippe Tridentinum temerariam habitus dimissionem punire intendit: at non temerè dimittit, qui vt allegando causas nullitatis sit, remedioque iure concesso vti possit, ad efficit. Sic Nauarr. comment. 4. de reg. n. vlt. Azor l. 12. instit. moral c. 4. q. vltima.

4 Secundò intelligitur ex bono & æquo, dum non resumit habitum. Quare illo resumpto audiri poterit. Videtur enim inhumanum denegare perpetuò audientiam habenti iustam reclamandi causam, eò quòd temere habitum dimiserit. Præterea, quia mens Tridentini videtur esse, spolio religionis consulere: ob quod iura denegant prorsus audientiam spolianti, donec ad pristinam possessionem spoliatum restituat, vt constat ex c. 1. de restit. spol. ibi: *Quamquam ante omnem contentionem possessio ei deberetur violenter ablata restitui. & c. 2. & multis aliis, eo t.* Restituta ergo religione ad suam possessionem, per resumptionem habitus, ac reditum religiosi, concedenda erit audientia. Et ita sentit Nauar. comment. 4. de regul. n. vlt.

5 His præmissis, in hac valdè necessaria disp. octo quæstiones agitandæ sunt. Prima, an hoc decretum fundetur in præsumptione, nec in foro conscientiæ locum habeat? Secunda, an procedat à die professionis contra ignorantem? Tertia, an transacto quinquennio possit religiosus ille remedio restitutionis audiri? Quarta, an Tridentini decretum intelligatur de personis inhabilibus perpetuò, vel ad tempus, durante inhabilitate toto eo quinquennio? Quinta, an inualidè professus teneatur transacto quinquennio ratificare professionem, quòd si nolit, possit suffragia ferre, alimenta capere, ad ordines promoueri? Sexta, an ad validam professionis ratificationem sit repetendus nouitiatus? Septima, an desideretur noua religiosi ratificatio, nouaque superioris acceptatio, sciente vtroque prioris professionis nullitatem: ac repetitis ceremoniis in professione solitis adhiberi? Vltima, quid dicendum sit de ratificatione professionis factæ à coniuge, absque alterius licentia, & qualiter transacto quinquennio denegetur facultas reclamandi?

6 QVAESTIO I. An decretum Trident. sess. 25. de reg. c. 19. denegans audientiam professis, qui trãsacto quinquennio reclamare volunt, allegantes nullam fuisse professionem, fundetur in præsumptione ratificationis inductæ per illud quinquennium, prioris professionis irritæ: an potius inducat veram in foro conscientiæ dispositionem: ita vt inualidè professo, qui verè non ratificauit eo quinquẽnio professionem, non sit integrum eo transacto, in foro cõscientiæ à professione resilire? Et videtur inducta vera dispositio pro vtroque foro. Quòd Trident. id quinquennium præfixerit, quo præscribatur ius à professione resiliendi. At præscriptio in vtroque foro locum habet, & reddens possessorem tutum, priuat eum, aduersus quem præscribitur, dominio illius rei, iureque illam via compensationis vsurpandi: & hoc propter reipublicæ pacem, vt lites exterminentur, & ne diu dominia sint in incerto, vt multis aliis citatis docent Couar. reg. Possessor, 3 p. §. 2. n. 3. Molina tom. 2 de iust. tract. 2. disp. 61. Ergo eo transacto acquirit religio ius & dominium in professum illum, ac proinde nequibit quasi fessione, quia rerum dominio potest lex bono communi consulens subditos orbare: at consensum ad valorem professionis requisitum supplere, nulli humanæ potestati subiacet (vt diximus disp. 34. nu. 16.) Hoc non exhaurit difficultatem. Quamuis enim Tridentinum non potuerit efficere vt transacto quinquennio verus ille professus sit absque sua voluntate ratificanti: at posset eum obligare vt perpetuò maneat in religione, animumque profitendi habeat, propter commune religionis bonum. Sicut coniugem, ex cuius licẽtia alter professus est, cogit Ecclesia profiteri, quando in sæculo nequit propter incontinentiæ periculum commorari. Iuxta probabilem opinionem, quam retulimus disp. 33. n. 26. Et confirm. quia finis Tridentini fuit paci religionis prospicere, eamque spectauit, ne religiosus status, quem tranquillitas maximè fouet, passim religiosorum litibus detrimentum pateretur, ac religiosi ipsi, futuræ exemptioni à professione fidentes, minus religiosam, non sine modica religionis iactura ac aliorum scandalo, vitam traducerent. Secundò, quia nec verbum est in eo decreto, quo præsumptio significetur. Cùm tamen moris sit vbi præsumptio inducitur, verbum eam denotans apponere, vt constat ex *cap. Is qui fidem, & cap. Ad id, de sponsal.* Et confirm. quia vterque textus, quò eam præsumptionem iuris & de iure statuat, expresse decidit nullam probationem in contrarium admittendam. Cuius rei nulla fit mentio in prædicto Tridentini decreto. Quare qui hanc partem tueretur, nil absurdum diceret, aut probabilitate destitutum.

Cæterùm quia quæstio hæc basis ac fundamentum est 7
intelligentiæ decreti Tridentini, & ex eius decisione pendet ferè omnium quæstionum dissolutio, oportet supponere quotuplex sit præsumptio: & quando dicatur iuris, & de iure. Triplex est præsumptio: quædam hominis, quæ est coniectatio in animo iudicis, vel cuiuscunque hominis ex variis coniecturis concepta. Alia est iuris, quæ est probabilis coniectura ex certo signo proueniens iure præscripto, quæ contrario non probato, pro veritate habetur, ac onus probandi in aduersarium transfert. Alia est iuris & de iure, quam lex tanquam firmum ius inducit, ita vt aduersus illam nulla admittatur probatio, vt hæc constant ex *Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 3. à n. 16 & q. 4. à n. 3 & q. 5. à n. 15.*

Secundò supponendum est, quando dicatur iuris & de 8
iure præsumptio: ad id enim non desideratur iure exprimi ne admittatur probatio in contrarium: sed satis est, vt sua præsumptione ita innitatur, vt ex ea certũ quid statuat, vt apertè colligitur ex *auth. Sed iam necesse, C. de donat. ante nuptias*, iunct. *gloss. authent. de æqualitate dotis, collat. 7. §. Aliud quoque, verb. Priuilegium.* vnde *authent. Sed iam necesse*, desumpta est. ibi enim definitur, viro grauato ære alieno, augmẽtum dotis in rebus immobilibus, priuilegio dotis frui, secus in rebus mobilibus: & fundatur textus in præsumptione fraudis faciendæ, si in rebus mobilibus incrementum eo quoque priuilegio gauderet. Quia augmentum in immobilibus constare potest, secus in mobilibus. Ecce qualiter textus nullam probationem in cõtrarium excludit, & fundatur in præsumptione fraudis, quæ fieri poterat: & tamen eo quòd super præsumptione aliquid certo faciendum statuat, nimirum, augmentum in rebus mobilibus dotis, eius priuilegio non gaudere: ait *glossa eod. verb. Priuilegium*, non admitti probationem illius augmenti, sed esse præsumptionem iuris & de iure. Atque ita hanc regulam tradit *glossa c. Fraternitatem, verb. Dicitur, d. 54.* vbi eum textum decidentem quosdam seruos vendendos non esse, sed ad libertatem perducendos, reddita ratione, his verbis: *Quia non ad vendendum, sed ad seruiendum sibi dicitur comparasse*: explicat, id est, præsumitur, & ait esse præsumptionem iuris & de iure, cùm non tantùm textus præsumat, sed etiam statuat. Idem docent *gloss. cap. Ferrum, d. 54. in fin. & l. Siue possidetis, 16. v. Facti, ad fin. & ibi Bart. n. 12. Salicet. n. 16. initio, C. de probationibus. Baldus cap. Quoniam frequenter, in principio, n. 7. vers. Item vbicumque, vt lite non contest. Abbas c. Quanto, num. 2. de præsumpt. & ibi Felinus n. 3. idem Baldus l. Antiquæ, 23. num. 4 C. ad SC. Velleianum, & ibi Salicetus num. 1. Socinus cum Angelo per ipsum allegato, regul. 314. num. 2. fin. Aciatus de præsumpt. in præludio 2. p. num. 3. Couar. 4. decret. 1. p. c. 4. §. 1. n. 2. Mascardus de probat. concl. 1218. num. 4. Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 3. n. 22.*

His

9 His præmissis, prima concl. sit. Id Tridentini decretum præsumptione ratificationis professionis factæ per illud quinquennium innititur: ac proinde si inualide professus non ratificauit professionem, numquam quocumq; tempore transacto est verus in foro conscientiæ religiosus, sed in solo foro externo præsumptus. Ducor, quòd in eo decreto nullum verbum inueniam forum conscientiæ respiciens, sed solum denegans audientiam in foro externo, vt constat ex illis verbis: *Non audiatur nisi intra quinquennium.* & paulò inferiùs; *Nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur.* Et confirmatur, quia *c.2. de regularib.* decernitur puberem vi professionem non posse postmodum anno transacto resilire, ibi: *In clericatu permaneat:* quod omnes scribentes ibi explicant, id est, in monachatu. Quæ verba longè strictiora sunt, quàm Tridentini, apertè enim videntur inducere obligationem permanendi; at in Tridentino solam actionem denegatam sonant: & tamen *eod. cap. 2.* sola inducitur præsumptio ratificationis ex mora annua. vt docent *gl. fin. ibi, Innoc. ibi, in fin. Host. fin. Abbas in casus positione, Ant. nu. 9. Card. qu. 7. vers. Oppono ad hoc.* Et confirm. ampliùs, nam *c. Vidua, de regul.* de viduâ notitia, se sponte actibus professarũ inferente deciditur sic: *Velit nolit, sanctimoniæ habitum vlterius debet habere.* Et tamen nullus dubitat textum inniti præsumptione animi tacitè profitẽdi per illos actus. Ergo à fortiori id sentiendum est in hoc Tridẽtini decreto. Secundò, quia cùm res durissima sit cogere libertum hominem, nec verè obligatum religioni: & id quidem sæpe absque sua culpa: (cùm textus loquatur de eo, qui per metum aut ante ætatem legitimam professus est: & quamuis per ignorantiam non reclamet, vt dicemus num. 9.) obligare (inquam) vt transacto quinquennio maneat perpetuò in religione, omni prorsus audientia ac defensione denegata: cõtra leges vetantes perpetuam liberi hominis obligationem ad manendum alicubi, vel ad subeundum onus nimis libertati aduersum: & contra rationem naturalem, cui illæ leges inniturntur, *l. Titio, §. Titio centum, ff. de condit. & demonstr. l. 1. §. Quæ onerandæ, & l. 2. fin. ff. quarum rerum actio*: & annotata per *Bart. d. §. Titio centum*: & obligare etiam ad perpetuam castitatem illum, qui verè obligatus non erat, contra *cap. Integritas, 32. quæst. 1.* id nulla alia ratione, æquitati consonum esse posset: nisi eo quòd Tridẽtinum ex illo silentio per quinquennium, ratificationem prioris professionis præsumat. Sicut *c. Ad id, de sponsal.* præsumitur ex diutina cohabitatione coniugum, purgatus metus, quo matrim. inualidè initum erat: illudque ratificatum, & *cap. Is qui fidem, de sponsal.* præsumebatur matrim. ex copula habita post sponsalia, nulla in contrarium probatione admissa: & ideo coniuges illi in vtroque euentu cogebantur in foro externo stare matrimonio. Quamobrem sicut illi textus præsumptione innitentes non obligant in foro conscientiæ, in quo sola veritas inspicitur, vbi ea non fuit intentio sponte cohabitantis, aut copulam post sponsalia habentis: ita Trident. decretum præsumptione prædicta innixum, minimè obligabit in foro conscientiæ, quando mens professi non fuit professionem ratificare, tacendo illo quinquennio. Et ideo hunc non esse verum religiosum docet *Nauar. li. 3. cons. in 2. edit. t. de regul. cons. 23. nu. 5. & cons. 89. n. 6. & 7.* & ferè expressè *comment. 4. de reg. n. penult.* nam agens de hoc decreto, & proponens ea, quæ decidit, ait id non ligare in foro conscientiæ, licèt non expressè meminerit ibi quinquennij: & ideo non dico expressè eum dicere: verùm extimo expressam eius mentem fuisse. Idem tenet expressè *Enriq. l. 11. de matrim. c. 6. in comment. fin. & c. 8. n. 9. in comment. lit. S.* & ferè expressè tenet *Emman. Sa sum. v. Religio. n. 71.* vbi ait credentem se non esse professum, posse etiam dimisso habitu in foro conscientiæ fugere, non obstante Tridentino.

10 Sed dices, cur expectandum sit quinquennium ad huius professionis ratificationem præsumendam? Videtur enim id expectandum non esse, quoniam *c. Ad id, de sponsal.* præsumitur per cohabitationem anni & dimidij purgatus metus, quo matrim. est contractum, & illius ratificatio. Et tamen communis ferè omnium sententia habet, id tempus expectandum non esse, sed quoddam arbitrio prudentis sufficiens, vt censeatur habita opportunitas fugiendi atque reclamandi, vt probaui lib. 4. disp. 18. n. 6. Sed dicendum est, ante quinquennium id non præsumi. Quia *d. cap. Ad id*, non præfigitur tempus anni & dimidij ad eam præsumptionem, sed tantùm narratur factum, vt ponderaui d. disp. 18. n. 6. Quare iure optimo DD. id tempus arbitrio prudentis definiendum committunt, eo quod lege præscriptum non sit. At in nostro casu expressè definiuit *Trident.* quinquennium: ergo illo standum est. Quod optimè in simili docuit *Abb. c. 2. n. 4. fin. de reg.* Cùm enim is textum præsumat ratificari professionem metu factam, per annuam taciturnitatem gestato professorum habitu, refert *Abbas* quosdam sentire, oportere citiùs reclamare opportunitate habita, ne censeatur professio ratificata: & eos reprobat dicens, si id esset verum, frustra in eo textu præscribi annum. Cùm ergo in nostro textu præscribatur quinquennium, id necessariò expectandum erit, vt censeatur per non reclamationẽ ratificata professio. Sed adhuc instabis, cùm *c. Vidua, de regul.* professio tacita inducatur per delationem habitus professorum, & actuum, qui ipsis proprij sunt, exercitium, nulla temporis mora expectata: cur exspectandum sit quinquennium, iuxta hoc Triden. decretum, & nõ potiùs dicemus censeri factam tacitam professionem, statim ac ille professus defert habitum, & exercet actus professorum? Dic, cùm ibi nulla præcesserit expressa professio, faciliùs præsumi tacitam ex facto ipso. At cùm hîc præcesserit expressa, non præsumitur facilè noua voluntas ratificandi, vt ex tunc incipiat valere: (quod necessarium esse dicemus n. 59.) sed perseuerantia in priori professione irrita. Atque ita *Nau. li. 3. cons. 1. de reg. in 1. edit. cons 35. n. 6. & 7. in 2. cons. 28. n. 9. & 7.* ait eum, qui nullam professionem fecerat, censeri tacitè per eos actus profiteri: secus de eo, qui expressè professus fuerat. Et *cad. 2. edit. cod. 1. cons. 89. n. 4.* ait gestationem habitus cõmunis nouitijs & professis per annum, non inducere professionem tacitam nisi gestatio illa fiat ante professionem expressam. Quia ratio ob quam ex ea gestatione præsumitur tacita professio, est, quia non potest sumi alia præsumptio, nisi voluntatis profitendi finito nouitiatus anno: at ea voluntas non præsumitur in gestante post expressam professionem. Quia potiùs sumitur præsumptio, vt gestet tanquam professus, & non tanquam professurus. Sed adhuc vrgebis, quia ex copula spontanea, statim præsumitur ratificatio matrim. metu initi: vt probaui l. 4. disp. 18. nu. 4. Cùm tamen ibi præcesserit expressum matrim. Sed dic eam præsumptionẽ ex copula inducì: quòd cùm nulla alia ratione à culpa lethali eximi valeat, nisi confirmato matrim. per illam: vt vitetur præsumptio peccati mortalis, præsumitur matrim. confirmatum. Quare id non statim præsumitur ex cohabitatione spontanea: eo quòd potest esse sine culpa. Cùm igitur eo quinquennio possint actus professorum licitè exerceri ob priorem professionem expressam quamuis irritam, aut saltem id possit ignorari, aut ex aliquibus causis valeat excusari, non censetur statim ratificata professio ex illis. Constabit etiam ex dicendis n. 29. ad 2. confirm. 1. argum.

Hinc deducitur licere huic professo, transacto quocumque tempore, dum priorem professionem non ratificauit, cessante scandalo, omissa reclamatione, nec deductis causis coram ordinario & superiore, fugam arripere, nec teneri redire ad monasterium, nec esse apostatam. Sicut id potest efficere fictè professus, vt probaui multis relatis, l. 2. disp. 39. n. 11. & l. 4. disp. 15. nu. 5. Quia in vtroque casu cùm vera professio non sit in foro conscientiæ, nullo vinculo astrictus est religioni. Et ita docent *Nauar comment. 4. de reg. n. penult. & lib. 3. cons. 1. de reg. in 2. edit. cons. 89. n. 6. & 7.* addens (& bene) posse tutà conscientia vxorem ducere, *Enriquez & Emman. Sa, relati n. 9. in fine.* 11

Secundò infertur, in dubio an animus fuerit ratificandi professionẽ, teneri professum transacto quinquennio sta- 12

re illa professione. Quia in dubio recurrēdum est ad coniecturas, quibus illud dilucidari valeat. At quæ, obsecro, fortiores coniecturæ consensus reperiri poterunt, iis quas Tridentinum Spiritu sancto ductum induxit ad præsumendum consensum. Præterea, quia cùm non constet de contraria voluntate, præsumptione iuris eiusque dispositione standum est in vtroque foro, vt li.5.disp.3.n.15. aliquibus relatis probaui, de adiciente conditionem impossibilem, & dubitante an ioco an potiùs seriò adiecerit, & l.1.disp.18.n.6. probaui, accedentem ad sponsam de futuro ante Trident. dubiumque an affectu coniugali an solo fornicario accesserit, teneri in foro conscientiæ stare præsumptione iuris præsumentis animum coniugalem & matrimonium. Tandem quòd in hoc dubio stet possessio pro religione: pro qua existit præsumptio iuris, ac habens ius retinendi religiosum. Qua ratione lib.2.disp.41.n.32. probauimus dubitantem de valore professionis teneri ad illam, eo vel maximè, quòd in dubio pro religione iudicandum sit, vt bene tradit *Nauar.lib.3.consil.de reg.in 2.edit.cons.* 13.n.10. per *l.Sunt personæ.ff.de relig.& sumpt.funer.* ibi: *Summa est ratio, quæ pro religione facit.*

13 Sed an prælatus regularis possit, veritate sibi constante non ratificatæ professionis, occultè hunc professum transacto iam quinquennio dimittere? Pars enim negans vera apparet. Quòd superioris sit partes religionis agere, quæ ius habet in eum religiosum. Præterea, quia Trident. in eo decreto expresse iubet superiori, ne professum hunc audiat, ibi: *Non audiatur.* Præceptum enim id non dirigitur ad ipsum professum, deberet enim dicere, Non alleget causas: allegare enim partis litigantis est, audire autem iudicis. At existimo posse, quamuis in foro externo procederet, siue ex officio, siue ad partis querelam, contra hunc professum resilire volentem. Ducor, quòd superiori constet ius religionis in eum non esse verum, sed in falsa præsumptione fundatum. Ergo secretò eiiciens illum absque scandalo, nulli irrogat iniuriam. Sicut iudicem conscium innocentiæ eius, qui secundum allegata & probata est reus, posse illi occultè copiam fugiendi facere, docent bene *Alens.3.p.q.34. membr.1.a.4.ad 1. Sotus l.5.de iust.q.4.art.2. conclus.1. Corduba in suo quæstion.l.1.q.37.vers.Ex hac opinione.* Et confirm. quia mota lite aduersus coniugem ex præsumpto matrim. reputatum, quis dubitet licere conscio veritatis iudici, clam & secluso scandalo dimittere coniugem præsumptum vt fugiat. Nec obstat decretum Tridentini, solum enim præcipit superiori, ne audiat in foro externo. Sicut etiam iudex ille tenetur in foro externo, iuxta allegata & probata, sententiam ferre. Consultò autem dixi, si constet veritas prælato: aliàs enim iniurius esset religioni, spolians eam in dubio possessione sua.

14 Nec fides habenda est professo dicenti se fictè professum esse. Quia non est maior ratio, cur potiùs tunc credendum sit, quam antea, dum se promittere simulauit. Ita *Caiet.2.2.q.88.a.1.paulo ante fin. Sotus lib.7.de iust.q.1.a.2.col.* 7.*vers.Arguitur autem. Nauar.sum.c.12.n.27. Turrian.l.2.de voto monastico, f.32.pag.1. Palacios 4.d.38. disp.1 col.31. conclus.3. Angles floribus 2.p.* vbi de voto, *q.vn.a.1.diffic.4. Valentia 2.2. disp.6.q.6.punct.1.col.6.§. Ad probationem autem primam. Aragon 2.2.q.88.a.1.col.16. f.968.§. Hoc posito sit prima conclusio.* Quod est verum, licet ille professus id iuret, vt bene docent *Caiet. Nauar. Angles ibid.* Atque similiter in nostro casu dicendum est: non enim est credendum illi professo dicenti se non ratificasse eo quinquennio professionē. Stat enim contra ipsum præsumptio iuris. Et id quidem pro foro externo in vtroque casu est verissimum: & regulariter loquendo idem est sentiendum, ne liceat superiori hunc in foro conscientiæ dimittere. At si reuera attētis circumstantiis, prudentissimus quisque morali certitudine coniiceret illum veritatem asserere, dicendo se fictè professum, aut non ratificasse professionem, posset vtique superior illi credere, ac dicto remedio vti, eiiciendo illum clam, & cessante omnino scandalo. Quia in iis rebus metaphysica certitudo est impossibilis.

At in foro externo, nullatenus licet superiori reclama- 15
tionem in foro externo illius professi transacto quinquēnio audire. Id enim interdicit Tridentinum superiori, vt nu.13, probaui. Nec id poterit ex officio. Quia iudex officium suum parti carenti actione non impertitur, ob priuatam eius vtilitatem, sed solum quando publica vertitur vtilitas, vt constat ex *l.vn.C.vt quæ desunt*, ibi: *Non dubitandum est iudicem, si quid à litigatoribus, vel ab iis qui negotiis assistunt, minus fuerit dictum, id supplere, & proferre quod sciat legibus & iuri publico conuenire.* Et dicemus l.10.disp.9.n.30. At non spectat ad bonum publicum, audire hunc professum: imò spectat ad publicam vtilitatem religionis, eiusque pacem, aditum his reclamationibus præcludere.

Secunda concl. Hæc præsumptio, qua *Tridentinum* præ- 16
sumit transacto eo quinquennio, ratificari professionem irritam, est iuris & de iure. Constat, quia *Tridentinum* fundatum in hac præsumptione, statuit denegandam esse audientiam professo reclamanti, ac cogendum stare professione. At tunc est præsumptio iuris & de iure, vt nu.8. probauimus. Deinde, quia apertè excludit omnem probationem in contrarium: dum audientiam aduersus illam præsumptionem denegat. Quomodo enim allegare poterit, nisi audiatur?

Ad arg.n.6. proposita resp. Ad 1. dic id procedere, vbi 17
præscriptio non fundatur in præsumptione, & vbi non est sola actionis præscriptio: nam vbi hæc sola est, non tribuit ius in foro conscientiæ constante veritate, vt contingit in matrim. præsumpto ex copula, & contingit etiam in stipendio famulis debito. Quod iuxta *l.9.tit.15.lib.4.nouæ recop.regiæ* præscribitur triennio, ita vt eo transacto non supersit famulis actio ad petendum. At quia est præscriptio solius actionis, numquam in foro conscientiæ amittit ius famulus, vt multis citatis docet *Gutier.l.Nemo potest, n.487. ff.de leg.1.* Ad confirm. dic satis prospici bono religionis, & occurri litibus, clauso aditu ad reclamandum. Ad 2. & confirm. constat ex dictis n.7.8.9. & præced.

SVMMARIVM.

An quinquennium præscriptum in Tridentino ad reclamandum contrà professionem, procedat à die scientiæ. Proponuntur id probantia, n.18.
Proponitur sententia auctoris. Et tempus statutum non in odium & pœnam alicuius, currit etiam ignoranti: & impedito impedimento iuris non currit præscriptio, secus vbi est facti, n.19.
Respondetur ad argumenta contraria, n.20.
Post n.20. inuenies alia summaria.

Quæstio II. An quinquennium destinatum in *Trid* 18
sess.25.de reg.c.19. ad reclamandum, contra professionem irritam, incipiat ab ipsa professionis die, atque adeo sit continuum: an potiùs à die scientiæ nullitatis professionis & ita sit vtile? Et videtur à die scientiæ. Quia impedito agere non currit præscriptio, *l.1.in fin.C.de annali exceptione*, ibi: *Quis enim incusare eos poterit, si hoc non fecerint, quod & si maluerint, minime adimplere lege obuiante valebant?* At nullum est maius impedimētum quàm ignorantiæ. Ignorans enim experiendi potestatem non habet, *l.Annus, ff.de calumn.* Et confirmatur, quippe aliàs ignorans priuaretur iure suo sine culpa & sine causa. Cùm negligentia aut culpa ignoranti imputari nequeat, *l.Argentum.ff.commodati.* Secundò, quia quadriennium ad petendam in integrum restitutionem non currit ignoranti, sed est vtile ab initio, licet petita non fuerit restitutio centum annis durante ignorantia, vt multis citatis probant *Conar.reg.Possessor, 3.p.§.2.n.2. Matienzo lib.5.recop.t.11.l.8.gl.12.n.9. Zaualos in suis quæst.practicis q.48.n.4.* Ergo quamuis actio reclamandi contra professionem præscribatur quinquennio, id tempus non curret aduersus ignorantem.

At tenendum est id tempus esse continuum, atque 19
adeò à die ipsa professionis currere, non obstanti ignorantia, aut alio impedimento facti. Ducor, quia, etsi tempus præfixum in negligentium odium non currat ignoranti vel impedito: at secus est, quando non in odium negligentis, sed in alterius fauorem præscribitur, vt optimè docent *glossa cap.Statutum, verb.Numerandum, de præbendis,*

dù,in 6. & ibi Archid.n.2.verſ.Vacantrint. Ioan.Monachus n.7. Dominic.n.9.ſuper v.Numerandum. Francus n.3.notab.2. Abbas c.Quia diuerſitatem.n.3. de conceſ.prab. & repet.c.Cum eſſet,de teſtam.in fin. Roſella in ſua ſum.v. Beneficium,1.inſt.Sylueſt.v.Beneficium,2.q.6.n.7.Tiraq.de retract.lignag.§.35.gl.4.n.26.Barbat.c.3.n.33. de teſtam. & ibi Couar.n.4. Gutier.lib.2 pract.q.91. n.4.& lib.3.q.22.fin. At quinquennium hoc non videtur ſtatutum in odium negligentiæ profeſſi, ſed propter commune tranquillitatis religionis bonum. Atque ita nec verbum habetur in Trident.vbi mentio fiat negligentiæ profeſſi.Sicut c.Quia diuerſitatem, de conceſ.prab. decidens textus tempus ſuſpenſionis non eſſe computandum in ſemeſtri ibi præſcripto, reddit rationem: quod ea conſtitutio contra ſolos negligentes edita fuerit,& c.1.de in integr.reſt. in 6.volens textus punire negligentiam non petentis reſtitutionem quadriennio,eam explicuit,ibi:Et negligenter omiſerit.Quare Abbas c.1.n.fin.de præſcript. dicens id tempus non currere ignoranti,ponderat prædicta verba.Secundò,quia præſcriptionis non eſt potiſſima ratio, punire negligentiam eius contra quem præſcribitur. Quia & vſucapio & præſcriptio aduerſus ignorantem,atque in re propria procuranda diligentiſſimum, procedunt, ac vires obtinent, l.fin.C.de long.temp.præſcript.regia l.18.t.29.partit.3.ſed vt lites è republica exterminentur:vt hæc omnia docet Couar. reg.Poſſeſſor,3.p.§.2.n.3.& meliùs Balbus de præſcript. 4.p.q.28. n.1.& ſequ. vbi probat præſcriptionem ipſo iure procedere contra ignorantem, ſiue ignorantia iuris, ſiue facti, ſiue in rebus corporalibus,ſiue in actionibus perſonalibus: eamque reddit rationem, quod ignorantia minimè impediat præſcriptionis curſum,ſed iuſtam concedendæ reſtitutionis cauſam præbeat. Et confirm. quia licet præſcriptio & tempus non currant contra habentem impedimẽtum iuris denegantis ius ad agendum: vt eſt textus expreſſus l.1. fin.C de annali except.at ſecus eſt,vbi ſolius facti impedimẽtum adeſt, tunc enim hæc currunt, cum beneficio tamen reſtitutionis, vt tradunt Bart.l.Senatus conſulto,n.2.ff.de offic. præſid.& l 1.§.Si quis autem,n.1.ff.de itin.actuque priuat.& l.In rebus,n.3.C.de iure dotium, & l.fin.§.Donec,n.2.C de iure delib. & ibi Iacobinus de S.Georgio n.3 Baldus l.1.n.22. C.qui admitti, & ibi Decius in 1.lect.n.27.& in 1.n.67.& ſeq.Abbas c Ex tranſmiſſa,n.13.de præſcript. & ibi Felinus n.8.Pariſius n.1 ;.Paulus l. 2.§.Si quis in iudicio,n.4.ff ſi quis caut.Iaſon §.Rurſus,n.14.Inſtit.de action.Francus c.Statutum,n.4.de prab in 6 Boerius deciſ. 40.n.3.Nauar.lib.1.conſ.in vtraque edit.1.De his quæ vi,conſ.6. n.2.Pinellus auth.Niſi tricennale,n.42.C.de bonis mater. & aliis citatis,Matienzo lib.5 recop.tit.11.l.8.gl.9.n.2. vbi bene explicat impedimentum iuris eſſe, quando ius denegat alicui poſſe in iudicio comparere ad agendum: vt denegatur filio familias in aduentitijs,& minori 25.annis,& mulieri in rebus dotalibus, l.fin. C.in quibus cauſis in integr.reſtit. non ſit neceſſ.& l.1.cum auth.Niſi tricennale, C.de bonis mater.l.1.§.Ne autem,C.de annali except.& l.Quæcumque,in fin.C.de bonis quæ liberis, & l.In rebus,§.Omnis, C.de iure dotium, & l.regia 8.tit. 29.partit.3. vbi Greg.Lop.v.E non el ſijo, id limitat præterquã in caſibus,in quibus iſtis ius agendi conceditur: tunc enim curret præſcriptio contra illos, eo quod ceſſet impedimentum iuris. Cùm ergo ignorantia ſit impedimentum facti: & contra profeſſionem irritam iure concedatur cuicumque reclamandi actio,curret tempus illud quinquennij contra quemcumque ignorantem & impeditum. Tertiò, quia non obuiaretur litibus,nec tranquillitas religionis obineretur,quod fuit intentum illius decreti Trident. ſi locus eſſet allegationi ignorantiæ, contra illius quinquennij lapſum. Tandem,quia Trident.dixit in eo decreto: Niſi intra quinquennium tantùm à die profeſſionis numerandum. Vbi ponderanda eſt dictio, Tantum, quæ excluſiua eſt,& affirmat id, quod ponit, negans omnes alios caſus præter expreſſos, l.Obas,C.de prædiis minorum, & l.Contractus,ff.de reg.iuris.c.Cum Eccleſ.Sutrina,de cauſa poſſeſſ.Deinde ponderandum eſt particulam, Tantum, non fuiſſe neceſſariam, ſed ea non addita, & ſolum dicendo à die profeſſionis numerandum,clarè explicabat Trident.diem,à quã quinquennium illud numerandum erat. Quare particula, Tantum eſt quaſi repetitio, & maior declaratio eiuſdem diei. At repetitio dictionis in eadem diſpoſitione ſignificat id eſſe cum myſterio factum, iuxta gloſſ.clem.1.v.Diœceſanis,de iure patron. quam memorabilem vocat Nauar.lib.5. conſ.in 1.edit. 1.De ſententia excomm.conſ.65.n.3. & aliis citatis, tradit Decius conſ.64.n.5. immediate anteverſ.Prædictis tamen,vol.1. Ergo quinquennium illud continuum eſt à die ipſa profeſſionis,proceditque contra ignorantem & impeditum.Et ita in propriis terminis docens hoc tempus currere contra impeditum quocumque impedimento facti, licet is poſſit audiri per viam reſtitutionis (de quo dicemus à n.21.)affirmat Nauar.lib.1.conſ.in vtraque edit.1.De his quæ vi.conſ.6.n.2.& commeut.4.de reg.n.71.verſ.Tertio.

Ad argum.n.18. propoſita reſpondetur. Ad 1.dic,eum textum clarè loqui de iuris impedimento,vt declaraui nu. præced. Ad confirm. dic,id accidere ignoranti ſine culpa, ſed non ſine cauſa. Expedit enim bono communi, vt lites exterminentur.Ad 2.dic,expreſſe in textu illud quadriennium ſtatuenti, peti negligentiam ad illius temporis curſum,vt n.præced.declaraui. 20

SVMMARIVM.

An tranſacto quinquennio poſſit hic profeſſus audiri remedio reſtitutionis in integrum? Refertur ſententia negans,n.21.& ibi facilius tollitur remedium extraordinarium priuilegio indultum, quam iuris communis.

Minor non reſtituitur,niſi vbi eſt laſus:nec reſtituitur contra profeſſionem, aut matrimonium, aus in ſpiritualibus, ſed in illis reputatur maior,n.21.iuncto n.22.

Poteſt audiri remedio reſtitutionis in integrum, tranſacto eo quinquennio,ſiue minor, ſiue maior. Et explicatur qualiter remedium hoc per nulla verba generalia cenſeatur excluſum, non facta ſpecifica illius mentione,n.22.

An hac reſtitutio concedatur maioribus,vel minoribus ſcientibus intra quinquennium nullitatem profeſſionis.& potentibus reclamare,n.23.

Quod,ſi intra id quinquennium tacitè ratificata eſt profeſſio,n.24.

Quid ſi ignorantia fuit iuris aut falti craſſa & ſupina,n.25.

An concedatur hac reſtitutio quantocumque tempore duranerit ignorantia, & impedimentum reclamandi: & concedatur aliud quadriennium ad hanc reſtitutionem,n.26.

An hac ignorantia probetur iuramento ipſius profeſſi,n.27.

An in foro conſcientiæ poſſit maior petere hanc reſtitutionem, ſi intra quinquennium habuit ſcientiam, & ceſſauit impedimentum: poſſitq; iurare propriam ignorantiam, ſi non habuit animum ratificandi,n.28.

Satisfit argumentis,n.29.

Poſt n.29 inuenies alia ſummaria.

QVAESTIO III. An tranſacto eo quinquennio, poſſit ignorans vel impeditus, excluſus à remedio ordinario, audiri remedio extraordinario beneficij reſtitutionis in integrum? Parsenim negans ſuaderi videtur. Primò,quia præſumptio Tridentini eſt iuris & de iure (vt nu.16. diximus)quæ nullam contrariam probationẽ admittit. Quod adeo verum eſt, vt ex ſola huiuſmodi præſumptione poſſit quiſpiam condemnari, denegata ſibi appellatione: quod habeatur tamquam conuictus & confeſſus, vt optimè cum Baldo & alijs per ipſum relatis docet Maſcardus de probat.concluſ.1228.num.7.& concluſ.ſequ.num.5.6.7. Non igitur concedetur reſtitutio in integrum: iam enim admitteretur probatio ignorantiæ & impedimenti, contra quæ eſt præſumptio iuris & de iure: alias non poſſet præſumi ratificatio profeſſionis. Et confirmatur ex cap. Ad id, de ſponſal. vbi inducitur præſumptio iuris & de iure ratificationis matrimonij metu initi, ex diutina cohabitatione: & ſubditur ibi: Nec de cetero recipiendi ſunt teſtes, ſi quos memorata mulier, ad probandum quod non conſenſerit in eumdem, nominauerit producendos, cum mora tanti temporis huiuſmodi probationem excludat. Et adhuc confirmatur, quia ſi minor ante Tridentinum contractis ſponſalibus accederet ad ſponſam, non reſtitueretur aduerſus illam matrimonij præſumptionem, quæ iuris & de iure eſt, cap.Is qui fidem, de ſponſal. Et amplius confirmatur ex l.Præſes.ff. de minoribus. vbi habetur tantum tribui minori ex reſtitutio- 21

tutionis beneficio, quantum si maior esset, ex appellatione. At appellatio in hoc euentu non conceditur. Ergo nec restitutio. Secundò, quia *Tridentinum* denegat audientiam, ac proinde ingressum litis. Ignorantia autem & impedimentum non possunt in iudicium deduci, nisi ea allegans audiatur lite intentata, vnde *glos. c. 1. d. 23. v. Audientia*, cùm ibi denegetur audientia, ait videri non posse peti restitutionem, ex quo denegatur audientia. Et *ibi Præpos. in fin.* inde infert, denegata per ius vel statutum alicui audientia, eum non posse agere etiam in iudiciis fauorabilibus: quale est possessionis recuperandæ. Et confirmatur, quia *Baldus l. 2. in fin. C. si pendente appellatione*, ait stante statuto ne bannitus audiatur, eum audiendum non esse, si petat restitutionem in integrum. Tertiò, quia cum *l. 3. tit. 10 lib. 4. noua recop. regia*, decidatur contumaces transacto anno audiendos non esse circa pœnas pecuniarias, quibus damnati sunt, defendunt *Auendaño respons. 15. n. 7. correct. 7. & Villalobos in antinomia iuris, lit. A. v. Absens n. 7.* minori non competere restitutionem. Quartò, quia concessa restitutione post quinquennium, idem aditus litibus ac religionis perturbationi pateret. Quæ Tridentinum audientiam denegans vitare volunt: atque proinde quod vna via denegatur, altera concederetur: contra *reg. Cum quid vna via, 84. de reg. iuris, in 6.* Quintò, quia restitutio læsionem supponit, *l. Nam & postea, §. Minor, ff. de iureiur. l. Minoribus, C. de in integr. rest.* & optimè probat *Sfortias Oddus* aliis citatis, *tract. de in integr. restit p. 1. q. 4. toto a. 1.* At profitens nullo modo læditur, cum in melius conditionem ac statum mutarit, *l. Deo nobis, C. de episcop. & cler.* qua ratione ducti fere omnes Auctores citandi docent minorem restituendum non esse circa religionis professionem. Sic *gloss. c. Cum dilectus, fin. de his quæ vi, & c. Ex parte, v. Quamuis, de restit. spoliat. & c. Illud, v. Videtur, in fin. 20. q. 1. & c. 1. v. In minoribus, 27. q. 1. & l. Ait prætor, 7. v. Quid aliud, ff. de minor. Cynus auth. Ingressi, n. 7. C. de sacrosanct. Eccles. & ibi Bartolus in repet. n. 18. & Rosell. ab Aretio, n. 1. Baldus rubr. de iudicijs, in 1. lectura, n. 7. Archid. c. final. in fin. 20. qu. 3. & ibi Bellamera nu. 3. Speculator t. de restit. in integrum, §. Qualiter, nu. 6. vers. Sed numquid minor. Alberic. l. Ex causa, n. 10. ff. de minor. Ioan. Andr. cap. Cum virum, n. 6. de regul. & ibi Host. paulo post princ. Ant. n. 11. Anchar. fin. Cardin. n. 3. q. 2. Abbas d. c. Ex parte, n. 16. & d. c. Cum dilectus, in fin. Felin. d. c. Ex parte, n. 10. & c. Inpræsentia, n. 10. de probat.* vbi *Decius in noua edit. n. 36. Socin. iun. cons. 41. num. 13. volum. 3. Euerardus in suis topicis, loco à matrim. spirit. n. 2. Couarr. 1. var. c. 5. num. 1. fin. Greg. Lop. l. 5. v. Porfiado, t. 19 p. 6. Mauritius tract. at. de restit. in integ. cap. 24. num. vn. Sfortias Oddus eodem tract. at. 2. p. q. 6. art. 4. n. 25. Caldas l. Si curatorem, v. Hunc contractum, n. 28. C. de in integr. restit. Flaminius de resign. benef. lib. 3. qu. 7. num. 17.* Non ergo poterit minor, nedum maior, petere restitutionem contra lapsum quinquennij, quo præsumitur valida effecta prior professio irrita. Et confirmatur, quia minor quoad professionem religionis, & cætera spiritualia censetur maior, *cap. Si annuum, de indic. in 6.* & ideo ob hanc rationem tradunt non restitui, *gl. c. Illud, v. Videtur, in fin. 20. qu. 1. & cap. Ex parte, v. Quamuis, de restit. spol. & l. Ait prætor, v. Quid aliud, ff. de minor. Bart. repet. authent. Ingressi, nu. 18. C. de sacrosanct. Eccles.* Et confirmatur ampliùs, quia ideo in causa matrimoniali non restituitur minor contra probationes omissas post processus publicationem, quod ageretur de matrim. irritando, contra quod, sicut nec contra professionem, competit illi restitutio, vt cum *Lapo alleg. 53.* docet *Ferretus cons. 139. per totum.* Sextò, quia faciliùs tollitur remedium iure speciali competens, quale est restitutionis in integrum, quàm inductum de iure communi: vt est via ordinaria audiri, vt constat ex *l. Eius militis, §. 1. ff. de milit. testam.* & docet *Turaq. de retract. lignag. §. 35. gl. 4. n. 42.* & latè *Lud. Gomez reg. de non tollendo iure quæsito, q. 6. §. 1. His tamen non obstantibus.* Et ratio est, quia quæ iure speciali inducuntur, sunt magis odiosa, quàm quæ sunt de iure communi, *l. Ius singulare, & l. Quod vero contra. ff. de legib.* & illa fragiliora sunt, hæc autem altiores agunt radices. Vnde *gl. c. Super gratia, v. Principalis, de officio deleg.* ait faciliùs tolli viam extraordinariam, quam ordinariam iuris communis. Tandem, quia in pari causa melior est conditio possidentis in materia restitutionis in integrum, inter duos minores, *l. Si minor. 35. de minor.* at religio iure minoris fungitur, *c. 1. dein integr. restit.* & est in possessione. Ergo contra illam non datur in integrum restitutio. Et ita hanc partem nullo prorsus fundamento adducto, tenet *Zanallos in suis quæst. practic. quæst. 500. in fin.* vbi ait minorem non restitui aduersus huius quinquennij lapsum: & ita praxi recipi, & ita defendit *Flaminius de resignat. benefic. lib. 13. quæst. 5. num. 46.* dicens sic declarasse Cardinales.

His tamen non obstantibus, verius est competere restitutionem in integrum aduersus quinquennij lapsum, ratione iustæ ignorantiæ, aut impedimenti ad reclamandum, & hoc non solùm minori, ratione fragilis ætatis, sed etiam maiori, ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, de qua *l. 1. in fin. ff. ex quibus causis maiores.* Prob. primò, quia licet contra præsumptionem iuris & de iure nulla admittatur probatio in iudicio ordinario: at datur restitutio in integrum, & probatio in eo iudicio extraordinario, vt docent *Alex. l. Si inter stipulantem, §. 1. nu. 3. ff. de verb. obligat. & l. Si insani, n. 9. C. de iure delib. Ruin. cons. 68. n. 10. vol. 1. Soc. iunior cons. 104. n. 18. vol. 3. Alciatus de præsumpt. in præludiis. 2. p. n. 18. Mascard. de prob. in princ. q. 10. n. 67. Menoch. de præsumpt. l. 1. q. 70. n. 1. & 2.* idque constat ex *l. Si mater, in princ. ff. de excepti. rei iud.* vbi aduersus sententiam, quæ transiit in rem iudicatam, succurritur ex causa, vbi *gl. v. Sed ex causa*, ait per restitutionem in integrum. Et id admittunt omnes, vt testatur *Sfortias Oddus de rest. in integr. p. 2. q. 7. 2. toto a. 1.* Imò *toto a. 4.* probat aduersus tres sententias conformes concedi idem restitutionis beneficiũ: quod aliis citatis dicemus l. 10. disp. 9. n. 7. Cùm tamen constet pro tali sententia esse præsumptionem iuris & de iure, adeo vt non admittatur probatio in contrarium, *l. Sub specie, C. de sent. & re iud.* & ne quispiam existimet restitutionem hanc contra eam præsumptionem solis minoribus competere: eam quoque concedi ex clausula generali, ob quam maiores restituuntur, affirmãt *Alex. vtroque loco, Ruin. Socin. Alciat. Menoch. proxime alleg.* Quamobrem licet contra præsumptionem iuris & de iure non admittatur probatio, admittitur tamen quando quis probare intendit iustam causam ad effectum, vt restituatur in integrum ex clausula generali, vt benè tradunt *Ruin. cod. n. 20. Alex. l. Inter stipulantem. §. 1. n. 3. ff. de verb. obl.* Ergo quamuis Trident. induxerit præsumptionem iuris & de iure ratificationis professionis per lapsum quinquennij, non obstabit quin ex causa iustæ ignorantiæ, aut impedimenti, aut fragilis ætatis, concedatur restitutio maioribus & minoribus. Secundò, quia dicente *l. reg. 3. t. 10. li. 4. recop.* contumaces non esse transacto anno audiendos circa pœnas pecuniarias, defendunt *Olanus in concor. iur. lit. A. nu. 12. & 147. ibi Io. Garzia de nob. gl. 6. §. 1. n. 24. Gutier. l. 3. quæst. pract. q. 34. n. 7. Acebedo l. 3. t. 10. lib. 4. recop. n. 6. & seq.* minores contumaces restituendos esse. Nec cõtrarij DD. n. præc. alleg. innituntur verbis legis denegantis audientiam, sed quòd dolus ille præsumptus & delictum minoris in faciendo consistat, aduersus quæ non restituitur. Non ergo obstat decretũ Trident. denegare audientiam post quinquennij lapsum, quominus restitutio concedatur. Tertiò, quia Pontifici intruso denegatur audientia, *cap. 1. d. 23.* ibi: *Nec aliqua super hoc ei audientia reseruetur.* Et tamen *gl. ibi v. Audientia*, opponens videri ex iis verbis denegatam restitutionẽ: non in ea sententia residet, sed dicit omnem spoliatum restituendũ, nisi in casibus iure exceptis, & *Archid. ibi, ad fin. vers. In glossa. Hic habes, & Bellamera n. 14. in co vers. & Præpos. n. 33.* dicunt audiendum non esse, quia nõ est superior, coram quo petatur restitutio, secus in alio, qui superiorem haberet. Ergo verbũ Tridentini, *Non audiatur*, minimè tollit restitutionis beneficium. Et confirm. quia *c. Coram, de in integ. restit.* denegatur audientia Ecclesiæ post terminum peremptorium, cùm tamen expresse concedatur restitutio in integrum, ibi: *Per restitutionis beneficium id vobis duximus indulgendum.* Vbi *glos. v. Duximus. Ant. in fin. Abbas n. 3. notab. vlt. Cardin. n. 1. oppos. 8.* 22

Imola

Imola n.6.vers in gl.fi. notant limitationem ad *reg.Cùm quid vna via,de reg.iur.in 6.* vt intelligatur de iure communi, ita vt quod vna via illo iure prohibetur, non debeat alia via eodem iure concedi: secus de iure speciali per beneficium restitutionis. Quartò, quia *Trident.eo c.16.* diuersimode loquitur de petente audientiam post quinquennium, & de eo, qui intra quinquennium dimisso habetu reclamat. In priori enim casu, solum dicit, *non audiatur.* In posteriori autem, vrgentioribus verbis vtitur ibi, *Quod si antea habitum sponte dimiserit, nullatenus ad allegandum quamcumque causam admittatur.* Ergo signum est in priori casu noluisse professum illum omni remedio destitui, sed solo ordinario, permisso tamen illi extraordinario restitutionis: in posteriori autem, vtrumque remedium denegari. Quia illi superest medium vt sibi consulat, nimirum, habitum resumere: tunc enim debet audiri (vt nu.4. probauimus.) Quintò, quia cùm generale sit aduersus præscriptionem decem vel viginti annorum dari etiam maioribus restitutionem in integrum, ex causa iustæ ac probabilis ignorantiæ, id extendunt multi, quos referunt. *Tiraq.de retract.linga.§.15.gl.1.n.37.& Zanallos in suis quæst.pract.q.48.n.1.&* 2. quos sequitur *Beccius cons.12.n.63.& seq.vol 1. Sfortias Oddus de restit.in integr.1.p.q.15.a.5.n.43.* & latius *2.p.q.90.a.6 per totum, Matienzo lib.5.recop.t.11.l.8.gl 12 n.5.& seq.* ad præscriptionem quadragenariam, non obstantibus verbis vrgentissimis *l. fin.C.de fundis patrim.lib.11.* vbi textus de habente eam præscriptionem sic ait: *Nullam penitus actionem, vel molestiam, aut quamlibet inquietudinem formidare.* & paulò inferiùs, *ita vt in omnibus, ad excludendam omnem quelibet modo ex publico mouendam quæstionem, nuda ex quocumque titulo, vel etiam sine titulo XL. annorum iugis possessionis exceptio possit sufficere.* &c. *Omnes 4. C.de præscript.triginta vel quadrag.ann.* ibi: *Sit liber, & præsentis saluberrima legis plenissima munitione securus.* Ergo à fortiori, cùm in Tridentino sit simplex verbum, *non audiatur*, non excludetur hoc restitutionis beneficium. Sextò, quia ex verbis quantumuis generalibus non excluditur remedium hoc extraordinarium restitutionis, vt constat ex textu *l.Postquam liti, 4 de pactis*, ibi: *Causam finitam instaurari posse nulla ratio permittit.* Vbi *glos.verb.Nulla*, ait communi iure, secus speciali: vnde colligunt multi DD. graues, numquam censeri excluſum remedium restitutionis in integrum, denegata quacumque actione, nec per verba vniuersalia negantia quodcumque remedium, siue sint legis siue statuti, nisi fiat specialis mentio restitutionis in integrum. Quod alijs citatis docent *Molina libr.3.de primog.c.13.nu.65. Perez l.1.t.8.lib.3. ordinam. Sfortias Oddus in suo tract.de restan integ.1.p.q.15.a.6.n.44.& 45. Beccius cons.12.n.69.& seqq vol.1. Pelaez de maioratu, 1.p.qu.1.n.25.& seq. Matienzo lib.5.recop.t.11.l.8.gl.12.n.6.& 7. Caldas l. Si curatorem, verb. Implorare in integrum restitut.nn.45. C.de in integr. restit. Gutier.lib.2.pract.q.88.n.3.* & melius *lib.3.q.32.n.15.& q.34.n.9. Azebedo li.4.recop.t.17.l.4.n.3.* Imo *Sfortias Oddus cod.ar.6 à n.44 vsque ad 48. alijs relatis*, & dicens esse commune placitum, ait non tolli hoc remedium, licet prohibitum sit appellari, reclamari, recurri, supplicari, vel alio modo contrauenti, & sic multis enumeratis iuris remedijs, illisque specialiter prohibitis, additum quoque sit generaliter omne aliud iuris remedium interdici. Et ratio est, quod beneficium hoc restitutionis in integrum, speciale sit à iure communi concessum, & valde fauorabile: ac proinde verbis generalibus legis non censetur excluſum: vnde ait mentem statuentis esse, per clausulam illam generalem tollere omnia remedia competentia iure communi: & verba illa addita, de omni alio remedio, intelligi de simili specificatis. Et *n.50. vsque ad 53.* cõcludit cum alijs non censeri ablatum hoc remedium, etsi additum sit, neque quopiam alio prætextu posse contrauenti: & quamuis excluſum sit generaliter omne auxilium: & inter remedia specialiter prohibita, interdiceretur aliquod iure speciali competens, addita clausula generali prohibenti omnia alia remedia. Quia non in ea sola ratione fundatur hoc, dispositionem generalem non extendi ad specialiter concessa: sed etiam in alia, quòd restitutio in integrum ob maximum sui fauorem non credatur interdicta, nisi specialiter de ea mentio fiat. Et tandem *nu.54.* dubitat, quando omnia alia iuris remedia essent expressa, & solum hoc superesset, & addita esset clausula generalis. Quia propter frequentiam & cognitionem huius remedij, quod omnibus statuentibus innotescit, potest præsumi non specialiter enumeratum: quia noluerit legislator illud tollere. Igitur per illa generalia Tridentini verba, *Non audiatur*, non videtur ablata restitutio. Et confirmatur, quia *Beccius cons.12.à nu.70. vsque ad 72.volum.1.* defendit per verba generalia, ne molestari vel pertubari quis valeat, directè vel indirectè, non censeri negatum restitutionis beneficium: nec per statutum tollens exceptionem iuris, vel facti, beneficium appellationis, supplicationis, querelæ, nullitatis iuris, seu petendæ reductionis ad boni viri arbitrium, vel alicuius alterius modi, per quem pronunciatum possit infringi. Septimò, quia quamuis nec minor restituatur aduersus matrimonium, aut professionem: at verè id non prouenit eo quòd minor non dicatur deceptus. Quare eam rationem non approbat *Mauritius de restit.in integr.cap.246 num.vn.* Sed legitima ratio est, quam tradidit *Bald.rubr.de iudicijs, in 1.lect.num.7.* dicens ideo non dari restitutionem in spiritualibus: quia ita adhærent ossibus, vt auelli nequeant: habent enim diuinam virtutem. Quam eamdem secuti sunt *Mauritius tract.de restit.in integr.cap.245.num.vn. Everardus in suis topicis, loco à matrim.spiritual.n.2. Conar li.1.var.c.5.n.8.vers. Rursus. Sfortias Oddus de restit.in integr.2.p.q.60.a.1 n.7.* Vnde infert *Conarr.* non ob id excludi minorem, quin restitui in integrum debeat, quoties in matrimonio & alijs spiritualibus læsus fuerit circa ea, quæ vel accidentia sunt, vel reparari per in integrum restitutionem possunt. Quod quidem manifestum est militare in matrimonio & professione, de quorum valore dubitatur. Et confirmatur, quia *Alexand consil.80.per totum libr 7 & Barth. Benevent. in quodam cons.matrim. posito inter consilia Zabarelle, concluſ.6.circa princip. Mauritius de restit.in integr.cap.327.nu.vn. Sfortias Oddus eodem tract.2.p.qu.60.art.3.num.20.& duplici seqn. & art. 7.num.93.* defendunt in spiritualibus restitui minorem, quando sumus in iudicialibus. Quia tunc non verè restituitur quoad spiritualia, vt matrimonium & professionem verè contracta: nec intenditur veram eorum obligationem dissolui, sed eam obligationem contractam non esse. Quod egregiè explicuit *Abb.c. Exparte, n 12.de restit.spoliat.* vbi relata sententia glossæ dicentis minorem in spiritualibus non restitui, dicit id esse verum, quando matrimonium à principio tenuit. Quia quos Deus coniunxit, homo non separet, & *nu.16.* ait fortiùs in spiritualibus subueniendum esse captis & deceptis. Et ampliùs confirmatur, quia non modica læsio est, inuitum quempiam cogi ad perfectissimum religionis statum, qui summam libertatem & affectum ad illum desiderat: & quamuis iste voluntariè professus sit, at hodie non tenetur, & est liber, cogiturque eo quòd transactum sit quinquennium ad reclamandum concessum: & id coactionis damnum potest reparari per beneficium restitutionis. Cur igitur id denegandum est? Quare hanc sententiam nullum afferens fundamentum tenet *Nauar.comment.4.de reg.nu.71. vers. Tertio: & libr.1.consil.in vtraque edit.ti. De his quæ vi, cons.6.nu.2.* vbi ait habenti impedimentum ad reclamandum currere quinquennium illud, at ipsi concedi beneficium restitutionis. *Idem lib.3.cons.in 2. edit.tit de regul.cons.23.n.3. & eo.comment.4 de reg.n.76.vers. Secundo infertur.* licet in hoc posteriori loco non id omnino resoluat: disiunctiuè enim loquitur dicens, si metus vel impotentia reclamandi pluſquam quinquennio duruerit, posse professum eo transacto, vel ipso iure, vel restitutionis beneficio audiri. Et videtur clarè tenere *Azor lib.13.instit.moral.cap.4.q.vlt. ad fin.* vbi ait durante metu vel impotentia reclamandi pluſquam quinquennio, posse professum audiri & in integrum restitui. Et loquens de minori concedit hanc re-

stitutionem *Humada l.4.t.7.p.1.glos.2.n.2.* & refert *Minchacam*, qui tamen ad rem minimè facit.

23 Hoc autem restitutionis beneficium diuersimodè concedendum est maioribus ac minoribus. Nam restitutio maioribus competens intelligitur, cùm ante perfectam præscriptionem is, contra quem præscribitur, nullam habuit scientiam huius præscriptionis & læsionis ex ea imminentis, ita vt non potuerit præscriptionem ipsam impedire. Nam existente huius præscriptionis & læsionis scientia eo tempore, quo iure ordinario agere potuit, non concedetur illis restitutio. Quia illis datur restitutio ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa videtur: ac proinde desideratur iusta causa, & vt nulla negligentia vel culpa imputari possit illis. Quod cessat, quando tempore ordinario cessauit ignorantia & reclamandi impedimentum. Idq; constat ex *l. Ab hostibus, §. Sed quod simpliciter, & l. sequ. ff. ex quibus causis maiores.* & docent alijs citatis, *Couar. reg. Possessor, 3.p.§.3.n.3. vers. Primum illud. Matienzo li.5 recop. t.11.l.8.gl.12.n.8. Barbosa l. Quia tale, ff.n.61. ff. solut. matrim.* Quod bene intelligit *Matienzo eo nu.8.* si ante perfectam præscriptionem cessauit ignorantia per aliquod tempus, intra quod agendi potestas commoda fuit: si enim modicum restabat tempus ad præscriptionis complementum, non ipsis imputabitur non reclamasse. Quantitatem autem huius temporis arbitrio prudentis moderandam esse dicit. idem clare significauit *Couar. eo.n.3. vers. Primum illud.* dicens non esse locum restitutioni ex ea causa, si ignorantia cessarit eo tempore, quo commodè maior reclamare potuit. Minoribus autè conceditur restitutio contra præscriptionem, & lapsum temporis, ex *c. Minoris ætatis*, quamuis ipsis scientibus & negligentibus præscriptio finita sit. Quòd hæc restitutio solam læsionem ob ætatis facilitatem contingentem respiciat, nec aliam ignorantiæ aut impedimenti causam desideret, vt bene docent *alijs relatis Couar. eod n.3. vers.2 aduertendum & Barbosa eo nu 61.* Quare existimo idem dicendum esse circa restitutionem transacti huius quinquennij ad reclamandum contra professionem. Quippe non video alicubi definitum negari restitutionē ratione minoris ætatis competentem contra hoc quinquennium: ea autem data concedi debet iuxta terminos iuris communis eam minoribus largientis, nimirum, & si adfuerit scientia & negligentia. Nec oberit. si dicas minorem conscium nullitatis professionis, ac sublato impedimento non reclamantem, sed propria sponte se professorum actibus ingerentem, & eorum habitum gestantem, censeri ratificare professionem in foro externo. At contra professionem validam, cùm irreuocabilis fiat, nulla potest concedi restitutio, vt n.21. diximus, & præsumi ratificationem vel ex eo constat. Quod iure communi per eos actus præsumeretur professio tacita, *c. Vidua, de reg.* Solaq; ignorantia & impedimentum eam præsumptionem auferebant: ijs ergò cessantibus, præsumptio illa stabit. Sed die quando à principio fuit nulla professio expresse facta, non præsumi ratificationem iure nouo *Conc. Triden. sess.25. de reg.c.19.* donec quinquennium à die professionis labatur (vt n.10. diximus) cùm intra illud ius reclamandi concedatur, ac proinde scientia intra illud non oberit minori, quin statim eo transacto reclamare possit, non iure ordinario, sed extraordinario beneficij restitutionis in integrum. At maioribus etiam non obstet scientia illa, vt præsumantur intra quinquennium ratificare: oberit tamen ne transacto quinquennio possint beneficio aliquo restitutionis iuuari.

24 Hoc tamen intelligendum est, nisi siue maiores, siue minores intra illud quinquennium ratificauerint legitimè professionem, cessante metu, vel alio impedimento, quod eam irritabat, consentiendo interius, & exercendo actus professorum animo ex tunc ratam habendi priorem professionem, quam irritam fuisse norunt. Id enim absq; nouo nouitiatu, nouaque superioris acceptatione sufficit ad eam ratificationem, vt tamquam probabilius amplectemur hac eadem disp.nu.47.60.& 64. At cum probabile satis sit, (vt ibi dicemus) exigi nouam acceptationem superioris scientis professionem fuisse nullam: nec transactum sit quinquennium, quo Trident. præsumens ratificationem professionis, & volens professum non audiri deinceps, illam acceptat nomine religionis; potest hanc probabilem opinionem sequens reclamare.

Ignorantia autem, vt eius causa concedatur restitutio 25
maioribus, debet esse probabilis & iusta; secus si sit crassa vel supina, vt multis citatis tradit *Matienzo li.5. recop.t.11.l.8.gl.12.n.10.* Vnde ignorantia iuris eis non proderit. Quia non excusat, nec reputatur probabilis. *reg. Ignorantia, 13. de reg. iur. in 6.* quæ saltem in foro externo procedit, ad quod spectat audientia hæc professi reclamantis. Et ita *Nauarr. lib.3. cons.t. de reg. in 2. edit. cons.20 n.2.* ait ignorantiam iuris inducentis tacitam professionem, non excusare in foro externo. At quando professus est minor, rusticus, vel mulier est professa, vel miles, in quibus error iuris toleratur, & ad constituendum in bona fide est sufficiens, nec impedit præscriptionem (vt bene probat *Molina lib.2. de primog. c.6. nu.69.*) habebit locum hæc restitutio, quamuis ex iuris ignorantia procedat.

Hoc autem restitutionis beneficium competit etiam 26
centum annis transactis, durante eo tempore ignorantia vel impedimento, vt de ignorantia docent multis citatis *Couar. reg. Possessor, 3.p.§.3.n.3. in princ. Matienzo lib.5. recop.t.11.l.8.gl.12.n.9. Zanallos in suis quæst. pract. q.48.n.4.* & de impedimento videtur eadem ratio. Atque ita de illo docent *Nauar. comment. 4. de regul. n.72. vers. Tertio. Azor lib.12. instit. moral. c.4. qu. vlt.* Et iure communi conceditur quadriennium à die scientiæ, ad hanc restitutionem in integrum obtinendam, *c.1. de in integr. restit. in 6. & l fin. C. de tempor. in integr. restit. l.47. ad fin. tit.13. partit.5.* & cum alijs multis docēt *Couarr. Matienzo, Zanallos proximè citati.* At in hoc euentu existimo id tempus non concedi. Quia existente scientia, & sublato impedimento, exercitisque actibus professorum, & eorum habitu gestato, præsumitur professio tacita, nec statim reclamando censetur ratificare: & hoc transacto iam quinquennio. Et cum hoc statim non fit iure definitum, definiendum est attento iure communi arbitrio prudentis, vt probant *Nauar. comment. 4. de regul. n.71. vers. Ad qua respondeo. Azor d. qu. vlt proximè allegata.* & in simili, nempe, quando matrim. metu contractum ratificandum est per diutinam cohabitationem, iuxta *c. Ad id. de sponsal.* dixi cum multis, l.4. disp.18.n.6. Nec *Trident. sess.25. de reg. cap.19.* in hoc casu loquitur. Quia agimus de restitutione contra lapsum quinquennij ad reclamandum, ibi præscripti.

Verùm probanda sunt ignorantia & impedimentum, 27
ob quæ petitur à maioribus restitutio contra illius quinquennij lapsum. Et quamuis ignorantia, & cætera, quæ in animo consistunt, probentur solo allegantis iuramento, id tamen est verum, quando aliqua iuris præsumptio contraria non exstat, qua scientia præsumatur: tunc enim non sufficeret iuramentum, nisi alijs adminiculis & coniecturis iuuaretur, vt docent multi, quos retulil.3. disp.15.n.12. & vltra illos *Menochius de arbitr. lib.2. centur.2. casu 186.n.7. & de recup. possess. remedio 16.n.36. Sfortius Oddus de restit. in integr. p.1.q.38.a.7.nu.60.* At huic alleganti ignorantiam aduersatur præsumptio iuris & de iure, per illud quinquennium inducta, qua scientia præsumitur.

Sed dubitabis, an in foro conscientiæ maior, qui re 28
vera sciuit professionem fuisse nullam, & labi quinquennium, intra quod solum conceditur reclamatio, at nullo modo ratam habuit professionem, possit reclamare, & deducere causam ad forum externum, petens restitutionem in integrum, ratione iustæ ignorantiæ, possitque petito à se ignorantiæ iuramento, id iureiurando affirmare? Existimo esse valde probabile id posse. Quia reuera in foro conscientiæ non est professus, & potest fugere. Quòd si denegetur audientia, est ob ratificationis præsumptionem. Et iuramentum illud, quo se ignorasse testatur, sic accipiendum est: quia ignorauit, id est, non

habuit

habuit scientiam qua ratam haberet professionem, sicuti *Trident.* præsumit. Sicut in alijs similibus terminis id licere probaui lib.1.disp.10.n.27. & 28.& disp.1.à n.2. Sicut etiam innocens à iudice rogatus an transierit per locum, vbi homo occisus iacet, vt inde indicium sumatur homicidium illud à se perpetratum esse, potest iurare se non illac transisse. Quia iudex procedit ex falsa præsumptione, & rogat de transitu tamquam de homicidij indicio, quo pacto ille reuera non transit, licet alias transierit, vt bene docet *Sotus lib.de tegend.secret.membr.2.q.7. vers. Alterum dubium.* Sic ergo in præsenti rogat iudex de scientia, vt inde præsumatur ratificata professio. At ille non habuit scientiam ratificantem professionem. Sicut etiam qui ante Tridentinum post sponsalia accessit animo fornicario ad sponsam, potest à iudice de copula rogatus, eam iureiurando negare. Quia iudex rogat, vt ex ea matrim. præsumat; at ille non habuit copulam, qua efficeret, vt sponsalia in matrim. transirent.

29 Ad arg.num.21.proposita resp. Ad 1. constat ex dictis n.22.in 1.ratione. Et deinde patet ad 1. confirm. nam vt ibi probaui, non possunt recipi testes in iudicio ordinario, secus in extraordinario restitutionis in integrum. Ad 2. confirm.dic cum *Mascard.de prob.in princ.q.10.n.68.& 69.* adeò vehementem esse præsumptionem iuris & de iure, qua ad vitandam peccati mortalis præsumptionem, ne ille fornicari censeatur, præsumitur copula facta animo vxorio, & ratificandi matrimonium: quæ alia ratione à culpa excusari nequit: vt ea præsumptio nullo pacto elidi possit: & quamuis præsumptio iuris & de iure professionis tacitæ, quæ inducitur per exercitium actuum solis professis competentium, eneruetur præcedenti protestatione contrariæ: at præsumptio matrimonij per eam copulam non euacuabitur per eam protestationem, sed per copulam subsecutam præsumitur ab ea recessum. Quod & nos probauimus lib.2.disp.45.num.17.& multis seqq.& ideo nil mirum, si aduersus talem præsumptionem minor non restituatur. Adde, cum in ea præsumptione non sit aliquod tempus, per cuius lapsum ea præsumptio inducatur, si esset restituendus minor, restitueretur vtique directè contra ipsum matrimonium, aduersus quod non conceditur illi restitutio: vt diximus n. 21. At in professione restituitur contra lapsum quinquennij, ex quo inducitur ea præsumptio. Ad aliam confirm. dic cum *Menoch. de retin. possess. remedio 3.n.856.* sensum illius textus esse, casu quo conceditur restitutio, tantum concedi perillam, quantum per appellationem. Quia vtroque casu gesta in contrarium rescinduntur: non tamen sensum esse quoties denegatur appellatio, censeri denegatum restitutionis beneficium. Ad 2. constat ex dictis n.22.vbi probauimus, denegata audientia non negari restitutionem, nec Glossam retidere in ea sent. Et denegatur ingressus litis in via ordinaria, secus extraordinaria restitutionis. Ad confirm. dic dubium esse, quid senserit *ibi Bald.* Nam *Sfortias Oddus de restitut. in integ. p.1.q.15.a.4.n.41. in solut. ad 2.* sentit contrarium, nimirum ei hannito concedendam restitutionem, & dicit idem sentire *Baldum in eo loco.* & male allegari pro contraria parte. Ad 3. constat ex dictis n. 22. in 2. ratione. Ad 4. dic. id argumentum nil concludere. Probat enim rem absurdissimam, nempe, aduersus nullam præscriptionem dari etiam minoribus restitutionem. Cum finis cuiuscumque præscriptionis sit litibus occurrere. Quare dicendum est, occurrisse litibus via ordinaria intentandis: at noluisse viam præcludere beneficio valde fauorabili restitutionis in integrum, ne professus ille omni remedio destitutus, in desperationem incideret. Et satis præcluditur via litibus. Quia remedium ordinarium possunt omnes intentare, & possent quocumque tempore: at clauso illi aditu per quinquennij præscriptionem non omnes possunt restitutione iuuari, nec quocumque tempore transacto. Vt constat ex dictis num. 23. & triplici seq. Et est necessarium probare ignorantiam, aut impedimentum in maioribus, vt restituantur. Vt dixi num. 27. quæ non facilè probantur. Ad *regul. Cum quid vna via*, iam respondimus num. 22. in confirmat. ad 3. rationem. Ad 5. constat ex dictis nu. 22. in 7. ratione, & duplici eius confirm. Ad confirm. dic, eam non esse legitimam rationem. Quia minor in his rebus reputatur maior ad eum effectum, vt possit absque curatore agere, & possit validè absque illo matrimonium inire, ac profiteri: non tamen ad eum effectum, ne læsus circa hęc, quando reuocari possunt, reclamare possit beneficium restitutionis petens. Vt bene docent *Conar. 1.var. c.5. num.8. Menoch.de retinenda possess.remedio 3.n.856.& sequenti, Flaminius lib.3.de resign. benef.q.7.nu.2.* Et late *Sfortias Oddus de restit.in integr.p.1.q.15.toto art.9.* Ad aliam confirm. dic, eam doctrinam non esse veram. Vt probaui n.22.in 7.ratione, & eius confirm. Ad 6. dic cum *Sfortia Oddo de in integr. restitut.1.p.q.15.a.2.n.35.* id deficere in hoc beneficio restitutionis, propter maximum eius fauorem: ob quem non intelligitur sublatum, nisi specialiter exprimatur. Ad vltimum dic cum *Sfortia Oddo eodem tract.1.p.q.18.a.5.n.35.* id non esse verum, quando minor restitutionem petens tractat de damno vitando, & is, contra quem petitur, de non acquirendo lucro. Quod hic contingit. Professus enim tractat de damno vitando, ne, scilicet, cogatur manere in religione, ad quam non tenetur. At religio tractat de eo monacho acquirendo.

SVMMARIVM.

An decretum Tridentini sess.25.de regular. c.19. intelligatur de habentibus perpetuum impedimentum inhabilitans ad profitendum: vel etiam temporale, quod toto illo quinquennio durat? Referuntur qui perpetuo inhabilitant, & qui ad tempus, tam ex iure antiquo, quam Tridentino, & motibus proprijs Sixti V. & Gregorij XIV. & qualiter religioni statuto possit aliquis inhabilis effici ad illã. n.30.

Dicitur, quãdo, quid importet, & an claudas inhabilest n.31. inullo num 32.

Proponuntur fundamenta id decretum procedere in his impedimentis, n.33.

Non comprehenduntur, qui perpetuo inhabiles sunt; siue iure communi, siue ex Sixti V. constitutionibus, siue ex religionis statutis à Pontifice approbatis, n 32.

Inhabiles in perpetuum sunt via ordinaria audiendi, quorumque tempore reclament. Et explicatur, qualiter contra præsumptionem iuris & de iure admittatur probatio indirecta. n 33.

Non intelligitur etiam de habentibus impedimentum temporale, siue ex iure antiquo, siue ex Tridentino, siue ex motibus proprijs Sixti V. dum id impedimentum durat. Et an sit id quinquennium numerandum à die, qua cessat impedimentum inhabilitans, n.34.

Soluuntur argumenta, n 35.

Post n. 35. inuenies alia summaria.

QVAESTIO IV. An decretum *Tridentini sess. 25. de regul.* 30
c.19. denegans audientiam professis post quinquennium, intelligatur de laborantibus impedimento perpetuo ad profitendum, atque ita inhabilibus: & etiam de impedimentis temporalibus adhuc permanentibus, quæ dum durant, reddunt quempiam inhabilem ad profitendum?

Præmittendum est, quædam esse impedimenta perpetuo reddentia inhabilem quempiam ad profitendum: vt diuersitatem sexuum, vir enim est incapax profitendi in monasterio monialium, & mulier in monasterio virorum, *c.Diffinimus, 18.q.2.* Et quidam criminosi sunt perpetuo inhabiles ad profitendum, iuxta motum proprium Sixti V. incipientem: *Cum de omnibus Ecclesiasl. ordinibus*, editum an. 1586. v 1. Kalendas Decemb. nimirum, qui furta, latrocinia, rapinas, homicidia, aliáve facinora perpetrarunt similia, aut grauiora: & ita rei aut suspecti sunt, vt propterea ob illa damnati sint, aut ne damnentur, formident: vel reddendis rationibus ita obnoxij sunt, vt ex huiusmodi causa, lis, vel molestia eis iam illata sit, vel timendum sit, ne inferatur: vel ingentiære alieno supra vires suarum facultatum grauati sunt. Quod quantum ad criminosos ipsemet Sixtus V. in alio motu proprio declarauit, tunc id locum habere, quando actis publicis constiterit ipsum iudicem, & curiam secularem, ante susceptionem habitus, de ipso crimine aduersus eos accusationem fuscepisse, vel inquisitionem instituisse. Sunt tandem alij perpetuò inhabiles effecti per statuta religionis à Pontifice con-

firmata. Nec enim potest etiam capitulum generale religionis validum statutum professionem irritans edere, nisi Pontificia confirmatio accedat. Sicut nullus potest dempto Pontifice matrim. carnale irritare. Quod bene docent *Nauar. lib. 3. consil. tit. de regul. in 1. edit. cons. 5. n. 8. & seqq. & cons. 25. num. 1. & in 2. cons. 26. n. 8. & seqq. & cons. 48. nu. 2. Manuel 2. tom. sum. c. 5. n. 1. & c. 6. n. 3. Sorbus in compend. privileg. mendicantium, verb. Nouitius, post notabil. 7. §. Quinto principaliter. Vega 2. to. sum. c. 50. casu 5.* At posset religio admittere ad professionem præmissa protestatione non esse animum admittendi, si professus patiatur vitium contrarium statuto, & tunc professio non valeret, non ob statutum, sed quia deficit animus recipientium. Sic *Nauar. lib. 3. cons. 1. de regular. in 1. edit. cons. 5. n. 11. in 2. cons. 26. n. 2. Manuel 2. to. sum. c. 5. n. 2.* Alia autem sunt impedimenta, quæ inhabilitant, sed non perpetuò: amoueri enim possunt, aut cursu temporis, vt defectus ætatis, aut cessatione causæ extrinsecæ, vt metus, cessat enim cessante metum inferente: aut facto hominis supplente quod ad professionis valorem desiderabatur. Vt contingit in impedimentis, quæ Sixtus V. in suo motu proprio induxit contra illegitime natos, qui nec ex incestu, nec ex sacrilegio concepti sunt, quos habiles effecit præmissa quadam informatione, secus autem inhabiles. Huius etiam generis sunt habiti ex incestu & sacrilegio. Quippe quamuis Sixtus V. eos perpetuo inhabiles ad profitendum reddiderit: at moderatus est Gregorius XIV. cum motum proprium, efficiens eos habiles præmissa informatione, de qua in suo motu proprio. Et idem Sixtus V. de omnibus masculis, qui sedecim annos nacti sunt, statuit non aliter in religionem admitti posse, quam præmissa certa informatione & approbatione. Et in alio motu proprio, quem in huius declarationem postea edidit, declarauit, professionem maiorum sedecim annis esse nullius momenti, si non præmissa informatione emissa sit, quamuis ante editum illum motum proprium priorem susceperint habitum, si post illius promulgationem professi sint, etiam cum illius ignorantia. Nec Gregor. XIV. in hac parte aliquid immutauit. Vt bene docet *Manuel 2. tom. summa, cap. 3. num. 1. fine.* At si minor sedecim annis habitum recipiat, solum desideratur, vt filius legitimus sit, & quamuis nulla informatio præmittatur, erit valida professio. Quia de minoribus ea ætate legitimis nil statuit in suis motibus proprijs. Difficultas ergo in eo versatur, an qui perpetuo inhabiles ad profitendum sunt, aut etiam solum ad tempus; at id impedimentum, quod professionem irritabat, manet transacto quinquennio, comprehendantur in eo Tridentini decreto, ita vt eo transacto reclamantes contra professionem audiendi minime sint.

31 Et videtur de his omnibus id decretum intelligendum. Quia cum *Tridentinum* numerarit *eo cap. 19.* duo impedimenta temporalia, nempe metum & ætatis defectum, addideritque, *Aut quid simile*, quæ verba ad sola impedimenta similiter temporalia referebantur, statim addidit: *Vel quacunque ex causa.* Quæ verba si ad solas similes causas referrentur, superfluerent vtique. Cum tamen receptissimum sit, in literis Apostolicis nec vnam syllabam debere esse superfluam. Vt probaui lib. 3. disp. 26. num. 6. Secundo, quia dictio, Quicunque, propter eius generalitatem trahit etiam ad casus improprios. Vt multis citatis tradit *Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. glossa 7. nu. 20 & seqq.* & idem docet *Azebedo lib. 4. recop. t. 17. l. 4. n. 6.* Tertiò, quia dictio, Quilibet, siue, Quicunque, eius est naturæ, vt etsi dictio, Alius, implicet similes causas & qualitates: at iuncta cum dictione vniuersali, Quilibet, Quicunque, complectitur etiam dissimiles qualitates. Vt notant *Glossa Clem. 1. verb. Quauis, de sent. & re iudic. & ibi Imola nu. 8. Lud. Gomez regul. de triennali, q. 2. §. Tandem illis non obstantibus. Mandosius regul. 12. Cancellariæ, q. 6. n. 8.* & alijs relatis, *Couar. q. pract. c. 25. n. 3. Azebedo lib. 4. recop. t. 17. l. 4. nu. 7.* Et confirmatur, quia vbicumque tractatur de fauore publico, verba generalia non restringuntur ad personas habiles: sed generaliter intelliguntur etiam de inhabilibus, fauore publico id efficienti. Vt per *l. 3. §. Verum, vers. Hic quoque, in fin. ff. ad SC. Silicianum*, docet *Iason* alijs relatis *l. Si filius familias, n. 4. & seq. ff. si certum petatur.*

Prima conclusio sit. Id Tridentini decretum non com- 32
prehendit inhabiles perpetuo ad profitendum. Ducor, quia verba generalia comprehensa sub illis verbis, *Ex quacunq; causa*, ad personas habiles restringenda sunt, *l. Vt gradatim, 11. vers. Et si lege. ff. de muner. & honor.* Ad quod comprobandum multa congerit *Iason l. 2. §. Prator, n. 3. ff. qui satisdare.* Et *n. 4.* reddit rationem, ne iuris correctio inducatur, vel absonus intellectus. Ad idemq; probandum multa affert *Lud. Gomez regul. de triennali q. 2. paulo post prine. & regul. de annali possessore, q. 3. §. Non obstat dictio, & Rebuff. in tractatu de pacifica possess. n. 172.* inde includens, eam regulam loquentem per signum vniuersale, Quicunque, restringi ad personas habiles. Secundò, quia euidens absurdum sequeretur ex oppositio. nimirum, mulierem in virorum monasterio professam sexu mentito, non posse post quinquennium eiici. Tertiò, quod oppositum cederet in graue religionis detrimentum. Cogeretur enim effectos inhabiles per sua statuta à Pontifice confirmata retinere: eo quod quinquennium transactum sit à professione irrita, doloque facta. Atque ita decretum fauore religionis editum in ipsius detrimentum redundaret: contra *l. Quod fauore, 6. C. de legibus: & reg. Quod in gratiam, de reg. iuris, in 6.* Et inhabilis ille ex suo delicto commodum reportaret, contra *cap. Tuæ, de cler. non resid.* cum multis similibus, quæ affert *Tiraq. de retractu lignag. §. 1. gl. 9. n. 68.* Et ita hanc conclusionem videtur expresse tenere *Nauar. lib. 3. consil. 1. de regul. in 1. edit. cons. 5. n. 12. & cons. 25. n. 2. & vlt. in 2. consil. 26. nu. 12. & cons. 48. n. 2. & fin.* vbi indistincte ait, professum contra statutum validum inhabilitans posse eiici, teneriq; ipsum egredi, nisi Pontificiam dispensationem impetret: nec restringi ad quinquennium, vt possit expelli.

Hinc deducitur, hos inhabiles quocunque tempore 33
transacto, reclamantes contra professionem, audiendos esse via ordinaria. Tum, quia *Tridentinum* claudens aditum ad reclamandum post quinquennium, non loquitur de his inhabilibus. Tum etiam, quia quamuis contra præsumptionem iuris & de iure non admittatur probatio directa quæ ad eneruandam ipsam præsumptionem tendat: admittitur tamen indirecta, qua probatur, qualitates ad eam præsumptionē requisitas minime reperiri. Sicut contra præsumptionem iuris & de iure matrimonij initi per copulam sponsalia subsequentem, admittitur probatio concludens non interuenisse copulam aut sponsalia, aut prius ea dissoluta fuisse. Quod optime docent *Glossa Clem. 1. verb. Feciſſe. de probat. Abb. c. Is qui fidem, n. 5. de sponsal. & ibi Præpos. n. 8.* & reliqui scribentes ibi, *Felin. c. Quanto, num. 4. de præsumpt. Socin. regul. 314 n. 6. Euer. æd. loco à verisimili, nu. 20. Couar. 4. decret. 1. p. c. 4. §. 1. n. 7.* & multi alij, quos referunt & sequuntur *Mascard. de probation. in prine. q. 10. n. 65. Menochius de præsumpt. lib. 1. q. 65. nu. 1. & seq.* Et ratio est, quia cum lex constituat certas qualitates ad hanc præsumptionem inducendam, necessarium est admitti probationes concludentes aliquam ex qualitatibus petitis deficere. Sic ergo cum qualitas requisita, vt ea præsumptio Tridentini locum habeat, sit, ne professus sit inhabilis, admittetur vtique probatio eam inhabilitatem concludens.

Secunda conclusio. Nec id Tridentini decretū intelli- 34
gitur de laborantibus impedimento temporali, quod irritauit professionem, at toto illo quinquennio permansit. Vnde illegitime nati quicunque, & legitimi maiores sedecim annis, qui non præmissa informatione petita in motu proprio Sixti V. cuius nu. 30. meminimus, recepti sunt ad religionis habitū, ac professi sunt, & ij, qui metu adducti, & ante ætatem legitimam professionem emiserunt, si id impedimentū etiam post quinquennium durat: quia verbi gratia, adhuc non est facta informatio, aut durat idem metus, aut non est impleta ætas ad professionem requisita; possunt quocunque tempore transacto reclamare, &

au-

audiri debent remedio ordinario. Et ratio est aperta. Quia Tridentini decretum fundatur in præsumptione ratificationis professionis irritæ, quæ per illud quinquennium inducitur (vt probauimus num. 9.) at durante eo impedimento, quod irritabat professionem expressam, non potest professio tacita effici valida. Eadem enim est ratio, & par virtus taciti & expressi: nec tacitum plus operari potest, quam expressum. Vt tradunt omnes scribentes, *l. Cum quid. ff. si certum petatur*, & *l. 3. ff. de legat. 1.* Et ratio est, quia professio tacita in tantum vim habet in quantum inde vera præsumitur: at expressa non est præsumpta, sed vera. Et vt docet *Nauar. lib. 3. consil. de regular. in 1. editione consil. 5. num. 14. & in 2. cons. 26. num 15.* cum cæteris paribus difficilius colligatur consensus tacitus, quam expressus; facilius colligitur actum non valere ex defectu consensus taciti, quam expressi. Quia quicquid habet propositum in proposito habet oppositum in opposito, *cap. Sciendum, 8. q. 1. & l. Si contra tabulas. ff. de vulg. & pupil.* Et ne ambigendi ansa relinqueretur, Sixtus V. in dicto motu proprio id expressit de impedimentis per ipsum inductis, dicens professionem siue expressam, siue tacitam, cum illis factam fore nullam. Atque ita, licet sit præsumptio iuris & de iure, ratificari matrim. metu initum per spontaneam cohabitationem diutinam, *c. Ad id, de sponsal.* defendit *Menochius* alios referens *de præsumpt. l. 1. q. 94. n. 3.* admitti probationem indirectam contra eam qua probaretur perseuerare metum eo toto cohabitationis tempore. At dubitabis, an si impedimentum duret toto quinquennio, vel eius parte, sit numerandum quinquennium à die cessationis impedimenti? Neminem disputantem inueni, sed arbitror dicendum, si toto quinquennio duret, non esse concedendum aliud quinquennium post ablatum id impedimentum, quod irritabat professionem, sed tempus arbitrio boni viri sufficiens, vt possit professus reclamare, & non reclamans censeatur professionem ratificare. Sicut nu. 26. diximus id attendendum esse ad facultatem reclamandi, quando impotentia reclamandi durauit toto illo quinquennij spatio. At si intra quinquennium cessauit impedimentum, at manet tempus arbitrio boni viri sufficiens intra illud, ad reclamandum, non aliud temporis spatium indulgendum est, sed locum habet quinquennium in Tridentino statutum. Sicut nu. 23. & 26. diximus procedere illud quinquennium, quando intra illud cessauit ignorantia, aut alia reclamandi impotentia, dummodo maneat tempus arbitrio boni viri sufficiens ad reclamandum. Et constat, quia *Tridentinum eod. cap. 19.* statuens quinquennium, expressit professionē metu & ante ætatem factam. At nec metus poterat statim cessare: & ad implendam ætatem poterat moraliter loquendo annus integer, aut dimidia anni pars deesse. Hæc deseruiant professionibus huc vsque emissis, cum impedimentis illis Sixti V. vel non seruata forma ab ipso præscripta. Nam Clemens VIII. die 2. Aprilis anni 1602. reuocauit eos motus proprios, in quantum eas professiones in posterum irritant, ad iusque commune reduxit, relictis in suo robore pœnis ibi contentis in superiores, qui ea forma non seruata, aut illis impedimentis affectos non admittunt.

35 Ad argumenta nu. 31. proposita resp. Ad primum dic, non esse superfluam illam particulam, licet non extendatur ad impedimenta perpetua. Quia posita est maioris declarationis gratia, vt clarius perciperetur mentem Concilij fuisse, loqui de quocunque impedimento ad tempus professionem irritanti. Ad cætera constat ex dictis nu. 32. Ea enim intelligenda sunt nisi ex ea generalitate inducere tur correctio iuris, & resultaret absonus intellectus. Quod hic euenit. Corrigerentur enim omnia iura efficientia quosdam inhabiles in perpetuum ad profitendum, & statuentia impedimentū ad tempus, quod professionē irritat. Et resultaret absonus intellectus, vt n. 32. probaui.

SVMMARIVM.

An qui inualide professus, & transacto iam quinquennio est destitutus omni remedio ad reclamandum, possit fugere, nec teneatur regulam & vota seruare. n. 36.

An si copia fugiendi non sit absque scandalo, teneatur ratam habere professionem? Proponuntur suadentia ad id teneri. n. 37

Quando bona fide inualide professus est non teneatur ratam habere, n. 38.

Quid quando mala fide, vt quia fictè professus est. n. 39

An teneatur superiorem certiorem facere nullitatis sua professionis. num 40.

An teneatur oblata occasione fugiendi arripere fugam, si nolit ratificare, num 41.

An interim possit alimenta monasterij suscipere, & suffragia tamquam professus in electionibus ferre, & prælaturam admittere, vti absolutione & dispensatione, iuxta religionis priuilegia, n. 42.

An possit titulo illius professionis, habens animum non ratificandi illam, ad ordines promoueri, n. 43.

Soluuntur argumenta, n. 44.

Post n. 44. inuenies alia summaria.

QVAESTIO V. Vtrum religiosus professus, qui transacto 36
quinquennio verè non ratificauit professionem, & ei denegatur audientia, & beneficium restitutionis: quia fortè nequit probare ignorantiam, aut iustum reclamandi impedimentum, aut fortè illis non laborauit, & ita caret remedio in foro externo, teneatur regulam & vota seruare, & eam professionem ratificare: quod si ad id non teneatur, possit interim alimenta monasterij recipere, suffragia instar professi ferre, & ad ordines sacros titulo illius professionis promoueri? Et quidem hunc tanquam non vere professum posse quocunque tempore effugere cessante scandalo, diximus n. 11. Quare non tenetur ex vi votorum seruare regulam aut vota. Quod nullo voto astrictus sit, sed solum tenebitur, ratione scandali vitandi, ea in publico seruare: quoties ex non obseruantia scandalum aliis suboriretur. Et sic de fictè professo asserunt *Cajeta. 2. 2. q. 88. a. 1. paulo ante fin. Sotus lib. 7. de iust. q. 1. a. 2. col. 7. vers. An vero. Angles floribus 2. p.* vbi de voto, *q. vn. a. 1. diffic. 4. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6 punct. 1 col. 6. §. Ad probationem autem primam. Azor li. 12. instit. moral. c. 5. q. 1. Aragon 2. 2 q. 88. a. 1. col. 16. fol. 968. 3. Hoc posito sit prima conclusio. Manuel 2. tom sum. cap. 92. concl. 5. nu. 5.* Et ratio est, quia cum communiter reputetur verus religiosus, & pro ea parte, sit legitima præsumptio, scandali ansam merito præberet, pessimumque vitæ specimen, ea in publico non obseruans. Ex quo fit in rebus occultis, in quibus scandalum omnino cessaret, nec ad regulam, nec ad votorum obseruantiam astringi.

Potissima autem difficultas est, num hic, etsi non ex vi 37
professionis irritæ, saltem ad ea damna vitanda, quæ ex perseuerantia in religione existimato eo verè professo, pullulant, teneatur ratam habere priorem professionem? Et eum teneri, potest ex sequentibus persuaderi. Primò, quia hic instar professorum suffragia ferret, monasterij bonis aleretur, ad ordines titulo professionis promouebitur, dispensatio & absolutio virtute priuilegiorum religionis ipsi concederentur, & absoluetur à confessario, qui fortè solam prælati religionis licentiam ad audiendas confessiones habet, ac proinde non valebit absolutio: & iuxta religionis leges iudicabitur. Cum tamen horum omnium sit incapax, vtpote qui nec verus professus est, nec quasi nouitius in via ad profitendum sit cōstitutus. Secundò, quia durissimum est, ac mille absurdis patens, admittere hunc posse toto vitæ curriculo sic permanere, & moraliter ferè impossibile sibi est ab illis cauere: vt ergo illa euitet, obligandus est ad priorem professionem ratificandam. Et huius sententiæ videtur *Nauar. comment. 4. de regularibus n. 74. §. Aduertendum quarto*, vbi ait cum ficte professis, prudenter se habiturum confessarium, & consultis viris doctioribus, quibusdam iniuncturum, vt professionem ratificent, alijs verò vt resiliant: supponit ergo quosdam teneri ratificare. Et id clarè videntur docere, quando non potest is professus commode fugere, *Angles, & Manuel n. praced. allegati*: aiunt enim teneri hunc, si in eadem religione permaneat, ratificare professionem, ne malè suffragia ferat cum verè non sit professus.

Sed vt meam sententiam explicem, quoties professus 38
culpa vacauit, vt quando per metum, vel ante ætatem legitimam bona fide professionem emisit: vel non præ-

missa informatione necessaria, iuxta motum proprium Sixti V. cuius meminimus num. 30. (non enim ipsi, sed religioni facere incumbit) arbitror non cum teneri ad ratificandam professionem, quo ea damna caueat, sed posse sic manere expectando commodam fugiendi occasionem. Probatur, quia cum in culpa non fuerit, vt professio esset nulla, & reuera liber sit, non est compellendus ad coactè tantum onus subeundum, quod spontaneum consensum propter magnam suam perfectionem maximè desiderat. Deinde, quia etsi aliquod damnum inferat suffragia præstando, & alimenta monasterij recipiendo, cui non est vtilis: (si enim suis obsequijs religioni necessarijs satisfaceret alimentorum valori, manifestum est nullam religioni irrogari iniuriam) at id damnum non est tanti momenti, vt quo illud resarciat, teneatur inuitus ad rem tam arduam, qualis est professio: sed alimentis satisfacere tenebitur, inseruiens religioni, si illis vtilis esse potest: sin minus, tenebitur habere animum restituendi, cum soluendo fuerit. Non enim est medium proportionatum cogi ad professionem emittendam, vt ei damno satisfiat. Sicut DD. melius sentientes affirmant, cum qui vi professum religioni vtilissimum extraxit, nec damnum soluendo est, non teneri eam religionem ingredi, nec se in illius obsequia mancipare, quasi hæc non sint media proportionata: sed satis illi esse dicunt habere restituendi animum, cum res familiaris sibi suppetat. Et quantum ad suffragia ferenda, satis est, vt ab illis abstineat, in quantum sine scandalo & sua graui nota potuerit: & quando non commodè potuerit abstinere, ne notetur aut scandalo sit, ferat suffragia, & si nullo modo se à prælatura religionis illi data excusare potuerit, admittat. Quæ omnia gesta ratione publicæ professionis, aut publici officij prælati, valida erunt. Cum sit titulus præsumptus, error communis, & vitium sit occultum. Iuxta *l. Barbarius, ff. de officio prætor.* quam latissimè exposuimus lib. 3. tota disp. 22. Et confirmatur, quia ob hanc rationem, qui voto castitatis astrictus matrimonium init, quamuis iam culpa sua nequeat votum obseruare, nisi ingrediendo religionem, non obligatur ingredi, iuxta saniorem sentent. eò quòd res valdè ardua sit. Præterea, quia occultus excommunicatus, aut irregularis, nullo modo subterfugere valens, quin celebret, aut beneficium parochiale admittat, absque sui criminis occulti proditione, potest iuxta veriorem sententiam Doctorum in tractatu de excommunicatione & irregularitate, celebrare, ac beneficium acceptare, vt eam infamiam vitet, animo vel impetrandæ dispensationis, vel ea non impetrata dimittendi quando commodè potuerit. Similiter ergo hic præsumptus professus omni medio destitutus ad veritatem probandam, & vt possit fugere, poterit eos actus professis destinatos exercere, quando absque graui nota desistere non potuerit: & vti alimentis monasterij animo satisfaciendi, & admittere prælaturam, quando commodè absque scandalo nequit euitare. Dices huic professo esse remedium, quo suæ consulat famæ, & ritè ac rectè prædicta exequatur, nimirum, ratificare professionem. Non ergo prædicta licent, sicut nec licerent excommunicato aut irregulari qui absolui posset. Sed facilis est solutio, quia id medium est valde arduum, & ad id non tenetur. Tandem, quia licet aliqua culpa huic professo ascribi posset, quòd intra quinquennium non reclamarit, aut professionem ratam habuerit, si fortè nouit postea aditum claudendum: at non est tanti momenti hæc culpa, vt tam graui pœna sit mulctanda: ac est cogi ad vere profitendum: maximè cum professio fuerit ab initio irrita absque eius culpa. Ita à fortiori tenet Enriquez, cuius sent. n. seq. referam.

39 Quando autem culpa professi fuit professio irrita, eò quòd fictè professionem emiserit, longè vrgentius ratio videtur fundere eum teneri verè profiteri. Quòd professio mutuus contractus sit, ac proinde sicut religio habuit verum animum suscipiendi hunc professum: ita ipse quoque tenebatur secundum omnes vero animo se obligandi affectus esse. Quare æquum non est vt ipsi succurratur, eo modo quo illi succurritur, absque cuius culpa professio fuit irrita: eo vel maxime, quod in cæteris contractibus, vno implente, tenetur alter contrahens implere, quamuis fictè contraxerit. At probabilius est contra Auctores nu. 37. in fine allegatos, hunc non teneri verè profiteri, sed posse manere quantocunque tempore in religione, expectando fugiendi absque scandalo opportunitatem. Quod bene docet *Enrique, lib. 11. de matrim. cap. 11. num. 11. li. V.* Et ratio est, quia religiosus status est tanti momenti, & tam arduus, & ideo omnino desiderat spontaneum consensum, vt perfectioni acquirendæ deseruiat, qui eius scopus est: vnde nulla ratione, ac ob nullam culpam, quis ad illum est inuitus astringendus. Id insuper confirmari potest rationibus, quibus libr. 1. disp. 10. num. 26. probauimus fictè contrahentem matrim. non teneri verè contrahere, non sequuto alio damno notabili, quod præponderet. Et ibi num. 26. satisfecimus rationi contrariæ ex alijs contractibus petitæ. Et damna quæ ex hac professione irrita subsequuntur, non præponderant coactioni ad professionem, vt num. præced. explicuimus.

Nec moraliter loquendo tenebitur hic fictè professus, 40
aut quocumque modo sit ea irrita, admonere superiorem se non esse verum professum, quando audiri in foro externo nequit. Quòd frustranea sit admonitio. Cum vix inueniatur prælatus, qui occultè & sine scandalo possit ac velit copiam fugiendi illi concedere, propter detrimentum, quod ipsi prælato redundabit, non adhibenti debitam diligentiam in quærendo eo religioso fugienti, ac reuocando ad religionem. Adde vix posse euenire casum, in quo prælatus ei possit fidem habere, vt illum tuta conscientia dimittere possit, iuxta num. 14. dicta. At si probabilissima spes esset, fore vt admonitio prodesset ei effectui, & aliunde non suppeteret remedium, teneretur vtique.

Ex his deducitur primò, teneri hunc inualidè profes- 41
sum aut professionem ratificare, aut oblata commoda fugiendi occasione in partes remotas secedere, vbi sine scandalo viuere possit: & teneri eam occasionem summa ope niti. Quia sola necessitas ipsum excusat. Quæ cessat eo non fugiente, cum commodè possit, nec solicito ad opportunitatem quærendam.

Secundo deducitur, quamuis qui verè professus non est, 42
nec ratificare vult professionem, peccet alimenta monasterij recipiens: vt bene docet *Nauar. l. 3. cons. 1. de regul. cons. 5. n. 13. in priori edit.* at *in posteriori, cons. 16. n. 13. & comment. 4. de regul. nu. 74. §. Aduertendum quarto*, vbi bene addit teneri etiam ad restituenda alimenta, nisi adæquentur obsequijs quæ religioni exhibet: atque similiter peccet suffragia ferens, aliosq; professorum actus exercens: vt docent *Nauarr. vtrog. loco prox. allegato: Angles floribus, 2. p.* vbi de voto, *q. vn. a. 1. diffic. 4. Manuel 2. to. sum. c. 92. concl. 5. n. 5.* & dicunt hi duo esse peccatum mort. suffragia hunc ferre: non peccare tamen, dum alimenta suscipit animo restituendi valorem illorum, quæ detracta mercede, suis obsequijs debita, supersunt, cum restituendo fuerit: & suffragia ferendo, admittendoque prælaturam religionis, dum non potest vitare absque scandalo & nota: animo fugiendi habita opportunitate. Quæ constat ex dictis n. 38. vbi ea probaui. Non tamē poterit petere à prælato religionis irritationē, aut dispensationē votorum, aut priuilegijs religionis frui. Quia nec est religiosus, nec ille est suus prælatus. Nec similiter poterit absolui à reseruatis Episcopo aut Pontifici, nisi eo modo quo posset absolui quicunque secularis à religioso illius religionis, cui fatetur: nec si ille solā prælati religionis licentiam habeat ad audiendas confessiones, potest illi fateri, sed occulte fateatur religioso aut seculari sacerdoti approbato ab Episcopo. Et potest vitare scandalum petita licentia à superiore religionis ad fatendum alij: vel fingēdo se fateri illi confessario per ipsum solum exposito, & declarando ei sub confessionis sigillo se non posse ab illo absolui, eò quòd verus religiosus non sit.

Tertiò deducitur, quamuis hic peccet lethaliter, si 43
non ratificata professione, sacris initietur: vt bene docet

Nauar.

Navar. comment. 4. de regul. nu. 72. §. Non obstat regula & lib. 2. conf. tit. de his quæ vi, in 1. edit. conf. vltim. fine, in 2. consil. 6 fine: tum, quia sine patrimonio, titulo professionis irritæ instituitur: tum etiam, quia hæreris dimissorijs legitimi prælati caret: at non peccare, nec censuram aliquam ipsum incurrere, si non posset absque magna nota sacrorum ordinum susceptionem vitare. Vt si tempore professionis transacto, quo solent alij professi ad ordines ascendere, iuberet prælatus vt ipsos susciperet: & tentatis omnibus medijs non posset grauem sui infamiam vitare, eos non recipiendo: Quia licet prælatum religionis sub confessionis sigillo monuerit se non esse verum professum, illi fidem non habet, instatque vt ordines assumat: vel non vitatur nota & infamia apud reliquos religiosos: nec potest tunc commode fugam arripere. Cum enim cæteri religiosi & externi, ipsum tempore ordinibus suscipiendis præscripto, iuxta suæ religionis morem, non initiari videant, & singularem esse in hac re, suspicabuntur aliquod graue ipsius nefas. Quod si ab Episcopo proprio velit petere literas dimissorias, per se vel per interpositam personam, detecta ei veritate; nullus Episcopus eas concedere poterit absque patrimonio, aut legitima professione: hic autem vtroque destitutus est. Præterea, meritissime concipiet de eo religioso siniſtram opinionem: & nullus Episcopus tam mentis inops erit, qui rem adeò arduam & difficilem, totque conscientiæ angustijs implicitam, ne manifeste iniquam dicam, in se suscipere velit; in his ergo angustijs constitutus poterit absque metu culpæ & censuræ ordines recipere. Ducor, quòd cum lex interdicens ordines sacros susciпi absque patrimonio, & literis dimissorijs, merè humana sit, præponderat illi lex diuina naturalis de cauendo scandalo, ac propriæ famæ consulendo. Sicut n. 38. dicebamus, posse irregularem & excommunicatum occultos celebrare, vt suæ famæ consulant, quando absque illius iactura non possunt abstinere se à sacro faciendo. Et quamuis huic vnicum superſit remedium, quo & notam propriam, & indignam ordinum susceptionem caueat, nimirum, professionem ratificare: at cum iugum religionis tam oneroſum sit ijs, qui non sua sponte illud sibi imponunt, non est astringendus ad rem tam grauem, & suæ libertati contrariam, quo id illegitimæ susceptionis ordinum incommodum vitet, sed ratione vitandæ infamiæ prædictæ excusabitur ab ea culpa.

44 Ad argum. n. 37. proposita constat ex dictis n. 42. & 43. vbi diximus excusari illum ab ea culpa susceptionis alimentorum, & ordinum, & suffragij præstandi, quando ea non potest absque nota vitare, nec tunc fugere potest.

SVMMARIVM.

Quando nouitiatus habitus ab inualide professo fuit validus, non est opus eius iteratione, vt rata habeatur prior illa professio, n. 45.

Quid, quando fuit irritus? Refertur quædam sententia, n. 46.

Propenitur sententia Auctoris, n. 47.

Quid, si publica esset inhabilitas illius professi, & professionis nullitas? num. 48.

Si professio fuit nulla ratione defectus ætatis, non est repetendus nouitiatus. Et qua ætate sit implendus nouitiatus, vt sit validus, n. 49.

Nec est iterandus, quando professio fuit irrita, eo quod falsa sit non impletus nouitiatus anno, n. 50.

Quid si ratione metus nulla sit professio, n. 51.

Quid, si sit nulla ratione inhabilitatis perpetua professi, n. 52.

An qui tacito morbo professus est, quo detecto nullatenus admitteretur, peccet, & sit valide professus, & possit expelli, n. 53.

An si professio sit nulla, eo quod maior sedecim annis professus sit non præmissa informatione præscripta à Sixto V. sit post factam informationem repetendus nouitiatus? an potius illa non irritatus sit à Sixto V. num. 54.

Quid, si illegitimè admissi fuerint non præmissa informatione, an nouitiatus sit irritus & iterandus, n. 55.

Quid, si professio fuerit nulla ratione defectus consensus ipsius professentis, & admissi ad nouitiatum, qui scitus fuit: & an admissio ad nouitiatum requirat consensum nouitij & religionis, n. 56.

Traditur norma iterandi nouitiatus absque nota, casu quo necessario iterandus esset, n. 57.

Soluuntur argumenta, n. 58.

Post n. 58. inuenies alia summaria.

QVÆSTIO VI. An volens hic religiosus professionem 45
à se inualide factam ratam habere, indigeat integro nouitiatus anno iterato? Et cum professio possit multis ex causis irrita esse, nimirum ex defectu ætatis, aut non præmissi integri nouitiatus anni, aut ratione metus, aut inhabilitatis perpetuæ, aut temporalis ad professionem, ob omissam informationem præmittendam iuxta motus proprios Sixti V. & Greg. XIV. quorum meminimus n. 30. & tandem defectu consensus professi ficti. Id tamquam certum est præmittendum, quoties nouitiatus fuit validus, nulla ipsius iteratione opus est ad professionem irritam ratam habendam. Quippe *Trident. sess. 25. c. 15. de regular.* solum decernit ad professionis valorem esse præmittendum integrum nouitiatus annum. Quod verificatur, quoties nouitiatus annus professioni præmissus fuit validus. Idque constabit ex DD. allegandis n. 47. & seqq.

Maior autem difficultas est, quando nouitiatus fuit ir- 46
ritus. Qua in re duplex est sententia. Prior sustinet nouitiatum iterandum esse. Ducitur, quia quod nullum in se est, nullū iuris effectum operari potest. & cum semel irritus fuerit, & ad præteritū non sit potentia, non potest postmodū effici, vt præcedens nouitiatus valuerit ad eum effectum, vt vere dicatur præmissus professioni denuo faciendæ. Quod ad ipsius valorē petit *Trident. sess. 25. de regul. c. 15.* Secundò, quia cùm in hoc euentu cesset finis Tridentini, eo quòd hic expertus sit religionis austeritates integro anno, & assumpto nouitiatus habitu: at cesset in casu particulari. Quod non satis esse, vt obligatio legis cesset, communis & verior habet sententia. Et ita hæc sententia est valde probabilis, eamq; sustinet *Navar. li. 3. conf. 1. de regul. in 1. edit. conf. 5. n. 17. & 19. in 2. conf. 26. n. 17. & 19. Manuel 2. to. sum. c. 5. n. 2.* Et colligitur ex *Palacios 4. d. 27. disp. 2. col. vlt. immediate ante vers. Argum. autem*, vbi ait, si dicamus professionem coniugati absque coniugis licentia factam fuisse nullam, dicendum subinde esse oportere ad eius ratificationē nouitiatum iterari.

Posterior sententia (cui tamquam probabiliori adhæ- 47
reo) ait eum nouitiatum iterandum non esse. Ducor, quoniam matrimonium semel contractum coram parocho & testibus, irritum tamen ob impedimentum occultum, non est necessario in parochi & testium præsentia iterandum: & id non propter Pij V. declarationem, sed ex ipsa *Concilij Trident. sess. 24. c. 1. de matrim.* petentis ad eius valorem præsentiam parochi & testium, intentione. Quia ex ratione eius decreti id numquam extensum fuit ad huiusmodi matrimonium. Ratio enim eius decreti fuit, vt matrimonium constaret Ecclesiæ, vitarenturque peccata ex clandestinis nuptijs pullulantia, quæ in his matrimonijs, quæ iam semel Ecclesiæ constiterunt, & reputabantur valida, numquam locum habuit: ac proinde nec decretum de illis locutum est, (vt hæc omnia probaui li. 2. disp. 37. n. 3. & 7.) Sed idem prorsus contingit in hoc enentu. Nam dum *Trident sess. 25. de regular. cap. 15.* decreuit annum nouitiatus præmittendum professioni validæ, eò spectauit, vt faueret & monasterio & ipsi monacho; illi quidem, vt mores religiosi experiretur, huic autem, vt austeritatum religionis experientiam sumeret. Vt expresse dicitur *cap. Ad Apostolicam, de regular.* Quæ ratio in hoc euentu numquam locum habuit, nam verè professus ille post habitum susceptum expertus est plene religionis austeritates, instar aliorum nouitiorum, & religio illius mores. Cum ergo ratio finalis illius decreti à sui initio hunc casum minime comprehenderit, vtpote in quo reperitur omnino finis inducendi anni nouitiatus, nec casus hic ab initio in eo decreto est comprehensus. Præterea, quia si ius antiquum consulamus, ratificatio huius professionis nullatenus indigebat nouo nouitiatu. Vt constat ex *cap. Cum virum, c. Significatum, de regular. & cap. 1. eodem tit. in 6.* At iura iuribus concordare oportet, & quanto minus fieri poterit, eorum correctio est inducenda, *cap. Cum expediat, de elect. in 6. & l. vnic. C. de inoffic. dotibus.* Præterea, quia *Sorbus in compend. priuilegiorum mendicantium, verb. Nouitius, post 2. notabile, §. Sed an requiratur integer annus*, defendit, religio-

gioſum profeſſum tranſeuntem ad aliam religionem non indigere iterato nouitiatu: eò quòd aſperitates religionis expertus ſit: & ita explicat decretum *Trident. d c.*15. petentis nouitiatum intelligi de ſecularibus ad religionẽ tranſeuntibus, eiuſque ſtatum minimè expertis. Quod valde confert ad hoc: à fortiori enim cenſeret in hoc caſu non eſſe iterandum nouitiatum, in quo religioſus ille iam expertus eſt auſteritates religionis, in qua profeſſionem ratificat. Eius tamen doctrinam minimè approbo, ſed cenſeo religioſum profeſſum tranſeuntem ad aliam religionem indigere nouo nouitiatus anno in illa, vt profeſſio valeat. Quod bene tradunt *Nauar. lib. 3. conſil. 1. de regular. in 1. edit. conſ. 53. num. 5. & conſ. 49. num. 4. in 2. conſ. 61. n. 4. & conſ. 62. n. 5. & conſ. 77. n. 4. Emman. Sa ſum. verb. Religio, n. 35. Manuel 2. to. ſum c. 6. concl. 10. n. 10.* Et ratio eſt, quia debet experiri auſteritates religionis, quam profitetur: & ea religio mores ipſius. Quòd fieri poſſit, ac paſſim contingat, eundem inſtituto aptiſſimum, alteri ineptum valde eſſe. Pro noſtra etiam ſententia eſt *Azor lib. 12. inſtit. moral. c. 1. q. 6. §. Si quaras*, vbi profeſſionem coniugis abſque alterius licentia factam, dicit ſtatim ac alter moritur, ratificari. Sentit ergo non eſſe opus iterari nouitiatum: cum tamen coniugatus abſque coniugis licentia ſit prorſus inhabilis ad ingreſſum: & ſcripſit poſt Tridentinum.

48 Et credo non eſſe iterandum nouitiatum, quamuis publica eſſet nullitas profeſſionis & nouitiatus, ob profeſſi inhabilitatem. Quia licet in matrimon. quod iam publice eſt irritum, ſint neceſſariò iteranda verba coram parocho & teſtibus: at in ratificatione huius profeſſionis non eſt eadem ratio. Quia finis Tridentini, petentis ad matrimonij valorem præſentiam parochi & teſtium, non ſeruatur quoties publice conſtat, prius matrimonium coram illis celebratum fuiſſe nullum: non enim tunc conſtat Eccleſiæ matrimonium reputatum validum. At finis Tridentini petentis præmitti profeſſioni annum nouitiatus, nimirum experiri auſteritates religionis, ac ipſius religioſi mores, æque ſeruatur, ſiue prior profeſſio & nouitiatus irrita fuerint ob impedimentum occultum, ſiue ob publicum.

49 Et dictis deducitur primò, profeſſione exiſtente irrita defectu ætatis, vt quia ante decimũ ſextum annum completum emiſſa eſt, contra decretum irritans *Trident. ſeſſ. 25. de regul. c. 15.* non eſſe neceſſarium ad eius ratificationem annum nouitiatus iterari. Ratio eſt, quia attento iure communi (vt videtur ſupponi in *Clem. Eos, de regul.* iuncta *Gloſſ. verb. Aetate.*) deſiderabatur pubertas completa, nec malitia ſupplebat ætatem, ſcilicet, in femina XII. annus, in maribus XIV. vt legitime inciperet annus nouitiatus, ita vt quamuis ante ætatem admitti quiſpiam poſſet ad religionem, at verus nouitius non incipiebat eſſe, donec eam expleret. Vt bene docent *D. Antonin. 3. p. t. 16. c. 3. §. 2. Roſella verb. Nouitius, n. 9.* vbi *Angel. n. 1. Tabiena nu. 2. q. 1. Armilla n. 1. Sylueſt. Religio, 2. q. 12. & Religio, 5. q. 1. Ant. Cucus lib. 3. inſtitut. maiorum t. 1. n. 66. & ſeq.* Et ratio eſt, quod annus ille nouitiatus iure conceſſus ſit ad auſteritatũ religionis difficultates experiendas, inter quas ſupremum locum obtinet caſtitatis obſeruantia, cuius difficultatem impuberes minime ſentiunt. Nec id correctum eſt per *Trident. ſeſſ. 25. de regul. c. 15.* Solam enim profeſſionem ante decimum ſextum expletum factam irritat. quare non interdixit incipi & compleri nouitiatũ ante eam ætatem ſedecim annorum. Vt bene tradunt *Nauar. lib. 3. conſ. t. de regular. in 1. edit. conſ. 30. n. 1. in 2. conſ. 20. n. 1. Enriquez li. 13. de excommun. c. 40. n. 2. fin. Azor lib. 3. inſtitut. moral. c. 4. q. 9. Emmanuel Sa ſum. verb. Religio, num. 21. Sorbus in compend. priuileg. mendicantium, verb. Nouitius, notabil. 4.* à quo tamen cauendum eſt, in quantum ait hoc eſſe correctum per motum proprium Sixti V. cuius nu. 30. meminimus, vbi ſtatuit, nullum ſedecim annis minorem ad religionem admittendum eſſe. Sed deceptus eſt, quia Sixtus V. id minime ſtatuit, ſed maiores ſedecim annis admittendos minime eſſe, non præmiſſa morum & vitæ ipſorum informatione. Ex quibus omnibus conſtat valere omnino nouitiatum poſt pubertatem inceptum, & impletum ante decimum ſextum annum. Cum igitur nouitiatus ille profeſſioni præmiſſus fuerit omnino validus, nulla indiget iteratione. Et huius ſentent. eſt aperte *Nauar. lib. 3. conſ. tit. de regular. in 1. edit. conſ. 46. num. 2. in 2. conſ. 27. num. 2.* vbi ad ratificandam profeſſionem ante legitimam ætatem factam, ſolum petit, vt completa ætate profeſſus ille priorem profeſſionem ratificet, non mutata priori religionis voluntate acceptandi. Quamuis *idem Nauarrus num. 51 allegandus* videatur clarè oppoſitum ſentire.

Secundò deducitur, non eſſe iterandum nouitiatum, 50
quòd non fuerit præmiſſus anno integro profeſſioni: ſed ſufficit profeſſionem illam ratificari completo tempore, quod deerat illi anno. Quia nullum vitium in nouitiatu interfuit, nec quicquam refert illum expletum eſſe profeſſorum habitu aſſumpto. Et ita videtur expreſſe ſupponere *Palacios 4. d. 38. diſp. 1. colum. 33. folio 824. pag. 1. in fine*, quamuis *Nauar. num. ſeq. allegandus* videatur clarè oppoſitum ſentire.

Tertiò infertur, exiſtente profeſsione nulla ratione 51
metus, non eſſe opus iteratione anni nouitiatus. Quia vere religio admiſsioni huius nouitij conſenſit, & ipſe nouitius voluntatem habuit ingrediendi ad experiendum, licet coactam: nec ius canonicum irritauit huiuſmodi nouitiatum, ſed ſolam profeſsionem. Nec eſt eadem ratio de ingreſſu in nouitiatum, ac de profeſsione. Quippe hæc ſemel valida diſſolui non poterat, nec iniuria illata refarciri: quod ſecus ſe habet in nouitiatu. Præterea, quia annus ille eſt ad experiendas auſteritates religionis, quas non minus, ſed magis experitur, qui metu ingreſſus eſt. Et hoc credo verum, quamuis *Nauar. li. 3. conſ. t. de regular. in 2. edit. conſ. 89. num.* videatur clarè oppoſitum ſentire, ait enim eum, qui profeſsionem emiſit inualidam, ob ætatis aut anni integri nouitiatus defectum, aut quia metu profeſſus eſt, non cenſeri tacitè profiteri, niſi poſtquam ſciuit profeſsionem eſſe nullam, perſiſtat integro continuo anno in religione, animo ratificandi illam.

Quartò infertur, cum profeſsio valore caret ratione 52
inhabilitatis perpetuæ profitentis, ſi impetrata diſpenſatione habilis effectus velit priorem profeſsionem irritam ratificare, neceſſarium eſſe repeti integrum nouitiatus annum, iuxta priorem ſentent. nu. 46. relatam: quam ibi valde probabilem dixi. Quia cùm ille fuerit inhabilis, defuit conſenſus in recipientibus, & licet illi reuera conſcij impedimenti conſentirent receptioni in nouitiatum, defuit poteſtas valide conſentiendi: defuit etiam validus nouitij conſenſus, vtpote qui incapax erat. Ad validum autem nouitiatum deſideratur conſenſus nouitij & religionis, ſicut & ad validam profeſsionem. Vt bene docet *Nauarli. 3. conſ. tit. de regularibus, in 1. edit. conſ. 5. num. 17. in 2. conſ. 26. num. 17.* At iuxta ſent. quam num. 47. amplexi ſumus, non eſt neceſſaria nouitiatus iteratio, propter rationes ibi propoſitas.

Quintò infertur, quando non extat ſtatutum à Ponti- 53
fice confirmatum efficiens inhabilem profeſſum tegentem morbum, vel aliud vitium notabile, licet admiſſus non eſſet eo cognito, nec profeſſionem, nec nouitiatum iteranda eſſe, ſed fuiſſe valida. Vt ſi quis morbo Gallico laborans eo tacito reciperetur in religionem, nullatenus eo cognito admittendus, non exiſtenti ſtatuto prædicto inhabilem eum reddenti, valeret profeſſio, nec hic teneretur egrediendi licentiam petere, ſed ſolum de culpa admiſſa dolere, quam *Nauarrus ſtatim allegandus* mortalem eſſe putat. Poſſet tamen religio ipſum in pœnam culpæ ſic admiſſæ expellere. Ita docent *Nauar. lib. 3. conſ. t. de regular. in 1. edit. conſ. 25. num. 2. & 3. in 2. conſ. 48. nu. 2. & 3. Manuel 2. tom. ſum c. 6. nu. 3. Sorbus in compendio priuileg. mendicantium, verb. Nouitius, poſt 7. notabile, §. Quinto principaliter. Vega 2. to. ſum. c. 50. caſu 4.* Et poſſe hunc expelli docet etiam *Emmanuel Sa ſum. verb. Religio, n. 34.*

Sextò infertur, quid dicendum ſit, quando profeſſio 54
fuit nulla defectu non præmiſſæ informationis à Sixto V.

quando

quando maior sedecim annis profitetur,& in nouitiatum ingreditur, petitæ? Pendet enim quæstio ex cognitione, an ex eo defectu reddatur non sola professio, sed etiam admissio ad nouitiatum irrita. Placuit enim quibusdam iunioribus,vtrumque irritari.Et ita retenta hac sententia, dicendum esset iuxta probabilem opinionem num. 46. relatam, iterandum esse nouitiatum, tamquam irritum. Secus iuxta nostram sententiã, n.47. positam. Ducuntur autem ad sentiendum,irritari quoque nouitiatum.Quòd Sixtus V.in priori motu proprio, §. *Caterum quoniam*, hos non aliter recipi posse, nisi præmissa informatione statuerit.Quæ negatio,adiuncta verbo Posse,reddit actum omnino nullum.Vt probaui lib.6.disp.38.num.20.Et paulò infra idem Sixtus V.sic ait: *Si qui eorum contra nostram constitutionem admittentur, tam susceptio habitus,quam professio nullius valoris existat.* Et ita tenet *Sorbus in compendio priuileg. mendicantium, verb. Nouitius, notabili* 4. Sed verius est non irritari nouitiatum,sed solam professionem. Quia ea verba motus proprij,vt non possint prædicti recipi, nisi præmissa informatione,intelliguntur de vera receptione,quæ per professionem fit. Id enim est potissimum receptionis significatum:& præterea,cum verba pœnalia sint, ac iuris antiqui correctoria, sunt vtique restringenda. Eo vel maximè,quod *in eod.§.Caterum quoniam*,paulò inferius,agens de informatione præmittenda receptioni maiorum sedecim annis,sic ait: *Plena & indubitata fide facta,tam superioris generalis,vel prouincialis, quam diffinitorum consensu approbati, & ad habitum regularem admissi fuerint.* At habitus regularis verè est habitus professorum, per quem verus religiosus quispiam efficitur.Et verba, quæ inferius subiungit proximè relata,quæ clarè irritant professionem & nouitiatum, apertè intelliguntur de proximo membro in eo motu proprio relato,nempe, de criminosis, ære alieno grauatis, aut reddendis rationibus obnoxijs,quos proximè ad religionem perpetuò inhabiles reddiderat: ac proinde nouitiatum & professionem decidit esse nulla. Quòd si dicas, clausulam in fine positam ad omnia præcedentia referri. At præcesserat eos inhabiles non admittendos esse:nec sedecim annis maiores absque informatione. Dic clausulam in fine positam tunc ad omnia præcedentia referri, quando in omnibus illis eadem subest ratio, (vt probaui lib.6. disp. 22. num. 19.) Quod apertè hic deficit. Quia illi criminosi,& ære alieno, ac reddendis rationibus grauati, erant effecti in eo motu proprio inhabiles perpetuò tam ad nouitiatum,quam ad professionem:& ideo vtrumque cassum fuisse Pontifex declarat: at maiores sedecim annis nullo eo vitio laborantes sunt ad vtrumque habiles: vnde non est cur nouitiatus irritetur, si postea informatione facta non reperiantur inhabiles. Quare valere eum nouitiatum sustinet *Manuel 2.to.sum.c.4.n.7.* concludens si aliud vellet is motus proprius, non esse eum receptum quoad hoc,sed solum vt dicta informatio professionem antecedat. Ex his ergo consequens est, vt ad ratificandam professionem eorum,qui post sedecim annos habitum nouitiorum receperunt, & nondum præmissa informatione sunt professi,non desideretur iteratio nouitiatus.Quia prior fuit legitimus.Sed satis erit, vt facta informatione professio rata habeatur.

55 Imò quando illegitimi, non ex sacrilego aut incestuoso concubitu nati, recepti sunt non præmissa dicta informatione, existimo nouitiatum fuisse validum. Atque ita *Manuel n.præced. allegatus* loquitur indistinctè. Quare præmissa postea informatione,quam petunt Sixtus V.& Gregorius XIV. in suis motibus proprijs, non erit necessaria iteratio nouitiatus. Ducor, quia Sixtus V. in suo motu proprio, §. *Quoad reliquos vero*, solum irritat professionem eorum,ibi: *Siquis autem eorum alias quam vt præfertur, recipietur, professio similiter nulla sit.* Et licet statim iubeat habitu priuandos ac expellendos: id tamen intelligi debet, nisi velint præmissa informatione denuo profiteri, inuentis qualitatibus per eos motus proprios petitis. Si autem ex incestu vel sacrilegio geniti sint, tunc existimo nouitiatum fuisse irritum. Quia Sixtus V. in eo motu proprio, §. *Ne igitur contingat*, expresse dicit susceptionem habitus & professionem horum irrita esse.Et Gregorius XIV.non omnino correxit hunc motum proprium, sed tantùm decreuit, vt præmissa quadam informatione capaces essent. Ergo ea non præmissa, iudicandum quoque est, habitus nouitiorum susceptionem irritam esse,iuxta prioris motus proprij decisionem. Quare sustinendo priorem sententiam relatam num. 46. repetendus est nouitiatus, vt possit professio ratificari: at retenta nostra relata num. 47. id opus non est.

Vltimò infertur, quod quando professio fuit nulla de- 56
fectu veri consensus profitentis, vt si fictè professus sit, eum non indigere nouitiatus iteratione, vt ratificet professionem: & hoc iuxta vtramque opinionem. Quia cum ingressus sit vero probandi animo,nullum in nouitiatu vitium reperitur.Quòd si ficto animo ingrederetur, solum vt religionem illuderet: tunc nouitiatus non valeret: quia duorum consensu indiget,vt diximus nu.52.Quare iuxta primam sententiam, iterandus esset ad ratificandam professionem.Secus iuxta nostram sententiam.

Tandem si quis vellet priorem opinionem amplectens 57
iterare nouitiatum, vt vel sic tutior esset ratificationis professionis valor,esset facile remedium, ne cum infamiæ nota repeteretur, sub sigillo confessionis vitio superiori detecto, petere vt ipsum denuo admittat ad nouitiatum peragendum inter ceteros professos, habitu eorum gestato. Quod si non sufficiat consensus prælati, ad nouitij admissionem, sed desideretur simul conuentus consensus,potest petere prælatus conuentus suffragia,tacito professi nomine, & explicata prioris professionis nullitate. Vel potest,vt id necessarium non sit, ac conscientia pacetur, impetrari secreto Pontificia dispensatio nouitiatum supplens.

Ad argum.n.46.proposita resp.Ad 1.dic,sicut matrim. 58
contractum coram parocho & testibus, irritum propter aliquod impedimentum occultum,non dicimus esse omnino nullum: est enim validum quoad præsumptionem Ecclesiæ ignorantis impedimentum, & sic non iudicatur de illo,ac si omnino factus non fuisset, quoad iterandam solemnitatem parochi & testium, sed solum quoad iterandum contrahentium consensum: ita eum nouitiatum non esse omnino irritum, sed quoad hoc, vt ille coram Deo non fuerit nouitius verus,priuilegijsque nouitiorum gaudens: at fuisse validum quoad eum effectum, vt verè expertus sit religionis austeritates,& religio experta sit eius mores, qui est finis anni nouitiatus, & proinde is iterandus non sit ad ratificandam professionem. Ad 2. constat ex dictis n.47.vbi non defendimus nouitiatum iterandum minime esse.eò quòd cesset in hoc casu finis decreti Trident.sed quia finis illius decreti nunquam hunc casum comprehendit: ac subinde nec decretum ipsum. Quam differentiam in exemplo matrim. ibi adducto latius explicuimus & probauimus li.2.disp.37.n.3.

SVMMARIVM.

Vt ratificetur professio irrita,opus est,vt professus norit professionem fuisse irritam.& velit ex tunc valere, n.59.

Quando professus erat habilis, at professio fuit irrita defectu consensus professionis facte, an exigatur noua superioris acceptatio, vt professio illa rata habeatur?n.60.

Quid quando professio fuit nulla ratione motus, n.61.

Quid.quando professus erat inhabilis, siue perpetuo, siue temporaliter? Referuntur duæ sententiæ,n.62.& 63.

Proponitur sententia Auctoris,n.64.

Traditur medium vt ab vtq; nota habeatur noua acceptatio,n.65.

An sint cæremonia solita adhiberi in professione repetenda,n.66.

An possit hic professus retinere locum, & reliqua priuilegia sua antiquitati correspondentia? Refertur quædam sent.n.67.

Proponitur Auctoris sententia,n.68

Post n.68.inuenies omnia summaria,quæ desiderantur.

QVAESTIO VII. An ad ratificandam professionem ir- 59
ritam desideretur nouus consensus ipsius professi, noua-

que acceptatio superioris religionis, præcedente in vtroque scientia nullitatis prioris professionis: ac sint repetendæ ceremoniæ: ratificataque professione possit ille professus retinere locum, ac cæteras priuilegia antiquitati prioris professionis irritæ correspondentia? Et vt à notioribus incipiamus, manifestum est, ad veram prioris professionis irritæ ratificationem, & vt ea conualescat, desiderari, vt professus sciens fuisse nullam, ad eamque minime obligari, eam ratam habeat, volens vt ex tunc efficax ac firma sit. Quare quantocumque tempore exerceat actus quoscunque professorum, ac professionem ratificet ignarus illius nullitatis, ea vires non resumet, nec is verus professus efficietur. Quod late probaui, similibus quibusdam adductis, l. 1. disp. 16. n. 7. & lib. 2. disp. 36. n. 3. & similiter ob eandem rationem dixi aliquibus DD. allegatis hoc 7. lib. disp. 6. nu. 9. non censeri ratum haberi ordinem metu assumptum, per ipsius exercitium, dum exercentem lateret se ad ordinis obseruantiam astrictum non esse. Et ita colligitur ex *Caiet. in. 2. 2. qu. 189. art. 5. paulo post princ.* Et docent *Nauar. sum. c. 12. n. 71. & comment. 4. de regul. num. 74. §. Aduertendum quarto, & lib. 1. consil. in 1. edit. tit. De his quæ vi, consil. 5. n. 8. & lib. 3. tit. de regular. consil. 5. num. 15. & 18. & cons. 39. nu. 4. & consil. 35. fine, & consil. 37. num. 2. & cons. 44. n. 4. & cons. 96. n. 1. & in 2. edit. lib. 1. t. De his quæ vi, cons. 1. n. 8. & lib. 3. tit. de regular. consil. 17. fine, & cons. 23. n. 2. & cons. 17. n. 4. & cons. 26. n. 15. & 18. & cons. 29. num. 1. & cons. 28. fine, & consil. 34. n. 4. & consil. 89. n. 3. & 5. Azor lib. 12. institut. moralium, c. 4. q. 7. Sorbus in compendio priuilegiorum mendicantium, verb. Nouitius, notabil. 4. Graffis 1. p. decis. lib. 3. c. 5. Manuel 2. to. sum. c. 5. n. 2. & c. 8. concl. 4. n. 5.*

60 Tota autem difficultas est, an desideretur quoque noua monasterij acceptatio? Et cum possit professus esse habilis, & ex alio defectu, vt consensus, aut ratione metus, professio sit irrita: aut quia inhabilis est. Quando professus erat habilis, at professio fuit irrita defectu veri consensus, eo quod ficte professus sit: an sit necessaria ad eius ratificationem noua quoque acceptatio superioris conscij nullitatis prioris professionis: pendet decisio ex simili quæstione, in matrimon. carnali: nempe an contracto matrimon. inter personas habiles, quarum altera ficte consensit, vt id matrimon. conualescat, sit quoque necessarius nouus consensus alterius coniugis, qui legitime consenserat. De qua quæst. late egi lib. 2. disp. 32. Et cum sit probabile requiri nouum consensum alterius coniugis (vt ibi num. 8. probaui,) similiter dicendum est, esse probabile desiderari nouam monasterij acceptationem, cognita prioris professionis nullitate. At cum ibi numero 9. tanquam probabilius secuti simus, non exigi nouum consensum alterius coniugis, cuius consensus fuerat legitimus: ita in præsenti verius est, quando professus erat habilis ad profitendum, vtpote qui nullo vitio dirimenti laborabat, & anno professionis expleto, legitimamque ætatem adeptus, fecit professionem, at irrita fuit professio ex defectu consensus ficti ipsius, non desiderari nouam religionis acceptationem, sed satis esse, vt ipse professus vere consentiat, licet interne, & quocunque tempore transacto, dummodo superior, qui professionem acceptauit, non reuocarit consensum. Quod latius probaui d. disp. 32. num. 9. & 14. argumento deducto ex matrimonio carnali, in quo multos DD. id asserentes allegaui. Et id expresse tenet in professione *Emmanuel Sa in summa, verb. Religio, num. 23.* vbi ait, professionem eam ratam effici consensu professi superuenienti. Et id supponunt *Angles floribus, 2. p.* vbi de voto, *q. vnica, a. 1. diffic. 4. & Manuel 2. to. sum. c. 92. concl. 5. n. 5.* vbi inquiunt teneri hunc secretò profiteri, si nequeat absque scandalo fugam arripere. Et à fortiori id docent DD. n. seq. citandi.

61 Idem censendum est de eo, qui metu cadenti in virum constantem professus est, cum alias esset habilis. Cum enim nullū vitium in consensu acceptantis interfuerit, sed ex parte sua firmus & validus extiterit, satis est, vt ea professio irrita conualescat, accedere liberi professi consensum, quo sciens nullitatem prioris velit eam ratam habere. Quod etiam probaui lib. 2. disp. 32. num. 14. Et probatur ex *cap. Ad id, de sponsal.* vbi decidituar matrimonum ob metum irritum, valorem resumere per spontaneam pasi cohabitationem, nec fit mentio noui consensus alterius coniugis, qui sponte sua illum præstiterat. Et tenent expresse in professione *Nauar. li. 3. consil. tit. de regular. in priori edit. consil. 24. num. 1. in posteriori, consil. 50. n. 1.* At probabile quoque est contrarium, nempe desiderari nouum consensum superioris, vt dixi n. præced.

Grauior autem difficultas est, quando neuter consen- 62
sus fuit legitimus, ratione inhabilitatis profitentis ad profitendum, siue inhabilitas sit temporalis, siue perpetua. Vt quando expleto nouitiatus anno, vel ante sedecim annos completos, emissa fuit. In quibus cuentibus omnino cassatur professio in *Trident. sessione 25. de regular. c. 15.* & est illegitimus tam consensus profitentis, quàm monasterij acceptantis: sicut quando matrimonium est clandestinum, consensus vtriusque coniugis in matrimonium est omnino irritus ratione inhabilitatis temporalis ad sic contrahendum inductæ per *Trident. sess. 24. de matrim. cap. 1.* Similiter quando professio facta est à quibuscunque filijs illegitimis, vel à legitimis maioribus sedecim annis, iuxta motus proprios Sixti V. & Gregorij XIV. quorum meminimus disp. hac num. 30. Consistit ergo difficultas in hoc, an postquam cessauit impedimentum, vt quia iam expleta est ætas, aut integer annus nouitiatus completus est, vel informatio facta est: vel si fuit impedimentum perpetuò inhabilitans, id cessauit per Pontificiam dispensationem, vt ea professio irrita conualescat, satis sit nouus consensus professi, vel desideretur quoque noua religionis acceptatio scientis nullitatem prioris? Et loquendo de impedimentis, quæ ad tempus reddunt inhabilem quempiam ad profitendum, qualia sunt defectus ætatis, & integri anni probationis, *Nauar. lib. 3. consil. tit. De regular. in 1. edit. cons. 35. num. 3. & cons. 46. num. 2. in 2. consil. 27. nu. 2. & consil. 28. num. 3. & Graffis 1. p. decis. lib. 3. c. 5. num. 24.* asserunt sufficere vt conualescat professio, ratificationem ipsius professi absque noua superioris receptione. Idque probat Nauarrus, eo quod professio ob metum irrita sola ratificatione ipsius professi vires resumat. Et faciunt pro eadem sententia, *Manuel 2. tom. sum. c. 8. conclus. 4. num. 5. & Sorbus in compendio priuileg. mendicantium, verb. Nouitius, notabil. 4.* vbi aiunt professionem irritam instaurari, si professus nullitatis professionis conscius eam ratam habeat. Idemque assererent omnes hi DD. quando informatio in illegitimorum receptione, aut legitimorum maiorum sedecim annis, non præmissa est. Cum id quoque impedimentum sit ad tempus inhabilitans, nempe, donec informatio præmittatur. At de impedimentis perpetuò inhabilitantibus censerent oppositum *ipsemet Nauarr. Palacios, & Manuel*, quos num. 46. reculi, dum in eo casu petunt iterari nouitiatum; nedum id dicerent de noua ad professionem admissione.

At in contraria sententia est *Azor libro 12. institut. mora-* 63
lium, c. 4. qu. 7. vbi agens de eo, qui ante annum nouitiatus expletum professus est, ait desiderari, vt ea professio firma reddatur, superiorem conscium nullitatis prioris professionis ipsam denuò admittere: atque subinde idem diceret de omnibus alijs impedimentis, siue perpetuò, siue ad tempus inhabilitantibus. Et vere est ratio vrgentissima pro hac sent. Quia eadem est ratio de matrim. carnali & de spirituali quoad hoc: vtrumque enim contractus est mutuus desiderans traditionem vnius, & acceptationem alterius. At vt matrim. irritum ob contrahentium inhabilitatem conualescat, necessarius est nouus vtriusque consensus scientis prius matrim. fuisse nullum, vt latissime probaui lib. 2. tota disp. 35. & seq. Ergo idem est in ea professione. Et confirmatur, quia ideo id contingit in matrimon. (vt ibi probauimus) quod neuter consensus ex se validus fuerit, vtpote qui in personam inhabilem ferebatur, & manente ignorantia nullitatis prioris matrimonij

nouus

nouus consensus non præstabatur ad id denuo celebrandum, sed solum ad validum existimatum ratum habendum, ac proinde vterque consensus, qui à principio desiderabatur, est renouandus cognita nullitate, vt vel sic animus sit denuo ineundi matrim. At hæc ratio omnino militat in professione, vt quæ liberum profitentis, & recipientis, consensum desiderat: & prior vtriusque fuit omnino irritus, tanquam præstitus circa personam inhabilem: & si duranti eadem ignorantia ratificetur à superiori professio, ea ratificatio non est noua acceptatio, qualis desiderabatur vt denuo inciperet efficax esse, sed est confirmatio præcedentis, quæ nulla erat. Requiritur ergo nouus vtriusque consensus cognito prioris professionis vitio. Et amplius confirmatur, quia non minus desideratur ad valorem professionis traditio professi, quam acceptatio superioris. vtrumque enim est de eius essentia. imò potior pars essentiæ est acceptatio, quæ est forma traditionem perficiens. Si ergo secundū omnes, (vt n. 59. diximus) vt ea professio irrita reuiuiscat, exigitur noua traditio professi de consensu nullitatis prioris professionis, cur non idem censendum erit de noua superioris acceptatione? Et ita hanc sent. amplexus sum li. 2. disp. 35. nu. 4. vbi dixi idem dicendum esse, quod de matrimonio. De quo dixi eo. lib. disp. 36. n. 4. multo probabilius esse desiderari nouum vtriusque consensum cognita matrimonij prioris nullitate. At dixi nu. 8. non esse adeo improbabile oppositum, quin quando graue damnum timeretur, posset amplecti sententia asserens non opus esse intimari alteri coniugi, prius matrim. esse nullum.

64 At quamuis præcedens sent. rationi conformior, tutior, ac probabilior sit; existimo esse probabile, & tutum in praxi quod *Nauar. & alij citati n. 62.* existimarunt, nimirum, non esse opus noua acceptatione ipsius religionis, sed satis esse, si professus ille sublato iam impedimēto, & conscius nullitatis prioris professionis, ratificet. Nec discrimē inuenio, siue impedimētum ad tempus, siue in perpetuum inhabiliter. Eadem enim est ratio, nam tam inhabilis est eo tempore, quo professus impedimento temporali inhabilitatur, quam est perpetuò, dum impedimentum est perpetuum. Ducor, quia quamuis negari non possit, desiderari nouam acceptationem cum scientia nullitatis prioris professionis. At ea habetur à Pontifice *c. Significatum, de regular. & c. 1 eod. 1. in 6.* dum ibi decernunt Pontifices, professionem irritam defectu legitimæ ætatis conualescere per ipsius professi ratificationem, vel delationem annuam habitus professorum. Atque proinde Pontifices, vt paci ac tranquillitati religionis, & ipsorum religiosorum consulerent, tamquam supremi religionum generales, acceptarunt professionem illam, per solam ipsius professi ratificationem. Et confirmatur, quia *Tridentin. sess. 25. de regul. c. 19.* tractans de professione irrita defectu ætatis, vel quacunque alia ex causa, præsumpsit eam ratificari per taciturnitatem quinquennij, exercendo actus professorum, & gestando eorum habitum, ac proinde clausit reclamandi aditum: (vt diximus num. 9. & 16.) & hoc absque religionis nouo consensu & scientia nullitatis prioris professionis. Ergo supponit Ecclesiam nomine religionis acceptare.

Ac per hoc cessant obiectiones in contrarium adductæ n. præced. Est enim diuersa ratio de matrimonio. (vt bene dixit *Petr. de Ledesma de matrim. q. 45. a. 3 in solutione ad vltimum*) nam Ecclesia non potest acceptare matrimonium nomine alterius coniugis. Nec potest etiam supplere consensum & traditionem ipsius professi, vt professio reddatur valida (vt probauimus hoc lib. 7. disput. 34. n. 16.) At potest professionem nomine religionis acceptare, quod sit supremus generalis omnium religionum. Sed obiicies, sicut induxit professionem tacitam, per quam ratificaretur prior professio irrita: ita & consensum tacitum, per quem prius matrim. metū initum conualescit, nimirum ex diuina habitatione præsumptum, *c. Ad id. de sponsal.* & ita nulla videtur discriminis ratio inter matrimonium & professionem. Sed dic id fecisse Ecclesiam in matrimonio personarum habilium, quod nullum erat ex vitio extrinseco existenti in altero coniuge solo, ad cuius ratificationem non erat necessarius nouus vtriusque coniugis consensus, sed solius metum passi: vt etiam contingit, quando alter ficte consentit. At quando coniux erat inhabilis, est necessario vtriusque consensus innouandus (vt differentiam hanc explicui lib. 2. disp. 32. nu. 9. & disp. 36. num. 2.) Quare cum Pontifex nequeat supplere alterutrius coniugis consensum, non potest inducere nouum tacitè aut expressè ratificandi modum, sine scientia vtriusque coniugis, & tacita aut expressa voluntate amborum ratificandi. Sicut potest in professione supplere religionis consensum, ac nomine ipsius etiam renitentis, nedum ignorantis, acceptare: statuendo (vt statuit in textibus allegatis) professionem irritam conualescere per solius professi ratificationem.

Quod si quispiam professus, vt tutius suæ conscientiæ 65
prouideat, velit adesse nouam acceptationem, facile vti potest eo medio, quod nu. 57. proposuimus, ad iterandum nouitiatum. Et ne fortè superior, nolens eum professum, consensum reuocet, prius ipse ratificet: quod iuxta opinionem probabilem num. præced. relatam satis est: vel non proponatur superiori religiosus, sed tacito nomine proponatur casus per interpositam personam.

Id tamen fatendum est, vtrauis sententia amplexa, cæ- 66
remonias solemnes ex regulæ præscripto aut consuetudine adhiberi solitas in professione, non esse repetendas. Cum non sint de ipsius substantia, & semel iam adhibitæ sint, eo vel maximè, quòd non possent absque nota iterari. Et in simili de matrim. quod fuit irritum, & occulta dispensatione habita ratificatum, non esse repetendas nuptiarum benedictiones in matrimonio priori irrito adhibitas. probaui li. 2. disp. 37. num. 13. & in propriis terminis huius professionis docet *Azor l. 2. instit. moral cap. 4. q. 7. fine.* & clarè videtur sentire *Nauar. li 3. cons. t. de regul. in 1 edit. cons. 46. n. 2. in 2. cons. 27. n. 2.* dicens non oportere, vt hic denuò publicè profiteatur.

Tandem meritò dubitabit quispiam, an hic professus 67
possit tuta conscientia retinere locum, ac cætera priuilegia antiquitati prioris professionis irritæ debita? Ratio dubitandi est, quòd ex tempore ratificationis incipiat esse verus professus, vt ex se constat, & docet *Nauar. l. 3. cons. t. de regul. in 1. edit. cons. 46. nu. vlt. in 2. cons. 27. n. vlt.* vbi etiam tetigit hanc difficultatem, sed breuissimè, & de sola fide antiquitati debita egit, dixitque posse ea gaudere, quando bona fide putarat se professum, & superuenienti mala fide ratificauit, argumento multorum, quæ de effectibus bonæ fidei, & de euitatione scandali, & de rei modicitate adduci possent.

Sed breuiter dico, siue bona fide, siue mala in ea irrita 68
professione perstiterit, si de factis tempore præterito loquamur, quo solum professus existimatus erat, nil teneri eum reparare. Quippe omnia illa valida fuerunt (vt probaui n. 38.) Si autem de in posterum faciendis sermo fit, si ratione antiquitatis existimatæ professionis aliquid sibi competat, quod in præiudicium alicuius momenti religionis aut religiosorum cedat, tunc existimo eum teneri secrete pro foro conscientiæ dispensationem impetrare, vt id retineat: interim tamen dum procurat, vel si commodè procurare nequeat, non tenetur cum nota ab ijs abstinere, sed solum quando absque nota posset, vt constat ex dictis nu. 38. si verò competentia ratione dictæ antiquitatis sint modici momenti, vt priorem locum occupare, prius ferre suffragium, & alia huiusmodi, non credo eum compellendum esse ad procurandam dispensationem. Quia rei modicitas id persuadet.

SVMMARIVM.

Coniugatus professus sine valida coniugis licentia non comprehenditur sub decreto Tridens sess. 25. de regul cap. 19. sed potest quandocumque durante coniugio reclamare, n. 69.

An cessante coniugio vt ratificet, desideretur scientia nullitatis professionis, iteratus nouitiatus, & noua superioris acceptatio? Et an repetenda

tenda sint ceremonia, & possit obtinere locum, & priuilegia antiquæ professioni irrita debita: & dicenda sint omnia de hoc, quæ dicuntur de non legitime professo, dum non ratificauit, vel postquam ratificauit, num. 70.

Si impedimentum coniugij duret toto quinquennio, vel partim, quando liceat reclamare? n 71.

69 QVÆSTIO vltima. Quando coniux sine valida licentia coniugis professus possit reclamare contra professionem, an quinquennium præscriptum in *Trident. sess. 25. cap. 19. de regular.* procedat in hoc euentu? Et quid exigatur vt professio huius valere incipiat? Prima conclusio sit. Coniugatus hic durante coniugio non comprehenditur sub decreto *Trident. sess. 25. de regul. cap. 19.* præscribenti quinquennium ad reclamandum contra professionem, sed eo durante locus erit reclamationi. Quia est inhabilis ad profitendum validè absque valida alterius coniugis licentia, vt constat ex dictis tota disput. 34. & 35. At inhabiles non comprehenduntur sub eo decreto, vt probauimus hac disput. num. 34.

70 Secunda conclusio. Cessante impedimento coniugij, eò quòd coniux relictus in seculo consensum præbet aut fornicatur, altero existenti innocente, aut vita functus est, vt ea professio quæ irrita erat conualescat, necessaria est ratificatio ipsius professi, cognita prioris professionis nullitate: iuxta dicta n. 59. non tamen desideratur nouitiatus iteratio, iuxta probabiliorem opinionem, quam amplexi sumus n. 47. quamuis oppositum sit probabile, vt nu. 46. diximus, nec desideratur noua acceptatio religionis scientis priorem professionem fuisse irritam, iuxta probabilem sent. propositam n. 64. secus iuxta probabiliorem relatam nu. 63. Et hæc quidem procedunt retenta nostra sententia quam disp. 34. n. 16. & 18. vsque ad 22. & disp. 35. n. 7. 11. & 15. defendimus, nimirum, professionem factam à coniuge absque spontanea licentia, vel metu & dolo alterius coniugis, adeò irritam esse, vt non conualescat alterius consensu aut morte, nisi ipsemet coniux professus tunc eam ratam habeat. Et de repetendis cæremonijs in ratificatione huius professionis, & de retinendis loco ac priuilegijs debitis antiquitati prioris professionis, dicenda prorsus sunt, quæ diximus n. 66. & duplici seq. Et denique de obligatione ratificandi postea professionē, ac de fugiendi potestate, & de ceteris, quæ ratione professionis ei poterant competere: sunt eadem asserenda, quæ de inualidè professo diximus n. 36. & seqq.

71 Tandem si impedimentum illud duret quinquennio post professionem, vel parte quinquennij, quando liceat huic reclamare: dicenda sunt quæ diximus nu. 34. fine, de habente impedimentum irritans professionem.

DISPVTATIO XXXVIII.

An vir possit absque vxoris licentia ad ordines promoueri: & sic promotus ad quid astringendus sit?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sint, n 1.

Coniugatus nec ante, nec post matrim. consummatum potest ad ordines sacros ascendere, absque spontanea coniugis licentia. Et remissiue, quid quando vxor fornicatur? n. 2.

Quid, si maritus nondum consummato matrim. habeat animum transeundi ad religionem, an possit sacris initiari, n. 3.

An id liceat ex Pontificis licentia, n. 4.

An possit sine licentia vxoris ad primam tonsuram & ordines minores ascendere? Refertur quædam sententia, n. 5.

Proponitur sententia Auctoris, n. 6.

Quid, si matrim. nondum sit consummatum? n. 7.

An sit exigendum votum continentiæ ab hoc coniugato volente ad primam tonsuram & ordines minores promoueri? n. 8.

Non potest ad ordines minores ascendere, nisi velit ad sacros, n 9.

Soluuntur argumenta, n. 10.

Quando vir sine vxoris licentia promotus est ad sacros ordines, potest ab ipsa reuocari, n. 11.

Quid, si ad summum Pontificatum prouectus sit, n. 12.

Quid, si licentia metu aut dolo extorta sit, n. 13.

Quid, si vxor nec consensit, nec dissensit, sed dissimulauit? Refertur quædam sent. n. 14.

Proponitur sententia Auctoris, n. 15.

An vxore non repetente possit vir promotus ad eam redire, n. 16.

An vir promotus ad ordines matrim. nondum consummato, ab eo vxoris licentia teneatur ingredi religionem? Refertur quædam sent. n. 17.

Proponitur sententia Auctoris, n 18.

Quid, si promotus sit animo ingrediendi, n. 19.

An si nolit ingredi, sit vxori restituendus, & ad quid teneatur, quamuis summus Pontifex sit? Et remissiue, quid si postea vxor adulterium admittat, n. 20.

An qui matrimonio consummato initiatus ordine sacro, absque licentia vxoris, possit petere, & teneatur reddere apud Græcos & Latinos, num. 21.

An vxor teneatur huic reddere, vel professo absque eius licentia, vel cum illa, postea tamen ad ipsam reuocato, n. 22.

An valeat matrim. testum post vxoris obitum, ab eo qui absque eius licentia ordines sacros assumpsit? Refertur quædam opinio, n. 23.

Proponitur Auctoris sententia, n. 24.

CVM disputatum hactenus sit de facultate coniugatorum transeundi ad religionem, & de conditionibus ad id iure petitis. Iam de facultate ascendendi ad ordines, Episcopatum & Cardinalatum, tractandum est. Quod quatuor disp. absoluetur. Præsens tractabit de facultate promouendi vir ad ordines absque vxoris licentia, vel cum ea metu vel dolo extorta, vel sola vxoris dissimulatione: & de obligatione sic promoti. Sequens de petitis vt vir cum licentia vxoris initietur, & de reuocatione viri cum ea licentia promoti, non seruatis alijs iure requisitis. Mox alia subsequens de obligatione vxoris in seculo relictæ ad seruandam castitatem, & de eius habilitate ad validum matrimonium ineundum, defuncto viro ad ordines promoto. Vltima, de requisitis vt vir ad Episcopatum Cardinalatumve ascendat. Præsens ergo disputatio continet tres quæstiones. Prima est, an viro liceat ad ordines transire, absque vxoris licentia expressa & spontanea? Secunda, de reuocatione viri sic promoti. Tertia, de obligatione ipsius viri reuocati. 1

QVÆSTIO I. An vir possit ad ordines transire absque vxoris licentia expressa & spontanea? Hac in re certissimum est, coniugatum nec ante, nec post consummatum matrim. posse ad ordines sacros ascendere absque spontanea vxoris licentia. Id enim est expresse definitum de matrim. indistinctè, *c. Coniugatus. de conuers. coniug.* & explicando etiam ante matrim. consummatum *Extrau. Antiquæ, Ioan. XXII. de voto.* Et ratio est, quia per ordinis sacri susceptionem non dirimitur matrim. ratum, vt definitur in ea *Extrauag.* Atque subinde præiudicium fieret mulieri, absque eius licentia ordine assumpto, ac mutato statu. Hoc autem intellige vxore non adulterante. Nam ea adulterante virum innocentē posse ad ordines transire ipsa inuita defendemus contra alios lib. 10. disp. 11. n. 16. 2

Nec liceret viro ante matrimonium consummatum absque vxoris licentia ad ordines transire, quamuis animum haberet transeundi statim ad religionem: sed id esset lethale peccatum. Constat ex *Extrauag. Antiquæ, Ioan. XXII. de voto*, ibi: *Districtius inhibentes, ne quisquam durante matrimonio, nondum etiam consummato, aliquem de sacris ordinibus præsumat suscipere, nisi prout sacris canonibus nouerit conuenire.* Vbi *glossa verb. Nouerit*, ait nempe, petita licentia vxoris cum voto castitatis. Cum ergo iura non sint contenta solo animo viri ingrediendi religionem, vt ad ordines promoueatur, sed petant aliquas conditiones (vt disp. sequenti videbimus) qui solo eo animo promoueretur, contraueniret illi Extrauaganti verbis rigidissimis vtenti, grauemque statuenti pœnam, ac in re magni momenti: ac proinde non euaderet culpam mortalem. Adde, facillimo negotio mutari animum, ac consummari matrimonium, & tunc nullum superesse remedium: cederetque in grauem ordinis sacri iniuriam. Et ita sustinent *Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 53. ar. 4. dub. 1. quod mouet circa primum statum coniugati. Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 224. n. 3. Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 48.* 3

Imò nec ex Pontificis summi licentia poterit coniugatus ante matrimoniū etiam consummatum ad ordines promoueri, absque vxoris licentia. Quia nequit Pontifex iuri vxoris derogare. Ita docet *Palud. 4. d. 27. q. 3. art. 3.* 4

num.

n.22. Sed illi fidem non habeo. Tum, quia posset Pontifex dispensare in eo matrimonio rato, vt dirimeretur. Tum etiam, quia sola continentia ordini sacro annexa obstaculo est promotioni coniugati ad ordines. At cum illa solo iure Ecclesiastico annexa sit ordini (vt defendimus hoc 7. libr. disp. 27. num. 5.) posset Pontifex in ea dispensare. Quare posset coniugatus ex Pontificia dispensatione, etiam post matrim. consummatum, ad ordines sacros promoueri absque vxoris consensu. Sola enim constitutio Ecclesiastica id vetat.

5 Sed specialis difficultas est, an possit vir ad primam tonsuram & ordines minores promoueri absque vxoris licentia? Nam *c.1. de cler. coning.* solum interdicitur ne coniugatus ad ordines sacros promoueatur. Et *c. Coniugatus, de conuers. coniug. & extrau. Antiquæ, Ioan. 22. de voto*, vbi similiter prohibetur promotio viri ad ordines, fermo est de ordinibus sacris. Nullatenus ergo interdicitur ipsi promotio ad ordines minores. Quod enim de vno negatur, de alio concessum intelligitur, *c. Qualis, d.25.* Adde etiam ordinibus minoribus non esse annexam continentiam. Quæ sola promotione viri ad ordines sacros obstat. Et ita posse hunc ad ordines minores promoueri ex iusta causa, docent *Innoc. eo.t. Coniugatum, statim in princ. & ibi Host. n.1. Henric. n.6.* dicens textum contrarium, num. seq. allegandum intelligi, nisi ex iusta causa Episcopus dispensaret: & ita credo alios DD. citatos intelligere, id licere dispensante Episcopo. Quorsum enim iustam causam peterent, vbi nulla dispensatio in præcepto aliquo desideraretur? Vnde dicunt *Innoc. & Host. ibi*, non esse petendum votum continentiæ ab hoc coniugato ad ordines minores ascendenti. Et hoc est probabile.

6 Sed tenendum est tanquam multo probabilius, nec ad primam tonsuram promoueri posse absque vxoris licentia, seruatis alijs, quæ iura postulant in vxore ad promotionem viri ad ordines: de quibus disp. sequ. fermo erit. Probatur ex *c. fin. de tempor. ordinan. in 6.* ibi: *Nullus Episcopus, vel quiuis alius clericalem præsumat conferre tonsuram coniugato, nisi volenti religionem intrare, aut ad sacros ordines promoueri, prout est sacris canonibus definitum.* Vbi *gl. verb. Definitum*, ait, dic vt notatur *c. Coniugatus, de conuers. coniugat.* vbi petitur licentia vxoris cum voto castitatis ipsius manentis in seculo, vnde ait *Abb. statim allegandus*, textus contrarios, n. præced. allegatos, qui de solis ordinibus sacris mentionem fecere, intellexisse ordines sacros ample, ita vt minores & primam tonsuram sub se ambiant. Sed melior solutio est, illos textus solam promotionem ad sacros ordines interdixisse: at *d.c. fin. de temp. ord. in 6.* prohibuisse quoque promotionem ad ordines minores, & primam tonsuram. Nec argumentum à contrario sensu ex alijs textibus deductum, alicuius est momenti: cùm id argumentum nil probet, quando inde alterius iuris correctio resultat, vt latè probat *Enerardus in suis topicis, loco à contrario sensu.* Et ita huius sent. sunt *glos. d. c. fin. verb. Definitum, & ibi Dominicus n.6. idem gloss. d.c. Coniugatus, verb. Ad sacros, & ibi Ioan. Andr. n.3. Ant. n.3. Abbas n.2. Card. q.1. Anchar. n.2. Idem Ioan. Andr. c.2. n.1. de cleric. coniug. & ibi Anton. n.1. Abb. nu.3. Anchar. n.3. Cardin. q.1. Imola nu.1. Brunell. de sponsal. concl.30. nu.16. Ant. Cucus lib.4. institut. maior. t.12. nu.197. Azor l.13. institut. moral. c.13. q.7. Maiolus lib.1. de irregul. c.34. n.1. Lancelot. institu. iuris canon. lib.2. t. de diuort. §. His exceptis, verb. Ad sacros.*

7 Intellige etiamsi nondum consummatum sit matrim. Quia quoad promotionem ad ordines, nil refert an solum ratum an etiam matrimon. consummatum sit. Ita docent *Ioan. Andr. c. Coniugatus, num. 1. de conuers. coniug. & ibi Card. q.3. Henric. num.6.*

8 Vnde ab hoc coniugato volenti ad primam tonsuram ascendere, vltra requisita ex parte vxoris, de quibus disp. sequenti agam, exigendum est votum continentiæ. Quamuis enim à non coniugato promoto ad minores id votum non petatur, secus est de coniugato. Quòd ille possit à clericatu resilire, ac vxorem ducere: & ideo non debet beneficio iuris priuari, petito ab eo continentiæ voto: hic autem non potest ad primam tonsuram promoueri, nisi velit quoque ad sacros ordines ascendere, vt constat ex *c. fin. de tempor. et din. in 6.* & ideo ne contingat eum ante sacrorum ordinum susceptionem redire ad vxorem, alligandus est continentiæ voto. Sic *glossa c. Episcopus, verb. Sequestrato, d.77. Ioan. Andr. c. Coniugatus, n.4. de conuers. coniug. & ibi Ant. n.3. Abbas n.3. Card. q.2. Anchar. n.2.*

Nec potest etiam coniugatus hic ad primam tonsuram 9
promoueri, nisi velit quoque ad ordines sacros ascendere, vt constat ex *cap. fin. de tempor. ordin. in 6.* & docent *Ioan. Andr. d.c. Coniugatus, n.3. & ibi Ant. n.3. Abb. n.2. Anchar. nu.2. Cardin. q.1.*

Ad argum. n.5. proposita constat ex dictis nu.6. vbi ad 10
eos textus respondi, & quamuis ordinibus minoribus non sit annexa continentia, & ideo ex hac parte non repugnet eos assumi post coniugium: at repugnat propter specialem iuris prohibitionem.

QVÆSTIO II. An vir absque spontanea vxoris licentia 11
ad ordines promotus, possit ab ea reuocari? Supponendū est vxorem posse quadrupliciter se habere. Primò, concedendo licentiam spontaneam & expressam, & de hoc est fermo habendus duplici disp. sequ. Secundò, nullam concedendo licentiam, quia aut viri promotionis ignara fuit vel illius conscia contradixit. Tertiò, concedendo licentiam, metu tamen vel dolo extortam. Quartò, sciendo promotionem viri, & nec contradicendo, nec consentiendo, sed tacendo & dissimulando. Et de his tribus modis est disputatio præsens. Et quidem quando vxor contradixit, vel ignara fuit, ac proinde nulla habita est licentia, nemo dubitat integrum esse vxori illum ad consortium coniugale reuocare. Quod illi non potuerit vir præiudicare. Idque expresse definitur *extrauag. Antiquæ, Ioan. 22. de voto*, quando matrimon. nondum est consummatum, nedum quando iam consummatum est: nisi ante consummationem placeat viro ad religionem transire.

Imò si vir absque licentia vxoris ad summum euehere- 12
tur Pontificatum, potest ab ipsa reuocari, vt ei teneatur debitum reddere. Cum enim hoc sit ius iustitiæ prius, non potuit lædi per pontificatum, quantumuis bona fide assumptum, eo quod vxor mortua crederetur. Ita docent *glossa c. Si quis pecunia, verb. Non apostolicus d.79. & ibi Archid. ad fin. & ibi Turrecr. cit. Hugone a.3. n.12. Ioan. Andr. c. Constitutus, in fin. de conuers. coniug. & ibi Anton. fin. Abbas fin. Anchar. fin idem Abbas c. Vxoratus, in fin. eod. tit. & c. Licet de vitanda, n.4. de elect. Henric. c. Coniugatus, n.3. de conuers. coniug. Monald. sum.* vbi de voto, *t. de voto coniug. vers. Item si vir suscepit ordinem. Astensis sum.2. p.l.8. t.22. a.2. q.1. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c.8. fin. Sylvest. Matrimonium, 8. q.12. dict. 3. Supplem. summæ Pisanæ, verb. Impedimentum, impedit. 11. n.2. Maiolus lib.1. de irregul. c.34. num.3.* Quamuis Doctor quidam, quem refert tacito nomine *Bellamera d.c. Si quis pecunia, in fine*, senserit minimè restituendum esse vxori, nec teneri ei reddere debitum. Quod ob maius commune bonum vxor priuanda sit absque culpa iure suo: & ipse cogitandum relinquit. Sed tenendum est quod dixi.

Idem dicendum est, quando licentia vxoris, metu viri 13
constantis, aut dolo graui extorta, vir ad ordines promotus est. Quippe vt vxor iure suo repetendi priuetur, licentia spontanea desideratur, vt de licentia vxoris, sic extorta ad professionem viri, probauimus hoc 7. li. disp. 35. n.1. & 9. non auferri vxori ius reuocandi. & ita docent *Sylvest. verb. Diuortium, q.17. dict.4.* vbi *Armilla n.13. Ant. Cucus lib.4. institut. maior. t.12. n.194. Azor l.13 institut. moral. c.14. q.12.*

Maior autem difficultas est, quando spontanea vxoris 14
dissimulatio interfuit, quæ conscia promotionis viri, ac potens commodè reclamare, nec consensum nec dissensum præstitit, sed dissimulando tacuit? Quia in re quidam asserunt non esse integrum vxori reuocare, sed censeri vouere continentiam. Ita *glossa cap. Quia sunt, verb. Fuisse, d.28. & ibi Archid. num. fin. Dominic. ad finem. Turrecrem. num.4. Host. sum. tit. de voto, §. Vtrum & per quem, num.18. vers. Igitur si coniugatus. Astens. sum.2 p. lib.8. t.22. a.2. quæst.2. Monald. sum.*

vbi

vbi de voto, *t. De voto coniugatorum, vers. Item licet aliqui. Henricus c. Vxoratus, n. 12. de conuers. coning. Arctinus consil. 59. n. 8. Palud 4. d. 37. q. 1. a. 1. n. 9 Regia lex 40. t. 6 p. 1. & ibi Greg. Lopez verb. Teneat. n. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 8 fin. Supplem sum. Pisanæ, verb. Impedimentum, impedimento 11. n. 1.* Temperant *Henric. Monald. & D. Antonin. ibid.* quando vxor fuit conscia iuris statuentis quid ipsa efficere debeat, viro promoto ad ordines cum eius consensu. Tunc enim tacens, cum commode reclamando esset, videtur consensum præstare, & ad ea efficienda se astringere, quæ ius facienda præcipit. Et hæc sent. est probabilis.

15 Sed verius est, nullum ex ea dissimulatione vxori præiudiciũ generari, sed ius suum viri repetendi illæsum manere. Quia ad rem tam arduam iura non contenta sunt vxoris dissimulatione, quæ varias interpretationes patitur, nec signum apertum licentiæ est, vt expresse definitum est *c. Consuluit, de conu. coning.* quando vir profitetur vxore dissimulante, & diximus hoc 7. l. disp. 35. n. 13. Et ita in proprijs terminis docent *Sylu. Armil. Ant. Cuc. Azor citati n. 13.*

16 Sed dubitabis, an vxore non repetente possit vir ad sacros ordines absq; eius licentia promotus, ad ipsam redire? Doctores negantes posse professum absque vxoris licentia, ad ipsam non repetentem redire, quos retuli hoc lib. 7. disp. 34. n. 14. à fortiori id negabunt in hoc casu. Et quamuis ea disp. 34. n. 15. defenderim posse eum professum redire ad vxorem non repetentem: at contrarium existimo de viro sic ad ordines sacros promoto. Quia ea professio non fuit valida: at ordo suum omnem valorem habuit: & Ecclesia ordini castitatem, in quantum potuit, annexuit: ac proinde censetur omnem facultatẽ redeundi sua sponte ademisse initiato, saluo tamen iure vxoris ad reuocandum. Et ita solum tenebitur dolum & vim illatam amouere, significando vxori animi sui promptitudinem ad coniugale consortium ipsa volente. Quod si vxor repetere nolit, non erit ei integrum ad eam redire.

17 QVAESTIO vltima, ad quid astringendus sit vir absque licentia expressa ac spontanea vxoris ad ordines promotus, & ab ipsa reuocatus? In duplici casu potest quæstio hæc agitari. Prior est, quando promotio ad ordines sacros facta est nondum consummato matrim. Posterior quando consummato matrimon. Et in priori casu, quibusdam (& satis probabile est) placuit eum teneri ingredi religionem: vt vel sic possit votum ordini sacro annexum implere. Quod probant rationes omnes, quas lib. 9. disp. 34. n. 2. referam, ad probandum teneri eum, qui post votum castitatis vxorem ducit, religionem ingredi, eo quod non potest aliter castitatem promissam plene obseruare. Et DD. illic citati multo fortius sustinebunt hanc sententiã: cum multo strictius obliget votum castitatis ordini sacro annexum: eo vel maxime, quod ordo susceptus sit, & per consequens votum castitatis illi annexum, emissum sit post iam initum matrim. Et ita in terminis docent *Host. sum. t. de conuers. coning. n. 6. vers. Solutio. Archid. c. Dispensatam, n. 4. 27. q. 2. & ibi Bellamera nu. 4. Astens. 2. p. sum. li. 8. t. 11. a. 2. q. 5. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 8. fin. Azor l. 13. instit. moral. c. 14. q. 2. Petr. de Ledesma de matrim. qu. 53. a. 4. dub. 2. quod mouet circa primum statum coniugati, concl vnic.* Et videntur tenere *Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 224. n. 3. & Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 48.* & dico videri tenere: quia videntur loqui de coniugato, qui ante matrimon. consummationem initiatus est, animo ingrediendi religionem.

18 Sed probabilius est non teneri ingredi religionem. Id enim fortiter probat textus, *in Extrauag. Antiquæ, Ioannis 22. de voto*, ibi: *Ad ingressum huiusmodi sic ordinatum, si matrimonium consummatum non fuerit, per diœcesanum instanter moneri præcipimus.* Sentit ergo textus id non esse præceptum, sed consilium. Id etiam probant rationes, quibus lib. 9. disp. 34. nu. 3. & 4. probabo emittentem votum castitatis, siue ante matrim. siue eo inito, nondum tamen consummato, minime teneri religionem ingredi, vt votum seruet, & DD. ibi pro ea sent. allegati tenebunt etiam hanc (eadem enim est vtriusque quæst. ratio: vt testantur *Azor & Petr. de Ledesm. n. præced allegati.*) Et ita in proprijs terminis tenet expresse *glossa d. extrau. Antiquæ*, vbi *verb. Præcipimus*, ait Episcopum teneri admonere vt ingrediatur: ita enim præcipitur ibi in eo textu: & *verbo Renuerit*, ait supponere expresse eum textum, posse sic initiatum renuere. Idem tenet *Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 50. §. Esse iste.* & dicit esse probabile *Petr. de Ledesma n. præced. alleg.* Et videtur tenere *Enriquez l. 17. de matrim. c. 5. nu. 10.* vbi dicit hunc hortandum esse ad religionis ingressum.

19 Nec tenebitur religionem ingredi, quamuis animo ingrediendi religionem initiatus sit, dummodo id non voluerit, vt de vouente castitatem, ac postmodum matrimon. incunte animo transeundi ad religionem, probabo lib. 10. disp. 34. n. 4. cum minime teneri ad ingressum.

20 Id tamen certum est, hunc initiatum ordine sacro ante matrim. consummationem, monitumque vt religionem ingrediatur, ac renuentem, restituendum esse vxori petenti, cogendumque consummare. Id enim expresse definitur *d. extrauag. Antiquæ*, non enim potuit in vxoris præiudicium ordine sacro insigniri. Imo id esset verum, quamuis maritus ante matrim. consummatum in summum Pontificem euectus esset, nolens enim ad religionem transire, teneretur matrimonũ consummare. Ita *Archid. c. vn. n. 3. de voto, n 6. & c. Dispensatam, nu. 4. 27. q. 2. & ibi Bellamera nu. 4.* Sed id non credo. Posset enim Pontifex effectus dispensare in eo matrim. rato: ac satis vrgens causa tunc concurrebat: atque ita solutus esset ab obligatione vxoris. At si dispensare nolit, teneretur ad vxorem repetentem redire, ac matrim. consummare. Idque constat ex dictis n. 12. Vir autem hic restituendus vxori tenetur consummare non petendo, sed debitum reddendo: & ad reliqua omnia ad quæ statim dicam eum obligari, quando matrimon. consummato initiatus est. Quippe eadem prorsus est ratio. An verò vxori postea fornicanti sit maritus hic restituendus, dixi hoc li. 7. disp. 36. n. 4.

In posteriori autem casu, nimirum, quando matrimonio iam consummato est vir ordine sacro initiatus, ac ab vxore reuocatus, dicendum est eum teneri reddere. Quia non potuit per ordinem superuenientem præiudicare iuri exigendi acquisito ab vxore. At non potest petere. Quia obligatur voto castitatis annexo ordini assumpto, ad abstinendum in quantum lex matrimonij permittit. Et ita docent *D. Thom. 4. d. 37. q. 1. a. 2. ad 1. & ibi Palud. qu. 1. art. 1. num. 9. Supplem. Gabr. ibi q vn. a. 2. concl 5. Henric. de Gandauo quodlibet. 5. q. 38. D. Antonin. 3. p. tit 1. c 8. fin. Sotus 4. d. 38 q. 1. a. 2. concl. 4 Veguer. lib. instit. c. 16 §. 7. vers. 9. imped. 4. Palacios 4. d. 37. q. vn. concl. 3 & d. 27. disp. 2. colum. 24. vers. Sed quid si facta, fol. 584. Enriq. lib. 11. de matrim. c. 15. nu. 9. & lib 12. c. 5. n. 10. Azor lib. 13. institut. moral. c. 14. q. 1. Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. punct. 3. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 53. a. 4. ad fin. concl. 2. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 64. concl. 2. vers. Nec sic ordinatus. Emmanuel Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus, *de impedimento ordinis, n. 10 Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 224. nu. 4. Lud Lopez 2. p instruct.* vbi de matrim. *c. 49. col. 6. §. Accedit ad hoc. Vega 2. to. sum. c 34 casu 48. fin.* Et ex Iurisperitis, *gloss. extrauag. Antiquæ, Ioan. 22. de voto in fin. Monaldus sum.* vbi de voto, *t. De voto coniugatorum, vers. Item si vir suscepit ordinem. Astens. sum. 2. p li. 8. t. 22. a. 2. qu. 1. l. reg. 40. fin. t. 6. part. 1. & ibi Monald. gl. vn. Angelus Matrimoniũ, 4. n. 11. Supplem. sum. Pisana, verb. Impedimentum, imped. 11. n. 2. Sylues. Matrimonium, 8. q. 12. dict. 3. Nauar. sum. c. 22 n. 52. Conar. 4. decret. 2. p. c 6. §. 3 nu. 2. Gaetan. per. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 195. n. 467. Maiol l. 1. de irregular. c. 4 n. 9. & c. 34. n. 4. Ant. Cucus l. 4. institut. maior. t. 12. n. 196. & l. 5. t. 12. num. 222.* Idem dicendum est, si Græcus coniugatus sacris initietur absque vxoris licentia. Quia nec ipsis Græcis id permissum est. Quare poterit ab vxore reuocari, & sic reuocatus non poterit debitum petere, at reddere tenebitur. Sic *D. Thom. 4. d. 37. q. 1. a 2. ad 3. Azor li. 13 instit. moral c. 14. q. 6.* 21

Sed rogabis, an vxor viro promoto ad ordines absque eius spontanea licentia, & sibi restituto petenti debitum, teneatur reddere? Aliqui ex discipulis D. Thom. (vt refert 22

Petr.

Petr. de Ledes. statim allegandus) censent non ita certum esse, vxorem non teneri reddere debitum huic petenti. Quod ius iustitiæ nequaquam amiserit, sed sola religione voti impediatur. Et iura solum concesserint optionem vxori, velit ne seruare votum continentiæ à se emittendum: an potius libere vti coniugio, viro sibi restituto. Quare vxore hanc partem eligente, ius iustitiæ ad exigendum debitum manet in viro integrum, quamuis peccet contra voti religionem. Et hanc partem censeo probabilem. At verius est non teneri. Quoniam vir non solum castitatis votum emisit, sed validè mutauit statum, ac proinde visus est omnino & plenè iure suo exigendi cedere. Et ideo ita docent *D. Thom. 4 d. 37. q. 1. a. 2. ad 1. Abstensis, Supplem. Pisanæ, Sylvest. Gaeta, Manuel, Vega n. præced. alleg. Enriq. lib. 11. de matrim. c. 5. n. 10. Petr. de Ledesma de matrim. q. 53. a. 4 fin.* & videtur clarè tenere *Azor li. 11. instit. moral. c. 14. q. 1.* dicit enim virum recipiendo ordines sacros cessisse iure suo exigendi debiti. Idem credo de viro iuuene vxori restituto officio iudicis, eo quod licet de eius licentia fuit professus, non tamen ipsa votum castitatis emisit: iuxta dicta hoc lib. 7. disp. 33. num. 18. Quia (vt ibi dixi nu. 4.) valuit professio: ac proinde valide mutato statu cessit professus ille iure exigendi: & iura solum vxori, cui ob periculum incontinentiæ iubent eum restitui officio iudicis, reddunt ius exigendi, cui renunciarat concedens licentiam professionis emittendæ. At quando inualida fuit professio, quia non interuenit spontanea coniugis licentia, credo teneri vxorem ei reddere, ad se reuocato. Quia mutatio status fuit irrita: & proinde iuris cessio non valuit. Quod consentaneum est ijs, quæ diximus hoc 7. lib. disp. 34. nu. 15. & 16. vbi diximus posse hunc propria auctoritate exire, ac coniugem in seculo relictum repetere.

23 Tandem dubitatur, an si vir sacris initiatus absque vxoris licentia, ab ipsa reuocetur ad consortium coniugale: validè transire possit ad alias nuptias ea defuncta? *Goffred. c. Quidam, de conuers. coniug.* affirmat. Quia matrim. contractum à professo, post vxoris obitum, absque cuius licentia professus est, & ab ipsa reuocatus fuit, est validum: quamuis contrahendo peccarit.

24 Cæterum omnino dicendum est id matrimonium esse irritum. Est enim diuersa ratio de ordine, & de illa professione. Quia professio fuit irrita, & ideo virtute dirimendi matrim. caruit. At cum ordo sacer omnino valuerit, atque eius characteri annexum sit ab Ecclesia votum castitatis, per quod subsequens matrim. dirimitur, non potuit validum esse id matrimon. contractum post ordinem sacrum verè susceptum. Et ita docent *Innoc. c. Placet, nu. vn de conuers. coniug. & ibi Hostens. num. penult. Ioan. Andreas, num. 4. Ant num. 9. Abbas num. 7. Anchar. ad fin. Card. num. 3. quæst. 3. Henric. nu. 3. idem Anchar. cap. Quidam, in fin. ao tit. Francus cap. vnic. nu. 3. de voto, in 6. Abstensis 2. p. sum. li. 8. tit. 11. art. 2. p. 9. Brunel. de sponsal. conclus. 30. n. 3. Angel. Matrimonium, 4. n. 14. Supplem. sum. Pisanæ, v. Impedimentum, imped. 11. num. 2. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 195. n. 467. Ant. Cucus. l. 4. inst. maior. t. 12. n. 196. Barbosa rub. ff solut. matrim. 2. p. num. 89. & 101. Enriq. l. 11. de matrim. c. 15. num. 9 fin. Lancelot. instit. iuris can. li 2. tit. De diuortiis, §. His exceptis, v. Ad sacros, Ant. Gom. in expos. bullæ Cruciatæ, clausula 10 n. 69.*

DISPVTATIO XXXIX.

An sola vxoris licentia possit vir ad ordines promoueri: quidve ampliùs desideretur: & ea sola licentia promotus possit ab ipsa vxore reuocari?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputantur, n 1.
Quid desideretur vt vir licite ad ordines promoueatur? Referuntur quatuor sententia, n. 2 & 3 4 5.
Proponitur sententia Auctoris, n. 6.
An desideretur licentia Episcopi n. 7.
An possit vir licite sacris initiatus habitare cum vxore? & explicatur c. Volumus, d. 81 n. 8.

Satisfit argumentis, num. 9.
An vir sola vxoris licentia promotus, absque alia iure requisita, possit ab ipsa reuocari? Refertur duplex sententia, n. 10 & 11.
Proponitur sententia Auctoris, & ad quid cogenda sit hæc vxor, quæ licentiam dedit, & ad quid teneatur hic promotus ad ordines reuocatus, num. 12.
Soluuntur argumenta, n 13.

DISPVTATIO præsens duplicem quæstionem agitandam postulat. Prior est, de requisitis vt vir licite ad ordines promoueatur ex vxoris beneplacito. Posterior, de reuocandi facultate, deficientibus iure petitis in licentia ab vxore præstita. 1

QVÆSTIO prior. Quid desideretur vt vir, habita vxoris licentia, licitè ad ordines promoueatur? Decisio pendet ex intelligentia *cap. Coniugatus, de conuers. coniug.* ibi: *Nullus coniugatorum est ad sacros ordines promouendus, nisi ab vxore continentiam professente fuerit absolutus.* Quincuplex est sentent. Prima ait numquam desiderari ingressum vxoris in religionem, siue senex siue iunior sit: sed satis esse in vtroque euentu, vt castitatem in seculo voueat, idque necessarium esse, nec solam vxoris licentiam absque prædicto voto sufficere. Ducitur, quia videtur expressa decisio textus *d. cap. Coniugatus*: vbi nulla mentio facta est ingressus vxoris iuuenis in religionem, sed solius castitatis voti. Cum tamen quando necessarius est prædictus ingressus, vt ad viri professionem, iura id expresserint, *cap. Cum sis, cap. Ad Apostolicam, cap. Vxoratus, de conuers. coniug.* Et cõfirmatur, quia est diuersa ratio inter hos casus. Quia dum in seculo vir ad ordines promouetur, tenetur necessaria alimenta vxori subministrare, *cap. Omnino, d. 31.* Quare aufertur vxori occasio vagandi & incontinentiæ ob alimentorum penuriam. Insuper potest vxorem incontinentem corrigere ac punire. Quæ omnia cessant viro professo. Cum bonorũ & liberi arbitrij proprietate careat. Secundò, quia coniugati possunt in seculo manere, communi voto continentiæ ab ipsis emisso, in quo euentu carent facultate petendi & reddendi. Cur ergo non poterunt in seculo vitam traducere, vxore ligata voto castitatis, viro autem ad ordines sacros promoto, atque ijs communi placito effectis? Et hæc sententia est valde probabilis: ac eam sustinent *glossa c. Episcopus, v. Sequestrato, 77 d. & c. Quia sunt, v. Nec religiosam, 28. d. & Extrau. Antiquæ, Ioan. 22. de voto. v. Nouerit, & d. c. Coniugatus, v. Continentiam*, disiunctiue loquitur relata hac opinione, & vltima hic referenda: & hanc primam refert in vltimo loco. Et eodem modo loquitur *gl. c. 2. v. Castitatem, de cler. coniug.* Eandem sequuntur *Host. sum. t. de conuers. coniug. n. 5. Henric. d. c. Coniugatus n. 5. & 8. Monald. sum.* vbi de voto, *t. de voto coniugatorum, v. Item licet aliqui. Brunellus de sponsal. concl. 30. n. 6. Supplementum sum. Pisanæ, v. Impedimentum impedi. 11. nu. 2. Turrecr. c. Episcopus, n. vn. d. 77. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. qu. 1. §. 4. q. 195. n. 467. Manol li. 1. de irreg. c. 34. nu. 3. vers. In aliis autẽ. Franciscus Marcus decis. 734. n. 2. p. 2.* Et videtur tenere *Emanuel Sa in sua sum. v. Diuortium, nu. 4.* vbi ait virum posse ad ordines promoueri, vxore promittente in seculo castitatem. At id non faciendum, nisi illa senex sit. 2

Secunda sent. ait nullum votum desiderari in vxore, sed satis esse, si norit virum suum ad ordines ascendere. Pro hac sent. posset citari *gl. c. Quia sunt, in fin. d. 28.* sed reuera tantum vult *gl. ibi*, vt bene explicat *Archid. ibi, n. 4.* vt id sufficiat, non quo vir licite promoueatur, sed vt ex ordine sic à viro recepto præiudicium generetur vxori. Sed hanc sententiam expresse tenet *Angel. Matrimonium, 4. n. 8.* Qua autem ratione ducatur, me prorsus latet. 3

Tertia sentent. ait, semper satis esse votum continentiæ vxoris manentis in seculo, nec illud semper exigi, sed solum, quando vxor est iuuenis & suspecta de incontinentia, quare si senex sit, vel alias extra incontinentiæ suspicionem, non esse opus eo voto. Ita *Nauar. li. 3. cons. in posteriori edit. tit. De conuers. coniug cons. 13. nu. 5. & 6.* Idque probat, quia sicut se habet introitus vxoris in religionem ad introitum mariti profiteri volentis, ita votum continentiæ vxoris ad ordines viri. Quia sicut in priori casu 4

sufficit ille introitus, ita in posteriori hoc votum. At quando vxor est senex, non obligatur ingredi religionem, vt vir profiteatur. Ergo nec tunc tenetur continentiam vouere, vt vir ad ordines promoueatur.

5 Quarta sententia sic distinguit; si vxor sit iuuenis & suspecta de incontinentia, opus est vt religionem ingrediatur, quo possit licitè vir ad ordines promoueri: secus si iuuenis sit, sed non suspecta, tunc enim satis est votum castitatis in seculo: quamuis ad professionem viri semper necessaria sit professio vxoris iuuenis. Quia in vxore iuuene id expresse petitur ad viri professionem *cap. Vxoratus, c. Cum sis, c. Ad Apostolicam, de conu. coniug.* At ad viri ordines id non petitur *d. c. Coniugatus, eod. tit.* sed solius voti continentiæ vxoris mentionem fecit textus. Ita sentiunt *Ioan. Andr eod. c. Coniugatus, in fine, & ibi Anchar. fine. Card. quæst. 4. idem Card. c. Ex parte, el 1. n. vn. oppos. vn. vers. Sed pro intellectu, de conuers. coniug.*

6 Vltima sent. (quam cæteris probabiliorem existimo) sic distinguit. Si vxor est senex non suspecta de incontinentia, sufficit votum continentiæ ipsius in seculo, secus si iuuenis, tunc enim desideratur ingressus ipsius in religionem. Sicut distinguunt textus *c. Vxoratus, cap. Cum sis, c. Ad Apostolicam, de conuers. coniug.* vt vir ingrediatur religionem. Quare sent. hæc idem prorsus petit in vxore, siue vt vir profiteatur, siue vt ad ordines ascendat. Pfob. ex *c. Episcopus, d. 77.* quod est desumptũ ex *Conc. Agathensi, c. 16. & 17.* ibi: *Sanè si coniugati iuuenes consensuerint ordinari, etiam vxorum voluntas ita requirenda est, vt sequestrato mansionis cubiculo, religione promissa, postea quàm pariter conuersi fuerint, ordinentur.* Nec valet expositio *glossæ ibi verb. Religione, & Turrecr. ibi n. vn.* qui exponunt nomine religionis promissæ intelligi castitatem. Quia videtur ea expositio ad libitum. Præterea, quia si vxor iuuenis professi compellitur ingredi religionem: à fortiori vxor promouendi ad ordines. Quippe facilius potest clericus secularis vxorem inuitare, & conseruato pristino amore ea familiariter vtetur: vnde patentissimo periculo incontinentiæ exponentur: & tantum aberit vt moraliter loquendo ipse vir clericus factus vxorem inuitans eius incontinentiam corrigat, vt potior occasio incontinentiæ sit ipsemet eius curam gerens. Præterea, quia vxor iuuenis quantumuis casta, est incontinentiæ periculo exposita manens in seculo: eo quod mulieres inconstantes & facilè volubiles sint, *cap. Forus, ad fin. de verb. sign.* Non ergo credendum est, ius canonicum voluisse vt ea manenti in seculo vir ad ordines promoueretur. Et ideo huius sent. sunt ex Iurisperitis, *glossa c. Si se, v. Separentur, d. 28. & in duplici alio loco* (vt n. 2. retuli) posuit disiunctiuè hanc opinionem, & primam eo nu. 2. relatam *Innoc. c. Coniugatus, in fine, de conuers. coniug. & ibi Host. fine, Ant. fine, Abbas num. 4. idem Host. cap. 2. num. 1. de cler. coniug. & ibi Ant. nu. 7. idem Abb. c. 1. n. 6. de conuers. coniug. Dominic. cap. Si se, d. 28. in fin. Præpos. c. Quia sunt, d. 28. Allens. 2. p. sum. li. 8. t. 11. a. 2. qu. 5. Turrec. c. Si mulier, a. 2. nu. 2. d. 28. Rosella verb. Impedimentum, imped. 11. init. Sylvest. v. Diuortium. qu. 17. dict. 2. & Matrimonium, 8. q. 12. d. 4. Armilla v. Diuortium, n. 11. Tabiena Matrimonium, 1. q. 3. n. 4. Navar. sum. c. 22. n. 51. Lex regia, 38. fin. t. 6. p. 1. Greg. Lop. ibi, v. Muy vieja: & l. 2. v. En orden. t. 10. p. 4. Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 3. n 3. Ant. Cucus l. 5. instit. maiorum, t. 12. n. 213.* Et ex Theologis videtur expresse sentire *D. Thom. 4. d. 37. q. 1. a. 2. ad 2.* vbi ait vxorem de cuius licentia vir ordinem sacrum suscipit, teneri perpetuam continentiam vouere: non tamen teneri religionem ingredi, si sibi non timeat de incontinentiæ periculo. Eiusque verba transcribit *Viguer. l. instit. cap. 16. §. 7. vers. 9. impedim. 4.* & ita videntur eiusdem sent. & eam expresse sustinent *Albert. Mag. 4. d. 37. a. 4. Palud. 4. d. 32. q. 2. a. 2. num. 19. & ibi Maior. q. 2. §. Pro illa vltr. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. col. 12. vers. Præterea contra eand. 1. concl. & ad fin. a. vers. Quod hic de separatione. & d. 38. q. 1. a. 2. conclus. 2. Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 1. de essentialibus ipsius, d. 27. a. 3. diffic. 9. Palacios 4. d. 27. disp. 2. col. 24. paulo ante vers. Sed quid si facta. Ouandus 4. d. 27. q. vn. fin. Enriq. li. 12. de matrim. c. 5. n. 10. Corduba sum. q. 178.* (cum quadam tamen limitatione, quam statim impugnabo.) *Valentia 4. p. disp. 10. q. c. punct 3.* vbi de impedim. voti, *in fin. Azor li. 13. instit. moral. c. 14. q. 11. & c. 13. q. 7. Petr. de Ledes. de matrim. q. 53. a. 4. in dub. quod mouet circa 2. flatum coniugati, concl. 2. & q. 64. a. 4. dub. 1. concl. 7. Barth à Ledes. de sacram. ord. dub. 14. col. vltim. Lud. Lop. 2. p. Instruct. de matrim. ca. 49. col. 6. vers. Adde etiam.* Temperat *Corduba summ. d. q. 178.* vt intelligatur hæc sent. quando vir post consummatum matrimon. est ad ordines promouendus: si enim nondum consummatum sit, dicit in omni euentu desiderari transitum vxoris ad religionẽ. At profecto fundamento destituta est hæc limitatio, nec rationem differentiæ inuenio, & ideo tenenda est in vtroque casu sententia tradita.

Insuper est necessaria licentia Episcopi: ita vt ea non in- 7
terueniente maneat illæsum matrim. & poterit vir reuocari. Ita docet *Maiol. l. c. de irreg. c. 4. n. 9.* Ducitur; per *cap. Si vir & vxor, 27. q. 2.* Sed eam minimè desiderari, probaui hoc 7. l. disp. 32. n. 3. & ibi explicui *id c. Si vir & vxor.*

Sed dubitabis, an vir sacris initiatus ex legitima vxoris 8
licentia, manentis in seculo cum voto castitatis, possit simul habitare cum vxore? Id enim concedit Symmachus Pontif. & refertur *c. Volumus, d 81.* ibi: *Volumus vt sacerdotes prohiberi debeant, ne cum mulieribus conuersentur, exceptis dumtaxat matre, vel sorore, vel vxore.* At contrarium decidi videtur *c. Episcopus, d. 77* ibi: *Sequestrato mansionis cubiculo. Turrec. eo c. Volumus, n. vn.* refert aliquos velle decisionem eius textus referre ad antiqua tempora, quibus sacris initiati vtebantur licite matrim. inito. Sed iure optimo eos reprehendit: eo quod verba mox subiuncta *eo c. Volumus*, aperte aduersentur huic expositioni, dum subiungitur, vxorem caste regendam esse. Quare ea distinctione vtendum est; si illi coniuges suspecti sint, nullatenus sunt permitteudi simul habitare: secus si suspecti minime sint, tunc enim satis est cubiculum sequestrare. Quippe Apostoli secum adducebant vxores, vt eis ministrarent, *c. Omnino, d. 21.* Ita docent *glos. d. c. Episcopus, v. Sequestrato. & d. c. Volumus, in fin.* vbi *Hugo: & ibi Archid. n. vn. Dominic. nu. vn. Turrec. num. vn. Abb. c. Coniugatus, n. 5. de conuers. coniug. Franc. Marcus decis. 734. n. 6. p. 2.* Addunt (& bene) *Hugo, Archid. Domin. & Turrecr.* etiam si suspicione careant, non esse eos permittendos in eodem lecto, aut in eadem camera esse, sed solum in eadem domo. Imò existimo moraliter loquendo nec in eadem domo habitare permittendos esse, quamuis ex se id sit licitum. Quia moraliter loquendo non vacabit magno incontinentiæ periculo: aut saltem non leuem ansam iniquæ suspicionis & scandali præbebit.

Ad arg. n. 2. proposita constat ex dictis nu. 6. vbi adduximus *cap. Episcopus, d. 77.* prohibens promotionem viri ad ordines, nisi vxor iuuenis profiteatur: ibique probauimus textus distinguentes ad professionem viri, inter vxorem iuuenem & senem, à fortiori habere locum, vt vir manens in seculo ad ordines promoueatur. Quare iuxta hanc distinctionẽ est accipiendum *c. Coniugatus, de conuers. coniug.* dum solius voti castitatis vxoris meminit ad viri promotionem: intelligitur enim, quando vxor est senex, nec de incontinentia suspecta. Et hinc constat solutio primi argumenti & confirmationis. Ad 2. dic, longe diuersam esse rationem. Quia vbi vterque voto simplici castitatis, communi consensu emisso, periclitaretur de incontinentia, esset facile dispensationis remedium: & ideo id permittitur: at vbi iam vir in sacris esset constitutus, nullo pacto expediret dispensare vt ad vxorem rediret. Et si argumentum vim aliquam haberet, probaret pariter integrum esse viro ad religionem transire, de licentia vxoris iuuenis promittentis in seculo continentiam. Ad argum. num. 4. propositum resp. negando eam similitudinem.

Quaestio posterior. An vir ad ordines promotus sola 10
spontanea vxoris licentia, absque alijs iure requisitis, possit ab ea, aut saltem ex iudicis officio, ad consortium coniugale reuocari? Et posse hunc professum reuocari tenent *Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. col. 12. paulo ante vers. Et per hæc solvitur: & Barth. à Ledesm. de sacram. ordinis, dub. 14. col. vlt.* & nullam

red-

reddunt rationem. At ea potest reddi. Quippe cum iure præscripta ad legitimam viri promotionem seruata non sint, licentia ab vxore promotioni præstita non obstabit iuri ipsius ad reuocandum. Et confirm. ex *cap. 1. de conuers. coniug.* vbi reuocatur ex licentia vxoris professus, quod illa non vouisset castitatem: prout iure præsumitur.

11 Alij verò dicunt, vxorem consentientem censeri se ad castitatem obligare: ac proinde tenentur dicere non superesse illi ius reuocandi. Cum ius non habeat ad cohabitationem, vel vt sibi reddatur debitum: eo quod communi consensu se ad castitatem astrinxerint, ac vir statum mutarit. Quamuis ex Doctoribus, quos referam, soli *Cardin. & Palud.* explicent non habere vxorem ius reuocandi. At omnes, quos referam, dicunt censeri vxorem obligatam ad continentiam, carereq; vsu coniugij, ad quod consequitur carere quoque iure reuocandi. Ita docent ex Theologis, *D. Thom. 4. d. 37. q. 1. a. 2. ad 2. & ibi Ricard. a. 2. q. 2. corp. Palud. q. 1. a. 1. n. 9. & d. 32. q. 1. a. 2. n. 19. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 8. fin. Viguerius li. instit. c. 16. §. 7. vers. 9. imped. 4. Veracr. 1. p spec. a. 37. concl. 3. Azor l. 13. instit. moral. c. 14. q. 1. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 224. n. 3.* Et ex Iurisperitis, *Cardin. c. Coniugatus, in fin. de conuers. coniug. & ibi Henric. num. 5. Domin. c. Quia sunt, d. 28. ad fin. & ibi Turrec. nu. 4. idem Turrecr. c. Si mulier, a. 1. n. 1. d. 28. Alens. sum. 2. p. l. 8. t. 22. a. 2. q. 1. Sylvest. Matrimonium, 8. q. 12. dict. 3. Maiolus l. 1. de irreg. c. 34. n. 4.*

12 Sed mihi placet hæc distinctio, si vxor consensum præstitit, non ignara iuris statuentis quid ipsa efficere debeat, vt vir legitimè promoueatur ad ordines, nullatenus reuocabitur vir eius solo consensu promotus ad ordines: secus si id ius ignorauit. Ita docent *glos. c. Seriatim, v. Post mortem, d. 32. Henric. c. Vxoratus, n. 12. de conuers. coniug. Angel. Matrim. 4. n. 9.* Et ratio est, quod quando ius ignorauit, non censeatur votum continentiæ emittere, nec ad illam se obligare: ac proinde ius concedit reuocationem, quando vxor incontinentiæ periculum patitur, vt constat ex *c. 1. de conuers. coniug.* vbi statuitur virum de vxoris licentia professum, ad ipsam reuocandum: eo quod nullo illa castitatis voto se ligarit. At quando vxor dicti iuris conscia fuit, eo ipso quod licentiam concessit, censetur vouere castitatem. Sicut in omnino simili, nempe, in viro professo de licentia vxoris in seculo absque voto castitatis manentis, probauimus hoc 7. l. disp. 33. n. 14. iuxta saniorem sent. posse virum reuocari, quando vxor concedens licentiam, ius ignorauit, secus quando sciuit, & in hoc posteriori euentu censeri illam vouere castitatem. Hæc autem reuocatio viri ad vxorem, quæ iuris ignara licentiam concessit, non fit iure actionis competentis vxori: eo quod actione priuetur per licentiam, quam sponte concessit: sed ex officio iudicis: qui ne vxoris continentia periclitetur, potest virum non seruata forma iure præscripta ad ordines promotum reuocare ad vxorem. Sicut iuxta veriorem sent. idem diximus de professo ex simili vxoris licentia, hoc 7. l. disp. 33. n. 18. Quod docent in proprijs terminis *Angel. Matrim. 4. n. 9.* Quare sicut ea disp. 33. nu. 24. & 27. diximus vxorem, quæ iuris conscia dedit viro licentiam profitendi, cogendam esse ad profitendum, si iuuenis erat, aut suspecta de incontinentia; si autem senex, & non suspecta, cogendam esse vouere castitatem. Ita in hoc euentu dicendum est, retenta sent. quam num. 6. amplexi sumus, dicente hoc desiderari ad legitimam viri promotionem ad ordines: & ita docet *Azor lib. 13. instit. moral. c. 14. q. 11.* Cum tamen sit valde probabile (vt num. 2. diximus) sufficere ad ordines viri, vt vxor, qualiscumque sit, vouerat continentiam: erit similiter valde probabile, ad hoc solum cogendam eam fore. Tandem hic ad ordines promotus de licentia vxoris, & ad ipsam reuocatus ex officio iudicis, tenebitur reddere, non tamen poterit petere. Sicut disp. 33. n. 6. id diximus de simili professo. At vxor non tenebitur ei reddere, vt probaui disp. præced. n. 22.

13 Ad arg. & confirm. n. 10. proposita constat ex dictis n. præc. Probant enim quando vxor iuris ignara fuit, reuocãdum virum ex iudicis officio: & sic intelligitur ille textus.

DISPVTATIO XL.

An vxor, cuius licentia vel dissimulatione vir ad ordines sacros promotus est, ita teneatur ad castitatem, vt viro defuncto nequeat validum matrimonium inire?

SVMMARIVM.

An vxor, quæ voto emisso dedit licentiam viro ad ordines, possit eo mortuo, valide matrimonio copulari? Refertur quædam opinio, n. 1.
Refertur sententia austeris, tam inter Latinos quàm inter Græcos, n. 2.
Impugnata ratione ab aliquibus tradita, ponitur vera huius ratio, n. 3.
An id procedat, quando vxor licentiam non concessit? n. 4.
Quid, si dissimulauit, vel fuit metu aut dolo extorta licentia? n. 5.
Quid, si vxor non vouerat castitatem, sed solum licentiam concedat? n. 6.
Quid, si vxor ius ignorabat? n. 7.

IN hac disp. quibusdam placuit, vxorem quæ voto castitatis emisso licentiam concessit viro ordinis sacri assumendi, non reddi inhabilem matrim. ineundo post viri obitum: sed solum eam peccare contra votum. Et ratio est, quia cum id votum simplex sit, impedit quidem, sed non dirimit matrim. subsequens. Ita censent aliqui antiquiores, teste *gl. c. Si se, ad fi. d. 28.* & textus oppositum probantes explicant, quando mulier professa est. Idem secutus est *Soto l. 7. de iust. q. 5. a. 3. in solut. ad 2. in fin.* ea sola ductus ratione, quod non sit, cur id votum efficiatur solemne: non tamen meminit textuum oppositũ decidentium. 1

Verum dicendum est, id matrim. fore irritum. Id enim probat textus *c. Quia sunt, d. 28.* quod est *D. Greg. Pontif. li. 2. epist. 59.* vbi est casus, vxor conscia promotionis viri ad ordines, mortuo viro iam facto diacono, ad alias nuptias transijt, & ait *D. Greg.* ibi: *Si in coniugio diaconi mulierem, de qua agitur, fuisse constiterit, & qui male sociati sunt, disiungantur.* Vbi *gl. v. Fuisse* ait, supple, & ipsum ordinatum vxore sciente, & *c. Si se d 8.* quod est ex Conc. Aurelian. ibi: *Si secuiquam mulier duplicis coniugio, presbyteri vel diaconi relicta, conunxerit, separentur.* Colligitur etiam ex *c. Si qua vidua, d. 28.* quod est ex Conc. Martini Pontif. & ex *c. Seriatim, in fin. d. 32.* quod est desumptum ex Leone Pontif. contra Epist. Nicetæ Abbatis. Et vltra omnes DD. nu. seq. allegandos, qui hoc tamquam certum supponentes, disputant de eius ratione, tenent *Host. c. Ad Apost. n. 1. de conu. coniug. Ioan. And. c. Cum sis, ad fin. eo. t. & ibi Ant. fin. Franc. c. vn. n. 3. de voto, in 6. Turrec. c. Seriatim, a. 4. n. 7. d. 32.* & dicit esse rem certam *Azor l. 13. instit. moral. c. 14. q. 11.* Et idem est apud Græcos, quia licet illi non promittant continentiam respectu præsentis matrim. at promittunt respectu futuri. Sic *glos. c. Quoniam, v. Continentes d. 28. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. num. 469. contra Archid. eod. c. Quoniam, in fine*, dicentem non habere locum apud Græcos, quod ipsi ad ordines promoti minimè voueant continentiam. 2

Discrepant autẽ DD. in huius ratione reddenda. Quidam enim id euenire dicunt, quod vir & vxor actiones communicent *c. Martinus. de cogn. spirit.* Atque subinde ex solemni voto tacitè emisso à viro in sacri ordinis susceptione, redundat per actionum communicationem, vt vxoris votum simplex efficiatur solemne. Ita docent glossa asserens id posse dici, *cap. Seriatim, verb. Post mortem, d. 35. Host. c. 1. in fine. de conu. coniug. & sum. eod. t. n. 3.* vbi *Goffred. in sum. n. fin. Abb. c. Constitutum, n. 6. eo t. Archid. c. Quia sunt, n. 3. d. 28. & ibi Domin. in fin. Alens. 2. p. sum. l. 8. t. 11. a. 2. q. 9. & t. 22. a. 2. fin. l. reg. 40. t. 6. p. 1. & ibi Greg. Lop. v. Que ha en si la orden. Gaeta repet. cap. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. num. 469.* Et ex Theologis, *D. Bonau. 4. d. 37. in expos. lit.* limitans quando licentia concessa est in conspectu personæ publicæ; *Palud. 4. d. 28. quæst. 2. a. 5. num. 31. concluſ. 1. D. Antonin. 3. p. tit. 1. cap. 8. fin.* Sed hanc rationem reprobaui hoc 7. lib. disp. 32. nu. 8. Et ideo legitima ratio cur hoc matrimon. irritum sit, non est votum simplex vxoris effici solemne per actionum communicationem. Sed quia Ecclesiastica constitutio, ob reuerentiam ordinis assumpti à viro, ex licentia vxoris vouentis castitatem, reddidit eam ad subsequens matrimon. inhabilem. Sic ait posse dici *gloss. c. Seriatim, verb. Post mortem, d. 32.* & tenent *gloss. c. Si se, in fin. d. 8. Host. sum. t. de voto, §. Verum & per quem, num. 18. vers. Igitur si coniugatus.* Et 3

hanc quoque,rationem reddidit *l.reg.40.proximè allegat* Et in hanc partem inclinare videntur *Monald sum.* vbi de voto,*tit. De voto coniugatorum,vers.Item si clericus est Occidentalis, & Azor l.13.inst.moral.c.14.qu.11.* relata enim vtraque sententia,hanc referunt in vltimo loco.

4 Aliqui hoc extendunt,vt sit irritum quoque matrimonium vxoris post obitum viri contractum, quando vir ea reluctanti est sacris initiatus. Sic tacito nomine refert aliquos sentire *Azor lib.13.instit moral.c.14.q.11.* Quod rationi valde dissonum est. Ratio enim minimè patitur, vt ex viri delicto, contra eius voluntatem promoti,id detrimẽtum vxori innocenti subsequatur.Quare meritò *D.Thom. 4.d.37.q.1.art.2. ad 4.* dixit non videri ad aliquid vxorem obligandam, absque cuius consensu vir promotus est. Et *glos.c.Quia sunt,d.28.v.Fuisse,*intelligit eum textum irritantem matrimonium vxoris, quando eius consensu saltem tacito vir initiatus est.

5 Alij id extendunt ad vxorem, quæ nec expresè consensit,nec dissensit, sed conscia promotionis viri ad ordines dissimulauit, eo quod tunc censeatur vouere continentiam.Ita docent *glos.c.Quia sunt,v Fuisse d.28.& ibi Archid.n.fin.& ibi Domin.ad fin. Host.sum.t. De voto,§.Vtrum & per quem, nu.18. vers.Igitur si coniugatus.Henric.c.Coniugatus, n.5.de conuers.coning.Astens.2.p.sum.li.8.t.22.a.2.q.2. Supplem. sum.Pisanæ,v.Impedimentum,imped.11.n.2.Turrec.c.Si mulier, a.1.n.1.in solut.ad 1.& in fine totius ar.d.28.lex reg.40.t.6 p.1.* Idemque cum hac limitatione, quando vxor sciuit ius,tenent *Henric.c.Vxoratus,n.12.de conuers.coniug. D.Antonin.3.p. t.1.c.8.fin.Gaeta repet.c.Ad limina, 30.qu.1.§.4.q.195.nu.469.* Sed hoc non credo, existimoque vxorem dissimulantem id non pati detrimentum. Sicut nec pateretur concedens licentiam dolo vel metu extortam. Sola enim dissimulatio in re tam ardua non reputatur consensus:nec iuri vxoris præiudicat,vt probaui disp.38.n.15.

6 Id tamen concedo his DD.quando mulier consensum præstitit promotioni viri, quamuis nullum emitteret votum castitatis.Redderetur enim inhabilis ad aliud matrimonium. Quia textus *c.Quia sunt, d.* 28. id matrimonium irritans non meminit voti: nec hæc irritatio ex voto prouenit,sed ex Ecclesiæ constitutione (vt n.3. probauimus.) Et ita docet *glos.d.c. Quia sunt,in fin.* Et à fortiori DD. allegati num.præced.

7 Tandem omnia prædicta temperant quidam DD. volentes vt tunc matrimonio incundo reddatur inhabilis vxor promotioni consentiens, quando fuit conscia iuris reddentis eam inhabilem, & adhuc consensum præstitit, siue cum voto siue absque voto.Non enim rationi consonat vxorem huius sibi detrimenti subsecuti ex illius licentiæ concessione,aliud perpeti.Et ita docent *Host.c.1.de conuers.coniug.in fin.& in sum.eo.t.n.3.& ibi Goffred.in sua sum.in fi.Astens.2.p.sum.l.8.t.11.a.2.q.9.& tit.22 a.2.fin. Gaeta rep.c. Ad limina,30 q.1.§.4.n.469.*& est opinio pia ac probabilis. At verius est,id procedere quamuis vxor iuris ignara esset. Quia textus indistincte loquuntur. Præterea, quia non video rationem,cur ad hoc impedimentum dirimens desideretur scientia iuris,cum id non proueniat ex voluntate vxoris,eiusque voto, sed ex iure Ecclesiastico (vt nu.3. diximus.) Et in cæteris impedimentis dirimentibus ea scientia non desideratur.Ita *D.Bonauen.4.d.37. in exposit.lit. Turrec.c.Seriatim,a.4.n.7.d.32.* & in hanc partem inclinat, licet dubius *Greg.Lop.l.40.v.Non vale,t.6.partit.1.*

DISPVTATIO XLI.

Quid exigatur,vt integrum sit marito ad Episcopi aut Cardinalis dignitatem iúre promoueri?

SVMMARIVM.

Quid exigatur,vt vir fiat Episcopus? Refertur quædam opinio, n.1.
Proponitur sententia Auctoris, n.2.
An si vxore volente in seculo castitatem, cum vetula sit, vir profiteatur, & iam professus,sit in Episcopum promouendus,desideretur vxorem professam? n.3.
Quid exigatur,vt vir fiat Cardinalis? n.4.

1 QVIDAM censent idem sufficere,ac necessarium esse, vt maritus ad Episcopi dignitatem promoueatur: quod sufficit,& necessarium est, vt vir transeat ad religionem,nimirum,si vxor sit senex, vt ea voueat castitatem in seculo:si autem iuuenis,vt transeat ad religionem. Ita censent *gl.c.Sanè,in fin.de conu.coniug. Sotus 4.d.27.q.1.a.4.ad fin. in vers. Quod hic de separatione. Angles sterilibus 1.p.* vbi de matrim. *q.1.de essentiali.ab ipsum d.27.a.3.dissc. 9.& add.c. Sane,* petens ad id ingressum vxoris in religionem, respondet *gl finalis ibi,* intelligi de vxore iuuene:& est probabile.

2 Sed multo verius est, semper esse necessariam professionem vxoris in religione, vt possit vir ad Episcopatum promoueri.Id enim videtur decidi *c.Sane,de conuers.coniug.* ibi:*Prohibemus ne vxoratum præsumatis in Episcopum ordinare, nisi vxor prius professa continentiam, sacrum sibi velamen imponat,& religiosam vestem vel vitam assumat.* Et ratio est,propter ordinis Episcopalis excellentiam, & vt auferatur occasio, vt Episcopus visitetur à feminis. Et ideo hanc sententiam sustinent,ex Iurisperitis *glos. c.Si se, v. Separentur, d.28 & c.Quia sunt,v Nec religiosam,d.28. Innoc. c. Cum sis,in fin.& c.Coniugatus,n.vn.de conuers.coniug.H.H.sum.co.tit.n.5. & c.Ad Apostolicam,num.1.& c.Sanè,in fine de conuers.coniug. Ioan.Andr.d.c.Coniugatus,in fine,& d.c.Sanè,num.3.& ibi Ant. n.3. Abb.n.2.Card.n.2.q.1. Anchar.ad fin.idem Abb.c.1. n.6.&c. idem Card.c.Exparte,el 1.n.vn.oppos.vn.vers.Sed pro intellectu, eo.tit.Henric.d.c.Coniugatus,n.4.Domin.c.Sisc,n vn.d.28. Monald.sum.*vbi de voto, *t. De voto coniugatorum, vers. Item licet aliqui dixerint. Roscella v. Impedimentum imped 11. tuit. Angelus Matrimonium,4.nu.8. Supplem.sum. Pisanæ v.Impedimentum, imped. 1.ad fin.Sylueſt. Matrimonium,8.q.12. dict.4. & v.Diuortium,q.17.dict.2. Armilla ibi n.11 Tabiena Matrimonium,1 q.3.n.4 Turrecr.c.Si mulier,a.2.n.2. d.28. Couar.4. decret.2.p. c.6.§.3.n.5.Brunel.de sponsalibus concl.30.n.7.fin.Greg Lop.l.2. v.Entredeux.t.10.p.4.Gaeta repet.c.Ad limina 30.q.1.§.4.q.195. n.468. Ant.Cucus l.5.instit.maior.t.1.n.223 & l.4.t.12.n.193. Franc.Marcus decis.734 n.6.p.2.Maiolus l.1.de irreg.c.34.n.2.* Et ex Theologis,*Maiorii 4.d.32.q.2.§. Pro illa rubr.Palac.4. d.27.disp.2 c.l.24.vers.Sed quid si facta.f.584. Azor lib.13.instit.moral.c.13.q.7.Pet.de Ledesma de matrim. q.64.a.4.dub 5. concl.6.Lud.Lop.2.p.instruct.*vbi de matrim.*c.49 col.6.vers. Adde etiam.* Et est commune placitum.

3 Hinc infertur, viro effecto religioso, vxore vetula manente in seculo cum castitatis voto, si vir ad episcopatum prouehendus esset, necessarium fore vt vxor illa religionem ingrediatur.Constat ex dictis num.præced. & docet *Anchar.c.Sanè,ad finem,de conuers.coniug.*

4 Tandem dubitatur, quid desideretur, vt possit maritus ad Cardinalis dignitatem promoueri? *Ioan. Andr. c.Sanè,in fin.de conuers.coniug.*indecisum reliquit,vt Pontifex statueret:additque honestum fore vt idem seruetur, quod nu.2. diximus exigi,vt vir Episcopus crearetur:nimirum,vt qualiscumque sit vxor,religionem ingrediatur.Quod Cardinales in suis titulis habeant benedictionem quasi Episcopalem,vt notatur *c.Hii quæ,de maior. & obed.* & illum omnino sequuntur *Ant.eo.c.Sanè, in fine,Abb. nu.3. Card.in fine, Anchar.fin.*Sed *Maiolus l.1.de irreg.c.14. num.2.* quæstionem hanc decidit, asserens semper desiderari ingressum vxoris in religionem.Sed existimo non amplius desiderari,quam ad ordines à viro assumendos. Quod non inueniam textum aliquid speciale in hoc casu decidentem:nec rationẽ, quæ ad aliud sentiendum cogat.

DISPVTATIO XLII.

Vtrùm per contractum matrimonij validum amittat clericus in minoribus constitutus beneficia?

SVMMARIVM.

Per sponsalia non amittit clericus beneficia,nec illis est priuandus, n.1.
Quando beneficia non vacant ipso iure,potest beneficiarius lite pendente,antequam priuetur,ipsa resignare, non obstante quod alius ea impetrarit, si clericus iis priuetur Et non obstante ea impetratione, si Episcopus posset dispensare, vt ille obtineret beneficium, non impediretur ea dispensandi facultate, n.2.
An beneficia vacent per matrimonium,non expectata iudicis sententia? Refertur quædam opinio,n.3.

Pro-

Proponitur sententia Auctoris, n. 4.
Vacant beneficia, quamuis matrimonium non sit consummatum, n. 5.
Nec recuperat ea sponsus sponsa profitente. n. 6.
Admittuntur etiam ius ad rem, accessus & regressus ad beneficia, n. 7.
Quid, si illegitimus, aut alias inhabilis impetraret dispensationem ad beneficium, vel quispiam ad plura, an nox inieris matrimonium perdat valorem dispensationis. ita vt ipsi facto vltro non prosit? Refertur quadam opinio, n. 8.
Sententia Auctoris traditur, & qualiter dispensatio non conferat ius ad rem. n. 9.
Clericus valido matrimonio copulatus peccat mortaliter, si retineat beneficium, n. 10.
Possunt eius beneficia, tanquam vacantia, statim impetrari, & alteri conferri, n. 11.
Si retineat beneficium, tenetur fructus restituere. n. 12.
Nec potest illud resignare in fauorem alterius, n. 13.
Coniugatus est incapax beneficij, & laicus quamuis statim initiandus, num. 14.
An hic recipiens beneficium, aut alij inhabiles inueniantur regula de triennali possessore? n. 15.
Quid, si coniugatus voueat castitatem, an tunc sit beneficij capax? n. 16. & ibi, an sit capax, quando vxore adulteranti ad ordines promouetur.
An possit Episcopus dispensare, vt coniugatus obtineat beneficium? Refertur quadam sententia. n. 17.
Proponitur sententia Auctoris. Et explicatur c. Ioannes, de clericis coniugatis, n. 18.
Soluuntur argumenta. Et enodantur cap. Si qui verò. d. 32. & cap. Quia tua, 12. q. 1. n. 19.

1 HACTENVS egimus qualiter ordo impedimentum præstet matrimonio, illique superuenire possit. Iam disputandum occurrit de damnis, quæ clericus ad matrimonium transiens incurrit. Inter quæ principem locum obtinet beneficiorum amissio. Et præsens disputatio tractat, qualiter amittantur, quando matrimon. est validum: subsequens autem, quando est irritum. In præsenti ergo disp. constat apud omnes, beneficia nequaquam amitti per sponsalia de futuro. Quia sicut per adeptionem posterioris beneficij incompatibilis prius minime vacat, dum plene non est posterioris obtenta possessio, *cap. Commissa, de elect. in 6.* ita per sponsalia, quæ statum plene incompatibilem non inducunt, sed solum via sunt ad illud comparandum, non vacant beneficia. Atque ita docent *Ioan. And. c. 1. n. 1. & c. Ioannes. n. 23. de cler. coniug. Ant. eod. c. 1. n. 6. & eod. c Ioannes, n. 19. Abb. eo. c. 1. n. 5. Anchar. eo. c. 1. ad fin. & eo. c. Ioannes, n. 14. Card. eod. c 1. n. 2. q. 2. & d. c. Ioannes, nu. 8. q. 11. Imola eo. c. 1. n. 4. & eo. c. Ioannes, num. 24 & Clem. Gratia, n. 25. de rescript. Henric. c. De diuersis n. 10. de cler. coniug. Francus c. vn. in princ. n. 3. de cler. coniug. in 6. & ibi Domin. in princ. n. 3. Anchar. num. 1. notab. 1 Philip. Prob. ibi, addit. ad Monachum n. 10. Gygas de pensionib. q. 54. n. 7. Staphilæus de lit gratia, vbi de variis modis vacationis, 5. vacationis modo, nu. 5. Bernard. Diaz pract. canon. in noua edit. c. 80. n. 6. & ibi Salzedo in addit. verb. Beneficia, Rebuff. de pacif. possess. n. 187. & praxi beneficiorum, reg. de publ. resignat. gl. 18. n 40 Benedict. Capra repet. Clem Gratia, de rescript. n. 45. Rosella verb. Clericus, 4. nu. 22. Sylvester Beneficium, 3 q. 22. Armilla v. Beneficium, n. 20. Tabiena Beneficium, 2. q. 12. n. 14. Bermondus de publicis concubinariis, §. Qui vero solutus est, si continere nolit, n. 2. Auferius decis. Tholosana 240. n. 3. Nauar. sum. c. 25. Hisp. nu. 119. Lat. nu. 120. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 3. n. 4. Minchaca de successionum creat. l. 3. §. 22. n. 47. Iulius Clarus li. 5. recept. §. fin. in pract. crim. q. 73. n 3. Ant. Gabr. to. 1. commun. in mea edit. l. 2. f. 67. v. Beneficiatus. Perez li. 5. ordinam. t. 1. l. 1 f. 4. §. Tamen sponsalia. Mascard. de prob. concl. 182. n. 1. & vlt.* Et ex Theologis, *Azor l. 13. inst. moral. c. 13. q. 6. & 8. Emanuel Sa sum. verb. Beneficium, n. 24. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 30. fine, Vega 1. to sum. c. 36. casu 20. §. Alo sexto. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 256. col. 5. §. Interim ist hinc pullulat. & 2. p. c 49. de matrim. paulo ante t. de impedimento consanguinitatis.* Addit-que secundum omnes priuandum esse hunc clericum beneficijs, Sed neminem inuenire potui id dicentem: nec est verum. Quia nec est textus id probans: nec ratio id suadens. Cum hic minime delinquat, & nondum statum incompatibilem assumpserit.

2 Difficultas autem est, quando clericus validum matrimonium init, an eo ipso beneficia amittat, an potius sententia iudicis priuans desideretur? Magni enim effectus est, vtrum horum dicamus. Si enim ipso iure vacent beneficia, nullatenus poterit contrahens matrim. ea renuntiare. Ea quippe est regula, vt priuatus ipso iure beneficio, non possit in fauorem alicuius resignare. Quod nullum ius in id beneficium ipsi supersit. Et ita multis citatis, & asserens esse omnium, docet *Flamin. l. 3. de resign. benef. q. 1. n. 21. & duplici seq.* At si non ipso iure vacent, donec priuetur, poterit ante priuationis sententiam, adhuc lite pendenti ea in alterius fauorem renunciare. Nam priuandus per sententiam beneficio, vt qui eo adepto homicidiū admisit, aut aliam irregularitatem contraxit, potest lite adhuc pendente ante sententiam resignare in fauorem tertij. Quia donec priuetur, est suum beneficium illud. Vt cum *glossa cap. 2. v. Finita, vt lite pendenti*, tradunt multis alijs allegatis, *Rebuff. de pacif. possessor. num. 261. Couar. Clem. Si furiosus, de homicid. 2. p. §. 3. num. 7. Flamin. de resign. benef. l. 3. qu. 16. num. 8. Enriquez l. 13. de excommun. cap. 56. nu. 4. Zaualles in suis quæst. pract. q. 147. num. 7.* Et ita hanc differentiam in his terminis clerici beneficiarij ineuntis matrimonium docent *Bernar. Diaz pract. can. in noua edit. c. 80. n. 5. Zaualles ta. q. 147. nu. 6.* Et videndus est omnino *Flamin. d. q. 16. per totam.* vbi latissime de hac resignandi facultate tractat. Imò si posset Episcopus dispensare, vt ille delinquens retineret id beneficium, id vtique posset, non obstante quod alias à Pontifice id beneficium impetrarit, post delinquentis priuationem sibi conferendum: sicut & ipse delinquens posset non obstanti ea impetratione resignare in fauorem tertij. Quia impetrans non obtinuit simpliciter illud beneficium, sed sub ea conditione, si homicida, aut alius delinquens illo priuaretur. Quam priuationem impediuit dispensatio Episcopi, aut ipsius delinquentis resignatio. Ita docet *alijs citatis, Couar. eodem n. 7.*

Hoc ergo supposito, quidam aiunt per contractum matrimonij validum non vacare ipso iure beneficia, sed expectandam esse iudicis sententiam. Sic videtur sentire *gl. c. Coniugatus, v. Ad sacros, de conuers. coniug.* vbi dicit clericos in minoribus constitutos ineuntes matrimonium debere beneficijs priuari. Et tenent expresse *Alexand. Carrer. l. 3. de sponsal. c. 3. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 224. num. 1.* Et potest probari, quia communis sententia habet non vacare beneficium ante sententiam, quamuis canon statuat ipso iure amitti: addatque, absque alia declaratione. Vt potest videri apud *Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. nu. 10.* Secundò, ex *c. 1. de cler. coniug.* ibi: *Si qui clericorum infra subdiaconatum acceperint vxores, ipsos ad relinquenda beneficia Ecclesiastica, & retinendas vxores, districtione Ecclesiastica compellatur.* Et *c. Quod à te, eod. t.* ibi: *Beneficiis sunt priuandi.* Quibus in textibus videtur aperte decidi, hunc clericum non esse per matrimonium beneficijs ipso iure priuatum, sed priuandum. Tertiò, quia inhabilitas medio tempore superueniens non nocet, si habilitas in principio adfuit, *l. Sed si in conditione, §. Solemus. ff. de hæred. instit.* Sicut obtinens beneficium ante irregularitatem, non id deperdit, illa superuenienti, & reddenti inhabilem ad tunc obtinendum. Cum ergo clericus ille fuerit habilis tempore, quo obtinuit beneficium, non ipsum lædendum dicemus ratione coniugij, quod inhabilem efficit ad tunc obtinendum. Tandem, quia *cap. Si qui vero, d. 32.* quod repetitur *c. Quia tua, 12, q. 1.* & est D. Greg. dicitur, clericos in minoribus constituros, qui continere nequeunt, in matrimonium collocandos esse, & stipendia sua accepturos. 3

Nihilominus certissimum est, per contractum matrimonij validum vacare statim ipso iure beneficia illius clerici in minoribus ordinibus constituti contrahentis. Ratio autem potissima ea est, quod hoc minime statutum sit in pœnam delicti, vt sic sententia iudicis desideretur: nullum enim delictum est, hos matrim. inire: sed id consurgit, eo quod se vinculo incompatibili cum beneficio sponte sua innodet: ac proinde eo ipso per spontaneam dimissionem illud videtur repudiare. Contrario enim facto, iure proprio ceditur, *l. 1. C. de furtis, l. Quod in hærede, 9. §. Eligere, ff. de tribunit. actione.* Et contrariò renuntiatur beneficio, 4

& tamquam derelictum habetur, *c. Ex transmissa, de renunciat. & cap. Cum renuntiatur, 32. q. 1.* Præterea quia ea tacita conditione censetur clericus obtinere beneficium, ne statum incompatibilem eo retento assumat. Quare eo assumpto deperditur statim beneficium, tamquam conditione deficienti. Et ideo ita sustinent *glossa. c. vn. verb. Clericalis, de cler. coniugatis, in 6. & ibi Ioannes Andr. n. 3. Anchar. n. 5. q. 2. & n. 1. notab. 1. Probus addit. ad Monachū, ibi n. 10. Domin. ibi, in princip. n. 3. Francus ibi, in prine. nu. 3. idem glossa c. 1. verb. Relinquenda, de cler. coning. & ibi Ioan. And. n. 6. Ant. n. 7. Abbas n. 4. & 5. Anchar. nu. 2. notab. 2. Card. nu. 2. oppos. 1. & q. 2. Imola n. 4. Idem Ioan. Andr. c. Ioannes, eo. t. n. 23. & ibi Ant. nu. 19. Anchar. n. 14. Cardin. n. 8. q. 11. Imola n. 24. idem Ant. c. Coniugatus, n. 2. de conuers. coning. Speculat. t. de clericis coniugatis, §. vn. fin. Goffred. sum. eo. t. n. 1. Host. sum. eod. t. n. 1. Henric. c. Quod à te, n 5. & c. Diuersis, n 2. eod. tit. Archid c. Placuit, in fin. d. 32. & ibi Domin. in fin. Imola Clem. Gratia, n. 25. de rescript. Parisius cons. 40. nu. 3. vol. 4. Aimon de antiquit p. 4. §. Videamus, n. 14 Ioan. Lupus rub. de donat. inter vir. & vx §. 55. nu. 7. Decisio Tholosana 240. & ibi Aufrerius n. 2. Benedict. Capra Clem. Gratia, n. 45 de rescript. Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gloss. 2. n. 9. Rebuff. de pacif. possess. n. 187. & praxi benef. reg. de publ. resign. gloss. 18. n. 38. Rosella, Sylvester, Armilla, Tabiena, n. 1. alleg. Idem Sylvest. Clericus, 2. n. 2. vers. Peccat vero in isto. Angel. Clericus, 5. n. 1. Bernard. Diaz pract. can. in noua edit c. 80. nu. 5. & ibi Salzedo in addit. verb. Beneficia. Bermond de publ. concubinar. §. Qui vero solutus est, n. 2. Gygas de pensionib. q. 54. n. 5. & 6 fin. Lud. Gom. regula de annali possess. q. 21. paulo post princ. Staphylæus de lit. gratiæ, vbi de variis vacationis modis, in 5. modo, nu. 2. Rauennas in compendio iuris can. t. de cler. coniug. Nauar. sum. c. 25. Lat. num. 120. Hisp. 119. & c. Quando, de consec. d. 2. Lat. c. 21. nu. 53. & li. 1. cons. 1. de renuntiat. in 1. edit. cons. 3. num. 1. in 2. cons. 8. n. 1. Montalous l. 41. gl. vn. t. 6. p. 1. & ibi Greg. Lop. v. El beneficio, Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 3. n. 4. Iul. Clarus l. 5. recept. §. fin. in pract. crim. q. 73. n. 5. Minchaca de success. creat. l. 3. § 21. n. 45. Ant. Cucus lib. 5. institt. maior. t. 12. n. 115. Perez li. 5 ordinam. t. 1. l. 1. f. 4. §. Hinc infertur. Mascardus de probat. concl. 182. n. 1. & 2. Maiol. l. 1. de irreg. c. 34. n. 5. Spino spec. testam. gl. 16. n. 93. Matienzo li. 5. recop. t. 8. l. 7. gl. 12. n. 2. & t. 1. rub. gl. 1. nu. 158. fin. Gutier. l. 2. quæst. pract. q. 104. n. 3. Ant. Gabr. to. 1. commun. in mea edit. l. 2. f. 67. v. Beneficiatum, & l. 3. fol. 108 v. Clericus beneficiatus. Euerard. cons. 111. circa princip. Flamin. de resign. benef. l. 3. q. 1. n. 18. & l. 4. q. 2. nu. 101. & l. 1. q. 1. n. 13. & l. 3. q. 10. n. 2. Zanallos in suis quæst. pract. q. 147. n. 1. Humada in addit. ad Greg. Lop. l. 41. t. 6. p. 1. n. 2.* Et ex Theologis, *D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 8. concl. 1. Toledo l. 4. sum. c. 18. n. 4. Enriqu. l. 7. de indulgentiis, cap. 36. n 1. comment. lit. G. Azor li. 5. institt. moral. c. 8. q. 3. & l. 13. c. 13. q. 6. & 8. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 30. n. vlt. Lud. Lop. 2 p. instruct.* vbi de matrim. c. 49. col. 6. vers. Sed & tunc, & 1. p. c. 256. col. 4. §. Insuper & circa fructus. *Vivald. candel. Sacram. 1. p.* vbi de matrim. *nu. 227. Vega 2. to sum c. 36. casu 2. §. Alo quarto.* Et explicant *Anton. Cucus, & Azor vtroque loco allegato*, nulla opus esse iudicis sententia. Et melius id docent, quos n. 10. referam, asserentes hunc peccare, si beneficium retineat.

5 Hoc autem est verum, licet matrim. nondum consummatum sit. Statim enim ac matrim. per verba de præsenti initur, vacant beneficia. Quamuis enim textus *c. 1. de cler. coniug.* decidens clericos per matrimon. perdere beneficia, loquatur expresse de clericis ducentibus vxores, & vxor maxime in materia odiosa intelligatur iam consummato matrim. at in hoc euentu comprehenditur etiam sponsa de præsenti nondum cognita. Militat enim eadem ratio: quippe vere est assumptus status incompatibilis cum beneficio. Atque ita docent *Ioan. And. eo. c. 1. n. 1. Host. ibi num. 1. Ant. n. 7. Abbas n. 5. Anchar. ad fin. Card. n. 2. qu. 2. Imola num. 4. Archid. c. Placuit in fin. d. 32. & ibi Domin. in fin. Henric. c. Quod à te, num. 5. de cler. coniug. Speculat. Ioan. Lup. Domin. Francus, Anchar. Philip. Probus, Bernardus Diaz, Salzedo, Staphylæus n. 3. Gygas n. 5. Couar. Aufrerius, Angelus, Ant. Cucus num. 226 Enriq. Vivald. Vega, vbi n. preced. alleg. sunt. Sylvest. v. Clericus, 2. nu. 2. vers. Peccat vero in isto. Matienzo l. 8. recop. rub. t. 1. gl. 1. n. 158. fin. Azor lib. 13. institt. moral. c. 13. qu. 8. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 256. col. 4. §. Insuper & circa fructus. Nauar. sum. c. 25. Hispanè n. 119. Latinè n. 110.*

Nec clericus hic recuperat beneficium nondum alteri collatum, quamuis sponsa nondum cognita decedat, aut ad religionem transeat. Quod cum ipsum semel vacarit, non potest ad id absque noua collatione redire. Ius enim semel extinctum non reuiuiscit amplius, licèt causa extinguens cessarit, *c. Quam periculosum, 7. q. 1. & cap. Quæris, de consecr. d. 4.* & melius *clem. Gratiæ, de rescript.* vbi habetur censeri tacite renunciatum gratiæ, vt de beneficio curato alicui prouideatur, per adeptionem pacificam alterius beneficij incompatibilis, quamuis velit hoc beneficium resignare. Vbi *gloss. v. Resignauerit*, infert inde gratiam peremptam non reuiuiscere, licet res in pristinum statum redeat. Ita docent *gloss. ea. clem. Gratia, v. Resignauerit. Et ibi Cardin. n. 10 q. 17. Paulus ibi, Imola ibi, n. 25. Bonif. ibi in fin. Ioan. Andr. c. 1. n. 2. de cler. coniug. & ibi Abb. n. 6. Ant. n. 7. Anchar. fin. Card. fin. Imola n. 4 Henricus c. Quod à te, n. 5. eod. t. Archid. c. Placuit, in fine, & ibi Domin. in fin. d. 32. Idem Domin. c. vn. in princ. n. 3. de cler. coning in 6. & ibi Franc. n. 3. Anchar. nu. 5. q. 2. Bernard. Diaz, Speculat. Gygas n 8. Aufrerius nu. 4. Angelus, Sylvest. Nauar. Couar. n. 6 Salzedo, Mascard. n. 4. Azor, Lud. Lopez, Vivald. Vega n. preced allegati, Iul. Clarus lib. 5. receptarum, in pract. criminali, §. fin. q. 73 n. 5. Maiol. l. 1. de irreg. c. 34. n. 5 Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c 30 n. vltimo.*

Admittuntur insuper per matrimon. validum, accessus, 7
regressus, ac quælibet alia iura ad beneficium Ecclesiasticum ipsi contrahenti competentia. Vacant enim statim ipso iure, instar beneficiorum. Vt si quispiam impetrauit rescriptum ad præbendam vacaturam, & antequam vacaret, inijt matrim. ac defuncta vxore vacauit, non potest eam petere. Quia cum matrimon. sit status incompatibilis cum beneficio, per ipsius contractum non sola beneficia, sed omnia iura ad illa tamquam derelicta habentur. Idque probatur ex *Clem. Gratiæ, de rescrip.* vbi habetur tacite renuntiari gratiæ de beneficio curato alicui conferendo, si is ante collationem adipiscatur pacifice beneficium incompatibile: quamuis illud postea resignarit. Vbi *Anchar. num. 6.* reddit rationem, nam si per acquisitionem secundi beneficij incompatibilis, vacat beneficium prius, à fortiori vacabit ius ad illud. Multo enim fortius est ius in re, quam ius ad rem, & faciliùs hoc deperditur, *c. Quemadmodum, de iureiur. l. Seruus, cum ibi notatis, C. de pactis.* Et probat bene *Nauar. c. Si quando, exceptione 6. n. 1. de rescript.* Sic *gloss. c. vn. v. Clericalis, de cler. coning. in 6. & ibi Ioan. Andr. nu. 3. vers. In glossa. Huic ergo, Anchar. n. 5. q. 2. Domin. in princ. n. 6. Philip. Probus ibi, in addit. ad Monachum, n. 16. Ant. c. 1. n. 7. de cler. coniug. Henric. c. Quod à te, n. 5. eo t. Tiraq. de retractu lignag. §. 26. gloss. 2 n. 9. Couar. 4. de ret. 2. p. c 6. § 3. n. 5. Iul. Clarus l 5. recept. in pract. crim. §. fin. q. 73 num 5. Flamin de resignat. benef. l. 1. q. 1. n. 14 Salzedo addit. ad Bernard. Diaz in pract. c. 80. §. Admittit etiam. Zanallos in suis quæst. pract. q. 147. n. 1. Humada addit. ad l. 41. t. 6 p. 1. gl. 2. n. 2. Azor lib. 13. instit. moral. c. 13. q. 8. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 49. colum. 7.* Et neminem discrepantem inueni.

Sed quid, si illegitimus aut alias inhabilis impetraret 8
dispensationem ad obtinendum beneficium, aut quilibet alius ad plura beneficia, eaque impetrata, transiret ad nuptias, an illa dispensatio cassa fiat, ita vt dissoluto matrim. ei minimè prosit? *Philip. Probus addit. ad Monachum, c. vn. de cler. coniug. an 6. an. 6.* latissime defendit extingui dispensationem hanc. Quia per matrim. extinguitur omne ius ad beneficium, eo quòd sit status incompatibilis cum beneficio. Extinguitur ergo similiter dispensatio ad obtinendum beneficium. Secundò, quia priuilegium ratione officij concessum extinguitur cum officio iuxta doctrinam *Bart. l. Maximarum, C. de execut. mun. l. 10.* Tertio, quia concessio facta intelligitur rebus in eodem statu durantibus. Vt tradit *Monachus c. Statutum, cl 2. n. 9 de haret. in 6.* Quartò, quia mutatione personæ mutatur priuilegium *l. Per procuratorem, 89.* alias incipit *Paulus, ff. de acquirenda hared.* ibi, *Castrensia esse mutatione personæ desierunt.*

Sed

9 Sed existimo eam dispensationem minimè extingui, atque ita soluto matrim. posse virtute illius obtinen beneficium,aut plura illa beneficia.Ducor,quòd per dispensationem nullum ius acquiratur, nec in re, nec ad rem,sed tantum amoueatur impedimentum, quod incapacem & inhabilem quempiam reddebat, & manet subinde capax & habilis. Vt optimè docet *Monachus c. de filiis presbyt. in 6. n.12.*Et fatetur *Philip. Probus addit. ad Monachum.c.vn.decler. coniug.in 6.n.* 30. At matrimonium non aduersatur omnino capacitati & habilitati prius obtentæ ratione alicuius impedimenti ad beneficium: sicut nec aduersatur capacitati naturali, quam habet ad illud, qui nullo impedimento canonico laborat. Alias nullus coniugatus esset capax beneficij,vxore mortua. Atque ita est apertum discrimen inter ius ad rem,vel in re,& habilitatem ad beneficia.Prioribus enim iuribus aduersatur matrimonij status,estque incompatibilis,ac proinde eo assumpto tacite illis renunciatur.Secus autem de habilitate. Præterea, quia per dispensationem semel ablatum est impedimentum, & ille habilis effectus est: ac dispensatio suum omnimodum sortita est effectum, qui non est ius aliquod ad beneficium præbere,sed solum auferre impedimentum, quod habilitati naturali obstabat. Qualiter ergo potest per matrimonium impedimentum id semel omnino extinctum restituiscere? Nec obstant argumenta contraria. Non primum, iam enim ostensum est discrimen.Non alia tria.Quia dispensatio illa suum omnino effectum consecuta est, nimirum,auferre impedimentum : atque ideò ex nullo futuro euentu pendet.

10 Ex dictis deducitur primò clericum contrahentẽ matrim.nullatenus posse retinere priorã beneficia, sed teneri statim ea dimittere.Quod eo ipso vacent.Ita *Nauar sum. c.25.Hisp.n.119. Lat.n.*120. *Angel.v. Apostasia,n.*1.*& v.Clericus,* 5.*n.*1.*Sylvest.v. Apostasia,q.*3.*n.*8.*fin.& v.Clericus,*2. *nu.*2. *vers. Peccat verò in istis.Maiol.l.*1.*de irreg. c.*34.*n.*5. *Toledo l.*4 *sum. c.*18.*n.*4.*Manuel*1.*tom.sum.*2.*edit.c.*30.*nu.vlt. Lud.Lop.*1.*p.instruct.c.*236.*col.*4.§. *Insuper & circa fructus.* Quare peccaret mortaliter retinendo.Esset enim iniustus retentor rei non suæ, & in re grauissima.Et ita tradunt *Angel.& Sylvest. duobus locis allegatis,Nauar.Toledo ibid.*

11 Secundò deducitur,posse statim eius beneficia tamquã vacantia impetrari,ac alteri conferri. Quia inito matrim. non iure,sed solo facto possidet. Sic *Anchar cap. Quod à te, n.*4 *de cler.coniug. Azor lib.*5.*instit.moral.c.*8.*q.* 3.

12 Tertiò infertur, teneri hunc, si beneficium retineat,ad restituendos omnes fructus à se post matrim.initum perceptos. Quia iniustè occupat beneficium, quod non est suum.Ita *Azor n.praced.alleg.Vega* 1.*tom.sum. c.*36.*casu* 20.§. *Alo quarto.*

13 Quartò deducitur, non posse hunc, matrim.iam contracto,resignare beneficium in fauorem tertij.Constat ex dictis nu.2. Et docent *Bernard.Diaz.& Zaualles ibi allegati, Flamin.lib.*3.*de resign.benef.q.*1.*n.*28.

14 Quintò deducitur, coniugatum esse incapacem obtinendi beneficij.Quod omnes nemine discrepante admittunt: & solum dissentiunt circa facultatem dispensandi in hoc.(vt videbimus n. 17.& 18.) Et ratio est manifesta, quia laicus est beneficij incapax, *cap. Cum adeo, de rescrip.* quod adeò est verum, vt quamuis ad plurimos iuris effectus proximè accingendus habeatur pro accincto: ad beneficium obtinendum, non sufficit quempiam habitum clericalem gestantem,animum habere statim obtento beneficio assumendi ordinem clericalem,sed hic ordo debet necessariò præcedere.Vt contra *gloss.c.*2.*de instit. in fin.*docent *Abbas c.Ex literis N. de transact.Felin.c. Cum adeo,nu.*4.*de rescript.*dicens omnes ibi id tenere,& multa ad id probandum congerens,*Lambertinus de iure patron.l.*2.*p.*1.*q.*7.*a.*29. *n.*9.*&* 10.*Mandosius regula* 24. *Cancellariæ q.*4.*n.*12.& multis alijs citatis *Zaualles in suis quæst.pract q.*523.*n.*2. At coniugatus reputatur in omnibus laicus,præter sola priuilegia canonis,& fori,& hoc seruatis quibusdam conditionibus. (vt late dicemus disp.46.) Est ergo beneficij incapax. Insuper id constat *exc.*2.*de cler.coniug.* ibi. *Prouideas attentius, ne deinceps clericus coniugatus ad beneficia Ecclesiastica, aut sacros ordines, vel administrationes Ecclesiasticas admittatur.* Tandem quia, cum coniugatus beneficia antea habita amittat, à fortiori erit incapax ad noua acquirenda. Multa enim impediunt,quæ,non eijciunt,*cap. Quæ ad modum, de iureiur.an.* Quare si beneficium conferretur clerico coniugato, collatio esset nulla, tanquam incapaci facta. Vt bene docent *Ant.cap. De diuersis,num.*7.*de cler.coniugatis,& ibi Anchar.n.*6. *Imola num.*5.

Imo quamuis aliqui inhabiles, vt excommunicatus & irregularis obtinentes beneficium, iuuentur *reg. De triennali*, atque ita non possint molestari, postquam triennio pacificè possederunt beneficium.Vt contra *Rebuff.de pacif. possess.n* 186. *& multis subsequentib.* docent *Paris.cons.*96.*n.*1. *vol.*4.*Philip. Probus addit. ad Cosmam in pragmat. sanctio.tit. De pacificis possessoribus super v. Molestari,gloss.*3.*Lud.Gomez reg. De triennali,qu.*26.§ *Quibus non obstantibus,& qu.*27.*Nauar. cap.Si quando.exceptione* 10.*n.*9.*de rescript.*At coniugatus obtinens beneficium non iuuatur ea regula, sicut nec laicus. Est enim quoad hoc omnino vt laicus (vt n. præced. diximus.) Et ita tenet *Rebuff.de pacif.poss.ss. nu.*187.*fin.Lud.Gom. regul.De triennali, q.* 26.§.*Sed breuiter*. Et ratio differentiæ est,quod excommunicatus & irregularis non sint omnino incapaces beneficij,quamuis enim illud eo tempore obtinere nequeant, at antea obtento non priuantur, sed retinere illud possunt.At laicus & clericus coniugatus nullatenus possunt beneficium aut acquirere, aut acquisitum ante matrimonium retinere. 15

Temperanda tamen est hæc incapacitas clerici coniugati ad obtinendum beneficiũ,iuxta decisionem *c.*2.*de cler. coniug.*ibi:*Ne deinceps clericus coniugatus ad Ecclesiastica beneficia,vel sacros ordines, aut administrationes Ecclesiasticas admittatur, nisi fortè castitatem vouerit perpetuam, & qui vnicam & virginem habuisset vxorem.* Qui textus non modicam habet difficultatem.Nam intellectus, vt prima facie sonat, euidens contineret absurdum. Maneret enim in coniugio cum voto castitatis, vtpote quod non præiudicat vxori, sed solum vouentem iure petendi debiti priuat: & beneficium Ecclesiasticum possideret. Quare inuestiganda est intelligentia textus.*Gloss.ibi,v.Castitatem*, intelligit,quando ambo coniuges communi consensu vouerent castitatem, si esset vxor senex, & ipse quoque: aut si iuuenes transirent ad religionem: & addit posse dici vt ipsamet dicit,*cap.Coniugatus,de conuers. coniug.verb.Continentiam*,vbi in fine concludit, satis esse votum continentiæ vtriusque in seculo.Et hanc posteriorem expositionem sequitur *Innoc.ibi*,nempe.*eod.cap.*2.*nu.vn.* Sed priorem sequitur *Host. ibi,n.*1.explicans,vxore consentiente, & habitum mutante,si suspecta sit.Et clarius *Anton ibi,nu.*7. dicens eum textum intelligendum esse,iuxta decisionem *c. Cum sis,& ca. Coniugatus,de conuers.coniug.* Vt si vxor senex sit, satis sit votum castitatis: si autem iuuenis, exigatur ipsius professio. *Abb.eod.c.*2.*n.*4. satis diminutè locutus est,solum enim dixit,vxore mortua vel consentiente. Et non potest intelligi textus,vxore mortua. Quorsum enim tunc exigendum esset votum castitatis à viro,vt beneficij capax esset, cum iam omni impedimento careat, nec à non coniugatis id votum petatur? *Card eod.c.*2.*q.*1.*& Anchar.nu.*4. explicant, si vxor profiteatur continentiam.*Rebuff.praxi beneficiorum, reg. De publicandũ resignat.gloss.*18.*n.*45 explicat,si vterque vouerit castitatem perpetuam,& ingressus fuerit religionem. Ego existimo mentem horum Doctorum esse, vt textus intelligatur, nisi vir legitimè ad ordines promotus fuerit.Tunc enim est beneficij capax: cùm matrimonium sit solutum, quoad vsum & cohabitationem. Quare iuxta varietatem sententiarum diuersa petentium, quoad hoc, est diuersimode iudicandum. Qui enim solum petunt votum castitatis vxoris qualiscumque ætatis, vt vir legitimè ad sacros ordines ascendat: solum id petunt, vt obtineat beneficium, postquam promotus fuerit ad ordines sacros. Et ita procedit opinio posterior Glossæ, & 16

sequacium. Qui verò distinguunt, an vxor sit iuuenis an senex & priori casu petunt ipsius professionem, posteriori autem solum castitatis votum, id quoque in hoc euentu dicent. Et ita procedit prior expositio Glossæ, & sequentium ipsam. Et ita intelligendus erit textus *d. c. Iuxta hanc distinctionem*. Quare cum hanc distinctionē amplexus sim hoc lib. disp. 39. n. 6. dicendum est, tunc coniugatum capacem esse beneficij, quando legitima vxoris licentia obtenta ad sacros ordines promouetur, ipsa sene promittente continentiam, aut iuuene profitente religionem: vel est in via ad ipsos, quia præcedenti hoc in vxore, minoribus voto castitatis emisso initiatur animo ad sacros ascendendi: non enim potest aliter etiam prima tonsura initiari, vt dixi disp. 38. n. 8. & 9. Quare censerem, similiter esse capacem beneficij coniugatum, qui ob vxoris adulterium legitimè ad ordines promouetur. Quia iam cessat omnino vsus coniugij, & non est recursus ad vxorem, non aliter quàm si ipsa vouente castitatem, aut profitente, promotus esset. Vt dicemus li. 10. disp. 11. n. 16.

17 Tandem est difficultas, quis possit dispensare cum coniugato hoc, non præstitis quæ n. præced. diximus, vt possit obtinere beneficium. Quidam enim distinguunt inter beneficium simplex & curatum, vt hoc sola Pontificis dispensatione obtinere possit clericus, illud autem Episcopo dispensante. Prob. ex *cap. Ioannes, de cler. coniug.* vbi dicitur non cogendum fore coniugatum ad deferenda habitum & tonsuram, dummodo nullum percipiat beneficium Ecclesiasticum. Supponit ergo posse id ex Episcopi dispensatione obtinere. Deinde, quia dispensat in beneficio simplici cum homicida & cum irregulari, *cap. Henricus, de cler. pugnant. in duello, c. Ad audientiam, de homicid.* Et cum deposito *c. Salonitanæ, d. 63.* qui sunt casus grauiores. Et ideò huius sententiæ sunt *Speculator. t. de dispensat. §. Nunc de Episcoporum. n. 4. vers. 25. Host. sum. t. de cler. coniug. num. 1. vers. Vtrum autem. Idem Host. c. 2. n. 1. de cler. coniug.* vbi *Ioan. And. nu. 1. Anchar. n. 2. Card. statim in princ. oppos. 1. Imola n. 2. Idem Host. ca. Cum decorem, n. 2. & c. Diuersis. n. 8. eo. t. Ant. eo. c. Diuersis, n. 7. & d. c. Ioan. n. 6. Anchar. eo. c. Diuersis, nu. 7. & ibi Henric.* referens *Goffredum & Philip. n. 3. & ibi Imola n. 5. & c. 1. eod. t. n. 4.* Limitant tamen *Imola, Host. Ant. Anchar. Henricus* in aliquibus ex locis proximè citatis, nisi beneficium illud simplex sit dignitas. Tunc enim solius Pontificis erit dispensare.

18 Sed multo verius est, solum Pontificem posse dispensare, vt coniugatus qualecunque beneficium obtineat. Ducor ex *c. Diuersis, de cler. coniug.* vbi iubetur Episcopo, vt clericos coniugatos beneficiis post coniugium adeptis priuet, & statim additur sic: *Nisi fortè talibus scienter contuleris Ecclesiastica beneficia, quibus eos non per te, sed per superiorem decernimus spoliandos.* Ergo non satis est dispensatio Episcopi. Alias non essent illi spoliandi beneficijs ab Episcopo collatis. Deinde, quod clericus coniugatus censeatur in omnibus merè laicus, præterquam in priuilegio canonis & fori, (vt disp. 46. probauimus.) Laicus autem est incapax beneficij Ecclesiastici, & contra canones est ei illud conferre, *cap. Cum adeo, de rescript.* At Episcopus non dispensat contra canones, nisi sibi expresè concedatur. Vt communiter notatur *cap. At si clerici, §. De adulteriis, de iud.* Cùm ergo hoc non sibi expresse concedatur, non poterit dispensare. Et confirm. quia expresse Episcopis interdicitur conferre beneficia coniugatis, *c. 2. & c. Diuersis, de cler. coniugati.* Non ergo ipsorum est, in hoc dispensare. Præterea, quia clerico coniugato non permittitur administratio Ecclesiast. *cap. 2. de cler. coniug.* Non ergo erit capax ex Episcopi dispensatione beneficij. Hoc enim quantumuis simplex sit, datur ratione administrationis vel officij Ecclesiastici, *cap. Proposuit, de filiis presbyt. cap. Conquerente, de cler. non resid.* Tandem, quia rationes propositæ nu. præc. quibus contraria sententia innititur, parum vrgent. Nam *cap. Ioannes, de cler. coniug.* supponit clericum coniugatum posse aliquando habere beneficium. At cum non declaret modum, intelligi debet ex legitima Pontificis dispensatione. Nec vrget etiam secunda ratio. Quia (vt bene ait *Abbas statim allegat.*) in materia dispensationis, quæ est exorbitans, non valet argum. à casibus permissis ad non permissos, etiamsi permissi maiores sint. Et ideo hanc partem tuentur *Aegidius & Florianus*, quos refert dicens esse tutiorem *Imola, ca. Ioannes, n. 9. de cler. coniug.* Et videtur eam clarè supponere *gloss. ibi, v. Beneficium*, vbi illum textum, supponentem posse coniugatum habere beneficium, explicat ex Pontificis dispensatione. Eandem videtur tenere *ibi Ioan. Andr. n. 12.* refert enim vtramque sent. & hanc in vltimo loco. Eandem tenent *Abbas eo. c. Ioannes, n. 7. Selua beneficiorū 1. p. q. 7. n. 17. & 18. Benedict. Capra reg. 97. nu. 13. Angel. v. Beneficium n. 15.* vbi *Armilla n. 19. Sylueit. v. Beneficium, 3. q. 4. n. 8. Tabiena Beneficium, 2. q. 12. n. 14. Archid. c. Placuit, nu. 3. d. 32. Cardin. d. c. Ioannes, n. 5. oppos. 2. Bermendus de publicis conuenb. §. Qui verò solutus est, si continere nolit, n. 1. Alex. Carrer. l. 3. de sponsal. cap. 3. Flamin. de resign. benef. l. 4. q. 1. n. 8.*

Ad argum. num. 3. proposita respondetur. Ad 1. dic, id 19
procedere, vbi priuatio beneficij incurritur in delicti pœnam. Quod hic non contingit, vt nu. 4 explicui. Ad 2. dic, eos textus non decernere compellendos esse clericos coniugatos ad beneficia dimittenda, quasi ea non vacarint ipso iure, sed quia ipso iure vacabant, spoliandi sunt possessione, quam iniustè retinebant. Ad 3. dic, id intelligi, quando quis à beneficio excluderetur ob inhabilitatem: at hic excluditur ob tacitam renuntiationē. Ad vltimum dic, eos textus esse hodie correctos: vt docent *gloss. c. 1. v. Relinquendo, de cler. coniug.* Et *ibi Innoc. n. vn. Host. n. 1. Abb. nu. 2.* Vel dic illud factum fuisse ex misericordia, vt dicunt ijdem DD. vel (vt dicunt *Innoc. & Host.*) fuit dispensatio. Vel tandem (vt ait *Abbas ibid.*) potest intelligi, vt habeant prædicti clerici coniugati aliquid ab Ecclesia in stipendium, si pauperes sint, non tamen in titulum. Quod & hodie seruari posse affirmat.

DISPVTATIO XLIII.

An per contractum matrimonij irritum amittat clericus ipso facto beneficia Ecclesiastica?

SVMMARIVM.

Refertur duplex sententia, n. 1. & 2.
Proponitur sententia Auctorū, n. 3.
Quid quando matrim. est irritum, quod contrahens sit in sacris? n. 4.
Quid, si contrahens sit in minoribus, & matrimonium non valeat ob consanguinitatem, aut aliud impedimentum dirimens? n. 5.
Quid, si sit nullum ex defectu ætatis requisitæ? n. 6.
Quid, vbi est nullum ex defectu consensus: quia alter vel vterque contrahens fictè consensit, aut ob viri constantis metum: vel alter mentis compos non fuit? n. 7.
Quid, quando est nullum, quia clandestinum? n. 8.
An quoties matrimonium est nullum, possit clericus resignare beneficium in fauorem alterius? n. 9.
Soluuntur argumenta, n. 10.

DISPVTATIO hęc grauissima est, ac varijs in euentibus, 1
ob quos matrim. potest esse irritum, diuersimode loquuntur Auctores. Qua breuitate autem & claritate potuero, ab illa me expediam. Generaliter autem loquendo, est triplex sent. Prima non admittit eam regulam, vt in omni euentu, in quo matrim. est irritum, beneficia non vacent ipso iure, sed necessaria sit sententia iudicis priuantis: sed in quibusdam casibus, in quibus est irritum, dicit vacare ipso iure: in quibusdam autem negat. Et circa hos casus valde varij sunt DD. huius sent. Quæ varietas constabit ex corollarijs inferendis num. 4. & seq. vbi & Auctores vnuscuiusq; casus referam. Ducitur autem hæc sent. primò ex *c. Nuper, de bigamis*, vbi clericus in sacris constitutus, qui ante ordinem assumptum fuerat coniugatus, ac mortua vxore trāsiit ad ordines, reputatur bigamus, & vt talis punitur, si ordine sacro iam assumpto transeat de facto ad aliud matrim. Et redditur ibi ratio, quod quantum in ipso fuit, secundam duxerit vxorem. Et melius *cap. Eum qui, de præb. in 6.* decernitur textus *c. Relatum, de cler. non resid. & c. Cum singula, de præb. in 6.* decidentes per secundi beneficij adeptionem, si curatum sit, vacare primum curatum ipso

iure,

iure, procedere quamuis irrita sit adeptio secundi: ac redditur ratio his verbis: *Non enim decet vt filius melioris, quàm pertius conditionis existat: vel quod inuasor eo, qui iuste ingreditur priuilegio gaudeat potiori.* At in nostro casu militat prorsus ratio vtriusque textus. Si enim iustè iniens matrim. amittit eo ipso beneficia, à fortiori illud amittet inuasor, qui iniustè & irritè illud iniuit: cum quantum in se est, statum incompatibilem assumere voluerit. Alias potiori priuilegio gauderet inuasor, contra *d.c.Eum qui.* Secundo, quia ratio vacationis beneficij prioris curati per posterioris adeptionem ea est, quod adipiscens beneficiũ incompatibile censeatur primum tamquam derelictum habere. Sicut duo contraria, quia simul stare nequeunt, se expellunt. Quæ est etiam ratio vacationis beneficiorum per validum matrim. Est enim tacita renunciatio per statum incompatibilem cum beneficijs assumptum. Sicut ergo satis est in priori casu ad vacationem, vt clericus, quantum in se est, acceptet beneficium incompatibile, quamuis irrita sit collatio. Ita sufficiet in posteriori, vt quantum in se est, clericus elegerit statum matrimonij incompatibilem. Quamuis ex aliqua causa id irritum fuerit. Tertiò, quia *c. Quanto de translatione Episc.* habetur Episcopum transferentem se ad aliam Ecclesiam, carere habita & ambita. Ita ergo in præsenti in odium huius, qui de facto matrim. contraxit, consurgit effectus vacationis beneficiorũ contra eum, ac si matrimonium valuisset. Tandem, quia sponsalia irrita, præterquam ex defectu consensus, attento iure antiquo producebant iuris effectum, nimirum, impedimentum publicæ honestatis matrimonium dirimens *cap. vn. de sponsal. in 6.* Non ergo mirum esse debet, si matrimonium irritum inducat vacationem ipso facto beneficiorum. Et hæc sententia est valde probabilis.

2 Secunda sent. ita distinguit. Si matrim. irritum contrahens sit illius nullitatis conscius, beneficia non amittit, donec condemnetur; secus, si ignarus sit. Ducitur, quia ratio huius amissionis est tacita renunciatio collecta ex contrahentis voluntate, eo quod statum cum beneficio incompatibilem assumat. Quod quantum in se est, efficit, putans matrimonium irritum quod init, esse validum: secus de sciente irritum esse: non enim statum incompatibilem assumere vult, sed deludere alterum contrahentem. Ita docent *Imola Clem. Gratiæ, n. 25 de rescript. & ibi Benedictus Capra in quadam repet. n. 45. Philippus Probus addit ad Monachum, c. vn. n. 15. & 16. de cler. coniug. in 6. Decius cons. 166. n. 1. vol. 1.* & est etiam valde probabilis.

3 Tertia sent. (cui tanquam probabiliori adhæreo) generaliter asserit, quomodocumque & ex quacumque causa matrimonium sit irritum, non amitti beneficia ipso iure, sed in delicti pœnam, sententia iudicis accedente, contrahentem priuandum esse. Ducor primò, quia aut hic amittit beneficium in pœnam delicti, & tunc exigitur sententia: aut ex tacita renunciatione, non habita ratione status incompatibilis assumpti, & hoc etiam non, quia tacita renuntiatio non potest maioris esse virtutis, quam expressa (vt probaui disp. 37. nu. 34.) At renunciatio expressa non inducit beneficij vacationem, nisi fiat in manibus Episcopi vel superioris *c. Nisi cum pridem, c. Admonent. cap. Quod in dubiis, de renunc.* Vel tandem ex tacita renunciatione, cum assumptione status incompatibilis. Et hoc etiam non habet locum. Quia verè non assumitur status incompatibilis: nec voluntas assumendi quantum in se est, & proinde dimittendi beneficium, sufficit: sicut nec renunciatio expressa non facta in manibus superioris legitimi sufficeret. Secundò, quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, *reg. Non præstat, de reg. iur. in 6.* Et quod nullum est, nullum potest producere effectum, *l. 4. §. Condemnatus, ff. de sent. & re iud.* nec est considerabile, vt bene tradunt *Flamin. de resign. benef. l. 11. q. 6. nu. 118. & Parisius per ipsum allegatus cons. 109. num. 1. vol. 3.* & nulla ac non facta parificantur, *cap. Prouenientes, de filiis presbyt.* Et notant DD. *c. In præsentia, de prob. & Flamin. de confidentia beneficiorũ, q. 46. n. 30.* Cùm ergo id matrimonium irritum sit, non inducet iuris effectum, nec ad id erit in consideratione. Si quidem nullus textus inuenitur disponens in hoc euentu, solam attentionem facti sufficere. Nec id in alijs euentibus dispositum esse sufficeit. Hæc enim pœnalia non sunt extendenda, maximè cum in contrarium extent omnia iuris principia, clamantia quod irritum est, nullum producere effectum: alias posset argui, iniustum occisorem feræ, putantis esse hominem sibi inimicum, esse irregularem. Quia iustus occisor veri hominis est irregularis: & non debet esse potioris conditionis, quàm iniustus, qui quantum in se est, & ex parte suæ voluntatis interfecit, & apud Deum est reus veri homicidij. Tandem, quia multi DD. (vt nu. seq. videbimus) asserunt initiatum sacris contrahentem matrimonium, quod reuera est irritum, & valde sacrilegum, non amittere beneficia donec condemnetur. Et non potest congrua discriminis ratio assignari, cur ob id impedimentum existenti irrito matrimonio non amittantur beneficia: vt vacent quando est irritum ob impedimentum consanguinitatis, & ob cætera dirimentia. Quia in omnibus illis verè non est assumptus status incompatibilis, sed sola voluntate cum ipso facto irrito: & procedit eadem ratio: nimirum ex parte sua illum assumpsisse statum incompatibilem: & si non perdat ipso facto beneficia, erit vtique iniustus potioris conditionis quàm iustus, qui legitimum matrimonium iniit. Et confirmatur, quia impubes volens vere contrahere matrimon. illudque contrahens, at irritum, quod malitia non suppleat ætatem, minimè amittit beneficia (vt ex omnium fere sententia dicemus) cùm tamen facto ipso quantum ex parte suæ voluntatis est, vere contraxerit matrim. nec illud earum omnino effectu: induxit enim sponsalium obligationem, *cap. vn. de desponsat. impub. in 6* Ergo à fortiori matrimonium prorsus irritum, nullamque vim obligandi habens, non inducet beneficiorum vacationem. Et ideò huius sententiæ sunt *Ioan. de Lignano, c. 1. de sponsal. in 6. Card.* ipsum referens *clem. Gratia, num. 10. q. 17. de rescript. Decius cons. 166. in fin. vol. 1.* nam licet prius distinxerit (vt retuli num. præced.) at tandem omissa ea distinctione, hanc partem amplectitur tanquam veriorem.

Hinc primò deducitur quid dicendum sit quando matrim. est irritum, eo quod contrahens sit in sacris constitutus. Quidã (& satis probabiliter) asseuerant, ipso iure absque alia sententia perdi beneficia. Ducuntur argumentis n. 1. propositis. Ita docent *Abbas c. 1. n. 7. de cler. coniug. & ibi Card. n. 2. q. 1. & c. Ioan. cod. t. n. 8. q. 11. Anchar. eo. c. 1. n. 2. notab. 2. & c. vn. eo. t. in 6. n. 5. q. 2. Roman. cons. 48. n. 6. Staphil. de literis gratia,* vbi de varijs vacationis modis, *quinto vacationis modo n. 8. Aimon de antiquitate, 4. p. §. Videamus, nu. 14. Aufrerius decis. Capellæ Tholosanæ 240. nu. 4. & 5. Montal. l. 41. glossa vn. t. 6. p. 1. Sylvest. Clericus, 2. n. 2. v. Peccat vero in istis. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 3. n. 4. fin. Ant. Cucus l. 5. institut. maiorum, tit. 12. num. 215. Azor lib. 13. institut. moral. cap. 13. qu. 6. Zanallos in suis quæst. pract. q. 147. nu. 5.* & dubius cogitandum relinquit *Gygas de pœnis imb. q. 54. num. 6. & 11* & idem tenet cum hac limitatione, si copula fuit subsecuta, *Humada l. 41. gloss. 2. num. 3. t. 6. p. 1.* At contrarium est probabilius, nimirum, non vacare beneficia ipso iure, sed desiderari sent. Quod probatur rationibus num. præced. adductis. Præterea ex *c. 1. de cler. coniug.* vbi de clericis minorum ordinum ducentibus vxores, deciditur vxores retinendas, beneficia autem dimittenda: & statim fit sermo de constitutis in sacris transeuntibus ad matrimonium, & solum dicitur vxores dimittendas. Et ita tenent *Ioan. And. c. Ioan. n. 23. de cler. coniug. & ibi Ant. n. 19. fin. Anchar. nu. 14. Imola num. 24. idem Ant. c. 1. in fin. cod. t. & ibi Imola fin. Henric. c. Diuersis, n. 11. eodem t. Francus cap. vn. an princip. nu. 4. eodem tit. in 6. Rosella Clericus, 4. num. 22. Sylvest. Beneficium, 3. qu. 22. Tabiena Beneficium, 2. q. 12. n. 14. Armilla verb. Beneficium. n. 20. Bermondus de publicis concubinarijs, §. Qui vero solutus est, si continere nolit, num. 2. Natar. sum. c. 25. Hispanè n. 119. Lat. n. 120. Greg. Lop. l. 41. v. Et beneficio, §. 6. p. 1.* & manifestè videtur idem sentire *ea lex, Ant. Grabatus addit. ad cons. 166. Decij volum. 1. lit. A. Iul. Clarus l. 5. recept.*

recept.§. fin.in pract.crim.quæst.73.num.5. Mascardus de probat. conclus.182.num.6. Ex ex Theologis, *Enriquez li.7.de indulg. c.36.n.1.in comment.1ut.G. Manuel 1. tom.sum.2.edit.c.30.nu. vlt.Emmanuel Sa sum.v.Beneficium,n.24. Lud.Lop.1.p.instruct. cap.256.col.5.§. At si de constituto,& 2.p.* vbi de matrim.*c.49. col.8.immediate ante tit.de imped.consanguin. Vega 1.tom.sum. c.36.casu 20.in fine.*

5 Secundò deducitur, quid dicendum quando contrahit matrimonium irritum ob consanguinitatem, vel aliud impedimentũ dirimens, is qui solis minoribus ordinibus est initiatus. Communis ferè omnium sentent. asserit, nulla expectata iudicis sententia vacare ipso facto beneficia. Quod cùm ille sit habilis ad contrahendum, videatur velle efficaciter mutare vitam, ac subinde beneficia dimittere. Ita docet *Brixiensis*, quem referunt ac sequuntur *Ioan.Andr.c.1.num.2.& c.Ioannes,num.23. de cler.coniug. Ant. eod.c.Ioan.n.19. Abbas d.c.1.nu.7. Card.ibi,in fine,& d.c.Ioan. n.8.q.11. Anchar.ibi n.14. & d.c.1.n.2. Imola d. c.Ioannes,n.24. Henricus c.Diuersis,num.11.& c. Quod à te, num.5.eo.t.Francus c.vnic.in princ.n.4.de cler.coniug.in 6.& ibi Anchar. num.5.q.2. Romanus cons.483.n.6.Iason l.Vbi pactum,nu.25. C.de transact. Rebuff.praxi benef.reg.de publicandis resignat.glossa 18.n.45. Auferius decisione Capella Tholosana 240.n.5. Rosella verb.Clericus,4.num.22. Angelus Clericus,5.nu.1. Sylvest. verb.Clericus,2. n.2.vers.Peccat vero in istis:& verb.Beneficium,3.q.22.Tabiena verb.Beneficium,2.q.12.n.14. Armilla verb.Beneficium,num.20. idem Rebuff.de pacif.possess. v.187.Gygas de pensionib.q.54.n.11. Bernard. Diaz in addit.ad Ioan. Lupum rubrica de donat. inter vir.& vxor.§.55.addit.2. vers.Adde, hoc procedit. Nauar.summ. c.25.Hisp.n.119.Lat.n.120.Staphil.de litteris gratia,* vbi de varijs vacationis modis, *in quinto vacationis modo, n.9. Couar.4. decret.2.p.c.6.§.3.nu.4. Tiraq. de retractu lignag. §.26.gloss.2. n.9.Greg.Lop.l.41.v.El beneficio,t.6.p.1. Minchaca de successionum creat l.3.§.22.n.47. Ant.Cucus l.5.instit.maior.t.12.num. 226. Perez lib.5.ordinam.t.1.l.1.fol.5. vers.Quæro, clericus quidam. Ant.Gabr.to.1.commun.in mea edit.l.3.fol.108. verb.Clericus beneficiatus.Flamin.de resigu.benef. lib.1.q.1.n.12.Salzedo addit.ad pract.Bernardi Diaz cap.80.verb.Sit nullam. Zauallos in suis quæst.pract.q.147.n.5.* Et ex Theologis, *Azor l.13.instit.moral.c.13.q.6.& 8.Lud.Lopez 1.p.instruct. c.256. col.5.§. Interim ista hinc pullulat,& 2.p.instruct.c.49. de matrim.col.7. Manuel 1.to.sum.1.edit.c.30.n.vlt.Vega 1.to.sum c.36.casu 20. §.A lo quinto.* Et dicunt *Couar.Gregor. Lop.Salzedo, Zauallos,* hoc procedere, siue scienter siue ignoranter id matrimon, initum sit. Temperant autem *Nauar.Azor, q.8. Lud. Lop.in vtroq, loco, Manuel*, si in clerico verus contrahendi animus adfuerit. Alijs verò placet hæc distinctio, si clericus nouerat impedimentum, non vacant beneficia ipso facto, secus si ignorabat. Quæ distinctio est conformis sententiæ n.2. supra allegatæ, vbi eius fundamentum proposui. Ita docent *Bernard.Diaz pract.sua canon.in noua edit. c.80.n.5. Bermond.de publicis concubinar.§. Qui vero soluitur, nu.2. Iul.Clarus l.5.receptar.§. fin.in pract.crimin.q.73.num.5. Humada addit.ad l.41.gloss.2.n.2.t.6.p.1.* Temperant autem *Bermondus, Iulius Clarus, Humada*, vt non vacent beneficia, quando scienter est contractum matrim. nisi copula subsecuta sit. Quæ omnia quamuis satis probabiliter dicta sint: at retenta nostra sententia, quam nu.3. proposuimus, dicendum est beneficia non vacare, siue scienter siue ignoranter id matrimonium contractum sit. Idque probatur rationibus, & auctoritate Doctorum, vt ibi allegaui.

6 Tertiò deducitur, quid dicendum sit, quando matrim. est irritum defectu ætatis, quod vterque contrahens aut alter sit impubes, nec malitia suppleat ætatem. *Staphilæus de literis gratia*, vbi de varijs vacationis modis, *quinto modo, num.9.* ait posse non absurdè dici vacare beneficia, vteruis potuit, & quantum in se est, habuit Ecclesiam pro derelicta. At communis ac verissima sententia est, quando sponsus est impubes, minimè vacare beneficia. Quod matrimonium id habeat vim sponsalium *cap.vn.de desponsimpub. in 6.* At per sponsalia non vacant (vt probaui disp.præced. n.1.) Atque ita docent *Ioan. Andr.c.Ioannes, num.23. de cler. coniug. & ibi Ant.n.19. Card.n.8.q.11. Anchar. n.14. Imola nu. 24. Abb.c.1.n.7. eo.t. Henric.c.Diuersis,n.10 eod.t. Philippus Probus addit.ad Monachum,c.vn.n 10. eo.t.in 6. Staphilæus d.modo quinto vacationu,n.6. Gygas de pensionib.q.54.n.9.* & à fortiori id tenentes quando sponsa sola est impubes (quos statim referam) tenentur hoc asserere. Maior autem difficultas est, quando clericus erat pubes, aut femina, cum qua contraxit, impubes. Nam *Philippus Probus proxime allegatus*, asserit vacare. Quippe non stetit per ipsum clericum. Alijs hæc distinctio placet, vt non vacent beneficia, si pubes nouerat feminam impuberem esse; secus si id ignorabat. Sic tradunt *Minchaca l.3.de successionum creat,§.22.n.47.fin. Salzedo addit.ad Bernard.Diaz in pract.cap.80 in fin.* At dicendum est minimè vacare. Quia militat eadem ratio, solam enim sponsalium vim habet id matrimonium, iuxta decisionem *d.c.vn.de desponsimpub.in 6.* Sic *Ioan.And. Ant.Abbas, Anchar.Card.Imola, Henricus, Staphilæus num.5. Gygas proxime citati, Bernard.Diaz pract.in noua edit.c.80.nu 6. Couar.4.decret.2.p.c.6.§.3.num.4. Iul Clarus lib.5.recept.§.fin.pract.crim. q.73.n.5. Azor li.13.instit.moral.c.13.q.8. Lud. Lop.2.p.instruct. de matrim.c.49.col.7.*

Quartò deducitur, quid sentiendum sit matrimonio existenti irrito defectu consensus. Quod tripliciter euenire potest. Primò, quia alter contrahens non est mentis compos. Secundò, quia metu viri constantis consensit. Tertiò, quia fictè cõsensum præstitit. Et generaliter quãdo matrimonium fuit irritum defectu consensus, quidam sic distinguunt. Si defectus consensus fuit in vtroque contrahente, aut in solo clerico, non vacant beneficia. At si fuit in sola femina apta ad matrim. vacant; secus si ea inepta erat. Quia quando fuit consensus in clerico, & femina fictè consentiens apta erat ad matrimonium, illud non fuit irritum ex parte voluntatis clerici. Sic *Imola clem.Gratia,nu.25. de rescriptis, & ibi Benedictus Capra in quadam repet. n.45. Philippus Probus addit.ad Monachum,cap.vn.nu.16.de cler. coniug. in 6.* Alij ita distinguunt, si defectus consensus fuit in ipso clerico, non vacant: secus si fuit in femina, quæ metu compulsa est, aut non erat sanæ mentis. Sic *Bernardus Diaz pract.can.in noua edit.cap 80.nu.5.* Alij, quando defuit consensus in clerico, dicunt eum non amittere beneficia: nec amplius explicant quid sentiant, quando defuit consensus in femina. Sic *Nauar sum.c.25.Hisp n.119. Lat. n.120. Azor li.13.instit.moral.c.13.q.8. Manuel 1.tom sum.2.edit.c.30. n.vlt. Lud Lop.2.p.instruct.* vbi de matrim.*c.49.col.7.* Sed dicendum est, ex parte vtriusuis deficiente legitimo consensu ad valorem matrimonij requisito, non vacare beneficia. Quod maximè verum est in nostra sent. Et potest probari rationibus pro ea adductis num. 3. & insuper quando deficit consensus legitimus, quia vteruis contrahens non fuit sanæ mentis, aut metu viri constantis coactus est, non vacare beneficia docent *Ioan. Andr.c.Ioan.nu.23. de cler. coniug.& ibi Ant.n.19. Anchar.n.14. Imola n.24. Abbas c.1.n.7. eod.tit. Henric.c.Diuersis,nu 10.& 11.eod.tit. Gygas de pensionib. q.54.n.9.& 10. Staphil.de literis gratia,* vbi de varijs vacationis modis, *quinto vacationis modo, n.7.& n.fin.* & quando defectus consensus prouenit ex amentia alterius contrahentis, concordat *Cardin.d.c.Ioannes,nu.8.q.11.* Et constat, quia non amitteret beneficium, si contraheret cum dormienti femina aut mortua: licet discrepet, vbi consensus non fuit legitimus ratione metus, dicit enim amitti beneficium, at subueniri actione quod metus causa.

Quintò deducitur, non vacare beneficia, quando matrimonium est irritum, eo quod est clandestinum, nempe non celebratum coram parocho & testibus. Quod probatur ex rationibus & Doctoribus nu. 3. allegatis, & docent *Manuel 1.tom.sum.2.edit.c.30.num.vlt.Vega 1.tom.sum.cap.36. casu 20.§. A lo quarto.*

Tandem deciditur, posse clericum resignare beneficium in fauorem cuiuscunque, post matrimonium à se contractum, quod ex quauis causa est irritum, antequam eo priuetur per iudicis sententiam; retenta nostra sententia

tia, iuxta quam non vacat ipso facto. At qui sustinent vacare, dicturi sunt cum non posse resignare in fauorem tertij. Quod constat ex doctrina tradita disp. præced. n. 2.

10 Ad argum. num. 2. propesita constat ex dictis num. 3. in 2. & vltima ratione.

DISPVTATIO XLIV.

An per contractum matrimonij amittantur pensiones instar beneficiorum?

SVMMARIVM.

Refertur quædam opinio, n. 1.
Non vacant, quando dantur laico pro ministerio temporali, n. 2.
Idem, quando Pontifex concedat laico pensionem pro re in defensionem Ecclesiæ vtiliter gerenda, aut gesta, n. 3.
Idem, si clerico concedatur pro ministerio temporali, n. 4.
Quando datur pensio titulo clericali, qualiter vacet, n. 5.
Quid, si tunc nullo onere spirituali adiecto constituta sit n. 6.
Quid, si ex pensionu assignatione colligatur mens Papæ, vt no vacet n. 7.
Quid, si pensio assignatur à Pontifice alicui ea lege, vt possit eam retinere, si transeat ad ordinem militarem, & professione legitimè in eo emissa, ineat matrim. & ille profiteatur non transacto anno nouitiatus: an vacet illa pensio? Et an Trident sess. 25. c. 15. de reg petens præmitti ante annum nouitiatus professioni valida, procedat in hu ordinibus militaribus n. 8.
An clericus coniugatus sit capax pensionis, iusteq; assignetur ei à Pontifice absque famulatu præstito Ecclesiæ n. 9.

1 IN hac difficultate sentiunt aliqui non vacare pensiones per matrimonij contractum, quando non sunt assignatæ in beneficium Ecclesiasticum, sed pro officio vel seruitio temporali. Sic citato Laurentio tradunt *Card. clem. 1. §. Eadē, q. 6. n. 5. de supplenda negligentia prælat.* Et *ibi Imola n. 26. v. Quæro quot sunt species Cacialup. tract. de pensionibus q. 15. Ludouic. Gom. reg. de annali possess. q. 21. paulo post princ.*

2 Prima tamen conclusio sit. Quando pensio datur laico pro ministerio merè temporali, vt pro pulsandis campanis, & organis: non vacant per matrimonium pensiones sic constitutæ. Quia sicut status laici non est cum ipsis incompatibilis, ita nec status coniugati: æquè enim repugnat cum beneficio vterque status. Ita tenent DD. *nu præced allegati, Gygas de pensionibus q. 54. n. 1.*

3 Hinc fit. Pontifice concedente laico pensionem pro re in defensionem Ecclesiæ vtiliter gesta, aut gerenda, eam non vacare per matrim. Quod conceſſa fuerit pro ministerio temporali. Ita *Conar. 4 decret. 2. p. cap. 6. §. 3. n. 6. Greg. Lop. l. 41. t. Ei beneficio, t. 6. p. 1. Salzedo addit. ad pract. Bernardi Diaz. cap. 80. §. Amittit etiam. Azor l. 13. instit. moral. c. 13. q. 8. Lud. Lop. 2 p. instruct.* vbi de matrim. *c. 49 col. 7.*

4 Idemque dicendum est, vbi pensio constituta esset clerico in minoribus ordinibus aut in sacris constituto, pro ministerio merè temporali: vt quia est aduocatus Ecclesiæ, sacrista, pulsat organa. Quia ea pensio datur tanquā laico, & pro re merè temporali, & ideo eadem est ratio ac si cōferretur laico, vt non vacet per matrimoniū iure contractum, vt si clericus sit in minoribus: vel solo facto, vt si clericus sit in sacris. Ita *Gygas de pensionibus q. 54. n. 3. & 6.*

5 Secunda concl. Pensio alicui collata titulo clericali, vt loco beneficij, quod vel cuius ius ad rem resignauit, vacat eodem prorsus modo per matrim. quo duplici disp. præced. diximus per illud vacare beneficia: & ita eadē prorsus sunt opiniones circa illarum pensionum vacationem, vbi matrim. est irritum: quæ sunt circa beneficiorum vacationē. Ratio est manifesta, quia cum dentur titulo clericali huiusmodi pensiones per assumptionē status coniugalis, incompatibilis cum beneficio, censetur illis renunciari, sicut & beneficijs. Præterea, quia beneficiorum loco subrogantur: at quod loco alicuius subrogatur, eius naturam sapit. *l. Si eum, §. Qui iniuriarum ff. si quis caut.* & ita docent *Gygas de pensionib. q. 54. n. 4. & seq. Ioan. Bapt. Cacialup. cod. tract. q. 30. Puteus decis. 469. lib. 2. Io. Paulus decis. 188. li. 2. Bermond. de publicis concubinar. §. Qui vero solutus est si continere nolit, n. 3. Conar. Iul. Clarus, Greg. Lop. Salzedo, Lud. Lop.* vbi eos n. seq. referam *Azor nu. 3. alleg. Flamin.* referens *diuersas Rota decisiones l. 1. de resign. benef. q. 1. n. 15. & li. 6. q. 2. n. 115. Zanallos in quæst. pract. q. 147. n. 3. Emanuel Sa sum. v. Pensio n. 4. Nauar. c. Quando, de consecr. d. 1. c. 21. n. 53.*

Imò stylus curiæ, qui facit ius, *cap. Quam graui, de crimine falsi*, habet eiusmodi pensiones per matrim. vacare, etiam si nullo spirituali onere adiecto sint constitutæ. Ita *Conar. Greg. Lop. Salzedo, Lud. Lop. n. 3. allegati. Iul. Clarus lib. 5. recept. §. fin. in pract. crim. q. 73. n. 5.* 6

Sunt tamen prædicta limitanda, nisi ex tenore literarum assignationis pensionis appareret mentem Pontificis esse, pensionē illam durare toto vitæ pensionarij tempore, etiam si vt laicus in posterum se haberet. Tunc enim ex ea tacita Pontificis voluntate non vacaret per matrimonij contractum. Sic *Gygas de pensionib. q. 54. n. 4. fin. Ioan. Baptist. Cacialup. cod. tract. q. 30. Conar. Greg. Lop. Salzedo, Lud. Lop. num. 3. allegati.* 7

Sed dubitabis, quid si Pontifex reseruet pensionem alicui ea lege, vt possit eam retinere, si ad ordinem militarem transiens, ac legitimè in eo professione emissa ineat matrim. iuxta eius ordinis institutum? & hic ante annum nouitiatus transactum professione facta, postea vxorem ducat, an possit pensionem retinere? Quæstio hęc pendet ex cognitione eius, an decretum *Trident. sess. 25. c. 15. de reg.* statuentis nullam professionem validam esse non præmisso integro nouitiatus anno, locum habeat in his ordinibus militaribus, qui vitam in communi non transigunt, nec perfectam castitatem vouent, sed cōiugalem? Si enim in illis locum habeat, amittet hic pensionem per matrimonij contractum, vtpote qui ante professionem legitimè emissam matrim. iuit, contra concessionis formam. Si verò non habeat locum, non amittetur pensio: eò quod professio valuerit, ac proinde forma seruata sit. *Flaminius de resign. benef. l. 3. q. 2. à num. 115. vsque ad 120.* ait occurrente hoc casu dubitatum fuisse de hac re, & resolutum fuisse, ac ita ipse quoque resoluit non habere locum prædictum decretum in ordinibus militaribus. Tum, quia milites illorum non sunt in proprijssimo rigore loquendo religiosi: & quando illos comprehendere voluit Trident. fecit expressam de illis mentionē, vt *sess. 23. de reform. c. 18.* tum etiam, quia *ead. sess. 25. de reg. cap. 16.* loquitur continuatiuè ad *cap. 15. præced.* vt constat ex dictione, Quoque, posita statim in principio, ibi: *Nulla quoque renuntiatio.* At id *cap. 16.* agens de bonorum renunciatione, manifestè loquitur de religiosis paupertatem veram vouentibus, quales non sunt hi. Ergo & *cap. 15. præced.* loquens de ætate, & nouitiatu requisitis ad professionis valorem, non loquitur de his. Et ita ipse censet, & dicit maiorem partem Cardinalium congregationis Concilij Trident. id sensisse: licet postea contrarium decreuerit congregatio in militibus D. Ioannis, ex nouo ipsorum statuto huic decreto adhærenti. Quare apertè vult secluso eo statuto nec eos comprehendi. Et ita probat ratio ab eo adducta, ex continuatione *cap. 16.* loquens de religiosis solis veram paupertatem promittentibus. Et hæc sent. mihi placet: quamuis *Nauar. l. 1. cons. 1. de his quæ vi, in priori edit. cons. 5. nu. 4. & seq. in posteriori cons. 9. à n. 4. & Manuel 2. to. sum. c. 8. nu. 2. concluſ. 1.* velint id decretum habere locum in omnibus ordinibus militaribus. Quod vniuersaliter loquatur de religionibus. Sed iam contrarium probauimus. 8

Ex dictis infertur, coniugatum clericum incapacem esse veræ pensionis, quæ titulo clericali conferri solet. Si enim antea habitam vere perdit ob statum incompatibilem: à fortiori erit incapax nouæ acquirendæ. Præterea, quia incapax beneficij est etiam incapax pensionis, stilem de stylo Curiæ, vt bene docet *Nauar. lib. 1. consil. tit. de tempor. ordin. in priori edit. consil. 23. nu. 2. in posteriori, cons. 1. n. 2.* At coniugatus est incapax beneficij (vt probaui disp. 42. nu. 14.) Dixi autem esse incapacem, nisi ex Pontificis summi dispensatione. Pontifex autem potest iuste illam concedere coniugato, non solum ob ministeria, quæ coniugatus Ecclesiæ præstitit, sed ratione paupertatis, aut alia iusta causa concurrenti. Quia non est Pontificis potestas in conferendis pensionibus alligata, vt ex sola causa famulatus Ecclesiæ illas concedat. Quare prorsus eulpa vacant pensiones coniugati accipientes à Pontifice absque 9

tali

toli famulatu. Sic docent *Victoria relect. 1. de simonia, nu. 50. Nauar. summ. l. 2. at cap. 25. num. 119. Hisp. cap. 28. addit. ad num. 125. cap. 25. & miscellanea 45. de erat. in noua edit. num. 4. Gutier. quæst. can. lib. 1. cap. 5. num. 26. Manuel 2. tom. summ. cap. 21. num. penult. Ludou. Lopez 1. parte instruct. cap. 256. col. 3. §. Porro dubitari. Vega 2. tom. sum. cap. 65 casu 3.* Quamuis *Sotus li. 10. de iust. quæst. 5. art. 6. colum. 4. vers. De pensionibus autem*, id non approbet, dicens non carere absurditate, si pensiones ob aliam causam, quam ob Ecclesiæ famulatum, concedantur.

DISPVTATIO XLV.

An non tantum peccet retinens beneficium vel pensionem post initum matrimonium: sed etiam ea recipiens aut retinens animo non permanendi in statu clericali, sed transeundi ad matrimonium?

SVMMARIVM.

Recipiens beneficium parochiale animo recipiendi sacerdotium intra annum, nec postea recipiens sua culpa, non tenetur restituere fructus perceptos eo tempore, quo voluntas duravit, n. 1.

Tenetur restituere fructus, si à principio non intendebat, nec postea promotus est, & ipso non restituente, tenetur qui conscius eius iniquæ animi ea contulit beneficium? n. 2.

Non est expectanda sententia ad hanc restitutionem, & an in foro externo possit hoc cogi restituere? n. 3.

Peccat mortaliter parochiale acquirens aut retinens absque animo assumendi sacerdotij intra annum, & tenetur aut mutare voluntatem, aut illud dimittere: at valuit collatio, n. 4.

An taliter teneatur fructus restituere, vt illorum dominium non acquirat: & quid distet sine acquirat, sine non, n. 5.

Proponuntur casus, in quibus versatur difficultas, n. 6.

An recipiens curatum animo per annum fruendi fructibus, ac postea eo relicto transeundi ad uxorem mutata voluntate promotus est, teneatur fructus restituere? n. 7.

Quid, si mutata voluntate promotus est ad subdiaconatum, Episcopo dispensante ratione studij, ne ad sacerdotium promoueatur intra septennium: & initiatur sacerdotio intra id septennium? n. 8.

Quid, si mutet voluntatem, & tandem non initietur tempore præscripto, an excusetur à fructuum restitutione, quos perceperit tempore rectæ intentionis? n. 9.

Quid, si animo dubio aut conditionali acceperit curatum? n. 10.

An si intendens promoueri accepit, at mutata voluntate non est promotus, teneatur restituere fructus mutata voluntate receptos? n. 11.

Quid, si acceptet non animo permanendi in illo, sed donec pinguius obtineat, aut id cum alio permutet, aut renuntiet pensionem reseruata? num. 12.

An teneatur restituere fructus beneficij simplicis, cui ordo sacer annexus est, illud recipiens absque animo ordinis assumendi, sed fruendi ad tempus fructibus, & eo relicto ducendi uxorem? n. 13.

Lethale est recipere aut retinere beneficium simplex, cui ordo sacer annexus est, animo ordinis illius non assumendi: & quid, quando est conditionalis, aut dubius animus? n. 14.

Quando dicatur ordo sacer annexus: & an sit mortale recipere capellanias, quibus onus missarum iniunctum est, animo non assumendi sacerdotij? n. 15.

An sit mortale recipere beneficium simplex, cui ordo sacer non annectitur, animo non perseuerandi in clericatu, sed uxoris ducendæ? Refertur quædam sent. n. 16.

Non est culpa recipere huiusmodi beneficium animo ordinis sacri non assumendi, at perseuerandi in clericatu, n. 17.

An huiusmodi beneficia prius teneatur habere animum assumendi ordinis sacri, instante necessitate aut utilitate Ecclesiæ, aut Episcopo cogente? num. 18.

Sola culpa venialis est, recipere beneficium simplex, cui ordo sacer non annectitur, animo fruendi ad tempus fructibus, & postea eo relicto ducenda uxore, n. 19.

Similis culpa est, recipere eo animo pensionem, qua titulo clericali confertur, n. 20.

1 DISPVTATIO hæc pendet ex intelligentia textus *cap. Commissa, v. Caterum, de elect. in 6.* vbi decernitur, obtinentem beneficium parochiale absque animo assumendi intra annum sacerdotij, prout dispositum est *cap. Licet canon, eod. tit. & lib.* teneri fructus restituere, ibi: *Caterum si promoueri ad sacerdotium non intendens, parochialem receperis Ecclesiam, vt fructus ex ea per annum percipias, ipsam post modum dimissurus (nisi voluntate mutata promotus fueris) teneberis ad restitutionem fructuum eorundem: cum eos receperis fraudulenter.* Potest ergo quæstio hæc tractari tam de beneficio curato, quàm simplici. De quibus seorsùm disseram. Prius ergo agendo de beneficio curato, id tanquam certum præmittendum est, hunc recipientem beneficium curatum animo assumendi sacerdotij intra annum, non teneri fructus perceptos eo tempore, quo sanam habuit intentionem, restituere: quamuis postea mutata voluntate minime promoueatur intra annum ad sacerdotium. Quod *d. cap. Commissa* solus accipiens curatum, nec promoueri intendens, obligetur ad fructus illius restituendos. At hic reuera intendebat promoueri. Atque ita docent *ibi gloss. vers. Non intendens Et ibi Dominicus, §. Caterum, n. vnic. notab. 2. D. Antonin 3. p. tit. 15. c. 1. §. 3 ad fin. Syluest. v. Beneficium, 3 qu. 2. Armilla v. Beneficium, nu 86. Tabiena v. Beneficium, 3. q. 22. nu. 25. Sotus lib. 10. de iust. q 5 a. 6. col. 2. conclus. 1. Lud. Lop. 1. p. instruct. cap. 255. col 4 propos 2 Manuel 1. tom sum. 2. edit. c. 30 concl. 6. n. 6. Vega 1. tom. sum. c. 36 casu 23.*

2 Similiter est certum, eum qui recepit curatum, non intendens promoueri intra annum ad sacerdotium, nec promotus est, teneri fructus perceptos eo tempore iniquæ voluntatis restituere. Est enim expressa decisio textus *d. cap. Commissa, vers. Caterum* Et fatentur omnes. Imo & textus iubet, vt qui sciens prauam illam intentionem contulit illi beneficium, teneatur Ecclesiam seruare indemnem, restituendo illi fructus. Quod intelligitur in subsidium, nimirum non restituente principali, tunc enim ipse tanquã cooperator ad iniustitiam tenetur fructus restituere: à quo illo restituente ipse excusabitur. Satis enim consultum est damno Ecclesiæ. Atque ita docent *Glossa ea c. Commissa, in fine.* Et *ibi Dominicus, §. Illum, num. 2. Angelus v. Clericus, 7. num. 5.* Deducendumque ex ea restitutione est salarium, quod præstitum est vicario, qui eo tempore curato beneficio inseruiit. Id enim in necessarium Ecclesiæ ministerium est impensum. Ita docent *Gabriel 4. dist. 15. q. 8. art. 3. dub. 1. Angles floribus 2. p.* vbi de restitutione, *qu. vnic. de clericis restitutioni obnoxiis, art. 1. dub. 6. Gutier. quæst. canonic. lib. 2. c. 5. nu. 23.*

3 Hæc autem restitutio obligat in foro conscientiæ, & ita non desideratur iudicis sententia. Quamuis enim rationem aliquam pœnæ subeat, & res odiosa sit: at potius est damni illati Ecclesiæ compensatio, cuius fructus fraudulenter acquiruntur, non habita intentione assumendi ordinis necessarij ad ministeriũ illius beneficij: quod sub ea tacita conditione confertur, vt fructus minimè absque ea intentione ita acquirantur, quin necessario restituendi sint. Ita docent *glos. ea c. Commissa, in fin Et ibi Francus §. Porro, n. 2. Domin. ibi, §. Illum, nu. 2. Rebuffus praxi benef. tit. De non promotis intra annum, n. 15. Sotus lib. 10 de iust. q. 5. art. 6. col. 3. verb. Percontaris. Nauar. c. Quando, de confer. d. 1. c. 21. n. 47. & 49. Angles floribus p. 2.* vbi de restitutione, *qu. vnic. de cler. restitutioni obnoxiis, art. 1. dub. 5. Gutier. quæst can. lib. 2 c. 3. n. 20. fin. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 256. col. 2. §. Nihilominus respondetur.* At *Rebuffus* dicens ita censuisse Senatum, & *Gutier. n. 21.* negant actionem Ecclesiæ ad eos fructus repetendos: nec in foro externo coactionem ad id admittunt, sed id confessario relinquendum asserunt, vt obliger ad eam in foro conscientiæ restitutionem. Nec quo ducantur fundamento explicant. Nec illud video, & ideò melius dicunt *Gloss. Francus, & Domin. proxime allegati*, decisionem illius textus in vtroque foro locum habere, ac proinde probata fraude dari actionem ad eos fructus repetendos. Si enim iniustè ac fraudulenter (vt ait textus) acquisiti sunt cur fraudulenter acquirens non erit in foro externo restituere compellendus?

4 Hinc infertur, peccare mortaliter recipientem beneficium curatum, neque intendentem promoueri ad sacerdotium intra annum. Tum, quia contrauenit præcepto iustissimo Concilij Lugdunensis, *c. Licet canon, de elect. in 6.* Tum etiam, quia recipit fructus contra iustitiam. Cum eos teneatur restituere. Sic docent *Angelus verb. Clericus, 7. num. 5. Sotus lib. 10. de iust. q. 5 art. 6. col. 2. vers. Sed est præterea. Nauar. summ. cap. 25. Lat. num. 118. vers. 10. Hispane, num. 124.*

Toledo

Toledo libr.5.summæ,cap.5.num.5.Graffis 1.p. decis.lib.2.cap.97. num.54. Quare tenetur hic aut mutare voluntatem, aut dimittere id beneficium cum fructibus, alias peccabit mortaliter, vtpote qui in pristina voluntate iniqua perseuerat. Sic *Sotus ibidem, & Nauar.cap. Quando, de consec.d.1.ca. 21.num.51.* Addit tamen bene *Sotus*, licet non intenderit promoueri, sed propositum habuerit ducendi vxorem, illum acquisiuisse verum beneficij titulum, & ideo si mutata voluntate voluerit intra annum presbyter fieri, posse absque noua prouisione retinere beneficium. Quia *cap. Licet canon, de elect.in 6.* tantum priuat hunc beneficio, quando intra annum nó promouetur: & *5. Commissa, vers. Caterum, cod.t. & lib.* solum priuat fructibus recipientem absque legitima intentione: at non irritat titulum. Et idem docet *Nauar.d.c. Quando, n.48.*

5 Immo hunc sine legitima assumendi sacerdotij intentione recipientem beneficium curatum, non acquirere dominium fructuum durante ea intentione perceptorum, affirmant *Francus c.Commissa, §. Porro, n.2.de elect. in 6. Sylues.Beneficium, 3.q.2. D. Antonin. 3.p.t.15.c.1. §.3. ad fin. Sotus lib.10. de iust.q.5.a.6.col.3.vers. Sed est præterea, & vers. Percontaris*: dicunt enim hunc non efficere fructus suos. Sed merito ab eis discedit *Nauar.c. Quando, de consec.dist.1.c. 21. num.48.* Quia cum habeat verum illius beneficij titulum, nec textus *d.c. Commissa, §. Caterum*, eum priuet dominio fructuum, sed tantum obliget ipsum ad restituendos eos; non est cur deneganda sit illi acquisitio dominij illorum fructuum, Cum fructus beneficij acquirantur habenti legitimum eius titulum. Nec est quæstio de nomine, sed multum refert vtrum horum dicatur. Si enim hic parochus sit dominus fructuum, & donet aliquos in propria specie, non effectus ob id impotēs ad restituendum, non tenebitur donatarius illos restituere, parocho non restituente, vtpote qui tem à vero domino accepit. Quod secus esset, si non esset dominus.

6 Difficultas autem in quatuor casibus consistit. Primus est, quando recipiēs curatum, nō intendebat promoueri, & tandem mutata voluntate intra annum promotus est, an teneatur restituere fructus perceptos eo tempore quo caruit intentione? Secundus, quando animus recipiendi sacerdotij fuit dubius aut conditionalis. Tertius, quando initio vetus animus adfuit, at postea mutata voluntate non est promotus. Vltimus, quando animus adfuit implendi omnia ad quæ tenetur, at non permanendi in eo beneficio, sed donec pinguius assequatur, aut illud renuntiet pensione reseruata aut permutet.

7 In primo igitur casu, *Sotus lib.10. de iust.quæst.5.art.6. col. 3.paulo ante vers. Percontaris*, affirmat teneri hunc fructus restituere perceptos eo tempore, quo intentione caruit. Quare parenthesim illam textus, *cap. Commissa, vers. Caterum, de elect.in 6.* ibi, *(nisi voluntate mutata promotus fuerit,)* ait non referri ad fructus antea perceptos, quasi illos acquirat parochus ob voluntatis mutationem: sed ad fructus percipiēdos ex tunc, illos enim acquirit. Idem videtur sentire *Toledo lib.5.summ. c.5.n.5.* vbi dicit suscipientem beneficium curatum animo non recipiendi ordines, teneri restituere fructus perceptos toto tempore antecedenti mutationem voluntātis. Sed absque dubio tenendum est nullos fructus teneri eum restituere. Primo, quia expresse textus *d.c. Commissa, §. Caterum*, non obligat hunc absolutè ad fructus restituendos, sed sub conditione, nisi voluntate mutata promotus eo anno fuerit. At hic deficit conditio, cum iam promotus sit. Nec valet expositio Soti, ad libitum enim explicat eum textum de fructibus in posterum percipiendis: eo vel maxime, quod textus aperte loquatur de fructibus iam perceptis, vt constat ex ratione quam subdit, ibi: *Cum eos receperit fraudulenter.* Præterea, quia ratio decisionis eius textus est, fraus Ecclesiæ facta recipiendo fructus beneficij integro anno, ac postea amittēdo illud defectu sacerdotij assumpti: prout expresse in ipsomet textu dicitur. Quæ ratio nō habet locum in hoc euentu. Cū fraus intēta non sortita sit suum effectum, nec damnum Ecclesiæ excogitatum sit subsequutum, illo intra eum annum assumente, prout tenebatur, sacerdotium. Et ita clare huius sententiæ sunt *glossa cod. c.Commissa, verb. Mutata, & verb. Promouendum: & ibi Archid. in fin. Dominicus ibi, §. Illum, num.1. super glossa, verb. Promouendum*, vbi dicunt promotione sequuta purgari fraudem. Et tenent impugnato Soto, *Nauar.c. Quando, de consecrat.d.1.cap.21.num.46.& 50. Lud. Lopez 1. part. institutorij, c.255. ad finem.*

Immo si episcopus, postquam parochus ille mutauit 8
voluntatem, dispensaret cum eo ne ratione studij promoueretur ad sacerdotium per septennium, iuxta *c.Cum ex eo, de elect.in 6.* prout potest, dummodo intra illum annum subdiaconus fiat, adhuc non amitteret fructus tempore præterito iniquæ voluntatis perceptos: etiamsi in fine anni Episcopus dispenset, quando iam non poterat ad sacerdotium promoueri. (potest enim tunc Episcopus dispensare, modo intra eum annum fiat subdiaconus: cum non sit priuatus, donec elabatur annus, teste *Rebuffo praxi benef.t.De non promotis intra annum, nu.43. & 44.* vbi & alios refert.) Ratio est, quia textus *d.c. Commissa, vers. Caterum*, eximens à restituendi obligatione fructus temporis prauæ illius voluntatis, dummodo parochus ille mutata volūtate promotus sit, nil aliud intēdit, quā vt parochus ille suæ obligationi satisfaciat, recipiens ordines intra tempus iure præscriptum. At tempus iure præscriptum est, vt intra annum sacerdos fiat, vel si Episcopus dispēset ratione studii per aliud septēnium, vt intra illum annum ad subdiaconatum, & intra illud aliud septennium ad sacerdotium asc̄edat. Non igitur fructus amittet tempore prauæ voluntatis perceptos, si intra illorum octo annorum spatium Episcopo sic dispensante sacerdos fiat, & intra illum annum subdiaconus.

Hinc infertur recipientem beneficium parochiale a- 9
nimo non ascendendi tempore iure præscripto ad sacerdotium, & postea mutata voluntate id intendentem, si tādem tempore prescripto non correspondit suæ obligationi ascendens ad sacerdotium, non posset retinere fructus aliquos illius beneficij. Quia vere recepit beneficium non intendens promoueri: in quo casu textus *dict. cap. Commissa, vers. Caterum*, obligat eum ad fructus restituendos: & solum casum excipit, in quo voluntate mutata promotus est. Ergo quamuis mutet voluntatem, si reuera ea mutatio non habuit effectum, tenebitur integros fructus restituere.

In secundo casu quando quis recepit beneficium cu- 10
ratum hæsitans an promoueatur, aut intētione conditionali, nimirum, ascēdendi ad ordines tēpore sibi iure præfixo, nisi interim felicius quid sibi cōtingat, vt mors fratris primogeniti, & sit ipse futurus hæres, vel quid simile, *Sotus lib.10. de iust.q. 5.a.6.colum. 2. vers. Et nota*, in vtroque casu obligat ad fructus restituēdos, perinde ac si vere reciperet beneficiū nō intendens promoueri. Et ipsum sequitur *Gutierrez lib.2.quæst.canon.c.5.n.22.* Ducuntur, quod textus *d.ca.Commissa, §. Caterum*, absolutam recipiendi sacerdotii intētionem postulet, vt parochus tuta conscientia fructus comparet, cum enim absolute percipiat fructus, absoluta quoq; debet esse intentio. Alias verificatur ratio textus, nimirum: fraudulēter hunc fructus percipere. At verius est recipientem ea intentione conditionali, non teneri fructus restituere. Ducor, quia textus *d.c. Commissa, §. Caterum*, loquitur de illo, qui à principio cum accipit Ecclesiam, habet animum non assumendi sacerdotij, sed fructibus fruendi, (vt expresse docet *Anchar. dict. cap. Commissa, nu.3. notabilis 6.*) Atque ita loquitur de volenti fraudulenter luctari fructus anni dati ad assumendum sacerdotium. Quod in hoc non verificatur, nec enim beneficium animo doloso susc̄epit, nec caruit intentione assumendi sacerdotii, sed illam firmam habuit, nisi felicius illo tempore quicquam contigerit. Et confirmatur, quia negatio illa præcedens illud participium. Intendens, *dict. §. Caterum*. negat quicquid post se inuenit, & eius oppo-

oppositum ponit. Cum ea sit negationis natura. Quare intelligitur de nullam habenti intentionem. At intentio conditionalis est intentio: sicut dispositio conditionalis est vera dispositio, quamuis nõ tanti effectus ac simplex, §. *Omnis, Instit. de verb. oblig. & cap. Si prote, de rescript. in 6.* Et ideo hanc sententiam sustinent *Nauar. sum. latin. c. 25. num. 118. ad fin. & c. Quando, de consecr. dist. 1. c. 21. nu. 45. vers. 34. & Miscellan. 45. de oratione, in noua editione, nu. 5. vers. Sexto, Graffis 1. par. decis. lib. 2. c. 97. n. 55. Manuel 1. tom sum. 2. edit. c. 30. n. 6. conclus. 6. Lud. Lopez 1. part. instruct. c. 255. col. 7. §. Post hæc superest, Vega 1. tom. summæ, cap. 36. casu 23.* Vnde nec peccat accipiens curatum ea intentione conditionali. Quod bene docet *Nauarrus eisdem locis*, & colligitur ex reliquis allegatis contra Sotum. Quia textus intentionem petit, & hic reuera illam habet. Quando autem animus esset vere dubius, crederem eum peccare mortaliter, & teneri fructus restituere. Quippe hæsitans non habet veram intentionem. Et ita cum Soto & Gutier. sentiunt *Manuel, Lup. Lopez, Vega ibid.* Nec credo *Nauarrum* sentire oppositum, confundit enim animum dubium cum conditionali: & rationes, quas affert, de solo conditionali probant, ac proinde de illo solo intelligitur sua sententia.

11 In tertio casu, nimirum, quando recepit curatum intendens promoueri, & postea mutata voluntate non promotus est, an teneatur fructus perceptos à tempore, quo mutauit voluntatem, restituere? Quidam asserunt eum teneri, vnde dum textus *c. Commissa, vers. Caterum, de elect. in 6.* solum obligat ad hanc restitutionem, recipientem curatum absque intentione sacerdotij assumẽdi: dicũt intelligi textum de fructibus perceptis ante volũtatis mutationem, secus de perceptis postea. Quod militet eadem ratio, ac quando à principio non habuit intentionem: iam enim ex tunc verificatur hunc intentionem non habere. Insuper militat ratio reddita in textu, ex tunc enim fraudulenter recepit fructus: & Ecclesia patitur id damnum, vt hic retineat residuo tempore illius anni fructus beneficij, & eo tranlacto vacet, eo quod ad sacerdotium promotus non sit. Ita docet *glos. d. c. Commissa, verb. Non intendens & ibi Dominicus §. Caterum, num. vn super eam glossam, Sotus lib. 10. de iust. q. 5. art. 6. colum. 2. conclus. 1. Nauar. summ. Hisp. c. 25. num. 124. Angles floribus 2. p.* vbi de restitut. *q. vn. de clericis restituere obnoxiis, a. 1. dub. 6. Gutierrez lib. 2. quæst. can. c. 5. nu. 25. Toledo lib. 4. sum. c. 18. nu. 4. Graffis 1. p. decis. lib. 2. c. 97. num. 54.* At verius est non teneri eos fructus restituere. Quia textus solum obligat recipientem beneficium, nec intendentem promoueri: at hic intendens promoueri illud recepit. Nec eadem ratio militat in vtroque casu. Quod longe grauioris culpæ reus sit, qui ab initio fraudulenter accipit Ecclesiam carens animo sacerdotij assumendi, quam bona intentione recipiens, & postea ea mutata retinens. Et ita docet *Nauarr. c. Quando, de consecr. d. 1. c. 21. n. 50. & sum. lat. c. 25. n. 118. vers. Decimo.* & in effectu hanc partem sustinent *Lud. Lopez 1. part. instruct. c. 255. col. 3. Manuel 1. tom sum. 2. edit. c. 30. nu. 6 conclu. 6. Vega 1. tom. summ. c. 36. casu 23.* Quamuis enim hi temperent, si eo tempore sufficientem vicarium præposuerit, qui parochi munia obeat: non est disputatio præsens, nisi an sit restituendi obligatio ob solam voluntatis assumendi sacerdotij mutationem. Et fauent *D. Antonin. 3. p. t. 15. c. 1. §. 3. ad fin. Syluester verb. Beneficium. 3. q. 2.* vbi dicunt habentem à principio intentionem non teneri fructus restituere, licet tãtum temporis ex eo anno tranlierit, vt iam nequeat ad sacerdotium promoueri.

12 In vltimo casu quando quis recipit beneficium, animo non retinendi illud in perpetuum, sed donec pinguius habeat. Quidam id damnant, nec qualitatem culpæ explicant, sed dicunt eum peccare: nec explicant de quali beneficio loquantur, sed indistincte de beneficio agunt. Adduntque nõ teneri hunc dimittere beneficium, sed mutare propositum. Ducuntur, quia sicut contrahens matrimonium carnale, tenetur habere animum permanendi perpetuo cum vxore: ita assumens beneficium tenetur id in animo habere: vtpote qui matrimonium spirituale cum Ecclesia init. Ita docent *Host. c. Relatum, n. 2. de cler. non resid. & ibi Ant. n. 8. Abbas in fin. Angel. v. Clericus, 7. n. 6. Sylu. verb. Beneficium, 3. fin. Gabriel 4. d. 15. q. 8. a. 2. dub. 1.* Qui addit teneri hunc dimittere beneficium, aut propositum mutare. Cæterum nullam culpam video si is firmum habeat animum inseruiendi illi beneficio, qualecumq; sit, dum illud tenuerit: & implendi omnia ad quæ beneficiũ obligat: quamuis propositum habeat solum retinendi illud, donec pinguius obtineat. Non enim est textus iubens vt recipiens habeat animum perpetuo id beneficium retinẽdi. Nec similitudo ex matrimonio carnali deducta id suadet. Cum longe diuersa ratio sit matrimoniũ enim carnale est vinculum perpetuum, secus de hoc spirituali. Et ita docent *Nauar. sum. c. 25. lat. n. 118. vers. 10. hispane, nu. 114. fin. Manuel & Vega, in præcd. allegati.* Vnde bene *Nauar. l. 3. conf. in 1. edit 1. de præbendis, conf. 24. nu. 2.* ait non peccare recipientem beneficium parochiale firmo animo inseruiendi illi tempore, quo id habuerit, donec illi renuntiet reseruata pensione ex pontificis licentia, vel permutet cum alio: & si proponat vnico solo die tenere illud, dummodo eo die impleat quod tenetur.

Hactenus de beneficio curato habitus est sermo, iam 13
de beneficio simplici agendum est, qualiter peccet, ac teneatur restituere fructus, illud accipiens fraudulenter, animo nimirum fruendi ad tempus illius fructibus, & nõ ascendendi ad ordines sacros, sed relinquẽdi statum clericalem, ac transeundi ad matrim. Et à fructibus incipiẽdo, quibusdam placet teneri hunc ad fructus restituendos. Quia quamuis *c. Commissa, vers. Caterum, de elect. in 6.* præcipiens hanc restitutionem, loquatur de beneficio parochiali, at ratio in textu tradita, nempe, fraudulenter recipi fructus, non habita ea intentione recipiendi ordines, procedit quoque in beneficio simplici. Huius sententiæ sunt *Rebuffus praxi benef. t. de non promotis intra annum, n. 83. Gabriel 4. d. 15. q. 8. art. 3. dub. 1. Adrianus 4. materia de restitut. q. de Ecclesiasticis consumentibus redditus beneficij vltra detentem necessitatem, §. Pro responsione ad quæsitum, vers. Ex quæ conclusione, in paruis voluminibus est f. 128. pag. 1.* Sed dicẽdum est eum nõ teneri restituere fructus. Quia id solum constitutum est *d. c. Commissa, vers. Caterum*, de habentibus beneficia parochialia: quare cum multo leuius delictum sit recipere simplicia absq; intentione assumendi ordinis sacri eis annexi, non est cur decretum illud pœnale & odiosum sit extendendum ad beneficia simplicia. Et ita tradunt *Sotus lib. 10. de iust. q. 5. a. 6. col. 3. vers. De aliis autem, Nauar. sum. lat c. 25. n. 118. hisp. n. 124. & c. 28. addit. ad nu. 125. cap. 25. & c. Quando, de consecr. d. 1. c. 21. n. 51. Angles Floribus 2. p.* vbi de restitutione, *q. vn. de clericis restitutioni obnoxijs, a. 1. dub. 4. Gutier. quæst. canon. lib. 2. c. 5. n. 14. Toledo lib. 4. sum. c. 18. num. 4. & lib. 5. c. 5. n. 5. Emmanuel Sa sum. verb Beneficium, n. 38. Lud. Lopez 1. part. instruct. c. 256. §. Porro alia quæst. Graffis 1. p. decis. lib. 2. c. 97. n. 55. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 30. nu. 4 conclu. 3. Vega 1. tom. sum. c. 36. casu 20. §. A lo segundo.*

Grauior autem est difficultas de culpa, qualis sit bene- 14
ficium simplex accipere animo non perseuerandi in statu clericali, aut non ascendendi ad ordines sacros? Et quidem quãdo est annexus ordo sacer illi beneficio simplici, est culpa mortalis id accipere, aut retinere animo non recipiendi ordinem annexum illi beneficio. Quia iure naturali, diuino, & humano, accipiens officium, debet curare esse habilis ad illud, *l. Idem iuris. ff. ad l. Aquiliam, c. Non est putanda, 1. q. 1.* & ita tenent *Sotus lib. 10. de iust. q. 5. a. 6. col. 4. paulo ante vers. Depensionibus autem, Gutier. lib. 2. q. canon. c. 5. n. 25 Toledo lib 5. sum. c. 5. n. 5. & lib. 4. c. 18. nu. 4.* vbi addit cum absoluendum non esse, donec aut animum muret, aut beneficium dimittat, *Ludouicus Lopez 1. part. instruct. c. 256. colum. 3. §. Iam & alia limitatio.* Et videtur sentire *Nauar. c. Quando, de consecr. d. 1. c. 21. nu. 51.* vbi dicit esse peccatum, quamuis non explicet an sit veniale, an potius mortale. Quamuis *idem mutet Nauarrus summa Latin. c. 25. nu. 118. ad finem*, dicat habentem simplex beneficium absque

animo

animo recipiendi ordinis sacri, & incedendi in habitu clericali, delinquere mortaliter, non ratione intentionis non assumendi ordinem, sed defectu habitus clericalis. Sed forte potest intelligi de beneficio simplici non habente ordinem sacrum annexum. De quo agamus n. 16. & seq. Idem colligitur ex *Emm. Sa sum. verb. Beneficiū, nu. 39.* vbi ait habentem beneficium, cui est ordo sacer annexus, teneri intra annum ordinem ad illud requisitū recipere. Similis esset culpa, si animus esset dubius, vt de beneficio curato probaui n. 10. secus si animus esset conditionalis: tunc enim non peccaret, vt eod. nu. 10. dixi de recipiente curatum. Et quamuis *Gutier.* id neget in beneficio curato, admittit tamen in simplici, *l. 2. quæst. can. c. 5. n. 27.*

15 Sed petes, quando dicatur annexus ordo sacer beneficio simplici? Id quidem bene & breuiter explicuit *Sotus lib. 10. de iust. q. 5. a. 6. colum. 4. vers. De aliis*, dicens cui est annexum clericale obsequium. Idem *Nauar. c. Quando, c. 21. n. 51.* vbi reddens rationem, cur teneatur habere animum accipiendi ordinem sacrum, recipiens beneficium, cui ille est annexus, ait, quia accipiens munus aliquod, debet curare esse habilis ad illud obeundum. Sentit ergo id beneficium habere ordinem sacrum annexum, quod obligat ad obsequium aliquod clericale, quod absque ordine illo sacro exerceri nequit. Præterea, quia perente fundatore capellaniæ, vt capellanus tot faciat sacra, est omnium sententia, exigi ordinem sacerdotalem ad illam: ac solum maxime controuertitur inter DD. an is ordo actu exigatur in capellano eligendo: an potius sufficiat vt postea initietur, vt potest videri in *Lambertino de iure patrō. lib. 2. p. 1. q. 7. toto a. 29. Gutierrez toto consil. 1. Spino speculo testament. gloss. 4. principali, n. 68. Zauallos in quæst. pract. q. 693.* Concludo ergo id beneficium dici habere ordinem sacrum annexum, quod obligat ad onus aliquod petens ordinem sacrum: quod autem non obligat ad ministerium requirens ordinem sacrum, non habere illum annexum. Ex quo rursus fit, accipientem capellaniam, aut retinentem absque animo saltem conditionali ascendendi ad sacerdotium, quando ea habet missarum onus annexum per capellanum implendum, peccare lethaliter, iuxta dicta num. præced. Nam ea habet ordinem sacerdotij annexum, sine quo id onus missarum iniunctum impleri nequit. Id vero temperarem, quando capellania esset magni momenti, vt si excederent redditus centum nummos aureos: alias reputarem eam tenuem ad hunc effectum, vt esset culpa lethalis illam accipere absque animo sacerdotij assumendi, implendo tamen fideliter ea ad quæ capellania obligat: nisi institutor verba rigida apponeret, quibus suam mentem esse explicaret, non posse per substitutum illi deseruiri. Et ducor, quoniam capellania tenuis non obligat eo rigore, quin consuetudo habeat, vt illi per alium deseruiatur.

16 Quando vero non est annexus ordo sacer beneficio, non ita clare loquuntur DD. qualis culpa sit illud recipere animo non ascendendi ad ordinem sacrum: nec perseuerandi in clericatu, sed ducendi vxorem. *Sotus lib. 10. de iust. q. 5. art. 6. col. 4 paulo ante vers. De pensionibus autem*, dicens esse mortale recipere beneficium, cui est annexus ordo sacer absque intentione ordinis illius assumendi, subdit, si nullus ordo sacer sit annexus, saltē necessarium esse intentionem clericorum more viuendi. absurdum enim dicit esse retinere cum animo ad matrim. conuolandi, aut seculariter viuendi: imo ait non vacare culpa possidentem præstimonia cum eiusmodi seculari animo & habitu. Vbi videtur censere non esse mortale, beneficia simplicia nullum sacrum ordinem annexum habentia recipere animo non assumendi ordinem: at esse mortale, ea recipere cum intentione non permanendi in statu clericali, sed transeundi ad nuptias. Quia in priori membro de culpa lethali egit, & ita mentem Soti esse vt sit culpa lethalis, intellexit *Nauar. c. Quando, de consecr. d. 5. c. 21. nu. 52.* Sotum sequitur *Gutier.* cum eadem confusione loquens, *lib. 2. quæst. canon. c. 5. num. 25.* & videtur sentire *Toledo lib. 5. summa, c. 18. num. 4 & lib. 5. c. 5. n. 5.* quibus in locis indistincte ait reum esse culpæ mortalis, accipientem aut retinentem beneficium simplex animo vxoris ducendæ. Et in terminis proprijs *Nauarr. miscell. 44. de oratione, in noua edit. n. 2.* dicit esse peccatum mortale recipere beneficium simplex, animo mutandi postea statum clericalem in cōiugalem. Et quamuis hic non explicet, si id beneficium non habeat ordinem sacrum annexum: at dicit sententiam, quam ipsemet habuerat *c. Quando, c. 21. n. 52.* vbi expresse dixit non esse mortale recipere beneficium non habens sacrum ordinem annexum, cum proposito postea eo relicto transmigrandi ad matrimonium, intelligendam esse, quando intentio mutandi statum non est absoluta, sed sub conditione, si aliquid felicius obtigerit. Vnde clare tenet in hoc casu esse culpam lethalem. Et *idem Nauar. miscellanea 45. n. 5. & lib. 3. consil. sit. de præbend. in 1. edit. consil. 16. n. 7. Flaminius de resignat. benef. lib. 4. q. vlt. n. 42. Gutier. l. 2. quæst. canon. c. 5. n. 26.* dicunt peccare, non explicantes qualitatem culpæ, recipientem beneficium, cum intentione postea statum clericalem deferendi. Et loquuntur indistincte de beneficio. Et fundamentum huius sententiæ est, beneficia instituta esse ad sustentandum clericum in statu clericali, quare ordo peruertitur, & debitus finis, quando ea suscipiuntur animo fructus ad tempus capiendi, ad sustentandum postea secularem statum ac coniugalem.

Prima tamen conclusio sit. Quando beneficium simplex nullum ordinē sacrum annexum habet, vacat prorsus culpa, illud recipere cum intentione nullius sacri ordinis recipiendi: at in statu clericali perseuerandi, ac satisfaciendi oneribus ad quæ beneficium obligat. Cum enim nullum ius obliget hunc ad suscipiendos ordines sacros, nec beneficiū eos petat, nullius præcepti reus est carens eo animo: ac subinde nec venialiter peccat. Et ita videntur sentire *Sotus & Gutierrez n. prac. allegati.* & tenent *Nauar. summa latina c. 25. n. 118. Ludouicus Lopez 1. p. instruct. c. 256. colum. 3. §. Iam & alia minutiora, Manuel 1. tom. summ. 2. edit. c. 30. n. 6. conclus. 6. & n. 4. conclus. 3. Vega 1. tom. summa, c. 36. casu 23.* 17

Hinc deducitur possessorem beneficij, cui non est ordo sacer annexus, non teneri habere absolutam voluntatem recipiendi sacros ordines extante vtilitate vel necessitate Ecclesiæ: sed satis ei est habere voluntatem absolutam subeundi omnia onera beneficio annexa tempore, quo id posse derit: & disiunctiuam assumendi ordines sacros, cum Episcopus cogente necessitate vel vtilitate Ecclesiæ iusserit, aut dimittendi beneficij. Ita *Nauar. l. 3. consil. in vtraque editione, tit. de præbend. consil. 1. fin. & miscellan. 44. de orat. in noua edit. in fine.* 18

Secunda conclusio. Probabilius credo non peccare mortaliter, recipientem aut retinentem beneficium simplex, cui sacer ordo annexus non est, animo illud ad tempus retinendi, & eius fructibus fruendi: posteaque eo deserto ad secularem vitam aut coniugalem transeundi: dummodo eo animo accipiat & retineat, vt velit ei sufficienter inseruire, donec illud mutato statu relinquat. Quod nullo iure probetur teneri hunc habere animum sub culpa mortali perseuerandi in statu clericali: imo iura liberum ei concedunt transitum ad nuptias, modo beneficium relinquat, *c. Ioannes, c. Diuersis, de cler. coniug.* Ita docet *Nauar. c. Quando, c. 21. n. 52.* Id tamen concederem Doctoribus n. 16. allegatis, nempe, esse culpam venialem. Quia negari non potest esse aliqualem debiti ordinis peruersionem, vt probat ratio n. 16. in fine adducta, non tamen ea est tanti momenti, vt culpam lethalem constituat. 19

Vltima conclusio. Similis culpa venialis est, acceptare pensionem titulo clericali collatam, animo ea ad tempus fruendi, & postea transeundi ad statum coniugalē. Quia aliqualis debiti ordinis est peruersio: cum ea similiter constituatur ad sustentandum clericum in statu clericali, vt constat ex bullis concessionum pensionis: quibus appellat Pontifex clericū eum, cui illam cōcedit, & subdit: 20

Vt commodius te sustentare possis. Et ita intelligo *Nauarrum miscellaneo 45.an nouæ edit. de oratione,num.5.vers.6.* dicentem hunc peccare. Qui bene addit,*num.6.vers.* 7. non teneri hunc fructus restituere. Quod constat ex dictis num. 14. vbi idem probauimus de fructibus beneficij simplicis eo animo recepti.

DISPVTATIO XLVI.

An clericus in minoribus constitutus per matrimonij contractum amittat priuilegia clericalia?

SVMMARIVM.

Quæ conditiones desiderentur, vt clericus coniugatus retineat priuilegia,n.1.

Nullo priuilegio gaudet, nisi vnicam & virginem duxit, tonsuramq; ac vestes clericales deferens ministret Ecclesiæ,n.2.

Quando non incurrit bigamiam ex duplici matrimonio,aut ex eo inito cum corrupta,aut non veram bigamiam, quæ duxit virginem, & eam post adulterium cognouit,non perdit priuilegium canonis & fori,n.3.

Effectus bigamus gaudet priuilegio fori quoad delictum ante commissum,& quoad hoc spectatur delicti tempus,n.4.

An sit opus omnes vestes internas & externas esse clericales,n.5.

Quæ dicenda sint vestes clericales,n.6.

Cuius iudicis sit hæc cognitio, & an clericus habeat conditiones requisitas,& in quo carcere debeat esse pendenti hac lite,n.7.

An amittantur hæc priuilegia per vnicam habitum dimissionem,n.8.

Quid,si clericus non deferat tonsuram,quod capillis careat,n.9.

An detinens tempore delicti & captura, vestes clericales deferri,at tonsura: & quid si post delictum dimittatur,n.10.

Explicatur c. Iosuæ, de cleric. coniug. n.11.

Clericum coniugatum,extra duo priuilegia, reputatur in aliis laicum, & est incapax omnium,quæ clericatum possunt,n.12.

An perdat priuilegia per sponsalia,& per matrimonium ratum,n.13.

Non potest offic. Vicarius Episcopi, nisi delegatus ad causam spiritualem. An possit esse officiales. Et qualiter intelligatur, si enim Episcopus Vicarium nominet,n.14.

Nec potest interesse duellis,n.15.

Nec est exemptus à gabellis,muneribus,& obsequijs,n.16.

Quæ quæstiones disputandæ sint,n.17.

An desideretur aliqua monitio vel sententia iudicis, vt clericus coniugatus amittat priuilegia? Proponuntur sex dicendi desiderari,n.18.

Non desideratur monitio, nec sententia aliqua,n.19.

Soluuntur argum. Ex explicatur metus proprius Pij V. littera Sodomitas, an desideretur sententia,vt illis amittat priuilegia clericalia. Et Trident. sess.7.c.10. de reform.an absque sententia perdat priuilegia qui inuitatur cum litera dimissoria capitulo sede vacante, non potuisse ire.de.c.n.10

An clericus coniugatus seruans omnia requisita, gaudeat in ciuilibus priuilegio fori? Refertur quædam sententia,n.21.

Proponitur sententia Auctoris,n.22.

An possit eis carcerem detrudi per iudicem secularem pro causa mere ciuili,n.23.

Soluuntur argumenta,n.24.

An si vacet negotiationi, & arma portet, frustur priuilegijs? Refertur quædam sent.n.25.

Proponitur sententia Auctoris,n.26.

An semel dimittens habitum & tonsuram, gaudeat priuilegijs, illa resumens? Refertur duplex sent.n.27 & 28.

Proponitur sententia Auctoris,n.29.

An gaudeat omnibus priuilegijs defuncta vxore?n.30.

Satisfit argumentis,n.31.

1 DISPVTATIO hæc versatur circa intelligentiam textus,c.vn. de cler. coniug. in 6. vbi statuitur duplici solo priuilegio posse gaudere clericum in minoribus constitutum,incuntem matrimonium: nimirum *can. Si quis suadente,*17.q.4.vt violentas manus in ipsum injiciens incurrat excommunicationem: & fori,nempe, vt nõ pertineat ad forum iudicis secularis,in causis criminalibus,siue criminaliter siue ciuiliter agatur: prout clericis concessum est c.2.*de foro compet.* Et petitur ibi duplex conditio, vt his priuilegijs gaudeat. Altera, vt vnicam & virginem duxerit: altera vero, vt tonsuram & vestes clericales deferat. Quod si vtramque conditionem non seruet, decernitur ibi eum nullo priuilegio gaudere. Idque decretum confirmatum est in *Trident. sess.25.c.6.de reform.* & additur tertia conditio, vt ijs priuilegijs gaudeat clericus coniugatus,nempe, vt alicui Ecclesiæ deputatus ab Episcopo inseruiat.

2 Hinc deducitur primò,clericum bis coniugatum, aut cum corrupta,aut si cum vnica & virgine,non deferre tonsuram & vestes clericales, aut non ministrat Ecclesiæ ex Episcopi deputatione,minime gaudere priuilegio aliquo clericali,vt expresse deciditur in textibus n. præced. allegatis.Quia omnes hæ conditiones in eis petuntur.

3 Intellige tamen hoc verum esse, quando ex duplici matrimonio, vel cum corrupta cõtrahitur vera bigamia. (Quod quando eueniat,dicemus in impedimento bigamiæ, tractantes de bigamia.) Si enim non contraharur bigamia, vt quia clericus ille duxit à se solo corruptam, aut si ab alio,non consummauit matrimonium, vel si duplex iniit matrimonium, alterum non cõsummatum est. Nam ratione bigamiæ priuat textus *c.vn.de cler.coniug.in 6.* clericum,qui non cum vnica & virgine contraxit, omnibus priuilegijs clericalibus. Quare tale matrimonium id non operabitur,vbi ex eo non contrahitur bigamia. Imo si clericus post initum matrimonium cum vnica & virgine efficiatur interpretatiue bigamus cognoscens vxorem adulterij quantumuis notorij ream, non ob id obseruans cætera requisita,perdet priuilegium canonis & fori.Quia conditiones petitæ *d.c.vn.* vt ijs priuilegijs gaudeat,inueniuntur in eo, vtpote qui vnicam & virginem duxit. Et ita sentiunt *Auferius,*dicens ita decisum esse Tholosæ, & esse ex mente omnium *decisione Tholosana 64. n.vn. & decis. 235.n.2. & 3.Iul.Clarus lib.5.receptarum, §. finan.pract.crim. q. 36.n.10. Anton.Cucus lib.3.institut.maior t. 9. num.18.Farinacius pract.criminal.de inquisitione, q.8.n.8.*

4 Insuper vt clericus coniugatus amittat priuilegium fori propter bigamiam, desideratur vt tempore delicti commissi illam contraxerit,si enim antea. habens omnia requisita vt fori priuilegio gaudeat, delictum perpetret, fruetur fori priuilegio quoad id delictum, quamuis postea effectus sit bigamus, iniens aliud matrimonium priori vxore defuncta. Quia ad gaudendum foro, spectatur semper tempus delicti admissi, vt argumento *l.1. ff.de pœnis* tradunt *Baldus l. Assuetatus, in fin. C.communia de success. Alex.cons.8 ad fin.li.1.& cons.149.n.9.lib.6.* & multi alij, quos refert & sequitur *Barbosa ad statum allegandus.* Et ita docent in nostris terminis,*Iulius Clarus cad.q.36.num.11. Ant.Cucus tod. 1.9.nu.19 allegati num.præced. Barbosa l.Titia 35. nu.34. ff. solut. matrim.*

5 Non tamen satis est clerico coniugato, vna aut altera veste clericali indui, sed omnes vestes extrinsecus apparentes debent clericales & honestæ esse, vt priuilegio aliquo gaudeat.Quia *cap.vn.de cler.coniugat.in 6.* ibi: *Vestes deferant clericales,*non petitur vestis in singulari,sed in plurali vestes petuntur. Idem constat ex *cap. Si index,de sent. excomm.n.in 6.* vbi etiam in plurali petitur clericum vestes clericales deferre,vt donec de contrario constet, clericus præsumatur. Et redditur ratio ibi, his verbis: *Iustum est enim vt ipse talis,quem gestat,ex habitu præsumatur.* Et ideo ita docent *glossa.d.cap.vn.in casus positione,vers.Nota,* ibi,vestes. Et ibi *Ioannes Andreas nu.2.Anchoranus nu.4.notabil.2. Dominicus ibi,in principio,num.5.Francus in principio, num.1. Auferius decisione Tholosana 253.num.1.& 2. Covarru. quæst.practicu. cap. 31.num.7.vers.2.Farinacius pract.criminal.tit.de inquisitione, q.8. num.65. Azor lib. 13. institut.moralium, cap. vltim. quæst. fin.* Vnde si vestis non clericalis lateat,quod exterior ita longa sit vt illam contegat, gaudebit priuilegio clericali. Et constat ex *clem. 2. de vita & honest. cleric.* vbi ponderatur publica vestis inducentia,ibi, *in publico portare.* Et ita docent *glossa,Ioannes Andreas, Dominicus, Anchoran. Francus, proxime allegati.*

6 Sed quæres, quænam sint vestes clericales? Fatentur omnes id certis limitibus præscribi non posse. Quia *cap. penult.de vit.& honest cler.& clem.2. eo.tit.* certis quibusdam vestibus tamquam indecentibus interdicitur clericis, non tamen præscribitur quibus vti debeant. Quare id communi vsui relinquendum est, vt illæ clericales vestes censeantur, quæ communi clericorum vsui in ea prouincia receptæ sunt, & ex quarum aspectu à quocumque

clerici

clerici iudicentur. Ita *gloss. d. c. penult. verb. Deauratis*, ibi communiter approbata, *& clem. 1. verb. Seculares, in fine, de elect. & c. Si quis virorum, verb. Veste*, 30. *d. Philippus Probus addit. ad Monachum, c. vn. de cler. coniug. in 6. n. 4. Roland. cons. 4. n. 27. lib. 1. Couar.* multos alios referens, *quæst. pract. c. 31. nn. 7. vers. 4. tnl. Clarus lib. 5. recep. §. fin. in pract. crim. q. 39. num. 13. & 14. Anton. Cucus lib. 3. institut. maiorum, tit. 9. nu. 71. & 74. Burgos de Paz. cons. 22. n. 5. Farinac. pract. tit. de inquisitione, quæst. 8. num. 69. Azor lib. 13 institut. moral. c. vltim. q. fin.* Quod quidem non ita accipiendum est, vt satis sit eos clericos coniugatos ijs vestibus vti, quibus laici vxorati iuxta regionis consuetudinem vtuntur. Sed illis indui debent, quibus ex regionis vsu honeste clerici coniugati vtuntur. Nam cum ius canonicum vestium qualitatem minime præscripserit, earum definitio consuetudini relinquitur: nec cogendi sunt ijs vestibus vti, quibus clerici non coniugati ministerio Ecclesiæ vacantes vtuntur, vt constat ex *c. Ioannes, de cler. coniug.* ibi: *Cum de consuetudine terræ tuæ clerici coniugati, non cogantur inuiti portare tonsuram.* Ita cum alijs docet *Couar. eod. n. 7. vers. 4.*

7 Cuius autem iudicis sit cognitio, num vestes sint clericales, & an conditiones requisitæ concurrant in clerico coniugato, vt gaudere debeat priuilegio fori: & an lite hac pendenti custodiendus sit in carcere seculari, an potius in Ecclesiastico: præter Auctores antiquos, quos ipsi referunt, consulendi sunt *Couar. quæst. pract. c. 31. num. 1. & seqq. Iulius Clarus lib. 5. receptarum §. fin. quæst. 36. nn. 21. Burgos de Paz. cons. 22. nnm. 3. Anton. Cucus lib. 3. institut. maior. t. 9. nu. 76. Mascard. de prob. concl. 689. n. 9. Farinac. in sua pract. t. de inquisit. q. 8. n. 34. & seqq. Salzedo pract. c. 62. n. 14. & 19. Barbosa l. Titia, 35. n. 34. ff. solut. matrim.*

8 Non amittit tamen clericus coniugatus priuilegia, per vnam aut alteram habitus dimissionem, dummodo continuo habitum deferat. Quod non videatur habitum deserere, qui statim est resumpturus, *l. 3. ff. de diuort.* Ita *Auserius decis. 104. Capella Tholos. n. vn. Ant. Cucus l. 3. instit. maior. t. 9. n. 69. Farinac. pract. t. de inquisit. q. 8. n. 68.*

9 Nec similiter amittit, si tonsuram non deferat, quod caput rasum sit ptæ morbo Gallico aut caluicie. Quia nemo ad impossibile obligatur. Ita *Iul. Clarus li. 5. recept. §. fin. q. 36. n. 17. Farinac. in pract. t. de inquisit. q. 8. n. 67.*

10 At debet clericus coniugatus tonsuram & vestes clericales deferre tempore commissi delicti, vt quoad illud gaudeat fori priuilegio: nec satis erit postea assumere. Sic *Couar. quæst. pract. c. 31. n. 8. vers. 5. Ant. Gom. to. 4. var. c. 10. nu. 5. Iul. Clarus lib. 5 receptarum. §. fin. q. 36. n. 15. Auendaño de excom. mand. c. 22. n. 12. Farinac. pract. t. de inquisit. q. 8. nu. 66. Barbosa* alios referens, *l. Titia, 35. n. 33. ff. solut. matrim. Azor lib. 13. institut. moral. c. vlt. q. fin.* Et *in noua recop. huius regni, lib. 1. t. 4. l. 2.* refertur Pius IV. in quadam bulla declarasse ad vitandas fraudes, desiderari vt ex mensibus præcedentibus delictum, deferat habitum clericalem & tonsuram. Addit *Barbosa eod. nu. 33.* desiderari quoque delationem habitus tempore capturæ. Ad id non credo. Quia quamuis post delictum deferat habitum & tonsuram, gaudebit vtique fori priuilegio quoad id delictum, vt cum Alexandro dicens esse ex mente omnium, docet *Couar. proxime citatus.* Idemque docent *Iul. Clarus & Farin. proxime allegati*, & cõstat ex dictis, nu. 4. vbi probauimus, ad gaudendum fori priuilegio non attendi nisi tempus commissi delicti: non ergo refert tempore capturæ relictas esse vestes clericales, modo tempore delicti delatæ sint.

11 Secundò deducitur intellectus ad *c. Ioannes, de cler. coniug.* ibi: *Quoniam igitur ipse etiam tonsuratus non potest priuilegio clericali gaudere.* Ex quo textu constat, clericũ coniugatum non posse gaudere priuilegijs clericalibus. Sed debet intelligi iuxta *c. vn. de cler. coniug. in 6.* de reliquis priuilegijs præter priuilegia canonis & fori, vt bene docet *gloss. to. c. vn. verb. Declaramus, & Abb. d. c. Ioannes, n. 3.*

12 Tertiò deducitur, clericum coniugatum seruantem omnes conditiones requisitas vt gaudeat priuilegijs canonis & fori, in reliquis omnibus præter hæc duo, reputari mere laicum, ac proinde esse incapacem eorum omnium quæ clericalem tonsuram desiderant. Constat ex *c. vn. de cler. coniug. in 6.* ibi: *In cæteris autem eos gaudere nolumus priuilegio clericali.* Et ita docent *gloss. cod. c. vn. in casus posit. notabili antepenult. Et ibi Ioan. And. n. 2. Dominic. § fin. n. 3. Franc. eod. § num. 3. Anton. c. Ioannes, num. 16. de cleric. coniug. & ibi Imola num. 18. Decius cap. 2. q. 8. in noua edit. num. 154. de iudic. Lambertin. de iure patron. l. 2. p. 1. q. 7. art. 3. num. 4. Couar.* alios referens *quæst. pract. c. 31 nu. 9. init. Flaminius de resignat. benef. l. 4. q. 2. n. 100.*

Vt autem ea priuilegia perdat præter illa duo, satis esse matrim. non dum consummatum. Quia tunc vere assumptus est status contrarius clericatui. Quare non sufficit contractus sponsalium de futuro. Quia non est ille vere clericus coniugatus, quem textus *d. c. vnic.* priuat cæteris priuilegijs clericalibus. Sic *Anchar. eo t. vn. notab. 1. n. 1.* 13

Hinc rursus infertur, non posse huiusmodi clericum coniugatũ esse vicarium Episcopi in spiritualibus. Quod iurisdictio spiritualis & Ecclesiastica non cadat in laicũ. *c. 2. de iud.* At hic extra ea duo priuilegia reputatur omnino laicus. Ita *gloss. Ioan. Andr. Dominic. Francus relati num. 12. Ioan. Andr. cap. Ioannes, num. 20. q. 5. de cler. coniug. & ibi Anton. num. 16. Cardin. n. 6. q. 4. Anchar. n. 11. q. 5. Imola nu. 18. Abbas c. 2. eo. t. num. 2. Henric. c. Diuersis, n. 7. eod. t. idem Abbas c. 2. num. 12. de iud. & ibi Felinus num. 6. vers. Falsa primo, & ibi Decius q. 5. in noua edit. num. 123. Lambertin. de iure patr. l. 2. p. 1. q. 7. a. 3. num. 3. Angel. verb. Beneficium, num. 15. & ibi Armilla num. 29. Syluest. verb. Beneficium, 3. q. 4. num 8. Tabiena verb. Beneficium. 2. q. 12. num. 14. Anton. Cucus l. 2. institut. maiorum, t. 8. num. 48. Maiol. de irregul. l. 1. c. 34. nu. 8. Sbrozius* alios referens *de officio vicarii, q. 31. n. 5.* Nec etiam potest esse delegatus ad causam spiritualem, nec sententia eius tenebit. Quod ferat̃ à non competenti iudice, *c. Clericum nullus, 11. q. 1.* Ita *Ioan. And. c. Ioannes, nu. 20. Anton. Anchar. Cardin. Imola, Henric. Decius, nu. 154. proxime alleg.* Potest tamen, si Episcopus habeat iurisdictionem temporalem, esse vicarius in ea iurisdictione temporali. Quia cum ea secularis iurisdictio potest laico competere. Ita *Decius c. 2. de iudicijs. q. 5. in noua edit. n. 125. Zacharias additionib. ad Abbat. c. 1. lit. B. de cler. coniug.* & multis citatis *Sbrozius d. q. 31. n. 11.* Insuper potest esse assessor Episcopi. Nã & laicus potest id munus obire. Ita *Host. c. 2. ad fin. de iudicijs & ibi Anton. n. 6. fin. Albas n. 13. Alex. de Neuo n. 32. Decius n. 151. Ripa n. 17. Baldus n. 10. fin. Felin. num. 6. Archid. c. Plures, super gloss. ver. arbitrium, 10. q. . Domin. c. Statutum, §. Assessorem, n. 5. in prine. de rescrip. in 6. Ant. Cucus n. 49. Maiolus, Sbrozius n. 12.* alios allegãs, proxime citati. Quare si Episcopus laicum aut clericum coniugatum constitueret suum vicarium in spiritualibus, ne dispositio vana esset, deberent verba impropriè sumi pro assessore. Sic *Baldus, Felin. Maiol. Sbrozius. n. 10 proxime allegati.* Ratio autem cur assessoris officium possit laico competere, ea est: quia officium assessoris est consulere, *l. 1. ff. de offic. assessor.* At tale consilium potest etiam in Ecclesiasticis laicus conferre, vt tradit *Innoc. c. 2 de iudicijs, in fine.* 14

Nec similiter poterit interesse diuinis tempore interdicti talis clericus coniugatus: quod solis duobus dictis priuilegijs fruatur. Et ita docent *Nauar. summa c. 27. n. 174. Toledo l. 1. sum. c. 20. n. 3. Aragon 2. 2. q. 12. a. 1. dub. 1. Manuel 1. tom. summ. 2. edit. c. 116. conc. 4. nu. 4.* Qui bene id temperat cum *Nauarro d. num. 174.* nisi alicubi consuetudo legitime præscripta contrarium obtinuisset. 15

Nec similiter ob eandem rationem habet priuilegium immunitatis quoad gabellas, munera secularia, indictiones, & quæcunque alia obsequia. Hæc enim omnia onera subire tenetur instar meri laici. Sic *gl. c. vn. verb. In cæteris, & ibi omnes, de cler. coniug. in 6.* & multi alij, quos refert & sequitur *Couar. quæst. pract. c. 3. n. 9. Azor l. 13. instit. moral. c. vlt. q. fin.* & extat *lex regia* de hoc *l. 1. recop. t. 4. l. 2.* 16

Quatuor tamẽ potissimum quæstiones disputãdæ sunt. Prima, an desideretur monitio aliqua aut sentẽtia, vt clericus cõiugatus amittat priuilegia? Secũda, an gaudeat in causis ciuilibus priuilegio fori? Tertia, an perdat priuile- 17

gia canonis & fori, quod negotiationibus vacet? Vltima, quid si habitum & tonsuram deserat, & iterum assumat?

18 QVÆSTIO I. An vt clericus coniugatus seruans conditiones requisitas, amittat cætera priuilegia clericalia, præter duo canonis & fori: aut vt eas cõditiones non seruans amittat hæc duo, desideretur monitio aliqua, aut sententia iudicis? Et desiderari persuadetur ex sequentib. Primò, quia *Trident. sess. 7. de reform. c. 10.* statuit ne gaudeat priuilegijs clericalibus initiatus minoribus ordinibus cũ literis dimissoriis Capituli sede vacanti, quando eas concedere nequit. Et tamen *Nauar. l. 1. cons. 5. de tempor. ordin. in priori edit. cons. 19. in poster. cons. 28. per totum*, defendit desiderari sententiam iudicis. Quod Tridentinum vtatur verbo, Non gaudeat, quod est futuri temporis. Quo simili verbo vtitur *Trident. sess. 23. c. 6. de reform.*, dicens clericum minorum ordinum non gaudere priuilegio fori, nisi vestes clericales deferat, aut beneficium habeat. Est statim loquens de clericis coniugatis, confirmat decretum *c. vn. de cleric. coniug. in 6.* priuans coniugatos omnibus priuilegijs, nisi cõditiones ibi petitas obseruent, & si obseruent, omnibus alijs, præter canonis & fori indulta. Ergo similiter priuatio hæc sententia iudicis indigebit. Et confirmatur, quia cum *clem. 1. de vita & hon. cleric.* decidatur clericos, à certis officijs non desistentes post monitionẽ perdere eo ipso priuilegium clericale, tuentur *Imola ibi, in fin. & Ioan. Andr. c. Ioannes, q. 4. de cler. coniu.* desiderari semẽtiam iudicis declarantis crimen. Ergo à fortiori in nostro casu in quo Tridentinum tantum dicit, Non gaudeat: & *d. c. vn.* dicit, Nolumus gaudere. Secundò, quia motus proprius Pij V. contra clericos exercentes sodomiam editus sic ait: *Præsentis canonis auctoritate priuamus omni priuilegio clericali.* Et tamen contra *Nauarrum sum. Lat. c. 27. num. 249.* dicentem non exigi sententiam iudicis, tuentur eam necessariam esse, *Enriquez l. 14. de irregul. cap. 8. 5. num. 1. in comment. hist. F. Graffis 2. p. decision. l. 2. c. 90. num. 5. & seq. Manuel 1. tom. sum. 2. addit. c. 210. num. 2. Vega 2. tom. sum. c. 102. casu 2. ad fin.* Tandem, quia *Sotus lib. 1. de iust. q. 6. a. 6. concl. 2.* defendit legem priuantem eo ipso priuilegijs, non obligare ante sententiam. Et confirm. quia trina monitio desideratur, vt clericus in minoribus constitutus non deferens tonsuram amittat priuilegium clericale, *c. Si vero aliquis, c. In audientia, c. Contingit, de sent. excom.*

At verissima sent. est nullam exigi monitionem, aut
19 dicis declarationem, sed eo ipso amitti priuilegia per cõtractum matrimonij, & si non seruentur conditiones requisitæ, amitti priuilegium canonis & fori. Ratio huius est, quod priuatio hæc non imponatur vt delicti pœna, sed ob defectum conditionis requisitæ ad gaudendum priuilegio clericali. Quod & praxis ipsa demonstrat: & ex eo constat, quòd nullius culpæ reus sit clericus in minoribus constitutus non deferens vestes clericales: duas vxores ducens, aut viduam vnicam. Deficiente ergo conditione cessabunt eo ipso priuilegia. Deinde, quia contrario statu assumpto amittuntur hæc priuilegia, sicut & beneficia. Sicut ergo hæc perduntur per contractum matrimonij absque alia sententia: vt diximus disp. 42. nu. 4. ita & illa. Atque ideo huius sententiæ sunt *Abbas c. Ioannes, nu. 4. de clericis coniug. Angelus Excommunicatio. 5. n. 22. Ant. Cucc. l. 3. instit. maior. t. 9. n. 67. Bossius pract. t. De foro competenti, nu. 128. Iul. Clarus l. 5. recept. pract. crim. §. fin. q. 36. n. 19.*

20 Ad argum. nu. 18. proposita resp. fatendo ad incurrendam eam priuationem priuilegij clericalis inductam in *Trident. sess. 7. c. 10. de reform.* & in motu proprio Pij V. & in *clem. 1. de vita & honest. cler.* desiderari sententiam iudicis declarantis crimen, vt docent DD. ibi allegati. At id consurgit ex eo, quòd illa priuatio inducta sit in pœnam delicti. Quod secus contingit in nostro casu (vt nu. præced. explicui.) Et eodem modo intelligenda est doctrina *Soti*, quando priuatio est in delicti pœnam. Et per hæc patet ad omnia argumenta, præterquam ad vltimam confirm. Ad quã respondeo cum *Abbate, c. Ioannes n. 4. de cler. coniug.* in illis textibus esse sermonem de clerico non coniugato, qui attento illo iure non amittebat priuilegium per habitus dimissionem, donec ter moneretur. Secus attento nouo decreto *Trident. sess. 23. c. 6. de reform.*

QVÆSTIO II. An clericus coniugatus seruans omnia 21
requisita, gaudeat in causis ciuilibus priuilegio fori, an in solis causis criminalibus? Duplex est sententia. Prima affirmat tam in criminalibus, quæ descendunt ex delicto, quam in ciuilibus, quæ ex contractu vel quasi contractu originem ducunt, gaudere hunc priuilegio fori. Probatur ex *cap. vn. de cler. coniug. in 6.* nam postquam textus ille decreuit non posse huiusmodi clericos trahi ad iudicium seculare, siue criminaliter, siue ciuiliter, subdit hæc: *Nec ab ipsis secularibus iudicibus eos debere personaliter, vel etiam pecunialiter, (neper vnam viam concedatur eisdem iudicibus, quod per aliam denegatur) vllatenus condemnari.* Ne ergo verba hæc frustranea sint, & vt aliquid operentur debent intelligi de causis merè ciuilibus. Nam in criminalibus eos gaudere priuilegio fori, satis expresserat textus. Secundò, quia *Conc. Parisiense relatum c. 2. de foro compet.* interdicens iudicibus secularibus quemcumque clericum condemnare, loquitur indistincte de causis, siue criminalibus, siue ciuilibus: & procedit etiam in clerico coniugato: (vt testatur *ibi Ioan. Andr. n. 2.*) nec corrigitur per *c. vn. de cler. coniug. in 6.* imò per id declaratur, vt constat ex contextu illius §. vn. ibi: *Et cum iuxta Parisiense concilium nullus clericus distringi aut condemnari debeat à iudice seculari, præsenti, declaramus edicto.* Cum ergo hæc constitutio non restringat, sed declaret illam, debet recipere omnes interpretationes, quas constitutio declarata recipiebat, vt est textus cum *glosa clem. Statutum, verb. Consuetudine de elect. & c. Is qui, verb. Vel electi, eod. tit. in 6.* & hoc procedit, licet noua lex declarans loquatur strictus. Et constat ex textu, in *auth. de filiis ante dot. alia testiment. a nat. collat. 5. ad fin.* ibi: *Cum omnibus manifestum sit oportere ea quæ adiecta sunt per interpretationem in illis valere, in quibus interpretatio legibus fit locus.* Vbi *glos. fin.* ait notandum mirabile verbum. Et Bartolo multisque alijs relatis, docent *Aretin. cons. 59. fin. Beroius c. Nulli, nu. 87. de rebus Eccles. non alien. & eãn præsentia, nu. 190. & nu. 384. de prob. at. Burgos de Paz l. 1. Tauri n. 288. Mantica lib. 5. recop. t. 4. l. 2. glos. 9. n. 10.* Tertio, quia verbum illud, *Pro commissis aliis excessibus*, positum *d. cap. vn.* quod generale est, comprehendit etiam illam, qui contrahendo promisit, ac promissa non implet, propter quod conuenitur. Is enim vere excessum admittit. Tandem quia alias potior esset conditio clerici coniugati delinquentis, & furto acquirentis pecuniam, quam innocentis, qui mutuo accepit contra *cap. Eam qui, de prob. in 6.* Ille etenim non potest coram iudice seculari conueniri secus de hoc. Et ideo sent. hanc (quæ vere probabilis est) sustinent *Lapus alleg. 118. ad fin. Franc. c. vn. §. Et cum, nu. 4. d. cler. coniug. in 6. Angel instit. de nuptiis, §. Illud, n. 5.*

Secunda sent. (cui tamquam multo probabiliori & cõ- 22
munissimæ adhæreo) docet huiusmodi clericos coniugatos in solis causis criminalibus gaudere priuilegio fori: siue criminaliter, vt dum petitur vindicta, siue ciuiliter agatur, vt cum petitur restitutio dãni illati: at in causis mere ciuilibus descendentibus ex contractu, vel quasi contractu eos non eximi à iurisdictione iudicis secularis, sed coram eo conueniendos esse. Quod probatur ex *c. vnic. de cler. coniug. in 6.* vbi expresse habetur huiusmodi clericos trahi non posse ad iudicium seculare pro delictis ab eis admissis, siue criminaliter siue ciuiliter agatur: & subditur in cæteris nullo eos gaudere priuilegio. Ergo in causis mere ciuilibus non tuantur aliquo fori priuilegio. Atque ita docent *Ioann. Andr. cod. c. vn. nu. 2. Archidiac. in fine. Anchar. an. nu. 4. not. ab. 4. Domin. ibi. 9. Et cum iuxta, n. 7. in princip. Abb. c. Ioan. n. 5. de cleric. coniug. & c. 2. nu. 7. de foro compet. vbi Imola nu. 3. Aretin. ibi num. 1. not. ab. 1. Decius c. At si clerici, in princip. in noua edit. num. 151. vers. Non tamen videtur recedendum, de iudicijs idem Imola cap. Ex parte, num. 3. de clericis coniugatis, & ibi Cardin. in qu. 3. Montalaus l. 25. paulo post princip. t. 9. p. 1. Vellinga in speculo Principis, rubr. 11. §. Videamus, n. 1. & 6. & ibi Camillus Borrel. in addit. lit. A. Rosella, verb. Clericus 2. num. 6. Sylvest. verb.*

Clericus,

Clericum,1.q.6.Tabiena verb.Cleri.5.n.penult.& verb.Excommunicatio,5.casu 1.n.27.Benedict.Capra concl.97.nu.85. Couar.qu. pract.c.31.n.7.vers.Prima igitur,Anales in c.Pratorum.proœmio, gl.1.n.19.Tallada de visitat.carceris,§.5.nu.17.Gonzales in variis q.c.12.n.19.Mozzius de contract.1.de matr.§.Qui possint contrahere matrim.n.21.Anast.Germonius de sacror.immun.l.3.c.15.n.68.Gutier.de iuram.1.p.c.17.n.11.& 12.Farinacius in sua pract. t.de inquis.q.8.n.7.Bobadilla in sua polit.l.2.c.18.n.110.Aragon. 2.2.q.12.a.1.dub.1.Azor.l.13.instit.mor.c.vlt.q.fin.& est approbata hæc sent.per *leg.regiam 2.t.4.lib.1.nouæ recop.*

23 Sed retenta hac posteriori sententia, non modicum controuertitur inter Doctores illius,an licet possit iudex secularis de causa merè ciuili huiusmodi clerici coniugati cognoscere, atque illam decidere, tamen possit eum capere,ac pro executione causæ merè ciuilis in carcerem detrudere? Quidam enim id negant posse,quia quamuis in ciuilibus non gaudeat priuilegio fori: ac proinde in iis sit iudex competens secularis:at gaudet priuilegio *can.Si quis suadente,*17.q.4.interdicentis sub excommunicatione lata,manus in eum iniiciæ proinde eam incurret iudex secularis manus in eum iniiciens, per districtionem personalem.Et ita sentiunt *Anchar.c.vn.n.4. notabil.4. de cleric. coniug.in 6.& ibi Domin.§.vlt.nu.8.Francus ibi,§.Et cum,nu.2. Lapus alleg.41.nu.vn.& alleg.118. paulo post princ. Cardin.c.Ex parte q.3.de cler.coniug.& ibi Imola nu.3.referens ibi Florianum, Ripa l.1.responsc.13.Roscilla verb Clericus,2.nu 7.Sylvester verb. Clericus,1.q.6.Tabiena verb.Clericus.5.n.penult. Anales c. Pratorum.proœmio gloss.1.nu.29 Farinacius in sua pract.t.de inquis.q. 8.nu.7.Zanallos quæst.pract.q.593.nu.vn.*Sed profecto miror tot tantosque viros tam leui fundamento duci,ad hanc partem tuendam.Nam textus *d.c. Si quis suadente*, excommunicat iniicientem manus violentas in clericum gaudentem eius canonis priuilegio.At iudex secularis detrudens in carcerem huiusmodi clericum coniugatum, ad executionem contractus aut sententiæin causa ciuili latæ, non vtique manus violentas iniicit in eum,sed potius iustas,vtpote qui in ea causa est competens iudex, ac clericus ille nullo fori priuilegio in ea iuuatur. Et ideo hanc partem tuentur *Montalu.Couar.Gutier.n.praced.alleg.* Et dicunt hi duo passim apud Hispanos absque vlla controuersia praxi admitti. Et meritò eam admitti existimo:est enim verissima.

24 Ad argumenta n.21.proposita respondetur.Ad primũ dic,ea verba nõ esse superflua, sed priuilegium magis declarare:quia prius in eo textu erat habitus sermo de tractione coram iudice seculari: & de condemnatione per eum facienda nil expressum erat:de qua in eis verbis agitur: & declaratur insuper nec criminaliter, nec ciuiliter posse clericum coniugatum à iudice seculari in causa criminali condemnari:& parenthesis illa textus(*Ne per viam concedatur eisdem iudicibus, quod per aliam denegatur,*) intelligitur iuxta *Ioann.Andr.ibi num.2.*sic, ne per viam cõdemnationis pecuniariæ concedatur iudici seculari punire clerici delicta,quod per viam condemnationis corporalis denegatur.Ad secundum dic,*id c.vnicum* non esse præcisam constitutionem declarantem Concilium Parisiense,vt sic iuxta illud sic omnino intelligendũ: sed reuera inductum esse ad restringẽda priuilegia clerici coniugati,& ad declarandas conditiones ab ipso obseruandas,vt aliquo illorum gaudeat.Atque proinde sensus eorum verborum is est. Quamuis Concilium Parisiense indistincte statuerit nullum clericum subdi foro iudicis secularis : at quoad clericum coniugatum declaramus id solum accipiendum esse in posterum in causis criminalibus.Ad tertium dic,excessum non appellari proprie,sicut nec delictum,qui admittitur in causa merè ciuili non adimplendo contractum: quamuis negari nequeat id esse peccatum: sed excessus & delictum appellantur in causa criminali, quæ ex se ad publicam vindictam tendit. Ad vltimum dic non esse absurdum, in hoc melioris esse conditionis delinquentem. Quod sic in iure statuatur: quia multo indecentius esset in causa criminali, quæ ad vindictam de reo sumendam pertinet,clericum subdi iudicio seculari, quam in causa merè ciuili, quæ ad solius damni reparationem dirigitur.

Qvæstio III. An clericus coniugatus seruans omnes 25
conditiones requisitas, amittat priuilegium canonis & fori,si negotiationibus vacẽt? Plerique Doctores sentiũt hunc non gaudere priuilegio aliquo clericali. Quia immiscere se negotiis secularibus cum tonsura,quam necessario gestare debet, vt gaudeat aliquo priuilegio, tendit in opprobrium cleri, *c.Ioannes de cleric.coniug.* At non decens est quempiam vti beneficio legis, si in illam delinquat,*cap.quia frustra,de vsuris.* Et ideo hoc sustinent(quod probabile est)*Ioann.Andr.c.vn.nu.3.de cler.coniug.in 6. & ibi Archid.nu.1. vers.Retinent,Dominic.§.fin.num.6.Anton.c.Ioannes,in fine,de cler.coniug.* & ita intelligit *glossam ibi,verb. Non potest,in fine.* Sed re vera glossa non loquitur nisi de priuilegio,ne vexetur clericus gabellis. *Idem Imola ibi, num.6* fatens tamen non carere hanc partem dubitatione. *Bossius practica,t.de foro competen.num.128.Iulius Clarus lib.5 recept. §.fin.quæst.36.num.12.Farinacius in practica,tit. de inquisitione, qu.8 numer.93. Azebedo lib.1.recopil.tit.4.l.2.fin.*& fauet *glossa c.Si qui vero,verb Inuigilent,d.31.* vbi ait clericum coniugatum debere à negotiationibus abstinere: iuxta eum textum interdicentem clericis vacare illicitis. Et *Innocentius d.cap.Ioannes,in fine,* ait excepto priuilegio canonis, nullo gaudere huiusmodi clericum. Addit tamen *Bossius proxime allegatus*, desiderari ad hanc priuilegiorum amissionem, vt prius clericus ille moneatur vt desistat à negotiatione. Id enim petitur *cap.final. de vita & honest.cleric.* sed *Archid. nuper allegatus* nullam monitionem exigi docet. Quod *id cap.finale*, trinam postulans monitionem, loquatur de clericis non coniugatis : qui difficilius priuilegiis priuantur.

At multo verius est,non ob id priuari priuilegiis cleri- 26
calibus. Quia his clericis coniugatis licita est negotiatio honesta victus causa,licet aliis clericis sit interdicta argumento deducto ex *c.Ioannes, de cleric.coniug.* nec huic indecens est tonsuram deferendo huic negotiationi honestæ vacare. Et ideo huius sententiæ sunt *Montalu.l.25.tit.9 p.1. paulo post principium,Vrancus,c.vnic.§. Et cum,num 5 de cleric. coniug.in 6.Anchar.ibi,nu.2.notabil.2. Angelus verb. Clericus,9. n.3.Sylvest.verb.Clericus,3.q.3.Tabiena verb.Clericus,3.q.1.nu.2. Couarr.quæst.pract.c.31.num.3.verb.Sexto, Azor.lib.13.institut. moralium,c.vlt.q.final.* Addunt tamẽ *Anchar.*& *Montalus*, forte non debere defendi ab Ecclesia hos clericos coniugatos,si post trinam monitionem nõ desistant à negotiatione. Sed melius *Angelus, Sylvest.*& *Tabiena* docent, non posse cogi desistere per priuationem priuilegiorum clericalium,quibus gaudent.Quia nullibi id cauetur de clericis coniugatis,& rei licitæ operam dant. Addit *Azor ea. q.fin.*gaudere priuilegiis,si arma deferant.Sed id non credo,nec auctores,quos ipse refert,id dicunt.Quia non incedit in habitu clericali portans publice arma.At omnes vestes apparentes debent necessario esse clericales, vt probaui n.5.

Qvæstio vltima. An clericus coniugatus cum vnica 27
& virgine, vestes clericales & tonsuram deponens,ita amittat priuilegia clericalia, vt ea nequaquam recuperet, resumptis vestibus & tonsura? Triplicem inuenio sententiam.Prima docet eum nequaquam recuperare priuilegia.Quia cum semel vitam laici elegerit,respicere nequit. Quod enim semel placuit, amplius displicere non potest, *regula, Quod semel,de regulis iuris,in 6.* & maxime in his præiudicialibus.*c.vn. de postulat prælat.in 6.*ibi:*Redeundi ad aliam,postquam vnam elegerit, sibi licentia penitus interdicta,* & *cap.Vt quæ duas,de elect.in 6.in fine.* Secundò,quia cum facto proprio priuilegium clericale amiserit,ad illud solo tum *ff.ad senatusconsult.Trebellian.*ibi:*Quia in rem suam auctor esse non possit, & cap. Per nostras de iure patronat.* Sic tenuere communiter Doctores Paduæ : vt referunt *Ioann.Andreas cap.Ioannes,q.4.n.19.& ibi Anchar.nu.10.q.4.de cleric.coniug.*

& ipsi manent dubij, dicuntque esse necessariam Pontificis declarationem. Eandem sententiam tenent *Afflictis l.1. constit.rubr.3.n.22. Auendaño de exequend.mandat.regu,l.c.1.22 nu.15.*

28 Secunda sententia distinguit sic, si clericus ille sit monitus, & sententia lata priuetur priuilegijs, ita ea amittit, vt numquam recuperare possit: & similiter si monitus sit cum comminatione amittendi priuilegia: secus si monitus non sit: aut monitus absque prædicta comminatione, nec sententia priuans præcessit, ita *Ant.d.c.Ioannes,n.15.*

29 Tertia sententia (cui adhæreo) ait recuperari priuilegia ab huiusmodi clerico resumente vestes clericales, & habitum. Quod non omnino huiusmodi clericum deponentem vestes iura clericali priuilegio denudent, sicut bigamum: sed solo priuilegiorum exercitio. Quod aperte indicant ea verba *c.vnici de cleric.coniug.in 6. in fine*, ibi: *Eos gaudere volumus priuilegio clericali.* Quæ verba solum exercitium respiciunt, ergo recuperant seruando conditiones requisitas ad gaudendum. Et confir. quia quando ob aliquam causam priuatur aliquis priuilegio clericali, intelligitur quoad possessionem, non quoad proprietatem, vt tradit *Alex.de Neuo cons.61.à num.6.* Secundo probatur ex *c.Clericus, el 2.de vita & honest.cler.* vbi de clerico, qui dimissa tonsura vxorem duxit, dicitur vt iterum tondeatur. Quem textum dicit *ibi Abbas num.4.* fortiter probare ex tonsuræ dimissione non perdi priuilegium absque spe recuperandi. Quorsum enim tonderi deberet, nisi vt iterum priuilegio gaudeat? Tertio, quia humanitas iustæ pœnitentiæ auferri non debet, *cap.Si quis libellos, 2.quæst.6.* Quartò, quia non est absurdum ad id quempiam proprio facto restitui, quod proprio facto amiserat, *c.Quia sæpe,de elect.in 6.* omnis enim res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur, *cap.1.de reg.iuris.* Quintò, facit doctrina *Innocent.c.fin.de vita & honest.cler.in fin. & ibi Hostiens. num.9. Anchar.n.5.* dicentium clericos negotiatores amittere priuilegium clericale: ad id tamen redire, dimissa negotiatione. Sextò, probatur ex *clem.1 de vita & honest.cleric.* vbi de clericis qui ter moniti non desistunt à carnificis officio, sic dicitur: *Qui sic aliter moniti ab hu non desisterent, aut ipsa exercendo resumpserint quandocunque, coniugati omnino non coniugati vero in rebus, & si omnino incedant vt laici, in personis priuilegium clericale quamdiu præmissis insisterint, eo ipso amittant.* Vbi licet varia sit interpretatio Auctorum, an verbum, Omnino, denotet priuationis perpetuitatem, aut solam priuationem omnium priuilegiorum, quibus gaudet clericus coniugatus: attenta non denotat perpetuitatem, sed particula, Quamdiu, refertur ad omnia. Nam est vnica oratio, & clausula omnia contenta in eadem oratione determinat, *l.In repetendo.ff.de leg.3.* Non ergo per contrarium actum amittitur in perpetuum priuilegium, sed dum ab illo non desistitur. Tandem, quia priuilegium hoc in nullius damnum vergit: cum in sola immunitate personæ & fori quoad causas criminales consistat. Et ideo hæc sententia fuit decisa Bononiæ: vt testatur *Ioan. Andr. c.Ioannes,q.4.n.19.de cleric.coniugat.* & quamuis ibi ipse dubius maneat, ne tenet hanc sent. *idem vnet.c.vn.nu.2. & in fin. de cler.coniug.in 6. & ibi Archid.num.1.vers. Retinent, & ibi Ioannes Monachus nu.2. Probus in addit.ad ipsum,nu.4. & ibi Anch. nu.6.q.3. Dominic.ibi,§.Et iuxta ad fin. Abbas c.Clericus, el 2.nu. 4. & c.fin.nu.11.de vita & honest cler. Florianus* quem refert & sequitur *Imola d.c.Ioannes,nu.17. Francus d.c.vn.§.Et cum,nu.6. Alexand.cons.149.nu 7.vol.6. & cons.8.nu.4.vol.1. D. Antonin. 3.p.t.24.c.1.in princip.col 1.vers.De percutiente clericum coniug. Angelus Excommunicatio. 5.nu.23. Syluester Excommunicatio,6. §.4.vers. Si autem talis. Tabiena Excommunicatio,5.4a su 1.n.27. Addatio ad decisionem Tholosanam,104.nu.2. Couar. quæst.pract. c.31.nu.8.vers.5.in fin. Iulius Clarus l.3 recept.§.fin.qu.36.nu.25. Anton. Cucus l.3.institut.maior.t.9.nu.67. Barbosa l.Titia 35.nu. 33.ff soluto matrim.*

30 Hinc deducitur, clericum coniugatum, qui vnicam vxorem & eam virginem acceperit, consequi ea mortua omnia priuilegia, quæ clerici non coniugati primæ tonsuræ iure habent, si redeat ad propria clericorum ministeria. Quia ea extincta non erant, sed suspensa vt n. præced. probaui. Et ita docent *Abbas c. Clericus, el 2.nu.4.de vita & honest.cleric. Ioann. Andr. & Archid.n.præced. alleg. Dominic.c.vn. §.fin.nu.5. & Francus cod.§.nu.4.de cler.coniug.in 6. Addit. ad decision.Tholosanam, Couar.Iulius Clarus nu.18. Anton. Cucus, Barbosa n.præced.relati, Azor l.13.institut.moral.c.vlt.q.fin.*

Ad argumenta n.27. proposita, dic illa procedere, vbi priuilegia omnino extincta essent. At in hoc euentu sunt solum suspensa, dum non resumuntur habitus & tonsura, vt probaui n.29. 31

DISPVTATIO XLVII.

An vxor clerici coniugati, gaudentis priuilegio canonis & fori, gaudeat eisdem priuilegijs?

SVMMARIVM.

Non gaudet priuilegio canonis quæ singulor vir.n.1
An vxor clerici in minoribus constituti fruatur priuilegio fori, vt marium? Referuntur quædam sent.n.2.
Proponitur Auctorum sententia,n.3.
Esto gauderet priuilegio fori, id esset duntaxat vsno viro. Et explicatur quando priuilegium competens alicui tanquam principali, & inde ad alios derivatum, extinguatur ex illo principali,n.4.
An vxor clerici in sacris constituti, qui ad ordines de eius licentia promotus est, gaudeat omnibus priuilegijs clericalibus viri? Referuntur duplex sententia,n.5. & 6.
Proponitur Auctoris sententia,n.7.
Satis fit argumentis,n.8.

CONSTAT apud omnes, vxorem minimè gaudere priuilegio *canon Si quis suadente,17.quæst.4.* ac proinde manus violentas in ipsam inicientem non incurrere in excommunicationem. Quod hoc priuilegium sit personale ipsius clerici concessum in ordinis clericalis reuerentiam. Atque ita tamquam certum fatentur *Imola c.2.nu.3. de foro compet. & ibi Alexan. de Neuo n.21.* Felinus dicens esse omnium, *n.3. Tiraqu.post leges connubial. glos. 2.n.61. Andeas c. Prætorum, in proœmio glos.1.n.28. Perez lib.1. ord.t.5.l.1.f.58.§. Contrarium tamen.* 1

De priuilegio autem fori est difficultas. Et potest esse in duplici casu quæstio hæc disputari. Prior est, de vxore clerici in minoribus constituti gaudentis priuilegio fori. Posterior, de vxore clerici, qui ipsa consentiente transiit ad ordines sacros. Et in priori casu, quidam existimant ipsam gaudere priuilegio fori. Ducuntur, quod familia gaudeat priuilegio domini, *cap final.de offic. Archid.* ibi: *Hominum ac familiæ suæ causis duntaxat acceptis.* Vxor autem censetur de viri familia. *l.fin.ff.ad municip. Mulieres, C.d dignit.l.12.* Secundò, quia generaliter traditur vxorem sortiri debere forum ex persona viri, *l.Cum quadam puella, ff.de iurisdict. omn.iud.* Tertiò, quia *l.2.C.de Episcop.& cleric.* priuilegium immunitatis, quoad publicas exactiones ipsis concessum clericis extenditur ad eorum vxores. Tandem, quia in dispositione quamuis stricta, concessa viro censentur quoque vxori concedi: iuxta doctrinam *glos. in c. Admonere, verb. Patrem, 33.q.2.* vbi ait excipientem sibi alimenta, excipere quoque vxori, eo quod sint vna caro. Et ideo huius sententiæ (quæ vere est probabilis) sunt *glosa c.Clericum, el 1.verb. Clericum, 1.qu.3. & Eos qui, verb. Eos, d,32. Speculat. t. de clericis coniugatis, §.vn.n.4.vers. Et nota, Ioann. Monachus c.vn. n.1 de cler.coniugat.in 6. & ibi Domin. §.fin.nu.7.fin. Abbas c.2. n.7 de foro compet. & ibi Imola nu.1. Felinus nu.3. Aretinus n.10. Vellung in speculo Principum, tit. de proposit. grauaminum, §. Videndum, col.2. Tiraquell. post leges connubiales, glos.2.n.54. Angelus verb. Excommunicatio, 7.casu 5.nu 8. Syluester verb. Excommunicatio, 9.casu 5.num.21.fin. Tabiena Excommunicatio, 5.casu 18.q.7.n.8. Anilles in c. Prætorum, proœmio, glos.1.nu.28. Ant. Cucus l.3.instit.maiorum, t.9.nu.20. Perez lib.1. ord.t.5.l.1.f.57.§. Vxor etiam clerici.* 2

At verius est minime gaudere. Ducor, quod hoc priuilegium fori, sicut & canonis, sit personale, vt potè quod conceditur ratione dignitatis ordinis, sicut & religiosis ratione religionis: cum ergo ordo sit in solo viro, & omnino 3

nino diuisus à coniunctione coniugali, nec vxor capax sit participationis alicuius ordinis, non sequeretur id viri priuilegium ratione solius ordinis concessum. Secundò, quia teste *Innocent. c. 1. n. 1. de mator. & obed.* priuilegium fori concessum est clericis: quod omnino animam & corpus in Dei obsequium transtulerint. Quod in vxore non reperitur. Tandem, quia contraria fundamenta non probant. Vt ex dicendis num. 8. constabit, vbi eis satisfiet. Et ideo hanc sententiam tuentur *Ioan. Andr. addit ad Speculatorem, tit. de cler. coniug. §. vn. super num. 5. verb. Vxores, & c. vn. num. 3. an princip. de cleric. coniugat. in 6. & ibi Ioann. de Lignano, Franc. ibi, § fin. in fin. Ant. c. 2. nu. 6. de foro compet. & ibi Alexan. de Neuo n. 21.*

4 Id tandem fatendum est, quamis teneamus priorem sententiam; nimirum, vxorem solum gaudere eo fori priuilegio, dum vir ejus superstes est. Quod fatentur gloss. loquens de filiis *l. 2. verb. Vidg, C. de Episcop. & cler. & ibi Bald.* loquens de vxore, *num. 5. Alex de Neuo c. 2. nu. 22. de foro compet.* Et probat *Baldus* tradens hanc regulam, quotiescunque ratio, ob quam conceditur pluribus priuilegium, nō ineſt cuilibet ipſorum, ſed vni ſoli tamquam principali: & inde ad alios diriuatur, morte principalis extinguitur priuilegium: Cum ergo ratio huius priuilegij fori competentis clerico nempe, ordo in ipso solo reperiatur, morte ipsius clerici cessabit id priuilegium in vxore. Quare audiendus non est *Perez nu. 2. allegatus*, dicens eo priuilegio gaudere vxorem, etiam dum vidualis vita durat. Quod in priori mattimonio censeatur esse. Quod quidem verum est quoad alios effectus, non tamen quoad hunc: vt probat retio adducta.

5 In posteriori autem casu, quando vir de licentia vxoris ad sacros ordines transit, quidam dicunt vxorem gaudere omnibus priuilegiis clericalibus, sicut & virum. Quia videtur iam vxor effecta persona Ecclesiastica. Sic *Abb. c. 2. n. 9. de foro compet. Et ibi Sebaſt. de Sapia eius additionator, verb. Priuilegio fori. Franc. n. 3. relatus.*

6 Alij id admittunt apud Græcos, secus apud Latinos. Quod apud illos licita sit cohabitatio viri sacris initiati cum vxore: his autem minimè. Ita docent *Imola, Felinus, Aretinus allegati n. 2.*

7 Sic dicendum est, eam nullo priuilegio gaudere. Vt probant rationes num. 5. adductæ. Nec efficitur persona Ecclesiastica, licet voto simplici castitatis ligetur in seculo: vt constat in aliis feminis ita vouentibus. Et ita tenet *Alex. de Neuo c. 2. n. 22. de foro compet.*

8 Ad omnia argumenta num. 2. proposita, præter 3. resp. ea procedere in aliis, in quibus datur communicatio inter virum & vxorem: secus ibi priuilegium conceditur ratione dignitatis ordinis, cuius vxor est incapax. Ad tertium dic esse speciale in eo casu. Quod in eo ita disposuerit legislator.

DISPVTATIO XLVIII.

An constituti in ordine sacro, religiosi, consanguinei, affines, & quocunq; alio impedimento laborantes, incurrant excommunicationem, incundo matrimonium?

SVMMARIVM.

Explicatur quæ personæ incuntes matrimonium ligentur excommunicatione latæ in dict. cap. cum, de consang. nec ea est reſeruata, n. 1.
Moniales nubentes & qui ipſas ducunt, incurrunt: secus de femina nubente professæ, aut in sacris constituto. Et quid ſi conſanguineo aut affini nubat, n. 2.
An incurrant manifantes, conſulentes, opem præſtantes, & quid exigatur, vt incurrant excommunicationem latam, c. Nuper. & c. Si conſulimus, de ſent. excom. in participantem in crimine criminoſo, n. 3.
An incurrat ſacerdos aſſiſtens impijs interdictis, eas celebrando, n. 4.
Triplex exigitur conditio, vt incurratur hæc excommunicatio, n. 5.
Non exigitur matrimonium eſſe conſummatum, n. 6.
Nec ſatis ſunt ſponſalia, copula affectu coniugali ſubſecuta, n. 7.
Nec ſat eſt matrimonium clam abſque parocho & teſtibus initum, n. 8.
Quid, ſi ita impeditus, ſibi ineat matrimonium, n. 9.
Quid, ſi ipſe conſenſerit, alteri interim, aut extemplo diſſentienti: aut internum conſenſum nec verbis nec ſignis exprimenti n. 10.
Quid, ſi impubes contrahat, aut pubes cum impubere, n. 11.
Quid, ſi matrimonium metu celebretur, n. 12.
Quid ſi conſenſus præſtetur ſub conditione? & omiſſio, n. 13.
An incurratur ob matrimonium initum cum aliis impedimentis, aut cum affinitate imperfecta orta ex matrimonio rato, n. 14.
Quid, ſi contrahatur in gradu conſanguinitatis diuina lege interdicto, n. 15.
Quid, ſi intercedat initia diſpenſatio, n. 16.
Quid, ſi religioſus Societatis Ieſu poſt ſimplicia biennij vota matrimonium ineat, n. 17.
Quid, ſi contraherens falſo exiſtimet ſubeſſe ea impedimenta, n. 18.
Qua ignorantia excuſet contrahentem cum conſanguineo vel affini, profeſſo, vel in ſacris initiato: & quid, ſi alter ſciat, ignorante altero, n. 19.
Quid, ſi ignorans contrahat, at poſtea conſilium perſumeret, n. 20.
Quid, ſi ipſi conſtituti in ſacris aut profeſſi ignorent. n. 21.

QVÆSTIO hæc eo pertinet, vt explicetur *clem. vn. de consangum.* vbi in quosdam ineuntes matrimonium fertur excommunicatio his verbis: *Eos, qui scienter in gradibus consanguinitatis vel affinitatis constitutione canonica interdictis, aut cum monialibus contrahere matrimonialiter non verentur: nec non religiosos, & moniales, & clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonia contrahentes refrenare metu pœnæ ab huiusmodi eorum temeritatis audacia cupientes ipsos excommunicationis sententia ipso facto decernimus subiacere.* Ex quo textu constat tria personarum genera excommunicari. Primò, excommunicantes ineuntes matrimonium incestuosum in gradu consanguinitatis, vel affinitatis constitutione canonica interdicto, vel sacrilegum cum moniali. Secundò, religiosi aut moniales contrahentes matrim. sacrilegum. Tertiò, clerici in sacris ordinibus constituti matrimonium sacrilege contrahentes. Nec ea excommunicatio alicui reseruatur. 1

Quare mōniales professæ incurrunt hanc excommunicationem, cuicumque nubant: & similiter illas accipientes in vxores. Quod non ita euenit in femina nubēte professo, aut in sacris constituto: soli enim hi incurrunt eam. Quia *clem. vn. de consang.* diuersimode loquitur in his casibus: moniales enim & cum eis contrahentes excommunicat: loquens autem de matrimonio inito à professo, vel sacris initiato, solos hos excommunicat, nulla de mulieribus ab eis ductis facta mentione. Atque ita anima aduertunt *Cardin. ea clem. vn. n. 1. oppoſ. 4. in priori ſolut. Anchar. ibi, 4. fin. Bonifacius n. 8. D. Antonin. 3. p. t. 24. c. 34. Caiet. an. ſumm. verb. Excommunicatio, c. 47. Nauar. ſumma Hiſpan. cap. 22. n. 52. Petrus de Ledeſma de matrim. q. 55. art. 9. dubio 1. paulo ante ſolut. ad argum.* Ex alio capite posset dubitari, an illam incurrat femina hæc professo aut clerico nubens: nempe, quod participet in crimine criminoso, ob quod alter in excommunicationem incidit. Sed nec ex hac parte incurrere docent bene *Card. & Anchar. proxime allegati.* Et constabit ex dicendis num. seq. Femina vero nubens consanguineo aut affini, & hi eam ducentes, ligantur excommunicatione *d. clem. vn.* Quia indifferenter excommunicat contrahentes in gradu consanguinitatis aut affinitatis prohibito. Et ita fatentur omnes. 2

De consulentibus autem huiusmodi matrimonium 3 iniri, & id mandantibus, atque opem ad id ferentibus, aiunt aliqui eos excommunicatione ligari. Quod pari pœna digni sint, vtpote qui eiusdem criminis participes fiunt. Ita docent *Rosella Excommunicatio, 1. casu 42. fine, Syluester Excommunicatio, 9. casu 41. dubio 8. num. 79.* Sed merito ab eis recedunt, dicentes neminem horum incurrere, *Caietanus ſumma, verb. Excommunicatio, cap. 47. & ibi Armilla casu 45. num. vn. Tabiena verb. Excommunicatio, 5. casu 49. num. vltim. Nauar. ſumma, c. 27. Hiſpane num. 142. Latine num. 141. Petrus de Ledeſma de matrim. quæſt. 55. art. 9. dub. 1. poſt dubium, quod monet circa ſolutionem ad 9. argumentum principale.* Et ratio est, quia *d. clem. vn.* solos ineuntes matrimonium excommunicat. At communior & verissima sententia habet tunc non comprehendi mandantes, consilium, auxilium, vel fautorem præstantes. Vnde optime ait *Petrus de Ledesma ibidem*, non incurrere hanc excommunicationem

nem procuratorem, per quem initur matrimonium; nec parentes, qui nomine filiorum consensum in matrimonium explicant. Quia hi non sunt verè contrahentes matrimonium; sed verorum contrahentium instrumenta. Dices, hos omnes saltem ligari excommunicatione lata *cap. Nuper vers. In sacula vero quæst. & cap. Si concubinæ, de sent. excommunicationis*, vbi excommunicantur omnes participantes, consilium, auxilium, vel fauorem præstando in crimine, ob quod contrahit alter excommunicationem. Quod hic contingit, nam participant in eo matrimonio, ob quod illud iniens subditur excommunicationi latæ. Verum nec hanc incurrunt. Quia multo verior sententia habet, desiderari, vt is, cum quo in crimine participatur, iam incurrerit excommunicationem, & sit nominatim excommunicatus. Vt expresse petitur *d. cap. Nuper*, iuxta quod intelligendum est *dict. cap. Si concubinæ*, quod huius conditionis non meminit. Immo cum ibi petatur scienter participare cum excommunicato, & scientia excommunicationis post Concilium Constantiense sit eius denuntiatio, iure optimo defendunt *Nauar. summa Latina & Hispana, c. 27. num. 112. & Hisp. c. 28. addit ad num. 32. c. 27. Enriquez l. 13. de excommun. cap. 9. num. 1. & 2. Emman. Sa summa, verb. Excommunicatio, in princ. num. 24.* desiderari, vt excommunicatus, cum quo in crimine participatur, sit prius denunciatus. Et bene dicit *Enriquez. eod. n. 1.* non sat esse, si notorius clerici percussor sit. Quia quamuis id sufficiat vt vitandus sit: non tamen vere est nominatim excommunicatus, donec proprio nomine talis denuncietur. Quæ conditio petitur *d. cap. Nuper*, vt participans cum illo in crimine incurrat excommunicationem ibi latam. Cum igitur hi participantes in eo matrimonio participent antequam iniens contraxerit excommunicationem: (ea enim per ipsum contractum est incurrenda) & esto incurrisset, non est denuntiatus, non ligabuntur excommunicatione lata in participantes in crimine criminoso.

4 De parocho etiam, qui auctoritatem ei matrimonio præstat sua præsentia, coniungendo ineuntes illud, nimirum dicendo consueta verba: Vis hunc in maritum? Vis hanc in vxorem? dicunt *Caietan. Armilla, Nauarr. num. 141. Petrus de Ledesma num. proced. allegati*, *Emmanuel Sa sum. verb. Excommunicatio*, vbi de excommun. nulli reseruatis, *num. 10. in d. clem. vn.* excommunicari huiusmodi parochum. Fundamentum eorum me latet: nisi id sit, quod *Caietan. ibi* referens textum huius clementinæ, referat quoque hæc verba: *Et inter eos scienter eadem celebrantes matrimonia.* Quæ verba non reperi in eo textu, quamuis diuersos codices illius euoluerim. Et *Rosella ac Sylucst. num. præced. allegati* eum incurrere negant ex sola auctoritate præstita, nisi auxilium aut consilium ei matrimonio ineundo præstiterit,) censent enim, vt ibi retuli, omnes auxiliantes in nodari ea excommunicatione.) Et *Tabiena vbi num. precedenti allegati*, etiam in hoc casu sentit eum non incurrere. Quod verissimum esse credo. Quia in *ea clem.* soli ineuntes matrimonium excommunicantur. Et si velis dicere (prout sentit *Maiolus l. 3. de irreg. c. 25. n. 15.* vbi agit de voto solemni) hunc incurrere excommunicationem, *c. Nuper de sent. excom.* quod participet in crimine criminoso: satis oppositum constat ex dictis n. præced.

5 Triplex ergo conditio petitur *d. clem. vn.* vt illius excommunicatio incurratur. Prima est, vt contrahatur matrimonium. Secunda, cum impedimento consanguinitatis, vel affinitatis in gradibus lege canonica interdictis, vel religionis, aut ordinis sacri. Tertia, vt scienter id matrimonium ineatur.

6 Ex prima conditione infertur primò, incurri eam censuram, licet matrimonium non sit consummatum. Quia *d. clem. vn.* non punit copulam incestuosam, sed solum matrimonij contractum, cuius essentia perfecta est ante consummationem per copulam. Et ideo ita sentiunt *Glossa d. clem. vn. verb. Contrahere, & ibi Imola num. 9. Angelus verb. Excommunicatio, 7. casu 41. nu. 4. Syluester verb. Excommunicatio, 9. casu 41. num. 76. dub. 1. Tabiena verb. Excommunicatio, 5. casu 49. qu. 1. n. 2. Petrus de Ledesma de matrim. qu. 55. a. 9. dub. 1. paulo ante solut. ad argum.*

Secundò deducitur, non esse locum illi excommunicationi per solum sponsalium de futuro contractum. Quia licet interdicto matrimonio censeantur quoque sponsalia interdicta: at pœna imposita contrahentibus matrimonium (qualis est hæc) non extenditur ad sola sponsalia contrahentes, (vt probaui l. 1. disp. 13. n. 1. & 2.) Et ita docent *Glossa d. clem. vn. verb. Contrahere. Et ibi Cardin.* referens Stephanum & Paulum, *n. 15. q. 19. Anchar. n. 7. Bonifacius nu. 56. Imola num. 10. D. Antonin. 3 p. t. 24. c. 34. Caietan, summa verb. Excommunicatio, 47. & ibi Armilla casu 45 Angelus Excommunicatio, 7. casu 41. n. 2. Sylueſter Excommunicatio, 9. casu 41. n. 78. dub. 6. Tabiena Excommunicatio, 5. casu 49. qu. 1. num. 2. Nauar. sum. c. 27. Hisp. n. 142. Lat. n. 141. Graffis 1. p. decisionum l. 4. c. 24. n. 14. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. art. 9. dub. 1. paulo ante solut. ad argument.* Et quamuis fere omnes hi DD. hoc temperent, nisi post sponsalia sequatur copula affectu coniugali: at id erat verum attento iure antiquo, *c. Is qui fidem, de sponsal.* quando sponsalia per eam copulam transibant in matrimon. At cum hodie iam non transeant attento *Tridentino sess. 24. de matrim c. 1.* non incurritur hæc excommunicatio per sponsalia quantumcunque sequatur copula affectu coniugali. Quia semper manent intra solos sponsalium limites. Sic *Nauarr. summ. Lat. c. 27. n. 141. Graffis eo. c. 24. n. 15. Petr. de Ledes. eod. a. 9. dub. 1. in dub. quod mouet circa solutionem ad 7. argumentum.* 7

Tertio deducitur, nec satis esse ad hanc excommunicationem incurrendam inire matrimonium clandestinum, nimirum absque parocho dupliciqué teste. Quod is contractus non habeat hodie formam veri matrimonij: nec contrahentes faciant quidquid in se est, vt illud ineant. Quod colligitur ex dictis num. præcedenti, ideo enim non sufficiunt hodie sponsalia cum copula coniugali, quia iam defectu præsentiæ parochi & testium non constituunt legitimum consensum ad matrimonium. Quæ ratio prorsus militat in matrimonio clandestino. Et ita sentit *Petrus de Ledesma de matrim. q. 65. a. 9. dub. 1. in dubio quod mouet circa solutionem ad 4.* Et clare sentit *Enriquez lib. 12. de matrim. c. 5. n. 9.* ait enim initiatum in sacris contrahentem matrimonium coram parocho & testibus, esse excommunicatum. 8

Quarto deducitur, nec esse locum huic excommunicationi, quando quis ficte consensit. Quia *d. clem vn.* punit affectum, ac contrahendi voluntatem cum illis impedimentis, quamuis ea prava voluntas effectum suum sortiri nequeat iure dirimenti matrimonium. Huius sententiæ aperte sunt *Glossa d. clem. vn. verb. Matrimonialiter, & ibi Imola nu. 8. D. Antonin. 3. p. tit. 24. c. 34. Sylueſter Excommunicatio, 9. casu 41. nu. 78. dub. 5. Tabiena verb. Excommunicatio. 5. casu 49. q. 3. nu. 4.* aiunt enim contrahentem metu viri constantis matrimonium hoc interdictum, non ligari hac censura, eo quod deficiat liber consensus: ac proinde consensum petunt vt sit locus huic excommunicationi. Et in propriis terminis docent *Adrian. 4. quæst. 3. de matrim. dub. 10. ad finem, Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 2. n. 8. & §. 7. nu. 2. ad finem, Petrus de Ledesma de matrim. qu. 55. a. 9. dub. 1. in dub. quod mouet circa solutionem ad 2. concl. 2.* Et bene addit oppositum esse probabile, nimirum, incurri in hoc casu excommunicationem. Partem enim hanc tuebuntur, qui censent, existente impedimento dirimenti non posse dari consensum in matrimonium, ac proinde illud non posse valere, quamuis contrahentes falso existimassent subesse impedimentum. Quos Doctores retuli lib. 2. disp. 33. n. 1. Consequenter enim dicent non exigi consensum ad matrimonium inter consanguineos, vel voto solemni aut ordine impedienti, vt incurratur hæc excommunicatio. Et eandem defendent asserentes subdi excommunicationi negantem ore tenus fidem. 11

Maior autem difficultas est, an contrahens cum consensu legitimo matrimonium hoc interdictum, incurrat hanc excommunicationem, si constet defecisse consen- 10

sum

sum in altero contrahente? *Petr. de Ledesma de matrim. q.55. a.9.dub.1. in dubio quod monet circa solut. ad 3. principale*, dicit non esse omnino improbabile hunc consentientem non incurrere: at esse ferè certum eum incurrere. Quia punitur affectus & iniqua voluntas ineundi matrimonij interdicti, quæ in hoc non deficit, sed quidquid in se fuit, præstitit, vt iniret matrimonium. Et *in solutione ad 2.* fatetur incurrere etiam hunc consentientem, quamuis alter contrahens non respondeat, nec suum consensum explicet. Quamuis autem hæc sint valde probabiliter dicta: at mihi persuadeo non incurrere, si alter non consentiat etiam interius. Ducor, quod contrahens cum consanguinea impubere, vel furiosa, furoris tempore nō incurrit, quamuis effecerit quod in se est, & ex parte suæ voluntatis non sit defectus consensus, (vt dicemus num. sequenti.) Item quia *d.clem. vn.* punit matrimonium initum contra illam prohibitionē, at non dicitur matrimonium donec accedat vtrinque contrahentis consensus, sed solum est quoddam matrimonij initium. Quare dicendum est puniri prauam voluntatem contrahendi, quando adest consensus ex se sufficiens vt illud sit matrimonium, nisi alitunde obstaret impedimentum. Quod non euenit altero dissentiente.

11 Quintò deducitur, impuberem contrahentem matrimonium hoc interdictum, non subiici huic excommunicationi. Quia is consensus non est efficax ad matrim. sed sola sponsalia constituit interpretatione iuris, *cap.vn.de desponsat.impub.in 6.* Ita docent *Cardin.clem.vn.de consanguin.nn. 14.qu.18 & ibi Anchar.num.8.q 5. Imola num.8.* Nec incurrit pubes contrahens cum impubere. Quia similiter consensus ille sola sponsalia efficit, iuxta *d.c.vn.* Et ita tenent *Angelus Excommunicatio,7.casu 41.num.1. Sylvester Excommunicatio 9.casu 41.num.78.dub.7. Tabiena Excommunicatio,5. casu 49.q. .num.2. Petrus de Ledesma de matrim.qu.55 a.9.dub. 1.paulo ante solutionem ad argumenta.* Et quamuis *ipsemet ibi, in dub.quod monet circa solutionem ad 3. principale, in solutione ad vltimum*, hoc temperet, nisi vellet efficere totum, quod in se est ad contrahendum matrimonium. At adhuc in eo euentu verius est non incurrere, iuxta nu. præcedenti dicta, quia consensus alterius impuberis est inefficax. Similiter non incurreret contrahens cum furiosa. Vt bene dicit *Angelus ibidem num 3.* Et quamuis *Sylvester* limitet, & similiter *Petrus de Ledesma paulo ante solutionem ad argumenta*, nisi furiosa habeat lucida intervalla: at *Angelus* nihil aliud intellexit. Manifestum enim est incurri excommunicationem hanc ex matrimonio inito cum furiosa tempore lucidi intervalli. Tunc enim nullus est defectus in vtriusque consensu.

12 Sexto deducitur, nec incurri hanc excommunicationem, si matrimonium illud metu viri constantis ineatur. Tum, quia est consensus inefficax defectu libertatis. Tum etiam, quia Ecclesia non tam graui censura punit tanto metu compulsum. Sic tradunt *Gloss. d.clem. vn.verb. Matrimonialiter. Cardin.ibi,n.14.q.27. Anchar.n.8.q 3. Imola num.8. Bonifacium n.23. D. Antonin. 3.p. t.24.c.34. Sylvester verb. Excommunicatio 9.casu 41.nu.78.dub.5. Tabiena verb. Extommunicatio,5.casu 49.q.3.n.4. Nauarr.sum.c.27.Hisp.n.142. Lat.n.41. Emmanuel Sa sum.verb.Excommunicatio*, vbi de excommun. nulli reseruatis, *n.10. Petr.de Ledesm de matrim.q.55.a.9.dub. 1. in dubio, quod monet circa solut.ad 5 principale.* Imo existimo, nec eum, qui libere contraxit cum talem metum patienti incurrere. Propter dicta n.10. Claudicat enim matrim. ex parte consensus alterius contrahentis, qui defectu libertatis est inefficax ad illud ineundum.

13 Septimò deducitur, quid dicendum sit, quando consensus esset conditionalis: vt, Contraho tecum, si non es consanguinea: vel si licet cum consanguinea: vel si Pontifex dispensarit: vel cum quacumque conditione impossibili aut turpi, quæ iure reiicitur. De quibus omnibus dixi lib.5.disp.1.n.14.& disp.3.n.21.& disp.4. nu.10.& disp.5. num.18.

14 Octauò ex secunda conditione num.5. relata infertur, non incurri hanc excommunicationem, quod matrimonium ineatur cum infideli, cognata legali vel spirituali, vel cum impedimento publicæ honestatis, vel quocumque alio dirimenti, & extra tria illa, nimirum consanguinitatis, affinitatis, voti solemnitatis emissi in religione aut ordine sacro. Quia *d.clem.vnic.* solum de his mentionem fecit, cum sit pœnalis, non est extendenda. Ita docent *Glossa d.clem.an.verb.Eos. Et ibi Cardinal.num.2.qu.1. Anchar.an. Flatim in princ. Imola num.4 Bonifac.nu.10. D. Antonin. 3.p.tit. 24.c.34. Caietan.summa verb.Excommunicatio, cap. 47. Rosella verb Excommunicatio,1.casu 43.num.2. Sylvester Excommunicatio,9.casu 41.num.77.dub.1. Nauar.sum.Lat. & Hisp.cap.27. num.141. & Lat.c.22. num. 45. Tabiena verb. Excommunicatio, 5.casu 49.qu.1 num.2. Graffis 1.p.decisionum.l.4.c.24. numer.14. Petrus de Ledesma de matrim.q 55.art.9. dub.1. paulo ante solut. ad argumenta.* Qui *in dubio, quod monet circa solutionem, ad 6. principale*, tractat de matrimonio inito cum impedimento publicæ honestatis, quod oritur ex matrimonio rato. Vt si quis ineat cum Maria, & ea ante consummationem matrimonij defuncta, ducat eius sororem. Et ait probabile esse eum incurrere hanc excommunicationem. At probabilius esse eum non incurrere. Quod mihi certum est. Quia impedimentum ex eo matrim. consurgens non est affinitatis, quæ ex sola carnis commixtione oritur, sed publicæ honestatis. Vt suo loco agentes de his impedimentis videbimus.

15 Nonò posset aliquis deducere, non incurri hanc excōmunicationem, si quis contrahat matrimonium cum consanguinea in gradu lege diuina & naturali interdictò. Vt cum matre vel sorore. Quod *d.clem.vn.* expresse dicat in gradu lege canonica vetito. Sed dicendum est incurri. Tum, quia constitutio pœnalis comprehendit casum omnino similem, in quo fortior ratio militat. Tum etiam quia lex canonica prohibens matrimon. inter consanguineos vsque ad quartum gradum, *cap.non debet, de consang.* comprehendit etiam primum gradum legi naturali vetitum, vt pote qui intra quartū clauditur. Atque ita vere est ille canonica lege interdictus. Sic *Glossa d.clem.vn.verb.Canonica, Card n.1.oppos.3.& ibi Paulus, D.Antonin.3.p.t.24.c.34.*

16 Decimò infertur non incurri, quando legitima dispensatione initum est matrimonium inter consanguineos, vel affines. Quod cessante culpa & temeritas, quam *d.clem. vn.* punit. Et ita docet *Glossa ibi verb.Eos*, nemine contradicente. Quia est euidens.

17 Vndecimo posset aliquis ex eadem conditione inferre, religiosos Soc. Iesu, qui professionem solemnem non emisere, sed simplicia biennij vota, non ligari hac excommunicatione, ineundo matrimonium. Quia *d.clem.vn.* excommunicat religiosos. Et *ibi Gloss.verb.Religiosos*, ab omnibus recepta, explicat, tacite vel expresse professos. At dicendum est eos ligari. Vt bene docet *Valentia 4.p.disp. 10.de matrim.q.5.punct.3.* vbi de impedimento voti, §. *Porro qui huiusmodi.* Quia *d.clem.vn.* veros religiosos excommunicat. At hi sunt veri religiosi, nec sunt iam nouitij. Vt constat ex bulla Greg XIV. Vnde Gloss. & ceteri DD. explicarunt, quando sunt tacite vel expresse professi. Quia communiter soli hi sunt religiosi veri. Non tamen excluditur, quin si aliqui sint vere & proprie religiosi per vota simplicia comprehendantur sub dicta pœna.

18 Duodecimo infertur, non ligari hac excommunicatione, qui putans falso subesse impedimentum consanguinitatis, affinitatis, aut voti solemnis, iniret matrim. Quia re vera non contraxit cum tali impedimento: nec *d.clem. vn.* punit prauam voluntatē opere non subsecuto: vt non ligaretur excommunicatione putans falso Petrum, quem percutit, esse cleticum. Sicut annotant communiter DD. *c. Si vero, el 2.de sentent.excommun. cum Gloss ibi verb.ignorauerit.* Et ita docent *Gloss. clem.vn.verb.Scienter, & ibi Cardin. n.3.q.4. Anchar.an.n.6.q.1. Imola n 5. D. Antonin.3.p.t.24.c.34. Rosella verb.Excommunicatio, 1.casu 43.nu.5. Sylvester verb Excommunicatio,9.casu 41.n.77 dub 3. Tabiena verb. Excommunicatio,5. casu 49.q.2.n.3. Graffis 1.p.decisionum,l.4.c.24 n.14.*

Per.

Petr. de Ledesma de matrim. q. 55. art. 9. dub. 1. paulo ante solutionem ad argum. Navar. sum. c. 22. n. 43.

19 Vltimò infertur ex tertia conditione requisita, relata num. 5. minime incurri hanc excommunicationem, vbi ignoranter initum est matrimonium cum prædictis impedimentis. Quia *d. clem. vn.* petit expressis verbis scienter contrahi matrim. cum consanguinitatis vel affinitatis impedimento, vel cum moniali. Quare contrahentem in his casibus excusaret ignorantia. Quod omnes fatentur. At de qualitate ignorantiæ excusantis non est leuis controuersia. Plerique enim sentiunt excusare ignorantiam probabilem facti, & non affectatam, vt si contrahens ignoraret consanguinitatem, aut affinitatem, aut feminam esse monialem: secus si esset ignorantia iuris, vt quia sciebat gradū, at ignorabat in eo interdici matrimonium. Quod ignorantia facti, & non iuris excuset: *reg. ignorantia, de reg. iuris, in 6.* Sic *Glossa d. clem. vn. verb. Scienter. Et ibi Paulus, Cardin. ibi, n. 2. q. 2. Anchar. nu. 1. not. ab. 2. D. Antonin. 3. p. t. 24. c. 34. Caiet. an. summ. verb. Excommunicatio, cap. 47. Armilla ibi, casu 45. Rosella Excommunicatio, 1. casu 43. num. 2. Syluester Excommunicatio, 9. casu 41. n. 76. dub. 1. Tabiena verb. Excommunicatio, 5 casu 49. q. 2. n. 3. Graffis 1. p. decis. l. 4. c. 24. num. 14.* Cæterum multo verius est, excusare quamcumque ignorantiam etiam craſſam iuris vel facti, dummodo non sit affectata. Quod docent *Imola d. clem. vn. n. 4. super Gloss. Scienter, & ibi Bonifac. n. 15. nu. 19. Navarr. sum. La. c. 27. nu. 141. Eman. Sa in sum. verb. Excommunicatio*, vbi de excomm. nulli reseruatis, *n. 10. Petr. de Ledesma de matrim. qu. 55. a. 9. dub. 1. in dub. quod monet circa solut. ad 8.* Et ratio est, quia *d. clem. vn.* petit scienter iniri ad matrim. At quotiescunque scientia petitur ad incurrendam aliquam pœnam, exigitur dolus ac proinde excusat quæuis ignorantia, modò non sit affectata, vel ingens temeritas, (vt latè probabo lib. 10. disp. 32. n. 36. 19. & 40.) & non obscure probant verba textus *eiusdem clem. vn.* quæ ponderabo num. 21. Quod si alter ex consanguineis, aut affinibus, aut monialis sciuit, alter verò contrahens ignorauit: incurret excommunicationem sciens excusato ignoranti ab ea. Quia in illo reperiuntur omnes conditiones petitæ *d. clem. vn.* ad incurrendum. Atque ita docent *Gloss. d. clem. vn. verb. Et moniales, & verb. Scienter, & ibi Cardin. n. 1. oppos. 4. & n. 2. qu. 2. Paulus ibi, Imola ibi, n. 4. Bonifac. nu. 9. D. Antonin. Rosella num. 3. Syluester Tabiena Graffis, Petr. de Ledesma d. dub. circa solut. ad 8. in solut. ad 3. proxime alleg.*

20 Sed quid, si ignorans contraxit, & postmodum conscius perseuerauit in cohabitatione & copula? Quidam dicunt eum non contrahere. Quod *d. clem. vn.* non puniat cohabitationem, sed contractum. Sic *Gloss. ibi, verb. Scienter, Card. n. 3. qu. Rosella Excommunicatio, 1. casu 43. nu. 4. Angelus Excommunicatio, 7. casu 41. nu. 1. Navarr. sum. c. 27. Hisp. nu. 142. Lat. nu. 141. Graffis 1. p. decis. lib. 4. c. 24. num. 14.* Alij verò distinguunt, si copula illa sit affectu coniugali, dicunt incurrere excommunicationem, Quod ea sit sufficiens cōsensus ad matrim. constituendum, nisi obstaret impedimentum dirimens. Secus si affectu fornicario. Sic *Paul. ca. clem. vn. & ibi Anchar. n. 5. Imola n. 4. fin. Bonifac. n. 47. & seqq. D. Antonin. 3. p. t. 24. c. 34. Caiet. sum. verb. Excommunicatio, cap. 47. & ibi Armill. casu 45. Syluest. Excommunicatio, 9. casu 41. nu. 77. dub. 2. Tabiena verb. Excommunicatio, 5. casu 49. q. 2. n. 3.* Sed *Petr. de Ledesma de matrim. q. 55. a. 9. dub. 1. in dubio, quod monet circa solut. ad 9.* bene expēdit controuersiam hanc: & dicit ante Trident. veram fuisse hanc solutionem. Quia tunc copula habita consensu, atque affectu coniugali perficiebat matrim. secus post Tridentinum, quandoquidem id iam cessauit. Quare est vera sent. Glossæ & sequacium.

21 Tandem obseruandum est, textum *d. clem. vn.* quando excommunicauit ipsos religiosos, moniales, & clericos contrahentes matrimonium, non repetisse particulam, Scienter, quam apposuerat, dum excommunicauit consanguineos, aut affines ineuntes matrimonium, aut cum monialibus. Quia licet posset ignorare quispiam, an contrahat cum moniali, consanguinea, vel affini, at proprium statum ignorare nequit. Verum si adesset probabilis ignorantia in hoc euentu, excusaretur ab excommunicatione is contrahens. Ita *Gloss. cad. clem. vn. verb. Contrahentes. Card. nu. 1. oppos. 7. Imola n. 14. D. Antonin. 3. p. t. 24. c. 34. Syluest. Excommunicatio, 9. casu 41. n. 80. dub. vlt. Tabiena Excommunicatio, 5. casu 49. qu. 2. n. 3. Navarr. sum. Lat. c. 27. nu. 141. Petr. de Ledesma de matrim. qu. 55. a. 9. dub. 1. in dub. quod monet circa solut. ad 8.* Imo existimo excusare etiam in hoc casu ignorantiam, quantumuis craſſam, iuris vel facti dummodo non sit affectata. Quod non obscure probant ea verba textus *d. clem. vn.* dum fulminans excommunicationem in hoc casu & præcedenti, sic ait: *Refrenare metu pœnæ ab huiusmodi eorum temeritatis audacia cupientes, ipsos excommunicationis sententia ipso facto decernimus subiacere.* At dum fulminatur excommunicatio in temere audentes desideratur scientia, & excusat quæuis ignorantia non affectata, & dummodo non sit ingens temeritas. Vt probabo lib. 10. disp. 32. n. 37.

DISPVTATIO XLIX.

An coniugatus ordines absque vxoris licentia recipiens sit irregularis: & similiter clericus in sacris constitutus matrimonium iniens?

SVMMARIVM.

An clericus in sacris constitutus matrimonium iniens sit irregularis? Remissive, n. 1.

Coniugatus absque vxoris licentia recipiens ordinem sacrum, an sit irregularis, ac beneficij & officij ecclesiastici incapax, etiam post solutum matrim. n. 2.

An dissideretur dolus, necnè quæuis ignorantia iuris vel facti, nu. 3.

Quid si matrimonium præcedens fuerit nullum, n. 4.

Quid si promouetur de licentia vxoris manentis in seculo absque voto? Referuntur quædam sent. n. 5.

Proponuntur sententia Auilerij. n. 6.

Quid si vxor solum dissimulauerit, aut dolo mero ea consenserit, n. 7.

An vero ingressi licite religionem, etiam Societatis Iesu tollatur hæc irregularitas & quo modo, saltem Episcopo dispensante, n. 8.

Vir promotus ad ordines maiores absque licentia vxoris, an incurrat hanc pœnam n. 9.

An incurrat pœnam motus proprij Sixti V. contra male promotos, & qualiter sit ille reuocatus per Greg. XIV. n. 10.

An si ante renuntiationem promotus fuisset & ita incurrisset irregularitatem Pontifici reseruatam, an eo posset vsum, manetque post renuntiationem reseruata? Referuntur fundentia partem affirmatiuam, n. 11.

Non manet reseruata, n. 12.

DVo petit disputatio præsens. Alterum est, an clericus in sacris constitutus ad nuptias transiens, efficiatur irregularis? Et de hoc disputandū est in impedimento ligaminis inter agendum de bigamia. Alterum verò de pœna coniugati transeuntis ad ordines absque vxoris licentia. De qua re est disputatio præsens. 1

Et quidem si coniugatus nondum etiam consummato matrimonio ad ordinem sacrum absque vxoris licentia transeat, nequit constante matrimonio aut eo soluto in suscepto ordine ministrare, aut ad superiorem promoueri: nec potest ad officium aliquod aut beneficium promoueri. Est expressa definitio *Ioannis XXII. in Extrauag. sua Antiqua, de vote*: vbi *Glossa verb. Nec matrimonio*, ait hoc procedere, siue soluatur matrimonium morte, siue ingressu alterutrius coniugis in religionem ante consummationem. Quia indistincte loquitur textus. Et *verb. Officium, iuncto verb. Nec ad aliquod*, ait non posse promoueri hunc ad quantumuis modicum beneficium aut officium Ecclesiæ, etiam minoribus ordinibus deputatum. Propter generalitatē qua vtitur dicta Extrauagans. Quare hic ita promotus ad ordinem sacrum efficitur irregularis. Hanc etenim pœnam vocant irregularitatem. *Sotus 4. d. 17. q. 1. art. 4. columna 12. immediate ante vers. Et per hæc. Et d. 38. qu. 1. art. 2. conclus. 3. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 3. nu. 2. Ant. Cucus l. 5. institut. maiorum 3. 12. n. 222. Veracruz 1. p. Spec. art. 37. concl. 4. Maiolus lib. de irregul. cap. 4. num. 10. Azor. li. 13. institut. moral. c. 14. qu. 3. Petrus de Ledesma de matrim. q. 53. a. 4. paulo post prine. Circa istam ilatum, Iud. Lopez 2 p. instruc. de matrim. c. 49. col. 6. vers. Accedit ad hoc.* 2

Existimo

3 Existimo autem ad incurrendam hanc irregularitatem desiderari dolum, atque ita quamcumque ignorantiam crassim iuris vel facti, dummodo non affectata, nec ita crassa, vt sit ingens temeritas excusare, coniugatum sic promotum ab hac pœna. Ducor, quod d. Extrauagans vtatur verbo, *Non præsumat*, & statim, *Quod si secus à quoquam forsitan attentatum fuerit*. Atque ita solum præsumentem ascendere ad sacrum ordinem punit. Pœna autem præsumenti imposita dolum requirit, & excusat ab ea quæuis ignorantia, quæ nec affectata nec ingens temeritas sit. Vt probabo lib. 9. disp. 31. n. 38.

4 Quid autem si matrim. sit irritum, an is coniugatus ad ordines sacros promotus incurrat hanc irregularitatem? *gloss. d. Extrauag. Antiquæ, de voto, v. Nec matrimonio*, distinguit sic: Si vir conscius erat nullitatis matrimonij, vxore ignara, incurrit. Quia non debet esse potior conditio huius vxorem decipientis, quàm eius, qui legitimo matrimonio inito ad ordines migrat, contra *c. Eum qui, præbend. in 6.* Nec ex sua perfidia commodum reportare debet *c. De eo qui, duxit in matrim.* Idem dicendum est, si virum latebat matrimonij nullitas. At si vterque coniux nullitatem norat, fortè non incurreret. Quia cùm mulier decepta non sit, & vterque conscius fuerit nullitatis, nullum præstare debet impedimentum is matrimonij contractus. Cæterum existimo nõ incurri hanc irregularitatem, quoties cumque fuerit matrimonium irritum, siue vterque scierit, siue ignorarit, siue solus vir norit matrimonium fuisse irritum. Quia Extrauagans illa non punit deceptionem vxori factam contrahendo cum illa cum impedimẽti scientia: nec etiam solum affectum irrogandæ ordini sacro iniuriæ, eo illegitimè contra canonicas sanctiones assumpto ob impedimentum matrimonij: sed iniuriam reuera cum eo impedimento irrogatam. Qualis non est, vbi impedimentum non extat, eo quod matrim. non erat verum. Quare succedat *regul. iuris, Non præstat. de reg. iuris, in 6.* non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. Et confirmatur, quia nullus diceret, promotum ad ordines sacros incurrere hanc irregularitatem, si falsò putabat se matrimonio ligatum, quod procuratorem destinarat ad contrahendum, qui se iam contraxisse mentitus est: vel cum iam defuncta esset vxor, ipso ignorante. At idem quoties matrimonium est irritum. Quia cum verè non sit ille coniugatus, nõ verificatur coniugatum ascendisse ad ordines sacros. Quod delictum irregularitatis pœna plectit Extrauagans illa. Præterea, quia non incurreret, si verè ordinem sacrum non recepisset. Quod ministrans ordines se Episcopum fingeret: aut aliquid de substantia ordinis desideratum sit. Ergo nec incurreret, vbi matrimonium est nullum. Quia vt locus sit huic pœnæ, æquè necessarium est, vt ascendens ad ordines sit cõiugatus: & vt verè ascendat. Addè, existimantem falsò se excommunicatum aut suspensum esse, minimè incurrere irregularitatem latam contra celebrantes cum iis censuris, si celebret eum ea falsa existimatione: nec putantem se hominem perimere, cum feram perimat, fore irregulare minec credentem se clericum percutere, cum percussus sit laicus, esse excommunicatum. Quorum omnium ratio est, pœnas has non ferri contra iniquam voluntatem destitutam veritate actus externi. Idem igitur censendum erit in nostro casu. Cum prauæ voluntas iniquæ assumptionis ordinis caruerit veritate actus externi puniti illa irregularitate. Nec obstant argum. Glossæ. Quia respectu ordinis assumpti plus delinquit facto ipso externo, qui re vera coniugatus erat. Nec hic ex sua iniquitate commodum reportat. Sed quia veritas externi facti subiecti irregularitati defuit.

5 Quæstio vero grauior est, quãdo de licentia vxoris vir ad ordines sacros ascendit, non seruatis tamen conditionibus iure petitis, vt ascensus legitimus esset: quòd vxor in seculo absque castitatis voto permanserit? Videtur enim eum subdi huic irregularitati. Quia *dict. Extrauagans Antiquæ, de voto*, interdicens coniugato ad ordines promoueri sub irregularitatis pœna, subdit, *Nisi prout sacris canonibus nouerit cõuenire*. At sacri canones id non permittũt vxore manenti in seculo absque castitatis voto. Vt satis diximus hoc 7. lib. disp. 39. n. 6. Et ita huius sententiæ expresse videtur *gl. ea Extrauag. v. Nouerit*, vbi explicans prædicta verba ait: *Puta de licentia coniugis vel religionem ingredientis, vel totum castitatis emittentis in seculo*. Idem tenent *Soto 4. d. 27. q. 1. a. 4 col. 12. immediatè ante vers. Et per hæc, Barth. à Ledesm. de sacramento ordinis, dub. 14. col. vlt. Maiolus libr. 1. de irregular. c. 34. num. 1. vers. Sacros verò*: at subdit posse coniugatum in hoc euentu vxore mortua ordines exercere absque aliqua dispensatione. Et vtrumque repetit *libr. 1. c. 4. num. 11.*

6 Sed verius est, eum non incurrere hanc irregularitatem: sed verè suscipere ordinis executionem, si obtenta vxoris licentia, etiam nullum votum emittentis in seculo, ad ordines sacros ascendat. Quod d. *Extrauag. Antiquæ*, apertè loquatur, quando vir absque vxoris licentia promouetur, vt ex fine eius constat, vbi decernitur sponsum illum nolẽtem ad religionem conuolare, esse compellendum cum sponsa illum petenti habitare, ac consummare matrimonium. Quod non habet locum, quando sponsa consenserat. Caret enim actione ad repetendum. (vt dixi hoc 7. l. disp. 19. n. 12.) Deinde, quia cum in hoc euentu possit vir castitatem seruare, quam exigit Ecclesiæ constitutio, meritò poterit in sacris ordinibus ministrare. Cessat enim prohibitionis ratio. Sic docet *Ar. tin cons. 59. n. 7. fin. & seq.* Et ea verba prædictæ Extrauagantis, *Nisi prout sacris canonibus nouerit conuenire*: explicat vt intelligatur quoad substantialia per sacros canones requisita, vt legitima sit ordinis receptio, ita vt vxori non superstiti ius repetendi, licet aliqua fuerint omissa, quæ potius de ordine iustitiæ, quàm de substantia desiderantur. Eisdem sent. videntur esse alij, qui indistincte aiunt non incurrere hanc pœnam coniugatum de vxoris licentia ad ordines sacros promotum, nec distinguunt, an ipsa emiserit votum, nec ne. Hi sunt D. Th. 4. d. 37. q. 1. a. 2. corp. Ricard. ibi, a. 2. qu. 2. corp. Palud. q. 1. a. 1. n. 8. Addit, ad Abbatem. c. Coniugatus, sit. A. v. Coniugatus, de conu. coniug. Astens. 2. p. sum. l. 8 t. 22. a 2. q. 1. Syluest. Matrimonium. 8. q. 12. dicto 3. Viguer. lib. instit. cap. 16. §. 7. vers. 9. imped. 4. Veracruz 1. p. spec. a. 37. cond. 9. Gaeta repet. c. Ad limina 30. qu. 1. §. 4. q. 195 n 466. Gutier. l. 1. quæst. canon. c. 23. nu. 17. fin. Barbosa vbi. ff. solut. matrim. 2. p. n. 90.

7 At incurreret, si licentia dolo, vel metu viri constantis extorta esset: vel si vxor non concessisset licentiam, sed sciens dissimulasset. Quia cum in his euentibus competat ipsi vxori ius repetendi (vt probabi hoc l. disp. 38. n. 13. & 15.) non cessat ratio prohibitionis. Ita *Ant. Cucus l. 4. inst. maior. t. 12. n. 194.* At cum sit probabile vxori dissimulanti non competere ius repetendi (vt dixi ea disp. 38. n. 14.) similem probabilitatem habebit virum tunc non incurrere hanc irregularitatem. Quòd cessat ratio prohibitionis, iuxta n. præced. tradita.

8 Et quamuis aliqui Doctores significent aboleri hanc irregularitatem, si vir legitimè transeat ad religionem, vt ante matrim. consummatum, vel eo per mortem vxoris solutus aut ea concedenti licentiam cum conditionibus iure petitis. Sic clarè videtur sentire *Enriq. l. 11. de matrim. c. 15. nu. 9. fin.* ait enim hunc manere suspensum ab ordinis officio, nisi ad religionem transeat, aut cum eò dispensetur. Idem significant *Petr. de Ledes. de matrim. q. 55. a. 4 col. penult. vers. Certum tamen est. & Vega 2. to. sum. c. 34. casu 48.* vbi dicunt hũc mortua vxore non posse actus ordinis exercere, nisi in religione profiteatur. At dicendum est eam irregularitatem non aboleri, sed id indulgere ingressui religionis, vt tunc possit Episcopus cum sic promoto dispẽsare, & eum ad omnia efficere habilem. Quod expresse habetur *d. Extrauag. Antiquæ de voto*. Vbi *gl. v. Diœcesanus*, ait hanc dispensationem competere Episcopo diœcesis, in qua is coniugatus est religionem ingressus; quamuis religio illa exempta sit. Quia conditor illius Extrauagantis id concedens Episcopo, bene norat aliquas religiones esse ex-

exemptas. Et desiderari Episcopi dispensationem, si ingrediatur religionem, docet etiam *Sotus* 3.d. 38.qu.1.art.2. *conclu.*5. Et quamuis Extrauagans hoc concedens Episcopo, loquatur de coniugato tacitè, vel expresè profitente: at idem credo posse Episcopum, si coniugatus ille vota biennij simplicia emittat in Societate Iesu. Quod mens Pontificis in ea Extrauaganti solum sit, ne dispensetur cum eo tempore nouitiatus, in quo potest libere egredi, nec verus est religiosus: explicuit autem, si sit professus: quia suo tempore nullus erat religiosus, & extra nouitij statum, nisi professus. Cùm igitur ea vota constituant quempiam verum religiosum, & claudant liberam redeundi ad seculum facultatem: idem dicendum est de emittenti ea vota.

9 Quòd si cõiugatus absque debita licentia ad solos ordines minores promoueatur, quamuis peccet: (vt dixi disp.38.nu.6.) at nullam irregularitatem aut censuram incurrit. Quia iure antiquo nulla erat pœna statuta coniugato absque vxoris licentia ascendenti ad ordines, præter statutam *d.Extrau. Antique, de voto.* Vt bene docent *Sumancas lib.inslit.Catholicarum,c.40.num.14. Salzedo addit.ad pract. Bernardi Diaz c.80.§.Sed qua pœna puniatur.* Nec audiendus est *Arcsin.cons.59.n.8.* dicens hunc esse suspendendum attento iure antiquiori: & refert *Speculatorem titul. de rescripti præsentatione,§.Rationi forma,nu.35.vers. Item si mulier.* Quia nec *Speculator* id dicit, nec est textus id probans. Atque proinde, vt alij relati DD. testantur, sola est pœna irregularitatis lata in *d.Extrau.ag.Antique*, at illa de solo coniugato ascendente ad ordines sactos agit. Non ergo constitutio illa pœnalis est extendenda ad solis minoribus ordinibus initiatum.

10 Sed dices hunc incurrere suspensionem, quam tulit Sixtus V. in suo motu proprio anno 1588. quinta die Ianuarij in omnes illicitè ad quosuis ordines promotos, cuius absolutionem sibi reseruauit. Sed dico id verum esse si ante eius motus proprij reuocationẽ sit initiatus. Nam Clem.VIII.an.1595.die vlt. Febru.reuocauit eam constitutionem, quoad malè promotos, & promouentes, præterquam si simonia in promotione admittatur, & eam ad terminos iuris reduxit his verbis: *Hac nostra perpetuo valitura constitutione supradictas literas ad terminos sacrorum canonum ac constitutionis felicis memoriæ Pij Papæ II. predecessoris nostri, quæ incipit, Cum ex sacrorum, sub dat. in Roma apud S. Petrum 15. kal. Decembris, anno incarnationis Dominicæ 1461. Pontificatus sui anno 4. cuius tenorẽ præsentibus pro expresso haberi volumus: & ad dispositionem decretorũ sacri Concilij Trident. restringimus & reducimus. Nec non censuras & pœnas, in eisdem Sixti literis contra quoscumque præterquam contra simoniacè ordinantes & ordinatos, inflictas, quas volumus in suo robore permanere, (aliis etiam pœnis & censuris per eosdem canones, & constitutionem Pij II. Concilium que Tridentinum iniunctis, saluis & firmis remanentibus) moderamur & abolemus.*

Sed merito dubitabis, an si initiatus est minoribus ordinibus, ante eius motus proprij Sixti V. reuocationem, ac proinde ligatus est suspensione in eo lata, ac Pontifici reseruata, cum expressa derogatione bullæ Cruciatæ, ac facultatis concessæ Episcopis in *Triden.sess.24.c.6. de refor.* dispensandi in omnibus casibus descendentibus ex delicto occulto: possit ab ea censura & peccato ibi reseruatis absolui ab eo, qui aliàs poterat, ea reseruatione non existenti. Et videtur non posse. Quia tam peccatum & censura reseruata Pontifici incursa erant nec Clemẽtis VIII. constitutio ad iam incursa extenditur. Nam dum reuocauit motum proprium Sixti V. non explicuit se reuocare quoad præterita. Nec constitutio noua ad præterita extenditur, sed sola futura respicit, nisi in ea aliud exprimatur. Vt deciditur *c.2.de constit.* Et confirm. quia mos est Pontificum volentium per suas constitutiones reuocatorias auferri pœnas incursas id exprimere. Vt *Clem. vn. de immu. Eccles.* ibi: *Et quidquid ex eis secutum est, vel ob eas, penitus reuocamus.* Et *Extrau.1.inter comm.§.Nos itaque, de schismaticis*, ibi: *Ita quod nec etiam pro præterito tempore possint super eis aliquæ personæ impetis quæ incurrisse eas.* Et *Extrau.vn.Ioann. XXII. de torneam in fin.* Et nouissimè Greg. XIV. reuocans pœnas à Sixto V. statutas contra procurantes aborsum, id etiam explicuit, ibi: *Ad terminos iuris communis, ac sacrorum canonum & Concil. Tridentini dispositionem, tam quoad præterita, quam quoad futura perpetuò reducimus.* 11

Cæterùm dicẽdum est penitus cessasse reseruationem. Quia reseruatiõ non se habet ad modum pœnæ ipso iure incursæ, sed tantum est negatio facultatis concessoti, aut cuicumque inferiori absoluendi reum illum, ac proinde est velut pœna tunc infligenda remittendo illum, vt obtineat absolutionem à superiori. Si ergo eo tempore reuocata sit constitutio reseruans, cessabit reseruatio. Sicut si quis emitteret votum castitatis, quod nunc est Pontifici reseruatum, posset ab Episcopo dispensationem obtinere, eo ipso quòd Pontifex eius voti reseruationem auferet. Et confirm: quia delinquens ante constitutionis reuocationem, non punitur legis postea reuocatæ pœna, si non imposita sit ipso iure. Vt docent *Domin.c.fin.nu.9. de elect.in 6. Felin.c.fin.n.14. de const.* Nec obstant in contrarium adducta. Quia id nõ est constitutionem extendi ad præterita. Cum ea pœna potiùs sit in posterum imponenda. Nec obstat Pontifices id aliquando explicuisse. Quòd id maioris claritatis gratia fecerint. 12

DE IMPEDIMENTO cognationis carnalis.

DISPVTATIO L.

Quid sint consanguinitas, linea, & gradus & stipes: & qualiter consanguinitatis gradus computentur?

SVMMARIVM.

Explicatur consanguinitatis definitio, n.1.
Quid sint gradus, linea, & quotuplex hæc sit, n.2.
Quid sit stipes, n.3.
Tradatur triplex reg. ad computandos gradus consanguinitatis, attento iure eius, n.4, 5, 6.
Proponitur regula computandi attento iure eiusdem. 7.
Quibus in rebus diuersa hæ computationes seruanda sint, n.8.

1 AGITVRI de consanguinitatis impedimento priùs in præsenti disp. discutiemus eius definitionem ac graduum cõputationem. Deinde in sequentibus agemus de consanguinitatis gradibus, qui iure naturali matrimoniũ dirimunt. Demum de illis, qui iure Ecclesiastico. De dispensatione autem in illis est late habendus sermo in toto libro seq. Et incipiendo ab ipsa nominis etymologia, cõsanguinitas dicitur quasi sanguinis vnitas: consanguinei enim ab eodem sanguine originem trahunt: & menstruũ mulieris ex quo generatio fit, immediate ex sanguine efficitur. Est autem consanguinitas vinculum personarum ab eodem stipite descendentium, carnali propagatione contractum. Ita definitur à *D.Th.4.d.40.q.vn.a.1.* & communiter à Theologis & Iurisperitis: quamuis à nonnullis impugnetur. At eorum impugnãtionibus satisfiet ex eius definitionis declaratione. Dicitur ergo vinculum, quòd consanguinei maiori affectu & necessitudine inter se cõiungantur: & sic cõsanguinitas est formaliter ipsa coniunctio in communicatione eiusdem sanguinis fundata. Neminem enim latet speciali quodam vinculo colligari sanguine coniunctos. Quod non obscure significauit *Cic.l.1. de Officiis*, dicens sanguinis coniunctione & beneuolentia deuinciri charitate homines. At omne vinculum inter homines est vinculũ amicitiæ fundatũ in aliqua communica-

nicatione: ex *Arist. 8. Eth. c. 11.* Quare cùm vinculum consanguinitatis fundetur in naturali eiusdem sanguinis cõmunicatione, qui eo inter se connectuntur, dicuntur cõsanguinei. Traditur autem hæc definitio per vinculũ, non quòd sit formaliter vinculum: sed vinculum secũdùm diuersas acceptiones, aut est causa, aut effectus cõsanguinitatis. Si enim vsurpetur vinculum pro iure ipso amicitiæ, tunc cõsanguinitas est causa vinculi: si vero pro sanguine ipso, tunc vinculum est causa consanguinitatis. Et ita cõciliantur *Ricard. 4. d. 40. a. 1. q. 1. & Sotus ibi q. 1. a. 1.* Ille enim existimat consanguinitatem esse vinculi causam: hic autem è contra, esse illius effectum. Dicitur autem vinculũ personarum. Quia bruta ab eodẽ stipite procedentia non ducuntur consanguinitate cõiuncta (vt bene docet *D. Th. 4. d. 40. q. vn. a. 1. ad 5.*) eo quòd non coniunguntur ad amicitiæ vnitatem propter propagationẽ multorum ex vno parẽte proximo. Dicitur, Ab eodem stipite, nec additum est, propinquo. Quare aduersus eam definitionem insurgunt *Palud. 4. d. 40. q. 1. a. 1. & Cou. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 6. n. 1. & 3.* eam redarguentes, quod diminuta sit, ea particula non expressa. Ex ea enim vniuersos homines consanguineos esse colligitur, vtpote qui ab eodem Adamo descendunt. Sed bene *D. Th. 4. d. 40. q. vn. a. 1. ad 1.* tem hãc explicat: nec fuit opus eam particulam explicare. Quia eo ipso quod mentio sit in definitione de stipite, intelligitur de ita propinquo, vt virtus eius in descẽdentibus perseueret. Quãuis enim virtus primi parẽtis Adami perseueret in omnibus descendẽtibus secundũ similitudinem specificam: at non perseuerat secundùm similitudinem individuã, iuxta quam auus & parentes assimilant sibi prolem, quæ eorum imaginem, complexionisq; ac morum effigiem, refert. Nam virtus paterna non secundùm totam suam perfectionem descendit in filium, sed imperfectius, & eo debilior ac imperfectior est, quo in plures generationes deriuatur: ac tandem in tot protendi potest, vt omnino debilitetur: & sic consanguinitatis ratio deficiat. Vt auctor est *D. Isidor, lib. 11. Etymolog. c. 6.* & refertur *c. Consanguinitas, 35. q. 4.* Redarguit similiter eandem definitionem *Couarr. cod. n. 1. & 3.* quia deficit; Vel quorum vnus ab alio descendit: qua parte non addita sequeretur, Adamum & Cain eius filium, non esse cõsanguineos. Quod à nullo communi stipite originem trahant. Cæterùm quamuis ad rationem consanguinitatis satis sit, vnum ab altero descendere, licet à nullo communi stipite procreentur; ac ob eam rationem vera consanguinitas saluetur inter Adamum & Cain: non fuit tamen opus eam partem in definitione addere: quod res illa singularis sit. in omnibus enim aliis præter primos parentes, & eius filios, reperitur eos à communi stipite procedere. Vt pater & filius procedunt ab auo, auus & nepos à proauo. Dicitur tandem in definitione, Carnali propagatione contractum, vt sic inter Angelos excludatur consanguinitas: quamuis enim ab eodem Deo immediatè processerint, at non per carnalem propagationem. Similiter etiam Eua minimè fuit Adamo cõsanguinea, ex cuius osse formata est. Quia non fuit per carnalem propagationem. At verè, ac propriè est consanguinitas inter Christum Dominum, & Virginem beatissimam eius matrem. Quia administrauit conceptioni Christi totum illud materiæ, quod veræ matres naturales administrant. Qua ratione docet *D. Tho. 3. p. qu. 33. a. 4. corp.* generationem Christi ex parte materiæ per matrem ministratæ fuisse omnino naturalem.

2 Distinguitur autẽ consanguinitas per lineas, & gradus. Dicitur verò linea ordinata collectio personarum ab vno stipite descendentium diuersos continens gradus: seu potiùs ipsæmet personæ consanguineæ collectiue sumptæ. Vt aceruus lapidũ dicuntur ipsimet lapides in vnum coacti. Ducitur que similitudo à linea Mathematica, in qua plura ordinatim continentur puncta. Gradus est habitudo, seu mensura distantium personarum, qua cognoscitur quota consanguinitatis distantia aliqui cõsanguinei cõiungantur. Et sunt gradus ad similitudinem graduũ scalæ per quos à proximo in proximum tẽdimus sursum ascensuri, aut deorsum descensuri, *l. Iurisconsultus, vers. Gradus, ff. de gradibus.* Rursus, linea consanguinitatis est triplex, quædam ascendentium, in qua continentur personæ, à quibus origo deducitur, vt pater, auus, proauus, atauus: alia descendentium, quæ claudit personas originem ab eo stipite trahentes, vt filios, nepotes, pronepotes, trinepotes: & hæc duplex linea est re ipsa eadem. Nam eodem gradu ascenditur & descenditur in scala, distinguitur autem ratione. Quia quatenus per illam ascenditur ad stipites, dicitur ascendentium: quatenus autem descenditur ad sobolem à stipite procedentem, dicitur descendentium. Et hæc appellatur linea recta. Quod contineat directos gradus, per quos ad progenitores ascenditur, & ad progenitos descenditur: & ad neutrum latus deflectitur. Tandem est alia linea collateralis, seu transuersa, in qua continentur personæ, quæ ex latere, & ex transuerso iunctæ sunt, à quibus nos non ducimus originem, nec ipsæ à nobis; & tamen ab eodem stipite & sanguine descendimus. Vt fratres, & eorum filij, patruus, amita. Hæc autem transuersa linea est duplex, quædam æqualis, nimirum, in qua continentur gradus consanguineorum æque à stipite distantium. Vt sunt duo fratres, aut duorum fratrum filij. Alia verò inæqualis, nempe, quando consanguinei transuersi, seu collaterales, distant inæqualiter à communi stipite, in quo vniuntur. Vt contingit in patruo, & amita respectu consobrini, distat enim consobrinus ab illis in secundo gradu dispari. Quòd patruus, & amita distent à communi stipite, nempe ab auo consobrini, in quo proximè vniuntur, in solo primo gradu: vtpote qui eius filij sunt. At consobrinus distat ab auo in secundo gradu tamquam eius nepos. Tandem diuidi solet linea in maternam, cuius scilicet est caput mater, & in paternam, cuius caput est pater, Sed distinctio hæc minimè deseruit matrimonio.

Stipes est persona illa, à qua omnes personæ, de quarum coniunctione tractatur, descendunt, & originem ducunt. Quamuis enim iuxta *D. Isidor. relatum c. Seruus, 35. qu. 5.* truncus, seu stipes huius arboris consanguinitatis non sit primus parens, à quo alij descendunt, sed prima eius generatio, nempe, filij ipsius: at iam diu Ecclesia recepit primum parentem, à quo procedunt omnes, de quorum consanguinitate tractatur, esse truncum, seu stipitem. Vt constat ex *c. Ad sedem*, quod est Alexand. II. & ex *c. Parentelæ*, quod est Zachariæ Pontif. *35. q. 5.* 3

Triplex autem solet assignari regula ad computandos consanguinitatis gradus. Et traditur à *D. Tho. 4. d. 40. q. vn. a. 2.* quem vniuersi Theologi sequuntur: & à *gl. 1. de consanguin. & affin. in fin. & 35. quæst. 5. in exposit. arboris consanguin.* Quas glossas vniuersi iuris vtriusque interpretes recipiũt. Prima traditur pro linea recta, duæ aliæ pro transuersa. Prima regula est, quando persona, cuius gradus quæritur, est in linea recta ascendentium; vel descendentium, cum alia: si inter ipsam, & alteram personam nulla persona mediet, sunt illæ in primo consanguinitatis gradu lineæ rectæ. Vt sunt parentes, & filij. Si verò inter ipsas aliqua persona, aut multiplex mediet tunc numeratis omnibus personis, mediis, & extremis, dematur de numero illo vna persona, & quot personæ restant, tot sunt gradus. Verbi gratia, nepos distat ab auo in secundo gradu lineæ rectæ. Quia sunt duæ personæ extremæ, nimirum, nepos, & auus, & vna media inter ipsas, nempe, pater nepotis, & ita demptâ vna manent duæ, & sic duo gradus. Et proauus distat à pronepote, vulgò, *bisabuelo del bisnieto*, in tertio gradu. Quia sunt duæ personæ extremæ, nempe, abauus, & pronepos: & duæ mediãt, nimirum, pater, & auus pronepotis: sublata ergo vna ex his quatuor, manent tres, & subinde distant in tribus gradibus. Ratio autem huius regulæ est, quia pater secundùm se non constituit gradum, sed in ordine ad illum, qui ab ipso descendit: ergo pater cum filio ab ipso descẽdenti constituit primum gradum, & præterea ipse filius cum altero filio, qui ab ipsomet procedit, constituit alterum gradum. Iam igitur inter has 4

tres personas, videlicet auum, patrem, & nepotem, dantur duo tantum gradus. Et consequenter tot sunt in hac linea computandi gradus, quot sunt personæ inuicè procedentes, vna dempta. Vnde dum *D. Isidor. relatus c. Primo gradu, 35. q. 5.* ait in primo gradu superioris lineæ contineri patrem & matrem: & in primo inferioris filios, non sentit solos parentes constituere vnum gradum, & filios alium ac proinde distare inter se in secundo gradu. Quod est contra priorem regulæ traditæ partem, & contra veritatem ipsam. Sed mens eius est, parentes constituere extremum superius primi gradus, filios autem extremum inferius eiusdem gradus. Hic enim ex duobus extremis constare debet. Et ita intelligit *Sotus 4. d. 40. q. vn. a. 2. col. 2. vers. Gradus vero.* Et satis probatur ex *l. 1. §. 1. ff. de gradibus : & ff. Primo gradu, Instit. eod. t.*

5 Secunda regula sit pro linea transuersa æquali. Quando personæ, quarum gradus quæritur, sunt in linea trãsuersa æquali, eodem gradu distant inter se, quo distant à communi vtriusque stipite proximo. Vt duo fratres distãt inter se in primo gradu, quia in eo distant à proximo stipite, in quo coniunguntur, qui est parens. Filij duorum fratrum sunt consanguinei in secundo gradu, quia in eodem coniunguntur in communi vtriusque stipite proximo, qui est auus. Ratio autem est, quia cùm tota, & adæquata coniunctionis horum ratio sit vnio cum stipite, iure optimo computantur gradus penes distantiam ab illo: nec magis, at minùs possunt inter se distare, quam à stipite. Et ita regula hæc traditur, *c. Ad fidem*, quod est Alex. II. & *c. Parentelæ*, quod est Zachariæ Pontif. *35. q. 5.* Quod si obiicias, filium coniunctiorem esse parentibus, quàm fratri. Ergo ineptè in eodem gradu computantur. Dic coniunctiorem esse parentibus intẽsiua perfectione propinquitatis: perfectior enim est propinquitas filij ad parentes, cum sit effectus ad causam: quam fratris ad frattem, cum sit propinquitas effectuum ab eadem causa promanantium. Non autem est propinquior parentibus extensiue. Hæc enim propinquitas extensiua solùm attenditur penes distantiam ab eodem stipite: at non magis distant fratres inter se, quàm à parentibus.

6 Tertia regula pro linea transuersa inæquali est. Quoties personæ in linea transuersa consanguineæ distant inæqualiter à communi stipite, eo gradu distant inter se, quo remotior distat à stipite. Vt patruus & filius ex fratre distant inæqualiter ab auo, in quo vniuntur; ille enim distat in primo gradu, est enim eius filius: hic verò distat in secundo, vtpote qui est eius nepos: distabunt igitur inter se in secundo consanguinitatis gradu. Hæc traditur expresse *c. fin. de consangu.* Et ratio est cur non attendatur gradus penes distantiã propinquioris, sed remotioris à stipite. Quia cùm adæquata ratio propinquitatis aut distantiæ collateralium inter se, sumatur per ordinem ad proximũ stipitem, in quo vniuntur, implicat coniunctiores esse inter se, quam cum stipite. At si propinquioris habẽda esset ratio ad hanc consanguinitatis computationem, collateralis distans in secundo aut tertio gradu, à stipite: esset cõiunctior cum collaterali distante in primo gradu, quam cum ipso stipite, Cum illo enim esset in primo gradu, cum hoc autem in secundo vel tertio. Adde etiam, sic computatione facta penes distantiam propinquioris, fore vt minimè possent gradus commodè distingui. Nam quando alter esset in primo gradu cum stipite, alter verò in quarto, essent coniuncti inter se in primo gradu, atque ita æque ac fratres. Quare graduum confusio non immodica inde consurgeret.

7 Obseruandum tamen est in hac graduum computatione in linea recta concordare ius can. cum ciuilrac proinde primã regulam iuris vtriusq; computationi deseruire: ac dissidere in computatione graduum in linea trãsuersa: ius enim canonicum eos cõputat modo tradito in duabus posterioribus regulis: at ius ciuile longe aliter cõputat. Non enim numerat gradum, in quo altera persona distat à stipite, vt facit ius canon. sed numerat gradus omnes vtriusque personæ: & tot constituit gradus distantiæ inter illas, quot habent distantiæ stipite, numeratis vtriusque personæ gradibus. v.g. Duo fratres distãt à communi parente in primo gradu, numerat ius ciuile gradum primũ quo vterq; distat à parẽte, tanquam duplicem, alterum in vno fratre, & alterum in altero: & ita iure ciuili distant inter se in secundo gradu. Similiter filij duorum fratrum distant in quarto gradu: quia quilibet distat à stipite in secũdo gradu. Patruus & consobrinus distant in tertio gradu. Quia ille distat à stipite in primo, hic autem in secũdo, ac subinde triplex constituitur gradus. Quare breuiter pro cõputatione graduum in linea transuersa attento iure ciuili, hæc sit regula: Si linea est æqualis, quoto gradu quis distat à communi stipite, toto duplicato distat inter se: si verò linea sit inæqualis, quot sunt personæ, cõputatis extremis & mediis, stipite dempto, tot sunt gradus. Vt duo fratres iure canonico distãt inter se in linea æquali in primo gradu, iure ciuili distãt in duplici gradu. Patruus & filius ex fratre distant in tertio gradu: quia sunt duæ personæ extremæ, & vna media; inter communẽ stipitem, nẽpe auum, videlicet patrem illius cõsobrini. Ita colligitur ex *authent. de hared. ab intest. venient. collat. 9.* & habetur *c. Ad sedem, 35. q. 5.* vbi ea diuersitatis huius ratio traditur. Quòd leges numerant gradus, vt hæreditas ab vna persona ad alterã deferatur: & ideo in singulis personis singulos perficiũt gradus. At ius canonicũ cõputat gradus propter matrimonia: & quia hæc nõ possunt nisi inter duas personas consistere, ideirco duas personas in vno gradu constituit.

Id demum obseruãdum est, computationem graduum 8
iuris canonici seruandam esse quoad matrimonia. Quia circa hæc ius ciuile disponere nequit. At quoad successiones seruandam esse iuris ciuilis computationem, cuius est de his disponere. Sic *Palud. 4. d. 40. q. vn. a. 3. concl. 3. nu. 20. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 14. §. 2. concl. 3. Alex. de Neuo c. fin. nu. 5. de consang. Lex 5. t. 6. p. 4. Ang. v. Matrim. 3. imped. 6. init. Armil. v. Matrim. n. 22. Tab. v. Impedimentum imped. 3. nu. 2. q. 1. fi. Carrer l. 2. d. sponsal. c. 3. ad fin.* Et multos alios referens *Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 6. n. 8. Lud. Lop. 2. p instr.* vbi de matrim. *c. 49.* vbi de impedimento consangu. *notabili 4.* Adduntque *Couar.* alios referens, & *Lud. Lop.* sic seruandum esse tam in foro seculari, quàm in Ecclesiast. At in aliis contractibus, actibusque cæteris similibus, dicunt quamlibet computationem in proprio foro seruandam esse: nimirum, ciuilem in foro seculari, canonicam autem in foro Ecclesiastico.

DISPVTATIO LI.

Vtrùm in recta ascendentium & descendentiũ linea sit iure naturali irritum matrim. in quocumque gradu in infinitum: an potiùs vsque ad præscriptum gradum, & quotum consanguinitatis?

SVMMARIVM.

Cui vsui deseruiat posse qui gradus sint iure naturali prohibiti, n. 1.
Quæ quæstiones disputanda sint, n. 2.
Non est idem matrimonium esse prohibitum in aliquo gradu attento iure natura & esse irritum, n. 3.
Quæ dicantur præcepta naturalia, & quotuplicia sint, n. 4.
Vnde colligendum sit ius iure natura prohibere matrim. ne sit irritum, num. 5.
Proponuntur argum. probantia non esse irritum iure natura matrim. inter parentes & filios, n. 6.
Est irritum iure natura inter parentes & filios, n. 7.
Idem esse perseuerante natura integra, Adamo non peccante, n. 8.
Non est ita in reuse. e malum, quin Deus dispensare possit, n. 9.
Quid si esset necessarium ad speciei conseruationem: vt si soli pater & filia, aut filius & mater superessent, n. 10.
Soluuntur argumenta, n. 11.
Post n. 11. inuenies alia summaria.

DISPVTATIO de gradibus cõsanguinitatis & affinitatis iure naturæ impedientibus ac dirimentibus matrimonium, non exigui momenti est: valde enim ad duo confert. Alterum est, vt dignoscantur gradus, in quibus Pontifex dispensare potest. Nam recepta sententia est, (vt 1

lib.

I.seq.latiùs videbimus,)illi non esse permissam dispensationem in gradibus lege naturali diuina interdictis: concessam autem,vbi sola lex canonica obstat. Alterum verò,vt innoteseant, quando infideles ad fidem reducti, à matrimonio tempore infidelitatis inito separandi sint. Si enim coniúcti sint in gradibus iure naturali irritanti vetitis,separandi sunt:secus si sola lege can. Vt definitur *cap. Gaudemus,de diuort.* Quippe illi non subsunt legi canonicæ,bene autem naturali.

2 Potest igitur disputari quæstio hæc in gradibus consanguinitatis & affinitatis:insuper in vtriusque in linea recta, & in transuersa. Et quidem in præsenti solùm est sermo de gradibus consanguinitatis:nam de affinitatis gradibus agendum est in ipso affinitatis impedimento. Præsens ergo disp. instituitur de consanguinitatis gradibus in linea recta:subsequens autem de linea transuersa aget. In hac autem disputatione triplex quæstio agitanda est. Prima, an in primo gradu lineæ rectæ sit irritum iure naturæ matrim.vt inter parentes & filios? Secunda, an prohibitio in ea linea protendatur in infinitum? Tertia,esto,non protendatur in infinitum, vsque ad quotum gradum?

3 QVÆSTIO I. An in primo gradu lineæ rectæ ascendentium, & descendentium, nimirum inter parentes & filios,sit ita iure naturæ interdictum matrim. vt sit irritum. Tria præmittenda sunt, vt clarius procedamus. Primò præmittendum est,non eo ipso quod matrimonium iure naturæ interdicatur in aliquo gradu,consequi eodem iure ipsum irritum fore. Quod constat, quia matrimonium contra priorem sponsalium fidem,aut aduersus simplex castitatis votum initum,aduersatur iure naturali dicenti fidem Deo per votum, & homini per sponsalia daram, præstandam esse. Cùm tamen constet in neutro euentu matrimonium fore irritum. Atque ita animaduertunt *Victoria relectione de matrim.2.p.partis secundæ,nu.1.& 2.Soto 4. d.40.qu.vn.a.3.colum.5.vers. At vero fortasse, Ledesma 2.p.4.qu. 56.a.4.colum.3.§.Et pro decisione, Veracruz 2.p.Speculo, art.25. pag.penultima,§. Contra istorum, Valentia 4.p.disp.10.qu.5.punct.3.* vbi de impedimento consanguinitatis, §. *Secundo conuenit, Petrus de Ledesma de matrim. qu.54.a.3 dissc. vltim.notab. 3.Ludouicus Lopez 2.p.instruct. de matrim.c.49.* vbi de impedimento consanguinitatis *f.1138. col.2.fin. Vega 2.tom.sum. cap.34.casu 163.Bart.à Ledesma de matrim.dub. 37. colum.antepenult.*

4 Secundò præmittendum est, ea dici naturalia præcepta, quæ solo naturali lumine, sine aliquo discursu, aut saltem facillimo dignoscuntur, & apud omnes nationes bene institutas sunt eadem, habentque eandem rectitudinem. Et hæc quidem aut prohibent rem ita intrinsecè malam; vt nulla ratione in nullo{que euentu cohonestari possit: quale est mentiri aut fornicari. Vel tem semper malam.& apud omnes talem tamen, vt ratione extremæ indigentiæ excusari possit: vt est furtum.

5 Tertiò præmittendum est,ex quibus deduci possit prohibitio matrimonij,eiusque irritatio iure naturæ. Prohibitio quippe debet colligi ex eo, quod ratione naturali apud omnes rationes ipso lumine naturali dictante repugnet. At ea ratio sufficiens nõ erit ad eius irritationem deducendam(vt num.3.probaui.)Quare irritatio petenda est ex ipsa natura, & intrinseco matrimonij fine, qui est sobolis procreatio, & remedium concupiscentiæ. Si enim naturæ ipsi, & fini opponatur,irritum erit; quod si natura & finis matrimonij illæsa maneant, & ex aliqua sola extrinseca circumstantia ius naturale violetur,ex tali matrimonij contractu,erit quidem iure naturali interdictum,validum tamen. Vt contingit in matrimonio contra votum simplex castitatis,aut priora sponsalia celebrato.Et ita colligitur clare ex *Victoria relect. de matrimon. 2.p. partis 2.num.5.Soto 4.d.41.q.vn art 3.colum.4.vers. Quod ergo nostra,Ledesma 2.p.4.q.56.a 4.f.486.colum. 4.§. Præterea lex Euangelica,Barth.à Ledesma de matrim.dub.42. in probat.concl. secunda,* vbi ex eo probant matrimonium in linea transuersa affinitatis non esse irritum iure naturæ,quod nõ aduersetur primatio,nec secundario matrimonij fini. Et *D. Th.4.d.40.q.vn.ar.3.corp.* volens probare fore iure naturæ irritum matri.nitum inter parentes & filios, ex ipsa matrimonij natura & fine id probauit:eisdemque rationibus vsi sunt cæteri Theologi.Et ratio est manifesta, quia sola aduersantia rei naturæ, & ipsius intrinseco fini, substantiam ipsius destruunt: ac proinde illa sola irritabunt. Ex his igitur inuestiganda erit irritatio matrimonij attento solo naturæ iure.

Difficultas ergo præsentis quæstionis eo pertinet,vt 6
discutiamus num matrimonium in primo gradu lineę rectæ, nempe inter parentes & filios, aduersetur substantiæaut fini intrinseco matrimonij,vt vel inde colligamus an ita sit iure naturæ prohibitum,vt eodem iure irritetur. Et videtur non esse irritum; quod quidem deducetur, si probauerimus id matrim. nec naturæ ipsius, nec fini aduersari, nec apud omnes nationes solo lumine naturali existimatum esse prohibitum. Primò ergo prob.non aduersari naturæ matrimonij. Quia possunt parentes & filij mutuam sibi corporum potestatem tradere,tamquam illorum veri domini, ad indiuiduam vitam transigendam: in quo consistit substantia matrimonij. Nec fini primario aduersatur. Potest enim inde subsequi generatio prolis: & tantum abest,vt rectæ eius educationi obsit,vt potius mirum in modum ei deseruiat. Nihil enim ita conducit bonæ prolis educationi,ac mutuus amor,mutuaque coniugum habitatio. Quæ maxime seruantur inter parentes & filios interse coniugatos. Nec etiam secundario fini repugnat:immo ad extinguendum libidinis ardorem conducit. Quia ex conuictu maris & feminæ quorumcumque excitari solet sæpius ardor concupiscentiæ, & maxime inter parentes & filios, ob incautam,& nimiam familiaritatem. Qui vtique extingueretur matrimonio inter ipsos inito.Et confirmatur,quia eo magis satisfit effrænatę libidinis ardori, quo inter coniuges ardentior est amor: atque huius augmentum minuit appetitum extranei coitus. Cum igitur parentes & filij multo arctiori amore connectantur,quam extranei matrimonio copulati:illud coniugium plus deseruiet seruoti concupiscentiæ extinguendo.Secundo,quia non repugnat huic coniunctioni coniugali æqualitas inde consurgens inter filios cum parentibus,quibus per omnia eos subditos esse oportet:nec superioritas capitis, quæ consurget in filio, cui mater nupserit. Nam æqualitas inter parentes & filios quoad aliquid,non repugnat omnimodæ subiectioni ratione filiationis debitæ. Vt si parentes & filij contractum societatis in re familiari inirent,æquales essent in eo contractu,non diminuta filiali subiectione. Nec illi similiter aduersatur, filium aliqua ratione superiorem esse. Vt si filius crearetur iudex aut Episcopus.Tandem,quia non apud omnes nationes,lumine naturali ductas, nefas existimatum est parentes cum liberis matrimonio copulari.Nam apud Persas hæc connubia admittebantur. Vt referunt *Strabo li.15. ad finem, Athenæus lib.5.c.14. Q.Curtius lib.7. Tertullianus in Apologetico,c.9.D.Augustl.3.q.in Leuitic.c.61. D. Hieron. lib.2. in Iouinianum, D.Chrysost. in 2.p. homiliarum in D.Matth. homil. 2.& in serm.Pentecostes,ad finem, D.Clemens libr.9.recognit.* Et idem de Assyriis & de Parthis testatur *Lucanus libr.4.* Et de Medis & Æthiopibus,Indis & Scotis testatur *D.Hier. li. 2.in Iouinian.* Et de Hibernis *Strabo lib.4.* Et de Naura regione testatur idem *Curtius lib.8.* Et de Nomadum natione refert *D.Chrysost.2.Pauli ad Corinth.hom.8.* Constat ergo ex his, matrimonium inter parentes & alios non esse iure naturæ irritum.

Verum apud omnes DD. compertum est, matrimo- 7
nium in primo gradu consanguinitatis lineæ rectæ, nempe inter parentes & filios, esse iure ipso naturæ irritum. Prob.primo, quia omnes gentes bene institutæ, solo naturæ lumine edoctæ,nuptias inter hos nefandas existimauerunt:& Persæ ea connubia permittentes, notantur tamquam barbari. Vt à *Tertulliano in Apologetico c.9. à D. August. lib.3.q.in Leuiticum,q.61.D.Chrysost. homil. de Pentecoste,in fin.*

Theodoret lib. de legib. Vnde *Catullus in Gellium* impia & nefanda ea coniugia vocat sic dicens:

Nascatur magus ex Gelli matris que nefando
Coniugio, & discat Persicum arruspicum.
Nam magus ex matre & nato gignatur oportet,
Si vera est Persarum impia relligio.

Et *Ouidius lib. 7. Metamorphoseos* terna vocat hæc connubia, sic dicens:

Dextera Syllene est, in qua tum matre Menephron
Concubitum serat fœtarum more ferarum.

Et *Aristot. libr. 2. Politic. c. 2.* inde reprehendit vxorum communionem: quia sequeretur filios parentibus iungendos. Et *D. Ambros. epist. 66. ad Paternum* dicit, connubium patris cum filia pugnare cum lege naturæ in singulorum cordibus scripta. Secundò, quia etiam bruta initinctu quodam naturali ducta, concubitum cum parentibus refugiunt, vt testantur *Aristot. l. 9. de hist. animal. c. 47. & Plinius l. 8. natur. historia, c. 42.* vbi camelos & equos non posse adigi, vt cum matribus admisceantur, duo mirabilia exempla referentes, narrant. Tertiò, quia etiam Gentes abhorrent matrimonium fratrum cum sororibus (vt disputatione sequenti probabo) nedum parentum cum filiis. Quartò, quia ea coniunctio aduersatur quodammodo substantiæ ipsius matrim. Cum enim hoc sit quidem contractus, & coniugalis amicitia, desiderat duo extrema distincta, quorum vnum non sit alterius pars. Iuxta id *Genes. 2. Et erunt duo in carne vna.* At filij sunt quædam parentum pars. Non ergo possunt matrimonio iungi. Et confirm. quia cum sint vna caro per coniunctionem naturalem, non sunt naturaliter habiles vt ex eis denuo fiat vna caro ad quod tendit coniugium. Vnde Adamus *Genes. 2.* afflatus Spiritu sancto antequam pronunciaret coniuges effici vnam carnem, exclasit parentes à libetorum coniugiis, significans id dictâte ipso naturæ iure, alios à parentibus debere esse liberorũ coniuges, ibi: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ.* Quintò, quia aduersatur primario matrimonij fini, non simpliciter, ex concubitu enim parentum cum filiis potest subsequi proles, atque apud eos educari: sed vt cõuenienter fia. Ntatura enim matrimonij, vt conuenienter ineatur ad generationem prolis, petit vxorem esse viro subditam, ac eius sociam, eique parem in actu coniugali. At repugnat naturæ filium æqualem ac socium parentibus fieri in quodam actu naturali: quãuis in contractu ciuili societatis id non deficeat: vbi æqualitas est parui momenti, ac facile dissolui potest contractus ille. Insuper repugnat ei coniunctioni coniugali reuerentia parentibus præcepto naturali à filis debita. Huic enim reuerentiæ maximè aduersatur coniugalis actus, qui sine turpitudine quadam & irreuerentia exerceri nequit, vt testatur *D. Aug. lib. 15. de ciu. Dei, c. 16.* Tandem, quia repugnat fini secundario matrimonij, qui est concupiscentiam reprimere. Quod parentes & filij in eadem domo habitent, & assidue noctu & interdiu simul versentur: quamobrem si natura inter eos non irritaret matrim. maximus incestibus aditus pateret. Quippe facilius cum eis peccata hæc perpetrantur, cum quibus ius est matrimonij ineundi. Insuper iuncti amore naturali sanguinis & coniugij, vacarent effrenatæ libidini. Et ideo hanc sent. cum *D. Thom. 4. d. 40. qu. vn. a. 3. corp.* vniuersi Theologi, & iuris vtriusq; professores, nemine discrepante tenent, & quamuis nec D. Th. nec plerique ex antiquioribus explicent id matrimonium iure naturæ esse irritum, sed tantum dicãt esse contra ius naturæ, at verè rationes, quibus ad id probandum vtuntur ostendunt eorum mentem esse, iure naturæ irritari. Idque nominatim explicant dicentes nulla humana potestate dispensare posse vt id matri. valide ineatur. *Cajetan. 2. 2. q. 154. a. 9. circa solut. ad 3. Lœzes de matrimon. Regis Angliæ dub. 2. in solut. ad 2. fundamentum partis negatiuæ, n. 3. Ruardus Tapper. a. 20. Louaniens. pag. 6. immediate ante §. Ex quibus manifestum est, Sotus 4. d. 40. q. vn. a. 3. concl. 2. Ledesma 2. p. 4. q. 56. a. 4. colum. 3. in prima propos. Veracruz 2. p. speculi, a. 22. concl. 1. Viguer. lib. inst. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento 5. Palacios 4. d. 40. disp. vn. col. 18. vers. Porro autem, Angles floribus 1. p. de matrim. q. 13. a. 3. diffic. 1. Barth. à Ledes. de matrim. dub. 37. concl. 2. Enriq. lib. 12. de matrim. cap. 9. nu. 3. Valentia 4 p. d. disp. 10. q. 5. punct. 3.* vbi de cognationis impedimento, §. *Quarto conuenit, Lud. Lop. 2 p instruct. de matrim. c. 49.* vbi de consanguinitate, *f. 1159. col. 1. Petr. de Ledes. de matrim. q. 54. a. 3. diffic. 1. concl. 1. Vualdus candel. libro sacram. 1. p.* vbi de matrim. *num. 189.* bene addens id verum esse quamuis filius sit illegitimus. Id enim suadent rationes allatæ.

Quod non tantum in statu naturæ corruptæ verum habet immo si natura integra permaneret Adamo non peccante, idem dicendum esset. Et ita Adamus ante lapsum protulit verba, quibus significauit parentes à coniugio liberorum excludi. Quia quamuis in eo statu non essent inordinati concupiscentiæ motus, filij tamen parentibus eandem reuerentiam, quam modo debetent: cui matrimonium inter eos repugnat, & ita docent *Sotus 4. d. 40. q. vn. a. 3. col. 10. vers. Quod si scisciteris, Enriqu. Barth. à Ledes. Lud. Lop. n. præced. allegati.* S

Non tamen est ita intrinsece malum ac mendacium: atque ideo posset Deus optimus maximus dispensare vt id matrim. iniretur. Quia nullus gradus tollit omnino finẽ matrimonij, licet aliquo modo impediat. Ex eo enim coniugio nasci possunt liberi, & educari. & ita innuit *Cajet. 2. 2. q. 154. a. 9. circa fol. ad 3. ad fin.* & tenẽt *Sotus 4. d. 40. qu. vn. a 3. col. 11. vers. Igitur quidquid, Ledes. Lud. Lop. num. 7. allegati, Bellarm. lib. 1. de matrim. c. 28. col. 3. notab. 3. Barth. à Ledesm. de matrim. dub 37. col. 7. vers. Ex his iam aperte, Pet. de Ledes. de matrim. q. 54. a. 3. diffic. 1. concl. 2.* 9

Dissident autem DD. an ita malum sit, vt in nullo euẽtu citra speciãlem Dei dispensationem liceat? Quidam enim affirmant: ac proinde aiunt non licere in casu extremæ indigentiæ, vt si soli filius & mater, aut pater & filia in mundo superessent. Quod matrimonium illud cadat super indebita materia, & naturaliter ad illud inhabili. Ita *Cajet. Ledes. Lud. Lop. Pet. de Ledes. concl. 3. Loazes n. 9. allegati n. 7.* & *Sotus lib. 2. de iustit. qu. 3. a. 8. ad 4.* idem visus est sentire: tantum enim dixit non prorsus carere probabilitate contrarium. At verius est tunc licere. Primo, quia sic *D. Chrysost. homil. 44. in Genes. & D. Ambrosii. 1. de Abraham c. 6.* excusant filias Loth à culpa, dum cum patre concubuere: existimabant enim nullam virum superesse, qui generationi deseruire posset. Genes. 19. Deinde, quia malum ordinis inferioris cohonestari potest propter superioris ordinis bonum vt damnum vitæ propter bonum rationis. Cum ergo malum priuatum irreuerentiæ paternæ consurgens ex tali matrimonio, sit inferioris ordinis respectu boni communis, ad quod spectat conseruatio speciei, potest cohonestari, vt huic consulatur. Atque ita docent *Mart. de Magistris tract. de intemperant. q. de incestu, Sotus 4. d. 40. qu. vn. a. 3. col. 11. vers. Igitur quidquid, Veracruz 1. p. speculi art. 34. immediate ante 2. concl. Palacios 4. d. 40. disp. vn. col. 24. f. 926. Angles, Enriq. Vualdum. 190. citatis n. 7. Valentia 4 p. disp. 16. qu. 5. punct. 3.* vbi de cognatione, §. *Quin etiam, Barth. à Ledes. citatus nu. 9. Vega 2. tom. summæ, c. 34. casu 125. Caietdo summæ sacram.* vbi de matrim. *cap. 6.* vbi de consanguin. *num. 43. in commento.* 10

Ad argum. num. 6. proposita resp. Ad 1. dic, id matrimonium non aduersari simpliciter & omnino substantiæ matrimonij, & eius fini: at aduersari debito eius ordini & conuenientiæ: vt ostendimus num. 7. in 4. & 5. rationibus. Ad aliam partem primi argumenti, & eius confirm. dic, quamuis ex ea parte aliquo pacto deseruiat id matrimonium temperando concupiscentiæ ardori: ex alia parte magis inflammari, vt probaui nu. 7. in vltima ratione. Adde, experientia teste ex mutua parentum & filiorum habitatione non inflammari veneris ardorem inter illos: eo quod natura ipsa id dictanti sit tam nefanda inter illos coniunctio. Quod longe aliter eueniret, natura illorum connubia permittente. Ad 2. quoad priorem partem constat ex dictis num. 7. in 5. ratione. Quoad posteriorem partem dic, iudicem aut Episcopum fungi publica auctoritate, 11

ritate, ratione cuius præcellit omnes alias priuatas personas. At maritus in matrimonio priuata auctoritate est superior. Repugnat ergo vt idem homo sit priuata auctoritate superior, & inferior. Adde, Episcopum, & iudicem secularem superiores esse in gubernatione spirituali, & ciuili, ac politica: quam superioritas paterna, & mariti nõ respicit; sed tantum est quoad gubernationem domesticam. At repugnat mattem respectu eiusdem filij, ac eiusdem gubernationis domesticæ, superiorem esse, ac inferiorem. Ad vltimum constat ex dictis num. 7. in prima ratione, vbi probaui eas gentes barbaras reputatas fuisse.

SVMMARIVM.

Referuntur sententiæ asserens matrimonium in recta linea ascendentium & descendentium prohiberi in quocumque gradu in infinitum, n. 12.
Proponitur contraria Auctoris sententia, n 13.
Soluuntur argumenta, n. 14.
Post n. 14 inuocatis summaris quæ desiderantur.

12 QVÆSTIO II. An prohibitio & irritatio matrimonii inter ascendentes & descendentes iure naturæ inducta protrahatur ad quemcumque gradum in infinitum? Affirmant quidam (licet non omnes explicent quo iure id sit: at nominatim explicabo, dicentes id esse iure naturæ inductum.) Ducuntur, quod natura respuat matrim. inter parentes & liberos ratione reuerentiæ illis ab his debitæ. At maior subiectio & reuerentia debetur ascendentibus remotioribus: & eo maior, quo ascendens remotior est. Et quamuis hominum ingratitudine, seu potiùs ascẽdentium remotiorum morte, amicitia inter ascendentes & descendentes remotiores euanescat, non tamen ob id tollitur naturale reuerentiæ & subiectionis debitum. Repugnat igitur naturæ æqualitas socialis matrimonij inter hos. Secundo, quia licet in gradibus remotioribus minor sit propinquitas sanguinis: ac proinde minor inde centia coniugij appareat, quàm inter parentes & liberos, at est maior inæqualitas ætatis, & consequẽter maior inde c. ntia ratione illius: & subinde defectus ille propinquitatis ẽpensatur inæqualitate hac. Tertiò, quia omnes ascẽdentes habent rationem principij iure naturali, ac subinde rationem superioris: & id. o Christus seruator noster appellatur Matth. 1. filius Abrahæ & Dauid, à quibus remotissime descendit. Ergo iure naturali impeditur æqualitas per matrimonium constituenda. Vltimo, quia iure ciuili statutum est, prohibitionem hanc nullis finibus cõtineri, sed in infinitum protrahi *Instit. de nuptijs*, §. *Ergo non omnes*, *l. Nuptiæ*. 53 *l. Et nihil*, 54 *ff. de ritu nupt.* vbi & ad ascendentes illegitimos extenditur, & *l. regia* 4 *fin. t. 6. p. 4.* Nec eæ leges iure canonico corriguntur. Quippe *c. Non debet, de consang. & affin.* vbi consanguinitas ad quartum restringitur gradum, intelligendum est de consanguinitate in linea transuersa: in qua ex vlteriori prohibitione non modica damna pullulabant. Quæ fuit restrictionis illius ratio: nõ autem de consanguinitate in linea recta: ex cuius infinita prohibitione inducta per ius ciuile, nullum consurgit damnum. Cum prodigium sit naturæ id matrim. appeti. Nec per verba generalia credendum est abrogatum esse ius ciuile continens prohibitionem iuris naturalis, aut saltem illi valde consonam. At vbi ius ciuile non corrigitur per canonicum, est seruandum etiam quoad matrim. (vt probaui l. 1. disp. 6. nu. 24.) Quare patroni huius sententiæ ex ea inferunt, Adamum hodie resurgẽtem nullam vxorem ducere posse: vtpote qui communis vniuersi generis humani parens est. Et ideo hanc sententiam sustinent ex iurisperitis *Gloss. 35. q. 5. in exposit. arboris consanguinitatis, vers. Quero inter ascendentes*, *gl. l. Nuptiæ*, *v. Ad infinitum*, *ff. de ritu nupt & Instit. de nuptijs*, §. *Ergo non omnes*, *v. In infinitum*: & ibi *Angelus n. 2. Host. summ. tit. de consanguinitate, n. 9.* iuncto *n. 17. q. 9. Abbas c. Non debet, num. 8. de consang. & ibi Cardin. paulo post princ. Propos. nu. 10. Henricus n. 1. Alex. de Neuo ibi.* §. *Prohibitio, n. 7. & 8. Anchar. c fin, n. 1. eodem t. Imola c. Litteras, nu. 12. de restit. spoliat. Alberic. in sico dictionario, lit. I. v. Impedimentum, 5. Astensis 2. p. summ. lib. 8. t. 17. a. vn. q. 2. & t. 25. a. vn. fin. Ioan. de Friburgo in sum. confessorum, lib 4. t. 6 q. 7. Lambertinus de iure patronatus, lib. 2. p. t. q. 9. a. 18. num. 10. Supplem. summa Pisana v. Impedimentum, impedim 5. n. vlt. & ibi Tabiena impedimento, 3. q. 3 nu. 4. Syluest. v. Matrimonium, 8. qu. 6. dict. 5. Armilla v. Matrimonium, n. 25. Monaldus l 4 paulo post princ. ti. 6. q. 4. & ibi Greg. Lop. v. Nauarra. Brunellus de sponsalibus, conclus. 23 n. 4 Couar. 4. decret. p. c. 6. §. 10. nu. 4. Ant. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 12. n. 72. & t. 13. nu. 3. & 6. Gaetan. per c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 132. n. 358. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. glos. 1 nu. 176. Lancelotus instit. iuris canonici l 2. tit. de triplici cognatione, vbi de consang. §. Constitutum igitur, v. Quartum. Humada p. 1. t. 1. l. 2. gl. 2. n. 24. Soaccius de sponsal. 2. p. super Instit de nuptijs, §. Ergo non omnes. n. 9.* Et ex Theologis, *Scotus 4. d. 40. qu. vn. a. 2. & ibi Durandus q. vn. n. 9. & 10. Ricard. a. vn q. 4. Palud. q. vn. a. 3. concl. 1. n. 15. Mayronis qu. vn. diffic. 1. Maioris qu. 2. argum. 2. propos. 3. Supplem. Gabr. q. vn. a. 2. concl. 1. Bassolis qu. vn. a. 1. Guilielm. Rubion qu. 1. a. 2. concl. 2. D. Antonin. 3. p. t. 1 c 14. §. 2. Abalensis lib. Reg. c. 8. q. 151. 152. 175. Victoria sum. vbi de matrim. nu. 295. Pet. de Soto lect. 10. de matrim. propos. 1. Francis. Sonnius lib 1. demonstrat. tract. 7. de matrim. c. vlt. Philippus Archinus in edicto fidei, p. 2. c. 14. Ambros. Catharinus lib. 6. contra Cajet. c. de matrim. Viguerius lib. instit. c. 16 §. 7. vers. 9. impedimento 5. Toledo lib. 7. sum. c. 5. in fin. Bellarm. lib. de matrim. c. 28. paulo post princ. Vasquez 1. 2. q. 74. a. 8. disp. 112. n. 7. Pet. de Ledesm. de matrim. q. 54. a. 3. diffic. 2. conclus. vn. Plusarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. lib. 2. c. 12. §. Consanguinitatis & affinitatis. Vualdus candelabro sacram. 1. p. vbi de matrim. num. 191. Cañedo summa sacram. tract. de matrim. c. 6. vbi de consanguin. nu. 44. & dicit esse probabilissimum, vt vere ita est, Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 37 conclus. 4.* Atque hanc prohibitionem esse de iure naturæ, explicant *Scotus, Durand. Ricard. Supplem. Gabr. Palud. D. Antonin. Abalens. Pet. de Soto, Armilla, Couar. Viguer. Humada. Vasquez. Pet. de Ledesm. Cañedo.* Et eodem iure irritari tale matrim. declarant *Abalens. ea q. 175. Viguerius, Petr. de Ledesma.*

Cæterum probabilius est, ad aliquem gradum eam pro- 13
hibitionem terminari. Ratio potissima est, quia cum consanguinitatis ratio sit participatio eiusdẽ sanguinis communicata à virtute generante stipitis, & hæc eo debilior reddatur, quo in plures generationes protenditur (vt explicui disp. præced. nu. 1.) ne quit in infinitum extendi, sed tandem extinguetur ac deficiet. Ergo impossibile est in quacumque linea cõsanguinitatem in infinitum protrahi: hinc subinde dicendum necessario erit, impedimentum hoc consanguinitatis in recta linea certis finibus, attento iure naturæ, contineri. Quod si ius humanum spectemus, ius canonicum *c. Non debet, de consang. & affin.* omnes consanguinitatis gradus matrimonio obstantes intra quartum gradum concluserunt nec distinxit an linea esset recta ascendentium, an potiùs collateralium transuersa. Nec refert ius ciuile statuisse impedimentum hoc in recta linea in infinitum. Quia solius iuris canonici est inter fideles matrimonij impedimenta decernere: nec quid quam cõfert prohibitio iuris ciuilis, nisi expresse iure canonico approbetur (vt probauimus hoc 7. l. disp. 3.) At hęc prohibitio nõ est iure canonico approbata, quin potius reprobata *c. Non debet.* Insuper probatur rationibus, quas nu. 19. referam ad probandum in solo primo gradu id matrimonium iure naturæ irritari. Et ita docent vniuersi Doctores, quos nu. 15. & seq. vsque ad 20. referam: omnes enim illi fatentur prohibitionem hanc certis finibus contineri: ac solum discrepant circa gradus: vt statim videbimus.

Ad argum. proposita n. 12. respondetur. Ad 1. & 3. con- 14
stabit ex dicendis num. 19. & 23. Ad secundum d. c. ætatis disparitatem non efficere vt matrimonium sit iure naturæ irritum: vt constat. Ad vltimum constat ex dictis num. præcedenti.

SVMMARIVM.

Dato matrimonij in linea recta non protendi in infinitum prohibitione ad quotum gradū protrahatur? Referuntur varia sent. 15.16.17.18.

Proponitur sententia Auctoris, n 19.

Aliquam indecentiam habet iure naturali hoc matrimonium inter ascendentes & descendentes, non tamen est irritum vltra primum gradum iuris naturæ n 20.

Infid. les coniuncti matrimonio cum ascendentibus in primo gradu separanti sunt coniuncti ad fidem, secus in vlterioribus gradibus, n 21.

Iure Ecclesiastico solum prohibetur hoc matrim. inter fideles vsque ad quartum gradum, n 22.

Satisfit argumentis, n. 23.

15 QVÆSTIO vltima. Dato prohibitionem matrimonij in linea recta ascendentium, & descendentium, certis finibus contineri, ad quotum gradum protrahatur iure naturali attento? Qua in re varias inuenio sententias. Prima ait durare hoc impedimentum, quamdiu durat amicitia, & communicatio propriotatum individualium inter ascendentes, & descendentes: nec constare quamdiu hæc durent. Ita *Ledesm. 2 p. 4 q. 56 a. 3 f. 482. col. 4. concl. 2.* & concordat *Veracruz* in eo, quod est non designare certum limitem, sed tantum dicit non protendi in infinitum, sed vsque ad certum gradum, 2 p. *Speculi, a. 22. concl. 1.*

16 Secunda sent. docet non excedere prohibitionem hanc vigesimum gradum: at non præfinit certum gradum. Sic *Couar. 4 decret. 2. p. cap. 6. §. 6. fine.* Alij vero dicunt protendi vsque ad sepimum gradum, ita tamen vt vltra quartum sit integrum Pontifici dispensare. Ita *Lud. Lop. 2 p. instruct. de matrim c. 49.* vbi de consang. *f. 1140,*

17 Tertia sent. principalis docet vsque ad quartum gradum protendi. Iuxta *c. Non debet, de consang. & affin.* quod gradus consanguinitatis, in quibus interdicitur matrim. ad quartum restrinxit. Ita *Gosfred. sum. t. de consang. n. 7. Monald. sum.* vbi de matrim. vbi de impedimento consangu. *Rosella v. Impedimentum, 3 imped. 5. n. 6. Angelus Matrimonium, 3. impedimento 6. in addit. ad nu. 1. & Palacios 4. d. 40. disp. vn. col. 22. f. 925.* ait esse probabile, at non certum irritari iure naturæ huiusmodi nuptias vsque ad quartum gradum, & *Enriqu. l. 12 de matrim. c. 9. n. 3.* ait in secundo gradu esse irritum matrimon. iure naturæ: & probabile videri etiam in quarto gradu at non vlterius, & *c. 1. nu. 2.* ait fortan ius naturæ irritari in secundo & tertio gradu.

18 Quarta sent. docet protrahi prohibitionem iuris naturalis in hac recta linea vsque ad secundum gradum, & vsq; ad illum esse irritum eodem iure matrim. vt inter parentes & filios, auos & nepotes: nec vlterius progredi. Ratio autem est. Quod nepotes reuerentiam quādam exhibere debeant auis, sicut parentibus: in vlterioribus autem gradibus non est tanta propinquitas. Sic docent *Sotus 4. d. 40 q. vn. a. 3. col. antepenult. vers. Vtraque vero opinio: & d. 41. q. vn. a. 3. col. penult. vers. Faciamus, Angles florib. 1 p.* vbi de matrim. *q. 13 a. 3. dub. 2. Valentia 4 p. disp. 10. qu. 5. punct. 3.* vbi de impedimento cognationis, *vers. Verum hac in re.*

19 Vltima sent. (cui tanquam probabiliori adhæreo) sustinet in solo primo gradu ascendentium & descendētium esse ita interdictum matr. iure naturæ, vt irritum sit eo iure attento: vt inter solos parentes & liberos. Ducitur, quia auus, & cæteri ascēdentes non sunt principium nepotum per se, sed per accidēs: ad rationem enim filij, vt filius est, solum desideratur vt à parentibus originem trahat: ac per accidens est, vt suus pater alium patrē habuerit: filij enim Adami carentes auo, ita veri filij fuerunt, ac illum habentes. Ac proinde reuerentia debita auis à nepotibus, non est debita necessario, & per se, sed per accidens, vtpote quæ in sola ratione principii, & causæ per accidēs fundatur. Non ergo ea reuerentia, & superioritas per accidens, ita impedimentum de iure naturæ præstabit matrimonio inter eos, vt illud eodem iure irritet. Et confirm. quia auus respectu nepōtis non habet rationem genitoris, sed solam rationem causæ quasi applicantis genitorem: at causa applicans aliam causam suo effectui, non est per se, sed per accidens causa illius effectus. Quare loquendo de reuerentia naturali, non est verum maiorem exhiberi auo. Quia reuerentia naturalis respectu aui est per accidēs: at respectu patris est per se. At est verum de reuerentia politica: auum enim vt primum dominum, & primum in gubernando principium reueremur. Et ideo huius sententiæ videtur expresse D. Th. 2. 2. qu. 154. ar. 9. in solut. ad 3. vbi ait in commixtione personarum coniunctarum aliquid esse, quod est secundum se indecens, & repugnans naturali rationi, sicut quod commixtio fiat inter parentes & filios, quorum est per se, & immediata cognatio; alias vero personas, quæ non coniunguntur per se ipsas, sed per ordinem ad parentes, non habere ita ex se ipsis indecentiam: sed variari circa hoc decentiam vel indecentiam, secundū consuetudinem, & legem humanam: & 4. d. 40. q. vn. a. 3. corp. quæstionem mouens de gradibus consanguinitatis iure naturæ vetitis: solum in responsione meminit primi gradus in linea recta. & tenent expresse *Cajet. cod. a. 9. circa solut. ad 3. & c. 18. in Leuiticum ad finem, Palud. 4. d. 38. q. 4. a. 4. ad fin. nu. 54. Albertus Bigbus controuers. 15. ad fin. Armilla v. Dispensare, n. 9. & 10. Victoria relect. de matrim. 2. p. 2. p. n. 6. dicit. 2. dicens fortasse ita esse, Lopez de matrim. Regis Angliæ dub. 2. in solutio. ad 2. fundamentum partis negantis à nu. 1 vsque ad 19. Tapper. a. 20. Louaniensi. pag. 6. immediate ante §. Ex quibus manifestum est. Ledesma 2 p. 4 qu. 56 a. 4. col. 3 propos. & 2. Veracruz 1 p. Speculi art. 43. concl. 1.* & clarius *concl. vlt. & 2 p. art. 25. triplici pagina ante fin. §. Ex omnibus istis, Rossensis de matrimon. Regis Angliæ f. 5. Anchona in summa Ecclesiæ q. 52. a. 5. & 6 Barth. à Ledes. de matrim. dub. 37. concl. 4. Emmanuel Sa summa v. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus, *nu. 4. vers. Cum parentibus, Vega 2. tom. summ. c. 34. casu 64.* & melius *casu 127. ad finem Llamas in methodo curationis 3 part. cap. 8. §. 19. statum in princ.* Et docet esse probabilem *Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 54. art. 3. dissic. 2. conclus. vn.*

Dixi autem in alijs gradibus vltra primum non prohiberi mattim. iure naturali irritanti: nam negandum non est, esse aliquo modo contra ius naturæ, quando non est aliqua causa iusta. Quod indecentiam quandam naturalem præ se ferat, nisi aliqua causa iusta cohonestetur. Et ita docent *Victoria & Ledesma, n. praced. allegati.* Et latius explicabo disp. seq. n. 7. 20

Ex his deducitur primo, infideles matrimonio coniunctos cum quōcumque ascendente, demptis patre & matre, dummodo non contra leges suas, aut consuetudines matrim. irritantes illud inierint, non esse conuersos ad fidem separandos. Quia in lege naturæ, qua sola astringuntur, & iuxta leges suas id matrimonium est validum: nec conuertī ad fidem separandi sunt à matrimonio non inito contra ius naturæ irritans: iuxta *c. ap. Gaudemus, de diuort.* si speciali aliqua lege eorum non irritetur. & ita docent *Veracruz 1 p. Speculi, a. 43 fin. & 2 p. art. 25 colum. antepenult. §. Ex omnibus istis, Bart. à Ledesma de matrim. dub. 37. post 4 conclusionem, §. Ex dictis, Vega 2. tomo summa, c. 34. casu 127. ad finem.* 21

Secundò deducitur, posse fideles contrahere matrimonium in linea recta ascendentium & descendentium, vltra quartum gradum. Quia iure naturę solus primus interdicitur, & iure Ecclesiastico prohibitio non excedit quartum gradum, *c. Non debet, de consang.* 22

Ad argum. n. 18. propositum constat ex dictis n. 19. vbi diximus auis non exhiberi reuerentiam tamquam principijs & causis per se. 23

DISPVTATIO LII.

An omnes gradus cōsanguinitatis in linea trāsuersa prohibiti Leuitici 18. impediāt ac dirimant iure naturali matrim. ac proinde nunc obligent: & esto non omnes illi, an saltem in aliquo gradu lineæ transuersæ sit iure naturali interdictum ac irritum matrimonium?

SVM-

SVMMARIVM.

Explicatur qui gradus fuerint prohibiti Leuitici 18. n. 1.
Nullum est præceptum iuris diuini positiui in lege noua, demptis præceptis fidei & sacramentorum: nec est aliquod diuinum positiuum negatiuum, sed omnia alia iura diuini sunt etiam naturalia, n. 2.
Quæ sunt quæstiones disputandæ, n. 3.
Certum est gradus Leuitici 18. vetitos non obligare nunc, quatenus sunt in ea lege statuti, n. 4.
Refertur sententia asserens omnes illos esse de lege naturali, & ita nunc obligare, n. 5.
Non omnes illi sunt de iure naturali, nec obligant modo, n. 6.
Explicatur qualis & in illis gradibus reperiatur aliqua indecentia naturalis, & prohibitio iure naturæ, n. 7.
Solumtur argumenta, & explicantur c. De infidelibus, de consan. & c. Literas de restit spoliat. & c. fin. de divort. & c. Quadam lex, 35. q. 3. & c. Pitacium, 30. q. 3. n. 8.
An aliquis gradus consanguinitatis in linea transuersa impediat ac dirimat iure naturali matrim. Refertur sent. affirmans in linea inæquali impedire in infinitum, n. 9.
Refertur alia sent. asserens in nullo gradu, n. 10.
Proponitur sententia Auctoris, n. 11.
Infideles conuersi cum consanguinitate collateralibus, quando sint conuersi ad fidem separandi, n. 12.
Ex gradibus diuina lege prohibitis, qui obligent in lege noua, n. 13.
Satisfit argumentis, n. 14.

1 AD clariorem huius disputationis decisionem, duo præmittere oportet. Primò præmittendum est, qui gradus Leuit. 18. interdicti sint. Continetur enim ibi quidam gradus consanguinitatis, & alij affinitatis. Consanguinitatis duplex gradus in linea recta, nempe parentum cum filijs, auorum cum neptibus, & auiarum cum nepotibus. In linea etiam transuersa primus gradus, vt fratrum cum sororibus, siue ex vno, siue ex vtroq; parente. Et partim secundus in linea inæquali, vt nepotis cum amita, aut matertera, id est, *de sobrino con tia, hermana de padre o madre.* Non tamen vetitum erat coniugium cũ patruo vel auũculo: id est, *con tio hermano de padre o madre*, vt bene aduertunt *Sotus 4. d. 40. q. vn. a. 3. col. 5. vers. At vero fortasse*, *Victoria relect. de matrim. 2. p. 2. partis, nu. 5. Ledesm. 2. p. 4. q. 56. a 3. ad fin. Veracruz 2. p. speculi, a. 25. in ratione 6. 1. conc. Bellarm. l. 1. de matrim. c. 24. col. antepenult. §. Et quidem*, *Enriq. l. 12. de matrim. c. 9. n. 5.* Affinitatis similiter erãt prohibiti alij gradus, vt primus lineæ rectæ ascendentium: vt soceri cum nuru, vitrici cum priuigna: & è contra, priuigni cum nouerca, socrus cum genero: & quidam secundus, vt vitrici cum filia priuignæ. In transuersa autem linea erat prohibitum coniugium in quodam duplici gradu, vt cum vxore fratris, & cum sorore vxoris, vxore viuente, & cum vxore patrui.

2 Secundò præmittendum est, in noua Euangelica lege nullum esse præceptum iuris diuini positiui, dẽptis fidei & Sacramentorum præceptis: alia autem præcepta diuina esse simul iuris naturalis: in quo distat à veteri lege, quæ multa alia præcipiebat. Quod est commune Theologorum axioma; & tradunt *D. Th. quodlib. 4. ar. 11. & 1. 2. q. 108. a. 1. in fin. corp. & a. 2. in fin. corp. Sotus 4. d. 40. qu. vn. a. 4. col. 2. Quemadmodum. Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 1. Valentia 4. p. disp. 10. q. 1. punct. 3.* vbi de imped. cognationis, §. *Primo comenit*, *Iud Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 49.* vbi de consang. impedimento, *f. 1142.* Vnde nullum est præceptum diuinum positiuum hodie pure negatiuum, vt bene *Victoria relect. de matrim. 2. p. secunde p. n. 3.*

3 His præmissis, duplex est agitanda quæstio. Prior, an omnes dicti gradus Leuitici 18. interdicti sint de iure naturali, ac proinde nunc in lege Euangelica obligent? Posterior, esto non omnes illi sint legis naturæ, an saltem iure naturæ vetitum sit matrim. in aliquo consanguinitatis gradu lineæ transuersæ.

4 Conuenit inter omnes circa priorem quæstionẽ, gradus illos non obligare in lege Euangelica, ex eo quod in lege veteri interdicti sint: immo esset hæreticum asserere ideo interdictos esse nunc eos gradus, quod in Leuit. prohibiti sint, vt bene docent *Victoria n. 2. allegatus. & Sotus 4. d. 40. q. vn. a. 3. col. 4. vers. Igitur Doctores.* Quia de fide est legem veterem cessasse. Nec potest etiam dici ex mero iure diuino nũc obligare. Tum, quia nullus est locus in nouo testamento, in quo ea prohibitio cõtineatur. Tum etiam, quia nullum est hodie ius mere diuinum, præter fidei & Sacramentorum præcepta (vt nu. 2. probaui.) Quare Doctores contendentes eam prohibitionem nunc vigere, necessario tenentur dicere non fuisse meri iuris diuini peculiariter Hebræis traditi: sed pertinuisse ad prohibitionem moralem iuris naturalis diuini: vt fuere præcepta Decalogi illis tradita.

Quidam igitur in ea sunt sent. vt omnes gradus Leui- 5
tici 18. expressi obligent in lege noua, ac proinde in illis fuerit prohibitum iure ipso naturæ matrimoniũ. Quare iuxta hanc sentent. erit prohibitus iure naturæ primus gradus consanguinitatis in linea transuersæ æquali, vt inter fratres & sorores: & secundus in eadem linea transuersa inæquali, vt inter nepotem & amitam, vel materteram. Ducuntur, quia Deus ipse Leuit. 18. tradens ea præcepta, videtur manifeste declarare prohibitionem illorum graduum non pertinuisse ad præcepta iudicialia aut cæremonialia illius peculiaris legis, quæ morte Christi peritura erãt, sed ad præcepta moralia iuris naturalis, quæ ad omnes homines, ac ad vniuersa tempora pertinent. Quia postquam tradidit ea præcepta, subdit: *Nepolluamini in omnibus his, quibus contaminata sunt vniuersæ gentes, & quibus polluta est terra, cuius ego scelera visitabo.* Et paulo inferius: *Non faciatis ex omnibus abominationibus istis, omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam.* Ergo manifeste declarat prohibitionem illam fuisse iuris naturalis: alias gentes soli iuri naturali subiectæ, minime sceleris & abominationis arguerentur, quod in gradibus ibi prohibitis cõtraxerint. Secũdò, quia ratio, quã tradit Deus in his præceptis, ad rationem moralem pertinet. Nam eam causam assignat, ne reueletur turpitudo personarum in his gradibus attinentium. Quæ quidem ratio moralis est pertinens ad prohibitionis matrimonij decentiam, vt docet *D. Thom. 4. d. 40. quæst. vnica, art. 3. corp.* Et confirmatur, quia in singulis præceptis de gradibus illis repetitur turpitudo: quasi id iure naturali turpe sit. Tertio, quia illa præcepta non sunt cæremonialia, vt cõstat, nec etiam iudicialia. Cum hæc sint quæ reddunt vnicuique quod suum est, ac paces conciliant: ad quæ illa non videntur pertinere. Sunt igitur moralia, ac proinde obligabunt in lege Euangelica. Et confirmatur, quia *D. Augustin. libr. 3. qu. in Leuitic. quæst. 53. aliæ 65.* videtur prohibitionem illam graduum leuiticam ad decalogum reducere tamquam in eo præconceptam. Quarto, ex *cap. De infidelibus, de consang.* vbi Innocent. III. definit infideles secundum veteris legis instituta matrimonio coniunctos separandos non esse post conuersionem ad fidem. Ergo à contrario sensu sentit separandos esse, si contra illius legis præscripta coniuncti sint. Et *idem Innocent. III. cap. Literas, de restitut. spoliat. vers. Sanè circa*, expresse ait in gradibus consanguinitatis diuina lege prohibitis Papam dispensare non posse: vbi *glossa verb. Diuina lege*. explicat de gradibus interdictis Leuitici 18. & paulo inferius, *vers. Nos autem, & vers. Propterea* dicit idem Pontifex, quando opponitur à coniuge spoliante alterum impedimentum consanguinitatis præsertim diuina lege statutum, & probationes offeruntur in continenti, esse denegãdam restitutionem. Supponit igitur gradus illos diuinæ legis obligare modo, & non vt illius legis sunt: cum iam cessarit: nec etiam vt sunt legis humanæ: quia sic inepte diceret, Præsertim diuina lege. Obligabũt ergo tamquam de iure naturali diuino. Et *idem Innocent. III. c. fin. de divort.* approbat matrimonia infidelium, qui contraxerunt cum vxoribus fratrum defunctorum, si tamen decesserunt sine prole, vt semen defuncti iuxta legem Moysis suscitaretur. Ergo cẽset gradibus illis veteris legis infideles arctari: alioquin non indigerent matrimonia illa noua approbatione, sed valida essent, siue cum liberis, siue absque liberis fuerit obitus. Et Zacharias Pontif. scribens Theodoro Episcopo, & habetur *c. Pitacium, 30. q. 3.* textum Leuit. 18. affert ad probandum non licere cognatam spiritualem ducere.

Quia

Quia si Dominus prohibuit ibi matrim. cum consanguinea carnali, à fortiori interdictũ erit cum cognata spirituali. At si ea prohibitio vim non haberet modo, ineptũ esset argumentum. Tandem, quia *D. Greg. ad Augu. Anglorum Episcopum, in respons. ad 6. quæsitum,* & refertur *c. Quædam lex, 35. q. 3.* reprehendens legem Romanam permittentem fratres & sorores, & filios duorum fratrum matrimonio copulari, sic ait: *Experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere: & sacra lex prohibet, cognationis turpitudinẽ reuelare.* Sentit ergo vim habere legis veteris prohibitionem. Et *cap penult. de præsumpt.* dicitur non esse credendum quempiam literarum scientia præditum cum propria cõsobrina incestum commisisse, & redditur hæc ratio: *Cum etiam secundum sententias ethnicorum naturale fœdus nihil permittat fœdi criminis suspicari.* Et *c. penul. de cohabitatione cler. & mulier.* interdicitur clericis cohabitatio cum feminis: & additur exceptio. ibi: *Nisi de talibus personis existant, cum quibus naturale fœdus nihil permittit fœdi criminis suspicari.* Quare *Concil. Toletanum 4. c. 41.* permittit clericis cohabitare cum matre, sorore, amita. Ergo ius naturale abhorret copulam cum amita, vel consobrina: ac proinde matrim. in his gradibus erit iure naturali interdictum. Quamobrem gradus illos Leuitici 18. interdictos obligare etiam modo tamquam lege naturæ vetitos, docent expresse ex Theologis *D. Th. 4. d. 39. q. vn. a. 3. ad 3. & ibi D. Bonau. a. 2. q. 4. corp. Ricar. 4. d. 40. a. vn. qu. 5.* vbi docent infideles coniunctos in gradibus illis Leuitici 18. prohibitis, conuersos ad fidem separãdos esse: secus de gradibus sola lege Ecclesiastica interdictis. & tenent *idem Ricard. ea d. 40. a. vn. q. 2. & ibi Durand. q. vn. n. 9. Maioris q. 3. post 2. concl. Palud. 4. d. 41. qu. 1. a. 5. concl. 2. n. 27. & d. 40. q. vn. a. 3. n 16. & nu. 23. D. Antonin. 3 p. t. 1. c 11. §. 1. statim in princ. & c. 14. §. 2. conclu. 2. & post 3. conclus. VValdensis de sacram. c. 134. n. 1. Altisiodorensis lib. 4. suæ summæ, tract. 9. q. 6. in solut. ad 2. Pet. de Soto lect. 10. de matrim. propos. 2. Viguerius lib. instit. ca. 16. §. 7. vers. 9 impedimento 6.* & ex Iurisperitis, *Glossa c. Gaudemus, v. In secundo, de diuort. & c. Literæ verb. Diuina lege, de reslit. spoliat. Abb. d. c. Gaudemus, nu. 11. & d. c. Literæ, n. 6. & 12. Anchar. d. c. Gaudemus, oppos. 2 nu. 18. & c. Per venerabilem, n. 22. qui filii sint legit. & ibi Alex. de Neuo n. 24. & d. c. Gaudemus, n. 12. & 13. Imola d. c. Literæ, n. 6. Bermond. de publicis concubinar. §. Statuimus, nu. 13. Astensis sum. 2. p. l. 8. t. 17. a. vn. q. 1. & 5. & t. 25. a, vn. q. 12. Gozadinus cons. 51. num. 28. vers. Decimo, Parisius cons. 68. n. 369. & multis seq. volum. 4. Turrec. c. Quædam lex, n. 2. & c. Conuenciones, nu. 3. & 4. 35. q. 3. Rosella v. Impedimentum, imped. 5. nu. 5. Angel. v. Matrimonium. 3. imped. 18. n. 2. Sylvest. v. Papa, q. 17 Tabiena n. Dispensatio, q. 4. nu. 5. & v. Impedimentum, imped. 3. q. 3. n. 4.*

6 Cæterum verissima sent, habet, non omnes illos gradus consanguinitatis, vel affinitatis Leuitici 18. prohibitos, esse de iure naturali irritanti matrim. in illis initum, atque adeo non obligare omnes illos in lege Euangelica. Prob. primò, quia (vt bene docet *Caiet. 2. 2. q. 154. a. 9. circa solut. ad 3.*) præcepta illa Leuitici 18. certos gradus in matrimonijs prohibentia, erant secundum quid moralia, in quantum decentiam aliquam naturalem præse ferebat abstinere ab illis matrimonijs) vt nu. seq. explicabimus) at re uera erant simpliciter iudicialia. Quippe ad iustitiam, & Reipublicæ stabiliendum interdicebatur, necessario matrimon. consanguineorum interdicebatur, necessario inter extraneos ineundum erat: per quorum coniunctionem pax dilatatur. Secundò, quia Leuit. 18. interdicitur matrimon. nepotis cum amita, vel materteræ: cum tamen non vetetur neptis cum patruo, vel auunculo coniunctio (vt diximus n. 1.) & tamen sunt in eodem secundo gradu lineæ transuersæ inæqualis, ergo signum est eam prohibitionem non esse iuris naturæ, sed pertinere ad cæremoniam peculiarem illius gentis Hebrææ. Et confirm. quia prohibetur coniugium cum vxore fratris defuncti, & nõ cum sorore vxoris defunctæ: & tamen est idem prorsus affinitatis gradus. At si omnia ea præcepta de gradibus essent iuris naturalis, astringerent vtique in vniuersum ad vitanda matrim. intra eundem gradum inita. Tertiò, quia nu. 11. ostendemus non esse prohibitum iure naturæ matrimonium in secundo consanguinitatis gradu. Cum tamen eo c. 18. Leuit. interdicatur quidam secundus gradus in linea transuersa: vt inter nepotem, & amitam, vel materteram. Quartò, quia agentes de impedimento affinitatis ostendemus aliquos eius gradus in Leuit. contentos, imo omnes non esse de iure naturæ. Quintò, quia in *Triden. sess. 24. de matrim. can. 3.* hæreticum esse definitur asserere non posse Pontificem dispensare in aliquot gradibus ex prohibitis in Leuit. Ergo censet Trident. nõ omnes illos gradus esse iure naturæ interdictos: alias nõ esset hæreticum negare in Pontifice facultatẽ dispensandi. Quare hanc partem tuentur *Scotus 4. d. 40. q. vn. ar. 2. Caiet. c. 18. Leuit. ad fin. & 2. 2. q. 154. a. 9. circa sol. ad 3. Albert. Pighius contro. 15. ad fin. Ruard. Tapper. a. 20. Lonan pag. 6. immediatè ante §. Ex quibus manifestum est, Abul. 1. Reg. c. 8. q. 149. Armil. v. Dispensare, n. 9. Loazes de matrim. Regis Angliæ, dub. 2. in solut. ad 2. fundamentum partis negantis, n. 14. 15. 17. 18. Victoria relectio. de matrim. p. 2. 2. p. n. 5. Sotus 4. d. 40. q. vn. toto ar. 3. & d. 41. qu. vn. toto a. 3. Castro li. 1. de lege pœnali c. 12. pag. 5. Nauar. lib. 4 cons. in 2. edit. c. de sponsalib. cons. 14. n. 8. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 2. Supplẽ. Gab. 4. d. 41. q. vn. a 3. dub. 3. Ledesm. 2. p. 4. q. 56. a. 4. f. 486. col. 4. §. Præterea lex, Veracruz 2. p. spec. ar. 25. concl. 1. Nicolaus de Orbell. 4. d. 40. q. vn. & ibi Celata q. vn. fin. Palacios ibi disp. col. 2. Angles florib. 1. p.* vbi de matrim. *q. 13. a. 3. diffic. 2. conclus. 2. Bellarm. li. 1. de matrim. c. 27. statim in princ.* & late probat *Magdalenus de numer. testium 3 p. c. 3. n. 234. Enriqu. lib. 12. de matrim. c. 1. n. 2. & c. 9. n. 5. Valentia 4 p. disp. 10. q. 5. puncto 3.* vbi de impedim. cognationis, §. *In aliis autem gradibus*: addit que omnes orthodoxos iam in hoc conuenire, & nullo modo esse tolerandum contrarium errorem, quem olim Catholici auctores, n. præced. allegati sensere. *Philiar. de officio sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 2. ca. 14. §. Sed posset dici, Iud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 49.* vbi de impedimento consanguinitatis. *f. 1142. Petr. de Ledesma de matrim. qu. 54. a. 3. diffic. vlt. Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 37. conclus. 1. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 126.*

Id tamen valde obseruandum est, matrimonia in illis 7
gradibus Leuit. 18. vetitis inita, licet non sint aduersa iuri naturali primæuo, & irritanti: aduersari tamen iuri naturali secundario, quatenus nude ac secundum se considerata, & pro libito priuatorum inita sine peculiaribus circumstantijs cohonestantibus, indecentiam quãdam naturalem continent. Quod natura dictet reuerentiam quandam consanguineis in illis gradibus coniunctis debitam cum qua pugnat copula coniugalis. Quare Gentiles peccabant, indifferenter, & absque delectu & causa contrahentes ea matrimonia. Et hanc partem probant textus, & rationes adductæ num. 5. & ita intelligendi sunt sancti, dicentes hæc matrimonia esse iure naturali interdicta. Sicut *D. Ambros. epist. 66. ad Paternum*, dicit illicitum esse iure naturæ vt patruus ducat neptem. Cum tamen is gradus non sit prohibitus in Leuit. (vt diximus num. 1.) Quare optime *Caiet. c. In Leuit. ad finem*, ait neque hæc matrim. esse suapte natura mala, quę nulla ratione licita sunt, neque indifferentia quæ passim liceant: sed media inter hæc penitus mala, & indifferẽtia, vtpote quæ nude sumpta culpam continent, secus vbi aliqua iusta ratione cohonestantur. Et ita animaduertunt *Caietan. ibid. & 3. tom. opus. tract. 14. ad Clementem VII. de coniugio cum relicta fratris, c. 5. Loazes de matrim. Regis Angliæ, dub. 2. in solut. ad 2. fundam. partis negantis. n. 37. Tapper. n. præced. allegatus, Victoria relect. de matrim. p. 2. secundæ partis, n. 6. dict. 2. iunct. n. 8. Sotus 4. d. 40. q. vn. a. 3. col. 6. vers. Restat ergo, & d. 41. qu. vn. a. 3. post 2. conclu. vers. Quod ergo, Ledesm. 2. p. 4. q. 56. a. 4. f. 488. col. 1. Veracr. 2. p. Specul. a. 27. in sol. ad obiectionem contra 1. concl. Bellarm. li. 1. de matrim. c. 27. col. 12. §. Respondeo omnia illa præcepta, & col. 2. §. Iam igitur, Valentia 4 p. disp. 10. q. 5. punct. 3.* vbi de impedim. cognat. §. *Tertiò conuenit. & §. Ad fundamentum autem, & in solut. ad 1. gart. à Ledesm. de matrim. dub. 37. post 4. concl. Pet. de Ledesm. de matrim. q. 54. a. 3. diffic. 4. concl. 2. & qu. 55. a. 6. circa primum statum affinitatis, diffic. 2. in explicatione 1. conclusionis.*

Qui

Qui optime addit vtroque loco cum aliquibus Theologis, quos tacito nomine refert, non fore culpam lethalem secluso iure humano inire matrimonia in ijs gradibus lineæ transuersæ, qui iure naturæ irritanti vetiti non sunt (quos n. 11. explicabimus) etiam si nulla sit causa cohonestans. Et ratio esse potest, quia (vt bene dicunt *Veracruz & Bellarminus d. c. 27. col. 2. §. Hoc igitur tertio modo, proximè allegati*) vt hæc, quæ aliquam indecentiam naturalem nude sumpta continent, cadant propriè sub præcepto, oportet vt aliqua lege humana sanciantur. Atque ideo ea secluſa, contrauenire absque omni prorsus causa non excedet culpam venialem aliqualis indecentiæ.

8 Ad arg. n. 5. proposita resp. Ad 1. 2. & confirm. constat ex dictis n. præc. probant enim matrimonia in illis gradibus esse iure naturæ aliquo modo prohibita, nimirum, nudè sumpta, & absque causa aliqua cohonestanti. Sed fortissimè vrget aduersus hanc solutionem, ibi appellari abominationes & scelera Gētium, matrim. in ijs gradibus inita. Quod culpam lethalem grauissimam sonat. Cum tamen n. præc. dixerim esse solam culpam venialem secluſa lege humana, cui Gentiles minimè subduntur, & Leuit. 20. post enumeratos gradus, dicitur, *Custodite leges meas atque iudicia, ne & vos euomat terra.* At tanta pœna merita culpæ venialis superat. Dic cum *Bellarm. l. 1. de matrim. c. 27.* multa alia Gētium peccata enumerasse Dominum in illis locis, vt idololatriā, adulteria, sodomias, bestialitates, nec dicit Scriptura singula peccata esse abominationes, & scelera, ac tanta pœna digna, sed hæc ad alia flagitia sunt referenda. Ad 3. constat ex dictis n. 6 statim in princ. Ad confirm. dic cum *eo. Bellarm. d. c. 27. in solut. ad 6.* mentem D. August. fuisse, probare præcepta illa Leuitici nō debere accipi de vxore fratris patris, aut patrui viuentium, sed mortuorū. Quia alioquin superuacanea essent: eū omnia ista adulteria sint, & iam in Decalogo prohibita. Ad 4. dic, argumētum illud deductum à contrario sensu; ex *c. De infid. libris*, nil prorsus valere. Quia Pontifex non decidit matrimonia infidelium, iuxta veteris legis statutum inita, esse valida: quasi limitans, dummodo iuxta illud statutum ineantur, vt sic liceat formare argum. à contrario sensu: sed rogatus est expresse, an matrim. iuxta illius legis permissos gradus celebrata infidelitatis tempore, sint valida. Et respondet directè quæstioni, valida esse. Quod in infidelitatis tempore validè possit contrahi matrimonium, dummodo non sit in gradu lege naturali irritanti prohibito. Ad *c. Litteras*, dic Papam dispensare non posse in illis gradibus, intelligi, id est, non debere, nec expedire, & constat sic accipiendum: quia statim additur ibi, non consuesse Pontificem in illis dispensare. Quod additum superfluū esset, si verè non posset. Et dixit in gradibus præsertim diuina lege prohibitis. Quod quamuis ea lex diuina cessarit, at in reuerentiam diuinæ legis, quæ aliquando de illis fuit, maior eorū ratio habita est in aliquibus sacris canonibus, vt bene aduertit *Nauar. l. 4. cons. in 2. edit. 2. de sponsal. cons. 14. n. 8.* Ad *c. fin. de diuort.* respondetur cum *Abulens. 1. Reg. c. 8. q. 165. fin.* ibi haberi sermonem de matrimonijs tempore infidelitatis initis, quæ irrita erant cum vxoribus fratrū defunctorum cum liberis, & permittebantur quando sine liberis decesserant, ad suscitandum semen fratris mortui, nō ratione legis antiquæ Mosaicæ, quæ iā cessarat, sed ratione cōsuetudinis, quæ inter illos aliter irritabat ea matrim. Dispensat ergo Pontifex, vt conuersi ad fidem maneant in illis matrimonijs, maxime si ad suscitandum semen defuncti fratris contracta essent: vnde etiam dispēsat, licet non ad eum finem essent inita: in quo euentu erant nulla iuxta eorum consuetudinē. vnde ea verba textus, *Si tamen fratribus decedentibus sine prole*; non accipiuntur conditionaliter: sed accipitur, si. pro maximè. Vel secundò respondet *Conar. 4 decret 2 p. c. 6. §. 10. nu. 3.* ea matrim. fuisse contracta post conuersionem ad fidem, ac proinde fuisse irritata: ea nō dissolui à Pōtifice, sed dispēsare propter fragilitatem illorum, qui nouiter Christi fidē professi fuerant. Ad *c. Petacium*, dic non afferri testimoniū illud veteris legis, quasi nunc obliget: sed in argumentum, si Deus prohibebat matrimonium cum cognata carnali, eo quòd id dedecebat, æquum est vt ob indecentiam prohibeatur ab Eccleſia matrim. cum cognata spirituali. Ad vltimum dic, omnes eos textus probare esse aliquam turpitudinem iuri naturæ aduersam in ijs matrimonijs absque causa cohonestanti iuris, non tamen tantam, vt sint nulla iure naturæ, vt n. præced. est satis explicatum.

Qvæstio posterior, an esto omnes gradus in linea 9
transuersa consanguinitatis prohibiti Leuit. 18. nō sint de iure naturali: sic saltem aliquis gradus in ea linea, qui ita iure naturæ interdicat matrim. vt illud imitet? Quia in re triplex est sent. Prima ait, in linea inæquali paterna transuersa prohiberi iure naturæ matrim. in infinitū. Ducitur, quia fratres patris, aui, proaui, abaui, & sic in infinitū, sunt loco parentum, quibus paterna reuerētia exhibetur, quæ repugnat societati maritali. Vnde quia propter hanc rationem nuptiæ in linea ascendentium & descendentium in infinitum prohibentur, inde etiam est, vt inter quemcumque inferiorem & superiorem, cui vt patri honos defertur, sit similis in infinitum prohibitio. Ita tenet *Palud. 4. d. 40. qu. vn. a. 3. nu. 22.* Sed quamuis id daremus esse verum inter ascendentes & descendentes; caret prorsus fundamento, inter dictos collaterales adesse eandem prohibitionem in infinitum. Quòd longè diuersa sit reuerentia ascendentibus debita, tamquam superioribus, & primis principijs, à reuerentia in his collateralibus exhibenda. Quare dicta sent. tamquam singularis, ac fundamēto destituta, contrariaque Eccleſiasticæ consuetudini passim in his gradibus dispensandi, est omnino reijcienda.

Secunda sent. censet in illo gradu lineæ transuersæ con- 10
sanguinitatis, esse ita iure naturæ matrim. interdictum, vt eodem iure attento irritum sit: ac proinde attēto solo naturæ iure validum esse matrimon. inter fratres & sorores. Ducitur primò, quia Abraham vir sanctissimus duxit Saram, de qua tamen ipse *Genes. 20.* ait: *Verè soror mea est, filia patris mei, & non filia matris meæ.* Et ita fuisse veram sororem testantur *D. Hieron. quæst. hebraic. in Genes. Clemens Alex. lib. 2. Strom. Cajet. in verba Genes. proximè citata, & ibi Lipom. & in ea verba Genes. 12. Dic ergo obsecro quòd soror mea sis.* Et latiùs probat *Sotus l. 2. de iust. q. 3. a. 8. ad 4.* Secūdò, quia *2. Regū 13.* cùm Thamar filia Dauid à fratre suo Amō opprimeretur, sic dixit: *Noli frater mi, noli opprimere me, noli facere stultitiam hanc, quin potiùs loquere ad regem, & non negabit me tibi.* Non ergo inusitatū erat, ac nefas existimatum cōnubium inter fratres & sorores. Tertiò, quia inter Assyrios olim lege lata licuit matrim. inter fratrem & sororē, teste *Luciano l. de sacrificijs*: & Romanis lege peculiari id licuit, vt testatur *D. Greg. respons. 6. ad Aug. Anglia Epiſc.* & refertur, *c. Quædam lex, 35. q. 3.* & plura alia exēpla refert *Tiraq. l. 7. connubialij, n. 32. & seq.* Ergo lumen naturale non dictat id matrim. prohibitū esse. Quartò, quia mundi initio fratres ducebant sorores suas: nec constat de diuina dispensatione. Imò adeò dedecet statim ipso mundi exordio ius naturæ infringi, vt potiùs credendum sit, si id esset contra ius naturæ, fore vt Deus plures masculos & feminas crearet, ne cogerentur fratres iure naturæ violato matrim. cum sororibus inire. Quintò, quia cū frater, & soror non sint directè vna caro: vt sunt pater & filius: nec inter ipsos repugnet æqualitas, nec sit mutua reuerentia debita; cùm neuter superior sit: non videtur matri. inter eos aduersari substantiæ coniugij: ac proinde non erit iure naturæ irritum. Et hæc sent. est valde probabilis. Quare immeritò *Sotus 4. d. 40. q. vn. a. 4. col. 8. vers. Verūtamen*, cā appellat erroneā: & ducitur ex textu, *c. Gaudemus, de diuort.* qui id non probat (vt n. seq. explicabo.) Quare sent. hanc clarè videtur tenere *D. Th. 2. 2. q. 154. a. 9. in sol. ad 3.* vbi ait in cōmixtione personarum coniunctarum aliquid esse quod est secundùm se indecens & repugnans naturali rationi, sicut commixtionem fieri inter parentes & filios, quorum est per se, & immediata cognatio: alias verò personas quæ non coniunguntur per se ipsas, sed per ordinem ad parentes, non habere ita ex se

ipsis

ipsis in decentiam, sed variari circa hoc decentiam vel indecentiam secundum consuetudinem, & legem humanam, & 4.d.40.q.vn.a.3. mota quæst. de gradibus consanguinitatis lege naturali prohibitis, solum in responsione meminit parentum & filiorum. Et *D. Bonau. 4.d.40 a vn. q.2.* statues quando impediatur matrim. iure naturali, solùm vinculum stipitis ad prolem posuit. Et expresse tenet *Alex. Alensis 2.p.q.169. membro 2. & 3.p.q. 27. membro 4.a.3 §. 2. Scotus 4.d.40.q.vn.a.2. & ibi Supolem. Gabr.q.vn.a.3.dub. 2. & 3. Bassolis ibi q.vn.a.1. fin. & ibi Nicol. de Orbellis q.vn. Rainer. 2.p.sum.1.de matrim.c.18. Mayronis 4.d.41.q. vn.diffic.1. Cant. in c.18. Leuitici ad fin. & 2.2.q.154.a.9. circa sol. ad 3. Thomas de Argentina 4.d.42.a.4.concl.1. Anchona in summa Ecclesiæ, q.53. a.5. & 6. Abul.1. Regum c.8.q.176. & qu.149. 151. 152. Lipomanus in catena in Genesim, c.20. in ea verba, Verè soror mea est, Palud. 4.d.38.q.3.a.4. ad fin. nu.54. Ruardus Tapper a.20. Ioannensis par.6 immediatè ante §. Ex quibus manifestum est, Robion Leuit.18.q.1. Albertus Pighius controuersia 15. ad fi. Loaizes de matrim. regis Angliæ, dub.2. in solut. ad 2. fundam. partis negatiu, à n. 1. vsque ad 19. Victoria* dicens forsan ita esse, *relect. de matrim. 2.p.partis 2.n.6. dict.2. Navar. l.4 cons. in 2.edit.1. de sponsalibus, cons. 4.n.8. fin. Armil. v. Dispensare, num 9. & 10. Veracruz 2.p. specul. a.22. concl.2. & a.15. concl.2. & a.23. col. antepenult. §. Ex omnibus istis, & a.27. concl.1. & in solut. obiectionis contra illam, & 1.p.a.43. conc. vlt. Palacios a.d.40 disp.vn. col.24 f.926. vers. Verumtamen quia frater, Ioan. Hispalis in expos. Decalogi, præcept. 6.c.10. fin. Aut. Cæcus* dicens fortè hanc esse veriorem, *lib.5. institut. maior, t.13. nu.11. Bart. à Ledes. de matrim. dub.18. concl.2. Manuel 1.to. sum.1 edit.c.225. nu. 2. Philarc. de offic. sacerd. to. 1. p.2. lib.2.c.14.§. Sed posset dici, Vega 2.to. sum.c.24. casu 127. ad fin. & casu 129. ad fin. & casu 165.* & dicunt esse probabilem *Ledes. 2.p.4.q.56.a.3.dub.4.concl.1 Enriq. lib.12. de matrim. c.9. n.4. Vualdus candel. sacram. 1.p.* vbi de matrim. *n.* 192. & videtur sentire esse probabilem *Couar. 4. decret. 2.p c.6.§.10. n.5.* solitum enim vocat oppositam probabiliorem.

11 Tertia sent. (cui tamquam probabiliori adhæreo) affirmat in solo primo gradu lineæ transuersæ, vt inter fratres & sorores, esse interdictum ac irritum iure naturæ matrimonium. Probatur prior pars, nempe, in primo gradu esse irritum. Quia *Innoc. III. cap. Gaudemus, de diuort.* decernit infideles conuersos ad fidem non separandos esse à matrim. tempore infidelitatis inito, in secundo & alijs vlterioribus consanguinitatis gradibus: quòd legibus Ecclesiæ non arcentur. Ergo à contrario sensu quando sunt coniuncti in primo gradu, cèset Pontifex separãdos esse: quòd is gradus iure naturali matrimon. irritet. Hunc textum ita fortem ad hanc partem probandam existimauit *Sotus* (vt ex eo retuli num. præced.) vt eo ductus damnarit contrariam sent. tamquam erroneam. Sed (vt ibi dixi) est valde probabilis. Et hic textus parum probat hanc sent. quia Innocẽtius III. in eo solum declarauit id, quod certum erat, relinquens primũ gradũ, qui sub iudice est, nũ iure naturæ matrim. dirimat. Sicut ex eo quòd *Trident. sess. 24. de matrim. canone 7.* definiuit circumstantias mutantes speciem esse necessariò confitendas, non sumitur efficax argumentum ad probandum eas, quæ non mutant, sed intra eamdem speciem notabiliter aggrauant, non esse necessariò in confessione explicandas. Secundò, quia *Arist. 1. polit. cap. 2.* solo naturali lumine ductus, turpissimam censet coniunctionem patrẽtum cum filiis, & fratrũ cum sororibus, & *D. Aug. l.15. de ciuit. Dei, c.16. & l.22. contra Faust. c.35.* censet matrimonia inter fratres & sorores solo mundi exordio licuisse, necessitate generis humani propagandi compellente, & *Tertul. in Apolog. c.9. & Theodor. lib. de legibus*, consuetudinem quarumdam barbararum nationum, coniugia hæc permittentem, tamquam peruersam, & legi naturali aduersantem impugnant. Tertiò, quia Abrahamus *Genes. 20.* propterea fuerit Saræ, vt dissimulans se vxorem ipsius esse, diceret se esse sororem: quasi compertum genti illi barbaræ supponens, eam, quæ soror esset, non posse fratris vxorem esse. Quapropter vbi primùm Abimelech cognouit Saram vxorem esse Abrahæ, sine dubitatione intellexit non esse veram sororem: & ideo conquestus est, quòd ipsum decepisset, dicens sororem ipsius esse. Quartò, quia id matrim. inter fratres & sorores aduersatur fini secundario ipsius: cùm enim coniuuant, simulque ab incunabulis nutriantur, si inter eos iure naturæ matrimonia non essent irrita, maxima præberetur ansa inflammandæ concupiscentiæ, & passim incestus committerentur inter eos, vt vel sic matrimonio iũgerentur. Cùm notissimum sit, facilius quemquam ab earum feminarum concubitu abstinere, cum quibus nõ est spes futuri matrimonii possibilis. Et confirm. quia his matrimonijs iure naturæ permissis, tantum aberit vt ea ardori concupiscentiæ reprimendo deseruiant (qui finis est secundarius matrimonij) vt potiùs ille ardentius flagraret. Quippe cùm amor naturalis tam arctæ consanguinitatis coëat cum coniugali, arderet vtique concupiscentia, & effrenate vsui coniugali vacaretur. At recta ratio dictat, vt inter eas solas personas natura matrim. permittat, inter quas possit esse moderatus matrimonij vsus. Quintò, quia inter fratres & sorores est quidam naturalis pudor, & quædam naturalis reuerentia, cui valde aduersatur actus coniugalis turpitudinem alterius detegens. Sextò, quia omnes gentes bene institutæ ab huiusmodi matrimoniis abstinent: & quæ illa permittebant, tamquam inculte & barbarę notãtur à vitis probis, vt in 2. ratione probaui. Septimò, quia numquam Ecclesia in hoc gradu dispensauit: cùm aliquando petitum fuerit à Põtifice. Nam teste *Paulo Aemilio in Ludou. 11.* Comes Arminiacus Pontificia dispensatione mentita sororem duxit: ò quòd veram numquam impetrare potuisset. Octauò prob. secunda pars, nimirum, dempto primo gradu consanguinitatis lineæ transuersæ, in vlterioribus gradibus non esse iure naturæ irritum matrim. Quia *d c. Gaudemus*, decernitur in aliis gradibus vltra primum infideles matrimonio coniũctos non esse separandos, dum ad fidem conuertuntur. At separandi essent, si id matrim. esset contra ius naturæ: cùm illi infideles subdantur. Nonò, quia *Trident. sess. 24. de matr. c.5. in fin.* decidit, vt cum magnis principibus ob publicam causam dispensetur in secundo gradu consanguinitatis: ac passim videmus Pontificias in illo dispensationes in linea æquali, & inæquali, vt inter patruũ, vel auunculum cum nepte: & inter amitam, & materteram cum nepote. Decimò, quia in sanctissima familia Thare patris Abrahæ, Nachor duxit Melcham filiam Aram fratris sui, *Genes. 11* & Abraham duxit Saram filiam sui fratris Aram, (vt n. 14. dicemus.) Tandem, quia consanguinei in vlterioribus gradibus non simul habitant, nec tanta est familiaritas ac reuerentia inter illos: ac subinde matrimonium inter illos contractum non adeo fini matrimonij aduersatur, vt iure naturæ irritum sit. Sed quia iure ipso naturæ aliquam continet indecentiam, & aliqualem incestibus vitam aperit, irritatur ab Ecclesia vsque ad quartum gradum, (vt disp. sequenti dicemus.) Et ideo huius sententiæ sunt communiter Doctores; & quamuis non omnes explicent esse iure naturæ irritum matrimonium inter fratres & sorores: sed multi dicant esse eo iure interdictum, subtilitentes sit quoque irritum, nec ne: at verè rationes, quibus id probant, ostendunt clare eos sentire esse irritum. Doctores ergo qui dicunt esse iure naturæ irritum, sunt *Sotus 4.d.40.qu.vn.art.4. colum. 3. conclus. 1. & d.41. qu. vn art.3. colum. penultima, vers. Facianus, Castro lib. 5. de iusta hæreticorum punitione, cap.7. colum.11. Ledesma 2.p.4.quæst. 56. art.4. colum 3. propositi. 1. Angles floribus 1.p.* vbi de matrimon. *qu.13. art.3. diffic. 2. Toledo l.7. summæ, cap.7. nu.2. Valentia 4.p. disput.10.q.5. punct.3.* vbi de impedimento cognationis, §. *Sed tamen contraria sententia, Petrus de Ledesma de matrim. qu. 54 a.3. diffic.3. concl.1. & diffic.4. concl.1. & Enriquez lib.12. de matrim. c.9.n.4. & c.1.n.2. Vualdus candelabro sacram. 1.p.* vbi de matrim. *nu.19. Ludouicus Lopez 2.p. instruct. de matrim. c. 49.* vbi de consanguinitate *f.1142. Humada l.2.gl.2 nu.24. 1.p.1.* Doctores autem asserentes prohiberi iure naturæ, nec explicantes an eodem iure sit irritum, sunt *glossa c. Pi-*

tacium,

tatium, verb. Sororis, 30.q.3. Abulensis c. 18. Leuit.q.5. & ca.11. Geneſis,q.22. Petr.de Soto lect.10. de matrim. propoſit. 2. Sanutus lib.1.demonſtr.tract.7.de matrim. c. vlt. Philippus Archinthus in edicto de fide,p.2.c.14. Couar.4 decret.2.p.c.6.§.10. nu.5. Bellarminus lib.1.de matrim.c.28.ſtatim in principio, & col.3.§. Quartum eſt, explicat id verum eſſe, ſiue ſint fratres ex vtroque,ſiue ex altero ſolo parente. Pereira tom. 2. in Geneſim, lib.16.diſput.14.nu 221. Catharinus lib. 6. in Caietanum, ad finem illius queſtionis, an poſſit Pontifex diſpenſare cum profeſſo. Emmanuel Sa ſumm. verb. Matrimonium, vbi de impedimentis diriment ib.n.4.verſ. Cum parentibus. Vaſquez 1.2.q.74.a. 8.diſput.112.n.7. Llamas methodo curationis, 3.p.c.8.§.19. ſtatim in princip. Cañedo ſum. de matrim.c.6. vbi de conſanguinitate,n.43. & dicit hoc eſſe probabile Victoria ſumm. vbi de matrim.nu.295.& tandem hanc ſuſtinent omnes Doctores relati nu.5. aſſerentes gradus prohibitos Leuit. 18. eſſe de iure naturæ, nam inter illos numeratur, quidam gradus primus conſanguinitatis in linea trāſuerſa. At diſcrepant in alia parte huius ſententiæ, quatenus ait cæteros gradus in ea linea non interdici iure naturæ. Nam ſecundus gradus in linea inæqualt tranſuerſa (vt explicui nu.1.) continebatur in illis gradibus Leuitici, ac ſubinde dicunt iure naturæ illum vetari.

12 Hinc deducitur primò, infideles matrimonio coniunctos in primo gradu conſanguinitatis lineæ tranſuerſæ, vt ſunt fratres, ſeparandos eſſe, dum ad fidem cōuertuntur. Quia id matrimonium iure naturæ eſt irritum. Et ita tenentur dicere DD. num. præced. allegati. Et docent Sotus 4 d.40.q.vn.a.4. in ſolut. ad 1. argum. Caiet. & d.41.q.vn.a.3. col. penult. verſ. Faciamus. Caſtro & Toledo, num. præced. allegati. Cum tamen ſit valde probabilis ſent. nu. 10. allegata, dicens hoc matrimon ſola lege Eccleſiaſtica irritari, cui illi tempore infidelitatis non ſubiacebant: habet ſubinde eandem probabilitatem ſeparandos non eſſe, niſi ſpeciali lege aut conſuetudine eorum tale matrimonium irritetur. Et ita tenentur dicere Authores illius ſententiæ eo nu.10. relati. Et expreſſe docent Veracruz 1.p. ſpeculi, a. 22. concl. 1. & a.25.pag. antepenult. §. Ex omnibus iſtis, Vega 2. tom. ſum. c.14. caſu 127. ad fin. Et ſanum conſilium exiſtimo vbi ægrè ferent ſeparationem, amplectendam eſſe hanc partem, & ſic in priſtino matrim. relinquendos: vt ſic ſuauius ac facilius ad fidem inuitentur. In reliquis verò gradibus lineæ tranſuerſæ coniuncti, nullatenus ſeparandi ſunt, vt decidit ur c. Gaudemus, de diuort. Quippe omnes illi ſola lege Eccleſiaſtica irritant matrimonium, (vt nu. præcedenti probaui) à qua infideles ſunt exempti.

13 Secundo deducitur, ex dictis in hac diſp. præced. ex gradibus conſanguinitatis prohibitis Leuit. 18. ſolos eſſe de lege naturæ irritanti matrim. & obligare nunc ſeclusa lege Eccleſiaſtica, primum in linea recta, nempe, inter parentes & filios: & primum in linea tranſuerſa, nimirum, inter fratres & ſorores. De gradibus autem affinitatis ibi interdictis, dicemus in impedimento affinitatis, nullum eſſe de iure naturæ.

14 Ad argumenta nu.10 propoſita reſp. Ad 1. dic, Saram non fuiſſe veram Abrahæ ſororem, ſed vocaſſe illam Abrahamum filiam patris ſui Thare; quia erat neptis eiuſdem Thare, ex eius filio Aram fratre Abrahæ, vt aſſerunt D. Auguſt. lib.16. ciuit. Dei, c.12 & 19. & quæſtion. in Geneſim, qu.26. & refertur c. Quærtur.22.q.2. Ioſephus lib.1. Antiquit.ca. 14. & 15. D. Thom. 2.2.q.110.a.3. ad 3. Gloſſa ordinaria & Lyra in ea verba Geneſ.20. Verè ſoror mea eſt, & ibi Abulenſis: & c.11. q.12. & Leuitici 18.q.5. Sotus ſibi cōtrarius 4.d.40 qu.vn.a.4. col 8. verſ. At vero. Et latè probant Pereira tom. 2. in Geneſim, lib.16. diſp.14.à n.214. Bellar. li.1. de matrim.c. 28. in ſolut. ad 2. Ad 2. dic non poſſe firmum argumentum duci ex opinione vnius puellæ exiſtimantis vel id matrimonium licitum eſſe, vel minus malum quàm vt ſtuprari. Ad 3. dicas eas gentes tanquam barbaras notari, vt n. 11. probaui. Ad 4. dic tunc temporis non fuiſſe opus diſpenſatione diuina: cùm enim non eſſent alij, quàm fratres, qui generationi vacare poſſent, præponderabat præceptum conſeruationis naturæ: vt etiam inter parentes & filios, probaui diſp. præc. num. 10. Ad vltimum dic, id argum. probare non ita ſtrictè prohiberi iure naturæ matrim. inter fratres & ſorores, ac inter parentes & liberos. Quod veriſſimum eſt: at inter vtrumque gradum verè interdicitur iure naturæ.

DISPVTATIO. LIII.

Ad quotum conſanguinitatis gradum extendatur prohibitio matrimonij attento iure Eccleſiaſtico?

SVMMARIVM.

Explicatur quoto conſanguinitatis gradu olim Eccleſia interdixerit matrimonium, & nunc interdicat, n. 1.

Proponuntur errores hæreticorum, & impugnationes huius prohibitionis n. 2.

Oſtenditur eius conuenientia, n. 3.

Si contrahentes diſtent à communi ſtipite inæqualiter, dummodo alter eorum diſtet vltra quartū gradum, poſſunt inire matrimonium, n. 4.

Quid ſi alter eorum diſtet à ſtipite in primo gradu, alter verò vltra quartum? Et explicatur cap. fin. de conſang. n. 5.

Satisfit obiectionibus hæreticorum, n. 6.

EGIMVS de prohibitione matrimonii iure naturali inducta in aliquibus conſanguinitatis gradibus: iam de prohibitione iuris Eccleſiaſtici eſt ſermo habēdus. Et olim quidem Eccleſia coniugium interdixerat vſque ad ſeptimum conſanguinitatis gradum. vt conſtat ex c. Ad ſedem.35.q.5. quod eſt deſumptum ex Epiſt. Alexan.II. ad omnes Epiſc. & ex c. Nullum,35.q.3 quod eſt Iulij Pontif. & c. De conſang. quod eſt Nicolai II. & c. Nulli, quod eſt ex Concilio Lugdun. & c.1. quod eſt D. Greg. in Conc. Meldenſi, 35.q.3. & ex D. Greg. lib.12. epiſt. ep.31. ad Felicem, & ex Conc. Tolet. 2. c. 5 Poſtmodum autem ſub Innoc. III. in Conc. Lateranēſi reſtricti ſunt gradus conſanguinitatis vſque ad quartum, & habetur cap. Non debet, de conſang. Quæ reſtrictio intelligenda eſt nō ſolum in linea collateralium, ſeu tranſuerſa, ſed etiam in recta aſcendentium & deſcendētium linea: ita vt quicumque cōſanguinei vltra quartum gradū poſſint matrimonio iungi, (vt probaui diſp. 51. nu. 22.) At intra quartum gradum lineæ rectæ vel tranſuerſæ eſt matrimonium ipſo iure nullum. vt conſtat ex d. c. Non debet. 1

Hæretici autem noſtræ tempeſtatis variè inſtrgunt aduerſus hanc Eccleſiaſticam prohibitionem: Wiclef enim eam vocat humanam inuentionem, affirmans poſſe conſiſtere matrim. inter quoſuis conſanguineos, dempto primo gradu lineæ rectæ. Lutherus autem & Bucerus ſolos gradus Leuit. 18. vetito admittūt, atque alios ab Eccleſia additos omnino deſpiciūt. Alij, vt Philippus Melāchthon & Kemnitius, admittunt gradus ab Eccleſia prohibitos, ac poſſe alios ab ea prohiberi, dummodo culpa vacet, in illis gradibus interdictis matrim. inire. Quos & alios hæreticos refert, & latè impugnat Bellarmin. lib.1. de matrim. c.25. & ſeq. Inſurgūt ergo hæretici aduerſus hanc prohibitionē. Primò, quòd Chriſtus (cuius vices gerit Rom. pontifex) venerit ad verbum Dei annunciandum, nō autem ad condendas leges politicas, quales ſunt matrimonia interdicētes. Secundò, quia cū Deus melius norit inter quas perſonas expediat coniugium iniri: ac ſolùm ſecundum gradum in linea conſanguinitatis diſpari, & primū interdixerit Leuit. 18. inepte Eccleſia diuinum inſtitutum corrigens, alios addidit gradus vſque ad quartū. Tertiò, quod noua ſit ea prohibitio, ac olim incognita in Eccleſia. Nā Concil. Epaonenſe c.30. Turonenſe 2. can. 12. Papiense 1. c. 4. ſolum ſecundū gradum prohibebant. Atque ita D. Gregor. reſponſo 6. ad Auguſt. Angelicum Epiſc. & refertur c. Quadam lex, 35.q.3. docet matrimonia inter conſanguineos vltra ſecundum gradum permiſſa eſſe. Tandem, quia ridicula & puerili ratione inductum eſt Conc. Lateran. relatum c. Non debet, de conſan. ad reſtringendos gradus vſque ad quartum, nimirum quia corpus humanum ex quatuor humoribus compoſitum eſt. 2

Hihilominus conuenientiſſima eſt prohibitio cōſanguinitatis in gradibus ab Eccleſia interdictis. Primò, propter reuerentiā quā cognati ſibimet ipſis exhibere debēt, ob 3

ob originem ab eodem stipite tractam, & sanguinis communionem. Cui reuerentiæ valde detrahit actus coniugalis, habetque turpitudinem quandam ipsi contrariam. Quamobrem ipsimet coniuges pudore quodam suffunduntur, & verecundia quadam inter seipsos concepta, actu illo vtuntur. Quæ ratio affertur à *D. Thom. 2. 2. q. 154. a. 9. corp.* & desumpta est ex *D. August. l. 15 de ciuit. Dei, cap. 16.* Secundò, quia decet matrimonia iniri eo pacto, vt deseruiant bono publico politico. Cùm enim homo sit suapte natura animal politicum, ex *Aristot. 1. polit. c. 2.* debet eo matrimonio copulari, quod ad publicum ciuitatis bonum conducat. Hoc autem petit consanguineos & affines non iungi matrim. Quòd hi fœdere consanguinitatis & affinitatis satis deuincti sint, & eo inito impedirtur amicitiæ vincula protendi, quam esse maximum ciuitatis bonum, asserit *Aristot. 2. polit. c. 2. ad fin.* Et hanc rationem affert *idem D. August. eo. c. 16. & D. Ambros. epist. 66. ad Paternum.* Tertiò, quia, cum consanguinei & affines, aut in eadem domo commorentur, aut passim se inuisant, domosque inuicem frequentent; si non interdiceretur matrim. inter illos, magnus incestibus aditus pateret: à quibus valde arcet non posse matrimonium inter eos consistere. Tandem ob moderatum coniugij vsum: si enim naturalis amor ex consanguinitate aut affinitate otius coniugali adderetur, inflammata libidine efferenatè coniuges copulæ vacarent. Iure autem optimo prohibitionem hanc restrinxit denuo Ecclesia ad quartum gradum. Quòd vsq; ad illum duret consanguinitatis amicitia, & vlteriùs tepescente iam charitate, vix sit qui se alterius consanguineum agnoscat.

4 Hinc infertur, duos consanguineos inæqualiter distantes à stipite, si alter distet vltra quartum gradum, alter verò intra illum, posse matrimonio copulari. Habetur expresse *c. final. de consang.* Et ratio est, quia (vt probauit disput. 50. n. 6.) tunc attenditur gradus consanguinitatis penes distantiam remotionis à stipite, ita vt quoto gradu remotior distat à stipite, eodem consanguinei illi distent inter se. cùm ergo remotior à stipite distet vltra quartum gradum, ambo erunt consanguinei inter se vltra quartum gradum: ac proinde nulla erit prohibitio matrimonij inter illos, iuxta *c. Debet. de consanguin. & affin.*

Hanc tamen decisionem *c. fin. de consanguin.* temperant quidam, nisi alter eorum distet à stipite in primo gradu, tunc enim non valebit matrim. inter ipsum & alium distantem ab eodem stipite in quinto aut alio vlteriori gradu. Verbi gratia, abnepos, vulgò *el quarto nieto*, distat à quarto auo quinto cõsanguinitatis gradu, nõ poterit autem matri. inire cum filia illius quarti aui, quæ ab eo auo distat in primo gradu. Quia perinde est ac cõtrahere cum ipso stipite. Cum filia stipitis sit cum ipso vna caro: vnde infinitum est hæc prohibitio, sicut cum ipsis ascendentibus, & descendentibus. Sic docet *Faber. Inst. de nuptiis, in §. Inter eas. in n. vn.* & eandem sent. tenet *Host. sum. t. de consang. §. Vsque ad quotum gradum, n. 11. vers. Sed numquid in quinto: & c. Quod dilectio, n. 1. & c. Tua, n. 2. de consang. Ioann. de Friburgo in sum. confess. lib. 4. tit. 6. q. 7. & Henricus, c. Non debet, nu. 5. de consang.* licet dicat contrarium esse in rigore verius, at dicit hoc esse tutius, & ample extendum, atque occurrenti casu consulendum fore Pontifici. Cæterum iure optimo ab hac limitatione illius textus indistinctè loquentis recedunt communiter DD. afferentes posse inter illos consistere matr. vtpote qui vltra quartũ consanguinitatis gradum sunt inter se coniuncti. Atque ita reprobata cõtraria sent. docent *Ioan. Andr. c. fin. n. 2. de consang. & super arbore consanguin. in fin. Anton. eo. c. fin. n. 4. & c. Tua, eod. t. in fine. Anchar. ibi n. 2. & d. c. fin. in fine. Cardin. d. t. Tua nu. 3. Præpos. d. c. fin. in fine. Astensis 2. p. sum l. 8. t. 17. a. vn. q. 4. Rosella verb. Impediment. imped. 5. fin. & ibi Supplem. sum. Pisana, imped. 5. n. vlt. Angel. verb. Matrim. 3. imped. 6. n. fi. Syluest. Matrim. 8. q. 6. dict. vlt. Brunel. de sponsal. concl. 25. fin. Couarr. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 6. fin. Gutta c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4 q. 132. nu. 358. Enriquez l. 12. de matrim. c. 9. n. 2 fin. Toledo l. 7 sum. c. 5. nu. 4. Petr de Ledesma de matrim. q. 54. a. 2. col. pen. §. Et aduertendum. Soacensis de spons. 2. p. super Institut. de nuptiis, §. Ergo non omnes, n. 11.* Et est communissima sententia.

Ad argum. nu. 2. proposita resp. Ad 1. dic, leges de matrim. esse etiam spirituales: cùm matrim. sit Sacramentũ: atque Christus leges aliquas de illo tulit, auferens polygamiam ac repudium. Ad 2. dic Ecclesiam minimè cottigere diuinum statutum. Sed Deus commisit Ecclesiæ facultatem prolarandi ac restringendi gradus, vt viderit pro temporum diuersitate expedire. Et Hebræis quidem expediit, ne plures consanguinitatis gradus Deus prohiberet. Quod duri essent illi, ac valde proni ad repudiũ, à quo arcerentur ducentes consanguineas. Quæ rationes cessant modò, & ideo expediens fuit plures ab Ecclesia gradus interdici. Ad 3. dic eam prohibitionem esse valde antiquã. Nam (vt n. 1. retuli) prohibitionẽ vsque ad septimum gradum statuerunt, Alex. II. qui sedit anno 1060. & D. Greg. qui 400. annis ill ũ antecessit & *l. 12. Epist. epist. 31. ad Felic.* scribit se cum solis Anglis dispensasse vt vltra secundum gradum matr. inirent, ob recentem eorum conuersionẽ ad fidẽ, & Iulius II. qui plus 200. annis præcessit D. Greg. Ad vltimum dic, eam non esse præcipuam rationem illius restrictionis graduum, sed quandam conuenientiam esse, nec ineptam, aut ridiculam, sed planè physicam (vt bene docet *D. Thom. 4. d. 40. q. vn. a. 4.*) Quia cum homo ex quatuor elemẽtis cõstet, colligitur probabiliter vltra quartũ gradum deficere vim eiusdẽ sanguinis à primo stipite tracti. In permixtione enim sanguinis à patre accepti cum alio extraneo, quæ fit in generatione, vis ignea, quæ subtilissima est, 1. confunditur & perit, 2. vis aërea, 3. vis aquea, 4. terrestris: quare vltra quartam generationem tota illa vis sanguinis omnino extincta videtur. 6

DE IMPEDIMENTO cognationis spiritualis.

DISPVTATIO LIV.

Quid sit cognatio spiritualis: ex quibus sacramentis, & inter quas personas consurgat: & quo iure matrimonium dirimat?

SVMMARIVM.

Explicatur definitio cognationis spiritualis, n. 1.
Hæc cognatio est solo iure Ecclesiastico inducta, & habet fundamentum in iure diuino, n. 2.
Impedit & dirimit matrimonium subsequens iure solo Ecclesiastico, n. 3.
An impediat vsum, quando superuenit matrimonio interemisso, n. 4.
An dirimat sponsalia præcedentia, n. 5.
Ex aliis sacramentis, præter baptismum & confirmationem, non oritur cognatio n. 6.
Quid ex Catechismo? Remissiuè, n. 7.
Non extinguitur morte personæ, qua mediante contracta est, n. 8.
Inter quas personas iure antiquo contrahebatur, n. 9.
Quid ex iure nouo Tridentino n. 10.
An hodie transfundatur hæc cognatio in coniugem baptizantis vel patrini, n. 11.
An contrahatur inter masculum & feminam simul effectos patrinos, ita vt nequeant matrimonium inter se inire n. 12.
Vir & vxor simul alteri pueri patrini non priuantur debiti exactione, n. 13.
An Tridentinum auferens vel restringens cognationem, loquatur etiam de ante illud decretum contracta, n. 14.
An, si plures patrini designati, ante Tridentinum tangendo puerum cognationem contraxerant sit illa nunc sublata n. 15.
An contrahatur cognatio spiritualis cum parentibus naturalibus, illegitimis, tamen ipsius baptizati vel confirmati: & ità adoptiuis, n. 16.
An possint duo ad minus esse patrini alij alterum, & sic duplici ex parte cognatione spirituali deuinciantur n. 17.

CVM actum sit de cognatione carnali, iam de spirituali differendum est. In quo tractatu hunc ordinẽ seruabo. Prius in hac disputatione agã, ex quibus sacramentis, & inter quas personas oriatur. Deinde in sequenti, 1

an

an ex sacramento pœnitentiæ. Mox de qualitate actus requisiti ex parte patrinorum, & eorum intentione, & an debeat esse actus personalis ad contrahendam hãc cognationem. Mox de qualitatibus in patrinis requisitis, vt contrahant. Tandem de qualitate ipsius Baptismi, an debeat esse solemnis, & validus. Cognatio ergo spiritualis sic communiter à Doctoribus definitur. Est propinquitas quædam personarum ex statuto Ecclesiæ consurgens propter collationem Baptismi, vel Confirmationis, vel susceptionem recipientis hæc sacramenta. Quæ ex corollarijs sequentibus manifesta relinquetur.

2 Hinc deducitur primò cognationem hanc spiritualem ex Baptismo & Confirmatione ortam, non esse ex iure diuino naturali, aut ex diuino positiuo, sed ex solo Ecclesiastico. Quod affirmat *D. Thom.* ab omnibus receptus 4. *d.* 42. *q.* 1. *a.* 1. *corp.* Et non esse ex iure naturali constat. Quod hæc sacramenta nullum in iure naturali fundamentum habeant, sed ex sola Christi institutione inceperint. Quare cognatio ex ipsis consurgens nequit esse de iure naturæ. Nec etiam est de iure diuino positiuo. Quia nullus in sacra pagina locus inuenitur, vbi de illa mẽtio fiat. Restat ergo, vt ex solo iure Ecclesiastico ortum habeat. Statuta autem est, *c. De eo, & c. Si quis filiastrum*, & multis alijs in locis, 30. *q.* 1. *c. Veniens*, & in multis alijs textibus, *de cognat spir. & c.* 1 *cod. t. in* 6. Ratio autem, cur Ecclesia instituerit ex his duobus sacramentis oriri cognationem spiritualem, per eorum administrationem, vel in eis susceptionem, optimè redditur à *D. Thoma* 4. *d.* 41. *q.* 1. *a.* 1. *corp. iunct. art.* 2. *ad* 1. Quia sicut per carnalem generationẽ homo accipit esse naturale: ita per hæc sacramenta recipit esse spirituale, per modum cuiusdam spiritualis regenerationis ac natiuitatis. Sicut enim in puero est duplex natiuitas naturalis, prior in vtero, quando in illo adhuc debilis formatur. Posterior, quãdo iam roboratus ad sustinenda aliqua vitæ aduersa, ex vtero in lucẽ editur. Sic est in homine duplex natiuitas spiritualis, altera in Baptismo, per quã regeneratur tener, & quasi intra Ecclesiæ vterum foue dus: altera verò in Confirmatione, per quam fortis effectus in lucem prodit, vt periculis exponatur. Et in his Sacramentis ministrãs est quasi pater generans, & susceptor siue patrinus est quasi mater, quæ nomine Ecclesiæ in suo gremio baptizatum & confirmatum suscipit. Sicut ergo per generationem carnalem contrahitur cognatio naturalis, ita per generationem hanc spiritualem in his Sacramẽtis factam instituit Ecclesia cognationem quãdam spiritualem contrahi. Item vt mentibus hominum altius hęc natiuitas imprimeretur. Cum viderent cognationem ex ea oriri, instar cognationis naturalis ex naturali natiuitate promanantis. Quamuis autẽ hæc cognatio sit ex solo iure Ecclesiastico inducta, negandum non est ei fundamentum aliquod in iure diuino positiuo. Nam 1. *Pet.* 1. appellatur regeneratio per Christum facta per hæc sacramẽta.

3 Secundò infertur, iure optimo Ecclesiam instituisse, vt cognatio spiritualis ex duplici hoc Sacramento orta impediat ac dirimat subsequens matrimonium. Quod expresse decisum est *cap.* 1. *de cognat. spirit. in* 6. *& c. Veniens*, & multis alijs textibus, *de cognat. spirit.* & supponitur in *Trident. sess.* 24. *de matrim. c.* 2. Rationes autẽ huius statuti sunt fere eædem, quas disp. præced. n. 3. attulimus ad probandum expedisse in quibusdam cõsanguinitatis gradibus interdici ac irritari matrim. Quia recipiens alterius esse spirituale, debet illi quandam reuerentiam. Atque ideo baptizantibus tanta olim exhibebatur reuerentia: vt ob eam causam zelus esset ac contentio inter Christianos, à quo quispiam baptizatus esset. Vt testatur *D. Paul.* 1. *Corinth.* 3. Secundò, quia inde contrahitur quoddam amicitiæ ac familiaritatis vinculum. Quare oportuit inter hos cognatos interdicere matrim. vt cum extraneis inito dilataretur in plures amicitia. Tertiò, quia sicut ex generatione carnali, per quam quis esse naturale accipit, cõsanguinitas orta dirimit matrimonium: ita expediẽs fuit, vt spiritualis cognatio profecta ex spirituali generatione in eius reuerentiam impediret ac dirimeret coniugium inter eas personas eo vinculo coniunctas. Quare male *Conradus Lagus in method. iuris, t. de nuptiis*, dixit prohibitionem matrimonij in cognatione spirituali sine causa factam esse: eamque valere auctoritate Ecclesiæ, quãtum possit. Hæc autem cognatio solo iure Ecclesiastico obstat matrim. ineundo. Cum enim ex solo illo iure instituta sit (vt n. præc. probaui,) fieri nequit, vt iure naturali aut diuino positiuo is effectus sibi competat. Et ita testatur *D. Thom.* 4. *d.* 42. *q.* 1. *a.* 1. *corp.* Et est ab vniuersis receptum: teste *Couarr.* 4. *de cret.* 2. *p. c.* 6. §. 4 *n.* 1.

Quando autem cognatio spiritualis superuenit matri- 4
monio, vt quia alter coniux fuit patrinus alterius in Confirmatione, aut leuauit de sacro fonte filium alterius, aut communem, certum est matrim. præcedens dissolui non posse. Anverò, qui in culpa fuit, priuetur facultate exigendi debitũ? dicam l. 10. disp. 26. & seq.

At si sola sponsalia de futuro contracta sint, dissoluen- 5
tur per cognationem spiritualem superuenientem inter illos, sicut & per affinitatem. Quia cum non sint vinculum indissolubile, soluentur superuenienti obstaculo dirimenti subsequens matrimonium. Atque ita docẽt *Host. c. Veniens in fine, de cognat. spirit. Et ibi Ioan. Andr. in fine, Anton. in fine, Anchar. n.* 2. *Cardin. in fine. Alex. de Neuo c.* 2. *n.* 5. *cod. titu. Rosella verb. Impedimentum, impedi.* 6. *n.* 16.

Tertiò infertur, ex alijs sacramentis præter Baptismum 6
& Confirmationem, minime oriri cognationem spiritualem, quæ matrim. aut dirimat, aut impediat. Sic decidit expresse *c. fin. in fine, de cognat. spirit. in* 6. Cuius ratio est iuxta *D. Tho.* 4. *d.* 42. *q.* 1. *a.* 2. *ad* 8. quia licet reliqua sacramenta conferant esse spirituale gratiæ, at non id efficiunt per modum spiritualis regenerationis, sed per modum alimentationis, vt Eucharistia; aut sanationis seu reconciliationis, vt pœnitentia.

Vtrùm verò ex Catechismo contrahatur aliqua cog- 7
natio spiritualis: atque ea restricta aut sublata per Tridentinum? diximus hoc 7. lib. tota disp. 10.

Quartò infertur, hoc impedimentum cognationis spi- 8
ritualis esse perpetuum, ac proinde non extingui morte personæ, qua mediante contracta est. Vt in affinitate & reliquis impedimentis contingit. Iura enim absolutè hoc impedimentum statuunt, nec inuenitur textus id limitans, dum ea persona superstes est. Deinde, quia speciale est in cognatione legali transuersæ lineæ, vt sit impedimentum temporale: quod iura id statuentia ita explicent. Atque ita docent *Supplementum Gabrielis* 4. *d.* 42. *quæst.* 1. *a.* 2. *concl.* 5. *Gallego de cognat. spirit c.* 15. *n.* 6.

Quod si quæras inter quas personas cognatio hæc spi- 9
ritualis contrahatur? Diuersimode respondẽdum est attento iure antiquo, & attẽto nouo Tridentini. Quia iure antiquo triplex erat cognationis spiritualis species, nimirum, paternitas, compaternitas, & fraternitas. Paternitas inter baptizantẽ & baptizatum, & inter confirmãtem & confirmatum: & similiter inter patrinum baptizati vel confirmati, & baptizatum, vel confirmatum. Compaternitas inter parentes baptizati vel confirmati, & baptizantem vel confirmantem, & patrinos Baptismi vel Confirmationis. Atque ita parentes baptizati vel confirmati, erant compatres baptizantis, vel confirmantis, & patrinorum. Et duplex hæc cognatio transfundebatur à viro in vxorẽ *c. Martinus, de cognat. spirit.* ita vt eo ipso quod vir baptizaret aut confirmaret, (potest enim coniugatus fieri Episcopus, seruatis quibusdam conditionibus: vt late dixi disp. 41.) vel esset patrinus, vxor cõtrahebat eandem cognationis spiritualis speciem cum eisdẽ personis: eo quod sit vna caro cũ viro. Et magna erat cõtrouersia, an etiam transfunderetur in mulierem fornicarie cognitam. Tandem fraternitas erat inter filios carnales baptizantis vel confirmantis, vel patrinorum, & ipsum confirmatum, vel baptizatum. Itaque baptizatus, vel confirmatus erat confrater filiorum baptizantis, vel confirmantis, & filiorum ipsius patrini, & matrinæ. Hæc habentur *c. De eo*, 30. *q.* 1.

q.1.c.Veniens,& c.Martinus,de cognat.spirit.& c.1.eod.t.in 6.

10 Verum cognatio hæc spiritualis partim ablata est, & partim restricta, per *Tridentin.sess.24. de matrim.c.2.* Ablata enim omnino est fraternitas: & sic baptizatus, vel confirmatus nullam spiritualem cognationem contrahit cum filijs baptizantis, vel confirmantis, vel patrinorum. Restricta autem est paternitas, ne transfundatur ad vxorem, nec similiter compaternitas: (vt num.seq. declarabimus.) Et similiter restricta est compaternitas, vt non contrahatur inter baptizantem, vel confirmantem, & patrinos. Quare hodie duplex sola est huius cognationis spiritalis species, nempe, paternitas, & compaternitas. Paternitas contrahitur inter baptizantem cum baptizato, & inter patrinos cum ipsomet baptizato. Et similiter inter confirmantem cum confirmato, & inter patrinos confirmationis cum ipsomet confirmato. Compaternitas autem contrahitur inter baptizantem cum patre & matre baptizati, & inter hos parentes carnales baptizati cum patrinis baptismi, & similiter inter hos parentes confirmati cum confirmante, & cum patrinis confirmationis. Quod constat ex verbis expressis dicti decreti Tridentini. Et notant vniuersi Doctores.

11 Et quamuis post dictum Tridentini decretum dubitatum ab aliquibus fuerit, an cognatio spiritualis à viro contracta, eo quod aliquem baptizarit, aut tenuerit in baptismo vel confirmatione, transfundatur ad vxorem, & è contra, eo quod sint vna caro. Vt iure antiquo dispositum erat, *cap.Martinus, de cognat.spirit.* At Pius V. in quodam proprio motu incipienti, Cùm illius vicem, edito anno 1566. declarauit non transfundi. Quod Tridentinum expresse in eo decreto decidat, cognationem non cõtrahi ab aliis personis, præter ibi numeratas, inter quas non continetur vxor patrini vel baptizantis. Et ita notant *Nauar.sum.Latin.c.22.n.39. Suarez 3.p.q.67.a.8.col.5.§. Secundo explicat. Matienzo lib.5 recop.tit.1.rubr.g'o.1.num.168. Petr.de Ledesma de matrim.q.56.a.3.f.490.§. Conclusio sit. Veracruz appendice ad Specul.* vbi de cognat.spirit.f.75. *Palacios 4.d.42.disp.vnic.col.26.vers.Iursus vxores, f.927. Quandam ibi, q.vn.propos.4. Toledo l.7.sum.c.4.n.5. Enriquez l.12.de matrim. c.11.n.2. Lud.Lopez 2.p.instruct.* vbi de matrim.c.51.col.6. *Manuel 1.to.sum.2.edit.c.226.n.1.fine, Barth.à Ledesma de matrim. dub.46.post 2.concl.notabilis 3.*

12 Hinc infertur, nec cognationem hanc contrahi inter ipsosmet patrinos. Quare si vir & femina sint simul patrini, possunt inter se matrimonio iungi. Quia omnes fatentur iure antiquo id impedimentum non oriri inter eos. Nec Trident.voluit cognationem hanc protendere, sed coarctare. Quare dum *Trident.sess.24.de matrim.c.2.* sic ait: *Ad summum vnus & vna baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos ac baptizatum ipsum cognatio contrahatur*: non est sensus illius particulæ, *Inter quos*, vt inter illos patrinos inter se hæc cognatio oriatur, sed inter illos & alias personas ibi numeratas, nimirum, baptizatum & ipsius parentes. Et ita docent *Nauarr.& Suarez n. præced. allegati. Gallego de cognat.spirit.c.9.nu.8. Palacios 4.d.42.disp.vn.col.34. vers. Vir autem & vxor, fol.931. Lud.Lopez 2.p. instructorii, c.51. de matrim.col.2.& vbi de baptismo, c.62. §. Secundo recolendum est. Manuel 1.to.sum.2.edit.c.226.n.1. notabilis Vega 1.tom.sum. c.33. casu 40.*

13 Quare si vir & vxor simul alienum puerum de sacro fonte leuent, nullatenùs priuantur iure exigendi debiti. Quippe nullam contrahunt inter se cognationem. Sic *Palacios, Suarez, Manuel, Vega, n.præced.relati.*

14 Explicuit etiam Pius V. in quodam motu proprio, decretum Tridentini allegatum non solùm accipiendum esse de cognatione spirituali in posterum contrahenda, sed etiam de contracta ante illud decretum, vt similiter restricta censeatur. Quare qui ante prædictum decretum cognationem spiritualem inter se contraxerant in casibus sublatis per illud, poterunt modo absque dispensatione aliqua matrimonio iungi. Verbi gratia; filii baptizantis vel patrinorum contraxerunt confraternitatẽ cum baptizata femina ante decretum Tridentini, (vt n.9. diximus) tunc non poterant matrimonio iungi, at possunt illimet nuncinire coniugium. Quia Tridentin. auferens cognationem spiritualem confraternitatis, non solum abstulit in posterum contrahendam, sed etiam antèa cõtractam. Et ita obseruant *Gallego de cognat.spirit.c.7.nu. 27. Veracruz appendice ad Speculũ*, vbi de cognat.spirit. *in fine, fol.76. Enriquez l.12.de matrim.c.11.n.5. Petr. de Ledesma de matrim.q.56. a.3.col.3.§. Circa istud decretum. Manuel 1.tom.sum. 2. edit. cap. 226.n.1 notab.3. Barth.à Ledesma dub. 46. de matrim. col.9.* licet sub aliquali dubio: quia motum proprium non vidit.

An verò si plures tetigerant baptizatum ante prædictum Tridentini decretum, ac proinde cognationem spiritualem contraxerant, maneant ab illa liberi post id decretum? dicam disp.57.n.finali. 15

Dum autem dicitur in prædicto Tridentini decreto patentes baptizati vel confirmati contrahere cognationem spiritualem cum baptizante vel cõfirmante, & cum patrinis, intelligendum est de patre & matre carnalibus, siue legitimus, siue illegitimus. Quia ante Tridentinum eam contrahebant. Vt docent *glos.cap.1.verb. Et matrem, de cognat.spirit.in 6. & ibi Francus nu.4.* At Trident. cognationem hanc cum parentibus contractam nullatenus restrinxit. Vt constat ex contextu. Et ita sentiunt *Nauar. & alij*, quos disp.62.num.11. referam, qui post Tridentinum scripsere, & tamen docent eum, qui filium sitæ concubinæ baptizat, non posse eam ducere, ratione cognationis spiritualis inter eos ex illo baptismo confurgentis. Quare parentes legales, nimirum, adoptiui ipsius baptizati vel confirmati, nullam prorsus cognationem contrahunt cum ea sacramenta conferẽtibus, aut cum patrinis. Quia nec antiquitus eam contrahebant: & textus loquens de parentibus est intelligendus de naturalibus, vtpote qui soli veri parentes sunt. Ita *Gallego de cognat. spirit.c.7.nu.12.* 16

Tandem possunt duo ad inuicem esse patrini, alter alterius filij, & rursus hic filii eius, qui suum filium de fonte leuauit. Cùm nullus sit textus id interdicens. Sic *Abbas c.Super eo, n.2. de cognat.spirit.& ibi Alexand. de Neuo nu.2. Præpos.n.1.notab.1. Angelus Matrimonium, 5 imped.7.n.18. Emman. Sa sum.verb. Matrimonium*, vbi de impedim.dirim. *nu.5.vers. Potest quare.* Quare tunc duplex inter parentes compaternitas oritur, ratione vtriusque filij. Vt tradunt *Abbas, Alexander de Neuo, Præpos. ibidem.* 17

DISPVTATIO LV.

Vtrùm per sacramentum pœnitentiæ contrahatur aliquod cognationis vinculum, ratione cuius sit specialis luxuriæ circumstantia necessariò fatenda, accedere ad confessionis filiam?

SVMMARIVM.

Quando confessio vt medium sumitur, quia femina solicitatur in confessione, est sacrilegium fatendum, n.1

Quid quando longo tempore transacto? Referuntur duplex sent. n.2.& 3+

Prosequitur sententia Auctoris, n.4.

Satisfit argumentis, n.5.

1 IN disputatione hac, absque controuersia est, immane esse sacrilegium, ac mutans luxuriæ speciem, quando confessionis sacramentum acciperetur, vt medium ad hoc peccatum perpetrandum. Vt si sacerdos in ipsa confessione solicitaret pœnitentem. Est enim grauis iniuria irrogata sacramento, ac proinde habet specialem sacrilegij malitiam. Quare iure optimo de hoc crimine cognoscunt hodie Fidei Inquisitores.

2 At difficultas est, quando non accipitur confessio vt medium, sed multo transacto tempore sacerdos rem habet cum femina, cuius aliquando confessionẽ excepit: an hæc circumstantia sit necessariò fatẽda. Qua in re duplex est sent. Prima negat. Quoniã ex pœnitentiæ sacramento nulla cognatio cõtrahitur. Vt cõstat ex *c.fin. in fin. de cognat. spirit.*

spirit.in 6. vbi postquam decisum est, cognationem hanc oriri ex baptismo & confirmatione, sic dicitur: *Ex datione verò aliorum sacramentorum cognatio spiritualis nequaquam oritur, quæ matrimonium impediat vel dissoluat.* Ergo non est cur accedere ad filiam confessionis sit circumstantia necessariò fatenda. Et confirm. quia non reperitur in toto iure canonico decisum, cognationem aliquam aut vinculum aliquod speciale ex confessione oriri, vnde consurgat specialis hæc luxuriæ circumstantia. Secundò, quia seclusa cognatione spirituali, quæ iure Ecclesiast. oritur ex baptismo vel confirmatione, non esset specialis circumstantia formicari baptizantem, vel confirmantem, vel susceptorem, cum à se baptizata, confirmata, vel susceptа in his sacramentis. Cùm ergo talis cognatio nō nascatur ex confessione, similiter non erit specialis circumstantia. Tertiò, quia hoc peccatum non est incestus, vt constat: non enim est accessus ad cognatā: nec sacrilegium. Quia iniuria non infertur sacramento. Cum illud non sumatur vt medium ad hoc peccatum: atque sacramentum iam transierit. Nec potest dici esse circumstantiam notabiliter aggrauantem, quamuis speciem nō mutet. Quia sublata dicta cognatione, non est cur notabiliter aggrauet. Quartò, quia si sacerdos incitet ad alia peccata simul perpetranda illum, cuius confessionem aliquando audiuit, vt ad simul vindicandam iniuriam, furandum, nemo dicet consurgere circumstantiam necessario fatendam, ex eo quod eius confessionem audierit. Tandem, quia *Bernardus Diaz in pract.can.in noua edit.c.82.n.3.* ait hoc peccatum esse multo leuius incestu cum cognata spirituali. Nō ergo continet circumstantiam necessariò fatēdam. Et ita tenet *Emm.Sa sum.verb.Confessio,n.6.* Et *Petr.de Ledesma de matrim.q.56.a.2.dub.vlt.col.antepen.& sum.de sacram.* vbi de sacram. Pœnitentiæ *c.19 fol.* 631. §. *Digo lo segundo*, asserit vtramque sententiam esse valde probabilem, & à viris doctissimis sustineri, ac ipse neutram definit.

3 Secunda sententia sustinet eam circumstantiam esse necessariò in cōfessione detegēdam. Ducitur ex *c. Omnis, 30.q.1.* quod est ex Symmacho Papa, vbi hæc ait: *Omnes quos in pœnitentia accepimus, ita filij nostri sunt, vt in baptismate susceptі.* Ex quibus verbis colligit idem Pontifex ibi, sacerdotem non debere formicari cum muliere sibi confitenti: & sic concludit: *Quapropter hoc sciendum est, si quis perpetrauerit, non solum dignitatis honorem amittat, verum etiam vsque ad extremum vitæ suæ tempus pœnitentiæ se subdat.* Et *Celestinus Pontif.* relatus *c. Si quis sacerdos, 30.q.1.* sic ait: *Si quis sacerdos cum filia spirituali formicatus fuerit, sciat se graue adulterium commisisse.* Et *c.fin.30.q.1.* idem Pontifex sic inquit: *Non debet Episcopus aut presbyter commiscere cum mulieribus, quæ ei sua fuerint peccata confessæ. Si fortè (quod absit) hoc contigerit, sic pœniteat quomodo de filia spirituali, Episcopus quindecim annos, presbyter duodecim, & diaconatus.* Quare per *d.c.Omnes* asserunt, *Domin.c.fin.n.7. in fin.de cognat.spirit.in 6.* Et ibi *Franciscus in fine, Palud 4.d.42.q.1.a.1 conclus.2.n.7.* & ibi *Supplem. Gabr.q.1.a.2.conclus.1.* oriri ex sacramento pœnitentiæ cognationem spiritualem, non tamen ad effectum impediendi matrim. Quare cautè *eo c.fin* non dicitur simpliciter non oriri cognationem, sed cum addito, nimirum, ad effectum impediendi matrimonij. Atque *D.Thom.4.d.42.q.1.a.2.ad 8.* & *Turrecr.30. q.1.in sum.a.2.n.4.* dicunt contrahi quoddam fœdus simile cognationi spirituali: & inductam esse prohibitionem peccādi cum filia spirituali confessionis, vt tollatur peccandi occasio, quæ consurgeret ex nimia familiaritate, quæ est inter confessarium & pœnitentem, in manifestādis peccatis, & aperiendo corde. Si ergo est specialis prohibitio iure humano in textibus allegatis inducta, ob specialem sacramenti reuerentiam, in quo contrahitur quædam familiaritas, & cor aperitur confessori, ipsique est debita quædam reuerētia, & subiectio: peccatum fornicationis, admissum contra hanc specialem prohibitionem in sacramenti reuerentiam statutam, habebit iure Ecclesiast. specificam sacrilegii malitiam necessariò fatēdam. Sicut quòd Ecclesia specialiter interdixerit vinctum de loco sacro extrahi, aut ibi peccata carnis committi: habent specialem hæc sacrilegij circumstantiam necessariò fatendam. Insuper erit quodammodo incestus ratione illius cognationis contractæ. Et confirm. quia ob hanc rationem *D.Th.Palud. Turrecr. Supplementum Gabrielis ibid. Viguer.lib.institut.c.16.§.7.vers.9. impedimentō 8. fin. Gallego de cognat.spirituali, c.10.n.13.* dicunt esse tm graue nefas accedere ad filiam confessionis, sicut ad filiam baptismi. Et hic accessus habet secundù nomines circumstantiam specificam fatendam. Et addit *Gallego* esse incestum cum sacrilegio. Et *Alexand.de Neuo, c. fin in fine, de cognat. spirit.* ait maius peccatum esse hunc accessum adulterio. Et *Sotus 4.d.42.q.1 a.2.col.3. vers. Quod si canonem*, quamuis dicat peccatum hoc non esse incestum, ait tamen esse graue sacrilegium. Præterea, quia *Nauar.lib.5.cons.t. de hæreticis, in 1.edit.cons.1.n.6.in 2.cons.2.num.6.* vocat scelus hoc incestum: & concordat cum *Simancas in suis institut.t. 40.n.15.* dicens hunc sacerdotem deponendum esse, ac grauiter plectendum, non tamen per Inquisitores, sed per Ordinarium. Tandem, quia esto negetur eam circumstantiam mutare speciem, at negari nequit notabiliter aggrauare. Cum sit contra reuerentiam sacramento debitam: tollitur enim reuerentia, quam filij spirituales debent adhibere confessori, & est contra fecunditatem, quæ debet esse in illo arcano iudicio, ac inde arcentur homines à confessione. Quare omnes doctores allegati sint expresse huius sententiæ. Et in propriis terminis docent esse circumstantiam necessariò fatendam, *Tabiena verb. Circumstantia, fine: & ibi Armilla n.12. Vivaldus Candelabro sacrament. 1.p.* vbi de confessione, *n.50. Lud.Lopez 1.p instructorij, c 35. col.4.§. Secundo respondendo*, *Barthol. à Ledesma de sacramento pœnitentiæ*, vbi de confessione, *dub.10.col.penult* addens esse speciale peccatum, quod ad incestum vel sacrilegium reducitur: & quamuis ea circumstantia non mutaret speciem, esse illam necessariò fatendam. Et *Manuel 1. 10.sum. 2.edit.c.209.n.1.* & *Vega 1 tom.sum.cap.55. casu 19* aiunt circumstantiam hanc notabiliter aggrauare, ac proinde necessariò detegendam esse in confessione: iuxta sententiam docentem circumstantias notabiliter aggrauantes esse necessariò fatendas. Et *Enriquez lib. 12. de matrim c 11. n.1.* ait circumstantiam hanc multum grauare. Et denique multi viri doctissimi neoterici huius sunt sententiæ.

Fateor mihi omnino placere hanc posteriorem sentē- 4
tiam. Et ita censeo, circumstantiam hanc esse necessariò fatendam, non solum tamquam notabiliter aggrauantem, sed quia mutat speciem, & est speciale sacrilegium ratione specialis prohibitionis Ecclesiæ, & quodammodo incestus ratione vinculi similis cognationi ex eo sacramento contracti. Vt n. præced. probaui, & sentiunt ferè omnes ibi citati: vt eos referens annotaui.

Ad argum.n.2.proposita respondetur. Ad 1.& confir- 5
mationem constat ex dictis n.3. vbi textus attuli, ex quibus probatur, aliquam cognationem spiritualem contrahi, non tamen obstantem matrimonio. Et esto ea non contraheretur, sufficeret (vt ibi probaui) specialiter hoc prohiberi in reuerentiam sacramenti. Ad 2. constat similiter ex dictis. Nam etiam ex pœnitentia oritur quædam cognatio. Et esto non oriretur, est discrimen, quod cum filia baptismi vel confirmationis non sit specialiter prohibita copula, nisi in quantum ex eis sacramentis iure statutum est cognationem oriri: at in nostro casu est specialiter interdicta ob sacramenti reuerentiam. Ad 3. constat ex dictis. Ad 4. dicendum esse latam differentiam: quia alia peccata non opponuntur reuerentiæ debitæ sacramento ac confessori, nec speciali prohibitione interdicuntur. Ad vltimum dic, esto ea doctrina admittatur, non inde probari circumstantiam hanc non esse confitendam: sed non esse tantæ malitiæ, ac coitum cum cognata spirituali.

DISPVTATIO LVI.

Quis actus in patrinis desideretur, vt cognationem hanc spiritualem in Baptismo & Confirmatione contrahant?

SVMMARIVM.

Non sufficit ad hanc cognationem respectus patrinorum, nisi confirmatum aut baptizatum teneant, dum hæc sacramenta suscipiuntur, aut hunc de sacro fonte leuent, n. 1.

Nec satis est puerum ante baptismum in sacro fonte tenere, n. 2.

Desideratur tenere in ipso baptismo, aut immediatè de manibus baptizantis suscipere, n. 3.

An satis sit quicunque tactus, dum baptizatur puer, vel de sacro fonte leuatur, n. 4.

An sufficiat assistere tunc tanquam susceptorem absque tactu, n. 5.

An necesse sit puerum immediate tangere, n. 6.

An desideretur responsio patrinorum ad cognationem hanc contrahendam? Referuntur triplex sententia, n. 7, & 9.

Proponitur sententia Auctoris, n. 10.

Soluuntur argumenta, n. 11.

1 CONSTAT igitur inter DD. quos num. 7. & triplici sequenti referam, desiderari vt patrini cognationem han: spiritualem contrahant, vt baptizatum aut confirmatum teneant, dum hęc sacramenta conferuntur, nempe dum aqua infunditur puero in baptismo, vel in confirmatione, dum ab Episcopo chrismate vngitur, in quibus horum sacramentorum substantia constitit: aut statim ac puer in sacro fonte baptizatur, ipsum de sacro fonte leuent. Nam teste *D Antonin. 3. p. 21. c. 15. §. 3.* in aliquibus locis baptismus celebratur per aquæ infusionem, sustentantibus patrinis puerum, in alijs autem tenet puerum baptizans, & statim tradit patrinis. Conuenunt igitur DD. non satis esse ad hanc cognationem, vt patrini respondeant in catechismo pro baptizando: sed desideran tentionem dum baptizatur, vel statim de sacro fonte susceptionem. Quia textus hanc cognationem statuentes vtuntur his verbis, Suscipit, accipit, tenet, leuat, tangit. Vt constat *ex primis 5 capitibus, & c. Omnes*, 30. *q. 1. & c. 1. 2. 3. & c. Post susceptum*, 30. *q. 3. & ex c. Si quis vnus*, 30. *q. 4.* Et ex *c. 2.* ibi: *De sacro fonte susceperit.* Et *c. Martinus*, ibi: *Filium de sacro fonte suscepit.* Et ex *c. Veniens, de cognat spirit.* Et ex *c. 1.* ibi: *Qui eum de sacro suscepit.* Et ex *cap. final.* ibi: *Ad suscipiendum de baptismo, de cogn. spirit. in 6.* Et ex *Trident. sess. 24. de matrim. c. 2.* ibi: *Baptizatum de baptismo suscipiant.* Et paulo inferius, *Quod si alij, vltra designatos, baptizatum tetigerint.*

2 Hinc deducitur, non satis esse catechumenum tenere super fontem ante baptismum. Quia hæc cognatio non contrahitur nisi ex ipso baptismi sacramento, quod nondum est. Ita docent *Sotus 4. d. 4. q. vn. a. 5. col. penult. Barth. à Ledesma de baptismo, dub. 11 ad fin.*

3 Nec quicunque leuantes de sacro fonte cognationem hanc contrahunt, sed qui primùm suscipiunt puerum de baptizantis manibus, vbi primùm baptizatus est. Quare accipientes de manibus susceptoris non contrahunt. Quia hi non dicuntur leuare de sacro fonte, sed ex manibus leuantis suscipere. Atque ita docent *D. Anton. 3. p. t. 1. c. 15. §. 3. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30 q. 1. §. 4. q. 146. num. 386. & 387. Sotus 4. d. 42. q. 1 a. 2. col. 5. Vigerius lib. instit. c. 16. §. 7 vers. 9. imped. 8. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 46. col. 2. Lud Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 51. col. 4. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 11. n. 3. Vega 1. to. sum. c. 33 casu 41. fine, Petr. de Ledesma de matrim. q. 56. a. 3. col. antepenult.* vbi refert decretum congregationis Cardinalium, qui censuerunt existente consuetudine in Episcopatu Abulensi, vt commater nō tangat infantem, donec compater leuarit de sacro fonte, & commatri tradat, commatrem non fieri cognatam spiritualem infantis: eo quod non leuarit ipsum immediatè.

4 Nec similiter satis est quicunque tactus momentaneus digito vel manu: sed exigitur patrinos sic infantem tangere, vt verè teneant, vel leuent ex sacro fonte. Hoc enim solum est verè esse susceptorem. Ita *Sotus, Gaeta, Lop. Lopez n. præced. allegati.*

5 Displicet verò quod aliqui sentiunt, nimirum, dum adultus baptizatur, vel confirmatur, non opus esse contactu, sed sufficere assistentiam patrini quasi in suam curam suscipientis. Ducuntur, quod tentio illa cæremonia sit, atque adultus per se stare possit. Ita docent *Sotus & Lud. Lopez n. 3. allegati, Emm. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus, *nu. 5. vers. Sufficit.* Sed displicet. Quod contactus sit cæremonia necessaria ad cōtrahendam hanc cognationem: vt clare significat textus n. 1. allegati. Et docēt omnes DD quos n. 6. & tribus seq. referam. Et *Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 226. nu. 1.* refert Cardinales declarasse esse necessarium contactum. Et *Cardin. c. Veniens, n. 2. de cognat. spirit. & ibi Prepos. n. 2. q. 2.* docent non satis esse assistere patrinos, ac leuationi de sacro fonte cōuenire, nisi ipsimet leuent. Et *Veracruz 1. p. speculi, art. 56. concl. 7. & Enriquez lib. 12. de matrim. c. 11. num. 5.* dicunt non contrahi cognationem à patrinis designatis & assistentibus, nisi puerum tangant. Præterea, quia nil refert, baptizatus aut confirmatus, infans sit, qui in propris pedibus subsistere nequit, an adultus, qui per se stare valeat. Nam cæremonia susceptionis ac sustentationis patrini, inducta non est ab Ecclesia ad supplendam corporis imbecillitatem, sed ad significandam infantiam & imbecillitatem spiritualem, quasi in fide enim imbecillis, confirmandus indiget aliquo se sustentante. Vt docet *D. Thom. 3. p. q. 72. a. 30. corp.* vnde *in solut. ad 1.* dicit nil referre, si confirmandus sit corpore adultus, quia nondum est spiritualiter adultus. Si ergo hæc cæremonia non seruetur à patrinis, tenendo baptizatum vel confirmatum, vel illum de sacro fonte suscipiendo, non obibunt patrinorum munus modo ab Ecclesia instituto: ac proinde nec veri susceptores erunt, nec spiritualem cognationem ex eo munere consurgentem contrahent.

Non tamen desideratur, vt patrini immediatè puerum tangant: sed satis est, quamuis vestibus cōtractus sit. Quia illud est verè tangere ac tenere. Ita docent *Supplementum Gabr. 4. d. 42. q. 1. a. 1. col. 2. vers. Dicitur ex dictione. Angelus vero. Matrim. 3. imped. 7. n. 13. Sylvester Matrim. 8. q. 7. dict. 13. Rosella verb. Impedimentum imped. 6. n. 23. Et ibi Tabiena imped. 5. n. vlt. Armilla verb. Matrimonium, nu. 12. Vgnier. lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 9. imped. 8. Veracruz 1. p. speculi, ar. 56. in corollario, quod infert ex 7 conclus.* Immo eadem ratione idem dicendum est, si puerum patrini teneant in quodam linteo. Ita *Archid. c. fin. 30. q. 4. n. 5. & ibi Bellamera nu. 2. Idem Archid. c. finali, in fin. de cognat. spirit. in 6. & ibi Ioan. And. n. vn. Anchar. n. 1. Domin. n. 5. Francus n. 2. Turrec. c. Quod autem, n. 2. 30. q. 4. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 15. §. 3. Cardin. c. Veniens, num. 2. de cognat. spirit. & ibi Alexan. de Neuo nu. 7. Præpositus n. 4. q. 4. Rosella & Sylvest proxime allegati, Sotus 4. d. 42. q. 1. a. 2. col. 5. & ibi Guil. Borrillong. q. vn. a. 3. instio, Barth. à Ledesma de matrim. dub. 46. col. 4. §. Annotare oportet. Emman. Sa sum. verb. Matrimonium,* vbi de impedim. dirimentib. *n. 5. vers. Sufficit.* Et eadem ratione sufficeret puerum in disco tenere. Quod bene docent *Sotus, Barthol. à Ledesma Emm. Sa ibid. Vtald. candelabr. sacram. 1. p.* vbi de matrim. *n. 159. Vega 1. to. sum. c. 33. casu 44. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 51. col. 4.* 6

Difficultas autem eo pertinet, an sola illa susceptio baptizati in ipso baptismo, aut leuatio de sacro fonte sufficiat ad cōtrahendum hanc cognat. spiritualem: an potius simul necessaria sit patrinorum pro puero respōsio, dum catechizatus fit? Qua in re quatuor sunt sent. Prima docet ita necessariam esse eam responsionem verbis expressim, vt nō sufficiat signis. Ducitur ex *c. Prima igitur, de consecr. d. 4.* quod est ex D. Aug. iuncta *gloss. verb. Cautione*, & ex *c. Vos ante omnia, de consecr. d. 4.* quod est ex D. Augu. Ex quibus constat, patrinos fideiubere pro paruulis. Vt autē sint fideiussores, verba sunt necessaria, *l. 1 ff de verb. oblig. l. Blandutus, C. de fideiuss.* Secundò, quia patrini tenentur respondere, ac fidem profiteri pro paruulo, *d. c. Vos ante omnia, & c. Paruuli, d. 1. de consecr. d. 4.* quod est ex D. Isidoro. Ergo ea responsione ore expressa deficienti, non erunt veri patrini, nec subinde contrahent hanc cognationem. Et hanc sententiam forte esse veram docent *Host. sum. t. de matri. §.* 7

Qualiter

Qualiter contrahatur, n.11. vers. Sed contra, Archid. d.c. Paruuli, n.vn. & ibi Bellamera statim in princ. Et tenent *Francus c.1. in princ.n.2 de cognat.spirit.in 6. Brunellus de sponsalibus, concl.20. n.19. Lancelotus Galiaul.l.1.in princ.ff. de verb. oblig.* Vnde inferunt *Hostiens. Archid. Francus, Brunellus* mutum incapacem esse huius cognationis spiritualis, quæ ex Baptismo oritur, ac obeundi muneris patrini in illo.

8 Secunda sententia fatetur, eam responsionem esse necessariam: at dicit non exigi verbis expressam, sed satis esse signis responderi. Ita docent *Dominicus c.1.in princ.nu.12. de cognat.spirit.in 6. Alex.de Neuo c.Contracto, in fine, & ibi Præpos. in fine, de cognat spirit. Gaeta repet. c.Ad limina, 30.q.1.§.4.qu. 147.n.388.& 389.*

9 Tertia sententia distinguit, dicens, si baptizatus sit adultus, ac pro se respondeat, non esse patrinorum responsionem necessariam: secus vbi est infans. Ita *Henric.c.Veniens, n.5. de cognat.spirit. Alciat.l.1. in fine principij, ff. de verbor. obligat. Montaluus l.4.fine, tit.7.p.4.*

10 Quarta ac verissima sententia docet, per solam susceptionem contrahi, & nullatenus ad id responsionem patrinorum desiderati. Prob. ex *c.1. de cognat spirit.in 6.* vbi ter sola susceptio ponderatur, ac dicitur contrahi cognationem spiritualem. Atque omnia iura n.1. relata, mētionem facientia de hac cognatione spirituali, solius susceptionis meminere. Secundò, quia responsio patrinorum pro baptizato, ad catechismum spectat, in quo hæc cognatio minimè contrahiturat in Baptisma, vbi contrahitur, nulla est interrogatio nec responsio. Tandem, quia *c.2. de cognat.spirit.in 6. & in Trident.sess.24. de matrim.c.2.* parificantur cognationes ortæ ex Baptismo & Confirmatione. At in hac contrahenda nulla patrinorum verba sunt de essentia. Ergo nec in illa. Et ideo hanc sent. sustinent ex Iurisperitis *Archid.c.1.n.4.vers. Et eadem, de cognat.spirit.in 6. Et ibi Ioan. Andr.n.2. Anchar.nu.3. idem Anchar cap. Martinus, nu.4. de cognat.spirit. Dominicus cons.130.n.vn. Albericus in suo dictionario, litera I. verb. Impedimentum, 6. vers. An filii duorum compatrum, Ailensis 2.p.summæ, l.S.t.18.a.vn fine, Ioan. de Friburgo in sum. confessorum, l.4.t.7.q.22. Monaldus summa.* vbi de matrimonio, *tract.tu de cognat.spirit.tit. de fraternitate. Rosella verb. Impedimentum, impedimento 6.n.21. Et ibi Supplement. summæ. Prsana, impedim.6.n.12. Tabiena ibi, impedimento 5.n.vlt. Angelus verb. Matrimonium, 3. impedimento 7.n.12. Syluester verb. Matrimonium, 8.qu.7. dicto 13. Armilla verb. Matrimonium, nu.12. Nauar. sum. Hispana, c.22.n.38. Couarr. 4. decret. 2.p.c.6. § 4.nu.7. Ant. Cucus l.5. instit. maior. t.14. nu.12. Matienzo lib.5. recop. t.1. tubr. gloss 1.n.168. Gallego de cognat. spirit. c.12. nu.2. & 5.* Et ex Theologis, *Palud. 4.d.42.q.1.a.1.concl.1.n.6. & 10. Et ibi Nicolaus de Orbellis q.1.§.3. D. Ant. 3.p.t.1.c.15. §.3. Sotus 4.d.4.qu. vn.a.5.col penult. & d.42.qu.1.a.2.col.5. Ledesma 2.p.4.q.58.a.2. ad fin. Veracruz 1.p. Speculi, a 56. concl.8. Enriquez lib.12. de matrim.c.11.n.3. Barth. à Ledesma de Baptismo, dub.11. ad fin. & de matrim. dubio 64 col.3. notabili 3. Lud. Lopez 2.p. instructerij, de matrim.c.51.col.4. Petr. de Ledesma summa sacram.* vbi de Baptismo, *c.vlt. concl.4. Vega 1.to. sum.c.33.casu 42. Vinald. candel. sacram.1.p.* vbi de matrim. *n.162.*

11 Ad arg. nu.7. proposita resp. in illis textibus sermonem esse de patrino catechismi, in quo fiunt interrogationes, & nomine infantis respondet patrinns. At in Baptismo, in quo spiritualis cognatio dirimens matrimonium contrahitur, nulla est interrogatio nec responsio.

DISPVTATIO LVII.

An, cùm plures duobus baptizatum vel confirmatum tangunt, vel illum de sacro fonte leuant, vniuersi illi cognationem hanc spiritualem contrahant?

SVMMARIVM.

An attento iure antiquo culpa esset & qualis, plures vno adhiberi patrinos in Baptismo vel Confirmatione, n.1.
An integrum erat Episcopo in hoc dispensare, n.2.
An eodem iure attento omnes tangentes contraherent cognationem, n.3.
Attento Tridentino possunt soli duo diuersi sexus, non tamen eiusdem sexus adhiberi patrini in Baptisma, n.4.
An possint vir & vxor simul esse patrini, n.5.
An sit mortale plures duobus patrinos, aut duos eiusdem sexus esse, n.6.
An possit post Tridentinum Episcopus in hoc dispensare, n.7.
An post Tridentinum omnes tangentes baptizatum cognationem contrahant, n.8.
An idem omnino circa numerum patrinorum, & cognationē contrahendam, censeatur dispositum in Tridentino circa Confirmationem, n.9.
Quæ difficultates subriantur circa hanc cognationē post Trident. n.10.
An quando nulli patrini designantur, omnes suscipientes contrahant cognationem? Refertur quædam sententia, n.11.
Proponitur sententia Auctoris, n.12.
An vbi plures duobus designantur, vel duo eiusdem sexus, & admittuntur à parocho, contrahant cognationem? Refertur quædam sententia, n.13.
Proponitur sententia Auctoris, n.14.
Quid, si non omnes illi admittantur à parocho sed duo diuersi sexus, ac omnes tangunt, n.15.
Quid, quando parentes designarunt patrinos, ac parochus non præmisit diligentiam inquirendi qui fuit designati; & susceperit soli designati vel alij plures, n.16.
Quid, quando parentes duos designarunt, parochus autem plures admisit, & omnes susceperit, vel sola à parocho admissa vltra parentum voluntatem, n.17.
Quid quando neutrum ex designatis, aut vnus solum admisit parochus, & ambo susceperit, n.18.
Quid, quando parentes nominē designarūt, at parochus designauit, n.19.
Quid, quando patrini legitimè designati non tetigere, at quidam alius non designatus tetigit, n.20.
Quid, si ante Tridentinum plures patrinis designatis tetigerant, ac proinde contraxerant cognationem: an ex cognato cessarit post Tridentinum, ac proinde illi matrimonium iungi, n.21.

IN hac disp. præmittam, quæ iure antiquo statuta sunt, & inde gradum faciam ad nouo Tridentini iure præscripta. Præmittendum igitur est, iure antiquo præscriptum esse, ne plures patrini in Baptismo vel Confirmatione adhibeantur: sed vnus solus, siue vir, siue femina, vt cōstat ex *Nō plures*; quod est Leonis Pontif. *de cōsecr. d.4. & c.fin. de cognat spirit.in 6.* Quare vbi id præceptum non erat consuetudine abolitum, nonnulla culpa erat illud transgredi, duos aut plures adhibendo patrinos. Quippe violabatur præceptum iustum, eaque ratione inductum, ne cognatio spiritualis matrim. dirimens inter tot personas oriretur. Deinde, quia, cum munus susceptoris sit baptizatum instruere. *c. Vos autem omnia, de consecrat. d.4.* oportuit vnum solum susceptorem adhiberi, ne multis instructoribus existentibus, altero in alterum reiiciente hoc onus instruendi, penitus negligeretur. Vulgare enim Prouerbiū dicitur, vbi est multitudo, ibi esse confusionem. Præterea, quia cognatio spiritualis naturalem imitatur, in qua est vnus pater. Atque ideo culpam esse, vbi consuetudo non excusabat, asserunt *Additio ad gloss. c. fin. verb. Contrahitur, de cogn. spirit. in 6. & ibi Ioan. Andr. ad fin. Domin. ad fin. Anchar. nu.1. Francus n.2. Archid. statim in princ. & c.fin. 30. qu.4. statim in princ. & ibi Bellamera statim in princ. Sotus 4.d.42.q.1.ar.2.col.5. Rosella verb. Impedimentum imped.6.n.4. Sylvest. verb. Matrimonium, 8.q.7. dicto 11.* Hanc autem culpam solum venialem esse eo quod non tanti momenti sit prohibitio hæc, non immerito testantur *Additio ad gloss. Ioan. Andr. Dominic. Anchar. Rosella, Sotus proxime allegati.* Immo id multis in locis consuetudine non seruari affirmant ferè omnes Doctores allegati. 1

Vtrum autem posset Episc. dispensare, vt plures adhiberentur patrini, non constabat inter Auctores. Quidam enim asserebant. Eo quod non reperiatur specialiter prohibita dispensatio. Sic *Francus & Sylvest. n.praced. relati. Angel. verb. Matrimoniū, 3. imped. 7. nu.19. Tabiena verb. Impedimentum, imped. 5.n.3.qu.2. concl.6. D. Anton. 3.p.t.1.c.15.§.3. Ledesma 2.p.4.qu.58.a.2. col. penult. vers. Ad quod dico, Gaeta repet. cap. Ad limina, 30.q.1.§.4.q.140.n.378. Præpositus relato Zocho, c. Veniens, in fine, de cogn. spirit.* vbi id ratione consuetudinis tuetur. Alij verò negant. Quod iure id interdictum sit, nec reperiatur concessa Episcopis dispensatio. Ita *Alex. de Neuo c. Contracto, n.16. de cognat spirit.* Vltra harum opinionum placeat, dicam n.7. 2

Secundò præmittendum est, attēto iure antiquo, quot- 3

quot baptizatum vel confirmatum tangebant, dum hæc sacramenta ministrabãtur, quamuis præcepti huius transgressores essent, contraxisse cognationem spiritualem hanc impedientem ac dirimentem subsequens matrim. Vt expresse deciditur *c. finali, de cognat. spirit. in 6.*

4 Nouissimè autem Tridentini decreto *sess. 24. de matrim. c. 2.* verumque correctum est. Nam primò ibi permittitur, vt possint ad summum esse duo patrini, vir scilicet & mulier, ibi: *S. Synodus statuit, vt vnus tantum siue vir sive mulier, iuxta sacrorum canonum statuta, vel ad summum vnus & vna baptizatum de Baptismo suscipiant.* Vbi obseruandum est, minimè permissum esse, vt duo viri duæve feminæ munus patrini obeant: sed si duo adhibeantur, diuersi sexus esse debent Et ita animaduertunt *Ant. Cucus.* dicens ita declarasse Cardinales *l. 5. instit. maior. t. 2. n. 90. & t. 14 n. 25. Toledo li. 2. sum. c. 23. n. 4. Suarez 3. p. q. 67. a. 8. col. 2. §. Sed quæres, Gallego de cognat. spirit. c. 7. n. 9.* Et ratio est congruentissima: vt generatio spiritualis carnalem imitetur, in qua nec duo patres, nec duæ matres reperiantur, sed vnus pater & vna mater.

5 Sed quæres, an patrini hi possunt esse simul maritus & vxor alienæ sobolis? Eos enim peccare venialiter affirmat *Suarez 3. p. q. 67. a. 8. col. 5. § Secundo explicat.* Quia licet Vbanus *11. c. fin. 30. q. 4.* dicat nullibi repeiri id prohibitum, at ipse decernit, vt id efficere minimè præsumant, propter maiorẽ decẽtiam. Cum tamẽ materia sit leuis, eius transgressio est venialis. Quod si vsu contrarium receptũ esset, facilè à culpa veniali posse excusari asserit. Et id esse interdictum docet etiam *Gallego de cogn. spirit. c. 9. n. 7.* Verũ nullam esse culpam existimo. Tum, quia cõsuetudine id obseruari videmus, tum etiã, quia attento iure antiquo posse vtrumque coniugẽ simul eo munere fungi, licẽt non ita decens sit, affirmant *D. Tho. 4. d. 42. qu. 1. a. 3. quæstiunc. 2. ad 4.* Et tamen vidit textum Vbani citatum, illum enim affert *Magist. in lit. Maioris ead. 42. qu. vn. ad fin. Astens. 2. p. sum. l. 8 t. 18. a. vn. q 5. Angelus verb. Matrimonium, 3. imped. 7. nu. 9. Sylvest. verb. Matrimonium, 8. q. 7. dub. 10. Rosella verb. Impedimentum, imped. 6 n. 8. & ibi Tabiena imped. 5. n. 3. q. 2. concl 7.* Et post Tridentinum id licere affirmant *Nauarr. sum. Latina nouiori c. 22. n. 39. Vivald. candel. sacram. 1. p.* vbi de matrim *n. 153.* Et vbi de Baptismo *n. 69. Emm. Sa sum. verb. Matrimonium,* vbi de impedim. dirimentib. *nu 5. vers Potest quis, Iud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de Baptismo *c. 62 §. Secundo recolendum est.*

6 Insuper potest dubitari, an transgressio huius præcepti adhibendo plures patrinos, sit mortalis? Nam *Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 226. n. 1. & Vega 1. to. sum. c. 33. casu 39.* affirmant parochum plures patrinos admittentem reum esse culpę lethalis. Atque idem subinde dicerent, si duos viros aut duas feminas admitteret. Cùm idem præceptũ transgredetur. At id non credo. Quod eodẽ rigore prohibitum fuerit antiquo iure plures adhibere patrinos: immo Tridentinum nouam prohibitionem non addiderit, sed solum antiqua sacrorum canonum instituta seruari præceperit: permittens tamen duos diuersi sexus adhiberi patrinos. Vt constat ex illis verbis: *iuxta sacrorum canonum instituta.* At eam prohibitionem non esse tanti momenti, vt obliget ad culpam mortalem, diximus n. 1. Ergo nec modo sub lethali obligabit: eo vel maximè, quod præcipua huius prohibitionis ratio fuerit, ne cognatio spiritualis multiplicetur: & sit valde probabile omnes alios, vltra duos tangentes, eam non contrahere. Vt dicemus n. 14. ex aliquorum sententia. Atque ita post Tridentinum non esse mortale, docet *Iud. Lopez 2. p. instructorij,* vbi de matrimonio, *c. 51. col. 4.*

7 Existimo autem non posse Episcopum dispensare, vt plures duobus patrini adhibeantur, vel vt ij sint duo viri, aut duæ feminæ contra Tridentini præscriptum. Quia D. D. affirmãtes olim potuisse Episcopum, quos n. 2. retuli, si attento iure loquebantur, minus bene sentiebant. Quia verissima sentent. habet, in præcepto Pontificis aut Concilij generalis non posse Episcopum dispensare, nisi ea facultas sibi expresse concedatur: aut semel aut iterum, quando necessitas vrget, nec pateat ad Pontificem aditus (vt lib. sequ. dicemus.) At in hoc casu nulla potest vrgere vtilitas, nedum necessitas: & nullibi facultas dispensandi in eo inuenitur Episcopis concessa. Si autem consuetudine innitebantur: (vt n. 8. ex *Proposito* retuli,) bene sentiebant: at iam Tridentinum prohibitionem illam innouans, aboleuit veterem consuetudinem. Et ita videmus id decretum vsu seruari. Atque ita sentit *Gallego de cognat. spirit. c. 7. n. 9.*

Secundò, quoad contrahendam cognationem spiritualem, correctum est idem ius antiquum contentũ *c. fin. de cognat. spirit. in 6.* per *Trident. sess. 24. de matrim. c. 2.* ibi: *Parochus antequam ad Baptismum conferendum accedat, diligenter ab eis, ad quos spectabit, sciscitetur, quem vel quos elegerint, vt baptizatum de sacro fonte suscipiant: & eos vel eum tantum ad illum suscipiendum admittat. Quod si alij vltra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahant.* Quare attento hoc decreto illæ solæ personæ baptizatum suscipientes contrahent hanc cognationem, quæ sunt ad hoc munus specialiter designatæ per eos, ad quos eas eligere spectat, & per parochum ad idem munus fuerint admissæ Vt expresse habetur in eo decreto. 8

Sed dubitabis, an omnia statuta in eo decreto *Trident. cap. 2.* solum habeant locum in patrino Baptismi: ac proinde in patrino Confirmationis maneat ius antiquum in suo robore: ac ideo vnus solus possit in ea adhiberi patrinus: & quotquot confirmatum tetigerint, cõtrahant cognationem: prout iure antiquo decisum erat *c. fin. de cogn. spir. in 6.* Et ita esse, id videtur persuadere. Quod cùm hoc decretum correctorium iuris antiqui sit, debet restringi, nec ampliari potest vltra terminos, in quibus loquitur. At de solo Baptismi patrino loquitur. Et confirmatur, quia in *d. c. 2 fine,* habetur sermo de Confirmatione, & solùm sic dicitur: *Et quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illius, patrem & matrem, ac tenentem non egrediatur.* At quando textus idem prorsus quoad de Baptismo statuerat, vult in Confirmatione seruari, id explicat. Vt constat ex *c. finali de cognat. spirit. in 6.* ibi: *De confirmatione insuper quantum ad hoc, idem iudicium est habendum.* Et *c. 1. in fine, eodem tit. in 6.* dicitur idem. Profectò negari non potest, rem hanc non esse claram, sed difficultatem habere. At existimo idem omnino voluisse Tridẽtinum quoad omnia statuere in patrino Confirmationis, nempe, posse adhiberi duos patrinos diuersi sexus: ac nullum alium tangentem, præter patrinos designatos, hanc cognationem contrahere. Ducor, quòd clara mens Tridentini fuerit, eodem modo vtramque cognationem restringere: vt constat ex proœmio, vbi declarat velle se impedimentum cognationis restringere. Constat etiam ex fine, vbi cognationem ortam ex Confirmatione ad easdem prorsus personas restringit, ad quas restrinxerat cognationem ortam ex Baptismo. Vnde aperta eius mens eodem prorsus modo vtramque cognationem coarctare colligitur. Quod vtique minime fieret, si omnes confirmatum tangentes contraherent. Cum non omnes tangentes baptizatum, sed solum designati contrahant. Et ita huius sent. videtur apertè *Nauar. sum. Latina c. 22. n. 40. notabili 3.* vbi ait, eodem modo esse restrictam cognationem ortam ex Baptismo & ex Confirmatione. Et subdit *totum caput finale de cognat. spirit. in 6.* restringi per Tridentinum. Cùm ergo decisio *d. c. fin.* sit, vt omnes tangentes in Baptismo vel Confirmatione cognationem contrahant: in vtroque sacramento est id restrictum per Tridentinum ad solos patrinos designatos. Nam alias non esset verum, totum id *cap. fin.* restrictum esse. Eiusdem sent. est apertè *Suarez 3. p. q. 72. a. 10. ad fin.* vbi postquam dixit, vnum solum debere esse susceptorem in confirmatione, & si plures adhibeantur, omnes contrahere: subdidit hoc, & alia, quæ pertinent ad hanc cognationem, limitanda esse iuxta tradita in *Trident. d. c. 2. & q. 97. art. 3. fine,* vbi postquam retulerat omnia statuta circa Baptismi patrinos & cognationem *d. c. 2.* concludit eadem in Confirmatione dicenda esse,

esse. Et *Toledo t.1 sum.c.24.num.11.* dicit in Confirmatione posse adhiberi vnum vel duos patrinos, sicut in Baptismo. Atque ita sentit decretum Tridentini de vtroque sacramento æquè intelligi: alias vnum solum patrinum adesse liceret in Confirmatione: prout iure communi statutum erat, Vt diximus n.1.

10 Septem autem specialiter difficultates breuiter enodandæ insurgunt circa *id Trid. decr. sess.24. de matrim.c.2.* Prima, an si nulli patrini designentur, omnes tangentes contrahant hanc cognationem? Secunda, quid si plures duobus designetur, aut duo viri, duæve feminæ? Tertia, quid, quando parentes designarunt patrinos, aut parochus nō inquisiuit quinam designati essent: & accesserūt ad suscipiendum designati, & quidam alij? Quarta, quando parentes designarunt duos patrinos, at parochus plures admisit, & omnes tetigere, vel à parentibus designati non tetigere, sed soli à parocho admissi? Quinta, quid quando neutrum ex designatis vel vnū solum admisit parochus, & tamen ambo suscepere? Sexta, quid, quando parentes neminem designarūt, aut parochus duos aut plures designauit? Septima, quid quando patrini legitimè designati non tetigere, at quidam alius non designatus tetigit?

11 Circa primam difficultatē, quando nulli designantur, quidam censent omnes tangentes baptizatum contrahere hanc cognationem. Ducuntur, quod à iure antiquo recedendum minimè sit, nisi quoad excepta in nouo, *l. Præcipimus, C. de appellat.* Casus enim omissus remanet in iuris antiqui dispositione. *l. Commodissimè. ff. de liber. & posth.* At Tridentinum nil disponit in casu, in quo nulli patrini designati sunt, sed solum exprimit casum, in quo aliquibus designatis, alij, tangunt. Ergo vbi nulli designati fuere, standum est iuris antiqui dispositione. *c. fin. de cognat. spirit. in 6.* vbi decidebatur, omnes tangentes contrahere. Et ita sustinent *Nauar. sum. Lat. c.22. n.39. Enriquez. lib.12 de matrim. c.11. n.3. Emm. Sa sum. verb. Matrim.* vbi de impediment. dirimentib. *nu.5. vers. Cognatio spiritualis. Phil. arc. de officio sacerd. to.1. p.2. lib.2. c.11. Graffis 1.p. decisionum, l.2. c.85. num.4. Vivald. candelab. r. sacram 1.p.* vbi de Baptismo. *nu.70. Petrus de Ledesma*, dicens ita tenuisse viros doctissimos etiam ex iis qui Concil. Trident. interfuerūt. *de matrim. q.56. a.3. §. Est aliud dubium annexum. Lud. Lopez. 2.p instr.* vbi de matrim. *c.51. colum.3.* Et vbi de Baptismo *c.62. §. Ex prædictis sequitur.* Hanc etiam partem probant, quæ n.2. afferam.

12 Quamuis autem existimem prædictam sententiam esse valde probabilem: at probabilius credo neminem tunc contrahere hanc cognationem. Quod Tridentinum, ne cognationis huius impedimentum multiplicaretur, & vt certi esset in illud contrahentes, tanquam conditionem vt veri essent patrini, suscipientes baptizatum, petit eos designari ab iis, quibus incumbit. Ergo deficiente designationis conditione, non sunt veri patrini; ac subinde nec huius cognationis participes. Et confirmatur, quia alias non vitaretur cognationis multiplicatio, & susceptorum incertitudo: quia Tridentinum vitare voluit atque proinde illius decreti mens frustraretur. Secundò, quia *Trident. eo c.2. fine*, sic concludit: *Omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis.* Cum ergo personæ ibi contētæ huius cognationis participes nominentur patrini designati ad id munus obeundum: omnes personæ, quæ designatæ non sunt, minimè erunt capaces illius. Et confirm. quia mens Tridentini fuit, vt ex *proœmio eius c.2.* constat, omnino coarctare ius antiquum de hac cognatione contrahenda loquens, vt tantum extendatur ad personas in eo decreto contentas: & ita concludit omnino auferri inter alias, præter ibi numeratas. At patrini non absolute ibi numerantur, sed cum ea qualitate, vt designati sint. Nemine ergo designato, à nullo contrahetur ea cognatio. Tertiò, quia decretum irritans semper inducit nouam actus formam. Vt ex aliis probat *Felinus c. cum delicta, n.6. in 5. signo, de rescript.* Et *eod. nu.6. ampliat. 1. reg.* probat cum aliis, non solum si fiat aliquid contra formā substantialem, sed etiam si fiat præter, esse irritum. Cum ergo decretum Tridentini irritet cognationem inter patrinos non designatos, petet designationem, tanquam formam, qua non seruata corruet cognatio. Tandem, quia dispositio Tridentini, restringens hoc impedimentum ad paucíores personas, nō tamquam odiosa & restringenda, est concipienda. sed tamquam fauorabilis, & proinde extendenda. Quamuis enim corrigat ius commune, ac reducit matrim. ad suam pristinam naturam, iuxta quam validum erat inter omnes eas personas: & coarctat eius impedimentum dirimens. Edictum enim de matrim. non contrahendo est odiosum, *c. Licet ex quadam, de testibus, cap. Cum apud, de sponsalibus.* Insuper tendit ad vitanda scandala ac peccata ex prohibitionum multitudine pullulantia: vt ex *eius c.2. præfat* constat. Atque ideo Pius V. in quodam proprio motu declarauit, eam Tridentini restrictionem non de sola cognatione in posterū contrahenda accipiendam esse, sed etiam de contracta ante illud decretum. Contra regulam textus, *c.2. de constitut.* quæ habet constitutionem sola futura respicere. Nil mirū ergo si censeamus illud decretum extendendum esse, vt iuxta illud cognatio hæc non contrahatur, vbi patrini designati non sunt. Et ex his constat ad contrariæ sententiæ argum. Clarè enim Tridentinum non omisit hunc casum, sed petiit, tamquam conditionem & formam, patrinorum designationem. Et ideo huius sententiæ sunt *Gallego de cogn. spirit. cap.2. nu.9 & seq. Suarez 3.p. q.67. a.8. in fine.* (At immeritò appellat contrariam sententiam falsam, cum sit valde probabilis.) *Manuel 1.tom. sum.2. edit. c.226. n.1. notab.3. Vega 1.to. sum. c.33. casu 40 fine.*

Circa secundam difficultatem, quando plures duobus patrini designantur: aut duo viri, duæve feminæ contra præscriptum *Trid. sess.24. de matrim c.2.* Aliqui censent omnes illos, si à parocho admittantur, contrahere hanc cognationem. Quia Tridentinum prohibens plurium admissionem, aut duorum eiusdem sexus, non irritat factum aduersus id decretum. Sicut *c fin. de cogn. spirit. in 9. & c. Non plures. de consecrat. d.4.* similiter prohibebatur plurium admissio: & tamen *eo c. fin.* decisum erat non irritari contrarium factum: sed omnes cognationem hanc contrahere. Et confirm. quippe *Tridentinum eo c.2.* id statuens, eosdem sacros canones confirmauit, addens posse vnum & vnam in patrinos assumi, ibi: *Vt vnus tantum, siue vir siue mulier, iuxta sacrorum canonum instituta.* Ergo eodem modo intelligendum est, quo illi. At illi non irritabant plurium admissionem, sed solùm interdicebant. Secundò, quia in omnibus designatis & admissis à parocho inueniuntur omnes conditiones petitæ in Tridentino ad hanc cognationem. Cùm re vera designati sint ab iis, quibus incumbit, admissique à parocho. Ergo licet cum peccato admittantur, contrahent. Tertiò, quia communis Doctorum sent. *l. Non dubium. C. de legib. cum Bartol. l. Prætor. aut nu.5. ff. de noui operis nunciat.* tradit actum gestum contra legem esse firmum, vbi lex non adiicit decretum irritās, pœnamque ergà transgressores indicit. Quod in hoc Tridentini decreto reperitur: iubet enim parocho, ne plures, quā duos admittat, nec addit decretum irritans: ac iubet eum plures admittentem puniri arbitrio ordinarij. Tandem, quia post prohibitionem admissionis plurium, quàm duorum patrinorum diuersi sexus, vbi Concilium adiicit clausulam irritantem, solum comprehendit tangentes non designatos: quod si vellet irritare factum, quando plures duobus designarentur, facile id posset exprimere, dum dixit, *Quod si alij vltra designatos*, addens vltra duos designatos. Cum ergo id non expresserit, signum est noluisse irritare. Et ita docent *Nauar. sum. Lat. c. 22. n.39. & l.4. cons.t. de cogn. spirit. in 1. edit. cons. vlt. n.2. in 2.* verò, *cons.7. nu.2. Emm. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedim. dirimentib. *nu.5. vers. Cognatio spiritualis, Manuel 1.to. sum.2. edit. c. 226. nu.1. notabili 4. Vega 1.to sum. c.33. casu 39.*

13

Sed *Suarez 3.p. q.67 a.8. col.2. §. Sed quæres*, duo dicit. Primum est, si nō simul omnes suscipiāt illū puerū, ille solus cōtrahet hanc cognationem, qui primò baptizatum suscepit,

14

ceperit, vel ad summũ duo, si fuerint vir & femina. Nam re vera illi tantum sunt susceptores: & quando iam accedit tertius ministerium illud iam exhibitum est, iuxta Tridentini formam. Quamobrem reliqui iam non sunt capaces illius ministerij: ac proinde non contrahent cognationem. Quod idem docet *Palacios 4.d.42.disp.vn.col.26. vers. Et quidem, f.917.* & valde mihi placet: nec credo esse contra sent. n. præc. relatam. Secundò, dicit *Suarez ibid.* si illi plures designati simul suscipiant, probabile esse, nullum eorum contrahere. Quia nullus eorum munus illud obit eo modo, quo ab Ecclesia statutum est, ac proinde nullus est verus ac legitimus susceptor. Tridentinũ enim hoc restrinxit ad illum, qui fuerit vel totalis susceptor, vel ita partialis, vt solum habeat alium socium diuersi sexus. Et in hanc partem magis inclinat: quamuis dicat aliis probabile videri posse omnes contrahere: & ideo quia res est dubia, abstinendum esse à matrim. At hoc non ita mihi placet, sed multo verius esse reputo, omnes illos cõtrahere eam cognationem. Quod sustinent DD. n. præc. relati: & ibi latè probaui. Et idem sustinet *Palacios proxime allegat.* Nec obstat id munus obiri ab illis eo modo, quo Tridentinum præcepit. Quia non statuit eum modum tanquam formam & conditionem requisitam ad contrahendam cognationem. Vt probaui n. præced.

15 Quod si plures illi susceptores non admissi fuerint à parocho, aut si sint eiusdem sexus, sed vnum & vnam admittat, alios repellens, iuxta præceptum Tridentini: illi soli contrahent, quos parochus non repulerit. Et ita DD. n. 13. alleg. cautè dixerunt plures illos à parentibus designatos contrahere, si admissi sint à parocho. Et ratio est Quia eo ipso quod parochus Tridentini præceptum exequens, expellit alios, præter duos diuersi sexus, censentur illi expulsi, perinde ac si designati non essent. Cum parocho incumbat indagare, qui patrini designati sint: & ita eos admittere, vt seruentur numerus patrinorum & diuersitas sexuum, præcepta in Tridentino.

16 Circa tertiam difficultatem, quando parentes designarunt siue duos, siue plures patrinos, ac parochus non præmisit diligentiam præscriptam in Tridentino, inquirendo qui designati essent, vt legitimos admitteret, alios expellens: credo omnes à parentibus designatos contraherer: retenta sent. quam n. 14. tenuimus. Quia in illis reperitur conditio necessaria in patrinis, cùm verè designati sint ab iis, quibus incumbit designare: nec expulsi sunt à parocho, qui numerum debitum excedebant, vt sic censeatur designatio ablata. Nec vt admittantur à parocho, ponitur in *Tridentino d.c.2.* tamquam forma & conditio necessaria, vt illi contrahant: sed præceptum illud inquirendi qui sint designati, imponitur parocho, vt norit qui designati sint, eorumque nomina in libro scribat. Quod vel inde constat. Quia in clausula irritanti solum dicitur sic: *Quod si alij vltra designatos baptizatum tetigerint.* Nec dicitur, Vltra designatos, & à parocho admissos. Sed si plures designatis à parentibus tangerent, illi non contraherent. Nam designati non sunt.

17 Circa quartam difficultatem, quando parentes duos designarunt, at parochus plures admisit: & omnes infantem simul suscepere, existimo solos à parentibus designatos contrahere. Quod munus parochi non sit alios patrinos designare, quando parentes, vel ij, quibus incumbit, designarunt: sed solùm indagare quinam designati sint. Quare iis, qui vltra designatos à parentibus iniquè à parocho admittuntur, deficit assignationis conditio necessaria ad hanc cognationem. Sed si designati à parentibus non tetigere infantem, sed soli, quos parochus nominauit: idem dicendum est quod dicam n. 20.

18 Circa quintam difficultatem, quando neutrum ex designatis, aut vnũ solum parochus admisit, & ambo suscepere: credo vtrumque contrahere quando parochus non habuit legitimam expellẽdi causam. Qualis esset, si ambo essent eiusdem sexus, & vnum solum admitteret: aut si essent religiosi, aut hæretici, quibus esse patrinos interdictum est, quia verè & legitimè designati sunt: & admissio parochi non est de essentia (vt probaui n. 16.) At si parochus vtrumque aut alterum legitime expulisset, ac contra eius voluntatem se ingereret, puto eum non contracturum. Per ea, quæ n. 15. fine dixi.

19 Circa sextam difficultatem, quando parentes, aut ij, quibus incumbit, neminẽ designarunt, at parochus duos aut plures designauit: credo hos contrahere. Quia cum parocho incumbat cauere, vt Baptismus legitimè iuxta cæremonias ab Ecclesia institutas ministretur, quarum vna est adhibere patrinum: eo ipso quod nullus est designatus, ipsi incumbit designare patrinos: ac proinde in designatis per ipsam verificatur conditio assignationis petita à Tridentino. Atque ita videmus vsu receptum in Confirmatione, dum enim Episcopus multos pueros confirmat, non solent parentes designare patrinos: sed Episcopi designant aliquem, qui id munus erga omnes confirmandos obeat.

20 Circa vltimam difficultatem, quando nullus ex designatis in patrinos puerum suscepit, sed quidam non designatus, posset alicui videri hunc contrahere: quia cum nullus ex designatis id munus executus sit, puerum suscipiendo, perinde est: ac si nullus fuisset designatus. In quo euentu valde probabilis opinio nu. 11. relata affirmat omnes tangentes contrahere. Secundò, quia dum Tridentinum statuit neminem præter designatos contrahere cognationem, verè intelligitur quãdo designatio suum effectum sortita est. Noluit enim Baptismũ solemnem carere patrino, quando designatio inefficax fuit. Et confirmatur ex illis verbis: *Quod si alij vltra designatos tetigerint.* Vbi clarè Tridentinum loquitur, quando designati tetigerũt. Præpositio enim, Vltra, ex vi suæ significationis denotat personas, quibus ipsa præponitur, exercere etiam actum per verbum denotatum. Quod clare tenet *Enriquez l.12.de matrimon.cap.11.num.3.* vbi ait, vnum solum tenentem infantem, quamuis non sit à parentibus designatus, sed ipsis inuitis id munus obeat, effici verum patrinum, ac contrahere hanc cognationem. At quamuis hoc valde probabile sit, probabilius tamen existimo, illum non effici verum patrinum, nec contrahere cognationem. Quod ei deficiat qualitas assignationis, quam n. 12. diximus esse necessariam. Et licet verba illius decreti Tridentini videantur supponere designatos tetigisse, ponderata significatione illius particulæ, Vltra, at re vera id non supponũt, sed petunt designationem, tãquam conditionem necessariam: & sensus illius præpositionis, Vltra, est, id est præter, vt sit sensus, nulli tangentes contrahunt, nisi à parentibus assignentur.

21 Tãdem dubitabis, an plures patrini designati, qui ante Tridentinum contraxerant cognationem, eo quod puerum susceperant in Baptismo vel Cõfirmatione, modo maneant eadem cognatione deuincti? *Petr. de Ledesma de matrim. quæst.56.a.3.§.Mihi videtur, quod in isto casu*, affirmat in illis manere eãdem cognationem. Quia quamuis Pius V. (vt diximus disp.54.n.14.) restrictam esse declarit per Tridentinum, etiam cognationem ante illud contractam, vt in posterum abolita sit in illis personis, quæ non numerantur in *Tridentino sess.24.de matrim.c.2.* vt illam contrahant. At personæ patrinorum, quales vere fuerunt omnes illæ tangentes plures designatis, ibi numerantur. Sed verius est, adhuc non perseuerare in illis dictam cognationem, sed per Tridentinum abolitam: atque adeo posse illos absque dispensatione matrimonio copulari. Quia Tridentinum non numerat quoscumque tangentes, vt nunc contrahant; sed cum ea qualitate, vt ab iis, quibus incumbit, designati sint. Atque ita sentiunt *Barth. à Ledes. de matrim. dub.46 pag.1497. Manuel 1.to summa, 2.edit.c.226.n.1.notabili 3.*

DISPVTATIO LVIII.

An ad contrahendam cognationem spiritualē exigatur aliqua intentio in patrinis vltra externā baptizati vel cōfirmati susceptionem?

SVMMARIVM.

Quotuplex possit esse patrinorum intentio, n.1.
An desideretur aliqua intentio? Refertur duplex sententia, n.2. & 3.
Auctoris sententia explicatur, n.4.
Qui solum materialiter tenet puerum, non tanquam patrinus, non contrahit cognationem, n.5.
Quid, quando errore ductus patrinus leuat filium cuiusdam, putans se alterius filium leuare, an contrahat cognationem? Refertur quadam opinio, n.6.
Et ponitur sententia Auctoris n.7.
An excludatur intramente patrini tollentis defectum intentionis, n.8.
Suffitit argumentum, n.9.

DVPLEX potest in patrinis desiderari intentio. Altera 1
contrahendæ paternitatis spiritualis. Altera autem susciendi infantem, exercendo cæremoniam ab Ecclesia institutam: hoc est, efficiendi quod ex Ecclesiæ instituto efficiunt patrini. Dubium ergo est, vtrū harum intētionum desideretur?

Aliqui censent, vltra susceptionem, exigi intentionem 2
contrahendæ paternitatis spiritualis. Probant ex *l.2. & l.In omnibus negotiis, §6. ff. de action. & oblig.* ex quibus constat ex consensu oriri obligationem, & absque illo nullam contrahi. Secundò, quia volens vouere, non tamen obligari, non astringitur iuxta veriorem sententiam, voti obligatione. Ergo similiter volens suscipere puerum in baptismo, nolens tamē astringi vinculo paternitatis, nō astringetur. Tertiò, quia expressis verbis, & quocumque actu exercito, absque vero animo ineundi matrimonij, illud minimè initur, *c. Tua nos, de sponsal.* Quartò, quia procurator tenens nomine alterius in baptismo, non contrahit cognationem spiritualem, defectu intentionis: iuxta veriorem sententiam, quam disput. sequenti amplectemur: cùm tamen verè tenere intendat. Non ergo hæc intentio sufficit, deficiente intentione paternitatis contrahendæ. Ita tenent *Dominic. cons. 130. n. vn. & cons. 110. n. 5. & 6. Philip. Probus addit. ad Monachum c. vn. de desponsat. impub. in 6. & ibi Francus in princ. n. 2.* dicit forte hoc esse verum.

Alij verò nullam in patrinis intētionem postulant: sed 3
dicunt in illis oriri hanc cognationem, si infantem suscipiant, velint, nolint. Quia Ecclesia intendit super illos eam susceptorum obligationem inducere, ac per consequens vinculum cognationis inde consurgens: ne baptizati aut confirmati maneant ea cura destituti. Secundò, quia affinitas ex copula carnali, absq; alia intentione, imo quamuis copula sit prorsus violenta, necessario oritur: & similiter cognatio carnalis ex eiusdem sanguinis participatione. Ergo idem dicēdum est de cognatione spirituali, quæ naturalem imitatur. Tandem, quia quæ sunt ex Ecclesiæ instituto, non pendent ex subditorum intentione. Et ideo hanc sententiam sustinent *Gallego de cognat. spirit. c.14. n.7. Lud. Lop. 2.p. instruct.* vbi de matrim. *cap.51. col.6.*

At dicendum est, non desiderari vt susceptor intendat 4
cognationem aliquam paternitatis aut compaternitatis contrahere: sed exigi, & satis esse, vt intendat efficere quod patrini efficiūt, nimirū, exercere actum illum suscipiendi ab Ecclesia institutum. Prob. desiderari aliquam intentionem argumentis primæ sententiæ adductis n.2. quæ hanc partem probant. Deinde, quia baptizās absque animo vero faciendi quod per illum intendit Ecclesia, nec verè baptizat, nec cognationem spiritualem contrahit. Ergo qui infantem suscipit materialiter tātùm, & non animo obeundi muneris susceptoris ab Ecclesia statutum; non fit verus susceptor, nec subinde huius cognationis particeps. Probatur autem satis esse intentionem efficiendi quod patrini efficiunt. Quòd intendens baptizare, velit, nolit, contrahit cognationem: quia hæc cognatio non à propria voluntate descendit, sed est accessoria actui veri baptismi. Similiter ergo volens verè munus patrini obire, seu efficere quod patrini efficiunt, contrahet necessariò cognationem. Quia æquè ex collatione baptismi & ex susceptione in eo oritur. Et confirmatur, quia volens principale, consequenter vult accessorium, quod ex eo sequitur, *l. Si is qui, ff. commodati.* Et ideo huius sent. sunt *Monald. sum.* vbi de matrim. *tract. de impedim. cognat. spirit. t. De fraternitate, Astens. 2.p. sum. l.8. tit.18. ar. vn. fine, Ioann. de Friburg. in summ. confess. l.4. ti 7. q.22. Supplemen. Gabr. 4.d.42. q.1. ar.2. immediate ante 5. concl. Rosella verb. Impedimentum, impedi.6.n.22. & ibi Supplem. sum. Pisana, impedim. 6.n.12. Tabiena ibi, impedi. 5.n. vlt. Angel. verb. Matrim 3. impedim. 7.n.16. Sylvester verb Matrim. 8.q.7. dict.13. Armilla verb. Matrim. n.12. Caetarepeti, c Ad lumina, 30 q.1. §.4. q.147. n.388. Veracruz 1.p. specul. a.56. concl.8. Bart. à Ledesma de matrim. dub.46. col.3. notab.3. post 1. concl. Lud. Lopez 2.p. instructor.*, vbi de baptismo, *c.62. ad fin. Vega 1.to sum. c.33. casu 42. & 43.* & eiusdem sententiæ videntur *Palud. 4 d.42. q.1. ar.1. n.10.* vbi ait contrahere cognationem, intendentem facere quod faciunt alij patrini. Et *Nauarr. sum. hisp. c.22. n.38.* vbi ait contrahi compaternitatem à tenente in baptismo vel confirmatione, licet teneat animo, vt non efficiatur compater, & *Suarez. 3.p. q.67 ar.8. dub. vlt. & Emmanuel Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus, *n.5. vers. Sufficit.* vbi dicunt non sufficere actionem externam, sed requiri intentionem aliquam faciendi quod alij patrini efficiunt seu exercendi actum illum ab Ecclesia institutum.

Hinc deducitur primò, non contrahi hanc cognationē 5
ab eo, qui materialiter tantùm teneret puerum, non tamquam patrinus tenet, neque id intendens, sed solùm gratia maioris commoditatis, ne puer humi sit: vel vt verum patrinum, qui fortè senex est & debilis, sustentaret: vel vt motem parentibus gereret, fingens se velle tanquam patrinum tenere. Quod constat ex dictis num. præcedenti.

Secundò deducitur de casu illius quæst. An qui per er- 6
rorē leuat filiū Petri, existimans se Pauli filium leuare, cōtrahat hāc cognationem? Et quidem manifestum est eam minimè contrahi cum filio Pauli, nec cum eius parentibus. Quia reuera ille non leuauit filium Pauli: ac proinde non est vnde inter illas oriatur hæc cognatio. Difficultas autem eò tendit, an cōtrahatur cum filio Petri, quem reuera leuat is de sacro fonte, ac cum eius parentibus? Quia in re quidam id affirmant. Quia sæpe attenditur id, quod externè agitur, *l. Si is qui ff. commodati, ad finem.* Et colligitur ex *c.1.30. qu.1.* & ex *c.2. de cognat. spirit.* in quibus supponitur vxorem per ignorantiam seruantem filium mariti, cōtrahere cum marito cognationem. Secundò, quia nemo sanæ mētis negabit baptizantem per errorem filium Petri, quem Pauli credebat, contrahere cognationem cum baptizato, ac eius parentibus. Ergo idem dicendum est de leuante. Et hoc est satis probabile. Et ita docent *Ioan. Andr. reg. Potest quis per alium, paulo ante solution. de regul. iuris, Cardin. c. Veniens, nu.2. de cognat. spirit. Francus, c.1. in princ. nu.2. de cognat. spir. in 6. Gallego de cognat. spirit. c.14. n.10. Lud. Lopez 2.p. instruct.* vbi de baptismo, *c.62. fine*: additque nisi pro foro externo protestatus esset se nolle esse compatrem illius, nisi sit filius Pauli, vt putat esse: & pro foro conscientiæ, nisi hanc exceptionem in mente formaret.

Cæterum verius existimo eam cognationem non con- 7
trahi. Ducor ex *c.2. de cognat. spirit.* vbi deciditur, coniugē, quæ per ignorantiam leuauit filium mariti, non arceri à debiti petitione: ex quo textu *Abb. ibi nu.4. & Alex. de Neuo num.6.* colligunt requiri scientiam & animum ad contrahendam cognationem. Quæ prorsus in hoc euentu desiderantur. Secundò, quia reuera hic non intendebat exercere actionem illam veri patrini erga hunc quem leuauit. Ergo deficit intentio, quam nu. præced. necessariam esse dixi. Nec est simile de baptizante. Quia ministri sacramentorum tenentur animum habere ministrandi sacramētum præsenti, quicunque ille sit: ac proinde quamuis erretur in persona, cum verus sit baptismus, vera cognatio oritur. At patrinus nō tenetur habere eam intentionem,

nem, & vere eligitur ad personam determinatam: vt contingit in matrim. quod ratione erroris personæ vitiatur. Neque obstat *l. Si is qui*: quam pro se allegat cõtraria sent. Quia illi satis fiet disp. seq. num. fin. Nec alij duo textus. Quippe non supponunt contractam esse cognationem spiritualem; quin potius ex illis colligunt *Abb. & Alex. de Neuo* (vt proximè retuli) animum & scientiam necessaria esse. Et ideo huius sent. est *Abb. & 2. de cog. spir. num. 4.* vbi dicens desiderari scientiam & animum, subdit inde inferri tenentem filium Petri, cum crederet esse alterius filium, non effici patrem spiritualem baptizati, saltem vt dirimatur matrim. postea contractum, & licèt addat satis de hoc posse dubitari: concludit tamen sentiendum esse, vt in simili dicit *c. Veniens, eo. tit. num. 4.* vbi docet deficienti consensu non contrahi hanc cognationem: & ideo procuratorem, qui nomine alterius tenet infantem, illam non contrahere. Quare manifestè ibi tenet hanc opinionem. Idem tenet *Alex. de Neuo eo. c. 2. n. 6.* vbi dicens requiri scientiam & animum, infert errantem in persona non contrahere cognationem. Et quamuis ibi hoc non definiat, sed definit *c. Veniens, n. 10. eod. tit.* ad quod se remittit, dicens leuantem filium Martini, cùm crederet esse Petri, cum neutro contrahere cognationem. Idem docet *Franciscus Marcus decis. 736. n. 2. p. 2.* Idem docent saltem ad autumendum matrimonium post initum, *Bruniel. de spons. lib. concl. 20. nu. 20. Supplem. Gabr. 4. d. 42. qu. 1. art. 2. immediatè ante 5. concl. Lancelottus instit. iuris canon. lib. 2. tit. de triplici cognat.* vbi de spirituali, §. *Dicimus autem*, *verb. Ignorantia.* Hoc autem temperatem, nisi ita casu esset quispiam patrinus illius pueri: vt nullo modo eligeretur persona: sed nil referret esset ne puer filius huius, vel illius. Tunc enim intrètio patrini manifestè fertur in puerum illum præsentem: ac proinde illius intendit esse patrinus.

8 Rogabis tandem, an sit credendum iuramento patrini testantis se non habuisse animum tenendi, instar veri patrini, vt vel sic iudicetur eum non contraxisse cognationem? Id enim affirmat *Dominic. cons. 110. in fine.* Nullum affert fundamentum: sed fortè illud est: quòd tes hæc pendeat ex animo, & sit interna. At hoc minime est verum, vt latè probaui in simili l. 3. disp. 15. num. 9.

9 Ad argum. num. 2. proposita resp. Ad 1. dic. eas leges habere verum, quando nil voluntariè efficitur. At patrinus hic licet nolit contrahere paternitatem, vult tamen tenere instar patrini, cui actioni est accessoria paternitas: & ideo tenetur consequentes eam velle. Ad 2. dic, aliud esse de impedimento, quod canon inducit citra consensum illud incurrentis: quale est hoc: aliud verò de vinculo quod nasci omnino debet ex propria voluntate: quale est votum & matrim. Minor enim voluntas requiritur in priori casu, vt in simili docet *Navar. sum. Lat. c. 16. n. 34. v. f. Interrogatus autem.* Ad 3. constat ex solutione præcedenti. Ad vltimum dic, procuratorem non tenere nomine proprio, & ideo nec principale, nec accessorium velle. Ad argum. nu. 1. adducta resp. Ad 1. dic, Ecclesiam tunc velle id onus imponere suscipienti, quando vetus susceptor est, nimirum, intendens id efficere, quod Ecclesia instituit à veris patrinis efficiendum: secus quando materialiter tantùm suscipit, vt num. 5. explicuimus. Ad 2. dic, affinitatem & consanguinitatem per naturalem sequelam consequi, ac omnino independenter à propria voluntate: & ita orti ex copula tempore somni aut amentiæ habita (vt in impedimento affinitatis dicemus.) Sic enim Ecclesia instituit id impedimentum affinitatis. Quod secus in cognatione spirituali euenit: si enim quispiam furiosus aut dormiens puerum de baptismo susciperet, nemo diceret eum cognationem contrahere. Ad vltimum dic, illud esse verum, quando Ecclesia independenter à subditorum voluntate aliquid statuit, vt dixi in affinitate.

DISPVTATIO LIX.

An susceptio requisita in patrinis ita personalis sit, vt per procuratorem exerceri non possit, nec per ipsum contrahi cognatio: & an saltè ipse procurator alieno nomine tenens eam contrahat?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones discutiantur, n. 1.
An cognatio spiritualis possit contrahi per procuratorem. Refertur duplex sententia, n. 2. & 3.
Proponitur sententia Auctoris, n. 4.
An saltem possit contrahi per mandatum, n. 5.
An si consuetudo habeat vt hoc munus exerceatur per procuratorem, contrahatur cognatio à constituente procuratorem? n. 6.
An possit vniuersitas, per synodum constitutum ad leuandum infantem, id vrgere hanc cognationem? n. 7.
An si procurator ille venerit, nec de reuocatione factus certior leuauit infantem, contrahatur cognatio ab ipso constituente? n. 8.
Satisfit argumentis, n. 9.
An dato dominum non contrahere cognationem, saltem ipse procurator illam contrahat? Refertur duplex sententia, n. 10. & 11.
Declaratur sententia Auctoris, n. 12.
Solvuntur argumenta, n. 13.

DVPLEX innodatur quæstio in hac disputatione. Prior est, de constituente procuratorem ad leuandum infantem, an contrahat cognationem spiritualem? Posterior de ipsomet procuratore, an saltem ille tanquam verus susceptor illam contrahat? 1

QVÆSTIO prior. An susceptio infantis requisita in patrinis sit ita personalis actio, vt nequeat per procuratorem exerceri: ac proinde constituens illum vt nomine suo suscipiat infantem, non contrahat cognationem? In qua triplex est sententia. Prima sustinet nõ esse ita actum personalem, quin possit per procuratorem exerceri, & contrahi cognationem spiritualem ab ipso constituente. Ducitur primò, quia potest quis per alium facere, quod potest per se ipsum, *regula, Potest quis per regulas iuris, in 6.* Secundò, quia procurator ad omnia negotia constitui potest *l. ff. de procur.* & nullibi inuenitur in hoc euentu prohibitum. Tertiò, quia cùm matrim. ipsam quod sacramentum est, ac subinde maximè personale, possit per procuratorem iniri, *c. si de procur. in 6.* à fortiori poterit cognatio, quæ effectus ipsius est. Quartò, quia iuramentum est actus personalis, *c. Quoties, 1. q. 7. c. Ego enim, de iurior.* & tamen præstatur per procuratorem. *c. Tibi domino, d. 63. & c. Procurator. de elect. in 6. & c. fin. de iure calumn.* Ergo quamuis susceptio, infantis sit actus personalis ipsius patrini, non obstat quo minùs possit per procuratorẽ exerceri. Quintò quia est consuetudo facta ac tolerata à Prælatis, vt magnates destinent procuratores, qui nomine suo infantẽ de sacro fonte leuent, vt testatur *Baldus statum allegandus.* Sextò quia actus hic nemini præiudicat, nec est electa persone industria in leuatione è sacro fonte, sed bene in obligatione instruendi leuatum: à qua minimè eximitur leuans per procuratorem. Septimò, quia iure communi antiquo contrahebatur cognatio spiritualis per actionem alterius. Quãdo enim puerum leuabat de sacro fonte, ex illa viri actione transfundebatur cognatio spiritualis in eius vxorem, *c. Martinus, de cognat. spirit.* Potest igitur per procuratoris actionem oriri cognatio in illum constituente. Tandem, quia patrinus per baptizati susceptionem nil aliud videtur efficere, quam se fideiussorem ipsius pro perseuerantia in fide constituere: ac se obligare ad illum eruditendum, *c. Vos ante omnia, de consecr. d. 4.* Hæc autem obligatio, sicut & quæcunque alia, potest per procuratorem contrahi. Et ideo hanc sent. (quæ valde probabilis) sustinent ex Iurisperitis, *Bald. d. l. vnica §. Ne autem, n. 16. C. de caducis tollen. & l. Post mortem*, § *Neque adoptare, facit. in princ. ff. de adopt. Abbas c. Veniens, n. 4. de cognat. spirit. & ibi Card. nu. 2. Alex. de Neuo n. 7. Præpos. n. 2. q. 2. Alciat. in l. Gallus, §. Fortasan, n. 21. & seq. ff. de liber. & posth. Fel. c. Licet ex quadam, n. 1. col. 3. vers. Et ratio prædictorum est, de testib. Euerardus in suis topicis, loco à matrim. carnali*

ad

ad fin. Marsilius magister Ioan. Andr. (vt ipsemet refert in regula: Potest quis per alium de reg. iuris.) Alex. Carrer. li. 2. de sponsal. c. 8. Gaetan. repet. c. Ad lumina, 30. q. 1. § 4. q. 184. num. 390. & seq. Et hanc sententiam esse probabilem, & praxi receptam dicit Angel. Instit. de nuptiis. § Illud, n. 4. & Nauar. in post. edit. suorum consiliorum in fine tomi 5. lib. refert congregationem facti Concilii tenuisse hanc partem. Et ex Theologis, illam sustinent Emman. Sa, summ. verb. Matrimonium, vbi de impedimentis dirimentibus, n. 5. vers. Cum quis per procuratorem, Philiarc. de effect. Sacerdotii, tom. 1. p. 2. d. 21. c. 11. Supplem. Gabr. 4. d. 42. q. 1. a. 3. dub. 1.

3 Secunda sent. dicit, ante initum matrim. tenēdam esse præcedentem sententiam, vt contrahatur cognatio spiritualis per procuratorem, vt sic impediatur contrahi matrim. inter personam leuantem per procuratorem, & ipsā leuatam: at semel inito inter illas matrim. tenendum esse non contrahi cognationem, ne matrim. illud dirimatur. Hæc sententia tribuitur Abb. c. Veniens, n. 4. de cogn. spirit. sed falsò. Quia tantum dicit procuratorem non admittendum vt nomine alterius teneat: at si admittatur, dicit oriri per actionem procuratoris cognationem in ipso constituente: quare expresse tenet primam sententiam relatam. Sed hanc tuentur Angelus v. Matrimonium, 3. imped. 7. nu. 14. Decisio Tholosana 157. & ibi Anserius n. 2.

4 Tertia sent. (cui tamquā probabiliori adhæreo) ait non posse contrahi cognationem hanc spiritualem per actionem procuratoris, sed desiderari susceptionē personalem ipsiusmet patrini. Prob. primò, quia canones inducentes hanc cognationem spiritualem, explicantes actum patrini per quem contrahitur, vtuntur his verbis, Suscipit, accipit, tenet, leuat, (vt probaui dis. 56. n. 1.) quæ omnia propriam ipsius patrini actionem denotant. Secundò, quia parificantur cognatio naturalis ac spiritualis, c. Debitum de baptis. At in illa actus personalis parentum desideratur. Et confirm. quia nec cognatio legalis potest contrahi adoptando per procuratorem, l. Post mortem, 25. § Neque adoptare ff. de adopt. At cognatio spiritualis naturalem & legalem imitatur. Tertiò, quia cap. De hu. 30. q. 1. quod est ex Nicol. Papa, explicatiu susceptio patrini necessaria ad cōtrahēdam cognationem, his verbis: De his qui filiastros suos ad cōfirmationem eorum Episcopo tenent, id est qui filios vxoris suæ dum chrismantur, super se sustinent. Et c. Ad lumina, 30. q. 1. quod est ex Ioanne Papa: Eumque ipse propriis manibus retinendo suscepit. Et c. Omnes, ibid. quod est ex Symmacho Papa: Nobis suscipientibus. Quæ verba actum pure personalem patrini exposcunt, vt verus susceptor sit, atq; subinde suus cognationis particeps. Quarto, quia cum inducere impedimēta matrimonium dirimentia sit valde odiosum, inducenda minime sunt, vbi nō est ius expressum. At iure expressum non extat, posse cognationem spiritualē, subsequens matrim. dirimentem cōtrahi per procuratorem: imò textus potius contrarium significant. Ergo non est in hoc dubio asserendum contrahi, atque id impedimentum dirimens inducendum. Quintò, quia constituens procuratorem, vt nomine suo puerum baptizet, nō contrahit cognationē. Ergo nec constituens vt nomine suo suscipiat. Quia eadē videtur in vtroque euentu ratio. Et ideo huius sent. sunt ex iurisperitis, Federicus cons. 15. Ioan. And. regul. Potest quis per alium, 68. de regul. iuris in 6. paulo ante solutionem ad argumenta: & c. 1. n. 1. de cognat. spirit. in 6. & ibi Archid. n. 1. Anchar. n. 4. Dominicus ibi in princ. n. 6. Francus ibi in princ. num. 6. Anton. c. Veniens, n. 2. de cognat. spirit. & ibi Anchar. n. 4. & 5. Henricus nu. 3. & 4. Baldus l. Si quis, ad fin. C. de nuptiis, Bartol. l. Gallus, § Forsitan in fin. ff. de liber. & posth. & ibi Alexand. nu. 6. Paulus, nu. 3. Angelus de Perusio ibi, vers. Ergo, ad finem, Franciscus Aret. nu. 47. Iason n. 16. Imola n. 57. & c. accedens in fine, de præbend. Alberic. G. de procurat. rubrica, nu. 5. & l. Post mortem, § fin. in fin. ff. de adopt. Romanus singulari 53. in alia edit. 54. § Quæro an filiatio, Fulgosius d. l. post mortem, fine, Angelus Aret. Instituit de nuptiis, § Illud, nu. 4. Cotta in memorabilibus iuris, memorabili incipienti, statuta, Quod banitus, Tiraquel. l. Si vnquam, verb. Susceperit filios, nu. 41. C. de reuoc. donat. Bertachinus in suo repert. lit. C. verb. Compater, vers. Compaternitas de iure, Brunellus de sponsal. concl. 20. n. 21. Rosella, verb. Impedimentū, imped. 6. n. 18. & ibi Supplem. sum. Pisane imped. 6. n. 13. Tabiena imped. 5. nu. vlt. Sylucst. v. Adoptio, qu. 2. fin. & Matrimonium, 8. q. 7. dict. 14. Armilla v. Matrim. n. 12. Nauarr. lib. 4. cons. tit. de cogn. spirit. in 1. edit. cons. 2. n. 7. in 2. cons. 6. n. 7. Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. § 4. n. 6. Ant. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 14. nu. 13. Mandosius de signatura gratiæ, t. Dispensationes matrimoniales, § An per procuratorem, Petr. Loriotus l. Non facile, § Cognationis, ff. de gradibus, Paulus Fuscus toto singulari 148. Franciscus Marcus decis. 830. nu. 8. q. 2. Mocenus de contractibus, t. de Matrim. § Pro declaratione, nu. 22. Gallego de cogn. spirit. c. 13. n. 14. Zanardus in suis quæst. pract. qu. 369 fin. Et ex Theologis, D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 15. § 3. Sotus 4. d. 42. q. 1. a. 2. col. 6. vers. Consuevit autem Ledes. 2. p. 4. q. 58. a. 2. ad fin. Nicol. de Orbell. 4. d. 42. q. 1. § 4. Toledo l. 7. sum. c. 4. nu. 6. Enriq. lib. 12. de matrim. cap. 11. n. vlt. Pet. de Ledes. de matrim. q. 56. a. 3. pag. penult. Lud. Lop. 2. p. instruct. vbi de matrim. c. 51. col. 5. & de baptism. ca. 62. ad fin. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 46. col. 4. not. ab. 3. Vinal. candelabro sacram. 1. p. vbi de matrim. n. 160. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. ca. 226. n. 9. Vega 1. to. sum. c. 33. casu 4. Azor lib. 2. instit. moral. c. 12. paulo post princ.

Quidam quamuis negent posse contrahi hanc cognationem per procuratorem, affirmant posse contrahi tenendo puerum per nūcium ad id specialiter designatum. Quod vere censeatur faciens, qui per nuncium efficit sicut per epistolam, l. Licet, ff. de consti. pecu. Hæc sententia communiter tribuitur Angelo l. Gallus, § Forsitan. ff. de liber. & posth. sed falsò illi imponitur, & neminem eam tenentem inueni. Et ideo dicendum est nec per nuncium posse contrahi. Cùm enim ad hanc cognationem desideretur actus personalis verè personæ cohærens, eadem prorsus est ratio de procuratore & de nuncio. Et lex in contrarium allegata procedit in actibus, qui solo cōsensu perficiuntur, & ideo non sunt personales. Quare hanc partem sustinēt Alex. d. § Forsitan. n. 6. & ibi Imola n. 57. & c. Accedens, in fin. de præbend. Francus c. 1. in princ. n. 6. de cogn. spirit. in 6. & ibi Dominic. n. 6. Brunell. de sponsal. concl. 20. nu. 25. Rosella v. Impedimentum, imped. 6. nu. 20. Sylvest. v. Matrim. 8. q. 7. dict. 16. Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. § 4. n. 6. Ledes. 2. p. 4. qu. 58. a. 2. ad fin. Ant. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 14. nu. 13. Gallego de cogn. spirit. c. 13. nu. 19. Sotus n. præced. relatus. Azor n. præced. relatus. 5

Posset tamen consuetudine induci vt contrahatur cognatio hæc spiritualis tenēdo per procuratorem aut nuncium. Quia quod potest lex inducere, potest etiam consuetudo legitime præscripta. Et constat ex dictis disp. 4. n. 11. vbi probauimus posse consuetudine induci impedimenta matrimonium dirimentia, & qualis consuetudo exigatur. Et ideo ita docent Nauarr. li. 4. cons. 1. de cognat. spirit. in 1. edit. cons. 2. nu. 8. in 2. cons. 6. n. 8. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 226. n. 9. Enriq. lib. 12. de matrim. c. 11. comment. penult. At bene aiunt Nauarr. & Manuel eam consuetudinem non esse. Quare Sotus 4. d. 42. qu. 1. art. 2. ad fin. vers. Consuevit autem, & Gallego de cognat. spirit. c. 13. n. vlt. dicunt admitti aliquando principes ad leuandum infantem per procuratorem, vt inter ipsos principes, & baptizatum, eiusque parētes amicitia concilietur, & conciliata consetuetur: non autem inde sequitur inductum esse consuetudine, vt cognatio spiritualis per procuratorem contrahatur. 6

Sed esto vera esset opinio prima asserens contrahi posse hanc cognationem per procuratorem: merito in dubium vertunt DD. an vniuersitas possit per syndicum, ad id specialem potestatem habentem, suscipere infantem, ac contrahere cognationem hanc spiritualem? Et non est dubium de ipsa vniuersitate, vt vniuersitas est, cùm enim sit persona ficta ac incerta, est huius cognationis expers. Sed dubitatur, an singuli de illa vniuersitate contraherent? Abb. cap. Veniens, n. 5. de cognat. spirit. affirmant singulos contrahere. Quod dispositio concepta in vniuersitate, quando actus vniuersitati competere nequit, resoluitur in singulos illius vniuersitatis, vt res non pereat, cap. Si sententia, de sent. excom. in 6. & Brunell. de despons. concl. 20. nu. 26. anceps cogitandum relinquit. At alii dicunt, ante initum 7

matrim. censendum esse eos contrahere: secus post. Ita *Angel. v. Matrimonium, 3. Imped. 7. n. 14. Anfrerius decis. Tholosana 157. num. 2.* At verius est nec singulos contrahere. Quoniam aliud est vniuersitas, aliud singuli vniuersitatis. *c. Qui manumittitur, 12. qu. 2. & l. In tantum, §. Vniuersitatis, ff. de rerum diuis.* Sic tenent *Federicus cons. 15. Franc. Aret. l. Gallus, §. Forsitan, n. 48. & ibi Imola nu. 57. ff. de libert. & posth. idem Imola c. Accedens, in fin. de prabend. Anchar. c. Veniens, nu. 7. de cogn. spirit. & ibi Alex. de Neuo, n. 12. idem Anchar. c. 1. nu. 5. de cogn. spirit. in 6, & ibi Francus in fine prine. Rosella v. Impedimentum, imped. 6. num. 20. Syluest. verb. Matrimonium, 8. q. 7. dict. 16.* Nec obstat textus, quem pro se adducit *Abbas.* Quia respondet bene *Alex. de Neuo proximè allegatus*, eum textum loqui in delictis, ne delictum maneat impunitum, & sententia careat effectu.

8 Quamuis etiam verum esset, posse per procuratorem cognationem spiritualem contrahi, si tempore quo infantem procurator susciperet, quamuis non factus de reuocatione certior, verè reuocatus esset, non contraheret illum constituens cognationem. Quòd sicut in matrim. contrahendo nil efficit procurator, quantumuis reuocationis ignarus, si verè reuocatus sit: ita in hac cognatione contrahenda. Quia in his actibus requiritur consensus domini verus perseuerans, & non fictus. Ita *Baldus c. Audita, nu. 3. vers. Quero nunquid, de rescr. Felin. 4. Ex parte decani, n. 10. Ampliat. 2. de rescript.*

9 Ad argumenta n. 2. proposita resp. Ad 1. dic, & similiter ad 2. illud intelligi in iis negotijs, quæ solo consensu perficiuntur, secus in iis in quibus actio personalis desideratur. Ad 3. dic, matrim. esse contractum, qui solo consensu perficitur: atque ita nil mirum si possit per procuratorem iniri. Ad 4. dic, id esse speciale, & à iure statutum propter frequentiam & necessitatem iuramenti ad litium expeditionem: & hoc in aliquibus casibus iure expressis, secus in casibus non expressis. Ad 5. constat ex dictis n. 6. Ad 6. dic non posse contrahi hanc cognationem per procuratoré, non inde prouenire, quod electa sit persona industria: aut actus hic alicui præiudicet: sed quia ius canonicum hanc cognationem statuens, petit actionem personalem patrini, vt illam contrahat. Ad 7. dic, id specialiter statutum esse in iure canonico, propter vnitatem carnis inter coniuges. At in procuratore id statutum minimè est: nec datur vnitas carnis inter procuratorem & dominum. Ad 8. dic non esse id per se primò esse patrinum; sed per se primò esse, constituere se patrem spiritualem, ad quod desideratur realis ille contractus, vt seruetur analogia ad patrem carnalem. Vnde sicut ad paternitatem carnalem sequitur obligatio erudiendi filium quoad esse naturale, ita ad paternitatem spiritualem sequitur obligatio ad spiritualem eruditionem.

10 Quæstio posterior. An saltem ipse procurator, qui nomine alieno suscipit infantem, cõtrahat hanc cognationem spiritualem? Quidam affirmant. Quia hic procurator vera actione reali & personali baptizatum suscipit. Secundò, ex *l. Si ù qui, 15. §. Si libero, ff. commodati:* ibi, *Plerumque enim accidit vt extra id, quod agitur, tacita obligatio nascatur.* Ergo licet procurator non intendat nomine proprio tenere, vt sic contrahat hanc cognationem, illam vtique contrahet. Tertiò, quia non est absonum ex actu gesto à procuratore nomine alieno, ipsum procuratorem obligari, *l. Procurator qui pro euictione, 67. ff. de procur.* vbi qui tamquam procurator de euictione promittit, tenetur etiam finito officio. Tandem, quia si Episcopus committat cuicunque, vt nomine ipsius Episcopi baptizet puerum, ipse, nomine alieno baptizans contrahit hanc cognationem. Ergo idem dicendum est, si committat alicui vt nomine suo teneat, procurator hic nomine alieno tenens contrahet cognationem, & hoc est satis probabile. Et ita sustinent *Ioan. And. reg. Potest quis per alium, 68. paulo ante solut. ad argum. de reg. iurù in 6. Franc. Aretin. l. Gallus, §. Forsan, n. 47. ff. de libert. & posth. & ibi Imola n. 57.* & hoc appellat tutius *idem Imola c. Accedens, nu. 22. de prabend.* & tenent etiam *Soto 4. d. 42. q. 1. a. 2. ad fin. vers. Consuevit autem, Gallego de cognat. spirit. s. 14. n. 3. Toledo l. 7. sum. c. 4. n. 6. Petr. de Ledesm. de matrim q. 56. a. 3. pag. penult. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim. c. 51. *col. 4. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 226. n. 9. Vivaldus candelabro sacram.* vbi de matrim. 1. p. n. 160. Addunt *Ioan. And. & Gallego ibidem* hoc esse verum, licet procurator nullam contrahendæ cognationis intentionem habeat. Sed *Toledo proxime allegatus* tunc tantum censet hoc esse verum, quando procurator animum huius contrahendæ cognationis habet.

11 Alii volunt dicendum esse, ante initum matrim. procuratoris cum ea, quam suscepit de baptismi fonte, contrahi cognationem à procuratore, vt sic contractus ille matrimonii impediatur: secus post illud semel iam initum: tunc enim sentiendum est minimè contrahi, ne matrimonium illud dirimatur. Sic *Angelus Matrimonium, 3. imped. 7. n. 15. Anfrerius decis. Tholosana 157. in fin.*

12 Cæterum multò probabilius existimo, hunc procuratorem minimè contrahere cognationē spiritualē. Quod ad illam cõtrahendam animus desideretur obeundi muneris patrini (vt probaui disp. præc. nu. 4.) At procurator eo animo destituitur: cùm nõ intendat nomine proprio tenere, nec esse verus patrinus: sed id munus nomine ipsũ cõstituentis exercet, volens illum constituere patrinum. Secundò, quia exercens actum ex quo inducitur obligatio, non manet obligatus, si vere cõstet illum nõ animo se obligandi exercuisse, vt notat *gloss. fin. clem. Eos, de regul.* Quod hic contingit. Et ideò hanc partem tuentur *Abb. c. Veniens, n. 4. de cognat. spirit. & ibi Anchar. in fin. Card. n. 3. Alex. de Neuo n. 9. & 10. Propos. n. 3. q. 3. idem Anchar. c. 1. nu. 5. de cogn. spirit. in 6. & ibi Dominicus in princ. nu. 9. Franc. ibi, in princ. n. 6. q. 2. Alex. l. Gallus, §. Forsitan, n. 6. ff. de liber. & posth. & ibi Paulus n. 3. Syluest. v. Matrimonium, 8. q. 7. dict. 15. Rosella v. Impedimentum, imped. 6. n. 19. Tabiena ibi, imped. 5. n. vlt. Armilla v. Matrimonium, n. 12. Covar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 4. n. 7. fin. Ledesm. 2. p. 4. q. 58. a. 2. ad fin. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. qu. 1. §. 4. q. 149. n. 395. Ant. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 14. nu. 14. Enriquez lib. 22. de matrim. c. 11. fin. Fagnan. Sa sum. v. Matrimonium,* vbi de impedimentis dirimentibus, *nu. 5. vers. Cum quis per procuratorem, Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de baptismo, *ca. 62, ad finem.* Et congregatio Cardinalium hanc partem decreuit, teste *Navarro in fine tetius l. 5. consil. 2. edition.* Hanc sententiam temperat *Lud. Lop. proxime alleg.* nisi procurator ille intenderet nomine proprio tenere: ac esse patrinus: tunc enim contraheret. At existimo nec in hoc euentu illum contrahere. Quia cum non sit designatus ab iis quibus incumbit, vt nomine proprio teneat, ac efficiatur patrinus, desideratur in eo conditio assignationis: quam necessariam esse probauimus disp. 57. n. 12.

13 Ad argum. n. 10. proposita resp. Ad 1. dic, non sufficere contractum illum naturalem, nisi designatus sit vt suo nomine infantem suscipiat. Ad 2. dic, cùm *Alex. & Dominico n. præced allegatis, in casu illius, l. Si ù qui, §. Libero,* eum qui commodauit, voluisse commodare, & commodatarium sibi obligare, licet crederet se commodare seruo, qui tamen liber erat: ac proinde non fuit defectus voluntatis ex parte commodantis. At in procuratore deficit animus tenendi nomine proprio. Ad 3. dic. cum *Alex. ibid.* intelligi eam *l. Procurator*, quando alieno nomine facienti acquiritur aliquid: ibi enim obligatio directa acquirebatur procuratori: secus vbi nil venit quærendum, vt notant *Bart. & omnes d. l. Procurator.* At in nostro casu nil venit quærendum procuratori, nec animum habet sibi quærendi. Ad vltimum dic, esse discrimen. Quia baptizans etiam vt delegatus, verè baptizat: per collationem autem veri baptismi contrahitur hæc cognatio. At nomine alterius suscipiens exercet nudam Ecclesiæ cæremoniam: quæ vt patiat cognationem, exigit, vt nomine proprio fiat.

DISPV-

DISPVTATIO LX.

An infidelis vel hæreticus sit capax huius spiritualis cogn. actiuæ vel passiuæ: vel si nõ cõfirmatus sit cõfirmationis aut baptismi patrinus?

SVMMARIVM.

Explicatur titulus quæstionis, & proponitur quæstionis disputandæ, n. 1.
Hæreticus baptizans, vel confirmans, vel in hu sacramentis suscipiens, verè contrahit cognationem spiritualem, n. 2.
An infidelis baptizans, vel suscipiens in baptismo, aut confirmatione, contrahat cognationem? refertur quæ simplex sent n. 3. 4. 5. 6.
Propensum sententia auctoris, n. 7.
Non contrahit infidelis, siue baptizet siue sit patrinus, n. 8.
Idem dicendum est de catechumeno hæc faciente, n. 9.
Nec si hic infidelis baptizatum conuertat in pueri suscipiente, aut alter suscipiat, altero baptizante, contrahat cognationem infidelitas fidelitatem contrahet. n. 10.
Nec infidelis baptizatus postea, contrahet cognationem ex illo tempore infidelitatis exercito: & poterit ducere personam à se baptizatam, vel suscepta m, vel eius matrem, n. 11.
Satisfit argumentis, n. 12.
An infidelis sit capax cognationis passiuæ, ita vt fidelis baptizans, vel suscipiens eius filium, contrahat cognationem cum ipso infideli? Refertur quædam sententia, n. 13.
Infidelis est incapax eius cognationis passiuæ, n. 14.
Quamuis postea infidelis baptizetur, non conualescit ea cognatio n. 15.
Potest fidelis baptizans aut suscipiens filium infidelis, postea matrimonium cum infideli reducuti ad fidem, non autem cum persona à se baptizata vel suscepta, n. 16.
Soluuntur argumenta, n. 17.
Si fidelis non confirmatus sit patrinus in baptismo, contrahit cognationem? n. 18.
Quid si sit patrinus in confirmatione? Refertur quædam sent. n. 19.
Verius est eum non contrahere cognationem, n. 20.
Religiosi patrini baptismi, vel confirmationis peccant: at verò contrahunt cognationem spiritualem, n. 21. & ibi, quia de Episcopo non confirmato, confirmante?

1 BIFARIAM poterat infidelis esse capax cognationis spiritualis. Primò, actiuè, nimirũ, ita vt baptizans vel suscipiens filium fidelis verè contrahat cognationem cum persona à se baptizata, vel suscepta, ac cũ eius parentibus. Secũdò, passiuè, nempe, ita vt si fidelis baptizet filium infidelis, ipsumve suscipiat, ipse infidelis nõ contrahat cognationem cum fideli, bene tamen è contra fidelis cũ infideli. Triplex ergo est quæst. disputanda. Prima, an infidelis sit capax cognationis actiuę. Secunda, an sit capax cognationis passiuæ. Tertia, quid de fideli non confirmato.

2 QVÆSTIO I. An infidelis baptizãs, suscipiensve in baptismo, aut confirmatione, filiũ fidelis, contrahat cognationem spiritualem cum persona baptizata vel suscepta, ac eius parentibus: Et quidem hæreticum baptizantem, vel illam personam in baptismo aut confirmatione suscipiẽtem, contrahere hanc cognationem, fatentur omnes ita simi insignitus est, ac proinde ex hac parte est capax cognationis spiritualis, ac legibus Ecclesiæ subiicitur. Et quãuis peccet patrini munere fungẽs, at nullibi expers efficitur huius muneris obeundi; ac proinde verus patrinus est.

3 Circa infidelem autem hæc munera obeuntem versatur difficultas. Quintuplex est sent. Prima ait infidelẽ baptizantem filium fidelis contrahere cognationem cũ baptizato, ac eius parentibus, secus suscipientẽ. Ducitur primò, quia infidelis validè baptizat, non autẽ validè suscep toris munus exequitur. Quippe eũ non posse esse susceptorem decernitur *c. In baptismate, de consecr. d.* 4. Secundò, quia puer baptizatus ab infideli, recipit vere ab illo esse spirituale. Ergo manet verè filius spiritualis illius, & subinde vera cognatiõ contrahetur. Tertiò, quia per catechismũ vera cognatio spiritualis contrahitur, *c.* 2. *de cogn. spir. in* 6. Ergo nondũ baptizatus est capax cognationis spiritualis. Quartò, quia ex factis infidelitatis tẽpore, bene oritur impedimentũ post cõuersionẽ, vt infidelis nõ valeat post baptismũ ducere eam, quæ infidelitatis tempore sibi facta est consanguinea. Et confir. ex *c. 1. de conuer. infidel.* ex quo cõstat infidelẽ occidentẽ virũ Christianæ, machinãte hac in viri mortẽ, non posse cõuersum ad fidẽ cum ipsa validè inire matrim. Huius sent. sunt *Gloss. c. In baptismate, verb. Suscipere, de consecr. d.* 4. *Angelus, verb. Baptismus,* 8. *n.* 1. *& verb. Matrimonium,* 3. *imped.* 7. *nu.* 10. *Sotus* 4. *d.* 4. *q. vn. a.* 5. *col. antepen. Ledesma* 1. *p.* 4. *q.* 8. *a.* 7. *dub. vnico, concl.* 4. *Enriquez l.* 12. *de matrim. c.* 3. *n.* 4. *vers. Tertio, multo communi. lit. T. & c.* 11. *n.* 2. Vnde vtrobique infert conuersum ad fidẽ posse cõtrahere cum matre fideli filii, quem de fonte leuauit: secus cum matre fideli filii à se baptizati, vel cum filia baptizata à se. 4

Secunda sent. docet, infidelem baptizantem filium fidelis non contrahere cognatione, secus si teneat in baptismo vel cõfirmatione. Quod baptizatus nõ exerceat eum actum nomine proprio, sed vice Spiritũsancti, ac tenẽs nõ exerceat nomine alterius, sed proprio. Ita *Guillelmus*, quem refert ac sequitur *Rosella verb. Impedimentum, imped.* 9. *n.* 26.

Tertia sent. sustinet, infidelẽ suscipientem in baptismo, 5 vel baptizantem filium infidelis, contrahere cognationem cum infideli, atque ita si ambo conuertantur, non posse eos matrimonio iungi. Sic *Archid. c.* 1. *n.* 1. *de cognat. spirit. in* 6. *& c.* 1. *n.* 3. 30. *qu.* 1.

Quarta sent. docet, omnino non baptizatum minime 6 contrahere, secus si sit catechumenus: tunc enim contrahet cognationem etiam tenendo in baptismo vel confirmatione. Quia catechumenus est iam baptizatus baptismo flaminis, quasi in vtero natus, licet nondum editus. Ita *Palud.* 4. *d.* 42. *q.* 1. *a.* 1 *concl.* 3. *n.* 8. *ad medium, Gaeta reper. c. Ad limina,* 30. *q.* 1. §. 4. *q.* 151. *n.* 398.

Quinta sent. rãquam veritatem tenẽda docet, infidelem 7 incapacem esse huius spiritualis cognationis contrahẽdæ. Primò, quia sicut non habens vitam carnalem non potest esse cognatus carnaliter, ita nõ habens vitam spiritualem nequit esse spiritualiter cognatus. Et confirm. quia sicut ad carnalem cognationem inter aliquos desideratur processio vtriusque ab eodem stipite secundùm carnalem propagationem, ita ad spiritualem exigitur processio vtriusque ab eodem stipite, nempe Christo, secundùm spiritualem regenerationem mediante visibili sacramento baptismi. Secundò, quia infidelis est incapax iurispatronatus, quod quasi spirituale est, *c. Quicũque,* 16. *q.* 7. nec cũ cognationis verè spiritualis. Tertiò, quia cũ cognatio hæc sit ex merè Ecclesiæ instituto, nequit ab infidelibus cõtrahi, vtpote qui Ecclesiæ legibus minimè subdũntur. Et ideò sic tenent ex Theol. *D. Tho.* 4. *d.* 42. *q.* 1. *a.* 3. *quæstiunc.* 1. *ad* 3. *Durand. ibi q.* 1. *n.* 9. *fin. Ricar. a.* 1. *q.* 3. *Flatius in princ. Supplem. Gabr. q.* 1. *a.* 3. *dub.* 2. *D. Antonin.* 3 *p.* 1. 1. *c.* 15. §. 3. *col.* 3. *Sotus* 4. *d.* 42. *q.* 1. *a.* 3 *col.* 3. *& ibi Ouand. q. vnic. propos.* 6. *Petr. de Soto lect.* 11. *de matrim.* §. *Est autem huius cognationis, Veracruz* 1 *p. spec. vlt. ar.* 56. *concl.* 6. *Palacios* 4. *d.* 7. *disp.* 3. *quadruplici col. ante fin. vers. Ego vero, Angles floribus* 1. *p.* vbi de matrim. *q. fin. a.* 1. *concl.* 1. *Valentia* 4. *p. disp.* 4. *q.* 2. *punct.* 3. 5. *pen. & disp.* 6. *quæst.* 5. *punct.* 3. vbi de impedim. cognat. *paulo post princ.* §. *Iam tamen per. concilium. Emman. Sa. sum. verb. Matrimonium,* vbi de imped. diriment. *n.* 5. *vers. Cum non baptizato, Petr. de Ledes. de matrim. q.* 56. *art.* 1. *paulo post princ. & a.* 3 *col. pen. & sum. sacram.* vbi de baptismo, *c. vlt. concl.* 6. *Iud. Lopez* 2 *p. instruct.* vbi de baptismo, *c.* 62. *ad fin. &* vbi de matrim. *c.* 51. *col.* 6. *Barth. à Ledes. de matrim. dub.* 46. *post* 1. *concl.* 1. *notabili* 4. *Manuel* 1. *to sum.* 2. *edit. c.* 226. *n.* 10. *concl.* 4. *Vinald. candel. sacram* 1 *p.* vbi de matrim. *n.* 157. *Vega* 1. *to. sum. c.* 33. *casu* 45. *Canõ de sum. sacram.* vbi de matrim. *c.* 6. vbi de cognat. spirit. *n.* 48. Et ex iurisperitis, *Ioan. Andr. reg. Ex eo non debet, de reg. iur. paulo ante solut. ad argum. Et c.* 1. *statim in princ. de cogn. spirit. in* 6 *& ibi Anchar. n.* 1. *Dominic. ibi, in princ.* n. 4 *Francus ibi, in princ. n.* 4. *Alberic. in suo dictionar. lit.* I. *verb. Impedimentum,* 6. *ad fin. Bellamera c.* 1. *n.* 2. 30. *q.* 1. *Propos. rubr. de cogn. spirit. p.* 1. *n.* 1. *Alex. de Neuo c. Contractu, n.* 12. *cod.* 1. *Henric. c. Veniens, num.* 1. *cod.* 2. *Affensis* 2 *p. sum. l.* 8. 1. 18 *a. vn. q.* 6. *Brunel. de sponsal. concl.* 20. *num.* 18. *Syluest. verb. Matrimonium,* 8. *q.* 7. *dicto* 12. *Turrec. c. Ita diligere, n.* 3. 30. *q.* 3. *Tabiena verb. Impedimentum, imped.* 5. *n.* 2. *q.* 1. *& n.* 3. *q.* 2. *concl.* 11. *Armilla v. Matrimonium, nu.* 11. *Nauar. sum. Lat. c.* 22. *n.* 36. *& n.* 4. *vers. Tertium, & l.* 3. *conf. in* 1. *edit.* 1. *de baptis. conf.* 3. *n.* 1. *in* 2. *l.* 4. 1. *de cogn. spir. conf.* 1. *nu.* 1. *Greg. Lopez l.* 6. *verb. Estos,* 1. 4. *p.* 1. *Alex. Carr. l.* 2. *de desp. c.* 8. *Matienzo li.* 5. *reco.* 1. 1. *rubr. gl.* 1. *n.* 169. *Gallego de cogn. spir. c.* 8. *n.* 4.

Hinc deducitur infidelem siue baptizet, siue susceptor 8

in Baptismo aut Confirmatione sit, minime contrahere hanc cognationem. Quia si illius incapax est (vt nu. præc. probaui) in neutro euentu poterit illam contrahere. Sic contra primam sent. relatam nu. 3. docent omnes DD. relati n. præc. cum dicant infidelem esse huius cognationis incapacem. Sed specialiter in neutro euentu eam contrahere explicant *D. Th. Durand. Ricard. Supplem. Gab. Ioan. And. d. reg. Ex eo non debet. paulo ante solut. ad argum. Alberic. Alex. de Neuo, Præpos. Turrec. Brunel. D. Antonin. Soto, Pet. de Soto. Nauar. duplici consilio cit. Veracruz, Angles, Lud. Lop. vtroque loco, Osuand. Gallego, Vega, Vivald. Cañedo, Bart. à Ledes. Matienzo nu. præced. allegati. Pet. de Ledes. de matrim. q. 56. a. 1. paulo post princip. & a. 3. col. penult.*

9 Secundò infertur, catechumenum esse quoque incapacem huius cognationis. Quòd non procedat ab eodem stipite, videlicet a Christo, per spiritualem regenerationem, mediante visibili sacramento baptismi: sicut nec sacramentorũ est capax, vt contra quattuor sent. nu. 6. relatam, docent *Soto. Osuandus, Angles, Gasuedo allegati n. 7. Pet. de Ledes. vtroque loco relato nu. præced. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 51. col. 6.*

10 Tertiò deducitur, si Christianus vna cum infideli suscipiat puerum, vel alter suscipiat altero baptizante, non contrahi cognationem cum infideli: vtpote qui illius expers est: bene tamen cum Christiano. Quia vtile non vitiatur per inutile, quando commodè separati possunt. *reg. Vtile, de reg. iuris, in 6.* Ita docet *Ioan Andr. reg. Ex eo non debet, in fine de reg. iuris.*

11 Quartò deducitur infidelem baptizantẽ, vel suscipientem, non contracturum cognationem ex eo actu tempore infidelitatis gesto, quamuis postea baptizetur. Quia quod à principio nullum fuit, cõualescere nequit. Hoc videtur contra *Toledo l. 2. sum. c. 23. in fin.* vbi hæc ait: Cùm nõ baptizatus est susceptor, non contrahitur hæc cognatio, licet contrahatur quando baptizatur. Sed nostrum corollarium sustinent *Alex. de Neuo c. Contractio, n. 13. de cogn. spirit. Soto, Bart. à Ledes. n. 7. allegati, Gallego de cogn. spirit. c. 8. nu. 14. Pet. de Ledes. n. 8. relatus, Lud. Lop. n. 9. cit.* Ex quo rursus infertur, posse infidelem illũ postea baptizatum copulari matrimonio cum persona à se baptizata, vel suscepta, & eum eius matre. Quod cum neutra contraxerit cognationem spiritualem, tamquam illius incapax, & dicemus de matre idem, in simili casu, *n. 16.*

12 Ad argum. nu. 3. proposita resp. Ad 1. dic, non satis esse baptismum ab infideli collatum esse validum, vt ex eo oriatur cognatio spiritualis, sed desiderari personam baptizantem esse capacem illius contrahendæ: qualis non est infidelis. Ad 2. dic. non satis esse recipere esse ab alio, vt recipiens sit eius filius. Exigitur enim vt recipiat esse à principio viuenti simili in natura. At baptizatus recipit esse spirituale ab infideli, non tamquam à principio simili sibi in natura regenerationis per baptismum, quamuis sit ille catechumenus, habeatque fidem, & sit in gratia constitutus. Ad 3. dic, eam cognationem esse valde imperfectam, & secundum quid, ac dispositionem quandam ad cognationem perfectam, quæ ex baptismo consurgit: ac proinde nil mirum, si ex catechismo, qui ad baptismum dispositio est, Ecclesia sic statuente, contrahatur. At cognationis perfectæ spiritualis quicumque non baptizatus est incapax. Ad quartum dic, consanguinitatem esse quid naturale, & ideo eam cõtrahi ab infidelibus. At cum cognatio spiritualis sit ex solo iure Ecclesiastico, cui infideles non subsunt, non potest ab infidelibus contrahi. Ad confirmationem dic, in eo textu imponi pœnam Christianæ illi in odium eius delicti, ne vnquam possit illi infideli conuerso ad fidem nubere: & subinde nec infidelis conuersus poterit eam ducere: quamuis ipsum infidelem non potuerit ligare Ecclesia. Sed quia matrim. postulat vtrumque coniugem habilem eo ipso quod alter subiectus Ecclesiæ redditur ab ipsa inhabilis, nequit inter ipsos matrimonium consistere. At cognatio spiritualis, vtpote res ex Ecclesiæ iure inuenta, non potest contrahi ab infidelibus: nec etiam potest in solo fideli, vt nu. 4 dicemus.

Quæstio II. An infidelis sit capax cognationis passiuæ: ita vt si fidelis baptizet, vel teneat in baptismo filium infidelis, contrahat fidelis ex parte sua cognationem cum parentibus infidelibus illius pueri, quamuis parentes infideles eam non contrahant: sed teminent illam cognationem actiuam à fideli contractam? Quidam affirmant fidelem ex parte sua contrahere cognationem cum parentibus illis infidelibus, quamuis illi non contrahant: & proinde infideles esse capaces cognationis spiritualis passiuæ: vnde inferunt, non posse consistere matrim. inter parentes illos postea baptizatos cum fideli, qui eorum filium baptizarat aut susceperat. Ducuntur, quia quamuis infidelis ex parte sua expers sit cognationis spiritualis: at fidelis capax est illius, ac legi Ecclesiasticæ subditur statuenti, vt quicumque baptizans vel susceptor illam contrahat. Ergo ex parte sua contrahet, tamquam vere baptizans, veruſque susceptor. Et confirmatur, quia stat impedimẽtum ex parte alterius, qui est infidelis, to tum incurri, vt constat ex *c. 1. de conuers. infid.* & dixi nu. præced. in solut. ad vlt. Ita sustinent *glossa cap. 1. v. Ex Lauacro, 30. q. 1. & ibi Archid. n. 3. idem Archid. c. 1. n. 1. de cognat. spirit. in 6. Præpos. rubr. de cogn. spirit. q. 2. n. 2. & q. 3. n. 3. Albericus in suo dict. lit. I. v. Impedimentum, 6. ad fin. D. Antonin. 3 p. t. 1. c. 15. § 3. col. 5. Rosella v. Impedimentum, imped. 6. nu. 26. & ibi Supple. sum. Pisana, imped. 6. num. penult. Angelus verb. Matrimonium, 3. imped. 7. num. 10. Syluest. v. Matrimonium, 8. qu. 7. dict. 12. Greg. Lop p. 4. t. 7. in rubrica. Nicolaus de Orbellis 4 d. 42. q 1. § 5. Gaeta repetit c. Ad limina, 30. q. 1. § 4. q. 151. n. 398. Veracruz 1 p speculi, ar. 56. concl. 6. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. gloss. 1. n. 169. Enriquez l. b. 12. de matr. c. 11. nu. 3. fine, Vivaldus cand. Labro sacram. 1 p.* vbi de matrim. *n. 165.*

13

At dicendum est, infidelem esse incapacem cognationis illius spiritualis passiuæ, ac proinde nec fidelem baptizantem, aut suscipientem filium infidelem, contrahere cognationem aliquam cum parentibus infidelibus. Ratio est aperta. Quia cum cognatio spiritualis sit quædam relatio, non potest ab altero contrahi, quin ab vtroq; contrahatur. Quippe relatio duo extrema necessario petit. Cum igitur infidelis incapax sit cuiuscumque cognationis spiritualis, nequibit fidelis cum infideli eam contrahere. Et confirm. quia nec matrim. nec cognatio carnalis, nec legalis potest consistere nisi inter duo extrema habilia. Et ideo hanc partem defendunt *Durand. 4. d. 42. q. 1. n. 9. fine, Alex. de Neuo c. Contractio, n. 13. de cognat. spirit. Henric. c. Veniens, n. 1. eo. t. Bellamera, c. 1. nu. 230. q. 1. Soto 4. d. 42. q. 1. a. 3. col. penult. vers. Postrema ex his, Palaciosibi, disp. 1. col. 27. vers. Non me latet, f. 927. Gallego de cogn. spirit. c. 8. n. 11. Bart. à Ledesma de matrim. dub. 46. post. 2. concl. notab. 1. Petr. de Ledes. de matrim. q. 56. a. 3. fin. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 226. nu. vlt. Vega 1. tom. sum. c. 33. casu vlt. in fine.* 14

Hinc deducitur, nec eam cognationem spiritualem conualescere, ac oriri cum parentibus illis infidelibus, licet postea illi baptizentur, vt dixi n. 11. in casu simili. Quia quod à principio irritum fuit conualescere nequit, *regul. Non firmatur, de reg. iuris, in 6. & reg. Quod ab initio, ff. de regul. iur.* Sic *Alex. de Neuo, Bart. à Ledesm. nu. præced. relati, Gallego de cognat. spirit. c. 8. n. 14.* 15

Rursus ex hoc subinfertur, posse consistere matrimonium inter fidelem sic baptizantem, vel suscipientem, & parentes illos infideles, si postea baptizentur. Quod nulla inter illos cognatio spiritualis subortasit. Ita *Durand. & Alex de Neuo n. 14. relati, Gallego de cognat. spirit. cap. 8. num. 15.* At non poterit fidelis ipse matrimonium inire cum persona à se baptizata vel suscepta. Quia cum illa nil obstitit, quo minus vere contraheret cognationem spiritualem. Quãuis contrarium dixerim in casu relato nu. 11. Quia in illo casu baptizans vel suscipiens erat infidelis, & ita cognationis incapax: at in hoc est fidelis. 16

Ad argum. n. 13. propositum dic, non sufficere fidelem esse capacem contrahendæ cognationis, nisi aliud extremum 17

mum, cum quo contrahenda est, sit capax, vt probaui nu. 14. Ad confirm. dic, vt aliqua persona sit impedita ne cõtrahat, satis esse dari impedimentum in illa: quamuis in aliaex parte sua non sit, vt homo solutus nullo laborat impedimento ad matrimonium, at nequit monialem ducere, propter impedimentum ipsius monialis. Cognatio autem cùm sit relatio, inueniri nequit nisi inter duo extrema habilia.

18 Qvæstio vltima: An non confirmatus suscipiens in confirmatione puerum, contrahat cum illo, eiusque parentibus cognationem spiritualem? Si enim suscipiat in baptismo, manifestum est ipsum contrahere. Quod nullibi ea susceptio interdicatur non confirmato.

19 Specialis autem difficultas est, si in confirmatione suscipiat? Quia in re est duplex sent. Prima, (& satis probabilis) affirmat eum contrahere. Quia habet esse spirituale, & est membrum Ecclesiæ per baptismum. Secundò, quia licet religiosis interdicatur suscipere in baptismo vel confirmatione, *c. Placuit cõmune, 16. q. 1. & c. Non licet, de consec. d. 4.* At si teneant, fiunt veri compatres. Tandem, quia Episcopus non confirmationis sacramento insignitus, verè contrahit cognationem, si puerum confirmet. Ergo similiter si in confirmatione illum teneat alio Episcopo confirmante. Nulla enim diuersitatis ratio apparet. Et ideo hãc sent. tuentur *Palud. 4. d. 42. q. 1. a. 1. concl 3. n. 8. Rosella verb. Impedimentum, imped. 6. fin. v. Matrimonium, 8. q. 7 dict. 12. Tabiena v. Confirmat sacramentum, q. 7 nu. 8. & v. Impedimentum, imped. 5. n. 2. q. 1. Sotus 4. d. 42 q. 1. ar. 3. col. 3. vers. Ex quo fit, Nauar. l. 3. conf. in priore edit. ti. de baptismo conf. 3. fin. in poster. l. 4. t. de cogn. spir. conf. 1. fin. Gallego de cogn. spirit. c. 9 num. 1. & fin. Emman. Sa sum. v. Matrimonium,* vbi de imped. diriment. *n. 5. vers. Non confirmatum, Manuel 1. to sum. 2. edit. c. 226. n. 10 concluf. 4. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 51. col. 6. vers. Ex quo fit.*

20 Secunda sent. (cui tamquam probabiliori accedo) ait eum non contrahere cognationem spiritualem. Quia quamuis habeat vitam spiritualem ratione baptismi, at non habet conditiones petitas ab Ecclesia, vt verus susceptor sit, vt constat ex *c. In baptismate, de consecr. d. 4.* ibi: *In baptismate, vel in chrismate non potest aliam suscipere in filiolum ipse, qui non est baptizatus vel confirmatus.* Quod verbum, Potest, præpolita negatione tollit potentiam, & reddit actum nullum (vt probaui l. 6. disp. 38. n. 20.) Qua ratione ductus *Valentia 4. p. disp. 4. q. 2. punct. 3. § penul.* ait infidelẽ non modo illicite, sed inualide etiam suscipere. Quia is textus decidit infidelem non posse esse susceptorem in baptismo: quod idem decidit textus de fideli non confirmato, dicens eum non posse esse susceptorem in Confirmatione. Et ratio huius decisionis fuit, quia sicut in naturalibus, vt quispiam generare valeat, exigitur vltra vitam, debitum eiusdem vitæ robur: ita ad susceptionem in confirmatione, quæ habet rationem regenerationis, in quantum robur ad conseruandam vitam spiritualẽ baptismi confert, oportuit vt patrinus robur vitæ per confirmationem obtinuerit, vtpote qui repræsentat, tenens puerum, eius imbecillitatem in fide, ac indigentiam vt ab alio fortiori sustentetur. Et ideo huius sent. sunt *Gl. d. c. In baptismate, v. Suscipere, Angelus v. Confirmationis sacrament. num. 11. & v. Matrimonium, 3. imped. 7. n. 10. fin. Victoria summ.* vbi de confirm. *n. vlt. Palacios 4. d. 7. disp. 3. quadruplici col. ante fin. vers. Ego vero, Suarez 3 p. q. 72 a. 10. fin. Enriqu. l. 12. de matrim. c. 11. n. 2 & l. 3. de sacram. confirm. c. 3. nu. 3. Toledo l. 8. sum. c. 24. n. 11. Bart. à Ledes. in sum. sacram.* vbi de confirm. *dub. 8. Vinaldus candel. sacram. 1. p.* vbi de baptismo *n. 69. Vega 1. to. sum. c. 46. casu 11.*

21 Religiosi verò quãuis peccent, si in baptismo aut confirmatione susceptores sint, vt probant textus nu. 19. in 2. argum. allegati. Quia tamen nullum est verbum in eis irritans factum, veteri susceptores erunt, & subinde contrahent spiritualem cognationem. Ita docent *Angel. v. Baptismus, 8. innit. Sylvester v. Baptismus, 5. q. fi. Tabiena v. Baptismus, 5. fin. Ledesm. 1. p. 4. q. 8. a. 7. dub. vii. concl. 2. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. § 4. q. 152. n. 399. Pet. de Ledesm. sum. sacram.* vbi de baptismo, *c. fin. concl. 6. Gallego de cognat. spirit. c. 9. fin. Vinaldus candel. sacram. 1. p.* vbi de baptismo, *n. 69.* Similiter Episcopus non insignitus sacramento confirmationis, quamuis suscipiens in confirmatione non cõtrahat cognationem, at contrahet confirmans. Quiã verum Sacramentum cõfert, iuxta omnes: at non est verus susceptor, vt n. præced. probaui. Et ex dictis constat ad argumenta n. 19. proposita.

DISPVTATIO LXI.

Vtrùm in quacunq; ætate possit quispiã legitimus esse patrinus, ac cognationem cõtrahat?

SVMMARIVM.

Refertur duplex sent. circa ætatem in patrino necessariam, n. 1 & 2.
Non exigitur vt patrinus ætate excedat baptizatum, n. 3.
Desideratur & sufficit vsus rationis necessarius ad culpam mortalem in patrino, vt legitimus sit, & cognationem contrahat, n. 4.
Si in minori septennio accelleratur is vsus rationis, potest esse patrinus, & contrahet cognationem, n. 5.
Satisfit argumentis, n. 6.

IN hac disp. quidam petunt, quo possit quispiam baptizandi patrinus esse, vt illum excedat octodecim annis. Ducuntur, quod id in adoptione legali statutum sit, *§. Minorum, Instit. de adopt.* vt vel sic certissimum sit posse ipsius patrem carnalem esse. Et confirm. quia patrini sunt parentes spirituales ipsius baptizati. Et ita sustinent *Abbas c. Debitum, n. 3. de baptismo, Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de baptismo, *c. 63. §. At nota.* 1

Aliis placet, excessum quatuordecim annis exigi. Quia in ea ætate est quispiam pubes, & potest esse pater. Ita *Anchar. c. Debitum, n. 7. de baptis.* 2

Verum dicendum est, non desiderari vt patrinus ætate excedat baptizatum: nec certam ætatem præscribi in patrino, vt id munus obire possit. Probatur ratione optima *D. Th. 4. d. 42. q. 2. a. 1. ad 5.* vbi constituit differentiam inter paternitatem legalem adoptionis, & spiritualem sacramentorum Baptismi & Confirmationis. Quod hæc sit quædam regeneratio in Christo, in quo non differt masculus à femina, seruus à libero, iuuenis à sene, & ideò indifferenter potest quilibet effici pater spiritualis alterius. Illa autem tendat ad hæreditatis successionem, & quandam subiectionem adoptati adoptanti. Decet autem antiquiorem inueni subdi in cura rei familiaris. Et ideo leges petunt adoptantem seniorem esse adoptato. Secundò, quia in nullo textu reperitur ætas præscripta in patrinis. Tertiò, quia similiter baptizans vel confirmans efficitur pater spiritualis baptizati vel confirmati. Et tamẽ nullus petit illum maiorem natu esse. Et ideò huius sent. est apertè *D. Th. loco prox. alleg.* dum indistinctè ait posse quemlibet effici patrem spiritualem alterius, nulla maioris aut minoris ætatis ratione habita. Et in propriis terminis docet *Nauar. l. 4. conf. 1. de cogn. spir. in 1. edit. conf. 3. n. vn. in 2. conf. 4 n. vii. Enriq. d. 12. de matrim. c. 11. n. 2. in comment. lit. Y. Manuel 1. c. summ. in 2. edit. c. 226. n. 1. col. 4. Vega 1. to. sum. c. 33. casu 19.* 3

Hinc deducitur, puerum cuiuscumq; ætatis, dummodo rationis vsum necessarium ad culpam lethalem contrahendam habeat, posse esse legitimum susceptorem in Baptismo vel Confirmatione, ac suscipiendo contrahere veram cognationem spiritualem: secus si rationis vsu careat. Constat prior pars ex dictis nu. præc. vbi certam ætatem iure præscriptam non esse ad id munus obeundum probauimus. Deinde, quia tunc reperiri potest legitima intentio faciendi quod alii patrini efficiunt, vna cum actione tenendi in susceptione illorum sacramentorum. Ergo vera cognatio spiritualis orietur. Constat etiam posterior pars. Quia non fruens rationis vsu nequit exercere illam susceptionem cum legitima intentione, sed tantum materialiter, instar bruti. At intentionem efficiendi quod alii patrini faciunt, desiderari probaui disp. 58. n. 4. Et ideò hanc sent. tenent *Nauar. l. 4. conf. 1. de cognat. spirit. in priori edit. conf. 1. in fin. in posteriori, conf. 2. fine, & conf. 3. nu. vn. Gaeta repet. c. Ad limina, 30 q. 1. §. 4 qu. 136. n. 371. & 372. Enriquez l. 12. de matrim. c. 11. n. 2. Manuel & Vega num. præced. alleg.* 4

5 Imo si in minori septennio acceleretur vsus rationis sufficiens ad mortale peccatum, esset ille susceptor legitimus, ac veram spiritualem cognationem contraheret. Ita *Enriq. n. precedenti alleg.* Et constat ex ibi dictis.

6 Ad argum. & confirm. nu. 1. proposita, constat ex ratione *D. Thomæ*, quam n. 3. retuli. Deinde congruentia illa ac similitudo arguit id decens esse, non tamen esse præceptum. Cùm iure statutum non reperiatur.

DISPVTATIO LXII.

An si baptismus vel confirmatio irrita sint, aut baptismus in necessitate priuatim ministretur, oriatur cognatio spiritualis, tam ex parte ministri, quàm ex parte patrini?

SVMMARIVM.

Quando puer domi baptizatur, & postea in Ecclesia adhibentur solemnitates catechismi an contrahatur aliqua cognatio in dictis solemnitatibus n. 1.

An teneatur parochus in libro scribere patrinum fuisse solum catechismi, puero iam domi baptizato? Negatiue, n. 2

Quot quæstiones discutiendæ sint, n. 3.

An ex iteratione solemnis baptismi valde priuatim collati oriatur cognatio? Refertur quædam sententia, n. 4

Nullatenus contrahitur ex ea iteratione, nec quoties baptismus & confirmatio irrita sunt n. 5.

Quid si aliquis ratione dubii prioris baptismi repetatur? n. 6

Quid si nondum integrè natus baptizetur, & postea rebaptizetur? n. 7

Soluuntur argumenta, n. 8.

An baptizans in necessitate non solemniter sine laicus, sine fœmina, contrahat cognationem? Refertur quædam opinio, n. 9.

Explicatur sententia Auctoris, n. 10.

An pater baptizans in necessitate filium concubinæ possit illã duxere? n. 11

Soluuntur argumenta, n. 12.

An tenens in baptismo non solemni contrahat cognationem? Refertur quædam sententia, n. 13.

Verius est, tenentem non contrahere, n. 14.

Quid si in eo baptismo priuato velit suscipere munus patrini ebrietas, 15.

Soluuntur argumenta, n. 16.

1 IN hac disp. tanquam certum præmittendum est, quando baptismus domi confertur, & postea in Ecclesia adhibentur solemnitates baptismo minimè iterato, non cõtrahi cognationem spiritualem in iis catechismi solemnitatibus quæ matrimonium subsequens dirimat; sed solum quæ illud contrahendum impediat. Cùm ibi solus catechismus ministretur. Et ita conueniunt omnes DD. allegandi. Et latè tractatu hoc l. disp. 10. & ibi n. 11. defendi hoc impedimentum esse prorsus ablatum per Tridentinum.

2 An verò parochus in libro, in quo nomina patrinorum scribit, teneatur aduertere hunc susceptorem non fuisse patrinum nisi solius catechismi? dixi eadem disp. 10. n. 13.

3 Triplex autem quæstio disputanda est. Prima, an quando baptismus domi verè collatus iteratur solemniter in Ecclesia, ex hac iteratione oriatur cognatio? Secunda, an baptizans priuatim in extrema necessitate contrahat cognationem. Tertia, an illam contrahat tenens puerum in eo baptismo priuato.

4 QUÆSTIO I. An ex iteratione solemni baptismi priuatim valide collati, oriatur cognatio aliqua spiritualis? Aliqui censent ex hac iteratione oriri cognationem spiritualem perfectam, dirimentem subsequens matrim. Ducuntur, quia licet posterior baptismus sit irritus, sufficit ad impedimentum dirimens inducendum, actum effici de facto, etsi non de iure, sed irritus sit, vt constat ex *cap. vn. de sponsal. in 6.* vbi decidit ex sponsalibus irritis oriri impedimentum publicæ honestatis dirimens matrimonium. Ita tenent *Domin. conf. 33. n. 5. & 6. Philipp. Probus addit. ad Monachum, t. 1. de cogn. spir. in 6. n. 2. & 3.* & teste *Mandosio de signatura, t. Dispensationes matrimoniales, §. Magna fuit.* in Concilio Rotæ magna fuit exborta quæstio circa hanc rem, & aliqui affirmabant hanc partem, inter quos erat *Felinus*, qui tunc erat Rotæ auditor.

5 Cæterum absque dubio tenendum est, ex solemni illa baptismi iteratione nullam prorsus cognationem oriri siue in repabtizante, siue in patrinis. Quod concluſum esse in Concilio Rotæ testatur *Mandosius n præced. alleg.* Quia iura decernunt ex baptismo oriri cognationem, eo quod sit regeneratio quædam spiritualis. At hic posterior baptismus, nec est verè baptismus, nec vera spiritualis regeneratio. Vnde succedit *reg. iuris, Non præstat de reg. iur. in 6.* non præstat impedimentum quod de iure non sortitur effectum. Præterea quia nullius est textus decidens ex baptismo penitus inani oriri hoc impedimentum. Et inducere matrimonii impedimenta, est valde odiosum. Et ideo hanc partem tenent *Rosella v. Impedimentum, imped. 6. nu. 13. Angel. v. Matrim. 3. imped. 7 fin. Sylueſt. v. Matrim. 8. q. 7. dict. 17. Tabiena v. Imped. imped. 5. ad fin. Armilla v. Matrim. nu. 13. & 14. Sotus 4. d. 42. qu. 1. a. 2. col. penult. vers. Atque adeo, Nauar. lib. 3. conſ. 1. de baptismo, in 1. edit. conſ. 1. n. 1. in 2. conſ. 2. n. 1. Ledeſ. 2. p. 4. q. 58. a. 2 ad fin. Bart. à Ledeſm. de matrim. dub. 46. col. 2. Phalarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. cap. 11. Emman. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus, *nu. 5. vers. Etiam in baptismo, Vinald. candel. sacram.* vbi de matrim. *nu. 164. Petr. de Ledeſ. de matrim. q. 56 a. 1 paulo post prin.* Et generaliter quoties baptismus vel confirmatio sunt irrita, dicendum est, ex iis nullam oriri cognationem. Quod probant rationes adductæ: & docent *Ledeſ. 1. p. 4. q. 23. a. 10. notab. 3. Gallego de cognat. spirit. c. 10. n. 8.*

Hinc deducitur ex baptismo iterato sub conditione, eo 6
quod de prioris baptismi veritate dubitabatur, postquam constiterit priorem fuisse validum, non oriri cognationem. Ad dum id non constat, præsumet Ecclesia cognationem. Ita *Sotus & Bart. à Ledeſ. n. præced. alleg.* Quod intelligo quando est merum dubium. Nam si sint variæ opiniones probabiles, dicam n. seq.

Secundò deducitur, oriri cognationem spiritualem, 7
dum quis nondum integrè natus baptizatur, quando baptismus est validus: nec oriri postea ex baptismo sub conditione iterato in Ecclesia propter dubium valoris prioris baptismi. Sic *Nauar. l. 3. conſ. 1. de baptismo, in 1. edit. conſ. 1. n. 1. in 2. conſ. 2. n. 1.* Et dicit id esse verum, licet in quacumque corporis parte fiat baptismus. Quia censet quamcunque partem aquæ intingi sufficere ad baptismi veritatem. Sed bene dixit *Alex. de Neuo cap. penult. in fine, de cognat. spirit.* hoc pendere ex ea quæst. an baptismus in quacumque corporis parte collatus sit validus. Vnde existimo non ita absolutè loquendum, vt locutus est Nauarr. Sed in ea parte conferatur baptismus, vbi est ita certum, eum esse validum, vt non sit sub conditione iterandus; contrahetur ex eo cognatio, non autem ex iteratione: si autem dubium sit inter viros doctos an in ea parte collatus sit validus, eadem dubitatio insurget viro ex baptismo cognatio spiritualis consurgat: & si sint duæ opiniones probabiles, quorum altera neget prioris baptismi valorem: altera autè assumet, poterit tuta cõscientia quispiam vtram harum eligere: & tenendo baptismum nõ fuisse validum, dicit consequenter probabile esse ex eo non oriri cognationem, sed ex iteratione. Contrarium verò dicet, si eam opinionem amplectatur, quæ sustinet priorem fuisse validum. Et cum vtraque opinio sit probabilis, poterit vtra- uis illarum tuta conscientia amplecti.

Ad arg. num. 4. propositum, dic in eo casu esse textum 8
expressum: nec eum casum cum valde specialis sit, posse extendi ad alios. Aliter posset inde probari ex omni actu irrito sequi impedimenta omnia iure statuta, ac proinde diceremus irregularem esse, qui putans se hominem interficere, verè feram necaret.

QUÆSTIO II. An laicus in necessitate baptizans con- 9
trahat cognationem spiritualẽ? Quidam asserunt eã contrahi non posse nisi ex baptismo solemniter à sacerdote ministrato. Probant ex *c. vlt. de cogn. spir.* ibi: *Pro eo quod ipsum pater mulieris eiusdem, qui sacerdos extitit, baptizauit.* Vbi ponderatur baptizantẽ fuisse sacerdotẽ, vt cognatio spiritualis cõtraheretur. Secundò, quia *c. Ad limina, 30. q. 1.* declaratur parentes, qui proprios filios in necessitate baptizant, non arceri à petione debiti. Quod iniustum sit propter

actum

actum præcepti, pœnam subiiri. Quæ ratio æquè militat in laico, qui necessitatis tempore baptizat puerum: si enim ob id oriretur inter ipsum & pueri parentes cognatio spiritualis, priuaretur propter actum præcepti libertate ineundi matrim. cum illis: ac proinde pœnam incurreret. Negari enim non potest, priuari hac libertate esse quoddam pœnæ ac grauaminis genus, & ideo hanc partem sustinet quidam, quos tacito nomine refert *Palud. 4. d. 42. qu. 1. a. 1. concl. 4. n. 9.* Et *Monald. cit. Reinerto in sua sum.* vbi de matrim. vbi de cogn. spirit. *t. de paternitate*, ait laico in articulo necessitatis baptizanti puerum, esse sanum cõsilium, vt matrem eius minimè ducat: aut puellam à se tunc baptizatã: at si duxerit, consulendum esse Pontificem, vt decernat an id matrim. validè initum sit. Quia fortè aliud est de baptismo in necessitate collato, & aliud de baptismo solẽni.

10 At dicendum prorsus est, baptizantem etiam laicum in extremo necessitatis articulo contrahere cognationem perfectam spiritualem subsequens matrim. dirimentem cum baptizato, eiusque parentibus. Quia omnia iura clamant ex vero baptismo oriri cognationem spiritualem: & solùm excipitur *c. Ad limina, 30. qu. 1.* quando coniugis filium alter coniux in necessitate baptizat, & hoc quoad vsum matrim. iam contracti, ne, scilicet, per illum actum præiudicetur debiti petitioni. Quæ ratio non æquè procedit in matrim. contrahendo. Quia priuari coniugem iure debiti exigendi, est in pœnam delicti admissi baptizando filium coniugis alterius (vt probabo l. 9. disp. 30. nu. 1. & 2.) At iniquum est pœnam incurri propter obseruantiã præcepti. Contrahi autem cognationem, quæ subsequens matrimonium dirimat, ac teddat incestuosum concubitum cum persona baptizata, vel eius parentibus, nullatenus habet rationem pœnæ vel grauaminis, sed pertinet ad quoddam amicitiæ genus & coniunctionis, quam statuit Ecclesia inter has personas, ob quam vetuit matrimoniũ inter illas. Et confirm. quia parochus tenetur Baptismum solemniter ministrare, & tamen nullus negabit eum contrahere hanc cognationem. Tandem quia quando impedimentum aliquod nõ statuitur ab Ecclesia in delicti pœnam, sed ob alias rationes, incurritur propter actum præcepti. Vt iudex obligatus ad suspendendum delinquentem irregularis efficitur illum suspendendo. Et ideo hanc partem tuentur ex Iurisperitis, *Host. sum. t. de cogn. spirit. §. Et an aliquis, n. 8. Abb. c fin. n. vlt. de cogn. spirit. & ibi Henric. in fine, Præpos. c. penult. n. 3. col. Archid. c Omnes, nu. 2. 30. q. 1. & ibi Bellamera n. 2. Albericus in suo dict. lu. I. v. Impedimentum, imped. 6. Ioan. de Friburgo in sum. confess. l. 4. t. 7. qu. 14. & 15. Aslens. sum. 2. p. lib. 8. t. 18. a. vii. q. 7. Brunel. de sponsal. concl. 20. n. 20. Rosella v. Impedimentum, imped. 6. nu. 12. Et ibi supplem. sum. Pisana, imped. 6. nu. 9. Ang. v. Matrimonium, 3. imped. 7 n. 16 Sylvest. v. Matrimonium, 8. q. 7 dict. 7. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 4. nu. 4. Ant. Cucus l. 5. instit. maior. t. 14. nu. 7. Greg. Lop. l. 1. v. Clerigo, t. 7. p. 4. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rub. gl. 1. n. 170. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 144. num. 383. Nauar. sum. Let. c. 16. n. 34. fine, & t. 22. n. 40. fin. Et l. 4. cons. in 1. edit. t. de sponsalibus, cons. 53. n. 2. in 2. t. de cogn. spirit. cons. 5. n. 2. Gallego de cogn. spirit. c. 11. nu. 5.* Et ex Theologis, *Palud. 4. d. 42. q. 1. a. 1. concl. 1. n. 6. & concl. 4. nu. 9. Supplem. Gab. ibi, q. 1. a. 2. concl. 4. & 2. dub. 3. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 15. §. 3. Sotus 4. d. 4. q. vn. a. 5. ad fin. & d. 42. q. 1. a. 1. col. penul. v. Profecto rationes. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 44. ad fin. Palacios 4. d. 42. disp. vn. col. 34. vers. Dubitas forsan f. 931. Enriq. l. 12. de matrim. c. 11. nu. 1. Emman. Sa summa. v. Matrimonium*, vbi de imped. dirimentib. *n. 5. vers. Etiam in Baptismo, Pinciarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. lib. 2. c. 11. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 85. col. 2. vers. Caterum, & 2. p.* vbi de matrim. *c. 51. col. 3. Pet. de Ledesm. de matrim. q. 56. a. 1. dub. 2. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 226. n. 2. concl. 2. & nu. 11. concl. 5. Vega 1. tom. sum. c. 33. casu vltim. Vinald. candel. sacram. 1. p.* vbi de baptismo *n. 42.* & vbi de matrim. *num. 155. & 158. Llamas in methodo curat. 3. p. cap. 8. §. 19. fin.* Quare idem dicendum est de femina baptizante in extrema necessitate. Contrahit enim cognationem spiritualem. Vt probant rationes adductæ. Et ita docent *Abbas, Brunel. Gaeta eisdem locis.*

Hinc deducitur partem, qui in necessitate filium suæ 11
concubinæ baptizat, non posse eam ducere. Quoniam obstat cognatio spiritualis, quam ex eo baptismo in necessitate collato oriri, ad dirimendum subsequens matrimonium, probauimus n. præc. Et ita docent *Nauar. triplici loco, Palacios, Philiarc. Lud. Lop. duplici loco, Petr. de Ledes. Vega, Llamas allegati n. praced. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 226. nu. 11. concl. 5. Vinaldus candel. sacram. 1. p.* vbi de baptismo, *n. 42.* & vbi de matrim. *n. 155.*

Ad arg. n. 9. proposita resp. Ad 1. dic, narrari in eo textu 12
factũ, nec vim effici ad cõtrahendã cognationẽ spiritualẽ in sacerdotio ministri baptizantis. Ad 2. constat ex dictis nu. 10. vbi probauimus nõ habere rationem grauaminis & pœnæ: ac discrimen inter vtrumq; casum constituimus.

Quæstio vltima. An tenens puerum in Baptismo nõ 13
solemniter ministrato contrahat cognationem spiritualem. Quibusdam placet (quorum opinionem censeo probabilem) sic tenentem eam cõtrahere. Quòd is verus susceptor sit, nec iura statuentia susceptorem in Baptismo contrahere, distinguant inter Baptismum priuatum & solemnem? Secundò, quia tunc baptizans contrahit. Cùm tamen iura eodem pacto & tenore loquantur de baptizante & de susceptore. Vt constat ex *c. 1. de cogn. spirit. in 6. & ex Trident. sess. 24. de matrim. c. 2.* Ita tenent *Angel. v. Matrimonium, 3. imped. 7. n. 21. Vinald. candel. sacram. 1. p.* vbi de matrim. *n. 154. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 51. col. 3. §. Ex quo corollariè sequitur*: quamuis paulo inferius relato *Soto* in oppositum trepidet. Et videtur tenere *Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 44. ad fin.* quamuis enim in sua opinione de solo baptizante in extrema necessitate loquatur: at eam rationem assignat, quod canones indistinctè loquantur de baptizante & de susceptore, ac proinde clarè sentit idem de vtroque. Eiusdem sent. videtur *Nauar. Philiarcus, Emm. Sa citati n. 10.* qui absolutè docent, in Baptismo priuatim collato contrahi cognationem.

At probabilius est, eam non contrahi à susceptore. 14
Quia cùm adhibere susceptorem sit ceremonia ab Ecclesia instituta pro Baptismo solemni, vbi hic non est, nõ dicitur proprie & vere susceptor, qui tenet: imò valde contingens est, vt puer tunc ab aliquo teneatur in vlnis enim matris, aut in incunabulis positus solet baptizari: quòd si ab aliquo teneatur, est per accidens maioris commoditatis gratia. Quare (vt bene ait *Suarez statim allegat.*) nil peccaretur omisso patrino in eo Baptismo. Secundò, constat ex communi modo loquendi, vulgique opinione: à quibus argum. petitum efficax est (vt latè probat *Enc. a. d. in suis topicis, loco ab opinione vulgi, num. 1.*) nam tenentes infantem in prædicto casu, nec compatres nec patrini appellãtur, nec tales solent existimari: sed illi soli qui in Baptismo solemni id munus obeunt. Et ideo in hanc sent. inclinat. *Sotus 4. d. 42. qu. 1. a. 1. col. penult. vers. Profecto rationes.* Et eam tenent *Gallego de cogn. spirit. c. 11. n. 5. Suarez 3. p. q. 67. a. 8. dub. vlt. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 226. nu. 2. concl. 2. Vega 1. to. sum. c. 33. casu ult. ad finem.*

Addit *Suarez n. prec. alleg.* quamuis in Baptismo priuato 15
ceremonia susceptoris necessaria non sit, at si vere & propriè adhibeatur, & tenens velit munus susceptoris obire, esse probabile eum contrahere. Quia ille est tũc vere susceptor. Sed ego verius existimo, etiam tunc minime contrahere. Quòd non sit in poreſtate tenentis situm, hanc cognationem contrahere, nisi petita ab Ecclesia seruentur: at munus susceptoris non obitur proprie, nisi quando Baptismus est solemnis (vt docent *Sotus, Gallego. Manuel, Vega, & ipsemet Suarez, n. praced. allegati*:) nec obstat baptizantem in ea necessitate contrahere. Quia baptizans confert verum sacramentum: at qui sic tenet vel suscipit, non dicitur proprie tenere vel suscipere, eo modo, quo ab Ecclesia statutum est. Susceptio enim est ceremonia ab Ecclesia instituta ad Baptismum solemnem: ac proinde solemnitate deficiẽti, deficit quoque vera susceptoris ratio.

Ad argum. n. 13. propositum constat ex dictis num. 14. Ad 2. constat ex dictis n. præced.

DE IMPEDIMENTO *cognationis legalis.*

DISPVTATIO LXIII.

Quid & quotuplex sit adoptio: & quando cognatio legalis ex illa consurgens obstet matrimonio, illudque dirimat?

SVMMARIVM.

Enodatur definitio adoptionis, n. 1.
Quotuplex sit adoptio: & quid differat inter perfectam & imperfectam, n. 2.
Quis possit adoptare? n. 3. & ibi, quis possit adoptari?
Quot modis soluatur adoptio, n. 4.
Explicatur definitio cognationis legalis, n. 5.
Quotuplex sit cognatio legalis, n. 6.
Quot sint quæstiones disputandæ? n. 7.
An ex adoptione imperfecta oriatur cognatio legalis, quæ matrimonium impediat aut dirimat? Refertur quædam sent, n. 8.
Non oritur impedimentum dirimens, n. 9.
Neque impediens, n. 10.
Satisfit argumentis, n. 11.
Post n. 11. inuenies alia sumaria.

1 DISPVTATIONI de impedimento cognationis legalis breuiter præmittere oportet, quid & quotuplex sit adoptio, & quis adoptare possit. Est enim cognatio legalis effectus adoptionis, ex eaque oritur, sicut affinitas ex copula. Definitur ergo adoptio communiter à Iurisperitis sic: Est actus legitimus, per quem fit filius aut nepos, qui non est, penè naturam imitans. Sed a *D. Th. 4. d. 42. q. 2. a. 1.* & communiter à Theologis sic definitur: Est extraneæ personæ in filium vel nepotem, vel deinceps, legitima assumptio Vtraque autem definitio in idem coincidit. Dicitur, Extraneæ personæ, id est, eius quæ non est in adoptantis potestate, siue sit consanguinea, siue non. Dicitur, In filium vel nepotem, vel deinceps; sub quibus comprehenduntur feminina, vt filia, neptis. Quia nõ potest quispiam adoptari in fratrem vel parentem *l. Nec apud, C. de hæred. inst.* Dicitur, Legitima, id est, secundum legum formã. Cùm enim ab ipsis instituta sit, vt valeat, & effectum cognationis producat, debet in ea seruari forma legibus præscripta. (Vt n. 18. dicemus.) Dicitur, Assumptio, id est, electio. Cùm enim tanta homini propensio insita sit ad suam successionem in posterum propagandam, fuit iure introductũ, vt naturalibus liberis orbati possint suæ successioni consulere, adoptantes alios in liberos. Ars enim naturam imitatur, ac illius defectum supplet. Vnde adoptio est quædam legalis seu artificialis generatio.

2 Est autem duplex adoptio. Quædam est perfecta, per quam adoptatus transit in adoptantis potestatem, & illi succedit: & hæc dicitur arrogatio. Altera est imperfecta, per quam adoptatus non transit in adoptantis potestatẽ: & hæc dicitur simplex adoptio. Hæc distinctio ab omnibus traditur: & habetur §. *Adoptio, Inst. de adopt. & l. 7. t. 7. p. 4.* Differunt autem quintupliciter. Primò, quia per simplicem adoptionem adoptatus non transit in adoptantis potestatem, nec est eius hæres necessarius ex testamento, bene tamen ab intestato. At per arrogationem transit in potestatem arrogantis, instar filij naturalis: & est eius hæres necessarius ab intestato ex testamento autem in quarta bonorum parte, *Inst. de adopt. §. Sed hodie.* Secundò differunt, quia adoptari potest, qui non est sui iuris, vt filius sub patris potestate cõstitutus: at arrogari nequit, nisi qui sui iuris est, nempe, emãcipatus & liber homo. Quia cùm per arrogationem tradatur quispiam in arrogantis potestatem, opportet eum esse sui iuris, vt tradere se valeat, *l. 2. §. vlt. ff. de adopt.* Tertiò differunt, quia adoptio fit cuiuslibet iudicis competentis auctoritate, dum tamen apud eũ plena sit actio, id est, merum & mixtum imperium. Arrogatio verò fit sola Principis auctoritate, *l. 1. C. de adopt. & Inst. eo. t. in princ. & l reg. 7. t. 7. p. 4.* Quartò, quia arrogator tenetur satisdare de restituendis bonis arrogati illis personis, ad quas essent peruentura, si arrogatus in suo statu mansisset, *l. Nec ei, §. fin. ff. de adop.* Vltimò, quia in adoptione non requiritur verbum vtriusque expressum: at in arrogatione exigitur verbum vtriusque. Desideratur enim, vt Rex interroget arrogantem: Vis habere hunc in filium, nepotem, vel pronepotem? Et arrogans respondeat: Volo, rursus, vt interroget arrogatum: Vis habere hunc in patrem, auum, vel proauum? & ipse respondeat: Volo, & deinde Princeps exprimat sibi placere. Vnde infans adoptari potest, non verò arrogari. Habetur hæc differentia *l. In adoptionibus, l. 2. ff. de adopt. l. reg. 7. t. 7. p. 4.*

Multæ conditiones desiderantur, vt alicui integrum sit 3
alium adoptare. Prima, vt adoptans sit sui iuris, & maior vigintiquinque annis. Ratio est, quia si non sit sui iuris; & maior vigintiquinq; annis, bona sua administrare nequit, Secunda est, vt sit vir. Nam fœminæ adoptare nequeunt, nisi ex priuilegio Principis. Cũ hæc filios carnales habeãt in potestate. Tertia, vt possit generare, vel si non possit, id non sit ex defectu naturali, sed ex casu accidẽtario. Quare frigidi adoptare non possunt, eo quod sunt naturaliter impotentes, *l. 2. ff. de adop.* Et ratio est, quia adoptio instituta est ad supplendum liberorum defectum: & ideò illis solis conceditur, qui naturaliter generare possunt. At gladio castrati adoptare possunt. Quia sunt impotentes ex accidenti. Quarta, vt ita excedat ætate adoptarum, vt possit esse eius pater naturalis, immo octodecim annis debet eum excedere. Arrogare verò nequit, qui quadraginta annos non nactus est. Hæc omnia habentur *Inst. de adopt.* Et tradit latè *Sylu. v. Adoptio, q. 5.* Hinc fit, sacerdotẽ posse adoptare. Quia naturaliter non est impotens ad generationem. Sic *Host. c. vn. n. 4. de cogn. leg. & ibi Abbas n. 4. Rosella v. Impedimentum, imped. 7. n. 2. Sylues. v. Adoptio, q. 5. & ibi Armil. n. 9. Tabiena v. Impedimentum, imped. 6. q. 1. n. 2. fin.* Potest autem adoptari quilibet, siue masculus, siue femina, dummodo sit præsens. Quippe absens nec adoptare, nec adoptari potest, etiam per procuratorem, *l. Neque, & l. Post mortem, §. Neque ff. de adopt.* Late *Angelus v. Adoptio, n. 14. Sylvester ibi q. 2. & q. 6. & omnes.*

Sex autem modis soluitur adoptio: nempe naturali 4
morte adoptantis: morte eius cuius: ob nuptias incestuosas: ob dignitatem, vt Episcopalem: per sententiam: per emancipationem. Quos latius tradunt *Palud. 4. d. 42. q. 1. a. 2. Armilla v. Adoptio, n. 10.*

His præmissis de adoptione, cognatio legalis sic com- 5
muniter definitur: Est propinquitas ex adoptione proueniens. Dicitur, Propinquitas, vt ostendatur conuenientia quam habet cum cognatione carnali. Dicitur, Ex adoptione proueniens, vt eius causa significetur, ac differentia à cognatione carnali.

Est verò triplex cognationis legalis species. Prima, est li- 6
nea recta inter adoptantem & adoptatum, ac adoptati descendentes. Hæc habetur *Inst. de nup. §. Ergo non omnes, & l. Quinetiam, ff. de ritu nupt. & l. reg. 7. t. 7. p. 4.* Secunda est lateralis, seu in linea transuersa inter adoptatum, & filios carnales adoptantis. Habetur *Inst. de nup. § Inter eos, & l. Per adoptionem, 17. ff. de ritu nupt. & d. l. reg. 7. & in iure can. c. vn. de cogn. leg. & c. Per adoptionem.* quod est ex Paschali Pontif. 30. q. 3. Tertia est per modum cuiusdam legalis affinitatis, ad similitudinem affinitatis naturalis, quæ est inter adoptantem, & vxorem adoptati. Et è contra inter adoptatum & vxorem adoptantis. Habetur *l. Adoptiuum, 14. ff. de ritu nupt. & l. reg. 8. t. 7. p. 4.* Et traditur hæc distinctio à D. Th. 4. d. 42. q. 2. a. 3. *corp.* quem omnes sequuntur.

Triplex igitur in hac disp. est agitanda quæstio. Prima, 7
an ex adoptione imperfecta oriatur hæc cognatio legalis obstans matrimonio? Secunda, an omnes tres cognationis legalis species impediant ac dirimant matrim. Tertia, an triplex illa legalis cognationis species perpetuo obstet matrim. contrahendo: & ad quas personas, & vsque ad quotum gradum extendatur?

Quæ-

8 QUÆSTIO I. An ex adoptione imperfecta oriatur hæc cognatio legalis, matrim. impediens ac dirimens: an potius est sola perfecta, quæ arrogatio dicitur? Duplex est sent. Prior & satis probabilis affirmat; etiam ex adoptione imperfecta oriri cognationem legalem subsequens matrim. dirimentem. Ducitur, quia omnes textus, quos nu. 6. retuli, in quibus hæc cognatio legalis statuitur, de adoptione indistinctè loquuntur. Secundò, quia licet sic imperfectè adoptatus non transeat in adoptantis potestatē: acquiruntur tamen ei quædam iura ex adoptione, quæ per emancipationem dissoluuntur, *l. penult. §. penult. de adop.* Et ideo hanc sententiam sustinent ex Iurisperitis, *gl. c. vn. ad fin. de cogn. leg. Et ibi Host. fi. Abb. n. 5. Anchar. n. 8. Damasius, Laurentius, Tancred., Philip. Vincentius*, quos refert & sequitur *Alex. de Neuo eo c. vn. nu. 11. Præpos. ibi n. 7. Henric. ad fin. Speculat. t. de cognat. leg. §. vn. num. 1. Goffred. sum. eo. t. ad fin. Alberic. in suo dict. lit. I. v. Impedimentum, 7. Aflens. 2. p. sum. l. 8. t. 19. a. 2. q. 8. Ioan. de Friburgo sum. confess. lib. 4. t. 8. q. 10. Monald. sum. tract. de matrim.* vbi de imped. cognationis legalis, *Angelus v. Matrimonium, 3. imped. 8. nu. 4. Rosella v. Impedimentum imped. 7. n. 4. Et ibi Tabiena imped. 6. q. 1. n. 2. Lex 7. t. 7. p. 4. & ibi Greg. Lop. v. Que por fijaron, Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 5. num. 2. Ant. Cucus li. 5. instit. maior. t. 14. n. 28. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 155. n. 404. Vgolin. de sacram.* vbi de matrim. c. 19. nu. 3. Et ex Theologis. *Scotus 4. d. 42. qu. vn. paulo post princ. Et ibi Richard. a. 2. q. 2. ad 2. Palud. q. 2. a. 2. conc. 7. n. 25. Bassolis q. vn. a. 4. Nicol. de Orbellis qu. 2. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 13. Nicol. de Nisa super 4. sent. tract. 6. p. 3. de matrim. q. 8. notab. 5. Petrus de Soto lect. 11. de matrim. §. De cognatione legali, Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *qu. fin. a. 2. concl. 2. Toledo l. 7. sum. c. 4. n. 7. Med. Lop. 2. p. in strutt.* vbi de matrim. *c. 51 ad fin.*

9 Posterior sententia (cui tamquam probabiliori adhæreo) asserit cognationem hanc legalem, quæ matrim. dirimit, ex sola adoptione perfecta, quæ arrogatio est, ortum habere. Ducor, quia (vt dicemus nu. 16.) cognatio hæc introducta est à iure positiuo, ad impediendam fornicationem, quæ facile esse potest inter personas in eadem domo commorātes. Sed per adoptionem imperfectam non tradūcitur adoptatus in domum, nec in adoptantis potestatem. Ergo ea non obstat matrimonio. Secundò, quia cū matrim. sit res valde fauorabilis, iura illud prohibētia potius debent restringi, vel saltem coarctari ad propriam & perfectam verborum significationem: at simplex adoptio cùm sit imperfecta, non dicitur absolutè talis, imo iuxta *D. Th. 4. d. 42. art. 1. ad 1.* est potius dicenda, dispositio quædam ad perfectam adoptionem. Tertiò, quia opposita sententia, quamuis communissima, innititur leuissimis fundamentis: vt ex eorum solutione constabit n. 11. Et ita hanc sent. posse teneri, ait *gl. 30. q. 1. in summ. ad fin.* Et illam tuentur *Innoc. c vn. n. vn. de cogn. leg. Syluest. v. Matrimonium, 8. q. 8. d. 4. Sotus 4. d. 42. q. 2. a. 2. ad fin. corp.* licet sub aliquali dubio, dicit enim fortasse sic esse. *Ledes. 2. p. 4. q. 59. a. 3. fine, Enriq. l. 12. de matrim. c. 12. n. 3. Pet. de Ledes. de matrim. q. 57. a. 2. concl. 2.* Eiusdem sent. videtur *Vigerius libr. instit. c. 16. §. 7. vers. 9. imped. 9.* vbi tractans, quando contrahatur cognatio legalis, ait eam contrahi inter patrem perfecta adoptione adoptantem, & filium adoptatum. Nec longe sunt ab hac sent. *Ant. c. vn. nu. 5. de cogn. leg. & Supplem. sum Pisanz. v. Impedimentum, imped. 7. n. 3.* nam vtraque sent. relata neutram definiunt: & addit *Supplem.* non esse sententiam præcipitandam.

10 Asserunt tamen aliqui ex hisce DD. oriri ex ea adoptione imperfecta impedimentum impediens, non tamen dirimens sequentem matrimonij contractum. Quia adoptio illa imperfecta est via & dispositio ad perfectam, sicut catechismus ad Baptismum. Sicut ergo per Baptismi catechismum contrahitur quædam cognatio spiritualis imperfecta, quæ solum impedit matrimonium, *c. Per catechismum, de cogna. spirit. in 6.* ita per adoptionem imperfectam contrahetur cognatio legalis imperfecta, quæ solum impediet subsequens matrimonium. Ita docent *Enriq. & Petr. de Ledesma ibid.* At hoc displicet: & ideo existimo nullum subesse impedimentum: sed posse licite contrahi matrimonium, vbi sola est imperfecta adoptio. Vt docēt *Innocen. & Syluest. n præced allegati.* Quia in catechismo est expressus textus id decidens, non autem in adoptione imperfecta: nec potest ex rationis similitudine induci impedimentum matrimonij. Alias dicendum esset, ex solo exorcismo oriri, eo quod sit ad Baptismum dispositio.

Ad arguin. n. 8. proposita resp. Ad 1. dic, quamuis textus non distinguant, at rationes nu. 9. adductæ eogunt ea distinctione vti. Ad 2. dic, ea iura, quæ per adoptionem imperfectam acquiruntur, non esse causam adoptionis matrimonii, & ita nil conferre. 1 1

SVMMARIVM.

Prima cognationis legalis species in linea recta dirimit matrimonium, num. 12.
Quid de affinitate legali, n. 13.
Quid de cognatione legali linea transuersa? Refertur quod in sententia, n. 14.
Proponitur sententia auctoris, n. 15.
Tenentur rationes prohibitionis matrim. ob cognationem legalem, n. 16.
Explicatur qualiter hoc impedimentum vim habeat, cum legibus inducatur? n. 17.
An sit necesse seruari formam legalem in adoptione, vt cognatione oriatur? n. 18.
An cognatio legalis superueniens matrimonio impediat debiti petit. n. 19.
An superueniens sponsalibus ea dirimat? n. 20.
Hoc impedimentum est solo iure humano inductum, n. 21.
Infideles cum ea contrahentes an post Baptismum sint separandi? n. 22.
Soluuntur argumenta, n. 23.
Post numerum 23 huiusmodi summaria, quæ discutienda.

QUÆSTIO II. An omnes tres legalis cognationis species impediant ac dirimant matrim. Et quidem de prima specie ascendentium in linea recta nullus dubitat, quin subsequens matrim. dirimat, nempe, inter arrogantem, & personas arrogatas, ob textus quos nu. 6. allegaui. Et in hoc conueniunt omnes Doctores. 1 2

De tertia specie, nimirum de affinitate legali, nonnihil est dubitationis. Quidam enim, quos tacito nomine refert *Host. c. vn. nu. 3. de cognat. legali*, affirmarunt, eam non obstare matrimonio contrahendo. Quod ius canon. à quo solo possunt matrimonii impedimenta promanare, eius cognationis non meminerit. Sed inre optimo hanc sent. reprobant *Host. ibi, Ioan. And. eo c. vn. n. 5. Ant. n. 6. Anchar. n. 5. Alex. de Neuo n. 9.* Et cæteri omnes DD. quotquot potui videre, tamquam rem exploratam statuunt, eam cognationem dirimere. Et ad fundamentū contrarium dicā n. 17. 1 3

Potissima verò difficultas est de tertia specie cognationis legalis, nimirum, in linea transuersa, an ea dirimat matrimonium? Quidam enim negant eam dirimere, sed solùm impedire concedūnt. Quòd frustra esset separatio inter eos fratres, naturalem, scilicet, filium patris adoptantis, & filium adoptiuum. Cùm statim possint matrimonio copulari, soluta adoptione per emancipationem, vel alio modo (vt dicemus n. 24.) Secundò, quia *c. Ita diligere, 30. q. 3.* quod est ex Nicol. Pontif, dicitur leges ciuiles nō permittere inter huiusmodi cognatos matrimonium: quasi aliud sit secundùm canones. Argumento ex *c. Nonne de præsumpt.* Ita docet *Speculat. t. de cognat. leg. §. vn. n. 2.* Et videtur eiusdem senten. *ibi Ioan. And. in addit.* Idem tenent *Præpos. c. vn. in fine de cognat. leg. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 156. n. 405.* 1 4

At dicendum est, per huiusmodi cognationem dirimi subsequens matrim. Quia *c. vn. de cognat. legali* dicitur, nuptias consistere non posse inter filium legitimum & sororem adoptiuam: at verbum, nō posse consistere, sonat esse dissoluendas, vel non posse permanere. Adde, verbum, Potest, præposita negatione tollere potentiam, & reddere actum nullum (vt probaui *l. 6. disp. 38. nu. 20.*) Et ideo huius sent. sunt ex Iurisperitis, *gloss. 30. q. 3. in summ. v. Quod autem: & c. vn. de cognat. legali, in fine, Innocent. ibi, n. vn. Ant. n. 6. Abb. n. 6. Anchar. n. 7. Card. n. 2. vers. Quæro an hoc impedimentum, Alex. de Neuo nu. 12. Henricus n. 6. Goffr. summ. t. de cognat. leg. in fine, Host. sum. eo. t. nu. 12. Alberic. in suo dictionar. lit I. verb.* 1 5

Impe-

Impedimentum, 7. Ioan. de Friburgo in summ. confess. l. 4. t. 8. q. 8. Monald. sum. tract de matrim. vbi de cognat. legali, *Astens. 2. p. sum. l. 8. t. 19. a. 2. q. 11. Rosell. v. impedimentum, imped. 7. n. 7. & ibi Supplem. sum. Pisan. imped. 7. n. 4. Tabiena ibi, imped. 6. nu. 1. Angelus Matrimonium, 3. imped. 8. n. 1. Sylvest. v. Matrimonium, 8. q. 8. dict. 1. & 7. Armilla v. Matrimonium, num. 16. Lex. 8. t. 7. q. 4 Et ibi Greg. Lop. v. Mas desfaze, Navar. sum. c. 22 n. 44. Covar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 5 n. 2. & 3. Ant. Cucto lib. 5. instit. maior. t. 14 nu. 28. Alex. Garcer. lib. 2. de sponsal. c. 10. fin. Lancelot inst. iuris can. lib. 2. t. De triplici cognat.* vbi de legali. *§. Legalis cognatio, vers. Donec, Zanallos in sum quæst. pract. tota q. 728. & q. 250. fi.* Et ex Theologis, *Duran. 4. d. 42. q. 2. n. 7. & ibi Paludq. 1. a. 2. concl. 6. in fi. n. 24. & con. 7. n. 29. Bassolis q. un. a. 4. Nic. de Orbellis ibi, q. 2. Soto ibi q. 2. a. 2. col. 3. vers. Vnica hic, Suppl. Gab. q. 1. a. 2. conc. 6. Caiet sum. v. Matrimonium, c. 1. imped. 4. Pet. de Soto lect. 11. de matrim. §. De cognat. legali, Ledes. 2. p. 4. q. 59. a. 3. ad fin. Viguer. lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 9. impedim. 9. Veracruz 1. p. Speculi, a. 6. concl. 3. fin. Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *q. fin. ar. 2. concl. 2. D. Antonin 3. p. t. 1. c. 13. Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. punct. 3.* vbi de imped. cognat. *col. 2. Toledo l. 7. sum. c. 4 nu. 7 & 8. Enriqu. l. 12. de matrim. c. 12. n. 3. ad fin. Emman. Sa sum. v. Matrimonium,* vbi de imped. dirimentibus *n. 6. vers. Cognatio legalis, Petr. de Ledesm. de matrim. q. 57. a. 2. dub. 1. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 47. concl. 3. Manuel l. 10 sum. 2. edit. c. 227. n. 2. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. c. 11. fin. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 51. ad fin. Vega 1. tom. sum. c. 30. casu 1. Vualdus candel. sacram. 1. p.* vbi de matrim. *nu. 175. 178. Canedo sum. sacram.* vbi de matrim. *c. 6.* vbi de cognat. legali, *n. 30.*

16 Conuenientissimè autem statutum est, vt cognatio legalis dirimat subsequens matrim. Quia ex ea oritur quædam coniunctio similis naturali: ex qua oritur quædam reuerentia debita inter hic cognatos, & amicitia. Vt ergo ea reuerentia seruetur, & dilatetur amplius amicitia matrim. cum extraneis inito, cautum est, vt inter hic cognatos nequeat matrim. contiuere. Adde cum *D. Th. 4. d. 42. q. 2. art. 2. corp.* id quoque effectum esse, quia hic cognati debent habitare in eadem domo: oritur autem maximum fornicandi periculum, matrimonio non interdicto inter eos. Quæ sunt rationes, ob quas disp. 53. nu. 3. diximus irritari iure Ecclesiastico matrimonium inter consanguinitate coniunctos.

17 Sed meritò dubitabis, qualiter hoc impedimentum vim habeat, cùm solis legibus ciuilibus inductũ sit, quas carere potestate statuendi impedimenta matrimonii inter fideles, diximus disp. 3. n. 4. Dic id impedimentum vim habere: eo quod leges id impedimentum statuentes sint iure canonico approbatæ. Vt constat ex *c. Ita diligere, 30. q. 3.* quod est ex Nicolao Pontif. ad cõsulta Bulgarorum, ibi: *Quandoquidem nec inter eos, qui natura, & eos, qui adoptione filij sunt, veneranda Romana leges matrimonia contrahi permittunt.* Vbi approbatur prima species cognationis legalis in linea ascendentium, & *c. vn. de cogn. legali, & c. Per adoptionem, 30. q. 3.* quod est ex Paschali Pontif. approbatur impedimentum cognationis legalis in secunda specie, nempe, in linea transuersa. Quamuis autem tertia species affinitatis legalis nõ reperiatur expressè approbata in iure canonico. At cùm rubrica iuris canonici sit generalis, nimirum, de cognatione legali: & sit eadem ratio de hac specie, dicendum est censeri subinde approbatam illam, sicut & reliquas. Adde, consuetudine Ecclesiastica omnes tres illas species receptas esse, Pontificibus id scientibus. Et ideò ex hoc id impedimentum vim habere, quòd ab Ecclesiast. iure approbatum sit, tradunt *D. Th. 4. d. 42 q. 2. a. 2. corp & ad 4.* Et *ibi D. Bonau. a. 2. q. 2. Palud. q. 1. a. 2. concl. 7. num. 25. Abbas rubr. de cogn. legali, n. vn. Alex de Nevo c. vn. n. 10. eod. t. Astens. 2. p. sum. l. 8. t. 19. a. 2. q. 5. Brunel. de sponsal. concl. 27. n. 1. Turrecr. c. Ita diligere, a. 6. n. 17. 30. q. 3. Sylvest. v. Matrimonium, 8. q. 8. dicto 1. Tabiena v. Impedimentum, imped. 6. n. 1. Supplem. Gabr. 4. d. 42. q. 1. a. 2. concl. 6. Soto ibi q. 2. a. 1. col. 2. vers. De adoptione, & a. 2. fin. Ouando ibi, q. vn. propos. 11. fine, Greg. Lop. l. 7. v. Porque, t. 7. p. 4. Gallego de cogn. spirit. c. 3. n. 56. Lancelot. instit. iuris can. l. 2. t. De triplici cognatione,* vbi de legali, *§. Legalis cognatio, v. Prouncieti.*

Quo verò cognatio hæc obstans matrimonio oriatur 18
ex adoptione, oportet in adoptione facienda seruari formam legibus præscriptam, quam n. 2. declarauimus: ea enim non seruata, sed priuatim coram vicinis aut aliis honestis personis, non interuenienti magistratu, corrueret actus: ac proinde nullum matrimonio impedimentũ produceret. Quia cùm forma det esse rei, *cap. Tua. de sponsal. c. Quia propter, de clest.* deficienti forma deficit actus. Sic *Host. c. vn. n. 1. de cogn. legali, & ibi Ioan. And. n. 1. Abb. n. 3. Anchar. n. 3. Alex. de Nevo n. 6. Cardin. fine, Propos. n. 2. Ioannes de Friburgo in sum. confess. l. 4. t. 8. q. 4. Supplem. Gabr. 4. d. 42. q. 1. ar. 2. concl. 6. Rosella verb. Impedimentum, imped. 7. n. 1. Angelus verb. Adoptio, n. 3. & ibi Sylvest. q. 8. Armilla nu. 9. Greg. Lop. l. 7. v. Su carta, tit. 7 pag. 4.*

Quando hæc cognatio legalis supernenit matrimonio 19
iam contracto, posset aliquis existimare eam impedire debiti petitionem, respectu coniugis, qui eam contraxit. Quia omne impedimentum, quod præcedens matrim. illud simpliciter dirimeret, si subsequatur, dirimit illud secundùm quid, nimirum, impediens eius vsum, quoad debiti exactionem. Iuxta doctrinam *Sylvest. v. Matrimonium, 8. qu. 7. dict. 1.* Verùm eam doctrinam non approbo, nisi textus expressus inueniatur, qui eam debiti petitionem in eo casu interdicat. Quare cùm in cognatione legali istion reperiatur, existimo eam non impedire debiti petitionem. Quod aliis placere dicens, sustinet *Pet. de Ledes. de matrim. q. 57. a. 2. ad finem.*

At sponsalia præcedentia dirimeret cognatio legalis 20
superueniens. Quòd cum sola sint futuri matrimonij promissio, superueniente impedimento, quod illud dirimeret, si contraheretur, dissoluuntur prorsus, vtpote quæ nequeunt validè suum effectum consequi. Ita docent *Ioan. Andr. c. Veniens in fine, de cogn. spirit. Host. ibi fin. Ant. fin. Anchar. n. 2. Card. fine, Alexan. de Nevo c. 2. n. 3. eodem t. Rosella v. Impedimentum, imped. 6. n. 16.*

Ex dictis infertur, hoc impedimentum esse solo iure 21
humano inter dictum. Cum constet nec iure naturæ adoptionem esse inuentam, nec ex ea cognationem matrimonio obstantem consurgere. Et ita vniuersi fatentur.

Quamobrem si apud infideles hæc adoptio fieret, & 22
ea non obstanti iniretur matrim. inter adoptantem, & filiam adoptatam, valeret vtique: nisi speciali eorum lege id matrim. irritaretur. Quòd illi Ecclesiæ legibus minimè subdantur, à cuius approbatione vim obligandi hoc impedimentum habere diximus n. 17. Atque ita docent dicentes, post conuertionem ad fidem non esse ab eo matrimonio separandos, *Veracruz 1. p. Speculi, a. 60 fine, Bart. à Ledes. dub. 47. de matrim concl. 1. Vega 1. 29. sum. c. 10 casu 1.*

Ad arg. n. 14. proposita resp. Ad 1. die. non esse frustra id 23
impedimentum, quia perpetuò diriminante emancipationem: & quamuis hac facta possit denuo matrim. iniri, at antea initum est perpetuò irritum, nisi postea ratificetur. Ad 2. die, non dicere textum, Secundum leges, quasi contrarium sit secundum canones: sed ad denotandum impedimentum hoc fuisse legibus ciuilibus inductum, quas ibi approbat vocans eas venerandas.

SVMMARIVM.

Quo-diu duret cognationis legalis impedimentum in triplici illius specie? n. 24.

Vt cesset in linea transuersa, debet seruari debita solemnitas in dissoluenda adoptione, n. 25.

Nulla est cognatio inter adoptantem & adoptivi proles. n. 26.

Potest filius adoptiuus ducere filiam legitimam carnalem adoptantis, aut mortuo patre, aut si is supersties sit ipsa vel ipse emancipentur: aut alio modo tollat adoptio aut patria potestas, n. 27.

An inter fratres adoptiuos possit consistere matrimonium? n. 28.

Quid de filijs duorum fratrum adoptiuorum? n. 29.

An filius adoptiuus possit ducere filiam carnalem illegitimam adoptantis: vel filia adoptiua nubere filio illegitimo adoptantis? n. 30.

Ad quotum gradum extendatur matrimonij prohibitio inter adoptantem, & adoptati descendentes? Refertur triplex sententia, num. 31. 32. 33.

Proponitur sententia Auctoris, n. 34.

Nulla

Nulla est cognatio inter patrem adoptantem, & filiam filiæ adoptatæ, & possunt matrimonio iungi, n. 35.

Potest adoptans contrahere matrim. cū liberis illegitimis adoptati, n. 36.

24 QVÆSTIO vltima. An triplex cognationis legalis species perpetuo obstet matrim. cōtrahendo, & ad quas personas, & ad quotum gradum extendatur? Hac in re constat primam speciem rectæ lineæ, & tertiam affinitatis legalis impedire, ac dirimere perpetuò matrim. id est, id impedimentum non cessare soluta quandocumq; adoptione. Atque subinde non potest etiam adoptione soluta, adoptatus cum adoptante, eiúsve vxore, neque adoptans cū adoptatis, vel vxore adoptati matrim. inire. De prima specie sic deciditur expresse *l. Quin etiam, 55. ff. de ritu nup. & Instit. de nupt. §. Ergo non omnes: & l. reg. 7. t. 7. p. 4.* Et de tertia specie deciditur *l. Adoptiuus, 14. ff. de ritu nupt. & l. reg. 8. t. 7. p. 7.* Constat etiam, secundum speciem cognationis legalis, nimirum, in linea transuersa inter filios carnales adoptantis, & filios eiusdem adoptiuos; non impedire in perpetuū, sed quamdiu durat adoptio, & filij siue legitimi, siue adoptiui sunt in patris potestate. Vnde vt filius carnalis possit ducere sororem adoptiuam, vel filia carnalis fratrē adoptiuum, est facile medium, nempe, vt vterius eorum emancipetur. Sic habetur expresse *c. vn. de cogn. leg. & c. Per adoptionem*, quod est ex Paschali Pontif. *30. q. 3. & l. Per adoptionem, 17 ff. de ritu nupt. & Instit. de nupt. §. Inter eas, & l. reg. 7. t. 7. p. 4.* Et ratio diuersitatis harum prohibitionū in perpetuū, vel ad tēpus, ea est. Quia prima & tertia prohibitio est propter reuerentiam, quam debet exhibere adoptatus cum sua vxore adoptanti, & vxori eius: & cùm hæc sit perpetua, similiter est perpetua prohibitio vtraq; illa. Secunda verò est ob interpretatiuam filiationem ex adoptione prouenientem: & ideo ea durante durat, & cessante cessat.

25 At debet seruari solemnitas legibus præscripta in dissoluēda adoptione per emancipationem, vt cesset impedimentū matrim. ineundi inter filium adoptiuum cum filia carnali adoptātis, vel inter filiam adoptiuam cum filio carnali. Sicut enim adoptio sine auctoritate magistratus contrahi nequit, (vt nu. 2. diximus) ita nec dissolui. Quia omnis res per quascumq; causas nascitur, per easdem dissoluitur, *c. Omnis res, de reg. iur.* Vnde non seruata forma in dissolutione, durat impedimentum. Sic *Host. c. vn. ad fin. de cognat. leg. Ioan. And. ibi, fin. Alex. de Neuo n. 3. Præpos. n. 8.*

26 Ex his deducitur primo, inter adoptantem & filii adoptiui parentes nullam contrahi cognationem, ac proinde posse inter illos consistere matrim. Quia nullo iure cauetur eam contrahi. Ita docent *D. Th. 4. d. 42. qu. 2. a. 3. ad 1. & ibi Supplem. Gab. q. 1. a. 2. in fin. Et ibi Guillelmus Borrilong. q. vn. a. 1. ad fin. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 23. Rosel. v. Impedimentum. imped. 7. fin. Supplem. sum. Pisana ibi, imped. 7. fin. Tabiena ibi, imped. 6. q. 1. n. 2. Angel. v. Matrimonium, 3. imped. 8. nu. 1. Sylvest. Matrim. 8. q. 8. dict. 2. Armil. v. Matrimonium, n. 17. Alberic. in suo diction. lit. I. v. Impedimentum, 7. Nauar. sum. c. 22. nu. 45. Gaeta. repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 158. n. 407. Greg. Lop. l. 7. t. Nunca, t. 7. p. 4. Ioan. de Friburgo in summ. confess. lib. 4. t. 8. q. 13. Nicol. de Orbellis 4. d. 42. q. 2. Toledo l. 7. sum. c. 4. fin. Phil. arc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. c. 11. in fin. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 47. in notabili post 2. conclusionem.*

27 Secundò deducitur, integrum esse filiis legitimis, contrahere cum adoptiuis matrimonium, post parentis adoptantis obitum. Quia iam tunc cessarunt adoptio & patria potestas. Similiter quoque id erit licitum, si aut filij legitimi aut adoptiui sint iam emancipati, quamuis pater adhuc superstes sit. Quia cognatio transuersa inter hos consistens, soluitur his modis, vt probaui n. 24.

28 Tertiò deducitur, quid sentiendum sit de ipsis fratribus adoptiuis inter se, id est, adoptatis ab eodem parente. Aliqui censent inter illos non posse consistere matrimonium. Quòd in eadem domo commorari debeant cum parente, & ita est idem fornicationis periculum: cuius vitationē fuisse causam huius prohibitionis, diximus nu. 16. inter fratres adoptiuos & carnales. Deinde, quia *cap. vn. de cognat. leg.* sic dicitur: *Si qua per adoptionem mihi soror esse cœperit, quamdiu durat adoptio, nuptiæ inter me & ipsam consistere non possunt.* At soror adoptiua est soror fratris adoptiui. Huius sent. sunt *Angelus Instit. de nupt. §. Inter eas, fin. Astensis 2. p. sum. lib. 8. t. 19. a. 2. q. 10. Angel. v. Matrimonium, 3. imped. 8. fin. Pet. de Ledes. de matrim. q. 57. a 3. in fin. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 47. fin.* Et temperant *Astensis, & vterque Angelus*, quando adoptio est perfecta, nempe, arrogatio. Sed in hoc casu intelligunt etiam alii; quia adoptatio imperfecta non parit cognationem legalem, quæ matrim. dirimat (vt ex eod. *Pet. de Ledesm. & aliis* diximus n. 9.) At dicendum est, nullam inter illos oriri cognationem: atque ita posse matrimonio illos inter se copulari. Quia nullo iure est cognatio inter hos statuta. Et *c. vn. de cognat. legali*, quod pro contraria parte citatur, loquitur de vera filia patris adoptantis, quæ incipit esse soror adoptiua filii adoptiui sui legitimi patris. Nec hæc impedimenta ex sola rationis similitudine inducenda sunt. Adde, inter filios spirituales eiusdem patris spiritualis, qui magis coniuncti sunt inter se, quam legales, posse consistere matrim. Ergo à fortiori inter legales. Et ideo hanc partem sustinent *Gloss. c. vn. verb. Quamdiu, de cognat. legali. Et ibi Ant. n. 5. Henricus n. 4. Palud. 4. d. 42. q. 1. a. 2. n. 25. D. Antonin. 3. p. t. 1. cap. 13. Ioan. de Friburgo in sum. confess. lib. 4. t. 8. qu. 11. Monaldus sum. tract. de matrim.* vbi de cognat. legali, *Rosella v. Impedimentum, imped. 7. n. 6. & ibi Supplementum summ. Pisana, impedimento 7. n. penult. Sylvest. v. Matrimonium, 8. qu. 8. dict. 6. Tabiena v. Impedimentum, imped. 6. fin. Armilla v. Matrimonium, num. 15. lex reg. 7. fin. & ibi Greg. Lop. fin. t. 7. p. 4. Petr. de Soto lect. 11. de matrim. §. De cognat. legali, Albericus in suo dictionar. lit. I. v. Impedimentum, 7. Guillelmus Borrilong. 4. d. 42. qu. vn. a. 2. ad fin. Nicol. de Nissa super 4. sent. tract. 6 p. 3. de matrim. q. 8. not ab. 5. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 5 fin. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 154. nu. 403. & qu. 157. n. 406. Ant. Cucus lib. 5. instit. maior t. 14. n. 28. Enriq. l. 12. de matrim. c. 12. nu. 2. fin. Toledo lib. 7. sum. c. 4. fin. Emmanuel Sa sum. v. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus, *nu. 6. vers. Duo adoptati, Manuel 1. to. sum. 2, edit. c. 227. Lancelot instit. iuris can. l. 2. t. De triplici cognat.* vbi de legali, *§. Legalis cognatio, v. Donec, Vgolin. de sacram.* vbi de matrim. *c. 19. n. 3. Vega 1. tom. sum. c. 10. casu 1. Vinald. candel. sacram. 1 p.* vbi de matrim. *num. 180.* Et specialiter *Rosella & Sylvest.* reprobans limitationem Angeli.

Quattò deducitur, à fortiori posse inire matrimonium 29
filios duorum fratrum adoptiuorum: quòd nullo cognationis nexu inter se vinciantur. Sic *Alex. de Neuo c. vn. nu. 16. de cognat. leg. & ibi Præpos. n. 5. & 9. Sylvest. Matrimonium, 8. q. 8. dicto 2. Tabiena v. Impedimentum, imped. 6. num. vlt.* Et meritò hi duo reprobant *Angelum, v. Matrimonium, 3. imped. 8. nu. 1.* hoc limitantem, quando sunt filii duorum fratrum adoptatorum simpliciter, secus si sint filii perfectè adoptatorum, id est, arrogatorum. Quia hæc limitatio nullo iure probatur.

Vltimò deducitur, quid dicendum sit, quando filia 30
carnalis est illegitima adoptantis, an possit adoptato nubere: aut filius illegitimus carnalis ducere adoptatam? Quidam negant inter hos posse cōsistere matrimonium. Quia sicut filius illegitimus nequit contrahere cum consanguineis patris, ita nec cum filiis eius adoptiuis. Item quia *c. Ita dilexere, 30. q. 3.* ait inter filium naturalem & adoptatum non posse esse matrimonium. Ita docent *Abbas c. vn. in fine, de cognat. leg. Card. ibi n. 2. vers. Quæro quid si filius, & ibi Præpos. n. 8. Angel. v. Matrimonium, 3. impedimento 8. num. 4. fin. Gregor. Lopez l. 7. verb. Los fijos, tit. 7. p. 4.* Et dicit probabile *Petrus de Ledesma* citandus pro contraria sententia. At multo probabilius est, inter hos nullam esse cognationem: & ita posse eos matrimonio copulari. Quia cum cognatio orta inter filios legitimos, & adoptiuos, cesset soluta patria potestate (vt num. 24. ostendimus) à fortiori non contrahetur, vbi carnalis filius est talis, vt non transeat in patriam potestatem. Quales sunt illegitimi, *Instit. de nuptiis, §. vltim.* Nec obstant in contrarium adducta.

Non

Non primum, quia illegitimus est cõiunctus vinculo naturalis consanguinitatis cum patre, & sic cum eius consanguineis. At cum adoptiuis nullum est vinculum naturale, sed solum ciuile: & cùm hoc solùm duret inter fratres, quamdiu durat patria potestas, non contrahitur inter illos, qui in patriam potestatem minime transeunt. Nec etiam obstat secundum: quia nomine filij naturalis intelligit textus carnalem, vt distinguitur contra filium spiritualem. Et quamuis filius illegitimus sit verè carnalis, at ratio adducta cogit nos, vt intelligamus eum textum de filio carnali legitimo. Atque ita sentiunt *Gl.30.q.3.in summ.v. Quod autem, & v.n. v. Quamdiu, de cognat. legal. & ibi Innoc. in fin. Host. in fin. Ant.n.5. Anchar.n.6. Alex. de Nevo n.13. Henric.n.4. & 5. Idem Host. sum.ea.t. in fin. Alberic. Nicol. de Nis. D. Antonin.* vbi citati sunt nu.28. *Angelus Instit. de nuptiis, §. Inter eas, n.2. in fin. Ricard. 4.d.42.a.2.qu.2. ad 3. Et ibi Nicol. de Orbellis q.2. Guillelmus Berrolens. ibi q.vn.a.2. ad fin. Monald. summ.tract. de matrim.* vbi de cognat. legali, *Ioan. de Friburgo sum. conf. ff. lib.4.t.8.q.9. Rosella v. Impedimentum, imped.7.n.8. & ibi Supplementum sum. Pisana, impedimento 7.n.2. & ibi Tabiena impedimento 6.q.1.nu.2. Sylvest. v. Matrim.8.q.8 dict.vlt. Armill. v. Matrim. n.18. Astensis summ.2.p.l.3.t.19.a.2. fin. Navar. summ.c.22.n.45. Conar. 4. decret. 2.p.c.6 §.5. ad fin. Ant. Cucus lib.5. instit. maior t.14. fin. Gaeta repet. c. Ad limina, 30.q.1.§. 4.q.154.n.403. Enriqu. lib.12. de matrim. cap.11.n.3. fin. Toledo l.7. sum. c.4.n.7. Manuel 1. tom. sum.2. edit. cap.227. num.2. & 3. Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 47. ad fin Petr. de Ledesm. de matrim. q.57.a.3. dub.1. Marienzo lib.5. recop. ti.2. rubr. gloss.1. num. 172. Iud. Lop.2.p. instruct.* vbi de matrim. *cap.51. fin. Vivaldus candel. Sacram.2.p.* vbi de matrim. *num.179. Vega 2. tom. sum.c. 10. casu.*

31 Potissima autem difficultas est, ad quotum gradum extendatur cognatio legalis impediens ac dirimens matrimonium inter adoptantem, & adoptatum, eiusque descendentes? Quidam enim protrahi in infinitum hanc cognationem asseuerant: atque ita adoptantem nec cum adoptato, nec cum aliquo eius descendente, posse vsque in infinitum matrimonio iungi. Ducuntur per textum *Instit. de nuptiis, §. Ergo non omnes, vers. Et hac adeo,* vbi postquam textus decidit in linea consanguinitatis ascendentium & descendentium, prohiberi matrimonium in infinitum, hæc addit: *Et hac adeo vera sunt, vt quamuis per adoptionem parentum liberorumve loco sibi esse coeperint, non possint inter se matrimonio iungi.* Et ita *Angel eo. § Ergo non omnes, nu.1.* sic summat *illum §. Matrimonium,* non potest contrahi inter ascendentes & descendentes vsque in infinitum, etiam si per adoptionem sit contracta parentela. Quare cùm hoc impedimentum cognationis legalis sit iure ciuili inductum, & id ius ciuile sit approbatum indistincte quoad hoc impedimentum, iure canonico, *cap. Ita diligere, 30.q.1.* dicendum est hoc impedimentum extendi ad omnes descendentes in quocumque gradu vsque in infinitum. Huius sent. videntur apertè *D. Th. 4.d.42.q.2.a.3.corp. & ibi Palud. q.1.a.2.concl.6.nu.24. D. Antonin.3.p.t.1.c.13. Sylvest. v. Matrimonium 8.q 8. dict.2. Tabiena v. Impedimentum, imped.6.q.1.n. 2. Veracruz 1.p. Specul. a.60.concl.1. Bart. à Ledesm. dub. 47. de matrim.concl 1. Vgolinus de Sacram.* vbi de matrim. *c.19.nu.3. Soarius 2.p. de sponsalib. super Instituta de nuptiis, §. Ergo non omnes, num.12.* vbi aiunt cognationem legalem, quæ est quasi descendentium, contrahi inter patrem adoptantem & filium adoptatum, & filium filii adoptiui, & nepotem, & sic deinceps.

32 Alij verò asseuerant solùm ditimi matrim. inter adoptantem & adoptatum, ac adoptati descendentes vsque ad quartum gradum. Sic *Faber Instit. de nuptiis, §. Inter eas, vers. Itaque, n.vii. Sotus 4.d.42.q.2.a.2.concl.2. Navar. summ.c. 22.n.45. Onaud. 4.d.42.q.vn.propos.11. Toledo l.7.sum.c.4.n.7. Enman. Sa sum.v. Matrimonium,* vbi de imped. dirimentib. *n.6. vers. Cognatio legalis, Valentia 4.p.disp.20.qu.5.punct.3.* vbi de impedim. cognationis, *col.2. Philarc. de offic. sacerd. to.1.p. 2.lib.2.c.11. ad fin. Petr. de Ledesm. de matrim. q.57.a.3. paulo post princip.* Huius autem rationem reddit *Faber.* Quia cùm sit restricta consanguinitas ad quartum gradum, vt in his gradibus solis obstet matrimonio, per *c. Non debet, de consang.* à fortiori vsque ad eundem gradum videtur restricta cognatio legalis. Sed hæc ratio non concludit. Tum, quia in linea recta ascendentium & descendentium non modica est difficultas, vtrùm restricta sit consanguinitas vsque ad quartum gradum (vt late videmus disp.15. nu.12. & seq.) Tum etiam, quia *c. Non debet*, in ea restrictione solius meminit consanguinitatis & affinitatis. Non ergo extendenda est ea restrictio ad cognationem legalem: eo vel maxime, quod diuersissima militet ratio. Cum enim lex respiciat ea quæ communiter accidunt, *l. Natu ad ea. ff. de legibus*: atq; impedimenta consanguinitatis & affinitatis sint frequentissima, oportuit ea restringi. At impedimentũ cognationis legalis est rarissimum, & ideo nulla est ratio restringendi hoc impedimentum, nec vt lex illa restringens extendatur ad hoc. Et confirm. quia in restrictione graduum consanguinitatis & affinitatis occursum est periculis, quæ ex impedimentorum multiplicitate oriri experientia ipsa docuit, vt constat ex *proœmio d.ea. Non debet, & Trident. sess.24. de matrim. c.2.* At ex impedimento cognationis legalis, vtpote quod rarissimum est, non potuit docere experientia, periculum aliquod suboriri. Non ergo ea restrictio ad hoc impedimentum extenditur. Et ideo hæc sententia non admodum mihi placet.

Hinc deducitur non admittendam esse sent. quam tra- 33
dit *Enriq l.12. de matrim. c.12. n.3.* vbi ait quamuis cognatio legalis, in recta linea descendentium extendatur iure ciuili vsque ad quartum gradum: at iure nouissimo *Trident. sess.24 de matr. c.4.* restrictam esse vsque ad secundum gradum. Ducuntur que, quia ibi restringitur affinitas ex fornicatione orta ad secundum gradum. At in cognatione legali militat eadem ratio: cùm vtrumq; impedimẽtum sit merè humanum: & sit quoddam propinquitatis genus: ac cognatio legalis sit debilior. Sed hoc nullatenus placet propter rationes n. præc. adductas. Et quia nullam video similitudinem, aut rationis paritatem, vt restricta illa affinitate censeatur quoque restricta cognatio legalis. Et ita non esse restrictam docent *Maiol. lib.3. de irreg. c.25.n.14.§. Cognatio legalis. Iud. Lop.2.p. instruct.* vbi de matrim. *c.51. fin.* Præterea omnes DD. nu. præc. allegati, præter Fabrum & Sotum, scripsere post Tridentinum, & dixerunt extendi ad quartum gradum eam cognationem.

Quare veriorem esse censeo sententiam, quam tradit 34
Gregor. Lopez l.7. verb. Nonca, & l.8 fin. titul.7.p.4. vbi *§. Ergo non omnes, Instituit. de nuptiis,* in quantum decidit cognationem legalem inter adoptantem & adoptati descendentes protrahi in infinitum, intelligit de ascendentibus adoptantibus, & descendentibus adoptatis, & non de aliis. Itaque in hac linea dicit solùm prohiberi matrim. inter ascendentem adoptantem & descendentem adoptatum. Quare non poterit adoptans contrahere matrimonium cum filiis suis adoptiuis, neque cum filiis aut nepotibus eius filij adoptiui, aliisve eius descendentibus, qui in eius filij, dum fuit adoptatus, potestate constituti erant: at poterit vtique contrahere cum filijs vel quibuscumque descendentibus filij adoptiui, qui extra eius potestatem erant tempore adoptionis. Et ratio est, quia adoptata aliqua persona, censentur adoptati filij, & descendentes omnes solùm, qui in adoptati potestate erant tempore adoptionis. Vt expresse deciditur, *l. Si pater familias, 15. in princip. ff. de adop.* Cùm ergo illi descendentes in quouis gradu, qui tunc erant sub adoptati potestate, sint etiam vere adoptati, iure optimo cum illis interdicitur matrim. Stante erant extra adoptati potestatem, cùm non censeantur adoptati, nulla ratione prohibetur matrimoniũ adoptantis cum illis: vtpote inter quos nulla cognatio legalis intercedit. Et huius sententiæ est fere expresse *D. Thom. 4.d.42. quæst.2.art.3. ad 4.* vbi reddens rationem cur cognatione, quę fortior est, non transeunti ad nepotes, nimirum spirituali,

rituali transeat legalis : ait ideo id contingere, quia per ognationem legalem, transit filius adoptiuus in potestatem patris adoptantis, & ideo quicquid est in potestate illius filij adoptiui, transire debet in adoptãtis potestãtem: & sic adoptato filio, adoptãtur quoque nepotes sub filij adoptiui potestate tunc constituti. Eiusdem sentẽtiæ sunt expresse *D. Antonin. 3. p. tit. 1. cap. 13. paulo post princip. & Sylvester verb. Matrimonium, 8. quæst. 8. dict. 2.* vbi dicentes cognationem legalem descendentium protrahi ad filios, nepotes, & alios descendentes, non dixere hoc absolute, sed addidere, ad descendentes adoptatos. Et rationem reddit *Sylvest.* quod adoptato filio, censeantur pariter adoptati omnes descendentes, qui in eius potestate tunc sunt. Et constabit amplius ex corollario nu. sequenti inferendo, & ex Doctoribus illius. Nam eius veritas in hac doctrina fundatur.

Hic deducitur, nullam cognationem contrahi, & sic 35
posse consistere matrim. inter patrem adoptantem, & filiam filiæ adoptiuæ. Quia cum mulier neminem habeat in sua potestate, §. *Femina, Instit. de adopt.* filia mulieris adoptatæ transire nequit in potestatem patris adoptantis matrem. & sic non censetur adoptata. Ita docent *Astensis sum. 2. p. lib. 8. t. 19. a. 2. q. 9. Angelus verb. Matrimonium, 3. impedim. 8. n. 5. Rosella verb. Impedimentum, imped. 7. n. 5. Sylvest. verb. Matrimonium, 8. q. 8. dict. 5.*

Tandem infertur, posse adoptãtem inire matrim. cum quibuscumque filiis illegitimis adoptati. Quod hi non 36
possint esse in adoptati potestate, §. *vlt. Institut. de nuptiis.*

DE IMPEDIMENTO affinitatis.

DISPVTATIO. XLIV.

Quid sit affinitas, & qualiter in ea gradus computentur: & quid ad eam contrahendam desideretur?

SVMMARIVM.

Affinitas vnde dicatur, & quid sit, n. 1.
Affinitas durat post mortem, n. 2.
Non habet gradus, sed comparantur iuxta gradus consanguinitatis, n. 3.
Quis sit in affinitate stipes, & quæ duplex eius linea, n. 4.
Vir & vxor non sunt affines, sed principium affinitatis nec ex affinitate oritur alia affinitas, n. 5.
Quæ sint quæstiones disputandæ, n. 6.
An oriatur affinitas ex aperione clausuræ feminei absque iuncturæ feminatione. Refertur quædam sententia, n. 7.
Non oritur affinitas, n. 8.
An in dubio præsumatur semen effusum intra vas tali copula habita: nec credatur coniugibus opposita asserentibus? Et explicatur c. Extraver. iuncta, 35. q. 3. n. 9.
Non contrahitur licet femina feminet viro non seminanti, n. 10.
An ex congressu sodomitico contrahatur affinitas? n. 11.
Non contrahitur ex pollutione extra vas & tactibus, n. 12.
Nec ex copula Sodomitica, n. 13.
An copula Sodomitica propter criminis enormitatem impediat matrimonium cum consanguineis illius, cum quo habita esset? n. 14.
Satis est copula extra vas habita, si virile semen quacumque arte, etiam damnosa manibus, intra vas mittatur? n. 15.
An oriatur affinitas ex copula, sine ligita, sive illicita? n. 16.
Quid si copula sit cum femina vesana, dormiente, famina, vel ignoranti, vel mortua? n. 17.
Quid si copula fit occulta? n. 18.
Satisfit argumentis. Et explicantur c. Innotuit, de sponsal. & c. Fraternitati, de eo qui cognt. consang. n. 19.
Post n. 19. reuenies alia summaria.

1 IN hoc affinitatis impedimento cum ordinem seruabimus. Primo disputabimus quid sit affinitas, & de eius gradibus, & qualiter contrahatur. De qua re est præsens disputatio. Deinde in sequenti disputatione, an affinitas sit quid naturale, ita vt infidelitatis tempore cõtrahatur. Mox an in aliquo gradu dirimat matrim. iure naturali. Tandem quoto gradu, & inter quas personas iure Ecclesiastico matrimonium dissoluat. Et consulto præmitto quæstionem, qualiter impediat debiti petitionem, quando matrimonio iam contracto superuenit. Quia de illa agam l. 9. disp. 27. & seq. Dicitur ergo affinitas (si ad nominis significationem respicias) quasi finiũ propinquitas: vnde affines, teste *Cicer. inuect. 4. in Catilinam*, dicuntur aliqui, quia vnus trahitur ad fines alterius. Sicut enim agri dicũtur affines, quia finis vnius est proximus fini alterius: ita affines, sunt consanguinei alterius coniugis alteri coniugi: quod duæ cognationes inter se diuersæ copulentur per nuptias, & altera ad alterius fines accedat. Vt ait *Iurisconsultus l. Non facile, ff. de gradibus affinitatis.* Ratio autẽ ea est, cum enim vir & vxor efficiantur per copulam vna caro, sanguis vnius dicitur alterius sanguinem tãgere: ac proinde consanguinei vnius trahuntur ad quandam alterius cognationem, quæ affinitas nuncupatur. Vnde D. Greg. relatus *c. Fraternitatis, 35. q. 10.* sic ait: *Si vna caro fuerit quomodo poterit aliquis eorum propinquus vni pertinere, nisi pertineat alteri?* Definitur autẽ affinitas sic à Theologis, & Iuris vtriusq; professoribus, cum *D. Tho. 4. d. 41. q. vn. a. 1. quæstiunc. 3. arg. 2.* Et *Gloss. 35. qu. 5. in arbore affinitatis.* Est propinquitas personarum ex carnali copula proueniens, omni carẽs parentela. Dicitur propinquitas, quia in hoc conuenit cum cognatione carnali. Ex carnali copula proueniens, in quo ab illa distinguitur: & dicitur generaliter, ex copula, quia oritur ex copula licita, vel illicita, (vt dicemus nu. 16.) Omni carens parentela, intelligitur per se, & ex parte affinitatis, cui per accidens est, vt aliquando affinitas & consanguinitas in eodem reperiantur. Vt bene docet *D. Thom. 4. ad quæstiunc. 3. ad 2.*

Durat autem affinitas post mortem eius, qui affinitatis 2
contrahendæ causa fuit, sicut & consanguinitas. Quare mortuo alteruttro coniuge, vel alterutro ex fornicãtibus, nõ dissoluitur affinitas producta ex copula. Vt est expressa decisio Gregorij Pontificis, & refertur *c. Fraternitatis, 35. q. 10.* Cuius rationem reddit *D. Thom. 4. d. 41. q. vn. a. 1. quæstiunc. 2. corp.* quia quoties relatio cõsurgit ex præterita actione, nec illius continuationem desiderat, nõ perit destructa causa, sed tantum destructo altero extremorum, inter quæ versatur. Vt contingit in consanguinitate. At affinitas ortum habet ex carnali commixtione, nec exigit eius copulæ perseuerantiam: atque proinde non perit destructa persona, quæ copulam habuit, & per eam causa fuit eius affinitatis producendæ.

Nec proprie affinitas gradus habet, sed mensurantur 3
gradus inter affines, iuxta gradus consanguinitatis. Omnes enim consanguinei vxoris Petri, vel mulieris ab eo illicite cognitæ, sunt Petro affines, in eo gradu in quo sunt consanguinei talis mulieris: & è contra consanguinei Petri sunt mulieri affines in eo gradu, in quo sunt cõsanguinei Petri. Vnde succedit regula, quam refert *Gloss. c. Nõ debet, verb. In secundo, de consang. Persona addita persona per carnis copulam, mutat genus, & non gradũ.* Vt Petrus & Paulus fratres sunt cõsanguinei in primo gradu, additur persona per carnis copulam, quæ Petro commiscetur, illa persona mutat genus attinẽtiæ cum Paulo, nam Petrus est cõsanguineus Paulo, illa autem persona est affinis: at nõ mutat gradum: quia in eodem primo gradu affinitatis cõiungitur Paulo. quo cõsanguinitatis coniuncti sunt Petrus & Paulus. Quia cum affinitas ex cõsanguinitate oriatur, distinctio graduum illius mensuratur per distinctionem graduum huius. Atque id colligitur ex *c. Porro, 35. q. 5.*

Quare stipes in affinitate dicitur duplex illa persona, 4
quæ per carnis copulam commiscetur. Cum vtraque sit origo & radix huius affinitatis. Vnde linea affinitatis est duplex, sicut & consanguinitatis, quædam est recta ascẽdentium & descendentium. Ascendentes sunt, socer, socrus, vitricus, nouerca: descendentes verò, gener, nurus, priuignus, priuigna. Alia vero est linea transuersa collateralium.

teralium. Hi sunt, qui alterutri coniugi sunt consanguinei in linea transuersa, nam alteri sunt affines in eodem gradu lineæ transuersæ: & si consanguinei sint in linea transuersa æquali, vel inæquali, similiter erunt affines.

5 Hinc fit, virum & vxorem non esse inter se affines, sed principium affinitatis. Quod est manifestum: ac multis citatis docet *Con. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 7. n. 7.* Nec ex affinitate oritur alia affinitas, vt latius dicemus disp. 67. n. 1.

6 His præmissis, triplex quæstio in præsenti disp. est agitanda: Prima, an affinitas necessario petat emissionem seminis intra vas? Secunda, an petat virtusque coniugis semen? Tertia, an ex matrim. raro oriatur affinitas?

7 QVÆSTIO I. An ad contrahendam affinitatem desideretur copula perfecta, in qua virile semen intra vas femineum recipiatur: an potius sufficiat penetratio vasis femine non intra emisso? *Michael Medina in l. 5. de sacr. hominum continen. c. 76.* in ea est singulari sententia, vt sufficiat penetratio vasis feminei absque seminis immissione, vt affinitas contrahatur. Ducitur que eo solo fundamento, quòd iura clament ex copula oriri affinitatem: ac proinde in affinitatis definitione n. 1. posita, solius copulæ mētio fit. Secundò, vrgentius probari potest ex *cap. Iuuenis. de sponsal.* vbi dicitur iuuenem, qui puellam nondum septēnem duxit, & forsan tentauit consummare, nec potuit, non posse permanere in matrimonio postmodum cum consobrina eius contracto, vbi *Glos. fin.* opponit *c. Extraordinaria, 35. q. 2.* vbi decidit ur ex pollutione extraordinaria non oriri affinitatem: & respondet ibi habitam esse pollutionem extra vas non animo coniugali: at in casu *d. cap. Iuuenis*, tematam esse copulam intra vas, ac animo maritali. Insuper ex *c. Fraternitatis, de eo qui cognou. consanguin.* ibi: *Diuortij sententiam approbamus, quam in eum canonice promulgastis, qui illam sibi postea copulare præsumpsit, cum antea sororem adhuc septennem contractis sponsalibus, extraordinaria libidine noscitur polluisse.* Constat ergo ex his, non desiderari ad affinitatem semen virile intra vas fœminæ effundi. Tertiò, quia per effusionem seminis extra vas, est probabile concedi diuortium: & per vasis penetrationem absque semine consummari matrimonium: ergo eandem probabilitatem habebit, inde affinitatem oriri.

8 At citra dubium est tenendum, ex sola vasis feminei penetratione, non emisso intra virili semine, minime oriri affinitatem. Quia tota ratio ob quam ex copula oritur affinitas, est, quod per eam vir & femina vna caro efficiātur, ac proinde consanguinei vnius fiunt affines alterius, (vt probauimus n. 1. ex *c. Fraternitatis, 35. q. 10.*) At non efficiuntur vna caro, nisi per copulam perfectam ac sufficientem ad prolis generationem, qualis est sola illa, in qua virile semen intra vas femineum recipitur. (vt latè probaui *l. 2. disp. 21. n. 5.*) Secundo, idem constat ex *c. Lex diuina 27. qu. 2.* vbi benedictus Pontifex sic ait: *Sed neque osculū parit propinquitatem, quod nullam facit sanguinis commixtionē.* Et ex *c. Extraordinaria, 35. q. 3.* vbi Vrbanus II. ait pollutionem nō impedire matrimonium cum cōsanguineis mulieris pollutæ, nisi in naturalibus admissa sit. Ergo ad affinitatem desideratur positio intra vas. Tertia, quia si absque vasis penetratione, ac corporum commixtione, reciperetur semen virile intra vas femineum, produceretur affinitas (vt ex omnium mente dicemus n. 15.) Atque proinde tota ratio affinitatis producendæ est seminis intra vas receptio, nec ad rem pertinet, vasis penetratio. Quarto, quia ad affinitatem ea copula desideratur, ex qua apta nata est sequi generatio: ob id enim ex copula Sodomitica intra vas præpostetum recepto semine, nulla affinitas consurgit, (vt n. 13. dicemus) quod ea copula non satis sit ad generationem. At ad hanc nullatenus sufficit vasis legitimi penetratio absque semine. Neque ergo sufficiet, vt inde affinitas oriatur. Et ideo huius sententiæ sunt, ex Theologis *D. Thom 4. d. 41. qu. vn. art. 1. quæstiunc. 3. corp. & quæstiunc. 4. ad 2. Et ibi D. Bonauent. art. vn. q. 1. Durand. qu. 1. n. 7. Ricardus a. 1. q. 1 corp. Palud. q. 1. a. 3 concl. 1. nu. 18. Supplem. Gabrielis q. vn. art. 1. col. 2. vers. Ex illo sequitur, D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 15. in princ. Paulo ante notabile secundum, Guillelm. Parisiensis lib. de Sacram. 1. de matrim. c. 30. Abulensis cap. 5. Matth. qu. 2. 2. Petrus de Soto lect. 10. de matrim. col. penult. vers. Tertium est, Sotus 4. d. 41. q. vn. a. 2. col. 3. vers. Ex quo fit, & ibi Nicolaus de Orbel. q. 1. Guillel. Borrilong. q. vn. art. 2. Ouandus q. vn. propos. 1. Ledesma 2. p. 4. qu. 57. a. 3. ad fin. Veracruz 1. par. Speculi a. 47. fine, Veguerius lib. institut. cap. 16. §. 7. vers. 9. impedimento 6. Valentia 4. p. disp. 10. qu. 5. punct. 3.* vbi de affinitate, *initio, Enriquez lib. 12 de matrim. c. 16. n. 1. Toledo l. 7 sum. c. 11. nu. 3. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 40 conclu. 2 Manuel 1. to. summ. 2. edit. c. 228. n. 1. Petr. de Ledesma de matrim. qu. 55. art. 3. dub. 2 cont. 1. & 2. Emm. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedim. dirimentib. *num. 13. vers. affinitas contrahitur. Philiarc de offic. Sacerd. to. 1. p. 2. lib. 2. cap. 12. vers. Affinitas est propinquitas. Vmaldus candelabro Sacram. 1. p.* vbi de matrim. *nu. 198. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 50. f. 1147. Vega 2. to sum c. 34. casu 171. concl. 4 & 6. Graffis 1. p. decision. l. 2. c. 80. nu. 7. & 8.* Et ex Iurisperitis, *Gloss. c. Extraordinaria, in fine 35. q. 3. & ibi Archid. n. 3. Bellamera n. 2. Idem Archid. c. vn. de despons. impub. in 6. nu. 2. & c. vn. n. 3. de sponsal. in 6. & ibi Dominicus in princ. nu. 9. Innoc. c. Fraternitatis, n. vn. de eo, qui cognou. consang. Et ibi Alex. de Neuo, n. 10. Henricus n. 8. Albericus in suo dictionar. lit. A. verb. Affinitas, Cardin. clem. vn. q. 14. num. 11. de consang. Ioan. de Friburgo in sum. confess. lib. 4. t. 15. q. 5. Monaldus sum. tract. de matrim.* vbi de impedimento affinitatis, *Asensis 2. p. sum. lib. 8. t. 25. a. vn. q. 5. Rosella verb. Impedimentum, imped 14. nu 9. & ibi Supplem. summæ Pisanæ, impedim. 14. n. antepenul. Angelus verb. Matrimonium, 3 impedimento 15 nu. 5. Sylvest. verb. Matrimonium, 8. q. 15. dicto 2. Tabiena verb. Impedimentum, impedim. 4. q. 2. n. 3. Armilla verb. Matrimonium n. 26. Nauar. summ. c. 22. Latin n. 42. Hisp. 41. & lib. 4. consil. n. de consanguinitate in 1. edit. cons. 8. num. 5. in 2. concl. 4. nu. 5. Ant. Cucus lib. 5. instit. maiorum t. 12. n. 243. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30. qu. 1. § 4. q. 212. n. 501. Mocenicus de cōtractibus 1. de sponsal. §. De naturalibus sponsalium nu. 3. Cenedo in suis collectaneis ad ius canonicum, collect. 19. n. 1. Franc. Marcus decis. 467. n. 7. p. 2. Azebedo lib. 8. recop. t. 20. l. 7. nu. 17. Soaccius de sponsal. 1. p. super inst. de nuptiis, §. Affinitatis, n. 1.*

Non tamen haberetur fides nisi in solo conscientiæ foro, copulam habentibus, ac seminis effusionem negantibus. Quia ex ea copula satis præsumitur seminis effusio. Sic *Archid. c. vn, nu. 3. de despons. impub. in 6. & c. Extraordinaria, n. 3. 35. q. 3. & ibi Bellamera n. 3. Alex. de Neuo c. Fraternitati, num. 8. de eo, qui cognouit consang. & 10. Henricus, nn. 9. & n. 11. Palud. Monaldus, Rosella, Sylvest. & D. Antonin. n. præced allegati, Asensis 2. p. sum. 18. t. 25. a. vn. q 8. Supplementum Gabr. 4. d. 41. qu. vn. a. 1. paulo post princ. Greg. Lopez l. 5. verb. Carnalmente, 3. 6. partit. 4.* Nec obstat *cap. Extraordinaria, 35. q. 3.* vbi Vrbanus II. ait credi sacramentis dicētium pollutionem fuisse extra vas. Nam *Glossa verb. Sacramentis*, explicat polluentis & pollutæ, & ait mirum esse contra tam violentam præsumptionem admitti probationem: & forte id obtinere, cum virgo est femina, idque vult per corporis aspectum probare: iuramentum que adhibeti ad maiorem cautelam. 9

10 Hinc primò deducitur, nō contrahi affinitatem ex copula, in qua sola femina seminat. Quia ea non satis est ad prolis generationem. Et ita sentiunt omnes DD. nu. 8. alleg. cum petant copulam sufficientem ad generationem. Et in propriis terminis docent *Asensis qu. 7. Sylvest. Supplem. Gabr. Toledo, Barth. à Ledes. Lud Lop. Petr. à Ledesma, Manuel n. 8. relati.*

11 Secundò deducitur, ex congressu spadonum consummantium intra legitimam vas minime oriri affinitatem. Quod non verum semen emittāt, ex quo generatio subsequi possit. Et ita bene docet *Ledesma 2. p. qu. 57. a. 3. ad fin. vers. At hoc dico.* Quamuis relato Hugone dicat oppositum esse tutius *Ioan. de Friburgo in sum. confess. l. 4. t. 16. q. 13.*

12 Tertiò infertur, ex quacumque extra vas legitimum pollutione, & à fortiori ex quibuscumque tactibus, nullam produci affinitatem. Quod fatentur omnes citati n. 8. & de pollutione extra vas, extat textus expressus Vrbani II. *c. Extraordinaria, 35. q. 3.*

13 Quartò infertur, ex copula Sodomitica non oriri affinitatem.

nitatem. Quia ex ea non potest sequi generatio. Et ita tenentur fateri Doctores omnes, num. 8. allegati. Et in propriis terminis docent *D. Bonavent. Durand. Ricardus, Petrus de Soto, Abulensis, Navar. Gbilelmus Borrilong. num. 8. relati, Archid. c. vn. nu. 3. de sponsal. in 6. Præpos. in arbore affinitatis, nu. 14. Cajetan. summ. verb. Matrimonium, cap. 1. impedimento 11. Supplementum Gabr. 4. d. 41. q. vn. a. 1. col. 2. vers. Ex illo sequitur, Et ibi Sotus quæst. vn. ar. 2. colum. 3. vers. Quapropter, Angelus verb. Matrimonium, 3. impedimento 15. num. 5. Sylvest. verb. Matrimonium, 8. q. 15. dict. 1. Armilla verb. Matrimonium, num. 26. Tabiena verb. impedimentum, impedimento 4. q. 2. nu. 3. Angles floribus 1. p. de matrim. q. 14. art. 1. initio propositione 3. Toledo libr. 7. summa c. 11. n. 3. Azebedo l. 8. recop. t. 20. l. 7. n. 20. Petr. de Ledesm. de matrim. q 55. a. 3. diffic. 1. concl. 2. Barth. à Ledesma de matrim. dubio 40. concl. 1.*

14 Sed aliqui censent, quamuis non ratione affinitatis contractæ cum consanguineis eius, cum quo copula Sodomitica est habita, impediatur matrimonium: nulla enim orta est, impediri tamen propter criminis enormitatem. Ita dicit forte esse *Glossa c. Extraordinaria, verb. Sapius, 35. q. 3.* Et quidam id docent absque illa nota dubitationis, vt testantur *ibi Archid. n. 1. & Bellamera nu. 1.* nec ipsi reprobant Idem tenet *Lambertinus de iure patron. lib. 2. p. 1. q. 9. a. 18. nu. 9.* Et probant ex *eo c. Extraordinaria*, à contrario sensu. Quia ibi dicitur pollutionem non nisi in naturalibus admissam impedire matrimonium. Ergo impediet si est in vase cõtra naturam, quale est præposterum, ne possit contrahi matrimonium ab alterutro Sodomita cum consanguineis alterius. At omnino tenendum est, nullum prorsus oriri impedimentum. Quia enormitas criminis nil prorsus conducit ad impedimentum matrimonij statuẽdum, nisi ea pœna in iure expressa sit. At hæc pœna nullibi exprimitur: imo *dict. c. Extraordinaria*, videtur expresse decisum contrarium. Cum ibi expresse decidatur in eo solo euentu pollutionem impedimento esse matrimonio cõtrahendo cum consanguineis alterius, quando in vase naturali recipitur semen. Secus ergo est, quando in vase præposterο, & contra naturam. Quare bene *Petr. de Ledes. de matrim. q. 55. a. 3 dub. 1. in corell. quod infert ex 2. concl.* dicit si duo viri nefando congressa se polluerint, posse alterutrum ducere alterius filiam.

15 Quintò infertur, sat esse ad affinitatem contrahẽdam, copulam extra vas, si virile semen quacumque arte, vel matrice feminea illud attrahente, in vas femineum subintret. Quia id ad prolis generationem sufficit. Sic *Card. clem. vn nu. 12. q. 15. de consanguin. Henricus c. Fraternitati, num. 6 de eo, qui cogn. consangu. Palud. 4. dist. 41. qu. 1. art. 3. conclus. 2. num. 19. Et ibi Supplementum Gabr. q. vn art. 1. col. 2. vers. Ex illo sequitur, D. Antonin. 3 p. t. 1. c. 11. in principio, paulo ante notabile secundum, Rosella verb. Impedimentum, impedimento 14. nu. 8. & ibi Tabiena impedimento 4. q. 2. n. 3. Angelus verb. Matrimonium, 3. impedimento 15. n. 5. Sylvest. verb. Matrimonium, 8. q. 15. dict. 2. Armilla verb. Matrimonium. n. 26. Astensis 2. p. sum. lib. 8. t. 25. a. vn. q. 6. Greg. Lopez l. 5. verb. Carnalmente, t. 6. p. 4. Ledesma 2. p. 4. q. 57. a. 3. ad finem Veracruz 1. p. spec. a. 47. ad finem, Gaeta repet. cap. Ad limina. 30. qu. 1. §. 4. qu. 212. n. 502. Petrus de Ledesma de matrim. qu. 55. art. 3. dub. 2. in solut. ad 4. Manuel 1. tom. summa 2. edition. cap. 228. num. 2. Barthol. à Ledesma dub. 40. de matrim. conclus. 6. Vualdus candel. libro Sacrament. p.* vbi de matrim. *n 198. Ind. Lopez 2. part. instruct.* vbi de matrim. *cap. 50. fol. 1147. Vega 2. tom. summæ c. 34. casu 171. concl. 3* Et id est etiam verum, quamuis ministerio dæmonis semen virile intra vas feminæ immittatur, cum id ad generationem sufficiat. Ita docent *Paludanus, Supplementum Gabrielis, D. Antonius, Rosella, Angelus, Sylvester, Tabiena, Gaeta, Petrus de Ledesma ibid.*

16 Sextò infertur, non audiendos esse quosdam Doctores, asserentes ex copula illicita naturali non oriri affinitatem, sed solum ex copula coniugali. Sic *Tancredus & Vincent.* quos refert *Archid. c. vn. nu. 6. de sponsal. in 6.* Ducuntur quia *c. Tuæ paulo post princ. & c. Discretionem, vers. Nos igitur, de eo, qui cognou. consanguin.* appellatur publica honestas impedimentum, quod ex copula illicita consurgit. Præterea, quia *l. Non facile, 4. vers. Sciendum, & vers. Affines ff. de gradibus*, expresse dicitur ex solis iustis nuptiis produci affinitatẽ. Vnde *Corrasius l. 1. miscellan. c. 3.* sustinuit idem. Sed meritò *Archidiac.* prædictos Doctores reprehendit, *dict. c. vn. num. 7.* Quia *eodem cap. Discretionem, paulo inferius. vers. Et si, & eodem cap. Tuæ, in fine*, appellatur hoc impedimentum affinitas. Et *Glossa eodem cap. Discretionem, verb. Publicam, & eodem cap. Tuæ, verb. Honestatem*, explicat eos textus, dum hoc impedimentum appellant publicam honestatem: vt nomine illius intelligant affinitatem: vt ipsimet textus se statim explicant. Nec obstat *dict. l. Non facile*, quia respondet *ibi Glossa verb. Per nuptias*, non oriri affinitatem quoad delationem hæreditatis vel tutelæ, secus quoad matrimonij prohibitionem. Et ratio differentiæ est, quia leges ciuiles in fauorabilibus, qualia sunt delatio hæreditatis & tutelæ, noluerunt fauere illicitæ copulæ: at verò ius canonicum ob reuerentiam ineundi matrimonij respexit coniunctionem præcedentem, quamuis illicitam. Tandem constat ex *Tridentino sess 24. de matrim. cap. 4.* oriri ex fornicatione affinitatem. Et ita vniuersi alij Doctores admittunt.

Septimò infertur, oriri affinitatem ex copula habita 17
cum femina prorsus inuita, ignoranti, dormiente, ebria, insana. Quia ea copula satis est ad generationem. Item, quia quando femina est prorsus inuita, id decernitur *cap. Discretionem, de eo, qui cognou. consanguin.* cum ergo voluntas feminæ ad affinitatem contrahendam non desideretur, nil referet ipsam ignorare, aut dormientem, ebriam, insanamve esse. Et ita docent *Hostiensis sum. ti de sponsalibus, §. Et qualiter dissoluantur, nu. 10. vers. Hanc doctrinam, Cardin. d. c. Discretionem, n. 2. & ibi Præpositus nu. 3. notab. 6. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 7. n. 2. Anton. Cucus l. 5. institut. maiorum t. 12. nu. 141. Gaeta repet. c. Ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 212. nu. 502. Matienzo lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gl. 1. n. 173. Azebedo libr. 8. recop. tit. 20. l. 7. nu. 13. Vuald. candel. Sacrament. 1. p.* vbi de matrim. *num. 200. & 201. Soaccius de sponsal. 1. p. super Instit. de nuptiis, §. Affinitatis, nu. 1.* Ex copula vero habita cum muliere mortua, non oritur affinitas. Quod perinde sit ac cum ligno, nec ea copula satis sit ad generationem.

Tandem infertur, ex copula quantumuis occulta oriri 18
affinitatem. Cum iura non distinguant, an copula sit occulta, necne. Ita *Lambertin. de iure patron. l. 2. p. 1. q. 9. art. 18. nu. 11. Navar. l. 4. conf. t. de consangu. in 1. edit. conf. 9. nu. 1. & 2. in 2. conf. 1. n. 1. & 2. Azebedo lib. 8. recop. t. 20. l. 7. n. 19.*

Ad argum. n. 7. proposita resp. Ad 1. dic iura docentia 19
ex copula oriri affinitatem, intelligi de copula perfecta & consummata, qualis non est, vbi viri seminatio desideratur. Et constat hic intellectus ex ratione huius productionis affinitatis, quam num. 8. attulimus. Ad 2. dic varios esse Doctores in expositione illorum textuum, *c. Iuuenis, & c. Fraternitatis*: ac facile respondetur *cum. Soto 4. dist. 41. q. vn. a. 2. colum. 3. vers. Ex quo fit, & vers. Quod si obiicias*, impedimentum dirimens nõ esse inductum in illis textibus propter nixum ad copulam, quasi ex illo oriatur affinitas: sed propter publicam honestatem ex sponsalibus de futuro, quæ ibi præcesserant, ortam. Et ita *dict. cap. Iuuenis*, dicitur propter honestatem Ecclesiæ id impedimentum esse. Ad tertium dic, quidquid sit de veritate antecedentis, disparitatem esse, quod per solam clausuri penetrationem infertur iniuria feminæ, & damnum, si liceat transitus ad religionem, & ideo ius censet consummari matrim. ad eum effectum, ne viro liceat ad religionem transire: insuper est violatio fidei coniugalis, talis accessus ad non suam, & ideo sufficit ad diuortium, iuxta illam sent. At vero affinitas petit virum & feminam sic copulari, vt inde possit subsequi generatio. Quod in ea copula imperfecta non reperitur.

SVMMARIVM.

An desideretur vtrumque coniugem semen emittere, atque ita semina commisceri, vt oriatur affinitas. Refertur quadam sent. n. 20. Proponitur Auctoris sententia, n. 21.

Soluuntur argumenta. & explicatur c. Lex diuina, 27. q. 2 n. 22.
Post n. 22 ueneris cætera summaria, quæ desiderantur.

20 QVÆSTIO II. An ad affinitatem contrahendam requiratur vtrumque coniugem semen emittere, & sic seminũ commixtionem fieri? Quidam id requiri affirmant. Et probatur ex *c. Lex diuina*, 27. q. 2. vbi Benedictus Pontifex sic ait: *Sed neque osculum parit propinquitatem, quod nullam facit sanguinis commixtionem.* Secundo, quia copula, in qua solus vir seminat, non est sufficiens ad generationem. Cum iuxta communem medicorum sententiam, vtrumque semen ad generationem desideretur. Et ita tenere videtur *D. Thom. 4. d. 41. q. vn. a. 1. quæstiunc. 3. corp.* vbi ait ex carnali copula, in qua est commistio seminum, oriri affinitatem. Et clarius id videntur docere *eidem D. Thom. eo. a. 1. quæstiunc. 4. ad 2. D. Bonau. 4. d. 41. art. vn. q. 1. & ibi Durand. qu. 1. nu. 7. Viguer. l. institut. c. 16. §. 7. vers. 9. impedim. 6.* vbi asserunt ex nullo concubitu affinitatem oriri, nisi seminum commistio sequatur. Et videtur tenere *Præpos. c. Fraternitati, ad fin. de eo qui cognouit consang.* quamuis enim obscure loquatur, at clare dicit semen feminæ esse necessarium ad generationem, & vito seminante, præsumi quoque feminam seminasse, & ideo contractam esse affinitatem. Et expresse tenent *Innoc. c. Fraternitati, num. vn. de eo qui cognou. consang. Archid. c. vn. n. 3. & 4. de sponsal. in 6. & c. Extraor. duaria, n. 3 35. q. 3. & ibi Bellamera num. Cardin. clem. vn. num. 10. q. 13. in fine, de consang. Allensis 2. p. summæ, l. 8. tit. 25. a. vn. qu. 8. Lambertinus de iure patron. l. 2 p. 2. q. 9. a. 18. n. 9. Nicolaus de Orbello 4. d. 41. q. 1. Gaeta repet. c. Ad limina, 30 q. 1. §. 4. q. 216. nu. 516. fin. Cenedo in collectaneis iuris, collectaneo 19. nu. 1. Franciscus Marcus decisione 467. n. 8. p. 2. Lud Lop. c. 2. p. instructor*, vbi de matrim. c. 50. f. 1147. *col. 2. Grassis 1. p. decision. l. 2. c. 80. nu. 8.* Et videtur tenere *Vinaldus candel. Sacram. 1. p.* vbi de matrim. *n. 149.* vbi definens affinitatem dicit esse propinquitatem personarum ex seminum mistione ortam. Et hanc partem defendi esse probabilem, l. 2. disp. 21 n. 11. Et rationem reddidi, & auctores alios pro ea ponderaui. Quod sit probabile (vt ibi ostendi) semen femineum esse necessarium generationi. Et nunc quoque hanc sent. existimo esse probabilem.

21 At multo probabilius est & communius, nullatenus desiderari semen feminæ, sed sufficere ad affinitatem, si vir intra claustra pudoris feminei seminet. Quia iuxta veriorem sententiam (vt probaui l. 2. disp. 21. nu. 10.) ea est copula perfecta & sufficiens ad generationem: & subinde ad affinitatem: iuxta tradita in hac disp. n. 8. Et ita tenent citato *Federico*, (non enim potuit locum inuenire) *Ioannes Andreas c. Fraternitati. num. 2. de eo, qui cogn. consang. Host. ibi ad fin. Abbas in fin. Anchar. n. vn. paulo post princip. Alex. de Neuo nu.* 10 Et videtur tenere *Cardin. ibi. fine*, quamuis satis subobscurè. Et hanc sent. vocat tutiorem *Henricus ibi, in fin.* Et eã etiam defendunt *Palud. 4. d. 41. qu. 1. a. 3 concl. 2. n. 19. Et ibi Supplem. Gabriel. q. vn. a. 1. col. 2. vers. Ex illo sequitur, Ioan. de Friburgo in sum. confess. l. 4. ti. 15. q. 5. Monaldus sum. tract. 4. de matrim.* vbi de imped. affin. *D. Antonin. 3 p. t. 1. c. 11. in princip. notabili 1. ad fin. Rosella verb. Impedimentum, imped. 14. nu. 8. Et ibi Supplem. summ. Pisana, imped. 14. n. ante pen. Angelus verb. Matrimonium. 3, imped. 35. n. vlt. Sylvest. v. Matrimonium, 8. q. 15. dicto 2. Tabiena verb. Impedimentum, imped. 4 q. 2. nu. 3. Armilla verb. Matrimonium, nu. 26. Ledesm. 2. p. 4. q. 57. art. 3. ad fin. Veracruz 1. p. Spec. a. 47. ad fin. Anton. Cucus l. 5. instit. maior. t. 12. num. 243. Lancelot. instit. iuris canon. lib 2. t. de triplici cognat.* vbi de affin. *§. Si quis autem, verb. Commiscuit, Petr. de Ledesm. de matrim. qu. 53. a. 3. dubio 2. in solut. ad 4. Manual. l. 12. sum. 2. edit. c. 228. nu. 1. Barthol. à Ledesm. de matrim. dub. 40. concl. 5. Vega 2. 2. tom. summ. c. 34. casu 171. concl. 5. & Sylvester* mitiur hanc sent. esse omnium, volens explicare, vt DD. dicentes exigi semen feminæ, intelligant vel aliquid loco seminis, nempe sanguinem menstruum paratum à natura ad generationem prolis. Et pro eadem sent. est *Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. col. 2. vers. Hoc autem perplexum.* vbi ait non exigi semen feminæ, vt dicatur matrim. consummatum. Idem enim requiritur vt matrim. sit consummatum, & vt producatur affinitas.

Ad argumenta n. 20. proposità resp. Ad *cap. Lex diuina*, 22 dic Pontificem tantum intendere statuere non oriri affinitatem absque immissione virilis seminis intra vas: & ideo ait per osculum non produci. Ad 2. dic verius esse non desiderari semen feminæ ad generationem, vt dixi n. præcedenti.

SVMMARIVM.

Non est quæstio de nomine disputare an ex matrimonio rato oriatur affinitas, an potius publica honestas n 23.
Refertur sententia asserens oriri ex illo affinitatem, n. 24.
Proponitur Auctoris sententia n. 25.
Vnde colligatur publicam honestatem oriri ex matrim. rato? Remissive, n. 26
Satisfit argumentis, n 27.

QVÆSTIO vltima. An ex matrimonio rato oriatur affinitas, an potius sola publica honestas? Quidam censent quæstionem hanc esse de nomine. Quod vtrumque impedimentum dirimat matrimonium, & ad quartum vsque gradum protendatur. Et ideo ad rem moralem nil videtur conferre vtrouis nomine impedimẽtũ hoc appelletur. Ita *Sylvester v. Matrimonium, § 4. q. 14. dicto 2. Sotus 4. dist. 41. qu. vn. a. 2. fin. Ledesma 2. p. 4. q. 57. a. 3. col. 1. vers. Ideo dico, Veracruz in append. ad Speculum, dubio pinultim. conclus. 4.* At melius *Enriquez lib. 12. de matrim. c. 10. n. 1. comment. lit. H.* dicit esse quæstionem de valde conferenti re. Quia impedimentum publicæ honestatis restrictum est per *Trident. sess. 24. de matrim. c. 3.* ad primum gradum: non autem affinitatis ex matrimonio consurgentis. Sed hæc ratio non efficit quæstionem esse de re. Quamuis enim dicamus oriri publicam honestatem, diecndum est extendi id impedimentũ ad quartum vsque gradum. Quia sola publica honestas ex sponsalibus orta, est restricta per Tridentinũ (vt dicemus disp. 70. nu. 15) Deseruit ergo hæc quæstio, ne sit de nomine, excommunicationi latæ *clem. vn. de consang.* vbi excommunicantur contrahentes cum affinibus, & tamen eam non incurrere, qui contrahunt cum consanguineis prioris sponsæ de præsenti non cognitæ, eo quod ex matrim. rato non oriatur affinitas, vt diximus disp. 48. nu. 14. 23

Quidam ergo sentiunt ex matrimonio rato oriri affinitatem. Ducuntur, quod per matrimonij contractum de præsenti astringuntur coniunges multo arctiori vinculo quam per contractum sponsalium de futuro. Ergo vir cum consanguineis vxoris, & è contra, multo perfectiori vinculo & maiori propinquitate coniunguntur. Cum ergo ex sponsalibus oriatur publica honestas, nec sit aliqua propinquitas media inter affinitatem & publicam honestatem, dicendum est ex matrimonio rato oriri affinitatem. Secundò, quia per vinculum coniugale cum potestate ad copulam, vir & vxor vniuntur in ratione vnius principij ad generationem: oritur ergo inter ipsos affinitas. Et ita sentiunt *D. Thom. 4. d. 41. qu. vn. a. 1. quæstiuncula 4. ad 2. & ibi Maior. q. 1. ad finem, Rancrius 2. p. summ. tit. de matrim. c. 25. Alex. de Neuo n. Sponsam, n. 6. de sponsal. Sotus 4. d. 41. qu. vn. a. 2. ad fin. Petrus de Soto lect. 10. de matrim. colum. penult. vers. Tertiam est, Ledesma 2. p. 4. q. 57. a. 3. colum. 2. vers. Ideo dico, Veracruz in appendice ad speculum, dub penult. concl. 4. Viguer. l. institut. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento 6. Bellarm. libr. 1. de matrim. c. 24. fine, Philiarc. de officio sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. c. 12. Enriqu. l. 12. de matrim. c. 10. n. 1. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 50. col. 3.* Alij dicunt oriri affinitatem, non propriè, sed initiatiue & large. Sic *Scotus 4. d. 41 q. vn. paulo post princip. Richardus ibi, a. 1 q. 2. Asculsis 2. p. summ. l. 8. t. 2. c. a. vn. qu. 9. Sylvest. verb. Matrimonium, 8. qu. 14. dicto 2. Petr. de Ledesma de matrim. q. 55. a. 1. diffic. 2.* 24

Cæterum quamuis possit dici oriri affinitatem improprie & large, seu quoddam affinitatis initium: eo quòd potestas corporum tradita per matrimonium est initium actus coniugalis, vnde affinitas oritur: at verè & in rigore non est, inde oriri affinitatem. Et ita censeo impedimentum, quod oritur ex matrimonio rato, esse vere & proprie publicæ honestatis, & non affinitatis. Quia (vt num. 8. probauimus) affinitas oritur ex eo quod 25

vir

vir & vxor efficiuntur vna caro per copulam perfectam & consummatam. Quod non reperitur in matrim. rato. Item, quia hoc impedimentum sic appellatur *c. finali*, 35. q. 3. & ideo non oriri affinitatem, sed impedimentum publicæ honestatis, docent *Gloss. c. Si quis desponsauerit, in fin. 27. q. 2. Abbas c. Iuuenis, n. 4. & c. Sponsam, nu. 2. de Sponsal. Cardin. eo. c. Iuuenis, in fin. Præpos. eo. c. Sponsam, num. 2. Angelus verb. Matrimonium, 3 impedimento 14. nu. 1. Paludan. 4. d. 41. q. 1. a. 3. concl 1. n 18. & q. 2. a. 1. n. 8. Loazes de matrim. Regn Anglia, dubio 1, nu. 103. & 104. Armilla verb. Matrimonium, n. 46. Brunellus de sponsal. concl. 10 nu. 6. & concl. 26. n. 2. Rosella verb. Impedimentum, impedimento 13. n. 1. Tabiena ibi impedimento 11. nu. vn. Archidiac. c. vn. n. 5. de sponsal in 6. & c. Cum igitur, 35. q. 1. n. 3 & ibi Bellamera n. 2. Lex regia 5. t. 6. p. 4. Nauar. lib. 4. consil 1. edit. 1. de sponsal. consil. 33. n. 2. & 1. de consang. consil 8. n. 5. in 2. t. de sponsalibus, consil. 11. nu. 2. & 1. de consang. consil. 4. nu. 5. Couarr. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 1. n. 1. & §. 7. n. 3. Ant. Cucus l. 5. institut. maior 1, 13. nu. 34. Alex. Carrerius lib. 1. de sponsal. ca. 13. Monaldus sum. tract. de matrim.* vbi de impedimento affinitatis, *Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 4. t. 14. qu. 3. Supplem Gabr. dist. 41. qu. vn. a. 1. col. 3. notabili 2. Basolis ibi q. vn. a. 4. Nicolaus de Orbellis ibi qu. 1. Azebedo lib. 8 recop. t. 20. l. 7. num. 15 & 16. Matienzo libr. 5. recop. t. 1. rubr. gl. 1. n. 162. 173. Ouandus 4. d. 41. qu. vn. fin. Cenedo in collectan iuris, collect. 19. nu. 1. Angles florib. 1. p.* vbi de matrim. *q. 14. a. 3. concl. 1. Toledo l. 7. sum. c. 10. n. 1. Manuel 1. tom. summ. 2. edit. c. 228. n. 1. & c. 234. fin. Barth. à Ledesma dubio 39. de matrim. conclus. vn. Vivaldus candel. Sacram. 1. p.* vbi de matrim. *n.* 197.

26 Quod si quæras, ex quo textu habeatur hoc impedimentum publicæ honestatis ex matrim. rato ortum? dicam disp. 70. n. 1.

27 Ad argum. proposita n. 24. facile resp. Quippe probant arctius vinculum publicæ honestatis oriri ex matrim. rato, quam ex sponsalibus, & initium quoddam affinitatis, non tamen verè affinitatem.

DISPVTATIO LXV.

An affinitatis vinculum ortum ex copula cõiugali aut illicita, sit naturale: atq; ita infidelitatis tempore contrahatur, vt obstet matri. incundo cum consanguineis coniugis aut concubinæ, post conuersionem ad fidem?

SVMMARIVM.

Aliud est esse vinculum naturale, & aliud iure naturæ dirimere matrim. num. 1

Infideles ad fidem conuersi nequeunt valide ducere proprias consanguineas intra quartum gradum, n. 2.

An affinitas ex matrimonio sit vinculum naturale, & ita infidelis conversus ad fidem nequeat ducere consanguineam prioris vxoris? Refertur quædam sententia, n. 3.

Affinitas ex matrimonio, est vinculum naturale, & oritur tempore infidelitatis, n. 4.

Infidelis nequit post baptismum valide ducere consanguineam intra quartum gradum vxoris habita tempore infidelitatis, n. 5.

Idem dicendum est, quamuis matrimonium non esset consummatũ, n. 6.

An ex sponsalibus tempore infidelitatis initis, oriatur aliquod vinculum naturale dirimens matrim. post baptismum, cum cognatis sponsæ intra primum gradum? n. 7.

An affinitas ex copula fornicaria orta, sit vinculum naturale, & ita oriatur tempore infidelitatis? Refertur quædam sententia, n. 8.

Proponitur sententia Antherii, n. 9.

An infidelis conuersus ad fidem possit ducere valide consanguineam intra secundum gradum feminæ cum qua tempore infidelitatis est fornicatus? Refertur quædam senten. n. 10.

Potest ducere, n. 11.

An si fidelis rem habeat cum infideli vel fideli, at mulier sororem infidelem habeat, nullam contrahat fidelis ille cum sorore infideli affinitatem, & possit illam post baptismum ducere, & quid si infidelis habeat sororem fidelem? n. 12.

Quid si fidelis cognoscat infidelem, quæ post baptismum concepit ex alio fidem. an possit fidelis ille eam simam ducere, n. 13.

Stringuntur argumenta & explicatur c. Nec enim, 35 q. 3. n. 14.

1 PRÆMITTENDVM est, aliud esse quærere, an affinitas sit vinculum naturale, & aliud, an iure naturali dirimat matrimonium. Non enim ex primo sequitur secundum. Consanguinitas quippe in secundo & vlterioribus gradibus est quid naturale, ac tempore infidelitatis oritur, cum tamen non dirimat iure naturali matrim. Vnde quærere an affinitas sit quid naturale, nil aliud est, quam quærere an stando in iure naturæ oriatur affinitas aliqua ex copula coniugali, aut fornicaria. & ita inter infideles consurgat, sicut consanguinitas: an potius sit metum Ecclesiæ inuentum, sicut cognatio spiritualis.

Et quidem consanguinitatem esse quid naturale, & 2
secluſa omni lege Ecclesiastica inueniri etiam apud infideles, dubitat nemo. Quia natura ipsa dictat ex communicatione eiusdem sanguinis oriri quamdam coniunctionem & amicitiam naturalem. Quare infideles nequeunt valido matrimonio coniungi post baptismũ cum consanguineis intra quartum gradum: quamuis tempore infidelitatis possent vltra primum gradum. Quia cum consanguinitas tempore infidelitatis oriatur, vtpote quæ quid naturale est, illi post baptismum manent consanguinei, & cum iam subijciantur legi Ecclesiæ irritanti matrimonium intra quartum consanguinitatis gradum, non possunt validum matrimonium, intra eum gradum inire. At poterant tempore infidelitatis secluto primo gradu. Quia consanguinitas non dirimit matrimonium in vlterioribus gradibus, nisi solo iure Ecclesiastico, cui infideles non subsunt. Atque ita docent *Nauarr. libr. 4. consil in 1. edition. tertul. de sponsal. consil. 7. num. 7. & 8. in 2. tert. de consanguinit. consil. 11. num. 7. & 8. Enriquez l. 12. de matrim. cap. 3 num. 5.*

De affinitate autem ex copula coniugali vel fornicaria 3
est difficultas. Et incipiendo ab orta ex copula coniugali, *Enriq. l. 12. de matrim. c. 3. n. 4.* ait infidelem, qui cum vxore consummauit matrimonium tempore infidelitatis, posse post baptismum eius sororem ducere. Redditq; eam rationem, quia affinitas ex copula coniugali quamuis habeat fundamentum in re, at non irritat matrim. cum sorore, & alijs consanguineis coniugis iure naturæ, sed solo Ecclesiastico: infidelis autem non erat subditus legi Ecclesiasticæ, quando libero contractu factus fuit affinis.

At proculdubio dicendum est, affinitatem ex copula 4
coniugali ortam non esse Ecclesiæ inuentum, sed quid naturale, instar consanguinitatis. Ducor, quia ob id consanguinitas est quid naturale, quia naturalis cuiusdam amicitiæ & coniunctionis fundamentum est. Quod idem inuenitur in affinitate orta ex copula cõiugali: teste enim *Arist. 8. Ethic. c. 12.* duplex est naturalis amicitiæ causa, altera quæ per carnis propagationem descendit: altera verò quæ per carnis vnitatem & coniunctionem ad eandem generationem: qualis in copula coniugali reperitur. Et confirmatur, quia coniuges esse vnam carnem, est de iure naturæ: & ita Adamus solo naturæ instinctu ductus dixit *Gen. 2. Et erunt duo in carne vna.* & si re vera essent vna caro, necessario consanguinei vnius essent consanguinei alterius, cum tamen sint quodam modo vna caro, quodam modo etiam iure naturæ consanguinei vnius pertinẽt ad alterum, nimirum per affinitatem. Deinde, quia experientia ipsa docet, apud quantumuis barbaras nationes conciliari naturalem quamdam amicitiam ex matrimonio inter consanguineos coniugum, ac ipsos coniuges: ob idque sunt nomina imposita ad significandam hanc affinitatis coniunctionem, vt socer, socrus, priuignus, nurus, gener, nouerca. Est ergo vinculum affinitatis quid naturale. Atque ita docent *D. Thom. 4. d. 41. quæst. vn. art. 1. quæstiunc. 1. corp. Durand. ibi, q. 1. num. 7. Palud. q. 1. art. 1. num. 10. conclu. 2. Sotus qu. vn. art. 1. colum. 2. in probat. 2. primæ conclu. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 11. in fine princ. Victoria in sum.* vbi de matrim. *nu. 196. Ledesm. 2. p. 4. q. 57. art. 1. paulo post princip. Veracruz 1. p. Speculi, a. 47. concl. 1. Ouand. 4. d. 41. q. vn propos. vlt. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. a. 1. dissic. 1. in solut. ad 2. Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 172.*

Hinc deducitur contra *Enriquez nu. 3. allegatum*, infide- 5
lẽ, qui cum vxore cõsummauit matrimoniũ tempore infidelitatis, non posse post baptismum, validum inire matrim. cum cõsanguinea illius vsque ad quartum gradum. Constat ex *c. fin. de diuort.* vbi decciditur infideles conuersos

ad fidem non posse ducere vxores, quibuscum illorum fratres tempore infidelitatis matrim. contraxere. Secundo, quia cum talis affinitas sit vinculum quoddam naturale, (vt num. præced. probauimus) oritur tempore infidelitatis cum consanguineis vxoris. Naturalia enim sunt eadem apud omnes, siue fideles, siue infideles: nec per baptismum tolluntur. Cùm ergo post baptismum maneant illi affines, & subdantur legibus Ecclesiæ irritantis matrim. intra quartum affinitatis gradum, non poterunt tunc valide contrahere. Quamuis validum esset matrim. si tempore infidelitatis contraxissent. Quia affinitas illa non ditimit iure naturali matrim. sed solo Ecclesiastico, à quo illi exempti sunt. Et confirmatur, quia ob eandem rationem probauimus num. 2. non posse infideles consanguineos intra quartum gradum valido matrimonio iungi post baptismum. Nec obstat argum. *Enriquez* num. 3. relatum. Quippe quamuis infideles non subsint legibus Ecclesiæ quando contraxerunt affinitatem, & sic tunc posset inter eos consistere matrimonium: at subsunt tempore quo illud inire volunt, & tunc irritat Ecclesia inter affines. Et ita docet *Veracruz* 1 p. *Specul. art.* 50. *conclu.* 1. & 2. Et à fortiori id docent, quos referam n. 10. docentes idem de copula fornicaria. Hoc autem intelligo, quando matrim. prius infidelium fuit validum, vt nu. seq. dicam.

6 Idem dicendum prorsus est, quamuis tempore infidelitatis sit initum matrimonium, non tamen consummatum. Quia etiam ex matrimonio rato oriri quoddam amicitiæ naturale vinculum, docet *Ledesma* 2. p. 4. q. 57. *a.* 3. *col.* 2. *vers. Ideo dico*, *Veracruz. append. ad Speculum. dub. penal. concl.* 2. *Petr. de Ledesma de matrim. qu.* 55. *art.* 1. *diffic.* 1. *in* 3. *ratione* 2. *conclusionis*. Et id probant rationes adductæ n. 4. Quia per id matrim. tradunt sibi coniuges mutuam potestatem ad prolis generationem. Si ergo est vinculum propinquitatis naturale, durabit post baptismum, quo tempore iam infideles subsunt legibus Ecclesiæ irritantibus matrim. cum cõsanguineis intra quartum gradum sponsæ de præsenti, etiam nondum cognitæ, vt dicemus disp. 70. nu. 16. Hoc autem intelligo quãdo matrimonium illud tempore infidelitatis initum fuit validum. Si enim fuisset irritum, eo quod contra ius naturale, vt quia alter eorum erat legitime cum altero coniuge copulatus, vel in gradu lege naturæ irritanti contractum est: vel contra leges eorum irritantes, exitimo nullum inde vinculũ naturale oriri, quãuis matrim. sit consummatum, sed solo iure Ecclesiastico, cui illi non subduntur. Quia non verè tradunt sibi potestatem corporum ad generationem, per illud matrim. irritum: & copula illa fuit fornicaria, ex qua nullum vinculum naturale oriri dicemus num. 9. & 11. Deinde, quia ratio naturalis dictat id, quod nil est, nullum posse producere effectum. Vnde successit *reg. iuris*, *Non præstat. de regulis iuris*, *in* 6. quæ rationi naturali innitens decidit non præstare impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. Vnde (vt dicemus disp. 68. num. 5.) D. *Thom.* non viso textu contrarium decidenti, sed sola ratione naturali ductus, dixit ex sponsalibus irritis nullum oriri impedimentum. Si ergo ex eo matrim. irrito tempore infidelitatis nullum est ortum vinculum naturale, quando postea baptizatur infidelis, nullo impedimento astringitur, quin possit iungi matrimonio cum quacumque consanguinea prioris vxoris putatiuæ (vt nu. 11. dicemus in simili de affinitate ex copula fornicaria.)

7 Ex sponsalibus autem tempore infidelitatis initis nullum vinculum naturale oritur cum cõsanguineis alterius sponsi de futuro. Quia nulla ratio ex adductis n. 4. id suadet. Vnde post baptismum potest infidelis ille ducere consanguineã in primo gradu illius prioris sponsæ. Quia impedimentum dirimens, quod solo iure Ecclesiastico inductum est, non potuit oriri tempore infidelitatis, nec orta est aliqua tunc naturalis coniunctio, quæ maneat post baptismum, & tunc impediat matrim.) Et ita etiam dicemus nu. 11. in quodam simili.) Sic docet *Enriquez* *l.* 12. *de matrim. c.* 2. *nu.* 4. & *Veracruz* 1 p. *Speculi a.* 51. *in coroll. quod infert ex* 2. *concl.* quamuis titubet, & dicat esse probabile non valere id matrim. Ita dicit in fine illius articuli. Et ducitur, quia factus Christianus tenetur legibus Ecclesiæ. Sed id non credo esse probabile: & eius argumento satisfiet n. 11. in quodam casu omnino simili.

8 Hactenus de affinitate orta ex copula coniugali est habitus sermo. Iam de copula fornicaria est disserẽdum. Qua in re aliquibus videtur affinitatem ex copula fornicaria ortam esse vinculum naturale, atque subinde tempore infidelitatis oriri. Idque probatur, nam tota ratio ob quam ex copula coniugali oritur affinitas iure naturali (vt diximus n. 4.) est, quia vir & vxor per copulam efficiuntur vna caro ad prolis generationem, ac proinde iure naturali consanguinei vnius efficiuntur affines alterius. At hoc idem secluso quocumque iure Ecclesiastico inuenitur in copula fornicaria. Vnde D. *Paulus* 1. *Corint* 9. ante omne ius Ecclesiasticum dixit: *Qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur cum ea.* Secundò, quia D. *Gregor. epist. ad Felic.* quæ habetur *l.* 12. *epist. epist.* 51. & refertur *c. Nec eam*, 35. q. 3. expresse ait incestuosum esse coitum, & abominabilem Deo & cunctis hominibus, si quis ducat aliquam, quæ vxor fuit proprij consanguinei, vel ab eo illicite est cognita. Sentit ergo esse contra ius naturæ, alias non esset coitus ille incestus & abominabilis cunctis hominibus. Et in fine videtur concludere esse naturæ ordine eum incestum prohibitum. Et ideo huius sent. sunt expresse *Ioan. Andr. c. n.* 3. *de connuers. infidel.* Et *ibi Anton. n.* 2. *oppos. vn. Cardin. ibi*, *in principio num.* 1. *oppos.* 1. vbi dicunt per baptismum tolli peccatum adulterij, at non affinitatem ex eo ortam, quæ matrim. impedit. Et videtur sentire esse probabiliorem, aut saltem probabilem, *Veracruz*, qui (vt nu. sequenti referam) solum vocat probabilem contrariam sent.

9 Cæterum dicendum est, affinitatem ortam ex copula fornicaria non esse naturalem, & ideo secluso omni lege Ecclesiastica, nullum vinculum naturalis amicitiæ oriri inter cõsanguineos viri & feminam ab eo fornicarie cognitam, nec è contra. Ducor, quia experientia teste, potius inter eos oriuntur odia & inimicitiæ. Et confirmã signo, cum enim sint nomina imposita affinibus per copulam coniugalem: nulla sunt imposita affinibus ex copula fornicaria, ad significandam amicitiam aliquam inter eos. Secundò, quia filius non inclinatur naturaliter ad exhibendam reuerentiam aliquam feminæ cognitæ à sito patre. Ergo nullum naturale vinculum inde oritur. Tandem, quia ex illicito coitu non oriebatur affinitas iure antiquo Romano, sed ex solis nuptiis. Vt constat ex *l. Non facile*, *§. Affines*, & *§. Sciendum ff. de gradibus affinitatis.* Et ideo ita sustinent *Nauarr. l.* 4. *conf.* in 1. *edit.* 1. *de sponsalib. conf.* 7. *n.* 3. & *duplici sequẽti in* 2. *t. de consang. conf.* 12. *n.* 3. 4. & 5. *Victoria summ.* vbi de matrim. *n.* 296. *Ledesma* 2 p. 4. q. 57. *a.* 3. *paulo post princ. Enrig. lib.* 12. *de matri. c.* 1. *n* 2. Et dicit esse probabile *Veracruz* 1 p. *Speculi, a.* 47. *in probat.* 2. *concluſ.*

10 Sed rogabis, an si quis tempore infidelitatis aliquam fornicarie cognouit, possit post baptismum ducere consanguineam eius intra gradum prohibitum? Id negant *Veracruz* 1 p. *Speculi*, *a.* 50. *concl.* 3. & 4. *Vega* 2. *tom. sum. c.* 34. *casu* 129. Et probant, quia licet hæc affinitas non sit naturalis, at ille post baptismum subditur legibus Ecclesiæ irritantibus matrim. in eo affinitatis gradu. Et confir. quia sicut potest infidelis inire matrimonium cum consanguinea in secundo & vltrioribus gradibus, at post baptismum nequit impediente lege Ecclesiastica, cui iam subiacet. Ita potest tempore infidelitatis valide contrahere cum facta sibi affini per fornicationem: at factus fidelis nequibit. Tandem, quia crimen tempore infidelitatis admissum, nempe, machinatio in mortem viri vxoris fidelis, ipsa insidiante, non impedit matrimonium eo infidelitatis tempore, at impedit post baptismum, vt habetur *cap.* 1. *de conuers. infidel.* Ergo idem dicendum est de impedimento affinitatis.

11 At verius est, posse id matrim. consistere. Quia cum ea affinitas non sit vinculum naturale, & subinde non contrahatur tempore infidelitatis, nil est quod post baptismum impediat matrim. inter illum infidelem & cõsanguineam mulieris ante baptismum fornicarie cognitæ. Nisi dicas affinitatem, quæ infidelitatis tempore orta nõ est, suboriri post baptismum. Quod dici non posse probaui disp. 60. n. 15. Secundò, quia non enti nequit inesse qualitas aliqua, *l. Si seruum, §. 1. ff. de act. empt.* Ergo ei, quæ non est affinitas, non potest inesse qualitas aliqua matrimonium impediens. Tandem, quia non obstant argum. contraria n. præcedenti posita. Non primum, quia nulla est affinitas post baptismum, quæ tunc impediat, vt probaui. Nec obstat etiam confirmatio. Quia consanguinitas est quid naturale, & proinde orta est tempore infidelitatis: & cum maneat post baptismum, impediet tunc. At affinitas ex fornicatione non est tunc orta. Nec obstat etiam secundum argumentum. Quia Ecclesia in eo casu non impediuit directe infidelem, sed mulierem fidelem, in quam iurisdictionem habebat, ne illi infideli post baptismum nubat. Quod idem poterat statuere in nostro casu, at id non statuit. Et ideo hanc sent. sustinent *Nauar. l. 4. consil. in 1. edit. ti de sponsalibus. conf. 7. num. 6. & 7. in 2. tit. de consanguin. conf. 12. num. 6. & 7. Enrique. l. 12. de matri. c. 1. n. 2. & c. 3. n. 4.*

12 Similiter si fidelis rem habeat cum fideli vel infideli femina, & illa habeat sororem infidelem, non contraxit affinitatem cum illa sorore infideli, ac proinde eam effectam Christianam potest ducere: si rem prima facie consideremus. Quia illa affinitas cum sit relatio, non potest absque duobus extremis consistere, at infidelis illa non potuit eam contrahere: cum non subdatur legi Ecclesiasticæ, à qua sola vim habet ea affinitas. Non ergo orta est in eo fideli fornicante. Quod si tunc non est orta, videtur eam oriri non posse, cũ soror altera baptizatur. Quia hæc relatio oriri nequit sine copula carnali noua, quæ est illius fundamentũ. Nec enim potest intelligi poni de nouo aliquã relationem, sine ratione fundãdi in aliquo extremorum. Et confirmatur, quia ob hanc rationem disp. 60. nu. 14. & 15. dixi fidelem baptizantem filium feminæ infidelis, nullam contrahere cognationem spiritualem cum matre, quæ tunc est incapax: & matre baptizata eam non conualescere: ac proinde posse eum baptizantem ducere post baptismum illam baptizati matrem. Hæ igitur rationes valde vrgere videntur ad hanc partem tuendam. At tenendum est contrarium, attenta consuetudine Ecclesiæ, quæ habet fidelem fornicantem cum femina fideli, contrahere affinitatem cum sorore, quæ post multum temporis spatium nascitur ex parentibus illius feminæ: quæ non potest contrahi statim ac soror illa in lucem editur, sed cum baptizatur: & si diu non baptizetur, non oritur ante baptismum. Quia soror illa nõ subiacet legibus Ecclesiæ, donec baptizetur. Item quia obstat quod num. seq. statuemus, nescio etiam qualiter stare possit, nisi hoc dicamus. Et ideo existimo quando alter ex fornicantibus est fidelis, eum contrahere per illam copulam affinitatem cum consanguineis alterius fidelibus statim: cum infidelibus autem quandocumque baptizati fuerint, & ideo inter fidelem illum cum eis non posse consistere matrim. Quia fidelis ille tempore copulæ subiacebat legi Ecclesiæ statuẽti ex ea copula oriri affinitatem cum consanguineis alterius quandocumque nati fuerint & baptizati: vt ipsius Ecclesiæ consuetudo legem illam explicat. Vt probat exemplum adductum. Quod nec lex Ecclesiastica, nec consuetudo habent in contrahenda cognatione spirituali, quando tempore baptismi collati alterum extremum incapax erat. Et cum hæc affinitas sit ex mero Ecclesiæ statuto, non est mensuranda instar aliarum relationum, quæ ex rei natura consurgunt, sed vt Ecclesia statuit. Et per hoc cessant rationes contrariæ. At infidelis, cum qua fidelis est fornicatus, nec tunc nec post baptismum contrahet affinitatem cum consanguineis fidelis: quia tempore, quo erat contrahenda, non subiacebat legibus Ecclesiæ: & nullibi statutum extat, vt post baptismum conualescat. Absque dubio autem fidelis habens rem cum infideli habente sororem fidelem, cõtrahet affinitatem cum sorore fideli. Quia tunc vtrumque extremum subiacet legibus Ecclesiæ.

Hinc infertur, fidelem cognoscentem carnaliter infidelem, si illa infidelis postea facta fidelis concipiat ex alio filiam, & baptizetur, contrahere affinitatem cum illa filia: & idem, si adhuc mater permanẽs in fidelitate pareret illam filiam, & postea filia baptizaretur. Quia satis est ad affinitatem contrahendam, alterum ex fornicantibus, qui illam cõtracturus est, fidelem esse & consanguineum alterius cum quo contrahenda est, vel tunc esse fidelem, vel post effici, vt n. præced. probaui. 13

Ad argum. n. 8. proposita resp. Ad 1. dic, diuersam esse rationem in copula coniugali ac fornicaria. Quia per illam ita vir & femina coniunguntur, & fiunt vna caro, vt inde naturaliter oriatur amicitia. Quod secus contingit in hac: potius enim odia & rixæ pullulant. Præterea, licet illa ratio probet, iure naturæ optimo Ecclesiam statuisse hanc affinitatem: at non probat esse eam de iure naturali. Non enim omnia quæ iure naturali instituntur, sunt de iure naturali: sed quæ sunt per se nota, vel ex per se notis inferuntur. Quippe omnis lex iusta ratione naturali innititur: nec tamen omnis ius naturale continet. Ad 2. dic, D. Gregorium non significare ibi, eum coitum esse ordine naturæ incestum, sed tunc esse incestum, quãdo prius est habitus coitus ordine naturæ, id est, intra vas naturale cum consanguinea illius, cum qua admittitur modo fornicatio. Vt bene explicat *glossa eod. cap. Nec tam, verb. Natura.* Quam sequitur *Nauarr. num. 4. in duplici consil. ipsius, quod num. 9. allegauit.* Et dum dicit esse incestum apud omnes homines, non dixit id absolute, sed bonos homines: & aperte loquitur de Christianis. Cum dicat, Christianos non posse id matrimonium inire: quia apud bonos homines esset incestus. 14

DISPVTATIO LXVI.

An aliquis gradus affinitatis in linea recta vel transuersa sit ita iure naturæ interdictus, vt attento eodem iure matrim. irritet?

SVMMARIVM.

Proponitur vtilitas quæstionis: & qualiter cognoscatur matrimonium iure naturæ irritari. Remissiue n. 1.
Indecentia quædam est in hominibus coniungi, n. 2.
Quando affinitas est ex fornicatione, in nullo gradu irritat iure naturæ matrimonium. n. 3.
Quæ sint quæstiones disputanda n. 4.
An affinitas dirimat matrim. iure naturæ in aliquo gradu linea rectæ. Refertur duplex sententia, n. 5. & 6.
Proponitur sententia Auctorum, n. 7.
An infideles coniuncti in primo affinitatis gradu linea rectæ sint separandi post Baptismum. n. 8.
Soluuntur argumenta, n. 9.
An in linea affinitatis transuersa detur aliquis gradus iure naturali matrimonium. Refertur quædam opinio, n. 10.
Proponitur Auctoris sent. n. 11.
Satisfit argumentis, n. 12.

HIc præmittendum esset, cui vsui quæstio hæc deseruiat: & qualiter dignosci possit, an matrim. iure naturæ interdicatur, vt eodem iure sit irritum. Sed hæc proposita sunt hoc l. disp. 51. n. 1. & 5. 1

Nec dubitamus, an sit indecentia quædam naturalis in matrimonijs initis cum affinibus in aliquibus gradibus, nisi causa aliqua præponderans iustas eas nuptias efficiat: id enim fassi sumus hoc l. disp. 52. n. 7. Sed difficultas eo pertinet, an ita iure naturali in aliquo affinitatis gradu nuptiæ interdicantur, vt eodem iure sint irritæ. 2

Et quidem quando affinitas oritur ex fornicatione, tamquam certum tenendum est, eam in nullo cuiuscumque lineæ gradu dirimere iure naturali matrimonium. Quia ea affinitas ex solo iure Ecclesiastico consurgit (vt probaui disp. præced. num. 9.) Si ergo standum in iure na- 3

taræ ea affinitas non erat, quomodo poterat, eo iure nō tento, obstare matrimonio? Et ita dicit esse certum *Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. art. 6. circa 1. flatum affinitatis, diffic. 2 concl. 3.* Quæ audiendus non est *Celaia 4. d. 40. quæst. vnic. post 4. argum. dub. 1.* vbi ait, interdictum esse iure naturæ matrim. inter filiam & eum, qui cum eius matre fornicatus est. Nec etiam fides habenda est *D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 11. §. 1. Hatum in princip.* vbi ait esse iure diuino veritum matrim. in primo gradu lineæ rectæ affinitatis ex fornicatione ortæ.

4 Difficultas autem est de affinitate consurgenti ex matrimonio. Quare duplex est discutienda quæstio. Prior de gradibus lineæ rectæ. Posterior de gradibus trāsuersæ.

5 Qvæstio prior. An affinitas ex matrim. consurgens dirimat iure naturæ matrim. in aliquo gradu lineæ rectæ inter ascendentes & descendentes? Triplex est sententia. Prima docet, in ea linea prohiberi iure naturæ matrimonium in quocumque gradu in infinitum. Ducitur eisdem rationibus quibus id probatum est de consanguineis in hac linea, disp. 51. num. 12. Quia eadem reuerentia debetur affinibus ac consanguineis: & eodem modo ab vtrisque abstinendum est. Vt num. sequenti probabitur. Et hanc sententiam sustinent *Ioan. Andreas in arbore affinit. & ibi Præpositus num. 10. & 26. Henricus cap. Non debet, num. 2. de consanguin. Palud. 4. d. 41. quæst. 1. art. 5. conclus. 1. num. 26. Astens. 2. p. sum. l. 8. tit. 25. art. vn. fin. Supplement. Gabriel 4. d. 41. quæst. vn. a. 2. concl. 2 Lambertinus de iure patron. l. 2. p. 1. q. 9. art. 18. num. 10. Montalaus l. 4. paulo post princip. titu. 6. p. 4. Gregor. Lopez. l. 5. in fine tit. 6. p. 4. Sylueil. verb. Matrimonium, 8. qu. 15. dub. 6. Petr. de Soto lect. 10. de matrim. vers. Secundum cum hac affinitas, Aur. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 11. n. 239. Gaeta repetit. c. Ad lumina, 30. q. 1. §. 4. q. 113. n. 504. & num. 511. Philiarc. de offic. sacerd. to. 2. p. 2. lib. 2. c. 12. vers. Consanguinitatis, Soncinas 1. p. de sponsal. super tustitut. de nuptiis, §. Affinitatis.*

6 Secunda sententia tenet, in primo gradu affinitatis lineæ rectæ prohibitum ac irritum esse matrimonium iure naturæ. Vt inter priuignum & nouercam, vel priuignam & vitricum, socerum & nurum, & socrum & generum. Ducitur primo, quia eodem modo abstinendum est ab affinibus, sicut a consanguineis, *cap. 1. de consanguin. & cap. Aequaliter, & c. De propinquis, 35. quæst. 3.* At in primo gradu consanguinitatis lineæ rectæ tenentur omnes iure naturæ irritari matrimonium. Et cōfirmatur, quia teste *Philosopho 8. Ethic. cap. 12.* Sicut per propagationem carnis naturale quoddam amicitiæ vinculum contrahitur: ita per coniunctionem coniugalem ad propagationem carnis ordinatam. Sicut ergo illud irritat matrim. in primo gradu lineæ rectæ, ita & hoc. Secundo, quia filius eandem fere reuerentiam debet nouercæ aut vitrico, quam parentibus: liquidem pater & nouerca, vitricus & mater, sunt facti per matrim. vna caro: & nurus socero debet eādem fere reuerentiam, quam debet ipse vir, qui est filius eius cum quo nurus facta est vna caro: & idem dicendum est de genero respectu socrus. Et confirmatur, quia hic gradus proxime accedit ad primū consanguinitatis gradū in linea recta. In cuius signum Leuit. 18. simul ponitur: *Turpitudinem matris tuæ, & vxoris patris tui non discoperies.* Et reddit ur vtriusque eadem ratio: *Turpitudo enim patris tui est.* Atque proponitur ibi gradus hic ante primum gradum consanguinitatis lineæ transuersæ. Quem veriorem sent. habet iure naturæ irritare matrimonium, (vt diximus disp. 52. num. 1.) Tertio, quia *D. Paulus 1. Corinth. 5.* sic ait: *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat.* Si ergo Gentiles legi Mosaicæ minime subiecti, sed solo naturæ lumine ducti, existimabant nefas esse vxorem patris sui ducere: id vtique iure naturæ interdictum erit. Quarto, quia *Genes. 49.* Iacob morti vicinus spiritu prophetico male dixit Ruben primogenito suo, quod paternum thorum maculasset dormiens cum patris vxore. Cum tamen alijs liberis grauioribus sceleribus infectis minime maledixerit. Signum ergo apertum est, cum concubitum habere specialem deformitatem iure naturæ aduersus reuerentiam patri debitam. Nondum enim lex scripta illum specialiter prohibens lata erat. Et confirmatur, quia *Amos* 2. inter alia nefanda refertur hoc, vt pater & filius cum eadem puella concubuerint, vt nomē Dei blaspemaretur. Qua exaggeratione minimè vtitur sacra Scriptura, nisi in sceleribus, quæ talia apud Gentiles reputantur, ac inde scandalizantur, vt ansam assumant irridendi legem Dei. Tandem, quia numquam hactenus auditum in Ecclesia est, vt Pontifex dispensarit in hoc affinitatis gradu. Ergo signum est, interdictum esse illum iure naturæ. Et hæc sententia est valde probabilis. Cui mirum in modum fauet *D. Augustin. l. 22. contra Faust. cap. 63.* relatus *cap. Si vir. & vxor, 35. q. 3* vbi sic ait: *Si vir & vxor non duo, sed vna caro sunt, non aliter ista nurus deputanda, quam filia.* Et ideo huius sententiæ sunt *D. Thom. in illud 1. Corinth. 5. Omnino auditur inter vos fornicatio, lect. 1. Palud. 4. d. 41. quæst. 1. art. 5. conclus. 2. num. 27. D. Antonin. 3. p. t. 1 c. 11. §. 1. flatum in princip. Sylueft. verb. Matrimonium, 8. q. 15. dict. 6. & verb. Papa, q. 17. Francisc. Sonnius l. 1. demonstrat. tract. 7. de matrim. c. final. Victoria relect. de matrim. 2. p. partis 2. n. 5. sunt, Catharinus in Caietan. l. 5. de matrim. f. 493. Sotus 4. d. 41. q. vn. art. 3. colum. antepenult. Nauar. l. 4. consil. in 2. edit. tit. de sponsal. consi. 14. nu. 8. ad fin. Couar. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 10. num. 6. Ledesma 2. p. 4. q. 56. art. 4. f. 487. col. 4. paulo ante: 6. dubium, Virdesius in opus. de matrim. Regin. Angl. in probat. 6. hypothesi. Angles staribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 14. a. 1. diffic. 2. Bellarm. l. 1. de matrim. c. 28. paulo post princip. toto not. ab. 2. Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. punct. 3.* vbi de impedimento cogn. *vers. Tertio contrauersia est, Vazquez 1. 2. q. 74. a. 8. disp. 112. n. 7. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 42. concl. 1. Iud. Lopez 2. p. anthrucil.* vbi de matrim. *cap. 50. f. 1148. vers. Igitur pro decisione. Vinald. candel. sacram. 1. p.* vbi de matrim. *nu. 104. Humada 1. p. t. 1. l. 2 glossa 2. fine, Cañeda sum. sacram. tract. de matrim. c. 6.* vbi de affin. *nu. 47. in comment.* Et dicunt esse probabilem *idem Ledesma 2. p. 4. q. 56. art. 3. dub. 3. concl. 2. & q. 57. a. 3. ad fin.* Et *Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. a. 6. circa 1 flatum affinitatis, diffic. 2. concl. 1. & 2.* vbi addit, esse quoque probabile de affinitate imperfecta, quæ ex matrim. rato oritur. Et quamuis non omnes hi Doctores explicent id matrimonium fore irritum iure naturæ, sed dicant esse eo iure interdictum, sufficientes sit irritum, necnecat id (ni fallor) voluisse dicere. Et videntur clare sentire *D. Thom. Victoria, Ledesma, Couar. ibid.* nam æquiparant prohibitionem matrimonij cum parentibus & cū vitrico ac nouercā. Et *Sotus d. a 3. col. vltim. vers. At vero gradum*, dicit forte esse irritum iure naturæ matrim. in hoc primo gradu. Et expresse id docent *Angles, Valentia, Barth. à Ledesma, Iud. Lop. Humada, Vinaldus eisdem locis.* In alijs autem gradibus non interdici iure naturæ matri. affirmant *Sotus, Valentia, Vasquez, Barth. à Ledesma ibidem.*

7 Tertia sent. (cui tamquam probabiliori accedo) ait, affinitatem ex matrimonio ortam in nullo gradu lineæ rectæ ita prohibere iure naturæ matrim. vt illud irritum reddat: ac proinde, seclusa in ea Ecclesiastico, in quocumque gradu esse validum. Probatur primo, quia non apud omnes gentes id matrimonium censetur interdictum. Nam *Val. Maximus lib. 5. cap. 7. & Plutarchus in vita Demetrij* referunt, Seleucum tradidisse filio suo Antiocho in matrim. Stratonicem propriam vxorem: ac id factum laudat ipse *Val. Maximus* Et 3. *Reg. 2.* Adonias filius Dauid petiit Abisac Sunamitidem in vxorem: & illa erat vxor Dauid, vt constat ex 2. *Reg. c. vlt.* Signum ergo est, id matrim. non esse iure naturæ interdictum. Secundo, quia matrimonium in nullo gradu affinitatis lineæ rectæ irritum opponitur primario aut secundario ipsius matrimonij fini. Cū possit ordinari ad sobolis propagationem, & remedium concupiscentiæ, & mutuum coniugum obsequium in rebus domesticis. Nec violatur in eo matrim. debitus coniunctionis ordo, licet ineatur in primo gradu lineæ rectæ, vt inter priuignum & nouercam, vel vitricum & priuignam: qualis violatio contingit in matrim. inter parentes & filios. Non enim datur aliqua relatio naturalis

superioritatis inter sic affines, quæ debito coniunctionis ordini opponatur: ac datur inter parentes & filios. Quia relatio naturalis superioritatis, ex qua oritur naturalis reuerentia debita superiori, solum fundatur inter eas personas, quæ dant & accipiunt esse naturale per naturalem generationem. Quales sunt parentes, non autem affines in primo gradu lineæ rectæ. Tandem, quia (vt diximus nu. 11.) certum est, attento iure naturæ, validum esse matrimonium in primo gradu lineæ transuersæ, vt cum vxore fratris: cum tamen facta sit vna caro cum fratre per matrimonium: & inter fratrem & sororem sit iure naturæ irritum matrimonium. Ergo nouercam & vitricum effectos esse per matrimonium vnam carnem cum parentibus non efficit, vt sicut cum his est iure naturæ irritum matrimonium, ita sit cum illis. Et ideo huius sententiæ videtur expresse *D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 9. in solut. ad 3.* vbi inter solos parentes & filios clare dicere videtur prohiberi iure naturæ matrimonium. Et tenent *Alex. Alens. 2. p. qu. 169. membr. 2. & 3. p. q. 27. membr. 4. ar. 3. §. 2. & q. 35. membr. 6. Caietan. 2. 2. q. 154. art. 9. circa solut. ad 3. Abulens. 1. Reg. 8. q. 176. 149. 151. 152. Albertus Pighius controuers. 13. ad fin. Supplement. Gabr. 4. d. 41. q. vn. a. 3. dubio 3. Anchoana in sum. Ecclesiæ, q. 53. ar. 5. & 6. Loaezes de matrim. Regu Angliæ, dub. 2. in solut. ad 2. fundamentum partis negantis, à n. 1. ad 19. & n. 20. Tapper. a. 20. Lonan. pag. 6. immediate ante vers. Ex quibus manifestum est, Armilla verb. Dispensare, nu. 9. & 10. Ledesma 2. p. 4. q. 56. art. 3. dub. 3. concl. 1. Veracruz 2. p. Speculi a. 25. concl. 3.* & melius *pag. antepenult. vers. Ex omnibus istis, Quandus 4. d. 41. q. vn. propos. vltim. Enriquez l. 12. de matrim. c. 1. n. 2. & c. 9. nu. 5. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. a. 6. circa 1. statutum affinitatis, difficult. 2. conclu. 1. & 2. Emma. Sa summa, verb. Matrimonium,* vbi de impedim. dirimentibus, *nu. 4. vers. Cum parentibus, Vega 2. 10. sum. c. 34. casu 126. ad fin. Llamas methodo cur. at. 3. p. cap. 8. §. 19. initio.* Et dicunt esse probabilem *Sotus, Barth. à Ledesma, Lud. Lopez n. præced. allegati.*

8 Hinc deducitur, quamuis retenta secunda sententia dicendum sit, infideles coniunctos in primo affinitatis gradu lineæ rectæ separandos esse, cum baptizãtur: vtpote qui coniuncti sunt in gradu iure naturæ irritanti: & ita dicit esse forte verum *Sotus 4. d. 41. q. vn. a. 3. col. vlt. vers. At vero*: at retenta nostra sent. eos separandos non esse: nisi legibus eorum id matrim. irritetur. Quia id matrim. non est iure naturæ irritum, sed solo Ecclesiastico, cui ipsi non subsunt, *c. Gaudemus, de diuort.* Sic docent *Veracruz 2. p. Speculi, art. 25. ad ultimum antepenult. vers. Ex omnibus istis, Enriquez lib. 12. de matrim. c. 9. n. 5.*

9 Ad argumenta n. 6 proposita resp. Ad 1. dic, dum ea iura dicunt æqualiter esse abstinendum ab affinibus, ac à proprijs consanguineis, intelligi non de æqualitate absoluta, attento solo naturæ iure: sed de æqualitate impediẽdi matrim. attenta lege Ecclesiastica, quæ cum vtrisq; irritat. Ad confirm. resp. inde solum probari, ex matrim. affinitatem ortam esse quoddam naturale amicitiæ vinculum: quod disp. præced. n. 4. falsi fumus: at (vt ibi n. 1. probaui) non inde sequitur affinitatem iure naturali dirimere matrim. Ad secundum constat ex dictis nu. 7. in secunda & vltima probatione nostræ sent. Ad confirm. dic, simul poni eos gradus ob maximam, quam inter se habent similitudinem: non tamen quia in ijs eodem modo sit interdictum matrimonium. Ad aliam partem eiusdem cõfirmationis dic, reddi eamdem rationem, non quasi prorsus eadem sit, sed quia est similis: & ob id proponi ante primum gradum lineæ transuersæ consanguinitatis: quãuis in hoc prohibeatur matrim. arctiori iure, nempe, naturali. Ad tertium dic, loqui D. Paulum de vxore patris adhuc viuentis (vt testantur *Caiet. & Sedulius, & multi alij in eum locum.*) Alias non dixisset D. Paulus, eiusmodi peccatum non esse auditum inter Gentes. Quia (vt num. 7. probauimus) volente patre adhuc viuo Antiochus vxorem eius duxit: & Persæ, mortuo patre, vxorem eius ducebant. Vnde vt testantur præfati Auctores, loquitur D. Paulus de vxore patris adhuc superstitis & renitentis. Ad quartum & confirmationem dic, peccatum Ruben fuisse grauissimum propter grauissimã adulterij iniuriam illatam patri: ob quam rationem id peccatum fuit cõtra ius naturę, quamuis, eo attento, non esset incestus. Et eodem modo accipiendus est locus *Amos 2.* in confirmatione adductus. Ad vltimum dic, id argum. probare, contrariam sent. esse valde probabilem: & habere indecentiam magnam eiusmodi matrimonia attẽto iure naturæ, nisi causa aliqua iusta præponderet (vt nu. 2. diximus.) Et ob id Pontifices nolunt in eo gradu dispensare. Non tamen inde conuincitur, ita esse iure naturæ vetitum, vt sit irritum tale matrim.

Qvæstio posterior. An aliquis gradus affinitatis ex matrim. ortæ ita impediat in linea transuersa, iure naturæ attento, matrim. vt eodem iure illud irritet? Quidam aiunt in primo gradu affinitatis lineæ transuersæ esse iure naturæ interdictum matrim. Vt si quis ducat vxorem fratris: vel si femina nubat viro suæ sororis. Ita sentiunt Auctores, existimantes omnes gradus *Leuitici 18.* prohibitos obligare nunc, eo quod lege quoque naturali interdicti sint: (quos retuli disp. 52. n. 5. Et ibi eorum rationes attuli: hic enim gradus erat quidam ex ibi vetitis.) Et præter rationes ibi adductas, prob. primò, quia inter fratrem & sororem est iure naturæ irritum matrim. At vxor fratris reputatur ac soror, vtpote quæ per matrim. effecta est vna caro cum fratre. Secundo, quia D. Ioan. Baptista (vt constat ex *c. 14. Matth. & c. 6. Marci*) graniter increpauit Herodem, quod vxorem fratris sui duxisset. Et *D. Augustin. de fide & operib. cap. 19.* dicit ambiguum esse, an Philippus frater Herodis tunc viueret. Et esse mortuum tenet *D. Chrysost. hom. 41. in Matth.* At Herodes, qui Gentilis erat, nõ astringebatur lege Moysis, sed sola naturali. Tertio, quia *c. Gaudemus, de diuort.* decernitur, infideles coniunctos in secundo gradu separandos non esse. Vbi tamquam notum relinquitur, secus esse in primo gradu. At proinde in hoc gradu erit irritum iure naturæ matrimonium. Aliàs infideles separandi non essent. 10

Sed dicendum est, nullum gradum affinitatis in linea transuersa adeo esse prohibitum iure naturæ, vt eo attento irritet matrim. quamuis aliquam præ se ferat naturalẽ indecentiam, nisi causa aliqua iusta cohonestetur. (vt dixi n. 2.) Prob. primò, quia *Tunc. III. c. fin. de diuort.* dispensauit cum infidelibus recens conuersis, propter infirmitatẽ eorum, vt vtantur matrimonijs initis cum relictis fratrũ. Et Alexander VI. dispensauit in eodem gradu cum Rege Lusitaniæ. Et Iulius II. cum Henrico VIII. & Catharina Regibus Angliæ. Et postea Clemens VII. consultis totius orbis illustribus vniuersitatibus, & matutissimo consilio habito, decreuit auctoritate Pontificia fuisse legitimam dispensationem. Quod decretum refert ad verbum *Castro l. 2. de lege pœnali c. 12.* & multi viri doctissimi varios edidere tractatus in huius veritatis confirmationem. Secundo, quia Iacob vir sanctissimus duxit Liam & Rachelem sorores, *Genes. 29.* Et Iudas *Genes. 38.* dedit eidem mulieri duos fratres in viros. Et *Deuteron. 27* iubebat lex vetus, vt frater duceret vxorem fratris sine liberis defuncti. Tertio probatur omnibus rationibus adductis nu. 7. ad probandum, in nullo gradu affinitatis lineæ rectæ irritari iure naturæ matrim. Nam à fortiori probant in linea transuersa. Quarto, quia arctius est vinculum inter consanguineos in secundo gradu lineæ transuersæ, quam inter affines in primo gradu eiusdem lineæ: illi enim ab intrinseco per eiusdem sanguinis participationem coniũcti sunt: hi vero quasi ab extrinseco. At inter illos non est irritum iure naturæ matrimonium, sed solo Ecclesiastico. Vt cõstat ex *c. Gaudemus, de diuort.* Tandem, quia rationes cogentes ad dicendum iure naturali irritari matrim. in primo gradu consanguinitatis in linea transuersa, quas retuli disp. 52. n. 2. non procedunt inter affines in eodem gradu lineæ transuersæ. Quia hi non simul habitare coguntur, tamquam ab eisdem parentibus educandi, imo cum vxoribus domicilium paternum mutant: nec tam arcta 11

neces-

necessitudine coniunguntur, ac fratres & sorores. Et ideo hanc certissimam sent. tuentur omnes DD. n. 7. relati, & multi alij viri doctissimi, qui varios tractatus edidere in fauorem matrimonij Regis Angliæ Henrici VIII. cum Catharina, qui ob id irritum esse contendebat, nec potuisse Pontificem dispensare, quod ea prius nupsisset fratri ipsius Henrici, ac matrim. cum duobus fratribus sit iure naturæ irritum. Et *Caiet. to. 3. opusc. tract. 13. de coniugio cum relicta fratris, ad Regem Angliæ, & tract. 14. de eod. coniugio ad Clem. VII. Victoria relect. de matrim. 2. p. partis 2. nu. 6. & 8. Conar. 4. decret. 2 p. c. 6. § 10. n. 7. 8. 9. & 10. Ledesma 2. p. 4. q. 56. a. 4. f. 488. col. 1. Bellarm. l. 1. de matrim. c. 28. statum in princ. & col. 2. notab. 2. Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. puncto 3.* vbi de imped. cognationis, *vers. In aliis autem gradibus, Sotus 4. d. 41. q. vn. a. 3. conclus. 2. Barthol. à Ledesm. de matrimon. dub. 42. conclusion. 2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. a. 6. circa 1. statum affinitatis, disse 3. Iud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *cap. 50. f. 1148. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 228. n. 3.*

12 Ad argum. nu. 10. proposita dic. Ad primum, eos non esse vere & proprie vnam carnem, & ita non concludi tam arcto vinculo, & prohiberi matrimonium inter illos, ac inter fratres. Ad 2. dic, Herodem, viuente fratre Philippo, vxorem eius contra omne ius duxisse. Vt testantur *D. Th. in illum locum Matth. & Beda in eum locum Marci 6. & Ioseph l. 18. Antiq. c. 6.* & multi alij. Vel secundo dic, Herodem tamquam filium cuiusdam Iudæi astrictum fuisse lege Moysis, quæ tunc nondum spirarat vsque ad mortem Christi, idque matrimonium vetabat: quod eius frater liberos reliquisset. Ad vltimum dic, esse ibi sermonem de gradibus consanguinitatis.

DISPVTATIO LXVII.

Ad quotum affinitatis gradum extendatur prohibitio matrimonij iure Ecclesiastico, siue affinitas ex copula licita siue illicita sit?

SVMMARIVM.

Enodatur quæ triplex affinitas olim fuerit, & quæ eius gradus vetiti, num. 1.

Hodie vnicum est affinitatis genus. Nec ex affinitate oritur affinitas inter consanguineos affinium. Et enodatur, qui horum possint inter se matrimonium copulari, n. 2.

Ad quotum gradum extendebatur olim prohibitio matrimonij inter affines ex copula licita vel illicita, n. 3.

Per Tridentinum restricta est affinitas ex fornicatione ad secundum gradum, vltra quem nec impedit etiam sponsalia, licet ante Tridentinum ea affinitas contracta esset, n. 4.

Affinitas ex matrimonio nihil est restricta n. 5.

An sola affinitas ex simplici fornicatione restricta sit? n. 6.

An si interfuit accessus ad consanguineam eius, cum qua quis fornicatus est, vltra secundum gradum? Refertur sententia, n. 7.

Proponitur Auctoris sententia, n. 8.

An dispensatione facta cum consanguineis duobus, vt matrimonio copulentur, copula inter illos sit insecuta? n. 9.

Quando separandi affinitas matrimonio, an impediat debitum petere? & si matrimonium sit ratum, teneatur incestuosus religionem ingredi, Resoluitur. Et an diuortium priora sponsalia, n. 10.

1 ANTIQVITVS triplex erat affinitatis genus matrimonij contractum subsequetem tritans. Primum erat inter personam copula licita vel illicita cognitam, ac eius & consanguineos: & è contra inter eã personam cognitã, & consanguineos cognoscentis. Vt constat ex toto *t. de eo, qui cognou. consangu.* Secundum erat inter verum affinem & maritum, seu vxorem sui affinis. Verbi gratia, Petrus est affinis Mariæ vxoris fratris sui, si mortuo fratre Maria nubat alicui, cum hoc viro habet Petrus affinitatem secundi generis. Tertium erat cum marito vel vxore illius coniuncti secundo affinitatis genere. Vt in exemplo posito, si vir ille posterior Mariæ ducat factus viduus aliam, hæc est coniuncta Petro tertio affinitatis genere. Habentur hæc duo genera *c. Porro, & c. De propinquis, 35. q. 5.* & ita ex affinitate oriebatur affinitas.

2 Cæterum hodie solum primum affinitatis genus vim habet, nempe, inter habentem carnalem copulam, siue licitam siue illicitam, & consanguineos mulieris cognitæ, & è contra inter mulierem cognitam, & cognoscentis consanguineos. Nec ex affinitate oritur iam affinitas. Sic enim statutum est in Concilio generali Lateranensi, & habetur *cap. Non debet, de consangum. & affinit.* Quare hodie consanguinei vxoris efficiuntur affines mariti, & è contra: at inter consanguineos mariti, & consanguineos vxoris nulla prorsus est affinitas, nec inter affines oritur aliud vinculum cum quacumque alia persona. Vnde filia vxoris ex alio matrimonio habita, aut ex fornicatione cum altero, potest nubere filio aut fratri viri. Et duæ sorores possunt nubere duobus fratribus. Habetur expresse *cap. Quod super his, de consangum. & affin.* Item potest quis in vxorem accipere relictam à propriæ vxoris fratre. Item diuersis temporibus potest quis plures feminas vxores sibi accipere, quæ cum pluribus fratribus matrimonium contraxerant. Vt Ioanna & Maria nupsere duobus fratribus, potest Petrus Ioannam viduam effectam ducere, & ea mortua Mariam. Similiter Petrus duxit vxorem Pauli, & Paulus quamdam non coniunctam Petro, nec sibi, sed extraneam, possunt soluto vtroque matrimonio, illud inter se inire Petrus, & illa vxor Pauli. Quod nulla hodie ex ea affinitate coniunctio pullulet. Sic alijs citatis docet *Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. § 7. n. 6.*

Rursus iure antiquo interdictum erat ac irritum ma- 3
trimonium cum alterutrius coniugis consanguineis, sicut cum propriis, vsque ad septimum gradum, & ita vsque ad illum extendebatur affinitas. Vt constat ex *cap. Nullum, & cap. Aequaliter*, quæ sunt ex Iulio Pontifice, *35. quæst. 3.* At restricta est per *cap. Non debet, de consanguin. & affinit.* ad quartum gradum. Et quamuis nec in antiquiori iure dum extendebatur ad septimum gradum, nec in nouiori restringente ad quartum, mentio fiat de affinitate ex copula illicita, sed de orta ex coniugali, nec ius inuenerim explicans in illa gradum. At cum ex iure canonico constet, ex copula illicita oriri affinitatem, sicut ex licita, *cap. Discretionem, de eo, qui cognou. consanguineam*, iure optimo vniuersi Doctores, consuetudine sic explicante, metiuntur gradum affinitatis ex copula illicita, iuxta gradum ortæ ex licita: & vtramque ad eumdem gradum extendunt, attento iure antiquo. Et ita supponit fuisse *Tridentinum sess. 24. de matrim. cap. 4.* dum affinitatem ortam ex fornicatione restringit ad secundum gradum. Rationes autem huius prohibitionis sunt eædem, quas disp. 55. numer. 3. attuli de prohibitione graduum eorumdem consanguinitatis.

Nouissimo autem *Tridentini* decreto *sess. 24. de matrim.* 4
cap. 4. restricta est affinitatis ex fornicatione consurgens ad secundum gradum, his verbis: *Sancta Synodus impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium postea factum dirimit, ad eos tantum, qui in primo & secundo gradu coniunguntur, restringit: in vlterioribus vero gradibus statuit, huiusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere.* Et quamuis dubitatum fuerit à quibusdam viris peritis, an affinitas ex fornicatione impediret subsequens matrimonium, quamuis illud non dirimeret instar voti simplicis & aliorum impedimentorum tantum impedientium. Ansamque non modicam dubitandi præbebat prædictum Tridentini decretum. Quod non videatur omnino eam affinitatem restringere, sed limitare, quatenus matrimonium dirimebat: & à iure veteri statuenti eam impedire & dirimere, recedendum non sit, nisi quatenus ius nouum corrigit, *l. Præcipimus, C. de appellat.* Qua ratione conuictus *Nauarrus summa Latina antiqua cap. 22. numer. 43.* tenuit hanc partem. Sed postea viso motu proprio Pij V. in quo declarauit oppositum, mutauit sententiam *in noua editione* Eum motum proprium edidit anno 1566. & incipit: *Ad Romanum Pontificem.* Verba autem declarationis sunt hæc: *Declaramus, & auctoritate Apostolica decernimus, nullum hodie impedimentum remanere, quo minus in vlterioribus gradibus huiusmodi libere & licite matrimonium contrahi possit.*

Quod

Quod decretum merito vtitur verbo, Declaramus, quasi non sit nouum ius, sed declaratio decreti Tridentini, quasi re vera ipsum voluerit auferre prorsus prædictum impedimentum, licet verbis limitatis videatur vti, ibi: *Matrimonium postea contractum non dirimere.* Et ratio est, quia omne impedimentum dirimens ex eo solum habet impedire, quod dirimat (cùm impedimentum dirimens sit eminenter impediens:) & proinde cum tollitur impedimentum quatenus est dirimens, tollitur etiam quatenus impedit. Quare nec affinitas ex fornicatione dirimit, aut impedit sponsalia subsequentia, aut præcedentia, vltra secundum gradum. Quia eadē sola ratione, qua impedit matrimonium, impedit sponsalia: si ergo illud nō impedit vltra secundum gradum, nec etiam impediet hæc. Et ita docent referentes sic declarasse Cardinales, *Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. a. 3. dubio vltimo*, *Manuel 1. to. summæ 2. edit. c. 228. n. 4. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 53.* Nec affinitas cōtracta ex fornicatione ante Tridentinum vsque ad quartum gradum, durat postea, sed similiter restricta est vsque ad secundum. Vt declarauit Pius V. in quodam proprio motu. Vt referunt *Veracruz appendice ad Speculum*, vbi de impedimento affinitatis, *in fine*, *Petr. de Ledesm. dub. 6.* Et *Manuel proxime allegati.*

5 Hinc deducitur, affinitatem ex matrimonio ortam non esse restrictam per Tridentinum, sed hodie dirimere matrimonium vsque ad quartum gradum: sicut statutum erat *c. Non debet, de consanguin. & affin.* Quia *Tridentinum sess. 24. de matrim. c. 4.* restringens affinitatem expressit ex fornicatione contractam. Et cum sit fortius vinculum affinitatis ortæ ex copula coniugali, non sequitur, vt illa restricta, censeatur hæc quoque coarctata. Adde, Tridentinum voluisse restringere affinitatem ex fornicatione, quod hæc sæpissime occulte contrahatur, & ex hac non oriatur vinculum aliquod amicitiæ inter affines. Quæ rationes cessant in affinitate orta ex copula coniugali. Et ita, tamquam rem certissimam, docent *Nauarr. sum. Lat. c. 22. num. 43. Veracruz appendice ad Speculum*, vbi de impedimento affinitatis, *f. 77. Ouandus 4. d. 41. quæstione vn. propos. 6. in fine*, *Maiolus lib. 3. de irregular. c. 25. num. 13. §. Affinitas*, *Lar. 1. l. Si quis à liberis, in principio, n. 90. ff. de liber. agnosc. Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 14. art. 1. dissic. 1. Palacios 4. d. 41. disp. vn. col. 33. vers. Affinitas f. 930. Perez lib. 8. ordinam. tit. 15. l. 5. col. fol. 315. Azebedo libr. 8 recop. t. 20. l. 7. n. 9. Cervantes l. Tauri nu. 33. Medina 1. sum. c. 14. §. 18. Toledo lib. 7. summæ c. 11. n. 4. Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. puncto 3.* vbi de impedimento affinitatis, *Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 41. concl. 1. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 10. n. 1. in comment. lit. H. Emmanuel Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus, *n. 13. Grassis 1. p. decision. lib. 12. c. 80. nu. 4. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. a. 6. paulo post princ. Philiarcus de officio sacerdotis tom. 1. p. 2. l. 2. cap. 12. vers. Consanguinitatis. Manuel. tom. sum. 2. edit. c. 228. n. 4. Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 53. Vivald. candel. sacram. 1. p.* vbi de matrim. *n. 205. Llamas 3. p. methodi curat. c. 8. §. 19. & omnes.*

6 Sed nomine fornicationis intelligat Tridentinum, dum affinitatem ex ea ortam restrinxit ad secundum gradum, omnem illicitum concubitum, an solam fornicationem simplicem condistinctam contra adulterium, stuprum, & cæteras luxuriæ species; non videtur constare ex ipso Tridentini contextu. Quia *sess. 24. de matrim. c. 4.* restringens eam affinitatem, solam ex fornicatione ortam expressit. At fornicatio proprie loquendo est nomen speciale simplicis fornicationis, quæ habetur inter solutos, & distinguitur contra alias luxuriæ species. Vt docet Gelasius Pontifex relatus *c. 2. 36. quæstione 1.* Et verba in decretis sunt proprie accipienda, maximè si correctoria sint, quale est hoc. Et ita *Veracruz in appendice ad Speculum*, vbi de impedimento affinitatis, dicit, non satis sibi constare, quid sit definiendum. Verum absque dubio mens Tridentini fuit, fornicationem accipere generice, prout omnem illicitum concubitum complectitur. Quod in sacris literis valde frequens est. Vt *Tobiæ 4. Attende tibi fili mi, ab omni fornicatione.* Et *ad Ephes. 5.* *ad Coloss. 3. Actuum 15.* Quia in omni copula illicita procedit ratio mouens Tridentinum ad prædictam restrictionem, nempe, ex ea non oriri amicitiæ vinculum: & communiter ignorari: ac proinde multa damna pululare ex eo impedimentō, niti restringantur. Quare hanc partem tuetur, licet titubans, *Veracruz ibidem.* Eandem tenet *Ouandus 4. d. 41. quæst. vn. proposit. 6. in fine.* Pro eadem sententia sunt *Nauarrus, Lara num. 91. Angles*, *Perez*, *Palacios*, *Azebedo, Toledo, Valentia Barthol. à Ledesma*, *Petrus de Ledesma*, *Grassis, Philiarcus, Vivaldus num. præced. allegati*, *Salzedo addit. ad Bernardum Diaz practica canon. ca. 84. ad finem*, *Gutierrez lib. 1. quæst. canon. c. 23. num. 3. Lud Lopez 2. part. instructorij*, vbi de matrim. *cap. 50. fol. 1159.* vbi indistincte dicunt, affinitatem ex copula illicita ortam, esse restrictam per Tridentinum.

Vlterius dubitabis, an hodie sit incestus, an potius 7
simplex fornicatio, accessus ad consanguineam intra tertium gradum eius, cum qua prius idemmet fornicatus fuerat? Videtur enim incestus. Quia *Tridentinum sess. 24. de matrim. cap. 4.* non prorsus abstulit affinitatem ex fornicatione consurgentem, sed inquantum matrimonio ineundo obstabat. Vt ex eius contextu constat: nec voluit fauere fornicantibus. At limitata causa limitatum producit effectum. *l. Age cum Geminiano, C. de transact.* maxime cum id decretum sit correctorium. Remanet ergo affinitas in eo tertio gradu ex priori fornicatione producta, ad eum effectum, vt accessus personæ sic affinis sit incestus. Præterea, quia etsi expediat matrimonii impedimenta restringi: at non licet ampliari licentiam admittendi delicta. Quæ vtique ampliaretur, si iam vltra secundum gradum illius affinitatis non esset incestus punibilis. Et ideo hanc partem censet probabilem, *Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 55. art. 3. dub. 5. & ipsemet in summa sacrament.* vbi de sacramento pœnitentiæ, *cap. 19. fol. 630. vers. Hæc de aduertir*, tantum appellat valde probabilem contrariam sententiam, quasi hanc quoque probabilem reputet. Et *Azebedo libr. 2. recopil. tit. 20. l. 7. num. 42. fine*, quæstione hac vltimque disputata, anceps manet, ac cogitandum relinquit.

At mihi certum videtur, eum non esse incestum. Du- 8
cor, quia nullibi reperitur specialis prohibitio accessus ad affines, sed tantum est incestus, ac specialiter prohibitus: eo quod inter illos interdicitur matrimoniū, ob reuerentiā affinibus debitā: quę etiā ratio inuenitur in copula illicita: & ideo tota prohibitio copulæ promanat à matrimonij prohibitione, estq; illi accessoria (vt probaui disp. 5. n. 7. & 8.) Ergo cessante matrimonij prohibitione, cessat tamquā accessoria prohibitio copulę specifica, ac proinde accessus ille nō erit incestus, sed simplex fornicatio. Secundo, quia iure communi impediebatur matrimoniū vsque ad septimum consanguinitatis & affinitatis gradū (vt dixi n. 3.) & postea restricta est consanguinitas & affinitas ad quartum gradum, *c. Non debet, de consang. & affin.* & vniuersi fatentur iam accessum vltra quartū gradū ad cōsanguineos vel affines nō esse incestū. Cum tamē textus *d. c. Non debet*, nil dicat de incestu, sed tantum nō prohiberi deinceps matrim. vltra quartum gradum, ibi: *Prohibitio quoque copulæ coniugalis quartum consanguinitatis & affinitatis gradum de cætero non excedat.* Ergo vt accessus ad affines ex copula fornicaria non sit incestus vltra secundū gradum, satis est vt vltra eum sit iā sublata ea affinitas ad effectum impediendi matrim. Tandem hoc cōstat ex doctrina Caietani & aliorum, quos n. seq. referam. Nec obstant argumenta contrariæ sent. relata n. præc. Quia ex dictis patet solutio, cum enim pendeat eū accessum esse incestum ex prohibitione matrim. eo ipso quod hęc cessat, cessat quoque incestus ratiō: vnde nō dicenda est illa limitata causa respectu effectus impediēdi matrim. ita vt excludat tolli simul rationē incestus. Quia hic effectus pendet in fieri & cōseruari ex priori, nec obstat, si quispiā ob suā malitiā inde peccādi liberius ansam sumat. Quia id nō intendit Ecclesia,

clesia. Et ideo hanc sent. sustinent *Medina, Salzedo, Llamas nu. 6. allegati, Gutier l. 1. quæst. can. c. 23. nu. 3. Alcozer sum. c. 20. vers. Et penitente. Cervantes l. 9. Tauri, n. 33. & 38. Emm. Sa sum. verb. Luxuria, n. 2. Manuel 1. to sum. 2. edit. c. 209. n. 2. concl. 2.* & hanc dicit multo probabiliorem *Petr. de Ledesm. de matrim. q. 55. art. 3. dub. 5.* & manifeste est huius sententiæ *Veracruz append. ad Speculum*, vbi de imped. affinit. *ad fin. f. 80.* vbi ait alios gradus affinitatis ex fornicatione, vltra secundũ ita semotos esse per Tridentinum, ac si numquam fuissent.

Ex his deducitur, quid dicendum sit, si postquam duo cõsanguinei aut affines obtinuere dispensationem ad ineundum matrim. fornicentur, an is accessus sit incestuosus. Et quidem si ordinarius, cui Pontifex (vt fieri solet) commisit, vt si preces veritate nitãtur, dispenset, nõdum dispensarit: manifesta res est, illum esse incestum. Quia nondum est ablata inter illos prohibitio matrimonij per dispensationem. Quare si tunc illud contraherent, esset vtique irritum. Difficultas autem est, postquam ordinarius dispensauit. Quoniam *Maiorit 4. d. 40. q. 2. argum. 4. propos. 8. & Gallego de cognat. spirit. c. 24. n. 17. vers. Tertio*, sentiũt diuersum esse quãdo lege communi, & quando priuilegio specialis dispensationis, tollitur impedimentum affinitatis vel cõsanguinitatis: & sic quamuis in priori casu cesset ratio incestus, non tamen cessare in posteriori. Quia lex communis omnino tollit cõsanguinitatem vel affinitatem in eo gradu. At Pontifex solum dispensat ad effectum cõtrahendi matrimonij. Cæterum mihi multo probabilius est (ne dicam certum) nullum esse incestum. Tum propter doctrinam quam tradũt *Cajet. sum. verb. Incestus, init. & ibi Armilla init. Vega 2. to sum. c. 5. casu 1. init.* vbi dicunt incestum esse, quando inter consanguineos vel affines fit commixtio, absque dispẽsatione matrimoniali. Quæ cum hic adsit, manifeste non erit incestus. Tum etiam, quia n. præced. probaui iure communi tãtum tolli alios consanguinitatis & affinitatis gradus, ad effectum non impediendi matrimonium: & non posse esse incestum ablata matrimonij prohibitione. Quæ æque tollitur quoad hos per specialem dispensationem: sicut quoad omnes per legem generalem.

Tandem quando affinitas superuenit matrimonio, 10
qualiter impediat eius vsum: & si matrim. nõ sit consummatum, an teneatur incestuosus ingredi religionem: dicam lib. 9. disp. 17. & seqq. Id tamen est apud omnes indubitatum, affinitatem sponsalibus de futuro superuenientem illa dissoluere. Quia matrim. perfici nequit, propter impedimentum affinitatis dirimens.

DE IMPEDIMENTO publicæ honestatis.

DISPVTATIO LXVIII.

Quid sit impedimentum publicæ honestatis? & an oriatur ex quibuscumque sponsalibus certis & absolutis, quamuis irritis: & ad quotum vsque gradum extendatur?

SVMMARIVM.

Quid sit publica honestas, & quo iure matrim. dirimat n. 1.

An inter infideles oriatur hoc impedimentum, ita vt sit irritum matr. quando duorum consanguineam eius, cum qua sponsalia tenet: vel saltem ex sponsalibus tempore infidelitatis initis oriatur vinculum naturale, quod impediat post baptismum iuris matr. cum talis sponsa consanguineo. n. 2.

An ex sponsalibus oriatur impedimentum cum sponsæ affinibus n. 3.

An oriatur cum consanguineis illegitimis alterutrius sponsi n. 4.

Qualiter attento iure antiquo oriebatur hoc impedimentum ex sponsalibus irritis n. 5.

Quid si Monachus, sacerdos, aut quicumque impedimento dirimenti laborans, contraheret sponsalia cum aliqua, an impederet consanguineos ne valide possint illum ducere, n. 6.

Quid si hæ sponsalia irrita sint contracta per scientes aut ignorantes id impedimentum? n. 7.

Attento hoc communi durabat impedimentum vsque ad quartum gradum, n. 8.

An vsque ad illum duraret, quando sponsalia erant irrita? n. 9.

Attento Tridentino non oritur ex sponsalibus irritis: & quando sunt valida, non excedit primum gradum linea recta vel transuersa, n. 10.

An restricta sit publica honestas orta vltra primum gradum ante Trident. n. 11.

An quando quis est frigidus vel maleficiatus, & in tenella ætate ante quam defectus potuisset per experientiam explorari valeat, contrahit sponsalia, illa sint valida, & pariant impedimentum? n. 12.

An ex sponsalibus irritis defectu solum consensus interni oriatur hoc impedimentum? Refertur quædam sententia, n. 13.

Proponitur sententia Auctoris, n. 14.

Quid si sint irrita ex alio defectu, qui probari nequit? n. 15.

Quid si talia sponsalia ex defectu interno irrita sint clandestina? n. 16.

Quid si impedimentum illud occultum, possint illis testibus probari, vel illa sponsalia clandestina possint testibus probari? n. 17.

Quid si parentes vel alij iniant sponsalia pro infantibus vel minoribus præsentibus vel absentibus? n. 18.

Quid si non constet de ratificatione filiorum, an sit ipsis credendum? n. 19.

Hoc impedimentum est perpetuum, nec morte alterius extinguitur, num. 20.

An cesset dissolutis communi consensu sponsalibus? n. 21.

An oriatur ex osculo ad copulam? n. 22.

An hoc impedimentum dissolui præcedentia sponsalia? n. 23.

An, si sponsalibus cum quadam inito, contrahat sponsus matrimonium cum eius sorore, possit priorem ducere, aut saltem ex eo matrim. non oriatur impedimentum ad matrim. cum consanguineis huius posterioris sponsæ? & quid si priorem tantum cognouisset, non data fide de matrimonio? n. 24.

An si quidam inst sponsalia cum aliqua, & postea eius frater eam ducat, liceat priori eam ducere? n. 25.

IN hoc impedimento is ordo obseruandus est. Primo quidem in præsenti disput. disseretur de impedimento publicæ honestatis orto ex sponsalibus certis & absolutis, siue validis, siue irritis. Deinde in sequenti, de orto ex sponsalibus eõdem modo. Demum ex orto ex matrim. rato. Publicæ honestatis iustitiæ impedimentum sic definitur à *D. Th. 4. d. 41. q. vn. a. 1. quæstiunc. 4. corpor.* quem omnes sequuntur. Est propinquitas ex sponsalibus prouenies, robur trahẽs ab Ecclesiæ institutione, propter honestatem eius. Dicitur propinquitas, vt denotetur conuenientia, quam habet cum affinitate. Dicitur, Ex sponsalibus prouenies, quia in hoc distinguitur ab affinitate, quæ ex copulâ oritur. Dicitur, Robur trahẽs ab Ecclesiæ institutione, vt denotetur hoc impedimentum solo iure Ecclesiastico inductũ esse. Quod vniuersi fatẽtur. Et habetur hoc impedimentũ *c. Literas de desponsat. impub. c. Iuuenis, c. Veniens, c. Ad audientiam, c. Sponsam, de sponsal.* & melius *c. vn. de spõsal. in 6.* Dicitur, Propter eius honestatẽ, vt denotetur causa, ob quam Ecclesia hoc impedimentum statuit. Hanc enim rationem huius impedimenti reddidit textus *d. c. Iuuenis.* Quia, nimirum, æquum & consonum honestati Ecclesiæ est, vt propter inchoationem matrimonij, quæ in sponsalibus reperitur, consanguineis alterutrius sponsi interdicatur matrim. cum altero. Cuius honestatis meminit *Iurisconsult. l. Si qua, §. 1. & l. Semper, ff. de ritu nupt. & §. vxor, Instit. de nuptiis.* Et ratio est, quia per sponsalia coniunguntur sponsi, non tamẽ perfectè, sicut per matrim. sed imperfecte tamquam per quoddam matrimonij initium. Conueniens igitur fuit, vt sicut per matrim. affinitas contrahitur subsequentes nuptias dirimens: ita ex sponsalibus aliud vinculum coniunctionis oriretur, minus tamen perfectum affinitate, quod similiter subsequens matrim. dissolueret.

Hinc deducitur, infideles validè tempore infidelitatis 9
inire matrim. cum consanguineis prioris sponsæ. Quod nõ subsistant legibus Ecclesiæ, à qua est hoc impedimẽtum: nisi legibus eorũ id matrimonium irritetur. Quod omnes fatẽtur. An vero ex sponsalibus oriatur vinculum aliquod naturale, quod post baptismũ impediat matrim. cum consanguineis alterutrius sponsi? dixi disp. 65. n. 7.

Quidam

Quidam volunt oriri hoc impedimentum non tantùm cum consanguineis alterius sponsi, sed etiam cum illius affinibus. Sic *Ioan. Monachus c. vnico, paulo post princip. de sponsal. in 6.* Sed hoc prorsus fundamento caret. Quia textus num. 1 relati hoc impedimentum statuentes, cum solis consanguineis interdicunt nuptias. Deinde, quia coniuges non arcentur à matrim. cum affinibus alterius coniugis, (vt diximus disp. præced. n. 2.) nedum sponsi de futuro, & ita reprobata Monacho docent *Ioan. Andr. c. vn. n. 4. de sponsal. in 6. & ibi Franc. nu. 4. not. aliis 7. Domin. ibi, §. Quare, n. 3. Brunel. de sponsal. concl. 10. nn. 2. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30. q. 2. §. 4. q. 205. n. 490.*

4 Videtur autem non oriri cum consanguineis illegitimis alterius sponsi: sed cum solis ex legitimo matrim. natis. Quod hoc impedimentum ex solo humano iure sit: at hoc attento illegitimi non sunt filii nuncupandi, & sunt legibus odiosi, *aut h. Ex complexu, C. de incestis nupt.* At certissimum est contrarium. Quia in contrahendis matrimoniis ius naturale & pudor inspicienda sunt, *l. Adoptivis, §. Seruiles. ff. de ritu nupt.* At cùm hi sint veri naturales consanguinei, eadem honestas naturalis versatur in abstinendo à matrimonio cum consanguineis sponsi legitimis ac illegitimis: quamuis hi quoad aliquos iuris ciuilis effectus non reputentur ac filij. Deinde, quia consanguinitas, ac affinitas, & cognatio spiritualis æquè contrahuntur cum consanguineis illegitimis ac legitimis. Cur ergo nō idem dicendum erit de publica honestate? Et ita docēt *Anchar. c. Sponsam, n. 3. de sponsal. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 2. n. 1.*

5 Consurgebatque hoc impedimentum, attento iure antiquo, ex quibuscumque sponsalibus certis, id est, cum determinata persona initis & absolutis, id est, absque conditione suspendenti, quæ nondum impleta est, contractis, quamuis ea irrita essent ex quacumque causa, dummodo non essent irrita ex defectu consensus, vt si contracta essent ab infante vel furioso, qui consensus incapaces non sunt, minime oriretur hoc impedimentum. At si ratione impotentiæ, ordinis aut voti, aut alius impedimenti dirimentis essent irrita, oriretur vtique. Est expressa decisio textus in *cap. vn. de sponsal. in 6.* Causaque huius decisionis fuit, vt fraudibus obuiaretur, atque propelleretur iniquitas eorum, qui contra iuris impedimenta contrahere sponsalia nituntur: arcebuntur enim scientes inde publicam honestatem oriri, quæ subsequens matrimonium dirimit. Quare *D. Thom. 4. d. 43. q. vn. a. 1. quæstiunc. 4. ad 3.* dum dixit ex sponsalibus irritis non oriri hoc impedimentum: excusandus est, eo quod textum non vidit decidentem contrarium: atque sola ratione naturali ductus verum dixit: hæc enim dictat ex nihilo nihil produci. Nec dicēdum est quod ait *Syluest. verb. Matrimonium, 8. q. 14.* nempe, tempore D. Thomæ decisionem hanc Pontificiam nondum emanasse. Quia (vt bene aduertit *Sotus 4. d. 41. q. vn. a. 2. col. 3.*) Alex. III. multo antiquior D. Thoma idem statuerat *c. Ad audientiam, de sponsal.*

6 Hinc deducitur, attento iure antiquo, si consanguineus, affinis, frigidus, sacris initiatus, religiosus, aut alio impedimento dirimenti laborans, sponsalia cum aliqua ineat, quamuis ea prorsus irrita sint, illa tamen non carere aliquo effecto: cum enim habebunt, nempe, impedire proprios consanguineos vsque ad quartum gradum, ne possint validè eam feminam ducere: propter impedimentum illud publicæ honestatis ex illis sponsalibus irritis consurgens. Sic expressè decidit *c. vn. de sponsa. in 6.* Vnde non est audiendus *Calderin. c. Ad audientiam, de sponsa.* vbi negat sponsalia à Monacho inita hoc impedimentum producere, Quia sunt inita defectu consensus, eo quod hic nec velle, nec nolle habeat, *c. Si Religiosus, de elect. in 6.* At audiendus non est, quia habet consensum naturalem, *l. 1. ff. de pactis*, qui satis est, nec illa sponsalia dicantur irrita defectu consensus. Dum enim textus *d. c. vn.* decidit ex sponsalibus nullis defectu consensus non oriri hoc impedimentum, intellexit, defectu consensus naturalis, qualis est in furioso & infante. Et ita expressè is textus decidit ex sponsalibus irritis ratione religionis produci hoc impedimentum, vbi nescio quid nomine religionis intelligi valeat, nisi votum solemne professionis. Et ita docent *gloss. eo cap. vn. verb. Dissoluendum, & ibi Francus n. 3. Dominic. ibi, in prim. n. 12. super gloss. verb. Dissoluendum. Innoc.* (quāuis cum aliqua dubitatione, dicit enim fortè ita esse,) *c. Ad audientiam, in fi. de sponsa. Host. ibi, paulo post princ. & ibi Prepos. n. 6. Alex. de Neuo. n. 6. Astens. 2. p. sum. l. 8. t. 24. a. vn. q. 3. Monald. sum. tract. de matrim.* vbi de impedim. affinitat. *Rosella verb. Impedimentum, imped. 13. nu. 3. Angel. v. Matrimonium, 3. imped. 14. n. 11. Supplem. Gabr. 4. d. 41. q. vn. a. 2. post 3. concl. vers. Dicitur dummodo, & ibi Soto q. vn. a. 2. col. penult. vers. Vbi tamen, Nauar. sum. Hisp. c. 22. n. 58. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 2. nu. 2. Ant. Cucus l. 5. instit. maiorum, t. 10. n. 43. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 203. n. 486. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 50. f. 1148.*

Sed prædictam decisionem textus *c. vnic. de sponsa. in 6.* in quantum continet ex sponsalibus irritis quacumque ratione, præterquam defectu consensus, oriri hoc impedimentum, temperarit quidam, vt intelligatur quādo sponsalia contrahantur ab ignorantibus impedimentum: secus si illud nossent. Quia quando scienter contraherent, ille consensus contra ius habitus, pro non consensu habetur: argumento ex *l. Non dubium, C. de legibus.* Ita *Anchar. c. Ad audientiam, n vlt. de sponsa. & d. c. vn. n. 3. Durand. 4. d. 41. q. 2. nu. 5. Veracruz 1. p. Specul. a. 52. concl. 3.* Sed iure optimo alii ab hac limitatione recedunt, dieuntque idem esse dicendum, siue scirent, siue ignorarent impedimentum. Tum quia textus indistinctè loquitur. Tum etiam quia fortior adest consensus quando norunt impedimentum, quàm dum illud ignorant. Cùm nil ita consensum excludat, ac error, *l. Super erroribus, ff. de iurisdict. omn. iud.* Ita *Francus d. c. vn. n. 3. not. ab. 4. Palud. 4. d. 41. q. 2. a. 2. n. 2.* Hinc etiam conuincitur non esse veram limitationem, quam tradit *Vega 2. 10. sum. cap. 34. casu 13.* nempe, vt textus intelligatur, quando contrahens sciebat impedimentum, secus quando id ignorabat. Quia sicut affinitas non pendet ex scientia, sed ex copula, scienter siue ignoranter habita, nascitur: ita de hoc impedimento asserendum est. Et absque fundamento limitatur textus loquens indistinctè. 7

Durabat etiam impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus consurgens attento iure antiquo vsque ad quartum gradum, vnde contrahens sponsalia de futuro non poterat cum consanguineis alterius sponsi vsque ad quartum gradum matrim. validè inire. Quia etsi textus n. 1. relati hoc impedimentum statuentes, gradum non explicent, sed indistinctè loquantur de consanguineis: at cùm consanguinitas ad quartum gradum extendatur, intelligendi sunt de consanguineis intra quartum gradum Et ita tenent ex Theologis *D. Th. 4. d. 41. q. vn. a. 1. quæstiunc. 4. corp. D. Anton. 3. p. t. 1. c. 10. notab. 1. Cajet. sum. verb. Matrimonium, c. 1. imped. 10. Victor. sum.* vbi de matrim. *n. 297. Sotus 4. d. 41. q. vn. a. 3. concl. 1. & a. 2. col. penult. Petr. de Soto lect. 10. de matrim. §. penult. Ledesma 2. p. 4. q. 57. a. 4. dub. Veracruz append. ad specul.* vbi de publica honest. *f. 76. Enriquez l. 12. de matr. c. 10. n. 2. Toledo l. 7. sum. c. 10. num. 2. Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. punct. 3.* vbi de imped. publicæ honest. *Philiarc. de off. sacerd. tom. 1. p. 2. c. 10. initio, Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 234. fin. Barth. à Ledesma dub 43. de matrim. col. 2. Vmald. candel. sacram. 2. p.* vbi de matrim. *n. 254. concl. 2.* Et ex Iurisperitis, *glos. c. vn. de sponsa. in 6. verb. Consanguinitatis, & ibi Archid. n. 11. Ioan. Andr. nu. 4. Anchar. n. 3. Francus n. 3. Domin. ibi, §. Quare, n. 3. Goffred. sum. t. de eo qui cogn. consang. in fin. Alberic. in suo dictionar. lit. I. verb. Impedimentum, 13. Hostiens. c. Spensam, num. vn. de sponsal. & ibi Ioan. Andr. fine, Anton. n. 2. Abbas n. 9. Alex. de Neuo nu. 1. Prepos. n. 3. Alb. 4. Iuuenis n. 4. de sponsal. Henric. c. Non debet, fine, de consang. Lex reg. 12. t. 1. p. 4. Rosella verb. Impedimentum, 13. n. 1. Angel. verb. Matrimonium, 3. imped. 14. num. 1. Sylu. verb. Matrim. 8. q. 14. dict. 4. Armilla verb. Matr. n. 46. Tabiena verb. Impedim. imped. 11. n. vn. Nauar. sum. Lat. c. 22. n. 57. & l. 4. consil. t. de sponsal. in 1. edit. cons. 33. nu. 3. in 2. cons. 11. n. 3. Ant. Cucus l. 5. instit. maiorum, t. 10. n. 42. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 10. 4. n. 489.*

Hoc autem intelligit *Franc. Vercellen.* relatus ab *Anton. c.*

Ad audientiam, n. 10. *de sponsal.* quando sponsalia sunt valida: quando enim sunt irrita, dicit solùm extendi impedimentum ex illis consurgens ad primum vsque gradum. Quia *c. Ad audientiam, de sponsal.* decidens ex sponsalibus irritis oriri hoc impedimentum, loquitur vbi quispiam duxit sororem eius, cum qua prius sponsalia irrita contraxerat. Et *cap. vnic. de sponsal. in* 6. quod postea editum est, & absolutè loquitur de consanguineis, accipiendum est iuxta prius decretum *d. c. Ad audientiam*, quādo sunt in primo gradu consanguinei. Sed meritò hanc sententiam reprobant, dicentes impedimentum ex sponsalibus irritis descendens extendi quoque ad quartum vsque gradum, *Ioan. And. in c. Ad audientiam, fin. Anton. n.* 10. *Abb. n.* 3. *Anchar. n.* 1. *Alex. de Neuo nu.* 8. *Præpos. statim in princ. Henric. n.* 3. *Armilla & Anton. Cucus num. præced. allegati. Gaeta repet. c. Ad limina* 30. *q.* 1. §. 4. *q.* 203. *n.* 483. Quia cum *c. vn. de sponsal. in* 6. æquiparentur prorsus sponsalia valida & irrita, quoad hoc impedimentum inducendum: ad eundem gradum protendi debent. Nec obstat *d. c. Ad audientiam*, quia ibi nil decidit Pontifex de gradu, in quo sponsalia irrita producunt hoc impedimentum, sed ad casum specialem, in quo ducta erat soror prioris sponsæ, de quo consultus fuit, respondet. Quare non potest inde efficax argumentum sumi, vt *d. c. vnic.* in solo primo gradu intelligatur.

10 Hodie autem hoc correctum est per *Trident. sess.* 24. *de matrim. c.* 3. quantum ad duo. Alterum est, quoad sponsalia quacunque ratione irrita, ex quibus decidituur nullum prorsus oriri impedimentum. Alterùm verò quoad gradum, ad quem extenditur hoc impedimentum, quando sponsalia valida sunt. Decidituur enim ad primum solum consanguinitatis gradum extendi. Vnde cùm indistinctè loquatur Trident. intelligi debet, vt id impedimentum non excedat primum gradum consanguinitatis, siue in linea transuersa, siue in recta. Quare inieus sponsalia non potest validum matrim. inire cum patre, matre, fratribus, sororibus, vel filis sponsi alterius, vel sponsæ: at potest cum aliis consanguineis siue ascendentibus, siue descendentibus, siue collateralibus. Quod omnes alii sint conjuncti sponsis vltra primum consanguinitatis gradum, quem impedimentum hoc non excedit. Sic *Pet. de Ledesma de matrim. q.* 55. *a.* 4. *dub.* 1. *Manuel* 1. *to. sum.* 2. *edit. c.* 234. *nu.* 4. *Vega* 2. *to. sum. c.* 34. *casu* 16.

11 Nec hæc restrictio inducta per Trident. intelligenda est de solo impedimento publicæ honestatis post id decretum incurrendo ex sponsalibus: quamuis *Nauar. sum. lat. c.* 22. *n.* 58. *fine*, id clarè significet. Sed similiter restricta censetur publica honestas orta ex sponsalibus ante Tridentinum initis. Vnde qui ante Tridentinum cōtraxerat sponsalia irrita cum aliqua persona, & subinde non poterat copulari matrimonio cum eius consanguineis, potest modò perinde ac si sponsalia illa non contraxisset: & si fuerunt sponsalia valida, ac ideo tunc impeditum erat matrim. vsque ad quartum gradum. iam nunc tantùm impeditur vsque ad primum. Quia in restrictione impedimenti affinitatis, & cognationis spiritualis, eodem prorsus tenore loquitur *Trident. sess.* 24. *de matrim. c.* 2. & *c.* 4. quo *c.* 3. restringens hoc impedimentum publicæ honestatis: at Pius V. rogatus de duobus illis impedimentis, in duplici motu proprio declarauit intelligi non tantùm in futurum, sed etiam in præteritum. Ergo eodem modo intelligendum est de hoc impedimento. Et ita docent *Veracruz. append. ad Specul.* vbi de imped. affinit. *in fine, f.* 80. *Enriquez l.* 12. *de matrim. c.* 10. *n.* 2.

12 Id tamen monuerim, quando impedimentum dirimens matrimonium est tale, vt in ea ætate, in qua contrahuntur sponsalia, explorati per experientiam nequeat, ea non reddere irrita, sed esse vera & legitima, ac proinde producere impedimentum publicæ honestatis, vt si puer in tenella ætate reuera frigidus aut maleficiatus sponsalia contrahat. Ratio ea est, quia impedimentum illud adhuc non erat in actu impediendi: cum in ea ætate puer frigidus & non frigidus quantum ad generationis actum sit æquè impotens. Ita docent *D. Thom. as* 4. *d.* 41. *q. vn. a.* 1. *quæstiunc.* 4. *ad* 3. *& ibi Soto q. vn. ar.* 2. *col. penult. vers. Aliud verò, Syluester verb. Matrimonium*, 8. *q.* 14. *dicto* 1. *Lud. Lopez* 2. *p. instruct.* vbi de matrim. *c.* 50. *f.* 148. *col.* 1.

Difficultas autem potissima est, an quando sponsalia 13
sunt valida de inte. eo quod nullum iuris impedimentum intercedat, at solùm sunt irrita defectu consensus interni, consurgat ex illis hoc impedimentum? Quidam censent non consurgere. Quia attenta sola ratione naturali ex sponsalibus irritis id impedimentum non oritur; (vt diximus n. 5.) sed ideo tantum oriebatur, quia id decisum erat *cap. vnic. de sponsal. in* 6. sed id quoad hoc est omnino correctum per *Trident. sess.* 24. *de matrim. c.* 3. vbi decernitur sponsalia quacumque ratione valida non sint, minimè inducere hoc impedimentum. Et confirmatur, quia ea particula. Quacunque, est vniuersalis, & ita vniuersas rationes, ob quas possunt esse irrita, complectitur. Quarum quædam & potissima est defectus consensus. Secundò, quia hoc impedimentum oritur ex vnione ac propinquitate, quam efficiunt sponsalia, vtpote quæ sunt quoddam matrimonii initium: at vbi ficta sunt, nec eius propinquitatis sunt causa, nec matrimonii initium. Huius sent. videtur *Nauar. sum. lat. c.* 22. *n.* 57. nam cùm *in hispana, cod. c. n.* 58. dixisset ex sponsalibus irritis defectu consensus interni oriri hoc impedimentum: *in lat. n.* 57. dixit post Tridentinum ex nullis sponsalibus irritis oriri. Et expressè tenent *Veracruz in append. ad Specul.* vbi de impedim. publicæ honestatis, *f.* 76. *Petr. de Ledesma* dicens esse certum, *de matrim. q.* 55. *a.* 4. *in dub.* 1. *quod mouet circa solut. ad* 3.

Cæterum nulla ratione persuadere mihi possum, quin 14
verè hoc impedimentum ex talibus sponsalibus oriatur. Quia huiusmodi impedimentum est institutum ob publicam honestatem, & ad vitandum scandalū. At quando sponsalia in exteriotibus sunt omnino valida, & solus consensus internus ad eorum valorem desideratur, tantum scandalum esset, & tanta inhonestas, ac si verò animo contracta fuissent. Cùm defectus ille interni consensus vniuersos lateat. Ergo ex ratione, qua Ecclesia inducta est ad hoc impedimentum statuendum, expressa in ipsomet iure, *cap. Iuuenis, de sponsal.* manifestè constat mentem eius fuisse, vt defectus consensus, ob quem sunt irrita, sit externus, ne inducant hoc impedimentum. Secundò, quia Tridentinum non omnino corrigit textum *c. vn. de sponsal. in* 6. quoad hoc, sed tantum quoad sponsalia habentia consensum, & alia ratione irrita. Hæc enim iuxta *illud c. vnicum* inducebant hoc impedimentum, at iuxta Tridentinum non inducunt. At quoad sponsalia irrita defectu consensus, illæsum manet *d. c. vn.* Quia nec iuxta illud, nec iuxta Tridentinum inducunt hoc impedimentum. At non obstante ea decisione multi & non pœnitendi Doctores dicunt id cap. vnicum intelligi, quando defectus consensus est externus, qualis est in furioso, infante, & loco apparenti ac manifesto præbente consensum: vt sunt *glossa eo c. vnic. verb. Consensu, Archid. ac ibi, n.* 9. *Ioan. Andr. n.* 5. *Francus num.* 8. *ad finem, Dominic. ibi, in princ. n.* 12. *Vincentius c. Ad audientiam, de sponsal. & ibi Henric. num.* 3. *Durandus* 4. *d.* 41. *q.* 2. *n.* 5. *& ibi Paludan. q.* 2. *a.* 3. *concl.* 2. *n.* 15. *& d.* 27. *q.* 2. *a.* 5. *concl.* 3. *n.* 31. *D. Anton. n.* 3. *p.* 1. *t.* 1. *c.* 10. *notabili*, 1. *Supplem. Gabr.* 4. *d.* 41. *q. vn. a.* 1. *col.* 4. *vers. Cum autem dicitur, & a.* 2. *concl.* 3. *& 4. d.* 27. *q.* 3. *a.* 3. *dub.* 2. *Brunel. de sponsal. concl.* 10. *num.* 4. *Roscilla verb. Impedimentum, imped.* 13. *n.* 3. *Angel. v. Matrimonium*, 3. *imped.* 14. *nu.* 9. *Syluester verb. Matrimonium*, 8. *q.* 14. *dict.* 6. *Tabiena verb. Impedimentum, imped.* 11. *n. vn. Nauar. sum. bisp. c.* 22. *nu.* 58. *Couar. 4. decret* 2. *p. c.* 6. §. 1. *nu.* 3. *Ant. Cuc. l.* 5. *inst. it. maior. t.* 10. *n.* 45. *Veracruz* 1. *p. Specul. a.* 52. *ad fi. Gaeta repet. c. Ad limina*, 30. *q.* 1. §. 4. *q.* 206. *n.* 493. Ergo idem prorsus post Trident. dicendum est. Quod in propriis terminis docent *Enriquez lib.* 12. *de matrim. c.* 10. *nu.* 2. *Barth. à Ledesma de matrim. dub.* 43. *col.* 4. *vers. Annotato hic, Manuel* 1. *tom. sum.* 2. *edit. c.* 234. *concl.* 3. *num.* 3. *Vega* 2. *tom. sum. c.* 34. *casu* 13. Nec obstant argumenta contraria n. præced. adducta. Quia constat ex dictis, non omnino corrigi *d. cap. vnicum, & Tridentinum* intelligi quacum-

cumq; ratione externa & apparenti sint irrita. Nec opus est, vt veram coniunctionem & vnionem producant, sed satis est vt sit apparens, & in foro externo præsumpta.

Hinc infero idem dicendum esse, quoties sponsalia essent nulla ex defectu alio quocumque occulto: vt ex voto castitatis, vel religionis, vel non nubendi interno. Quia eadem est prorsus ratio. Et ita *Paludan. D. Antonin. Supplem. Gabriel in nu. præced. allegati* dixere omnia sponsalia, quæ Ecclesia iudicat vera, & talia esse præsumit, inducere verum impedimentum publicæ honestatis, & hoc in vtroque foro.

16 Sunt tamen temperanda dicta duplici n. præced. nisi sponsalia illa irrita ob defectum consensus interni, vel alterius impedimenti omnino occulti ratione, sint adeò clandestina, vt probari nequeant. Tunc enim cum ratio dicta publicæ honestatis ac scandali desit, ac ex altera parte ea non sint valida, id impedimentum non orietur. Ita tradunt *Palud. 4. d. 27. q. 2. art. 5. concl. 3. n. 31. Nauarr. vtraque sum. c. 22. n. 58. Ant. Cuc. l. 5. instit. maiorum t. 10. n. 52. Gatta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 203. n. 483.*

17 Rogabis autem quid dicendum sit, si impedimentum illud omnino occultum, ob quod irrita erant sponsalia publicè contracta, postea falsis testibus probetur, vt votum illud castitatis, quod verè interius sponsus ille emiserat: vel è contra, quando impedimẽtum erat omnino occultum, & similiter sponsalia erant clandestina, & ita non oriebatur impedimentum, & postea falsis testibus probata sunt sponsalia, an oriatur impedimentum? Existimo loquendo consequenter addicta, sentiendum esse ortam fuisse publicam honestatem, dum impedimentum illud erat occultum, & sponsalia publica: hon tamen omnino firmiter & irreuocabiliter, sed dependenter ab illius impedimenti improbabilitate, & ignorantia externa: vnde quoties siue veris, siue falsis testibus id impedimentum probatum fuerit, & iam constiterit, cessabit publica honestas orta. Quippe illa sponsalia verè erant irrita coram Deo, & proinde non erant ex se sufficientia ad inducendam publicam honestatem: inducebant autem illam ex eo solum quòd erant præsumpta in foro Ecclesiæ, & subinde inhonestum esset consanguineam illius sponsæ ducere: cessante ergo improbabilitate & præsumptione, cessabit impedimentum publicæ honestatis. Quia iam verificatur sponsalia esse nulla ex defectu apparenti, quātuis falsè probato. At matrimonium antè initum cũ consanguineis illius sponsæ vsque ad gradum prohibitum, erit nullum, indigebitque vt conualescat, nouo consensu. Quia ante hanc probationem verè impedimentum erat in vtroque foro. Similiter è contra dicendum est, quando impedimentum erat omnino occultum, & sponsalia similiter omnino clandestina, quamuis verè tunc non oriretur impedimentum, non tamen irreuocabiliter id erat, sed erat quasi suspensum, & in pendenti, pro eo solo tempore quo sponsalia clandestina fuerint. Quia tunc ratione clandestinitatis id euenit: quare ea cessante, probatisque sponsalibus, oriretur vtique. Si tamen matrimonium ante hanc probationem initum esset, quātuis validum sit in foro conscientiæ, quia sponsalia illa tempore quo initum est, tamquam verè irrita & clandestina non producebant impedimentum: & semel validum nequit cassari: in foro tamen externo, in quo non constat veritas, cassabitur.

18 Quando verò parentes vel alii contrahunt sponsalia pro pueris præsentibus & tacentibus, licèt sint infantes, vel ipsis absentibus, an oriatur ex iis sponsalibus impedimentum publicæ honestatis nec ne, pendet ex ea quæstione, quando ea sint vera sponsalia. Si enim sint verè sponsalia, oritur, secus si non sint vera. Et cum circa hoc sint diuersæ sententiæ, diuersimodè iuxta illas loquendum est. De qua re latè egimus l. 1. tota disp. 23. Id tamen solum addiderim, quando parentes pro filiis præsentibus & tacentibus, ac doli capacibus sponsalia ineunt, oriri id impedimenrum, licet ipsi pueri interiùs dissentiant. Quia quamuis non sint in foro conscientiæ vera, sunt tamen talia in foro Ecclesiæ, & habent omnia externa requisita ad sponsalium veritatem, soluſq; internus consensus desideratur. Illud enim silentium reputat Ecclesia sufficiens interni consensus indicium (vt probaui l. 1. disp. 25. nu. 3.) At quando sponsalia in exterioribus sunt legitima, oritur hoc impedimentum: iuxta proximè dicta n. 14.

Insuper quando filii erant absentes, vel si præsentes, 19
erant minores septennio, & nondum doli capaces, quamuis eorum ratificatio postea facta desideratur, si de hac nõ constet, debent caute interrogari filii, & si affirmarint, est eis habenda fides, maximè si matrimonium appetebant cum consanguinea prioris illius sponsæ. Quia contra se testificantur. Sic *Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 234. nu. 4. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 43. in notabil. post 4. conclus. Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 16.* Et bene addit *Barth. à Ledesma.* similiter eis negantibus habendam esse fidem: nisi aliunde oppositum duobus testibus probetur. Et ratio est, quia scientia illa non præsumitur, & ratificatio, vtpote quæ in facto consistit. Prior tamen pars intelligenda est, nisi iam matrimonium esset initum cum consanguinea prioris illius sponsæ. Tunc enim cùm ratificatio priorum sponsalium impedientium valorem huius matrimonii non præsumatur, possessio erit in fauorem valoris matrimonii, ad quod dissoluendum non statur sola coniugum confessione, vt ex *c. Super eo, de eo qui cogn. consang.* colligunt Doctores, quos refert & sequitur *Mascard. de probat. concl. 1030. n. 7.*

Præterea hoc impedimentum est perpetuum, ita vt 20
nec morte alterius sponsi extinguatur. Et hoc est quod *c. Sponsam, de sponsal. & c. Si quis vxorem, & c. Si quis desponsauerit, cl 2. 27. q. 2.* decidunt, dicentia nullum ex consanguineis alterius sponsi posse sponsam ducere: non enim potest esse sensus, vt extendatur ad omnes consanguinitatis gradus; sed sensus est nullum ex consanguineis intra gradum prohibitum posse in perpetuum id matrimonium inire. Idemque colligitur ex *cap. Fraternitatis, 35. qu. 10.* Et ita docent *Glossa cap. vn. de sponsal. in 6. verb. Publicè, & ibi Ioan. Andr. n. 5. Francus n. 6. Dominicus in fine principii. Abbas c. Sponsam, n 2. de sponsal. & ibi Alex. de Nevo n. 7. Præpos. fin. Sotus 4. d. 41. q. vn. ar. 2. col. 4. vers. Secunda concl. in fine, Gatta repet. c. Ad limina. 30. q 1. §. 4. q. 202. n. 485. Toledo l. 7. sum. c. 10. n. 2. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 234. n. 1.*

Quare nescio quo fundamento ductus *Emm. Sa summ.* 21
verb. Matrimonium, vbi de impedimentis dimentib. *n. 12.* ait contrahi hoc impedimentũ ex sponsalibus de futuro, nisi soluta fuerint communi vtriusque sponsi consensu. Quia ita impedimentum hoc non esset perpetuum, contra probata n. præced. Deinde quia nulla maior sponsalium dissolutio accidere potest, quàm morte alterius spõsi, at tunc durat impedimentum.

Sed dubitabis, an non ex solis sponsalibus, sed etiam 22
ex conatu ad copulam cum aliqua femina hoc impedimentum pullulet? *Archid. c. vnic. num. 10. fin. de sponsal. in 6.* ait ex solo conatu ad copulam absque præuia matrimonii fide oriri impedimentum publicæ honestatis. At meritò id improbant *Ioan. Andr. ibi nu 3. Anchar. ad fin. Dominicus in princ. n. 12. Alexand. de Nevo c. Iuuenis, num. 20. de sponsal.* Quia nullo fundamento id innititur. Nec enim ex copula ipsa oritur hoc impedimentum, sed affinitas: nedum ex nixu ad copulam. At in hoc casu fatentur (& bene) oriri quando infantes sponsalia irrita defectu ætatis inierunt, & post conscii priorum sponsalium, quando iam legitimam ætatem ad ea ratificanda assecuti sunt, nixi fuerunt ad copulam. Tunc enim oritur non ratione nixus ad copulam, sed quia est tacita ratificatio priorum irritorum sponsalium, *c. vn. de desponsat. impub. in 6.* & perinde est, ac si tunc sponsalia contraherentur. Et ideo tunc oritur ex illis publica honestas.

Demum obseruandum est, peculiare esse in hoc im- 23
pedimento publicæ honestatis, vt per posteriora sponsalia inita cum quacumque persona consanguinea prio-

ris sponsi aut sponsæ, non oriatur impedimentum publicæ honestatis dirimens priora sponsalia. Quamuis affinitas, cognatio legalis, aut spiritualis superueniens dirimat priorem sponsalium contractum. Sic enim decidit expresse *c.vnico, de sponsal. in 6.* ibi, *Ex sponsalibus puris & certis, & si modo non sint nulla ex defectu consensus, oritur efficax ad impediendum & dirimendum sequentia sponsalia, vel matrimonia, non autem ad præcedentia dissoluendum, impedimentum iustitiæ publicæ honestatis.* Vbi *glossa, verb. Derogatur*, rationem reddit, quia posteriora sponsalia prorsus irrita sunt ratione publicæ honestatis iustitiæ ex prioribus inductæ, ac proinde ex posterioribus non potest honestas prioribus derogans consurgere. Quod hodie apertum etiam est attento decreto *Trident. sess. 24. de matrim. c. 3.* decidétis ex sponsalibus irritis minimè oriri hoc impedimentum. Existimo autem attento iure antiquo textus in *d.c. vn.* ex iis posterioribus sponsalibus consurgere impedimentum publicæ honestatis, licèt non ad dissoluenda priora sponsalia, bene tamen ad dirimenda sponsalia, vel matrimonia cum alia consanguinea intra primum gradum sponsi vel sponsæ posterioris. Quia ex sponsalibus irritis alia ratione quàm defectu consensus, oriebatur hoc impedimentum (vt diximus n. 5.) At in his sponsalibus non erat defectus consensus. Hodie autem attento decreto Trident. nullum prorsus impedimentum oritur ex talibus sponsalibus, vtpote quæ irrita sunt, iuxta dicta n. 10.

24 Hinc infertur, quid dicendum sit, si post sponsalia de futuro cum certa persona, contrahat sponsus matrimonium de præsenti cum eius sorore, & nondum consummarit, an teneatur priori fidem sponsalium præstare, ineúndo cum illa matrimonium? Videtur enim cum neutra valere matrimonium. Non cum posteriori, quòd eius valori obstet impedimentum publicæ honestatis ex prioribus sponsalibus validis cum sorore initis. Non cũ priori: quia licèt posterius matrimonium sit irritum: cùm tamen non sit irritum ex defectu consensus, sed propter solum publicæ honestatis impedimentũ, non orietur ex illo hoc impedimentum publicæ honestatis. (Ex matrimonio enim irrito, etiam post Tridentinum oritur: vt dicemus disp. 70. n. 5. Cæterùm absque dubio tenendum est, obligari illum ad seruandam priori fidem, ineundo cum illa matrimonium. Quòd matrimonium illud posterius irritum non inducat impedimentum publicæ honestatis derogans prioribus sponsalibus (vt nu. præced. probauimus.) Quare cum priori validum erit matrimon. vt bene docent *Maioris 4. dist. 41. q. 1. ad fin. Angelus verb Matrimonium, 3. imped. 14. n. 10. Nauar. sum. c. 22. n. 57. Gaeta repetit. c. 6 ad limina. 30. q. 1. §. 4 q. 207. nu. 495. Palacios 4. dist. 41. disp. vn. col. 30. vers. De impedim. autem. f. 929. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim *c. 50. f. 1147.* Quod si matrim. cum posteriori consummasset, cum neutra posset validè illud inire. Non cum priori, ob impedimentum affinitatis consurgens ex copula cum sorore habita. Non cum posteriori, propter impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus validè contractis cum eius sorore. Quod manifestum est. Et docens *Glossa c. vnico, verb. Idem fecit, de sponsal. in 6. Maioris, Nauar. Palacios, Lud. Lopez proxime allegati.* Si autem hic priori non dedisset fidem de matrim. contrahendo, sed cum illa rem habuisset, & postea eius sororem duxisset, neutram posset vxorem habere. Non priorem: obstat enim impedimentum publicæ honestatis. Quòd ex matrim. irrito illud oriatur (vt dicemus disp. 70. nu. 5.) cùm nulla præcedant sponsalia cum priori, in quo euentu non oriretur. Non cum posteriori, propter affinitatem ortam ex copula præcedenti cum sorore. Tandem existimo quando priori sorori data est fides, & postea cum posteriori initum est matrimonium absque consummatione, induci impedimentum ad contrahendum validè matrim. cum quacumque intra quartum gradum consanguinea huius posterioris, dépta illa cui fides data est. Quia ex matrim. irrito perseuerat nunc impedimentum vsq; ad quartum gradũ (vt dicemus disp. 70. n. 5.) & solùm textus disponit non oriri impedimentum ad præcedentia sponsalia dissoluenda, vt aduerti n. præced.

Hinc rursus deducitur solutio cuiusdam quæst. con- 25
scientiæ, de qua consultus sum. Quidam sponsalia contraxit cum femina, quam postea eius frater duxit, nec matrim. consummauit: rogatus sum an prior ille frater posset eam feminam ducere? Et respondi id licere. Quia matrimonium posterioris fratris cum ea femina irritum fuit propter impedimentum publicæ honestatis ex prioribus sponsalibus cum fratre ortum: neque hoc matrim. irritum potuit inducere impedimentum publicæ honestatis, quod præcedentibus sponsalibus cum fratre præiudicaret. Si autem hoc matrim. consummasset, cum neutra posset contrahere, vt n. præced. aduerti.

DISPVTATIO LXIX.

An ex sponsalibus incertis vel conditionalibus oriatur impedimentum publicæ honestatis?

SVMMARIVM.

Ex sponsalibus incertis nullum oritur impedimentum. n. 1.
Quod ex conditionalibus, ante conditionis euentum: & an tunc valeat matrim. cum sorore sponsæ? & quid post conditionis euentum? n. 2.
Quid si sub conditione detur fides feminæ, & non expectato euentu, contrahantur sponsalia absoluta cum eius sorore? n. 3.
Quid si condatio sit de præterito vel de præsenti, an oriatur talis impedimentum? n. 4.
Quid si condatio sit necessaria? n. 5.
Quid si sit impossibilis, aut taliter turpis, vt habeatur pro non adiecta, n. 6.
Quid, si defuit consensus internus in his euentibus? n. 7.
Quid si condatio tacite inest? n. 8.
Quid si apponatur hæc condatio: Si Deo & Ecclesiæ placuerit? n. 9.
Quid si apponatur hæc condatio, Nisi fornicationem admiserit? n. 10.

PRIMA conclusio sit. Ex sponsalibus incertis nullum 1
impedimentum oritur, vt si quis det fidem de ducenda quadam ex filiabus Titij, nulla signata ex illis. Habetur expresse *c. vn. de sponsal. in 6.* & maximè est vera post *Trident. sess. 24. de matrim. c. 3.* vbi decidit ex sponsalibus irritis non oriri hoc impedimentum. Hæc enim sunt irrita, vt probaui lib. 1. disp. 26. nu. 1. & tota ea disp. egi de his sponsalibus.

Secunda conclusio. Ex sponsalibus conditionalibus 2
nulla oritur publica honestas ante conditionis euentum. Quare valebit matrim. initum cum sorore eius sponsæ, conditione nondum extante. Hæc similiter habetur expresse *eod. c. vn. in fin.* Et redditur ibi ratio. Quia cum conditio suspendat consensum vsque ad eius aduentum, antequam impleatur, sponsalia non sunt valida ex defectu consensus: ac proinde non oritur impedimẽtum publicæ honestatis. Quare à contrario sensu, oritur post euentum conditionis: iam enim tunc sunt sponsalia pura, & habentia perfectum consensum. Nec hoc est correctum per *Trident. sess. 24. de matrim. c. 3.* imò cotroboratum. Quia nondum extante conditione sunt ea irrita: extante verò remanent prorsus firma & absoluta. Et ita post Tridentinum docent *Enriquez l. 12. de matrim. c. 10. n. 2. Barth. à Ledesma de matrim. dubio 43. concl. 2. Petr. de Ledesma de matrim. quæst. 55. a. 4. f. 426. vers. Nihilominus conclusio sit. Manuel 1. tom. summæ 2. edit. cap. 234. concl. 3. num. 3. in fine.*

Sed rogabis, quid dici debeat si contractis sponsalibus 3
sub conditione cum Maria, ineantur sponsalia absoluta cum eius sorore? *Gloss. c. vn. verb. Præsenti, de sponsal. in 6. & Tabiena verb. impedimentum, impedim. 11. num. vn.* dicunt ex posterioribus sponsalibus oriri impedimentum publicæ honestatis: ac proinde non posse iam priorem sororem duci. Et optimè dixerunt attento iure textus *eo c. vn.* Quia ex sponsalibus irritis alia ratione, quam defectu consensus oriebatur id impedimentum. At in his sponsalibus posterioribus non desiderabatur consensus. Quòd si opponas *eo c. vn.* decerni, per posteriora sponsalia non derogari prioribus: dicit bene *Glossa ibid. verb. Præsenti*, non derogari prioribus quæ sunt vera sponsalia: at conditionalia pendente conditione non sunt vera sponsalia: eo quòd

quòd deficiat consensus. At hodie post *Trident. sess. 24. de matr. c. 3.* æxistimo ex posterioribus sponsalibus id impedimentum non induci. Quia sunt irrita, vtpote quæ sunt contra priorem promissionem. Nam (vt dixi lib. 5. disp. 6. fin.) tenebatur, qui sub conditione fidem dedit, expectare eius euentum: at contra iustitiam eo non expectato resilit. Et cum pendente conditione non posset licitè aliud matrim. inire, promissio de eo ineundo non fuit valida, tamquam promissio de peccato admittendo. Atque subinde impedimentum non patiet.

4 Intelligitur autem conclusio præcedens, quando est conditio de futuro: si enim sit conditio de præsenti aut præterito, orietur statim impedimentum publicæ honestatis: si eæ conditiones vere extent. Ita colligitur expresse ex *c. vnico de sponsal. in 6.* ibi, *Ante conditionem extantem.* Quia quando conditio est de præsenti aut præterito, & est vera, iam extat, nec consensum suspendit: æ proinde sunt vera & absoluta sponsalia. Et ita docent *Ioan. Andr. eo c. vn. in fin. Anchar. n. 4. Franc. ad fin. Dominic. ibi, §. Ille, n. 3. Alex. de Neuo c. Ad audientiam, n. 14. de sponsi. Sylvest. verb. Matrimonium, 8. q. 14. dicto 7. Tabiena verb. Impedimentum imped. 11. nu. vn. Couarru 4. decret. 2 p. c. 6. §. 2. n. vlt. Ant. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 10. n. 50. Gutta repetit. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 203. n. 486.* Et clarè sentiunt idem *Sotus 4. d. 41. q. vn. a. 2. col. penult & Nauar. sum. his. c. 22. n. 57. Bart. à Ledesma dub. 43. de matrim. col. 6.* dum petunt talem esse conditionem vt contractum suspendat, ne ante eius euentum oriatur impedimentum. At conditio de præsenti vel præterito non suspendit.

5 Secundò intelligitur, quando conditio de futuro est contingens. Si enim sit necessaria, cùm iam eius euentus sit certus, non suspendit: & ita oritur statim impedimentum publicæ honestatis, vt. Si sol cras orietur, ducam te. Ita docent *Sylvest. Tabiena, Couar. Ant. Cucum præced. alleg.*

6 Tertiò intelligitur, si conditio de futuro sit possibilis & honesta. Si enim sit impossibilis aut turpis, taliter vt nõ sit contra matrimonij substantiam, oritur statim hoc impedimentum. Quia cùm ea conditio habeatur pro non adiectam manent sponsalia omnino absoluta, iuxta ea quæ latè tradidimus lib. 5. disp. 3. & multis seqq. Atque ita docent *Glossa c. vn. verb. Conditionem, de sponsal. in 6. & ibi Ioan. Andr. fin. Francus ad fin. Brunel. de sponsal. concl. 10. n. 3. Supplem. Gabriel. 4. d. 41. q. vn. a. 2. post 3. concl. vers. Dicitur purũ, Alt. nº. 2. p. sum. l. 8. t. 24. a. vn. q. 6. Rosella verb. Impedimentum, imped. 13. n. 4. Angel. verb. Matrimonium, 3. impedim. 14. n. 7. Sylvest. Sotus, Bart. à Ledes. n. 4. allegati. Veracruz 1. p. Speculi. a. 54. concl. 2.*

7 Nec refert, si adiiciantur tales conditiones impossibiles aut turpes, & ioco & absque consensu interno absoluto: nisi iocus ille patens sit, aut defectus consensus. Quippe (vt dixi disp. præced. n. 14. & duplici sequenti) quoties sponsalia reputãtur legitima in foro externo, si solus consensus internus ad eorum valorem desideretur, oritur impedimentum publicæ honestatis.

8 Quartò intelligitur, nisi conditio expressa tacitè insit, vt, Si vixero, ducam tẽ, vel si tu consenseris. Quod talis conditio expressa nil prorsus operetur nec suspendat: sed sponsalia ita absoluta maneant, ac si ea adiecta non fuisset (vt latè probaui lib. 5 disp 1. n. 6.) & docent omnes Intelligetamen (vt ibidem probaui. nu. 7.) quando apponitur eo modo, quo tacitè inest: secus si alio modo.

9 Hinc deducitur solutio illius quæst. an ex sponsalibus initis sub hac conditione, Si Deo & Ecclesiæ placuerit, oriatur ante euentum conditionis impedimentum publicæ honestatis? Pendet enim ex intellectu, an ea conditio non tacitè insit, ac reddat sponsalia conditionalia: an potiùs tacitè insit, ac sint sponsalia absoluta. De qua re latè egi lib. 5. disp. 1. n. 8. & seqq.

10 Tandem deducitur, quid dicendum sit de hac conditione: Ducam te nisi fornicationem admiseris. Videtur enim ex his sponsalibus statim oriri impedimentum publicæ honestatis. Quia ea conditio tacitè inest: intelligitur enim sponsalium cõtractus rebus in eodem statu permanentibus (vt probaui lib. 1. disp. 67. nu. 2.) At existimo sponsalia verè esse conditionalia, atque proinde non producere impedimentum publicæ honestatis, ante aduentum conditionis. Quia non adiicitur ea conditio sponsalibus, eo modo, quo tacitè inest. Nam inest tacitè ad eum solum effectum vt alterutro sponso fornicante liceat alteri innocenti à sponsalibus resilire, non tamen manent eo ipso dissoluta: at cùm exprimitur conditio, est ad obligandum sponsam, cui adicitur ad vitam honestam, qua fornicante nil effectum manet.

DISPVTATIO LXX.

An ex matrim. rato, absoluto aut conditionali, valido seu irrito, oriatur publica honestas: & ad quotum vsque gradum?

SVMMARIVM.

Ex matrim. rato non oritur affinitas, sed publica honestas, n. 1.
An sit ex sola iure humano, an dicatur iure naturæ in aliquo gradu linea recta vel transuersa matrimonialem, n. 2.
An infidelis valide contrahens cum sorore vel matre priorис sponsæ de præsenti nondum cognita, n. 3.
An conuersi ad fidem non possint ducere consanguineam eius, cum qua ante baptismum iuerant matrimonium ratum, proximo inde vinculo aliquo naturali, n. 4.
An ex matrim. rato irrito oriatur post Trident. hoc impedimentum, n. 5.
Quid, si vtraque contrahentes sciuerint suo ignorarint impedimentum irritãs, n. 6.
Quid si Monachus, frigidus, sacris initiatus, vel quocumque impedimento laborans contrahat irritum matrimonium, an possint eius consanguinei illam ducere, n. 7.
Quid si matrimonium sit inter impuberes, vel alter sit impubes, n. 8.
Quid si matrimonium sit metu initum, n. 9.
Quid si sit irritum ratione errore personæ, n. 10.
Quid si sit irritum defectu consensus interni, n. 11.
Quid si cum incerta persona, n. 12.
Quid si clandestinum, n. 13.
Quid si matrim. sit contractum per parentes vel alios nomine filiorum n. 14.
An inter infideles ex matrim. rato irrito oriatur hoc impedimentum, siue id consummatum sit, n. 15.
An impedimentum ex matrimonio rato etiam irrito, duret vsque ad quotum gradum post Tridentinum, n. 16.
Non contrahitur hoc impedimentum cum affinibus sponsæ, n. 17.
Est perpetuum, nec morte alterius auferetur, n. 18.
An impedimentum ex matrimonio rato irrito dissoluat priora sponsalia, ita vt matrim. contractũ cum sorore priorис sponsæ de futuro, vel si frater sponsi sponsam illam ducat, nequeat tum illa prior sponsus matrimonij tangi, n. 19.
An oriatur hoc impedimentum ex matrimonio conditionali? Refertur sententia affirmans ortum ante euentum conditionis, n. 20.
Propinatur sententia Aduersi n. 21.
Quid post euentum conditionis, n. 22.

IN hac disp. vsque ad nu. 20. erit sermo de matrimonio absoluto: deinde à n. 20. de conditionali. Et quidem ex matrim. rato quantumuis absoluto non oriri affinitatem, sed publicam honestatem, dixi disp. 64. num. 24. & duplici seqq. Et remisi huc vnde hoc impedimentum colligatur. Vix enim reperitur textus disponens ex matrim. rato oriri impedimentum publicæ honestatis. Nam *cap. Si quis vxorem*, quod est desumptum ex D. Greg. & *cap. Si quis desponsauerit, et* 2. quod est ex Iulio Pontif. 27. q. 2. vbi decidit nullum de consanguinitate sponsi posse sponsam illius in vxorem accipere. *Glossa eo cap. Si quis vxorem, statim in princip.* dicit textum posse intelligi in sponsa de præsenti, & in sponsa de futuro. Et ita ex eo textu nil certum concludi potest, & *c. fin. 35. q. 3.* asserens eandem coniugem nõ posse nubere duobus consobrinis propter publicam honestatem: potiùs intelligitur de matr. consummato. Non enim antea appellatur quispiam coniux, sed sponsus. Nec obstat id impedimentum appellari publicam honestatem, cum reuera ex matrimonio consummato non oriatur nisi affinitas: quia aliquando affinitas appellatur publica honestas, vt constat ex *c. Vna*, iuncta *Gloss. verb. Honestatem, & c. Discretionem*, iuncta *Glossa verb. Publicam, de eo qui cogn. consang.* Quare dicendum est colligi deducto argumento à fortiori. Si enim ex sponsalibus cõsurgit publica honestas impediens matrimonium cum consanguineis sponsæ illius de futuro: à fortiori consurget ex matrim.

rato, quod fortius vinculum est, & maiorum coniunctionem importat. Et ita docent *Ioan. Andr. cap. Sponsam, init. de sponsal. & ibi Abb. n. 1. Præpos. n. 2. idem Abb. c. Non debet, n. 13. de consang. Sotus 4. d. 41. q. vn. a. 2. col. penult. vers. Sequitur tandem, Navar. l. 4. cons. 1. de spons. in 1. edit. cons. 33. n. 3. in 2. cons. 11. nu. 2. Veracruz append. ad Specul. dubio penult. concl. 1.*

2 Hinc deducitur, hoc impedimentum esse solo iure ecclesiastico inductum, nec in aliquo gradu lineæ transversæ vel rectæ dirimere iure naturæ matrim. Tum quia in affinitate vera orta ex matrim. consummato id defendimus disp. 66. n. 7. & quamuis in eo euentu sit probabile in primo gradu lineæ rectæ dirimi iure naturæ matrim. at in hoc non inuenio tantam probabilitatem. Quia verè ante matrim. consummatum non oritur affinitas, nec tantum vinculum: & solum colligitur impedimentum à fortiori, ex prohibitione iure Ecclesiastico facta in sponsalibus. Tum etiam, quia nulla ratio oppositum suadet.

3 Secundò infertur, valide infideles ducere sororem vel matrem prioris sponsæ de præsenti ante cõsummationem defunctæ: nisi speciales leges sint apud illos ea matrimonia cassantes. Quia ipsi non subduntur legibus Ecclesiæ, à qua hoc impedimentum robur habet. Et quia in affinitate orta ex matrim. consummato, idem diximus disp. 66. n. 8.

4 Vtrùm verò oriatur aliquod vinculum naturale ex matrimonio rato, ita vt infideles conuersi ad fidem nequeant validè ducere consanguineam sponsæ de præsenti habitæ infidelitatis tempore, & nondum cognitæ? dixi disp. 65. n. 6.

5 Tertiò infertur, ex matrim. rato irrito quacumque ex causa, modò non sit ex defectu consensus, oriri hoc impedimentum. Quia quamuis non reperiatur textus expressus id decidens: at id definitum erat *c. vn. de sponsal. in 6.* & quamuis per *Trident. sess. 24. de matrim. c. 3.* id correctum esse non tantum in sponsalibus, sed etiam in matrim. rato, testentur *Navar. sum. Lat. c. 22. n. 58. coroll. 2. Couar. 4. decret. 2. p. in nouæ edit. c. 6. §. 2. n. 2. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 50. f. 1147.* quia cùm sit correctũ in sponsalibus irritis, & hoc impedimentum non inueniatur expresse decisum oriri ex matrim. rato nullo, sed id deducatur per quandam consequentiam, eo quod id decisum sit in sponsalibus irritis: eo ipso quod Tridentinum id correxit in sponsalibus nullis, videtur quoque in matrimonio rato irrito id correctum. Accessorium enim sequitur naturam principalis, *reg. Accessorium, de reg. iuris, in 6.* Verùm certissimum est, id minime correctum esse, sed adhuc stare, & ideo oriri ex matrimonio rato irrito quacumque ex causa, præterquam defectu consensus, hoc impedimentum. Sic enim peculiariter declarauit Pius V. in motu proprio, qui incipit, *Ad Romanum spectat*, edito anno 1568. vbi Pontifex præmittit multos dubitasse, an decretum *Trident. sess. 24. de matrim. c. 3.* quo cauetur impedimẽtum publicæ honestatis vbi sponsalia valida non fuerint, prorsus tolli, vbi verò valida fuerint, non excedere primum gradum: intelligatur de sponsalibus de futuro, vel etiam de matrim. de præsenti non consummato, & sic ait: *Auctoritate Apostolica tenore præsentium declaramus, & definimus decretum concilij huiusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro dumtaxat, non autem in matrimonio sic (vt præfertur) contracto: sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus & gradibus, quibus de iure veteri ante præfatum decretum concilij introductum erat.* Et ita aduertunt *Nauarr. sum. Lat. c. 22. n. 57. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 10. nu. 2. Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. puncto 3.* vbi de impedimento publicæ honestatis. Nec placet temperamentum, quod adhibet *Emm. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus, *nu. 12.* vbi ait, si id matrimonium irritum sit occultum, aut manifestum sit fuisse irritum, non oriri impedimentum. Sed eius fundamentum me latet: cùm *c. vnic. de sponsal. in 6.* decidens ex sponsalibus nullis oriri hoc impedimentum, sola sponsalia exceperit, quibus deest consensus: & simul decident ex sponsalibus irritis ratione religionis, consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, consurgere hoc impedimentum. Quæ impedimenta manifestè reddunt matrim. nullum. Vide etiam quæ nu. 11. dicemus, vbi priorem partem limitationis eius examinabimus.

6 Vnde hoc est verum, siue contrahentes scirent, siue ignorarent impedimentum, ob quod id matrim. est irritum. Sicut dixi in sponsalibus reprobata contraria opinione disp. 68. n. 7.

7 Quare si monachus, aut consanguineus, aut affinis, aut frigidus, aut quodcumque aliud impedimentum dirimẽs habens, ineat matrim. quamuis id sit irritum, non carebit aliquo iuris effectu. Quippe cum habebit, nimirum, impedire ne consanguinei vsque ad quartum gradum validè ducant eam feminam: ob impedimentum publicæ honestatis ex eo matrim. irrito consurgens (vt in sponsal. dixi disp. 68. n. 6.) Quamuis enim ius commune in illis sit correctum, at in matrimonio manet illæsum.

8 Si tamen matrim. sit inter impuberes, vel alter ex contrahentibus sit impubes, malitia non supplente ætatem, & sit ob aliud impedimentum id matrim. irritum, non orietur ex eo impedimentum publicæ honestatis. Quia iuris interpretatione is contractus resoluitur in sponsalia de futuro, *c. vn. de despons. impub. in 6.* At ex sponsalibus irritis non oritur hodie impedimentum (vt dixi disp. 68. n. 10.) Ita *Nauar. & Valentia n. 5. allegati.* Si verò id matrim. ex solo ætatis defectu esset irritum, oriretur ex illo impedimentum publicæ honestatis vsque ad solum primum gradum: vt ex sponsalibus validis oriti attento decreto Tridentini diximus eadem disp. 68. n. 10. Cùm id matrimonium vim habeat legitimorum sponsalium.

9 Ex his deducitur, non oriri hoc impedimentum, quoties matrim. est irritum ratione metus cadentis in virum constantem. Quia est nullum defectu liberi consensus. Ita *Gloss. clem. vnic. verb. Matrimonialiter, de consang. & ibi Imol. n. 8. Sotus 4. d. 41. quæst. vn. a. 2. col. penult. Petrus de Soto lect. 10. de matrim. ad finem.*

10 Secundò deducitur, nec oriri vbi matrimonium non valet ratione erroris personæ. Quod sit nullum defectu consensus. Ita *Sotus n. præced. allegatus.*

11 Consurget tamen hoc impedimentum, si matrim. sit irritum ratione solius interni consensus defectus, vt in sponsalibus probaui disp. 68. n. 14. Et quamuis ibi num. 16. id temperatim, nisi sponsalia sint clandestina: & in matrimonio eandem limitationem admirtant *Palud. Nauar. Gutt. ibi allegati.* Et post Trident. *Nauar. sum. Lat. c. 22. n. 58. & Emman. Sa, quem hac disp. n. 5. siu. allegaui.* At si sit omnino clandestinum, id est, sine parocho & testibus contractum, dicam n. 13. numquam oriri hoc impedimentum. Si verò coram illis celebretur, iam non est occultum, & ita orietur publica honestas.

12 Tertiò deducitur, non oriri hoc impedimentum, vbi matrim. est cum incerta persona, vt, Duco vnam ex filiabus Titij. Quod desit consensus legitimus ad matrim. petitus, qui debet esse inter personas determinatas. Et ita in sponsalibus incertis non oriri ex eis impedimentum, deciditur *c. vnico, de sponsal. in 6.*

13 Quartò deducitur, nec oriri, quando matrim. est clandestinum, cui, nempe, deficit præsentia parochi & duplicis testis. Quia id matrim. claudicat ex parte formæ, non enim habet formam & figuram matrimonii, quæ post Tridentinum est consensus præstitus coram parocho & testibus. Et ideo li. 3. disp. 20. n. 3. concluſimus, nec id matrim. vim sponsalium habere. Et Doctores huius sententiæ retuli hac nu. disp. 11. Si tamen amplectatur sententia probabilis, asserens matrim. clandestinum valere hodie vt sponsalia, modò aliud impedimentum non interueniat (quam retuli l. 1. disp. 20. n. 2.) dicendum subinde esset oriri inde impedimentum vsque ad solum primum gradum, tamquam ex sponsalibus validis.

14 Si autem matrim. initum sit per parentes vel alios, nomine filiorum præsentium & tacentium, vel absentium, dicendum est idem quod dixi disp. 68. n. 18. circa sponsalia sic inita. Quippe vtriusque quæstionis decisio pendet

ex

ex valore talium sponsalium, aut matrimonii. De qua re egi in loco ad quem ibi me remisi. Quamuis enim ex matrimonio irrito oriatur hoc impedimentum: at non oritur vbi non valet defectu consensus (vt nu. 5. diximus,) & in hoc euentu, si non valeat, est defectu consensus: quia aut filii non ratificarunt matrimonium ipsis absentibus contractum: aut si præsentes erant, eorum taciturnitas non fuit sufficiens interni consensus signum. Consensus autem ad matrim. desiderarur signo aliquo externo manifestatus. Quòd si parentibus contrahentibus pro filiis tacentibus ac præsentibus, ipsi interius dissentirent: quamuis matrimonium esset irritum defectu consensus, subortiretur hoc impedimentum, iuxta tradita n. 11. Quia taciturnitas illa fuit sufficiens consensus indicium: ac proinde matrimonium illud in exterioribus habuit omnia requisita ad eius valorem, vt in simili diximus de sponsalibus, disp. 68. n. 18.

15 Vtrùm verò inter infideles, ex matrim. etiam consummato inualido oriatur aliquod vinculum naturale impediens post baptismum initi coniugium cum consanguineis illius coniugis? dixi disp. 65. n. 5. & 6.

16 Nec hoc impedimentum est restrictum per *Trident. sess. 24. de matrim. c. 3.* ad primum gradum, quamuis oriatur ex matrimonio irrito, sed durat vsque ad quartum gradum, sicut olim. Sic enim declarauit Pius V. in motu proprio, cuius verba n. 5. retuli: vbi decidit durare in omnibus gradibus, in quibus antea dirimebat matrim. At ante Tridentinũ impedimentum publicæ honestatis ortum ex sponsalibus etiam irritis, durabat vsque ad quartum gradum, (vt probaui disp. 68. nu. 9. nedum ex matrimonio. Et ita aduertunt *Veracruz appendice ad Speculum*, vbi de impedim. affinitatis, *in fin. Valentia 4 p. disp. 10. q. 5. punct. 3.* vbi de impedim. publicæ honest. *Barth. à Ledesma dub. 43. de matrim. f. 1408. Emm. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de imped. dirimentibus, *n. 12. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 234. n. fin.* Quare non viderunt motum proprium aliqui Doctores, qui dixere impedimentum publicæ honestatis, consurgens ex matrim. rato, restrictum esse per *Trident. d. c. 3.* ad primum gradum, instar cõsurgentis ex sponsalibus. Hi sunt *Ouand. 4. d. 41. q. vn. fin. Toledo l. 7 sum. c. 10 fin. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 50. f. 1147.*

17 Non tamen contrahitur hoc impedimentum cum affinibus sponsæ de præsenti, sed cum solis consanguineis. Quod textus hos solos explicent. Sicut dixi de sponsalibus disp. 68. n. 3.

18 Estque hoc impedimentum perpetuum, nec morte alterutrius sponsi de præsenti extinguitur, vt de sponsalibus probaui disp. 68. n. 20.

19 Vtrùm autem matrim. contractum cum consanguinea prioris sponsæ de futuro, dissoluat priora illa sponsalia, ita vt nequeat iam sponsus ille priorem eam sponsam de futuro accipere in vxorem: & idem si frater sponsi priorem illam sponsam ducat? dixi disp. 68. n. 23. & duplici seq.

Hactenus egimus de matrim. rato absoluto. Iam de cõ- 20
ditionali habendus est sermo. Et quidem si loquamur de illo, quando est initum sub conditione verè suspendenti, vtpote de futuro, honesta, ac contingenti, (nam quando est turpis aut impossibilis, aut de præterito vel præsenti, & est vera: vel quando est necessaria, aut tacitè inest, diximus disp. præc. nu. 4. 5. 6. 7. & 8. contractum non suspendi, sed esse absolutum, & oriri statim impedimentum publicæ honestatis) vt, Accipio te in vxorem, si pater tuus voluerit: *Petr. de Ledesma de matrim. q. 55. a. 4. dub. penult.* censet diuersimodè loquẽdum esse iuxta diuersas sent. Nam retenta sent. Iurisperitorum dicentium id matrim. statim impleta conditione effici validum absque nouo consensu, dicendum est oriri ex eo impedimentum publicæ honestatis: tamquam ex spõsalibus validis absolutis, quamuis conditio impleta minimè sit. Quia tale matrim. cùm sit perfectior contractus sponsalibus, includit eminenter ante conditionis euentum vim sponsalium absolutorum. At secus dicendum est, retenta sent. sustinenti non effici matrim. impleta conditione, nisi nouus accedat consensus. Quia cùm iuxta eam sententiam is contractus solam sponsalium conditionalium vim habeat, nullum ex eo ante conditionis euentum orietur impedimentum.

Sed vtrius multo est, iuxta neutram sent. oriri ex tali 21
matrim. ante conditionis euentum impedimentum aliquod. Quia nulla ratione habet vim contractus alicuius absoluti, sed solum sponsalium sub conditione initorum, aut matrimonii conditionalis, & proinde ante conditionis euentum nullus adest perfectus consensus. Non ergo orietur impedimentum. Quippe ob hanc rationem decidit, *c. vn. de sponsal. in 6.* non oriri impedimentum ex spõsalibus conditionalibus ante euentum conditionis. Et ita tenet *Enriquez lib. 12. de matrim. c. 10. n. 2.*

Post euentum autem conditionis, si teneamus non 22
perfici matrimonium absque nouo consensu, sed eum contractum tunc habere vim sponsalium absolutorum (vt sustinet valde probabilis sententia, quam retuli lib. 5. disp. 8. n. 3.) dicendum est, ante nouum consensum perficientem matrimonium, oriri impedimentum publicæ honestatis, sicut ex sponsalibus absolutis, nimirum, vsque ad primum gradum. Et ita tenet *Petr. de Ledes. nu. 10. relatus.* At tenendo statim euenienti conditione perfici absque nouo consensu matrimonium absolutum (quod tenuimus eadem disp. 8. nu. 5.) dicendum omnino est, oriri impedimentum vsque ad quartum gradum, sicut ex matrimonio. Et ita ait *idem Petrus de Ledesma* dicendum esse retenta hac sententia.

DE IMPEDIMENTO *disparis cultus.*

DISPVTATIO LXXI.

An inter dispares cultu, vt inter fidelem & infidelem, & iam catechumenum, sit irritum matrimonium, & quo iure?

SVMMARIVM.

Matrimonium inter fidelem & infidelem est irritum, n. 1.
Idem inter fidelem & catechumenum, n. 2.
Idem si infidelis fuit baptizatus contrahat cum Christiana, n. 3.
Idem si hæreticus contrahat cum infideli, nu. 4. & vbi remissiue de sponsalibus initis sub conditione si conuertatur infidelis.
Matrimonium fidelis cum infideli est iure diuino naturali vetitum, n. 5.
An sit eodem iure irritum? Refertur quædam sententia, n. 6.
Proponitur sententia Authoris, n. 7.
Irritatio hæc non haberur ex lege aliqua Ecclesiastica, sed ex vsu Ecclesiæ, n. 8.
An inter Indos recens conuersos valeat matrimonium fidelis cum infideli, n. 9.
An Pontifex dispensare possit vt fidelis cum infideli contrahat: & ea dispensatio absque causa valeat, nn. 10.
Satisfit argumentis, nn. 11.

CIrca impedimenti huius difficultates enucleandas 1
eum ordinem seruabimus. Primò quidem de matrimonio inter dispares cultu aut fide, sermo erit in hac & seq. disp. Deinde de contracto inter ipsos infideles quoad eius valorem & dissolutionem per transitum alterius ad fidem. Tandem de facultate tunc concessa fideli trãseundi ad aliud matrim. religionem, aut ordines, & similiter de facultate concessa ipsi infideli. In præsenti ergo disp. id tamquam certissimum supponendum est, matrimonium inter dispares cultu, nempe, inter fidelem & infidelem esse irritum. Quod vniuersi Theologi, aciuris vtriusque professores absque controuersia fatentur. Et constabit ex dicendis n. 7. & 8.

2 Imò & inter personam baptizatã, & catechumenam est irritum matrimon. Quod catechumena baptismo, qui sacramentorum ianua est, careat, quamuis fidem teneat, & in gratia constituta esse possit. Et hoc est quod ait text. *c. Caue, 28. q. 1. Si Christiana sit, non est satis, nisi ambo initiati sitis sacramento baptismatis.* Vbi *glossa verb. Si Christiana*, explicat. id est, catechizata. Et ita docent ex Theologis *D. Tho. 4. d. 39. q. vn. a. 1. ad 5. Albert. Magnus ea d. 39. a. 4. D. Bonau. ibi, in expos. lit. n. 1. Richard. a. 1. q. 1. in fine corp. Palud. q. vn. a. 1. nu. 7. Supplem. Gabrielis q. vn. a. 1. fin. D. Anton. 3. p. t. 1. c. 6. §. statim in prine. Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 2. col. 6. vers. Hinc fit, & ibi Palacios disp. vn. col. 5. vers. Et si alter, Ouand. ibi, disp. vn. propos. 8. Viguerius, lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 9. imped. 10. Veracruz 1. p. Spec. a. 32. dub. 1. post 7. concl. vers. Sed tamen, Enriq. l. 11. de matrim. c. 13. nu. 3. Toledo lib. 7. sum. c. 7. n. 1. Philiarc. de officio sacerd. to. 1. p. 2. li. 2. c. 5. fin. Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. punct. 3.* vbi de impedim. disparis cultus. *Petr. de Ledesma de matrim. q. 59. a. 1. fin. Iud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 53. notab. 2. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 54. post 3. concl. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 78. & 118. Vinald. candel. sacram. 3. p.* vbi de matrim. *nu. 217. Hieron. Llanas 3. p. methodi curat. animar. c. 3. § 12. fin.* Et ex Iurisperitis, *Glossa c. Caue, verb Alienam, 28. q. 1. Alberic. in suo dictionar. lit. I. verb. Infidelis, vers. Quid de fidelibus, Rainer. 2. p. sum. tit. de matrim. c. 21. Ioan. de Friburgo in sum. confess. li. 4. t. 10. q. 16. Asteos. 2. p. s. m. l. 8. t. 21. a. 1. q. 1. Rosella verb. Impedimentum, impedim. 9. n. 1. Supplem. sum. Pisana ibi. imped. 9. num. penult. & ibi Tabiena impedim. 8. nu. 1. Angel. verb. Matrim. 3. impedim. 10. anti. Sylvest. verb. matrim. 8. quæst. 10. dict. 3. Turrecr. c. Si quis gentilis, art. 1. n. 2. in solut. ad 3. & c. Caue, n. 1. 28. q. 1. Navar. in m. c. 22. num. 49. & lib. 4. cons. 1. edit. tit. de clandest. desponsat. cons. vlt. nu. 16. Anton. Cucus lib. 5. instit. maior. t. 12. n. 92. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 169. num. 425. Vgolinus in sacram.* vbi de matrim. *c. 10. num. 6.* Nec obstat decretum *concil. Chalcedon. cap. 14.* vbi permittuntur contractus fidelis cum infideli sponsionem se fidè recepturum: intelligitur enim de sponsalibus de futuro sub ea conditione cum infideli initis, si ad fidem conuertatur. Quæ valida esse dicemus n. 4. & ita explicat *Sotus proxime allegatus.*

3 Hinc deducitur, non esse audiendos *Archid. c. Non oportet, n. 4. 28. q. 1. & ibi Bellameram n. 3.* asserentes valere matrimonium Catholici cum ficte baptizata. Cùm enim ea sit re vera infidelis, vtpote quæ coram Deo verum baptismum non susceperit, nequit validè fideli nubere.

4 Rursus deducitur, nec valere matrim. si hæreticus aut apostata cum infideli contrahat. Quod illi tamquam verè baptizati subdantur legibus Ecclesiæ matrim. hoc irritantibus. Quod bene docet *Enriquez. l. 12. de matrim. c. 13. nu. 4. fin.* An verò valeant sponsalia inter fidelem & infidelem sub ea conditione, si hic conuertatur, & impleta cõditione fiant omnino legitima? dixi l. 5. n. 22. & seqq.

5 Secundò supponendum est, matrim. fidelis cum infideli vetitum esse iure diuino naturali, ac proinde secluso quouis iure Ecclesiastico nullo tenus licere, nisi in aliquo speciali casu ita vrgente causa occurreret, vt recta ratio id matrim. tunc ineundum dictaret. Quod fatentur *Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 2. col. 4. vers. Apparet ergo, Petr. de Ledesm. de matrim. quæst. 59. art. 1. dub. 3. Bartholomæus à Ledesma dub. 54. de matrim. post 2. concl. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 136.* Et id supponit *Bellarm. l. 1. de matrim. c. 13. concl. 1.* Et probatur ex *cap. 7. Deuteron.* vbi Deus interdixit matrimonium Hebræorum cum Gentilibus. Atque id præceptum fuisse partim morale, manifestè ostendit ratio ibidem eius præcepti subiuncta: *Quia seducet filium tuum ne sequatur me, & vt magis seruiat dijs alienis.* Quæ eadem ratio eiusdem præcepti redditur *3. Reg. c. 11.* ibi: *Certissime auertet corda vestra, vt sequamini deos alienos.* Secundò id constat ex eo loco *D. Pauli 2. Corinth. 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate, aut quæ societas lucis ad tenebras, aut quæ pars fideli cum infideli?* Quem locum *D. Hieron. lib. 1. in Iouinianum & epist. ad Gerontiam*, intelligit de coniugio fidelis cum infideli. Quod si de omni commercio cum infidelibus vitando, cum Theophylacto, & communiter expositoribus eum locum intelligamus à fortiori contractus matrimonii interdictus censebitur, in quo est summa coniunctio & familiaritas. Et *1. Corinth. 7. Mulier, si dormierit vir eius, liberata est: cui autẽ vult, nubat, tantum in Domino.* Quod *D. Ambrosius, Theophylactus, D. Anselmus, D. Thomas, Sedulius, Caietanus in eum locum*, intelligunt de matrim. cum fideli ineundo. Et similiter intelligunt *D. Hieronymus lib. 1. aduersus Iouinian. & Tertullianus lib. 2. ad vxorem.* Et quamuis *D. Augustin.* dubius sit circa hoc, at hunc sensum admittit *l. 1. de adult. coning. cap. 25.* Tertiò, quia huiusmodi matrimonium fini ipsius aliquo modo aduersatur. Cùm enim finis matrimonii non sola prolis generatio sit, sed etiam legitima eius educatio, proleque apud vtrumque parentem educari debeat, vbi parentes religione dispares sunt, nequibit proles bene educari: vtpote enim parens ad suam religionem pertrahere conabitur. Et confirm. quia aduersatur quoque alteri matrimonii fini rectè comparando, qui est mutua coniugum habitatio. Ea quippe inter religione dispares vix quieta & tranquilla esse poterit, sed innumeris discordiis plena. Quartò, quia ius diuinum naturale dictat, peccadi periculum totis viribus euendum esse. At præsentaneum valde periculum imminet peruersionis coniugis fidelis, ac lapsus ipsius in infidelitatem, ob mutuum amorem, & arctissimam necessitudinem, qua coniuges deuinciuntur, si alter sit infidelis. Quod lapsus Salomonis viri mira sanctitate ac sapientia prædit testatur: ob cõiugium enim cum feminis idololatris ad earum idola colendis tractus est. Nedum id timendum erit cæteris fidelibus, qui nec ea sanctitate nec ea sapientia pollent. Deinde proles etiam in magnum lapsus in infidelitatem discrimen adducitur, & vt in ritu Gentilitio ab infideli educetur. Tandem impedientur vniuersa religionis Christianæ officia, quæ fidelis coniux præstare tenetur, infidele is enim ea ægerrimè ferret.

Tota verò difficultas est, an ita id matrimonium iure 6
diuino interdictum sit, vt eodem iure sit etiam irritum? Quidam id affirmant. Ducuntur testimoniis sacræ paginæ n. præced. adductis. Secundò, quia alias Ecclesia non posset irritare matrim. cum infidelibus, vtpote quæ in eos potestate caret. Tertiò, quia nec reperitur locus, vbi id irritet. Textus enim, qui de ea irritatione loquuntur, vel sunt ex sanctis, vel ex Conciliis prouincialibus desumpti: nec clarè dicunt esse irritum: vt nn. 8. dicemus. Quartò, quia cùm Christus instituerit, in noua lege matrim. esse sacramentum, & tale nequeat esse fideli cõtrahente cum infideli, eo quod hic sit sacramenti incapax, videtur eo ipso id matrim. irritum reddidisse. Quintò, quia rationes adductæ num. præced. videntur suadere id matrim. iure naturæ irritum esse: vtpote qui fini ipsius repugnat. Tandem, quia matrim. obligat ad cohabitandum ac reddendum debitum, ad quod restringere nequit matrim. fidelis cum infideli. Sed ille nec tenetur cohabitare nec reddere debitum. Vt ex testimonio *D. Pauli 1. Corinth. 7.* colligunt DD. & dicemus disp. 73. ergo id matrimonium iure ipso naturali est irritum. Et ideo iure diuino esse irritum tenet *Catharinus l. 5. contra Caiet. c. de matrim. Viguer. Instit. c. 16. §. 7. vers. 9. impedim. 10.* & dicit esse probabile *Petrus de Ledesma allegandus nu. sequ.* Et est clarè huius sent. *Paulus Grillandus de pœnis omnifariam coitus, q. 12. n. 4.* vbi ait Pontificem non posse in hoc dispensare. Et citatur pro hac sent. *Arboreus lib. 11. Theosoph. c. 16.* at id non dicit.

Cæterùm multo verius est, non esse id matrimonium 7
irritum aliquo iure naturali diuino, aut diuino positiuo, sed solo iure Ecclesiastico. Et non esse diuinum naturale inde probatur, quia coniunctio fidelis cum infideli non aduersatur omnino fini matrimonii, potest enim inde procreari soboles, ac in cultu Christiano educari, quamuis rectæ & facili eius finis consecutioni obstet. Secundò, quia in lege naturæ aliquot eiusmodi matrimonia inita sunt. Quale fuit Iacob cum filiabus Laban ethnici, *Genes. 29.* Ioseph cum Ægyptia Putipharis filia, *Genes. 41.* Mosis cum filia Ietro Æthiopissa. Item tale fuit

matrimonium in lege scripta Esther cum Assuero, *Ester.2.* Salomonis cum filia Pharaonis, *Regum 3.c.3.* Et in lege gratiæ ea matrimonia frequentissima fuisse suo tempore testes sunt *D. Hieronym. lib. 1. in Iouinianam, D. Augustinus lib. de fide & operibus cap.* 19. nec irritabantur, quamquam ea non vacare culpa existimaretur. Et sancta Monica pagano nupsit, teste *D. Augustino lib. 9. Confession. cap. 9.* Tertiò, quia matrim. personæ fidelis cum hæretica ferè eadem incommoda contra matrimonii finem affert ac fidelis cum infideli. Aduersatur enim bonæ prolis educationi, mutuæ coniugum tranquillitati; creatque non immodicum coniugis catholici peruertendi discrimen. Et tamen nullus dicit, hoc matrimonium esse iure naturali irritum. Deinde non esse iure diuino positiuo indè ostenditur, quòd in lege noua nullum ius diuinum positiuum sit, præterquam fidei & sacramentorum, vt ostendimus disp. 52. n. 2. Cùm ergo præceptum hoc non pertineat ad fidem, aut sacramenta suscipienda, sed ad contractum naturalem à Christo eleuatum ad sacramenti rationem ritè celebrandum, si diuinum naturale non est (vt probauimus) nec diuinum positiuum erit. Et confirmatur, quia Christus in matrim. nil immutauit, quod ad ius naturæ pertineret, sed tantum id, quod contractus quidam naturalis erat, eleuauit ad esse sacramenti. Vt habet commune Theologorum axioma. Secundò, quia testimonia ex vtroque testamento relata nu. 5. solùm probant, id matrim. iure diuino interdictũ esse: nec in illis de eius irritatione mentio fit. Cùm tamen stet matrim. iure diuino naturali vel positiuo interdici, nec esse irritum eodem iure. (vt probaui disp. 59. n. 3.) Nec inuenitur testimoniũ aliquod irritãs, nisi *Esdræ 1. c. 9. & 10.* vbi Esdra interpretante legem Domini in Deuteron. latam. separati sunt Hebræi à coniugibus infidelibus, quas duxerant, sed id præceptum quatenus irritãs prædicta matrimonia iudiciale fuisse, ac subinde morte Christi expirasse, vel ex eo manifestum est, quòd cum solis infidelibus incolis terræ Chanaan coniugia interdicta sint. Quare cùm 1. *Esdræ c. 9.* numerantur Ægyptii inter eos infideles, sermo est de Ægyptiis eiusdem terræ Chanaan incolis. Vt annotauit *Caietanus.* Tandem esse irritum iure Ecclesiastico colligitur à sufficienti diuisione. Si enim est irritum ex mente omnium, & non iure naturali, aut diuino positiuo, (vt probauimus,) restat, iure Ecclesiastico. Vbi autem sit hoc ius, nu. seq. dicemus. Et ideo huius sent. sunt ex Theologis *Scotus 4. d. 39. q. vn. a. 2. & ibi D. Bonauent. a. 1. q. 2. Duran. q. 1. n. 8. Ricard. a. 1. q. 1. Mayronis q. vn. Thomas de Argentina q. 1. a. 1. Palud. q. vn. a. 1. num. 7. Maioris q. vn. col. 2. vers. Forte dicit. Supplem. Gabrulis q. vn. art. 1. statim in princ. & a. 2. mot. Sotus q. vn. a. 2. col. 3. vers. His tamen nihil obstantibus: & col. 4. conclus. 2. Guil. Rubion q. 1. ar. 2. concl. 3. Nicol. de Orbellis q. vn. Bassolis q. vn. a. 3. in fin. corp. Guillel. Burlong q. vn. a. 2. immediate ante 3. conclusionem. Eckius homil. 71. de sacram. Victoria sum.* vbi de matrim. *num. 294. Petr. de Soto lect. 9. de matrim. in impedim. disparit. cultus. Nicol. de Nissa super 4. sentent. tract. 6. p. 3. de matrim. q. 6. conclus. 3. Ledesma 2. p. 4. q. 61. a. 2. ad fin. Veracruz 1. p. Speculi, a. 32. dub. 1. concl 3. Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 12. a. 1. in prime. Palacios 4. d. 39. disp. vn. col. 6. vers. Vnde quod, & col. 15. vers. Sufficit igitur. f. 911. Quand. ibi, disp. vn. propos. 8. Bellarm. l. 1. de matrim. c. 23. concl. 2. & 3. Enrique l. 12. de matrim. c. 13. n. 2. & 3. Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. punct. 3.* vbi de disparitate cultus. *Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 230. n. 2. Petr. de Ledesma de matrim. q. 59. a. 1. dub. 2. in 2. concl. Barthol. à Ledesma dub. 54. de matrim. conclus. 2. & 3. Graffis 1. p. decis. l. 2. c. 85. n. 11. Vivald. candel. sacram. 1. p.* vbi de matrim. *n. 218. Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 136.* Et ex Iurisperitis, *Calderin. c. fin. de condit. appos. Alex. de Neuo, ibi, n. 11. Roscella verb. Papa, n. 6. Syluest. verb. Matrimonium, 8. qu. 10 dict. 3. Armilla verb. Matrimonium, n. 36. Tabiena verb. Impedimentum, imped. 8. n. 1. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 11. nu. 1. Ant. Cucus l. 5. institut. maiorum t. 12. n. 94. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rub. gloss. 1 nu. 159. Mozzius de contractib.* vbi de matrim. *tit. qui possunt matrim. contrahere, n. 27. Alex. Carrer l. 5. de despons. c. 20. Vgolin. de sacram.* vbi de matr. *c. 19. n. 6.* & est communissima sententia.

Quòd si obiicias, nullum esse ius Ecclesiasticum irritans matrim. fidelis cum infideli. Quippe omnes canones, quia ad hoc allegantur, vel sunt ex Sanctis, vel ex Cõciliis prouincialibus desumpti: vel loquuntur de speciali coniugio inter Christianam & Iudæum: nec expresse dicunt matrim. fore irritum, sed tantùm illud prohibent: vt constat ex *c. Caue, c. Non oportet, c. Si quis Iudaica, c. Iudæi, 28. q. 1.* Adde aliquos ex iis canonibus eodem tenore interdicere matrim. fidelis cum hæretica: vt *d. c. Caue, & c. Non oportet, & Concil. Chalcedon. gener. c. 4.* Quod tamen non esse irritum dicemus disp. seq. n. 2. Fatendum quidem est, nullum esse textum, quo hæc irritatio inducatur, & ita eam non haberi ex lege aliqua Ecclesiastica scripta: sed ex receptissimo Ecclesiæ vsu vim legis obtinente, & ex Apostolorum traditione, Et ita docent *Sotus 4. d. 39. q. vn. art. 2. col. 5. vers. Hæc autem, Petr. de Soto, Ledesma, Valentia, nu. præced. alleg. Veracruz 1. p. Specul. a. 32. dub. 1. conclus. 4. Bellarm. l. 1. de matrim. c. 23. propos. 2. & 3. Enriquez l. 12. de matrim. c. 3. n. 3. fine, Petrus de Ledesma de matrim. q. 59. a. 1. dub. 1. concl. vn. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 53. not. ab. 2.* 8

Hinc infert *Veracruz 1. part. Specul. a. 32. dub. 1. conclus. 7.* videri probabile, inter Indos noui orbis recens ad fidem conuersos valere matrim. fidelis cum infideli. Quòd cesset ratio consuetudinis, nempe, timor peruersionis infidelis. Verùm meritò statim addit id non esse dicendum. Tum, quia lex generalis Ecclesiæ ex antiquissimo eius vsu deducta non obligat, eo quòd in quodam speciali casu eius ratio deficiat. Tum etiam, quia non sola ea est ratio, sed plures alias n. 5. retulimus. 9

Secundò deducitur, posse ex Pontificia dispensatione matrim. iniri inter fidelem & infidelem. Cùm Pontifex dispensare possit in omni iure Ecclesiastico, quo attento est matrimonium hoc irritum, (vt n. 7. probauimus.) Et ita docent *Calderinus, Alex. de Neuo, Sylueiter, Thomas de Argentina, Mozzius, Vgolinus, Graffis cod. num. 7. allegati. Tabiena verb. Impedimentum, impedimento 8. n. 1. fine, Armilla verb. Matrimonium, n. 36. Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 2. in fine corporis, Manuel. 1. tom. sum. 2. edit. c. 230. nu. 2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 59. a. 1. dub. 2. in corollario, quod infert ex 3. concl. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 54. post 3. conclus. Vivaldus candel. sacrament. 1. p.* vbi de matrim. *n. 220.* Immo quamuis absque vigentissima causa eam dispensationem concedi nefas sit, at valebit matrimonium virtute illius initum. Vt bene tradunt *Sotus & Barth. à Ledesma ibidem.* Quia solo iure Ecclesiastico irritum est, in quo dispensatio, sine legitima causa concessa non frustratur suo valore. Quòd si obiicias, id matrim. esse iure diuino naturali interdictum, (vt nu. 5. diximus.) Respondeo, quando Pontifex ex iustissima causa dispensaret, fore omnino validam dispensationem, vt matrim. valeat, & vt omni prorsus culpa vacet: si autem iusta causa desideraretur, ea dispensatio minimè excusaret contrahentes à peccato lethali contra ius diuinum, at efficeret validum matrim. vtpote quod solo iure Ecclesiast. irritetur. Sicut Pontifice dispensante absque legitima causa, vt sacerdos vxorem duceret, valeret matrim. quod solo iure Ecclesiastico erat irritum, at peccaret mortaliter sacerdos contra votum, quod iure diuino matrimonium impedit. 10

Ad argum. n. 6. proposita resp. Ad 1. dic, ea testimonia probare, id matrimonium esse iure diuino vetitum: quod n. 5. concessimus: non autem esse eodem iure irritum. Ad 2. dic, satis esse. Ecclesiam potestatem habere in personam fidelem, vt possit eius matrim. cum infideli irritare. Cùm enim matrim. postulet duos contrahentes habiles, eo ipso quòd Ecclesia reddit inhabilem fidelem vt cum infideli contrahat, corruit omnino matrimonium, quod claudicare nequit. Ad 3. constat ex dictis n. 8. Ad 4. dic esse irritum in ratione sacramenti, quòd nequit iure diuino consistere, nisi inter duos fideles. At erit validum attento solo iure diuino, vt quidam contractus naturalis eo pacto, quo inter ipsos infideles valet. Ad 5. dic, eas rationes probare, iure naturæ esse illicitum, tamquam aduersum 11

rectæ consecutioni finis ipsius matrimonii: non tamen eo iure esse itirum. Quia non omnino aduersatur fini. Vt nu. 7. ostendimus. Ad vltimum dic, ex eo matrim. oriri obligationem cohabitandi & reddendi debitum ex vtraque parte. Nam si infidelis postea conuerti velit, absque alio nouo contractu adest ea obligatio. Si vero infidelis respuat conuerti, durante ea voluntate, suspensa erit ab extrinseco ea obligatio: sicut si post matrimonium coniux adulteretur.

DISPVTATIO LXXII.

An matrimonium personæ fidelis cum hæretica, vel apostata à fide, validum sit?

SVMMARIVM.

Refertur sententia negans validum esse, n. 1.
Proponitur contraria auctoris sententia, n. 2.
An valeant sponsalia inter personam catholicam & hæreticam vel apostatam n. 3.
Quæ culpa in hoc matrimonio ministrorum. 4
An id matrim. culpa vacet in Germania & aliis locis, in quibus fideles cum hæreticis permissi sunt, n. 5.
An licita sint pacta in his matrimoniis inita, vt educentur quidam ex liberis in fide, alii vero hæresi adhæreant, n. 6.
Sanctus argumentis, n. 7

1 QVIDAM existimãt, matrim. personæ fidelis cum hæretica vel apostata esse irritum. Docuntur, quia id expresè habetur *can. 72. sexte Synodi gener.* ibi: *Non licere orthodoxũ cum hæretica coniugi, nec orthodoxã cum hæretico: sed & si quid eiusmodi factum apparuerit, irritas nuptias existimari, & nefarium coniugium dissolui.* Nec potest dici, hæreticum pro infideli vsurpari. Quia valde impropria esset locutio: & quia *in princ. illius canonis* sermo habetur de hæretici cum catholica matrimonio: in fine autem de coniugio fidelis cum infideli. Secundò, quia *c. Non oportet, 28. q. 1.* quod est ex Concilio Agathensi c. 67. interdicitur matrimoniũ catholici cum hæretica. Et *c. Caue, 28. q. 1.* æquè interdicitur ac matrim. fidelis cum infideli, & ob easdem rationes, nimirum, ne fides catholici ex consortio infidelis aut hæretici periclitetur: & ne proles in eo errore educetur. Si ergo hoc est irritum: ergo & illud. Tandem, quia ob dictas rationes aliqui DD. censent (& probabiliter) vt disp. præced. n. 6. retuli, matrim. fidelis cum infideli esse iure diuino irritum. Eandem ergo probabilitatem habebit, esse irritum catholici cum hæretica eodem iure diuino. Cùm eædem rationes in vtroque casu militent. Et ideo hanc sententiam amplectuntur *Gloss. c. finali. verb. Contra substantiam. de condit. appos. Hostiensis c. 2. n. 1. de coniug. seru. & ibi Anchar. n. 1. Lex reg. 15. tit. 1. p. 4. Carerius de hæreticis nu. 157.* (habetur to. 11. tract. p. 2.) *Simancas de cathol. instit tit. 40. nu. 46. Rojas singulari 128. n. vnico.*

2 At proculdubio tenendum est, id matrim. quamuis illicitum, esse validum. Probatur primò, quia *c. Decernit, de hæret. in 6.* videtur supponi id matrim. valere, dum ibi decernitur vxores, quæ scienter hæreticis nupsere, priuandas esse dote in pœnam delicti, & tamen non iubentur separari. Secundò, quia cùm in aliquibus textibus num. præcedenti relatis id matrim. vetetur, nullibi tamen declaratur fore irritum: nec vsus Ecclesiæ obtinuit, id non valere: sicut in matri. fidelis cum infideli vsum obtinuisse diximus disp. præced. nu. 8. Immo valere obtinuit vsus, siquidem ferè omnes antiqui & neoterici (vt mox referemus) validum esse testantur: cùm cõtrarium, nemine dubitante, astruant de matrim. fidelis cum infideli. Nec *can. sexte Synodi relatus n. præced.* id matrim. irritans, auctoritate aliqua Concilii pollet; vt de canonibus illius VI. Syn. probauimus hoc lib. disp. 28. n. 7. Tandem, quia cùm matrim. sit Sacramentum, quoad Sacramenti necessitatem solùm petit pariatem Baptismi suscepti ab abliquo contrahente, quamuis in fidei professione disparitas sit. Et ideo huius sent. sunt ex Theologis *D. Thom. 4. d. 39. q. vn. ar. 3. ad 5. Albert. Magnus ea d. 39. a. 4. D. Bonau. ibi, a. 1. q. 1. Durandus q. 1. ad 2. Ricard. a. 1. q. 1. ad 2. & in expos. lit. Palud. q. vn. a. 1. n. 7. Supplem. Gabr. q. vn. a. 1. fine. Thomas de Argentina, q. 1. a. 1. Carthusian. q. vn. Cajet. sum verb. Matrimonium. c. 1. impedim. 6. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 6. notab. 2. Petrus de Soto lect. 9. de matrim. in impedimento disparis cultus. Sotus 4. d. 39. q. vn. art. 2. ad vlt. Nicolaus de Orbellis ibi, q. vn. Palacios ibi disp. vn. col. 6. vers. Vnde quod. Ouand. ibi disp. vn. propos. 11. Idem Palacios 4. d. 30. disp. vn. col. 16. f. 636. Celaia eadem d. 30. q. 1. fine. Ledesma 2. p. 4. q. 61. a. 2. fine. Viguer. lib. institut. c. 16. §. 7. vers. 9. impedim. 10. Veracruz 1. p. Speculi, a. 32. dub. 1. concluf. 6. Angles florib. 1. p.* vbi de matrim. *q. 12. a. 1. dub. 1. concl. 2. Bellarm. l. 1. de matrim. c. 23. flatim in princ. Petr. de Ledes. de matr. q. 549. a. 2. dub. 4. Barth. à Ledes. de matrim. dub. 54. concl. 4. Enriquez l. 12. de matr. c. 13. nu. 4. Toledo l. 7. sum. c. 7. n. 1. Valentia 4. p. disp. 10. q. 3. punct. 3.* vbi de impedimento disparis cultus. *Azor. l. 8. inst. moral. c. 11. q. 5. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. c. 5. fine, Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 53. col. 5. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 230. n. 2. Vinald. candel. sacram. 1. p.* vbi de matrim. *n. 219. Graffis 1. p. decis. l. 2. c. 85. n. 14. Hier. Llamas meth. curat. 3. p. c. 8. §. 12. fine, Vega 2. to. sum. c. 34. casu 140. Cañedo summa sacram.* vbi de matr. *c. 6. paulo post princ.* Et ex Iurisperitis, *gloss. c. Non oportet, verb. Hæreticis, 28. q. 1. & ibi Archid. n. 4. Bellamera n. 3. Speculat. t. de diuort. §. vn. nu. 2. Ioan. Andr. c. fin. n. 8. de condit. appos. & ibi Anton. n. 7. Abbas n. 5. Card. n. 3. Propos. n. 6. Alex. de Nevo n. 12. Henricus n. 2. fine, & n. 3. Idem Ioan. And. c. Decreuit, n. vn. de hæret. in 6. & ibi Archid. n. vn. Anchar. ad fin. Dominic. n. 2. Franc. n. 1. Idem Henric. c. Quando, fine de diuort. Alberic. in suo dictionario lit. I. verb. Infidelis, vers. Quid de fidelib. Rainer. 2. p. sum. tit. de matrim. c. 21. Ioan. de Friburg. in sum. confess. l. 4. t. 10. q. 14. Assens. 2. p. sum. l. 8. t. 11. a. 1. q. 1. Monaldus sum.* vbi de matri. *t. de disparì cultu, in fine. Brunel. de sponsal. cõcl. 32. n. 4. Rosella verb. Impedimẽtum, impedim. 9. n. 1. & ibi Supplementũ Pisana, impedim. 9. num. penult. Tabiena ibi, imped. 8. n. 1. Angel. verb. Matrimonium, 3. imped. 10. n. 8. Sylu. verb. Matrimonium, 8. q. 10. dicto 3. Armill. verb. Matrimon. n. 36. Turrec. c. Si quis Gẽtilis, a. 1. n. 2. in solut. ad 3. & c. Caue, n. 1. 28. q. 1. Segura de bonis lucratis constante matrim. num. 96. & ibi Perez in addition. Navar. sum. c. 22. n. 49. & l. 4. consil. 1. edit. t. de clandest. desponsat. cons. vlt. n. 16. & t. de sponsal. consil. 38. n. 6. & l. 5. cons. 1. de hæreticis cons. 1. n. 6. in 2. edit. l. 4. t. de sponsal. cons. 5. n. 6. & l. 5. t. de heretic. concil. 2. n. 6. & in vtraque edit. l. 1. t. de cõsilt. cons. 26. nu. 63. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 11. n. 4. Greg. Lop. l. 15. verb. Nin conbereja, tit. 2. p. 4. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 169. n. 423. Anton. Cucus l. 5. institut. maiorum, t. 12. n. 90. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. gloss. 1. n. 161. Alex. Carrer. l. 5. de sponsal. cap. 20. Mozzius de contractibus,* vbi de matrim. *tit. Qui possint matrimonium contrahere, num. 27. Vgolin. de sacram.* vbi de matrim. *c. 19. nu. 6. Peña super Directorium Inquisitorum, 2. p. super verb Decretus, n. 2. f. 210. Petr. Bello œconomica canon. 2. classe c. 4. §. 7. §. Disparitas cultus.*

Sponsalia verò inita inter personam catholicam & hæ- 3
reticam, vel apostatam, sunt irrita. Quia promissio illa est de re turpi, & omnino illicita, ac proinde nullã sponsalium obligationem inducere potest. Et ita docet *Navar. l. 4. cons. 1. de sponsal. 1. edit. cons. 38. n. 6. in 2. cons. 5. n. 6.*

Faterntur autem omnes, matrimon. catholicæ personæ 4
cum hæretica, vel apostata, esse peccatũ: immo multi explicant esse mortale: & id quidem est verissimum. Quia contrauenitur iustissimo Ecclesiæ præcepto interdicentis ea matrimonia, propter periculum fidei imminens cõiugi catholico ac proli. Vt constat ex *Concil. gener. Chalcedonensi, can. 13. & Concilio Eliberit. c. 16. & Laodicenoc. 10. & 31. Carthaginensi 3. c. 12. & Agathensi c. 67.* quod refertur *c. Non oportet, 28. q. 1.* Quæ dempto primo, quamuis prouincialia sint, at sunt approbata à Pontificibus: vt refert *Simancas de instit. cathol. t. 40. n. 21.* Et ità esse culpam lethalem huiusmodi matrimonium inire, docẽt *Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 2. ad vlt. Navar. summa Hispana c. 22. n. 49. Veracruz 1. p. Speculi, a. 32. concl. 6. Palacios 4. d. 39. q. vn col. 6. vers. Vnde quod Petr. de Ledesma de matrim. q. 59. a. 1. ad fin. Valentia, Philiarcus, Cañedo, allegati n. 2. Enim. Sa sum. verb. Matrimonium,* vbi de impedimentis dirimentibus, *n. 8. fine,* vbi hoc temperat, nisi esset spes certa conuersionis. Sed non placet, datur enim præceptum, quamdiu non redit ad fidem: & facillimo negotio posset inito matrim. non conuerti.

Hinc

5 Hinc tamen excipi debent loca, in quibus hæretici nõ denunciati, nec notorii clericorum percussores, cum catholicis permisti coniuuunt, vt in Germania, Gallia, Polonia, in iis enim ex consuetudine recepta & tolerata, licent coniugia catholicę personæ cum hæretica, dummodo catholica liberè permittatur, & absque peruersionis periculo in fide permanere. Quia ea coniugia ineuntur instar aliorum contractuum ciuilium ob amicitiæ leges, & ad communem pacem, & Reipublicæ tranquillitatè tuenda. Et ita colligens ex *Nauarro l. 1. conſ. tit. de conſtit. in vtraque edit. conſ. 1. n. 59. & 60.* docet *Azor l. 8. inſtit. moral. c. 21. q. 5.*

6 Pacta verò, quæ in coniugijs quandoque ineuntur, vt quidam ex liberis nascituris fidei, alij autem hæresi adhæreant, sunt prorsus impia & irrita. Quod sint contra ius Ecclesiasticum, præscribens vt soboles sequatur conditionem patris fidelis, (vt dicemus disp. seq. n. vlt.) Pugnat enim cum iure diuino, quo attento, incumbit parentibus cura educandi liberos in fide, iisque moribus, vt remedia saluti spirituali necessaria adipiscantur. Et ita docent *Nauar. eo conſ. 1. n. 63. Azor eo c. 11. q. 6.*

7 Ad argumenta n. 1. proposita resp. Ad 1. constat ex dictis nu. 2. vbi diximus, eos canones auctoritate Concilij destitutos esse. Ad 2. dic, in iis canonibus prohiberi ea coniugia personæ hæreticę cum catholica, at minimè reddi irrita. Nec militant eædem rationes, quæ in coniugio fidelis cum infideli. Quia inter hos nequit matrim. esse sacramentum: & sunt inter se magis dispares: ac infideles sunt obstinatiores. Et per hoc patet ad 3.

DISPVTATIO LXXIII.

An matrim inter fideles inito, liceat coniugi iã ad fidem conuerso cum infideli habitare, possitve ab illo diuertere?

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones sunt disputandæ inde, n. 1.

An apud infideles sit verum matrim. & efficiatur sacramentum si vnus conuertatur ad fidem, & an sit sacramentum ex parte fidelis, si cum dispensatione ducat infidelem, n. 2.

Valet matrim. sola lege conscientiæ inter diuitem, & ancillam sibi lege naturali, aut speciali ipsorum infidelium lege iunctum sit, n. 3.

An infidelis, repudiata vxore, aliam ducere possit post conuersionem cum priori manere? Et explicatur c. Si quis Gentilis, 28. q. 1. n. 4.

Quid, si infidelibus plurimos matrimonio contractos conuertatur, n. 5.

Matrimonium infidelium dissoluitur sola alterius conuersione, n. 6.

An tempore primitiuæ Ecclesiæ posset fidelis diuertere a fidele ob abstinentiam, assist. consilium cohabitare, n. 7.

An si post conuersionem haberet vxorem fidelis cum infideli, auxiliaret ius diuertendi & cohabitandi reddito ei tenore, n. 8.

Infidelis recedens, aut noluens legitimè cohabitare, peccat in matrimonium, n. 9.

An quando infidelis est obstinatus, nec est spes eius conuersionis, teneatur fidelis recedere ab eius habitatione, n. 10.

An post tempus primitiuæ Ecclesiæ, & præsenti, liceat coniugi ad fidem conuerso habitare cum infideli? Referuntur quædam sententiæ, n. 11.

Non est licitum habitare, n. 12.

Quid, si ipse subsistit conuersionis infidelis, n. 13.

An tunc teneatur fidelis habitare cum infideli, n. 14.

Quid, si infidelis conuersio ad fidem magnum detrimentum sequatur, vt vitæ periculum, nisi habitet cum infideli, n. 15.

Quando alter solum ex parentibus est fidelis, quem debeat sequi proles, n. 16.

1 QVÆSTIO hæc supponit inter infideles verũ esse matrimonium: & de cohabitandi necessitate, quando alter fidem conuertitur, tractat. Et potest disputari pro tempore primitiuæ Ecclesiæ, & pro tempore posteriori. Et ideo triplex est quæstio disputanda. Prima, an & quando sit validum matrim. infidelium? Secunda, an tempore primitiuæ Ecclesiæ liceret alteri conuerso ad fidem habitare cum infideli? Tertia, an id liceat tempore præsenti?

2 QVÆSTIO I. An matrim. infidelium sit verum? Cui breuiter satisfit, asserendo, apud infideles esse verum & legitimum matrim. non tamen ita perfectum, sicut inter fideles. Quod quidem certissimum est. Et prior pars constat ex 1. *Cor.* 7. vbi D. Paulus consulit ad fidẽ conuerso, ne ab infideli coniuge discedat. Quod amplius n. 7. ostendemus. At id nefas esset, nisi tempore infidelitatis verũ iniretur matrim. Idque etiam definitur *c. De infidelibus, de consanguin. c. Quanto, & c. Gandemus, de diuort.* Et ratio est, quia matrim. est non tantum sacramentum, sed etiam contractus naturalis: quamuis igitur inter ipsos non possit consistere matrimonium, quatenus est sacramentum, vtpote qui tamquam non baptizati sunt sacramenti incapaces; potest tamen, quatenus est contractus naturalis, instar aliorum contractuum. Posterior etiam pars est certa contra Lutherum, dicentem sacramenta infidelium ita esse perfecta, ac fidelium. Aduersus quem consulendus est *Castro aduersus hæres. verb. Nuptiæ, hæres. 3.* Et inde constat, quia matr. fidelium est sacramentum, gratiamq; confert, & si sit consummatum, numquam dissolui potest quoad vinculum: & ratum potest dissolui per solam religionis professionem, vel iuxta veriorem opinionem, etiam per Pontificis dispensationem. At matrim. infidelium nec est sacramentum, nec gratiam confert, & quantumuis consummatum sit, potest dissolui per conuersionem alterius coniugis ad fidem, (vt disp. sequenti latiùs dicemus.) Et ideo, *c. Quanto, de diuort.* dicitur matrim. infidelium non esse ratum: quia nimirum dissolui potest per conuersionem alterius ad fidem. Vt bene explicat *ibi Glossa, verb. Ratum.* Vtrum autem matrim. infidelium efficiatur sacramentum, vbi primùm ad fidem conuertuntur, absque alio nouo consensu: & si fidelis cum infideli contrahat, Pontifice dispensante, sit ex parte fidelis sacramentum? dixi lib. 2. disp. 8. & 9.

Tunc autem est validum infidelium matrim. quando 5
non adest in ipsorum matrim. impedimentum iure naturali dirimens, quamuis iure canonico dirimat. Vt expresse decernitur *c. Gandemus, de diuort.* eo quod ipsi constitutionibus canonicis minimè arctentur. Etit tamen irritum, si contra leges ipsorum irritantes ineatur. Vt diximus disp. 3. n. 5. & seq. vbi etiam de aliis ad hoc spectantibus egimus.

Hinc infertur, quid dicendum sit de matrim. infide- 4
lium, qui repudiata legitima vxore aliam duxere. Si enim conuertantur ad fidem, cogendi sunt à matrimonio posteriori tamquam irrito recedere, & ad prius redire, (vt probabo l. 11. disp. 1. nu. 11.) Et si possit dissolui matrim. illud prius, eo quod verus ille coniux infidelis pertinax sit in infidelitate, altero conuerso, iuxta dicenda disp. seq. liberum esset infideli conuerso matrimonium illud posteriùs inire de nouo, si is coniux conuertatur quoque. Vt expresse deciditur *c. Gandemus, in fine de diuort.* Et ita intelligitur *c. Si quis Gentilis, 28. q. 1.* quod est ex Eutychiano Pontifice: ibi, *Si quis Gentilis vxorem dimiserit ante Baptismum, post Baptismum in potestate eius erit eam habere vel non habere.* Intelligitur enim sic. Si demissa est per repudium, & nolit ad fidem conuerti, potest conuersus cum illa habitare, si possit absque periculo, vel non habitare, iuxta dicenda n. 7. Et in aliquo casu nouum inire matrim. dissoluto illo priori, iuxta dicenda disput. seq. Et ita explicat *Glossa ibi, verb. post Baptismum.*

Secundò infertur, si infidelibus conuersis plures sint 5
vxores, eos separandos esse ab aliis, dempta prima, quæ sola est legitima vxor. Vt expresse deciditur *c. Gandemus, de diuort.* quod plures habere vxores aduersetur iuri naturæ. Quod si legitima vxor monita noluerit conuerti, ita vt liceat conuerso prius illud matrimonium dirimere, iuxta dicenda disp. sequenti, posset conuersus quamcumque aliam, quæ conuertitur ducere, sicut posset quamuis aliã personam fidelem. Et ita docet *D. Thomas* ab omnibus receptus *4. d. 39. q. vn. a. 3. ad 4.* Et *ibi Sotus q. vn. a. 3. ad 5.* animaduertit, eũ nulla alia ex prioribus illis vxoribus, dempta prima, conuersis ad fidem, teneri infidelem illum conuersum inire matrim. cùm nulla alia fuerit legitima vxor. Et addit, idem dicendum esse de Iudæis. Quia etsi olim vxorum multitudo esset illis permissa, iam id lege Euangelica abolitum est.

QVÆSTIO II. An tempore primitiuæ Ecclesiæ inte- 6
grum

grum esset coniugi ad fidem conuerso diuertere à renuente conuerti, esseteque consilium cohabitare? Prima conclusio sit. Non eo ipso quod alter ex coniugibus infidelibus ad fidem conuertitur, altero manente in infidelitate, dissoluitur coniugium. Conclusio est de fide. Probatur ex 1. *Corinth.* 7. vbi *D. Paulus* consulit coniugi fideli, ne ab infideli diuertat, si infidelis habitationem admittat. Et rationem reddit *Innoc. III. c. Gaudemus, de diuort.* ibi: *Cùm per sacramentum Baptismi non soluantur coniugia, sed crimina dimittantur.* De qua re latissimè disputat *D. Aug. contra Pollentium* contrarium asserentem, *l. 1. de adulterin. coniug. c. 18. & seq.* & refertur *c. Si enim, 28. q. 1.* Et ratio est, quia matrim. iure naturæ consistit inter infideles, at professio fidei nec naturam, nec eius iura tollit.

7 Secunda conclusio. Coniux ad fidem conuersus numquam obligatus fuit ad cohabitandum cum infideli, sed integrum fuit ei semper ab eo diuertere, quamuis infidelis vellet cohabitare absque Dei contumelia, & sine pertractione fidelis ad peccatum: sed tempore primitiuæ Ecclesiæ fuit consilium traditum à *D. Paulo* 1. *Corinth.* 7. ne in hoc euentu diuerteret fidelis, ibi: *Nam cæteris ego dico, non Dominus, Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam: & si quæ mulier virum habet infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat illum.* Contrarium huius conclusionis, dicentes fuisse præceptum impositum non à Domino, sed ab Apostolo pro tempore illo, quo crebræ erant infidelium conuersiones, sustinent *D. Ambros. in eum locum: & ibi Theodoretus, Oecumen. Gagneius, Isidor. Clarius, Emm. Sa.* Idem *Abulens. 1. Reg. 8. q. 132. & q. 133. fine, Veracruz 1. p. Spec. a. 32. concl. 1.* Cæterum conclusio nostra vel ex eo colligitur, quod *D. Paulus* ait, *Dico ego, non Dominus.* Si enim id Dominus non præcipit, non necessario fieri debet ex ipsa coniugii lege, quæ diuina est, nec credendum est, D. Paulum onus tam graue imponere voluisse infideli, qui ad fidem conuertitur, cum Christus id onus non imposuerit: noluit enim Christus, vt fidelis obstrictus esset ad conuiuendum infideli in cõsuetudine vitæ tam arcta & familiari, ac est coniugalis. Huius autem rei duplicem rationem reddit *D. Tho. 4. d. 39. q. vn. a. 3. & 4.* Prior est, quod adulterium & infidelitas pari passu currant, quia vtrumque contra bonum prolis est. Sicut ergo vir innocens potest cum adultera habitare, quando in adulterio obstinata non est, sed spes emendæ superest, ad id tamen non tenetur. Ita ad fidem conuersus potest habitare cum infideli, cuius conuersio speratur, ad id vero non obligatur. Posterior est, quia per Baptismum, qui est regeneratio quædam spiritualis, moritur quispiam priori vitæ, ac proinde liber manet à seruitute in illa cõtracta, quamuis in aliquo casu possit ea vti. Sicut professus, quod vitæ priori mortuus sit, non tenetur ad vota simplicia, in seculo emissa, quamuis possit, si velit, ea implere. Nec obstat seruum infidelem non eximi à seruitute per conuersionem ad fidem. Quia hæc seruituti fidei Christianæ non repugnat, imò eius humilitati conuenit: at esse alligatum coniugem fidelem infideli dedecet Christianam religionem. Et quamuis *Durandus 4. d. 39. q. 2. n. 8.* vtramque rationem confutet. At immerito, quia neutram vt concludentem, sed vt congruentem permissionis huius, ac priuilegii Christi in fauorẽ fidei explicati à D. Paulo in verbis allegatis, attulit *D. Thomas.* Quare locum illum Paulinum ita intelligunt, docentes non fuisse præceptum cohabitandi, sed tantum consilium, & ita nostram conclusionem sustinent *D. August. in epist. contra Pollentium*, & refertur *c. Lauamine, & c. Si enim, 28. q. 1.* & ferè omnes expositores in eundem locum Pauli, vt *D. Hieron. Glossa interlin. & Glossa ordin.* quæ desumpta est ex *D. August. lib. 1. de serm. Domini in monte, D. Anselm. D. Thom. Nicol. de Lyra, Petrus Lombardus, Sedulius, Hugo, Carthusianus, Beda, Treuis, Arboreus, Catharinus.* Et ferè omnes DD. scholastici, vt *D. Tho. 4. d. 39. q. vnic. a. 3. & 4. & ibi D. Bonau. a. 2. q. 1. Durand. q. 2. num. 8. Ricard. a. 2. q. 1. Paludan. q. vn. a. 2. nu. 10. Supplementum Gabr. q. vn. a. 2. concl. 6. Altisiodorensis l. 4. sum. tract. 9. c. 6. q. 1. Ruardus Tapper. a. 18. Louaniensis, §. Quod matrimonium inter infideles, Abulens. 1. Reg. 8. q. 47. Arboreus lib. 6. Theosoph. c. 10. paulo post princ. D. Anton. 3. p. t. 1. c. 6. notabili 3. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 3. concl. 3. & 4. Ledesma 2. p. 4. q. 61. a. 3. fine, Viguer. lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento 10. Angles floribus 1. p. vbi de matrim. q. 12. a. 2. in princip. concl. 1. Ouandus 4. d. 39. disp. vn. propos. 10. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 15. n. 12. Valentia 4. p. disp. 10. q. 1. puncto 7. col. 2. & in controuersius, lib. vnic. de indissolubilit. matrim. c. 2. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 59. a. 4. dub. 1. & dub. 2. in 1. suppositi. Bartholomeus à Ledesma de matrim. dub. 55. concl. 3. Lud. Lopez 2. p. instruct. vbi de matrim. c. 35. notabili 3. Graffius 1. p. decis. l. 2. c. 85. n. 12. Vinald. cand. sacram. 1. p. vbi de matr. c. 221. fin. Cañudo sum. sacram. vbi de matrim. c. 7. nu. 66. Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 143.* Et ex Iurisperitis, *Cardin. c. Gaudemus, n. 1. de diuort. & ibi Alex. de Neuo in Princ. n. 4. Præpos. c. Quanto, nu. 5. eod. tit. & ibi Henricus n. 2. Ioan. de Friburgo in sum. confess. l. 4. t. 10. q. 2. Astens. 2. p. sum. lib. 8. t. 21. a. 2. q. 5. Monaldus summa, vbi de matrim, tit. de dispari cultu, paulo post princip. Rosella verb. Impedimentum, impedim. 9. nu 3. & ibi Supplem. sum. Pisana, impedim. 9. n. 3. Tabiena ibi, imped. 8. q. 2. n. 3. Angelus verb. Matrimonium, 3. impedim. 10. n. 3. Syluester verb. Matrimonium, 8. q. 10. dict. 5. Turrec. c. Si quis Gentilis, 28. q. 1. a. 2. n. 3. Nauar. sum. c. 22. n. 49. Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 11. n. 2. & c. 7. §. 4. nu. 5. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 171. n. 425. Matienzo lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gloss. 1. n. 160.*

Adde nec teneri fidelem habitare cum infideli, quamuis conuersus ad fidem copulam habuerit cum eo coniuge infideli: etsi secus sit in adulterio carnali. Quod culpa adulterii possit à coniuge condonari, in cuius fauorẽ conceditur diuortium: & per copulam censetur condonata. At culpa infidelitatis nequit à conuerso ad fidem remitti, nec id diuortium datur in fauorem ipsius, sed in fauorem fidei, quam decet vt coniux fidelis astrictus sit coniugi infideli tam arcta vitæ consuetudine, ac est coniugalis. Ita *Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 3. ad 2. vers. Arguitur autem.* Vnde non est audiendus *Abulens. 1. Reg. 8. q. 127.* vbi ait fidelẽ habitantem cum coniuge infideli, teneri ei debitũ reddere. Quia non est cur priuetur infidelis hoc iure petendi. At dicendum est eum non teneri. Quoniam cùm eo priuilegio gaudeat in fauorem fidei, vt solutus sit à vinculo seruitutis coniugalis quoad thorũ & cohabitationẽ, nec ob copulam eo priuetur, numquam constringitur reddere debitum, sicut nec cohabitare, dum alter in sua infidelitate persistit. 8

Hinc deducitur, infidelem qui non conuertitur vna cum altero coniuge ad fidem reducto, peccare in Deum, & in legem matrimonii, vt ait *D. Ambros. 1. Corinth. 7. relatus c. fin. 28. q. 2.* Quia iur ipsum diuinum suscipiendi baptismum, quod omnes obligat, astringat in hoc euentu infidelem illum peculiari ratione matrimonii. Cùm enim lex matrimonij obliget illum vt sequatur coniugem conuersum, & ne præbeat illi iustam diuortij ansam, obligat subinde vt fidẽ suscipiat, quod ad id necessarium est. Quare illam respuens peccat aduersus generalem Dei legem obligantem omnes ad fidem suscipiendam: & aduersus specialem matrimonij legem, quæ ad id astringit, quo diuortii causa vitetur, vt bene explicat *Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 3. ad fin. corp.* & melius *a. 4. col. 8. vers. Contra hos tamen.* 9

Quando autem infidelis ita obstinatus est, vt eius conuersionis nulla spes probabilis subsit, an teneretur fidelis recedere, quãus vellet infidelis pacificè & sine creatoris contumelia habitare, non inuenio Doctores concordes. Nam *Monald. sum.* vbi de matrim. *t. De dispari cultu, Durand. 4. d. 39. q. 2. num. 10. & ibi Sotus q. vn. a. 3. concl. 2. Veracruz 2. p. spec. a. 28. pag. 7. casu 2. & 3. Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 55. concl. 2. Vinald. candel. sacram. 1. p.* vbi de matr. *n. 221. concl. 2.* explicãtes quando teneatur fidelis recedere, dicũt quando infidelis habitare renuit absque creatoris contumelia: vnde clarè sentiunt illo volente absq; ea contumelia habitare, non esse præceptum fideli recedendi. At *D. Th. 4. d. 39. q. vn. a 3. Turrec c. Si quis Gentilis, 28. q. 1. a. 2. n. 3. Ledesma 2. p. 4. q. 61. a. 3. ad fin. Viguer. Instit. c. 16. §. 7. vers. 9 impedim. 10. Enriquez l. 11. de matrim. c. 15. n. 12.* expresse dicunt solum li- 10

cere

cere fideli habitare, quando infidelis non est ita obstinatus, quin aliqua conuersionis eius spes supersit. Sicut (inquiunt) tenetur maritus ab adultera nolente corrigi recedere, ne patronus eius turpitudinis videatur. Atque ita similiter sentiunt teneri fidelem recedere ab infideli ita pertinaci, vt eius conuersio desperetur: ne videatur fidelis eius infidelitati fauere. Præterea, quia ex tali cohabitatione nullus fructus speratur: & ex alia parte semper moraliter loquendo imminet aliquod periculum coniugi fideli ex infidelis obstinati consortio. Tenebitur ergo recedere. Et hoc existimo verius.

11 QVÆSTIO III. An post tempus primitiuæ Ecclesiæ & præsenti liceat fideli cum infideli nolente conuerti habitare? Difficultatem in hac re ingerit decretum *Concilij Toletani* 4. *c.* 62. relatum *c. Iudæi*, 28. *q.* 1. vbi decernitur vt vxores Iudæorum ab ipsis separentur, nisi ab Episcopo admoniti fidem suscipere Iudæi voluerint. *Glossa ibi, verb. Iudæi*, diuersas tradit expositiones. Prima est, eum textum loqui quando mulier sola conuertitur: vnde diuersum est, quando vir solus conuerteretur. Quia cùm mulieres faciliores sint, ac magis subditæ viris, multo magis præsentaneum peruersionis periculum ipsis imminet ex viri infidelitate, quàm è contra. Secunda expositio est, vt intelligatur, quando Iudæus habitare nequit absque creatoris contumelia: vel si vniuersaliter intelligatur, esse correctum per *c. Quanto, de diuort.* quod multo post tempore in lucem editum est. Tertia est, vt intelligatur, quando tempore contractus matrimonij vterque coniux fidelis erat: & mox vir à fide apostata effectus transijt ad Iudæorum sectam. Et quarta expositio posset esse, non esse ibi sermonẽ de vniuersis infidelibus, sed de solis Iudæis, qui obstinatiores sunt in sua perfidia: & ideo canon ille non videtur extendendus ad reliquos infideles, in quibus non militat eadem separationis ratio. Quare *Glossa* manifestè est eius sententiæ, vt hodie liberum sit infidelem relinquere, aut cum illo habitare, quando infidelis absquè Dei contumelia & attractione ad peccatum eligit habitationem. Quod etiam expressè tenet sequens secundam expositionem, *Monald. summa*, vbi de matrim *tit. De dispari cultu, vers. Item sicut not. aut.* Et addit non esse discrimen inter infideles quoscumque, & Iudæos, si velint cum conuerso ad fidem coniuge habitare absque Creatoris contumelia. Idem sequitur *Abulensis* 1. *Regum* 8. *q.* 81. sequens secundam expositionem. Idem tenet *Veracruz* 2. *p. speculi, a.* 32. *concl.* 3. *& in fine totius artic.* amplectitur vltimam expositionem traditam. Et idem videtur sequi *Nauarr. summ. c.* 22. *n.* 49. vbi nulla eius decreti mentione facta ait melius esse, ne fidelis recedat ab infidelis consortio.

12 Cæterum verius est tria secula distinguenda esse. Primum est ab Apostolorum tempore, & sexcentis postea annis, quo spatio frequens erat conuersio & Iudæorum, & quorumuis aliorum infidelium: atque ideo eo tempore permittebatur, iuxta consilium *D. Pauli* 1. *Corinth.* 7. habitatio coniugis ad fidem conuersi cum infideli, propter spem eius conuersionis, quando habitare volebat absque Dei contumelia, nec pertrahens fidelem ad peccatum. Et eo seculo floruit D. August. relatus *c. Sic enim*, 28. *q.* 1. & ita tenuit hanc partem. Secundum seculum subsecutum est, quo rarissimè Hebræi ad fidem reducebantur, erantque peruicaciores in sua perfidia: quo tempore edita est Synodi Toletanæ constitutio, nu. præcedenti relata: qua decretum est, ne vxores fideles habitare permitterentur cum Iudæis fidem admittere renuentibus. At de cæteris infidelibus nil ibi statutum est, quod non ita obstinati in sua perfidia essent, vt meritò eorum conuersio desperanda esset. Tertium tandem seculum successit, quo Ecclesiæ consuetudine receptum est, ac præceptum inductum, ne coniux ad fidem conuersus permittatur cum infideli cuiuscumque sectæ habitare. Quod successu temporis experientia docuerit, non modicum peruersionis periculum imminere coniugi alteri fideli ex infidelis consortio. Nec hic ecclesiasticus mos aduersatur cõsilio D. Pauli. Quia præcepta humana, nedum consilia, possunt necessitate id suadente variari successu temporum, vt habetur *c. Non debet, de consang. & affinit.* Quare hodie non licet alterutri coniugi fidem profitenti permanere in consortio coniugis infidelis, sed tenetur ab eo nolente ad fidem conuerti diuertere, quantumuis possit absque creatoris contumelia habitare. Et ratio diuersitatis huius est, quod initio nascentis Ecclesiæ tam efficax gratia & affectus ad fidem in titonibus fidei erat, vt formidanda minimè esset eorum peruersio, quin potiùs probabilissimè speranda infidelis coniugis conuersio ex fidelis consortio. Quæ refrigescente postea charitate ac feruore mutata sunt. Adde, in principio magnam fore tranquillitatem Reipublicæ perturbationem, si quando tanta erat infidelium copia, non liceret coniugi ad fidem reducto habitatio cum infideli: valdeque à suscipienda fide deterrerentur infideles præcepto impositio dimittendi coniugis infidelis. Et ideo hanc sententiam sustinent *D. Thom.* 4. *d.* 39. *q. vn. a.* 3. *ad* 2. *D. Bonauent. ibi, in expositione litera, n.* 2. *Durand. q.* 2. *nu.* 11. *Richardus, a.* 2. *q.* 1. *Maiorq. vn. col.* 2. *vers. Forte dicit, Supplementum Gabrielis q. vn. a.* 2. *concl.* 5. *Nicolaus de Lyra in illud* 1. *Cor.* 7. *Si quis frater vxorem habet infidelem, nu.* 8. *& ibi Dionys. Carthusianus, Ledesma* 2 *p.* 4. *q.* 61. *ad* 3. *paulo post princ. Sotus* 4. *d.* 39. *q. vn. a.* 3. *circa solut. ad* 3. *& ibi Palacios disp. vn. col. penult. vers. Admonendus, Ouandus ibi, disp. vn. proposit.* 10. *Enriquez l.* 11. *de matrim. c.* 15. *nu.* 12. *Manuel* 1. *to. sum.* 2. *edit. c.* 230. *n. vlt. Petrus de Ledesma de matrim. q.* 59. *a.* 3. *fine, & a.* 4. *dub.* 2. *in* 3. *præsupposito, Lud. Lopez* 2 *p. instruct.* vbi de matrim. *c.* 53. *post* 3. *notabile. Barth. à Ledesma de matrim. dub.* 55. *post* 3. *conclu. Vega* 2. *tom. sum. c.* 34. *casu* 143. *Caietan. summa sacram.* vbi de matrim. *c.* 7. *n.* 66. Et ex Iurisperitis, *Henricus c. Quanto, nu.* 2. *de diuortiis, Ioan. de Friburgo in summa confessor. lib.* 4. *t.* 10. *q.* 2. *Astensis* 2. *p. sum. lib.* 8. *titu.* 21. *art.* 2. *q.* 1. *Turrecrem. cap. Si quis Gentilis*, 28. *q.* 1. *art.* 2. *nu.* 3. *in solut. ad* 2. *Sylu. ster verb. Matrimonium*, 8. *q.* 10. *dicto* 5. *fin.*

Sed quid, si spes subesset conuersionis infidelis coniugis ex fidelis consortio, an liceret tunc fideli cohabitare? *Sotus* 4. *d.* 39. *q. vn. art.* 3. *in solut. ad* 3. *vers. Quod si rogeris.* Et *Barth. à Ledesma dub.* 55. *de matrim. ad fin. Lud. Lopez & Vega n. præced. allegati* negant id licere: & addit *Sotus*, quacunque spe affulgente conuersionis infidelis. Sed *Palacios* 4. *d.* 39. *disp. vn. col. penult. vers. Arbitror autem, & Petrus de Ledesma de matrim. qu.* 59. *art.* 3. *fine*, sentiunt id licere, quando breui conuertendum infidelem speraretur. Quod tunc cesset ratio legis cohabitationem interdicentis. Sed quamuis hoc in casu rarissimo posset amplecti: at casus est ita rarus, vt verius existimem absolutè quod priores DD. asserunt. Eo quod tunc ratio legis cesset in casu quodam particulari. At lex non respicit quæ raro accidunt, *l. Nam ad ea, ff. de legibus.* Posset tamen ex Episcopi dispensatione ea cohabitatio admitti in ijs infidelium insulis, vbi crebrior est eorum conuersio: atque ita posset Episcopus amplius temporis spatium concedere, vt infidelis conuersio expectaretur, quando nullum subuersionis periculum subesset. & spes probabilis esset fore vt infidelis converteretur. Sic *Sotus* cadẽ *solut. ad* 3. *vers. In insulis vero, Barth à Ledes. Lud. Lopez Vega proxime allegati, Ouand.* 4. *d.* 39. *disp. vn. propos.* 10. *Angles floribus* 1. *p.* vbi de matrim. *q.* 12. *a.* 1. *dub.* 1. *concl.* 1. *Caietan. sum. sacram.* vbi de matrim. *c.* 7. *n.* 66. 13

Hinc deducitur non approbandum esse, quod docent *Veracruz* 2. *p. speculi, a.* 32. *conclus.* 4. *Angles floribus* 1. *p.* vbi de matrimonio, *q.* 12. *a.* 2 *in princip. concl.* 2. *Petrus de Ledesma de matrim. q.* 59. *a.* 3. *not. ab* 3. nimirum, teneri conuersum præcepto correctionis fraternæ non recedere ab infideli, quando est certa spes eius conuersionis. Et ita subdit *Veracruz* apud Indos noui orbis videri hoc esse in præcepto. quod bona de eorum conuersione concipiatur spes. Sed quamuis hoc sit probabile, at verius existimo contrarium, & confert quod diximus n. præc. Si enim in hoc euentu non licet habitare fidelem: à fortiori ad id non tenebitur. Et omnes Doctores n. 7. allegati, valde fauent 14

huic parti, dum dicunt fuisse tantum consilium tempore Apostolorum habitare fidelem cum infideli, quãdo spes aliqua conuersionis infidelis aderat. Nam ea spe deficiẽte præceptum erat fidelem recedere, vt ex D. Thoma & alijs probaui nu. 10. Nec obstat præceptum correctionis fraternæ obligans ad consulendum saluti spirituali proximi. Quia cùm Christus priuilegium concesserit in fauorem fidei, vt coniux fidelis recedere possit ab infideli (vt dixi n. 7.) non est ab eo priuilegio is casus rarus excipiendus. Nec præceptũ correctionis fraternæ cum tanto coniugis fidelis detrimento obligat, vt cogatur cum coniuge diuersæ religionis habitare, cedereq; priuilegio suæ libertatis in fauorem veræ religionis assumptæ sibi concesso.

15 Id tamen fatendum est, præceptum hoc diuertendi à coniuge infideli nolente conuerti non obligare cum vitæ discrimine, sicut nec alia præcepta humana cum eo obligant. Quare si infidelis apud suos conuerteretur ad fidem, & ne proderetur eum vitæ periculo, commaneret cum coniuge infideli, seruato iure diuino peruersionis discrimen cauendum dictanti, vacaret culpa. Atque ita docent *Sot. in 4. d. 39. q. vn. a. 3. in solut. ad 3. fine, Pet. de Ledesma de matrim. q. 59. a. 3. fine, & a. 4. dub. 2. præsupposito 3. Lud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. c. 53. post 3. notabile, vers. Deinde postremo, Graffis 1. p. decis. lib. 2. c. 85. n. 15.* Quamuis minus bene contradicant *Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 12. a. 2. dub. 1. concl. 2. & Vega 2. to sum. c. 34. casu 147.* dicentes teneri statim ad Ecclesiam Catholicam migrare.

16 Tandem rogabis, quando alteruter parens solus fidelis est, vtrum eorum sequi debeat proles? Breuiter sic distinguendum est, si proles sit doli capax, non est cogenda ad fidem, sed suæ libertati relinquenda. Nullus enim sui compos ad fidem cogendus est, vt definitur *in Conc. Tolet. 4. c. 56.* & refertur *c. De Iudæis, 45. d.* & docet *D. Augustinus contra Iulianum Pelagianũ, lib. 2. c. 83.* relatus *cap. Ad fidem, 23. q. 5.* Si autem non sit doli capax, eius conditionem sequi debet, qui ad fidem conuertitur, vt si pater conuertatur, decernitur in fidei fauorẽ, *c. fin. in fine, de conuers. infid.* & siue pater siue mater conuertatur, decernitur *Concil. Tolet. 4. c. 62.* & refertur *c. Iudæi, 28. q. 1.* & ratio est, quia eo ipso quod alteruter coniux est fidelis, ius habet Ecclesia compellẽdi ipsum vt prolem doli minimè capacem baptizet, vt decernitur eodem decreto *Toletani* relato *d. c. Iudæi*, vbi *Glossa verb. Iudæi*, ait ideo id esse: quod parens conuersus fit iam de Ecclesiæ foro, ac proinde filij eius, *c. Cum multa, 15. q. vlt.* Et ita tenet *D. Thomas 4. d. 39. q. vn. a. 4. ad 4.* ab vniuersis Theologis receptus. Et vniuersi Iurisperitus *ca fin. de conuers. infid.* vt *Hostiens. ibi, in fin. Ioan. Andr. nu. 7. Anton. nu. 9. Abb. nu. 8. Cardin. q. 5. fin. Anchar. in fin. Henricus n. 4.* In dubio autem an vsu rationis proles gaudeat, in fauorem fidei inclinandum est, vt bene docent *Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 3. in solut. ad 2. vers. Dubitatio tandem, Emm. Sa summ. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus, *n. 8. vers. Conuersum.* Quamobrem licet iure attento filius minor triennio apud matrem educandus sit, maior autem apud patrem, *l. Neque, C. de patria potest.* At id fallit, quando alter parens infidelis est: tunc enim infans, etsi triennio minor, est apud patrem fidelem educandus: & quamuis sit maior, apud matrem fidelem. Quod ratio ætatis & patriæ potestatis cedant fauori fidei. Sic docent *Glossa c. fin. in fine. de conuers. infid. & ibi Henricus n. 4. Abulens. 1. Reg. 8. q. 89.* Quamuis *Lancelotus institut. iuris can. l. 2. t. De diuortiis, §. Item si alter, verb. Assignabitur*, minus bene dicat puerum minorem triennio semper apud matrem educandum: maiorem verò apud parentem fidelem.

DISPVTATIO LXXIV.

An coniugi ad fidem conuerso integrum sit prius matrim. dissoluere, ac ad aliud transire, vbi alter conuerti renuit, aut saltem habitare non vult absque Dei contumelia, aut pertractione ad peccatum?

SVMMARIVM.

Quando vterque coniux ad fidem conuertitur, neutri licet prius matrimonium dissoluere, n. 1.

Quotuplex difficultas pertractanda sit, n. 2.

An infideli nolente habitare sine Dei contumelia, aut sine pertractione ad peccatum, liceat conuerso ad matrimonium dissoluere, & ad aliud transire? Referuntur quadam sententia, n. 3.

Potest, & tunc prius matrim. dissoluitur ex Christi priuilegio, n. 4.

Quid si infidelis cohabitare nolit ob fidelis adulterium, n. 5.

Quid sit nolle habitare sine Dei contumelia, & absque pertractione ad peccatum, n. 6.

Salustij argumentum, n. 7.

An quando infidelis conuerti renuit, at vult habitare sine Dei contumelia, & pertractione ad peccatum, possit fidelis dissoluere prius matrimonium, & aliud inire. Refertur quadam sententia, n. 8.

Proponitur sententia Auctoris, n. 9.

Tum dissoluitur matrimonium ex Christi priuilegio, nec id mutatũ est, nu. 10.

An desideretur iudicis sententia, vt id matrim. dissolui possit, n. 11.

An præsumatur infidelem moueri, an velit conuerti, aut legitime habitare, n. 12.

Quid si aliunde moraliter constet obstinatio infidelis, n. 13.

Quid, si infidelis adeo differt, vt commode reuocari nequeat, n. 14.

An sufficiat facta constare voluntatem infidelis, vt quia ille transiit ad nuptias, n. 15.

Quid, si dubium sit de infidelis voluntate: vel quidam nuncius illam referat, n. 16.

An deberetur iudicem præfigere terminum intra quem infidelis conuertatur, n. 17.

An infideli inducias petenti ad conuersionem, sint annuenda, n. 18.

An sit opus adhibere testes obstinationis infidelis, n. 19.

Soluuntur argumenta, n. 20.

ALIVD est quærere an possit dissolui matrimonium altero infideli renuente conuerti, aut legitime habitare: de quo est præsens disputatio. Aliud autem, an ipso facto dissoluatur tunc matrimonij vinculum: de quo subsequens instituetur. Et quidem quando vterque infidelis ad fidem conuertitur, omnibus est compertum minimè dissolui posse prius matrimonium, sed omnino firmum manere. Quia nil est cui dissoluatur. 1

Duplex autem difficultas pertractanda est. Prior. an quando infidelis aut omninò renuit cohabitare: aut non vult sine contumelia Saluatoris, aut sine pertractione fidelis ad peccatum mortale, integrum sit fideli id matrim. dissoluere, ad aliud q; transire? Posterior, an id liceat, quãdo infidelis conuerti renuit, at vult habitare sine contumelia Christi, & sine pertractione fidelis ad peccatum? 2

Circa priorem difficultatem, *Caiet. in eum locum 1. Cor. 7.* 3 *Non enim seruituti subiectus est frater*, non solùm se mitari dicit, sed etiam stupere, quod excipiẽte Christo solam fornicationis causam, vt liceat innocenti coniugi recessus, non admittant DD. in eo euentu coniugij vinculum dissolui: & tamen D. Paulo id non ita clarè asserente, colligant ex eo testimonio posse matrim. dirimi altero infideli coniuge nolente habitare cum conuerso ad fidem, aut non sine contumelia creatoris, aut sine pertractione ad peccatum mortale habitare volenti. At statim quasi se corrigens subdit admittendum esse eum sensum testimonij D. Pauli, eo quod antiquo Ecclesiæ vsu receptus sit, & is textus cum sensum patiatur. Et audacius locutus est *Arbor. l. 6. Theosop. c. 10. fin.* vbi tanquam opinionem relinquit, an possit tunc dissolui matrimonium, & dicit liberum esse cuicunque vtram eligere velit opinionem. Et probatur tunc non posse dissolui. Primò ex illo Matt. 16. vbi Christus dixit, *Quos Deus coniunxit, homo non separet*, vbi indistinctè id de quocunque matrimonio valido asseruit, quale est infidelium. Secundò, quia *D. Paulus Rom. 7.* sola coniugis alterius morte posse dissolui matrim. consummatum censuit. Nec *1. Cor. 7.* dixit nolente habitare legitimè infideli dissolui matrimonium, sed fas esse fideli discedere, nec subiectum esse seruituti. Quod satis verificatur concesso tunc diuortio, absque vinculi dissolutione. Sicut verificatur testimonium Christi dicentis *Matth. 19.* posse coniugem dimitti fornicationis causa. Tandem, quia *Concil. Meldense, c. 11.* relatum *c. 1. 28. q. 2.* videtur contrarium decidere, ibi: *Si quis habuerit vxorem virginem ante baptismum, viuente illa, post baptismum alteram habere non potest. Crimina enim in baptismo soluuntur, non coniugia.*

Cæterum

4 Cæterum conclusio certissima est, de qua absque errore manifesto in fide dubitari minimè potest Matrim. infidelium quantumuis consummatum potest dissolui, si alter coniux ad fidem conuertatur, alter autè in infidelitate pertinax, aut omnino cohabitationèm respuat, aut habitare nolit absque creatoris contumelia, vel absque eo quod coniugem fidelem ad peccatum lethale pertrahat: & tunc integrum est conuerso ad alias nuptias migrare. Probatur ex testimonio *D. Pauli. Cor. 7. Quod si infidelis discedit, discedat; non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi.* Quem locum ita intelligit *D. Ambr. in eum locum* relatus *c. fin. 28. q. 2.* (quamquam falsò is textus tribuatur D. Greg. non enim apud ipsum reperitur) & ita etiam intelligunt ferè omnes expositores. Et quod plus est, ita intelligit id testimonium *Innoc. III. c. Quanto, de diuort.* vbi & hanc conclusionem definit, his verbis: *Si alter infidelium coniugum ad fidem Catholicam conuertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia diuini nominis, vel vt eum pertrahat ad peccatum mortale, ei cohabitare volenti: qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit. Et in hoc casu intelligimus, quod ait Apostolus, Si infidelis discedit, discedat: frater enim vel soror non est seruituti subiectus in huiusmodi: & canonem in quo dicitur, Contumelia creatoris soluit ius matrimonij circa eum, qui relinquitur.* Idemque definit *idemmet Pontifex c. Gaudemus, vers. Qui autem, de diuort.* Et constat intellectus: Quippe si infideli discedente aut nolente legitimè habitare, fidelis ita alligatus esset eo matrim. vt non posset ad aliud transire, seruituti subiectus esset propter infidelis malitiam, contra Paulinum testimonium. Vnde posse dissolui matrim. in his euentibus, non est ex iure aliquo Pontificio: matrimon. enim consummatum non potest iuxe Pontif. dissolui, quamuis in infidelitate initum sit, saltem lege generali. Sed dissoluitur ex priuilegio Christi, id in fidei fauorem concedentis: quod priuilegium *D. Paul.* explicuit *1. Cor. 7.* in verbis allegatis, ita intellectis ab Ecclesia. Et ita haberi hoc ex Christi priuilegio docent *Abulens. 1. Reg. cap. 8. q. 32. D. Bonauent. 4. d. 39. ar. 2. q. 2. Et ibi Soto q. vn. a. 4 col. 3.* & melius *col. 5. vers. Ad primum igitur. Et ibi Ouied. disp. vn. ad fin. Veracr. 2. p. Specula, art. 28. concl. 2. & col. sexcepen. Angles sferibus 1. p.* vbi de matrim. *q. 10. art. 2. dub. 4. diffic. 1. Enrique l. 11. de matrim. c. 8. nu. 4. & seq. 12. c. 13. n. 5. Gallego de cognat. spiritual. c. 3. nu. 71. Petr. de Ledesma de matrim. q. 59. a. 5. concl. 4. Barth à Ledesma dub. 56. de matrim. post 2. concl. Ind. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 53. col. 4. Cañelo de Sacram.* vbi de matrim. *c. 7. nu. 67. in comment.* Quamuis alij asserant iure Pontificio tunc dissolui, Ecclesia sic interpretante ius diuinum de matrimonij indissolubilitate. Sic *Abb. in c. Quanto, nu. 5. de diuort. & ibi Alex. de Nouo n. 9. Propos. in fi. Palud. 4. d. 39. q. vn. a. 2. nu. 12.* Huius autem priuilegij ac dispensationis Christi in matrimonij indissolubilitate (vt tradunt vniuersi DD. & fusius *Abul. 1. Reg. 8. q. 32 fin. & q. 100. & 108. 101. 104.*) ratio fuit, ob necessitatem, qua astringitur fidelis ad virandam cohabitationem coniugis infidelis in his euentibus. Et ideo in fauorem fidei instituit Christus integrum esse tunc fideli matrimonij vinculum dissoluere. Quia cùm Christus noluerit quempiam obligare absque propria voluntate, & culpa, ad vitam cœlibem ducendam: nec fideli in iis euentibus liceat cum infideli habitare, & consequenter nec habitare possit: (id enim possumus, quod honestè possumus) æquum fuit vt daretur coniugi fideli facultas alterius matrim. ineundi. Grauissimum enim onus esset, nec suauitati iugi Christi consentaneum, imperfectos ac in fide tyrunculos obligare ad actus heroicos castitatis, de quibus Christus *Matth. 19.* dixit, *Non omnes capiunt verbum istud.* Et confirmatur, quia maximè deterreretur infideles à conuersione, si fide suscepta tenerētur à coniuge infideli, renuente debito modo cohabitare, recedere, nec ad fidem conuerso liceret periculo suæ incontinentiæ cōsulere, aliud matrim. ineundo. Cùm ergo maius sit bonum fidei, quàm coniugij, consentaneum rationi fuit, vt Christus, fidei ac coniugiorum auctor, fauorem fidei præferens statueret posse in his euentibus dissolui matrim. Tandem, quia (vt optime ait *Abul. 1. Reg. 8. q. 108.*) quamuis *Apost. 1. Cor. 7.* solùm casum explicuerit, quo infidelis discedit, ibi: *Quod si infidelis discedit, discedat; non enim seruituti subiectus est frater*: vt liceat fideli recedere, atque à priotis matrim. vinculi seruitute se eximere: nec expressetit quando infidelis non recedit, sed habitare eligit cum creatoris contumelia, aut pertrahens ad mortale; meritò tamen ac iure optimo Pontifices & vniuersi DD. ex ijs verbis Pauli colligunt idem dicendum esse, quando infidelis nō omnino recedit, sed modo prædicto habitare vult. Quippe tunc verè dicitur infidelis discedere: quia etsi non recedat corpore, cogit tamen fidelem recedere. Nam fidelis tenetur tunc recedere ab infidelis consortio, (vt probaui disp. præc. núm. 10.) atque ita præbens causam necessariæ fugæ, ipsum fugat: ac consequenter infidelis dicitur recedere à fidei, quem fugat. Sicut quādo aliquis recto tramite aliquò tendit, qui tramitem illum sequi renuit, obliquum eligens, verè dicitur recedere ab alio, cùm illac tendere deberet. Hinc est quod dixere *Innoc. III. c. Quando, de diuort. & D. Ambro. 1. Dor. 7. relatus c. fin. 28. q. 2.* contumeliam creatoris soluere ius matrimonij circa eum, qui relinquitur: vbi fidelem dicūt relinqui ab infideli nolente habitare sine Dei contumelia, vel sine pertractione ad peccatum. Quia eo modo admittit, quo non licet fideli eius consortio vti. Vnde *Host. in c. Quanto, n. 1. super verb. Qui relinquitur. & ibi Ioann. And. n. 3. Abb. n. 6. Anchar. n. 10. Alex. de Nouo nu. 5. Præpos. nu. 2. vers. Item nota*, explicantes eum textum, aiunt infidelem dici relinquentem, & fidelem relictum: eo quod cùm ambo fidem amplecti teneantur, infidelis eam respuit, fideli illam amplectente.

5 Temperat autem hoc (& bene) *Abul 1. Reg. 8. q. 55.* nisi infidelis iustè ac iure suo vtens renuat habitare cum fideli: vt si infidelis sit innocens, fidelis autē adulterii reus, aut tempore infidelitatis, aut post fidem receptam, nec adulterii illius iniuria ab innocente remissa sit: tunc enim si ratione adulterii diuertat infidelis, non poterit fidelis prius matrim. dissoluere. Quia priuilegium hoc Christi dissoluendi prius matrim. concessum est consulendo imbecillitati tyrunculi in fide, ne absque culpa sua cœlibem vitā traducere cogatur, & timore continentiæ seruandæ deterreatur à fide suscipienda. At in hoc casu non cogitur ad continentiam propter fidem susceptā, sed ob culpam adulterij, qua infectus est, & cuius ratione infidelis iustè diuertit. Non est igitur cur fidelis possit dissoluere matrimon. ratione fugæ infidelis. Et cōfirmatur, quia tunc infidelis recedēs non delinquit in matrim. legem, imò ipsa concedente diuertit. Cùm ergo nulla fideli iniuria irrogetur, non concedetur ipsi prius matrim. dirimere. Si tamen postea infidelis in adulterium incidat, vel adulterij iniuriam fideli condonet, ex tunc locū habebit doctrina n. præc. tradita. Quia iam infidelis discedendi iure caret.

6 Sed rogabis, quid sit infidelem nolle habitare sine contumelia creatoris, vel sine pertractione ad peccatum mortale? Et vt clarè procedamus, priùs dicemus, quid sit nolle absque contumelia Dei habitare. Deinde quid nolle absque pertractione ad peccatum mortale. Et quidem id certum est, nolle habitare sine creatoris contumelia, non esse velle infidelem in suo deorū cultu aut in alio ritu suo infideli persistere. Nam quoties conuerti renuit, manifestum est, eum in sua lege velle permanere, & fore vt is legis suæ præcepta & ritus infideles obseruet. Et ita non esset cur *Innoc. III. c. Quanto, & c. Gaudemus, de diuort.* & omnes Doctores distinguant, an infidelis renuens conuerti, velit habitare sine creatoris contumelia, nec ne. Et ita docent *Ledesma 2. p. 4. qu. 61. a. 4. fine, Veracruz 2. p. Speculi, a. 30. concl. 1. Petr. de Ledesma de matrim. q. 59. art. 5 dub. vnico, post 2. conclus. Barthol. à Ledesma de matrim. dub. 56 statim in princ. fundament. 2.* Difficultas autem est, an desideretur quo infidelis dicatur nolle habitare absque contumelia creatoris, vt id peccatum infideli-

tatis aliquo modo redundet in coniugem fidelem, eo quod infidelis cum peruertere nitatur trahēdo ad infidelitatem? Id enim desiderari, sentire videtur expresse D. Thom. 4.d.39.q.vn.a.5.corpore, vbi hæc ait: *Si autem infidelis nolit cohabitare sine contumelia creatoris, in verba blasphemia prorumpens, & nomen Christi audire nolens, tunc si ad infidelitatem pertrahere nitatur, vir fidelis potest alteri per matrimonium copulari.* Ecce qualiter expresse petit vltra verba blasphemiæ, & nolle audire nomen Christi, vt infidelis nitatur fidelem peruertere. Et eodem modo loquuntur *Durand. 4.d.39.q.2.n.10. Nauarr. sum.c.22.nu.49. Palacios 4.d.39.disp. vn.col.13.f.910. Valentia 4 p.disp.10.q.1.punct.7.vers. Prima igitur. Enriquez l.11.de matrim.c.8.n.4.* & expresse tenet *Ledesma 2 p.4.q.61.a.4 fin. Veracruz 2 p.Spec. a.30.concl.1. Toledo l.7.sum.c.7.n.3.* Vnde ait *Veracruz eo.ar.30.conc.2.* velle habitare cum contumelia creatoris, nil aliud esse, quàm efficere infidelem coram fideli quæcunque ad infidelitatis ritum pertinentia, vel aliud quodcunque in fidei contumeliam, per quod periclitetur fides fidelis coniugis ad fidem conuersi. Ex altera autem parte videtur id non esse necessarium. Quòd textus *c. Quanto, & c. Gaudemus, de diuort.* apertè distinguant inter nolle habitare sine contumelia creatoris, & inter nolle sine pertractione ad peccatum mortale, ibi: *Altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia diuini nominis, vel vt eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente.* Vbi non petunt textus tractionem ad diuini nominis contumeliam, sed tractionem ad aliud peccatum mortale. Et ita expresse significat *Scot. 4.d.39.q.vn.a.2.* vbi explicat nolle infidelem sine contumelia creatoris habitare, quia blasphemias in Deum iactitat, vel solicitat conuersum ad infidelitatem. Et eodem modo explicant *D. Bonauen. 4.d.39.a.2.q.1. & ibi Ricard. a.2.q.2. Supplem. Gabr. q.vn.ar.2. concl.6. Sotus q.vn.art.5. in fine corp. Petr. de Ledesm. de matrim. q.59.a.5.dub. vn. concl.2. Barth. à Ledesma de matrim. dub.56. statim in princip. fundam.2.* Sed existimo vtrosque Doctores vere non discordare. Quia quoties infidelis coram fideli conuitia iactitat in Christum & fidem, fidelis non debet id sustinere, & ita cogitur recedere (vt bene docet *Abulens. 1.Reg. 8.q.111.*) Alias reputabitur patronus eius turpitudinis, ac conniuens illis conuitijs: eo vel maximè, quòd tanquā recens conuersus sit non modicum de fide suspectus. Et si vir tertiens adulteram censetur adulterij patronus: cùm sit res tam vitis odiosa, ac in eorum maximum dedecus cedens: quanto fortius coniux fidei tyrunculus, qui imbiberat toto vitæ suæ curriculo infidelitatem, & illa fidei conuitia, reputabitur illorum fautor, si passim illa audiens non recedat? Addeque non modicum obijci periculum peruersionis coniugi illi fideli tenerrimo in fide, ex crebro illorum conuitiorum in Christum auditu. Et ita semper verificatur ea conuitia coram fideli iactitata ab infideli coniuge, redundare in ipsummet fidelem, nisi recedat. Et satis est verbis vel factis inducere. Pertractio autem ad peccatum mortale non dicitur quando infidelis suggerit fideli, vel leuiter suadet aliquod peccatum mortale. Quia textus *c. Quanto, & c. Gaudemus, de diuort.* expresse dicunt quando infidelis pertrahit fidelem ad peccatum mort. At tractio motionem quandam violentam importat, & præpositio illa per, petit consummationem. Quare desideratur vt talis sit persuasio, vt quasi vim aliquam inferat. Et ita docent *Abulens. 1.Reg. 8.q.108. Veracruz 2.p. Specul.a.31.concl.2 & 3. Petr. de Ledes. de matrim.q.59.a.5.dub. vnic.concl.2.* Quamuis *Barth. à Ledesm. de matr. dub.56. statim in princip. fundam.3.* dicat non exigi motionem violentam, quali homo dicitur cogi ad peccatum, sed satis esse suggestionem aut suasionem. Idque probat ex *D. Augustin. lib. de fide & operib. c.16. relato c. Vxor legitima, 28.q.1.* Quem sequitur *Beda in illud 1.Cor.7. Quòd si infidelis discedat.* vbi vterque dicit tunc licere viro fideli recessum, quando vxor dicit, fore vt cum illo non commaneat, nisi de latrocinio diuitias congreget, aut aliud peccatum admittat. Cæterum hoc testimonium nil contra prædicta probat: intelligendum enim est, quando ijs verbis aliquid pertractionis ad peccatum inest, iuxta *d.c. Quanto, & cap. Gaudemus.* Quare concludunt bene *Abulens. d.c.8.q.111. & Veracruz cod. a.31. ad finem.* pertractionem hanc esse, quoties fidelis attenta propria fragilitate periculo lapsus exponitur, siue motione leui, siue quodammodo violenta & importuna, aut suggestione infidelis. Vnde dicunt periculum hoc non æqua lance in omnibus librandum esse. Femina enim facilius labetur, & inter ipsas feminas, seu viros quidā alijs proniores ad ruinam in peccatum sunt. Facile autē periculum hoc coniectabimus, cùm infidelis recens conuersus facillimus sit ad ruinam, vtpote qui neq; in fide, neq; in bonis moribus radices egerit, sed pessimos imbiberit, illisq; assuefactus sit. Et ratio est manifesta. Quia hoc institutum est, vt fidelis imbecillitati consulatur. Ergo ea suasio, verbis vel factis inducta, spectanda est, quæ, attēta fidelis fragilitate periculū ruinæ ei offert. Adde, tunc tēneri fidelem recedere, ne amans periculum pereat in illo; & consequenter tunc dicetur infidelis nolle habitare.

Ad argum. nu.3. proposita resp. Ad 1. constat ex dictis 7
n.4. vbi probauimus id matrim. non dissolui humana sed diuina auctoritate. Ad 2. constat ex ibidem dictis, vbi ostendimus eam esse Pauli mentem in eo loco 1. *Cor.7.* & dum *Rom.7.* censet matrim. consummatum sola morte dissolui, intelligendus est de matrimonio fidelium consummato, quod perfectè repræsentat vnionem Verbi cum humana natura indissolubilem, & est sacramētum. Quæ in matrim. infidelium consummato desiderantur, & ideo non omnimoda indissolubilitate gaudet. Ad 3. dic cum *Soto 4.d.39.qu.vn.art.4. col.5. vers. Propter canonem.* eum textum intelligendum esse iuxta interpretationem pontificiam, *cap. Quanto, & c. Gaudemus, de diuort.* nempe, quando infidelis aut omnino recedit, aut habitare vult cum creatoris contumelia, aut pertrahendo ad peccatum. Nec mysterium aliquod claudit, quòd ibi fermo fiat de virgine infideli ducta, idem enim esset de corrupta: sed fortè de sola virgine quæsitum est, vt bene ait *Glo. cod.c.1. verb. Virginem.*

Posterior difficultas est. Vtrùm, quando infidelis con- 8
uerti renuit, vult tamen habitare sine contumelia creatoris, & sine pertractione ad peccatum, liceat alteri ad fidē conuerso matr. illud dissoluere, ad aliudque transire? Duplex est sent. Prima ait non posse dissolui, nec aliud iniri: quamuis tunc non teneatur fidelis habitare cum infideli. Ducitur, quia hoc matrimon. dissoluitur ex solo Christi priuilegio Ecclesiæ manifestato per *D. Paulum 1. Cor.7.* (vt n.4. diximus.) Sed *D. Paulus* loquitur, quando aut infidelis omnino recedit, aut non vult habitare sine creatoris contumelia, aut pertractione ad peccatum, vt illum explicat *Innoc. III. c. Quanto, & c. Gaudemus, de diuort.* ergo extra hos casus nequit dissolui. Et confirmatur, quia *eo c. Gaudemus*, expresse dicit *Innocent. III.* non dissolui posse matrim. nisi in illis duobus casibus. Et amplius confirm. quia post D. Pauli tempora nullam aliam huius dissolutionis reuelationem factam esse Ecclesiæ constat. Cùm tamen Ecclesia nequeat dissoluere absque Christi priuilegio, nec aliter de illo certior fieri, quam vel ex sacris Literis, vel ex reuelatione. Secundò, quia si priuilegium Christi, per D. Paulum manifestatum fuit, vt in solis illis duobus euentibus matrim. hoc posset dissolui, sicut nec tunc poterat extra illos dirimi, ita nec modò potest. Priuilegii enim illius mutationem factam esse nunimè constat. Tertiò, quia omnes opinionis huius Auctores post tempora illa scripsere, quibus interdicta erat habitatio fidelis coniugis cum infideli nolente conuerti, quamuis pacificè & sine Christi contumelia habitare veller (vt constat ex dictis disputat. præced. numero 12. vbi omnes illos hoc fateri retuli.) Et tamen censuere extra duplicem casum prædictum non posse dirimi matrimonium. Ergo temerarium videtur asserere, posse dissolui quoties infidelis conuerti respuit. Quartò, quia esto res hæc esset dubia, fauendum est in dubio valori

ma-

matrimonij, eiusque indissolubilitati, vtpote quod in eius possessione est, attento iure naturali diuino. Tàdem quia in his euentibus concessit Christus dissolutionem matrimonij in fauorem fidei, eo quòd tunc cum illa pugnaret. Quod minimè euenit, quando permittitur fideli pacifice fidem seruare, atque infidelis absque illius iniuria cohabitationem amat. Et ideo huius sentent. sunt ex Theologis *D.Th.4.d.39.q.vn.a.5.corp. & ibi D. Bonauent. ar. 2.q.1.Ricard.a.2.q.2.Durand.q.2.n.12.Paludan. q.vn.a.2.nu.12. Supplem.Gabr.q.vn.a.2.concl.6.D.Antonin.3.p.t.1.c. 6. not.ab.3. Abulens.1.Reg.8.q.30.32.47.92.101. Arbor.lib.21. Theosoph. ca. 16.vers. Quarta rationis diluitio. Et in ea verba D. Pauli 1. Cor. 7. Filij vestri immundi essent. Claudius in eundem locum, explicans ea verba, Nam cæteris ego dico. Photius & Gagnaius in eundem locum. super illa verba, Quod si infidelis discedit. Ruardus Tapper. a.18. Louaniens. §. Quod matrimonium inter infideles. Ledesm.2.p. 4.q 61.a.4.col.2. Ouand.4.d. 39.q. vn. propos. 2. & ibi Celaia q. vn.col.2. Toledo lib.7.sum.c.7.num. 3. Valentia 4.p.disp.10.q.1. punct.7.col.2.& in suis controuers.d.vn.de indissolubilit. matrim. c.1. Philiarc.de offic.sacerd.to.1.p.2.l.2.c.5.fin. Petr. de Ledesm. de matrim.q.59.a.4.dub.2.concl.vn.* Cañedo *de sacrament.* vbi de matrim.*c.7.n.67.* & hi duo nominatim reprobant secundam sent. statim proponendam: atque *Petr.de Ledesm.* ita mordicus hanc tuetur, vt dicat eam esse certissimam. Et ex Iurisperitis eandem tuentur *Gratian.c.fin. 28. qu.2. Geffrad.sum.tit.de diuort.nu. 9. Hostiensis c Gaudemus num.13.de diuort.& ibi Anton.n.3. Propos.c. Quanto, nu.5 cod.titu. Henric.d.c. Gaudemus, nu.2.& 3 Rainerius 2.p. summæ, tit.de matrim.ca.21. Ioan.de Friburgo in sum.confess.l.4.tit.10.q.2. Rosella verb. Impedimentum, imped.9.n.7. & ibi Supplem. Pisanæ imped. 9.nu. 7. Tabiena imped.8.q.2.n.3. Angelus verb. Matrimonium, 3. imped. 10 num.2. Sylvest. verb. Matrimonium, 8.q.10. dubio 6. Armilla verb. Matrimonium, n.38. Nauar. sum.c.22.n.49. Turrec.c. Similimodo, nu.vn.28.q.1. Gaeta repetit.c. Ad limina, 30.q.1.§.4.qu. 175.n.429. Matienzo l.5.recop.t.1.rubr. Glossa 1.n.160.*

9 Secunda sentent. (quam veriorem existimo, quamuis præcedens sit valde probabilis) ait, quamuis tempore primitiuæ Ecclesiæ, quo licebat fideli habitare cum infideli volenti habitationem absque creatoris contumelia, & sine pertractione ad peccatum, non posset dissolui matrim. volente infideli ita habitare, etsi conuerti ad fidem renueret: at postquam iam non licet talis habitatio, nisi infidelis conuerti eligat ad fidem, posse dirimi vinculum prioris matrim. & ad aliud transiri, quoties infidelis conuerti respuit, quantumuis pacificè habitare velit sine Dei contumelia, nec pertrahens fidelem ad peccatum. Ducor, quia iuxta Pauli testimonium 1.*Cor.*7. tunc fidelis non est subiectus seruituti prioris matrim. sed liber est ad aliud ineundum, quoties infidelis discedit, ac relinquit fidelem, tunc autem dicitur fidelis relictus ac desertus ab infideli recedente, quoties vel infidelis omnino recedit, vel eam cohabitationem eligit, quæ fideli illicita est (vt ex textibus & auctoribus probaui nu. 4.) Cùm ergo hodie illicitum sit fideli habitare cum coniuge infideli in infidelitate pertinaci, etsi velit sine Dei contumelia & pertractione ad peccatũ habitare (vt probaui disp. præc. n.12.) infidelis nolens conuerti, dicetur reuera recedere, & fidelem relinquere: & consequenter integrum erit fideli id matrim. dissoluere, & ad aliud transire. Et confirm. quia priuilegium dissoluendi matrim. in hoc euentu expressum est in prædicto testimonio *D. Pauli 1. Cor. 7.* quippe (vt aduertimus nu.4. ex Abulensi) Paulus solum explicuit casum, quo infidelis renuit cohabitare, & ex eo sequuntur alij duo casus, nimirum, quando non vult habitare sine Dei contumelia, vel pertractione ad peccatum, quia tunc vere dicitur infidelis recedere eam solam cohabitationem amans, quæ fideli interdicta est. At in præsenti casu eadem prorsus ratio hodie militat, cùm infidelis nolens conuerti, & habitare volens etiam sine Dei contumelia, & pertractione ad peccatum, eligat habitationem fideli vetitam. Ergo is casus comprehensus erit hodie in eo priuilegio Christi explicato à D. Paulo. Secundò, quia si in hoc casu non integrum esset fideli ad alias nuptias transire, subiectus esset seruituti prioris matrim. absque sua culpa, & propter solius infidelis culpam non posset illo vti. Cuius contrarium tradidit *Apostolus in loco allegato*, docens non esse fidelem subiectum seruituti in huiusmodi. Tertiò, quia ratio huius priuilegij concedendi fuit, ne fidelis coactus præcepti necessitate recedere ab infideli, nolẽti legitimè habitare, compelleretur absque sua culpa vitam cœlibem traducere, & ne timore continentiæ seruandæ retraherẽtur infideles à fide suscipienda. Quæ ratio omnino militat in præsenti euentu. Cum hodie quoties infidelis renuit conuerti, necessàrio sit fideli diuertere: & si nequeat ad alias nuptias migrare, compelletur absq; sua culpa in cœlibatu permanere. Ergo in hoc casu habet locum priuilegium à Christo cõcessum dissoluendi prioris matrim. & alterius ineundi. Et ideo huius sent. sunt, *Victoria in suis prælect. Salmantica habitis* (vt eum refert *Petr.de Ledesm. n prac.alleg.*) *Turrec.c.Indei, a.3.n.3.28.q.1. Soto 4.d.39 q. vn.a. 4.col.3.vers. Est tamen hic. Veracr.2.p.Spec.a.29.ad fi. Palacios 4.d 39.disp.vn. col.pen. vers. Admonendus. Enrique.l.11 de matr.c.8.n.4.fin. & in comment.lit. S. fin. Enum. Sa sum.p. Matrim.* vbi de impedim. dirimẽtibus, *n. 8.vers. Conuersus ad fidẽ. Bart. à Ledesm.de matr.du.56.post 2.concl. Lud. Lopez 2.p instruct.* vbi de matr. *c.53.col. 4.vers. Circa illum ar. Man.1.to.sum.2.edi.c.230 fin. Vega 2.to.sum.ca. 34.casu 143.*

Hinc deducitur, non esse dicendum, priuilegium Christi nunc mutatum esse, sed à principio concessum fuisse pro omnibus illis euentibus, in quibus esset illicita coniugi fideli habitatio cum infideli in infidelitate permanenti. Quia tunc infidelis recedere dicitur, (vt num. præced. probaumus) & *D. Paulus 1.Cor. 7.* declarauit id priuilegium concedi fideli, quoties infidelis recedit. At cùm esse interdictam habitationem pendeat à præcepto humano eam prohibenti, variatur successu temporum. Tempore enim primitiuæ Ecclesiæ, in quo frequens erat infidelium conuersio, neq; erant ita obstinati, licita erat cohabitatio, quando infidelis conuerti respuens volebat habitare sine Dei contumelia, & sine pertractione fidelis ad peccatum. Et ideo tunc in illis solis euentibus, quibus nolebat infidelis sic habitare, locum habebat priuilegium hoc dissoluendi matrim. Postea verò cùm interdicta sit habitatio, etiam si velit infidelis sic habitare, manens tamen in sua infidelitate, dissolui vtique poterit ex eodem Christi priuilegio per D. Paulum explicato id matrim. quoties infidelis conuerti renuerit, quantumuis velit habitare sine Dei contumelia. Quæ diuersitas non contingit ex ipsius priuilegij mutatione, sed ex mutatione præcepti. Sicut olim matrim. clandestinũ validũ erat, nunc tamen est irritum, non per aliquam materiæ vel formæ Sacramenti mutationem: sed per mutationem consensum legitimorum. Semper enim fuit materia consensus legitimus: at qui olim clam præstitus erat legitimus, redditus est ab Ecclesia illegitimus. Sic ergò priuilegium Christi immutatum perseuerat, quod ab initio fuit vt infidelis posset dissoluere matrimonium, quando infidelis non vult modo licito habitare cum fideli: solùm autem facta est mutatio per Ecclesiæ præceptum, circa hunc modum licitum. Nam qui olim licitus erat, est hodie illicitus. Vt explicuimus. 10

Secundò deducitur, nullam iudicis sententiam desiderari, vt infideli renuente conuerti (seu iuxta aliam opinionem habitare sine Dei contumelia, vel pertractione ad peccatum) possit fidelis matrimonium dissoluere, ad aliudque transire. Quod constat ex *c. Quanto, de diuort. & c.final.* 28.q.2. vbi habetur contumeliam creatoris soluere ius matrimonij circa eum, qui relinquitur: & huic liberum esse ad alias nuptias migrare. Non ergo desideratur sententia aliqua iudicis. Secundò, quia facultas hæc matrimonium dissoluendi ex solo Christi priuilegio habetur (vt n.4. ostendimus) sicut ex eodem priuilegio matrimonium ratum dissoluitur per professionem. Sicut ergo in hoc casu dissolutio matrimonij non indiget iudicis 11

sententia, ita nec in illo. Tandem quia *D. Paulus* 1. Cor. 7. vbi hoc priuilegium manifestauit, nullam iudicis sententiam petijt: sed absolutam à seruitute matrimonij libertatem dixit competere fideli in illis euentibus. Et ita tuentur *Glos. cap. Si infidelis, verb. Libertatem*, 28. q. 1. & c. fin. verb. Soluit, 28. q. 2. & c. Quanto, verb. Qui relinquntur, de diuort. & ibi Innoc. n. vn. paulo post princ. Hostien. n. 3. Antonius n. 9. Abb. n. 7. Quod idem videtur clare tenere *Prepos. ibi n.* 5. solùm enim petit declarationem Ecclesiæ, vt ipsi constet. Idem tenent *Goffred. sum. tit. de conuers. infidel. n.* 2. *Abulens. 1. Reg.* 8. q. 119. & 121. *Nauar. l.* 3. *cons.* 5. *de conuers. infidel. in* 1. *edit. consil.* 2. *n.* 5. *in* 2. *consil.* 1. *n.* 5. *Sotus* dicens fortè ita esse, 4. *d.* 39. *q. vn. a.* 4. *col.* 6. *vers. Nihilominus. Et ibi Ouand. q. vn. propos.* 3. *Verac.* 2. *p. Speculi, art.* 33. *concl.* 3. Vnde non audiendus *Turrecr. ca. Iudæi*, 28. *q.* 1. *a.* 3. *n.* 1. & 4. vbi ait desiderari iudicis sententiam, nec posse fidelem ea non præmissa ad alias nuptias transire. Bene tamen verum est, quod docent Hugone citato *Alberic. in suo dictionar. lit.* I. *verb. Infidelis, vers. An in dictis tribus casibus. Monald. in sum. tract. de matrim.* vbi de dispari cultu, *vers. Item patet ex his. Ioan. de Friburg. sum. confes. l.* 4. *t.* 10. *q.* 9. nempe desiderari sententiam Ecclesiæ, quando casus est occultus, matrimonium autem publicum: non vt dissolutio hæc matrimonij & aliud initum firma sint, sed vt ritè & rectè id fiat, ob scandalum vitandum. Sicut quando adulterium est occultum, & ita ex diuortio oriretur scandalum, exigitur sententia Ecclesiæ, vt diuortium licitè fiat, absque ea tamen validum esset, & ritè etiam fieret, si scandalo occurreretur.

11 Tertiò deducitur necessariam esse monitionẽ infidelis, aut interrogationem an velit conuerti, (seu iuxta aliam opinionem, an velit habitare sine Dei contumelia, nec ad peccatum pertrahens) vt possit fidelis matrimonium dissoluere, & ad aliud transire. Constat, quia id effici nequit, nisi infidelis renuerit conuerti, aut iuxta aliam sententiam renuente legitimam cohabitationem, vt ergo validè id fieri possit, necessarium est constare de voluntate infidelis renuentis conuersionem, aut legitimam cohabitationem: ac proinde vt hæc voluntas constet necesse est ipsum moneri, seu interrogari. Et confirm. quia qui statuit aliquid, videtur statuere illa sine quibus id commodè fieri nequit, *l. penult. ff. de vsufruct. & l. Quicunque, §. Si ei quem. ff. de constit. actio.* At non potest commodè sciri voluntas coniugis non conuersi ad fidem, nisi interrogetur, seu moneatur. Ergo statuens matrim. non posse dissolui sine prædicta voluntate infidelis renuentis conuersionem, vel legitimam habitationem, statuit consequenter monitionem desiderari, vt hæc voluntas cognoscatur. Tandem probatur ex *Conc. Tolet.* 4. *c.* 62. relato *c. Iudæi*, 28. *q.* 1. ibi: *Quod si admoniti fuerint, & noluerint, separentur.* Et ita tenent ex Theolog. *D. Tho.* 4. *d.* 39. *q. vn. a.* 5. *ad* 4. *& ibi Richard. a.* 2. *q.* 1. *Supplem. Gabr. q. vn. a.* 2. *concl.* 5. *Abulens. 1. Reg.* 8. *q.* 30. 32. 47. 92. 105. *Sotus* 4. *d.* 39. *q. vnic. a.* 4. *col.* 3. *vers. Est tamen: & col.* 8. *vers. Sed alia. Palacios ibi disp. vn. col. pen. Ouand. q. vn. propos.* 10. *Verac.* 1. *p. Spec. a.* 29. *pag penult. Toledo l.* 7. *sum. c.* 7. *n.* 2. *Enriquez l.* 11. *de matrim. c.* 8. *n.* 5. *in comment. lit. S. Manuel* 1. *tom. sum.* 2. *edit. c.* 230. *fine Emm. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedim. dirimentib. *n.* 8. *vers. Conuersus ad fidem. Petr. de Ledes. de matrim. q.* 59. *a.* 4. *in fin. in solut. ad* 4. *Bart. à Ledes. dub.* 59. *de matrim. Statim in prin. fundamẽto* 2. *Lud. Lop.* 2. *p. instruct.* vbi de matrim. *c.* 55. *col. autepen. vers. At quæritur hæc, Vega* 1. *to. sum. c.* 13. *casu* 15. *& tom.* 2. *c.* 34. *casu* 143. 144. Et ex Iurisperitis *Archid. c. Iudæi*, 28. *q.* 1. *num.* 2. *& ibi Bellamera paulo post princ. Turrec. ibi a.* 3. *n.* 3. *Rainer. 2. p. sum. de matrim. ca.* 21. *Astens. 2. p. sum. l.* 8. *tit.* 21. *art.* 2. *q.* 1. *Rosell. verb. Impedimentum, impedim. 9. nu.* 11. *& ibi Supplem. Pisana impedim. 9. nu.* 8. *Angel. verb. Matrim.* 3. *impedim.* 10. *n.* 6. *Sylu. verb. Matrim.* 8. *q.* 10. *dubio* 8. *Armilla verb. Matrim. n.* 38. *Nauar. l.* 3. *cons.* 5. *de conuers. infidelium, in* 1. *edit. cons.* 2. *n.* 4. *in* 2. *cons.* 1. *n.* 4. *Anton. Cuc. lib.* 5. *inst. maior. tit.* 1. *n.* 103. *Gaeta repet. c. Ad limina*, 30. *q.* 1. §. 4. *q.* 176. *n.* 430.

13 Hoc tamen moderandum est, nisi aliunde moraliter constet obstinatio infidelis: tunc enim monitio non desideratur. Quòd ea monitiõ solùm petatur, vt de infidelis pertinacia constet. Non ergo ea opus est, quoties aliunde habetur certitudo moralis. Id etiam constat ex motu proprio Pij V. pro Indis nouæ Hispaniæ cõcesso, vbi Pontifici propositum fuit, multos ad fidem conuersos iniisse matrim. relicto coniuge infideli, qui an adhuc superstes sit, eos laret, nec eum inuenire possent. Et definit Pontifex eos in matrim. post conuersionem inito persistere debere. Cuius rationem reddit *Vazquez* 1. 2. *q.* 19. *art.* 6. *disp.* 66. *c.* 5. *n.* 26. quia iure præsumebatur fore vt coniuges illi, qui ab Indis recens conuersis inueniri non poterant, nollent conuerti, aut habitare legitimè: & ideo ait iudicasse Pontificẽ posse dissolui prius matrim. ac proinde integrum esse conuersis ad fidem cum posterioribus coniugibus vitam ducere. Non ergo necessaria est monitio, vbi moraliter est certa obstinatio. Et ideo huius sent. videtur expresse *Nauarr. l.* 3. *consil. tit. de conuers. infidel. in* 1. *edit. cons.* 2. *n.* 4. *in* 2. *cons.* 1. *n.* 4. vbi ait necessariam esse monitionem, vel aliam probationem sufficientem, per quam innotescat obstinatio infidelis. Et *Enriquez l.* 11. *de matri. ca.* 8. *n.* 5. *in comment. lit. S.* vbi ait, quando infidelis est absens & distans, satis esse aliam probationem eius obstinationis. Vbi apertè vterque sentit, satis esse certitudinem moralem obstinationis qualitercunque habitam. Et idem tanquam probabile sequitur *Veracruz* 2. *part. Speculi, art.* 29. *ad finem.* Idem tenet *Petrus de Ledesma de matrim. q.* 59. *art.* 4. *in fine, in solut. ad* 4.

Ex quo infertur, quoties infidelis adeò distat, vt commodè requiri nequeat, non esse opus hac monitione. Quia vt res modò se habent, est moraliter certum fore vt nolit conuerti, & relinquere suos vt legitimè cohabitet. Atque requisitio est moraliter impossibilis. Et constat etiam ex motu proprio n. præcedenti allegato. Et tenet *Pet. de Ledes. ibi allig.* Et tanquam probabile sequitur *Veracr. ibi etiam relatus* Et ita sentit *Enriquez ibidem allig.* dum in hoc casu ait satis esse aliam probationem. Quare ad liẽdi nõ sunt *Barth. à Ledes. de matrim. dub.* 56. *concl.* 6. *& Vega* 1. *to. sum. c.* 34. *casu* 149. dicentes, quantumuis distet infidelis, & sit impossibilis monitio, eam esse necessariam. Sicut vt coniux possit ad alias nuptias transire, est opus certitudinem haberi de ptioris coniugis obitu, & dum ea non habetur, quantumcunque impossibile sit, diligentias ad eam habendam præmitti, non est licitus tranbitus. Quia in vtroque casu idem est effectus, nempe, dissolutio prioris matrimonij. Sed non sunt audiendi: quia valdè diuersa est ratio: non enim mors prioris coniugis præsumitur, & ideo necessario eius certitudo præmittenda est. At vt res modo se habent, iure præsumitur, ac moraliter certa est infidelis adeò distãtis obstinatio. 14

Sufficiet quoque facto ipso constare voluntatem infidelis, vt non sit necessaria monitio. Quia voluntas ita factis, sicut verbis dèclaratur, *l. Paulus. ff. rem ratam haberi.* Et copiosè scribit *Menoch. de recuper. possess. remed.* 15. *n.* 124. Quare si infidelis trasigat ad aliud matrim. quamuis eo inito non dissoluatur prius, (vt dicemus disp. seq. nu. 7.) at non erit necessaria monitio infidelis. Quia non potest clarius eius voluntas explicari, qua tenuit fidelis consortium. Et ita videtur sentire *Abulens. 1. Reg.* 8. *q.* 105. vbi dicit, adhuc in eo euentu vtilem esse monitionem, quare videtur sentire non esse necessariam. Et ita tenet *Veracruz* 2. *p. Spec. ar.* 29. *statim in princ.* At si vxor illa infidelis repudiata erat, & ideo alij viro nupserat, vir prior postea ad fidem conuersus monitionem præmittere tenetur. Quia matrim. illud ex necessaria repudij causa prius initum non explicat voluntatem infidelis renuentis legitimam cohabitationem. Sic docet *Abulens. ibid.* Et idem credo, quando vxor illa repudiata nuberet alteri post viri prioris conuersionem. Quia cùm tunc existiment infideles solutum esse prius matrim. illa ex causa necessaria repudij, & videns se à viro expelli, alias amat nuptias: quare non explicat liberam voluntatem recedendi à prioris viri consortio. 15

Si verò coniux ad fidem conuersus esset dubius de infidelis obstinatione, non posset ad aliud matrimonium 16

transire

transire absque præuia monitione, qua certior redderetur, quia tunc minime constat de infidelis voluntate. At sufficiet nuncius certus ac fide dignus, qui per verba verisimilia deponat de coniugis infidelis obstinatione. Sic *Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 56. concl. 8. Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 151.* Quippe iuxta multorum opinionem) vt dixi lib. 2. disp. 46.) id sufficit, vt constet de priotis viri morte, licéatque ad aliud matrim. transire. Et quamuis hoc satis dubium sit, quando de probanda coniugis morte agitur, (vt ibi dixi,) at in præsenti casu valde placet. Quia adiuuat vehemens præsumptio obstinationis quorumcunque infidelium.

17 Sed rogabis, an desideretur Ecclesiæ auctoritate præfigi infideli terminum, vt conuertatur, quo possit prius matrim. dissolui? Id enim affirmant *Host. c. Gaudemus, n. 13. super verb. Compelletur, de diuor. Ioan. Andr. ibi n. 15. Ant. nu. 20. Anchar. n. 26. Archid. c. fin. 28. q. 1. 2. n. 2. & ibi Bellam. n. 2. Henric. c. Quanto, n. 3. de diuort.* Sed verius est contrarium, quamuis id heri vtilissimum sit: vnde satis erit, qualitercunq; constet de infidelis voluntate. Quia cùm hoc matrim. solo iure diuino dissoluatur, non est aliquod iudicis ministerium necessarium. Et ita docent *Abb. d. c. Gaudemus, n. 15. & ibi Præpos. §. Qui autem, n. 14. Abulens. 1. Reg. 8. q. 121. Angel. verb. Matrimonium, 3. imped. 10. nu. 3. Veracr. 2. p. Spec. art 33. concl. 3.* Atque ita significant idem *Host. c. Quanto, nu. 3. & ibi Anton. nu 9. de diuort.* tantùm enim dicunt tutum esse, vt iudex eum terminum præfigat.

18 Non sunt tamen negandæ induciæ ad conuersionem infideli, si citra fraudem eas petat. Quia tunc non declarat cõtradictionem, sed tẽpus deliberãdi postulat. Sic docet *Palacios 4. d. 39. disp. vn. col. penult.* At si procrastinauerit, non est immorandum diutius, sed licebit fideli aliis nuptiis copulari. Vt bene docent *Sotus 4. d. 39. q. vnic. a. 3. in solut. ad 3. vers. Quòd si vrges. Barth. à Ledes. dub. 55. de matri. ad fin. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matr. *c. 53. col. 4 post 3. notabile.*

19 Tandem monuerim, sanum consilium esse, quamuis non necessarium, testes adhiberi, dum infidelis monetur, ac renuit conuerti, aut legitime habitare, vt hoc testentur. si fortè lis postea intentetur de valore matrimonii postea à fideli initi. Ita monent *Glossa c. Quanto, verb. Qui relinquitur, de diuor. & ibi Hostiens. Anton. nu. 9. Henr. n. 2. Goffred. sum tit de diuort. n. 10. & tit. de conuers. infidelium, n. 2. Præpos. c. Gaudemus, §. Qui autem, n. 4. de diuor. Abulens. 1. Reg. 8. q. 105. Veracr. 2. p. speculi, ar. 29 pag. penult.*

20 Ad argum. 1. 8. proposita constat ex dictis. Ad 1. resp. D. Paulum neutrum illum casum exposuisse, sed solùm quando infidelis recedit. At quia infidelis eam solam habitationem amans, quæ fideli interdicta est, qualis est, cum contumelia Creatoris, vel pertractione fidelis ad peccatum mortale, dicitur re vera recedere, ideo Pontifex iure optimo ex eo testimonio duplicem illum casum intelligit, pro eo tempore, quo in illis solis duobus casibus interdicebatur habitatio fidelis cum infideli. At cùm iam hodie sit interdicta, quoties infidelis conuerti renuit satis est iam, vt possit dissolui id matrim. nolle infidelem conuerti, qualemcumque habitationem amet. Quæ latiùs n. 9. explicuimus. Et per hæc constat solutio priotis confirmationis. Ad posteriorem confirm. & 2. argumentum constat ex dictis nu. 10. vbi id effectum esse ex priuilegio per Paulum explicato ostendimus, & absque eius mutatione, sed ob solã præcepti Ecclesiastici variationẽ. Ad 3. fateor, eam Doctorum auctoritatem concludere oppositam sent. esse valde probabilem. Quod nos n. 9. fassi sumus. At non est mirum, oppositam pauciorum, nec tantæ auctoritatis, esse probabiliorem. Quia quotidie nouæ rationes ponderantur, quæ oppositam partem communi sententiæ probabiliorem esse suadent. Ad 4. dic, in dubio fauendum esse valori matrimonii, nisi causa alia magis fauorabilis oppositum suadeat. At hic concurrit ex altera parte fauor fidei, qui summus est, ob quẽ Christus huius matrim. dissolutionem concessit. Ad vltimum dic, non esse rationem dissolutionis, quod ea habitatio cum fide pugnet: sed quia tunc infidelis dicitur recedere volens habitationem fideli interdictam, (vt n. 4. & 9. ostendimus. Et esto ea esset ratio, satis cum fide pugnat, ac illam decet, habitare fidelem cum infideli in tam arcta vitæ consuetudine, ac est coniugalis in hac tempestate, in qua infideles sunt adeò obstinati, vt meritò ex tali consortio eorum salus desperetur.

DISPVTATIO LXXV.

An in prædictis casibus, quibus licet fideli matrim. dissoluere, & ad aliud transire, dissoluatur statim matrimonium, an potius tunc quando fidelis ad alias nuptias transit?

SVMMARIVM.

Non statim ac infidelis conuertitur ad fidem, dissoluitur matrim nu. 1.
An dissoluatur statim ac infidelis renuit legitimè habitare cum fideli? Refertur duplex sententia, n. 2. & 3.
Non dissoluitur, donec fidelis ad alias nuptias transeat. Et infidelem ante eum transitum conuersum tenetur fidelis recipere, n. 4.
Non dissoluitur, quamuis Ecclesia sententia interceßerit, donec fidelis ad aliud matrimonium migret, n. 5.
Infidelis neque valido matrimonio iunctus donec fidelis aliud ineat, n. 6.
Non dissoluitur id matrimonium per transitum infidelis ad aliud, n. 7.
Si infidelis adulter conuertatur ad fidem nondum fideli alio matrimonio deuincto, non tenetur fidelis eum admittere, ad nequit ad alias nuptias fidelis migrare, n. 8.
Si ante nouas fideles nuptias conuertatur coniux infidelis, non est opus nouo inter ipsos matrimonii contractu, n. 9.
Si post nuptias fidelis, eoq. iam viduo effecto, conuertatur coniux infidelis non tenetur fidelis eum admittere, nec potest, nisi nouum cum eo matrimonium ineat n. 10.
An si infidelis post fidelis conuersionem aliam infidelitatis exercuerit, teneatur fidelis eum admittere, si conuertatur ante matrimonium nouum ab ipso fideli initum? n. 11.
Satisfit argumentis, n. 12.

CErtissimum est (vt probauimus disp. 73. num. 6.) non 1
statim ac alter coniux ad fidem conuertitur, altero in infidelitate remanente, dissolui prius matrimon. Difficultas autem eo pertinet, an in casibus, in quibus disput. præced. diximus, integrum esse coniugi ad fidem conuerso transire ad aliud matrim. quia nimirum iuxta nostram sent. alter renuit ad fidem conuerti: vel iuxta alteram, non vult cohabitare absque contumelia Creatoris, aut sine pertractione ad peccatum, dissoluatur eo ipso matrimonium: an potius tunc, quando fidelis transit ad alias nuptias?

Triplex est sent. Prima ait, statim dissolui non expe- 2
ctato transitu fidelis ad aliud matrim. Ducitur ex *c. fin. 28. q. 2.* quod est desumptum ex *D. Ambros. 1. Cor. 7.* ibi: *Contumelia creatoris soluit vinculum matrimonii circa eum qui relinquitur.* Secundò, quia id videtur docere versiculi, qui communiter circumferuntur & recitantur à *Gloss. cap. Quanto, verb. Contumelia, de diuort.*

Spernas spernentem, vel blasphemare volentem:
Nam sunt absque mora sic vincula rupta priora.

Tertiò, quia posterius matrimonium inito priori permanẽte non potest. Ergo prius matrim. dissoluitur, antequam secundum ineatur. Et ideo huius sent. sunt ex iurisperitis, *Ioan. Doctor. antiquus* relatus *à gloss. c. Gaudemus, verb. Compelletur, de diuor. gloss. c. Si infidelis, verb. Libertatem, 28. q. 1. & c. fin. verb. Ius, 28. q. 2. & c. Quanto, verb. Qui relinquitur, de diuor. & ibi Innoc. n. vnic. paulo post princip. Host. n. 3. Abb. nu. 7. Præpos. n. 5. Idem Abb. d. c. Gaudemus, n. 15.* vbi *Præpos. §. Qui autem n. 4. Goffred. sum. tit. de diuort. n. 7. & de conuers. infid. nu. 2. Astens. 2. p. sum. l. 8. t. 21. a. 2. q. 5. Angel. verb. Matrimonium, 3. imped. 10. n. 3. Ant. Cucc. l. 5. instit. maior. t. 12. n. 100.* Et ex Theologis *Ricard. 4. d. 39. a. 2. q. 2. Altisiodor. l. 4. sum. tract. 9. c. 6. q. 2 statim in princip. Abulens. 1. Reg. 8. q. 30. Manuel 1. tom. sum. 2. edit c. 230. fine.* Et dicunt esse probabilem *Barth. à Ledesm. & Vega n. 4. allegandi.*

Secunda sent. concordat cum præced. quoad hoc, vt 3
dissoluatur prius matrim. ante posterius à fideli initum, sed differt in hoc, quod præcedens ait dissolui statim ac infidelis monitus renuit legitimè habitare: hæc autem

ait non statim dissolui, sed quando auctoritate Ecclesiæ concesso termino infideli non vult legitimè cohabitare fideli: tunc enim elapso termino dissoluitur eo ipso matrim. & licèt solutum sit matrim. si conuertatur infidelis ante transitum fidelis ad alias nuptias, restituetur infidelis iure postliminij ad prius matrimonium, & compelletur fidelis ipsum recipere, & iterum contrahere cum illo: si verò sendente compulsione ineat fidelis aliud matrimonium, dicit hæc sent. id fore validum, eò quòd prius sit omnino solutum. Ita sustinent *Host. c. Gaudemus, n. 13. super verb. Compelletur de diuor. Ioan. Andr. n. 15. Anton n. 20. Anchar. n. 26. Archid. c. fin. n. 2. 28. q. 2. & ibi Bellamera nu. 2. Henric. cap. Quanto, de diuor. n. 3.* Sed disp. præced. nu. 17. probauimus, non esse necessarium assignari terminum à iudice.

4 Tertia sententia (cui adhæreo) sustinet non dissolui prius matrim. donec fidelis ad alias nuptias transeat, ita vt generatio vnius sit corruptio alterius. Quare si fidelis numquam mutet statum, perseuerabit prius matrimonij vinculum, & quotiescunque infidelis conuersus fuerit ad fidem, tenebitur fidelis illum tanquam verum coniugem admittere. Prob. ex *c. Gaudemus, ad fin. de diuor.* ibi: *Quod si conuersum ad fidem & illa conuersa sequatur, antequam propter causas prædictas legitimam ille duxerit vxorem, eam recipere compelletur.* Si ergo compellitur recipere, non erit solutũ prius matrim. Nam si solutum erat, non potest compelli ad recipiendum eum, qui verus coniux non est. Huius argum. vim perpendentes DD. contrarij varias excogitarunt solutiones. Prima est, quam tradunt DD. nu. præc. allegati, restitui vinculum prioris matrim., quasi iure postliminii. Vt *c. Cum per bellicam, 33. q. 3.* Secunda solutio est *Goffred. allegatus n. 2.* compelli tunc fidelem ad recipiendum infidelem denuo conuersum, non virtute prioris matrimonij, quod omnino solutum est, sed virtute noui matrim. quod compellitur inire fauore religionis Christianæ assumptæ. Sed prior solutio inde confutatur, quia non est restitutio, vbi nullum ius competit ei, cui restitutio facienda est. At semel dissoluto matrimonio nullum ius competit infideli denuo conuerso ad quod restituatur. Præterea, quia ius postliminii tunc habet locum, quando quispiam existimabatur ius amisisse, quod verè non amiserat, ac idcirco, si aliquæ res eius ad alium peruenerant, ei redduntur. Atque ideo *c. Cum per bellicam, 34. q. 3.* restituitur vxor secundo nupta priori viro: quem defunctum falsò putabat, eo quòd verè inter illos supererat matrimonium. At in nostro casu nullum superest ius coniugi infideli supposita vera prioris matr. dissolutione. Non ergo habet locum ius postliminij. Posterior etiam solutio inde redarguitur, quòd nullus ad matrimonium cum persona determinata compelli possit, nisi vel ex propria promissione, *c. Ex literis, el 2. de spons.* vel ex delicto, vt quia virginem defloruit inuitam, *c. 1. de adult.* Atque ità *DD. eod. c. 1.* dicunt illum casum esse specialem vt *Innoc. ibi n. 2. Host. nu. 2. Ioan. Andr. fine Anton n. 6. Anchar. n. 4. Cardin. n. 1. oppositi. 3. Ananias n. 4.* Immo nec tunc præcisè compellitur, sed casu, quo defloratus non vult dotem defloratæ constituere. Vt constat ex *cap. 2. de adult.* & docet *Host. Ioan. Andr. Anchar. Card. Anan. Anton. eisdem locis.* Cum ergo in hoc euentu nullum sit fidelis delictum, nullaque promissio supersit dissoluto omnino priori matrimonio: non est cur compellatur. Nec rationi consonat ex consequentia prioris matrim. in fidei fauorem compulsionem hanc statui. Cum etenim prius matrim. omnino defierit, & iam nihil sit, nullum ius & consequentia ipsius superesse possunt. Sicut quia morte dissoluitur matrim. aut si sit ratum, professione religionis, si mortuus resurgeret, vel cum monacho priùs desponsato dispensaretur in voto solemni, nullũ ius prioris matrimonii iam dissoluti supereesset, sed liberum esset huic, priori vxore viuente, ad alias nuptias transire. Et confirm. quia licet fauor fidei multus sit, non tamen est tantus, vt cogat coniugem admittere ad consortium coniugale alterum, qui ante conuersionem ad fidem adulterium admisit, *c. Gaudemus, in fine de diuort.* Ergo multo minùs sufficiet, vt cogat recipere eum, qui coniux legitimus non est. Minus quippe est retinere verum coniugem, quàm nouo matrimonio copulari. Secũdò, principaliter probatur nostra sententia, quia *Quarto, de diuor.* declarauit *Innoc. III. c. finali 28. q. 2.* decidens contumeliam creatoris soluere ius matrimonij circa eum, qui relinquitur: vt intelligatur, tunc fas esse fideli ad alias nuptias transire. Sentit ergo Pontifex, tunc non esse ipso facto dissolutum prius matrim. sed ius esse fideli ad aliud dissoluendum, alio matrimonio inito. Tertiò, quia *c. Gaudemus, de diuor. in fine.* dum dicitur, teneri fidelem ad infidelem postea conuersum admittendum, si nondum ad secundas nuptias fidelis transierat, temperatur, nisi infidelis fuerit fornicatus. Ergo prius matrim. non dissolutum erat. Sola enim fornicatio tempore legitimi matrimonij admissa obijci potest ad diuortium, vtpote quæ sola matrimonio iniuriam irrogat. Tandem, quia si solutum esset prius matrim. fidelis & infidelis illi coeuntes rei essent fornicationis: & si infidelis statim aliud iniret matrim. antequam fidelis ad aliud transiret, esset validum. Quæ nullus admittet. Nec valet, si dicas solutum esse prius matrim. ex parte solius fidelis, qui relinquitur. Quia matrimonij vinculum claudicare nequit, & ita ex parte vtriusque vel neutrius solutum esse debet. Et ideo huius sent. sunt ex Theologis *D Th. 4. d. 39. q. vn. a 5. ad 2. D. Bonauent. ibi, art. 2. q. 2. fine. Durand. q. 2. n. 14. Palud. q. vn. a. 2 n. 12. Maioris q. vn. col. 2. vers. Ad aliud. Supplem. Gabr. q. vn. a. 2. fine. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 6. ad fin. Abulensis 1. Reg. 8. q. 36. 47. & q. 115. vsque ad 118. Ruardus Tapper. a. 18. Louan. §. Quod matrimonium inter infideles. Sotus 4. d. 39 q. vn. a. 4. col. 6. vers. Nihilominus. Palacios ibi, disp. vn. col. 18. vers. Mihi verò. Calaza ibi q. vn. col. penult. Ledesma 2 p. 4. qu. 61. a. 5. in solut. ad argum. Vigerius lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 9. impedim. 10. Vera cruz. 1 p. Speculi, a. 33 conclus. 4. Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 12. a. 2. dub. 5. Enriquez lib. 11. de matrim. c. a. 8. n. 4. Valentia 4. 0 disp. 10. q. 1 puncto 7. col. 2. & in suis controu. l. vn. de indissolubilit. matrim. c. 2. Emmanuel Sa summ. verb. Matrimonium,* vbi de impedim. dirimentib. *nu. 8. vers. Conuersus ad fidem. Petr. de Ledes. de matrim. q. 59. a. 5. dub. vnico, concl. 5. Bart à Ledes. dub. 59. de matrim. conclu. 3. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 53. col. 4. vers. Hunusmodi autem matrim. Vega 1. tom. sum. c. 13. casu 15 & 2. tom. cap. 34. casu 145. Vinald. candel. sacram. 1 p.* vbi de matrim. *n. 221. Cancelo sum. sacram.* vbi de matrim. *c. 7. n. 66.* Et ex Iurisperitis *glos. c. Gaudemus, verb. Compelletur, de diuor.* magis inclinat in hanc sent. Et eam tenent *Hostiens. sum. 1. de diuor. n. 12. vers. Non soluit. Alex. de Neuo d. c. Gaudemus. § Qui autẽ, n. 9. Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 4. tit. 10. q. 8. Sylvest. verb. Matrimonium, 8. q. 10. dicto 6. Armilla verbo Matrimonium, n. 38. Tabiena verb. Impedimentum, impedim. 8. q. 2. n. 3. Turrecr. c. Simili modo, n. vn. in solut. ad 2. 28. q. 1. Nauar sum. c. 22. n. 49. & l. 3. consil. tit. de conuersione infidelium, in 1. edit. cons. 1. n. 6. & 9. & cons. 2. n. 5. in 2. cons. 1. n. 2. & cons. 3. nu. 6. & 9. Couar. 4. decret. 1. p. c. 7. §. 4. n. 5. Lancel. instit. iuris canon. l. 2. t. de diuort. §. Quod si conuersum, verbo Compelletur.*

Hinc infertur, quamuis Ecclesiæ sententia interesse- 5
rit declarans liberum esse fidelem ad aliud matrim. transire, adhuc per illam sententiam minimè dirimi prius matrimonium donec fidelis ad alias nuptias transeat. Quòd sententia illa Ecclesiæ non dirimat, sed solum declaret ius dirimendi competens fideli. Sic *Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 4. col. 6. vers. Nihilominus.*

Secundò infertur, si ante matrim. à fideli contractum 6
transeat infidelis ad alias nuptias, eas fore irritas, & ita si postmodum ad fidem conuertatur, esse ab illis cum separandum, & reddendam coniugi prius conuerso. Quia priuilegium hoc dissoluendi matrim. prius, per alias nuptias sequentes, non concessum est à Christo infideli, sed fideli in fauorem fidei, vt expresè habetur *cap. Quanto, de diuor. & c. final. 28. q. 2.* Et quamuis matrim. claudicare nequeat quoad vinculum, sed eo dissoluto ex parte vnius coniugis dissoluatur quoque ex parte alterius, at claudicare potest quoad effectum & obligationem, vt altero coniuge solo adultero claudicat matrimonium quoad obliga-

obligationem cohabitandi. Cùm soli innocẽti diuertere liceat. Et ita tenent *Ricard. 4.39.a.2.q.3. in solut. ad 2. Altisiodor. l.4. summ. tract 9.c.6.q.1. fin. Navar. l.3. consil. tit. de convers. infidel. in 1. edit. cons. 1.n.10. in fol. ad 2. in 2. cons. 3. eod. n.10. Sotus 4.d.39.q.vn.a.4.col.7. paulo ante vers. Ad verbum. Et ibi Ouand. q.vn. propos. 4. Abulens. 1. Reg. 8. qu. 36. Enrig. l.11. de. de matrim. c. 8.n.5. Veracr. 2.p. Specul. a.34. Petr. de Ledesm. de matrim. q.59.a. 5. in corollario illato ex 5. concl.*

7 Tertiò infertur, non dissolui matrim. per alias nuptias ab infideli initas. Quia cùm eæ irritæ sint, (vt n. præced. probauimus) nihil possunt operari. Præterea, quia priuilegium hoc dissoluendi soli fideli concessum est (vt ibidẽ probaui.) Atque ita docent *Abulensis 1. Reg. 8 q.105. Veracruz 2. Spec. a.33. concl 4. Vega 2.to sum. c.34. casu 148.* Vnde minus bene *Palacios 4.d.38. disp. vn. ad finem, vers. Admonendus*, ait dissolui matrim. quando vel fidelis vel quando infidelis transit ad aliud matrimonium.

8 Quartò infertur, si infidelis fornicetur, & post conuertatur ad fidem, ante secundũ matrim. à fideli initum, quamuis fidelis possit eum expellere ob id adulterium: vt dicitur expresè *cap. Gaudemus, de diuort. in fine*, non tamen posse fidelem ad aliud matrimonium transire. Quia cessauit infidelis pertinacia, quæ facultatem illius matrimonij dissoluendi præbebat. Sic *Abulensis 1. Reg. 8. q. 56. & 127. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 56. conclus. 4. Vega 1. tomo sum. c. 13. casu 15.*

9 Quintò infertur, si ante matrimonium à fideli coniuge initum alter conuertatur, minimè opus esse nouo consensu ad matrimonium præcedens initaurandum. Quia nondum dissolutum est. & ita docet *Sylvest. verb. Matrimonium, 8. q.10. dicto 6. fine.*

10 Sextò infertur, non esse habendam fidem *Innocentio c. Quanto, num. vn. vers. Per hanc, de diuort.* vbi docet fidelem, qui legitimè ad aliud matrim. transiit, eo quòd infidelis monitus legitimam habitationem renuerit, teneri soluto eo matrim. per mortem alterius coniugis admittere in consortium coniugale priorem coniugem infidelem, si tunc ad fidem reducatur. Quem sequuntur *Hostiens. c. Gaudemus, n.13. super verb. Ille, de diuort. & ibi Ioan. Andr. nu.15.* Quod soluto posteriori matrimon. cessauit iam impedimentum obstans admissioni prioris coniugis iam ad fidem conuersi. Sed iure optimo hanc sent. impugnat *Abulens. 1. Reg. 8. qu.117.* Quia cùm prius matrim. solutum omnino sit posteriori contracto, non est cur post huius dissolutionem sit cogendus fidelis stare priori. Deinde, quia *c. Gaudemus, in fine, de diuort.* solùm dicitur compellendum fidelem ad receptionem infidelis iam conuerti, quando ille nondum transiit ad secundas nuptias: eo quòd tunc perseueret prioris matrimonij vinculum. Cùm ergo in hoc casu iam transierit ad secundas nuptias, ac per illas legitimè cessarit prius matrimonium, minimè compellendus est. Adde, nec posse illum admittere, nisi nouo matrimonio inito: cùm prius omnino extinctum sit.

11 Vltimò infertur, nec credendum esse *Ricardo 4.d.39. a.2. qu.1. Supplem Gabrielis ibi, q.vn. ar.2. concl.5. Astensi 2.p. sum. l.8. t.1. ar.2.q.1.* vbi dicunt fidelem coniugem non posse expellere infidelem postea conuersum ante transitum fidelis ad alias nuptias, ratione infidelitatis præcedentis. Quia in ea ambo coniuges æquè extiterunt: nisi post prioris conuersionem posteriùs conuersus actus aliquos infidelitatis exercuerit. Tunc enim ab eo diuortium facere poterit, non tamen aliud inire matrim. Ducunturque similitudine fornicationis carnalis, ob quam neuter coniux, qui innocens non est, potest diuortium celebrare, at si post alterius emendam relabatur alter in adulterium, potest emendatus diuertere. Sed aduersus hos est aperte textus *c. Gaudemus, in fine, de diuort.* decidens teneri fidelem ad admittendũ infidelem, qui præteritæ pertinaciæ pœnitentia ductus reducitur ad fidem ante transitum ipsius fidelis ad alias nuptias. At is fidelis actus infidelitatis exercuit post alterius conuersionem. Quia nolle conuerti, nec habitare sine creatoris contumelia, sunt actus infidelitatis: & moraliter etiam est certum, forè vt medio illo tempore infidelis pertinax versetur in deorum cultu, & aliis suæ sectæ cæremoniis: eo vel maximè, quòd textus minime præscribat tempus, quo infidelis ille post prioris conuersionem ad fidem redire debeat, vt necessario à fideli admittendus sit; sed generaliter admittendum esse decernat, quoties conuertitur ante transitum fidelis ad secundas nuptias. Et ad fundamentum contrarium respondet optimè *Abulens. 1. Reg. c. 8. qu. 69.* vbi opponit contra prædictam decisionem *d. c. Gaudemus*, non teneri fidelem ad infidelis postea conuersi admissionem: quod hic in fornicatione spirituali infidelitatis maneat. Et respondet non esse simile de fornicatione spirituali & carnali: nam ratione huius diuortium perpetuum conceditur: at ratione illius solùm temporale, quamdiu illa durat. Quod latius probabo libr. 10. disp. 15.

Ad argum. n.2. proposita resp. Ad 1. constat ex dictis 12
nu. 4. vbi adduximus textum explicantem, contumeliam Saluatoris soluere ius matrimonij, id est, concedere ius fideli ad illud dissoluendum alio matrim. inito. Ad 2. dic verum esse quod in illis versiculis continetur. Quippe intelligitur statim esse rupta vincula priora, non quod statim desinat esse prius matrim. sed quia statim incipit fidelis habere ius dissoluendi prius matrim. & alterum ineundi, quasi nullum præcessisset: & ita dicitur ex tunc rumpi vinculum illius, quasi ex tunc non maneat firmum & indissolubile. Ad 3. dic, satis esse priùs natura dissolui prius matrim. in genere causæ materialis, in quantum ea dissolutio est dispositio requisita ad valorem posterioris matrimonij: at posterius natura in genere causæ efficientis, quatenus illa dissolutio est posterioris matrim. effectus. Sicut contingit in generatione vnius, expulsione que formæ contrariæ.

DISPVTATIO LXXVI.

Vtrùm quoties licet fideli transire ad alias nuptias propter infidelis obstinationem, liceat similiter eidem fideli trãsire ad religionem, vel ordines, aut simplex castitatis votum emittere: atque per hæc dissoluatur prius matrimonium, ac per nuptias?

SVMMARIVM.

Licet fideli transire ad religionem, vel ordines, aut votum castitatis emittere, si infidelis renuat conuerti, etsi habitare velit absque Dei contumelia, n.1.

An id possit existente probabili spe conuersionis infidelis, n.2.

An deliberatur mentio, n.3.

An si infidelis renuens conuerti, postea reducatur ad fidem ante mutationem status fidelis, liceat huic transire ad ordines vel religionẽ, n.4.

Quod si sententia Ecclesia separatio salta fuisset, n.5.

An fidelis iam professus, vel sacris ordinibus insignitus, vel voto castitatis ligatus sit reddendus infidelis postea ad fidem conuerso, n.6.

Quod si fidelis tunc nondum professionem emiserit, sed nouitius sit, n.7.

An id matrimonium consummatum dissoluatur per hanc professionem?

Refertur quædam sententia, n.8.

Proponitur sententia Auctoris, n.9

An dissoluatur per professionem à fideli factam, eo quòd infidelis conuerti renuat, volens tamen habitare sine Dei contumelia, n.10.

An dissoluatur per suscepcionem sacrorum ordinum, n.11.

Quòd per simplex castitatis votum à fideli emissum, n.12.

Satis sit argumentis, n.13.

HAc in re certum videtur licere fideli transire ad religionem, vel ordines, aut votum simplex castitatis 1
emittere, quoties infidelis monitus conuerti renuit, licèt habitare velit absque creatoris contumelia, & sine pertractione ad peccatum. Quia siue teneamus posse tunc dissolui matrim. quando infidelis renuit conuerti volens prædicto modo habitare, siue contrarium: vtraque tamen sententia fatetur licitum esse tunc diuortium, (vt diximus disp. 37. num. 7.) Sicut ergo coniugi, legitimè diuortium facienti ob adulterium, integrum est hæc efficere, quamuis matrimonij vinculum perse-

uereq;

ueret: ita celebrando diuortio in hoc casu id licebit: quamuis sustineatur non diuini matrimonij vinculum Et ita docent *D.Tho.4.d.39.q.vn.a.5.ad 4. Alberic.in suo dictionar.lit.I.verb.Infidelis,vers.At conuersus ad fidem, Astens.2. p.sum.l.2 tit.21.a.2.q.11.Rainerius 2.p.sum.t.de matrim.cap.21. Rosella verb.Impedimentum,impedim.9.n.11. & ibi Supplem.Pisana impedim.9.n.8.Angelus verb.Matrimonium,3.impedim.10. n.6.Sylvester verb.Matrimonium,8.q.10 dicto 8.Sotus 4.d.39.q. vn.a.4.ad fin.corp.Gaeta repet.c.Ad limina,30.q.1.§.4.q.76.nu. 430.Anton.Cucus l.5.institut.maiorum,t.12.nu.103.* Et idem supponit *Petr.de Ledesm.de matrim.q.59.a.5.dubio vn.concl.6.* quamuis sit eius sententiæ, vt nequeat dissolui matrimonium, quando infidelis renuens conuerti, vult habitare sine Dei contumelia,& pertractione ad peccatum. Quod idem concedunt alij patroni illius sent. (vt testatur *Enriqu. l.11.de matr.c.8.n.4.in comm.lit.8.*) Quæ autē sit differentia quoad hoc inter DD. vtriusque opinionis, dicemus n.10.

2 Secundò supponendum est, esse consilium existente probabili spe conuersionis infidelis, vt coniux ad fidem conuersus non transeat ad religionem, vel ordines, aut votum castitatis emittat: ne per hoc impediatur infidelis coniugis conuersio destituti spe recuperandi coniugis. Et hoc colligitur ex *D Thom. Alberico, Astensi, Rainerio, Rosella, Supplem. Pisana, Angelo, Sylvest. Armilla, Soto, Gaeta, Anton.Cuco, num.prac.relatis*: dicunt enim non debere fidelem hæc efficere, quamdiu talis spes subest. Quòd si ea spe non extincta, fidelis votum emitteret castitatis, teneretur id seruare. Vt bene docent *Sylvester, & Anton.Cucus ibidem*. Quia cùm legitimè possit diuortium celebrare fidelis altero renuente conuerti, legitimè etiam tali voto se alligat.

3 Ante monitionem autem infidelis non potest fidelis ad religionem aut ordines transire: sicut de transitu ad aliud matrimon. probaui disp.74.n.12. & seqq. Monitio enim in casibus, quibus ibi diximus prærequiri ad matrim. desideratur etiam ad transitum ad religionem vel ad ordines, vel etiam vt fidelis emittat votum castitatis obligans ad non reddendum. Quod optimè docet *Soto 4.d.39.q.vn.art.4.ad fin. corporis, in dubio 3.* & subdit id non solum esse eo quod infidelis coniux tunc difficilius conuerteretur, verùm etiam quia ante cognitam infidelis voluntatem, qua baptismum renuat, non est fidelis absolutus ab obligatione reddendi debiti, ac cohabitandi: atque ita nequit celebrare diuortium. Quod idem apertè docent *D.Thomas & omnes Doctores nu.1.allegati*, vbi dicentes licere hunc transitum fideli, subdunt: si monitus infidelis renuat conuerti. Quare non est audiendus *Abulensis 1.Reg.c.8.qu.39. in solutione ad 4.* vbi discrimen constituit inter transitum ad religionem, & ad aliud matrimonium, vt ille liceat nulla infidelis monitione præmissa: secus de hoc. At *ipsemet eod.c.8.qu.63.* melius sensit in vtroque casu esse necessario præmittendam monitionem. Cùm nulla discriminis ratio appareat.

4 Imò si initio renuat infidelis conuerti & legitimè habitare, postea autem nondum statu fidelis mutato conuertatur, non poterit iam fidelis ad ordines, religionem, aut votum castitatis obligans ad non reddendum, transire: sicut nec ad aliud matrimonium. Quòd tunc ita alligatus sit fidelis priori matrimon. vt teneatur priorem cōiugem ad consortium coniugale admittere. Vt dixi disp. præced.n.4.

Hoc temperant quidam, nisi sententia Ecclesiæ sepa-
5 ratio matrimonij facta esset, eo quod infidelis noluerit conuerti: tunc enim asserunt conuerso postea infideli, integrum adhuc esse fideli ad religionem migrare. Idque probant ex *c.fin.de conuers.coning.* Sic *Glossa cap.Gaudemus, verb.Compellatur,in fine,de diuor. Anton.c. Quando,n.11.eod.tit. Hostiens.summ.eodem tit.n.12.vers.Non solum,in fine.* Et facit *Goffredus sum.tit.de diuor.nu.7.* vbi sub distinctione sequitur hanc partem, vel contrariam. Sed meritò *Abulens.1. Regum 8.q.64.* hoc reprobat. Quia *cap.fin.de conuers.coning.* loquitur de fideli in hæresim lapso, & ob id ab Ecclesia damnato: tunc enim conceditur alteri religionis ingressus, eo, quod per sent. absoluitur fidelis ab habitationis obligatione. At non est idem de infidelibus, qui minùs delinquunt; & magis eis conuersis ad fidem fauetur: nec sententia Ecclesiæ punit eos, absoluendo fidelem ab obligatione cohabitandi, sed tantùm declarat huic liberum esse diuertere, ad aliumque transire statum, nisi re integra alter conuertatur. Deinde quia non minus læditur coniux infidelis conuersus ad fidem per transitum fidelis ad religionem, quàm per aliud matrimonium sequens: at hoc non potest inire, sed compellitur, priori stare, *c.Gaudemus in fine,de diuort.* Ergo nec potest profiteri.

Quòd si infidelis conuertatur, postquam iam fidelis 6
professus est, vel sacris initiatus, non est sibi fidelis restituendus: sed imputet sibi tardam conuersionem. Quia legitimè is status est assumptus. Et ita docent *D.Thom.& omnes Doctores allegati n.2.* nec aliquis discrepat. Sed solum discordant Auctores circa matrimonij dissolutionem: (vt statim videbimus.) Et licet prædicti Doctores non loquantur de voto castitatis emisso à fideli: at idem dicendum est. Sicut si tempore diuortij ob adulterium emitteret coniux innocens votum castitatis absolutæ. Quia tempore habili emittit.

Imò si infidelis conuertatur fideli ingresso iam in re- 7
ligionem, nondum tamen professo, existimant aliqui non cogendum fidelem redire ad coniugem conuersum. Quia licet non solutum sit matrim. at ius cohabitationis amissum est, eo quod infidelis monitus renuerit conuerti; nec res est integra, est enim fidelis in statu quo vsui matri. repugnat: & ingressus est tempore habili. Sicut fornicante coniuge non dissoluitur matrimon. & tamen innocens ingressus religionem non potest nouitiatus tempore extralit. Sic *Abulens.1.Reg.8.q.66.& 74.* Sed contrarium dicendum est cum aliis, quos tacito nomine refert *ibi Abulens.qu.66.* Quod res sit integra, non enim est fidelis tempore conuersionis infidelis in statu repugnanti, sed in probatione, & via ad alium statum. Nec est simile de adulterio carnali, quod diuortij perpetui causa est: & ita sicut innocens existens in seculo nunquam est compellendus recipere adulterum, ita nec si sit nouitius. At infidelitas non est causa diuortij perpetui, (vt dixi disp.præced.num.11.fine) sed dumtaxat: quare cessante tempore quo coniux fidelis nondum mutatus instaurandum est prius matrimonium.

Difficultas autem est, an eo casu quo dissoluitur ma- 8
trim. consummatum infidelis ob eius obstinationem, per transitum fidelis ad aliud matrimonium, dissoluatur quoque professione fideli in religione approbata? *Abulensis 1.Regum 8.q.63.& 74.* id negat. Et posset probari, quia nullibi habetur id diuini professione fidelis. Imò *Innocent.III.c.Gaudemus,in fine,de diuort.* absolutè dicit, compellendum fidelem admittere infidelem conuersum antequam ille aliam legitimam ducat vxorem. Secundò, quia priuilegium Christi concessum fideli ad dissoluendū prius matrim. posteriori inito, fuit ne fidelis cogatur vitam cœlibem ducere (vt diximus disp.74.nu.4.) Cùm ergo huic necessitati manēdi in cœlibatu solum occurratur transeundo ad aliud matrim. per eum solum transitum dissoluentur priores nuptiæ.

Cæterum omnino tenendum est dissolui prius matri- 9
consummatum per professionem illam, sicut dissolueretur per subsequens coniugium. Quia licet nec in iure nec in diuinis literis hoc decisum reperiatur, at commune Theologorum placitum hoc à simili deducit. Si enim ea vis concessa est professioni religionis à Christo, vt dissoluat vinculum prioris matrim. rati inter fideles initi: nedum dissoluet matrim. tempore infidelitatis consummatū, quod ratum non est *c.Quanto,de diuort.* Et confirmatur, quia magis indissolubile est matrim. ratum fidelium, quam consummatum infidelium. Illud enim vltracontractum naturale in habet esse verum sacramentum

tum, nec per subsequentes nuptias dirimi potest. Hoc autem non est sacramentum, ac potest dissolui per subsequens matrim. Tandem, quia matrimon. ratum posterius dissoluit prius consummatum, tempore infidelitatis iniram, & ita illud est fortius, ac vincit hoc. Cùm ergo illud vincatur à professione religionis, & per eam dissoluatur; à fortiori hoc dissoluetur. Quippe si vinco vincentem te, à fortiori vincam te. *l. De accessionibus, ff. de diuers. ac temporal. præscript.* Et ideo hanc partem tuentur *D. Bonauent. 4. d. 39. a. 2. q. 2. Ricard. ibi, a. 2. q. 3. Maioris q. vn. col. 2. vers. Ad aliud, Sotus q. vn. a. 4. ad fin. corp. dub. 3. Palacios disp. vn. col. 19. fol. 915. vers. Caterum, Celaia q. vn. col. penult. Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 12. a. 2. dub. 7. concl. 1. Enriquez l. 11. de matrim. ca. 8. n. 5. Emm. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus, *n. 8 vers. Conuersus ad fidem, Petr. de Ledesma de matrim. q. 59. a. 5. dub. vn. concl. 6. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 53. col. antepen. vers. Sed grauius, Vega 2. to. sum. ca. 34. casu 145. Cañedo sum. sacram.* vbi de matrim. *c. 7. n. 67.*

10 Ea tamen est differentia iuxta diuersas sent. Quod DD. asserentes non licere fideli ad aliud matrim. transire, priusquè dissoluere, quando infidelis renuens conuerti, vult habitare sine creatoris contumelia, & sine pertractione ad peccatum, fatentur posse tunc fidelem ad religionem transire (vt diximus num. 1.) at censent non dirimi prioris matrim. vinculum. Sicut coniux innocens potest ab adultero diuertere, ac religionem ingredi, nec per id vinculum matrim. diuimitur. Et ita tenet *Petrus de Ledesma n. 1. alleg.* Et aduertit *Enriquez ibi quoque relatus*, ita sentire Doctores huius sententiæ. At sustinendo dissolui posse matrim. quando infidelis renuit conuerti, quamuis prædicto modo habitare velit, est dicendum per professionem æquè dissolui, sicut per nuptias subsequentes, vt probant rationes n. præced. adductæ.

11 Similiter sustinent aliqui DD. dissolui quoque matri. vinculum per transitum coniugis fidelis ad ordines sacros, quemadmodū per alias nuptias, aut religionis professionem. Cùm sit status priori coniugio repugnans. Ita sentiunt *D. Bonauent. 4. d. 39. ar. 2. q. 2. & ibi Ouiedo disp. vn. ad fin.* Et expresse id videtur sentire *Maioris ibi q. vn. col. 2. vers. Ad aliud*, ait enim dissolui quādo fidelis cum alia contrahit, vel profitetur, vel ad frugem melioris vitæ transit. Et *Sotus 4. d. 39. q. vn. art. 4. ad fin. corp. dub. 3.* ait se valde perplexum esse in hac quæstione. At dicendum est non dirimi. Quia nulla est ratio id probans, nec is status dirimit matrim. ratum fidelium. Et ita tenent *Sotus* quamuis aliquantulum anceps, *proxime allegatus, Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 12. a. 2. dub. 7. concl. 2. Enriquez, Emm. Sa, Cañedo citatis n. 9. Petrus de Ledesma de matrim. q. 59. a. 5. dub. vn. colum. penult. concl. 7. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 55. col. antepenult. vers. Sed grauius, Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 144.* Et eiusdem sent. sunt clarè *Palacios & Celaia n. 9. relati*, dicunt enim non dissolui matrimonium, nisi fideli transeunte ad religionem, vel aliud matrimonium.

12 Hinc deducitur, à fortiori non dissolui matrimonium, si fidelis emittat simplex castitatis votum. Quamuis contrarium significet *Maioris* in verbis, quæ ex ipso retuli numero præcedenti.

13 Ad argum. n. 8. proposita resp. Ad 1. constat ex dictis nu. 9. quamuis enim de hoc non sit textus: at deducitur ex ratione: vt ibi probaui. Ad 2. admisso antecedenti neganda est consequentia. Quia eo ipso quod ita libet est fidelis ad dissoluendum prius matrim. vt possit ad aliud transire, & sic dirimere prius, à fortiori potest id efficere transeundo ad professionem, vt n. 9. probauimus.

DISPVTATIO LXXVII.

An quoties dissoluitur matrim. per transitum fidelis ad aliud coniugium, vel professionē, liceat infideli ad alias nuptias transire, siue conuertatur, siue infidelis permaneat?

SVMMARIVM.

An quando fidelis ad aliud matrimonium, professionem, vel ordines transit, aut vouit castitatem, infidelis valide matrim. ineat, n. 1.
An quando fidelis ad ordines sacros transit, aut vouit castitatem, possit infidelis post a conuersus ingredi religionem, n. 2.
An peccet infidelis transiens ad alias nuptias, vbi dissolutum est prius matrimonium professione, aut nouis nuptijs coniugem fidelem. Referuntur tres sententiæ. n. 3. 4. 5.
Proponitur sententia Auilæ, n. 6.
Soluuntur argumenta n. 7.

CERTISSIMVM apud vniuersos est, dissoluto matrim. per transitum fidelis ad alias nuptias, vel professionem, validè infidelem ad aliud matrimonium transire. Quia cùm matrimonii vinculum claudicare nequeat, eo ipso quod dissoluitur ex parte fidelis, dissolutum manet ex parte vtriusque: ac proinde nil est quod valori matrimonij tunc per fidelem initi obstet. Quando autem matrimonium nondum dissolutum est, quia fidelis non transijt ad alias nuptias vel religionem, tam diximus disp. 57. n. 7. irritū fore matrimonium infidelis. Similiter iuxta sententiam asserentem non dissolui matrimonium per professionem, vel alias nuptias fidelis, quando infidelis renuens conuerti, vult habitare absque Dei contumelia, & pertractione ad peccatum, dicendum est non posse tunc infidelem validè alio matrimonio deuinciri. Quia iuxta eam sententiam nequit in eo euentu fidelis dissoluere prius matrimonium: atque ita ex retenta sententia eius nuptiæ fierēt irritæ, (vt dixi disp. 74. nu. 8.) & quāuis profiteri valeat, at eius professio non dissoluit tunc vinculum prioris matrimonij consummati (vt dixi disput. præcedenti, nu. 10.) At retenta nostra sententia asserenti posse dissolui prius matrimonium quoties infidelis conuerti renuit, qualitercunque habitare velit, per aliud matrimonium fidelis: (vt dixi disp. 74. num. 9.) & per fidelis professionem. (vt dixi disp. præced. nu. 10.) dicendum est validè tunc infidelem transire ad alias nuptias. Si autem fidelis ad solos ordines sacros transierit, non poterit infidelis validè aliud contrahere matrimonium. Quia prius non dissoluitur. Vt dixi disp. præced. n. 11.

Poterit tamen infidelis postea conuersus, quando fidelis ad ordines sacros transiit, ingredi religionē. Quod in nihilo priori matrim. nondum dissoluto præiudicet. Vt contingit quando celebrato diuortio ratione adulterij, vir innocens est sacris initiatus; (vt dicemus lib. 10. disp. 10. à n. 6.) vbi etiam dicemus quando innocens castitatis votum emisit. Idem enim in hac quæstione dicendum est. Cùm vtrobique sit solùm diuortium celebratum manente illæso matrimonij vinculo. 2

Difficultas autem in eo versatur, an peccet infidelis transiens ad alias nuptias, vbi priùs matrim. nouis nuptijs aut professione fidelis dissolutum est? Diuersæ sunt sententiæ. Prima indistinctè ait peccare infidelem contrahendo aliud matrim. Ducitur, quia in pœnam delicti infidelitatis interdicitur illi coniugium: quamuis non ex vi prioris matrimonii, quod tam penitus est dissolutum. Et si quæras, quo pacto Ecclesia, carens iurisdictione erga infideles, potuerit illis hanc pœnam infligere? Respondent *Sotus, Barth. à Ledesma, Vega statim referendi, ac Ludou. Lopez n. sequenti allegandus*, prohibitionem hanc non ab Ecclesia promanare, sed ab ipso iure naturali diuino, quod coniugem infidelem ex matrimonii lege obligabat vt fidelem sequeretur. Secundò, quia infidelis ille nolens conuerti, non solùm in ius diuinum omnes ad baptismum obligans delinquit, sed etiam contra matrim. legem. (vt probauimus disp. 73. n. 9.) Ergo contra eandem matrim. legem peccat, si ad aliud transeat. Tertiò, quia matrim. priùs tantùm dissoluitur quoad coniugem fidelem, qui relinquitur. Vt deciditur *cap. quanto, de diuort. & c. fin. 28. q. 2.* Non ergo infideli integrum erit, ad alias migrare nuptias. Et ita docent ex Theologis *D. Thomas 4. d. 39. q. vn. ar. 5. ad 3. Altisiodorens. l. 4. sum. tract. 9. c. 6. q. 1. vers. Ad vltimum dicimus, Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 4. col. 8. vers. Contra hoc tamen, Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 12. a. 2. dub. 6. Barth. à Ledesma dubio 56. de matrim. post 4. conclu. Vega 1. tom. sum. ca. 13. casu 15. & 2. tom. ca. 34. casu 146. fin.* Et ex Iurisperitis

ritis, *Glossa c. Quanto, verb. Qui relinquitur, de divort. & ibi Innoc. n. vn. ad medium, Hostiens. n. 2. Anton. n. 9. Propos. 5. Goffred. sum. t. de divort. n. 9.* Et explicant esse peccatum lethale *Sotus, Angles, Barth. à Ledesma, Vega.* Et D. *Thomas* expresse videtur sentire hoc verum esse, siue infidelis matrim. illud ineat, ante conuersionem, siue post: ait enim post conuersionem dispensatiuè concedi posse infideli, vt ad alias nuptias transeat.

4 Secunda sententia ita distinguit. Si infidelis ante conuersionem aliud ineat matrimonium, peccat: secus si post conuersionem. Quia in pœnam peccati dimissionis coniugis fidelis est ei interdictum aliud coniugum. Et cum ratione baptismi absoluatur à culpa, extinguitur quoque pœna illi correspondens. Sic sentiunt *D. Bonauent. 4. d. 39. a. 2. q. 2. Abulens. 2. p. sum. l. 8. t. 21. a. 2. q. 12. Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 4. t. 10. q. 8. Turrecr. c. Simili modo, 28. q. 1. nu vn. an solut. ad 3. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 53. fol. antepenult.* Et *Ricard. 4. d. 39. a. 2. q. 3.* problematicè sustinet hanc & quartam sententiam n. 6. referendam: quare hanc censet esse probabilem.

5 Tertia sententia sustinet infidelem pertinacem in infidelitate, si sit Principibus Christianis subiectus, peccare ineundo aliud matrim. secus si illis subiectus non sit. Probat, quia infideli non subiecto Principibus Christianis, nulla lege seculari id matrim. interdicitur, & Ecclesia eũ ligare nequit: at subiecto Principibus Christianis interdicitur lege seculari, quæ quamuis nullibi scripta reperiatur, habetur tamen ex vsu vim legis obtinente: & hunc vsum probat ex tot Doctoribus id matrimonium prohiberi affirmantibus. Sic *Petr. de Ledesma de matrim. q. 59. a. 4. dub. vn. concl. 3.* Sed hæc sententia displicet. Quia Doctores hanc prohibitionem asserentes, de quibuscunque infidelibus sermonem faciunt, nec vsu eam prohibitionem inductam esse dicunt, sed iure naturali, ex ipsa matrimonij lege. Vt dixi n. 3.

6 Quarta sententia (cui protsus adhæreo) ait licere infideli, dissoluto semel fidelis matrim. ad aliud transire. Ducor, quod nullo iure interdicatur infideli hic transitus. Non enim humano Ecclesiastico, cùm Ecclesia careat iurisdictione in infideles: ius verò seculare nullibi reperitur. Nec ius diuinum naturale id infidelibus prohibet. Quia etsi peccarit violans ius diuinum naturale legis prioris matrimonij, qua astringebatur sequi priorem coniugem ad fidem conuersum: at 'ptiori illo matrim. iam penitus dissoluto, nulla lex diuina naturalis prioris matrim. quod iam nihil est, supereſt, qua hic infidelis arceatur ab [illegible] matrim. Nec aliud ius diuinum id vetans repert[illegible] id adducitur à patronis contrariæ sent. Et confirm. quia mortuo coniuge ad fidem conuerso, nullus negaret integrum esse infideli, ad aliud matrim. migrare, non obstante peccato quod in legem prioris matrim. admisit. Similiter ergo id licebit, postquam fidelis ad alias nuptias aut professionem transiit. Quia æquè in his casibus dissoluitur matrimon. prius, ac coniugis morte. Tãdem, quia non maior prohibitio concedenda est respectu infidelis, quàm respectu fidelis eiusdem criminis rei contra matrimonij legem: cùm grauius sit fidelis delictum. At fidelis peccans in legem matrimonii, nolens absque iusta causa coniugem sequi, sed ab eo prorsus recedens, dissoluto eo matrimonio per mortem, aut professionem alterius coniugis, potest ad aliud matrimonium transire. Cur ergo id negandum est infideli in similem matrimonij legem peccanti? Et ita sustinent *Glossa c. fin. verb. Et in matrim. 28. q. 2. Durandus 4. d. 39. q. 2. num. 25. Et ibi Mayronis q. vn. Guillelmus Borrilong ibi q. vn. a. 3. dissic. 2. Abulens. 1. Reg. 8. q. 127. Ledesma 2. p. 4. q. 61. a. 5. ad fin. Veracruz 2. p. Speculi, a. 34. conclus. 2. Viguerius lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 9. impedim. 10. Ouandus 4. d. 39. disp. vn. propos. 2. & ibi Celaia q. vn. in fine, Enriquez lib. 11. de matrim. c. 8. n. 5 fine.* Et hoc explicant esse verum, quamuis infidelis minimè ad fidem conuertatur, *Durandus, Abulensis, Celaia, Enriquez:* & est verissimum, vt rationes adductæ probant.

Ad argumenta n. 3. proposita resp. Ad 1. constat ex dictis n. præced. vbi probauimus nulli talem pœnam infligi. 7
Ad 2. dic cum *Gloss. eodem cap. fin. verb. Et in matrimonium,* illum peccare in matrimonii prioris fractione, at non contrahendo secundum, (vt n. præced. explicui.) Ad 3. dic dissolui quoad vtrumque, quando verè dirimitur illud matrim. eo quod claudicare nequeat quoad vinculum. Quare dum illi textus aiunt dissolui quoad fidelem, qui relinquitur, intelliguntur ius dissoluendi per aliud matrim. aut professionem, soli fideli competere: (vt explicuimus disp. 75. n. 6 & 7.) at semel per fidelem dissoluto, quilibet liber est ad aliud ineundum.

DE IMPEDIMENTO criminis.

DISPVTATIO. LXXVIII.

Vtrùm crimen machinationis mortis alterius coniugis dirimat matrimonium?

SVMMARIVM.

An adulterium solum dirimat: ac quotuplex sit crimen diriment? Et enodantur ea de re qui dixit: & c. 1 & c. Illud, 31. q. 1. n. 1.

Machinatio mortis coniugis cum adulterio diruit matrimonium, siue alter coniunx eam machinetur, siue adulter, siue adultera, licet non interuenerit promissio matrimonij, n. 2.

Quid, si alter sit infidelis, & ad eius conuersionem procurandam, intentatum sit id matrimonium, media coniugis occisione, n. 3.

Quid si infidelis vxorem suam exeret, vt cum adultera contrahat, n. 4.

An satis sit mandatum vel consilium coniugis interficiendi, n. 5.

Quid de ratihabitione occisionis coniugis sine nomine facta, n. 6.

An desideretur mortem coniugis subsequi, nec sufficiat conatus, n. 7.

An iuueneratur hoc impedimentum, siue vir vxorem exeret, siue è contra, n. 8.

An desideretur adulterium cum mortis machinatione, nu 9. & ibi, an desideretur, vt copula & semine sit consummatum.

Quid, si adulterium subsequatur machinationem, ac præcedat mortem, num. 10.

Quid, si absque adulterio adsit occisio coniugis fide data de matrimonio, nu. 11.

An adulterium debeat esse vtrique contrahenti notum, n. 12.

An desideretur occisionem coniugis vestri sine secunda matrim. nu. 13.

Quid, si solus alter ex machinantibus mortem, id intendat, nu 14

Quid, si coniugatus ducat adulteram, Nisi coniugatus essem, te ducerem, & possem vxorem occidat, non animo ducendæ adulteræ, n. 15.

Quid si vir & adultera vxorem necent, vt liberius libidini vacent, n. 16.

Quid, si coniux mortem coniugis machinetur, animo contrahendi cum adulterante, nec nupt subsequatur: & adulterans in illum occidat, non communis consilio, nec animo maritum inueniendi, n. 17.

Quid si animo ducendæ fœminam interimam, vel vnam ex pluribus, eam interficiatur, n. 18.

An probata coniugis interfectione cum adulterio, præsumatur in foro externo animo matrimonij effectum fuisse, & in illo reputetur impedimentum, num. 19.

Quid, si matrim. non sit vtrum sit consummatum, n. 20.

An hoc impedimentum reddat personas inhabiles solum ad inter se contrahendum, an potius ad quodlibet aliud matrimonium, n. 21.

An hoc impedimentum sit solo iure Ecclesiastico indutum, n. 22.

Proponuntur summatim omnes conditiones contentæ in hac disp. quæ necessaria sunt ad hoc impedimentum, n. 23.

Dvo sunt crimina, quæ matrim. subsequens dirimunt, 1
ad quæ reducuntur tria, quæ D. *Thomas 4. d. 35. in fin. in exposit. lit.* & communiter DD. referunt. Prius est, adulterium cum machinatione mortis alterius coniugis. Posterius verò, adulterium cum fide data de contrahendo post coniugis mortem: vel cum contractu matrimonij de præsenti cum adultera. Quare adulterium solum non obstat matrimonio contrahendo: vt expresse dicitur *c. Significasti, de eo qui duxit, & c. Si quis viuente, 31. q. 1.* Vnde *c. 1.* desumptum ex Leone Pontif. & *c. Illud vero,* desumptum ex *Concil. apud Altheum, c. 6. 31. q. 1.* in quibus statuitur nulli licere ducere in vxorem eam, quam prius per adulterium polluit, intelliguntur, quando cum adulterio concurrit duplex crimen prædictum: alias enim licitum est matrimonium cum illa: vt probant textus prædicti:

&

& docet *D. Augustl. i. de nuptijs, c.* 10. relatus *c.* 2. 31. *q.* 1. Nec obstat huic veritati, *c.* 1. *de eo qui duxit*, ibi: *Licet autem in canonibus habeatur, vt nullus copulet matrimonio quam prius polluerat adulterio, & illam maxime, cui fidem dederat vxore sua viuente.* Ergo idem est, quamuis fides minime data sit. Sed dicendum est, dictionem illam, maximè, accipi pro tantùm; & ita explicant *ibi Abbas n.* 3. *Alex. de Neuo n.* 6. *Præpos. n.* 2. Alium intellectum tradit *ibi Abbas*: qui mihi non placet, atque illum reprobat *Alex. de Neuo eo. n.* 6. Ratio autem huius duplicis impedimenti est, vt cauetur spe contrahendi matrim. machinatio mortis alterius coniugis. Quæ iustissima ratio est: nil enim atrocius in coniugio reperiri potest, quàm insidias parari, vel dari ansam parandi vitæ alterius coniugis. Cùm vterque coniux arctissimo ac summo amicitiæ vinculo deuinciri debeat. Hinc patet stultitia impugnationis Lutheri & Philippi Melanchthonis, Ecclesiam carpentium, quòd hæc duo impedimenta induxerit, nulla iusta ratione ducta, quin potiùs contra exemplum sanctissimi Dauidis, qui Bersabeæ Uriæ vxorem duxit, cùm eius virum interfici iusserit. Cæterùm ineptissima est impugnatio. Quia iustissima ratione ductam esse Ecclesiam probauimus. Nec Dauidis exemplum obstat: non enim tunc erat hoc impedimentum ab Ecclesia statutum. In præsenti ergo disput. sermo erit de impedimento prioris criminis: & in seq. de impedimento posterioris.

2 Prius ergo crimen quod impedit ac dirimit matrimonium subsequens est, quando cum adulterio interuenit machinatio mortis alterius coniugis. Quod constat ex *c. Super hoc, de eo qui duxit in matrim.* ibi: *Si adultera est aliquid in mortem vxoris machinata, siue fidem dedit, siue non, quod ea defuncta hanc esse ducturus, secundum canones ab eius consortio prohibetur.* Et idem habetur *c.* 1. & *c. Significasti, eo. t.* & *c.* 1. *de conuers. infidel.* & *c. Si quis viuente.*, 31. *q.* 1. quod est desumptum ex *Concil. Triburiense.* Vnde siue adulter, siue adultera, siue vir ipse vxoris mortem machinetur, nequit inter coniugem superstitem & adulterantem consistere matrim. Vt expresse habetur *c.* 1. & *c. Super hoc, de eo qui duxit in matrim.* Nec desideratur etiam ad hoc impedimentum incurrendum, vt adsit promissio futuri matrim. Vt expresse etiam decidit *d. c. Super hoc.* Et fatentur vniuersi.

3 Nec excusat quo minus in hoc impedimentum incidatur, si alter ex machinantibus alterius coniugis morte, infidelis existat, ac fidelis eam intentarit, vt coniugis morte secuta, alliciat infidelem spe ineundi cum ipso coniugij, vt ad fidem reducatur. Vt decidit *c.* 1. *de conuers. infid.* vbi ea ratio redditur, quod tale damnum eo lucro Ecclesia compensare nolit. Atque ita docent *D. Antonin.* 3. *p. t.* 1. *c.* 5. *in* 1. *crimine dirimenti, Syluester verb. Matrimonium*, 8. *q.* 9. *d.* 1. *Nauar. sum. c.* 22. *n.* 46. *Anton. Cucus l.* 5. *instit. maior. t.* 12. *n.* 87. *Toledo l.* 7. *sum. c.* 6. *num.* 2. *Phoiiarc. de offic. sacerd. to.* 1. *p.* 2. *l.* 2. *c.* 5. *impedim.* 4. Multum autem negotij facessit Doctoribus *c.* 1. *de conuers. infid.* in explicando qualiter potuerit Ecclesia infidelibus hoc impedimentū inducere, in pœnam delicti tempore infidelitatis admisi: & qualiter ea pœna non extinguatur per baptismum, qui omnino præterita delicta abolet. Et quidem dupliciter satisfaciunt huic difficultati. Primò dicunt id impedimentum commune esse infideli & fideli mortem coniugis machinantibus, quare etsi cesset per baptismum, ex parte infidelis, manet ex parte fidelis. Secundò dicunt deleri per baptismum peccata, ac ipsorum pœnas, non tamen impedimenta. Sic *Hostiens. eo. c.* 1. *n.* 2. *Ioan. Andr. n.* 3. *Ant. n.* 2. *Anchar. n.* 7. *Cardin. in princ. n. vn. oppos.* 1. Verùm neutra solutio difficultatem exhaurit: non enim explicat qualiter Ecclesia pœnam hanc infidelibus à sua iurisdictione exemptis statuere potuerit: & supponit illis statutam esse: & solùm declarat qualiter per baptismum extincta non sit. Et ideo respondeo, infideli eam pœnam indictam non esse, nec indici potuisse ab Ecclesia, sed soli fideli, vt perpetuo nequeat cum illo infideli quantumcunque ad fidem cōuerso matrim. contrahere. Sicut hodie ex Ecclesiæ præscripto irritum est matrimonium fidelis cum infideli, non ob impedimentum infidelis, sed quòd fidelis eo impedimento Ecclesiastico afficiatur. Et ita declarat *Enrique. l.* 12. *de matr. c.* 14. *n.* 2.

Hinc deducitur minimè audiendum esse *Palacios* 4. *d.* 39. *disp. vn. col.* 24. *fol.* 791. *vers. Obserua tamen*, vbi ait infidelem, qui vxorem interfecit animo ducendi adulteram, esse inhabilem post baptismum ad eam ducendam: per *c.* 1. *de conuers. infidel.* Sed id non credo, nec ille textus id comprobat. Quia ibi est sermo de infideli, qui ex fidelis consilio coniugem interemit: quare cùm fidelis reus fuerit illius mortis, iure optimo puniturab Ecclesia, nec illud matrim. inire valeat, cuius ineundi causa homicidium suo consilio perpetratum est. At in nostro casu nullus est fidelis quem pœna Ecclesiastica comprehendere possit. Quoniam adultera illa fidelis non est homicidio obnoxia, nec pœna hæc ob adulterium absque illo imposita est, vt n. 1. probauimus. 4

Satis autem est, quo impedimentum hoc dirimens contrahatur, consilio aut mandato ad coniugis mortem cooperari. Constat ex *c.* 1. *de conuers. infid.* vbi vxor fidelis non interfecit virū, sed infidelis vxoris machinatione & insidiis illum occidit: & tamen statuitur ibi id esse impedimentum dirimens. Et *c.* 1. & *c. Significasti, de eo qui duxit in matrim.* solum ponderatur coniugis mortis machinatio, quæ non petit propriis manibus mortem inferri, sed qualicunque cooperatione. Et ita docent ex Iurisperitis *Alberic. in suo dictionar. lit. A. verb. Adulter, vers. Nasci de adulterio, & lit. I. verb. Impedimentum*, 8. *vers. Crimina vero. Ioan. de Friburgo sum. confess. l.* 4. *t.* 9. *q.* 2. *Astensis* 2. *p. sum. l.* 8. *t.* 20. *a.* 2. *in princip. Monald. sum.* vbi de matrim. *t. de impedimento criminis*, *col.* 3. *Rosella verb. Impedimentum, imped.* 8. *n.* 6. & *ibi Supplem. Pisana imped.* 8. *n.* 4. *Tabena imped.* 7. *n.* 2. *q.* 1. *Angelus v. Matrimonium*, 3. *imped.* 9. *n.* 6. *Syluest. verb. Matrimonium*, 8. *q.* 9. *dub.* 3. *Turrecr. c. Si quis viuente*, 31. *q.* 1. *n.* 5. *Nauar. sum. c.* 22. *n.* 46. *Gaeta repet. c. Ad limina*, 30. *q.* 1. §. 4. *q.* 163. *nu.* 415. *Matienzo lib.* 5. *recop. t.* 1. *rubrica, Gloss.* 1. *n.* 178. *Mozzius de contract. t. Qui matrim. possunt contrahere, n.* 25. *Vgolin. de sacram.* vbi de matrim. *c.* 19. *nu.* 9. Et ex Theologis, *D. Antonin.* 3. *p. t.* 1. *c.* 5. *in* 1. *crimine, Veracruz* 1. *p. Speculi, a.* 33. *concl.* 2. *Palacios* 4. *d.* 35. *disp. vn. col.* 24. *vers. At forsan. f.* 791. *Emman. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedim. dirimentibus, *nu.* 7. *Vivald. candel. Sacram.* 1. *p.* vbi de matrim. *n.* 212. *concl.* 2. *Vega* 2. *to sum. c.* 34. *casu* 74. *notabili* 4. vide dicenda n. 7.

Sed dubitabis, an sufficiat ratihabitio occisionis coniugis factæ, vnà cum adulterio. Pars enim affirmās inde suaderi videtur, quod ratihabitio retrotrahatur, & mandato comparetur etiam in delictis, & etiam quoad excommunicationis sententiam incurrendam, *c. Cum quis, de sententia excom. in* 6. Verùm dicendum est minimè sufficere eam ratihabitionem. Quia ratihabitio ex sola fictione iuris trahitur retro, & mandato æquiparatur, at vt fictio locum habeat, exigitur duo extrema esse habilia ad illum actum exercendum. Vt quidā nomine infantis hominē occidit, infans maior factus ratam occisionem habet, nequit ratihabitio illa retrotrahi: quia infans nequibat tunc mandare. Similiter concesso termino ad aliquid agendū, amicus nomine alterius fecit, transacto termino non proderit ratihabitio alterius. Quia post terminum non poterat vere efficere: ac proinde nec ficte, *l. Bonorum, ff. rem ratam hab.* Ad rem ergo, petunt textus ad hoc impedimentū, machinationem ad coniugi necem inferendam: & cum ea illata interuenire machinatio nequeat, ratihabitio illa non potest retrotrahi. Et ita hanc partem sustinent ex Iurisperitis, *Glossa. c. Si quis viuente, verb. Occidisse*, 31. *q.* 1. *Et c.* 1. *in fin. de conuers. infid. & ibi Host. n.* 4. *Ioan. Andr. fin. Ant. fin. Abbas fin. Anchar. fin. Cardin. fin. idem Ant. a. Super hoc, n.* 2. *de eo qui duxit in matrim. Et ibi Præpos. n.* 2. *Alex. de Neuo in fi. Domin. c. Cùm quis, in fine, de sent. excom. to* 6. *Alberic. Ioan. de Friburgo, Astens. Monald. Rosella, Supplem. Pisana, Angelus nu.* 7. *Syluest. Tabiena, Nauar. Gaeta, Matienzo, Mozzius, Vgolinus n. preced. alleg. Armilla verb. Ratihabitio, n.* 5. *Maiolus l.* 5. *de irreg. c.* 48. *in princ. n.* 5. Et ex Theologis, *Scot.* 4. *d.* 35. *q. vn. col. penult. Et ibi Guliel. Borrilong. q. vn. a.* 2. *post* 3. *concl. dub.* 3. *Veracruz* 1. *p. Speculi, a.* 33. *concluſ.* 5.

Enriquez lib.12.de matrim.c.14.n.2. in comment.lit.Q. D.Anton. Palacios. Emm.Sa, Vega n.praced.relati. Atque hoc verum est, quamuis nomine ratum habentis occisio facta fuerit. Id enim ratio adducta probat. Et ita docent *Ioan. Andr. Ant. Abbas, Anchar. Cardin. Præpos. Alex.de Neuo, Sylvester, Nauarr. Vgolinus Vega iisdem locis.*

7 Desiderantur autem aliquot conditiones, vt hoc impedimentum locum habeat. Prima est, vt machinatio illa effectum sortiatur: si enim coniux mortem coniugis machinetur, nec ea subsequatur, locus non erit huic impedimento, sed poterunt adulter & coniux superstes altero defuncto matrimonium inire. Quia *c.Si quis viuente, 31.q.1.* vbi hoc impedimentum statuitur, manifestè petitur actus consummatus, ibi, *Occidisse notetur.* Et quamuis alij textus, vt *c.Super hoc, & c.1.& c. Significasti, de eo qui duxit*, de sola machinatione mortis coniugis mentionem faciant. At verba cum effectu sunt accipienda, *c.Relatum, de cleric. non resid.* Et ita docent vniuersi Theologi cum *D.Thoma 4 d.35. q.vn. in fin.in expos.lit. Magistri*, & vniuersi Iurisperiti cum *Glossa fin. c.1. de conuers. infid. & c Super hoc, verb. Machinata, & c.fin.in fin.de eo qui duxit, & Hostiens. eo c.Super hoc, n.vn.paulo post princip. & ibi Ioan.Andr.n.6. Anton.n.2. Abbas n.4. Alex.de Neuo n.4. Præpos.n.1. Sylvest.verb. Matrimonium, 8.q.9. dict.1.* & omnes alij: & neminem reperi de hoc dubitantem. Quamuis *Glossa d.c.Super hoc, verb. Machinata*, referat quosdam dixisse sufficere conatum. Vnde tradita n.5. nempe sufficere mandatum, vel consilium de coniuge occidendo, intelligenda sunt, quando id mandatum vel consilium cooperata sunt aliquid ad mortem: si enim nullus effectus ad illam fuerunt, eo quod interficiens erat iam omnino ad eam inferendam determinatus, nec consilio animosior factus est: vel fuit consilium aut mandatum ita reuocatum, vt nullum prorsus effectum habuerit, ita vt excusetur à restitutione & irregularitate mandantem vel consulentem, iuxta ea quæ Doctores in tractatibus de restitutione & irregularitate tradunt de mandante, vel consulente, nõ erit locus huic impedimento. Cùm petat effectum mortis subsequi ex actione coniugis vel adulteri.

8 Secunda conditio est, vt occisio sit vxoris: si enim vxor virum interficiat ad cõtrahendum cum adultero, nullum incurritur impedimentum, quin possit inter eos matrim. consistere. Quippe textus hoc impedimentum decernentes loquũtur de vxoris interfectione: vt *c.1.c. Super hoc, & c. Significasti, de eo qui duxit*, nec eam decisionem posse extendi ad viri occisionem, eo quod non tam sit frequens, defendimus disp.16.n.6. dicentes vxoricidium esse impedimentum impediens matrim. non tamen viricidium. Et ita in propriis terminis docent *Victoria sum.* vbi de matrim.n. 292. *Ledesma 2.p.4.q.62.a.2 post 3. propos.* Canedo *sum.sacram.* vbi de matrim.*c.5.ad fin.in comment.n.38.* Et dicit esse probabile *Enriquez l.12.de matrim. c.14.n.2.in comment.lit.V.* Sed nullatenus hæc conditio placet: sed mihi certum est, incurri hoc impedimentum dirimens, siue vir interficiat vxorem, siue vxor virum, ad contrahendum cum adulteranti. Quamuis non idem censuerim de interfectione viri facta ab vxore, alia causa quàm contrahendi matrim. tunc enim non est impedimentum impediens: quamuis tale sit vxoricidium, (vt defendimus disp.16.n.6.) Quod in hoc euentu textus solum loquantur de vxoricidio, nõ autem de viricidio. At in illo loquuntur etiam de viricidio, vt ex *c.Si quis viuente, 31.q.1* constat: vbi est casus, Quidam cum coniugata adulterũ admisit, & postea vir illius cõiugatæ obiit: & decidituir posse adulterum vxorem illam ducere: & additur hæc limitatio: *Nisi forte adulter aut mulier virũ, qui horum fuerat, occidisse notetur. Et c.1. de conuers. infid.* vbi idem impedimentum dirimens statuitur, sermo est de vxore, quæ medio infidelis cuiusdam ministerio virum interfecit. Nil ergo refert ad hoc impedimentum dirimens incurrendum, siue vir vxorem, siue vxor virum perimat gratia migrandi ad alterum matrim. Et ita docent ex Theologis *Paludanus 4.d.34.q.1.a.3.n.17. & dist.37.q.2.a.2.num.8. Supplem.Gabriel. 4.d.35.q.vn. a.2.ad fin.* vbi *Maioris q.2. col.2. casu 2. Sotus 4.d.37.q.vn.a.4. col.3. Veracruz 1.p. Speculi, a.33. concl.6. Palacios 4.d 35.disp.vn.col.22.vers. At vero si alia, f.790. Pedraza sum præcepto 6.vers.14. Bellarm.l.1.de matrim. c.22.casu 2. Enriquez lib.12.de matrim.c.14.n.2. Emm. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de imped. diriment. *n.7. Vinald. cand. sacram.1. p.* vbi de matrim. *n.212. concl.3. Barth.à Ledesma dub.58.de matrim.concl.3. Lud. Lopez 2.p instruct.* vbi de matrim. *c.54. col.3. Vega 2.tom. sum c.34. casu 74. notab.3. Manuel.1.tom.sum.2.edit. c.229. num.5. Graffis 1.p. decis.l.2.c.85. num.6.* Et ex Iurisperitis, *Glossa fin.c.fin.de eo qui duxit, Geffred.sum.eo t.nu.1. Abbas c.1.nu.3. eod.t. Alex.de Neuo, c. Significasti, n.5. eo t. Ioan.de Friburgo in sum. confess. l.4.t.9.qu.2. Astensis 2.p.sum.l.8.t.10.a.2. statim in princ. Monaldus sum.* vbi de matrim. vbi de imped. criminis, *col.1. Rebuff. praxi benef. reg.de dispens. in gradibus prohibitu, gloss.5.n.27. Supplementum Pisana, verb. Impedimentum, imped.8. n.2. Et ibi Rosella impedimento 8.nu.1. Taberna imped.7. n.1.q 2. Sylvester verb. Matrimonium, 7.q.6. dict. 1. & Matrimonium, 8.q.9. dict.1. Armilla verb. Matrimonium, n.8. Lex.reg. fin. t.2.p.4. & ibi Montalu.fin. Ant. Cucus l.5 instit. maior. t.11.n.76. Matienzo lib.5.recop. t.2. rubr. gloss. 1.nu.179. Matolus l.3.de irreg. c.25.n.17. vers. Idem quoque erit, Gaeta repetit. c. Ad limina, 30.q. 1.§.4 q.160.num.411. Vgolinus de sacram.* vbi de matrim. *c.19. n.9.* Idem fere expresse sentiunt alii Theologi & Iurisperiti, qui indistincte tradunt hoc impedimentum incurri, quoties alter coniux alterius coniugis mortem machinatur. Hi sunt *Caiet. sum. verb. Matrimonium, c.1. imped.5. Petr. de Soto lect.9.de matrim. in imped. criminis, casu 2. Nauar. sum.c. 22.n.46. Toledo l.7. sum.c.6.n.2. Ouandus 4.d.35.q.vn. ad fin. in casu 3. & 4. Valentia 4 p.disp.10.q.5.punct 3.* vbi de impedim. criminis, *Philiarcus de offic. sacerd to.1.p.2.l.2.c.5 impedim.4. Petrus de Ledesma de matrim.q.60.a.2. circa 4.concl.casu 1.*

Tertia conditio est, vt cum mortis machinatione in- 9
terueniat adulterium, quando solus alter coniux alterius coniugis mortem machinatur: secus quando coniux, & alter cum quo matrim. ineundum est, machinantur alterius coniugis mortem. Hæc conditio non admittitur ab omnibus. Quibusdam enim placet in neutro casu adulterium desiderari, sed satis esse coniugem interfici animo contrahendi matrim. cum alio. Quod & si canones hoc impedimentum statuentes loquantur fere semper de adulteris, at nullibi adulterium postulant: & *c.1.de conuers.infid.* nullam de adulterio mentionem facit. Deinde, quia cùm ratio huius impedimenti sit, ne ob matrim. spem detur ansa coniugis interficiendi, rationi consonat, ex sola coniugis interfectione absque adulterio, impedimẽtum hoc consurgere. Ita docet *Innoc.c.Super hoc.n.vnico, in fin.de eo qui duxit, Hostiens.* relato Hugone *sum.eod.t.n.3. & c.Super hoc, n. vn.ad med. & c.fin.num.2. & 3.eo.t. & 6.t.n.4. & 5.de conuers.infid. Anton.d.c.Super hoc, n.2. & d.c.fin.nn.4. in fin. Et ibi Henricus nu. 7. Alberic. in suo dictionar. lit.I. verb.Impedimentum, 8. vers. Crimina vero, Astensis 2.p.sum. l.8.t.10.a.2.an prim. D. Antonin.3.p. t.1.c.5. in 1. crimine, Supplementum Pisana, verb. Impedimentum, imped.8.n.2. Veracruz 1.p. Speculi, a.33.concl.4. & 6. fin. Philiarc. de offic. sacerd.to.1.p.2 lib.2.c.5.imped.4.* Alii vero in alio sunt extremo, petunt enim semper adulterium, vt huic impedimento locus sit. Sic *Monaldus summa, tract. de matrim.* vbi de impedim. criminis, *col.3. Ioan.de Friburgo in summa confess. l.4. tit.9.q.2.* & dicit esse probabile, *Bassolis 4.d.34.q.vn.a. 2.vers. Ex predictis patet.* At media via eligenda est, vt si vterque copulari matrimonio volens, cooperatus sit ad mortem alteri coniugi inferendam, vt cum superstite contrahat, minimè desideretur adulterium: secus si alter absque alterius consilio coniugem enecet. Constat prior pars ex *cap.1. de conuers. infidelium.* vbi quidam Sarraceni suggestione vxorum fidelium viros earum peremere, nec de adulterio cum illis admisso mentio aliqua fit: & tamen iis Sarracenis postmodum baptizatis interdicitur matrimonium cum illis mulieribus, & ab eo inito imbentur separati. Et quamuis textus loquatur de vxore fideli virum medio Sarraceno vita priuanti, at (vt egregie animaduertit *ibi Abbas numero 4.*) non constituitur vis in eo quòd interficiens Sarracenus sit, sed idem est, quamuis ille

Chri-

Christianus esset: sed dubitatum potius fuit de infidelibus, propter lucrum conuersionis gratia illius matrimonij ineundi subsecutum. Posterior etiam pars constat, quia vbi solius alterius machinatio interuenit, textus de adulterio admixto loquuntur, vt constat ex *c.1.c.Super hoc, c.Significasti de eo qui duxit, & c.Si quis viuente, 31.q.1.* Et cum sit res pœnalis, ac matrimonium favens, extendi minimè debet, sed valde restringi. Et ideo huius sent. sunt, ex Theologis, *Paludan. 4.d 34.q.1.a.3.nu.17. Maioris 4. d. 35. q.2.col.2. casu 2. & ibi Supplem. Gabr.q.vn.a.2. ad finem, Caiet.an summa, verb. Matrimonium, c.1.impedim.5. Bassolis 4.d.34.q.vnica, ar. 2. vers. Tertio dico, Nicolaus de Orbellis 4.d. 35. q. vnica ad fin. Nicolaus de Nissa super 4.sent. tract.6.p.3. de matrim.q.6.concl.4. Sotus 4.d.37.q.vn.a.4.col.penult. Petrus de Soto lect.9.de matrim.* vbi de impedimento criminis, *casu 2. Palacios 4.d. 35. disp. vn.col.23.vers. Respondebis f.790. Quando ibi, disp.vnica, ad fin. in casu 4. Angles floribus, 1.p.* vbi de matrim. *q. 9. art.3. in princ. concl.2. Pedraza sum. precepto 6. vers. 14. Bellarmin. l. 1. de matrim.c.22.col.2. vers. Crimen autem homicidij, Petr.de Ledesma de matrim.q.60.a.2. col.vlt. in fine secundi casus, Toledo l.7.sum. c. 6.n.3. Enriquez lib.12.de matrim.c.14.n.2. Emmanuel Sa summ. verb. Matrimonium,* vbi de impedimentis dirimentibus *num. 7. Valentia 4.p. disp 10. q.5. punct. 3.* vbi de impedimento criminis, *Philiarc.de officio sacerdotis, to.1.p.2. l.2.c.5.impedim.4. Barthol.à Ledesma de matrim.dub.58.concl.3. Lud.Lopez 2.p.instruct.* vbi de matrim. *c.54.col.3. Graffis 1.p. decisionum, l.2.c.85.nu.6. Vega 2.tom.sum.c.34.casu 74.not.ab.1. Vtualdus candel.sacram.1. p.* vbi de matrim. *num.212.conclus.3. Cañedo summ.* vbi de matrim. *c.5.ad finem.* Et ex Iurisperitis, *Gosfredus summa tit.de eo qui duxit, n.2. Ioan. Andr. c.1.n.2.de conuers.infid. & c.Super hoc, in fine de eo qui duxit, Anton.d.c.1. n.2. & ibi Abbas n.8. idem Abbas c.1.n.3. & c.Super hoc, in fine, de eo qui duxit, Anchar c.1. n.7. de conuers.infid. Cardin c.1. in fine, & c.Super hoc, in fine, de eo qui duxit, Alex.de Neuo c.1.n.9. & c.Significasti, nu.5. & c.Super hoc, n.4. de eo qui duxit, Prepositus c.Super hoc, n.2. & fin.n.2.eod.t. Angelus verb. Matrimonium, 3.impedim.9. num.5. Syluester verb. Matrimonium, 8.q.9. dicto 1. Rosella verb. Impedimentum, impedim.8.num.1. & ibi Tabiena impedimento 7.q.1.n.2. Armilla verb. Matrimonium, nu.30. & 31. Brunel.de sponsal. concl.34.n.6. Nauar sum. c. 22. nu. 46. Montalu l.fin.in fine, t.2.p.4. & ibi Gregor. Lopez. verb. Qualquier, Gaeta repetit. c. Ad limina, 30.q.1.§.4.q. 162.n.414. Ant.Cucius l.5. institut.maior.t.12. nu.76 & 77. Matienzo lib.5.recopil.t.1.rubr glossa 1. nu. 179. Vgolinus de sacram.* vbi de matrim. *c.19.nu.9. Lancelot.instit.iuris canon.l.2.t.de diuort. §. Cum ea autem, verb. Machinata.* Huius etiam sententiæ apertè videntur quidam alij Theologi, qui tunc ortiri hoc impedimentum censent, quando quispiam vxorem propriam interficit, vt adulteram ducat: vel si quis rem habeat cum coniugata, & vt illius matrimonio fruatur, virum eius interimit. Ecce qualiter machinationem vnius semper coniungunt cum adulterio. Hi sunt *D.Tho.4.d.35. q.vn. in fine, in expos. lit. Magistri, & d.37.q.2.art. 2. corp & ibi D.Bonauent.a.2.q.2. Durand.q.2.n.6. Ricard.art.2.q.2. Victoria sum.* vbi de matrim. *n.292. Ledesma 2.p.4.q.62.a.2.in 3.propos.* An autem exigatur adulterium copula consummatum, dicam disp.seq.n.2.fine.

10 At satis est adulterium alterius subsequens machinationem, dum tamen ante mortem coniugis contingat adulterium. Vt si vir venenum propinet vxori, vt feminam quandam ducat vxore interfecta, cum qua nondum adulteratus est, at cum ea adulteratur, non dum vxore defuncta. Quia verificatur intercedere adulterium cum interfectione coniugis: secus si defuncta vxore, copula accidisset. Quod ea non sit adulterium: & sic deficeret adulterium. Sic *Monaldus summa, tract.ult. de matrim.* vbi de impedim. criminis, *col.2.* & dicam in simili, in disp. sequenti.

11 Temperant aliqui tertiam conditionem propositam, nimirum, requiri adulterium, nisi interueniat fidei datio de futuro matrim. ineundo: tunc enim sufficit ad hoc impedimentum incurrendum machinatio alterius in mortem coniugis, ea subsecuta, quamuis adulterium desit. Ita *D.Bonauent.4.d.37.a.2.q.2. Cardin.c.1. in fine, de eo qui duxit, Prepos. in rubr. illius t.nu.vnico, Guillelm Borrilong.4.d.35.q. vn. a.2. concl.3.* Cæterum displicet hæc limitatio: & ita reliqui DD. n.9. allegati petunt adulterium absolute, & absque hac limitatione: & id etiam exigunt textus, quos ibi retuli: nec est textus aliquis, qui sola fidei datione, cum machinatione alterius contentus sit, ad hoc impedimentum contrahendum.

Quarta conditio est, vt adulterium illud, quod altero solo coniugis mortem machinanti requiritur, sit vtrique matrim. contracturo notum. Quare si vir coniugatus cum femina coniugij ignara adulteretur, & vt illam ducat, vxorem propriam occidat, nullum erit impedimentum dirimens inter illos. Quia adulterium illud fuit à femina ignotatum. Et ita tenet *Emm.Sa sum. verb. Matrimonium,* vbi de impedim. diriment. *n.7.* Et dicam in simili, in disp. sequenti. vbi scientiam vtriusque desiderati probabo, & explicabo qualis debeat esse ignorantia. immò idem existimo, quamuis femina illa, ignorans alterius coniugium, esset coniugata: adulterium enim cum illa, solo adultero machinante mortem propriæ vxoris, non cassaret matrim. cum adultera illa, soluto vtriusque coniugio. Quia adulterium respectu coniugis interfecti est, quòd vna cum mortis ipsius machinatione dirimit matrim. at respectu coniugis interfecti nullum adulterium admisit femina illa, vtpote coniugij illius ignara. Et ita textus n.9. allegati, de adulterio respectu coniugis perempti loquuntur. 12

Quinta conditio est, vt illa coniugis interfectio vestiatur fine ineundi alterius matrim. quando enim alius finis adest, non est impedimentum dirimens, (an verò sit impediens, diximus tota disp.16.) Hæc conditio displicet aliquibus, eo quod in iure minimè reperiatur. Atque ita illam desiderari negant *Caietan.sum.verb. Matrimonium, c.1. imped.5. Scotus 4.d.35.q.vn.col. antepenult. Petrus de Soto lect.9. de matrim. in impedim. criminis, casu 2. Armilla verb. Matrimonium, n.30. Angles floribus 1.p.* vbi de matrim. *q.9.a.3.dubio 1. concl.1. Quando 4.d.35. disp.vn. fin. Pedraza sum. precepto 6. vers. 14.* Et ex Iurisperitis, *Alexan.de Neuo c.Significasti, n.5. & c.Super hoc, nu.5. de eo qui duxit, Prepos. eo c. Super hoc in fine.* At eam admittendam esse verius est. Tum, quia etsi non reperiatur expressa in textu, colligitur tamen ex eius verbis, *c.Si quis viuente, 31.qu.1.* ibi: *Occidisse notetur.* Verbum enim *notetur*, denotat malitiosam procurationem mortis coniugis, ac nota infamiaque dignam, qualis est, quando eo dirigitur, vt matrim. cum adulterauti ineatur. Tum etiam, quia ex fine huius impedimenti colligitur. Ratio enim & finis inductionis huius impedimenti fuit, ne coniux coniugem vita orbaret, vt eo matrim. soluto ad aliud migraret, cum persona, quam deamat. Quæ ratio nunquam habet locum, quoties coniugis interfectio non eo tendit, vt aliud matrim. cum ea persona ineatur. Atq; proinde iura inducentia hoc impedimentum, minime ad hunc casum extenduntur. Atq; ideo hanc partem sustinent ex Theologis *D.Thom. 4.d.37.q.2.a.2.corp. & ibi D.Bonauent. a.2.q.2. Durand.q.2.nu.6. Ricard.a.2 q.2. & d.35. a.5.q.3. Palud.in. 4.d. 34.q.1.a.3.n.17. & d.37.q.2.a.2.nu.8. Maioris 4.d. 35.q.2.col.2. casu 2. Supplem. Gabr. ibi q.vn.a.2. ad fin. Nicol.de Orbellis ibi q. vn.ad fin. Bassolis 4.d.34.q.vn.a.2.vers. Tertio dico, Nicol.de Nyssa super 4.sent. tract.6.p.3. de matrim.q. 6. concl.4. D.Antonin.3.p. t.1. c.5. in 1.crimine, Sotus 4.d.37.q.vn.a.4 col.antepen. Ledesma 2.p.4. q.62. ar. 2. proposit. 3. Palacios 4.d.35.disp.vn.col.22. vers. At vero si alia.f.790. Guill.Borrilong.ibi q.vn.a.2. post 3. conclus. dub.1.& 2. Figuerins Institut. c.16.§.7. vers.9. in fine, Veracruz 1.p.specul.a.35. concl.1. Bellarm.l.1. de matrim.c.22.in fin. Toledo l.7.sum c.6 num.2. Enriquez l. 12. de matrim.c.14.n.2. Valentia 4.p.disp.10.q.5.puncto 3.* vbi de imped. criminis, *Emman. Sa sum.verb Matrimonium,* vbi de impedim. dirimentibus, *n.7. Petr. de Ledesma de matrim. q.60.a.2.col penult. Vtualdus candel. sacr.tom.1.p.* vbi de matrim. *n.212.conclus.2. Philiarcus de officio sacerd.tom.1.p.2.l.2.c.5.impedim.4. Barth.à Ledesma dubio 58.de matrim.conclus.3. Lud.Lopez 2.p.instruct.* vbi de matrim. *c.54. col.3. Beja in sua summa, casu 5. Vega 2 tom.sum.c.34.casu 74. notabili 2, Manuel. 1.tom sum. 2.edit.c.229.n.5.* Et ex Iurisperitis,

tis, Gloss. c. *Super hoc, verb. Machinata, de eo qui duxit, & c. Si quis viuente, verb. Occidisse*, 31. q. 1. *Calderin. c. Super hoc, de eo qui duxit, & ibi Host n. vnic. ad medium, & sum. eod. t. ad fin. vers. Quid ergo Henricus c. fin. n. 6. eod. t. Alber. cus in suo diction. lit. A. verb. Adulter, vers. Nasci de adulterio, & lit. I. verb. Impedimentum*, 8. *vers. Crimina vero, Ailensis 2. p. sum l. 8. tit. 20. a. 2. statim in principio, Monaldus sum. tractatu de matrim.* vbi de impedim. criminis, *col. 2. Rainerius 2. p. sum. tit. de matrim. c. 14. Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 4. t. 9. q. 2. Supplem. Pisana, verb. Impedimentum, imped. 8. n. 3. & ibi Rosella imped. 3 n. 5. Tabiena impedim. 7. n. 2. q. 1. Angelus verb Matrimonium, 3 impedim. 9. n. 6. Syluester verb. Matrimonium, 8 dicto 2. Brunel. de sponsalib. conclus. 34. n. 5. Turrecrem c. Si quis viuente, n. 4. 31. q. 1. & c. Interfectores, a. 2. n. 5. 33. q. 2. Nauar. sum. c. 22. n. 46. Et lib. 4. cons. in vtraque edit. tit. De eo qui duxit toto cons. 1. Lex regia fin. t. 2 p 4. Anton. Cuc. l. 5. institut. maior. tit. 22. nu. 76. Matienzo lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gloss. 1. num. 177. Gaeta repetit. c. Ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 160. & q. 162. n. 411. & 414. Vgolin. de Sacram.* vbi de matrim. *c. 19. n. 9.*

14 Satis tamen est si alter ex mortem coniugis machinantibus intendat matrim. inire. Quia tunc concurrit mortis machinatio, & cum effectu ac animo contrahendi, & nullibi decernitur vtriusque intentionem desiderari. Idque constabit amplius ex dicendis n 18. Doctores enim, quos ibi referam, tenentur hoc dicere.

15 Hinc deducitur, non esse impedimentum dirimens, si coniugatus dicat adulteræ, Nisi matrimonio ligatus essem, te ducerem: & post occidat vxorem, non ductus fine matrimonii cum adultera contrahendi. Quia ea verba non continent futuri matrimonii promissionem: nec machinatio illa absque fine matrimonii impedimentum dirimens præstat. Sic *Calderinus c. Super hoc, de eo qui duxit, & ibi Iacobus de Zochis*, quos refert *Alex. de Neuo ibi, num. 5.* Idem tenet *Sylvest. verb. Matrimonium, 8. q. 9 fine.* Quamuis *Præpos. d. c. Super hoc, in fine: & ibi Alex. de Neuo n. 5.* sentiant esse impedimentum dirimens: eo quod credunt ad hoc impedimentum non esse necessariam prædictam intentionem. Et hoc dicit *Angelus verb. Matrimonium, 3 impedim. 9. fine*, tenendum esse ante initum matrim. secus eo inito: quia oppositam sententiam, nimirum, non esse impedimentum dirimens, aiit esse iure veriorem. Cui absque scrupulo aliquo ante & post contractum matrimonium adhærendū censeo, ob prædictam rationem.

16 Secundò deducitur, nec esse impedimento huic locum, si coniux, & cum ipso adulterans, interficiant communi consilio alterum coniugem, non vt matrimonio inter se copulentur, sed vt liberius libidini vacent, vel ne ob adulterium ab ipso coniuge interfecto occidantur, vel ob alium finem. quia illi machinationi deest finis matrimonii ineundi, quem desiderari n. 12. probauimus. Et ita docent *Emmanuel Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus, *n. 7. Manuel. 1. to. sum. 2. edit. c. 229. n. 5. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 120.*

17 Tertiò deducitur, quid dicendum sit, si vir mortem vxoris machinetur animo ducendi adulteram, nec mors sequatur, at postmodum adultera vxorem illam casu eneeet, nec communi consilio, nec animo nubendi coniuge superstiti, sed alio fine ducta? *Anton. c. 1. n. 2. de conuers.* censet hoc esse impedimentum dirimens. At id non approbo. Quippe machinatio viri in vxoris mortem, quæ fine ineundi matrim. vestiebatur, caruit effectu, in quo euentu nullum præstat impedimentum, vt diximus n. 7. Et occisio illius vxoris facta ab adultera, quæ impedire futurum matrimonium debebat, caruit fine matrimonii contrahendi cum coniuge superstite.

18 Quartò deducitur, quid sentiendum sit, quando vir vxorem perimit, animo ducendi feminam incertam, aut vnam ex pluribus? *Veracruz 1. p speculi a. 33. conclus. 7. & 8. Matienzo lib. 5. recop. tit. 1. rubrica, gloss. 1. nu. 180. & Vega 2 tom. sum. c. 34. casu 74. notab. vltim.* dicunt non esse impedimentum dirimens, quando animus fuit ducendi non certam & determinatam feminam, sed incertam: secus si animus esset ducendi hanc vel alteram, aut vnam ex pluribus, dummodo omnes illæ sint expresse intentæ: tunc enim esset impedimentum dirimens cum quauis earum. Et bene quidem sentiunt, intelligendo eos cum hac limitatione, nempe quando cum omnibus illis expresse intentis præcessit adulterium. Quod aliàs, cùm solus vir machinatus sit in mortem vxoris, non erit impedimentū, iuxta dicta n. 9. Quare si interfecit vxorem, animo ducendi feminam indeterminatam, poterit postea ducere quamcūque, etiam eam cum qua vxore superstite adulteratus est. Quia intentio matrimonii determinati ad hoc impedimentum incurrendum petita defuit: similiter poterit adulteram illam ducere, quando animum habuit aliquam aliam determinatam, vel vnam ex pluribus determinatis ducendi, præter adulteram: imo & tunc poterit quamuis ex illis ducere. Quoniam cum omnibus aliis non fuit adulterium requisitum ad hoc impedimentum: & cum adultera non fuit animus contrahendi, qui simul cum adulterio desideratur. At si in mente sua expresserit adulteram, siue solam, siue inter alias respectu solius adulteræ erit impedimentum dirimens. Quia respectu illius reperitur adulterium cum animo contrahendi matrimonii cum illa.

Monuerim tamen circa intentionem requisitam in- 19
undi matrimonij ad hoc impedimentum, præsumi eam in foro externo, quando quispiam coniugem perimit, & cum alio coniuge, cum quo adulterium præcesserat, inire matrim, vult: vel coniux superstes, qui coniugem peremit, vult cum adulteranti matrimonio copulari. Et ita reputari in foro externo impedimentum dirimens: quamuis tale non sit in foro conscientiæ, quando ea intentio vere non adfuit. Ita *Sotus 4. dist. 37. q. vn. a. 4. col. antepenult. Beja in sua sum. casu 5. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 229. nu. 5. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 74. notab. 2.* Quare nisi ex magnis coniecturis probaretur opposita intentio, non est concessurus iudex ecclesiasticus, qui fori externi præsumptione stare debet, dum oppositum non probatur, licentiam talis matrimonii ineundi.

Vltima conditio necessaria ad hoc impedimentum in- 20
currendum est vt matrim. prius sit verum, si enim sit irritum, quamuis bona fide existimatum legitimum, interfecto illius coniugis, cum adulterio cum alio coniuge, non erit impedimentum dirimens. Quia textus n. 9. allegati, impedimentum hoc statuentes, petunt coniugis occisionem & adulterium, quæ ambo vere deficiunt, vbi veritas matrimonii desideratur. Et ita docent *Henricus c. fin. n. 1. de eo qui duxit, Anton. Cucus l. 5. instit. maior. t. 12. n. 84. Veracruz 1. p speculi, a. 33. concl. 6. fin. Palacios 4. dist. 35. disp. vn. col. 24. vers. Obseruandum secundo. f. 791.* Satis tamen esset, si matrimonium foret verum, quamuis non consummatum. Vt bene docent *Anton. Cucus n. 85. & Palacios ibid.* Et quamuis celebratum esset diuortium. Vt bene tradit *Anton. Cucus n. 86.* Quia in vtroque adsunt vera interfectio coniugis & adulterium. Quæ omnia in simili casu latiùs probabimus disp. sequenti.

Demum duo obseruanda sunt. Prius est, deceptum esse 21
Palacios 4. dist. 35. disp. vn. col. 22. vers. At vero, vbi ait impedimentum hoc reddere simpliciter quempiam inhabilem ad quodcumque aliud matrim. Id enim longè à veritate abest, qui enim coniugem perimit, vt cùm adulteranti matrim. ineat, respectu solius adulteranti sit inhabilis: quare ad quodcunq; aliud matrim. validè migrare potest, (dixi validè, quia quando sit impedimentum impediens, non est præsentis disputare, & satis discussi tota disp. 16.) Quia textus hoc impedimentum dirimens decernentes, solum irritant matrim. inter machinantes mortem & adulteros, vt constat ex *c. 1 c. Super hoc, & c. Significasti, de eo qui duxit, & c. 1. de conuers. infidel. & c. Si quis viuente*, 31. q. 1. Et ita docent *D. Thom. 4. d. 37. q. 2. a. 2. corp. Et ibi D. Bonauent. a. 2. q. 2. Durand. q. 2. n. 6. Ricardus a. 2. q. 2. Maioris 4. d. 35. q. 2. paulo post princ. Rainer. 2 p sum t. de matrim. c. 14. Sylvest. verb. Matrimonium, 8. q. 9. dict. 2. Petr. de Soto lect. 9. de matr.* vbi de impedim. criminis, *casu 2. Turrecrem. c. Interfectores, a. 2. nu. 5. 33. q. 2.*

Anton

Ant. Cucus l. 5. iustit. maior. t. 12. n. 78. Viguer. l. institut. c. 16. §. 7. vers. 9. in fine, Vgolinus de sacram. vbi de matrim. c. 19. n. 9. Enrique. lib. 12. de matrim. c. 14. n. 2.

22 Posterius obseruandum est, hoc impedimentum esse solo iure ecclesiastico inductum. Quare non incurrent illud infideles, nisi speciali ipsorum lege statutum sit. De qua re nemo dubitat. Non enim naturæ repugnat eiusmodi matrimonium.

23 Tandem vt summatim complectamur conditiones, quas ad hoc impedimentum dirimens desiderari, tota hac disp. diffuse diximus: eæ sunt quinque. Prima est, vt adsit machinatio mortis alterutrius coniugis, siue ab alterutro coniuge, siue ab adultero facta, effectu subsecuto: nimirum, vt reuera sequatur coniugis illius interfectio machinata. Sufficit autem mandatum vel consilium: non tamen ratihabitio eius interfectionis, etiam nomine alterius coniugis effectæ. Secunda, vt machinatio sine vestiatur ineundi matrim. inter coniugem superstitem & adulterum, vel simul mortis machinatorem. Tertia, vt adsit adulterium, quando solus alter ex contrahentibus, mortem coniugis machinatus est: vel si adulterium desit, vterque illius machinationis reus sit. Quarta, vt adulterium requisitum sit vtrique contrahenti notum. Vltima, vt matrimon. prius fuerit verum, quamuis non consummatum fuerit, diuortiumve celebratum sit. Nec impedimentum hoc reddit machinantem inhabilem simpliciter ad quodcumque aliud matrim. sed tantum respectu adulterantis, vel eius, qui simul in coniugis mortem machinatus est, ad ineundum inter se matrimonium.

DISPVTATIO LXXIX.

An adulterium interuenientibus promissione futuri matrim. aut ipsius contractu de præsenti cum adultera, dirimat subsequentes cum illa nuptias?

SVMMARIVM.

Adulterium cum promissione matrimonii, vel contractu ipsius de præsenti, est impedimentum dirimens. n. 1.

Non sufficit fides data, aut matrim. sine adulterio, nec sufficit conatus nec copula non consummata: nec fides matrim. mundi viuente altero coniuge, n. 2.

Satis est siue adulterium præcedat, siue subsequatur fidei dationem, aut contractum matrimonii. n. 3.

An satis sit, si fides detur adulteræ de matrimonio ineundo cum persona, quam quidam tertius designabit. n. 4.

Fides data, aut contractus matrim. ac adulterium concurrere debent durante coniugio: nec satis est, si alterutrum præcedat, aut illud subsequatur. n. 5.

An satis sit, vt in diuersis coniugis intercedant. n. 6.

Quid, si fides data remissa sit ante adulterium, aut post illud reuocata fuerit. n. 7.

Quid, si matrimonium illud sit clandestinum. n. 8.

Quid, si promissio sit interna, nullo signo externo expressa. n. 9.

Quid, si promissio ficta sit, & ore tenus. n. 10.

Quid, si promissio sit conditionalis. n. 11.

Quid, si sit impossibilis aut turpis conditio. n. 12.

Quid, si contra substantiam matrimonij. n. 13.

Quid, si de præsenti ante præterita, vt, Sis virgo, vel vir tuus obiit. n. 14.

Quid, si adulter promittat coniugatæ, de cuius viri obitu dubitatur ob septem annorum absentiam, si ostenderis id licere, ducam te. n. 15.

Quid, si ita promitterem, Si non essem coniugatus ducerem te. n. 16.

Quid, si ita, Si voluero, ducam te, vel nisi aliud arbitratus fuero, vel mihi visum fuerit. n. 17.

Quid de promissione hic vtrius concepta, Non ducam aliam nisi te, vel præter te, vel alijs verbis equiuocis. n. 18.

An desideretur promissio mutui matrimonii? Refertur quædam sententia: & explicatur qualiter differat inter se pollicitatio & promissio. n. 19.

Refertur contraria sententia. n. 20.

Explicatur quando censeatur promissio facta per modum contractus onerosi ac respectiui, & per modū gratuitæ & liberalis promissionis. n. 21.

Exigitur promissionem illam acceptari ab eo cui fit. n. 22.

Quid, si altero promittente, adultera sit respondeat: Incolumem seruet Deus virum meum: vel dirigat quod diuino eius obsequio expediens fuerit. n. 23.

Satis est promissio alterius sufficienter acceptata. n. 24.

An ad incurrendum impedimentum hoc sufficiat altero promittente, alterius taciturnitas, eaq. sit acceptatio, siue promissio fiat per modum promissionis liberalis, siue per modum contractus onerosi, & respectiui. n. 25.

An si fiat per modum contractus onerosi, sat sit expressa alterius acceptatio, eaq. sit virtute repromissio. n. 26.

Solumtur argumenta. n. 27.

An sufficiat simplex ac nuda promissio? Refertur quædam sent. n. 28.

Proponitur sententia Auctoris: & explicatur, an fides interpositio sit iuramento. n. 29.

An necessarium sit, matrimonium prius esse validum, consummatum, nec dissolutum quoad habitationem. n. 30.

An exigatur vtrumque adulterum nosse alterum coniugium: & quid si vterque sit coniugatus, ac vtrumq; alterius coniugium lateat. n. 31.

An requiratur post scientiam prioris coniugij matrimonium de facto inire, & copulam habere, an potius sufficiat matrim. ante scientiam initum, habita post scientiam copula. n. 32.

Quid si tempore copulæ, iam illi à matrimonio resiliuerant. n. 33.

Quid si fides præcesserit scientiam, ac copula eam secuta est. n. 34.

Quid, si copula fuit ante scientiam: fides autem aut contractus matrimonij post scientiam. n. 35.

Quid, si dubitetur, an quando fides data est, vel adulterium admissum, superstes erat alter coniux: vel an fides vel adulterium interuenerint. n. 36.

Quando censebitur scientiam adesse coniugi in altero. n. 37.

An excuset quando ignorantia: an sola probabilis. n. 38.

An quando initum est matrim. à persona contagata cum soluta ignara eius coniugij, vel vtraque ignorante, licetq; vtrius, soluto per mortem priori coniugio, à posteriori resiliere. n. 39.

An sit peccatum promittere futurum matrimonium, post præsentis dissolutionem, ac ea promissio valeat. n. 40.

An hoc impedimentum reddat personam simpliciter illegitimam ad quodcumque matrim. n. 41.

An solum sit de iure humano, nec contrahatur inter infideles. n. 42.

Quid, si alter sit infidelis, alter verò fidelis: vel alterum, vt contractus matrim. ante fidei illius, præcedat baptismum: alterum vero, vt adulterium, illum sequatur. n. 43.

Redigentur in summam conditiones ad hoc impedimentum petita. n. 44.

EGIMVS disp. superiori de impedimento criminis adulterij cum machinatione mortis coniugis. Iam in præsenti, de secundo & tertio crimine differendum est: nimirum, quādo quispiam fide data de matrimonio contrahendo, adulterium admittit, vel de facto cum eadem adultera matrim. init, priori coniuge superstite. In vtroq; enim euentu matrim. inter illos dirimitur, vt constat ex *c. Relatum, 31. q. 1.* quod est desumptum ex Concil. Triburiensi, & ex *c. 1. & c. Veniens, de eo qui duxit*, & melius ex *c. fin. eod. tit.* ibi: *Si quis vxore viuente fide data promisit aliam se ducturum, vel cum ipsa de facto contraxit, si nec ante nec post, legitima eius superstite cognouit eandem, non est matrimonium, quod cum ea contraxit post vxoris obitum, diuinendum. Caterum tolerari non debet, si prius vel postea dum viuerit vxor ipsius, illam adulterio polluisset.* Ratio autem huius impedimenti secundum omnes est, ne propter futuri matrimonii spem detur ansa captandæ mortis coniugum. 1

Desiderantur autem aliquæ conditiones ad hoc impedimentum incurrendum. Prima est, vt adulterium concurrat cum futuri matrimonii promissione, aut cum matrimonio de facto inito, superstite altero coniuge. Quare nec sufficit matrim. nec fides data, sine adulterio, nec adulterium sine alterutro illorum, vt constat ex *c. 1. tap. Veniens, & c. fin. de eo qui duxit*, vbi hæc duo simul petuntur: & docent vniuersi. Nec existimo sufficere, si adulteri sibi fidem dent de matrimonio inter eos ineundo ante alterius coniugis obitum; sed oportet vt de facto ante coniugis obitum matrimonio copulentur, vel de eo post ipsius obitum contrahendo dent sibi fidem. Quod prædicti textus solum matrimonium de præsenti viuente altero coniuge ponderent: & licet dum explicant futuri matrimonij promissionem, non clarè dicant eam esse de matrimonio ineundo post vxoris obitum, at id explicuit *c. Relatum, 31 q. 1.* ibi: *Insuper mœchæ viuente viro suo iuramentum dedisse, vt post mariti legitimi mortem, si superuixisset, duceret vxorem.* Et passim DD. ita eam promissionem explicant: & ita intelligunt *c. fin. de eo qui duxit*, vbi dicitur graue peccatum perpetrari in hac promissione, DD. quos n. 40. referam. Nec ita hac promissione datur ansa captādæ mortis alterius coniugis: quæ est ratio huius impedimenti. Cùm non expectetur mors alterius coniugis ad matrim. perficiendum: nec eo vsque promissio differatur. Nec satis est conatus ad copulam ipsa minimè sequuta cum 2

ea, cui futuri matrim. fides data est, vel cum qua de facto initum est. Quod textus prædicti adulterinam copulam exposcãt, quæ delictum consummatũ importat: & maximè in his pœnalibus, & impedimentis matrim. dirimentibus, quæ valdè restringenda sunt. Et ita docent *Glos. c. fin. verb. Cognouit, de eo qui duxit, & ibi Ioan. Andr. n. 4. Anton. n. 4. Abbas fine, Cardin fine, Anchar num. 4. Alexand. de Neuo* relato *Vincentio, n. 9. Præposit. statim in princ. & num. 4. fine, Speculator t. De eo qui duxit, §. vn. n. 6. Brunel. de sponsal. concl. 34. nu. 4. Lancelot. instit. iuris canon. l. 2. tit. de diuort. §. Sed etsi fidem, verb. Copula.* Quamuis minus bene *Hostiens. cod. c fin. n. 1.* in eam partem inclinet, vt conatus sufficiat; dubiusque maneat. Imo eisdem rationibus ductus censeo non sufficere vasis feminei penetrationem, virili semine non intromisso. Quod id non sit adulterium consummatũ, sed inceptum, & conatus ad perficiendum. Vnde sufficeret quacunque arte semen intra vas absq; illius penetratione reciperetur. Cum id satis sit ad copulæ consummationem: nec feminæ semen exigatur. Vt diximus disp. 64. per totam.

3 Sufficit verò, siue fidei dationem, siue matrim. de facto initum præcedat, siue sequatur adulterium à coniuge illo admissum. In vtroque enim casũ incurritur impedimentum hoc dirimens. Habetur expresse *c. fin. de eo qui duxit*, Et docent vniuersi. Quippe in vtroque casu præbetur ansa captandæ mortis coniugis.

4 Nec refert siue adulter fidem dederit adulteræ de contrahendo matrim. cum ipsa, siue cum persona, quam tertius quidam ab adultera signatus destinauerit: quando fraudulenter ea fides petitur, vt tertius ille adulteram designet. Quia perinde est, ac si fides adulteræ ipsi daretur. Nec fraus alicui patrocinari debet, *c. Aduersus, de immunit. Eccles.* Quod si ea fraus non intercesserit, sed fides illa petita est bona fide, eo quod credebatur fore, vt tertius ille conueniens adultero matrim. consuleret, non est locus huic impedimento: sed poterunt illi defuncto coniuge matrimonio copulari. Non enim adfuit promissio futuri matrimonii cum illa. Et ita docent *Ricard. 4. d. 35. a. 5. q. 5. Maiorù ibi qu. 2. in argum. 1. contra 1. impedimentum, Ailenj. 2 p. sum. l. 8. tit. 20 a. 2. in princ. D. Antonin. 3 p. t. 1. c. 5. in 2. crimine dirimenti, vers. Item si quæ, Angelus verb. Matrimonium, 3. imped. 9. n. 4. Syluest. verb. Matrimonium, 8. q. 9. dub. 6. Rosella verb. Impedimentum, imped. 8. n. 3. & ibi Tabiena imped. 7 nu. vlt. Sotus 4. d. 37. q. vn. a. 4. ad finem corporis, Lud. Lopez 2 p. instructorij*, vbi de matrim. *c. 54. col. 4. vers. Aduertendum est, Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 77.* Atque id verum est, licet bona fide adulter promitteret, vt bene docent *Sotus & Lud. Lopez.* Imò. satis est, siue fidem dans siue acceptans existimet fore, vt tertius ille consulat matrim. inter illos adulteros. Quia ex parte vnius datur fides, vel acceptatur, de illo specialit matrimonio cum adultera, quod consulendum credit: & ita fraus ex parte illius interuenit. Et quamuis alter sit in bona fide constitutus, at ex parte sua ei periculo se exposuit, vt tertius ille id matrim. consuleret. Et sic docẽt *Angelus & Syluester proxime allegati.* Vnde non est audiendus *Veracruz 1 p. speculi, a. 4. post 9. concl. dub. 2.* vbi contra omnes Auctores allegatos sustinet non esse impedimentũ, quando prædicta fraude concepta datur illa fides. Quia verè non promittitur cum adultera matrim. Sed ex dictis diluitur hæc ratio. Atque eius opinionem sustinere tenentur Doctores, quos num. 19. referam, censentes desiderari mutuam promissionem matrimonii ad hoc impedimentum incurrendum. Nam in hoc casu solam dantis fidem promissionem intercedere constat. Sed nu. 24. probabo eam mutuam fidem non esse necessariam.

5 Secunda conditio est, vt adulterium, & fides matrim. siue contractus de præsenti concurrant durante priori matrim. Quare si copula, aut fides, siue matrim. de præsenti de facto initum, præcedant illud matrimonium aut eo dissoluto per coniugis mortem eueniant, non contrahetur hoc impedimẽtum, vt si fides data est viuente coniuge, at copula post eius obitum est habita, aut è contra copula eo superstite, fides autem eo mortuo. Quia textus *c. fin. de eo qui duxit*, expresse petit vtrumque superstite coniuge contingere. Et ita docent *Speculator. eo. tit. de eo qui duxit, §. vn. n. 4. Anton. cod. c. fin. nu. fin. Anchar. n. 2. Henricus num. 5. Tabiena verb. Impedimentum, imped. 7. q. 2. n. 3. Sotus 4. d. 37. q. vn. a. 4. col. pen. Matienzo lib. 5 recop. t. 1. rubr. gloss. 1. n. 188. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 54. col. 4. in 3. crimine.*

6 Non constat autem inter DD. an necessarium sit, vt fides data & adulterium durante eodem coniugio intercedant: an potius sufficiat, in diuersis nuptiis. Quidam enim credunt sufficere in diuersis nuptiis: vnde censent impedimentum hoc dirimens incurri, si coniugatus fidem matrim. ineundi post vxoris obitum Mariæ dederit, non existente inter illos adulterio: & mortua vxore aliud matrimon. coniugatus ille inierit, quo durante adulterium cum ipsamet Maria admisit, non renouata fide mãtrimonii. Quia verificatur adulterium & promissionem superstite coniuge euenire: quod solum petitur, *c. fin. de eo qui duxit*, Atque ita docent *ibi Ioan. Andr. n. 3. Anton. n. 5. Anchar. an. n. 3. Henric. num. 8.* Et hanc sententiam tenendam esse ante factum, secus post factum, docet *Angelus verb. Matrimonium, 3. impedim. 9. n. 2.* & est probabile. At multo verius est, exigi vt durante eodem coniugio intercedant: atque ita in prædicto casu nullum oriri impedimentum. Quod per posterius matrim. recedatur à fide data: ac proinde solum adsit adulterium. Deinde, quia ideo hoc impedimentum inductum est, quod ex ea promissione concipiatur spes futuri matrim. ac ex ea spe machinatione mortis mariti, aut vxoris, ansa præbeatur. At ea spes extinguitur inito posteriori matrimonio. Et ita docent *Calderin. d. c. fin. & ibi Abbas n. 5. Alex. de Neuo n. 8. fine, Ioan. de Lignano*, quem refert ac sequitur *Syluester verb. Matrimonium, 8. q. 9. dicto 5. Rosella verb. Impedimentum, imped. 8 n. 4. & ibi Tabiena impedim. 7. nu. fin. Brunell. de sponsal. conclus. 34 num. 4. Sotus 4. d. 37. q. vn. a. 4. col. pen. vers. Dubium autem, Anton. Cucus l. 5 instit. maiorum, t. 12. nu. 80. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 54. colum. 4. vers. Aduertendum est etiam, Vega 2. to. sum. c. 34. casu 76.* Non explicant verò hi Auctores, quid è contra dicendum sit: quando durante priori coniugio, adulterium cum illa Maria admissum est, absque matrimonii fide: & durante posteriori, data est fides absque adulterio. Nec ratio extinctionis prioris fidei datæ per posterius matrim. cui innituntur, militat in hoc casu, cùm fides in posteriori matrim. data sit, nec possit dici prius adulterium admissum extingui. Verùm existimo nec in hoc euentu locum esse huic impedimento. Quia textus rectè inspecti eodem coniuge viuente petunt adulterium & promissionem: vt eidem matrimonio iniuria irrogetur, præstita ansa coniugis eiusdem interficiendi. Et ita *c. fin. de eo qui duxit*, dicitur *Dum vixerit vxor ipsius, & c. 1. cod. t. Et illam maxime, cui fidem dederat vxore sua viuente.* Vbi de eodem coniugio, cui per adulterium & fidem datam iniuria infertur, manifestè videtur esse sermo.

Hinc deducitur, si ante adulterium admissum fides data eodem matrimonio durante, soluta iam sit per vtriusq; contrahentis mutuam remissionem, vel vterque pœnitentia ductus à matrim. de facto contracto, durante priori coniugio resiluit, nondum secuta copula, & postea casu subsecuta est, prioti contractu non iterato, non esse impedimentum. Quia prior ille contractus fidei datæ, aut matrimonii, omnino extinctus erat: & sic non concurrunt adulterium & fides, seu contractus de præsenti. Quod prorsus necessarium est ad hoc impedimentum. Et sic tenentur dicere DD. posterioris sent. n. præced. relatæ: innituntur enim ad dicendum in eo casu non esse impedimentum, eo quod iam prior fides extincta erat. At si fides data remissa sit post adulterium, vel post illud resiliatur à matrimonio illo de facto inito, nil conferet ad euadendum hoc impedimentum. Quia iam illi id incurrerant, nec propria auctoritate se eximere poterunt. 7

Dubitabis autem, quid dicendum sit, quando est clandestinum matrim. illud de facto initum, & cõcurrit cum illo adulterium? Videtur enim non esse impedimentum. 8

Quòd

Quòd huiusmodi matrim. sit prorsus irritum, ac vi etiam sponsalium destitutum (vt probaui lib.1.disp.20.n.5.) At contrarium tenendum est. Non enim ponderatur valor matrimonii aut sponsalium, quo impedimentum hoc consurgat: imò matrim. illud semper est irritum impedienti altero coniugio tunc durante: nec promissio illa valet, vt dicemus n.40.

9 Tertia conditio est, vt promissio illa sit aliquo signo externo expressa: promissio enim interna matrimonij cum adulterio non præstat hoc impedimentum. Quod ea tanquam alteri ignota non præbeat ansam machinandi mortem coniugi. Ita *Veracruz 2.p. Speculi a.34.post 9.concl.dubio 2.in fin.*

10 Hinc deducitur, quid dicendum sit quando promissio matrimonii est ficta & oretenus. Existimant quidam non oriri ex ea hoc impedimentum. Quod ea non sufficiat ad sponsalia contrahenda. Sic *Enriquez lib.12.de matrim.c.14. n.3.fin. Enim. Sa summ.verb. Matrimonium*, vbi de impedim. dirimentibus, *n.7.* & sanct *Manuel 2.to.sum.2.edit.c.229.n.7.* vbi tunc in solo foro externo videtur censere incurri hoc impedimentum, propter consensus præsumptionem. Idque amplius probari potest à simili. Nam fictè rebaptizans, atque fictè proferens hæresim, excusantur ab irregularitate contra rebaptizantes, & ab excõmunicatione contra hæreticos impositis. Cuius rationem bene reddit *Suarez 3.p. q.71.a.4.sect.6. col.7.dub.4.* quòd pœnæ Ecclesiasticæ, delictis absolute & simpliciter impositæ, intelligantur de delictis perfectis & consummatis in propria specie. Cùm ergo impedimentum hoc matrimonii sit pœna ecclesiastica adulterij cum promissione matrimonii, accipiendum est de perfecta & cõsummata promissione in sua specie, qualis non est ficta & ore tenus. Cæterum ex ea hoc impedimentum oriri credo. Quia textus inducentes hoc impedimentum innituntur ea ratione, ne spe futuri matrimonii sumatur ansa necandæ coniugis. Quæ æquè militat vbi promissio est ficta: Cum alteri contrahenti ea fictio prorsus ignota sit. Et ob similem rationem *disp.68.n.14.* diximus ex sponsalibus irritis ob solum interni consensus defectum oriri hoc impedimentum. Nec obstat simile in contrarium adductum, cum eius ratione. Quia id habet verum, nisi ex illius pœnæ fine coniiciatur opposita Ecclesiæ intentio, vt contingit in casu rebaptizationis: finis enim illius pœnæ est in odium hæreticorum rebaptizantium. At fictè rebaptizans neque id animo hæretico efficit: nec propriè conuenit cum hæreticis in ea actione, vt à sua intentione procedit. Et simile contingit in ficto hæresis prolatore. Cùm nec reuera neget fidem, nec verè hæreticus sit. At in nostro casu, ex fine Ecclesiæ inducentis hoc impedimentum colligitur eius mentem esse comprehendere hanc fictam promissionem. Et ideo hanc partem sustinent *Ioan.Andr. c.Significastis,n.2.fin.de eo qui duxit. Et ibi Anton.n.8. Anchar.n.2. Alex. de Neuo nu.9 Veracruz 1.p.speculi a.34.concl.9. Matienzo lib.5.recop.t.1.rubrica, Gloss.1.num.186. Barth. à Ledesma de matrim. dubio 58. concl.5. Vega 2.tom.sum.c.54.casu 124. Grassis t.p. decis.lib.2.c.85.nu.8.* At tunc existimarem veram priorem opinionem, quando ex modo promissionis colligeret adulter, cui fit, fictè & ioco eam fieri. Tunc enim ea non præstaret ansam sperandi futuri matrimonii: ac subinde nec machinandi mortem coniugi: nec similis promissio tanquam ficta & iocosa acceptatur. Quod ad hoc impedimentum desiderari dicam n.22.

11 Quarta conditio requisita posset alicui videri, vt promissio illa sit absoluta: si enim conditionalis sit, videtur nullum ex ea consurgere impedimentum: vtpote quæ non parit obligationem aliquam ante conditionis euentum. Et confirm. quia ideo sponsalia sub conditione non producunt impedimentum publicæ honestatis, ante conditionis euentum: quia non habent perfectum consensum, *c.vn.de sponsal.in 6.* Secundò, quia si conditio non impleatur, perinde prorsus est, ac si nil actum fuisset, & actus pro non facto habetur, *l.Cedere dicm.ff.de verb.signif. l.Pecuniam, ff.Si certum petatur, l.Qui heredi, §.vlt.ff.de condit. & demonstr.* At dicendum est sufficere eam promissionem, vt ex ea pullulet hoc impedimẽtum. Quia licet promissio conditionalis non obliget ad implendam rem promissam, antequam conditio extet: habet tamen effectum ad hoc, vt verè dicatur data fides, & obligationem inducit non resiliendi ab ea, donec conditio defecerit: & concipitur ex ea spes futuri matrim. & proinde datur ansa machinationis mortis coniugis. Quæ est ratio inducendi huius impedimenti. Deinde, quia non inquiritur valor promissionis ad hoc impedimẽtum (vt n.8 probaui.) Et ita sustinent *Nauar l.4.conf.in vtraque edit.t.De eo qui duxit, conf.2. n.1. Manuel 1.to.sum.2.edit.c.229.n.5.fin. Vega 2.tom.sum.c.54. casu 70.fin.* In hoc tamen euentu censerem nullum ex ea oriri impedimentum, nimirum, quando deficeret conditio ante habitum adulterium. Tunè enim deficiente conditione dissoluta esset prorsus promissio, & quasi nunquam extitisset: quare adulterium superueniens distitutum esset promissione: ac proinde non pareret hoc impedimentũ. Secus si hæbito iam adulterio deficeret conditio. Quia iam impedimentum pullularet ex vera promissione cum adulterio. (Sicut in simili diximus n.7.) Si enim posita illa promissione conditionali, & adulterio, penderet hoc impedimentum ex conditionis futurã impletione, manifestissimũ absurdum sequeretur, nimirum, matrimonii absolutè initi valorem pendere ex futuro euentu. Nam si antequam conditio deficiat, vel impleatur, decederet coniux adulteræ, & nuberet adultero, qui sub conditione fidem sibi dederat, dicendum esset id matrim. absolute contractum pendere ex futuro euentu conditionis, & ea postea non impleta fuisse validum, impleta autem irritum. Nec obstant in contrarium adducta. Non primum, quia constat ex dictis aliquam consurgere obligationem, antequam conditio extet. Nec obstat confirmatio. Quia in eo speciali casu sic iure dispositum est. At in nostro nil decisum reperitur: & in eo militat ratio huius impedimenti. Tandem nõ obstat secundum argum. quia deficiente conditione dissoluitur prorsus promissio, & pro non facta habetur, quoad effectus nondũ productos ex ea, secus quoad iam productos, vt proximè explicui.

12 Hinc à fortiori infertur, oriri hoc impedimentum ex promissione facta sub conditione impossibili aut turpi, quæ non est contra matrimonii substantiam. Et ita de conditione impossibili docet *Nauar.l.4.conf.in vtraque edit. t.De eo qui duxit, conf.2.n.2.* & constat, quia talis promissio reputatur absoluta: cùm eæ conditiones reiiciantur. Hoc tamen temperarem de conditione impossibili, nisi ex modo promittendi appareret eam ioco appositam: id est animo non se obligandi, sed irridendi (vt proximè in simile de promissione ficta probaui n.10.) De conditione autem turpi similiter limitarem, nisi ex modo promittendi deprehenderetur eam serio appositam esse, & animo nullatenus ad matrimonium se obligandi, nisi ea impleta. Tunc enim non habetur pro non apposita in foro cõscientiæ, & ita in hoc foro iudicandum esset idem, quod de conditionibus contingentibus & honestis diximus n. præced. Nempe oriri impedimentum, nisi ante habitum adulterium deficeret conditio. At in foro externo, in vtraque conditione semper iudicabitur impedimentum, non admissa probatione contraria modi conditionis appositæ. Quia est præsumptio iuris & de iure, contra quam nulla contraria probatio admittitur, eas conditiones pro nõ appositis haberi, ac consensum esse absolutum. Iuxta *cap. fin. de condit. appos.*

13 Imò existimo impedimentum hoc consurgere ex promissione conditionali, quamuis conditio sit contra matrimonij substantiam. Quia quamuis talis conditio vitiet ac irriter matrim. & promissionem: vt constat ex *c.fin., de condit. appos.* at impedimentum hoc non pendet ex promissionis valore (vt num.8.probaui.) Quare nisi talis esset conditio, vt alter adulter eam reiceret, nec promissionem acceptaret, aut ex modo promittendi appareret, io-

co & fictè fidem sub ea conditione dari, censerem ex tali promissione oriri hoc impedimentum: sicut quando est conditio honesta & contingens, dixi n.11.

14 Intelligo tamen ex promissione conditionali oriri hoc impedimentum, quando est verè conditionalis, eo quod conditio sit de futuro, & sic suspendit consensum. Secus si conditio sit de præsenti vel præterito, vt si quispiam copulam habeat cum femina, spondens ei matrim. si vxor spondētis vel vir fœminæ iam obierit, vel si eam virginem inuenerit. In priori enim casu nunquam est impedimentum, si enim iam coniux obierat, & sic vterque erat solutus, iam promissio est facta post coniugis obitum, & subinde non præstat impedimentum. Si verò nondum obierat, nil promissum est, cum promissionis tempore defecerit conditio. Nec datur ansa captandæ mortis coniugis, eo quod eo postea defuncto vi careat promissio. In posteriori autem casu, si reuera conditio illa extat, quia reuera illa erat virgo, oritur hoc impedimentū. Quia interfuere promissio & adulterium. Si verò conditio tunc non extabat, nil promissum est, sed vana prorsus fuit promissio, & sic cōditione iam non extante adfuit adulterium promissione destitutum (vt in simili dixi n.11.) Quod si obiicias, conditiones has esse impossibiles, & ita pro non adiectis haberi. Si enim femina illa iam defl orata sit, vel vir supersit, impossibile est illam esse virginem, aut virum obisse. Dic hmodi conditiones, quæ ex natura sua contingentes sunt, & solum per accidens ex suppositione alicuius facti sunt impossibiles, non reuici, nec haberi pro non adiectis, vt probaui l.5.disp.4.n.16.& 17.

15 Ex dictis infertur primò, quid dicendum sit de promissione hac conditionali, quando vir abfuit per septem annos, & datur fides matrimonii adulteræ, sub ea conditione, si probauerit licitum esse propter talem absentiam ad alias nuptias transire. Videtur enim non esse impedimentum. Quia illa conditio est reuera de præterito: cum perinde sit, ac dicere, si licitum est ob talem absentiam absq; alia mortis coniugis certitudine ad alias nuptias migrare: & cum constet conditionem deficere, non enim id est licitum, euanescet promissio, & solum adulterium manebit. *Nauar. Manuel, & Vega n.11. allegati*, dicunt esse impedimentum. Et probant rationibus à me adductis nu.11. ad probandum ex promissione conditionali oriri hoc impedimentum. Sed eæ rationes non verè probant hoc intentum: quod hæc conditio non fortiatur naturam veræ conditionis de futuro suspendentis contractum. Et ideo melius *Nauar. cod. cons. n.11. à me allegato in n. 2.* melius hoc probauit, quod hæc conditio sit de iure impossibilis, non enim id potest esse licitum, & non solæ conditiones natura impossibiles, sed etiam iure tales, habentur pro non adiectis, iuxta decisionem *c. fin. de condit. appos.* & consensus manet absolutus (vt probaui l.5.disp.4.n.7.) Quare idem prorsus dicendum est, quod diximus nu.12. de promissione facta sub conditione impossibili.

16 Secundò infertur, non esse locum huic impedimento, si coniugatus sic dicat adulteræ, Si non essem coniugatus, te ducerem (vt ex aliquibus DD. retuli disp. præced. n.15.) Quod ea verba promissionem minimè importent: non enim datur fides aliqua de matrimonio in posterum contrahendo, sed tantum significatur voluntas impetfecta (quam Theologi velleitatem appellant) matrimonii contrahendi, nisi obstaret præsens. Atque ita quamuis tunc temporis vxor decessisset, nulla ex vi dictorum verborum obligatio consurgeret.

17 Tertiò deducitur, ex promissione sub hac conditione, Si voluero te ducam, nullum cōsurgere impedimentum. Quippe nulla prorsus est promissio, vtpote quæ ad propriam futuram voluntatem refertur. Secus esset, si aliud non visum mihi fuerit, vel nisi aliud iudicauero, vel arbitratus fuero, vel iustum fuerit. Quia verba hæc non ad libetam voluntatem referuntur, sed ad boni viri arbitrium rationi consentaneum (vt latè tradit *Bartolus* ab omnibus receptus *super Extrauaganti, Ad reprimendam, verb. Videbitur, n.3. & seqq.*) Et ita si noua mutatio non supereueniat, obligat, & est promissio verè conditionalis: & proinde de illa censendum est, ac de promissione conditionali diximus nu.11. nisi ex modo promittendi appareat, & ex aliis circumstantiis, verba hæc ad liberam voluntatē relata esse.

18 Quartò infertur, ex promissione concepta sub his verbis, Non ducam aliam nisi te, vel præter te, vel aliis æquiuocis, an consurgat impedimentum, pendere ex cognitione, an ea constituant matrim. quando sunt de præsenti, vel sponsalia, quādo sunt de futuro: si enim hoc habeant, pullulat hoc impedimentum: secus si neutrum claudant. Quia nec est matrimonium, nec eius promissio ex vi talium verborum. Quando autem id eueniat, dixi latè l.1. tota disp.18.& sequenti.

19 Quinta conditio ad hoc impedimentum incurrēdum requisita est iuxta aliquos, vt promissio illa matrimonii sit mutua: si enim alter solus adulter promittat, altero non repromittente, censent non oriri hoc impedimentum. Sic tenent *Enriquez lib. 12. de matrim. c.14. n.3. Vgolinus de sacrament.* vbi de matrim. *c.19. n.8.* & addit *Enriquez* non satis esse eam promissionem iureiurando firmatam, & ab altero acceptatam, nisi alter repromittat, appellatque oppositam sententiam falsam. Et huic sent. fauet *Glossa c. Significasti, in casu positione, de eo qui ducit*: sed potius *Abbas ibi, nu.1.* cuius arbitrio esse illam casus positionem, eatum enim illius textus, in quo impedimētum hoc statuitur, sic in summam redigit, si vxore viuenti, adulteri sibi ad inuicem fidem dederunt de matrimonio contrahendo. Similiter fauet *Bellarm. l.1. de matrim. c.22. in casu* 2. vbi explicans hoc impedimentum, ait quando mutua fides data est. Fauent etiam *Bassolis 4. d.34. q.vn. a.2. vers. Tertium solum, & Nicol. de Nissa super 4. sent. tract.6. p.2. de matrim. q.6. conclus.* 3. vbi dicunt adulterium cum mutua promissione, quæ fidei æquipoller, dirimere matrimonium. Et tandem fauet *Syluester verb. Matrimonium, 8. q.9. dicto* 4. vbi dicens sufficere ad hoc impedimentum promissionem simplicem sine iuramento; subdit hanc promissionem esse dispensationem de futuro. Ducitur autē *Enriquez* eo solo fundamento, quod promissio non mutua, quantumuis acceptata, non sufficiat ad sponsalia constituenda. Sed hoc patum probat: tenebatur enim probare textus inducentes hoc impedimentum petere cum adulterio promissionem sufficientem ad constituenda sponsalia. Et sic est petitio principii. Sed vt fortius probetur, præmittenda est differentia inter promissionem & pollicitationem. Pollicitatio est solius offerentis promissio, vt si fiat absenti absque epistola vel nuncio, vel præsenti, hoc nec acceptante, nec recusante, *l. Pactum, in princ. ff. de pollicit.* Quare in pollicitatione non adest consensus duorum, nec est pactum, sed quædam pacti pars: petit enim hoc duorum consensum, *l. Secundum, §. Pactum, ff. de adilit. edicto.* Promissio autem si non sumatur impropriè & generiecè, vt est genus ad pollicitationem, simplicem promissionem & stipulationem, sed propriè & specificè, est pactum quoddam desiderans mutuum consensum promittentis, & eius cui fit promissio. Et si fiat per modum liberalis cuiusdam & gratuitæ promissionis, satis est ne fit pollicitatio, sed pactum, ac simplex promissio, vt fiat præsenti & tacenti. Iuxta *l. Tale pactum, in princ. verbo Te. ff. de pactis.* Quod nil onetis contineat, sed tota sit fauorabilis: ac proinde taciturnitas illa sufficiat pro consensu & acceptatione (vt latè probaui lib.1.disp.6.nu.11.) At si fieret per modum contractus titulo oneroso, præsens & tacens non censeretur consentire. Iuxta notata *regul. Is qui tacet, de reg. iuris, in 6. & l. Qua dotis, ff. soluto matrim.* quare tunc non esset promissio, sed pollicitatio: eo quod sit solius offerentis promissio. Quæ omnia optimè & latè alios referens tradit *Iason. rubr. de verb. oblig. n.6. & 7.* Qua ratione lib.1.disp.6. nu.26. probaui promissionem matrimonii gratuitam & liberalem, non exigere expressam acceptationem, sed sola eius, cui fit, taciturnitate contentam esse. Hoc ergo supposito probatur hæc sent ex *c. fin. de eo qui duxit*, ibi, *Si quis fide data promisit.* Et ex *cap. Veniens, eod. tit.* ibi,

Dum

Dummodo non præstiterit fidem adulteræ. Quæ verba non solam pollicitationem important, sed pactum duorum (vt proximè probaui.) Secundò, quia impedimentum hoc est in pœnam vtriusque contracturi matrim. vtrumque enim afficit impediens valorem matrimonii cum altero: ac subinde rationi consonat, vt vterque, quo eam pœnam incurrat, reus sit delicti illius promissionis, ex qua simul cum adulterio consurgit impedimẽtum hoc, ne ob vnius delictum alter puniatur. At cessat delictum in eo, qui audita promissione minimè repromittit.

20 Cæterum pro contraria sent. vt non desideretur mutua promissio, fortiter vrget textus *c. Significasti, de eo qui duxit*, ibi: *Nisi alter eorum in mortem vxoris defunctæ fuerit machinatus, vel ea viuente fidem illi dederit de matrim. contrahendo.* Particula enim, alter, de vnius promissione verificatur. Secũdò, quia *ibi & c.1. c. Veniens, cod.t.* æquiparantur ad hoc impedimentum inducendum, machinatio mortis coniugis, & futuri matrimonij promissio. At illa sufficit ex parte alterutrius, quando adest adulterium (vt dixi disp. præced. n.9.) Ergo idem censendum est de promissione. Tertiò, quia ratio inducendi huius impedimenti, nempe, ne spe futuri matrim. coniux interficiatur, locum habet altero solo promittenti. Quartò, quia textus *c. 1. c. Significasti, c. Veniens, c. fin. de eo qui duxit, & c Relatum*, 31. q. 1. hoc impedimentum statuentes, solius fidei datæ cum adulterio meminere: & nullibi inuenitur desiderari repromissionem alterius. Et ideo huic opinioni satis fauet *Rebuffus praxi beneficior. reg. de dispensat. in gradibus prohibit. Glossa* 5. n. 30. vbi explicat hoc impedimentum, si alter fidem dederit de matrim. cum altero contrahendo. Et fauent etiam *Palud. 4. d. 34. q. 1. a. 3. nu. 17. in casu 2. & Almain. 4. d. 35. q. vn.* aiunt enim incurri impedimentum hoc, si adulter promittat adulteræ, vel è contra, & tenent in propriis terminis, *Sotus 4. d. 37. q. vn. a. 4. col. antepenult. vers. Secundus casus. Angles floribus* 1. p. vbi de matrim. q. 9. art. 3. dub. 2. *Lud. Lopez 2. p. instruct. c. 54. col. 4. in 2. crimine*, vbi de matrim. & tenent etiam expresse DD. quos n. 4. retuli: nam in eo casu non data est mutua fides (vt notaui ibi in fine) & tamen aiunt incurri hoc impedimentum.

21 Sed vt quid sentio explicem, meminisse oportet eorum, quæ diximus l. 1. disp. 5. n. 15. quando censeatur promissio matrimonii facta per modum contractus onerosi, ac repromissionem expectantis: & quando per modum gratuitæ & liberalis promissionis, vbi diximus quando de matrim. contrahendo inter aliquos tractabatur, censeri promissionem per modum contractus onerosi fieri: quando verò de hoc non erat sermo, sed ob aliquod beneficium acceptum quasi gratum se exhibens quis promisit, censeri per modum liberalis promissionis, & in dubio reputari per modum contractus, iuxta sponsalium naturam. Quod post ibi scripta reperi mirabiliter dictum in *Fortunio Garcia c. 1. de pactis, n. 15. vers. Ego aliqualiter*, vbi ait promittentem matrimonium tacenti, non obligari. Quoniam promittens vult pacisci, at dum alius non respondet, deficit actus ex parte alterius: & sic concludit nihil agi. At in præsenti euentu, credo in dubio nõ censeri promissionem respectiuam, & per modum contractus repromissionem sperantis. Quia cum alter adulter vel vterque matrimonio tunc ligatus sit, non agitur tunc de pacto futuri matrim. ineundi, sed ad significandam amoris adulteri magnitudinem, vel in præmium adulterii admissi, seu sub spe admittendi, ea promissio liberaliter fit. Sicut inter turpiter se amantes, alia dona conferri solent.

22 Hoc præmisso prima conclusio sit. Non satis est ad hoc impedimentum, promissio alterutrius, nisi ab altero acceptata sit. Hanc manifestè probat prior ratio, quam n. 19. ad finem proposui pro sent. ibi relata. Neque enim esset promissio, nec fidei datio, quæ textus expostulant, sed mera pollicitatio, deficienti alterius acceptatione. Secundò, quia verba cum effectu accipienda sunt, *c. Relatum, de cler. non resid.* Ergo verba illa textus *c. fin. de eo qui duxit. Si fide præstita promisit adulteræ*, cum effectu sunt accipienda. At effectu carent, & inania sunt, quando alter non acceptat. Tandem quia æquiparantur *c. 1. c. Veniens, c. Significasti de eo qui duxit* machinatio mortis coniugis, & matrimonii promissio, ad effectum inducendi huius impedimenti, accedente adulterio. At illa effectu carens non producit hoc impedimentum (vt probaui disp. præced. nu. 7.) Hanc tenentur tueri Doctores petentes mutuam promissionem, quos n. 19. retuli. Et tenet in propriis terminis *Emmanuel Sa in summa, verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus, *n.* 7.

Hinc deducitur duplicis quæst. conscientiæ decisio, de- 23
qua his diebus consultus sum. Quædam adultera adultero spondenti futuras nuptias sic respondit, Faxit Deus, vt vir meus incolumis præstet. Altera verò eidem sponsioni hoc responsum præbuit: Dirigat Deus quod diuino eius obsequio expedientius fuerit. Et in neutro euentu incurri impedimentum hoc respondi. Quod ea responsionis verba non acceptationem, sed repulsam fidei datæ indicent.

Secunda conclusio. Quando adest promissio alterius 24
adulteri acceptata ab altero, incurritur hoc impedimentum, nec desideratur alterius repromissio. Hæc est contra sent. n. 19. relatam, & tenent eam DD. cõtrariæ sententiæ, relatæ n. 20. & probatur rationibus ibi adductis.

Tertia conclusio. Numquam sufficit taciturnitas eius, 25
cui promittitur. Quia ea promissio etiam liberaliter facta est nociua acceptanti. Cum per eam incurrat delictum (vt dicam n. 40.) & impedimentum dirimens. Quare licet in aliis euentibus, in quibus id damnum non sequitur, taciturnitas sit sufficiens acceptatio promissionis liberaliter factæ, (vt num. 19. dixi) secus in hoc, propter rationem dictam. Sed obiicies, adulteram ignorare hoc damnum, ac proinde censeri acceptare tacendo. Dic hanc ignorantiam, vtpote quæ iuris est, non præsumi, *regul. Ignorantia, de reg. iuris, in 6.* ac proinde cum illa taciturnitas sit ex sola iuris præsumptione consensus, non reputabitur in hoc casu, nisi aliud consensus signum sit.

Vltima conclusio. Satis est expressa acceptatio, quam- 26
uis promissio illa fiat per modum contractus onerosi & respectiui. Quia licet posset quis existimare eam non sufficere, quod non sit acceptatio, sed potius repulsa talis promissionis, vbi acceptans non repromittit: non enim acceptat eo modo, & cum repromittendi conditione sub qua fit (vt probaui l. 1. disp. 5. nu. 5.) ac proinde est ac si nil promissum foret (vt ibi n. 14 dixi.) At verius est, illam acceptationem esse repromissionem, & ita sufficientem acceptationem. Et quod dixi d. disp. 5. nu 5. expressam acceptationem non censeri repromissionem, intelligendum est, quando promissio est liberalis. At quando fit per modum contractus, acceptatio est repromissio: & in hoc casu verum habet sententia, quam ead. disp. 5. n. 4. retuli, dicens acceptationem esse repromissionẽ. Quia cuiuscunque contractus acceptatio est virtute contrahere, vt si quis promittat equum certo pretio dato tradendum, acceptans promissionem censetur pretium repromittere. Alias irrisoria esset acceptatio, ac rem seriam in nugas transferre, acceptare illum equum gratis tradendum. Item, quia actus dubius eam interpretationem recipere debet vt valeat, *l. Quoties ff. de rebus dubiis*: & tradit latè *Menochius de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 29. n. 45.* & responsio, ne extra rem sit, debet esse iuxta subiectam materiam. Tandem, quia si quis dicat, Accipio te in meam, & femina respondeat, placet, est matrimonium. Ergo si verba sint de futuro, erunt sponsalia. Nec valet dicere, posse hanc promissionem acceptari, vt liberalem, & obligantem solum promissionem. Quia id non contingit, quando promissio est per modum contractus, sed talis actus esset irrisorius.

Ad argum. n. 19 proposita resp. Ad 1. dic, id concludere 27
non satis esse ad hoc impedimentum pollicitationem, sed exigi promissionem acceptaram ab altero, quæ vera promissio est, quamuis nõ adsit repromissio. Ad 2. dic culpam reperiri in altero, eo quod similem promissionem iniquã acceptat. Vel secundò dic non desiderari culpam in vtroque,

troque, sed satis esse in altero: non enim innocens incurrit directè illud impedimentum, sed indirectè, eo quòd reus illud contrahat, nec possit matrim. consistere nisi inter duos. Sicut machinationem alterius cum adulterio sufficere ad impedimentum ditimens inducendum, diximus disp. præced. n. 9.

28 Sexta conditio iuxta aliquos Authores ad hoc impedimentum requisita est, vt promissio illa non sit nuda & simplex, sed fide vallata. Ita censent quidam DD. antiqui, quos tacito nomine refert *Ricard. 4. d. 35. a. 3. q. 4.* & relata contraria sent. in vltimo loco, neutram definit. Et ita tenent *Nicolaus de Orbellis 4. d. 35. q vn. §. 1. Tabiena, verb. Impedimentum, impedimento 7. q. 3. num. 4. Gaeta repet. 1. Ad lumina, 30. q. 1. §. 4. q. 161. n. 413.* & dicit esse probabile, ac tuto amplecti posse ad non diuimendum iam initum matrim. *Veracruz 1. p. speculi, a. 34. poss 9. conclusionem, dub. 1.* Et fauet huic sententiæ, *Caiet. sum. verb. Matrimonium, c. 1. impedim. 5. vers. Tertius casus est*, vbi sic proponit hoc impedimentum, cùm est adulterium mixtum promissioni fide valiatæ. Fauent etiam *Bassolis 4. d. 34. q. vn. a. 2. vers. Secundo dico*, iuncto *vers. Tertium, Nicolaus de Nissa super 4. sent. tract. 6. p. 3. q. 6. concl. 3.* Quoniam asserunt ambo fidei dationem, vel promissionem, quæ est iuramento firmata, quæ pro eodem reputantur, producere hoc impedimentum. Et id persuaderi videtur ex *c. 1. de eo qui duxit*, ibi: *Cui fidem dederat*, & *c. Significasti*, ibi: *Sibi fidem dederit*, & *cap. fin. eodem titul.* ibi: *si quis vxore viuente fide data promisit.* Vbi manifestè omnes textus fidei dationem petunt: & *id c. fin.* non contentum est sola promissione, sed addidit, *Fide data promisit.* Quod verbum superfluum esset, sola promissione simplici sufficienti. Cùm tamen verba decreti Pontificij aliquid debeant operari, ita vt nec vna syllaba debeat esse superflua (vt probauit lib. 1. disp. 26. nu. 6.) Imò videtur desiderari iuramentum. Quia Concilium antiquissimum Triburiense, vnde desumptum est *cap. Relatum, 31. q. 1.* vbi hoc impedimentum decernitur, iuramentum apponit, vbi: *Viuente viro suo iuramentum dedisse.* Vbi *Glossa verb. Viuente*, ait: *Et ita viuente viro fidem dedit.* Vnde pro eodem vsurpare videtur, fidem dare & iurare. Et quod id Concilium Triburiense dixit iuramentum præstitum esse, videntur explicuisse *Alex. III. Innocent. III. Greg. IX. c. 1. & c. Significasti, & c. fin. de eo qui duxit*, vtentes hoc verbo, fidem dedit. Præterea, quia *cap. Ad aures, de his quæ vi*, iuramentum & fides pro eodem vsurpantur, ibi, *Nisi forte iuramento vel fide interposita sit confirmata.* Vbi *Innoc. ad finem. Hostiens. n. 2. super verb. Iuramento, & verb. Fide interposita. Ioan. And. n. 3. Ant. n. 4. Imola n. 4. Archid. cap. 1. de sepult. in 6. n. 1, verb. Iurandum. & verb. Fides interposita, & ibi Dominic. in princ. n. 6.* fidem interpositam asserunt esse iuramentum, & eam solam differentiam constituunt, quòd iuramentum ibi appelletur, quando re sacra tacta præstatur; fides verò interposita, quando per Deum vel fidem propriam absque sacræ rei contactu iuratur. Et *Abbas d. c. Ad aures, n. 3.* ait fidei præstationem esse quandam iuramenti speciem. Et *Cardus ibi q. fin. & Tabiena verb. Iurare, q. 31. n. 32.* volunt etiam esse iuramentum: & id solùm discrimen cõstituunt, quòd cùm exprimitur verbum, Iuro, appelletur *c. Ad aures*, iuramentum: si autem eo non expresso promittatur per fidem propriam, sit fidei interpositio: nulla autem particula adiecta verbo, Promitto, sit simplex promissio. Et *Glossa c. Constitutus, verb. Fide, de transact.* explicat eum textum dicentem, *Fide præstita.* Id est, iuramento. Et *Glossa fin. c. 2. de fideuss.* cùm dicat ille textus, *Si reluquenem fidei & iuramenti sui illos violasse constiterit*: ait idem esse venire contra fidem promissam, & contra iuramentum. Et *Ioan. Andreas c. 1. de sepult. in 6. n. 1. & ibi Dominicus, in princ. n. 7. Francus ibi, in princ. n. 4.* asserunt nullam esse differentiam, siue quis dicat, Iuro pro sancta Dei Euangelia vel, Promitto sub fide mea. Et tandem id esse iuramẽtum tenent aliis citatis, *Alciatus l. Si quis maior, n. 51. C. de transact. & ibi Patilla nu. 35. Auendaño de exequend. mand. 2. p. c. 27. nu. 6. Azebedo lib. 5. recop. t. 10. l. 3. fine.* Ex quibus omnibus concludi videtur promissionem futuri matrimonij absque iuramento factam vel saltem esto dicamus non esse iuramentum, absque fidei interpositione nullum esse impedimẽtum futuratum nuptiarum. Quare *D. Antonin. 3. p. t. 1. cap. 5. in crimine secundo diriments*, manet anceps an nuda promissio, nec fide nec iuramento firmata, impedimentum hoc pariat: & ait Pontificem esse consulendum.

In contrarium tamen facit doctrina *Abbatis, c. 1. nu. 2. de* 29
sponsa duorum, & ibi Alexandri de Neuo, num. 2. vbi docent pactionem quantumcunq; simpliciter initam posse appellari fidem: atque ita venientem contra promissionem, posse dici venire contra fidem præstitam: & ita vsurpari, *l. 1. ff. de constit. pecuniar. & l. 1. ff. de pactis.* Secundò, quia verius est, fidei propriæ interpositionem non esse iuramentum, vt docent alii citatis, *Caiet. 2. 2. q. 89. a. 6. Syluester verb. Iuramentum, 1. q. 6. Armilla. verb. Iurare, n. 32. Sotus l. 8. de iust. q. 1. a. 1. & de cauendo iuramento, c. 4. Nauar. sum. c. 12. n. 2. Couar. c. Quamuis pactum, 1. p. §. 2. n. 2. Bolognetus l. Si quis maior, n. 6. C. de transact. Pinellus l. 2. p. 3. c. 1. nu. 13. C. de rescind. vendit. Gutier. auth. Sacramenta puberum, num. 145. C. si aduersus venditionem.* Tertiò, quia qualitercunque promittatur matrim. militat eadem ratio, qua Ecclesia ducta hoc impedimentum indixit, nimirum, periculum interficiendi coniugis spe ineundi matrim. Quartò, quia simplex promissio satis est ad sponsalia constituenda. Quintò, quia secundùm communem loquendi vsum dicitur dare fidem, qui spondet vel promittit: & ita sponsalia, quibuscunque verbis contrahentes, dicuntur verè dedisse fidem matrim. Nec obstant in contrarium adducta. Quòd Pontifices non innitantur fidei dationi, sed quia inter adulteros solent verba multiplicari, fidesque interponi, ac iusiurandum, ideo sic proposuerunt hoc impedimentum. Quare etsi ex rigore verborum textuum videatur non sufficiens simplex & nuda promissio ad hoc impedimentum inducendum: at attenta illorum ratione videtur sufficiens: eo vel maximè, quod sic explicuerit consuetudo, & communis ferè omnium DD. sent. Quamobrem ab hac nõ existimo recedendum, & ex Theologis, huic sententiæ videtur adhærere *Ricardus 4. d. 35. a. 3. q. 4.* cùm hanc in posteriori loco referat. Et tenent *Palud 4. d. 34. q. 1. a. 2. nu. 17. & ibi Supplem. Gabrielis q. vn. a. 2. conclus. 12. Maioris 4. d. 35. q. 2. col. 3. in argumento contra 2. impedim. Sotus 4. d. 37. q. vn. a. 4. col. penult. Veracruz 1. p. speculi, a. 34. poss. 9. conclus. dubio 1. Petraza sum. pr. recept. 6. vers. 14. Enriquez l. 12. de matrim. c. 14. n. 3. Philiarc. de offic. sacerd. to 1. p. 2. lib. 2. c. 5. impedimento 4. Ind. Lopez. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 54. col. 4. vers. Aduertendum est, Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 71.* Et ex iurisperitis, *Ioan. de Friburgo summa confessorum, lib. 4. t. 9. q. 2. Alfensis 2. p. sum. l. 8. t. 20. a. 2. in princ. Angelus verb. Matrimonium, 3. impedimento 9. num. 1. & ibi Patauinus in addition. Sylueft. verb. Matrimonium, 8. q. 9. dicto 4. Supplementum Pisanæ verb. Impedimentum, imped. 8. n. 2. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. glossa 1. n. 187.* & non exigi iuramentum docent etiam *Speculat. t. de eo qui duxit, §. vn. n. 4. Ioan. Andr. c. Significasti, eod. t. n. 2. & ibi Anton. nu. 7. Alex. de Neuo n. 9. Henricus c. fin. n. 5. eod. t. Alberic. in suo dictionar. lit. A. verb. Adulterium, vers. Nasci de adulterio, D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 5. in 2. crimine diriments, Rosella verb. Impedimentum, imped 8. n. 2. Grassis 1. p. decis. l. 2. c. 85. nu. 8.* Neque existimo necessarium esse vti verbo, Promitto, sed satis esse nudis verbis promittere, vt Ducam te. Quod bene docent *Veracruz, Petraza, Vega proximè relati.* Quia hæc verba satis esse ad sponsalia constituenda probaui l. 1. disp. 18. n. 12. Atque proinde eadem militat ratio.

Septima conditio est, vt matrim. prius contractum sit 30
validũ: si enim esset re vera irritũ, adulterium illud existimatum cum futuri matrim. promissione, nullum præstaret impedimentum, vt expresse deciditur *c. 2. de eo qui duxit*, vbi decernitur matrimonium metu contractum, nec postea tacite vel expresse ratificatum, eo quod irritum sit, non obstare valori matrimonij alterius initi cum adultera. Præterea, quia vbi matrimonium prius non est verum, minimè verificatur adesse verum adulterium & promissionem durante vero matrim. nec datur ansa veri coniugis necandi. Et ita docent ex Theologis *D. Tho. 4. d. 35. qu.*

vn.

vn. in fine, in expos. lit. & ibi Maioris q.2. col.3. in argum. contra 2. imped. Supplem. Gabr. ibi, qu. vn. a. 2 post 12. concl. vers. Dictum etiam fuit, Petr. de Soto lect. 9. de matrim. vbi de impedimento criminis, *Veracruz 1.p. Speculi, a.34. conclus. 6. Palacios 4.d. 35. disp. vn. col.24. vers. Obseruandum secundo fol.791. Graffis 1.p. decis. lib.1.c.85. n.7. Emmanuel Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de imped. dirimentibus, *nu.7. Visald Candel. sacram.1 p.* vbi de matrim. *n.213.* Et ex iurisperitis, *Hostiens. sum.t. de eo qui duxit, n.2. vers. Si vero neuter, & c. fin.n.4. cod.t. Ioan. Andr. ibi, n.6. & c.2.eod.t n.4. Anton.to.c fin.n.8. & ibi Præpos.n.6. Anchar. eo c.2.n.3. & ibi Alex.de Neuo n.4. Henric. eo.c.fin.n.1. Alberic. in suo dictionar. lit.I. verb. Impedimentum, 8. vers. Quod si ab initio, Ioan. de Friburgo in sum. confess. l.4.t.9.q.3. Astens. in sum 2.p. l.8. t.20.a.2.in princ. Brunel. de sponsal. concl.34. num.1 & 4. Angelus verb. Matrimonium, 3.imped.9 n.1. fin. Syluester verb. Matrimonium, 8.q.9. dicto 4. Tabiena verb. Impedimentum, imped.7 nu.2. q.3. Nauar sum.c.22.b.sp.nu.47. lat.n.46. Anton. Cucus lib.5. institut maiorum, t.12. nu.84. Matienzo lib.5. recop.t.1.rubr. gloss.1. n.183.* Non tamen est necessarium, vt prius matrim. sit copula consummatum. Idque constat ex *cap. 2. de eo qui duxit*, vbi expresse deciditur sufficere matrimonium ratum, modò non sit irritum. Et tradunt ibi omnes scribentes, & *Supplement. Gabrielis, Angelus, Syluest. Tabiena, Nauar. Palacios, proxime relati.* Quamuis aliqui antiquiores, quos tacito nomine refert *Innoc. cap. finali, in fine, de eo qui duxit*, asserant non satis esse matrimonium ratum. Quos iure optimo reprobat *ibi Innoc.* per *d.c.2.* Sufficit etiam, quamuis illud matrimonium sit per diuortium dissolutum quoad habitationem. Vt est textus expressus *cap. Ex litterarum, de eo qui duxit.* Et docent ibi omnes. Et *Angelus, Syluester, Tabiena, Graffis, Nauar. vbi nuper eos allegaui,*

31 Octaua conditio est, vt vterq; adulterans norit alterius coniugium, altero enim illud ignorante, nõ est locus huic impedimento. Quod non sit adulterium formaliter ex parte vtriusque. Habetur expresse *c.1. de eo qui duxit, & c. Veniens, eod. t.* & docent vniuersi Theologi cum *D.Th.4.d. 35.q.vn.in fin. in expos. lit.* Et omnes Iurisperiti cum glossa, *c. Super hoc, verb. Copulauit, & c Veniens, in fin. & c. Significasti, verb. Fidem, de eo qui duxit.* Nec sufficeret, si vterque esset coniugatus, & nosset proprium coniugium, si neuter alterius coniugium nouit. Quod clarè colligitur ex *cap. 1. de eo qui duxit*, ibi: *Inficiam quod ille aliam haberet vxorem*, vbi sola matrimonii alterius adulteri ponderatur ignorantia. Et idem solum ponderatur, *c. Veniens, eod.t.* Quia impedimentum hoc institutum est propter iniuriam irrogatam ab vtroque adultero eidem matrim. committendo aduersus illud adulterium, data fide futurarum nuptiarũ: at in hoc euentu ignorans non infert iniuriam eidem matrimonio, sed soli proprio. Et ita expresse sentiunt *Maioris 4.d.35.q.2. col.2.casu 1. Et ibi Supplem. Gabr. q.vn.a.2. concl.12. Palacios ibi, disp.vnic.col.24. vers. Obseruandum tertiò. fol.761. Angelus verb. Matrimonium, 3.imped.9 n.1. Syluest. verb. Matrimonium, 8.q.9. dicto 4.* dicentes necessarium esse, vt vterque adulter nouit reliquum habere coniugem: & altero ignorante, posse inter eos consistere matrimonium post coniugis obitum.

32 Difficultas tamen ea esse potest, an debeat retur post scientiam coniugii alterius matrim. de facto inti, & copulam haberi an potius sufficiat, si ante scientiam ineatur matrim. & habita scientia, adsit copula? Et quidem dicendum est, id sufficere ad hoc impedimẽtum incurrendum. Quod in eodem matrim. perseuerando: & eo post scientiam prioris coniugij vtendo, censeatur quasi contractum matrim. post scientiam, & ansa præbeatur machinandi in mortem coniugis. Et ita docent ex Iurisperitis, *Goffred. sum. tit. de eo qui duxit, n.1. Hostiens. sum. eod.t. nu.1. vers. Sed quid si ab init. Et c.1. eod.tit. paulo post prine & n.4. & ibi Ioan. Andr. n.2. Anton. n.8. Abbas n.3. Alex. de Neuo n.7. & 10. Præpos. c. Veniens, n.3. eod.t. Henric. c. fin nu.3. eod.t. Alberic. Ioan. de Friburgo, Angelus, Syluest. Tabiena allegati n. 30. Supplem. Pisane, verb. Impedimentum, imped.8.n.5 Et ibi Rosella impedim. 8.n.1. Armilla verb. Matrimonium, n 33. Brunell. de sponsal. concl.34. nu.3. Montalu l. fin. ad fin. t.2.p. & ibi Greg. Lopez fin. Nauar. sum. Latina, 6.22.n. 46. & l.4. cons.2. edit. tit. de eo qui duxit, consil.3.n.1. Ant. Cucus l.5. institut. maior. t.12. nu.80. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30.q.1.§. 4.q.164.n.416. Lancelotus institut. iuris can. l.2.t.de diuort.§. Fornicationis quoque, verb. Prohibeatur.* Et ex Theologis *Maioris, & Supplem. Gabr. nu. præced. allegati. D. Antonin. 3.p.t.2.c.5. in 3. crimine dirimenti. Cajetan. sum. verb. Matrimonium, c.1. imped.3. casu 4 Veracruz 1.p. Speculi, a.34. concl.4. Pedraza sum. præcept. 6. vers. 14. fine, Barth. à Ledesma dub.58. de matrim. conclus. 7. Manuel 1.to. sum 3. edit.c.229 n.6 Philiarc. de officio sacerd. to.1. p.2.l.2.c.5. impedim.4. fine, Vega 2.to. sum c.34. casu 71.*

Hoc tamen intelligo, nisi iam habita scientia resilie- 33
rãt illi ab eo matrimonio de facto inito, & post casu adulterium admisere. Quod probatur ex dictis n.7.

Quando autem fides futuri matrim. præcessit coniugij 34
scientiam, at habita scientia subsecuta est copula, videtur non esse impedimentum. Quia æquiparantur promissio, & adulterium, *c. fin. de eo qui duxit.* Sicut ergo hoc ante coniugij scientiam non præstat impedimentum: ita nec illa. Et ita videntur sentire *Sotus 4.d.37.q.vn.a.4. col. pen. & Lud. Lopez 2.p. instruct.* vbi de matrim. *c.54. col.4. in 3. crimine*, dicunt enim, tunc esse locum huic impedimento, quando vir postquam nouit feminam esse coniugatam, illam fide data cognouit: atque ita videntur petere vtrumque post coniugis scientiam. Cæterum dicendũ est, sufficere fidem dari ante coniugij notitiam, dummodo ea habita sequatur adulterium, nondum priori fide dissoluta. Quia non est maior ratio de matrim. quam de fide data: imo quoad hoc impedimẽtum inducendum æquiparantur omnino, *c. fin. de eo qui duxit.* Sicut igitur sufficit matrim. ante scientiam, ita & fides. Præterea, quia copula postea habita nõdum fide dissoluta, illi inniterur: & nõ minùs ansa captandæ mortis coniugis præbetur, quàm si vtrumq; post scientiam contingeret. Nec est simile de adultetio scientiam præcedenti: quod id ex parte ignorantis verum adulterium minimè sit. Et ita sentiunt *Abbas, Angelus, Rosella, Veracruz n.32. allegati, Henric. c. fin.n.5. de eo qui duxit.*

Imo *Henricus nu. præced. relatus* vult hoc impedimentum 35
incurri, quando copula præcessit coniugij scientiam, hanc subsequenti matrim. vel eius fide data. Quod in vtroque casu eadem ratio militet, & altero post scientiam admisso, videatur alterum scientiam præcedens approbari. At non est illi credendum. Quia textus & DD. petunt adulterium ex parte vtriusque: vt constat ex *c.1. Super hoc, c. fin. de eo qui duxit*, & ideo vbi alter ignorat coniugium, dicunt non incurri hoc impedimentum, quia ex parte illius non est adulterium. Quod semper contingit, quando copula scientiam præcedit.

Quando autem dubitatur, an dum adulterium admis- 36
sum est, vel fides data, superstes esset alter coniux, incurretur hoc impedimentum, si verè tunc viuebat. Quod præsumatur eo viuente hæc contigisse, dum contrarium non constat; vt bene ait *Nauar lib.4. cons.2. edit. tit. de sponsal. cons.17. num.3.* Mors enim non præsumitur, nisi id tempus transactum sit, ad quod vita humana mortaliter non extenditur, vt centum annorum. Si verò dubitaretur an fides data esset, vel adulterium commissum, in dubio non esset locus huic impedimento. Quia cùm ea sint quid facti, non præsumuntur: & voluntas possessione suæ libertatis ad valide ineundum matrimonium in dubio priuanda non est.

Et tunc dicitur haberi scientiam prioris coniugij, quan- 37
do adest certitudo, aut probabilis opinio. Non enim cuilibet leui insinuationi fides habenda est, *cap. Inquisitioni, de sent. excom.* & ita docent *Alex. de Neuo c. Veniens, nu.8. de eo qui duxit Maioris 4.d.35.q.2. colum.2. casu 1. Angelus verb. Matrimonium, 3.impedim.9.n.1. Syluest. verb. Matrimonium, 8.q.9. dicto 4. Sotus 4.d.37.q. vn.à 4. col. penult. vers. Quod dicemus Barth. à Ledesma de matrim. dub.58. concl.7. Lud. Lopez 2.p. instruct.* vbi de matrim. *c.54. col.4. in tertio crimine.*

Dubitatur autem, an excuset ab hoc impedimento 38
incurrendo quæuis ignorantia coniugij alterius, an potius sola probabilis? Et quidem communiter DD. tradunt eam

eam ignorantiam debere esse probabilem & iustam. Nec enim iustum est, ignorantiam minimè vacantem culpa excusare: sicut à nullius præcepti transgressione excusat. Ita sentiunt *Hostiens. sum. de eo qui duxit, n. 2. vers. Sed quomodo, & c. 1. n 3. de eo qui duxit, & ibi Ioan Andr. num. 5. Alberic. in suo dictionar. lit. I. verb. Impedimentum, imped. 8. vers. Qualiter intelligatur, D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 5. fin. Sylvester verb. Matrimonium, 8. q. 9. dict. 9. Supplem. Pisane, verb. Impedimentum, imped. 8. n. 8. & ibi Rosella impedimento 8. n. 13. Tabiena ibi, imped. 7. num. vlt. Petr. de Soto lect. 9. de matrim.* vbi de impedimento cuminis, *Navar. sum. c. 22. lat. n. 46. bisp. n. 47. Gaeta reperit. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 167. n. 419. Palacios 4. d. 35. disp. un. col. 24. vers. Observandum tertio, fol. 791. Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. puncto 3.* vbi de impedim. cuminis, *Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. d. 2. c. 5. impedim. 4.* Verùm quamuis hæc communis sent. sit, & satis probabilis, at veriorem puto cõtrariam, nimirum, excusare ignorantiam crassam & supinã. Tum, quia ignorantia hæc est facti, quæ excusare solet, iuxta *reg. Ignorantia, de reg. iuris in 6.* Tum etiam, quia adulterium est necessarium, quod tamen absque dolo non committi fatentur omnes, per *l. penult. ff. ad l. Iul. de adulter.* At vbi dolus exigitur, non satis est lata culpa. Iuxta *Glossam receptam l. Magna negligentia, 226. verb. Dolus ff. de verb. signif.* & ita hanc partem relato Calderino tuetur *Alex. de Neuo, c. 1. nu. 3. & 4. & c. Ex litterarum, in fine, de eo qui duxit.* Et dicit esse probabilem *Veracruz. 1. p. Speculi, a. 36. concl. 7. fine.*

39 Id tamen monuerim, quando contractum est matrim. à persona coniugata, cum soluta illius matrimonii ignara, quamuis matrim. irritũ sit, mortuo coniuge esse in optione personæ deceptę cogere alteram, vt secum denuo matrim. ineat, vt expresse habetur *1. de eo qui duxit*, ibique ea reddunt ratio, ne deceptor lucrum ex suo dolo reportet, & docent ibi vniuersi. Quando autem vterque contrahens ignorabat, in optione vtriusuis erit, alterum cogere. Quod iam vtetque ex parte sua consensum præbuerit. Et ita docent *Innoc. co c. 1. fin. & ibi Præpositus fin.* Verum autem coactio hæc desideret iudicis sententiam vt obligeti diximus *l. 4. tota disp. 15.*

40 Tria demum obseruanda sunt. Primum est, grauem culpam admitti promittendo matrim. post obitum coniugis ineundum. Quia datur ansa captandæ mortis coniugis, & ita expresse hos dantes similem fidem peccare graniter, decidit *c. fin. de eo qui duxit* & subiungitur, illis pœnitentiam iniungendam esse, & tradũt ibi omnes scribentes. Quare simili culpa inuoluetur acceptans eiusmodi promissionem, vtpote qui culpæ alterius consensum præbet. Imò eam promissionem irritam esse tradunt *Abbas eo c. fin. n. 2. & ibi Alex. de Neuo n. 4. Anchar. c. Super hoc, nu. 2. eod. tit. Lancelot. instit. iuris canon l. 2. tit. de diuortiis, §. Cum ea autem, verb. Dederint.* Ducuntúque, quod ob eandem rationem non valeat promissio vacaturi beneficij *c. 2. de concess. prab.* ergo nec promissio matrimonii carnalis. Et quidem hoc constat, quando ex ea promissione consurgit impedimentum dirimens. Est enim inter personas inhabiles. At eo non consurgente posset esse difficultas, cùm referatur promissio ad tempus habile. Sed puto non recedendum à prædicta sent. Quod ius similibus pactis restitat, vt caueatur ansa captandæ mortis, vt constat ex textibus adductis, & ex *l. finali. ff. de pactis.*

41 Secundum obseruandum est, hoc impedimentum nõ reddere adulteros sibi fidem dantes, vel matrimonium de facto ineuntes, simpliciter inhabiles ad quoduis aliud matrimonium, sed solùm vt inter se illud contrahant, vt expresse habetur *cap. Ex litterarum, in fine, de eo qui duxit.* & docent *ibi Alex. de Neuo n. 5. D. Bonauent. 4. d. 37. a 2. q. 2. Maiorvis 4. d. 35. q. 2. paulo post princ. Vgolin. de sacram.* vbi de matrim. *c. 19. n. 8.*

42 Postremum obseruandum est, hoc impedimentum esse solo iure Ecclesiastico inductum: atque ita non habere locum inter infideles, nisi speciali lege fit apud ipsos indictum. Quod nemo negat: cùm constet nullum esse illius fundamentum attento solo naturæ iure.

Maior autem difficultas est, quando alteruter fidelis 43
erat: aut quando alterum, vt adulterium, vel fides, seu contractus matrimonij de facto, constante altero, præcessit baptismum: alterum autem illum subsecutum est? Et quidem quando alter fidelis erat, vt si infidelis legitimè coniugatus adulteretur cum fideli, vel hic coniugatus sit, & neutrum lateat alterius coniugium, adsitque aut fides matrimonii futuri, aut contractus de præsenti: non videtur dubium quin sit impedimentum dirimens, ne infidelis ille baptismo susceptо possit cum fideli matrim. inire. Quia quamuis infidelis nequierit impedimento hoc ligari ab Ecclesia: ligatur tamen fidelis, cum concurrant omnes conditiones peritæ, & cùm matrimonium non possit consistere nisi inter duos, & consequenter & indirectè ligabitur infidelis. Sicut *c. 1. de conuers. infid.* decernitur, non posse consistere matrimonium inter infidelem iam baptizatum & fidelem, quando existens ille infidelis, & hic fidelis, communi consilio coniugem interficere. Et ita docent *Veracruz 1. p. Specul. art. 34. post 9. conclus. dubio 5. Vega 2. tomo summæ, cap. 34. casu 123.* Quando autem inter ipsos infideles alterum ante baptismum contigit, vt promissio matrimonii vel contractus, alterum verò post, vt adulterium, *Veracruz d. a. 34. post 9. concl. dub. 4. Vega d. casu 123. & Barth. à Ledesma dub. 58. de matrim. fin.* fatentur esse impedimentũ. Quia sicut satis est promissio matrimonii scientiam coniugij præcedens, modò adulterium post superueniat: ita sat erit promissio ante baptismum, subsequente illum adulterio. In vtroque enim euentu videntur coniungi virtute priorum verborum. Et cõsimatur, quia à principio promissio illa non impediebat, impediuit autem addito adulterio cum matrimonij notitia. Ergo simili modo fides ante baptismum data, quæ tunc matrimonio nõ obstat, poterit obstare superuenienti adulterio post baptismum. Secundò, quia machinatio mortis coniugis tempore infidelitatis habita, nocet infideli, ne fidelis factus possit inire matrimonium cum vxore coniugis interfecti, *c. 1. de conuers. infidel.* Addit tamen *Veracruz ibi cum Abulens 1. Reg. 8. q. 38.* quos sequitur *Enrique c. lib. 12. de matrim. c. 14. nu. 3.* sicut exigitur scientia adulterij ad hoc impedimentum, ita quoque desiderari eius existimationem, vt si duxit infidelis repudiatam ab alio, & legitimo viro, qui repudiarat superstite, post conuersionem, eam cognoscat, existimans solui matrimonium repudio, prout infidelitatis tempore credebat, non erit impedimentum: quod defit adulterii existimatio. Cæterum existimo contra prædictos DD. nullum creari impedimentum, quando alteruttum horum ante vtriusque contrahentis baptismum contingit. Quia cum neutrum seorsum puniatur ab Ecclesia hac pœna, sed vtrumque coniunctum, oportet vtrumque contingere tempore habili, nempe, subiectionis delinquentium legibus Ecclesiæ. Sicut Ecclesia excommunicante percuticutem hominem, & ab eodem bona surripientem, ita vt ambo delicta deberent coniungi: illam non contraheret percutiens ante baptismum, & post illum bona rapiens. Item quia dans fidem ante matrimonium, & post illud adulterans non renouata fide, minimè ligatur hoc impedimento: quòd illa tempore inhabili contigerit. At non minùs est tempus inhabile, tempus infidelitatis, quando delinquens nullatenus est sub Ecclesiæ potestate. Et per hæc soluitur prius argum. cum sua confirm. Quia in eo euentu vtrumque contigit tempore habili. Nec obstat posterius. Quoniam in casu illius textus, alter erat fidelis, vt proximè dixi.

Tandem in summam redigendo quæ latè tota hac dis- 44
putatione circa hoc impedimentum diximus: ad illud incurrendum desiderantur aliquæ conditiones. Prima est, adulterium cum feminis intrà vas effusione. Secunda, vt cum adulterio concurrat promissio etiam simplex, vt Ducam te, futuri matrim. aut contractus matrimonij de præsenti, siue adulterium præcedat, siue subsequatur illa, dum modo non sit remissa fides matrimonij, aut matrim. illud de facto initum iam dissolutum, quãdo adulterium

super-

superuenit. Satis autem est, fidem dari adulterae de ineundo matrim. cum persona, quam quidam tertius designauerit, si id fraudulenter effectum sit, vt tertius ille adulteram designet. Sufficit etiam quamuis matri. illud clandestinũ sit. At debent esse fides aut matrim. & adulteriũ eodẽ coniugio durante. Tertia conditio, vt adulteriũ perpetratum sit, sciente vtroq; adultero alterius matrim. nec sufficit, licet vterq; adulter coniugatus sit, & norit proprium coniugium: & excusat ignorantia etiã non probabilis, sed crassa & supina. Sufficit vero si fides detur, aut matrim. ineatur ante scientiam alterius coniugii, si habita scientia accedat copula: at non sufficit copulam ante scientiam haberi, & post scientiã dati fidẽ, aut matrim. de facto initi. Quarta conditio, vt promissio matrim. sit externa, quamuis ficta sit, fictione non apparente exterius: & quamuis promissio sit conditionalis, nisi conditio sit de praeterito aut praesenti, & nec conditio extiterit, neque tunc extet. Quinta conditio, vt promissio ab altero acceptata sit, quamuis non repromittat. Taciturnitas autem eius, cui promissio fit, absque alio acceptationis signo, numquam sufficit ad hoc impedimentum incurrendum. Vltima conditio, vt prius matrim. validum fuerit, quamuis non sit consummatum, & dissolutum sit quoad thorum per diuortium.

DE IMPEDIMENTO LIGAMINIS, Secundis nuptiis, Benedictione earum, Bigamia, ac aliis pœnis ex secundis nuptiis consurgentibus.

DISPVTATIO. LXXX.

An secundæ nuptiæ, primis non dissolutis, sed consistentibus, sint iure naturæ interdictæ atque irritæ?

SVMMARIVM.

Pluralitas vxorum simul est interdicta in lege noua iure diuino, n.1.
Confutatur haeresis concedentium pluralitatem vxorum, n. 2.
Confutatur sententia quadam Caietani n 3.
Pluralitas virorum simul est contra primaeua iuris naturae principia, n. 4.
An pluralitas vxorum simul sit quoque contra ius naturale, an potius contra peculiarem legis Euangelicae prohibitionem? Referuntur duplices sententiae, n. 5. & 6.
Iuris naturae praecepta duplicia sunt, n. 7
Explicatur, qualiter pluralitas vxorum sit contra ius naturae, n. 8.
Pontifex nequit in vxorum pluralitate dispensare, n. 9.
An consuetudine possit reddi licita vxorum pluralitas? n. 10.
Potest Deus in illa dispensare, n. 11.
Qualiter antiqui patres excusabantur plures ducentes vxores? Et an id liceret vnicuique populo Israelitico? n. 12.
An ea dispensatio extenderetur ad populum Gentilium, ita vt in eo non peccaretur plures ducendo vxores? n. 13.
An in lege Euangelica cessarit omnino illa dispensatio, ita vt non solis Christianis, sed etiam infidelibus sit illicita vxorũ pluralitas, & reddat irritum matrimonium? nu. 14.
An vlla dispensatione liceat fieri possit, vt vna vxor pluribus viris nubat? n. 15.
Satisfit argum. Et explicantur, c. Obiiciuntur, 32. q. 4. & c. Quod proposuisti, 32. q. 7. n. 16.

1 DEt impedimentum ligaminis significatur vinculum prioris matrim. quo durante posterius est irritum. Et in hoc impedimento eum ordinem seruabimus. Primò, quidẽ de pluralitate nuptiarum, primis cõsistentibus aut dissolutis, sermo erit. Deinde de secundarũ nuptiarũ benedictione. Demũ de bigamia ac pœnis ciuilibus, quibus secundæ nuptiæ afficiuntur. Præsens ergo disp. petit, an posteriores nuptiæ prioribus cõsistentibus interdictæ sint iure naturæ: atque ita pluralitas coniugum in nullo euentu liceat? Et ea quidem veritas tãquam catholica præmittenda est, nunc in lege Euangelica prohibitum esse iure diuino plures simul habere vxores. Quod definit *Tridentinum sess. 24. de matrim. can. 2.* his verbis. *Si quis dixerit, licere Christianis plures simul habere vxores, & hoc nulla lege diuina esse prohibitum, anathema sit.* Eandem veritatem olim definiuit *Innoc. III. c. Gaudemus, de diuort.* Et esse prohibitum, ita vt posterius matrimonium priori subsistente sit irritum, decidunt *Siricius Papa in epist. 1. & Innoc. I. epist. 9. & Alex. III. c. Licet, de sponsa duorũ. Innoc. III. c. fin. eo. t. & Nicol. Papa, &* refertur *c. An non, 24. q. 3.* Et probat *Innoc. III.* hanc veritatem, *d. c. Gaudemus*, ex testimonio Christi. *Matth. 19. Quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliã duxerit, mœchatur.* Vbi seruator noster volens restituere matrimoniũ ad eam rectitudinem & decorem, quæ in prima sui institutione habuit à Deo, sustulit omnino polygamiam, quasi primæuæ matrim. institutioni aduersam. Cum enim interdicat, dimissa vxore propter fornicationem, ad alias nuptias transire, à fortiori is transitus, vxore retenta, interdictus censendus est. Quod ideo mœchari dicatur, posteriorem ducens priori dimissa, quia ob adulterium non definit prior esse vera vxor. Cùm ergo vxor retenta potiori iure gaudeat vxorio, retinet enim ius ad thorum & cohabitationem, quo dimissa ob adulteriũ caret, multo magis, ea retenta, illicitum erit aliam ducere. Præterea, quia Christus *Matth. 19.* reuocat matrimonium ad primæuam suam institutionem, dicens: *Qui fecit hominem ab initio masculum & feminam creauit eos, & dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, itaque iam non sunt duo, sed vna caro.* At matrim. in prima sui institutione pluralitatem vxorum simul penitus exclusit. Illa enim verba *Genes. 2. Masculum & Feminam fecit eos, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna*, aperte significant vnici cum vnica coniunctionem. Quod etiam significauit Christus *Matth 19.* quando relatis iis verbis, conclusit, *Itaque iam non sunt duo, sed vna caro.* Quæ verba indicant matrimonii initio instituti effectum esse, coniuges ita vniri, vt vna caro efficiantur. At ex vnius viri cum pluribus vxoribus matrimonio non vna caro, sed multiplex consurgeret, nec tam vnio, quam diuisio pullularet. Et ideo *D. Hieron. D. Anselm. Beda, Theophyl. Last. in eum locum, c. 19. Matth. D. Chrysost. hom. 63. in Matth. idem D. Hieron. l. 1. in Iouinian. D. Ambros. in l. de viduis. D. Aug. lib. 1. de nuptiis, & concupisc. c. 9.* docent, vxorum pluralitatem primæuæ matrimonii institutioni aduersari. Quod idem multis testimoniis probat late *Arboreus l. 1. Theosoph. c. 1.* Item, quia *D. Paulus*, vbicumque de matrim. loquitur, semper de vxore in numero singulari meminit, vt *1. Corinth. 7. Vnusquisque suam vxorem habeat.* Et alibi sæpe. Tandem, quia si matrim. consideretur quatenus est legis Euangelicæ Sacramentum, iure diuino cum vnica femina, dum ea superstes est, ineundum est, vt saluetur essentialis significatio huius Sacramenti, nimirum, matrimonii Christi cum Ecclesia, quæ est vnica, ob vnam fidem & vnum baptisma, quamuis in ea multi fideles existant.

Hinc confutatur aperta hæresis Lutheri & Anabaptistarum, impiè defendentium pluralitatẽ vxorum. Quam & spurcissimus Mahumetus in nefanda sua lege suis sectatoribus concessit. 2

Secundo deducitur, non sine errore posse defendi sententiam Caietani, qui *1. Timoth. 3. paulo post principium, explicans ea verba: Oportet Episcopum esse vnius vxoris virum*, ait tunc temporis multos habuisse plures vxores: eo quod nullibi id reperiatur interdictum. Et *Marci 10. paulo post princip. explicans ea verba: Quicumque dimiserit vxorem*, ait legem de vxoris vnitate nullibi in canonicis libris esse scriptam. Et *c. 19. Matth.* satis indicat, nec explicite, nec implicite extare talem legem in sacra Scriptura: atque adeo nullam diuinam prohibitionem de vxorum pluralitate esse. Ducitur, quod locus *Matth. 9.* ex quo nu. 1. diximus 3

hanc prohibitionem deduci, referatur *Marci* 10. sic: *Quicunque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium cõmittit super eam.* Vbi non absolute dicitur hunc esse adulterum, sed esse talem erga vxorem iniustè dimissam, atq; ipsa renitente migrantem ad secundas nuptias. Non ergo ex eo loco concluditur, vxorum pluralitatem in omni euentu esse iure diuino illicitam. Sed hoc argumentũ Caietani minime obstat. Tum quia *Innoc. 3. cap. Gaudemus, de diuort.* & ante eum *Innoc. 1. in epist. 3. ad Exuperium c. 6.* ex eo loco Matth. 19. hanc vxorum pluralitatem à Christo seruatore nostro veritam esse probant. Tum etiam, quia *D. Augustl. 1. de adulter. coniug. c. 11. & Beda in c. 10. Marci*, ita exponunt ea verba *Mœchatur super eam*, non quod auferant adulterium, sed quod duplicem iniustitiam implicent, alteram iniusti repudii vxoris: alteram verò adulterii, alio inito matrimonio, priori vxore superstite.

4 Potissima autem huius disp difficultas eo pertinet, nũ prohibitio hæc sit peculiaris legis Euangelicæ, ita vt ante illam nulla extiterit lex naturalis aut diuina positiua interdicẽs coniugum pluralitatem? Et quidem vniuersi fatentur pluralitatem virorum respectu vnius vxoris interdictam iure naturali prorsus esse: atq; id matrim. cum aliis præter primum virum eodem iure irritari. Quod aduersetur primario matrim. fini: incerta enim erit proles: impedieturque generatio ex plurium virorum commistione: aut enim numquam aut rarius subsequetur. Vt in meretricibus experientia testatur. Insuper aduersatur etiam fini secundario. Nam domestica societas & communicatio operarum, quæ ad vitam tuendam desiderantur, minime obtinebuntur, vbi multa capita vnius corporis sunt, nempe, multi viri in eadẽ familia. Quare licet multi serui sint commode vnius domini, at nullus seruus potest cõmode multis dominis subiici, ac illis inseruire. Vt testatur Christus *Matth. 6.* nec id matrim. tuendæ paci deseruiet, sed innumeras excitabit rixas, quas vnica vxor tamquam subdita sedare nequibit. Quibus rationibus *D. Augustl. 3. de doctr. Christ. c. 12. & lib. de bono coniug c 17.* veritatem hanc comprobat: atque SS. Patrum veteris Testamenti exemplo, cum quibus sæpe in sacris Literis dispensatum legitur: vt plures vxores ducerent: cum tamen nullibi habeatur permissio, vt vnica vxor pluribus viris nubat. Idemq; probat *D. Th. 4. d. 33. q. 1. a. 1. ad 7.* quem vniuersi sequũtur.

5 At num idem dicendum sit de pluralitate vxorum respectu vnius viri, non conuenit inter omnes. Quidã enim eam nec iure naturali nec diuino antiquo positiuo prohibitam esse censent. Ducuntur primò, quod vxorũ pluralitas non aduersetur primario matrim. fini, sed illum optime assequatur. Cum vnus vir multis fœcundandis mulieribus, earumque liberis educandis sufficiens sit. Qui primarius est matrimonii finis. Et confirmatur, quia secundario matrimonii fini, nimirum, tranquillæ coniugum cohabitationi, non obstat per se hæc vxorum pluralitas, sed ipsarum malitia ac proteruia. Quippe vnica vxor contentiosa iurgia excitat, tranquillitatemq; domus perturbat: quam tamen plures pacificæ conseruant. At quæ per accidens ac ex malitia eueniunt, attendenda minime sunt, nec sub artem cadunt. Et confir. secundò, quia secũdarius finis cedit primario id petenti. Quando ergo generatio prolis ac eius multiplicatio, qui finis primarius est. petit vxorum pluralitatem, quod prima sterilis sit, ea nõ repugnabitur iuri naturæ, quamuis secũdarius finis nõ ita perfecte comparetur. Et tertiò confirm. quod vniuersæ operæ, ad domesticam gubernationem spectantes, melius per virum, quam per mulierẽ præstari possint. Quod docuit D. *Augustin.* explicans ea verba Genes. 2. *Faciamus ei adiutorium.* Atque idem tradit *D. Th. 1. p. q. 92. art. 1. corp.* docens feminam formatam esse non in adiutorium alicuius operis, cum ad quodlibet opus conueniẽtius iuuari possit vir per alium virum, sed in adiutorium generationis. Secundo ptincipaliter prob. hæc sent. Quia *D. Aug. lib. vn. de bono coniug. c. fin. in princ.* expresse docet, antiquis Patribus illicitam non fuisse vxorum pluralitatem. Cum nec contra naturam id efficerent: eo quod non causa libidinis, sed prolis multiplicandæ ducebantur: neque contra legem, nec contra morem. Quia eo tempore prohibita non erat. Et confirm. quia *idem D. Augustl. lib. 22. contra Faustum c. 47. 48.* & refertur *c. Obiciuntur, 32. q. 4.* excusat Iacob, qui quatuor vxores duxit, ratione consuetudinis: ibi: *Quando mos erat, crimen non erat.* Vbi *Gloss. verb. Crimen*, inde infert consuetudinem aliquando à culpa excusare. Et *Iosephus lib. 17. de antiq. c. 1.* asseuerat Iudæis more maiorum licuisse simul plures vxores habere. At consuetudo non potest prævalere aduersus ius diuinum aut naturale, sed aduersus solum ius humanum, *c. fin. de consuet.* Atque *D. Th. 4. d. 33. q. 1. art. 1. ad 1.* fatetur consuetudinem posse ab hac vxorum pluralitate excusare. Tertio, quia *idem D. Augustl. lib. 1. de nuptiis, c. 9. & l. de bono viduit. cap. 7. ex Conc. Colonien. tractatu de matrimonio, c. Incipienti, Caterum nec natura*, clare probat virorum pluralitatem naturæ matrimonii aduersari, non autem vxorum multitudinem. Quod vir caput sit, ac principem in familia locum obtineat, femina autem sit subdita. At ea principii & dominantis natura est, vt singularitatem amet, secus autem est de subiecti natura. Vt in corpore animato multi pedes sunt, at vnum semper caput. Et gubernationi domesticæ plures dominos vni seruo præesse valde obstat, non tamen plures seruos vni domino subiici. Quarto, quia *D. Hier. epist. ad Occeanum* manifeste sentire videtur, antiquitus nulla lege interdictam esse polygamiam. Quod idem tradit *D. Augustl. 3. de doctr. Christ. c. 12. & l. 6. de ciuit. Dei, c. 38.* Quinto, quia *Greg. III. epist. 4. ad Bonifacium*, & refertur *c. Quod proposuisti, 32. q. 7.* vxorem secundam ducere concessit cuidam ob primæ ægritudinem. Quam dispensationem cõcedere nequisset, si hoc iuri naturæ aduersaretur. Sexto, quia creditu difficillimum est plurimas gentes lumine ac ratione naturali destitutas esse, apud quas vxorum pluralitas permittebatur. Quas vltra *Tiraquellum l. 7 connub. nu. 16. & Alexandrum ab Alexandro lib. 1 dierum genialium. cap. 24.* late refert *Menochius de arbitrar. lib. 2 centur. 5 casu 420. à n. 71.* Imo Valentinianus senior (vt refert *Socrates lib. 4. sue hist. cap. 31.*) legem tulit, vt cuilibet plures vxores ducere liceret. Et Iulius Cæsar, teste *Sueton. in eius vita cap. 52.* hanc etiam promulgari legem iussit. Et confirm. quia viri sanctissimi in veteri lege plures simul vxores habuere. Vt Abrahamus Saram & Agar, *Genes. 16.* Iacob Liam & Rachel, Balam & Zelpham, *Genes. 29. & 30.* Helcana Annã & Phenennam, *1. Reg. 1.* Moyses Mariam & Æthiopissam, *Num. 12.* nec de dispensatione diuina constat. Septimo, quia si licet vxori in totum iure suo cedere, consensum præstans, vt vir profiteatur: cur non licebit attento solo naturæ iure, sibi in parte præiudicare, consentiens vt aliæ simul vxores potestatem corporis viri sui habeant, legitimo cum eis matrim. inito? Et ideo huius sent. sunt *Durandus 4. d. 33. q. 1. nu. 9. & 10. Gerson. 2. p. in regulu moralibus*, vbi de matrim. *alphabeto 25. lit. I. Caietanus c. 16. in Genes. paulo post princ. Abulensis 1. Reg. 8. q. 25. & c. 19. Matth. q. 30. in solutione ad 2. & q. 33. corp. & ad 1. Metina l. 4. de sacrorum hominum continentia, controuc. 1. toto cap. 9. Veracruz 2 p. Speculi, art. 15. concl. 1. & 2. Palacios 4. d. 33. disp. 1. col. 16. f. 732.* Atque id non esse contra ius naturæ, bene tamen contra diuinum positiuum vetus, affirmant, quamuis subobscure, *Scotus 4. d. 33. q. 2. art. 2. & ibi Supple. Gabr. q. 1. a. 2. fine.*

Alii sunt in alio extremo, opinantes polygamiam ad- 6
eo iure naturæ interdictam esse, vt pugnet cum coniugii veritate, ita vt nullo modo possit verum coniugium inire cum secunda vxore. Prob. quia matrimonium consistere nequit absque mutua corporum traditione, at omnino repugnat rem vni traditam alteri tradi. Et confirm. quia 1. Cor. 7. sic dicitur: *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir similiter & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier.* Vbi vir & mulier æquiparantur quoad mutuam corporũ potestatem tradendam. Sicut ergo naturæ matrimonii prorsus repugnat, mulierem non ita in solidum tradere sui corporis potestatem vni viro, vt eo superstite ea

possit

possit alteri viro tradi: (vt nu. 4. probauimus) ita similiter repugnabit, ne omnino & in solidum tradat vir eam sui corporis potestatem vxori, vt integrum illi sit alii simul vxori eam tradere. Secundò, quia si mulier non tradat in solidum sui corporis potestatem viro, non erit legitimũ matrimonium. At cum contractus hic sit reciprocus, & vtrimque æqualis, non censetur eam tradere mulier, nisi vir similiter tradat. Tertiò, quia per matrim. se obligat vir ad reddendum debitum vxori, quotiescumque illa petierit. Quod vtique præstare nequiret, si salua matrim. substantia posset se cum pluribus vxoribus copulare. Si enim simul eæ peterent, eis satisfacere minime posset. Quartò, quia contra primum iuris naturæ principium est, vt vir erga vxorem id faciat, quod erga se ab vxore fieri meritò ac iure optimo recusat. Cum ergo meritò renuat vxorem alii viro nubere. contra prima naturæ principia erit, vt ipse possit vxorem aliam simul habere. Tandem quoniam id quod in prima sui institutione matrim. fortitum est, illud natura dictante, videtur ita esse de iure naturæ, vt absque illo cõiugii essentia cõsistere nequeat. At in prima matrimonii institutione tãtum licebat vxoris vnitas, (vt nu. 1. probaui.) Et ideo hanc sententiam tuetur *Aureolus* relatus à *Capreolo 4. d. 33. q. 1. a. 2.* Et videtur tenere *Victoria relectione de matrim. priori parte p. prima, n. 3.* vbi ait essentiam matrimonii petere obligationem mutuam certi viri & certæ feminæ, quamuis nõ declaret quid per hæc intelligat. Eandem videtur tenere *Menochius de arbitrariis, lib. 2 centur. 5. casu 420. à n. 46.* rationes enim quibus vtitur ad probandum pluralitatem vxorum aduersari iuri naturæ clare hanc partem probant. Eiusdem videtur *Petrus de Ledesm. de matrim. q. 65. a. 1. concl. 2. & duplici seq.* vbi probat ita pluralitatem vxorum esse contra ius naturæ, vt sit etiam contra primarium matrimonii finem.

7 Cæterum vt quid tenendum sit explicem, præmittendum est, duplicis esse præcepta ad ius naturæ pertinẽtia. Quædam vniuersalia, quæ sunt velut prima principia iuris naturæ, quæ certissimam ac inuiolabilem rectitudinis regulam continent: ac proinde in ea nulla cadit dispensatio. Vt sunt præcepta Decalogi. Alia verò sunt quæ ex primis principiis tamquam conclusiones deriuantur, quæ quidem licet rectitudinis regulam contineant, non tamen ita inuiolabilem, quin ab ipso naturæ auctore propter aliquas circumstantias mutari valeant.

8 Hoc præmisso, media sent. inter duas extremas, n. 5. & 6. relatas, amplectenda est, & dicendum polygamiam vnius viri cum pluribus vxoribus non esse omnino contra ius naturæ: atque adeò non esse contra prima ac vniuersalia eius principia: sed aliquo modo aduersari iuri naturæ, quatenus est cõtra cõclusiones ab ipsis primis principiis deriuatas: eò quòd non repugnet matrim. naturæ, nec primario eius fini: sed non satis cũ matrim. cõgruat, si omnes illius fines spectemus: atque proinde matrim. illud cum alia vxore initum priori superstite, esse attento ipso naturę iure nullum. Priorem partem probat argum. 1. nu. 5. relatum. Præterea, quia alias Deus non posset dispensare circa vxorum pluralitatem. Cuius contrarium num 11. ostendemus. Posterior verò pars inde suadetur. Quòd vxorum pluralitas aduersetur secundario matrimonii fini, nimirum tranquillæ ac pacificæ cohabitationi coniugum, ac gubernationi domesticæ: qui finis est secundarius, (vt testatur *Philosophus 8. Eth. ca. 9.*) Vxor enim non subditur viro, vt famula, sed vt socia & collateralis, ac in domestica gubernatione principatum tenens, (vt fusius probant *D. Chrysost. homil. 20. in epist. ad Ephes. D. Thom. 1. p. q. 92. art. 3.*) At omnis principatus, quo pax seruetur, suapte natura singularitatem amat, (vt docet *D. Aug. libr. de bono coniug. c. 17.*) Et ideo non est simile de subiectione, qua plures serui uni domino subduntur. Et confirmatur, quia pax nequit esse in familia in eo euentu. Tùm quia facillimo negotio inuidiæ & rixæ inter vxores illas pullulabunt: & id maxime, si vna præ aliis à viro diligatur. Tum etiam, quia participatio plurium in eodem officio lites non modicas affert. Vnde vulgare prouerbium emanauit: *Quien es tu enemigo, sino el que es de tu oficio.* Cuius rei singulare testimonium est, inter sanctas etiam feminas, eidem viro coniugatas, huiusmodi rixas subortas esse. Sicut de Sara & Agar, Lia & Rachele sacræ literæ commemorant, *Gen. 16. & 30.* Et de Anna & Phenenna *1. Reg. 1.* Cuius etiam rei testimonium non mediocre est responsum Socratis qui (vt tradit *Aulus Gellius lib. 1. noct. Attic. cap. 17.*) admiranti Alcibiadi, quod duas ferret domi vxores respondit: *Ita me domi docent tolerantiam, qua in publico vtendum est.* Atque Euripides, qui pariter duas vxores habuit, dicebat in Andromache teste eodem *Aulo Gellio lib. 15. noct. Atticarum, cap 20.*

Nunquam duplicia connubia collauda vero mortalium,
Neque binas matres habentes liberos,
Rixas quidem domorum, tristesque offensas.

Neque id per accidens, sed ex natura rei oritur, attento feminarum natiuo ingenio, & amore, quo vxor virum prosequitur. Non enim fert amor consortium in re amatã. Imo è contra raro, & ex femininarum bonitate accideret has rixas non oriri. Cum multitudo vxorum eas afferat. Ars autem sicut & lex ea, quæ raro accidunt, minime spectat, sed quæ frequenter & in plurimum, *l. Nam ad ea. ff. de legibus.* Et confirmatur amplius, quia quædam opera sunt in domestica gubernatione propria vxoris & alia propria viri, teste *Arist. 3 Oeconom.* Vnde *D. Th. 1. p. q. 92. a. 1. corp.* ait feminam formatam esse in adiutorium viri, quoad domesticam gubernationem. Quod latius ibi explicat *Caietanus.* Secundo, quia vxorum pluralitas aduersatur alii fini secundario matrimonii, nempe quatenus est in remedium concupiscentiæ. Non enim vir poterit satisfacere concupiscentiæ plurium vxorum. Et contingit illas simul debitum petere, & cum vir nequeat illis correspõdere, periclitabitur continentia illius cui debitum negatur. Tertio, quia *Innoc. III. cap. Gaudemus, de diuort.* ait nulli vmquam licuisse absque diuina dispensatione plures simul habere vxores. Atque *D. Chrysostomus hom. 56. in cap. 30. Geneseos*, docet consuetudinem habendi plures vxores fuisse iniquam citra diuinam dispensationem. At si sola lege humana prohibita, aut nulla, consuetudo præualeret. nec diuina dispensatione opus esset. Et confirmatur, quia si sola lege Euangelica positiua esset interdicta hæc vxorum pluralitas, minime ligaret infideles: ac proinde illis licita nunc esset. Cum ante susceptum baptisma, peculiaribus populi Christiani legibus minime astringantur. Cuius tamen contrarium decidit *Innoc. III. d. cap. Gaudemus*, dicens infideles pluribus vxoribus coniunctos, cùm sola prima debere post baptisma remanere. Si enim ea matrimonia essent legitima, non dissoluerentur per baptismum. Vt constat ex *eodem cap. Gaudemus, & c. Quanto, de diuort.* Tandem, quia nec lege ciuili apud Ethnicos vmquam permissa fuit vxorum pluralitas, tamquam rationi naturali aduersa, (vt late probat *Menoch. de arbit. lib. 2. centur. 5. casu 420. num. 89. & seqq.* Immo reiecta fuit lex, quæ iussu Caij Cæsaris scripta est, eam permittens, teste *Sueton. in Iulii Cæs. vita, cap. 52.* Et ideo hanc sententiam sustinent *D. Thom. 4. d. 33. q. 1. a. 1. corp. & ad 1. 6. & 9. & a. 2. corp. Ricardus ibi a. 1. q. 1. Palud. q. 1. a. 1. num. 9 Capreol. q. 1. a. 1. concl. 1. Deza q. 1. a. 3 notabil. 1. Sotus q. 1. toto a. 1. D. Antonin. 3. p. t. 14. c. 10. §. 1. Driedo l. 1. de libert. Christ. cap. fin. paulo post principium, Catharinus l. 5. contra Cajet. c. de matrim. Ferrara 3. contra Gentes c. 124. Conar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 3. num. 1. & 2. Ledesma 2. p. 4. q. 67. a. 1. Viguerius lib. institut. c. 16. §. 3. vers. 12. Corduba in sua quæstion. 3. 4. q. 2. dub. 2. Angles sforibus 1. p. de matrim. q. 7. art. 1. in princip. ex 1. vsque ad 4. conclus. Bellarm. 1. 2 de matrim. cap. 11. propositi. 2. Valentia 4. p. disp. 10. q. 1. punct. 3. col. 3. vers. Quintò, Pereira in c. 6. Genes. disp. 1. n. 22. Enriquez l. 12. de matrim. c. 6. n. 1. Celaia 4. d. 33. q. 1. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 56. Barth à Ledesma dub. 72. de matrim. quatuor primis concl. Maioris 4. d. 33. q. 1.*

Hinc deducitur, nullatenus posse Pontificem in hac 9 vxorum pluralitate dispensare. Quòd tum lege naturali,

tum etiam lege Christi ob veram Sacramẽti significationem interdicta fit. (Sicut probaui n.1.) Constat ex *c.Gaudemus,de diuort.* vbi eam numquam licuisse citra diuinam dispensationem deciditur. Atque ita docent *D.Thom.4.d. 33.q.1.a 2.corp.& ibi Durand.q.1.n.11.Ricar.a.1.q.2.Palud.q.1.a. 1.n.17.Supplem.Gabr.q.1.art.2. concl.6. & 8.Maioris q.1.in argum.contra 3.concl.Capreolus q.1.a.3. in solut.ad 1. Aureoli, Deza q.1.a.3.not.ab.1.Abulens.c.19.Matt.q.36. Driedo l.1. de libert. Christ.c.1.vlt.fin.D.Antonin.3.p.t.14.c.10.§.2. Sotus 4 d.33.q.1. a.2.col.10.concl.4. Ledesma 2.p.4.q.67.a.2.col.antepenul.Couar.4.decret.2.p.c.7.§.3.nu.1.Ferrara 3.cõtra Gentes c.124.Bellarm.l.1.de matrim.c.11 propos.1.Angles floribus 1.p.* vbi de matrim.*q.7.a.1.diffic.5.Enriq.l.12.de matrim.c.6.nu.3. Petr. de Ledesm.de matrim.q.65.a.2.dub.1.concl.5. & dub.4. concl.1.Barth. à Ledesm.dub.72.de matrim.concl.5.Palacios 4.d 33. disp.1. col.* 17. Nec audiendi sunt aliqui, quos tacito nomine refert *Durand proxime allegatus,* dicentes posse Pontificẽ dispensare; atque id saltem non esse contra rationem.

10 Secundò deducitur, nulla consuetudine effici posse licitam hanc vxorum pluralitatem. Quod cõsuetudo præualere nequeat aduersus ius naturale, & diuinum positiuum, sed solum contra humanum, *c.fin. de consuet.* Sic tradunt *D.Antonin.& Driedo n.prac.allegati, Sotus 4.d 33.q.1.a.2. col.8.vers.Et per hoc diluuntur, Couar.4.decret.2.p.c.7.§ 3. n.1.*

11 Tertiò deducitur, posse Deum dispensare in hac vxorum pluralitate. Quia nulla inuenitur repugnantia. nec est contra prima iuris naturæ principia. Idque amplius constabit ex dicendis n. seqq.

12 Quartò deducitur, veteres patres legis antiquæ pluribus vxoribus coniunctos, culpæ immunes fuisse, eo quod Deus cum illis dispensarit. Quod asserit *Innoc.III.c. Gaudemus,de diuort.* Atq; multis relatis, & explosa eorum sententia, qui dicunt numquam licuisse vxorum pluralitatẽ, sed permissam fuisse tamquã minus malã, probat late *Bellarm.lib.1.de matrim.toto c.11.* Hæc autem dispensatio non concessa est externa aliqua scriptura, aut locutione, sed inspiratione interna facta Patriarchis, quæ deriuata est vi exempli & consuetudinis ad reliquos ex populo Israelitico, ac proinde omnibus illis pluralitas vxorum licebat. Quod tamquam notum supponitur *Deuteron.* 20. ibi *Si habuerit homo duas vxores.* Et ita docent *D.Tho.4.d.33.q.1.a. 2.corp.& ibi D.Bonau. a.1.q.3. Ricard.a.1.q.2. Supplementum Gabrielis q.1.a.3.dub.1.Capreol.q.1.a.3.in solut.ad 4.Durandi.Sotus q.1 art.2.col.7.vers.Sed dubitatur, Ledesma 2.p.4. q.67.a.2. Bellarm.d.cap.11.propos.3. & 4.Valentia 4.p.disp.10.q.1.punct. 3.col.3.*

13 Et quidem satis probabile est, eam dispẽsationem extensam esse ad populũ Gentilium, atque ita eis antiquitus fuisse licitam vxorum pluralitatem. Idque docere videtur *D.Augustin libr.22.contra Faustum c.* 47. Et dicunt esse probabile, *Bellarm.lib.1.de matrim.c.11.propos.6.Ledesm.2.p.4. q.67.a.2.Valentia 4.p.disp.10.q.1 punct.3.col.4.* At probabilius est, non esse extensam. Quod in eo ratio dispensationis non militaret, nempe fidelis populi multiplicatio. Quare nisi ignorantia excusarentur, peccati rei erãt Gentiles polygamia vtentes. Atque ita docent *Sotus 4.d.33.q. 1.a.2 col.7.vers Longe tamen, Angles floribus 1.p. de matrim.q.7. a.1.diffic.3. Enriquez l.12.de matrim.c.6.n. 2. & lib.11.c.2.num.3. Barth.à Ledesm.de matrim.dub.72.concl. 6.*

14 Cæterum iam in lege euangelica eiusmodi dispensatio cessata est à Christo seruatore nostro, quãdo *Math.19.* reduxit matr. ad primæuũ statũ, in quo vnica vxor licebat; (vt n.1.probauimus.) Quare nullis fidelibus nec infidelibus licita est hodie polygamia, & dum infideles baptisma susceperint, cogendi sunt ad primã vxorem legitimam redire, seq; separandique sunt ab aliis matrimonijs ea superstite initis, tamquam ab omnino irritis. Quòd expresse decidit *Innoc.III.c.Gaudemus de diuort.* Quia lege naturali, qua omnes etiam infideles astringuntur, id matrim. erat irritum: & ex sola Dei dispensatione valebat; (vt constat ex dictis n.8.& 12.) cessata ergo dispensatione per Christum, iam matrim. illud manebit in terminis iuris naturæ irritum Itaque non dico esse irritum respectu infidelium, propter legem positiuam Christi: ea enim non obligat infideles ante susceptum baptisma: sed propter ius diuinum naturale id irritans, ad quod sublata dispẽsatione per Christũ, reductum est matrimonium. Et ita tunc minime licere infidelibus polygamiam, & secundas nuptias esse irritas, docent *Sotus 4.d.33.q.1.a.2.col.9. concl.3. Bellarminus lib.1.de matrim.c.11.ad fin. Valentia 4.p disp.10.q.1.puncto 3.col.4. Enriquez lib.11.de matrim.c.2.n.3. in comment.litera M. & lib.12.c. 6.n.2. Ledesma 2.p.4.q.67.art.2.col. antepenult. Veracruz 2.p. Speculi,ar.18.concl.2. Petrus de Ledesma de matrim. q.65.art.2. dub.3.conclus.5.* Quare tolerandum non est quod dicit *Abulensis c.19 Matthæi,q.35. paulo post princ.* vbi ait posse sustineri, infideles nunc non peccare accipiendo plures vxores. Et ad *cap.Gaudemus de diuort.* respondet, cogi infideles dimittere posteriorem vxorem, quando ad fidem veniunt, non quod peccarint accipiendo, sed retinendo: cum iam legi Christi subiecti sint. Verum hæc euasio ex eo confunditur, quod baptismus non soluat coniugia. Vt habetur *eo c.Gaudemus, & c.Quanto,de diuort.* Atque minus tolerari debet *Veracruz 2.p. Speculi,a.17.concl 5.* dicens esse valde probabile, infideles non delinquere plures nunc ducendo vxores. Quòd sola lege positiua Christi ipsos non obliganti ante baptismum interdicatur. Quod est contra expressam Innocentii III. decisionem *dict.c.Gaudemus.* Quare merito *Enriquez* id erroneum appellat; & *Petrus de Ledesm.* temerarium, ac errori proximum.

Vltimò deducitur, quid in ea quæstione sentiendum 15
sit. An Deus possit dispensare, vt vna vxor pluribus viris nubat? Communiter enim tradunt DD. in id non cadere dispensationem. Et *Bellarm.l.1.de matrim.cap.11.post.2.propos.* expressit nec Deum posse dispensare: eo quod sit contra prima principia iuris naturæ. Verum nullam video repugnantiam, nec hoc ita intrinsece malum esse, quin Deus possit dispensare. Quod docent *Maioris 4.d.33.q.1.in 1.arg. contra 1.concl.* & latius probans *Petr.de Ledesm.de matrim. q. 65.a.2.dub.2.concl.2.*

Ad argum.num.5 proposita resp. Ad 1.argum.dic, illud 16
probare, non esse vxorum pluralitatem contra prima iuris naturæ principia. Quod n.8. fassi sumus. Ad 1. confirmationem constat ex dictis n. 8. vbi probaui otiri per se. Ad 2.confirm. dic, tunc non semper cedere finem secundarium, sed solum dispensante eo, cuius est in illo præcepto dispensare, qui in præsenti est solus Deus. Ad 3. confirmationem cõstat etiam ex dictis n. 8. vbi probauimus quædam opera domestica feminis peculiaria esse, & in adiutorium viri ad ea præstanda formatam esse mulierem. Et *D.Augustus ac D.Thom.* loquuntur de femina & viro absolute; (vt explicat *Caietan tod.art.1. fin.*) nam omnia opera domestica possunt ità bene ac melius per alium virum exerceri. At comparando vxorem ad virum, ad quædam aptior est vxor, imò dedecent virum: & meliùs præstantur per vxorem propter arctum amicitiæ cum marito vinculum, quam per alium virum. Ad 2. principale & confirmationem dic, ea testimonia intelligi supposita diuina dispensatione: quæ consuetudinem illam licitam reddebat, & efficiebat non esse contra legem. Et ita *D.Augustinus* ibi non dixit, *quia mos erat, peccatum non erat. Sed quando moserat*: quasi mos non sit causa, sed diuina dispensatio morem excusans. Et quamuis mox subdat: *nunc quia mos non est, crimen est.* intelligitur iuxta præmissa. Quia non est mos diuina, dispensatione approbatus. Ad 3. dic, mentem *D.Augustinus* solum esse, non ita iuri naturæ aduersari pluralitatem vxorum, ac pluralitatem virorum. Et ad similitudinem adductam de seruis constat ex dictis num. 8. Ad 4. dic sicut dixi ad 2. Ad 5. dic cum *Glossa eo cap. Proposuisti, verb.Nubat, Soto 4.d.33.q.1.a.2.in fine, corp. Mexochio de arbitr. l.2.centur.5.casu 420.num.95. Bellarmino lib. 1.de matrim.c.11. fine, & l.4.de Pontif.c.12.colum.1.* priorem non fuisse legitimam vxorem ob impedimentum perpetuum: idque solum declarasse Pontificem. Quòd si obijcias, non videri iudicare prius matrim. nullum: cum dicat non debere

virum

virum à priori vxore debitum subsidium auferre, dic cum *Glossa verb. Nubat*, intelligi de dote restituenda: aut si de alio subsidio accipiatur, esse consilium. Ad 6. dic, id non esse mirum, sicut aberrarunt colendo deos falsos. Ad cõfirmationem constat ex dictis n. 12. Ad vltimum, dic posse quempiã iuri suo renuntiare, quando nulla alia ratio prohibitionis adest: præter alterius præiudicium: vt contingit in negatione debiti. Secus vbi aliunde oritur prohibitio: vt contingit hic. Plures enim habere vxores est illicitum, non ob iniuriam vxori illatam, sed quia est contra rectæ rationis dictamen, ac finem secũdarium matrimonii. Ad 1. argum. ex propositis n. 6. dic, posse virum tradere sui corporis potestatem vxori, salua matrimonii essentia, nõ omnino in solidum, ita vt simpliciter vni soli mulieri tradatur, ita vt non possit alteri tradi ad similes generationis actus: sed sufficere ad matrimonii veritatem, tradere quantum satis est ad liberorum procreationem. Ad confir. dic, virum non habere potestatem sui corporis, in quantum eam tradit vxori. Vel loquitur, vt contingit de facto in matrimonio post legem Euangelicam; in quo est mutua ac æqualis traditio vtrimq; in solidũ. Non tamẽ ex natura rei similiter vtrũque repugnat. Ad 2. dic, de facto rem iam sic se habere. At sic non se haberet Deo dispensante in vxorum pluralitate. Sed necessario, vt verum consisteret matrim. deberet mulier totam sui corporis potestatem tradere viro: nec iure vellet similiter virum ei in solidum potestatem tradere, sed quatenus sobolis procreatio petit. Ad 3. dic cum *D. Thom. 4. dist. 33. q. 1. a. 1. ad 6.* Si attendamus finem matrimonii primarium, id non petere, vt vir reddat debitum vxori, quotiescumque illa petierit; sed quantum sufficit ad concipiendum. At id postulat, quoad finem ipsius secundarium, qui est concupiscentiæ mederi, cauendo fornicationis periculum. Et ideo dicens plures, non se obligat ad impossibile, attento primario matrimonij fine. Ad 4. dic. esse contra prima iuris naturæ principia, vt quis erga alterum efficiat, quod erga se fieri non vult, seruata proportione. Non enim si prælatus vult, ne subditus ei resistat, sed obediat, debet similiter velle non resistere subdito, & ei obedire. At non est eadem proportio. Vt constat ex dictis n. 1. & 8. Ad vltimum dic, cum natura humana omni defectu vacans instituta sit, non solum esse ei indita illa sine quibus primarius matrimonij finis obtineri nequit, sed etiam sine quibus secundarius difficile obtineretur.

DISPVTATIO LXXXI.

An secũdæ & vlteriores nuptiæ prioribus morte alterius coniugis dissolutis, licitæ sint?

SVMMARIVM.

Refertur quædam hæresis, n. 1.

Secundæ & vlteriores nuptiæ prioribus dissolutis licitæ sunt, ac verum Sacramentum n. 2.

Qualis certitudo mortis prioris coniugis desideretur ad transitum ad alias nuptias? Et an liceat illis contrahere alias ante petitam certitudinem mortis petere & reddere. Remissiue, n. 3.

Soluuntur argumenta. Et explicantur c. Quomodo, cap. De bis, c. Hac ratione, 31. q. 1. n. 4.

1 QVidam hæretici secundas & vlteriores nuptias etiã prioribus morte alterius coniugis dissolutis damnarunt. Ita Montanus, & Cataphrygæ, teste *D. Aug. l. de hæresibus, c. 26.* & Cathari, teste *eod. c. 38.* Atque in eodem errore fuit *Tertull. l. de monogam.* teste *eod. D. Aug. ibid. c. 86* Eandem hæresim tuentur Nouatiani, vt constat ex *Concil. Niceno, can. 8.* Et probant primo ex *D. Ambros. 1. Cor. 7.* vbi secundas nuptias affirmat minime esse bonas. At *Auctor operis imperf.* quod à quibusdam D. Chrysost. tribuitur) *homil. 32. in Matth.* & refertur *c. Hac ratione, 31. q. 1.* eas fornicationẽ appellat. Et *D. Hieron. lib. 1. contra Iouinian.* & refertur *c. Quomodo, 31. q. 1.* eas expresse damnat. Et *l. 2. contra eundem* multa in secundas nuptias congessit. Secundo, quia in *Concil. Neocæsariensi c. 3. & 7.* & refertur *c. De bis, 31. q. 1. & in Concilio Laodic. can. 1.* ineuntibus secundum matrimonium imponitur pœnitentia. Tertiò, quia Ecclesia statuit transeuntes ad secundas nuptias esse bigamos, eosque ab ordinibus suscipiendis expellit. Vt constat ex *toto t. de bigamis*, ac in aliquo euentu denegat secundis nuptiis benedictionem, *c. 1. & c. Vir, de secund. nupt.* Quod iniquum foret, si licitæ essent. Quartò, quia eæ non perfectè significant cõiunctionem Christi cum Ecclesia. Et ideo defectu Sacramenti inducunt bigamiam, *c. Debitum, de bigamis.* Non ergo sunt Sacramentum. Tandem, quia multæ leges editæ sunt diuersas statuentes pœnas transeuntibus ad secundas nuptias, in odium illarum: nempe *l. Femina, l. Generaliter, l. Si quis prierit, § In illo, l. Hac edictali, in princ. auth. Ex testamento, C. de secund. nupt.* & multæ alias. Et quam apud ipsos etiam Ethnicos fide lumine destitutos odiosę fuerint ac abominabiles, constat ex multis per *Tiraquell.* adductis, *l. Bonis, § Hoc sermone, in princip. n. 143. & multis seqq. ff. de verb. signif.* Sunt ergo illicitæ.

2 At veritas catholica est, binas, trinas, quaternas, & vlteriores nuptias, prioribus dissolutis, licitas esse, ac verum Sacramentum. Prior pars, nimirum, esse licitas, constat ex *cap. 7. ad Rom. Quæ sub viro est mulier alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri, vt non sit adultera, si fuerit cum alio viro.* Et *Corinth. 7. Si dormierit vir eius, liberata est, cui vult nubat.* Quem locum expendens *D. Augustin. lib. de bono viduali c. 12.* animaduertit nõ dixisse D. Paulum, Si dormierit primus vir, aut secundus aut tertius, sed indefinite. Et *1. ad Timot. 5.* loquens D. Paulus de viduis voto castitatis minime astrictis, ait: *Volo iuniores nubere.* Et *Concil. Nicenum c. 8.* petit à Nouatianis redeuntibus ad Ecclesiã, vt fateantur se communicaturos cum his, qui ad secundas nuptias transiere. Et *Conc. Florentinum* in Armenorum instructione, secundas & quasuis alias vlteriores nuptias approbat. Et *c. 1. & c. Vir, de secund. nupt.* eas licitas esse supponitur, & tantum illis denegatur benedictio, quando saltem alteri coniugi in priori matrim. impertita est, ne repetita in vilipendium eat. Et vniuersalis Ecclesiæ consuetudo eas approbat. Atque ex sanctis Patribus *D. Aug. l. 2. contra aduersar. legu c. 11. Et 1. Cor. 5.* relatus *c. penult. & cap. fin. 31. q. 1. Et l. 16. de ciuit. c. 34. D. Hieron. in Apolog. contra Iouinian.* & refertur *c. Aperiant, 31. q. 1. Et epistol. 11. ad Ageruchiam cap. 3. D. Chrysost. hom. 20. in epist. ad Ephesios.* Et probatur hac ratione, quia cum primæ nuptiæ morte penitus dissolutæ sint, nullum possunt aliis legitime ineundis impedimentum præstare. Id etiam constat ex primæno matrimonij fine, nimirum, sobolis procreatione; fieri enim potest, vt prius matrim. ea careat. Ex alio matrimonii fine, qui est ardorem concupiscentiæ temperare. feruentior enim esse solet in viduis, ob copulæ cõsuetudinem. Tandem prob. posterior pars, nempe, illas esse Sacramentum. Quòd inueniantur in eis omnia ad Sacramentum requisita, sicut in primis, nimirum, personæ legitimæ, quæ sunt debita materia remota; expressiones consensuum, quæ sunt materia propinqua & forma. Item, quia matrim. legitimum in noua lege est Sacramentum, vt definit *Trident. sess. 24. de matrim. can. 1.* At secundæ & vlteriores nuptiæ, primis dissolutis initæ, sunt legitimum matrim. nouæ legis. Ergo erunt Sacramentum.

3 Qualis autem certitudo mortis prioris coniugis desideretur, vt liceat transitus ad alias nuptias, dixi l. 2. tota disp. 42. Et an in dubio matrim. posteriori inito liceat petere & reddere, dixi ibi, à disp. 41. vsque ad 45.

4 Ad argum. num. 1. proposita resp. Ad 1. & 2. dic, in omnibus illis testimoniis non damnati secundas nuptias, quod illicitæ sint, nec per se reprobari, sed per accidens ob nimiam concupiscentiam & intemperantiam, ex quibus illarum repetitio proficiscitur. atque ob illam intemperantiam imponitur pœnitentia. Ad 3. dic eatu irregularitatem indici, non eo quòd secundæ nuptiæ improbentur, aut à vera Sacramenti ratione deficiant: sed quia non ita perfectè coniunctionem Christi cum Ecclesia repræsentant: denegatur etiam benedictio ob rationem nu. 2. traditam. Ad 4. dic, non esse de essentia Sacramenti, vt

perfecte significent vnitatē vnici sponsi cum vnica sponsa, qualis reperitur in coniunctione Christi cum Ecclesia: sed vt coniunctionem illam significent. At accidentaria est vnitatis illius significatio. Ad vltimum fateor eas legibus ciuilibus odiosas fuisse: at omnes eæ pœnæ in odium secundarum nuptiarum inflictæ sunt iure can. correctæ tamquam contra bonos mores & debitam matrimonii libertatem. Vt latius disp. 87. dicemus.

DISPVTATIO LXXXII.

An secundis nuptiis benedictio impertienda sit: & quam pœnam incurrat sacerdos benedicens?

SVMMARIVM.

Explicatur antiquitas benedictionum nuptialium, & earum conuenientia, n. 1.

Benedictiones hæ à quo conferendæ sint: & quam pœnam incurrat sacerdos absque proprii parochi licentia eas impertiens. n. 2.

An suspensio hæc incurratur, quando sacerdos non benedicit alieno parochiano sed dat licentiam benedicendi. Et qualis ignorantia excuset ab illa. Et an per hanc suspensionem Tridentino impositam, sublata sit excommunicatio lata in clem. 1. de priuileg. contra regulares absque parochi licentia solemnizantes matrimonium? late diximus l. 3. tota disp. 48. & 49.

Quibusdam vero placet, non integrum esse vtriusuis contrahentis parocho, benedictiones has impertiri, sed id esse parochi mulieris. Sic Zanallos in sua pract. q. 604. nu. 148. & refert Paulum Fuscum de visit. ad d. 2. c. 3. nu. 21. & Canalcanum 2. p. decis. 12. à nu. 21. dicentes sic decisum esse à congregatione Cardinalium. Sed existimo sufficere parochum vtriusuis contrahentis. Quia eodem tenore & in eadem clausula petitur in Trident. sess. 24. de matrim. c. 1. vt proprius parochus interfit matrimonio, & vt benedictiones conferat. Sed ad illud sufficit parochus vtriusuis contrahētis, (vt probaui l. 3. dis. 19. n. 4.) Ergo & ad hoc. Et ita docet Centelo collect. ad decret. 81. n. 8.

Quòd si quæras, quis dicatur proprius parochus, vel ordinarius: & an priuilegium bullæ concedat aliquid circa hoc: & an licentia debeat esse specialis & expressa: & qualis parochus eam concedere valeat: dixi late l. 3. disp. 19. & seq. vsque ad 38. in matrim. Et eadem est ratio in his benedictionibus.

Est autem præceptum recipiendi benedictiones has nuptiales. Vt colligitur ex c. Nostrates, 30. q. 5. quod est ex Nicol. Pontifice ad consulta Bulgarorum, c. 36. & c. 130. q. 5. quod est ex Euaristo Papa, epist. 1. ad Episc. Africæ, & cap. Sponsio, 30. q. 5. quod est ex Conc. Carthag. n. 4. cap. 13. idque attestatur Ecclesiæ consuetudo. Compelluntur enim sponsi in omnibus diœcesibus ad eas recipiendas. Quod fieri nequiret, si solum esset consilium. Idque fatentur omnes DD. statim, allegandi cum Glossa fin. d. cap. Nostrates. Et quidem esse peccatum mortale, si ex contēptu omittantur, nullus dubitare potest. Est enim expressa definitio Conc. Constantien. contra VViclef. Hunc verò contēptum explicat Barth. à Ledesma de matrim. disp. 61. post 2. conclu. notabilis 1. non tantum quando adest formalis contemptus, sed etiam quando ita se habet quispiam, ac si non esset præceptum. Sed hoc non est verum. Nullam enim contemptus rationem video, vbi quis benedictiones omitteret eo quod non est præceptum obligans sub mortali ad illas recipiendas: vel existimans eas vtilissimas esse, minime reciperet, quasi præceptæ non essent. Sicut nec esset contemptus, simili modo omittere sacrū. Quare melius dicunt alii hunc contemptum tunc reperiri, quando quispiam perinde eas nihil faceret, ac si essent res vanæ. Ita Sotus 4. d. 28. q. 1. a. 2. col. 6. vers. Postrema, Grassis 1. p. decis. l. 2. c. 82. n. 1. Et ita Nauar. sum. Lat. c. 22. num. 83. tunc existimat mortalem esse omissionem hanc ex contemptu, quando talis esset omissio cuiuslibet contilii ex contēptu. Et circa sacramentum Confirmationis omissum ex contemptu, docent idem Victoria sum. vbi de confir. n. 48. Sotus 4. d. 7. q. vn. a. 8. in fin. Enriquez l. 3. de confirm. c. 1. num. 6. Suarez 3. p. q. 72. a. 12. disp. 72. 38. sect. 1. col. vlt. vbi dicunt contemptum esse, quando pro nihilo duceretur id sacramentum aut effectus eius. Similiter reputo esse contemptum mortalem, quando quispiam benedictiones has omitteret, quasi vile & puerile existimans, se eis subiicere. Vt de confirmatione loquentes tradunt Enriquez, & Suarez proxime allegati. Non constat autem inter Doctores, an omissio harum benedictionum citra contemptum, vt ex mera negligentia, sit mortalis. Quidam enim eam existimant esse mortalem. Et prob. ex epist. Siricii Pontif. ad Pomerium c. 4. vbi cuiusdam sacrilegii instar esse ait, si huiusmodi benedictiones vlla transgressione violētur.

Itera

1 PRæmittendum est benedictiones nuptiales, & ritus in ipsis consuetos conuenientissime ab Ecclesia adhiberi. Et de his benedictionibus extant testimonia *Innoc. I. epist. 2. c. 6. Siricii Papæ epist. 1. cap. 4. D. Ambros epist. 70. ad Vigil & l. 1. de Abrahæ c. vlt. Tertullian. lib. 2. ad vxorem, D. Isidor. l. 2. de offic. c. 19. Concil. Constant. contra VViclef.* Et tandem *Trident. sess. 24. de matrim. can. 1.* damnat anathemate eas improbantes. Quæ quidem instituta sunt tum propter sacramenti dignitatem: tum etiam, quod matrim. ordinetur ad actus valde appetitui carnis consonos, ac proinde ad eos rite peragendos maxime decuit benedictiones Ecclesiæ præmitti.

2 Secundo præmitto, benedictiones has à proprio contrahentium parocho impendendas esse, & à nullo alio, nisi de licentia ordinarii, vel parochi, non obstante quacumque consuetudine etiam immemorabili, vel priuilegio. Quod si alienus parochus, vel quicumque alius sacerdos, siue secularis, siue regularis, etiamsi id sibi ex consuetudine immemorabili vel priuilegio licere cōtendat, altetius parochiæ sponsis, siue parochi proprii vel ordinarii licentia benedictiones impertiti ausus fuerit, manet ipso iure tamdiu suspensus, quamdiu ab ordinario eius parochi, à quo benedictio suscipienda erat, absoluatur. Sic deciditur in *Trident. sess. 24. de matrim. c. 1.*

3 Vtrùm autem suspensio hæc incurratur, quando parochus ipse non benedicit alieno parochiano, sed dat licentiam benedicendi, & qualis ignorantia excuset ab illa: & an per hanc suspensionem à Tridentino impositam, sublata sit excommunicatio lata in *clem. 1. de priuileg.* contra regulares absque parochi licentia solemnizantes matrimonium? late diximus l. 3. tota disp. 48. & 49.

4 Quibusdam vero placet, non integrum esse vtriusuis contrahentis parocho, benedictiones has impertiri, sed id esse parochi mulieris. Sic *Zanallos in sua pract. q. 604. nu. 148.* & refert *Paulum Fuscum de visit. ad d. 2. c. 3. nu. 21. & Canalcanum 2. p. decis. 12. à nu. 21.* dicentes sic decisum esse à congregatione Cardinalium. Sed existimo sufficere parochum vtriusuis contrahentis. Quia eodem tenore & in eadem clausula petitur in *Trident. sess. 24. de matrim. c. 1.* vt proprius parochus interfit matrimonio, & vt benedictiones conferat. Sed ad illud sufficit parochus vtriusuis contrahētis, (vt probaui l. 3. dis. 19. n. 4.) Ergo & ad hoc. Et ita docet *Centelo collect. ad decret. 81. n. 8.*

5 Quòd si quæras, quis dicatur proprius parochus, vel ordinarius: & an priuilegium bullæ concedat aliquid circa hoc: & an licentia debeat esse specialis & expressa: & qualis parochus eam concedere valeat: dixi late l. 3. disp. 19. & seq. vsque ad 38. in matrim. Et eadem est ratio in his benedictionibus.

6 Est autem præceptum recipiendi benedictiones has nuptiales. Vt colligitur ex *c. Nostrates, 30. q. 5.* quod est ex Nicol. Pontifice ad consulta Bulgarorum, *c. 36. & c. 130. q. 5.* quod est ex Euaristo Papa, *epist. 1. ad Episc. Africæ, & cap. Sponsio, 30. q. 5.* quod est ex *Conc. Carthag. n. 4. cap. 13.* idque attestatur Ecclesiæ consuetudo. Compelluntur enim sponsi in omnibus diœcesibus ad eas recipiendas. Quod fieri nequiret, si solum esset consilium. Idque fatentur omnes DD. *statim, allegandi cum Glossa fin. d. cap. Nostrates.* Et quidem esse peccatum mortale, si ex contēptu omittantur, nullus dubitare potest. Est enim expressa definitio Conc. Constantien. contra VViclef. Hunc verò contēptum explicat *Barth. à Ledesma de matrim. disp. 61. post 2. conclu. notabilis 1.* non tantum quando adest formalis contemptus, sed etiam quando ita se habet quispiam, ac si non esset præceptum. Sed hoc non est verum. Nullam enim contemptus rationem video, vbi quis benedictiones omitteret eo quod non est præceptum obligans sub mortali ad illas recipiendas: vel existimans eas vtilissimas esse, minime reciperet, quasi præceptæ non essent. Sicut nec esset contemptus, simili modo omittere sacrū. Quare melius dicunt alii hunc contemptum tunc reperiri, quando quispiam perinde eas nihil faceret, ac si essent res vanæ. Ita *Sotus 4. d. 28. q. 1. a. 2. col. 6. vers. Postrema, Grassis 1. p. decis. l. 2. c. 82. n. 1.* Et ita *Nauar. sum. Lat. c. 22. num. 83.* tunc existimat mortalem esse omissionem hanc ex contemptu, quando talis esset omissio cuiuslibet contilii ex contēptu. Et circa sacramentum Confirmationis omissum ex contemptu, docent idem *Victoria sum.* vbi de confir. *n. 48. Sotus 4. d. 7. q. vn. a. 8. in fin. Enriquez l. 3. de confirm. c. 1. num. 6. Suarez 3. p. q. 72. a. 12. disp. 72. 38. sect. 1. col. vlt.* vbi dicunt contemptum esse, quando pro nihilo duceretur id sacramentum aut effectus eius. Similiter reputo esse contemptum mortalem, quando quispiam benedictiones has omitteret, quasi vile & puerile existimans, se eis subiicere. Vt de confirmatione loquentes tradunt *Enriquez, & Suarez proxime allegati.* Non constat autem inter Doctores, an omissio harum benedictionum citra contemptum, vt ex mera negligentia, sit mortalis. Quidam enim eam existimant esse mortalem. Et prob. ex *epist. Siricii Pontif. ad Pomerium c. 4.* vbi cuiusdam sacrilegii instar esse ait, si huiusmodi benedictiones vlla transgressione violētur.

Item, quia si de illis suscipiendis est præceptum, materia vtique grauis est, & ideo per se loquendo earum obligatio, aut debet esse sub mortali, aut omnino nulla: neq; est dare medium. Quamuis ex accidenti posset esse venialis, si censeatur irrationabilis quædam prodigalitas spiritualis. Et ita esse mortalem, censet *VValdens. tom. de Sacram. c. 133. nu. 3.* Et idem à fortiori censent Auctores, quos retuli l. 3. disp. 12. n. 1. & 2. asserentes esse culpam lethalem, consummare matrim. his benedictionibus nõdum receptis, nedum illas prorsus omittere. Quamuis autem hæc opinio satis probabilis sit: at probabilius est, solam venialem culpam in hac omissione inueniri. Cum enim non 4 sint Sacramentum, sed sacramentale quoddam, nec tanti momenti, quanti sacramentalia, quæ baptismo præmittuntur, non video cur earum omissio deficiente contemptu censenda sit mortalis. Quod satis innuit *Sotus 4. dist. 28. q. 1. a. 2. col. 6. vers. Postrema.* & expresse docent *Veracruz 1. p. spec. a. 12. con. l. 2. Matienzo libr. 5. recop. t. 1. rubr. Glossa 1. num. 134. Emm. Sa sum. verb. Matrimonium, in princ. n. 6. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 61. concl. 2.* Vtrum autem infideles coniugati ad fidem conuersi teneantur benedictiones has suscipere. dixi l. 2. disp. 9. n. 2.

7 Patiuntur verò in hoc regno Hispaniæ non modicum detrimentum filij familias coniugati, si benedictiones nuptiales non recipiant aut differant. Nã per contractum matrimonij nondum receptis benedictionibus nuptialibus, non eximuntur à patria potestate, nec cessant in eis illius effectus, & retentio vsufructus patris in eorũ bonis aduentitijs. Vt constat ex *l. 47. Tauri, hodie l. 8. t. 1. libr. 5. recop. reg.* & notant vniuersi scribentes ibi. Quia attento iure communi, per contractum matrimonii non eximebatur filius à patria potestate. Atque ita lex illa, in hoc ius commune corrigens, stricte intelligenda est. Cum ergo ad hanc exemptionem, copulatiue petat matrimonium, & susceptionem benedictionum Ecclesiæ, ibi, *Casado y velado*, non sufficiet solum matrim. At illis receptis manet filius omnino sui iuris. Et quamuis quidam eam legem intelligant, vt maneat omnino sui iuris in iis, quæ ipsi filio fauorabilia sunt, & vtilis est ea talis exemptio. Secus in odiosis, vbi talis exemptio esset ei damnosa & grauis: in his enim manet intra patriam potestatem. Sicut in exemptione ratione dignitatis à patria potestate distinguunt omnes. Quia non est maior ratio de vna quam de alia. Et vtraque in filiorum fauorem inducta est: atque proinde non debet esse eis damnosa & grauis. Ita opinantur *Suarez li. 1. leg. Fori t. 11. l. 9. n. 23. vers. Confidera vltra. Meres de maioratu, in 1. edit 4. p. q. 1. limit. 1. nu. 5. Barabona additionibus ad Ioan. Lupum Statum allegand. Boscius & Pirrus* quos refert *Baeza de non melior filiab. c. 16. nu. 35.* ipse tamen dubius manet. At multo verius est, in omnibus eximi à patria potestate. Id enim expresse cum hac generalitate decidit illa lex: quod in exemptione ratione dignitatis non ita decisum reperitur. Et ita docent *Ioan. Lupus rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 43. n. 2. Castill. l. 47. Tauri, n. vn verb. Por emancipado, & ibi Ant. Gomez n. 3. Gutier. in repet. de haredum qualitate, §. Sui, n. 121. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 8. Glos. 3. nu. 1. Azebedo ead. l. 8. n. 50. Gratian. reg. 198. n. 2.* Et idem innuit *Gomez Arias l. 47. Tauri n. 77.* Quod si nascatur proles ex filio coniugato ante susceptas Ecclesiæ benedictiones, nascetur sub aui potestate. Vt bene docent *Ant. Gomez ead. l. 47. in fine, Matienzo dict. Glossa 3. nu. 1.* Imo idem erit, si filius concipiatur ante emancipationem patris per matrim. cum Ecclesiæ benedictionibus, licet nascatur illis iam susceptis, & sic patre emancipato: is enim filius nascetur sub aui potestate, & sub illa manebit semper, donec ipse emancipetur, quamuis postea pater recipiat benedictiones Ecclesiæ, & sic emancipetur. Quia per illas benedictiones cautum est *dict. l. 47. Tauri* filium eximi à patris potestate, non autem nepotem conceptum ex filio nondum emãcipato, & sic semel sub aui potestate natũ. Sicut natus ex ancilla, & sic semel seruus effectus, talis manebit, libertate postea matri donata. Et constant hæc ex §. *Illud autem, Instit. Quibus modis ius patriæ potest. solu. atur*, ibi: *Illud autem sic oportet, quod si nurus tua ex filio tuo conceperit, & filium postea emancipaueris, adoptionem dederis, nihilominus quod ex ea nascitur, in potestate tua nascitur.* Vbi *Angelus Status in princ. notabili 1. & n. 1.* inde infert, quamuis fauore libertatis, vt proles libera nascatur, inspiciatur tempus conceptionis seu naturitatis, sufficiatq; alterutro matrem esse liberam, vt proles libera sit: at vt cognoscamus in cuius potestate nascatur filius, solum conceptionis tempus spectari.

Quòd si quæras, quale peccatum sit consummare matrimonium ante susceptas Ecclesiæ benedictiones; dixi late l. 3. tota disp. 12. 8

Similiter quibus temporibus interdicatur susceptio harum benedictionum: quid tunc prohibeatur: & an liceat eas suscipere tempore interdicti & cessationis à diuinis: dixi hoc l. 7. tota disp. 7. & 8. 9

Quatuor autẽ quæst. discutiẽdæ sunt in præsenti disp. Prima, quid iure Ecclesiastico sancitum sit circa secundarũ nuptiarum benedictiones? Secũda, quid vsu seruetur, & an summi Pontificis approbatio desideretur, vt is vim habeat? Tertia, quid, quando priores nuptiæ in quibus benedictio collata est, reperiuntur irritæ? Quarta, quam pœnam incurrat sacerdos secundis nuptiis benedictionem impertiens? 10

QVÆSTIO I. An iure Ecclesiastico attento, liceat secũdis nuptiis benedictionem impertiri? Varias in hac repetio opiniones. Prima ait, secũdis nuptiis, quæ tales sunt ex parte vtriusque coniugis, aut ex parte solius fœminæ, non esse benedictionem impendendam, secus si sint secundæ ex parte solius viri: ac proinde licitam esse benedictionẽ, quando virgo nubit viduo. Ratio huius sententiæ ea est, quòd ideo interdicatur secundarum nuptiarum benedictio, quia deficiunt à plena Sacramenti significatione, cũ in eis nõ sit vnica sponsa vnius sponsi, vt contingit in matrimonio Christi cum Ecclesia. At dum secundæ nuptiæ ex parte solius viri sunt, licet non reperiatur plena Sacramenti significatio, non tamen omnino ab ea deficiũt: sed aliqualis significatio Sacramenti in eis inuenitur. Quia etsi Christus vnicam sponsam habeat, sunt tamen in Ecclesia vna plures animæ desponsatæ: at anima nequit esse alterius sponsa, quam Christi. Hanc sententiam tuentur *D. Thom. 4. dist. 42. q. 3. a. 2. ad 2. D. Bonauent ibi, a. 3. q. 2. ad finẽ, Turrecrem. c. fin. a. 1. n. 2. & 3. 31. q. 1. Syluest. verb. Nuptiæ, q. 2. Albericus in suo dictionario lit. N. verb. Nuptiæ, Vigerius l. institut. c. 16. § 7. vers. 3. Petrus de Ledesma de matrim. q. 63. a. 2. ad fin.* Et huius etiam sententiæ videtur *Nauar. summ. Hisp. c. 25. n. 137.* vbi absolute dixit peccare sacerdotem, qui secundis nuptiis, quando tales sunt ex parte fœminæ, benedictionem impertitur. Et *Mexchius de arbitrar. lib. 2. centur. 5. casu 417. fine*, relata hac sententia anceps manet, atque de eius veritate deliberandum relinquit. Et quidem *Syluester verb. Nuptia, q. 2.* explicat hanc sententiam esse veram attento iure, & secluſa quacumque consuetudine. Et *q. vltim.* licet neuter cõiux in priori matrimonio benedictiones susceperit. Et eodem modo illam intelligit *Tabiena loco n. 13. allegando.* Et verè ratio huius sententiæ id probat. Nõ enim innititur benedictioni semel ab alterutro aut ab vtroq; coniuge acceptæ, sed bigamiæ, & defectui significationis plenæ Sacramenti, qui semper inuenitur in secundis nuptiis ex parte vtriusque, aut ex parte solius fœminæ, etiam si numquam benedictiones receptæ sint. Et potest probari ex *c. Vir, de secund. nupt.* quod interdicens secundarum nuptiarum benedictionem, expresse ponderat bigamiã, id est defectum significationis Sacramenti, ibi: *vir autem vel mulier ad bigamiam transiens non debet à presbytero benedici.* Et quamuis statim textus subiungat rationem, ne iteretur benedictio: at prior ratio præstantior videtur. 11

Secunda sententia sustinet, iura interdicentia secundarum nuptiarum benedictionem, intelligi durantibus primis, quare illis dissolutis morte alterius coniugis, vel ob aliquod impedimentum, licitam esse benedictionem. Ducitur, quia, cum benedictio hæc Sacramentum 12

minime sit, nil obstat quin iterari possit. Hanc sustinet *lex regia 2.t.11 p.4. & ibi Greg. Lop. verb. Non debent.*

13 Tertia sent. sustinet, attento iure nullis secũdis nuptijs benedictionem conferendam esse, siue sint secundæ ex parte vtriusque coniugis, siue ex parte alterutrius. Quod *c. Vir, de secund. nupt.* interdicens hanc benedictionem innitatur bigamiæ, nec distinguat ex parte cuius sint secundæ nuptiæ. Sic *Tabiena verb. Impedim. impedim. 14. q. penul. & fin. q. vlt.* intelligit eum textum, licet in primis nuptijs neuter benedictionem accepisset. Eandem videntur tenere *Manuel c. 10 sum. 2. edit c. 241. sine, & Vega 2. to sum. c. 34. casu 179 fin.* vbi absolute aiunt interdici secundarum nuptiarum benedictionem, quamuis ex parte vnius tantum coniugis secundæ sint.

14 Quarta sent. ait, solum interdici benedictionem, quando sunt secundæ nuptiæ ex parte mulieris, cui semel benedictio impẽta fuit. Quia tota ea benedictio videtur respicere mulierem, quare ab ea semel suscepta non debet iterari. Sic *Durand. 4. dist. 42. q. 3. in fine corp.*

15 Cæterum verior sent. habet sic distinguendum esse: Si vterq; vel alter coniux in primis nuptijs benedictionem acceperit, non est secundis nuptijs benedictio impertienda, secus autem si neuter coniux in primis nuptijs benedictionem acceperit. Probatur ex *c. Vir, de secundis nupt.* ibi: *Vir autem vel mulier qui bigamiam transiens non debet à presbytero benedici. Quia cum alia vice benedicti sint, eorum benedictio iterari non debet.* Vbi textus non ponderauit, siue nuptiæ sint secundæ ex parte viri, siue ex parte fœminæ siue ex parte vtriusque, sed solam benedictionem in primis nuptijs acceptam, ne ea iteretur. Et loquitur disiunctiue, *Vir vel mulier.* (Sic enim habetur in decretalibus Gregorianis emendationibus.) Ergo vbi alteruter illam accepit in priori coniugio, prohibetur tãtum modo eius iteratio. Nec obstat textum dicere in plurali, *Quia cum alia vice benedicti sint*, & sic videtur petere vtriusque in primis nuptijs benedictionẽ. Cum enim præmisisset, *Vir vel mulier*, vbi est numero plurali, vt vel sic comprehendat vtrumq; coniugẽ, quasi dicat, siue vir siue mulier benedicti sint. Nec obstat etiam textum dicere, *Vir vel mulier ad bigamiam transiens*, non enim bigamiæ innititur, vt ratio statim in textu subiũcta demonstrat. Sed sensus est, *Ad bigamiã transiens*, id est ad secundas nuptias, vt optime explicant *Host. sum. 5. de secundis nupt. n. 3. vers. Sed contra in fine, & Henric. d. c. Vir, n. 7.* & ita quod *eo. c. Vir*, dicitur, *Ad bigamiam transiens*, explicatur *c. 1. eo. t.* quando secundum initum est matrim. Quod amplius constabit ex vera ratione decisionis huius textus, quam n. seqq. trademus. Et ideo hinc sent. sustinent *Host. sum. 5 de secundis nupt. n. 3. vers. In aliquibus & d. c. Vir, n. 1. verb. Benedicti. & ibi Io. an. Andr. n. 2. Anton. n. 6. & 8. Cardin. nu. vn. q. vii. Abbas n. 3. Anchar. n. 1. & in fin. Præpos. n. 1. sup. r. 2. Glossam, & n. 2. Al. x de Neuo nu. 7. & 8. Henricus nu. 2. & 7. Rosella verb. Nuptia n. 1. & 2. & ibi Sopplem. Pisan. to in fin. Angelus ibi nu. 2. Armilla verb. Matrimonium, n. 71. Bonar. Diaz. to sua pract. can. in 2 edi. c. 47. n. 1. Navar. sum. Lat. c. 22. n. 83. Covar. 4. decret. 2 p. c. 8 §. 11. n. 2. fin. Perez. lib. 5. ordinam. t. 1. l. 5. col. 4.* Et ex Theologis, *Palud. 4. d. 42. q. 3. ar. 1. concl. 2. nu. 6. & ibi Supplementum Gabr. q. 2. a. 2. concl. 3. Veracruz 2 p. spec. a. 13. paulo post prin. Enriquez. l. 11. de matrim. c. 16. n. 2. Valentia 2 p. d. disp. 10. q. 6. punct. 1. ad fin. vers. Deinde etiam, Emman. Sa sum. verb. Benedictio n. 2. Phil arc. de offic. sacerd. tom. 1 p. 2. l. 4. c. 19. vers. 5. fin. Graffis 1. p. decis. l. 2. c. 81. n. 2.* Et hoc habet verum, licet mulier sit corrupta. Quia solæ secundæ nuptiæ ponderantur, *d. c. 49. Vir.* Sic *Alex. de Neuo ibi n. 8. & Præpos. n. 1.*

16 Sed non constat inter hos DD. quæ sit ratio huius prohibitionis. Quibusdam placet eam esse rationem, vt continentia suadeatur, relictis secundis nuptijs. Ita *Goss. sol. sum. 5. de secund. nupt. n. 2.* Sed merito ab ea dicedit *Host. c. 1. n. 1. eod. t.* Quòd secundæ nuptiæ iure ipso Pontificio non improbentur. *Gloss. c. Vir iterari, de secund. nupt.* ait rationem esse, ne Sacramenta iterentur. Quam omnes improbant. Tum, quia ea benedictio non est Sacramentum: tum etiam, quia sola Sacramentia imprimentia characterem numquam possunt iterari. Aliam rationem retuli ex D. Thoma, & quibusdam alijs n. 11. sed ab ea recessi n. præcedenti. Alij causam esse asseuerant, quod benedictio semel accepta permaneat, ac coniux, cui impertita est, illã communicet coniugi socio illa carenti. Sicut aqua benedicta addita non benedictæ reddit totam per communicationem benedictam. *ex. Quod in dubiis de consecrat. Eccl.* Et probatur ex *dict. c. Vir*, ibi: *Quia cum alia vice benedicti sint*, vbi ambo benedicti appellantur, cum tamen ille textus intelligatur, quando alter benedictionem recepit, (vt num. præced. probauimus.) Sic *Ant. eo c. Vir, in fine, Host. fine, Ioan. Andr. n. 2. Anchar. n. 2. Idem Hostiens. sum. 5. De secũdis nuptiis, n. 3. vers. In aliquibus, Menochius de arbitrar. l. 2. centur. 5. casu 417. n. 7.* Sed iure optimo hanc rationem improbant *Abbas eo c. Vir, n. 3. & Alex. de Neuo ibi n. 4. Syluester verb. Nuptiæ, q. 2. fin.* Quia licet vir cõmunicet vxori actiones spirituales, iuxta *c. Martinus de cognat. spirit.* non tamen communicat passiones, vt tradunt ibi DD. Item, quia tunc habet id verum; quando res commistæ fiunt vna numero res, vt contingit in commixtione aquæ. Quod secus euenit in viro & vxore, qui per matrimonij consummationem efficiuntur vna caro, nõ vere, sed per metaphoram ac similitudinem. Quare vera ratio est, ne iteretur benedictio in persona semel benedicta, cum in illa benedictio maneat, & neuter coniux absque alterò benedici valeat. Dedecere enim videtur, vt solemnes rerum aut personarum benedictiones, quales sunt consecratio Ecclesiæ, altarium, virginũ, nuptiarum, in eadem persona iterentur, ne vilipendãtur. Atque ità eam rationem reddidit textus. Nec dixit in numero plurali, *Quia cum alia vice benedicti sint*, quasi benedictio vnius alteri communicetur. Sed ad comprehendendum, siue vir siue mulier benedictionem receperint, (vt n. præc. explicui.) Et ideo hanc rationem tradunt *Abbas & Al. x. de Neuo proxime allegati, Durand. 4. d. 42. q. 3. in fine corp. Rosella verb. Nuptia, nu. 1. Bernard. Diaz, Navar. & Valentia nu. præced. allegati. Montalvus l. 2. fin. tit. 12. p. 4. Bellarm. l. 1. de matrim. c. 9. col. 2. vers. Ad id quod obiicitur.*

Nec textus incidit sentes secundarum nuptiarum benedictionem, quando in primis alterutri coniugi impertita est, contingitur per *Trident. sess. 24. de matr. in can. 10.* vbi simpliciter constituitur nuptiis esse benedicendum: intelligitur enim de primis, aut si de secundis, in casu non prohibito per ius can. Sic *Menochius de arb. trar. l. 2. centur. 5. casu 417. n. 2. Zanardis in sua quæst. pract. q. 604. n. 134.* 17

QVÆSTIO II. Quid liceat attenta consuetudine, circa secundarum nuptiarum benedictionem? Et primò quidem de huius consuetudinis valore differendum est. Deinde, quid de facto consuetudo obtineat. Aliqui censent desiderari scientiam huius consuetudinis in Pontifice summo, & tacitam permissionem, quæ ex eius taciturnitate & patientia præsumitur. Ducuntur, quia licet ea scientia non desideretur, vt in reliquis consuetudo vim habeat derogandi legi: id tamen fallit in sacramentalibus, qualis est nuptiarum benedictio, in quibus consuetudo legitima Pontifice eius ignaro induci nequit. Quod probatur ex *clem. fin. de etat. & qualit.* vbi Clemens V. decernens ætatem ordinibus suscipiendis necessariam, sic ait: *Generalem Eccl. sic obseruantiam, volentes antiquis iuribus in hac parte præferri; Decernimus.* Vbi est nouum ius, & non declaratio antiqui. Vt notat *ibi Glossa, verb. Decernimus.* Et dicit: *In hac parte.* Ergo excepto eo casu non valet consuetudo quamuis generalis: & in illo valet: quod sic statuerit ibi Pontifex. Ita tradunt *Glossa c. 49. Vir, in fine, de secund. nupt. & ibi Anton. n. 7. Abbas in fine. Præpos. nu. 3. & 5. Alex. de Neuo n. 8. & c. Acced. nres. n. 11. de præscript. & c. Super eo, num. 19. de cognat. spirit. Ricard. 4. dist. 42. art. 3. q. 2. corp. Rosella verb. Nuptiæ. n. 2. Syluest. verb. Consuetudo, q. 7. Lancelotus instit. iuris can. l. 1. t. de diuortiis, in fine.* Et addit *Alex. de Neuo eo c. Super eo, nu. 19.* hoc esse verum, quamuis ea consuetudo sit generalis. Quamuis *Imola d. l. 11. fin. num. 1. notabili 1.* sustineat hanc sent. quando consuetudo est particularis alicuius Ecclesiæ, secus si sit generalis. 18

Aliis

19 Alijs vero placet non sufficere Pontificis scientiã cum taciturnitate, sed desiderari illius approbationem ex certa scientia. Sic volunt *Host. sum. 1. de secund. nupt. n. 3. vers. In aliquibus, & c. Vir, n. 2. co 1.* vbi *Henr. n. 1. & c. 1. de sponsal. in fin.*

20 Sed verius est, nec in sacramẽtalibus desiderari scientiam Pontificis, sed posse eo ignorante legitime induci, quæ legem aboleat, atque ab eius transgressionis culpa excuset. Quia textus *c. fin. de consuetud.* decidit generaliter consuetudinem rationi consentaneam vim obtinere cuiuscumque legis destruendæ: nec petit scientiam Pontificis: nec maior discriminis ratio inuenitur circa sacramentalia. Et ita *Rochus de Curte, c. fin. de consuetud. sect. 4. nu. 27.* ait se dubitare de prædicta limitatione, & in partem contrariam valde inclinat. Et expresse nostram sent. tuentur *Palud. 4. dist. 42. q. 3. a. 1. concl. 3. n. 7. & ibi Supplem. Gabr. q. 2. art. 2. concl. 3. fin. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 19. nu. 19. Gazta repetit. 6. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. num. 550. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matri *c. 46. col. 6. vers. Deinde dubitare.* Et fauet *Tabiena verb. Impedimentum impedim. 14. fin.* vbi ait seruandam esse circa has benedictiones consuetudinem, & maxime quando scitur à Pontifice, & non prohibetur. Fauent etiam *Angelus verb. Nuptiæ, n. 2. Armill. verb. Matrimoniũ, n 71. Nauar. sum. Lat c. 22. nu. 81. Enriqu. l. 11. de matrim. c. 16. nu. 2 & c. 2. nu. 3. in comment lit. G. Emm. Sa sum. verb. Benedictio, nu. 2. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 241. fin. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 179. fine*, vbi absolute docent seruandam esse consuetudinem circa has benedictiones, non limitantes, si à Pontifice nota sit. Et ad *clem. fin. de at. at. & qual.* cui innititur opposita sent. nu. 18. relata, potest responderi, cum Pontifex possit eam consuetudinem abrogare, atque antiquum ius ad suã pristinam vim restituere, voluisse nõ abrogare, sed vt ea seruaretur: & hoc est quod ait, *Volumus*: quasi dicat, nolumus abrogare, sed volumus vt seruetur: & quod ait, *in hac parte*, est quasi dicat non esse cõsuetudinem circa alia, ac proinde circa alia non derogari legi. Vt bene explicat *ibi Bonifac. n. 10.* Quod autem ait, *decernimus*, nil aliud est quam confirmatio consuetudinis, quæ licet vim antea haberet, poterat denuo à Pontifice aboleri.

21 Hoc ergo præmisso, dubitatur quid obtinuerit consuetudo circa secundarum nuptiarum benedictionem? Qua in re quidam dicunt consuetudine quasi vbique seruari, vt secundis nuptijs, quæ tales sunt ex parte vtriusque coniugis, aut solius mulieris, benedictio minime conferatur: secus si solum sint secundæ ex parte viri. Ita *Tabiena verb. Impedimentum, impedim. 14. n. 5. q. penult. & statim q. vlt. ad fin.* ait hoc ita seruari quamuis in priori matrimonio benedictio suscepta esset à viro illo. Alij hoc idem dicunt consuetudine seruari, non explicant tamen an præcesserit benedictio in primis, nec ne. Sic *Glossa, c. Vir, in fine, & ibi Henricus n. 3. de secund. nupt. Ricardus 4. d. 42. ar. 3. q. 2. corp. Astensis 2. p. sum. l. 8. t. 32. a. vn. q. 6. Armilla verb. Matrimoniũ, n. 71. Petr. de Ledesma de matrim. q. 63. a. 2. ad fin.*

22 Alij verò dicunt praxi receptum esse, ne secundis nuptijs benedictio impertiatur, si vterque coniux aut femina sola benedictionem in priori coniugio recepisset: secus si femina sola minime suscepisset. Quam sententiam concordare omnino credo cum præcedenti: sic enim existimo DD. ibi allegatos intelligere. Nam quando priores nuptiæ omnino benedictione destitutæ fuerant, non erat curandum de consuetudine benedicendi secundis nuptijs. Cum ipsummet ius in eo euentu benedictionem permittat, (vt probaui nu. 15.) Ita tenet *Roscella verb. Nuptiæ, n. 4. Couarr. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 11. nu. 2. Salzedo addit. ad pract. Bernardi Diaz c. 74. super verb. Iterari.*

23 Tandem alij censent, consuetudine seruari, vt semper conferatur benedictio secundis nuptiis, qualitercumque sint secundæ, vbi alteruter coniux benedictionem minime suscepit, siue sit vir, siue femina: ac proinde attenta consuetudine hodierna, solam secundarum nuptiarum benedictionem interdici, quando vterque coniux illam susceperat in alio coniugio. Cuius consuetudinis ea est ratio, quòd in alio euentu, non censeatur proprie ea benedictio iterari, cum per se solum impendatur ratione coniugis numquã benedicti: & per accidẽs ratione socii, ne ille benedictione destitutus maneat: & cum illi absq; socio, quẽ matrim. necessariò desiderat, cõferri nequeat, datur etiam socio. Quæ consuetudo approbata est in *Extrau. Concertationi, Ioan. 22.* nondum typis excusa, quam refert *Perez lib. 5. ordin. t. 1. l. 5. col. 4.* ibi: *Concertationi antiquæ finem imponere cupientes, præsenti declaramus edicto, quod licet vir vel mulier ad secundas nuptias transiens benedici non debeat, cum alius sit benedictus: contrahens tamen secum benedici debebit. Quia si forsitan alter eorum vel ambo ad secundas nuptias transeuntes, in primis benedicti non fuerunt, danda erit benedictio in secundis.* Sic aiunt vbiq; seruari *Enriq. l. 11. de matr. c. 2. nu 3. in comment. l. G. & c. 16. n. 2. Barth. à Ledes. de matrim. dub. 63. fin.* Atq; *Vera, cruz. de matrim. 1. 3. speculo a. 13.* ad finẽ dicit ita seruari in aliquibus locis. vt in India, & in diœcesi Hispalensi. Et *Perez proxime all. g.* asserit etiam in aliquibus locis ita seruari. Et hoc seruandum esse censeo: quòd hæc Extrauagans ius constituat: at in dubio ius seruandum est, dum non constat de contrario præcepto consuetudine inducto.

Ea autem consuetudo vt secundis nuptiis benedictio impendatur, vbi alter solus coniux in primis benedictionem accepit, quamuis excuset à transgressione iuris communis, *c. Vir, de secund. nupt.* interdicentis eam benedictionem: at non inducit præceptum, sed possunt tunc benedictiones omitti, iuxta iuris cõmunis præscriptum. Quia non eo rigore inducta est, vt obligationem pariat. Sic *Enriq. l. 11. de matrim. ca. 2. n. 3. in comment l. G. & c. 16. n. 2.* 24

Qvæstio III. An quando priores nuptiæ, in quibus vterq; coniux benedictiones accepit, reperiuntur irritæ, sint in posterioribus reperendæ? Videtur pars affirmans vera. Cũ enim priores irritæ fuerint, perinde est, ac si benedictiones illis impensæ non essent, *Tabiena verb. Impedimentum, imped. 14. q. fin.* sic distinguit, si ex parte solius viri sint secundæ nuptiæ, quia vir qui benedictiones in matrim. irrito receperat, virginem ducit, sunt iterandæ benedictiones. Secus si sint secundæ ex parte mulieris, quæ in priori coniugio irrito benedictiones recepit. Quòd quantum est ex parte ipsius, secundò contraxerit, atque ita non seruatur perfecta sacramenti significatio. 25

At dicendum est, non esse reperendas: sicut non iterarentur, quando fuissent priores nuptiæ validæ, in quibus ambos volentes contrahere reperitur benedictiones accepisse: siue sint iidem, qui inter se inualide contraxerant, & sublato iam impedimento velint restaurare prius illud matrimonium: siue vterque aliud matrimonium irritum iniisset receptis benedictionibus, & nũc inter illos aliud matrimonium celebretur, (quamuis enim Doctores, quos referam, non ita distincte hoc explicent, sed generaliter & indistincte asserant obstare benedictionem in primis nuptijs irritis collatam, eius repetitione in secundis. At ratio, cui innituntur, in vtroque casu idem probat idem quoque ipsi clare sentiunt: cum indistincte loquantur.) Ratio autem est. Quòd benedictio non proprie respiciat nuptias, sed personas: nec semel recepta amittatur. Nec obstat, si dicas deficienti principali deficere quoque accessorium, *l. Cum principalu. ff. de regul. iuris.* At benedictiones sunt accessoriæ matrimonio. Sed dic tunc eam regulam esse veram, quando veritas accessorii pendet ex principali. Quod hic non contingit: nam benedictio non proprie impenditur nuptijs, sed personis. Vt constat ex *cap. Vir, de secund. nupt.* vbi interdicitur benedictio secundarum nuptiarum, vbi semel ab altero coniuge recepta est, ne repetatur benedictio. At si nuptijs proprie benedictio impertiretur, non diceretur repetita in secundis, quæ prorsus diuersæ sunt. Cum ergo benedictio proprie respiciat personas, & non nuptias, licet nuptiæ irritæ fuerint, benedictio suum valorem & effectum sortita est. Nec obstat etiam intentionem prioris benedictionis defecisse. Quia etsi intentio nuptiarum deficiat, non tamen intentio benedictionis. Quia eam impertiens, & recipiens, intentionem habuerunt: 26

&

& benedictio valida fuit. Quare hanc partem defendũt *Hostiens. sum. t. de secund. nupt. n. 3. vers. Sed contra, Henric. c. Vir, nam. 5. eod. t. Palud. 4. d. 42. q. 3. a. 1. concl. 2 mu. 6. & ibi Supplem. Gabr. q. 2. a. 2. concl 3. Rosell. verb. Nuptiæ, n. 3. & ibi Sylvest. q. 3.*

27 QVÆSTIO vltima. Quam pœnam incurrat sacerdos benedictionem secundis nuptijs impertiens in casu non permisso? De hac re *Alex. ãd. III. c. 1 de secund. nupt.* sic statuit: *Capellanum, quem benedictionẽ cum secunda contraxerit celebrasse, ab officio beneficioq; suspensum, cum litterarum testimonio, ad Sedem Apostolicam nullatenus destinare postponat.* Quæ suspensio non est lata, sed à iudice ferenda. Quia non habetur in illo textu eum sacerdotẽ esse ipso iure suspensum sed præcipitur Episcopo vt ipsum suspensum remittat absoluendum ad Pontificẽ. Quasi dicat, Ipsum suspẽde, & vbi suspenderis, à solo Pontifice potest absolui. Atq; ita docent *Ant. eo. c. 1. n. 4. Abbas n. 5. Alex. de Neuo n. 5. Præpos. n. 1. statim in princ. Henric. fin. Palud. 4. d. 42. q. 3. ar. 1. n. 8. ceptel. 4. Rosell. verb. Nuptiæ, n. 5. & ibi Angelus fin. Sylvester q. 1. Bernard. Diaz. pract. can. edit. nouæ c. 74 n. 2. & ibi Salzedo in addit. verb. Secundũ cõmunem, Navar. sum. Hisp. c. 25. n. 137. Couar. 4 decret. 2 p. 4 a 8. §. 11. n. 2. Veracruz 1. p. Specul. a. 13. fin. Iul. Clarus l. 5 receptarum, in pract. crim. §. fin. q. 74. n. 2. Perez. li. 5. ordin. t. 1. l. 5. col. 5. vers. Intellegas, Enrig. l. 1. de matr. c. 16. nũ. 2. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 241. fin. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 63. a. 2. ad fin. Barthol. à Ledesm. de matrim. dub. 63. concl. 2.* Vnde non sunt audiendi *Ioan. And. d. c. 1. n. 1. verb. Suspensum, & Durand. 4. d. 42. q. 3. in fin. corp.* explicantes eam suspensionem ipso iure incurri.

28 Reseruatio quoque talis suspensionis ad sedem Apostolicam, iam sublata est, per *Extrau. Concertationis Ioan. 22.* nondum typis excusam, cuius meminimus n. 23 Ita docẽt *Couar. Perez., Veracruz, Salzedo, verb. Ad sedem Apostolicam, Petr. de Ledesm. Bart. à Ledesm. n præced. relati.*

29 Sed controuertitur inter DD. an ea pœna suspensionis infligenda clerico benedictionem impendenti secundis nuptijs, in casu non permisso, sit pœna ordinaria eius criminis, ita vt iudex Ecclesiasticus teneatur eam imponere clerico eius criminis reo? Quibusdam placet eam pœnam imponi benedictioni secundarum nuptiarum iure interdictæ: atque adeò esse pœnam ordinariam eius criminis. Quòd textus *c. 1. de secund. nupt.* eam pœnam indicens loquatur clare de clerico secundis nuptijs benedicenti: nec verbum in eo textu reperiatur indicans sermonem in illo esse de clerico benedicenti secundis nuptijs, quando primæ non sunt dissolutæ (vt volunt contrariæ sententiæ patroni.) Ita tenent *Palud. Sylvest. Bart. à Ledesm. Petr. de Ledesm n. 27 allegati*, & videtur tenere *Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 11. n. 2.* hanc enim sent. refert in vltimo loco.

30 Cæterum frequentior ac verior Doctorum sent. est, eam suspensionem nõ esse pœnam ordinariam huius delicti, sed iure non esse statutam pœnam sacerdoti benedictionem impertinenti secũdis nuptijs legitime initis, nec *c. 1.* eam suspensionẽ indicẽs, intelligi in hoc casu: quare pœnam arbitrariam imponendam esse, attentis circumstantijs, quæ grauius aut leuius reddunt delictũ. Ducitur, quòd pœna commensurari debeat grauitati delicti, at nõ est adeo graue delictum, benedictio secũdi matrim. legitime contracti, vt tanta pœna dignum sit, quanta est, suspensio ab officio & beneficio sedi Apostolicæ reseruata. Non ergo credendum est: *c. 1. de secund. nupt.* eam pœnã imponens intelligi in hoc casu. Et ita docẽt *Abb. ibi nu. 5. Aegidius & Benequida*, quos refert ac sequitur *Alex. de Neuo ibi n. 5. & 6. Præpos. n. 1. notab. 3. & 4. Rosell. verb. Nuptiæ, nu. 5. Tabena verb. Imped. imped. 1 4. q penult. Bern. Diaz pract. in noua edit. c. 74. n. 2. & ibi Salzedo in addit. verb. In hoc delinquens, Navar. sum. Hisp. c. 25. n. 137. Cour. ad in templo omniũ iudicum, l. 2. a. 12. n. 21. Menoch. de arbitr li. 2. centur. 5. casu 417 n 8. Perez. lib. 5. ordin. t. 1. l. 5 col. 5. vers. Intellegas, Zaual. in suu pract. q. 604. n. 135. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 241 fin. Graffius 1. p. decis. l. 2. c 82. nu. 2. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 179. fin.* Vnde potest iudex huiusmodi clericũ suspendere, sicut potest alia pœna arbitraria punire. Cum ius non imponat præcise suspensionem. Sic *Navar. ea. n. 137.* Quare textum *d. c. 1.* imponentem suspensionem intelligunt *ibi Ioan. Andr. n. 1. verb. Suspensum, Ant. n. 3. Præpos. n. 1. notab. 3. & 4. Alex. de Neuo n. 6. Angelus verb. Nuptiæ, in fin. Bern. Diaz & Menoch. n. 9. proximè alleg. Lex reg. 2. t. 12. p. 4. & ibi Greg. Lop. verb. Entiendese*, quando impenditur benedictio secundis nuptijs, nondũ dissoluto priori matrim. sed initis priori coniuge superstite. Alij autem respondent, esto intelligeretur de benedictione secundi matrim. legitime contracti, Pontificem eam pœnam statuisse in facto illo speciali: nec constitutum ibi ius esse, vt ea sit pœna ordinaria huius delicti Sic *Abbas eod. c. 1. num. 5. Alex. de Neuo ibi, n. 6.* referens *Iacobum de Zochis.*

DISPVTATIO LXXXIII.

Quid ac quotuplex sit bigamia: & qualiter ex vera bigamia irregularitas oriatur?

SVMMARIVM.

Bigamiæ irregularitas cur inducta sit, & cur dicatur ex defectu sacramenti oriri n. 1.
Quotuplex sit species bigamiæ, n. 2.
Non incurritur bigamia per multiplicem concubinatum deficiente matrimonio de iure vel de facto inito, n. 3.
Nec quamuis bigamia incurritur absque copula, n. 4.
Reprobatur quædam sententia contraria, n. 5.
An desideretur in copula illa seminis effusio intra vas, atque semen semen. n. 6.
An si bigamus ducta esset quæ ab alio corrupta est, non tamen recepto semine: vel quæ integra manens semen virile recepit, aut extraordinarie fœcundata copula est, n. 7.
An matrimonium ante baptismum initum conferat ad bigamiæ irregularitatem, ita vt eã non deleatur per baptismum? Referuntur quædam sententiæ, n. 8.
Proponitur Auctoris sent. n. 9
Quid si bigamia illa contracta sit ratione delicti, n. 10.
Satisfit argumentis, n. 11.

BIGAMIÆ irregularitas appellatur irregularitas quædam ex sacramenti defectu orta, seu ex defectu significationis sacramẽti. Cum enim ad ordines promoti creentur sacramentorum ministri, decuit promouẽdos nullum circa sacramenti significationem defectum pati. Bigamus autem defectum in matrimonii sacramento patitur: eo quòd matrim. ideo rationem sacramenti induit, quòd significet coniunctionẽ Christi cum Ecclesia, quæ coniunctio est vnius cum vna. At bigamia hoc tollit: bigamus enim cum pluribus matrim. init. Quæ ratio traditur à Cælestino III. *c. Debitum, de bigamis.* Solet etiam alia ratio tradi. Quòd duplici matrim. copulari signũ nimiæ incontinentiæ sit, quæ valde Ecclesiæ ministros dedecet. 1

Triplex autem solet cõmuniter species bigamiæ assignari à Doctoribus, cum *Speculatore, tit. de dispensatio, §. Iuxta, n. 6.* quamuis *Glos. c. 1. verb In bigamis, de bigamis*, duas solas ptioris bigamiæ species conferat, nempe, veræ & interpretatiuæ, & ideo *Mentaigna tractatu de bigamia q. 4. n. 2.* duas solas has species contendit esse, & similitudinariam non dici bigamiam, quamuis irregularitatem inducat. Sed communis fere omnium sent. cum Speculatore tres species assignat. Prima est bigamiæ veræ, quæ est, quoties quis duplex legitimum matrim. init, vtrumque consummans. Diciturque hæc vera bigamia: quia in hoc duplici matrimonio vere deficit repræsentatio vnius matrimonii Christi cum vnica Ecclesia. Habetur autem hæc species *c. Debitum, de bigamis, c. Præcipimus, d. 34.* quod est ex D. Gregorio in epistolis, *epistola 23. li. 2. & c. fin. eod. d.* quod est ex Gelasio Papa, & *c. fin. d. 51.* quod est ex Concilio Tolet. 4. *c. 18.* Secunda est bigamiæ interpretatiuæ: quæ est, cũ duplex matrim. initur, & consummatur vtrumque, non tamen vtrumque validum est, sed solum alterum, aut neutrum. Vel cum quis duxit non virginem: vel si virginẽ duxit, eam post adulterium cognouit. De qua specie est late disp. seq. differẽdum. Tertia est bigamiæ similitudinariæ, nempe, cum in sacris cõstitutus aut professus matrimonium init, ac consummat, etiam cum vnica & virgine. De qua specie habendus est sermo disp. 85. & tandem de dispensatione circa singulas has species differetur disp. 86. At in præsenti de sola bigamia vera disputandum est. 2

Ex

3 Ex his deducitur, numquam bigamiæ irregularitatem cõtrahi absq; matrim. de iure vel de facto inito, id est, valido vel irrito. Quare nullo modo cõtrahitur ob plurium cuiuscumq; status concubinatum, vt expresse de presbytero plures concubinas habenti decernitur *c.penult. de bigamis*, & docent omnes. Et ratio est, quia cum desit matrim. cum illis, & affectus ad matrim. contrahendo illud irritum, coniunctio illa concubinaria nil habet cum coniunctione Christi cum Ecclesia, nec instituta est ad illam significandam, atque ideo ab eius significatione minime deficit. Qui defectus ratio est irregularitatis bigamiæ.

4 Id autem tamquam fundamentum in quauis bigamiæ specie statuendum est. Nullam bigamiæ speciem contrahi nec ratione illius irregularitatem, quæcumq; matrim. ineantur, & cum femina cuiuscuis status, nisi carnalis cõmixtio in illis matrim. intercedat, vt expresse definitur *c. Debitum, de bigamis*, de contrahente duo matrimonia, vel cum vidua. Si enim non sit in vtroque coniugio copula, non est bigamia. Et similiter decernitur ibi, contrahẽtem cum vidua à priori viro non cognita, minime esse irregularem, quamuis cum illa consummet: nec similiter, si cõtrahat cum vidua à priori viro cognita, vel qualitercumq; corrupta, si cum illa copulam non habeat. Idemque decernitur de ducente viduam *c.fin.d.34*. quod est ex Gelasio Papa. Et ratio redditur *d.c Debitum*, quod matrim. copula non consummatum, minime sufficiat ad signandum matrim. Christi cum Ecclesia per incarnationis mysterium contractum: nec vir ille dicatur carnem suam in plures diuisisse: ac proinde eiusmodi matrim. qualitercumque contractum, aptum non est ad tollendam perfectam sacramentalem matrimonij significationem. Idem constat ex *c.fin. de bigamis*, vbi sermo habetur de subdiacono ineunti matrim. atque ita vt bigamus & irregularis ponderatur affectus intentionis cum opere subsecuto: vbi *gl.fin.* explicat, cum opere, scilicet, carnali. Atque ita in singulis bigamiæ modis tradunt passim DD. Et specialiter cũ hac generalitate docent *D.Th.4.d.27.qu.3 a.1.quæstiunc.1. ad 3. & ibi Palud.q.4.a.2.in.10. & 11. Villadiego tract.de irreg. c. 13.ad fin. Sylueſt. verb. Bigamia. Flaminius in princ. & ibi Armil.n.2. fin. Tabiena q.3.fine. Petr. de Soto lect.18 de matrim. pag. 4. vers. Hæc igitur. Couar. clem. Si furioſus, de homicid. 1 p.§.2.n.2. vers. Primum, Palacios 4.d.27.diſp.4 col.5. Toledo l.1 ſum. c. 26.nu.5. Hurtada p.1.t.5.d 5 ſuper gloſ.34 fin. Vtuald. candel ſacram. 2.p.* vbi de irregular. bigamiæ, *n.21. Pet. de Ledeſ. de matrim.q.66. a.3.concl.5.*

5 Quamobrem non est audiendus *Magister 4.d.27.* dicẽs per matrim. tatum contrahi bigamiam. Quem omnes reprobant per textum expressum *c.Debitum, de bigamis*. Nec similiter audiendi sunt *Rosell. v. Bigamia, n.2. Montaigna tractatu de irreg.q.4.n.1.& 4.q.6.n.7.* vbi aiunt professum ineuntem matrim. nec illud consummantem, effici irregularem. Quia *c. Quotquot, 7.qu.1.* sola voti transgressio consideratur, quæ matrim. non consummato etiam reperitur. Quod idem supponit *Ant.c.1. qui clerici, vel vouent. n. 8.* vbi dicit tunc posse Episcopum dispensare in ea bigamia similitudinaria. Atq; idem docent *Bart. à Ledeſ. de matrim. dub.73.concl.2 & Vega 1.to.ſum.c.38.caſu 4.* agentes de irregularitate bigamiæ contracta ex delicto, ob duplex matrim. quorum saltem alterum est irritum, vel contra solẽne castitatis votum: licet dicant non esse tunc proprie bigamiam. Sed dicendum est prorsus, nullam tunc contrahi irregularitatem. Quia etsi *d.c. Quotquot*, non fiat mentio copulæ, at in alijs textibus n. præc. allegatis, petitur copula ad bigamiam contrahendam. Et in clerico voti solẽnis transgressore per initum matrim. ponderatur copula, *c.fin. de bigam.* (vt probaui nu. præc.) At professus hic instar clerici irregularis est, ob bigamiæ similitudinem (vt probabo disp.85.) Quare copula necessaria est vt irregularitatem incurrat, sicut in bigamia vera & interpretatiua. Et ita docent *Ant.c.Nuper, n.7. de bigam. & ibi Abb. nu.3. Tabiena v. Bigamus, q.3.fin. Palacios 4.d.27.diſp.4.col.6.* Eiusdem sent. videntur clare esse alii DD. qui explicantes casum bigamiæ similitudinariæ, quam ordine sacro aut professione ligatus, matrim. iniens incurrit, aiunt si matrim. ineat & consummet. Hi sunt *Ricard.4.d.27.a.4.qu.1. corp. & ibi Palud.q.4.a.2.n.12. Alensis 2.p ſum.l.6.t.7 a.vn.queſtiunc.2. Nauarrus c.27 nu.195. Ant. Cucin l.4.inſtit maior.t.12.nu. 160.167. Toledo l.1.ſum.c.26.n.7. Valentia 4 p.diſp.7.qu.19. punct.3. in prima ſpecie irregularitatis Emman. Sa ſum. v. Irregularitas, in irregularitate ex bigamia, n.4. Philiarc. de offic. ſacer. to.1. p.1. l 4. c.7. Vtuald. candel ſacram.2.p.* vbi de irregularitate bigamiæ, *n.12. Pet. de Ledeſ. de matrim.q.66.a.3.col antepen. Lud. Lop.2 p. inſtruct.* vbi de irregul. *c.22.in 1 ſpecie irregularitatis, Graſſis 1. p.deciſ.l.4.c.27.n.38.*

Maior autem difficultas est, an requiratur in copula illa seminis virilis immissio intra vas feminẽ? Quidam enim id negant, asserentes satis esse ad bigamiæ irregularitatem, vasis feminei absque semine immissio penetrationem. Ducantur, quod per eam copulam præsumat Ecclesia seminis immissionem, ac proinde matrimonium perfecte cõsummatum esse. Atque ideo vult contrahi irregularitatẽ hanc pertalem copulam, quia deficit à perfecta sacramenti significatione quoad externa. Hoc colligitur ex doctrina *Paludani n. ſeq. allegandi*, & docent *Tabiena verb. Bigamia.q.3.fin. & ibi Armilla n.2. Palacios 4.d. 27. diſp.4.col.5. Vtuald candel ſacram.2.p.* vbi de irregular. bigamiæ, *n.22. Enriqu.li.11.de matrim.c.15.n.3.* addens hunc in vtroque foro esse bigamum. Pro qua sent. fortissime vrget quod disp.68.n.15. tradidimus ex communi sent. nimirũ, ex sponsalibus, quibus deest internus consensus, & proinde in solo foro externo, & quoad Ecclesiæ præsumptionem valida sunt, oriri impedimentum publicæ honestatis in vtroque foro. Quia id inductum est ob publicam indecentiam, quæ in eo casu reperitur, perinde ac si sponsalia essent valida. Cum iuxta hominum, quos cordis interna latent, sint valida. Quæ ratio militat in hoc euentu. Et ita hæc pars est valde probabilis. At probabilius existimo non oriri bigamiam, nec irregularitatem in foro conscientiæ ex ciusmodi copula, sed in solo foro externo, ob præsumptionem perfectæ copulæ. Quare si hæc res occulta esset, ac posset ille absque scandalo ad ordines promoueri: ea copula non obstaret, nec dispensatione indigeret, vtpote qui vere bigamus non est. Ducor, quia *c. Debitum, de bigamis*, expresse petitur coniugium commixtione corporum consummatum, sufficiens ad repræsentandam coniunctionem Christi cum Ecclesia per incarnationis mysterium. At non est consummatum sola vasis penetratione (vt probaui l.2.disp.21.nu.5.) nec id matrimonium repræsentat vnionem Christi cum Ecclesia per incarnationem, sed solum quando copula consummatur, (vt probaui eod.2.l.disp.13.nu.1.) non ergo inducit bigamiam deficiente seminis effusione. Præterea, quia hic nõ diuidit carnem suam in plures, quemadmodum si copula non interuenisset. Non enim fit vna caro cum vxore sic cognita: cum matrim. minime consummarit, vt habetur *c.Lex, 27.q.2. & c.2. de conu. coniug.* Præterea, quia disp. sequ. nu.12. similiter dicemus, ex vnico matrim. cum corrupta, quando illud reuera non est matrim. sed præsumptum in foro Ecclesiæ, non oriri veram bigamiam. Pariter ergo nõ orietur quando matrimonij cõsummatio est solum præsumpta, & non vera. Hoc etiam magis constat ex dicendis nu. sequ. Nec obstat ratio contraria. Quia sponsalia id impedimentum pariunt, eo quod publicæ honestati aduersetur iniri matrimon. cum consanguinei prioris sponsæ de futuro. Quæ inhonestas reperitur quoties in exterioribus sunt vera sponsalia: & solum ob defectum consensus interni irrita sunt. At bigamia inducit irregularitatem ob defectum significationis matrimonii Christi cum Ecclesia: qui non reperitur, quoties matrim. non est omnino copula consummatum. Et ita hanc partem sustinẽt *Borgaſius de irregularitate p.5.t.de bigam.n.21.& 22. Vega 1.tom. ſum.c.38.caſu 4.* Qui bene addit minime desiderari feminam quoque semen emittere. Quamuis ij, qui probabiliter dicunt non consummari matrim. femina non seminante, 6

nante, (quos retuli lib.2.disp.21.nu.11.) dicerent similiter tunc non induci bigamiam.

7 Hinc deducitur contrahentem ac consummãtem matrim.cum ea, quæ non membro naturali viri cum seminis effusione corrupta est, sed aut instrumento aliquo, aut membro virili,non intromisso semine, minime effici bigamum aut irregularem.Quod vere carnem suam in plures non diuiserit: in priori enim copula femina illa non effecta fuit vna caro cum viro,deficienti seminis immissione.Et ita docet *Bellamera c.2.q.4.n.9.fin.de bigamis.* Quãuis *Palud.4.d.27.qu.4.a.2.nu.10. & Supplem. Gab.ibi q.3.a.1. vers. Bigamia interpretatiua*, sentiant satis esse eam feminam corruptam esse absque seminis effusione. Imo *Llamas methodo curationis 1.p.c.12. §.3.* satis esse ait, si vir tentasset illam corrumpere. Quia illa solum materialiter est virgo. Sed hoc nil ad rem facit,non enim ad bigamiam consideratur virginitas formalis, sed diuisio carnis in plures. Quippe violẽter corrupta cũ seminis immissione, est formaliter virgo,& tamen illam ducentem reddit bigamum (vt probabo disp.seq.n.8.)& similiter voluntarie polluta absque virili congressu,est solum materialiter virgo, & illam ducens non est irregularis.Et è contra dicendum est, quamuis femina vere virgo sit quoad corpoream integritatem,si tamen virile semen ex concubitu quacunque arte receperit,id sufficiet ad bigamiam.Quia ea copula matrim.consummatur,& efficitur femina vna caro cum eo, cum quo concubuit(vt probaui l.2.disp.21. n.2.Ita *Vivaldus candel sacram.2.p.* vbi de irregular.bigamiæ, *n.24.*) Non tamen erit bigamus aut irregularis,si prior vxor aut femina,quam ducit, fuit sola copula extra vas cognita, aut sodomitice. Vt bene docet *ibi Vivaldus n.23.& 25.* & constat ex ratione tradita.

8 Tandem dubitatur,an matrim.duplex cõtractum ante baptisma,vel vnum ante, & aliud postea:vel vnicũ cũ corrupta ante baptismum, vel cognouisse vxorem adulteram, & tandem omne illud matrim. quod post baptismum contractum efficeret contrahentem bigamum & irregularem, efficiat similiter si ante baptisma ineatur? Quia in re magna orta est quæstio inter D. Augustinũ & D.Hier.Nam *hic epist.83. ad Oceanum*, & refertur *c.1.d.26. & in epilogum D.Pauli 1.Timoth.3.* & refertur *c.1.28.q.3.& in epist.ad Titum cap.1.* sensit ea matrimonia ante baptismum inita non imputari ad hanc irregularitatem contrahendam.Idem sustinent *Gl.ord.& Lyra 1.Timoth. 3. Mayorit 4.d. 27.q.6.dub.vlt.Almain.4.d.25.q.1.*Ductus est autem D.Hieron.quod ea iam baptizato non imputentur,quia nouus homo per baptismum effectus sit. Sicut nec stupra & adulteria ante baptismum patrata ei imputantur. Secundò potest probari ex *c.1.33.d.* quod est ex *can. 17. Apostolorum*, ibi: *Si quis post acceptum baptisma secundis nuptijs fuerit copulatus,non potest fieri Episcopus, non presbyter, non diaconus.* Secus ergo à contrario sensu, quando ante baptisma. Tertiò, quia cum hæc irregularitas sit iure Pontificio inducta, nõ potest afficere infideles.Et confirm.quia priuatio supponit habitum, vt est commune axioma dialecticum, & ex *c.De infidelibus,de consang.* colligit *ibi Abbas num.5.* Cum ergo infidelis sit incapax ordinis, erit quoq; incapax irregularitatis,quæ priuationem habilitatis ad ordines suscipiendos importat. Tandem,quia cum bigamia non fit impedimentum naturale ad ordines, sed solo iure Ecclesiast. inductum,sicut affinitas ex fornicatione consurgens non est quid naturale, non potuit contrahi ante baptismum. Et sic non obstabit post baptisma ordinum susceptioni. Sicut nec hæc affinitas contrahitur ante baptismum, nec impedimentum aliquod præstat matrimonio post illum, vt dixi disp.65.n.11.

9 In contrariam tamen sententiam iuit *D.Aug.in epistolam ad Titum,& de bono coniug.c.18.*& refertur *c.Acutus,d.26. & c.fin.28.q.3.& D.Ambros.lib.1.de offic.c.vlt.*& refertur *cap. penult.d.26.*quos vniuersi Theologi demptis paucis, n. præced.allegatis,sequuntur cum *D.Th.4.d.27.q.3.a.2.corp.* Et omnes DD.iuris Pontificij *c.Gaudemus,de diuort.*cũ *Gl.c.1. v.Post baptismum d.26.& c.2.v.Dispensare,de bigamis.* Et iã est hoc definitum ab *Innoc.epist.22.c.2.& epist.24. 5.* & refertur *c.Deinde,d.26.& c.Si quis viduam,cl 1.34 d.*ibi: *Si quis viduã licet laicus duxerit vxorem,siue ante baptismũ, siue post baptismum,non admittatur ad clerum. Quia eodem vitio videtur exclusus.In baptismo enim crimina dimittuntur,non accepta vxoris consortium relaxatur.* Quare iam certum est,omne illud matrimonium, quod propter significationis defectum reddit bigumum & irregularem,si post baptismum ineatur, impedire quoque ante baptismum initum, ne infidelis ille possit post baptisma susceptum promoueri ad ordines.Et ratio est manifesta, quod Ecclesia non induxerit impedimentum hoc ad ordines suscipiendos, in alicuius delicti pœnam, vt ea per baptismum vna cum delicto remittatur: sed quia id matrim. non est aptum ad significandam coniunctionem Christi cum Ecclesia.Qui defectus æque inuenitur in matrimonio ante baptismum, ac post illum inito. Sicut ante baptismum corrupta non consecratur post illum,instar virginum.Et confirm.quia si Ecclesia statuisset solos eos posse ad ordines ascendere, qui nũquam fuerunt coniugati; nullus diceret posse infidelem, qui eo tempore infidelitatis matrim. inijt, post baptisma susceptum,& mortua iam vxore, ad ordines ascendere. Quia verificatur hunc fuisse coniugatum.Deinde, quod quamuis hoc esse impedimentum ad ordines,sit iure Ecclesiast.inductum:at non esse id matrimonium aptum ad significandam coniunctionem vnius Christi cum vnica Ecclesia intacta,vtpote quod ea qualitate,in qua assimilari debebat, omnino caret, est quid naturale: atque ita tempore infidelitatis adest, licet non quatenus est impedimentum ordinis suscipiendi.Post baptismum ergo obstabit ordinibus suscipiendis. Quia tunc lex Ecclesiastica obligat, quæ interdicit eum ad ordines promoueri, qui matrim. incepto ad eam significationem est quandocumque iunctus.Sicut consanguinitas in secundo & vlterioribus gradibus est quid naturale in se,at in quantum obstat matrimonio, est mere quid Ecclesiasticum. Vnde ante baptismum non erit impedimentum, at post baptismum erit vtique,quia illud naturale manet: & iam lex Ecclesiastica id impedimentum inducens obligat, vt dixi disp. 65.n.1.& 2.

Temperat autem hoc *Enriq. l.14.de irreg. c.17.n.2.* vt in- 10
telligatur de bigamia, quæ ob significationis defectum contrahitur: illa enim quæ ratione delicti,ac in eius pœnam,tolletur per baptismũ, sicut & delictum ipsum. Sed nullam inuento bigamiam, quæ ex mero delicto contrahatur,in qua possit hoc verificari.Nam similitudinariam, quæ incurritur ob matri. initum aduersus votum solemne ordinis sacri aut professionis, fateor esse ex mero delicto: at huic non posse locum esse tempore infidelitatis constat. Interpretatiuam vero cõtractam ob duplex matrim.irritum,aut saltem alterum irritum, communis sententia habet,nõ esse ex mero delicto (vt videbimus disp. seq.n.6.)At retenta opinione probabili(quam ibi referemus)quæ docet eam esse ex delicto,est quoque probabile eam non incurri per illud duplex matrim. ante infidelitatem contractum.

Ad argum.n.8.proposita resp. Ad 1.constat ex dictis n. 11
9.quæ enim peccata sunt,illorum pœnæ remittuntur per baptismum: non autem inducta defectu significationis. Ad 2.dic cum *Gloss.ibi v.Post acceptum*, intelligi, maxime si post baptismum. Vel argumentum à contrario sensu vim non habere, quando contrarium est iure decisum,vt ex multis testatur *Everard.loco à contrario sensu.* Quod contingit in hoc casu. Ad 3. cum sua confirm. & ad vltimum, stat ex dictis n. 9.Nam ante baptismum nec contrahitur irregularitas, nec bigamia, quatenus est impedimentum Ecclesiasticum ad ordines, sed quatenus est quid naturale.

DISPV-

DISPVTATIO LXXXIV.

Qualiter contrahatur irregularitas ex bigamia interpretatiua?

SVMMARIVM.

Quare dicatur bigamia interpretatiua, n.1.
Quotuplex contrahitur, n 2
An contrahens duo matrimonia irrita, vel quorum alterum solum est irritum, sit bigamus & irregularis, n.3.
An sit irregularis, qui prima legitima superstite, & nondum vxore cognita ad alias nuptias transijt, illasq; consummauit, si postea coactus ab Ecclesia ad priorem vxorem redeat, ac illam cognoscat, n.4.
Quid si quispiam prioris matrimonij nullitate cognita, aliud ineat, n.5.
Quid, si quispiam priori matrim. dissoluto, ad aliud irritum defectu impedimenti à se ignorati transeat: & an hic irregularitas duplex ex matrim. irrito, aut altero irrito nascens sit irregularitas ex delicto, num.6.
An sit bigamus & irregularis, vnicum ineens matrim. cum vidua, vel corrupta: & an desideretur corruptio cum feminæ immissione, nu.7.
Quid, si contrahens putaret vxorem esse virginem, vel esse vi corruptam: vel è contra putaret corruptam, cum esset virgo, n.8.
Traditur vera ratio, cur corruptus ducens virginem non sit irregularis. Secus si corruptis sit ex parte feminæ: & improbatur sententia iustinens hic non oriri bigamiam, n.9.
An hac irregularitas contrahatur ex matrimonio vnico cum vidua vel corrupta, irrito tamen ob aliquod impedimentum. Refertur sententia affirmans, n 10.
Contraria Auctoris n.11.
Quid si in foro externo præsumatur illud matrim. valere, n 12.
An ducens feminam à se solo defloratam sit bigamus & irregularis. Refertur quædam sententia n.13.
Proponitur sententia Auctoris, n.14.
Quid, si ducens virginem cognoscat illam post adulterium, etiam occultum, siue scienter siue ignoranter, quamuis vi cognita sit, n.15.
Quid si coactus ab Ecclesia reddat debitum adulterè. Refertur quædam sententia n.16.
Proponitur sententia Auctoris, n 17.
Satisfit argumentis, n 18.

1 BIGAMIA interpretatiua ob id dicitur, quòd à vera bigamia partim deficiat, partim verò illi assimiletur. Deficit à vera, quòd ea contrahatur carnis vera diuisione facta per duo consummata ac legitima matrimonia. At in interpretatiua non verè diuiditur caro in plures, sed ex quadam iuris interpretatione: aut propter affectum contrahentis, qui duo contraxit ac consummauit coniugia, quamuis nō validè vtrumque, aut saltem alterū: ac proinde ex parte suæ voluntatis & affectus carnem suam in plures diuisit: aut propter ea quòd cùm per matrim. consummatum efficiatur vna caro cum vxore, ducēs viduam à priori viro cognitam, vel quamcumque corruptam, atque cum ea consummans, vel ducēs virginem, & post adulterium illam cognoscens: censeatur ex iuris interpretatione carnem suam in plures diuisisse: sicut vxor cum qua efficitur vna caro, in plures diuisit, nempe, in ipsum virū cognoscentem, & in eum, à quo alias cognita fuit. Quare deficit id matri. à significatione matrimonii Christi cum Ecclesia: quod est vnius cum vna intacta.

2 Hinc deducitur, quatuor modis posse bigamiam hanc interpretatiuam incurri. Primus est, quādo quispiam duo init & cōsummat matrimonia, alterum de iure, id est, validum, alterum de facto, id est, irritum, siue priori coniuge viuente, siue defuncta. Secundus est, quando duo init matrimonia de facto, id est, ambo irrita. Tertius, quando ducit viduam à priori viro cognitam, vel per fornicationem corruptam, & cum ea consummat matri. Vltimus, quando virginem à se ductam, atque postmodum adulteri ream, carnaliter cognoscit. De quibus modis est seorsum agendum in hac disputatione.

3 Primus ergo modus & secundus sunt, quando quis duo init matrim. irrita, vel saltem alterum irritum, & alterum validum. Neuter modus inuenitur in iure expressus, sed vtrumq; colligunt DD. ex ratione tradita, *c. Nuper. in fin. de bigam.* vbi sermo habetur de clerico, qui ante sacrum ordinem matrim. contraxit, atq; in eo iam constitutus aliud inijt, atq; deciditur eum tanquam bigamum reputandū, non propter sacramenti defectum, cum saltem posterius matrim. irritum sit, sed ob intentionis affectum ad duo matrimonia, cum opere carnali subsecuto. Verè enim affectus est ad duo matrim. ineunda, & ex parte sua vtrumque contraxit, licet obstante ordine sacro posterius sit irritum. Cùm ergo similis affectus cum opere subsecuto reperiatur in his duobus bigamiæ modis, idem in vtroque dicendum est: atque ita sic contrahens erit ex iuris interpretatione bigamus & irregularis. Atq; ideo priorem modum, nempe, quando vtrumque matrim. est irritum, docent ex Theologis, *Ricard. 4. d. 27. a. 4. q. 3. ad 1. & ibi Palud. q. 4. a. 2. n. 10. Suppl. Gab. q. 3. a 1. ad fin. Sotus q 3. a. 1 col. 4. D. Antonin. 3. p. t. 28. c. 3. Pet. de Soto lect. 8. de matrim. pag. 4. vers. Hac igitur. Ledes. 2. p. 4. q. 26. a 2.* vbi de irregularitate, *col. 3. Palacios 4. d. 27 disp. 4. col. 2. Angles florib. p. 1.* vbi de matrim. *q. 1. a. vlt. in princ. concl. 3. Toledo l. 1. sum. c. 26. n. 4. Bellarm l. 1. de cler. cap. 24. colum. penult. in 2 specie. Valentia 4 p. disput. 7. quæst. 19. punct. 3. in 1 specie irregularitatis. Emman. Sa in sum. verb. Irregularitas,* vbi de irreg. bigamiæ, *n. 1. Petr. de Ledes. de matr. q. 66. a. 3. col. antepen. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 158. n. 1. paulo ante 1. conclu. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de irreg. *c. 22. in 1. specie irregul. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 73. colu 2. Vega 1. to. sum. c. 38. casu 2. Llamas methodo curat. 1. p. c. 12 §. 3.* Et ex iurisperitis *Innoc. c. Nuper, de bigam. in fin. & ibi Host. n. 4. & hic idem in sum. eod. t. n. 3. casu 4. Goffred. sum. eo. t. n. 1. Astensis 2. p. sum. l. 6. t. 7. a. vn. quæstiunc. 2. Angelus v. Bigamia. nu. 7. Supplementum Pisanæ ibi, n. 1. Syluest. flatim in princip. Tabiena q. 1. Armilla nu. 1. Montaigna de bigamia q. 4. n. 2 & q. 6. n. 2. Lex regia 35. t. 5. p. 1. Aufrerius in dect. Capella Tolosane, 235 n 5. Navar. sum. c. 27. n. 195. Turrecr. c. Vnius vxoris, n. 7 du. 26. Maiolus l. 1. de irreg. c. 3. n. 3 Humada p. 1. t. 5. l. 5. super gl. 33. n. 2.* Vnde non est fides habenda *Enriq. l. 12. de matrim. c. 6. n. 9.* vbi hanc esse bigamiæ speciem negat. Quòd nec sacramēto vero defuerit significatio: cùm nullum verum matri. interfuerit: nec in iure casus sit expressus. Sed dic satis esse ad huiusmodi bigamiam, vt affectu duo inita sint de facto matrimonia: & quantum est ex parte contrahentis, significatio sacramenti deficiat. Cum irregularitas in hoc euentu non incurratur ob sacramenti veri defectum, sed propter affectum cum opere subsecuto: vt dicitur *c. Nuper, de bigamis.* Posteriorem autem modum, nimirum, quando alterum matrim. est validum, alterum autem irritum siue simul, siue successiuè inita sint, docent ex Theologis *D. Th. 4. d. 27. q. 3. a. 1. quæstiunc 1. corp. & ibi Durand. q. 4. n. 7. Maiorus qu. 6. paulo post princ. Veguer. lib. instit. c. 6. §. 7. vers. 14. Ricardus, Palud. Suppl. Gabr. D. Antonin. Sotus, Palacios col. 5, Angles d. a. vlt. in princip. Bellarmin. Valentia, Enriquez, Toledo, Pet. de Ledesma, Lud. Lopez, Philiarcus, Manuel, Llamas, Vega proximè allegati, Colaia 4. d. 17. qu. 4. flatim. in princ. Vivaldus candelabro sacram. 2. p.* vbi de irregular. bigamiæ, *n. 3.* Et ex Iurisperitis *Glos. c. 1. de bigam. verb. In bigamis Speculat. 1. de dispensat. § Iuxta, nu. 6. vers. Et scias, Goffredus sum. t. de bigamis, nu. 1. & ibi Host. n. 3. casu 4. Archidiac. c. vn. n. 1. de bigam. in 6. & ibi Ioan. And n. 1. Anchar. n. 5. Domin. nu. 5. idem Ioan. And. c. Nuper, n. 3 de bigam. & ibi Ant. n. 8. Abbas n. 4. Card. ad fin. Anchar. n. 1. notabil. 3. Bellamera q. 2. nu. 5. Alberic. in suo dictionar. lit. B. verb. Bigamia, Robuffus de pacific. possess. r. num. 194. Villadiego de irreg. c. 13. n. 2. Rosella verb. Bigamia, n. 1. Astensis, Angelus, Supplem. Pisanæ, Syluest. Armilla, Tabiena, Aufrerius, Montaigna, lex reg. 31. Navar. Turrecr. Maiolus proximè allegati, Couar. clem. Si furiosus, de homic. 1. p. §. nu. 2. Borgasius de irreg. p. 5. t. de bigamis, nu. 23. Ant. Cucus l. 4. institut. maior. t. 12. nu. 160.* Quamuis aliqui ex his Doctoribus appellant bigamiam in hoc duplici casu similitudinariam, *Angel. Syluest. Maioris, Supplem. Gabr. Pet. de Ledes.* At communiter appellatur interpretatiua.

Hinc deducitur, irregularem esse qui vera vxore nondum cognita, eaque superstite ad aliud de facto matrim. 4
transit, illud consummans, si postea coactus ab Ecclesia redire ad legitimam vxorem, eam carnaliter cognoscat. Quòd ex tunc verificetur hunc duo iniisse ac consummasse matrimonia, alterum de iure, & alterum de facto.

ita D.Thom.4.d.27.qu.3.a.1.quæstiunc.2.ad 3. Astens.2.p.sum.l. 6.t.7.a.vn.quæstiunc.2.

5 Temperat autem Enr iqu.li.12.de matrim.c. 6.n.9.in comment.lit.X. vt sit irregularis qui duplex matrim. init, nisi vbi semel matrim.irritum contraxit, cognita eius nullitate ad aliud transeat. Ducitur,quod iterans baptismũ, quando prior fuit irritus, non sit irregularis. Sed hoc non credo,nec video qualiter cohærere possit cum posteriori casu,nu.3.proposito. Cùm hic reuera quantum est ex parte sui affectus, duo matrimonia ineat. Neque est simile de baptismo. Quia irregularitas non est inflicta propter iterationem baptismi irriti, imò præceptum est illius iterandi. At bigamia incurritur ob solum affectum duo matri. ineundi,cum opere subsecuto,vt n.3.probauimus.

6 Alij autem temperant, irregularem esse dicentes, qui priori legitimo matrim. dissoluto, contrahit aliud de facto,id est,irritum,quando conscius impedimenti irritantis,posterius iniuit. Quare ignorans impedimentum, & putans se valide contrahere, minime incurreret hanc bigamiæ irregularitatem. Ducuntur,quod hic ad secundas nuptias transeundo minime deliquerit, & ex parte altera fuerit irritum matrim.posterius, ac proinde nocere non debet,non enim præstat impedimẽtum,quod de iure nõ sortitur effectum,reg.Non præstat.de reg.iuris, in 6. Quòd si dicas bigamiæ irregularitatem non indigere culpa vt incurratur; respondent id verum esse in aliis bigamiæ modis, qui ob sacramenti defectum instituti sunt secus in hac bigamiæ specie,quæ nõ ob significationis defectum, sed ob delictum incurritur,vt constat ex cap.Nuper,de bigamis,ex quo hanc irregularitatem deduci probauimus,n.3. vbi delictum ponderari videtur ad hanc incurrendam, principio textus,vers.Vnde illum,& vers.Sicut in canone, vbi Innocentius III.auctor illius canonis duo argumenta de criminosis affert, vt inde deducat iure optimo irregularitate affici ineuntem de facto posterius matrimonium. Alterum est,iure ciuili notari infamia duas simul vxores ducentem,l.Eum qui, C. de adult. Alterum verò,iure canonico,c.Presbyterum,d. 28. presbyterum qui non legalibus nuptijs detinetur puniri. Ergo verè textus intelligitur, quando in posteriori matrimonio culpa adfuit.Et confirmatur,quia Hostiensis eo cap.Nuper,num.5.verb.In ipsis, reddit rationem decisionis illius textus punientis affectũ. Quia in maleficiis voluntas spectatur,non exitus, l.Diuus.ff.ad l. Corneliam,de sicariis. Hanc sent.sustinent Archid.c.vn.de bigam.in 6.n.1.& c.Cognoscamus,nu.1 d. 34. dicit fortè ita esse, & Bellamera cap.Nuper.qu.2.num.5 de bigamis. Idem sustinet dicens fortè ita esse, Astensis 2.p.summ.l.6.tit.7.art.vnic.quæstiunc.2. Et iuxta hanc opinionem idem dicendum est de irregularitate contrahentis duo matrimonia irrita. Si enim ignoret vtrumque esse irritum, illam non incurret. Quia deficit delictum, & ex altera parte fuit vtrumque matrimon.nullum, & ideo nullo pacto præstabit impedimentum aliquod ad ordines. Constat etiam,quoniam hic casus similiter deducitur ex d.cap.Nuper,sicut & quando alterum matrimonium fuit irritum, & alterum validum,(vt num.3.probatum reliqui.) Ergo eodem modo vterque casus intelligendus est, quando adfuit delictum. Item potest probari hæc limitatio. Quia eodem cap. Nuper. expresse dicitur,in eo casu non incurri bigamiam, & irregularitatem ob defectum sacramenti, quando saltem alterum matrimonium est irritum: nulla enim ibi deest sacramenti significatio,cùm matrimonium i ritum non sit aptum ad significandum coniunctionem Christi cũ Ecclesia,sicut nec concubinatus,& ideo ab illa nequit deficere:validum verò,cùm sit vnicum, non deficit: sed dicitur ibi incurri hanc irregularitatem,propter affectum duplicis matrim.ineundi. cum ergo non incurratur defectu significationis,incurretur ob solum delictum.Non enim datur alius modus incurrendi, nisi ob delictum, vel ob significationis defectum.Item quia irregularitas similitudinaria,quam contrahit clericus in sacris constitutus ducens vxorem,otitur ex delicto(vt probabo disp.seq.nu. 10.)eo quod matrimonium duplex verè non concurrat, nec vera diuisio carnis in plures per copulam matrimonialem, quod bigamia producens irregularitatem defectu significationis postulat. Sed est duplex similitudinarium matrimonium,(vt disp.sequ.num.5.explicabimus.) At re vera non est duplex matrimon. in nostro casu, nec diuiditur caro in plures per matrimonium aliquod verũ. Non ergo oritur inde irregularitas ex significatione, sed ex solo delicto. Si autem alterum norit esse irritũ, quamuis crederet alterum esse validum:vel vtrumque norit esse irritum, incurret hanc irregularitatem. Quia in vtroque casu inuenitur affectus ad duplex matrim. cum opere subsecuto. Nec desideratur delictum in vtroque, vt constat, quãdo enim contrahitur alterum irritum scienter,& alterum validum, siue hoc siue illud præcedat, incurritur hæc irregularitas(vt diximus n.5.) & fatentur etiam DD.huius limitationis. Et tamen in solo altero matrimonio delinquitur. Aliis verò limitatio dicta displicet, & censent irregularitatem hanc contrahi, siue posterius matrim.de facto iniens sciat, siue ignoret id esse irritum. Quia textus c. cap. Nuper, non ponderat affectum delinquendi, sed affectum duplicis matrimonij ineundi, eo subsecuto de facto, & consummato. Cùm ad bigamiam delictum minimè desideretur. Neque obstat textum d.c. Nuper, argumentis ex dupliei delicto peritis vsum fuisse ad demonstrandam huius bigamiæ iustitiam. Ea enim non induxit ad probandum illam ex delicto cõtrahi, sed ad ostendendum non esse nouum in iure, affectum effectu carentem puniri. Et ideo hanc sententiam sustinent Ioan.And.c.vn.n.1.super Gloss.3.de bigamis,in 6.& ibi Anchar.nu. 5.Dominic.n.5.vers.In ea Gloss.ibi,Francus ibi num.4. Idem Ioan. And.d.c Nuper,n.3.& ibi Ant.n.8.Card.in.ad fin. Abbas nu.4.Anchar.n.1.not.ab.3.Henricus nu.23.Angelus v.Bigamia, nu.9.& ibi Syluest.q.7.Mont.signa de bigam.q.6.nu.4. Et quamuis vtraque opinio sit satis probabilis,& hæc sit communior;prima tamen magis mihi placet. Quia fortioribus innititur fundamentis.

7 Tertius modus bigamiæ interpretatiuæ est, quando quis vnicum matrim.cum vidua contractum,dummodo sit à priori viro cognita,aut cum corrupta per coitum illicitum,consummat.Hic modus habetur c. 1. & c.Debatum, de bigamis,& cap.vn.de cleric.coning.in 6.& c. Curandum,d.34. quod est ex Hilario Papa in Synodo Romana cap. 1.& ca. Præcipimus,ea d. quod est ex D. Gregorio in epist.lib.2.epist. 26.& c.fin.eadem d.quod est ex Celatio Papa,&c.Si quis viduam,el 1.ea d.quod est ex Innocentio Papa, epist.2.c.5.& c. Si quis viduam,el 2.ea d.quod est ex can 18. Apost. & c. Si quis viduam,50.d.quod est ex Concilio Martini Papæ, c.26. & c.fin,d.51.quod est ex Concilio Toletano 4.c.18.& c.Qualis,50.q.5.quod est ex Leone Papa,& c.Nemo, quod est ex Synodo Meldensi,d.32.& cap.Matrimonium, d.33.quod est ex D. Gregorio Papa. Huius autem irregularitatis ratio est tradita nu.1.Qualis autem debeat esse hæc corruptio, dixi disp.præced.n.7.

8 Vtrum autem excuset ab hac irregularitate, contrahentem existimasse eam, quam ducit,esse virginem, cùm tamen sit corrupta: vel eam omnino violenter cognitam esse,dicam hac eadem disp.num.15.Non contrahetur tamen hæc irregularitas,si quispiam virginem ducat, existimans eam esse corruptam. Quia censuræ numquam incurruntur ob solam intentionem,deficienti facto. Vt excommunicatus non est, credens se percutere clericum cùm laicum percutiat: nec est irregularis enecans feram, putans esse hominem. Et l. Eum qui. §.Iniuriarum, ff. de iniur. habetur verberantem Seium, cum crederet Titium, teneri actione iniuriarum, non illi, quem intendit, sed quem verberauit. Et ita docent Borgasius de irregularitate part.5.titu.De bigamis,num.12.Anton.Cucus l. 4. institut. maiorum,titul.12.num.176. Sed fortiter videtur contra hoc esse ratio tradita cap.Nuper,in fine, de bigamis, vbi ponderatur affectus duplicis matrimonii ineundi ad hanc irregularitatem: quamuis caruerit effectu. Quia aut vtrumque

aut

aut saltem alterum est irritum, (vt dixi n.3.) Sed respondeo, ibi cum affectu concurrisse factum. nam re vera duplex ille contraxit de facto matrimonium, quamuis aliunde irritum fuerit. At in nostro casu non interuenit factum cum affectu. Credebat enim ille se corruptam ducere, at de facto ipso non duxit, sed virginem.

9 Rogabis tamen, cur matrimonium vnicum corrupti cum virgine non reddat hunc irregularem: cùm tamen id efficiat, quando femina est corrupta? Nam potior vrget ratio in priori euentu. Quòd verè vir ille carnem suam dimiserit in plures, nimirum, in vxorem, cum qua consummat, & in feminam prius fornicariè cognitam. Quod non contingit in posteriori casu: sed fictè & interpretatiuè dicitur carnem suam in plures dimisisse, (vt nu.1. explicui.) Adde in vtroque casu deficere significationem matrimonij Christi cum Ecclesia, in quo vterque intactus est. Difficilis est assignatu ratio: & ideo defatigantur Auctores in ea quærenda. Et *Glossa* communiter recepta à iuris Pontif. professoribus, *c. Debuit, verb. Cognitam, de bigam.* varias rationes assignat. Quas tamen elegantissimè confutans *D. Thom. 4. d. 27. q. 3. a. 1. quæstiunc. 3.* hanc veram rationem tradit, communiterque à Theologis recipitur, & à nonnullis Iurisperitis. Quippe cõsensus matrim. inuntis non cadit supra seipsum, sed fertur in alterum coniugem: atque ita ipsemet contrahens est quasi terminus, à quo; is autem. cum quo contrahit, est quasi terminus, ad quem fertur alterius coniugis consensus. At nullus actus sortitur speciem à termino, à quo; sed à termino, ad quem. Vitium ergo corruptionis ipsius viri, qui est terminus, à quo, respectu sui matrim. non debet ipsi nocere, vt irregularis efficiatur, sed vitium corruptionis in termino, ad quem. Atque subinde si ipsa femina irregularitatis capax esset, efficeretur vtique irregularis propter viri corruptionem: sicut vir talis efficitur ducens corruptam. Sed aduertisus hanc rationem fortissimè insurgit *Bellarm. l. 1. de cleric. c. 24. ad fin.* nam duo consummans matrimonio legitima cum duplici vxore virgine, est verè bigamus & irregularis. Cùm tamen in termino, ad quem, non sit vitium, sed in ipsomet viro ad duplices nuptias transeunti. Et ideo concludit, hunc ducentem corruptam non esse irregularem irregularitate bigamiæ, sed quod ita statuerit Ecclesia ob dignitatem ordinum. Cum nulla differentiæ ratio possit assignari. Item, quia *cap. Si quis viduam, el 2. 34. d.* vbi prohibetur sacerdotem fieri, qui duxit fornicariam: similiter prohibetur, ducentem ancillam, aut comœdiarum actricem. Vbi nullum locũ habet bigamia, sed sola infamia. Sed à communi omnium sent. recedendum non est. Omnes enim alij, & Theologi, & Iurisperiti, quos n. 3. retuli, hanc irregularitatem inter bigamiæ interpretatiuæ modos numerant. Et ratio assignata à D. Thoma differentiæ, petita ex similitudine actuum naturalium, qui speciem à termino, ad quem, sortiuntur, est optima congruentia: quamuis non omnino conuincat: vt in cæteris rebus moralibus euenit. Nec obstat prior ratio Bellarmini. Quia consummans duplex matrim. non efficitur irregularis propter vitium matrim. initi, sed ob ipsius multiplicitatem: ac proinde non spectatur, an vitium sit à termino, à quo, vel ad quem, ex quo actus speciem sumit. At quando est vnicum matrim. cum corrupta, consurgit irregularitas ex ipsius matrim. vitio: ac proinde iure optimo petitur, vt id vitium consurgat ex termino, ad quem. Neque obstat etiam posterior eius ratio. Quòd in eodem textu plures irregularitates sanciri ex diuersis nihil obstet.

10 Triplex autem difficultas breuiter discutienda insurgit circa hunc bigamiæ interpretatiuæ modum. Prima est, vtrùm hanc irregularitatem incurrat ducens vxorem viduam, vel fornicariè cognitam, inualidè tamen propter aliquod impedimentum? Et sermo est de eo, qui nec professus nec in sacris constitutus est (de hoc enim est habendus sermo disp. seq.) Plerique affirmat hunc irregularem esse, ducti per *c. fin. de bigam.* vbi redditur ratio, cur in sacris constitutus contrahens vnicum matrim. irritum ob ordinis impedimentum, sit bigamus & irregularis: eo quòd habuerit affectum contrahendi cum opere subsecuto. Quæ ratio militat in præsenti euentu; hic enim habuit affectum contrahendi cum corrupta, & de facto quantum est ex parte sua cum illa contraxit. Hanc partem sustinent *Ricardus 4. d. 7. ar. 4. q. 3. corp. & ad 1. & ibi Palud. q. 4. a. 4. n. 28. & d. 38. q. 3. art. 5. concl. 2. fin. n. 34. Geffred. sum. t. de bigam. n. 10. & ibi Hostiens. n. 3. casu 4. Alberic. in suo dictionar. lit. B. verb. Bigamus, in fin. Astensis sum. 2 p. l. 6. t. 7. a. vn. quæstiunc. 2. Montaigna de bigam. q. 6. n. 2. vers. 4. Conar. clem. Si furiosus, de homicid 1. p. §. 2. n. 2. vers. 2. & 3.* dicens esse communem sententiam, *decisio quadam Rotæ à Navarro nu. seq. allegando citata.*

11 At verius est non incurri irregularitatem in hoc casu. Quod nullo iure id caueatur: & ita succedit *regula, Non præstat, de reg. iuris, in 6.* vbi traditur generaliter, minimè præstare impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. Item quia quamuis ratio reddita *cap. Nuper, de bigamis, & c. fin. eod. t.* videatur hunc casum amplecti, (vt probauit contraria sent. n. præced. relata) at minimè amplectitur. Quod ibi sit sermo de clerico in sacris constituto, qui vel ante ordines aliud matrim. init, vel post ordines ducit viduam: & illa ratio, quòd habuerit affectum contrahendi opere subsecuto, non est integra ratio, sed in ea suppleri debet, cum iam aliud matrim. contraxisset, siue verum ante ordinem, siue similitudinarium per votum solemne ordini sacro annexum. Vnde nil refert ad eam irregularitatem, siue viduam siue virginem duxerit (vt dicemus disp. seq. n. 5.) Et ideo huius sent. sunt *Navarr.* dicens sic nuper in sacra pœnitentiaria decisum fuisse, *in sum. Lat. c. 27. n. 195. & lib. 1. consil. in vtraque edit. t. de bigamis, toto consil. 1. Valentia 4. p. disp. 7. q. 19. punct. 3. in 1. specie irregularitatis. Enriquez l. 12. de matrim. c. 6. nu. 9. fin. & in comment. lit. Y. Farinac. in sua pract. t. de inquisit. q. 8. n. 8. in fine. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 158. n. 5. concl. 4. Phillarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 1. l. 4. c. 7. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de irregul. *c. 22. in 1. specie irregular.* Et videtur censere esse probabilem *Emm. Sa sum. verb. Irregularitas,* vbi de irregular. ex bigamia, *n. 2.* vbi relata vtraque sententia neutram definit.

12 Secunda difficultas est, an si illud vnicum matrim. cum vidua, vel corrupta, sit validũ iuxta Ecclesiæ præsumptionem, quamuis in foro conscientiæ non sit tale, incurratur hæc irregularitas? Vt si consensus fuit fictus, vel ante Trident. adfuit copula animo fornicario habita post sponsalia. Affirmant aliqui, propter rationes adductas disput. præc. n. 6. Sic docent *Palud. 4. d. 27. q. 4. a. 3. n. 20. a. 4. nu. 29. Supplem. Gabr. ibi q. 3. a. 3. dub. 2. Tabiena verb. Bigamia, q. 5. fine.* Et id in vtroq; foro verum esse affirmant *Palud. & Suppl. Gabr. ibi.* Sed probabilius est non incurri. Quia cum id matrimonium sit irritum, dicendum est quod diximus n. præc. Quare si id vitium corruptionis fœminæ occultum esset, aut id matrim. ita vt sine scandalo posset ille ad ordines promoueri, non indigeret dispensatione (vt in simili dixi disp. præc. nu. 6. vbi contrariæ rationi satisfeci.) Ita tradunt *Enriquez l. 12. de matrim. c. 6. n. 9. in comment. lit. Y. Vivald. candel. sacram. 2. p.* vbi de irregular. bigam. *n. 8.*

13 Tertia difficultas est, an ducens feminam à se solo defloratam efficiatur irregularis? Duplex est sent. Prior affirmat. Ducitur ex *c. Qualis, 30. q. 5.* quod est ex Leone Papa, vbi de sponsa habenda, ne quispiam bigamus efficiatur, sic dicitur: *Qualis debeat vxor esse, quæ habenda est secundum legem, virgo casta, & desponsata in virginitate.* Et *c. vn. de cleric. coniug. in 6.* ibi: *Qui cum vnicis & virginibus contraxerunt.* Vbi clarè petitur virginitas vxoris tempore initi matrimonij, quæ tunc in hac defuit. Secundò, quia per id matrim. nõ possunt significari nuptiæ inter Christũ & Ecclesiam: cũ reuera adsit corruptio tẽpore consensus & cõsummationis matrim. nec potest dici matri. hoc retrotrahi, ac fingi initũ tẽpore, quo defloratæ est vxor, ac proinde fictione iuris ductã esse virginẽ. Quia id statutũ est *c. Tanta, qui filii sint legitimi,* fauore legitimationis prolis ante matr. conceptæ:

cepræquem defectum ius supplere potuit. At defectum significationis in hoc matrim. inuentũ supplere nequit. Tertiò, quia eadem res nequit contraria operari. At matrim. efficit, vt ducens corruptã sit bigamus. Ergo nequit efficere vt ducens corruptã à se, non sit bigamus. Et ideo hanc partem sustinent *Glossa c. Maritum, verb. Concubinam, d.33. Et c. Nemo, in fine, d.32. Host. sum. tit. de bigamis, post arborem bigamiæ q.6. & c.2.n.2. verb. Virginem, de cleric. coniug.* vbi *Ioan. Andr. ad fin. Imol. in fin. Anchar. n.vlt. & c.vn n.5. q.1. eod.t. in 6. & ibi Archid. statim. in princ. Ast. sum. 2.p.l.6. t.7.a.vn. qu 2.*

14 Posterior sent. (cui adhæreo) ait hunc non esse bigamum, nec irregularem. Prob. quia irregularitas ducentis corruptam ideo contrahitur, quod cum femina cum qua vir efficitur vna caro, diuiserit carnẽ suã in plures, centeatur etiam virũ diuisisse ex iuris interpretatione (vt diximus n.1.) quod hic nullatenus reperitur. Vxor enim non diuisit carnem suã in plures: cũ ab vno solo cognita fuerit. Præterea, quia matrimonium illud retrotrahitur purgans præcedens vitium, *c. Tanta, qui filij sint legit.* atque ita perinde est ac si à principio, quãdo ipsum virginem deflorauit, duxisset. Et argum. contraria non obstant. Non primũ, quia ij textus petunt virginitatem in vxore tempore initi matrimonij, ad hunc sensum, vt ea nõ sit ab alio corrupta. Adde retrotrahi matrim. Non secundũ, quia falsò supponit ibi reperiri defectum significationis. No tertiũ, quia matrim. non est per se causa bigamiæ, sed id matrimonium, ex quo consurgit defectus significationis: & eo casũ quo bigamiam induxit, non potest operari contrarium. Et ideo hanc sent. tuentur, ex Theologis *D.Th. 4. d.27. q.3. a.1. quæstiunc. 3. ad 2. Ricard. ibi a. 4. q. 1. corp. Palud. q. 4. a.2. n 10. Magistru q.6. col 2. vers. Et ex illo, Supplem. Gabr. q. 1. a.2. ad fin. Sacun q.5. art.1. col penult. in fine quarta concl. Palacios disp. 4. col. 2. Celaia q. 4. ad fin. D. Antonin. 3. p.t. 28.c.3. Petr. de Soto l.8. de matrim. pag 4. vers. Hac igitur, in fine. Ledesma 2. p 4.q.26.a.2. vbi de irregular. col 2 f.263. Toledo l.1. sum.c. 26. n.1. Petr. de Ledesma de matrim. q 66.a.3. col.7 post 6 concl. vers. Sed circa hoc. Enriquez l.12. de matrim.c 6.n.10. Valentia 4 p. disp.7.q. 9 punct.2.in 1 specie irregularit. col 1. Emman Sa sum. verb. Irregularitas,* vbi de bigamia *n.2. Pibarc. de offic. accid. to.1.p. l.4.c.7. Lud. Lopez 1.p instruct.* vbi de irregul. *c.22 in 1 spe cie irregularitatu. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 73. fin. Manuel 1.to sum.2.edit.c.158.nu.3. concluſ. 2. fin. Vivald. cand. l. sacram. 2.p.* vbi de irregular. bigamiæ, *n.4. Vega 1.1. sum c.8. casu vlt. Llamas methodo curat. 1.p. cap.11.§ 1.* Et ex Iurisperitis *Glossa c. Debitum, in fin. de bigamis, & c. Qualiu, verb Dispensata 30. q.5. & c vn. verb. Contraxerunt, de cleric. coniug. in 6. & c.2 de cleric. coniug in fine* vbi *Anton. ad fin. Abbas n 4 idem Anton c. Tanta, n.16 qui filij sint legit. & d c Debitum nu 10 Ioan. Andr. d c. Tanta, n.1. in fine, idem Abbas d cap. Debitum, n. penult. Cardin. d.c.2.q.3. Franus c. vn in princ. num.2. & ibi Dominic. in princ. n.6. de cler coniug. in 6. idem Dominic. c. Nemo, in fi. d 32. & ibi Archid. n. vn. Turrec. ibi, a.2. nu.2.* & dicit esse celebriorem *Goffred sum t De bigam. n.5.* Eam etiam tenent *ibi Tric. in suo dictionar. lit. B. verb. Bigam. Monald. sum.* vbi de irregularitate propter bigamiam, *col 2. vers. Item si aliquis. Ioan. de Friburgo in sum. confes. l.3.t.3.q.5. Alber. Trotiu l.2. de vero & perfecto clerico.c.11 n.3. Rosella verb. Bigam n.3 & ibi Supplem. Piana, nu.2. Angel. n.5 Sylu. in princ. Armil. n.6. Tabien q. 5. Montaigna de bigam q.6 n.4. & 5. Villadiego de irreg. c.13 nu.2. Lex reg 35 t.5.p.2. & ibi Greg. Lopez verb El muy mo. Nauar. sum c.27. nu 195. Covar. Clem. Si furiosus, d. homic. 1.p.§ 2. n.2. fin. Anton. Gomez 3. var. c.10. n.4. Borgasius de irreg. p.5.t. de bigamis. nu. 47. Ant. Cuc. l.4. institut. maiorum, t.12. n.177. Maiolus l.1. de irreg c.33. nu. 5. Farinac. in sua pract. t. De inquisitione, q 8 nu. 8. Lancelot. institut. 2. tit canon. l.1. titul. Qui prohiberi non possunt, §. Item repellendi sunt, verb. In plures. Zavallos in suu pract q.556 n. vn.*

15 Vltimus bigamiæ interpretatiuæ modus est, quam incurrit ducens virginem, si postquam adulterata est illam carnaliter cognoscat. Hic casus habetur expresse, *c. Si cuius d.34* quod est ex *Conc. Neocæsariensi, c 8* cuius rationem reddidi nu.1. Hunc casum quidam intelligunt, quando vir sciens & prudens adulteram cognoscit, secus si ignarus adulterij. Ducuntur, quia licet officii lege coactus hominem ne eccans sit irregularis, vt iudex, at secus est de omnino ignoraãte. Secundò, quia cùm homo non quatenus sensualis est, sed quatenus rationalis incurrat irregularitatem: necesse est, vt actiones illæ, ob quas irregularitatem contrahit, sint rationales, id est, ex iudicio rationis profectæ, ac proinde voluntariæ. Quod aufert ignorantia. Et confirm. quia significatio hominis, vt homo est, procedit ex ratione & arbitrio. Quæ desunt, existente ignorantia. Sic docere videntur *Gloss c. 2 de bigam. verb In bigamis. Rebuff. de pacific poss. f.n.194. Lex r.g. t.5.p.1.* vbi proponentes hunc casum, dicunt, quando scienter cognoscit vxorem adulteram maritus, incurri hanc irregularitatem. Et *Greg. Lopez. ea l.35. verb. Que ver.* dicit hanc sent. esse æquiorem. Et tenent expresse *Emm. Sa sum. verb. Irregularitas,* vbi de bigamia, *nu.3. & Petr. de Ledesma de matrim. q.66.a.3. col.penult.* Et in quodam simili, nempe, quando quis ducit corruptam, putans eam virginem, docent hũc excusari ab irregularitate, *Petr. de Ledesma ibi. Emm. Sa n.3.* & fortasse ita esse tradit *Anton. Cuc l.4. instit. maiorum, t.12. n.175.* nisi cognita eius corruptione, eam postea cognoscat. Alij vero sentiunt, cognoscentem ignoranter vxorem adulteram repelli ab ordinibus suscipiendis, non vero à receptorum executione. Sic *Præpos. d.c. Si cuius. Bernard. Diaz practica can. in noua edit. a.1. ad fin. Ant. Cuc l.4. institut. maior. t.12. n. 164.* Sed tenendum est, contrahi hanc irregularitatem, ex quacumque adulteri ignoratia cognoscatur vxor. Quod hic non agitur de vitio promouendi ad ordines, ad quod desideratur scientia: sed de significationis defectu, quem potest pati ignorans. Et lex promotionis tactũ requirit, non voluntatem, *c. vlt. 15.q.1.* Nec obstant argum. cõtraria. Non primũ, quia lõgè aliter est de irregularitate ex occisione iusta consurgente, & de hac. Quòd illa oriatur ex defectu perfectæ lenitatis, qui nullatenus inuenitur in ignaro occisionis. Hæc autem ex defectu significationis sacramenti, qui æquè inuenitur, siue scientia siue ignorantia adsit. Non obstat etiam secundũ cum sua confirm. quia satis est copula illa fit voluntaria, & ex arbitrio procedat, ac proinde sit actus humanus, quamuis ignoretur corruptio, vel adulterium vxoris. Et ideo ita sustinent ex Theologis *Ricard. 4 d. 27. a.4.q.1. corp Et ibi Maioris. q.6 paulo post princ. corol. 4. & 1. argum contra 1 concl. Supplem. Gabr. q.3 a.1. vers. Secundo contrahitur. Palud. q.4.a 2.nu.11. & d.35.q.1.a.4.n.27. Abulens. c.a.19. Mairo. q.72 ad 4 Sotus 4 d.27.q.3. art.1. col. penult. concluſ. 5. Petr. de Soto lect. 8. de matrim pag.4 vers. Hac igitur, Ledesma 2 p.4.q.26.a.1.* vbi de irregular. *col 2 f.263 Castro l.2. de lege pœn. c.14. corol. 2. quod infert ex 1 concl. Angl. floribus 1.p.* vbi de matrim. *q.1.a vlt. in princ. Toledo l.1. sum. cap. 26.n.6. Phil. arc de offic. sacerd. to.1.p.t.1.4.c 7. Enriquez l. 12. de matrim. ca. 6.n.10. Manuel 1.to sum. 2. edit. c.158. concl.3.n.4. Vivald. cand. sacram. 2.p.* vbi de irregul. bigamiæ, *n.5. Lud. Lop. 1.p. instruct. c.85 col antepen. verb. Ingressurus, & 2.p.* vbi de irregul. *c.22. in prima specie, Palacios 4.d.27.disp. 4.col.4. Barth. à Ledesma de matr. in dub. 73. col. 2.* Et ex Iurisperitis *Goffred. sum 1. de bigamis, n.8. & ibi Host. n.3 Ioan. Andr c.2.n.7. eod. tit. Anton. nu. 11 Cardin. q.1. Alb. n.8. Bellamera q.7.n.6. Henricus c.1. eod. titu. n.16. Idem Abb c. Si vir, n.2. de adulter. & ibi Ananias nu.2. idem Card. clem. Ex eo, nu.4. oppositi. 1 de sent. excom. Alberic. in suo dictionar lit B. verb. Bigamia. Felinus c. Ins generalis, d 1. col. 6. vers. Maritus adultera Guliel. Benedictus c. Raynutius, de testam. verb. Cuidam Petro, nu.92. Astens. sum. 2, p l 6 t.7.a. vn. quæstiunc. 2. Turrec. c Si cuius, a.1 nu.2 & 3.d.34. Montaigna de bigamia, qu. 6.n.6. Supplem. Pisane verb. Bigamia, n.1. Angelus nu.2 Sylvester in princ. Armilla n 2. Decisio Capella Tholos. 220. fine. & ibi Aufrerius n.1.2.3. & decis. 225.n. 4. & decis. 256. nu.1. Albertus Trotus l 2. de vero & perfecto clerico, c.11. nu. 2. Tabiena verb. Bigamia, q.3. Villadiego de irregular. cap.13. num.1. Nauar sum. ca. 16. n.27. & c 27.n.195. Covar. Clem. Si furiosus, de homic. 1.p.§. 2. n 3. vers. 4. Greg Lopez l.35.v.rb. Que ver, t.5.p.1. Iul. Clarus l.5. recept. § fin in pract crimin. q.36. num. 10. Maiolus 1. de irregular. c 33. n.6. Borgasius de irregular. p.5. titu. de bigamis, num. 46.*

Matth-

*Matienzo lib.5.recop.t.1.rub.gl.1.nu.*102. *Gutier.quæst.can.l.1.c.*25.*n.*15. *Bursat.cons.*218.*n.*5. *Cenedo collect.ad decret.*166.*n. vlt. Salzedo super pract. Bernard. Diaz c.*16.*v. Siue ignoranter.* Et in alio, quod omnino est simile, docent idem asserêtes ducentem corruptam, quam credebat esse virginem fieri bigamum & irregularem ex Theologis *D.Th.*4.*d.*27.*q.*3.*a.*1. *quæstiunc.*3.*ad* 3.*& ibi Palud.q.*4.*a.*2.*n.*10. *Supplem. Gab.q.*3.*a.* 1.*vers. Bigamia interpretatiua, Ricard. D. Antonin. Maiorin, Palacios. Bart. à Ledesm proximè allegati, Sotus* 4.*d.* 27.*q.*3.*a.*1.*col.*3. *vers. Quintus ergo, & col.*5 *in* 4. *concl. Ledes.*2 *p.*4.*qu.*26.*a.*2. vbi de irreg.*col.*3.*f.*363. *Angles floribus* 1.9. vbi de matrim.*qu.*1.*a. vlt. in princip.* Et ex Iurisperitis, *Gl.c. Nemo, v. Virgo, d.*32. *Host. sum.t.de bigamis, post arborem bigamiæ, qu.* 7. *& ibi Goffred.n.*6. *Gl.c.vn.v. Viginibus, de cler. coniug.in* 6. *& ibi Archid. Ilatim in princ. Anchar.n.*1. *Domin. in princ. n.*6. *Francus in princ.n.*2. *Ioan. And.c.*2.*n.*7 *de bigamis & ibi Card.q.*2. *Abb.n.* 8. *Bellamer.qu.* 5. *n.*10. *fin. Turrec.d.c. Nemo.a.*1 *n.*1. *Alber. Astensis, Paul. Borgasius super relati, Rosella v. Bigamia.n.* 4. *& ibi Supplem. Pisanæ nu.* 3. *Angel.n.*4. *Sylvest. in princ.& q.*3. *Rebuff. de pacif. possessor.*1.*n*94. *Montaign.de bigam.q.*6.*n.*5 *Aufrer.decis. Tholos.*235.*n.*4. *&* 256. *n.*2. *Covar clem. Si furiosus,*1.*p.*§.2.*n.*2.*vers.*4. *Maiol.l.*1.*de irreg. c.*33.*n.*4. *Hæmada p.*1.*t.*5.*l.*5. *super glos.*33.*n.*2. Limitat autem *Bernard. Diaz in sua pract. in nona edit.c.*16.*ad fin.* vt sit irregularis vir cognoscens adulteram, si possit probare adulterium. Quia *c. Si cuius, d.*34. vbi hæc statuitur irregularitas, peritur, vt vxoris adulterium sit euidenter probatum. Sed dicendum est cum *Castro l.*2. *de lege pœnal.c.*14. *coroll.* 2. *quod infert ex* 1. *concluf.* hanc facti euidentiam ad hoc solum ibi peti, vt si vir tentaret, sacros ordines recipere, iustè posset repelli in foro externo, non autem vt vir ipse sit irregularis. Vnde optimè *Nauar. summ.c.*16.*n.*27. ait quoad forum conscientiæ nil referre possit vir probare adulterium, nec ne. Tandem idem dicendum est, quamuis femina sit vi præcisa cognita, illam enim ducens, aut iam ductam virginem cognoscens post id adulterium violentum, efficitur irregularis & bigamus. Quia vis illa præcisa excusat feminam à culpa: ac non efficit matrim. illud esse aptum ad significandam coniunctionem Christi cum Ecclesia. Atque ita docent *Gl.c. Nemo, v. Virgo, d.*32. *& ibi Turrec.ar.*1. *n.*1. *Montaigna de bigamia, q.*6.*n.*5. *Enriq.l.*12. *de matrim.c.*6.*nu.* 10. *Maiolus l.*1. *de irreg.c.*33.*nu.*6. *Palacios* 4 *d.*27. *disp.*4.*col.*4. *Vivaldus cand. sacram.*2.*p.* vbi de irregul. bigamiæ,*n.*7.

16 Tandem dubitatur, an maritus cognoscens vxorem adulteram, Ecclesia præcipiente, vel eo quod lis pendeat, vel quia nequit adulterium probare, incurrat hâc irregularitatem? Quidam negant. Quia iniustè puniretur ob actum, ad quem tenetur, contra *cap. Nabuchonosor, 23.qu.*4. Secundò, quia alias eodem actu mereretur vir & demereretur: ac dignus esset præmio ac pœna: cõtra *c. Sciendum, 8.qu.*1 & eadem res contrarios haberet effectus, contra *l. Qui iommem, §. vlt ff soluto matrim.* Tandem, quia vir tunc non sibi præiudicat, quin possit accusare vxorem de adulterio, eo quod potius dicatur cognosci, quam cognoscere vxorem. Ergo nec sibi præiudicabit ad irregularitatem incurrendam. Et ita sustinent *Innoc.c. Inquisitioni, n.*1. *de sentent. excom. & ibi Ioan. And.n.*3. *Ant.n.*12. *Anchar.n.*3. & ita affirmat posse dici *Glos. fin c. Si cuius, d.*34. & dicit esse probabile *Palacios* 4.*d.*27.*disp.*4.*col.*4.

17 Cæterum dicendum est, hunc incurrere irregularitatem. Idque probatur iisdem rationibus, quibus n.15. probauimus enim incurrere, quando ignarus adulterij cognoscit vxorem: & ideo hanc partem tenent ex Theologis *D.Th.*4.*d.*27.*q.*3.*a.*1.*quæstiunc.*3.*ad* 4. *& ibi Palud.q.*4.*a.*2. *nu.* 11. *Supplem. Gab.q.*3.*a.*1.*vers. Secundo contrahitur, Durand.* 4.*d.* 35.*q.*1.*a.*2.*n.*7. *Abulens.c.*19. *Matth.q.*72. *ad* 4. *Castro l.*2. *de lege pœn. cap.*4. *duplicis pag. ante fin. Sotus* 4.*d.*27.*q* 3. *ar.*1. *col. penult. concl.*5. *Veracr.*3.*p. Speculi.a.*5.*concl.*4. *D. Antonin.*3.*p.t.*28.*ca.*3. *Enriq.l.*12. *de matrim.c.*6.*n.*6. *Petr. de Ledes. de matrim. q.*66. *a.* 3. *col. penult. Lud Lop.*1.*p. instruct.c.*83. *col. antepen. vers. Ingressurus, &* 2.*p.* vbi de irregul.*c.*22. *in* 1. *specie irregularitatis, Manuel* 1.*to sum.*2. *edit.c.*158. *n.*4. *concl.*3. *Vivald. candel. sacram.*2.*p.* vbi de irregul. bigamiæ,*n.*6. Et ex Iurisperitis *Gl. c. Si cuius, in fine* 3 4.*d.* ait ita probabiliter dici posse. & tenent *Host. c. Inquisitioni. statim in princ. de sent. excomm. Card. ibi nu.vn. vers. Quid si reddit ad præceptum, Henric.c.*1.*n.*18. *de bigamis, & c. Significasti, n.*10. *de diuort. & c. fin. nu.*5. *de adult. Idem Host. sum.t. De bigamis, post arborem bigamiæ, q.*9. *& ibi Goffred.n.*9. *Alberic. in diction. lit. B. v. Bigamia. & lit. M. v. Matrim.* 8. *vers. Quid si aliquis, Domin. d.c. Si cuius, q. penult. & ibi Turrec. ar.*2. *n.*5. *Montaigna de bigam. q.*6.*n.*6. *Aufrerius decis. Capellæ Tholos.*235.*n.*4. *&* 256.*nu.*1. *Bernard. Diaz in pract. can. in nona edit.c.*16. *fin. & ibi Salzedo in addit fin. Alber. Trotius de vero & perfecto cleric.c.* 11.*n.*2. *Rosella v. Bigamia, n.*6. *& ibi Supplem. Pisanæ nu.*5. *Angel. n.*2. *Sylvest. statim in princ. Armilla n.*2. *Tabiena q.*3. *Nauar. sum. c.*16.*n.*27. *Covar. clem. Si furiosus, de homicid.*1.*p.*§.2.*nu.* 2. *vers.* 4. *Gatta repet.c. Ad limina,*30.*q.*1.§.4.*nu* 256. *Iul. Clarus l.*5. *recept.*§. *fin. in pract. crimin.q.*36.*n.*10. *Maiolus lib.*1. *irreg.c.*33.*nu.* 7. *Borgasius de irreg.p.*5.*t. de bigamis, n.*46. *Ant. Cucus l.*4. *instit. maior.t.*12.*n.*165. *Gutier. quæst. can.l.*1.*c.*25. *n.*15. *Flamin. de resignat. benef.l.*5.*q.*3.*n.*189. *Cenedo in collectan. ad decret.*166. *num. vlt.* Atque hæc sententia receptissima est apud omnes ferè Doctores.

Ad argum. num.16. proposita resp. Ad 1 dic, bigamiam 18
hanc non inducere rationem punitionis & pœnæ, & ita nil mirum esse, si contrahatur absque delicto, imò ob actum meritorium & obligatorium. Sicut iudex tenetur pœnam mortis reo inferre, atque illam inferens incurrit irregularitatem, non ex delicto, sed ex significationis defectu consurgentem. Ad 2.dic, illo actu nõ mereri & demereri respectu eiusdem. Quia meretur augmentũ gratiæ & gloriæ: demeretur autem respectu irregularitatis, nec hoc est propriè demereri: cum hæc irregularitas non sit pœna. Atque proinde hi effectus non sunt contrarij. Ad vltimum dic, longè diuersam esse rationem. Quia ius accusandi amittatur per copulam post adulterium habitam, eo quod cum illa sit actus amicitiæ, præsumitur ac censetur condonatio iniuriæ: quod habere nequit, vbi copula non est spontanea, sed præcepto iudicis coacta. At irregularitas incurritur, eo quod deficiatur à coniunctionis Christi non Ecclesiæ significatione. Ad quod nil refert copulam coactam esse.

DISPVTATIO LXXXV.

Qualiter incurratur irregularitas ex bigamia similitudinaria, eo quod in sacris constitutus aut professus vxorem ducat?

SVMMARIVM.

*Ducens viduam in sacris constitutus est bigamus & irregularis, n.*1.
*Quid si virginem ducat. Referuntur variè sent. n.*2. 3 4.
*Proponitur sententia Auctoris, n.*5.
*An desideretur copula, & qualis, ad hanc irregularitatem, n.*6.
*An professus matrimonium inierit sit irregularis. Refertur opinio, n.*7.
*Exponitur sententia Auctoris, n.*8.
*An exigatur copula, & qualis, n.*9.
*An hæc irregularitas oriatur ex delicto, n.*10.
*An qui votum simplex castitatis emisit, efficiatur irregularis, matrimonium contrahens, n.*11.
An laicus monialem professam ducens sit irregularis, n 12.

QVÆSTIONEM hanc difficilem reddit diuersus lo- 1
quendi modus Doctorum. Et quia non omnes loquuntur de clerico in sacris constituto, & de professo, & aliqui diuersimode de illis sentiunt, ideo prius sermonem habebo de clerico in sacris constituto, & deinceps de professo. Et quidem non cadit in dubium, quin clericus in sacris constitutus viduã cognitã à ptioti viro vxorem ducens, ac cum illa consummans, efficiatur irregularis. Id enim expresse decidit *c. fin. de bigamis*, vbi dicitur hunc non esse propriè bigamum, quod vnicum tantum matrim. idque irritum inierit, & sic non defecerit à significatione sacramenti matrimonij, sed ob affectum intentionis ineundi matrimonij, cum opere carnali subsecuto, esse irregularem instar bigami. Huius autem irregularitatis rationem reddam n.5.

2 Dubium autem est, de clerico in sacris constituto virginem ducente, an sit irregularis? Varios inuenio modos hanc irregularitatem explicandi. Quidam aiunt tunc sacris initiatum effici irregularem, quando ante ordinem contraxit vnum matrim. & post ordinem aliud; vtrumque consummans: secus si vnicum cum virgine ineat, ac consummet matrim. Quia textus hanc irregularitatem inducentes, loquuntur de constituto in sacris, qui duplex matrimonium iniit, licèt alterum ante ordinem sacrum, & alterum postea: vt *c. Nuper, de bigamis*, vel quando post ordinem ducit vnicam, viduam tamen: vt, *c. final. de bigam.* Et cùm sint pœnalia hæc, non sunt extendenda ad constitutum in sacris, vnicam, & eam virginem ducentem: eo vel maximè, quòd longè dispar ratio sit in his euentibus. Nam in primo & secundo eo nuptiæ efficerent bigamum & irregularem, laicum eas incuntem. Atque proinde verificatur in eis ratio reddita in illis textibus, nimirum, concurrere in eis affectum intentionis cum opere subsecuto ad nuptias de se bigamiam inducentes. At in vltimo casu, id matrim. nullam bigamiam laico infertet: ac proinde non inuenitur in clerico illud contrahenti affectus ad matrim. eo vitio laborans. Ita docent *Anton c. Nuper, n. 7 de bigam. & ibi Abb. nu. 3. Palac. 4. d. 27. disp. 4. col. 7. Enriquez. l. 14 de irregul. c. 4. flatim in princ. in comment & l. 12. de matrim. c. 6. nu. 10 in comment. lit. I.* Ita fauet valde *Toledo lib. 7 sum. cap. 8. fin.* vbi ait nullo textu probati hanc irregulatitatem clerici ineuntis matrim. & ita esse incertam; & fauent etiam alij, qui explicantes hanc irregularitatem, dicunt eam incurrere existentem in sacris, qui cum vidua vel secunda vxore contrahit, nec amplius explicant. Sic *Domin. c. vn. n. 6. & ibi Franc. nu. 5. de bigamis, in 6. Petr. de Soto fell. 18. de matr. pag. 4. vers. Hæc igitur, Anton. Cuc. l. 4 institut. maiorum, t. 12. n. 160. 161.* & similiter fauent *Goffr. sum. t. de bigam. n. 1 & Villadiego de irreg. c. 13. nu. 2.* explicant enim hunc esse irregularem, si ante ordinem quoddam matrim. post ordinem verò aliud contraxerit.

3 Alij aiunt, clericum in sacris contrahendo matrimon. esse suspensum, non ea suspensione, quæ irregularitatem inducat celebrando, sed esse suspensum instar cuiuslibet notorij criminosi: ac proinde si matrimonium non sit notorium, sed occultum, minimè indigere dispensatione. Ita *Hostiens. c. ap. Sane sacerdotes, n. 2. verb. Ex indulgentia, de cler. coniug. & ibi Abb. n. 2. Imol. n. 2.*

4 Alij distinguunt sic. Professus vel in sacris constitutus, propter duo est irregularis, primò ob similitudinem ad verè bigamum, & hoc modo solum est talis, quando corruptam ducit, aut quia si ordo non adesset, adhuc esset bigamus. Alio modo ratione præsumptionis de incontinentia; & ad maiorè sacri ordinis reuerentiam, & sic est irregularis, quamuis ducat vnicam & virginem. Ita *Syla. verb. Bigamia. in princ.* & ita conciliat diuersas de hoc opiniones.

5 At verius est, incurri hanc bigamiæ irregularitatem similitudinariæ, quamuis in sacris constitutus cum vnica & virgine contrahat. Probatur ex *c. 1 qui cleric. vel vouent.* vbi de diacono, qui vxorem accepit, dicitur posse Episcopum cum ipso post peractam pœnitentiam dispensare, vt diaconi officium exequatur. Et *c. 1 eod. tit.* de subdiacono, qui matrimonium iniit, decidit, vt si ad religionem transeat, concedat ei Episc. ascensum ad ordines superiores: quòd si transire nolit, minimè permittat eum in subdiaconatu ministrare, nec ad alios ordines promoueri, sed solum in minoribus ministrare. Ratio autem huius similitudinariæ bigamiæ ea est. Quia hic post matrim. similitudinarium initum cum Christo per votum solemne castitatis ordini annexum, de facto ad alias nuptias transiuit, eas consummans copula. Atque proinde verificatur in ipso ratio tradita in *c. Nuper, & c. fin. de bigam.* nimirum, dari quamdam similitudinem bigamiæ in hoc euentu propter affectum ad duplex matrimonium cum opere subsecuto. Quòd si nolis hanc irregularitatem appellare bigamiæ similitudinariæ, sed propter ordinis reuerentiam, & in pœnam incontinentiæ inductam, & sic velis conciliare Doctorum varias sententias, vt conciliat *Syluester n præced alleg.* non contradicam. Quia textus adducti probant hunc esse irregularem, at non probant hunc esse bigamum. Nec ad rem moralem confert, siue vnum, siue alterum dicamus, modo fateamur hunc esse irregularem. Nam licet dicamus esse bigamiæ similitudinariæ irregularitatem, tenebimus n. 10. non ob defectum significationis, sed ob delictum contrahi. At probabilius est, dici hanc irregularitatem bigamiæ similitudinariæ, ob rationem similitudinis dictam: & ita ferè omnes DD. allegandi numerant hanc inter modos bigamiæ similitudinariæ: quamuis alij ex citandis dicant eum esse irregularem, & non explicent modum. Et ideo hanc sent. sustinent *Gloss. fin. c. Sane sacerdotes, de cleric. coniug. Abbas c. 1. n. fin. qui cl. vic. vel von. & ibi Alex. de Neuo in fin. Astenf. sum. 2. q. 1. c. 7. a. vn. quæstiunc. 2. Monald sum. tractatu ne irregul.* vbi de irregular. propter bigamiam, *col. 2. vers. Itē si aliquis. Torrecrem. c. Lector, dist. 34. ar. 2. nu. 10. concl. 4. Rosella verb. Bigamia, n. 1. & 2. & ibi Armilla n. 7. Tabiena q. 3. Nauarr. sum. c. 17. n. 195. Couarr. Clem. Si furiosus 1. p. §. 2. num. 2. vers. 3. Maiol. lib. 1. de irreg. c. 33. n. 7. Vlamin. de resignat. benef l. 5. q. 3. nu. 190. Humada p. 1. l. 5. d. 5. super Gloss. 3. 4. nu. 1.* Et ex Theologis *Ricard. 4. dist. 27. a. 4. q. 1. corp. & ibi Palud. q. 4. a. 2. nu. 12. & a. 5. n. 35. Supplem. Gabr. q. 3. a. 1. ad fin. Ledesma 2. p. 4. q. 26. a. 2.* vbi de irregularitate, *col. 3. fol. 363. Toledo l. 1. sum. c. 16. num. 7. Valentia 4. p. disp. 7. q. 19. punct. 3. in 2. specie irregularitatis. Manuel 1. tom sum. 2. edit. c. 158. n. 1. paulo ante 2. conclu. Enman. Sa sum. verb. Irregularitas,* vbi de bigamia, *n. 4 Pibiart. de offic. sacerd. to. 1. p. l. 4. c. 7. Vinald. candel. Sacrament. 2. p.* vbi de irregular. bigamiæ, *nu. 12. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de irregular. *c. 22. in 1. specie, Graffis 2. p. decis. l. 4. c. 27. n. 38.* Quod idem supponunt alij disp. seq. n. 20. referendi, docentes posse Episcopum dispensare cum hoc clerico, quando virginem duxit. Eiusdem sent. videntur alij, qui indistinctè docent clericum sacris initiatum, ineundo matrim. effici irregularem. Hi sunt ex Iurisperitis *Abbas c. 1. nu. 3. qui clerici. vel vouent. & ibi Alexand. de Neuo n. 4. Hostiens. sum. 2. de bigamis, n. 3. Angelus verb. Bigamia, n. 7. Aufrerius decisione Tolosana 235. nu. 5. Rebuffus de pacifica possess. n. 194. Sylues. verb. Irregularitas, qu. 16. & verb. Matrimonium, 8. qu. 12. dict. 2. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 3. n. 1. Borgasius de irregul. p. 5. t. de bigamis, nu. 47. Ant. Cucus lib. 3. institut. maiorum, t. 12. nu. 214. Matienzo lib. 5. recopilat. t. 1. rubr Gloss. 1. n. 157. Zanellus in suis quæst. pract. q. 558. n. vnico.* Et ex Theologis *Durandus 4. d. 37. q. 4. nu. 7. & ibi Maiorus qu. 6. flatim in princ. Palud. 4. d. 37. q. 1. ar. 1. n. 8. & ibi Supplem. Gabr. q. vn. a. 2. concl. 4. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 8. post 2. concl. Soto 4. dist. 27. q. 3. a. 1. col. 3. vers. Septimus demum, & col. vlt. concl. 6. Celaia ibi q. 4 flatim in princip. Veracruz 2. p. speculi. art. 37. concl. 3. Anglos floribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 2. art. vlt. in princ. Azor l. 13. institut. moralium, c. 13 q. 6. Petrus de Ledesma de matrim. q. 66. art. 3. col. antepenult. & q. 64 a. 4. concl. 1. & q. 53. art. 3. paulo post princ. vers. Circa istum a. Barthol. à Ledesma dub. 73. de matrim. col. 2. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 49. col. 6. vers. Circa eandem, Vinald. candelab. Sacrament. 1. p.* vbi de matrim. *n. 230. Vega 1. tom. sum. c. 34. casu 5. Llamas methodo confess. 1. p. c. 12. §. 3.*

An verò requiratur copula, & qualis, ad incurrendam hanc irregularitatem; dixi hoc li. 7. disp. 83. n. 4. & duplici sequenti. 6

Hactenus egimus de clerico in sacris constituto matrim. contrahenti. Iam de professo ad nuptias transeunti agendum est. Quidam negant hunc irregularitatem incurrere. Quod ea irregularitas in iure non reperiatur: Nam *c. Quotquot, 27. q. 2.* cui oppositum asserentes innituntur, loquitur de solis feminis, quæ virginitatem promissam præuaricatæ sunt, interdicens eas inter virgines aut diaconissas consecrari. Sic *Enriquez l. 12. de matrim. c. 6. n. 10. Et Palacios 4. dist. 27. disp. 4. col. 7.* Idem sequitur quando cum virgine contraxit, secus quando cum corrupta. 7

Sed dicendum est idem prorsus quod n. 5. diximus de constituto in sacris matrim. contrahente. Quia eadem similitudo bigamiæ reperitur in hoc: cum post matrim. 8

simi-

similitudinariam per professionem cum Christo initum, affectet aliud matrim. contrahere. Et hoc colligunt ex c. *Quotquot*, 27. q. 2. quod est ex *Synodo Ancyrana ca.* 18. communiter DD. ita illum textum intelligentes, ibi. *Quotquot virginitatem pollicitam præuaricata sunt professione contempta, inter bigamos, id est, qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debebunt.* Vbi licet sermo sit de feminis, id à fortiori in viris procedit; Atq; ita esse irregularē hunc ex bigamia similitudinaria, quāuis vnicam & virginem ducat, tradūt ex Theologis *Ricard. Palud. vtroque loco, Supplem. Gabr. Ledesm. Valentia, Emman. Sa, Lud. Lop. Manuel, Philiarc. allegati n. 5. Toledo l. 1. sum. c. 26. n. 7.* Et ex iurisperitis *Montagna tract. de bigamia, q. 4. n. 4. & q. 6. n. 7. Turrec. Rosella, Armilla, Taberna, Navar. Mavol. Flamin. Assens. relati n. 5. Couar. Clem. Si furiosus, de homic. 1. p. §. 2. n. 2. vers. 3.* Et idem supponunt, quos refert disp. seq. n. 22. asserentes posse Episcopū cum hoc dispensare, quando cum virgine contraxit. Et eiusdem sent. videntur alii, qui indistincte tradunt professum ad nuptias transeuntem effici irregularem. Sic docent ex Theologis *Palud. 4. d. 37. q. 1. a. 2. n. 12. Durand. Maioris, Sotus, Celaia, Angles, Pet. de Ledes. Bart à Ledes. Vega Llamas, n. 5. allegati, Vinald. cand. libro sacram.* vbi de irregular. bigamiæ. *in 2. p. n. 3.* Et ex Iurisperitis *Specular. t. de dispensat. §. Iuxta, num. 6. vers. Et scias, Monald sum. tract. de irreg.* vbi de irregul. propter bigamiam. *col. 2. vers. Item, qui post votum, Alberic. Angel. Bergasius, n. 5 citati, Navar. l. 2. consil. de bigamis, in vtraque edit. cons. 1. nu. 6. Humada p. 1. t. 9. l. 5. super Glossa 33. nu. 2.* Eiusdem sent. sunt alii asserentes idem dicendum esse de hoc professo, quod de clerico in sacris constituto matrimonium ineunte. Hi sunt *Gosfredus sum. t. de bigamis, n. 1. Innoc. c. Nuper, in fine, eo. ti. & ibi Host. n. 4. Ioan. And. n. 4. Cardin. in fine, Bellamera q. 1. n. 3. Pet. de Soto lect. 18. de matrim. pag. 4. vers. Hæc igitur.*

9 An verò exigatur copula carnalis, & qualis; dixi hoc l. 7. disp. 83. n. 4. & duplici seq.

10 Hæc autem irregularitas clerici in sacris constituti, aut professi matrimonium ineuntis non oritur ex significationis defectu, sed ex delicto. Constat ex *c. Nuper, & c. fin. de bigamis* quæ late ponderaui disp. præced. nu. 6. aliis rationibus adductis ad hoc probandum. Et ita hanc esse ex delicto tenent *Ant. c. fin. n. 9. de bigam. & ibi Abbas n. 6. Enriquez l. 12. de matrim. c. 6. n. 11. Manuel 1. to. sum, 2. edit. c. 158. nu. penult. Vega 1. to. sum. c. 38. casu 1. fine.*

11 Aliqui extendunt hanc irregularitatem ad eum, qui post simplex castitatis votum ad nuptias transit. Sic *Paulus Bergasius de irreg. p. 5. t. de bigamis, n. 29. Maiolus l. 1. de irreg. c. 33. n. 7. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de irregular. *c. 22. in 1. specie irregularitatis.* Sed hoc non credo, cum non reperiatur in iure. Nec sit eadem ratio, quæ de professo matrim. contrahente: in quo etiam aliqui negant (vt nu. 7. retuli) nedum in votum simplex habenti.

12 Quare audiendi non sunt alii, qui dicunt eandem irregularitatem contrahere, qui ducit vxorem voto castitatis astrictam, quamuis ipse solutus sit. Hi sunt *Maiolus eo. c. 33. n. 8. Vinald. candel. sacram. 2. p.* vbi de irreg. bigamiæ, *nu. 14.* Sed meritò ab his discedit *Enriquez. l. 12. de matrim. c. 6. n. 10.* Quod nullo iure probetur.

DISPVTATIO LXXXVI.

An bigamiæ irregularitas extinguatur per baptismum, religionis professionem, vel dispēsationem, & quis in ea dispensare possit?

SVMMARIVM.

An irregularitas bigamia tollatur per baptismum? Remissiue, n. 1.
An tollatur per ingressum religionis, & alia irregularitates. Referuntur duæ sententiæ, n. 2 & 3.
Proponitur sententia Auctoris n. 4.
An Pontifex possit dispensare in irregularitate bigamiæ veræ: & quo iure sit indulta. Refertur quadam sententia, n. 5.
Declaratur opinio Auctor. n. 6.
Refutantur distinguentes in hoc, inter potentiam ordinariam & absolutam Pontificis, n. 7.
An possint Episcopi dispensare in irregularitate bigamiæ veræ vel interpretatiuæ. Referuntur variæ sent. 8 9. 10
Proponitur sententia Auctoris, n. 11.
Quid, si ea bigamia sit occulta, n. 12.
Quid, si bigamus transeat ad religionem, an possit Episcopus in illa dispensare n. 13.
Quid, quando necessitas ministrorum urgeret apud Indos, n. 14.
Satisfit argumentis, n. 15.
An in bigamia similitudinaria clerici incuntis matrimonium possit Episcopus dispensare. Referuntur variæ opiniones, n. 16. 17. 18. 19.
Proponitur sententia Auctoris, n. 20.
An possit Episcopus dispensare, vt clericus in sacris constitutus videam ductus, obtineat beneficium, n. 21.
An integrum sit Episcopo dispensare in irregularitate bigamiæ similitudinariæ professi matrimonium ineuntis, n. 22.
An possit Episcopus dispensare in hac bigamia similitud. varia occulta, num. 23.
An ad imponendum in bigamia dispensationem, sit opus explicare iterum vel quaternas nuptias intermisisse, an sufficiat binas vel bigamiam simpliciter explicare. Et quid si contingat simul bigamia similitudinaria & interpretatiua, n. 24.

QVando per baptismum deleatur irregularitas bigamiæ, satis dixi disp. 83. n. 8. & seq. Quare in præsenti solum discutiendum est, quando tollatur per religionis professionem aut dispensationem. 1

Et quidem loquendo de professione religionis. *Ant. c. fin. nu. 9. de bigamis, & ibi Abbas n. 2.* sentire videntur, bigamiæ irregularitatem contractam ante religionis professionem deleri hac emissā, secus si postea contracta sit. Addunt; non deleri similitudinariam clerici in sacris constituti incuntis matrimonium: eo quod irregularitas hæc ex delicto oriatur. 2

Alii è contra aiunt, per professionem deleri omnem irregularitatem ortam ex proprio delicto: secus de ea, quæ ex significationis defectu consurgit. Ita *Glossa fin. c. 2. de apostatis.* 3

Cæterū dicendum est nullam deleri irregularitatem, præterquam in casibus in iure expressis, nimirum, quando oritur ex defectu natalium, id est, eo quod quispiam illegitimus sit. Constat, quia *cap. 1. de filiis presbyt.* tamquam quid speciale decernitur, tolli hanc irregularitatem defectus natalium, & quidem non omnino, sed quoad ordines recipiendos: manente dignitatum incapacitate. Ergo secus est in aliis irregularitatibus, quas tolli non est in iure expressum. Fatentur tamen DD. huius sent. professionem religionis causam facilioris dispensationis præbere. Huius sent. sunt *Abbas c. 2. fine, de apostatis, & ibi Ananias si. Sotus c. Ad audientiam, col. vlt. de homicid. Sylues. v. Irregularitas, qu. fin. Et ibi Armilla n. 88. Angelus v. Irregularitas vltimo, nu. vii. Villadiego de irregul. cap. 16. n. vii. vers. Vlterius quæro, Couar. Clem. Si furiosus, de homicid. 1. p. §. 2. n. 6. Enriq. l. 14. de irregul. c. 17. n. 2.* Atque non deleri hanc irregularitatem bigamiæ affirmant etiam *Sotus 4. d. 25. q. 1. a. 3. col. 2. & Flamin. de resign. benef. lib. 5. q. 3. n. 194.* Subdit *Sotus ibi* vsu obtentum esse, vt omnis irregularitas quoad ordinum susceptionem aboleatur professione religionis: dempta ea, quæ ex bigamia aut homicidio voluntario proficiscitur. Sed iure optimo ab eius sent. recedit. *Enriquez l. 14. de irreg. c. 8. nu. 10.* Quod non constet de eo vsu.

Circa dispensationem autem, quidam negant Pontifici summo integrum esse, in hac bigamiæ vetæ irregularitate dispēsare. Quod vitium bigami consurgat ex defectu Sacramenti, quod tollere non subest potestati pontificiæ, Secundò, quia hæc irregularitas habetur ex iure diuino. Iuxta illud *D. Pauli 1. Tim. 3.* vbi admonet Episcopum debere esse vnius vxoris virum, id est, nō bigamum: vbi nomine Episcopi omnes sacerdotes comprehendit. Et ideo *c. 2. de bigam.* decernitur propter hoc Paulinū testimonium non licere cum bigamis dispensare. Sic videtur tenere *Gl. c. 2. v. Dispensare, de bigam.* Alii verò licet concedant irregularitatem hanc esse de iure diuino, admittunt tamen Pontificem posse dispensare. Ita *Petr. de Soto lect. 18. de matrim. pag. 3. vers. Ex quibus denique, & pag. 5. vers. Restat iam.* 4

Cæterum absq; dubio tenendum est, irregularitatem hanc solo iure Pontificio inductam esse: ac proinde posse Pontificem in ipsa dispensare. Ducor, quod in lege Euangelica nullum præceptum diuinum positiuum existat, 5 6

præter fidei & Sacramentorum præcepta, (vt probaui disp.52.n.2. Cùm ergo hoc non pertineat ad materiam & formam Sacramentorum, nec ad ipsa suscipienda sub præcepto, & non sit naturale, non erit diuinum positiuum. Deinde, quia licet irregularitas hæc sit inducta à D. Paulo, est tamen de iure humano. Quia Apostoli erant etiam Episcopi, & vt Apostoli condebant S. Scripturam; vt Episcopi verò leges Ecclesiasticas: vt *Actor. 15.* & consilia præbebant, vt *1. Corinth. 7.* Nec obstat Pontificem non posse auferre defectum significationis Sacramenti. Quia ad dispensandum id minime desideratur, sed solum vt Pontifex tollat irregularitatem ex eo defectu ortam. Nec similiter obstat textus *c. 2. de bigam.* ibi enim dicitur non licere dispensare: ita vt verbum, Non licet, importet difficultatem, non autem impossibilitatem. Atque ita sensus est, non facilè & absque graui causa dispensari posse vel die non licere Episcopis inferioribus, qui Pontificem consulebant, an possent ipsi bigamos promouere. Rursus probatur hæc sent. Quia *cap. Lector, d 34.* Martinus dispensauit cum bigamo, vt subdiaconus fieret. Et *ibi Gl. v. Fiat*, refert Lucium dispensasse cum Episcopo Panormitano, qui bigamus fuerat. Deinde, quia etiam *D. Paulus, 1. Tim. 3.* petit Episcopum non percussorem. Et tamen nullus negat dispensationem in hoc Pontifici. Item, quia in Conc. Gangrensi dispensatum est in statuto Apostolorum, qui statuere presbyterum ob crimen fornicationis deponendum esse, *c. fin. 81. dist.* cuius oppositum fuit *eo. c. fin.* decretum. Et ideo hanc sent. sustinent *D. Th. 4 d 27 q. 3. a. 3. corp. & ibi Ricardus a. 4. q. 4. Palud. q. 4. a. 5. n. 33. Maioris q. 6. concl. 2. Supplem. Gab. q. 3. a. 3. dub. 4. Sotus q. 3. a. 5. concl. 1. Medina C. de iniunc. qu. de dispensatione in Quadragesima, vers. His tamen non obstantibus*: & reliqui omnes Theologi. Et ex Iurisperitis, *Gl. d. a. Lector, v. Fiat. Et ibi Archid. n. 2. & Turrec. a. 1. nu. 2. Speculat. t. de dispensatione, §. Iuxta. nu. 3 & 4. Goffred. sum. t. de bigam. n. 11. & ibi Host. ad fin. Et idē Host. c. 2. n. 4. to. t. & ibi Innoc. n. 2. Io. Andr. à n. 9. Ant. n. 9. Abb. n. 6. Card. q. 2. Anhar. n. 2. Bellauera n. 1. Henricus c. 1. de bigamis, nu. 22. & seq. Idem Anchar. c. vn. n. 6. de bigam. in 6 & ibi Francus nu. 4. lex reg. 5. t. 5. p. 1. & ibi Greg. Lop. v. Dos mugeres, Ananias c. Si vir, n. 3. de adulter. Staphileus de lit. gratiæ col. vlt. Couar. Clem. Si furiosus, de homicid. 1. p. §. 2. num. 4.* Et reliqui omnes Iurisperiti, & Summatum auctores, vt *Angelus v. Bigamia, n. 8. Syluest. ibi q. 6. Tabiena q. 7. Armilla n. 9. Nauar. sum. c. 27. n. 197.*

7 Nec audiendi sunt *Henricus & Staphileus num. precedenti allegati*, qui hoc limitant, vt Pontifex possit potestate absoluta dispensare, secus ordinaria. Quos bene reprobat *Couar. eo. n. allegatus*. Quia cùm hæc irregularitas sit ex solo iure humano, potest Pontifex potestate sua ordinaria illi derogare.

8 Potissima autem quæstio est de facultate Episcopi circa dispensationem in bigamiæ irregularitate. Et quidem loquendo de bigamia vera vel interpretatiua, variæ sunt sententiæ, quas refert *Gl. c. 2. v. Dispensare, de bigam.* Sed potissimæ sent. sunt quatuor. Prima ait posse Episcopos dispensare etiam quoad maiores ordines. Probat, quia Episcopi dispensant cum criminosis, *cap. At si clerici, de iudiciis*, qui instar bigamorum sunt, & pariter *Apostolus 1. Timoth. 3.* interdicit eis promotionem ad ordines. Hanc refert tacito Auctore *Glossa citata*.

9 Secunda sent. sustinet non posse Episcopum dispensare cum huiusmodi bigamis etiā ad ordines minores. Ducitur quod *c. vn. de bigam. in 6.* desumptum ex Concil. gen. Lugdunensi, interdicit bigamis in minoribus ordinibus constitutis deferre tonsuram clericalem: nec committit dispensationem Episcopo. At hic nequit in decreto generalis Concilii dispensare, nisi specialiter sibi committatur (vt tradit communis sent. *c. At si clerici, de iudiciis.*) Et confirm. quia *Trident. sess. 23 de reform. c. 17. fine*, statuit minorum ordinum munia obeuntes debere esse cœlibes, & non bigamos. Hanc tenent *Ioann. And. c. vn. de bigam. in 6. n. 1. vers. In glossa 2.* ibi, *Lector. Et ibi Anchar. n. 6. Dominicus n. 5. vers. In fine glossæ, Francus num. 4.* quamuis enim non explicent de qua bigamia loquantur: at loquuntur de bigamia, de qua illa textus: qui de vera & interpretatiua intelligitur, teste *ibi gl. v. Bigamos.* Idem tenēt loquentes de bigamia vera, *Ioan. And. c. 2. in fine, de bigam. Et ibi Card. fine, Anhar. n. 2.* Idem de vtraque bigamia tenet *Lud. Lop. 2 p. instruct.* vbi de irregul. *cap. 22. in 1. irregularitatis specie.* Idem docent indistinctè loquentes de bigamia *Ant. c. 1. n. 8. de bigam. & ibi Abb. nu. 5. Sot. Villadiego de irregul. c. 16. n. vn. vers. Episcopus, Supplem. sum. Pisana v. Bigamia, n. penult. & ibi Angel. n. 8. Greg. Lopez l. 5. v. Dos mugeres, t. 5 p. 1. Flamin. l. 5. de resign. benef. q. 3. nu. 196. Toledo l. 1. sum. c. 26. n. 8. Humada p. 1. t. 5. l. 5. gl. 33. n. 3.* Et ita esse regulariter, licet possit Episcopus dispensare sustinenti legitima & euidenti causa, vt nobilitate, scientia, tradit *Lud. Gomez in tractatu Breuium, n. 21.* Et posse tantum hanc dispensationem admitti, quando metus laicus bigamiam contraxit, qui nondū statum aut priuilegiū clericalia habuit, secus quando clericus, vtpote qui iam omne priuilegium amisit, tradunt *Henricus c. 1. de bigam. n. 26. Couar. clem. Si furiosus, de homicid. 1. p. §. 2. n. 4. Salzedo addit. ad pract. Bernardi Diaz. c. 16. v. Dispensare.* Addunt *Couar. & Salzedo* posse etiam cum clerico dispensare, vbi maxima dispensandi causa subesset. Et subdit *Couar.* adhuc in his casibus rem esse valde dubiam.

Tertia sent. ait non posse etiam quoad ordines minores recipiendos dispensare Episcopum cum bigamo vero vel interpretatiuo: at posse admitti vt valeat dispensare in vsu ordinum minorum antea receptorum: per *c. Lector. d. 34.* Ita tradunt *Nauar. sum. c. 27. n. 197. Valentia 4 p. d. 7. q. 19. puncl. 3. in 1 specie irreg. Manuel. 1. tom. sum. 2. edit. c. 158. concl. 5. n. 6. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. l. 4. c. 7. fin. Emm. Sa sum. v. Irregularitas*, vbi de bigam. *in fin. Vega 1. to. sum. c. 38. casu 1. Vizcand. sacram. 2. p.* vbi de irreg. bigamiæ, *n. 34.* 10

Vltima sent. (cui tamquam probabiliori adhæreo) asserit, nullatenus integrum esse Episcopo quoad sacros ordines dispensare: secus quoad ordines minores suscipiēdos, susceptisq; vtendum. Probatur ex *c. Lector. d. 34.* quod est ex Martino Papa, ibi: *Lector si vidnam alterius vxorem acceperit, in lectoratu permaneat, aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat. Nihil autem supra. Similiter & si bigamus fuerit.* Vbi si sermo esset de solo Pontif. non esset verum in solo subdiaconatu posse eum dispensare. Et quamuis in principio dicat textus, *in lectoratu permaneat*: & sic solum videatur Episcopo concedere facultatem dispensandi in vsu ordinis minoris antea recepti. At mox subdit *aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat.* Vbi aperte cōceditur Episcopo facultas dispensandi in subdiaconatu recipiendo, occurrenti legitima causa. Quia tunc temporis non erat ordo sacer (vt notat *Goffred. sum. tit. de bigamis, in fine, & Host. in fine.*) Et ratio est. Quia cum sacris ordinibus sit votum castitatis solemne annexum, per illos deputatur quispiam simpliciter & perfectè diuino cultui, ita vt amplius resistendi facultas non supersit. Quod secus in ordinibus minoribus contingit. Et ita non est cur citra hos denegetur Episcopo facultas dispēsandi. Et ideo huius sent. sunt ex Theologis *D. Thom. 4. d. 27. quæst. 3. art. 3. corp. & ibi Albertus Magnus art. vltim. Durandus quæst. 4. in fine corp. Palud. qu. 4. a. 5. num. 35. Supplem. Gabr. q. 3. fine, Sotus q. 3. a. 3 concl. 2. Petrus de Soto lect. 18. de matrim. p. 5. vers. Refiat tam. Palacios 4. d. 27. disp. 4 col. 14. Angles loribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 1. a. vlt. diffic. 1. concl. 2. Enriquez l. 12. de matrim. c. 6. n. 11. Petrus de Ledesm. de matrim. q. 66. a. 5. concl. 3. Graffis 1 p. decis. l. 4. cap. 27. num. 38. Barth. à Ledesma de matrim. dub. vlt. col. penult. Llanas methodo curat. 1. p. c. 12 §. 3.* Et ex Iurisperitis *Glossa c. 2. verb. Dispensare, in fine, de bigam. Et ibi Hostiens. paulo post princip. & in summ. eo. t. in fine.* Et ita fortè esse tenet *Archid. d. c. Lector, num. 1.* Et tenent etiam *Albericus in dictionar. lit. B. verb. Bigamia, ad fin. Astensis 2 p. sum. l. 6. t. 7. a. vn. q. 7. Monaldus summ. tract. de irregul.* vbi de bigamia, *ad fin. Turrec. d. c. Lector, a. 2. num. 7. concl. 1. Syluest. v. Bigamia, q. 7.* Vbi *Armilla nu. 9. Tabiena qu. vlt. Borgasius de irregul. p. 5. tit. de bigamis, num. 8.* Idem saltem in aliquo casu tenent quidam DD. (vt retuli nu. 4. fine.) Idem quando bigamia est interpretatiua, secus quando vera, 11

tenet,

tenet *Anton.Cucus l.4.institut.maiorum,tit.12.nu.186.187.*

12 Aliqui temperãt priorem partem huius sent.nimirum, non posse Episcopum cum bigamo ad ordines maiores dispensare,vt intelligatur,nisi bigamia occulta sit:tunc enim poterit.Ita docent *Palud.Supplem.Gab.Tabiena, Armill. n.prac.allegati,Turrec.c.Lector,d.34.a.2.n.11.concl.5.* Qui sublimitat cum Paludano, quando ea bigamia occulta consurgit ex facto,quod suapte natura occultũ est. Vt si quis vxorem occulte adulteram cognoscat.Secus facto existẽti occulto per accidens,cum suapte natura publicum esse deberet. Vt si bigamia consurgat ex matrim.clandestino. Sed cui fundamento innitatur hæc limitatio, me latet: & ideo illam non admitto. Verum quando est bigamia interpretatiua ex delicto consurgens (qualem disp.84.n.6. diximus esse,quæ oritur ex duplici matri.neutro existente valido,aut altero valido,& altero irrito) si delictum sit occultum,potest Episcopus dispensare. Quia *Trident.sess. 24.de reform.cap.6.* concedit Episcopis facultatem dispensandi in omni irregularitate ex delicto occulto, dempto homicidio voluntario . Et ita loquens de hac bigamia contracta ob duplex matrim. irritum, sentit *Enriq.l.12.de matrim.c.6.fine.* Et ita limitationem dictam reprobat *Lud. Lop.n.seq. allegandus.*

13 Alii temperant eandem priorem partem,nisi bigamus ille ad religionem transeat: tunc enim dicunt posse Episcopum dispensare. Sic referunt aliquos tenere,nec improbant *D.Th.Durand. Alberic.Sylvest.Tabiena, Armilla.nu.11. allegati.* Et tenet *Albertus Magnus 4.d.27.a.vlt. Enriq. l.12. de matrim.c.6.n.11.Vivald.candel.sacr.sum.2.p.* vbi de irregul.bigamiæ,*n.24.* Et dicit *Enriquez* fauere *c.1.qui clerici, vel vouen.* & intelligi hoc, si ex licentia sui prælati subiiciatur religiosus,qui exemptus est, Episcopo. Verum nec ille textus fauet , vtpote qui loquitur de bigamia similitudinaria. Nec video qua ratione aut textu possit prædicta limitatio probari.Nec id more & vsu probatur.Vt testantur *Palud. 4.d.27.q.4.a.5.n.35 Supplem.Gab.ibi,q.3. ad fin. Sotus q.3.a.3. in fine corp.Turrec.c.Lector,d.34.a.1.nu.9.concl. 3. Lud.Lop.2. p. instruct.* vbi de irregul.*c.22. in 1 specie irreg. Barth.à Ledes. dub. vlt.de matrim.ad finem.*

14 Tandem alii limitant , nisi necessitas vrgeat ob ministrorum penuriam, vt apud Indos: poterit enim tunc Episcopus dispensare vt bigamus ad subdiaconatum promoueatur.Probant ex *c.Lector,d.34.* vbi ea facultas conceditur Episcopo. Nec obstat tunc subdiaconatum non fuisse sacrum ordinem. Quia quamuis iam inter sacros ordines ascriptus sit, nullibi ea iuris dispositio sublata inueniturnæ proinde seruanda est.Ita docent *Palud. & Supplem.Gab.in prac allegati.Turrecr.co c.Lector , a.2.n.8.* Idem sequitur *Enriqu.lib.12.de matrim.c. 6.n.11.* alio tamen ductus fundamento,nimirum ob tacitam Pontificiam commissionem ratione vrgentis necessitatis.Cæterùm posse Episcopum iure ordinario per *d.cap.Lector,*(vt priores volunt Auctores)nullo modo admitto.Sed credo cũ DD.nu.11. allegatis non posse. Quamuis enim ea textus decisio non inueniatur expresse correcta. At tacitè correcta creditur: cùm omnino causa illius cõcessionis cessarit, effecto iam subdiaconatu ordine sacro, instar aliorum : & sic eadem est ratio de illo,ac de aliis ordinibus sacris. Ad quos constat ex verbis expressis Pontificis *eo cap. Lector,* denegatam esse facultatem dispensandi Episcopo. At posse ex tacita Pontificis dispensatione Episcopum in hoc dispensare, (vt voluit *Enriquez*)quando ingens vrgeret necessitas penuriæ ministrorum , nec esset aditus ad Pontificem, ob magnam loci distantiam,placet vtique propter rationem generalem,ob quam in simili necessitate probauimus l.2. disp.40.nu.3.posse Episcopum in lege Concilii generalis vel Pontificia dispensare.Sed non video cur hæc facultas sit tunc ad subdiaconatum restringenda. Sed poterit in omnibus sacris ordinibus dispensare.Quia eadem necessitatis ratio militat.Imo necessitati fidelium ob ministrorum penuriam nullatenus consulitur, nisi Episcopus ad sacerdotium dispenset.Quia soli sacerdotes possunt conficere Eucharistiam,excipere confessiones, ac Extremam vnctionem ministrare. Quæ sunt Sacramenta, quibus fideles indigent.

Ad argum.primæ contrariæ sent.n. 8. propositum dic 15 cum *Gl.c.2.v.Dispensare,de bigam.* aliud considerasse Apostolum,quando criminosum ad ordines promoueri interdixit,& aliud quando bigamum.Quippe illum excluserit ob personæ indignitatem , quæ pœnitentia aboletur. Et sic non mirum, si possit Episcopus dispensare.At hunc, ob defectum significationis, qui per pœnitentiam minime restauratur. Ad argum.2.sent.nu.9 propositum dic, eum textum non probare intentum. Quod tantum decidat bigamos omni priuilegio clericali nudatos esse: at de dispensatione mentionem non facit.Atque ita intelligi debet, dum non obtinuerint legitimam bigamiæ dispensationem. Et eodem modo dicendum est ad confirmationem.Quare bene ait *Enriquez l.12. de matrim.c.6.nu. 11.in comment.lit.T.* non auferri per id decretum facultatem iure Episcopis concessam ad hanc dispensationem. Ad *c.Lector,*cui innititur tertia optnio n.10.relata, constat ex dictis,n.11.

Hactenus de dispensatione in vera vel interpretatiua 16 bigamia discussum est. Iam de dispensatione in similitudinaria clerici in sacris constituti ineuntis matrimon. est differendum.Qua in re variæ sunt sent. Quidam negant Episcopo facultatem dispensandi , quamuis clericus ille vnicam ac virginem duxerit. Ducuntur,quia *cap.Nuper,de bigamis,* dicitur non licere cum clericis ineuntibus matrimonium dispensare.Sic *Maiolus l.1.de irreg. c.35.n.7.*

Aliis placet, si in sacris constitutus maneat in sæculo, 17 non posse Episcopum dispensare: secus si religionem ingrediatur.Sic reprobata distinctione communi Glossæ.& aliorum,ita concordantes *c.1.& 2.qui clerici,vel vouen.* docent *Ioan.And.eo c.1.n.2.& eo c.2.fin.& ibi Card.in fin.*

Alii censent tunc posse Episcopum dispensare, quan- 18 do contrahit cum virgine vel vidua , & eam non cognouit,secus quando cognouit. Sic *Anton.c.1. qui clerici vel vouent.n.8.& c.2.fin* atque ita textus illos conciliat. Sed hoc iam reprobaui disp. 83.nu.5. vbi probaui nullam ineunti bigamiam absque copula: acproinde non opus erit dispensatione.

Tandem alii volunt posse Episcopum dispẽsare,quam- 19 uis corruptam duxerit. Sic supponere videtur *Enriq. l.12. de matrim.c.6.n.11.* vbi ait difficilius dispẽsare Episcopum, quando clericus cum vidua alias corrupta contraxit. Et *Palacios 4.d.27.disp.4.col.15.* ait quanto ante ordinem sacrum nullo matrim. copulatus est, sed postea corruptam duxit posse Episcopum dispensare, non vt promoueatur hic ad vlteriores sacros ordines, sed vt in susceptis ministret. Addit tamen statim quasi dubitans, quale quale sit hoc,iurisperitorum esse decernere.

His tamen minime obstantibus,sic distinguendum est: 20 Si clericus ille cum vnica & virgine contraxerit,potest Episcopus dispensare:secus si cum vidua vel corrupta , vel duplex iniit matrim. Et posse Episcopũ dispensare quãdo cum virgine contraxit,probatur, ex *c.Sane sacerdotes, de cler.coniug.* ibi: *Sane Sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt , post longam pœnitentiam & vitam laudabilem continentes, officio suo restituti poterunt.& ex indulgentia sui Episcopi eius habere executionem.* Et *c.1.qui cler.rel vou.* dicitur posse Episcopum diacono,qui vxorem accepit,post peractam pœnitentiam ei reddere dispensatiue diaconatus officium. Et quamuis textus hi non explicent, quando cum virgine & vnicum est initum matrim.sunt ita necessario intelligendi, ne aduersentur duplici textui negãti in his casibus dispensationẽ.Quippe *c.Nuper de bigam.* dicitur non licere cum clericis dispensare,qui in sacris constituti secundas mulieres sibi matrimonialiter coniũxere.Et *c.fin.eo.t.* dicitur non licere dispensare,quando tales clerici cum vidua cõtraxerunt.Et ratio huius sententiæ redditur à *Couar. statim allegando,*quod hic clericus ducens virginem,nec verus, nec interpretatiuus , ne fictus bigamus sit, quamuis apelle-

tur,

tur bigamus, saltem secundùm aliquam significationem ac similitudinem, eo quod indigeat dispensatione. Nec obstat textus *c.2.qui cler. vel vou.* vbi solum conceditur Episcopis facultas dispensandi cum his clericis, quãdo verè pœnitentes sunt, ac religionem ingrediuntur. Quia is textus intelligitur de consilio: iure enim suo potest Episcopus dispẽsare, vt dicitur *c.1.eo.t.* Sic explicant *Gl.eo.c.2.v. In subdiaconatu.* Et ibi *Innoc.n.vn.* Et ideo hanc sententiam sustinent *Gloss.c.1.v.Dispensatione, & c.2.v.In subdiaconatu, qui cler.vel vou. & c.Sanè sacerdotes, v.Ex indulgentia, de cler.coniug. & c.Nuper, v.Dispensari, de bigam. Abb.d.c.2.in fin. & ibi Alex. de Neuo in fin.Anchar.c.1 nu.1.notabil.2.qui cler. vel vou. Et ibi Præpos.n.8. Ant.d.c.Sane sacerdotes, in fin. Astensis sum.2.p.l.6.t. 7 ar.vn.quæstionc.2. Monald.sum.tract de irregul.* vbi de bigamia, *col.2.v.Item si aliquis, Turrec.c.Lector,d.34.a.2.n.10. concl. 4.Rosella v.Bigamia,n.2. Et ibi Angelus nu.9. Sylvest.q.8.Tabiena q.vlt.Armilla n.9. Covar. clem. Si furiosus de homic.1.p.§.2.nu.2. vers.1.Nau.sum.c.27.n.197 fin. Borgasius de irreg.p.5.t.De bigamis,n.9. Ant.Cucus l.4.instit.maior.t.12.n.188.* Et ex Theologis, *Palud.4.d.27.q.4.a.2.n.12. & a.5.n. 5. Toledo lib.1.sum. c. 26.n.8. Pet.de Ledesm.de matrim.q.66.a.5 fin. Valentia 4. disp.7. q.19.punct.3.in 1.specie irregularitatis in fin. Phuiarc. de offic.sacerd.to.1.p.1.li.4.c.7. fin. Emman.Sa sumv.Irregularitas,* vbi de bigamia, *nu.4. Lud.Lop 2 p.instruct.* vbi de irregular. *c.22.in prima specie irregularitatis.* Temperant autem *Angelus, Sylvest, Rosella, Armilla,* dummodo clericus ille pœnitens sit, alias non poterit Episcopus dispensare: per *c.2.qui cler. vel vou.* petens hanc cõditionem, vt possit Episcopus dispensare. Sed iam dixi ex mente Glossæ & Innocentii, conditionem eam peti ex solo consilio. Quod idem non obscurè significant *Abbas & Alex.de Neuo proxime allog.* tantùm enim dicunt non debere Episcopum dispensare, quando clericus ille pœnitentiæ signa minimè exhibet.

21 Intellige autem non posse Episcopum dispensare cum clerico in sacris constituto viduam ducente, quoad officium, secus in beneficio: per *c.Presbyterum, d.28.* quod est ex 6.Synodo in Trullo *cap.26.* ibi: *Presbyterum non legalibus nuptijs detentum cathedram quidem habere, sed ab officio abstinere præcipimus.* Vbi *Gl.v.Habere,* ait beneficium hunc retinere, sed abstinere debere ab officio. Et sic docent *Ioan. And. c.fin.in fin.de bigam. & ibi Ant.fin.Card.oppositi 2. Abbas fin.Bellamera in fine.*

22 Similiter poterit Episcopus dispensare in irregularitate bigamiæ similitudinariæ professi transeuntis ad matrimonium. Propter eandem rationem, ob quam potest cũ clerico. Et hoc quando cum vnica & virgine contraxit, secus quando cum vidua, vel duplex iniit matrimoniũ (vt n.20. diximus de clerico ineunte matrimonium.) Atque ita docent *Supplem.Gabr.4.d.27.q.3.a.3. ad fin. Palud. vtroque loco, Turrec. Rosella, Emman.Sa, Lud.Lop.citati n.20.* Quamuis *Astens.ibid.allegatus* oppositum sustineat. Hoc tamen intelligendum est, quando professus est exemptus, si ex licentia sui superioris subijciatur Episcopo. Vt in simili retuli ex *Enriquez n.13.*

24 Poterit etiam Episcopus dispensare in hac irregularitate similitudinaria bigamiæ, si ex delicto occulto oriatur per *Trident.sess.24.de reform.cap.6.* Quia eam ex delicto, & non ex significatione oriri probaui in disp.præced. n.10. Et ita docent *Manuel 1.to sum.2.edit.c.158.n.penult. Vega 1.to sum.c.38.casu 1.fin.* Quod est verum, quamuis clericus ille in sacris constitutus aut professus viduam duxerit post sacrum ordinem, vel professionem, cùm antea nullo matrimonio iunctus esset. Quia hic ex sola bigamia similitudinaria est irregularis. Matrimonium enim vnicum irritum cum vidua non inducit interpretatiuam bigamiam, (vt probaui disp.84.n.11.) Imò idem dicendum est, quando ante ordinem sacrum, vel professionem, vnicum matrimonium validum cum virgine contraxit, & post ordinem, aut professionem, aliud irritum cum quacumque. Vel ante ordinem & professionem duxit viduam vel corruptam inualide, & postea aliud matrimonium iniit, ordine iam suscepto, aut professione emissa. Vel post hæc contraxit plura matrim. cum quacumque femina. Quia in his euentibus cùm duo matrimonia non inueniantur valida, nec vnicum validum cum corrupta, solum reperitur, vltra bigamiam similitudinariam, alia interpretatiua: & cũ hæc quoque ex solo delicto consurgat (vt probaui disp.84.n. 6.) & illud sit occultum, poterit Episcopus in vtraq; dispensare: iuxta concessionem *Trident.eo c.6.*

25 Tandem obseruandum est, in dispensationis bigamiæ impetratione non esse necessariam mẽtionem ternarum vel quaternarum nuptiarum, aut vlteriorum, sed satis est referre binas nuptias. Quia nullus textus trigamiæ meminit, sed solius bigamiæ. Præterea, quia adeò incapax est ordinis suscipiendi ac præsentandæ coniunctionis Christi cum Ecclesia trigamus, ac bigamus. Item, quia iudex plures latrones suspendens, non opus est in dispensatione impetranda, vt mentionem faciat de illis, sed satis est dicat se morte damnasse hominem. Et ita docent *Nauar. l.1.constit.de bigamis, in vtraque edit.toto conf 2. Enriquez lib.12. de matrim.cap.6.num. 9.* Quamuis contrarium significet *Maiolus lib.1.de irregul.cap.33. ad finem,* ait enim tot posse multiplicari in bigamo connubia, vt nulla omnino expectanda foret dispensatio. At non satis est, se esse bigamum explicare: sicut nec esse illegitimum vel affinem. Sunt enim variæ bonum species. Similiter est necessario facienda mentio bigamiæ veræ & interpretatiuæ, & similitudinariæ, si simul concurrant. Quia sunt diuersæ species. Vt si duo quispiam iniit matrimonia valida, & alterum cum corrupta. Quia adest bigamia vera, ratione duplicis matrimonii, & interpretatiua, eo quod alterum cum corrupta fuerit: & sic in reliquis casibus, in quibus plures species concurrerint. Nam omnium mentio facienda est. Quòd amplius constabit ex tradendis libro sequenti, vbi cõsanguinitatis & affinitatis concurrentium, vel plurium consanguinitatis graduum, mentionem faciendam esse probabimus.

DISPVTATIO LXXXVII.

Quæ sint pœnæ iure ciuili secundis nuptiis intra luctus annum contractis statutæ: & an sint iure canonico correctæ?

SVMMARIVM.

Explicatur veritas quæstionis: & quæ disputentur, n.1.
An eum hic luctus ab numeretur à die mortis viri secundæ, n. 2.
An vidua anno luctus nubens sit ipso iure infamis, & an hoc pœnis non sit necessaria iudicis sententia, n.3.
An possit dare posteriori vxori vltra tertiam bonorum partem: & quid exactiones, & an hæc sit deducta legatis computanda, n.4.
Quid si ipse testator instituat posteriorem virum hæredem, n.5.
An mulier infra annum, & postea viduus nubat post annum, possit huic viro vltra tertium bonorum reliquere: n.6.
An nubens eo anno luctus sit expers successionis relicti, & donationis, & hæreditatis repetitio extranei, n.7.
An teneatur sic accepta restituere. Et traditur regula, quãdo lex reddat incapacem quemquam hæreditatis, & tenetur eam restituere, n.8.
An hæc pœna intelligatur de relictis à quouis extraneo, vel cognato, num.9.
An priuetur omnibus relictis à viro, etiam in conscientia, n.10.
Quid de accepto titulo donationis à viro, n.11.
An perdat ante sententiam sponsalitium largitatem, n.12.
An amittat habita à priori viro titulo oneroso n.13.
An mulier viduam intra annum luctus amittat hæc, nn.14.
An priuetur successione ab intestato prædicta vidua, n.15.
An teneatur mediatatem suorum bonorum dare filijs prioris matrimonij, n.16.
An eximantur ab his pœnis si sit minor, n.17.
Quid, si vel primus matrimonium vel posterius sit irritum, n.18.
Quid, si alterutrum non sit consummatum, n.19.
An hæ pœnas incurrat vidua intra luctus annum ducens virum, num.20.
Post n.20. inuenies summaria quæ desiderantur.

1 HActenus egimus de pœna iure canonico per secundas nuptias incursa. (si bigamia propriè pœna dici potest.) Iam de pœnis iure ciuili inductis, & de iis quæ à testa-

testatoribus apponi solent: disserendum est. Et illæ quidem sunt in duplici differentia. Quædam enim imponuntur nuptiis infra annum luctus contractis. Aliæ verò secundis nuptiis absolutè imponuntur, in fauorem, nimirum, prolis ex priori matrimonio habitæ. De his ergo omnibus pœnis seorsum agendum est. Et in hac disput. agemus de pœnis secundarum nuptiarum infra annum luctus. Et in disput. seqq. 88. de pœnis in fauorem filiorum prioris matrim. Et in disp. 89. enodabitur qualiter reseruentur filiis prioris matrim. bona per coniugem secundis nuptiis copulatum, acquisita à priori coniuge. In disput. 90. disseretur, qualiter pœnæ secundis nuptiis indictæ, locum habeant in vidua fornicante. Et tandem disp. 91. de pœnis à testatoribus impositis coniugi ad secundas nuptias transeunti. In præsenti ergo duplex est quæstio disputanda. Prior, de pœnis, quas incurrit vidua intra annum luctus nubens. Posterior, qualiter eæ iure canonico correctæ sint. Nec existimet aliquis inane esse pœnas has enumerare: cùm eas iure canonico correctas esse dicturi simus n. 23. Imò id vtilissimum est. Quòd eæ pœnæ vim habeant aduersus viduas luxuriosè viuentes, (vt disput. 90. n. 1. dicemus.) Et præterea incutruntur eædem pœnæ, nec iure canonico corriguntur (vt disp. seq. nu. 13. & 41. explicabimus) quando mater filiorum nutrix transit ad alias nuptias tutore minime petito filiis. Et ideo deseruiet pœnas has enucleare, vt sciatur, quæ pœnæ in iis euentibus incurrantur.

2 QVÆSTIO I. Quas poenas subeat vidua intra annum luctus ad alias nuptias transiens? Supponendum est, annum hunc luctus esse primum post viri obitum. Atque annus hic luctus numeratur à die mortis prioris viri: atq; cedit ignoranti. Constat ex *l. Genero, ff. de iis, qui notantur infamia*, vbi: *Sed cum tempus luctus continuum est, merito & ignoranti cedit ex die mortis mariti*, Atque ita docent *Glos. l. Si qua mulier, v. Festinatione, C. ad Senatusconsul. Tertul. & l. 1. v. Festinatione, C. de secund. nupt. Et ibi Garronis in noua edit. n. 105.*

3 Prima ergo poena viduæ nubentis intra annum luctus est, vt efficiatur infamis, tam ipsa, quàm vir eam ducens. Constat ex *l. 1. C. de secund. nupt.* ibi: *Ex iure quidem notissimo sit infamia.* Idem habetur *l. Reg. 3. t. 6 p. 7.* Et hæc infamia incurritur ipso iure. Quod constat ex *authen. de nuptiis, §. Prima siquidem, collat. 4.* ibi: *Infamia mox sequetur, & erit omnino mulier propter nuptiarum festinationem infamis.* Quod particula illa, Omnino, etiam adiecta verbo futuri temporis, importet paratam esse executionem, & pœnam ipso iure incurri. Vt docet multis aliis relatis *Tiraquellus, l. Si vnquam, verbo reuertatur, à num. 76. C. de reuocand donat.* Quod idem importat dictio, Mox, vt docent multis citatis *ibi Tiraquel. à n. 109. & Felin. cap. Rodulphus, nu. 34. de rescript.* Et in propriis terminis ita docent *Gloss. fin. l. Decreto, C. ex quibus causis infamia irrog. Et ibi Salicetus, fin. Baldus d. l. 1. nu. 1. v. rsf. Ibi, infamis, & ibi Salicetus n. 1. not. ab. 1. Garronis nu. 12. not. ab. 4. Decius n. 4. fin. not. ab. 5. Azor. lum. 1. de secund nupt. nu. 2.* Exigitur tamen sententia iudicis declaratoria facti, vt incurratur hæc infamia. Et ita tradit *Decius proxime citati.* Quare *Gl. final. d. l. Decreto*, dum ait incurri infamiam hanc non expectata aliqua iudicis sententia, intelligi debet de sententia condemnatoria. Et eodem modo intelligitur *Garronis d. l. 1. n. 12.* dicens incurri absque aliquo iudicis ministerio. Atque ita statim *n. 17.* ad videndum, an desideretur sententia facti declaratoria, vt vidua illa tamquam infamis repellatur à testimonio ferendo, & aliis actibus, remittit se ad *Francum cap. Pro humani, num. 6. not. abil. vltim. de homicid. in 6. & c. Felicis, §. 1. fin. de pœnis, eod. l.* vbi & *Felinus cap. Rodulphus, n 35. vers. Sed declaratoria, de rescript.* docent in his poenis ipso iure incursis non exigi, vt iudex per sententiam puniat, poenamque pronuntiet: bene tamen desiderari, vt per sententiam declaret delictum seu factum: & iudice pronuntiante commissum esse, poena à iure est inflicta, vt tradit *Bart. l. Eius qui delatorem, ad finem princ. ff. de iure fisci.*

4 Secunda poena est, vt posteriori viro non possit dare in dotem, nec in vltima voluntate relinquere vltra tertiam bonorum suorum partem. Constat ex *l. 1. C. de secund. nupt.* vbi expresse hæc poena statuitur. Et quamuis ibi sermo sit de relictis in testamento, at nec inter vivos potest vltra eam quantitatem illi donare. Vt docent *ibi Gl. v. Testamento, & Salicet. n. 4. q. 1.* Quia ea donatio inter viuos est irrita, vtpote inter coniuges facta, nisi morte mulieris donantis confirmetur. At nunc quando confirmanda est, habet vim relicti in testaméto, *l. Papinianus, & l. Donatis, ff. de donation. inter virum & vxorem.* At relictum in testamento vltra tertiam partem non valet. Atque adeò, vltra *Glossam & Salicetum* allegatos, docent hoc *Albericus eadem l. 1. n. 3. Cynus ibi, q. 3. n. 3. Garronis ibi, in noua edit. num. 110.* At ea tertia pars computanda est deductis legatis. Sic *Salicetus cad. l. 1. n. 5. & ibi Garronis n. 113.* At non interdicitur tali viduæ donare vltra eam tertiam partem extraneo. Vt bene docent *Gloss. auth. de nuptiis, collat. 4. §. Prima siquidem, verb. Neque merito, Azo sum. C. de secund. nupt. n. 2. Propositi. rub. de secund. nupt. n. 2. Alber. l. 1 nu. 1. C. de secund. nupt. & ibi Garronis not. ab. 5. n. 30. & nu. 111.* qui bene vtroque in loco hoc temperat, nisi donet in fraudem, ea nimirum lege, vt ille postea donet marito.

5 Quod si integre vxor posteriorem maritum instituat hæredem: tunc vel dicendum est, posteriorem virum in solidum esse hæredem. Quia neque quispiam partim testatus & partim intestatus decedere *reg. Ius nostrum, 7. ff. de regul. iuris.* At tenebitur restituere hæredibus ab intestato quod vltra tertiam partem habuit. Sic *Glossa l. 1. verb. Testamento, C. de secund. nupt. & ibi Cynus, q. 1. Salicet. n. 5* Addit *Gl.* vel fiscum auferre tamquam ab indigno. Quod *Salicetus ibi n. 5. & Garron. ibi n. 112.* dicunt procedere, in subsidium, nempe, deficientibus hæredibus ab intestato. Vel secundo potest dici, virum non futurum in solidum hæredem: eo quod sit casus specialis hic, in quo potest mulier partim intestata decedere. Ita *Bart. ea l. 1. n. 1. Baldus ibi num. 10. Garronis, a. 114.*

6 Si autem intra annum luctus femina secundò nupserit, viduaque effecta, & iam transacto anno luctus secundi viri nubat tertio, potest huic vltra tertiam bonorum suorum partem relinquere. Quòd pœna hæc limitata sit quoad virum intra luctus annum acceptum. At huic extra illum annum nupsit. Sic *Baldus l. 1. n. 2. C. de secund. nupt. & ibi Garronis in noua edit. n. 27.*

7 Tertia poena est, vt sit expers cuiuscumque hæreditatis, legati, fideicommissi, donationis causa mortis. Vt constat ex *l. 1. C. de secund. nupt.* ibi: *Omnium preterea hereditatum, legatorum, fideicommissorum, suprema voluntate relictorum, mortis causa donationum sit expers. Hæc namque omnia ab heredibus, vel coheredibus, aut ab intestato succedentibus vendicari iubemus.* Vbi *Gl. v. Ab intestato & Albericus nu. 1. Garronis nu. 44.* intelligunt, quando hæc vidua fuit sola instituta, succedere hæredes ab intestato: si vero alii cohæredes instituti sunt, eos succedere. Hæc autem poena non intelligitur de relictis à viro, sed ab aliis præter virum (quos n. 9. explicabimus) nam paulo inferius loquitur eadem lex de relictis à viro: & nos de illis dicemus n. 10. Et ita docent *Gl. ea l. 1. v. Relictorum. Et Garronis n. 38. & omnes scribentes ibi.* Atque constat ex textu expresso *§. Prima siquidem, vers. Sed neque extrinsecus, authent. de nupt.* Poterit autem per donationem inter viuos accepta retinere. Quia expressus est sermo in hac poena de relictis in vltima voluntate, aut donatione causa mortis acceptis. Et ita forte esse verum dicit *ibi Gl. v. Causa*, & tradunt *ibi Cynus, n. 4. q. 4 Bald. nu. 3 fin. Decius nu. 10 not. ab. 8. Salicet. n. 5. q. 3.*

8 Ex his videtur necessario dicendum, huiusmodi viduam intra annum luctus nubentem reddi omnino incapacem, ac proinde attenta hac legum dispositione teneri in conscientia sic accepta in vltima voluntate restituere aliis hæredibus,) dixi attenta legum [dispositione, ne aliquis decipiatur: nam num. 23. dicam omnes has poenas esse iure canonico correctas.) Quod inde constat, quia quoties hæreditas vel legatum auferuntur alicui tan-

tanquam indigno, si redditur incapax & inhabilis per legem ad succedendum illa non applicantur fisco, sed hæredibus venientibus ab intestato, vel aliis cohæredibus, si alii instituti sint. Quòd talis institutio habeatur, ac si scripta non esset, *l.3.ff. de his, quæ non pro scriptis habentur.* Incapax enim pro mortuo reputatur, *l.1.§. Sed si patrono*, ibi: *Pro mortuo habetur. ff. de coniungendis cum emancipato* Ac proinde succedunt alii testatoris hæredes: qui ea institutione non facta succederent. Item, quia iniquum esset, hæredem illum vel legatarium puniri in re, cuius dominium non acquisiuit, impediente acquisitionem incapacitate. Si vero non redditur incapax & inhabilis, applicantur hæreditas & legatum fisco. Quia cum iam hæredi illi vel legatario acquisita sint, ac institutio valida fuerit, nullum ius super est hæredibus: eo quod bona illa desierint esse testatoris, ac acquisita sint ei, cui relinquuntur: & ideo si ab hoc tamquam ab indigno auferantur, succedet fiscus. Quam differentiam notant *Bartol. l. Hereditas, n.3 C. de his quibus, vt indignis. & ibi Baldus n.6. Paulus n.5. Salycetus n.10. Iason num.10.* & reliqui scribentes ibi: *Cynus lib.1. num. 6. q.8. C. de secund nupt. & ibi Decius nu.10. notabil. 8. Garronus ibi, in noua edit. n.40. Guilielmus Benedictus cap. Raynutius. verb, Mortuo ita jur. el 1. n.37. de testament. Couarr. 4. decret. 2. p. cap. 8. §.5. nu.9 fin. Greg Lop l.2. ti.2. p.7. verb. Ni pueden, & l. fin. verb. Cosas, tit.7. p 6.* & ex eâ. habetur apertè hæc differentia, *Molina l.1. de primog. cap.9. num.26. & 26. Bos. us pract. tit. de his quibus, vt indignis bona auferuntur, num.3. Pelaez. in 1 edit. de maior. 1. p. q 1. n 93. Cervantes l.4. Tauri, num.* 38. Posterior tamen hæc pars, nempe, quoties hæres vel legatarius non redditur incapax, applicatur fisco, intelligenda est, nisi delictum illud respiceret offensam certæ personæ, tunc enim illi, & non fisco applicaretur. Vt docent *Bart. Paulus, Salicet. Iason. ibid.* Hinc infert, quando lex priuans aliquem hæreditate, aut legato, vocat alios hæredes ad eam successionem, inducì priuationem ipso iure. Nam alias hæredes non admitterentur, sed fiscus. Quod constat ex dictis. Et tradit *Iason l. Si ab hostibus, n. 4. ff. solut. matr.* Cùm ergo mulieri secundò nubenti intra annum luctus, auferat lex hæreditatem & legatum, & ad ea vocet alios hæredes, manifestum est eam reddi incapacem illius relicti. Præterea, quia *illa l.1. C. de secund. nup.* dicit, *Expers sit*: expers autem dicitur sine parte, *l. Expertes literarum, C. de decurion. l.10.* quasi partem nullam habeat in eo relicto. Tandem, quia *ea l.1.* ait posse vendicare ab hæredibus hæreditatem illam, vel legatum. Quod rerum, quæ in dominio vendicantis existunt, est proprium, *l. in rem actio, 23. ff. de rei vendic.* Et ita reddi incapacem hanc hæredem docent *Albericus dict l.1. num.1. in fin. Et ibi Cynus in princ. not ab.3. & n.6. q.8. Salycetus n.1. not ab.2. Decius n.10. not ab.8. Garronis in noua edit. not ab.7. n* 38. Et subdunt *ibi Decius & Garronis num.39.* eam dispositionem haberi pro non scripta, & eiusmodi viduam non capere cum effectu.

9 Intelligunt autem hanc pœnam aliqui de relictis à quocunque extraneo, vel à cõiunctis vltra tertiũ gradum. Quia *l. illa prima. C. de secund. nup. in fine*, de his sic coniunctis loquitur. Sic sentiunt *Odofred. d.l.1. & ibi Alberic. n.1. Salycetus nu.1. not ab* 4. *Garronis ibi, in noua edit. nu.*38. & 42. Sed merito *Decius ea l.1. num.10. notabil.*8. hoc improbat. Quia quod in fine illius legis dicitur de coniunctis vltra tertium gradum: expresse est de successione ab intestato. Et vbi sermo habitus est de relictis in testamento, indistinctè dicitur eam viduam esse incapacem.

10 Quarta pœna est. Priuatur mulier infra annum luctus nubens omnibus relictis à viro priori in suprema eius voluntate, ac priuatur non tantùm quoad proprietatem, sed etiam quoad vsumfructum. Vt constat ex *l.1. C. de secundis nupt.* ibi: *Eis etiam amittendis quæ maritus suprema voluntate reliquerit.* Vbi cùm absolutè dicatur ea amitti, manifestum est, perdi quoad proprietatem & vsumfructum. Quamuis dum nubit post annum luctus, solam proprietatem retento vsufructu perdat: & hoc extantibus filiis prioris matrimonii (vt dicemus disp.89.) Constat etiam ex *l.3.t.* 12. *p.4.* ibi: *Deue de perder las arras, e la donacion, que le fizo el marido si nado, e las otras cosas que le uuiesse dexado en su testamẽto, e deuen las de auer los fijos que ficaren del: e si fijos non dexare, los parientes que uuieren de heredar lo suyo.* Et ita docent *Gloss. authent. Eiusdem panis, verb. Priuatur, Cod. de secund. nupt. Baldus dict. l.1. n.6. & ibi Decius num.15. notabil.13. Garronis ibi, in noua edit. num.65. notabil* 11. *Paulus à Montepico, l. Titia*, §. *Titia cum nuberet, q.64. num.166. ff. de legatis, 2. Socdus de alimentis, ti.7. q.22. n.14.* Atque ad horum relictorum successionem vocantur illa l.1 hæredes ab intestato. Et docet *ibi Glossa verb. Suprema*, hæc posse ab illis vendicari. Quare iuxta dicta n 8. nisi hæc lex esset iure canon. correcta, nulla exigeretur sententia, vt vidua hæc amitteret, sed ipso iure teneretur restituere.

11 Intelligitur autem hæc pœna etiam de acceptis titulo donationis à priori viro. ea enim omnia perdit mulier transiens ad nuptias intra annum luctus. Et constat ex ratione, quam n. 4. tradidi. Quod apertis verbis deciditur *l.3 regia cit. nu. prac.* Et docent *Gl. l.1 v. Suprema, C de secund. nupt. & ibi Cynus n.3 q.3. Alberic n.3. Salycetus n.5.*

12 Perdit etiam hæc mulier sponsalitiam largitatem *l.2. C. de secund. nupt.* Sed ad hoc exigitur sententia. Quia textus solum dicit, *amittat.* Quod est verbum futuri. Et ita tradunt *Gl. ead. l 2. v. Amittat: & ibi Cynus q.1. Bald. in princ. vers. Tertio dicit, Salycetus ibi, n. vn. Azo sum. t. de secund. nupt. n.2. fin.* dicens forte ita esse.

13 Sed temperanda est hæc pœna, vt intelligatur de solis acceptis à priori viro titulo lucratiuo: quæ enim titulo oneroso ab eo capit, non amittit prædicta vidua. Quod *l.1. & 2. t. de secund. nupt. & l. regia 3. t. 12. p.4.* de solis acceptis titulo luctatiuo loquantur. Ita *Decius l.1. num.15. C. de secund. nupt. Ioan. Lup. rubr. de don. inter vir. & vxor.* §.50. *n.35. & l.31. Tauri, n.36.*

14 At ducens viduam infra annum luctus non perdit relicta sibi à viro: quamuis ac indignus eis priuaretur, si illam cognosceret extra matrim. Quia *l.1. C. de secund nupt.* hac pœna solam viduam plectit, & vbi ducentem illa voluit comprehendere, vt in infamia, id expressit. Sic *Garronis ea. l.1. in noua edit. n.77.*

15 Quinta pœna est. Vidua intra luctus annum nubens non potest succedere ab intestato suis consanguineis vltra tertium gradum. Habetur expresse *l.1. in fin. C. de secund. nupt.* quare filio fratris non succederet ab intestato. Quia iam egreditur tertium consanguinitatis gradum, & est in quartò, secundùm iuris ciuilis computationem: quam in his rebus ciuilibus & successionibus seruandam esse tradidimus hoc l. disp.50. n.8. Et docent *Bald. ea l.1. n.8. Decius n.20. notab. vlt. Garronis in noua edit. n.103. not ab.17.*

16 Vltima pœna est. Tenetur dare medietatem bonorum filijs prioris matrimonij. Habetur *l. Si qua mulier, 4. C. ad SC. Tertul. & §. Prima siquidem, auth. de nupt. coll. 4.*

17 Nec excusatur ab his pœnis vidua intra annum luctus nubens, ratione minoris ætatis. Quod *l.1. C. de secund. nupt.* eas pœnas indicens loquatur generaliter, nec in malis moribus minori subuenitur. Ita *Bald. ea l.1. paulo post princ. & ibi Decius n.2. & 21. Et ibi Garronis in noua edit. nu. 5. not ab. 5.*

18 Sed dubitatur primò, an ex pœnæ incurrantur, si matrimonium contingat esse nullum? Et quidem vbi matrimon. prius irritum fuerat, censeo eas pœnas minimè incurri. Quod offensa nulla priori legitimo matri. illata sit: non enim illud erat legitimum. Item quia secundum matrim. legitimè contractum pœna non est dignum. Quod enim legitime factum est, non meretur pœnam, *l. Gracchus, C. ad l. Iuliam, de adult.* Et tradit *Ripa* alios referens *rub. C. de secund. nupt. in noua edit. n.14. vers. Sed de alio dubitari potest.* Et idem existimo vbi vtrumque matrimonium esset irritum. Nam cessat offensa veri prioris viri. Cùm is talis non esset. At quando prius matrimonium validum fuit, posterius autem irritum, non constat inter Doctores, *Albericus l. Femina, 8. nu.5 ff. de senatorib.* sic distinguit: Si femina illa impedimenti ignara secundò nupserit, non incurret. Quia vitiosè factum videtur non factum, *l. Quoties, ff.*

qui

qui satisdare cogantur. Nec præstat impedimentum quod de iure non fortitur effectum. *Reg. Non præstat de regul. iuris, in 6.* Secus si conscia. Ne melior sit conditio feminæ delinquentis. Contra *l. Non solum, de noxal.* Idem sustinet *Iac. de Ravenna* per Albericum allegatus. At *Garronus l. 1. in nona editione, C. de secundo nupt. num. 10. not. ab. 3.* dicit incurri has pœnas consummatis secũdis nuptiis, quamuis irritæ sint, ac ignorato impedimento contractæ. Quod iam priori viro iniuria sit irrogata. Sed quidquid sit in foro externo, in quo prior sententia plus mihi placet: at in foro conscientiæ credo non incurri pœnas has, etiam si scienter id posterius matrim. sit irritum & consummatum. Quia non futuram meliorem delinquentis conditionem spectat ad delicti poenam: quæ in foro conscientiæ ante iudicis sententiam non ligat. Nec ratione fornicationis admissæ in illa consummatione incurruntur, nisi præcedenti iudicis sententia. Vt disp. 90. n. 11. dicemus.

19 Secundò dubitatur, An incurrantur, si matrim. non sit consummatum? *Ripa rubr. C de secund. nupt. in nona edit. n. 16. & 17. verb. Ex his resultat*, ait minimè euitari has poenas licet prius coniugium consummatum non fuerit. Quod non sola turbatio sanguinis, hoc est, incertitudo vtro ex matrim. nascatur proles, est causa harum poenarum: sed etiam despecta coniugis defuncti reuerentia, qui tam velociter dehonestatus est. Nec obstat tenici conditionem abstinendi à secundis nuptiis, vbi primæ consummatæ non sunt. Id enim intelligitur de perpetua abstinentia: secus ad tempus, vt ad annum luctus. Attenendum est non incurri, quando prius matrim. non fuit consummatum. Quia *l. 1. C. de secund. nupt.* supponit matri. prius consummatum esse, ibi: *Nuptiarum festinatione.* Et paulò inferius, *Iis etiam auferendis, quæ prior maritus.* At in odiosis ac pœnalibus, nomine nuptiarum, matrimonii ac mariti, solùm matrim. consummatum, & vir qui consummauit cõprehenduntur, (vt probaui lib. 1. disp. 1. n. 3.) Idem probatur ex *l. Vxores. 9. ff. de his qui notantur infamia*, ibi: *Sponsi nullus luctus est.* Vbi *Glossa verb. Sponsi*, dicit posse intelligi, vt sponso non sit necesse sponsæ mortem lugere, nec è contra, & *l. Soler. 10. ff. eod. tit.* ibi: *Qua virum eluget, intra id tempus sponsam fuisse non nocet.* Et quamuis *Glossa ibi, verb. Sponsam*, explicet per verba de futuro. At *l. reg. 5. tit. 12. p. 4.* id explicuit de sponsa de præsenti, ibi: *Pero la muger que fuesse desposada, si el esposo se muriesse ante que el matrimonio fuesse cumplido, puede casar sin pena, quando quiere.* Et ideo hanc partem sustinent *Decius l. 1. n. 4. C. de secund. nupt. Et ibi Garronus in nona edit. nu. 7. not. ab. 2. & rubr. C. eod. tit. nu. 7. Ant. Gabriel to. 3. commun. opin. l. 3. tit. de secund. nupt. conc. 5. n. 8.* Imo nec incurrit has poenas vidua quæ prius matrim. consummauit, posterius autem minimè. Quia *l. 1. C. de secund. nupt.* dicit, *nuptiarum festinatione.* Nuptiarum autem nomine in hac materia pœnali solæ consummatæ clauduntur, (vt proxime dixi.) Non ergo incurret has poenas vidua, quæ posterius matrimonium non consummauit. Præterea, quia *Alberic. l. Feminæ, 8. n. 4 ff. de senatoribus*, vbi statuitur viduam retinere dignitatem prioris viri, quamdiu inferiori non nupserit: sit non extendi ad sponsam de præsenti. Et ita docent *Garronus ea l. 1. n. 8. notabili 3. & ibi Decius n. 4. Covar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 9. n. 6. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 41. col. 4.* Et idem dicendum est, si posterius coniugium intra luctus annum initum post illum consummetur. Quia nuptiarum festinatio, quæ his pœnis subiicitur, deficit. Non enim dici possunt nuptiæ illæ initæ intra annum, cùm eo tempore consummatæ nondum sint: nec plenè est iniuria priori viro irrogata: nec incertitudo vtro ex matrim. sit proles, subsequi potest. Et ita docet *Garonus ibid.*

20 Id demum monuerim, has poenas feminæ secundò nubenti intra annum luctus statutas, nõ afficere viduum intra annum secundam vxorem ducentem. Quod maior honestas exigatur in feminis, quàm in viris: nec hi vxores lugere compelluntur, *l. Vxores. ff. de his qua notantur infamia.* Item, quia *l. 1. C. de secund. nupt. & l. Si qua mulier, C. ad senat. consul. Tertul.* vbi poenæ hæ imponuntur, est semper de mu-

liere. Et tandem id cõstat ex §. *Primo siquidem, auth. de nupt. collat. 4.* ibi: *Sed veri quidem sunt omnes ob seruationem securi.* Et ita docent *Host. sum. 1. de secund. nupt. n. 5. vers. Sic videtur, Angelus auth. de non eligendo secundo nubentes, §. Quia vero, n. 15. Nicol. Arelat. sum. l. Generaliter, n. 8. q. 1. C. de secund. nupt. Ripa l. Feminæ, in princ. q. 1. n. 2. an. nona edit. C. eod. 1. Garronus* multos referens, *l. 1. C. eodem tit. in nona edit. n. 4. not. ab. 1. Et ibi Decius nu. 1. Boerius decis. 187. col. fin. nu. 2. Tiraquel. l. Boues, §. Hoc sermone, in princ. n. 159. ff. de verb. sig. Acosta l. Cum tale, 8. Si arbitratu, in fin. n. 33. ff. de cond. & demonst. Tello l. 15. Tauri, n. vii. Ant. Gabr. to. 3. comm. opin. l. 3. t. de secund. nupt. concl. 5. n. 7. Matienzo l. 5. recop. t. 1. l. 4. glos. 5. n. 1.* & alii quos hi referunt.

SVMMARIVM.

An has pœnæ correctæ sint iure canonico? Refertur duplex sententia, nu. 21. &

Sunt correctæ iure canonico n. 23.

An attento iure canonico, vidua intra annum luctus nubens primum omnibus, qua ex liberalitate viri ad ipsam pervenere, n. 24.

An primus hæres tale viri, per secundas illas nuptias, n. 25.

An correctæ sint has pœnæ, quando vidua eo anni tempore nupsit, vt incertitudo subesse possit, vtro ex viro sit proles. n. 26.

An has pœnæ sint in solo foro canonico & Ecclesiastico correctæ. n.

An corrigatur iure canonico, vt ea vidua teneatur bonorum m... tem seruare filiis prioris matrimonii, n. 28.

An legatum virum coniugi relictum, sub conditione abstinẽdi à secundis nuptiis, debeatur ante annum & eo hoc sit correctum iure canonico? & qualiter correcta ratione legis corrigatur lex. & an leges iuris communis vim habeant in Hispania, nu. 29.

An alimenta debeantur vidua, dum in nouo restituitur dos, & quid, si secundo nubat, sitque iure canonico hoc correctum, nu. 30.

An vidua sint præstanda vestes lugubres; & teneatur secundò nubens eas restituere, n. 31.

An lectus quotidianus sit deinde coniugi superstiti & quales sitque restituendus à transeunte ad secundas nuptias, & reseruandus filiis prioris matrimonii & ex quibus bonis extrahendus, n. 32.

Soluuntur argumenta, n. 33.

Qvæstio posterior. An pœnæ hæ feminis secundò nubentibus intra annum luctus statutæ, sint iure canonico correctæ? Qua in re quidam censent solam infamiæ poenam correctè esse. Quod ius canonicum *c. penult. & c. fin. de secund. nupt.* solum decidat huiusmodi feminas non incurrere infamiam lege statutam. Remanebũt ergo cæteræ pœnæ legales in pristino robore. Ita docent *Cynus l. 1. fin. C. de secund. nupt. Oldrad. Goffred. Iac. de Aretio*, vt eos refert & sequitur *Baldus ibi nu. 7. Lucas de Penna, l. Mulieres, C. de incolis, lib. 10. col. 6. vers. Contrarium tenet.* 21

Aliis verò placet, nullam pœnam esse correctam. Quia vbi non est quæstio de peccato, quod lex ciuilis foueat, nõ est iuris canonici corrigere leges ciuiles. At nulla versatur culpa in iis pœnis statuẽ dissimo iustissima ratione arcetur femina à tam celeri transitu ad alias nuptias, ac consulitur certitudini prolis. Et confirm. quia ius ciuile non punit secundas nuptias, nec eas damnat, sed nimiam festinationem. Secundo, quia *l. 1. C. de secund. nupt.* infamiam inducẽs his feminis, est iure cano. approbata. Cum in decreti canone locata sit, *c. Infames, ad fin. 3. q. 7.* Sic sentiũt *Glossa l. Decreto, verb. Contrahere, C. ex quibus causis infamia irrogetur, & ibi Paulus in fine, Iac. Curtius l. 3. coniectural. c. 6.* Et *Glossa* aliquantulũ dubitauit *c. Cum secundũ, verb. Certo, de hæret. in 6.* nam quasi dubitans dixit fortè eas pœnas correctas esse. 22

Cæterum verissima sententia est, pœnas has feminæ secundo nubenti intra annum luctus statutas, corrigi iure canonico: atque adeò posse impune ad secundas nuptias viduam transire quocumque tempore. Probatur ex *c. fin. de secund. nupt.* vbi quamuis textus solius infamiæ mentionem fecerit: at ratio, quam reddit, amplectitur omnes poenas, ibi: *Non debet lex alii infamiæ sustinere iacturam, quæ licet post viri obitum, infra tempus luctus scilicet vnius anni spatium nubat, concessa sibi tamen ab Apostolo vtitur facultate.* Cum ergo hæc ratio æquè militet in omnibus poenis illius anni luctus, censetur ius canonicum omnes illas abolere: non enim æquitas canonica patitur, vt mulier rem licitam faciens ac iure suo vtens puniatur. Insuper consulere voluit libertati matrimonii, ac iuri ad illud transeundi, ad fœdandas carnis illecebras, vitandamque incontinentiam. 23

Posset enim accidere vt vidua carnis tentationibus vexata, passim illis succumberet, non audens intra illum annũ nubere, timore poenarum. Et ideo hanc sent. sustinent *Glossa l.1. verb. Honorarias, C. de secund. nupt. & ibi Bart. fine. Addit. ad gloss. l. Decreto 19. verb. Contraherz, in fine. C. Ex quibus causis infam. irrog.* vbi Baldus *in fin. Idem Bart. l. Liberorum, in fine princ. ff. de his qui notantur infamia Et auth. de nuptiis collat. 4. § Prima siquidem, n. 2. Idem Baldus d. l. Liberorum, §. Et si talis, n. 3. & l. Si qua mulier, in fi. C ad SC. Tertull. Geoffred. sum. 1. de secund. nupt. n. 3. 4 & 5. Innoc. a. fin. n. vnico, de secund. nupt. & ibi Host. n. 2. & 3. Ioan. Andr nu. 5. Ant. num. 2. Cardin. n. 1. q. 1. Abbas nu. 3. Anchor. n. 9. q. 2. & n. 10. q. 3 fine Alex. de Neuo, n. 12. & 13. Henricus n. vlt. Propos. nu. 1. col penult. Idem Anton. c. 1. de sponsal. n. 12. Idem Anchar. in repetit. c. Canonum statuta, n. 55. vers. Iuxta praedicta accedat, de constitut & cons. 17. ex praedicto themate. in princip. Dominic. c. Placuit, col. 2. d. 32. Albericus l. 1 fin. C. de secund. nupt. & ibi Salycetus fine, Angelus de Perusio auth. de non eligendo secundo nubentes in princ. nu. 6. & l. Si qua mulier, n. vn. & repetit. l. Mater, n. 4. C. ad Tertull. Corneus ea l. Si qua mulier, n. 1. & ea l. Mater, n. 2. Socin. Reg. 271. fin. Roman. cons. 182 n. 1. Decius rubr. C. de secund. nupt n. 6. Ripa ead rubr. in fine. Garronis l. 1. nu. 2. edit. n 112. C. eod. t & ibidem auth. Eudem poenam. nu. 11. Nicolaus Ardat. l Generaliter q. 5. n. 20 C. eod tit. & in suis responsis, resp. 1. n. 3. Bertachinus in suo dictionar. lit. V. verb. Vidua nubens infra annum luctus. Baptist. de S. Blasio in repetit. rubr. de rest, nu. m. 64. Gail. l. Bened. 2. Raynutius, de testam. verb. Et vxorem, decis. 5. vbi de success. ab intestato, n. 90. Sylua nuptialis l. 2. verb. Diuersi non est nubendum n. 78. Nicol. de Vbaldis de success. ab intestato, p. 2. n 8. Bolognin. in addit. ad Matth. filanum de success. ab intestato, a. 2. in princ. membr. 1. n. 31. Barrius decis. 186. n. 7. Ant. de Ressellis de success. ab intestato, n. 194. (habetur to. 8. tract. p. 1.) idem Bolognin. addit. ad cons. 73. Anania, in fine, Capra cons. 70. n. 10. Nouellus de dote p. 6. princ. q. 16. n. 6. Barrius cons. 32. n. 13. vol. 1. Robussus 1. rom. constitutionum regiarum, tit. de constitut. in prouin. gloss. 5. n. 66. Brunel. de sponsal. concl. 19. nu. 6. Montaluus l. 3. fori, tit. 1. l. 13. verb. Pierda. Rolandus consil. 86. num. 45. vol. Couarr. 4. decret. 2. p. c. 3. 6. 9. n. 5. & 6. Gregor. Lopez l. 3. verb. Fasta vn año. 1. 1. d. 4. Acosta c. Si pater, verb. Legauit, num. 34. de testam. in 6. Villalobos in comm. opin. lit. B. n 28. Iulius Clarus li. 5. receptarum, §. Stuprum, n. 6 Tello l. 6. Turri, nu. 19. Anton. Gabriel to. 3. communi opin. l. 3. t. de secund. nupt. conc. l. 5. nu. 1. Augen. Cucus l. 1. institut. maiorum, t. 12. n. 187. Minchaca de success. progressu, l. 3. § 27. n. 29. Sarmiento l. 1. select c. 4 n. 3. Valascus cons. 16. n. 3. to. 1. Perez lib. 5. ordinam. t. 1. l fin f. 53. vers. Est tamen inquirendum, Gutier. l. Nemo potest, n. 19. ff. de legat. 1 lib. 2. practic. q. 95. n. 5. Surdus de alimentis, t. 7. q. 22. n. 15. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 3. Glossa 1. in vn. & glossa 2. num. 1. & n. 44 & t. 9. l. 5. gloss. 8. n. 5. Azebedo ea l. 3. n. 1 & 2. Lancelot. instit. iuris canon. l. 2. t. de diuortiis, §. vlt. verb. Abolita. Spino speculo testam. gloss. 14. princ. n. 99. Zanallos in suis quaest pract. q. 74 1 n 2.* Et ex Theologis, *Paludan. 4. d. 42. q. 3. a. 1. concl. 6. nu. 10. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 41. col 3.* Et haec sent. decisa est in hoc regno, *l 3. t. 1. di. 5 noua recop.*

24 Haec tamen sent. temperatur à quibusdam, vt intelligatur de exteris poenis praeter quartam relatam n. 10. illa enim non corrigitur iure canonico: ac proinde vidua infra annum luctus nubens amittet ante nuptialem donationem, & omnia, quae ex liberalitate viri ad ipsam peruenere, siue donatione inter viuos, siue legato. Per *auth. de rest. & ea quae parit, § fin.* Et ratio est, quia cùm virum suum ita velociter dehonestarit, iure optimo ac viro ingrata perdit ab ipso liberaliter accepta. Praeterea, quia donatio facta à marito vxori, continet tacitam conditionem, ni transeat intra luctus annum ad secundas nuptias. Quilibet enim in dubio censetur disponere iuxta leges: vnde cum facta sit sub hac conditione, non suspensiua, sed resolutiua, non dicitur pati detrimentum, quãdo per secundas nuptias vidua illam perdit: sed tãtum non acquirere lucrum. Ita videtur tenere *Glossa fin. verb. Legalis, de secund. nupt.* licet variet. (vt ibi aduertit *Abbas n. 3.*) sed expresse tenent *Astensis sum. 2. p. l. 8. t. 32. art. vnico, q. 4. Anton. de Burgos in repet. c. Ecclesia, de constitut. n. 267. 272.* At tenendum est, eam quoque poenam esse correctam: cùm similiter tollat matrimonii libertatem: nec iure aliquo probatur eam tacitè inesse conditionem tali donationi absolutè factae à viro. Nec censetur vir disponere iuxta leges, quae iam iure canonico sunt abolitae. Et ita hanc partem videntur sustinere omnes alii, nu. praecedenti allegati, cùm absolutè & generaliter tradant poenas annui luctus correctas esse. Et in propriis terminis docent *Federicus consil. 31. casu talis est. Anton. Host. Anchar. in c. fin. n. 9. Abbas, Couar. Ant. Cucus n. 189. Surdus n. 14. & 15. Perez. in fol. 53. verb. Ex qua doctrina, Ludou. Lopez. n. prae. relati. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 3. glossa 1. nu. vnico, & ibi Azebedo n. 1. Garronis l. 1 in noua edit. n. 67. C. de secundis nuptiis.* Vnde inferunt *Garronis, Couar. Anton. Cucus, Matienzo, Azebedo, Lud. Lopez*, hanc viduam nubentem infra annum luctus, nec perdere proprietatem, nec vsumfructum relictorum à viro. Quod intelligo, nisi habeat filios ex priori matrim. Tunc enim amittet proprietatem, & tenetur eam reseruare filiis illis, (vt bene aduertit *ibi Azebedo n. 2.* Et latius dicemus disp. 89. n. 2.) Sed hoc non est eo quod sit poena infra annum luctus nubentis: sic enim & proprietatem & vsumfructum amitteret, licet nullos filios haberet (vt n. 10. diximus) sed priuatur sola proprietate, retento sibi vsufructu, non in poenam festinati matrim. sed perinde ac si post annum luctus nuberet, in fauorem filiorum prioris matrim.

Hinc deducitur, quid sentiendum sit, quando vxor in- 25
stituta haeres à marito nupsit intra luctus annum? *Alex. addit. ad Bartolum, l. 1. verb. Si qua mulier, C. de secund. nupt.* varia refert consilia Baldi & Angeli, asserentium eam priuari haereditate, tamquam ingratam, & offendentem maritum. Cui sent. & ipse videtur adhaerere, cum eam minimè improbet. At optimè ab his recedit *Garronis l. 1. nu. 84. & seq. in noua edit. C. de secund. nupt.* latè defendens eam non priuari. Quia cùm hae poenae sint correctae iure canonico permittenti impune eas nuptias, non potest dici ingrata, nec offendens virum. Praeterea, quia hoc expresse volunt Auctores num. praec. relati. Quamuis enim de legatis agant: fortior ratio est in haereditate: illa enim sola tacita testatoris voluntate reuocantur: haec autem minimè *l. Ex parte, cum ibi notatis ff. de adim. legat.* Tandem, quia non debet vna via permitti, quod alia est prohibitum. *l. Scire oportet, § 1. ff. de tutore & curat.*

Secundò temperant alij praedictam sent. vt sint correctae poenae viduae nubentis intra annum luctus, nisi ea anni parte nubat, vt meritò dubitari possit, an prioris an posterioris viri sit proles: tunc enim omnes incurrit. Quia tunc verè delinquit in prolè. Ita sustinent allegatis *Paulo de Liaza & Raimerio de Forliuio, Baldus l. Liberorum, §. Et si talis, n 3. ff. de his qui notantur infamia. Et l. 1. fin. C. de secund. nupt. Anchar. repetit. c. Canonum statuta, n. 51. vers. Iuxta praedicta accedat quaest. de constit. & c. fin n. 9. q. 2. fine, de constit. & c. Cum secundùm leges, in fine, de haeretic in 6. Corneus cons. 21. n. 20. vol. 1. Sylua nuptialis, l. 2. verb. Seni nõ est nubendũ, n. 47. vers. Aduertat igitur. Brunel. de sponsal. concl. 19 n. 6.* Et *Abbas* statim allegandus dicit videri prima facie opinionem hanc valde probabilem. Et *Greg. Lopez l. 3 verb. Fasta, t. 12. p. 4.* dicit esse multum aequam, ac rationi consonã. Verum tenẽdum est etiam in hoc casu correctas esse. Quòd textus *c. fin. de secundis nupt.* decidat liberam cõcedi facultatem viduae transeundi ad alias nuptias infra annũ luctus. Ergo concessa est in qualibet anni parte: & proinde cùm mulier à principio licitè nubat, nõ debet ei nocere futurus euentus incertitudinis prolis. Et ideo hanc partem tenent *Glo. d. l. Liberorum, verb. Collocare, in fine, Goffred. sum. t. de secund. nupt. n. 5. Ioan. Andr. c. fin. in fine, de secund. nupt. & ibi Anton. n. 6. Abbas n. 3. Alex. de Neuo n. 12. fine, & 13. Idem Abbas c. Ecclesia, n. 15. de constit. & repet. eiusd. c. n. 20. Aretin. ibi, ad finem, Felinus n. 57 fine, in 2. declarat. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. § 9. n. 5 Greg. Lopez l. 5 fine, t. 3. p. 6.* dicit esse tutiorem: & *d. l. 3. verb. Fasta*, dicit fortè esse probabiliorem. *Ant. Gabriel to. 3 comm. opin. l. 3. t de secund. nupt. concl. 5. n. 6. Perez lib. 5 ordin. t 1 l. fin. f. 53. vers. Ex qua doctrina. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 41. col. 3.*

Ter-

27 Tertiò alii temperant, vt correctæ sint hæ pœnæ quoad forum Ecclesiasticum, secus quoad seculare, in quo seruanda est legum has pœnas statuentium decisio. Sic *Cynus l.1.q.vlt.C.de secundis nupt.* Sed contrarium est verissimum: nempe, in vtroque foro sublatas esse. Quod clarè probat textus *c.finali, de secund.nupt.* ibi: *Non debet legalis infamiæ sustinere iacturam.* Ergo vidua illa nec quoad forum ciuile erit infamis. Nam alias non esset sine iactura. Idem probat *id c.final.in fine*, dum ait leges non dedignari imitari sacros canones. At non imitarentur, si in foro ciuili hæc esset infamis. Et ita docent *glossa eo c fin.verb.Legalis, & ibi Ioan. And.nu.5. Alex.de Neuo num.12. Henricus num. vlt. Assisi 3.p.summa lib.8.t.32.a.vn.quæst.4. Couar. Perez. num. præced. allegati. Surdus de aliment.t.7.q.22.n.15.*

28 Tandem posset quispiam temperare quoad sextã pœnam relatam n.6. & existimare eam non esse correctam, ac proinde teneri eam viduam reseruare filiis prioris matrim. medietatem bonorum. Quod ea pœna cedat in filiorum fauorem, sicut & viduam amittere proprietatem acquisitorum à marito, & reseruari filiis. Sicut ergo hæc pœna non est correcta, ita nec illa. At dicendum est correctam esse. Quia hæc pœna non est principaliter inducta in fauorem filiorum, sed in odiũ festinationis nuptiarum: & proinde eis contractis post annũ luctus, minimè incurritur. Quod non contingit in reseruatione proprietatis bonorum filiis. Et ideo hanc sent. dicit forte esse veram *Glossa fin c.vlt.2.q.3.* & tenet expressè *Garronis rubr. C. de secund.nupt.in noua edit.n.128. in 5.remedio, & l.1. n.106.* Et videntur tenere DD. omnes n.23. relati, dum generaliter tradunt pœnas anni luctus esse correctas.

29 Ex dictis deducitur decisio eius quæstionis, an iure canonico correcta sit decisio *auth.Cui relictum, C.de indicta viduis tollend. & auth. de nupt. §. Quæ vero, vers. Vnde sancimus:* vbi decidiur legatum relictum alteruri coniugi ab altero, vel à quocumque extraneo sub ea conditione, si ad secundas nuptias non transierit, minime posse intra annũ peti, nisi spes nuptiarum deficiat: post annum vero posse peti præstita cautione de re cum fructibus restituenda, si conditioni paritum non fuerit. Qui annus numerandus est à die mortis testatoris, quicumque sit ille, & non à die scientiæ mortis. Vt bene tradunt *Baldus ea auth.Cui relictũ, n.1. cum Glossanbi verb.Intra annum & Iacobus de Bellouiso ibi. Acosta l.Cum tale, §.Si arbitratu, in fine, n.34. ff.de condit. & demonst.* Et quidem videtur ea decisio iure canonico correcta. Quod ratio illius decisionis sit, vt tradunt *ea auth.Cui relictũ, Oldradus & Albericus n.1. Iacob de sancto Georgio nu.3. Paulus n.4.* quia intra id anni tempus potius à secundis nuptiis abstinere censetur vidua metu pœnarum, quas incurrit, *l.1.C.de secund.nupt.* quam vt pareat voluntati defuncti. Quod si hæc esset legitima eius decisionis ratio, manifestum esset (vt docet *Acosta d. §.Si arbitratu, in fine, n.31. & duplicis seq.*) correctam esse eam decisionem. Cùm enim attento iure canonico possit vidua impune nubere intra annum luctus: ac proinde correcta sit ratio *d.auth. Circa anni dilationem*, censebitur quoque decisio illius correcta: ac proinde integrum erit viduæ statim id legatum exigere, eiusque fructibus potiri. Correcta enim legis ratione, eius quoque decisio ablata censetur. Vt docent *Glossa l 1.verb.Prohibentia ff.de legitimis tutor. Alex. l.1.num.6. vers.Vnum tamen, ff.solut. matrim.* vbi & alios refert *Lesson l. Quod dictum, n.3. ff.de pactis.* At ea non est ratio huius decisionis. Nam ibi idem decernitur de viro, cui vxor vel extraneus reliquit sub prædicta conditione, & tamen vir aliud iniens matrim. intra annum luctus, nullis afficitur pœnis (vt n.20. probauimus;) nec respectu extranei testatoris sunt aliquæ pœnæ statutæ viduæ transeunti ad alias nuptias intra annum à morte illius. Cùm tamen eo tempore non possit petere id legatum, vt ibi decidiur. Quare dicendum est eam decisionem non esse iure canonico correctam. Quia hoc non imponitur in pœnam festini transitus ad secundas nuptias, nec ratione aliquã pœnæ induit, cũ nulli iuris ciuilis prohibitioni aduersetur viduum intra annũ luctus secundã vxorẽ ducere, nec viduũ vel viduã intra annum à morte extranei testatoris. Solæ autẽ pœnæ iuri ciuili inductæ in odium accelerationis nuptiarũ corrigũtur iure canonico, (vt diximus n.25.) Atque ita *Albericus, Baldus, Paulus, Iason, d. auth. Cui relictum,* & ceteri scribentes ibi nõ meminere huius correctionis: quod nõ obscurum signum est, nõ esse correctã eam decisionem. Et ita sustinet *Garronis rubrica, C. secund.nupt. in noua edit. post 9.pœnam, n.22.* Et id supponit *Acosta d.§. Si arbitratu, in fine, n.34.* id etiam supponunt *Paulus à Montepico. l.Titia §.Titia cum haberet, q.64.n.167. ff.de legat.2.* & *Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11. titu. 19. num.3.* dicentes id legatum non posse peti intra annum. Si enim id correctum esset iure canonico, posset vtique statim mortuo testatore peti. Sed in Hispania posset alia ratione contendi legatum hoc statim mortuo testatore deberi. Quod leges Imperatorum in ea nõ vigeant, nisi quatenus ratione naturali innituntur, *l.1. regia Tauri, & l.reg.6. tit. 4. part.32.* Et latè agit de hoc *Burgos de Paz. in proœm. leg. Tauri, nu.3.* Cùm ergo hæc decisio *d.auth. Cui relictum*, ratione careat: (vt testantur *ibi Baldus num.12. & Acosta d.§.Si arbitratu, in fine, num.35.*) & sit contra mentem testatoris, qui nullum tempus ad legatum præstandum destinans, censetur velle statim conferri, in Hispania vim non obtinebit: ac subinde statim debebitur id legatum. Et in hanc partem inclinat *ibi Acosta nu.36.* Sed dicendum est seruandam esse prædictam decisionem etiam in Hispania, & iuxta illam iudicandum. Quia quamuis leges iuris Cæsarei, quatenus ab Imperatoribus editæ sunt, & responsa Iurisconsultorum in libris ff. contenta, vt illorum responsa sunt, nõ habeant vim legum in Hispania: at vim legum obtinent, quatenus cõsuetudine huius regni vt leges recepta sunt. Quod vel praxis ipsa testatur, quotidie enim passim in tribunalibus regiis vt leges allegantur: nulliq́ue iudices sententiam ferunt, nisi iuxta illas, vbi iure regio non corriguntur. Quod latè probant *Burgos de Paz. l.1. Tauri, à n.520. vsque ad 565. Prael rubr. C. de bonis matern. p.2.n.12. Cifuentes l.3. Tauri, n.3. Ant Gomez l.1. Tauri, init. P. Molina tom. 1. de iust. tract.2. disp.176. fin.* Vnde legatum sub conditione viduitatis seruandæ, viduo vel viduæ à quocumque relictum, minimè debebitur etiam in Hispania, nisi transacto anno à testatoris morte iuxta decisionem *d. auth. Cui relictum*, nisi deficiente nuptiarum spe, vt ibi dicitur. Vt si viduus sub tali conditione institutus, ad sacerdotium trãseat. Vt expressè dicitur *auth. de nuptiis, §. Quæ vero, vers. Vnde sancimus, collat.4.* vbi *Glossa verb. Sacerdotij*, ait idem esse, si ad ordinem sacrum transeat, vel si mulier sub ea conditione legataria fiat monialis, vel aliter voueat continentiam. Et *d. auth. Cui relictum, verb. Deficiat*, ait *Glossa* vt si vidua monialis efficitur, aut conuersa, aut vir sacerdos. Et opponunt *Paulus ibi nu. Lesson. num.6.* posse eam viduam post professionem egredi & de facto nubere. Et respondent id spectandum non esse, vt nihil ad rem faciens, at si id eueniret, priuandam esse viduam legato illo, tanquam conditioni viduitatis minime parentem. Nec melioris conditionis sit delinquens, quam quæ legitime nupsit, ac in nullo deliquit. At credo hanc non teneri restituere, donec condemnetur. Vt dicam disp. 91. num. 42.

30 Secundò infertur, quid sentiẽdum sit, circa correctionem opinionis communis, sentientis alimenta debita viduæ ab hæredibus viri, primo anno à morte viri, quo dotẽ consistentem in pecunia aut aliis rebus mobilibus non restituunt, prout possunt, non deberi, si intra eum annum luctus nubat. Quod sustinent dicentes viduæ iam nuptæ intra annum luctus non deberi ex tunc alimenta, nec eã dotẽ restituendam, donec labatur annus à morte viri. *Iason §.Fuerat, nu.25 Instit. de action. Garronis rubr. C. de secundis nupt. in noua edit. n.39. pœna 17. Practica Ferrariensis in forma libelli quo vxor agit ad dotem, vers. Ac etiam alimenta. Rebuffus constitut. reg. to 1. tit. De sententiis prouisionalibus, a.3. nu.13. fines Couarr. cit. Cyno, 4. decret. 2.p.c.3. §.9.n.9. Aut. Cucul. 5. institutionum maiorum, tit.12.n.160. Matienzo lib.5. recop. tit.1.l.3.*

glossa 2.n. 34. Azebedo eadem l.3.n.6. & 7. Surdus de alimentis t. 7 q.22.n 9. Molina tom 2.de iustitia, tract. 2. disp.322. col. antepenult.vers. Interim dum vxori. Lud. Lopez 2.part. instruct. vbi de matrim.*c.41.col.4.* Cuius ratio est, quia hæredes mariti solum tenentur ad alimenta eo tempore viduæ præstãda, quãdo vidua ita pauper est, vt aliũde alimenta nõ habeat. At vbi secundo nupsit, adest vir, cui eam alere incũbit: ac proinde cessat obligatio hæredum viri. Ex qua ratione colligitur, si vir secundus ita egeat, vt vxori alendæ non sit, minime eximi hæredes viri ab ea obligatione, vel dotem prædictam statim restituendi, vel præstandi alimenta eo priori anno, quo dotem restituere non tenentur. Quòd ratio, ob quam ea obligatio extinguenda erat, non deficiat. Atque ita docent *Couar. Anton. Cucus, Matienzo, Azebedo, Molina ibidem.* Addunt *Rebuffus & Surdus proxime allegati*, quamuis secundo marito habente vnde alat vxorem, extinguatur ius ad petenda alimẽta residui illius anni, quo dos non restituitur ab hæredibus, posse tamen vxorem petere id, quod interest ob retardatam dotis solutionem: iuxta *c. Salubriter, de vsuris.* At hoc non approbo. Quia tantum tenentur ad id, quod interest, quando in mora sunt hæredes non restituentes dotem tempore, quod solutioni destinatum est, ac inde mulier patitur damnum lucri cessantis, aut damni emergentis: instar aliorum debitorum, qui eius detrimenti causa sunt, dilata iniuste debiti solutione. Vt tenet frequentior ac verior sent, quam referunt & sequuntur *Couar. 3.Var. c.1. num.3. vers. Sexto. Valascus cons.8.n.4.vol.1.* Cùm ergo hæredes viri non teneantur eo anno prædictam dotem restituere, non ipsi imputabitur culpæ, quòd non restituãt: vnde nec ad lucrum cessans, nec ad damnum in le mulieri emergens tenebuntur. Si tamen vir legasset vxori alimenta, tenerẽtur hæredes ad ea præstanda, quamuis secundus vir diues esset. Quia tunc non debentur alimenta in subsidium, sed iure directo actionis. Sicut quamuis dos in rebus mobilibus consistens non possit peti intra annum: at quando à marito relinquitur in testamento, debetur statim, vt legatum illud aliquid operetur, *l.1.ff de dote prælegata, §. Sed si vxori, Instit. ad l. Falcid.* Sic *Surdus d.q.22. nu.11. & 12.* Dubitatur ergo an hoc sit correctũ iure canonico: ac proinde non obstãte trãsitu viduæ ad secũdas nuptias intra annũ luctus, teneantur hæredes viri illo anno, quo dotem non restituunt, alimenta illi viduæ pauperi ministrare, perinde ac tenerentur, si ad secundas non transisset nuptias. Videtur enim id correctum esse iure canonico: apparet enim pœna festinationis nuptiarum ea denegatio alimẽtorum. Sed absque dubio dicendum est, id non esse correctum iure canonico. Quod in pœnam inductum minime sit, sed eo quod cessarit ratio obligationis præstandi illi alimenta, (vt proximè diximus.) Atq; ita omnes Auctores citati huius correctionis non meminere, quasi manifestum relinqueates id correctum non esse, idque expresse docent *Garcias rub. C. de 2.nupt. in nouo edit. remedio 4. contra pœnas secundo nubentium, n.125. Ant. Cuc. l.5. instit. maiorum, t.12.n.109. Matienzo l.5.recop.t.1.l.3 gl.2.n.19.*

31 Tertio deducitur decisio illius quæstionis, an vidua infra annum luctus nubens teneatur restituere vestes lugubres ex substantia prioris mariti sibi traditas: nec hoc iure canonico corrigatur. Quam re breuiter præmittendum est, quid iure ciuili circa hoc constitutum sit. Quidã censent hæredes mariti teneri dare viduæ vestes lugubres: & si eæ sint vilis pretii, & ad vsum quotidianum, effici omnino vxoris: si autem festiuæ & magni valoris, non censeri eas donatas, sed traditas vt seruiant honori mariti defuncti: vt in aliis vestibus traditis vxori à marito distinguunt communiter DD. Et ideo si mulier tunc nuberet, posse hæredes mariti tales vestes pretiosas repetere: nisi consuetudo regionis aliud obtinuisset. Ita alijs citatis docent *Ioan. Lupus rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.11.num.8. Auendaño. Practicum, 2.p.c.10.n.13. fine*: quamuis enim hic non distinguat, sint ne viles an pretiosæ vestes, sed dicit vestes lugubres datas viduæ esse ab ipsa, dum secundo nubit, restituendas: at refert Ioan. Lupum loco prædicto, atque ita videtur intelligere cum eius distinctione. At neuter distinguit, nec explicat, an ad hanc restituendi obligationẽ desideretur, nuptias secundas esse intra luctus annum. Sed *Couar.* alios referens *4.decret.2.p.c.1.§.9.n.10. Perez lib. 1. ordinam.t.1.l.7.verb. Vestir de luto. Matienzo lib.5.recop.t.1.l. 3.glossa 2.n.36. Gutier. l.2.pract.q.95.à n.6. vsque ad 12. Ioa. Garcia de expensis c.8.à n.37. vsque ad 41. Lud. Lopez 2.part. instruct.* vbi de matrim. *c.41.col.4.* dicunt teneri hæredes mariti dare viduæ vestes viduales ac lugubres, etiam pretiosas, attenta regionis & personarum qualitate: & si dederint casu quo dare non teneantur, præsumi donasse ei pro tempore viduitatis, nec viduæ incumbere onus probandæ consuetudinis deducendi has vestes ex bonis mariti, sed probandi solam consuetudinem, qua viduæ his vel illis vestibus solent lugere maritos. At si vidua intra luctus annum nubat, teneri reddere has vestes ipsis viri hæredibus, siue sint pretiosæ siue viles. Et teneri viduam sic nubentem restituere vestes lugubres sibi datas, docent etiam *Quesada in suis quæst. iurm, c.25.n.vlt. vers. Circa quas vestes Ant. Cuc. lib.5. instit. maior. t.12.n.190. Padilla l. Fideicommiss. num.12 C de fideicommiss. Azebedo lib.5. recopil t.1.l.3. num. 8.* Alii vt *Vitalis & Romanus*, quos refert & videtur sequi *Gregor. Lopez l.2. verb. Las dispensas, ad fin. tit. ul. 11.p.6.* (hanc enim sent. refert in vltimo loco) dicunt quando hæredes tenentur viduam alere, quia mansit prægnans, vel dos consistebat in rebus mobilibus, nec restituitur statim, & vidua est pauper, teneri similiter hæredes ad vestimenta lugubria: secus quando non tenentur ad alimenta: si tamen tunc vestes, ad quas non tenentur, dederint; & sint viles, effici omnino vxoris: si vero sint magni valoris, censeri tradi ad vsum, & non animo donandi: ac proinde restituendas esse à vidua transeundo ad secunda vota: & hæc nisi aliud obtinuerit regionis consuetudo, quæ omnino seruanda est. Sed placet in hac controuersia sententia, quam multis citatis ample tenet *Barbosa l. Quo dotis, 34.n.81. & 82. ff. solut. matrim.* vbi docet casu quo hæredes tenentur viduam alere, teneri, quoque ad has vestes præstandas, secus autem non, nisi adsit consuetudo. Secundò ait, non videri verum vestes eas lugubres, si sint modici pretii, censeri donatas: sed sic dicit distinguendũ. Si hæres tenetur eas vestes dare, eo quod teneatur eã alere, vel quia consuetudo id induxerit, debent indistinctè remanere eæ vestes apud viduam transeuntẽ ad secundas nuptias. Quia cum hæres illas præstans satisfecerit propriæ obligationi, nil repetere potest, *l. Si quis pro vxore, 12. ff de donat. inter vir. & vx. l. penult. ff. de impensis.* Item quia vestes illæ alimentorum nomine continentur, *l. Verbo victus. ff. de verb. sign.* Sicut ergo alimenta semel præstita non restituuntur, ita nec illæ vestes. Si verò non tenebatur eas præstare, censetur donasse, & cùm nulla conditio sit expressa, semper retinebuntur per viduam transeuntem ad secundas nuptias. Vel recurretur (inquit) ad distinctionem traditam, an sint viles & quotidianæ, & tunc retinebuntur: an pretiosæ & festiuæ, & tunc vidua secundo nubens intra annum luctus eas restituet. Et in hoc euentu plus placet mihi hæc distinctio cum Auctoribus citatis. His ergo præmissis dicendum est, casum, quo vidua secundo nubens teneatur iuxta præmissa restituere vestes lugubres, minime esse correctum iure canonico. Quod colligitur ex DD. citatis, qui eiusmodi correctionis non meminere. Et docent expresse *Ant. Cucus l.5 instit. maior. t.12.n.190. Matienzo lib.5.recop.t.1.l.3. gloss.2.n.39.* Et ratio est manifesta. Quia hoc non statuitur in pœnam secundarum nuptiarum, sed quod in eo euentu censeantur vestes illæ accommodatæ viduæ, dum in vita viduali permanserit: quare ea cessante per secundas nuptias, expletur tempus commodati, ac proinde succedit obligatio illius vero domino reddendi.

Vltimo infertur, quid dicendum sit de lecto quotidiano coniugi superstiti tradendo ex bonis defuncti: an id procedat quamuis transeat ad secundas nuptias, ita vt 32

tunc

tunc non sit restituendus attento iure canonico corrigẽti in hoc dispositionem iuris ciuilis. Præmittendum est. lectum quotidianum deberi vtriuis cõiugi superstiti, eumque restituendum, si transeat ad secundas nuptias, iuxta *lib.3.fori regij,tit.6. l.6.*ibi, *Si el marido o la muger muriere,el lecho que auian quotidiano sinque al viuo,e si se casare, tornen lo à particion con los herederos.* Atq; lectus hic quotidianus non intelligitur sericus vel pretiosus, quo tempore matrimonii coniuges vtebantur.sed is qui statui viduali cõueniens est.Vt late probat aliis relatis *Gutier. l.2.pract.q.93.nu.6.* Et constat ex doctrina *Baldi, Angeli, Felini, Corseti,* & aliorum quos refert ac sequitur *Menoch.de præsumpt.l.4.præsumpt.134 n.5.*vbi dicunt lectum vxori per virum non intelligi sericum,sed statui viduæ competentem. Et hanc legem fori esse in vsu testantur *Quesada in suis quæst.iuris, c.25.n.vlt.vers. Circa quas vestes,*dicens iuxta illam pronunciatum esse in regia cancellaria Pinciana, *Aluarádus de coniect. mente defuncti.l.4.c.2.n.39.*dicens iuxta illam decisum esse in Regio Granatensi prætorio, *Gutier.d.q.93 nu. 5. Salazar in suo tract.de vsu & stylo.c.2.in n.28. Azebedo lib.5. recop.t.1.l.3.n.9.* Et tamquam receptam eam referunt, dicentes quod iuxta illam sicut vxor, quæ mortuo viro lucratur lectũ quotidianum, perdit medietatem secundo nubens, & restituit hæredibus viri,ita vir secundam vxorem ducens perdit illius medietatem,ac restituit vxoris hæredibus, *Ioan. Lupus l.15.Tauri,n.4.Castillo ibi, paulo post princip. Gomez Arias l.15.Tauri,n.2.* Et cum esse restituendum à coniuge superstite transeunte ad secundum coniugium, tradunt etiam *Quesada proxime allog. Perez lib.1.ordin.t.1.l 7.verb. Vestir por luto. Molina tom.2.de iust.tract.2. disp.431.col.9.& 3.tomo,disp. 607 col.2.Lud.Lopez in suo instruct.1.p.c.176.col.5.vers. Lectulus autem.* Nec explicant tempus intra quod sint futuræ secundæ nuptiæ,vt sit ille lectus restituendus. Nec debetur hic lectus coniugi superstiti, si defunctus non sit soluendo æs alienum. Hoc enim tamquam ex iustitia debitum præferendum est:nec defuncti bona dicuntur nisi co deducto. Sic latius probant *Gutierr.l.2.pract.94.nu.1.& 2.Zanallos in suis pract.q.1.nu.10.* Et vult quidem lex illa fori, vt per transitum ad secundas nuptias, lectus ille quotidianus coniugi acquisitus diuidatur inter ipsum, ac coniugis defuncti hæredes,ibi: *Tornen los à particion con los herederos del muerto.* Hoc enim est diuidere cum eisdem:argumento *l.29.Tauri,in princip.* Atque ita *Gutierrez. l.2.pract.q.95.nu.15.* tenet,dicens se multoties vidisse praxi receptum, & sententijs iudicum lite mota decisum, vt coniux cui adiudicatur is lectus quotidianus, caueat se restituturum dimidiam partem heredibus defuncti,si alias elegerit nuptias. Et ita diuidendum tradunt etiam *Ioann. Lupus, Castillo, Gomez, Arias, Azebedo proxime allegati Zanallos in suis pract.q.1.n. 8.& 9.*Lectulus vero hic deducendus est ex aceruo lucrorum, quæ constante matrimonio acquisita sunt, quod si talia lucra non supersint, deducetur ex capitali coniugis defuncti:vt docẽt *Gutier l.2.pract.q.95.nu.17. Aluaradus Lup. Lopez proximè allegati Zanallos d.q.1.n.8. & 10.* & refert *Aluardus* sic definitam esse in regio Granatensi prætorio. Vnde dicitur *Gutier.ea q.95.n.18. & Zanallos ea q.1.n.8.*si lectus hic deductus sit ex dictis lucris,cum alias communis esset vtrique coniugi,superstitem, qui illũ integre habet, si secundis nuptijs copuletur, diuisurum cum hæredibus alterius medietatem,& si filij ex priori matrim.supersint, solam illam medietatem illis reseruari, reliquam autem medietatem,tamquam ex bonis proprijs habitam, esse prorsus coniugis illius secundo coniugati. Addit *Gutierr.* lectum hunc deductum ex capitali coniugis defuncti, quod nõ supersint lucra aliqua,teneri superstitem, ad secundas nuptias transeuntem integre restituere, ac reseruare filijs prioris matrimonij si illi supersint, vtpote qui ex bonis cõiugis defuncti est omnino habitus. Intellige autem restituendum esse hæredibus defuncti,quãdo superstes transijt ad aliud matrim. intra annum luctus. Vt docet *Perez,lib.5.ordinam.tit.1.l.fin.fol.54.vers. Item per matrim.* Cætera de hoc lecto quotidiano videnda sunt apud DD. allegatos. Dubitatur ergo,an correctum sit attento iure Canon.lectum hunc restituendum esse à coninge secundò coniugato intrà annum luctus? Respondetur negatiuè.Quia non est propriè pœna nuptiarum secundarum, & ita est communis coniugi vtriquc: cùm tamen pœnæ anni luctus solam viduam afficiant: (vt nu.20.probauimus)sed lex ea conditione lectum applicauit coniugi superstiti. Et ita tradit *Ioan.Lupus l.15.Tauri.num.6.* Et cæteri DD.relati tamquam rem manifestam supponunt.

Ad arg.n.21.& 22.proposita resp.Ad propositum n.21. constat ex dictis nu.23. quamuis enim is textus solam infamiam expresserit,at ratio in eo tradita ad omnes pœnas extenditur.Ad 1.cum sua confirm. propositum nu.22.die satis esse,vt iuris canonici sit legem ciuilem corrigere,per huius decisionem impediri libertatem à Christo permissam transeundi quandocumque ad posterius matrim.soluto priori:adde ex ea prohibitione foueri quoque peccatum: cum auferatur libertas vtendi medicina incontinentiæ,atque ita præbeatur fornicationibus ansa. Ad secundum dic, leges infertas in Decreto non habere vim iuris canonici,nisi à Pontifice aliquo aut à Concilio generali approbentur.(vt dicam lib.9.disp.12. nu.5.) Quod hic non contingit: imo reprobatæ sunt *c.fin. de secund nupt.* 3 3

DISPVTATIO LXXXVIII.

Quæ sint pœnæ secundis nuptiis iure ciuili indictæ in fauorem filiorum prioris matrim. & an eæ iure canonico corrigantur?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sint: & nomine secundarum nuptiarum etiam tertia & ulteriores intelligantur.n.1.

Coniux secundo coniugatus reseruat filijs bona ab altero quæsita. n.2.

Vidua secundo nubens quid possit dare marito: & quid, si vnicum habeat filium,incapacem tamen successionis: & si plus det, an totum sit irritum:& sit hæc pœna communis quoque viro,n.3.

An ex vidua perdat filiorum tutelam.n.4.

Quid per sponsalia de futuro,vel si iudicem adeat,tuterem petitura,vt secundo nubat,n. 5

Quid si posterius matrimonium sit consummatum? vel non sit facta traditio.n.6.

Quid,si matrimonium sit nullum,n.7.

Quid si tutela sit testamentaria.n.8.

Quid,si vir concessit facultatem secundo nubenti, vel vt retineat tutelam n.9.

An absque sententia iudicis perdat ipso iure tutelam, n.10.

Quid si vidua curatrix sit filiorum. n.11.

An pater secundo cõiugatus perdat tutelã & administrationem.nu 12.

Quas pœnas incurrit secundo nubens non petito filiis tutore. & quid de vidua secundo coniugato, & an bona posteriori viri sint tacite obligata pro mala vxoris administratione,n. 13.

An perdat similiter munus executoris testamenti viri, n.14.

An amittat facultatem nomine viri testandi.n.15.

An amittat educationem filiorum? Refertur quædam sententia, n.16.

Proponitur sententia Auilesij: & præsumptio iuris, & de iure ex solitis allegatis præteritis potest desumi,n.17.

An in hac educatione præferenda sit mater concurrentibus paribus qualitatibus in ipsa,n.18.

Quid si ea sit filiis successura,n.19.

Quid de patre transeunte ad secundas nuptias,n 20.

An mater hac teneatur in foro conscientiæ hanc educationem relinquere,n. 21.

An possit exemplariter filio amenti substituere? Refertur duplex opinio, n.22 & 23.

Proponitur sententia Auilesij,n.24.

An ea facta ante secundas nuptias euanescat per eas,n.25.

An pater secundo coniugatus priuetur ea potestate substituendi,n.26.

An mater secundo nubens excludatur per tacitam pupillarem? Refertur quædam sententia,n 27.

Proponitur sententia Auilesij, n 28.

An excludatur mater per tacitam pupillarem, quando ei legat aliquid vt cum ea ditione non nubendi,n 29.

Quid si leget,ei donec vitam vidualem seruauerit, n.30.

An perdat secundo nupta priuilegia honoris & fori viri,n.31.

An filij teneantur alere & dotare matrem secundo nubentem, n 32.

An ea possit renocare donationem ratione ingratitudinis,& quid de patre,n 33

An secundo nubens amittat ius prælationis in priori dote.nu.34.

An pater secundo coniugatus teneatur satisdare de restituenda hereditatis filijs, & de bono vsu administrationum, n 35

An mater secundo nubens teneatur de modulis rationem reddere,quamuis à testatore relcuata sit,n.36.

An valeant pacta sub qua coniuges se obligant ad abstinendum ab alio coniugio: vel pœna sub qua se obligat quispiam ad ingressum religionis, nisi sponsalia perficeris, n.37.
Post n.37 tenuiter summaria, quæ desiderantur.

1 DVplex est agitanda quæstio. Prior, de pœnis iure ciuili statutis secundis nuptiis, in fauorem filiorum prioris matrimonii. Posterior, de earum correctione iure can. Quæstio ergo prior est, quæ sint hæ pœnæ? Et id quidem tamquam certum præmittendum est, secundas nuptias non solas dici quæ secundæ sunt, sed etiam tertias, & vlteriores respectu præcedentium. Quod constat ex *l. Cum alias 4. C. de secund. nupt.* ibi: *Omnis posteritas ex quocunque suscepta viro.* Et paulò inferiùs, *Ex quocunque coniugio susceptis filijs.* Et *l. Hac edictali, 6. statim in princ. C. eod. tit.* ibi. *Ad secundas, vel tertia aut vlterius repetiti matrimonii vota migrauerit.* Et docent *Glossa in rubr. C. de secund. nupt. & ibi Bartolus n. vnico. Decius n. 5. Ripa in nouis edit. n. 6. vers. Pro declaratione. Azo sum. eod. t. n. 1. Nicol. de Vbaldis de success. ab intestato, 2. part. n. 10. Bologninus in addit. ad Matthæ. de success. ab intestato. artic. 2. princip. membr. n. 19. fin. Ioan. Lupus l. 15. Tauri, n. 8. & ibi Castillo num. 1. Ant. Gomez. num. 6. fine.*

2 Prima ergo pœna est, vt eo ipso quòd coniux transit ad secundas nuptias, amittat proprietatem omnium bonorum, quæ à coniuge defuncto consecutus est, & eam transferat ad filios prioris matri. retento solo vsufructu. Constat ex *l. Fœminæ, C. de secund. nupt.* De cuius pœnæ explicatione est instituenda tota disp. sequens.

3 Secunda poena est, non posse in dotem dare marito, nec alio titulo ei relinquere, plusquam dederit vni ex filiis prioris matr. cui minus reliquit. *l. Hac edictali, 6. in princip. C. de secundis nupt.* & an sit plus minusve, inspicitur tempus mortis: vt ibi habetur §. *Hanc obseruationi.* Hæc autem minor pars data filio, quam nequit excedere relicta secundo viro, est computanda pensatis non solùm, quæ filius habuit in testamento parentis, sed etiam quæ ab ipso superstite habuit. Quare si filius coniugis secundo nubentis consecutus est ab ipso centum vitæ tempore, & totidem in testamento, poterit hic dare posteriori coniugi ducenta. Quod clare colligitur ex *dd. Hac edicti in princ.* ibi: *Quam filius vel filia habet, eius minor portio vltima voluntate relicta, aut data fuerit, aut donata.* Et docet *Angelus auth. de nupt. in princ. n. 14.* Quod si secundò nubens vnicum filium habeat ex priori matrimonio, illique sit incapax successionis, vt quia professus est in ordine Minorum, potest omnia bona posteriori viro relinquere. Quia cum is sit incapax, reputatur ac mortuus, *l. Si necesse, §. Deportatus. ff. de bonis libert.* Sic *Angelus ibidem num 15.* Si vero plus relinquat viro, quam vni ex filiis, cui minus reliquit, illud solum vlterius erit irritum. Vt constat ex *dict. l. Hac edictali in fine princ.* ibi, *Sin vero plus quàm statutum est, aliquid nouerca vel vitrico relictum, vel donatum, aut datum fuerit, tamquam non scriptum, neque relictum, vel donatum, aut datum sit, ad personas deferri liberorum, & inter eas diuidi iubemus.* vbi nó integrum relictum, sed illud plus irritatur. Atque ita tradunt *Angelus ibid. n. 13. Glossa dict. l. Hac edictali, verb. Diuidi. Alex. de Neuo c. fin. n. 8. de secund. nupt.* Tandem hæc poena est communis viro & fœminæ transeunti ad secundas nuptias. Vt constat ex *l. d. Hac edictali, statim in princ.* ibi: *Pater materve.* Et docet *Garronus rubr. C. de secund. nupt. n. 9. pœna 2.* Et alia multa circa hanc poenam possunt videri in *Anton. Gabr. to. 3. commun. opin. l. 3. t. de secundis nuptus tot. a concl. 4.*

Tertia poena est, mater transiens ad secundas nuptias
4 amittit filiorum tutelam. Constat ex *l. fin. & authent. Sacramentum, C. quando mulier tutela officio, & auth. vt sine prohibitione matres, §. vn. collat. 7. & l. 5. t. 16 p. 6.*

5 Circa quam poenã dubitatur primò, an hoc procedat, quando sunt sola sponsalia de futuro? Quidam partem affirmantem sustinent. Nam ab initio denegaretur tutela matri, nisi abstinentiã à secundis nuptiis spoderet: quare statim ac adest animus secundo nubẽdi, incipit esse suspicio quæ in causa est, vt amittatur per secundas nuptias. *Ita Barth. auth. Sacramentum, n. 3. C. quando mulier tutela officio. Angelus §. Actionum, q. 20. n. 41. Instit. de actionib.* Imo quando adit iudicem, significans se velle nuptias contrahere, petitque tutorem filiis, tradunt aliqui tutelam perdi. Quod iam incipiat mater esse suspecta. Sic *Bart. & Angelus ibidem. Idem Bart. l. Si quis sub condatione, 1. num. 28. ff. de testam. tutela. Decius cap. Ex parte M. in noua editione, nu. 29. & 30. de appellat. Sylua nuptialis l. 2. verb. Vidua non est nubendum, n. 50. Ant. Gabriel to. 3. commun. opin. l. 3. t. de secund. nuptiis, concl. 9. n. 13.* At verius est, minimè perdi per sponsalia de futuro. Quia *auth. Sacramentã, C. quando mulier tutelæ officio*, tantum dicit, *Contractis secundo nuptiis. & l. 5. t. 16 p. 6. Casando la madre.* Et cum hoc sit pœna, non est extendendum. Præterea, quia potest postmodum renunciare spõsalibus, & sic cessabit suspicio. Deinde, quia facilius quisquam impeditur habere, quam rem habitam retinere, *l. 1. §. Casum, ff. de postulãdo.* Quamuis ergo mater quæ sponsalia contraxit, admittenda non sit ad filiorum tutelam, at si antea admissa fit, non ob id statim repellenda est, donec matrimonium ineat. Quare hanc partem sustinent *Specular. tit. De tutore, §. Nunc dicendum, n. 4. Salycetus d. auth. Sacramentum, n. 4. Ruinus cons. 87. n. 3. vol. 5. Menochius de arbitrar. lib. 2. casu 151. n. 7. Gutier. de tutela, t. p. c. 9. n. 2. Greg. Lopez l. 5. verb. Casando, t. 16. p. 6.* Nec licet adeat iudicem petens tutorem, eo quod ad secũdas nuptias transire velit, eam perdit, donec transeat. Quia textus petunt cõtractas esse nuptias. Deinde, quod suspecta nõ reputetur, quæ optemperãs legi actũ facit, per quẽ omnis suspicio debet amoueri, nimirũ petere tutorem: & offerre se ad reddendam tutelæ rationem. Et sic sustinent *Salycet. n. 3. & Greg. Lop. Gutier. & Menochius ibidem.*

Secundò dubitatur, an si matrim. nõdum consummatum sit, perdatur tutela. Pars enim negans inde probari 6
potest, quod in materia hac pœnali id non reputetur matrim. nec nuptiæ (vt in simili dixi disp. præc. n. 19.) At dicendum est perdi tutelam. Quod iura solum ponderent fractam esse promissionem factam in tutelæ acceptione, abstinendi à secundis nuptiis, & suboriri suspicionẽ malę administrationis, quæ in matrim. nondum consummato reperiuntur. Et ita sustinent *Baldus l. Omnem, n. 10. C. ad SC. Tertul. Alex. de Neuo c. fin. n. 10. de secund. nupt. Ant. Gabr. tom. 3. comm. opin. l. 3. tit. de secund. nupt. concl. 9. n. 13.* & DD. quos refuli nu. præcedenti dicentes amitti per sponsalia de futuro, nedum per matrimonium ratum. Quod si non sit facta traductio ad domum, non amitti tutelam, tenẽt multi, quos refert & sequitur *Menochius d. casu 151. n. 8.* limitans cum Boerio, & alijs, nisi ante traductionem consummetur matrim. Sed melius *Gutier. co. cap. 9. n. 9.* tenet per traductionem perdi, ante consummationem.

Tertiò dubitatur, an amittatur per matrim. irritum? Affirmat *Baldus c. Ex parte M. n. 20. de appell.* dummodo interueniat carnalis copula. Ducitur, ne plus concedatur luxuriæ, quam castitati, per quam deperditur, nempe, per secundas nuptias, quæ castæ sunt. At hoc existimo pertinere ad pœnam fori externi: & ita in conscientia non perdi ante iudicis sent. (vt latius dicemus disp. 90. num. 11.) Quia id matrim. non est verum, atque ita non verificatur fœminam illam ad secundas transiisse nuptias, vt sic ipso iure vacet tutela. 7

Quartò dubitatur, an hoc procedat in tutela etiam testamentaria, nimirũ, quando mater relicta est in testamẽto viri tutrix filiorum? Partem negantem sustinent aliqui. Quia *l. Omnem, C. ad Tertul.* vbi est sermo de matre ad secundas nuptias transeunte, nõ petito filiis tutore, solum est sermo de tutela legitima, quasi ea sola amittatur per transitum ad secundas nuptias, ibi: *Si ea legitima liberorum tutela suscepta.* Et nulla lege cauetur testamentariam perdi: neque est eadem ratio sicut in legitima. Quia in testamentaria eius fides à testatore est approbata, & ideo non cogitur satisdare. *Instit. de satisdat. tutor. in princ.* Et cum potuerit vir cogitare fore, vt vxor secundò nuberet, & nil dixerit, præsumitur eum paruipendisse. Hanc partem sustinet *Baldus auth. Eisdem pœnis, nu. vlt. C. de secundis nuptiis.* Et eam forte de iure veriorem esse dicunt *Angelus de Aretio, §. Actio.* 8

Actionem, q.19.n.41. Inslit. de actionibus, & Angelus de Gambellionibus, tract. de testam. Glo.96.nu.11. Sed dicendum est, perdi etiam tutelam testamentariam filiorum transeunte matre ad secundas nuptias. Probatur ex §. *Sin autem tutelam, vers. Nos autem, authb. de nuptiis, collat.4.* ibi: *Simpliciter æqualem eam ponimus propter nuptiarum immaturitatem ei, quæ ante lugubre tempus nupserit.* At nubens intellectus tempus, tanquam infamis, ac suspecta, & odiosa memorię defuncti, & legi ad nullam tutelā aspirare potest. Præterea, quia textus generaliter loquuntur de tutela. Vt constat ex textibus, quos nu.4. tetuli. Et militat eadem ratio in hac tutela, quæ in alijs, nempe, præsumi malam administrationem, ac bonorum dissipationem propter affectum secūdi viri. Et ideo ita tenent *Glossa d.l. Omnem, in fine, & ibi Bart.n.vn. Baldus n.7. Albericus nu.1.* dicens se vidisse ita obseruari, ac in iudicio obtinuisse. *Salicetus n.5. Corneus nu.2. Idem Bartol. authb. de nupt. collat.4. § Sin autē tutelam, n.8. Idem Bald. authent. Sacramentum, in fine, c. Quando mulier, & consil. 249. ista quæstio est dubia, in fine, vol.1. quod est consil. 51. in 3. vol. in noviori edit. & c. Ex parte M.n.2. de appellat.* vbi & *Francus n.2. notabili 3. Ruinus consil. 87 n.1. & 3. vol.5. Garronus authb. Eisdem pœnis, n.fin. C. de secund. nupt. Guido decis. 539. statim in princip. Sylua nuptialis l.1. verb. Viduæ non est nubendum, nu. 50. Boerius decis. 124. n.12. Vivius decis. 364. n.7. Greg. Lopez l.5. verb. Sacar, t.16.p.6. Ant. Gomez l.14. Tauri n.11. vers. Item adde, Tello l. 6. Tauri n.31. Villalobos in autenticis cit. & reg. lit. M. nu.8. Baeza de decima tutoris, c.4.n.51. Gutier. de tutelis, 1.p.c.9.n.16. & Olanus in sua concord. lit. M.n.25. Molina lib.1. de primog. c. 9.nu.49. Padilla l. Fideicommissum, nu.8. cap. de fideicommiss. Anton. Gabr. tom.3. com. opin. l.3.t. De secund. nupt. concl.9.n.6. Oldradus, Cynus, Iacobus Butrigar.* quos refert & sequitur *Matienzo lib.5. recopil. t.1.l.3. glo.2. num.9. Spino speculo testam. gloss.29. princip. n.9. & 10.* Et videtur hoc decisum *l.reg.4.t.16.p.6.* (vt aduertit ibi *Greg. Lopez, verb. No casara*) cum ibi in tutela testamentaria decidatur petendam esse renunciationem secundi coniugij.

9 Imo *Ant. Gomez n.preced. relatus* ait posse attentari matrem transeuntem ad secunda vota amittere tutelam testamentariam filiorum, quamuis maritus in testamento cōtrarium iusserit. Quod verum est in maximū liberorum præiudicium, retenta per matrem tutela, quibus lex matrem priuans prospexit: nec vir potuit liberis præiudiciū inferre. Idem sustinet *Rum. consil. 87. nu.10. vol.5.* fatetur tamen voluntatem hanc viri id operari, ne mater perdat ipso iure tutelam, donec aditus iudex eam priuet, prout teneatur: atque adeo valere interim ab ea gesta, tamquam à vera tutrice. At verius est contrarium. Quia ea fiducia, quam maritus de illa habuit, transeunte ad secundas nuptias purgat suspicionem: sicut & posset maritus quemcumque extraneum tutorem relinquere. Et ita sustinent *Bald. c. Ex parte M.n.2. de appel. Francus, Garronus, Sylua nuptialis, Matienzo n.preced. allegati.* Vnde non sufficiet, si non expresse constat de voluntate viri: sed fortè dixit, Sit tutrix, quamdiu vixerit. Quippe ea verba accipienda sunt rebus in eodem statu permanentibus. Ita *Guido, Garron. Spino, nu. precedenti relati.*

10 Quintò dubitatur, an ipso iure cesset tutela, matre ad secundas nuptias transeunte? Videtur enim pars negans vera. Quod non reperiatur textus ipso iure priuans. Nam *l. fin. C. quando mulier*, solum sic dicitur, *Iuramentum antea præstet, quod ad nuptias non perueniat*, & *auth. Sacramentum: eod.t. Sacramentum non exigitur, sed contractus secundis nuptiis expelli eam à tutela contenti.* Quæ verba expresse denotant eam non ipso iure expelli, sed à iudice expellendam. Et *l. 5.t.16.p.6.* ibi, *El juez del lugar deue sacar luego los mozos de su guarda.* Non ergo ipso iure cessat tutela, sed iudicis ministerium ea matrem priuantis desideratur. Sed citra dubium tenendum est, ipso iure amitti tutelam. Quia licet, *d. auth. Sacramentum*, dicatur, *expelli eam conuenit*, quibus verbis ministerium iudicis desiderari significatur: at loquitur de expulsione facti, quasi ipso iure desierit. Et eodē modo *d.l.5. reg.* accipienda est. Secundò, quia *d.l. fin. C. Quād o mulier*, petens vt mater filiorum tutrix futura renunciet secundis nuptijs, clare denotat tutelam dari matri sub conditione ab illis abstinendi. At tutor sub conditione datus expirat non parens conditioni, *l. Tutor datus, 8. in princ. ff. de testam. tutel.* Tertiò quia eo ipso quod mater ad secundas migrat nuptias, videtur renūciare tutelæ cum eo statu incompatibili attenta iuris dispositione. Quare ex tacita renunciatione cessat, instar beneficij per contractum matrimonij vacātis. Quartò, id probat textus *auth. Vt sine prohibitione matres. §. vn. vers. Propterea igitur sancimus, collat. 7.* ibi, *Mox tamen vt secundas contraxerit nuptias, repente expelli à tutela.* Quod idem supponit *c. Ex parte M. de appellat.* ibi: *Et prædicti filij eius sub potestate & tutela ipsius minime permanerēt, cum iam ad secunda vota transisset.* Et ita sustinent *gloss. d.ca. Ex parte M. verb. Sub potestate, ad fin. & ibi Ant. nu.15. Speculat. titu. de tutore, §. Nunc dicendum, n.5. Garronus auth. Eisdem pœnis, in noua edit. n.26. C. de secund. nupt.* vbi dicunt quàm cito mater ad secundas nuptias transierit, solutam esse tutelam, ac si mortua esset. Eandem sent. tenet *Gloss. l. Omnem, 6. in fine, C. ad Tertull. & ibi Bart. n.vn. Bald. n.7. Paul. n.1. idem Bart. l. Si quis sub conditione 11. nu. 27. fin. ff. de testam. tutel. & d. auth. Sacramentum, n.2. fine: & ibi Salycet. nu.2. vers. Ego probo. idem Salycetus d.l. Omnem, n.4. Abbas d.c. Ex parte, paulo post prin. notab.2. & ibi Decius in noua edit. n.5. notab.2 & nu.29. Bellamera ibi n.vlt. Idem Bald. d. auth. Eisdē pœnis, nu.vlt. & d.c. Ex parte M. n.2. & ibi Francus n.2. notab.3. Præpos. n.4. Corneus d.l. Omnem, n.2. Angelus de Perusio repetit. l. Mater, n.5. C. ad Tertull. Angelus de Aretio Inslit. de action. §. Actionum, quæst.19 nu. 41. Angelus de Gambellionibus tract. de testamentis gl.96.n.12. Aimon. consil. 18. n.1. vol.1. Guido decis. 539. statim in princ. Sylua nuptialis libr.2. verb. Viduæ non est nubendum, n 50. Lucas de Peña l. Mulieres, col. 1. vers. Sed cum mulier, C. de incolis, l.10. Ruin consil. 87. nu. 2. & 10. vol.5. Greg Lopez l 5. tutu. 16. p. 6. verb. Elmas cercano. Nauar. sum. c.25. n.67* addens eam peccare lethaliter, si post transitum ad secundas nuptias retineat tutelam, *Ant. Gomez l. 14. Tauri n.10. & n.11. verb. Item adde. Tello l. 6. Tauri n.31. Emmanuel Sa sum. verb. Curator. fin.* Quare nullum exigitur iudicis ministerium, sed eo ipso iudice nil agente amittitur. Quod apertè docent DD. allegati, dicentes statim expirare tutelam, ac si mater obijsset. Et in terminis propriis docent *Bart. d.l. Si quis sub conditione, n.27. fine. Bald. d.l. Omnem, num.7. & ibi Corneus n.2. Gregor. Lopez d.l.5. verb. El mas cercano.* Et melius omnibus *Nauar. d.c.25. nu.67.* cum dicat eam ream esse culpæ mortalis, si vbi secundò nupsit, retineat tutelam. Non enim peccaret retinens donec condemnaretur, si iudicis sententia opus esset ad priuandam eam tutela.

Quæ dicta autem sunt de amissione tutelæ per transitum matris ad secundas mattis, accipienda sunt similiter, si mater sit curatrix filiorum: id enim munus eo ipso amittet per eum transitum, sicut & munus tutricis. Quippe dispositum in vno habet locum in alio, *l. Quod si nolit, §. Quod in procuratore, ff. de edil. edicto.* Et docent *Glossa auth. Matri & auia, verb. Tutelam, C. quando mulier. Decius multis citatis, c. Ex parte M. in fine, de appell. Auiles præmio c. Pratorum, glo.1. nu.42. Greg Lopez l.4. verb. La guarda, t.16.p.6.* addens *cum glossa alleg.* idem esse dicendum, si mater sit curatrix filij mente capti vel furiosi. 11

Tandem circa hanc pœnam dubitatur, an pater secundam vxorem ducens perdat similiter filiorum tutelam? Præmittendum est, longè inter se distare, patrem esse legitimum administratorem bonorum filij qui sub sua potestate cōstitutus est: & esse eius tutorem (quamuis enim filiis patrem habentibus non detur regulariter tutor: at datur aliquando si pater eos emancipet, *l. Si insanti, C. de iure delib. & ibi Bart.*) Quippe pater legitimus administrator totum commodum habet vsumfructum, solaque proprietas est filij: & ideo non tenetur rationem reddere, nec cautionem præstare: nec bona eius tacitè obligantur pro administratione. Quæ secus se habent, vbi pater esset tutor (vt multis citatis tradit *Pinell. l.1. p.1. nu.27. C. de bonis maternis.*) Hoc supposito manifestum est, pa- 12

trem secundo coniugatum non amittere legitimam bonorum filij familias administrationem. Vt est expresse decisum *l. Generaliter, in fin. vers. Negotia, C. de sec. nupt.* Et ratio est, quod huiusmodi administratio cõcedatur sibi ratione vsusfructus quem in his bonis habet: & cum adhuc tunc eum retineat, *l. fi. C. de bon. matern.* inde est, vt retineat etiam legitimam administrationem. Et ita fatentur omnes. At si filii emancipari tutor sit, non modica difficultas est, an tutela cadat, instar matris transeuntis ad secunda vota. Cum non sit lex eximens patrem: & licet non sit lex primans, sicut est de matre; militat tamen eadem ratio suspicionis malę administrationis bonorum: eo quod valdè remittatur amor ergo filios prioris matrim. posteriori inito. Et ideo hanc partem tuentur *Angelus auth. de non eligendo secundo nubentes. §. Quia vero, n. 16. Ripa l. fin. q. 26. C. de revoc. don. Chassan. in consuet. Burg. rub. 6. § 8. n. 2. in fi. & nu. 7.* At contrarium est multo verius. Quod non sit lex de patre loquens, & sit multum diuersa ratio: quippe amor paternus maioti iudicio ac firmitate roboratur. Quod secus est in feminis, quæ vtpote leuiores, ac iudicii stabilitate destitutæ, sepius nuptiarum nouarum amore captæ non solum res filiorum, sed etiam vitam addicunt, vt ait text. *l. Lex quæ tutores, C. de admin. tutor.* & ita hanc partem sustinent *Bald. auth. Eisdem pœnis, nu. 8. C. de secund. nupt. Angel. l. Ex facto, nu. 4. ff. de vulgari: Fulgos. Corn. Imola*, quos refert & sequitur *Pinel. l. fin. n. 15. C. de bonis matern. Manchaca de success. creat. l. 2. § 12. n. 36. Barza de decima tutoris c. 4. nu. 51. Matienzo lib. 5. recop. titul. 1. l. 3. glo. 2. num. 10. Spino speculo testam. glo. 29. princ. n. 14.*

15 Quarta pœna est, si vidua filiorum tutrix contra iuratum præstitum abstinendi à secundis nuptijs in tutelæ assumptione, ad illas transierit, antequam iudicem adeat, tutorem que filiis petat, & rationem reddat susceptæ tutelæ. & exsoluat quidquid subductis rationibus debuerit, incurrit omnes pœnas, quæ mulieri secundo nubenti intra annum luctus sunt iure statutæ: quas latè retuli disp. præced. Sic decernitur *auth. de nuptiis, §. Si autem tutelam, collat. 4. & auth. Eisdem pœnis, C. de secund. nupt.* Quamuis autem hodie non exigatur iuramentum à matre tutrice abstinendi à secundis nuptijs, sed sola simplex illarum renunciatio, vt cõstat ex *auth. Sacramentum. C. cod. tit.* habent tamen eædem pœnæ locum. Quippe non ob violationẽ iuramenti imponuntur, sed propter malam administrationem, eo quòd ante secũdas nuptias, non petiit tutoré. vt tenebatur, ac promiserat in tutelæ assumptione. Et ita tradunt *Glossa d. auth. Eisdem pœnis, verb. Sacramentum. Et ibi Cynus fuse, Bartol. n. vn. Alberic. n. vn. Salycet. fin. Garronis ibi in nouis edit. n. 27. Idem Bart. dict. § Si autem tutelam, n. 1. Hostiens. c. fi. n. 2. de secund. nupt. & ibi Alex. de Neuo, n. 27. Ant. Gabr. to. 3. commun. opin. l. 3. tit. de secund. nupt. concl. 9. n. 9.* Præterea, nec talis mater succedit ei filio ab intestato, nec iure substitutionis, si impubes moriatur. *l. Omnem, 6. C. ad Tertul.* Item bona posterioris viri sunt tacitè obligata pro mala huius feminæ administratione, *l. Si mater, C. ex quibus causis tacit. pign.* & ex multis probant *Garronis rubr. C. de secund. nupt. in nouis edit. pœna 28. n. 54. & Ant. Gab. d. concl. 9. nu. 4.* Ex autem pœnæ non contrahuntur, si mulier hæc filiorum tutrix sit minor, quamuis malè assumpserit tutelam, vtpote quæ minoribus est interdicta. Sic *Bald. d. auth. Eisdem pœnis, nu. 1. & Garronis aliis citatis n. 9. Ant. Gabr. d. concl. 9. nu. 32.* Et addit *Garronis citato Baldo.* hoc procedere, quamuis facta iam maior secundò nupserit non petito tutore, dummodo tempore, quo tutrix creata fuit, esset minor. Aliis etiam modis limitatur: hoc de quibus latè consulendi sunt *Baldus tota ea auth. Eisdem pœnis, & ibi Garronis à n. 9. & Ant. Gabriel tota ea concl. 9.* Hæc autem pœna non habet locum in viro. Cum enim transiens ad secundas nuptias non amittat tutelam (vt probaui num. præcedenti) non est cur obligetur petere tutorem ante transitum ad illas? atque ita bona mulieris non sunt tacite obligata pro mala administratione huius secundi viri tutoris, vt bene docet *Garronis rubr. C. de secund. nupt. in nouis edit. n. 56. pœna 28.*

Quinta pœna est, si relicta sit à viro executrix testamẽ- 14
ti, id munus amittit, si ad secunda vota transeat. Quod tutela, & executio testamenti æquiparentur, & ab illa ad hanc argumentari liceat. Vt testantur *Glossa l. antepenult. vers. Ad alium ff. de tutelis, & l. Vxori, verb. Adscripsit ff. de falsis. Et alijs relatis, Peralta l. Omnem, n. 19 ff. de legat. 2. Baeza de decima tutoris, c. 19. n. 22. Padilla l. Eam quam, num. 71. C. de fideicomm.* Cum ergo hæc mulier perdat tutelam, amittet similiter testamenti executionem. Atque ita docent *Gulielmus Benedictus cap. Raynutius verb. Qui cum alia, nu. 103. de testam. Lucas de Peña l. Quoties, col. 2. vers. Sed pone mulier, cap. de priuilegijs scholarum, l. 12. Spino spec. testam. Glossa 28. princ. num 35.* Et dubius relinquit cogitãdum *Ioan. Lupus rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 67. n. 15.* At tenendum est, id officium non amittinec enim semper valet argum. à tutelâ: & maximè in his pœnalibus, & vbi tam diuersa ratio subest. Et constat ex *l. Cum pater. § Hæreditatem, ff. de legat. 2. iuncta l. Si arrogatus, ff. de tutel.* vbi tutela finitur deportatione, secus de officio executionis vel electionis. Et ita docẽt *Bart. l. A filio in princ. n. ff. de alimentis & cibarijs Baldus auth. Eisdem pœnis, in fine, C. de secund. nupt. Decius l. 2. n. 21. ff. de regul. iuris, & c. Ex parte M. in noua edit. nu. 6. not. abi. 2. de appellat. Ioan. Lupus l. 31. Tauri, n. 38. & 39. Couar. c. Tua n. 3. de testam. Greg. Lopez l. 2. verb. Frades, titu. 10. p. 6. Aniles proœmio c. Prætorum, Gloss. 1. nu. 43. Matienzo lib. 5. recop. t. 4. l. 5. gl. 8. n. 5.*

Hinc deducitur, minus verum esse quod aliqui audẽt 15
dicere (quos tacito nomine refert, nec improbat *Ioan. Lup. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 67. n. 14.*) nempe commissionem nomine viri concessam ab ipso vxori testandi, expirare ea secundo nubente. Quod dubius relinquit cogitandum *Cisuentes l. 31. Tauri n. 4. dub. 2.* Sed cum pœna hæc nullo iure probetur, imponenda minimè est. Et ita sustinet idem *Ioan. Lupus l. 31. Tauri n. 38. & 39.*

Sexta pœna est, vt, quamuis filii apud matrem viduam 16
potius educandi sint, vt constat ex *l. 1. C. vbi pupilli educari debeant*: at si transeat ad secundas nuptias, educandi pupillos iure priuetur. Non leuis autem difficultas est inter iuris cæsarei interpretes, an leges præcisè priuent hãc matrem ea educatione: an solum ob id reddatur suspecta, ac iudicis arbitrio relinquatur, num ex circumstantiæ concurrant in matre, quæ suspicioni huic præponderent, ac proinde non sit ei prolis pupillæ educatio deneganda. Quidam enim censent præcisè priuari educatione. Ducuntur ex *l. 1 C. vbi pupilli educari debeant.* ibi: *Educatio pupillorum tutorum nulli magis quam matri eorum, si non vitricum eis induxerit, committenda est.* Et quamuis postea is textus subdat, iudicis esse, orta lite inter matrem & cognatos circa pupilli educationem, arbitrari inspecta personarum conditione, vtri præferendi sint: & sic videatur decidere, id esse arbitrarium: at reuera ea verba arbitrium indicantia, sunt referenda ad ipsam matrem, dum vidua permanet, cui incumbere educationem lex illa deciderat. Potest enim accidere illam talem esse, vt merito educatione hac priuanda sit. Vt constat ex *l. 1. iunct. Glossa, verb. Ex conditione, & l. Si disceptetur, 5 ff. vbi pupillus educari debeat: & l. regia 9. tit. 16. p. 6.* quæ matrem bonis moribus ad hanc educationem imbutam esse petunt. Vnde sensus est lite orta circa educationem, iudex arbitretur num ij mores desiderentur in matre, vt iure optimo sint illi in hac educatione præferendi cognati. Quod vel inde constat, nam priuatio, qua mater per legem priuatur educatione, eo quod secundo nubat, supponit terminos habiles, scilicet, matrem talem fuisse cum erat vidua. vt nisi secundò nuberet, tutela minimè priuaretur. Iuxta vulgare philosophorum axioma, Priuatio supponit habitum & potentiam, *l. Decem. ff. de verb. oblig.* cum similibus. At quando mater transit ad secũdas nuptias, præcisè vult textus ille, vt ea educatio ei denegetur, ibi: *Si non vitricũ eis induxerit.* Et clarius id præcisè statuitur *auth. de nuptiis. §. Etsiãe quoque, collat.* ibi, *Quoniam omnium mater fide dignior ad filiorum educationem videbatur: dat ei & hoc hac lex, nisi ad secundas accesserit nuptias.* Et *auth. Vt liceat matri & aute, §. Illud quoque, collat. 8.* ibi: *Et mater*

ter ad secundas non venerit nuptias, apud matrem nutriantur. Et adhuc clarius *l. reg. 19. tit. 16. p. 6.* ibi: *Pero si uviesse madre que fuesse muger de buena fama, bien le puede dar el fijo que lo crie, e ella puede lo tener mientras mantuuiere biudez, e no casare: mas luego que casare, deuen sacar el huer fauo de su poder.* Vbi apertè discrimen constituitur inter viduam bonæ famæ, dum vidua permanet: & quãdo est secũdò nupta: in prioti enim casu voluntarium esse iudici tradere matri prolem educandam significatur, ibi *Pueda dar el fijo que lo crie.* Nã verbum Potest, affirmatiuè prolatũ importat actum voluntarium, vt optimè tradunt *Bart. l. Gallus, in princ. n. 4. ff. de liber. & postum. Ruin. consil. 69. n. 12. vol. 1.* cum innumeris aliis, quos refert & sequitur *Celsus cons. 111. num. 6.* vnde dicit ibi *Bart.* verbum, Potest affirmatiuè positũ in legibus, rescriptis, vel contractibus, numquam reperiri importare necessitatem præcisam. In posteriori autem casu, vbi est sermo de vidua secundò nupta, sic dicitur: *Mas luego que casare, deuen sacar el huer fauo de su poder.* Et ita præcisam necessitatem ea verba important. Nam verbũ Debet, eam dicit, (vt ex multis probaui l. 4. disp. 23. n. 2.) Præterea addidit, *Luego*, cui correspondent Latinè aduerbia, Illico, statim, quæ eam denotant celeritatem, vt omnem dilationẽ excludant, ac sententiam latam importent. Vt multis citatis docent *Tu aquel. l. Si vnquam, verb. Reuertatur, 109. & seqq. C. de reuocand. donat. & Gutier. de iuramento. 1. p. c. 62. n. 4.* Et confirmatur, quia alias nullum esset discrimen inter priorem & posteriorum casum, si in vtroq; cõcederetur arbitrium iudici circa hanc educationem. Et secundò confirmatur, quia eodem tenore loquitur agens de tutela. *l. reg 5. t. 16. part. 6.* ibi: *Deue sacar los mozos luego de su guarda, y de su poder:* ac *dict. l. 9.* loquens de educatione, ibi: *Mas luego que casare, deuen sacar al huer fauo de su poder.* Si ergo ipso iure statim per secundas nuptias amittitur tutela, (vt n. 10. probauimus) amittetur similiter ius educationis: eo vel maximè, quod ille *l. 5.* non tantùm dixerit statim matrem priuandam esse tutela, quod significant ea verba, *De su guarda*, sed etiam educatione, quod significant ea verba: *Y de su poder.* Id enim verbum ad educationem refertur, vt constat ex *d. l. 19.* quæ de educatione agens eodem verbo vsa est, ibi. *Deuen sacar al huer fauo de su poder.* Et adhuc tertiò confirmatur, quia dum dicit, *Mas luego que casare, deuen sacar al huer fauo de su poder*: necessario intelligit textus de vidua bonæ famæ, apud quam proximè dixerat educãdum esse sobolem: quando enim non esset bonæ famæ, sed suspecta, educationis incapax esset, vtpote quæ conditione ibi ad educationem petita caret. Quare in eo euentu non essent expectandæ secundæ nuptiæ, vt educatione priuaretur. Secundò principaliter probatur hæc sententia, quia mater transiens ad secundas nuptias, tamquam suspecta priuatur eo ipso tutela etiam testamentaria (vt n. 8. & 10. probauimus) nec in hoc vllum iudicis arbitrium versatur. Ergo à fortiori priuanda est educatione. Nam tutor principalius datur personæ, quàm bonis. Vt constat ex tutelæ definitione tradita *l. ff. de tutelis*, & ex § *penult. Instit. qui testamento tutores*, ibi: *Persona, non causæ vel rei tutor datur.* Vbi *Gloss. verb. Persona*, ait principaliter dari personæ pupilli, vt eum bonis moribus instruat, & secundario rebus. Et similis textus est *l. reg. 1 titul. 16 p. 6.* Et ideo *Bald. l. Precibus, num. 18. C. de impuberum, & aliis substitut.* dicit administrationem bonorum pupilli esse quid accessorium ipsi educationi, quæ est quid principale. Cùm ergo iura, eo ipso quod ad secundas nuptias mater transit, priuent ipsam tutela, non est dicẽdum priuationem hanc intelligi quoad partem minùs principalem & accessoriam, quæ est administratio bonorum, retenta educatione, quæ est *l. fin. C. de contrario iudicio tutelæ*: at ipsi non integra tutela principaliori. Tunc enim potius verificaretur non amitti tutelam: cum principalius maneat, à quo simpliciter fit denominatio. Et confirm. quia fidelior, atque omni suspicione liberior persona desideratur ad pupilli educationem, quàm ad eius bona administranda, & ideo quamuis iure permittatur vitricum esse pupilli tutorem: vt notatur conceditur, sed sola bonorum administratio, denegata educatione tamquam personæ suspectæ. Vt optimè *Glossa l. 1. verb. Si non vitricum, C. vbi pupilli educari debeant: & l. fin. v. Proponis, C. de contrario iudicio.* Si ergo ea mater suspecta reputatur ad bonorum administrationem, & ideo ab ea repellitur, à fortiori suspecta credetur ad educationem, eaque priuanda erit. Atque ita *Glossa auth. de nupt. §. Eiusdem, v. Dat ei, collat. 4.* magis suspectam reputat hanc matrem ad educationem, quam ad bonorum administrationem. Quærens enim cur matri huic non detur educatio, cum vitricus possit esse tutor, dicit hæc verba: *Respondeo aliud in educatione, qua posset plerumque vita eius esse insidiosa, quàm in tutela.* Idem sequitur *Ruinus cons. 87. nu. vlt. volum. 5.* Tertiò, quòd ius hanc matrem educatione priuauit, præsumens fore, vt matris amore obcæcata, & quasi in nouercam cõuersa, non solùm filiorum curam negligeret, sed etiam eos odio quasi nouercali prosequeretur: eorumque vitæ insidias pararet, vt vitrico eius viro morem gereret. Vt constat ex *l. Lex qua tutores, Code administr. tutor.* ibi: *Qua vt plurimum nouis maritis nõ solùm res filiorum, sed etiam vitam addicunt.* Et *authent. de nupt. §. Sin autem, vers. Nos autem, collat. 4.* ibi: *Neglecta filiorum charitate optima.* Et *l. 19. tit. 16. p. 6.* ibi: *Porque dixeron los sabios, que la muger suele amar tanto al nueuo marido, que no tan solamente le daria los bienes de sus fijos, mas aunque consentiria en la muerte dellos, por fazer plazer à su marido.* Et confirmatur, quia tunc cessat ratio, ob quam lex matri fidens ipsam in educatione cæteris præfert, quã reddit textus *authent. de nupt. §. Eiusdem quoque*, ibi: *Quoniam omnium mater fide dignior ad filiorum educationem videbatur.* Vbi enim secundo nubit, valde suspectam eam leges reputant (vt probaui) nedum ei fidunt. Atque ita eodemmet §. idem textus, post prædicta verba immediatè subdit: *Nisi ad secundas accesserit nuptias.* significãs tunc præcisè matrem educatione priuandam esse, cessante fiducia quæ credẽdæ ei educationis ratio erat. Quartò, quoniam præsumptio hæc suspicionis huiusmodi matris est iuris & de iure. Vt testatur *Ruinus cons. 87. n. 7. & 10. vol. 5.* Et constat, quia ius huic præsumptioni innitens statuit matrem educatione priuandam. Quæ est definitio huiusmodi præsumptionis (vt diximus hoc li. 7. disp. 37. num. 8. & 9.) Non ergo admittenda est cõtraria probatio bonæ famæ huiusmodi matris, qua eliditur dicta suspicionis præsumptio. Tandem, quia esto in speciali aliqua femina cessaret hęc suspicio, nõ ideo cessare debet legum dispositio eam educatione priuantium. Cùm communis sententia sit, legem ob bonum commune editam non cessare, cessante eius ratione in aliquo solo speciali casu. Et ideo hanc sententiam sustinent *Glossa authent. vt liceat matri & auie, § Illud quoque, v. Non venerit collat. 8. Anchar. consil. 316. in causa qua vertitur, n. 4. Ruinus cons. 87. fine, volum. 5.* addens quamuis tuttrix remaneret, priuari eam educatione, *Ainon cons. 18. n. 3. vol. 1. Guido dec. 539. nu. 1. Garron. rubr. C. de secund. nupt. in noua edit. n. 16. pœna 5. Montalnus l. 19. fin. t. 16. p. 6. Menoch de arbitr. centuria 2. casu 168. nu. 10. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 3. Glossa 2. nu. 8. Spino speculo testam. Glossa 29. principali n. 13.*

Quamuis autem hæc sent. sit valde probabilis, at pro- 17
babilius reputo non excludi præcisè hanc matrem à prolis pupillæ educatione: sed solam præsumptionem iuris esse contra illam, quòd suspecta sit, atque adeò in dubio standum esse hac præsumptione, & excludendam eam ab educatione: posse tamen ijs coniecturis honestæ vitę matris, ac vitrici, præsumptionem hanc infirmari, vt educatio matri non deneganda sit: quare arbitrio iudicis committi, an mater in hac educatione præferenda alii sit. Ducor ex *l. 1. C. vbi pupilli educari debeant*, vbi textus priùs tradit hanc regulã generalem: Pupilli educatio nulli potiùs, quàm matri committenda est. Vbi manifestum esse sermonem de matre vidua, indicat limitatio statim ibi adiuncta, *Si non vitricum eis induxerit.* In qua limitatione iam est sermo de matre secundo nupta. Et statim subijcit textus hæc verba: *Quando autem inter eam, & cognatos, & tutores*

super

super hoc orta fuerit dubitatio, arbitrio præsidis prouinciæ inspecta personarũ qualitate & conditione, perpendet vbi puer educari debeat. In qua clausula cõsistit punctus difficultatis huius quæst. Nam contraria sent. vult, non referri ad matrem secundò iam nuptam, sed viduam. Huic autem sent. nostræ placet referri ad matrem secundò iam nuptam, ita vt quod proximè dixerat ille textus, nimirum, matrem secundo nuptam priuandam esse educatione, limitetur per eam clausulam, nisi iudex attenta matris & vitrici conditione, aliud arbitratus fuerit. Quem intellectũ sic probo. Quia descendens textus ad hanc clausulam, vtitur pronomine, Eam, ibi: *Quando autem inter eam.* Cuius est natura, vt repetat, referat, ac restringat præcedentia cum omnibus suis qualitatibus. Vt latè multis relatis *Rolandus consil. 79. num. 54. volum. 3. Menochius consil. 390. num. 13. volum. 4.* Cùm ergo referat matrem, de qua, & vidua, & secundo nupta textus ille egerat: necessario prædicta relatio facienda est ad casum propinquiorem, qui est, quando mater secundò nupserat. Id enim relationis natura habet, vt referat proximè præcedentia, *Glossa fin. l. Si idem cum eodem, 11. ff. de iurisd. omn. iudic.* quam omnes scribentes ibi sequuntur, *Iason l. Legatum, n. 12. ff. de legat. 1.* Senrit ergo textus arbitrio iudicis committi, an educatio hæc matri secundò nuptæ concedenda sit. Et confirmatur, quia si in ea clausula non sit sermo de matre secundò nupta, minimè est cur possit agitari lis inter ipsam, & cognatos ac tutores, circa prolis educationem: nec eius litis decisio iudicis arbitrio cõmittenda foret: cùm initio illius textus, *& auth. de nuptiis, § Eiusdem quoque, collat. 4.* decidatur, in educatione hac matrem viduam omnibus anteponendam esse. Secundò, quia fortius excluditur vitricus ab educatione hac, vt pote qui causa est suspicionis, ob quam excluditur mater. At hic si ita bonis moribus imbutus sit, vt omni suspicione vacet, non excluditur à priuigni educatione. Vt constat ex *l. Si paterno, 15. C. de neg. tijs gestis*, ibi: *Si paterno affectu priuignos tuos aluisti.* Vbi id notant *Paulus n. 3. Alexand. nu. 1. notabil. 2. Baldus l. Omnem, 6. n. 11. C. ad Tertul. Curtius iunior consil. 94. n. 9. Cataeus l. 6 observat. c. 29. Greg. Lopez l. 19. verb. Que casa, tit. 16 p. 6. Caldas l. Si curatorem, verb. Sine curatore, num. 110. vers. Vnde quarta & vltima. C. de integr. restit.* Tandem prob. quia sapientissimus *Plato lib. 11 de leg.* lege constituẽdum dicebat, educationem apud matrem secundò nubentem non esse ex toto reiiciendam: sed consilio habito id ex circumstantijs perpendendum. Nec obstant argumenta in contrarium adducta. Non 1. ductum ex *l. 1. C. vbi pupilli*, quia late probauimus arbitrium illud non ad matrem viduam, sed ad secundo nuptam esse referendum. Nec valet contraria probatio, nempe, priuationem supponere habitum. Id enim verum est, at ea versatur differentia, nam quamdiu mater vidua manet, satis est præsumptio iuris, qua quilibet præsumitur bonus & honestus, ne educanda sobole priuetur: & in negantem hanc morum honestatem transfunditur onus probandi: atque tunc sufficit vulgaris bonitas & honestas morũ. At quando iam secundò nupta est, cùm præsumptio suspicionis sit contra illam, desideratur peculiaris bonitas & honestas, & talis, vt merito præponderet suspicioni ex secundis nuptijs ortæ: & tali secundò nuptæ incumbit ea honestatis morum probatio. Nec cæteri textus in eo argumento adducti obstant, intelligendi enim sunt iuxta *d. l. 1.* vt regulariter sit ea mater priuanda educatione, nisi ex circũstantiis arbitretur contrarium iudex. Nec *Lilla reg. 19. t. 16. p. 6.* quæ præsius vrget, corrigit ius commune. Tum, quia leges Partitæ numquam à iure communi deuiare censentur, nisi expressis verbis contrarium in eis contineatur, (vt probaui l. 3. disp. 41. n. 8.) quod tantum abest vt hic contingat, vt nec *Montalnus & Greg. Lopez* illius legis cõmentatores, nec *Olanus*, qui *in sua concord. iuris, in fine*, exactissimè explicuit, quæ leges Partitarum ius commune corrigant, hanc correctionem notarint. Quin potiùs *Montalu. ibi, in fine & Greg. Lopez verb. Que casare. & Matienzo lib. 5. recop. t. 5 l. 3. gloss. 2. n. 8.* asserunt eam legem concordare cum iure communi. Tum etiam, quia *l. illa 19.* in eo quòd decidit prolem apud matrem bonæ famæ educandã esse, nisi secundò nupserit, expresiè concordat cum *l. 1. C. vbi pupilli educari debeant*: at penitus omisit limitationem illam *ex l. 1.* contentam, nimirum orta contentione ob secundas nuptias matris, iudicis esse arbitrari. Quare tamquam casus omissus relinquitur dispositioni iuris cõmunis, *l. Commodissimè, ff. de liberis & posthum.* Neque alicuius momenti est ponderatio verborum, Debet, & Potest, quibus vsa est *d. l. 19.* Namque manifestè ea verba ibi confunduntur: & verbum, Potest, importat ibi necessitatem. Si enim mater honesta sit, ac vidua permaneat, non solum potest iudex illi committere educationem, (vt decidit illa lex) sed ad id tenetur. Vt est textus expressus *d. l. 1. & auth. De nuptijs, §. Eiusdẽ quoque.* Nec verbum, Debet, semper importat præcisam necessitatem: maximè si inde inducatur correctio alicuius legis, (vt ex Bartolo & alijs probaui l. 4. d. 23. nu. 2.) Et verbum, *luego*, ibi positum debet intelligi iuxta decisionem iuris communis, nisi mater secundo nupta probarit morum honestatem suspicioni præponderantem. Ad 1. & 3. confirm. constat ex dictis in præcedenti solut. Iam enim constituimus discrimen inter duos illos casus. Ad 2. confirm. dic eodem tenore loqui vtramque legem: atque ita ex illis nequire hanc differentiam patere. At ea constat ex alijs textibus. Est enim textus priuans ipso iure tutela, (vt n. 10. probaui.) At non est textus priuans educatione, sed arbitrio iudicis committit. Ad 2. principale dic. non valere argumentum. Quia licèt horum casuum esset par ratio, at est distincta iuris prouisio. tutela enim dispositum est matrem priuari ipso iure: secus de educatione. Nec ratio quantumuis generalis comprehendit casus speciali aliqua lege decisos, *l. fin iunct. gloss. verb. Nolentes, C. de silentiariis, l. 10.* de qua per *Vincentium de Franchis decis. 162. n. 14.* Et quamuis in tutela in se considerata principalius sit educatio personæ: at quando iura de tutela disponunt ad effectum priuandi matrem secundò nuptã, manifestè cõuincitur intelligere de tutela, pro vt bonorum administrationem importat. Cùm distinctus sit titulus de tutelis, & educationem a distinctus sit iuris dispositio in vtroque casu. Ad confirm. & ad 3. cum sua confirmat. dic verè ea suspicione laborare matrem: & cessare fiduciam, qua innitens lex illi educationem concedit: atque ita regulariter ea priuandam esse. At ea suspicio potest probationibus honestæ vitæ & famæ præpõderantibus elidi. Et ad simile de vitrico adductum constat ex dictis in secunda probatione huius nostræ sententiæ, vbi ostendimus posse ipsi aliquando educationem quoque concedi. Ad quartùm dic, hanc non esse præsumptionem iuris & de iure. sed iuris tantum: aduersus quam probatio admitti potest. Quod inde constat, quia ius non decidit ea præsumptione innixum, matrem omnino priuandam educatione: sed id iudicis arbitrio relinquit. Deinde, quia præsumptio hæc desumitur ex coniecturatis in futurum dissipatione bonorum, ac insidiis vitæ pupilli moliendis: cùm tamen ea sit natura præsumptionis iuris & de iure, vt solum sumi possit ex actibus præteritis. Vt bene docent *Euerardus in suis topicis, loco à tempore ad tempus, nu. 2. Et Menoch. de præsumptionib. l. 1. q. 3. fine.* Et ideo esse arbitrarium an mater hæc secundo nupta sit priuanda educatione, tradunt *Glo. l. 1. verb. Quando autem, C. vbi pupilli, & ibi Alberic. n. 5 Baldus l. Omnem, nu. 11. vers. Sed numquid, C. ad Tertull. Paulus l. Si paterno, 15. n. 3. C. de negotijs gestis, Angelus Instit. de action. §. Actionum, q. 31. n. 48. Rojas l. Ex facto, n. 66. ff. de vulgari, Curtius iunior consil. 94. n. 9. Greg. Lopez l. 19. verb. Que casare, t. 16. p. 6 Vincentius de Franchis decis. Neapolit. p. 2. decis. 350. n. 3. Caldas l. Si curatorem, verb. Sine curatore, num. 110. C. de in integr. restit. Vinius decis. 16 n. 3. Surdus de alim. t. 4. q. 13. nu. 18.* Et his diebus lite mota in hoc Granatensi prætorio, ita supremorũ iudicum sententia decisum est. Idem tenent *P. Molina to. 1. de iust. disp. 224. col. 2. vers. Quando mater, Gutierrez de tutelis, 2. p. c. 8. n. 21.*

Concurrentibus autem paribus qualitatibus in matre 18
secun-

secundò nupta, & aliis cognatis, vel tutoribus educationem pupilli prærendentibus, præferenda est mater. Quia textus *l.1. C. vbi pupilli*, ait qualitatem & coniunctionē cōtendentium circa pupilli educationem spectanda esse. At paribus qualitatibus in matre & alijs, qui contendūt, existentibus superat mater in cōiunctione. Præferenda igitur erit. Quando enim duo contendunt circa idem, præualet qui potentius ius habet, *l. Contra pupillum, §. fi. ff. de re judic.* & tradunt *Roman. cons. 47. nu. 1. & Barbosa l. 1. p. 7. n. 59. ff. solut. matrim.* At mater tunc potentioti iure gaudet.

19 Quandò verò mater est successura filio, vt quia substitutio pupillaris ipsam excludens facta non est, tunc absque dubio dicūt quidam ipsi educationem pupilli denegandā. Quòd vehemens oriatur suspicio, fore vt vitæ pupilli insidietur, importunis vitrici precibus adducta, vt in ea hæreditate succedat. Sic *Aymon. cons. 18. n. 3. vol. 1.* Atque ita *Alberic. Curtius. Iunior, Greg. Lopez, Vincent. de Franchis, Vivius, Surdus ac Gutier. n. 23 citati n. 17. in fine*, dum dicūt matrem secundò coniugatā suspicione vacātem præferendā in educatione, exemplificant, vt si non est successura filio: quasi supponētes ac manifestum, eam excludi tamquam suspectā, quando filio successura est. Imò *Curtius & Vincētius ibid.* aiunt cessare suspicionem, si mater non sit in tota hæreditare successura, sed in tertia eius parte. Quos *Surdus de aliment. tit. 4. q. 15. n. 19. & Gutier d. num. 23.* reprobat. Quia ea pars hæreditatis suspectā quoque reddit matrē. Sed hæc minimè placent. Potest enim in matre pupillo successura, ac vitrico, ea morum honestas reperiri, vt suspicionem insidiandi vitæ ob successionem vincat. Quare nō est cur tunc educatione priuanda sit. Id tamen concedo, tunc reddi magis suspectam matrem, & hoc est quod prædicti. Auctores volunt, atque ita maiori morum honestate lucere tunc debet, ne educatio sibi denegetur.

20 At in patre transeunte ad secundas nuptias, certum est hanc pœnam nō habere locum. Quòd nullo iure caueatur eum educatione prolis priuā. Iuminec ob id priuetur tutela: vt probaui n. 12. vbi & rationem discriminis inter ipsum & matrem tradidi. Et sic docent *Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 3. glo. 2. n. 8. Spino speculo test. gl. 29. n. 14.*

21 Ex his infertur, matrem ad secundas nuptias transeuntem non priuari ipso iure prolis educatione: ac proinde nō teneri abstinere ab ea, donec à iudice priuetur. Quod iuxtā vtramque sent. relatam existimo dicendum. Quod nullus sit textus priuans ipso iure, & nullus Doctor, quem viderim, id affirmet.

22 Septima pœna est, iuxta aliquos Auctores, vt quamuis mater filio mente capto, muto & surdo, ac prodigo, cui bonis interdictū est, qui testari nequeunt, possit exēplariter substituere iuxta *l. Humanitatis, 9. C. de impub. & alii substit. & l reg. 11. t. 5. p. 6. cum ibi notatis.* At si transeat ad secūdas nuptias, ea potestate priuatur. Quia potestas hæc introducta est causa humanitatis, vt expressè habetur *d. l. Humanitatis.* Quæ cessat in matre transeunte ad secundas nuptias: imo filiorum inimica & quasi nouerca reputatur, *l. Lex qua tutores, C. de administ. tutor.* Secundò, quia priuatur tutela. Ergo & actu vltimæ voluntatis. Si enim reputatur suspecta ad bonorum administrationem filio superstite, fortius censebitur suspecta ad administrationē post mortem. Tandem, quia non obstat potestatem hanc substituendi esse in fauorem filiorum, ne absque hærede decedāt: nam etiam tutela in filiorum fauorem cedit, & ipsa priuatur huiusmodi mater. Et ideo huius sent. sunt *Bartolus l. Ex facto, in princ. nu. 12. ff. de vulgari, & ibi Alexand.* quamuis aliquantulum dubius, *n. 32. vers. Sed si teneremus, & Angelus de Perusio ibi n. 4. vers. 4. Franc. Aretinus n. 13. fine, & n. 14. & d. l. Humanitatis, n. 5.* citatur etiam *Cumanus d. l. Ex facto, in princ. n. 18.* sed malè, quia dubius manet. Eandem tenent *Garron. rubr. C. de secund. nupt. in noua edit. n. 46. pœna 22. Ioan. Lupus rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 67. n. 14. vers. Excipio. Ferrara in sua practic. in t. de forma libelli, quo agitur ex substitutione, in glo. verb. Exemplarie, col. 3 Lancelot. Politus tract. substitut. vbi de exēplari, n. 8.* (habetur to. 8. tract. p. 1.) *Bartol. de Hutio tract. substit. c. 3. de exemplari, nu. 7.* (habetur eod. tō.) *Bald. de Vbaldis tract. substit. vbi de exēplari, n. 7.* (habetur eod. to.) *Paul. Leonius de substit.* vbi de 5. specie quæ est exemplaris, *n. 47.* (habetur eod. tom.) *Matienz. l. 5. recop. t. 1. l. 3. gl. 2. n. 37. Spino speculo test. am. gl. 25. principalis, n. 7. & 8.* Et ab hac dicit non recedendum in consulendo & iudicando, eo quod communis sit, *Hier. Verius. in repetit. d. l. Ex facto, n. 240.*

Alij verò non ita indistinctè hanc pœnā admittūt, hac 23
distinctione vtentes, si mater trāsiens ad secūdas nuptias, substituat piè & honestè, si instituens succedētem filio ab intestato, aut alium, quem verisimiliter filius institueret, si sanæ mentis foret, valida est substitutio: secus si corrupto animo taliter nomine filij testaretur, vt displiceret filio, si sui compos esset. Veluti si eius amasium aut vitricū institueret. Quia cùm substitutio hæc humanitatis causa introducta sit, dissonat à ratione eam valere, quoties inhumana & impia est. Ita sustinent *Angel. de Aretio Instit. de pupillari §. Quæ ratione, nu. 8. Angelus de Gambellionib. tract. de testamentis, glo. 81. nu. 8.* (habetur tom. 8. tract. p. 1.) *Rolandin. tract. de test. am. rubr. 25. d. exemplari substitut. nu.* 10. (habetur eod. to.) *Guliel. Benedict. c. Raynutius, verb. Si absque liberis, el 2 in materia exemplaris substitut. n. 16. Boerius decis. 188. nu. 3. Greg. Lopez l. 11. verb. Las madres, tit. 5. p. 6. Molina tom. 1. de iust. tract. 2 disp. 185. col. 3. vers. Verum mater.*

Quamuis autem duæ sent. præcedentes sint valde pro- 24
babiles, at probabilius reputo non priuari eam matrem facultate exemplariter substituendi. Quia nullibi in iure ea pœna reperitur statuta. Deinde quia cùm hoc in maximum filii furiosi fauorem cedat, non est æquum matrem hac potestate priuari, in filiorum detrimentum. Et confirm. quia quando tutor est suspectus, quòd non satisfecerit, aut non fecerit inuentarium, potest facere quæ pupillo vtilia sunt *l. 1. & 2. C. de tutor. & curat.* Nec obstat tutelā esse fauorabilē filiis, & extingui per transitum matris ad secundas nuptias. Quòd tutela absolutè bene sit filiorum fauor, at matrem secundò nuptam esse tutricem filiorum, non est fauor, sed damnum. Item eam remoueri à tutela parum præiudicat filio, cum iudex alium tutorē assignare possit. At matre non substituente exemplariter, non potest iudex substituentem assignare: atque ita sine hærede decederet filius. Tandem, quia quoad nostros terminos non valet argum. à tutela desumptum. Quia patre suspecto denegatur tutela & cura filio superstite, *l. Si cum datem, §. Eo autem tempore, ff. solut. matrim.* & tamen non priuatur potestate substituendi pupillariter. Et ideo hāc sentent. sustinent *Bald. l. Humanitatis, nu. 35. C. de impuberum, & aliis subsit. & ibi Barbatius in additionib. vers. Quæro ergo. Et ibi Cornetus n. 7. Salicetus n. 15. q. 2. Imola c. Raynutius, nu. 137. de test. am. & l. Ex facto, in princ. n. 19. ff. de vulgari, & ibi Ripa n. 67. Ieson n. 25. Hieron. Verius n. 230.* dicens hanc de iure esse veriorem. *Ant. Gomez to. 1. variarum, c. 6. n. 9.* Et hanc videtur sequi *Bertachinus in suo repert. lit. S. verb. Substitutio exemplaris. vers. substitutio exemplaris facta per matrem.* Hanc enim sent. refert in vltimo loco.

Sed esto esset vera prior sententia, est grauis difficultas, 25
an substitutio exemplaris facta per matrem viduam, fiat irrita ea postea ad secundas nuptias transeunte? Quidam id affirmant. Quia actus nondum perfectus & consummatus vitiatur, si ad tempus deueniat, in quo initium sumere non potuit, *l. Si sub vna, §. Si quis viam. ff. de verb. oblig.* At hæc substitutio non est perfecta superstitibus filio & matre. Cùm ergo post secundas nuptias effici non potuerit, etiam esset quoque ante illas facta. Secundò, quia incapacitas superueniens substituto irritat *l. Coheredi, §. Cum filio. ff. de vulgari.* Ergo à fortiori incapacitas substituentis superueniens. Ita sustinet *Bartol. l. Ex facto in princ. n. 13. ff. de vulgari, & ibi Alex. n. 32. vers. Vel potes respondere, Iason num. 26. Imol. c. Raynutius, n. 137. de test. am. Baldus de Vbaldis, Bartolus de Hutio, Spin. n. 22. allegati.* Alii dicunt nō vitiari, si piè & humanè facta sit, qualiter à filio sui compote fieret, secus si aliter. Sic *Angelus de Aretio, Angelus de Gambellionibus, Guliel. mus Benedictus, Boerius, allegati n. 23.* Alii dicunt, si statim ac

fecit

fecit substitutionem exemplarem transeat ad secundas nuptias, eam euanescere, secus si ex interuallo. Quia in priori casu adest suspicio substitutionis dolo factæ, quæ cessat in posteriori. Sic *Franciscus de Aretio d. l. Ex facto, in principio, n. 14. & ibi Ripa n. 68. Paulus Leonius n. 49 & 50.* Sed verius est, adhuc retenta ea sententia, illâ substitutionem minimè euanescere. Quia cùm transitus ad secundas nuptias non sit delictum, non est cur spectandum sit mortis tempus ad valorem substitutionis tempore habili factæ. Secundò, quia potestas hæc substituendi denegatur huic matri ratione suspicionis, quæ cessat in substitutione facta ante eum transitum, ex quo suspicio consurgit. Tertiò, quia non obstat rationes oppositæ. Non prima. Quia ea substitutio est actus perfectus & consummatus, licèt executio pendeat in futurum, id est, successio: & constat, quia furiosus nequit testari, §. *Furiosi, Instit. quibus non est permissum facere testamentum*: & tamen testamentum ab eo ante furorem factum non extinguitur. §. *Item furiosi, Instit. eod. t.* Nec obstat etiam §. *Cum filio.* Quod loquatur quando incapacitas superuenit in persona illius, cui substituitur ex capitis diminutione, quia fuit emancipatus. At in casu nostro incapacitas superuenit in substituente, nec mater secundò nubens diminuitur capite: maximè cùm testamentum matris valeat. Vel secundò dic procedere in substitutione pupillari. Et ratio differentiæ est manifesta. Quia pupillaris est inducta de rigore iuris ob patriam potestatem, quare ea cessante cessat. At exemplaris ex humanitate. Vnde legitimè antea facta non euanescet per secundas nuptias subsequentes. Et ita docent *Baldus l. Humanitatis, C. de impub. & aliis substit. n. 35. & ibi Salicetus q. 3. n. 16. Cuman. d. l. Ex facto, in princ. nu. 18. Hieronymus Verius n. 23. Bertachinus n. 24. allegatus.*

26 Pater autè transiens ad secundas nuptias potest absq; dubio filijs exemplariter substituere. Quia legislatores magis ei quã matri fidunt, & ideo eum non priuãt tutela, sicut priuant matrem. Sic docent *Alex. l. Ex facto, in princ. n. 32. ff. de vulgari, & ibi Angelus de Perusio n. 4. Hieron. Verius nu. 231. Franc. Aretinus n. 3. Garronis rubr. C. de secund. nupt. in nona edit. n. 47. pœna 22. Boerius* dicens in hoc omnes conuenire, *dec. 188. n. 2. Matienzo l. 5. recop. t. 1. l. 3. gl 2. n. 37.*

27 Octaua pœna est. Quamuis mater non excludatur per tacitam substitutionem pupillarè, at fallit iuxta aliquos, quando mater secundo nubit. Quod vt intelligatur, supponendum est, substitutionẽ pupillarem expressim, quã pater hæredem substituit filio sub sua potestate cõstituto decedenti intra ætatem pupillarem, excludere matrem etiam in legitima iure sibi debita, vt si pater dicat, Si filius meus intra ætatem pupillarem decesserit, instituo hæredem illius Caium, decedente filio intra ætatem pupillarem succedet plenè Caius exclusa penitus matre, *l. Papinianus, §. Sed nec impuberis, ff. de inoffic. testam. l. Precibus, C. de impuber. c. Si pater, de testam. in 6.* At tacita pupillaris sub vulgari expressa contenta non excludit matrem, vt si testator dicat, Instituo meum filium hæredem: & si ille hæres meus non fuerit, instituo Antonium, tunc esto filius post patrem moriatur, si tamen intra pupillarem ætatem decedat, succedet Antonius exclusò hærede absq; testato, idque propter tacitam pupillarem inclusam in illa substitutione vulgari ex vno solo capite expressa. Ita habetur expresse *l. Iam hoc iure, ff. de vulgari.* At si pupillus ille matrem habeat, ea non excludetur ex hac tacita pupillari, sed succedet in bonis, Antonio substituto exclusò, vt tenet *Glossa communiter recepta l. fin.* per illum textum, *C. de institut. & substit. & l. Precibus, C. de impuberum, & alij substit.* Fallit tamen hoc, quando sufficientes coniecturæ sunt fuisse testatoris voluntatem, vt excludatur mater, vt cum *Glossa d. l. Precibus, verb. Omni modo*, sustinent omnes argumento textus *l. Testamento, La 1. in fine, C. de militari testamento. l. Iam hoc iure, ff. de vulgari.* Hoc ergo supposito, difficultas est, an sufficiens coniectura sit voluntatis patris vulgariter substituentis filio impuberi, excludẽdæ matris per tacitam pupillarem ibi inclusam, si ea ad secundas nuptias transierit? Qua in re duplex est sententia. Prima sustinens excludi. Quod iniuria marito ac filijs inferatur, vt dispseq. n. 2. ostendemus. Sic tenent *Angelus de Perusio l. 2. §. finali, n. penult, ff. de vulgari, & l. Precibus, n. 5. in fine, C. de impuberum, & ibi Decius n. 29. versic. Et retenta, Iacobus de sancto Georgio l. finali, C. de institutione & substit. Cornetus cons. 28. n. 3. vers. Prima quia dicta mater, vol. 4. Menochius de præsumpt. l. 4. præsumpt. 39. nu. 65.* & alios notat refert *Marc. Aquilinus l. Centurio. p. 4. n. 198 ff. de vulgari.*

Secunda sent. cui tamquam probabiliori accedo, tenet minimè excludi eam matrem. Quia nullo iure per transitum ad secundas nuptias priuatur iure succedendi filio, contra substitutum in tacita pupillari. Et in hac materia priuationis per secundas nuptias valet optimè. Non reperitur lex, ergo non debet indici hæc priuatio, vt est textus *auth. de non eligendo secundo nubentes, §. Cum igitur, vers. Sicut enim*, ibi: *Nec quælibet est lex aliquid tale dicens.* Quem textum ad hoc ponderat *Bald. auth. Ex testamento, n. 5. C. de secundo nupt.* Item, quia per transitum ad secunda vota nõ priuatur successione filij ab intestato, dummodo si tutrix illius sit, petierit ei tutorem dari, *l. 2. §. Si mater, ff. ad Tertul.* Ergo nec priuabitur per tacitã pupillarem. Tandem, quia non quælibet iniuria inducit legati ademptionem, vel hæreditatis, sed quæ grauis est, *l. 3. in fin. cum ibi notatis, ff. de adim. legatis.* At hæc iniuria non censetur grauis. Sic docent *Imola c. Raynutius n. 118. de testam. Alexand. l. 2. in princ. n. 33. in fine ff. de vulgari, & ibi Aretin n. 10. idem Imol. ibi n. 11. Iason n. 39. Ripa n. 53. & l. Centurio, nu. 138 ff. de vulgari. Idemmet Franc. Aretin. cons. 155. alias 154. Periculosum est, n. 10. & 11. Corn. l. fin. n. 5. vers. Praterea in terminis, C. de inst. & substit. & cons. 322. l. 3. ad fin. Seuerianus l. Precibus, n. 11. C. de impuberum. Garronis rubr. C. de secund. nupt. in nona edit. nu. 44. pœna 20. Guliel. Benedictus c. Raynutius, verb. Si absque liberis, el 2.* vbi de pupillari substitut. *n. 95. Lancelot. Politus in 17. act. substituit.* vbi de vulgari. *p. 6. q. 7. n. 44.* (haberur to. 8. tract. p. 1.) *Alexan. consil. 51, n. 16 col 7. Dectamus consil 81. n 37. an fine, & sequenti sub. 3. Ant. Gomez. t. 1. variar. c. 4. n. 11. Mantica de coniectur. vlt. vol. l. 5. t. 15. n. 28. & 29.* & communis.

Quod si marius legarum reliquerit vxori sub conditione abstinendi à secũdis nuptijs, communis ac verior sententia habet, sufficientem esse coniecturam adeo exosas habuisse virum secundas vxoris nuptias, vt voluerit per tacitam pupillarem excludere matrem secundo nubentem. Si enim testator voluit vxorem ad eos trãseuntem nec partem legati habere, à fortiori nec in vniuerso filij patrimonio eam succedere voluit. Sic *Bald. l. Precibus, n. 13. C. de impuberum, Alex. l. 2. in princ. nu. 32. ff. de vulgari. Garronis rubr. C. de secund. nuptiis an nona edit. n. 44. pœna 20. Guliel. Bened. c. Raynutius, de testam. vers. Si absque liberis el 2.* vbi de pupillari substitut. *n. 94. Menochius de præsumpt. l. 4. præsumpt. 39. n. 58. Mantica de coniect. vlt. vol. l. 5. t. 15. nu. 15. & 16.* Quamuis contrarium (& quidẽ probabiliter) sustineant *Imol. c. Raynutius, n. 118. de testam. Ripa l. 2. n. 56. ff. de vulgar. Lancelot. Politus tractatu substitution.* vbi de vulgari, *in 2. effectu, nu. 44. fin.* Ducuntur, quod ad exclusionem legati in casu secundarum nuptiarum tractatur de matre excludẽda à patre bonorum testatoris: at quãdo tractatur de excludenda matre à filij pupilli successione, non agitur principaliter de excludenda matre à bonis testatoris, sed ab hæreditate filij, ad quam de iure ab intestato vocatur. Deinde, quod mater secundo nubẽs priuetur legato, *l. Femina, C. de secund. nupt.* at non priuatur iure succedẽdi. Sed respondeo cum *Mantica eo n. 16.* in dispositione legis non esse bonam consequentiam, Priuatur legato, ergo hæreditate: valere tamẽ in dispositione testatoris in qua per coniecturas proceditur. Si enim vir noluit vxorẽ secũdo nubentẽ gaudere beneficio legati ob secundarũ nuptiarũ odium: fortius creditur noluisse eã frui cõmodo successionis ipsius pupilli.

Similiter si vir reliquit vxori legatum donec viam viduilem seruarit, cõiectura est sufficiens exclusionis ipsius per tacitam pupillarem, si secundo nupserit. Quia cum id legatũ annuum duret toto tempore viduilis vitæ vxoris,

potest

potest deberi tam à pupillo, quam ab eius substituto, durante vita viduali vxoris post pupilli mortem. Sicut ergo per transitum ad secunda vota, voluit vir priuari vxorem eo legato, etiam in persona substituti, seu alterius hęredis pupilli, eadem ratione præsumitur eum voluisse, illâ per transitum ad secunda vota excludi per tacitam pupillarem ab ipsius pupilli successione. Atque ita docent *Bartol. l. 2. in princ. n. 42. ff. de vulgari. Et ibi Alexander n. 32. Ripa nu. 52. ad finem. Socinus senior nu. 28. Franc. Aretinus nu. 10. & cons. 154. periculosum, nu. 10. Socinus iunior d. l. 2. nu. 125. Imola c. Raynut. n. 118. de testam. & ibi Guilelm. Benedict. verb. Si absque liberis, al* 2. vbi de pupillari substit. *n. 94. Angelus de Aretio Instit. de pupillari, in princ. n. 25. Idem Alexan. cons. 12. nu. 19. vol. 3. Baldus de Vbaldis de substit.* vbi de pupillari, *nu. 32. Bartolus de Hucio de substit. c. 2. de pupillari nu. 23.* (vterque habetur tom. 8. tract. p. 1.) *Ant. Gomez. to. 1. var. c. 4. n. 11. Menochius de præsump. l. 4. præsum. 39. n. 58. Mantica de coniecturis vlt. vol. l. 5. t. 15. n. 13.* Quamuis *Iason d. l. 2. in princ. n. 39. vers. Circa*, dicat se vehementer dubitare de hac doctrina. Et eam reprobat *Lancelot. Polit. tractatu de substitut.* vbi de vulgari *partic. 6. q. 7. nu. 44. dub. 5.* sed circa horum impugnationes consulendus est *Menoch. proximè allegatus.*

31 Nona pœna est, quamuis vidua dum in eo statu permanet, gaudeat priuilegiis honoris mariti: eo quòd censetur sub præcedenti matrim esse, *l. vlt. C. de bonis mater.* vbi omnes scribentes id expendũt. & *Pinellus ibi, nu. 4. Tiraq. de nobilit. c. 18. n. 9.* & prob. ex *l. Femina in fine ff. de senator. & l. Filij, vers. Vidua. ff. ad municip.* At si secundo viro inferioris conditionis nubat, non gaudet priuilegiis honoris & dignitatis prioris viri, *l. Mulieres, C. de dignit. l.* 12. *& auth. de nuptiis, collat. 4. §. Non tamen permittimus.* Quia iam cessat ratio concessionis, cùm in posterum non censeatur esse sub priori matrim. Et ita fatentur omnes.

32 Decima pœna est, quamuis filius dines nequeat alimẽta denegare matri pauperi secundò nubenti, si ea aliunde nõ suppetant. Vt bene docent *Nouellus, Ioannes Lupus, Campesius, Ripa statim allegandi*: per *l. Si quis à liberis, §. Parens, ff. de liber. agnosc.* & dos succedat loco alimentorum, adeò vt valeat argumentum ab alimentis ad dotem: vt docet latè *Everard. in suis topicis, loco ab alimentis ad dotem, nu. 1.* At nõ tenetur dotem constituere matri pauperi secundò nubẽti. Cùm enim id matrim. cedat in filiorum iniuriam, nõ tenentur filij quasi arma ministrare dotem constituẽdo, vt iniuria ac dedecore afficiãtur. Ita docẽt *Bald. citato Guilelmo de Cuno, l. vn. fin. C. de inoffic. dotibus: & l. Si vinea, in fin. C. de præscript. long. temp. decem vel viginti annorum, & l. Si liberos, fine. ff. de ritu nupt. Alexan. l. 1. nu. 20. ff. solut. matrim. & ibi Ripa n. 82. Angel. n. 2. vers. Adde quod filius. Bartolus ibi, nu. 136. vers. Filius autem, Crottus n. 89. Iason § Fuerat, nu. 121. Instit. de actionib. Nouellus de dote. c. 6. p. priuileg. 16. nu. 5. Campesius de dote, p. 1. qu. 21. n. vn. Ioan. Lupus c. Per vestras, notabil. 3. §. 20. num. 6. vers. Item filius, de donat. inter vir. & vx. Corras. l. Qui liberos, nu. 115. ff. de ritu nupt. Boerius decis. 129. fin. Guliel. Benedict. c. Raynutius, de testam. verb. Dotẽ, quã ei dederat, n. 70. Paul. de Mẽpeico l. In quartam, n. 168. ff. ad legem falcid. Tiraqu. de iure primog. q. 62. n. 13. & q. 69. n. 5. & l. Bones, §. Hoc sermone, in princ. num. 145. ff. de verb. sign. & l. 2. connubiali. glo. 1. p. 2. n. 9. Garronis rubr. C. de secund. nupt. in noua edit. n. 83. pœna 46. Sylvanus consil. 2. num. 27. Barza de non melior. filiab. c. 12. n. 46. Barbosa l. 1. p. 4. n. 136. Irnit. 1. in fin. ff. solut. matrim. Marzarius cons. 30. num. 3. Pedrasa cons. 35. nu. 37. & 38.* Quãuis aduersus omnes dicat hoc iure non probari *Imol. l. 1. n. 7. ff. solut. matrim.* Hoc tamen intelligitur, si filius aliunde sit dives, quam ex paterna substantia. Quia si bona paterna superessent, mater inops succederet in quarta parte: iuxta *auth. Præterea, C. vnde vir.* Sic *Nouellus, Bartolinis, Barbosa ibidem.* Et adeò verum putant aliqui, non teneri filium dotem constituere matri secundò nubenti, vt id procedat, quãuis ratione ætatis subsit incontinentiæ periculum. Quod vertetur eadem ratio iniuriæ filiorum. Sic *allegato Guilelmo de Cuno, Baldus l. vn. in fine, C. de inoffic. dotib. Corrasius d. n.* 115. At verius est tunc teneri filium. Quòd hæc non sit iniuria lædens nomen, ac filiorum honorem, qualis est matris meretricium. Ergo tenetur potius filius meretricium hoc cauere: sic enim magis prospicit honori matris, & proprio; ac inter duo mala est minus eligendum, *c. Nerui, d.* 13. & ita docent *Tiraqu. de iure primog. q. 6. n. 13. & l. 2. connubiali, glo. 1. p. 2. nu 9. Boer. Gulielmus Benedictus, Nouellus, Bartolus, Barza nu. 49. proxime allegati.* Et quamuis omnes hi ponderent matrem esse pulchram & iuuenem. At bene *Barza eo n. 49.* dicit idem esse, quamuis non sit pulchra, existente incõtinentiæ periculo. Et idem credo velle reliquos, nam verè incontinentiæ periculum solum ponderant: exemplificant autem quando periculum hoc subsit, vt si mater sit iuuenis & pulchra.

Vndecima pœnâ est. Nequit mater transiens ad secun- 33
das nuptias reuocare ratione ingratitudinis donationem, factam filiis prioris matrim. Habetur expressè *l. Hi solis, 7. C. de reuoc. donat. & auth. Quod mater, C. eo tit. & §. Mater, auth. de nup.* in quibus authẽticis triplex excipitur casus. Primus est, si filius vitæ matris insidietur. Secundus, si manus impias in eã intulerit. Tertius, si totius substantiæ molitus sit iacturam. Et ratio huius pœnæ redditur, *d. auth. Mater*, quia potius contemplatione vitrici eam reuocationem facere præsumetur, quàm ob ingratitudinem. Hæc autem pœna non habet locum in patre transeunte ad secundum coniugiũ. Quia in illo non inuenitur expressum: & quia non est verisimile fore, vt ita facilè animum mutet propter secundã vxorem, sicut mater ob secundum virum. Sic *Gl. d. auth. Mater, verb. Nisi tamen, & d. auth. Quod mater, in fine.*

Duodecima pœna iuxta aliquos est, vt, quamuis in bo- 34
nis mariti prioris habeat vidua tacitam hypothecam pro dote sibi restituenda, iusq; prælationis, *l. Assiduis, ff. qui potiores in pignore*: at si migret ad secundas nuptias, cesset hoc priuilegium. Quòd in concessum sit, vt facilius femina in matrim. collocetur, iuxta *l. 1. cum ibi notatis, ff. soluto matr.* Quæ ratio iam cessat, cum nupserit. Et ita tenent aliqui, quos tacito nomine refert *Garronis statim allegandus.* Cerẽtum tenendum est oppositum. Quòd dos sit necessaria, non tantùm vt femina in matrimonium collocetur, sed etiam ad matrim. initi onera sustinenda, *l. Pro oneribus, C. de iure dotium*, quæ ratio non cessat vbi fœmina nupsit. Et ita docent *Bart. l. Nupta, in princ. n. 2. citãs Iacobum de Aret. ff. solut. matr. Baldus l. 2. fin. ff. de iure dotium, Alexan. l. 1. nu. 4. ff. solut. matr. Angelus Instit. de actionib. §. Fuerat, n. 16. & ibi Iason n. 96. Garronis rubr. C. de secund. nupt. in 2. edit. n. 52. pœna 26.*

Decimatertia pœna est. Pater rogatus ab auo restituere 35
hæreditatẽ filiis, tenetur satisfacere de ea restituẽda, si secũdam vxorem ducat, *l. Iubemus, §. In supra dictis, C. ad Trebel. & auth. de nupt. §. Placet*, & docet *Matienzo l. 5. recop. t. 1. l. 3. gl. 2. n. 12.* & quãuis nõ teneatur alias cautionẽ præstare de bono vsu aduentitiorum, quorum habet vsumfructum, at in hoc casu quo transit ad secundas nuptias, tenetur, *l. Hac edictali, §. Hiillud, C. de secund. nupt.* & optimè *Pinell. l. 1. p. 2. n. 31. & 75. C. de bonis matern. Matienzo ea gl. n. 16.*

Decimaquarta pœna est. Quamuis mater bona filii ad- 36
ministrans non teneatur de modicis ratione reddere, *l. Quamuis, ff. de cond. & demonstr.* at si secundo nubat, tenetur, *auth. de nupt. §. Sin autem tutelam.* Et ratio est, quòd ius præsumat malam fidem in hac matre ob vitrici amorem. Ita docent *Bald. l. Cum oportet, § fin. n. 4. C. de bonis, quæ liberis. Paulus ibi. §. fin. in fin. Matienzo lib. 5 recop. t. 1. l. 3. gloss. 2. nu. 40.* Quod procedit, licet à viro relicta sit tutrix filiorum, & à reddendis rationibus releuetur, vt bene docet *Garronis rubr. C. de secund. nupt. in 2. edit. n. 75 pœna 39.*

Tandem dubitatur, an valeat pœna sub qua coniuges 37
se obligant ad abstinendum ab alio coniugio post illud dissolutum? Qua in re præmittendum est, pœnam, qua se obligant sponsi ad non re filiẽdum à sponsalibus, nullius esse momenti, propter matrimonii libertatem (vt latè diximus *l. 1. disp. 30. & seq.*) Quod procedit quamuis persona aliqua fidẽ det alteri de matrimonio ineundo, vouens se ingressurum religionem, aut castitatem seruaturum, aut quippiam aliud facturum, si nõ ster promissis: id

enim votum minimè obligabit, quamuis iuramento id firmetur (vt de pœna iuramento firmata ibidé dixim⁹.) Quamuis enim *c. Gemma, de spon.* vbi pœna spōsalibus appositа irritatur, agat de pœna temporali: sic enim casus est propositus Pōtifici: at ratio ibi in textu reddita, *Cum itaque matr. libera esse debeant*, æque procedit in omnibus pœnis etiam spiritualibus. Non enim minùs timor castitatis seruandæ, aut religionem ingrediendi impediret libertatem matrim. eo vel maxime quòd modica pœna etiam ibi cassatur (vt illic probauimus.) Præterea, quia textus *eod. c. Gemma* reddita ratione libertatis matrimonij, statim subiicit, *Et ideo talis stipulatio propter pœnæ interpositionem sit merito improbanda*: quod idem procedit in quauis alia stipulatione pœnali cuiuscumque rei, vtpote quæ libertatē in matrim. contrahendo desideratam aufert. Et re hac cum viris sapientibus, quos consului, tractata approbarunt illi hanc meam sent. atque ita bis consultus respondi. At principalis difficultas est, an valeat contractus iureiurando firmatus, quo in contractu matrimonij coniuges sub certa pœna se obligant ad abstinendum à posterioribus nuptiis, prioribus illis dissolutis? videtur enim id pactum non valere, per *d. c. Gemma.* vbi stipulatio pœnalis reiicitur ob matrimonii libertatem, & *l. Titia, ff. de verbor. obliz.* idem decidit⁹, & per *leg. Quories, 22. ff. de condit. & demonst.* vbi conditiones', si non nupserint aliqui, reiiciuntur, & per *l. Adegere, 6 ff. de iure patronat. in fine.* ibi: *Lege Iulia de maritandis ordinibus remittitur iusiurandum, quod liberto in hoc impositum est, ne vxorem duceret, liberis bene nuberet, si modo nuptias contrahere rectè velint.* Vbi *Glossa verb. Remittitur*, ait hæc *Nota legem vim apostolicam retinere, vt remittat iuramentum.* Et statim quærit, quid si aliquis sponte iurarit, aut vouerit castitatem, aut abstinentiam à coniugio ineundo, num possit matrimonium contrahere? Et non respondet. Et *Alberic. auth. Cui relictum, num. 2. C. de indicta viduis.* mota priori quæstione, de pacto iurato abstinendi ab aliis nuptiis, ait posse dici id pactum non valere in virgine, secus in viduain qua conditio non nubendi minimè reiicitur. *per illam auth.* & ait idem esse siue in vltima voluntate, siue in contractibus apponatur virgini conditio non nubendi. Vnde concludit posse illos absque periurii metu, & pœnæ, iure ciuili contrahere: at fortè attento iure canon. non posse contrauenire absque iuramenti relaxatione. Et *decis. Tholos. 292. item fuit quæsitum, per tot. an*, ait pœnam nec iuramentum obligare: quia est contra bonos mores. Idem sequitur *Garronis rubr. C. de secund. nupt. in nona edit. col. vlt. totius rubr. n. 145.* vbi ait prædictam decisionem idem velle de iure canonico. Et subdunt *d. decis. Tholos. & Garronus eod. loco*, id etiam procedere in viduam nec obstare *d. authent. Cui relicitum*, vbi in vidua admittitur conditio, si non nubat. Quia id verum est, ne vidua admittatur ad relictum sub ea conditione sibi factum, & sic ad lucrum; sed non vt incidat in pœnam & periurium, contraueniens pacto vel conditioni abstinendi à secundis nuptiis. Sed fateor magnam esse horum DD. auctoritatem: non possum tamen adduci, vt iis fidem habeam. Quia *c. Gemma & l. Titia*, quibus hi DD. innituntur, solum decidunt non valere pœnam, qua quis se obligat ad matrim. ineundum, ne in eo contrahendo libertas desiderata metu pœnæ deficiat. Quippe matrim. coacta difficiles solent exitus habere, *c. Requisti. de spons.* At hic agitur de abstinendo à secundis nuptiis, in quo euentu nullus est textus, qui faueat libertati talis matrim. ineundi: imò conditio ab illis abstinendi valida est, ac iure ciuili admittitur, *auth. Cui relictum, C. de indicta viduis.* Et quamuis in primis nuptiis reiiciatur à legato conditio illas non contrahendi, fauore prolis: at iuramentum vel votum sub certa pœna valent iure canon. alias votum castitatis non valeret in virgine.

SVMMARIVM.

An pœna statuta secundò nubentibus in fauorem filiorum, sint correcta iure can. Refertur duplex sententia, nu. 38.

Proponitur sententia Auctoris, n. 39.

Non corrigitur pœna, vt secundo nubens teneatur reseruare filiis prioris matrimonij bona habita a coniuge defuncto: nec vt nequeat dare marito plus quam vni ex filiis, n. 40.

Nec corrigitur, vt ea mater perdat tutelam, nec pœna, quæ incurrit ob non petitum tutorem, abrogentur n. 41.

An corrigatur, matrem secundò nubentem priuari educatione filiorum, & non posse exemplariter substituere: & excludi per tacitam pupillarem, n. 42.

An sit correctum, vt femina secundo nubens perdat priuilegia honoris maritij & ne filius teneatur eam dotare: & ne possit reuocare donationem propter ingratitudinem: & vt teneatur pater satisfacere, & vt mater teneatur rationem de modicis reddere: n. 43.

Satisfit argumentis, n. 44.

38 QVÆSTIO posterior. An prædictæ pœnæ, in fauorem filiorum prioris matrim. statutæ, sint correctæ iure can. Quidam affirmantem partem tuentur. Quia *c. fin. de secund. nupt. c.* asseritur mulierem habere liberam facultatem secundò nubendi. At non potest dici libera facultas, vbi adest metus pœnæ, *c. Gemma, de spons.* Secundò, quia fauor filiorum non debet ansam dare auferendæ libertatis à Deo concessæ transeundi ad secundas nuptias, & negari non potest metu earum pœnarum auferri. Et confirm. quia aliquæ poenę infra annum luctus statutæ concernūt fauorem filiorum, vt medietatem bonorum esse illis reseruandam. Et tamen omnes esse correctas iure can. probauimus disp. præced. Tertiò, quia lex ciuilis caret potestate pœnas indicendi matrim. libertatem impedientes. Hanc sent. sustinet *Abb. c. Eccles. n. 15. & in repetit. eiusdem c. nu. 20. de constit.* quamuis *c. fin. n. 3. de secund. nupt.* non ita audacter, solum enim dicit se illam defensurū, nisi audax notaretur. Eandem tenet *Felinus d. c. Ecclesia, n. 56. in 1. declarat. & Decius ibi, num. 125. vers. In puncto iuris, in nona edit.* dicit in puncto iuris esse veriorem, & *ibi Franciscus Aretin. ad fin.* ait de iuris subtilitate posse defendi tamquam meliorem: quamuis in iudicando minimè sit à contraria recedendum, & *Præpos. d. c. fin. n. 3. col. penult. vers. Et ex his infero*, aitse in disputationibus hāc defensurum opinionem, at in iudiciis non ausurum. Et *Ripa l. fin. q. 26. nu. 98. C. de reuoc. donat.* dicit facile posse defendi, & *Minchaca de succes. progressu, l. 3. §. 27. n. 29.* dicit omnes pœnas, *l. 1. & toto tit. C. de secund. nupt.* esse hodie iure canon. sublatas, & hanc esse communem sententiam: in quo titulo omnes pœnæ prædictæ continentur, vt constat ex dictis in tota hac disputatione.

39 At tenenda est communis ferè omnem sententia, asserens pœnas iure ciuili inductas secundis nuptiis post annum inutis, vtpote quæ in filiorum fauorem sunt, minime esse correctas iure canon. atque ita hodie in vtroque foro seruandas esse. Quia pœnę post annum luctus statutæ non sunt meræ poenæ, sed filiorum prouisio, ad quas statuendas iustissima ratione ius ciuile ductum est: attendit enim sæpissime euenire, vt parentes post transitum ad secūdas nuptias, amore posterioris coniugis allecti, filios prioris coniugii odio prosequātur: atq; adeo illos, in quātum possunt, velint bonis priuare, vt ea omnia posteriori coniugi relinquant. Deinde, quia non vt pœnę sunt indictæ, sed quia æquitati naturali consonat, vt bona laboribus prioris coniugis quæsita nō cedant in vitrici aut eius filiorum vtilitatē, existentibus filiis ex priori cōiugio habitis. Tandem, quia aliud est pœnam pati, & aliud, ad lucrum ex mariti bonis prouenientis sub ea conditione delatum, vt si ad secundas transeat nuptias, amittat proprietatē, & reseruetur filiis prioris matrim. inuitari. Pœna enim qua secundæ nuptiæ interdicuntur, reiicitur. At nullibi habetur in iure canonico, lucrum illud ex bonis mariti sub ea conditione alteri coniugi superstiti lege delatum, plene acquiri, non seruata conditione abstinendi à secūdis nuptiis. Et ideo hanc sent. tenent *Glos. l. 1. verb. Honorarias, C. de secūd. nupt. & ibi Cynus fin. Bart. fin. Bald. nu. 8. Alberic. fin. Salicet. fine.* Idem *Bart. auth. de nuptiis, collat. 4. §. Prima siquidem, nu. 3. Addit. ad Gloss. l. Decreto. 19. verb. Contrahere, ca. Ex quibus i. auctis inf. amia irrogetur, & ibi Bald. fin. & l. Liberorū. § Et si talis, n. 3 ff. de his qui notātur infamia. Innoc. c. fin. in fin. de secūd. nupt. Host. ibi. n. 3. Ioan. And. n. 5. Anton. n. 2. Cardin. n. 1. q. 1. Anchar.*

char.n.9.q.2.& n.10.q.3.fin. Alex de Neuo n. 14. Henric.nu. vlt. idem Auton.c.1.n.12.de sponsal.idem Anchar.reperit, c. Canonum, n.55.vers.Iuxta predicta accedat, de constit. & consil.17.ex predicto themate,in principio, Dominicus c. Placuit,col.2.d.32. Angelus de Perusio auth.de non eligendo secundo nubentes,in princip.nu.6. & repetitione l. Mater, nu.4.l.Si qua mulier, num.vn.C.ad Tertul.vbi & Corneus n.1.& d.l.Mater.n.2.& cons.125.n.3.l.3.Ripa rubr.C.de secund.nupt.in fine,& l fin.q.26.nu.98.C.de reuoc. donat. Decius rubr.C.de secund.nupt.nu.6.Gulielm. Benedictus c. Raynutius,verb.Et vxorem,decis.5.vbi de successi.ab intestato, n.90. Alexan.cons.3.num.12.l.7.& ibi Molinens in addit.lit.C. Matth.de afflictis,decisio Neapolit.75.nu.5.Romanus consil.182. n.1.Parisius consil.29.n.8.vol.3. Nicol.de Vbaldis de success.ab intestato p.2.n.8.Bologn.addit.ad Matthes.ad success.ab intestato, c.2 principali,membr.1 n.31.& additionib.ad consil. 71. Ananias in fine,Sylua nuptialis lib.2.verb. Diuisi non est nubendum,n.78. Boerius decisione 186.n.2.Garronus l.1.num. 133.in nona edit. & auth.Eisdem pœnis,num.11. C.de secund. nupt. Ioann. Lupus l.15. Tauri,n.6.Brunel.de sponsalibus,concl.19 n.6. Nicol. Arelatan.in suis responsis,resp.1.nu.3. Rebuff. 1.tom.constitut.tit. de constitut.in proœmio,gl 5.n.66.Montalu.li.3.fori,ti.1.l. 13.verb. Pierda. Ant. de Rosellu de success.ab intestato,n.194.(habetur to.8.tractat. p.1.)Conar.4.decret.2 p.c.3.§.9.n.5. Greg. Lopez l.3.verb. Fasta vn año,t.12.p.4.Villalobos in communib.opin lit. B.nu.29. Acosta c.Si pater,1.p.verb.Legauit,nu.34.de testam.in 6.Tello l.6.Tauri, n.19.Sarmiento lib 1.select.c.4.nu.4. Ant. Gabriel to.3.communn. opin.l.3.t.de secund.nupt.concl.6.num.1. Ant.Cucus lib.5. institut. maiorum,t.12.n.187.Valascus consil 16.num 3.vol.1.Gutierrez l. Nemo potest,n.20 ff de legat.2.& lib.2.pract.q. 95. num.5. Celsus consil.38.n.7. Matienzo l.5.recop.t.1.l.3.glo.2 n.1.& nu. 44.& t. 9.l.5.glossa 8.nu.5.Perez lib.5.ordinam.t.1.l.fin.f.55.vers.Est tamen inquirendum. Azebedo lib.5.recop.t.1 l.3. nu.1.& 2.Lancelot. institut.iuris canon.l.1.t.de diuortijs,§.vltim.verb. Abolita. Spino speculo testa.gl.14.principal.num.100. Faluius Pacian. de probationib l.2.c.3 n.80.& Zanallos in suis quæst pract.q.742.n.5. & ex Theologis,P.Molina tom.2.de instit.tract. 2.disp.431.col.3. Lud.Lopez 2.p.instruct.vbi de matrim.c 41.col.3.

40 Hinc infertur primò non esse correctam secundã pœnam,n.2.relatam,vt coniux transiès ad secundas nuptias amittat proprietatem bonorum,quæ à defuncto coniuge habuit,& reseruetur filiis prioris matrim. Quod fatentur omnes DD.nu.præced.relati. Quod sit in filiorum fauorem inducta.Nec corrigitur secunda pœna relata nu.3.ne possit mater illa dare secundo viro plusquam vni ex filiis prioris matrim.cui minus dedit. Quia similiter est in fauorem filiorum statuta.Sic Conar.4.decret.2.p.c.3.§.9.n.8. Matienzo l.5.recop tit t.l.2.gl.2.n.6.

41 Secundo infertur,nec esse correctam tertiam pœnam relatam n.4.nimirum,vt mater secundo nubens amittat tutelam. Quia id statutum est,vt indemnitati filiorum consulatur, atque cauetur bonorum dissipatio, quæ subsequenda præsumitur ex secundis matris nuptiis.Sic Matienzo ead.glo.2 n.9.Azebedo lib.5 recop.tit.t.l.3. nu.5. Spino speculo testam glo.14.nu.102.& apertè sentiunt DD.statum allegandi, it enim non perderet tutelam,non opus esset, vt tutorem alium peteret: cum tamen dicant incurrere omnes pœnas,quas nu.13.retulimus,si non petito tutore, ac reddita administrationis ratione, ad secundas nuptias transeat: nec hoc esse correctum iure canonico. Hi sunt Innoc.c.fin.in fin.de secund.nupt.& ibi Anton.n 2. Abbas nu.3. in fin.Anchar.n.9.q.2.& repetit.c Canonum,nu.55.de constit. Idem Abb.c.Ecclesia,n.15.de constit.& repetit.eiusdem c n.20.& ibi Felinus n.56.in 1.declarat.Idem Host eo.c.fin.nu.3. Ioan.And.ibi nu. 5.Cardin.n.1.q.1.fin.Bartol.auth.de nupt. collat. 4.§. Sin autem tutelam,n.2.& auth.Eisdem pœnis,n.vn.C.de secund. nupt. & ibi Cynus fine, Alberic,n.vnico, Baldus l.Si qua mulier, in fine, C. ad Tertul.Angelus auth.de non eligẽd.secundo nuben.in princ.nu.9.& auth.de restit.& ea quæ parit.§.Vnum,nu.6.Garronis rubr. C.de secund.nupt.in nona edit.nu.24.pœna 12.fine, & 4.auth. Eisdem pœnis n.7. Alex.de Neuo,d.c.fin.nu.17.Nicol. Arelatan.in suis responsis,resp.1.n.2. Ant.de Rosellis de success.ab intestato,num.195. Montaluus lib.3.fori,t.1.l.13.verb. Pierda. Conar.4.decret.2.p.c.

3.§.9.n.6.Ant.Cucus l.5.institut.maiorum,tit.12.nu.188. Anton. Gabr.tom.3.commun.opin.l.3.tit.de secundis nuptiis,concl 9.nu.2. Perez.li.5.ordin.t.1.l.fin.f.54.vers. Deducitur etiam. Fuluius Pacian.l.2.de probationibus,c.3.n.81.& Lud.Lop.in 2.p.instruct.vbi de matrim.c.41.col.3. Et ratio est,quia non punitur femina illa eo quòd secundo nupserit,sed quod male administrarit filiorum bona, non petito eis tutore, nec redditis rationibus,vt tenebatur.

Tertio infertur, nec corrigi iure canonico sextam pœ- 42
nam,n.16.relatã, vt mater secundo nubens priuetur filii pupilli educatione,vt bene docet Matienzo l.5.recop.t.1.l 3. glo.2.n.8.nec septimam, nempe, vt non possit exẽplariter substituere:si sustineamus eam pœnam vere incurri, cum DD.n.22.allegatis: nec vt excludatur per tacitam pupillarem: si verum est eam excludi, vt sustinent quos retuli num.27. Quippe omnes hæ pœnæ sunt principaliter in filiorum fauorem statutæ, & colligitur ex DD. ibidem citatis.Si enim eæ pœnæ correctæ essent,non affirmarent matrem illis subiici.

Vltimo infertur,nec nonam pœnam relatam n.31. cor- 43
rigi,nempe,vt perdat priuilegia & honorẽ matri. Quòd non propriè pœna dici possit,sed ex actus natura consurgat, eo quòd per secundas nuptias cesset omnino ratio huius concessionis (vt probaui nu.31.) sic Garronis rubrica,C.de secund. nupt.in nona edit. remedio 4.contra secundo nubentes.n.125.Matienz.l.5.recop.t. 1.l.3.gl. 2.num.5.& t.9.l.6.glo. 2.in fin.Spino speculo testam.gl.14.n.101.102. Nec corrigitur etiam decima poena relata n.32. vt filii non teneãtur matrem secundo nubentem dotare.Quòd colligitur ex DD. ibi allegatis,non enim eam affirmarent, si correcta esset. Et ratio est,quia non est propriè poena,sed non compelli filios arma ad suũ dedecus ministrare. Nec vndecima relata n.33.ne possit reuocare donationem causa ingratitudinis. Quod sit in fauorem filiorum priorum, ne potius mater reuocet contemplatione vitrici.Sic Matienzo ea l.3. glo.2.n.7. Nec tandem corriguntur poenæ decimatertia & decimaquarta relatæ nu.35.& 36. vt pater teneatur satisdare,& mater rationem reddere de modicis. Quod vtraque similiter fit in filiorum fauorem. Et colligitur ex DD.ibidem allegatis illas asserentibus, nullamque correctionis mentionem facientibus.

Ad argum.nu.38, relata constat ad 1. 2.& 3. ex ratione 44
vltima meæ sent.39.adducta.Non enim omnis poena asserens aliqualiter libertatem matrimonii est iure can. reprobata: sed quæ consistit in proprio matrim. perdendo: secus de ea quæ potius consistit in lucro non acquirendo, vel eo sub conditione acquisito perdendo. Ad confirm. secundi dic eam poenam non impositam esse principaliter ad fauendum filiis,sed ad puniendam nuptiarum intra annum luctus accelerationem.

DISPVTATIO LXXXIX.

Qualiter coniux ad secundas nuptias transiens teneatur reseruare filiis prioris matrimonij bona à coniuge defuncto habita?

SVMMARIVM.

Quot sint quæstiones disputanda,n.1.

Mater anno luctus,vel post,secundò nubens amittit etiam in foro conscientiæ proprietatem bonorum,quæ à viro habuit, etiam ex filij successione,vsufructu sibi reseruato, & illa transferuntur ad filios priores, hunc tamen non reseruat illis,n.2.

An possit in aliqua parte horum bonorum aliquem ex illis filiis præferre: & sit hoc iure regni correctum n.3.

An in bonis, quæ ex successione filij ab intestato habuit, possit aliquem ex illis præferre n.4

Si præcluserit aliquem ex filijs in tertio, instituens virum heredem quinti, qualiter succedat hic filius cum aliis fratribus in illo quinto n 5.

An possit de proprietate illa, quam tenetur reseruare prioribus filiis, disponere: & filiis cauere de ea restituenda n.6.

An parẽte alumnãte,possint filij eo superstite aut defuncto reuocare? n.7.

An si parens non distraxit,sed consumpsit, teneantur heredes ad æstimationem? 8.

Quæ conditiones desiderentur, vt huic reseruationi locus sit n.9.

An pater secundo coniugatus teneatur ad eandem reseruationem n.10.

An teneatur illos reseruare vsumfructum, quem in bonis ipsorum materni acquirunt & an vsusfructum, quem viventis retinet parens in

bonis, quæ tenetur reseruare filijs prioribus, extinguatur filio emancipato n. 11.

An aui & alij ascendentes teneantur ad hanc reseruationem descendentibus n. 12.

Qui, si posterius matrim. consummatum non sit aut sit irritum? n. 13.

An legatum à coniuge defuncto relictum reseruetur filijs prioris matrimonij n. 14.

An teneatur mater reseruare quæ habuit ex substitutione pupillari filij n. 15.

Quid, quando ex testamento vel donatione coniugis defuncti habuit aliquid superstes non ex bonis ipsius defuncti, vt si quis det vxori facultatem tollendi vel distribuendi, & vir det aut leget vxori. Et quid si tunc dei vxori committentis facultatem, & illa secundo nubat. n. 16.

Quid de bonis coniugi acquisitis contemplatione alterius coniugis. n. 17.

Quid, si succedat ab intestato in bonis filij, qua habuit à parente defuncto, sine transeat ad secundas nuptias ante filij mortem sine posth. n. 18.

Quid, in legitima parentis superstiti debita in bonis illius filij? n. 19.

Quid, quando vir & vxor ex bonis communibus filium dotauit? n. 20.

Quid de bonis, quæ ex renunciatione filij parens habuit: vel quæ femina à successione excludatur? n. 21.

An parens secundo coniugium succedens priori filiæ, succedat plene illi in proprietate bonorum, quam amiserit per secundas nuptias, & erat illum filium potius ex cæteris fratribus reseruatorio? n. 22.

Quid de bonis, quæ ex sui flamine aut peruenere ad filium? n. 23.

Quid de bonis auiendæ filiæ acquisitis, siue parens superstes filiæ, siue ea mortua secundas nuptias celebrauerit? n. 24.

Quid si filij non sint hæredes, quod renunciarint, siue vt incapaces, ingratitudinis? n. 25.

Quid, de acquisitis titulo onerato, an sint prioribus filijs reseruanda? n. 26.

Quid de arris, sponsalitia largitate, donatione remuneratoria, dotis quotidiana, restitutione dotis? n. 27.

An patrem succedentem filio in bonis, quæ ille habuit titulo onerato à coniuge defuncto teneatur ea reseruare filijs prioris? n. 28.

An lucra acquisita constante matrimonio, siue lege, siue consuetudine communia sint, reseruentur filijs prioris matrimonij? n. 29.

Quid de bonis quæ coniux superstes lucratur ex patrimonio defuncti, ita disponente statuto, consuetudine? Refertur opinio, n. 30.

Explicatur sententia Auctoris, n. 31.

Quid de eo quod coniux lucratur ex pactis inter ipsos initis, vt superstes acquirat? n. 32.

Quid de quarta debita coniugi superstiti ex bonis defuncti? Et remissa, an extrahenda sit de quinto, ac debeatur superstiti habenti partem dotis? n. 33.

An reseruationi huius sit locus, quando priori matrimonio, non sunt filij suscepti ac defunctus ex alio matrimonio filios habuerat? n. 4.

An si filij prioris matrimonij obierint, succedat parens in vsufructu communi plene quoad proprietatem & vsumfructum? Refertur duplex sententia, n. 35. & 36.

Propinantur sunt Auctori: & quid dicendum exactibus tam nepotibus? n. 37.

An non exactibus filij prioris matrimonij, remittantur pœnæ non in ipsorum fauorem nodatæ? n. 38.

An filius prioris coniugij dissidente defert a bonorum parte in parentis præmortuum, sibi illa extrahenda de solis bonis omnium filij propriis: an etiam de proprietate bonorum, quam consecutus est parente transeunte ad secundas nuptias? n. 39.

An si parens præmortuus proprietate ob secundas nuptias retento vsufructu moriatur fructibus eorum bonorum pendentibus, pertineant ipsi mortis ad filios prioris matrimonij quorum erat proprietas? n. 40.

Post n. 40. summaria, quæ desiderantur.

1 DVPLEX est quæstio disputanda. Prior de conditionibus petitis, vt coniux ad secundas nuptias transiens teneatur reseruare bona filijs prioris matrimonij. Posterior de casibus, in quibus ab hac obligatione absoluitur.

2 QVÆSTIO prior. Quæ conditiones desiderentur, vt coniux transiens ad secundas nuptias teneatur bona reseruare filijs prioris matrimonij? Præmittendum est, vxorem aliquid quocumque titulo lucratiuo à marito accipientem, siue ex donatione inter viuos, siue ex vltima voluntate, teneri transeundo ad secundas nuptias, id totum integrè reseruare filijs prioris matrim. vt expressè decidit *l. Femina, in princ. C. de secund. nupt.* ibi: *Femina quæ susceptis ex priori matrimonio filijs, ad secundas post luctus tempus statutum transierint nuptias, quicquid ex facultatibus priorum mariti orum, sponsalium iure, quicquid etiam nuptiarum solemnitate perceperint, aut quidquid mortis causa donationibus factis, aut testamento iure directo: aut si fideicommissi, aut legati titulo, vel cuiuslibet munificæ liberalitatis præmio ex bonis priorum maritorum fuerint assecuta, ad totum ita vt percepérint, integrum ad filios, quos ex præcedenti coniugio habuerint, transmittant.* Idem habetur *l. Hac edictali, §. His illud, C. eod. t. & l. 2. C. de indicta vi sust. & l. Mater, C. ad Tertull. & auth. de nuptiis, §. Si vero expedit, collat.* 4. & concordat *l. reg. 26. tit. 13. p. 5.* & priuatur statim ipso iure dominio omnium lucrorũ, quæ à coniuge defuncto perceperat, applicaturque cõmunibus liberis retento tibi dũ vixerit, solo vsufructu. Sic habetur *l. Generaliter, in princ. C. de secund. nuptiis*, ibi, *Dominium autem rerum, quæ liberis per huius legis, vel præteritarum constitutionum auctoritatem seruantur, ad liberos pertinere decernimus: itaque defuncto eo, qui liberis seruabat, extantes ab omni possessione liberi vendicabunt.* Nã verbum, *Vendicabunt*, dominium supponit, & eo non habito nõ datur vẽdicatio, *l. In rem suam de reiuend.* Et paulo inferius: *Administrare patri vtiliter cõcedimus.* Si ergo sola administratio parenti cõceditur, dominium iam erat filiorũ. Et clarius *auth. de nupt. §. Si vero expedit, collat. 4.* ibi: *Omnia eã deserit proprietatis modus in iis, quæ à priori viro in eam venerunt, & filios ea percipient, & proprietatis erit dominus, mox quo mater coniuncta est alij viro.* Idem habetur *d. l. Femina, in principio*, ibi, *Possidendi tantum, atque fruendi in diem vitæ.* Et *auth. Ex testamento, C. eod. t.* ibi: *Eorum solam vsumfructum percipiet. & auth. In donatione, C. eod. tit.* ibi: *Desirit eam proprietas.* Quod procedit, quamuis ea bona mariti ad vxorem peruenerint, ex successione filij: quia nimirũ, filius in illis successit patri, & filio defuncto successit in eisdem mater (vt n. 18. latius dicemus.) Quod si opponas, dominia rerũ non trãsferri nisi secuta traditione, *l. Traditionibus, C. de pactis.* Respondet *Nicolaus Arelatanus, l. Generaliter, nu. 96. in nona edit. C. de secund. nupt.* posse legem alicui auferre dominium rei suæ, & trãsferre in alium absque traditione. Huius autem rei duplex est ratio. Prior, ob iniuriam priori viro & filijs illatam, per transitum ad secunda vota. Quæ iniuria constat ex *auth. de nuptiis, §. Si autem tutelã, vers. Nos autem*, ibi: *Tribus maximè neglectis, Dei, defuncti memoria, & charitate filiorum.* Et *auth. de non eligendo secundò nubentes, §. Prospeximus*, ibi: *Quoniam omnibus simul scissis nuptiis fecit iniuriã.* Et *auth. de nuptiis, §. Quæ vero nunc sequuntur, vers. Nos igitur*, ibi: *Defuncti animum contristaret.* Et *vers. Qui igitur*, ibi: *Et per omnia contristandi priorẽ maritũ.* Et *§. Nec illud*, vbi agitur de filijs, ibi: *Et illi iniuriam passi sunt nuptiis.* Et *§. Si vero*, ibi: *Et filios ex hoc exhonoratos.* Et *§. Soluto*, ibi: *Et non procreatam sobolem sequentibus matrimonijs forsitan contristare.* Quæ ratio legitima est, (vt fatentur omnes DD quos n. 43. & 49. referam) ob id enim ab hac pœna excutiant feminam trãseuntem ad secundas nuptias de consensu viri, aut filiorum prioris matrim. quod ipsis consentientibus cessat iniuria. Et clare redditur hæc ratio *auth. de nõeligend. secundo nub. in principio, vers. Prospeximus*, ibi: *Et nullam esse licẽtiam matri alios quidem filiorum eligere, alios autem exhonorare: quoniam omnibus simul secundis nuptijs facit iniuriam.* Et *§. Veniunt autem, auth. de nupt.* ibi: *Veniunt autem talia lucra ad filios omnes ex prioribus offensos nuptijs.* Quamuis *Sarmiento lib. 1. select. c. 4. nu. 3.* eam contra communẽ sententiam impugnet. Posterior ratio est, quã tradit *ibi Sarmiẽto.* Quòd æquirati naturali & rationi cõsonet, vt bona prioris viri laboribus quæsita, non cedant in vitricii aut eius filiorum vtilitatem, sed reseruentur filijs coniugis, qui illa acquisiuit. Hæc autẽ ratio sola non sufficeret. Nam bona ex posterioris cõiugis substãtia parta, si non transeat ad tertias nuptias, minimè tenetur reseruare filijs secundi matrimonii: sed potest de eis disponere inter filios prioris matrimonii, sicut de propriis bonis. Cum tamen militet illa ratio, nempe, comparata esse fudore secundi viri. Quod cõtingit, quia nec secundo viro, nec eius matrimonii filijs iniuria aliqua irrogata est. At id efficere nequiret transiens ad tertias nuptias, sed priuaretur dominio, & transferretur ad filios secundi matrimonii: eo quod iam illi eorumq; pater iniuria affecti sint. Non ergo sola illa æquitas naturalis est causa huius decisionis, sed illa simul cũ iniuria irrogata, imo hæc est potissima. Quãtus autem *d. l. Femina, in principio*, dum hanc reseruationem instituit, loquatur de femina transeunte ad secundas nuptias post annum luctus, at à fortiori est idem dicendũ, si transeat intra annum luctus. Cum lõge grauior iniuria vis memoriæ, ac eius filijs tam accelerato transitu inferatur. Præterea, quia creditu non est dignum, leges, quæ tam

tam acerbis pœnam feminam intra annum luctus nubẽtem plectunt, (vt dispnt. 87. explicuimus) velint eam eximere ab hac, quæ æquitati naturali consonat, ac in fauorem filiorum valde cedit. Vnde dum *praedicta l. Femina*, explicuit, vltra annum luctus noluit cõtrarium decidere, si intra annum illum luctus nuptiæ secundæ contingerent. sed id solum declarauit, quod difficultatem ingerere poterat. Nec valet argumentum à contrario sensu petitum, quando inde consurgit absurdus intellectus (vt tradit *Everardus in suis topicis, loco à contrario sensu, n. 7.*) & ita tradunt *Glossa d. l. Femina, verb. Statutum: & d. l. Generaliter, verb. Generaliter. Et ibi Baldus statim in princ. ante primum notab. Ripa d. l. Femina, in princ. in nona edit. q. 10. n. 20. Azebedo lib. 5. recopil. tit. 1. l. 3. nu. 2.* Quod si opponas, quod ex multis retulimus disp. 87. n. 24. nempe correctum esse iure canonico, vt femina intra annum luctus nubens perdat proprietatem. Ibi huic obiectioni satisfeci, hoc explicans. Et vt mater per transitum ad secundas nuptias perdat dictã proprietatem, ac teneatur reseruare filijs prioris matrim. nulla exigitur iudicis sentẽtia. Quia hoc non est propriè pœna, sed iuris dispositio in filiorum fauorem. Atque id significant verba textus citata, dum dicunt, statim eam perdere proprietatem, *auth. de nupt. §. Si vero expellet.* Et ita docent *Nicol. Arelatan. l. Generaliter, in nona edit. n. 93. C. de secũd. nupt. & citato Corneo, Anton. Gabr. to. 3. communium opin. l. 3. t. de secund. nupt. concl. 1. num. 10.* Vsumfructum verò quem mater secundo nubens sibi retinet in bonis prioris viri, quorum proprietatem perdit, non tenetur filiis prioris matrim. reseruare. Quod omnes textus allegati ad solam proprietatem seruandam obligent. Et ita docet *Ioan. Lupus l. 15 Tauri, n. 10.*

3 Quamuis autem *l. Generaliter, in princ. verb. Diuidendi, & l. Femina, in princ. C. de secund. nupt.* concedebatur matri, vt pro suo arbitrio posset inter filios prioris matrim diuidere acquisita à priori coniuge, quorum proprietatem amiserat, ac in eis præferre quem ex illis malleret: hæc electio & diuisio sublata sunt per ius authenticorum, quod prædictas leges corrigens, statuit ea lucra æque inter filios prioris matrim. diuidenda, nec integrum esse parenti, aliquem illorum in quantumuis modica parte præferre. Vt constat ex *auth. Lucrum, C. de secundis nupt.* ibi: *Lucrum hoc æqualiter inter liberos distribuitur, non arbitrio parentis permittitur.* Idem habetur *auth. de nupt. § Veniens. col. at. 4. & auth. de non elig. secundo nubentes, § Præsperximus, collat. 1.* Et quamuis *Pelaez de Mayes de maior. in 1. edit. 1. q. 4. 54. fine*, dicat satis dubium esse, an hoc correctum sit per *l. reg. 19. Tauri, hodie l. 3. t. 6 l. 5. noua recop.* quæ absolutè & indistinctè permittit parentibus in tertia & quinta bonorum suorum parte quẽlibet ex filiis vel descendentibus præferre: atque addit in hoc dubio nõ esse recedẽdũ ab huius legis regię decisione Cęterũ nullo pacto correctas esse prędictas leges asserendum est. Quia *l. reg.* loquitur in bonis propriis ipsorum coniugum, ibi: *Puedan señalar en cierta cosa, o parte de su hazienda, el tercio y quinto de mejora.* At hæc bona reseruanda prioribus filijs, non sunt proprium transeuntis ad secundas nuptias patrimonium, sed solum vsumfructum in eis retinet (vt n. præc. probauimus.) Præterea, quia *l. 15. Tauri, hodie l. 4. t. 1. l. 5. noua recop.* statuitur, vt dispositum in femina secundò nubente, quoad perdendam bonorum à viro acquisitorum proprietatem, absque obligatione reseruãdi filijs prioris matrimonii, habeat locum etiam in viro secundam vxorem ducente. Cùm ergo attenta *ea l. 15. reg.* bona illa reseruanda filiis prioris matrimonii non sint proprium patrimonium coniugis secundis nuptiis copulati, cùm postea concedit *l. regia 19.* facultatem, præferẽdi filios in tertia & quinta patrimonii parentum parte, non intelligit de bonis illis reseruandis filiis prioris matrim. Præterea, quia non est credendum quod tot Auctores, qui *leg. illas reg. 15. & 19. Tauri* commentati sunt, huius correctionis immemores fuerint. Tandem, quia DD. nu. 4. allegandi ex regnicolis sunt, & tamquã rem manifestam supponunt in iis bonis denegari parentibus facultatem præferendi aliquem ex filiis prioris matrimonii, nec id in dubium vertunt.

Hoc tamen temperandum est, nempe, non posse in his 4
bonis præferri aliquem ex filiis prioris matrim. vt intelligatur, quando coniux secundo coniugatus habuit immediate ea bona à cõiuge defuncto: si enim ex successione filii prioris matri. habeat aliqua bona, in quibus filius parenti defuncto successerat, potest coniux superstes ea diuidere inter filios reliquos prioris matrimonii, ac in eis quemlibet illorum præferre: sicut potest id effiecre de propriis suis bonis, hoc tamen excepto, quod illa bona sunt necessario reseruanda filiis prioris matrim. ac inter ipsos solos diuidenda: hæc autem minime, sed inter vtriusque matrim. filios. Et ratio est, quia attento iure Codicis (vt diximus num. 2.) quamuis bona quælibet à defuncto coniuge titulo lucratiuo acquisita teneretur superstes reseruare filiis prioris matrimon. poterat tamen illa inter eos diuidere, & aliquem ex illis præferre. Et quamuis facultas hæc adempta sit per ius authenticorum, vt *authent. de non eligendo secundo nubentes, §. Prosperximus, & authent. de nuptiis, §. Veniens, & auth. Lucrum, C. de secund. nupt.* At textus hi de lucris nuptialibus habitis immediatè à marito, vel ex legato, vel ex donatione eius loquuntur. Quare videntur non corrigi, sed in suo pristino robore manere iura Codicis quoad hæc bona: vt cæteri textus tamquam correctorii restringi debeant. Et confirm. quia *authent. de nuptiis, §. Hinc nos, vers. Si autem intestatus*, loquens textus de bonis paternis quæ ex filij successione consequitur mater ad secundas nuptias transiens, solũ decidit ea bona quoad proprietatem reseruari filiis prioris matrim. nulla mẽtione facta potestatis vel impotentiæ inter illos distribuendi. Ergo seruandum est ius codicis tamquam illæsum manens quod permittebat hanc distributionem in bonis, quorum proprietas reseruabatur filiis prioris matrim. Sed dices. ius illud Codicis, quod permittebat eam distributionem inter illos filios, & alicuius prælationem, non loqui de bonis habitis ex successione filii: sed de habitis immediatè à viro, (vt constat ex dictis nu. 2.) ac proinde nullo iure permissa esse distributionem, & prælationem, inter filios prioris matrimonij, in his bonis habitis ex filii successione. Nam authenticum loquens de his bonis, reseruationem solam decidit, nulla facta mentione distributionis (vt proximè dixi.) Fateor hoc: at cùm hæc simul stent, reseruari bona filiis matrim. prioris, & posse parentem inter eos distribuere: vt constat ex *l. Femina, in princ. & l. Generaliter, in princ. C. de secund. nupt.* Et textus solum reseruarit hæc bona, non denegando potestatem' distribuendi: ac vbi eam denegari voluit, id expressit: signum est in his bonis non esse denegatam potestatem. Et secũdo probatur, quia cùm hoc sit iam effectum patrimoniũ filii, satis est vt retineat qualitatem reseruationis: cùm lege expressa non sit negatio facultatis distribuẽdi. Et ita sustinet *Sarmiento lib. 7. select. a. 11. n. 1.* Sed quãuis hoc sit acutè & probabiliter dictum: multo magis placet non esse integrum parenti hæc bona inter filios prioris matrim. distribuere, nec in eis quemquam illorum præferre: sed æquè reseruari filiis illis. Ducor, quod ex natura rei, & vbi nulla est contraria iuris permissio, ex reseruatione bonorum, amissa proprietate, eaque in prioris matrimonii filios trãslata, necessario inferatur, parentem, qui solum vsumfructũ retinet, nullo pacto posse disponere de proprietate, vtpote, quæ non est sua, sed filiorum: & si id poterat attẽto iure Codicis, id eueniebat, quia ius illud priuans proprietate, speciali permissione concessit eam potestatem distribuendi & præferendi. Quare cùm ius illud non loquatur de bonis habitis ex successione filii: circa hæc nulla est specialis decisio, vt dicamus illam corrigendam esse. Ius autem authenticorum, quod circa hæc bona reseruationem statuit: ac matrem priuari illorum proprietate, transeundo ad secundas nuptias, cùm non expresiè permittat hãc distributionẽ & prælationẽ, nec alibi circa hęc reperiatur permissa, ex necessaria consequentia amissio-

nis proprietatis, infertur eam interdictam esse. Non enim potest dici, dispositionem §. *Hinc nos, authent. de nupt.* decernentis horum bonorum reseruationem, & parentem priuari illorum proprietate, intelligendam iuxta ius Codicis similem reseruationem facientis, cum potestate distribuendi ac præferendi. Quia cùm ius illud Codicis esset iam correctum per idem ius authenticorum, *eod. authen. de nupt. §. Venient autem*: non est dicendum dispositionem *authen. eod t.* conformari cum iure Codicis antiquati iam, & correcti ibidem, sed potius cum dispositione eiusdē authentici corrigentis, & ita statuentis eam reseruationem, vt nequeat parens circa bona sic reseruata efficere distributionem, aut aliquem filium præferre: eo vel maximè, quod hæc duo sint connexa suapte natura: vbi speciali iuris prouisione non segregantur. Et ideò contra *Sarmientum* (licet nulla adducta ratione) tenet *Azebedo libr. 5. recop. t. 1. l. 4. n. 5.* Atque huius sententiæ videntur *Sylu. nuptialis, l. 2. verb. Diuisi non est nubendum, nu. 75. ampliat. 1. iunct. n. 70. ampliat. 4. Anton. Gomez l. 14. Tauri, nu. 2. & 3. Matienzo lib. 5. recop. tit. 1. l. 3. gl. 2. num. 42. Gutier. l. 3. pract. q. 43. nu. 25. Statim in princ. P. Molin. to. 1. de iustit. tract. 2. disp. 163. col. 3. not. ab. 3.* vbi postquam dixere quæ bona teneatur parens transiens ad secundas nuptias reseruare filijs prioris matrim. ac inter ea numerarunt quæ ex filii successione acquisiuit, dicunt nequire parentem hæc bona inter filios distribuere, aut aliquem eorum in illis præferre, sed æqualiter omnibus illis reseruari.

5 Hinc deducitur primò, quid in hac quæst. sentiendum sit. Coniux prætulit filium quemdam communem in tertia bonorum suorum parte, & reliquum coniugem instituit hæredem quinti: dubitatum fuit, an parente superstite secundo coniugato, succedāt illi filii pro æquis portionibus in quinto legato illi? Id enim affirmare videtur quāuis suboscurè *Ripa l. Femina, in princ. in nona edit. q. 25. n. 67. C de secund. nupt.* Quod *in authen. Lucrum, C de secund. nupt.* decidatur lucra habita à coniuge transeunte ad secundas nuptias ex bonis coniugis defuncti, esse æqualiter diuidenda inter filios prioris matri. Ac merito duo causidici prætorii Granatensis ex peritioribus consulti de hac re oppositum censuere, dixerūtque filio illi, prælato in tertia bonorum parentis defuncti parte, dandam esse tertiam partem illius quinti, atque deinde ex residuo dandam illi quamdam portionem æqualem, sicut & reliquis filijs prioris matri. Et ratio est, quod authenticæ sunt insertæ in libro Codicis à quodam priuato Auctore, atque ideo vim legis minimè obtinent, nisi quatenus concordant cum authentico originario: at *d. authen. Lucrum*, malè translata est ex authentico originario, quod est *authen. de nuptiis collat. 4. §. Venient autem.* omissa enim sunt ea verba, *Ideoque secundam portionem vnusquisque.* Cùm ergo filij succesturi sint in illo quinto, secundum portionem, in qua vnusquisque successit parenti defuncto, ille qui in tertio prælatus est ab ipso, præferendus quoque est in tertio illius quinti, & deinde sicut vnus ex fratribus in sua portione succedet.

6 Secundò deducitur, matrem transeuntem ad secundas nuptias, non posse disponere de proprietate illorum bonorum, quæ filiis prioris matrim. reseruare tenetur, ea alienando aut obligando. Sic deciditur expresse *l. Femina. in fine princ. & l. Generaliter, in princ. C de secund. nupt. & authen. de nuptiis. §. Sed quod sancitum est, collat. 4.* Et ratio est, quòd solo vsufructu eorum bonorum gaudeat. Vtrum autem vteruis parēs ad secundas nuptias transiens teneatur filiis cauere de his lucris restituendis: consulendi sunt *Ciruelos l. 15. Tauri, ad fin. Gregor. Lopez l. 26. verb. Fincan, fin. t. 13. p. 5. Couar. 1. var. c. 8. n. 6. Ant. Gomez l. 15. Tauri, nu. 5. Azebedo lib. 5. recop. t. 1. l. 4. à n. 48.* & alij multi quos hi referunt.

7 Nec tamen inde inferre licet alienante parente eiusmodi lucra, integrum esse filiis prioris matrimonii reuocare viuente parente alienationem. Pars enim negans colligitur à contrario sensu ex *l. Generaliter, in princ. vers. Itaque defuncto, eod. C. de secund. nupt.* ibi: *Itaque defuncto eo, qui eos liberis seruabat, extantes ab omni possessore liberi vendicabunt.* Ergo à contrario sensu eo superstite non poterunt. Sed quia tempore illius legis retinebat parens ille proprietatem, dum superstes erat, quam hodie ipso iure amittit (vt diximus n u. 2.) videtur hodie posse filios reuocare viuente adhuc parente. Quod iniustè fecerit, rem non suam, sed filiorum alienādo. Et ideo hoc sustinet *Baldus d. l. Generaliter, § In his autem, statim in princip. vers. Et per istam rationem.* Sed verius est, non posse reuocare superstite parente. Ducor ex §. *Sed quod sancitum est, authen. de nuptiis*, vbi postquam textus decreuit, parentem secundò coniugatum amittere proprietatem, & facultatem alienandi, vel hypothecæ subiiciendi ea bona, subiicit textus hæc: *Nō vt prohibeat eos aliquid agere in iis, quæ voluerint. Erubescat enim lex castigatores filios genitoribus statuere.* Vbi *Glossa, verb. Aliquid*, explicat, quod pertineat ad causam vsufructus secūdum aliquos: imo etiam quod ad proprietatem pertinet. Et paulo inferius ait textus: *Vel si quid omnium egerit, tale erit, quale nec gestum, nec scriptum quod factum est, vendicabunt enim ea omnino filij.* Vbi ponderandum est verbum illud futuri tēporis, *Tale erit*, quod denotat alienationem non statim esse irritam, neque filios protinus vendicare: & ita textus ait, *vendicabunt*, scilicet, post mortem parentis. Nec obstat filios esse dominos. Quia non sunt domini irreuocabiliter, sed si superuixerint parenti: quare interim vendicare non possunt, *l. fin. §. Sin autem, C. communia, de legatis.* Sic tenet *Ripa l. Femina, in princ. in nona edit. q. 28. n. 69. C. de secund. nupt.* Vtrum autem si filij sint hæredes possint reuocare: an potius teneantur stare gestis à parente, vtpote qui tenentur de euictione: consulendi sunt latè *Nicol. Arelat. tract. l. Generaliter, in nona edit. n. 110. & multis seq. C. de secun. nupt. & Ant. Gabr. to. 3 commun. opin. l. 3. tit. de secund. nupt. concl. 2. à num. 4.*

Quod si parens non alienauit, sed consumpsit: videtur 8
eius hæredes non teneri ad æstimationem. Licet enim parens non habeat facultatem alienandi, habet tamē facultatem vtēdi, possidendi, & fruendi. Ergo re perempta non tenetur. Argumento ex *l penult. & fin. ff. quem. admodum seruitus amitt.* Nam res petit domino, *l. Incendium, C. si certum petat.* Cæterum dicendum est, teneri hæredes ad æstimationem. Sic enim decidit *l. Femina, in fine princ. & l. Generaliter, in princ. C. de secund. nuptiis.* Quod intelligendū est, quando culpa parentis, qui reseruare tenebatur, res illa perijt atque cōsumpta est. Si enim absque eius culpa pereat, perit vero domino, nempe filiis, *d. l. Incendium.* Sic *Baldus ea l. Generaliter, in princ. n. 2. vers. Sed numquid ista res, & ibi Nicol. Arelatan. in nona edit. n. 116. Ripa d. l. Femina, in fine princ.* Addit bene *Baldus* idem esse dicendum, si culpa hęredum perijt res illa, filiis prioris matrimonii reseruanda.

Quadruplex autem conditio desideratur, vt locus sit 9
huic bonorū reseruationi filiis prioris matrim. Prima est, vt mater ad secūdas nuptias trāseat. Secunda, vt bona sint acquisita ex coniugis defuncti patrimonio. Tertia, vt sint acquisita titulo oneroso. Vltima, vt supersint filii ex priori matrimonio. Quæ cōditiones seorsum enucleandę sunt.

Circa primam conditionē dubitatur primò, an idē re- 10
cendum sit de patre transeunte ad secūdas nuptias. Si res hęc iure cōmuni expēdatur, sub iudice erat, (vt satis probat *Ioan Lup. l. 15. Taur. n. 2.*) & in viro non procedere tenet *Salicet. l. Femina, §. Illud, n. 3. C. de sacrō. nupt.* At cōmunissima & fere certa sententia est, idem prorsus dispositū in femina, habere locū in viro secundā vxorem ducente, attento iure cōmuni: atque ita eū amittere proprietatē bonorum, quæ ab vxore titulo lucrativo habuit, nec posse eam alienare, aut hypothecæ subiicere, aut distribuere, sed æqualiter reseruari filiis prioris matrimonii. Idque satis probat textus in *l. Generaliter, C. de secund. nupt.* & melius *in authen. de nupt. collat. 4. §. Si vero expectet*, ibi: *Et hæc communis multierū & viri multa sit possita.* Vbi *Glos. verb. Et viri*, ait scilicet, transeūtis ad secunda vota. Atque ita sustinent *Glo. l. Femina, in prin. verb. Possessione, C. de secun. nupt. Bart. ibi n. 2. Bald. in fi. prin. Ripa in nona edit. q. 1. n. 2. Hostiens. sum. t. de secund. nupt. n. 5. vers. Sic vidistis. Azo summ. eod. t. nu. 14. Oldradus cons. 33. nu. 2. & 3.*

idem

idem Barth.auth.de non eleg.secundo nubentes,§.Cum igitur,n.12 Anchar.c.fin.n.8.q.1.fin.de secund.nupt.Præpos.rubr.eod.tit.n.3. Paulus l.Mater,n.3.C.ad Tertull.& ibi Angelus de Perusio in repetit.n.5.fin.Angelus de Aretio Instit.de SC.Tertul.§. Præferuntur, n.16.vers.Secundo casu,Roma cons.182.n.1.Cornetus cons.242.ad fin.vol.2.Parisius cons.29.nu.77.vol.3.Nicol.de Vbald.de success. ab intestato p.2.n.10.Matthesil.eod.tract.a 2.principali,membr.1. n.25.& 26.& ibi Bolognin.in addit.Ant.de Rosell.eo.tract.n.195. Angel.de Gambel.tractatu de testam.gloss.46.nu.7. (habentur omnes hi to.8.tractat.p.1.) *Nicol.Arclat l.Generaliter,num.1. 11.12.q.2.& 3.C.de secund.nupt.Boerius decis.187.nu.1. Guilelm. Benedictus c.Raynatius,de testam.verb.Et vxorem,decis.5.vbi de succes.ab intestato,n.88.Tiraq.alios allegãs,l.Bones,§. Hoc sermone,in princ.n.156.ff.de verb.sign.Montalu. lib.3. fori t.1.l.13. verb.Pierda,Ioan.Lupus l.14.Tauri n.3.Castillo ibi,n.8. Cifuentes l.15.Tauri,n.2.Gomec.Arias l.12.Tauri, in fine,Couarr. 4. decret.2.p.c.3.§.9.n.7.Ant.Gom.l.15.Tauri,n.4.& ibi Tello nu.vn. Aucuda,n.o ibi,Gloss.vn n.vn.Molin.l.2.de primog.q.10.n.59.Gutier.l.2.pract.q.95.n.3.Matienzo lib.5.recop.tit.1.l.4.gloss.3.nu.1. Azebedo eod.l.4.n.29.Villalob.in suis comm.opin.lit.B.num.42. Ant.Gabr to.3.commun.opin.l.3.t.de secund.nupt.concl.1.num.2.* At quidquid sit de iure communi,in hoc Castellæ regno hæc opinio est decisa,*l.15.Tauri. hodie l.4.t.1.lib.5.noua recop. reg.* vbi expresse decidit ur in vtroque coniuge idem quoad hoc esse seruandum.

11 Non tamen tenetur pater vsumfructum, quem in bonis maternis filiorum lege acquisit,reseruare filiis prioris matrimonii.Quia illo potitur ex legis dispositione tatione patriæ potestatis, quæ minimè extinguitur transitu ipsius ad secundas nuptias.Sic *Gom.Arias,l.12.Tauri,n.16.*Et quãuis hic vsusfructus,quem habet pater in bonis aduentitiis filii,cesset in hoc regno cõstituto filio extra patriam potestatem per matrimonii contractũ, receptis Ecclesiæ benedictionibus; iuxta *l. 48.Tauri, hodie l.9.t.1.libr.5. noua recop.*At vsusfructus,quem vteruis parens habet in bonis ex præmortui coniugis substantia à se acquisitis,quorum proprietatem amisit per transitum ad secundas nuptias, nõ extinguitur qualitercumque filio extra patriam potestatem constituto. Quod hic vsusfructus toto parentis tempore vitæ duret,*l.Femina,C.de secund.nupt.* ibi, *Possidendi tantum,atque fruendi in diem vitæ,* nec à patria potestate pẽdeat. Cum mater similiter eum retineat, quæ patriæ potestatis est incapax.Sic *Azebedo lib.5.recop.t.1.l.4.n.35.*

12 Secundo dubitatur,an idem procedat in auis,proauis & aliis ascendentibus ad secundas nuptias migrantibus? Videtur enim pars negans vera. Quippe *leges n.2. allegatæ* de solis parentibus loquuntur,quorum nomine maxime in materia odiosa,qualis est hæc,non comprehenduntur nisi soli pater & mater.Et *l.Femina in princ.C.de secund.nupt,* dicitur *Susceptis ex priori matrimonio filiis.* At dictio, Ex, denotat causam immediatam *l.1.§. Ex incẽdio,ff.de incend.ruin, naufrag.& ibi Bart.& auth de nuptiis,§. Quoniã infirmas*, ibi: *Filius quibus solu hæc seruauimus.* Vbi ponderanda est dictio, Solus, quæ excludit nepotes, *l.Iubemus,§ fin.C. ad Trebell.* Atque ita hanc partem tenet *P.Molina tom.1.de iust. tract.2. disp.163.col.3.notabil.3.* At dicendum est idem de nepotibus,& aliis descendentibus: iis enim tenentur aui & reliqui ascendentes bona reseruare à coniuge præmortuo acquisita, transeuntes ad secundas nuptias. Probatur ex *l.Femina,§.Illud,C.de secund.nupt.* ibi, *Nullam ex priori matrimonio habuerit successionem.* Et *l. In quibus,7.C.eod. t.* ibi: *Filio vel filia,nepote vel nepte,vel pluribus derelictis.* Et *l.Si quis prioris, 8.C.eod.t.* ibi. *Filius à se, vel nepotibus, vel à pronepotibus relictis.* Vbi manifestus est sermo de quibuscumque ascendentibus & descendẽtibus.Et *d.l.Femina in fine princ.* dicitur bona hæc seruari quoad proprietatem liberis. Et *auth.Lucrum,C.de secund.nupt.* ibi: *Lucrũ hoc æqualiter inter liberos lege distribuitur.*At appellatione liberorũ continẽtur nepotes, & reliqui descendentes, vt expresse habetur *l.Liberorum, 220.ff.de verb.sign.* Tãdem,quia eadem est ratio, imo maior in ascendentibus.Quia magis debetur hæreditas parentibus,quam aliis ascendentibus,*auth.Defuncto,C.ad Trebel.* si ergo per transitum ad secundas nuptias priuantur parentes proprietate bonorum, à fortiori priuabuntur alii ascendentes.Atque ita docent *Gloss.l. Generaliter, in princip. verb Generaliter,C.de secund.nupt.Host. sum.1. de secundis nuptiis,§.Quare & qualiter,n.5.vers. Et quod dixi Angel.de Perusio repetitio l.Mater, in fin.C. ad Tertul. Angel. de Aretio Institut.de SC.Tertul.§.Præferuntur,num.16.vers.Tertio casu, Ripa l.Feminæ,in princip.n.9.q.6.C.de secund.nupt. Matthesil.in tractatu de successione ab intestato,a.2.princip.membr.1.num.28.& 29.& ibi Bolognin.in addit. Nicolaus de Vbald.eod.tract. in 2.p. num.10. Garronis auth. Et testamento in noua edit. post notab.7.C.de secund.nup.n.44.Boerius decis.187.n.2.Guliel.Benedict.c.Raynut. verb.& vxorem,decis.5.*vbi de succes.ab intest.*n.89.de testam. Castillo l.15.Tauri,n.1.col.2.verb. Las mugeres, & ibi Tello fin.& l.6.n.20.Greg.Lop.l.26.verb.Fincan,tit.13.p.5.Menoch cons.155. n.31.vol.2.Azebedo lib.5.recop.tit.1.l.4.n. vlt.& n.9.& tit.9.li. 6.n.2.Anton.Gabr.to.3.commun.opin.l.3.tit.de secund.nupt.concl. 3.n.4.Matienzo lib.5.recop.t.1.l.3.gloss.3.fin. Burgatus consil.12. n.9.vol.1.* Hoc tamen intelligendum est quoad bona quæ peruenere ad auiam ex substantia ipsius aui sui coniugis, & è contra ad auum ex substantia auiæ, & sic de aliis ascendentibus,etiam si ea bona ad nepotes prius peruenerint, quibus ab intestato auus vel auia successerunt:tenẽtur enim auus vel auia ad secundas nuptias transeuntes ea reseruare nepotibus superstitibus ex priori matri.habitis, secus autem erit, si pater vel mater bona aliunde quam ab auo vel ab auia quæsita reliquerit filiis suis. Nam hæc quamuis ad auiam per successionem ab intestato peruenient,non tenetur ea reseruare dictis nepotibus.Sicut nec parentes transeuntes ad secunda vota priuantur substantia auiæ vel aui,(vt n.23.dicemus. Sic *Angelus Aretinus eo §. Præferuntur,n. 17.vers. Ex prædictis ergo.Matthesil.Guliel mus Benedictus,Garronis,Greg.Lopez,Matienzo proxime allegg.* **Tello l.6.** *Tauri,n.26.Antonius Gabriel eadem concl.3.n.17.*

Tertiò dubitatur,an locus sit huic reseruationi,quando secundum matrim.à parente initum non est consummatum,aut est irritum? Et quidem quando non est consummatum,neminem inueni disputantem:at cum *l.Femina,C.de secund.nupt.* & cæteri textus de hoc loquentes, ac rubrica illorum, de nuptiis secundis loquantur, & res sit pœnalis: vt constat ex *auth.de nuptiis, §. Si vero expellet.* ibi: *Et hæc communis mulieris & viri multa sit.* Existimo iuxta dicta in simili,disp.87.n.19.intelligendum esse,quando posterius matr.est consummatum. Deinde,quia ratio huius pœnæ est iniuria irrogata priori viro & filiis, (vt probaui n.2.)quæ non plene ac perfecte infertur, donec matrim. consummatio accedat. Quãdo autem prius matrim.irritum fuit,dicendum est locum esse huic reseruationi,si ex eo geniti filii legitimi sint ob bonam vtriusque vel alterius parentis fidem. Quia in his filiis legitimis militant tationes traditæ n.2.Et ita docet *Ripa rubr.C.de secund.nupt. in nona edit.n.14.vers.Sed de alio dubitari potest.* & pollicetur latius de hoc se acturum *l.Hac edictali,C.eod.t.*ac interim cogitandum esse dicit. At si non sint legitimi, constat nullam esse reseruationem. Si vero posterius matrim.sit irritum,*Garronis l.1.in noua editione,notabil.3.num.10.C.de secund. nupt.*ait incurri hanc reseruationis pœnam, si tales nuptiæ consummentur, siue scienter, siue ignoranter contractæ sint. Sed existimo si ignoranter contractæ sint, locum non esse huic pœnæ:per ea quæ dixi disput 87 num.18.Si autem scienter, cùm sit fornicatio, pendet ex ea quæstione.quam disput.seq.discutiemus,an parens viduitatis tempore fornicans teneatur ad hanc bonorum reseruationem,perinde ac si ad secundas nuptias transiisset. In qua quæstione defendemus ibi num.11.non teneri,donec iudicis sententia accedat. Quare in præsenti quæst.idem dicendum est.

Ex secunda cõditione,nimirum,vt bona sint acquisita ex prioris coniugis defuncti patrimonio,infertur primo, si vir legarũ aliquod relinquat vxori, vel vxor viro, teneri vtrumuis transeuntem ad secundas nuptias id reseruare filiis prioris matrim.Sic habetur expresse *l.Femina, in princ.*

C. *de secund. nupt.* ibi: *Testamento, iure directo, aut fideicommissi, aut legati titulo.* Quia id titulo lucratiuo habetur ex bonis coniugis præmortui. Et docent *Oldradus cons.* 33. *n.* 3. *Ripa d. l. Femina, in princ. in nona edit. q.* 19. *n.* 51. *Ioan. Lupus, l.* 14. *Tauri, n.* 22. *Boerius decisione* 185. *n.* 7. addens (& bene) idem esse si alter alteri donet. *Castillo l.* 14. *Tauri, n.* 8. *Cisuentes l.* 15. *Tauri n.* 2. *vers. In* 2. *casu principali. Et ibi Antonius Gomez. n.* 2. *Molina lib.* 1. *de primog. c.* 10 *n.* 60. *Matienzo lib.* 5. *recop. tit.* 1. *l.* 3. *glossa* 2. *n.* 3. *Azebedo eod. t. l.* 4. *n.* 21. *&* 29. *Alter Molina tom.* 2. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 431. *col.* 7. *vers. Dubium est.* Sed est fortis obiectio contra hoc. Quia si filius leget vtriuis parenti, non tenetur is secundò postea coniugatus id legatum reseruare filiis prioris matrim. *auth. Ex testamento, C. de secund. nupt.* & ea redditur ratio, quod tunc capiat à filio, tamquam ab extraneo. Et dicemus latius hac disp. num. 41. Ergo idem dicendum est, quando coniux legat coniugi. Cùm similiter capiat tunc coniux instar extranei. Solam enim quintam bonorum partem, quam extraneo dare poterat, potest ei legare in præindicium filiorum. Atque proinde videtur correcta decisio illa *l. Femina*, per *d. auth. Ex testamento*. Sed dic cum doctoribus allegatis non esse correctam, sed in suo robore persistere: essèque casum specialem, in quo est deterioris conditionis coniux ille, cui legatum relictum est, quam quilibet extraneus. Et potest esse ratio iniuria irrogata coniugi mortuo per coniugem secundas nuptias amantem: quam minime infert extraneus, & sic nil mirum, si deterioris conditionis ille sit.

15 Secundo infertur, quid dicendum sit in ea quæstione: Si pater in suo testamento substituat pupillariter matrem filio impuberi: an bona illa, quę ex substitutione pupillari patris per mortem filii mater consecuta est, teneatur reseruare filiis prioris matrim. Cuius difficultatis enodatio pendet ex cognitione, an substitutio illa pupillaris cēseatur testamentum patris, an potius filii impuberis. Si enim patris sit, tenebitur reseruare, iuxta n. præced. dicta. Vtpote quæ ex testamento viri ea bona adiecuta est. Si autem filii sit, non tenebitur iuxta dicenda n. 41. Quia tunc succedet ex filii testamento *Baldus consil.* 42. *Ad euidentiam, n.* 3. *& cons.* 216. *Casus talis est statuto, in fine, l.* 3. censet non teneri matrem transeuntem ad secundas nuptias ea bona reseruare filiis prioris matrimonii: sed pleno iure ea acquirere quoad proprietatem & vsumfructum. Quòd testamentum illud censeatur patris & filiiusillius, quoad ordinationem: patet enim illud ordinari: huius autem, quoad successionem: verè enim per illud succeditur filio, *l. Papinianus §. Sed nec impuberis. ff. de inoffic. test. am.* Et ita fauorabiliori via eligenda est, vt succedat mater tamquam ex testamēto filii. Idem approbat dicens singulare *Boerius decis.* 186. *n.* 2. Idem tenet *Anton. Gabr. tom.* 3. *comm. opin. l.* 3. *tit. de secund. nupt. conc. l.* 3. *n.* 24 Alii censent teneri reseruare. Quoniam pupillare testamentum non est proprie filii, sed patris. Quod vel inde constat, nam in testamento filii est necessario mater hæres instituenda, nec potest grauari in legitima iure sibi debita. At in eo testamēto potest mater exhęredari ac grauari. Iudicandum ergo est de iis bonis, quæ mater sic habet, sicut de illis omnibus, quæ ex viri testamento consecuta est: quę tenetur reseruare. Deinde, quia hæc bona censetur mater habere ex propria viri liberalitate: cùm potuisset alii cuiuis relinquere exclusa penitus matre. At ea omnia quæ matēr habet ex largitione viri liberali, tenetur reseruare filiis prioris matrim. *l. Femina, in princ. C. de secund. nupt.* Et hæc sent. mihi placet. Quam sequi videtur *Franc. Aretinus cons* 40. *in fine*. Et tenet *Garronus auth. Ex testamento, in nona edit. à nu.* 15. *vsque ad* 18 *C. de secund. nupt.* vbi idem bene ait, si mater sit substituta compendiosè, in quo casu decedente pupillo intra ætatem pupillarē, valet vt pupillaris iure directo, etiam quando facta est per verbum commune. Iuxta frequentiorem sent. de qua in *l. Centurio. ff. de vulgari.* Idem tenet *Acosta, c. Si pater, 3 p. verb. Censendum, n.* 19. *de test. am. in* 6. optimè limitans, vt intelligatur de bonis, quæ pupillus ille à patre habuit. Atsi quid pupillus patre superstite aut defuncto aliunde habuit, id pleno iure retinebit mater. Quia quamuis succedat ex mariti testamento: at *l. Femina, & l. Generaliter, C. de secund. nupt.* loquuntur de iis bonis quæ ex prioris viri facultatibus vxor cōsecuta fuit. Quare cū hæc bona nō fuerint mariti, non habebunt locū ex leges. Præterea, quia non est eadem ratio in bonis impuberis propriis, etiam si id testamentum sit patris, ac in bonis ipsis paternis. Vt constat ex *l. Si in qui ex bonis, 6. ff. de vulgari*, ibi: *Si in qui ex bonis testatoris solidum capere non poterat, substituus sit ab eo, impuberi filio eius: solidum ex ea causa capiet, quasi à pupillo capiat.* Ergo quamuis bona paterna ex ea substitutione parta teneatur mater reseruare, non idem dicendum erit de bonis ipsius impuberis.

Tertio infertur, quando ex testamento vel donatione 16
coniugis defuncti, non tamen ex bonis ipsius consequitur aliquid alter coniux, id minimè reseruandum esse filiis prioris matrimonii. Vt si quidam committat viro facultatē nomine suo testandi, vel ex bonis propriis distribuendi certam quantitatem: & vir leget aut distribuat vxori, consequetur pleno iure vxor. quamuis postea secundo nubat. Quia (vt num. præcedenti cum Acosta probauimus) ea reseruatio solum habet locum, quando bona coniugi relicta sunt ex defuncti cōiugis substantia. Deinde, quia hæc bona non censetur conferre executor ipse vxori, cum non sit eorum dominus, & ita quamuis liberā habeat electionem, nequit grauare: sed censentur collata ab eo, qui commisit. *l. Vnum ex familia, §. Si de falcidia. ff. de legat.* 2. Præterea, quia huiusmodi faciens distributionem, potest ea bona dare proprio filio spurio, iuxta cōmunem omnium sententiam. Cum tamen interdictum ei sit aliquid illi ex bonis propriis relinquere. Quia in hoc euentu non censetur ipse pater distribuens dare. Secus autem esset, si commissarius ille ad legandum vel distribuendum dedisset aut legasset coniugi illius, cui potestatem commisit: tunc enim coniux ille ad secūdum coniugium migrans tenetur sic accepta reseruare filiis prioris matrim. Quia vere reputātur à coniuge defuncto liberaliter accepta: & sic vera omnium sententia fatetur non posse cōmissarium distribuere aut legare filio spurio cōmittentis faculteatem. Quod tamen intelligetem, quando ea distributio gratuita esset. Quoniam si ea bona coniux cuidam commisisset distribuenda pauperibus, vt se leuaret onere restituendi debita ignoti domini, tūc enim si coniugi vere pauperi committentis facultatem aliquid ex eis bonis distributum esset, non teneretur transiens ad secūdas nuptias reseruare filiis prioris matrim. Nec enim ea bona censeretur consequi ex sui coniugis liberalitate, sed nomine creditoris incerti, cuius personam repræsentat, vt vere pauper, tamquam vere debita.

Quarto infertur, quid censendum sit de bonis, quæ 17
coniux transiens ad secundas nuptias acquisiuit sibi data contemplatione coniugis defuncti. Quidam censent ea non reseruari filiis prioris matrim. Quia lex priuans coniugem proprietate acquisitorum ex alterius cōiugis substantia, & reseruans eam filiis prioris matrim. est pœnalis: (vt n. 13. probauimus.) Atque proinde loquēs in casu vero vel simpliciter, nō debet trahi ad casum fictum, qualis est, vt contemplatione coniugis, donata coniugi censeantur data à coniuge, cuius contēplatione donata sunt. Præterea, quia *l. Femina. statim in princ. C. de secūd. nupt.* dicit, *Ex facultatibus priorum maritorum.* Et statim paulo inferius: *Ex bonis (vt dictum est) priorum maritorum.* At geminatio verborum præcisam mentem demonstrat, ac veritatem requirit. *c. Si quis iratus, 2. q. 3* & comprobat *Felinus c. fin. prince. de offic. deleg.* Et ideo hanc partem sustinēt *Decius c. Ecclesia, de constit. in nona edit. n.* 15. *Roman.* latius probās *consil.* 401. *à n.* 1. *vsque ad* 4. *Guiielm. Benedictus c. Raynutius, de test. am. verb. Qui cum alia. n.* 199 *Ripa l. Femina, in princ. in nona edit. q.* 16. *nu.* 34. *& seqq. C. de secund. nupt. Chasan. in consuetudinibus Burgundiæ, rubr.* 7. *§.* 7. *num.* 2. *Cremensis singul.* 82. *Mulier transiens. Garronus auth. Ex testamento, in nona editione, post not. abil.* 7. *nu.* 43. *fine, & n.* 45. *C. de secund. nupt. Nicolaus Arelat. anus, l. Generaliter,*

ralitèr, in nona edit. C. eod. t. nu. 69. Castillo l. 15. Tauri, col. 3. nu. 2. vers. Sed primum verius. Villalobos in suis communib. lit. B. nu 38. Anton. Gabr. to. 3. commun. opin. l. 3. tit. de secund. nupt. concl. 3. n. 32. Azebedo lib. 5. recop. t. 1. l. 4. num. 42. Aliis vero placet, hæc bona reseruanda esse filiis prioris matrim. Quod censeãtur profecta ex bonis coniugis, cuius contemplatione data sunt. Sic Ant. Gomez l. 4. Tauri, n. 7. Valascus consil. 16. nu. 2. vol. 1. P. Molina to. 2. de iust. tract. 2. disp 431. col. 7. vers. Dubium est. Cæterum in hac quæst. nulla videtur esse ratio dubitandi, quando ita ea bona dantur coniugi, contemplatione alterius, v.g. vxoti contemplatione viri, vt censeantur ipsi viro & nõ vxoti donata: tunc enim nullatenus acquiruntur vxori etiam quoad vsumfructum, quamuis non secundo nubat, nedum si nubat: sed hęc edibus mariti sũt danda. Iuxta ea, quæ latè tradidi l. 6. tota disp. 26. Quamobrem controuersia hæc procedit, quando ita dantur vxori, licet cõtemplatione viri, vt omnino proprietas acquiratur vxori: tunc enim videntur ex mariti substantia profecta, & ita censet posterior sententia esse reseruanda. At multo verior sententia est, non reseruari, vt sustinent priores DD. allegati. Et probant rationes dictæ. Atque ita Ioan. Lopus, l. 15. Tauri n. 12. cautè dixit non perdere vxorem quæ habuit contemplatione viri: nisi fuerint taliter data, vt viro acquirantur.

18 Quinto infertur, coniugem succedentem ab intestato filio prioris matrimonii in bonis, quæ is filius ex parentis substantia habuit, teneri transeundo ad secundas nuptias ea bona reseruare filiis prioris matrimonii, ac amittere illorum proprietatem, solo vsufructu retento. Constat ex auth. de nuptiis, §. Hinc nos collat. 4. vers. Si autem intestatus, ibi Si autem intestatus filius moriatur, tam ad secundas veniente matre nuptias, aut postea veniente, vocetur quidem & ipsa ad eius successionem ab intestato. Sed quanta quidem: quæ ex paterna substantia ad filium peruenerunt, eorum solum modo habet vsum. Vbi Glossa verb. Vsum. ait, id est, vsumfructum. Idem habetur l. Femina. §. Illud, C. de secund. nupt. Nec refert, siue parens transeat ad secundas nuptias post obitum filij, cui in bonis parentis ab intestato successit, siue ante illum. Vt expresè habetur d. §. Hinc nos, vers. Si autem intestatus. Dixi ab intestato. Quia quando succedit ex testamento filij, dicemus disp. hac n. 41.

19 Hoc autem adeò verum est, vt etiam procedat in legitima iure debita parenti superstiti, ex illis bonis paternis, in quibus filio ab intestato successit, eã enim tenetur reseruare filijs prioris matrim. Quòd textus allegati n. præced. minime distinguant. Et quamuis Rota l. Femina, §. Illud in fine, C. de secund. nupt. in partem contrariam videatur inclinare, vel saltem dubius maneat: at hanc partem tuentur Fabian de Giochis auth. Nouissima, q. 12. in fine, C. de inofficios. testam. Garronus auth. Ex testamento, in nona edit. nu. 30. & seqq. notabil. 5. C. de secund. nupt. Boerius decis. 185. n. 6. Sarmiento l. 7. glos. 6. 11. fine, Villalobos in suis commun. opin. lit. B. num. 45. Ant. Gabr. to. 3. comm. opin. l. 3. tit. de secund. nupt. concl. 1. n. 8. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 3. glossa 2. n. 41.

20 Sexto infertur, quid dicendum quando vir & vxor filiæ communi nupturæ dotem constituunt: in quo euentu ex communibus vtriusque coniugis bonis dos extrahenda est: nimirum, si luci à constante matrim. acquisita sufficiant, ex illis: sin minus, ex aliis quibuscumque bonis vtriusque coniugis propriis; iuxta l. reg. 53. Tauri, hodie l. 8. t. 9. lib. 5. recop. Dubitatur ergo, an filia hac absque descẽdentibus mortua, altero parente iam defuncto, parens superstes, qui ad secundas nuptias transiit, teneatur reseruare filiis prioris matrimonii totam illam dotem ex bonis parentis defuncti habitam? Azebedo l. b. 5. recop. tit. 1. l. 4. nu. 57. mouet quæstionem, & quamuis dubius tamquam verius sustinet teneri totam dotem reseruare filiis prioris matrimonii. Quod dos illa iam proprium filiæ patrimoniũ effecta sit: atque adeò non possit attendi, pars ne patris an matris sit. Sed alius causidicus (quem tacito nomine ibi refert) sustinuit solam partem à coniuge defuncto habitam reseruari. Quod mihi verissimum est. Quia licet illa dos proprium sit iam filiæ patrimonium: at non omnia filiorum bona reseruantur filijs prioris matrimonii, sed ea sola quæ coniugis defuncti fuerint, in quibus alius ad secundas nuptias transiens successit. Vt diximus n. 15.

Septimò infertur, quid sentiendum de bonis, quæ pa- 21
rens consecutus est per filij renunciationem: vel quia femina statuto excluditur à successione: an ea reseruent filijs prioris matrimonii, parente transeunte ad secundas nuptias. De priori quæst. consulendus est Boerius tota decis. 184. De posteriori autem Salicetus l. Femina, §. Illud, C. de secund. nupt. Parisius cons. 29. n. 78. vol. 3. Garron. auth. Ex testamento, in nona edit. n. 19. C. de secund. nupt.

Octauò infertur decisio eius quęstionis. Successit con- 22
iux filio prioris matrimonii in bonis paternis, proprietas est vbi secundo nupsit, aliorum filiorum eiusdẽ matrim. dubitatur ergo an alij filio eiusdem matrim. obeunti succedat is coniux in proprietate illa, quam habebat in parte hæreditatis fratris præmortui: an potius in ea succedant alij fratres eiusdem matrim. Azebedo lib. 5. recop. t. 1. l. 4. nu 5. tenet succedere in ea proprietate alios fratres. Quod Baldus auth. Ex testamento, n. 1. vers. Ex paterna substantia, C. de secund. nup. dicat bonorũ originem spectan. ã esse. Cum ergo bona huius filij in sua origine paterna fuerint, semper coniux ad secundas nuptias veniens erit incapax acquirendæ proprietatis illorum. Iuxta dicta n. 18. At verius est, in ea proprietate solum coniugem secundo coniugatum succedere, ac eam consolidari cum vsufructu, quem is habebat. Quia auth. Ex testamento, C. de secund. nupt. & cæteri textus decidentes bona paterna comparata ex successione filij à coniuge transeunte ad secundas nuptias reseruari filijs prioris matri. intelliguntur quando ex successione paterna immediatè, aut mediante priori successione filij comparata sunt. At coniux ille non comparat hanc proprietatem ex immediata filij successione in bonis paternis, sed ex immediata successione illius in bonis fratris respectu cuius parens non priuatur proprietate, per trãsitum ad secunda vota. Et ita Salycet. d. auth. Ex testamento, paulo post prin. super verb. Peruenerunt. intelligit quando immediate peruenerunt, dicens cætera bona, quæ ex paterna substantia profecta sunt, pleno iure pertinere ad matrem, nec teneri ea reseruare. Et in propriis terminis tenent hanc sent. Cornetus cons. 186. n. 3. l. 1. referens Imolam & Florianum idem consuluisse. Boerius decis. 192. nu. 3. Garronus d. auth. Ex testamento, in nona edit. nu. 41. & seqq. notabil. 7. dicens, n. 42. sic tenuisse plurimos DD. Auinionenses, & ita fuisse sententia iudicum decisum. Barbosa l. Post decem, 41. n. 76 fine, ff. solut. matrim.

Nonò infertur, quid dicendum sit de bonis, quæ per- 23
uenerunt ad filium ex substantia aui, aut aliorum ascendentium, præter patrem aut matrem, an parens succedẽs filio in ea substantia auita, amittat proprietatẽ transiens ad secũdas nuptias, & teneatur reseruare filijs prioris matrimonij? Affirmant Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 3. glos. 2. nu. 15. & P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 163. col. 5. notabil. 3. Quod ea bona à parentibus profecta sint. At dicendum est cõtrarium. Quia textus allegati nu. 18. de bonis quæ ex substantia patris nata venerunt ad filium, loquuntur: & in materia hac pœnali, nomine substantiæ paternæ, minimè claudi debet auita. Item, quia per transitum illum ad secundas nuptias, iniuria principaliter infertur memoriæ coniugis præmortui, non autem aliis ascendentibus. Et ideo ita tuentur Bartolus auth. Ex testamento, nu. 2. C. de secundis nupt. Angelus Institut. de SC. Tertul. §. Præferuntur, nu. 15. vers. Quid autem Mathes. de succes. ab intestato, a 2. princ. memb. 1. nu. 21. & ibi Bologn. in addit. n. 30. Gulielm. Benedict. c. Raynutius, de testam. verb. Et vxorem, decis. 5. vbi de successi. ab intestato, n. 36. Boerius decis. 192. nu. 5. Greg. Lop. l. 26. verb. Fincan. t. 13. p. 5. Garron. d. auth. Ex testamento, an nona edi. post notabil. 7. nu. 43. Ant. Gomez l. 14. Tauri nu. 2. Villalobos in suis commun. opin. lit. B. num. 39. Anton. Gabriel tom. 3. commun. opin. l. 3. tit. de secund. nupt. concl. 3. n. 16. Azebedo lib. 5. recop. t. 1. l. 4. nu. 43. & t. 9. l. 6. num. 3. Addunt Garronus ibi, & Azebedo ca l. 4. num. 43. hoc habere

verum,

verum.licet contemplatione patris fuerint hæc bona acquisita filio,ita vt sint ipsius filii.Quod verum est,iuxta ea quæ diximus n.17.

24 Vltimo infertur, à fortiori in bonis, quæ aliunde prouenerunt filio, quàm ex substantia parentum, vt quæ ab extraneo accepit, aut propria industria comparauit, succedere pleno iure parentem transeuntem ad secundas nuptias, quoad proprietatem & vsumfructum: & nil ex eis reseruari.Constat ex dictis nu.præced.Et expresse decidit*ur l.Mater,5.C.ad Tertul. & auth. de nuptiis,* §. *Hinc nos alia,vers.Sed quanta quidem,collat.*4.& tradunt omnes.Difficultas autem est, an hoc indistinctè procedat, siue successio in illis bonis filii mortui præcedat secundum parentis coniugium,siue illud sequatur: Et ratio dubitandi est,quia quamuis circa bona paterna, quæ superstes coniux ex successione filii habuit, nil referat vt ea teneatur reseruare filiis prioris matrimonij, siue trãseat ad secũdas nuptias ante mortem ac successionem filii, siue post; (vt diximus n.18.) quia ita expresse decidit*ur auth. de nuptiis,* §. *Hinc nos.* At quando bona,in quibus succeditur sunt extrinseca à filio acquisita,id non decidit*ur* ibi. Imò *Glossa d.l.Mater.verb. Coniugium*, dicit multum referre, an nubat mater post mortem filij,cui in his bonis successit:vel ante illam:in priori enim casu ait succedere pleno iure in illis bonis,in posteriori autẽ,in solo vsufructu, reseruata proprietate filijs prioris matrimonij. Et Glossam sequuntur *Bartol.ibi,n.vnico.Faber ibi Paulus n.2. Præpos.rubr. C.de secũd. nupt.in fine* Et *Ioan.Lupus rubr.de donat. inter vir.& vxor.* §.50. *in fine*,dubitãs cogitãdum relinquit. Et *additionator ibi vers. Adde quod iudicio meo*, sequitur prædictam distinctionem: quam sibi non displicere ait *Azebedo lib.5.recop.t.1.l.4.n.44.* Et probant ex *d.l.Mater*,vbi testatus loquitur de matre trãseunte ad nuptias post filij obitum, & distinguit inter bona paterna aliunde acquisita, vt in paternis solo vsufructu gaudeat,in aliis vero pleno iure.Ergo à contrario sensu, nõ gaudet hoc pleno iure, quando ante filij obitum secundo nubit. Et *l.Femine,* § *Illud,C.de secund.nupt.* eadem distinctio adhibebatur. Cæterũ in vtroque eventu,nempe,siue parens secundo matrim.copuletur ante mortem filij,siue post,multo verius est,eum succedere pleno iure quoad proprietatem & vsumfructum. Per *auth.de nupt.* §. *Hinc nos alia,vers.Et quanta quidem*,ibi:*Et quanta quidem, quæ ex paterna substantia ad filium peruenerunt, eorum solummodo habet vsum,ad secundas omnino siue prius,siue postea veniens,nuptias:in residuis vero omnibus rebus,quæ aliunde erant filio præter paternam successionem,veniat secundum vocationem nostram.* Per quod corrigitur distinctio, quæ colligitur ex *d.l.Mater.* Et ita sustinet *Glossa eo.* § *Hinc nos,verb. Si autem, & verbo, Et hæc dicimus.Et ibi Bartol.n.1.vers.Et sic illud. Idem Bartolus auth. de non eligendo secundo nubentes.3.Cum igitur,n.8.coll.4.Et ibi Angelus de Perusio in princ.n.7.Idem Angelus d.l.Mater.num.3.& repetit.eiusdem legis,n.8.& ibi Cornetus n.3. Cynus auth.Ex testamento.n.vn.C.de secund.nupt.Et ibi Garronus in nouæ edit.n.4 & not.ab.6.n.37.Et auth.Eiusdem pœnis, n* 12.*C.eod.t. Ripa l.Femine,* § *Illud, in nouæ edit.num.2.dub.2. C. eod.tit.Guliel.Benedictus,c.Raynutius,de testam.verb. Et vxorem, decis.*5. vbi de successi.ab intestato,*n.*86.*Ananias cons.*73.*in fine.Matthes.tract.de success.ab intestato,art.*2.*principali: & ibi Bologn. in addit. Boerius decis.*190.*fine.Cisuentes l.*15.*Tauri,col.*1.*num.*2.*vers. Sed dubitatur Matienzo li* 5.*recop.t.*1.*l.*3.*glos.*2.*n.*15.

25 Omnia autem prædicta intelligo, quamuis filij nõ sint hæredes coniugis defuncti,eo quod hæreditati renunciarint: adhuc enim coniux superstes transiens ad secunda vota tenetur illis reseruare bonorum proprietatem,quæ à defuncto coniuge acquisiuit: & hoc, nisi filij repellantur à successione,ratione ingratitudinis.Sic habetur expresse *auth.Ha res,C.de secund.nupt.*ibi,*Ha res lucro cedant liberis, licet hæredes non sint patris,aut matris, aut vtriusque, nisi fuerint ingrati:& probetur ingratitudo.* Et ratio est,quia in tali renunciatione consideratur facultas succedendi ratione sanguinis,quæ per eam tollitur.*c. Quamuis pactũ, de pactis,in* 6. At deberi ea lucra filiis prioris matrimonij prouenit ex dispositione legis. Quare hoc est verum, quamuis ea renũciatio iureiurando firmata sit. Cùm eadem ratio militet.Sic *Oldrad.cons.*294.*n.*3.*Boerius decis.*185.*n.*18.Intellige tamen,quando post renunciationem illud lucrum superuenit: secus si renunciationis tempore iam acquisitum esset.Quòd generalis renunciatio extendatur ad lucrum tempore renunciationis iam delatum. Sic tradunt *Decius cons.*206.*in fine,vol.*2.*& rubr.C.de secund.nupt.nu.*7.*Ripa l. Femina,in princ.q.*9.*n.*19.licet aliquãtulum dubius: vbi quæstionem hanc latius disputat,*C.de secund.nup.* Quando autem sunt ingrati, & ratione ingratitudinis à successione expelluntur,ideo nõ habet locum hæc reseruatio, (vt ait *Angelus repetit l.Mater,n.*4.*C. ad Tertull.*) Quod ingrati habeantur,ac si nõ existerent, sed mortui essent, §. *Quoniam infirmos,verb.vbique tamen, instit. de nuptiis.* Vnde infertur necesse locum huic reseruationi,quando filij alia ratione incapaces essent. Vt si professi essent in ordine Minorũ. Est enim eadem ratio,cùm tamquam mortui habeantur. Et in simili diximus disp.præc.n.3.Et tenet *Ripa d.l.Femina in princ.in nouæ edit.n.*15.*q.*8. Qualis autem ingratitudo filiorum exigatur, vt huic reseruationi locus non sit. & quis tunc succedat,consulendi sunt *Guliel.m. Benedict.c.Raynutius,de testam.verb. Et vxorem, decis.*5. vbi de success. ab intestato,*n.*84.*& Garron.auth.Ex testamento,in nouæ edit.not.ab.* 11.*& 12.n.*60.*& multis seqq. C.de secund. nupt.*

Ex tertia conditione ad hanc reseruationem petita, 26
nempe,vt bona sint à coniugis defuncti substantia superstiti parta titulo lucratiuo, deducitur acquisita titulo oneroso,vt ex cõtractu,effici cõugi superstiti omnino propria,nec proprietatem amitti per secũdas nuptias. Constat ex *l Femina,in princ.C.de secund.nupt.*ibi, *Donationibus factis, vel cuiuslibet munifica liberalitatis præmio.* Et ex *auth.Hoc lucrum,C.eodem tit.* vbi bona reseruanda filiis prioris matrim.appellantur lucra, at sola acquisita titulo lucratiuo sunt digna hoc nomine. Et traditur passim omnes Doctores,nemine dubitante.

Vtrum autem atriæ. donatio remuneratoria, sponsali- 27
tia largitas à priori viro habita. censeantur ex contractu oneroso acquisita, vt sic non sint, matre secundo nupta, reseruanda filijs prioris matrim.dixi latè lib.6.disp.41.per totam.Et quid dicendum sit de veltibus vidualibus,ac lecto quotidiano habitis ex bonis coniugis defuncti: dixi hoc l.7.disp.87.nu.31.& 31.

Imo in iis, quę filius habuit à parente defuncto ex ti- 28
tulo oneroso, succedit coniux superstes transiens ad secundas nuptias pleno iure, nimirum, in proprietate & vsufructu,nec tenetur reseruare filiis prioris matrimonij. Quia hæc bona censentur omnino propria filij, nec acquisita ex patris substantia, sed instar extranei per contractum ea acquirentis. Sic tradit *Garronis auth. Ex testamento,in nouæ edit.not.ab.*10.*fine,n.*29.*C.de secund.nupt.*

Secundò deducitur, quid sentiendum sit de lucris ac- 29
quisitis constante matrimonio,quæ attenta lege,sunt cõmunia vtriusque coniugis:an coniux superstes, ad secundum matrim.migrans teneantur medietatem illorum lucrorum,quam sibi acquisiuit, reseruare filiis prioris matrimonij,aceius proprietatem amittat? Et quidem si solũ ius commune spectemus, aliqui affirmant reseruari: Quod titulo lucratiuo censeantur acquisita. Sic tradunt *Cisuentes l.*14.*Tauri,n.*1.*Minchaca de succeff. creatione, lib.*1.§.1. *n.*25.*fine.* Cæterùm tenendum est contrarium. Quia censentur dicta bona labore ac industria vtriusque coniugis acquisita:& sic titulo potiùs oneroso,quàm lucratiuo deferuntur. Cùm enim vtrique coniugi lucra & iacturę cõmunia sint,contractus potius est onerosus, quàm lucratiuus.Nec obstat,posse euenire sola coniugis defuncti industria parta esse. Quòd id per accidens sit: & sufficiat posse euẽtum se habere ad lucrum & iacturam, *l.De fideicommisso, C.de transaction.* Et ita docent *Ripa l. Femina, in princ.in nouæ edit.q.*22.*n.*59.*C.de secund.nupt.Ioan. Lupus l.*14. *Tauri n.*5.*& ibi Castillo n.*2.*Tello ibi n.vnico, Auendaño ibi glossa* 2.*n.*4.*Gomez Ariaz l.*12.*Tauri n.*3.*Couarr.*4.*decretal.*2.*p.c.*3.§. 9.*n.*8.

9.n.8. *Pinellus l.1.p.1.nu.37. C.de bonis matern. Ioann. Garcia de coniugali acquæstu,c.13.n.17. Gutier.lib.2.practicarum, q.95. nu. 21. Azebedo lib.5.recopilat.9.l.6.n.1.& ibi Matienzo glossa 2.nu. 2.* Addit *Pinel.ibi*dem esse, si attenta sola consuetudine ea lucra essent communia. Quod placet ob eandem rationem. Quamuis *Tello proxime allegat.* dicat se non omnino id affirmare. Quia potest esse titulus ille lucratiuus, quamuis consuetudo sit vtrique coniugi communis. At quidquid sit de iure communi, de iure huius regni decisum est *l.14.Tauri hodie L6.tit.9.lib.5.nouæ recop. reg.* medietatem illam lucrorum effici omnino coniugis, nec per transitū ad secundas nuptias reseruari filiis prioris matri.

30 Vltimo infertur quid sentiendum sit de aliis bonis, quæ coniux superstes lucratur ex patrimonio defuncti ita disponente lege, statuto aut consuetudine? Vt si lex deferat coniugi superstiti ex bonis alterius coniugis aliquam partē. Aliqui censent ea bona non reseruari. Quod ea non consequatur coniux superstes à defuncto, sed ex legis prouidentia ac dispositione. At textus decernentes hanc reseruationem, loquuntur de acquisitis ex mariti liberalitate. Vt constat ex *l.Femina, in princ. C. de secund. nupt.* Quod in hoc lucro verificari nequit, cùm acquiratur etiam altero coniuge inuito: nec in necessitate censeatur quis liberalis, *l. Relegatam. ff. de adim. legat.* Quæ sententia valde probabilis est, & eam sustinent *Baldus l. fin. in fine, C. de bonis quæ liberis, & ibi Cornetus in fine. Idem Cornetus auth. Ex testamento, n.9. C. de collat. Arctinus l. Si ab hostibus, §. fin. ff. solut. matri. Signorel. Barbatius, Franc. Pepus*, quos refert *Menochius cons.155.nu.31.vol.2. Montalu. l.3.fori,t.1.l.13. in fine. Castillo l.4.Tauri num.2. & ibi Ant. Gomez n.3. Gamez Arias l.12. Tauri n.16. & 17. Segura de bonis lucr. constante matrim. nu.86. Greg. Lopez l.26.verb. Las arras, t.13.p.5.* Et in hanc inclinat, quamuis dubius, *Ioan. Lupus l.14. Tauri n. 7.*

31 At verior sententia habet, ea lucra reseruari filiis prioris matrimonii coniuge transeunte ad secundas nuptias. Quippe titulo lucratiuo acquisita censentur, cùm matrimonii occasione absque alterius coniugis opera & industria comparentur. Item quia etsi in tali lucro non appareat liberalitas, est vtique, nam mulier à principio dans dotem videtur cōsentire huic lucro postea secuto. Item, quia hoc lucrum dicitur matrimonii causa acquisitum. At *l.Femina, in princip. C. de secund. nupt.* dicitur, *Quidquid nuptiarum solemnitate.* Vnde non dicitur acquisitum ex causa onerosa, considerata causa immediata & proxima, quæ est ipsum matrim. Atque ideo hanc partem tuētur *Bartol. l. vn. n. 2. vers. Item possumus, C. de inoffic. dotibus, Baldus auth. Ex testamento, n.6. C. de secund. nuptiis. Decius l.1.nu. 17. & 18. C. eodem t. Bertrandus l. Hac edictali, num. 41. C. eodem t. Chassanæus de consuetud. Burgundiæ, rubr. 7 §.7. num.1. Boerius decis.185. nu. 7. & 8. Guliel. Benedictus c. Raymutus, de testament. verb. Et vxorem, decisione 5.* vbi de successione ab intestato, *nu.87. & vero, Qui cum alia, n.205. Garronis d. auth. Ex testamento, in nouæ edit. n.86. & seqq. Cremensis* referens quoddam *Antonii de Butrio consilium singulari vlt. Ripa d. l. Femina, in princ. in nouæ editione, quæst.23.nu.61. Nico. Arelat. an d. Generaliter, nu.49. & multis seqq. C. de secund. nupt. Sylua nuptialis lib.2.verb. Dixit non est nubendum, n.76. Ioan. Lupus* rubrica de donat. inter vir. & vxor. §.50. *nu.35. Bertachinus in suo repertor. lit. V. verb. Vxor secundo nubit, vers. Vxor secundo nubens, Couar. 4 decret. 2.p.ca.3.§. 9.nu.7. Pinel. l. vlt. nu.2. C. de bonis mater. Villalobos in suis communibus opin. lit. B. nu.42. Anton. Cucus l.5. institutionum maiorum, t.12. nu.189. Paulus & Alciatus*, quos cum aliis refert & sequitur *Matienzo lib.5 recop. t.9. l.6. glossa 2. nu.3. Ioan. Garcia de coniug. acquæstu. n.8. & de expensis, c.13. nu.16. Azebedo lib.5. recop. t.1.l.4.n.27. & l.3.n.2. Gutier. l.2 pract. q.95.n.20. Auendaño l.14. Tauri glossa 2.n.4. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matr. c.41. col.3.

32 Idem dicunt aliqui de eo, quod coniux lucratur ex pacto mutuo inter se ipsos inito, vt superstes altero defuncto lucretur certam alterius bonorum partem. Sic *Boerius, Guliel. Benedictus vtroque loco, Garronis, Ioann. Garcia vtroque loco, relati nu. præced.* At ab his discedit *Ripa l. Femina, in princ. q.17.n.39. C. de secund. nupt. in nouæ edit.* Et in hanc partem quamuis dubius magis inclinat *Ioan. Lupus l.14. Tauri, n.7.* Quòd non sit mera donatio, vel merum lucrum, sed magis conuentio reciproca, & quasi permutatio inter coniuges facta. Atque ita sic acquisitum, ex vero titulo oneroso proficiscitur. Et hoc mihi placet.

Quidquid tamen sit de hac quæstione, illud est certum, quartam coniugis defuncti bonorum partem debitam superstiti paupertate laboranti, iuxta *auth. Præterea, C. vnde vir, & l. regiam 7.t.13.p.6.* reseruare filiis prioris matrim. Quod habet verum, quamuis non transeat coniux ille superstes ad secundas nuptias. Quia hoc non inductum est in pœnam secundarum nuptiarum: sed quia *eadem auth. Præterea*, quæ in hoc consulunt paupertati congis superstitis, simul decidit reseruare filiis prioris matri. ibi: *Vt tamen eiusdem matrimonii liberis proprietatem seruet, si extiterint.* Et notat *Angelo de meliorat. l.2. gloss.1. num.7.* Qui consulendus est de ea quæstione, an sit hæc quarta ex quinto bonorum extrahenda, an potius tamquam debitum legale ex tota hæreditate, *l.9. glossa 2. num.50. & multis seqq.* Et an debeatur coniugi pauperi habenti patrem, aut filios diuites à quibus possit petere alimenta: consulendi sunt *Greg. Lopez l.7.t.13.p.6.* & latè *Barbosa l. Maritum, 13.nu. 99 ff. solut. matri.* 33

Circa vltimam conditionem, nempe, vt supersint filij ex priori matrim. certum est, coniugem transeuntem ad secundas nuptias non amittere proprietatem bonorum à coniuge defuncto sibi relictorum, si ex eo matrim. filii non sint susceptī. Constat ex *l. Femina, in princ. C. de secund. nupt.* ibi: *Femina quæ susceptis ex priori matrimonio filijs.* Et *auth. de nuptiis, §. Si vero expellat. coll.at. 4.* ibi: *Siquidem non habeat filios, sine periculo est totum ex hoc.* Et *eod. auth. §. Prima siquidem, vers. Si igitur* ibi: *Si igitur sint filij manserint. & l. Generaliter in princ. C. de secund. nupt.* ibi: *Liberis communibus.* Et ratio est, quòd id in fauorem liberorum primi matrimonii institutum sit: & ideo non susceptis illis cessat fauor. Nec habet locum etiamsi coniux defunctus ex alio matrim. liberos relinquat, non enim tenetur superstes ea bona illis reseruare. Quia *d.l. Femina*, loquitur de femina quæ habens liberos ex priori matrim. ad aliud transiit. Et *l. Generaliter*, quando liberi communes extant. Quæ hic deficiunt. Atque ita docent *Cornetus cons.142.n.6. fine, volum. 2. Ripa l. Femina, §. Illud nonnullt. dub.4. C. de secund. nupt.* 34

Difficultas autem potissima circa hanc vltimam conditionem est, an coniux transiens ad secundas nuptias succedat pleno iure absque obligatione reseruationis, in bonis à coniuge defuncto profectis, ac sibi acquisitis, quando filii suscepti sunt ex priori matrim. at omnes absque prole obierūt? Quibusdam placet coniugem in solo vsufructu succedere, ac proprietatem, quæ ad vltimum filium defunctum pertinebat, transferri ad hæredes illius filii ab intestato. Quia *l. Femina & l. Generaliter, C. de secund. nupt.* petunt liberos susceptos esse ex priori matrimonio. Quod hic verificatur: atque ita iam plene irrogata est iniuria priori viro, ac filiis eius matrimonii, ratione cuius priuatio hæc inducitur: & cùm superfuerint ex matri. illo filii, & per transitum parentis ad secundas nuptias priuetur ea proprietate parens ille, non est cur ob mortem filiorum postea secutam cōsolidetur proprietas semel amissa cum vsufructu per parentem retēto, atque redeat ad ipsum. Sic sustinent *Glossa auth. Ex testamento, verb. Filii. C. de secund. nupt. Cornetus* latissimè probans *cons.242.num.6. vol.2.* licet aliquantulum dubius, *Lud. Roman. cons.279. fine, Pontanus, & Reginald.* & duo alii cautidici Romani, vt eos refert *Garronis d. auth. Ex testamento, in nouæ edit. n.46.* 35

Aliis arridet distinctio hæc: Si filii hæredē non instituto, sed ab intestato decedant, succedet parens secundò coniugatus in ea proprietate: secus autem si filius vltimo defunctus hæredem instituerit: tunc enim ille succedet in ea proprietate. Nec obstat cessasse filiorū fauorē. Quod eodem tempore militet alia causa, videlicet, vltimum filium legitime testatum esse: ac hęredem ab eo institutum 36

repræ-

repræsentare eius personam. Præterea quia non solus filiorum fauor est causa huius reseruationis, sed etiã iniuria illata viro & filiis per posterius matrimonium. Sic tenent *Bolognium addit. ad Matthesil. anum de success. ab intestato, art. 2. princ. membr. 1. nu. 22. Garron. rubr. C. de secund. nupt. in noua editione, remedio 3. ad euitandas pœnas secundo nubentium, n. 124. & auth. Ex testamento, nu. 79. C. eodem tit.*

37 Sed tenendum est, succedere tunc parentem pleno iure, ac proprietatem cõsolidari cum vsufructu. Quia liberis mortuis cessat eorum fauor, qui potissima huius reseruationis causa est. Secundo, quia paria sunt, nullos ex priori matrimonio liberos fuscepisse, & habuisse, superstite tamen parente defunctos esse, vt constat ex *l. Femine. §. Illud, ad finem. C. de secund. nupt.* ibi: *Quod si nullam ex priori matrim. habuerit successionem: vel natus natiue decesserint.* At in priori casu constat matrem pleno iure succedere. Idem ergo in posteriori dicendum est. Tertiò, quia *§. Quoniã infirmas, auth. de nupt.* generaliter loquitur, nec distinguit, an filii testati sint, an ab intestato obierint, ibi: *Si vero mariantur omnes.* Præterea, quia *cod. §.* sic dicitur: *Quis enim hoc etiã infringat, filiis, quibus solis hoc seruauimus, non existentibus?* Vbi textus vult indistinctè nemini licere liberis præmortuis infringere alienationem prædictorũ lucrorum factam à parente, qui per secundas nuptias eorum proprietate priuatus erat. At si hæres filii in ea succederet, posset vtique reuocare. Deinde idem probat idem textus, ibi: *Quibus solis hoc seruauimus.* Tandè probatur ex *l. Hac edictali, §. His illud, vers. Hoc quoque caueat. C. de secund. nupt.* ponderando rationẽ, quam reddit ille textus, ibi: *Vt ad eandẽ lucrum redeat lustuosum.* Quæ ratio militat generaliter, siue testatus, siue intestatus decesserit filius, nimirũ, ne parenti ob mortem filiorum afflicto vlterior addatur afflictio, priuando illũ eo proprietatis lucro amisso, quod luctuose testaurauit ob filiorum interitum. Nec obstãt rationes oppositæ adductæ n. præc. Non prima: nam hæres non verè repræsentat defuncti personam, vtpote, qui verè distincta persona est: sed tantum ficte. Quod clare denotat *auth. de iureiur. à nouiens in princip.* dum ait hæredem quodammodo videri eandem personam cum defuncto. Nam dictio, quodammodo improprietatem importat, *l. in suis ff. d. liber. & post.* vnde cum hoc sit per fictionem & impropriè, nó debemus in re hac iuris priuante, & pœnali, extendere verba legis propria ad impropria siue ficta; eo vel maximè quod textus vtitur dictione, Solis, quæ exclusiua est. Nec obstat etiam secũda ratio. Quia duplex est huius decisionis ratio ita coniunctim requisita, vt neutra sola sufficiat: nẽpe, iniuria illata ob secundas nuptias, & filios superstites esse, quorum fauori prospicitur. Quare sicut cessante iniuria ob filiorum remissionem cessat hæc reseruatio (vt n. 43. dicemus) ita cessare debet cessante eorum fauore, iis omnibus defunctis. Et ideo hanc sent. sustinent *Bartolus cons. 58. fine, vol. 1. & auth. de nõ eligendo secundo nubentes, §. Hoc autem, n. 1. & 2. collat. 1. & auth. de nuptiis, collat. 4. §. Ingratitudinem, n. 1. & §. Prime siquidem, num. 1. & auth. Et testamẽto, n. 1. C. de secũd. nupt. & ibi Baldus num. 2. Et Alexand. ibi, in addit. ad Bald. verb. Nupsit. Salycet. ibi statim in princ. Idem Bald. cons. 42. n. 3. vol. 3. Anchar. c. fi. num. 9. q. 2. de secũd. nupt. & ibi Alex. de Nouo n. 7. Decius c. Ecclesia, in noua edit. nu. 124. vers. Item intelligitur, de cõstitut. Angelus de Perusio auth. de non elig. secũd. nub. in fine. Angelus de Aretio Instit. de SC. Tertull. §. Præseruntur, nu. 16. vers. Item dubitari potest, Ripa l. Femine, in princip. in noua edit. q. 4. n. 5. & §. Illud. n. penult. in fine. C. de secund. nupt. Nicol. Aretinus l. Generaliter. n. 106. C. eod. t. Ananias cons. 101. num. 2. & ibi Bolognin. in addit. in fine, Alex. cons. 68. nu. 4. vol. 4. Ruinus cons. 8. n. 18. & cons. 21. n. 2. vol. 3. Franc. Aret. in cõs. 40. n. 4. Boerius decis. 185. n. 17. Guisel. Benedict. c. Raynutius, de testam. verb. Et vxorem. decis. 5* vbi de succes. ab intestato, *n. 81. Anton. de Rosell. de succes. ab intestato n. 195.* (habetur 8. to. tract p. 1.) *Fabian. auth. Nouissima, q. 12. principali, ad fi. C. de inoffic. testam. Matthes. de succes. ab intestato, ar. 2. principali, membr. 1. nu. 18. & ibi Bologn. in addit. Anton. Gomez l. 14. Tauri, n. 1. Tello l. 6. Tauri, n. 19. fin. Villalobos in suis commun. opin. lit. B. n. 40. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 3 glossa 2. n. 15. Zanallos in suis qq. pract. q. 671. n. 71.* Idem est dicendum, quando supereesset filius vnicus, vel plures, sed omnes incapaces: perinde enim est, ac si mortui essent, vt dixi n. 25. vbi etiam egi, quid si filii non sint hæredes, vel essent ingrati. Quod si omnes obierint filii superstite nepote, an sit locus huic reseruationi, diximus n. 12. vbi explicuimus quando aui teneantur nepotibus hæc bona reseruare.

Est autem absque controuersia, deficientibus omnino 38
filiis, minimè eas pœnas remitti, quæ non in filiorũ fauorem statutæ sunt. Vt secundo nuptam non retinere prioris viri dignitatem, nõ debere ali ab hæredibus viri: iuxta dicta disp. 87 n. 30. perdere legatum relictum sub conditione abstinẽdi à secundis nuptiis. Quia cum filiorum fauori in his minimè prospectum sit, nil refert vita filiorum, vt incurrantur. Sic *Garron. rubr. C. de secund. nupt. in noua edit. remed. 4. contra pœnas secundo nubentium, n. 125.*

Ex his infertur explicatio ad *l. 6. Tauri, hodie l. 1. tit. 8. lib. 5.* 39
noua recop. regie. in qua disponitur posse filium descendentibus carentem, disponere de tertia bonorum suorum parte in ascendentium præiudicium. Et hoc est verum, licèt sit filiusfamilias, pubes tamen, *l. reg. 5. Tauri, hodie li. 5. noua recop. t. 4. l. 4.* Poterat enim dubitari, an tertia hæc pars computanda sit, attentis solis bonis, quæ eius filij omnino propria sunt: an potius extrahenda quoq; sit de bonis paternis, in quibus successerat parẽs, quorum proprietatem retento solo vsufructu amiserat per transitum ad secũdas nuptias: ita vt comprehendatur quoque tertia illa pars eius proprietatis: Pars enim affirmans inde suaderi videtur. Quippe filius familias in bonis aduentitiis solam habet proprietatem, & tamè cùm testatur de tertia bonorũ parte, solùm disponere potest de proprietate illius tertiæ partis, retento patri vsufructu dum vixerit, consolidando post eius mortem cum illa tertia proprietatis parte, (vt communissima ac verissima sententia habet.) Ergo cum similiter parens transiens ad secundas nuptias solũ vsumfructũ habeat in bonis paternis, ac proprietas filiorũ sit: dum filius de tertia bonorum parte testatur ea tertia pars deducenda quoque erit ex illa proprietate, & vsusfructus illius erit apud parentem, dum superstes fuerit: redibitq; post eius obitũ ad hæredẽ illius tertiæ partis. Sed dicẽdũ est, non deduci ex illa tertia parte proprietatis, sed ex solis bonis propriis filij: & per mortem filij proprietatẽ, quam habebat in bonis paternis, quam parens ob secundas nuptias amiserat, pertinere omnino ad parentem, qui illa priuatus fuerat iuxta ea quæ n. 22. diximus. Quod valde diuersa ratio sit. In casu enim in argumento allato pater non priuatus est proprietate aliqua aduentitiorum, quæ ad se pertinere debebat, in fauorem filiorum: sed ea bona sunt omnino filiorum, & ad ipsos pertinentia, solumq; vsumfructũ retinet pater ratione patriæ potestatis: & ideo potest filius testari de tertia illius proprietatis parte, reseruato tamen patri vsufructu dum vixerit. At in casu nostro proprietas & vsusfructus ad parentem iure pertinebant, vtpote qui in illis bonis succesit: priuatus autẽ est per secundas nuptias proprietate, in fauorem solùm filiorum prioris matrim. quibus illa reseruatur: atque adeò cùm ipsis deficientibus cesset fauor ille, consolidatur ea proprietas cum vsufructu, atque redit ad parẽtem, qui ea priuatus fuerat. Quod bene docet *Guliel. Benedictus c. Raynutius, de testam. verb. Et vxorem, decisione 5.* vbi de successione ab intestato, *n. 85.* Quod si in contrarium vrgeas. Quamuis iure communi attento filiusfamilias testari non poterat, at concedebatur sibi testari de lucris, quorum proprietatem habet per transitum patris ad secũdas nuptias. Per textum *authent. de nuptiis, §. Venient autem, verb. Disponant, & verb. Intestati decedant*, iunct. *l. 1. in principio, ff. de suis & legit. hared.* Et tradit *Alexander l. 1. §. Hoc autem, num. 7. ff. ad Trebel. & l. fin. n. penult. C. qui testam. facere possunt.* Sed dic illa iura non simpliciter concedere filiofamilias potestatem testandi de illis lucris, sed solùm disponendi quibus portionibus inter filios debeat fieri diuisio. Vt bene tradunt

Lason

Iason ea l. fin. n. 5. limit. 1. Garronus rubr. C. de secund. nupt. in noua edit. n. 53. pœna 27.

40 Tandem id aduertendum est. Si parens, qui ad secundas nuptias transiit, & ob id in bonis, quæ ex substantia alterius coniugis habuit, solum vsumfructum retinet, decedat fructibus nondum perceptis, ij fructus pertinebunt ad filios prioris matrimonij, quorum erat proprietas illorum bonorum. Quia vsufructuarius non transmittit ad hæredes fructus nondum perceptos, nec illos facit suos, *l. Si fur, & l. Defuncta. ff. de vsufructu, l. Si vsufructuarius missum, ff. quemadmodum vsusfructus amittatur, & §. Is vero, Instit. de rerum diuis.* Sic docent *Chassan. in consuet. Burg. rub. 6. §. 7. fin. Auendaño respons. 5. n. 7. vers. Ex ista concl. Azebedo lib. 5. recop. t. 10. l. 4. n. 56.*

SVMMARIVM.

An si filius in testamento vel codicillo relinquat parenti bona, quæ ab altero parente defuncto habuit, vel donet ei inter viuos, teneatur hic parens, transiens ad alias nuptias, reseruare proprietatem filiis prioris matrimonij? n. 41.

Quid si post mortem illius filij transeat ad eas nuptias? n. 42.

Quid si filius consentiens secundis parentis nuptijs? n. 43.

An satis sit tacituruitas? aut tacitus consensus ex aliqs coniecturis deprehensus vel ratificatio matrimonij antea initi? n. 44.

An exigatur consensus omnium filiorum? n. 45.

An satis sit consensus nepotum deficientibus liberis? n. 46.

Quid si filij sint impuberes, aut ins sibi ipsis competias ignorent: aut tutor nomine ipsorum consentiat. n. 47.

An consensus filiorum excuset parentem à pœna non in eorum fauorem inducta. 48.

Quid, si coniux cõsentiat, vt superstes ad secundas nuptias transeat? n. 49.

An in consensu excusit quæque habentem infra annum luctus à pœna? n. 50.

An sat sit etiam tacita coniugis licentia? n. 51.

An sufficiat, si legat aliquid illi secundo coniugato? n. 52.

An sufficiat facultas ampla disponendi in vita vel in morte de legatis coniugi à se relictis? n. 53.

An coniuge concedente licentiam transeundi ad secundas nuptias, excusetur alter transiens ad tertias & vlteriores? n. 54.

An desideretur formal consensus scientis? n. 55.

Quid, si coniux concedens licentiam ignoret damnum, quod filij incurrent ex alterius? n. 56.

An credendum sit coniugi asserenti rem suam, quam habet coniux superstes, esse huic acquisitam titulo onerosa? n. 57.

An si vxor transiens ad secundas nuptias sit minor, teneatur ad hanc bonorum reseruationem filius prioris matrimonij? n. 58.

Quid, si ij filij moriantur intra pupillarem ætatem? n. 59.

An excuset à pœna lucrum in principio ad transeundum ad alias nuptias? n. 60.

41 QUÆSTIO posterior. In quibus casibus parens transiens ad secundas nuptias eximatur ab obligatione reseruandi bona ex coniugis defuncti substantia habita, filiis prioris matrimonij? Aliqui casus numerantur a DD. Primus est. Si filius decedens testetur & instituat parentem hæredem bonorum, quæ à parente defuncto consecutus est: tunc parens ille superstes ad secundas nuptias transiens succedit plenè in illis bonis quoad proprietatem & vsumfructum: atque potest de illis disponere, sicut de alijs proprijs. Constat ex *auth. de nuptijs, collat. 4. §. Hinc nos, vers. Si igitur: & auth. Ex testamento, C. de secund. nupt.* vbi hoc expresse deciditur: eaque redditur ibi ratio. Quod tunc parens sic institutus bona illa capiat instar cuiuscumq; extranei hæredis instituti. Sicut ergo ille succederet plene in proprietate & vsufructu, ita & parens. Et ita tradunt omnes. Atque idem dicendum est, si filius ille per modum legati vel fideicommissi relinquat ea bona parenti. Et constat ex d. §. *Hinc nos, vers. Si igitur*, ibi: *Ita & matri relinquens siue instituendo, siue legando.* Idem, si in codicillo filius parenti relinquat, vel donet inter viuos. Quod in omnibus his casibus capiat parens ex expressa filij dispositione, instar extranei, atque adeo militet eadem ratio, quæ in successione testamentaria. Quæ omnia tradunt *Garronus d. auth. Ex testamento, in noua edit. n. 11. & tribus seq. Ant. Gabr. 3. tom. communi. opin. l. 3. t. de secundis nupt. concl. 3. nu. 10. & tribus seqq.* Et quando per donationem docent etiam *Ant. Gom. l. 14. Taur. n. 1. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 3. gl. 2. num. 15. Azebedo ead. l. 3. n. 4.*

Difficultas autem est, an hoc tantùm procedat, quando filius obiit ante secundas parentis nuptias? Nam *Bald. l. Mater, num. 4. C. ad SC. Tertul.* id affirmat. Quia cum filio, obeunti ante secundas parentis nuptias, nondum sit injuria illata, ea non censetur remissa. Præterea, quia *ea l. Mater* hac distinctione vtitur, an filius decesserit ante nuptias parentis, an post. Cæterum tenendum est, eam distinctionem, *d. l. Mater* esse correctam per *auth. Ex testamento, C. de secund. nupt.* vbi indistinctè deciditur, bona, in quibus parens ex filij testamento successit, non reseruari filius prioris matrimonij, eo transeunte ad secundas nuptias. Quare ita dicendum est, siue ante filij mortem, siue post transierit. Hæc enim dispositio non innititur remissione filij: tunc enim eo obeunte ante secundas nuptias, ac proinde illarum inscio, non posset locum habere: sed innititur successione parentis instar cuiuscumq; extranei. Sicut expresse ea redditur ratio, *d. auth. Ex testamento.* Quamobrem nil refert, ante postve mortem transierit. Quare ita docent *Bartol. auth. de nuptijs §. Hinc nos, nu. 1. & authent. de non elig. secundo nub. collat. 1. §. Cum igitur, n. 7.* Vbi & *Angelus in princ. n. 7. Idem Bald. d. l. Mater, n. 1. & ibi Paulus n. 2. Cornetus n. 3. Garronis d. aut. Ex testamento, in noua edit. notab. 1. n. 9. & 10. & notab. 3. n. 21. & notab. 5. num. 22. Cisumentes l. 15. Taur, n. 2. post 4. limit. vers. In secundo casu quando mater. Villalobos in suis communibus opin. lit. B. n. 37. Ant. Gab. tom. 3. commun. l. 3. de secund. nup. concl. 3. n. 26.*

Secundus casus est. Quando filij prioris matrimonii 43
consensum præstitere secundis parentis nuptiis. Hunc casum negat *Sarmiento l. 1 select. cap. 4. num. 1. & 2.* & concludit *num. 4.* quamuis filij sint auctores secundi matrim. parentis, nedum si solum consensum præstent, teneri parentem reseruare bona illis; nisi expresse dicant se remittere ius, quod in illis bonis habent. Ducitur autem, quod filij consentientes secundis parentum nuptiis effecerint, quod iure diuino & humano efficere debuerunt, ac impediendo peccato obnoxij forent. Succedit ergo regula, non contradicens actui, qui absque eo geri potest, non censetur consentire, ac nullum sibi præiudicium parat, *l. Caius*, cum ibi notatis. *ff. de pignorat. act. & l. Quæ dotis ff. solut. matrim.* & latè *Tiraquell. de retractu lignagier. §. 1. gloss. 9. num. 149. & seq.* Deinde, quod optimè fecerit filius consentiens iis nuptiis, vt vel sic suo consuleret honori, euitans suum dedecus, quod ex inhonesta parentis vita sibi redundaret. Non ergo iustum est, vt ex pio facto filius detrimentum patiatur. Tandem, quia hæc reseruatio non tam est pœna secundi matrim. quàm fauor filiorum. Nil ergo refert, vt illa cesset, nõ inferri iniuriam filijs cõsentientibus. At neminem alium negantem inueni: & ideo cum communi omnium sent. affirmandum est, quoties filij cõsensere secundis parentis nuptijs, cessare hanc bonorum reseruationem. Ducor, quòd hæc reseruatio rationem pœnæ habeat (vt dixi nu. 10.) & sic inducta ratione iniuriæ illis illato (vt probaui num. 2.) cessante iniuria per ipsorum consensum (scienti enim & volenti non fit iniuria) cessabit quoque pœna. Nec obstant rationes contrariæ. Non prima, quia solum probat scientiam cum taciturnitate non inducere cõsensum hunc sufficientem. Quod & nos fatebimur n. seq. Non obstat etiam secunda. Quia licet filius optime faciat cõsentiens, id damnum reportabit. Sicut dominus annuens serui coniugio rem valde meritoriã faciat, ac tenetur non impedire, cum tamen consentiens id damnum sustineat, ne possit ita libere seruum venundare, ac in domesticis ministeriis detinere. At vtriusq; integrum est, id damnum cauere, vitando etiam peccatum: non contradicendo, nec etiam consentiendo. Quamuis enim teneantur non contradicere, at non tenetur consentire. Tandem nec tertia ratio obstat. Quia iam probauimus esse pœnam. Et ideo hanc sententiam sustinent *Glossa authent. de non elig. secundo nubent. collat. 1. in princip. verb. Copulantur, Angelus ibi, num. 8. & l. Mater, num. 5. C. ad Tertul. & repetitione eiusdem legis, num. 4. & 8. Romanus singular. 148. incipienti: Tu scis, Socinus reg. 272. Sallentus 1. 1. Ilatum in princip.*

Decius l. Nemo fraudare, n. 5. ff. de reg. iur. & cons. 206. nu. 3. vol. 2. Cepola cautela 23. Alex. de Neuo c. fin. num. 7. de secund. nupt. & ibi Præpos. ad fi. Iason. l. 2. n. 4. C. de indicta viduit. & cons. 53. nu. 1. vol. 1. Ripa l. Femine, in princ. in noua edit. qu. 14. num. 29. C. de secund. nupt. Cremensis singul. 74. Si maritus legauit, Sylua nuptial. l. 2. v. Diuitis non est nubendum, n. 76. fin. Parisius cons. 29. num. 81. vol. 4. Chassan in consu. Burg. rub. 7. §. 7. n. 1. Ioan. Lup. l. 31. Tauri nu. 38. Boerius decis. 185. n. 20. Guliel. Benedict. c. Raynutius, de testam. v. Qui cum alia, n. 210. Nicol. de Vbaldis de succeff. ab intest. 2. p. q. 4. num. 11. Bologn. addit. ad Matthesil. de succeff. ab intestato, a. . . princ. membr. 1. num. 19. Cisuentes l. 15. Taur. num. 2. limit. 1. Castillo ibi, col. vlt. n. 13. vers. Vnum tamen, Garronus rub. C. de secund. nupt. in noua edit. num. 116. remedio 2. ad euitandas pœnas secundo nubentium, Gualdens. de arte testandi, t. 6. cautela 18. n. 3. Roland. cons. 81. n. 13. vol. 3. Crottus repet. l. 1. nu. 90 ff. solut. matrim. Ant. Gab. to. 3. comm. opin. l. 3. t. de secund. nupt. concl. 3. n. 36. & concl. 6. n. 3. & concl. 1. num. 33. Simon de Pretis de interpr. vlt. volun. l. 1. interpret. 1. circa legata, dub. 10. n. 120. Mexoch. cons. 155. nu. 13. multos referens, *vol. 2. Padilla l. Cum donationis, n. 5. C. de iran. act. Perez lib. 5. ordinam. ti. 1. l. fin. f. 54. vers. Item tenetur. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 3. gl. 2. n. 43. Azebedo eo. t. 1. l. 4. n. 36.* Quod est verum etiam quoad pœnas anni luctus: vt dicit *Bor. abid. n. 27.* & dicemus in simili n. 50.

44 Quidam casum hunc extendunt, vt sufficiat tacitus filiorum consensus. Sic *Decius cons. 206. nu. 4. & 5. vol. 2. Par. s. Gualdens. Rolan. nu. 13. Menoch. n. 16. Padilla allegati n. prec. Ant. Gabr. ead. concl. 1. n. 34.* Exemplificant *Decius, Roland. nu. 15. Paris. n. 84. Menoch.* latè probans, *Ant. Gabr.* dicentes hunc tacitum consensum esse, quando filius nunquã conquestus est de secundis parentis nuptijs, sed semper tacuit. Similiter exemplificant *Paris. n. 84. Roland. nu. 18. Ant. Gabr. d. concl. 1. n. 36.* quando filij valde diligebant vitricum vel nouercam: tunc enim tacitè ratificant & approbant matrim. secundum præcedens. Quod satis esset ad euitandam hanc pœnam. Cæterum ab his omnibus libentissimè recedo, & existimo minimè sufficere præsentiam cum tacitumitate: nec eum tacitum consensum, qui ex dictis conijecturis elicitur. Quod apertè probat prima ratio, quã n. præc. adduximus ex Sarmiẽto. Deinde, quod in rebus præiudicium inferentibus, qualis est hæc taciturnitas, & non conqueri, non sit signum consensus. Et ita tenent *Ripa, Garronus n. 118. vers. Sed an sufficeret, Perez, Azebedo, n. prec. allegati.* Qualis verò consensus tacitus sufficiat, dicam n. 51.

45 Exigitur tamen consensus omnium filiorum, de quorum successione tractatur. Quare si aliqui annuant, alij verò renuant, euitabit parens secundò coniugatus pœnas, quoad annuentes solos, quibus non tenebitur reseruare proprietatem bonorum ex substantia parentis defuncti acquisitorum: secus tamen erit quoad renuentes. Quia cùm de omnium præiudicio tractetur, omnium consensus desideraturnec consensus quorundam dissentientibus nocere potest. Sic *Garronus* latiùs probans *rub. C. de secund. nupt. remedio 2. ad euitandas pœnas, in noua edit. nu. 121. Perez lib. 5. ordinam. t. 1. l. fin. col. antepen. Azebedo lib. 5. recop. ti. 1. l. 4. n. 36.*

46 Quòd si superstitibus nepotibus filij decesserint, satis esset nepotum consensus. Tum, quia suorum parentum personam repræsentant: ac in ipsorum fauorem cedit reseruatio. Tunc etiam, quia sicut superstitibus nepotibus, nec consensum præstantibus secundis nuptiis, incurruntur dictæ pœnæ: ita ipsis consentiẽtibus vitari debent. Sic tradunt *Garronus num. 117. vers. Sed an id. Perez l. fin. f. 54. vers. Item tenetur, n. prec. relati, Menoch. cons. 155. n. 22. & 31. vol. 2.*

47 Exigitur verò vt filij vel nepotes sint puberes, & certiores facti consentiant. Non enim impuberum consensus tamquam in ætate consilij ignara præstitus sufficeret. Sic docent *Boerius decis. 185. n. 23. Bæza de non melior. fil. c. 10. num. 57.* Nec sufficiet licentia tutoris, atque consensus ab ipso præstitus. Cùm sit valde præiudicium inferens pupillis. Vt latè probant *Garron rub. C de secund. nup. in noua edit. remedio 2. contra pœnas secundo nubentium, num. 122. vers. An si filius.* Quamuis sufficere tutoris licentiam affirmet relato *Bertrando Ant. Gab. 3. to. comm. opin. l. 3 t. de secund. nup. concl. 1. n. 36.* Sed potest merito dubitari, an desideretur filios puberes, consentientes secundis parentis nuptiis, nosse ius reseruationis bonorum, quod amittunt, eo consensu præstito? Et pro foro externo videtur id minimè desiderari. Quia ea ignorantia est iuris, quæ in eo foro minimè excusat, *reg. ignorantia, de reg. iur. in 6.* Cum autem ea excuset in foro conscientiæ (vt probabo l. 9. disp. 32. num. 10.) videtur in eo foro desiderari scientiam huius iuris. Remissio enim liberam emittendi voluntatẽ petit: quam ignorantia tollit. At consensus ille in tantum excusat, in quantum est quædam remissio iuris cõperentis ipsis filijs. Verũ existimo non desiderari scientiã illius iuris. Quia cessatio huius pœnæ, dum filij consentiunt, non innititur tacitæ remissione filiorum: sed cessatione causæ, quæ est iniuria filius irrogata (vt probaui n. 43.) quę nullatenus scienti secundas inire nuptias, & libere consentienti infertur.

Tandem circa hunc casum obseruandum est, hunc filiorum consensum minimè eximere à pœnis, quæ non in fauorem filiorum statutæ sunt: vt in simili probauimus n. 38. vbi, quæ pœnæ sint hæ explicuimus. Quamobrem si vir legatum relinquat vxori, sub conditione abstinendi à secundis nuptiis, nil operabitur consensus filiorum, nec expressa remissio. Quia talis iniuria per transitum ad secunda vota, contra expressam testatoris voluntatem, irrogatur principaliter ipsi testatori, ipsiusq; fauorem concernit conditio illa. Vnde dicta filiorum licentia operatur in pœnis legalibus concernentibus filiorum fauorem: ac in bonis absque ea conditione relictis. Sic *Garronus rub. C. de secund. nup. in noua edit. remedio 2. contra pœnas secundo nubentium, n. 123. vers. Pone si coniux.* 48

Tertius casus est. Si coniux defunctus consensum præstet, vt superstes ad secundas nuptias transeat: tunc enim euitabit hic pœnas; & subinde non tenebitur ad prædictam bonorum reseruationem filiis prioris matrimonii. Hunc casum sicut & præcedentem negat *Sarmiento l. 1. sect. 4. n. 3.* ductus rationibus, quas retuli & solui n. 43. Et dicit exigi, vt expresserit coniux velle superstitem eximi à pœnis, si ad secundum coniugium migret. Et *Gloss. auth. de nuptiis, in princip. verb. Sine vir, collat. 4.* quam pro se referunt Auctores contrariæ sententiæ, potius fauet huic, ait enim hanc pœnam cessare, si coniux dicat; Nolo superstitem amittere bonorum proprietatem. Et eodem modo id dicit *Angelus de Perusio repetit. l. Mater, nu. 4. C. ad Tertul.* At minimè recedendum est à communi ferè omnium sententia, asserentium sufficere consensum coniugis defuncti secundis nuptiis superstitis præstari, vt hic euitet pœnas, & hanc bonorum reseruationem. Quod ex pœnæ statutæ sint ob iniuriam coniugi illatam, quæ ipso consentiente cessat (vt in simili diximus nu. 43.) Sic tradunt *Bald. cons. 42. ad euidentiam, n. 1. vol. 3. & l. Filium quem, nu. 4. C. familiæ hercis. Et ibi Paul. n. 3. in princ. Iason. n. 13. & auth. Cui relictum n. 5. C. de indicta viduit. Præpos. c. fin. nu. vlt. de secund. nupt. Roman. singul. 248. & cons. 219. n. 5. Socin. reg. 272. n. 2. sallentia 1. Decius c. Ecclesia, in noua edit. n. 123. de constitut. & rub. C. de secund. nupt. nu. 7. & 8. Et ibi Garronis in noua edit. remed. 1. contra pœnas secundo nubentium, n. 112. & l. 1. nu. 80. & 82. C. cod. t. Guielm. Benedict. c. Rainutius, de testam. verb. Et vxorem, decis. 5. vbi* de successione ab intestato, *n. 90. & v. Qui cum alia, nu. 195. Boerius decis. 185. n. 21. Chassan. in consuet. Burg. rubr. 7. §. 7. nu. 1. Sylua nuptialis l. 2. v. Diuitis non est nubendum n. 76. fin. Ioan. Lup. l. 31. Tauri nu. 38. Cisuentes l. 15. Tauri nu. 2. limit. 2. & ibi Castillo col. vltim. n. 5. vers. Vnum tamen, Cremensis singul. 74. Si maritus legauit, Parisius cons. 29. n. 83. & 86. vol. 3. Roland. cons. 62. n. 26. vol. 1. & cons. 81. n. 13. vol. 3. Ant. Gom. l. 14. Tauri, nu. 6. Villalobos in comm. opin. lit. B. num. 36. Ant. Gabr. 3. to. commun. l. 5. t. de secund. nup. concl. 1. nu. 31. & concl. 3. n. 35. & concl. 6. n. 2. Simon de Pretis de interpret. vlt. . . . i. 1. interpret. 1. circa legata, dub. 10. nu. 118. Perez lib. 5. ordin. t. 1. l. fin. ad fin. Gutier. l. Nemo potest, nu. 17. ff. de legat. 1. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 3 gl. 2. n. 43. Azebedo cod. t. 1. l. 4 n. 37.*

At non conueniunt hi DD. circa pœnas viduæ intra an- 50

num

num luctus nubenti statutas. Quidam enim censent non sufficere consensum viri, vt eæ pœnæ remittantur. Quod testatoris voluntas contra bonos mores disponentis sit nullius momenti. At nubere intra annum luctus est contra bonos mores iure ciuili inductos, *l.1. C.de secundis nupt.* ibi: *Ne in his quidem correctionem morum.* Atque ita tenent *Bald.ea.l.1.n.6.Præpos.Socin.Rom.vtroque loco, Iason vtrôque loco Guilielm.Benedict.vtroque loco,allegati n.prec.* At tenendum est contrarium. Quia militat eadem ratio cessationis iniuriæ viri, ob quam prædictæ pœnæ statutæ sunt. Cùm enim secundo nubere nullo pacto delictum sit, non potest dici eas pœnas verè ob delictum indictas esse: sed ob festinatam viri iniuriam, qua cessante per prædictam licentiam, non est contra bonos mores sic nubere. Et ita tenent *Paulus l.Filium quem,n.3. in princ.C familiæ herciscundæ. Decius rub. C.de secund.nupt.n.8. Ripa l.Femina.in princ.q.15.nu.27. in noua edit. C.eod.t. Boerius decis.185.n.27.Garronus C.de secund. nupt. in noua edit.l.3.n.81. & duplius seq. Ant.Gab. concl.1.nu.52.Perez & Gutier,allegati n.prec.* Et *Ioan.Lup.* in hac inclinat, *l.31.Tauri, num.* 39. dicit enim se dubitare de veritate contrariæ sententiæ. At hodie nil refert vtra opinio verior sit, (vt bene aduertit *Boerius cod.nu.27.*) cùm nullæ sint pœnæ intra annum luctus nubentibus, sed iure canon. corrigantur. Vt probaui disp.87.n.23.

51 Affirmant verò quidam satis esse licentiam expressam vel tacitam viri vel vxoris, vt alter coniux superstes transiens ad secundas nuptias euitet pœnas. Sic *Boerius decis.185. n.27.Guiliel.Benedict.c.Raynutius,de testam. v. Qui cum alia, nu.* 207. *Rolan.cons.62.n.27. l.1.& cons.81.nu.13.l.3.Simon de Pretis de interpret. vlt.vol.lib.1.interpret.1.circa legata dub.10.n.118.& 120.* At non existimo hoc sufficere (vt in simili dixi n.44.) nisi coniecturæ taciti illius consensus valde apertæ sint, ita vt de eius voluntate dubitari nequeat. Vt contigit in casu n. sequenti proponendo.

52 Hinc deducitur, coniuge legante aliquid coniugi superstiti, casu quo transeat ad secundas nuptias, coniugem superstitem habiturum id legatum plene quoad proprietatem & vsumfructum, nec tenetur transiens ad secundum matrim. aliquid reseruare filiis primi. Quod ea sit licentia transeundi impune quoad illud legatum. Sic *Baldus l.1.n.6.C.de secund.nupt. Iason.l.Filium quem, n.* 13. *C. familia herciscundæ. Franciscus Clemensis singulari 74. Guilielm.Benedict.Simon de Pretis,num.120. allegati n.prec.Chassaneus in consuet. Burgundiæ rubr.7.§.7.nu.1. Sylua nuptialis lib.2.v. Diuitis non est nubendum,n.77.* Temperant *Baldus, Iason, Guilielmus, Benedictus*, si post annum luctus ea vxor transeat ad secundas nuptias: nam si intra annum luctus, nequit vir remittere pœnam statutam, *l.1 C.de secund.nupt.* nempe, vt perdat id legatum quoad proprietatem & vsumfructum. Sed iam n.50. hâc limitationem reiecimus.

53 Secundò deducitur, non esse indicium sufficiens huius taciti consensus, si vir concedat vxori facultatem amplam disponendi in vita, vel in morte, de legatis à se relictis: quare non obstanti ea facultate, si transeat ad secundas nuptias, non poterit de proprietate illius legati disponere, sed filij priotis matrim. reseruabitur. Tum, quia in generali concessione non veniunt casus specialis nota digni: & de quibus disponens, si cogitasset, non esset verisimiliter dispositurus, *c.fin.de offic.vic.in 6.* Tum quia his verbis expressum fuit, quod tacite inerat de iure communi. Sic *citatis Fulgosio & Bertrando*, docet *Ripa l.Femina, in princ. in noua edit.q 12. n.27.C.de secund.nup. Ant.Gab. to.3. commun. opin.l.3.t.de secund.nupt.concl.1.n.11.*

54 Sufficit autem licentia concessa à coniuge transeundi ad secundas nuptias, vt ille superstes possit impune transire ad tertias & vltetiores, vnde si coniux leget vxori aliquid, quamuis transeat ad secundas nuptias, plene consequetur vxor, ad quascumque transeat. Quia vir consentiens præstans secundis nuptiis, censetur iniuriam remittere sibi inferendam ex alienis nuptiis. Quæ iniuria semel remissa perpetuo durat, *l.Si non commissa, C.de iniuriis.* Sic *Ripa rubr. C.de secund.nupt.nu.13. vers. Contrarium videtur verius.*

Sed dubitari iure optimo poterit, an satis sit licentia à 55
coniuge concessa transeundi ad secundas nuptias, an potiùs requiratur simul consensus filiorum: *Corrasius l.3.miscellan.cap.1.n.12.* sustinet simul exigi consensum filiorum, Quia iniuria irrogatur filiis, & sequitur illis detrimẽtum: cum priuentur proprietate. At pater nequit suo consensu præiudicare filijs. Et hanc sent. dicit non ratione destitui *Azebedo lib.5.recop.t.1.l.4 n.37.* quamuis dicat communem sententiam esse seruandam. Alij sentiunt paternum consensum solùm nocere filiis, quando hæredes partis sunt, secus si non sint hæredes. Sic *Ripa l. Femina, in princ.C de secund.nupt.q.11.nu.25.* Sed dicendum est, sufficere solius viri consensum in secundas vxoris nuptias, vel è contra. Quia potest pater afferre præiudicium filiis, ex quo eis solùm in quandam consequentiam ob illatam viro iniuriam acquiritur proprietas dictorũ bonorum. Vt bene ait *Menochius cons.155.n.33.in solut.ad 3. vol.2.* Et ita tenent *Decius rub. C.de secund.nupt.n.8. Garronus ea rub.remedio 1. ad euitandas pœnas secundo nubentium, nu.* 112. & addit sufficere hanc licentiam non tantùm in bonis, quæ immediate habuit coniux ab alio coniuge, sed etiam in iis, quæ habuit ab ipso, medio filio, cui successit. Sed *idemmet Garronus ibi n.115.* dicit non satis esse solum consensum paternum, vt euitet mulier secundò nubens pœnam *l. Hac edictali, in princ. C.de secund.nup.* nempe, ne possit relinquere secundo viro plusquam vni ex filiis prioris matrim. cui minus reliquit. Quia ea pœna est principaliter & omnino in fauorem filiorum prioris matrim. nec procedit à bonis viri, nec aliquo pacto concernit eius bona, sed ipsius secundo nubentis. Sed *Decius dict.rubr. nu.8.* videtur ab hac limitatione recedere, dicens posse dici, principaliter esse iniuriam illatam viro, & ob eam priuari viduam transeuntem ad secundas nuptias ea facultate: quare cessare pœnam cessante iniuria per consensum viri. Et hoc magis placet. Quia communis Doctorum sententia, quam nu.49. retuli, vult indistincte saltem pœnas post annum luctus impositas remitti: inter quas hæc annumeratur.

Sed an habeat locum hæc cessatio pœnarum consensu 56
præstito per virum ignarum iuris per consensum amissi: dic vt dixi in simili n.47.

Ex his omnibus infertur, credendum esse coniugi di- 57
centi aliqua, quæ alter ab ipso acquisiuit, non titulo lucratiuo, sed oneroso acquisiisse: credẽdum (inquam) ad eum effectum, ne transiens ad secundas nuptias teneatur ea bona reseruare filiis prioris matrim. Quia sola eius voluntas satis est, vt alter libere acquirat, & absque hoc reseruationis onere. Sic aliis citatis docet *Simon. de Pretis, de interpret.vlt.volunt.l.1.interpret.1.circa legata, dub.10.n.121.*

Quartus casus est, quando femina transiens ad secũdas 58
nuptias est minor. Tunc enim non amittit proprietatẽ per transitum ad secũdas nuptias, nec tenetur eam filiis prioris matrim. reseruare. Sic tradunt *Socin.reg.172.nu.3. Boerius decis.185.fin. Villalobos in suis comm.opin.lit.B.nu.30. Ant.Gabr. 3 to.comm. opin.l.3 t.de sec.nupt. concl.1.n.46.* Sed contrarium tenendum est, quod nullo iure probetur hæc limitatio. Adde, hic tractari non de damno vitando, sed de lucro captando in quo euentu minor ætas nil proficit. Et ita tenent *Cisuentes l.15.Tauri n.2.limit.3. Azebedo li.5. recop. t.1.l.4. n.38.* quamuis aliquantulũ trepide id affirmet *Cisuentes*, ait enim hoc esse verius, at casum esse dubium, & cogitandũ.

Quintus casus est. Quando filius moritur post ætatem 59
pupillarem, tunc enim parens illi succedens in bonis paternis non tenetur ad hanc reseruationem, quæ solùm habet locum filiis intra pupillarem ætatem decedentibus. Ita sentire videtur *Paulus l.Omnem,n.2. C.ad Tertull.* sed vere id non dicit, sed in alio casu loquitur. Quamobrem dicendum est, locum esse huic reseruationi, siue intra siue post ætatẽ pupillarem filius decedat. Quod constat ex *authen.de nuptiis, collat.4.§.Hinc nos, vers. Si igitur*, vbi discrimen constituitur, an mater succedat filio ex testamento, an ab intestato: & deciditur tantum esse locum huic reseruationi, quando ab intestato succedit. Ergo supponitur

capacitas filij ad testandum. Cùm ptiuano habitum supponat. Et ita docent *Cisneros l.15. Taurs n.2. limit.4. Acebedo lib.5.recop.t.1.l.4.n.41.*

60 Vltimus casus est. Si coniux de licentia Principis ad matrimon. transeat, tunc enim eximitur ab hac bonorum relictionatione. Prob. ex *l. Solet*, 10. *ff. de his, qui notantur infamia*, ibi: *Solet à principe impetrari, vt intra legitimum tempus mulieri nubere liceat.* Vbi *Gl. v. Liceat*, ait eam non incurrere tunc pœnas secundarum nuptiarum. Et ita docent *Angelus regul. Mater, n.5. C. ad Tertul. Decius l.1 nu.20. & 21. C. de secund. nupt. Garron. rub. C. eo t. in nona edit. remedio 5. contra pœnas secundo nubentium, nu.128 Ant. Gomez* alios referens, *l.15. Tauri n.6. Boerius decis.185. nu.25. Ant. Gab. to.5. comunion. lib.3.t. de secund. nupt. concl.1. num.45* Quod si opponas *Glossam c. Rescriptum, v. Petenti, 25.q.2.* quæ intelligit *l. Solet*, vt licentia à principe concessa nubendi intra annum luctus, solam remissionem infamiæ, & cæterarum pœnarum illius anni operetur, non autem pœnarum, quæ sunt in filiorum fauorem. Quod priuilegium à Principe concessum intelligatur absque præiudicio tertij. At dicunt *Decius & Garronus* hoc hodie non posse procedere attento iure canon. Quia cum illud abstulerit pœnas illius anni luctus, si de illis solis intelligeretur priuilegium, nil operaretur. Cùm tamen verba priuilegij debeant aliquid operari, *c. Si Papa, de priuileg. in 6.*

DISPVTATIO XC.

Vtrùm pœnæ coniugi transeunti ad secundas nuptias statutæ locum habeant in vidua fornicante: nec iure canonico tollantur?

SVMMARIVM.

Pœnæ hæ non sunt correctæ, quatenus afficiunt feminâ fornicantem, n.1.
Vidua semel fornicans anno luctus perdit legatum à viro relictum, at incurrit omnes pœnas nubentium intra illum annum, n.2.
Quid, si intra illum annum alij nubat, & sic nupta eo anno fornicatur? n.3.
Quid, si post annum luctus vidua fornicetur? Refertur opinio, n.4.
Proponitur sententia Auctoris, n.5.
An attento iure regio Castellæ vidua fornicans post annum luctus incurrat eas pœnas? n.6.
An vidua quamcumque fornicans subsistatur pœnis post annum luctus statutis, & quid de amasio cum illa fornicante? n.7.
An luxuriosè viuens amittat lucra conditionis matrimonio acquisita? n.8.
An amittat dotem? n.9.
An in foro conscientiæ vidua hæc amittat illa lucra & legata, patiaturque alias pœnas, non expressata in dictis sententijs? Refertur opinio, num.10.
Refertur Auctoris sententia. Et explicatur quando censeatur dispositum, quod testator si meminisset disposuisset, n.11.
An vir instituendo vxorem vsufructuariam, dum honestè & vidua vixerit, legent ei, si contrà, cum secundo nupta fuerit, obsequias hoc legatum, si prius votum luxuriosum duxit, & postea nubat, n.12.
An alterutri coniux fornicans vidue offerens, teneatur reformare bona, ex substantia defuncti acquisita, suis prioribus matrimonij pactis, de ijs ad secundas nuptias transeuntibus? Refertur opinio, n.13.
Sententia Auctoris, n.14.
An vidua fornicans, vel talibus inhonestos patiens, amittat filiorum tutelam? Refertur quædam sententia, n.15.
Proponitur sententia Auctoris, n.16.

1 PRÆMITTENDVM est vt ferè certum, quamuis pœnæ feminis secundò nubentibus intra luctus annum statutæ, sint canonico iure correctæ (vt diximus disp.87.nu.23.) minimè tamen eas correctas esse, quatenus comprehendunt coniugem viduum fornicantem. Quod iura canonica voluerint fauere secundis nuptiis tamquam licitis, ne earum libertas impediatur. Quam rationem reddit textus, *cap. fin. de secund. nupt.* pœnas illarum delens. At quis dicat voluisse quoque viduis fornicationis omni iure reprobatæ reis opitulari? Et ita docent *Cardin. c. fin. n.2. Fagnan. de secund. nupt. & ibi Alex. de Neuo nu.16. Alberic. auth. Eisdem pœnis, n.vn. C. de secund. nupt. & ibi Garronis in nona edit. nu.4. & 18. & rub. C. eo t. n.24 pœna 12. fin. & n.66. pœna 29. vers. Plus dico, & l.1. n.14. 19. 31. 72. Decius eal.1. nu.3. Angel. auth. de restit. & ea quæ parit, §. Vnum, n.6. Nicol. Arelat. anni l. Generaliter, q.5. n.20. C. de secund. nup. Guilielm. Benedict. c. Raynutius, de testam. v. Qui cum alia, n.200. Beroius cons.32. n.15. vol.2. Rolandus cons.86. n.45. vol.2. Ant. de Rosellis de succeff. ab intestato, nu.195.* (habetur to.8 tract. p.1.) *Montalvus lib.3. fori, t.1. l.13. v. Pierda, Acosta c. Sipater, 1. p. v. Leganit n.34. de test. in 6. Iul. Clarus l.5. recept. §. Stuprum, n.6. Ant. Gab. 3. tom. comm. opin. l.3.t. de secund. nupt. concl.3. n.12. Matienzo lib.5. recop. t.9. l.5. gl.8. num.5. Surdus de aliment. t.7. q.23. nu.4. & 5.* Quamuis vnus *Cornejo* (quem ego viderim) clarè significet, *l. Fideicommissum, n.4. vers. Et ex prædictis, C. de fideicommiss.* esse correctas has pœnas, quatenus etiam viduam fornicantem afficiunt.

Difficultas autem grauis est, quales pœnas ex statutis 2 secundò nubentibus incurrat vidua fornicans? Et quidem constat inter omnes DD. pœnas statutas, *l.1. C. de secund. nupt.* quas latè retuli disp.87. feminis intra annum luctus nubentibus, incurri à feminis, quæ intra eumdem annum post viri mortem fornicantur: ac proinde huiusmodi viduas amittere ante nuptialem donationem, & quicquid ex virorum liberalitate consecutæ sunt: vt si eis aliquid legarunt. Constat ex *authent. de restit. & ea quæ parit, §. fi.* ibi, *Sancimus si quid tale contigerit, & ante luctus tempus pepererit mulier circa terminum anni, vt indubitatum sit sobolem non ex priori consistere matrimonio, modis omnibus eam priuari ante nuptiali donatione. & secundum proprietatem, & secundum vsum: subdendam quoque aliis omnibus pœnis, ac si secundas eam contigisset ante luctus tempus legitimas celebrasse nuptias. Non enim aliquid amplius habebit castitate luxuria.* Vbi quamuis textus videatur petere partum viduæ intra eum luctus annum; attentè tamen inspectus non petit, sed solam fornicationem (quam in vidua textus ille & communiter Iurisperiti stuprum vocant.) Quod vel apertè inde colligitur, quod is textus petat sobolem eo tempore nasci, vt indubitatum sit eam non esse ex marito genitam: & ita solum petere id videtur, vt euidenter constet fornicatio viduæ. Cui enim vsui esse posset partus à legè ponderatus, qui citra omne dubium non sit ex viro. Præterea, quia textus ille statim subdit hæc verba, *Sed subiiciatur quidem & ipsa pœnis, periculumque sustineat etiam circa fidem scripturæ propter stuprum.* Quod idem non obscurè significat ratio reddita in eodem textu, ibi: *Non enim aliquid amplius habet castitate luxuria.* Si enim id non procederet in fornicatione admissa absque partu, tam luxuria admissa quid amplius castitate haberet? Cùm ex pœnæ incurrantur propter secundas nuptias, quæ castæ sunt: & non incurrerentur propter fornicationem. Atque ita docent *Glossa authent. Eisdem pœnis, verb. Parit, C. de secundis nupt. & ibi Bald. paulo post princip. Salycetus statim in princ. Garronis in nona edit. ibi, notab.2. n.3. Azo sum.t. de secund. nupt. n.5. Alex. de Neuo c. fin. n.15. vers. Quæro vltimo, de secund. nupt.* & Doctores quos statim referam, dicentes ob vnicam fornicationem eas pœnas incurri. Et clarius id decidit *l. reg.3. tit.12. p.4.* vbi de vidua intra annum luctus nubente sic dicitur: *Deue perder las arras, è la donacion que le fizo el marido finado, è las otras cosas que le auiesse dexadas en su testamento, è deuen las de auer los fijos que fincaren del, é si fijos non dexare, los parientes que auieren de heredarlo suyo. Essa misma pena deue auer si ante que passasse el año fuesse mal dad de su cuerpo.* Et quamuis plerique Auctores, tractantes quando vidua incurrat has pœnas, dicant viduam incontinenter siue luxuriosè viuentem eas incurrere: & sic videantur petere consuetudinem fornicandi: quod vita inhonesta & luxuriosa importat (vt num.8. probauimus.) Hi sunt *Bartol. l. Hi solis, fin. C. de reuocand. donat. Abb. in cap. Vxoratus, n.2. de conuers. coning. & ibi Anchar. an. n.1. Ripa l. fin. q.26. n.68. C. de reuoc. donat. Decius l.1. n.3. C. de secund. nup. Angel. de Aretio Inst. de legitima patron. tutela, §. fin. in fin. Hippolytus l. vnic. nu.56. C. de raptu virgin. Ioan. Lupus rubr. de donat. inter vir. & vxor. §.67. num.3. Beroius consil. 32. n.11. & 13. vol.2. Rosella verb. Adulterium, num.8. Nata reper. c. Quamuis pactum, de pactis, in 6. nu.365. Barbat. c. Exparte 8. de foro compet. col.1. nu.2. vers. Ego limito. Garronis rub. C. de secundis nupt. in nona edit. pœna 28. nu.59. vers. Ex quo infero. Anil. proœm. c. Prætorum, gl.1. n.41. Gom. Arias l.13. Taur. nu.3. Aut. Gom. l.14.*

Tauri.

Taur. n.17. Pinellus l.fin.nu.18. C. de bonis matern. Minchaca l.2. de succeff. creat. §.12.n.39. Tello l.6.Taur.n.21. Villal. in suu commun.opin.lit.B.n.31.& lit.M.n.244. Ant. Gabr.tom.3. commun. opin.l.3.t.de secund.nup.concl.8.n.1. Surdus de aliment. t.7.q.24. n.2. Angul. de meliorat.l.2.gl.1.n.6. At re vera nō intēdunt desiderari consuetudinem, sed vnicam fornicationem appellant vitam inhonestam. Quod inde patet, quia textus §.fin. auth de resst. & ea quæ parit, cui ipsi innituntur, de vnico stupro loquitur, vt constat ex illis verbis, ibi: *propter stuprum*, & quia vnica fornicatio sufficit ad prolis partum, & l.3.t.12.p.4. nuper citata, explicans illud authenticum, ait *Fizzere mal dad de su cuerpo*. Quæ verba vnicum fornicationis actum sonant. Quod idem denotat ratio reddita *eod.* §.*fin.* ibi: *Non enim aliquid amplius habebit castitate luxuria.* Præterea, quia maior iniuria infertur viro, ac citius eius memoria aboletur fornicando semel: eademque incertitudo prolis. quæ ex secundo matrimonio ita accelerato sequeretur, subsequitur etiam ex vnica fornicatione. Atque ita de vnica fornicatione clare loquuntur *Gloss.& Doctores proxime citati*, qui *illud auth.ea* §.*fin.* petens prima facie partum viduæ, explicant intelligi de stupro absque partu, vel cum illo. Et idem videntur sentire alii DD. asserentes viduam ob stuprum subdi illis pœnis. Hi sunt *Anchar.c.fin. n.6.fine, de secund.nupt. & ibi Card.n.2.q.2. Alex. de Neuo nu.15. vers. Quæro vltimo, Præpos.col.pen.n.3 fin. & c.Tanta,q.9.nu.16. qui filii legitimi, Cornecus l.Fideicommissum, n.3.vers. Et ex prædictis, C.de fideicom. Ioan. Lup.rub. de don.inter vir.& vx.§.11.n.7. Guliel.Benedict. c.Raynut. de testam. v. Qui cum alia, n.191. Garronis l.1. in noua edition.nu 73.vers. Et plus dico, C.de secund.nupt. Montal.l.13.v. Pierda, t.1.l.3 fori, Roland.cons.86.nu.41. volu.2 Iul. Clarus l.5.recept.in pract. crimin.§. Stuprum,n.6.* Atq; hæc duo confundūt, nunc appellantes viduam fornicantem, nunc luxuriosè & inhoneste viuentem, alii auctores. Nam *Anchar.cap. Vxoratus, n 1. de conuers. coniug. Nicolaus Arelatan.l. Generaliter,q.5.n.20. C.de secund.nupt. Garronis l. 1. in noua edit. n.30. C. eot. Ioan. Lup.rubr. de donat. inter vir.& vx. §.67.nu.3. Ant. Gomez l.14. Tauri, n.17. Molina l.1.de primog. c.9. num.54. Surdus de alimentis, t.7. q.24. nu.12.& n.6.* loquuntur de vidua inhoneste viuenti: & tamen *idemmet Anchar.c.fin.qu.1. n.6.fin.de secund.nupt. Nicol. Arelatan.cod. q.5. nu.24.vers. Tum & tertio, & vers. Ex quibus relat. Garron.ea l.1.n.73. Ant. Gom. l.53. Tauri fin. Surdus ea.q.24.n.13.& 16. Molina eod.c.9.nu.50.* loquuntur de vidua fornicante, vbi tamquam synonyma in his pœnis incurrendis confundunt illa duo. Et *Roland. cons.86.n.45.vol.2.& n.42.* relatis pœnis, quas ait incurrere viduam fornicantem intra annum luctus, ait n.43. incurri ob vitam luxuriosam: vbi quod duobus numeris præcedentibus appellarat fornicationem, vocat vitam luxuriosam, quasi hæc duo confundens. Et *n.45.* clarius hæc confundit, sic loquens: *Si vidua post annum luctus stuprum committat, seu luxuriosè viuat.* Et *Ripa l. Femina, in princ. in noua edit. q.15. n.31. C.de secund. nupt.* apertissime hæc confundit, sic loquens: *Omnes pœnæ contra secundo nubentes censentur impositæ contra inhoneste viuentes. Nam vidua propter stuprum digna est acerbiori pœna, quam ob secundas nuptias.* Et *Iul. Clarus l.5.recept. §. Stuprum, eodemmet nu.6.* hæc confundit, nunc dicens viduam incontinenter viuentem, nunc fornicantem. Et in propriis terminis docent sufficere vnicam viduæ fornicationem intra annum luctus admissam ad eas pœnas incurrendas. *Acosta* dicens id esse indubitatum *c. Sipater, t. p.v. Legauit,n.40. de testam. in 6. Couar. 4.decret. 2.p. c.7.§.6. in 2.edit.n.12.fin. Ioan.Garcia de coniugali acquæstu nu.45. Matienzo lib.5.recop. t.9.l.5.gl.8.n.5. Barbosa l.2.p.1. in princip. n.67.ff. solut.matrim.*

3 Hoc tamen temperandum est, nisi eo anno luctus, quo femina illa fornicatur, iam secundo nupserat ante fornicationem illam admissam: tunc enim non perdit accepta ex prioris viri liberalitate, nec alias pœnas anni luctus incurrit. Quia iam non censetur esse in eodem matrimonio. Sic allegata quadam doctrina *Andreæ de Isernia, & Nicolai de Neapoli*, docet *Garronis l.1. in noua edit. n.74.& 75. C.de secundis nupt.*

At difficultas potissima eò pertinet, quando post annum luctus fornicatur vidua, an subiiciatur his pœnis, aut saltem illis, quæ statutæ sunt transeuntibus ad secundas nuptias. post annum luctus (quas retuli latè disp.88.) Qua in re quidam DD. valde stricte loquuntur, dicentes pœnas iure secundis nuptiis statutas incurrere viduam fornicantem, non aliter quam si secundo nupsisset; nec exprimunt, an loquantur de omnibus pœnis, an de solis anni luctus: nec an fornicatio sit admissa anno luctus, an postea: atque ita sine vlla distinctione loquuntur tam de pœnis incurrendis, quàm de fornicatione admissa. Potestq; probari, quia licet textus *auth. de restit. & ea quæ parit, §. fin.* decernens viduam fornicantem anno luctus incurrere pœnas nubentium eo anno, limitate loquatur de pœnis, ac de tempore fornicationis admittendæ: ratio ibi reddita est vniuersalis, ac ample dicitur vniuersas pœnas, omneque tempus: nimirum, *Ne plus habeat castitate luxuria.* Quia nubens post annum luctus incurrit pœnas post id tempus statutas. Secundo potest probari ex *l. His solis, 7. C. de reuoc. donat.* vbi post quam statutum esse feminam transeuntem ad secundas nuptias non posse reuocare donationem ratione ingratitudinis: sic dicitur in fine: *De cæteris autem quæ portentose vilitatis abiectæq; pudicitiæ sunt, satis etiam tacitè cautum putamus. Quis est enim qui his aliquid arbitretur tribuendum esse? Cum etiam illis, quæ iure secundas tantum contraxerunt nuptias, nihil ex his priuilegiis tributum esse velimus?* Vbi *Gl.v. Velimus* reddit rationem, *ne amplius habeat castitate luxuria.* Et confirm. quia *cap. Vxoratus, de conuers. coniug.* æquiparantur velle ad secundas nuptias transire, & incontinenter viuere: quod ad hoc ponderat *ibi Abb.n.2.* Sic docent *Bartol d.l. His solis, fin. Et ibi Salycet. n.1. Ripa l.fin.q.26.n. 98. C. de reuoc. donat. & l. Femina, in princ. in noua edit. q.15. num. 31. C. de secund. nupt. Angel. de Arctio Instit. de legit. patronor. tutela. §. fin. in fin. Garronis rub. C. de secund. nupt. in noua edit. pœna 28. n.59. vers. Ex quo infero. Hippolyt. l.vn. n.56. C. de raptu virgin. Barbatius c. Exparte, ti, de foro compet. col.1.n.1. vers. Ergo limato. Sylua nuptialis l.2.v. Sens non est nubendum, num.46.* imo exprimit feminam luxuriosam incurrere omnes pœnas, siue intra annum luctus siue post illum indictas secundò nubentibus. *Ioan. Lup. rubr. de donat. inter vir.& vx.§.67.n.3. Gomez Arias l.13. Taur.n.3. Pinell l.fin.nu.18. C. de bonis matern. Minchaca l.2. de succeff. creat. §.12.n.39. Villalobos in commun opin. lit. B.n.31.& lit. M. n.244. Ant. Gabr.to.3. commun.opin.l.3. t. de secund.nupt.concl 8.n.1. Angulo de meliorat. l.2.gl.1.nu.6. Azebedo lib.5.recop. t.1.l.4.n.* 10. *Surdus de alimentis, t.7.q.24.nu.* 12. qui explicat verius esse eam viduam post annum luctus fornicantem perdere legatum factum à marito, & *ad §. fin. auth. de restit. & ea quæ parit*, vbi decidit huic pœnæ subdi viduam anno luctus fornicantem, respondet *n. 16.* ob facti contingentiam loqui de stupro commisso intra luctus tempus, & ideo non excludere quin idem sit in commisso post annum illum luctus.

4

Cæterum multo probabilius est, attento iure communi, viduam post annum luctus fornicantem non subiici pœnis statutis viduæ intra annū luctus nubenti: ac proinde nō amittere legata, sibi absolutè & sine conditione relicta, vel donata à viro. Probatur, quia textus *§. fin. auth. de restit. & ea quæ parit*, eam pœnam imponens loquitur expresse de vidua intra annum fornicanti: neque est eadem ratio de fornicanti post illum. Quod sit multo grauior iniuria mariti fornicari intra annum luctus, ac multo maior feminæ impudentia. Nec ratio ibi adducta, nempe, ne plus habeat castitate luxuria, amplius probat. Quia castitas, id est, secundum matrimonium post annum luctus initum, non subiicitur illis pœnis anni luctus. Nec *l. His solis, num. præced. adducta pro contraria sent.* obstat nostro. Quippe ibi fermo est de pœnis post annum luctus, quæ cùm afficiant secundo nubentes transacta eo anno, debent quoque afficere eo tempore fornicantes. Et ita hanc partem sustinent *Gl. eo §. fin. v. Maligne, & v. Perfecto & ibi Angelus §. Vnum, n.7. Alex. de Neuo c fin, n.15. vers. Quæro vltimo, de secund. nupt. Cornecus l. Fideicommissum, n.3. vers. Et ex prædictis,*

5

C. de fideicommiss. Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 9. fin. Garron. auth. Eiusdem pœnæ, in noua edit. n. 19. C. de secund. nupt. Rolandus cons. 86. n. 42. & 45. vol. 2. Acosta, Tello, Matienzo, Barbosa, n. seq. allegandi.

6 At in Hispania est specialis difficultas, ob *l. reg. 9. tit. 12. l. 3. fori*, ibi: *Si despues de la muerte de su marido non fiziere buena vida, pierda lo todo quanto le dexo.* Quæ lex cum indistincte loquatur, nec restringat ad fornicationem admissam intra annum luctus, videtur generaliter intelligenda. Atqui ita viduam fornicantem anno luctus, vel post illum, amittere ea legata, sustinent *Anton. Gomez l. 14. Tauri nu. 17. Antiquis in præamio c. Prætorum, glossa 1. num. 38. Ioan. Garcia de conjugali æquestru, nu. 45. & seq.* & videtur tenere *Ioan. Lupus rubr. de don. inter vir. & vxor. §. 67. nu. 4.* vbi indistincte hoc tenet citata prædicta *l. 9. fori.* At melius *Acosta c. Si pater, de test. in 6. verb. Legauit, 1. p. n. 38.* iuncto *n. 35. & n. 40. Tello l. 6. Tauri, n. 21. Matienzo lib. 5. recop. t. 9. l. 5. glos. 8. nu. 5. & 6. Barbosa l. 2. p. 1. in princ. num. 67. & 68. ff. solut. matrim.* dicunt eam pœnam non extendi ad viduam committentem fornicationem post annum luctus. Et ad *l. 9. fori* respondent *Acosta num. 36. & Barbosa eod. num. 68. ad finem*, si intelligatur de vnico stupro, discrepare à *l. reg. 3. t. 12. p. 4.* quæ expresse loquitur de vidua intra annum luctus fornicanti: at qui ita sentiendam esse hanc legem tertiam. Cum leges fori vim legum non obtineant, nisi vsus eas comprobauit. Vel 2. respondent *Acosta nu. 41. vers. Ex quibus omnibus, Matienzo 6. nu. Barbosa eo nu. 68. fine*, cum prædicta lex tota loquatur in vidua, quæ honestam vitam non agit, eam intelligi in vidua, quæ male viuendi habitum contraxit, ac more meretricio stupra admittit.

7 Incurret tamen vidua fornicans siue intra annum luctus, siue post, alias pœnas statutas secundo nubentibus post annum luctus, quas late retuli disp. 88. Quod probat textus nu. 4. allegati. Si enim tunc vidua nubens subditur illis pœnis, à fortiori tunc fornicans: ne plus habeat castitate ioxta contra *auth. de restit. & ea quæ parit. 9. fin.* Et pro hac parte sunt DD. eo n. 4. relati. Et late probant *Ioan. Lup. rub. de don. inter vir. & vxor. §. 67. a num. 3. vsque in fin. Tailes in proœm. c. Prætorum gl. 1. n. 36. & seq. Padilla l. 1. Fideicommissum, à n. 1. vsque ad 13. C. de fideicommiss. Tello l. 6. Tauri. n. 21.* vbi expresse dicit hanc viduam, quæ post annum luctus fornicatur, non affici pœnis anni luctus, bene tamen pœnis post annum luctus statutis. Et amplius constabit ex corollarijs, quæ hinc inferunt DD. quæ n. 13. & 15. referam. Imò *Garron. rub. C. de secund. nupt. in noua edit. pœna 28. nu. 57. & multis seqq.* late probat non solum ipsam viduam istis plecti pœnis, sed eius quoque amasium.

8 Insuper in hoc Castellæ regno vidua luxuriosè viuens amittit lucra Constante matrim. acquisita, vt constat ex *l. reg. 5. fi. t. 9. lib. 5. recop.* ibi: *Otro si mando y ordeno que si la muger fuere casada viuda, y siendo viuda, viuiere luxuriosamente, que pierda los bienes que uuo, por razon de su mitad de los bienes que fueron ganados, y mejorados por su marido, y por ella, durante el matrimonio entre ellos: y sean buelttos los tales bienes à los herederos de su marido defuncto, en cuya compañia fueron ganados.* Quem textum intelligunt (& bene) plerique auctores non de vidua, quæ semel aut iterum fornicatur, sed de ea quæ fornicationis vitio assuefacta est. Id enim sonat luxuriosè viuere, *l. Et mulieri, 15. ff. de curatorib. furios.* ibi: *Et mulieri, quæ luxuriosè viuat.* Vbi *Glossa v. Et mulieri*, explicat de meretricio more viuenti. Et ita docent *Couarr. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 6. nu. 12. fin. in 2. edit. Acosta cap. Si pater, 1. p. v. Legauit, à nu. 38. de testam. in 6. Minchaca in quæst. illustrib. 4. 104. nu. 6. Padill. l. Fideicommissum. n. 9. C. de fideicommiss. Matienzo ea l. 5. gl. 8. n. 7. Azeuedo lib. 5. recop. t. 1. l. 4. nu. 19. Gutier. l. 2. pract. tota q. 122. Barbosa l. 2. p. 1. in princip. nu. 69. ff. solut matrim. Zauallos in suis quæst. pract. q. 708. n. 16.* Vnde non sunt audiendi *Mexia l. Toleti, p. 10. fundamento 2. n. 14. fin. & Ioan. Garcia de coniug. acquestu, nu. 45. & seq.* dicentes prædictam legem intelligi, quamuis vnicus fornicationis actus sit. Et illis fauet *Anton. Gom. l. 53. Taur. n. vlt.* Intelligitur autem hæc lex, siue ante annum luctus, siue post, vidua illa vitio carnis assuefacta sit. Quia indistincte loquitur. Ita *Ioan. Lup. rubr. de donat. inter vir. & vx. §. 97. n. 2. Acosta n. 41. vers. Ex quibus omnibus, Matienzo nu. 7. Gutier. n. 1. proxime allegati.*

Imo multi censent viduam semel fornicantem amitte- 9
re dotem. Alij hoc admittunt, si anno luctus fornicetur, secus si post. Quos omnes refert, ac iure optimo late reprobant, probantes in neutro casu amittere dotem: eo quod ea pœna nullo iure sancita sit, *Acosta c. Si pater, 1. p. v. Legauit. n. 44. de testam. in 6. Molina l. 1. de primog. c. 9. n. 55. Matienzo lib. 5. recop. t. 9. l. 5. glos. 8. num. 10. & seq. Barbosa l. 2. p. 1. in prin. n. 65. & seqq. ff. solut. matrim. Zauallos in suis quæst. pract. q. 708. & sequentibus.*

Sed potissima difficultas est in hac disputatione, an in 10
foro conscientiæ locum habeant ex pœnæ: ita vt vidua fornicans intra annum luctus, nulla iudicis sententia expectata, teneatur restituere omnia, quæ ex prioris viri largitione liberali, siue inter viros, siue in vltima voluntate consecuta est, & lucra constante matrim. acquisita, si luxuriosè viuat eo anno luctus, aut post illum? Partem enim affirmantem vegetissime probant quæ sequuntur, *l. Quia, auth. de rest. & ea quæ parit. §. fin.* de vidua anno luctus fornicanti dicitur eam modis omnibus priuari ante nuptiali donatione, & secundum proprietatem, & secundum vsum: ac subdi omnibus pœnis nubentium anno luctus. Atque donata, vel legata, à priori viro applicanda esse hæredibus ab intestato, nisi alij cohæredes instituti sint, vt disponitur, *l. 1. C. de secund. nupt.* de vidua secundo nubenti intra annum luctus, docent *Garron. ea l. 1. in noua edit. nu. 75. vers. Et plus dico, Acosta c. Si pater. 1. p. v. Leganit. nu. 34. de test. in 6. Matienzo lib. 5. recop. t. 9. l. 5. glossa 8. n. 5.* Quod clare colligitur ex *l. 3. tit. 12. p. 4.* vbi postquam decidit hæc perdi à nubente intra annũ luctus, & applicari legitimis hæredibus, subditur: *Esta misma pena deue auer, si antes que passasse el año fuesse maldad de su cuerpo.* Ergo in foro conscientiæ sunt statim restituenda, nec desiderabitur sententia iudicis. Cùm non vocetur fiscus ad hæc capienda: sed hæredes quasi prior institutio aut donatio facta fuerit sub conditione resolutiua non fornicandi intra annum luctus: atque ita vidua tunc fornicante cessabunt eo ipso tunc relicta. Hac enim ratione ducti disp. 87. nu. 8. diximus leges primantes viduam infra annum luctus nubentem legatis à viro relictis obligare statim in foro conscientiæ, quòd ea legata applicet ijs non fisco, si d alijs hæredibus: vbi & eam regulam generalem tradidimus, nimirum, non exigi sententiam quoties lex ad successionem non fiscum, sed hæredes vocat. Atque idem argumen. formari potest de lucris constante matrim. acquisitis. Cùm vidua viri (vt nu. 8. diximus.) Et confirmatur, quia cum ad perdenda legata, quando vidua anno luctus nubit, non exigatur iudicis sententia, si ea exigeretur vt fornicãs perderet, plus vtique tribueretur fornicationi, quam castis nuptijs contra expressam rationem traditam *d. auth. de rest. & ea quæ parit.* vt perdantur legata per fornicationem, sicut per nuptias: ne plus tribuatur luxuriæ. Secundo, quia id dispositum censetur, quod interrogatus testator vel id eduerens disposuisset, vt tradunt *Glossa fin. l. Tale pactum, ff. de pactis*: & multis citatis *Tiraquel. l. Si vnquam, in præfatione, nu. 56. C. de reuoc. donat. Euerard. in suis topicis, loco à verisimili, n. 3. Menochius de præsumt. l. 4. præsumpt. 26. n. 8. & 21. & præsumpt. 39. n. 75. & præsumpt. 65. n. 5. & præsumpt. 67. num. 18. &* alij multi, quos refert *Mantica de coniect. vlt. vol. l. 3. t. 19. n. 4.* At nulli dubium est, quin rogatus vir donans aut legans vxori, an vellet eam fornicantem anno luctus retinere legata, responderet nullatenus id velle. Ergo id ex tacita ac præsumpta testatoris voluntate censetur dispositum. At quando ex tacita ac præsumpta mente donantis vel testatoris fit reuocatio, nulla detraderatur iudicis sententia, sed statim est restituendum, vt bene tradunt *Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. num. 17. fin., Mexia taxa panis, concl. 6. n. 109.* Et confirm. quia aliqui DD. censent legatum vel donatum à viro vxori, si ipsa post viri obitũ fornicetur, censeri reuocatum

ex

ex tacita ac præsumpta testatoris mente. Hi sunt *Abbas cap. Vxoratus, n. vlt. de conuers. coniug. Baldus l. Fideicommissum, n. 1. Cod. de fideicommiss.* ita intelligens *glossam final. ibi Angelus de Gambellionibus, tract. de testamentis, gloss. 33. n. 3. & 4.* (habetur to. 8. tract. p. 1.) Tertio, quia cum vidua secundo nubens intra annum luctus sit valde viro ingrata, atque ei grauem irroget iniuriam: atque ob id priuetur legato in foro conscientiæ: cur non idem fortius dicendum erit, si tunc fornicetur? Cùm hæc iniuria ac ingratitudo maiora sint. Et huius sent. videntur expresse *Præpositus c. Tahira, q. 9. nn. 16. qui filij sint legitimi*, vbi & Cardinalem refert. Et *Garroni l. in nona edit. n. 73. vers. Et plus dico, C. de secund. nupt.* vbi dicunt viduam intra luctus annum fornicantem non recuperare redeundo ad meliorem frugem legata relicta à viro. Et eam reddunt rationem, quod iam ius quæsitum sit hæredibus mariti ad illa vendicanda, statim vbi commissa est fornicatio. Sentiunt ergo id legatum ipso iure perdi, ac dominium transferri ad hæredes: alias non competeret eis vendicatio. Eiusdem sent. videtur *Cornetus l. Fideicommissum n. 3. vers. Et ex dictis, C. de fideicom.* vbi constituens differentiam inter viduam fornicantem anno luctus, & post illum, ait in priori casu perdi ipso iure legatum: non autem in posteriori: sed fiscum auferre. Idem videtur sentire *Tello l. 6. Tauri, n. 21.* vbi ait hanc viduam ipso iure perdere proprietatem & vsumfructum talis donationis. Idem videtur clare tenere *Padilla d. l. Fideicommissum, n. 12.* vbi ait viduam luxuriose viuentem teneri restituere hæredibus viri vestes lugubres ab ipsis acceptas. Et eam tradit rationem, quod ad id teneatur secundo nubens intra luctus annum. Et id tenet fere expresse *Surdus de alimentis, t. 7. qu. 24. n. 12.* vbi ait id legatum reuocari ex tacita testatoris voluntate, & *num. 23.* vbi ait quæcumque relicta à viro vxori, censeri in præmium pudicitiæ data: ac proinde extingui ea contra pudicitiam delinquenti, tamquam causa relicti cessante.

11 Cæterum quamuis rationes hæ valde vrgeant, mihi persuadere nequeo viduam fornicantem etiam intra luctus annum incurrere pœnam aliquam ante iudicis sententiam: atque ideo existimo, quantumuis luxuriose viuat, non teneri eam restituere accepta à viro nec lucra matrim. constante acquisita, donec iudicis senten. saltem criminis declaratoria accedat. Ducor, quod priuatio hæc in fornicationis pœnam sit manifestè statuta. Et ita *l. regia 3. titul. 12 part. 4.* appellauit pœnam ibi: *Essa misma pena deue auer.* Et quamuis etiam vocetur pœna respectu viduæ intra annum luctus nubentis: at illud est large ac impropriè, cùm tunc nubere omni culpa vacet. At respectu fornicationis, vtpote quæ verum delictum est, ac grauissima viri prioris iniuria, veram subit pœnæ rationem. Communissimum autem Doctorum axioma est, pœnam non deberi ante iudicis sententiam saltem declaratoria criminis. Imò quamuis textus dicant incurri absque alia declaratione, intelligi debent de declaratione pœnæ: vnde adhuc dubitabitur declaratio criminis facta per iudicis sententiam, vt sustinet verior opinio, quam refert *Couarr. 4. decret. 2. 9. cap. 6. §. 8. num. 10. vers. Tertio.* Atque in strictioribus legis verbis docent hoc ipsum *Azebedo lib. 5. recop. t. 11. l. 5. num. 1. & ibi Matienzo gloss. 1. num. 4.* Cùm enim illa lex dicat hæc verba: *Por esso mismo hecho sin preceder à allo, ni para ello otro conocimiento de causa, ni otra sentencia, ni declaracion alguna ayan perdido las mercaderias.* Dicunt adhuc requiri sententiam. Quare *P. Molina tom. 2. de iustitia tract. 2. disp. 96. f. 591.* docet exigi verba legislatoris luce clariora explicantia ipsius mentem esse, nullam desiderari sententiam. At in hoc casu talia verba non inueniuntur. Dicendum ergo erit eam pœnam nõ incurri ante iudicis sententiam. Et confirm. quia cum vidua absolute effecta sit domina illorum lucrorum, atque illius legati, vtpote quod absque vlla conditione sibi relictum est: non est dicendum illis omnino eam priuari; in fornicationis nefariæ pœnam, nulla desiderata iudicis sententia. Cùm verba legis id statuentis nõ sint clara: ac sit contra rationem pœnæ propriis priuantis bonis. Secundo quia multi (& quidem merito) eam differentiam constituunt inter iniuriam testatori illatam dum superstes est, & postquam obiit: vt in priori euentu censeatur legatum reuocatum ipso iure, ex præsumpta testatoris voluntate: in posteriori autem non sic reuocetur: cum defuncti nulla sit voluntas: ac proinde non extinguatur ipso iure, sed auferendum sit legatario. Hi sunt *Bart. l. 1. n. 3. & 4. ff. de his quibus vt indignis: & l. Fideicommissum in fin. C. de fideicommiss.* vbi & *Paulus n. 3. Salycet. nn. 3. Ripa l. fin. q. 45. nn. 153. C. de reuoc. donat. Sylueft. v. Legatum, 2. fin. Ant. Gomez 1. variar. c. 12. nu. 6. Padilla d. l. Fideicomm. n. 2. fin. Molina l. 1. de primog. c. 9. n. 46. Mantica de coniect. vltimæ vol. l. 12. ti. 5. n. 6. Simon de Prætis de interpretation. vltimæ volunt. lib. 1. interpret. 1. circa legata, dub. 12. n. 121.* Vnde *Sylueft. & Padilla ibid. & alter Molina tom. 1. de iustit. tract. 2. disput. 212. ad fin.* dicunt legatarium post mortem testatoris rem habentem cum vidua, non teneri in conscientia legatum à marito viduæ sibi relictum restituere, donec condemnetur. Eo quod priuetur illo in pœnam. Secundò, quia si bene aducitatur ad verba *auth. de restit. & ea quæ parit, § fin.* videtur hæc sententia ex illis probari. Quod agens de pœnis his, quas patitur vidua fornicans anno luctus, vtatur verbo futuri, sic dicens, *Subdendum quoque aliis omnibus pœnis, ac si secundas eam contigisset ante luctus tempus legitimas celebrasse nuptias.* At verbum futuri sententiam ferendam importat, vt ex multis tradit *Tiraquel. l. Si vnquam, verb. Reuertatur, n. 39. C. de reuoc. donat.* Nec obstat vocari legitimos hæredes ad succedendum in bonis, quibus vidua hæc fornicans priuatur. Quia non semper hoc indicat instituti incapacitatem: nam (vt dixi disp. 87. n. 8.) quando delictum respicit offensam certæ personæ, quamuis hæres vel legatarius non reddatur incapax, sed vere acquirat, applicatur aliquando à lege hæreditas vel legatum illi certæ personæ. Quod in hoc casu contingit. Nam (vt ponderat *Salicetus l. 2. nu. 5. vers. In contrarium facit, C. de secundis nupt.*) cùm iniuria per fornicationem admissa sit priori viro irrogata, in cuius matrimonio censetur permanere vidua hæc, & hæres viri censeatur vna persona cum eo, censetur irrogata ipsi hæredi, ac proinde amissa illa per viduam fornicantem, merito applicantur à lege hæredibus viri. Quare non inde colligitur institutionem fuisse nullam, sed irritari per sententiam iudicis, in pœnam fornicationis. Sicut *l. Sciant. 10. Cod. de legit. hæredibus, & l. reg. 12. t. 16. p. 6.* decernitur matrem non petentem pupillo tutorem priuari eius successione: quod *d. l. Sciant*, dicitur his verbis: *Omnem eis sint ab intestato, siue iure substitutionis, successionem eius, si impubes moritur, denegandam.* Et *d. l. reg. 12. Perd. n poronde el derecho que auian de heredar en los bienes del huerfano, si muriesse sin testamento.* Et *Glossa ea l. Sciant, verb. Denegandam*, ait excluso hac matre non succedere fiscum, sed sequentem hæredem, vt habetur *l. 2. ff. ad Tertul.* Et tamen optimè *P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 220. eadem 11.* ait leges has esse pœnales, & non obligare ante iudicis sententiam. Quod si replices, inde sequi nõ probari ex verbis *l. 1. C. de secundis nupt.* priuantis viduam nubentem anno luctus legatis à viro relictis, nullam exspectandam esse iudicis sententiam: eo quod lex illa vocet hæredes ab intestato ad eam successionem. Cuius contrarium diximus disp. 87. n. 8. Potest enim eadem responsio dari: nempe, applicari illis tamquam offensis ex iniuria ob secundas nuptias irrogata viro, cuius personam ipsi repræsentant. Respond *illam l. 1.* strictissimis loqui verbis de ea vidua, ait enim, *Expers sit*: id est omnino sine parte (vt ponderatio d. disput. 87. num. 8.) & statim vocat ad successionem hæredes ab intestato, non quasi personas ex nuptiis offensas, sed quasi institutio nulla sit. At in casu fornicationis *auth. de restit. & ea quæ parit, §. fin.* non ita strictis vtitur verbis, sed per verbum futuri dixit eisdem subdendam pœnis. Tertio, quia quamuis *eod. §. fin.* pœnæ nubentis intra annum luctus extendantur ad eo anno fornicantem, ea reddita ratione, ne plus luxuriæ quàm castitati tribuatur: non tamen oportet, extensionem eodem modo verificari: ita vt si secundas nuptias ex pœnæ affligant, non

expectata iudicis sententia, sit idem quoque de fornicatione censendum: diuersa enim est ratio. Cùm illæ culpa vacent: hæc autem graue delictum sit: atque ita pœna fornicationis debet sequi naturam pœnæ delicti, quæ est, vt aliqua iudicis sententia præcedat ad eam incurrendam. Et hoc est, quod decreuit ille textus, vt eisdem pœnis mulctetur à iudice vidua sic fornicans, quas ipso iure, vtpote quæ non verè delicti pœnæ sunt, incurreret secundo nubens. Ne iudex concedat plus luxuriæ, quam castitati. Quod non obscurè significauit illis verbis futuri temporis: *Subdendam quoque aliis omnibus pœnis.* Quarto, quia non obstat, quod Doctores oppositi (vt nu. præc. vidimus) pro se allegãt, nimirum, censeri dispositum à testatore, quod interrogatus vel aduertens disposuisset: id enim ita generaliter dictum à veritate deuiat. Cùm voluntas corde retenta nil operetur, nisi transeat in dispositionem. Quare tantum verum erit, quando ex verbis testatoris aut disponentis ita deducitur, vt dici possit non omnino omissum, sed transisse in dispositionem. Vt cum *Baldo l. vn. n. 10. fin. C. de his qui ante apertas tabulas: & Ruino cons. 74. n. 11. l. 1.* docet multos referens, & latiùs probans *Mantica de coniect. vlt. vol. li. 3. t. 19. n. 5. & 6. Menoch. de præsumpt. l. 4. præsump. 35. n. 20.* At cum maritus absolutè legarit vxori, ex verbis legati deduci nequit conditio, nisi fornicationem admiserit. Tandem, quia huic sententiæ fauet doctrina Nauarri & Bernardi, quam referam disq. seq. n. 42. dicentium, legatum à viro vxori sub conditione non nubendi, minimè amitti ea fornicante. Et ex dictis constat solutio ad rationes cõtrariæ sententiæ.

12 Hinc deducitur primo. Si maritus vxori leget vsumfructum omnium bonorum, donec castam, honestam & vidualem vitam seruarit: & casu quo voluerit ad secundas nuptias transire, leget ei centum, si vitam turpem ducat, eam perdere vsumfructum: at si post vitam illam turpem nubat, non perdere illa centum legata. Quia ea relicta sunt sub conditione, & in euentu secundarum nuptiarum, quæ tunc implentur. Nec potest dici tacitè reuocata esse ex tacita testatoris voluntate (vt n. præced. probauimus.) Et ita docet *Simon de Pretis de interpret. vlt. voluntatis, l. 1. interpret. 1. circa legata, dub. 10. n. 121.*

13 Secundo deducitur, quid dicendum sit de vidua fornicanti, an priuetur proprietate bonorum ex prioris viri substantia acquisitorum, & teneatur eam reseruare filiis prioris matrim. perinde ac si ad secundas nuptias transisset? Communis fere omnium sententia affirmat. Ducuntur, ne plus operetur luxuria quam castitas. Contra §. *fin. auth. de restitut. & ea quæ part.* Secundo, quia femina fornicans, siue intra annum luctus, siue post, incurrit omnes pœnas secundo nubentibus post annum luctus statutas, (vt diximus nu. 7.) quarum vna est hæc. Atque ita docent *Ripa l. Feminæ, in principio, in noua editione, quæst. 15. num. 25. C. de secund. nupt. & l. fin. qu. 26. nu. 98. C. de reuocand. donat. Nata repetit. cap. Quamuis pactum, de pactis in 6. num. 365. Ioan. Lupus rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 67. num. 2. & l. 14. Tauri num. 11. Garronus auth. Ex testamento, C. de secund. nupt. in nona edito. post 7. notabile, num. 47. & seq. Nicol. Arelatan. l. Generaliter, C. eod. tit. qu. 5. nu. 20. & seq. Cisuentes l. 15. Tauri, ad fin. vers. Item dubitatur si prædicta mulier, Pinel l. fin. n. 18. C. de bonis maternis, Tello l. 6. Tauri num. 21. Villalobos in commun. opin. lit. B. num. 31. Anton. Gabr. 3. tom. commun. opin. l. 5. tit. de secund. nupt. concl. 1. n. 12. & concl. 3. num. 10. & 11. Perez lib. 1. ordinam. t. 1. l. 7. verb. Vestir por luto, Angulo de meliorat. l. 2. gloss. 1. nu. 6. Azebedo lib. 5. recop. titul. 2. l. 4. num. 10. & 11.* & alii, quos hi referunt. Et quamuis omnes hi DD. loquantur de vidua luxurioſe viuente: at idem sentiunt, si admittat vnicum stuprum. Vt probat ratio, quæ innituntur, nempe, ne plus luxuriæ, quàm castitati tribuatur. Item, quia (vt notaui n. 2.) confundunt DD. quoad hoc, luxurioſe & incontinenter viuere, ac stuprum admittere: & pœnæ ob vnicum viduæ stuprum incurruntur. Et ita *Nicolaus Arelatanus ea qu. 5. nu. 20.* proponit quæstionem de vidua luxurioſe viuenti: & tamen quasi hæc confundens, *num. 14. vers. Tum & tertio, & vers. Ex quibus restat*, explicat ob stuprum priuari viduã proprietate horum bonorum: sumpto argumento ex secundis nuptiis. Imo *Nicolaus Arelatanus ea quæst. 5. num. 22. & sequentibus, Bolognimus addit. ad Matthæsilanum de success. ab intest. ato, art. 2. princip. n. 1, Cisuentes l. 15. Tauri, ad finem, vers. Item nota*, dicunt virum viduum inhoneste viuentem teneri reseruare bona, ex substantia prioris vxoris acquisita, filiis prioris matrimonij: sicut de vidua proximè dictum est. Et *Tello l. 6. Tauri, num. 25.* quamuis fateatur contrariam sententiam in viro viduo esse satis æquam, ait tamen se timere ne secundum ius periculosa sit, & re latè disputata, tandem *num. 26. in fine*, relinquit cogitandum, magis in eam sententiam inclinans, vt eadem reseruandi bona obligatio habeat quoque locum in viro. Ducuntur ex doctrina *Bartol. l. Hi solis, in fin. C. de reuoc. don.* dicentis pœnas statutas contra secundo nubentes habere quoque locum in his, qui non honeste viuunt: vbi cum in genere masculino locutus sit, comprehendit aperte virum. Et clarius id dixit *Ripa l. fin. q. 26. num. 98. C. de reuoc. don.* ait enim dicta de parentibus transeuntibus ad secunda vota procedere etiam in parentibus turpiter viuentibus. Vbi clare de vtroque parente loquitur. Item quia prorsus militat eadem ratio, nempe, ne magis tribuatur luxuriæ, quam castitati. Cùm enim vir transiens ad secundas nuptias, quæ castæ sunt, teneatur ea bona reseruare filiis prioris matrimonij: (vt probauimus disp. præcedenti nu. 10.) si ad id non teneretur fornicans, plus tribueretur luxuriæ, quam castitati. Quare sicut in femina fornicante id tarentur Doctores, quamuis in iure ea pœna expressa non reperiatur: quòd tacitè censeatur imposita, iuxta *d. l. Hi solis*: ob rationem traditam *auth. de relict. & ea, quæ parit §. fin.* ne plus faueatur luxuriæ: ita idem de vito sentiendum est, in quo eadem prorsus ratio militat. Nec obstat grauius delictum esse vitam viduæ inhonestam, quam viduitatem atque illam esse multo grauiorem iniuriam. Quod licet hoc absolute & in se verum sit: at leges non absolute loquuntur, sed per comparationem ad secundas nuptias, id est, eo quod non debet esse melioris conditionis luxuria, quam castitas. Quæ ratio prorsus æque militat in vito fornicanti, quamuis absolutè & in se eius delictum leuius sit. Sed *Pinellus. l. vlt. num. 19. C. de bonis mater.* tenet contrarium in viro. Quia quamuis ratio illa, ne plus tribuatur luxuriæ, quam castitati, æquè militet in vito viduo fornicanti. At ex alia parte est longe diuersa ratio. Quod mater ob feminei sexus leuitatem, & imprudentiam, ac iudicii defectum, reddatur æquè suspecta filiis prioris matrimonii, si transeat ad secundas nuptias, ac si fornicetur, fore in vtroque euentu vt obcæcata posterioris viri amore, sit illis infensa, & similiter amore amasij, ac bona dilapidet: & propterea iura consulentia filiis statuerunt eam reseruationem, cum transit ad secundas nuptias: & cum sit eadem ratio in fornicatione, censetur in illa idem tacite dispositum. At in viro, vtpote qui maiori iudicio, & prudentia, ac stabilitate pollet, non est eadem suspicio damni filiorum, per fornicationem, ac per transitum ad secundas nuptias: & ideo dispositum in his non censetur tacite in illa dispositum. Nec mirum si in hoc euentu tribuatur magis luxuriæ, quam castitati. Quia aliunde ad id cogit ratio: qua non cogente intelligendi sunt textus decidentes non plus luxuriæ, quam castitati tribuendum.

14 Ego autem existimo cum *Antonio Gomez l. 15. Tauri, num. 16.* viduam fornicantem non priuari ea proprietate, nec teneri reseruare filiis prioris matrimonij: nedum virum. Quod etiam in femina fornicante non militet eadem suspicio, quæ fuit causa huius reseruationis, ac in secundo nupta. Ac proinde non est censendum idem tacite in vtroque euentu dispositum (vt num. præcedenti, in fine, dixi de viro.) Et non esse eandem suspicionem, inde mihi persuadeo. Quod amor mariti sit multo ardentior in femina ac stabilior, & filij ex matrimonio secundo geniti multo ardentius amentur, quam ex fornicatione habiti. Hi enim communiter exponuntur alendi, & reiiciuntur:

&

& amor mariti quotidie augetur, amasij autem sæpe tepescit. Et quamuis in foro externo non careret hęc opinio difficultate: eo quod contraria sit communis, ac tantorum Doctorum auctoritate fulcita. At in foro conscientiæ credo nullatenus esse locum huic reseruationi bonorum, ob fornicationem viduæ, donec sententia iudicis ea pœna damnetur. Quamuis dum transit ad secundas nuptias, eam sent. non desiderari dixerimus disp. præc. nu. 2. Ducor, nam fundamentum, cui innititur hæc sententia, nempe, nō tribuendum plus luxuriæ, quam castitati, procedit accedenti iudicis sententia: eo quod id in luxuriæ pœnam sit, vt satis n. 11. probauimus.

15 Vltimo deducitur, quid in ea quæst. sentiendum sit, an vidua fornicans amittat filiorum tutelam, perinde ac transiens ad secundas nuptias? DD. communiter sentiunt eam amittere. Ducuntur ex *l fin. C. quando mulier tutela offic.*, ibi: *Iuramentum autem præstat quod ad nuptias non perueniat, sed pudicitiam suam intactam conseruet.* Vbi promissio non trāseundi ād secundas nuptias & pudicitiæ intactæ cōseruandæ æquiparantur, atque vtriusque promissio exigitur à vidua tutrice filiorum futura. Sicut ergo violās promissionem priorem amittit tutelam: ita & violans posteriorem. Secundo ex ratione *textus § fin. auth. de restit. & ea quæ parit*, ne plus tribuatur luxuriæ, quam castitati: dicendo amitti tutelam per secundas nuptias, quæ castæ sunt: non autem ob fornicationem. Atque ita fere omnes Auctores docent, sed quidam videntur explicare vnum actum, dicentes viduam fornicantem amittere tutelam: alii autem loquuntur de vidua incontinenter & luxuriosè viuenti. Sed vtrosque existimo idem sentire, nimirum, deperdi per vnicam fornicationem (vt similiter num. 2. aduerti.) Quia omnes innituntur decis. *d. l. fin.* quæ pudicitiam intactam seruari postulat. Quod vel vnica fornicatione violatur. DD. ergo afferentes per fornicationem viduæ perdi tutelam, sunt *Glos. auth. Sacramentum, v. Contractu, C. quando mulier tutela officio: & ibi Salycet. n. 1. qu. 2. Specul. t. de tutore, §. Nunc dicendum, n. 2. vers. Item excipitur, Bartol. l. Si quis sub conditione n. 26. ff. de testamentaria tutela: & auth. de rest. & ea quæ parit, § fin. in fin. & auth. de nupt. § Si autem tutelam, n. 4. Baldus l. Hi solis, nu. 4. C. de reuoc. don. Alex. de Neuo c. fin. nu. 9. de secund. nupt. Ananias c. Qualiter & quando, el. 2. § Licet autem, nu. 12. de accus. Paul. l. Omnem, n. 2. C. ad Tertul. Garronis auth. Eisdem pœnis, in nona edit. n. 23. & 26. C. de secund. nupt. Guilelm. Benedict. c. Raynutius, de test. n. § Qui cum alia, n. 203. Nauar. sum. Hisp. & Lat. c. 25. n. 67. Greg. Lop. l. 3. t. Maldad. t. 12. p. 4. Villalobos in commun. opin. lit. B nu. 33. Perez. lib. 5 ordinam. t. 1. l. fin. vers. Idem dicendum erit, Azebedo lib. 5. recop. t. 1. l. 4 nu. 14.* DD. vero explicantes, si incontinenter & luxuriosè viuat, sunt *Abbas c. Vxoratus, n. 2. de conuers. coniug. Decius c. Ex parte M. in nouis edit. q. 6. n. 13. vers. In secundo casu, de appel. & ibi Schall, Sapia addit. ad Abbatem, statim in princip. Angelus de Aretio Instit. de legitima patronorum tutela, § fin. in fin. & Instit. de action. § Actiones q. 29. n. 41. Hippolyt. l. vn. n. 54. C. de sacrosanct. virg. Angel. de Gambell. tract. de test. gl. 96. nu. 13. Ioan. Lap. rubr. de don. inter vir. & vx. § 67. n. 14. Sylua nuptialis l. 2. v. Vidua non est nubendum, nu. 50. Roland. cons. 86. n. 49. vol. 2. Aules in proœmio c. Pratorum, gl. 1. n. 40. Minchaca de success. creat. l. 2. § 12. n. 39. Molina l. 1. de primog. c. 9. n. 49. Ant. Gom. l. 14. Tauri n. 13. Padilla l. Fideicommissum, nu. 8. C. de fideicomm. Pinel. l. fin. n. 8. C. de bonis mater. Anton. Gabr. tom. 3. commun. opin. l. 3. t. de secund. nupt. concl. 8. nu. 2. & concl. 9. n. 14. Surdus de aliment. t. 7. q. 24. nu. 18. Gutier. de tutel. t. p. c. 9. nu. 19. Gail. in obseruationib. l. 2. obser. 98. n. 16.* Et ex Theologis, *P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 220. col. 8. Emm. Sa in sum. v. Curator, in fin.* Imò & per solos tactus inhonestos, vt mamillarum, oscula impudica perdi tutelam, eo quod non seruetur intacta pudicitia, asseuerant *Gratus cons. 115. n. 8. volum. 1. Ant. Gab. d. concl. 8. n. 3. & d. concl. 9. n. 15. Salzedo addit. ad Bernard. Diaz, reg. 216 fin.* Et videntur sentire hi DD. omnes allegati amitti tutelam ipso iure. Cum doceant amitti, sicut per transitum ad secundas nuptias, imo multo fortius. At per illum transitum perditur ipso iure, & nulla iudicis sententia expectata (vt diximus disp. 88. nu. 10.) Atque id expresse supponunt *Angelus de Aretio, Angelus de Gambel. Hippolyt. Garronis, Ant. Gom. proximè allegati*: inferunt enim ex hac sententia fore vt multæ tutelæ expirassent, si multæ secretæ fornicationes patefierent. Supponunt ergo fornicatione admissa expirasse iam tutelam: idque ob id non mandari executioni, quod de fornicatione minimè constet. Et in propriis terminis docent ipso iure cessasse, *Iac. de Bellouiso auth. de restit. & ea quæ parit, § fin. in fin. Garronis d. authent. Eiusdem pœnis, n. 23. Nauar. sum. Lat. & Hisp. c. 25. n. 67.* vbi addit viduam hanc fornicantem peccare lethaliter retinendo tutelam. Discrepant tamen inter se aliqui ex his Doctoribus. Quippe aliqui non vniuersaliter admittunt perdi tutelam per viduæ fornicationem, sed quando ea commissa est intra annum luctus. Ita *Gl. aut. de rest. & ea quæ parit, § fin. in fin. Et ibi Angelus de Perusio in fin. & nu. 7. vers. Item pœne. Petrus de Monte acuto ibi, in fin.* Et videtur sustinere *Speculator proximè relatus*: ait enim viduam, quæ peccauit in corpus tempore anni luctus, perdere tutelam. Alij verò idem volunt, licet post annum luctus fornicetur. Sic *Bartol. cod. § final. in fin. auth. de rest. & ea quæ parit. Et ibi Iacobus de Bellouiso fin. Garronis, Roland. Perez, Azebedo proximè allegati.* Et claro sustinent cæteri cùm indistinctè loquantur.

Sed vt meam sent. explicem, nulli dubium esse potest, 16
viduum fornicantem non amittere filiorum tutelam. Quod eam non amittat, secundam vxorem ducendo: & ita nulla huius rei promissio exigitur ab ipso tutelam assumpturo. Tota autem difficultas est de vidua. Et quidem in foro externo accusatam de fornicatione, non dubito fore priuandam tutela. Quia DD. omnes, quos viderim, id sentiunt, (vt eos & non paucos retuli num. præced.) quamuis non videam textum id clarè probantem (vt statim eos expendam.) Nec sit eadem suspicio dilapidationis bonorum ob fornicationem, sicut est ob secundas nuptias (vt n. 14. probaui.) At sobolis educatione absque dubio priuanda esset, ob malos mores. Cum in matre educante honestatem morum petatt iura, (vt probaui disp. 88. nu. 16.) At non teneretur ab educatione se abstinere, donec iudex priuet, id enim nullo iure cauetur. Sed loquendo in foro conscientiæ, & ante iudicis priuantis tutelā sententiam, existimo eam non amitti per vitam luxuriosam, nedum per vnam fornicationem, aut tactus. Ducor, quod *auth. Matri & auia, C. quando mulier tutela officio*, solùm petitur à matre tutrice, vt renuntiet secundis nuptijs, & Velleiano, & *l. 4. t. 16. p. 6.* idem solum petitur, & *l. 95. tit. 18. p. 3.* proponuntur verba instrumenti, in quo mater assumit filiorum tutelam, & solùm dicitur: *La qual doña Vrraca prometio e juro à mi solano escriuano publico recibiente por el huerfano, de non se casar mientras tuuiesse sus vienes è su fijo en guarda.* Quare *l. final. cap. Quando mulier tutela officio*, dum ait: *Iuramentum autem præstet quòd ad nuptias non perueniat, sed pudicitiam suam intactam conseruet*, non videtur velle fidem seruandæ castitatis dandam esse: sed videntur ea posteriora verba intelligi iuxta priora, id est, vt seruet pudicitiam intactam à secundis nupcijs. Siquidem videmus alia iura clarè solam abstinentiam à secundis nuptijs poscentia. Et confirmatur, quia dato id statutum esse, hodie est certum solam promissionem abstinendi à nuptiis peti, vt constat ex textibus citatis, & ex praxi, de qua certior factus fui à inuisperitis doctissimis & tabellionibus. Et fortius adhuc confirmo, quia quamuis similiter exigeretur promissio pudicitiæ intactæ seruandæ, sicut abstinendi à secundis nuptijs, non deducitur ex eo textu amitti eo ipso tutelam, quod ea promissio violetur. Sed per secundas nuptias ideo ipso iure amittitur, quia est textus expressus (vt probaui disp. 88. n. 10.) At nullus est textus decidens amitti ipso iure per fornicationem. Nec obstat non esse plus tribuendum luxuriæ, quam castitati. Quia id ad fori externi pœnam spectat, quæ iudicis sententiam expostulat (vt late probaui hac disp. n. 11.) Quare concludo nullatenus peccare viduam inhonestam vitam agentem, retinendo filiorum tutelam, donec à iudice ea priuetur,

tur. Quod vel ipsa experientia testatur: nullus enim confessarius (quod audierim) negauit absolutionem viduæ fornicanti, nec omittenti tutelam. Cùm viduas in id crimen labi non rarum sit.

DISPVTATIO XCI.

An pœnæ, quas testatores in suis testamẽtis apponunt transeuntibus ad secundas nuptias, sint correctæ iure canonico: & quando ex tacita mente testatoris, vel expressa, id legatũ, perdatur à coniuge turpiter viuenti?

SVMMARIVM.

Pœnæ testamentariæ secundis nuptijs impositæ non corriguntur iure canonico. n. 1.

An eæ pœnæ obligent in foro conscientiæ ante iudicis sententiam? n. 2.

An coniux, cui vsusfructus vel aliud legatum relictum fuit cum conditione castè viuendi, vel alia, non parens conditioni teneatur restituere? n. 3.

Quid, si fornicatio sit occulta? n. 4.

Conditio excludens nuptias valida est in vtroque foro, respectu viduæ vel viri, qui prius matrimonium consummarunt, n. 5.

Instituta hæres vel legatarius sub conditione negatiua, quam cautionem debeat præstare, vt legatum capiat. Et conditione non seruata, an teneatur rem cum fructibus restituere? n. 6.

Legato facto alicui, donec fuerit vidua, aut donec casta, an teneatur, vbi non paruit conditioni, restituere fructus ante peractum? n. 7.

Quid si ponatur hæc conditio, Si vidua erit, Cum vidua erit, Si vidua manserit, Quamdiu, Quousque, vel Donec vidua manserit, Vidualiter vixerit, Viduitatem seruauerit, Statim vel illum ante vidui? Resoluitur, n. 8.

An si conditio non sit perpetua, vt Dũ erit vidua, exigatur cautio? n. 9.

An legato annuo relicto sub conditione temporanea, debeantur fructus vltimi anni, quo cessat conditio? n. 10.

An legatum sub conditione abstinendi à secundis nuptijs possit intra annum peti? n. 11.

An vsusfructus, vel alimenta relicta à viro vxori, perdantur ea secundo nupta? n. 12.

Quæ quæstiones disputanda sint, n. 13.

An legatũ sub conditione casté & honestè viuendi amittatur per transitum ad secundas nuptias? Refertur duplex sent. n. 14. & 15.

Proponitur sententia Auctoris, n. 16.

Quid si legatum sub ea conditione relinquatur à filio matri? n. 17.

Quid, si à filio viri præmortui? n. 18.

Quid, si ab aliis consanguineis vxoris? n. 19.

Quid, si ab eo, qui erat arctissima amicitia viro coniunctus? n. 20.

An coniux dicenda sit ea vxor, vel cui fit, aut cum qua matrimonium, non fuit viri relinquentis viro sub eadem conditione? n. 21.

Quid si coniux sit instituta nõ cõsummasset prius matrimonium? n. 22.

Quid, si legatum sub conditione, si lectum meum custodierit, vel, Donec custodierit? n. 23.

Quid si transeat ad tertias & vlteriores nuptias, an amittat legatum relictum ab extraneo sub conditione casta viuendi? n. 24.

An vero legatum vxori vsusfructus, quamuis transeat ad secundas nuptias, amittat illa legatum, si transeat ad vlteriores? n. 25.

Quid, si secunda nuptia repugnarent statui aut ætati viduæ? n. 26.

An mulier ex quauis alia causa effecta infamis perdat hoc legatũ? n. 27.

Quid, si mulier nubat contra iuramentum aut votũ non nubendi? n. 28.

Quid, si secunda nuptia cederent in dedecus relinquentis legatum sub conditione casti & honestè viuendi? n. 29.

Soluuntur argumenta, n. 30.

Post n. 30. inuenies alia summaria.

1 IN hac disp. quædam certiora præmittenda sunt: atque inde ad quæstiones aliquot disputandas gradum faciemus. Primò quidem præmittẽdum est, pœnas à testatoribus impositas in suis testamentis transeuntibus ad secundas nuptias, non esse iure canonico correctas. Quia *c. fin. de secund. nupt.* pœnas corrigens loquitur de pœnis legalibus. Vt constat in illis verbis: *Legalis infamiæ sustinere iacturam.* Et paulo inferius: *Cum in his præsertim seculares leges non dedignentur sacros canones imitari.* Nec est eadem ratio, quia pœnæ legales auferunt lucrum, quod ipsæ leges non deferunt. At testator aufert lucrum, quod ipsemet concedit. Et quilibet rei suæ potest conditionem honestam apponere. Qualis est hæc: honestum enim est à secundis nuptiis abstinere, *cap. fin. 31. qu. 1.* Nec iure etiam ciuili reprobatur conditio retrahens à secundis nuptiis, quando primæ sunt consummatæ, (vt nu. 5. dicemus) Et ideo docent *Garcias rubr. C. de secund. nupt. in noua edit. post 9. pœnam, nu. 22. & remedio 4. contra pœnas secundo nubentium, num. 125. & l. 1. C. cod. t. n. 133. fin. vers. Aduerte tamen, Ioan. Lup. l. 15. Tauri n. 5. iunct. n. 6. Gulielm. Benedictus c. Raimutus, de testamento, v. Qui cum alia, n. 166. fin. & n. 197. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 9. nu. 11. Ant. Cucus l. 5. inſtit. maior. t. 12. n. 190. Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 19. nu. 2. fin. Ant. Gab. tom. 3. comm. opin. l. 3. t. de secund. nupt. concl. 5. n. penult. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 3. gl. 2. nu. 14. Spino specul. testam. gl. 14. principali, n. 100.*

2 Secundò præmittendum est, quamuis regulare sit pœnam minimè obligare ante iudicis sententiam, id fallere in pœna à testatore adiecta, debetur enim statim ac incurritur, in foro conscientiæ, nulla expectata iudicis sententia aut executione. Quod ea nec vere nec propria ratione pœnæ iubeat, sed conditio sit sub qua, & non alias testator legare voluit. Quod integrum illi est efficere, *l. Ab eo, C. de fideicom.* cum similibus. Adde voluntatem testatoris omnino implendam esse. Quare sicut in aliis à testatoris dispositis non desideratur iudicis sententia, vt executioni mandentur: ita neque ad pœnam sustinẽdam. Tandem quia inter hæredem testamẽtarium, vel legatarium, ac testatorem, quidam initur contractus, Do vt des, vel do vt facias: qui firmus redditur hærede vel legatario acceptante relicta: ac proinde sicut acquiritur dominium & ius in illa, per acceptationem: ita suo se consensu obligarunt ad conditionem illam seruandam, eaque non seruata restituendum, tamquam conditione deficienti. Atque ita tenent ex Iurisperitis *Abbas c. Raynal. n. 25. de testam. Cremensis singular. 7. Syluest. v. Legatum. 2 fin. Armilla v. Pœna, num. 1. Nauar. sum. Lat. c. 23. nu. 62 statim in princ. & Hispana c. 28. addit. ad n. 67. c. 23. & vtraque sum. c. 25. nu. 65. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. n. 17. vers. Vndecimo, Mexia pragmatica pœn., concl. 6. n. 107. Azebedo lib. 2. recop. t. 1. rub. n. 28. & lib. 5. t. 1. l. 4. nu. 18. Gutier. quæst. can. l. 2. c. 5. n. 16. Cenedo collectan. 154. ad decretales, nu. 9. & 10. Zanallos in q. pract. q. 151. n. 7.* Et ex Theologis, *Caiet. sum. verb. Pœna, Sotus l. 1. de iust. q. 6. ar. 6. in solut. ad 4. Statim in princ. Castro l. 2. de lege pœnal. cap. 11. pag. penult. Palacios l. 4. de contract. cap. 5. col. 10. vers. Secus est, Medina l. 2. q. 96. a. 4. col. 13. vers. Præterea potest dissimulari, f. 878. Nieua sum. t. 104. ad fin. Valentia l. 2. disp. 7. qu. 5. punct. 6. col. 27. vers. Item intelligendum est, f. 963. Enriquez l. 13. de excomm. c. 56 nu. 2. in comment lit. VV. P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 96. fin. Emm. Sa in sum. verb. Pœna, num. 2. Salon. 2. 2. qu. 62. a. 3. controuers. 1. col. 5. vers. Ita vidua. Graffis 1. p. decis. l. 2. c. 11. nu. 57. Lud. Lop. l. 2. de contractib. c. 41. col. 3. vers. Accedit etiam, & 1. p. inſtructorii, cap. 295. col. 13. Beja in sua sum. casu 41. vers. Nihilominus tamen, Manuel t. tom. sum. 2. edit. c. 96. num. 4. Philiarc. de offic sacerd. to. 2. p. l. 6. c. 22. vers. Maritus vxorem, Vega 2. to. sum. c. 32. casu 9. & 1. tom. c. 94. casu 2. ad fin.*

3 Hinc deducitur, coniugem, cui vsusfructus vel aliud legatum relicta sunt, hac lege, vt castè viuat, teneri in conscientiæ foro vsumfructum ac legatum restituere defuncti hæredibus, si castitatem violet. Quod expressè colligitur ex *auth. Cui relictum, C. de indicta viduit.* vbi sermone habito de persona, cui relictum est sub conditione nõ transeundi ad secundas nuptias, & transijt, sic dicitur: *Contra talis nuptias res data vindicari potest, quod sic admittitur, ac si ei relictum vel ordinatum non esset.* Et ita docent *Caiet. Syluest. Castro, Nauar. vtroque loco. Couarr. Medina, Enriqu. Molina, Salon, Beja, Lud. Lop. vtroque loco, Mexia, Graffis, Manuel, Palacios, Gutier. Cenedo, Philiarc. Vega vtroque loco allegati n. præced. Azebedo l. 5. recop. t. 1. l. 4. nu. 18.* Atque idem dicendum est, si sub conditione hæres instituatur: nam vbi conditioni nõ paruerit, tenetur in vtroque foro hæreditatem restituere. Quod militent rationes nu. præced. adductæ. Et docent *Cremensis, Couar. Castro, Molina, Palacios ibi allegati.*

4 Nec refert quantumuis occulte non pareatur conditioni, sed violetur castitas. Quia cum nõ sit pœna hæc adforum externum pertinens, minime petit delictum probari posse. Item quia deficit tunc relictum ex defectu voluntatis testatoris, qui noluit legare violãti conditionem. At reuera violatur, ac proinde deficit voluntas testatoris, quamuis id occultissimam sit. Succedet ergo obligatio restituendi relicta sub ea conditione. Et ita docent *Caiet. sum.*

sum. verb. Pœna, ad fin. & ibi Armilla n.1. fin. Lara l. Si quis à liberis. §. Si quis ex his, nu.145. & seqq. & maximè *n.147. ff. de liberis agnos. Azebedo lib.5. recop.t.1.l.4.nu.19. Concdo collectan. 154. ad decret. num.9. Enriquez, Beja, Pbiliarc. Vega vtroque loco allegati num.2.* & fauent reliqui ibi citati: quia indistincte loquuntur. Vnde non est audiendus *Minchaca de succes. progressu. in præfat. l.1.n.98. ad fin.* qui singularis contra omnes, quos vidimus, sustinet contrarium. Et ducitur ex pœnarum legalium similitudine, quę minimè incurruntur, quamdiu delictum latitat. Sed diuersa est ratio, quòd hæ pertineant ad forum externum: ac iudicis sententia indigeant, qui eam ferre nequit, vbi delictum non probatur. Quare non fauet eius sententiæ *Pinel. l. vltim. n.4. C. de bonis matern.* vbi discutiens an vidua luxuriosè viuens amittat priuilegia & honores mariti, sustinet partem negantem, nisi palam inhonesta sit. Quia hæc quoque pœna est legalis, ac fori externi sententiam desiderans.

5 Tertiò præmittendum est, conditionem excludentem nuptias reiici quidem, quando is, cui imponitur, numquam matrim. iniit, aut initum minimè consummauit: secus quando semel iniit, & consummauit. Et hoc in vtroque foro procedit, (vt probaui l.1. disp.34. num.30. iuncta disp.33. n.1.) Quare in vtroque foro valebit conditio non transeundi ad secundas nuptias, viro vel vxori imposita, qui primas consummarunt, valet enim apposita non solùm viduæ, sed etiam viduo (vt cum communi probaui contra Paulum, ead. disp.34. nn.31.) Quare *Matienzo l.b. 5. recop. t.1.l.3. gloss.2. n.14.* optimè dicit, virum, cui vxor legatum reliquit, sub conditione non transeundi ad secundas nuptias, illud amittere transeundo.

6 Quartò præmittendum est, qualis cautio desideretur ad capienda legata sub his conditionibus relicta. Quoties aliquis instituitur hæres aut legatarius, sub conditione negatiua, vt si non secundò nupserit, si castitatem seruauerit, (hæc enim quamuis appareat affirmatiua, at verè est negatiua, perinde enim est, ac si fornicationem non commiserit) quia hæc conditio integrè seruari nequit ante instituti mortem, donec enim superstes est, potest illi contrauenire. ideo iure cautum est, ne hæreditatis aut legati traditio differatur, ea esse tradenda post testatoris obitum, præstante hærede vel legatario cautionem ea restituendi cum fructibus omnibus ab initio perceptis, *l. Mutiana, & l. Hæres meus, §. Qui post Mutianam, & §. Quamuis, ff. de condit. & demonstrat l. Cum filius, §. Qui Mutianam, ff. de legat. 2. l. reg. 7. titul. 4. p.6.* vbi *Greger. Lopez verb. No quisiere, & P. Molina tom.1. de iust. tract.2. disp.206. col. penul. vers. Quando aliquis*, dicunt sufficere iuramentum, quando quispiam præ paupertate fideiussori præstando non est. Et ibi vterque tractat cum *Acosta l.2. select. c.5.* quale priuilegium habeant libertas & causa pia sub prædicta conditione legata, nec cautio dari potest. Appellatur autem cautio hæc Mutiana, quia à Mutio introducta est. Quare hæres vel legatarius postea non parens conditioni tenetur restituere rem cum fructibus inde à principio perceptis. Quòd conditione non seruata fingatur retro eum legatarium vel hæredem non fuisse. Sic habetur expressè *auth. Cui relictum C. de indicta viduit.* ibi: *Quod sic admittitur, ac si ei relictum vel ordinatum non esset.* Et notant *ibi Paulus n.4. Iason. n.7. & reliqui scribentes, Molina l.2. de primog. c.12. num.21. Mantica de coniect. vlt. vol. l.11. t.19. nn.22. alter Molin. tom.1. de iust. tract.2. disp. 207. col.2. vers. Postea de iure.* & addit bene *Mantica eo nu.22.* quamuis sit annuum legatum, restituęda esse omnia percepta. Imo non solos fructus perceptos, sed etiam percipiendos tenetur hic restituere. Vt cum aliis docent *Molina eo c.12. n.21. Mantica eo. n.12.* Atque teneri etiam hunc restituere fructus, qui potuerunt percipi, tradunt *Paulus & Iason proxime relati*, quòd fingatur hunc retro fuisse prædonem, ac malæ fidei possessorē. At hoc nō ita vniuersaliter tenendum est, sed quoad forum cōscientiæ temperandū est, quando eos fructus qui percepti non sunt, verè percepisset is, cui sunt restituendi. Quia in foro animæ possessor malæ fidei non tenetur ad fructus qui percipi potuerunt, si dominus non erat percepturus, sed ad solos fructus à domino percipiendos, vt cum aliis bene docent *Angelus v. restitutio, 1. vers. Quis dicitur mala fidei possessor. Metina q.6. de restit. in solut. ad 2. Conar. reg. Peccatum, 2.p. §.6. n.4.*

Hæc tamen intellige, quando conditio negatiua est 7
perpetua: vt si non nupserit, si castitatem seruauerit: secus est, quando est conditio distributiua. Vt si alicui personæ legetur, quamdiu, vel quousq; vel donec vidua fuerit, vel castitatem seruauerit: in hoc enim euentu conditio diuiditur, ita vt si fructus perceptos dum vidua fuit, vel castitatem seruauit, non teneatur restituere, secus de perceptis postquā conditioni non paruit, imò neque si fundus esset legatus, restituet fructus perceptos eo tempore, quo conditionem impleuit. Vt colligitur ex *l. Filia. ff. de annuis legat.* & argumento ex *l. Pater Seuerinam, §. vlt. ff. de condit. & demonstrat.* & docent *Bald. l. Cum filius, §. Qui Mutianam, n.vn. & ibi Imola ad fin. ff. de legat.2. Salycet. l. fin. num.3. C. de indict. viduit. Aymon. conf.300. n.5. vers. Tertio dubitatur Ruin. conf.170. n.2. fin. vol.3. Nata conf.159. n.17. Alciatus l. Stichum, n 12. vers. Exiit marium. ff. de legat.2. & rubr. ff. solut. matrim. n.13. Mantica de coniect. vlt. vol.l.10. t.2. n.14. & l.21. t.19. n.22.*

Vtrùm autem hæc verba, Si vidua erit, vel, Cùm vidua 8
erit, Si vidua remanserit, Quamdiu, Quousque, Donec vidua remanserit, vel, Viduitatem seruauerit, vel, Vidualiter vixerit, vel, Stante vel Manente vidua, efficiant eundem sensum, & inducant conditionem perpetuam, an solùm ad tempus? consulantur *Mantica eo ti.19 à nu.17. vsque ad 28. Menochius de præsumpt. l.4. tota præsumpt. 187.* & quos ipsi allegant.

Vnde quando conditio est distributiva, vt, Donec casti- 9
tatē seruauerit, nulla opus est cautione. Quia fructus ante violationem conditionis percepti legitimè acquiruntur: percipiendos postea capiet is, qui successurus est, non impleta conditione. Quare cùm legatarius ille nil percipiat, quod restituere teneatur, non est cur cautionem præstet. Sic *Salicet l. fin. n.3. C. de indicta viduit. Ruinus conf.170. nu.2. in fin. vol.3. Mantica de coniect. vlt. vol. l.11. t.19. n. 22. ad finem.*

An autem relicto annuo legato sub hac conditione 10
temporanea, ac distributiua, debeantur fructus vltimi anni, quo cessat conditio: vt si vidua instituta sit in annuo legato donec nubat, vel dum non nubit, an dandi sint illi integri fructus illius anni, quo nubit? Discordāt DD. nam *Imola l. Cum filius, §. Qui Mutianam, nn. vn. ff. de leg. 2. & Acosta lib.2. Select. c.18. n.4.* sentiunt non deberi ei fructus eius anni, quo nupserit. Secus, (inquit Acosta) relato Signorolo, quando obiit initio anni. Quia cum tunc per ipsam non steterit, debetur integrum eius anni legatum. Sed verius est, in quocumque euentu deberi viduæ illi fructus eius anni, quo nupsit. Quod initio cuiusuis anni spectetur, an conditio extiterit, sufficiatque eam per momentum extitisse. (Vt probaui lib.1. disp 33, n.15.) Quare in legatis annuis sat est cœptum esse, vt debeatur integre legatum, *l. Filia, & l. Anobis, ff. de annuis legat.* Sic tenent *Alberic. l. Defuncta, nu.3. ff. de usufruct. & quemadmodum quis vtatur. Iason. l. Diuortio in princ. n.7. ff. solut. matrim. Signorolus conf. 66. Mantica de coniect. vlt. vol.l.10. t.2. n.14.* Quod intelligit *Mantica eo n. 14.* cum *Bartolo d. l. Anobis, & Crotto l. Nemo potest, n.54. in fin. ff. de legatis 1.* quando annuum legatum simpliciter relictum est: nam si respectu alicuius facti à legatario exequendi, debebitur quidem legatum pro quota anni parte, qua legatarius id pactum expleuit.

Quintò præmitto, legatum relictum à coniuge, vel à 11
quocumque extraneo, sub conditione non transeundi ad secundas nuptias, minimè deberi, quamuis cautio præstetur, donec elabatur annus à testatoris morte numerādus: nisi spes nuptiarū deficiat. Vt latè diximus disp 87. n.29.

Vltimò præmitto, legatum à coniuge absolutè reli- 12
ctum coniugi minimè amitti per transitum ad secundas nuptias. Quia absque conditione relictum est, ac nullo iure cauetur id amitti, nisi quando vidua intra annum luctus secundo nuberet. Atq; id iure canonico correctum esse probauimus disp.87. nu.24. Et vltra DD. statim allegandos

gandos id fatentur Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 9. nu. 11. Acosta l. Cum tale, §. Si arbitratu, limit. fin. num. 32. ff. de condit. & demonstrat. Arctin. cons. 40. num. 2. vers. Circa secundam Hippolyt. singul. 577. in fin. & l. vn. nu. 186. C. de rapt. virg. Mantica de coniect. vlt. vol. l. 10. t. 5. n. 21. Cephal. cons. 500. à nu. 14 vsque in finem, vol. 5. Azebedo lib. 5. recop. t. 1. l. 3. n. 2. Quod procedit, licet ea conditio ad tertias & vteriores nuptias transierit. Vt cum Cephalo ibid. docet Surdus de aliment. t. 7. q. 25. n. 18. De vsufructu autem & alimētis legatis est aliqualis difficultas. Quidam enim existimant ea deperdi, si transeat ad secundas nuptias. Quòd id legatum contineat tacitam conditionem, quamuis à viro non adijciatur, si mulier manserit in domo viri. Quæ conditio excludit secundas nuptias. (vt dicemus nu. 51.) Sic docent Boerius cons. 32. n. 9. vol. 2. Ferrara in sua pract. 1. de forma libelli, quo petitur dos restituta, gloss. Donec vitam col. 2. Bertachinus in suo repert. lit. V. v. Vsufructus finitur morte, vers. Vsufructus simpliciter relictus. At contrarium prorsus dicendum est. Tum, quia eam conditionē tacitè inesse nullo iure probatur. Tum etiam, quia si cætera legata non perduntur eo transitu, cur legatum vsusfructus & alimentorum, quæ sunt pleniora, ac pluribus fauoribus iure afficiuntur, perdenda sunt? Atque hanc partem non obscurè videntur sentire DD. quos nu. 48. referam, dicentes legatum hoc perdi, quando adiecta esset conditio habitandi cum filiis: quasi contrarium sentiant ea non adiecta conditione. Et in propriis terminis docent Paul. de Montepico l. Titia, §. Titia cum nuberet, q. 64 n. 164. ff. de legat. 2. Garronis rub. C. de secund. nupt. in 2. edit. n. 36 pœna 16. Ripa l. Feminæ, in princ. in noua edit. n. 56. qu. 21. C. de secund. nupt. Surdus de aliment. t. 7. q. 23. n. 6 & seq. Ant. Gab. to. 3. commun. opin. l. 3. t. 1. de secund. nupt. conf. 1. n. 43.

13 His præmissis, sex quæstiones disputandæ sunt. Prima, an legatum sub conditione castè & honestè viuēdi amittatur per transitum ad secundas nuptias? Secunda, an per vnicam fornicationem? Tertia, an per amplexus & alios tactus? Quarta, an legatum sub conditione abstinendi à secundis nuptiis, deperdatur per fornicationē, vel transitum ad secundas irritas, aut non consummatas? Quinta, an legatum sub conditione commorandi cum filiis amittatur per secundas nuptias? Vltima, legatum feminis maritandis, quibus possit dari?

14 QVÆSTIO I. An legatum relictum sub conditione castè & honestè viuendi, amittatur per transitum ad secundas nuptias. Triplex est sent. Prima tenet vxorem consequi id legatum sub ea sibi conditione relictum à viro, quamuis secundo nubat: vnde vt excludatur, debet expresse dici in legat. Dummodo vitam vidualem seruauerit. Ducitur, quòd secundæ nuptiæ sint castæ c. Nicena, d. 31. quod desūptum est ex tripart. Historia, l. 2. c. 14. vbi referunt Paphnutium sic dixisse: Honorabiles confitemur nuptias, & castitatem esse dicens. Atque Synodus eius sententiam laudauit, vt vbi refertur. Et l. Mulier, §. Cū proponeretur ff. ad SC. Trebel. ibi: Mulieru pudicitiæ congruit. Vnde D. Th. 2. 2. q. 151. a. 3. corp. docet virginitatem excludere quemcumque actum venereum, etiam licitum: castitatē autem solum illicitum. Secundò, quia imputandum est marito quòd legem suam in testamento non apertius explicuerit, dicēs, Si vitam vidualem seruarit. Iuxta ea quæ habētur l. Veteribus. ff. de pactis. Et ideo hanc amplectuntur Oldrad. quem refert ac sequitur Bartol. eo. §. Cum proponeretur, n. 5. & aut. de non eligendo secundo nubentes, §. Cum igitur, nu. 1. & l. vlt. in fin. C. de inducta vid. Abb. c. Quod à te, n. 3. inst. de cler. coni. & c. Vt clericorum nu. 5. de vita & honest. cler. Alberic. l. fin. n. vn. C. de bonis matern. Lac. de Ureto, & Rainer. (prout eos refert Ant. Gom. n. 16. allegand.) Hippol. singul. 577. Felin. c. Si cautio, nu. 40. vers. Et hinc est quod licet, de fide instru. Armil. v. Legatum, n. 34. Euer. in suo topicis, loco à vi germinationis, num. 9. vers. 17. Castillo l. 25. Tauri nu. 1. col. 3. vers. Quod est verum. Minchaca de succes. progressu, l. 3. §. 27. n. 29. vers. Et nostra sententia. Et ex Theol. P. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 207. col. 4. Lud. Lop. l. 2. de contract. c. 45. col. 2. vers. Tamen verior est Vega 2. to. sum. c. 32. casu 9. Et videtur eam tenere Emm. Sa in sum. v. Legatū. n. 43. cum hoc referat in vltimo loco. Et hæc sent. est probabilis. Limitatur tamē, nisi de testatoris voluntate, aut communi vsu loquendi habenti per ea verba excludi nuptias, aliud appareat. Sic Bartol. eo §. Cum proponeretur, n. 5. Abb. d. c. Quod à te, n. 3. Armil. & Vega proxime alleg. At dum non probatur is communis loquendi vsus, ait Bartol. d. §. Cum igitur, n. 1. standum esse prædicta sententia.

Secunda sent. sic distinguit, si testator erat doctus, qui secundis nuptiis castitatem inesse nosset, non amitteretur legatum. Secus si esset simplex, quem id latebat. Ita sustinent aliqui, quos tacito nomine refert Rosella v. Adulter, n. 6. dicens ita posse dici. 15

Tertia sent. (cui tamquā multo probabiliori adhæreo) sustinet eam conditionem appositam à viro vxori excludere secundas nuptias, atque adeò per illas amitti legatum: secus si apponatur ab extraneo nullatenus cōiuncto prioti viro, aut à parentibus, aliisve consanguineis ipsius viduæ transeuntibus ad secundas nuptias. Probatur prior pars. Quia ex personis dicta pensanda sunt l. fin. in fin. ff. de act. & oblig. Ergo cum viris sint odiosæ valde secundæ nuptiæ vxoris, (vt ostendimus disp. 89. nu. 2.) merito ac iure optimo ea verba ex mente personæ proferentis accipienda sunt de omnimoda castitate: & non de sola illa, quę secundis nuptiis inest, ac grauiter ipsi viro infesta est. Secūdo, quia voluntas testatoris tacita, ex coniecturisq; deducta habetur pro expressa, & attendenda est, l. In condition. primum loc. ff. de condit. & demonst. l. Cum acutissimi, C. de fideicom. l. pen. ff. de legat. 1. l. Fidei, §. Item si quis ff. de legat. 3. l. Cum proponeretur, in fin. & l. Qui solidum, §. 1. ff. de leg. 2. At ex odio viri ad secundas vxoris nuptias, apertè conicitur tacitam eius mentem poscentis vitam castam & honestam vxoris, esse de castitate sibi gratissima, quæ nuptias secundas excludit. Et confirm. quia licet secundæ nuptiæ sint in se castæ & honestæ, & ita vidua secundo nubens dicatur, secundùm se re hac considerata, castè & honestè viuere: at non habent eam castitatem, quæ decet virū relinquentem legatum, & quam ipsum velle præsumitur. Quare ex tacita testatoris volūtate corruit id legatum. Tertiò, quia per ea verba videtur vir velle sibi fidem seruari, ac iura prioris coniugii inuiolata persistere. At secundò nubens non dicitur fidem seruare prioti coniugi, §. Cum igitur, paulo ante vers. Sin autem, auth. de non eligendo secundo nub. ibi: Seruent inuiolatum morientium thorum. Quod optime docuit Philostrat. in vita Apollon. l. 3. asserens hanc vxorem iura coniugii violare. Ad quod probandum plura alia adducit Trentacinq. l. Boues, §. Hoc sermone. in princ. num. 146. & seq. ff. de verb. signif. Tandem partem hanc probant aliæ rationes, quas nu. 33. afferam, ad probandum aliud simile. Posteriorem autem partem probant rationes priotis sententiæ relatæ nume. 14. Quia secundæ nuptiæ non sunt in se impudicæ, sed castæ & honestæ: ac proinde ex vi illorum verborum nō excluduntur: nec etiam ex tacita voluntate testatoris, quia cōsanguinei viduæ non offenduntur ex secundis eius nuptiis, imò gratæ illis sunt, ne dedecore afficiantur turpi viduæ vita: & vt parentela dilatetur. Et ideo hanc sent. sustinent Baldus l. Cum filius, §. Qui Mutianam, n. vnico. ff. de legat. 2. & l. Deo nobis, in princip. n. 9. C. de epis. & cleric. & l. vn. n. 15. C. de raptu virgin. & l. fin. num. 4. C. de indicta viduit. Et ibi Albericus num. 8. dicens sic consuetudine seruari. Salycetus ibi num. 5. Iason. nu. 32. Corneus n. 2. fin. Et idem Corneus relato Benedicto de Plumbu, l. Legem Iuliam, nu. 2. fin. C. eod. t. Paulus consil. 11. ad fin. vol. 2. & l. Mulier, §. Cum proponeretur, n. 5 ff. ad Trebel. Et ibi Angel. de Perusio num. 3. & 4. Et ibi Imola n. 5. Alexan. n. 5. 6. & 10. Idem Angelus, l. Iustitia, §. Iuris præcepta nu. 1. ff. de iust. & iure, & auth. de non elig. secundo nub. §. Cum igitur, n. 17. Idem Imola d. l. Cum filius, §. Qui Mutianam, in fin. & c. Quod à te, n. 7. de cler. coniug. vbi Anchar. n. 8. statim in princ. Felin. in proœmio decretal. §. In glossa 1. n. 7. Præpositus Nicena, num. 4. d. 31. Ant. Francisc. addit. ad Abbatem c. Vt clericorum nu. 5. de vita & honest. cler. Ripa rubr. C. de secund. nupt. num. 13. vers. Contrarium videtur verius, in nouæ edit. Garronis eadem rubr. in nouæ edit. nu. 105. pœna 68. Gulielm. Benedictus latissimè, c. Raynutius, de testam. v. Qui cum alia, à n. 171. vsque ad 210. Tiraq. l. Boues, §. Hoc sermone, in princ. nu. 149.

ff. de

ff. de verb. sign. Nicol. de Vbaldis de succeſſ. ab inteſtato, 2. p. nu. 13. verſ. Poſſet decidi etiam queſtio (habetur 8. tom. tract. p. 1.) *Berous conſ. 30. num. 4. vol. 2. Bermond. de publicis concubinar. §. Concubinam dimittat n. 8. Nicol. Fabianus in queſt. quadam de huiuſmodi legato, nu. 8.* quæ habetur tom. 9. tract. *Angelus de Gambellionibus tract. de teſtamentis, gloſſa 46. n. 1. & 2.* (habetur to. 8. tract. p. 1.) *Roſella verb. Adulterium, nu. 6. Sylueſt. verb. Legatum, 1. q. 5. nu. 9. Bertachin. in ſuo repert. lit. L. verb. Legatum vxori, verſ. Legatum vxori factum ſub conditione: & verb. Legatũ conditionale, verſ. Legatum vxori: & lit. V. verb. Vxor vſufructuaria, verſ. Vxor ſi vſufructuaria; Gomez, Arias l. 13. Tauri, num. 23. Duranus de arte teſtandi in t. 6. cautela 39. n. 4. Claud. Aquenſis l. Mulier, §. Cum proponeretur, n. 1. ff. ad Trebell. Couarr. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 9. n. vlt. Ant. Gomez l. 14. Tauri, n. 9. Greg. Lopez l. 1. verb. Omas, t. 12. p. 4. Villalobos in commun. opin. lit. V. verb. Vxor, nu. 126. Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 19. nu. 31. Lara l. Si quis à liberis, § Si quis ex his, n. 147. ff. de liber. agnoſc. Lud. Lopez 2. p. inſtruct.* vbi de matrim. *c. 41. col. 5. verſ. Denique vltimo dicitur.* Idem tenẽt loquentes in caſu quo vir diceret, Si in domo mea caſtè & honeſtè vixerit, *Rimoald. conſ. 532. nu. 10. vol. 5.* Et *Perez. lib. 5. ordin. t. 2. l. 1. ſ. 79. verſ. Quæri etiam poteſt, legatum eſt factum:* in quo caſu dicit *Mantica ea t. 19 n. 31.* abſque omni dubio vxorem amittere id legatum. Eandem tenet *Zavallos in ſuis queſt. pract. q. 151. n. 3.* & loquens de filio leganti tenet *Spino n. ſeq. allegandus.*

17 Vtraque pars huius ſent. quibuſdam modis extenditur, & aliis reſtringitur. Prior pars, nempe, vt conditio illa, Si honeſtè & caſtè vixerit, excludat ſecundas nuptias, quando apponitur à viro, extenditur vt idem dicendum ſit, quando filii legant ſuæ matri. Quod ſimiliter ex ſecundis nuptiis offendantur, ac dedecori illis ſint, (vt probaui diſp. 89. n. 2.) Atque ita extendunt *Paulus l. Mulier, §. Cum proponeretur, n. 5. ff. ad Trebel. Et ibi Imola n. 5. Alex. nu. 6. & 10. Angelus de Peruſio, n. 4. & §. Cum igitur, nu. 17. auth. de non elog. ſecundo nubentes, Propoſ. c. fin. ad fin. de ſecund. nupt. Garronis rubr. C. de ſecundis nupt, in noua edit. nu. 105. pœna 68. Angelus de Gambellionibus tract. de teſtament. gloſſ. 46. n. 2. Anton. Gomez l. 14. Tauri, n. 9. Spino ſpeculo teſtam. glo. 14 principali, nu. 94.* iuncto *n. 99.* Quod idem colligitur ex DD. n. ſeq. allegandis, qui indiſtinctè dicunt, eam conditionem à filiis appoſitam excludere ſecundas nuptias.

18 Secundò extenditur eadem prior pars, vt idem ſit, ea conditione appoſita à filiis viri præmortui. Quod iniuria parenti illata ob ſecundas nuptias, in ipſos quoque redunder. Quod ſignificant quidam indiſtinctè, dicentes amitti id legatum per ſecundas nuptias, quando conditio apponitur à filiis. Cum enim vnuerſaliter ac indiſtinctè loquantur, poſſunt intelligi de filiis coniugis tranſeuntis ad ſecundas nuptias, ac de filiis coniugis præmortui. Hi ſunt *Angelus l. Inſtitia, §. Iuris præcepta, num. 1. ff. de inſt. & iure, Præpoſit. c. Nicena, n. 4. d. 31. Nicol. de Vbaldis de ſucceſſ. ab inteſtato, num. 13. verſ. Poſſet etiam decidi, Galuchus Benedictus c. Raynutius, de teſtam. verb. Qui cum alia, n. 171. & 227. Roſella verb. Adulterium, n. 6. Syluester Legatum, 1. q. 5. nu. 9. Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 19. num. 31.* Atque in propriis terminis docent *Garronis rubr. C. de ſecund. nupt. in noua edit. num. 105. pœna 68. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 9. n. vlt. Zavallos in ſuis queſt. pract. q. 151. n. 3. Lud. Lopez 2. p. inſtruct.* vbi de matrim. *c. 41. col. 5. verſ. Denique vltimo dicitur.*

19 Tertiò extenditur eadem pars, ſi conditio illa apponatur à conſanguineis viri præmortui. Quia ipſorum aliquatenus intereſt proſpicere iniuriæ inferẽdæ per ſecundas nuptias viro præmortuo. Item, quia iis ſecundis nuptiis triſtitia afficiuntur: eo quod prioris viri memoria deleatur, atque amicitia ex affinitate cum ipſis contracta ferè ceſſet, ac extinguatur: & transferatur in poſterioris coniugis conſanguineos. Quam partem non obſcurè ſignificant DD. n. 16. allegati, dum ſolum volũt non excludi ſecundas nuptias, quando ea conditio apponitur ab extraneo, vel à cõſanguineis ipſius viduæ. Et ferè expreſſe hanc partem ſuſtinet *Couar. nu. præced. allegatus*, dum ait prædictam conditionem adiectam à patre viduæ, alióvę extraneo, qui non eſſet prioris viri conſanguineus, minimè excludere nuptias, quaſi clare ſentiat ſecus eſſe, ſi à conſanguineis viri præmortui. Et in propriis terminis tenet *Lud. Lopez n. præced. relatus.*

Quarto eandem partem extenderem, quando apponeretur conditio ab eo, qui erat arctiſſima neceſſitudine prioti viro coniunctus. Et fauent DD. nu. 16. allegati, qui dicunt à penitus extraneo, in quorum numero minimè computandum eſſe, arctiſſima neceſſitudine cõiunctum nemo dubitabit. Poteſtque id probari ex iis, quæ adduximus lib. 4. diſp. 4. num. 9. ad probandum inferri timorem viri conſtantis ex graui malo comminato perſonæ arctiſſima amicitia deiunctæ cum contrahenti: inſtar mali ipſimet comminati. 20

Vltimo extenditur, vt eadem prorſus dicenda ſint, ſi vxor, vel eius filii, aut conſanguinei, aut arctiſſima amicitia coniuncti, aut filii ipſius viri legatum relinquant viro ſub ea conditione, ſi caſtè & honeſtè vixerit: id enim amittet vir tranſiens ad ſecundas nuptias. Quia ſimiliter ii offenduntur ex ſecundis viri nuptiis, & quaſi coniunctio illa & amicitia ex prioribus nuptiis contracta tunc extinguuntur. Huius ſent. videtur *Paulus à Montepico l. Titia, §. Titia cum nuberet, n. 166. ff. de legat. 2.* vbi refecens *Paulum l. fin. C. de indicta viduit.* dicentem tranſeuntem ad ſecundas nuptias non amittere legatum relictum ab vxore ſub conditione caſtè & honeſtè viuendi, vel abſtinendi à ſecundo matrimonio: ait eſſe peregrinam deciſionem, & valde dubiam. Quare ipſe in contrariam partem inclinat, licet cogitandum relinquat. Nec obſtat ea Pauli de Caſtro doctrina, quia vult ipſe non valere conditionem abſtinendi à ſecundo matrimonio appoſitam viro, ſecus quando vxori: ac in hoc diſpares eos efficit. Quia ea differentia communiter à DD. reiicitur: ac eos pares faciunt, vt dixi n. 5. 21

Temperantur autem prædicta, niſi coniux cui legatur ſub prædicta conditione caſtè & honeſtè viuendi, minimè conſummaſſet prius matrim. tunc enim ea conditio non excluderet ſecundas nuptias. Quia conditio illa nuptiis interdicens reſpectu huiuſmodi coniugis vidui eſt nulla, & reiicitur (ut probaui lib. 1. diſp. 34. n. 29. & 30.) At in dubio ea interpretatio ſumenda eſt, ne actus corruat, *l. 3. ff. de teſtament. milit. l. Quoties, ff. de rebus dubiis.* Quod adeò verum eſt, vt clauſula teſtamenti, quæ alioquin ad omnia præcedentia non referretur, referatur tamen ex præſumpta teſtatoris mente, vbi alias diſpoſitio redderetur inutilis. Vt cum aliis probat *Menochius de præſumpt. l. 4. præſump. 180. n. 36. & ibi à n. 32.* refert alia, in quibus receditur à regulis iuris, ex præſumpta teſtatoris mente, ne diſpoſitio irritetur. 22

Similiter de iis verbis ſentiendum eſt, quando cõiux legat coniugi ſub hac cõditione, Si lectum meum cuſtodierit, vel donec cuſtodierit, per ea enim cenſentur excluſæ ſecundæ nuptiæ: ac proinde alteruter coniux ad eas tranſiens illud amittet. Quia tunc non ſeruatur inuiolatus thorus prioris viri. Vt probaui n. 16. Sic tenent *Paulus à Montepico l. Titia, §. Titia cum nuberet, q. 64. num. 165. ff. de legat. 2. Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 19. nu. 25.* Nec audiendus eſt *Albericus l. fin. num. vnico, C. de bonis matern.* vbi ait non perdi id legatum per nuptias, ſed quando illicitè violatur caſtitas. 23

Poſterior etiam pars noſtræ ſent. in quantum habet non excludi nuptias ſecundas, per conditionem caſtè, & honeſtè viuendi, quando apponitur à cõſanguineis coniugis ad illas tranſeuntis, vel ab alio extraneo, intelligitur vt ſolæ ſecundæ nuptiæ non excludantur. Quare coniux trãſiens ad tertias nuptias illud amitteret. Quia tertiæ & vlteriores nuptiæ à caſtitate deficiunt, atque incõtinentię ſignum ſunt. Sic *Paulus l. Mulier, §. Cum proponeretur, num. 5. ff. ad Trebel. Angelus ibi, n. 4. Hippolytus ſingulari 577. fine, Felinus c. Si cantio, nu. 40. verſ. Et hinc eſt quod licet, de fide inſtrum. Romanus d. l. Mulier, n. 9. Pariſius conſ. 190. num. 9. vol. 4. Syluæ nuptialis l. 2. verb. Sens non eſt nubendum, n. 35. Roſella verb. Adulterium,* 24

terium,n.6. Syluester verb. Legatum,1.q.5.n.9. Et explicat *Angelus*, quicunque sit testator. Quamuis alii id non explicent, sed indistinctè loquantur. At contrarium tenendum est. Nam iure canonico omnes nuptiæ approbantur, & honestæ sunt. Et ita sustinent *Imola d.l. Mulier.§. Cum proponeretur,n.5.& ibi Alex.n.10. Ripa rubr. C. de secund. nupt. in noua edit.nu.13. vers. Contrarium videtur verius, Guilelmus Benedict.c.Raynutius, de testam. verb. Qui cum alia,à nu.221.vsque ad n.228. Everard loco à vi geminationis nu.6.vers 17. Couar.4. decret.2.p.c.3 §.9.in fin. Ant.Gomez l.14.Tauri. in n 9.fin. Greg. Lopez l.1.verb.O mai,tit.12.p.4. Mantica de coniect. vltim.vol.l. 11.tit.19.n.12.fine.*

25 Hinc deducitur, legatum vsusfructus, vel alimentorum, relictum vxori à viro, expressa conditione, quamuis transeat ad secundas nuptias, non amitti per transitum ad tertias & vlteriores. Vt probaui hoc l. disp.89.n.54.

26 Secundò limitatur eadem posterior pars: nisi secundæ nuptiæ ita repugnarent ætati aut statui viduæ, vt merito in communi prudentium æstimatione reputarentur inhonestæ, ac eius famam denigrantes. Vt si vidua sexagenaria esset, vel assumptis iam tertii ordinis D. Francisci nuberet. Cum enim eæ nuptiæ sint honestæ: meritò ad eas transeundo, non censeretur pactum conditioni castæ & honestæ vitæ. Atque ita docent *Alexander l. Mulier, §. Cum proponeretur,n.6.& 10. ff. ad Trebell. & ibi Claud. Aquensis n.1. Guilelmus Benedictus cap. Raynutius, de testam. verb. Qui cum alia,nu.213. Mantica de coniect. vlt. volum l.11.t. 19. num.33.* dicens id esse verum, à quibuscunque personis hæc conditio apponatur.

27 Imò si mulier quacunque alia ex causa efficiatur infamis, etiam propter delictum damnata, dici non potest honestè viuere, vt id legatum consequatur. Sic *Paulus de Montepico l.Titia,§.Titia cum nuberet,nu.169.q. 68. ff. de legat. 2. Mantica cod.t.19.fine.*

28 Similiter si femina iurasset aut vouisset se à secundis nuptiis abstenturam, non dicetur castè viuere transiens ad secundas nuptias, ad obtinendum id legatum à quocunque relictum. Ita docent *Angelus auth.de restit. & ea quæ pari. §. Vnum,n.8. vers. Ibi castitate, Anton. Franciscus addit. ad Abbatem c. Vt clericorum,n.5. de vita & honest. cleric.*

29 Tandem limitatur eadem posterior pars: nisi secundæ nuptiæ cederent in dedecus relinquentis legatum sub conditione castè & honestè viuendi: tunc enim per illas perderetur. Vt si consanguinei viduæ legent illi sub ea conditione, & ipsa nubat personæ ita inferioris conditionis, vt sit dedecus totius prosapiæ. Tales enim nuptiæ repugnant votis relinquentium legatum, ac ab illis reputantur inhonestæ, tamquam totius prosapiæ illorum famam obscurantes. Sic docent *Angelus l. Iustitia, §. Iuris præcepta,n.1. ff. de iust. & iure, & l. Mulier, §. Cum proponeretur nu.4. ff. ad Trebel.* vbi *Alexand.n.6.& 10. Imola n.5. Gothofr. B. nedict. c. Raynutius, de testam. verb. Qui cum alia.n.212. Angelus d. Gambilionibus tract. de testam. glo.46.nu.1. Rosella verb. Adulterium, n.9. Syluester verb. Legatum,1.q.5.n.9.*

30 Ad argumenta contrariæ sent.n.14. proposita constat ex dictis n.16. vbi diximus eas secundas nuptias esse in se castas, non tamen consideratas relinquentis legatum conditione: & ex eius mente colligitur talibus verbis excludi secundas nuptias.

SVMMARIVM.

An legatum relictum sub conditione castè & honestè viuendi amittatur per vnicam fornicationem? Referuntur duplex, aperua, n.31.32.
Propositum sententia Auctoris,n.33.
Quid,si vxor viro leget sub predicta conditione,n.34.
An vidua fornicando id legatum amiserit, id recuperet redeundo ad meliorem frugem,n.35.
An legatum relictum feminis honestis, aut honestè viuentibus maritandis, possit dari si, quæ semel fornicata sit,n 36.
Satisfit argumento,n.37.
Petit n.37. innumera alia summaria.

QVÆSTIO II. An legatum relictum alicui sub conditione castè & honestè viuendi amittatur per vnicam fornicationem? Quidam viri docti existimarunt id legatum minime perdi, admissa vna vel altera fornicatione: sed quando femina ita passim sui corporis copiam facit, vt meritò dici possit inhonestè viuens. Ducuntur ex *§. Item lex Iulia, de adult. in vers. Eadem lege Instit. de publicis iudic.* Vbi dicitur l. Iulia etiam stupri flagitium puniri, cum quis sine vi vel virginem vel viduam honestè viuentem stupraverit. Supponit ergo feminam stupri ream honestè viuere. Secundo ex *l. Stuprum, 41. ff. de ritu nuptiar.* ibi: *Stuprum intelligitur etiam in his mulieribus esse, quæ turpiter viuerent, vulgoq; quæstum facerent.* Vbi pondera textum connectentem hæc duo, quasi posterior pars priorem explicet: ac illa turpiter viuere dicatur, quæ vulgò quæstum facit. Tertiò, quia vnicus actus non denominat quempiam bonum vel malum. Vt ex *proœmio Instit. §. Cumque,* ibi: *Quorum omnium solertiam, & legum scientiam, & circa nostras iussiones fidem, tam ex multis rerum argumentis accepimus.* Colligit *ibi Glossa marginis,* ex mente *Petri de Bellapert. & aliorum.* Et tradit *Schaff. de Medicis de reg. iuris 2 p. reg. 21. nu. 10.* Vnde in prouerbium abiit: *Vna hirundo non facit ver.* Et confirm. quia mercator non dicitur nisi qui negotiationem exercet, *l.1.§.1. ff. de trib.* Et tradunt *Bartolus in proœm. ff. veteris, nu.10. Abbas c.1. de iudicijs, n.38. & ibi Decius in 2. lectura, in nona edit. nu. 113. vers. Tertio, Anchar. c. vn. de vita & honest. cler. in 6. nu.1 post 4. notab. vers. Quæritur etiam, & ibi Dominic. n 8. Francus n.3.* Et secundò confirm. ex communi modo loquendi: nemo enim quempiam prodigum appellarit, quod semel tantum prodigè luserit aut liberalem, aut auarum ex vnico auaritiæ aut liberalitatis actu: nec dicet illū splendidè viuere, aut lautè edere, aut potare, quod semel tantum hæc fecerit. Quod non mediocre signum est, hæc omnia habitum importare, & sic ex sola actuum frequentia denominationem sumere. Tertiò principaliter probatur, quia luxuriosè viuere opponitur castè & honestè viuere: atque ita illa femina dicetur non castè & honestè viuens, quæ luxuriosè viuit. At non dicitur luxuriosè viuere, quæ semel aut ter rū fornicatur, sed quæ fornicationis vitio assuefacta est, (vt ex multis probaui disp. præced. n. 8. Et confirmatur, quia filia exhæredari nequit ob vnam vel alteram fornicationem: eo quod textus petant luxuriosam vitam, (pro vt probaui lib. 4. disp 24. num. 6.) & tradit latè *Surdus de alimen. t. 7. q 4. num. 31. & 33.* Tandem, quia cum *l. 9. t. 1 lib. 3 fori.* sic dicat, *Si despues de la muerte de su marido non fiziere buena vida, pierda todo quanto le dexo.* Et tamen *Acosta c. Si pater de testam. in 6. 1 p. verb. Legauit, nu. 41. vers. Ex quibus omnibus, & Barbosa l. 2. p 1. in princip. n. 68. ff. soluto matrim.* aiunt prædictam legem loqui in vidua, quæ bonam vitam non agit: & proinde in ea, quæ habitum malè viuendi contraxit, & stupra more meretricio admittit. Ergo inhonestè & non castè viuere habitum fornicandi petit: ac subinde non contraueniretur conditioni castæ & honestæ vitæ, vt amittatur legatum sub illa relictum, per vnam vel alteram fornicationem. Huius sent. videtur *Azebedo lib. 5. recop. t. 1. l. 4. n. 19.* vbi dicit non sufficere vnicum viduæ stuprum: & quamuis non satis explicet, an loquatur in solo casu, *l. 5. t. 9. eiusd. l. 5.* petentis luxuriosam vitam viduæ, vt amittat lucra constante matrimonio acquisita: an etiam in omnibus casibus quos præmiserat ac immediatè *n. 18.* dixerat luxuriosè viuentem teneri in conscientia restituere legatum à viro sub conditione castæ & honestè viuendi relictum: & ita videtur etiam in eo casu intelligerè, nō contraueniri conditioni per vnicam fornicationem.

Alius verò placet eiusmodi conditioni non pareri vnica 32
fornicatione admissa, atque ita amitti in vtroque foro id legatum. Ducuntur primò, quia nomina verbalia delictū importantia, vnico contenta sunt actu. Vt præuaricator, calumniator, raptor, spoliator, fractor. *l. Athletas, §. Præuaricator. ff. de his qui not. antur infamia. l. Quis sit fugitiuus, ff. de edil. edicto, c. penult. & c. fin. de rapt.* Et docent *Bart in proœm. ff. veteris, n.10. Abbas c.1.n.38. de iudicijs, & ibi Decius in 2. lectura, in noua edit. n.112. Domin c.1. de vita & honest. cler. in 6. nu.8. & ibi Franc. nu.3. Acosta c. Si pater, de testam. in 6. 1 p. verb. Legauit.*

sit,n.39. & solum excipiunt delictum etronis, & plagii, *Bartolus & Abbas ibidem.* At caste & honeste viuens est nomẽ verbale: dicetur ergo non caste & honeste viués,cõmittens vnicam fornicationem. Et cõfirmatur,quia *Dominic. & Francus ibid.* eam differentiam constituunt inter nomina verbalia significantia officium vel artem, siue actum voluntarium & licitum: & verbalia importantia delictum, vt illa exercitium petant: hæc autem vnicum actum. Cum ergo inhoneste & impudicè viuens sit nomen verbale delicti,vnum actum solum petet: atque ita per vnicam fornicationem violabitur conditio in legato petita. Secundo,quia *D.Greg.l.1.epist.epist.42.in fine,*& refertur *c.1.d.28.* sic ait: *Nullum facere subdiaconum præsumant Episcopi,nisi qui se victurum caste promiserit.* Et *Conc.Toletanum 4.c.26.*& infertur,*c. Quando,eadem d.* sermonem habens de presbyteris & diaconis,qui parochiis præficiendi sunt,sic ait:*Oportet eos primum professionem facere, vt caste & honeste viuant.* At constat omnes hos votum id violare vnica fornicatione. Et confirm. quia in nonnullis religionibus hac sola forma emittitur professio trium votorum substantialium,Promitto me victurum iuxta talem regulam. Et si quis voueret se caste victurum, vbi de vouentis intentione nil constaret, sed ex solis promissionis verbis res hæc iudicanda esset,reus esset voti semel forniceans: sicut & illi professi suæ professionis violatores existerent,vnico inobedientiæ, luxuriæ, proprietatis, actu commisso. Tertiò,quia DD.confundunt hæc, viduam luxuriosè & inhoneste viuere, ac stuprum committere, vt incurrat pœnas secundò nubentibus impositas. Et ita nunc dicũt eas incurrere viduam luxuriosè viuentem: nunc autem viduam stupri ream: hæc duo pro eodem reputantes,(vt aduertimus disp.præced.n.2. & cum textus eodem nu.2. allegati manifeste loquantur de vnica viduæ fornicatione,vt ea subdatur pœnis nubẽtium intra annum luctus (vt ibi probauimus) plerique ibi relati agentes de vidua incurrenti eas pœnas, vtuntur hoc termino, vidua luxuriosè & turpiter viuens. Communis ergo loquendi modus habet,idem reputari,inhoneste & turpiter viuere, ac in vitium carnis vel semel labi. Et confirm. quia cum *l.fin. C. quando mulier tutelæ officio,*dicatur, vt vidua futura filiorum tutrix promittat se intactam pudicitiam conseruaturam,multi Doctores,quos retuli disp. præcedenti n.15. dicunt relato illo textu, viduam hanc turpiter & impudice viuentem perdere tutelam. Quod contraueniat promissioni secundæ intactæ pudicitiæ per illum textum petitæ:quasi sentientes idem esse, impudice viuere, & non seruare intactam pudicitiam: quod sonat vnicum actum. Imo DD.ibi allegati cõfundunt,impudice viuere, & fornicationem admittere,(vt eo num.15.aduerti.) Quartò, quia leges puniunt vnicum fornicationis viduæ actum: atque ita vidua semel fornicans intra annum luctus,perdit omnia à viro sibi liberaliter relicta, (vt diximus disp. præced.n.2. Et quamuis verior sententia habeat, ea non perdere,si post illum annum fornicetur: at aliqui contrarium probabiliter tenent,(vt ibidem retuli num. 4. & 6.) Si ergo dispositio & poena legalis vno actu cõtenta sunt: à fortiori pactum conditionale testatoris, legantis sub conditione vitæ honestæ & castæ, vnica fornicatione frangetur. Et confirmatur, quia in dubio testatoris verba iuxta legum dispositionem accipienda sunt. Vt multis citatis probat *Mantica de coniect. vlt.vol.l.5.t.4.n.16.* Quintò, quia multi DD. non pœnitendi censent viduam semel fornicantem amittere dotem (vt retuli disp.præced.n.9.) idque est probabile: quamuis ac probabilius secuti simus ibi oppositum. Si ergo dos, quæ proprium vxoris patrimonium est,nec ex viri substantia profecta est,nec apposita est conditio castitatis seruandæ, perditur vnico actu: nedum idem dicendum erit de legato ex mariti bonis relicto sub ea conditione. Sexto, quia cum *l.5.t.9.lib.5. nouæ recop.reg.* decidat viduam luxuriosè viuentem amittere medietatem lucrorum, aliqui censent satis esse vnicum luxuriæ actum(vt retuli disp. præced.n.8.) Septimò, quia viduam caste & honeste viuere, nil aliud est, quam esse castam & pudicam,seu castitatem seruare. At talis desinet esse semel fornicans, nec vere castitatem seruat. Vt probat *Castillo l.52.Tauri,num. 21.vers. Non enim dicitur.* Octauò, ex *l.Si vxor,13.§.Iudex adulterii ff.ad l.Iul. de adult.* vbi decidit iudicem adulterii inquirere debere, num maritus de eo vxorem accusans, viuẽs pudice auctor fuerit mulieri bonos mores colendi: & subditur ea ratio, quod periniquum sit, vt pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat. Vbi *Glossa verb. Non exhibeat* inquit, committendo lenocinium. Ergo vir semel committẽs lenocinium dicitur non caste viuens: is enim caret potestate vxorem adulteram accusandi. Nonò, quia *l.9. t.11.lib.2.nouæ recop.reg.* decidit viduam gaudere nobilitate viri:& subditur, *Si mantuuerit castidad,* quod perinde est,ac dicere,si caste vixerit. At constat ea priuilegia vel vnica fornicatione perdi. Decimo,quia lib.6.disp.27.n.3. ex Baldo & aliis retuli, donationem factam à viro vxori, præsumi in præmium pudicitiæ esse. Ergo pudicitia non seruata, quod per vnum actum fit, cessat quæ cessante causa, eo vel maxime quod adiecta sit clausula petens castitatem. Tandem, quia *auth. de non eligendo secundo nubentes,§.Cùm igitur,* quasi explicans textus, quid sit caste viuere, sic ait: *Quoniam non licet legaliter caste viuere, contra leges luxurientur.* Vbi *Glossa,verb.Non licet,*sic explicat, id est, non possunt caste viuere fœminæ,quæ contra leges luxuriantur. At luxuriari, seu mulierem esse luxuriosam; distat à viuere luxuriosè: quod illud in vnico luxuriæ actu verificetur.hoc autem in sola frequentia. Vt bene tradit *Acosta c.Si pater,de testam.in 6.1.9.verb.Legauit, n.40.* Ergo non dicitur caste & honeste viuens vidua semel fornicans, ac proinde legatum sub ea conditione relictum amittet. Atque alias rationes afferam numero sequenti id probantes,specialiter de marito legante. Atque ideo huius sent. videntur expresse *Baldus l.penult.in princ.nu.vn.ff. de excusat. tutorum,* vbi loquens de legato relicto à viro vxori, dicit id perdi, si vidua stuprum committat. Et *Præpositus cap. Nicena,n.4.d.31.* vbi explicans eam conditionem appositam à viro vel filiis,si caste & honeste vidua vixerit,ait intelligi,id est,si alteri non nupserit, vel corpus suum aliter non corruperit. Et *Tasson l fin.nu.31.vers.In vltima parte, C.de indict.viduit.* loquens in legato,de quo agit *Glossa fin.ibi,* nimirum relicto à viro sub ea conditione, ait viduam obtenturam id legatum, donec perseuerauerit in castitate. At non dicitur in castitate perseuerãs, quando semel fornicatur. Et expressius *Berous cons.30.n.2.vol.2.* vbi dicit hãc conditionem,Si honeste & caste vixerit,deficere, ex quo semel caste & honeste desiit vidua viuere. Et *Angelus de Gambellionibus tract.de testamentis gloss.46. n.5.* explicat eam conditionem de vnico actu, ait enim, *Licet non dicat testator,si caste & honeste vixerit, perdit legatum, si ipsa inhoneſtã vitam ducat. Vt quia concubuit cum seculari.* Et *Zephalus consil. 500.nu.39.vol.4.* vbi hæc ait; *Non reuocatur legatum absolute relictum vxori per secundas nuptias secus si ducat vitam inhonestam.Vt quia cubat cum aliquo.* Ecce qualiter vterque eam conditionem de vnico actu explicat. Idem videtur sentire *Gulielm.Benedictus,c.Raynutius,de testam.verb.Qui cum alia, n.228.* Vbi ait vxorem perdere legatum sub ea conditione relictum fornicando & meretricando. Et subdit hanc rationem his verbis: *Quia tunc ob fornicationem vel adulterium inhoneste viuendo perderet.* Ecce qualiter coniunxit,fornicãdo & meretricando, quasi sentiens idem esse vtrumque quoad hunc effectum. Et postea fornicari vel adulterari, quæ vnicum actum important, appellauit inhoneste viuere. Et fere expresse idem sentit *Bertachin. in suo repert.lit. V.verb.Vxor vsufructuaria,vers. Vxor vsufructuaria donec caste,* vbi hæc dicit: *Perdit legatum committendo stuprum, licet postea caste viuat.* Et eiusdem sententiæ videtur *Nata consil.473. in fine,* vbi dicit honeste dici viduam viuere, quæ non passim copiam sui corporis facit, quod alia, remoto crimine quod sibi tunc obiicitur. Sentit ergo non dici talem quoad eam vnicam fornicationem tunc sibi obic-

obiectam ad amittendum legatum. Et *Rosella verb. Adulterium, n. 6. & Syluester verb. Legatum, 1. quæst. 5. n. 9.* dicunt non esse sentiendum idem de conditione, si caste & honeste vixerit, apposita à viro vxori, vel ab extraneo, ad perdendum legatum per transitum ad secundas nuptias: perdet enim illud: quando apponitur à viro, secus quando ab extraneo: subdit tamen vterque in vtroque casu viduam perdere, si corpus suum corruperit. Et expressius idem *Syluester verb. Legatum, 2. sine*, vbi expresse dicit vxorem, cui vir legauit sub conditione, Si caste vixerit, non posse tuta conscientia retinere legatum, si fornicetur. Et idem videtur sentire *Caietanus summa verb. Pœna, ad finem*, vbi ait adueniente casu castitatis amissæ perdere vxorem hoc legatum sub dicta conditione relictum. Et *Couarr. 4. decret. 2. p. cap. 6. §. 8. num. 17. vers. Vndecimo, & taxa panis, conclus. 6. n. 107.* & *Conedo collectan. 154. ad decretales, n. 9. & 10.* dicunt teneri hanc restituere legatum, ex quo castitatem non seruauit. Quod vnicum actum importat. Et expressius *Nauar. sum. lat. c. 23. n. 62. statim in princ. & sum. hisp. ca. 28. addit. ad n. 67. c. 23.* & *Enriquez l. 13. de excommun. c. 56. num. 2. in comment. lit. VV. & Philiarcus de officio sacerd. tom. 2. p. 2. l. 6. c. 22.* dicunt enim vxorem perdere hoc legatum, si realiter fornicetur. Et idem *Nauar. vtraque sum. c. 25. n. 65.* dicit perdere, si stuprum admittat. Idem videntur clarè sentire DD. quos nu. 38. referam, dicentes per solos tactus inhonestos id legatum amitti. Et in propriis terminis tenent hanc sententiam *Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. t. 19. num. 35.* vbi ait mulierem copulam carnalem patientem non dici caste & honestè viuere ad consequendum legatum caste & honestè viuenti relictum. Nam licet quoad alia possit dici honestè viuere, dum non passim copiam sui corporis facit: secus quoad legatum. Et *Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 188. n. 12.* vbi ait viduam semel inhonestè agentem priuari legato relicto sub conditione, caste & honestè viuendi: nec postea recuperare redeuntem ad frugem meliorem. Et vterque de legato in genere sub ea conditione relicto loquitur. Et loquentes de legato relicto à viro sub ea conditione, tenent expresse *Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 29. colum. 13. & Vega 2. tom. sum. ca. 32. casu 9. & 1. tom. c. 94. casu 2. ad fin.*

33 At verius existimo sic distinguendum esse: Si legatum relictum sit à marito, vel eius filiis, aut filiis ipsius vxoris, aut alterutrius coniugis consanguineis, vel arctissima familiaritate coniunctis, quorum interest viduam illam omnimodam castitatem seruare: tute, qui dehonorantur per viduæ fornicationem, existimo satis esse vnicam fornicationem, vt id legatum perdatur. Et in hoc casu vera est sent. nu. præced. relata. Et ita ferè omnes DD. illius & rationes loquuntur de ea conditione à viro apposita. Secus si ab extraneo relictum sit: tunc enim desideratur ea fornicationum frequentia, vt merito ac iure optimo possit dici ciusmodi vita impudica & inhonesta. Probatur prior pars omnibus rationibus adductis num. præcedenti. Insuper probatur rationibus, quibus probaui nu. 15. & 16. per transitum ad secundas nuptias amitti legatum sub eadem conditione relictum, quando relinquitur à viro, vel ab aliis, qui ex secundis nuptiis offenduntur. Præterea, quia quamuis attenta verborum proprietate, ea verba, Caste & honestè viuere, sonent habitum, nec dicatur vita impudica & inhonesta eius viduę, quæ semel aut iterum fornicatur: (vt satis probant argumenta n. 31. adducta.) At ex mente testatoris tacita, qui grauiter ea fornicatione offenditur, colligitur apertè contrarium. Sicut eadem verba licet ex sermonis proprietate non excludant transitum ad secundas nuptias: excludunt tamen ex tacita testatoris mente, quando ea verba conditionis apponuntur à personis, quas secundæ nuptiæ offendunt: (vt num. 16. probaui.) Nec potest dici hanc intentionem tamquam sola mente retentam nil operari, nec transire in dispositionem: iuxta dicta disp. præcedenti, n. 11. Nam transit in dispositionem, eo quod colligitur ex ipsis testatoris verbis, attenta eius præsumpta mente, ob offensam quam ex fornicatione aut secundis nuptiis viduæ patitur. Et confirmatur, quia (vt num. 17. & seqq. probaui) non solum quando ea verba apponuntur à viro, excludunt ex tacita eius mente secundas nuptias, sed etiam quoties à personis, quibus illæ infestæ sunt, ac iniuriam irrogant. Ergo similiter intelligendum est, ex tacita mente testantis, frangi conditionem vnica fornicatione, quoties conditio castè viuendi adiicitur à personis, quæ dedecus & iniuriam ex ea fornicatione patiuntur. Et hinc est, quod quamuis num. 16. dixerim per eam conditionem, appositam à consanguineis ipsius vxoris, non excludi secundas nuptias: at dicendum est per eam excludi vnicam fornicationem, sicut quando à viro apponitur. Et ratio discriminis est aperta. Quod illi non offendantur transitu viduæ ad secundas nuptias: imo illum amant, vt propagetur familia, & caueatur vita eius inhonesta. At eius fornicationem valdè detestantur, vtpote, quæ in eorum dedecus redundat. Et amplius confirm. quia nullus sanæ mentis persuadere sibi poterit, virum ac cæteros, qui ex viduæ fornicatione exhonorantur, ac iniuria graui afficiuntur, dum expressa conditione petunt in legato vitam viduæ castam & honestam, solum petere ne sit meretrix. Tandem, quia à proprietate sermonis cogit quandoque recedere grauitas rei. Vt constat ex *l. Marito, 29. vers. Quæstum. ff. ad l. Iuliam, de adulter.* vbi decidit, virum, qui siue sæpius, siue semel permiserit vxoris adulterium ob receptum pretium, dici quæstum facere ex adulterio, nec à pœnis huiusmodi quæstus eximi: quamuis proprie quæstum ex adulterio facere ille solus existimandus sit, qui ob pretium patitur vxorem meretricio more adulterari. Et subdit rationem textus his verbis, *Nec enim mediocriter delinquit, qui lenocinium in vxore exercet.* Cum ergo sit grauissima viri & consanguineorum vtriusque coniugis iniuria, ea fornicatio viduæ, recedendum est à proprietate illorum verborum, Caste & honeste viuere, quæ habitum important: & dicendum est violari eam conditionem vnica fornicatione. Eo vel maxime quod ibi agebatur de pœna legali, & grauissima: hic autem de non reportando lucro legati, ex præsumpta testatoris mente. Posterior autem pars, nimirum, non perdi id legatum per vnicam fornicationem, quando conditio apponitur ab extraneo, inde persuadetur. Quod proprie non dicatur vidua inhonestam & impudicam vitam agere ob vnicam fornicationem, (vt satis probant adducta num. 31.) vnde attenta proprietate verborum conditionis, ea non violatur vnico actu. Nec sit aliquod indicium, vnde coniici possit contraria testatoris voluntas. Et huic distinctioni satis faciet *Præpositus cap. Nicena, num. 4. dist. 31.* vbi dicens legatum mulieri relictum sub conditione castæ & honestæ vitæ traducendæ non amitti transeundo ad secundas nuptias, limitat nisi conditio apponeretur à marito vel filiis: nam cum aliqualiter tales ex secundis nuptiis lædantur, dicit intelligi tunc conditionem, si alteri non nupserit, vel aliter corpus suum non corruperit. Atque ita videtur sentire esse speciale in iis, qui ex secundis nuptiis vel ex fornicatione viduæ offenduntur, vt ea conditio per tales nuptias aut per vnicam fornicationem deficiat.

Hinc infero vxore legante viro sub conditione caste 34
& honestè viuendi, non amitti id legatum ob vnicam viri fornicationem, sed quando carnis vitiis ita deditus fuerit, vt merito eius vita impudica & inhonesta appellari valeat. Et idem à fortiori dicendum erit, si à consanguineis viri vel vxoris, vel à quocunque id legatum relinquatur. Ducor, quod nec vxor nec alii ex ea viri fornicatione exhonorentur, nec nota aliqua speciali afficiantur: & ideo nil est quod à proprietate verborum cogat nos recedere. Sicut quando legatum fit sub ea conditione feminæ.

Secundo deducitur, id legatum semel perditum ob for- 35
nicationem, aut vitam inhonestam, contra cõditionem, in legato appositam, minime recuperari ad meliorem frugem

frugem redeundo. Sicut non recuperatur legatum sub conditione non nubendi relictum, aduenière viduitate. Quod cum iam vere defecerit conditio, expiratit legatum. Sic tradunt *Baldus l. penult. in princ. nu. vn. ff. de excusat. tutorum. Beroius cons. 30. nu. 2 vol. 2. Bertachin. in suo repert. lit. V. verb. Vxor vsufructuaria, vers. Vxor vsufructuaria donec caste, Menochius de præsumpt. l. 4. præsumpt. 188. n. 12. Simon de Pretis de interpret. vlt. vol. l. 1. interpret. 1. circa legata, dub. 10. num. 114.* Qui bene addit non reuiuiscere actionem ad id legatum ingrediendo religionem.

36 Tertiò deducitur, quid sentiendum sit de legato annuo relicto, vt quotannis distribuatur ad collocandas in matr. feminas honestæ vitæ, seu honestas: non explicando vt sint vigines. Videtur enim iuxta dicta n. 33. distinguendum an id legatum relinquatur cõsanguineis ex testatoris familia, an absolutè quibuscumque feminis: ut in priori casu excludatur ex præsumpta testatoris voluntate cõsanguinea semel fornicata, quamuis attenta verborum proprietate non possit ob vnicum actum appellari inhonesta aut vitæ inhonestæ: in posteriori autem, minimè: sed quando habitum inhonestè viuendi imbibit. Quod tunc proprietate verborum standum sit: cum nil occurrat, ex quo testatoris voluntas coniici possit cõtraria verborum proprietati. Sicut ratione cõsanguinitatis est in priori casu coniectura contrariæ voluntatis. Verum re attentius considerata, existimo in vtroque euentu non esse recedendum à verborum proprietate: & sic posse distribui feminæ, quamuis consanguineæ, quæ semel vel iterum fornicationem admisit. Ducor, quod id legatum non relictũ sit alicui speciali consanguineæ, vt vel sic cõiiciamus testatorem de fide iasse in ea specialem quandam honestatem & pudicitiam, prospiciendo honori suæ prosapiæ: sed consanguineis in perpetuum, quę iam vltra quartum gradum habentur vt extraneæ, nec fornicatio earum redũdat in dedecus testatoris, aut eius familiæ: atq; ita non videtur specialis castitas peti in consanguineis, præ extraneis. Adde, consanguineas in eo legato solum ius prælationis habere: nam ipsis deficientibus, est distribuendum extraneis. Et subinde cum sub eisdem verbis legatum relictum sit, non videtur maior castitas exigi in consanguineis, quam in extraneis ad id legatum obtinendum.

37 Ad argum. 1. sent. n. 31. proposita constat ex dictis n. 33. Ea enim probant attenta verborum proprietate, illa verba, caste & honeste viuere importare habitum: at ab ea recedi tur quandoq; ex coniecta testatoris mẽte. Ad 1. & confirm. ex propositis n. 32. dicta nomina verbalia, quoad affectum puniendi delictum in foro externo, vnico actu contenta esse. Quod leges vnicum delictum intendãt punire ob damnum reipublicæ inde illatum. Præterea quædam verba inueniuntur, quæ in communi concipiendi modo solum vnicum actum postulant, vt vere homicida, Sodomita, raptor virginis, quispiam dicitur, si vel semel id delictum perpetrarit: at quis dicet hominẽ mendacem, quod semel mentitus sit: aut auarum, ob vnicum auaritiæ actum: aut inhonestum, turpiterue viuentem, ob fornicationem semel admissam? Ad 2. cum sua confirm. dic, ex subiecta materia manifestam esse intentionem exigentium illam promissionem & emittentium, obligare ad omnimodam castitatem: quamuis verba propriè non illam importent: atq; ita in dubio iudicarem de vouente victutum se caste, vbi nil de eius intentione constare posset. Quia in materia voti sic communiter ea verba concipiuntur, vt plena castitas Deo offeratur. At in legatis non est ea communis conceptio, nisi coniecturæ mentis testatoris aliud suadeant. Ad 3. cum confir. dic, eos Doctores non ita sermonis proprietatem attendisse dum hæc confudãt: atq; quoad illum effectum, de quo erat sermo, verè confunduntur. Quia donatis vel legatis à viro, & tutela filiorum, ob vnicam fornicationem priuatur vidua sicut per vitam luxuriosam, (vt probauimus disp. præced. n. 2. & 15. Atque ita quando verborum proprietatem & rigorem attenderunt, constituerunt differentiam inter viuere luxuriosè & semel fornicari, vt constat ex dictis disp. præced. nu. 8.) Ad 4. dic, leges exprimere verba vnicum actum importantia: qualia non exprimuntur in prædicto legato. Præterea loquuntur de fornicatione viduæ, quæ iniuria priorem virum afficit: in quo euẽtu nos quoque fassi sumus n. 33. amitti id legatum ex coniecta testatoris mente. Ad confir. dic, verba testatoris loquentis in eodem casu legis, vt quando vir legat vxori, intelligi instar legis, atque ita de vnico actu. Præterea id est verum, quando sunt eadem verba testatoris & legis. Secus autẽ est, quando lex verbis vnicum actum importantibus vtitur: verba autem testatoris habitum indicant. Ad 5. & 6. dic, contrarium esse multo verius: vt in locis ibi allegatis probauimus. Ad 7. dic, non importare esse castam qualitercunque sed per modum habitus, cui non repugnat vnus aut alter lapsus. Ad 8. dic, nullatenus ibi sermonem esse de vita ipsius mariti pudica in se, nam quantumuis impudicitiis deditus sit, potest criminaliter vxorem de adulterio accusare. Sed tantum denegat lex actionem viro, qui leno est vxoris, turpitudini eius assensum præstans: ad quod, sicut ad cætera delicta per leges puniendа, satis est vnicus actus. Vt in solutione ad 1. diximus. Ad 9. & 10. dic, nil probare contra nostram sententiam. Quia respectu viri legantis fatemur inhonestè viuere feminam viduam semel fornicantem. Ad vltimum dic, nil ad rem facere: tantum enim est sermo ibi de secundis nuptiis impune concedendis, ne vidua incontinentiæ periculum subeat: & ita sensus est, si secundæ nuptiæ viduis interdicantur difficile caste viuent, sed in fornicationes incident. Vt explicat *ibi Gl. verb. Non licet, & verb. Viuere*: & ita non sit in verbis vis aliqua, an luxuriari importet vnicum actum, necne: & viuere caste, habitum.

SVMMARIVM.

An legatum sub conditione cast. & honesti viuendi amittatur per amplexus ac alios tactus impudicos? Refertur duplex opinio, n. 38. 39.

Proponitur sententia Auctoris, n. 40.

Post n. 40. sæpenies alia summaria.

Quæstio III. An legatum sub conditione caste & honeste viuendi amittatur à femina amplexus virorum aut tactus impudicos patienti? Quidam censent id legatum amitti. Quod non dicatur vita casta huius mulieris. Et cõfirm. quia multi DD. & non pœnitendi censent adeo hos amplexus aduersari castitati, vt præstent iustam dimottii causam, ac priuandi viduam dote, instar adulterii. Quos referam l. 10. disp. 4. n. 11. Item quia saltem si vir leget, intelligitur legatum de omnimoda castitate. (vt probauimus n. 16.) & ideo diximus ibi excludi secundas nuptias. Cum tamen hæ minus castitati repugnent, quam tactus libidinosi. Et ideo huius sent. sunt *Bald. cons. 207. n. 1. & 2 vol. 4. Angelus de Gambellion. tractatu de testam. gl. 46. n. 4. Paulus à Mõtepico. l. Tutia, §. Tutia cum nuberet, q. 64 nu. 164. ff. de legat. 2. Anton. de Prato inter consilia diuersorum Doct. ad vlt. volumen. cons. 136. n. 32. & seq. l. 1 Couar. 4. decret. 2. p. c. 7 §. 6. nu. 3. fin. Mantica de coniect. vlt. volunt. l. 11. tit. 19. nu. 34. Menoch. de præsumpt. l. 5. præsumpt. 41. n. 38. Salzedo addit. ad Bernard. Diaz reg. 216. in fin. Cenedo collect. 154. ad decret. ales, num. 9. fin. & nu. 10. Lara l. Si quis à liberis. Si quis ex his, num. 147. ff. de liberis agnosc. Graffus 1. p. decis. l. 2. c. 11. n. 58. Manuel 1. to. sum. 2. edit. cap. 99. nu. 1.* & videtur eam tenere *Emman. Sa summ. verb. Legatum, n. 43.* hanc enim sent. refert in vltimo loco. Et omnes hi DD. generaliter loquuntur, præter Manuelem loquentem de viro leganti vxori. 38

Alijs placet, id legatum non amitti fracta castitate, mẽte, verbo, vel alio actu lasciuo, præter copulam. Quia etsi tales tactus libidinosi sint contra pudicitiæ & castitati viduali, at cum non sint actus consummati in genere impudicitiæ, sed inchoati & præuii, non denominant feminam simpliciter impudicam, sed inchoatine. Insuper probari potest per ea, quæ afferam l. 10. disp. 4. n. 12. ad probãdum pœnam amissionis dotis non incurri per amplexus, & tactus impudicos, sicut per adulterium. Atque huius sententiæ est *Nauar. sum. lat. c. 32. n. 92. statim in princ. & Hisp.* 39

c.28.addit.ad n.67.cap.13. & expresse loquitur in viro legante vxori sub prædicta conditione.

40 At placet media sent. quã amplectitur *Lud.Lopez 1.p. instruct.c.293.col.13.* nimirum, id legatum non perdi per vnicum vel alium actum huiusmodi lasciuum: ob rationem traditam n.præc. in quo casu ea sententia est vera. Secus quando toties femina in hos tactus labitur, vt arbitrio boni viri possit ea femina dici impudica, ac inhoneste viuens. Et in hoc casu admitto priorem sent. relatam n.38. Nec obstat nos dixisse nu.35. id legatum à viro aut consanguineis vtriusque coniugis relictum amitti per vnam fornicationem. Quia cum illa sit actus perfectus, denominat feminam simpliciter impudicam. Et ex his constat solutio ad argumenta n.38. proposita.

SVMMARIVM.

An legatum relictum sub conditione non transeundi ad secundas nuptias amittatur per fornicationem? Refertur quædam opinio, n. 40.
Proponitur sententia Auctoris, n. 42.
An amittatur si matrimonium sit irritum, n. 43.
An per sponsalia perdatur, n. 44.
Quid, si matrimonium non sit consummatum, n. 45.
An relictum vxori à viro, si vidualem seruauerit, consequatur ea vidua religionem ingrediens, n. 46.
Post n. 46 inuenies alia summaria.

41 QVÆSTIO IV. Vtrum legatum relictum sub conditione non transeundi ad secundas nuptias, amittatur per fornicationem: aut quãdo posteriores nuptiæ irritæ sunt, aut non consummatæ? Quibusdam placet circa primam partem huius disp. id legatum perdi per fornicationem. Prob. primò, quod vidua fornicãs subdatur omnibus pœnis secundarum nuptiarum, ne plus faueatur luxuriæ, quã castitati, (vt late diximus disp. præc. n. 2 & 7.) Et confirm. quia ob hanc rationem, ne, scilicet, plus possit luxuria, quam castitas, defendunt *Boerius decis. 338. nu 12. vers. Et per quam rationem*, & multis citatis *Tiraquel. de nobilit. c. 18. n. 3. Matienzo lib. 5. recop. t. 9. l. 5. glossa 8. n. 14.* leges priuantes viduam secundo nubentem, domicilio, fauoribus, ac priuilegiis viri extendi ad viduam fornicantem. Et *Bald. l. His solu. 7. nu. 3. C. de rerum donat.* ait statutum puniens matrem transeuntem ad secunda vota, extẽdi ad committentem stuprum: eo quod hæc multo magis offendit. Secundò, quia saltem id legatum sic relictum à viro amittatur ex præsumpta ipsius mẽte: vtpote, qui omnimodam in vxore castitatem petit, n. (vt 16. probauimus.) Et ideo hanc partem sustinent *Acosta l. Cum tale, §. Si arbitratu in fin num. 25. & num. 30. ff. de condit. & demonstrat. Cencdo collectan. 135. ad decr. 1. num. 9.*

42 At probabilius reputo id legatum non perdi fornicãdo, quamuis à marito relictum sit. Quia sub prohibitione secundarum nuptiarum minime continetur fornicatio. Et licet pœnæ secundo nubentibus impositæ extendantur ad fornicantes, id procedit post iudicis sentẽtiam in fornicationis pœnam (vt probaui disp. præc. num. 11.) Non ergo vidua hæc fornicans amittet id legatum, dõnec iudicis sententia in pœnam prius detur. Quare caute *Anchar. c. Vxoratus, n. 1. de conuers. coniug.* dixit viduam hanc debere priuari legato: & non dixit eo ipso illud amittere. Secundo, quia licet maritus testans velit omnimodam in vxoris castitatem, at sub verbis prohibentibus secundas nuptias non comprehenditur omnimoda castitas. Sicut vouens se non initurum matrim. quantumcumque ad castitatem affectus sit, non tenetur ad illam ex vi huius voti. Quare volũtas ea mariti cẽsebitur sola mente retentanæ proinde non transibit in dispositionem: vtpote quæ ex verbis ipsius non deducitur. Iuxta ea, quæ notaui disp. præced. nu. 11. Vnde non est simile, quando legatum est à viro relictum vxori, sub conditione caste & honeste viuendi. Quòd ea verba ad nuptias etiam prohibendas apta sint. Vt contingit in vouente castitatem. Tandem, quia cum priuatio hæc quandam pœnæ rationem subeat, potius coarctanda quam extendenda est. Et ideo hãc partem tuentur *Nauar. sum. c. 25. num. 65. Ant. Bernard. in sua summ. cap. 18. num. 94.* Et ex dictis constat ad argumenta numero præcedenti proposita.

Circa secundam partem, nimirum, an amittatur id legatum, quando posteriores nuptiæ sunt irritæ? Partem affirmantem suadet doctrina *Bermondi de publicis concubinariis, §. De adulterio, n. 45. & seq.* vbi vxorem relictam vsufructuariam, si vitam vidualem seruauerit, dicit amittere legãtum, si nubat sacerdoti, quamuis matrimonium sit nullum. Quod non debeat plus operari incõtinentia, quam castitas, quæ in secũdis nuptiis repetitur. Et doctrina Pauli & Iasonis, quam retuli disp. 87 n. 29. in fine. Et doctrina asserens per matrim. incurri pœnas: quam retuli eadem disp. 87. n. 18. At credo in foro conscientiæ non amitti id legatum, donec iudicis sententia priuãs in pœnam accedat. Ducor, quod conditio non vere violata sit; cum reuera secundæ nuptiæ contractæ minime sint. Nec præstat impedimentum, quod de iure non fortitur effectum, *reg. Non præstat, de reg. iuris, in 6.* Et quod vitiose factum est, videtur quasi non factum, *l. Quoties, ff. qui satisdare cogantur, l. 4. §. Condemnatum. ff. de re iudicata.* Nec obstat, non plus tribuendum esse luxuriæ quam castis nuptiis. Quia hoc ad fori externi pœnam iudicis sententia indigentem pertinere diximus disp. præced. n. 11. 43

Circa ultimam disp. partem, nempe, an id legatum amittatur, si secũdæ illæ nuptiæ non sint cõsummatæ. Id certum videtur, nõ amitti per sponsalia de futuro. Quod cum tunc nõdum sit secundum matrim. initum, minime defecerit conditio adiecta legato nõ transeundi ad secũdas nuptias. Nec dispositum in matrimonio, quoad pœnam ex eo incurrendam, procedit in sponsalibus, (vt probaui l. 1. disp. 12. n. 2.) Nec obstat *l. Oratio, ff. de sponsal.* decidens dispositum in matrim. censeri quoq; in sponsalibus: & illo prohibito hæc quoque prohiberi. Quia id non procedit quoad pœnam. Nec etiam obstat proximè accingendum haberi pro accincto, *l. Si pecuniam, ff. de conditione ob causam.* Quippe id est per quandam fictionem: atque ita in solis casibus iure expressis habet locum: nec fiet extensio de similibus ad similia. Nam fictio iuris non extenditur de similibus ad similia, *l. Genero, iuncta l. Quoniam ff. de his qui notantur infamia.* Et sic tenet late probans *Beroius tom. 2. cons. 31. vol. 2. Simon de Pretis de interpret. vlt. vol. l. 1. interpr. 1. circa legata, dub. 10. n. 16.* 44

Quando vero secundũ matrim. per verba de præsenti consummatum copula nõ est: videtur id legatum amitti. Quod iam nõ sit paritum conditioni abstinẽdi à secundis nuptiis. Ar in contrarium facit, quod diximus disp. 87. n. 19. vbi probauimus per matrim. non consummatum minime incurri pœnas. Et ita sentio. Quod nondum perfectè & consummate recessum sit à testatoris voluntate. 45

Id demum obseruandum est, legatum feminæ à viro, vel à quocumq; relictum, quamdiu vitam vidualem seruauerit, non extingui femina ingrediente religionem. Quod per id spirituale cũ Christo matrim. minime cessat vita vidualis: imo plenius voluntati testatoris paritum sit. *Auth. Cui relictum, circa princ. C. de indicta viduit.* Sic *Bald. l. Deo nobis, in princ. n. 9. fin. C. de Epis. & cler. l. 1. fin. in fin. C. de indicta viduit. Guliel. Bened. c. Raynutius, de testam. verb. Quia cum alias, nu. 172. Paulus à Montepico, l. Titia, §. Titia cum nuberet, q. 65. n. 167. ff. de leg. 2. Bertachin. in suo repert. iur. l. verb. Legatum. conditionem. vers. Legatum vxori sub conditione, Cremensis singul. 142. Simon de Pretis de interpret. vlr. vol. l. 1. interpret. 1. circa legata, dub. 10. nu. 127.* bene addens deberi quoque alimenta illi à viro relicta sub ea conditione, Si vidua permanserit. 46

SVMMARIVM.

An legatum cõiugi à coniuge relictum, quamdiu cum filiis communem fuerit amittatur per secundas nuptias? Refertur opinio, n. 47.
Proponitur Auctoris sententia, n. 48.
Quid, si filius iam defunctus reuiuiscat ad secundas nuptias, n. 49.
An legatum habitationis ab olim relictum à viro vxori, ei se secundo nubenti eripiatur, n. 50.
Quid, si relictum sit diuersi status in domo viri, n. 51.
An legatum relictum alimentorum domi seruiri cum vxore testatoris perdatur, si discedat, vt se secundo nupturam, n. 52.
Solumuntur argumenta, n. 51.
Post n. 53 inuenies cætera summaria, quæ desiderantur.

QVÆSTIO

47 QVÆSTIO V. An legatum coniugi à coniuge relictũ, quamdiu cum filiis cõiugis legantis commoratus fuerit, amittatur, si cõiux superstes ad secundas nuptias migret, velitq; cum prædictis filiis habitare? Quidam asserunt id legatum non amitti. Quod transitus ille ad nuptias minime impediat pareri conditioni appositæ: ac transiens parere velit. Quod si filii renuant, ipsorum culpæ imputabitur, in eorumq; damnum cedet. Secundo prob. ex *l. Cæterum, 4. verſ. Quid ergo ſi vidua iunct. verſ. Mulier, ff. de vſu & habitatione.* nam postquam *verſ. Mulieri*, dixit *Iureſconſultus*, vsu relicto mulieri, posse eam cum marito habitare: *ſtatim, verſ. Quid ergo.* sic ait: *Quid ergo ſi vidua legatus ſit: an nuptijs cõtractu poſt vſum conſtitutum, mulier habitare cum marito poſſit? Et verum eſt poſſe eam cum viro, & poſtea nubẽte habitare.* Huius sent. videtur expresse *Gl. l. Cum tale, verb. Sententia, ff. de condit. & demonſtrat.* ait enim per hanc conditionem, si à filiis non discesserit, minime induci viduitatem. Quod idem docent *Barth. & Paulus ibi ſtatim in princip.* vbi ex prædictæ *Gloſſæ* doctrina concludunt, non eo ipso quod coniux viduus secundis nuptiis copulatur, videri eum, cui sic legatum est, à liberis discedere. *Idem Paulus l. Si vir vxori, §. Cum ver, n. 1. ff. eod. t.* Idem tenet *Imola d. l. Cum tale, in princ. nu. 1. verſ. Et per prædicta*, vnde concludit fore, vt non perdat legatum, si non staret per mulierem, vel eius virum quominus liberi secum commorarentur. Idem videtur tenere *Oldrad. conſ. 213. nu. vn.* dum vult hanc mulierem secundo nuptam, & cum posteriori viro habitantem, amittere hoc legatum: quasi sentiat secus fore, si habitaret cũ filiis, vel per eos staret. Idẽ videtur velle *Salycetus l. 1. nu. 4. C. de legatis*, vbi ait consulendum tunc esse filiis, ne matrem expellere: tunc per filios videatur stetisse: sed vt solũ maritum expellant: & tunc mater ex debito sequetur virum, ac legatum perdet: nec filiis imputari poterit matris recessus. Eandem sententiam sustinent *Angelus de Gambellionibus tract. de testam. gl. 10. n. 2.* (habetur to. 8 tract. p. 1.) *Lara l. Si quis à liberis, § Si quis ex his, n. 196. & 197 ff. de lib. agnoſc.*

48 Quamuis autem præcedens sent. sit satis probabilis, cõtrariã reputo probabiliorem, nimirum, per ea verba censeri interdictas secundas nuptias: atq; adeo viduã ad eas transeuntem amittere id legatũ. Quod filii habeant tunc iustam diuertendi à matris habitatione causam, vtpote, quæ eis suspecta est. Quare per filios non stat. Deinde, quia dũ vir relinquit alimenta vxori habitanti cum filiis, videtur filiorũ educationi prospicere. Et ideo huius sent. est *Oldradus nu. præced. relatus.* idco enim dixit habitantem cum marito quasi supponens id ita futurum, iuxta suam obligationem, ac tunc iustam recedẽdi causam esse filiis. Et ita eum intelligunt & pro hac sent. referunt *Præpoſ. & Pariſius*, quos statim referã. Eandem sustinẽt *Bald. l. 1. n. vn. C. vbi pupilli educari debeant, & l. 1. fin. C. de legatis, & ibi Angel. Iaſon ibi n. 5. Præpoſit. fin. de ſecund. nupt. & l. penult. nu. 4 verſ. Sed quid ſi relinquat, Pariſius addit ad Barthol. l. Mulier, § Cum proponeretur, addit. penult. ff. ad Trebellian. Alex addit. ad eundem Barth. l. Qui concubinam, §. Vxori, verb. Eo anno, ff. de legat. 3. Ripa l. Fœmina, in princip. in noua edit. quæſt 21. nn. 57. C. de ſecundis nup. Guilelm. Benedict. & Raynutius. de teſtam. verb. Qui cum alia, n. 170. Garronis rubr. C. de ſecund. nupt. in noua edit. pœna 15. nu. 33. Paulus de Monteſico l. Titia, §. Titia cum nuberet, n. 164. quæſtione 64 ff. de legat. 2. Vitalis de Cambatis in tractatu de clauſulis, clauſul. renuntiauit omnibus bonis paternis & maternis, §. Sed an uori alimẽtorum. Bertachin. in ſuo repertorio, litera V. verb. Vidua, verſ. Vidua legataria ſi ſtabit in domo viri. Et verb. Vxor ſecundo nubit, verſ. Vxor ſecundo nubens, Ioan. Lup. l. 15. Tauri nu. 5. & ibi Caſtillo paulo poſt princ. verſ. Idem ſi maritus, Gomez Arias l. 13. Taur. n. 1. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 3. glo. 2. nu. 18.* referens *Ferrarienſem in ſua practica, Spino ſpeculo teſtam. glo 14. principali n. 104.* Atque idem dicendum est, vxore leganti viro sub eadem conditione. Cum filiis iusta sit diuertẽdi causa ob timorem odii nouercæ. Ita *Guilelm. Benedict. Ioan. Lupus, Caſtillo, Gomez, Arias proxime allegati.*

49 Quod si tamen superstitibus filiis mater semper cum eis vita viduali seruata habitarit, non amittet id legatum, quamuis eis vita functis ad secundas transierit nuptias. Quod id legatum relictum sit cõtemplatione ipsius vxoris & liberorum, atque horum mors superueniens impedierit, ne possit stare cum eis. Nec nocet is transitus ad alias nuptias, cum solum interdictus sit coniugi superstiti, quatenus ei obstaculo erat ad habitandum cum filiis. Sic *Garronis rubr. C. de ſecund. nupt. pœna 15. n. 34. in noua edit.*

Imo legatum habitationis absolutè relictum à viro vxori, extinguitur ea secundo nubẽte. Quod per eas cesset memoria matris. Sic *Albericus*, quẽ refert ac sequitur *Greg. Lopez l. 2. verb. El eſu mug r. t. 31. p. 3. Perez lib. 5. ordin. t. 2. l 2. f. 115. pag. 1* Nec obstat *Gloſſ. Inſtit. de vſu & habit. §. Item is qui*, vbi textus ait: *Et conuenienter ſi ad mulierẽ vſus ædiũ pertineat, cum marito eas habitare liceat.* Vbi *Gloſſa verb. Cum marito*, ait præsenti, & futuro. Quia (inquit *Greg. Lopez*) intelligitur, quando id legatum nõ est relictum à marito, sed ab alio. 50

Similiter sentiendum est de legato relicto à viro vxori, dum steterit in domo ipsius viri: intelligitur enim in vita viduali: atque ita perdetur per secundas nuptias. Quod iam in viri prioris domo non censeatur perstitere. Sic *Bald. l. Voluntatis, nu. 10. C. de fideicommiſſ. Iaſon l. 1. n. 51. C. de legat. Surdus de aliment. t. 7. q. 23. n. 22.* 51

Ex his deducitur, legato relicto alicui si steterit cum vxore testatoris, deberi ea vidua transeunte ad secundas nuptias. Cum iam enim desinat vidua illa esse sub priori matrimonio, sub quo censebatur esse, ac vxor testatoris, dum viduitatem conseruabat iuxta *l. vlt. C. de bonis matrim.* iam censetur conditio impleta, nec stat per legatarium non famulari vxori testatoris. Sic per plura probat, allegatis *Alexandro & Socino, Simon. de Pretis de interpret. vlt. vol. l 1. interpret. 1. circa legata, dub. 10. n. 2.* 52

Ad argum. n. 47. proposita resp. Ad 1. constat ex dictis n. 48. Ad 2. resp. cum *Ripa l. Fœmina, in princ. in noua edit. q. 21. n. 58. C. de ſecund. nupt.* eum textum intelligi in legato habitationis facto viduæ, & sic ab alio quam à marito: quare non aduersatur nostræ sent. 53

SVMMARIVM.

An legatum feminis maritandis poſſit dari viduis ſecundo nuptiturit? Refertur quadam ſententia, n. 54.

Non poteſt dari viduis maritandis, n. 55.

Quid, ſi ex vidua prima matrimonium non conſummarit? vel illud fuerit irritum, n. 56

Quid, ſi deſierint ætate nubiles feminæ numquam nuptæ, n. 57.

An legatum vel ſtatum vxori nomine proprio, debeatur etiam ei, quam teſtator poſtea vxore priori mortua duxit, n 58.

Quid, ſi ſub nomine appellatiuo relinquatur vxori n. 59.

An alimenta legata vxori debeantur etiam illa poſteruri, n. 60.

An legatum feminis maritandis poſſit dari ei, quæ nondum eſt ætate nubili, n. 61.

An id legatum poſſit peti ante ætatem nuptijs aptam, n 62.

Legatum puellis dotis inſtar relictum an poſſit dari iam nuptis, n. 63.

Quid ſi dicatur puellis maritandis, n 64.

Quid, ſi certa puella inuitanda, & illa ſit iam maritata, n. 65.

Quid ſi conſanguineis maritandis, & quædam ſit maritata n. 66.

An legatum quidam maritandæ relictum, debeatur quoad reſiduum, quando poſtea teſtator eam minori ſumma dotauit matrim. collocauit, n 67.

An legatum feminis maritandis relictum, poſſit dari ingredientibus religionem, n 68.

QVÆSTIO vltima. Quibus possit conferri legatum maritandis feminis relictum? Et primò quidam asserunt posse conferri viduis secundo nupturis. Sic videtur docere *Gloſſa cap. Aperiant, verb. Trigamos, 31. q. 2.* vbi ait per nuptias non solas primas, sed vlteriores designari: & sic esse argumentum contra *l. Boues, §. Hoc ſermone, ff. de verb. ſignif.* Idem videtur tenere *Ripa rubr C. de ſecund. nupt. in noua edit. num. 4. & 5. verſ. Contrarium determinat*, vbi dicit recurrendum ad coniecturas voluntatis testatoris, & si ea non magis primis, quam secundis nuptijs adaptari possit, posse id legatum eiusmodi viduis dari. Vbi aperte sentit posse absolute dari, nisi coniecturæ voluntatis testatoris suadeant eum de primis solis intellexisse. Et *Decius rubr. C. de ſecund. nuptiis, num. 3.* dicit ex proprietate sermonis posse in eo legato comprehendi viduas: secus ex 54

verisimile testatoris mente. Et *Syluest. verb. Legatum, 1. q. 5. n. 9.* ait posse id legatum dari secundo nubentibus, non autem ad vlteriores nuptias transeuntibus.

55 At multo verior sent. & omnino tenenda docet, id legatum non posse conferri viduis secundo nubentibus. Quod ea testatoris verba de solis primis nuptiis intelligantur. Vt constat ex *l. Boues, §. Hoc sermone, ff. de verb. sign.* ibi: *Hoc sermone dum nupta erit, prima nuptia significantur.* Et ita hanc partem sustinent *Baldus in prooem. decret. nu. 25. Præpos. rubr. de sponsal. n. 14. Iason. l. Duobus, §. Si ei qui, n. 2. ff. de iureiur. Guliel. Bened. c. Raynutius, de testam. verb. Quis cum alia, n. 79. Garronus rubr. C. de secund. nupt. in nona edit. n. 5. Tiraquel.* multis citatis *dict. §. Hoc sermone, in princ. num. 111. Rosella verb. Adulterium. n. 6. Mantica de coniect. vlt. vol. l. 8. t. 5. n. 11.*

56 Hoc tamen temperãdum est, nisi vidua nupturæ prius matrim. minimè consummarit: tunc enim potest capere id legatum. Quod perinde sit, ac si nunquam nupsisset: vt enim bene ait *Ripa rubr. C. de secund. nupt. n. 15. vers. Sed an dicatur, in nona editione*, quamuis attento verborum rigore dicatur viduam hanc binas contraxisse nuptias: at re ius se habet, quoad effectum nuptiarum. Et ita quamuis cõditio non nubendi admittatur in vidua, *auth. Cui relictum, C. de indicta viduit.* at omnes intelligunt, quando prius matrimonium consummauit. Et ideo hanc limitationem ample ctuntur *Decius rubr. C. de secund. nupt. num. 4. Et ibi Garronus in nona edit. nu. 5.* Similiter temperarem, nisi prius matrimonium irritum fuerit. Quod ex dictis nu. 43. probari potest. Deinde, quia re vera ea non est vidua, & primas contrahit nuptias.

57 Dein temperandum est, nisi nullæ essent feminæ ætate nubiles, quibus posset id legatum impertiri: tunc enim ex verisimili testatoris mente ne opus pium differatur, potest conferri viduis. Quia (vt dicam nu. 61.) non potest id legatum dari feminæ, quæ non est ætate nubilis. Sic *Garron rubr. C. de secund. nupt. in nona edit. n. 5.*

58 Hinc infertur decisio illius quæst. An legatum relictũ à viro vxori, debeatur secundæ, quam post testamẽtum priori defuncta duxit? Quæ in re manifestum est non deberi secundæ, quãdo proprio nomine expressũ legauit primæ, vt, Lego vxori meæ Mariæ. Quod tunc apertum sit indicium affectionis ad singularem illam personã. Et ita docet alios referens *Menoch. de præsumpt. l. 4. præsumpt. 122. n. 14.* qui aliis relatis hoc limitat *nu. 15.* nisi posteriori vxori nomen prioris imposuisset. Tunc enim censeretur loco prioris subrogata, per text. *l. Filia, §. vlt. ff. de cond. & demonst.* Quia translatio nominis significat eandem affectionem, & animi beneuolentiam prioris ad posteriorem esse translatam.

59 At difficultas est, quando sub nomine appellatiuo legatum relictum est, vt, Lego vxori meæ. Quidam enim aiunt, & quidam negant deberi posteriori. Quos refert *Conar. de testam. c. Requisisti, nu. 3. & Mantica de coniect. vlt. vol. lib 8. t. 15. n. 1. & 2. & Menoch. de præsump. l. 4. præsump. 122. n. 8.* & ipse sustinet *nu. 11. & 12.* deberi posteriori vxori. Quod affectio ad eam, cui tempore testamenti testator cõiugatus erat, transferatur ad postmodum ductam: atque ita cum legatum non sit reuocatum, ei debebitur. Verum quamuis hoc sit satis probabile: at placet concordia, quam ex aliis Doctoribus referunt ac sequuntur *Conar. cod. n. 3. & Mantica nu. 3.* nempe si testator coniugatus erat tempore testamenti, intelligitur id legatum de sola vxore præsenti. Quippe testator duci potuit, ac ductus præsumitur ob specialem erga præsentem vxorem affectum, eiusque merita. Si autem tunc minime coniugatus esset, debebitur cuicumque vxori, quam tempore mortis testator habebat. Quod hic actus sit fauorabilis, cessetque coniectura illa singularis affectionis ac meritorum: ac propterea legatum intelligitur relictum ex sola generali maritali affectione: quæ in quacumque vxore locum habet.

60 Temperandum autem est, non deberi posteriori vxori, quando sub nomine appellatiuo relictum est, ac testator eo tempore solutus matrimonio erat: vt intelligatur, nisi id quod relinquitur vxori sit etiam fauorabile, quale est alimentorum legatum: tunc enim concurrente duplici fauore, scilicet vltimæ voluntatis & ipsius rei legatæ, de quacumque vxore videtur testator intellexisse. Ita *allegatis Alexan. & Socino* sustinet *Barbosa l. Diuortio, §. 8. quod in anno 10. ff. solut. matrim.*

Id etiam monuerim, legatum maritandis non posse 61
conferri nisi feminis, quę sunt ætate nubiles: nimirũ duodecim annos nactæ. Quod tunc nequeat impleri causa finalis eius dispositionis: argumẽto *l. Nec semel. §. Si inhabitat. ff. quando dies legat. ced. at.* Potest etiam hoc ex communi doctrina comprobari, quæ habet, patrono non integrum esse præsentare ad beneficia, nisi eum, qui tempore præsentationis idoneus est, ac qualitates petitas habet. Et ita docent *Bald. l. Sancimus, fin. C. de nuptiis, Garron. rubr. C. de secund. nupt. in nona edit. nu. 5.* dicens ita communiter sentire Doctores: id tamen bene limitat *Bald.* nisi legatum relictum esset pro certa persona maritanda. Et ratio discriminis est: quia vbi personæ incertæ relinquitur legatum, debet per executores persona idonea eligi: at quando persona est certa, testator eam eligens reddidit habilem ad legatum obtinendum.

Quare legatum relictum certæ maritandæ, quæ ætate non est nubilis, peti nequit ante ætatem nuptiis aptam. Quippe delideratur vrgere vel instare causam ob quam legatum relictum est. Sic *Mantica de coniect. vlt. vol. l. 11. tit. 21. n. 5.* 62

Sed dubitatur, an legatum relictum feminis maritandis possit dari iam maritatis? Et quidem si verba testatoris sic se habeant, Dentur mille ad puellas dotandas. possunt conferri iam nuptis sine dote, vel cum modica dote, quando vir ea inopia laborat, vt sustinendo matrimonii onera minimè sit. Quia adhuc subest causa pia, & necessitas oneris matrimonii sustinendi: & verè illud est dotare feminas. Ita sentiunt: *Baldus Nouellus de dote 5. p. num. 12. Ioan. Lupus c. Per vestras, de donat. inter virum & vxor. notabil 3. §. 12. n. 8.* 63

Quod si puellis maritandis legatum relictum sit, conferri nequit iam maritatæ. Quia vere illa puella non est maritanda: & ita verba legati in ea minimè verificantur. Sic *Baldus l. fin. n. 11. C. de fini. qua fiue certa quantitate. Iason l. Quemadmodum, nu. 133. vers. Quinto pro eadem parte, ff. de fideiussoribus, Bald. Nonctus & Ioan. Lupus, n. præced. allegati, Perez l. 5. ordin. t. 2. l. 1 f. 79 vers. Dubium est quotidianum.* 64

Maius dubium est, quando pro persona certa maritanda legatum relictum est: & ea tempore testamẽti erat marita? *Mantica de coniect. vlt. vol. l. 12. t. 1. num. 13.* ait si quis legarit certam quantitatem ad certam feminam maritandam, & ea viuo testatore, ac eo inscio nupserit, extingui legatũ, quasi causa eius cessante. Secus si testator nuptiarum conscius, ac potens testamentum mutare, minimè mutauit. Tũc enim præsumptio est, ipsum voluisse in eadẽ voluntate perstitere. Et refert *Paulũ cons. 254. in fin. vol. 1. & cens. 148. in fine, vol. 2. & Tiraquel. l. Si vnquam, verb. Susceperit liberos, n. 178. C. de reuocand. donat. in mea edit. est usus. 239. vers. Hoc denique spectat.* Et nullum aliud fundamentũ, cui innitantur, affert præter doctrinam *Bartoli l. Lucius, l. 3. ff. de legat. 2.* Quæ omnino extra tẽ est: ac in casu valde diuerso loquitur: nimirum, quãdo minori summa in dotem data ipsemet testator postea matrimonio eãdem puellam tradidit: tunc enim coniectura est, ipsum voluisse à priori legato recedere. Et ideo dicendum est, legatum pro certa persona maritanda deberi, quamuis ea tẽpore testamenti maritata esset: & à fortiori, si postea nubat testatore iuxta perstite, (quamuis hoc vltimum DD. non explicent: at ex ratione ipsorum aperte colligitur.) Probatur ex *l. Si iam facta, 11. ff. de condit. & demonst.* ibi: *Si vero nesciat, præsenti die debetur.* Ex qua cum multis probat *Greg. Lopez. l. 21. verb. Venit, n. 9. 4. 6.* sufficere conditionem, per verba futuri temporis conceptam, impletam esse testatore ignorante tempore, quo actus geritur. Et ex eadem colligit aliis relatis

CONAR.

Couar. c. Officij, n. 10. *de testam.* causa legati contingente, potius confirmari, quam extingui legatum. Et ratio est, quia eo legato certæ personæ facto, ductus esse videtur testator ob specialem illius affectionem: quæ cum non cesset, quamuis ipsa tunc nupserit, aut viuo & ignoranti testatore nupserit postea, non extinguitur, sed stabilitur id legatum. Atque ita docent *Baldus, Iason, Baldus Nouellus, Perez. n. præced. allegati, Hippolyt. rubr. ff. de fideiussoribus, num.* 85. *Ioan. Lup. c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor. notab.* 3. §. 20. *nu.* 6. *Tiraquel. tract. cessante causa, limitat.* 18. *fin. Sarmiento l.* 2. *select. c.* 1. *n.* 10 *Mexia l. Toleti. p.* 12. *fundam. 1. nu.* 35. *Spino spec. testam. §.* 14 *princ. n.* 151. *Zavallos in suis quæst. pract. q.* 138. *nu.* 6. & explicant *Spino & Zavallos*, quamuis ignorante testatore sit iam testamenti tempore coniugata. Id enim probat *l. Si iam falla*, cui hæc doctrina innititur. Et ita id clarè sentiunt reliqui allegati.

66 Similiter credo legatum relictum consanguineis maritandis, quamuis nequeat, conferri consanguineæ tempore testamenti coniugatæ: ob dicta n. 64. vtpote quod est relictum incertis personis: at si testatore mortuo nupsisset, existimo cum duobus Iurisperitis ex doctioribus huius regij prætorii Granatensis posse illi dari. Quod non omnino incertæ personæ relictum sit, sed quodammodo certæ, nempe, personis ex testatoris genere. Et quando nupsit, habebat iam ius aliquale ad hoc legatum, acquisitum à testatoris morte.

An verò legatum relictum certæ personæ maritandæ, 67
eodem testatore postea eam in matrim. collocante, minori summa in dotē tradita, debeatur quoad residuum? consulendi sunt *Bart. & Doctores l. Lucius, in* 1. *ff. de legat.* 2. *& ibi Peraltā n. vlt. Couar. c. Officij, n.* 9. *&* 10. *de testam. Baeza de non melior. filiab. c.* 2. *fine.*

Tandem an legatum feminis maritandis possit dari 68
ingredientibus religionem? dixi *l.* 1. *disp.* 33. *n.* 29.

DE IMPEDIMENTO impotentiæ.

DISPVTATIO XCII.

An impotentia coeundi, & qualis impediat ac dirimat matrim. subsequens?

SVMMARIVM.

Explicatur quæstio: Iex sit impotentiæ & an frigiditas detur in fœmina: & primo calor viri aliquando sit impotentia dirimentis matrimonium causa, n. 1.

Impotentia perpetua dirimit matrim. non autem temporalis, n. 2.

Quid si impotentia temporalis sit ignota alteri contrahenti? Refertur quædam sententia, n. 3.

Proponitur sententia Auctoris, n. 4.

Adi laborans impotentia temporali peccat tunc contrahens, n. 5.

Impotentia, quæ est maxima difficultas, non obstat valori matrimonij, nu. 6.

Potentia seminandi intra vas est opus ad matrimonij valorem, n. 7. & *ibi, quid si vir non mingat, sed matrix fœmina attrahat.*

Improbantur dicentes eam non peti, sed solam coeundi potentiam, n. 8.

Satis est fœmina capax sit seminis susc. p. eodi, quamuis non seminet, n. 9.

Quid. si vir solum seminis partem intra vas emittat, n. 10.

Quid. si fœmina ita arcta sit, vt nequeat semen intra vas suscipere, aut fusum; tum non retineat: vel præ latitudine aut alia morbo cognosci à viro nequeat, n. 11.

Quid. si fœmina conscia impotentia viri ad seminandum, tedat iure suo, n. 12.

Quæritur quæ causa contingat impotentia, sine ex nimio viri calore, sive ex aliqua vitiatione mulieris, dirimit matrimonium, n. 13.

Matrimonium eunuchi carentis altero solo testiculo valet, n. 14.

Quid si vterque testiculus orbatus sit? Refertur duplex sent. nu 15. & 16.

Id matrim. non valet quamvis fœmina conscia defectus fuerit, n 17.

Quid. si eunuchus daret verum semen emittens, n. 18.

An senex valde contabescat, n. 19.

Quid si ex ætate decrepita sit, n. 20.

An ratione impotentiæ possit aliquis matrimonium denegari, n. 21.

An mulier quantumuis vetula valide nubat, n 22.

Quid si senex ita sit exhaustus, vt iam sit impotens? Refertur quædam sententia, n 23.

Proponitur Auctoris sententia, n. 24.

An steriles ad matrimonium sint habiles? Refertur quædam sent. n. 25.

Sententia Auctoris, n. 26.

An valeat matrim. quando mulier nequit absque vitæ periculo parere? Refertur quædam sententia n. 27.

Proponitur sententia Auctoris, n. 28.

Quid. si fœmina mortuos filios pariat, n. 29.

Satisfit argumentis, n. 30.

1 DISPVTATIO de hoc impedimento apprime necessaria est, quod frequenter in tribunalibus Ecclesiasticis accidat, & in confessionibus occurrat: facillimumque fit circa illud aberrare, tum ob nimiam eius difficultatē: tum etiam, quia satis obscurè disputatum inuenitur. Et ideo qua claritate potuero, illud enodabo. In hoc ergo impedimēto is ordo seruabitur. Primo loco agetur qualis impotentia matrim. dirimat: vbi de impotentia naturali, absoluta vel respectiua, accidentali ratione senectutis, abscissionis testiculorum, vel maleficij. Secundo loco de impotentia, quando ab altero potente cognoscitur: & de iure, quo matrim. dirimat. Tertio loco quando matrimonium ratione impotentiæ separatum, restaurandum sit, inuento errore, ex secundis nuptiis, aut fornicatione impotentis. Vbi & qualiter lis intentanda sit contra sententiam latam, & qualiter in causa matrimonii nunquam transeat in rem iudicatam. Et num liceat diuortium ratione illius copulæ in fornicatione aut matrim. habitæ. Quarto loco quando impotentia subsequitur matrimonium: & quando dubitatur an præcedat, an potius sequatur: & qualiter tunc liceat vsus matrimonii. Quinto loco de impotentia temporali ratione ætatis puerilis, status morbi, vt de matrimonio constituti in mortis articulo. Et de matrimonio hermaphroditi. Tandem qualiter probanda sit impotentia, & de computatione triennii experientiæ potentiæ ad coeundum. Præmittendum est, quid & quotuplex sit impotētia. Est enim vitium naturale aut accidentale impediens coitum. Potest autem consurgere ex causa intrinseca naturali, vt ex viri frigiditate, aut ex fœminæ arctitudine. Frigiditas enim reddens coniugem impotentem soli viro accidit. Vt egregie docet *D. Thomas* ab vniuersis receptus 4. *d.* 34. *q. vn. art.* 2. *ad* 6. ea ductus ratione, quod mas sit agens in generatione, fœmina verò solum patiatur. At frigiditas passioni non obstat, sed soli actioni reprimens membri virilis motionem. Quare minus bene *Anton. c. fin. n.* 6. *vers. Hæc doctrina, de frigid. & malef. & ibi Præpos. n.* 5. *vers. Quæro generaliter*, aiunt posse in fœmina reperiri frigiditatem matrim. dirimentem, iura tamen illius non meminisse, quod fere impossibile sit eam probare. Vocatur autem impedimentum hoc frigiditas: cum quandoque etiam caloris excessus possit virum impotētem reddere, ac matrim. dirimere, vt dicemus n. 13. Quod auctore *D. Thoma* 4. *d.* 34. *q. vn. a.* 2. *corp.* superfluus calor vix potest esse impedimentum perpetuum. Impotentia hæc potest duplici ex capite prouenire: nēpe ex causa intrinseca & naturali, vt frigiditate in viro, aut arctatione in fœmina: aut ex causa extrinseca accidentali, vt ex maleficio, quod vtrique sexui commune est: aut ex castratione, quæ viris est peculiaris. Rursus impotentia quædam est perpetua, quædam temporalis. Deinde alia est impotentia ad copulam: alia verò ad solam generationem, quæ vocatur sterilitas. Tandem impotentia perpetua, quædam est absoluta respectu omnium: quædam verò respectiua respectu huius vel alterius similis.

Præsens ergo disputatio petit qualitatem impotentiæ 2
desideratæ, vt matrimonium subsequens irritet, quando ea est generalis respectu omnium. Quam aliquibus conclusionibus ac corollariis ex eis deductis explanabo. Prima conclusio. Impotentia perpetua ad copulam reddit irritum subsequens matrimonium: secus de temporali.

Hæc

Hæc est apud omnes certissima. Et de impotentia perpetua constat ex c.2.*de frigid. & malefic. & ex toto eo t.* Quãdo autem impotentia est tẽporalis, eam non dirimere, constat ex c.*Fraternitatis, vers. Quamuis igitur, eodem tit.* Et ratio vtriusque partis ea est: quod perpetuæ impotentiæ repugnet obligatio ad copulam coniugalem ex matrimonii contractu consurgens. Impossibilium enim nulla potest esse obligatio, *l.Impossibilium ff.de reg.iuris, & c.Nemo ad impossibile, de regul.iuris, in 6.* Secus de impotentia temporali. Qui enim in præsenti non est soluendo, cum tamen sit spes fore in futurum, potest ad soluendum obligari: cuius obligationis incapax est, qui numquam soluendo foret. Quod si obiicias, matrimonium impuberis irritum esse: cum tamen sola temporali impotentia laboret. Dic id esse peculiare in eo casu, quod ius Ecclesiasticum matri. impuberum irritarit, quamuis impotentia eorum temporalis sit. Quod in alia impotentia temporali minimè statuit. Quare existente eodem impotentiæ temporalis impedimento, ex ætatis debilitate consurgente, post pubertatem valeret vtique matrim. eo quod ius Ecclesiasticum vsque ad illam solam ætatem irritarit, vt dicemus disp.104.n.18.

3 Quidam temperant posteriorem huius conclusionis partem, vt impotentia temporalis non dirimat, quando à coniuge potenti est tempore contractus scita: secus si ipsum lateret. Ducuntur, quia *D.Tho.4.d. 36.q.vn.a 1.corp.* æquiparat impotentiam seruituti. At hæc licet temporanea dirimit, si à coniuge libero ignoretur (vt probaui hoc lib.7.disp.19.n.4.) Et confirm. quia vtraque non simpliciter, sed ad tempus actum matrimonii impediunt, imo multo magis impotentia temporalis, vtpote quæ prorsus impedit: cum seruitus solum liberum vsum impediat. Secũdò, quia ignorantia qualitatis suapte natura ad contractus finem petitæ ipsum vitiat. At huiusmodi videtur hæc impotentia: cũ ad copulam habendam, quæ matrimonij finis est, desideretur coeundi potẽtia. Huius sent. videtur clarè *Sotus 4.d.34.q.vn.a.2. colum.4. immediate ante vers. Rogas autẽm*, vbi ait impotentiam hanc temporalem non esse impedimentum necessarium, instar cognationis, sed volũtarium. Et *eo.a.col.S. vers. Postremum denique*, explicat esse impedimentum spontaneum: quia si cõtrahentes permanere velint, sunt veri coniuges. Atque ita clarè sentit si alter potens ignorarit, & nolit stare matrimonio, dirimendum esse: instat matrim. cum seruitutis ignorantia contracti. Eandem tenet *Enrique c.l. 11. de matrim.c.10.nu.vlt.* vbi ait viro impotenti ad tempus, valere matrim. si vxor impedimenti conscia cedat iure suo.

Sed nullatenus mihi placet hæc limitatio: atque ita tenendum est, eam impotentiam quantumuis ignoratam ab altero minime obstare valori matrim. Ducor, quod is error circa impotentiam temporalem non dirimat iure ecclesiastico matrim. nullum enim ius irritans reperitur: imò eius valori valde suffragantur textus de hoc impedimento loquentes, absque aliqua enim distinctione decidunt quando impotentia est temporalis, non irritari matrimonium, vt constat ex c.*Fraternitatis, de frigid. & malefic.* Nec etiam iure naturali dirimat. Quippe ea impotentia non tollit simpliciter matrimonii finem, sed secundum quid, scilicet pro aliquo tempore: ac proinde non efficit inuoluntarium simpliciter, sed secundum quid, instar erroris qualitatis. Et confirmatur, quia si hæc impotentia ignorata dirimeret iure naturali matrim. valde deficiens esset iuris canonici decisio, si in re ad mores valde necessaria, & vbi de grauissimo animarum periculo tractabatur, hoc tacito disponeret (vt disponit c.*Fraternitatis, de frigid. & malef.*) matrim. semel dissolutum ratione impotentiæ existimatæ perpetuæ, restaurandum esse, comperto impotentiam esse temporalem. Tandem, quia potentia coeundi perpetua non est de matrimonii essentia: alias impotentes ad tempus nullatenus possent contrahere. Non ergo iure naturali, nec ecclesiastico, impotẽtia temporalis ignorata dirimit matrimonium. Nec obstant in contrarium adducta nu. præcedenti. Non primum, quia *D.Thom.* de impotentia perpetua loquitur: & est in ea sententia, vt ea non dirimat matrim. nisi quando est ignorata (vt dicemus disp.97.nu.1. & ab ea recedemus ibi nu.2.) Nec est simile de errore seruitutis, & errore impotentiæ temporalis. Quia ius Pontificium irritat matrim. initum cum errore seruilis conditionis, c *2.de coniug.serv.* At non inuenitur textus irritans, quando est error impotentiæ temporalis. Et hinc patet ad confirmationem. Nec obstat etiam secundum. Quia negandum est eam qualitatem esse suapte natura ad finem matrimonii requisitam: solum enim petitur ne sit impotentia perpetua. Et ideo pro hac sententia sunt vniuersi alij Theologi & Iurisperiti, qui cum *D.Thom. 4.d.34.q.vn.a. 2.corp.* indistincte tradunt impotentiam temporalem non obstare valori matrimonij. Et in proprijs terminis docent *Petrus de Ledesma de matrim.q.58.a.1.in difficult. principali parte ante solutionem ad argum. Manuel 1.to sum. 2.edit.c.235.n.1. fine.*

Sed adhuc superest difficultas, an saltem reus alicuius culpæ sit, coitus suæ impotentiæ temporalis, si ea durante matrim. ineat? Id enim affirmant quidam, nec explicãt culpáne mortalis sit, an solavenialis. Videtur enim à recto ordine deuiare obligare se ad soluendũ eo tempore, quo impotentia soluendi adest. Sic docent *Ricard.4.d.34.a.2. q.1. Aslens.2.p sum.l.8.c.26.a.vn.q.1. Turrecr.33.q.1.in sum.a.1. n.9. Sotus 4.d.34.q.vn.a.2.col.3.in fine prima conclu.* Idque limitãt *Ricard. & Aslens.* nisi magna necessitas vel vtilitas id suadeat. Verum in contrarium viget, nullam videri culpam, si graui morbo laborans matrimonium ineat, quãuis tunc reddere debitum nequeat. Quia lex matrimonij obligat ad reddendum debitum, instar præceptorum affirmatiuorum, nimirum semper, non tamen pro semper, sed salua incolumitate personæ, & temporibus commodis. At hic potest obligari ad reddendum tempore quo fuerit potens. Deinde, quòd impotens ad tempus ad soluendum debitum pecuniarium, nullius culpæ reus est, si se ad soluendum obliget tempore quo certus est se soluendo fore. Et ideo existimo nullam esse culpam ex natura rei: at posset esse ratione deceptionis coniugis potentis, quando diu duratura esset impotentia, & non ei detegeretur. Quia esset deceptio in qualitate valde necessaria: exponeretur q. alter incontinentiæ periculo: nec ipsi posset imputari non inquisiuisse circa hoc, sicut imputatur quando de aliis viri partibus non curat certior fieri. Quia aliæ possant diligentia præmissa sciri, nec tenetur quispiam proprios defectus detegere: at defectus ille potentiæ est occultus, & de eo numquam inquiri solet. 5

Secunda conclusio. Impotentia coeundi, quæ non est vera impotentia, sed solum maxima difficultas, non dirimit matrim. vt si potest esse vera commistio, sed cum maxima difficultate, & periculo ægritudinis. Hæc conclusio est certissima: & constat ex c.*2.de coniug.leprof.* vbi decidit matrim. cum leproso esse validum. Et ex c.*Fraternitatis, de frigid. & malef.* vbi quando per incisionem absque mortis periculo factam potest mulier arcta reddi apta copulæ, definitur valere matrimonium. Et tamẽ in vtroque euentu est maxima difficultas. Et ita docet *Petrus de Ledesma de matrim.q.58.a.1.col.antepen.in solut.ad 5.* 6

Tertia concl. Ad valorem matrim. non satis est potentia vas femineum penetrandi, sed desideratur potentia seminandi intra illud: quare potẽs coire, impotẽs tamen perpetuò ad semen emittendũ in vas, vel quia nullo modo seminat, vel quia præ nimio calore, ita præpropere, vt vas expectare nequeat, est incapax matrimonij, si id vitiũ ita sit perpetuũ, vt nulla medicinæ ope tolli possit. Quia de ratione matrim. est traditio potestatis corporis ad copulã coniugalẽ. At non reputatur copula coniugalis deficiẽti semine. Coitus enim solum est via ad actum coniugalem perficiendum. Secundò, quia ad matrimonij valorem desideratur copula, per quam coniuges vna caro efficiãtur, vt constat ex c.*Laudabilem, de frigid. & malef.* ibi: *Vterque iurando dicat, quod numquam per carnis copulam vna caro effectis* 7

fectificassent: & tunc videtur quod mulier posset ad secundas nuptias convolare. Quod idem habetur ex *epist. D. Greg.* relata *c.* 2. 33. q. 1. At non fiunt coniuges vna caro absque seminatione intra vas (vt probaui lib. 2. disp. 21. n. 5.) Et ideo hanc conclusionem docet ex Theologis, *Palud. 4. d. 34. q. 2. a. 1. concl. 2. n. 8. & a. 2. concl. 3. nu. 14. & ibi Sotus q. vn. a. 2. paulo post princ. Quand. ibi, disp. vn. propos. 1. D. Antonin. 3. pte. 1. ca. 12. §. 1. & 2. fin. Ledesma 2. p. 4. q. 60. a. 1. col. antepen. Veracruz 1. p. spec. a. 38. conclus. 6. Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 8. a. 1. dub. 1. diffic. 1. Petr. de Ledesma de matrim. q. 58. a. 1. dub. 4. quod mouet circa solut. ad 4. principale, Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. punct. 3.* vbi de imped. impotentiæ, *vers. De huiusmodi impotentia, Enriquez l. 11. de matrim. c. 10. n. vlt. & l. 12. c. 7. n. 5. & c. 8. nu. 1. Toledo l. 7 sum. c. 12. n. 2. Manuel 1. 10. sum. 2. edit. c. 235. nu. 2. fin. Cañedo sum. sacram.* vbi de matrim. *ca. 5. statim in princ. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 48. conclu. 3. Vivaldus candel. sacram. 1. p.* vbi de matrim. *n 235. Iud. Lopez 2 p. instruct.* vbi de matrim *c. 52. statim in princ. notab. 1. Vega 2. to. sum. c. 34 casu 113. Hieron. Llamas methodo curat. 3. p. c. 8. §. 13. fin.* Et ex Iurisperitis, *Abbas c. 2. n. 5. de frigid. & malefic. & ibi Alex. de Neuo n. 5. Rainerius 2. p. sum. t. de matrim. c. 27. Angelus verb. Matrimonium, 3. imped. 16. nu. 3. Sylueister verb. Matrimonium, 8. q. 16. dicto 3. & 7. Rosella verb. Impedimentum, imped. 15. n. 3. & ibi Supplem. Pisanæ, imped. 15. n. 4. Rebuff. praxi benefic. reg. de disp. nsat. in gradibus prohibitis. gl. 5. nu. 49. Roland de lucro dotis, q. 184. nu. 3.* (habetur to. 9. tractat.) *Sylua nuptialis, verb. Seni non est nubendum, in l. 2. n. 12. Turrecr. 33. q. 1. in sum. a. 3. n. 13. concl. 5. Navar. sum. lat. c. 22. num. 59. Ant. Cucus l. 5. instit. maiorum, t. 12. n. 218. & 259. Gutier. l. 1. q. canon. c. 16. n. 18. Canal 2 p. decis. 18. n. 6. Matienzo l. b. 5. recop. t. 1. rubr. gl. 1. n. 159. Barbosa l. 1. p. n. 92. 96. 97. ff. solut. matrim. Lancel. instit. iuris canon. l. 2. t. quæ matrim. impedire possunt, §. Item frigiditat, verb. Natura, Gaeta c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. nu. 538.* Quid autem si vir non intra feminet, sed matrix attrahat? dicam disp 99. n. 37.

8 Quare minus bene Doctores aliqui de hoc dubitant, & Pontificem consulendum docent, quando vir membrum erigit, nec est maleficiatus, at nullatenus consummat, sed statim semen emittit extra vas, nec medicinis potest iuuari. Hi sunt *Hostiens. sum. t. de frigid. §. Qualiter & quando n. 13. Alberic. in suo dictionar. lit. I. verb. Impedimentum, impedimento 15. Astens. 2. p. sum. l. 8. t. 37. a. 1. q. 5. Brunel. de sponsalib. concl. 28. limitat. 5. n. 22.* Et quando potest coire, non tamen seminare, validum esse matrimonium, sustinebunt omnes asserentes Eunuchos validè contrahere, quos referam num. 15 illi enim non verum semen emittunt. Et in hanc partem licèt dubius inclinat *Auctor Supplem. Gabr. 4. d. 34. q. vn. a. 1. notab. 4.* & dubius manet *Borrilong. ibi, q. vn. a. 3. diffic. 2.* Et tenet *Hugolin de matrim. c. 19 n. 1.* Et clarè videtur tenere *Emm. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus in impedim. impotentiæ, *nn. 14.* At nullatenus recedendum est à doctrina communi, quæ verissima est: & maximè post motum proprium Sixti V. quem nu. 17. referam, vbi decidit matrim. Eunuchorum esse irritum, cum tamen experientia constet eos posse coire: sed irritum est, quod verum semen non emittant.

9 Valeret tamen matrimonium, si vir seminare posset intra vas, ac femina capax esset seminis virilis recipiendi, quamuis ea impotens esset ad seminandum. Quippe femineum semen non est præcisè ad generationem necessarium, quamuis valde conferat. Et ita docent *Navar. l. 4. consil. tit. de frigid. & malefic. in priori edit. consil. 3. num. 12. & 13. in poster. consil. 1. n. 12. & 13. Ledesma & Barbosa num. 7. allegati, Veracruz 1. p. speculi, a. 38. conclus. 9. Gutierrez quæst. canon. l. 1. c. 16. n. 16. & 17. Matienzo lib. 5. recopil. t. 1. rubr. gloss. 1. nu. 198. Enriquez l. 12. de matrim. cap 7. num. 4.* Non tamen est hoc adeò certum, quia innititur illi principio philosophico, semen femineum non esse necessarium ad generationem: cuius oppositum est probabile. Quare sentientes esse necessarium, dicent quoque eam feminam esse matrimonii incapacem: sicut est vir, qui semen nequit emittere. Sicut in simili aduerti lib. 2. disp. 21. n. 11. & hoc lib. 7. disp. 64. n. 21.

Nec censendum esset matrimonium nullum, si vir non 10
totum semen posset intra vas fundere, sed partem. Quod ea seminis pars intra vas recepta sufficiens sit ad consummandum matrimonium, & efficiendum coniuges vnam carnem. Sic *Quandus 4. d. 34. disp. vnic. corollar. 3. quod infert ex 5. propositione.*

Quod si femina tam arcta esset, vt non posset semen 11
intra vas recipere, nec arte aliqua iuuari posset, incapax matrimonii foret. Quia nil refert an ex parte viri an ex defectu feminæ consurgat impotentia seminandi intra vas, atque ita consummàdi matrimonii, vt coniuges efficiantur vna caro. Quod ad matrimonii valorem desiderati probauimus n. 7. Sic *Supplementum Gabrielis 4 d. 34. q. vn. a. 2. propos. 4. Toledo lib. 7. sum. c. 12. n. 2.* Similiter esset incapax matrimonii femina, si præ latitudine aut alia latenti ægritudine cognosci minimè posset à viro. Constat ex eadem ratione. Et docent *Hostiens. sum. t. de frigid. & malefic. §. Quæ impotētia. n. 5. & 6. & c. Consultationi, n. 1. eod. t. & ibi Ioan. Andr. n. 2. Ant. in fin. Albericus in suo dictionar. lit. I. verb. Impedimentum, imped. 15. Astensis 2. p. sum. l. 8. t. 27. q. 1. Greg. Lopez l. 2. verb. Tan estrechas 5. 8. p. 4. Gaeta c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. qu. 533. n. 536.* Secus esset, si femina recipere posset semen intra vas, quamuis semel susceptum retinere nequiret: tunc enim valeret matrim. Quippe tunc verè consummatur matrim. ac efficiuntur coniuges vna caro: & ipsa solum sterilis est: quod valori matrimonii non obstare dicemus n. 26. Sic *Quandus n. prated. relatus.*

Temperant quidam conclusionem, vt tunc non valeat 12
matrimonium, eo quod vir coire potens nequeat seminare, quando mulierem is defectus latuit: secus si eius conscia cedat iure suo. Huius sententiæ videntur *Abb. c. 2. n. 5. & ibi Alex. de Neuo n. 5. de frigid. & malefic. Rosella verb. Impedimentum, imped. 15. nu. 16. Angel. Matrimonium, 3. imped. 16. n. 3. Sylueister verb. Matrimonium, 8. q. 16. dict. 3.* Tam enim reddunt rationem, ob quam matrim. non potentis seminare sit irritum, quod mulier reclamare possit velle se esse matrem: & ita sentire videntur validum fore, vbi mulier reclamare nequiret, vtpote quæ conscia defectus fuit. Et tenent expressè *Ant. Cucus l. 5. instit. maiorum, t. 12. n. 159. Enriquez l. 12. de matrim. c. 7. n. 4.* Idē dicant sentientes matrim. Eunuchorum valere, quando femina conscia fuit, quos n. 14. referam. Idem docent opinantes nullam impotentiam cognitam dirimere matrim. quos referam dis. 97. n. 13. Sed non placet hæc limitatio. Quia si natura matrimonii petit seminandi intra vas potentiam, vt sic possit tradi potestas corporum ad actum coniugalem, non video qualiter voluntas coniugum efficere valeat, vt absque ea potentia consistere possit matrim. Qua ratione ducti defendemus disp. 97. n. 2. impotentiam etiam vtique coniugi notam dirimere matrim. Adde Sixtum V. in quodam motu proprio, quem n. 17. referam, declarasse coniugium Eunuchorum esse irritum, quamuis sciente altero coniuge initum fuerit.

Nec refert qua ex causa impotentia hæc in viro con- 13
surgat: quamuis enim frequenter impotentia coeundi ex frigiditate viri consurgat, & rarò ex nimio calore: at aliquando potest etiam ex nimio calore procedere: & tunc si id impedimentum sit perpetuum, quod nec arte medicinæ nec triennio experientiæ cessat, dirimet matrimonium. Quia eadem prorsus est ratio. Sic tradunt *D. Thom. 4. d. 34. quæst. vnic. art. 2. & ibi Albertus Magnus art. 4. ad 6.* quos vniuersi sequuntur. Idem dicendum est, si impotentia in viro proueniat ex abominatione mulieris. Sunt enim viri qui ad pulchram mouentur, & non ad deformem: & contingit aliquādo ita abominabilem feminam apparere viro, vt nullatenus possit moueri ad coitum cum illa, nec excitare possit concupiscentiam: tunc enim perinde censendum est, ac de impotentia ex maleficio prouenienti. Si enim mediis adhibitis ac experientia triennali præmissa non cesset, dissoluetur matrimonium. Ita docent *D. Thom. 4. d. 34. q. vn. a. 2. ad 5. & ibi Albertus Magnus a. 6. in 2. arg. & eius solut. Viguer. instit. c. 16. §. 7. vers. 9. impo-*

*impedim.*11. Et ex Iurisperitis, *Albericus in suo dictionar. lit. I. verb. Impedim. impedim.*15. *Alfonsis 2.p. sum. I 8.t.29.a.vn. in fin. Angel. verb. Matrimonii,*3. *imped.*16. *nu.*14. *Sylues. v. Matrim.* 8. *q.*16. *dict.*3. *Roscilla verb. Impedimentum. imped.*15 *nu.*8. *& ibi Supplementum Pisana impedim.*15 *n.*7. *Tabiena impedimento* 12. *q.* 7. *n.*8. *Turrecrem.*33. *q.*1. *in sum. a.*2. *n.*13. *Gaeta c. Ad limina,*30. *q.*1. *§.*4. *q.*226. *n.*519. Quare non intelligo qualiter *Sotus* 4. *d.*34 *q. vn. a.*2. *col.*7. *vers. Quod autem de deformi*, dicat nil ad valorem matrim. referre, si vir valeat excitari ad copulam cum pulchra, non autem cum deformi. Quia cum conditio illa sit nimis per accidens, non ob id dissoluetur matrimonium cum deformi initum. Sed apertè cõtradicunt illi DD. omnes allegati. Quid enim refert, siue à natura, siue ex accidenti impotentia promanet, ad irritandum matrimonium? Si vere impotentia vtraque sit, impediatque potestatem tradendi corporis ad copulam coniugalem: eo quod illud accidens reddat eam impossibilem. Adde, impotentiam ex maleficio consurgentem esse valde accidentariam, & tamen coniugium dirimit. Tandem quia (vt docet *Albertus Magnus proxime allegatus*) sunt quidam ex sua natura destituti calore sufficienti ad coitum, qui tamen excitati ex feminæ pulchritudine possunt ad coitum perfectè moueri: non autem quando ea pulchritudo deficit. Est autem monenda huiusmodi femina. (vt bene tradunt *Albert. Magnus & Turrecrem. ibid.*) vt munditie, ornatu, affabilitate se amabilem viro exhibeat: ac ipse vir monendus est, vt excogitet causas, quibus ad feminæ amorem excitetur, vt vel sic abominatione illa cessante possit illam cognoscere. Quod si hęc non possint præmissa triennij experientia, separabitur matrimonium illud, sicut quando ex maleficio impotentia prouenit. Tãdem quacunque ex causa impedimentum perpetuæ impotentiæ consurgat, dissoluetur matrim. ea cognita, vtpote quod irritum fuit. Cum teuera impediat essentiam coniugii, quacunque ex causa oriatur. Sic *Holt. c. Consultationi, n.*1. *de frigid. & ibi Ioan. Andr. n.*2. *Greg. Lopez l. . verb. Præs, t.*8 p.4.

14 Ex dictis deducitur primò, quid sentiendum sit de matrim. Eunuchorum, qui sana & integra virilia habent, at altero seu vtroque testiculo carent. Et quidem quando solo altero testiculo orbati sunt, nemini dubium est, eos aptos esse ad matrim. quod verum semen idoneumque generationi emittãt. Testiculus enim ille potest ministerium generationi necessarium exercere, spiritus ad illam requisitos retinens, & tanquam follis membra commouens. Sicut alter solus oculus videndi actum perfectè exceret. Imò cum virtus vnita sit fortior se ipsa diuersa, & in illum vnum testiculum omnes spiritus generationi necessarii coëant, qui in vtrumque confluere deberent, solent ii ad generandum potétiores esse. Idem probatur ex *l. Si serua,* 40. *§. Si spadoni. ff. de iure dotium*, ibi: *Si spadoni nupserit mulier, distinguendum arbitror, castratus fuerit, nec ne: vt in castrato dicas dotem non esse: in eo qui castratus non est (quia est matrimonium) & dotem & dotis exactionem esse.* Vbi *Glossa fin.* ait spadonem in eo textu appellari, qui generare potest: eo quod vnum saltem testiculum habeat, & *l. Sed est quæsitum,*6. *verb. Spadonem ff. de liber. & postum.* ibi: *Spadonem quoque postumum hæredem scribere, & Labeo & Cassius scribunt: quoniam nec sterilitas ei rei impedimento est.* Vbi *Gloss. verb. Impedimento*, ait quia validè contrahit, & *verb. Posse*, explicat de spadone, cui alter solus testiculus deest. Et ideo præter omnes DD. triplici nu. seq. allegandos, qui in hoc conueniunt, ita docent *Anchar. c.*2. *in fin. de frigid. Canal.*2. *p. decis.* 18. *n.*6. *Petr. Greg. in syntagm. iuris l.*7. *c.*2. *nu.*18. *Lancelot. instit. iuris canon. l.*2. *t. quæ matrim. impedire possint*, §. *Item frigiditas, verb. Natura, Philiarc. de offic. sacerd. to.*1. *p.*2. *l.*2. *c.*10.

15 Difficultas autem est de Eunuchis vtroque testiculo carentibus. Quidam censent, hos ad matrimonium ineundum idoneos esse, si virgam erigere valeant, ac sub inde coire, quamuis semen emittere nequeant. Ducuntur, quod hi satisfacere valeant concupiscentiæ mulieris, & ita obtinetur finis matrimonii secundarius; nec primarius, nimirum, generatio prolis ad eius valorem desideratur, vt in sterilibus constat. Secundò probari potest ex doctrina *Arist. l.*1. *de gen. anim. c.*4. vbi tradit testiculos non desiderari ad generationem, quamuis expediant, tamquam pondera exterinis appensa conferunt, ne liciatorii cursus inter stamina impediatur. Idque comprobat experientia tauri, qui recens castratus cum vacua coiens, illant prægnantem reddidit. Item, quia serpentes & pisces coëunt: cum tamen testiculis careant. Tertio persuaderi id potest, quod *Gen.*37. Putiphar appelletur Eunuchus Pharaonis: cum tamen genuerit filiam, quam duxit Ioseph. Et ideo huius sent. sunt *Gloss. c. Hi qui, in fine*, 32. *q.*7. *& c. Nuptiarum bonum, verb. In quibusdam*, 27. *q.*1. *Anchar. c.*2. *in fin. de frigid. Alciatus l. Spadonum*, 128. *n.*3. *ff. de verb. sign. & l. Si is qui, n.*54. *ff. de vsu ap. Barth. Socinus l.*1. *n.*26. *& 28. ff. solut. matrim. Cepola l. Pomponius. ff. spadonem, nu.*11. *ff. de adil. edicto. Corrasius l.*1. *in* 1. *lectura n.*16. *ad fin. ff. solut. matrim. Angel. verb. Matrimonium*,3. *imped.*16. *n.*11. *Tabiena verb. Impedimentum*, *imped.*12. *q.*6. *n.*7. *Armilla verb. Matrimonium nu.*51. *Gutier. lib.*1. *q. can. c.* 16. *n.*8. *in sua priori edit. Hugolin. de matri c.*16. *n.*1. Idem cum hac limitatione quando alter coniux id impedimentum nouit. tenent *Medina lib.*5. *de sacror. homin. continentia*, *c.*47. *fine, &* 77. *paulo post princ. Palacios* 4. *d.*34. *disp.*1. *immediate ante* 4 *concl. Philiarcus de offic. sacerd. to.*1. *p.*2. *l.*2. *c.*10.

Alii verò docent eos validè contrahere, si possint aliquale semen emittere, quamuis ad generationem ineptum. Quoniam verè copula semine intra vas emisso, quamuis inefficaci ad generationem, contenta est, vt in sterilium copula euenit. Atque ita docent *Alexan. de Neuo cons.*9. *nu.*4. *Paludanus* 4. *d.*34 *q.*1. *a.*1. *concl.*2. *n.*8. *D. Antonin.* 3. *p. t.*1. *c.*11. §. 2. *Conan l.*2. *commentariorum, c.*25. *num.*9. *ad fin. Syluester verb. Matrimonium*, 8. *q.*16. *dicto* 7. *Veracruz* 1. *p. Speculi a.*38 *concl.*6. *Turrecrem.*33 *q.*1. *in sum. a.*2. *nu.* 11. *Barthol. à Ledesma de matrim. dub.*48. *corollu* 3. *Angles sterilibus* 1. *p.* vbi de matrim. *q.*8. *a.*1. *dub.*1. *diffic.* 1. *coroll. vlt. quod infert ex* 1. *conclus. Gaeta c. Ad limina*, 30. *q.*1. §. 4. *q.*234. *nu.*539. *Matienzo lib.* 5. *recop. tit.*1. *rubr glossi.*1. *num.* 195. *Lud. Lopez* 2. *p. instruct.* vbi de matrim. *c.*52. *colum.*3. *vers. Vnde infertur, Ouandus* 4. *dist.* 34. *disp. vnic. corol.*2. *quod infert ex* 5. *propos.* limitans quando emittunt semen eius rationis cum vero semine. Et absque ea limitatione *Barbosa l.*1. *p.l.n.*92. *ad fin. & n.*93. 94. *ff. soluto matrim.* 16

Sed indubitata sent. est Eunuchos vtroque testiculo carentes esse matrimonii incapaces, ac proinde irritum esse matrimonium, quod inierint. Quia ad matrimonii veritatem desideratur potentia verum semen intra vas femineum emittendi (vt probaui num. 6.) At Eunuchi quamuis membrum erigant, atque quandam aquosam materiam emittant: ea tamen non est verum semen, nec eiusdē rationis cum vero semine: nec agitatio fit in principalibus membris, deficientibus testiculis, qui sunt tanquam folles omnia membra commouentes. Nam cor. iecur, & cerebrum, quæ sunt tres nostri corporis præcipuæ partes, transmittunt suos spiritus ad testes, qui virtutem habent hos spiritus retinendi, ex quibus totum corpus calesit. At si testes deficiant, spiritus non retinentur, sed euanescunt illuc transmissi: nec calor per totum corpus reflectitur: vnde frigidiores fiunt & inepti ad verum semen emittendum, vt optimè probant ex Galeni doctrina *Ant. Musa in aphorismos Hippocrat. & Galeni l.*6. *aphorism.* 28. *& Nicol. Florentinus de membr. naturalibus, serm.* 6. *tract.*1. *c.* 5. *ad fin.* Atque *Aristotel. in problem sect.*11. *problem.*16. vocat spadones seminis expertas. Sunt ergo Eunuchi incapaces matrimonii. Quare ita declarauit Sixtus V. in quodam motu proprio edito anno 1587. quem verbo ad verbum referunt *Gutierr. & Petrus de Ledesma statim allegandi*, cuius verba directa sunt ad Nuntium Apostolicum, & ita ipsa declarauit. Verba hoc decidentia in eo motu proprio sic se habent: *Committimus fraternitati tuæ, & mandamus, vt coniugia per dictos & alios quoscunque Eunuchos & spadones vtroque teste carentes, cum quibuslibet mulieribus defectum prædictum siue ignorantibus siue scientibus contrahi prohibeas: eosq; ad matrimonia contrahenda inhabiles auctoritate nostra declares: & tam*

lecorum

locorum Ordinariis, ne huiusmodi cõiunctiones de cetero fieri quoquo modo permittant, interdicas: quàm eos etiam qui sic de facto contraxerint, separari cures, & matrimonia ipsa sic de facto contracta, nulla irrita & inualida esse decernat. Quare hodie dubitari nequit hos Eunuchos esse incapaces veri matrimonii, quamuis femina eius defectus conscia velit iure suo cedere. Quippe iam id in hoc etiam euentu decisum est in eo motu proprio. Nec obstant argumenta contraria, n.15. proposita. Nam ad 1. resp. Eunuchos non satisfacere feminæ per veram copulam suapte natura aptam ad generationem. Nec finis matrimonii est remedium concupiscentiæ habitum per copulam quamcumque, sed per copulam aptam generationi. Et quamuis senes destituti sint semine deficienti ad generationem, at verum semen eiusdemque rationis cum semine fœcundo emittunt, ac per accidens non generant. Ad testimonium Aristotelis dic, eius doctrinam in hoc non esse amplectendam: nam ex doctrina Galeni & sanioti cõstat testiculos esse necessarios ad generationem, non absolutè, cùm animalia imperfecta his careant, & tamen generant: sed in animalibus perfectis. Nec obstat taurum illum recens castratum generasse. Id enim contingit ex semine ante castrationem recentem deciso. Ad tertium dic, Eunuchum sumi in sacris litteris pro ministro Regis. Sicut *Genes.* 40. pincerna & pistor regis appellantur Eunuchi, vt cum *Caietano, Abulensi*, & aliis per ipsum relatis probat *Pereira tom.* 4 *in Gen. t.*37. *dispat.*9. *paulo post principium.* Quare hæc sententia etiam ante motum proprium Sixti V. cõmunis erat Theologorum ac Iurisperitorum; eamque tenebant ex Theologis D. *Thom.* 4. *d.*34. *in fine, in expositione littera.* Et ibi *Albertus Magnus a.*4. *corpore Almain. q.vn. Sotus q. vn. a.*2. *col. antepenul. vers. Atque hinc indicium. Victoria summa*, vbi de matrim. *nu.* 283. *Ledesma* 2. *p.*4. *q.*60. *a.*1. *col.*2. *Toledo l.*7. *sum. c.*11. *nu.*2. & post motum proprium docent *Enriquez l.* 11. *de matrim. c.* 10. *n.vlt. & l.*12. *c.*8. *n.*1. *Petr. de Ledesm. de matrim. q.* 58. *art.*1. *dub.*3. *quod mouet turca solut. ad* 3. *principale, Valentia* 4. *p. disp.* 10. *q.*5. *punct* 3. vbi de impotentia, *in fin Manuel* 1. *to. sum.*2. *edit. c.*235. *concl.*2. *n.*2. *Vega* 2. *to. sum. c.*34. *casu* 113. *Vivald. candel. sacram.* vbi de matrim. 1. *p. n.*237. Et ex Iurisperitis ante motum proprium, *Goffred. sum. tit. De frig. & malef. n.*5. & 6. *ibi Hostiens. §. Quæ impotentia nu.*7. *vers. Quidam autem dicunt Ioan. Andr. c.*2. *in fin. de frigid. & ibi Anton. nu.*6. *Abbas n.*5. *Alex. de Neuo n.*5. *Præpos. n.*4. *Idem Anton. c. fin. nu.*8. *cod. t. & ibi idem Præpos. n.*6. & *c. Tanta n.*7. *qui filii sint legit. idem Anton. c. Laudabilem n.*14. *de frigid. & ibi Alex. de Neuo n.*15. *casu* 1. *Archid. c. His qui, n.*2. & 3. 32. *q.*7. *& ibi Bellamer. n.*1. *Barth. Socin. l. Sed est quæsitum, n.*2. *limit.*2. *ff. de liber. & postum; Ioan. de Friburgo sum. confess. l.*4. *t.*16. *q.*12. *Roman. singular.*634. *Anto. de Rosellis tract. de legitim. l.*1. *t. de causa materiali legitimat. n.*31. (habetur to. 8. *tract. p.*2.) *Supplem. sum. Pisana, verb. Impedimentum, impedim.*15. *n.*15. *Roscilla ibi, impedim.*15. *nu.*16. *Bolognetus l.*1. *n.*5. *ff. soluto matrim. Montalu. l.*2. *fin. t.*8. *p.*4. *Greg. Lopez l.*6. *verb. Castrado, t.*2. *p.*4. *Costanus tract. de sponsalib. tit. De his qui nuptias contrahere nõ possunt, n.*72. *Alex. Carrer. de sponsal. l.*5. *c.*16. (habetur vterque tom.9. tractat.) *Plaza de delictis, l.*1. *c.*24. *nu.*5. *Spino speculo testament. glos.*15. *principali, n.*99. *Franc. Marcus decis.*677. *Parlam. Delphin. nu.*6. & post motum proprium Sixti V. *Gutier. q. canon in* 2. *edit. l.*1. *c.*16. *n. vlt.* retractãs sent. quam in prima editione tenuerat, antequam motus proprius ille in lucem ederetur.

18 Non tamen approbo quod tradit *Enriquez lib.*12. *de matrim. c.*8. *n.*1. *in cõment. lit. R.* nempe si daretur aliquis Eunuchus verum semen emittens, eum nõ esse iure naturæ inhabilem ad matrimonium, sed motu proprio Sixti V. esse matrimonii incapacem. Sed hoc nõ approbo: quod Sixtus V. in eo motu proprio nil nouum statuerit, sed solum ius antiquum & naturale declararit, vt cõstat ex illis verbis. *Auctoritate nostra declarat.* Item quia nõ sola matrimonia in posterũ contrahenda irritauit, sed etiam iam contracta: quod Pontificem efficere non posse constat: si valida fuerant. Quare mens Pontificis fuit declarare attẽto omni iure matrim. Eunuchorum esse irritum, ac eos semper fuisse matrimonii incapaces: vtpote qui verũ semen emittere non possunt. At admissa hypothesi impossibili, vt daretur quispiam rarus Eunuchus veri seminis emittendi compos, is nõ excluderetur iure antiquo à matrimonio, ac subinde nec eo motu proprio, qui nil denuo statuit, sed solum ius antiquum declarat. Quare Auctores n.15. relati verum dixere, asserentes Eunuchos, qui seminare possunt, esse aptos ad matrimonium: si quod supponunt, esset verum. At cùm id sit impossibile, iure optimo Sixtus V. in vniuersum matrimonia Eunuchorum vtroque testiculo carentium irrita esse declarauit.

Secundò infertur, quid censendum sit de matrimonio 19
senum. Nam eos valide contrahere nõ posse, suadere videtur, quod eorum semen sit sterile, & non prolificum. Vt ex *Aristot. Galeno, & Albert. Magno* affert *Tiraquel. l.*6. *connub. glos.*1. *p.*6. *n.*19. Item quia *lex Papia Poppea* interdixit viris sexagenariis, ac feminis quinquagenariis nuptias. Verùm certissimum est apud omnes, vsuque Ecclesiæ id comprobat, solã senectutem non obstare valori matrimonii. Quare legem illam Papiam tamquam iniquam primus omnium abrogauit Claudius Cæsar, (vt auctores sunt *Sueton. in eius vita, c.*13. *& Alexand. ab Alexand. l.*4. *dierum genial. cap.*22.) & eum secutus est *Iustinianus l. penult. C. de nuptiis.* Deinde id probatur ex *D. Aug. de bono viduit. cap* 8. & refertur *c Nuptiarum*, 27. *q.*1. vbi agens de nuptiarum bono, ait in quibusdam esse humanitatis solatium. Vbi *glos. verb In quibusdam*, explicat in senibus. Idem probatur ex *l. Sed est quæsitum, 6. ff. de liber. & postu.* ibi: *Quoniã nec ætas impedimento est.* Præterea, quia etsi senes destituantur propinqua, & expedita generandi facultate: est enim in eis veluti suspensum exercitium potentiæ generandi, possunt tamen habere perfectum actum cõiugalem, vereque intra vas seminare. Quod ad matrimonii firmitatem sufficit. Tandẽ quia nullus est adeò senex, quin aliquando natura, vel saltem medicinæ arte adiutus possit ad coitum calere. Vt docẽt *Glos. d. c. Nuptiarum, verb. In quibusdã.* & alios allegans *Tiraquel proxime relatus.* Et ideo hoc docet *D. Tho.* quem cuncti sequuntur, 4. *d.*34. *q. vnic. a.*2. *ad* 3.

Quare immeritò de sene decrepito id negauit *Portius* 20
*Institit. de nupt. in princ. col.*4. *ad fi. vers. an fi. glos.* & dubius mãsit *Ant. Gomez l.*9. *Taur, n.*57. *fin & Enriq. l.*12. *de matrim. c.*7. *n.*3. *in cõment. lit. X.* dixit nõ esse improbabile. Sed dicendũ est, senes etiã decrepitos capaces esse matrimonii, si nullo alio impedimento præter senectutem laborent. Quod vsus Ecclesiæ nullos senes à matr. ineundo reiicientis cõprobat. Idq; suadent rationes adductæ, nu. præced. maximè vltima. Et ita docent ex Theologis, *Nicolaus de Lyra* 3. *Reg.*1. in ea verba: *Quæramus domino nostro Regi adolescentulum. Maioris* 4. *d.*34. *qu.*1. *col.*2. *arg.*1. *contra* 2. *concluf. Emm. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedimentis dirimentibus. *Manuel in suis quæst. regular. to.*1. *q.*13. *a.*1. Et ex Iurisperitis, *Iason l.*1. *n.*43. *ff. solut. matrim. Angel. l. Sed est quæsitum, nu.*1. *ff. de liber. & postum. Lud. de Sardis de naturalib. liberis* 2. *p. ti. de legitim. per verum matrim q.*1. *n.*3. (habetur tom.8. tract. p.1.) *Brunel. de spons. concl.*2. *ampliat.*4. *nu.*21. *vers.*2. *Costanus de spons. t. qui nuptias contrahere possunt nu.*64. (habetur to.9. tract.) *Couar.* 4. *decret.*2. *p. c.*8. §. 2. *num.*10. *vers.*9. *Ducñas regul.*350. *limit.*1. *Mantica de coniect. vlt. vol. l.*11. *t.*13. *Andr. Gail. l.*2. *practicar. obseruat. c.*141. *n.*8. *Rojas epitome succes. c.*2. *n.*21. *Matienz. li.*5. *recop. t.*8. *l.*10. *glos.*3. *n.*4. *Barbosa l.*1. *p.*1. *n.*94. *ff. solut. matrim.*

Vnde numquam ob senectutem deneganda est alicui 21
ab Ecclesia facultas ineundi matrimonii: nisi aliud impedimentum allegetur, & probetur. Constat ex dictis duplici n. præcedenti. Et tradit *Enriquez*, dicens ita vsum Ecclesiæ se habere, *l.*12. *de matrim. c.*7. *n.*3.

Atque hoc in femina quantumcumque vetula certius 22
est. Quia frigiditas coitum viri senis impediens, ipsi non obstat, vtpote quæ patiens est, & semen recipit: ad quod calor iuuenilis minimè desideratur. *Sylu. Matrimonium*, 8. *q.*16. *dicto* 4. *in fin. Ant. Cucus l.*5. *institut. maior. t.*12. *num.*262. *Barbosa l.*1. *p.*1. *n.*97. *ff. soluto matrim.*

23 Sed difficultas est, an quando vir senex est adeo exhaustus, vt omnino impotens sit ad copulam habendam, nec iudicio medicorum iuuari arte possit, sit capax matrim. ineundi? Quibusdam placet eum non esse incapacē. Nam semper habitu retinet intrinsecā seminandi intra vas potentiam, ac senio per accidens impeditā. Ita videntur sentire *Anton. c. 2. n. 5. de frig. & malef. Iason. l. Sed est quæsitum, n. 1. not. ab. 1. ff. de liber. & postum. Rolandus de lucro dotu q. 103. n. 17.* (habetur to. 9. tractat.) aiunt enim senes valide posse matrim. inire: eo quod per accidens sint impotentes, ac impotentia accidentalis non diuimat matrimonium. Et sustinēt expresse *Tabiena verb. Impedimentum, impedim. 12. q. 3. n. 4. Nauar. l. 4 cons. in priori edit. tit. de sponsalib. cons. 39. n. 15. & 18. & in poster. t. de despons. impub. cons. 4. n 15. & 18. Manuel. 1. to. sum. 1. edit. c. 235. concl. 5. n. 5. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 61.*

24 At veriſſima sent. est, eum senem esse matrimonij incapacem. Quòd nil referat, siue à natura, siue ex accidenti impotentia perpetua consurgat, ac nulla arte restaurabilis, (vt n. 13. probaui,) Cùm is non possit ad copulā vtpote sibi impossibilem obligari. Atque huius sent. videntur *Gloſa c. 2. fine de frigid. & malef. & ibi Innoc n. vn. Abbas n. 5. Anchar. n. 2. Alberic. in suo dictionar. lit. I. verb. Impedimentum, impedim. 15. Montalu. l. 2. ad fin tit. 8. p. 4.* dicunt enim ideo matrim. senum valere: quòd possint medicinæ beneficio adiuuari: vbi videntur supponere irritum esse, quando iuuari nequeunt. Atque in propriis terminis docent ex Iurisperitis *Gloſſ. l. Sed est quæsitum, 6. verb. Nec atas ff. de liberis, & postum. Additio ad Gloſſ. l. Sanximus verb. Homines, C. de nupt tit. Hoſtiens. c. 2. in fine de frigid. & malef. & ibi Præpoſ. n. 4. Alex. de Neuo n. 4. Aſtensis 2. p. sum. l. 8. tit. 26. a. vn q. 1 Roſella verb. Impedimentum impedim. 15. n. 16. & ibi Supplem. Piſana impedim. 15. n. 3. Angelus verb. Matrimonium, 3. impedim. 16. n. 2. Syluester verbo matrimonium. 8. q. 16 Adl. 3. Greg. Lop. l. 1. in fine, t. 8. p. 4. Zephalus cons. 384. nu. 48. vol. 3. Gaeta c. Ad limina 30. q. 1. §. 4. qu. 220. n. 521. Ant. Cucel. 5. institut. maiorum, t. 12. n. 257. Gutier. q. canon. l. 1. c. 16. n. 13. Matienz. lib. 5. recop. t. 1. rubr. Gloſſ. 1. n. 193. Barboſa l. 1. p. 1. n. 94. ff. solut. matrim.* Et dicit esse probabile *Sylua nuptialis l. 2. verſ. Seni non est nubendum, n. 7.* Et ex Theologis *Scotus 4. d. 34. q. vn. in solut. ad 2. & ibi Ricardus a. 2. q. 1. ad 2. Abulenſ. 3. Reg. c. 2. q. 25. Sotus 4. d. 34. q. vn. a. 1. col penul. Et ibi Borrilens. q. vn. a. 2. concl. 3. & a. 3. ad 2. Palacios ibi diſp. 2. col. 13. Ouand. diſp. vn. propoſ. 1. Ledeſma 2. p. 4. q. 60. a. 1. col. 4. verſ. Sed dices. Veracruz 1. p. ſpeculi, a 38. concl, 6. Nicolaus de Nyſſa ſup. 4. sent. tract. 6. p. 3. de matrim. q. 6 ad 1. Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 8. ar. 1. dub. 1. diffic. 1. in 2. corollario quod infert ex 1. concl. Petr. de Ledeſ. de matrim. q. 58. a. 1. in dub. 4. quod mouet circa ſolut ad 4. dubii principalis, in fine Vmald. candel. Sacram. 1. p.* vbi de matrim. *n. 238. Lud. Lopez 2. p. inſtruct.* vbi de matrim. *c. 52. ſtatim in prine. not. ab. 1. Barthol. à Ledeſma de matrim dub. 48. concl. 3.* Atque idem dicendum esset, si senex ille posset quidem coire, non tamen seminare intra vas. Tum enim irritum esset matrim. iuxta dicta nu. 7. Et ita docent *Sotus, Veracruz, Angles, Lud. Lopez, Petrus de Ledeſma, Vmald. Barth à Ledeſm. Matienzo, Barboſa eisdem locis.*

25 Tertiò infertur, quid dicendum sit de matrim. steriliū. Id enim non valere suadetur: quia sicut matrim. ordinatur ad copulam, ita ad prolis generationē: imò est potissimus finis prolis generatio. Cùm ergo impotentia ad copulā irritet matrimonium: à fortiori sterilitas, quæ impotentia est ad generandam prolem irritabit. Secundò, quia vbi nequit efficax voluntas finis inueniri, nequit etiā mediorum: cùm media sint propter finem. At in sterilibus nequit inueniri efficax voluntas generationis prolis, quæ est finis coniugij: vtpote quæ est illis impossibilis. Nō poterit igitur in eis reperiri efficax voluntas coniugij, quod est medium. At sine efficaci voluntate matrim. consistere non potest. Tertiò, quia *c. 1. de frigid. & malef.* id videtur decidere, ibi: *Si mulier proclamauerit, dicens, Volo esse mater, volo filios procreare.* Et idem habetur *c. 2. 33. q. 1.* Ex quibus textibus constat dissolui matrim ratione impotentiæ viri, muliere clamante se velle esse matrem. Cùm ergo similiter clamare possit, idem allegans, vito existente sterili, dissoluetur eadem ratione matrim. Quartò, quia id videtur docere *D. Augustl. de bono coniug. c. 5.* relatus *c. Solet, 32. qu. 2.* vbi censere videtur non esse matrim. quando spes sobolis deficit. Et ideo hanc partem tenet *Felinus c. Cum sit, num. 15. verſ. Demum ſcito de foro compet.* vbi ait matrim. non esse, quando mulier natura ita sterilis est, vt deficiat spes concipiendi. Idem censuit *Iaſon. conſ. 115. nu. 1. vol. 1.* dicens non esse propriè matrimon. vbi mulier sexagenaria illud init. Quòd vt verè & propriè dicatur matrimon. desideretur spes sobolis saltem in habitu & potentia. Conferre etiam videtur, quod tradunt *Præpoſ. c. Tanta n. 7. ad finem, qui filii sint legit. & Barthol. Socinus l. Sed est quæsitum, n. 2. ff. de liber. & poſtum.* vbi docent, quando matrix fœminæ est destructa, non valere matrimonium. Sed hæc doctrina nil faueat huic sententiæ: intelligitur enim, quando nullatenus semen recipere posset. 26

His tamen non obstantibus, certissimum est sterilitatē nil obesse valori matrimonij. Quòd Ecclesiæ vsus ita habeat, numquam enim auditū est, dissoluisse aliquod coniugium ratione sterilitatis: imò passim admittit senes ad illud ineundum: cùm tamen eorum semen constet esse sterile (vt n. 19. probaui.) Et inter parentes D. Ioannis Baptistæ constat verum fuisse matrim. Cùm tamen illa esset sterilis, *Luc. 2.* Tandem, quia etsi id matrim. frustretur fine primario, qui est prolis generatio: consequitur tamen finem secundariū, nempe, satisfacere concupiscentiæ, vera copula habita. Quod ad eius valorē sufficit. Et ita sustinet *D. Thom. 4. d. 34. q. vn. a. 2. ad 3.* receptus passim ab omnibus Theologis & iuris pontificij professoribus, demptis paucis relatis n. præcedenti: quos optimè impugnat *Barboſa l. 1 p. 1. n. 98. ff. ſolut. matri.* Nec obstant arg. pro ipsius n. præced. adducta. Quia ad 1. neganda est conseq. Nam quando est impotentia ad copulam, neuter matrimonii finis reperiri potest. At quando est sola sterilitas, saluatur finis secundarius. Ad 2. dic, illam maximam esse veram, vbi est finis vnicus: secus vbi est duplex, & alter saltem reperitur, vt in sterilium matrimonio euenit. Ad 3. dic cum *D. Thoma 4. d. 34. in expoſit. lit. Magiſtri,* & cum *D. Bonauent. in eadem expoſit. n. 2.* sensum eorum verborum esse, Volo cognosci à viro: sanctos verò loqui iuxta muliebrem pudorem vtentes verbis modestis: & ideo non dicunt feminam petisse coitum: id enim fœmineum pudorem dedecebat. Ad 4. dic eum textum apertè loqui, quando in pactum deducitur in matrimonii contractu, vt proles vitetur. Tunc enim irritum est matrim. illud vitiante conditione ipsius bonis contraria, *c. fin. de condit. appoſ.*

Tandem infertur, quid dicendum sit de coniugio fœ- 27
minæ non potentis parere absque manifesto mortis propriæ periculo: cùm tamen apta copulæ sit. Quidam sustinet ea impotentia matrim. dirimi. Ducuntur primò, quòd mulier impotens ad reddendum debitum absque vitæ periculo, est incapax matrimonii. Et ideo *c. Fraternitatis, de frig. & malef.* decernitur mulierem arctam, quæ sine vitæ periculo aptari nequit congressui virili, esse ineptam matrimonio: atque eam impotentiam censeri perpetuā. At femina non potens absque vitæ periculo parere, nequit absque eo reddere debitum, & cognosci à viro. Reddens enim exponitur periculo cōceptionis & partus. Secundò, quia cùm actus coniugalis sit propter prolē, si mulier sit proli habēdæ inepta absque vitæ periculo, erit matrimonii incapax: perinde ac si copulæ aptari non posset absque vitæ discrimine. Tertiò, quia non potest vti actu coniugali, siue petendo, siue reddendo, ob vitæ periculū. Ergo ad id obligari nequit: in quo essentia matrimonii consistit. Et ideo huius sent. fuit doctissimus *Victoria in suis prælectionib.* vt eum refert ac sequitur *Petr. de Ledeſm. de matrim. q. 58. a. 1. in fine, Mart. à Ledeſm. 2. p. 4. q. 60. a. 1. colu. 5. verſ. Sed circa hæc est dubium Barthol. à Ledeſma de matrim. dub. 48. concl. 2. Manuel. 1. to. ſum. 2. edit. c. 235. concl. 6. nu. 6. Vega 2. tom. ſum. c. 34. caſu 109. Veracruz 2. p. Speculi, a. 38. conclu. 8. Matienzo l. 5. recop. t. 1. rubr. glo. 1. nu. 197.* & dicit probabile referens aliquos neotericos *Enriquez l. 12. de matrim. ca. 7. num. 8. in*

com-

comment. lit. R. limitantque *Petrus de Ledesma, Manuel, Vega ibid.* nisi alias constaret de illius fœminæ sterilitate. Cùm enim tunc cessaret periculum, valeret matrimonium.

28 Sed quamuis hæc sent. sit satis probabilis, mihi probabilius est, matrim. illius fœminæ fore validum. Ducor, quod matrimonii contractus essentialiter cõsistat in mutua obligatione ad copulam perfectã suapte natura aptã ad prolis generationem: nec refert, si accidentaliter nequeat sequi proles, vt in sterilibus constat. At hic reperitur obligatio, & traditio potestatis corporum ad copulã perfectã. Erit ergo matrimonium. Et confirm. quia esto id matrim. absque culpa iniri non posset, minimè inde colligitur id fore irritum. Quia satis est copulam suapte natura licitam esse: quamuis ex aliquo accidenti reddatur illicita, vt cõtingit in iis, qui voto castitatis obstricti sunt. Secundò, quia illa periculosi partus circumstantia non est perpetua. Senectutis enim tempore, quando iam mulier sterilis erit, cessabit. At impotentia, quæ non est perpetua, sed temporalis, minimè dirimit matrim. vt probatum nu. 2. Tandem, quia impotentia pariendi absque vitæ periculo, tamquam quid posterius ipsa matrim. essentia, illud vitiare nequit. sit ideo huius sententiæ videtur *Ioan. de Friburgo in sum. confess. l. 4. t. 16. q. 11.* vbi ait quemcumque defectum patiatur mulier, dummodo possit debitum reddere, non dirimi matrim. Et tenent *Enriquez l. 12. de matrim. c. 7. n. 8. sine Emm. Sa sum. verb. Matrim.* vbi de impedim. dirimentib. *in impedim. impotentiæ nu. 14. vers. Quæ sine periculo.* Et in hanc sentent. magis inclinat *Ludou. Lopez 2. part. instruct.* vbi de matrim. *cap. 52. col. 5. vers. Præterea ambiguitatem.*

29 Similiter valeret matrim. si mulier potens sit ad reddendum debitum, etsi taliter affecta esset, vt certum esset fore, vt filios omnes mortuos pareret. Constat ex rationibus adductis n. præc. Et ita docent *Hostiens. sum. tit. de frigid. & malefic. §. Quæ impotentia, nu. 6. Alberic. in suo dictionar. lit. I. verb. Impedimentum impedit. 15. Ioan. de Friburgo, n. præced. allegat. Brunel. de sponsal. cons. 28. limit. 3. nu. 18. sin. Henricus cap. Fraternitatis, n. 5. de frigid & malef. Astens. 2. p. sum. l. 8. t. 27. art. vnico. q. 1. Franciscus Marcus dec. Delphinali 677. nu. 16.*

30 Ad arg. n. 17. proposita resp. Ad 1. dic id periculum esse temporale, vt n. 28. explicui. Adde esse remotũ: non enim sequitur ex ipso actu cõiugali, in cuius obligatione essentia matrimonii consistit: nec id periculum subeundũ est, vt actus coniugalis sit possibilis, in quo casu decidit textus *ea. c. Fraternitatis*, esse impotentiam perpetuam dirimentẽ matrim. sed sequitur id periculum ex pactu, qui incertus est, ac posterior quam matrimonij essentia. Ad 2. negranda est consequentia. Quamuis enim matrim. si propter prolem, ar de essentia eius non est obligatio ad prolẽ, sed ad actum coniugalẽ, vnde quamdiu hic possibilis est, nullo vitæ periculo præmisso, vt coniuges apti reddantur ad illum, valet matrim. Ad tertium dic, esto illicitus esset tunc actus coniugalis, (de quo dicemus disp. 102. nu. 10. & 11.) non inde sequi matrimonium fore irritum. Quia vt matrimonium valeat, satis est actum coniugalem ex se esse licitum, quamuis ex aliquo accidenti illicitus reddatur. Adde, temporaliter fore illicitum, nempe, tempore iuuentutis, in quo subest concipiendi spes.

DISPVTATIO XCIII.

An impotentia naturalis perpetua, non absoluta erga omnes, sed respectiua erga mulierem aliquantulum arctam, aut virginem, dirimat respectu illius matri. & quando censeatur perpetua?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones discutiuntur. n. 1.
An detur aliqua impotentia naturalis respectiua, dirimens matrim. respectu solius certæ personæ? Refertur opinio. n. 2.
Si quis sit impotens tantum respectu alicuius, non valebit cum illa matrim. secus cum aliis. n. 3.
An valeat matrimonium, quando vir nequit ob membri magnitudinem aut grossitiem cognoscere fœminam. n. 4.
Datur impotentia naturalis respectiua vnius irritans matrim. & non respectu alterius. n. 5.
Satisfit argumentis. n. 6.
Post n. 6 inuenies alia summaria.

DIsp. præsens triplici quæst. absoluenda est. Prima est, 1
an detur impotentia naturalis respectiua dirimens. Secunda, quando censeatur perpetua, siue consurgat ex parte viri, siue ex parte arctitudinis, aut virginitatis fœminæ? Tertia, quando fœmina teneatur medicantina aut incisionem pati, vt apta reddatur congressui virili?

QVÆSTIO I. An detur aliqua impotentia naturalis 2
respectiua, ac perpetua dirimens matrim. respectu vnius tantum, aut alterius fœminæ? Quidam negant. Ducuntur primò, *ex c. 2. 33. q. 1.* ibi: *Nam si huic non poterit concordare naturaliter, quomodo alteri conuenit?* Secundò, quia *c. Fraternitatis, de frigid. & malef.* definitur matrim. dissoluto eo quod vir non possit vas fœminæ penetrare, si postmodum ea alteri nubat, & ab eo cognoscatur, instaurandum esse prius matrim. Ac Ecclesia insufficienter iudicaret, si esset aliqua impotentia respectiua dirimens matrim. Posset enim heri, vt prior vir sit impotens respectu illius fœminæ, ad quam cognoscendam posterior vir potens fuit. Tertio, quia *c. Laudabilem, eod. tit.* decernitur, virum separatum à muliere, quod triennio cohabitationis trãsacto iurarit se non potuisse cum ea consummare, cogendũ esse ad eam redire, & tamquam periurii reũ puniendum, si fœminam aliam cognoscat. At erronea esset decisio, si esset possibilis impotentia respectiua dirimens. Nõ enim ex sequenti copula cum alia concluditur prius matrimon. fuisse validum, neque illum reum esse periurii. Cum possit allegare se futile impotentem respectu illius. Tandem, quia censetur impotentia temporalis, nec dirimens matrimonium, quando per artem absque vitæ periculo potest illi subueniri, *cap. Fraternitatis, de frigid. & malef.* At huiusmodi est hæc impotentia: quando quispiam inuenitur potens ad corruptam, non autem ad virginem. Ideo huius sententiæ videntur apertè *D. Thom. 4. d. 34. q. vn. a. 2. ad 5. & ibi D. Bonau. a. 2. q. 2 ad vlt. Astensis 2. p. sum. l. 8. tit. 29. ar. vn. q. 1. Turrecr. 33. q. 1. in sum. a. 1. nu. 9. Syluest. verb. Matrimonium, 6. q. 1. vers. Qualibet perpetua, Ledesma 2. p. 4. q. 60. ar. 1. col. 6. vers. Circa illud autem. Veguerius l. institut. c. 16. §. 7. vers. 9. impedim.* 11. vbi aiunt non posse esse perpetuum impedimentum naturale in viro respectu vnius personæ, quin sit respectu omnium. At impedimentum, quod non est perpetuum, non dirimit. Et in propriis terminis eam docent *Innoc. d. c. Fraternitatis, n. 1. & ibi Alex. de Neuo §. Quamuis, n. 17. Tabiena verb. Impedimentum impedim. 22. q. 5. nu. 6. Armilla verb. Matrimonium n. 50. Sotus 4. d. 32. q. vn. a. 2. col. 6. vers. Sed ais. Petrus de Ledesma de matrim. q. 58. a. vltim. 5. quod monet circa solut. ad 5. dub. principal. Barthol. à Ledesma de matrim. dubio 48. fine, Hier. Llamas 3. p. methodi curat. c. 8. §. 3.*

Hac in re dubitari nequit, quin si re vera detur impedi- 3
mentum naturale perpetuum respectu vnius, & non respectu alterius fœminæ, vndecumque id consurgat, dirimat matrim respectu illius fœminæ solius, erga quã est impotentia. Cõstat, quia *c. fin. 33. q. 1.* conceditur impotenti ob maleficium, vt dissoluto priori matrim. ad aliud transeat: atque proinde prius matrim. ob impotentiam illã respectiuam accidentalẽ irritum fuit. Si ergo impotentia non naturalis, sed ex accidenti extrinseco maleficij cõsurgens dirimit matrimonium, respectu illius personæ, ad quã est: à fortiori dirimet impotentia naturalis respectiua, si ea daretur. Secundò id probat *c. Fraternitatis, de frig. & malef.* Vt id ponderabo, n. 5. Tertiò, quia sic se habet absolutum & totale impedimentum respectu matrimonij absoluti, sicut respectiuum & particulare, respectu particularis. Sicut ergo illud dirimit omnem matrimonij contractũ, ita hoc dirimet peculiarem. Quartò, quia matrim. respicit indiuiduam personam, & cum illa debet iniri. Si ergo respectu illius inueniretur impotentia vndequaque

consurgens, cui nullatenus ope aliqua medicinæ subueniri posset, respectu illius dirimeret matrim. non autem respectu aliarum, si cum aliis non esset ea impotentia. Quia respectu illius priuatæ personæ non posset esse obligatio ad copulam, vtpote quæ respectu illius est impossibilis: at potest esse obligatio cum aliis, cū quibus est possibilis. Atque ita fatentur *Martin. de Ledes. & Vigerius pro contraria sent. n. praced. allegati.* Ac disp. præced. nu. 13. retuli ex sent. D. Thomæ, & aliorum, abominationem mulieris dirimere matrim. quando respectu illius impedit perpetuo coitum: quamuis ex impotentia sit respectiua.

4 Hinc deducitur, quando propter membri virilis excessum femina non potest cognosci, nec arte aliqua huic impedimento succurri potest, esse irritum matrim. cum illa: quamuis non sit tale cum aliis, erga quas excessus ille membri copulam non impedit. Constat ex dictis nu. præc. Atque ita docēt *Ricard. 4 d. 34. a. 2. q. 2. Rosella verb. Impedimentum, impedim 15. n. 5. & ibi Supplem. Pisan. imped. 15. num. 5. Sylvest. verb. Matrimonium, 8. qu. 16. dicto 3. Brunel. de sponsalibus, concl. 28. n. 2. Gattac. Ad lumina, 30. q. 1. §. 4. q. 22. 4. m. 527. Matienzo lib. 5. recop. tit. 1. rubr. glo. 1. nu 197.* Quare minus bene aliqui Pontificem in hoc euentu consulēdum esse dicūt, quasi res sit dubia. Hi sunt *Hostiensis sum. t. de frigid. & malefic. col. vlt. num. 15. Alberic. in suo dictionar. lit. I. verb. Impedim. imped 15. Ioan. de Friburgo in sum confess. l. 4. t. 16. q. 21. Asiens. 2. p. sum. d. 8. t. 26. 4. vn. q. 4. D. Antonin. p. 3. tit. 1. c. 12. §. 1. fine. Franc. Marcus decis. Delphin. 673. n. 2.* Similiter quando ob membri virilis grossitiem impeditur copula cum certa femina, nec id impedimentum potest medicinis auferri, impedietur ac irritabitur matrimonium cum illa, respectu cuius est impedimentum. Et ita docent *Hostiensis ibid. n. 16. Alliensis q. 5. Rosella num. 6. Ricardus, Matienzo eosdem locu. Greg. Lopez l. 17. verb. Ex membros, t. 2. p. 4.*

5 Difficultas autem eo pertinet, an detur impotentia naturalis perpetua respectiua. nam DD. nu. 2. allegati negāt. At quamuis id sit probabile, mihi tamen probabilius est, eam dari posse. Ducor, quia stat mulierem tam arctā naturaliter esse & virū ita pinguem, vt illius membrum penetrare nequeat vas fœminæ ita arctæ, cum tamen virille aliis fœminis non ita arctis idoneus sit, ac illa fœmina non sit inepta aliis viris non ita pinguibus. Item stat naturaliter quempiam virum ita debilis virtutis esse, vt fœminam virginem penetrare nequeat, cum tamen possit corruptā: vel ita calidum esse, vt statim ac congredi conatur, semen effundat, & ita virginem cognoscere non possit: at posset corruptam, respectu cuius nullus conatus exigitur ad vas penetrandum. Nec hæc semper arte medicinæ auferri posse docet experientia. Secundò fortius probari hāc partem textus in c. *Fraternitatis, de frig. & malefic.* vbi separato matrim. quod vir mulierem arctam cognoscere non posset, atque illa alii nubente, qui ipsam corrupit, non decidit absolutè prius matrim. instaurandum esse, sed quādo posterior vir similis est priori (vt nu. 12. explicabimus) inde cōiectura sumpta sicut potuit posterior, ita potuisse priorem: atque ita non fuisse impotentiam respectiuam perpetuam ibi: *Cum pateat ex post facto, quod ipsa cognoscibilis erat illi, cuius similis commiscetur.* Supponit ergo textus non restaurandum esse, si prior vir debilior erat, atque ita posteriori dissimilis: atque adeo esse impotentiam naturalē respectiuam perpetuam, quæ dirimat matrim. respectu certæ fœminæ. Idem constat ex eodem textu, in fine, vbi Pontifex ait ex præmissis in eo textu decidi quæstionem hanc, An mulier quæ viro, cui nupsit, adeo arcta est, vt ab eo defloran nequeat, & alii nubens reddita est apta priori per posterioris concubitum, sit reddenda priori? vbi *Glossa, verb. Debeat*, ait Pontificem sentire non reddēdam, quādo viro priori nō poterat reddi apta per artem medicinæ absque vitæ periculo. Ergo iam conceditur impotentia respectiua perpetuo dirimens. Et ideo huius sent. sunt *Glossa eo c. Fraternitatis, verb. Similis, & verb. Debeat. Abb. ibi nu. 19. & 20. Gossredus sum. t. de frigid. & malefic. nu. vlt. Alberic. in suo dictionar. lit. I. verb. Impedimentum, imped. 15. Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 4. tit. 16. q. 9. Monald. summa, tract. de matr.* vbi de impotentia, *11. de impossibilitate coeundi quid sit, & quot eius species? Brunel de sponsalib. concl. 28. limitat. 6 nu. 25. Sylvest. verb. Matrimonium, 8. qu. 16. dict. 3. fine, & dicto 4. & 6. Rosella verb. Diuortium, n. 3. & verb. Impedimentum, impedim. 15. nu. 15. & ibi Supplem. Pisane, impedim. 15. nu. 10. & 14. & verb. Diuortium, n. 3. Turrec. 33. q. x. in sum. a. 3. n. 15. concl. 1. & 5. Lex reg. 3. tit. 8. p. 4. & ibi Montalum, verb. Diuortio. Gregor. Lopez ibi verb. Del segundo, & l. 17. fin. t. 2. p. 4. Aut. Cacc. d. 5. institut. maior. t. 12. n. 162. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. glos. 1 n. 194. 197. Barbosa l. 3. p. 1. n. 95. ff. solut. matrim. Hugolin. de matrim. c. 19. n. 1.* Et ex Theologis, *Scotus 4. d. 34. q. vn. col. penult. in breuiorib. pag. volum. & ibi Durand. q. 2. n. 8 fin Ricard. a. 2. q. 1. Paln. d. q. 2. art. 2. concl. 2. n. 13. & concl 3 n. 1. & a. 1. concl. 4. n. 10. & a. 3. concl. 2. n. 17. Maioris q. ad fin. Supplem. Gabr. q. vn. a. 2. corol. 3. quod infert ex 1. propos. Bassolu q vn. c. 2. Nicol. de Orbellis q vn. Berrilong. q. vn. a. 2. concl. 2. Castrobastian. q. 2. fine, Sotus q. vn. a. 2. col. 6. vers. Veruntamen Palacios disp. 1 col. 7. & S. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 12. §. 1. Nicol. de Nissa super 4. sentent. tract. 6. de matrimon. p. 3. q. 6. concla. 1. Veracruz 2. p. Speculi, a. 38. concla 5. Valentia 4. disp. 10. q. 5. punct. 3.* vbi de impotentia, *vers. Et huiusmodi impotentia. Pibl. art. de offic. sacerdotis tom. 1. p. 2. l. 2. c. 10. Enriquez l. 12. de matrim. c. 7. n. 4. & 9. cod. n. 9. in comment. lit. P. & melius lit. Q. Emman. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedim. dirimente *in impedim. impotentia. n. 14. vers. Quæ simpliciter.*

Ad arg. nu. 2. proposita resp. Ad 1. dicto textum intelligi, 6
quando fœminæ alicui concordare non potest vir naturaliter: id est, naturali frigiditate impediente, vt explicant ibi *Glossa verb. Naturaliter, & ibi Turrecr. paulo post principium, verb. Requisiuisti.* Secus quando vir non est frigidus, sed ob membri debilitatem, excessum, aut grossitiem non est aptus alicui fœminæ: tunc enim fieri potest, vt alius aptus sit. Ad 2. dic. non decidi ibi absolutè reddendam priori viro, sed quando vterque similis est. Ad 3. dic. eum textū procedere quando alligata est frigiditas viri, (vt constat ex initio textus) tunc etiam non potest esse impotentia respectiua. Cum frigidus sit prorsus impotens. Ad vltimum negandum est ei impotentiæ posse semper subueniri.

SVMMARIVM.

Traditur regula ad dignoscendum quando consistat impotentia perpetua, n. 7.

An impotentia ablata per miraculum valeat matrim. prius initum? n. 8.

Quid si auferri nequit absque peccato, n. 9.

Quid si femina optare ne possit viro absque copula cum altero, n. 10.

An ex ipso quod comperiatur femina vni potuisse cognosci à viro potentiori, vel existimetur posse id fieri, præsumatur eius potuisse à priori, ac indicet prius matrim. fuisse validum? refertur duplex, opinio, n. 11.

Propositæ sent. Auctoris: & declaratur an sit præsumptio iuris & de iure, vel fœminæ vni cognoscibilis, aut arctæ sit talis omnibus, n. 12.

Quid si non sit n. 13.

Adhuc dubium an sit cognoscibilis à priori viro, sicut fuit à posteriori, cessante prima matrimonium validum dicere, & ita restaurare, n. 14.

An valeat matrim. quando impotentia posset medicinis aut incisione reparari absque corporis periculo: & contra rem experti vnum: & quando id sit dubium an possit, n. 15.

Quid si talis gaudeat minima corporali periculo? Refertur duplex opinio, nu. 16. 17.

Proponitur sententia Auctoris, n. 18

Quod si absque magno periculo subuenire possit impotentia; ac breui durante ea potentia, n. 19.

An valeat matrim. si fœmina arctissimi cio medicorum nequit absque periculo succurri, quando ex incisionem, quæ maximum, ac constat nulli vitæ deferenti eam exponi fuisse est: ac tenetur vir cum euentu ea vti, n. 20.

Quid si dubium sit, an primum quod inuenerunt medici fœminam ea posse absque vitæ discrimine parere, & posset parit, n. 21.

An fœminam fœtu viuo laborantem incisionem, ac lasam manentem, teneatur vir dare, si existatur id irritum, n. 22.

An matrimonium ante incisionem initum valeat, iudicantibus medicis posse arte id non per incisionem absque periculo tolli, n. 23.

An quando impotentia viri ex pacta fœmina virginitate consurgit, censetur impotentia perpetua, ac dirimatur matrim. respectu virginis, qui nobis arte medicinæ possit inueri vir imbecillitas, n. 4.

Quid si id inueni nequeat, sed opus sit medicamenta fœmina applicari, aut claustrum incidi? Refertur opinio, n. 25.

Proponitur sententia Auctoris, n. 26.

An eo ipso quod vir impotens ad virginem, potest ad corruptam, præsumatur

matur fore vt longo vsu sit potens ad virginem: & iudicetur validum matrim. cum virgine? Refertur quædam sententia n. 27.
Proponitur sent. Auctorum & explicatur quid præsumatur in dubio, 28.
An possit vnus vir claustra virginis instrumēto aliquo ligneo, aut ferreo reserare: atque si id tentet, sit femina in loco tuto constituenda? n. 29.
Post n. 29. inuenies cætera summaria, quæ desiderantur.

7 QUÆSTIO II. Quando impotentia censeatur perpetua, siue cōsurgat ex parte viri, siue ex arctitudine aut virginitate fœminæ, ita vt respectu illius, ad quam est, dirimat matrimonium. Difficultas huius quæstionis pendet ex intellectu c. *Fraternitatis, de frigid. & malef.* vbi textus loquēs de femina arcta, quæ à viro, cui nupserat, cognosci nequibat, tradit regulam generalem ad dignoscendū, quando impotentia censeatur perpetua, ac ob id matrim. dirimat, ibi: *Nos tamen perspicaciter attendentes, quod impedimentū illud non erat perpetuū, quod præter diuinum miraculum, per opus humanū absque corporali periculo poterat remoueri.* Ex quo textu vniuersi DD. colligunt, eam impotentiam censeri perpetuam, quæ nulla arte humana absque corporali periculo remoueri valet. Quare cōcludunt vniuersi, si solo miraculo auferri possit, esse perpetuam: & similiter si possit per opus humanum, non tamen absque corporis periculo: at esse temporalem, quando naturaliter sine eo periculo auferri potest.

8 Hinc deducitur, matr. initum cum ita impotenti viro, aut cum muliere sic arcta, vt illi defectui absque miraculo subueniri non possit esse tamquam irritum dissoluendum, etsi ante dissolutionem cessarit iam per miraculum impotentia illa. Quod natura ac valor matrimonii ex miraculo non pendeat: ac iam verificetur, impedimētum id perpetuum fuisse, vtpote quod absque miraculo cessare non poterat: & proinde matrim. ea impotentia durante contractum fuit irritum, nec cōualescere potest, nisi, vbi cessauit impotentia, denuo ineatur. Et ita docent *Henricus c. Fraternitatis nu. 12. de frigid. Sotus 4. d. 34. q. vn. a. 2. col. 7. immediate ante vers. Sed quid si. Angles flor. b 1. 9.* vbi de matrim. *q. 8. a. 1. dub. 7. Lud. Lope 2. p. instructorij.* vbi de matrim. *ca. 52. col. 5. vers. Ex quo secundo. Petrus de Ledes. de matrim. q. 58. art. 2. paulo ante 1. dub. Cañedo suum sacram.* vbi de matrim. *c. 5. n. 34.* Sed obicies, quando maleficium non potest amoueri nisi per orationes ac Ecclesiæ exorcismos, non censeri perpetuum, nec irritari matrim. Vt constat ex *cap. fin. 33. q. 1.* & fatentur omnes. Cùm tamen tunc non cessat absque diuino miraculo. Dic cum *Soto 4. d. 34. q. vn. a. 3. col. 6. vers. Vnum autem*, non quidquid supernaturaliter diuinaque virtute efficitur, censendum esse miraculum: sed id, quod insueto fit modo. Vt remissio peccatorum per sacramenta efficitur sola virtute supernaturali: at quia vsitato fit modo, vacat miraculo.

9 Secundo deducitur censeri impedimentum perpetuū, ac proinde dirimi coniugium ratione illius, quando nequit auferri per opus humanum absque peccato. Cum enim id solum dicamur posse, quod licite possumus præstare; impedimentum, quod sine peccato auferri minime valet, dicitur impossibile ablatu, ac perpetuū. Quod textus c. *Fraternitatis. de frigid.* decidens esse impedimentum temporale, quod per opus humanū auferri potest: intelligitur de opere humano licito. Atque ita docent *Durand. d. 34. q. 2. n. 8. Palud. ibi q. 2. a. 2. concl. 2. nu. 13. Supplem. Gabr. q. vn. a. 2. corol. 5. quod infert ex 3. propos. Sot. q. vn. a. 2. col. 7. vers. Sed quid si. Palacios ibi disp. 1. col. 2. D. Antonin. 3. p. t. 1. cap. 12. §. 1. Ledesm. 2. p. 4. q. 60 a. 1. col. 6. versic. Sed hæsitabit, Petr. de Ledes. de matrim. q. 58. a. 1. paulo post princ. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 235. concl. 3. n. 3. Enrique l. 12. de matrim. c. 7. n. 4. & n. 9. & c. 8. n. 2. Emm. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedim. dirim. in impedim. impotentiæ, *n. 14. vers. Impotētia est. Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. puncto 3.* vbi de impotentia, *statim in princ. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 52. col. 6. vers. Adde denique.* Et ex Iurisperitis *Rainer, 2. p. sum. tit. de matrim. c. 17. Ioan. de Friburg. in sum. confess. l. 4. t. 16. q. 24. Turrecr. 33. q. 1. in sum. a. 3. n. 25. concl. 3. Sylueit. verb. Diuortium, q. 19. & verb. Matrimonium, 8. q. 16. dicto 6. Nauarr. summ. c. 22. n. 59. Gregor. Lop. l. 3. verb. Del segundo t. 8. p. 4.* Atque idem docent *D. Thom.* & alii Theologi ac Iurisperiti, quos disp. seq. nu. 9. referam, qui ob id censent maleficium censeri perpetuum, ac sufficiens ad dirimendum coniugium, quando solo alio maleficio auferri potest: quod is auferendi modus illicitus sit.

Tertiò deducitur, quid dicendū sit de femina arcta, quæ viro minimè frigido nupsit, & ab eo cognosci nequit: at per coitum alterius viri potentioris potest ei aptari aut iā aptata est. Et quidem si constaret per vsum cuiuscumque temporis prioris viri, aut arte medicinæ absque corporis periculo nō posse aptari, concordant omnes n. præc. allegati ac statim pro vtraque sententia referendi, id matrim. esse irritū. Quod sit vere inepta illi viro, à quo immediate cognosci non potest, cum non possit absque culpa lethali fornicationis ei reddi apta per coitum cum alio. 10

Difficultas autem eo pertinet, an eo ipso quod facti experientia comperitur, eam fœminam arctam potuisse ab alio viro cognosci, vel matronæ periæ iudicāt posse à viro potentioti, præsumat ius potuisse quoque cognosci à priori illo viro, qui nec frigiditate, nec maleficio laborabat: ac proinde iudicet matrim. cum illo initum esse validum? Quibusdam placet id præsumi, ac proinde matrim. esse validum, & si sic dissolutum fuerit, restaurandū esse. Ducuntur, quod cognoscibilis vni, præsumatur omnibus non frigidis nec maleficiatis cognoscibilis: atque arcta vni, præsumatur omnibus arcta. Quare præsumit ius potuisse quoque à priori illo viro per longioris temporis vsum cognosci, ac id impedimentum non esse perpetuum. Idque probant ex c. *Fraternitatis, de frigid. & malefic.* ibi: *Cùm patet ex post facto quod ipsa cognoscibilis erat illi, cuius similis cōmiscetur.* Quare similitudinē hanc in eo cōstituunt, quod vterque esset vir, nec frigiditate, nec maleficio affectus. Secundo, quia hæc præsumptio videtur iuris & de iure, contra quam nulla admittitur probatio. Cùm textus *ea c. Fraternitatis, vers. Quamuis igitur*, ex eo solo quod ab alio viro cognoscitur ea femina arcta, præsumens esse à priori viro cognoscibilem, statuat illi reddendam: ac prius matrim. semel iam Ecclesiæ sententia dissolutum instaurandum? Tertiò, quia vniuersi super eo textu scribentes inde colligunt, feminam vni cognoscibilem, vnive arctam, præsumi talem omnibus. Tandem, quia si femina illa re tam molli, ac est membrum virile alterius viri, potuit aperiri, ac apta reddi congressui prioris viri: cur id non poterit instrumento ligneo aut ferreo, quæ duriora sunt, absque vitæ periculo fieri? At impedimentum, quod sic auferri potest, nec est perpetuum, nec matrim. dirimit. Iuxta regulam relatam n. 7. ex *d. c. Fraternitatis.* Et ideo hāc sent. sustinent *Innoc. eo c. Fraternitatis, n. 1. 2 3. & 7. Hostiensis ibi, nu. 7. & duplici seq. & n. penult. super verb. Redire. Ioan. Andreas, nu. 14. 26. & 29. Antonin n. 22. & 25. Cardin, n 5. vers. Oppono in eodem vers. Anchar. nu. 10. not. abil. 14. & n. 16. vers. Secundo quæro, Præpos. n. 18. vers. in fine Glossæ. & n. 20. in fine. Henricus nu. 12. & duplici seq. Alex. de Neuo* dicens esse communem, *ibi. §. Quæritur, n. 17. Sotus 4. d. 34. q. vn. a. 2. col. 7. vers. Sed quid si: & col. 6. vers. Sed an. Idem Hostiens. sum. tit. de frigid. in fine.* 11

Cæterum multo verius est, non ex eo quod potuit ab alio cognosci, præsumptionem esse concludentem potuisse quoque à priori viro: & ita non inde concludi validum fuisse prius matrim. sed inspiciendum esse, an vterque vir similis sit ætate, robore, ac membro virili: & si similes sint, præsumi potuisse quoque cognosci à priori viro: & proinde id coniugium validum: secus si dissimiles sint: quia prior vir erat senex, vel debilis, vel alium defectum in virili membro patiebatur: posterior autem iuuenis, vel robustior, vel eo defectu membri virilis carebat. Probatur ex c. *Fraternitatis, de frigid.* vbi non vacat mysterio, nō dixisse textum absolute, cognoscibilem à posteriori viro, esse quoque à priori: sed quando posterior vir est priori similis, ibi; *Cuius similis commiscetur.* Quæ verba nō possunt accipi de sola similitudine in natura humana: id enim manifestum erat: sed de similitudine instrumenti genetationis, ac ætatis, roborisque. Hæc namque præsumptionem generāt, vt sicut cognosci potuit à posteriori- 12

ri cognosci quoque à priori potuerit. Et confirmatur, quia quamuis ab vno cognita præsumatur omnibus cognoscibilis, & arcta vni, omnibus arcta: at hæc præsumptio non est iuris & de iure, sed iuris tantum, ac proinde recipit probationem in contrarium ob vtriusque viri dissimilitudinem. Vt optimè docent *Abb. a dict. c. Fraternitatis, nu. 7. & ibi Præpos. nu. 6. Alexand. de Neuo ibi, §. Quamuis, n. 3. Astensis 2. p. sum. l. 8. t 27. a. 2. paulo post princ. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 7. n. 9.* Nec obstant argumenta contraria proposita num. præced. Quoniam ad 1. 2. & 3. constat ex proxime dictis, textus enim non absolute dixit cognoscibilem vni, esse & alteri cognoscibilem, sed quando vterque est similis. Ad quartum dic, disparem esse rationem, quod apertio facta membro virili est connaturalis vasi fœmineo, atque ab eo appetitur, at ligno vel ferro est cõtra naturam, ac omnino violenta: & ideo nil mirum, si ex hac periculum corporis timeatur, quod ex illa nõ imminet. Et ideo hanc sententiam sustinet ex Iuniperitis, *Abbas antiquus d. c. Fraternitatis, n. 2. & 4. & ibi Glossa verb. Simili, & verb. Debet, alter Abbas num. 19. Hostiens. sum. t de frigid. & malef. §. Quaritur & quando. n. 15. fin. Ioan de Friburgo in sum. confess. l. 4. t. 16 q. 5. Astens. 2. p. sum. l. 8. t. 27. art. vn. q. 2. Monald. sum. vbi de matrim. tit. de impossibilitate coeundi, q. 1. dub. 5. Albericus in suo dictionar. lit. I. verb. Impedimentum impedim. 15. Goffred. sum. t. de frigid. num. vlt. Brunel. de sponsalib. consil. 28. Imitat. 6. n. 15. Turrecr. 33. qu. 1. in sum. a. 3. num. 5. Angelus ver. Matrimonium, 3. impedim. 16. n. 4. Rosella verb. Impedimentum, impedim. 15. n. 11. & verb. Divortium, n. 3.* vbi *Supplem. Pisane, nu. 3. & verb. Impedimentum, impedim. 15. n. 12. Sylvester verb. Divortium, q. 19. nu. 12. & verb. Matrimonium, 8. q. 16. dist. 4. lex reg. 3. t. 3. p. 4. & ibi Montalu. verb. Divortio. Gregor. Lopez l. 17. verb. En membres, t. 2 p. 4. Antonius Cucus l. 5 instit. maiorum t. 12. n. 263. Gaeta c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 222. nu. 525. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. subr. glo. 1. num. 197. Lancelot. instit. iuris canon. l. 2. t. de divortijs, § Si quis tamen, verb. Redire.* Et ex Theologis, *Ricard. 4. dist. 34. a. 2. q. 2. & ibi Durand q. 2. n. 8. Paludan. quæst. 2. a. 2. concl 3. n. 4. Supplement. Gabr. q. vn. a. 2. corol. 3. & 4. qua infert ex 3. propos. Borrilong. q. vn. a. 2. post 1. conclus. Palacios disp. 1. col. 8. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 12. §. 1. ad fin. Angles flor. bus, 1. p.* vbi de matrim. *quæst. 8. a. 1. dub. 6. Enriquez l. 12. de matrim. c. 7. nu. 9. Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 107.* Et hoc idem supponunt alii DD. iure optimo asserentes non restaurari prius matrimonium ratione arctitudinis fœminæ dissolutam, quãdo per concubitum propri prioris viri nequit reddi apta copulæ cum illo, quamuis per concubitum cum altero aptata sit. Hi sunt *Durandus, Paludan. D. Antonin. Raymerius, Ioan de Friburgo, Sylvest. Martin. de Ledesma, Turrecr. Gregor. Lopez,* vbi eos n. 8. *retuli. Palacios 4 dist. 34. d disp. 1. ad fin. Veracruz 1. p. speculi, a. 38. concl. 5. Barbosa l. 1. p. 1. n. 95 ff. de stat. matrim.*

13 Hoc autem intelligendum est, quando est notabilis dissimilitudo inter vtrumque virum. Cum enim præsumptio iuris sit, vt femina, quæ viri non est arcta, sed ab eo cognosci potest, nulli sit arcta, sed ab omnibus cognoscibilis: (vt n. præced. dixi) oportet, vt hæc præsumptio elidatur, notabilem differentiam inter vtrumque virum reperiri. Sic *Durandus, lex reg. Enriquez n. præced. allegati.*

14 Quare dum hæc differentia non constat, sed res est dubia, standum est ea iuris præsumptione, vt præsumatur potuisse eam feminam à priori viro cognosci, ac proinde eius matrim. sit validum, & instauretur, si iam dissolutum erat. Quia in hoc dubio potiores sunt prioris viri partes, vtpote, qui iuris præsumptionem pro se habet. Huius sententiæ sunt *Abbas & Matienzo nu. 12. allegati, & Rosella verb. Divortium, nu. 3.* vbi aiunt si non constet de discrimine inter vtrumque virum, præsumi feminam potuisse cognosci à priori viro. Et melius *Angelus & Enriquez eod. nu. 11. relati.* vbi aiunt oportere apertè constare de dissimilitudine, ne præsumatur prius matrim. validum, ac restaurandum sit. Et in propriis terminis dubii tradunt *Sylvester verb. Matrimonium, 8. q. 16 dicto 4 & verb. Divortium, q. 19. n. 12.* vbi *Supplem. Pisane, n. 3.* Addunt que *Rosella, Supplem. Pisana, & Sylvest.* (ac bene) id verum esse quamuis maritus prior, iis nuptiis dissolutis, iam ad alias migrasset. Imo & *Hostiens. Ioan. Andr. Anchar.* pro contraria sent. n. 11. relati fatentur, vbi euidenter dissimilitudo hæc appareret, non præsumi validum prius matrim. Quando autem constat notabilis, inter vtrumque vtrum dissimilitudo, non est femina priori viro reddenda, quamuis sit dubium, an per vsum illius potuerit quoque reddi apta. Quod sit contra illum præsumptio. Ita *Palud. 4. dist. 34 q. 2. a. 2. fine.*

15 Quarto deducitur, si iudicio medicorum impedimentum impotentiæ medicabile sit absque corporali periculo, quamuis femina renuat incisionem, aut medicamenta necessaria, quibus apta reddatur viro, firmũ esse matrim. Quod eius firmitas ac valor minimè ex fœminæ voluntate pendeat, sed ex ipsa rei natura, iuxta quam impedimentum illud temporale est, vtpote quod potest per artem absque corporis periculo tolli. Deinde, quia si femina postea pœnitentia ducta acceptaret medicamina, seu incisionem, & iis apta redderetur priori viro, id matrim. esset validum, cum impotentia sit temporalis, & tamen non est denuo contractum. Ergo antea erat validum. Et ita docent *Paludan. 4. dist. 34. q. 2. a. 2. concl. 2. n. 13. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 12. §. 1. Turrecr. 33. q. 1. in sum. a. 3. nu. 15. concl. 1. Soto 4. dist. 34. q. vn. a. 2. col. 6. vers. Sed. in. Angles flor. bus, 1. p.* vbi de matrim. *q. 8. a. 1. dub. 9. fine Gaeta cap. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 229 n. 532. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 52. col. 5. paulo ante vers. Ex quo secundo, Petrus de Ledesma de matrim. qu. 58. a. 1. dub. 5. quod monet circa solut. ad 5. dubii principalis.* Qui bene addit hoc esse verum, quamuis femina renueret incisionem, eo quod ad illam sustinendam minimè teneatur. Cùm enim adhuc possit absque periculo auferri, erit temporale, ac subinde non irritabitur matrim. Quod si medici dubitent, an immineat mortis periculum ex incisione illa, tunc subesse mortis periculum iudicatur. Sicut medicis iudicantibus an cibus aliquis lethalis sit, peccaret mortaliter eo vtens, vtpote, qui vere periculo mortis expositus est. Et ideo dubius antes aliqua sit culpa mortalis, nec illam vitans, delinquit mortaliter. Quia vero rei mortalis periculo exponitur. Similiter ergo quando dubitatur de periculo mortis ex incisione, verè nequit femina incisionem illam pati, quin mortis periculo subdatur, ac subinde id impedimentum auferri non poterit absque mortis discrimine. Et sic matrimonium nullum.

16 Difficultas autem est, quid nomine corporalis periculi intelligatur, dum *c. Fraternitatis de frigid.* decidit esse impedimentum temporale, quod absque corporali periculo auferri potest? Quidam censent intelligi mortẽ ipsam, & ideo si impedimentum tolli re vera possit superstite persona, etiam cum mortis periculo, non irritari matrim. Quare existimant in quocumque euentu, & cuiuis vitæ periculo exposita fuerit mulier patiens incisionẽ, si mortem euadat, validum fuisse prius matrim. & id instaurandum, quamuis prior vir aut femina illa ad aliud transierit. Quod verè id impedimentum non fuerit perpetuum, experientia detegente potuisse absque morte reparari. Ita sustinent *Imol. c. Fraternitatis, in n. 1. 2. 3. 7. de frigid. & malef. & ibi Ioan. Andr. n. 26. Anton. n. 22. & 23. Anchar. nu 16. q. 2. Cardin. n. 5. vers. Oppono in cod. vers. Præpos. n. 18. vers. in fine glossæ 7 n. 20. fine Alex. au. de Neuo* dicẽs esse communem sent. § *Quamuis, n. 17. Brunel. de sponsal. consil. 28. ampliat. 4. num. 19. statim in princ. Ant. de Rosellis de legitim. l. 1. t de causa materiali legitimationis, n. 36.* (habetur tom. 8. tract. p. 2.) qui limitat, quando speratur tolli breui etiam cum eo periculo.

17 Alijs placet nomine huius corporalis periculi intelligi periculum probabile vitæ, aut grauis morbi. Quod text. *c. Fraternitatis, vers. Quamuis igitur, de frigid.* solius corporalis periculi meminerit: cuius nomine non solum vitæ periculum, sed quodcumque graue, quale est grauis morbi, comprehendi potest. Sic videtur sentire *Supplem. Gabrielis 4. dist 34. q. vn. a. 1. ne tab. 6.* vbi aiat censeri perpetuum impedimentum, quando tolli non posset absque notabili corporis læsione. Et *Enriquez l. 12. de matrim. c. 7. nu. 6.* dicens,

tens, quando tolli nequit absque periculo grauis ac diuturni morbi. Et aperte tenet *Vega to.2.sum c.34.casu* III. vbi ait reputari perpetuum impedimentum, cui subueniri non potest absque grauissimo morbi incommodo, ac si non posset absque mortis periculo. Atque fauet huic sententiæ DD. aliqui dicentes irritari matrim. ratione impedimenti, quod nequit tolli sine graui periculo: eo quod id perpetuum censeatur. Nam grauis morbi periculum vere dicitur graue periculũ. Hi sunt ex Theologis *Ricard. 4.d.34.a.2.q.2.& ibi Palud.q.2.a.2.concl.2.n.13. Maioris q.1.col. 2.concl.4. Celaia q.1.ad 3. D. Antonin.3.p.t.1. c.12.§. 1. Petrus de Soto lect.5. de matrim pag.2.vers. His autẽ proximũ. Valentia 4. p. disp.10.q.5. punct. 3.* vbi de impotentia, *flatum in princ. Emm. Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedim. diritm. *in impedimento impotentiæ,n.14.vers. Impotentia est.* Et ex Iurisperitis *Glossa d.c. Fraternitatis, verb. Corporali, de frigid. & ibi Henricus n.12. Host. sum. eod. tit. §. Quæ impotentia,n.3. Ioan. Andr. tractatu de matrim.n.16. Alberic. in suo dictionar lit. I. verb. Impid. mentum, impedim.15. Rolandus de lucro dotis q.104. n.4.& 5. Sylvest. verb. Matrimonium,8.q.16.dict.4. Rosella verb. Impedimentum. impedim.15. n.11.& ibi Supplem. Pisanæ impedim.15.in n.10.& 12. Lex reg.2.t.8.p.4.& ibi Greg. Lopez verb. Grande, montal.l.1. verb. Flaquez a tit.8.p.4. Gaeta cap. Ad limina,30. qu.1.§ 4.qu. 229.n.532. Matienzo lib.5.recop.2.1.rubr. glossa 1.n.197.*

18 At quãuis hæc sent. sit probabilis, mihi probabilius est, solius mortis periculum intelligi in *eo cap. Fraternitatis*, nomine corporalis periculi. Ducor, quod idemmet textus *c. Fraternitatis, vers. Per hæc autem*, se explicuit, appellãs mortis periculum, quod paulo antea in *vers. Quamuis*, appellarat corporale periculum ibi: *Nisi per incisionem, aut aliò sibi modo violentia inferatur, non solummodo leue, sed forte tam graue, vt ex ea mortis periculum timeatur.* Et ita docent *Card. eo c. Fraternitatis,n.5. vers. Nota casum, in fine, Angelus verb. Matrimonium, 3. impedim.16.n.2. Tabiena verb. Impedimentum, impedimento 12. quæst.1.n.2. Cauallcan.2.p. decis.18.n.4.* Et ex Theologis, *Sotus 4.d.34. quæst. vn.a.2.col.7. vers. Dubium autem. Et ibi Palacios disp.1.col.5. Angles floribus 1.p.* vbi de matr. *q.8.a 1.dub.1. difficult.1.concl.3.& in coroll 2. quod ex illa infert Ouandus 4.d.34. disp. vnica coral.4. quod infert ex 5. propos. Barth à Ledes. de matrim.dub.48.concl.2. Graffis 1.p.decis.l.2.c.85.n.12. Manuel 1.to. sum.in 2. edit.c.235 concl.1.nu.1.ad fin. Lud. Lopez 2.p. instruct.c. 52.* vbi de matrim. *col.6. vers. Porro prædictarum q. Cañedo sum. Sacram.c.5. de matrim n.31.* Et credo hanc sent non differre moraliter loquendo à præcedenti. Quoties enim grauis morbus timetur, subest moraliter periculum mortis.

19 Quod autẽ hactenus diximus ex *d.c. Fraternitatis*, cessare impedimentum tẽporale, quod medicabile est ablq; vitæ discrimine limitandũ est, si potentia illa ope medicinæ restituta est duratura, non superueniẽti breui alio perpetuo impedimento. Secus est, si breui temporis spatio duratura est, arbitrio iudicis limitando: ac postea ex eademmet causa primæua adeo arcta reuerteretur femina, vt commisceri nõ posset absq; mortis periculo. Tunc enim perinde matrim. non valeret, ac si immedicabile esset impedimentum. Quia non dicitur cessare impedimentũ, quãdo non durat. Sicut non dicitur medicum stetisse cõuentis medendi infirmo, ac restituendi in pristinam sanitatẽ, quando hac breui durante, redit ex eadẽ causa morbus. Vt tradit *Glossa* recepta à *Bartolo* & aliis scribẽtibus, *l. Marius, 61. ad finem ff. Iocat.* Sic *Cauallcan.2.p. decisione 184.n.4.*

20 Hinc deducitur, quando impotentiæ non potest subueniri absque vitæ periculo, quamuis mulier velit id periculum subire vt apta reddatur viro, non teneri virũ id expectare. sed posse matrimonij dissolutionem petere, atq; ad alias transire nuptias. Quia tunc verificatur id impedimentũ perpetuum esse, vtpote quod cessare nequit absque vitæ periculo. Sic *Enrique l.12. de matrim. c.7. n.6. Petr. de Ledes. de matrim. q.59.a.1. col. penult. in dubio quod mouet circa solut. ad 5.* Qui addit si suscepto medicamine habilis efficiatur femina, prius matrim. fuisse absque dubio validum. Cùm impedimentũ cessarit absq; miraculo & periculo corporali. Et rectè quidẽ dicit, si experientia ipsa docuerit nulli corporali periculo eã fuisse expositã, ac medicos deceptos esse. Si enim constet reuera mortis periculum subiisse, quãuis illud incolumis euaserit, fuit irritum matrimonium: & vtrique coniugi liberum erit ad alias nuptias transire: vel priores denuo ratificare. Quia tunc ex ipsa experientia constat, impedimentum non potuisse absque vitæ periculo auferri: ac proinde verum fuisse iudicium Ecclesiæ ex medicorum attestatione iudicãtis illud perpetuum, & ob id dissoluentis matrim. Et hoc tenent *Astensis 2.p.sum.l.8.t.27.a.vn.q 2. Enriquez eod.c.7.nu.6.* Et omnes Auctores, quos n.23. referam.

Et iuxta hæc intelligendum est, quod tradunt *Veracruz* 21
1.p. sp.coli, a.38.concl.8.& Matienzo lib.5.recop.t.1.rubr.glossa 1.n.197.fine, nimirum dissoluto matrim. eo quod medici iudicarunt non posse feminam absque vitæ periculo parere: (secutus est enim iudex sententiam probabilẽ, quam retuli disp. præced. n.27. dicentem ex hac impotentia dirimi matrimon.) si postea pariat, instaurandum esse prius matrim. Sed vt hoc verum sit, intelligendum est iuxta dicta num. præced. quando experientia comprobauit eam absque periculo peculiari, quod medici iudicarunt, peperisse. Secus si id periculum reuera adfuerit, quamuis femina incolumis euaserit. Vt ibi probaui.

Sed dubitabis, an eam feminam, quæ in fauorem ma- 22
trimonii eam incisionem periculosam experta est, & læsa ac immedicabilis mansit, dissoluiturq; matrim. teneatur vir ille alere? *Enriquez l.12. de matrim.c.7.n.6.* affirmat. Idque probat ex *c. Requisisti, 33.q.1.* quod nil probat. Et ex *c. Quod proposuisti.32.q.7.* iunct. *Gl.* Sed nec textus, nec *Glossa* id probant. Quippe textus ait: *Non tamen ei subsidia opem subtrahat.* Et *Glossa verb. Opem*, explicat, id est, dotem acceptam ratione matrimonii illi reddat: eo quod illud tamquam irritum declaratum esset. Et ideo quamuis magna æquitate innitatur, vt vir huiusmodi feminæ in sui fauorem perpessæ incisionem alimenta ministret, nullam tamen obligationis rationem inuenio. Quapropter illam non imponendam viro censeo.

Ex dictis etiam infertur, qualiter intelligendũ sit, quod 23
multi & non pœnitendi Auctores asseuerant, nimirum, matrim. initum cum femina, quæ per solã incisionem potest reddi apta congressui viri, esse irritum, si ante incisionem ineatur, quare vt facta incisione incipiat valere, desiderari nouum consensum, aut saltẽ perseuerantiã in priori. Hi sunt *Alberic. in suo diction. lit. I. verb. Impedimentum, impedim.15. Astens. 2.p. sum.l.8.t.27.a.vn.q.5. Ioann. de Friburgo in sum. confess. l.4.t.16.q.8. Monald. sum.* vbi de matrim. *tit. de impossibilitate coeundi quid sit col.3. vers. Item pone Rosella verb. Impedimentum impedim.15.nu.14.& ibi Supplem. Pisanæ, impedim.15.n.13. Tabiena ibi impedim.12.q.6.n.7. Sylvest. Matrimonium,8.q.16.dict.4. Armilla verb. Matrimonium,n.51.* Sed hæc doctrina ita generaliter intellecta est omnino à veritate aliena, & contra textum *c. Fraternitatis, de frigid.* Si enim incisio illa iudicio medicorũ poterat fieri ablq; vitæ periculo, impedimentum non erat perpetuũ, & valebat matr. iuxta illius textus decisionem. Et ideo eã reprobat *Supplementum Gabrielis 4.d.34.q.vnica.a 2. corollario 1. quod infert ex 3. propos.* Et *idemmet Astensis eod.a.vn.q.4.* fatetur valide contrahi ante incisionem, quãdo per eam absque mortis periculo potest femina reddi apta copulæ. Quare vt ea doctrina vera sit, intelligenda est iuxta à nobis tradita n. 20. quando incisio periculosa erat, nec experiẽtia docuit dicto periculo carere. Tunc enim cum à principio non valuerit matrim. indiget nouo consensu, vel in pristino perseuerantia, vt vel sic ex tunc valere incipiat.

Sed adhuc disputãdum superest, an consurgẽte impe- 24
dimento, non ex peculiari feminæ arctitudine, præ cæteris feminis, sed ex sola virginitate: quia, nempe, vir ita debilis est, aut senex, vt virgineum vas penetrare nequeat, eum posset corruptæ, censeatur impedimentum perpetuum respectu virginis: ita vt matrim. cum illa initum dissoluendum sit? Contingit enim teste *Alber. Magno 4.d.34. post solut. ad argum. in fine*, quospiam debilis caloris esse, qui

sufficiat ad membrum erigendum, & ad primum impetũ, ac cito remittitur & euaporatur: quare hi possent corruptam cognoscere, in quo coitu non est resistentia aliqua ob vasis feminei clausuram; non autem virginem, prædicta clausura resistente: nam antequam illa superetur, extinguitur debilis ille calor, ac membrum solvitur. Et quidem quando ope medicinæ iuuari posset illa viri imbecillitas, vt virginem cognoscere posset, manifestum est valere matrimonium. Quod impedimentum sit temporale, & absque aliqua virginis læsione reparabile.

25 At difficultas est, quando imbecillitati viri nulla ratione consuli potest, sed opus est apertione claustri virginei, instrumento aliquo aut medicamine applicato? Nec disputamus hic an teneatur virgo id pati. Quia hoc pertinet ad 3. q. à nu. 30. disputandam. Nec inde pendet huius quæst. resolutio. Quãuis enim nec teneatur nec velit pati, si iudicamus id impedimentum esse temporale, valebit matr. (vt diximus n. 15.) Ratio autem dubitandi est, quod cum nullum peculiare impedimentum sit ex parte feminæ, sed sola naturalis virginitas cæteris virginibus cõmunis, nulla ratio postulat, vt ipsi incisio aut medicamina adhibenda sint, vt apta reddatur, atque inde valor matrimonii pendeat. Quod vtique consentaneum esset rationi, quãdo impedimentũ se teneret ex parte feminę, quod præ cæteris arcta sit. At eam in hoc euentu impedimentũ se teneat omnino ex parte viri, soli viro medendum videtur. Medicina enim nõ sano, sed ægro instituta est. Quod si nulla medicinæ arte remediũ viro adhiberi possit, censebitur impedimentum perpetuum, ac proinde iudicabitur ineptus ad virginẽ, & dissoluetur matrim. cum illa initum. Præterea, quia textus *c. Fraternitatis, de frig. & maleficiat.* decidens esse impedimentum temporale, quando ope medicinæ feminæ subueniri potest, nec dirimi matrim. expresse loquitur quãdo vitium feminã afficit, quod præ cæteris arcta sit: & in toto eo textu nulla fit mentio, quãdo femina nullo arctitudinis vitio laborat, sed sola naturali obseratione virginea. Nec DD. iuris Pontificii huius casus meminere, cum tamen frequens sit. Quod non leuiter indicat textus, ac doctores supponere, nullam tunc feminæ medicinam adhibẽdam esse, ex qua valor matrimonii pendeat: sed totum hoc negotium in viri impedimentum esse refundendum. Et ita hanc partem tenere videtur *Gutta repet. 4. Ad limina, 32. q 1. §. 4. qu. 125. nu. 528.* nam ea quæstione mota, an impotens ad virginem, potens tamen ad correptam, validè ducat virginem? refert sent. D. Thomæ dicentis posse medicinæ arte claustra virginis reserari: & ipse subdit hęc: Sed aliter videtur velle Palud. vt dixi *q. 222. vbi n. 525.* ait, qui nequit ad virginem accedere, bene tamen ad corruptam, cum sola corrupta posse contrahere. Verum *Palud.* illi non fauet. Solum enim vult (vt ex ipso & aliis referam nu. 28.) impotentem ad virginem non posse valide eam ducere in vxorem, bene tamẽ corruptam, si ad eam potens sit. Quod & nos fatebimur nu. 28. Sed adhuc stat difficultas, an censeatur perpetuo impotens ad virginem, quando arte medica potest virgo reddi apta Et ideo *Sylvest.* qui (vt n. 28. referam) amplectitur eandem Paludani doctrinam, censet non esse impedimentum perpetuum dirimens matrimonium cum virgine, quando medicamine virgini adhibito potest aptari: vt ex ipso referam n. sequenti.

26 Sed proculdubio tenendum est, si ope medicinæ, absq; mortis periculo possit subueniri feminæ virgini, vt apta reddatur congressui illius viri imbecillis, validum esse matrimonium. Quia textus *d. c. Fraternitatis*, eam regulam generalem tradidit, ad dignoscendum an impedimẽtum perpetuum sit, ac dirimens matrim. quando per opus humanum absque corporis periculo tolli nequit. Et quãuis textus loquatur de femina arcta, id non efficit, quasi ad solam arctam restringẽs dispositionem: sed quia satisfacit quæstioni propositæ, quæ de sola muliere fuit. Atque ita dum tradit regulam, generaliter loquitur, non restringens ad arctam, sed ex ea generali regula descendit ad decidendum casum specialẽ quæsitum de arcta. Vt constat ex illis verbis: *Nos tamen perspicaciter attendentes quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter diuinũ miraculum, per opus humanum absque corporalis periculo potuit remoueri.* Et confirm. quia si vir senex aut debilis coire nequeat, nisi opere medicinæ adiutus, fatentur omnes id impedimentũ temporale esse: nec dirimere matrim. Quod possit illi subueniri absque corporis periculo. Cùm tamẽ textus ille *c. Fraternitatis*, ex quo hoc arg. deducitur, de sola femina arcta verba faciat. Ergo necessario fatendum est, regulam in eo textu traditam esse generalem: nec restringi ad peculiarem mulieris arctæ casum. Nec quidquam refert vitium tunc non se tenere ex parte feminæ, sed ex parte imbecillitatis viri. Matrimonii ẽnim valor minimè respicit est, ex parte alterutrius se teneat, si perpetuum sit: & vali ex parte cuius se teneat impedimentum: æquè enim irritũ dum, si sit temporale. Quare licèt femina tunc ex natura sua medicamine non indigeat, vtpote quæ nullo morbo laboret: at eo per accidens indiget, nimirum, ratione matrimonii initi, cuius valor pendet ex cognitione, an id viri impedimentum erga virginem temporale sit an perpetuum. Quæ cognitio haberi nequit, nisi sciatur an medicamine vtrique coniugi adhibito aufern valeat. Et per hoc soluuntur rationes sententiæ contrariæ. Quare hanc sent. tuentur ex Theologis *D. Tho. 4. d. 34 q. vn. a. 2. ad 5. Et ibi Albert. Magn a. 4 post. solut. ad argum. in fine, Sotus q. vn. a. 2. col. 6. vers. Sed an. Palacios ibi, disp. 1. col. 7. Cæta q. 1. in solut. ad 3. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 12. §. 1. Ledesm. 2. p. 4. q. 60. a. 1. col. 4. vers. Sed tunc oritur. Viguer. l. instruct. c. 16. §. 7. vers. 9. imped. 11. Angles florib. 1. p.* vbi de matrim. *q. 8. a. 1. post dub. 9. difficul. 2. Lud. Lopez 2. 1. p. instruct.* vbi de matri. *c. 51. col. 5. vers. Ex quo secundò Petrus de Ledes. de matrim. q. 58. a. 1 col. penult. in dub. quod mouet circa solutionem ad 5. Barth. à Ledes. de matrim. dub. 48. fine, Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 109. Cañedo sum. Sacrament.* vbi de matri. *c. 5. n 33. Hieron. Llamas methodo curat. 3. p. c. 8. §. 13.* Et ex Iuniperitis, *Alberic. in suo dictionar. lit. I. verb. Impedimentum. Impedim. 5. Ioan. de Friburgo in sum. confess. l. 4. t. 16. q 22. Ailensis 2. p. sum. l. 8. t. 26. a. vn. q. 1. Turrecr. 33. q. 1. in summ. a. 2. n. 12. Rosella verb Impedimentum, impedim. 15. n. 7. & ibi Supplem. Pisana, impedim. 15. nu. 6. Sylvester v. Matrimonium, 8. q. 16. dict. 30 Armilla verb. Matrimonium, n. 50 Tabiena verb. Impedimentum, impedim. 12. q. 5. n. 6. Gregor. Lopez l. 2. verb. Magistrias. 18. p. 4. Anton. Cuc. l. 5. instruct. maiorum. c. 12. n. 261.*

27 Verùm adhuc superest discutiendum, an eo ipso quod vir ad virginem impotens valet corruptæ cõmisceri, præsumatur eum fore potentem ad virginem, & ita matrim. nullatenus dissoluendum sit, quod cum virgine initũ est? Hoc procedit supposito non interesse maleficiũ aliquod: id enim communiter est respectu vnius (vt disp. seq. dicemus, vbi & trademus signa ad illud cognoscendũ.) Atque id supponere videntur *D. Thom. D. Antonin. Albericus, Ailens. Turrecr. Rosella, Supplem. Pisana, Tabiena, Armilla, Greg. Lopez, Viguerius, Lud. Lopez, Vega n. praced. Allegati*: dicũt enim quãdo vir nequit virginem deflorare, cùm tamen potens sit erga corruptam, posse medicinis claustrum virginis aperiri, aptumq; reddi congressui illius viri. Quare supponũt semper id matri. firmum esse, quod semper ope medica ei impedimento subueniri possit: & ita fieri non posse, vt quis aptus sit ad validè ducẽdam corruptam, ineptus autem ad virginem. Atque id apertius supponit *Albert. Magnus ibid allegatus*, ait enim posse digitis aperiri tũc virginis claustrum. Et adhuc clarius id censent *Sotus, Petr. de Ledes. Bart. à Ledesma, Lud. Lopez, Vega, Cañedo ibidem relati*: aiunt enim quando sola virginitas obstat, viro potente accedere ad corruptam, non censeri impotentiam perpetuam, sed posse arte auferri, ac valere matrimonium.

28 Sed quamuis maxima tunc præsumptio sit fore vt medicaminibus adhibitis vtrique, si vir ille potens ad virginem, atque ita valeat matrim. cum illa: non tamen est ita cõcludens, quin oppositũ euenire possit. Et pro hac parte sunt expresse *Palud. 4. d. 34. q. 2. a. 1. nu. 10. conclu. 4. Et ibi Supplem. Gabriel q. vn. a. 2. corol. 3. quod inserit ex 1. propos. D. Anton.*

3.p.t.1.c.12. *Syluester verb. Matrimonium*, 8.q.16.dub.6. vbi dicunt viro impotenti ad virginem, potenti verò ad' corruptam, concedendam esse facultatem ducendæ corruptæ, non autem virginis. Et sic clarè sentiunt posse dari impotentiam perpetuam respectu virginis, quæ cum illa matri. dissoluat: stante potestate cognoscédæ, ac validè ducendæ corruptæ. At fateor maximam tunc præsumptionem stare pro viri potentia ad virginem. Quia constat tunc eũ non esse frigidum, & subinde esse potentem naturaliter: nec maleficiatum (vt supponimus:)nec præsumitur impotentia respectiua: cùm præter naturam aut saltem rara sit, quando ex maleficio non consurgit. Quare in dubio id impedimentum censebitur temporale & medicabile, ac non dissoluetur matrim. Et hoc est quod volunt Auctores n. præc. relati, & in simili diximus n. 14. At si vir hic ad virginem impotens, non probat se potentem ad corruptam, succumbet, ac dissoluetur matrim. Quia in dubio impotens ad vnam præsumitur talis ad omnes. Sicut n. 12. diximus feminam cognoscibilem vni, aut vni arctã. talem erga omnes præsumi. Qualiter autem potentia ad corruptas probanda sit: dicemus n. 35. fine.

29 Tandem dubitabis, an integrũ sit huic viro impotenti ad virginẽ. potenti autem ad corruptam, propria auctoritate instrumento aliquo ligneo aut ferreo ad id apto, digitisve, claustra huiusmodi virginis à se ductæ reserare, vt vel sic cõsummare possit matrimonium? Id esse licitũ clarè sentire videntur *D. Thom. Ioann. de Friburgo, Astens. Tabiena relatis* n. 26. nam verba *D. Tho.* quæ cæteri transcribunt, sunt hæc: *Si non posset implere carnalem actum cum virgine, & posset cum corrupta, tunc medicinaliter aliquo instrumento posset claustra pudoris frangere, & ei coniungi.* Quod idem clarius docere videtur *Albert. Magnus cod. n. 26. relatus*, dicens posse virũ digitis aperire viam. At credo id non sentire D. Thomam, nec eius sequaces, non enim absolutè dixere posse virũ, sed prudenter addidere, medicinaliter, quasi dicant iuxta medicorum præscriptum. Quod innuunt *Albericus, Turrecrem. D Antonin. Bosella, Supplementum Pisana, Greg. Lop. Martinus à Ledesma, Vigerius eodem nu. 26. allegati*, dum allegato pro se D. Thoma, his verbis vtuntur: *Possent tũc medicinaliter aliquo instrumento claustra aperiri.* Nec explicant à quo, quasi supponentes id consultis medicis faciendum iuxta medicinæ leges. Et id solum velle *D. Thomam* clarius indicat *Ant. Cucus lib. 5. institut. maiorum, tit. 12. n. 261.* vbi D. Thomã pro se allegato ait posse claustra aliquo instrumẽto ex arte medica reserari. Nec ratio, cui innititur D. Thoma aliud probatiquæ est hæc: Sic reserare claustra non est contra naturam, cùm non defectationis, sed medicinæ adhibendæ gratia fiat. Quæ ratio solum probat id ex se licere: non autem posse à viro propria auctoritate fieri. Et id non posse, clarè sentiunt *Hostiens. cap. fin. n. 10. super verb. Coniunxit, de frigid. & malef. & ibi Ioan. Andreas n. 9. Anton. nu. 10 Anchar. ad finem Præpositi. n. 4. verf. De hinc quæritur. Alexan. de Neuo n. 19. Brunel. de sponsalibus, consil. 28. limit. 5. nu. 22.* dicentes quoties suspicio est fore vt vir instrumento aliquo defloret vxorem, confugiendum esse ad remedium traditũ *c. Cum locum, de sponsal.* quod est, vt mulier à viro separetur, ac in loco tuto constituatur, dum impotentiæ lis decidatur. Si enim id liceret viro propria auctoritate facere, iniusta esset separatio à viro nil iniustum faciente, sed iure suo vtenti. Adde etiam peritiam medicorum desiderari ad iudicandum an in illo medio sit timor magni damni vxoris: & an suauionibus medicamentis id possit fieri: & an potius obstet maleficium. Quæ omnia maturè prius expendenda sunt, quam ad medium adeò rigidum perueniatur: & quando ad illud deuenien ãtim est, chirurgi peritia desideratur, vt iuxta artis præscriptum fiat. Quare existimo id non licere viro propria auctoritate efficere: & si probabilis timor sit fore vt id intentet, separandam mulierem, ac in loco tuto constituendam, (vt docent Auctores proximè allegati) donec lis decidatur, aut plena securitas detur. Sicut quando ratione fœuitiæ fit separatio, iuxta *c. Literas, in fine, de restit. spol.*

SVMMARIVM.

An femina nupta & arcta teneantur incisionem necessariam, vt viro aptentur, pati? Refertur duplex sententia, nu. 30. & 31.

Proponitur Auctoris sententia, n. 31.

Quid, vbi sola virginitas obstat? Refertur opinio, n. 33.

Explicatur sententia Auctoris, n. 34.

Quid, si non constet de potentia viri ad corruptas: & qualiter ea probari possit, n. 35. Et ibi, quàm cautè iudices procedere debeant hanc incisionem.

An virgine vel arcta renuente incisionem qua potest aptaredditi viro, liceat illi vsus coniugij. n. 36.

An matrim. separato ratione frigiditatis, aut arctæ nimis, absoluta, vel respectiua sit virgo, coniugi interdicendus vsus ad aliud matrim. Et an peccet potens transiens absq; Eccl. sæ licentia, & valeat, n. 37.

Quid, si fa. ta incisione, aut restituta femina priori marito, ito quòd à semel cogat à sit, adhuc non possit ab eo cognosci? Remittitur, n. 38.

QVÆSTIO vltima. An femina nupta, cuius arctitudini iudicant medici posse per incisionem absq; mortis periculo subueniri, vt reddatur apta viro, teneatur illã pati? In duplici euentu potest quæstio hæc disputari. Prior est, quando mulier naturaliter est præ cæteris arcta. Posterior, quando arcta non est, sed solum naturale virgineum signaculum congressui virili obstat. Et quidem in priori euentu, *Glossa c. Fraternitatis, verb. Corporali, de frigid. & malef. Greg. Lopez l. 2. verb. Grande, t. 8. p. 4. Cauallarius decis. 18. nu. 4. Lancelot. institut. iuris Canonici, libr. 2. tit. Quæ matrimonium impedire possunt. §. Item frigiditas, verb. Ope medicorum*, dicunt leue periculum debere mulierem arctam pati; atque ita videntur à contrario sensu sentire, non teneri pati graue. 30

Alii in altero extremo sunt, ac ita, tè loquuntur, dicũt enim teneri pati incisionem, vbi non imminet periculum graue mortis. Sic *Palacios 4. dist. 34. disp. 1. colum. penult. vers. Quintò respondebis & ibi Onandus disp. vn. coroll. 4. quod infert ex 5. propos.* addens dũmodo non timeatur perpetuũ aliquod corporale incommodum. *Angles florib. 1. p.* vbi de matrim. *q. 8. a. 2. dub. 1. difficult. 1. coroll. 2. quod infert ex 3. concl.* Et fauet *Supplementum Gabri 4. dist. 34. 4. vn. a. 1. not. ab. 6.* dicens teneri pati incisionem, dummodo enormis non sit. Et tenet etiam *Cañedo sum. Sacram.* vbi de matrim. *c. 5. in Glossa n. 32.* 31

Sed placet media via. nimirum, teneri pati incisionem illam cum molestia, & graui dolore & cauterio faciendã, at grauissimum morbi incommodum nõ teneri perpeti. Ratio prioris partis est, quod id necessarium sit ad ius copulæ, quod in verum maritum transtulit: & ne cogatur vir innoxius sine matrimonii frustratus vitam cœlibem perpetuò ducere. Præterea, quia in eas angustias se coniecit mulier sua culpa: debuisse enim sibi prospicere ante nuptias. Posterior pars sic probatur, quia nõ videtur mulier cum tanta iactura obligari ad debitum coniugale: ex qua obligatione consurgere debet ius viri ad cogendam feminam pati eam incisionem. Et ita hanc sent. sustinent *Sotus 4. d. 34. q. vn. a. 2. col. 7. verf. Dubium autem. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 79. col. 1. verf. Teneturq; mulier. Barthol. à Ledesm. de matrim. dub. 48. concl. 2. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 235. n. 1. Enrique, lib. 12. de matrim. c. 7. n. 8. Vega 2. tom sum. cap. 34. casu 111.* Et idem à fortiori docent, quos nu. 34. referam, hoc idem asserentes, quando impedimentum est solius virginitatis fœminæ. 32

In posteriori autem euentu, nempe, quando solum est naturale virginitatis impedimentum, grauior est difficultas. *Petrus de Ledesma de matrim. q. 58. a. 1. col. penult.* sustinet non teneri feminam medicamentum vllum admittere, quamuis eo admisso possit absque periculo reddi apta viro: & sic matrimonium validum sit. Ducitur, quòd nullam patiatur ægritudinem aut defectum, nec per eam stet, quo minus viro debitum reddat. Ac proinde non illi, sed viro incumbit remedium quærere. 33

Sed doctrina hæc non placet. Quia cum verũ sit matrim. ius sui corporis transtulit in virum. Ergo vbi potest absque magno incommodo se aptam reddere viro, tenetur. Nec obstat ex parte viri hunc defectum consurgere. Quia cũ vir culpa vacet, & naturali illi imbecillitati mederi nequeat, quærendum est remedium ex parte feminæ, vt ipsi viro aptetur. Et confirm. si enim viro non posset 34

moueri

moueri ad vxorem cognoscendam, nisi certo situ, aut pulchra ornatáve pretiosis vestibus sit: quis dubitabit teneri feminam eo situ vti, ac pretiosis indui vestibus, fuciscj; faciem decorare, ad viri imbecillitatem adiuuandam? Cum tamen impedimentum non oriatur ex parte feminæ. Dices ex his non sequi feminæ detrimentum: at maximũ sequitur ex apertione claustri. Quod fortè decepti sint medici, & postea non poterit vir eam cognoscere, & dissoluetur matrim. ac illa innupta manebit. Quia alij non credent à viro incognitam. Sed respondeo, dato ex hac parte illam deobligari, haberi iam intentum, nempe, non oriti deobligationem hanc ex eo, quod impedimẽtum non se teneat ex parte feminæ: (quod intendit sent. contraria) sed orietur ex damno subsecuto. Sed etiã hinc non otiri, inde persuadetur. Quod cùm id matrimonium censeatur validum, ius nullum habet femina ad virginitatem tuendam. Quare hoc non est reputandum damnum: eo vel maxime, quod si postea dissoluatur matrim. durãte viri impotẽtia, notoria erit per sententiam Ecclesiæ præcipientis incisionem, & declarantis virum impotentem innocentia feminæ. Deinde, quia incisioni illi & medicaminibus susceptis, præponderant ius ad vsum matrimonii, periculum incontinentiæ maximum, ac pollutionum vtriusque coniugis, cùm perpetuò cohabitare debeant tamquam veri coniuges. Tandem, quia hæc obligatio nascitur ex eo, quòd quicumque tenetur ad aliquod obsequium, tenetur subinde ad requisita ad illius exhibitionem. Quare hęc obligatio non nascitur ex impedimento præstito per mulierem: sed ex iure matrimonii, cui aliter satisfieri nequit. Et ideo existimo teneri similiter virginem hanc pati incisionem, quando sine corporis detrimento fieri potest. Sicut n. 32. diximus de arcta. Et ita sentiunt *Ledesma 2. p. 4. q. 60. col. 5. vers. Sed dubitabis. Angles floribus 1. part.* vbi de matrim. *q. 8. art. 1. post dubium 9. dissic. 2. Lud. Lopez 2. p. instructorij*, vbi de matrim. *cap. 52. col. 5. vers. Sed iam hic annot. esse. Vega 2. tom. sum. cap. 34. casu 109. Cañed. 9 summa Sacrament.* vbi de matrim. *c. 5. nu. 58.* Et fauet *Celaia 4. d. 34. q. 1. in solut. ad 3.* vbi solùm virginem excusat ab incisione & medicina notabiliter corpori nocente.

35 Temperant *Angles & Lud. Lopez n. præced. allog.* vt id verũ sit, quoties potẽtia viri cum corruptis est manifesta. Quia ea nõ cõstante fortè vir est frigidæ naturæ, nec eius frigiditatem poterit virgo semel reserata probare, eo negãte: ac iacturã virginitatis irreparabilem patietur, nec alij ita commodè nubet. Et vtique placet mihi hæc limitatio. Quare cautissimè iudex procedere debet, antequam ad hoc mediũ perueniatur. & priùs considerare debet an vir sit frigiditate aut maleficio affectus: ex præsumptionibus quas disp. sequenti referemus. Et quando ex illis constiterit neutro eũ vitio laborare: & ex viri inspectione nullus in membro virili defectus declaretur, constabit eum esse potentem ad alias, & solam huius feminæ arctitudinem aut virginitatem obstare. Potest etiam probari eum esse potentem ad corruptas, si ipse iuret se eas cognouisse, & ipsæ similiter se ab eo cognitas. Vt bene docet *Decisio Capellæ Tholos. 581. dub. 1. n. 1.* Res enim turpissima hæc aliis testibus oculatis probari nequit.

36 Quod si femina nolit incisionẽ eam pati, siue quia non vult, siue quia ad eã patiendam non tenetur, cum matri. tunc validũ sit, iuxta dicta n. 15. & nulla sit spes fore vt vir femineũ vas penetrare valeat, experientia triennii iã habita id demonstrante, licebunt his tactus absque pollutionis periculo, non tamen copula. Sicut de coniuge, cui post matrim. impotẽtia accidit, dicemus l. 9. disp. 17. n. 21.

37 Quoties autem matrim. dissoluitur, si id sit ob vtriusque coniugis perpetuum impedimentum, vtrique aliæ nuptiæ interdicendæ sunt: si verò ab alterius tantũ impedimentum, illi interdicuntur, concessa non impedito licentia ad alias trãseundi. Ita *D. Thom. 4. dist. 24. in fine, in exposit. litera*: quem vniuersi sequuntur. Et de viri impedimẽto constat ex *c. Laudabilem, de frigid. & c. 2. in fine 33. quæst. 1.* vbi viro ratione frigiditatis separato, conceditur feminæ licentia nubendi alii, ea viro denegata. Et de impedimẽto feminæ constat ex *c. Ex litteris, eod. t.* vbi feminæ arctæ separatæ interdicto alio coniugio, id nõ denegatur, sed cõceditur viro. Quòd si opponas *c. 2. 33. q. 1. paulo post princip.* vbi allegata solius viri frigiditate, sic concluditur: *Maneant vtrique innupti.* Dic cum *Glossa ibi verb. Innupti, & Archid. n. 3. Bellamera paulo post principiũ. Turrecrem. paulo post princip.* esse præceptum quoad virum, & quoad feminam consilium: nec esse absurdum idem verbum semel positum teneri æquiuocè. Vt *c. Presbyterum, d. 28.* & ita id fecit *Ouidius* in eo carmine: *Demophoon ventis & verba, & vela dedisti.* Et hæc quidem ita se habent, quando impotentia est absoluta: si enim sit respectiua, datur vtriq; coniugi licentia contrahendi cum alia persona, erga quam non est ea impotẽtia. Vt bene tradit *Enriquez lib. 12. matrim. cap. 7. in comment. lit. Q.* Quod si coniux potens aliud iniret matrim. non expectata Ecclesiæ sententia, peccaret, at esset validum. Sic *Soto 4. d. 34. quæst. vn. a. 2. in fine corp. Barthol. à Ledesma de matrim. dub. 48. in fine prima concl.* Qui tamẽ subdit post Tridẽtinum nõ esse validum. Quia post illud est irritum matri. sine Ecclesiæ licentia initum. Sed hæc limitatio non est vera, quia valet coram parocho & testibus initum, absque omni Ecclesiæ licentia, imo ipsa contradicente, ac parocho renitente. Vt satis probaui l. 3. disp. 39. à n. 7.

Tandem dubitabis: quid faciendũ sit, si facta incisione 38
aut restituta femina priori viro, eo quod à simili cognita sit, non possit ab eo cognosci: dicam disp. 99. n. 54. & 55.

DISPVTATIO XCIV.

An impotentia ad copulam ex maleficio consurgens dirimat matrim. subsequens?

SVMMARIVM.

Maleficijs potest impediri potentia coeundi, n. 1.
Quibus modis id contingat, n. 2.
Virũ & feminã contingit, & qualiter feminæ, & quæ sit difficultas n. 3.
Maleficium raro impedit respectu omnium. Et in plurimum respectu vnius, n. 4.
Ex quibus signis cognoscitur frigiditas, n. 5.
Ex quibus possit cognosci maleficium, nu. 6.
An maleficium dirimat matrimonium. Refertur opinio, n. 7.
Proponitur auctoris sententia, n. 8.
An censeatur maleficiũ perpetuum si solo alio maleficio auferri possit, & Quid, si per miraculum aut exorcismos Ecclesiæ possit tolli: & an sit in hoc alia differentia inter maleficium & frigiditatem, n. 10.
Quid si à solo maleficio tolli possit, locũ tempori, n. 11.
An censeatur perpetuum si triennio duret: & remissiue à quo tempore triennium computari: & an sit continuum, n. 12.
An qui maleficium illorum cuius quo postea matrim. iniit, procurauit possit petere ratione id effecisse, n. 13.
Satisfit argumentis, n. 14.

IN hac disp. ad maleficiorum notitiam habendam, præ- 1
mittenda sunt aliquot fundamenta. Primum sit. Dubitari non potest, valere maleficos suis maleficiis reddere hominem impotentem ad copulam. Tum, quia id cõmuni Theologorum omnium sententia, cum *D. Tho. 4. d. 34. quæst. vn. a. 3. & 3. p. quæst. 58. a. 2.* & iuris Pontificii professorum *c. sin. de frigid. & malef.* receptum sit: idque praxis Ecclesiæ approbarit, quæ sic maleficiatos post triennii experientiã à matrimonio inito separat. *d. c. sin. de frig. & c. sin. 33. q. 1.* Tum etiam, quod id doceat experientia quotidiana multis exemplis cõprobata: quæ latè affert *Martinus Delrius l. 3. disquisit. magic. p. 1. q. 4. sect. 8. statim in princ.* Et ratio id suadet. Quia impotentia hæc potest consurgere ex castratione, elisione, ruptione, desiccatione, infrigidatione, ac similibus ex causis. Cùm ergo hęc dæmonẽ nõ lateant, potent illis vti. Præterea, quia duo reddunt virum ad veherem aptum, nempe calor & spiritus. At dæmon potest calorẽ minuere, ac spiritus impedire, viã illis præcludens. Adde, tristitiam, timorem, nec nõ & alios animi affectus, sanguinem transmutantes & spiritum cordis afficientes, omnem rei veneręæ facultatem impedire. Vt notum est medicis, & fatetur *Cardanus l. 2. contradict. medic. tractatu 2.* At dæmon illas affectiones excitare potest. Cum animos turbare & homines dementes reddere valeat: vt ex lunaticis *Matt. 17.* & Saule furenti, *1. Reg. c. 16.* constat. Tandem,

quia

quia experientia compertum est, maleficiatum quandoque ad omnes, quandoque ad vnam solam, quam maximè amat, impotentem esse: atque ablato ligamine potentem esse. Quæ diuersitas ex causa naturali consurgere nequit. Cùm ergo non proueniat ex causa supernaturali, erit effectus dæmonis.

2 Secundum fundamentum sit. Quinq; modis solèt dæmonis arte malefici viros impotètes ad copulã reddere. Quos refert *Paiud. 4.d.34.q.2.a.3.nu.16.* & ex ipso omnes desumpsere: & nouissime eos affert illustrans variis exẽplis ex diuersis DD. petitis *Mart. Delrius l.3.disquisit. magic. p.1.q.4.tota sect.8.* Primus modus est, corpora impediendo ne sibi mutuo appropinquent ad coitũ: vel directè secernendo ea, detinendove in diuersis locis, vel indirectè, interponendo se in corpore assumpto, & quando copulari contendunt, iniiciendo inter medium phantasma, vel quid aliud. Secundus est, ita inflammando ad actum, vt ante coitum effundatur semen: vel refrigerando ab actu illo, adhibendo occultè virtutes rerum quas optimè notuit. Tertius est, turbando imaginationem, & æstimatiuam, qua reddit mulierem viro exosam, menti obiiciendo speciem feminæ deformis, vt eam exosam habeat: vel alterum alteri vel inuicem odiosos reddendo, per calumniam suspicionemve, aut morbi alicuius immissionem. Et refert *Delrius proxime alleg.* aliquando dæmonem efficere, vt cùm ardentissimo vir & femina mutuo amore flagrẽt, quando veneri vacare volunt, subito odio exardescant, ita vt alter alterum cædat, vel vngubus laceret. Quartus est, prohibendo rigorem membri, reddita viri virga flaccida, saltem quando coire vult. Sicut & potest dæmon motum cuiuscumque membri impedire. Quintus modus est, prohibendo missionem spirituum ad membra, in quibus est virtus motiua, quasi intercludendo vias seminis, ne ad vasa generationis descendat: vel ne excidat: vel ne emittatur: vel semen subtrahendo. His modis addit alium licèt rariorem *Delrius proximè alleg.* nempe, obserando aut nimiũ arctando vas muliebre: aut viri genitalia absondendo, retrahendo, vel re vera adimendo.

3 Tertium fundamentum sit. Non soli viri: sed etiam fœminæ possunt maleficiis impotentes ad copulam reddi. Quod omnes fatentur. At frequentius id malum in viros serpit: quòd plus operæ, & instrumentorum in eis desideretur. Addè, quia plures sunt maleficæ, quàm malefici, & ideo potius viros quàm feminas maleficiis lædere conantur. Sic aduertit *Delrius l.3.disquisit.magicarum. p.1.q.4. sect.8.pag.1.* Ea autè est differentia: (vt optimè notat *Abulẽsis c.19.Matth.q.90.col.3.*) quod maleficia circa viros fiunt cõmuniter per operationem aliquã realem, aut per motũ ipsius dæmonis, nulla re applicata. Potest enim inuisibiliter membrũ viri aptum iam ad coitũ cõprimere, ac cogere subito relaxari, ignorante prorsus causam viro ipso: aut per applicationẽ alicuius rei naturalis, illã applicãte dæmone intra organa genitalia, qua apposita remittitur subito rigor membri exsufflato toto spiritu inflante. At fœmina communiter maleficiatur per solam opinionem, seu phantasiæ læsionem: potest enim vir accedere, nec rigor membri relaxatur: at cùm conatur accedere, illa subito horret genitale viri, quasi impropottionatæ magnitudinis, & nulla ratione finit se cognosci. Cùm tamen re vera non ita sit, sed dæmon efficit speciem in phantasia mulieris, vt membrum aliter appareat, quàm revera sit. At quãuis communiter ita accidat, solet tamen quandoque dæmon vas femineum arctare: vt nu. præced. retuli ex *Delrio*: & id quoque affirmant *Ioannes Nider in suo formicario de maleficus cap.5.pag.5.vers. Idem etiam: & Iacobus Sprenger in malleo maleficp.1.q.8.pag.3.vers. Post vult. Sotus 4.dist.34.q.vn.a.3.col. 3.vers. Verumtamen quia. Barthol. à Ledesma de matrim.dub.49. paulo post principium.*

4 Quartum fundamentũ sit. Maleficium quandoq; impedit potentiã absolutè, & quoad omnes: quandoque tamen respectu vnius. Sic tradit *D.Th.* ab omnibus receptus *4.d.34.q.vn.a.3.ad 4.* atque eam reddit rationẽ: Quia cùm diabolus voluntariè & nõ ex naturæ necessitate agat, potest respectu vnius impedire, relicta potẽtia nõ impedita erga alias personas. Deinde, quia impedimentũ maleficij potest esse ex dæmonis impressione in hominis imaginatione, ex qua tollatur viro cõcupiscentia mouens ad talẽ mulierẽ, & non ad aliã. At rarò contingit circa omnes, & cõmuniter est erga vnam vel alterã personam maleficiũ. Vt bene docent *Abulensis c.19.Matth.q.90.col.3. & Supplem. Gabr.4.dist.34.q.vn.a.2.concl.6.* & fatentur omnes.

Quintum fundamentum sit. Ex quibus signis potest 5 dignosci, an impotentia ex frigiditate an potius ex maleficio consurgat. Et in hoc fundamento signa frigiditatis statuam: in sequenti verò signa maleficii. Et quidẽ ex ipsa membri externa apparentia facilè dignosci ex his signis testatur *Guido Gaulhacus tract.6.de decoratione*, quem refert ac sequitur *Fragosus in chirurgia vniuersali, tract.2. de declarationibus titul. Como declarare el carnalano acerca de los que recuen casados se piden diuorcio, por razon de alguna impotencia*, nimirum, si modicum membrum vir habeat, & quasi in nihilũ redactum, malè compositum, corrugatũ, & à colore debito degenerans. Ab effectu autem cognosci potest, si vir numquã virgam erigat, quantumuis pharmacis ad mẽbri erectionẽ destinatis vtatur. Vt testatur *ibi Fragosus ex Guidone.* Si enim aliquando erigat, frigidus non est. Quippe destituitur frigidus calore necessario, vt influẽtur organa. Et ita *Hostiens. sum.t.de frigid.§. Qualiter & quando, n.10.vers. Est autem hoc rectum iudicium: & Ioan. Andr.c.1.nu.3.verb. Non potuisses, de frigid.* allegationem frigiditatis viri explicantes, aiunt. *Quia non mouetur ad coitum.* Et ita docent *Abbas antiquus c.Laudabilem. in fin.de frigid. & ibi Ioan. Andr. n.5.fine, Anton.c.fin.nu.8.de frigid. Ioan. de Friburgo in sum.Confess.l.4.t.16. q.16. Astensis sum.2.p.t.29.a.vn.qu.2.Supplem. Pisane, verb. Diuortiũ, n.2. & ibi Rosella n.1. Syluest.q.18.n.21. Iacob. Sprenger in malleo maleficp.1.q.8.pag.4.vers. Praterea cùm impotentia. Decisio Capellæ Tholosanæ 381. dub.1.nu.2. Marienzo lib.5. recop.titu. 1.rubr.gloss.1.num.201.* Sed hoc intelligendum est, quando pharmacis ad erectionem destinatis mutari nequit. Vt bene addidit *Fragosus.* Idemque addidit *Ioan. Andr.eo c.1.nu.3. verb. Non potuisses.* Posset enim ex morbo aliquo contingere is defectus erectionis. Insuper si vir polluatur in somnis, vel in vigilia, frigidus non est. Quod hic calore destituatur necessario ad excitandum veneris concupiscentiã, semenque emittendum. Sic *Abbas antiquus d.c.Laudabilem, in fine, & ibi Ioan. Andr. n.5.fine, Anton. & Decisio Capellæ Tholosanæ proximè allegati.* Præterea non mediocre signum frigiditatis est, quando vir venerea non appetit, nec stimulos carnis sentit. Cùm enim appetitus hic adeò naturalis sit, ac dæmon instiget: iure optimo præsumetur frigiditas, quando is appetitus deficit. Id enim prouenit, quia frigidis deest calor excitans ad venerea. Sic *Ioannes Andr.* explicans frigiditatis allegationem, *c.1.n.3.verb. Non potuisses, de frigid. Abulensis c.19.Matth.q.90 col.3.*

Vltimum fundamentum sit. Maleficii signũ est, quan- 6
do coitum quis appetit, & virgam erigit, ita vt ad copulã aptus sit: & cùm ad vas femineum penetrandum appropinquat, relaxantur ac concidunt subito organa, nec potest complete: atque iterum rigent, & si iterum copulari nitatur, denuo laxantur. Id enim ex radice naturali consurgere nequit: quippe semel organa tigentia non laxarentur, quousque exsufflarentur vel consumerentur spiritus ea inflantes. Præterea, quia id nequit ex viri frigiditate prouenire. Cùm enim membrum erigat, non est frigidus. Sic *Abulens.c.19.Matth.q.90.paulo post principium, in 5. ratione. Sotus 4.d.34.q.vnic.a.3 paulo post princ. in 1.conclu. Lud. Lopez 2.p.instruct.* vbi de matrim.*c.52. col.6.vers. Circa 2. articulum.* Item quando vir mouetur ad coitum & membrum erigit, ac perficere nequit, est maleficii signũ. Quod tunc nequeat esse frigidus, iuxta dicta n. præc. Ita docent *Host. summ.t.de frigid.§. Qualiter & quando, n.10 iuncto n.12. Ioan. de Friburgo summ.confess.l.4.tit.16.qu.16. Astensis, Rosella, Supplementum Pisane, Syluest. Iac. Sprenger Decisio Capellæ Tholos. allegati num.praced.* Sed hoc non est ita vniuersaliter verum:

potest

potest enim absque frigiditate & maleficio id consurgere ex aliquali feminæ arctitudine, aut virginitate: quod vir esset debilis ad sic arctam aut virginem. Quare vt maleficii signum sit, oportet vt simul adsit quod in præcedenti signo diximus, nempe, vt remittatur rigor membri, ac subito laxetur, cum vir conatur accedere. Id enim non potest ex viri vel feminæ defectu naturali consurgere. Vel secundo, vt nulla arctitudo aut virginitas in femina reperiatur, quæ obstaculo esse possit illi penetrationi. Cum enim tunc nullum obstaculum naturale dari possit, tribuendum est dæmoni impedienti congressum: iuxta primũ impediendi modum n. 2. traditum. Præterea maleficii signum est, si vir ille ad vnam ligatus sit, potens autem ad alias. Quare *Gl. c. fin. verb. Cognoscendi, de frigid.* alleganti viro se non posse vxorem cognoscere, cum tamen possit ad alias accedere, infert inde, allegati maleficium. Quòd id ex frigiditate prouenire nõ possit: vtpote quæ ad omnes vniuersalis est. Et Glossam sequũtur *Host. ibi verb. Cognoscendi, n 1. Abb. ibi n. 6. Alex. de Neuo n. 13. Ostiensis 2. p. sum. l. 8. t. 37. a. 1 q. 2. Decisio capellæ Tholos. 381. dub. 1. n. 1. Ouandus 4. dist. 34. disp. vn. vel penult. Enriq. l. 12. de matrim. c. 8. n. 2.* Imo *Victoria sum.* vbi de matrim. *n. 286. & Ledesm. 2. p. 4. q. 60. art. 2. col. 2. vers. Sed est dubium*, dicunt maleficii signum esse, quando vir potest cum alia femina, & non cum propria vxore cõmisceri. Sed vt dixi de signo præcedenti, neque hoc sufficiens est. Quod potest esse impedimentũ ex arctitudine aut virginitate feminæ. Quare *Fragosus n. praced. relatus* addidit, si per aspectũ nullus repertatur defectus in tẽperamento ac membri proportione. Imo *Scotus 4 d. 34. q. vn. in fine corporis*, absolute tradidit maleficium præsumi, quoties in virili membro non apparet defectus. Sed adhuc non sufficit, nisi ex parte feminæ non detur arctitudinis aut virginitatis obstaculum. Quia disp. præced. n. 5. & 28. probaui dari posse hanc impotentiam respectiuam ratione arctitudinis aut virginitatis feminæ. Tandem ex modis, quibus impotentia effici solet ex maleficiis, quos n. 2. retulimus, erit optimus cognoscendi modus an ex maleficio viri consurgat impotentia, v. g. si vir appetens coitum, subito accedere tentans exhorrescat, nec accedere possit: manifestum est, id non posse ex causa naturali procedere: quare maleficio tribuendum est. Quòd bene docuit *Enriquez lib. 12. de matrim. c. 8. nu. 2.* Similiter si femina viri coitus auida, cum vir accedit, subito illo horrere capiatur, erit signum maleficij: quod hoc modo feminis solere accidere diximus n. 3. Et ita tradunt *Sotus 4 d. 34. q. vn. a. 3 paulo post principium, in 1. concl.* Et Doctores, quos n. 3. retuli, asserentes sic contingere maleficium feminis. Ex quibus autem cognoscatur maleficium esse vniuersale respectu omnium, dicam disp. 99. n. 14 fine.

7 His præmissis, difficultas est, an impotentia perpetua ad copulam ex maleficio consurgens dirimat subsequens matrim. cum persona illa, ad quam est impotentia? Quidam negãt. Ducuntur, quòd nullum maleficium ita perpetuum sit, quin auferri possit per ipsum maleficii auctorem absque peccato. Et confirm. quia alias cum in dæmonis potestate sit, efficere, si impedimentum temporale ex maleficio proueniens, esse perpetuum: & è contra perpetuum esse temporale, tollendo obstaculum, posset vtique ex matrimonio non matrim. & ex non matrimonio matrim. constituere. Secũdo, ex *c. Ex litteris, de frigid.* ibi: *Si vitium illud mulier à natura contraxit, nec opere medicorum potuerit adnuari, viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatem.* Ergo à contrario sensu aliud dicendum est, vbi impedimentum non est à natura, sed ex maleficio. Hanc sent. tuentur *Gl. c. fin. verb. Nequibunt, in priori solut. 33. qu. 1. & ca. Fraternitatis, verb. Diuinum, in priori solut. de frigid. & malef. Innoc. c. Laudabilem, n. vn. verb. Triennium, eod. tit. & c. fin. n. 2. ibid. Almain. 4. d. 34. q. vn. ad fin.*

8 Sed procul dubio tenendum est, impotentiam ex maleficio consurgentem, si illud sit perpetuum, dirimere subsequens matr. Id constat ex *c. fin. 33. q. 1.* Qui textus quamuis sit ex quodam Archiepiscopo desumptus: at vsu Ecclesiæ quoad hoc tamquam textus receptus est. Id etiam constat ex *cap. fin. de frigid. & malef.* quem textum vniuersi scribentes de impedimento maleficii intelligunt: præter vnum Innocentium de impedimento frigiditatis illud intelligentem. Cuius intellectus non consonat litteræ. Tum quòd vir ille, matrimonii separationem in eo textu petens, allegauit se ad omnes feminas potentẽ esse, præterquam ad vxorem. Quod frigiditati repugnat. Tum etiam quia iniunctum est vtrique, vt pœnitentiam de peccatis agerent. At per pœnitentiam non tolluntur impedimenta naturalia. Secundo, quia ratio id suadet. Si enim impotentia illa perpetua sit, non potest persona illa maleficiata tradere potestatem sui corporis, obligando se ad actum comugalem, vtpote qui ratione maleficii perpetui est sibi impossibilis. Quare eadem ratio militat, ac quando ratione frigiditatis vel cuiuscumque accidentis impotens est. Tandem, quia à veritate alienum est, nullum maleficium esse perpetuum. Nam si dæmon semel vel sæpius potest impedire copulam permittente Deo: cur non semper? Cum per voluntatem operetur. Deinde quia falsum est, semper posse tolli à suo auctore. Neminem enim latet, plura posse dæmonem destruere, quam reparare. Præterea, quia quidam modus maleficii est, membrum præscindendo: (vt diximus nu. 2.) at membrum semel amputatum restituere nequit dæmon: sicut nec vitã ademptam potest reparare. Adde, posse contingere iam maleficii auctorem obiisse, & sic maleficium erit perpetuum. Et ideo hanc sententiam sustinent ex Theologis *D. Thom. 4. dist. 34. q. vn. art. 3. corp. & ibi Albert. Magnus a. 10. D. Bonauent. a. 2. q. 2. Scotus q. vn. col. penul. & in solutione ad vlt. Durandus q. 2. nu. 7. Ricardus a. 3. q. 1. corp. & ad 1. Palud. q. 2. a. 3. concl. 2. n. 17. Maioris q. 2. statim in princip. Supplem. Gabr. q. vn. a. 2. cõl. 5. Bassolis q. vn. a. 1. Nicol. de Orbellis q. vn. Sotus q. vn. a. 3. concl. 2. Borrilong. q. vn. a. 2. Palacios disp. 1. conclu. 5. Celaia q. 2. paulo post princip. Ouandus disp. vn. propos. 6. Cauet. summa verb. Matrimonium, c. 1. impedimento 12. D. Antonin. 3. p. ti. 1. c. 12. §. 3. Abulensis c. 19. Matth. q. 90. ad finem corp. Victoria summa*, vbi de matrim. *num. 286. Petr. de Soto lect. 5. de matrim. pag. 2. vers. His autem proximum, Ledesm. 2. p. 4. q. 60 a. 1. paulo post princip. Vigner. Institutionum cap. 16. §. 7. vers. 9. impedimento 11. Veratus 1. p. specul. a. 40. concl. 1. Angles florib. 1. p.* vbi de matrim. *q. 8. a. 2. in princ. Bellarmin. l. 1. de matrim. c. 18. col. 2. vers. Ex his, Petr. de Ledesm. de matrim. q. 58. a. 2 paulo post princ. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *ca. 52. col. 7. Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 49. concl. 3. Manuel 1. to. sum. 2 edit. c. 235. concl. 3. n. 3. Toledo l. 5. sum. c. 12 n. 2. Enriquez l. 12. de matrim. c. 8. n. 2. Graffis 1. p. decision. l. 2. c. 85. n. 25. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. c. 10. Vega 2. to. sum. c. 34. ca. 11 10. Cardoso sum. Sacram.* vbi de matrim. *c. 5. n. 36. Heron. Llamas in methodo curat. 3. p. c. 8. §. 13.* Et ex Iurisperitis *Glos. c. Fraternitatis, verb. Diuinum, in poster. solut. de frigid. Specular. t. de frigidis, §. vn. nu. 4. Goffred. sum. eo. t. nu. 3. Host. sum. eod. t. §. Quæ impotentia n. 9. Et c. fin. nu. 1. eod. tit. super verb. Cognoscendi, & num. 6. & d. c. Fraternitatis, n. 4. super verb. Præter diuinum:* vbi *Ioan. Aud. n. 4. Aut. n. 20. Anchar. nu. 16. q. 1. Abb. n. 13. Præpos. n. 12 Henricus nu. 9. & 10. Alex. de Neuo ibi, §. Quamuis nu. 4. Idẽ Ioan. And. d. c. fin. 15. Anchar. num. 10. q. 1. Abb. n. 1. & 6. Card. n. 2. & 3 Idem Ioan. Andr. in tractatu de matrim. n. 16. Archid. c. fin n. vnic. 33. q. 1. & ibi Bellamera n. vn. Alberic. in suo diction. lit. I. verb. Impedim. imped. 15. Roman. rub. ff. solut. matrim. n. 12. vers. Idem nullum est, Ostens. 2. p. sum. l. 8. t. 29. a. vn. q. 1. Ioan. de Friburgo in sum. conf. ff. l. 4. t. 16. q. 14. Brunel. de sponsalib. concl. 28. limit. vlt. n. 28 Monald. sum.* vbi de matrim. *t. de impotentia accidentali, Turrecrem. 33. q. 1. c. fin a. 2. n. 2. Costanus tract. de sponsal. t. De his qui nuptias contrahere non possunt, n. 78. Alex. Carrer. l. 5. de sponsal. cap. 18. Iac. Sprenger in malleo maleficar. 1. p. q. 8. ad fin. Supplementum Pisanæ, verb. Impedimentum, impedim. 15. nu. 17. & ibi Tabiena impedim. 12. q. 8. nu. 8. Rosella verb. Diuortiũ, q. 4. Angelus verb Matrimonium, 5. imped. 16 n. 12. Armilla verb. Matrimonium n. 47. Decisio Capellæ Tholos. 381. nu. 4. Nauar. sum. c. 22. nu. 59. Lex reg. 5 t. 8. p. 4. Et ibi Greg. Lop. verb. Entiendese, Montaluus l. 7. ad fin. t. 8. p. 4. Gaeta's. Ad Summa, 30. q. 1. §. 4 q. 234. num. 537. 538. Petr. Greg. an Syntagm. iuris, l. 34. c. 9.*

c.9.n.4.& l.9.c.12.n.6.Matienzo l.5.recop.t.1.rubr.glo.1 n. 202. & 203.Hugolin.de sacram.c.19.de matrim.nu.1. Ant. Cucum l.5. inſtit.t.12.n.266.

9 Cenſetur autem maleficium perpetuum, ſi non poſſit auferri per opus humanũ, niſi per aliud maleficiũ. Quòd (vt diximus diſp.præc. n.9.) impedimẽtum cenſetur perpetuum, quod abſq; peccato auferri nequit. At maleficiũ maleficio tollere grauiſſimũ eſt ſcelus (vt probabo diſp. ſeq.n.1.Et ita docent D.Tho.4 d.34.qu.vn.a. 3.ad 3.& ibi D. Bonau.a.2.q.2.ad 2.Ricard.a. 3.qu.1.ad 1. Palacios diſp.1.ad ſex. corp.col.antepen. Abulenſ.c.19. Matth.q:90. in ſolut.ad 3.D. Antonin.3 p.t.1.c.12.§.3.Voguer.li.inſtit.aa.16.§.7.verſ.9. imped. 11. Vega 2 tom ſum.c.34.caſu 10.Enriqu.l.12.de matrim.c.8. nu.2. Lud Lop. 1.p.inſtruct.de matrim.cap.52.col.6.verſ.Deinde aduertendum, Pet.de Ledeſ.de matrim.q.58.a.1.paulo poſt princ. Et ex Iuriſperitis, Alberic.in diction lit.I.v.Imped.imped. 15. ad fin. Ioan.de Friburgo in ſum confeſſ l.4.t.16.q.24. Aſtenſ. 2.p. ſum.l. 8. t.29.a.vn.qu.2.Turrec.c fin.n.vlt.33.qu. 1. Deciſio capellæ Tholoſ. 381.n.7. Aug.l.v.Matrimonium,3.imped.16.n.13. Armil.v. Matrimonium,n 49.Tabiena v.Impedimentum, imped.12.qu.8.n.9. Gaeta c. Ad limina,30.q.1.§.4.q.234.n.538.

10 Similiter cenſebitur perpetuum, quamuis tolli poſſit per diuinum miraculum: ſecus per Eccleſiæ exorciſmos. Vt conſtat ex c fin.33.q.1.Quia (vt dixi diſp.præc.n.8.) non cenſetur miraculum per exorciſmos tolli. Et hic ſatentur omnes. Non tamen capio differentiam, quam conſtituit Pet.de Ledeſ.de matrim.q.58.a.2. paulo poſt princ. inter frigiditatem & maleficium, quod illa ſi tollatur per miraculum, non efficiat valere matrim.prius initum: at ſi maleficium tollatur orationibus, ieiunijs, exorciſmis, valebit matrim. contractum antequam illud auferretur. Quod ablatum ſit per remedia naturalia contra dæmonis incurſus. Sed non intelligo hoc diſcrimen: nam idem dicam de quocunq; impedimento, quod naturaliter amoueri poteſt: ſi enim orationibus & ieiunijs ſanitas impetretur à Deo, nõ modo miraculoſo, ſed naturali, validum erit matrim. initum antequam id impedimentum ceſſaret. & ſi his obtineretur à Deo ceſſatio miraculoſa maleficij, quod ſolo miraculo auferri poterat, non erit validum matrim. antea contractum. Quia oratio ieiunium. & alia huiuſmodi opera non tantum ad tollendũ maleficium inſtituta ſunt; ſed etiam ad impetrandam cuiuſcumque morbi ſanitatem: nec conſecutio illius his mediis appoſitis cenſetur miraculoſa.

11 Cenſebitur etiã perpetuum impedimẽtum maleficij, iuxta aliquos DD. ſi à ſolo maleficij auctore, etiam modo licito, auferri poteſt. Ducuntur, quia non videtur poſſibilis remotio maleficij, cum pendeat ex voluntate veri. Et probant ex l. Apud Iulianum, 40.§ fin. in fin. ff. ad leg. 1. ex quo colligunt DD. pendens ex ſola Principis voluntate reputari impoſſibile. Item ex doctrina Dni reg. Semel Deo, 51. in de reg. iur. in 6. vbi per d.l. Apud Iulianum, docet reputari impoſſibile, quod pendet ex vnius voluntate. Sic docet Abbas c. Fraternitatis, de frigid. n.15. & ibi Præpoſ. n.12. v. In ea Gloſſa, in 1 ſolut. & Alex. de Neuo ibi, §. Quamuis, n.6. Roſell. v. Deuortium, n. 4. Et quamuis hi DD. non explicent, etſi modo licito poſſit auctor maleficij id auferre: ratio, cui innituntur, clare probat hanc eſſe eorum mẽtem: quamuis enim modo licito poſſit auferre, reputabitur impoſſibile ablatu: eò quòd à voluntate vnius pendeat. At nullatenus hãc doctrinam approbo, ſed cẽſeo eſſe tunc maleficium temporale, nec per illud dirimi matrim. Ducor, quia iam verificatur poſſe abſque diuino miraculo, per opus humanum licitum, id impedimentum auferri: in quo caſu reputatur impedimentum temporale, nec dirimit coniugium. Iuxta regulam quam tradidimus ex d.c Fraternitatis, diſp.præc.nu.7. Deinde, quia l.5.diſp.5.nu.15. latè probaui pendens à voluntate Principis, large & impropriè dici impoſſibile, & potius appellari difficile: ne dum pendens à cuiuſdam priuari voluntate.

12 Quando autem conſtare nequit, perpetuum ne ſit an tẽporale maleficium, præſumetur perpetuum, ac diſſoluetur coniugium, quando triẽnio coniuges dedere operam carnali copulæ, nec perficere potuere. Iuxta cap. fin. de frigid. (à quo autem tempore incipiat triennium, & an debeat eſſe continuum, & qualiter computandum ſit quæſtio ſpecialiter infra in hoc eodem impedimento inſtituenda.) Et ita docent ex Theologis, D.Tho. Scotus, D. Bonau. Ricard. Palud. Supplem. Gabr. D. Antonin. Victoria, Petr. de Soto, Borrilong. Voguer. Enriq. Sotus, Abulenſis, Ledeſm. C. Laia, Ouand. Barth. à Ledeſ. Manuel, Graſſis, Vega, Lud. Lop. Canedo, Huer. Llamas, quos retuli n 8. Et ex Iuriſperitis, Gl. Hoſt Ioann. And. Ant. Ancharan. Abb. Goffred. Præpoſ. Alex. de Neuo, Archid. Bellamera, Henric. Aſtenſ. Ioan. de Friburgo, Brunel. Coſtanus, Alberic. Monac. lex regia, Montalu. Greg. Lop. Alex. Carrer. Iac. Sprenger, Turrecr. Ant. Cuc. Matienzo, Gaeta, Hugol. quos omnes eo n. 8. retuli.

13 Tandem volunt aliqui DD. eum, qui procurauit maleficiũ, non poſſe petere ratione illius diſſolutionẽ matrimonii. Cum ſua culpa id euenerit. Sic Gl. c fin. v Separari, 33.q.1. Alberic. in ſuo diction lit. I. v. Impedimentum, imped. 15. Aſtenſis 2.p.ſum.l.8.t.29.a vn.q. 2. Gaeta c. Ad limina, 30.q. 1. §. 4.q.234.num.538. Sed fundamentum huius non video. Quid enim refert ad matrimonii firmitatem, ſiue coniux, ſiue alter maleficium procurarit? Cum enim data impotentia perpetua, non pendeat ex coniugum voluntate valor matrimonii, vteruis quantacumque culpa laboret, poteſt eius diſſolutionem petere.

14 Ad arg.n.7. poſita reſp. Ad 1. conſtat ex dictis nu. 8. falſum eſſe, poſſe omne maleficium per eius auctorem licite tolli. Ad confirm. fateor poſſe dæmonem de matrimonio non matrim. facere: non ad hunc ſenſum, vt matrimon. ſemel validum poſſit irritare. Non enim irritatur per quamcunque impotentiam ſuperuenientem. Sed poteſt ad hunc ſenſum, quia poteſt perſonas habiles ad matrim. reddere ineptas, tollendo maleficijs potentiam coeundi. Et ad aliam partem, nego poſſe dæmonem de non matrimonio matrimonium conſtituere, ad hunc ſenſum, vt ſi ſemel non valuerit matrim. ratione maleficij perpetui, poſſit dæmon efficere vt valeat auferẽdo maleficium. Si enim maleficium reuera erat perpetuum, quod modo licito auferri nequeat: quamuis arte dæmonis ſit factum temporale, aut ſublatum, non valebit prius illud matrim. At in hoc ſenſu fateor id, nempe, quia poteſt dæmon efficere tollendo maleficium, vt perſona quæ illo impedita non erat habilis ad matrim. ineundum, reddatur habilis illo ſublato. Ad 2. dic, id argumentum à contrario ſenſu ductum nullius eſſe momenti, vbi contrarium eſt in iure decitum, vt ex multis probat Euerard. in ſuis topicis, in loco à contrario ſenſu. At maleficium dirimere, eſt in iure expreſſum, vt n.8. probaui.

DISPVTATIO XCV.

An licitum ſit à malefico parato ad ſoluendum maleficijs maleficium, id petere?

SVMMARIVM.

Maleficium maleficio tollere ob nullum finem licet, n. 1.
An liceat vanum rebus? Refertur opinio, nu 2.
Propugnatur ſententia Auctoris, n 3.
An liceat vti his rebus vanis & ſuperſtitioſis, proteſtando animum eſſe non vtendi illis tanquam vanis, & à dæmone inſtitutis? n 4.
Vnde dignoſci poſſit quæ media ſint licita, & quæ vana? n 5.
An liceat petere à malefico parato vt maleficium maleficio ſoluat? Refertur quædam ſententia, nu 6.
Propugnatur auctoris ſententia, n. 7.
An liceat petere, non explicando vt maleficio ſoluat, quando alio modo neſcit ſoluere? nu 8.
An liceat minis cogere maleficos, vt maleficium maleficio tollant? nu. 9.
An culpa vacet, cogere iudices vt malefici benedictione quadam maleficium ſoluant? n. 10.
An quando maleficus poteſt medio licito maleficium ſoluere, liceat abſolute ab eo petere, vt maleficium ſoluat? Refertur opinio, n. 11.
Propugnatur Auctoris ſententia, n. 12.
An in dubio, an norit modum licitum, ſis ſit id petere? Et traditur modus inueſtigandæ veritatis, n. 13.
An à maleficio, qui auctor maleficij non fuit, liceat eius ſolutionem petere? 14.

An quando medio licito petitâ maleficium solui, liceat petere à damone vt soluat. n.15.

1 PRæmittendum est, nunquam ob quemcumque bonum finem, licitum esse vti maleficio ad tollendum, quodcumq; maleficium. Quod sit intrinsece malum dæmonis auxilium per maleficia inuocare. Atque ita docet *D.Th.4.d.34.q.vn.a.3.ad 3.* quem omnes sequuntur. Et cõstat, quia in sacris literis id Deus prohibuit, *Leuit.19. Non declinetis ad magos, neque ab ariolis aliquid scisciteminí, &c.20. Anima quæ declinauerit ad ariolos, & magos, & fornicata fuerit cum eis ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam.* Idem habetur *Deut.18.* Item *D.Paulus Rom.3.* docet minimè facienda mala vt eueniant bona. Et *Alexand. III c.2 de sortilegiis*, presbyterum dãnauit, qui bono fine superstitiosam diuinationem expertus fuit. Item quia hoc damnat *D.Aug.* cuius testimonium refertur *c.Qui sine salutare, 26. q.2.* ibi: *Omnis curatio quæ à diuinis, vel magis, vel ab ipsis dæmoniis in idolorum cultura expetitur, mors potius dicenda est, quam vita: & qui ea sectantur si se non correxerint ad æternam perditionem tendunt.* Idem refertur ex *D.Aug. c. Admonemur, & c.Non obseruetis, 26.q.7. & c. Illos, 26.q.1.* Idem docent *D.Chrysost. hom.8.in epist.ad Coloss. D.Leo serm.19.de Pass.Domini.* Quare iure optimo, *a.5. & 7. Parisiensi* decisum fuit, erroneum esse affirmare, licere ob quemcumque bonum finem maleficiis vti: vel circa hoc dispensationem cuiquam fuisse cõcessam. Quare à veritate abhorret quod decidit *Io. Fori.* 4. *C. de maleficis & l reg.3 t.25.p.7.* Et tradit *Azor. in summ.t.de maleficiis*, nempe, maleficos bono fine maleficia exercẽtes, ne fructus terræ vi ventorũ ac grandinis absumantur, excusari. Et ita *Bart. & l. Eorum, n.vn. & ibi Salycet.n.vn. Greg. Lop.ex l.3.v.Rat on, Azebedo lib.8.recop.t.1.l 5.n.13.* dicunt in foro conscientiæ hoc nullo modo licere, quamuis attento iure ciuili id delictum minime puniatur. Quare illæ leges intelligendæ sunt, vt id delictum vacet pœna in foro ciuili: non autem culpa careat.

2 Sed an liceat vana vanis reuocare? *Host.c.fin.n.6.de frigid. & malef. & ibi Ioan. And.n.16.* dicunt satis posse id tolerare Ecclesiam. Quod idem docent, intelligendo vana vanis, non illicitis & superstitiosis, sed quæ suapte natura indifferentia sunt, *Alberic. in suo diction. lit I. v. Impedimentum, imped.15.ad fin Ioan. de Friburgo in summ. confess.l.4.t.16.q.24. D.Antonin.3.p.t.1.c.12.§.3. Rosella v.Impedim.imped.1 can.19.* & proponit hoc exemplum, vt si maleficiati facerent tria sacra celebrati, ac postea omnino nudi vacarent operæ cõiugali, credentes fore vt sic maleficium cesset. Et reddit rationem *Rosella*, quia hoc secundum est vanum, at indifferens: non enim est illicitum de se: cùm non sit inuocatio dæmonis, nec sortilegium, nec aliqua superstitio.

At iure optimo hoc reprobant alii. Quia omnia media non naturalia, sed vana, illicita sunt, nec superstitione vacant, *iuxta reg.n.5.* tradendam. Deinde, quia cuiuscumque rei vanæ vsus, vt vanæ, est culpa venialis: vt vanæ locutionis vsus. Præterea, quia in exemplo illo tradito, rem ad certorum sacrorum numerum restringere, superstitiosum est. Et aliud medium indecens est, nec culpa vacat. Sic *Iac. Sprenger in malleo maleficp.2.qu.2.c.6.vers. De secundis vero remediis, Garcia repet.c. Ad limina, 30.q.1.§.4.q.2.6.n.541. Delrius l.6.disquisit.magic.c.2.sect.1.q.2.pag.4.vers. Alii itaque, Philiar.de offic.sacerd.tom.1.p.2.l.3.c.11.concl.4.* Sed admittit *Delrius* ibi cum *Sylvestro, v.Maleficium, q.vltim.* hoc licere, quando quis ea vana nec superstitiosa experiri volens efficeret: aut credens per ea maleficium solui, nõ dæmonis operatione cooperantis ad maleficii solutionem, sed per cessationem ipsius dæmonis ab operando: quod sciret dæmonem pactum iniisse cum malefico, fore vt à vexatione desisteret, re illa vana exercita. At mihi hoc non placet. Quia cùm illa vana nulla virtute naturali ad eum effectum prædita sint, non carent superstitione: iuxta numero 5. dicenda. Deinde, quod in dæmonis honorem cedat, ac eius voluntati connitcatur, si re illa vana quis vtatur.

3 Nec excusat à culpa, aliquorum cautela, qui cum videant mirabiles effectus ex rebus vanis & superstitiosis operationibus consurgentes, eis vtuntur, protestantes animum esse non vtendi illis, quatenus res vanæ ac superstitiosæ sunt: nec consequendi effectum, si ex dæmonis pacto obtineatur: sed solum vtendi, quatenus sunt res licitæ: & effectus à Deo obtinetur. Nam tunc hæc cautela bona est, & prodest, quando dubium est, an hæ obseruationes sint superstitiosæ & vanæ. Sic docet *Philiarc. n.præallegatus.* Quare merito *Cuiet.sum.v. Incantatio, vers. Quinto*, dicens se vsum fuisse quibusdam verbis sacris, quibus annulus in gyrum vertebatur, addit se non experiendi gratia id fecisse, quasi sentiens id illicitum esse: sed ad cõuincendam diabolicam institutionẽ, propter fidelium astantium vtilitatem: idq; fecit præmissa protestatione, se non dicere ea verba tanquam instituta à dæmone, ad mouendum annulum, sed tamquam verba sacra ad Dei honorem, & propalandam diabolicam fraudem.

Sed quæres, vnde dignosci possit, an media per quæ maleficium auferitur, licita sint? (præter ipsam figuli ablationem, quam constat medium naturale esse.) Et manifestum est, si adhibeantur exorcismi Ecclesiæ, opera pœnitentiæ, Sacramentorum receptio, ad placãdum Deum, vt vel hic misericorditer dignetur coercere dæmonem, ne amplius vexet, ea media licita esse, & à Deo ordinata ad hunc finem consequendum. Vt constat ex vsu Ecclesiæ: & ex *c. final.33.qu.1.* Quando autem media non sunt huiusmodi, hæc regula accipienda est. Quidquid efficitur, aut dicitur gratia alicuius boni obtinendi, aut mali vitãdi, quod nec vim naturalẽ, nec supernaturalem ad eum effectum habet, vanum est & superstitiosum: ac proinde effectus sic comparatus est tribuendus occultæ dæmonis operationi. Et ratio est, quia tales res non adhibẽtur vt causæ: cum nulla virtus ad eum effectum operandum illis insit. Ergo adhibentur vt signa: & non diuina; quippe quæ non sunt sacramenta, nec sacramentalia. Ergo vt signa vana pacta occulti cum dæmone iniit. Deinde, quia illud vanum ac superstitiosum est, quod non prodest ad finem, ad quem adhibetur. At hæres sunt huiusmodi: ac subinde vanæ. Deus autem non delectatur vanis, sed dæmon. Præterea, quidquid denuo efficitur, ab aliqua causa prouenire debet. Causarum autem triplex est ordo. Aliæ sunt naturales, quæ virtutem naturalẽ habent ad operandum. Quales non interueniunt in hoc euentu: huiusce modi enim res adhibitæ carent virtute naturali ad eum effectum. Aliæ causæ sunt supernaturales, qualis est Deus supernaturaliter operans. Sed in his rebus nulla virtus supernaturalis reperitur. Cum id neque ex Ecclesiæ auctoritate, neque ex Scripturæ testimonio habeatur: nec vlla necessitas miraculi patrandi nunc exter, neque id præsumatur. Aliæ demum causæ sunt boni Angeli: hi verò non operantur mediis rebus vanis, nec illis gaudent. Manifestum ergo est, dæmonum operationem interuenire, qui rebus vanis delectantur. Et ideo hanc regulam tradit *D. Aug. lib. 21. de ciuit. Dei*, quem refert & sequitur *D.Th.2.2.q.96. ar.2.* ab omnibus receptus. Atque idem dicendum est, quando licet res illæ virtutem habeant ad eum effectum, adiunguntur tamen conditiones vanæ, & nul ad rem conducẽtes, tamquam necessariæ. Quia cum ea conditio vana sit, non à Deo vel à natura procedit, sed ex dæmonis pacto effectum consequitur. Quod bene præter alios docent *Nauar.sum.c.11.n.25. l.c. Sprenger in malleo maleficp.2.qu.2.c.6.* Et melius *Cuiet.in sum.verb. Incantatio, per totum*, vbi ait deprehendi tacitam dæmonis inuocationem, ex conditionibus vanis appositis vt ne cessaris in rebus factis. Vt si apponatur virtus in verbis sacris, dummodo scripta sint in pelle, aut tali hora: vel apponantur aliæ similes conditiones, quæ nec ad Dei cultum nec ad rectam rationem spectant; vel in modo dicendi, vt si dicatur Pater noster ad aures equi.

Potissima autem huius disp. difficultas est, an à maleficio patato ad maleficiis maleficia soluenda, liceat id petere? Quidam enim licere existimant. Quod petens non cen- 6

censeatur ad peccatum inducere maleficum, sed peccato vti ad salutem comparandam. Sicut contingit in petente mutuum ab vsurario parato: vel iuramentum ab infideli parato ad iurandum per idola. Sic sustinent *Aureolus 4.d. 34.q.2. Angelus v. Superstitio, n.13.*

7 Verum certissimum est, nullatenus id licere. Quia solùm licet à parato petere id, quod ipse licite potest præstare, quando petentis interest, vt necessitati suæ cõsulat. Tunc enim non est petere peccatum, nec cooperari peccato alterius: sed res petita potest licitè fieri, & alter malitiis sua illicitè præstat. Quare petens solum vtitur malitia alterius, illi minime cooperans. Vt contingit in petente mutuum ab vsurario, & iuramentum ab infideli. At maleficus non potest licitè maleficium maleficio soluere ob nullum bonum (vt nu.1. probaui.) Deinde, quia (vt ibi probaui) grauissime in sacris literis condemnantur confugiẽtes ad magos & ariolos. Cum tamẽ semper hos esse paratos constet. Quare hanc sententiam sustinent, reiecta priori tamquam erronea, ex Theologis *Albert. Magnus 4.d.34.a.9. & ibi Sotus qu.vn.a.3.col.5. vers. Est tamen citra dubium, Palacios ibi disp.1.post 5.conclu. Cauet. summ v. Maleficium, 2.fin. & in opusc. tom.2. tract.12. de maleficijs, q.vn. Abulensis c.19. Mair. q.90 in solut. ad 3. Castro l.1. de iusta hæret. punit c.15. col. 7. Ledes. 2.p.4 q.60.a.2. ad fin. Ciruelo de superstitionib. 3.p.c.15. Margarita confess. in 1. præc. p.f.60. Viguerius Iustit. ca. 16.§. 7. vers. 9. imped. 11. Anglesf lorib. 1.p.* vbi de matrim. *q. 8. a.2. dub. 2. Toledo l.4. sum t.16.n.9. Banez 2.2.qu.78 a.4.dub.2. in solut. ad 4. Pet. de Ledes. de matrim. q.58. a.2. dub.1. Enriq. l.5. de pœnitentia, ca.6.fin. & l.12. de matrim. c.8. fin. Philiarc. de offic. sacerd. to.1 p.2.l.3.c 11. ad fin. Delrius l.6. disquis. magic. c.2. sect. 1. qu.2. pag.7. dict.3. Barth. à Ledes. de matrim. dub.49. concl.5. Lud. Lop. 2.p. instruct.* vbi de matrim. *c.52. col.7. vers. Præterea quæritur, Manuel 1.to. sum. 2. edit. c.7. concl.11.n.11. & c.235.nu.3. conclu.3. Hier. Llamas in methodo cur. at. 3.p.c.8.§.13. ad fin. Cañedo sum. sacram.* vbi de matrim. *c.5.n.37. Graffis 1.p. decis. l.2.c.6.nu.10. Vega 2.tom. sum. c.34 casu 110.* Et ex Iurisperitis, *Turrec. c. fin. 33.q.1.a.1.n.3. Rosel. v. Impedimentum, imped.15 nu. 19. & ibi Tabiena impedim.12.qu.9 n.10. Sylvester v. Maleficium qu.8. & ibi Armilla n.2. Nauar. summa c.11.n.29. Couar. c. Quamvis pactum, 1.p.§.1.n.10.*

8 Nec licet petere à tali malefico solutionem maleficii, non explicando vt maleficio soluat, quando cõstat eum nescire soluere absq; alio maleficio. Quia petitur res quã nequit licitè præstare. Sic colligitur ex DD. nu. præc. allegatis: nam ratio, cui innituntur, etiam militat in hoc casu.

9 Temperant aliqui prædictam sententiam dicentes nõ licere precibus opẽ malefici quærere: licere tamen vi eam extorquere. Quod ea extortio vacet omni pacto cum dẽmone, & in eius dedecus cedat. Præterea, quia licitũ est rem meam vi eripere, quã alio pacto recuperare nequeo. Sic sustinet *Remigius l.3. dæmonol. c.3.* Sed meritò illum impugnat vocans falsam eius sententiam *Delrius l.6. disquis. magicarum c.2. sect.1.q.2.pag.6.* Quod nil præstent minæ, cũ hoc sit intrinsecè malum, ac proinde nulla ratione possit licite fieri à maleficis. Deinde, quia hoc cedit in dæmonis honorem: cum cogatur maleficus dæmonis ope & inuocatione, maleficio mederi. Nec simile est de violenta rei propriæ ereptione: quia non cogitur alter ad rem malam faciendam, sed rem bonam, ad quam ex iustitia tenetur, coactus facit.

10 Hinc deducitur nullatenus à culpa excusari iudices cogentes maleficum benedictione quadam maleficium auferre. Quod benedictio ea malefici nil aliud sit, quã formula & cæremonia, qua ex pacto dæmon cessaturum se spopondit. Quod si benedictione aliqua sit obtinenda sanitas, præstaret vtique vti pii hominis aut sacerdotis benedictione, quam ministri diabolici. Et similiter peccat maleficus obtemperans. Quia nulla ratione id licite fieri potest. Ita *Delrius d.q.2 pag.3. coroll.1.*

11 Sed vrgentior est difficultas, an quando maleficus plura media ad soluendum maleficium nosset, quædam licita & quædam illicita, integrum sit ab eo absolute petere, vt maleficium soluat: *Caiet. in suis opusc. to.2. tract.12. de malefic. q.vn. in fin. corp.* id negat. Ducitur, quod malefici vt sic opus petatur, cum absolutè petitur. Sicut dum aliquid à quolibet alio artifice exposcitur. Præterea, quia peculiare opus est necesse petere: & non vage relinquendo arbitrio hominis diabolici petitionem propriam. Et statim in solut. ad argum. concedit licitum esse petere absolutè mutuum ab vsurario, & iuramentum ab infideli: quamuis constet illum vsuras exacturum, & hunc per idola iuraturũ. Et *Delrius d.q.2. proxime allg. pag.8. dict.4.* ait non licere petere à malefico sciente media licita, vt maleficium soluat; quando petens est moraliter certus, fore vt maleficus medio illicito soluat. Et hoc dicit sibi certum esse, nulla tamen ratione probat.

12 Cæterum nullam percipere possum differentiam inter vtrumque casum. Et ideo existimo licitum esse petere ab eo malefico absolute vt maleficium soluat, quamuis cõstet petẽti fore vt medio illicito vtatur. Ducor quod omnes fateantur licitum esse petere ab vsurario mutuum, & ab infideli iuramentum, quando petens eis indiget: quãuis exploratum illi petenti sit, fore vt ille sub vsuris mutuet, & hic iuret per falsos deos, nec oportet illis explicare vt modo licito faciant: & nulli alii rationi innituntur, nisi vtrumque posse vti modo licito, ac culpa sua illicito. Quæratio prorsus militat in casu nostro: nam petitur à malefico solutio maleficii, quam potest medio licito facere, nempe, auferendo signum: quod si alio maleficio faciat, sibi imputandum est. Ergo vel illi casus negandi sunt contra omnium mentem: vel hic cõcedendus. Secundò, quia rationes Caietani non vrgent. Non enim petitur opus vage à malefico, sed determinatum, nempe, vt maleficiũ soluat: quamuis modus operãdi vage petatur. Quod idẽ prorsus reperitur in petitione illa mutui ab vsurario, & iuramenti ab infideli. Nec petitur à malefico vt maleficus est, quo pacto peteretur ministerium artis maleficę: sed petitur ab illo in quantum potest licitè maleficiũ auferre. Sicut petens à Iudæo publice vsurarii munus obeũte, non petit ab eo mutuum, quatenus vsurarius est, sed quatenus potest licite mutuare. Imo sicut petẽs mutuum ab vsurario, & iuramentum ab infideli, potest recipere acceptata conditione dandi sub vsuris, & iurandi per idola: nec apparet cooperatio aliqua, sed solus vsus peccati alterius, qui culpa sua præue facit. Quod vniuersi fatẽtur. Ita si maleficus nollet soluere modo licito maleficiũ, vti nouit: potest acceptari vt alio maleficio soluat. Nec petenti tribuetur culpæ: vtpote qui minime cooperatur peccato alterius: sed eo vtitur, vt propriæ saluti consulat. Et huius sententiæ videtur *Pet. de Ledes. de matrim. q.58.a.2. dub.2.* Quãuis enim non ita distinctè explicet, sed generaliter loquatur, dicẽt licere petere ab hoc malefico solutionem maleficii: at id probat, eo quod ab vsurario parato liceat petere mutuum, quamuis petenti constet fore vt vsuras exigat: & ideo videtur idem omnino sentire de petitione solutionis maleficii. Duo tamen monuerim, alterum est, nullatenus licere admittere, si maleficus applicare velit medicinam aliquam vanam & superstitiosam. Quia est vti medicina vana ac superstitiosa, nullam vim sanandi habenti, nisi ope & inuocatione dæmonis: quod est intrinsece malum. Nec potest dici, hoc tantum esse vti peccato alterius, sicut quando maleficus alio maleficio soluit, nulla medicina superstitiosa applicata. Quia consentiens medicinam illam sibi applicari, reuera vtitur ea, atq; ita medio superstitioso & illicito. Alterum vero est, quando spes esset fore vt prodesset monitio, teneri petẽtem ex lege charitatis illum monere, vt medio licito faciat. Quod idem necessario fatendum est de petẽte mutuum ab vsurario, & iuramentum ab infideli. At in omnibus his casibus omittens monitionem illam, non esset reus peccati inductionis malefici, sed solius præcepti correctionis fraternæ violati.

13 Quando autem dubium esset, an maleficus medium aliquod soluendi licitum nosset, nullatenus liceret solu-

tionem maleficii ab eo petere. Quod præsumptio sit contra illum: eo vel maxime, quod (vt ait *Delrius lib. 6. disquis. magic. c. 2. sect. 1. q. 2. pag. penult.*) frequentius sola media superstitiosa norint malefici: & petitur tolli maleficium, quod nõ nudam priuationem importat, sed aliquid actus positiui. Quare ad vincendum hoc dubium, consulit ibi quærendum esse à malefico quæ media norit: si renuat explicare, ait vehementem esse suspicionem contra illum. Si autem explicet, tunc videndum est an medium sit licitum, iuxta reg. n. 5. traditam, & dicenda seq. disp.

14 Hinc deducitur, ab eo malefico, qui auctor maleficii illius non fuit, rarissime licere petere medelam maleficii: nisi de loco & modo maleficii ab ipso auctore vel ab alio certior factus sit. Quia talis moraliter nescit mederi sine alio maleficio, & noua dæmonis cooperatione. Sic docet *Delrius d. q. proxime allegata. p. antepen. dict. 4.*

15 Tandem non est admittendum, quod docet *Brisuecon. in collect. super 4. sent. q. 13. concl. 3.* vbi ait non solum à malefico peti posse, vt soluat medio licito maleficium: sed etiã ab ipso dæmone, si is maleficia dedisset. Sed bene impugnat ipsum *Delrius to dict. 4 n. prec. allegato*, cum *Soto 4. d. 34. q. vn. a. 3. col. 4. vers. Quod si quis sciscitetur.* Quia omnis familiaritas & amicitia cum dæmone prohibita est, ac cum eo perpetuum bellum indictum: ideo precibus ab eo peti minimè licet: imperio autem nemini integrum est vti. Quod dæmon ei non subiiciatur, sed duntaxat Dei nomine, per exorcismi modum ei possumus imperare.

DISPVTATIO XCVI.

Vtrùm liceat maleficii signum destruere, ad obtinendam maleficii sanitatem?

SVMMARIVM.

Qualiter malefici soleant à cœpto signo opposito ex pacto cum dæmone nocere: & quotupliciter pactum id contineatur: & in quo casu constet non licere: & in quo verisimile difficultatem. n. 1.

An liceat id signum destruere animo obtinendæ salutis? Refertur quædam sententia. n. 2.

Proponitur sententia Auctoris. n. 3.

Num possit interrogari alia maleficia an norit in quo maleficium id consistat: & si id dixerit à dæmone sua sit ea scientia vel ad maleficiati medelam. n. 4.

An id maleficij signum destruere liceat, quando damnum in ipsum maleficam, quem damnare verisimile, ex pacto maleficæ cum dæmone redundare debeat. n. 5.

Ratio sit argumenti. n. 6. & vbi, an liceat maleficum torquendum tendere, aut eius corpus lauare.

1 SOLET à maleficis pactum cum dæmone iniri, vt quãdiu lignea tuta aliqua fuerit, vel dum res aliqua in tali loco defossa permanserit: aut quid simile, duret maleficium: & ea ablata cesset. Hoc autem pactum dupliciter iniri solet (vt notat *Delrius l. 6. disquis. magic. ca. 2. sect. 1. q. 3. pag. 5. notabil. 3.*) Priori modo, duplici intercedente pacto: vt cum conuentum est, fore vt dæmon vexet adhibito tali signo: eo remoto cesset. Tunc enim duplex est pactum: primus de nocendo signo appositio: posterius de cessando, eo remoto. Posteriori modo, quãdo vnicum adfuit pactum, vt quando magus cum dæmone solum conuenit, vt posite tali signo teneatur nocere. Vis enim huius pacti non obligat ad desistendum à damno illato, ablato signo, sed tãtum ne tunc teneatur nocere, liberumque sit ei nocere aut desistere. Quãdo ergo duplex initur pactum, si maleficus auferẽs signũ, intendat sibi seruari à dæmone posterius cum ipso pactum initum, vel alius auferens, id seruari malefico intendat: manifestè id iniquum est. Quod sit cõfirmatio & approbatio illius pacti, ac virtute illius sperare salutem. Nec in hoc euentu est cõtrouersia præsens. Procedit ergo, vel quando vnicum fuit pactum. tũc enim ablatio signi est omnimoda illius destructio, nec superest pactum, quod cõfirmetur: vel si duplex intercesserit, maleficus auferens non intendit sibi posterius pactum seruari, sed potius ductus pœnitentia pacti initi intendit illud prorsus rescindere, & ideo aufert signum, quod est pacti vinculum, non quatenus est signum posterioris pacti, sed quatenus est destructio prioris, & ad illud penitus dissoluendum. Sic notat *Delrius ibid.*

Dubitatur ergo, an liceat id maleficii signum destruere, aut remouere, quo maleficii salus obtineatur? 2 *Ioan. Hessels Louaniens. auctor in suis prælect.* quem sui discipuli mordicus postea secuti sunt (vt refert *Delrius d. q. 3. statim in princ.*) defendit id licere, animo irridendi dæmonis, ac vanitatis earum rerum ostendẽdæ, secus animo obtinendę salutis maleficii. Ducitur primò, quod tunc à dæmone speretur salus, & negari nequeat beneficium aliquod dæmonis esse, ab incepta vexatione desistere. Et confirm. quia saltem mediate speratur salus à dæmone, & est quasi tacita eius inuocatio, petendo vt stet pactis. Secundò, quod salutem hoc modo expetens, sit particeps pacti cum malefico à dæmone initi, nempe, vt signo remoto desistat à nocumẽto illato. Quippe illa remotio nil confert ex natura rei, ad maleficii medelam, sed ex pacto dæmonis. Confirm. quia cognitio illa modi medendi sublato signo habetur à dæmone, qui pactũ iniit cum malefico: alias nec maleficus, nec maleficiatus id nossent. Salus ergo expetitur vtendo scientia acquisita à dæmone. Tertiò, quia æquè signi appositio valet ad damnum inferendum, ac destructio ad salutem: & vtrumque est dæmonis adinuentio, ac ex eius institutione vim lædendi ac medendi habet. Ergo sicut ponens ad nocendum, exercet opus diaboli: sic & amouens. Sicut si ars medica doceret modum medẽdi, auulso aliquo extrinsece lædente, vt tonsis capillis, medicus præcipiens capillos ægri tonderi ne capitis dolore vexetur, opus artis medicæ exerceret. Quartò, quia id signum auferre cedit in diaboli cultum. Est enim eius fidelitatẽ protestari, stando pacto cum suis initis: ac posse ipsum nocere, & à nocumento illato desistere. Confirm. quia dæmon minime desisteret, nisi ablato signo se honorari existimaret: atque ideo desistit, quod in sui honorem id cedere credat. Quintò, quia alias integrum esse iudicibus, quo magorum confessionem extorqueant, capillos totius corporis abradere: quod credatur illis non abrasis, fore eos doloris tormentorum expertes. Quod tamen superstitiosum apparet. Tandem, quia *D. Hieron. in vita D. Hilarionis* refert, noluisse sanctum pati signa amoueri: quibus ablatis dæmon fassus est, se à puella exiturum. Et subdit *D. Hieron.* ea ductum esse ratione, ne aut solitis in cantationibus dæmon recessisse videretur, aut ipse sermoni eius accommodasse fidem.

His tamen non obstantibus dicendum prorsus est, licere ipsi malefico, vel cuicumque alii, signa illa maleficii amouere, animo destruendi pacti cum dæmone initi, & obtinendę sanitatis maleficiati. Hanc sent. latissimè multis exemplis ex variis Auctoribus petitis, & communi praxi virorum piorum sic sanantium, & rationibus variis probat *Delrius l. 6. disquis. magic. c. 2. sect. 1. q. 3. per totam.* Sed breuiter probatur vna aut altera ratione. Quia dubitari nequit. finem intentum licitum esse, nimirum, sanitatis recuperationẽ. Quare tota malitia refundi debet in medium ei fini assequendo adhibitum. Sed in medium culpa vacare ex eo constat, quod auferendo signum intentione prædicta nec pactum nec amicitia cum dæmone confirmentur, nec illi honos exhibeatur: imò potius illa soluantur, ac dæmone contempto, ab eius amicitia recedatur: ob idque signum fœderis separatur, aut comburitur. Quod si dicas, esse malum credere, eo signo ablato maleficium cessaturum. Id à veritate alienum est. Quia id credere, nullo iure interdicitur; nec est aliqua infidelitas, credere dæmonem destituturum à damno (vt optime explicuit *Soto 4. d. 34. quæst. vnic. vers. Et ex hoc patet.*) Quia destruens non acquiescit operibus malignis: sed credit dæmonem posse & velle vexare manente signo, & eo destructo impositurum vexationi finem. Nec est vanum, cum coniecturis rectæ rationis innitatur. Valde enim verisimile est, fore vt dæmon, qui pacto ligatus erat ad nocẽdum, soluto pacto, eius signo ablato cesset. Secundò, quia si magus in foro interno vel externo fatetur se damnum 3

num intulisse, eo quod signum aliquod alicubi collocarit: quis dubitet vtrumq; iudicè compulsurum, vt signum amoueat, vt maleficiatus ad pristinam restituatur sanitatem? Non ergo peccabit maleficus amouēs. Tertiò, quia in damno inferendo per signi appositionem dæmon cooperatus est vexans. At in restituēda sanitate per signi ablationē nulla actio dæmonis eiusve auxilium intervenit, sed mera priuatio, hoc est, non agere vexando, atq; adeo non expectatur vt dæmō aliquid faciat, sed desinat facere. At expectare effectum dæmonis priuatiuum, culpa vacat. Sicut fas est, expectare dæmonis fugā ab energumeno, vel cessationem tentationis, & similia. Quod effectus ille non expectetur, vi alicuius pacti conuenti cū dæmone: sed potius solutio ne pacti & amicitiæ cum illo. Tandem, quia hoc non est opus maleficī, vt maleficus est, sed hominis scientis impedimentum boni proximi sui. Nulla enim hic dæmonis inuocatio adest, eiusve auxilium, sed sola signi destructio, quo durante statuerat dæmon damnum maleficiati conseruare. Et ideo huius sententiæ in propriis terminis sunt, *Scotus* addens id esse meritorium. 4.d.34.q.vn. quem discipuli eius ad vnum sequuntur, vt *Bassolis ibi,q.vn.a.1. Ant. And.eo d.34.in fin. Nic.de Orbello ibi,q. vn. Rrianzonus in collect. super 4.sent.in q.13. concl.5. Pelbert. Temesiar.in 4.p.Rosarij,v.Matrim.5.§.38.Gab.2.d 8.q.2.a.4.dub. 2.Caiet.in opusc.to.2.tract.12.de malef.q.vn Rosel v. Impedimen. imped.15.n.18.19.Ledes.2.p.4.q.60.a.2.fin. Angles florib.1.p.* vbi de matrim.*q.8.a.2.dub.2.Delrius tota q.3.proxime allegata.* Idem absque dubio sustinent alij, quia quamuis non explicent id licere gratia obtinendæ salutis maleficiati, sed indistinctè loquantur, at reuera ibi disputant de mediis licitis ad medendum maleficiato, & negant id licere alio maleficio exercito, affirmant autem, signi destructione facta: ac proinde apertissimè volunt id licere ad hūc finem. Hi sunt *Caiet.sum.v. Maleficium. Et ibi Armilla n.2. & ibi Sylvester qu.7.v.His præmissis, Astens.2.p.sum.l.8.t.29.a.vn.q.2. ad fin. Tabiena v. Impedimentum, imped.12.q.9.n.10. Castro l.1. de iusta hæret.punit.c.15.col.10. Navar.sum.c.11.nu.19. Scotus 4. d.34.q.vn.a.3.col.6.ante vers. Vnum autem. Et ibi Borrilong. qu. vn.a.2. Ouandus disp. vn.pag.penul. Enriq.l.12.de matrim c.8.fin. Bañez 2.2.q.78.a.4.dub.2.in solut.ad 4. Bart.à Ledesm.de matrim.dub.49.post 5.concl. Graffis c.9.decis.l.2.c.6.nu. vlt. Manuel l.to sum.2.edit.c.235.n.3.concl.5. Pholiarc.de offic.sacerd. tom.1.p. 2.l 3 c.11.ad fin. Pet.de Ledes.de matrim q.58.a.2.fin. Lud.Lop. 2. p instruct.c.52.de matrim.col.antepen.vers. Concluditur ergo, Vega 2.tom.sum.c.14.casu 10. Hier.Llamas in method.curat.3.p.c. 8.§.13.ad fin. Cañedo sum.sacram,* vbi de matrim.*ca.5. in comment.n.37.*

4 Adde, posse interrogari alium maleficum, an norit in quo tale maleficium cōsistat, vt signum destruatur: quod si ille ignoret, minimè potest induci vt per suam artem id inuestiget. At si forte is addiscat nouo pacto cū dæmone inito, possum ea scientia ad destruendum signum maleficii in meum commodum vti. Ita *Ouandus n. præc.alleg.* Et id mihi suadeo, quia quamuis culpa sit grauissima, inquirere à dæmone, vt ex cognitione ab ipso parta, vtilitati nostræ consulamus: id enim est quoddam amicitiæ fœdus. At si veritatem aliquam ab ipso edocti simus, præter culpam in ea inquisitione admissam, nulla est iā culpa, vti ea sciētia ad bonum finem, quando ea vera est, nec dæmonis opera postea concurrit. Vt si quempiam veram grammaticam aut philosophiam dæmon doceret, peccaret lethaliter sic addiscendo, at postea careret culpa, illa tamquam vera scientia vtens, & non tamquam à dæmone accepta.

5 Imo quamuis sublato maleficii signo debeat damnum in ipsam maleficam refundi, quod ita pactus sit dæmon, vacat culpa illud auferre. Quia auferens nulla ratione cōcurrit ad maleficæ damnum, sed solum sibi consulit auferens signum: & damnum quod inde maleficæ sequitur, est præter intentionē, nec ex illa signi remotione sequitur, sed ex dæmonis pacto, cui auferens nullatenus cooperatur. Sic docet *Ouandus 4.d.34.disp. vn.pag.vlt.* Et idem credo, quamuis damnum illud in quēdam tertium, maleficō ita paciscēte cum dæmone, reddūdare debeat. Quia auferens nil operatur ad alterius damnum, sed se tuetur ablato sibi nocente: & per accidens ex meo actu sequitur damnum innocenti: nec teneor ego consulere bono alterius cum eo damno. Sicut in femina grauida indigenti pharmacis ad suam salutem tuēdam ordinaris, admittunt DD. id licere: quamuis inde præter sumētis intentionem sequatur periculum proli. Sed si opponas, non licere fugienti in equo proterere puerum existētem in via, quamuis id necessarium sibi sit, vt mortem euadat, vt bene docet *Cordub.a in suis q.l.1.q.38.dub. 2. & 3.in fin.* Dic diuersum esse, nam in hoc casu efficit actionem positiuam proterēdi damnificantem puerum. At in nostro nulla est actio positiua, sed signi remotio, quæ licet in se sit actio, at non est actio alicui nocens. Quod si præter signi ablationem esset aliqua actio positiua necessaria damnificans maleficum, vt maleficiatus incolumis euadat, bene ait *Ouandus ibi*, non licere auctoritate priuata illam exercere: additq; non esse improbabile licere auctoritate publica, si nullum dæmonis pactum in illa actione sit. Quod mihi verissimum videtur. Quippe publicæ potestatis est, innocentes eruere cum nocentium damno.

Ad arg.n.2.proposita resp. Ad 1. dic constare ex dictis 6
nu.3. nullam culpam esse expectare effectum priuatiuum à dæmone, nō quasi ille beneficium aliquod conferat desistēdo, sed quia remoto signo, quo ad vexandum ex pacto ligabatur, speretur fore, vt desistat. Ad cōfirm. constat similiter ex dictis eo.n.3. Non enim intervenit ibi aliqua dæmonis inuocatio, nec petitur vt stet promissis: imo dissoluitur pactum: nec speratur salus à positiua dæmonis actione: sed à priuatione actionis. Ad 2. patet ex dictis nu. 1. & 3. Quia non expetitur salus per ablationem signi, virtute posterioris contractus cum dæmone gesti: sed dissoluendo priorem. Et quamuis ea ablatio signi non habeat ex natura sua mederi maleficio, sed supposito pacto cum dæmone: si nullum enim esset pactum, nec noceret, nec sanaret: at sanat supposito pacto, non quasi dæmon cooperetur, vel quasi pactum cum ipso initum confirmetur, sed per ipsius dissolutionem. Ad confirm. constat hic dæmonem nil docuisse: sed ex pacto cum dæmone inito, naturaliter consequitur scire maleficum, & quibus ipse detexerit, fore vt eo signo ablato cesset vexatio. Adde, esto dæmon id docuerit, non esse illicitum postea vti ea scientia (vt nu.4. probaui.) Ad 3. negatur ea æqualitas. Quia ad lædendum concurrit actio dæmonis, secus ad medendū sed sola priuatio actionis. Ad 4 negatur cedere in dæmonis cultum, imo in dedecus. Nec enim tollere signum, est dæmonis fidelitatem protestari, sed speratur fore vt non noceat postquam causa ad nocendum alliciens est ablata. Adde, vacare culpa credere dæmonem fore fidelem, standō pactis: non quasi ipse verax & fidelis sit: sed quia id sibi vtile ad homines decipiendos putet. Ad confirm. dic nil referre falsam dæmonis sui cultus existimationē, si res ipsa nec ex se, nec ex agētis intentione, in ipsius cultū cedat. Adde, falsum esse, ob id dæmones desistere, sed potius vt se fideles pactis præbentes, decipiant homines. Ad 5. dic cum *Delrio lib.5.disquis.magic.sect.9.dub.3.cautela 3.* id non esse illicitum iudicibus, si fiat dumtaxat, ne maleficium lateat corporis foraminibus insertum, vel crinibus insperssum: sicut etiam licet corpus abluere, ne aliqua vnctio subsit. Quod si tonsio fieret ex opinione amissi roboris per illam, instar Samsonis, esset superstitiosum. Ad vltimū dic D. Hilarionem id fecisse gratia scandali vitandi: ne vulgus putaret eam dæmonis expulsionem incantationibus niti. Deinde, quod ad maiorem Dei gloriam cederet, per miraculū expellere: cuius dono præditus erat.

DISPVTATIO XCVII.

An impotētia perpetua vtriq; coniugi nota, vel saltem illi, qui potens est, dirimat subsequens matrimonium: aut salcē possint illud inire, vt tamquam fratres habitēt, & ad id teneātur?

SVMMARIVM.

An impotentia perpetua contrahentibus nota dirimat matrimonium? Refertur quadam opinio. nu.1.

Proponitur auctoris sententia,n.2.

Satisfit argumentis n.3.

An si post matrimonium constet impotentia illud præcedens, possint coniuges illi simul esse vt fratres: & liceant eis tactus? nu.4.

Quando incontinentia periculum subest, eo quod vacant tactibus, aut sunt in eodem lecto, non sunt permittendi,n.5.

Periculosissima est hac confœderatio,n.6.

An iudex Ecclesiasticus debeat eos permittere volentes habitare tanquam fratres? n.7.

Quando impotens contraxit matrimonium, & si velit vterque coniux habitare instar fratrum, est periculum incontinentiæ, an teneatur vterque coram iudice petere dissolutionem,n.8.

An impotens qui sua impotentia confictus duxit feminam illius ignaram, teneatur eam vt sororem habere & alere? Refertur quadam sententia,n.9.

Proponitur sententia Auctoris n.10.

An si ambo coniuges impotentia conflicti iniere matrimonium, teneantur ita vt fratres habitare, vt neuter altero inuito resilire possit: & si alter ad nuptias transeat, teneatur ad eandem habitationem cum priori, & ipsi alimenta dare? Refertur opinio, n.11.

Proponitur Auctoris sententia,n.12.

An cognita veritate vel alterius impotentia liceat nondum matr. inter se inito quoddam societatis vinculum inter se contrahere, vt tanquam fratres habitent, ac ad mutuo obligentur obsequia? n.13.

An per transitum ad nuptias cessat predicta obligatio,n.14.

An si inconsiderate viuant, aut in eodem lecto dormiant, separandi sint? n.15.

1 DISPVTATIO præsens duo petit. Prius est, an quando contrahentes non latet impotentia alterius, vel vtriusque possint valido matrim. copulari? Posterius, an saltem copulari possint, vt tamquam fratres simul habitent? Circa priorem quæst. quibusdam placet id matrim. validum esse. Ducuntur primò, quod impotentia ignorata dirimat matrim. non ob aliam rationem, nisi quia cum sit contra præcipuum matrimonii finem, tollit virtualiter consensum. Quæ ratio prorsus cessat, vbi impotētia prægnita fuit. Secundò, quia quamuis procreatio filiorum sit præcipuus matrimonii finis, at non est ita necessarius, quin absq; illo possit esse validum. Potest enim contrahi propter solam societatem & animorum coniunctionem, atq; erit verum matrim. sicut fuit inter D. Ioseph & B. Virginem. Tertiò, quia *c. Consultationi, & c. Laudabilem, de frig. & malef.* decernitur reperta post matrim. impotentia, integrum esse his tāquam fratres permanere. At si hi mutuo consentientes & iure suo cedentes, minimè cōtraherent coniugale vinculum, cum magno animarum discrimine simul manere permitterentur. Quod respublica mediocriter instituta respueret. Quartò, quia non desideratur consensus in carnalem commixtionem, ad matrimonii veritatem, vt constat in matrim. B. Virginis. Quòd si dicas actum non requiri, bene tamen potestatem. Contra, quia cum potestas non sit propter se, sed propter actum, frustra esset. Si ergo actus non esset necessarius, neque potestas. Quintò quia in matrimonii definitione, nulla coitus mētio fit, sed solius habitationis. Potest ergo matrimonium propter solam cohabitationem iniri. Tandem, quia nil vetat coniuges posse cedere suo iuri quo ad cōiugii vsum. Ac proinde impotentia illa nullum damnū inferet. Sicut seruitus ignorata dirimit matrimonium, ratione damni alterius coniugis: non autem scita, eò quòd id damnū cesset. Et ideo huius sententiæ sunt *Magister 4. d. 34. c. 1. D. Th. 4. d. 36. q. vn. a. 1. corp. & ad 4. & d. 34. qu. vn. a. 2. ad 4 & ibi Maior. q. 1. concl. 3. & ad fin. totius quæst. vers. Ecce quomodo, Paludan. 4. d. 30. q. 1. a. 2. n. 6. & d. 34. q. 2. a. 1. concl. 3. n. 9. & a. 3. conc. 3. nu. 18. & ibi Supplem. Gab. qu. vn. a. 1. ad fin. & a. 1. conclus. 1. & concl. fin. Nicol. de Lyra 3. Reg. c. 1. in ea verba: Quæramus domino nostro regi adolescentulam. Gerson 1. p. in regulis moralibus, tractatu de matrim. alphabeto 25. lit. I. ad fin. D. Antonin. 3 p. t. 1. cap. 12. §. 1. & 3. & c. 15. §. 3. col. 4. Petr. de Soto lect. 5. de matrim. pag. 3. vers. De ratione vero, Metina de sacrorum hominum continentia, l. 5. toto c. 74. 75. & 77. Veracruz 1. p. speculi, a. 38. in 2. edit. immediate ante 8. conclus. Celaia 4. d. 34. qu. 1. in solut. replicæ 1. argum. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. l. 2. c. 10. Vivald. candelab. sacram. 1. p. vbi de matrim. n. 236. Hier. Llamas methodo curat. 3. p. c. 8. §. 13.* Et ex Iurisperitis, *Rainerius 2. p. sum. t. de matrim. c. 27. Turrecr. 29. q. 2. in sum. in n. 4 ad 3. Sylvest. verb. Matrimonium, 6. q. 1. vers. Qualibet frigiditas, Tabien. v. Impedimentū, imped. 1. q. 6. n. 7. & imped. 12. q. 4. n. 5. & vlt. Angel. v. Matrimonium, 3. imped. 16. n. 2. Armilla v. Matrimonium, n. 48. Nauar. l. 4. cons. in 1. edit. t. de sponsalib. cons. 39. n. 15. in 2. t. de despons impub. cons. 4. n. 15. Bolognetus l. 1. n. 212. ff. solut. matrim. Pet. Greg. in synt. agmate iuris l. 9. c. 12. n. 6.* Atque hoc eodem l. disp. 92. n. 12. retuli alios sentientes, matrimonium non dirimi per impotentiam seminandi intra vas, quando fuit ab alio contrahente prægnita.

Cæterum tamquam verissima sent. est sustinen da, nil 2
referre, siue sciatur, siue ignoretur à contrahentibus, impotentia coeundi perpetua: & ita in vtroque euentu matrim. esse irritum. Ducor, quod ea coniunctio repugnet mutuæ corporum traditioni ad vsum coniugalē: in quo essentia matrimonii consistit. Cum enim vsus is sit impossibilis, non potest dari obligatio ad illum. At vbi contractus essentia non potest reperiri, nequeunt contrahētes cedentes iuri suo efficere vt is contractus valeat. Et confirm. quia nemo potest obligari ad impossibile, etiam altero admittente obligationem. Secundò, quia *c. Consultationi de frig. & malef.* consultus Lucius III. de contrahenti matrim. cum arcta, sic ait: *Respondemus quod licet incredibile videatur, quod aliquis cum talibus contrahat matrim. Romana tamen Ecclesia consuevit in consimilibus iudicare, vt quas tanquam vxores habere non possunt, habeant vt sorores.* Qui textus manifeste loquitur de contrahente scienter cum arcta, vt ait *ibi Innoc. n vn.* & constat ex contextu. Quia dicit videri incredibile, vt quis arctam ducat: quod falsum esset de matrim. inito cum impotentiæ ignorantia. Et tamen decidit textus, inter eos non posse consistere matrim. Et *c. Laudabilem, eodem tit.* vbi Cælestinus III. agens de matrim. ignoranter cum frigido contracto, ait id separandum, & subdit hæc: *Quod si ambo consentiant simul esse: vir eam etsi non vt vxorem saltem habeat vt sororem.* Tandem, quia Sixtus V. in motu proprio circa eunuchorum matrimonia edito, cuius verba retuli disp. 92. num. 17. expressis verbis decernit matrimonia cum iis scienter contracta esse irrita: eò quòd impotentes sint. Et ideo huius sent. expresse videtur *Scotus 4. d. 34. qu. vn. in solut. ad 2.* vbi ait senem omnino impotentem esse matrimonii incapacem: at posse aliquam in ipsum consentire ad cohabitandū instar fratris & sororis. Et tenent ex Theologis *Abulens. 3. Regum c. 2. q. 26. Basolis 4. d. 34. q. vn. a. 1. & ibi Sotus q. vn. a. 2. col. 8. vers. Postremum denique, & in solut. ad 3. & ibi Palacios disp. 1. col. 11. concl. 2. Ledesm. 2. p. 4. qu. 60. a. 1. col. 3 vers. Sed manus dubium est. Nicol. de Nissa super 4. sent. tract. 6. p. 3. de matr. q. 6. concl. 1. fin. Veracruz 1. p. speculi, a. 38. in 1. edit. conc. 7. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 52. col. 3. vers. Tertio dicitur, Pet. de Ledes. de matrim. qu. 58. a. 1. in diffic. principali, quam ibi mouet in corol. quod infert ex 1. conclu. Valentia 4. p. disp. 10. qu. 5. punct. 3* vbi de impotentia, *vers. Ex quo fundamento, Enriq. l. 11. de matr. c. 10. in comment. fin. & l. 12. c. 8. n 1. Toledo l. 7. sum. c. 12. n. vlt. Emm. Sa in sum. v. Matrimon. pen. Barth. à Ledes. de matr. dub. 48. in 1. concl. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 215. nu. 1. Vega 1. to sum. c. 34. casu 13.* Et ex Iurisperitis, *Host. sum. t. de frig. & malef. §. Quæ impotentia, n. 6. vers. Hæc autē omnia, Inn. d. t. Consultationi, n. vn. & ibi Ant. n. 2. Abb. nu. 2. Alex. de Neuo n. 2. & 3. Præpos. n. 1, oppos. 2. & c. 2. fin. co. t. Henric. c. Fraternitatis n. 5. to. 1. Felin. c. Lator, n. 2. declarat 1. de sent. & re iudic. sum.* vbi de matrim. *t. Qualiter & quādo fiat diuortium ob impotentiam mouet post 1. q. Brunel. de sponsalib. concl. 28. limit. 4. nu. 19. Ioan. de Friburgo in sum. confess. l. 4. t. 16. q. 11. & q. vlt Rosella v. Impedim. imped. 15. n. 10. & ibi Supplem. Pisane, impedim. 15. n. 9. trim. Manualus l. 1. v. Mas como, tit. 9 p. 4. & ibi Greg. Lop. verb. iorum, t. 12. n. 268. Nauar. summ. c. 22. nu. 60. & lib. 4. cons. in 2.*

edit.

edit.1.frigid.conf.3.n.1.Gaeta repet.c. Ad limina,30.q.1.§.4.qu. 228.n.531.Cenedo in collectan.ad decretales, collect. 38.nu.2.Barbosa l.1.p.1.n.92.ff.soluto matri. Matienzo li.5. recop.t.1. rubr. gl.1.n.196.Et est communissima sent.

3 Ad argum.n.1.proposita resp. Ad 1.negatur ideo dirimi matrim.quod impotentia virtualiter auferat consensum:sed quia repugnat essentiæ matrimonii, & ideo cõsensus coniugum cedẽtium iure suo nil confert.Ad 2.fateor non desiderari ad matrim. valorem coniuges habere animum vacandi copulæ coniugali ad sobolem procreandam:at desiderari, vt tradant sibi mutuam potestatem ad copulam:quæ traditio coniugi impotenti impossibilis est.Hæc autem traditio inuenta est in matrimonio B.Virginis(vt probaui l.2.disp.28.n.4.) Et ita licet possit verum matrim. iniri propter animorum coniunctionem & mutuam societatem:at est necesse,vt seruetur essentia, nempe traditio potestatis.Ad 3.dic,eam coniunctionem permitti ab Ecclesia, vbi non est inter eos periculum incontinentiæ, ac proinde incontinenter viuentes separãdos esse.Ad 4.cõcesso antecedente, neganda est consequentia:quia de essentia matrimonii est consensus implicitus in copulam coniugalem,quantum est ex parte contractus,quamuis is consensus ex parte contrahentis non desideretur, sed possit adesse intentio abstinendi perpetuo à copula(vt probaui d.disp.28.n.4.)Est tamen necessarius etiam in contrahente cõsensus obligationis ad copulam. Ad replicam dic, non esse frustra potestatem ad actum,quamuis actus minime sequatur,quia potest sequi licite.Quod nefas esset, non tradita ea potestate. Ad vltimum constat ex dictis,non posse coniuges in hoc cedere iure suo. Nec est simile de seruitute, vtpote quæ non repugnat essentiæ matrimonii.

4 Circa posteriorem quæst. an cognita impotentia præcedenti post matrimonii contractum,vel ante,possint aliqui copulari,non verum matrim ineuntes,sed ad solam vitæ societatem,permanendumque simul tamquam fratres? Et quidem in duplici sensu potest hæc quæstio disputari. Prior est,quando initio est bona fide matrimoniũ contractum,& postea detecta impotẽtia, ac subinde matrimonii nullitate,& volunt sic permanere tamquam cõiuges. Posterior est,quando ab initio cognita impotẽtia, volunt sic contrahere. Et in priori euentu est citra dubiũ id posse fieri. Quia id expresse conceditur *c.Consultationi, & c.Laudabilem,de frig.& c.* 2. quod est ex *epist.D.Greg.33.q.* 1.& *in motu proprio Sixti V.de matrim. eunuchorum*, quem retuli disp.92.nu.17. At non licent his tactus,qui solutis interdicuntur. Quod reuera coniuges minimè sint, & ita docent *Sotus 4.d.34.q.vn.a.2.ad fin.corp. Nauar.l.4.conf.in 2. edit.t. de frigid.conf.3.n.1.Bart.à Ledes.de matrim.dub.48. ad fi. 2.concl.Enriq.l.12.de matrim.c.7.n.7. Angles floribus 1.p.* vbi de matrim.*q.8.a.1.dub.9.Barbosa l.1.p.1.num.92.ff.solut.matrim. Cenedo in collectan ad decretales,collect.38.n.2. Pet.de Ledesm.de matrim.q.58.a.1.dub.3.quod monet circa solut. ad 3.dubii principalis,Manuel 1.to.sum.2.edit.c.235.n.1. Lud.Lop.2.p.instruct.* vbi de matrim. *c.52.col.3.vers.Tertio dicitur, Vega 2.to.sum.c.34. casu* 113.

5 Ex quo fit,nullatenus permittendos esse sic manere, quando incontinenter viuunt, vacando tactibus, aut in eodem lecto dormiunt, vt constat ex motu proprio Sixti V.edito circa Eunuchorum matrimonia,ibi:*Eos autem qui iam sic de facto contraxerunt.si appareat eos non vt caste simul vtuntur contraxisse.sed actibus carnalibus & libidinosis operam dare: simulve in vno eodemque lecto cum predictis mulieribus dormire conuincantur,omnino similiter separari curet.* Quare Episcopi est tunc eos separare, vt bene tradunt *Host.c. Consultationi, in fin.de frig & ibi Io.an. And.fin. Ant.n.2. Auchar.fin.Henric.cap. Fraternitatis,n.6.Ro.t.Greg.Lop.l.1.v.Para aiuntarse.t.9.p.4.*

6 Secundò infertur,periculosissimam esse huiusmodi cõfœderationem. Cum enim sint simul vir & mulier, & si impotentia est ex parte solius feminæ, vir patiatur stimulos carnis,à quibus nec femina arcta eximitur, facillimo negotio ad tactus impudicos prouocabuntur. Quòd si ipse frigidus sit,ipsa carnis illecebris angetur, ac mutuo amore illecti facile ad amplexus, oscula, ac turpiores tactus prorumpent.Sic *Sotus,Cenedo, Bart. à Ledes.Lud. Lop.nu. 4.allegati.* Quare merito *Philiarc.de offic.sacerd.to.1.p.2.l.2.ca. 10.vers.Sed dubium est:* dicit hanc coniunctionem non facile concedendam,ob incontinentiæ periculum.

Iudex tamen Ecclesiasticus non poterit his volẽtibus 7 instar fratris & sororis cohabitando permanere,denegare hanc cohabitationem. Quia habent pro se iuris præsumptionem,cum textus expresse eam cõcedant, (vt diximus n.4.)Præterea,quia Sixtus V.in suo motu proprio (vt n.5.retuli)solum eos separari iubet, quando incontinentes viuunt, aut in eodem lecto dormiunt. Deinde, quia *Nauar.l.4.conf.t.de frigid.in 1.edit.conf.3.n.14.in solut. ad 6.in 2.conf.2.to.n.& solut.* ait quamuis talis habitatio sit aliquando periculosa : at frequenter eam carere periculo. Subditque iudicem non eos sic habitare permissurum; si essent adeo iuuenes ac infirmi, & in venerea propensi, vt iure optimo esset incontinentiæ timor.

Tertiò infertur,quando post matrimonium cõstat iam 8 de impotentia,nec illi possunt continenter vt fratres viuere:teneri eos reclamare,vt auctoritate Ecclesiæ dissoluatur matrim. Cùm aliter absque scandalo separari nequeant, stante matrimonii præsumptione in foro Ecclesiæ.Ita Cañedo *sum.sacram.* vbi de matrim.*c.5.n.37.* Quod si cessante scandalo separari possent, ad id non tenerẽtur. Quia cessat causa obligans ad reclamandum: & possunt tunc propria auctoritate separatim viuere.

Controuertitur autem inter DD.an impotens,qui suę 9 impotentiæ conscius decepit feminam,ipsam ducens,teneatur eam vt sororem habere & alere? Quibusdam placet ad id teneri. Quia fraus non debet ei patrocinari. Item quia *c.Consultationi,de frigid.* sic dicitur? *Romana tamen Ecclesia cõsuevit in cõsimilibus iudicare, vt quas tanquam vxores habere non possunt habeant vt sorores.* Quæ verba præceptum importare videntur. Cùm per sentẽtiam iustam nec pœnalem,nec falsæ præsumptioni innitentem, cogat ad hoc Ecclesia,Et ita docent *Gl.c.2.vers.Idcirco, & c.penult.in fi.33. q.1.Præpos.d.c.Consultationi,num.1. Archid.c.penult.n.vn.& ibi Bellamer,n.vn.Monald.sum.* vbi de matrim.*t.Qualiter,& quãdo fiat diuortium propter impedimentum cocundi,Rosel.v.Impedimentum impedi.15.n.10.Sylvest.v.Matrimonium,8.qu.16.dist.5. Armil.v.Matrim.n.52.Turrecr.33.q.1.in sum.nu.7. concl.4. Staphileus de lat.gratiæ,t.de vi & effectu clausularum,§. Successiue in huiusmodi litteris,n.5.Zephalus cons.384.n.44.vol.4.Greg.Lop.l. 1.verb.Marido,t.9.p.4. Ant.Cucus l.5.inst.maior.t.12.n.168 Lãcelot.iuris canon.l.2.t.de diuortiis,§. Plane si scienter,v.Vt sorores, Montal l.1.d.t.9.p.4.v.Mas como.* Et id affirmant esse verum, quamuis potens iam ad alias nuptias transierit, *Montalu us, Rosella,Sylvest.Armilla, Ant.Cucus, & Lancelot.ibid.*

Sed vetius est, id non esse præceptũ. Quia cũ reuera id 10 matrim.sit irritum,nõ est cur obligetur vir ad eam feminam tamquam sororem habendam & alendam. Nec *cap. Consultationi,de frig.* dixit sic sententiam ferre Ecclesiã præcipiendo,sed omnino dissolnendo matrim. ac permittẽdo huiusmodi cohabitationem,si cõmuni consensu eam eligant.Et ideo merito sustinent hanc partem *Gl.c.Laudabilem,v. Quod si ambo,de frigid.& malef.& ibi Ant.n.16. Alex.de Neuo,n.11.fin.Præpos.n.6.super gl.3.Host.sum.eod.t.§. Quæ impotentia,n.6.vers.Sed certe,Ioan.de Friburgo sum.confess.l.4.t.16.q. 11.Astesis 2.p.summ.l.8.t.28.ar.vn.in quæstiunc.quam post 1.q. monet,Turrec.c.Requisuisti,flatim in princ.v.Requisuisti, 33.q.1. Brunel.de sponsalib.concl.28.limitat.4.n.20. Supplem. Pisana,v. Impedimentum,impedi.15.n.9.fin.Gaeta.c.a.Ad limina,30.qu.1.§. 4.q.228.in.531.Vega 2.to.sum.c.34.casu* 113.

Sed quid,si ambo coniuges tempore initi matrimon. 11 norant impotentiam? Tunc enim videtur eos teneri tanquam frattes conuiuere, ac ad alimenta:ita vt neutri liceat altero inuito resilire. Quod cùm is contractus non possit vim matrimonii habere,videtur obligare ad id,ad quod potest, nimirum, ad vitam sociorum & fratrum peragendã.Et ideo hanc partem tuentur *Innoc.c. Consulta-*

tioni, n. vn. de frig. & ibi Ant. n. 2. Abb. n. 2. Alex. de Neuo n. 3. Henric. c. Fraternitatis, n. 6. co. 2. Felin. c. Lator, n. 2. declarat. 1. de sent. & re iud. Alberic. in suo diction. lit. I. v. Impedimentum imped. 15. Monald. sum. tract. de matrim. tit. Qualiter & quando fiat diuortium propter impedimentum coeundi, Rosel. v. Impedimentum imped. 15. n. 10. Syluest. v. Matrimonium, 8. q. 16. dict. 5. Armilla verb. Matrimonium, n 52. Montaluus l. 1. v. Mas como, t. 9. p. 4. & ibi Greg. Lop. v. Marido. Ant. Cucus l. . institut. maior. ti. 12. nu. 268. Franc. Marcus decisione Parlamenti Delphin. 676. n. 3. Imo non eximi ab hac obligatione alterutrum, qui potens est, quãuis ad alias nuptias transeat: sustinent *Innoc. Ant. Abb. Alex. de Neuo, Henric. Alberic. Montalu. Rosella, Sylueſter, Armilla, Ant. Cucus ibid.*

12 Verum adhuc existimo verius esse, ad id non teneri. Quod nullum indicatur præceptum, *d. c. Consultationi*, sed solum permittatur sic coniunctos manere tamquam fratres, (vt diximus n. 10.) Nec contrahentium mens fuit, ad eam habitationem instar fratrum se obligandi, sed ad verum matrim. quare cùm verum matrim. minime fuerit, nulla inde obligatio consurgit Et ita docent *Gloss. fin. d. c. Consultationi, Ricard. 4. d. 34. a. 7. q. 2. Ioan. de Friburgo in summ. confess. l. 4. t. 16. q. 11. Nauar. sum. c. 22. nn. 60. Gaeta c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 128. n. 531. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 48 concl. 1. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. gl. 1. nu. 196. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 235. n. 1.* Atque eiusdem sent. videntur expresse *Host. d. c. Consultationi, in fin. & ibi Ioan. Andr. fin. & Anchar. fin.* vbi dicunt, scienter inito hoc matrimonio, permissam esse habitationem instar fratrum: non ergo sentire videntur esse præceptam.

13 In posteriori autem casu, nimirum, quando ab initio cognita impotentia, volunt vir & femina non vero matrim. copulari, sed quoddam societatis vinculum inire, quo simul habitantes, ad mutua se ipsos obsequia obligẽt, vt femina inseruiat viro, & hic illi alimenta ministret: dicendum est, id licitum esse, dummodo periculũ incontinentiæ non subsit. Quia cùm possint alios contractus ciuiles inter se inire: non est cur hic interdicendus eis sit. Deinde, quòd impotẽtia soli matrimonii vero cõtractui obstet. Rursus, quia si comperta matri. nullitate possunt sic permanere: cur non à principio sic conuenire poterunt? Cùm in vtroque euentu nullum sit coniugale vinculum, atque idem sit periculum: nec referat, ad licitè sic permanendum, coniugale vinculum bona fide priùs cõtractum: vtpote quod tamquam irritum, nullum ius sic manendi concedere potest. Et ideo hanc partem sustinẽt ex Theologis, *Scotus 4. d. 34. q. vn. in solut. ad 2. & ibi Scotus q. vn. a. 2. ad fin. corp. Abulens. 3. Reg. c. 2. qu. 25. Pet. de Soto lect. 5. de matrim. pag. 3. vers. De ratione vero Bart. à Ledes. de matrim. dub. 48. col. 3. Pet. de Ledes. de matrim. q. 58. a. 1. dub. 3. quod mouet circa solut. ad 3. dubij principalis. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matr. *c. 51. col. 3. vers. Tertio dicitur, Phillarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. lib. 2. c. 10. vers. Sed dubium est.* Qui bene addit non facile permittendam huiusmodi confœderationem. Et ex Iurisperitis, *Host. sum. 1. de frigid. §. Quæ impotentia, n. 6. vers. Hæc autem omnia. Affens. sum. 2. p. lib. 8. t. 28. a. vn. in quæstione quam mouet post 1. quæst. Henricum c. Fraternitatis, n. 5. de frigid. Cañedo collectan. ad decretal. collect. 38. n. 2.*

14 Et quamuis postea vir potẽs transeat ad aliud matrim. tenetur feminam illam, cum qua id pactum inierat, alere: sicut & ipsa teuetur ei inseruire. Quia non est cur per posterius matrim. id pactum dissoluatur: nõ enim sibi repugnant. Ita *Sotus & Lud. Lop. n. prac. allegati.* Idemque tradunt DD. quos n. 9. & 11. retuli, asserẽtes per transitum ad matrim. non solui prædictam obligationem.

15 Quod si tactibus vacent, aut in eodem lecto dormiãt, sunt omnino separandi, vt in simili casu diximus n. 5.

DISPVTATIO. XCVIII.

An impotentia perpetua ad copulam, siue absoluta sit, siue respectu alicuius dirimat iure naturæ matrim. an solo Pontificio?

SVMMARIVM.

An impotentia perpetua ad copulam dirimat iure naturæ matrimonia. Refertur quædam sententia, n. 1.
Propinitur sent. Auctoris, n. 2.
Quid de impotentia non totali, nempe, quando est potentia coeundi, nõ tamen veri seminis intra vas emittendi, n. 3.
Quid de impotentia seminandi intra vas, ob nimium calorem, vel imbecillam membri figuram, n. 4.
Quid de impotentia resolutæ, n. 5.
Quid de impotentia consurgenti ex maleficio, n. 6.
An infideles impotentes ad copulam, valide contrahant, n. 7.
Solutio argumentu, nu. 8.

1 DVplex est in hac disp. sent. Prior tuetur solo iure Põtificio dirimi matrim. per impotentiam perpetuam ad copulam. Ducitur ex *c. 2. de frigid.* ibi: *Sicut puer, qui nõ potest reddere debitum, non est aptus coniugio: sic qui impotentes sunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur.* At matrimon. impuberum solo iure Ecclesiastico est irritũ (vt probabo disp. 104. num. 9.) Et confirm. quia sicut se habet ad matrim. impotentia temporalis, tempore quo durat, respectu illius temporis: ita impotentia perpetua respectu vniuersi temporis. Cùm illa ita impediat traditionem potestatis ad copulam, pro eo tempore, sicut hæc pro vniuerso. At illa nullatenus dirimit iure naturæ matrim. Secundo, quia voto simplici religionis astrictus, validè init matrim. Cùm tamen nunquam possit obligari ad reddendum debitum, imo peccet reddendo. Similiter ergo valebit attento iure naturæ matrimonium impotentis, quamuis obligari nequeat ad reddendũ debitum. Quòd si dicas discrimen esse, quod ligatus voto sit tantum moraliter impotẽs, frigidus vero naturaliter. Solutio est nullius momenti. Quia in hac re æquiparantur potentia naturalis & moralis. Et ideo mulier arcta respectu alicuius, quamuis naturaliter per copulam cum alio possit illi aptari, quia tamen non potest moraliter, id est absque peccato, dicitur inepta & impotens ad illi nubendum (vt diximus disp. 93. nu. 9. Et ideo huius sent. sunt, *Palud. 4. d. 30. q. 1. a. 2. num. 6. Maioris 4. d. 34. q. 1. col. 2. concl. 3. & ibi Supplem. Gab. q. vn. a. 2. concl. 1. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 15. §. 3. col. 4. Angel. v. Matrimonium, 3. imped. 18. n. 2. Tabiena v. Impedimentum, impedim. 12. n. 1. Armilla v. Matrimonium, n. 47. Gaeta c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 118. nu. 328. & 329.* Et hanc sent. tueri tenentur DD. quos retuli disp. præc. n. 1. asserẽtes solum dirimi matrim. per hanc impotentiam, quando ignorata est ab altero contrahenti instar conditionis seruilis, quæ cognita non obstat valori matrimonii.

2 Potissima sententia (& verissima) sustinet iure naturali dirimi matrim. per huiusmodi impotentiam. Quia cares perpetuo potentia ad copulam coniugalem habendam, nõ potest tradere alteri potestatem ad eum actum. Cùm impossibilium nulla sit obligatio, *l. Impossibilium, ff. de reg. iur. & c. Nemo ad impossibile, eod. t. in 6.* & nemo dare potest quod non habet, *c. Quod autem, de iure patronatus, l. Si vniuersi. C. de legibus.* At essentia matrimonii consistit in perpetua obligatione & traditione potestatis corporis ad copulam coniugalem. Cum ergo res naturaliter absque sua essentia consistere nequeat, repugnat naturæ matrimonii id validum esse, existenti ea impotentia: ac proinde attento ipso naturæ iure irritum erit. Et ideo huius sent. videntur apertè quidam DD. qui prædicta vtuntur ratione ad probandum dirimi matrimonium per impotentiam. Quamuis enim non explicent quo iure dirimatur, at ratio cui innituntur, clarè probat iure naturæ dirimi. Hi sunt *D. Thom. 4. d. 34. q. vn. a. 2. ad 1. & ibi Durand. qu. 2. n. 6. & 9. D. Bonauent. a. 7. q. 1. ad 1. Ricard. a. 2. qu. 1. corp. & ad 1. Turrec. 33. q. 1. in sum. n. 8. in solut. ad 1. Sylueſt. v. Matrimonium, 8. qu. 16. fin. Viguer. lib. institut. cap. 16. §. 7. vers. 9. impedim. 11.* Atque in propriis terminis docent ex Theologis, *Scotus 4. dist. 34. qu. vn. statim in princip. & ibi Almain. quæst. vnica, Sotus qu. vn. art. 2. colum. 3. conclus. 1. Palacios disput. 1. ad finem. Rubion. 4. dist. 39. qu. 1. art. 1. conclus. 1. Abulensis 3. Regum c. 2. q. 25. Ledesma 2. p. 4. qu. 60. art. 1. colum. 2. vers. Sed dubium est. Victoria summ.* vbi de matrimon. *num.* 283. *Petrus de Soto lect. 5. de*

matrim.

matrim.pag.5.paulo ante vers. Dicendum iam, Veracr 1.p.speculi, a.38.post 7.concl.vers. Quia hoc impedimentum, Enriq.l.12. de matrim. c.7.n.5.Barth.à.Ledesm.de matrim.dub.48.concl.1.Lud. Lop.2. p.instruct. vbi de matrim.c.52.col.2. Valentia 4.p.disp. 10.q.5.punct.3. vbi de impotentia,vers. Constat autem, Petr. de Ledes.de matrim.q.58.art.1.dub.7.quod monet circa solut.ad 7. principale,concl.1.Et ex Iurisperitis, Ioan.de Friburgo in summ. confess.l.4.t.16.init.Sylvest.v.Matrimonium,6.qu.5.dict.3. Spino speculo testam.gl.15.principali,n.69.

3 Hinc deducitur,quid sentiendum sit de impotentia, non totali,vt quando quispiam potest coire, non tamen verum semen emittere:vt contingit in Eunuchis vtroque testiculo orbatis,Petr.de Ledes.n.prac relatus, ait non esse omnino improbabile, minimè dirimi matrim.iure naturæ per huiusmodi impotentiam, sed solo iure Ecclesiastico. Quia saluatur quodammodo finis matrim. secundarius, qui est concupiscētiæ satisfacere. Deinde, quia ante motum proprium Sixti V.multi grauissimi DD. censuere id matrim.nullo iure irritum esse, & quamuis Sixtus V.declararit irritum,at nō explicuit,num solo iure Ecclesiastico antiquitori,an potius iure naturæ(vt hæc vidimus disp. 92.nu.15. & duplici seq. At iure optimō dicit *idem Petr.de Ledes.vbi*,multo probabilius esse,dirimi iure naturæ matrimonium per huiusmodi impotentiam.Quod idem sustinet *Enriq.l.11.de matrim.c.10.n.vlt.& l.12.c.7.nu.5.fin. & c.8. n.1.*Quia cùm non dicatur copula, quæ non consummari potest, vero semine intra vas emisso(vt probauimus disp. 92.nu.17.) impotens ad hanc emissionem dicitur verè & absolutè impotens ad copulam coniugalem ac proinde nequit tradere potestatem sui corporis ad copulam coniugalem,in quo consistit natura matrimonii.Quare ratio n.2 adducta, qua probauimus per impotentiam totalem dirimi iure naturæ matrimonium,procedit in hoc casu.

4 Secundò deducitur, dirimi quoque iure naturæ matrim.quando vir non est omnino frigidus,vt quia semen verum emittit, at præ nimio calore statim semen spargit extra vas,aut ex indebita mēbri figura aut debilitate non potest intra vas seminare, nec his morbis aliqua medica arte succurri potest.Quia verè hic est impotens ad copulam coniugalem:ac proinde in eo militat ratio n.2.tradita.Quamuis *Enriq.l.12.de matrim.c.7.n.4.* dicat in his casibus saltem iure Ecclesiastico dirimi matrimon.si femina eam impotentiam ignoret: vbi videtur censere nō dirimi iure naturæ. Sed profecto ratio adducta probat iure naturæ dirimi.Quod verissimum reputo,nec quidquam refert ad eius valorem , non latuisse feminam eam viri impotentiam,vt probaui disp.92.n.12.

5 Tertiò deducitur,similiter dirimi iure naturæ matrim. per impotentiam perpetuam, quæ non est absoluta respectu omnium, sed tātum respectiua ad aliquam personam:nā cum illa persona,ad quam est,nequit iure naturę consistere matr.Quia ita impedit posse tradit potestatem corporis ad copulam illi personæ,sicut impotentia absoluta respectu omnium.Quare respectu illius personæ,ad quam est talis impotentia,non potest essentia matrimonii saluariac proinde cum illa erit iure naturæ irritum.

6 Quare reducitur,non esse approbandum quod tradit *Enriqu.l.12.de matrim.c.8.nu.2.* de impotentia ex maleficio consurgente, vbi sic distinguit. Si maleficium perpetuo impediat respectu omnium, reddit iure naturæ incapacē matrimonii maleficiatum: si verò tantùm sit respectu vnius personæ: reddit saltem iure Ecclesiastico incapacem respectu illius. At ego in vtroque casu dirimi iure naturæ matrim.censeo:in priori quidem,respectu omnium , in posteriori autem, respectu illius ad quam est impotentia illa perpetua ex maleficio consurgens.Et ad hoc sentiendum adducor ob rationem n.præc.traditam. Quod censuit *Martin de Ledesm.2.p.4.q.60.ar. 2.paulo post princ.* dicens absolutè per impotentiam perpetuam maleficii dirimi iure diuino naturali matrimonium.

7 Vltimò infertur,etiam inter infideles esse matrim. irritum,ob impotentiæ ad copulam coniugalem impedimētum. Constat ex dictis: cum hoc impedimentum ex ipso iure naturæ etiam infideles liganti proficiscatur. Et ita docet *Rubion 4.d.39.q.1.a.1. concl.1.*

8 Ad arg.n.1,proposita resp.Ad 1.dic,non in omnibus æquiparari,sed quoad effectum matrim.dirimendi.Ad cōfirm.dic negandam esse maiorem.Diuersa enim est ratio, quòd perpetuæ impotentiæ repugnet ex ipsa rei natura obligatio ad copulam coniugalem,ex matrim.contractu pullulans:secus de impotentia temporali. Qui enim nūc soluendo non est,potest obligari ad soluendum in futurum,quando speratur fore,vt facultates suppetant:cuius obligationis incapax est, qui nunquam soluendo foret, vt si rem impossibilem promitteret:vt montem aureum. Ad 2. dic,disparem esse rationem. Quia vbi est impotentia,repugnat traditio potestatis corporis ad copulam,vtpote rei impossibilis:at vbi solum obstat votum simplex, cum vterque coniux sui corporis dominus maneat, ac vsus eius,potest valide potestatem illius tradere. Quod ad matrimonii essentiam sufficit: quamuis vsus aliunde sit illicitus. Adde falsum esse,ligatum simplici religionis voto non teneri debitum reddere, si matrim ineat. Nam ex lege matrimonii tenetur,nisi ad religionem transeat, vel quia transire non vult, vel quia non admittitur. Et licet votum minimè emisisset,nō teneretur reddere debitum, si ante consummationem eligeret transitum ad religionem. Quia satis est ad matrimonii essentiam , vt ex vi ipsius obligatio oriatur, non electo statu perfectioni religionis,qui vim habet ipsum dirimendi.

DISPVTATIO XCIX.

An matrim. ratione impotentiæ naturalis, aut maleficii alterutrius coniugis dissolutum,sit restaurandum,quando coniux impotens ad alias nuptias transiit aut fornicatus est, & quoties restaurādum sit,& quid,si vir sit iam professus, aut sacris ordinibus initiatus?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones sint disputanda sint,n.1.

Quanta cautela debeant iudices discutere causas, ex quibus impotentia oritur ad iudicium ferendum,n.2.

Proponuntur textus,c.Laudabilem,de frigid.in quo stat difficultas, & proponuntur aliquot contra eum,nu.3.

Posterius matrimonium à frigido initum absque eius consummatione, non arguit deceptionem in sententia, qua prius dissolutum est, sed quando est consummatum.n.4.

Eandem deceptionem arguit, quando vir ille frigidus cum alia fornicatur,n.5.

Separatus à matrimonio ratione frigiditatis si aliud ineat, statim absque alia probatione dissoluendum est posterius.n.6.

Vt vellauretur prius frigidi matrimonium, probanda est posterioris consummatio,aut alia frigidi fornicatio.n.7.

Quid efficere debeat iudex,cum inuenit frigidum ad alias nuptias trāsisse.n.8.

An si mulier ab eo frigido separata,alij nupserit, sit statim ac frigidus secundum iniit matrim separanda à posteriori vxore,n.9.

An mulier illa possit petere ac reddere debitum, dum in illa discutitur. num.10.

An si mulier illa nondum nupserit,sit ei permittendum nubere:& si contra iudicis præceptum nupserit,sit separanda.n.11.

An in foro conscientiæ sint ill. femina permittenda nuptiæ.& si ad illas transeat,possit petere ac reddere.n.12.

Qualis probatio plena,& sit habere consummationē matrim. aut copulæ fornicariæ,vt prius matrim.dissolutum posteriori instaurandum sit.n.13.

Soluuntur argumenta.n.14.

Post n.14.inuenies alia summaria.

QVadrupliciter potest matr. ratione impotentiæ dissolui.Primò,ratione frigiditatis viri, ad quam reducitur omnis impotētia eius absoluta naturalis, vndecūq; proueniat.Secundò, ratione arctitudinis feminæ, quia, nempe,ita arcta est,vt à nemine cognosci valeat,vel saltē ab illo,cui nupserat. Tertiò, ratione maleficii alterutrius coniugis.Quartò,in genere,ratione impotentiæ, nō allegata eius causa. De his ergo modis seorsum differendum est,& ideo sex sunt quæst.instituēdæ. Prima,quando soluitur matrim.ratione frigiditatis viri. Secunda, quando ratio-

ratione arctitudinis seminæ, aut absolutæ, aut respectu huius. Tertia, quando ratione maleficii. Quarta, quando in genere allegata est impotentia. Quinta, quoties femina separata à priori matrim. sit illi restituenda, si adhuc ab eò viro cognosci nequeat? Vltima, quid dicendum sit, quando vir sic separatus iam ad religionem ordinesve sacros transierat?

2 QVÆSTIO I. An matrim ratione frigiditatis viri separatum sit instaurandum, si postmodum vir ille frigidus ad alias nuptias transeat, aut fornicationem admittat? Præmittendum est, quanta debeat diligentia iudex discutere; an impotentia proueniat ex frigiditate viri, arctitudine feminæ, an ex maleficio, ne perniciosè erret dissoluens matrim. validum: aut restaurans quod initum erat. Cùm diuersimode iudicium ferendum sit iuxta diuersitatem harum impotentiarum. Vt constabit ex dicendis tota hac disputatione.

3 Versatur autem difficultas huius quæstionis circa intellectum *c.1. & c. Laudabilem, de frigid. & malefic. & c.1. 33. q. 1.* quod desumptum est ex *Greg. Papa ad Venerium Calaritanum Episc. & c. 2 ibid.* quod est ex *epist. eiusdem Greg.* in quibus textibus decernitur, dissolutum matrim. ratione frigiditatis viri, instaurandũ esse, si postea contingat frigidũ illum ad alias nuptias transire. Contra quorum textuum decisionem valde vrget, quod ex posteriori matrim. insufficeret præsumere videatur Ecclesia, virum illum minimè esse frigidum, atq; adeo priori vxori restituendum: inde enim nõ præsumitur copula, quæ viro frigido est impossibilis. Et quãuis posterior vxor concipiat, aut ex aspectu appareat corrupta, fortior est præsumptio pro sententia lata de prioris matrim. dissolutione: cùm ad eam ferẽdam præcesserint triennii experientia, iuramenta ipsiusũ coniugum, ac septimę manus propinquorum, atq; vtriusque coniugis aspectus. Quæ omnia ad illius dissolutionẽ desiderabantur. Et confirm. quia potius videtur Pontifices debuisse decernere, posterius matrim. dissoluendum esse, nec prius instaurandum. Quòd sit præsumptio iuris & de iure, ex sententia lata manans, pro viri frigiditate, atq; subinde pro vtriusque matrim. nullitate. Secundò, quia omnes fatentur solum matrim. cõtractum non inducere præsumptionem contra viri frigiditatem priori sententia declaratam: sed si posterius matrim. ille consummet; atq; idem fatentur, si fornicarie quamcumque feminam cognoscat. Quia copula repugnat frigiditati. At non videtur posse in praxim deduci, vt ita certo constet, vt præpõderet priori sententiæ tot probationibus munitæ. Quippe reperiri solum cum sola, ac in eodem lecto nudos, clausisque ianuis, ex quibus copula præsumitur, ac probatur, *cap. Literis de præsumpt.* non sufficienter probat copulam in hoc euentu. Quòd obstet præsumptio frigiditatis viri cõprobatę, ac per sententiam declaratæ: liquidẽ ea præsumptio eliditur per res leuiores, vt ratione proximitatis, & coniunctionis sanguinis. Vt probat *Mascardus de prob. conc. 312. n. 7.* At multo vehementior est ad elidendam eã cotus præsumptionẽ, præsumptio frigiditatis viri præcedẽs. Nam viro frigido est impossibilis copula per naturã consanguineis verò minimè. Cùm ergò copula nunquam oculis pateat, sed secreto in loco habeatur, at ex solis præsumptionibus probanda sit; & nulla appareat tam vrgẽs; vt priorẽ frigiditatis vincat, videtur frustranea horũ textuũ decisio, ac impossibilis vt in praxim deducatur. Tertiò, quia cõtingere potest, vt femina illa à frigido separata, alii nupserit: & tunc iniustum videtur, posteriores hos coniuges, bona fide, & Ecclesiæ auctoritate coniunctos, possessione sua spoliare, in fauorẽ prioris matrim. aduersus quod est præsumptio ex priori sent. dissolutionis ortã. Tandem, quia posset vir ille probare, se non omnino frigidum & impotentem, sed respectu prioris vxoris esse.

4 Tota huius quæst. difficultas eo pertinet, vt cognoscatur qualiter probanda sit copula viri ratione frigiditatis separati, cum posteriori vxore, vel fornicaria cum quacumque, vt probatio hęc vincat præsumptionẽ frigiditatis per sententiam declaratæ, vt vel sic restauretur prius matrim. Quippe constat solùm posterius matr. non esse sufficiens indicium deceptionis Ecclesiæ in priori sentẽtia dissoluente matrim. tatione frigiditatis. Nam id contrahere non arguit contrahentem esse potentem. Præterea, quia est præsumptio pro sententia, quia vir ille frigidus declaratus est, & ob id prius matrim. dissolutum. Quare dum textus nu. præced. relati ponderant posterius matrim. à frigido contractum, vt restauretur prius, intelligendi sunt, si constet posterius cõsummatum esse. Quia ex posterioris consummatione constat clarè virum illum non fuisse frigidum, ac proinde Ecclesiam deceptam esse. Atque ita docent exlurisperitis, *Host. sum. t. de frigid. & malef. §. Qualiter & quando, nu. 10. vers. Et si quidem. Et c. 1. nu. 1. v. Accepero, de frigid. & malef. Ioan And. c. Laudabilem, n. 3. eo. t. & ibi Ant. ad fin. Alex. de Neuo n. 4. Præposit. n. 2. not. ab. 3. Alberic. in suo dictionar. lit. D. v. Diuortium, paulo post princ. Ioan. de Friburgo in summa confessorum, l. 4. t. 16. q. 16. Astensis 2. p. summ. l. 8. t. 37. a. 1 paulo post prin. ip. Supplementum summæ Pisanæ, v. Diuortium, n. 2. & ibi Roscella n. 1. Sylvest. q. 18 nu. 21. Turrecrem. 33. q. 1. in summ. n. 7. & a. 1. n. 9. in fin. corp. Gatta c. Ad limina, 30 qu. 1. §. 4. q. 229. n. 531. Anton. Cucus l. 5. instit. maiorum t. 12. nu. 264.* Et ex Theologis *Sotus 4. d. 34. q. vn. col. 2. mult. vers. Alter autem. Et ibi Durand. q. 2. n. 7. Ricard. 2. q. 1. Supplementum Gabr. q. vn. a. 2. in coroll. primo, quod infert ex 1. propos. Sotus qu. vn. a. 2. colum. 5 concl. 4. Celaia ibi q. 1 post 2. concl. Borrulong. q. vn. a. 2. post 2. concl. Lud. Lop. 2. p. instruct. c. 52. de matrim. colum. 4. vers. Quarto ducitur, Vega 2. com. sum. c. 34. casu 107.* Quòd si contra hoc opponatur, ex secundo matrim. induci præsumptionem iuris & de iure, fraudis, & odiose respondebo nu. 13. fine.

Hinc deducitur, ob eandem rationem restaurandum 5
esse prius illud matrim. si feminam quamcumque cognoscat fornicarie vir ille ratione frigiditatis separatus. Cùm iam constet falsam fuisse frigiditatem. Atque ita docent *Ioan. Andr. Ant. Alex. de Neuo Præpos. Turrec. Supplem. Gabr. nu. prec. allegati. Monald. sum.* vbi de matrim. *ti. de impossibilitate coeundi quid sit. Abulens. c. 19. Matth. q. 90. ad fin. corp. Ledes. 2. p. 14. q. 60. a. 1. col. 6. vers. Circa illud autem, Palacios 4. d. 34. disp. 1. concl. 5. Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 48. fine.*

Prima ergo conclusio sit. Dissoluto matrim. ratione fri- 6
giditatis viri, si is ad aliud trãeat, statim est posterius hoc matrim. dissoluendum, absque alia probatione. Quòd cùm ille sit per Ecclesiæ sententiam declaratus frigidus, stat præsumptio ineptitudinis ad matrim. contra illum. Deinde, quia siue sit verè frigidus, siue non, concluditur hoc posterius matrim. esse nullum. Nam si verè frigidus sit, obstat valori matrim. frigiditas: si autem non sit frigidus, obstabit prius matrim. quòd falsa frigiditatis probatione dissolutum est. Et ita docent *Ioan And. c. Laudabilem, n. 8. de frigid & malef. & ibi Ant. n. 14. Præpos. n. vlt. Alex. de Neuo nu. 15. & 16.* Quòd si tempore quo frigidus hic ad alias nuptias transit, prior vxor obiciat, adhuc statim separandus est à posteriori matrimonio, donec se potentem probet, & deceptam fuisse Ecclesiam. Quod sit interim præsumptio impotentiæ contra ipsum.

Secunda concluſ. Vt restauretur prius frigidi matrim. 7
tamquam validum, nec sufficit nec desideratur frigidum ad alias nuptias transisse: sed legitime probandum est, eũ posteriores nuptias consummasse, aut fornicatum fuisse. Constat ex dictis n. 4. & 5. & DD. ibi allegatis.

Hinc deducitur, non instaurandum esse prius illud 8
matrimon. donec legitime probetur posterioris consummatio, aut alia fornicatio. Quare iudex, statim ac nouerit eas dissoluere tamquam irritas: & discutere debet num eas consummarit, vt vel sic decernat an prius matrim. instaurandum sit. Iuxta id quod sibi præscribitur *c. Laudabilem de frigid. & malef.* & alus textib. n. 3. allegatis. Et cõstat, quia in iis textibus miungitur iudici, vt frigido trãseunte ad aliud matrim. prius instauret, ac frigidum cum priori vxore tamquam reos præsumpti puniat. Ergo tenetur iudex

dis-

discutere an posterius matrim.à frigido consummatũ sit. Nam nec eo nondum probato, post prius instaurare: nec conuincitur reos periurii fuisse coniuges,affirmando cum iuramento viri frigiditatem. Præterea, quia iudicis est matrimon.irrita dissoluere,& valida instaurare. Cum maximum animarum periculum vertatur,non declarato an validum fuerit prius matrim. Nam fortè mulier à frigido separata ad alias nuptias transibit,vel iam transijt:& illæ irritæ erunt,si priores valuerant.

9 Secundò deducitur, si vxor à frigido separata iam alij nupserat, nullam esse illi intendendam litem de valore posterioris sui matrim. sed pacificè in eo relinquendam, donec legitimè probatum sit,frigidum consummasse posterius matrimon.aut fornicatum fuisse. Quod dum non probatur contrarium,in pacifica sui matrim. possessione sit,fauente sibi Ecclesiæ sententia.

10 Sed rogabis,an mulier illi à frigido separata,ac secundo nupta,possit in hoc euentu petere ac reddere? De redditione non est dubium: eo quod posterior vir sit in possessione. De petitione autẽ potest esse difficultas. Quod quamuis mulier bona fide nupserit, iustum superueniat dubium valoris matr. At existimo non interdici sibi petitionẽ debiti.Quoniam non habet iustam dubitãdi rationem de sui matrim.valore. Cùm illius fauorem habeat Ecclesiæ sententiam:contra illud autẽ, solùm viri factum trãseuntis ad secundas nuptias,quo profiteretur se non esse frigidum.At propter coniugis assertionem non præstatur sufficiens dubitandi ansa, vt teneatur alter coniux bona fide possidens dubitare,ac proinde abstinere à debiti petitione(vt dixi l.2.disp.41.n.52.) Eo vel maximè, quod in priori iudicio se frigidum iureiurando testatus est, accedenti iuramento septimæ manus propinquorum, & triennalis cohabitationis experientia. Quæ præponderant

11 contrariæ assertioni coniugis facto ipso denotatæ.

Tertiò deducitur,si mulier illa nondum nupta sit, velitque nubere,denegandam esse sibi licẽtiam,donec discutiatur an maritus separatus ob frigiditatem consummarit cum posteriori vxore, vt sic instauretur prius matrim.Ducor,quod iudicis tunc sit,discutere an prius matrim.instaurandum sit,(vt probaui num.8.) Extante ergo dubio hoc,liteque pendenti, non est concedenda licentia fœminæ,alii nubendi: eo vel maximè, quod ad impediendum matrimon.multo minor probatio desideratur, quam ad initum dissoluendum(vt probaui li.1. tota disp. 71.) Quod si de facto nupserit orta iam lite, separanda est,donec lis decidatur. Iuxta ea quæ dicemus n. 36. in simili casu.Cùm iam possessio sibi non faueat, vtpote quæ

12 ob litem pendentem perturbata est.

Quartò deducitur,nec in foro conscientiæ permittendũ esse huic fœminæ alteri nubere, donec discutiatur an prius matrim.instaurandum sit. Tum, quia periculo exponit posteriorẽ virum, vt illusus maneat, si postea prius matrim. instauretur: & grauis sibi lis intentetur circa posterioris matrimonii valorem.nec possit sibi consulere ad aliud transeundo,donec omnino terminetur lis,an prius matrim.instaurandum sit. Tum etiam, quia cum non sit in possessione matrimonii, quod inire tentat, iustã habet rationem desistendi à matri.ineundo, donec veritas discutiatur. Quod si de facto nubat, tamquam dubia fide contrahenti non suffragabitur possessio.Iuxta dictã lib.2. disp.42.n.2.& sequentibus. Quare ipsi non licebit petere,tenebitur tamẽ reddere.Iuxtà ibidem probata. Quod si vterque mala fide contraxerit, ibidem latè disputauimus quid dicendum sit.

13 Tandem videndum est, qualis probatio plena possit haberi consummationis posterioris matrim. seu copulæ fornicariæ frigidi, vt vel sic instauretur prius matrim. Id enim improbabile esse suadent argum.n.3.proposita.Sed dic,cum sententia matrimonii non transeat in rem iudicatam,(vt tota disp.seq.videbimus,) per eam non induci præsumptionem iuris,& de iure, contra quam nulla probatio admittatur.Vt docet *Felinus 6.Quoniam contra,nu.*30. *in versic.Item nota,de probat.* Præterea,ex posteriori matrim. inito à frigido iã nõ leuis præsumptio dissolutionis prioris matrim.ex odio prioris vxoris inducitur, & mendacii, dum se frigidum protestatus est.Si enim frigidus esset,cũ iam experientia nouit semel dissolutum esse matrim. non ita facilè auderet ad aliud transire. Et quãuis præsumptio hæc non concludat priorem frigiditatis assertionem falsam fuisse,& hunc non esse frigidum: at aliis indiciis adiuta concludet,vt sic instauretur prius matrim.Vt si accedat confessio vtriusque coniugis de copula habita,& cum ipsa esset virgo, (vt præsumitur,) reperitur per aspectum corrupta,vel si conceperit, ac in membro viri nullus defectus frigiditatem denotans patet. Et copula fornicaria probabitur diuersis fœminis, cum quibus is frigidus fornicatus est,id testantibus.Cùm sint testes oculati:& quãuis sint singulares, & de propria turpitudine deponant, sufficiunt in re tã difficilis probationis:& in qua non possunt dari contestes ipsius copulæ, nec testes oculati possunt esse personæ aliæ, nisi cum quibus ea turpitudo admissa est(vt in simili dixi probari copulam, disp.93.n.35.) Atque ita *Mascard.de probat.concl.*1365.*n.* 1. probat in his, quæ occultè fiunt,vt in fornicatione,admitti testes alias inhabiles.Ex quibus omnibus infero intellectum ad *Glossam c.* 2.*v.Patet*,33.*q.*1.quam sequitur *ibi Turrec.n.*2. vbi aiunt separatione facta ratione frigiditatis prioris matrim. si frigidus ad secundum matrim. transeat, esse præsumptionem iuris,& de iure,contra quam non admittitur probatio, dimissionis prioris vxoris ex odio. Et constat ex eo textu,ibi: *Si igitur vir aliquam vult vxorem accipere, manifesta patet ratio,quia suggerente diabolo, odij femina, exosam eam habent.* Sed hæc doctrina intelligenda est,quando legitimè constat consummatio huius posterioris matrim. Solus enim contractus præsumptionem aliquam fraudis generat,at non concludentem; donec probetur consummatio.Iuxta ea quæ diximus n. 4.

Ad arg.nu.3.proposita constat ex dictis n.præc. vbi explicuimus qualis probatio concludat posterioris matrim. consummationem,vel copulam fornicariam:& ex priori sententia,vtpote quæ non transit in rem iudicatam, non consurgere præsumptionem iuris: & de iure, consurgere autem eam præsumptionem odij & fraudis in dissolutione prioris matrimonii,quando posterioris consummatio probatur. 14

SVMMARIVM.

*An si femina ratione arctitudinis separata, alij nubat, ab eoq; cognoscatur sit instaurandum prius matrim. Refertur quædam opinio, nu.*15

Proponitur sententia Auctoris n. 16.

*An statim separandum sit posterius hoc matrim & instaurandum prius: & priori viro separato, qui ab eam duxerat, interdicendum sit petere & reddere: vel si secundum duxerit, proinde sit dubium, n.*17.

*Quid si si arctitudo,ob quam prius matrimonium est dissolutum,sit tantum respectu nos,n.*18.

*Qualis probatio posterioris copulæ cum hac femina arcta,ratione arctitudinis separata, adhibenda sit,vt prius matrimonium instauretur, posteriori dissoluto,n.*19.

*Post n.*19 *numeries aliæ summaria.*

QVÆSTIO II. An si femina ratione arctitudinis à priori matrimonio separata, alij nubat, ab eoque cognoscatur, sit instaurandum prius matrimonium,posteriori dissoluto? Difficultas huius quæstionis pendet ex intellectu *cap.Fraternitatis,de frigid.& maleficiat.* vbi textus de hac femina loquens, sic ait: *Sententiam diuortij per errorem licet probabilem nonnimus esse prolatam. Cùm pateat ex post facto, quod ipsa cognoscibilis erat illi,cuius similis commiscetur. Et ideo inter ipsam & primum virum diximus matrimon. extitisse. Quare inter eam & præfatum Gu.matrimon.non esse censemus, eosq; præcipimus ab inuicem separari.* Difficultas ergo est,an quoties femina ratione arctitudinis separata à priori viro,cognoscitur ab alio copula coniugali aut fornicaria, sit restituenda priori marito: an potius sit attendendum, an vterque vir habeat similis complexionis? Et quidem decisio huius quæstionis pendet ex illa, quam discussimus disputatione 93. 15

an

an tunc temporis prius matrimonium cẽseatur validum, præsumatque Ecclesia id impedimẽtum esse temporale. Nam qui cẽsent (quos retuli ea disp. 93. n. 11.) impedimẽtum esse temporale, ac subinde prius matrim. fuisse validum à quocumque viro, siue simili siue dissimili, femina illa postea cognoscatur, subinde dicunt prius matri. ramquam validum esse restauran dum: & sic vxorem hanc priori viro esse restituendam. Quorum fundamenta ibi retuli. Atque idem censent quos ibi retuli n. 16. dicentes, qualitercunque reddatur apta femina priori viro, etiam cum mortis periculo, si illud euadat, valere prius matri.

16 At iuxta veriorem sent. quam disp. 93. n. 12. & seq. amplexi sumus, nimirum prius matrim. irritum fuisse, quando absque mortis periculo vere non potuit aptari priori viro, nec per proprium vsum, sed per vsum viri lõgè potentioris: dicendum est, attendendum esse, an sit talis dissimilitudo inter vtrumque virum: & tunc non esse instauran dum prius matrimon. secus si ea dissimilitudo non sit. Itaque resolutio huius quæstionis pendet ex valore prioris matrimonij: quem latè ibi discussimus. Quando enim est validum, instauran dum est, secus quando est irritum.

17 An verò femina hæc arcta, quæ alii nupsit, sit statim separanda à matri. posteriori, & si forte vir prior aliam duxerit, separandus quoque sit, & interdicendæ sint petitio ac redditio debitique atque aliæ nuptiæ, si non dum prior ad alias transierat? Sic dicendum est. Si femina illa absolute & omnino arcta iudicata sit respectu omnium, & ideo dissolutum est prius matrim. statim separandum est posterius matrim. Quod cuiuslibet matrim. incapax declarata sit: & ita sit contra ipsam præsumptio: iuxta ea quæ dixi n. 6. de matrimonio frigidi. Circa restauratione autem prioris matri. & interdictionem posterioris, ac redditionis & petitionis debiti, dicendum est prorsus quod dixi à n. 7. vsque ad 13. quando separatur matrim. ratione frigiditatis. Cùm eadem prorsus sit ratio: tam incapax enim est femina omnino arcta matrim. cuiuslibet, quàm vir omnino frigidus.

18 Quòd si impotentia, seu arctitudo feminæ, non absoluta, sed respectiua iudicata est, nõ separanda est à posteriori matrim nec aliquæ sunt partes iudicis ad perturbãdum hoc posterius cõiugium, litemve intentandã. Cùm legitimè nubere potuerit: non enim sibi interdici potuit aliud matrim. iuxta dicta disp. 85. nu. fin. Quare nisi constet virum hunc, qui illam cognouit, esse similem priori, vel absque vitæ periculo potuisse aptari, in quibus casibus prius matrim. fuit validum, ac constat deceptam fuisse Ecclesiam, iuxta ea quæ dixi disp. 93. n. 12. & 18. cum seqq. non separandum erit posterius matrimonium, ac instauran dum prius. Quod si aliquis adiret iudicem denunciãs prius matrim. validum fuisse, causamque allegaret: non perturbandum est posterius matrim. donec id ex probatis cõstet. Cum iusta ac legitima possessio sit pro illo matrim. Quare iudex tunc summariam informationem recipiet, & si nil consideratione dignum reperierit, reiiciet denunciantem: si vero probationes reperierit, citabit partes, & data eis processus copia prosequetur iudicium: nec interim donec lis terminetur, eos separabit à posteriori matrim. pro quo est possessio.

19 Tandem rogabis, qualis probatio posterioris copulæ cum femina iudicata omnino arcta, & ob id à priori matrim. separata, adhibenda sit, vt prius matrim. instauretur? Resp. idem censendum esse, quod nu. 13. diximus de matrim. frigiditatis viri causa dissoluto. Et in hoc euentu ad restaurandum prius matrim. id quoque constare potest ex inspectione vtriusque viri, an sint similes ætate & roboꝛe naturali: & ex inspectione feminæ, ac testimonio medicorum iudicantium, an potuerit reddi apta priori viro absque mortis periculo.

SVMMARIVM.

An dissolute matrim. ratione maleficij, si postea maleficiatus ad aliud transeat matr. aut fornicetur, sit prius matrim. instauran dum. Refertur duplex opinio, n. 20. & 21.

Separate matrim. ratione maleficij conceditur vtrique coniugi licentia ad aliud transeundi: & eo inito non est prius restaurandum. nu. 22.

Qualiter, si sententia diff. lationis prioris matr. non sit legitimè lata, nu. 23.

Quod si maleficium sit generale respectu omnium, n. 24.

Quod, si femina respectu cuius erat maleficiatus, cum illo postea cognoscat. n. 25.

Satisfit argumentis, n. 26.

Post n. 26. immittit alia summaria.

Quæstio III. An dissoluto matrim. ratione male- 20
ficii, aut vtriusque aut alterutrius coniugis, si maleficiatus aliud ineat, aut fornicetur, sit restaurandum prius? Difficultas huius quæst. versatur circà intelligentiam textus *c. fin. 33. qu. 1.* qui ex Hincmaro Rhemensi Archiepiscopo, vbi de maleficiatis loquens, sic ait: *Quod si forte sanari nõ potuerint, separari valebunt: sed postquã alias nuptias expetierint illis in carne viuentibus, si disiuncti fuerant, prioribus, quos reliquerant, etiam si possibilitas concumbendi eis reddita fuerit, reconciliari nequibunt.* Vbi manifestè sentit textus, separatum ratione maleficii, si ad alias nuptias transierit, non restituẽdum esse priori coniugio, sed in posteriori relinquẽdum, quamuis potentia concumbendi cessante maleficio sit ei restituta. Quæ decisioni textus *cap. Fraternitatis, de frigid. & malef.* videntur repugnare. Nam ibi traditur regula generalis, docens impedimentum impotentiæ non esse perpetuum, nec dirimere matrim. quoties per opus humanum absque vitæ periculo remoueri potest. Cùm ergo experientia doceat, iam cessasse maleficium, ac impotentiam ex illo cõsurgentem, & hoc absque diuino miraculo, quod non præsumitur iuxta decisionem *d. c. Fraternitatis*, constabit impotentiam non fuisse perpetuam, ac subinde prius matrim. fuisse validum: & per falsam perpetuitatis maleficii existimationem dissolutum esse. Ergo restaurandum erit, contra expressam decisionem *d. c. fin.* Secundò, quia separatione facta ratione frigiditatis viri, si is alias nuptias consummet, fornicetur, instauratur prius matrim. iuxta *cap. 1. & c. Laudabilem, de frigid. & malef.* Ergo idem sentiendum est, quando ratione maleficii dissolutum erat. Cùm in vtroque euentu constet ex copula subsecuta, Ecclesiæ sententiam falsã perpetuitatis impedimenti existimatione innixam fuisse. Et ideo *Gl. ea. c. fin. v. Nequibunt in priori solutione*, ait auctorem eius textus potius ignarum dicendum esse, nec eius decisionem esse veram. Et *Gratianus ibi, in fin.* notat eam decisionem videri repugnare decisioni *c. Laudabilem, de frigid. & malef.* Atque ita decisionem eius textus seruandam non esse, sed instaurandum prius matrim. tradunt *Innoc. c. 1. n. 2. & c. Laudabilem, n. vn. ad fin. verb. Separentur, de frigid. Alex. Carrer. l. 5. de sponsalibus, c. 18.*

Alii dicunt, si legitime facta sit separatio prioris ma- 21
trim. nempe, præmissis cohabitatione triennali, iuramentis coniugum, & septimæ manus propinquorum, id non restaurari cessante postea maleficio: secus si ob aliud impedimentum facta esset prioris matrim. separatio. Idque probant ex *d. c. fin. 33. q. 1.* Sic *Brunel. de sponsal. concl. 28. limit. 6. n. 25.* Idem tenent quando iam alter ex separatis ratione maleficii, ad aliud matr. transierat, *Suppl. Pisanæ v. Impedimentum impedi. 15. n. pen. Gaeta c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 245. n. 540. Enrriq. l. 12. de matr. c. 8. n. 2. & n. 3. in comment. lit. L* vbi idem dicit, si iam vir sic separatus legitimè, ad aliũ statum transierat, vt quia iam sacris initiatus erat. Et reddit rationem, quòd id his euentibus prius matr. saltem sè *Glossa final. ea. c. fin. in vlt. solut.* dum explicat eum textum, quantum significat reddita potentia non restaurari dira est.

His tamen non obstantibus dicendum est, textum *d.* 22
c. fin. 33. q. 1. vim habere quoad hoc, nec esse correctũ iure aliquo: ac proinde eius decisionem seruandam esse, sano modo intellectam. Quamuis enim is textus nõ sit ex aliquo Pontifice aut cõcilio generali desumptus, sed ex Archiepiscopo, ac proinde ex hac parte vi canonici decreti destituatur: at cõmuni Ecclesiæ vsu & approbatione receptus est quoad hoc, & ideo vim decisionis can. habet.

Quare

Quare iuxta eum textum tenendum est, dissolutione matrimonii facta legitimè per Ecclesiam ratione maleficii, siue alterius, siue vtriusq; cõiugis, cõcedendam esse vtriq; cõiugi licentiam ad alias nuptias transeundi: ac proinde eis inuicem aliud matrim. idque consummantibus, nequaquam prius instaurandum esse. Quòd id interlit inter frigidũ & maleficiatum, vt frigidus sit impotens erga omnes: quare si ab inito matrim. separetur, quoties aliud cõsummarit, aut fornicatus fuerit, restituendus est prioribus nuptijs: eo quod manifeste tũc constet eum non fuisse frigidũ, atque ita Ecclesiam decepisse. At maleficiatus est regulariter impotens respectu vnius vel alterius tãtum, (vt probaui disp. 94. n. 4.) quare potest legitimo matrim. iungi cũ alia persona, respectu cuius non est impotens ratione maleficii: & ideo ex hoc matrim. inito & consummato non probatur potentia respectu prioris coniugis, atq; Ecclesiæ decepio. Quare prius matr. restaurandum non est. Atque ita docent ex Iurisperitis, *Glossa c. 1. verb. Reparare & c. Laudab. lem, verb. Separentur, & verb. Redire, & c fin. verb. Cognoscendi, de frigid. & malefic. Anton. co. c. 1. nu. 17. Abbas ibi in fine. Alex de Neuo, n* 10. *Præpositi. n. vlt. vers. In fine Glossæ. Idem Anton. c. Fraternitatis, n.* 10 *de frigid. & ibi Abbas n.* 13. *Præpos. n.* 12. *fine, Henric. n.* 12. *& ibi Alex. de Neuo §. Quamuis, nu. 6. fine. Gosfred. sum. t. de frigid. n.* 3. *&* 8 *Ioan. Andr. tract. de matrim. nu.* 16. *Albericus in suo dictionar. lit. I. verb. Impedimentum, impedim.* 15. *ad fin Aitensis* 2. *p. sum. l.* 8. *t.* 29 *a. vn. q.* 2. *Monald. sum.* vbi de matrim. *t. Quæ iter & quando fiat diuortium propter impedimentũ secundi, col.* 1. *vers. Item frigidus. Rainerius* 2. *p. sum. tract. de matrim. c.* 27. *fin. Turrec. c. fin.* 53. *q.* 1. *a.* 1. *n.* 2. *in fin. corp. Angel. verb. Matrimonium,* 3. *impedi.* 6. *n.* 12 *Sylu. verb. Matrimonium, 8. q.* 16 *dicto* 8. *Armilla verb. Matrimonium, n.* 49. *Tabiena verb. Impedimentum, impedi.* 12. *q.* 7. *n.* 8. *Lex reg* 5. *fine, tit.* 8. *p.* 4 *& lex fin. in fine, eod. tit. & p. ibi Gregor. Lopez verb. Tornar, Decisio capellæ Tholos.* 381. *dub.* 1. *n. Francis. Marcus decis. Parlamenti Delphinalis* 677. *n.* 14. *Hugolin. de matr. c.* 19. *nu.* 1. Et ex Theologis, *D. Th.* 4 *dist.* 35. *q. vn. a* 3. *corp. & ibi Alber. Mag. a.* 10. *Scotus q. vn. D. Bonau. ibi, in expos. lit. n.* 7. *Durandus q.* 2. *nu.* 8. *Ricard. art* 3. *q.* 1. *Palud. q.* 2. *a.* 3. *concl.* 2. *nu.* 17. *Supplementum Gabr. q. vn ar.* 2. *concl.* 6. *Basolis q. vn. a.* 1 *Nicol. de Orbellis q. vn. Sotus q vn. art.* 3. *concl.* 3. *& ad fin. corp. Borrelong. q. vn. a.* 2. *Palacios disp.* 1. *concl.* 5. *Ouand. disp. vn propos.* 6. *Colata q.* 2 *paulo post princ. D. Anton. p. t.* 1. *c.* 12. *§.* 3. *Abulensis c.* 19. *Matth. q.* 90. *ad fin. corp. Petr. de Soto l. 8. t.* 5. *de matrim. pag.* 2. *vers. dubitabitur, Ledesm* 2. *p.* 4. *q.* 60. *a.* 2. *col.* 2. *vers. Sed an si post factam Viguer. in l. institut. c.* 16. *§* 7. *vers.* 9. *impedimento* 21. *Veracruz* 1. *p. speculi, a.* 40 *fine, Angles floribus.* 1. *p.* vbi de matrim. *q.* 8. *art.* 1. *dub.* 1. *Et post dubium* 2. *difficult. vn Petr de Ledesm. de matrim. q.* 58 *a.* 2. *paulo ante* 1. *dub. Bart. à Ledesma de matrim. dub.* 49. *concl.* 3 *Manuel* 1. *to. sum.* 2. *edit. c.* 235. *concl* 3. *n.* 3. *Toledo l.* 7. *sum. c.* 1 *fin. Phil. Art. de offic. sacerd. to.* 1. *p.* 2 *l.* 2. *c.* 10. *Enriq. l.* 12. *de matrim. c.* 8. *num.* 2. *Vega* 2. *tom. sum. c.* 34 *casu* 108. *Lud. Lopez* 2. *p. instruct.* vbi de matrim. *c.* 52. *col. penult. Cañedo sum. Sacram.* vbi de matrim. *c.* 5. *n.* 56.

23 Hoc tamen temperandum est primo, quando legitime lata est separationis matrimonii sententia. Vt lapso tiennio experientiæ, & adhibitis legitimis probationib. quas ius ad dicti matrim. dissolutionem petit, (de quibus est infernùs disputandũ.) Si enim non legitimè dissolutũ sit, debet instaurari: vt error sententiæ dissolutionis reparetur: donec adhibeantur omnia requisita ad dissolutionẽ. Sic *Greg. Lopez l. fin. ti.* 8. *p.* 4. *verb. Tornar. Enriq. l.* 12. *de matri. c* 8. *n.* 2. *& in comment. litera T. & nu.* 3 *in commento littera L.* Nec aliquis hoc negabit & ita *Nauarr. l.* 4. *cons. vtraque ditione, tit. De frigid. toto cons.* 1. iudicauit instaurandum matri. quod non sit dissolutum præmissis his.

24 Secundò temperandum est, vt intelligatur quãdo maleficium est particulare respectu vnius aut alterius tantũ: (vt regulariter contingit.) Si enim cõstaret maleficiũ esse generale respectu omnium, tunc si maleficiatus dissoluto priori matrim. per Ecclesiam, ad aliud transiret, idq; consummaret, separandus esset, & instaurandum prius matr. Quòd de huiusmodi maleficiato eadẽ sit ratio ac de frigido: cùm vterq; impotens ad omnes præsumatur. Quare experientia ex copula desumpta docente cessasse impotentiẽ illam ex maleficio ortam, & ita eam non fuisse perpetuã, constat Ecclesiæ sententiã innixam fuisse falsa præsumptione perpetuitatis impotentiæ, quare instaurandũ. erit prius matrim. tãquam validum. Sic tradunt *D. Thom.* 4 *dist.* 34. *in fine, in expos. lit. Magistri D. Bonau. ibi, in ead. expos. lit. n.* 7. *& a* 2. *q.* 2. *n.* 24. *Palud. ibi q.* 1. *a.* 3. *concl.* 2. *n.* 17. *Basolis q. vn. a.* 1. *Nicol. de Orbellis q vn. Sotus qu. vn. a.* 3. *ad fin. corp. vers. At vero. Palacios d. sp.* 1 *concl.* 5. *D. Antonin.* 3. *p. t.* 1. *c.* 12. *§.* 3. *Barth. à Ledes. de matrim dub.* 49. *concl.* 3. *Enriq l.* 11. *de matrim. c.* 8. *n.* 3 *Vega* 2. *to sum. c.* 34 *casu* 108 *Petr. de Ledes. de matrim. q.* 58 *a.* 2 *dub.* 1. *Lud. Lopez* 2. *p. instruct.* vbi de matrim. *c.* 5. *col. penult* Et ex Iurisperitis, *Alberic. Angel. Sylues. Astens. nu.* 21. *allegati Ioan. de Friburgo in sum. confess. l.* 4. *t.* 16. *q.* 15. *Greg. Lop. l. fin. verb. Tornar. t.* 8. *p.* 4. Atq; idem dicendum est, si maleficiatus ille respectu omnium fornicaretur cum aliqua: instaurandum enim esset prius matrim. Quòd copula illa delarant cessasse maleficiũ, & impotentiã fuisse tẽporalem. Sicut n. 5. diximus de frigido fornicanti. Sed petes, qualiter cognosci possit maleficiũ esse vniuersale? Respõdent bene *Sotus, Barth. à Ledes. & Lud. Lopez proxime allegati*, difficile esse cognitu, at posse id deprehendi, quãdo plumas feminas maleficiatus ille tẽtauit cognoscere, & nullam potuit: cùm tamen eum non esse frigidum constet.

Tandem temperandum est, nisi vir ille eandem vxorẽ 25
cum qua maleficiatus erat, & à qua ratione maleficii disiunctus fuerat, fornicariè cognoscat: tunc enim instaurãdum est matrim. cum illa. Quòd experientia ipsa docuerit, Ecclesiam dissoluentem matrim. deceptam esse, dum impotentiam illã ex maleficio ortam iudicauit perpetuã. Atque ita docent ex iurisperitis, *Glossa c. fin. verb. Concumbendi, 33. q.* 1. *& c. Fraternitatis, verb. Diuinum, in fine, de frigid. & malef. & ibi Ant n.* 20. *Præpos. n.* 12. *fine, Astensis* 2. *p. summ. l.* 8. *t.* 29. *a. vn. q.* 6 *Sylu. ver. Matrimonium, 8. q.* 16. *dicto* 8. *Greg. Lopez l. fin. verb. Tornar, t.* 8 *p.* 4. Et ex Theologis, *Durandus* 4. *dist.* 34. *q.* 2. *n* 8. *& ibi Ricard a.* 3 *qu.* 2. *corp. & ad* 1. *Sotus Barth. à Ledesma Petr. de Ledesma, Vega, Lud. Lopez, nu. præced. allegati. Martin. de Ledesma, Ouandus, Manuel. Cañedo, quos n.* 22. *retuli.* Atque id verissimum est, contra DD. n. 21. relatos, quãuis maleficiatus ille, aut vterque iam ad aliud transisset matrim. Cùm enim ex ea copula constet maleficium nõ fuisse perpetuum, non est non cur sit reparandum prius matrimon. quod re vera validum fuerat, & ex falsa æstimatione perpetuitatis impedimẽti dissolutũ, dirempto posteriori, quod verè irritũ est. Et caret fundamento dicere, in hoc casu prius illud matrim. esse iure Ecclesiastico irritũ: per *c. fin.* 33. *q.* 1. nã verba in eo posita sunt alio modo intelligenda: vt n. seq. explicabimus. Et ita docent *Ricard. Astensis, Sylu. Martin. à Ledesma. Greg. Lopez proxime allegati.*

Ad argum. n. 20. & 21. propolita ex *c. fin.* 33. *q* 1. partim constat ex dictis n. 22. Nam quatenus ibi dicitur posse maleficiato, quando maleficium non est vniuersale, sed particulare, dissoluto priori matrim. concedi licentiam transeundi ad aliud, nec eo consummato, instaurandum esse prius matrim. iam ibi ostendimus id nõ aduersari decisioni aliorũ textuum, qui de frigidis loquuntur: ac constituimus differentiã inter frigidos & maleficatos. At grauior est difficultas quoad aliam partem, in qua textus ille decidit, reddita illis concũbendi potentia, nõ restaurari prius matrim. *Ricardus, Astensis, Sylu. Martinus à Ledesma nu. præced. allegati* sentiunt cum DD. quos n. 20. retuli, nõ esse veram, quoad hoc, decisionẽ illius Archiepiscopi, ex quo is textus desumptus est. Sed melàs. *Glos. eo c. fin. verb Concumbendi, Sotus, Barth. à Ledes n. præced. allegati*, intelligunt eũ textum, quando existit potentia concumbẽdi cum aliis, secus inter ipsosmet. Quia cùm maleficium illud sit particulare, & subinde non impediat respectu omnium, ex potentia concumbendi cum aliis non arguitur potentia copulæ cum illa ad quam est maleficiũ. Secus de copula cum illis met. Quòd si opponas hanc expositionem aduersari literæ textus. Quia textus sic ait: *Si possibilitas concumbendi ei reddita sit, reconciliari nequeunt.* At quando ma-

leficiatus solum potest cum aliis cõcumbere, nulla ei vere redditur potentia: eo quòd ad concumbendum cum feminis aliis nunquam fuerat ablata. Dic eam particulam, Reddita, non sumi proprie, quasi importet potentiam semel ablatam restitutam fuisse. Sed sensus est, cognita per experientiam potentia concumbendi cum aliis, non instaurandum est prius matrim. Quia maleficium non impedit regulariter respectu omnium.

SVMMARIVM.

An quando coniugij impotentia in genere allegata est. & dissolutum matrim. sit instaurandum si coniux impotens ad alias nuptias transierit. n. 27.

Quid teneatur tunc discutere iudex ad iudicandum, virum ex iis coniugio valeat. n. 28.

An iudex ratione impotentia dissoluens matrim. teneatur speciem impotentiæ explicare. n. 29.

An quoties instauratio prioris matrimonii facienda est, sit differenda, donec vterque coniux pœnitentiam agat de periurio, dum in separatione iurarunt impotentiam. n. 30.

Post n. 30. inuenies alia summaria.

27 QVÆSTIO IV. An, si mulier allegarit virum impotentem, nulla speciali impotentiæ causa expressa (quod posse dicam disp. 108. n. 20. & vir post separationem matrimonii ad aliud transierit, sit instaurandum prius matrimoniũ: *Gl. c. Requisisti, verb. Acceperit*, 33. q. 1. quam sequitur *Astensis 2. p. summ. lib. 8. t. 37. a. 1. q. 2.* docet non instaurandũ esse statim prius matrimonium. Quod femina totũ suum ius videatur in iudicium deduxisse, vnde idem esset, ac si ob frigiditatem vel maleficium esset dissolutum matrim. At quando ob maleficium dissoluitur, nõ instauratur matrimæx hoc quod maleficiatus ad aliud transeat, (vt n. 22. probauimus.) Et hoc placet in eo sensu, vt non statim ac consummatur posterius matrim. à viro illo, sit prius instaurandum, donec causa impotentiæ discutiatur.

28 Tenetur tamen iudex inquirere causam impotẽtiæ viri: ob quã dissolutum est prius matrim. vt inde discernat vtrum ex iis matrim. valeat. Nam diuersimodè iudicium ferret, si fuit frigiditas, aut impotentia solum respectiua, aut maleficiũ: iuxta tradita tota hac disp. Quod si iudex, qui dissolutionis prioris matrim. sentẽtiam tulit, causam non expressit impotentiæ, erit à præsenti iudice consideranda ex probatis in priori processu, & ex causis, quas testes, matronæ, & medici reddidere: quòd si nec ex eis cõstet, ipse denuo inquiret. Et cum mulier illa legitimè nupserit, & sit possessio pro eius matrimonio, non est contra id matrim. aliquid intentandum, nec separãdum, donec constet prius validum fuisse & instaurandum. At separandum est posterius impotentis matrim. vtpote contra quod est præsumptio ratione impotentiæ, donec causa discutiatur.

29 Hinc deducitur, quamuis pars non teneatur allegare causam impotentiæ, sed satis sit, si impotentiam in genere allegat, iudicem tamẽ teneri eam explicare in sua sententia & explicitè discutere. Quia iudicis est, considerare an impotenti debeat perpetuo interdicere matri. vt si sit omnino frigidus aut mulier omnino arctatan solùm cùm ea femina aut similibus, eo quod sit impotẽtia solùm respectiua: aut cum sola illa eo quod sit cum illa maleficiatus: item an instaurandum sit prius matri. si impotens aliud consummarit, aut fornicatus fuerit. Quæ præstare nequit, non cognita impotentiæ specie. Et licet iudex nõ teneatur in sententia exprimere causam, *cap. Sicut c. Cum Bartoldus, de re iudic.* at tenetur, quando ex diuersitate causæ varii consurgunt effectus, vt probat *Socinus senior, l. Si à te, n. 3. ff. de exceptione rei iudic.*

30 Tãdem rogabis, an quoties instauratio prioris matri. facienda est, sit differenda donec vterq; coniux pœnitentiam agat de periurio commisso. dum id separatione impotentiam iuraruntId enim prætequiri suadet textus *c. Laudabilem, de frigid. in fine*, ibi: *Et peracta pœnitentia cogantur ad priora connubia redire.* Quod idem præcipitur *c. Requisisti*, 33. q. 1. Sed bene *Turrec. eo. c. Requisisti, in fine*, ait satis esse, si incepta pœnitentia sit. Imo ego credo satis esse, illis iniũctam fuisse. Ea enim mẽs textus videtur, vt iudex declarans prius matrim. validum fuisse ac instaurãdum, iniungat simul periurii pœnitentiam coniugibus. Nec videtur mens textus, vt instauratio illa matrim. prioris differatur cum animarum vtriusque coniugis iactura, eo quod illi non inceperint implere pœnitentiam: aut quod grauem iudicarint, ab ea appellauerint.

SVMMARIVM.

Quoties femina restituenda sit priori viro, à quo tanquam aritta est separata, vt experiatur, an sit potens ad illam? Refertur triplex sent. n. 31. 32. 33.

Proponitur auctoris sententia, n. 34.

Quod quando ratione maleficij generalis, aut frigiditatis, aut impotentiæ respectiuæ separatio facta est. & adhibitis medicaminibus, non potest vir feminam sibi restituendam noscit. n. 35.

An durante triennio experientiæ priori viro concedendo ad experiendum, an possit feminam cognoscere. sit intercedendum posteriori viro, cui illa nupserat, transire ad alias nuptias, & si transeat. sit separãdus, num. 36

Post n. 36. inuenies cætera summaria, quæ desiderantur.

QVÆSTIO V. Quoties femina à viro separata, quod ab 31
eo cognosci nequit, & ei restituta propter deceptionem circa impotentiã deprehensam, sit illi restituenda, si ab eo adhuc nequeat cognosci: *Quidam Ioan. Doctor antiquus.* (vt refert *Gl. c. Fraternitatis, verb. Fornicario, in fine, de frigid. & malef.*) censuit in infinitum hanc restitutionem faciendã esse. Quare licet semel & iterum, & sic in infinitum, separetur à priori viro, si postea cognoscatur ab alio, erit restituẽda priori. Quia quoties femina illa ratione arctitudinis separata cognoscitur ab alio, præsumit Ecclesia falsam fuisse arctitudinis allegationem, ac proinde potuisse per frequentiorem vsum à priori viro cognosci.

Tancredus verò *ab eadem Gl. allegatus*, censuit restitutionẽ 32
hãc vsq; ad tertiam vicem faciendam tantum. Quod absurda appareat restitutio in infinitũ multiplicata, & ideo aliqua moralis regula prudentiæ consentanea sumenda sit, ex qua cognoscatur perpetua arctitudo seminæ respectu huius viri. Nulla autem ita prudens videtur, quã vsq; ad tertiam vicem restitutionem fieri Et hanc sententiam sequuntur *eadem Glossa ibi, & Monald. sum. tract. de matrim. t. De impossibilitate cognoscendi quid sit.*

Alii dicunt restitutionem faciendam esse, dum ex in- 33
spectione dubitatur, an possit femina illa à priori viro cognosci. Quod contingit, quando non est dissimilitudo membrorum, & roboris vtriusque viri. Sic *Innoc. c. Fraternitatis. n. 6. verb. Dubitabilis, de frigid. & malef.*

Sed dicendum est, semel tantum restituendam priori 34
viro, & cum eo remansuram triennio, & si eo tẽpore cognoscatur, firmum manere prius matrim. si autem eo triẽnio cognosci nequeat ab illo, præsumi saltem eum virum maleficiatum respectu illius, ac impotentem ad illam, ac proinde in perpetuum declarandum esse irritum prius illud matrimonium: ac reddendam posteriori viro, cui nupserat, feminam illam. Quia *c. Laudabilem, de frigid.* triẽnium datur ad experiendam impotentiam, & eo elapso iudicatur perpetua. Cùm ergo in hoc euenru consurgat ex post facto dubium impotentiæ, sufficiet triennium experientiæ, vt victo dubio veritas pateat. Et ita sentiunt *Host. sum. t. de frigid & malef. §. Qualiter & quando, n. 13. ad fin. & c. Fraternitatis, n. 11. ex. 1. & ibi Ioan. And. n. 28. Ant. n. 32. Abb. n. 20. Anchar. n. 16. vers. Secũdo quæro, Præpos. n. 18. vers. In eandẽ gl. verb. Fornicario. Henric. n. 14. Astens. 2. p. sum. l. 8. t. 27. a. vn. q. 1. Ioãn. de Friburgo sum. confess. l. 4. t. 16. q. 5. Alberic. in suo dictio. l. verb. Imped imped. 15. Brunel. de sponsal. concl. 28. limit. 6. n. pedim. imped. 15. n. 12. & ibi Rosella Imped. 15. nu. 13. Gaeta repet. c. ior. tit. 12. n. 262.* Qualiter sit computandum triennium, & an in senibus desideretur, est specialiter dicendum infra disp. 108. n. 12. & tota disp. 110. & 111.

Atque idem dicendum est quando ratione frigiditatis 35
viri, aut maleficii existimati alterutrius coniugis, generalis respectu omnium separatum est matrimon. & postea experientia cõpertum est eum virum aliud iniisse, ac cõsum-

summasse matrim. aut fornicatum esse, in quibus casibus prius matrim. instaurandum diximus: si enim eo instaurato, & reddita priori vxore huic frigido vel maleficiato, non potuerit triennio illam cognoscere, separabitur iterum matrim. absque restitutionis spe. Quippe transacto illo, constabit saltem maleficium respectu illius, aut impotentia frigiditatis non absolutæ, sed respectiuæ ad illam. Atque idem dicendum est, quando iudicarunt medici, per incisionem aut medicamina posse mulierē reddi aptam viro, & ea adhibita sunt: tunc enim si transacto posten triennio, nec mulier viro restituta non potuerit ab eo cognosci, censebitur impotentia respectu huius perpetua, & in perpetuum separabitur matrimonium. Quia eadem prorsus militat ratio in his casibus, & in casu num. præce. relato, quem communiter DD. approbant. Quod cum in omnibus his euentibus credatur impedimentum cessasse, & Ecclesiam deceptam esse circa impedimenti perpetuitatem, at que ita probabile sit dubium de hoc, nulla alia melior regula præscribi potest ad veritatem indagandam quàm triennium experientiæ concessum in dubio huius impotentiæ, *c. Laudabilem, de frigid. & malef.*

36 Hinc deducitur, durante eo triennio, quo femina cum prioti viro commorari debet, ad experiendum num prius matrim. fuit illegitime dissolutum, sitque tamquam validum instaurandum, interdicendum esse posteriori viro, cui femina illa nupserat, ne aliam ducat: quod si contra interdictum duxerit, separandum ab hac vxore, donec eo triennio constet, an femina priori viro restituta potuerit ab eo cognosci: statim enim ac ab eo cognita fuerit, liquet prius matrim. fuisse validum, ac per errorem dissolutum esse, ac proinde instaurabitur dissoluto posteriori matrim. illius feminæ cum secundo viro: quare iudicabitur etiam validum aliud coniugium, quod hic secundus vir contra Ecclesiæ interdictum inierat. Quod si triennio transacto non potuerit cognosci à priori viro, cui restituta est, reddetur posteriori viro, ac declarabitur prius matrim. irritum fuisse, & posterius validum: atque dissoluetur aliud, quod hic secundus vir contraxerat. Sic tradūt *Hostiens. Ioan. Andr. Ant. Anchar. Præpos. Henric.* n. 34 *allegati.*

SVMMARIVM.

Quid faciendum, quando inuento errore dissolutionis prioris matrim., alter coniux est iam professus, aut vult profiteri, eiusq; si ante separationem emissum esset semen intra vas femina absque corruptione? Et an reputetur validum, quando vir nequit intra feminare, sed casu matrix attraxit. n. 37.

An si coniux in seculo relictus transisset ad aliud matrim. hoc posterius sit dissoluendum, existenti coniuge prioris professo. nu. 38.

Quid si vir ratione impotentiæ separatus sit iam in sacris? & an vxor separatim viuere volens teneatur promittere castitatem? n. 39.

An vir hic sacris initiatus restitutus vxori, possit petere & reddere? n. 40.

37 Quæstio vltima. Qualis restitutio facienda sit? quādo tempore, quo inuenitur deceptio Ecclesiæ circa dissolutionis matrimonii sententiam, est iam alter coniux professus, aut sacris initiatus? Et quidem si alteruter coniux sit iam professus, aut profiteri velit, manifestum est apud omnes, nullam restitutionem faciendā. Quod iam prius matrim. quod cōsummatum non erat, dissolutum sit per professionem, aut per illam dissolui possit, *c. Ex publico, de conuers. coniug.* Atque ita in hoc euentu decidit *c. fraternitatis, de sponsa. & malef.* & docent omnes allegandi cum *Glossa ibi, verb. Remaneat.* Est tamen maxime attendendum, an virgo illa, quam Ecclesia arctam iudicauit, & nunc experientia inuenitur apta priori viro, salua integritate receperit semen illius prioris intra vas, quacumque arte, aut matrice attrahente: tunc enim cum consummatum iam fuerit, minime dissoluetur professione. Quod bene aduertit *Enriquez l. 12. de matrim. c. 7. in comment. penult.* Quòd si reuera femina ita arcta sit, aut vir ita debilis aut calidus, vt nō possit cum femina hac coire, vt semē intra vas emittat, sed foras fundat: in quo casu quando hoc iudicatur perpetuum & immedicabile impedimentum, diximus disp. 92. n. 7. & seqq. matrim. esse nullum, mihi persuadeo (quamuis in nullo auctore inuenerim) adhuc esse vere irritum, ac proinde non consummari, licet arte aliqua absque viri penetratione sit receptum semen intra vas, aut per matricis attractionem. Quia valor matrimonii non potest pendere ex casu raro ac fortuito. Deinde, quia verificatur virum illum esse impotentem ad seminandum intra vas. Et alias numquam hæc impotentia posset dirimere matrim. contra DD. ibi allegatos. Quippe semper potest semen illud, saltem vase aliquo vitreo receptum, intra vas femineum immitti. Casu autem quo professione non dirimitur hoc matrim. dicēdum erit de hoc professo idem, quod de constituto in sacris dicemus n. 39. & 40.

Et si coniux relictus in seculo ad aliud transisset ma- 38
trimonium, aduertendum maxime est, an matrimonium inierit ante an post alterius professionem: si enim post professionem, valebit, quamuis constet postea impotentiæ falsitas, ac subinde valor prioris matrim. Secus si ante professionem: tunc enim hoc posterius matrim. erit irritum, nisi altero iam professo, perficiatur nouo consensu, cognita eius nullitate. Ratio est clara, quod in priori euentu primum matrim. quod vere validum fuit, dissolutum sit professione, & ita obstare nequit valori secundi matrimonij, at in posteriori cum dissolutum non fuerit, impediuit valorem secundi matrim. Quod optime animaduertit *Petr. de Ledesma de matrim. q. 58. a. 2. dub. 1. concl. 7.*

Quando autem vxore manente in seculo vir iam sacris 39
est initiatus, fatentur omnes detecto errore sententiæ, quæ prius matrim. dissoluit, virum restituendum esse vxori repetenti: quia matrim. non est dissolutum. Sic tradunt *Albericus in suo dictionar. lit. D. verb. Diuortium, Astens. 2. p. sum. l. 8. t. 29. a. vn. q. 6. Supplem. Pisana verb. Diuortium, num. 7. & ibi Rosella n. 6. Syluest. q. 21. nu. 24. Enriquez l. 12. de matrim. c. 8. n. 3. Petr. de Ledesma de matrim. q. 58. a. 2. dub. 1.* Limitat bene *Enriquez*, nisi vxor fornicata esset. Quia tunc ratione fornicationis, si vir esset innocens, posset illam repellere. Secundò limitat *eod. c. 8. n. 3. in comment. lit L.* nisi impedimentum esset ex maleficio, & transacto triennio, ac aliis diligentiis præmissis, facta esset matrimonii dissolutio. Tunc enim quamuis experientia constet tam maleficium cessasse, nō restituetur vir in sacris constitutus vxori repetenti. Sed hæc limitatio non placet: eo quod nullo iure probetur. Sicut nec approbauimus num. 22. quod *idem Enriquez* cum aliis censuit, non posse dissolui aliud matrimonium ab hoc maleficiato initum. Quod si vxor non repetat virum, nequibit vir ad ipsam redire. Cū per ordinem sacrum sibi præiudicarit. Ita docēt *Alberic. Supplem. Pisana, Rosella, Syluester ibid.* Subdit *Petrus de Ledesma proxime allegatus*, vxorem nolentem repetere hunc virum, sed separatim viuere, teneri vouere castitatem. Sed mihi displicet: nec video cur ad hoc teneatur femina. Quod textus hoc votum petens in vxore, *c. Coniugatus, de conuers. coniug.* solum hoc petit, vt vir de consensu vxoris legitime ad ordines sacros ascendat. at cum ipse ascendit iam, nullus textus id petit, quamuis vxor sua libertate vtens nolit ipsum repetere.

Atque vir sic restitutus vxori tenetur reddere debitum. 40
Quod illa iure coniugali priuata non fit. Atque ita fatentur *Ricard. 4. dist. 34. a. 3. q. 2. ad 3. Astensis 2. p. sum. l. §. t. 29. ar. vn. q. 7. Rosella, Supplem. Pisana, Syluest. n. praced. allegati.* Sed an possit is vir petere, non conueniunt Doctores. Nam aliqui auctores, quos tacito nomine referunt *Ricard. & Astensis ibid.* sentiunt integrum sibi esse petere: & eorum opinionem videntur sequi: cum eam in vltimo loco referant. Quia ille ex falsa vinculi coniugalis existimatione solutionis ad ordines ascendit, votoque se astrinxit. At tenendum est, non posse petere. Quia is error fuit circa causam impulsiuam, & ita non vitiat (vt latius probabo lib. 10. disp. 9. n. 23.) Atque ita docent *Supplem. Pisana, Rosella, Syluester, n. praced. allegati.*

DISPVTATIO. C.

An si sent. dissoluens prius matr. bis cõfirmata sit: aut ab ea legitimo tẽpore nõ sit appellatũ, retractanda sit cõperto errore: & quo remedio: ac coram quo iudice, & ita sententia in causa matrimonii nõ transeat in rẽ iudicatã?

SVMMARIVM.

Sententia matrimonij, siue bis confirmata, siue lapso termino ad appellãdum, numquam transit in rem iudicatam, sed comperto errore retractatur: & de huius ratione disputatur, n. 1.

In sententia matrimonij, & aliis quæ non transeunt in rem iudicatam, potest transacto appellandi termino probari iniustitia causæ, tam ex acerbitate eius, quam ex ordine processus, n. 2.

Iudex ex officio potest parte inuita retractare dictam sententiam, n. 3.

An possit retractari per appellationem, an per solam querelam, n. 4.

An possit audiri impugnans hanc sent. absque causæ cognitione, & citari debeat pars, & si iudex non præmittat causæ cognitionem, possit appellari: & in dubio an causa sit iusta, possit audiri, n. 4.

Quoties aud. endus sit volens praedictam sent. impugnare, n. 6.

An transactio pro sententia illa, à qua appellatum non est, existat: & allegans iniustitiam, incumbat onus probandi, nu. 7.

An quando instantiam causa transeat sententia in causa coniugali in rem iudicatam: vt a vno libello nouæ querelæ vtendum sit, n. 8.

An hæc nouæ querelæ possit coram Archiepiscopo, inter subditos Episcopi suffraganei proponi, & coram quo iudice proponenda sit, n. 9.

An possit coram Archiepiscopo de retractatione huius sententiæ agi, si eius nullitas seu principaliter seu incidenter proponatur, n. 10.

An sententia hac transeat in rem iudicatam quoad expensas, quarum condemnatus est succumbens in priori sent. n. 11.

An transeat in rem iudicatam, reiectis tertij oppositis contra valorem matrimonij, n. 12.

An transeat in rem iudicatam in sponsalibus, & in matrimonio, quod nouo consensu contrahi legitime potest, n. 13.

An quando sententia lata est in matrimonij fauorem, transeat in rem iudicatam n. 14.

An transeat quando conuictus allegauit potentia defectum in genere, & succubuit, n. 15.

An sententia diuortij transeat in rem iudicatam? Remissiue, n. 16.

1 PRæmittendum est, id in matrim. speciale esse, vt sentẽtia in coniugali causa lata, quacunq; circũspectione præmissa, siue bis ab ea prouocatum fuerit, confirmataq; sit, siue lapsus terminus ad appellandum sit, numquam transeat in rem iudicatam, ac proinde non ita efficacem auctoritatem sortiatur, quin retractãda sit, quoties compertum fuerit, eam errore quodã latam fuisse. Constat ex c. Lator, de sent. & re iudic. ibi: *Mandamus quatenus si vobis constiterit eos per iudicium Ecclesia non fuisse legitime separatos, Ecclesiamque deceptã, ipsos faciatis sicut virum & vxorem insimul permanere.* Idẽ decernitur c. Cõsanguinei, & c. Tenor, eo. t. & c. Fraternitatis, de frigid. & malef. Et ita docent *Ant. eo c. Fraternitatis, n. 32. & ibi Abbas n. 21. Præpos. nu. 19. Alex. de Neuo ibi, §. Quãuis, n. 26 Idem Ant. d. c. Lator, n. 8. & ibi Alex. de Neuo, nu. 11. Decius n. 5. declarat. 4. Imola n. 7. vers. Item videtur: & clem. 1. n. 1. de sent. & re iudic. idem Alex. de Neuo d. c. Consanguinei nu. 15. Idem Decius c. Sua. ampliat. 4. n. 16 in nouæ edit. de appell. Fracus rubr. de appellat. n. 30. & c. Nicolao ad fin. eo. t. Couar. 4 decret. 2. p. c. 8. §. 12. n. 12. init.* Et quamuis *Glos. d. c. Fraternitatis, verb Fornicario in fine*, quam transcribit *Monald. sum. tract. de matrim. t. de impossibilitate coeundi quid sit, col. 3.* videatur contrarium sentire: ait enim in matrim. triplicem tantũ sententiã esse ferendã, nec tertio appellare licere: vnde videtur sentire transire in rem iudicatã: quando duplici sententia est cõfirmata. Et ita hoc quasi sentientẽ impugnat *Aut. eo c. Fraternitatis, n. 23.* At re vera nõ sentit contrarium: sed tantum vult transire in rem iudicatãad hunc sensum, vt per viam appellationis nequeat amplius retractari, sed per viã querelæ. Quod verissimũ est, & nos dicemus n. 4. Et ita intelligũt Glossam *Abbas eo c. Fraternitatis, n. 21. Præpos. n. 19. Alex. de Neuo §. Quamuis, n. 26.* Ratio autẽ cur sent. hæc nõ transeat in rẽ iudicatam, lapso ad prouocãdũ termino, aut bis cõfirmata: atq; ita rescindi valeat, cum contrarium in fere omnibus aliis sententiis contingat, communiter traditur. Quod in reliquis sententiis consensus omittentis debito tempore appellare possit aliquid operari: ac eo ipso quod non appellat, videatur consentire. Ex quo consensu sententia vires rei iudicatæ assumit, *c. Quoad consultationem, de sent. & re iudic.* ibi, *Cum per hoc videatur per interpretationẽ iuris lata sententia peruisse.* At in causa coniugali nequit cõsensus omittentis appellationẽ efficere, vt matrim. cum impedimento dirimenti initũ, sit validum: vel vt legitimè cõtractum dissoluatur. Quare sententia per errorem decidens illud esse validũ, vel hoc dissoluendũ, nulla ratione assumere potest vires rei iudicatæ: siue quod bis cõfirmata sit, siue quod ab ea non appellãs censeatur consentire. Quia sententia illa transiens in rem iudicatã foueret peccatum, separando veros coniuges, vel vniendo eos, qui tales esse nequeunt. At nullũ vinculũ quantumcunq; multiplicatũ potest firmare actum, ex quo peccatũ consurgit. Sed aduersus hãc rationẽ pugnat fortiter duplex obiectio. Prior, quod sententia pœnæ corporalis damnans, à qua nõ appellatur, transeat in rem iudicatã, ita vt reuocari nequeat comperta rei innocentia, nisi ex speciali Principis indulgẽtia, *l. 1. ad fi. ff. de quæst l. Dini, ff. de pœnis.* Cùm tamẽ pœnas mortis nemo assensum præstare possit, *l. Liber homo, ff. ad l. Aquiliam.* Nemo enim propriæ vitę dominium habet. Posterior obiectio est, quia omittens appellationem nõ cẽsetur conniuere sententiæ: vt apertè probat text. in *c. Concertationi, de appellat. in 6.* vbi deciditur, ei, qui à sentẽtia nõ appellauit, integrum esse cõtra eam aliis remediis agere, nisi in eam consenserit. Ergo ex sola appellationis omissione non deducitur consensus in sententiam. Sed vtriq; obiectioni egregie satisfacit *Couar. 4. decret. 2 p. c. 8. §. 12. nu. 16. & duplici seqq.* Priori sic respondet, quamuis expressus consensus nil operetur, vt possit quis corporaliter puniri: at tacitus consensus, seu potius patientia ea qua non appellans sinit sententiam transire in rem iudicatam, ei valde nocet, iure sic disponenti. Posteriori vero sic satisfacit. Non appellans censetur tacite consentire, admixta ipsius legis auctoritate id præsumentis præsumptione iuris & de iure, non ad omnes effectus, sed ad hunc, ne amplius de illius sententiæ iustitia ex rigore discuti possit: non tamen ne aliis remediis ad varios effectus sibi competentibus vti valeat, nimirum, vt iudicium illud nullum esse constet, vel vt iudicis iniquitas puniatur.

Atq; in his sentẽtiis nõ transeuntibus in rem iudicatam 2
potest probari iniustitia sententiæ, tam respectu meritorum causæ, quam respectu ordinis processus per acta causæ, quamuis transierit decendium à tempore sentẽtię. Sic *Abbas c. Lator, n 5. de sentent. & re iudic. & ibi Alex. de Neuo, nu. 4.*

Potest etiam iudex ex officio parte inuita procedere 3
ad retractandam huiusmodi sententiam, vbi de errore certior factus fuerit. Quod bene docet *Card c. Lator, n. vn. vers. In Glossa fin. de sentent. & re iudic.* Et constat ex *c. Porro, ad finem, de diuort.* ibi: *Tui officii interest matrimonia illa adhibita grauitate d. soluere, quæ illicite contracta noscuntur.* Imo ad id tenen iudicẽ probat hic textus. Quia sua interest, peccata auferre. At grauissimum est, illegitime coniunctos in matrimonio perseuerare: aut legitime cõiũctos separari.

Intellige tamen primò non transire in rem iudicatam 4
sententiam matrimonii, à qua decendio appellatum non est, vel duplici sententia confirmatam, ad hunc sensum, quin per viam querelæ possit cõtra eam allegari. At assumit auctoritatem rei iudicatæ, vt prætextu appellationis corrigi nequeat. Et hoc est quod tradit *Glossa c. Fraternitatis, verb. Fornicario, in fine, de frigid. & malef.* vt eam intelligũt ac sequuntur *Abb. ibi, n. 21. Præpos. n. 19. Alex. de Neuo §. Quãuis, n. 26.* idem tenet *Glossa c. Ad reprimendam, vers. Suspendatur, de offic. ordin. & ibi Abbas n. 6. Ant. c. Lator, n. 8. de sent. & re iudic.* vbi *Abb. n. 10. Imola n. 7 init. & vers Item videtur, Alex. de Neuo n. 10. & 11. Felin. n. 4. declaratione 3. & nu. 5. declar. 4. Idem Abb. c. Sua, n. 7. de appellat. & ibi Decius ampliat. 4. nu. 16 in nouæ edit. Idem Imola clem. 1. n. 1. de sent. & re iudic. Francus c. Venerabilibus, §. Porro, n. 2. de sent. excomm. in 6. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 12. vers. Sententia vero.* Et hanc doctrinam colligunt hi tentiam matrimonii non transire in rem iudicatam quoad veritatem, bene tamen quoad subtilitatem.

Secundo intellige, quamuis non omnino transeat in 5
rem

rem iudicatam, transire tamẽ quo ad hoc, vt nõ indiscriminatim eam impugnare volẽs audiatur, sed oportet allegare aliquã verisimilẽ iniustitiæ causam: quæ iure optimo iudicẽ ad id credendũ ducat; ne in infinitum pars cõtraueniens audiatur. Quippe valde absurdũ esset, vt passim & indiscriminatim auditetur cõtraueniens sententiæ lapso appellandi termino, vel bis cõfirmatæ. Quare iustitiæ causæ impugnationis cognitio præmittenda est à iudice vt pars contraueniens audiatur. Atque ita docent *Innoc. c. Tenor n. vn. ad mediũ de sent. & re iudic. & ibi Hostiens. statim in princ. Ioan. And. n. fin. Anton. n. 11 Card. n vn. vers. Oppono ad hoc. Bald. n. 1. Anchar. nu. 4. Imola n. 7 fin. Abb. c. Fraternitatis, nu. 21 de frigid. & ibi Præpos. n. 19. Alex de Neuo §. Quãuis, n. 26. idẽ Abb. c fin. in fin. de clandest. despons. & ibi Alex. de Neuo sine. Idem Abb c. Lator, n. 11. de sent. & re iudic.* vbi *Cardin fin Alex. de Neuo n. 11. Felinus nu. 6. declarat. 5.* Quare iudex debet præmittere summariam causæ cognitionem, non citato aduersario, & ea apparenti iusta audiri debet volẽs impugnare sententiam: secus non. Sic docent *Innoc. Hostiens. Ioan. Andr. Anton. Anchar. Bald. Imola, Felinus eisd. locis, Card. d. c. Tenor, nu. vn. vers. Oppono ad hoc, & vers. Quæro circa.* Et in dubio an causa iusta sit, audiri debet. Quod animæ periculũ vertatur. Iuxta *c. Cum speciali, § fin. vers. Excessa quoque dubio, de appellat.* Sic *Hostiens. d. c. Tenor, n. 2. Ioan. Andr. n. 11. fin. Anton. nu. 11. Anthar. n. 4. Card. n. vn. vers. Quæro circa*, qui bene subdit, si non præmissa tali cognitione iudex audiat petentem sententiam reuocari, non posse aduersarium opponere, nec appellare, sed posse puniri iudicẽ à superiori: aitque posse etiam dici integrum esse aduersario opponere & appellare.

6 Hinc deducitur primo, certa regula præscribi minime posse quoties audiendus sit volens prædictam sentẽtiam impugnare: sed id arbitrio iudicis committendum, attenta causa, quæ coram eo allegatur. Sic *Abb. c. Lator, num. 11. de sentent. & re iud. & ibi Alex. de Neuo, n. 11. Felin. n. 6. declarat. 5.*

7 Secundo deducitur, præsumi pro sentẽtia ac processus iustitia, quando ab ea intra legitimũ tempus nõ est appellatum, donec eius iniustitia constiterit. Quare eius iniustitiã alleganti incumbit onus probãdi. Ita *Innoc. c. Bone, el de elect. n. 8. Archid. 2. q. 6. in sum n. 3. Ioan. Andr. c. Lator, nu. 3. de sentent. & re iud & ibi Anton. ad fin. Abb. n. 3. & 11. Imola n. 3. & 7. vers. Item transit, Alex. de Neuo n. 3. & 11. Couarr.* alios allegans, *4 decret. 2 p. c. 8. §. 2. n. 12. vers. Ex quibus constat.*

8 Tertiò deducitur, vt hæc sententia rescindatur, oportere condemnatum vti noua querela, nouoque libello, in quo petat eam causam coniugalem semel iam definitam iterum ad iudicium deduci, & sententiam reuocari ratione erroris detecti. Nam quoad instantiã causæ transiit in rem iudicatam. Vt constat ex *c. Ex literis, ad finem, de in integr. restit.* ibi, *Et ad audientiam restituimus eam pro matrimonio postulantem*, vbi non dicit textus, Contra sententiam restituimus: quòd ea numquam transierit in rem iudicatam: quantum ad veritatem, sed ait: *Ad audientiam restituimus*, id est, vt perinde audiatur, sicut poterat audiri ante sententiam. Et ita docent *Hostiens. to. c. Ex literis, num. 13. Abb. c. Lator, n. 12. de sent. & re iudic. & ibi Alex. de Neuo nu. 12. Felinus n. 8. declarat. 7. Henric. n. 2. Imola nu. 7. & c. Consanguinei, in fine, eod. t. Couar. 4. decr. 2. p. c. 8. §. 12. n. 12. vers. Secundo.*

9 Quartò deducitur, hanc nouã querelam minime proponi posse à subditis suffraganei coram Archiepiscopo, vtpote, qui inter eos solum est iudex in causa appellationis, & non per viam querelæ. Vt est textus expressus *c. 1. de offic. legati, & c. Pastoralis, in princ. de offic. ordinar. & cap. Venerabilibus, in princ. de sententia excomm. in 6.* Quamobrem querela hæc proponenda est coram eo iudice, qui adiri potest per simplicem querelam. Sic *Abbas cap. ad reprimendam, n. 6. de offic. ordin. & cap. Lator, n. 10. de sentent. & re iudic.* vbi *Felinus n. 4. declarat. 3. Alex. de Neuo nu. 10. & c. Consanguinei, n. 16. eod. t. Couar. 4. decr. 2. p. c. 8. §. 12. num. 12. vers. Tertio.* Hic autem iudex, qui per viam querelæ adiri potest, est, ipsemet, qui primam sententiam tulerat. Sic *Couarr. ibi:* Pontifex etiam, vel eius legatus, vt habetur *c. 1. de offic. legati.* Et docet *Alex. de Neuo, d. c. Lator, n. 10.*

Nec potest in hac causa etiam principaliter deducta Archiepiscopus adiri: quamuis aduersus priorem sententiam opponatur eam nullam fuisse. Quia cùm à sententia minime appellatum sit, aditur per solam querelæ viam: in quo casu Archiepiscopum non esse iudicem competẽtem inter suffraganei subditos, probauimus n. præcedẽti. Sic *Francus c. Dilecto, q. 27. de appellat. Felinus c. In literis, in fine, de offic. deleg. & ibi Decius ad fin. Couar. 4. decr. 2. p. c. 8. §. 12. n. 12. vers. Quarto.* Quamuis *Abb. d. c. In literis n. penult. & n. fin.* aliter distinguat cum *Bartolo l. Si expressum, n. 14. de appellat.* sic enim distinguit. Quando causa nullitatis sententiæ nõ principaliter, sed incidenter allegatur: vt si quis petat iterum pronunciari sententiam, & deducit nullitatem incidenter, tunc non potest adiri superior. Quod est verissimum. Quia causa numquam deducitur ad superiorem, nisi per appellationem, vel aliud remedium æquiualens. Aut deducitur nullitas sententiæ principaliter: quia, nimirum, directe petitur sententiam pronunciari nullã: & tunc ait *Abbas* cum Bartolo posse adiri eum iudicem, qui sententiam tulit, vel superiorem. Ex quo infert *Abbas* posse adiri Archiepiscopum, quando sententia lata est ab Episcopo suffraganeo. Sed (vt bene aduertunt DD. citati) non est verum posse tunc adiri Archiepiscopum. Nec Bartolus locutus est de Archiepiscopo, qui limitatam iurisdictionem habet in causis suffraganei, nempe, ad cognoscendum per solam appellationem: sed intelligitur Bartolus de eo superiore, qui potest etiam per viam querelæ aditi: qualis est legatus, *c. 1. de offic. legati.* 10

Tertiò intellige sententiam matrimonii non transire in rem iudicatam, quoad ipsum coniugium: secus quoad expensas, quarũ succumbens condemnatus fuit per eam sententiam, à qua non est appellatum. Nec enim restituẽtur reclamanti postea, ac docenti errorem sententiæ. Et ratio est aperta: sententia enim matrimonij ideo non transit in rem iudicatam, ne foueatur peccatum, sustinendo matrim. irritum, aut dissoluendo validum, (vt n. 1. diximus.) Quæ ratio in expensarũ condemnatione cessat: & ideo sortitur naturam aliarum sententiarum, quæ in rẽ iudicatam transeunt. Sic *Felin. c. Lator, num. 10. in declarat. 9. de sentent. & re iud.* Et tenent in simili, nempe, in excommunicationis sententia, quæ in hoc par est sententiæ coniugali, cum neutra in rem iudicatam transeat, *Ioan. Andr. c. Venerabilibus, paulo post princ. verb. Querimoniam, de sent. excom. in 6. & ibi Anchar. in princ. notabili 3. nu. 9. Domin. §. Porro, n. 5. vers. Quæro de qua querimonia, Francus eod. §. n. 2. notabili 5. Anton c. Consanguinei, ad fin. de sent. & re indic. & ibi Abbas num. 9. Alex. de Neuo n. 16. Imola ad fin. Idem Abb. c. Ad reprimendam, n. 7. de offic. ordin.* Et hoc est quod dixere *Hostiens. eo. c. Consanguinei, in fine. & ibi Card. fine*, sententias has transire in rẽ iudicatã quoad vtilitatẽ priuatam, secus quoad publicam. 11

Quartò intellige, nõ transire in rem iudicatam respectu cõiugum, ac transire respectu tertii contra matrimonium agentis, & ita si quidam tertius opposuit impedimẽtum, & succubuit, sententia contra ipsum lata, à quo nõ appellauit legitimo tempore, ita transit in rem iudicatam, vt nemo deinceps audiatur volens id impedimentum proponere. Quod actio popularis vno agente cõsummetur, *l. Eum qui, §. In popularibus, ff de furt.* Ita *Geffredus c. fin. de clandest. despon.* At hæc limitatio displicet omnino: quia ea retenta foueretur peccatum, sustinendo matrim. irritum. Et ita eam impugnat *Host. c. Consanguinei, nu. 3. de sent. & re iud. Ant. eo c. fin. num. 21. q. 7. & ibi Abb. fine, Alex. de Neuo fine, Præpos. n. 4. fine, Felinus c. Lator, n. 13. declarat. 11. de sent. & re iud.* 12

Quintò intellige, non transire in rem iudicatã, quando ex illius sententiæ obseruantia nutritur peccatum, nec consensu partis vtriusque potest cessare culpa. Vt si lata sit contra legitimum matrim. declarans id esse irritũ: aut in fauorem matrimonii cum impedimento dirimenti initi. At transit in rem iudicatam, quando consensu vtriusque potest cessare culpa, & matrim. constare. Vt si litigetur an aliquod fuerit legitimum matrim. allegante altero metum, vel conditionem seruitutis alterius coniugis à se 13

ignoratam succubuit hic,& sententia pronuntiatum est, valuisse coniugium,si non appellauit legitimo tempore, transit in rem iudicatam,ita vt amplius ob eam rationem retractari nequeat. Quia ex obseruatione illius sentētiæ nulla consurgit culpa:possunt enim partes denuo cōsentire:& compellentur non desistere. Et(vt ait *Couar.statim allegandus*)est præsumptio iuris & de iure, aduersus quam nulla admittitur probatio,consensum nouum præstitum esse ab ipso per sentētiam victo,qui appellationem omisit. Atq; ita hanc limitationem docent *Gloss.fin.c.Lator,de sent.& re iudic.& ibi Ant.n.8.Baldus nu.3.Ioan.Andr.fin.Abb.n. 9.Alex.de Neuo n.8.Felinus n.2.declarat.1.Henric.n.3.& 4.idem Ant.c.Iurauit.n.6.de probat.& ibi Abb.n. 5. Decius in nona edit. n.18.concl.2.idem Abb.cons.60.n.2. vol.2. Couar.4.decret.2.p.c. 8.§.12.n.19. verſ. Tertio.* Quare hinc cōstat sententiam in sponsalibus de futuro latam transire in rem iudicatam, quando ea dissoluuntur probato aliquo impedimento, nec à sententia appellatum est. Quia possunt partes sibi præiudicare non appellando. Cum etiam possint omni sententia cessante dissoluere sponsalia absq; aliquo peccato.Secus si sententia lata sit in fauorem spōsalium,non probato impedimento dirimenti matrim. ea enim non potest in rem iudicatam transire. Quia foueretur peccatum, compellendo virtute illorum sponsalium ad matri irritum ineundum. Atque ita docent *Anto.eo.c.Iurauit, n 6. Abbas ibi n.5. Decius in nona edit.n.18.concl.2.*

14 Hinc deducitur primò, non omnino esse verā doctrinā aliquotum,quos tacito nomine refert *Felinus c.Lator,nu.3. declarat.2.de sent.& re iudic.*dicentium,sententiam in fauorem matrimonii latam trāsire in rem iudicatam. Quia cū non transire emanarit in matrimonii fauorem, non debet contra illud operari *l. Quod fauore, C.de legibus.* Sed bene *Felinus ibi* dicit hanc doctrinā tantum esse veram,quādo is qui matrim.impugnat,non allegat impedimentum dirimens. Quia tunc possunt partes consensum nouum præstare in matrim.iuxta dicta n.præced.Secus si impedimentum dirimens allegaretur:tunc enim quantumuis in fauorem matrimonii emanarit sententia, declarando id esse validum,nequit in rem iudicatā transire. Quod peccatū foueretur: & quia ita est matrimonii fauor, irritum dissoluere,ac validum tueri.Et ita docent *Host. eo c.Lator, in fin.Ant.c.Series.n fin.de testib.& attestat.& ibi Abbas nu.5.*

15 Secundò deducitur, transire sententiam matrimonii in rem iudicatam,quoties coniux allegās esse irritum ratione impotentiæ alterius, non allegauit speciem impotentiæ,sed in genere impotētiam:& contra ipsum lata est sententia,à qua non appellauit. Quod in hoc casu cesset animæ periculum, ratione cuius non transit: nam si nequeunt vt coniuges habitare ratione veræ impotentiæ possunt vt frater & soror, *c.Consultationi, de frigid.& malef.* Item quia succumbens in hac generali petitione,nō posset postmodum allegare aliquam impotentiæ speciem: vti posset,si solam speciem aliquam allegasset. Sicut docent *Ioan.Andr.c.fin.n.2.de frigid.& ibi Ant n 6.Abb.n.4.Cardin.statim in princ.Anchar.n.1.notab.3. Alex.de Neuo nu.6. Præpos.nu.1.* Et ita in hoc casu transire in rem iudicatam , docent *Abb.eo c.fin.n.4.Alex. de Neuo ibi n.7.*limitans,nisi potenti immineret periculum incontinentiæ: tunc enim eo quod foueret peccatum, non transiret in rem iudicatam. & *Felinus c.Lator,nu.2.declarat. 1.de sent.& re iudic.* ait in casu huius periculi,doctrinam hanc esse dubiam & forte dici posse,iudicē ex officio prouisurū. Verū nullo modo hæc limitatio placet:& ita existimo sententiam hanc nō trāsire in rem iudicatā:sed succumbentē,nec appellantē,posse postea probare speciem impotentiæ: sicut allegans cōsanguinitatem,& sententia à qua non appellauit,condēnatus potest semper via querelæ contra sententiā reclamare,vtpote quæ in rem iudicatam non transiit.Ducor, quod in vtroque casu foueatur peccatum, cum declaretur validum matrim.quòd consensu partium nequit valere,obstante impedimento dirimenti: & datur coniugibus facultas ad actus coniugales : & si potens ad aliud transeat,dirimetur hoc posterius matrimonium: cùm tamen validum sit.Nec obstat eos posse sine peccato habitare vt fratres.Tum quia Ecclesia non declarat eos vt fratres habitare,sed vt veros coniuges: cum tamen tales esse nequeant. Tum etiam, quia idem procedit, existente consanguinitate,aut quouis alio impedimento dirimenti:nunquam enim ex transitu talis sententiæ in rem iudicatam foueretur peccatum.Cùm semper possent absque peccato habitare vt frater & soror.Et ita falsa esset decisio textuum asserentium sententiam in causa coniugali non transire in rem iudicatam. Tandem, quia etiam allegata specie impotentiæ,si allegās damnetur, nec appellet: cū tamen vera esset impotentia, posset absque culpa habitare tamquam frater cū sorore.Et tamē in hoc casu fatentur aduersarii sententiam non transire in rem iudicatam.

Tandem an sententia diuortii, quoad thorum & habitationem, transeat in rem iudicatam, dicemus libr.10. disp 9.à n.2 ad 4. 16

DISPVTATIO CI.

An dissoluto matrimonio ratione impotentiæ vtriusuis cōiugis,& comperto errore ex impotentis fornicatione, aut posterioris matri.consummatione,integrum sit potenti celebrare diuortium,ob eam copulam impotentis?

SVMMARIVM.

Explicatur quadruplex casus discutiendus,n.1.

An coniuge reputato impotente, aut altero fornicante post dissolutum ratum matrimonium, quando comperto errore inchoatur prius matrimonium, possit alteruter innocens rationc illius fornicationis ab altero diuortium proponi ne vtrio dubitandi, n.2.

Ratione fornicationis admissæ à coniuge reputato impotente,licet posthi innocenti diuortium,n.3.

Si coniux potens dissoluto matrimonio fornicetur, nequit ab impotenti repeti quando ille inchoatur matrim. Et explicatur, cap. Gaudemus, in fine,de diuort,n 4.

Fornicatio coniugis impotentis non excusatur fornicatione potentis.n.5.

Improbatur opinio Soti, dicentis frigidum separatum consummantem aliud matrimonium posse diuertere à potenti fornicante. nu.6.

Refutatur Glossa asserens, si impotens & potens aliud ineant matrim. dare compensationem. Et quid, si potens ante Ecclesiæ sent. ad alias nuptias transeuntis.n.7.

An si vir rationc frigiditatis separatus, ineat, ac consummet aliud matrimonium, possit à potenti repelli ratione huius copulæ,n.8.

Quid si mulier consilio fraudis fuerit viri frigiditatem confessus, nu 9.

Quid,si vir dolo cessauit,n 10.

An separato rationc arctitudinis emissmodæ fœminæ matrimonio ac detecto errore,possit vir illam repellere, non tantum ratione fornicariæ, sed etiam coniugalis cum alio viro eas nupserat,copulæ? Refertur quædam sententia,n.11.

Proponitur sent. Auctoris, n.12.

Quid,si matrimonium ob solam impotentiā respectiuam,dissolutum sit: & vterius coniux ad aliud transiit coniugium, id consummans, an liceat innocenti diuertere ratione copulæ coniugalis alterius. n.13 & ibi quid si fornicatus est?

1 IN hac disp quadruplex innoluitur casus discutiendus. Primus est, quando cōiux reputatus impotēs vel potēs fornicatus est.Secundus, quādo vir reputatus frigidus,& ideo separatus,ad alias nuptias transiens,eas consummauit.Tertius,quando dissolutum est matri. ratione omnimodæ arctitudinis fœminæ,quæ postea copula fornicaria aut coniugali ab alio cognita est.Vltimus, quādo ratione impotentiæ respectiuæ,& alteruter aliud consummauit matrim.aut fornicationem admisit.

2 In primo ergo casu,quando dissoluto matrim. ratione impotentiæ coniugis falsò reputatæ, alter ex illis fornicatus est, videtur nullum diuortio ratione fornicationis illius posse esse locum. Quod solum adulterium,vtpote quod coniugi innocenti iniuriam irrogat, sufficientem diuortii ansam præbeat.At in hoc cessat adulterium:cum vterque coniux optima fide ob Ecclesiæ sententiam se solutum reputet . Nec obstat à fornicationis vitio eum non eximi. Quia iustè credens coniugem mortuum, & fornicans, non dat iustam diuortii causam, eo quod à circumstantia adulterii liber sit(vt dicemus lib 10.disp.5. n.12.Quod idem in hoc casu militet.

3 At certissimum est ratione fornicationis admissæ à con-

coniuge illo præsumpto impotente,& ob id sepatato, licere alteri,si innocens sit,celebrate diuortiũ quoad thorum & habitationem, quamuis errore prioris sententiæ detecto restaurandum sit matrim.quoad vinculum. Cõstat ex *c.Fraternitatis,de frigid. & malef.* vbi cùm Pontifex decernat vxorem ratione arctitudinis præsumptæ separatã,restituendam esse viro,detecta arctitudinis falsitate, subdit hæc:*Nisi se fornicario modo alii viro miscuerit: vt primus vir pretextu fornicationis,eius consortium velit declinare.* Atque id fatentur vniuersi. Versatur tamen non modica difficultas circa huius rationem.Nam valde vrget obiectio n. præced.proposita.Quare *Glossa eo c. Fraternitatis, verb. Fornicario,*ab hac difficultate se expedit,dicens,sicut ex futuro copulæ euentu apparet retro fuisse matrim. sic ex eo apparere retro esse iniuriam irrogatam priori matrimon. Eandem solutionem tradit *Astensis 2.p.sum.l.8.tit.37.a.2.q.* 1.Sed hanc solutionem merito improbant *Ant. eo c.Fraternitatis,n.27. Abb.n.10. Alex.de Nevo ibi,* §. *Quamuis.nu.* 20. Quod licet ex futuro euentu rètrotrahatur declaratio valoris prioris matrim.æquitas enim id poscit : at æquitate destituta est retrotractio respectu inducendi delicti adulterii ad diuortium. At omnis fictio super æquitate fundatur. Adde, veritatem matrimonii pendere ex potentiæ veritate: veritatem autem adulterii ex matrimonii existimatione . At futurus copulæ euentus potest declarare veram fuisse potentiam ad copulam,ac proinde præcedens matrim.legitimum fuisse : nequit tamen declarare coniugem illum existimasse Ecclesiã deceptam esse,iudicando matri.irritum,ipsumque putasse esse validum, vt vel sic fornicans sit adulterii requisiti ac diuortii reus. Quamobrem aliam tradunt solutionem, quam etiam amplectitur *Bruncllus de sponsalib.cons.28 limitat.6.n.* 27. Quod fornicans dederit operam rei illicitæ, atq; adeo omnis euentus etiam præter intẽtionem sequutus sit ei imputandus:iuxta doctrinam *Glossæ.Si verò, el 2.verb.Ignorauerit,de sentent.excomm.* Ceterum hanc doctrinam reprobabo l.9.disp.32.n.24. Præterea quia in materia irregularitatis ex casuali homicidio contingentis, etsi communis sententia prædicto innitens fundamento, sustineat homicidium præter omnem spem & absque culpa secutum,imputari ad irregularitatem danti operam rei illicitæ. At verior id negat, nisi quando res illa illicita interdicta est,eo quod sit periculosa . Quare nec placet hæc solutio.Et ideo ratio huius decisionis est , quam ibidem significant *Anton. & Alex.de Nevo*, nimirum quod cõiux ille impotentis eo ipso quod copulam attentauit quasi potẽtiam suam experiri volens,necessatio consensum præstitit matrimonii iniuriæ, quæ ex illius copulæ consummatione consargere poterat,ex illa enim verificabatur prioris matrimonii valor,ac subinde adulterii iniuria.

4 Hinc deducitur,si coniux potens nondum certior factus de falsitate impotentiæ altertius coniugis per sententiam à se separati forniceturr , non posse illum repelli ratione huius fornicationis,à coniuge existimato impotẽte,quando postea detecta impotentiæ falsitate instauratur prius matri.quamuis impotens sit innocens, quia nimirum,absq; copula falsitas impotẽtiæ per incisionẽ deprehensa est. Ducor, quod ea copula nulla ratione fuerit adulterium,cùm iustè se solutum existimaret, nec ex copula à se habita colligatur instaurandum esse matrim.vtpote quod non ex vitio illius dissolutum est. At l.10.disp. 5.n.12.dicam, quoties fornicatio excusatur ab adulterii circumstantia,non dari diuortium ratione eius. Et constat etiam ex *c.Gaudemus,de diuort. in fine,* vbi decidit vxori dimissæ per libellum repudii tempore infidelitatis, non posse obiici post conuersionẽ ad fidẽ,ad diuortium celebrandum, copulam coniugalem in alio matri. habitam,ad quod ea dimissa transiit.Cuius rationem reddunt *ibi Abbas n.10.& Alex.de Nevo ibi,* §. *Qui autem,nu.4.* quod cum infideles existiment solui matrimonii vinculum per repudium femina illa à culpa adulterii excusata sit. Sed obiicies, *eodem cap.Gaudemus, in fine.*decidi, posse huic dimissæ obiici fornicationem : ibi: *Non tamen dimissor poterit obiicere fornicationem dimissæ, pro eo quod nupsit alii post repudium, nisi alias fuerit fornicata.* At fornicatio illa vacabat adulterii culpa,cum illa se iuste existimaret à vinculo prioris matrim. solutam. Sed dic rextũ intelligi de fornicatione admissa ante repudii libellum. Nam admissa post non potest obiici:eo quod non fuerit vere adulterium.

Hinc rursus subinfertur , non obstante hac coniugis 5
potentis fornicatione, integrum ei esse, repellere coniugem separatum ratione impotentiæ , reum fornicationis,seu copulæ coniugalis in alio matrim. posterius inito habitæ,casu quo numero 8.& 12. dicemus, posse ratione huius copulæ celebrari diuortium . Ducor, quod non sint paria delicta : cum fornicatio coniugis impotentis præsumatur adulterium,iuxta numer.3.dicta. Delictum autem huius coniugis potentis est simplex fornicatio. Quare sicut hæc non præstat sufficientem diuortii causam, ita nec compensat adulterium alterius coniugis. Quippe vt compensatio locum habeat, debet vtriusque delictum sufficiens esse ad diuortium (vti probabo l.10. disp.6.nu.3.)Et confirm.quia impotens adulter iniuriam irrogauit potenti,fidemque coniugii violauit . Coniux autem potens neutrum efficit : vtpote qui iuste se solutum credidit.Tandem quia si coniux certior legitime factus de falso alterius cõiugis obitu fornicaretur,sicut fornicatio hęc nõ esset iusta diuortii causa:(vt probabo l.10. disp.5.n.12.)ita nec fornicatione hac cõpensaretur adulterii alterius cõiugis,quo minus ratione illius liceret cõiugi existimanti alterum mortuum,diuortium celebrare.

Quare nulla ratione approbo quod tradit *Soto 4. dist.* 6
34.q.vn.a.2.concl.4. vbi ait coniugem ratione frigiditatis separatum,aliud matrimonium consummantem, posse à coniuge potẽti fornicante diuertere ratione huius fornicationis.Deficit enim in duobus.Prius est,quod impotens ille consummans aliud matrimonium reus quoque adulterii sit.iuxta nu.3.dicta. Atque ideo nullum ius habet opponendi illud adulterium coniugi potenti: cùm vtrumque delictum mutua compensatione abolendum esset.Iuxta ea quæ latè disputabimus l.10.tota disp.6. Posterius est,quod fornicatio illa coniugis potentis nullam adulterii rationem subeat:ac proinde quamuis impotens esset innocens, nulla esset iusta diuertendi causa , iuxta n.4.dicta; nedum cùm reus sit.

Nec similiter approbo quod tradit *Glossa fin.c.2.33.qu.1.* 7
vbi cùm is textus decidat frigidum separatum ab vxore, & postmodum alias consummantem nuptias, restituendum esse vxori priori,ait id esse verum , si vterque aliud inierit matrim.alias innocentem posse impotenti obiicere id adulterium,quoad thori separationem. Quare sentit compensari vtriusque copulam.Sed hoc constat à veritate deficere. Id enim adulterium impotẽtis non compensatur fornicatione potentis , (vt probaui n.5.)nedum copula cõiugali. Adde,potentẽ bona fide alias celebrasse nuptias: cùm pro se haberet sententiam dissolutionis priorum , nec ipsi interdictum esset transitu ad alias. Et ita colligitur ex *Ioan.Andr.c.1.n.16. de frigid. & malef.& ibi Præpos.n.fin.* vbi dicunt non posse coniugi potenti opponi alterius matrimonii cõsummationem , quando authoritate Ecclesiæ,dissoluto priori matrimonio, ad aliud trãsiit.Secus si ante Ecclesiæ sententiam : deficit enim iustus titulus; cùm maiorem indaginem ea separatio & transitus ad aliud matrimonium postularent.

Circa secundum casum , nimirum, quando vir ab a- 8
lio matrimonio separatus ratione frigiditatis, aliud iniit id consummans , dicendum est licere vxori prioti diuortium ratione illius copulæ celebrare. Quod ea copula adulterina sit:vt numero 3.probaui , de fornicatione impotentis.Nam eadem est ratio:nec potuit ipsum ab adulterio matrim.excusare. Cùm nulla iusta ratione ductus potuerit illud inire : vtpote , qui ratione frigiditatis perpetuo dirimentis matrim. à priori separatus erat. Atque ita docent *Glo.c.1.verb.Reparare,de frig. & malef.& ibi Ioann. Andr.*

Andr.n.7. Alex.de Neuo n.9.fin. Præpoſit.n.vlt. Hoſtienſ.ſum.eod. t.§. Qualiter & quando nu.10. Alberic.in ſuo dictionar. litera D. verb.Diuortium,paulo poſt princ. Ioan. de Friburgo in ſum confeſſorum,l.4.t.16.q.16.q.16. Aſtenſ.2.p.ſum.l.8.t.37.a.1.poſt princ. Supplem.Piſana,verb.Diuortium,n.2.& ibi Roſella nu.1. Sylueſt. q.18.n.21. Greg.Lop.l.final.verb. Efazer,t.8.p.4. Ant. Cucus l.5. inſtitut.maiorum,t.12.n.264.

9 Tẽperatur hoc, niſi mulier conſcia fraudis fuerit: quia ſcilicet, fraudulenter falſa eſt cum viro eius frigiditatem. Sic *Gl.Hoſt. Abb. Alex de Neuo, Alberic.Ioan.de Friburgo, Aſtenſ. Supplem.Piſana, Roſella, Sylueſt. Greg.Lop. Ant.Cucus,n.prec. allegati.* Verum hoc non caret difficultate. Quia confeſſio illa vxoris fraudulenta ſolum operata eſt, vt vir ab ea ſepararetur. At iniuſta coniugis expulſio non obſtat, quin expellenti liceat diuortium ratione adulterii ab expulſo admiſſi celebrare (vt dicemus lib.10. diſp.5 n. 6.& 7.) At hoc non obſtante, minimè recedendum eſt à communi ac veriſſima limitatione poſita. Diſpar enim eſt ratio, quia cũ in hac expulſione non conſenſerit expellens diſſolutioni vinculi matrim. nequaquam cenſetur iniuriam adulterii poſtea admiſſi condonare, & ideo poteſt illam obiicere ad diuortium celebrandum. At coniux doloſè fatens impotentiam coniugis, vt diſſoluatur matrimonii vinculũ, cum diſſolutioni cõnitueat, cenſetur temnere ac remittere quodcunque adulterium poſtea admiſſum, atque illud reputare quaſi à perſona matrim. vinculo ſoluta perpetratum, ac proinde iure caret illud obiiciendi. Sicuti eo careret, concedens coniugi licentiam adulterandi. Vt dicemus l.10. diſp.5.n.3.& ſeqq.

10 Secundo temperant aliqui, niſi frigidus ipſe ad aliud matrimonium trãſiens dolo caruerit. Quod adulterium ſine dolo eſſe nequeat. Sic *Gl. Abb. Alex.de Neuo, Greg. Lopez n.8.allegati, Enriq.lib.12.de matrim. c.7. in comment. final.* Sed licet veriſſima ſit limitatio in ſe: me quidem latet qualiter vir dolo carere valeat. Cum ratione frigiditatis perpetuæ matrim. diſſolutum ſit: iſque ſententia declaratus ſit matrimonio in poſterum ineundo ineptus.

11 Circa tertium caſum, nimirum, quando ratione arctitudinis feminæ omnimodæ matrim. eſt diſſolutum: conſtat ex dicti n.3. poſſe inſtaurato poſtmodum matrimonio, eam feminam repelli à viro, ratione fornicationis poſtea admiſſæ. At difficultas grauis eſt, an poſſit repelli ratione copulæ coniugalis habitæ cum viro cui nupſit poſt prioris matrim. diſſolutionem? Anſam dubitandi maximã præbet textus *c. Fraternitatis, de frigid. & maleſ.* vbi poſtquam *Innoc.III.* decidit muliere ſeparata ratione arctitudinis, & poſtea fornicanti, inſtaurandum eſſe matrimonium quoad vinculum, permiſſo tamen diuortio illius fornicationis feminæ, ſubdit hæc: *Si poſtea in conſpectu Eccleſiæ nupſit memorato G. quamdiu articulus iſte dubitabilis erat, præſumi non debet quòd fornicaretur cum illo. Sed amodo non debet cum illo aliquatenus remanere.* Vbi clarè textus conſtituere videtur id diſcrimen inter copulam fornicariam & coniugalem huius feminæ. vt ratione illius liceat diuortium, ſecus ratione huius. Quidam ſic exponunt, vt priuſquam illa decretalis ederetur in lucem, non liceret diuortium ratione illius copulæ coniugalis. Quòd femina illa arcta iuſtè potuerit ignorare, matrim. prius legitimè diſſolutum poſſe reſtaurari. Cum res illa nondum eſſet per Eccleſiam deciſa, ac proinde iuſta excuſante ignorãtia, delicto tribuenda non erat ea copula coniugalis. At hodie licitum eſt diuortium ratione illius. Non enim poteſt excuſari poſtquam hæc decretalis promulgata eſt. Ita ſentiunt *Innoc.eo c. Fraternitatis,n.6.& 7. Hoſt.nu.6.10.& 11. Ant.n.27. Præpoſ.n.11.notabili 9. Alex.de Neuo ibi, §. Quamuis,n.23. Alberic.in ſuo diction.lit.I.verb.Impedim.imped.15. Supplem.Piſana,verb.Impedim.imped.15.num.10.* Et ita explicant, *amodo*, id eſt, poſt illam decretalem editam. Sed *Abb.eod.c. Fraternitatis,n.20.& Brunellus de ſponſalibus,concluſ.28. limit. 6.nu.27.* explicant, *amodo*, id eſt, poſt primum coitum: atq; ita ſentiunt primum coitum coniugalem huic feminæ obiici minimè poſſe ad diuortium: ſecus de ſequentibus. Quia etiam hodie licitè femina hæc ad ſecundas nuptias tranſit: cùm præſumere poſſit ſe alteri viro aptam fore: ac proinde primus coitus culpæ tribui nequit. At habito primo coitu debet cognoſcere prius matrim. valuiſſe, ac ſententiam ex falſa arctitudinis præſumptione latam. Quare poſtea cum illo viro concumbens, tanquam adulterii rea iuſtam diuortii cauſam præbet. Et non concedi diuortium ratione illius copulæ coniugalis, fatentur *Gloſſa eo c. Fraternitatis, verb. Fornicatio, & Aſtenſis 2.p ſum.l.8. t.37.art.2.q.1.*

Cæterum fateor me neutram expoſitionem capere 12
poſſe. Quod textus *eo c. Fraternitatis*, de femina omnino arcta loquatur. Vt fatetur *ibi Alex.de Neuo, §. Quamuis,n.23.* & conſtat ex matronarum declaratione ibi propoſita, ibi: *Quæ tandem in fide ſua tibi aſſeruere conſtanter, quod eadem nunquam poterat eſſe mater, aut coniux, tanquam cui naturale deerat inſtrumentum.* Si ergo arcta omnino erat, non video cur non dicendum ſit ratione illius copulæ coniugalis poſſe virum diuortium petere. Sicut n.8. probaui frigidum cõſummantem aliud matrim. iuſtam diuortii cauſam præbere. Cùm in vtroque caſu eadem prorſus militet ratio. Quippe tam inepta eſt illa ad matrim. quam hic: & neuter iuſtam tranſeundi ad alias nuptias cauſam habere potuit: eo quod impotentia abſoluta ac perpetua, coram Eccleſia legitimè probata, vtriq; obſtet, & confeſſio propria, qua ſe impotentes faſſi ſunt. Quare exiſtimo mulierem ratione omnimodæ arctitudinis à viro ſeparatã poſſe a viro repelli quoad cohabitationem ratione copulæ habitæ cum poſteriori, cui nupſit. Sicut n.8. de viro frigido diximus, niſi vir fraudis fuerit conſcius, aut ipſa dolo caruerit. Vt de viro frigido limitauimus n.9. & 10. Solum ſupereſt exponere verba ex *c. Fraternitatis, de frigid.* deſumpta, quæ n. præced. retuli, ac valde huic doctrinæ obſtant. Sed ea ſic intelligo. Textus hac diſtinctione vtitur. Aut mulier arcta à priori viro ſeparata, ac poſteriori nupta, emiſerat poſt ſeparationem à priori votum caſtitatis ſolẽne: & tunc neutrum matrim. eſt firmum. Non prius, quia tanquam non verè conſummatum eſt profeſſione ſupertuenienti diſſolutum. Non poſterius, eo quòd contra votum ſolemne præcedens caſtitatis eſt initum. Aut ſolo ſimplici caſtitatis voto ſe ligarat, & tunc ſi conſtat eam cum aliquo fornicatam, poteſt prior vir ratione fornicationis eam repellere: ſi autem de copula non conſtat, ſed de ſolo matrimonio poſterius inito, quamdiu hic articulus copulæ cum poſteriori viro eſt ſub dubio, non præſumitur ex ſolo matrim. copula, vt ſic reſtauretur prius matrimonium: obſtat enim arctitudo abſoluta ipſius feminæ legi. imè probata in priori iudicio, ac ſententia cõfirmata: *Sed amodo non debet cum illo aliquatenus remanere.* Id eſt, abſque alia indagine vel mora (id enim importat, amodo, id eſt, *deſde luego*) eſt ſeparanda à poſteriori matrimonio ea femina. Quia ſtatim conſtat id eſſe irritum. Nam ſi non eſt arcta, valet prius matrim. & ſic non poſterius: ſi vero ſit arcta, neutrum. Iuxta ea, quæ diximus de omnino frigido, diſp.99.n.6.& 7. & de muliere omnino arcta, ibi n.18.

In vltimo caſu, nempe, quando matrim. ob ſolam im- 15
potentiam reſpectiuam, ſeparatum eſt dicẽdum eſt, neutrum poſſe obiicere alteri fornicationem, aut alterius matrim. conſummationem, ad diuortium celebrandum, quando poſtea detecto errore prioris ſententiæ inſtauratur prius matrim. De copula coniugali conſtat. Quia iuſto titulo ad aliud matrim. tranſiit: cum in eo euentu vtrique facultas aliud ineundi concedatur. Vt diximus diſp. 93.num.37. De copula autem fornicaria ſimiliter cõſtat, quod vterq; iuſta ratione ſe ſolutum exiſtimarit, ac proinde fornicãs minimè fuerit adulterii reus: nec ex ea copula veritas prioris matrimonii conſtabat. Cùm neuter declaratus ſit omnino impotẽs, ſed reſpectu illius. Quapotenti fornicante poſt prioris matrim. diſſolutionem. Quia eadem prorſus militat ratio. Vt probaui.

DISPV-

DISPVTATIO CII.

Vtrùm impotentia perpetua superueniēs matrimonio id dirimat: eiusve vsum impediat?

SVMMARIVM.

Impotentia superueniens matrimonio consummato, id non dirimit, n. 1.
Quid si rato superueniat? Refertur opinio, n. 2.
Proponitur sententia Auctoris: & explicatur eam esse causam vt Pontifex dispenset in eo matrim. rato, n. 3.
Satisfit argumentis, n. 4.
An impotentia coeundi superueniente matrimonio liceant copula & debitum, quamuis semen extra fundatur? Remissiue, n. 5.
Quid si vir factus post matrim. eunuchus, vel valde senex, coire possit, non tamen non seminat? Refertur opinio, nu 6.
Proponitur Auctoris sententia, n. 7.
An quando femina nequit vllum fœtum edere, possit petere debitum: ac teneatur reddere, n 8.
An quando femina nequit absque propria vitæ discrimine parere, teneatur reddere debitum, n 9.
An possit tunc petere & reddere? Refertur opinio, n 10.
Explicatur sententia Auctoris, n. 11.
An quando mulier nupta nullatenus probare potest in foro externo impotentiam viri, ac cum illo experta est triennio, possit petere & reddere, n 12.

1 QVANDO matrim. est consummatum, nemo potest in dubium reuocare, an per superuenientem impotentiam cassetur. Quod res certissima sit matri. fidelium sola morte naturali dissolui posse, quando consummatum est. Vt l. 2. disp. 13. n. 2. & n. 11. probaui.

2 At difficultas est, quando superuenit marti. nondum consummato. Quia in re aliqui censent id dirimi per impotentiam superuenientem. Ducuntur primò ex *c. Quod proposuisti, 32. q. 7.* quod est ex Gregorio III. vbi concessit cuidam licentiam migrandi ad aliud matrimonium, propter impotentiam perpetuam vxori priori superuenientem. Secundò, quia non minus requiritur ad conseruationem rei, quam ad eius essentiam. At matrimonii essentia consistere nequit, si à principio adsit perpetua coeundi impotentia. Nec ergo conseruari poterit, si illo inito superueniat. Tertiò, quia obligatio ad reddendum debitum semper comitatur matrimonium tāquam illius passio. Cessante ergo hac obligatione ob impotentiam superuenientē, cassabitur matrimonii essentia: vtpote quæ absque propria passione subsistere non valet. Tandem, quia *Alex. III. c. Ex literis, de frigid. & malef.* fecit potestatem alterius matrimonii ineundi, cuidam cuius vxor ante consummationem reddita fuit copulæ inepta. Et ita huius sententiæ sunt *Gratianus, 33. q. 1. in sum. ad fin. Alberitus in suo diction. lit. I. verb. Impedimentum imped. 15. Iac. Sprenger in malleo maleficarum, 1. p. q. 8. ad fin. Alex. Carrerius lib. 5. de sponsalibus, c. 18. & Rubion 4. d. 34. q. 2.* dicit non esse certum oppositum, sed tantum probabile: vnde hanc quoque sententiam probabilem existimat.

3 Cæterum verissima sententia est, nec matrim. ratum dirimi per quamcunque impotentiam superuenientem. Quod probatur ex *c. Hi qui, 32. q. 7.* quod est ex Nicol. Pōtif. vbi generaliter dicitur ob nullam impotētiam superuenientem matrim. cassari. Et *D. Aug. l. de serm. Domini in monte, c. 32.* & refertur *c. Si vxorem, 32. q. 5.* affirmat retinendam esse vxorem antea ductam, non obstante quocunq; corporis incommodo superuenienti. Ergo intelligit etiam impotentiam: cum ita vniuersaliter loquatur. Deinde, quod receptissima sententia sit, matrimonium ratum fidelium per solam professionem certissimè dissolui: aut probabiliter per dispensationem Pontificiam. Et ideo hanc partem sustinent ex Theologis *D. Bonauent. 4. d. 34. a. 2. q. 2. Et ibi Scotus q. vn. col. 2. Ricard. a. 2. q. 1. & 2. & a. 3. q. 1. Maiorus q. 1. ad fin. Supplem. Gabr. q. vn. a. 2. coroll. 2. quod infert ex 1. propos. Palud. 4. d. 27. q. 3. a. vlt. concl. 3. nu. 47. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 12. §. 2. Abulens. c. 19. Matt. q. 90. in fin. corp. Basolis 4. d. 34. q. vn. a. 1. & ibi Almain. q. vn. Nicol. de Orbellis q. vn. Scotus q. vn. a. 2. col. 4. vers. Quid autem, Borrilong. q. vn. a. 1. Palac. disp. 1. col. 5. Celaia q. 1. post 2. concl. Quando disp. vn. propos. 8. Nicol. de Nissa super 4. sent. tract. 6. p. 3. de matrim. q. 6. concl. 2. Mart. de Ledes. 2. p. 4. q. 60. a. 1. col. 2. vers. Sed dubium est, Veracruz 1. p. specul. a. 38. concl. 2. Angles floribus 1. p. vbi de matrim. q. 8. a. 1. dub. 1. concl. 2. Enriquez l. 11. de matrim. c. 16. n. 7. & l. 12. c. 8. n. 3. Toledo l. 7. sum. c. 12. n. 4. Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. punct. 3.* vbi de impotentia, *vers. Dixi autem, Petr. de Ledesma de matrim. q. 58. a. 1. in dubio quodam, quod mouet circa solut. ad 6. Cañedo sum. sacram.* vbi de matrim. *c. 5. nu. 31. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 48. concl. 4. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 135. n. 2. ad fin. Vinald. candel sacram. 1. p.* vbi de matri. *nu. 236. Vega 2. to. sum. ca. 34. casu 107. & 112.* Et ex Iurisperitis, *Gosfred. sum. t. de frigid. & malef. n. 4. Ant. c. 2. n. 6. eo. t. & ibi Alex. de Neuo fin. Præpos. ad fin. Abb. c. Ex literis, n. 3. eod. t. & ibi Anchar. fin. Alex. de Neuo n. 2.* & dicunt *Abbas & Alex. de Neuo Glossam ibi, verb. Contraxit*, relatam ad textū, sentire idem, *Brunel. de sponsalib. concl. 28. limitat. 5. n. 21. Astens. 2. p. sum. l. 8. t. 26. a vn. q. 1. & t. 27. a. vn. q. 1. & t. 29. a. vn. q. 1. Lex regia 4. fin t. 8. p. 4. & ibi Greg. Lop. verb. Nō se dexasse, Angelus verb. Matrimonium, 3. imped. 16. nu. 2. Syluest. verb. Matrimonium, 8. q. 16. dict. 8. Armilla verb. Matrimonium, n. 48. Tabiena verb. Impedimentum, imped. 12. in fin. Gaeta c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 118. n. 329. & q. 234. n. 537. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. gl. 1. n. 192. Lancel. institut. iuris can. l. 2. t. de diuortiis, §. Item si quis ignarus, verb. Ignarus* At esset iusta causa, vt Pontifex in eo matrim. rato dispensaret, si multum timeretur de incontinentia alterius coniugis potentis. Vt bene docent *Abbas d. c. Ex literis, n. 3. & ibi Alex. de Neuo n. 2. Brunel. Angelus, Lancelot. proxime allegati.*

Ad argum. n. 2. proposita resp. Ad 1. varias illius textus expositiones tradidi hoc l. 7. disp. 80. n. vlt. Ad 2. dic multa esse necessaria ad rei essentiam, quæ ad conseruationē minimè desiderantur. Ad 3. dic obligationem reddendi debiti non semper comitari matrim. sed initio. Vt constat, si postea communi consensu vterque coniux profiteatur: vel alter reus sit adulterii. Ad vltimum dic cum *Glossa ibi, verb. Contraxit*, loqui textum quando impotentia præcessit matrim. Et constat ex illis verbis: *Si mulier illa vitium illud à natura contraxit.* 4

5 Circa alteram disputationis partem vrgentior est difficultas, qualiter liceat vsus matrimonii coniugatis, quando eo legitimè inito superuenit impotentia? Et quidem quadruplex genus impotētiæ superuenire potest, de quibus seorsum agendum est. Primum genus est, impotentia coeundi, quia in eam ægritudinem post matrim. incidit vir, vt nequeat vas penetrare, præ imbecillitate sua, aut præ fœminæ arctitudine quæ matrimonio superuenit: aut quod illa semen retinere nequeat. Et de hac quæst. latè dicemus l. 9. disp. 17. à n. 20. vsque in finem, vbi dicemus quando liceat copula, & quando tactus.

6 Secundum impotentiæ genus est, quando est impotentia sola veri seminis effundendi. Vt si matrim. inito vir vtroque testiculo orbetur, ita vt coire nequeat: tunc enim non est capax veri seminis emittēdi. (vt probaui disp. 92. n. 17.) Et videtur tunc non licere copulam. Quod femina verum semen emittat, idq; debito generationis fine frustretur, deficiente virili semine. Et confirm. quia quando vir nullo modo potest intra vas seminare, sed extra, illicitus est coitus, eo quod virile semē extra vas effusū fraudetur contra naturam debito generationis fine. Cum ergo idem contingat in nostro casu in semine femineo, erit eadem ratione illicita ea copula. Quippe vtrumq; semen ad generationem natura ordinauit. Et ideo huius sententiæ videntur *Ant. c. 2. n. 6. de frigid. & malef. vers. Numquid autem, & ibi Præpos. n. 5. & Alex. de Neuo in fine*, vbi aiunt, quando post matrimonium vir castratur, illud nō dissolui, sed teneri vxorem quoad alia obsequia. Sed fortè hi Doctores loquuntur, quando penitus virilia abscissa sunt. Et tenet *Petr. de Ledesma de matrim. q. 68. art. 1. dub. 4. quod mouet circa solut. ad 4. dubii principalis, in solut. ad vlt.*

Verum existimo culpa vacare, siue petat siue reddat. 7
Quod vir ille iure suo vtatur vacās actui coniugali, quem matrim. permittit. Semen autem verum non emitti contingit per accidens. Sicut si apertè cōstaret vito præ morbo semen esse corruptum, vel sterile, vel copula sit prope tempus partus, in quo non est possibilis generatio.

Adde,

Adde, senibus decrepitis iam ad generandum impotētibus à nullo negari vsum coniugii, si coire valeant: saluaturque, quia obtinetur finis matrim. secundarius, nempe, ardorem concupiscentiæ sedare. Non ergo obstat defectus veri seminis ad generandum apti, vt ob id neganda sit copula vero matrim. coniunctis. Neque est simile de copula extra vas. Quod ea nō sit coniugalis, nec iure matrimonii innitatur: qualis est habita intra vas. Et ita tenet *Toledo l. 7. sum c. 12. num. 4.* loquens de facto eunucho post matrim. Idem tenet loquens de senibus, qui validè contraxere in senectute, nec iam possunt semen emittere, *Gaeta c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 234. n. 539.* Vnde tunc vterque poterit petere, & alter reddere tenebitur. Quia petit alter ius suum, quo orbatus non est.

8 Tertium impotentiæ genus est, quando femina experientia didicit se nequire prolem viuam edere, (vt his diebus de hoc consultus sum.) Cuidam enim feminæ nuprę os laterale, vulgo *cadera*, ita contractum est, vt fœtum mortuum semper pareret, nec spes erat fore vt posset viuum.) Et videtur tūc nec petere nec reddere licere, quòd concipiendi periculo exponatur, idq; sit in detrimentum vitæ corporalis & spiritualis prolis. At consultis viris peritissimis visum est, licere his coniugatis petere & reddere. Quod idem mihi placet. Ducor, quod præter intentionem, & per accidens mors illa fœtus accidat, coniugibus suo iure vtentibus: nec tenētur id prolis damnum vitare, cum tanto detrimēto, ac est coniugatos perpetuo ab vsu coniugij abstinere cum maximo incontinentiæ vtriusque periculo. Deinde, quoniam melius est puero sic esse cum originali culpa, & carentia visionis Dei, quam omnino non esse. Vt notat *D. Thom. 1. 2. q. 83 a. 1. ad 5.* & colligitur ex *D. August. l. 5. contra Iulian. c. 8.* Et ratio est, quia originalis culpa est peccatum habituale: at eligibilius est, existere in rerum natura cum peccato habituali, quam omnino non existere: etenim licet si homini detur optio, potius debeat eligere mortem, & annihilationē, quam peccatum actuale etiam leuissimum: si tamen iam commissum sit, & reuelaret Deus se nolle id remittere, quamdiu homo existeret, adhuc melius faceret eligendo existentiam, quam annihilationem. Quia suppolita Dei voluntate, ille homo nec teneretur nec posset euitare id peccatum habituale: atque ita modo nil Deo exosum facit, id autem quod semel fecit, non tenetur iam delere, siquidem non potest: at ob id quod iam non est in eius potestate, non deberet se priuare maximo bono naturali, quod est esse. At femina hæc non teneretur reddere, quia non modicū ex morte fœtus in vtero ac difficultate partus sibi periculum imminet. In quo euentu dicemus num. seq. eam non teneri reddere; id enim detrimentum ab ea obligatione ipsam eximit: quamuis possit iure suo cedens reddere & petere: ac vir teneatur illi petenti reddere. Cum non habeat iustam denegandi causam. Quamuis probabile sit non teneri, vt dicemus n. 11.

9 Vltimum impotentiæ genus est, quando femina nequit parere absque propriæ vitæ periculo graui: in quo euentu manifestum est, iuxta dicta n. præced. in fine, mulierem non teneri reddere. Atque ita docent *Ledesma 2. p. 4. q. 60. a. 1. col. 5. vers. Sed circa hæc est dubium*, *Barth. à Ledesma de matrim. dub. 48. concl. 2. Petr. de Ledesma de matrim. q. 58. a. 1. ad fin. Manuel 1. to sum. 2. edit. c. 235. n. 6.*

10 Sed dubium est, an petere & reddere liceat? *Petr. de Ledesma & Manuel n. prę. allegati* id negant, dicentes esse mortale reddere. Quod dominium propriæ vitæ non habeat vt illi integrum sit tanto eam periculo exponere.

11 At mihi probabilius est vtrumq; licere. Magnum enim esset detrimentum, si semper coniugata illā deberet se à coitu abstinere, cum non immodico propriæ continentię & alterius coniugis discrimine. Quare vt id detrimentum vitet, potest iure optimo vitam periculo exponere: eo vel maxime, quod nec id periculum ex partu certum sit: nec futura etiā conceptio, ex qua periculum id imminet, certa sit. Deindè, quia cum morbus est diuturnus, potest cōiux proprio periculo cedere, ad vitandum maximum incontinentiæ periculum, quod ex vsus coniugalis perpetua priuatione vtrique coniugi imminet. Vt probabo in simili, nimirum, quando coniux lepra infectus est, libr. 9. disp. 24. nu. 23. & vt in simili ibi dicemus, tenetur vir huic vxori petenti reddere. Quamuis probabile sit eum non teneri reddere. Cum sententia num. præced. relata, dicens nec licere petere, nec reddere, sit probabilis.

Tandem, quando mulier certa est de viri impotentia 12
eo quod triennium cohabitationis iure præscriptum ad experiendū transierit: nec illam probare potest, vir enim negat: nec potest constare per inspectionem, quod ipsa virgo non sit, & vir integra membra habeat; neuter potest petere nec reddere. Quod constet id matrimonium esse irritum. Atque ita aperte docent *D. Th. 4. d. 34. in fin. in expos. lit. vers. Sed si vir, & ibi Alb. Magnus a. 7. ad vlt.* vbi dicunt eam feminam debere sibi consulere iacendo seorsum, ne viro impotenti periculum incontinentiæ immineat.

DISPVTATIO CIII.

Quando dubitatur, an impotentia præcesserit, an subsecuta sit matri. vel præmisso examine, an sit vera impotentia, & an perpetua, vel temporalis: an præsumatur eam subsecutam, vel non esse veram, nec perpetuam, vt vel sic matrim. valeat?

SVMMARIVM.

Refertur triplex sententia, n. 1. 2. & 3.

Quando impotentia est naturalis præsumitur in dubio eā præcessisse. n. 4.

Quando est accidentalis, vt ex maleficio, vel absit sisse præsumitur in dubio eam subsecutam, nec soluitur coniugium, n 5.

Quid. si brou. tempore post matrim. comperta est impotentia, n. 6.

Quid, si dubitetur an impotentia sit naturalis an accidentalis, n. 7.

Quid quando non est dubium circa impotentiæ antecessionem sed circa eius veritatem, ac perpetuitatem, vel matrimonii consummationem? num. 8.

Quid quando vir post matrim. reperitur potens ad corruptam, sed dubitatur, an ad virginem à se ductam potens sit: & quid, quando dubitatur an femina ratione artis iudinis separata, cognitaque ab alio sit quoue à primo viro cognoscibilis, ac sit id matrimonium validum, & quid quando dubitatur, an femina illa possit absque vitæ periculo reddi per uersionem apta viro, cui nupsit. n. 9.

An stante dubio impotentiæ viri, aut arctitudinis feminæ, liceat matrimonium inire. & eo inito vti, n. 10.

Solutio argumentum, n. 11.

VARIÆ sunt in hac disp. sententiæ. Prima sustinet in 1
dubio an impotentia præcesserit matri. & proinde illud sit irritum, præsumi eam præcessisse, ac matrim. esse dissoluendum tanquam irritū. Ducuntur partis huius patroni, per *c. fin. de frigid. & malef.* vbi nec allegatio nec probatio facta est super prioritate temporis, sed probato maleficio, ac præsumpto perpetuo per triennii experiētiam, separatum est matrim. Quasi ius statim præsumat maleficium præcessisse. Nam alias id probandum erat, vt matrimonū ratione illius dissolueretur. Secundò, quia textus *c. Licet ex quadam, in fine, de testib. & attestat.* ex quo DD. communiter colligunt, in dubio fauendum esse valori matrimonii, procedit quando matrim. potest suum cōsequi finem, nimirum, bonum prolis, aut fornicationis vitationem. Quod minime contingit, vbi coniux est impotens, sed vtroq; fine frustratur. Potius ergo tunc aduersus matrimonii valorem præsumendum est in dubio impotentiam præcessisse. Tertiò, quia iudicando impotentiā præcessisse, fauetur proli & continentiæ. Sic enim coniux potens non manebit eo matrim. ligatus, ac integrum illi erit ad alias nuptias transire, quo prolem suscipiat: atque incontinentiæ periculum vitet. Et confirmatur, quia præsumptio in alicuius fauorem inducta locum non habet, quoties in eius damnum redundaret. Sicut in dubio quispiam præsumitur bonus: at si ex præsumptione bonitatis actus redundaret damnum illum agenti, cessat præsumptio. Ne quod fauore alicuius inductum est, in eius odium retorqueatur. Contra *reg. Quod ob gratiam, de regulis iuris in 6.* Vt cum Bartolo. Felino, & aliis per ipsum relatis tradit *Nauar. comment. 4. de regular. n. 72. vers. Nō obstat.* Cum

ergo

ergo fauor hic matrimonii, vt in dubio pro eius valore præsumatur, inductus sit fauore prolis, cessare debet quoties in prolis damnum is matrimonii valor cedit: vt contingit quoties de antecessione impotentiæ dubitatur. Tandem, quia quandoque ex præsenti desumitur præsumptio circa præteritum: vt testatur *Gloss. fin. c. Scribam, de præsumpt.* Ergo ex impotentia in præsenti reperta potest, iure optimo deduci præsumptio, extitisse eam tempore præterito ante matrimonium initum. Et ita loquentes de omni impotētia, atque etiā accidentali maleficii, sustinet hanc sent. ex Iurisperitis, *Hostiens. sum. tit. de frigid. & malef. §. Quæ impotētia, n. 7. vers. Quid si dubitetur, & c. Fraternitatu, n. 4. verb. Præter diuinum, eod. t.* Et ibi *Ioan. Andr. n. 15. Abb. n. 16. Anchar. n. 16, vers. Quærit si est dubium. Præpos. n. 13. Henric. nn. 7. 8. & 9. Alex. de Neuo ibi, §. Quamuis n. 7. 8. & 9. Idem Abb. c. fin. n. 3. eod. t. & ibi Anton. n. 8. Præpos. n. 2. paulo post princ. & num. 6. Asserus 2. p. sum. l. 8. t. 29. a. vn. qu. 2. Brunell. de sponsal. concl. 28. limit. 5. n. 11. Rosella verb. Diuortium, nu. 4. Angelus verb. Matrimonium, 3. impedimento 16. num. vlt. Sylvest. verb. Matrimonium, 8. q. 16. dict. 9. Decisio capellæ Tholos. 381. nu. 5. Montaluus l. 4. fine, & l. 7. ad fin. tit. 8. p. 4. Gregor. Lopez l. 5. verb. De tal embargo, tit. 8. p. 4. Mascard. de probation. concl. 816. n. 19. & concl. 1017. n. 3. Gaeta c. Ad lumina, 30. q. 1. §. 4. q. 237. n. 542. Matienzo li. 5. recopil. t. 1. rubr. glossa 1. n. 204.* Et ex Theologis, *Ricard. 4. d. 34. a. 3. q. 1 ad 2. Abulensis c. 19. Matth. q. 90. in fine corp. Petr. de Sotol. t. 5. de matrim. pag. 2. versic. Hic autem proximum, in fine. Veracruz 1. par. specul. art. 40. conclu. 3. Enriquez l. 12. de matrim. c. 8. n. 3. Emmanuel Sa in summa verb. Matrimonium*, vbi de impedim. dirimentibus, *in impedimento impotentiæ, in fine.* Et idem explicant *Alex. de Neuo, Henric. & Enriquez ibid.* quando ex morbo aut incisione amisit vir virilia, aut vtrumque testiculum, atque dubium est an ea impotentia præcesserit matrim. in eo enim dubio aiunt præsumi impotentiam fuisse ante matrim. & ita hoc esse irritum ratione illius. Temperat autem hanc sent. *Alex. de Neuo eo ca. Fraternitatis, §. Quamuis, n. 9.* nisi vir asserat se vxorem cognouisse, nec ipsa per aspectum se virginem probare possit: tunc enim ait potius credi viro, atque præsumi maleficium post matrimonium accidisse.

2 Secunda sent. sustinet, in dubio non præsumi impotentiam fuisse ante coniugium, quando alter coniux petit separari matrim. ratione impotentiæ. Cùm enim sit actor, atque intentionē suam fundet in impotentia præcedenti matrim. vt id dissoluatur, non præsumitur eam præcessisse, sed ipsi onus probandi incumbit. Secus si vterq; coniux dissolutioni assensum præstaret, vel si alter petat aliquam in vxorem: tunc enim præsumitur impotentiam præcessisse. Sic *Anton. c. Fraternitatis, n. 20. de frigid.*

3 Tertia sent. ait, impotentiam accidentalem, qualis est maleficii, aut si virilia abscissa sint, non præsumi præcessisse, atque ita in hoc dubio validum esse matrim. Ita sustinent *Glossa 33. q. 1. in summa, verb. Quod autem, in fine. Goffred. in sum. t. de frigid. & malef. n. 8 fine, Cardin. Florent* quem refert *Alex. de Neuo c. Laudabilem in fine, de frigid. & malef. Anchar. c. 1. fine, & c.* Ex literis, *in fine. eod. tit. Monald. sum. tract. de matr. 3. de impotentia accidentali statim in princip. Romanus rub. ff solut matrim. n. 12. vers. Limita istud. Supplem. Gabr. 4. d. 34. q. vnica a. 2. post coroll. 1. quod infert ex 1. conclus. vers. Quid veris.*

4 Prima tamen conclusio sit. Quando impotentia est naturalis, in dubio præsumitur eam præcessisse, & sic matrim. esse nullum. Ducor, quod naturalia sint perpetua: & qualitatem quæ à natura est, semper esse præsumatur. Vt probat *Menochius de præsumpt. l. 1. præsumpt. 14. num. 3.* Potest etiam probari rationibus, & auctoritate Doctorū primæ sent. n. 1. relatæ. Nec credo DD. tertiæ sententię relatæ n. præced. huic cōtradicere: quia loquuntur de impotentia accidentali, dum dicunt præsumi eam secutam post matrimonium. Et ita *Anchar. & Cardin. Florentinus*, auctores illius fatentur hanc conclusionem.

5 Secunda conclusio. Quādo est impotētia accidentalis, vt ex maleficio, abscissione, aut ex quolibet alio morbo sōsurgēs, & sufficiēti diligentia præmissa constare nequit an ea matrim. præcesserit, an potius secuta sit, quamuis valde probabile sit, præsumi eam præcessisse, ac proinde irritum esse matrim. eo quod multorum Doctorum auctoritate & optimis rationibus fulciatur: vt constat ex allegatis n. 1. at mihi multo probabilius est, quod docent Auctores tertiæ sentent. quos nu. 3. retuli, nempe præsumi impotentiam illam subsecutam esse matrimonium, ac proinde id fuisse validum. Ducor, quod esto id matrimonium omni fauore peculiari destitutum sit: præsumptio iuris est pro ea parte, vt impotentia illa non præcesserit matrimonium, sed secuta sit. Cùm enim natura ipsa hominem illum potentem produxerit, asserenti eum aliquando impotentem fuisse incumbit onus probandi, vtpote cui aduersatur præsumptio à natura ipsa decidens, (vt in simili probaui lib. 1. disp. 8. n. 17.) Cùm ergo hanc impotentiam accidentalem nō probetur fuisse ante matrimonium, non præsumetur eo antecedenti tempore fuisse, sed præsumptio militabit pro qualitate naturali, quæ est potentia coeundi. Quare non est opus confugere ad matrimonii fauorem, vt præsumendum sit eam impotentiam subsecutam: id enim necessarium foret, vbi ipsa iuris præsumptio non conuinceret impotentiam subsecutam esse. Cum autem id conuincat præsumptio, quæ à natura ipsa proficiscitur, in hoc euentu, cessante omni matrimonii fauore, præsumendum est impotentiam subsecutam, & ideo illud validum esse. Secundò, quòd *cap. Licet ex quadam, de testib. & attest. in fine*, vnde DD. deducunt in dubio pro matrimonii valore præsumi, non innitatur peculiari matrimonii fauore, sed ratione ipsa ex principiis naturalibus deducta. Vt constat ex ratione in eo textu subiuncta, ibi: *Tolerabilius est enim aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quàm coniunctos legitimè contra statuta diuini separare.* At in hoc euentu eadem ratio militat: nam in dubio, nec habita sufficientis impotentiæ probatione, quæ matrim. antecederet, dirimeretur illud contra legem diuinam, ex dubiis hominum testimoniis, Sed dices, hunc textum minimè fauere, quòd loquatur quando impedimentum est ex solo iure humano. vt constat ex illis verbis: *Contra statuta hominum dimittere copulatos.* At impedimentum impotentiæ dirimit iure naturali ac diuino. Sed dic dum textus ait, Contra statuta hominum, non esse sensum, id est, contra statuta Pontificum: sed sensus est; id est, contra hominum testimonia firmitate necessaria destituta ad concludendum matrim. iam contractum esse irritum, ac proinde non certam, sed dubiam fidem faciunt. Et constat hæc expositio, tum, quia etiamsi impedimentum sit iure humanæ dirimens, manerent vtique coniuges illi contra statutum iuris diuini ac naturalis copulati: quippe esset illorum concubitus fornicarius: tum etiam, quia id constat ex antecedentibus in eo textu, quę omnia versabantur circa testimoniorum proferendorum circumstantias, vt fidem facerent ad matri. dissoluendum. Et ita concluserit Pontifex, quando hæc testimonia non iis circumstantiis vestita sunt, vt fidem certam faciant tolerabiliùs esse contra ea testimonia dimittere aliquos copulatos, quam contra statuta Dei separare legitimè coniunctos.

Limitarem tamen hanc conclusionem, nisi breue tempus à matrimon. contracto vsque ad eius consummationis in tentationem transisset, (vt communiter accidit) Tunc enim non præsumitur tam breui tempore impotentiam illam accidisse. sed potius præsumendum est. eam priorem matrimonio fuisse. Et in hoc casu assentio primæ sent. n. 1. relatæ. 6

Quod si facta sufficienti indagine dubitetur, an impotentia sit naturalis, an potius accidentalis: existimo in hoc dubio accidentalem præsumi, & ita posteriorem mattim. inito. Quoniam cum potentia ad copulam sit homini connaturalis, vbi de impotentia naturali minimè constat, non vtique ea præsumitur, sed si aliqua sit impotentia, censetur ac præsumitur eam ex accidenti aliquo profectam esse. 7

Tertia

8 Tertia conclusio. Quando non versatur dubium circa antecessionem impotentiæ, sed dubitatur, an vera impotentia sit, & an matrim. consummatum sit, necne: & adhibita sufficienti diligentia id dubium vinci nequit: censeo in hoc dubio præsumi pro matrimonii valore, nec illud semel initum posse dissolui. Ducor, quia cũ quilibet naturaliter præsumatur potens, asserenti veram impotẽtiam vbi ea dubia est, incumbit onus eam probandi: & dũ ea non fuerit certo probata, præsumitur pro naturali potentia, ac subinde pro matrimonii valore. Deinde, quòd in hoc dubio possessio stet pro matrimonio. Cum id contractum esse constet, & solum dubitetur de eius impedimento, quod nunquam præsumitur. Præterea probatur ex doctrina *Innoc. c. 1. de frigid. & malefic. n. 3. fine*, vbi ait viro asserenti propriam potentiam, ne dissoluatur matrimonium, fidem habendam esse contra feminam eam negãtem. Et eam subdit rationem, quod quilibet præsumatur potens, & quia stat pro matrimonio quod fauorabile est. At idem conferunt DD. asserentes etiam feminæ fatenti viri potentiam, & ab eo se cognitam, ne dirimatur matri. potius credendum esse, quàm viro neganti: eamque reddunt rationem: quia stat pro matrimonio quod fauorabile est, (quos referam disp. 109. nu. 9. Censent ergo hi, in hoc dubio fauorem matrimonii præponderare, vt valeat. Ad idem etiam conferunt *Innoc. c. 1. n. fin. de frigid. & malef. Corsetus in suis singularibus, verb. Tellis singulari recipienti, Duo testes deponunt, Petrus Gregorius in syntagma iuris. li. 9. c. 12. n. 11. Fulgins Paciunus de probationibus lib. 1. c. 50. num. 62.* vbi aiunt pari numero testium negãtium virum frigidum esse, potius credendum esse, quam affirmãtium eidem numero. Et reddunt rationem, quod illi verisimiliora & aptiora naturæ deponant, iuxta quam nemo frigidus præsumitur. Ergo in dubio potius præsumitur potẽtia, quæ viro est connaturalis. Item, quia *c. Fraternitatis, vers. Quamuis igitur, de frigid. & malefic.* decidit ur feminam ratione arctitudinis præsumptæ separatam à viro, posteaq; ab alio simili cognitam, restituendam esse priori viro, vt experiatur an eam similiter cognoscere possit. Cum tamen non constet, sed solum præsumatur eius potentia. Ergo in dubio veritatis impotentiæ non est separandum matrimonium. Et confirm. quia *eo d. c. finæ*, quando post initum matrimonium dubitatur de impotentia, concludit Pontifex non facile iudicandum: cũ finale iudicium pendeat ex futuro euentu. At si in dubio esset dissoluendum matrim. esset facile iudicare, & sine sufficienti certitudine. Tandem, quia *c. finali de frigid. & malefic.* post octo annorum experientiam, quibus coniuges commiscere non potuere, consulit Pontifex, vt iterum vacent carnali copulæ. Ergo renuit separare matrimonia dubia: alias tum longa experientia contentus esset. Et hanc sent. in propriis terminis sustinẽt *Sotus 4. dist. 32. q. vn. a. 2. col. 4. vers. Regas autem, & Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 52. col. 3. paulo ante vers. Tertio dicitur*, vbi aiunt quando elapso triennio non potest cõstare, an matrim. sit consummatum, & sic an sit impotentia, re dubia proferendam esse sententiam in matrimonii fauorem, ne dirimatur: alioquin (inquit) fraudibus & dolis sterneretur via. Nec censeo hoc esse aduersus DD. primæ sent. n. 1. relatæ. Quia illi loquuntur in casu in quo de impotentia constat, & solum dubitatur, an ea matrimon. præcesserit: & cẽsent præsumi eam præcessisse, vt dirimatur matrimonium. Quod illud; quando constat de impotentia, omni fauore destitutum sit. At in casu nostræ conclusionis non constat de impotentia, sed ea dubia est, & præsumptio stat pro potentia (vt nuber probaui) vnde non est cur matrimonium id fauore priuari debeat, vt in dubio pro illo iudicetur. Dixi autem in conclusione, quando dubitatur an ratione veræ impotentiæ matrimonium sit consummatum. Quia si constat id non esse consummatum, ac dubitatur de impotentia, præscripsit ius *c. Laudabilem, de frigid. & malefic.* triennium ad experiendum, in quo si constat eos non potuisse consummare, censetur impotentia perpetua, ac dirimitur matrimonium. Quare conclusio procedit, (vt bene aiunt *Sotus & Ludouicus Lopez proxime allegati*) quando eo triennio dubitatur, an matrimonium consummatum sit, ac proinde de veritate impotentiæ. Vt quia alter coniux consummationem affirmat altero neganti: nec per aspectum potest veritas deprehendi.

9 Quid autem censendum sit, quando vir post matrimonium inuenitur potens ad corruptam, sed dubitatur an ad virginem, quam duxit, potens sit, diximus disp. 93. num. 28. & quid quando dubitatur, an femina ratione arctitudinis separata, cognitaque est ab alio, & quoque cognoscibilis à primo, & ita primum matrimonium sit validum: diximus ibi num. 14. & quid, quando dubitatur, an femina illa possit absque vitæ periculo per incisionem reddi apta viro cui nupsit, aut valeat matrimonium: diximus ibi n. 15.

10 Tandem dubitabis, an ei cui non plenè cognita est propria impotentia, culpæ tribuendum sit, si ad matrimonium transeat? *Palacios 4. dist. 34. disp. 1. col. 14. paulo ante tertiam conclusionem*, aut hunc non delinquere matrimonium ineundo, ac postea eo vtendo. Quod triennale spatium concedat Ecclesia *c. Laudabilem, de frigid. & malef.* ad experiendam potentiam: at dum est dubius de impotẽtia, (inquit) non potest petere, sed tantum reddere: iuxta *c. Dominus, de secund. nupt.* At tenendum est, non licere huic matrimonio copulari, donec re diligenter inuestigata dubium deponat. Quoniam exponitur iritandi matrimonii periculo: nec Ecclesia triennium experientiæ cõcedens permittit in eo dubio impotentiæ matrimonium contrahi: sed quando semel legitime initum est, ac suboritur id dubium, concedit illud spatium ad indagandam veritatem, & vt constet, an matrimonium dissoluendum sit. Et *cap. Dominus, de secund. nupt.* interdicitur transitus ad aliud matrimonium, quando non constat, sed adhuc dubium est, an prior coniux obierit. Nec placet etiam, quod ait *Palacios ibidem*, nempe, matrimonium ineunti cum eo impotentiæ dubio non licere petere, sed tantum reddere. Sed existimo vtrumque licere: & hoc quamuis vterque mala fide illud inierit: non ratione possessionis, quæ mala fide incipienti minime suffragatur, sed quia eius matrimonii valor est necessario discutiendus, at quando de impotentia non constat, nullo alio modo discuti potest, nisi habita copula. Si ergo hæc interdiceretur, suspẽsa esset Ecclesia, nec posset iudicare, an id matrimonium confirmandum esset, an potius dissoluendum. Quare casus hic excipitur à decisione *cap. Dominus, de secundis nuptiis*, vt probaui lib. 2. disp. 41. nu. 53. ad primum argumentum secundæ sententiæ.

11 Ad argumenta nu. 1. proposita respondetur. Ad primum dic, eum textum nil probare, quia non petitum est à Pontifice, an præsumatur maleficium præcessisse, nec de hoc quæstio instituta est, vt id allegaretur, aut probaretur. Sed tantum quæsitum est, quando præsumatur maleficium perpetuum, vt sic matrimonium subsequens dirimat: & respondet Pontifex, quando triennio cohabitationis transacto non cessat. Nec aliqua mentio est facta de maleficii antecessione, sed ea supponitur: quia circa illam non versabatur dubiũ. Ad secundum, & tertium, & confirmationem patet ex dictis nu. 5. vbi probauimus non opus esse confugere in hoc casu ad aliquem matrimonii fauorem. Ad vltimum fateor id aliquando contingere. At in hoc casu non potest habere locum: eo quod obstet præsumptio naturalis, quę est in contrarium, vt n. 5. probaui.

DISPVTATIO CIV.

An impotentia temporalis ex defectu ætatis ad matrim. requisitæ consurgens, id dirimat, & quo iure: & quota sit hæc ætas?

SVMMARIVM.

Quot annos desideretur ad matrimon. & an debeat esse completa, n. 1. An satis sit, vltimam diem anni, quo explatur ætas, esse coeptam, nu 2.

An

An sufficiat, licet tres dies ad ætatem requisitam desint, n. 3.
An in dubio præsumatur potentia ante pubertatem completam: & cui vbi deficiat, affirmare desiderari ætatem omnino compleri, n. 4.
An malitia suppleat ætatem, n. 5.
An sit peccatum contrahere matrim. ante debitam ætatem, n. 6.
Quot quæstiones disputanda sint, n. 7.
Quo iure defectus ætatis dirimat matrimonium? Refertur quædam sententia, n. 8.
Proponitur sententia Aulloris n. 9.
An infidelium matrim. quacumque ætate initum valeat, n. 10.
An possit Pontifex in ætatis defectu dispensare, n. 11.
An id quoque possit Episcopus, n. 12.
Solvuntur argumenta, n. 13.
Post n. 13 tenuies alia summaria.

1 PRIVS quàm ad quæstiones disputandas descendamus, præmittenda sunt aliqua certiora apud omnes. Primo constat ætatem requisitam ad matrim. validè ineundum, esse pubertatem, nempe, annum duodecimum in femina, vt constat ex *c. Continebatur, de desponsat. impub.* in viro autè annum decimum quartum, *c. Attestationes, & c. Ex literis, eod. tit.* Quæ ætas ita à canonibus definitur, quod tunc præsumantur habiles ad copulam, & ad cõsensum coniugalem. Vt constat ex *cap. Puberes, de desponsat. impub.* vbi hoc notat *Glossa finalis* ab omnibus recepta. Et quia in hac ætate advenit pubertas. Cur autem citius pubescant feminæ, satis eruditè tractant *Tiraquel. l. 6. connub. nu. 38. & Gutier. author. Sacramenta puberum, nu. 1. & 2. C. si aduersus venditionem.* Cur autem eadem ætas in vtroque sexu ad valorem sponsalium desideretur, dispar verò ad matrim. diximus lib. 1. disp. 16. num. 2. Hæc vero ætas tam in viro quàm in femina debet esse cõpleta. Sic clarè colligitur ex *c. Continebatur, de desponsat. impub.* vbi ad valorè matrimonij puellæ non duodennis, ponderatur eam proximã duodecim annis fuisse, ac à viro cognitã. At si non peteretur duodecimus annus completus, non esset opus ponderare vtrumque, idè constat ex *c. Attestationes, eod. t.* ibi: *Antequam ad annum decimumquartum peruenisset, & c. Ex literis, eod. t.* ibi, *Donec compleat puer annũ decimumquartũ.* Et *c. fin. eo. t.* proponitur casus de puella, quæ circa duodecimum annum nupsit, & tamen decidit coniugium non valuisse, nisi malitia suppleat ætatem, vbi *glossa verb. Circiter*, ait ad modicum tempus referri eam dictionem. Sentit ergo textus non valere matrim. feminæ, cui modicum tempus ad duodecimum annum completum deficit, nisi malitia ætatem suppleat. Et ita fatentur vniuersi DD. in textibus allegatis.

2 Satis tamen est, si vltima dies anni duodecimi in femina & decimiquarti in viro sit incepta. Quod ita fauore testamenti decernatur *l. Qua ætate. ff. de testam.* At matrimonij fauor non minor est. Et ita docent *Ioan. And. c. fin. nu. 3. de desponsat. impub. & ibi Anton. n. 6. Abbas n. 6. Cardin. n. 2. Idem Abbas c. Attestationes, nu. 7. eod. t. & ibi Alex. de Neuo n. 10. Brunell. de sponsal. concl. 4. n. 6. Rascella verb. Matrimonium, 2. n. 5. Syluester verb. Matrimonium, 5. q. 5. Tabiena verb. Matrimonium, 2. q. 6. n. 7.* Atque idem ex multis probaui in ætate ad sponsalia requisita, l. 1. disp. 19. n. 2.

3 Quare mihi non placent quidam asserentes sufficere eam ætatem ad matrimonij valorem, quamuis tres dies ex ea deficiant. Quod moraliter censeatur tũc ætas completa. Sic tradunt *Hostiens. t. Puberes nu. 5. de desponsat. impub. & Veracruc. 1. p. speculi, à 16. vers. Primo sponsalia*, dicens requiri in femina annum duodecimum, vel prope. Et *Martinus à Ledesma 2. p. 4. q. 60. art. 1. col. penult. vers. Hasitabis vltimo*, dicens satis esse, quamuis decem dies desint. Sed in simili latè reprobaui l. 1. disp. 16. n. 4. nempe, in sponsalibus. Et profectò si id esset verum, conuelleret doctrina tot Doctorum, quos n. præced. retuli, tanquam quid speciale dicentium fauore matrim. valere, quamuis vltima dies non sit completa, sed incepta. Atque ita in propriis terminis docent *Abbas c. fin. de desponsat. impub. n. 6. & Henricus c. Puberes, n. 5. eod. t. Cardin. eo. c. fin. n. 2. Alex. de Neuo c. Attestationes, n. 19. eod. t. Brunellus de sponsal. concl. 4. n. 6 Soto 4. d. 35. q. vn. a. 5. vers. At vero verum, Celsus consil. 105. n. 3.*

4 Hinc deducitur, in dubio nec marem, nec feminam præsumi generationi aptos ante dictam pubertatis ætatem completam: quare ante eam ætatem asserenti hanc aptitudinem incumbet onus probandi, vtpote qui præsumptionem contra se habet. Et ita docent *Innoc. c. Continebantur, n. 3. de desponsat. impub. & ibi Anton. nu. 10. & c. Puberes, n. 3. eod. t.* vbi *Hostiens. n. penult. Henricus nu. 2. Alex. de Neuo c. Anobbs. n. 8. eo. t. Dominic. cons. 24. n. 6. Brunell. de sponsal. concl. 28. n. 8. decl. rat. 3. Nauar. sum. c. 22. Hisp. n. 28. Lat. nu. 29. Couar. 4. decret. 2. p. c. 5. num. 3.* At impleta pubertate præsumitur hæc generandi potentia: ac subinde in eam negantem transfertur onus probandi. Vt bene docet *Dominic proxime allegatus.* Est tamen præsumptio hæc iuris tantum, contra quam contraria probatio admittitur: vt bene docet *Hostiens. proxime citatus.* Atque hinc deducitur solutio cuiusdam obiectionis. Posset enim quispiam dicere inutilem esse hanc doctrinam, nulliqúe vsui defuture. Cum n. seq. dictum simus, malitiam, id est, generandi potentiam ante ætatem completam aduenientem, supplere ætatem, ac efficere vt matrimonium tunc initum valeat. At non est inutilis, sed valde defuit (vt in sponsalibus etiam probaui l. 1. disp. 16. n. 10. & 11.) quod ius in ea ætate completa præsumat potentiam generandi necessariam ad matrimonij valorem, atque ita matrimonium esse validum. Id tamen minimè præsumet ante eam ætatem completam, quare tunc non constante malitia ætatem suppleute dissoluetur matrim. & alleganti hanc malitiam incumbet probandi onus, vt proximè diximus.

Secundò constat, in matrimonio malitiam supplere ætatem: atque adeò validum esse matrim. ante ætatem iure præscriptam initum, si tunc adsit potentia generandi, & sufficiens discretio ad se obligandum. Id que expressè definitur *c. De illis, el 2. c. Puberes, & c. fin. de desponsat. impub.* & ratio est, quia ideo ius eam ætatem præscribit, quod præsumat tunc pueros, & non antea, & iudicio sufficienti ad matrim. & potentia generandi præditos esse. Quando ergo antea hæc adesse constat, cedet præsumptio veritati. 5

Vtrum autem culpa sit, matrimonium ante legitimam ætatem inire, malitia minimè illam supplente: dixi lib. 1. disp. 17. n. 5. & 6. 6

His præmissis, sex quæstiones in hac disp. discutiendæ sunt. Prima est, quo iure sit matrim. irritum, ante legitimam ætatem initum? Secunda, an si ætate completa puer generare nequeat, valide matrim. ineat? Tertia, quantum temporis sit tunc expectandum, ad cognoscendum, an puer ille sit omnino impotens, vt vel sic dissoluatur ratione impotentiæ matrim. Quarta, quid nomine malitiæ ius intelligat, dum decidit ea supplente ætatem, validum esse matrim. Quinta, qualiter probari debeat, & cognosci possit adesse potentiam generandi ante pubertatem? Vltima, quando puer dicatur pubertati proximus? 7

QVÆSTIO I. Quo iure ætas pubertatis ad matrim. desideretur, ita vt antea contractum sit irritum? Quibusdam videtur id esse de iure naturæ. Primò, quia cùm nemo ad impossibile obligari valeat, *l. Impossibilium, ff. de reg. iur.* lex naturæ poscit ad valorem traditionis, vt ie tradens potestatem se tradendi habeat. At puer ante pubertatẽ caret potentia ad copulã, iure ergo naturæ est incapax, vt potestatem sui corporis tradat ad copulã coniugalẽ: in qua traditione essentia matrim. consistit. Et confirm. ex *c. Quod sedẽ, de frigid. & malef.* vbi dicitur exigi ad matrim. valorem potentiam coeundi. Et videtur loqui textus de requisito iure naturali. Nam inde colligunt Auctores impotentiam coeundi esse impedimentum iure naturæ dirimens matrim. Secundò, fortius id probat textus *c. 2. de desponsat. impub.* ibi: *Vbi non est consensus*, & infra. Nam textus ille volens inter impuberes matrim. interdicere, præmisit ea verba, quasi sentiens, ante pubertatem deficere consensum ad matrim. sufficientem, & ideo esse irritum. At quando defectu consensus irritatur, est iure naturæ irritum. Tertiò, quia apud *Nauar. l. 4. cons. in 2. edit. 2. de desponsat. impub. cons. 5. in fine*, refertur Gregorius XIII. die 23. Aprilis, anno 1580. respondisse petenti dispensationem ad impuberis matrimonium: non posse Apostolicam sedem dispensa- 8

re, si discretio desit, aut potentia consummandi matrim. Et ideo hanc sent. sustinet *Alex Carrerius l. 5. de sponsal. c. 15.*

9 Cæterum verissima sententia est, solo iure Ecclesiastico eam ætatem præscriptam esse: ac proinde attento solo naturæ iure valere matrimonium initum à pueris cuiuscunque ætatis, dūmodo doli capaces sint. Ratio est aperta. Quia impotentia temporalis non dirimit matrim. (vt probaui disp. 92. n. 2.) At talis est puerorum impuberum impotentia. Non ergo secluso speciali iure Ecclesiastico quod in hoc casu dimisit, est iure aliquo irritū inter eos matrimonium. Et cōfirmatur, quia vt secluso iure Ecclesiast. speciali, quod in hoc casu disposuit, sit irritū matrimonium ratione impotentiæ, oportet eam talem esse, vt uliatenus autem possit præter duūm miraculum, *c. Fraternitatis, de frigid. & malef.* Quod minime contigit in hac, sed decursu temporis cessat. Tandem, quia qui in præsenti non est soluendo, potest ad soluendū obligari, quando spes est certa fore, vt in posterum soluendo sit. Quod in impuberibus contingit. Et ideo hanc sent. sustinent *D. Thom. 4. d. 36. q. vn. a. 5. corp. Victoria sum.* vbi de matrim. *n. 284. Nauar. d. 4. cons. in 1. edit. tit. de sponsal. cons. 39. à n. 7. in 2. tit. de despons. impub. cons. 4. à n. 7. & toto cons. 5. Ledesma 2. p. q. 9. 60. a. 1. col. penult. Viguerius l. institut. c. 26. §. 7. vers. 9. ad fin. Veracruz 2. p. specul. a. 39. concl. 1. Mattenzo lib. 5. recop. tit. 2. subs. gloss. 1. n. 199. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 5. fin. Petr. de Ledesma de matrim. q. 58. a. 5. paulo post princ. Enriquez l. 11. de matrim. c. 7. n. 1. Manuel. 1. to. sum. 2. edit n. 235. n. 4.*

10 Hinc deducitur primò infideles validè contrahere in quacunq; ætate, dūmodo rationis vsu sint præditi. Quod legibus Ecclesiasticis non subdantur. Atque ita docent *Veracruz, Mattenzo, Enriquez, Petr. de Ledes. ibid.* Quod intelligendum est, nisi lege speciali ipsorū id matr. irritetur.

11 Secundò deducitur, integrum esse summo Pontifici dispensare, vt in quacunque ætate matrim. initum valeat, modo pueri rationis vsus participes sint. Sicut potest in quolibet alio iure humano dispensare. Et ita docent *Nauar. & Manuel. n. 9. allegati.*

12 Maior autem difficultas est, an possit Episc. vt minores dicta ætate matrimonio copulētur dispēsare? Pars enim affirmās videtur suaderi ex *c. 2. de despons. impub.* vbi: *Districtius inhibemus, ne aliqui ante ætatem canonibus præscriptam coniungantur: nisi forte aliqua vrgentissima necessitate intercedente, vt pote pro bono pacis talis coniunctio toleretur.* Et sic videtur hanc partem sustinere *Host. ibi, n. 4. verb. Nisi forte, Ioan. Andr. ibi, n. 1. Ant. n. 4. Anchar. n. 3. Card. in fin. Præpos. fin. Alex. de Neuo n. 6.* dicunt enim hi omnes ad Episcopum spectare cognitionem an talis causa iusta sit: & addūt omnes dempto *Cardinali*, de Episcopi licentia id matrim. ante legitimam ætatem ineundū esse. Idem videtur sentire *Nauar. l. 4. cons. in 2. edit. 1. de despons. imp. cons. 5. n. vlt.* vbi docet textum *in c. 2.* intelligi non de tolerantia permissionis, sed approbationis. Et probat, quia in dubio verba in meliorem partem interpretanda sunt, *c. 2. de reg. iuris.* Quod idem videtur significare *Glos. cod. c. 2 v. Pacis, de despōs. impub.* vbi ait admittendum pro bono pacis quod alias prohibetur. Idem videntur tenere *Palud. 4. d. 28. q. 2. a. 1. n. 8. & 10 Angelus verb. Matrimonium, 3. imped. 16. n. 7. Sylvest. verb. matrimonium, 5. q. 6. Tabiena verb. matrimonium. 2. q. 6 n. 7. Nauar. sum. hisp. c. 22. n. 31.* vbi dicunt esse culpam lethalem contrahere matrim. absque causa & Episcopi licentia ante legitimam ætatem. Et ita supponunt posse Episcopum in hoc ætatis defectu dispensare. Et tenet expresse *Enriquez, l. 11. de matrim. c. 13. n. 12* quando pueri sunt prope ætatem, ac dubium est, an malitia ætatē suppleat; dicitq; eam dispensationē valere pro vtroque foro, atq; refert pro se Corsetum, qui tamen nil dicit. Potest etiam probari hæc sent. Quia quoties in aliquo textu permittitur dispensatio, nec explicatur cui intelligitur concessa Episcopo (vt ex communissima sent. l. seq, latè probabimus.) Cum ergo *d. c. 2. de despons. impub.* videatur concedi dispensatio ob vrgentissimam necessitatem boni pacis, poterit Episcopus tunc dispensare. Et quamuis difficultate hoc nō careat, censeo satis probabile esse, in eo casu vrgētissimæ necessitatis posse Episcopum.

Ad arg. n. 8. proposita resp. Ad 1. & confirm. dicendo cedere, quando impotentia est perpetua, secus quando est temporalis, vt constat ex dictis n. 9. Ad 2. dic cum *Nauar. l. 4. cons. in edit. tit. de despons. impub. cons. 5. n. 3.* Gregorium IX. in compilatione decretalium non posuisse eam clausulam integram, Vbi non est consensus, non est coniugium: sed solum initium posuisse, his verbis: *Vbi non est consensus,* & infra. Quod consulto fecit, vt significaret se non ea verba retulisse, quasi in omnibus impuberibus locum haberent: sed ad opportunitatem allegandi, vt sæpissime fecit in compilatione libri decretalium. Et ita Nicolaus Pontifex, qui auctor est illius textus *c. Vbi non est, 30 q. 2.* ponens eam clausulam integram, ex ea solos infantes esse matrimonij incapaces intulit. Ad vltimum dic sensum esse, non facile solere dispensare.

SVMMARIVM.

An valeat matrim. si ætate legitima pubertatu adepta, desit adhuc generandi potentia? Refertur opinio, n. 14.
Proponitur sententia Bassleris, n. 15.
Est n. 15. concinens alia summaria.

QVÆTIO II. An valeat matrim. quando pubes non est potens ad copulā coniugalem habendā? Nec in dubium vertimus, vbi constaret, eam impotētiam esse perpetuam. Tunc enim certū est, irritum esse matrim. Difficultas ergo huius quæst. tunc locum habet, quando non constat eam impotentiam esse perpetuā, ac ex frigiditate consurgere: sed dubitatur an sit temporalis, ac ex debili ætate proueniat. Duplex est sent. Prima sustinet id matrim. esse irritū. Ducitur, quia *c. Puberes, de despons. imp.* dicitur puberes esse, qui generare possunt, & *c. de illis el. 2. cod. t.* decernitur impuberes potentes generare valide matrim. inire. Ergo a contrario sensu, qui generare nequit, quamuis ætate sit pubes, dicetur impubes ad matrim. atque ad illud ineptus. Hanc sustinent *Glossa 30. q. 2. in sum. verb. Sponsalia, & c. Contimebatur, verb. Proxime, de despons. impub. & c. Puberes, verb. Tardissime, cod. t. & ibi Abb. n. 4.* dicentes sorte hanc sententiam esse veriorem *Veracruz 1. p. specul. a. 39. concl. 2.*

Secunda sententia (cui tamquā probabiliori adhæreo, quamuis prima sit probabilis) ait id matrim. valere. Quod textus *c. De illis, el 2. de despons. impub.* ponderet ad valorem matrimonij potentiam coeundi cum minori ætate. Ergo vbi adest ætas idonea, non debet attendi potentia. Nec obstat argumentum à contrario sensu quod inde deducit pro se contraria sententia. Non enim est eadem ratio: nam quando potentia in puero ætatem præuenit, opus fuit ille consulere concesso matrim. vt incontinentiæ periculum caueret. At quando adest sola ætas, ea ad matrimonij valorem satis est. Nec curant canones ad decretum variandum, de raro puerili casu, cui in ea ætate nondum adest potentia: sed solum attendunt, vt in ea ætate matrimonium firmum sit, communiter tunc aduenire potentiam. Ea enim legis natura est, vt sola communiter accidentia spectet, *l. Nam ad ea, ff. de legibus.* Et ideo hanc sustinent. *Hostiensis. Puberes, n. 5. de despons. impub. & ibi Innoc. fin. Ioan. Andr. n. 8. fine, Ant. n. 3. Anchar. n. 5. Alex. de Neuo n. 8. Card. n. vn Præpos. ad fin.* & dicit æquiorem *Abb. ibi n. 4. Dominic. cons. 24. n. 5. Frant. c. vn. §. Idem quoque, n. 3. de despons. impub. in 6. Brunell. de sponsal. cons. 28. declarat. 3. n. 8. Henric. c. Fraternitatis, n. 3. de frigid. & malef. Rosella verb. Matrimonium, 2. n. 8. Angelus verb. Matrimonium, 3. imped. 16 n. 6. Sylvest. verb. Matrimonium, 5. q. 7. Tabiena verb. Matrimonium, 2. q. 6. n. 7. Nauar. l. 4. cons. in priores edit. 1. De sponsal. cons. 39. n. 14. in posteriori 17. De despons. impub. cons. 4. n. 14. Covar. 4. decret. 2. p. c. 5. n. 2. Ant. Cucus l. 5. institut. maior 5. 12. n. 255. Coll. tract. tract. de sponsal. 1. de his qui impetas contrahere possunt, n. 34.* (habetur 9. tom. tractat.) *Mascard. de probationibus, concl. 889. n. 10.* & ex Theologis, *Ledesma 2. p. q. 9. 60. a. 1. col. penult. vers. His sic præmissis, Enriquez l. 11. de matrim. c. 13. n. 10. Azor. comm. lib. E. & l. 12. c. 7. n. 2. Petr. de Ledesma de matrim. q. 58. a. 5. fin.* Et idem dicendum est, quando femina completo anno duodecimo ex animata corporis dispositione nondum potest pati virilem congressum. Quia eadem prorsus est ratio, ac de viro.

SVM-

SVMMARIVM.

Quanto tempore expectãdum sit quando puer, 14. anno cõpleto, & femina 12. adhuc inueniũtur impotẽtes? Referitur duplex sent. n. 16. & 17.
Proponitur sententia Authoris, n. 18.
An si plenam pubertate adepta duret impotentia, triennium experientiæ ex tunc incipere debeat n. 19.
Post n. 19. inuenies alia summaria.

16 QVÆSTIO III. Quanto tempore expectandum sit, quando puer decimo quarto anno completo, aut femina duodecimo adhuc inueniuntur impotentes ad copulã, ad experiẽdũ an ea impotẽtia, sit perpetua, ac matrim. irritũ? Quidã sentiunt triennium expectandũ esse, in quo vacẽt copulæ, & si eo transacto non potuerint consummare, cẽseri impotentiam perpetuam, ac dissoluendum matrim. tanquam irritum. Quia *c. Laudabilem, de frigid. & malef.* id triennium experientiæ generaliter præscribitur. Ita *Ant. c. Puberes, n. 3. de despons. impub.* Et videtur expresse tenere *Couar. 4. decret. 2. p. c. 5. n. 2.* vbi dicit expectandum esse tempus aliquod, ex quo colligi possit nõ ex debilitate, sed ex frigiditate impotentiam eam consurgere, iuxta *d. c. Laudabilem.* Cùm ergo ad quantitatem temporis præscribendam remittatur se ad *c. Laudabilem*, videtur sentire eam esse triennium ibi præscriptum.

17 Aliis placet, puero contrahenti decimoquarto anno, præscribi biennium: & si contraxit anno decimoseptimo, vnicũ annum: & feminæ anno duodecimo nubenti, quæ ex diminuta corporis dispositione non potest viri congressum pati, præscribi tempus vsque ad decimum quartum annum. Sic docet *Enriquez lib. 12. de matrim. c. 7. n. 1.*

18 At dicendum est, expectandum esse vsque ad plenam pubertatẽ, quę feminis decimoquarto ætatis anno cõtingit, vt colligitur ex *l. Mela. ff. de alimẽt. & cibar. legat.* vitis vero decimo octauo ætatis anno, vt expresè habetur *l. Arrogato. ff. de adopt. & §. Minorem. Instit. eod. t.* Ducor quod *c. Laudabilem, de frigid. & malef.* procedit quando coniectari potest ex frigiditate aut alio impedimẽto in impotentiã cõsurgere: nũc enim iure optimo ex habitatione ttiẽnij præsumpsit Ecclesia id impedimentũ esse perpetuũ. At quando potest præsumi ex ætatis imbecillitate impotẽtiã prouenire, æquitas suadet eam ætatem expectandam esse, in qua perfectũ robur comparat natura: tunc enim cessabit præsumptio debilitatis ex tenera ætate prouenientis, & potest iure præsumi frigiditas, aut aliud impedimentum perpetuum. Atque ita iustinent. *Host. c. Laudabilem paulo post princ. de frigid. & malef. & ibi Ioan. Andr. n. 2. Anchar. nu. 4. idem Host. c. Puberes, n. 5. de despons. impub. & ibi Ioan. Andr. n. 8. Abb. n. 4. Cardin. n. 1. Alex. de Neuo n. 9. Anchar. n. 6. Præpos. ad fin. Henric. n. 8. Franc. c. vn. §. Idẽ quoque, n. 3 de despons. impub. in 6. Brunel. de sponsalib. concl. 28. declarat. 3. n. 8. Rosella verb. matrimonium 2. n. 8. Angelus verb. Matrimonium, 3. imped. 16. n. 6. Sylu. v. Matrim. 5. q. 7. Tabiena v. Matrimonium, 2. q. 6. n. 7. Ant. Cuc. l. 5. instit. maiorum, t. 12. n. 255. Franciscus Marcus decis. parlamenti Delphinal. 680. n. 4. p. 2.* Ex quo deducitur non posse peti separationem matrimonij ratione impotentiæ viri, nisi vir sit maior octodecim annis. Quia vsque tunc nondum est plenam pubertatem adeptus: & potest præsumi non esse impotentiam veram, sed eam ex ætatis debilitate prouenire. Quod præter DD. omnes nũc allegatos docẽt specialiter *Supplem. Pisan. verb. Diuortium, n. 2. & ibi Rosella n. 1. Syluester n. 21.* Quod intelligi debet nisi aperte appareat impotentia ad oculum, vt si habeat puer virilia amputata: vel careat vtroque testiculo: tunc enim nulla temporis mora opus esset: cum ad oculum constet impotentia, vt bene ait *Anchar. c. Ex literis, n. 1. de frigid. & malef.* Et ob eandem rationem quando dissolutio matrimonij petitur ob puellæ arctitudinem, nec constat ad oculum eam esse talem, vt non ex ætate imbecilli consurgat, non potest peti, donec puella expleuerit decimũ quartũ annum, in quo ei pubertatem perfectam contingere diximus. Quod vsque tunc ex imbecilli ætate prouenire possit præsumi: sicut de puero ante plenam pubertatem diximus.

19 Vtrum autem aduenientе plena pubertate, si adhuc deficiat potentia, sit statim separandum matrim. vel ex tunc concedendum sit triennium? dicemus late disput. 110. à num. 8.

SVMMARIVM.

An dum dicitur in matrim. malitia ætatem suppleri, nomine malitiæ intelligatur sola generandi potentia? Referitur opinio. n. 20.
Nomine malitiæ intelliguntur potentia ad copulam, & discretio sufficiens ad consensum coniugalem, n. 21.
Reprobantur dicentes infantem esse matrimonij capacem, si ad copulam potens sit, n. 22.
Non sufficit prudentia supplens ætatem, si desit potentia ad copulã, n. 23.
Post n. 23. inuenies alia summaria.

QVÆSTIO IV. Quid nomine malitię intelligatur, dum 20
dicunt textus in matrim. malitia suppleri ætatem, & ea supplente validum esse ante legitimam ætatem contractum? Quidam aiunt nomine malitiæ intelligi solã generandi potentiã, atque ita in quacunque tenera ætate hæc adsit, posse valide iniri matrim. Ducũtur, quia *c. De illis, el 2. de despons. impub.* dũ dicitur malitia suppleri ætatẽ, explicatur hoc, quando possunt pueri copula carnali coniungi, & clarius colligitur ex *c. Puberes, eod. t.* vbi cũ textus retulisset quosdã pubertatẽ ex annis cõputare, subdit hæc: *Certum autẽ est, eum puberẽ esse, qui ex habitu corporis pubertatem ostẽdit, & generare iam potest.* Huius sent. sunt *Glossa d. c. De illis verb. Copula: & c. fin eod. t. verb. Prudenter. Host. d. c. Puberes. nu. fin. & ibi Ant. n. 3. Card. n. vn. Præpos. n. 2. Henric. n. 4. Anchar. n. 1. Ioan. Andr. c. Continebatur, n. 5. eod. tit. Brunel. de sponsal. concl. 28. declar. 3. n. 9. Perez lib. 5. ordinam. t. 1. l. 1. f. 7. vers. Rursus nõ obstat. Quand. 4. d. 34. disp. vn. in 1. corol. quod infert ex 5. proposit.*

At multo probabilius est nomine malitiæ supplentis 21
ætatem ad matrim. petitã, cõprehendi potentiam ad copulam, ac prudentiam & discretionem ad intelligendam consensus coniugalis vim. Quæ cum sit res grauissima & perpetua, exigit maiorem discretionem ea quæ in tenera ætate reperitur: quare non sufficit ad matrimonij impuberis valorem sola generandi potentia ætatem præueniens, nisi ea quoque prudentia adsit. Probatur ex *c. fin. de despons. impub.* vbi malitia hæc ætatem præueniens nuneupatur prudentia. Et ex *c. Continebatur, eodem tit.* vbi textus ponderat copulam cum ætate pubertati proxima, vt impuberis matrim. valeat. At minime ponderaret eam ætatem sola copula sufficienti: ponderatur autem iuxta communem intellectum, eo quòd discretio ad matrim. necessaria præsumatur ex ætate pubertati proxima. Et ideo huius sent. sunt *D. Tho. 4. d. 36. q. vn. a. 5. corp. Abbas c. De illis, el. 2. n. 4. de despons. impub. & ibi Alex. de Neuo n. 7. Rosella verb. Matrimonium. 2. n. 2. Angelus verb. Matrimonium, 3. imped. 16. n. 8. Syluester. v. Matrimoniũ, 5. q. 2. Tabiena verb. Matrimonium, 2. q. 6. n. 7. Brunel. de sponsal. concl. 4. nu. 6. Lex reg. 6. fin. t. 16. p. 4. Sotus 4. d. 35. q. vn. a 5. col. 4. vers. Quod si rursus, & ad finẽ corp. & in solut. ad 2. Couar. 4. decret. 2. p. c. 5. n. 3. Veguer. Institut. c. 16. §. 7. vers. 9. ad fin. Collan. de sponsal. t. De his quæ nuptias contrahere possunt, n. 50. & 51. Ant. Cuc. l. 5. institut. maior. t. 12. n. 256.* addens vix inueniri impuberem, cui præcoces ad generationem vires natura tribuerit, cui non & præcocem quoque prudentiam dederit. *Enriquez l. 11. de matrim. c. 13. num. 10. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 51.*

Hinc deducitur minùs verum esse quod tradunt *Host.* 22
Card. Præpos. Henric. Perez, n. 20. allegati, nempe puerum minorem septennio capacem generandi, ac vsu rationis fruentem, esse matrimonij capacem. Nam cum consensus sit etiam necessarius, non esset matrim. nisi in eo infanti esset quoque maxima discretio. & ita docent *Abb. c. Continebatur, n. 6. de despõs. impub. & ibi præpos. n. 4. Rosella verb. Matrim. 2. n. 7. Angel. Syluest. Couarr. n. prac. allegati.* Nec etiam approbo quod dicunt *Ioan. Andr. & Anchar. n. 20. relati*, nam ille admittit esse matrim. modo puer habens generandi potentiam sit maior septennio: hic autem modo sit septennis. Nam in tam tenera ætate nequit reperiri discretio sufficiens ad perpetuum consensus coniugalis vinculum. Ex quibus autem discretio præsumatur, & ex quibus potentia coeundi: dicam à n. 24. & specialiter n. 27.

Secundò deducitur, nec prudentia sola suppleri ætа- 23
tem mattimonio necessariam: nisi simul adsit generandi

potentia. Nec obstat sponsalia ante septennium valere, modo tunc rationis vsus adsit. Quia cum sponsalia aduenienti pubertate solo puberis consensu cassari valeant, non tantam discretionē ad sui valorem desiderār, quantam matrim. quod est vinculū perpetuū. Sic colligitur ex omnibus DD. n. 21. allegatis. Et docent *Sotus 4. dist. 35. q. vn. art. 5. col. penult. vers. At vero vtrum. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 51. fine. Petrus à Ledesma de matr. q. 58. a. 5. ad fin.*

SVMMARIVM.

Qualiter probandum sit adesse potentiam generandi ante pubertatem? Refertur quadam sententia, n. 24.

Probatur haec potentia si femina impubes fuerit cognita, vel puer impubes copulam habuerit, n. 25.

Nisus ad copulam facit praesumere potentiam ad illam, n. 26.

Copula, nedum nisus non facit praesumere discretionem, at proximitas aetatis inducit praesumptionem discretionis, non tamen potentiae. n. 27.

Potest potentia ex aliis signis absque actuali copula probari, n. 28.

Quae sint haec signa: & an haec potentia accidat ante pubertatem, & quibus, n. 29.

An si non adsit proximitas pubertati, praesumatur ex aliis signis potentia, n. 30.

An si femina non sit pubertati proxima, apertio claustrorum probat copulam & potentiam, n. 31.

An ad diiudicandam hanc potentiam ex signis sufficiat aspectus partium superiorū corporis, an etiā partes verendae sint inspiciendae? n. 32.

An fletus iuramento viri de certa sc. habuisse copulam cum impubere? n. 33. & ibi, quid si impubes cohabitet cum femina, & reperiatur corrupta.

An menstruum in femina sufficiat ad probandum eam esse generationi aptam, n. 34.

An puer ad seminis effusionem aptus praesumatur aptus ad matrimonium, n. 35.

An puerum pilosum esse in pudendis sit signum potentiae, n. 36.

Post n. 36. inuenies cetera summaria quae desiderantur.

24 QVÆSTIO V. Qualiter probandum sit adesse potentiam generandi ante pubertatem? Quibusdā placet nullatenus probari posse, nisi per actualem copulam: & dum de hac non constiterit, minime posse dici malitia suppleri ætatem ad matrim. peti am. vnde dū textus *c. De illis, el. 2. de despons impub.* explicans hanc malitiam qua ætas suppletur, ait: *Si potuerint copula carnali coniungi.* explicat *Hostiensis statim allegandus*, id est: si de facto se coniunxerint. Huius sent. sunt *Tancred. & Hostiens. c. Puberes. n. penult. de despons. impub. & d. c. De illis. statim in princ. Anchar. c. De illis, el 1. fine, cod. t. Archid. c. vn. n. 2. de despons. impub. in 6. Henric. d. c. Puberes, n. 3. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 19. in princ. col. 3. immediate ante vers. Et quia secundū.* & fauent *Sotus 4. d. 35. q. vn. a. 5. col. penult. vers. At vero vtrū & Petr. de Ledes. de matrim. q. 58. a 5. col. vlt.* vbi aiunt requiri eos vere matr. cōsummasse, vel ad id esse idoneos.

25 Prima tamen conclusio sit. Satis probatur potentia impuberis ad copulam, si femina impubes ab alio fuerit cognita, vel puer impubes aliā feminā cognouerit. Quod apta vni præsumatur aliis apta, ac potens ad vnam præsumatur ad alias quoque feminas potens. Et ita docent *Glossa c. vn. verb. Supplebat, de despons. impub. in 6. & ibi Ioan. Andr. n. 4. fine. Domin. ibi §. Idem quoque. n. 8. Ant. c. De illis el. 2. de despons. impub. n. 5. & ibi Abb. n. 4. Præpos. n. 1. Henric. c. Puberes n. 3. cod. t. Brunel. de sponsal. concl. 28. declarat. 3. n. 9. Angelus verb. Matrimonium, 3. imped. 16. n. 5. Rosella verb. Matrimonium, 2. n. 2. Sylvester verb. Matrimonium. 5. q. 3. Couar. 4. decret. 2. p. c. 5. n. 3. Mascard. de probat. concl. 889. n. 10. Enriq. l. 11. de matrim. c. 13. n. 11.* Et dicunt esse valde probabile, quamuis tutius sit vt inter ipsosmet fit copula, *Lotus 4. d. 35. q. vn. a 5. col penult. vers. Grauius tamen: & Barth. à Ledes. de matrim. dub. 51. col. vlt*

26 Secunda conclusio. Nisus ad copulam facit præsumere potentiam ad illam. Sic colligitur ex *c. Attestationes, de despons. impub.* & docent *Couar.* alios referens *l. 4. decret. 2. p. c. 4. §. 1. n. 10. Menochius de præsump. l. 3 præsumpt. 2. n. 53. Enriquez l. 11. de matrim. c 13. n. 11.*

27 Tertia conclusio. Copula nedum nisus ad illam, minime inducit præsumptionem discretionis ad matrim. petitæ, facit tamen præsumi potentiam. E contra autē propinquitas pubertati facit præsumi discretionem, nō tamē potētiam. Sic *Couar. 4. decret. 2. p. c. 5. n. 3.* Ratioque est, quia in tenera ætate inuenitur aliquando robur ad copulam (vt n. 9. probauimus) cū tamen in ea nō soleat tanta discretio adesse, quanta ad vinculum grauissimum ac perpetuum matrimonii desideratur. Et è cōtra quādo puer pubertati proximus est, solet discretione sufficienti ad hoc præditus esse: cum tamen raro potentiam generandi tunc habeat.

28 Quarta conclusio. Multo probabilius est, posse potentiam ad copulam ex signis probari: quamuis copula nondum habita sit. Ducor, quod textus *c. De illis, el 2. de despons. impub.* vt impuberis matrim. valeat, ponderet propinquitatem pubertati, ac coeundi potentiam. Sentit ergo potētiā non ex sola copula probari, sed ex aliis quoque signis. Nā alias nō potentiā, sed potius copulā ipsam pōderaret. Atque ita sustinent *Innoc. c. De illis, el. 2. init. de despons. impub. & ibi Ioan. Andr. n. 3. Abb. n. 4. Præpos. n. 1. Alex. de Neuo n. 8. Ant. c. Contingebatur, n. 10. eod. t. & ibi Cardin. n. 5. vers. Oppono quod sint sponsalia, Fracus c. vn. §. Idē quoque, n. 3. eod. t. in 6. Canalcanus cōsil. 121. n. 19. Brunel. de sponsal. concl. 4. n. 6. & concl. 28. declarat. 3. n. 9. Rosella verb. Matrimonium, 2. n. 3. Sylvester v. Matrimonium, 5. q. 3. Couar. 4. decret. 2. p. c. 5. n. 3. Ant. Cuc. l. 5. instit. maiorum, t. 12. n. 255. Menochius de arbitrar. el 2. centuria 1. casu 58. n. 8. Perez li. 8. ordinam. t. 15. l. 2. vers. De catorze. Mascard. de probat. concl. 889. n. 10. Enriquez l. 11. de matrim. cap. 13. n. 11. in comment. lit. M.*

29 Signa autem iudicis arbitrio pensanda esse testantur DD. n. præc. allegati. Iudex ergo hoc arbitrabitur inspecta personę qualitate, membrorum dispositione, ac valetudine bona, & n. penult. alias coniecturas proponemus. Atque *Navar. l. 4. consil. in priori edit. t. de sponsal. consil. 39. n. 15. in poster. t de despons. impub. consil. 4. n. 13.* ait quamuis potentia coeundi non soleat in plurimum euenire ante ætates prædictas, nihilominus sæpe euenire, præcipue illis, qui in deliciis nutriti sunt. Nā inter superbas opes & delicias enutriti vires maiores maiusque robur corporeum acquirunt, vnde *D. Greg. l. 4. dialog.* relatus à *Glossa 20. q. 1. in sum.* refert quendam puerum nouem annorum nutricem suā feciſſe prægnantem. Et *D. Hieron. epist. 32. ad Vitalem presbyt.* narrat se audisse idem de puero decem annorum, & ait Salomonem decimo ætatis anno genuisse Roboam, & Achaz vndecimo anno Ezechiam. & refert *idem Navar. ibi*, se audiuisse à viris magna fide dignis quandam puellā decem annorum ante paucos annos peperisse in regno Neapolitano. Atq; *Tiraq. l. 6. connub. n. 37.* affert multa exēpla ex variis Auctoribus petita, puerorū, qui nono anno, decimo & vndecimo genuere, & feminę quæ nono anno cōcepit.

30 Hoc tamen temperandum est, dummodo adsit proximitas pubertati: ea etenim deficiente non præsumitur ex his signis potentia. Sic *Antonius c. De illis, el 2. nu. 5. de despons. impub. & ibi Alex. de Neuo, n. 8. Enriquez l. 11 de matrim. c. 13. nu. 11. comment. lit. M.* Quando autem censeatur proximitas pubertati, dicemus à n. 37.

31 Imo *Innoc. c. Contingebatur, nu. 3. & 4. de despons. impub. & ibi Abbas n. 7. Præpos. nu.* 3. tuentur quando femina non est pubertati proxima, minimè probari eam esse matrimonio aptam ex apertione claustri. Quod natura præsumat contrarium, atque ipsam solum pallam esse. Atque explicat *Innoc.* nisi mulier sit in vndecimo anno, vel vltra. Sed merito id reprobant *Card. eo. c. Contingebatur, n. 5. & Alex. de Neuo n. 30. & 31.* dicentes id verum esse in femina septenni, vel paulo maiori, nisi appareat ex corpulentia, vel ex aliis signis viro apta, secus si sit multo maior septennio: tunc enim præsumitur matrimonio apta ex sola claustri apertione, vt est textus *c. fin. de eo qui cognouit consang.* Præterea, quia masculus, qui tardius femina pubescit, quandoque nono anno est aptus copulæ, vt n. 29. probaui.

32 Controuertitur autem inter DD. an ad diiudicandam in pueritibus potentiam hanc ad copulam ex signis, sint aspiciendæ partes verendæ impuberis? Quidam affirmant eas inspiciendas esse per matronas practicas. Iuxta *c. Ex literis, c. Fraternitati, c. fin. de frigid. & malef.* Sic constituit *Plato l. 11. de legib.* & sic apud Romanos olim obseruabatur, teste *Iustiniano Institut. quibus modis tutela finitur, in princ. & l. fin. C. quādo curator vel tutor esse desinat.* Et ita sustinent *glossa fin. c. Puberes, de despons. impub. Goffred. sum. eod. t. n. 2. Abb. c. Contingebatur, nu. 7. eod. t. Faber, Institut. quibus modis tutela finitur,*

in

in princ. nu. 2. Franc. Marcus decisione parlamenti Delphin. 678. n. vna. 2. Verum hæc sententia communiter improbatur (& merito.) Nam vt pudori parcatur, & honestas seruetur, constituit *Iustinianus locu allegatu*, non esse locum huiusmodi inspectioni ad pubertatem ex potentia ad copulam probandam. Quod cùm à Iustiniano institutum sit: multo potiori ratione ab Ecclesia ita obseruandum est. Adde, nullibi præscribi in iure canonico, hanc inspectionem: nam *c. Ex literis, c. Fraternitatis, c. fin. de frigid. & malef.* vbi ea præscribitur, sermo habetur quando post contractum matrim peritur eius dissolutio ob coniugis impotentiam. Et ideo concludo non esse ad hoc iudicium partes verendas corporis inspiciendas, sed partes superiores. Et ita iudicant *Host. d. c. Puberes, n. 1. & 2. & ibi Ioan. Andr. n. 1. Antonius Abb. n. 2. Anchar. n. 3. Henricus, n. 8. & 9. Alex. de Neuo c. Continebatur, n. 31. eo 1. Canalcanus cons. 121. n. 19. Anton. Cucus l. 5. in fl. maiorum, t. 12, n. 255. Nauarra de delictis c. 32. n. 5. vers. Rursus Menochius*, multa afferens ex Tiraquello pertæ, quem ibi refert, ad probandum quam indecora sit hæc inspectio, *l. 2. de arbitrariis, centuria 1. casu 58. à n. 3.* intellige tamen hoc quando dubitatur de pubertate, secus enim quando de virginitate, vel an vir habeat membrum aptum generationi. Cùm enim hæc iudicari nequeant absque partium verendarum inspectione, cæ necessitate cogente inspiciendæ sunt. Ita *Host. n. 2. Ioan. Andr. Anton. Anchar Henricus, ibidem.* Secundò intellige, quando matrimonium nondum initum est. Nam si eo inito, de eius valore disceptetur, allegeturque copula ad probandum ætatem malitia suppletam esse, atque adeò fuisse validum, inspici debent à matronis partes verendæ feminæ. Quod hoc nimia, vrgenti necessitate fiat, ne dissoluatur matrim. Sic *Hostiens. cod. n. 2. & Alex. de Neuo d. c. Continebatur, n. 31.*

33 Sed dubitabis, an standum sit iuramento viri dicentis se copulam habuisse cum impubere? Aliqui affirmant puella existenti proxima pubertati, vt in vndecimo anno, vel circa duodecimũ, stari tali iuramẽto, ac iudicari matrim. Secus si non sit proxima pubertati: tunc enim aliæ probationes desiderantur. Sic *Ant. c. Continebatur, n. 10. de desp. impub. & ibi Abb. n. 7. præpos. n. 3. Franc. Mare decis. parlam. Delphin. 380. n. 4. p. 2. Veracruz p. speculi, a. 39. concl. 4.* Imò *Abb. n. 9. & Veracr. ead concl. 4.* idem affirmant, quando femina est in decimo anno. At verius est non sat esse id iuramentum. Quia *c. Continebatur, vers. Si autem de despons. impub.* diuersificari debet à præcedentibus in facto & in iure ob particulã illam aduersatiuam, autem iuxta ea quæ notantur, *l. Sed si lege, ff. de petit. hared.* & ideo debet intelligi, dum ibi dicitur puellam pubertati proximam à viro cognitam non esse à viro separandam, quando ea copula sufficienter probatur. Quando autem paulo ante ibi dicitur standũ iuramento viri in hac copula, intelligitur quando femina pubes est. Quod inde etiam cõstat, quia Pontifex allegatin decretis haberi standũ iuramento viri asserentis se cognouisse vxorẽ: vbi *glos. verb. In decretis*, refert *c. Si quis vxorem, 33. q. 1.* in quo textu non est sermo quando femina impubes est. Et ita docet *Alex. de Neuo eo c. Continebatur, n. 32.* & fauet valde *Couar. 4. decret. 2. p. c. 5. n. 3.* vbi cũ *Dominico cons. 24 n. 9.* ait allegantem copulam impuberis cũ femina debere actum copulæ probare: quod si id probare velit ex eo, quod femina habitans cum impubere corrupta reperiatur, oportere probari eam traditã esse impuberi virginem, ac tempore co-habitationis cũ eo corruptã reperiri.

34 Quinta concluſ. Menstruum in femina sufficit ad probandam aptitudinem eius ad generationẽ. Ducos quod feminæ ex tempore quo menitruum habent, & nõ antea concipere valeant, vt docent *Lyra super illud Exodi 21. Egredietur gratis. & ibi Abulens. q. 13. vers. De pubertate, Donatus Aut. libro de veterum gentibus, c. 1. initio Valles de sacra philosoph. c. 10.* & consonat *Arist. l. 7. de hist. animal. c. 2. initio*, vbi ait conceptum mulierum à profluuio menstrui suapte natura incipere ac fieri posse, sed rarò, aliquas sine profluuio concipere. Et ideo hanc concl. tenent *Rosella verb. Matrim. 2. n. 3. Syluester verb. Matrim. 5 q. 3. Enriq. l. 11. de matrim. c. 13. num. 11.*

Sexta concluſio. Si puer aptus sit ad seminis effusio- 35
nem, præsumitur quoque ad matrim aptus. Quia seminis effusio esse nequit, nisi in apto ad generandum. Et ità docent *Rosella & Syluester n. præced. alleg.*

Vltima concluſio. Soli lanugo in pueri pudendis non 36
arguit potẽtiam ad generandum, ac malitia suppleri ætatem. Quia nec omnes pilosi sunt potentes, nec omnes non pilosi impotentes. Ita docent *Host. c. Puberes in 2. de despons. impub. Domin. cons. 24. n. 6.* Quamuis *Innoc. c. De illis, in 2. statim in princ. de despons. impub. & ibi Alex. de Neuo, n. 8.* dicant ex lanugine apparere potentiam.

SVMMARIVM.

Quando dicatur puer proximus pubertati. Referuntur variæ sent. n. 37 38 & 39.
Hoc relinquitur arbitrio iudicis n. 40.
Quid spectandum sit à iudice ad id arbitrandum, n. 41.
Quæ a pueri arcte desiderentur regiones a frigidas. n. 42.

QVÆSTIO vltima. Quota ætate dicantur pueri pubertati proximi. De hac re latè disserit *Menoch. de arbitrar. l. 2. centuria 1. casu 57. à n. 20. vsque in fin.* vbi varias refert sent. & earum fundamẽta. Sed breuiter quatuor sententias referam. Prima docet pubertati proximũ dici eum, qui ab ea per sex menses distat. Ducitur ex *l. Non tantum. ff. de excus. tutor.* & alia fundamenta affert *Menochius.* Sic docent *glossa c. Continebatur, verb. Proxima, de despons. impub. & ibi Innoc. n. 2. Anchar. n. 4. Card. n. 3. & 6. Alex. de Neuo n. 23. fine Paulus consil. 277. quia per primũ n. 3. vol. 1. (in alia edit. est consil. 272.) Lason,* & multi alii quos refert *ibi Menochius. Staphileus de lit. gratia, t. de modis vacationis in 5. modo, n. 5. Enriquez l. 11. de matrim. c. 13. n. 11.* Et hoc dicit valde notandum *Abb. d. c. Continebatur n. 9.* ad statuta loquentia de proximo alicui ætati, vt talis dicatur, quando ab illa sex mensibus aut minor spatio distat. At quoad matrim. valdè confuse loquitur. 37

Secunda sententia ait, ætati alicui proximum appellari 38
qui est circa finem ipsius, aut ipsam excessit per tres dies Sic *Host. c. Continebatur, de despons. impub.* sed hanc reprobat, *Menoch. d. casu 57. à n. 37.*

Tertia sententia dicit puerum dici proximum puber- 39
tati quoad matrim. quando excessit annum decimũ cum dimidio: & puellam, cum excessit annum nonum cũ dimidio. Ratio est desumpta ex *Abbate c. Continebatur, n. 9. de despons. impub.* Quia à fine infantiæ, nẽpe, septẽnio, restant in puero vsque ad pubertatẽ septem anni: & qui excedit decimum cũ dimidio, iam excedit huius tẽporis medietatẽ, & sic propinquior est pubertati. Similiter in femina à fine pueritię vsq; ad pubertatẽ restant quinq; anni: quare quando excedit nonũ cũ dimidio, iam excedit medietatem. Hanc tenent *Rosella Matrimonium, 2. n. 4. Syluest. verb. Matrimonium, 5. q. 4.* & multi alii, quos refert *Menochius d. casu 57. n. 21.* licet non explicent quoad matrimoniũ, sed forsan loquuntur quoad contractus, & obligandum se naturaliter. Et hanc sent. latè reprobat *ibi Menochius nu. 23.*

Vltima & verior sent. est iudicis arbitrio relinqui, qua 40
ætate dicantur masculus & femina impuberes pubertati proximi. Quod cùm id iure præscriptũ non sit, merito iudicis arbitrio committitur. Et ita sustinent *Goffred. sum. t. de despons. impub. nu. 5. Ant. c. Attestationes, in fin. eo tit. Præpos. ca. Continebatur, in fin. eo t. Francus c. vn. §. Idẽ quoque, n. 1. eo t. in 6. Faber, Salycetus; Decius, Viglius, Corasius*, quos refert ac sequitur *Menochius d. casu 57. n. 43. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 19. in princ. col. 3. Tabiena verb. Matrimonium, 2. q. 6. n. 7. Sot. 4. d. 35. q. vn. a. 5. col. 3. vers. Quod si rursus, Couar. clem. Si furiosus, de homic. 3. p. tit. n. 5. & in 4. decr. 2. p. c. 5. n. 5. Greg. Lop. l. 6. fin. t. 1. d. 4. Duẽnas* multos alios referens *reg. 259. limit. 3. Gutierr. ant h. Sacramenta puberũ n. 4. C. si aduersus vendit. Plazza de delic. c. 34. n. 4.*

Iudex autem ad hoc arbitrandum, non tam annorum 41
numerum, quàm personæ conditionem actusque qualitatem spectabit, etitque spectanda regionis qualitas in qua impubes natus est. Quædam enim regiones calidiores pueros, quam aliæ procreant, & n. 29. alias etiam coniecturas proposui. Sic multis testimoniis probans docet *Menochius d. casu 57. à n. 44. ad 52.*

Demum obseruandum est, iudicem volentem decer- 42

nere proximum esse pubertati puerum, qui decimum annum cum dimidio non excessit, aut feminam minorem nono cum dimidio, id non facturum, nisi cautissimè, ac rarò, maximisque coniecturis persuasum. Quod præsumptio ex modicæ ætatis natura deducta valde repugnet. At post eam ætatem non ita vrgentes coniecturæ desiderantur, sed sufficiet aliquot mediocria signa perpendere. Si verò semestre tantum ad pubertatem desit, audacius & leuioribus argumentis est iudicandus puer pubertati proximus. Et ita docent *Couarr. 4. decret. 2. p. c. 5. n. 5. Duenas regul. 259. limit. 3. ad fin. Menochius d. casu 57. n. 52.*

DISPVTATIO CV.

An impotentia ex morbi statu consurgens, vt quia contrahens ita in mortis articulo est, vt salus omnino desperetur, irritet matrim. an potius id valeat, etiam ad reddendam prolē antea habitam legitimam in substituti præiudicium?

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputanda sint. n. 1.
An matrimonium in articulo mortis valeat? Refertur opinio, n. 2.
Est vera dum, n. 3.
An reddat prolem antea habitam legitimam? Refertur opinio, n. 4.
Reddit legitimam, n. 5.
Id habet verum, quamuis finem decreuerint tunc contrahat, n. 6.
An ea legitimatio vim habeat excludendi eum qui deficienti prole legitima substituitur? Id est, quando non facta est animo defraudandi substituti. Refertur quædam sententia, n. 7.
Proponitur sententia Auctoris, n. 8.
Quid quando cessat de animo fraudandi substituti Refertur opinio, n. 9.
Explicatur Auctoris sententia, n. 10.
Satisfit argumentis, n. 11.

1 TRIA petit disp. præsens. Primū est, an matrimonium in articulo mortis desperata iam salute, initum valeat. Secūdum, an prolem legitimet? Tertium, an id sit verum in præiudicium substituti, deficiente prole legitima.

2 Quoad primū, videtur id matrim. irritum. Quod actus incipere nequeat, vbi finiri debeat, & ideo vsus fructus inutiliter legatur in tempus mortis vsufructuarij, quo terminādus vsus fructus est, *l. Titio, cum moreretur. ff. de vsu fructu*, ibi: *Titio cum moreretur, inutiliter vsusfructus legari intelligitur, in id tempus videlicet collatus, quo à persona discedere incipit.* Cuius ratio est, quod idem momentum nequeat esse causa libertatis & obligationis. Quippe contrarios effectus produceret. Quod cum ipsa rei natura pugnat, teste *Platone lib. 4. de Republ.* At tunc dissolui matrim. morte debet. Non ergo poterit tunc incipere. Secūdò, quia copulatunc est impossibilis. Nec initur ad vitandam fornicationem: cum constitutus in articulo mortis eo periculo careat, & esto illi subesset, nec sibi nec compari satisfacere posset copula habita. Ergo id matrim. tanquam duplici suo fine destitutum est irritum. Et ideo hanc sententiam tenet *Baldus l. Sed est quæsitum, in fin. ff. de liber. & posth.* Et in eam, quamuis dubius inclinat *Cynus l. Nuper, in fine, C. de natural. liber.* quando non est aliqua soboles ante id matrim. habita, quæ per illud legitima reddenda sit: secus ea sobole extante. Quod in priori casu sobolis spes deficiat: non autem in posteriori. Vt n. 5. explicabimus.

3 Cæterum vera omnino sent. est id matrim. esse validum. Idque constat ex vsu Ecclesiæ: qui habet, vt in articulo mortis constitutus valdè affectus erga concubinam, cui diu adhæserat, illam ducat, ne salus eius spiritualis desperetur ob concubinæ affectum, ac defectum propositi recedendi ab illa. Secundò, quia potentia generandi adhuc perseuerat, quamuis vsus illius futurus minime sit ob impedimentum extrinsecum. Tertiò, quia nec propositum non suscipiendæ prolis, nec debiti non reddendi irritat matrim. quando id in pactum non deducitur, *c. fin. de condit. appos.* Et constat in contrahente animo ingrediendi in religionem ante consummationem. At in hoc euentu id non deducitur in pactum. Adde *gloss. l. Gallus, in princ. verb. In decem mensibus, ff. de liber. & posth.* videri sentire posse in die ipsa mortis concipi prolem: dicens in numero mensium, quibus proles naturaliter edi potest, computandam mortis diem. Tandem, quia in eo mortis articulo potest contrahi matrim spirituale, profitendo, *c. Sicut tenor de regular.* Cur ergo non poterit carnale? Nec obstant in contrarium adducta. Nam ad 1. resp. aliud esse conferre matrim. in tempus mortis, id est, vt à tempore mortis valere incipiat, & aliud id inire mortis tempore. Prius enim fieri nequit, vtpote quod est contra vinculi coniugalis naturam morte ipsa dissoluendi. Et hoc est quod deciditur in *l. Titio, cum moreretur, in eo argumento allegata.* At posterius fieri optimè potest, cum contrahatur tempore habili, ac pro tempore habili. Nec idem tunc producit diuersos ac contrarios effectus: sed consensus efficit matrim, valere quod postea mors dirimit. Nec obstat etiam secundum argumentum. Quia dicendū est matrim. non posse contrahi ab eo, qui ex naturali & propria virtute generare nequit, secus quando potest, atque ad id habitum habet, quamuis eius exercitium sit ad tempus morbo suspensum. Cum is habitus possit quandoque ad exercitium reduci. Et ideo hanc sententiam tanquam certissimam tenent vniuersi DD. tota hac disputatione allegandi.

Circa secundum quæritur, nimirum, an id matrim. 4
tunc initum sit ita efficax, vt valeat reddere legitimam prolem naturalem ante habitam? *Bald. l. Eam quæ n. 27. C. de filei comitiss.* quamuis fateatur id matrim. valere, negat tamen efficax esse ad reddendam prolem antea habitam legitimam. Quod *l. Nuper, de natural. liber.* decidatur matrim. habere vim legitimandæ prolis, quando spe sobolis initur. Quod in eo matrimonio minimè reperitur. Secundò, quia tunc nequit constitui dos oneribus matrimonii sustinendis deseruiens. Quod vt prolis legitimandæ vi gaudeat, desideratur *l. Iuliam ff. de iure dot.*

At similiter est verissimum, si matrim. habere vim le- 5
gitimandæ eiusmodi prolis. Quia *c. Tanta, qui filij sint legit.* generaliter ea virtus verò matrim. tribuitur: quale est hoc. Quare hæc non cohærent, matrim. esse validum, & non efficere prolem naturalem antea habitam legitimam, vt *idemmet Baldus* sibi non constans animaduertit, *l. Nuper, statim in princip. C. de natural. liber.* Nec obstat prior ratio in contrarium adducta. Quia respondent *idem Baldus c. Innotuit, n. 11. de elect. Couarru. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 2. n. 10.* & fere omnes DD. allegandi, dici id matrim. ope prolis initum: quod ineatur ad suscipiendam prolem legitimam ratione matrimonii, quæ ex illegitimo concubitu susceptæ fuerat. Atque ideo proles illa cum ea noua qualitate est effectus ex hoc matrim. confurgens, & quasi noua proles dicitur. Nec posterior ratio etiam obstat. Quia ad prolis legitimationem dotis constitutio minime desideratur, attēto iure canonico. Et ideo hanc sent. vltra DD. omnes à n. 7. vsque in finem allegandos, qui in hoc conueniunt, & solum discrepant an ea legitimatio efficax sit ad excludendum substitutum, tenent. *Ioan. Andr. reg. Sine culpa. dub. 1. de reg. iuris, in 6. & c. Tanta, n. 2. qui filij sint legit. & ibi Ant. n. 14. Anchar. n. 4. notab. 2. Cardin. n. 6. Præpositus n. 7. Alex. de Neuo n. 14. Henric. n. 5. idem Alex. de Neuo c. Commissum, n. 7. de sponsa. & c. 2. n. 5. de coniug. leprof. Abb. eo c. Commissum. n. 3. & eo c. 2. n. 4. vbi idem præpos. n. 3. Cynus l. Nuper n. vn. C. de natur. liber. & ibi Salyc. fin. Bald. c. Innotuit, n. 11. vers. Ex prædictis. de elect. Alberic. l. Cum quis, n 5. C. de mater. liber. Arctin. l. Sed est quæsitum, in fin. ff. de liber. & posth. Angel. auth. Quibus modis naturales effic. legit. in princ. n. 2. Imola l. Si quis postumos, in fine princ. ff. de liber. & posth. & l. Cum tale §. Mœuia, in fin. ff. de condit. & demonst. Mayner l. Quoties, n. 22. ff. de reg. iur. Mont. al. l. 2. verb. Sean herederos, t. 6. de las mandas, lib. 3. fori. Lud. de Sardis de natural. liberis 2. p. t. de legit. per verum matrim. q. 1. n. 3. Martin. Laudens. tract. de legit. n. 159.* (vterque habetur to. 8. tract. p. 2.) *Brunel. de sponsa. concl. 2. ampliat. 4. n. 19. Francus reg. Sine culpa, n. 3. de reg. iur. in 6. Tiraquel l. Si vinginti, verb. Susceperit, n. 73. C. de reuoc. don. Cisuentes l. 12. Tauri, dub. 9. n. 13. & ibi Castillo n. 25. Cuuar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 2. n. 10. Duenas de arte testandi, t. 1. de his qui non habent factionē testamenti, cautela 14. n. 2. Aur. Camuer. in extrau. Volētes Federici 2. regis Siciliæ, §. Sed an constitutus in mor-*

tis

tis artic.nu.8.Rojas epitome succeſſ.c.2.nu.21.Ant. Cucus l.5. inſtit. materum,t.11.n.138. Andr.Gail.l.2.pract.obſervat.c.141.num.8. Lancelor.inſtit.iuris can.l.2.t. Quæ matrimonium impedire poſſunt, §.Item frigiditas,verb.Vinculo,Manuel in quæſt. regularibus, in 1. to.q.13.a.1.Supplem.Gabr.4.d.34.q.vn.a.vlt.in fine.

6 Quod verum habet, quamuis in ætate decrepita conſtitutus tunc contrahat. Quia id matrim. eſſe validum, quando præ ætate non eſt potentia coeundi deſtitutus, diximus diſp.92.n.20,iuncto n.24. Sic *Mart.Laudenſis, Couar.Rojas, Ant.Cucus, Manuel, nu. præced.alleg.* Et quamuis dubius in hanc partẽ magis inclinat *Ant. Gom.l.9. Tauri n.57.*

7 Circa tertium quæritum,nempe,an ea legitimatio vim habeat excludendi ſubſtituti? Verbi gratia, parens prolis ſic legitimatæ inſtitutus eſt in certa hæreditate, ea tamen lege, vt ſi abſque prole legitima deceſſerit, ſuccedat Titius.dubitatur ergo an verificetur, eam conditionem deficere exiſtente prole per id matrim.legitimata,ac proinde ea ſuccedat excluſo Titio ſubſtituto? Et duplex poteſt eſſe caſus. Prior eſt,vbi nulla alia defraudandi ſubſtituti præſumptio concurrit, quam eo mortis articulo matrim. inire. Poſterior eſt, quando verè conſtat animo defraudandi ſubſtituti matrim. initum eſſe. Et quidem in priori caſu, placet aliquibus eam legitimationem carere vi excludendi ſubſtituti.Quod vehemens ſit præſumptio initi matrim.animo doloſo excludendi ſubſtituti.Vbicunque enim actus,per quem alius excluditur,celebratur in mortis articulo,præſumitur in eius fraudem geſtus,*l. Filiæ meæ, ff.ſolut.matrim.* Sic tenent *Angel.l.Nuper n.3.C.de natur.liberis, Curtius Iunior conſ.26.n.9.Beroius c.In præſentia,n.206.verſ.Similiter voluit,de probat.Ruinus conſ.46.nu.8.vol.2. & conſ. 211. n.7.& duplici ſeq. vol.1.& conſ.163.num.7.vol.3.Alciatus in ſuis reſponſ.l.9.reſponſ.140.nu.6.& reſponſ.187.n.3.cod.lib. Barboſa conſ.18.nu.28.vol.2. & conſ.68.n.vlt.verb. Præterea adduco,cod. vol.Burgos de Paz conſ.6.nu.11.Mantuan.conſ.38.nu.14.l.2.Zephalus conſ.276.num.30.& ſequentibus, & conſ.259.n.17. lib.2.* addens in hoc vltimo loco, niſi matrimonij promiſſio præceſſiſſet: tunc enim ceſſat fraudis ſuſpicio. *Menochius conſ.226.n.87.vol.3.* dicens hanc eſſe magis receptam ſententiam. *& de præſumpt.l.6.præſumpt.8.n.3.*

8 At communiſſima atque multo verior ſententia habet, nulla alia fraudis ſuſpicione concurrenti prolem ſic legitimatam ſuccedere excluſo ſubſtituto. Quod non ſit verum fraudem præſumi, ex eo ſolùm quod in articulo mortis matrim. initum ſit ab habente ſubſtitutum. Tunc enim in dubio poſſet fraus præſumi,quando actus in articulo mortis per actus non eſſet morienti vtilis,atque alteri noxius eſſet.Et ſic intelligitur *l. Filiæ me, ff.ſoluto matrim.* cui oppoſita ſententia innititur. At quando morienti & filius eius vtilis eſt, vt in præſenti contingit,ceſſat fraudis præſumptio.Et confirmatur,nam legitimatio conſurgens ex matrimonio in articulo mortis inito eſt bonum prolis, cui plurima commoda inde pullulãit. Non ergo id in fraudem ſubſtituti initum præſumitur. Potiùs enim præſumitur patrem præcipuè liberis conſuluiſſe: quamuis ex conſequenti ſubſtitutus defraudetur. Attendendum autem eſt quod principaliter fit, *l.Si quis nec cauſam,ff.ſi certum petatur, l.1.ff.de author.tutor.* Adde, in mortis articulo minorem fraudis ſuſpicionem eſſe debere. Cum agatur de damno ſalutis æternæ irreparabili, cuius immemor non præſumitur morti proximus, *l.vltima.C.ad l.Iuliam,repetundarum.* Tandem quia in dubio in actibus iure approbatis dolus præſumi nequit, niſi perſpicua dolij indicia præcedant *l.Dolum,C.de dolo.* Et ideo huius ſententiæ ſunt *Baldus conſil.319.nu.1.vol.4. Barth.Socinus l.Sed eſt quæſitum, n.2.ff.de liber & poſtum. & ibi Ang.n.2 Iaſon n.11. Alex Si quis poſtumos, in princ. n.4. fin.ff.eod. tit. Pariſius conſ.13.n.68.& conſil.14. nu. 35.vol.1. Ripa l.Ex facto, §. Si quis rogatus, n.48.ff.ad SC.Trabel. Felinus cap. In præſentia,n.36. de probat.* Ruinus tibi contrarius *conſ.78.n.8.& quadruplici ſequenti,vol.3. Anton de Roſellis tractatu de legitimat.lib.1.tit.de cauſa materiali legitim.n.41.* (habetur tom.8.tractatuum,p.1.) *Couar.4.decret.2.p.c.8.§.2.n. 10. Suarez.l.1.legum fori, tit.11. De los pleytos, l.9.nu.10. Ocſius conſ.73.num.11.Gregor.Lopez l.1.verb.Secaſa, tit.13.p.4.Ant.Gomez l.9.Tauri.n.59. Ant.Gabr.tom.3.commun. l.6.t.de legitimatione, concl.1.nu.54. Minchaca in controverſiis vſu frequentibus, l. 3.c.41. nu.1. Molina l.2.de primogen.c.5.n.16.Hyeron.Gabr. conſ. 24.n.3.volum.1. Menochius de præſumpt.l.4.præſumpt.81.nu.29. & l.5.præſumpt.5.n.16.Burſatus conſ.40.n.70.vol.1.Mantica de conject.vlt.vol.l.11.t.13.num.2.& 5. Ioan.Garcia de nobilitate gloſſ. 21.n.59. & tract de hypotheca poſt contractum, n.14.Spino ſpeculo teſtam.gloſ.15.principali, num.105. Enriquez lib.12.de matrim. c.7.num.3.* & videtur tenere *Flaminius l.12. de reſignat.benefic. q.1. num.12.* ait enim non legitimari prolem in præiudicium ſubſtituti, cum limitatione *Pariſii d.num.68.* quæ eſt quando alias conſtat de fraude. Idem ſuſtinent *Sarmiento, & alij.* quos nu.10. referam, dicentes valere legitimationem hanc in fraudem ſubſtituti, quamuis de fraude conſtaret.

In poſteriori autem caſu, nempe, quando conſtat de 9
animo matrimonij tunc iniri ad defraudandum ſubſtitutum, eſt grauior difficultas, vt ſi is qui tunc matrimonium iniit, ſuum animum expreſſit, vel minatus ſit ſubſtituto, fore vt matrimonium illud ad eius excluſionem contrahat. Et quidem communis ferè omnium ſententia eſt, tunc minimè excludi ſubſtitutum, quamuis matrimonium valeat,ac prolem legitimam reddat. Probatur primò, quia licet religionis profeſſio efficiat deficere conditionem,ſi abſque liberis deceſſerit: tunc enim ſic inſtitutus non cenſetur abſque liberis decedere, ſed ſuccedet monaſterium, excluſo ſubſtituto in caſu, quo liberi deficerent,*cap.In præſentia, de probat.* At vniuerſi ſcribentes hoc ibi intelligunt, niſi in ſubſtituti fraudem profeſſio in articulo mortis facta ſit. Ergo idem dicendum eſt in matrim. carnali fraudulenter inito. Valet enim argumentum à matrimonio ſpirituali ad carnale: vt latè *Eucrardus in ſuis topicis, loco à matrimonio ſpirituali.* Secundò, ex *l. Filiæ meæ emancipatæ, 60.ff.ſolut.matrim.* vbi deciditur,quando pater conſtituit dotem filiæ ægræ, ſub ea lege,vt filia decedente in eo matrimonio ſibi reddatur, non prodeſſe marito diuortium alias iure permiſſum,ſi fraude celebratum ſit, ne filia in eo matrimonio decederet: ac proinde non reſtitueretur dos patri. Tertiò ex *c.2. de renuntiat in 6.* vbi aſſeritur renunciationem beneficij,quam quis liberè & licitè facere poterat, non afferre vllum præiudicium expectanti, quando in eius fraudem facta fuit. Quartò, quia ex *l.Si cum mulier, ff.rerum amotarum, & l. Sulpitius. ff.de donat. inter vir. & vxor. & l. Qui parua, §.1. de manumiſ. & l. Cum ratio, §. Fraudis autem.ff.de iure fiſci,* & ex aliis pluribus textibus probatur nimium fraudibus indulgendum, viamque doli ſternendam,ſi omnia, quæ quis facere poteſt,illico poſſet in alterius fraudem conuertere. Et ſic conuerterent omnia iura diſponentia locum fraudibus minimè dandum eſſe, *l.In fundo,cum ſimilibus ff.de rei vendic.* Quintò, quia *l.1 ff. de aqua pluuia arcenda ff.Idem Labeo, el 2.* deciditur auertentem flumen non teneri de dolo, quamuis vicino noceat: & ſubditur: *Si modo non hoc animo fecerit,vt ibi nocat: ſed ne ſibi noceat.* Ergo quando animo nocendi auertit, tenetur de dolo. Quod fatetur *ibi Gloſſa verb. Nocet.* Tandem quia *Valerius Maximus lib.7.c.7.* refert Septitiam matrem Thracalorum Ariminenſium iratam filias nupſiſſe eorum contumeliam Publio ſeni, ac filios in teſtamento præteriiſſe: atque aditum Auguſtum improbaſſe nuptias, & teſtamentum matris: atque adeò bona filiis reſtituiſſe. Et ita vltra omnes DD n.7. allegatos, qui huius ſent. ſunt, ſuſtinent hanc ſententiam *Decius conſil.399. fine, vol.3. & cap. In præſentia,in noua editione,num.206.verſ. Quid autem,ſi quis non bono zelo de probat. Præpoſit.c. Tanta,nu.7.fine, qui filii ſunt legit. Pariſius conſ.13.n.78. vol.1. Ruinus conſ.78.nu.8.vol.3.Barth.Socinus, Angelus Alexander, Antonius de Roſellis, Suarez, Gregorius Lopez, Ant.Gomez nu.58. Anton. Gabriel Burſatus n.72. Mantica nu.1.& 5.Flaminius,vbi eos n.præced.retuli, Molina lib.2.de primogen.c.5.n.27.* & latius in *annotat. quas ponit poſt vlt. libri ſinem num.S. Ducñas rég.3.50.Iuuat.3. Menochius de præſumpt.l.4.præſumpt.81.fine, & præſumpt.83.n.78. Franciſc.Marc.deciſ.Parla-*

menti Delphin. 684.nu.3.p.2. Meres de maiorat. in 1. addit. p.2.q. 1.n.21. Matienzo lib.5.recop.t.10.l.10.gloss.3.n.4.

10 Quamuis autem prædicta sententia sit valdè probabilis, mihi potius placet opposita sententia, vt non obstante eo animo defraudandi substituti, succedat proles per id matrimoniam legitima reddita, excluso substituto. Ducor, quod non vere dicatur substitutum fraudare, qui iure suo vtitur, actumque mero iuro permissum facit. Non enim iniuriam irrogat vtens iure suo, *l. Nemo damnum, ff. de regulis iuris.* Et quamuis debitor legatum, quod ipso iure relictum est, & sibi acquisitum repudiet, vt creditoribus fraudi fit, id non consideratur, nec fraudi eis fuisse iudicandus est: eo quod iure suo vtatur, *l. Qui autem, §.1. ff. de his, qua in fraudem credit.* Item etsi libertus legatum sibi relictum, & mero iure acquisitum repudiet, id non est attendendum, nec patronus, in cuius fraudem id effectum videri potest, conqueri valet, nec permittendus est impedire. Quod libertus vtatur iure suo, § *Verum, ff. si quid in fraudem patroni.* Deinde, quia cum iure attento, id matrimonium valeat, effectus ipsius minimè sunt restringendi. Semper enim attenditur id, quod principaliter agitur, vt ea, quæ ex illo sequuntur, debeant suum valorem obtinere *l. Si quis nec causam. ff. si certum petatur.* Præterea, si sanitatis tempore ille institutus concubinam duceret eo animo, vt prole suscepta per id matrimonium excluderetur substitutus, nemo dubitaret eum excludi. Cùm tamen matrim. iniretur in fraudem substituti. Et idem prorsus detrimentum sequatur substituto, siue noua proles per matrim. suscipiatur, siue antea habita reddatur per illud legitima: atque in vtroque euentu idem sit defraudandi animus. Præterea, quia filius per id matrim. quantumuis in articulo mortis mala fide initum, verè redditur legitimus: vt omnes fatentur. Verè ergo facit deficere conditionem, si sine liberis legitimis moriatur: ac proinde substitutum excludet. Nec mala patris ineuntis matrim. intentio debet filio nocere: cùm ipse nil à patre consequatur, sed ex beneficio instituentis patrem hæreditatem illam obtinet, qui noluit prolem legitimam hæreditate priuari. Præterea, quia quando actus à parte rei non est contra iustitiam, nec restituendi obligationem inducit, nil refert bono an malo animo fiat ad restituendi obligationem producendam. Vt communis ferè omnium sent. sustinet: vt potest videri in *Nauarra l.b. 3. de restit. c. 5. in noua edit. dub 1.n.5. & seq.* Et ratio est, quod obligatio restituendi oriatur ex eo, quod quispiam sit efficax, & vera damni causa. At mala intentio non efficit vt actus sit damni causa, nec efficaciam ipsi addit, quoties actus seclusa intentione non est causa illius damni. Cùm enim intentio maneat in intendentis voluntate, nil potest operari in alio. Si ergo hoc matrimonium in articulo mortis initum, atque praua nocendi intentione substituto, non est contra iustitiam, nec causa damni, ac proinde non obligat ad restituendam substituto hæreditatem: nec ratione malæ intétionis, qua iniretur, ad id obligabit. Tandem, quia quamuis spurij sint hæreditatis paternæ incapaces, fatétur DD. licitum esse eam fidei amici committere, ea intentione vt ille det spurio, dummodo ea intentio non deducatur in pactum: licet fraus quædam legis sit. Ergo similiter in nostro casu ea mala patris intentio defraudandi substituti nõ nocebit proli, vt ob id excludenda sit ab hæreditate: eo vel maxime, quod in hoc casu nulla legi fraus fiat: sed attenta lege proles hæc successura erat, vt vere legitima nisi mala patris intentio obstet. Et confirmatur quia si pater ille dum solutus esset, habuisset eum filium ex concubina soluta: & postea ex alio matrim. genuisset filios legitimos, ac mortua vxore iam in extremis cõstitutus duxisset concubinam, vt sic filius ille legitimaretur, & hoc in fraudem aliorum filiorum, vt cum illis succederet in bonis paternis, durissimum esset ob siniſtram patris intentionem excludere filium hunc ab hæreditate. Cùm beneficio legis tanquam verè legitimus in ea succedat. Ergo idem in nostro casu dicendum est. Et ideo hanc sententiam amplectuntur *Baldus rubrica, C. de priuilegio dotis, nu.2. Sarmiento lib. 1. select. c.6.n.8. & n.vlt. in fin. & l.4. circa l. Sed est quæstum ff. de liberis, & postum. n.3. Minchaca in controuers. vsu frequentibus, lib.3.c.4.n.5. Ioan Garcia de nobilitate gloss. 21.n. 59. & tract. de hypotheca post contractum, num, 14. Spino speculo testam. glossa 15. principali, n.106 Molina to.1. de iustit. tract.2. disp.172. ad fin.*

Ad argumenta n.9. proposita resp. Ad primum dic dis- 11
parem esse rationem. Quoniam professio monachi efficit vt deficiat conditio, si absque liberis ille decesserit, magis ex iuris potestate volentis monasterium haberi loco filij, fauore professionis: quam ex testatoris voluntate, & ex vi verborum: vnde mala fide suscepta ad excludendum substitutum, non operabitur eum effectum. Conditio enim quæ à lege præsumitur circa liberos, intelligitur de iuste susceptis. At proles per matrimonium legitimata excludit substitutum ex ipsamet testatoris voluntate: vnde non mirum si praua intentio patris non redundet in damnum ipsius prolis, quæ non à patre, sed ab ipso priori testatore vocata est ad eam hæreditatem. Sic respondet *Ioan. Garcia de nobilitate, gloss 19.n.66.* Ad 2. dic, textum in *ea l. Filia mea*, non soli defraudandi animo inniti, sed tacitæ patris voluntati sub ea conditione dotantis filiam. Mens enim patris præsumpta fuit in solo mortis casu sibi prospicere: nec præsumitur ipsum fauere voluisse diuortio in ipsius fraudem celebrato. Quod non obscure significat *Glossa ibi, verb. Redderet*, subiiciens illius decisionis rationem, his verbis: *Cum in casu mortis tantum sibi prospexerit pater.* Quod in nostro casu deficit: nam testator instituens parentem, atque alium substituens, si deficeret proles legitima, noluit substituto contra prolem legitimam fauere: imò illi præstulit prolem legitimam: atque adeo fraus & mala patris intentio proli nocere non debet. Ad tertium dic, eam esse specialem illius textus decisionem, qui expectatiuis à Pontifice concessis voluit fauere. Quare ea decisio ad alios casus trahenda non est. Ad quartum dic, nullum esse absurdum, quando fraudes iniustæ non sunt, ac proinde omni iniuria vacant. Quippe eæ non merentur verarum fraudum nomen: cùm re sua neminem priuent: sed iure suo quisque vtatur, quamuis in charitatis legem delinquat ob malam intentionem. Ad quintum dic, cum *Nauarra l.3. de restit. c.5. in noua edit dub.1. nu.12.* vbi & alios refert, illam legem ob non malum animum id decreuisse. Nam nec sufficiens is erat, nec iudici cognitus esse poterat. Quare id decreuit ob actionem externam iniuriosam: nam quando fit ob nullum finem vtilem & necessarium, lex præsumit dolose & inique fieri: atque ideo dat actionem de dolo. Etenim si venas rescindat ob causam sibi vtilem, liquet id iure facere, ac nulli iniuriam eum irrogare: vtpote qui ius sibi consulendi habet. At si nulla necessitate adducatur ad illud faciendum, perspicuum omnino est, non posse illum id iure facere: quin potius alterum absque vlla causa & non vtens iure suo lædit: & ideo malus animus præsumitur, & datur contra illum actio de dolo. Attendit ergo *Vlpianus* non animum lædendi duntaxat, sed etiam attendit actionem externam dolose ac sine iure intentam. Ad vltimum dic ex eo gesto Augusti nil probari: constat enim errasse dissoluendo ob id matrimonium.

DISPVTATIO CVI.

An hermaphroditus possit matrim. inire? & iuxta quem sexum?

SVMMARIVM.

Cuius sexus diudicandus sit hermaphroditus: & quando detur illi sexus electio: & an iuraturus sit se alio non vsurum, n.1.

Cuius sit dignoscere sexum praualentem, & quid in dubio, n.2.

Proponuntur fundamenta eum esse matrimonij incapacem, quando in eo vterque sexus æqualis est, n.3.

Debet contrahere iuxta sexum in eo praualentem: & quid quando non constat vter praualeat, n.4.

An valeat matrim. initum iuxta sexum qui in eo non prædet, n.5.

Quando vterque sexus æqualis est, iuxta quem contrahere possit, n.6.

An parochus inire possit matrimonia talis, antequam eorum arbitrio eligat sexum, n.7.

Ad

An semel electo sexu, & iuxta illum inito matrimonio, si viduus effectus iuxta diuersum iungi, peccet & teneat factum? n.

Quando consultis medicis res est dubia, vter sexus prævaleat, an possit iuxta vtrumque matrimonium inire? n.9.

Satisfit argumentis. Et traditur ratio cur hermaphroditus, in quo vterque sexus aqualis est, sit incapax ordinis & professionis, n 10.

1 PRÆMITTENDVM est hermaphroditum dijudicandum virum, vel feminam, iuxta sexum in ipso prævalentem, ita vt si virilis prævaleat, vir iudicandus sit, quod si femineus, femina, vt habetur *l. Quæritur*, 10 *ff de statu hominum*: ibi *Quæritur hermaphroditum cui comparemus? & magis puto eius sexus existimandum, qui in eo prævalet.* Quando autem neuter sexus prævalet, sed vterque est æqualis, tunc æque vir ac femina iudicãdus est. Cum nulla ratio vrgeat, cur potius huius sexus quàm illius censeatur. Quare potest tunc eligere sexum, quo vti malit, vt docent *Hostiens. sum. t. de testibus, §. Quis posita esse testis, n. 2. vers. Quid si vtriusque, Baldus d. l. Quæritur, in additionibus, n. vn. & ibi Albericus num. 5. Sylvest. verb. Hermaphroditus sine, & ibi Tabiena sine, Armilla sine, Navar. lib. 1. consil. in 1. edit. tit. de etate & qualit. cons. 8. nu. 3. in 2. l. 3. t. de regularibus, cons. 47 n. 3. Maiolus l. 3. de irregul. c. 25. n. 16. Enriquez l. 14. de irregul. c. 8. nu. 6 sine.* Debet autem iuramento se astringere, fore vt in posterum minimè altero sexu præter semel electum vtatur, argumento ex *c. Presbytero, 16. q. 1. & c. Diuersis, de cleric. coniug. & l. Si plures, ff. de pœnis.* Nam indecens valde esset: vt modo vno, modo altero sexu vtcretur. Sic *Hostiens. ibidem.*

2 Quod si roges, quis norit vter sexus prævaleat: & quid in dubio censendum sit? Dic matronarum peritarum vel medicorum esse huius rei iudicium, vt bene docet *Albericus n. prac. allegatus.* Atque id ex genitalium inspectione iudicandum esse tradit *Turrecr. c. Si testes, §. Hermaphroditus, 4. q. 3. n. 3.* Si autem dubitetur vter sexus prædominetur, standum est ipsius hermaphroditi dicto: iuxta communem sent. cum nullus valeat id ita sentire, ac ipsemet. Vel iudicio medicorum standum est. Quod in idé recidit: eo quod medici iudicare debent iuxta ea, quæ ipsemet de se asseruerit. Atque hoc bene docet *Navarr. n. preced. allegatus, in vtroque cons. n. 4.* Quod si adhuc res est dubia, quid faciendum sit, dicemus nu. 9.

3 Et quidem si loquamur de hermaphrodito, in quo neuter sexus prævalet, sed æqualis est: videtur is matrimonij incapax. Quod omnes asserant in hoc euentu eum esse ordinis incapacem, instar feminæ, vt potest videri apud *Enriquez lib. 14. de irregular. c. 8. nu. 6. & Navar. lib. 1. consil. in priori editione, t. de etate & qualit. cons. 8. nu. 3. in posteriori lib. 3. t. de irregularibus, cons. 47. n. 3.* ait similiter eum esse incapacem profitendi. Et vtriusque rationem addit, quod æquè sit femina ac vir: ac proinde quamuis ex ea parte, qua vir est, posset videri capax ordinis: at quia est incapax ex ea parte, qua est femina, absolute incapax appellari debet. Similiter si profiteatur in virorum monasterio, non tenet professio, quia æquè est femina ac vir. Si autem in monialium monasterio, non tenet, quia æquè est vir ac femina. At eadem ratio militat in matrimonio. Nã si tanquam femina viro nubat, obstabit valori eius matrimonii, eum esse æque virum. Si autem tanquam vir feminam ducat, obstabit eum esse æque feminam. Ergo qua ratione ob hanc sexus paritatem est incapax ordinis & professionis, erit quoque matrimonii incapax: cum idem prorsus absurdum sequatur.

4 Prima tamen conclusio sit. Hermaphroditus in quo alter sexus prævalet, potest matrim. inire iuxta sexum illum prævalentem: atque ita si femineus prævaleat, viro nubere potest; si autem virilis, feminam ducere valet. Constat, quia sexus prævalentis esse iudicatur. Vt diximus n. 1. Sic docet *Gloss. c. Si testes, verb. Ad testimonium, 4. q. 3. Angel. verb. Hermaphroditus, n. vlt. & ibi Sylvest. fin. Tabiena fin. Armilla fin.* Quod si dubium sit, vter sexus prævaleat, dicemus n. 9.

5 Hinc deducitur, fore irritum matrimon. iuxta alium sexum contractum, & hoc iure ipso naturæ. Vt si prævalente sexu virili, copuletur matrimonio viri, instar feminæ: vel si prævalente femineo, feminæ, instar viri. Quia inter personas eiusdem sexus initum est: prævalente enim femineo, reputatur femina, & tamen feminam ducit, ac si vir esset: & si prævaleat virilis, reputatur vir, & tamen instar feminæ nubit viro.

Secunda conclusio. Quando vterque sexus æqualis est, 6
in optione eius est, iuxta alterutrum sexum matrimonio iungi. Quare si virili deseruire eligat, ducet feminã: quod si femineo, nubet viro. Constat ex dictis nu. 1. vbi probauimus, in hoc euentu dari hermaphrodito electionem sexus. Atque ita in propriis matrimonii terminis tradunt *Sylvest, Tabiena, Armilla n. 4. relati. Maiolus n. 1. allegatus.*

Parochus autem non debet interesse tali matrimonio, 7
donec hermaphroditus coram iudice Ecclesiastico protestetur, quo sexu vti velit. Constat ex dictis n. 1. vbi probauimus ob hoc esse exigendũ sub iureiurando, quo sexu vti velit, & se alio sexu præterquã semel electum non vsurum. Præterea, quia parocho constare nequit, vter sexus prævaleat, & an sit æqualis. Quare consulendus est prius iudex Ecclesiasticus, cuius est id discutere: vt constet, qualiter matrimonio copulandus sit. Sic *Maiolus nu. 1. allegatus.*

Hinc deducitur, culpæ mortalis rerum esse hermaphro- 8
ditum, in quo vterque sexus par est, si semel electo sexu, & iuxta illum matrim. inito, viduus effectus iuxta alterum sexum matrimonio copuletur. Veti prius instar viri duxerit feminam: posterius autem instar feminæ nupserit viro, vel contra. Tum, quia si sexus electionem iurauit, reus est periurii. Tum etiam, quia esto non iurauit, delictum admittit, & in re quidem grauissima. Quare iis nuptiis, tanquam interdictis, parochum debere negare suam præsentiam, docet *Maiolus nu. 1. allegatus* Existimo autem fore validum id matrimon. Quia iure naturæ non irritatur. Cum hermaphroditus ille æque vir & femina sit: nec eius electio id, quod natura sibi indidit, auferre valuit, sed solum licitum vsum. Ius etiam Pontificium non inuenitur, quod id matrimon. irritum reddat.

Vltima conclusio. Quando, consultis medicis, res in 9
æquilibrio esset, nec iudicari posset, vter sexus prævaleat, censendum est, sexum esse æqualem. Quod æquæ rationes sint pro vtroque sexu: atque ita de huius matrimonio dicendum est iuxta dicta triplici num. præced. quando sexus est æqualis.

Ad argum. nu. 3. propositum resp. disparem valde esse 10
rationem. Quod cùm maxime dedeceat feminam ad ordines promoueri, iure optimo credendum est, ita id sacramentum à Christo Domino institutum esse, vt illius incapax sit sexum feminæum æquè ac virilem participans. Cùm æquè vir ac femina sit. Et similiter cum indecentissimum sit, atque ad luxuriam valde excitans, si quæ verè femina est, profiteretur in virorum monasterio, vel qui verè vir, apud moniales: & is hermaphroditus vtriusque sexus verè sit, meritò censendum est Ecclesiam, irritantem professionem apud personas diuersi sexus, irritasse quoque eius personæ professionem, quæ vtriusque sexus verè & æquè particeps est. Quam rationem huius irritationis reddit *Navarr. n. 3. allegatus.* At matrimonii & naturæ & decentia contenta sunt sola vacandi copulæ coniugali potestate: quare cùm id detur in huiusmodi hermaphrodito, non est cur nequeat valide iuxta alterutrum sexum matrimonio copulari.

DISPVTATIO CVII.

Vtrùm ad declarãdum matrim. irritum ratione impotẽtiæ statim constantis, desideretur triennium experientiæ, & aliqua alia probatio?

SVMMARIVM.

Iudex debet cauere, vt probationes impotentiæ potius superabundent, n 1.

Triplicia possunt esse impotentiæ signa. n. 2.

Quando signa sunt omnino clara, nulla temp. ru mora appellatur ad dissoluendum matrimon. nec iuramenta a coniugum vel propinquorum, sed medicorum tantummodo cum impotentiæ. n. 3.

An vbi signa sunt tantum verisimiliter euidentia, exigantur triennium, ac iuramenta medicorum, vel matronarum, & propinquorum: & hu discordantibus an quid faciendum? n. 4.

An sit signum omnino euidens, virilia aut testiculos deesse n. 5.
Quid si virilia sint aridata. 6.
Quid, si mulier sit arcta: n. 7.
Quid, si coniux per sententiam sit ab alio matrimonio separatus? n. 8.
An vbi impotentia est ex malefitio, desideretur semper triennium, negata iudicis facultate illius breuiandi? n. 9.
An vltra triennium experientiæ sit aliud tempus expectandum in malefico, audita coniugis pœnitentia? n. 10.

1 HACTENVS declarauimus quando matrimon. ratione impotentiæ irritum fuerit ad vltimam huius impedimenti partem accedentes, disputaturi sumus qualiter impotentia hæc constare debeat, vt declaretur irritum ratione illius matrimonium. Et primò quidem in aliquibus disputationibus differemus de necessitate expectandi triennij experientiæ, & de modo illius computandi, atque aliis probationibus ad hoc necessariis: deinde verò de qualitatibus matronarum vel medicorum, quibus inspectio coniugum committenda est. Petit ergo disputatio præsens expositionem necessitatis expectandi triennij experientiæ copulæ, alterиúsve probationis adhibendæ, quando impotentia coniugis statim constat. Et primò præmittere oportet, semper iudicem eo spectare debere, vt potius probationes impotentiæ superfluas, quam in aliquo diminutas exigat: & vt omnem cautelam, quæ potest adhiberi per omnes probationis modos, adhibeat. Quod quæstio de matrimonii dissolutione sit de re gratissima, & in qua de maximo animæ periculo agitur, vel dissoluendo matrim. validum, vel approbando irritum. Item quia in aliis causis oportet iudicantem acta rimari, *c. Iudicantem, 30 q. 5.* ergo fortius in hoc casu, in quo maius periculum vertitur. Et ita docent *Glossa c. finali, in fine, de frigid. & malefic. & ibi Alex. de Neuo, n. 15. Innoc. c. 1. n. 2. vers. Et nota, eodem tit. & ibi Host. n. 2. Ioan. Andr. n. 9. Anton. n. penult. fine, Abb. n 5 fine, Cardin. n. 2 oppositi. fin. Anchar. nu. 11. Alex. de Neuo n. 9. Præpos. num. 7. fine. Idem Hostiens. sum. eod. tit. § Qualiter & quando, n. 13 & 14 fine, & c. Fraternitatis, nu. 1 eod. t. & ibi Ioan. Andr. n. 3. Anton. n. 18. Anchar. an. n. 3. notabil. 3. Præpos. n. 1 notab. 1. Alex. de Neuo ibi in princ. n. 4 Ioan. de Friburgo in sum. confessorū, l. 4. t. 16. q. 16. Brunel. de sponsal. concl. 28. n. 2. & limit. 1. n. 16. fin. Masc. ard. de probat. concl. 816. nu. 8. Eul. Pacianus de probat l. 2. c. 2. num. 28. & ibi Calletus in additionibus lit. I.* Quare in tanti ponderis negotio, nulla iudicis in veritate indaganda ac probationibus exquirendis, superfluitas potest iure optimo reprehendi, vt bene tradunt *Ioan. Andr. d. c. Fraternitatis, n. 3. & ibi Anton n. 18. Anchar. nu. 3. notab. 3. Præpos nu. 1. notab. 1. Alex. de Neuo c. fin. n. 15 de frigid.*

2 Secundò est præmittendum, triplicia esse impotentiæ signa, quædam necessario & euidenter concludentia impotentiam, alia verisimiliter euidentia impotentiæ signa, & alia dubia ac præsumptiuè probantia. Quæ omnia à n. 5. explicabimus. Hac distinctione vtuntur *Anton. c. Laudabilem, n. 14. de frigid. & malef. & ibi Præpos nu. vlt. Alex. de Neuo n. 16. & 17.*

3 His præmissis, sit prima conclusio. Quando signa necessario & euidenter impotentiam concludunt, siue viri, siue feminæ, nulla temporis mora expectata, est dissolnendum matrim. Hæc ab omnibus admittitur. Quia *cap. Laudabilem, de frigidis & malef.* vbi triennium experientiæ præscribitur ad concludendam frigiditatem, excipitur nisi prius ea probari possit. At nulla apertior probatio hac reperiri potest. Secundò, quia constante impotentia, ac subinde matrimonij nullitate, contra ius naturæ esset copulam permittere. Tandem, quia cum exter apertissima probatio, frustra expectaretur euentus triennii, cuius nullus induceretur effectus, *c. Cum contingat, de offic. deleg.* Nec tunc iuramentum septimæ manus propinquorum desideratur, vt bene docent *Glossa c. Fraternitatis, statim in princ. verb. Matronas de frigid. & malef. & ibi Abb. num. 11. Alex. de Neuo ibi in princ. n. 8.* qui duo bene aduertunt, nec iuramentum ipsorum coniugum esse necessarium. Cùm ad oculum pateat impotentia. Quare sufficiet iuramentum matronarum vel medicorum ea signa clare per inspectionem testatium. Et quamuis *ea Glossa* videatur sentire, nunquam in arctitudinis femineæ impedimento desiderari id iuramentum septimæ manus, sed solam in frigiditate viri, at id non sentit, nec est verum (vt dicemus n. 7.) sed loquitur quando est arctitudo euidenter concludens impotentiam. Et ita eam intelligunt *Abbas & Alex. de Neuo ibidem.*

Secunda conclusio. Quando signa nō sunt omnino certa & euidentia, sed verisimiliter euidentia impotentiæ, nō desideratur triennium experientiæ: at exigitur iuramentum coniugum asserentium se non posse coire, & septimæ manus propinquorum iurantium se credere eos verum fateri (de quo iuramento septimæ manus latè dicemus disput. seq.) Quia cum impedimentum fere euidenter constet, non est opus triennium expectare, quod in casu dubii solum conceditur: cùm autem non omnino euidenter constet, amplior probatio petitur, quàm vbi prorsus euidens est, & ideo petitur id iuramentum coniugum, ac septimæ manus. Et ita docent *Anton. c. Laudabilem, n. 14 de frigid. & malefic. & ibi Alexand. de Neuo num. 17.* & constabit ex dicendis n. 6. & 7. vbi referemus Authores sentientes in impedimentis, quæ non omnino euidentia sunt, peti iuramentum hoc, non tamen triennium. Quare tunc inspiciendus est coniux impotens per medicos aut matronas, & si iudicarint eum omnino impotentem per signa verisimiliter euidentia, ac concordauerit cum medicorum dicto iuramenta coniugum, ac septimæ manus propinquorum, dissoluetur statim matrimon. nulla temporis mora expectata: si autem testimonia hæc discordarint, dicendum est idem, quod de signis dubiis dicemus duplici disput. sequenti. Sic *Alex. de Neuo, d. c. Laudabilem, n. 17. an casu 2.* 4

Versatur autem difficultas in explicandis his signis. Est ergo signum euidens, vt nec triennium, nec iuramenta propinquorum desiderentur, quādo virilia omnino amputata sunt. Quod nemo negat. Item si vir careat vtroque testiculo, vt docent *D. Tho. 4. d. 34. in fine, tu expositi lit. Anton. c. Laudabilem, num. 14. de frigid. & malef. & ibi Alex. de Neuo, nu. 15. casu 1.* Et quamuis hoc olim non carebat difficultate: eo quod multi censebant matrim. eunuchorum carentium vtroque testiculo esse irritum, (vt retuli disp. 92. num. 15. & 16.) at iam post motum proprium Sixti V. est omnino certum, vt ibidem n. 17. dixi. 5

Præterea est signum omnino euidens, ita vt nec triennium, nec iuramenta propinquorum & coniugum desiderentur, si virilia atida sint. quod tunc inutilia videantur. at perinde est virilibus carere, & ea omnino inutilia esse. Et ita docent *Innoc. c. Laudabilem nu. vnic. paulo post medium, verb. Iustum iudicium, de frigid. & malefic. & ibi Ioannes Andr. n. 9. Abbas n. 2. Præpositus n. 6. verb. Iustum iudicium. Mascard. de probat. concl. 889. num. 4.* At hoc non caret difficultate. Quod alii existiment membri virilis siccitatem non esse signum omnino certum & euidens impotentiæ, ac illam necessario concludens, sed verisimiliter euidens. Sicut enim per id membrum vrina expelli potest, ita videtur etiam posse semen emitti. Quare non erit necessarium expectare triennium: at exigendum erit iuramentum coniugum, & septimæ manus propinquorum. Iuxta dicta n. 4. de his signis. Ita sentiunt *Innoc. c. 1 nu. 1. vers. Vel potes dicere, de frigid. & malef. & ibi Anton. num. 2. vers. Et per hanc decretalem. Præpos n. 5. fin. Idem Anton. c. Laudabilem, nu. 14. eod. t. & ibi Præpos. n. vlt. Alex. & Neuo nu. 11. ad fin. & n. 17. casu 2.* Sed horum rationi respondent *Calderin. Cardin. Florent. & Petr. de Saxonia*, vt eos refert *Præpos. d. c. Laudabilem, n. 5.* stare vt per membrum siccum emittatur vrina, cum tamen semen emitti nequeat. Quod diuerso modo generentur, & aliqua impediant seminis emissionem, non tamen vrinæ. Sed in hac doctorum controuersia existimo sic dicendum: Si membrum virile sit omnino siccum, est signum omnino euidens, & necessariò concludens. Quare nec triennium, nec iuramenta dicta exiguntur. Et in hoc euentu est verum, quod dicunt priores DD. Quia tunc is vir aut feminis veri emittendi incapax esset: aut si verum semen 6

men emitteret, euidens esset non posse illum membrum exigere, vt posset vas femineum penetrare: atque ita semen intra illud vas emittere. Membrum enim omnino aridum vi motiua careret. Si autem non sit omnino aridum, sed taliter vt medici iudicent, non esse certam & euidentem impotentiam, sed verisimiliter euidentem, tunc habet verum, quod dicunt posteriores DD. Quod si non sit ita aridum, quin possit sufficienter erigi ad copulam, & de hac potentia constet, non censendus est vir ille impotens, vt bene docent *Alex. de Neuo d.c. Laudabilem, n.17. in 2. casu, & ibi Præpos. n.5.*

7 Deinde est signum omnino euidens impotentiæ, ita vt nec triennium, nec prædicta iuramenta petatur, quando mulier est arcta. Sic videtur sentire *Glos. c. Fraternitatis, statutum princip. verb. Matronas, de frigid. & malefic.* dum ait quando mulier est arcta, non exigi iuramentum propinquorum. Et docent *Innoc. c. Laudabilem, cod. tit. n. vnic. verb. Iustum iudicium, Ioan. Andr. ibi n.9. Anton. n.13. & 14. Præpositi. n.6. super verb. Iustum iudicium, & n. vlt. Archid. c.2. nu.6. vers. Et nota, in fin. 33.q.1. & ibi Bellamera in fine, Cardin. d. c. Fraternitatis, n.5. oppositi 2. & ibi Præpos. n.7. Hostiens. sum. t. de frigid. & malef. §. Qualiter & quando, nu.13. vers. Quid si mulieres asserant. Ioan. de Friburgo in summa confessorum, lib.4. t.16.q.16. Rosella verb. Diuortium, nu.3. & ibi Syluest. q.19. n.22. Mascardus de probat. concl.889. nu.4.* Sed nec hoc est ita certum. Nam aliis placet arctitudinem mulieris non esse signum omnino certum & euidens, sed euidens verisimiliter, & ideo censent non exigi triennium, bene tamen dicta iuramenta. Quod arctatio illa sit per matronas inspicienda, quarum oculus sæpe fallitur, *c. Nec aliqua, 27.q.1.* & iudicium mediconum similiter est sæpe fallax, vt experientia demonstrat, ac notatur *c. Proposuisti, de probat.* Et ideo sic docent *Anton. e. fin. n.8. de frigid. & malef. & d. cap. Fraternitatis, nn.16. Alex. de Neuo in c. Laudabilem, n.16. & 17. eod. t.* & hæc sententia posteriori magis placet: nisi mulier ita arcta esset vt cuilibet inspicienti clarè liquere possit eam non esse capacem alicuius instrumenti virilis, vt optimè explicat *Speculator, tit. de frigid. & malef. §. vn. n.3.*

8 Præterea est signum euidens, & omnino necessarium, ita vt nec triennium nec iuramenta propinquorum necessaria sint, si vir ab alio matrimonio sit ratione frigiditatis per sententiam separatus. Nam id matrim. statim dissoluendum esse probaui disp.99.n.6. Et ita docent *Anton. c. Laudabilem, num.14. de frigid. & malef. & ibi Ioan. Andr. n.8. & Alex. de Neuo n.15. Præpos. n. vlt.*

9 Tandem monuerim, dum diximus non desiderari triennium quoties de impotentia constat, intelligi præter impotentiam ex maleficio consurgentem. Quia cum ea non naturalis, sed accidentalis sit, præsumitur fore vt decursu temporis mediis adhibitis remoueri possit, & ideo semper in maleficij impedimento desideratur triennium experientiæ, vt declaretur irritum matrimon. Item quia cum operatio dæmonis auctoris maleficij sit occulta & libera, non tam de maleficij perpetuitate constat, ac naturalis impedimenti. Et ideo hanc partem sustinent *Hostiens. c. Laudabilem, n.3. & c. fin. ad fin. verb. Triennium, de frigid. & malef. Ioan. Andr. eod. fin. n.11. Abbas nu.9. Anchar. an. nu.9. notabili 12. Cardin. n.2. Alex. de Neuo n.9. not. ab.4. & nu.13. idem Ioan. Andr. d.c. Laudabilem, n.8.* vbi *Anton. n.15. Abbas nu.2. fin. Alex. de Neuo n.3. t. vlt. Præpos. n.5. fin. Idem Anton. c.1. nu.2. vers. Obstat secundo, eod. t. Abb. n.6. Alex. de Neuo n.9. Præpos. n.7. Henricus n.1. Rosella verb. Diuortium, nu.4. fin. Turrecrem. c. fin. n. vlt, 35.q.1. Nauarr. lib.4. consiliorum, t. de frigid. & malef. in vtraque additione consil. n.2. Cossanus de sponsal. tit. de his qui nuptias contrahere possunt, n.78. Greg. Lopez l.8. verb. Falla este plazo, t.8.p.* 4. addens etiam si ab altero coniuge vel ab vtroque offeratur antea probatio per aspectum, vel per alia signa. *Enriquez l.12. de matrim. c.7. nu.2. & c.8. n.2. in comment. In. V.* Nec potest iudex triennium in hoc effectu abbreuiare. Cum id tempus omnino iure petatur, *c. fin. de frigid. & malef.* Sic *Hostiens. eod. c. fin. ad fin. verb. Triennium.* Et ibi *Ioan. Andr. n.13. Anchar n.9. not. ab.12. Alex. de Neuo n.17. Henric. d.c. nuib.*

1. Enriquez. duplici loco nuper allegato. Vnde minus bene *gloss. 33.q.1. in sum. verb. Quod autem, Goffred. sum. t. de frigid. & malef. n.8. Veratrus 1.p speculi, a.40. concl.2. Matienzo lib.5. recop. t.1. rubrica, gloss.1. num.203. Petr. de Ledesma de matrim. q.58. a.2. paulo ante 2. dubium. Emmanuel Sa summ. verb. Matrimonium,* vbi de impedimento impotentiæ, *n.14. vers. In maleficio,* loquuntur eodem modo in malefico, ac in frigiditate, dicentes in neutro impedimento exigi triennium, si statim de illo clarè constet. Sed supponunt falsum, non enim potest clarè statim constare de impedimento maleficij, sicut de impedimento naturali, id esse perpetuum (vt nuper probaui) quod exigitur vt ratione illius sit dissoluendum matrim. At posset eorum opinio in casu rarissimo saluari, nempe, quando per maleficium amputata essent omnino virilia, aut testiculus vterque sublatus. Tunc enim apertum est nullo modo præter Dei miraculum ea restitui posse: ac proinde clarè constabit eam impotentiam esse perpetuam.

10 Immo in maleficij impedimento, vltra triennium est tempus arbitrarium à iudice assignandum, indicto simul coniugibus vt orationi vacent, ac operibus pœnitentiæ, consilio, vt vel sic Deus placatus coerceat dæmonem, vt desistat maleficio nocere. Quod colligitur ex *c. fin. de frigid. & malefic.* vbi allegato impedimento maleficij post multos cohabitationis annos, ait Pontifex, *Inuenistis eisdem vt agerent pœnitentiam de commissis, & sic forte placeret Deo vt opus matrimonii consummarent.* Et quamuis referat gestum Episcopi, cum tamen id non reprehendat, immo ad iustam matrimonii dissolutionem ponderet, videtur id approbare. Et ita docent *Abbas eo. c. fin. n. vlt. Rosella verb. Diuortium, n.4. & ibi Supplementum Pisana n.4. Syluester q.20. n. 23. Decisio capellæ Tolos. 381. n.7. Alex. de Neuo d.c fin. n.17. & ibi Præpos. n.4. Enriquez lib. 12. de matrim. c.7. n.2.* & videtur clarè tenere *Greg. Lopez l.5. verb. Dar plazo, t.8. p.4.* nam vbi dixit numerari triennium in maleficij impedimento, quamuis eo coniuges habitarint ante decretum iudicis, ait hoc intelligendum iuxta ea quæ tradit *Abbas d.c. fin. in fine,* vbi *Abbas* docet hoc tempus arbitrarium concedendum. Hoc tamen intelligo, quando coniuges eo triennio habitarunt ante decretum iudicis, in quo casu loquitur textus *d.c. fin.* & loquuntur *Rosella, Supplementum Pisanæ, & Syluester.* Nam si id triennium signatum esset à iudice, vel pars illius indictis operibus pœnitentiæ & oratione, nō est cur eo transacto sit amplius expectandum. Cum iam tempore iure præscripto coniuges habitarint: ac indicta sit illis pœnitentia ad placandum Deum.

DISPVTATIO CVIII.

An impotentia non constante per signa certa, sed ea dubia sunt, at vterque coniux eam fatetur, desideretur triennij experientia, ac aliqua alia impotentiæ probatio, vt ratione illius dissoluatur matrimonium?

SVMMARIVM.

Proponuntur duo textus, qui sibi contradicere videntur n.1.
An c.1. de frigid. habeat cum textus, nec sit correctum, n.2.
An vtroque coniuge fatente alterum impotentiam, sit necessaria triennium experiendum? Refertur quæ tum sententia, n.3.
Limitatur hæc sententia, vt semper plena pubertas expectetur, n.4.
Proponitur sententia Auctoris, n.5. & ibi remissiùs, quando coniux initio matrimonij reclamat: an sit necessarium triennium?
An sit necessarium ostendere, quando vterque fatetur impotentiam vnde cunque consurgentem, & transiit triennium, n.6.
An desideretur coniugum & septima manus proximorum iuramentum, n.7.
An ad iuramentum necessarios quoque sit, quando vocat indicatur virgo à matrimonio inspicientibus, n.8.
An valet sententia matrimonium dissoluens ratione impotentiæ vndecunque consurgentis, nōdum præmisso iuramento propinquorum, n.9.
An eo iuramento opus sit, adiunctæ famæ asserentium coniugum, n.10.
An iuramentum septimæ manus propinquorum intelligatur sic, vt cuiuslibet coniugis, septem propinqui iurent, & ita quatuordecim, nn.11.
An deficientibus iis, qui attestari possint, sufficiant pauciores, n.12.
An deficientibus consanguineis & vicinis sint alij assumendi, n.13.
An hoc iuramentum, & quotiès petitur, tactis Euangeliorum, sit necessa-

rio

cessario manu tactis Euangeliis præstandum, nec sufficiat tangere tabulas, vel præsentium esse librum Euangeliorum, nec tangere alium Scripturæ sacræ? & an in dubio vbi notarius solum iuramenti mentionem fecit, præsumatur id tactis Euangeliis esse præstitum, n.14.

Coniuges iuraturi sunt de propria scientia, ac consanguinei de credulitate n.15.

Quid debeant iurare coniuges, vt valeat impotentia dissoluatur matrimonium, n.16.

An eo coniuge reputato frigido ducente postea vxorem, censendi sint consanguinei, qui iurarunt sui periurij, n. 17.

Qualiter censeantur periurij tunc coniuges, n.18.

An hoc periurium concludatur ex solo secundo matrimonio frigidi, an potius ex copula coniugali vel fornicaria, n.19.

An coniux potens ob impotentiam dissolutionem matrimonij teneatur speciem impotentiæ aut eius causam allegare? Et resoluitur, qualiter sit tunc vsque ad finem primi matrimonij. si renuntiatur coniux ille potens, & an iudex teneatur impotentiæ speciem & causam exprimere in sententia, & si tunc succumbat coniux, an possit speciem impotentiæ allegare, an potius sententia illa in rem iudicatam transeat, n.20.

An in locis sit hoc triennium expectandum, ac tempus arbitrarium, n.21.

Satisfit argumentis, & concluditur c.1. & c. Laudabilem, de frig. n.22.

1 DISPVTATIONI huic ansam dubitandi præbet contradictio maxima, quæ videtur esse inter textus *c.1.* & *c.Laudabilem, de frigid. & malef.* nam *c.1. flatum in princ.* decernitur, viro post mensem, aut trimestre, aut annum ab initio matrim. fatenti propriam frigiditatem, vxoreq; eandem affirmanti, si ea per verum iudicium probari valeat, dissolui posse matrim. At *c.Laudabilem, eod.t.* deciditur, vbi clarè non constet de frigiditate, expectandum esse triennium experientiæ. Contradicunt ergo sibi hi textus, cum in priori minus triennio petatur, in posteriori autem triennium. Atque alia decernuntur *d.c.1.* quæ videntur contraria decisioni *d.c. Laudabilem*: de quibus est habendus sermo disp. seq. Secundò, quia *eo c.1.* culpæ tribuitur vxoris serotina reclamatio, quod post annum reclamarit allegans viri frigiditatem, atque ideo eius petitio nõ auditur. Cum tamen *d.c. Laudabilem*, ea reclamatio censeatur præmatura, & ob id reiiciatur, triennium enim experientiæ quod reclamationẽ præcedere debet, nondum transiit.

2 Apparens horum textuum contradictio, reddit difficillimum intellectum textus *c.1. de frigid. & malef.* & circa illum valdè laborant expositores, atque ita intricatè loquuntur, vt potius illum confundant, quam aperiant, vt animaduertit *ibi Abbas nu.5.* Et ideo aliquibus Doctoribus placet *id c.1.* vim textus minimè habere. Quod non sit ex aliquo Pontifice aut concilio generali desumptum, sed ex *Brocardico l.10.* Et ita videtur sentire *ibi Glos. verb. Tacuit*, dicens non tenere quod ibi deciditur in coniuge tacente per annum vel dimidium: quamuis non explicet num causa sit quod id cap. sit correctum, an potius quod vim textus non habeat. Et tenent expresse *Alanus, Laurentius, & Vincentius*, (vt eos refert *ibi Henricus in fine.* Alii verò quibusdam admittant esse textum: dicunt tamen esse correctum per *c.Laudabilem, de frigid. & malef.* sic *Turrecrem. c. Si quis accesserit, n.vn. 33.q.1.* At dicendum est *id c.1.* habere vim textus, nec de hoc esse dubitandum. Cum Greg. IX. decretalium compilator inter Pontificia decreta id collocarit. Quod tenent *Hostiens. eo c.1. nu.1. Ioan. Andr. in fin. Anchar. n. 12. Petrus, Geffredus, Abbas antiquus*, quos refert & sequitur *Henricus ibi fin. Prepos. col.2.n.5. super gloss. in verb. Tacuit*, Brunellus *de sponsal concl.28.n.16.* & verius etiam est id cap. non esse correctum, vt defendit *ibi Alexand. de Neuo n.13.* Quod etiam clarè tenent cæteri expositores, qui tanquam non correctum illud explicant, ac conantur conciliare cum *c.Laudabilem, de frigid. & malef.*

3 Claritatis ergo gratia duplex est distinguendus casus, in quo disputandum est, an triennium experientiæ necessario desideretur, & vltra illud aliqua alia probatio. Prior est, quando vterque coniux fatetur impotentiam. Posterior, quando alter fatetur altero negante. Et quidem in præsenti disp. de priori casu disseretur, in sequenti verò de posteriori. Est ergo difficultas, de necessitate expectandi triennij, & alterius probationis, vt dissoluatur matrim. quando vterque coniux alterius impotentiam fatetur. Quibusdam placet non esse opus triennio experientiæ, sed tempus quoddam arbitrarium sufficere, vt vnius mensis, aut trium, aut anni, & iuramentum vtriusque coniugis, ac septimæ manus propinquorum, vt dissoluatur matrimonium. Ducuntur, quod *c.1. de frigid.* in hoc euentu nõ petitum est triennium, sed post dimidium habitationis annum conceditur separatio. Secundò, ex *c.Laudabilem, de frigid. & malef.* id probari videtur. Nam in priori parte loquens quando solus alter coniux fatetur impotentiam, postulat triennium experientiæ: at in posteriori loquens quando vterque fatetur, eius triennij non meminit. Nec clausula triennium continens, in principio posita, limitans priorem casum, extendi debet ad posteriorem. Vbi enim fit diuisio per paragraphum vel versiculum, clausula posita in vno paragrapho vel versiculo non refertur ad alium paragraphum vel versiculum: iuxta doctrinam *glossæ, c.vnic. verb. Sic scilicet, de postul. prælat. in 6.* quam notabilem dicit *Alex. de Neuo d.c. Laudabilem, nu.9. & rubrica de sponsal. n.3.* & in hoc posteriori loco limitat, nisi esset adiectum verbum, Vt præfertur, vel in præmissis. Ad *d.c. Laudabilem*, pronuntur diuersi ac separati versiculi in vtroque casu. Nam prior continetur *in vers. Nos verò*, posterior autem *in vers. Si autem*. Tertiò, quia licet experientia triennij concedatur, quando frigiditas probari nequit euidentibus signis, at hæc ratio non vendicat sibi locum, quando vterque fatetur impedimentum, sicut quando alter solus. Quod in priori casu sit violenta præsumptio: & quia posset esse collusio aliqua, accedit septima manus propinquorum iurantium verisimile ipsis esse, coniuges verum dicere. Quartò, quia textus *d.c. Laudabilem*, loquens in posteriori casu, nempe, quando vterque fatetur, incipit per particulam aduersatiuam. Si autem: quæ cùm ponatur absq; copula, & eam naturam habet vt aduersetur in iure, & in facto: ita vt diuersum casum & diuersum ius importet, vt aduertunt *Bartolus l. Patris & filii, nu. 1 ff. de vulgari, & ibi Iason num.6.* dicens esse omnium. Cùm ergo in priori casu, quando alter negat iustum iudicium, vt matrim. dissoluatur, sit lapsus triennij cum iuramento coniugum, & septimæ manus propinquorum: & in posteriori hæc etiam iuramenta petantur *eod.c. Laudabilem*, non dicendum est tunc per etiam triennium. Quia iam diuersus casus, sed non diuersum esset ius. Tandem, quia nullus negare potest minorem probationem desiderari quando vterque fatetur impotentiam, quàm vbi alter solus. Et nulla alia differentia potest assignari, quam circa triennij necessitatem. Nam iuramenta coniugum & propinquorum in vtroque casu petuntur. Et ideo huius sent. sunt *glossa, ca. verb. Per veritatem. & verb. Probari, de frigid. & malef. & ibi Innocent. n.1. verb. Per veritatem. Abb. ac antiquus num.3. Hostiens. n.1. verb. Per mensem, Ioan. Andr. nu.2. & 5. Anchar. n.10. Idem Dinoceint. d.c. Laudabilem, §. item in princ. & ibi Hostiens. n.2. Ioan. Andr. nu.3. Anton. n.6. Anchar. n.vlt.* limitans quando mulier per aspectum reperitur virgo, *Præpositus n.3. Alex. de Neuo d.c. 1. num.7 vers. Sed tu dic, & ibi Henric. n.2. Idem Hostiens. c.fin. n.1. verb. Cognoscendi alias, de frigid. & malef. & summa, eod. tit. §. Qualiter & quando, n.23. Alberic. in suo dictionario lit. D. verb. Diuortium, paulo post princ. Astensis 2.p. sum. l.8. t.37. a.1. paulo post princ. Mon. alcun. l.6. verb. Frio. t.8. p.4. Angelus verb. Matrimonium, 3. impedim. 16. nu.10. Supplementum Pisana verb. Diuortium, n.2. & ibi Rascla n.1. Syluester qu.8. n.11. Mascardus de probat. concl.889. nu.7. & 8.* Et idem videtur tenere *Anton. Cucchus lib. 5. instructionum maiorum, tit. 12. num.264.* vbi ait impotentiæ probationem sumi ex vtriusque coniugis confessione iurata, cùm iuramento septimæ manus propinquorum: & dandam licentiam petenti hanc dissolutionem, migrandi ad alias nuptias. Et fauet *Enriquez lib.12. de matrim. c.7. num.1. fine*, vbi generaliter tradit committi arbitrio iudicis, vt inspectis coniugum qualitatibus, & præteritæ cohabitationis tempore, concedat minus rempus triennio ad impotentiæ probationem, præterquam in maleficio. Sed *idem tenet Alexander ile Neuo eo c.1. n.9. vers. In glossa 1.* remittit se circa hanc quæstionem ad *d.c. Laudabilem*, vbi *num 8. fine*, dicit ante factum retinendam esse opinio-

opinionem contrariam: at post factum non esse recedendum ab hac, quæ communis est. Et statim *eod. nu.* sic vtraque conciliat, aut vterque coniux stat contra matrimonium, illud dissolui desiderans, ac eius separationem petens, & tunc illi confessioni non est credendum, *c. Super eo, de eo qui cognouit consanguin.* aut alter stat pro matrimonio, alter vero contra illud: & tunc creditur confessioni illius, qui stat pro matrimonio: & poterit dissolui ante triennium accedente iuramento septimæ manus propinquorum. Similiter *idem Anton. d. c. Laudabilem, nu. 15. & ibi Prepos. fine*, diuerso modo loquuntur; volentes vtramque sententiam ad concordiam redigere hoc modo, vt hæc opinio vera sit, quando vterque coniux fatetur impotentiam: secus si tantum fateatur nondum esse consummatum matrim. neget tamen alter se impotentem.

4 Temperant plerique ex his Doctoribus hanc sententiam, quando adest plena pubertas in coniugibus, nempe, si vir expleuerit octodecim annos, & femina quatuordecim. Si enim nondum plene puberes sint, semper plena pubertas expectanda est: atque ea adepta tempus erit arbitrarium: nec erit necesse expectare triennium. Quippe (vt probaui disp. 104. nu. 18.) numquam ratione impotentiæ non constantis per signa euidentissima potest separari matrim. vsque ad plenam pubertatem: vbi multos Doctores retuli. Atque ita *Hostiens. c. Laudabilem, paulo post princ. de frigid. & malef. & ibi Ioan. Andr. n. 3.* aiunt in puero minori quindecim annis semper esse expectãdum triennium: nec posse id tempus breuiari: eo quod eo non transacto nondum aduenerit plena pubertas: quod si sit sexdecim annorum, expectandum biennium; si annorum septemdecim, vnicum annum: si vero octodecim annorum, mensem vel duos, vel minus arbitrarie. Sed de hac re, an triennium incipiat, ac concedendum sit à plena pubertate, dicemus disp. 110. à n. 8.

5 At multo verius est, quamuis vterque coniux fateatur impotentiam, vbi ea non est certa, desiderari semper triennium experientiæ concessum, *c. Laudabilem, de frigid. & malefic.* ad experiendum an impotentia sit vera ac perpetua. Ducor, quod *eo c. Laudabilem*, petatur hoc triennium experientiæ quando non constat de viri frigiditate. At ex eo quod vterque coniux fateatur impotentiam, non vere constat de frigiditate. Sæpe enim dubitatur, an sit naturalis & perpetua, an accidentalis, & temporanea. Ergo expectari debet triennium, vt ex temporis cursu appareat veritas. Et confirmatur, quia ibi datur triennium, vbi vera frigiditatis probatio haberi nequit, at ex vtriusque coniugis confessione non habetur vera probatio contra matrim. *c. Super eo, de eo qui cognou. consanguineam.* Nec iuramentum propinquorum supplet illum defectum: eo quod illi de sola credulitate iurant. Sed dices *d. c. Laudabilem, in princ.* vbi id triennium exigitur, loqui quando alter solus coniux fatetur impotentiam: ac proinde in posteriori eius parte, in qua textus agit quando vterque fatetur, nulla triennii mentio facta est, sed solius iuramenti coniugum, ac septimæ manus propinquorum. At aduersus hanc euasionem probatur id triennium concernere totam literam. Quia tota eius textus decisio eo pertinet, vt Pontifex declaret quantum temporis spatium indulgendum sit coniugibus, ad veritatem frigiditatis dubiæ comperiendam, vt constat ex quæstione Pontifici proposita initio textus, ibi: *Quantum tempus indulgendum sit naturaliter frigidis ad experientiam copulæ nuptialis?* Cui consultationi absolutè respondet Pontifex his verbis: *Nos vero in præsenti consultatione sentimus, vt à tempore celebrati coniugii, si frigiditas prius probari non possit, cohabitent per triennium.* Quæ propositio cum indefinita sit, ac doctrinam contineat, & à lege sit prolata: æquipollet vniuersali, iuxta doctrinam *glossæ c. Vt circa, in princip. verb. Aliorum de elect. in 6.* communiter ab omnibus receptæ: eo vel maxime, quod ab hac regula solum casum, quo frigiditas probari non posset, excipiat textus *d. cap. Laudabilem*, non explicans quem probationis modum. Et *Gloss. ibi verb. Prius*, & communiter DD. intelligunt quando ante triennium non potest manifeste probari: & postea Pontifex quasi satisfaciés tacitæ quæstioni, quæ poterat vlterius proponi, num illa triennii experientia sat sit ad dissoluendum matri. & nulla alia probatio desideretur, vel qualis, descendit ad casus speciales: & in hoc duplicē casum distinguit. Prior est, quãdo alter negat altero fatente impedimentũ: & tunc iustũ iudicium desiderari ait. Posterior, quando vterque fatetur: & tunc iuramentum coniugum & septimæ manus propinquorum exigi decidit. Quare diuisio casuum nõ cadit super triennium expectandum: sed illud absolute & indefinite decisum est semper expectandum, vbi prius impotentia constare non potest. Cadit ergo diuisio super aliud probationis genus, quale futurũ sit vltra triennium. Et confirmatur, quia textus posita generali regula de triennio expectando, quando descendit ad decidẽdum an aliud probationis genus necessarium sit, ac vult prædictos duos casus distinguere, sic incipit: *Quo elapso si nec tunc cohabitare voluerint.* Quare in decisione dupleis casus quem statim distinguit, procedit illo supposito præmisso, nimirum, quo triennio elapso. Tandem, quia hæc in re potius inclinandum est, vt probationes exuberent, quam vt in aliquo deficiant (vt probaui disp. præc. n. 1.) Ergo potius amplectendum est, desiderari vt impotentia illa triennii experientia comprobetur. Et ideo hanc sentent. sustinent ex Theologis *D. Th. 4. d. 34. in fine, in expositione lit. Magistri, vers. Septima manu, & ibi Palud. q. 1. a. 3. concl. 3. n. 18. Supplementum Gabr. q. vn. a 2. propos. 2. Clara q. 1. post 2. conclu. D. Anton. 3. p. t. 1. c. 12. § 3. ad fin. Ledesma 2. p. ca. 3. 60. a. 1. col. 3. vers. Sed quares.* quamuis enim proponat quæstionem sic: an coniuge altero fatente impotentiam, sit necessarium triennium, nil de altero explicans: at manifeste loquitur quando alter non negat: ait enim opinionẽ Abbatis contra Innocentium esse tenendam, ac hodie esse communiorem, vt desideretur triennium. At hæc est opinio Abbatis, vt statim eum referemus: & contraria relata n. 3. est Innocentii: vt ibi eum retulimus. *Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *qu. 8. a. 1. dub. 4. Graffis 1. p. decisionum lib. 2. c. 85. n. 24.* Et videntur clare hoc supponere *Durand. 4. d. 34. q. 2. nu. 7. & ibi Ricard. a. 2. q. 1. corpore*, vbi aiunt probari, impotẽtiam præsumptiue per triennii cohabitationem; & tunc si vterque fatetur impedimentum: debent iurare cum septima manu propinquorum. Eiusdem sent. videntur *Victoria summa*, vbi de matrim. *n. 283. Petr. de Soto de matrim. lect. 5. pag. 2. vers. His autem proximum. Sotus 4. d. 34. q. vn. a 2. col. 3. concl. 2. Barth. à Ledes. de matrim. dub. 48. concl. 6. Lud. Lopez 2. p. instructorii*, vbi de matrim. *c. 52. col. 2. Cañedo summa sacramentorum*, vbi de matrim. *c. 5. nu. 32.* indistinctè enim docent, vbi impotentia non constat, exigi triennium. Et ex Iurisperitis tenent hanc sent. *Gloss. c. Si quis acceperit, verb. Tempore, 33. q. 1. & d. c. a. Laudabilem, verb. Vterque. Abbas c. 1. n. 5. & 6. & c. Laudabilem, in fine, & cap. fin. n. 4. de frigid. & malef. Cardin. Florentinus, & Zochus*, quos refert & sequitur *Præpositus d. c. Laudabilem, num. 4. fine, & dict. cap. fin. nu. 3. Ioannes de Friburgo in summa confessorum lib. 4. t. 16. q. 16. Menaldus summa. tract. de matrim.* vbi de impotentia coeundi, *tit. de impossibilitate coeundi, & quot sunt eius species. Brunellus de sponsalibus, concl. 28. nu. 16. Lex regia 6. tit. 8. p. 4. in fine. & ibi Gregor. Lopez fine. Turrec. c. Si quis acceperit n. vnic. 33. q. 1. Franciscus Marcus decisione parlamenti Delphinat. 677. n. 2. Gaeta c. Ad limina, 30. 41. §. 4. q. 221. num. 522. Hugolin. de matrim. cap. 19. num. 1.* & hanc sententiam dicit videri veriorem, licet cogitandum relinquat *Mascardus de probationibus, in concluſ. 816. num. 8.* Et videtur expresse tenere *alter Cardinalis cap. 1. num. 1. vers. Præmitto pro intellectu. de frigid. & malef.* vbi eum textum significantem in primo casu ibi proposito, nempe, quando vterque fatetur impedimentum, non exigi triennium, modo probetur per verum iudicium impotentia, explicat, quando euidenter de illa constat: & ita extra hunc casum etiam vtroque fatente videtur sentire exigi triennium. Eiusdem sententiæ videtur *Nauarr. libr. 4. consil. in vtraque edit.*

tit de frigid. toto consilio 1. vbi agens de quodam matrimonio dissoluto ante triennii habitationem, ait sententiam fuisse iniustam. & ita redeundum ad id matrim. cohabitandumque donec triennium absoluatur. & tenet Fulgin. Pactanus de probat. l. 2. c. 2. nu. 24. & videtur tenere Costanus de sponsalibus, tit. de his qui contrahere nuptias possunt, n. 66. vbi ait post triennii cohabitationem sat esse iuramentum vtriusque coniugis, & septimæ manus propinquorum: & ita videtur sentire hæc non sat esse ante triennium. Denique eiusdem sententiæ videntur Speculator. t. de frigidit. § vnico n. 4. Ioan. Andr. in addit. de matrim. n. 16. Camalcanus 2 p. decis. 18. nu. 7. Petrus Greg. syntagmate iuris, l. 9. ca. 12. n. 6. vbi indistinctè docent expectandum triennium, quando non constat frigiditas.

6 Et quamuis vtroque coniugē fatente impedimētum, ac triennio lapso, sanum conulium sit facere coniuges inspici: at id non est necessarium. Quod c. Laudabilem, in vltimo casu, vbi est sermo de hoc, d. frigid. & malef. id non petatur. Deinde ne viduis denegetur hoc remedium, vtpote quæ per aspectum probare nequeunt matrimonium non esse consummatum. Nec obstat cap fin. de frigid. vbi refert ac ponderat Pontifex mulierem fatentem vna cum viro impotentiam, ac lapsis octo cohabitationis annis fuisse inspectam, quia id ad abundantiorem cautelam effectum est. Et ita sentiunt Abb. dict. c. fi. nu. 10. & ibi Cardin. nu. 2. Præpos. nu. 3. in glossa pen. Alexand. de Neuo nu. 15. Brunel. de sponsal. concl. 28. n. 24. Et quamuis hi Auctores loquantur in maleficio, de quo est sermo eo c. fin. At fortior ratio militat in impedimento naturali frigiditatis aut arctitudinis. Tum quia difficilius cognoscitur impotētia ex maleficio consurgens. Tum etiam quia in maleficio textus cod. c. fin. posuit hanc inspectionem: atque ita vergentior erat dubitandi ratio, quam in impedimento naturali, in quo nullus textus eius inspectionis meminit, quando vterque fatetur impedimentum, & militat eadem ratio, ne viduis desit hoc remedium. Et ideo loquens de impedimento naturali tenent Alex. de Neuo d. c. Laudabilem, n. 17. in casu 5. Costanus de sponsal. tit. de his qui nuptias contrahere possunt, n. 66.

7 Desideratur tamen vltra triennium illud, & iuramentum vt iusque coniugis fatentis impedimentum, vt septima manus propinquorum iuret, vel vicinorum bonæ famæ, si propinqui defuerint. Quia textus c. Laudabilem, in fine, de frigid. & malef. id petit. & (vt n. 5. probaui) totus ille textus loquitur transacto experientiæ triennio. Deinde quia id iuramentum iure petitur, eo quod posset esse collusio inter coniuges: & vt cautiori diligentia adhibita dissolutio matrimonii fiat. Quæ res maximi momēti est. At hæc collusio æquè habere locū potest, quando transactum est triennium. Et huius sententiæ sunt ex Theologis D. Th. 4. d. 14. in fine, in expositione literæ, vers. Septima manu, & ibi Scotus q. vn. col. pen. Palud. q. 2. art. 3. conclu. 3. n. 18. Supplem. Gabr. q. vn. a. 2. propos. 2. Celaia q. 1 post 2. concl. D. Anton. 3. p. t. 1. c. 12. § 3. ad fin. Angles. floribus 1. p. vbi de matrim. q. 8. a. 2. dub. 4. Et ex Iurisperitis gloss. c. final. in fine, & c. Laudabilem, verb. Vterque, de frigid. & malef. Goffred. summa, eod. t. nu. 8. Anton. c. 1. n. 2. vers. Et per hanc decretalem, eodem tit. Abbas d. c. Laudabilem, in fine. Monaldus summa, vbi de matrim. titu. de impossibilitate coeundi, & quot sunt eius species Turrecr. 33. q. 1. in sum. art. 1. n. 9. Roscella verb. Dinortium, n. 4. & ibi Supplementum Pisana, n. 4. fin. Sylvest. q. 20. nu. 22. fin. Navar. l. 4. consil. in vtraque edit. tit. de frigid. consil. 1. n. 3. Lex reg. 6. l. 8. p. 4. & ibi Greg. Lopez. fine Costanus de sponsalibus, tit. de his qui nuptias contrahere possunt, nu. 66. Mascardus de probationibus conclus. 816. num. 8. Fulgin. Pactanus l. 2. de probat. c. 2. n. 24. Hugolinus de matrim. c. 19. n. 1. Eiusdem sent. sunt alii, qui etsi non explicent quādo transactum est triennium, at dicunt semper triennium expectandum, quando non constat euidenter de impotentia. Hi sunt Innoc. d. c. Laudabilem, n. vn. paulo post medium, verb. Per iustum, & ibi Ioan. Andr. n. 9. Idem Ioan. Andr. c. Fraternitatis, n. 7. eod. tit. & ibi Host. n. 2. Anchar. n. 6. not. ab. 8. Archid. c. Requisiti, nu. 6. vers. Et nota, 33. q. 1. & ibi Bellam. in fin. Brunellus de sponsal. concl. 28. n. 24. Quod si opponas Glossam to cap. Fraternitatis, verb. Matronas, vbi in arctitudinis impedimento videtur sentire non esse necessarium hoc iuramentum: disp. præc. n. 3. illam explicui: & ibi n. 7. etiam in arctitudine probaui id iuramentum desiderari, quando non est omnino euidens.

Quare minus bene Glossa c. Requisiti, verb. Septima manu, 8
33. q. 1. ait quando mulier per aspectum reperitur virgo, non esse opus iuramento septimæ manus propinquorū, sed verum iudicium esse per matronarum & ipsorū coniugum iuramentum. Idē tenet Fulgin. Pactanus de probationibus, l. 2. c. 2. n. 29. Quam eandem partem videntur sustinere Sotus 4. d. 34. q. vn. ar. 2. col. 4. vers. Rogas autem. Ledesma 2. p. 4. q. 60 a. 1. col. 2. vers. Sed vlterius dubitatur, vbi clarè tunc solum videntur petere iuramentum propinquorū, quando mulier est corrupta, ac proinde minimè potest ex aspectu constare matrim. non esse consummatum. At expresse tenent contrarium Doctores, quos n. præced. allegaui, asserentes semper hoc iuramētum desiderari, quando impotentia non est euidens: quod hic contingit. Nam sæpe oculi ac manus obstetricum falluntur: eo vel maxime quod fœminæ multis fraudibus vtantur, quibus virgines appareant. Præterea valent coniuges colludere vt, & reuera non dedisse operam carnali copulæ: & licet matronæ per aspectum testificari possint mulierem esse virginem, at non possunt affirmare bona fide datam esse operam copulæ. Et ideo in propriis terminis sustinent hanc partem Glossa cap. fin. in fine, de frigidit. & maleficiis. & ibi Hostiens. fin. Ioan. Andr. fin. Anchar. n. 11. q. 2. idem Ioan. Andr. c. Laudabilem, n. 9. eodem tit.

Hinc etiam deducitur qualiter sit intelligenda Glossa 9
fin. c. fin. de frigid. & malef. vbi cum dixisset non sufficere aspectum matronarum, nisi etiam concurrat iuramentum septimæ manus propinquorum, subdit valere sententiam altero horum omisso. Idem tenet Astensis 2. part. summa, l. 8. t. 7. a. 1. qu. 2. Si enim intelligant de matronarum aspectu, verum dicunt. Quippe eum non esse necessarium transacto triennio, & vtroque fatente impedimentum, diximus n. 6. At omissio iuramēti septimæ manus propinquorum sententiam redderet irritam. Quod eo c. fin. in fine, tradens Pontifex formam dissoluendi matrimonii ratione impotentiæ, ponit tamquam prærequisitum hoc iuramentū. Et cum sit forma probationis iure præscripta, eius omissio vitiat sententi. Et ita docent Host. eo c. fin. in fine: & ibi Ioan. And. fine, Anchar. n. 11. q. 2. Abb. nu. 10. Cardin. n. 4. Præpos. n. 3. in glossa pen. Alex. de Neuo nu. 25. & quāquo agit ille textus: at necessario idem dicere debent in mulier. petit idem iuramentum agens de matrimonio ratione frigiditatis dissoluendo, vt etiam n. 7. probaui.

Quidam dicta temperant, vt non exigatur hoc iura- 10
mentum septimæ manus propinquorum, quoties fama assertionem coniugum adiuuat. Sic Gloss. c. Requisiti, verb. Septima manu, 33. q. 1. & ibi Archid. n. 5. Bellamera n. 3. Sed merito ab his est recedendum. Quod fama in consanguinitatis impedimento magni momenti sit: at quando petitur dissoluitio ratione impotentiæ, modica aut nullius. Sic Innoc. cap. 1. n. 4. de frigid. & malefic. & ibi Ioan. Andr. nu. 11. Host. n. 4. Præpos. n. 8. vers. Sed quero quia sæpe.

Iuramentum autem hoc septimæ manus propinquo- 11
rum sic accipiendum est: vt si vterque cōrus fateatur impedimentum, cuiuslibet coniugis septem consanguinei iurent: vel eis deficientibus septem vicini cuiuslibet: & ita debent esse quatuordecim. Et ita hoc intelligunt Inde Neuo n. 6 Host. summa, eod. t. § Qualiter & quando, n. 10. vers. Est autem rectum inducium: & c. 1. n. 1. verb. Per verum iudicium, Dinortium, paulo post principium. Albericus in suo dictionario. D. verb. paulo post principium. Ioan. de Friburgo in sum. confess. lat. 4. t. 16. q. 16. Roscella verb. Dinortium, n. 1. Supplementum Pisanæ ibi, nu. 2. Sylvest.

Sylvest. q.18.n.21. Lex reg. 5. fin. tit. 8 p. 4. Ant. Cucus l. 5. institut. maiorum, §.12 n.264. Quamuis *idem Ioan. Andr. d.c. Laudabilem, n. 4. verb. Septima manu*, dicat non requiri septem propinquos pro quolibet coniuge. Quando verò alter fatetur & alter negat, quot propinqui debeant iurare, dicemus disp. seq. nu. 13. Eliguntur autem propinqui, & eis deficientibus vicini. Quod verisimile sit fore, vt ipsi melius norint res coniugum. Petuntur autem tot ob matrimonii fauorem, & ne facile in eius dissolutione erretur.

12 Quod si tot testes haberi nequeant, sufficient pauciores arbitrio iudicis, vt duo. Argumento ex *c. Presbyter omnibus, 2. q. 5. ita Glossa c. Requisisti, verb. Septima manu, 33. qu. 1. & ibi Archid. nu. 6. Bellam. n. 3. Turrecr.* citato Hugone *n. 8. Ioan. Andr. c. fin. n. 12. de frigid. & malefic. & ibi Anton. n. 8. fin. Abb. nu. 11. Anchar. n. 11. q. 2. Alex. de Neuo n. 16. Brunellus de sponsal. concl. 28. n. 24. fin. Greg. Lop. l. 5. verb. Siete, t. 8. p. 4. Mascard. de probat. concl. 816. n. 12. & concl. 889. num. 7. Calletus additionib. ad Fulcinum Pacianum, l. 2. de probat. c. 2. lit. H.* At necessitate hac nõ cogente, non est recedendum à numero iure petito. Cũ non sit ius expressum, & res sit valde ardua. Sic *Host. sum. tit de frigid. §. Qualiter & quando. n. 10. vers. Item licet in accusatione, Ioan. Andr. Anton. Anchar. Præpos. proximè alleg.*

13 Et si desint consanguinei & vicini, debent assumi alii testes bonæ famæ & omni exceptione maiores. Quamuis enim textus *c. Laudabilem, de frigid. & malef.* solum dixerit, deficientibus consanguineis assumendos vicinos, & his deficientibus nil statuit: at ex mente illius textus hoc colligitur: vult enim, in quantum fieri potest testes alios præter ipsos coniugis adhiberi: & elegit potius consanguineos vel vicinos: quod ipsi res illorum melius norint: Mens ergo textus est, vt his deficientibus, alii adhibeantur, qui notitiam habere possint. Et ita docent *Alb. Magnus 4. d. 34. a. 5. ad 2.*

14 Sed dubitabis, an sufficiat qualicumque verborum forma iuramentum hoc præstari. Videtur enim necessario præstandum esse, tactis sacrosanctis Euangeliis. Quia *c. Laudabilem, de frigid. & malef.* sic dicitur: *Si autem quod numquam se cognouerint ambo fatentur septima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ, si propinqui defuerint, tactis sacrosanctis Euangeliis, vterque iurejurando dicat, quod numquam per carnis copulam vna caro effecti sint.* Quod *c. 2. 33. q. 1.* appellatur Tactis sacrosanctis reliquiis. At quando pro iuramenti forma requiritur Euangeliorum tactus, nec iuri satisfit, nec valet actus quoad iuris effectus, præstito iuramento absque eo tactu, quamuis iurans suo astringatur iuramento. Vt docet *Gloss. c. Vt circa, verb. Corporali, le clerk. in 6. Et ibi Archid. n. 2. verb. Corporali, Anchar. nou. 7. vers. Item nota quod dicit textus. Dominic. ibi §. Edicto, n. 2. Francus in princ. nu. 9. Idem Gloss. clem. 1. de hæreticis, §. Porro, vers. Tacta, & ibi Cardin. eodem §. n. 3. qu. 1. Anchar. ibi §. Sanè, nu. 7. Imola cad. clem. n. 16. Bonifacius q. 36. nu. 111. Baldus auth. Sacramenta puberum, ff. 7. C. si aduersus vendit. Ant. c. Fraternitatis, ad finem de testibus & attestat. & ibi Abbas ad finem, Felinus nu. vlt. col. penult. idem Alb. c. Et si Christus, n. 10. de iureiur. & c. fin. nu. 9. de iuramento, calumnia, Alex. l. 3. §. Iusurandi, n. 3. ff. de iurtur. Sylvest. verb. Iuramentum, qu. 1 fine*, & alii, quos refert & sequitur *Conar. cap. Quamuis pactum, §. 1. n. 2.* Imo nec satis esset præsentem esse textum Euangelii: nisi iurans tangat. Sic *Glossa auth. Iusurandum, quod præstatur, statim in principio, verb. Quatuor, & d. c. Vt circa, verb. Corporali, Archid. Dominic. Felinus, Cardin. qu. 6. Bonifacius proximè allegati. Anchar. clem. 1. §. Sanè, num. 7. de hæretic. Præpos. it. Laudabilem, num 3. not. abil. 5. de frigid. & malef.* Nec sufficeret tangere pede vel cubito, si iurans manus habeat, sed manu tangere debet. Quod singula membra suis officiis destinata sint. *c. Singula, d. 89.* Sic *Glossa d. c. Vt circa, verb. Corporali, Archid. Dominic. Anchar. Felinus, Bonifacius nunc allegati.* Neque sufficeret Scripturam aliam sacram tangere. Quia specialiter petitur tactus libri Euangeliorum, quod illis specialis honos exhibeatur, ac magis formidetur periurium illis tactis. Sic *Gloss. clem. 1. de hæretic. §. Porro, verb. Tacta, in fine. Et ibi Anchar. §. Sanè, nu. 7. Bonifacius ea clem. q. 37. n. 114. Abb. c. Et si Christus, n. 10. de iureiur. Idem Anchar. d. c. Vt circa, n. 7. & ibi Francus in princ. nu. 9. Felinus, Alex. Conar proximè allegati.* Quod intelligitur, nisi cõsuetudo oppositum præscripsisset. Vt docent *Abb. eo c. Et si Christus, n. 10. & c. Fraternitatis ad fin. de test. & attest. Alexan. proximè allegatus.* Verum oporteret vt cõsuetudo illa specialiter præscripsisset, sufficere tactum cuiuslibet sacri libri, petito Euangeliorum tactu. Vt docent *Gloss. clem. 1. de hæret. §. Porro, verb. Tacta in fin. Imola ibi n. 16. Bonif. nu. 114. Anchar. d. c. Vt circa, n. 7. Sylu. verb. Iuramentum, 1. q. 1. fi.* Bene tamen verum est in dubio præsumi eum tactum, vbi in notarii actus solius iuramenti mentio fit: ac proinde incumbere onus probandi parti eum tactum neganti. Et hoc ita præsumitur ob auctoritatem iudicis, & notarii, ac taciturnitatis patris non opponentis. Sic *Ant. c. Fraternitatis, ad fin. de test. & attest. & ibi Abb. fine. Felin. ad fin. versic. Et si diceretur, Conar. c. Quamuis pactũ, 1. p. §. 1 n. 2.* vbi & alios refert. Et tandem in propriis terminis desiderari in hoc casu iuramentum præstari, tactis Euangeliis, nec alias valere probationem, sustinent *Abb c. Laudabilem, n. 3. de frigid. & malef. & ibi Alex. de Neuo, n. 4.* Et tangenda esse Euangelia in hoc casu docet etiam *Ant. ibi n. 7* quamuis subticeat an aliter facta probatio valeat. Cæterum dicendum est, id non esse necessariũ. Quia quamuis hic dicta vera sint attento iuris scripti rigore, at consuetudine præscriptum est id iuramentum super cruce præstari: quamuis Euangelii tactus iure petatur, vt docet *Conar. c. Quamuis pactum, 1. p. §. 1. n. 2. ad fin.*

Diuersimode verò præstari debet id iuramentum ab 15
ipsis cõiugibus & à propinquis. Nam coniuges iuramentum de certa scientia emittere debent: nempe, vir iurare debet se bona fide & absque dolo studiosam operam copulæ dedisse, nec potuisse consummare: mulier autem per eam non stetisse, nec se fraude aliqua vsam esse. At consanguinei de sola credulitate iurare debent, nimirum sibi esse verisimile coniuges verum dicere. Et ratio diuersitatis est, quia ipsis coniugibus constare valet se non potuisse consummare, secus de consanguineis. Et ita docent vniuersi Theologi cum *D. Th. 4. d. 34. in fine, in expositione litera.* & vniuersi iuris Pontificii professores cum *Gl. c. Laudabilem, verb. Vterque. de frigid. & malef.*

Nec credo sufficere, vt ratione impotentiæ dissolua- 16
tur matrim. confessione coniugum dicentium transacto triennio se non potuisse consummare matrim. Quamuis enim *c. Laudabilem, de frigid. & malef. vers. Si autem, & c. 2. 33. q. 1.* videatur textus contentus esse ea impotentiæ probatione cognoscendæ vxoris lapso experientiæ triennio: tantum enim petit vt coniuges iurent se non effectos esse vnam carnem: at bene inspectus vterque textus est potius pro nobis. Nam in vtroq; textu statim subditur, vtro aliã vxorem ducẽte vtrumq; coniugem reum periurii haberi, ac cogẽdum ad priora connubia redire. Ergo allegata est omnimoda impotentia, & iuxta hoc iuramentum non debet esse solius impotentiæ coeundi cũ hac, sed coeundi cum hac & cum quacumque alia. Alias si vir solũ prius iurasset, male periurii argueretur in textu ex matrim. contracto cum alia. Quia id matrim. non arguit eum potentẽ fuisse ad priorẽ vxorem. Deinde, quia id *c. Laudabilem* loquitur expresse de frigiditate viri probanda: vt constat ex initio textus. At frigiditas non probatur ex impotentia coeundi cum speciali persona, potest enim id ex maleficio prouenire, vel ex impotentia respectiua. Quare existimo vt ratione impotentiæ dissoluatur omnino matrim. denegata facultate impotẽti alterius matrimonii ineundi, debere virum iurare se nõ posse coire cum ea femina, nec cum aliqua alia, ac proinde esse simpliciter impotentem. Quod etiã constat ex *c. 1. de frigid. & malef.* ibi, *Et nunc primum dixisti te esse frigida natura ita vt non potuisses coire cum illa, neque cum aliqua alia.* Sed dices id non posse constare viro. eo quod forte cũ nulla alia expertus sit. Resp. quãuis vir id non exptimat, satis esse ea allegare ex quibus id aperte colligatur. Quod aperte docent *Host. eo c. 1. nu. 1. verb. Non potuisses, & ibi Io. Andr. nu. 3. eod. verbo.* nam explican-

tes ea verba textus, vbi vir fatetur se cum nulla coire posse, aiunt: *Quia non moueris ad coitum, nec stimulos carnis sentis, nec per medicum iuuari potes.* Et *idemmet Hostiens. eo n.1. verb. Verum iudicium. & ibi Ioan. And. n. 5.* explicantes quod sit hoc verum iudicium, dicunt: *Iurabunt coniuges quod tibi viribus & ingenio operam dederunt carnali copulæ, vir perficiendo, & mulier patiendo, nec se subtrahendo, sed amplexando, & modis omnibus alliciendo: & iurabit maritus se naturaliter frigidum, nec motum carnalem sentire potuisse: & mulier idem.* Idem sentiũt *Ant. c. Fraternitatis, n. 5. de frigid. & malef. & ibi Præpos.* 2. vbi hæc addit: *Nota practicã articulandi & probandi inhabilitatem ad separationẽ matrimonii. Quia articulus debet concludere indefinite inhabilem coniugem quoad omnes, & quoad omne tempus, ita quod non possit esse coniux omni tempore.* Et *idem Anton. c. fin. eod. tit. n. 2. notabil. 1. & ibi Præpos. n. 1. vers. Et nota quod in libello*, sic dicunt, *Nota practicam libelli in causa matrimonii, quando mulier petit divortium propter impotentiam viri. Non enim posset concludere quod cognita non sit, nisi concludat quod non habet potentiam coeundi.* Et *Speculator titul. de frigidis & malef. §. vn. n. 1.* ponens formam libelli in quo vxor debet petere matrim, dissolui ob viri frigiditatẽ, sic ait, *Vir sic frigidus & ligatus est, quod non habet potentiam coeundi, nec potest ea peragere, propter quæ illum accepi: licet per triennium continuum operam fidelem dederimus operi coniugali.* Et statim *nu. 2.* proponens formam libelli, in quo vir petit dissolui coniugium ob arctitudinem absolutam vel respectiuam mulieris, sic ait: *Eam cognoscere non potui. Cùm non sit apta ad virilem complexum: vel quia adeò arcta est quod nulla potest carnaliter commisceri: vel quia cum sim homo maxima carnositatis, vel magnum habeo instrumentum, numquam à me potuit cognosci.* Et tandem *Albericus in suo dictionario, litera D verb. Divortium, paulo post princip. & Astensis. 2. p. summæ, l. 8. t. 37. art. 1. paulo post princ.* dicunt virum iuraturum sonũ posse mulierem cognoscere: vxorem autem se numquam percepisse potuisse virum ad coitum moueri. Et addit *Astensis* virum quoque iuraturum se non posse cognoscere aliquam mulierem, nec moueri ad voluntatem coeundi.

17 Ex dictis deducitur primò, si postea vir ille inueniatur non frigidus, consanguineos minime censendos periurii reos. Quod non de certa scientia, sed de credulitate iurent: ac proinde licet postea constet falsitas frigiditatis, non inde conuincitur ipsos minime credidisse coniugum iuramentum fatentium impotentiam verum esse. Quare etsi textus in *c. Laudabilem, de frigid & malef. & c. 2. in fine, 33. q. 1.* indefinite decidant eos qui iurarant, reos periurii esse: at intelliguntur de ipsis solis coniugibus. Quippe ratio tradita cogit sic textus eos intelligere. Et ita docent *Glossa eo c. 2. verb. Hi qui, & d. c. Laudabilem, verb. Hi qui. & ibi Innoc. fin. Hostiens. fin. Ioan. Andr. n. 10. Ant. fin. Alex. de Neuo n. 13. Præpos. n. 7. gloss. penult. Turrec. c. Requisisti, n. 833. q. 1.*

18 Secundò deducitur, quo pacto verificetur ipsos coniuges periurii reos esse, si reputatus frigidus aliud ineat matrimonium: vt expresse deciditur *c. Laudabilem, de frigid. & malef. & c. 2. in fin. 33. qu. 1.* Videtur enim eos periurii argui non posse. Quod in illis textibus solum petatur vt iurent se non potuisse consummare matrim. At quamuis postea vir aliud consummet, non ideo sunt periuri. Quia potuit esse impotentia respectiua, vt ex maleficio, & sic non erat impotens ad aliam maritus ille. Secundo, quia coniuges non possunt affirmare ex certa scientia frigiditatem: ea enim etiam peritissimos medicos sæpe latet. Si ergo de credulitate sola iurant, excusabuntur à periurio, instar consanguineorum iurantium, quos hac sola ratione numero præcedenti excusauimus. Et confirmatur, quia esto vir periurii reus argui possit: at non apparet qualiter vxor eius criminis rea sit. Cum ipsa nec iurarit, nec iurare potuerit absolutam viri impotentiam, sed tantum non potuisse secum consummare. Aliqui hos textus ita intelligunt, vt coniuges illi periuri habeantur, non quod re vera rei periurii arguantur: sed sensus est, eorum testimonium ita pro nihilo computetur, ac si vere periuri essent. Ita *D. Thom. 4. d. 34. in fine, in expositione lit. vers. Periurii, & ibi D. Bonauent. in principio in expositione litera, nu. 6.* Sed neuter explicat an hoc ita intelligendum sit de consanguineis, an de ipsis coniugibus. Et quidem *Turrecr. cap. Requisisti, nu. 8 33. q. 1.* intelligit eos loqui de consanguineis. Et tunc solutio est in se vera: sed non est ad rem. Nam textus illi decidentes eos, qui iurarant esse periurii reos, non de consanguineis, sed de ipsis coniugibus loquuntur (vt num. præcedenti probaui.) Nec etiam exhaurit difficultatem. Quia adhuc de ipsis coniugibus vrgent argumenta proposita. Si vero solutio intelligatur de ipsis coniugibus, nescio qualiter stare possit. Nam vterque textus decidit pœnitentiam iniungendam esse iis, qui iurauerant, nempe, vtrique coniugi. Ergo fuit vterque in vera periurii culpa. Quippe alias iniustè plecteretur, & Ita *Glo. eo c. 2. verb. Periurii, 33. q. 1. & ibi Turrecr.* dicunt vtrumque veram culpam admisisse. Quare quamuis magni faciam auctoritatem D. Thomæ, solutionem hanc non approbo. Alii intelligunt mulierem esse periurii ream & pœnitentiam illi iniungendam, quando contra conscientiam iurat, & hoc in confessione sacramentali fatetur. Ita *Host. d. c. Laudabilem, in fine, & ibi Ioannes Andreas in fine, Alex. and. de Neuo n. 13. Præpos. nu. 7 in glossa penult.* Sed minus placet hæc solutio. Quod textus illi æquè vtrumque coniugem periurii reum decernant, & vtrique pœnitentiam iniungendam: nec cum confessore loquantur, sed cum iudice. Præterea adhuc argumẽta militant in viro. Solutio ergo legitima constat ex dictis nu. 16. Quia (vt ibi probaui) coniuges non solum iurant id matrim. se non potuisse consummare, sed virum non valere coire, eo quod nullo modo ad coitum moueatur: quod certo nosse possunt ac proinde de certa scientia iurant, & merito postea cognita potentia viri, rei periurii arguuntur. Estque hæc præsumptio iuris & de iure, contra quam nulla admittitur probatio, vt censeatur ex odio ac mala fide negatam esse potentiam ad coitum, ad dissoluẽdum prius matrimonium: eo ipso quod coniux reputatus frigidus aliud iniit, vt bene docet *Glossa eo c. 2. verb. Pacet.* Et constat ex vtroque textu: nam huic præsumptioni innitens decernit vtrique coniugi pœnitentiam imponendam tamquam periuro.

Non tamen intelligas periurium hoc concludi ex solo frigidi reputati transitu ad aliud matrimonium: sed 19
concluditur ex copula, siue coniugali, siue fornicaria. Quia ex solo matrimonio absque copula non probari potentiam illius viri, ac instaurari prius matrim. ratione frigiditatis dissolutum, sed ex copula coniugali, aut fornicaria, ostendimus disp. 99. n. 4. & 5. Et ita docent *Ante. c. Laudabilem, ad fin. de frigid. & maleficio. & ibi Præpositus. nu. 2. notabil. 3. Alex. de Neuo n. 4.*

Tertiò deducitur, quo pacto intelligenda sit doctrina 20
quædam communis, nempe, non teneri coniuges allegare impotentiæ speciem, nec causam, sed sufficere generaliter allegare impotentiam. Quia ad matrimonij dissolutionem, quam petunt, quodcumque impotentiæ perpetuæ genus sufficit. Sic docent *Glossa c. Requisisti, verb. Acceperit, 33 q. 1. & ibi Archid. fine. Host. c. fin. n. 1. verb. Potentia, de frigid & malef. & ibi Ioan. Andr. n. 2. Anton. num. 9. Abbas nu. 4. & 7. Anchar. n. 1. not. abil. 3. Cardin. statum in princ. Alex. de Neuo n. 6. Præpositus. n. 1. & 2. idem Abb. c. 2. n. 3. & c. Laudabilem, num. 4. eod. t. Alex. de Neuo eo c. 2. n. 3. & eo c. Laudabilem, n. 5. Astens. 2. p. summ. lib. 8. t. 37. a. 1. q. 2. Brunellus de spons. sal. conclus. 28. num. 24. Lancelotus institut. iuris canon. l. 2. t. Quæ matrimonium impediunt possunt, §. Item frigiditas, verb. Impotentia.* At hæc doctrina ita vniuersaliter intellecta nescio quo pacto vera esse possit. Nam iudex Ecclesiasticus ex sola generali allegatione nequit sufficienter nosse an vera & perpetua sit illa impotentia, & an interdicere debeat coniugi illi impotenti transitum ad alias nuptias tamquam vere frigido, an potius alias debeat permittere, tamquam sola impotentia respectiua, aut maleficio laboranti: & an medicamine adhibito ea impotentia auferri valeat. Quare fortè intelligunt hi Doctores, vt coniux potius audiatur,

tur, non oportere speciem impotentiæ ac causam allegare. At dum iudex eam allegationem examinarit, tenetur niri nosse speciem impotentiæ, ac causam ipsius, & ipsi tenetur iuxta interrogata declarare. Quod constat ex iis, quæ dixi disp. 99. n. 29. Qualiter autem, quando coniux solam impotentiam in genere allegauit, sit restaurandum prius matrimonium, si inueniatur postea coniux potens, diximus ea disp. 99. n. 27. Et an iudex teneatur explicare speciem impotentiæ, diximus ibi nu. 29. Et si succumbat cõiux, an illa possit postea allegare speciem impotentiæ, an potius sententia illa transeat in rem iudicatam, diximus disp. 100, n. 15.

21 Tandem sent. n. 3. relatam, vt non sit necessarium triennium experientiæ, sed sufficiat tempus arbitrio iudicis taxandum, libenter admitto in senibus. Quod id triennium concedatur ad experiendum, an discursu temporis ac longo vsu natura vires assumat, vt possit vir mulierem cognoscere. At in senibus quotidie debilior natura redditur, ac vires deficiunt. Quare satis erit, iudicem tempus arbitrarium concedere, quo experiantur, an medicamine aliquo adhibito possit natura vires assumere ad copulam coniugalem.

22 Ad arg. n. 1. proposita resp. Ad 1. constat ex dictis nu. 5. Verum enim illud indicium est, quando triennium experientiæ transactum est: ac iurant coniuges cum septima propinquorum manu, iuxta c. *Laudabilem, de frigid. & malefic.* Ad 2. dic, culpæ tribui mulieri serotinam illam reclamationem, ne ante triennium transactum audiatur eius petitio. Si enim initio matrimonii proclamet, iuxta ea, quæ dicemus tota disp. seq. posset statim audiri. Ad arg. 1. ex propositis n. 3. constat ex solutione ad primum proximè tradita, vbi id c. 1. explicui. Ad 2. constat ex dictis nu. 5. vbi probauimus id triennium complecti totam literam; nec diuisionem per paragraphos cadere supra illud, sed supra aliud probationis genus ne essarium vltra triennium. Ad 3. negandum est antecedens. Quia illa septima propinquorum manus iurans non potest triennij experientiam supplere, quamuis vterque coniux fateatur impotentiam. Vt probaui n. 5. Ad 4. dic, particulam aduersatiuam non cadere supra triennium, quod totam concernit literam: sed supra alios duos casus: & ita concernit diuersum factum, & diuersum ius. Nam quando fatetur vterque impotentiam, & transactum est triennium, satis est ad matrim. dissoluendum, vt iurent coniuges cum septima propinquorum manu, nec opus est aspectu. Vt diximus n. 6. At quando alter negat, vltra triennium, & iuramenta dicta, est necessarius aspectus. Vt dicemus disp. sequenti, n. 6. & seq. Et per hoc patet solutio ad quartum

DISPVTATIO CIX.

An altero coniuge fatente impotentiam, altero negante, nec ea constat euidenter, desideretur triennium experientiæ, & qualis alia probatio: & vtri coniugi potius sit habenda fides?

SVMMARIVM.

Proponitur textus c. 1. d. frigid. & malefic. in cuius expositione versatur difficultas, n. 1.

An mulier quæ matrimonij tempore virgo erat, fatens impedimentum, nec reclamans initio matrimonij, sit audienda vire negante, & potius viro credendum sit, n. 2.

Quando dicetur initio matrimonij proclamare, n. 3.

Tempus vt dicatur sero proclamare, an mensem sit à die initi matrimonij, n. 4.

An si vxor sero proclamans velit per signa euidentia, aut verisimiliter euidentia probare impotentiam viri, sit audienda: & ea probata dissoluantur nuptiæ non expletis triennio, n. 5.

An vxor huius per assertum se virginem probantis sit potius fides habenda, quam viro dicenti se eam cognouisse, n. 6.

An exigatur vt huic vxori credatur, matronas testantes eius virginitatem esse peritissimas, n. 7.

An sufficiat vt duæ matronæ adsciant sex potius septem, n. 8.

An vxori dicenti se à viro cognitam, sit potius credendum, quam viro id negante, n. 9.

An vxor probans per assertum se virginem, non apparenti defectu in viro contrarium asserenti, nec initio matrimonii proclamanti sit audienda, patens ante triennium dissolui matrimonium ob viri impotentiam: vel volens religionem ingredi, n. 10.

An vxor sero clamans possit audiri transacto experientiæ triennio: & à quo tempore id triennium computetur, n. 11.

Quam probationem post id triennium debeat adhibere, vt dissoluatur matrimonium, n. 12.

An tunc sit necessarium iuramentum septem propinquorum virtusque coniugum: an solius coniugis fatentis impedimentum, n. 13.

Concluditur textus cap. 1. & cap. fin. de frigid. & explicatur qualiter liceat quicunque tempore transacto reclamare ob viri impotentiam, nu. 14.

An quando mulier non reclamans initio erat tempore matrimonij corrupta, nec apparet in viro defectus, possit aliquo tempore probare impotentiam viri: & vterque cogendus sit sustinere vt matrona tempore testificandi adsint, n. 15.

An vxor, quæ tempore matrimonij virgo erat, & statim proclamat: sit audienda, viro negante: & qualis probatio desideretur tunc, vt dissoluatur matrimonium non transacto triennio experientiæ, n. 16.

An in eo spatio sit necessaria coniugum inspectio, n. 17.

Quid, si talis mulier erat tempore matrimonij corrupta: & an sit ei fides habenda dicenti se matrimonij tempore corruptam fuisse, n. 18.

An si vir cum septem propinquis iuret se vxorem cognouisse, vel posse credi, sit hæc probatio præferenda contrariæ probationi feminæ, n. 19.

An hæc omnia verum habeant, quando non mulier sed vir contra matrimonium clamat, n. 20.

Satisfit argumentis, n. 21.

DIFFICVLTAS huius quæstionis potissimũ sita est circa intellectum c. 1. *de frigid.* cuius textus quanta sit difficultas, & quam confuse explicetur, & quot dubitarint an tamquam legitimus textus accipiendus sit, dixi disp. præcen. 2. vbi eum esse legitimum probaui. Duo ergo ad hanc quæstionem pertinentia decidit ibi textus. Prius est *in vers. Illa autem*, vbi deciditur mulierem post annum, vel dimidium, allegantem viri impotentiam, & se ab illo non cognitam, audiendam non esse, viro contrarium asserenti. Posterius est *in vers. Si autem statim*, quando mulier statim post mensem, aut bimestre ab inito matrimonio proclamat: & tunc deciditur si feminam audiendam ac dissoluendum matrimonium, si impotentia illa per rectum iudicium probari possit. 1

Prima conclusio sit. Quando mulier fatetur impedi- 2
mentum, & vir negat, nec illa matrimonii initio proclamauit, minime audienda est proclamãs aduersus matrim. sed eius petitio reiicienda est, ac fides habenda viro fatenti se consummasse matrim. Constat ex c. 1. *vers. Illa autem, de frigid.* vbi & duplex redditur ratio his verbis: *Illa autem si prior post annum, aut dimidium, ad Episcopum aut eius missum proclamauerit, dicens quod non cognouisset eam: tu autem contrarium affirmas, tibi credendum est: eo quod caput est mulieris. Quia si proclamare voluit cur tam diu tacuit? Cito enim & in parua tempore scire potuit si secum coire potuisset.* Et ratio est, (vt tradunt *vbi Abbas n. 5. Alexand. de Neuo n. 7. sine Brunellus de sponsalibus, cons. 18. limitatione 1. n. 16.*) quod concurrant tunc duæ præsumptiones contra mulierem: prior, eo quod tarde proclamarit: posterior, quod vir, qui eius caput est, asserat se eam cognouisse. Et intelligunt *Abbas, Alexander de Neuo, & Brunellus ibidem* hunc textum, quamuis mulier tempore initi matrimonii virgo esset. Et hic intellectus mihi placet ob rationes dictas: & constabit amplius ex dicendis num. 10. quamuis *Hostien. tod. ca. 1. nu. 1. verb. Tamdiu, & ibi Ioan. Andreas n. 7. Anchar nu. 7. idem Host. summa, tit. de frigid. §. Qualiter & quando, n. 10. Ioan. de Friburgo in sum confess. l. 4. t. 16. qu. 16.* intelligant hunc textum *in eo vers. Illa autem*, quando mulier est corrupta: nam si virgo esset, post multos etiam annos reclamantem eam audiendam esse aiunt.

Tunc autem dicetur non initio matrimonii proclama- 3
re, sed sero, quando transacto bimestri proclamat. Quod aperte colligitur ex *eodem c. 1. vers. Si autem*, vbi statim proclamare, ac initio matrimonii explicat textus, quando intra bimestre proclamatur, ibi: *Si autem statim in ipsa nouitate post mensem, aut duos, ad Episcopum aut eius*

missum proclamauerit. Et ita docent *Gloss. cap. Si quis acceperit, verb. Tempore, 33. q. 1. Innoc. d. c. 1. n. finali. Præpos. n. 8. versic. Vltimo quæro.* Quamuis *idem Innocent. eod. c. 1. nu. 1. versic. Tertia pars*, dicat breue tempus esse minus semestri. Quare minùs bene *Lex regia 6. l. 8. p. 4.* dicit reputari serotinam proclamationem, quando post annum fit.

4 Hoc verò tempus numerandum existimo à die, qua vir cœpit copulam intentare. Quia textus *d. c. 1. de frigid.* serotinæ proclamationis eam rationem reddit, quòd citò mulier nosse posset an vir secum coire potuisset. At id nequit experiri, nisi à tempore copulæ intentatæ: ergo vt mulier sit in mora, & culpæ illi tribuatur tarda proclamatio, ab intentatæ copulæ tempore, mora numeranda est. Et ideo hac ratione ducti docent Auctores (vt disp. seq. n. 1. videbimus) triennium præscriptum *c. Laudabilem, de frigid.* ad experiendam impotentiam numerari à tempore intentatæ copulæ, ita intelligentes eum textum dicentem à tempore coniugii initi computari.

5 At hæc conclusio textus temperanda est primò, nisi vxor per certa signa ostendere viri impotentiam velit: tunc enim cuiusuis temporis lapsu minimè obstanti audienda est. Quia cùm textus innitatur malitiæ præsumptæ ex diuturna vxoris taciturnitate, præsumptio hæc per aliam fortiorem elidetur. Et ita docent *Innoc. c. 1. nu. vlt. de frigid. & ibi Host. sint, Abbas nu. 5. Anchar. n. 1. Præpos. nu. 8. versic. Vltimo quæro, Alex. de Neuo n. 7. fine, & n. 13. Brunellus de sponsalibus concl. 28. limita 10. n. 16. Greg. Lopez l. 6. verb. Nisi diuortio, tit. 8. p. 4.* Imo satis est ad hoc, quamuis signa non sint omnino euidentia, & necessariò concludentia, si sint verisimiliter euidentia (quæ autem sint hæc, explicuimus disp. 107. n. 6. & 7.) Nam ea tantæ efficaciæ sunt, vt nulla expectata mora, sed adhibito solo iuramento matronarum, coniugum, ac septimæ manus propinquorum, efficiant declarati matrim. irritum (vt probaui hoc l. disp. 107. nu 4.) & ita docet *Alexander de Neuo c. Laudabilem, nu. 17. casu 3. fin. de frigid.* existentibus his signis verisimiliter euidentibus, dissoluendum esse statim non expectato triennio matrimonium, quamuis mulier sero proclamarit. Et ibi etiam bene docet tunc non satis esse ne expectetur triennium, adesse signa frigiditatis vrgentia ac præsumptiue probantia, quæ sint verisimiliter euidentia. Quare egregie *Abbas d. c. 1. nu. 5. & ibi Alex. de Neuo fine, & Brunellus proxime allegatus*, aiunt minimè audiendam esse feminam hanc petentem probare se velle viri impotentiam nondum elapso triennio, si velit per aliqua alia signa probare.

6 Secundo temperanda est conclusio, nisi vxor per aspectum probet se non cognitam à viro, vt quia reperitur virgo à matronis illam inspicientibus: tunc enim potius creditur vxori neganti copulam, quam viro affirmanti. Constat ex *c. Proposuisti, de probat. in fine*, ibi: *Iuramento puellæ, & testimonio illarum septem mulierum fides est potius ordinata.* Et ita docent ex Theologis *D. Thom. 4. d. 34. in fin. in expositione lit. vers. Sed si vir. & ibi D. Bonau. in expos. lit. nu. 5. Albertus Magnus ibi, a. 7. ad 1. Durandus q. 2. n. 7. Ricard. ar. 2. q. 1. Palud. q. 2. a. 3. conclus. 3. n. 18. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 12. §. 3. ad finem. Ouiedus 4. d. 34. q. vn. proposit. 4. Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 8. a. 2. dubio 5. Ludou. Lopez 2. p. instructoris*, vbi de matrim. *c. 52. fol. 2.* Et ex Iurisperitis *Gloss. c. Si quis acceperit, verb. Tempore, 33. q. 1. & c. Quod autem, verb. Probare, 27. q. 2. & d. c. Proposuisti, in fine, & c. penultimo, verb. Mulieres de probat. & c. Contingebat, verb. Veri, de dispensat. impub. & c. 1. verb. Caput, de frigid. & ibi Innoc. n. 3. verb. Credendum. Alex. de Neuo ibi nu. 12. Gosse eius sum. tit. de frigid. n. 8. & Host. in sum. eod. c. §. Qualiter & quando n. 10. Idem Alex. de Neuo cap. fin. nu. 9. de frigid. & d. c. Contingebat, nu. 25. & 27. Albericus in suo dictionario, lit. D. verb. Diuortium, paulo post prin. Aldensis 2. p. sum. lib. 8. t. 137. ar. 1. q. 2. Ioan. de Friburgo in summa confess. l. 4. t. 19. qu. 16. Monald. summa*, vbi de matrim. *titu. Qualiter & quando fiat diuortium propter impedimentum coeundi, col. vlt. vers. Item quando mulier. Turrecr. Si quis acceperit, nu. vn. 33. q. 1. Supplementum Pisana, verb. Diuortium, n. 2. & ibi Roscella n. 2. Sylues. q. 18. nu. 21. Anton. Cucus lib. 3. instit. maiorum, t. 12. nu. 264. Franc. Marcus decisione Parlamenti Delphinal. 677. num. 1. Fulu. Pacianus l. 2. de probat. c. 2. n. 15. & 16.*

7 Temperant hoc aliqui, quando matronæ feminam attestantes esse virginem per aspectum, sunt peritissimæ, tunc enim potius feminæ credendum est, alias viro. Quia virginitas est res occultissima, nec peruia visui, ac oculus matronarum sæpe fallitur, *c. Nec aliqua, 27. q. 1.* Sic *Glossa cap. Si quis acceperit, verb. Tempore, 33. qu. 1. Alexander de Neuo cap. Continebatur, num. 17. de despons. impub. Franciscus Marcus num. præced. allegatus.* Sed iure optimo hoc improbat *idem Alexander de Neuo c. 1. num. 12. & c. fin. num. 9. de frigid.* dicens satis esse, si matronæ peritæ sint. Quod *id cap. fin.* solùm petat matronas peritas esse, ibi: *A matronis bonæ opinionis, fide dignis, & experti in opere nuptiali.* Et *cap. Fraternitatis, statim in princip. eod. tit.* ibi, *Matronas suæ parochiæ prouidas & honestas.* Vbi *Gloss. verb. Matronas*, ait talibus credendum esse, si honestæ sint, & peritæ in arte. Et *Innoc. ibi in fin.* explicat prouidas, id est, peritas: vnde ait exigi, vt sint peritæ in arte. Et *l. 1. ff. de ventre inspiciendo*, solùm petitur feminas inspecturas esse probatæ artis & fidei. Nec reperitur textus eas peritissimas postulans: nec facilè tales reperientur.

8 Alii limitant, dummodo septem matronæ feminam inspiciant, & testentur eam esse virginem. Ducuntur per *c. Proposuisti, de probat.* ibi: *Iuramento puellæ, & testimonio illarum septem mulierum est potius fides adhibenda.* Deinde, quia si vbi suspicio est contra mulierem prægnantem, desiderantur quinque obstetrices, *leg. 1. §. Si omnes vel plures, verb. Mutantur autem mulieres*, iuncta *Gloss. ibi, verb. Quinque, ff. de ventre inspiciendo*: multo fortius in nostro casu septem sunt necessariæ, quia de re grauiori agitur, nempe, de matrim. soluendo, & maior præsumptio fraudis adest contra mulierem, eo quòd diu tacuerit: & res hæc est difficilis cognitionis, ac multis fraudibus subiecta. Ita sentit *Fulu. Pacian de probat. l. 2. c. 2. nu. 26.* Cæterum verius est, sufficere duas vel tres obstetrices. Et ita *d. cap. Proposuisti*, non facit mentionem septem obstetricum, quasi tot necessariæ sint: sed ad maiorem cautelam, & narrat factum. Quare non est recedendum à regula generali dictâ in ore duorum vel trium stare omne verbum. Nec obstat *d. leg. 1.* quia loquitur in casu, quo femina se ingessit dicens esse prægnantem: tunc enim redditur suspecta in hæredum præiudicium: quando enim ipsa non se ingessit, imo negabat, sufficiunt tres. Vt notat *Glossa cit. l. 1. verb. Quinque.* Adde ad decisum esse in eo casu specialiter in nostro casu nullâ tali decisione reperitur. Et ideo hanc partem sustinent *Glo. ca. Nec aliqua verb. Obstetricum, 27. q. 2. Bald. d. c. Proposuisti, n. 4. vers. Item quia.*

9 Similiter mulieri se cognitam à viro asserenti est potius credendum, quam viro neganti. Cuius rei triplicem rationem reddunt Auctores. Prima est, quia stat pro matrimonio, cuius maximus est fauor. Secunda, quia non est verisimile, eam velle cum impotente ad reddendum ei debitum habitare: eo vel maximè quòd stimulis carnis frequenter agitentur feminæ. Tertia, quia cùm femina sit rea, absoluenda est, dum vir non probauerit contrarium. Et ita docent *D Thomas, D. Bonauent. Durand. Ricard. Paludanus, D. Antonius, Hostiens. Goffred. n. 9. Albericus, Aldensis, Ioan. de Friburgo. Supplementum Pisana, Roscella, Sylues. Antonius Cucus allegati n. 6. Idem Hostiens. c. 1. nu. 1. verb. Affirmat, de frigid. & ibi Ioan. Andreas n. 4. Anchar. n. 4. Alexand. de Neuo nu. 9. fin. Præpos. n. 7. Idem Alex. de Neuo cap. Duo pueri, nu. 12. de despons. impub. Turrecrem. 33. q. 2. in sum. a. 1. nu. 9. Mascard. de probat. concl. 312. nu. 24.* Quod bene temperant *Hostiens. Ioan. de Friburgo. Supplementum Pisana, Roscella, Sylues. num. 6. allegati*, nisi vir conuincat eam per aspectum corporis esse virginem: tunc enim potius viro est fides habenda. Sicut nu. 6. diximus femina neganti copulam, viro vero affirmanti, potius illi quam huic credendum, si illa per aspectum se virginem probet.

10 Quamuis autem potius credatur mulieri per aspectum probanti se virginem, & dicenti se non cognitam à viro, quàm

quàm viro affirmanti copulam, at si non adsint alia vrgentiora signa frigiditatis viri: nec initio matrim. reclamauit, audiri nõ debet ante triennii lapsum. Quia adhuc feminam manere virginem, & incognitam à viro, non est signum euidens: nec verisimiliter euidens frigiditatis viriquæ sola signa sufficere vt in hoc euentu audiri possit, probaui n.5. Atque ita docent *Innoc. c.1.nu.fin. de frigid. & ibi Alexand. de Neuo n.13. Præpos. n.8. vers. Vltimo quæro.* Et *Abb.1 n.5.* videtur clarè idem sentire, ait enim non audiendam feminam illam volentem ante triennium probare frigiditatem viri per aliqua signa, secus si post triennium velit probare per aspectum, vt quia adhuc virgo est. Sentit ergo ante triennium eam probationem recipiendam non esse. Et hoc tenendum est, quamuis *Host.* & alii, quos retuli n.2. fine, sentiant vxorem se virginem probantem per aspectum, posse quandocumque audiri, & *c.1. de frigi.* oppositum innuens intelligunt loqui de vxore, quæ tẽpore matrimonii erat corrupta. Intellige tamen feminam hanc volentem per aspectum tunc probare se esse virginem, audiendam minime esse, si id probare intentet ad effectum soluendi matrimon. Nam in hoc casu loquitur textus *c.1. de frigid.* eam audientiam denegans. At si id probare tentet, vt concedatur sibi licentia transeundi ad religionem, audiri vtique debet. Quia per id satis probatur matrim. non esse consummatum, *c. Proposuisti, & c. penult. de probat.* At ante matrimonii consummationem licitus est is transitus, *c. Ex publico, de conuers. coning.* Sic *Alexand. de Neuo c.1.n.15. de frigid.*

11 Tertiò venit intelligenda conclusio, vt ea mulier sero proclamans non audiatur tunc, at post triennium cohabitationis audienda vtique erit. Quia id triennii experientiæ tempus concessum est indistinctè, *cap. Laudabilem, de frigid.* vt post illud liceat dissoluere matrim. ratione frigiditatis: & est ibi sermo in priori parte, quando alter fatetur, & alter negat. Vt docent *Innoc. ibi n.1. Abb. n.1. Alex. de Neuo n.1.* Idem etiam constabit ex coroll. n.14. inferendo, & ex DD. quos ibi allegabò. Et ita docent *Abb. eo c.1. n.5. Et ibi Alex. de Neuo n.8. & 13. Præpos. n.7.* Quamuis *Innoc. eo c.1. n.1. vers. Secunda pars,* dicat nunquam deinceps posse separari matrim. quando mulier non clamauit initio illius, nec ei prodesse indicia frigiditatis viri, & suę virginitatis probationem. Sed statim *eod. num.1. vers. Tertia pars,* dicit magis consonare literæ, vt succurratur illi mulieri sero proclamanti per triẽnii experientiam. Hoc autem triennium computandum est à die copulæ intentatæ. Iuxta dicenda disp. seq. n.1.

12 Hæc autem mulier sero proclamans audietur post triennalem habitationem, ac separabitur matri. si per aspectum probet se virginem, accedatque iuramentum septimæ manus propinquorum testantium ipsis verisimile esse eam verum deponere. Sic colligitur clarè ex *c. Laudabilem, de frigid.* vbi textus in priori parte, in qua est sermo quando alter fatetur altero negante (vt num. præc. probaui) ait post triennii experientiam dissoluẽdum esse matrimonium, si femina probet per iustum iudicium frigiditatem viri: vbi *Glossa, verb. Iustum,* ait, id est, per testes, vel per aspectum corporis. Et *Gloss. c.1.33. q.1. verb. Iudicium,* ait, id est, per aspectum corporis. & *verb. Per iustum,* ait, id est, per legitimos testes. Et *Innoc. eo cap. Laudabilem, num. vnico, ad medium, verb. Per iustum iudicium, & ibi Præpos. nu. 6. eodem verbo,* explicant, id est, per aspectum corporis, & iuramentum septimæ manus propinquorum. Et in propriis terminis docent *Abbas d. c. Laudabilem, in fine, & c.1. nu.5. eod. tit.* vbi *Alexand. de Neuo nu.8. Brunellus de sponsalib. concl.28. limit.1.n.16.*

13 Et quamuis dis. præc. n.11. dixerimus vtroq; cõiuge fatente impedimentũ, exigi iramẽtum septẽ propinquorum vtriusque cõiugis, & ita quatuordecim propinquorum: at quando alter solus fatetur, soli septem propinqui illius fatentis debent iurare se credere illũ dicere verum. Quia cum alter neget, propinqui illius non vocãdi sunt, vt in fauorem fatentis iurent. Ita docent *c. Laudabilem, sta-*

tim in princ. de frigid. Innoc. Host. Ioan. And. Anch. ar. anus.

Ex dictis deducitur concordia *cap.1. & c. fin. de frigid. &* 14
malefic. qui textus ex diametro contrarii apparent. Nam *cap.1.* denegatur audientia mulieri, quæ non matrimonii initio reclamauit allegans viri impotentiam: at *eo cap. fin.* auditur mulier post octo annos reclamans, & allegans impotentiam mariti. Et *c. Fraternitatis, eodem tit.* post multos annos auditur. Et ita ex his textibus notant communiter Doctores, integrum esse coniugi quocumque tempore transacto allegare alterius coniugis impotentiam. Quia temporis tractu matrim. irritum non firmatur. Sic *Hostiens. eo cap. final. paulo post princ. verb. Octo annos, & ibi Ioan. Andr. n.1. Abbas n.2. Anchar n.1. Alex. de Neuo nu.3. Præpos. nu. 2. Idem Ioan. Andr. eo c. Fraternitatis, n.2. Abbas n.2. Anchar nu.1. Alex. de Neuo ibi, in princip. nu 2. Præpos. nu.3.* Sed hi textus sic conciliantur. Nam *caput* 1. negans mulierem audiendam quando non statim proclamat, intelligitur donec triennium transactum sit: (vt n.11 probaui) at *c. Fraternitatis, & cap. final.* concedentia audiendam esse clamantem post multos annos, intelliguntur modo iam triennium transierit. Et ita *Abbas eo cap. fin. n.2. & ibi Alex. de Neuo num.3.* explicantes eum textum concedentem mulieri clamanti post octo annos audientiam, dicunt id esse certissimum, vbi vterque fatetur impedimentum, vel adsunt probationes euidentes. At vbi alter solus fatetur, nec adsunt probationes huiusmodi, sic aiunt, die vt dixi cap 1. eod. t. vbi vterque (vt retuli num.11.) ait audiendam esse feminam sero reclamantem, si iam triennium experientiæ transactum sit.

Secundò deducitur, quid dicendum sit, quando mu- 15
lier erat corrupta tempore contractus matrimonii, nec initio ipsius proclamauit, nec per aspectum viri cognosci potest, sit vir frigidus, nec ne. Aliquibus placet cogendum virum sustinere, vt peritæ matronæ hoc inspiciant tempore coitus: certa enim signa sunt in mulieribus, quæ dicuntur cognitæ, & si ipsæ testentur non habitam fuisse copulam, separandum esse matrimonium. Quia etsi res hæc turpissima sit, sustinenda est ob rem tanti momẽti, quanti est cognitio valoris aut nullitatis matrimonii. Sic *Abbas antiquus cap. Laudabilem, num.2. de frigid. & ibi Ioannes Andr. num.5. Anchar. num. vltim. Anton. cap. fin. num.8. eod. t. & ibi Præpos. n.6. Zephalus cons.384. nu.34-40.41.42. vol.3. Sotus* autem *4. d.34. q.vn. a.2. colum.4. vers. Rogas autem,* turpissime adhiberi testes oculatos ait, & ita rem tunc referendam ad testes ex auditu, qui deponant se ab ipsis coniugibus audiisse, numquam eos potuisse consummare matrimonium. Et ita clarè censet nullatenus adhibendos testes oculatos. Quod omnino mihi placet, eo quod res turpissima, ac omnino honestati naturali aduersa esset, atq; ad libidinem matronas illas maxime excitaret, vel ipsum virum cum illis, aut forte præ pudore membrum virile contraheretur, nec ad coitum erigi posset: ne cesset textus id iubens. Quare nec id licitum esse iudico. Quod autem addit *Sotus,* rem ad testes ex auditu referendam, placet etiam, si tales adsint circumstantiæ testium, & modi quo coniuges id dixere, & absit omnis alia odii suspicio, vt merito suadeat hæc probatio veritatem, & ita rem se habere. Nam in re tam difficilis probationis, vna cum iuramento vxoris, & septimæ manus propinquorum, ea probatio sufficeret. At raro ex circumstantiæ contingerent, & ii testes inuenirentur. Et ideo moraliter loquendo placet quod alii Doctores tradunt, nempe, viro affirmanti se consummasse matrimonium, fidem habendam esse potius quàm vxori negãti, & nullatenus posse tunc separari matrim. à iudice Ecclesiastico, defectu legitimæ probationis. Sic docent *Alex. de Neuo c. Laudabilem, num. 17. casu 4. de frigid. Henric. cap.1. num.4. eod. t. Montalu. l.6. verb. Frio, tit.8. p.4.* & ita *lex illa reg.6.* ait tunc nec audiendã esse feminam, nec ei triennium concedendum. Atque *Ricard. 4. d.34. a.2. qu.1. Turrecrem. 33. q.1. in summ. ar. 1. nu.9.* dicunt se non videre qualiter in hoc euentu possit viri impotentia probari.

16 Secunda conclusio. Si mulier, quæ tempore matrim virgo erat, statim proclamat allegans viri impotentiam, nempe, post mensem, aut bimestre, audienda est, quamuis vir impotentia neget: & si ea probetur per rectum iudicium, dissoluetur matrimonium. Habetur expresse *c.1.vers.Si autem statim, de frigid.* ibi: *Si autem statim in ipsa nouitate post mensem, aut duos, ad Episcopum vel eius missum proclamauerit, dicens: Volo esse mater, volo filios procreare, & ideo maritum accepi. Sed vir, quem accepi, frigida natura est, & non potest illa facere propter quæ illum accepi, si probari potest per rectum iudicium, separari potestis: & illa si vult, nubat.* Hoc autem rectum iudicium, vt separari possit non expectato triennio statim matrimonium, quando mulier initio proclamat viro neganti, est quando apparent signa dubia frigiditatis viri, quæ præsumptiue concludunt, & vxor reperitur virgo, accediteque iuramentum septimæ manus propinquorum eius. (Quod etiam in signis verisimiliter euidentibus necessarium esse probaui disp.107.n.4.) Probatur, quia *d.c.1.* fit distinctio inter casum, quo mulier non statim clamat viro neganti impotentiam, & decernitur viro credendum esse, nec audiendam mulierem: & casum quo statim proclamat, & decernitur audiendam esse, dissoluendumque statim matrimonium, probata impotentia per rectum iudicium. At si per hoc rectum iudicium intelligeret textus quando transactum est triennium, vel signa sunt verisimiliter euidentia, nulla esset differentia. Quia etiam quãdo non statim proclamat, est in hoc duplici casu audienda, ac diuimẽdum matrimonium, (vt n. 12 & 5. probaui.) Et ita docent expresse *Innoc cap.2.num.1. vers.Tertia pars, de frigid. & Alexander de Neuo c. Laudabilem n.17.casu 3.ad fin.eodem tit.* Et videntur tenere *Abbas c.1.nu 5. de frigid. & ibi Alexander de Neuo n.8.* dicunt enim verisimile, *Si autem* positum in eo textu, vbi deciditur mulierem initio matrimonii proclamante frigiditatem viri, esse audiendam, ac dissoluendum matrimonium, si per rectum iudicium probare illam possit, intelligi quando mulier statim proclamans potest per aliqua signa impotentiam viri probare. Et tenet etiam *ipsemet Alexander de Neuo eo c.1. n.13.* subdens expectandum esse triennium, si ea frigiditatis signa non appareant.

17 At in hoc euentu requiritur inspectio coniugum, vt iudicent medici qualia frigiditatis signa in viro sint: & matronæ an mulier nondum cognita sit. Quia cum mulier affirmet se incognitam, ac virgo esse tempore contractus matrimonii, & virum esse frigidum, vito vtrumque neganti, oportet vtrumque coniugem inspici vt veritas constet. Sic *Alexander de Neuo cap.Laudabilem, numer.17. casu 4. de frigid. Costanus tractatu de sponsalibus, in tit. de his, qui nuptias contrahere possunt, n.66.* habetur tomo 9. tractuum.

18 Cæterum maius dubium est, quando mulier initio matrimonii proclamans, erat tempore contractus corrupta, qualis probatio desideretur, vt potius ipsi credatur, quam viro affirmanti copulam, & sic dissoluatur matrimonium, nec appatent signa euidẽtia, vel verisimiliter euidentia frigiditatis in viro? Quibusdam videtur posse tunc dissolui solo iuramento vxoris, & septem propinquorum eius, cum aliquibus signis impotentiæ viri. Quia *d.c.1.vers.Si autem statim, & vers.Illa*, decidens posse statim dissolui matrimonium, quando mulier initio reclamat, secus quando sero, potest intelligi etiam in ea, quæ tempore matrimonii corrupta erat. Vt testantur *ibi Abbas num.5. Alexander de Neuo num. 8. Brunel. de sponsalibus, concluf.28.limit.1.num.16.* Et de corrupta videtur intelligere illum textum *lex regia 6.t.8.p.4.* Vt notat *ibi Greg. Lopez verb. Corrupta*, Ita videntur sentire *Innoc. eo cap.1.nu.1. vers.Tertia pars*, cum loquatur disiunctiue, si mulier probet per aspectum sui corporis, vel per aliqua indicia. Et tenet *Alexander de Neuo, c. Laudabilem, nu.17.casu 4. in fine, de frigid. c.fin.n.15.eod.tit.* ait satis esse iuramentum propinquorum. At non placet hæc sent. Quod textus *d.c.1.* dicens femina statim reclamãte posse statim dissolui matrimonium petat impotentiam viri per rectum iudicium probari. At non videtur rectum iudicium, sed nimis diminutum in re tanti momenti, solum iuramentum vxoris, & septimæ manus propinquorum, cum aliquibus indiciis frigiditatis viri, nondum lapso experientiæ triennio. Et ita sentit *Hostiensis in summ. titul. de frigid. & malef. §. Qualiter & quando, nu.10. & 11. & d.c.1.nu.1.verb. Tamdiu, & verb. Post annum & dimidium*, vbi ait mulierem corruptam matrimonii tempore, non audiendam, licet intra octo dies proclamet, marito contrarium affirmante, nisi vir conuincatur impotens per aspectum: & verbum illud *d.c.1.* Post annum & dimidium, intelligit, maximè si tunc clamet: nam idem est, si corrupta reclamasset ab initio, sed quia tamdiu tacuit, maior est præsumptio contra ipsam, & ideo minus auditur. Et *vers. Si autem statim*, qui decidit feminam statim proclamantem audiendam esse, intelligit de virgine. Idem cum Hostiensi sentiunt *Ioan. Andreas eo c.1.n.7. Ioan. de Friburgo in sum. confess. l.4.t.16.q.16.* Et *lex reg.6.tit.8.p.4.* quæ (vt proximè dixi) intelligit textum illum *d.c.1.* de corrupta, ait feminam hanc statim proclamantem audiendam esse, ac ipsi iniungendum triennium experientiæ. Et *ibi Greg. Lopez verb. E dar le plazo*, ait quando non ostenderit per certam probationem frigidum esse virum. Non est autem fides adhibenda feminæ asserenti se tempore matrimonii corruptam fuisse, sed id probare debet. Quia allegat turpitudinem suam, *c. Cum super, de confess. prob. l. Transactione, C. de transact.* Præterea, quia quælibet femina virgo præsumitur, cùm ea sit qualitas naturalis. Tandem, quia in hoc vxor fundat intentionem suam, dicens quamuis corrupta appareat, non esse eam à viro cognitam, sed talem ante matrim. extitisse. Ita docent *Abbas antiquus cap. Laudabilem, n.2. de frigid. & ibi Ioan. Andr. n.5. Anchar. n. vlt.*

Sed hactenus dicta, nempe, potius credendum femi- 19
næ saltem virgini statim clamanti, veniunt intelligenda, quando vir simpliciter affirmat se cognouisse feminam: at mulier & dicit & iurat contrarium, cum septima propinquorum manu, existente aliqua præsumptione ariditatis, vel alterius defectus membri virilis. Nam si vir paratus sit iurare cum septima propinquorum manu, se coire posse, vel feminam à se cognitam, præfertur viri probatio. Sic *Innoc. c.1. n. fin. de frigid. & ibi Hostiens. num.4. Ioan. Andreas n.1. Anton. fine, Anchar. n.11. Propos. nu.8. vers. Vltimo quæro.* Sed hoc meo iudicio non procedet, vbi femina vltra eas probationes, ostenderit se per aspectum virginem. Quia vigentior tunc erit eius probatio, cum aliis coniecturis dictis, & simili iuramento proprio, & septimæ manus propinquorum suorum, quàm probatio viri per simile iuramentum. Quare æquitas poscit vt illi probationi potius credatur.

Tandem id monuerim, hactenus dicta in tota hac disp. 20
de muliere allegante impotentiam viri, & ob id petenti matrim. dissolui, accipienda quoque eodem modo esse, quando vir proclamat contra matrim. ratione arctitudinis feminæ. Quamuis enim textus *c.1. de frigid.* de sola femina proclamanti sermonem habeat: at id omni mysterio vacat, & ita contingit, quia de femina proclamanti propositus est casus Pontifici. Et cum vir & vxor correlatiua sint, & militet prorsus eadem ratio in hoc euentu in vtroque, dispositum in vno censetur in alterò disponi. *l.fin. C. de indicta viduit.* Et ideo *Præpositus c.1.nu.7. de frigid.* ait nil referre ad dissoluendum matrimonium, an procedat vir vel femina, præterquam quod aliquantulo plus credatur viro.

Ad argum. n.1. proposita constat ex dictis num.14. vbi textus illos conciliaui.

DISPVTATIO CX.

A quo tempore computandum sit triennium iure præscriptum ad experiendam impotentiæ veritatem?

SVM-

SVMMARIVM.

Triennium hoc non à tempore matrimonij, sed saltem à tempore, quo cœptum est copula vacare, computandum est, n. 1.

An præcisè ab illo tempore numeretur, nec desideretur tempus à iudice post peractam à coniugibus pœnitentiam designari. Refertur duplex sententia n. 2. & 3.

Quando impedimentum est naturale, vt frigiditatis, vel quodcumque aliud circa maleficium, incipit triennium præcisè à die experientiæ copulæ n. 4.

Idem dicendum est in maleficij impedimento, n. 5.

An in hoc sit expectandum tempus aliquod vltra triennium, n. 6.

Quando matrimonium ratione impotentiæ falsò existimatæ instauratur, an computetur triennium à tempore nouæ copulæ, num. 7. & ibi, quid, quando fœmina redditur apta incisione aut medicinis.

Quando coniux nondum plenè puber est, an sit expectanda plena puberties, & extunc numerandum triennium. Refertur duplex sententia, n. 8. & 9.

Proponitur Auctoris sententia, n. 10.

1 IN hac disp. fatentur omnes triennium non numerandum à tempore contractus matrimonij: sed saltem à tempore, quo cœpcum est à coniugibus copulæ vacare. Quamuis enim c. *Laudabilem, de frigidis*, à tempore matrimonij computandum decidatur, ibi: *A tempore celebrati coniugij habitent per triennium*, at supplendum est, & cœperunt coniuges copulam intentare. Tum quia verba cum effectu intelligenda sunt c. *Relatum, de cleri. non resid.* Tum etiam, quòd cùm id triennium destinetur ad experiendã coniugis potentiam ad copulam, iure optimo à tempore huius experientiæ saltem computati debet. Atque ita docent *Glossa* 33. *qu.* 1. *in summa verb. Quod autem, in fine*, & d. c. *Laudabilem, verb. Celebrati, & ibi Innoc. statim in princ. verb. Celebrati. Host. statim in princ. cod. verb. Ant. n.* 10. *Alex. de Neuo, n.* 10. Nec aliquem contradicentem inueni.

2 Difficultas autem eo pertinet, an præcisè ab eo tempore computetur, an potius à termino per iudicem præscripto, peracta à coniugibus criminum pœnitentia. Quibusdam placet in maleficii impedimento ab hoc tempore computari triennium: nec rationem haberi temporis, quo antea copulæ vacarant. Quia cum hoc impedimentum sæpius ex coniugum peccato proficiscatur, nil prodest tempus pœnitentiam culpæ præcedens. Item quia c. *finali, de frigid.* vbi sermo est de impedimento maleficii, iuxta ferè omnes DD. ponderatur ad separandum matrimonium, peractam esse à coniugibus pœnitẽtiam, atque terminum constitutum à iudice. Et ideo huius sententiæ sunt *Hostiens. summa tit. de frigid. §. Qualiter & quando n.* 12. *& cap. finali eod. tit. n.* 10. *verb. Plures terminos, & verb. Infra præfactos, & verb. Triennium; & ibi Ioan. Andr. nu.* 11. *verb. Triennium, Anton. nu.* 10. *Anchar. nu.* 9. *notab.* 12. *Henric. c.* 1. *nu.* 1. *eod. tit. Astens. 2. p. sum. l.* 8. *tit.* 37. *art.* 2. *paulo post princip. Ioan. de Friburgo in sum. confess. l.* 4. *tit.* 16. *q.* 16. *Anton. Cucus l.* 5. *institut. maior. tit.* 12. *n.* 267. *Cauallcanus* 2. *p. decis.* 18. *nu.* 7. *in suis decisionibus.*

3 Alii etiam in frigiditatis impedimento docent triennium numerandum à tempore, quo per iudicem signatum est, ac coniuges culpæ pœnitentiam egere. Ducuntur per *cap. Laudabilem, de frigid.* ibi: *Requisitis quantum tempus indulgendum sit naturaliter frigidis.* Subaudi, à iudice. Deinde, quia potest esse peccatum causa retardationis copulæ. Si ergo peccatum non deleatur per pœnitentiam, minimè proderit tempus à iudice signari. Ita docent *Henricus c.* 1. *n.* 2. *de frigid. Brunell. de sponsalibus, cons.* 128. *declar.* 4. *nu.* 10. *&* 14. *Cauallcanus n. præced. allegatus.*

4 Prima tamen conclusio sit. In impedimento frigiditatis triennium computatur à die copulæ intentatæ, nec oportet id triennium assignari à iudice, nec prius pœnitentiam peragi. Probatur apertè ex c. *Laudabilem, de frigid.* vbi Pontifex respondens quæstioni sibi propositæ, circa tẽpus indulgendum ad experiendam copulam naturaliter frigidis, expressè decidit à tempore celebrati coniugij (supple, & copulæ intentatæ, vt probaui n. 1.) triennium numerandum. At si à tempore per iudicem destinato numeretur, falsa esset decisio: nam priùs quàm quæstio de impotentia coram iudice agitetur, vt tempus per ipsum destinetur, tempus aliquod transactum est, & sæpè longum. Idque amplius constabit ex dicendis n seqq. vbi & soluemus argumenta contraria: & Auctores ibi citandi sunt etiam pro hac conclusione: & quos n. 1. retuli dicentes absolutè computari à die intentatæ copulæ. Et idem est dicendum, vnde cumque hoc impedimentum impotentiæ consurgat. Quod clarè sentiunt DD. n. seqq. allegandi, cum id sentiant in maleficii impedimento, in quo specialior est dubitandi ratio: vt constat ex allegatis. n. 2. Præterea, quia eadem militat ratio. Cùm enim semper agatur de indaganda veritate impotentiæ coniugis, ratio eadem suadet, vt triennium numeretur à tempore intẽtatæ copulæ, à quo solo experientia sumi potest ad eam veritatem assequendam.

Secunda concl. Idem prorsus censendum est in male- 5
ficii impedimento. Probatur ex c. *fin. de frigidis*, ibi: *Si constiterit vobis præfatum virum, & vxorem cohabitasse intra præfactos annos per continuum.* Iuncto principio illius textus: *Mulier proposuit quod per multos annos fuerãt simul, & diu cohabitauerãt.* Ex his enim apparet ante præceptum iudicis, & nondum lite mota, cohabitasse hos cõiuges octo annos: & tamen decidit Pontifex dirimendum matrimonium, si intra eos octo annos triennio cõtinuo habitarint. Non ergo desideratur triennium illud per iudicem assignari. Deinde, quia non semper hoc impedimentum ex peccato consurgit, vt vel sic non procedat triennium ante peractam pœnitentiam. Nec est textus contrarium decidẽs. Quia c. *fin. de frigid.* narrans pœnitentiam peccatorum fuisse iniunctam, factum narrat, nec ius statuit: imo quando decidit: solum petit toto illo octo annorum tempore, ex quo initum erat matrim. triennio continuo coniuges habitasse. Et ideo hanc partem tuentur *Glossa* 33. *q.* 1. *in summ. verb. Quod autem, in fine. Innoc. c. fin. in fine, de frigid. & ibi Abbas antiquus fine, & alter Abbas num. vltim. Cardin. fine, Roscella verb. Diuortium, n.* 4. *& ibi Supplem. Pisanæ n.* 4. *Sylues. q.* 20. *n.* 23. *Decisio capellæ Tholos.* 381. *n.* 6. *Greg. Lop l.* 5. *verb. Dar plazo, t.* 8. *p.* 4. *Matienzo li* 3. *recop. t.* 1. *rubr. glos. l. n.* 203. *Enriquez li.* 12. *de matrim. c.* 7. *n.* 2.

Vtrùm verò in maleficii impedimento vltra trien- 6
nium sit aliud tempus arbitrarium assignandum ad agẽdam pœnitentiam, dixi disp. 107. n. 10.

Quando autem prius matrimonium ratione impo- 7
tentiæ existimatæ instauratur, eo quod Ecclesia inueniat se deceptam, debet à die restaurationis & nouæ copulæ numerari aliud triennium. Vt probaui disp. 99. n. 34. & 35. Et eadem ratio ibi signata militat, quando iudicio medicorum creditur fore, vt mulier arcta possit absque periculo vitæ scissuram pati, aut aliis medicamentis aptari viro ex tunc enim quando ea applicantur, debet triennium numerari. Quia ex tunc sumenda est experientia an sit vera impotentia, & vsu auferri possit, quando iam impedimentum, quod copulæ creditur obstitisse, est ablatum. Sicut docent Auctores ibidem allegati, instaurato priori matrimonio, quod vsu viri similis sit reddita apta mulier, computandum esse triennium à tempore huius restaurationis, ac nouæ copulæ.

Grauius dubium est, quando coniux non est adeptus 8
plenam pubertatem, an triennium à die plenæ pubertatis computandum sit? Et quidem disp. 104. nu. 18. probauimus semper expectandam esse plenam pubertatem, quando non constat impotentia nondum plenè puberis per signa euidentia. Sed controuersia est, an ex tunc triennium experientiæ præscriptum c. *Laudabilem, de frigid.* computandum sit. Quibusdam placet, aduenientе plena pubertate, si coniux alter instat vt dissoluatur matrimonium ratione impotentiæ, id dissoluendum esse: atque non explicant mora ne aliqua expectanda sit, ac proinde nullam expectandam sentire videntur. Sic loquuntur *Abbas c. Puberes, nu.* 4. *de despons. impub. & ibi Præpos. ad fin. Francus c. vn. §. Idem quoque, nu.* 3. *eod.*

tit.

tit. in 6. Rosella verb. Matrimonium 2. nu. 8. Angelus verb. Matrimonium, 3 impedimento 16. n. 6. Tabiena verb. Matrimonium, 2. q. 6. nu. 7. Sylvester verb. Matrimonium. 5. qu. 7. Anton. Cucus l. 5. institutionum maiorum. t. 12. nn. 255. Franciſc. Marcus deciſ. Parlam. Delphin. 680. n. 4. p. 2.

9 Alii cenſent poſt plenam pubertatem expectandum menſem, aut bimeſtre arbitrio iudicis. Sic *Hoſt. t. Laudabilem, paulo poſt principium, de frigid. & ibi Ioan. And. num. 3. idem Hoſtienſ. c. Puberes, n. 5. de deſponſ. impub. & ibi Ioan. Andr. num. 8. Anchar. n. 6. Henricus n. 8. Alex. de Neuo n. 9.* Imo aliqui ex his Doctoribus tradunt, non ſemper expectandum triennium, quando vir non eſt plene pubes. Vt retuli diſp. 108. n. 4. & reprobaui ibi n. 5.

10 Cæterum mihi valde arridet opinio, quam amplectitur *Cardinalis c. Puberes, n. vn. de deſponſ. impub.* nempe, triennium hoc incipere à plena pubertate. Quia vſque ad eam ætatem præſumitur impotentiam prouenire ex ætatis fragilitate: quæ præſumptio adepta pubertate plena ceſſat: & tunc incipit eſſe dubium an proueniat ex alia cauſa, vt ex frigiditate, & ſubinde an ſit perpetuum, & matrimonii contractum dirimat, an potius proueniat ex accidenti temporali: nec matrim. diſſoluat. Ergo ex tunc numerari debet triennium iure præſcriptum ad experiendum an impedimentum ſit perpetuum. Et confirm. nam ſi vir triginta annorum ducat vxorem, nec ſit aptus ad copulam, conceditur ſibi triennium experientiæ, *c. Laudabilem, de frigid.* Cur ergo non concedetur, ei, qui quatuordecim annorum duxit, vt poſt decimum octauum annum, quo plene pubes eſt, habeat idem triennium. Quandoquidem vſque tunc non agebatur de dubio an ille eſſet frigidus: ſed defectus potentiæ merito debili ætati tribui poterat. Conferunt etiam ad hanc partem tuendam DD. quos allegaui diſp. 99. n. 34. & 35. dicentes triennium experientiæ incipere à tempore quo ceſſauit prius impedimentum, ob quod declaratum erat ex errore matrimonium irritum, & illo inſtaurato vacant coniuges nouæ copulæ. Quippe in hoc etiam euentu, adueniente plena pubertate ceſſat impedimentum debilis ætatis, ex quo impotentiam prouenire præſumebatur. Ergo ex tunc inchoari debet triennium.

DISPVTATIO CXI.

An triennium experientiæ debeat eſſe continuum, aut ſaltem ita completum, vt ſi tempore aliquo interpoletur, id ſupplendũ ſit?

SVMMARIVM.

An id triennium debeat eſſe continuum. Refertur opinio n. 2.
Proponitur Auctoris ſententia, n. 2.
Soluuntur argumenta, nu 3.
An debeat ita complere, vt ſi tempore aliquo interpolatur, id ſupplendum ſit. Refertur duplex ſententia, n 4. & 5.
Explicatur ſententia Auctoris, n. 6.

1 DVo petit diſputatio præſens. Alterum eſt de neceſſitate triennii continui. Alterum vero de perfecta eius integritate. Prior ergo difficultas eſt: An triennium experientiæ impotentiæ coniugis, præſcriptum *c. Laudabilem, de frigid.* ita continuum eſſe debeat, vt ſi tempore aliquo intermittatur, tempore præcedenti non computato, iterum incipere debeat triennii tempus. Qua in re quibuſdam placet id triennium debere eſſe continuum. Quia ita deciditur expreſſe *cap. fin. de frigid.* ibi: *Per continuum triennium infimul habit. eſſe.* Secundò, quia quamuis non ita expreſſis verbis loqueretur textus, ſed dubiis, ea eſt regula generalis, vt in dubio tempus lege aliqua vel canone petitum, debeat neceſſario eſſe continuum. Vt tenent multi, quos refert & ſequitur *Gutier. quæſt. can. l. 1. c. 12. num. 24.* Qua ratione ferè omnium veriſſima ſententia habet, annum nouitiatus ita debere eſſe continuum, vt tempore aliquo intermiſſo incipere neceſſario debeat, prioni non computato. Tertiò, quia eadem ratione tempus ad præſcribendum iure petitum, ſi ſemel intermittatur, incipere denuo debet. Vt cum aliis tradit *Couarr. regul. Poſſeſſor, de reg. iur. in 6. in 2. p. §. 12. n. 7.* Et ideo huius ſententiæ ſunt *Cardin. c. fin. in fine, de frigid.* & licet non ita clare *Archid. 33. q. 1. in ſum. n. 3. & ibi Bellamer. n. 2.*

Cæterum abſque dubio dicendum eſt, non deſiderari 2
tempus id eſſe continuum. Quod verba in decretis ciuili modo, & poſſibili, ac iuxta indigẽtiam ſubiectæ materiæ capiẽda ſunt, *l. Si cui ſimplici, 9. ff. de ſeruitutibus.* Et ideo aqua quotidiana appellatur, quę duci aſſiduè ſolet, etiam ſi aliquando ducta non ſit, *leg. 1. paulo poſt principium, verſ. Duo autem. ff. de aqua quotidiana.* Et melius *capit. fin. de verb. ſignif. in 6.* deciditur dici aliquem commenſalem & domeſticum continuè alicuius, licet aliquando pro illius negotiis gerendis abſit: vbi *Gloſſa, verb. Pro tuis,* ait idem eſſe, ſi pro proprijs: non enim id verbum, Continuè, ita rigidè accipiendum eſt, ſed ciuili modo, vt ſubiecta materia poſtulat, & in hac re ſolet contingere. Vt docet *ibi Gloſſa verb. Continuè, ab omnibus recepta:* quam aliis allegatis exornat *ibi Francus n. 5. & 9.* At continuo triennio habitare coniuges vacando copulæ, eſt moraliter impoſſibile. Tum, quia ſæpe morbus intermittit tempus illud: tum etiam, quia impediuntur peregrinationes, & alia negotia, quibus virum vacare ſocietas ac gubernatio domeſtica cogit. Non ergo exigitur id tempus mathematice continuum; ſed ſatis eſt, ciuili modo, nempe, vt toto triennio vacarint copulæ coniuges debitis horis & locis. Præterea num. 5. amplius explicabitur, quid importet ea particula, Continuum. Deinde, quia *c. Numquam, de conſecr. diſt. 5.* aſſeritur pſalterium numquam debere è manu clerici decidere. Et tamen id morali modo ac poſſibili accipitur, vt docet *ibi Gloſſa verb. Numquam*, explicans, id eſt horis conſtitutis. Et ita docent hanc partem *Hoſtienſ. ſumma, t. de frigidit. §. Qualiter, & quando, n. 12. verſic. Sed quomodo intelligemus: & c. fin. nu. 12. verb. Continuum, ro. 1. & ibi Ioa. Andr. n. 9. Abbas in fine, Anchar. n. 9. notabil. 13. Præpoſ. num. 4. Alexand. de Neuo nu. 18. Alberic. id dictionar. lit. D. ver. Diuortiũ, paulo poſt princ. Aſtenſis 2. p. ſum. l. 8. t. 37. a. 1. qu. 3. Ioan. de Friburgo ſummæ confeſſ. l. 4. t. 16. q. 17. Brunel. de ſponſal. concluſ. 28. declarat. 4. n. 15. Roſilla ver. Diuortium, nu. 4. & ibi Supplem. Piſana, n. 5. Sylueſt. q. 20. n. 23. Greg. Lopez. l. 5. ver. Faſta eſſe placita, t. 8. p. 4. Maſcard. de probat. concl. 889. n. 9.* & ex Theologis, *Enriquez. l. 12 de matrim. c. 7. num. 2.* Imo exiſtimo (quamuis non ita explicent hi DD.) nullam triennii illius, nec moralem deſiderari continuitatem. Quia finis illius triennii aſſignati eſt, vt cõiuges experiantur, num curſu temporis ea impotentia poſſit auferri, & vxor cognoſci, ac proinde non ſit perpetua, ac matrim. dirimens. Ad id autem experiendum ſatis eſt, quamuis nullã ſit in eo triennio continuitas: modo id compleatur: imo quo magis continuo vacatur copulæ, eo debilior redditur vir. Atque ita DD. aliqui (vt videbimus num. 6.) dicunt poſſe ſuppleri tempus quinque vel ſex menſium, quod eo triennio interpolatum eſt.

Ex his conſtat reſponſio ad arg. n. 1. propoſita. Nam ea 3
omnia in 2. & 3. argumento adducta vera ſunt, vbi ſubiecta materia non poſtulat id tempus non intelligi continuum: vt num præcedenti probaui: vbi & explicui *c. fin.* adductum in 1. argum. & magis id explicabo n. 5.

Poſterior difficultas eſt. An ſaltem ita completum 4
exigatur triennium illud; vt tempus interpolatum ſupplendum ſit? Qua in re non ita clare loquuntur Doctores. Quidam enim videntur ſentire ſatis eſſe vacare copulæ, ac habitare maiori parte cuiuslibet anni ex illo triennio. Sic videntur tenere *Hoſtienſis in ſumm. Albericus, Aſtenſis, Ioan. de Friburgo, Supplem. Piſana, Sylueſt. nu 2. allegati,* dicunt enim expreſſe ſatis eſſe maiori anni parte habitare: ſed addunt videri tempus ſupplendum, ſi morbo vel alio caſu habitatio impediatur. Nec explicãt, an habitatio ea ſupplenda ſit ex ea maiori parte anni, an ex reliquo tempore: at credo eos loqui de habitatione illa maiotis partis anni, quam neceſſariam dixerant, vt ſi ea

non

non compleatur, supplenda sit, donec excedat semestre, & sic verificetur maiori anni parte coniuges habitasse, Quòd apertiùs docent *Hostiens. Aitens. & Ioan. de Friburgo*, dum dicentes sufficere habitationem maioris partis anni, subdunt maximè si sit toto continuo vere, quo tempore solent propensius ad luxuriam homines incitari. At si reliqua pars anni supplenda esset, nullatenus erat necessarium ponderare, vt habitatio fuerit toto vere. Et in propriis terminis tenet *Enriquez lib.12.de matrim.c.7.n.2.& c.8 n.2. in commento, lit.T.* dicens satis esse, vt maiori cuiuslibet anni parte illius triennii coniuges cohabitent, vt per semestre & vnum diem. Idque probat, nam breui tempore interpolans cohabitare ac residere dicitur. Vt expresiè habetur *l.Si quis ita legauerit ff.de condit.& demonst. & c.fin de verb. signif.in 6.* at tempus minus semestri breue dicitur respectu cuiuslibet anni. Quare iuxta vniuersitatum constitutiones scholastici dicuntur toto anno studiis vacare, si semestri & vno die vacent.

5 Alii verò censent id tempus, quo coniux infirmitate, aut aliis negotiis detentus non cohabitauit copulæ vacans, supplendum esse alio tempore cohabitationis, vt vel sic triennium compleatur. Prob. ex *c.fin.de frigid.* vbi ponderatur toto spatio octo annorum, quod à contractu matrimonii transierat, coniuges cohabitasse triennio cõtinuo, ibi: *Intra prædictos octo annos continuum triennium insimul habitasse.* Vbi illa particula, Continuum, cùm nõ importet continuitatem triennii: ea enim non est necessaria, (vt probaui nu.2.) necessario dicendum est per illam importari perfectam triennii integritatem: quasi sensus sit, si intra prædictos annos habitarunt integro triennio. Alias superflua esset ea particula. Cùm tamen in decretis Pontificiis nec vna syllaba superflua existimanda sit, (vt probani l.3.disp.26.nu.6.) Secundo id probatur ex textu *in l.1.paulo post princ. vers. Hoc interdicto, ff.de itinere, actuq; priuato*, vbi decidit seruitutem viæ possideri, si triginta diebus intra vnius anni spatiũ, illius viæ vsus habitus sit: & licet non continuẽtur illi triginta dies, si tamen completi sint alicuius anni spatio. Similiter ergo dum textus *d.c fin.* petit triennii cohabitationem intra eos annos octo habitam, licet ea non desideretur tempore triennii continuo habitam: nec essarium tamen erit, vt tempus interpolatum alio subsequenti suppleatur, donec triennium perfectè completum sit. Tertio, quia cum id triennium destinetur ad experiendum, an impotentia sit naturalis ac perpetua: an potius temporalis, quæ frequenti vsu auferri possit; non videtur satisfactum iuri habitando semestri cuiuslibet anni illo triennio, & amplius vno die. Quia ea habitatio non est verè triennalis: nec in ea sumitur triennii experientia, quam ius intendit. Nec modica pars anni dicitur, cui vnica dies deficit, vt sit dimidia. Et ideo hanc partem tuentur *Ioan. Andr. cap fin n.9.de frigid. Archid. 33.q.1.in sum.n 3.& ibi Bellamera n.2. Brunel.de sponsal.concl.28. declarat.4.n.15 fine, Mascard.de probationibus, concl.889. num.8.* Et id supponunt *Abbas c.fin. in fine, de frigidit., & ibi Alex de Neuo, n.18. Præpos.n.4. Rosella verb. Divortium, n.4.* dicentes enim non exigi, vt triennium sit continuum, subdunt tempus interpolatum illo triennio posse alio habitationis tẽpore suppleri. Quod clarè & optimè explicuit *ibi Abbas*, dicens triennium continuum in *eo c.fin.* petitum, sic accipi, vt computatis temporibus cohabitationis resultet triennium.

6 Et re hac attentè considerata, existimo non sufficere maioris partis anni cohabitationem (vt volunt auctores relati n.4.) sed necessarium esse triennium compleri, atque ita suppleri tempus interpolatum: (vt volunt auctores n.præc.allegati.) Quod tamẽ non metaphysicè intelligendum venit, quasi quodcumque breue tempus interpolatum supplendum sit, sed quando arbitrio prudentis est notabile, ita vt moraliter loquendo non censeatur plena triennii experientia. Quare sufficit cohabitare triennio sumpto morali modo, vt communiter solent cohabitare coniuges. Quod significant *Ioann. Andr. & Abbas, Alex. de Neuo, Præpos.n.præc.relati*, dum priores duo agentes de tempore supplendo, exemplificant, quando vir triennio illo, sex mensibus abfuit: duo autem posteriores exẽplificant, quando eo triennio, quinque mensibus absens fuit. Quia res hæ moraliter, & vt communiter solent accidere, accipiendæ sunt: & durissimum, ac valde inhumanum esset, ac probatu difficile, ita metaphysicè accipere, vt vel vnica dies interpolata sit supplenda. Quare æquitas poscit, vt ea triennalis cohabitatio morali modo intelligatur. Et minor absentia sat est, quando est simul: vt si simul sex mensibus abfuit, si supplendi sunt: secus esset, si interpolatè, vno vel altero die abfuit: etiam si eo triennio dies illi simul computati eorumdem mensium summam conficerent. Nõ enim credo illos dies supplendos esse. Quia in hoc posteriori casu praxis interpretatur non esse notabilem absentiam, ne morali modo loquendo dicatur triennium completum: & hoc pacto solent coniuges habitare: nec ratio habetur harum absentiarum sic minutim factarum. Quòd aliter contingit quando simul per vnius absentiæ tempus sit. Vt in simili agentes de donationibus à parentibus factis, computandis in quinta bonorum parte, de qua disponere possunt, diximus lib.6. disp.36.n.10.& 11.

DISPVTATIO CXII.

An si ante vel post triennii lapsum, coniux propria auctoritate recedat ob alterius cõiugis impotentiam, sit statim coniux spoliatus restituendus, non obstante matrimonium minimè consummatum esse?

SVMMARIVM.

Proponitur duplex casus, in quo hæc quæstio d ffucari potest, n.1.

An nondum consummato matrimonio sit spolium, ac locus restitutioni faciendæ? Proponitur duplex textus, qui repugnare secum videntur, n.2.

Restitutio spoliati qualiter ante omnia facienda sit, n.3.

Ad restitutionem in causa matrimoniali, probanda sunt matrim. verè vel præsumpte initum, ac possessio uxoris, n.4.

An saltem possit tunc officium iudicis implorari, vt cogat sponsam non dum cognitam coniugi coniugi spoliato: & quid dicet, an viæ restitutionis an hoc remedio cogatur n.5.

Refertur duplex sententia circa spolium ante matrimonii consummationem n.6. & 7.

Proponitur sententia Auctoris, ac confirmatur 8. Ex transmissa, & 9. Ex parte de restit. spoliat. Et soluuntur contraria, n 8.

An hæc restitutio fiat si sponsa non tum sit traducta, n.9.

Quod si vir sit adeò senex, vt de defloratione timeatur, n.10.

An sic spoliatus sit ante omnia restituendus: si spolians nil aliud allegat, quam spol ati impotentiam: nec triennium lapsum sit. Proponitur ratio dubitandi, nu.11.

Tunc cogendus est spolians per excommunicationem & per iudicium seculare redire, & copulam inire ante prædicta cautione, n.12.

An id sit remedio restitutionis: an potius officio iudicis implorato: & sint admittenda exceptiones spoliantis, n 13.

Quid, si ea spoliatio prætextu impotentiæ contingat post triennium, n.14

An, si impotens se tueri adueršus impotentiam illi obiectam, fatetur in iudicio se adulterium admisisse cum alia femina: possit spoliatus hac confessione uti, vt restitutio impediatur ob id adulterium. Referuntur probantia posse, n.15.

Explicatur sententia Auctoris: & an possit reus tueri se contrariis exceptionibus & confessione actoris, alioquin ab ipso præsentatis, quæ rem ipse impugnat. n.16.

An si confitens vi sit metus, possit aduersus eam confessionem restitui, ita vt illi non noceat, n 17.

An in foro conscientiæ satis sit ea confessio ad divortium, n.18.

QVÆSTIO hæc procedit, vbi constat non esse consummatum matrimonium vel per aspectum vel per vtriusque confessionem, nec in coniuge impotenti apparet notorius potentiæ defectus: in quo euentu nullum habuit coniux potens ius spoliandi. Et quæstio hæc potest dupliciter tractari: primo in genere, an ante matrimonii consummationem censeatur spolium, ac proinde sit locus restitutioni, denegata audientia circa matrimonii valorem aut nullitatem, donec restitutio fiat? Secundo in specie, quando spoliatio fuit prætextu impotentiæ coniugis dimissi, siue non lapso triennio, siue eo lapso. 1

Et

2 Et circa priorem casum, duplex textus difficultatis ansam præbet, qui secum pugnare videntur. Alter est c. *Ex transmissa, de restit. spoliat.* vbi petenti viro restitutionem vxoris, ea conceditur, dummodo probet matrimonium & copulam, ibi, *Mandamus quatenus si vobis constiterit quòd præfata mulier præducto multis legitime desponsata fuisset, & ab eo cognita, ipsam ei restitui faciatis.* Vbi *Glossa verb. Et ab eo.* dicit per copulam acquiri possessionem vxoris: & vtrumque probandum esse à petenti restitutionem. Alter est *cap. Ex parte eod. t.* vbi ponderatur ad denegandam mulieri restitutionem, solam traductionem absque matrimonio interuenisse. ibi: *Cùm per solam traductionem, quam non præcesserunt sponsalia, vel consensus legitimus, nec fuerunt etiam subsecuta nullum inter eos obligatorium vinculum sit contractum.* Ex quo textu à contrario sensu apertè deducitur restitutionem concedendam, quando matrim. solùm cum traductione absque copula interuenisset.

3 Antequam opiniones referam, tria supponenda sunt. Primum suppositum sit. Spoliatum ante omnia restituendum. Quare si coniux consummato matrim. non expectata iudicis sententia, ob adulterium vel ob aliam causam diuertat, restituendus est ante omnia spoliato coniugi: nec audiendæ sunt exceptiones spoliantis, donec spoliatus ad pristinum statum restituatur: qua restitutione facta agetur de illis exceptionibus, vt latius dicemus, rationem reddentes, ac textibus allegatis l. 10. dis. 12. nu. 14. & 22. & fere per totam limitabimus, nisi causa spolii notoria sit, & aliis modis.

4 Secundum suppositum sit. Ad hanc restitutionem spolij teneri spoliatum probare matrimon. esse legitimè contractum, id est per consensum de præsenti apparenter, & prima fronte validum: & se habere possessionem, eaque spoliatum esse. Ad omnem quippe restitutionem sunt probanda spolium & possessio, c. *Consultationibus, de officio delegat. cap. Olim, de restit. spoliat.* Et quamuis hæc regulariter satis sint ad in causa matrimoniali speciale est, vt probandus quoque sit matrimonii titulus saltem apparens & præsumptus. Vt constat ex *cap. Transmissa de restitut. spoliat.* cuius verba n. 2. retulimus. Et tradunt *ibi Glossa verb. Et ab eo, Innoc. ibi, n. vn. Host. ibi, n. 2. Ioan. Andr. n. 5. Anton. n. 2. Abbas fine, Anchar. fin. Bellamera n. 2.* Et ratio est, quòd in matrim. non possit esse possessio facti absque titulo. Nec enim personæ liberæ haberi potest possessio absque titulo. *l. Cum heredes, in fine. ff. de acquir. possess.* dicitur autem satis esse probare titulum saltem præsumptum: quia si ad restitutionem esset necessarium probare omnimodam matrimonij veritatem, impediretur allegata quacumque causa, ob quam irritum redderetur, ita vt antè restitutionem de illa cognoscendum esset: contra c. *Ex conquestione. & c. Literas, de restit. spoliat.* vt bene aduertit *Abbas d. c. Ex transmissa, in fine.*

5 Tertium suppositum sit. Concordare DD. dato teneremus non esse locum remedio restitutionis, quando spolium contingit ante matrimonij consummationem: fatendum tamen necessario esse, peti posse, vt iudex officio suo cogat sponsam de præsenti, aut sponsam recedentem, exhibere ea, ad quæ sponsi de præsenti tenentur: quando recedens non allegat iustam fugæ causam. Sicut etenim domum, cuius nondum possessionem nactus est, potest iudicem adire, vt cogat venditorem sibi tradere possessionem: quamuis eam remedio restitutionis petere non posset, defectu possessionis nondum acceptæ. Et ratio est, quod per contractum illum de præsenti ius acquisitum sit, vt traditur possessio, non impedienti eam legitima causa. Potest ergo iudex adiri, vt ad id cogat: alias iniustè denegans possessionem cogi non posset. Et confirmatur, quia nolens implere sponsalia, cogendus est per iudicem ea implere, matrim. ineundo, & eo inito, maritali affectione pertractando vxorem. Vt habetur *cap. Ex literis, el 2. in fine, de sponsal.* Est tamen latissimum discrimen inter vtrumque cogendi modum, quia quando non est locus remedio restitutionis, sed inuocato iudicis officio, potest à spoliante obiici quæcumque iusta exceptio contra hanc petitionem: atque illa prius examinanda est, quam coactio fiat, *c. 1. de ord. cognit.* Quod tamen non posset fieri, si remedio restitutionis locus esset. non enim ea nondum facta, audirentur illæ exceptiones, præterquam in aliquibus specialibus casibus à regula generali exceptis. (vt n. 3. diximus.) Et hæc omnia docens *Innoc. c. Ex parte, nu. 4. de restit. spoliat. & ibi Hostiens. n. 11. Ioan. Andr. n. 7. Anton. n. 31. Cardin. n. 5. oppositi. 1.*

6 His præmissis, triplex est sententia. Prima sustinet ante matrimonij consummationem non esse verum spolium, ac subinde non esse locum remedio restitutionis. Ducitur primò, quia *c. Ex transmissa, de restitut. spoliat.* cuius verba num. 2. retuli, expressè decidit ad restitutionem probandam esse matrim. ac copulam. Secundò, quia *c. pen. de probat.* denegatur viro omnino restitutio vxoris nondum cognitæ, & iubetur eam in monasterio depositam esse, donec eam non cognitam esse probetur, ibi: *Ponatis interim in illo monasterio, quod intranit, vt ibi secure valeat commorari, donec iudicialis sententia, quid agi debeat, decernatur.* Tertiò, quia ante matrimonij consummationem potest coniux recedens ingredi religionem, *cap. Ex publico, de conuers. coniugat.* Frustra ergo eius restitutio petitur. Tandem, quia cùm matrim. suam consummationem ac vltimam perfectionem ex copula assequatur, per quam coniuges vna caro efficiuntur, ac vnum generationis principium: sitque copula finalis matrimonij causa, at obsequia coniugum & cohabitatio sint quædam extrinseca: ac oscula sint solum quædam præludia, vera matrimonij possessio in sola copula consistit. Non ergo ante copulam erit verum spolium, nec restitutioni locus erit. Quòd hæc possessionem requirat (vt nu. 4. probaui.) Et ideo hanc partem sustinent *Gloss. dict. c. Ex transmissa, verb. Et ab eo. Et ibi Hostiens. n. 2. eod. verb. Anchar. n. 1. Idem Host. c. Ex parte, n. vl. de restit. spoliat. & ibi Innoc. n. 4. Vincent. ibi, Ioan. Andr. n. 6. & 8. Anton. n. 31. fine. Cardin. n. 5. oppositi. 1. Idem Ioan. Andr. c. pen. nu. 5. de probat. & ibi Baldus n. 5. & 8. Felinus nu. 3. idem Baldus d. c. Transmissa, in fine. Alex. de Neuo c. Cum locum, n. 33. de sponsal. Rip. l. Naturaliter. §. Nihil commune, n. 84. fallentia 12. in fin. ff. de acquir. poss. f. Barbatus d. c. penul. col. antepen. n. 18. Paulus à Castro cons. 272. in mea edit est 277. Quia per primum, dub. 2. n. 4 vol. 1.* Et fauet aliquâtulum huic sent. *Rimin. ald. iunior. cons. 415. n. 13. & seq.* ac specialiter *n. penult.* Citatur pro hac sent. *Barbosa ff. soluto matrim. in rubr. 2. p. num. 80.* at solùm dicit antè consummatum matrim. non concedi restitutionem ad copulam. Quod etiam fatetur tertia sententia à nobis amplectenda.

7 Secunda sententia tenet, si sponsa ea de præsenti tradu-cta sit in sponsi domum, & vt vxor tractata, quamuis constet non secutam esse copulam, acquiri quasi possessionem ipsius, atque ita concedendam restitutionē ipsius mariti spoliato, non tantum quoad habitationem, sed etiam quoad copulam: nisi mulier proponat se virginem esse, & aliquid alleget, quo probato non tenebitur ad copulam, tunc enim ait denegari restitutionem, donec de re illa per mulierem allegata cognoscatur: non defectu possessionis: sed quia restitutio est deneganda, quoties ex ea damnum irreparabile immineret (vt dicemus l. 10. disp. 12. n. 22.) quod in hoc euentu continget. Nam virginitas per copulam auferenda, si postea repetiretur causam eam denegandi iustam fuisse, reparari nequiret. Quod si sponsa ea traducta non fuerit, cum cesset possessio eius, dicit hæc sententia cogendam esse redire ad cōiugem dimissam, & ad copulam, nisi exceptione aliqua iusta se femina tueretur, non via restitutionis, sed ratione mera c. Ex parte, n. 11. de restit spoliat.

8 Tertia sententia (cui tamquam probabiliori adhæreo, quamuis duæ præcedentes sint probabiles) sustinet, ante matrimonij consummationem non esse locum plenæ restitutioni, nempe, quoad habitationem & copulam: at bene quoad solam habitationem, & alia ministeria

inter

inter coniuges mutuo debita, præter copulam. Ducitur, quia id apertè colligitur ex *c. Ex parte, de restit. spoliat.* à contrario sensu (vt eius verbis relatis ponderaui n. 2.) Nec obstat *c. Ex transmissa, eo. t.* vbi oppositū videtur decidi. Quia iuxta hanc sententiam facile conciliantur. Prior enim textus de sola restitutione quoad habitationem & alia obsequia agit, atque ita solam traductionem ad domum petit. Posterior autem de plena restitutione etiam quoad copulam: ac proinde iure optimo postulat copulam habitam. Secundò, quia etsi plena possessio habeatur per solam copulam: at negari nequit possessionem habitationis & aliorum ministeriorum acquiri per traductionem ad domum. Ergo iniustè his spoliatus venit ante omnia restituendus ad hæc omnia præter copulam. Tertiò, quia *c. penult. de probat.* adductum n. 6. pro prima sent. potiùs huic fauet. Nam ideo denegatur restitutio quoad habitationem, & iubetur eam feminam in monasterio deponi, donec causa decidatur (vt egregiè animaduertit *ibi Glo. v. donatiu*) quòd ea se virginem & monialem allegaret, quo existente vero valuit professio, vtpote, quæ ante matrimonij consummationem facta est. Quare denegata merito est restitutio, ne corrumperetur. Atque subdit *Glossa* esse hunc casum specialem, in quo cessat restitutio. Ergo textus iuncta Gl. potius sentit restitutionem concedendam fore, quoad habitationem, nisi professionis valor obstaret. Quod si dicas restitutionem non posse diuidi: contrarium plane probatur ex *c. Literæ, vers. Propterea melius, de restit. spoliat.* vbi allegata nullitate matrimonii ob consanguinitatem à coniuge spoliante, iubetur spoliatum plene restituendum, nisi probationes consanguinitatis in cōtinenti offerantur: at illis sic oblatis, quoad solam habitationem. Tādem, quia nō obstat, coniugem nōdum consummato matrimonio recedentem, posse transire ad religionem. Quia id non aufert coniugis dimissi possessionem, dum non transit. Ad illam ergo interim restituendus est. Et ideo huius sententiæ sunt *Ioannes de Lignano, d. c. Ex parte*, quem ibi refert ac sequitur *Abb. n. 25. & d. c. penult. n. 1. Imola d. c. Ex parte, n. 11. Decius eo. c. penult. in noua edit. n. 13. Brunel. de sponsalibus, concl. 12. n. 5. Alex. Carrer. lib. 1. de sponsal. c. 3.* Et huius sent. videtur *Dominicus cons. 24. n. 3.* vbi ait, quoad omnes matrimonii effectus acquiri seruitutem coniugalem per traductionem & copulam: & ita sentire videtur secus esse quoad possessionem habitationis solius. Et similiter eidem sententiæ fauet *Anto. d. c. Ex transmissa, n. 2.* dicens ad plenam restitutionē probanda esse matrimonium & copulam.

9 Hinc deducitur, fuga contingenti ante traductionem ad domum, nulli restitutioni esse locū. Quòd nulla possessio acquisita sit. Et ita fatentur *Ioannes de Lignano, Abb. & Alex. Carrer. n. præced. allegati. Bellamera relatus n. 7.* Quamuis autem tunc vxor via restitutionis non cogatur habitare cum viro, & ei copulari: at si nullam iustam exceptionem proponat, cogenda est ad vtrumque ex vi contractus matrimonii. Vt retulimus ex *Bellamera eo. nu. 7.* & cum multis diximus n. 5.

10 Temperanda tamen est hæc tertia sent. dum ait sponsam nondum cognitam restituēdam esse viro quoad habitationem, antequam audiātur eius exceptiones, si post traductionem recessit, vt intelligatur nisi vir sit adeo senerus, vt merito timeatur extortio copulæ, nec possit sufficienter cauere hoc damnum cautione per virum præstita, tunc enim ob hunc timorem differenda est restitutio, donec de exceptionum iustitia cognoscatur. Et ita docent *Abbas vtroque loco, & Brunel. n. 8. citati.*

11 Hactenus egimus de priori casu restitutionis in genere ante matrimonii consummationem. Iam posterior casus disputandus est, nimirum, an quando nulla alia ratio spolii allegatur à coniuge, qui suum coniugem deseruit, præter spoliati coniugis impotentiam, ac constat matrimonium illud minime consummatum esse: non tamen defectus potentiæ coniugis constat, sit restitutio faciēda quoad habitationem & copulam. aut saltem ad vtrumque possit cogi ille spolians inuocato iudicis officio? Et videtur saltem oblatis in continenti probationibus differendam restitutionem esse quoad copulam; secus quoad habitationem. Quia id generale esse quoties allegatur aliquod ex impedimentis dirimentibus, dicemus lib. 10. disput. 12. num. 22. At impedimentum impotentiæ dirimens est.

12 Sed aliter hac in re sentiendum est, si nondum lapsum sit experientiæ triennium, concessum *c. Laudabilem, de frigidis.* Et si id lapsum sit. Quando ergo lapsum non est, cogendus est coniux, qui recessit, excommunicatione contra ipsum lata, ad cohabitandum. Vt bene docent *Host. sum. t. de frigidis, §. Qualiter & quando, n. 12. fin. vers. Quid si per maritum stet, & c. fin. n. 10. v. Continuum, eo. t.* vbi *Ioan. And. nu. 10. Ant. n. 10. Anchar. ad fi. Alex. de Neuo n. 10. Præpos. n. 4. vers. Quærit quid si per alterum. Albericus in suo dictionario, litera D. verb. Diuortium, col. 2. vers. Quid si per alterum. Astensis 2. p. summ. l. 8. t. 37. art. 1. qu. 4. Ioan. de Friburgo in summa Confessorum lib. 4. tit. 16. qu. 18. Rosella verb. Diuortium, nu. 5. & ibi Supplem. Pisana n. 6. Syluest. qu. 20. n. 23.* Quare merito *Manuel 1. to. sum. in 2. editione c. 235. concl. 3. n. 3. in fine* ait denegandam absolutionem feminæ nolēti cum viro habitare, nullam aliam rationem quam impotentiam viri alleganti, nec lapsum est triennium experientiæ. Atque idem dicendum est, si cohabitare velit, at non permittat copulam intētari. Et ratio horum est, quod nullam excusationem legitimam alleget copulæ negatæ. Nam impotentia illa dubia probanda est per triennii experientiam: quare hac experientia non præmissa est friuola exceptio, & nulla causa recedendi subest. Quare cogenda est redire ad virum, vt triennio cohabitationis vacando copulæ peracto, cōstet an impotentia illa sit perpetua, ac matrim. dirimat. Alias frustra ius præscripsisset illud experientiæ triennium. Et ita docent *Hostiens. d. c. fin. nu. 10. Ioan. Andr. Anchar. Præpos. Alex. de Neuo. Albericus, Astensis, Rosella, Supplementum Pisana, Syluester eisdem locis.* Imo petenda est cautio deinceps habitandi. Vt docent *Hostiensis in summa, Albericus, Astensis, Ioannes de Friburgo, Rosella Supplementum Pisanæ, Syluest. ibidem.* Et tandem si adhuc nolit cohabitare, & vacare copulæ, cogi potest per iudicem secularem. Vt bene tradunt *Host. d. cap. final. num. 10. Ioann. Andr. Anton. Anchar. Præpos. Alex. de Neuo nunc allegati, Albericus & Astens. eisdem locis relatis.* Nec obstat ratio numero præcedenti adducta. Quia ea doctrina procedit in reliquis impedimentis dirimentibus; ratione periculi culpæ mortalis, quæ in copula reperitetur, si matrimonium non esset validum. At secus res se habet in impedimento impotentiæ, quod per aspectum non clare constat. Quod id verificandum sit necessaria experientia copulæ triennio habita: quare nulla est in ea culpa, imo potius est sub præcepto ad eam experientiam sumendam.

13 Sed rogabis, an hæc coactio sit remedio restitutionis faciendā: an potius ex vi contractus, inuocato iudicis officio? Dic sentiendum esse diuersimode iuxta opinionum varietatem. Quia sequendo primam sententiam nu. 6. relatam, dicendum est non esse locum in hoc casu remedio restitutionis: sed ex vi contractus inuocato iudicis officio coactionem faciendam: quare si recedens allegaret aliquam exceptionem iustam, ea prius examinanda esset: iuxta dicta nu. 5. Quia matrimonium nondum consummatum est, in quo casu sententia hæc nullam restitutionem admittit. At retenta nostra nu. 8. relata, non erit locus remedio restitutionis quoad copulam, sed coactio fiet ratione contractus, vnde aduersus eam admittetur exceptio iusta aliqua, si quæ allegetur, at quoad habitationem si præcesserit traductio spōsæ illius in sponsi domum, erit locus restitutioni: nec vlla admittetur exceptio, quæ non sit notoria. Vt constat ex dictis n. 8. iuncto num. 5.

14 Quando autem triennio iam experientiæ lapso contingeret fuga coniugis ob alterius impotentiam, iuxta primam sentent. num. 6. relatam non restituetur coniux spo-

spoliatus, nec cogetur redire spolians, donec exceptione impotentiæ admissa lis decidatur. Quod iuxta illam sententiam non admittatur restitutio ante matrimonii consummationem: & adsit exceptio iusta impediens coactionem. Quę vbi nō est locus iudicio possessorio, ac restitutionis, admittenda est. Vt diximus num. 5. At retenta nostra sententia numer. 8. relata, cùm non potuerit coniux propria auctoritate recedere, non expectato Ecclesiæ iudicio, restituetur quoad habitationem: antequam exceptio admittatur. Sicut quando recedit ob consanguinitatis impedimentum, ob hanc rationem deciditur *c. literas, de restit. spoliat. vers. Propterea melius*, restituendum esse coniugem spoliatum, quoad habitationem, qua iniustè ante Ecclesiæ sententiam spoliatus est. Quod in omni impedimento dirimenti seruandum probabo li. 10. disp. 12. n. 22. Nec in hoc casu habebit locum, quod deciditur *eo c. Literas*, nimirum, allegato eo impedimento consanguinitatis, nec oblatis in continenti probationibus, restitutionem quoque quoad copulam faciendam. Quia ibi est sermo de matrimonio consummato, & sic coniux plenam coniugis, quoad copulam habebat possessionem: quare merito iniustè spoliatus, est plenè restituendus: & solùm differtur restitutio quoad copulam, quando offeruntur in continenti probationes illius impedimenti, ob peccati periculum quod in copula admittitur, si impedimētum verum est. At in nostro casu, cùm matrimonium minime consummatum sit, atque ita non sit possessio copulæ, nō est locus restitutioni, quoad copulam: nec iudicis officio compelletur, donec terminetur causa illa impotentiæ. Quia allegate exceptionem iustam, nimirum, impotentiam coniugis elapso iam expectantiæ triennio.

15 Sed quid, si coniux, contra quem allegatur impotentia, tueatur se fatendo in iudicio se post id matrimonium cognouisse alias feminas, ac proinde se nōn esse impotētem asserat: an possit femina ea adulterii confessione vti in suam vtilitatem, vt saltem ratione illius concedatur sibi diuortium, atque sic non cogatur cohabitare? Atque sane id integrum illi feminæ esse, ex eo suadetur, quod confessio adulterii in iudicio facta id notorium reddat, ac proinde ob id tanquam notorium denegandæ est coniugis, qui recessit, restitutio (vt dicemus li. 10. disp. 12. n. 13. & 15.) Deinde, quia non obstat, exceptionem hanc adulterii per feminam allegati, esse contrariam eius assertioni impotentiæ viri. Quia quamuis actor nequeat contrarias actiones intentare, *l. Nemo ex his, 43. §. Quoties, ff. de regulis iuris, l. Quod in heredem, §. Eligere, ff. de tributaria actione, c. Vt quis duas, de elect. in 6.* At reus potest se contrariis exceptionibus sub conditione propositis tueri. Vt damnatus potest allegare sententiam fuisse nullam: & dato fuisse validam, se appellare. Et reus conuentus, vt pecunias soluat, potest excipere negando debitum: & casu quo hoc probari contingat, solutum iam esse. Vt constat ex *l. Nemo ex his, 43. in principio ff. de reg. iuris: & cap. Nullus pluribus, 20. eod. tituli in 6.* vbi *Dynus num. 8.* rationem discriminis reddit, quod fauorabilior sit causa rei, quàm actoris: in huius enim potestate est conuenire: atin illius potestate non est, ne conueniatur. Cùm ergo in iudicio hoc ea vxor, quæ à viro recessit, fit rea, vtpote, quæ conuenitur, vt ad virum redeat, potest se tueri contrariis exceptionibus, vt impotentiæ viri, & casu quo potens sit, aut ei exceptioni tunc non sit locus, adulterii per ipsum admissi, quod in iudicio fassus est.

16 At negandum est posse ex illa confessione viri fructum consequi, atque illa se tueri ad diuortium. Quod longe aliud sit, reum contrariis se exceptionibus sub conditione propositis tueri: quod fas esse probant adducta n. præc. & velle vti ad suum commodum confessione actoris, vel aliis per ipsum allegatis, quæ reus ipse impugnat. Quod nullus textus admittit: sed expressè aduersatur *regul. iuris, 38. Ex eo de reg. iuris, in 6.* ibi: *Ex eo non debet quis fructum consequi quod nisus est impugnare.* Et *l. Papinianus, §. Si ex causa, ff. de inoffic. testam. & l. Si testamentum, ff. de petitione hereditat.* At id contingit in hoc casu, nam impotentia viri per vxorem allegata, prorsus diluit, nec secum admittit confessionem adulterii factam à viro: ac proinde nequaquam potest vxor ea viri cōfessione vti in suum fauorem. Quod egregie docuit *Oldr. ad. cons. 1. n. 8.* in casu quodam restitutionis ad quoddam beneficium: pars enim nitebatur ius suum tueri ex productis per aduersarium, quę ipse impugnarat: & ait *Oldradus* id sibi non permitti. Idem docent alii eam reddentes rationem, quod in confessione dicatur quasi contrahi: at talis quasi contractus non potest celebrari inter dissentientes. Sic *Baldus l. Cum precum, nu. 1. vers. Tu dic, C. de liberali causa, & l 3. n. 2.* per eum textum. *C. de repud. hared. Salycetus, l. Genus aliter, n. 9. q. 6. vers. Ego contungo, C. de non numerand. pecun. Iason l. Postquam Iuli, n. 2. C. de pactis, Felinus c. Examinata, n. 3. de iudicijs, Mandos. Alberisius cons. 9. n. 29. & cons. 17. n. 10. vol. 1.* Idem existimo quamuis femina non allegaret virum esse absolute impotentem, sed esse impotentem respectu ipsius feminæ. Nam cùm ius præsumat potentem respectu ipsius feminæ, esse ad omnes potentem (vt diximus disp. 93. n. 11. & 12.) eo ipso quod femina allegat viri erga se impotentiam, virtute ex iuris præsumptione allegat impotentiam erga omnes, ac ita impugnata censetur confessio adulterii à viro facta. At si allegaret viri maleficium erga ipsam, posset vtique ea confessione viri vti in suum fauorem. Quia cùm maleficium raro cōtingat respectu omnium & communiter sit respectu vnius (vt diximus dis. 94. n. 4.) allegatio vxoris nullatenus aduersatur confessioni viri: ac proinde non obstat quo minus ex ea possit fructum consequi.

Et quando potest coniux ea confessione vti in suum 17
fauorem ac damnum confitentis, si hic confitens sit minor, potest restitui aduersus propriam confessionem, & petere vt res ad eum statum reducatur, ac si confessio facta nō fuisset. Quod quamuis minor in causis matrimonii reputetur maior, ac subinde restitui nequeat: at potest restitui circa iudicialia in his actibus contingentia, (vt probaui rationem reddens libr. 7. disputatione 37. num. 22. ad finem.) Et *Sfortias de restitut. in integr. 1. part quæst. 60. artic. 3. numero 20.* exemplum ponit in restitutione petita à minori in causa matrimoniali aduersus suam confessionem. Quod si dicas, non esse locum huic restitutioni, quando verum fassus est. Cum tunc id effecerit, quod quilibet maior prudens facere tenebatur, *l. fin. C. de in integrum restitut.* Respondeo id verum esse, at posse restitui aduersus eam confessionem, quæ intempestiue, & temere incongruo, & quando non tenebatur fateri: facta est: non sane cōtra veritatem detectam, sed quoad damnum, quod ei pullulauit fatendo illam tempore incongruo, vt bene docent *Innoc. c. Ex literis, n. 1. de in integr. restit. Felin. in præmio decret. n. 2. Sfortias de restit. in integr. 2. p. q. 65. a. 8. n. 32.* Quod si adhuc instes, minorem non restitui aduersus delictum à se commissum, *l. Ex causa, § Nunc videndum, ff. de minor.* Et in propria adulterii specie est textus *l. Auxilium, § Sed vt legis. ff. de minor.* Et tradit *Sfortias de restit. in integr. 2. p. q. 80. per totam*, & præsertim *a. 6. & q. 81. a. 1.* Dico non competere restitutionem aduersus id delictum: & hoc probant illi textus. At competit aduersus confessionem in iudicio factam minus bene: vt si fassus est delictum quod vere vel præsumpte probatum non erat, aut probari non poterat: tunc enim dicitur læsus: vt late *Sfortias de restit. in integr. 2. p. q. 65. a. 8. nu. 33. & toto a. 9.* præsertim *Nauarrum. 4. Menochius de arbitr. ar. libr. 3. centur. 3. casu 268. num. 4. Ant. Gom. to. 3. var. c. 1. nu. 66.* Et quamuis aliqui hoc nō admittant in ciuilibus (qualis est causa adulterii allegati ad diuortium petendum) sed in solis criminalibus: at frequentior sententia in vtrisque admittit. Sic tradunt *Baldus l. vn. n. 28. C. de confessis. Dominicus c. 2. n. 8. de in integ. restit. in 6. Alexander cons. 80. n. 2. lib. 3. Rebuffus de constit. reg. a. 1. gl. 1. n. 31.* & alii quos refert ac sequitur *Sfortias dict. 2. p. qu. 65. a. 8. nu. 34.* Quare concludo petita hac restitutione per minorem, rem ad eum statum reducendam, in quo esset, si confessus non fuisset. Id enim restitutio in integrum importat,

portat. *l. Sed & partus, ibi, omnem causam, ff. quod metus causa, l. Restituere, ff. de verb. sign.* cum multis congestis à *Sfortia tract. de restit. 1. p. q. 1. a. 1. n. 8.*

18 Tandem dubitabis, an in foro conscientiæ satis sit ea confessio, vt cessante scandalo possit aliter coniux, si innocens sit, diuertere, quamuis ex ea in foro externo iuuari nequeat? Solutio pendet ex iis, quæ dicemus libr. 10. disp. 12. à n. 39. vbi latè agetur de notitia ad hoc requisita. Et iuxta ibi latius dicenda censeo ex modo confessionis factæ perpendendum esse, an vir prudens merito credere possit eam esse veram, & non solo animo factam repellendi exceptionem impotentiæ allegatam ab vxore, & tunc erit iusta causa, vt in foro conscientiæ possit vxor innocens cessante scandalo diuertere, ac debitum negare. At existimo id raro contingere posse, vt vxor, quæ credit, ac experta est, virum impotentem esse, valeat sibi persuadere verè adulterium esse admissum ab illo. Et ita rarò ex ea causa licebit sibi diuortium.

DISPVTATIO CXIII.

Quales debeant esse matronæ de sponsæ virginitate deposituræ, & qualiter quibusque diligentiis præmissis debeant deponere: & publicatis attestationibus an possint aliæ admitti & recusari: & quid possit iudex ex officio in his causis coniugalibus?

SVMMARIVM.

An matronæ debeant esse peritissimæ & honestæ, vt fidem faciant: & possint omnes exceptiones, quæ aliorum testium fidem enervant, contra ipsas opponi n. 1.
An debeant esse de parochia, & nec nimis iuuenes, nec nimis senes? n. 2.
An debeant esse nobiles? n. 3.
An satis sit si de earum peritia, & aliis qualitatibus requisitis, constet ex earum assertione, vel ex notariis allatis n. 4.
Cui incumbat matronas eligere n. 5.
An matronæ & tactæ artis peritæ recusari possint? Proponuntur suadentia partem negantem, n. 6.
Possunt recusari & soluuntur contraria, nn. 7.
An p. possint recusari, siue à iudice, siue à partibus electæ sint: & an exigatur causæ cognitio & de arbitro, & de arbitratore, n. 8.
Quid, quando singulæ partes singulas matronas eligunt? n. 9.
An matronæ oculis inspicere, & manibus tangere debeant feminæ verenda, vt de virginitate deponant. & quæ sint virginitatis signa, & an posse virgo manens concipere? n. 10.
An desiderentur feminam in balneo ausæ? n. 11.
An sint diligenter examinandæ, ac virginitatis rationem reddituræ matronæ, vt earum testimonium probetur? n. 12.
An sit opus vt iurent, & similiter de aliis artis peritis? n. 13.
An iurare debeant circa ac præsentis partes? n. 14.
An testificari debeant de certa scientia? An sat sit de verisimili? n. 15.
Quot matronæ aut artis peritideponere debeant? n. 16.
An sat sit aliquando vna aut duæ artis peritæ? n. 17.
An æque credatur matronis & artis peritis, quando de negatiua deponunt ac quando de affirmatiua? n. 18.
An plus credatur peritissimis, quamuis pauciores sint? n. 19.
Quibus credatur, quando æquales numero ac peritia deponunt de frigiditate ac potentia viri, aut de virginitate ac corruptione feminæ? num. 20.
An femina sit aliquando à medicis inspiciendæ? n. 21.
An publicatis attestationibus possint aliæ matronæ induci, atque id generale sit in omnibus causis peritorum artis iudicio decidendis? n. 22.
Quid si iam lata sententia sit, nn. 23. Vbi remissiue an ideo sit in aliis causis iudicio artis peritorum decidendis, & an sententia in illis lata ut in rem iudicatam?
An in causa coniugali, & in aliis, in quibus iudicis officium exuberat, possit iudex ex officio iuramentare, qua posset pars, nn. 24.
In his causis multa iudex ex officio supplet, n. 25.
An possit iudex corrigere dictum matronarum, ac aliorum ex arti. peritia dependentium, n. 26.
An possit ex officio impedimento allegato facere impotenti inspici, n. 27.
An in causa coniugali, allegato probante sit iuramentum deferendum vel, n. 28. & ibi, an idem sit quando opponitur impedimentum ante matrimonium, nec probatur.

1 IN hac disput. breuiter tractandum est de matronarum qualitatibus, ac modo deponendi de feminæ virginitate, vt fidem faciant. an de iis, quæ potest iudex ex officio in his causis coniugalibus. Prima conclusio sit. Matronæ debet esse artis peritæ, honestæ, ac bonæ famæ, non leues aut viles, ne modico pretio subornatæ falso deponant. Et idem est de aliis artis peritis, iuxta eam peritiam deposituris. Constat ex *c. penult. de probat.* ibi: *Honestas matronas, prouidas ac prudentes deputare curetis.* Et ex *c. Fraternitatis, de frigid. statim in princ.* ibi: *Prouidas & honestas.* Vbi *Innoc. initio* explicat, prouidas, id est, peritas. Et *c. fin. eo. t.* ibi: *A matronis bonæ opinionis, fide dignis.* Et ex *l. Magistros studiorum, C. de profess. & medic. lib. 10.* Quare omnis exceptio, quæ aliqos testes excludit, ac eorum fidem enervat, excludet quoq; has matronas. Constat ex *d. c. penult.* vbi admittuntur exceptiones, quas vir opposuit aduersus matronas. Et docent *ibi Gloss. v. Mulier, & ibi Ant. num. 9. Abbas princ. notab. antepen. &* melius *Franciscus Aretinus ibi n. 3. not. ab. 3.* Quod adeo verum est, vt licet eæ matronæ sint nobiles, minime admittãtur, & quamuis peritæ sint, si prudentia aut morum honestate destituantur. Vt bene docent *Baldus d. c. penult. in fin. & ibi Felinus fin.* An verò desideretur eas esse peritissimas, dixi disp. 109 n. 7.

Secunda concluſ. Nec nimia iuuentus, ob experientiæ defectum, nec nimia senectus, ob defectum visus debet matronis inesse. Quia cum matrimonii dissolutio sit res grauissima, est omni circumspectione testium tractanda. Sic *Ioan. And. c. Fraternitatis, n. 4. de frigid. & ibi Host. n. 1. Ant. n. 18. Anchar. n. 3. notab. 4. Præpos. nu. 1. notab. 3. Alex. de Neuo in princ. n. 5. Brun. lib. de sponsal. consil. 28. Imol. 5. n. 23. Greg. Lop. l. 5. v. Mag res, 5. 8 p. 4. Fulgin. Paciamus de probat. lib. 1. c. 47. nu. 128.* Insuper debent esse de parochia feminæ inspiciendæ. Constat ex *d. c. Fraternitatis*, ibi: *Quasdam matronas suæ parochiæ prouidas & honestas ad tuam præsentiam euocasti.* Et ratio est, quod præsumatur eas habituras pleniorem notitiam: argumento ex *c. Scriptum, & cap. Postquam, de electione.* Et ita tradunt *Abbas eo c. Fraternitatis, n. 4. Hostiens. Ioan. And. Ant. Anchar. Præpos. Alex. de Neuo proxime allegati.* Addunt tamen bene *Host. & Præpositus*, quærendas esse matronas peritiores in quantum fieri poterit, quamuis non sint ex parochia.

Sed an debeant esse nobiles? *Alex. de Neuo cap. fin. n. 9. de frigid.* refert quemdam causidicum sustinuisse eas debere esse nobiles; allegata in suum fauorem *Glossa cap. Nec aliqua, verb. Obstetricum, 17. qu. 1.* Sed iure optimo recedit ab hac sententia *ibi nu. 10.* Quod nullo iure nobilitas in matronis petatur: vt constat ex textibus duplici nu. p. allegatis. Adde fore, vt nullæ matronæ testificationi huic idoneæ reperirentur. Cum enim inspectio hæc obstetricum sit, atque hoc munus nobiles dedeceat, numquam aut rarissime matronæ nobiles inuenirentur. Nec Glossa allegata sentit opinionem illius causidici, solum enim obiter dicit duabus aut tribus matronis nobilibus, asserentibus feminam esse cognitam, standum esse earum testimonio: at non dicit non esse illis credendum, si nobiles minimè sint. At fatendum est cum *Alex. de Neuo eo. n. 10.* quando obstetrices diuersæ contraria attestarentur, potius habendam fidem nobilioribus, si cætera sint paria. Quod præsumatur fore, vt nobiliores non ita facile subornentur, ac pejerent.

Rursus dubitabis, an si de matronarum peritia requisita, non aliter constet quàm ex earum confessione in iudicio facta, in qua se artis huius peritas esse fatentur, id satis sit, vt ea qualitas requisita probetur? *Franciscus Aretinus c. Proposuisti n. 15. & 16. de probat.* mouet quæstionem in genere de omnibus artis peritis: & citato Baldo sic distinguit: Si solus ipsa testis deponat de qualitate, quæ sibi debet inesse, non sufficit, secus si habeat alium contestem. Non enim reiicitur testimonium suum, licet de qualitate sua attestetur: quod non videatur attestari in causa propria, sed potius in partis vtilitatem. Et licet aliqua falsitatis suspicio subsit, eo quod videatur id asserere, vt testimonio suo fides habeatur. At hæc non est suspicio probabilis: nam qua ratione non præsumitur ob iura-

mentum falsitas in dicto principali, ita nec in circumstãtiis respicientibus causam vel personam argumento ex *l. Doli, vers. Diuersum ff. de noua.* Similiter ait credi eam qualitatem inesse, si notarius in instrumento de ea deponat. Quia statur verbis notarii enunciatiuis: eo quod de hac qualitate potuerit fieri fides tempore examinationis: ob ea quæ habentur *c. Quoniam contra, de probat.* per Doctores, *& l. 1. C. de fide instrum.*

5 Tertia concl. Matronarum electio iudicis est, non partium. Quia potius iudicum, quàm testium munus obeunt, (vt n. 7. probauimus.) & vocantur vt iudicem instruant. Sic tradit, allegatis *Bartolo & Angelo, Felin. c. pen. nu. 2. notab. 7. de probationibus.*

6 Hinc decidenda est ea quæst. An Matronæ, ac cæteri artis periti, qui ex peritia artis de re aliqua attestari debent: possint recusari? Pars enim negans inde suadetur. Quod cũ recusatio sit iurisdictionis declinatio: esse *Speculatore, t. de recusat. in princ.* & matronæ aliique artis periti iurisdictione careant, nulla ratio suadet eos recusari posse. Et confirm. quia testium fides eneruari sane potest obiectis aliquibus eorum vitiis, at ii recusari nequeunt: eo quod iurisdictionem nullam habent. At matronæ ac alii artis periti sunt testes. Vt constat ex *c. Proposuisti, de probat.* ibi, *Videtur igitur nobis, quod iuramento puellæ, ac septem illarum mulierum testimonio fides est potius adhibenda.* Et *c. fin. de frigid.* loquendo de matronis, sic dicitur: *Quæ perhibuerunt testimonium ipsam adhuc virginem permanere.* Secundò, quia arbitrator nequit recusari. Vt docent *Ant. c. Quintauallis, nu. 19. de iureiur. Gulielm. de Cuneo.* quem refert ac sequitur *Auendaño de exequendis mandatis Regum Lib. 2. 4. 23. nu.* 10. At hi arbitratores quidam sunt.

7 Quarta tamen concluss. sit. Matronę, ac omnes alii, qui iuxta artis peritiam de re aliqua deponere debent, recusari possunt. Quia hi non sunt propriè testes, sed eorum depositio & declaratio magis est iudicium, quam testificatio. Vt docent *Bartol. in tract. testimoniorum, n. 12. Baldus l. 2. n. 4. ff. de feriis. Decius c. Proposuisti, in noua edit. nu. 53. vers. Vltimo de istis peritis, de probat. & ibi Felin. nu. 9.* & alii quos refert ac sequitur *Fulgin. Pacianus de probat. l. 1. c. 47. num. 15. & 94.* Et constat ex *c. Quia indicante, de præscript.* ibi: *Agri mensorũ diffinitionem, & l. Certi iuris, ibi, iudicare. C. de iudiciis.* Vnde *Ioan. Garcia de expensis, c. 24. n. 18.* ait hos obtinere vicem testium, quatenus deponunt, & vicem iudicum, quatenus ex forma sententiæ iudicis, cuius vi & potestate creantur, iudicant. Vnde *Baldus l. Data opera, nu. 23. vers. Si autem non est verum, C. de his qui accusare non possunt*, vocat hos testes non veros, sed præsumptuos. Adde multò verius esse, posse arbitratorem recusari (vt n. seq. dicemus. Et ex his manent soluta contraria proposita nu. præced. Et pro hac sententia sunt *Bartolus l. Theopompus, n. 11. ff. de dote prælegata. Couar. l. 2. var. c. 13. nu. 5. concl. 6. Mascard. de probat. concl. 1038 n. 19. Fulg. Pacianus de probat. l. 1. cap. 47. nu. 120.* vbi dicunt, aduersus artis peritos posse partem opponere esse suspectos. Et in propriis terminis tenet *Ioan. Garcia de expensis, cap. 24 nu. 25.*

Sed lata differentia est, quando hi periti eliguntur à
8 iudice, & quando eliguntur ab ipsis partibus. Nam quando eliguntur à iudice, possunt absolutè recusari, nulla alia allegata causa quam suspicionis. Sicut iudices seculares ex hac sola causa recusantur, *l. Apertissimi, 14. C. de iudicijs*, iuncta *gloss. ibi v. Recusare*, communiter recepta, & *l. reg. 22. t. 4. p. 3.* Quare satis est, & requiritur iuramentum partis recusantis, qua iuret sibi peritos, illos esse suspectos. Sicut ad recusationem iudicis secularis id iuramentum requiritur, & satis est. Vt docet ea *Gl. v. Recusare.* Et licet *d. l. reg. 22.* hoc temperet, nempe exigi iuramentum, si petatur: at vsu receptum est, vt id iuramentum sit necessarium. Vt notat *Greg. Lop. ea l. 22. v. Si lo demandaren.* Et videtur probari ex *l. 1. t. 16. l. 4. noua recop.* Sed dices, cum iudicium hoc, in quo matronæ deponunt de virginitate feminæ, ad concludendam viri impotentiam, ac dissoluendum matrim. sit fori Ecclesiastici, matronas ac medicos non posse recusari in hoc iudicio, nisi allegata ac probata causa coram arbitris. Sicut in recusatione iudicis Ecclesiastici decretum est, *c. Suspicionis, de offic. deleg. c. Secundo requiritur, §. Tertio postulas, & c. Cum speciali, de appell. cap. Legitima, de appellat. in 6.* Sed respondeo id tantum de ipsomet iudice Ecclesiastico decretum esse, quando enim in eo iudicio recusantur notarius, vel matronæ, aut alii, qui iuxta artis peritiam attestaturi sunt, id non est necessarium, sed seruatur ius ciuile, quod solo iuramento dicto decernit recusationem admittendam. Id enim etiam in foro Ecclesiastico seruandum vbi ius canonicum nihil disponit, probaui l. 1. disp. 6. n. 24. Et idem dicendum est, quando discordãtibus inter se electis à partibus, iudex tertium artis peritum eligeret, is enim tertius posset, recusari absque causa, solo dicto iuramento præstito, quamuis inter partes actum esset, vt in ea discordia iudex tertium eligeret. Quod is tertius à neutra parte approbationem habeat, vt vel sic causa recusationis desideretur, iuxta statim dicenda, sed tantum vtraque pars cõuenit, vt iudex tertium eligeret, quod intelligendum est, dummodo ille tertius neutri parti suspectus sit. At si vtraque pars duos illos peritos aut matronas elegit, neutra recusare poterit absque causa noua, aut quæ denuò in eius notitiam peruenerit. Quia iudex à partibus electus, vtpote, qui earum approbationem habet, nequit recusari, nisi ex causa noua, aut tunc in recusantis notitiam venienti. Vt docent *Gl. c. Statutum, §. Cum autem, v. Recusset. de rescript. in 6. & c. In singulis, v. Et appellatione, de statu monach.* communiter approbatæ. Et ob hanc rationem reprobata sent. Antonii relata nu. 6. docentis arbitratorem recusari nõ posse, tradit communis sent. id tantum esse verum & in arbitro, & in arbitratore, quoties non adest noua causa, aut non est denuo cognita: tunc enim recusari non possunt: eo quod partes eos eligendo approbarint: secus tali causa existente. Sic tradunt *Abb. c. Quintauallis, n. 12. de iureiur. & ibi Imola n. 27. Alex. de Neuo n. 102. & 103. Francus c. Cum speciali, qu. 15. n. 36. de appell.* Et ita intelligendus est *Ioan. Garcia de expensis c. 24. nu. 25.* vbi ait posse ex noua causa superuenienti hos artis peritos recusari. Et hæc cõstat ex *l. Siquis testibus, 13. C. de testib.* vbi decidit testes à quopiam in suum fauorem in vna causa productos, non posse ab eodem in alia re probari, nisi ostenderit inimicitias inter se & illum postea emersisse. Quare recusanti incumbit onus probandi hanc causam. Vt constat ex *ea l. Si quis testibus*, ibi, *ostenderit.* Item quia cùm intentio sua ac iustitia recusationis fundetur in ea causa, ipsi incumbit eam allegare, ac probare, vt possit recusatio admitti.

Quod si quælibet pars suum artis peritum eligat, quæ- 9
libet poterit à se electum recusare ex noua causa superuenienti, aut tunc denuo cognita: sicut n. præc. diximus ex ea causa posse arbitratorem à parte ipsa electum recusari; at neutra poterit recusare electum ab altera. Quia cum quælibet pars suum eligat, seruatur in hoc æqualitas, & si electus ab aduersaria alteri suspectus sit, habet alteta à se electum: qui ius suum tueatur, ac illis dissidẽtibus, neutra pars litis victoriam obtinebit, sed tertius eligetur à iudice, qui potest à qualibet parte, cui suspectus fuerit, recusari. Vt probaui n. præced.

Quinta concl. Vt matronæ legitimè deponant de fe- 10
minæ virginitate, non satis est vt illius verenda oculis inspiciant, sed desideratur, vt perspiciant, atque sufficienter & sagaciter tangãt manibus. Sic colligitur ex *c. pen. de probat.* vbi cùm præcipiatur adhuc alias matronas adhiberi, ea redditur ratio, ibi: *Quia sæpe manus fallitur, & oculos obstetricum.* Supponitur ergo matronas debere perspicere, ac tangere. Et ratio huius est, quia cùm res sit hæc difficillimæ probationis, oportet omnem diligentiam adhiberi, ne feminarum fraudibus detur locus. Sæpè enim corruptæ virginitatis sigillum effingunt, variis vtentes ad id medicamentis. Quæ medicamenta latè inter alios tradit *Bayrus tract. de medendis humani corp. morbis, l. 5. c. vlt.* Præterea, quia signa cognoscendæ virginitatis, quę matronæ habent,

bent, fallacia sunt. Vt bene probat *Fragosus in sua chirurg. vniuers. tract. 2. De las declaraciones, titu. Para conocer la virginidad en la muger.* Matronæ enim asserunt se id quibusdam signis dignoscere. Primum est: quia in collo matricis aiũt appositam esse quãdam telam obstantem ne digitus immissus penetrare intro possit: eamque in primo coitu disrumpi, idque cognosci, cum immissus digitus facile introrsum fertur. Secundum est: quia aiunt corruptas feminas habere collum matricis latius atque apertius: contra vero quæ sunt virgines, arctius atque compressius. At hęc signa fallacia esse docet *ibi Fragosus* citato *Ambrosio Pareo*: quod eam telam vix vna ex millibus habeat. Atque ita *Realdus lib. 11. anatomiæ, c. 16.* solum in duabus virginibus se eam inuenisse affirmat. Præterea, sunt plurima medicamenta, quibus fœminæ vtuntur, quo collum matricis cõtrahatur, atq; corrugetur. Deinde ait nec lac in mammillis esse certum corruptionis signũ. Quod in muliere quæ nec grauida est, nec aliquando peperit, lac aliquando contigit, eo quod menstrua defecerint. Vt docet *Hippocrates in suis aphorismis l. 5. aphorismo 39.* Sanguis enim, qui per vterum exire deberet, ad mammas à natura transmittitur: vt ibi docet *Ant. Mosa in exposit. illius aphorismi*: Imo *Arist. l. 4. hist. animalium c. 20.* docet tantam lactis copiam in mammillis viri aliquando repertam, vt possit fugi. Et Venetiis sic id vidisse testatur *Cardan. libr. 12. de subtilitate.* Et contingit quandoque fœminam incorruptam concipere, ex semine viri circa vas effuso, matrice fœminea illud attrahente. Vt testantur *D. Th. quodlib. 6. a. 18. Nauar. l. 4. conf. tit de frigid. in priori edition. conf 3. num. 23. in posteriori, conf. 2. nu. 23.* Nec obstat huic conclusioni cautum esse *l. 1. §. Mittantur autem, ff. de ventre inspiciendo*, ne muliere inuita obstetrices eius ventrem tangant. Quia id procedit, quando tactus minime desideratur ad rem probandam: vt contingit in impręgnatione, quæ sola vĕtris inspectione cognosci potest; secus in probatione virginitatis, quæ solo visu cognosci nequit, nisi tactus interceda. Itẽ quia in impręgnatione id cautum fuit, ne tactu lęderetur proles. Vt ait *Albericus l. Imperator, la 1. n. 4. vers. Et pro hoc facit, ff. de statu hominum, & ibi Angelus n. 2.* Quæ ratio non concurrit in virginitate probanda. Et ideo hanc concl. tenẽt *Host. c. peruul. n. 4. de probat. & c. Fraternitatis n. 1. de frigid.* vbi *Abb. antiquus n. 1. Ioan. And n. 4. Ant. n. 18. Anchar n. 3. & 4. not. ab. 4. Præpos. n 1. Alex. de Neuo in princ. n. 5. Felinus d. c. peruul. nu. 2. not. ab. 5. Franc. Aretinus cons. 142. Ex facto proponitur, dub. 4. n. 20. Greg. Lop. l. 5. t Mugetes, t. 8. p. 4. Fulcius Pacianus de probationibus l. 2. c. 2. nu. 17.*

11 Hinc deducitur, sanum consilium esse, vt iudex districte præcipiat matronis, vt antequam fœminam inspiciant quo de eius virginitate deponant, faciant ipsis præsentibus eam in balneo aquæ competenter calidæ lauari, & tanto tempore moram in eo trahere, quantum necessarium fuerit, vt si forte glutino appositio verenda mulieris compressa sint, atque coarctata, vt virgo appareat, id liquefieri possit. Quia in valore matrimonii muestigando quæcumque probationes possibiles adhibendæ sunt, & potius debent esse superfluæ, quam diminutæ (vt probaui disp. 107. nu. 1.) Sic docent *Host. Ioan. And. Anchar. Præpos. Alex. de Neuo. Gregor. Lopez n. precedenti allegati, Abbas c. Fraternitatis, num. 4. de frigid. Brunellus de sponsalibus, concl. 18. limitatione 5. nu. 25. & 27. fin. Fulcius Pacianus de probationib. libr. 1. cap. 47. n. 129.*

12 Sexta conclu. Numquam probat testis ex artis peritia deponens, nisi ex actis appareat eum fuisse diligenter interrogatum à iudice, & examinatum. Quod eius testimonium non de certa scientia sit, sed de verisimili: & ideo diligenter examinari debet à iudice, vt fidem faciat. Ita docent *Bart. l. Semel, nu. 1. C. de re militari, lib. 12. Franciscus Aretinus c. Præpositi, nu. 15. vers. Aduerte etiam. de probat.* Qui inde infert ipsum non probare, si non reddat causam scientiæ. Sed credo matronas sufficiẽter reddere causam, si deponãt puellam esse virginem, eo quod inspexere partes fœminæ, in quibus deprehẽditur virginitas. Vt colligitur ex *cap. Proposuisti, de probat.* ibi: *Testimonio mulierum probauit, quæ per aspectum eam virginem asseruerant.* Et docent *ibi Abb. num. 2. Baldus n. 1. vers.* ibi, *per aspectum. Galletus addit. ad Fulcinum Pacianum libr. 2. de probat. c. 2. lit. D.* Sed vltra hoc exigitur, vt deponant quoque se sufficienter partes illas tetigisse. Quod ex visu absque tactu non sufficiẽter probetur virginitas. Vt probauimus n. 10. At cùm ex visu & tactu iudicetur virginitas, sufficientem eius reddunt causam matronæ eius rei peritæ, si deponant eam fœminam virginem reperiri: quod eius partes diligenter inspexerint, ac tetigerint, & eam talem iudicant. Sicut medicus sufficienter deponit de infirmi febri, si se arteriæ pulsum pertentasse asserat. Et latomus cœmentarius sufficientem fidem de quantitate sumptuum alicuius ædificii suo testimonio facit, testificans se totum id diligenter perlustrasse, atque inde id perspexisse.

Sed dubitabis, an matronæ ac reliqui artis periti iurare 13
debeant? vt suo testimonio fidem faciant? Pars negans suaderi videtur ex *c. Proposuisti, de probat.* vbi fit mentio de iuramento mulieris dicentis se non esse cognitam, nulla de matronarum iuramento mentione facta. Et *l. 1. ff. de ventre inspiciendo paulo post principium* de sola simplici obstetricum assertione mentio fit. Vbi *Glossa verb. Vel dua*, ait fortè non exigi iuramentum. Secundò, quia licet regulariter testes non astricti iureiurando minime fidem faciant, *c. Nuper, in fine de testibus, l. Iurisiurando, C. de testibus.* At id fallit in testimonio artis peritorum: vt de obstetricibus ad ventrem inspiciendum assumptis testatur *Glossa d. l. Iurisiurandi, verb. Iurisiurandi.* Cæterum tenendum est, id iuramentum desiderari. Probatur ex *c. Fraternitatis, de frigid.* ibi: *Districtè illis iniungens sub periculo animarum.* Et ibi: *Quæ tandem in fide sua tibi asseruere.* Deinde quod cum hæc res sit grauissima, non est rationi consonum, vt absque iuramento matronis fides habeatur. Et ita de his affirmant *Glossa eo cap. Fraternitatis, verb. Districtè, & ibi Innoc. flatim in princip. Hostiens. num. 2. Ioan. Andr. nu. 5. & 23. Abbas nu. 12. Ancharan. n. 4. notabil. 5. Anton. nu. 17. Cardin. n. 3. Præpos. nu. 7. & 8. Alexand. de Neuo ibi in princip. n. 9. 10. & 12. Bart. l. 1. in princip. n. 2. ff. de ventre inspic. Albericus in suo dictionario, lit. D. verb. Diuortium paulo post principium. Abbensis 2. p. sum. lib. 8. titu. 37. art. 2. paulo post principium. Baldus d. cap. Proposuisti, num. 3. Anton. Cucus libr. 5. instit. maiorum, tit. 12. n. 264.* Et in genere de cæteris artis peritis id tradunt *Hostiens. Ioan. Aud. Abbas, Anchar. Præpos. Alex. de Neuo eisdem locis. Conar. l. 2. var. cap. 13. n. 4. concl. 4. Pinel. de rescind. vendit. l. 2. p. 3. c. 4. n. 3. Ioan. Garcia de expensis c. 34. n. 18 Matienzo lib. 5. recop. t. 11. l. 1. glossa 2. n. 20. & 21.* & multi alii quos referunt ac sequũtur *Mascardus de probat. concl. 117. nu. 48. Fulc. Pacianus de probationib. l. 1. c. 47. n. 21. Zacchias quæst. præll. qu. 1. nu. 25.* & alii, quos hi referunt. Hoc tamen limitandum est, nisi assumpti fuerint à partibus de communi consensu. Cum enim tunc fides eorum sit ab vtraque parte approbata, iuramentum non est necessarium. Secus si à solo iudice vel de iudicis mandato periti illi electi essent. Sic aliis relatis *Fulc. Pacian. ibi à n. 22. Conar. Ioan. Garcia proxime relati. Mascardus n. 51.* qui aliis relatis addit, nec teneri hos iurare, quando assumpti sunt à iudice, de communi partium consensu. Similiter tenentur iurare, quando legis præcepto periti hi electi essent à partibus: sicut diximus teneri, quando iudicis præcepto. Quod in neutro euentu libere eligant, vt sic videantur omnino fidem illorum approbare, sed legis aut iudicis præcepto coactæ. Quamuis autem quando communi vtriusque partis consensu periti electi sunt, non teneantur iurare: (vt proxime dictum est) at id nullatenus admitterem in matronis de communi partium consensu electis ad explorandam vxoris virginitatem, ad dissoluendum matrimon. Quod cum nequeant coniuges in hac re cedere iure suo, atque agatur de re tam graui, & vbi subest maximum peccati periculum, nil confert cõsensus ac approbatio partium, ne iudex ex officio sufficientissima ac superabundantem probationem exigere teneatur, vt suæ cõscientiæ satisfaciat: eo vel maxime quod in causa

coniugali multa iudex ex officio suppleat, vt numero 25. dicemus.

14 Imo periti artis eligi debent à iudice partibus præsentibus, & legitime citatis, licet relatio peritorum possit partibus absentibus coram iudice fieri. Sicut ad depositionem aliorum testium pars debet citari, at non debet esse præsens depositioni, sed soli iuramento. Constat ex *c.1. de consang.* ibi: *Quocirca mandamus, quatenus vtramque partem ante tuam præsentiam convoces, & facias testes coram te iurare.* Et ita docent *Bartol. l. Theopompus n.11. ff. de dote prælegata. Hostien. c. Fraternitatis, n.1. verb. Ad tuam præsentiam, de frigid. & ibi Ioan. Andr. n.5. Alexander de Nevo ibi principio, num.6. Mascardus de probat. concl.1038. nu.19. Fulu. Pacianus de probationibus, lib.1. cap.47. n.120.* Et ratio est, quia potest pars opponere eos sibi esse suspectos. Vnde hoc temperandum est, nisi electio peritorum facta esset communi partium consensu intercedente. Quoniam cum tunc partium approbationem habeant, non est harum citatio aut præsentia necessaria. Et ita temperant *Iason. cons. 200. nu.14. vol.2. Decius c.2.n.61. de testibus, Covarr. l.2. var. c.13. num.5. conclu.5. Ioan. Garcia de expensis c.24. n.18. Fulgius Pacianus* alios referens *cod. c.47. nu.124.* Secundo limitandum est, nisi iudex eos vocaret ad suam informationem. Vt multis relatis tradit *Mascard. de probationibus, in proœmio q.5.n.39.*

15 Septima concl. Matronæ ac cæteri artis periti non tenentur cum omnimoda certitudine testificari, sed tãtum verisimiliter, iuxta æstimationẽ, quam ex artis peritia assecuti sunt: quando peritia versatur circa illas artes, quæ non cõstant certis, & indubitatis disciplinæ regulis. Quare in hoc distant ab aliis testibus, qui regulariter de veritate absoluta debẽt testificari. Et constat ex *l.1. in principio*, ibi, *Prægnantem vel lori ff. de ventre inspiciẽdo.* Et ratio est, quod his peritis impossibile sit cum omnimoda certitudine attestari: eo quod artis peritiam illam non habeant. Et ita docent omnes quos n.13. retulimus, asserentes eos teneri iurare. Et multis aliis relatis tradunt *Mascard. de probat. concl.* 1174. n.48. & 49. *Fulu. Pacianus de probat. l.1. c.47. nu.17.*

16 Octaua concl. Duæ matronæ sunt necessariæ, & sufficiunt, vt de virginitate deponãt: & idem in alias artis peritis. Quia à regula generali, dicentis in ore duorum vel trium stare omne verbum, *c. In omni negotio, de testibus.* res hæc non excipitur. Quamuis enim aliqui textus videantur plures duabus matronas petere, iã illis satisfeci disp. 109. n.8. vbi & aduersus aliquos DD. probaui sat esse duas matronas, quamuis mulier sola affirmet se virginem, id vno negante. Et ideo vltra DD. ibi allegatos, sustinent hanc conclusionem *Ant. cap Fraternitatis, n.4. de frigid. Alexander de Nevo c fin. num.31. cod. tit. Monald. in sum.* vbi de matrim. *t. Qualiter & quando fiat divortium propter impedimentum coeundi, col. vlt. vers. Item quando mulier. Alberi. in suo dictionar. lit. D. verb. Divortium, paulo post princ. Ioan. de Friburgo in sum. confes. l.4. t.16. q.16.*

17 Hinc deducitur, regulariter vnius artis periti aut matronæ testimonium minimè sufficere: vt constat ex dictis n. præc. At hoc fallit, quãdo vnus solus reperiretur in ciuitate illa fide dignus: tũc enim illius testimonio satis esset. Quod probatur ex *auth. de non alienando, §. Quod autem, collat.2.* vbi disponitur pro æstimando rei valore adhibendos duos artis peritos, si in ciuitate reperiantur, alias satis esse vnum. Et ex *l.1. §. fin. ff. de verb. oblig.* ibi, *Vterque alterius linguam intelligat, sive per se, sive per vnum interpretem.* Vbi textus loquitur de vno interprete, & nulla alia probatio desideratur. Et ita docẽt *Bartol. l.1. n.4. C. de ponderat. & l. fin. in fine, C. ad l. Cornel. de sicariis, & l.1. in princ. nu.4. vers. Sed quæro. ff. de ventre inspiciendo, Anchar. c. Laudabilem, n.5. not. ab. 6. de frigid. Anton. c. propositi, nu.6. de probat. & ibi Decius à n. 18. in nova edit. Felin. ibi n.7. vers. Fallit tertio, Bald. c. penult. n.3. eodem t. & ibi Barbatius col. penult. n.12. Ant. Gomez. to.2. var. c.9. nu 5. Mascard. de probat. concl.1174. n.11. Fulu. Pacianus l.1. de probat. c.47. n.35.* Atque hoc extendunt aliqui reiecta contraria Abbatis opinione, quamuis causa sit ardua. Sic *Felinus ac Decius, Mascardus n.25. Fulu. Pacianus nu.36. & duplici sequenti.* Qui tamen hoc intelligit cum *Aretino d.c. Proposuisti, nu.12. & 13. & Mascardo eo n.25.* quãdo in re ardua vnus ille testificans, aliis deficientibus, esset artis illius peritissimus, atque in ea valde excellens: quod si talis non sit, vocandus est alius ex loco vicino. Et quamuis prædicti DD. non loquantur speciãliter de matronis assumptis ad testificandum de fœminæ integritate, vt vel sic dissoluatur matrimonium: at cum eadem sit ratio de ipsis ac aliis artis peritis ad testificandum in re ardua assumptis, idem dicerent de his matronis: eo vel maxime, quod absolutè & in genere loquantur de iis, qui iuxta artis peritiã testificantur, sub quibus hæ matronæ cõprehenduntur. Adde, in *c. Proposuisti & c. penult. & c. Fraternitatis, allegatis*, in quibus multi ex auctoribus citatis tradunt hanc doctrinam, fœmonem haberi de matronis assumptis ad dictam testificationem, quare manifeste in illis quoque eandem doctrinam tradunt, vt vna sufficiat, quando plures nequeunt haberi in illo oppido. Quod est intelligendum iuxta limitationem positam, quando ea esset artis peritissima: eo quod res hæc sit valde ardua. Sed quamuis hæc pars tamquã satis probabilis possit amplecti ob tot auctorum approbationem tam grauiumque: at multo magis placet eam doctrinam tantum esse veram, quando res non est ardua, sed de leui aut nullo alicuius præiudicio agitur. Quare vbi res est ardua, nullatenus vnius testimonio standum est, quamuis vnicus artis peritus sit in eo oppido: sed conuocãdus esse alius ex vicino loco. Quod affirmant *Abb. c. Proposuisti, n.5. de probat. & Ioan. Garcia de expens. c.14. nu.20. & 21.* Quia regula generalis est, vt testimonium vnius, quamuis dignitate præditi fidem integram minime faciat, *l. Iuris iurandi, in fi. C. de testibus, c. Licet vnus, de testibus.* At nullus est textus excipiens hunc casum: nec illi, quibus contrarii innituntur, hanc exceptionem probant. Nam §. *Quod autem* loquitur quando Ecclesia vult æstimationem rei suę nosse, vt tradat eam in emphyteusim, quare non mirum est, si decidatur vnicum æstimatorem sufficere, aliis deficiẽtibus. Quia non agitur nisi de Ecclesiæ instructione, vt suæ vtilitati consulat; & accepturo in emphyteusim incũbat prospicere, & aliunde consilium capere, an sibi ea expediat æstimatio. Nec *d.l.1. §. fin. allegata* etiam pro contraria sententia, illi fauet. Quia optime citato Bartolo respondet *Ioan. Garcia n.21.* interpretem longe distare à teste, quod hic ab vno contra alium sumatur: ille vero ex consensu vtriusq; sicut arbiter aut arbitrator. Quare non mirum est, si vnico teste non sufficienti sufficiat vnus interpres. Adde, si textus hic aliquid probaret, probaret etiam non deficientibus alijs artis peritis sufficere vnum: rentia est falsum. Ex his deducitur, in hac causa coniugali non sufficere vnius matronæ etiam peritissimæ depositionem, quamuis ea sola in illo oppido reperiatur, sed aliam ex vicino oppido conuocandam esse. Cum causa hæc sit valde ardua, & tendat in magnum matrimonii præiudicium, nimirum, vt initum dissoluatur, concessa ad aliud transeundi facultate: & agatur de maximo animarum dispendio.

18 Nona concl. Quamuis negatiua sit difficilis probationis, & maior fides habeatur paucis affirmantibus, quàm plurimis negantibus (de qua re egi l.4. tota disp. 27.) at in dictat inter affirmantem aut negãtem depositionem, sed quod in aliis rebus testis affirmans, v.g. Petrum homicidam fuisse, testetur de re, quæ sensu percipi potest: quod secus est in negante. Nam cum non semper possit esse cũ Petro, ipsumque intueri, potuit Petrus eo teste absente, aut non intuente homicida esse: nisi sit negatiua coarctata loco & tempore (vt explicui d. disp. 27.) At cum ex artis peritia quis testatur, æquè artis illius regulis subiicitur pars negans ac affirmans: vt fœminã esse, aut non esse virginem: expensas ædificii attingere mille aureos nummos, vel non attingere. Et ideo ita docẽt *Bart. l. Diem proferre, §*

Si

Si plures, sine, ff. de receptis arbitr. Et ibi Bald. vers. Nam tunc distinguit. Alberic. l. 1. n. 6. vers. Secundo casu, ff. de vener. inspiciendo. Aretin. l. 1. §. fin. n. 41. vers. Tu autem aduerte, ff. de verb. oblig. Felin. c. In nostra, nu. 8. vers. Et illis adde, de testibus. Socin. senior reg. 508. in 2. fallent. de reg. iuris. Ant. Gab. to. 3. comm. lib. 1. tit. de testibus, concl. 4. nu. 14. limit. 6. Fulu. Pacianus de probation. l. 1. c. 50. n. 58. & c. 47. n. 3.

19 Decima concluſ. Peritiores in arte quamuis pauciores præualent pluribus minus peritis. Quia cum radix teſtificãdi ſit artis peritia, vbi ea maior eſt, licet in teſtibus pauciotibus, præponderat maiori teſtium numero præditorum minori peritia. Et ita docent *Speculat. t. de probat. §. fin. n. 27. Abb. c. penult. nu. 1. eo. t. Felin. c. Propoſuiſti, in fin. eo t. Alciat. l. 1. §. fin. n. 48. ff. de verb. obl. & ibi Aretin. n. 40. Gallianla num. 4. Roman. n. 9. Maſcard. de probat. concl. 1174. nu. 42. Fulu. Pacian. de probat. l. 1. c. 47. n. 165.*

20 Vndecima concluſ. Cæteris paribus magis eſt habẽda fides teſtificantibus virum eſſe potentem, quam dicentibus frigidum; vt ſi æquales numero & peritia ſint teſtes. Quod illi veriſimiliora ac naturæ aptiora teſtentur: cum potentia coeundi ſit qualitas naturalis, eaq; præſumatur, dum frigiditas non conſtat. Et ita docent *Innoc. c. 1. n. fin. de frigid. Corſetus in ſuis ſingular. ſingulari incipienti, Duo teſtes deponunt. Pet. Greg. in ſyntagm. iuris, l. 9. c. 12. nu. 11. Fulu. Pacianus de prob. l. 1. c. 50. n. 62.* Similiter duabus matronis deponẽtibus feminam eſſe virginem, potius creditur quam æqualibus eam eſſe corruptam teſtantibus. Quia illæ habent naturæ ac iuris præſumptionem pro ſe: virginitas enim præſumitur, cum ſit qualitas naturalis. Sic allegato *Curtio* docet *Fulu. Pacianus de probat. l. 2. c. 2. n. 12.* Quod bene limitat *n. 13. & l. 1. c. 50. n. 60.* quando res dubia eſſet, non exiſtentibus veriſimilibus coniecturis corruptionis feminæ: nam his exiſtentibus, vt ſi probetur iuuenem dormiſſe cum ea, plus credetur aſſirmantibus eam eſſe corruptam. Et in hoc caſu intelliguntur *Bald. l. Teſtium, n. 37. vers. Quarto dixi, C. de teſtibus. Iacob de S. Georgio, l. Ob carnem, §. Si teſtes, n. 7. vers. Quarto iudex. ff. de teſtibus. Felin. c. In noſtra, nu. 11. vers. Et præſeruntur, de teſtibus. Decius conſ. 368. In cauſa, n. 3. vol. 3.* dicẽtes magis credi obſtetricibus feminam eſſe corruptam aſſerẽtibus. Ex quo infero, in cauſa ſeparationis matrimonii ratione impotentiæ viri, quando de ea non conſtat, magis habetur fides cæteris paribus matronis aſſerẽtibus feminam eſſe corruptam. Quod cum dormierit vna cum viro, ſit vehemens corruptionis coniectura.

21 Duodecima concl. Quamuis regulariter ad mulierem inſpiciendam eligendæ ſint matronæ honeſtatis gratia, vt conſtat ex *c. Propoſuiſti, & ex c. penult. de probat. & ex c. Fraternitatis, & ex c. fin. de frigid.* at vbi agitur de qualitate, altiorem peritiam ad iudicandum deſideranti, quam quæ in feminis reperitur, ne probationum facultas pereat, aut matr. validum diſſoluatur, vel irritũ approbetur, medici periti adhibẽdi ſunt quo feminã inſpiciant. Quod huius rei grauitas ac neceſſitas præponderet naturali honeſtati. Sicut à medicis aſpicitur, vbi neceſſitas vrget morbi. Et prob. ex *c. Ex literis, de frigid.* ibi: *Si virtutem illud mulier à natura contraxit, nec ope medicorum poterit adiuuari.* Et *c. Fraternitatis, v. Per hæc autem, eo t.* ibi: *Niſi per inciſionem aut alio ſimili modo violentia inferatur.* Nam vterq; textus ſupponit in his euentibus feminam à medicis inſpiciendam: vtpote, qui nec id iudicare, nec decidere poſſunt abſq; conſpectu. Et ita docent *Franc. Aretin. conſ. 142. dub. 4. n. 15. vers. Venio nunc ad quartum*, referens id effectum fuiſſe cum Dorothea filia Ludouici, Marchionis Mantuæ, *Decius c. Propoſuiſti, n. 3. notab. 2. de probat.* Et dicens eſſe veriſſimum, & obſeruatum cum filia Ducis Parmæ, *Fulu. Pacianus de probat. l. 2. c. 2. nu. 33. & 34.* Quamuis *Tiraq. l. 4. connubiali, n. 28. vers. vroinde*, non recte relatis *Decio & Aretino* auctoribus huius ſent. ſic dicit: An tamen bene ſenſerint, aliorum ſit iudicium.

22 Decimatertia concl. Etſi regulariter publicatis atteſtationibus non poſſint alii teſtes admitti, ſaltẽ ſuper eiſdem articulis: vt conſtat ex *c. Fraternitatis, de teſtibus, & clem. 2. eod.* Id tamen fallit in teſtibus ad virginitatem feminæ inſpiciendam inductis, quales ſunt matronæ vel medici, poſſunt enim aliæ induci poſt eam publicationẽ. Conſtat ex *c. pen. de probat.* Et tradunt *ibi Gl. v. Pars, Innoc. c. vn. Hoſt. nu. 4. Ioan. And. n. 2. Ant. nu. 3. Abbas ſtatim in princ. notab. 2. Bald. n. 1. Imola ſtatim in princ. Felin. n. 2. notab 3. Franc. Aretin. n. 4. notab. 4. Nauar. l. 4. conſ. de frigidis, in priori edit. conſ 3. in fin. in poſter. conſ. 2. ſi. Fulu. Pacianus de probat. c. 47. n. 77.* Atque id verum eſt, quamuis id tendat in profeſſionis emiſſæ præiudicium. Conſtat ex *d. c. penult.* nam matronæ ibi inductæ ſunt ad inſpiciendam coniugatam, volentem ex aſpectu probare ſe virginem, & proinde profeſſionem à ſe factam valuiſſe, eo quod matrim. non conſummarit, aduerſus virum petentem eam ſibi reſtitui, & tamen publicatis atteſtationibus aliæ matronæ admiſſæ ſunt. Et ita docẽt *Ant. Abb. Imola proxime allegati.* Et quamuis *Gl. eo c. penul. v. Pars, & ibi Ant. n. 10.* velint ſpeciale eſſe in matrim. vt publicatis atteſtationibus alii teſtes admittantur: eo quod ſententia in illo lata non tranſeat in rem iudicatam. At verius eſt, id eſſe generale in omnibus cauſis decidendis per artis peritorum teſtimonia, quoties illi nequeunt de certa ſcientia, ſed tantum de veriſimili deponere. Et ratio eſt, quia priores teſtes facile decipi potuere. Et ideo hoc eſſe generale in omnibus his cauſis ſuadetur ex ratione tradita huius admiſſionis nouorum teſtium, *d. c. penul.* ibi: *Quia ſæpe manus fallitur, & oculus obſtetricum.* Quæ cum ſit generalis, ac communis omnibus his cauſis, deciſio quoq; communis eſſe debet. Et ita fatentur *Abb. Bald. Felin. Franc. Aret. n. proxime allegati.* Qui bene addit, poſſe in omnibus his cauſis induci tunc alios quoſcunque teſtes, quamuis non ſint eius artis periti, ſed aliter de veritate deponãt. Quod eadem ratio facilitatis deceptionis priorum teſtium militet. Poſſunt autem recipi noui illi teſtes publicatis atteſtationibus, ſiue ex iudicis officio, ſiue ad partis inſtantiam producantur. Et ita docent *Abbas, Bald. Felin. Fulu. Pacianus proxime citati*, qui bene intelligit poſſe ad partis inſtantiam, quando ei modo nil imputari poteſt, quare eos prius non produxerit.

Imo in cauſa coniugali poſſunt etiam lata iam ſententia alii teſtes recipi, nedum ſolum publicatis atteſtationibus. Vt conſtat ex *c. Lator, de ſent. & re iud. & c. Fraternitatis, de frigid.* Et ratio eſt, quia in ea non tranſit ſentẽtia in rem iudicatam. Et ita tradunt *Innoc. c. pen. n. vn. de prob. & ibi Hoſt. n. 4. Ioan. Ant. n. 2. Ant. n. 6.* An vero id ſit generale in omnibus cauſis, quæ per artis peritorum teſtimonia decidũtur: pendet ſolutio ex ea quæſtione, an ſimiliter in illis ſententia non tranſeat in rem iudicatam: ſi hoc enim verum eſt, idẽ dicendum erit ſe cus ſi trãſeat. De qua quæſt. (quia ad rem noſtram non facit) conſulendi ſunt *Franc. Aretin. c. Propoſuiſti, de probat. & ibi Decius & DD. vinel. l. 2. p. 3. c. vlt. n. 6. de reſcind. vendit. Lupus l. 2. §. 5. nu. 155. vers. Sed cadit hic congrue, C. de pactis inter empt. & vendit.* 23

Ex dictis infertur, in cauſis in quibus exuberat iudicis officium, vt in beneficialibus ac coniugalibus, poſſe iudicem ſuum officium interponere, non tantum in iis, quæ pars intentare nequit: vt in *c. Conſtitutus. de appel. & c. Cũ nobis elim, de elect.* ſed in iis etiam, quæ poteſt pars. Conſtat ex *c. penult. de probat.* vbi, quia de matrim. diſſoluendo agebatur, pars poterat producere teſtes publicatis atteſtationibus (vt diximus n. 22.) & tamen iudex eos ex officio produxit. ibi: *Volumus & mandamus, vt adhuc honeſtas matronas, prouidas ac prudentes, deputare curetis.* Et notant *ibi Hoſt. nu. 4. Ioan. And n. 2. Abb. in princ. not. ab. vlt. Franc. Aret. in nu. 5. not. abil. vlt. Felin. n. 2. not. ab. 7. Card. n. 1.* 24

Quin imo in his cauſis coniugalibus iudex ex officio multa ſuppler. Quod bene docet *Card. c. fin. n. 1. verb. Nota quod virginitas, de frigid.* Et probat ex eo textu, vbi quia de matrim. ratione impotentiæ diſſoluendo tractabatur, iudex ex officio fecit per matronas inſpici vxorem, interrogauit presbyterum parochianum, ac multa alia fecit. 25

Poteſt etiam ex officio corrigere dictum teſtis parte non petente, quoties teſtis deponit iuxta artis peritiam. Vt per *l. Arbitro, ff. qui ſatisdare cogantur*, docẽt *Bart. ibi nu. 4.*

Franc.

Franc. Aretin. c. penult. n. 6. notab. vlt. de probat. Fulu. *Pacianus de probationibus, l. 1. c. 47. n. 71.* quod limitat, *nu. 72.* vt procedat antequàm iudex sententiam tulerit.

27 Similiter potest iudex in causa coniugali facere ex officio suo, parte non petenti, vt allegata impotentia viri aut feminæ arctitudine, inspiciatur vir aut femina, vt vel sic norit an matrim. sit validum, necne. Quia suum est cauere animarum periculum, quod imminet, si matrimonium illud sit irritum. Deinde, quod in causis coniugalibus iudicis officium exuberet, & suppleat multa quę posset pars intentare. Vt probauimus triplici n. præced. Et ita docent *Abb. c. Fraternitatis, nu. 4. de frigid. & ibi Alex. de Neuo in princ. n. 5. Astensis 2. p. sum. l. 8. t. 37. a. 2 paulo post princ.*

28 Tandem id speciale est in causis coniugalibus, & in omnibus aliis, in quibus animæ periculum vertitur, & agitur de peccato vitando, vt quamuis actor nil probauerit, & proinde nulla sit pro actore præsumptio, adhuc sit iuramentum deferendum reo, & hoc fit ad purgandam omnem suspicionem. Constat ex *c. Continebatur, de despons. impub.* vbi puella ætat. actrix ad probandum copulam minimè interuenisse, atque proinde matrim. fuisse irritum, & nil probauit: & tamen textus ait fidem habendam esse marito, qui copulam interuenisse affirmabat, si id firmauerit iuramento. Defertur ergo iuramentum reo, actrice nihil probante. Et ita animaduertunt *ibi Gl. v. Iuramento, in fin. & ibi Abb. n. 8. Alex de Neuo n. 21 propos. n. 6.* Ex quo infero, si volenti contrahere matrimonium, opponatur impedimentum aliquod quamuis id minime probetur, esse petendum iuramentum à reo, quo iuret id impedimentum non esse. Et quamuis nullum Doctorem inuenerim, qui in propriis terminis hoc asserat: constat ex doctrina tradita. Cùm enim tunc tractetur de vitando peccato, quod committitur ineundo matrim. cum impedimento aliquo, deferendum est iuramentum reo, quamuis actor nil probet.

DISPVTATIO CXIV.

Vtrùm coniugi impotenti, vt viro frigido, aut mulieri arctæ, integrum sit contra matrimonium proclamare: an potius id ius proclamandi soli competat potenti?

SVMMARIVM.

Proponitur ratio dubitandi, n. 1.
An viro impotenti integrum sit contra matrimonium proclamare? n. 2.
Quid, si proclamet vt alias nuptias transeat? n. 3.
Quid, si propriam impotentiam nesciat tempore matrimonij? n. 4.
An possit tunc implorare officium iudicis, vt matrimonium separet? n. 5.
An femina, ex parte cuius est impotentia, possit proclamare aduersus matrimonium, ficut potest vir quando ipse est impotens? n. 6.

1 RATIO dubitandi in hac disp. ea est, quod non auditur is, cuius non interest, *c. Non solent, 2. q. 6. & ca. Cum inter, de elect.* At separari matrimonium non interest impotentis. Cùm sibi iniuria non irrogetur, eo quod potest habitare instar fratris & sororis (vt probaui disp. 97. n. 4.) nec potest ad alias nuptias transire: non ergo ius hoc proclamandi competet impotenti, sed soli potenti.

Cæterum quando impotentia se tenet ex parte viri, res 2
est certa posse ipsum proclamare aduersus matrim. Quia sua interest ipsum dissolui, ne compellatur ad onera matrimonii irriti sustinenda. Atque id constat ex *c. 1. de frigid.* vbi vir proclamauit propriam frigiditatem allegans. & auditus est. Et ita docent *Gl. c. 2. v. Idcirco, 33. q. 1. Abbas antiquus d. c. 1. n. 3. & ibi Ioan. And. n. 3. Abb. n. 1. notab. 1. Alex. de Neuo n. 1. propos. n. 4. Syluest. Matrimonium, 8. quæst. 16. dict. 5.* & ex Theologis, *valud. 4. d. 34. q. 2. a. 1. concl. 3 nu. 9. fin. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 12. §. 1.*

Hoc tamen temperandum est, si vir propriam frigidi- 3
tatem alleget, vt id matrimonium dissoluatur, ac eximatur ab eius oneribus sustinendis. Si enim eo tendat, vt sibi ad alias nuptias transitus permittatur, audiendus est. Quod petitio sua aduersetur allegationi: siquidem frigidus, vt est incapax huius matrimonii, ita & cuiuscunque est. Et ita docent *Gloss. & Alex. de Neuo n. præced. allegati.* Sed bene *Alex. de Neuo eo c. 2. nu. 2.* hoc intelligit, quando vir allegat propriam frigiditatem: si enim allegaret maleficium, audiretur. Quia maleficium communiter est tantum respectu illius feminæ, cum qua contraxerat (vt probauimus disp. 94. n. 4.) & illa probato maleficio capax erit alterius matrimonii. Et cum hæc quoque ratio militat, quando allegat solam impotentiam respectu illius feminæ, similiter tunc audiendus erit ad effectum alterius matrimonii ineundi.

Secundo temperandum est, vt liceat viro proclamare, 4
suam impotentiam allegando, quando illius ignarus fuit tempore matrimonij. Cum enim dolus nemini patrocinari debeat, minimè audietur, si illam tunc norit. Argumento ex *c. 1. de eo qui duxit.* Et ita sentiunt *Gl. Palud. D. Antonin. Syluest. n. 2. allegati.* An vero teneatur tunc vir eam feminam habere vt sororem? dixi disp. 97. n. 9. & 10.

Si tamen periculum incontinentiæ ex consortio cum 5
ea vxore existimata subesset, posset vtique vir adire iudicem, & petere, vt ex officio suo eos separet. Nam iudex in hoc euentu tenetur coniunctionem hanc non permittere, quamuis velint, vt frater & soror simul esse. Vt probaui disp. 97. n. 5.

Maior difficultas est, an quando impotentia se tenet 6
ex parte feminæ illam ignorantis tempore matrimonii, possit reclamare contra matrimonium allegando suam impotentiam? Nam ratio nu. 1. proposita partem negantem suadet: eo quod feminæ non interfit id matrimonium dissolui. Et ita videntur tenere *Gl. Abb. Antiquus. Ioan. And. Abb. Alex. de Neuo, Propos. n. 2. allegati*, tamquam speciale enim id de viro concedere videntur, reddétes eam rationem, vt vir ab oneribus matrim. sustinendis absoluatur. Quæ ratio non habet locum in vxore. At melius *Paludan. D. Antonin. & Syluest. n. 2. relati*, id quoque in femina admittunt. Quod satis sua interfit separari ab eo, qui vere non est suus vir, nec ipsi subiici, & restitui sibi dotem. Nec æquum est eam cogi simul esse instar sororis. Cùm tantum se obligarit ad habendum vt virum, ac culpa vacatit.

FINIS TOMI SECVNDI.

TOMVS TERTIVS

DISPVTATIONVM


DE

SANCTO

MATRIMONII SACRAMENTO,

Auctore THOMA SANCHEZ Cordubensi,
è Societate IESV.

In hoc tertio Tomo continentur, liber VIII. qui est de Dispensationibus: & IX. qui de Debito coniugali: ac demum X. qui de Diuortio agit: cum indice rerum locupletissimo.



ANTVERPIÆ
Apud HENRICVM AERTSIVM,

ANNO M. DC. XXVI.

LIBER OCTAVVS
DE
DISPENSATIONIBVS.
PROOEMIVM.

TRACTATVS hic vtilißimus eſt, quod non reperiatur ita continuatus apud Doctores, ſed ex varijs locis petenda ſint, quæ dicentur: cùm tamen paſſim difficultates non exiguæ circa diſpenſationes ſuboriantur. Cùm autem diſpenſatio triplici nomine vitiari poſſit: primo defectu poteſtatis in diſpenſante, ſecundo defectu cauſæ, tertio defectu impetrantis: hunc ordinem ſequemur. Primo loco præmiſſa duplici diſputatione de larga vel ſtricta diſpenſationis & poteſtatis diſpenſandi interpretatione, agemus de iis, quibus diſpenſandi poteſtas conuenit: non quidem in vniuerſum; peteret enim longiorem tractatum res hæc, ſed de iis, qui in matrimonium dirimentibus diſpenſare poſſunt, & in votis, quæ illud impediunt, præmißis aliquibus diſputationibus generalibus, quæ magis neceſſariæ ſunt, de diſpenſandi poteſtate. Secundo loco de cauſa requiſita ad valorem diſpenſationis, vel vt licitè concedatur. Vbi & explicabimus cauſas ſufficientes ad diſpenſandum in dirimentibus matrimonium, & votis, quæ illud impediunt. Tertio loco de defectu ex parte impetrantis, eo quod veritatem taceat, vel falſitatem exprimat, aut careat mandato ad impetrandam alteri diſpenſationem: & explicabimus, quæ neceſſario narranda ſint in diſpenſationibus matrimonij. Quarto loco modos explicabimus, quibus diſpenſatio ſemel conceſſa extingui poſſit; vbi diſputabitur, an morte concedentis, vel eius, cui expedienda committitur, aut ceſſatione officij: aut renuntiatione impetrantis, aut vnico vſu, aut egreſſu territorium diſpenſantis, aut reuocatione per concedentem facta ceſſet: aut ceſſante cauſa conceſſionis. Demum explicabimus clauſulas diſpenſationum, quæ in foro interno, vel externo, circa vota ac cætera matrimonij impedimenta, in curia Romana expediuntur: & cuius expenſis impetrandæ ſint.

DISPVTATIO I.
Quid ſit diſpenſatio: & an latè, potius ne ſtrictè, interpretanda ſit?

SVMMARIVM.

Qualiter differant diſpenſatio, irritatio, abrogatio, derogatio, interpretatio legis: & diſpenſatio, ac priuilegium: & an hæc cauſa exigat, n. 1.
Explicatur definitio diſpenſationis, n. 2.
Diſpenſatio eſt ſtrictè interpretanda, n. 3.
An beneficium Principis & diſpenſatio ſint late interpretanda, quando non cedunt in præiudicium tertij: ſed in concedentis præiudicium? & explicantur c. Olim, de verbor. ſignif. & l. Beneficium, ff. de conſtitut. principis, n. 4.
An diſpenſatio motu proprio conceſſa ſit late interpretanda, n. 5.
Quando cenſeatur motu proprio conceſſa: & an id poſſit teſtibus probari, n. 6.
An late interpretetur, quando eſt clauſa in corpore iuris, n. 7.
An dum verſatur circa intrinſecum materiam, intelligatur inuicta illud, n. 8.
An licentia teſtandi annulleſcere faciat teſtamentũ illum præcedens, n. 9
An extendatur inuicta proprietatem verborum diſpenſatio, n. 10.
An extendatur vltra verba ex mente concedentis? & euadatur c. Petro, de priuil. n. 11.
An extendatur, quãdo eſt in ſtatuto, & reducit rẽ ad ius commune, n. 12.
Quid, quando non priuatiuè ſed totiè religioni conceditur, n. 13.
Quid de diſpenſatione cauſa ſtudij ad non reſidendum, n. 14.
Quid. ſi diſpenſatio ſit debita, n. 15.
An debeat intelligi inuicta materia naturã: & ita vt nõ ſit captioſa, n. 16.
An licentia teſtandi arctetur ad primi teſtamenti? Refertur opinio, n. 17.
Proponitur ſententia Auctorum, n. 18.
An diſpenſatio extendatur ad connexa neceſſario: & diſpenſatio in pluralitate beneficiorum, ad non reſidendum: & in ætate ad ætatum, ad non recipiendos ordines intra annum, n. 19.
Quid ſi ea poſſint ſeparari: & diſpenſatio ad non reſidendum, an extendatur ad fructuum perceptionem, n. 20.
Quid. ſi principale in quo diſpenſatur, obtineat effectum, ſed non ita latè, n. 21.
An quando habet cauſam fauorabilem, extendatur ad connexa ſeparabile, n. 22.
Quid, ſi is cum quo diſpenſatur ſit tantum inhabilis ad acceſſorium ratione principalis: & an is cum quo diſpenſatur in ætate ad ordines, habeat vocem in capitulo, n. 23.
An Epiſcopus ex diſpenſatione differens conſecrari, retineat beneficia, n. 24.
An mittens ſubditum ab alieno Epiſcopo promouendum, cenſeatur illi committere poſſe cum eo diſpenſare? Et explicatur Trident. ſeſſ. 23. c. 9. de refor. an Epiſcopus potens inſtituere ſamulum triennalem, poſſit ſubinde cum eo in interſtitijs aut defectu natalium diſpenſare, n. 25.
An diſpenſatio illegitimi ad ordines, vel ad clericatum, ſit ad omnes ordines, n. 26.
An ea extendatur vt capax ſit beneficij, n. 27.
Quid, ſi ea diſpenſatio ſit totalis: & quando ſic falſa cenſeatur, n. 28.
An large interpretanda ſit quando conceditur à petente condere legem, n. 29.
An diſpenſatio ad matrimonium ſit fauorabilis & ampliãda, n. 30.
An in diſpenſatione valeat argumentum ab identitate rationis, vel à maiori ad minus? Refertur quædam ſententia, n. 31.
Proponitur ſententia Auctorum, n. 32.
An id argumentum valeat, quando diſpenſatio eſt fauorabilis? Et euoluatur, c. Per venerabilem, qui filij ſint legit. & c. Quod dilecto, de conſang. n. 33.
An valeat quando exprimitur ratio in ipſa diſpenſatione, n. 34.
Quid, quando minus in maiori includitur, n. 35.
Quid, quando diſpenſatio eſt à lege conceſſa, n. 36.
Quid, ſi maius & minus ſint in eodem genere, n. 37.
An poteſt ex priuilegio teſtari, poſſit codicillum & donationem cauſa mortis facere, n. 38.
An conceſſio ouium extendatur ad lactitinia, & conceſſio carnium ad vtraque, n. 39.

QVÆSTIO hæc poteſt diſputari de ipſamet diſpenſatione, & de diſpẽſandi poteſtate. In præſenti eſt ſermo de ipſa diſpenſatione: & in ſeq. diſp. inquiretur de diſpenſandi poteſtate. Præmittẽdum autem eſt differre diſpenſationem, interpretationem, irritationem, abrogationem legis. Nam irritare eſt legem impedire & ceſſare, ne robur obligandi conſequatur. Vt ſi legem à ciuibus conſtitu- 1

stitutam, Principis confirmatione indigentem, vt obliget, Princeps minimè confirmet, sed casset. Abrogare est, postquam vim obligandi adepta est, eam omnino cassare. Dispensare est, aliquem à lege eximere, casu quo ad illam tenebatur. Interpretari est, declarare eam vi obligandi carere in tali euentu. Quare interpretatio petit eum casum occurrere, vt in eo cesset omnino legis vis ac obligatio. At dispensatio solum petit causam iustam adesse, quæ merito ansam præbeat, vt per gratiam ac dispensationē relaxetur legis obligatio: qua relaxatione sclusa, verè lex in eo euentu obligaret. Sic animaduertūt vniuersi, & specialiter *Soto lib.1.de iust.q.7.a.3.col.3. vers. Quo hæc autē, Azor lib.5.instit. moral.c.15. statum in princ.* Differunt etiam derogatio & abrogatio legis. Quod hæc fit, cum legislator eam omnino cassat. Illa verò, cum ex parte legem tollit. Vt expresse habetur *l. Derogatur, 102. ff. de verb. signif.* Quamuis autem hæc ita sint, aliquando dispensatio sumitur impropriè pro iuris declaratione. Vt *c. Quintauallu. de iureiur.* & bene animaduertit *Speculator 1. de dispensatione, §. Dispensatio, paulo post prin.* Differunt autem dispensatio & priuilegium, quia hoc sine causa concedi potest: quam tamē illa desiderat. Sic *Rebuffus in concordatu, in forma mandati apostolici super verb. Dispensationum, vers. Iuxta dispensationis, Mandosius in præxi signatura, verb. Dispensationes, vers. Hic quæri posset, Manuel quæst. regul. tom. 2. q. 46. a 2.* At hoc caute intelligendum est, nam priuilegium cum dicatur quasi lex priuata, si propriè sumatur, est concessio cōtra ius, ac proinde idē quod dispensatio, (vt bene tradit *Syluest. ver. Priuilegium, q.3.*) qui bene subdit sumi aliquando largè pro concessione præter ius. Et in hac significatione acceptum differet à dispēsatione modo explicato. Vt si princeps concedat aliquid de iis, quæ sibi competunt, vt potestatem dispensandi, legitimandi, non erit propriè contra, sed præter ius, ac ideo id priuilegium non exiget causam. At dispensatio semper exigit causam, vtpote quæ semper est contra ius.

2 Definitur autem sic dispensatio: Est iuris relaxatio facta cum cognitione causæ ab eo, qui potest relaxare. Sic definiunt *Gloss. c. Requiritur, 3. Nisi rigor. verb. Vt plerique, q.7. Innoc. c. Dilectus, n.4. de tempor. ord. & ibi Ioan. Andr. n.6. Ant. n. 10. Abb. n.5. fin. Cardin n.1.q 2. Bellamer. n.5.q.2. Archid. c. Licet canon. n.2. de elect. in 6. idem Abb. c.2 n. 4. de schism. & ibi Anan. n.3. Imola l. Quidam consuluerat, n.8. ff. de re iudic. Nauar summ. praludio 9. n.15.* Et ex Theologis, *Graſſis 1 p. decis. lib. 2. c. 31. nu. 1. Manuel quæst. regul. tom. 2. q. 46. a. 1.* Sed hæc definitio non præcisam dispensationis naturam explicat: sed etiam requirit, vt licitè fiat. Nam si legislator in sua lege dispenset absque causæ cognitione, vera erit dispensatio, non tamen licita, Vt suo loco videbimus. Quare si præcisa dispensationis natura explicetur, sic definienda est: Est iuris relaxatio, à potestatem relaxandi habente facta. Per illam particulam, Relaxatio, differt ab interpretatione, abrogatione, derogatione, irritatione (vt n. præced. diximus.) At illa particula, Ab habente potestatem facta, explicat causam efficientem dispensationis.

3 Sit ergo conclusio. Dispensatio est adeò strictè interpretanda, vt si aliquid operetur, extendēda amplius non sit. Habetur expresse *c.1. §. Ille vero, de filio presbyt. in 6.* & ratio est, quia exorbitat è iure cōmuni. Et suffragatur, quia lex, quæ omnibus est æqua, si ius commune lædat, ipsum corrigens, est odiosa, & valde restringenda *reg. Quæ à iure, de reg. iur. in 6.* Nedum cōcessio & dispensatio particularis ius ipsum violans, erit odiosa, & strictissime intelligenda. Et sic vniuersi Doctores animaduertunt.

4 Hinc deducitur intellectus ad *c. Olim, de verb. signif. & l. Beneficium. ff. de constit. princ.* ex quibus textibus constat, beneficium Principis latissimè interpretandum esse. Cum ergo dispensatio sit quoddam Principis beneficium, debet latissimè interpretari: cōtra *c.1. de filio presbyt. in 6.* Quidam hos textus intelligunt vel de priuilegiis, quæ solum sunt præter ius, vel etiam de veris dispensationibus contra ius, quando in nullius præiudiciū, sed solius iuris communis derogationem vergunt. Quare sentiūt has esse latissimè interpretandas. Sic *Speculat. 1. de dispensatione, §. vlt. n. 2. vers. Quid si dispensatum est cum aliquo, Archid. c. Nos consuetudinem, in fi. d. 12. & c. Quoniam, n. 2 disp. 69. Valascus cons. 60. n. 3. vol. 1.* Verum merito hoc improbant *Ant. c. Literas, n. 10. fin. & ibi Abb. n. 7. de filio presbyt.* Quod textus *d. c. 1. §. Ille vero, ea l. in 6.* eam solam restringendæ dispensationis rationem reddat, quod à iure communi exorbitet. Et ideo optime *Felin. c. Postulasti, num. 8. vers. Vnde dicit, de rescript. Iason dict. l. Beneficium, n. 38. Nata cons. 163. num. 5. Brunorus in suo compendio, lit. D. verb. Dispensationes odiosæ*, asserunt strictè intelligendam dispensationem, quamuis solum iuri commune lædat. Item quia dispensatio illegitimi ad ordines, nulli præterquam iuri communi nocet, & tamen valdè restringitur, (vt plurimis allegatis dicemus n. 16.) Demum quia alias nullum esset discrimen inter ipsam dispensationem ac potestatem dispensandi. Cum hæc quoque tantum latè interpretetur, quando in nullius præiudicium cedit, (vt dicemus disp. seq. n. 3.) At omnes (vt dicemus ibi n. 1.) id discrimen constituunt, vt illa strictè, hæc autem latè exponenda sit. Quamobrem legitimus eorum textuum intellectus est, vt intelligantur de beneficio Principis nil contrarius, sed solum præter illud concedenti. Id enim, vtpote iuri non repugnans, est latissimè interpretandum, (vt diximus adhibentes exemplum nu. 1. fine.) Secus vbi concederet aliquid contra ius commune: tunc enim esset vera dispensatio strictè intelligenda. Et id voluit breuiter *Gloss fin. d. l Beneficium*, dum subdidit legem communē debere præualere beneficio Principis. Et ita hos textus explicant *Gloss. c. Ordinarii, verb. Dispensationes, de offic. ord in 6. Innoc. c. Quod dilectio, fin. de consang. & ibi Ant. n. 9. Abb. n 7. Alex. de Neuo n. 5. Præpos. ad fin. Idem Ant. c. Olim, in fin. de verb. signif. & ibi Abb. n. fin. Imola c. Nonnulli, §. Sunt etiam alii, nu. 5 de rescript. Bartol. d. l. Beneficium, n. 3. & ibi Iason n 24. & 25. Decius cons. 32. Et protenus n. 4. & 5. vol. 1. Felinus proxime allg. & 4. fin. n. 5. de simon. Ang. ius verb. Priuilegium, n. 3. & ibi Syluest. q. 3. Armilla n. 4. & 5. Tabiena q. 3. n. 4 Mandosius regula 23. cancellaria, q. 4 n. 6.* Insuper, quando beneficium est præter ius, debet latissimè interpretari, in solius Principis concedentis præiudicium. At in aliorum præiudicium, strictè. Sic *Innoc. Alex. de Neuo Præpos proxime allegati, Iason. ea l. Beneficium, n. 19. & 31. Angelus, Syluest. Tabiena, Armilla*, quos proxime retuli. Quod intellige quando est graue præiudicium. Vt bene docent *Gloss fin. c. Olim. de verb. signif. Archid. c. Quoniam. nu. 2. d. 69. Valascus cons. 60. nu. 3. vol. 1.* Præterea *Iason. d. l. Beneficium, n. 32.* citatis Cyno & Angelo limitat vt beneficium Principis, quod est solum præter ius, sit latissimè interpretandum, quando est concessum proprio Principis motu: secus si ad partis instantiam concedatur. Sed displicet hæc limitatio, eo quod nullum esset discrimen inter id beneficium ad veram dispensationem. Cum hæc quoq; latam interpretationem habeat: cum proprio motu cōceditur, (vt dicemus n. seq.) Tandem si velis intelligere prædictos textus de quocunq; beneficio Principis, quod est contra ius, atq; ita est dispensatio, dic id latè intelligi, vt est in cōcedentis præiudicium, quamuis strictè, in quantū derogat iuri communi. Et ita docent *Abb. d. c. Olim, n. fin. Milis in repertorio, lit. D. verb. Dispensatio, n. 23. vers. Dispensatio quatenus.*

Hæc tamen conclusio aliquibus modis temperari solet. 5
Primò, nisi dispensatio sit proprio Principis motu cōcessa ob publicam vtilitatem. Tunc enim ample intelligenda venit. Quod dicatur verè Principis beneficium, ac omni ambitione vacans, *c. Si motu proprio, de prebend. in 6.* ibi: *Quæ de nostra mera & liberalitate processit.* Sic *Anton. c. At si clerici. §. De adulterio, n. 14. de iudic. & c. Cum in cunctis, §. Cum vero, nu. 14 de elect. & ibi Host. n. 29. Ioan. And. n. 18. Abb. n. 9. Decius in nouis edit. n. 14. Felin. c. Postulasti, n. 13. dimit. 6. de rescrip. Rebuff. in concordatu, in forma mādati apostolici, super clausula, Motu proprio, in 4. effectu. Staphileus de literis gratiæ, 1. de vi & effectu clausularum, §. Quarto motus proprius n. 2. Alex. de Neuo c. Quia circa, n. 10. de consang. Borgasius de irreg. 2. p. 1. de interpretatione dispensationis, num. 23. Manuel quæst. regul. to. 2. q. 46 a. 11.* Sed contra hanc limitationem pugnare videtur doctrina *Gl. clem. Per*

litteras,

litteras, verb. Dicellas de preb. dicentis motum proprium nõ efficere vt amplietur gratia, vel vis propria verborum, Quare *Milis in repert. lit. D. verb. Dispensatio, nu. 23. vers. Dispensatio quatenus*, ait hanc gratiam non late interpretandam, sed tantum nõ nimis stricte. At bene *Alex. de Neuo proxime allegatem* hanc explicat, sic intelligens hanc Glossam, vt motus proprius non ampliet vim verborum, nec faciat gratiam extendi vltra verborum naturã: bene tamẽ vt extendatur, quatenus propria verborũ significatio patitur.

6 Tunc autem solum dicetur gratia proprio motu concessa quando Pontifex expresserit in literis dispẽsationis se proprio motu concedere. Vt expresse habetur *c. Si motu proprio de prab. in 6.* Cuius rationem reddemus disp. 4. n. 5. At quando Põtifex explicat se proprio motu concedere, dicetur motu proprio concessa, quãuis constet eam ab impetrante petitam. Quia hæc non repugnat; sed significat Pontifex illis verbis, se non illa petitione, sed proprio moto ductum. Quod optime tradunt *Baldus c. Nisi, n. 4. de officio legati, Decius c. 2. in nona edit. n. 23. de rescr. & cons. 51. n. 3. vol. 1. & cons. 602. n. 2. vol. 5. Card. cons. 96. paulo post. princ. Rebuff. in concord. in forma mandati apost. super clausula, Motu proprio, vers. Notandũ est quod hæc clausula, & praxi benef. t. de mandatis apost. in clausulis mandatorũ, n. 21. Anastasius Germonius de indultis Card. §. Nos itaque, n. 5. Monochius de arbit. li. 2. centuria 3. casu 201. n. 79.* vbi bene reprobat *Socinum iuniorem cõs. 77. n. 98. vol. 1.* contrarium huius tenentem. Vnde infert bene *Rebuffus in dictis clausulis mandatorum, num. 23. cum Glossa ab omnibus recepta d. c. Si motu proprio, verb. Expresse*, tunc nõ admitti volentem probare, ad partis petitionem cõcessam esse gratiã. Tum quia esset Pontificẽ mendacii redarguere velle. Tum etiam, quia id nil emolumenti afferret. Cum hæc nõ repugnet. Et (vt docet bene *Rebuf. d. forma mandati apost. loco alleg.*) eosdem prorsus tunc operabitur effectus clausula. Motu proprio, ac si pars non petiisset. Rursus ex his infertur, nõ posse testibus probari gratiã esse proprio motu cõcessam. Quia *d. c. Si motu proprio* petitur vt ipsemet Põtifex in literis id explicet. At si scriptura perdatur, potest testibus probari in ea scriptura fuisse clausulã, Motu proprio, vt habeat effectum clausulæ motus proprii. Sic *Francus c. Si motu proprio, n. 9. de prab. in 6. Rebuff. in concordatis, in forma mandati apost. super clausula, Motu proprio, in 11. effectu*, quem non habeat illa clausula. Vnde dum *Glos. eo c. Si motu proprio, verb. Expresse* ab omnibus recepta ait non posse testibus probari concessionẽ motu proprio factam, intelligitur quando ea concessio non fuit in scripturam redacta, at semel clausula illa, Motu proprio, posita in scriptura potest per testes probari.

7 Secundò temperatur, nisi dispensatio sit in iuris corpore clausa: tunc enim cum censeatur lex, non stricte interpretanda est, sed recipit omnem similis legis extensionẽ, nempe ad omnes casus, in quibus eadem vel maior ratio inuenitur. Sic *Oldradus cons. 9. n. 7. Ant. c. Olim. nu. vlt. de verb. sign. Felin. c. Postulastis, nu. 13. lim. 5. de reser. Galiaula l. 2. in princ. n. 13. ff. de verb. oblig. Anast. Germonius de indultis Card. §. Nec nõ quarumcumque, n. 17. Manuel. quæst. regul. to. 2. q. 46. a. 11.*

8 Tertiò temperatur, vt quamuis dispensatio sit stricti iuris, at quoties versatur circa iuris communis materiam, iuxta illud intelligenda sit. Sic *Abb. c. Quod dilectio, ad fin. de consang. Gambara de auctoritate legati, lib. 10. n. 254. Angelus verb. Matrim. 3. imped. 6. ad fin. Sylueft. Matrim. 8. q. 6. fin. Veracruz 1. p. Specul. a. 44. pag. 3. vers. Respondetur ex mente, Bart. à Ledes. de matrim. dub. 36. col. penult. vers. Et annotato.* Qua ratione asserunt hi DD. dispensationem in tertio consanguinitatis gradu factam extendi ad secundum cum tertio: eo quod computari debet iuxta communis dispositionem, quod gradus computat iuxta eum, qui à stipite remotior est, *c. final. de consang.*

9 Hinc efficitur, vt licentia testandi concessa Episcopis faciat conualescere testamentum antea factũ. Quia id nõ est extendere dispensationem, sed eam intelligi secundũ terminos iuris, quod ad valorem testamenti etiam antea facti, solum petit adesse facultatem testandi tẽpore mortis, à quo robur sumit, *l. Si quis filio exheredato, §. Irritum, ff. de iniusto rupto testam.* Atque ita docent *Bart. ea. l. Si quis filio, in fin. & ibi Imola in princ. Paulus nu. 4. Gambara de auctoritate legati, li. 10 n. 256. & seq. Ant. Gomez l. 42. Tauri nu. 2. & multi alii*, quos refert *Matienzo lib. 5. recop. t. 4. l. 3. glossa 3. n. 4.*

Quartò temperatur, vt intelligatur quando agitur de 10
dispensationis extensione vltra verborum proprietatem: vnde ad comprehensa secũdum proprium verborum significationem & naturam bene extenditur. Quod verba quæuis late intelligantur, quatenus eorũ natura petit. Vt notat *Angel. l. fin. col 2. vers. Item opponitur, ff. de const. princ.* dicens in eo euentu non esse extensionem, eò quòd vis verborum illud importet. Et ad hoc est textus notabilis, quẽ ibi ponderat *Aret. l. Cum lege, ff. de testam.* & optime aduertit *Abb. c. Ex parte, el 3. notab. 2. de decimis*, sic tenent *Cald. cons 1. statim in princ. de consang. Decius c. At si clerici, §. De adulteriis, n. 169. 170. in nona edit. de iudiciis, & cap. Sedes, n. 13. not. ab. 3. de rescript. & reg. Semper in obscuris, n. 11.* vbi *Cagnolus n. 21. ff. de reg. iuris, Rebuff. praxi benef. t. De differentiis inter priuilegium & rescriptum, n. 8. Nauar. c. fin. n. 5. & 6. de simon. & §. In Leuitico, not. ab. 11. n. 18. & not. ab. 43. nu. 4. Couarr. 4. decret. 2 p. c. 8. §. 8. & l. 1. var. c. 20. nu. 7. & l. 3. c. 5. fin.* vbi alios refert. *Enrig. l. 7. de indulgen. c. 24. n. 4. & c. 30. n. 1. Manuel. q. reg. to. 2. q. 46. a. 11.* Sed quamuis hæc limitatio sit probabilis: non caret tamẽ difficultate, & ab ea merito recedunt *Abb d. c. Sedes nu. 2.* & latissime *Gambara de auctor legati, li. 10. n. 267. & seq.* vbi dicũt in materia stricta, qualis est dispẽsationis, verba nõ ita late accipienda, ac propria eorum significatio extẽditur. Quia lex multoties restringit terminos, adimendo aliquid de latitudine propria significati: quod est aliquid stricte intelligi. Præterea quia dispensatio ad ordines non extẽditur ad sacros: (vt cũ plurimis dicemus nu. 26.) cum tamen omnes sacri ordines comprehendantur proxime sub ordinibus: imo multo propriùs quã minores. Cũ satis controuersum sit, an ordines sint proprie ordines, & sacramẽtum. Quare (vt bene concludit *Gambara n. 272.*) potius est spectanda in dispẽsatione restrictio termini alio iure fieri solita, quam eius proprietas item verisimilis concedentis intentio, quæ ex rei qualitate deprehenditur, eo semper spectando, vt minus lædatur ius commune & ius tertii.

Et generaliter quoties constat de concedentis intẽtio- 11
ne, dispensatio extenditur ad id quod concedens intendit. Vt cõstat ex *c. In his, de verb. signif. & c. 1. vers. Ex parte vero tua, de concess. prab. in 6.* ibi: *Ex quorum tenore liquido nosci potest, quod talis circa ea fuerit intentio concedentis.* Quare dum *c. Porro, de priuil.* deciditur à verbis & tenore priuilegii non esse recedendum, intelligi debet, nisi aliud de concedentis mente constat. Atque ita docent *Gloss. c. Super eo, verb. Intentionis, de offic. d. dog. & c. Quanto, verb. Sola, de priuil.* vbi *Abb. n. 3. Anchar. n. 4. Socinus c. Ex ore, n. 2. eo. t. Archid. c. Seruantes, 25. q. 2. n. 2. & c. 1. n. 3. de concess. prab. in 6.* vbi *Francus §. Ex parte, n. 2.* & latissime alios referens *Tiraquel. l. Si vnquã, verb. Libertis, n. 55. & 56. C. de reuoc. donat. Parisius cons. 4. nu. 22. l. 2. Capitius decisione 4. num. 2. Angelus verb. Priuilegium, nu. 3.* vbi *Syluester q. 3. Tabiena q. 3. n. 4 Mandosius reg. 17. cancel. q. 8. n. 3. Enriquez l. 7. de indulg. c. 30. n. 1. Manuel q. regul. to. 2. q. 46. a. 11.*

Quinto temperatur, nisi dispensatio sit in priuato sta- 12
tuto, aut consuetudine populi, quæ erant iuri communi contraria: tunc enim ample interpretanda est. Quia reducit ad ius commune, quod fauorabile est. Quippe omnis intellectus & lex correctoria, per quæ reducimur ad ius commune, fauorem continent, & extendi debent: res enim facile ad suam naturam redit. (vt probaui ex multis, lib. 1. disp. 12. n. 2. in 2. ratione.) Et ideo hanc limitationem tradunt *Ant. c. Olim, n. 6. & 7. de verb. signif. & ibi Abb. nu. 5. Iason l. Beneficium, nu. 24. & 35. ff. de constit. Princip. Sylueft. cit. ato Ioan. Andr. verb. Priuilegium, q. 3. concl. 2. Mandelus cons. 724. nu. 16. vol. 3. Enriquez 7. de indulgent. c. 30. n. 3.*

Sextò temperatur, vt intelligatur de dispensatione & 13
priuilegio, quæ priuatis cõceduntur, at priuilegia toti religioni concessa extendenda sunt tanquam fauorabilia. Quod summa sit ratio quæ pro religione facit, *l. Sunt per-*

sona, in fi. ff. de relig. & sump. fun. Itē quia cum nō vni vel alteri personæ cōcedantur, sed toti religioni aut cōmunitati in perpetuum, æquantur legi, ac perinde habentur ac si in iuris corpore insetta essent: sunt enim constitutiones perpetuæ. Sic *Oldrad. cons.* 300. *nu.* 4. *vers. Considerandum est, Enriq.* alios referens, *l.* 7. *de indulg. c.* 22. *n.* 3. *& c.* 24. *n.* 4. *fin.*

14 Hinc deducitur dispensationem concessā ab Episcopo de percipiendis fructibus in absentia causa studij, esse late interpretandā. Quod non concedatur personæ, sed causæ in qua vtilitas publica versatur. Sic *Oldrad. cons.* 117. *fin. Gambara de auctor. legati, l.* 10. *n.* 277. *&* 278.

15 Septimò tēperatur, nisi dispensatio debita sit, eò quòd Princeps ob causam occurrentē teneatur dispensare. Tūc enim potius est fauor debitus causæ, & sic dilatanda est. Sic *Gambara de auctor. legati, l.* 10. *nu.* 274. vnde infert *n.* 277. *&* 278. eas dispensationes, quæ fiunt necessitate vel vtilitate Ecclesiæ exigentibus, velut ex iuris debito emanantes, esse ampliandas. Quando autem teneatur Princeps dispensare, satis explicui *l.* 5. *disp.* 10. *à n.* 2.

16 Octauò tēperatur, vt non ita stricte intelligatur dispensatio, vt captiosa ac illusoria reddatur, acà rei, in qua dispensatur, natura retrahatur. Argum. ex *c. Si ciuitas, de sent. excō. in* 6. Quia priuilegiū debet intelligi iuxta materiæ, in quam cadit naturā, *l. In contractibus, §. fi. C. de non num. pecun. & l. Si vno. ff. locati.* Et cōstabit ex exemplo, quod in sequēti adhibebo. Sic docet *Sarmiento de reddit. Eccles. p.* 4. *c.* 4. *n.* 3.

17 Hinc deducitur decisio illius quæst. an licentia testandi concessa monachis vel Episcopis per Pontificem, arctetur ad primum testamentum: ita vt si illud reuocent, nequeāt postea secundū conficere. Qua in re aliqui affirmant eā licentiā extingui primo testamento condito: atque adeo iuxta hanc sententiam dicendū est, secundo postea cōfecto prætalere primū: eò quòd secūdum ex potestatis defectu vim sortiri nequeat. Ducuntur, quod ea testandi facultas sit dispensatio quædā immutans bonorū Ecclesiasticorum naturā & institutionem: ac proinde tanquā odiosa, restringenda sit. Deinde, quia sermo simpliciter prolatus maximè in odiosis, de prima vice intelligitur, *l. Boues, §. Hoc sermone, ff. de verb. sign.* Et ita sustinēt *Decius cons.* 512. *n.* 10. *vol.* 4. *Socinus iunior cons.* 89. *n.* 24. *& seq. vol.* 1. dicens sic respondisse insignes iurisperitos quæst. hac agitata, *Tiraq. d. l. Boues, §. Hoc sermone, in princ. nu.* 128. *vers.* 88. *Curtius iunior cons.* 178. *ad fin. Couar. c. Cum in officijs, in priori edit. nu.* 8. *de testam. Bursatus cons.* 30. *n.* 56. *vol.* 1. & in quodam simili tenet *idem Greg. Lop. l.* 23. *verb. Non valdra, q.* 17. *in fin. t.* 9. *p.* 6. dicit enim facultatem instituēdi maioratus reuocabiles extingui primo actu, ac proinde eo reuocato nō esse integrum reuocanti alium instituere.

18 At longè probabilius est, eā facultatē nō extingui primo actu, sed virtute illius licere toties, quoties libuerit, testamentum facere vsq; ad mortem, ac prius factum reuocare. Quia non est ea dispensatio ita strictè interpretāda vt reddatur illusoria, & contra testamenti naturā, quæ est vt vsq; ad mortem reuocari possit: adeò vt nullā legem contra hoc sibi testans imponere valeat, quin ab ea tanquam testamēti naturæ cōtraria recedere liceat, *l. Si quis, in princ. ff. de leg* 3. Præterea quia *l. Boues, §. Hoc sermone, ff. de verb. sign.* decidens sermonem simpliciter prolatū intelligi de prima vice, intelligitur, nisi actus ille sit suapte natura reuocabilis (vt alios referens tradit *ibi Tiraq. limit* 17. *nu.* 1.) Et ex his manēt soluta fundamenta contraria. Et ideò hāc partem tuentur *Nauar. tract. de reddit. Eccles. q.* 3. *n.* 23. *&* 24. *& in apolog. de reddit. q.* 3. *monito* 9. *n.* 3. *Albanus trall. de Card. q.* 48. *Couar.* recantās palinodiā, *c. Cum in officijs, n.* 8. *in poster. edit. de test. Peralta l. Si quis, in princ. n.* 94. *ff. de leg* 3. *Tello §.* 35. *Tauri n.* 1. *& l.* 4. *à n.* 6 quāuis *n.* 13. cogitandum relinquat, *Molina l.* 2. *de primog. c.* 11. *n.* 45. & latissime probans *Sarmiento de reddit. p.* 4. *c.* 4. *n.* 3. *Matienzo lib.* 4. *recop. t.* 4. *l.* 3. *gl.* 3. *n.* 5. *& l.* 9. *gl.* 1. *n.* 1. *Ferretus cons.* 13. *in princ. vol.* 1. *Hier. Gabr. cons.* 83. *à n.* 27. *vol.* 1. *Barbosa l. Diuortio, 8. §. Quod in anno, n.* 19. *ff. solut. matr. Cerutes l.* 4. *Tauri n.* 80. Et ex Theologis, *Molin. to.* 1. *de iust. tract.* 2. *disp.* 141. *ad fin. Manuel quæst. reg. to.* 3. *q.* 69. *a.* 5. Et in simili, nempe, in facultate regia ad instituendum maioratum reuocabilem, tradunt dicentes eam non extingui primo actu, sed posse semper reuocati primū, & alium instituī. *Greg. Lop. sibi contrarius ea l.* 32. *verb. Non valdra, q.* 21. *t.* 9. *p.* 6. *Molina d. c.* 11. *n.* 45. *Cerutes d. l.* 4. *n.* 83.

Nonò temperatur, vt dispensatio non ita stricte intelligatur, quin ad necessario & inseparabiliter connexa extēdatur. Quod vniuersi fatentur, ne dispensatio suo effectu frustretur. Hinc dispensatio ad plura beneficia, extenditur ad licentiā non residendi in vtroq;, sed in solo altero. Vt bene docent *Gl. c. Non potest, verb. Retinere, de prab. in* 6. *& c. Si quis in clero, verb. Sollicitibus, 7. q.* 1. *& ibi Archid. fin. Gl. c. Quia in tantum, verb. Plures, de prab. & ibi Abb. nu.* 4. *Sup. c. Ad audi., n.* 43. *de reser. Iason. l. Beneficiū, n.* 45. *ff. de constit. Princ. Felin. c. Si clerici, §. De adulteriis, n.* 17. *de iud. & c. fi. n.* 5. *de simon. & c. Postulasti, n.* 10. *de reser. Probus add. ad Monachum, c. vn. n.* 10. *de aet. & qual. in* 6. *Euerar. loco à ratione legu larga, n.* 36. *fallent.* 11. *Gambara de auctor. leg. l.* 10. *n.* 230. *Angelus v. Dispēsatio, n.* 9. *vbi Sylu. q.* 5. *n.* 9. *Mandos. reg.* 20. *cancel. q.* 7. *n.* 3. *Borgasius de irreg. 2. p. t. de interpret disp. n.* 4. *Sayro thesauro cas.* 10. *l.* 7. *c.* 14. *n* 21. Simili ratione si dispensetur cum minori, vt beneficiū parochiale habeat, dispensatur cōsequenter ne teneatur intra annum ad sacerdotium promoueri: & sic euitet pœnā statutam *c. Licet canon, de elect. in* 6. contra eum, qui cū beneficium parochiale habeat, non promouetur intra annū. Et ratio est, quia ætate in qua secū ad id beneficium dispensatur, nequit ad sacerdotium intra annū trāsire. Sic *Ant. d. c. At si clerici, §. De adulteriis, n.* 14. *Abb. proxime alleg. Felin. d. c. fi. n.* 5. & alios allegans *d. c. Postulasti, n.* 10. *De iure c. Cum in cunctis, §. Cū vero, in nona ed. n.* 13. *de elect. Milis in repert. lit. D. verb. Dispensatio, n.* 23. *vers. Dispensatus, vt non obstante, Gambara d. l.* 10. *n.* 232. *Borgasius d. t. de interpret. dispensationis n.* 5. 19

At quando accessoria sunt à principali separabilia, ita vt dispensatio super principali imprimat suum effectū absq; ea extensione, non extenditur ad ea accessoria. Quod dispensatio stricte intelligenda sit. Et facit *l. fin. §. Lucius, ff. de condict. indeb.* vbi restitutio in integrū concessa minori fauore ætatis super contractu rescindendo, non extenditur ad accessorium, id est, ad vsuras solutas. Et ita docent vniuersi. Vnde dispensatio ad non residendū minimè extenditur ad fructuum consequutionem, qui ab absentibus perduntur. Quia hæc possunt separari. Sic *Ant. c. At si clerici, §. De adulteriis, nu.* 14. *de iud. & ibi Felin. n.* 17. *vers.* 2. *fallit. & c. Postulasti, nu.* 10. *de reser. Milis in repert. lit. D. verb. Dispensatio, n.* 23. *vers. Dispensatus vt possit, Lapus alleg.* 57. *ad seruand. am. nu.* 7. *Gambara de auctorit. legati, l.* 10. *nu.* 242. *Brunor. in suo compend. lit. D. verb. Dispensatio est de lege iurisdictionis.* Quod si quæras, cui vsui sit ea dispensatio? Respondeo, ne is priuetur beneficio, ob residentiæ defectum. 20

Imò nec extenditur ad ea annexa separabilia, quoties id super quo principaliter dispensatur, potest sortiri effectum, licet nō ita plene & facile: sicut id accederet, si esset dispensatum super antecedenti & consequenti. Sic *Felin. d. §. De adulteriis, n.* 16. *& ibi Aretinus, n.* 36. Idque probant ex Bartoli & Baldi doctrina. 21

Limitat tamen hoc *Bald. l. Et si seuerior. nu.* 19. *C. ex quibus causis infam. irrog.* quamuis satis subobscure, nisi dispensatio habeat causam fauorabilē. Quia tunc trahitur ad consequens separabile, & sine quo dispensatio super principali stare potest: per illum textum, vbi iudex dispensando super pœna, censetur dispensare super infamia. Sed merito hanc limitationem reprobant *Aret. c. At si clerici, §. De adulteriis, n.* 36. *de iud. & ibi Felin. n.* 16. *fallent.* 2. Quia in eo textu nullatenus poterat remoto principali stare accessorium: remota enim pœna imponenda pro crimine, mitigatur causa pœnæ, nec delictū ita atrox est, ac illud quod infamiam meretur: & proinde tollitur infamia tanquam necessario coniuncta atrocitati delicti. 22

Tempera tamen, vt dispensatio non extendatur ad cōnexa separabilia, vt intelligatur quando is, cū quo dispēsatur in principali, erat etiā inhabilis ante dispēsationem, ad connexū, ad quod extendenda est. Secus quando non 23

erat

erat inhabilis ad accessoriũ, sed ad solũ principale, & quia circa principale impeditus erat, erat quoq; consequenter circa accessorium: tunc enim remoto defectu à principali per dispensationẽ, consequens & accessoriũ liberum erit ab omni macula: & sic poterit vtrumque exerceri. Sic *Felin. c. Postulasti, n. 11. vers. Illa & his similia, de rescr.* id colligẽs ex Gl. *c. Statutũ, in princ. verb. Dignitate, in fin. de rescr. in 6.* idẽ allegatis *Dominico & Præpos. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 10. fin.* & ponit exẽplũ *Felinus*, vt *clem. 2. de ætat.* statuitur ne canonicus vocem habeat in capitulo, donec subdiaconus sit, & *clem. 3. eo. t.* præscribitur ætas ei ordini assumẽdo necessaria. Quare eã ætatem nondum nactus est vocis in capitulo incapax, nonper se & principaliter ratione defectus ætatis, sed ratione defectus ordinis eam ætatẽ poscentis. Si ergo Põtifice in ætate ad subdiaconatũ petita dispensante, is fieret subdiaconus, vocẽ quoq; haberet in capitulo.

24 Ex dictis inferunt aliqui, dispensationem conceſſam Episcopo, vt vltra tres menses iure præscriptos cõsecrationem differat, non extendi ad retentionẽ beneficiorũ, quę à consecrationis die vacare debebant, *c. Cum in cunctis, §. Cũ vero de elect.* Quod hæc non sint ita connexa, quin separari possint. Sic *Innoc. c. De multa, nu. 2. vers. Sed quid si ex dispensatione, de præb. & c. Cum in cunctis, n. 3. vers. Item & quando, de elect. Monachus c. Si gratioſe, n. 4. de rescr. in 6. Host. d. c. Cum in cunctis, n. 16. Ioan. And. n. 18. Anast. Germonius de indultis Card. §. Si vero illa, n. 28.* limitant hoc *Host. & Ioan. And.* nisi dispẽsatio illa sit proprio motu concessa. At dicendũ est, nullatenus ea beneficia vacare. Quod vacatio illa sit inseparabiliter coniuncta dilationi culpabili consecrationis: quare eo ipso, quod dilatio culpa vacat ratione legitimæ dispensationis, extenditur quoq; dispensatione vacent beneficia, tanquam ad connexum inseparabile. Et confirm. quia *ipsemet Innoc. d. c. De multa, nu. 2.* ab omnibus receptus, fatetur non vacare beneficia, consecratione dilata ratione morbi Episcopi: vtpote, quæ culpæ immunis est. At nõ minus culpa caret, quando ex dispensatione legitima differtur. Quare si proprie loquendũ sit, nõ est hęc dispensationis extensio, nec ex tali extensione cessat beneficiorum vacatio: sed quasi cessante culpa, quæ eius causa est. Demum idem constat ex *c. Cum ex eo, de elect. in 6.* vbi decidit parochum, cum quo dispensatum est ne intra annũ promoueatur, non incurrere pœnã amissionis beneficij, in eo textu statutam. Arq; ita docent *Anton. c. Cum in cunctis, §. Cum vero, de elect. n. 14. & ibi Abb. n. 9. Decius in noua edit. n. 14. Felin. c. Postulasti, nu. 13. limit. 6. de rescr. Rebuff. praxi benef. t. de dispensat. ad plura beneficia, n. 74. Everardus loco à ratione legu larga, n. 36. fallent, 11. Gambara de auctor legati, l. 10. à nu.* 25 *249. ad 254. Sayro thesauro casuum, l. 10. l. 7. c. 14. n. 21.*

Secũdò, ex his aliquis inferet, dum Prælatus religionis aut Episcopus mittit subditũ ab alieno Episcopo ordinibus initiandũ, censeri subinde eum vices suas cõmittere illi Episcopo, vt dispenset cum illo in irregularitate, aut quouis alio impedimento, in quo potest proprius Prælatus dispensare. Quod concesso aliquo censeatur subinde cõcessa ea, sine quibus id expediri nequit, *c. Præterea, de offic. deleg. l. 2. de iurisd. omn. iud.* Et dispensatio in principali extenditur ad accessorium, sine quo consistere nequit (vt nu. 19. diximus.) At promotio ad ordines fieri nequit eo impedimento nõ sublato. Ita docent *Angel. verb. Irregularitas, n. 34. & ib. Sylueller q. 9. n. 11. fin. Armilla n. 81. Enriq. l. 14. de excom. c. 17. n. 4. ad fin.* qui hoc limitat quando id impedimentũ denuo occurrit, aut denuo in mentem venit. Sed non caret magna difficultate doctrina hæc, & potius oppositа placet. Quia *Nauar. lc. 1. cons. 1. de temp. ord. 1. edit. toto cons. 16. & 27. in 2. toto cons. 12. & 13. Manuel 2. to. sum. c. 14. nu. 10. concl. 10. Petr. de Ledesm. sum. Sacram.* vbi de Sacram ordinis *c. 8 post 5. concl. col. 19* defendunt Episcopum, cui *Trident. sess. 23. c. 9. de reform.* concedit posse initiare suum familiarem triennalem, non posse cum eo dispensare in interstitiis, nec in defectu natalium ad ordines minores, vt potest proprius Episcopus. Ducuntur, quod sublato vno impedimento nõ censeatur alterum distinctũ sublatum, *c. Ex tuarum, de vsu & auctor. palij, l. Si dominus ff. de seruit. vrban.* At in hoc euentu duplex impedimentum concurrit, alterum defectus subiectionis ad ordines, alterum irregularitatis. Sublato ergo priori per initiandi licentiam, non aufertur posterius. Secundò, quia à separatis nõ fit illatio, *c. Ad audientiã, de decim. l. Papinianus ff. de minorib.* At potestas dispẽsandi & initiãdi separata sunt. Tertiò, quia dispensatio non extẽditur ad connexa sine quibus potest cõsistere (vt n. 20. diximus.) At potestas initiandi potest consistere absq; potestate reddendi initiandum habilem ad ordines: vtpote, quæ intelligitur, si ille alias habilis sit, vel à legitimo superiori impetret dispensationem in ea inhabilitate. Demum quia nemo asseret sacerdotem, cui delegauit Episc. vt aliquos matrimonio copulet, posse cum illis dispensare in matrimonij impedimẽto, in quo posset Episc. vt in voto non nubendi. Et ex his manet argumentis contrariis satisfactum. Alia tamen ratione cẽseo posse Episcopum cum eo familiari dispensare in interstitiis, & quacunque irregularitate. Quod ad id habitatio maioris partis anni sufficiat: vt late probaui lib. 3. tota disput. 23. & post ibi scripta reperi idem tenere *Emanuelem Sa suum. verb. Episcopus, num. 36.*

Tertiò deducitur, quid dicendum sit de illegitimo cũ 26 quo dispensatur ad ordines, vel vt clericus fiat? *Philippus relatus ab Anton. c. Literas, n. 10. de filiis presbyt.* censet dispensationem hanc extendi quoque ad ordines sacros. Quia si restringenda sit, id erit ad primam tonsuram. Quod aduersarij negant. Et *Suarez. de censuris, disp. 41. sect. 3. nu. 3.* ait difficile esse vniuersaliter acceptare hanc regulam, vt ex dispensatio intelligatur ad solos ordines minores. Quia in his rebus indefinita æquipollet vniuersali, vnde ait iuxta materiam subiectam, & maxime iuxta receptum verborum sensum, & vsum, in particulari iudicandum esse. At dicendum est, eam dispensationem de solis ordinibus minoribus intelligi. Quod cùm strictè interpretanda sit, satis est, vt in minoribus ordinibus suum effectum sortiatur. Nec tamen ad primam tonsuram restringitur, quia aliquid beneficij habet, & permissio in genere mediocritatem respicit, *l. fin. § 1. C. communia de legat & l. Legato generaliter, ff. de legat. 1.* At ordines minores medij sunt inter primam tonsuram & sacros. Et ideo huius sententiæ videtur *Glossa cap. fin. verb. Ad omnes, de filiis presbyt. in 6.* vbi ait caute in eo textu dictũ esse, Si fuerit cum illegitimo dispensatum ad omnes ordines, addito eo signo vniuersali. Et id tenet *ibi Archid. paulo post principium*, colligens id ex eo textu, ne redundet particula. Omnes. Et *Francus ibi. n. 4.* ait hoc esse tutius, quod eisdem verbis ait *Gl. fin. c. Literas de filiis presbyt.* Et id affirmant *Speculat. r. de dispensat. §. vlt. n. 2. Goffredus sum. t. de filiis presbyt. nu. 8. & ibi Host. §. Quis possit dispensare, n. 8. vers. Quid si dispensetur. & dict. c. Literat, in fine, & ibi Innoc. fine, Vincentius, Laurentius & Tancred.* quos refert & sequitur *Ioannes Andr. ibi fine, Anton num. 10. Abbas nu. 6. Anchar. fine, Cardin fine, Bellamera n. vlt. idem Abbas c. Si quisquam n. 5. de cohabit. cleric. Felinus c. Postulasti, num. 9. statim in princip. de rescript. Iason l. Beneficium. nu. 42. ff. de constit. Principum, Rebuffus praxi benefic. t. de dispensat. super defectu natalium, n. 47. Angelus verb. Priuilegium n. 3. & verb. Clericus, 1. n. 3. Sylueſt. verb. Priuilegium. q. 3. & verb. Clericus, 1. q. 4. Armilla verb. Priuilegium, n. 4. & verb. Clericus, num. 4. Tabiena verb. Priuilegium, q. 3. nu. 4. & verb. Clericus, 1 fid. Maiolus lib. 1. de irregul. c. 8. n. 6. Villa diego tract. de irregul. c. 16.* vbi de dispensat. irregularitatis cum illegitimis, *vers. Hinc est, quod si dispensatur cum laico, Asiensis 2. p. sum. l. 6. t. 22. a. 4. q. 6. Ant. Cuc. l. 4. instit. malor. t. 12. num. 31. Borgasius de irregul. 2. p. t. de interpretatione dispensat. nu. 22.* Et ex Theologis *Enriquez. l. 7. de indulgent. c. 30. n. 2. & l. 14. de irreg. c. 8. n. 10. Emm. Sa suum. verb. Dispensatio, n. 13. Sayro thesauro casuum, tom. 1. l. 6. c. 11. n. 19.* intelige tamen, nisi is illegitimus esset in minoribus constitutus, tunc enim ne dispensatio frustranea sit: & vt verba aliquid operentur, iuxta *c. Sicpapa, de priuileg. in 6.* intelligitur de sacris. Ita *Host. d. c. Literas fine, & ibi Anton. num. 10. Abbas n. 6. Bellamera n. fin.* qui bene hęc intelligit, quan-

do Pōtifex dispensans notat illegitimū esse in minoribus constitutū. Nā si id ignoraret, non est cur eius mens præsumatur esse dispēsare, vt ad sacros ordines promoueatur virtute eius dispensationis, quæ ex se solos minores ordines cōprehendit. Et existimo dispensationē eam Pontificis, vt illegitimus, quem minoribus initiatum nouit, ad ordines promoueatur, intelligi de omnibus sacris. Quod nō præsumatur mēs Pōtificis esse, vt ille per subdiaconatū maneat mutādi status incapax, nec vlterius possit ascēdere. Tandē quamuis dispēsatio illegitimi esset ad omnes ordines, fatētur aliqui de solis minoribus intelligi. Sic falso allegatis *D. Antonio & Syluestre* tenet *Maiolus & Sayro proxime alleg. Enriquez l. 14. de excom. c. 8. n. 10.* At eam dispensationē ad omnes sacros ordines potiri, iure optimo supponunt *Gl. c. fin. verb. Ad omnes, de fil. presb. in 6.* dicens caute addi in eo textu particulam. Omnes. Et *Domin. ibi n. 8.* dicens vtile esse adiici. Et *Archid. ibi paulo post princ.* dicens ea particula vniuersali non addita minime prodesse dispensationē ad ordines sacros. Et constat, quia si adiecta particula, Omnes, ad solos ordines minores extenderetur: cum idē sit ea nō appositā, (vt diximus) redundaret vtique. Cum tamen nec vlla syllaba in decretis Pōtificis superflua esse debeat. Vt probaui l. 3. disp. 46. n. 6.

27 Quartò deducitur, quōuis dispensatio illegitimi ad ordines nō extendatur, vt beneficii parochialis capax sit, eò quòd hæc separabilia sint: extendi tamē, vt beneficii simplicis capax sit. Ita docent *Ant.* dicens sic seruari, *c. Postulasti, n. 10. de resc. & ibi Imola n. 4. Felin. n. 10. & c. fin. n. 5. de simon. Anchar. c. fin. n. vn. not. ab. 1. de fil. presb. in 6. Milu in repert. verb. Dispensatio, n. 23. vers. Dispensatus ad ordinē. Borgasius de irreg. 2. p. 1. de interp dispensationis, n. 7. Emmanuel Sa sum. verb. Dispensatio, n. 14. Sayro in thesauro casuum, to. 1. l. 6. c. 31. n. 22.* At hoc ita vniuersaliter dictū non placet. Et contrarium significat *Rebuf. prax benef. 1. de dispens. super defectu natalium, n.* 48. dicens dispensationem illegitimi ad sacros ordines nō extendi ad beneficium. Et *Suarez de censuris disp. 41. sect. 3. n. 3. fin.* vbi ait dispensationē ad omnes ordines, si aliud non addatur, non necessario includere dispensationē ad beneficia, præsertim illa, quæ prælationem vel iurisdictionē habent. Quia hæc non necessario cōnexa sunt. Sed sic distinguendum credo, si dispēsetur cum illegitimo ad omnes ordines, quo casu dispēsatur etiam ad sacros, (vt diximus n. præc.) redditur subinde beneficii simplicis capax: secus si ad ordines dispensetur, non addita particula vniuersali, quo casu ad solos minores ordines promoueri potest, nisi sit iam ad illos promotus. idq; Pontifex dispēsans notit (vt n. præc. dixi) & in hoc casu etiam redditur beneficii simplicis capax vtpote cum quo dispensatur ad ordines sacros. Doctores q; allati in hoc solo casu, quo dispensatur cum illegitimo ad ordines sacros, videntur aperte loqui. Quia id probant ex *c. Accepimus de aetat. & qual.* vbi cogitur Episcopus promoto ad sacros ordines absq; titulo conferre beneficium. At promotus ad minores nullo eget titulo. Quare licet ordines sacri & beneficium simplex diuersa sint, sunt tamē annexa quasi inseparabiliter. Cum non deceat quempiam ad sacros ord. promoueri absq; beneficii titulo: idq; prohibuit *Trid. sess. 21. c. 2. de refor.* quamuis promouendus patrimonium aut pensionem habeat, nisi quasi dispensatiue ratione necessitatis vel vtilitatis Ecclesiæ.

28 Hæc tamen dicta sint, quando non absolutè dispensatur cum illegitimo in irregularitate, sed cum addito, vt ad ordines, vel ad beneficium simplex. Secus autem est quando absolute & sine addito dispensatur. Nā tunc signum est dispensationē esse totalē. Tum, quia verba absoluta integrā absolutionem important. Tum etiā, quia non est cur ea dispensatio ad vnum potius, quā ad alium effectum protrahatur: nisi vbi facultas dispensantis coarctata esset: tunc enim dispensatio adæquabitur potestati. Ita *Suarez de censuris, disp. 41. sect. 3. n. 3.*

29 Decimò tēperatur principalis conclusio, vt dispensatio stricte intelligatur, quando fit ab inferiori, qui legē condere nequit: secus si fiat à legislatore. Quia cum dispensatio dicatur quædā lex priuata, merito extenditur attenta dispensantis potestate. Videtur enim quasi cōcedere priuatam legem, & cōsequenter aptam ad recipiendam extensionē, qualem lex communis fauorabilis recipit. Sic *Aret. c. At si clerici, §. De adulterio, n. 33. & 34. de iud.* Sed merito hanc limitationem reiicit *Felin. c. postulasti, n. 9. de rescript.* Quia nulla cōmoda differentiæ ratio potest assignari inter vtramq; dispensationem, vt altera restringi, altera vero ampliari debeat. Deinde, quia *c. fin. § Ille vero, de fil. presb. in 6.* expresse decidit dispensationē illegitimo à sede Apost. concessam restringi: eò quòd à iure communi exorbitet. Tandem, quia lex etiam generalis, si iuris communis sit correctoria, restringitur. *reg. Quæ à iure, de reg. iuris, in 6.*

Vltimò temperatur, nisi dispensatio sit in causa matri- 30
moniali. Quippe ea fauore matrimonii extenditur: nisi scādalum ex larga interpretatione sequatur. Sic tradunt *Milu in repert. lit. D. verb. Dispensatio, n. 23. vers. Dispensatio quatenus, Felin. c. Postulasti, n. 13. limit. 7. de rescr. Gambara de auctoritate legati, l. 10. n. 262. Lozzes de matrim. Regis Angliæ, dub. 2. in 2. fundam. pro parte affirmāti, n. 29. Veracruz 1. p. specul. n. 44. pag. 5. paulo ante 2. dub. Borgasius de irreg. p. 2. t. de interpret. dispensat. n. 23.* Idque probant ex *c. Quod dilectio, de consang.* vbi legati potestas ad dispensandum in certo consanguinitatis gradu restringitur, causa vitandi scādali ad casum, quo vterq; contrahens distat æque à stipite. Ergò à contrario sensu, si non esset scandalum, ea dispensatio amplianda esset. Secundò, quia *Extrau. Nuper, Clem. VI. relata à Calderino cons. 1. n. vn. de consang.* deciditur dispensationem in quarto gradu consanguinitatis, porrigi ad quartū cum tertio coniunctū, qui est casus mixtus. Sed hæc limitatio merito reiicitur à *Gutier. q. can. l. 2. c. 15. n. 127. & duplici seq.* Quod nullo iure probetur: nā (vt bene ait *Aret. l. 2. in princ. n. 1. ff. de verb. oblig.*) ex eo quòd *d. c. Quod dilectio*, restringatur ea dispēsatio ratione consuetudinis & scandali, sequitur eis sublatis esse veram extēsionem. Verum est enim, tunc gradū mixtum ex tertio & quarto comprehēdi sub quarto simplicis non tamen id euenit, eò quòd extendenda sit ea dispēsatio: sed quia ex natura sua is solus gradus est, quo remotior distat à stipite. Et eodē modo soluitur *d. Extrau. Nuper.* Præterea, quia dispensationem in causa coniugali odiosam & stricti iuris appellant *Host. c. Quia circa, n. 2. de consang. & ibi Ioan. And. n. 7. Ant. n. 6. Card. n. vn oppos. 1. Anchar. n. 4. fin. Dominic. cons. 33. n. 8. & 9. Cornetus cons. 201. n. 8. vol. 2. Rota in nouissim. to. 3. l. 1 decis. 117. n. 3. & l. 2 decis. 70. n. 2.*

Ex dictis omnibus deducitur, quid dicendum sit in ea 31
quæstione, an in dispensationibus locum habeat argumentum à paritate rationis, vel à maiori ad minus: ita vt in iis extensio fiat à casu, in quo est par aut minor ratio, ad casum, in quo est eadem aut maior concessionis ratio? *Decius c. Quia in tantum, noua edit. à n. 15. vsque ad 19. de præb. & reg. Non debet tui, 21. n. 6. ff. de reg. iuris, & cons. 76. ad fin. vol. 1. & c. At si clerici, §. De adulterio, in noua edit. n. 87. de iud. & Hippol. repet. ad eundem §. n. 86. & 87. Francus c. Cui de non sacerdotali, n. 5. not. abil. vlt. de præbend. in 6. Gambara de auctoritate legati, l. 10. n. 264. fin. Borgasius de irreg. p. 2. t. de differentiis diuersorum terminorum, n. 11.* sustinent id argum. valere: & latè id probat *Decius*, contrariisque respondet. Potissimū fundamentū est, quod in re pœnali, & sic odiosa, id argumentum locum habeat: vt probat *l. Neque in ea, 22 ff. ad l. Iuliam de adulter.* ibi: *Sed qui occidere potest adulterū, multo magis contumelia potest eū iure afficere.* Quod *Bartol. ibi, in fin.* dicit valde notandū. Idē probatur ex *l. In fraudem, 11. in princip. ff. de lib. & posth.* vbi probatur habentē potestatē, & vitæ & necis alicuius, habere quoq; in bonis ipsius potestatē. Ex quo textu argumentum DD. ducunt ad licitam banniti spoliationem, quod licite interfici valeat. Et ita arguit *Glossa c. In literis, v. Prædo, in fin. de restit. spolia.* vbi cum textus doceat prædonē ante omnia restituendū, limitat nisi talis sit prædo, cuius vitæ nemo parcere debet, quasi tunc interfectione existenti licita, à fortiori sit spoliatio. Præterea, valere argumentum à maiori probatur ex *c. Ex parte tua, de decim.*

vbi

vbi priuilegium super decimis non soluendis concessum Ecclesiasticis extenditur ad noualia. Et ea ratio redditur in textu, ibi: *Quia vbi maius conceditur, minus concessum esse videtur.* Deinde, quia *c. Per venerabilem, qui filij sint legit* hoc argumẽto vtitur Pontifex ibi: *Quod in maiori conceditur, licitum esse videtur & in minori.* Et fit ibi hoc argum. à maiori ad minus in diuersa specie, vt à spiritualibus ad temporalia: & non solum à maiori, sed à simili arguit Pontifex, ibi: *Per simile quoque.* Et eo vel maxime, quod legitimatio est multum odiosa: vtpote, quæ ius legitimorum minuit.

32 Sed quamuis hoc probabile sit, non est recedendum à communi & receptissima sententia, neganti id argumentum procedere in dispensationibus; atq; adeo in iis fallere, *reg. Cui licet, 53. de reg. iuris, in 6.* sic dicentem: *cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus.* Ducitur hæc sent. ex *reg. Quæ à iure, de reg. iuris, in 6.* ibi: *Quæ à iure communi exorbitant, minime sunt ad consequentiam trahenda.* Cum ergo dispensatio sit huiusmodi, non valet in ea argum. à minori. Secundò, ex *c. fin. de transl. Episc.* vbi dispensatio, vt quis ad Archiepiscopatum promoueatur, non extenditur ad Episcopatum, & *c. Cui de non sacerdotali, de præb. in 6.* vbi decidit̃ eum cui integram præbendam conferri mandatur, non posse recipere dimidiam, licet in ea Ecclesiâ sint integræ ac dimidiæ præbendæ: & si mandatur conferri præbẽdam certi valoris, non posse minoris valoris recipere. Nec obstant argumenta n. præced. adducta. Quia ad duo priora respondet *Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. n. 11.* eos textus loqui in concessionibus à lege vel canone inductis, quæ latè interpretandæ sunt: (vt diximus n. 7.) non autem in iis, quæ à Principe priuatim fiunt. Ad *c. Per venerabilem*, dic cum *Abbate ibi n. 6. & Felino c. fin. n. 5. de simon.* esse allegationem partis, ac proinde nil probare. Vel secundò dic esse quandam huius reg. limitationem (vt n. seq. dicemus.) Et ideo hanc tenent. tuentur *Specul. t. de dispensat. §. Dicendum restat, n. 16. & Ioan. Andr. addit. ad eund. co. t. §. vlt. verb. Dispensatum, & d. reg. Quæ à iure, & c. Postulasti, n. 11. de rescript.* vbi *Host. n. 12. Ant. n. 8. Imola n. 4 Barbat n. 7. Felin n. 8. post 6 declar. vers. Regula est. & c fin. n. 3. concl. 2. de simon. Abb. c. Ad aures, n. 7. de rescript. & c. Ioan. n 8. de cler. coniug. & c. At si clerici, §. De adulterio, n. 8. de iud. Card. d. c. Per venerabilem, n. 9. q. 1. Oldrad. cons. 215. n. 7. Fredericus cons. 4. Domin. c. fin. n. 5. de filiis presbyt. in 6. & ibi Francus n. 1. Probus addit. ad monachum, c. vn. n. 9. de etat. & qual. in 6. & c. vn n. 35. de cleric. coniug. in 6. Romanus l. 2. in princ n. 62. ff. de verb. oblig. & ibi Lancelot n. 13. Aret. n. 1. Iason l. 2. in princ. n. 39. ff. de vulgar. & l. Beneficiũ, n. 38. ff. de condit. Princ. & l. Omnium, n. 13. C. de testam. Beroius c. Super eo, n. 13. de vsur. & c. Ad aures, n. 29. de rescript.* vbi: *Ripa n. 39. Milis in repert. lit. D. verb. Dispensatio, n. 13. vers. Dispensatio in maiori, Rebuf. in concord. t. de forma mandati Apost. super verb. dispensationum, vers. Iuita dispensationis. Gygas de pensionib. q. 18. ad fin. Parisius cons. 88. n. 20. l. 4 Euerardus loco à minori, n. 4. Bernar. Diaz reg. 195.* vbi *Salzedo in addit. Gambara de auctor. legati l. 10. n. 211. Loazes de matrim. Regis Angliæ, dub. 2. in 2. fundam. partis affirmantiu n. 29. Nata cons. 179. n. 27. & cons. 504. n. 4. & 5. Sylust. verb. Beneficium, 3. q. 4. n. 8. fin. & q. 12. Tabiena verb. Beneficium, 2. q. 17. n. 10. Couarru 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. n. 11. Mandosius reg. 20. cancellar. q. 7. n. 10. & in praxi signaturæ ti Dispensationes, verb. In materia dispensat. Villalobos in suis cõmunib. lit. D. n. 90. Carver. l. 3. de sponsal. c. 3. fin. Sarmiento de reddit. 4. p. c. 4. n. 5. Molina. l. 2. de primog. c. 4. n. 48. & 49. Mascolus l. 5. de irreg. c. 51. n. 10. Menoch. cons. 72. n. 11. vol. 1. Anast. Germonius de indultis Card. §. Nec non quorumcunque, n. 17. Stunica de voto q. 6. n. 56. Matienzo lib. 5. recop. t. 8. l. 10. gl. 1. n. 1. Borgasius de irreg. p. 2. t. de interpret. dispensat. n. 17. Gutier q. canon l. 2. c. 15. n. 124. 126. Brunorius in suo cõpend. lit. D. verb. Dispensationes sunt odiosæ.* Et ex Theologis, *Molina to. 3. de iust. disp. 591. n. 2. Beja in suis responsis, casu 45. ad fin. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de claubus, *c. 9. col. 5.*

33 At hæc regula temperanda est primò, vt procedat in dispẽsationibus odiosis, vt ad pluta beneficia: secus in fauorabilibus, & quæ non odiosæ sunt: vt in dispensatione illegitimi ad ordines, per *c. Per venerabilẽ, qui filij sint leg.* vbi Pontifex hoc argumẽto vtitur in legitimatione, quæ non odiosa, sed fauorabilis est, ob filiorum fauorem: & præiudicium aliorum, ad quos hæreditas pertinet, iura parui pendunt. Cum talis spes sit potius iure odiosa, *l. Post emancipationem ff. de legatis. Sic Ioan. Andr. 4. Postulasti, n. 11. de rescrip. & ibi Host. n. 12. Ant. n. 8. Imola n. 12. Bellam. nu. 3 Abb. c. Ad aures, n. 8. de rescript. & c. At si clerici, §. De adulterio, n. 8. de iudic. & ibi Decius in nona edit. à n. 91. Hippolyt. n. 92. Barbat. n. 7. Felin. c. fin. n. 5. de simon. Beroius c. Ad aures, n. 29. de rescript. Loazes n. præc. alleg.* Sed hanc limitationem reprobat *idem Felin. d. c. Postulasti, n. 9. limit. 2. & d. § De adulterio, n. 16.* eo quod semper dispensatio fit odiosa, vtpote, quę semper ius commune violat: in quo odium eius fundatur, (vt diximus n. 4.) Secũdò potest opponi *c. Quod dilectio, de consang.* vbi quamuis agatur de fauore matrimonij, qui multus est: at fit in dispensatione interpretatio stricta, & ideo decidit̃ ibi dispensationem in certo gradu, vt in quarto, non extendi ad mixtum ex tertio cum quarto: sed tantum intelligi, quando vterque contrahens æque distat à stipite. Sed mirtò Felinum reprobantes sustinent prædictam limitationem *Decius & Hippolytus proxime allegati.* Quia dispensatio fauorabilis potest dici, vbi agitur de publico religionis fauore, vel animæ. Quippe in talibus euentibus extensio fit etiam in materia exorbitanti. Quod vulnerationi iuris communis factæ per dispensationem præponderet subiecta materia: vt probat *Euerard. loco à ratione legu generali, n. 50. & 61.* Nec obstat casus *c. Quod dilectio*, nõ enim imnititur ea decisio interpretationi stricte faciendæ dispẽsationis, sed ratione consuetudini, quæ in eo loco vigebat, ex cuius violatione scandalum oriebatur, id ibi decisum est. Quod constat ex fine eiusdem textus, vbi decisionis redditur ratio sic: *Consultius ducimus multitudini, & obseruatæ consuetudini deferendum, quam aliud in dissensionem, & scandalum populi statuendum.* Et ita tradunt *ibi Gloss. verb. Vterque, Innoc fin. Abb. n. 7. Imola l. 2. in princ. nu. ff. de verb. oblig. & ibi Roman. n. 62. Aretin. n. 2. Felin. d. c. Postulasti, n. 9. & c. fin. 8. de simon. Cornius cons. 201. n. 15. vol. 2 Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 11. Veracruz append. ad a. 49. 1. p. Speculi. pag. 99. & 1. p. Speculi, a. 44. pag. 4. Petr. de Ledesma de matrim. q 54. a. 2. ad fin.*

Secundò tẽperatur, vt valeat id arg. à maiori, quando 34
casus, in quo dispensatur, rationẽ expressam concessionis cõtinet. Tunc enim extenditur ad casum non expressum, vbi reperitur eadem ratio. Quia iuxta doctrinam *Gl. communiter receptam, c. 1. verb. Italiæ, de tempor. ord. in 6.* hoc non est extensio, sed declaratio, qua declaratur includi cũ casum ex tacita dispensantis mente. Sic *Abb. At si clerici, §. De adulterio, nu. 8. de iudic. & ibi Decius in nona edit. lim. 1. nu. 89. & 90. Hippol. n. 88. Ripa c. Ad aures, n. 41. de rescrip. Manuel. q. regul. to. 2. q. 46. a. 11.* Nec obstat *Felinum* discedere ab hac limitatione *c. Postulasti, n. 9. limit. de rescript.* Et ducitur, quia si non extenditur dispensatio à maiori tate rationis, à fortiori, nec ab identitate. Sed bene respondet *Decius*, quando est ratio expressa in lege, non esse propriæ extensionem, sed tantum quando à similitudine vel maioritate rationis non expresse argumentum ducitur.

Tertiò tẽperatur, quando id minus est annexũ, vel in- 35
clusum in maiori tanquam pars eius, vel ab eo inseparabile: tunc enim dispensatione in casu maiori extenditur ad minorẽ. Quia concesso toto partes concessæ videntur. Vt dispensatio ad sacerdotiũ extẽditur ad omnes ordines inferiores. Sic *Ioan. in d. addit. ad spec. t. de dispensatione, §. fin. verb. Dispensatum. Host. c. Postulasti, n. 12. de rescript. & ibi idem Ioan. And. n. 11. Ant. n. 8. Imola n. 11. & 14. Barbatius nu. 7. Bellamera n. 3. idem Ant. c. Literas nu. 10. de fil. presb. & ibi Abb. num. 6. Milis in reper. lit D. n. 13. verb. Dispensatio, vers. Dispensatio licet, Franc. c. Cui de non sacerdotali, nu. 5. de præb. in 6. Probus ad lit. ad Monachũ vn. n. 9. & 10. de etat. & qual. in 6. Felinus fi num. 5. de simon. & c. At si clerici, §. De adulterio n. 17. de iud. Sarmiento de reddit. p. c. 1. n. 5. Mascolus l. 5. de irreg. c. 51. n. 10. & l. 1. cap. 8. t. 7. Sayro thesauro casuum to. 1. l. 7. c. 14. nu. 17. & l. 6. c. 11. nu. 20.*

Quartò tẽperatur, vt non valeat argum. à maiori in dis- 36
pensationibus ab homine concessis, secus in iis, quæ à canone vel lege inducuntur. Quia illæ strictæ, hæ vero large

inter

interpretandæ sunt (vt diximus n. 7.) Sic *Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. n. 11. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de claubus, *c. 9. col. 5.*

73 Tandem limita, vt regula procedat quando maius & minus sunt in diuersis generibus: secus si vtrumque sit in eodem genere; tunc enim dispensatio in maiori (verba prægnantia habens extendetur ad minus. Sic *Oldrad. consil. 215. n. 7. Felinus c. Postulasti, nu. 13. fine, limitat. 8. de rescript. Borgasius de regular. p. 2. t. de interpretat. dispensationis, n. 17.*

83 Hinc deducitur, Episcopum aut monachum, cui concedit Pontifex testandi facultatem, posse quoque codicillũ facere, aut causa mortis donare. Quia hæc sunt partes vltimæ voluntatis, quæ concesso testamento conceduntur. Vt prob. ex *l. Marcellus ff. de don. causa mort.* ibi: *Nam & mortis causa donare poterit, cui testari concessum est.* Atque ità reprobato Socino iuniori, qui contrarium tenuit *cons. 13. n. 12. 13. & cons. 89. n. 31. l. 1.* tenent *Nauarrus apolog. ad lib. de reddit. q. 3. monit. 7. 9. & 10. Mandosius* latius probans *de signatura gratiæ, v. Licentia testandi, vers. Alia etiam ambiguitas. Sarmiento de reddit. p. 4. c. 4. n. 5. Enriquez l. 7. de indulg. c. 21. n. 6. & c. 30. n. 7. & in fin. Molin to. 1. de iust. tract. 2. disp. 141. ad fin.*

39 Secundò infertur, concessionem ouorũ extendi ad lac & caseum. Sic *Enriquez l. 7. de indulg. c. 30. n. 3.* eam reddens rationem, quod minus sit. Sed hæc ratio displicet, non enim video quo pacto sit minus. Quare rationem legitimam esse censeo, quia vnica & indiuidua est prohibitio ouorum & lacticiniorum, eo quod sementinam originem à carnibus trahant: sicut est vnica & indiuidua prohibitio omnium carnium. Quod constat ex *c. Denique 4. d.* vbi hæc prohibitio continetur his verbis *Par autem est, vt nos, qui his diebus à carnibus animalium abstinemus, ab omnibus quoque quæ sementinam trahunt originem carnis abstinemus: à lacte videlicet, caseo, & ouis.* Sicut ergo is cui ratione morbi conceditur vt lac edat, non citra reus præcepti quibuscunque carnibus vescens: sic cui ouorum eius conceditur, cæterorum quoque lacticinorum vsus licet. Similiter cui esus carnium conceditur, subinde ouorum & lacticiniorum vsus permissus est. Quod tota ratio prohibitionis horum sit, eo quod à carnibus sementinam originem trahant. Atque ita pendet prohibitio hæc carnium prohibitione: sublata ergo principali prohibitione tollitur accessoria.

DISPVTATIO II.

An potestas dispensandi sit latè interpretanda?

SVMMARIVM.

Potestas dispensandi est late interpretanda, n. 1.

An ad solos casus adaptabiles, & comprehensos sub lata verbi significatione extendatur, & in quibus est eadem vel maior ratio, licet sint separabiles, n. 2.

Quid si cedat in damnum tertij, & an potestas conferendi beneficia dextendatur n. 3.

Quod, si consuetudine inducta sit certa interpretatio in materia, n. 4.

An extendatur ad dispensandum in iure naturali vel diuino, n. 5.

An extendatur, quando conceditur ad dispensandum cum certis personis n. 6.

An priuilegia bullæ, & indulci sint stricte intelligenda, n. 7.

Potestas dispensandi concessa Episcopo circa beneficia, an ad simplicia restringatur, n. 8.

Quid vbi est dubium, an dispensatio, vel dispensandi potestas extendatur ad casum, n. 9.

Potestas dispensandi capitulo sede vacante an extendatur ad casus occultos commissos Episcopo in Trident sess. 24. c. 6. & ad casus commissos Episcopo in Trident. tamquam delegatis Sedis Apostolicæ, & an ea sit potestas delegata, n. 10.

An ea Tridentini facultas competat Episcopis nondum cõsecratis, n. 11.

An ea facultas sit odiosa, ac restringenda, nec competuerit Episcopis ante Trid. Et competat aliis habentibus inrisdictionem quasi Episcopalem, & subditi harum possint in his casibus adire Episcopum, n. 12.

An superiores religionis erga religiosos gaudeant ea facultate, n. 13.

An potestas dispensandi in votis, vel iuramentis extendatur ad ea commutanda. Refertur quædam sententia, n. 14.

Proponitur sententia Auctoris, n. 15.

An potestas circa vota extendatur ad iuramenta. Refertur duplex opinio, n. 16. & 17.

Proponitur sententia Auctoris, n. 18.

An facultas circa iuramenta soli Deo facta extendatur ad vota, n. 19.

An ea facultas extendatur ad iuramenta, in quibus est compensatio in recipiente, n. 20.

An facultas circa vota extendatur ad votum & iuramentum simul expresse facta. Refertur duplex sententia, n. 21. & 22.

Proponitur sententia Auctoris, n. 23.

An sit subrepticia dispensatio voti tacito iuramento: vel iuramenti tacito voto, vel falsò proponatur votum, cum sit iuramentum: vel è contra: vel falsò dicatur esse alterum vinculum solum, cum sit vtrumque n. 24.

An sit necessaria mentio in dispensatione repetitionis voti vel iuramenti, n. 25.

Soluuntur argumenta, n. 26.

An potens legitimare adulterinum & incestuosum, possit laborantem vtroque vitio simul: Refertur quædam sententia, n. 27.

Proponitur sententia Auctoris, n. 28.

Quid, si in partis fauorem ea potestas concessa sit, n. 29.

An hoc possit potens spurios in gradu legitimare, n. 30.

Satisfit argumentis, n. 31.

CONCLVSIO sit. Quamuis dispensatio ipsa odiosa sit, ac stricte intelligenda: (vt latè disp. præc. diximus,) ea potestas dispensandi cõmissa alicui est latè interpretanda, tanquam fauorabilis. Solet probari ex *c. sin de simon.* quod decidit mandatum dispensandi cum monachis simoniace ad monasterium admissis, cõmissum Episcopo, extẽdi ad dispensandum cum Abbatibus eodem vitio affectis. At hic textus nil confert, vt bene aduertunt *Arcinus l. 2. in princ. n. 1. ff. de verb. obl. Fortunius l. Gallus, §. Et quid si tantum, à n. 156 ff. de liber. & postlı. Nauar. to c. fin. n. 3. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. n. 9.* Quia ex illo mandato non confertur Episcopo noua dispensandi potestas, sed excitatur eius potestas ordinaria per concilium generale concessa. Vt constat ex textu, ibi: *Secundum constitutionem generalis concilij dispensare.* Atqui deo textus non probat de commissione, sed de potestate ordinaria ad dispensandum, iure concessa. Et de eadem loquitur *c. Per venerabilem, qui filij sint legit.* (vt bene docet *Couar. proxime allegatus,*) dum is textus probat potestatem dispensandi circa maiora, ad minora extendi. Sed prob. conclusio. Quia cum dispensandi potestas conceditur, nulli fit præiudicium, nisi soli concedenti, qui potestatem suam totam vel eius partem communicat: nec ex parte eius, cui conceditur, reperitur aliquod odium. Ac proinde tanquam Principis beneficium est latè interpretanda. Iuxta dicta disp. præced. n. 4. Et confirmatur, quia odiosum non est, imo gratiosum, vt in dispensando, quis principis vice fungatur. Secundò quia semper principale propositum inspiciendum est *l. Rogasti, in princ. l. Si quis ff. certum petatur,* quod aliis adductis illustrauit lib. 6. disp. 1. n. 11. At dum conceditur dispensandi facultas, principale intentum non est, vulnerare ius commune, sed id in consequentiam venit: principale autem intentum est, fauore quodam ac beneficio allicere eum, cui conceditur. Quare esse Principis beneficium, spectandum est, vt latè interpretetur. At dispensatio ipsa directe ac principaliter tendit ad vulnerandum ius commune, eximẽdo quempiam ab illius obligatione. Et confirmatur, quia etsi causa mediata possit esse odiosa, satis est vt immediata, id est, liberalitas Principis sit fauorabilis: & hæc regulariter attẽditur, *l. Socium qui in eo, ff. pro socio. l. Sed si plures, §. An arrogato, ff. de vulgari,* & notat *Ios Bartolus n. 3.* Quod si opponas, ad dignoscendum vtrũ sit fauorabilis, an odiosa sit, non attendi præcisè rem prout in se est, sed ex effectu consurgenti id venandum esse. Vt constat ex *l. 1. ff. solut. matrim.* vbi dos fauorabilis appellatur, quod effectus inde resultans, nimirum, sobolis procreatio, sit fauorabilis. Si ergo exercitium dispensationis, quod est effectus potestatis dispensandi, est odiosum, ipsa quoque potestas talis erit. Et confirmatur, quod potestas propter exercitium concedatur, alias inutilis esset. At quoties vnum conceditur propter aliud concessio sortitur naturam eius propter quod conceditur. Vt constat ex Bartoli doctrina *l. Constitutionibus n. 1. ff. ad municip.* vbi allegato Dyno inde statuta esse stricti iuris probat, quod actio ex eis descendens sit stricti iuris. Sed vtrique obiectioni satis fit ex doctrina tradita, nam allegata in vtraque obiectione procedunt, quando ille effectus odiosus est principaliter intentus. At hic principaliter intenditur communicatio potestatis, quæ fauorabilis est. Et ideo hanc conclusionem tradunt *Glossa*

c. Et

c illi qui, verb. In potestate, in fin. 15. q. 8. & *c. Dudum. verb. Beneficia, de præb. in* 6. *Fed. Senens cons.* 163. *Oldradus cons.* 152. *n.* 1. *Calderin. cons.* 1. *num. vlt. de consang. Bartolus l.* 2. *in princ. n.* 2. *ff. de verb. oblig. & ibi Bald. n. vlt. Imola nu.* 2. *Bart Socinus n* 14. *Alciatus nu.* 48. *Alex. n* 6. *Paulus n.* 4. *Angelus n.* 2. *Roman. n.* 62. *Aretinus n.* 1. *Galiazula n.* 8. *Ioan. And. c. fin. n.* 3. *fin. de simon. & ibi Ant. n.* 5. *Abb. n.* 3. & 5. *Cardin. statim in princ. opposit.* 1. *Ananias n.* 8. *Felin. n.* 7. *cons.* 4. & *c. Postulasti, nu.* 11. *limit.* 4. *de rescript. idem Abb. c. At si clerici,* §. *De adulteriis, n.* 11. *de iudic.* vbi *Imola fin. Alex. de Neuo nu.* 15. & 23. *Decius in noua edit. limit.* 2. *nu.* 95. & *cons.* 76. *n.* 1. *vol.* 1. *idem Alex de Neuo c. Quod dilectio, ad fin. de consang. & ibi Præpos. n.* 8. *Ripa c. Ad aures, nu.* 20. & 43. *de rescript. idem Ananias c. fin. n.* 5. *de cleric. pugnant. in duello. Idem Alex. l. Si ita scriptum, n.* 3. *ff. de lib. & posth. Barth. Socinus cons.* 53. *n.* 14. *vol.* 3. & *cons.* 47. *n.* 32. *vol.* 4. *Præpos. c. Per venerabilem, in princ. n.* 5. *qui filij sint legit. Francus c.* 1. *n.* 5. *de fil. presbyt. in* 6. & *ibi Dominic. in princ. n.* 8. *Iac. de Puteo in suis decis. l.* 3 *decis* 39. *nu* 1. *Ant. de Rosellis tract. de legitim. l.* 2. *t. De causa materiali, n.* 10. *Angelus verb. Dispensatio, n.* 9. vbi *Sylvester q.* 5. *n.* 9. *Tabiena v. Beneficium, q.* 9. 14. *n.* 16. *Rolandus cons* 61. *n* 6. *vol.* 1. *Villadiego tract. de leg. q.* 14. *nu.* 31. *Nauarr. c. fin. n.* 3. *de simon.* & §. *n Leuitico, notab.* 27. *n.* 4. & *comment.* 4. *de reg. quod est super c. Statuimus,* 19. *q.* 3. *n.* 15. *fin.* & *l.* 4 *cons.* 1. *de consang* 1. *edit. cons.* 8. *fin. in* 2. *cons.* 4 *fin. Couar.* 4. *decret.* 2. *p. c.* 8. §. 8. *n.* 6. *vers.* 8. & *n.* 11. *Gutier quæst. canon lib.* 2. *c.* 15. *nu.* 125. *Bargasius de irreg.* 2. *p.* 1. *de interpret. dispensationis, n.* 23. *Stunica q.* 6. *de voto, n.* 57. *Gratian reg.* 140. *num.* 15. Et ex Theologis, *Enriq. de voto, n.* 57. *Gratian reg.* 140. *num.* 15. Et ex Theologis, *Enriq. lib.* 7. *de indulgen. c.* 3. *fin. Molina to.* 1. *de inst. tract.* 2 *disp.* 173. *col.* 4. *vers. Obseruandum est eum. Sayro thesauro casuum, t.* 1. *l.* 6. *c.* 11. *nu.* 8. *Lod Lop.* 2. *p. instruct.* vbi de claubus, *c.* 9. *col.* 4. *Emm. Sa sum. v. Dispensatio, n.* 7. *Manuel* 1. *to. sum.* 2. *edit. c.* 166. *n.* 3.

2 Temperatur tamen conclusio, vt extendatur hæc potestas nõ ad quoscunq; casus, sed ad casus quo quo modo adaptabiles casibus in potestate expressis. Sic *Felin. c. fin. n.* 8 *limit.* 1. *de simon. Gambara de auctor legati, l.* 10. *n.* 203. inde bene inferens non extendi de casu ad casum non cõprehensum sub lata verborum significatione. Quare *idem Felinus, c. Postulasti, n.* 11. *limit.* 4. *de rescript.* bene ait extensionem huius potestatis fieri ad consecutiua etiam separabilia, in quibus est eadem vel maior ratio, & ibi latè probat.

3 Secundò temperatur, quando solum agitur de præiudicio ipsius concedentis potestatẽ, secus quando ea concessio in tertij præiudicium vergit: tunc enim est restringenda potestas. Quod princeps censeatur velle quam minimum possit damnum tertio inferre. Pro hac parte sunt *Ant. & alij*, quos referam n. 28. dicentes potestatem legitimandi non extendi ad casum mixtum, quando est in tertij damnum: eo quod tunc odiosa sit. Et in terminis propriis docent *Felinus c. Postulasti, n.* 11. *casu* 2. *de rescript. & c. At si clerici,* §. *De adulteriis, n.* 9. *de iudic. & ibi Alex. de Neuo nu.* 15. & 23. *Alciat* alios referens *l.* 2. *in princ. n.* 51. *vers. Fallit quartò. ff. de verb. oblig. & ibi Aretin. n.* 1. *fin. Gambara de auctor. legati, l.* 10. *n.* 156. *Couar.* 4. *decret.* 2 *p. c.* 8. §. 8. *n.* 9. *Valasius cons.* 60. *n.* 3. *vol.* 1. & adhibet hoc exemplũ *Aretinus cum Innoc. c. Dudum, el* 2. *n.* 13. *de elect. & Archidiacono, c. Si quis, de ministeriis, in fin. d.* 50. quamuis Episcopus possit dispensare cum electo criminoso, at id nequiret in præiudicium capacis, qui simul cũ eo electus est: nec similiter in præiudicium eius contra quem in testem producitur criminosus. Exemplum etiam ponit *idem Aretinus* in potestate conferendi beneficia. Sed huic exemplo obstare videtur doctrina *Gl. c. Dudum, verb. Beneficia, de præbend. in* 6. vbi potestatem conferendi beneficia tanquam fauorabilem extendendam docet, & *c. Si cui, el* 2. *de præbend. in* 6. qui textus manifeste probat potestatem hanc esse fauorabilem, decidens decere gratiam hanc esse mansuram. Quæ verba proprie sonant esse hoc beneficium Principis fauorabile, vt in *reg. Decet, de reg. iur. in* 6. Sed die (vt colligitur ex *Felino c. Postulasti, n.* 11. *casu* 2. *in fin. de rescript.*) quando collatio beneficiorũ ad solum Pontificem concedentem potestatem ea conferendi spectat, ea potestas est fauorabilis & amplianda. Quod soli concedenti Pontifici præiudicet: at quando collatio ad ordinarium spectaret, ea potestas concessa alteri per Pontificem est strictè interpretanda, ob ordinarij præiudicium. Intelligenda tamen est hæc limitatio, dummodo præiudicium graue sit, vt docent *Gloss. c. Olim, in fin. de verb. signif. Archid. c. Quoniam, n.* 2. *d.* 69. *Couarr. & Valasius proxime allegati.* Quia de minimis curatur.

Tertiò temperatur, nisi consuetudine inducta esset certa interpretatio in ea materia: tunc enim restringenda est potestas dispensandi, ratione eius consuetudinis: vt caueatur scandalum. Constat ex *c. Quod dilectio, de consanguin.* quod ad hoc ponderauit disp. præced. n. 33. Sic *Felinus cap. Postulasti, nu.* 11. *vers. Quartus tamen casus. de rescript. Gambara de auctoritate legati, lib.* 10. *n.* 94. 4

Quartò temperatur, ne facultas dispensandi absolutè concessa extendatur ad dispẽsandum in iure naturali vel diuino. Sic *Gloss. l. Filius à patre,* § *fin. verb. Statu, ff. de liber. & posth. Bald. ibi scn. Angelus fin. Alex. n.* 4. *Aretin. l.* 2. *in princ. n.* 1. *ff. de verb. obl. & ibi Alciat. n.* 51. *vers. Fallit tertiò, Gambara de auctoritate legati, l.* 10. *n.* 204. *Felinus c. fin. n.* 8 *limit.* 4. *de simon. & ibi Nauar. n.* 3. Sed *Barthol. Socinus d. l.* 2. *in princ. n.* 14. ait Glossam cui prædicti DD. innituntur, loqui de impedimentis matrim. iure diuino inductis. Cùm enim in iis Pontifex dispensare nequeat, non censetur eam potestatem transferre in illa generali commissione. Quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet, *reg. Nemo plus iuris, 55. ff. de reg. iur.* Vnde apertè sentire videtur *Barth. Socinus*, transire eam potestatem, si Pontifici deleganti competeret facultas dispensandi in eo iure diuino. Verum *Alciat. proxime alleg.* reprobat hunc intellectũ. Quod ita intellecta Glossa esset fatua & indubitabilis. Quare *Felin. c. Postulasti, n.* 12. *vers. Tertius casus, de rescript. & Gambara d. l.* 10. *n.* 205. aiunt hãc limitationẽ, vt aliquid importet, intelligendam esse, etiã si Pontifex delegãs posset in eo iure diuino dispensare aliquando ex magna causa. Quare mihi placet hæc limitatio sic intellecta, vt non transeat in ea generali potestate facultas dispẽsandi in iure diuino, quãdo id tale est, vt specialissime Pontifice reseruetur, ita vt non nisi ex magna causa in eo dispenset, vt bene explicantur *Felin. & Gambara.* At transire credo, quando non ita strictè. Nemo enim negabit virtute talis potestatis posse delegatum dispensare in votis cõmunibus, quæ iure diuino naturali obligam. At nemo cõcedet transire potestatẽ dispensandi in matrim. rato, nec in solẽni castitatis voto, imo nec in simplici voto castitatis aut religionis, vt dicemus disp. 9. n. 2. 5

Vltimò temperatur, vt latè interpretetur, quando ea conceditur ad dispensandum cum personis nõ expressis. At strictè intelligitur, vbi exprimuntur personæ cum quibus est dispensandũ. Ratio differentiæ est, quod in priori casu sit beneficium ac priuilegium actiuum illius qui dispensaturus est, & in eius gratiam confertur: quare ac beneficium Principis latè exponitur. At in posteriori est priuilegium passiuum ipsius, cum quo dispensandum est, vtpote in eius fauorem concessum. Quare non est tam dispensandi facultas, quam quasi dispensatio in esse producta solam executionem expectans. Hæc quoq; limitatio apertè colligitur ex *c. Si cui nulla, de prab. in* 6. Et ita docent *Ioan. And. c. fin. n.* 3. *fin. de simon. & ibi Ant. n.* 5. *Abb. n.* 3. & 5. *Cardin. statim in princ. oppos.* 1. *Felin. nu.* 8. *Nauar. nu.* 3. *Alciatus l.* 2. *in princ. n.* 50. *vers. Fallit secundo. ff de verb. obl. & ibi Galiazula n.* 11. *Gambara de auctor. legati, l.* 10. *nu.* 200. *Iac de Puteo in suis decis. l.* 3 *decis.* 39. *nu.* 2. *Angelus verb. Dispensatio, nu. & ibi Syluester q.* 5. *n.* 9. *Couar.* 4. *decret.* 2. *p. c.* 8. §. 8. *n. fin.* Vnde similiter est latè interpretanda, quando est potestas dispensandi cum determinato personarum numero, etiam si cum vna sola sit, modo personæ non nominentur. Quia adhuc est beneficium, & priuilegium actiuum eius, qui dispensaturus est, ac in ipsius gratiam collatum. Sic *Alciatus proxime alleg.* At hæc limitatio intelligenda est, quando ad petitionem illarũ personarum expressarũ, cum quibus dispensandum est, hæc potestas committitur: secus si ad petitionem dispensaturi, tunc enim censetur ea potestas in fauorẽ ipsius concessa, & ita est latè interpretanda. Sic *Iac. de Puteo proxime alleg. Rota in nouissimis, 3. tom. l.* 1. *decis.* 117. *fine, & l.* 2. *de-*

cis.700 *fin.* At hoc ego intelligo, quando in fauorē ipsius dispensaturi, & vt ipsi gratiam faciat, daret eam potestatē prælatus. Quod in dubio nō præsumi, quādo est ad dispēsandum cū determinata persona, dicemus disp.28.n.90.

7 Ex his deducitur primò, priuilegia bullæ Cruciatæ ac iubilei esse strictē intelligenda. Quod non sint priuilegia seu beneficium ipsius dispensantis, sed ipsius personæ bullam accipientis, vel iubileum obtinentis. Sic *Nauarr. lib.2.cons.1.de iureiur. in 1.edit cons.3.n.6. in 2.cons.1.n.6.* loquens de iubileo vocat eas facultates odiosas ac restringendas. Idem tenet loquens de priuilegiis Cruciatæ *Enriquez lib.7. de indulgentiis, c.30.num.1.* Quare bene *Lud. Lopez 2.p.instruct.* vbi de clausibus, *c.9.col.6.* dicit facultates bullæ esse fauorabiles, & latè interpretandas.

8 Secundò deducitur non credendum *Abbati c. fin.n.5.de cleric.pugnant.in duello*, vbi ait potestatem dispensandi circa beneficia concessam Episcopo, intelligi de simplicibus, & reddit rationem, eo quod dispensatio sit odiosa. At meritò eum improbant *Anan. ibi nu.5. & Felin.c. Postulasti, n.11. limit.4. vers. Adde etiam, de rescript. Rip.c. Ad aures, nu.20. eod.tit.* Quia licet dispensatio sit odiosa, & sic dispensante Episcopo ad beneficium, intelligatur dispensatio de simplici, at facultas dispensandi sibi data, est late interpretanda, & ita intelligitur quoque de curato.

9 Tertiò deducitur, sicut in dubio an dispensatio extendatur ad aliquem casum, interpretandum est eam non extendi: ita in dubio an potestas dispensandi extendatur, vt virtute illius possit dispensari in aliquo casu, interpretandum esse extendi. Ratio disparitatis est, quod illa strictam, hæc autem amplam interpretationem sortiatur. Sic *Dectus c. At si clerici, §. De adulteriis, in nona edit. limitat.2.n.96. de iudic. & ibi Hippolyt.n.91. Stunica de voto q.6.n.57.*

10 Quartò deducitur expositio *Tridentini sess.24.c.6. de reform.* vbi conceditur Episcopis facultas ad absoluendum & dispensandum circa omnes casus occultos, nec deductos ad forū contentiosum, excepta irregularitate ex homicidio voluntario. Dubitari enim potest an ea facultas competat quoq; capitulo Sede vacanti: & aliis prælatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, & prælatis religionum? Et primò si loquamur de capitulo Sede vacanti, *Suarez. de censuris, disp.41.sect.2.n.13.* negat. Et ducitur primò, quod declararit congregatio Cardinalitū hanc facultatem solis Episcopis priuatiue quoad omnes alios concedi. Ergo excludit etiam capitulum Sede vacanti. Secundò, quia hæc facultas non competit ordinario iure Episcopis, sed iure speciali Tridentini (vt dicemus n.12.) At quæ iure speciali competunt Episcopis, non transeunt in capitulum. At verius existimo eam facultatem transire in capitulū Sede vacanti. Ducor, quia quamuis hoc iure speciali Tridentini competat Episcopis, & capitulū non succedat in iis quę competūt Episcopo iure speciali (vt communiter tradunt DD. cum *Innoc.c. Cum in cunctis, n.7. de elect. & Abbate c. Verum, nu.9. de foro compet.* id tamen est verum de iis, quæ competunt iure speciali delegato, seu ex commissione Episcopo, secus si de iure ordinario speciali, vt tradunt *Abb.d.c. Verum, n.9. Felin.c. Eam te, n.17. de rescript.* At hæc potestas competit Episcopis iure ordinario speciali. Potestas enim cōpetens nō personæ, sed dignitati perpetuò, vel officio est ordinaria (vt probaui l.2.disp.40.n.14.) Quod hic contingit, eo vel maximè, quia Tridentinum in eo decreto non dicit vt id competat Episcopis tāquam de legatis Sedis Apostolicæ, in quo euentu licet potestas competat officio in perpetuum, est delegata, vt communiter cum *Gl.fin.c. Ab abolendam, de haret. & ibi Abb.n.15.* tradunt ibi DD. & *Cosmas pragmat. sanct.10 1.2. de collationib. §. Item circa, in verb. Legatorum.* Quibus non desint, qui sentiāt oppositum. Quare tunc hæc potestas tanquā delegata nō transit in capitulū, vt cum aliis probat *idem Abb.ac c. Ad abolendam, fin.* contra alios. Quod intellige nisi alias iure ordinario cōpeteret Episcopo. Tunc enim ea potestas transibit ad capitulum, non quatenus Episcopus poterat iure delegationis, sed quatenus poterat iure ordinario. Sicut in *Trident. sess.22.c.8. de reform.* præcipitur vt Episcopi tanquam sedis Apostolicæ delegati compellant exequi testamentum: & tamen quia id poterant Episcopi iure ordinario, *c.3. de testam.* transit ea potestas in capitulum, quatenus iure ordinario competebat Episcopis. Et ita competere loquentes post Tridentinum affirmant *Matienzo lib.5. recop.t.4.l.14. gloss.1.n.47. P. Molina to.1. de iustit. disp.250.* Tandem quia non dicitur in eo decreto Tridentini, vt auctoritate apostolica dispēsent Episcopi. Quæ verba etiam denotant auctoritatem delegatam, vt tradunt *Franc. c. Cum aliquibus, n.4. de rescript. in 6. Maranta in sua pract.4.p.d.5.n.4.* Poterit ergo capitulum Sede vacāte exercere omnia, quæ in eo decreto competunt Episcopis. Nec obstat declaratio Cardinalium in contrarium adducta. Quia de ea non constat authentice, neque illa necessario standum est, quamuis magnam authoritatem habeat. Et forte noluit excludere capitulum Sede vacanti, cum in omnibus fere vice Episcopi fungatur. Et ita sent. hanc tuentur *Conedo collect.an.4.ad decretales, nu.3. Enriquez lib.14. de irreg. c.18.n.2. & c.20.nu.1. & lib.6. de panit. c.16.n.1. Aragon.2.2.q.88.a.12. col.7. concl.5 f.1042. Manuel q.regul.to.1.q.61.a.9.*

Similiter ea potestas competit Episcopis electis & con- 11
firmatis, licet nondum consecratis. Quia iuxta omnes illis competunt ea, quæ sunt iurisdictionis: quale est hoc, & ita docent *Conedo & Manuel n.praced. allegati, Suarez. de censur. disp.41.sect.2.n.7.*

Si verò loquamur de abbatibus, & aliis prælatis haben- 12
tibus iurisdictionem quasi Episcopale, & diœcesim nulli Episcopo subiectam, quidam neoterici doctissimi negant: (vt refert *Enriquez l.6. de panit. c.36.n.1. comment. lit.F.*) eam facultatem Tridentini illis competere. Idem negant *Conedo & Suarez n.praced. allegati.* & ducitur vterque, quod cum Tridentini decretum *d.sess.24.c.6. de reform.* exorbiter à iure communi, quo attento solus Papa poterat dispensare, id decretum tanquam odiosum restringendum est. Quare ait *ibi Suarez* fideles immediatè subiectos his prælatis, licet alias exemptis, posse quoad contenta in eo decreto subiici Episcopo, in cuius diœcesi est horum prælatorum diœcesis. Quia cum non debeant esse peioris conditionis aliis fidelibus, oportet vt Episcopum habeant, à quo possint talem dispensationem petere. Item quia Episcopus per se habet iurisdictionem in illa diœcesi quoad omnes actus, in quibus illi prælati non sunt exempti. Qualis est hic, de quo agimus. Sed quamuis hæc sint valde probabilia, probabilius reputo hanc potestatem competere his prælatis. Ducor quod id decretum Tridentini fit tanquam fauorabile ampliandum (vt bene docent *Enriquez l.10. de sacram. ord.c.20.n.2. & Manuel n.10. fine allegat.*) Quod probat *Enriquez*, quia per eam decisionem fit reductio ad ius commune primæuum, quo attento poterant Episcopi in omnibus dispensare (vt probaui l.2. disp.61 n.5.) in quo casu etiam dispensationem diximus extendendam, disp.præced.nu.12. Verum hanc rationem non approbo. Quia optimè *Suarez de censuris, disp.41.sect.2.n.3.* probat facultatem dispensandi in eo decreto Episcopis concessam, minimè illis competisse attento iure primæuo & ordinario. Quia cùm sint Pontifice inferiores, à quo illæ irregularitates, quarum dispensatio illis committitur ibi, promanant, nequibant absque speciali commissione in illis dispensare. Cùm inferior nequeat in lege superioris dispensare, *c.Inferior, d.21.* Quare legitima huius ratio est, quod facultas delegata ad dispensandū, quamuis iure communi minimè competeret, est fauorabilis, & late interpretanda (vt n.1. probauimus.) Nedum hæc quæ est ordinaria (vt n.10. probauimus.) Item quia etiā dispēsatio à iure exorbitans est latè interpretanda (vt probaui disp. præc.n.7.) quando in corpore iuris est clausa. Nedum potestas dispensandi in corpore iuris clausa: qualis est hæc: Tridentinum enim ius commune constituit. Secundò, quia ita in sua diœcesi plenam Episcoporum iurisdictionem habent, ab illisq; sola consecratione differūt, vt passim tradunt DD. in materia de voto & aliis. Et confessa-

rios.

rios pro suis diœcesibus approbant: cum tamen id esse Episcoporum, statuatur in *Trident. sess. 23. ca. 15. de reform.* & ideo hanc sententiam tenent *Enriq. lib. 14. de irregul. c. 18. n. 2. in commento lit. P. & lib. 6. de pœnit. c. 16. nu. 1. Manuel 2. tom. sum. c. 10. n. 6. concl. 6. & quæst. regul. to. 1. q. 61. a. 9.*

13 Tandem eadē potestas *Trident. eo c. 6.* competit superioribus etiam localibus seu conuentualibus religionum exemptarum erga religiosos eis subditos, vt expresse cōcessit Pius V. in quodam breui, cuius verba refert *Manuel q. reg. to. 1. q. 61. a. 9.* & ratio est, quia hi superiores fungūtur iurisdictione quasi Episcopali in suos subditos religiosos, vt probabo disp. seq. n. 9.

14 Quintò deducitur, quid dicendum in ea quæstione, an potestas a dō dispensandum in votis vel iuramētis Deo factis extendatur ad commutanda? Et quidem de potestatem ordinariam dispensandi habente nullus dubitat. Nec etiam aliquis dubitat potestatem ad commutādum non extendi ad dispensandum: quod maius est. Sed difficultas est, an potestas delegata ac dispensandum extēdatur ad commutandum? Quidam existimant eam extendi quoque ad commutandum. Ducuntur ex *reg. 53. Cui licet, de reg. iurū, in 6.* vbi habetur cui licet quod est plus, licere quoque minus. At commutare est minus, quam dispensare. Adde, potestatem dispensandi tamquā fauorabilem ampliandā (vt diximus n. 1.) Huius sententiæ videtur *Palud. 4. d. 38. q. 4. a. 3. concl. 5. nu. 35.* ait enim quemcumque & quandocumq; potentē dispensare in voto, quod plus est posse quoq; id commutare, quod minus est: vbi videtur loqui tam de potestate ordinaria, quam de delegata, cum generaliter cum dictione vniuersali loquatur, & eius ratio de vtraq; probet. Eiusdem etiam sent. videtur apertē *Sotus l. 7. de iust. q. 4. art. 3. col. 5. paulo ante vers. Ex hoc sis consequens.* vbi hæc ait: *Facultas dispensandi eadem est vbique commutandi. Quia maior est facultas dispensanda.* Et tenent expresse *Enriq. l. 7. de indulg. c. 30. n. 5 fin. Enum. Sa sum. verb. Votum*, vbi de voti irritatione & dispē. *n. 19. Aragon 2. 2. q. 88. a. 12. col. 6. dub. 2. & q. 89. a. 9. col. antepen. propos. 2. Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. d. 3. c. 22. ad fin. Manuel in expos. Cruciatæ, §. 9. nu. 115. & to. 2. sum. c. 100. ad fin. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de clausibus *c. 9. col. 4. & col. 8. vers. Præterea expraditu.*

15 Sed quāuis hoc probabile sit, probabilitas tamen censeo non extendi ad commutandum. Ducor, quia *reg. Cui licet*, qua nititur prior sententia, locum habet, quādo minus continetur in maiori, tamquam pars in toto, vel species in genere, vt cōmuniter ibi tradunt DD. Et cōstat: nā potens ex priuilegio in irregularitate homicidii voluntarii dispensare, non poterit in irregularitate excommunicati celebrantis, quæ multo minor est. At cōmutatio nullatenus includitur in dispensatione. Quia hæc est in parte vel in toto obligationis dissolutio. At cōmutatio nullam prorsus vinculi dissolutionem importarat, sed trāslationē eiusdem vinculi voti in aliam materiam. Adde, ad commutationem materiæ promissæ in aliam æqualem (quod legitima voti commutatio exigit) non mediocrem petitiam desiderari. Qualis non exigitur ad dispensandū. Secundo, quia nō eo ipso quod potestas cōmutandi alicui auferretur, censeretur ablati dispensandi potestas (vt optime probat *Nauar. § In Lenit. notab. 27. n. 1. & seq.*) Cum tamen argumentum negatiue à minori ad maius valeat vt, non potest quis minus, ergo nec maius: perinde vt valet affirmatiue à maiori ad minus: potest quis maius, ergo & minus. Ergo eadem ratione, qua negatur valor prioris argumenti, eò quòd diuersa ratio sit in vtraq; potestate: negandus est posterioris valor. Et ita hanc partem sustinent *Nauar. ibi, & sum. c. 12. n. 79. Palacios 4. dist. 38. disp. 3. col. 37. vers. Et sane si amicus, Metina l. 2. summ. c. 1. f. 258. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 7. col. 10. vers. Denique, Azor l. 11. instit. moral. cap. 10. q. 4. & c. 18. quæst. 7. Lud. Lopez 1. p. instruct. cap. 50. paulo post princ.* At qui potest dispensare ex priuilegio, potest partim relaxare, & partim commutare. Tum quia potestas hæc partim commutandi includitur in potestate dispensandi, tamquam necessaria ad eam perfectè exercendam. Cum vniuersi auctores consulant ne omnino dispensatio voti concedatur, sed mixta aliqua commutatione. Quod & Pontifex ipse in omnibus votorum dispēsationibus obseruat. Tum etiam quia partim commutare non solum est quid minus, sed etiam in ipsa dispensandi facultate continetur, vt pars in toto. Nam dispensans diximit omnino vinculum, at commutans in parte, dissoluit solum in parte. Ita *Azor ibidem.*

Sextò deducitur, resolutio eius quæst. an habens facul- 16
tatem delegatam dispēsandi in votis, cave commutandi, habeat eandem subinde circa iuramenta soli Deo facta? Et quādo est potestas ea ordinaria circa vota, omnes fatentur extendi eam ad huiusmodi iuramenta. Sed de potestate delegata est grauis difficultas: & similis difficultas est, si votum iureiurando confirmetur. Quid ā ergo censent potestatem delegatam commutandi vota, qualis per bullam vel iubileum conceditur, non extendi ad cōmutanda iuramenta soli Deo facta: & idem censent de potestate dispensandi. Ducuntur primò, quia id iuramentū vltra vinculum expressum iurisiurandi, cōtinet implicitū voti facti Deo. At duo vincula sunt vno fortiora, *cap. 1. de tregua & pace.* Eoque fortius ratio hæc viget, quod priuilegia bullæ & iubilei sint stricte interpretanda (vt dixi n. 7.) Secūdò, quia obligatio voti & iuramenti sunt diuersæ speciei. Tertiò, quia nō est necesse vt sublata promissione, quæ est materia iurisiurādi ipsum quoque consequenter tollatur. Nam promissio, quæ est materia iuramenti metu extorti, ac soluendi vsuras, est irrita. Cum tamē maneat ius obligandi in iuramento, *c. Debitores, & c. Si vero, de iureiurand.* Et confirm. quia esto iuramentū vt accessoriū censeretur sublatum, ablato principali, quod est promissio, restaret probādum, posse tunc virtute eius potestatis delegatæ ad vota tolli eam promissionem. Quia dicam eam potestatem esse ad tollendum votum simplex: secus quando est altero iurisiurādi vinculo communitū. Tandem, quia dato iuramentum minoris obligationis esse quam votū, at non est pars voti, eiusve species. At cōcesso maiori nō censetur cōcedi minus, quod nec pars, nec eius est species (vt n. præc. diximus.) Huius sent. sunt *Nauarr. sum. Lat. c. 27. n. 275. vers. 16 & l. 2 cōsil. de iureiurādi in 1. edit. cons. 3. n. 6. in 2. cons. 2. n. 6. Azor l. 11. instit. moral. c. 10. quæst. 2.* Et hanc cū quadam distinctione sequitur *Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de clausibus *cap. 9. col. 5. vers. Ad punctum denique*, nimirum, vt sit vera quando iuramentum habet votum inclusum secus quando illud non tacite includit.

Aliis verò alia distinctio placet, nempe, si iuramentum 17
absolute fiat, facultas circa vota non extenditur ad iuramenta. Vt sustinet opinio præcedēs. Secus si prius emisso voto, statim vel ex temporis interuallo emittatur de eadem re iuramentum. Tunc enim facultas circa vota extenditur ad iuramentum. Quia sublato principali, cessat iuramentum vero accessorium. Sic tenent quidam neoterici, quos tacito nomine refert *Azor n. præcel. allegatus.*

Cæterùm quamuis hæ sent. sint probabiles, probabilius reputo posse ea iuramenta virtute talis priuilegii cōmutari, in eisve dispensari. Hanc sent. probant *Cajet. & Enriquez*, & ferè omnes DD. allegādi, eo quod concesso maiori, censeatur quoq; minus concedi, *Regula, Cui licet quod plus est, de reg. iur. in 6.* At vinculum iuramenti, vinculo voti minus est. At hæc ratio displicet. Quia cum iuramentum non sit pars nec species voti, non procedit ea regula, (vt dixi n. 5.) Sed ducor ad hanc sent. tenēdam, quod ad dispensandum in eis iuramentis, illave commutanda, nulla sit opus facultate circa ipsa iuramenta directe, sed satis sit facultas circa votum in eis virtute inclusum, quo sublato per dispensationem, aut eo commutato, ex consequenti & quasi per accidens destruitur vel commutatur iuramentum, vtpote quod innitebatur illi promissioni, tāquam fundamento. At id priuilegium, vtpote vniuersale extenderetur ad omnia vota, ac proinde ad id, quod vere est tale virtute inclusum in eis iuramentis. Ex consequenti ergo extenditur ad ea iuramenta. Secūdò, quia

dispositum in vno æquiparatorum censetur dispositū in altero. *l. Tantum ff. de seruo corrupt.* iunct. *l. Si quis seruo, C. de furtis.* Et docet *Glo. c. Si postquam, verb. Confirmationē, de elect. in 6.* quam commendat *Abb. c. 2. n. 10. de mutuo petit.* At quoad hæc priuilegia, vere æquiparantur huiusmodi iuramēta & vota. Quippe in eis priuilegiis conceditur facultas remittendi aut commutandi obligationem ex virtute religionis soli Deo tamquam creditori acquisitam: & solū spectatur, an etiam hominis ius comparatum sit: vt euenit in iuramentis homini præstitis. At tam voti quam iuramenti soli Deo præstiti obligatio tantum Deo acquiritur. Ergo facultas circa vota extenditur ad iuramenta hæc. Et ideo huius sent. fere expresse est *Caiet. 2. 2. q. 89. ar. 9. paulo post princip.* vbi negari nequit eum loqui de potestate delegata: cū dicat hæc verba: *Omnia iuramenta subsunt inferioribus Papa, quasi essent vota subessent eisdem. Quia cui concessum est posse ordinare in maius, & cessum quoque est posse in minus.* Vbi pondero ea verba, *Cui concessum est*, quæ potestatem delegatam important: item rationē, cui innititur, quæ procedit in potestate delegata. Nam posse Episcopum, cui incumbit ex potestate ordinaria, nō innititur ei rationi: potest enim similiter, quando vtrumq; vinculū expresse reperitur, cū tamen sit maius: sed innititur amplitudini eius potestatis ordinariæ. Idem tenet expresse *Stunica de voto, q. 5. nu. 41. Enrique. lib. 7. de indulgent. c. 30. n. 5. Emman. Sa sum. verb. Iuramentum. n. 31. & verb. Votum*, vbi de voti irrit. & dispensat. *n. 16. Aragon 2. 2. quæst. 86. a. 9. quatuor col. ante finem, versic. Dico quarto, & quæst. 88. a. 12. col. 6. dicto 1. Vivald. candel. sacram. 3. p. c. 14. n. 8. Manuel 1. tom. sum. secunda edit. ca. 192. concl. 10. nu. 30. & in bulla cruciata, §. 9. nu. 110. reg. 6. & addit. ad eum §. 9. n. 111. & q. regal. tom. 1. q. 63. a 5.*

19 Imo si priuilegium esset ad iuramenta soli Deo facta, id crederem extendi ad vota. Quia licet non militet tunc prior ratio adducta n. præced. cum tūc principalis sit voti obligatio, ad quam debet esse extensio: at militat posterior, nempe hæc æquiparari quoad dispensationem & commutationem.

20 An vero possint virtute eiusdem facultatis commutari aut relaxari iuramenta, in quibus est turpitudo ex parte recipientis. Qualia sunt metu extorta, aut soluendi vsuras dixi lib. 1. disp. 32. n. 17.

21 At vrgentior difficultas est, quando adsunt expresse votū & iuramentū eiusdem rei. Quidam negant facultatem delegatā ad vota extendi ad hæc duo vincula. Quia sunt duo vincula expressa, quæ aperte maiora sunt vnico concesso. Et confirm. quia *D. Thomas 2. 2. q. 89. a. 9. ad 2.* ait iuramentum addi voto, vt per duas res immobiles maior firmitas habeatur. Et *Sotus l. 8. de iust. q. 1. art. 8. ad 2.* ait, licet vinculum iuramenti sit minus, additum voto nexum facere implicitiorem. Tādem quia ideo Soc. Iesu, cui Paulus III. concesserat facultatem commutandi vota, impetrauit à Greg. XIII. vt id priuilegium extēderetur ad vota iureiurando firmata, vt constat ex *compendio priuil. verb. Commutatio, §. 1.* Sic tenent *Enrique. l. 7. de indulg. c. 50. nu. 5. Azor l. 11. instit. moral. c. 10. q. 2. & c. 18. q. 16. & c. 19. q. 19. Manuel in bulla cruc. §. 9. n. 110. & in 2. tom. sum. c. 100. fin. & q. regal. to. 1. q. 63. a. 5. Sorbum in compend. mendicantium, verb. Absolutio, quoad seculares, in resolutionib. quas ibi ponit, concl. 8.*

22 Alii verò absolute docent eum, qui potest vota cōmutare, posse etiam licet sint iuramento firmata. Sic *Emman. Sa summa. verb. Votum*, vbi de voti irritatione & dispensat, n. 6. Et potest probari, quia cum virtute eius priuilegii possint commutari & iuramenta & vota in diuersis personis, poterunt quoque in eadem persona concurrentia, iuxta doctrinam, quam nu. 18. amplectemur. Secundò, quia æquiparantur vota & iuramenta quoad hoc (vt nu. 18. diximus.) Tertiò, quia perinde est, ac si idem votum repeteretur. At nullus dubitaret posse virtute eius priuilegii hoc votum commutari.

23 Verum sic distinguendum existimo. Si iuramentū præstetur ad voti emissi cōfirmationem, tunc priuilegiū commutandi aut relaxandi vota extenderetur ad ea sic iureiurando munita. Et in hoc casu erit vera sententia, nu. præc. allegata. Et sustinet *Manuel addit. ad bullam cruciatam, §. 9. n. 111.* Ducor primo ratione nu. 18. proposita: tunc enim iuramentū est voto accessoriū, ac proinde satis est sola potestas ad tollendū voti vinculum, quo sublato cessat iuramentum. Si vero non præstetur iuramentum in voti confirmationem, sed independēter ab illo, vt si quisquā prius iurauit ieiunium, & postea vouit idem: sed si prius id vouit, & postea iurauit, non quasi votum confirmās, sed vel eius immemor, vel omnino independenter, tunc priuilegium erga votum minime extenderetur ad votum & iuramentum simul. Quod probant argumenta n. 21 proposita: & in hoc casu est vera sententia ibi relata. Cum enim sint duo vincula diuersæ speciei, nec vnum pendeat ab alio, vt sic illo sublato cesset, fortiora sunt vno solo, quod priuilegium concedit. Ergo id priuilegium non extenditur ad vtrumque. In dubio autem an iuramentum posterius emissum, sit præstitum ad solum confirmandum votum, credo sic præsumi. Quod semper soleat sic præstari, quoties votum præcessit. Sicut quando votum reperitur. Quare priuilegium concessum circa vota, extenderetur in eo dubio ad votum simul cum iuramento.

Ex his colligetur, an dispensatio voti tacito iuramēto, vel iuramenti tacito voto: vel si falso dicatur votum emissum, cum sit iuramentum: vel falso iuramentum, cum sit votum: vel non tātum alterum eorum taceatur, sed falso affirmetur esse tantum alterum cum tamen sit vtrumque vinculum, sit subreptitia? Et videtur talis. Quia cum sint diuersa vincula, dispensatio in altero vinculo falso allegato, non extenderetur ad alterum verum: vel in vno solo verè allegato, non extenderetur ad vtrumque reuera concurrens. Eo vel maxime quod dispensatio sit odiosa, & stricti iuris, nec ad separabilia extēdatur (vt diximus *disp. præc. n. 10.*) At votū & iuramentū posse separari constat. Et cōfirmatur, quia dispensatio in consanguinitate falso allegata, cum reuera sit affinitas, erit subreptitia. Secūdo, quia est taciturnitas veri necessarii ad dispensationē: vel expressio falsi circa necessariā eius materiam. Cum vtrūque vinculū dispensatione indigeat. Nec dispensantis intentio extenderetur ad vinculū, quod vere ignorat. Sed sic distinguendum credo: Si sit solum votum, vel solū iuramentum Deo factum, valebit dispensatio, vtrumuis falso loco alterius exprimatur. Quia sunt quoad hæc æquiparata (vt n. 18. diximus) nec ad dispensationem refert vtrūlorū sit, sed sola spectatur obligatio ex religionis vinculo Deo facta. Quare mendacium non erit circa quid substantiale dispensationis: & sic nō vitiabit (vt suo loco dicemus.) Idem existimo, si iuramentū & votū expresse facta de eadem re concurrant quando iuramentum fuit ad voti confirmationē modo, quem n. præc. explicaui. Quia cessat iuramentū (vt dixi n. præc.) Atq; proinde valida erit dispensatio, siue solum votum exprimatur, tacito aut negato iuramento: siue solū iuramentum (quod vt constat, habet in se inclusim promissionem) tacito aut negato voto. Quippe ea taciturnitas aut falsitas non est circa dispensationis substantialia. At quando iuramentum nō est in voti confirmationem, sed independenter ab illo emissum, oportet, ne dispensatio subreptione notetur, vtriusque vinculi mentionem fieri. Et hanc partem probāt rationes n. præced. adductæ. Argumenta soluuntur n. 26.

Quando autem non nouum vinculum additur, sed idemmet repetitur, vt idem votum aut idem iuramentū: absque dubio non opus est mentionem repetitionis in dispensatione fieri. Quod millies repetitum nullam nouam obligationem inducat, sed solam pristinam confirmet, vt optime docet *Azor lib. 11. instit. moral. cap. 14. qu. 1. & probaui l. 7. disp. 27. n. 25.* 24

Ad argum. n. 16. proposita resp. Ad 1. dic id concludere, si vtrumque vinculum æque & directe soluendum esset: at vt soluatur alterum directe, quo sublato soluitur aliud ex necessaria sequela, nō requiritur maior potestas. Nec 25

obstat

obstat eas potestates esse odiosas ac restringendas. Quippe in hoc euentu nulla est potestatis illius extensio. Cum ad alterum tãtum soluendum data sit, quo sublato cessat reliquum. Ad 2. dic nil obstare esse diuersas species: tum quia quoad dispensationem æquiparantur omnino (vt n. 18. probaui.) Tum etiam quia per facultatem circa vota, nil conceditur directe, & per se circa iuramentũ confirmans illa, sed indirecte, quatenus qui liber est à voto, est subinde liber à iuramento illud confirmante. Ad 3. dic duplex esse iuramentum: quoddam quod nõ est accessoriũ promissioni, nec illam confirmat, nec ex ipsa vim obligandi sortitur, sed ex sola Dei reuerentia, qui adductus est in testem. Et huiusmodi sunt iuramenta, in quibus ex parte recipientis adest turpitudo. Quare cum hæc nõ sint accessoria promissioni, nec ex ipsa vim obligandi habeãt, non cessat eorum obligatio, quamuis cassa sit promissio. Quod si velis probare, esse accessoria promissioni: quia eo cui fit remittente illam, cessat eorum obligatio. Dico id non euenire, eo quod sint accessoria promissioni: sed quia tota res promissa cedit in vtilitatem eius, cui promittitur, quare illo remittente cessat fides seruanda diuino testimonio. Aliud vero est iuramentum, quod totam vim obligandi habet ex promissione facta Deo, & est ei accessorium, illamque confirmat, vt est iuramentum soli Deo præstitum, de quo in præsenti agimus: & hoc pendet ex promissione principali, vtpote ipsi accessorium, & ea destructa per dispensationem, aut commutationẽ, ex ne-cessaria consequentia destruitur. Ad confirm. dic non ad cessaria consequentia destruitur. Ad confirm. dic non ad libitum affirmari esse tunc potestatem circa votum. Cum enim iuramentum non sit principale, sed accessorium, id non spectandum est, ad indagandam potestatem. Quia sequitur naturam principalis, & eo sublato tollitur, *reg. Accessorium, de regulis iuris, in 6.* Ad vltimũ dic, nos minime vti eo argumento, imò illud n. 18. reiecimus. Ad argum. n. 21. proposita respondetur. Ad 1. dic id cõcludere, quando sunt ex æquo ea vincula. Quod nos n. 15. falsi sumus. Sed quando est accessorium: tunc enim non est necessaria directa potestas in votum & iuramentum, sed in illud solum quo sublato cessat hoc. Ad confirm. fateor maiorem esse obligationẽ, etiam si iuramentũ sit voto accessoriũ: at quia tunc sublata vòti obligatione tollitur & iuramẽti, satis est potestas ad votum. Ad vltimũ dic, merito id priuilegiũ obtentum esse, tum ad vitandos scrupulos, qui ex opinionum circa hoc varietate suboriri possent: tũ etiam quia deseruit, vt virtute illius possint commutari vota iurata, etiã quando vtrumq; vinculum ex æquo obligat. Ad argumenta n. 22. adducta respondetur. Ad 1. dic eam doctrinam procedere, quando æque haberet quispiã potestatem in votũ & iuramentum: aut hoc esset accessorium ad votum. Secus quando non ex æquo hoc habet, sed ratione voto. Secus quando non ex æquo hoc habet, sed ratione æquiparationis voti & iuramẽti inter se, potẽs in vno potest in alio: tunc enim cũ vtrũque vinculum non æquiparetur alteri soli, sed illud excedat, nec iuramentum sit voto accessorium, sed ab eo independens, potens in alterum seorsum, nequit in vtrumque simul: vt potẽs ex priuilegio dispensare in secũdo consanguinitatis gradu, potest à fortiori in tertio, at nequit quando vterque gradus concurrit. Quia nõ habebat potestatem in vtrumq; directe, sed per quandã consequentiam. Ad 2. constat ex dictis, sed per quandã consequentiam. Ad 2. constat ex dictis in proxima solutione. Ad 3. dic votũ multiplicatum nõ addere nouam obligationem, sed solã præteritã confirmare: secus de iuramento addito voto. Ad argum. posita n. 24. resp. Ad primũ dic, licet sint diuersa vincula, esse quoad dispensationem prorsus æquiparata: & ideo non esse mendacium in substantia, si vnum vice alterius exprimatur. Et cum iuramentum sit accessorium voto, & sat sit dispẽsatio in voto expresso, vel in sola promissione in iuramento inclusa, satis erit alterum explicari, quamuis sint separabilia: nec hoc est dispensationis extensio, vt proxime diximus. Secus quando sunt diuersa vincula nõ æquiparata, vel duo sine vlla alterius ab altero dependentia. Ad confirm. dic non esse simile: quia ea sunt prorsus diuersa impedimenta. Ad 2. constat ex dictis.

Vltimò deducitur, quid dicendũ sit in ea celebri quæ- 27
stione, an potens ex priuilegio legitimare adulterinum & incestuosum, possit quando vtrumque vitium in eadem persona concurrit? Quidam negant. Id probant primo ex *l. Vim passam, 39. verb. Præscriptione, ff. ad l. Iul. de adult.* vbi: *Præscriptione quinque annorum crimen incesti iunctum adulterio non excluditur.* Vbi *Glossa v. Iunctũ*, ait separatũ tolli: vt expresse habetur *l. Mariti, 29. vers. Hoc quinquennii. ff. eod. tit.* Secundo ex *l. Adeo, vers. Cum quis. ff. de acquir. rerum dom.* in. vbi habetur id, quod mixtum est, diuersam per se speciem constituere. Tertio, quia potestas legitimandi non est fauorabilis, sed odiosa. Quod ex eo constat, quod princeps protestetur se nolle hanc potestatem exercere, ne delinquẽdi ansa præbeatur. *§. fin. auth. quib. mod. natur. effic. sui.* Cum ergo transeat in delegatum cum omnibus suis qualitatibus (vt notatur *l. Pomponius, 13. §. Cũ quis adminiculo, ff. de acquir. possess.*) erit quoque odiosa in persona delegati. Quarto, quia cõcesso minoti non censetur maius cõcessum. *c. Porro, de priuileg.* at natus ex adulterio & incestu simul, odiosior est nato ex altero solo. Nam duplex funiculus strictius ligat. *c. 1. de treg. & pace.* Et confirm. quia grauius punitur cõmittens adulterium cum incestu, *l. Adulterium cum incestu, in princip.* vbi *Bartol. ff. ad l. Iul. de adult.* Quinto, quia legitimatio numeratur inter principi reseruata, *§. final. auth. Quibus modis natur. effic. sui*, quæ numquam in generali concessione comprehenduntur, nisi exprimantur, *c. Quod translationem, de offic. deleg.* Expressione ergo facta huius potestatis in aliquibus casibus, non veniunt maiores expressis, *Clem. Non potest, de procur.* Hæc sent. definita est in quadã disputatione Bononiæ habita, vt referũt eam tenentes *Calderinus in sua disp. incipienti, Papa concessit Ioan. Andr. addit. ad Speculat. rubr. qui fil. sint legit. verb. Ipse soluit. Archid. c. Virgines, nu. 2. 27. q. 1. & ibi Bellamera n. 2. Anchar. reg. Accessorium, n. 28. fin. de regul. iuris, in 6. Dominicus c. Susceptum n. 5. vers. Nota quod, de rescript. in 6. Roman. cons. 408. n. 14. Alex. cons. 62. n. 17. vol. 3. & cons. 144. n. 4. vol. 5. Barthol. Socin. l. 2. in fine princip. ff. de verb. obl.* vbi *Iason n. 4. Aretin. n. 1. Molineus nu. 56. & 60. idem Aretinus c. At si clerici, §. De adulteriis, n. 37. & 38.* vbi *Imola fine, de iudicis, & ibi Bellamera nu. 36. q. 11. Additionat. ad Decium ibi, in noua edit. n. 114. verb. Cõcursum. Fortunius* latissime disputans *l. Gallus, §. Et quid si tantum à n. 152. ff. de liber. & posth. Lud. de Sardis, tract. de naturalibus liberis 2. p. tit. de legitimatione per rescriptum, in fine. Euerardus loco ab æquipollentibus, nu. 16. & loco à vi geminationis, num. 12. Sarmiento lib. 5 select. super dict. l. Gallus, §. Et quid si tantum, n. 38. Gutierrez alleg. 3. nu. 20. Borgasius de irregul. 2. p. tit. de interpret. & dispensat. nu. 11. Gallego de cognat. spirit. c. 14. n. 15.*

Quamuis tamen hæc sent. sit valde probabilis, contra- 28
riam probabiliorem reputo: posse, nimirum, virtute illius facultatis legitimari vtroque vitio laborantem. Ducor, quod in materia fauorabili sub simplicibus contineatur casus mixtus, secus in odiosa, vt docet *Bart. l. Gallus, §. Et quid si tantum, n. 3. ff. de liber. & posth.* sic concordans text. in *l. Vim passam, vers. Præscriptione, ff. ad l. Iul. de adult.* qui decidit sub simplici non comprehendi mixtum: & *l. Si ita, in princ. ff. de lib. & posth.* qui decidit sub simplici mixtum claudi: vt prior in materia non fauorabili, posterior autẽ in materia fauorabili intelligatur. Cum ergo quæstio nostra loquatur in potestate legitimandi, quæ Principis beneficiũ fauorabile est, fiet largissima interpretatio. Iuxta dicta disp. præc. n. 4. Et ita hãc partẽ sustinent *Bartol. l. 2. in princ. n. 2. ff. de verb. obl. & ibi Imol. n. 2. Alex. n. 5. Alciatus n. 44. & 55. Zasius n. 16. Roman. n. 62. Angelus Perusinus n. 2. Gabriel. nu. 14. idem Angelus l. Clemens, in fine ff. de hæred. instit. & d. l. Si ita, in princ. n. 4.* vbi *idem Alex. n. 3. Abb. c. fin. n. 5. de simon. Bald. d. l. Si ita, in fine princ. & Instit. de actionibus, §. 1. nu. 1. Barth. Socinus, cons. 3. n. 14. vol. 3. Decius c. At si clerici, §. De adulteriis, in noua edit. n. 130. de iudic. & ibi Alex. de Neuo n. 23.* vbi *Abb. n. 11.* quẽ sequitur *Felin. c. fin. num. 8. de simon.* dicit de æquitate videri hanc sententiam veram, licet attento iuris rigore forte opinio cõtraria sit verior. Eandem tenent *Ananias cons. 95.*

visis & ponderatis, in fine, Curtius Iunior cons. 75. num. 8. Angelus verb. Dispensatio, n. 9. vbi Syluester qu. 5. n. 10. Mandosius reg. 10. Cancellar. q. 3. n. 10. Spino speculo testam. gloss. 16. num. 147. & ex Theologis, Enriquez l. 14. de irreg. c. 8. nu. 10. Emman. Sa sum. verb. Dispensatio, n. 7. Et eandem sequitur aliqui cum quadã limitatione, nempe, vt vera sit, quando de præiudicio tertii non tractatur, secus si in tertii præiudicium cederet. Et ponit exemplum Couar. statim allegandus, vt si cognatis hæreditatem defuncti intestati iure optimo petentibus esset legitimatio faciendi: vel si extarent filii legitimi adhuc ipso patre viuente (quamuis alii DD. huius limitationis allegandi solum reputẽt in præiudicium tertii cedere legitimationem, quãdo fit post parentis obitum.) Et ratio huius limitationis (quam verissimam reputo) est, quia potestas legitimãdi & dispensandi inter odiosa & restringenda numerãtur, quando in tertii damnum pullulãt, (vt diximus n. 3.) Auctores huius limitationis sunt Anton. cap. Per venerabilem, n. 13. qui filij sint legit. & ibi Alexand. de Neuo, n. 52. Præpos. ibi, §. Quod autem, n. 13. fin. Paulus d. l. 2. in princ. n. 4. Felin. c. At si clerici, §. De adulteriis, n. 8. ad finẽ, de iudic. & c. Postulasti, num. 11. vers. Secundus casus est, de rescript. Iason Instit. de actionib. §. 1. n. 31. & ibi Angelus nu. 3. Antonius de Rosellis tractatu de legitimatione, l. 2. t. de causa maternali, num. 2. vers. Sed iuxta ista quero. Milus in repertor. lit. F. nu. 12. verb. Filius, vers. Filius qui est spurius, Gambara de auctoritate legati, l. 10. nu. 202. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. n. 9. Et hanc se quendã esse limitationẽ, adhuc retenta hac posteriori sent. affirmat Aretin. dict. l. 2. in princ. n. 1. & Minchaca de successionum creatione l. 2. §. 22. n. 51. fine, dicit saltem in hoc casu hanc sententiam esse verissimam. Quamuis immerito hanc limitationem reprobent Iason d. l. 2. in principio, n. 4. fine, & ibi Alexand. n. 6. & l. Si ita, in prin. n. 3. ff. de liber. & postum.

29 Intellige tamen hanc sententiam, quando in fauorem legitimati conceditur hæc facultas legitimandi: secus quando in ipsius legitimandi fauorem. Ratio est, quia in priori casu est ample interpretanda: in posteriori autem stricte, vt diximus n. 6. & tenet Iac. de Puteo ibi alleg.

30 Tandem quando potestas legitimandi concessa alicui loqueretur de spuriis, nulla limitatione apposita: cũ spuriũs sit terminus generalis comprehendens sub se omnes spurii species (vt tradit Bart. l. fin. in princ. n. 1. ff. de his quib. vt indign.) extenderetur etiam ad casum mixtũ, eo vel maxime, quod potestas hæc sit fauorabilis, & late interpretãda. Et quamuis aliqui respondeant spurium esse terminum generalem respectu casus simplicis, & non mixti. Sed hoc reprobat Decius statim allegandus. Quod natura generis sit includere quamlibet speciem, l. Si quis sic stipulatur ff. solut. matrim. & l. 2. §. Doli. ff. vi bonorum rapt. vbi Bartol. Et casus mixtus aut cõstituit tertiã speciem, & tũc talis sub genere cõprehenditur: vel si nõ cõstituat nouam speciẽ, applicatur simplicibus, argumento ex l. Queritur, ff. de statu hominũ, & sic semper sub genere includitur. Et ita hãc partem sustinent Decius c. At si clerici, §. De adulteriis, in noua edit. nu. 114. & duplici seq. ne iudic. & ibi Aretinus n. 42. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. n. 8. quamuis minus bene teneat contrariũ Alciatus l. 2. in princ. n. 41. & 42. vers. Ex supra dictis ff. de verb. obl. dicens in potestate legitimandi spurium non claudi mixtũ.

31 Ad arg. n. 27. proposita resp. Ad 1. cõstat ex dictis n. 28. vbi eum textũ in non fauorabilibus procedere diximus. Ad 2. respõdet Bart. l. 2. in princ. n. 2. ff. de verb. oblig. eã legem nõ facere ad rem: quia in ea agitur quãdo ex cõmixtione mutatur rei substãtia: vt si ex duplicis speciei materia quædã tertia species confletur. At in nostro casu eadẽ species manet. Ad 3. dic cũ Barth. Socino d. l. 2. in princ. n. 14. id tantũ probare, exercitium legitimandi esse odiosum, tã in principe, quam in delegato: secus de potestate. Sicut licet dispensatio ipsa sit odiosa, at potestas dispensandi est fauorabilis. Ad 4. & confirm. & 5. omissa solutione Decii c. At si clerici, §. De adulteriis, in noua edit. n. 120. de iudic. quam bene reprobat Gabiaula d. l. 2. in princ. nu. 14. & 15. respondetur cũ ipsomet Gabiaula, quamuis mixtum maius & odiosius sit duobus simplicibus seorsum sumptis, & concesso minori non censeatur regulariter concessum quod maius est: at hoc fallit, quando agitur an disponens de duobus simplicibus separatis, censeatur idem disponere de ipsis vnitis. Nam in materia fauorabili dicendum est sub illis simplicibus comprehendi mixtum, vt probaui n. 28.

DISPVTATIO III.

An dispensatio personarum distinctionem exigat, ita vt nequeat à prælatis erga semetipsos exerceri in iis, in quibus possunt cum subditis dispensare?

SVMMARIVM.

An dispensationem impropriam possint prælati erga se exercere n. 1.
An dispensatio generalis concessa à prælatis, ipsos quoque comprehendat n. 2.
An possint committere confessario, vt cum ipsis dispenset n. 3. & ibi an oporteat vt sit proprius illorum confessarius: vel illis iniungat satisfi
An possint secum proprio dispensare? Refertur duplex opinio, n. 4. & 5.
Romanus Pontifex potest secum dispensare, n. 6.
Idem de Principe seculari, n. 7.
Idem de Episcopo & prælatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, n. 8.
Idem de prælatis regularibus etiam localibus: & an hi habeant iurisdictionem quasi Episcopalem in subditos, n. 9.
Idem de habente potestatem delegatam dispensandi cum communitate cuius ipse est pars n. 10.
An idem dicendum sit de habente limitatam potestatem dispensandi cum certis personis, vel certo personarum numero n. 11.
Satisfit argumentis, n. 12.

PRÆMITTENDVM est, duplicem esse dispensationem, 1
quædam est proprie dicta, quæ est verationis relaxatio, & proprie actus iurisdictionis. Alia improprie, quæ potius dicitur licentia quædã, seu facultas: estque consensus quidam, seu approbatio superioris, non relaxans obligationem legis, vt quando in constitutionibus regularium præcipitur, ne aliquid fiat absque superioris licentia, non intendunt cõstitutiones id opus omnino interdicere, sed tantum ne fiat sine ea conditione: nec licentia illa est proprie actus iurisdictionis, sed cuiusdam superioritatis, & de hac impropria dispensatione loquamur, verissimũ est, ac communi religionum vsu receptum, vt possint prælati secum dispensare, vtendo, nimirum, licentiis, quas dare possunt suis subditis. Quippe expedit vt ii, qui alijs facultatem facere possunt, sibi quoque facere possint: ne sint peioris conditionis quam subditi, nec enim habent superiorem, quem facile adire valeant. Et ita docent D. Th. 2. 2. q. 185. a. 8. Turrecr. c. De monachis, 16. q. 1. D. Anton. 3. p. t. 20. c. 2. §. 7. Angelus verb. Monachus, n. 7. Sylu. verb. Religio, 6. qu. 10. & Religio, 7. q. 12. & Testamentũ, 2. q. 2. dicto 1. Tabiena verb. Episcopus, q. 6. & ibi Armilla n. 8. Viguer. lib. institut. c. 17. §. 1. vers. 22. Corduba addit. ad Collectorem compendij mendicantium, verb. Accedere ad monasteria monialium, ad fin. Manuel q. regular. to. 1. q. 45. a. fin. & hi duo reprobant Collectorem eo verb. Accedere ad monasteria monialium, q. vlt. vbi male negauit posse religionum prælatos sibi facultatem concedere in iis, in quibus possunt suis subditis concedere.

Secundo nec dubitandum est, quin quãdo in vniuersum dispensant prælati cum subditis in aliqua lege, hæc 2
dispensatio ad ipsos quoq; prælatos extẽdatur, vt si prælatus religionis iusta causa dispẽset, vt aliqua die ieiunij carnes comedat totus cõuentus, aut non ieiunet: vel Episcopus cum tota ciuitate, poterunt quoq; ipsi eadẽ dispensatione vti. Quod hoc nõ sit directe vti iurisdictione in seipsum, sed quasi indirecte, vtẽdo dispensatione in vniuersum cõcessa. Sicut DD. cõmuniter, 4. d. 20. admittunt prælatos cõcedentes generaliter indulgẽtias, posse quoq; illis frui. Ne peioris cõditionis sint, quam subditi. Et ita in propriis terminis tamquã rem certã tradũt Soto 4. d. 21. q. 1. a. 4. in fine corp. Lud. Lopez 2. part. instruct. vbi de indulgent. c. 5. col. 31. vers. Sed vtrum indulgentia. Quamquam id pauci negarent, id quoque indulgentiis non admittentes.

Tertio dubitandum quoque non est, posse prælatos 3
suo cõfessario cõmittere, vt cum ipsis dispenset in iis omnibus, in quibus possunt cum subditis ipsi dispensare. Ne de eo-

deterioris conditionis subditis sint. Cum subditi præ manibus habeant prælatum potentem cum illis dispensare. Atque durissimũ esset cogere prælatos soli Pontifici summo subditos ipsum adire, ad quamuis dispensationem obtinendam. Et ratio est, quia non repugnat quempiam huiusmodi iurisdictionem in semetipsum exercere, etiam in absolutione sacramentali, committendo cõfessario vt ipsum prælatum absoluat: vt constat ex cõmuni & verissima sententia asserenti cõfessarium Pontificis ab ipsomet sortiri iurisdictionem ad illum absoluendum. Ergo à fortiori id non repugnat in dispensatione. Item quia dum *c. fin. de pœnitent. & remiss.* indulgetur Episcopis & prælatis exemptis posse eligere sibi cõfessarium; quamuis ibi textus de sola absolutione sacramentali mentionem faciat: at mens eius fuit his prælatis prospicere in omnibus, per illum confessariũ, quæ possunt ipsi in subditos exercere. Et ita loquentes de Episcopo fatentur *Palud. 4. d. 38. q. 4. a. 4. concl. 4. n. 41. Gabriel 4. dist. 17. q. 2. a. 3. dub. 2. in princ. D. Anton. 3. p. t. 17. c. 2. §. 2. Siluest. in princip. Angelus verb. Confessio, 3. nu. 7. Sylu. verb. Confessor, 1. q. 9. Tabiena verb. Absolutio, nu. 37. qu. 17. Maiolus l. 2. de irregular. c. 2. n. 12. & lib. 5. c. 51. n. 7. Enrig. l. 6. de pœnit. c. 4. n. 3. in comment. lit. I. & c. 7. n. 5. in comment. lit. B. & l. 7. de indulgentiis c. 28. n. 1. in commeut. lit. H. Anton. Gomez in exposit. Cruciatæ clausula 10. nu. 85. Sayro in thesauro casuum, to. 1. l. 7. c. 14. n. 5. Emm. anuel Sa sum. v. Confess. nu. 16. vers. Confessor Episcopi, & verb. Religio, n. 47. vers. Prælati in religione.* Et idem docent *Enriquez & Emmanuel Sa eisdem locis* (& merito) de prælatis religionis. Potest enim confessor ab ipsis electus, ex eorum commissione cum ipsis dispensare in omnibus, in quibus ipsi prælati possunt cum subditis. Et bene addunt *Maiolus, & Sayro ibid. & Suarez de censur. disp. 41. sect. 2. n. 9.* dicens id decreuisse congregationem Cardinalium, idem dicendum esse de cãsibus occultis concessis Episcopo, in *Trid. sess. 24. c. 6. de reform.* Si enim Episcopus in eos incidat, potest absolutione & dispensatione sui cõfessarii ad id electi ab ipso vti. Neque existimo oportere vt prælatus illi sacerdoti fateatur, aut illi intendat fateri: sed satis est, vt ipsi concedat absolutionis sacramentalis impendendæ ipsi prælato licentiam: vel aliàs sacerdos ille iurisdictionem habet audiendi confessionem illius prælati, aut illum eligat ad hanc solam dispensationem faciendam. Quia iurisdictio illa cum prælato dispensandi, sicut & absoluendi, ab ipso prælato emanat: vel à Pontifice, qui *c. fin. de pœnit. & remiss.* concessit prælatis exemptis posse eligere confessores.

4 Difficultas autem tota eo pertinet, an possint prælati secum directe, & vere ac proprie dispensare, verbi gratia, in votis irregularitatibus, præceptis Ecclesiæ, atque in cæteris omnibus, quoties id possunt cum subditis: Et potest quidem hoc controuerti tam de summo Pontifice, quã de aliis prælatis inferioribus. Diuersimode enim loquuntur DD. de his. Et primo id generaliter negãt, exptimentes etiam summum Pontificem, *Anton. c. 1. n. 10. de dispens. & ibi Imola n. 7. Alex. de Neuo nu. 66. Bertius nu. 108. Decius cons. 151. n. 10. vol. 1. Supplement. Gabr. 4. d. 38. q. 1. a. 5. col. Antepenul. vers. Si quæritur an quispiam.* Et potest id probari primo. Quod nemini auctoritatem in proprio facto præstare integrum sit, *l. 1. ff. de author. & consens. tutor.* ibi: *Regula est iuris ciuilis in rem suam auctorem tutorem fieri non posse.* Et *clem. 2. de rebus eccl. non alien.* vbi decernitur valere vnionem alterii Ecclesiæ vel singulari, præbendæ capituli factam per episcopum, de consensu capituli; secus si ipsi capitulo vnio fiat. Cuius rationem reddit *ibi Glossa, verb Capitulo*, quod in priori casu non præster auctoritatem capitulum in facto proprio, secus in posteriori. Secundò, quia idem super semetipsum iurisdictionem exercere nequit, *l. Ille à quo, vers. Tempestiuum. ff. ad Trebel. & l penultim. ff. de recept. arbit.* & docent D. *Thom. 4. d. 20. qu. 1. art. 5. quæstiunc. 4. dub. 1. Angelus ibi, 2. p. vbi de indulgentiis, 4. 3. diffic. 2. dub. vnico.* Et ita *Durand. 4. d. 20. q. 5. n. 6.* ne contra fere omnes tueatur indulgentias non posse cõparari ad eas concedenti, quasi coactus asserit concessionem indulgentiæ nó esse actum iurisdictionis, sentiens adeo repugnare vsum iurisdictionis erga semetipsum, vt nec vsum illum indirectum admittere velit. At dispensare cum aliquo est erga eum iurisdictionem exercere. Dispensatio enim propria est actus iurisdictionis. Ergo nec Pontifex valet secum dispensare. Et confirm. Quia dispensare est actus superioris in subditum, atque ideo dispensatio non subditis minime prodest. Atnemo seipso superior esse potest. Tertio, quia eiusdem est ligare & soluere, *c. Inferior, d. 21. & c. Cum inferior, de maior. & obed.* At nemo potest se lege aliqua ligare, vt constat etiam de supremo Principe, quem suis legibus quoad vim coactiuam non ligari docent vniuersi. Nec igitur poterit se ipsum à legis obligatione absoluere, secum dispẽsando. Quarto, idem constat ex *c. fin. de iudic.* vbi decidit tur eum, qui beneficiũ conferre potest, nõ posse seipsum instituere. Et redditur ratio his verbis: *Cum inter dantem & accipientem debeat esse distinctio personalis.* At dispensans est beneficium dispensationis impertiens: is vero cum quo dispensatur, est id beneficium recipiens. Et confirm. quia communis Theologorum sent. *4. d. 20.* sustinet, nec Romanum Pontificem posse sibi indulgentias concedere. Cuius rationem reddit *ibi Palud. q. 4. a. 3. n. 49. conclus. 5.* eo quod inter dantem & accipientem debeat esse distinctio personalis. Et hæc sententia probabilis est.

5 Alii autem soli Rom. Pontifici concedunt posse secum dispensare, negantes id prælatis aliis inferioribus. Ducũtur, quod in prælatis inferioribus non reperiatur plenissima potestas, qualis est in Pontifice, sed habeant potestatem immediate deriuatam ab illo, iuxta veriorem sentẽtiam. Neque vrgeat necessitas in eis, quæ cogit id Pontifici concedere. Hic enim caret superiore, quem adeat secũ dispensaturum. At illi Pontificem habent. Et confirm. ex *c. Magna de voto*, vbi Innocentius III. loquens cũ Trecensi Episcopo, qui peregrinationem, ob certam causam quæ iam cessarat, vouerat, quasi ipsum laudans ait noluisse illum absque Sedis apostolicæ cõsilio, voti obligatione se exemptum iudicare, vbi *Glossa verb. Consilio*, ait, & bene: *Quia nemo iuramentum vel votum suum debet interpretari.* Secudo, quia cum dispensatio sit in lege superiorus, nequeunt prælati eam potestatem secam dispensandi habere, nisi ex præsumpta superioris commissione. At ratio dictat eã commissionẽ non præsumi. Cum nó expediat eos ea potestate in semetipsos vti: cum per confessorẽ possint sibi ipsis consulere, vt numero 3. diximus. Et confirm. quia ideo potest superior in voto subditi dispensare, quia ea voluntas, qua se obligauit, erat superiori subdita. At voluntas prælati sibi non est subdita; ergo nequit secum dispensare. Et ideo hanc partem expresse videntur tueri *Felinus c. 2. n. 20. de sponsal. & c. 1. nu. 33. de constit. & ibi Decius in 2. lectura, in noua edit. nu. 24.* vbi tamquam quid speciale asserunt posse Pontificem se à proprio iuramento absoluere, quod careat superiori: nec ligetur iure põtificio petenti distinctionem inter dantem & accipientem. Et expresse tenent *Abbas c. Magna, nu. 1. notabili 1. de voto, & c. At si clerici, §. De adulterio, n. 10. de iudic. & ibi Anton. n. 17. Decius in noua edit. n. 109. Alex. de Neuo nu. 17. Hippolytus nu. 101. Molin in repertorio, lit. D. n. 23. verb. Dispensatio, vers. Dispensare potest contra propriam. Henricus Bottaus tractatu de Synodo Episc. 2. p. a. 4. n. 13. Rosel. verb. Votum, 5. n. 2. Angel. verb. Votum, 4. n. 7. Syluester verb. Votum, 4. q. 3. fine, Tabiena verb. Iurare, q. 20. nu. 21. Paullus Burgasius de irreg. p. 6. tit. de voto, n. 161. Anton. Gomez in exposit. Cruciatæ clausula 10. n. 87.* Et ex Theologis *Paludan. 4. d. 20. q. 4. a. 3. concl. 5. n. 49. & d. 38. q. 4. a. 4. concl. 4. n. 41. Enriquez tribus locis quos a. 3. allegaui. Axor lib. 5. institut. moral. ca. 15. q. 6.* Et loquentes de religionum prelatis negant secum posse dispensare *Collector priuilegiorum mendicantium, verb. Accedere ad monasteria monialium, q. vlt. & ibi Corduba in additionibus, ad finem, Manuel q. regular. 1. tom. q. 45. a. fin.* Limitant tamen hoc *Decius d. §. De adulterio, n. 109. & ibi Hippolytus n. 105. Palud. 4. d. 38. q. 4. a. 4. concl. 4. nu. 41. Corduba proximè allegatus*, nisi periculum ex mora abeundi superioris immineret. Obserua etiã omnes hos Doctores expresse nega-

re hanc potestatem in prælatis inferioribus, & ita eam in Pontifice videri supponere. Qui autem expresse in Pontifice eam concedunt, referentur num. sequenti, fine. Et hæc quoque sententia valde probabilis est.

6 Prima tamen cõclusio sit. Probabilius est, posse Rom. Pontificem erga se ipsum dispensare in iis omnibus, in quibus potest cum subditis. Ducor, quod supposito nullatenus repugnare iure naturæ hanc dispensandi iurisdictionem ab aliquo erga se ipsum exerceri: id plenissimæ potestati Pontificis nulli iuri humano subiecti negãdum non est. At nullatenus id repugnare probatur ex sequentibus. Primo, quia iurisdictio hæc secum dispensandi non est contentiosa, quæ testium probationem ac partis citationem desideret: vt vel sic distinctionẽ personarum exigat, quasi iniquum sit in propria causa sibimet ius dicere contra ius ab aduersario intentum, *l. vnic. C. ne quis in sua causa.* Sed solam postulat veluti directionem ex prudenti iudicio ad perpendendam dispensationis causæ iustitiã. Quod nõ repugnet erga se ipsum ab aliquo haberi: quãuis expedientius foret alieno iudicio stare. Neque est hæc iurisdictio aliqua punitiua seu coactiua, quam in semet exerceri repugnat. Sed est voluntaria iurisdictio, ac proinde huiusmodi repugnantia caret. Nec pertinet ad absolutionem sacramentalem, quæ iure diuino postulat distinctionem personalem inter absoluentẽ & absolutum. Atque ita discrimen hoc constituerunt *D. Thom. 4. d. 20. q. 1. a. 5. quæstiunc. 4. ad 3. & ibi Durand. q. 4. n. 10. Lessius 2. p. 4. q. 29. a. 4. fine.* asserentes actum, qui instar sententiæ exercetur, vt excõmunicare, nõ posse ab aliquo erga se ipsum exerceri, secus de actu, qui per modum dispensationis fit. Et *Sotus 4. d. 21. q. 1. art. 4. in fine corporis, & Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de indulgentiis, c. 5 *col. 33. ante vers. Præterea circa illam quæst.* vbi respõdentes argumento probanti nõ posse prælatum consequi indulgentias, quas generaliter populo concedit: eo quod hæc concessio sit actus iurisdictionis, qua nequit quispiã vti erga se dicunt neminem posse vti iurisdictione in se ipsum, se cogendo, aut sacramentaliter absoluendo, quia hic actus est personalis vnius in alterum. Vbi clare extra hos duos casus videntur admittere vsum iurisdictionis in semetipsum. Et *Valentia 4. 9 disp. 7. q. 10. punct. 3. col. 3. vers. Secundo asserimus*, asserens prælatum obtinere posse indulgentias ab ipso concessas, eam reddit rationem. Quia licet is sit actus iurisdictionis, non est talis, qui vim coactiuam exerceat, ita vt necessarium sit eam exercere circa aliquem alium. Et confirm. quia involuntaria iurisdictione potest quis plurium vices sustinere: dummodo exercitium vnius actus non obstet exercitio alterius. Quod late probat *Abb. c. Ex litteris. n. 11. de probat.* Et constat ex *l. Si consul. ff. de adopt.* vbi si filius familias præses sit, potest semetipsum emãcipare, vel in adoptionem tradere. Et ex *l. Vna ff. de offic. consul.* vbi consul apud semetipsum potest manumittere seruum suum: atque ita repræsentat personam domini, ac personam consulis. Et ideo *Abb. d. c. Ex litteris, nu. 12.* concludit posse quempiam vices duorum sustinere, nisi specialiter sibi interdicatur. Quare idem *Abb. c. fin. n. 5. de instit.* vbi decernitur eum, ad quem dignitatum collatio spectat, non posse se ipsum instituere: reddita ratione, quod inter dãtem & accipientem debeat esse distinctio personalis: opponit varios textus probantes integrum esse alicui sustinere vices duplicis personæ, & ita videri idem dicendum in casu illius textus. Respondet hoc deficere in casu illius textus, eo quod pernicioſi exempli esset, ac ambitionem sapiens, si prælatus beneficia, quorum distributor est, sibi conferret. Et remittit huius quæstionis resolutionem ad id, quod ipsemet dixerat *c. Ex litteris, de probat.* vbi *num. 11. & 12.* sustinet in iurisdictione voluntaria, quando non est specialiter veritum, posse eundem vice plurium fungi. Vnde dum ille textus *d. c. fin.* reddit eius decisionis rationem, quod inter dãtem & accipientem debeat esse distinctio personalis: dicendum est hanc rationem non esse generalem: vt constat ex textibus in contrarium adductis, & ex doctrina Abbatis allegata: sed est specialis in illo casu, vt vitetur iniquum ambitionis exemplum in prælatis. Quod amplius constat ex *c. Per vestras, de iure patron.* vbi decernitur nullum se ad dignitates præsentare posse, redditur ratio his verbis: *Nullus se ingerere debet Ecclesiasticæ prælationis officio.* Secũdo, quia neque in naturalibus ea repugnantia inuenitur. Quippe idemmet secundũ diuersas rationes potest esse agens & patiẽs respectu sui ipsius, vt potẽtia visiua, quatenus exercet actum visionis, agit: & quatenus subiectum est illiusmet actus, patitur. Nedum in moralibus id non repugnabit. Et ita sacerdos ministrans sibi Eucharistiam, quatenus ministrat, dicitur sibi conferens: quatenus autem recipit, dicitur recipiens. Atque in iure canonico eandem personam secundum diuersas rationes diuersa munera obire, ac esse subditũ, ac superiorem respectu sui ipsius, inuenimus vt constat ex *c. Quod sicut, §. Super eo, de elect.* vbi reprehenditur Archiepiscopis, qui nondum recepto pallio ordines contulit: quod non tamquam simplex Episcopus, cum talis non esset, sed tamquam Archiepiscopus, cui interdictum est pontificali exercitio ante pallium receptũ, id fecerit. Atque ideo immunis culpæ foret, si antea Episcopus esset, vbi *Glossa, verb. Tamquã*, inde infert quædam facere quempiam tamquam alium: & allegat *c. si Ecclesia, in fin. 23. q. 4.* quod est desumptum ex *D. Aug. epistola 50. ad Bonifacium*, vbi dicitur regem inseruire Ecclesiæ quatenus homo est, viuendo fideliter; quatenus autem rex est, iustas leges indicendo. Et *c. A collatione, de appell. in 6.* cum appellatio distinctionem personarum inter iudicem à quo, & iudicem ad quem desideret, & vt fiat ab inferiori iudice ad superiorem, decernitur à collatione facta per Episcopum cum capitulo posse appellari ad ipsum Episcopum; si ibi vt Canonicus interfuerit, secus si vt episcopus. & *Bald. l. Eos, in princ. n. 2. C. de appell.* tradit appellationẽ factam ab Episcopo ad Archiepiscopum, si episcopus mox creetur Archiepisc. illius diœcesis, ad quam appellatum est, posse eum cognoscere de illa appellatione, instar noui hominis. Non ergo repugnat Pontificem vt hominem sibimet quatenus Pontifici subdi. Sicut episcopus quatenus canonicus, subditur sibimet tamquam episcopo: & quatenus episcopus subditur sibimet quatenus Archiepiscopo postea facto, vt in exemplis traditis cõstat. Secũdo prob. quia si bene res perpendatur, nil refert vtrum prælatus in vnimetsum dispensans cum communitate, possit ea dispensatione frui: an secum cũ singulis dispensans, secum quoque ipsemet dispenset. Nam in vtroque casu idem erga seipsum iurisdictionẽ exercet, ac vice superioris & subditi fungitur: superioris quidem, quatenus dispensat; subditi vero, quatenus secum dispensatur. Cuius signum est, nullum ex ea communitate, qui subditus non sit, postea ea dispensatione frui. Atque ita doctores, quos in prima ratione huius cõclusionis adduximus, vt defendant posse prælatos consequi indulgentias ab ipsis concessas, coguntur dicere actum huiusmodi iurisdictionis non desiderare veram personarũ distinctionem. Adde, si iurisdictio ad dispensandum eius esset naturæ, vt veram personarũ distinctionem postularet, qualis est iurisdictio punitiua, seu coactiua, vt potestas excõmunicandi, nullatenus etiam in vniuersitate exercita posset cõprehendere exercentem, vt si Pontifex omnes alicuius delicti reos excõmunicet, non comprehenditur ipsemet eidem delicto obnoxius: & idem de episcopo excommunicanti. Ergo iurisdictio dispensandi nõ petit necessariò distinctionem realem personarum. Dices forte eã generaliter dispensationem non prodesse dispensanti, ex vi voluntatis eius ac potestatis, sed ex potestate ac voluntate superioris, quoties illũ habet, vel Christi, si Papa sit. Sicut quando Princeps legem edit, illa ligatur quoad vim directiuam, non ex sua voluntate, sed ex naturali ac diuino iure. At facile hæc euasio impugnatur. Cum neque ea superioris, aut Christi dispensandi voluntas cum prælato generaliter dispensanti constet ex aliquo iure diuino aut Pontificio. Nec est simile quod adducitur: quia in eo simili repetitur

nus

ius naturale dictans rationi dissonare principem, qui caput est, non cõformari cum membris, in moribus qui ex eius potestate ac voluntate pendent. At in nostro casu non est principium naturale id dictans in dispensatione. Cum facile sibi Pontifex consulere possit, committens suo confessario vt secum dispenset. Quod omnes admittunt, (vt n 3. diximus.) Colligitur ergo aperte id proficisci ex voluntate ac iurisdictione prælati ad dispensandum secum: ac proinde non repugnare exercitium huius iurisdictionis in semetipsum. Tertiò, quia cum nil æque requirat personarum distinctionem, ac iustitiæ actus, si quidem de eius ratione est esse ad alterum, datur iustitia eiusdem personæ ad semetipsam diuersis rationibus cõsideratam, vt constat in Christo Domino nostro, qui vt Deus homo satisfecit de rigore iustitiæ, & quatenus vna erat ex personis diuinis, sibi ipsi satisfecit. Et debitor incertorum de rigore iustitiæ soluit si sibi quatenus pauper est, debitum assumat. Atq; adeo vt debitor satisfecit de iustitia, & vt pauper est, is cui satisfactio fit. Et ideo pro hac conclusione sunt apertè DD. quos in prima eius probatione retuli, quatenus admittunt posse hãc iurisdictionem ab aliquo erga semetipsum exerceri. Et in propriis terminis sustinent hanc *Felinus c. 2. n. 20. de sponsal. & cap. 1. n. 33. de constit. & ibi Decius in 2. lectura, in nouæ edit. n. 24.* & id colligunt ex *Abbate ibi. n. 7. & cap. Proposuisti, nu. 13. de concess. præb.* dicenti non posse Pontificem se absque causa legitima à iuramento absoluere: quasi sentienti à contrario sensu id posse ex iusta causa. Eandem tenent *Syluester verb. Lex, qu. 14. fin. Tabien. verb. Iurare, qu. 20. num. 21. Corradus in templo omnium iudicum, lib. 1. c. 1. §. 3. vers. 6. Flaminius de resignat. beneficiorum, l. 3. q. vlt. nu. 130. Anton. Gom. in expos. Cruciate, clausul. 10 n. 87.* Et supponunt *Conar c Alma mater, t. p. §. 1. nu. 7. & Corduba in quæstionar. li 4. q. 1. col. 4. vers. Quarto* idem probatur, vbi dicunt non posse Pontificẽ secum absq; causa dispensare. Atque adeò à contrario sensu supponere videntur posse cum causa. Et ex Theologis docent *Paul. 4. d. 38. q. 4. a. 4. concl. 4. n. 41. & ibi Mayronis, q. vn. fin. Caiet. 1. 2. q. 96. a. 5. col. 3. vers. Ad hoc dubium præmittenda sunt. Sotus 4. d. 18. q. 1. art. 5. conclu. 2. & l. 1. de iust. qu. 6. art. 7. ad fin. vers. Quando autem. Ledes. 2. p. 4. q. 29. a. 4. fine. Iacobatius de concil. l. 7. a. 5. Suarez 3. to. in 3. p. q 82. a. 11. disp. 36. sect. 2. col. antepenult. vers. Solet vero & 4. tom.* vbi de indulgentiis *disp. 52. sect. 1. n. 20. Enriq. l. 6. de pœnit. c. 4. n. 3. in comment. lit. I. & cap. 7. n. 5. & l. 7. de indulg c. 8. n. 1. in comment. lit. H. Azor. lib. 5. instit. moral. cap. 15. q. 6.*

7 Secunda concl Idem dicendum est de supremo Principe seculari, potest enim secum dispensare in iis omnibus temporalibus, in quibus potest erga subditos. Quod habeat plenissimam ac suprem am potestatem in temporalibus, sicut Pontifex in spiritualibus. Item quia *c. Per venerabilem, qui filii sint legit.* decernitur regi integrũ esse sobolem propriã illegitimam legitimare, dispensando cum ea quoad successionem ac dignitates temporales. Quia in re secum met quoque dispensat in lege hæc interdicenti. & ita *Sylues. verb. Lex q. 14. fin.* generaliter loquitur dicens posse Principem secum dispensare.

8 Tertia concl. probabilius quoque reputo posse Episcopos secum dispẽsare in iis omnibus casibus, in quibus possunt cum subditis. Ducor, quod secunda ratio n. 6. adducta ad probandũ hoc posse Pontificem, habeat eandẽ vim in Episcopis. Cum dicendum sit posse eos vti dispensatione generali, quam concedunt ciuitati, vt probat ratio, quam n. 2. posui, atq; *Soto & Lud. Lopez. ibi allegati* hoc asserentes loquuntur vniuersaliter de prælatis. Secundo, quia vti hac iurisdictione erga seipsum non repugnat iure naturæ, vt n. 6 satis ostendimus) nec etiam iure aliquo Ecclesiastico. Nam (vt eod. n. 6. probaui) ius Ecclesiasticũ petens distinctionem personalem inter dantem & accipientem, non generaliter id decidit, sed in casu speciali collationis beneficiorum, ad vitãdum pernicio sum prælati exemplum. Ergo id Episcopo concedendum est. Eo vel maximè, quod Episcopus sit prælatus ordinarius in sua dœcesi, atque in illa possit quidquid Pontifex in toto orbe, nisi Pontifex sibi reseruet (vt probaui l. 1. disp. 61. n. 3.) At textus nõ reperitur hoc Episcopis interdicẽs. Tertiò, quia aliqui ex opinantibus contrarium) vt retuli n. 5. fine) fatentur posse Episcopos secum dispensare, quando nequit commodè superior adiri. At tunc adhuc nõ viget necessitas. Quia possunt à confessario petere, vt cum illis dispenset. Tandem quia non video qua ratione hoc Pontifici concedatur, & nõ Episcopis. Cum rationes probantes id non competere Episcopis, idem quoque de Pontifice probãt (vt n. 4. vidimus.) Nec plenitudo potestatis Pontificiæ, eiusue necessitas, id speciale esse in Pontifice suadeat. Quæ sunt rationes quibus id probant eam differentiam statuentes (vt n. 5. vidimus.) Non plenitudo potestatis. Quia hæc plenitudo præ cæteris prælatis, in eo solo versatur, quod sit generalis in toto orbe, ab ipsaque omnium prælatorum potestas deriuetur, possitque ex iustis causis coarctari. Et nullus est textus nec ratio probans ad eam pertinere, vt solus Pontifex possit secum dispensare. Non etiam id tundet necessitas Pontificis superiore carentis, quem adeat vt secum dispenset. Quia confessorem habet, cui committere potest vt secum dispenset (vt diximus n 3.) Pro hac sent. faciunt *D Tho. Turrec. D. Antonin. Angelus, Sylu. Tabien. Armill. Viguer.* vbi eos retuli n. 1. tradunt enim monachum factum Episcopũ posse secum dispẽsare in obseruantiis regularibus, sicut potest prælatus religionis secũ. Pro eadẽ parte sunt DD. quos n. deq. referam, id concedentes de prælatis regularibus, qui tamen non tanta potestate gaudẽt, quanta Episcopi. Et generaliter de prælatis loquens id docet *Manuel in bulla cruciata, §. 8. dub. 6. n. 11. & in 2. to sum. c. 30. n. 4.* Quare idẽ prorsus dicendum est de prælatis aliis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem in sua dicœcesi nulli Episcopo subiecta. Quia in iurisdictione non distinguuntur ab Episcopis. Et ideo militant eædem prorsus rationes.

9 Quarta concl. Idem cẽseo de prælatis regularibus siue generalibus siue prouincialibus, siue præpositis localibus, qui toti domui præsunt: & eorum absentiũ vices gerentibus: vt sunt vicerectores, vicepriores: hi enim omnes possunt secum dispensare in omnibus iis, in quibus possũt cum subditis. Quod hi omnes iurisdictione quasi Episcopali fungantur in suos religiosos; ac potestate ordinaria dispensandi in iciunis, ac votis subditorũ, ac aliis præceptis, ratione sui muneris, instar Episcoporũ cum suis subditis, vt bene docet *Azor statum allegand.* Et prælatos regulares habere auctoritatẽ quasi Episcopalem in suos subditos probat *Nauar. lib. 1 consil. 1. edit. 11. de tempor. ordin. consil. 36. n. vii. & in sum c. 12. n. 75.* & ratio est, quia sunt pastores ordinarii suorum religiosorum: sicut Episcopus secularium. Ergo idem dicendum est de ipsis quod de Episcopis diximus, n. præced. Secundò, quia militat eadem ratio, n. 6. adducta, quam n. præced. in Episcoporum fauorem ponderauimus. Dum enim cum toto conuentu dispensant, eadem possunt frui dispensatione. Tandem quia non debent esse in hoc peioris conditionis quam subditi, cum quibus ipse superior dispensare potest. Et ideo hanc partem tenent *Armilla verb. Monachus, n. 9. Molina to. 1. de iustit. tractat. 2. disp. 247. vers. Religiosus tamen. Emmanuel Sa summa, verb. Religiosus, n. 47. vers. Prælati in Religione, Azor lib. 7. instit. moral. cap. 29. q. 6. Manuel duplici loco allegato in num. præced.* & sauent *D. Thom. & alij, quos n. præced. allegaui*, dicentes posse prælatos regulares secum in obseruantiis regularibus, sicut cum subditis, dispensare.

10 Quinta concl. Idem censeo, vbi quispiã non haberet ordinariam, sed delegatam dispensandi potestatem in vniuersum, cum aliqua communitate, cuius ipse est pars. Nã posset in iisdem rebus secũ quoque dispensare. Tum quia potestas illa non est limitata. Tũ etiã ne peioris conditionis sit, quam cæteri ex ea communitate. Demum quia procedit ea ratio duplici n. præced. ponderata in ordinarium fauorem, nempe, ipsum dispensantem cum eadem communitate posse quoque illa dispensatione frui.

Et ita *Manuel 2. tom. sum. c. 30 n. 4.* fatetur hoc, siue potestas dispensandi sit ordinaria, siue delegata.

11 Vltima conclusio. Qui haberet limitatam dispensandi potestatem cum certis personis, vel cum determinato personarum numero, quamuis eæ non exprimantur, nequiret secum dispensare. Prior pars constat, quia potestas illa non extenditur vltra concessionis limites. Cum ergo sit ad certas personas, in quibus ipse non comprehenditur, non poterit erga se ipsum. Posterior vero pars probatur, quia cum sit ad certum numerum præscripta, non videtur mens concedentis, vt in eo comprehendatur ipse delegatus. Item quia deficit ratio potissimum ponderata n. præced. Cum huic nulla communitas subsit, cum qua dispensare possit: sed cum numero determinato potest.

12 Ad arg. n. 4. proposita resp. Ad 1. dic in iis casibus esse speciale gratia fraudum vitandarum: ac proinde num. 6. probauimus in multis iurisdictionis voluntariæ actibus posse quem iam in rem suam auctoritatem præstare, vt in emancipationem ac serui manumissionē. Ad 2. & confirm. cōstat ex dictis n. 6. vbi probauimus iurisdictionem voluntariam hāc posse ab aliquo in semetipsum exercere: & satis esse si eadem persona respectu sui ipsius sit superior & inferior secundum diuersas rationes. Ad 3. dic distinguendum esse id axioma, eiusdem esse ligare & soluere: est enim verum ad hunc sensum, vt nemo possit in vniuersum soluere legem, nisi qui illa ligare potest. At intellectum in quolibet casu speciali non est vniuersaliter verum. Sed ipsemet qui facultate dispensandi cum communitate gaudet, quamuis seipsum nequeat lege ligare, potest tamen secum dispensare. Sicut videmus Episcopū qui lege ieiunii generali non ligat, posse in illa lege in casu speciali dispensare, licet nequeat illam in vniuersum soluere. Ad quartum constat ex dictis n. 6. vbi probauimus eā decisionem non esse generalem, sed restringi ad beneficiorum collationes. Ad confirm. dic satis probabile esse contrarium, vt de Pontifice sustinet *Enriquez l. 6. de pœnit. c. 7. n. 5. & l. 7. de indulgent. c. 28. nu. 1. comment. lit. H. Suarez de indulgent. disp. 52. sect. 1. n. 22.* & licet *n. 19.* non definiat idem de Episcopis, sed iudicandum dicit iuxta concessiones eis factas. at hoc non innititur diuersitati personarum requisitæ: sed ratio huius traditur à *D. Thom. 4. dist. 20. q. vn. art. 5. quæstiunc. vlt.* quod nulla possit iusta causa subsistere, vt prælatus possit sibi directe indulgentias concedere. Ad arg. n. 5. adducta resp. Ad 1. dic constare ex dictis n. 7. vbi vtramque rationem infirmauimus. Ad confirm. dic illud approbasse Pontificem tamquam valde decens, non tamen tamquam necessarium. Ac 2. dic quamuis expediat vt per confessorem exerceant prælati eam iurisdictionem erga seipsos: esse tamen expedientius, vt ea facultate gaudeant ordinarii, vt secum possint, sicut cum subditis, dispensare, ad tollendos scrupulos, & ne peioris conditionis sint quam subditi. Ad confirm. constat, ex dictis n. 6. vbi eundem vt hominem sibi vt superiori posse subdi, ac id satis esse probauimus.

DISPVTATIO IV.

An Prælati non solum verbis, sed etiam facto ipso dispensare censeantur, quoties admittunt ad aliquem actum habentes iuris impedimentum ad illum, aut patiuntur eiusmodi actum ab illis exerceri?

SVMMARIVM.

Dispensatio non exigit verba determinata: & quæ quæstiones discutiantur, n. 1.

An Princeps dispenset, cum scienter admittit ad actum, iure impeditum, n. 2.

An hæc scientia præsumatur: & an probari nequeat testibus, sed sola addita in literis clausula, Ex certa scientia. Refertur duplex sententia, n. 3. & 4.

Sententia auctoris, & eius clausula Motu proprio, non probatur testibus, num. 5.

An addita clausula, Ex certa scientia, præsumatur scientia & dispensatio, n. 6.

An desinere esse scientia probari scientiam, vt præsumatur dispensatio n. 7.

An necesse sit in literis fieri mentionem vtij. quo promotus laborat, n. 8

Quid si Princeps vrgente necessitate habilem promoueat, n. 9.

An censeatur dispensasse quoad eum solum actum: & quid, si circa dispensationem possit aliud præsumi, n. 10.

An ignoranter admittens censeatur dispensare si conscius admitteret, num. 11.

Quid si vir obliuiscatur, vel non aduertat: vel credat dispensatum cum illo, n. 12.

An idem dicendum sit de inferioribus si impedimentum sit eorum legi inductum, n. 13.

Quid, si Princeps admittat impedimentum iure diuino, in quo potest dispensare, n. 14. & 15.

An prælati inferiores admittentes iure communi impeditum, censeantur dispensare? Refertur duplex sententia, n. 15. & 16.

Explicatur sententia Auctoris n. 17.

An spernat impedimentum esse ex tamquam iudicibus notum, n. 19.

An desinere tutelæ eorum qui non interest, n. 20.

An ex gestis dicitur dimissa. Determinatur eum dicendum n. 21.

An quando causa illi notoria exigitur causa cognita, n. 22.

An requisita vt intendat dispensare, n. 23.

Sat si à quibusdam, n. 24.

An sola patientia faciat præsumi dispensationem bonæ. Refertur quædam sent. n. 25.

Probatur Auctoris sententia, n. 26.

1 SVPPONIMVS tāquam indubitatum, nulla esse verba iure præscripta ad dispensationem faciendam: sed sat esse quæcumque, siue verba siue facta, ex quibus animus dispensandi in dispensare potente deducatur. Quod omnes Doctores allegandi admittunt. Duplex autem quæstio controuertitur. Prior est, an factum admittentis superioris iure impeditum ad actum, sit eius animi dispensandi signum sufficiens: ac proinde præsumatur dispensatio? Posterior, an sola patientia & taciturnitas superioris, videntis eum actum ab illo exerceri, sit tacitæ dispensationis signum: ac dispensationem inducat.

2 Circa priorem quæst. si de supremo Principe, vt Pontifice vel Rege, loquamur, concors est omnium sententia, quando impedimentum est iuris humani, & scienter admittit, præsumi animum dispensandi, ac induci veram dispensationem, quamuis Princeps causæ cognitionem non præmiserit, vt si Pontifex sciente, admittat irregularem ad ordines vel beneficia: vel iure humano impeditos matrimonio coniungat: vel Rex lege inhabilem, vt testum, iudicem constituat. Et ratio est, quia vt valida sit supremi Principis in lege humana dispensatio, non desideratur causæ cognitio, sed eius voluntas dispensandi satis est. De qua sufficienter constat, si indignum scienter promoueat. Et probatur ex *l. Barbarius ff. de offic. prætoris*, vbi duplex casus continetur. Prior, cum ignorata seruitute est electus Barbarius prætor: & tunc decidit textus gesta per eum valere ratione communis erroris, ac publicæ vtilitatis (vt late probaui lib. 3 tota disp. 22.) Posterior, quando populus Romanus detecta seruitute consensit eum prætura fungi. Et tunc decidit gesta valere, quod videatur eum ex vi illius consensus libertate donare, vt optime explicat *Aymon consil. 98. nu. 10. lib. 5.* Item ex *l. Quidam consulebat, 57. in fine ff. de re iudic.* vbi deciditur Principem minori magistratum conferentem, censeri dispensare, ne gesta per illum valore destituantur. Hanc etiam partem probant rationes, quas num. 17. afferam, ad probandum idem de inferioribus Principe.

3 Ea tamen Principis scientia minime præsumitur, vtpote quæ quid facti est, vt docent post DD. hoc numero & duplici sequenti allegandos. *Felin. c. Præterea, nu. 9. de testibus cogend. Grammaticus consilius ciuilibus, cons. 48. ad fin.* Quare illi inhabili onus eam probandi incūbit: vtpote quæ fundamentum fuæ intentionis allegantis secum ex illo actu dispensatum, est. Discordant autem DD. circa modum huius scientiæ probandæ. Quibusdam placet eam probari non posse, vt præsumatur ex eo actu dispensatio, nisi in literis promotionis addatur clausula. Ex certa scientia: atque ita testium probationem nil conferre. Ducūtur, quia aliquid proprio motu Principis effectum esse, testibus probari nequit, sed sola clausula, *Motu proprio*, addita in litte-

litteris, vt expresse deciditur, *c. Si motu proprio, de prab. in 6.* Sic sentire videtur *Glossa clem. 2. in fine, de rescript. & c. Statutum, in princ. verb Litterarum, in fine, de rescipt in 6.* ait enim esse opus actum fieri ex certa Principis scientia, hoc expresso. Et tradunt *Bartol. l. fin. n. 4. vers. Sed contra hoc, in fine, C. sententiam rescindi non posse Imola l fin col. 4. n. 1. fine. ff. à quibus appel. non licet*, & alii, quos refert *Ant. Gabr. to. 3. commun. l. 1. tit. de præsumpt. concl. 8. n. 5.*

4 Alii censent non esse opus addere clausulam, Ex certa scientia: sed satis esse, atque requiri, vt ex literarum rescripti tenore, vt ex facti narratione, constet id ex certa Principis scientia effectum. Et ita volunt intelligi *Glossas n. præced. allegatas.* Sic tradunt *Abb. & Imol. clem. 2. fin. de rescript. Idem Abb. c. Cum in cunctis, §. Inferiora, n. 8. de elect. & c. Ad hæc, ad fin. de rescript. & c. Nonnulli. n. 8. eo. t.* vbi Innocentium & alios refert, additq; non sufficere si testibus certa scientia probetur: & latissime *Felinus* multis allegatis, *c. Cum inter, n. 2. 3 & 4 de except. & cap. Si aliquando, in fine. de sent. excomm. Rosella verb. Dispensatio, n. 6. & vbi Sylvest. in fin.*

5 At verius est, sufficere vndecumque constet Principem inhabilitatis fuisse conscium. Quod nullus sit textus inducens specialem probationis modum huius scientiæ Principis: atque ideo sufficiet qualiscumque probationis modus, quo cæteræ res specialem probandi modum iure non petentes, probari valent. Nec obstat *cap. Si motu proprio*, allegatum n. 3. pro contraria sententia. Nam optimam discriminis rationē inter clausulas, Motu proprio, &c, Ex certa scientia, tra it relata Ægidii decisione *Staphil. de later. grat. 2. de effectu clausul. §. Subsequenter, statim post princ. n. 14.* Quia cum motus proprius includat necessario vnā negatiuam non coarctatam, scilicet, nullum vmquam super hoc Pōtifici supplicasse, quæ probatu impossibilis est, *l. Arcbor. C. de probat. c. Quoniam contra, eo t.* nequit aliter, quā per litteras ipsius Principis asserentis se motu proprio ductum, probari. Quare bene dicit *Glos. eo c. Si motu proprio, verb. Expresse*, quasi reddēs eius textus rationem, *Quid enim scimus, si ante animum aliquis supplicauerit Pontifici?* At certa scientia nullam negatiuam, sed simplicem affirmatiuam includit. Sic multis citatis tenent *Menoch. de præsumpt. l. 2. præsumpt. 20. n. 7. Staphileus proxime alleg. & eo t. §. Quinto motus proprius, in fin. Mascard. de probat. concl. 845. n. 23.*

6 Imo nec sufficit aditi in literis clausulam, Ex certa scientia, vt ea præsumatur, sed oportet aliunde de ea constare. Quia clausula Ex certa scientia, nil operatur quoad extrinseca ignorata, sed tantum quoad expressa. Quis enim dicat ob id præsumi Principem omnia promoti vitia nosse? Sic tradunt *Felin. c. Cum inter, n 5. vers. Intellige bene, de except. Menochius* alios referens *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 20. n.* & quamuis *n. 2.* referat alios dicentes præsumi dispensationem. At vere DD. quos refert, id non dicunt: sed tantum docent esse necessarium apponi clausulam, Ex certa scientia, vt censeatur Princeps dispensare.

7 Quidquid tamen sit de probatione hac in foro extēno requisita: at in foro conscientiæ, vt ex ea promotione deducatur animus vere dispensandi, ac sit dispensatio, satis est, qualitercumque sciatur Principem impedimenti conscium fuisse. Quia in hoc foro, qui solā veritatem respicit, nulla probatio desideratur, ea constante. Et ita tradit *Sylvest. verb. Dispensatio. fin.*

8 Insuper vt ea promotio scienter facta, censeatur dispēsatio, quidam petunt vt Princeps in literis vitium promoti exprimat, dicēs, Volumus tali illegitimo prouideri. Sic *Felinus c. Nonnulli, n. 12. vers. Ad idem optime facit, in fine, de rescript. & c. Si quando, n. 6. vers Considera 3, eod. t idem Anton. & alii*, quos refert *Anton. Gabriel 3. tom. communium, lib 1, titu. de præsumpt. conclu. 8. n. 1* Sed iure optimo *ibi nu. 3. & Menochius de præsumpt. lib 2. præsumpt. 20. n. 7* recedunt ab iis, dicentes eam mentionem minime desiderari. Quòd nullo iure probetur. Atque idem approbat *ibi Anton. Gabr.* in inferioribus Principe dispensantibus per eam promotionem, & bene quidem.

9 Alii eam doctrinam temperant (& bene) nisi Princeps vrgēte necessitate inhabilē promoueat: tūc enim nō censetur perpetuo dispensare, sed ad tempus illius necessitēt. Sic Bartolo & Ruino citatis docent *Ant. Gabr. d. concl. 8. n. 20. Menochius d. præsumpt. 20. nu. 36. & consil. 178. n. 56. vol. 3.*

10 Similiter temperanda est, vt censeatur tacita dispensatio ea promotio quoad eum solū actum, ad quē Princeps scienter admittit, v. g. si irregularem admittat ad ordines, non subinde ad alia censetur cum eo dispēsare. Nec si ad ordines minores admittat, videtur dispēsare ad maiores. Quia dispensatio expressa non extenderetur vltra actum expressum, *c. 1. de filys presbyt. in 6.* nedum tacita. Et confert quod optime tradit *Rebuff. praxi benef. 1. de dispensat. n. 8.* vbi ait, si id Principis factum prodesset in alia re etiam minima, non induci ex eo dispensationem. Quia ne rescriptū censeatur continere dispensationē, satis est vt possit aliud quantumuis minimum operari, vt docent *Oldrad. cons. 332. n. 8. Rebuf. proxime allegatus. Probus add. 1. ad Monachum, c. vn. n. 5. de ætat. & qual. Anton. Gabr. dict. conclu. 8. in fine, Menoch. dict. præsumpt. 20. nu. 37.* & probatur ex *ca. Non potest, de prab. in 6. iunct. gloss. fin* deducendo ex eo sufficere, vt clausula suum obtineat effectum, neq; alium eam operari posse.

11 Quando autem Princeps impedimenti ignarus admittit inhabilem, quidam asserunt censeri quoque eum dispensare, si verisimile sit fore, vt impedimenti conscius admitteret. Quia *l. Quidam consulebat, ff. de re iudic.* indistincte loquitur. Item quia cum promotionis causa credatur virtus ac probitas promoti, *l. vn. vers. Creditur, ff. de effic. præs. pret.* satis verisimile est fore, vt Princeps sciens impedimētum dispensaret. Deinde id probat text. in *l. Barbarius. ff. de effic. prat.* vbi textus reddens rationē cur gesta a Barbario seruo creato ignorāter prætore, cuius dignitatis incapax erat, gesta valeant: sic ait: *Sed si sciisset seruum esse, liberum eum effecisset.* Præterea quia concessum censetur id, quod verisimiliter Princeps de eo interrogatus concessisset (vt docent in simili multi, quos retuli præced. disp. 90. nu. 10.) Sic *Glossa d. l. Barbarius, verb. Efficisset, Bart. l. 2. n. 2. C. Si seruus aut libertus, l. 10. Imola d. l. Quidam cōsulebat, n. 6. Ananias, ca. 2. n. 6. de schism.* & ait *Romanus* esse communem sent *cons. 216. n. 7.* & eandem tenent quando certo constat Principem conscium dispensaturum, sē cus quando est dubium, *idem Roman. ibi n. 8. Menoch. de præsumpt. l. 2. præsumpt. 20. nu. 25. & 26. Anton. Gab. tom 3. commun. l. 1. t. de præsumpt. conclu. 8. nu. 15.* Sed nullatenus hęc doctrina placet: & tenendū est, nullo modo censeri Principem per eā promotionē dispensare, dum impedimentum ignorat. Atque cōmuniter his paucis exceptis DD. omnes, quos n. 15. & duplici seq. refert, petunt in Principe scientiam impedimenti, vt censeatur dispensare. Et ratio est aperta, quia ignorantia tollit consensum. At dispensatio vim fortiti non potest, nisi ex Principis volentis dispensare consensu. Nec sufficit fore vt vellet, si sciret: quia hic & nunc deficit voluntas dispensandi. Non ergo potest vim habere dispensatio. Neque verum est censeri concessum, quod verisimiliter Princeps rei conscius concessit: nisi quando ex concessionis verbis eam esse concedentis mentem constat (vt in simili probaui l. præced. disp. 90. n. 11.) Nec *d. l. Barbarius* illi doctrinæ fauet. Quia sensus eius est (vt explicat *ibi Glossa verb. Efficisset*) si pop Romanus sciret eum esse seruum, permittens eum fungi officio prætoris, cum liberum effecisset, ne gesta irrita forent. Vnde quamdiu ignorat, voluit gesta valere propter communem vtilitatem, vt probaui l. 3. disp. 22. n. 5. vbi num. 7. & 8. probaui non sufficere solius Principis errorem existimantis eum esse habilem, nisi error communis populi intercederet. Quare melius *Anton. c. Veniens, n. 7. de fil. presbyt. & ibi Abb. n. 7.* dicentes Principem promouentem inhabiles ignoranter, non censeri dispensare, limitarunt, nisi error esset communis, & non solius Principis. Talis enim promotio (aiunt) haberetur tunc pro dispensatione quoad gestorum valorem per illum promotum, dum error ille communis durat, iuxta *d. l. Barbarius.*

Adde, non solum errorem, quo putat Princeps illū esse 12
habi-

habilem, obstare tacitæ huic dispensationi præsumendæ: sed etiam errorem, quo impedimenti conscius putabat eum illo iam dispensatum. Quia perinde est, ac si eum habilem existimatet. Nec reuera dispensare intendit, eũ iam dispensatum esse credat. Sic *Bellamer. c. Veniens, n. 18. de filiis presbyt.* & aliis citatis *Menoch. de præsumpt. l. 2. præsumpt. 20. n 35. Ant. Gabr. tom. 3. commun. l. 1. t. de præsump. conclu. 8. nu. 19. Maiol. l. 5. de irreg. c. 51. nu. 8.* Qui bene addit idem dicendum esse, quando Princeps inhabilitatis obl itus, aut non aduertens eam, promouisset inhabilem. Quod is actus non sit voluntarius respectu dispensationis.

13 Idem prorsus quod de Principe, hactenus diximus, dicendum quoque est de inferioribus, quoties impedimẽtum est eorum legibus inductum. Censentur enim tunc dispensare, quando scientes id impedimentum, promouent, quamuis nullam causæ cognitionem præmittant: vt si Episcopus sciens & prudẽs iubeat aut concedat fieri aliquid contra suã constitutionẽ, aut inferioris, aut æqualis prædecessoris, censetur tacitè dispensare in illa. Quia militat eadem prorsus ratio, quã n. 2. adduximus ad probandum id in Principe. Cum in propriis legibus valide possint hi dispensare absque causæ cognitione. Sic *Nauar. sum. Lat. prælud. 9. n. 15. & c. 25. n. 74. Azor l. 15. instit. moral. c. 4. qu. vlt.* Quod si esset constitutio synodi diœcesanæ, aut prouincialis, pendet ex ea quæstione, an Episcopus vel Archiepiscopus possint in his, sicut in propriis legibus dispensare. Nam hoc dato, dicendum est quod diximus de suis legibus. Si vero se habeant ad illas, tamquam ad leges superioris: erunt in hac re eædem opiniones, quas à n. 15. retetemus, quãdo impedimentum est lege communi statutum. An vero possint in illis sicut in propriis legibus dispensare, est discutiendum disp. 14.

14 Quando autem Princeps admittit impeditum iure diuino & naturali adeas, in quibus potest dispensare, vt si ligatum voto castitatis Pontifex conscius matrimonio cõiungat, an cẽseatur dispensare, cadẽ est quæstio, ac quando prælatus inferior admittit habentem impedimentum iuris communis, in quo potest dispensare. Quare iuxta diuersas sent. diuersimode censendũ est, vt n. 18. dicemus.

15 Controuersia autem potissima in hac re est, quãdo inferiores Principe admittunt impeditum iure communi scienter ad actum, ad quem dispensare possunt, an censeantur dispensare: vt si Episcopus irregularitate affectũ, in qua potest dispensare, promoueat ad ordines, illive literas dimissorias conferat. Triplex est sententia. Prima ait non censeri dispensationem, nisi inferiores actũ eũ exerceãt præmissa causæ cognitione, an expediat dispensare, nec ne. Ducitur, quod ea differentia sit inter Principem legislatorem, ac inferiores præfectos, quod ille possit saltẽ valide in suã lege dispensare, non præmissa causæ cognitione: hi autem, minime. Non ergo actus ille cẽsebitur tacita dispensatio ab inferioribus exercitus: qualis censebitur factus à principe. Secundò, quia *c. fin. in fine, d. 51.* punitur Episcopus promouens concubinarium. At puniendus nõ esset, si ea promotio censeretur tacita dispensatio. Tertio, quia cum per verba expressa minime de hac dispensatione cõstet, sed ex illius actus exercitii coniectura præsumatur: nequit præsumi dispensandi voluntas ex eo actu. Quia præsumeretur delictum contra *l. Merito, ff. pro socio.* Quippe velle hos in iure communi dispensare, non præmittendo causæ cognitionem, est graue delictum. Et ideo hanc partem sustinent ex Iurisperitis, *Gloss. ca. 2. verb. Dispensatum, de schism. at. & ibi Ioan. And. n. 4. Anton. n. 3. Abb. n. 4. Card. n. 4. q. 1. Anchar. n. 3. Anan. n. 7. & 8. Glo. c. vn. verb. Dispensare, de at. & qualit. in 6. & ibi Domin. n. 6. Francus n. 5. Innoc. c. Veniens, n. 2. de fil. presbyt. & ibi Anton. n. 7. Abb. n. 7. Card. q. 3. Henric. n. 4. idem Abb. c. præterea, n 11. de test. cogen. & c. Cum in cunctis, §. Inferiora n. 8. & c. Innotuit, n. 7. & 8. de elect. & ca. Diuersis, n. 3. de cleric. coniug. & ibi Imola n. 5. Specul. tit. de dispen. §. Qualiter autem, n. 3. Archid. c. 29. Licet canon, n. 2. de elect. in 6. Bartol. l. Barbarius, n. 12. ff. de offic. prætor. & ibi Iason. n. 14. Horosius n. 26. v. aulus clem. fin. de sent. excomm. & ibi Anchar. ad fin. Imol. n. 9. Bonifacius, n. 53. Idem Imol. l. Quidam consulebat, ff. de re iud. n. 8. & ibi Paulus ad fin. Felin. c. præterea, nu. 8. de testib. cogen. Additionat. ad Innoc. d. c. Diuersis, n. 1. verb. Dispensasse, & ibi Aeneas de Falco, addit. ad Abbatem, n. 3. verb. Causæ cognitio. Probus addit. ad Monachum, c. vn. n. 6. de etat. & qual. in 6. Maudosius de signat. gratia, verb. Dispensationes, vers.* Aduertendum tamen est. *Rosella v. Dispensatio, n. 6. & ibi Angelus n. 12. Syluester q. vlt. Nauar. c. Si quando, except. 10. nu. 3. de rescript. & l. 3. cons. 2. edit. 1. De cleric. non resid. consil. vlt. nu. 9. & l. 1. t. de tempor. ordin. cons. 58. n. vn. in 2. edit. l. 1. t. De filiis presb. cons. 3. n. vn. Sarmiento de reddit. p. 1. c. 3. n. 8. Ant. Cuc. l. 4. institut. maior. t. 12. num. 28. & 29. Ant. Gabr. tom. 3. commun. l. 1. t. de præsumpt. concl. 8. n. 12. & 13.* & multis aliis citatis *Menochius de præsumpt. l. 2. præsumpt. 20. n. 24. & 25.* Et ex Theologis, *Caiet. 2. 2. q. 104. a. 5. ad fin. Enrig. l. de excomm. c. 13. nu. 3. Azor l. 5. instit. mor. c. 15. q. fin. Manuel qu. reg. to. 2. q. 46. a. 1. & tom. 1. sum. 2. edit. ca. 227.* & addit *Azor* etiam in foro conscientiæ procedere hanc sententiam. Quod etiam aperte significat *Sylueſter proxime allegatus.* Et est valde probabilis hæc sententia.

16 Secunda sent. docet inferiores non censeri dispensare quãuis causæ cognitionem præmittant, nisi se dispensare exprimant. Quia non censentur absoluere excommunicatũ, nisi verbis absolutionis vtantur: quãuis scienter admittant ad diuina excommunicatum. Ita docent *Gloss. ca. Lator. ai. fine, de cõcess. preb. Host. c. Veniens, n. 6. & 8. de fil. presbyt. & c. 2. Latim in princ. de schism. Bald. l. Barbar. nu. 7. & 8. ff. de offic. præt. Decius c. Si quando, in noua edit. nu. 23. de rescript. Rebuff. praxi benef. t. de dispensat. super defectu nat. aliarũ, nu. 9. & cap. Fulastis, not. ab. 2. nu. 31. de cler. excom. minist. Nauar. l. 5. cons. in 1. edit. tit. de simon. cons. 20. n. 2. & sum. Lat. prælud. 9. n. 15. & c. 25. n. 74.* vbi hoc limitat quoad forum externũ, & *Manuel* limitans in eodem foro externo, *q. reg. t. 2. q. 13. a. 16.*

17 Tertia sent. sustinet censeri tunc inferiorem dispensare, quamuis causæ cognitionem non præmittat. Ducitur, quod dispensatio nõ exigat certam formam, nec verborum expressionem, vt fatentur omnes. & diximus nu 1. & concurrunt potestas in conferente & voluntas. Ex eo enim actu voluntas præsumitur. quippe præsumendum non est prælatum velle promotum ad ordines illa queari, manente irregularitate, qua erat affectus. Et quamuis nõ præmiserit causæ cognitionem, id efficit vt temere dispẽsarit: atque ob id puniri possit, non tamen dispensationẽ esse irritã, si vere causa erat. (vt dicemus disp. 17. n. 11.) Quod si de peccato agas, etiam Princeps temere dispensans in sua lege sine causæ examinatione peccet (vt suo loco dicemus.) Ergo per illud factum censetur tacite dispensare. Et confirm. quia tantum valet voluntas tacita, quantum expressa, in iis, quæ nec formã certam, nec verba requirũt, *l. Qui ad certum, ff. locati, & l. De quibus, 32. ad fin. ff. de legib.* ibi: *Nam quid interest suffragio populus velut ratẽ suam declaret, an rebus & factis.* Secundo, quia etiã peccet inferior omittẽs causæ examinationem: at etiam delinquit, si inhabili beneficiũ conferat, vel irregularem ordinibus insigniat, nolens dispensare in impedimento. At hæc delicta posteriora sunt longe grauiora priori, vt ex se constat, & sicut in actu qui sine peccato & cum peccato exerceri potest, recipienda est præsumptio peccatum excludẽs, *l. Merito. ff. pro socio.* Ita in actu qui sine peccato fieri nequit, sed potest fieri cum maiori vel minori, recipienda est præsumptio grauius peccatum excludens, *l. Si adulterium cum incestu. §. 1. 2. & 3. ff. ad l. Iul. de adult.* ergo in huiusmodi promotione præsumenda est impedimenti dispensatio: vt vel sic minus delictum præsumatur. Tandem prob. ex *cap. 2. de bigamis*, vbi Episc. bigamum promouens, priuatur potestate ordinandi: & redditur ratio his verbis: *Quia in bigamis dispensare nõ licet.* Ergo à contrario sensu, si cum bigamis posset Episcopus dispensare, nõ incurreret pœnã: eo quod tunc dispensare videtur. Et ideo huius sententiæ sunt *Innoc. c. Diuersis, n. 1. de cler. coniug. & c. Veniens, n. 2. de filiis presbyt.* tantum vocat opposita tuiorem, quasi hanc valde rutã & probabilem indicet. Eandem tenet *c. Præterea, n. 2. de vsilib. cog.* & latissime *Bellamera d. c. Veniens, nums. 18. & 19.*

Lam-

Lambert. de iure patr. l. 2. p. 1. q. 7. a. 30. in noua edit. n. 28. Sylvest. verb. Irregularitas, fin. & ibi Armil. n. 91. Nauar. sum. c. 25. n. 74. dicens forte in foro conscientiæ hanc sent. esse veram, licet non in foro externo. *Maiol. l. 3. de irr. c. 24. nn. 14. & l. 4. c. 10. n. 3. & l. 5. c. 51. n. 8.* addens hanc sent. esse verã in vtroq; foro, *Salzedo add. ad pract. Bern. Diaz. c. 25. ad fin.* & ex Theol. *valud. 4. d. 38. q. 4. a. 4. Cõcl. 2. n. 39. D. Antonin. 2. p. t. 11. c. 2. §. 9. not. 2. & 3. p. t. 28. c. 6. §. vlt. Margarita confes. qu. mor. f. 239. Polanc. in direct. cõfes. tract. de irreg. in fin. Manual. 1. sum. c. 11. §. 12. statim in princ. Enrig. l. 12. de irreg. c. 17. n. 4. Emm. Sa sum. verb. Dispensatio, nu. 8. Suar. de censuris, disp. 41. sect. 3. ad fin.* addens esse etiam in foro externo veram, si constiterit Episcopũ habuisse legitimã causam, *Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 24. n. 6. Ckl. 4.* Idem tenent limitantes pro foro conscientiæ, *Sayro thesaur. cas. 10. l. 7. c. 14. nu. 11. 12. 13. Manuel qu. reg. 1. tom. q. 13. a. 6.* & addit *Sayro* idem esse dicendum, siue prælatus ille iure cõmuni, siue ex priuilegio, vel consuetudine possit dispensare. Quia eadem est ratio. cũ concurrat potestas, & voluntas præsumatur ex illo actu. Idem dicunt *D. Antonin. 3. p. t. 28. ca. 6. §. vlt. Sylueſter, Armilla. Nauarrus, Maiolus, Salzedo, Sayro eisdem locis,* quando Episc. scienter irregulari cum quo potest dispensare, confert literas dimissorias ad ordines. Quia eadem est ratio. Et hæc tertia sent. præ cæteris placet pro vtroque foro: si tamen pro foro externo probetur adfuisse legitimam causam: & pro foro cõscientiæ, qualitercumque de illa cõstet. Quia dispensatio prælatorum inferiorum in lege superioũ facta sine legitima causa, est irrita in vtroque foro, vt dicemus disp. 17. nu. 4.

18 Demum quatuor obseruanda sunt. Primũ est. easdem opiniones locum habere, quando Princeps supremus, vt Pontifex dispensaret in iure diuino, in quo dispensare potest, vt in voto vel iuramento (vt bene aduertit *Decius c. Cum in cunctis, § Inferetur, in noua edit. num. 17. de elect.*) Cum enim ad dispensandum in huiusmodi rebus desideretur causæ cognitio, perinde se habet ad eas, sicut quando inferior dispensat in lege superioris. Quare iuxta primam sent. dicendum erit non censeri Papam dispensare, si aliquos voto castitatis astrictos sciens & prudens matrim. coniungat, non præmissa causæ cognitione. At retenta tertia nostra sententia censebitur dispensare, ac valebit dispensatio, si re vera aderat legitima dispensandi causa.

19 Secundum est, quosũ intelligere tunc censeri prælatum inferiorem dispensare etiã præmissa causæ cognitione, quãdo impedimentũ est ipsi notum tamquam iudici. Sic *Angelus verb. Dispensatio, n. 12.* Sed etiam retenta prima opinione exigenti eã causæ cognitionem præmitti, dicẽdum est, satis esse causam sibi tanquã homini notam esse. Quod bene docuit *Sylvest. verb. Dispensatio, q. vlt.* Atq; idem docuit *Bald. l. Barbarius, nu. 8. ff. de offic. præt.* dicens non esse opus in figura iudicii præmittere causæ cognitionem.

20 Hinc infertur non desiderari citationem eorum quorum interest. Cum cognitio iudiciaria non exigatur. Sic contra aliquos, quos tacito nomine refert, tenet *Innoc. ca. Veniens, n. 2. de filiis presbyt. & ibi Anton. n. 7. Abb. n. 7. Card. q. 3. Henric. n. 4. Specul. t. de disp. n. fat. §. Qualiter autem, nu. 3. Archid. c. Licet canon, n. 2. de elect. in 6.*

21 Aliqui tamen ex prædictis Auctoribus dicunt exigi decretum inferioris dicentis, decernimus eum idoneum. Quia aliter præsumeretur temerarium Episcopi factum, nec dispensatio tacita præsumeretur. Sic aliqui, quos referunt & videntur approbare *Innoc. & Archid. in prec. allegg.* Et tenent *Specul. & Henric.* quos n. præc. retuli. *Ant. Cuc. l. 4. inſtit. maior, t. 12. n. 29.* Sed iure optimo id nõ requiri docent, quod nullo iure probetur, *Ant. Abb. Card. n. precd. allegati. Probus addit, ad Monach. c. vn. n. 6. de etat. & qual. in 6.*

22 Tertium est, aliquos iure optimo limitare, vt requiratur causæ cognitio ad præsumendã dispensationem, nisi causa dispensationis notoria sit, vt quia notum est personam, quæ admittitur, esse valde doctam: tũc enim censebitur inferior dispensare, licet nõ præmiserit causæ cognitionem: etiã retenta prima sent. Quia notoria nõ exigunt iuris ordinem, nec causæ examinationem *c. Manifesta, 2. q. 1. Sic Glo. c. Si quis sine examinatione, verb. Sine examinatione, d. 81. & c. fin. verb. Qui concubinas, 51. d. Abb. c. præterea, n 11. de testib. cogen. Imol. l. Quidam consulebat, n. 8. ff. de re iudicata, Ananias, c. 2. n. 8. de sch. sinat. Rosella verb. Dispensatio, n. 6.*

Vltimum est, multos ex DD. quos n. 15. & 17. pro vtraq; sent. retuli, dicentes censeri inferiorem dispensare admittẽdo inhabilem, siue præmiserit causæ cognitionem, siue non, iuxta opinionum diuersitatem, addere, si intendat dispensare. Qua in re magis nos ancipites reddunt. Cum enim ea prælati intentio aliunde non cõstet quam ex eo facto. semper hæsitabimus, an dispensare intenderit, nec ne. Præterea, quia si de intentione cõstaret, frustra defatigarentur auctores disputãtes an ex eo facto præsumatur dispensatio. Quare dum dicunt, si intendat dispensare, manifeste intelligunt, nisi de contraria intentione constet: nempe, inferiorem non intendere dispensare. Quia eo pertinet tota huius quæst. difficultas, an ex eo actu colligatur animus dispensandi, atq; adeo dispensatio tacita censeatur. Quare *Bellamera c. Veniens, nu. 11. & 19. de filiis presbyt. & Rosel. verb. Dispensatio, n. 6.* expresse docent ex eo actu sufficienter colligi, dispensandi intentionem, & ideo plerique alii DD. non addunt, si intendat dispensare. 23

Ad argum. n. 5 proposita resp. Ad 1. dic saltem in foro cõscientiæ validam esse dispensationem inferioris absq; cognitione causæ, si reuera erat causa, vt dixi nu. 17. Ad 2. dic cum *Gl. to. c. fin. in fin.* in eo textu, & in similibus puniri temerariam ac indiscretam dispensationem solo facto absque causæ examinatione factam. Ad 3 constat ex dictis n. 17. nam præsumitur tunc id peccatum, vt maioris culpæ præsumptio vitetur. Ad arg. n. 16. propositum dic, iure cautum esse in absolutione ab excommunicatione verba desiderari, *c. Desiderat, in 1. responso, de sent. excom.* At in dispensationibus nullo iure verba exigi cauetur. 24

Quæstio posterior. An sola patientia & taciturnitas superioris videntis aliquem iure, in quo potest dispẽsare, impeditum, exercere ea sibi interdicta, censeatur dispensatio: quando superior impedimentum, & non esse in eo dispensatum nouit? vt si Pontifex vel Episc. videat irregularem celebrare, vel habentes impedimentum contrahere matrim. & potest Episc. dispensare. Communis fere omnium iurisperitorum est sent. negans. Quia id est potius pati, quam agere. Potest insuper probari, quia l. 2. de matrim. disp. 38 n. 12. late defendimus dissimulationẽ Principis scientis & permittentis aliquos perseuerare in matrim. irrito, non inducere dispensationem. Et ideo huius sent. sunt *Gl. clem. fin. v. Approbare, de sent. excom. & ibi Card. fi. Anchar. fin. Imol. n. 9. Bonifacius n. 51. Innoc. c. Veniens, nu. 3. de fil. presb. & ibi Hostiens. n. 8. Ant. n. 7. Abb. n. 7. Card. q. 3. Henric. n. 5. Bellamer. n. 19. Anan. c. 2. n. 6. fin. desicf. Imola l. Quidam consulebat, n. 6. fin. ff. de re iudic. Felin. c. Præterea, n. 8. de test. cogend. & c. Gratum n. 9. de offic. deleg. Socin. senior cons. 85. num. 9. l. 3. Selua tract. de ben. q. 3. q. 8. n. 49. & q. 10. n. 25. Ant. Gabr. tom. 3. commun. l. 1. t. de præsumpt. concl. 8. nu. 18. Menochius de præsumpt. l. 2. præsumpt. 20. n. 32. Maiol. l. 5. de irregul. c. 51. n. 8. Sayro thesauro casuum, t. 1. l. 7. c. 14. n. 16.* 25

Cæterum probabilius existimo censeri tunc tacitam dispensationem, si prælatus ille cum posset facile contradicere, non contradicit, sed tacet. Ducor, quod illa taciturnitas sit tatihabitio de præsenti. Quam libro 3. disput. 55. num. 20. veram iurisdictionem conferre ad audiẽdas confessiones & reliqua exercenda probauimus. Secundò, quia cum prælato ex officio incumbat delictis subditorum obuiare: cum ea videt, ac facile contradicere potest, præsumeretur grauissimum prælati delictum non contradicentis, nisi ipsum censeri dispensare dicamus. Nec obstat quod probaui lib. 2. de matrim. disp. 38. num. 12. nempe, dissimulationem Principis, permittentis aliquos in matrimonio irrito permanere, non censeri dispensationem. Quia (vt ibi dixi) dissimulauit gratia scandali vitandi: nec proderat dispensatio, nisi denuo illi cõtraxissent matrimoniũ. Et ideo ex illa dissimulatione non poterat dispensatio deduci. Et ideo hanc partem sustinẽt 26

Probus

Probus addit.ad Monach.ca.vn.nn.6.de at.& qual.in 6.Palud. 4.d.38.a.4.a.4.concl.2.n.39.& ibi Supplem. Gabr.q.1.a.5. dub. penult.vers.De modo & forma. D. Antonin. 2. p.t 11.c.2.§.9. notab.1.Veracruz 1.p.Specul.art. 23.post 1. conclusionem,vers. Dixi etiam.Enman.Sa sum.verb.Votum,vbi de voti irritat. & dispensat.n.23. Azor lib.5.instit.moral.c. 15.9 fin. Sed Supplementum ibi limitat.quando factum subditi esset contra ius ab eo superiori editum: secus si esset contra votum, vel ius cõmune, in quo is superior absque causa dispensare nequit. At verius est, censeri quoque dispensationem in voto, vel alio iure quoque communi, in quo superior dispensare potest. Sicut n.17. diximus admissionem ad actũ contra ius, in quo is superior valet dispensare, censeri tacitam dispensationem. Et ita affirmant loquentes de votis Palud. D. Antonin Enm. Sa proxime allegati.

DISPVTATIO V.

An possit Episcopus dispensare in lege pontificia, vel concilii, saltem quando in ea dispensare posse conceditur, non explicando cui concedatur?

SVMMARIV'M.

Negatur Episcopum esse ordinario in iure dispensare, nisi in casu necessitatis. Affirmatur quando in canone concedente dispensationem non explicando cui concedatur, n.1.

Quia si canon ille sit latæ sententiæ n.2.

Quod si ipsis Episcopis legem imponat, n.3.

Quid si quando Papa reservationem continet, n.4.

Quid si canon sit ab aliquo concilio generali, n.5.

Quando canon editus à Pontifice & concil.o & trahit originem à Papa vel concilio quando dicatur concilij, & quando Papæ n.6.

An sit concilij, quod à Papa confirmetur n.7.

An sit concilij, si in eo dicatur, Sacro approbante concilio, n.8.

Quid si in fine ipso optime dicatur, ex tali Concilio vel in tali Concilio, nn.9.

Quid si Pontifex antea huius constitutionem concilio, n.10

Quid si ita dicat: Decernimus hoc cum concilio, vel consensu concilij? nnn.11.

1 CONCLVSIO cõmuniter recepta in hac disp. est. Quãuis in canone superioris nequeat Episcopus ordinarie dispensare, sed in solo necessitatis casu (vt probaui l.1. disp.40.n.3.) at quoties canon aliquis permittit in eo dispensari, vel impersonaliter de dispensatione loquitur, dicens, Nisi in eo dispensetur; nec explicat à quo sit dispẽsandum, censetur facultas dispensandi ex ea illum cõcessa Episc. Ratio est, quia eũ verba debeant aliquid operari. *A. Si Papa, de priuileg. in 6.* nec dubium sit posse Pontificem in eo decreto dispẽsare: nisi si ab ipso dispẽsetur, nullam contrahi culpam, aut pœnã contrauenienti incurri: censentur ea verba intelligi, vt permittant Episcopo dispensare, vel nisi ab Episcopo dispensetur, ne frustranea sit. Secũdò, quia sit dispensatio, quæ ex se odiosa est ac restringenda, interpretatur late, quando in corpore iuris clausa est, (vt probaui disp.1. n.7.) Nedum id dicendum erit de hac dispensandi potestate in iuris corpore clausa. Cum dispẽsandi potestas sit ex se fauorabilius, ac late interpretãda. (Vt diximus disp.2.n.1.) Atque ita hãc concl. docent *Glo.a. In quibusdam fine, de præb.*, vbi cum textus dicat, certos hæredes non posse assequi prælationis honorẽ, & subdat hæc verba, *Nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatum*, ait ex quo textus non determinat à quo posse Episcopum. Idem *Ioan. Andr. ibi fine, Vincent. Goffredus & Philippus*, quos refert & sequitur *ibi Abb.n.5. Card. fin. Henricus fin. Lex reg.8 fine, t.18.p 1. Ead. Glo.ca. postulastis, verb Dispensatum, de cleric. exco. minist.* vbi textus decidit excommunicatos nõ posse retinere beneficia, subdens, *Nisi cum eis fuerit misericorditer dispensatũ*, ait, cũ non dicat à quo, posse Episcopum. Et idem tenent *Innocent. ibi imit. Abbas n.8. Glos. cap. Si quis, verb. Fiat, de elect. & ibi Innocent. n.vn. Hostiens fine. Abbas n.8. Cardin.q.5. fine Baldus n.3. Imola n.4. Idem Innocent. ca. Dilectus, n.5. init. de temp ordin. & ibi Ioan. Andr. nn.7. Anton. nn.12. Abb.n.6. Cardin.n.3. init. Bellamer n.4. Idem Anton.c. At si clerici, §. De adulteriis, nn.17. de iudic. & ibi Ioan. de Lignano, & Calder.* vt eos refert ac sequitur *ibi Abb.n.5. & 6. Cardin.n.5.q.2. Decius in nona edit.n.35. vers. Secunda conclusio. Arcsin.nn.13. & 6. Imola n.13. Alex. de Neuo n.10. Felin.nn. 1. Henric.n.25. Alciatus n.4 Hippol.n.46. Archid.c. Licet canon, n.3. de elect. in 6. Idem Abbas c. Veniens, n.5. de eo qui cogn. consang. & c. fin. n.6. decler. pugn.an. in duello. Et ibi Anan.n.6. idem Baldus l. Barbarius, nn.7. ff. de offic. Prætor. Probus addit. ad Monachum, c. vn.n.14. de at.& qual.in 6. Selua benef. 4.p.q.5. Milũ in repertor. lit. D.nn.23. verb. Dispensatio, vers. Dispensare non potest Episc. circa canones. Gambara de auctor. legati l.10.nn.412.413. Iacobatius de conciliis, l.3. c.20.n.17. Angelus verb. Dispensatio, n.5.* vbi *Syluest.q.9. fine, nn. 15. Tabiena q.14.n.15. Couar. c. Alma mater, 1.p.§.7.nn. 8. Villadiego de irregul.c.16.* vbi de irregularitate cõtracta ex crimine notorie, *vers. Ego credo hoc reducendũ. Duenas regula 248.n. vers. Contra quam. Ant. Cucus l.1 instit. maiorum, t.6.nn.240. Hugolin. de censuris tab.2 c.13.§.1.n.3. Borgasius de irreg.2.p.t. de differentiis diuers. terminorum, n.19 & 27. Ant. Gomez in expos. bullæ, clausul.10.n.57.* Et ex Theologis, *D. Antonin.1.p.t.17.c. vn.§.20. vers. Et not.at Cordubа in suo quæstionar.l.1.q.12.a.2. dicto 4.in 1.probat. Enrig.l.14. de irreg.c.19.n.2.*

Temperatur tamen conclusio hæc primò, nisi canon 2 ille sit latæ sententiæ, tunc enim etsi in eo concedatur dispensatio, non intelligitur concessa Episcopo. Sic *Antonin.c. At si clerici, §. De adulteriis, n.17. de iudic. & ibi Aretin.n.* 21. ac pro se referunt *Archidiaconus c. Sicut, n.15.* At meritò hanc limitationem reiiciunt alii. Quod nullo fundamento fulciatur, nec *Archidiaconus* ea sentit, sed loquitur, quãdo constitutio simpliciter disponit, nec dispensari posse indulget. Sic *Abbas eo §. De adulteriis, in 6. Alex. de Neuo nn.11. Decius in noua editione, n.48. post 3. concl. Iuma 1.*

Secundò temperatur, vt intelligatur, quando canon 3 astringit subditos: tunc enim censetur ea dispensatio cõmissa Episcopo, Secus quando ipsis Episcopus legem imponeret. Quia dispensare Episcopũ in eo canone, esset in proprio facto & ad propriã vtilitatem dispensare. Quod rationi dissonat. Sic *Hostiens citato Ioann. Andr. c.1 super gloss. pen.n.3. de supp. neglig prælat.in 6. ant.c. At si clerici §. De adulteriis, n.17. de iudic. & ibi Henricus n.19. & 20. Milu n.2. allegg.*

Tertiò limitatur, nisi canon imponat pœnam Pontifici 4 reseruatam, id est pœnam, quam solus Pontifex imponere potest. Tunc enim quamuis absolute permittatur dispensatio in ea pœna, nõ censetur Episcopo cõcessa. Quia illius est tantum absoluere, cuius est condemnare, *l.3. ff. de re iudic. & c. Cum inferior. de maior. & obed.* Exemplum huius est *c.1. de bigam.* vbi dicitur cũ Episcopo promouenti ad ordines bigamũ posse dispensari, ne ordinandi potestate & officio priuetur. Et tamen solus Pontifex in ea depositionis Episcopi pœna dispensat. Quia solius Pontificis est, pœnam depositionis Episcopi infligere *c. Quãuis, c. Multi, c. Dudum, 50.q.6.* & ita hanc limitationem sustinent *Hostiens. eo.c.2 n.5 & 6. Ioan. Andr.n.4. Anton.n.12 13. Abb.nn.9. & 10. Card.not abil.2. & oppositt. Anchar. fin. Henricus, c. Quia circa, n. 2. de bigam. Aretin.c. At si clerici. §. De adulteriis, nn.14. de iudic. & ibi Felin.n.2. Iacobatius de conciliis, l.3.c.20 n.30. Gambara de auctoritate legati l.10.n.415. Borgasius de irreg.p. 1.t. de different. diuers. terminorum, n.19.* Sed hanc limitationem sublimitare videtur *Decius eo. §. De adulteriis, in noua edit.n.36. vers. Sed aduertendum*, quamuis nil omnino definiat, & sublimitat *Duenas reg. 248.n.4. vers. Restringe tamen.* vt hæc limitatio teneat verũ, quãdò aliquis nequit imponere pœnam ex defectu potestatis, secus si ex priuilegio personæ. Quia tunc videtur posse Episcopatum dispensare, concessa absolute dispensatione. Quia cessat ratio prædictæ limitationis: in eo enim euentu, qui non potest condemnare, potest absoluere, vt ibi late probat *Decius*. Et iuxta hanc sublimitationem cum Episc. possit pœnam depositionis imponere aliis, quam Episcopo, cui non defectu potestatis, sed ob priuilegium personæ id nequit: dicendum est eo ipso, quod in canone prædictam pœnam imponenti Episcopo conceditur dispensatio, posse Episcopum dispensare. Sed melius *Alciatus eo §. D. adulteriis, n.4. & 5.* recedit omnino à prædicta limitatione, dicens etiam in hoc casu quo Episc. pœnam nullatenus imponere valet, posse eum dispensare, si canon imponens dispensationem permittat.

Quia

Quia militant rationes n.1. adductæ, & alias ea verba nil operarentur. Nec obstat ratio in contrarium adducta. Nam licet regulariter non potens condemnare, nequeat absoluere: at fallit, quando in canone permittitur absoluendi vel dispensandi potestas. Et quamuis hanc doctrinam Alciati credam veram, alia tamen ratione credo in eo casu *d. cap. 2. de bigamis*, non posse Episcopum dispensare. Quod ibi lex ipsi Episcopo imponatur. In quo casu diximus n. præc. non posse Episcopum dispensare, quamuis absolutè concedatur dispensatio.

5 Vltimò temperatur, vt intelligatur de canone pontificio. Nam si concilii generalis sit, quamuis absolute permittat dispensationem, nequibit Episcopus. Quia cum decreta concilii egeant expressa derogatione, vt illis derogatum censeatur (vt probaui l. 3. disp. 26. n. 7.) eo quod tanta deliberatione sancita sint, non est credendum censeri per ea verba generalia concessam Episcopo facultatem dispensandi. Eo vel maximè, quod cessat ratio num. 1. adducta: nam tunc negata hac facultate Episcopo, adhuc ea verba aliquid operantur: duos enim habebunt effectus. Prior est, vt ad ei concilii decreto derogandum, non desideretur specialis eius mentio. Posterior, Pontificem reddi faciliorem ad dispensandum in eo. Sic docent *Ant. c. Dilectus, n. 12. de temp. ordin. & c. Quisquis, n. 13. de elect. & c. At si clerici, §. De adulterij, nu. 17. de iudic.* vbi *Decius in nona edit. à n. 37. vers. Secundo limitatur, vsque ad 2. conc. & ibi Aretin. n. 16. idem Ant. c. In quibusdam, fi. de panis. Milus vbi in n. 1. allegatus est. Staphileus de literis gratiæ, tit. de qualitate & statu beneficiatorũ, §. Primo quod sit legitimus, nu. 4.* At verius est, posse quoque tunc Episcopum in eo concilii decreto dispensare. Quod re vera canon id clarè videatur concedere, dum in eo posse dispensare permittit. Alias non opus esset ea verba addere. Et absque fundamento dicitur tunc operari, ne sit opus specifica mentione in illius decreti derogatione. Et ideo hanc partem videntur tenere Doctores, quos n. 1. retuli, asserentes in casu *c. Quisquis, de elect. & c. In quibusdam, de pœn.* posse Episcopum dispensare. Quod in eis conceditur posse dispensari: ea enim decreta videntur concilii, & non solius Pontificis. Atq; in propriis terminis docent *Abb. ad c. Quisquis, n. 1. & ibi Card. q. 5. fin. & d. c. In quibusdam, fin. Idem Abb. d. c. At si clerici, §. De adulteriis, nn. 5. & 6. & ibi Alex. de Neuo n. 11. Felin. n. 2. Alciatus fin. idem Felinus c. Nonnulli, n. 3. vers. Similiter nec legatus, de rescript. Gambara de auctoritate legati. lib. 10. num. 420. Lecubatius de conciliis, lib. 5. ar. 20. nu. 30. Angel. v. Dispensatio, nu. 5. & ibi Sylvester qu. 9. fin. Couar. c. Alma mater, 1. p. §. 7. n. 8. Ant. Cucus lib. 2. instit. maior. t. 6. nu. 245. Duthas reg. 248. n. 2. vers. Contra quam.*

6 Sed petes, quando dicatur constitutio Concilii, quando autem Pontificis, vbi ab vtroque dimanat? Vt quando Pontifex interest Concilio generali. Et quidem quando aliunde non constat, hæ sunt regulæ accipiendæ. Prima est, si materia trahat originem à concilio, dicitur constitutio Concilii: vt si Concilium rem illam definiendam proponat. Si verò originem trahat à Pontifice, dicitur Pontificia. Vt si Pontifex fuit principale mouens & author illius materiæ decernendæ, vult tamen in concilio eam definiri. Cùm enim constitutio ab vtroque dimanet, ad discernendum vtri potius attribuatur, iure optimo origo spectanda est. Sic *Abbas. c. Consensus n. 1. not. ab. 2. de rebus Eccles. non alien. & c. 1. n. 1. not. ab. vlt. de pactis. & c. 1. n. 5. de sponsal.* vbi *Alex. de Neuo n. 14. Præpos. n. 5. Felin. n. 4. fine, Ripa c. 1. nu. 7. de iudic. & ibi Alciatus n. 1.*

7 Hinc deducitur nil referre, ne dicatur constitutio Cõcilii, eam à Pontifice confirmari: si enim à Concilio originem trahat, dicetur adhuc constitutio Concilii. Quippe omnia Concilii decreta ab ipso Pontifice confirmantur, vt robur habeant. Sic *Felin. c. 1. n. 5. de sponsal.*

8 Secundò deducitur, quando constitutio originem trahit à Pontifice, eam esse Pontificiam, quamuis in ea dicatur eam esse editam, sacro approbante Concilio. Quod ea verba non denotent eam principaliter à Concilio editã, vt sit Concilij, sed esse à Concilio approbatam. Sic *Felin. n. præc. allegg. Decius c. At si clerici, §. De adulteriis, in nona edit. nu. 43. de iud. & c. 2. an prima lectura, n. 3. to 1.* vbi *Ripa n. 7.* reprobans Dominicum, qui *cons. 44. n. 3.* contrarium tenuit.

Secunda reg. Quando in decreti superscriptione dicitur, Ex tali Concilio, signum est, id à Concilio traxisse originem, ac proinde cæteri Concilii. Quia dictio, Ex causam proximam denotat (vt testatur *Bartolus* communiter receptus *l. Eo tempore, fin. ff. de peculio.*) Sic tradunt *Felinus c. 1. n. 5. de sponsal. Decius c. 1. in 1. lectura, in nona edit. n. 1. de iudic. & ibi Alciat. n. 1. Ripa nu. 4.* Qui bene addit secus esse, si dicatur in tali Concilio editum. Si enim Pontifex interfuit, signũ est, non à Concilio, sed à Pontifice originem tractam, & sic esse id Pontificium. Quamuis *Boschus eo c. 1. n. 2. de iudic.* conetur probare constitutionem esse Concilii, siue in superscriptione dicatur, Ex tali Concilio, siue. In tali Concilio. Et ad hoc probandum adducit varios textus illius superscriptionis. At illis omnibus responderi potest id euenire, quòd aliunde constet ea decreta esse Concilii. At nostra regula intelligitur, quando ex alijs coniecturis vehementioribus vel aliunde id non constat.

Tertia reg. Quando Pontifex attribuit cõstitutionem ipsi Concilio: vt *c. Nimis, de iureiur.* ibi: *sacri auctoritate Concilij prohibemus: & c. si 2. q. 1.* ibi: *Decernente nobiscum sancta Synodo,* est constitutio Concilii. Quippe id signum est velle Pontificem vt ea constitutio noua tamquam à se, sed tamquam à Concilio edita accipiatur. Sic *Decius d. c. 1. in nona edit. in 1. lectura, n. 7. de iudic. & ibi Alciatus n. 1.*

At difficultas specialis est, quando Pontifex sic dicetur: Definimus hoc cum consilio Concilii, vel cum consensu Concilii. Qua in re quidam asserunt, in vtroq; casu eandem constitutionem esse Concilii. Quod videatur Pontifex eam illi tribuere. Sic *Boschus c. 1. n. 2. de iudic.* Alij è diametro aiunt esse in vtroq; casu Pontificiam. Quòd regulariter quoties aliquis facit actum, altero consentiente, non huic sed illi tribuatur, *l. Aliud est vendere, in princip. ff. de reg. iuris.* Item quia *c. 1. de renunc. in 6.* dicitur Papam statuere de concordia Concilii & consensu Cardinalium. Et tamen constitutio est Pontificia. Sic sustinent *d. c. 1. in 1. lectura, n. 4. & 5. ibi, & Ripa n. 5. & 6. Riminald. n. 2. & 3.* At placet sententia media, vt sit Pontificia, quando dicitur de consilio Concilii; at secus quando dicitur de consensu Concilii. Quia consensus necessitatem inducit, non verò consilium. Et ita quando dicitur, De consilio Consilii, non tribuitur ea constitutio Concilio, nisi tanquam consulenti. At quando dicitur, De consensu, tribuit illam Pontifex Concilio, ac eius auctoritati, quamuis consensus Concilii non esset necessarius, nec is cogat Pontificem. Et ita iuxta regulam n. præc. traditam dicetur constitutio Concilii. Sic loquentes de Archiepiscopo aliquid statuẽti in Concilio prouinc. tradunt *Host. c. Graue, n. 17. de prab. Archidiac. c. 1. n. 2. d. 17. & ibi Domin. ad fin. Anchar. clem. 1. nu. 5. not. ab. 1. de sent. excom.* Et in propriis terminis docent *Abbas in quodam sermone quem habuit in Concilio Basilensi, in vltima parte,* vt eum referunt ac sequuntur *Felinus c. 1. nec. de pactis, & c. Eam te, nu. 17. paulo ante vers. Erat ipse electus, de rescript. Alciatus c. nu. 1. de reductis.* Et ad argum. contraria respondet optime *Alciatus cod. c. 1. n. 1.* Ad *l. Aliud est vendere,* resp. eum textum procedere, quoties is, cui consentit, non habet potestatem eum faciendi actum, nec qui facit, consentiendi. Tunc enim tribuitur actus facienti. Secus vbi agens & consentiens habent potestatem faciendi, vt contingit in Pontifice statuenti, & in concilio consentienti. Et per hoc resp. *eadem Alciat. ibid. ad textum in c. 1. de renun. in 6.* Quoniam ibi cœtus Cardinalium consensum præstans, nullatenus habet aliquid statuendi potestatem: quam ob rem merito ac iure optimo illa constitutio edita soli Romano Pontifici, qui statuendi auctoritate gaudet, tribuitur.

DISPVTATIO VI.

An Pontificis, & solius sit, dispensare in impedimentis, siue iure naturali diuino, siue solo Pontificio dirimentibus matrimonium?

SVMMARIVM.

Quæ sint quæstiones disputandæ, n. 1.
An sit vera dispensatio in iure diuino & naturali pendenti ab humana voluntate: vt in voto? n. 2.
Quid, quando ius diuinum est absolutum? Refertur duplex sententia, num. 3. 4.
Proponitur sententia Auctoris, n. 5.
Quæ regula sit ad dignoscendum, in quo iure diuino possit Pontifex dispensare in. 6.
Solvuntur argumenta, n. 7.
An possit Pontifex dispensare in impedimentis iure diuino & naturali dirimentibus? Refertur duplex sent. n. 8. & 9.
Referuntur sententia Auctoris: & explicatur an possit declarare in aliquo casu licere eum his impedimentis matrim. n. 10.
An in impedimentis solo iure diuino inductis possit? n. 11.
Explicatur in speciali in quibus impedimentis Pontifex dispensetur n. 12.
An sufficienter deducatur non posse Principem in aliquo casu dispensare quod sit contra ius naturæ? n. 13
Post n. 13. inuenies summaria, qua desideraueris.

1 DVPLICEM quæst. petit disp. præsens. Prior est: an Pontifex possit dispensare in impedimentis iure diuino & naturali dirimentibus matrim. Posterior, an solus ille possit in impedimentis iure Pontificio dirimentibus.

2 Priori quæst. vt satis fiat, præmittenda est quæstio generalis: an Pontifici integrum sit dispensare in his, quæ iuris diuini & naturalis sunt? Quia in re supponendum est, duplex esse ius diuinum naturale. Quoddam ab humana voluntate ortum, & ex eius suppositione obligans: vt votum & iuramentum. Aliud verò est absolutum, & ex diuino arbitrio deriuatum. Et sane si de priori sermo sit, quamuis aliqui dicant in eo non vere dispensari per prælatos, relaxando obligationem, casu quo verè obligabat, sed tantum declarari in eo casu ob circumstantias occurrentes, id non obligare. Inter quos est *D. Bonau. 4. d. 38. a. 2. q. 3. Glos. c. Non est, v. Auctoritate, de voto, & ibi Ant. n. 3 Card. c. Cum ad monasterium, n. vlt. de statu monach.* & alii quos refert *Enriq. l. 8. de Euchar. c. 13. n. 2. in comment. lit. R.* At merito eos improbat *ibi Enriq.* alios referens, dicens esse veram & propriam dispensationem, relaxarique votum, casu quo verè obligabat. Quod idem asserunt *D. Th. 4. d. 38. q. 1. a. 4. quæstiunc. 1. corp. & ibi Ricar. a. 9. q. 1. corp. & ad 1. Host. d. c. Non est, n. 1. & ibi Abb. n. 5.* & fere vniuersi. Quod tunc non absolute & propriè relaxetur ius diuinum naturale, tollendo eius obligationem. Ius enim diuinum est, vt qui votum habet, id impleat: & hoc semper manet integrum. At hunc habere votum, non est ius diuinum, sed voluntate propria effectum: quam possunt prælati impedire. Quare tunc non propriè dispensant prælati in iure diuino, sed tollunt obligationis fundamentum, quam homo actu humano sibi imposuit, quo sublato euanescit iuris diuini circa illud votum obligatio (vt relato D. Tho. explicat l. 2. disp. 14. n. 5. ad 4.) & communiter tradunt alij.

3 Tota autem difficultas est, de iure diuino absoluto. Triplex est sent. Prima ait Pontifici integrum esse dispensare in omni iure diuino, præter fidei articulos. Sic *Abb. c. Proposuit, n. 20. de consuet. prob. Decius cons. 112. n. 3. fin. vol. 1. & c. Quæ in Ecclesiarum, in nou. edit. n. 44. & 45 de constit. Rojas epitome successi. c. 23. n. 71.* Sed hæc sententia tanquàm omnino à veritate aliena, est reiicienda.

4 Secunda sent. sustinet, non posse Pontificem in hoc iure diuino propriè dispensare, vt dispensatio est iuris relaxatio: sed tantum posse auctoritatiue declarare id ius in tali euentu non obligare. Ducitur primò, quod inferior nequeat legē superioris tollere, *clem. Ne Romani, de elect. & 6. Inst. uer. d. 21* Et confirm. quia quamuis per eam specialem dispensationem non abrogetur lex absolutè, at in eo casu speciali abrogatur tollendo eius obligationem, casu quo secluſa dispēsatione obligabat. At hoc est solius conditoris legis, aut eo superioris. Secundò, id constat ex Zosimo & Vrbano Pontificibus, quorum dicta referuntur *c. Sunt quidam; & c. Contra statuta, 25. qu. 1.* Tertiò, quia sacra Scriptura & perpetuus Ecclesiæ vsus docet, legem naturalem & diuinam potius esse humanis magistratibus propositam, tanquam certam ac immotam regulam, qua gubernentur, quam vt possint eam relaxare, eximendo aliquos ab eius obligatione. Alias nullæ essent in Ecclesia regulæ immotæ, ex quibus auctoritas humana tamquam ex principijs procederet. Et confirm. quia semel hac in iure diuino dispensatione admissa, nil erit firmum ac immutabile. Nec erit maior ratio, cur possit dispensare in vno & non in alio iuris diuini præcepto, concurrentibus paribus causis. Tandem quia ideò in lege humana dispensari potest, vt manentibus eisdem conditionibus, quibus stantibus obligabat desinat obligare: quod voluntas humana, à qua consurgit, sit mutabilis. Cum ergo diuina voluntas, à qua lex naturalis proficiscitur, sit prorsus immutabilis, minimè in illam cadet dispensatio. Et ideò huius sententiæ sunt *D. Thom. quodlib. 4. a. 3. corp. & ad 1. Durand. 4. d. 33. q. 1. n. 15. Maioris 4. d. 27. q. 6. col. 4. vers. Propter hoc argumentum, & d. 24. qu. 12. statim in princ. Almain. de potestate Ecclesiæ, c. 13. Driedo l. 2. de libert. Christiana c. 4. pag. 4. Catharin. l. 6. in Cæietanum, in q. illa, An Pontifex possit dispensare in voto solemni religiosorum, Soto 4. d. 28. q. 1. a. 5. ad 1. & l. 1. de iust. q. 7. a. 3. ad 3. & l. 10. q. 3. a. 4. col. 8. vers. In calce demum, Palacios 4. d. 38. disp. 2. col. 46. vers. Porro quamuis, fol. 884. & d. 11. disp. 3. col. 11. vers. Porro autem hanc rem, Suarez de Euchar. q. 74. a. 2. disp. 43. sect. 4. vers. Tertia sent. & vers. Quinto potest hoc, Valentia t. 2. disp. 7. q. 4. punct. 6. vers. Et quod ad priorem, & qu. 8. punct. 4. vers. Dispensatio autem, & ad finem illum puncti, & 2. 2. disp. 10. q. 3. punct. 5. col. 4. vers. Quarto certum est, & vers. Sic etiam in proposito, & in fine illius puncti.* Et ex Iurisperitis, *Cardin. c. Cum ad monasterium, 5. vlt. n. 6. de statu monach. Parisius cons. 68. nu. 100. & 264. vol. 4. Sylueſt. v. Papa, q. 16. & 17. Ioan. Baptista de possessionibus, q. 19. num. 44. & seq. Nauar. l. 4. cons. 1. edit. 2. de sponsal. cons. 39. n. 16. in 2. de sponsat. impub. cons. 4. nu. 15. Turrecr. c. Conuentiones, 35. q. 3. nu. 3. & in summ. de Ecclesia, l. 3. c. 54. col. 3. n. vn. & c. 57. nu. 1. conclus. 1. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 9. n. 4. Barbosa rubr. ff. solut. matrim. 2. p. nu. 104. Magdalen. de numero testium, 5. p. c. 3. n. 225. & triplici seq.*

Tertia sent. (cui tamquam probabiliori adhæreo) ait, 5 posse Pontificem aliquando dispensare in iure naturali & diuino, non in vniuersū id ius, in quo dispensat, abrogando, sed eius obligationem vere tollendo per veram dispensationem in casu aliquo speciali, ex causa vrgenti. Ducitur, quod si solum tribuamus Pōtifici, posse interpretari legem diuinam in aliquo casu speciali minimè obligare: id non est actus iurisdictionis, sed prudentiæ ac doctrinæ, ac proinde viris doctis id liceret. Dices id competere Pōtifici auctoritatiue, ita vt omnino tutum ac certum reddat eum quicum dispensat. Quod vitis doctis non competit. Sed contra hoc est, quia sic interpretari legem, est solius conditoris, aut eo superioris, *c. Inter de sent. excom. c. Ideo, 39. q. 1. c. Sicut enim, 11. q. 1. l. fin. ff. de legib.* Quod si dicas, id competere Pōtifici ex commissione diuina. Similiter dicemus hanc dispensandi potestatem in casu speciali competere illi ex commissione Dei. Cum enim Ecclesiæ non deficiat Deus in necessariis, iusta ratione credi potest hanc commissionem Pontifici datam. Et confirm. quia sicut recta Ecclesiæ gubernatio petit, vt prælatis inferioribus commissa sit facultas vere ac propriè dispensandi in legibus Pontificijs, non in vniuersum, sed in casu aliquo speciali, quando necessitas occurrit. Eo quod non debet destitui mediis necessarijs ad eius tranquillum statum regimenq; tuenda. Nec potest in his commodè adiri Pontifex. Ita eadem recta gubernatio petit commissum esse Pontifici, vt in lege aliqua diuina vere & propriè dispensare possit ob necessitatem occurrentem. Idque multo magis necessarium est. Quia in priori casu vere est aditus ad Pontificem, quātis non commodus. At in posteriori nullatenus potest adiri Deus, vt dispenset. Hæ amplius confirmatur; quia sicut dispensatio inferiorū in lege superioris, non derogat auctoritati & iurisdictioni superioris, eo quod

ex

ex iustâ tacitâ commissione fiat. Ita hæc Pontificia dispensatio in iure diuino non derogat auctoritati Dei, vtpote quæ non propria Pontificis auctoritate fit, sed ex tacita aciure optimo præsumpta Dei commissione fit. Et sicut Ecclesiæ gubernationi non satis prospiceretur, si in priori casu sola declarandi facultas prælatis inferioribus concessa esset. Cũ ea muleis scrupulis pareat, vtpote cui locus non est in casu dubio, & vbi lex obligat, secus in casu claro, & in quo lex, secluſa ex declaratione, vere non astringebat. Ita nec in casu posteriori satis vtilitati & regimini Ecclesiæ consulitur, sola declarandi potestate concessa. Tãdem, quia eodem modo & eisdem verbis dispensationis vtens, dispensat Pontifex in residentia Episcoporum iure diuino naturali absoluto obligantijac in voto & legibus humanis. Cur ergo dicendum est, hanc esse veram ac propriam dispensationem, illam autem solum declarationem: eo vel maximè, quod causæ, ex quibus Pontifex dispensat in ea residentia, sunt iustæ, vt media relaxatione illius legis facta per illum excusent Episcopos. At sæpissimè nullus vir doctus iudicaret eas esse sufficientes, vt secluſa vera dispensatione excusarent. Ecconfirmatur, quia si Pontifex declarans licere occisionem aggressoris ad tuendam propriam vitam: aut in extrema necessitate futati, vteretur verbis dispensationis, inepta esset locutio. Quod sit sola declaratio legis naturalis ea interdicentis, non ligare in eo casu. Cum ergo in quibusdam rebus iuris diuini vtatur verbo dispensandi, dicendum est, eam esse vere & propriè dispensationem. Et ita hanc sententiam tuentur *Glossa cap. Anuebis, verb. Exemptus de decimis, & ibi Abbas num. 4. Milis in repertorio, lit. D. num. 23. verb. Dispensatio, vers. Dispensare potest Papa, Felin. c. fin. nu. 7. & 8. de maior. & obed. Angelus verb. Papa, n. 1. Gocadin. cons. 51. col. vlt. num. 45. Hieron. Paulus in pract. cancellar. t. Notabilia super dispensationibus matrim. vers. Item potest dispensare, Lozzes de matrim. Regis Angliæ dub. 2. in 2. fundamento partu affirmantur, nu. 22. Mischaca l. 1. quæst. illustr. c. 25. à n. 18. vsque ad 22. Nauar. l. 4. cons. in 1. edit. t. de sponsal. cons. 3. n. 8. in 2. t. Qui filij sint legitimi, cons. 1. nu. 8. Borgasius de irregul. 6. p. t. de sponsal. n. 5. & p. 3. t. In quibus casibus non potest dispensari, nu. 8. & p. 7. t. fin. num. 20.* Et posse in iure naturali & diuino dispensari per Pontificem, non declarando, in vno vel altero casu, affirmant quoque *Beroius c. Super eo, n. 2. de vsuris, Gratus cons. 1. à num. 29. volum. 2. Sigismundus consil. 50. 37. & seq. Fortunius l. Gallus, §. Et quid si tantum, num. 310. ff. de liber. & posthum.* Hanc quoque sententiam ex Theologis tenet apertè *Canus relectione de pœnitentia p. 5.* vbi de præcepto confessionis, *ad fin.* vbi reprobata doctrina asserenti, quando dispensatur in voto, non dispensari proprie in iure diuino & naturali, sed tolli eius fundamentum, quod est voluntas humana, & ideo cadere propriam dispensationem in votas: ait duplicia esse præcepta diuina, quædam quæ nullum salutis detrimentum afferre possunt, vt Confessionis & Baptismi, & circa hæc non reliquisse Christum Ecclesiæ potestatem dispensandi, quia non expediebat. Alia autem, quæ numquam maius bonum impedire solent, & in spiritualis salutis detrimentum vergere. Vt sunt votum ac iuramentum, & circa hæc ait relictam esse Ecclesiæ potestatem vere dispensandi in vno, vel in altero casu, quando id ad maius bonum expediret.

6 Sed cum constet quædam esse præcepta diuina & naturalia, in quibus nunquam dispensare Pontifici permittitur, & nos asseramus esse aliqua, in quibus quandoque id licet: forsan petes regulam ad hæc præcepta discernenda: & rationem, cur magis in his quàm in illis hæc potestas competat. Sed dico similiter eam regulam necessario tradendam esse, retenta contraria sententia. Nam similiter non in omnibus iuris naturalis præceptis data est Pontifici potestas declarandi ea quandoque non obligare, sed in aliquibus. Quare regula, quam tradit *Catharinus lib. 6. in Caietanum, in ea quæstione an Pontifex possit dispensare in voto religiosorum solemni*, ad cognoscẽdum, quando datum sit Pontifici posse declarare ius diuinum in aliquo casu non obligare: & quando id datum minimè sit: retenta sententia, quam ipse tuetur, nempe, nunquam in eo posse dispensare: deseruiet nostræ sententiæ ad sciendum quando possit verè ac propriè dispensare. Quæ est hæc. Quædam sunt de iure diuino, quæ absque dubio sunt de se eius cõditionis, vt numquam in ea cadere possit dispensatio aliqua Pontificia. Quod nequeat excogitari casus, in quo iusta ratio dispensandi, vt ad formicandum, vel ne filius veneretur parentes, vel ad mutandas sacramentorum formas. Alia verò sunt, quæ licet in vniuersum expediant, at in aliquo casu speciali possint non expedire, & ita admitteret dispensationem. Quippe licet secundum se deceat ea non implere: at non continent perfectam & omnimodam indecentiam: sed potest ita iusta causa occurrere, vt ei indecentiæ imperfectæ præponderet, & sic iusta reddatur dispensatio, vt contingit in residentia Episcoporum, quæ est de iure naturali & diuino, in qua pontifex dispensare potest, & in consecratione sub vtraque specie: quæ est de iure diuino positiuo, in qua in remotissimis regionibus, vbi non est copia vini, potest iuxta veriorem sent. Pontifex dispensare. Quæ etiam regula conformis est ei, quam num. præced. in fine, proposuimus ex mente Cant. Vnde à priori colligetur facultas in Pontifice dispensandi in aliquo iure diuino, ex eo quod tale sit, vt rectà ratio ac suaue Ecclesiæ regimen petunt expedire, vt in aliquo euentu eius obligatio relaxetur, ob causas, quæ possunt occurrere. A posteriori autem id colligimus ex vsu Ecclesiæ dispensandi in eo, & ex grauium doctorum sententia, opinantium posse Pontificem dispensare in eo. Sed potest obijci, iuxta hanc regulam, licere quandoque Pontifici dispensare, vt quis sororem aut plures vxores ducat, aut vt matrimonium consummatum dissoluatur. Posset enim casus accidere, in quo ad bonum commune, pacemque reipublicæ tuendam id valde expediret. Sed huic regulæ ut plena fit, addendum est, quod nu. 10. statim in principio dicemus, vbi declarabimus aliqua esse præcepta huius posterioris generis, in quibus quoque nũquam potest Pontifex dispensare. Et inde constabit solutio huius obiectionis.

Ad arg. n. 4. proposita resp. Ad 1. & confirm. & 2. con- 7
stat ex dictis n. 5. solum enim probant non posse Pontificem in vniuersum præcepta iuris naturalis & diuini abrogare, vel etiam in casu speciali, propria auctoritate. At potest in eo ex commissione diuina, quã ibi probaui esse in Ecclesia. Ad 3. & confirm. constat ex dictis nu. præc. vbi ostendimus aliqua esse huiusmodi præcepta, in omni euentu obligantia, ac nullam dispensationem admittentia. Quæ sunt regulæ immotæ. Alia verò, quæ regulariter obligant, non tamen ita immobiliter, quin in aliquo casu dispensationem admittant. Et cur in quibusdam præceptis id liceat, in quibusdam verò nõ, ibi reddita est ratio. Adde, ipsummet argumẽtũ posse in auctores illius sent. retorqueri. Cum concedant posse aliquando Pontificem ius diuinum declarare: & conitet id non posse circa omne ius diuinum. Ad vltimum dic id argumentum tantũ probare, non posse in vniuersum dispensari in iure diuino, vt contingit iure humano. Nam tamen probat non posse in aliquo casu speciali. Nec ob id mutatur diuina voluntas. Quia dum Deus ab æterno voluit id præceptum obseruari, voluit pariter id non obseruari, dum Pontifex ritè & rectè in casu speciali in posterum dispensaret.

Ex his deducitur dissolutio quæst. initio propositæ, an 8
Pontifex possit dispensare in impedimentis, naturali ac diuino iure matrim. dirimẽtibus? Quidam censent posse Pontificem in eis aliquando in casu speciali dispensare. Et potest probari ex doctrina tradita nu. 5. & 6. Potest enim casus occurrere, in quo expediret ad bonũ regni, vt soror fratri nuberet, contra iuris naturalis prohibitionem. Sic opinantur *Milis in suo repert. lit. D. n. 23. verb. Dispensatio, vers. Dispensare potest Papa. Hier. Paul. & Lozzes, vbi eos n. 5. allegant, Angelus v. Matrimon. 3. ampel. 18. n. 2. Borgasius de irreg. 9. 6. n. 2. Sponsal. n. 5.* Idem tuetur *Enrig. l. 12. de matrim. c. 9. n. 3. & 6. n. 2.* vbi

vbi ait de iure naturæ esse irritum matrim. inter auum & neptem, at posse Pontificem ex magna causa dispensare. Et clarè videntur sentire hoc esse probabile *Sylvest. & Petrus de Soto*, vbi eos n.10. referam, cùm tantum oppositam sententiam probabiliorem vocent.

9 Alij verò id discrimen constituunt inter impedimenta iuris humani & diuini, vt in illis possit Pontifex dispensare, quando cum eis iam est contractum matrim. vt ex nunc, id est, vt id matrimonium legitimetur in sua radice, ac ea dispensatio trahatur retrò: (vt latius explicabimus disp. seq. per totam.) in his verò tantum dispensare possit, vt ex nunc, id est, vt denuo ineatur id matrimonium, nec dispensatio retrotrahatur. Sic *Ioan. Andr. cap. Per venerabilem, n 30. qui filij sint legitim. & ibi Abbas n.11. Anchar. num. 22. Alexand. de Neuo n.24. & 25. Cardin. nu. 9. qu. 1.* imo hic dicit posse etiam, vt ex tunc. *Abbas c. Literas, n. 17. fine, de restitut. spoliat. Felin. c. Quæ in Ecclesiarum, nu. 21. vers. Secundo amplia. de constit. Rosella verb. Papa, nu. 2. fin. & ibi Sylvester q. vlt. Martinus Laudensis de legitimatione, a. 2. nu. 86. & 96. Brunellus de sponsalibus concl. 24. n. 2.* Aduerte tamen hos DD. loqui de gradibus lege diuina Mosaica prohibitis. Quos hodie quoque diuina lege prohiberi ipsi censent, vt numero 11. aduertemus.

10 Verissima tamen sententia est, in nullo impedimento iure diuino naturali matrimonium dirimente posse Pontificem dispensare: nec in casu aliquo speciali (excipe votum solemne religiosorum, de quo est instituenda disp. 8.) Dixi, iure diuino naturali, ob ea, quæ num. sequenti dicam. Ratio huius sententiæ est, qua simul satisfiet rationi allegatæ num. 8. pro prima contraria sententia, & regula à nobis num. 6. tradita, ad cognoscendum, in quo iure diuino possit Pontifex dispensare, magis elucidabitur ac limitabitur. Ratio ergo est. Quia (vt bene aduertunt *Victoria de potest. Papa nu. 9. propos. 9. & Corduba in suo quæstionar. 4. qu. 8. colum. ante penult.*) sunt leges diuinæ in Ecclesia, in quibus Deus nullam reliquit dispensandi potestatem: & adhibent exemplum, vt de pluribus vxoribus ducendis. Et reddunt rationē hanc. Quia quamuis Deus præuiderit posse occurrere casus, in quibus rationi consona ac expedientior esset dispensatio, at præponderat huic bono inuiolabilis illarum legum custodia, ne, aperta dispensandi via, dispensetur passim in illis. Similiter ergo dicimus in præsenti, quamuis occurrere possit casus, in quo dispensatio in impedimento iuris naturalis esset expediens bono communi, ac valde necessaria, vt in matrimon. inito inter fratrem & sororem. At ex ea dispensandi potestate tot fornicationes inter fratres & sorores cōsurgerent, aut pericula tanti sceleris admittendi, & tanta indecentia naturalis est in iis matrimoniis, vt præponderent hæc bono, quod sequi posset, ea facultate dispensandi relicta in Ecclesia, qua relicta forte ad plures, quàm par est, dispensationis via aperiretur. Et ideo Deus Opt. Max. omnino circa hæc potestatem dispensandi denegauit, sed tantum facultatem hęc matrimonia ineundi concessit, vbi lex naturalis conseruandi generis humani strictior vrgeret. Vt si soli parentes & filij superstites in orbe essent. Hoc autem ita se habere colligitur ex vsu Ecclesiæ, quæ in nullo euentu hactenus dispensauit, vt matrimonium parentum cum filiis, aut fratrum cum sororibus ineatur. Et si aliquando in hoc vltimo casu fortè legatur dispensatum, id euenerit, quod Pontifex ille dispensans amplexus sit opinionem Doctorum asserentium solo iure Pontificio dirimi matrimonium inter fratres & sorores. Id quoque colligitur ex communissima Doctorum sententia, asserenti absolutè non posse Pontificem in his impedimentis dispensare. Hanc tenent *Gloss. c. Pitacium, v. Sororis, 30. qu. 3. & c. fin. v. Sacramentum, de transact. & c. Literas, verb. Dispensare, de restit. spoliat.* vbi *Host. n. 3. Abbas nu. 4. & 12. Imola n. 6. & c. Ex parte, nu. 6. de transact. Specul. ti. de dispensatione, §. Nunc breuiter, nu. 4. Henric. c. ver venerabilem, nu. 1. qui filij sint legitim. Berosius c. Super eo, nu. 3. de vsuris Bart. Socin. l. 2. in prin. n. 14. ff. de verb. oblig. Bermendus de public. concub. §. Statutum, n. 13. Alfensis 2. p. sum. l. 8. t. 17. a. vn. qu. 5. Sylvest. v. Papa, q. 17. Tabiena v. Dispensatio, n. 5. q. 4. & v. Impedimentum, imped. 3. n. 4. qu. 3. Turrecrem. c. Coniunctiones, nu. 3. & 4. & c. Quædam lex, n. 2. 55. q. 4. Nauar. sum. c. 22. n. 84. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. nu. 10. Molina l. 3. de primog. c. 2. nu. 12. vers. Si impedimentum procedebat, Gutta c. Ad limina, 30. qu. 1. §. 4. q. 134. num. 361. Magdalenus de nunq. scitum 3 p. cap. 3. n. 225.* Et ex Theologis, *Paud. 4. d. 40. q. vn. a. 3. n. 20. & 23. & 4. d. 41 q. 1. an. 5. concl. 2. nu. 27. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 11. §. 1 statum in princ. & cap. 14. §. 2. conc. 3. Maioris 4. d. 40. q. 3 paulo ante vers. Dubitatur quare, Pelagius de planctu Ecclesiæ, lib. 1. a. 45. lit. A. & a. 46. lit. B. Abulensis 1. Regum c. 8. q. 195. Catharinus lib. 6. in Caietanum in c. q. an Papa possit dispensare in voto solemni religiosorum, ad fi. Victoria sum. vbi de matrim. n. 295. Petrus de Soto lect. 11. de matrim. ad fin. Sotus 4. d. 40. qu. vn. a. 3. col. 3. vers. In capite ergo, Celaia 4. d. 40. q. vn post. 4. argum. dub. 2. Vigner. l. institut. c. 16. §. 7. vers. 9. imped. 6 fin. Veracruz 2. p. Speculi, a. 46 concl. vn. Pet. de Ledes. de matrim. q. 55. a. 6. circa primum statum affinitatu, diffic. 1. concl. 1. Manuel, 1, 10. sum. 2. edit. c. 236. nu. 1. Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 166.* Atque existimo non tantum sententiam hanc veram esse de propria dispensatione, quæ est iuris relaxatio, sed etiam de impropria, quæ est declaratio. Credo enim nequire Pontificem declarare, esse aliquem euentum præter necessitatē conseruandi generis humani, in quo liceat cū aliquo ex his impedimētis iuris naturalis inire matrimonium, sed hanc legem voluit Deus inuiolabiliter obseruari, ob rationem traditam. Quamuis *Sylvester v. Papa, qu. 17.* dicat posse Pontificem declarare validum fore matrim. inter parentes & filios, iure naturali interdictum, quando causa prohibitionis cessaret.

Monuerim tamen valde cauendum à plerisque ex au- 11
ctoribus nu præc. allegatis, qui cum in ea sint sent. vt gradus consanguinitatis & affinitatis *Leuit. 18.* olim iure diuino prohibiti, sint quoque nunc eodem iure veteri, asseruant in nullo illorum posse Pontificem dispensare. Quod nūc tanquam hæreticum damnatum est *in Trident. sess. 24. de matrim. can. 3.* ibi: *Si quis dixerit non posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare: anathema sit.* Quare cum iuxta verissimam sent. quam latè probauimus l. præced. disp. 52. n. 6. nullus ex illis gradibus sit hodie iure diuino prohibitus, nisi qui alias prohibitus est iure naturæ, ideo dicendum est posse hodie Pontificem in omnibus illis gradibus dispēsare, præter eos qui attēto naturæ iure matrim. cassant.

Hinc deducitur, iuxta varias senten. variè sentiendum 12
esse. Qui enim sentiunt iure naturæ esse irritum matrim. inter quoscumque ascendentes & descendentes, & inter fratres & sorores, subinde sentiunt in ijs gradibus non posse Pontificem dispensare. Et qui sentiunt aliquos ex eis gradibus solo iure Pontificio inductos esse, sentiunt subinde eos dispensationi Pontificiæ subdi. Et similiter sentiunt circa gradus affinitatis, ac reliqua impedimenta. Quippe (vt egregiè ait *Sotus 4. d. 40. qu. vn. a. 3. col. 3. vers. In capite ergo.*) sunt hęc conuertibilia. Hoc impedimētum dirimit iure diuino naturali: ergo nequit in eo Pontifex dispensare, & dirimit solo iure Pontificio, ergo potest. Quare cum iuxta nostram sent. ex gradibus consanguinitatis solus primus in linea ascendentium, nempe inter parentes & filios: & solus primus in linea trāsuersa, vt inter fratres & sorores, dirimat iure naturæ matrim. (vt constat ex dictis l. præced. disp. 51. nu. 7. 13. & 19. & disp. 52. nu. 11.) in ijs duobus gradibus nequibit Pontifex dispensare, at in cæteris poterit: & similiter cum iuxta nostram sentent. in nullo affinitatis gradu, etiam lineæ rectę, irritetur iure naturæ matrim. poterit in omni eo Pontifex dispensare (vt diximus lib. præced. tota disput. 66.) Similiter cum error personæ dirimat iure naturæ, secundum omnes: & impedimentum impotentiæ, iuxta nostram sentent. quam ceteri nouimus l. præced. tota disput. 98. in neutro impedimento potest Pontifex dispensare. At potest in defectu ætatis ad matrim. requisitæ (vt dixi l. præced. disput. 104. nu. 11. vbi id impedimentum esse de iure Pontificio probaui.) Itaque vt summatim dicam, solum nequit iuxta nostram sen-

sententiam Pontifex dispensare in errore personæ, impotentia, consanguinitate in primo gradu lineæ ascendentium, & transuersæ.

13 Tandem ex dictis deducitur, non esse sufficientem rationem, vt iudicemus non posse Pontificem in aliquo casu dispensare, quod sit contra ius diuinum & naturale. Quia (vt num. 5. probaui) potest in aliquo iure naturali & diuino dispensare, in aliquo casu speciali. Sed addi debet iuxta reg. nu. 6. traditam, eum casum habere eam naturalem indecentiam, vt numquam in eo expediat dispensare. At ex eo quod sit contra ea iura sufficienter deducitur non posse in eo casu ordinarie dispensare: nec in vniuersum abrogare.

SVMMARIVM.

Solus Pontifex dispensat in impedimentis iure humano dirimentib. n. 14
Legatus à latere nequit in eis dispensare, n. 15.
An possit cum aliquibus personis in aliquo casu? n. 16.
Reprobantur dicentes posse Episcopum dispensare in cognatione spirituali ex baptismo non solemni orta, & in publica honestate ex sponsalibus, & in cognatione legali. n. 17.
An in dubio sit impedimentum, sit necessaria dispensatio, & possit Episcopus? n. 18.
An possit Episcopus virtute tridentini sess. 24. c. 1. de matrim. dispensare vt is qui bona fide contraxerit matrim. irritum, iterum ineant, n. 19.
An possit Episcopus in casu magnæ necessitatis dispensare in impedimentis diriment. & possit dispensatio pro foro externo: & an tunc possit vicarius, vel possit Episcopus hoc delegare? remissiuè n. 20.
An possit quando prius est obtenta dispensatio subrepticia sine impedimenti remissione? n. 21.
An possit in defectu status: vel in solum impedientibus, vel Papa in matrimonio rato, vel in consummato tempore infidelitatis? n. 22.
An commissarius Cruciatæ dispenset in affinitate ex copula fornicaria, & quando id possit? n. 23.
An hæc facultas amplior concessa Episcopo ad dispensandum in diriment. in casu necessitatis, & conferatur amba potestates? n. 24.
Qualiter possit commissarius legitimare prolem suscepta, ac suscipiendam ex eo matrimonio in quo dispensatio? n. 25.
An possint legitimare, si non dispensêt in eo matrim. vel si dispenset & legitimet manentes legitimata si postea parentes non confirment id matrimonium? & quid si Episcopus aut alius commissarius dispensasset in eo matrim. an possit ipse hanc legitimationem facere? n. 26.
Qualiter Episcopus & commissarius Cruciatæ, dispensantes in impedimento occulto sin permisso, debeant dispensare suo notario & testibus? n. 27.
An aliqui religiosi habeant priuilegium dispensandi in hu impedimentis? n. 28.
Quale priuilegium habeant religiosi Societ. Iesu ad dispensandum cum Neophytis indorum, vt permaneant in matrimonio inito cum impedimento iuris humani? n. 29.

14 QVÆSTIO posterior. An solius Pontificis sit, dispensare in impedimentis solo iure pontificio diriméntibus matrimonium? Sit prima conclusio. Solius Pontificis est hęc dispensatio. Quia omnia illa sunt iure communi inducta in quo tamquam in lege superioris nequeunt inferiores ordinariè dispensare, *c. Inferior, d. 21. clem. nec Romani, de elect.* & ita fatentur omnes, quos n. seq. allegabo, & vltra illos, *Host. c. Quod dilectio, paulo post princ. & c. Quia circà, paulo post princ. de consang. Palud. 4. d. 40. q. vn. a. 3. n. 20. & d. 41. q. 2. a. 3. n. 4. concl. 1. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 15 §. 3. ad fi. & c. 14. §. 2. conc. 3. Armilla v. Dispensatio, nu. 22. Philippus Archiun. in edicto de fide & sacra. p. 2. c. 14. Gallego de cogn. spirit. c. 2. n. 22. Anast. Germon. de sacrorum immunitat. lib. 3. c. 11. n. 105. Paulus Borgasius de irreg. p. 6. t. de sponsal. n. 1. Toledo lib. 7. sum. c. 18. n. 5.* Et loquentes de cognationis spiritualis impedimento idem affirmant *Ledesm. 2. q. 44. q. 58. a 2. col. 2. Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 44. in fin. 1. conclusionis.* Et non posse Episcopum dispensare in his impedimentis affirmant quoque *Angel. v. Matrimonium, 3. imped. 18. n. 3. Sylvest. v. Matrimonium, 6. q. 6. fin.* & alij auctores, quos retuli l. 2. disp. 40. n. 1.

15 Hinc infertur, nec legato Pontificis integrum esse in his impedimentis dispensare. Qua legatus etiam à latere circa dispensationes ea potest solum in prouincia sibi cõmissa, quæ potest Episcopus in sua diœcesi. Atque ita docent *Glossa c. Quia circa, v. A sede, &c. Quod dilectio, v. Indulgentiam, de consang. Ioan. And. ad c. Quod dilectio, n. 6. Ant. n. 8. Abb. n. 5. Card. n. vn. appos. 1. Anchar. n. 4. Alex de Neuo n. 4. Prapos. n. 8. & d. c. Quia circa statim in princ. not. ab. 1. idem Abbas c. Quod transiat. n. 9. de offic. leg. Innoc. c. Ex parte, n. vn. de transact. & ibi Imola n. 6. Brunel. de sponsal. concl. 24. n. 2. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 11. Ant. Cucus lib. 2. instit. maior. t. 5. n. 142. Gaeta c. Ad limina 30. q. 1. §. 4. q. 1534. n. 463. & qu. 115. n. 313. & 314.* Et ex Theologis, *Enriqu. lib. 12. de matrim. cap. 3. n. 1. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. vlt. t. de dispensatione petenda, colum. 4.* Quod verum est, quamuis legatus à latere sit. Et docent *Abb. d. c. Quod translationem, nu. 9. Imola, Alex. de Neuo, Couar. Enriq. Lud. Lop. proxime allegati.*

16 Secundò infertur, non audiendum esse *Goffredum*, quē referunt DD. statim allegandi, dicentem, quamuis legatus nequeat generaliter dispẽsare in aliquo horum impedimẽtorum, posse tamen cum aliquibus personis. Quem meritò improbant *Ioan. And. Ant. Card. Anchar. Alex. de Neuo, Prapos. n. prac. allegati.* Quia cùm hæc impedimenta promanent à iure superioris Pontificis, legatus, qui inferior est, nec generaliter, nec specialiter dispensare valet. At posset dispensare in speciali casu, quando causa vrgeret, nec esset recursus ad Pontificem, & impedimentum est occultum. Sicut in simili casu id posse Episcopum, dicemus n. 20. Cum eadem potestas circa hæc sit legatis & Episcopis concessa. Et sic intelligitur, quod de legato in genere loquens tradidit *Gambara de auctoritate legati l. 7. tit. de dispensatione legatorum circa matrimonia, n. 397.* dicens posse legatum in remotissimis partibus existentem dispensare in casu speciali. Et tenet loquens de legato à latere *Enriquez lib. 12. de matrim. c. 3. n. 2.* vbi bene addit, dispensationẽ hanc pro solo conscientiæ foro deseruire. Sicut idem dicemus nu. 20. de simili Episcopi dispensatione. Nam eadem prorsus de Episcopo & de quocumque Põtificis legato, siue à latere, siue non à latere sit, circa hanc potestatem dicenda sunt. Et eædem conditiones sunt necessariç, quas eo n. 20. remisiuè explicabimus. Et hoc probat ratio n. præced. adducta.

17 Tertiò infertur non esse credendum *Soto*, qui *4. d. 42. q. 1. a. immediate ante solut. ad 1. principale*, ait posse Episcopum dispensare in impedimento cognationis ortæ ex baptismo tempore necessitatis non solemniter collato, dũ facillimus non pateret ad Papam aditus. Et *qu. 2. a. 2. in fin. corp.* ait si cognati legales inueniantur matrim. contraxisse & facillimus non pateret ad Pontificem recursus, posse Episcopum dispensare. Quem in hoc sequuntur *Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 51. fin. & Emm. Sa sum. v. Matrimonium*, vbi de impedimentis diriméntibus, *num. 6. fin. & idemmet Soto 4. d. 41. q. vn. a 3. fin.* ait, si contra impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus ortum aliqui contrahant, & expeditissimus nõ sit ad Papam accessus, posse Episcopum dispensare. Quem in hoc sequuntur *Lud. Lop. eod. tract. de matrim. c. vlt. col. antepen. v. Preterea aduertendum, Emman. Sa eodem loco proxime citato, n. 12. fin.* Sed hæc minus vera sunt, cum enim isthæc omnia impedimenta æquè sint iure Pontificio inducta, ac alia, & æquè dirimant matrim. nullam prorsus discrimnis rationem video, cur in aliis impedimentis nequeat Episcopus dispensare, siue ante matrim. contractum, siue post: at in hoc possit. Quare solum hoc admittendum est in casu, quem nu. 20. proponam sed in eo casu idem dicendum est in aliis impedimentis iure humano dirimentibus.

18 Quartò infertur, non omnino admittendũ esse, quod ait *Emm. Sa sum. v. Dispensatio, n. 1.* vbi docet in dubio, an res egeat dispensatione, posse Episcopum iuxta quorundam probabilem opinionem declarare non desiderari dispẽsationem, vel ad cautelam dispensare. Sed sic distinguendum existimo, si omnino res sit dubia, an interueniat impedimentum, nec ne, nulla opus est dispensatione. Quia in hoc dubio præsumptio est pro libertate ad contrahendum. Atque posset tunc Episcopus gratia tollendi scandali declarare non esse opus dispensatione, vel ad cautelam dispensare. Sed credo hanc non esse veram dispensationem. Et ideo si postea etiam in ito matrim. constaret

impedimentum dirimens, alia dispẽsatio Pontificis quærenda esset. Quia nullibi inuenio posse Episcopum vere dispensare in hoc dubio in impedimentis dirimentibus: sed est quædam prudẽtialis declaratio, quam etiam vir doctus posset facere. Quando autem non est omnino res dubia, quia præsumptio vrget pro impedimento, est necessaria dispensatio, nec potest Episcopus. Vt si quis cum femina coeat, & dubitet an semẽ inciderit intra vas, quia vel dubitat an seminarit, vel esto seminarit, an intra extra ve, ac proinde contraxerit affinitatẽ cum sorore illius, in hoc dubio non poterit sororem illam ex Episcopi dispensatione ducere. Quia cùm in hoc dubio præponderet præsumptio ex communiter accidentibus orta, nempe, quando est coitus cum femina intra vas, esse quoque intra seminationem, censendus est ille coiẽs laborare impedimento dirimenti. Iuxta dicta l. præc. disp. 64. n. 9. At quando iuxta ibi dicta non esset præsumptio semen incidisse intra vas, vt si copula non esset intra, sed prope vas, tunc non esset in eo dubio necessaria dispensatio. Tandẽ quando res non esset vere dubia, sed essent opiniones, quibusdam asserentibus id esse impedimentum, aliis vero negantibus: si opinio negans esset vere probabilis, quamuis affirmans esset probabilior: posset ille sequens opinionem probabilem inire id matrim. absq; aliqua dispensatione. Quod inxta veriorem sententiam satis sit in rebus moralibus sequi minus probabilem sent. si tamen verè probabilis sit. Quod si nec sit opinio, nec mere dubium, sed magis propendatur in eam partem, vt sit impedimentum, nullo tamen assensu illius partis habito, nec existente aliqua iuris præsumptione pro impedimento: tunc adhuc censendum est non esse impedimentum, nec exigitur dispensatio: sed standum est pro libertate contrahendi matrim. Sicut in simili diximus li. 1. disp. 9. n. 11. etiam tunc non obligare votum.

19 At specialis difficultas potest esse, num possit Episcopus virtute decreti *Trident. sess. 24. de matrim. c. 5.* dispensare cum habentibus impedimentum dirimens, quando bona fide præmissisque denunciationibus contraxere, vt denuò illud ineant? Ratio dubitandi est, quia in hoc casu concedit ibi Tridentinum posse dispensari, nec explicat à quo, ibi: *Si vero solemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod subesse postea cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit: tunc facilius cum eo, & gratis dispensare poterit.* At in hoc euentu permitti Episcopo dispensationem, quamuis cõstitutio sit Concilij generalis, diximus disp. præc. n. 5. Sed absque dubio tenendum est non posse. Quia ex antecedentibus colligitur totum illud decretum cum Pontifice loqui, proponendo illi expedire, vt numquam dispenset cum iis, qui mala fide similia inire matrimonia: secus quando bona fide. Adde sic quoque consuetudine explicatum esse hoc decretum. Quod si petas, cui vsui sit prior illa pars: cum nequeat Concilium potestatem Pontificiam restringere? Consule dicta à nobis libr. 3. disput. 45. num. 3.

20 Secunda concl. Potest Episcopus in casu magnæ necessitatis dispensare in his impedimentis. Quod latissimè contra alios probaui l. 2. disp. 40. per totam, vbi conditiones ad hoc petitas explicui: & multa alia circa hoc: & an Vicarius Episcopi possit in hoc casu vel aliis quibuscunque dispensare: & an possit Episcopus huiusmodi dispensationes delegare.

21 An verò possit Episcopus dispensare in impedimento dirimenti, quando est obtenta dispensatio in illo, sed subreptitia, illam confirmans: dixi l. 2. disp. 38. n. 12.

22 Vtrum possit Episcopus dispensare in impedimentis impedientibus, dixi l. præc. disp. 17. à nu. 10. præter impedimenta votorum, & iuramentorum castitatis, & religionis, & non nubendi, de quibus agemus hoc lib. disp. 9. & triplici sequ. Et an possit Episcopus dispensare in defectu ætatis ad matrim. petitæ, dixi l. præc. disp. 104. nu. 12. Et an possit Pontifex dispensare in matrimon. rato, vel in consummato inter infideles, dixi l. 2. disp. 14. & triplici seq.

Tertia concl. Commissarius bullæ cruciatæ potest dis- 23
pensare pro solo conscientiæ foro in affinitate consurgenti ex copula fornicaria, in primo vel secundo gradu, atque prolem susceptam & suscipiendam legitimam decernere, concurrentibus quatuor cõditionibus. Prima est, vt matrim. cum illo impedimento sit iam contractum, seruataq; sit forma *Trident. sess. 24. de matrim. c. 1.* Secunda est, vt id impedimentum sit occultum. Quãdo autem dicatur occultum, dicemus latè disp. 34. à n. 55. Tertia est, vt adfuerit bona fides, saltem ex parte alterius cõtrahentis, qui tempore contractus matrimonij id impedimentum ignorabat. Vltima est, vt coniux qui ignorauit impedimentum, certior fiat de prioris consensus nullitate, quãuis ei non declaretur causa nullitatis, vt euitentur scandala. Atque primus ille gradus, in quo potest dispensare, intelligitur, siue sit in linea transuersa, siue in recta. Quia conceptio ei facta (vt constat ex tenore bullæ Cruciatæ Latinæ) est absque distinctione. Et vterq; gradus est solo iure Pontificio inductus. Vt dixi l. præc. disp. 66. n. 3. & ita tenet *Manuel ad bullam Cruciatam*, §. 13. *n. 16.* Intelligitur autem prima conditio, quando prius matrim. fuit cõtractum, non tantum seruata forma substantiali matrim. nempe, vt id contractum sit coram parocho & testibus: sed etiam præmissis denunciationibus. Si enim illæ omissæ culpabiliter essent, nequiret commissarius dispensare. Quod constat ex iis, quę diximus lib. 2. disp. 40. nu. 4 vbi hoc latius exposui.

Hinc deducitur facultatem hanc commissarij ad dis- 24
pensandum, esse quodammodo ampliorem ea, quæ conceditur Episcopis ratione vrgentis necessitatis: de qua n. 20. diximus: & quodammodo strictiorem. Est enim amplior quoad hoc, quia Episcopus nequit dispensare, quoties eit recursus ad Pontificem, imò ad habentem ab eo dispensandi facultatem (vt probaui l. 2. disp. 40. nu. 8.) At commissarius potest, licet Pontifex esset præsens. Quia hæc limitatio in eius concessione non adhibetur. Est autem strictior quoad hoc, quod commissarius in solo impedimento affinitatis ex copula fornicaria potest dispensare: & numquam ante matrim. initum: & coniuge altero certiori facto de prioris nullitate consensus. At Episcopus potest in omnibus impedimentis iure Pontificio dirimentibus, & aliquando ante initum matrim. (vt latè probauimus l. 2. tota disp. 40.) Nec est vsque quaque certum, desiderari alterũ coniugem certiorem fieri de prioris matrim. nullitate, vt de hac re latè disputaui l. 2. tota disp. 36.

Insuper est amplior potestas commissarij. Quia illi cõ- 25
ceditur facultas legitimandi prolem ex eo matrim. irrito susceptam. Et ita potest eam legitimare pro foro conscientiæ solo quoad omnes ordines, & beneficia quæuis. Quia absolutè conceditur ei potestas legitimandi, vt docet *Enriqu. lib. 7. de indulgentiis, c. 13 nu. 5. fine.* Cui tamen non assentio, in quantum ait prolem hanc succedere posse in bona temporalia. Quia hæc dispensatio non est in radice matrimonij (vt constabit ex dicendis disp. seq. nu. 23.) At quando dispensatio non est in matrimonij radice, non trahitur ad bona temporalia (vt ibidem dicemus.) At Episcopus tantum potest cum illegitimo dispensare ad ordines minores, & ad quædam beneficia simplicia, *c. 1. de filiis presbyt. in 6.* Sed est strictior, quia hic potest cum quocumque illegitimo dispensare, vt constat ex *eo c. 1.* ille verò cũ habito ex solo matrim. irrito propter impedimentum affinitatis fornicariæ. Dixi autem hanc prolem sic legitimatam non succedere in bona temporalia, virtute *filius* legitimationis factæ à commissario: de qua loquitur *Enriqu.* nam bene alio nomine succedet: nempe, quia est vere legitima. Nam habita est ex matrim. & quamuis irrito, adfuit bona fides in altero parente. Nam in hoc solo casu conceditur commissario facultas dispensandi (vt n. 23. diximus.) Vnde in hoc casu erit proles legitima quoad vtrumque forum, & in omnibus, *c. Ex tenore, qui filij sint legit.* Quare cõmissarius nil aliud efficit, quam declarare prolem susceptam esse legitimã, ratione bonæ fidei ac susci-

pien-

piendam, quia orietur iam ex vero matrim. At potest hoc priuilegium in eo euẽtu operari, si postquam vterq; contrahens nouit impedimentum, concepta & nata sit proles, ante matrimonii dispensationem: tunc proles est illegitima, & nata in figura illius matrimonii irriti: & hanc potest vere legitimare commissarius pro foro conscientiæ solo. Quia iam impletur conditio petita: eo quod vere initum sit matrimonium cum bona alterius fide. Quippe ea aderat tempore contractus. At hæc legitimatio erit tantum quoad res spirituales (vt dixi.) Alia vero de effectu huius legitimationis in solo conscientiæ foro dicemus disp. 34. à n. 45.

26 Sed dubitabis, an casu quo proles fuit vere illegitima: quia habita iam concepta mala fide in vtroque parente conscio nullitatis illius matrimonij, possit à commissario legitimari iuxta facultatem eam illi concessam, non dispensando tamen vt valide ineatur matrim. quia vel iam alter parens obiit, vel nolunt de nouo inire? Et videtur posse. Quia distinctæ sunt facultates dispensandi in matrimonio, ac legitimandæ prolis. Nec hæc legitimatio à subsequenti matrimonio pendet, cum vi tute illius legitimari nequeat, vtpote quæ spuria est. Sed existimo nequaquam posse, niti dispenset quoq; in matrimonio: imo licet dispensarit in matrimonio, ac legitimarit prolẽ, credo eam legitimationem pẽdere à matrimonio postea ineundo: ac proinde vim non habituram, nisi postea de nouo ineatur. Quia Pontifex eam gratiam cõcessit, accessorie legitime contrahendis nuptis inter prolis illius parentes, in ipsius matrimonii fauorem. Non ergo poterit non dispensando in matrim. vel dispensando, ti id matrimonium postea non subsequatur. At si Episcopus dispensaret in eo matrim. casu quo potest, iuxta dicta num. 20. vel alius commissarius Cruciatæ, nec eam prolẽ legitimasset, credo posse subsequentem commissarium vti hac potestate prolis legitimandæ, subsecuto inter illos parentes vero matrim. Quia cum sit diuersa potestas à dispensatione in matrimonii impedimento, potest per diuersos exerceri, dummodo id matrim. ineatur, in cuius fauorem ea concessio facta est.

27 Cùm autem potestas hæc dispensandi, tam Episcopo quam commissario concessa sit pro solo cõscientiæ foro, neutra est facienda publice, cum notario & testibus, nec explicari debent nomina eorum, cum quibus dispẽsatur, ne impedimẽtum fiat publicum: sed tacitis eorum nominibus debent expediri literæ, vt expediuntur literæ in sacra pœnitentiaria pro conscientiæ foro concessę. Vel absque literis debet intimari dispensatio confessario, vel partibus ea indigentibus. Et ita de commissarii dispensatione loquentes docent *Corduba in quæstionario, li. 5. q. 43. dub. 6. punct. 1. 2. & 4. Manuel in bulla cruc. §. 3. n. 6.*

28 Tandẽ duo monuerim. Primus est, aliquos asserere mendicantes habere priuilegium à Leone X. concessum, ad dispensandum cum iis, qui scienter aut ignoranter contraxere matrimonium cum impedimento affinitatis, modo id notorium non sit, nec in iudicium deductum. Sic affirmant *Rossensis in libello de causa matrimonii Regis Angliæ, in princip. & Veracruz 2. p. specul. ar. 27 triplici pagina ante finem, vers. Et hoc confirmatur expressè.* Sed bene *Manuel. 3. tom. quæst. reg. qu. 2. a. 2.* dicit id priuilegium nullatenus esse in vsu: & se credere pro vnico solo actu fuisse concessum; & *Enriq. lib. 12. de matrim. c. 3. num. 3.* dicit hoc priuilegium non aliud concessisse, quam posse mendicantes dispensare cum incestuosis cum consanguineis coniugis, vt possint petere debitum: ac eo matrim. dissoluto ad aliud transire, non tamen cum affini vel aliud impedimentum habente.

29 Posterius est, religiosos Societatis Iesu habere priuilegium à Paulo III. concessum, vt dispensare possint cum infidelibus ad fidem conuersis, qui in locis remotissimis existunt, & infidelitatis tempore iniere matrimonium in gradibus solo iure humano prohibitis, vt in eo permanere valeant. Sed hoc priuilegium ad maiorem abundantiam est (vt bene docet *Enriq. l. 11. de matrim. c. 3. n. 4.*) Nam iuxta *c. Gaudemus, de diuort.* nulla dispensatio necessaria est. Quia matrimonium tempore infidelitatis initum contra solas leges Pontificias validum est.

DISPVTATIO VII.

An Pontifex possit dispensare in radice matrimonii irritè contracti, efficiendo dispensationem retrotrahi, ac proinde legitimando prolem antea habitam, quoad spiritualia & temporalia?

SVMMARIVM.

An Pontifex possit directe legitimare quoad temporalia n. 1.
Quæ quæstiones disputanda sint, n. 2.
An Pontifex dispensando in radice matrim. irriti possit prolem ex eo nata legitimare etiam quoad temporalia; Referuntur opinio? n. 3.
Propugnatur sententia Auctoris, n. 4.
An possit Pontifex absque causa facere dispensationem hanc? n. 5.
Quid, si parentes iam obierint, & cedat in tertij damnum? n. 6.
Quid, si proles habita fuit absque matrim. etiam irrito? n. 7.
Quid si id matrim. fuerat irritum ob impedimentum iuris naturalis ac diuini? n. 8.
Quid, si proles sit genita ex professo, vel in sacris constituto? n. 9.
Quid, si matrim. fuit irritum defectu consensus? n. 10.
An Princeps secularis possit legitimare quoad Ecclesiastica prolem ex matrim. irrito habita? n. 11.
An dispensatio super vsum confirmet præsentationem ad beneficium, illiusve collationem, electionem, vel confirmationem, quæ irrita fuerant? n. 12.
Soluuntur argumenta, n. 13.
Post n. 13. tenenda cætera sufficiunt.

QVo disp. huius difficultas percipiatur, præmittẽdum est, quamuis aliqui DD. variè senserint circa potestatem Pontificis ad legitimandum quoad bona temporalia, & officia secularia, extra loca temporali suæ iurisdictioni subiecta: veriſſimam tamen ac receptiſſimam sententiam habere id non posse, sed tantum quoad beneficia, ordines, ac Ecclesiastica officia. & ratio est. Quia sicut princeps secularis nequit legitimare quoad Ecclesiastica, eo quod careat iurisdictione Ecclesiastica, cuius id est: sic nec Pontifex extra ea loca potest quoad tẽporalia. Quod in eis vacet iurisdictione temporali, cui id incumbit. Atq; ita communiter tradunt DD. *c. Per venerabilem, qui filij sint legit.* & multis citatis *Couar. 4 decret. 2. p. c. 8. §. 8. n. 18. Molin. lib. 3. de primog. c. 2. n. 11. Peregrinus de fideicommiss. a. 23. n. 11. alter Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 173. init.* Quod communiter tenent *DD. d. c. Per venerabilem: & Couar. eod. §. 8. num. 16.* nisi causa ardua accideret, in qua valde religioni Christianæ expediret ea legitimatio. Idque probat textus *d. c. Per venerabilem, ad fin.* Quod bene intelligit *Molina dict. disp. 173. init.* quando secularis Princeps, ad quem alioquin ea legitimatio spectat, eam efficere teneretur, aut non tam cito vellet aut posset, vt res postulat. Quippe in ordine ad bonum spirituale, integrum est Pontifici secularium Principum negligentiam supplere. 1

Difficultas autem eo tendit, an hæc legitimatio possit quoad bona temporalia fieri indirecte à Pontifice erga personas suæ temporali iurisdictioni non subiectas, nempe dispensando in radice matrimonii irrite contracti? Quare duplex est quæstio tractando. Prior est, an id possit Pontifex? Posterior, quando censeatur sic dispensare. 2

Qvæstio prior. An Pontifex dispensando in matrim. irriti radice, possit legitimare filios ex eo ante matrim. dispensationem natos, in locis sibi temporaliter non subditis, ita vt capaces sint officiorum secularium, ac successionis bonorum temporalium? id est, an possit efficere vt dispensatio illa retrotraharur ad tempus, quo id matrim. irritum contractum est; ita vt censeatur quasi à principio fuisset valide initum, media illa dispensatione ad eum effectum vt proles ante dispensationem ex illo habita, sit quoad omnia etiam legitima, non aliter quam si ex legitimo matrim. nata foret? Et tota difficultas est, quando impedimentum ob quod id matrim. fuit irritum, est iure 3

Pontificio inductum (nam quando est iure diuino, & naturali, dicemus n. 8.) Duplex est sent. Prima sustinet id nō posse Pontificem. Ducitur, quod cum iam id matr. irritum eum effectum produxerit, vt proles sit illegitima, nequit Pontifex eum effectum non esse productum efficere. Ad præteritum enim nulla est potentia. Sit ergo proles manet illegitima, incurret damna inde iure secutaque proinde ea reparari nequibunt, nisi Pontifice dispensante in eo iure quo incurruntur. At nequit dispēsare extra loca sibi temporaliter subiecta, in iure ciuili, quo hæc damna quoad successiones, & reliqua temporalia imponuntur. Non ergo poterit efficere vt sua dispensatio retrotrahatur ad hūc effectum inducendum. Et confirm. quia aut dispensare in radice matrimonij est efficere vt matrim. illud reddatur ab initio validum. Et hoc non subest Pontificiæ potestati; imo nec vt sit validum à tempore dispensationis concessæ: sed eius valor nouum contrahentium consensum desiderat. Aut est tollere effectus ex eo matrim. irrito productos. Et hoc nō posse quoad effectus ciuiles extra propriæ iurisdictionis temporalis loca, probauimus n. 1. Hoc enim esset directe legitimare prolem quoad secularia. Secundò, quia fictio, qua iura fingunt aliquid retrotrahi, exigit terminum à quo, & ad quem habilia, iuxta doctrinam *Bartoli* communiter receptam, *l. Si is qui pro emptore, n. 4 & 28 ff. de usucapion.* & docet *Abb. c. Tanta, fin. qui fil. sint legit.* At id matrim. ab initio contractum, quod est terminus ad quem huius fictæ retrotractionis, non est habile, cum sit prorsus irritum. Et confirm. quia nullo prorsus contracto antea matrim. non posse Pontificem sic dispensare fatentur omnes (vt n. 7. dicemus.) At cum id matrim. sit irritum, perinde omnino est, ac si non esse contractum. Et ideo huius sent. sunt *Anton. c. Per venerabilem, n. 10. fin. qui fil. sint legit. Mihi in repert. lit. D. nn. 23. v: Dispensatio, ad fi. vers. Dispensatio Papæ, Molina to. 3 de iust. tract. 2. disp. 624. n. 3. Ceruantes l. 12. Tauri, n. 106. & seq. & addit. ad Nauar. lib. 4. conf. in 2. edit. t. qui filij sint legit. conf. 2. fin.* ait Gregorium XIII. anno 1584. negasse dispensationem huiusmodi à se petitam, ac addidisse se non posse sic dispensare.

At frequentissima, ac verior sententia habet id posse
4 Pontificem. Ducitur, quia radix & origo, ex quâ consurgit vt proles sit illegitima, ac subinde incurrat illegitimitatis damna, siue Ecclesiastica, siue secularia, est lex Ecclesiastica, qua statutum est, vt id impedimentum in eo matrimonij contractu repertum, illum dirimat: ac ea non stante matrimonio fuisset validum, ac proles legitima, nec ea damna incurrisset. At Pontifex potest suam legem irritare, & reuocare quoad effectus iure humano ex ea secutos, & non tantum quoad in posterum incurrendos, efficiendo vt non incurrantur, sed etiam quoad iam incursos, abolendo illos, ac si ea lex edita numquam fuisset, vt constat ex *Clem. vn. de immun. Eccles.* vbi Clemens V. reuocat quasdam prædecessorum constitutiones, etiam quoad effectus antea productos, ibi: *Quicquid ex eis secutum est, vel ob eas penitus reuocamus: & eas haberi volumus pro infectis.* Vbi *Gl. v. Pro infectis, & ibi Card. n. 6. opposita. Anchar. n. 3. Imol. n. 6. Abbas c. Non debet, in fin. de consang. & affin.* inde inferunt tantam esse Pontificis potestatem circa ea, quæ sunt iuris positiui, vt possit ea reuocare prout ex tunc, quando edita sunt: ac omnes effectus præteritos abolere, ac si numquam edita fuissent. Ergo sic dispensans Pontifex in radice matr. id est, in initio ipsius, reuocando impedimentum quod ipsum irritauit, ac si numquam irritatiset, efficiet vt dispensatio retrotrahatur ad matrim. initum, ac proinde censeatur ac si id matrim. fuisset ab initio validum, nullo impedimento irritanti existente: in quo casu proles esset vere legitima quo ad omnia. Et confirm. quia hoc non est directe dispensare in lege ciuili, & effectibus eius, sed indirecte, & per quandam consequentiam. Quia, scilicet, lege ciuili incurruntur ea damna à prole, supposita legis Ecclesiasticæ irritantis prædictum matrimon. firmitate: ex qua subsecutum est vt matrim. sit irritum, & subinde proles ex eo concepta, illegitima, ac subdita omnibus illegitimitatis damnis iure ciuili statutis. Cum ergo Pontifex sua dispensatione in ipsa matrimonij radice tollat directe firmitatem illius legis Ecclesiasticæ, eamque prorsus aboleat, perinde ac si lex illa nunquam prodiisset, efficiet indirecte, & per quandam consequentiam, vt ea omnia dāna cessent, vtpote quæ ex legis Ecclesiasticæ firmitate pēdebant. Et adhuc explicatur magis hæc ratio. Non enim dicemus posse nunc Pontificem efficere, vt id matrimon. fuerit à principio firmum: vel nunc incipiat valere absq; nouo contrahentium consensu, vel vt ex eo non sint secuti effectus iure ciuili statuti. Hæc enim omnia aperte non subsunt Pontificiæ potestati. Sed tantum dicimus ea esse Pontificis potestatem, vt possit dispensando prout ex tunc in ipsa matrim. irriti radice, delere, ac reuocare omnia damna quocumque iure humano inde incursa, ac in eum statum prolem restituere; quem haberet, si ex matrim. valido orta fuisset. Destructo enim legis Ecclesiasticæ valore, cui tamquā fundamento illegitimitas, ac cætera dāna innitebantur, illa omnia corruent. Sed dices hoc tantum probare de damnis iure Pontificio secutis: secus de secutis iure ciuili. Cum enim nequeat Pontifex in hoc iure dispensare, nequibit quoq; in effectibus ex eo consurgentibus. Sed respondeo non posse directe in his dispensare: at posse indirecte, & per quandam consequentiam, destruendo legem suam Ecclesiasticam, ex qua tamquam ex fundamento illa omnia pendebant. Tandem, quia multa possunt fieri indirecte, per quandam consequentiam quæ directe, & principaliter fieri nequeunt. Sicut ius patronatus nō potest per se, ac directe vēdi absque labe simoniæ, cum tamen in consequētiam vendatur vendito fundo, cui est annexus, *c. Ex litteris, de iure patr.* Sic ergo licet Pontifex nequeat directe dispensare in iure ciuili, ac eius effectibus, poterit vtiq; indirecte, & per quādam consequentiam, modo expolito. Et ideo huius sent. sunt *Ioan. And. c. Per venerabilē, n. 30. qui filij sint legit. & ibi Abbas n. 22. Card. n. 9. 4. 1. Anchar. n. 21. Alex. de Neuo n. 18. Propos. ibi, §. Quod autem, n. 7. 4. idem Abb. c. Literas, n. 17. §. de restit. spoliat. idem Anchar. c. vn. n. 3 de sponsi. in 6. & clem. vn. si de immun. Eccles. & cons. 409. n. 5. 6. 7. Felinus c. Quæ in Ecclesiarum, n. 21. vers. Secundo amplia, de constit. Curtius senior cons. 73. n. 7. Chassaneus cons. 43. n. 17. Guilelm. Benedict. c. Raynutius, vers. Et vxorem, in princip. nu. 202. & 203. de testam.* & refert ita decisum fuisse Normandiæ per Arestum *Brunel. de sponsal. cons. 24. n. 2. Iacob. de Puteo* referēs sic in Rota decisum, *decis. 483. n. 2. & 3. l. 2. Nicol. de Vbaldis de success. ab intestato, 1. p. nu. 106. Mart. de Rosellis de legit. lib. 2. in princ. nu. 19. & 20. Mart. Laudensis de legit. a. 2. n. 85. & 96. Beerius decis. 164. n. 26. Celsus cons. 31. nu. 7. & triplici seq. Benedictus de Barzis de filiis non legit. nat. n. 44. Gozadin. cons. 6. n. 63. Capra cons. 1. n. 8. Zephalus cons. 307. nu. 54. volum. 3 Rosella v. Illegitimus, num. 15. Angelus v. Papa, nu. 4. & v. legitimatio, nu. 7. Sylvester v. Papa, fin. & v. Legitimus, qu. 4. & qu. 7. dict. 5. Armilla v. Legitimus, nu. 3. & ibi Tabiena qu. 1. n. 3. Nauar. lib. 4. conf. in 1. edit. t. de sponsal. cons. 3. nu. 12. & nouiss. penul. & t. Qui filij sint legit. cons. 1. nu. vn. in 2. edit. eodem tit. Qui filij sint legit. cons. 2. n. 12. & n. penul. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. n. 13. Molina l. 3. de primog. c. 2. n. 12. Rojas epitome success. c. 23. n. 113. Ant. Gab. tom. 3. commun. opin. l. 6. t. De legitimatione, con. 3. n. 1. & 2. Borgasius de irreg. 2. p. t. De interpretatione, extensione & restrictione dispensat. nu. 19. Anaclas. Germon. de sacror. Ament. tit. l. 3. c. 11. n. 105. Matolus de irreg. l. 1. c. 4. n. 20. Peregrin. de fideicomm. a. 23. n. 7. & ar. 24. n. 80. Humada l. 2. gl. 5. a 10. nu. 8. tit. 15. p. 2.* Et ex Theologis *Enriquez. libr. 11. de matrim. c. 20. n. 2. Lud. Lopez. 2. p. instruct. vbi de matrim. cap. vlt. col. penult. Sayro thesauro casuum, tom. 2. l. 6. c. 10. n. 27. & c. 11. nn. 6.* Et his diebus in hoc prætorio Granatensi sententia pars hæc definita est.

Dubitandum tamen non est, grauem culpam à Pon- 5
tifice admittendam, si absque causa legitima dispensationem hanc concederet: quamuis valida esset, vtpote quæ in solo iure humano facta sit. Quia cedit in graue damnum succedentium in eam hæreditatem, si proles nō legitimaretur. Sic *Nauar. l. 4. cons. in 1. edit. t. Dispensat.*

cons.3.n.penult. & finali, in 2.cod.lib.4.t.qui filij sint legit.cons.12. n.penult. & fin.

6 Ex his deducitur primò, posse quoq; hanc dispensationem in radice matrimonij fieri à Pontifice, quamuis iam parentes prolis, qui irritum matrimon. inierant, obierint. Quod dispẽsatio hæc non innitatur ablationi prioris impedimenti dirimẽtis, vt valide nunc ineatur matr. imo id de nouo valide iniri nil prorsus ad hoc cõferat: sed tantum innitatur reuocationi legis Ecclesiasticæ, qua prius matrimon. irritum fuerat, factæ ex tunc, quando matrim. contractum est, ita vt aboleantur effectus inde producti (vt n.4. explicuimus.) Atque ita docent *Anchar. cons.409.n.6. Boerius decis.264.n.26. Iac. de Puteo decis.483.n.2.l.2. Angelus v.Papa, num.4. & ibi Sylvester fine, Navar. l.4.cons.in 1.edit.t.de sponsal. cons.3.à n.10.* & præcipue *n.penul.in 2.t.Qui filij sint legit. cons.2.à n.10. Molina l.3.de primog.c.2.nu.12.fine, Peregrinus de fideicomm.a.24.fin. Sayro thesauro casuum to.1.lib.6.c.11.n.6.* Quod quidem nõ caret difficultate, si cedat in tertij præiudicium, eo quod sit auferenda hæreditas parentũ illius prolis agnatis, vel aliis filiis, qui in eam successerant, possessionemq; eius apprehenderant, *Angelus & Sylvester proxime allegati* id fieri posse per Pontificem negant. Sed dic dupliciter hanc dispensationem posse à Pontifice concedi. Primo ex voluntate parentis, cui succeditur, qui adhuc superstes petijt sic dispensationem expediri, aut iussit petiæ & tunc potest à Pontifice concedi, non obstanti eo præiudicio. Ex doctrina *Bartoli, & aliorum, l.Gallus, §.Et quid si tantum, ad fin. ff. de liberis & posthum.* Et ita profitentur *Iac. de Puteo, & Peregrinus* alios referens proxime allegati. Secundo, quando is parentis consensus non præcessit: & in hoc euentu est multo maius dubium, & id negat *Iacob. de Puteo ibid.* Quia fictio non potest retro fingere post dissolutum matrim. & ius alteri quæsitum. At melius id concedit *Peregrinus cum Ancharano proxime alleg.* Quod idem sustinere videntur cæteri allegati: cum indistincte sustineant posse hanc legitimationem fieri post parentum obitum, referentes pro se Ancharanũ, qui hoc expresse tenet. Et ratio est, quia non potest dici, non præcessisse in hoc euentu matrimoniũ, saltem in figura & effectu. Quæ figura multum operatur, *l.3.ff. de don. inter vir. & vx.c.Plerumque, eo.t.c. Naper, de big.am.* Cum ergo canonica lex fuerit causa irritandi matrim. vt ea hæreditas deferatur, ac deuoluatur in alios successores, potuit Pontifex id ius quæsitum auferre, reuocando eam legem pro vt ex tunc, quoad effectus iam productos. Quippe ea conditio tacite inerat, cum hæreditas est deuoluta. At crederem noluisse Pontificem iuri aliorum acquisito derogare, nisi ex certa scientia hoc fecisset. Quia in dubio clausula in rescriptis Principum appositа intelligitur sine tertij præiudicio, vt per textum in *l.1.§.Si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico*, tradunt *Salycetus l.Generaliter, §.Cum autem, n.7. C. de institut. & substit. Hippolytus Rem. cons.46.n.32.vol.1.*

7 Secundò deducitur, quando proles habita fuit nullo præcedenti matrim. irrito, sed ex concubitu omnino fornicatio, non posse Pontificẽ eam quoad temporalia & sęcularia legitimare, extra loca suæ temporalis iurisdictionis. Quia cum nulla sit matrimonii radix, in qua directe dispensando, legitimet indirecte: & per quandam consequentiam, id esset vtique legitimare directe quoad temporalia. Quod suæ potestatis minime esse diximus n.1. Et ita fatentur *Io. And. c.Per venerabilem, nu. 30. qui filij sint legit. & ibi Ant.nu.10 ad fin. Card.n.9.q.1. Abb.n.21. Alex. de Neuo nu. 17. Anchar.n.21. & cons.409.n.4. & c.vn.n.3. de spons.in 6. idem Abb.c.Litteras, n.27. fin. de rest. spoliat. Angel.v.Legitimatio, nu.7. Sylvest.v.Legitimus, q.7. dub.5. Celsus cons.31.nu.8. Martin. Laudensis de legit.a.2.n.85. Peregrinus de fideicom.a.24.n.76.*

8 Tertiò deducitur, nec id posse Pontificem, quando matrim. irritum erat ob impedimentum iuris diuini naturalis. Quia radicem nullitatis illius matrimonii, cum sit impedimentum iuris naturalis, nequit Pontifex dispensando auferre. Et quamuis diceremus posse in casu peculiari, at cum non omnimoda potestate in ea impedimenta gaudeat, at circa iuris Pontificij impedimenta, nequit ea dispensando tollere, quoad effectus ex eis ante dispensationem productos. Et ita sustinent *Ioan. And. Ant. Abb. Alex. de Neuo, Anchar d.c.Per venerabilem, num.12. & alio duplici loco citato, Celsus, Peregrin. nu.77. vbi eos n.prac. allegati, Felin. c.Quia in Ecclesiarum, nu.11. vers. Secundo amplia, de constit. Chassaneus cons.43.n.17. Nic. de Vbaldis de successione ab intestato 1.p. n.106. Ant. de Rosellis de legit. lib.2. in princ. num.18. Martin. Laudensis de legit.a.2.n.86. & 96. Angel.v.Papa, nu.4. & ibi Sylvester fin. Capra cons.1.nu.10. Bruncllus de sponsal. concl.24.nu.2. Molina lib.3. de primog.c.2.n.12. Borgasius de irregular.p.2.t. De interpretatione, extens. & restrictione dispensationis, n.19.* Quare non est audiendus *Cardin.d.c.Per venerabilem, num.9.qu.1.* dicens posse Pontificem in hoc casu. Huius limitationem subijciam num.10. fin.

Quartò deducitur, quid dicendum sit de prole genita ex professo, vel in sacris constituto? *Ioan. And. c.Per venerabilem, n.30. qui filij sint legit. Abb. ibi n.12. Anchar. nu.22.* dubij manent. Nam quamuis fateantur solo iure humano dirimi in vtroq; casu matrim. quia tamen iure diuino naturali impeditur ratione voti, dubitant an possit Pontifex ita dispensare in radice huius matrim. ac dispensat, quando solum iuris Pontificij impedimentum adest. At *Alexan. de Neuo c.Per venerabilem, nu.18. qui filij sint legit.* dicens in hanc partem inclinare Auctores prædictos, qui dubij manent: & *Maiolus lib.1. de irreg. c.4. num.21. & 22.* concedunt in vtroque casu id posse. Quod in vtroque sit solo iure humano irritum matrimon. nec in hac re vlla impedimenti solum impedientis iure naturali habenda sit ratio. Quia cum ex ea parte non impeditus sit matrimonii valor, non inde illegitimitas & cætera damna pullularunt. Atq; recte meo iudicio id asserunt, sustinendo opinionem probabilem, dicentem votum professi solo iure Pontificio dirimere. Qui autem nobiscum tenent dirimere iure naturali diuino, dicent non posse sic dispensare in radice eius matrimonij, iuxta ea quæ num. præc. diximus. Quia licet valeat Pontifex dispensare in hoc impedimento (vt disp.seq. dicemus) nequit tamen ita plene, atq; quoad effectus præteritos, ac quando est de solo iure Pontificio impedimẽtum. De voto autem ordinis sacri non dubito quin possit Pontifex dispensare in radice illius matrimonii cum eo ordine initi. Quia fere certum est, solo iure Ecclesiastico dirimere matrimonium, & ita de hoc voto tenet *Card.d.c.Per venerabilem, n.9.q.1. fine.* 9

Quintò deducitur, quando matrimonium fuit nullum defectu consensus in vtroque vel altero contrahente, nõ posse Pontificem dispensare in radice illius. Quia est iure naturali irritum: nec potest eius radicem tollere supplendo consensum, & ita fatentur vniuersi DD. n.8. alleg. Hoc autem, & dicta n.8. limitantur vt vera sint, quando impedimentum iuris naturalis & defectus consensus certa essent; vbi autem de his dubitaretur, posset Pontifex in radice matrimonii dispensare. Sic *Ant. de Rosellis de legit.l.2.in princ. n.16.21.22. Molina lib.3. de primog.c.2.nu.12.* & idem ait *Ant. d.c.Per venerabilem, nu.10. fine*, asserendum esse, retenta sententia, vt id possit Pontifex, quando impedimentum est solo iure Pontificio inductum. Quia in hoc dubio nõ est spoliandus possessione potestatis, quam habet. 10

Vltimò deducitur, Principem secularem nulla ratione posse legitimare prolem habitam ex matrim. irrito, vt capax sit ordinum aut cæterorum Ecclesiasticorum. Quia id directe non posse constat defectu iurisdictionis spiritualis, cuius est hoc: non posse vero indirecte, inde etiam patet. Quia cum hodie sola Ecclesia possit impedimenta matrim. dirimentia statuere (vt diximus lib. præced. disp. 3. num. 4.) nec Princeps secularis possit in eis dispensare, nequit radicem matrimonij irriti tollere, vt vel sic ea legitimatio subsequatur. Atque ita tenent *Ioan. And. c.Per venerabilem, n.30. qui filij sint legit. & ibi Ant. nu.10. Martin. Laudensis de legit.a.2.nu.85. Rosella v. Illegitimus, n.15. Tabiena v. Legitimus q.3.n.3.* vbi *Armil. n.3.* At id posset Princeps secularis, si Ecclesia non interdixisset illi impedimenta diuinæ 11

tia matrimonium statuere, & matrimonium esset irritum ob solum impedimentum lege illius statutum. Quia cum eandem habeat potestatem in leges seculares, ac Pontifex in Ecclesiasticas, sicut hic potest Ecclesiasticas abolere quoad effectus omnes inde secutos, ita quoque ille poterit idem circa leges seculares.

12 Tandem id obseruarim, cum quoque effectum tribui ab aliquibus doctoribus dispensationi superuenienti, vt confirmet aliquando actus præcedentes irritos, v.g. præsentatio alicuius ad beneficium, electio, confirmatio, vel collatio irrita erant defectu aliquo obtinentis beneficiū, vt quia erat irregularis, si huic postea irregularitatis illius occultæ dispensationem obtineat, eo ipso absque noua præsentatione, collatione, vel electione potest licite retinere beneficium illud. Sic tradunt *Speculator l. De dispensatione, § Nunc de Episcoporum, nu. penult. Innoc. c. Innotuit, nu. 2. vers. Quidam tamen contradicunt, de elect. & ibi Host. nu. 2. Ioan. And. n. 5. and. n. 11. & 12. Anchar. nu. 2. not. ab. 2. Sebastianus Sapia ibi addit ad Abbatem, n. 11. lit. B.* allegans *Caldermum, Milis in repert. lit. D. nu. 23. v. Dispensatio, vers. Dispensatio validat electionem. Felinus c. Cum dilectus, nu. 4. de accusat. Nauar. lib. 4. cons. 2. edit. de sponsalib. cons. 14. nu. 6. arg 5. iuncto nu. 14. in solut. ad 5. Borgasius de irreg 2 p. de differ. terminorum, n. 9.* Et quamuis hoc quidam temperent (vt refert *Innoc. ibid.*) vt intelligatur quando dispensatio concessa est à superiori, qui id beneficium conferre poterat, quasi dispensando videatur de nouo conferre. Imo *Card. d. c. Innotuit, nu. 5. oppos. 3.* ait hoc solum procedere in dispensatione pontificia, atque scienter facta. At *Speculator, Innoc. Host. Ioan. Andr. Ant. Anch. proxime allegati*, moderationem hanc reprobant, dicentes doctrinam traditam habere verum, siue dispensans habeat potestatem conferendi beneficij, siue illa careat. Sed *Abb. d. c. Innotuit, nu. 11.* recedit ab hac doctrina, & ita distinguendum censet. Si vitium electi erat eius generis, vt non reddat nulla ipso iure præsentationem, collationem, electionem, vel confirmationem, sed facultatem cassandi concedat, tunc sufficit dispensatio sequens absque nouo consensu eorum, quibus præsentatio, electio, confirmatio, vel collatio incumbunt. Aut reddit nulla ipso iure, & tunc ait posse sustineri prædictam doctrinam, dummodo id vitium notum esset his. Quia nō possunt allegare nullitatem ex facto ipsis cognito: argumento ex *c. Nulli, de elect. in 6.* Sed debent in priori consensu perseuerare. Si autem ignorabant id vitium tempore præsentationis, electionis, confirmationis, collationis, ait non sufficere dispensationem, sed novum eorum consensum desiderari, quo velint stare priori illo actui; quia ex *d. c. Nulli*, constat posse electores impugnare electionem propriam ex facto eis de nouo detecto. Et quidem hæc sent. Abbatis est probabilior. Quia prior caret solido fundamento. At posset prior tamquam probabilis ac tuta amplecti, propter tot tantorumque doctorum auctoritatem concurrentibus tamen aliquibus conditionibus. Prima est, vt vitium, ob quod hi actus fuerunt irriti, sit occultū. Quia cum tūc illi validi sint quoad forum externum, non omnino sunt irriti, sed aliquid sunt quoad Ecclesiam: atque proinde non mirum, si dispensatio superueniens, vtpote quæ aliquod valoris fundamentum inuenit, eum valorem quoad forum conscientiæ confirmet. At quando ij fuere omnino nulli in vtroque foro, cum nullum valorem inueniat ea dispensatio in actibus præcedentibus, non inuenit quid confirmare possit. Sic *Ant. Felin. Nauar. proxime allegati*. Et vere cæteri Doctores citati in hoc casu loquuntur. Nam agunt ibi de irregularitatis occultæ dispensatione impetranda. Et potest hoc probari à simili. Nam dispensationem pontificiam nil operari posse circa radicem matrimonij diximus n. 7. quando saltem figuram matrimonij non inuenit. Sic ergo hæc dispensatio nil potest prodesse si non inuenit figuram aliquam prædictorum actuum, quia saltem in foro externo validi reputantur. Secunda conditio est, dummodo non sit in tertij coelecti præiudicium, qui cum prior electio sit nulla, ius habet ad rem. Sic *Speculat. & Milis proxime allegati*. Tandem dummodo beneficiarius ille non acceptarit scienter cum vitio illo collationem beneficij. Tunc enim esset intrusus, ac proinde oporteret non tantum prioris vitij dispensationem obtinere, sed illius quoq; intrusionis. Cum tūc respectu illius beneficii sit duplex canonicum impedimentum. Alterū prioris vitij, alterum autem intrusionis. Et constat, quia etiam impetratio expressa illius beneficij, non facta intrusionis mentione esset irrita, vt multis citatis tradit *Menoch. lib. 2. de arbit. centur. 3. casu 201. n. 129.* Existimo tamen impetrata dispensatione vtriusq; vitij occulti, ratam fieri priorem collationem. Si amplectamur priorem sententiam probabilem, dicentem indistincte conualescere collationem, habita dispensatione vitij occulti. Quod si non acceptaret collationem, sed tantum presentationem, aut electionem, non diceretur intrusus. Quia intrusus dicitur, qui absq; canonico & legitimo titulo, sed vitioso beneficium capit, vt bene docent *Rebuff. praxi benef. reg. De subrogandis collitig. at glos. 4. n. 5. Silues. &* reliqui summarum auctores, *v. Intrusus, Nauar. sum. Latina c. 27. n. 194. Host. c. 28. addit. ad n. 28. c. 27.*

Ad argum. n. 3. proposita resp. Ad 1. & confirm. constat ex dictis n. 4. vbi explicuimus quid sit dispensare in radice matrimonij, & tunc indirecte solum dispensare Pontificem in iure ciuili, quod ei licet. Ad 2. dic, ad hunc sensum exigi habilitatem vtriusq; extremi, non vt prius matrim. sit omnino validum, sed vt de facto sit initum, ac proinde figuram matrimonii habeat. Ad confirm. constat ex dictis nu. 7. vbi longe diuersam rationem esse probauimus, vbi nulla matrimonij figura præcessit. Ad responsum Gregorij XIII. relatum n. 3. fine, dic de illo non constare, atq; fuisse responsum, tamquam doctoris priuati, quod forte prioris fuerit opinionis. 13

SVMMARIVM.

Quando nulle precedenti matrimonio datur dispensatio ad ineundum si Pontifex legitimet prolem adulterinam habitam, an ea legitimatio sit etiam quoad temporalia? n. 14.

An si facta ea legitimatione parentes non ineant matrim. ad quod dispensauit Pontifex, maneat proles legitima quoad aliqua? n. 15.

An si ordinarius, vel confessor, qui dispensationem exequitur, non explicuit se legitimare prolem, maneat legitima? n. 16.

An possit postea idem ordinarius, aut successor, aut idem confessarius, vel alius legitimare prolem illam? n. 17.

An si matrimonio inualide inito dispenset Pontifex vt valide ineatur, censeatur dispensatio facta in radice ac proles legitimetur? n. 18.

An si illa proles concepta ante dispensationem, ea impetrata nascatur, sit naturalis, & legitimetur per subsequens matrim. n. 19.

An si Pontifex dispensans vt irritum matrim. iterum ineatur, dispenset simpliciter cum prole inde habita, sit dispensatio in radice, aut proles illa quoad aliqua legitimetur? n. 20.

Quid si tunc explicaret Pontifex se pro eo legitimare? n. 21.

Quid, si explicaret se dispensare in matrim. illo, vt ex tunc legitimum censeatur, vel si doceret se in eo dispensare vt ex tunc, n. 22.

Quid si dispensaret vt valide ineatur, addita clausula, prolem suscipiendam ac suscipiendam legitimam decernendo? n. 23.

Quid, si dispensaret concedendo licentiam petenti ad ineundum matrim. prius? Refertur quadam sent. n. 24.

Explicatur sent. nullarum in hoc casu, & quando etiam additur, vt proles efficiatur legitima, n. 25.

Satisfit argumentis, n. 26.

Quid si Pontifex vtatur verbo, Legitimamus matrimonium? Refertur opinio, n. 27.

Proponitur sententia Auctoris, n. 28.

Quid si in dispensatione adderet Pontifex, velle se vt proles succedat si ex legitimo matrim. esset orta? n. 29.

QUÆSTIO posterior. Quando censeatur Pontifex in radice matrim. irriti dispēsare, ita vt omnino deleat illegitimitatis prolis vitium: reddatq; ipsam capacē successionis, & cæterorum temporalium? Hanc rē quæ grauissima est, conclusionibus aliquibus explicabo. Prima conclus.: Quando nullum erat initum matrim. & dispensatio petitur ad illud ineundum, explicata Pontifici copula, & apponitur clausula apponi solita de stylo curiæ, quæ est: *Vt non obstante impedimento matrimonium inter se contrahere libere & licite valeant, auctoritate nostra dispenses, prolem suscitatam, si qua sit, & suscipiendam legitimā decernendo.* Et quando dispēsatio est in solo conscientiæ foro, ponuntur eadem verba, ad

addendo illis verbis vltimis, *Legitimam decernendo in foro conscientiæ tantum*: tunc non dispensatur in radice matrim. nec vt proles ante dispensationem suscepta sit legitima quoad temporalia, sed solum quoad spiritualia. Constat, quia iuxta dicta n.7. cum nullum matrim. præcesserit, nequit Pontifex dispensare in radice, nec legitimare prolem quoad temporalia. Ergo ea verba de sola legitimatione quoad spiritualia sunt accipienda. Duplex autē obiectio, quæ contra hoc fieri potest, soluetur num.16. Imo virtute huius clausulæ non legitimari prolem susceptam quoad temporalia credo, quamuis ii cum quibus dispensatur, sint in locis temporalis iurisdictionis Pontificis. Quia ea clausula communis est dispensationibus omnibus vbiq; degentium: quare non censetur diuerso modo apponi ea quoad iam, quam erga alios. Adde, Pontificem tunc nō dispensare, ac legitimare, vt est dominus temporalis eorum oppidorum, sed vt pastor est totius Ecclesiæ. At legitimatio quoad temporalia non incumbit illi, quando nō dispensat in radice matrim. irriti, nisi quatenus dominus temporalis est. Tandem quia cum dispēsatio quoad temporalia sit multo maioris considerationis, non est credendum mentem Pontificis esse, velle eam concedere verbis tam generalibus, & de communi stylo curiæ in omnibus dispensationibus, vbi adhuc copula apponi solita.

15 Si tamen facta dispensatione & legitimatione prolis susceptæ, parentes pœnitentia ducti non inirent matrim. credo eam prolem susceptam nullatenus fore legitimam. Quia in fauorem matrim. inter parentes prolis ineundi concessit Pontifex eam legitimationem, nullatenus alias concessurus. Nulla enim alia ratio iustam reddens hanc legitimationem occurrit. Ergō ea legitimatio facta per ordinarium, vel confessorem, pendet a matrimonio postea ineundo: & illo non inito cessat, quasi cessante causa.

16 Duo tamē monuerim. Prius est. Sicut antequam ordinarius vel confessarius dispenset in eo matrimonij impedimento, id non manet ablatum, & matrim. contractum erit iritum: ita quamuis is dispenset in impedimento, & sic matrim. valide ineatur, si non explicuit se quoque dispensare vt proles sit legitima antea habita, ad nil legitimata manebit. Secus est de prole suscipienda post matr. initum: illa enim quoad omnia manebit legitima, quamuis nil circa illam decernat ordinarius vel confessor, sed tantum dispenset in impedimento. Ratio discriminis est: quia proles post matrim. suscipienda est ex natura rei legitima, vtpote quæ ex vero matrim. nascitur: at proles suscepta non legitimatur ex vi matrim. subsequentis: eo quod est spuria. Iuxta notata *c. Tanta, qui filij sint legit.* nec etiam ex vi præcedentis. Cum nullum interuenerit. Quare solum legitimatur ex decreto ordinarii vel confessoris, cui ex æquo committitur, vt reperta precum veritate dispenset in impedimēto, & decernat prolem susceptam legitimam. Sicut ergo non manet dispensatum in impedimento, donec ordinarius vel confessor dispenset: sic nec in prolis illegitimitate. Cum in neutro dispēset Pontifex vel pœnitentiarius, sed committat dispensandum, si preces veritate nitantur. Sed obiicies, quo pacto idemmet verbum, decernendo, capiatur proprie pro decreto interponendo respectu prolis susceptæ: & improprie pro declarando respectu prolis suscipiendæ, & hoc in eademmet oratione. Respondeo id fieri posse respectu diuersorum, vt constat ex *c. Capitulum, in fin. de rescript. in 6.* iunct. *gl. fin.* vbi verbum, Relaxetis, sumitur proprie respectu excommunicationis validæ: & improprie, & ad cautelam respectu excommunicationis irritæ, & latæ post appellationē, vbi & alios similes textus adducit *Gl.* Et si iterum obiicias, æquiparari vtramque prolem. Si ergo suscipienda legitimatur in omnibus, similiter & suscepta. Contra ea quæn. 14. diximus, dicē nō æquiparari in omnibus, sed quoad hoc, vt vtraque legitimetur: at diuerso modo. Quia suscipienda legitimatur ob verum matrim. ex quo nascitur: & ita quoad omnia. At suscepta ex vi solius illius dispensationis quam ad sola spiritualia esse probauimus n.14.

Posterius est Si ordinarius, vel confessor, qui dispensa- 17
nit, omisit decernere prolem susceptam legitimam, potest id decernere quādocunque, durāte eius officio. Quòd nondum officio plenè functus fuerit, partem sibi cōmissam omittens. Quòd si iam ille disposuerit officiū, vel obierit, vel abiens fecerit, successor in officio poterit exequi. Sicut si cœpta causæ cognitione id contigisset. Quòd ea cōmissio nō personæ, sed tribunali vicarii Episcopi commissa sit. Imò posset alius confessarius magister in theologia, vel doctor in iure can. ex approbatis ab ordinario adiri, quamuis prior qui dispensauit in impedimēto consuli possit. Quamuis secus sit in ordinario. Quia (vt dicemus disp. 27 n. 38. 39. 40.) ordinarius cùm sit iudex in foro externo, semel cœpto iudicio ita manet iudex, vt alius adiri nequeat nisi successor in officio sit. At cùm cōfessarius sit iudex in foro conscientiæ, quamuis cœperit iurisdictione vti, potest adiri alius. Atq; hæc duo possunt data opera à diuersis peti. Sicut dū virtute bullæ vel iubilæi cōceditur confessario potestas absoluendi à reseruatis, & commutandi vota, potest pœnitens quendam confessarium adire, vt à reseruatis absoluat: & alium, vt vota commutet.

Secunda concl. Si dispensset Papa vt matrim. semel cō- 18
tracto inualidē ob impedimentum iure Pontificio dirimens, id iterum ineatur, certum est eam dispensationem nullatenus porrigi, vt proles ante dispēsationem nata legitimetur aliquo modo. Quia cùm dispensatio sit stricti iuris, non extenditur vltra expressa. At dispensatio solùm fuit ad matrim. ineundum, nulla prolis mentione facta: nec potest dici eam prolem in cōsequentiam matrim. legitimari, cùm sit spuria. Et ita aliis citatis docent *Conar.* 4. *decret. 2. p. c. 8. §. 8. n. 13. Molina l. 3. de primog. c. 2. n. 10. alter Molina tom. 3. de iust. tract. 2. disp. 624. nu. 3. fin. Lud. Lop. 2. p instruct.* vbi de matrim. *c. vlt. col. 2. concl. 3.* & fatentur omnes.

Dixi data opera, quando proles ante dispensationem 19
nata est. Quia si proles illa quamuis ante dispensationem concepta, nasceretur post dispensationem expeditam ab ordinario, & ante initum matrim. esset naturalis, & per consequens legitimaretur quoad omnia per subsequens matrim. inter parentes illius contractum: iuxta *c. Tanta, qui filij sint legit.* Ratio est, quia licet iure cæsareo aliquæ conditiones desiderarentur, vt proles esset naturalis, at iure regio Hispaniæ, *l. 11. Tauri, quæ hodie est l. 9. t. 8. lib. 5. recop. reg.* satis est vt tempore cōceptionis vel nativitatis prolis potuisset consistere matrimonium inter eius parentes, absque dispensatione pontificia. Quod idem iure can. statutum est, vt tradit *Abbas d. c. Tanta, in fin.* & optimè *Conar.* alios referens 4. *decret. 2. p. c. 8. §. 2. n. 2.* dicens esse communem sent. *Spino speculo test. gl. 15 nu. 118. 119.* quamuis contrarium sustineat alios referens *Sarmiento lib. 2. select. c. 5. nu. 10.* & *Conar. d §. 2. num. 2 in poster. edit.* aliquantulum mutat sent. ob rationes, quas affert *Sarmiento*, quam ibi refert. Sed in propriis terminis hunc filiū esse naturalem, & per consequens legitimari per subsequens matrim. tradunt *Greg. Lop. l. 2. t. 15. v. Sino el hijo, q. 9. vers. Sed pone, in fin. p. 2. Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 172. col. 2. vers. Filius naturalis, Cernantes l. 11. Tauri, n. 135.* Et ratio est, quia tempore, quo is filius natus est, iam abolitum erat impedimētum per præcedentem dispensationem: atq; ita poterat inter eius parentes matrim. consistere ablq; noua aliqua dispensatione. Et quamuis *Baldus* allegatis *Gulielmo, Cyno, & Archidiac. I. Paulus. in 1. lectura, nu. 2. ff. de statu homin.* dicat filios concepros ante dispensationem esse spurios, quamuis postea Pontifex dispenset, at eos explicat *Greg. Lop. ibi*, vt intelligant, quando concepti & nati sunt ante dispensationem, secus si nati sint post dispensationem, quamuis ante illam concepti. Quòd si petas, an idem dicendum sit de prole nata post dispensationem expeditam à confessore in foro conscientiæ? dicemus de hoc disp. 34. n. 47.

Tertia conclusio. Quamuis Pontifex dispensans in 20
matrimonio irrito, vt denuo celebretur, dispenset simpliciter cum prole ex eo matrimonio nata, non censetur in matrimonii radice dispensare, ac omnino legitimare prolem,

lem, sed tantum legitimat eam quoad spiritualia, sicut si extra matrim. nata esset. Ratio est, quia cùm dispensatio sit stricti iuris, non de omni legitimatione intelligenda est, sed de ea quæ iure proprio conuenit Papæ, vt Papa est. Ita videntur expressè tenere *Ioan. Andr. c. Per venerabilem, n. 30 qui filij sint legit. & ibi Abb. n. 21. Card. n. 9. q. 1. Anchar. nu. 22. Alex. de Neuo n. 17. Præpos. ibi, §. Quod autem, n. 47. ad fin. Idem Anchar. cons. 409. n. 5. Martin. Laudensis de legit. ar. 2. nu. 85. Ant. de Rosellis de legit. l. 2. in princ. nu. 22. Capra cons. 1. n 7. Peregrin. de fideicom. a. 24. n. 77. & 78.* nam tractantes quando Pontifex censeatur legitimare in radice matrimonij, & per consequens quoad temporalia, dicunt id non euenire, quando simpliciter vtitur verbo, Dispẽsamus. Et eam rationem reddunt, quòd dispensatio sit odiosa. Quod apertiùs constabit ex iis quæ nu. seq. dicemus. Quare idem existimo, licèt dispensatio ea esset erga personas temporali Papæ iurisdictioni subiectas. Tum quia militat ratio allata. Tum etiam quia cùm has dispensationes Pontifex vt talis expediat, non censetur vti iurisdictione temporali ad legitimandum, nisi id exprimat.

21 Imò quamuis Pontifex in hac specie explicaret, se prolem legitimam efficere, non censeretur in radice matrimonij dispensatio, ac per consequẽs nec legitimatio quoad temporalia: sed quoad sola spiritualia. Quia non facta est in ratione matrim. præcedentis, nec Pontifex se matrim. legitimare explicat. Sic *Gama decis. 452. n. 2. p. 1. Molina lib. 3. de primog. c. 2. n. 10. fin. & 11. init. Peregrin. de fideicomm. a. 24. n. 80. Conar. & Lud Lopez* vbi eos nu. 18. allegaui. Atque idem apertè colligitur ex DD. nu. 17. & 18. referendis, qui petunt ipsummet matrim. legitimari, vt proles in radice ipsius cẽsetur legitimata. Imò idem credo, quamuis hoc accideret in locis temporaliter subditis Papæ. Quamuis enim in iis non desideretur dispensatio in radice matrimonij, vt plenissima sit legitimatio: at cùm legitimatio quoad temporalia, quoties non venit in consequentiam dispensationis factæ in radice matrimonij, minimè procedat à Pontificis potestate, quatenus Pontifex est, sed quatenus dominus temporalis, & sæpe numero in maximum aliorum præiudicium vergat, non est credendum eam velle Pontificem concedere, nisi explicet: eo vel maximè, quod dispensationes has, vbi aliud non explicat, vt Pontifex expediat.

22 Quarta concl. Si Pontifex explicaret se dispensare in matrimonio irrite contracto, vt ex tunc, id est, vt ab initio contractus legitimum censeatur: non dubium quin tunc censeatur in matrimonij radice dispensare, ac consequenter legitimare prolem quoad omnia, etiam in terris non subiectis temporaliter ipsi. Quia clarioribus verbis suam mentem dispensandi in matrim. radice non potuit explicare. Sic enim dispensare nil aliud est quàm dispensare in matrim. vt ex tunc (vt constat ex dictis n. 4.) Quare idem esset, si diceret se dispensare in eo matrimonio irrito, vt ex tunc. Quod probat ratio allata. Quare Doctores, quos num. 20. allegaui dicentes non dispensari in radice matrimonij, cùm Pontifex vtitur verbo dispensationis, cautè non hoc dixère absolutè, sed addentes, quando vtitur verbo dispensationis simpliciter: quasi aliud sentientes, vbi addita esset particula significans eam dispensationem ad ipsum matrimonij initium inferri. Qualis est particula, Ex tunc, quæ alium sensum non potest habere, & hoc non accepto superflua prorsus esset. Et ita fatentur omnes Doctores.

23 At in tribus clausulis esse potest difficultas, an sit dispensatio in radice matrim. ac proinde legitimetur proles quoad omnia. Prima est, quãdo post initum inualidè matrim. dispensaret Pontifex, vt validè iniretur, addita hac clausula: *Prolem susceptam, si qua sit, & suscipiendam exinde legitimam decernendo.* Videtur enim ea dispensatio in radice matrimonij facta. Quia quamuis talis non sit, vbi nullus matrimonij contractus præcessit (vt n. 14. probauimus) id enenit, quia deficit fundamentum figuræ matrimonij, ad quod retrotrahatur dispẽsatio. Et ideo n. 16. coacti fumus dicere verbum, Decernẽdo, sumi propriè respectu prolis suscipiendæ: impropriè autem respectu susceptæ: & æquiparationem non esse quoad omnia. Quæ necessitas cùm in hoc casu cessat, non est cur hanc æquiuocationem & disparitatem admittamus. Cùm argum. ab adæquatis sit validum, ac fortè in iure: vt notant DD. per textum *l. 1. ff. de leg. 1. & l. 1. C. communia de legatis, ca. Translato, de constit. & Camillus de verb sig. l. 5. c. 17. nu. 8.* Cæterũ contrarium credo. Quia nõ est credendum velle Pontificem tem tanti momenti & adeò raram efficere per clausulam tam generalẽ, & in omnibus huiusmodi dispensationibus apponi solitis, & etiam quando nullum præcessit matrimonium. Et minùs inconueniens est eam æquiuocationem & disparitatem admittere: cùm ratio vrgens, & maxima inest vtramque prolem disparitas nu. 16. explicata, hæc suadeat: quàm rem tam arduam in verbis tam generalibus clausulæ admittere. Et arg. ab adæquatis forte est, vbi non inuenitur diuersa ratio in vtroque. Præterea, quia rationes n. 21. allatæ, & auctorum doctrina ibi allegata, procedunt in hoc casu. Quare ob rationem eod. n. 21. adductam, existimo per hanc dispensationem concessam subiectis temporaliter Papæ, non legitimari eam prolem, nisi quoad sola spiritualia: sicut contingit, quando omnibus aliis eadem dispensatio conceditur.

24 Secunda clausula est. Quando Pontifex dispensaret in matrimonio irrito, concedens licentiam permanendi seu perseuerandi in illo. Quidam censent esse tunc legitimationem in radice matrimonij, ac proinde quoad omnia. Ducuntur, quia licentia permanendi in eo matrim. tam contracto, confirmat implicitè illud: aliàs cõcederet Pontifex contra ius diuinum naturale permanere in matrimonio irrito. Ergo ea dispensatio retrò respicit matrimonij initium: sicut quando ipsummet matrimonium legitimat. Et confirmatur, quia fatẽntur DD. (vt nu. 18. videbimus) Papam legitimantem matrim. censeri in radice eius dispensare. At nulla maior matrimonij legitimatio atque approbatio excogitari potest, quam Pontificem eius nullitatis conscium concedere permanere in illo. Tandem, quia propria & iuridica verbi manere, permanere, perseuerare, significatio est, ita lequẽtia præcedentibus copulare, vt eis vnicus actus in omnibus, & per omnia æqualis ac cum eisdem qualitatibus efficiatur. Ita probat textus *l. Sed & si manente, iunct. l. præced, in fi. ff. de precario, l. Si cum dies, in princ.* ibi, *Manifestus arbiter, ff. de recept. arbit.* vbi bona. *Gl. v. Finiretur, l. Alienatum, 67. in princip.* ibi: *Quod adhuc in dominio venditoris manet. ff. de verb. sign.* & tradunt *Molineus in consuet. Parisiens. §. 23. & seq. Rainus cons. 125. n. 8. volum. 4.* Sed filii suscepti ex matrim. post dispensationem contracto, sicut omnino legitimi, in quo matrim. Pontifex concedit permanere. Ergo similiter virtute eiusdem dispensationis erunt nati antea omnino legitimi, vtpote quod est vnicũ & idem. habens vtroque tempore easdem qualitates eademque priuilegia. Et confirm. quia remanere est, quasi retro manere & persistere. Vt testatur *Robuffus d. l. Alienatũ, in princ. vers. Remanere pro superesse.* Pontificia ergo intentio est, vt illi ita remaneant in matrim. quasi id retrotrahatur ad sui initium. Et ideo huius sent. sunt *Boerius decis. 264. num. 26. Peregrin. de fideicom. a. 24. nu. 79.* Et citatur pro hac sent. *Antonius Rosellus de legitim. lib. 2. in princ. n. 16.* vbi expressè ait esse dispensationem in matrimonii radice, quando ipsum matrimonium sustentatur, & in esse debito retinetur, non obstante impedimento. Sed postea ipsemet se declarat dicens hoc euenire, quando otto dubio de matrimonij valore Pontifex, declarat id esse validum. Et ita credo eum non esse huius sententiæ.

25 At credo per eam clausulam non solum non dispensari in radice matrimonii, verùm existimo, nec prolem aliquo modo legitimari, etiam quoad spiritualia, licet illius mentio fiat. Ducor, quod nullum verbum in ea clausula sit, ad prolis legitimationem pertinens, nec matrimonij radicem respiciens, vt in consequentiam legitimetur proles: sed ea verba ad meram in impedimento dispensationem

nem referantur, vt eo sublato liceat in posterum contugibus in priori matrim. permanere, non eo modo, quo initum est, sed præstito nouo cõsensu. Non enim potest eorum verborũ sensus esse, vt liceat illis eo pacto, quo initũ est, & absque nouo cõsensu permanere in illo. Quippe id non subest potestati Pontificiæ: nec id matr. absque nouo consensu potest conualescere. (vt probaui l. 2. disp. 35. n. 2.) Sed cum hoc matr. ratum haberi possit, vel expresso consensu vel tacito, qui ex copula affectu maritali colligitur: (prout diximus l. 2. disp. 37. nu. 14.) concedit Pontifex, vt eo solo modo renouatis consensibus aut explicitè inter seipsos, possint in eo matrimonio perseuerare: non ratione initii ipsius, quod peruersum fuit & irritum: sed ratione huius noui consensus expresse vel tacite post dispensationem habiti. Cuius signum est, quod in dispensatione Pontificia, eis verbis vtenti, addita sunt hæc verba, quæ in originali ego vidi: *Sensi vobis videbitur, illud de nouo contrahere; & in facie Ecclesiæ solemnizare valeatis.* Quasi detur electio, dicto priori modo secreto aut publico, cõtrahentibus consentiendi iterum, ac perficiendi prius matrimonium. Et confirm. quia cùm Pontifex vtatur verbo dispensationis, res est stricti iuris, nec trahenda vltra id quod termini exigunt, vt ea clausula quippiam operetur, vt ex Ioanne Andrea & aliis diximus num. 20. At quo ea clausula aliquid operetur, non desideratur, vt inducat dispensationem in radice matrimonii, ac ab eius initio impedimentum auferatur. Sed satis est à die dispensationis auferre impedimentum, vt ab eo tempore renouatis prædicto modo consensibus, possint licitò in eo matrim. malè antea inito perseuerare. Non ergo aliquid amplius ei clausulæ tribuendum est. Atque ita hanc partem tuentur *Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. nu. 15. Enriquez l. 11. de matrim. c. 20. nu. 2. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. vlt. col. 2. concl. 3.* Imo bene addunt *Couar. & Lud. Lopez*, si prædictis verbis addita sit clausula, Vt proles legitima efficiatur, eam legitimationem non fore plenam, sed eo solo iure censendam, quo si extra matrim. omnino à Pontifice fieret. Ratio est, quia verba præcedentia, nempe, Vt possitis in vestro matrim. remanere, nullatenus ad legitimationem aliquam conferunt. Hæc autem verba addita non legitimant prolem, nisi quoad spiritualia (vt n. 21. probabimus.) Atque credo idem esse dicendum, licet hæc dispensatio accideret in oppidis iurisdictionis temporalis Pontificis. Quod probant ea, quæ dixi eo n. 21. fine.

26 Ad arg. n. 24. proposita resp. Ad 1. & confirm. constat ex dictis n. præc. Non enim concedit Pontifex permanere in eo matrimonio, quasi illud approbans, sed habito nouo consensu tacito vel expresso post dispensationem. Ad vltimum & confirmationẽ dic, id esse verum, quãdo subiecta materia non aliud postulat. Hæc enim potius quàm verba, est spectanda, (vt in alia materia, in qua verba pressius vrgent, dicemus disp. 17. n. 3.) At subiecta materia necessariò postulat, ne concedat Põtifex permanere in eodem matrim. cum eisdem qualitatibus. Ne rem nefariam cõcedi dicamus. Nec remanere significat semper retro manere. Vt bene ait *Rebuf. ibi allegatus.*

27 Vltima clausula est. Quando Pontifex vtitur verbo, Legitimamus matrim. In quo euentu duplex est sent. Prima ait non censeri dispensatum in matrim. radice, nisi addat, Legitimamus vt ex tunc. Quia id verbum potest referri ad legitimationem, vt ex nunc, & vt ex tunc. Nulla ergo ratio cogit, vt censeatur legitimatio prout ex tunc, ac in matrimonii radice. Sic sentiunt *Abbas c. Per venerabilem, n. 22. qui filii sint legitimi, & ibi Alex. de Neuo n. 29. fine, & nu. 30.* & quamuis non explicent se loqui, quando Pontifex legitimat matrim. & prolem, ac clarè in hoc casu loquuntur. Nam relata opinione *Ioan. Andr. dicentis ibi n. 30.* censeri in radice, quando legitimat Papa matri. & prolem: & præmissa disp. de veritate eius opinionis, tandem concludunt eam esse veram, quando Papa legitimat, vt ex nunc Et eandem sequitur *Enriquez lib. 11. de matrim. c. 20. n. 2.*

28 Secunda sent. (& verior) asserit, quando Põtifex legitimat matrimon. & prolem, censeri dispensatum in radice matrimonii, & cõsequenter plenissimam esse quoad omnia legitimationem. Quia hoc, nil aliud sonat, quam id matrim. ratum habere, ac approbare, quasi ab initio absque aliquo impedimento esset contractum. Idem enim est, legitimum efficere id matrim. & prolem, quam approbare à sui initio, eo modo quo subest Pontificiæ potestati, cui est id approbare retrotracta dispensatione ad sui initium & radicem. Et ideo huius sent. sunt *Ioan. Andr. c. Per venerabilem, n. 30. qui filii sint legit. & ibi Anchar. an. nu. 21. Cardin. n. 9. q. 1.* (quamuis hic solus nil dicat de prole) *idem Anchar. cons. 407. n. 5. Mart. Laudensis de legitim. a. 2. nu. 85. Celsus cons. 31. n. 7. qui nu. 10.* addit secus esse, vbi nulla prolis mentione facta Pontifex simpliciter legitimaret matrim. nõ addito, Vt ex tunc. Cuius opinionem aperte sequitur *Molina de primogen. l. 1. c. 2. n. 12. fin.* vbi quamuis hoc non dicat expresse, ait tamen omnino consulendum *Celsum* in hoc loco, qui melius omnibus id declarat. Eandem tenent *Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 8. n. 15. peregrin. de fideicomm. a. 24. n. 77. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. vlt. col. 2. concl. 3.* Et clarè videntur *Couar. & Lud. Lopez* idem sentire, quando Pontifex in legitimatione non meminisset prolis, at in precibus fit illi mentio prolis ex eo matrim. habitæ dicunt enim dispensationem in matrimonii radice esse, quando Pontifex illud legitimum efficit, facta ei mentione prolis. Sed ego credo id non sufficere, nisi expresse quoque dicat se prolem legitimare, vel addat, vt ex tunc. Quia potius coniectari potest contraria voluntas, cum, facta ei mentione prolis, matrim. legitimari, omissa prole. Imo crederem tunc prolem nec quoad spiritualia legitimari. Cùm nullum sit verbum prolis legitimationem respiciens. Sed dices, nil videri conferre, prolis mẽtionem fieri. cum ea in consequentiam legitimati matrimonii legitimetur. Respondeo, cum ea verba, Legitimamus matrimonium, non sint aperta: possunt enim intelligi de legitimatione, vt ex nũc, (vt prior opinio dicebat) oportere legitimationis quoque prolis mentionem fieri, vt vel sic iure optimo coniectetur voluisse Pontificem plenissimam in matrimonii radice legitimationẽ facere.

Tandem ex his deducitur, quo pacto intelligendus sit 29
Capra cons. 1. n. 7. vbi ait quamuis Papa vtatur verbo legitimationis, ita vt disposuerit, vt succedat proles, ac si de legitimo matrim. orta esset, non esse eam legitimationem propriam. Cùm non sit reintegratiua, sed noui iuris collatiua, (vt eius terminis vtar.) Atque ita concludit per ea verba non disponi in radice matrimonii: sed denuo conferri legitimitatem. At credo verè tunc Pontificẽ dispensare in radice matrimonii, si præmittẽs matrimonii irritè contracti dispensationem, addat se velle vt proles succedat in hæreditatem ac si ex legitimo matrim. orta esset. Cùm enim nequeat aliter id disponere in opidis sibi nõ subiectis temporaliter, (vt n. 1. diximus) manifestè declarat suam mentem esse dispensare in matrimonii radice. Ne eius dispositio valore suo frustretur. Secus tamen esset, vbi nulla matrimonii irriti dispensatio præmitteretur. Quia id non est in matrim. dispensare, sed directè cõferre ptoli ius legitimitatis. Et in hoc casu vera est prædicta Capræ sententia. Atque ideo ea dispositio non valeret extra loca temporalis iurisdictionis Papæ.

DISPVTATIO VII.

An Pontifex valeat in impedimento voti solemnis castitatis, ordinis, sacri vel religionis, matrim. dirimenti dispensare?

SVMMARIVM.

Potest in voto ordinis sacri, n. 1.
An ad id desideretur causa publica, n. 2.
An expediat clericis concedere matrimonium: & possit dari causa insta ad eam dispensationem generalem n. 3.
An valeat matrim. si Papa absque iusta causa dispenset cum initiato sacris, & hic petat vxorem ducere, ac debitum petere. n. 4.
An hic cum qua in eo voto dispensatum est, teneatur ad officium carnalium, n. 5.

An Pontifex dispenset in voto solemni castitatis professi. Refertur quædam sententia, nu. 6.

Proponitur Auctoris sententia, n. 7.

An desideretur causa publica ad hanc dispensationem, n. 8.

An possit dispensare, vt monachus ad tempus matrimonium ineat: vt donec habeat prolem, n. 9.

An si dispenset absque causa iusta, valeat matrim. ratione bonæ fidei contrahentium, vel alia ratione, & peccent contrahentes, nec possint petere aut reddere debitum, n. 10. & ubi quæ possit dispensare, vt petat.

An professus cum quo dispensatum est, teneatur recitare officium diuinum, n. 11.

Satisfit argumentis. Et explicatur c. Cum ad monasterium, de statu monachorum, n. 12.

1 SI de voto castitatis in ordinibus sacris emisso loquamur, concors ferè vniuersorum sent. est, posse Pontificem in eo dispensare. Quia vel nullũ votum in ordinum assumptione emittitur, sed solo statuto Ecclesiæ annectitur eis castitas, (vt tenent multi, quos retuli lib. præc. disp. 27. n. 9.) vel si asseramus esse votum, non est essentialiter eis annexum: nec iure naturæ aut diuino dirimit matrim. sed solo Ecclesiastico (vt probaui ea disp. 27. nu. 5. & disp. 28. n. 11.) Quamuis aliqui, quos ea disp. 27. n. 4. retuli, dicentes votum castitatis essentialiter annecti ordin sacris: & quos retuli ea disp. 28. n. 9. & 10. dicentes per id votum dirimi iure diuino matr. fortè dicerent non posse Papam in eo dispensare. Quod defendunt *Maioris 4. d. 24. tota q. 2. Citronus de contin. sacerd. c. 13. Cdaia 4. d. 38. q. 3. Metina l. 5. de sacror. hominũ contin. c. 7.* licèt c. 100. se explicet non posse Papã dispẽsare, vt sacerdos simul vtatur matr. & sacerdotio. Sed horum rationibus satisfecimus dict. dis. 27. & 28.

2 An verò hæc dispensatio exigat causam publicæ vtilitatis: non conueniunt DD. *Caietan. in opusc. to. 1. tract. 27. de dispens. matrim. in Occid. Ecclesia, q. vn. vers. Quoad tertium: & to. 3. tract. vlt. in respons. ad 21.* ait sufficere ad huius dispensationis honestatẽ manis bonum, speciale ipsiusmet clerici, consideratis specialibus circumstantiis; quam seruatam castitatem. Eiusdem sent. est à fortiori *Ricard.* cum idem teneat in voto solemni professionis (vt n. 8. dicemus.) Sed iure optimo hoc reprobat *Cathar. l. 6. in Caiet. in 4a qu. an Papa possit dispensare in voto ord. sacri.* Quod nequeat bonum priuatu tanti momenti occurrere, quanti opus est, vt tanto malo scandaloq; publico valeat cõparari quantum ex matr. clerici sequeretur: quodq; compenset tantum bonum, quantum est clericorum continentia. Potest etiam probari rationibus, quas nu. 8. proponemus ad idem probandum de dispensatione in voto monachorum.

3 Quare liberius quàm par est locutus fuit *Abbas c. Cum olim, n. 5. de cler. coniug.* dicens salubre fore statutum arbitrio clericorum relinquens, velint nuptiis copulari, necne. Quod experientia doceat plerosq; non continere, ac votum in spirituale ipsorum detrimentũ redundare. Quare ait par esse, vt Ecclesia se haberet erga illos instar periti medici vti medicinis cessantis, dum eas non prodesse experitur. Sed optimè eius libertatem redarguit *Azor l. 13. instit. moral. c. 13. q. 5.* Quod enim circa clericorum continentiam statuit Ecclesia, habet certam ac perpẽtuam decẽtię rationẽ, ab ipsa Scriptura ac sanctis Patribus deductam. Quare iniqua aliquorũ clericorũ consuetudo non debet præbere ansam, vt tam antiquum & valdè decens statutũ abrogetur. Vnde quãuis posset Ecclesia dispensare cum iam initiatis, ne tencantur ad continentiã dispensando in eo votoue el cum initiandis in posterum, statuẽdo ne deinceps id votũ ordinibus sacris annectatur: at id licitè efficere nequit, nisi grauissimæ causæ vrgerẽt. Quia est dispensatio circa generalissimum Ecclesiæ statutum, ex qua eius status non modicum labefactaretur. Quamobrem (vt bene docet *ibi Azor*) quamuis occurrere possit causa iusta dispensandi cum vno vel altero clerico, at dispensandi in vniuersum nũquam occurrere potest. Quod nullum publicum bonum occurrere possit, quod in vniuersum clericorum continentiæ præponderet.

4 Quod si absque legitima causa Pontifex dispensaret, vt hactenus sacris initiati vxores ducant, peccaret vtriq; grauissimè, at teneret matrim. Quod ea dispẽsatio sit in solo iure humano, ratione cuius solius id matr. dirimitur, iuxta veriorem sent. à nobis probatam l. præc. disp. 28. nu. 11. Atq; ita docent *Caiet. opusc. to. 1. tract. 27. de dispens. matrim. in Occid. Eccles. q. vn. vers. Quoad tertium, Sotus 4. d. 38. q. 2. a. 3. ad fin. corp. vers. Quod si mihi, Ledesma 2 p. 4. q. 55. a. 3. paulo post princ. Stunica de voto, q. 6. n. 116. & 117. Lud. Lopez 2 p. instruct.* vbi de matrim. c. 49. col. 3. *paulo ante versu, Quæritur deinde, Petr. de Ledes. de matrim. q. 53. a. 3. dub. 1. in corol. quod infert ex 3. concl.* Subdunt *Sotus & Lud. Lopez* posse clericum, cum quo sic est dispensatum, petere debitum ac reddere. At *Stunica n. 119. & Petr. de Ledes.* dicũt huic non licere petere, sed tantum reddere. Et dicunt *Caiet. & Petr. de Ledesma ibid.* hunc peccare lethaliter contrahendo matrim. Ducuntur, quod quamuis dispensatio absque causa iusta facta in illo iure humano, ratione cuius votum castitatis ordini sacro annexum dirimit subsequens matr. valeat: atque proinde matrim. firmum sit. At dispensatio in eo voto iure diuino naturali impedienti subsequens matrim. & eo sacrilegè contra votũ inito, petitionem debiti, irrita est, facta absq; causa. Atq; ideo delinquet lethaliter cõtra id votũ iniens matrim. ac postea debitum petens. At tenebitur reddere, instar eius qui ligatus castitatis voto ducit absque dispẽsatione legitima vxorem. Sed in hac re diuersimodè iuxta varias sent. ac varia dispensandi tempora loquendum est. Nam si Papa dispenset ante susceptum ordinem, siue cũ vno initiando, siue in vniuersum cum omnibus, quamuis iniquissimè ageret dispensans absq; causa iusta, at clericus ducens vxorem posset petere debitum. Quia votum solo iure humano annexum ordinibus sacris cessaret in eo casu, in quo Pontifex dispensaret: ac proinde nulla ratione teneretur ad castitatem, quare posset petere & reddere. Et in hoc casu vera est sent. Soti & Lud. Lopez proximè allegata. Nec dispẽsante Papa in vniuersum peccaret hic cõtrahendo. Quod omnino abolita sit lex matrim. clericis interdicens. Si autem cum vno solo esset dispensatio: dicendũ est, quod tradũt DD. de petenti vel vtenti dispensatione peculiari in iure humano concessa. De qua re agemus disp. 36. Si autem absq; causa dispenset Pontifex cum hactenus initiatis, siue in vniuersum, siue cũ vno, si sustineamus sent. probabilẽ quam retulimus l. præc. disp. 27. n. 9. dicentem nullum votum annecti ordini sacro, sed ex mera Ecclesiæ constitutione teneri clericos ad cõtinentiam, tunc quoad peccatũ in matrim. ineundo, dicẽdum est idem, quod modò diximus, quando dispensatio contingeret ante susceptum ordinem. Quia vtroque casu est mera dispensatio in iure humano. Posseтque hic petere & reddere. Cũ sola cõstitutione Ecclesiæ ad castitatẽ teneretur, qua validè per eam dispensationẽ sublata, nullatenus ad eam teneretur. At sequẽdo veriorẽ opinionẽ, quam ea disp. 27. n. 10. tenuimus, verè annecti votũ ord. sacro, valeret vtique matr. peccaret tamẽ lethaliter clericus ille ineundo matr. & postea petendo; quamuis reddere teneatur. Vt bene dixerũt *Caiet. & Petr. de Ledes. proximè allegg.*

5 Vtrùm autem sacerdos cum quo dispensatum est, vt matrimonio copuletur, teneatur ad officium diuinum? dicam n. 11. vbi idem de professo disputabitur.

6 Hactenus de voto ordinibus sacris annexo locuti sumus. Iam de solemni monachorũ castitatis voto disserẽdũ est. Circa quod duplex est sent. Prior negat posse Pontificẽ in eo dispẽsare. Ducitur ex *c. Monasteriũ ad fin. de statu monachorũ*, ibi: *Custodia castitatis adeo est annexa regulæ monasticæ, vt contra eã nec summus Pontifex possit licentiam indulgere.* Secũda, quia cõsecratio rei semper durat, quãdiu res ipsa manet: nec potest tolli. Sicut Papa efficere nequit, vt calix semel cõsecratus, manẽs idẽ amittat cõsecrationẽ. At religiosus sit talis per spirituale quandã benedictionẽ, in qua voti solẽnitas cõsistit. Ergo nõ potest efficere, vt religiosus desinat esse talis. Rursus cũ Pontif. rei essentiã mutare neque at: atq; statui religioso essentiale sit seruare cõtinentiam (vt latè probaui l. præc. disp. 25. n. 8. & 9.) consequens est, vt nec possit in voto ipsius dispensare. Et cõfirm. quia nequit immutare cuiuspiam statum qui est erga Deum.

Vt

Vt ex sacerdote, non sacerdotem, ex Episcopo non Episcopum, ex baptizato non baptizatum efficere nó valet. Cùm ergo status religiosi sit quidã status, quo Deo consecratur, nequibit à Papa immutari, dispensando in eius votis. Tertiò, quia semel Deo consecratum non potest ab homine profanis vsibus mancipari. Et ita *Leuit. vlt.* dicitur, *Animal quod quis Deo deuouit, sanctum erit, nec mutari poterit.* Quartò, quod nulla causa iusta dispensandi in hoc voto occurrere possit. Causa enim dispensandi in voto debet excedere bonitatem materiæ Deo promissæ. At vt habetur *Ecclesiastici* 26. *Omnis ponderatio non est digna animæ continentis.* Quintò, quia (iuxta veriorẽ sent. à nobis probatam l. præc. disp. 25. nu. 14.) essentia huius voti consistit in traditione facta Deo. At iuri naturæ aduersatur rem homini traditam auferri, nedum Deo. Sextò, quia iure diuino naturali dirimit matrim. (vt probaui lib. præc. disp. 26. n. 4.) At Pontifex nequit in eo iure tanquã superioris dispensare. Eo vel maximè, quod in nullo alio ex impedimentis, iure diuino naturali dirimentibus, possit Pontifex dispẽsare, (vt diximus hoc l. 8. disp. 6. n. 10.) Septimò, quia fieret, si quis contingere posse, vt quispiam duplici vxori viuenti licitè coniunctus esset. Vt si post matrim. nondum consummatum vir in religione profiteatur, ac postea Pontifice dispensante in eo voto vxorẽ aliã ducat priori adhuc superstite. Octauò, nã si ratio boni cõmunis suadet Pontifici inesse hanc facultatem; ex eadem boni communis ratione potest duci argumentum, ad probãdum inesse quoq; potestatẽ dispensandi in matrim. consummato, aut vxorũ pluralitate. Quod casus boni communis euenire posset qui meritò petere posset eam dispensationem. Vt si pax totius regni penderet ex eo quòd Rex à matrim. semel cõsummato diuerteret, aliam vxorem ducens, vel in vtroq; simul matr. permaneret. Nonò, quia hominum indigentiis ac periculis prospiciendum est humanis mediis: nec res diuinæ ad id sunt transferendæ. At monachus est res quædam diuina. Non ergo Reipublicæ necessitatibus consuli debet, eo ad vitam secularem translato. Et cõfirmatur, quod sit mortuus mũdo. Quare nulla ratio ipsius habenda est, ad necessitates reipublicæ ciuiles, ac si naturaliter obiisset. Cum ea mors ciuilis sit. Tandem, quia D. Matthæus, (vt refert *Abdias Babylon eius vitæ*) noluit dispensare, vt Iphigenia monialis nuberet cuidã Regi promittenti se & suos fidem suscepturos. Signum ergo est, eum non potuisse. Nulla enim communis boni ratio vrgentior occurrere posset ad dispensandum. Et ideo huius sent. sunt *D. Thom. 2. 2. q. 88. a. 11. Alb. Magnus 4. d. 38. a. 16. & 18.* Et dicit cõmunem, nec improbat *D. Bonau. 4. d. 38. a. 2. q. .* & statim *q. 3.* dicit vtrãuis sent. posse sustineri. Eandem sequuntur *Altisiodor. l. 3. sum. tract. 28. c. 1. q. 2. Abul. ca. 30. Num. tota q. 109. Capreol. 4. d. 33. q. vn. a. 3. immediatè ante solut. ad primum Aureol. Dec. a tad. d. q. vn. a. . not. ab. 3. & 5. Almain. tract. de potestate Papæ c. 15. Audomar. l. 2. monast. constit. c. pen. Sotus l. 7. de iust. q. 4. toto a. 2. & 4. d. 38. q. 2. a. 2. concl. 2. Turrian. lib. de voto monast. f. 37. colu. 2. Vigor. l. institt. c. 5. §. 5. vers. 14. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 33. fine, Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 49. paulo post princ. & 1. p.* vbi de matrim. *c. 48. col. 8. vers. tenetur pro expeditione, Aragon 2. 2. q. 88. a. 11. col. 9. vers. Propter hæc argumenta. Llamas methodo curat. 3. p. c. 4. §. 41.* Et ait esse probabilẽ neutram definiens, *Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 224. fin.* Et ex Iurisperitis *Glossa c. Sunt quidam, verb. Apostoli, 25. q. 1. & d. c. Cum ad monasterium, verb. Abdicatio, Ioan. de Friburgo in sum. confes. l. 1. t. 8. quæst. 70. Turrecr. c. 1. 27. q. 1. a. 3. n. 7. an solut. ad 2. Sylvest. verb. Votum, 4. q. 5. Tabiena verb. Dispensatio, q. 7. Armilla verb. Dispensare, n. 12. Mandosius de signat. gratiæ, verb. Voti commutatio, col. penul. vers. Verum opinio negatiua.* Et hæc sent. est probabilis.

7 Posterior sent. (cui tanquam longè probabilioti adhæreo) tuetur id posse Pontificem. Ducor, quod auctoritati Pontificiæ nil de negandũ sit, quod absq; absurditate aliqua concedi ei valeat: atq; ad Ecclesiæ regimen expediens esse possit. Quippe credendũ est Christum Dominum, suauiter omnia disponentem, sic Ecclesiæ consuluisse, ne in necessariis communi eius bono deficere videretur. At hanc potestatẽ esse in Ecclesia, expedite in aliquo euentu manifestũ est: vt si cõmune totius regni bonũ id peteret, quod priuato religiosi anteferri ratio postulat. Et ex eius potestatis concessione nil absurdi sequitur. Nec id rationi naturali repugnat. Ergo ea potestas est Pontifici cõ edenda. Prob. autem nullatenus repugnare. Quia ex quadruplici capite posset consurgere hęc repugnãtia. Primò, ex ratione promissionis iure diuino naturali obligãtis. Secundò, ex ratione materiæ, quæ est cõtinentia, nec aliquo bono cõpensari potest. Tertiò, ex ratione solẽnitati adiunctæ, siue in benedictione quadã, siue in traditione cõsistat. Quartò, ratione essentiæ status religiosi, quæ in his votis sita est. Primò ergo probatur: nó repugnare ob primã rationẽ: nec ob secundã, quod certa sit Pontificia potestas ad dispẽsandum in simplici castitatis voto, in quo tamen est eiusdẽ iuris diuini naturalisq; obligatio: ac eadẽ prorsus continentiæ materia. Adde *ipsummet D. Tho. 2. 2. q. 88. a. 11.* asserere dari maius bonũ cõtinẽtia. Quippe cõstat bonũ contemplationis, martyrii, religionis, maius esse. Vnde *Eccli. 26* solis bonis externis anteferitur cõtinẽtia: vt rectè tradit ex D. Augustin. *D. Tho. cod. a. 11 ad 4.* Deinde, quia licet bonũ vnius vel alterius nõ præponderaret cõtinentiæ bono religiosi. At cõmune totius regni bonũ tanquã præponderans, illi anteferẽdum esse, nullus sanæ mentis dubitabit. Prob. non obstare tertiam solemnitatis rationẽ. Quia esto semel consecratũ nequeat consecrationẽ amittere: atq; ita benedictio monacho impertita nõ possit auferri: at voti solemnitas non consistit in benedictione aliqua, sed hæc omnino extrinseca & per accidens est, (vt probaui l. præc. disp. 25 nu. 1.) Prætere: esto solemnitas in ea consisteret: at (vt rectè ait *Caiet. 2. 2. q. 88. a. 11 col. 2. vers. Verum quia*) illa benedictio non efficit religiosum esse quid sacrum ex natura rei ad continentiam destinatum. Cùm nec characterem, nec qualitatẽ aliquam spiritualem imprimat: nec etiam peculiariter ex aliquo statuto Dei aut Ecclesiæ destinet eum ad cõtinentiæ opera. Sicut corporalia destinantur ad altaris ministerium. Tale enim statutum nullibi reperitur. Sed est quædã benedictio, qua diuinũ nomen inuocatur, vt religioso opem ferat. Sicut est benedictio nauis, mensæ, fructuum: quas compertum est non reddere res benedictas inhabiles ad cõmunes vsus & profanos. Deinde dato eam benedictionẽ efficere religiosum rem sacram dicatam Deo ad continentiam, at res sacra, quamuis talis desinere esse nequeat, nec passim ac indifferenter aliis vsibus deputari valeat; potest tamen necessitate vrgente ad vsus profanos cõuerti. Sicut licitus esset vsus calicis sacri ad bibendum, perituro alias præsiti, (vt optimè ait *Durand. 4. d. 38. q. 2. n. 7.*) Sicut 1. *Reg. 21.* Dauid ac eius socii fame oppressi vsi sunt licitè panibus propositionis. Nec similiter traditio, in qua vere solemnitas voti consistit, huic dispensationi obstat. Quia iuri cõmuni aduersatur rem vni traditam, nulla cõmunis boni ratione vrgente, ei auferri: idq; cõtra ius omne naturale est. Secus ea vrgente. Vt constat in præscriptione, in qua gratia communis boni ad euitandas lites, auferitur dominiũ rei in vtroq; foro à vero domino, ac transfertur in præscribentem. Deinde, quia domino ipso volente, iniustitia vacat dominii illa in aliũ translatio. At iure optimo credendũ est, Deum, cuius dominio per votũ est traditus religiosus, iure dominii cedere, vt religiosus ob cõmune Ecclesiæ bonum, summo eius Vicario dispensante matr. ineat. Tandem prob. non obstare essentiam status religiosi. Quia quãuis id sit de essentia religiosi, dum talis manet, quales religiosi solent esse manẽtes in obseruantia vitæ communis ac regularis: ac proinde nulla Pontificis auctoritate fieri valeat, vt sic manens non astringatur continentiæ voto. At potest Pontifex ex monacho non monachum efficere, non destructo subiecto humano, super quo illa religiosi essentia in tribus votis consistens fundatur: sed destructa illa votorum essentia per dispensationem in illis concessam. Sicut manente calicis

materia argentea potest tolli consecratio, destructa sola artificiali calicis forma. Secundò principaliter probatur hæc sent. Quia voluntas hominis quatenus politici, & ad commune reip. bonum ordinati, subordinatur capiti in iis, quæ ad bonum commune politicum spectant. Ergo in voluntate illa religiosi se vinculo voti astringentis includitur tacita conditio, nisi caput communitatis, quod est Pontifex, ratione communis boni relaxet prædictam obligationē. Hac enim ratione conceditur potestas dispēsandi in votis simplicibus. Et cōfirm. quia si expediens fuit ob bonū domesticæ & œconomicæ gubernationis, vt pater ac vir possent irritare filiorum ac vxoris vota: & pro religionis bono, vt id posset prælatus erga religiosorum vota; cur neganda erit Pontifici potestas dispensandi, ob commune Ecclesiæ bonū id petens? Sed dices arg. hoc potestatem quoque ad libitum irritādi concludere, qualis est in patre, viro ac religionis prælatis: eo vel maximè, quod Pontif. potestate dominatiua in religiosos ac supremus eorum prælatus gaudeat, iuxta omnes: qua ratione potest cætera eorum vota ad libitum irritare. Sed dico eam potestatem non concludi. Quod Pontifex non assequatur potestatem dominatiuam voluntatis religiosorum, nisi quatenus illi per tria substantialia religionis vota subiiciuntur: vnde ea vota irritare nequit: sed sola cætera emissi post translatum suæ voluntatis dominium per hæc tria vota in Pontificem. Sed in hæc tria vota habebit iurisdictionem spiritualem tanquam supremū Ecclesiæ caput, vt ea per dispensationem relaxare possit, quoties cōmune Ecclesiæ bonum id postulauerit. Sicut nec prælatus religionis potest tanquam dominus voluntatis religiosi irritare votū professi transeundi ad arctiorem religionem. Quia per voti illius impletionem eximi debet à dominatiua prælati potestate. At potest tanquam prælatus ex causa iusta in eo dispensare. Vltimo, quia in dubio pro Pontificis gestis præsumendū est, vtpotè, qui in Ecclesiæ gubernatione peculiariter à Sp. sancto ducitur. At constat ex variis historiis, (vt referunt *Caiet.* & alii multi ex DD. allegendis) Pontificem variis vicibus dispensasse in hoc voto. Cùm ergo res sit dubia, censendum est Pontificē posse. Et ideo huius sent. sunt ex Theologis, *D. Tho. 4. d. 38. q. 1. a. 4. quæstiunc. 1. ad 3. & ibi Durand. q. 2. nu. 8. Ricard. a. 9. q. 1. Palud. an. q. 4. a. 4. concl. 11. nu. 49. Maioris q. 14. Supplem. Gabr. q. 1. a. 5. dub. penult. Maironis q. vn. fin. Nic. de Orbellis q. 1. §. 29 & 30. Rubion. q. 1. a. 1. Gandauo quodlib. 5. q. 18. fin. Herueus quodlibet. 31. qu. 25. Pelagius de planctu Eccles. l. 1. art. 46. lit. C. Gerson 3. p.* vbi de cōsiliis Euangelicis, & statu perfectionis, *alphabet. 67. lit. T. & 1. p. in reg. moral. tractatu de matrim. alphabeto 25. lit. L. idem Palud. 4. d. 30. q. 2. a. 1. concl. 4. n. 8. D. Ant. 2. p. t. 11. c. 2. §. 9. & 3. p. t. 1. c. 15. §. 3. Caiet. 2. 2. qu. 88. toto a. 11. & in opusc. tom. 1. t. 27. de dispensatione matrimonij in Occid. Eccles. q. vn. vers. Videtur autem mihi, ad fin. Petrus de Soto lect. 5. de matrim. fine. Catharin. l. 6. in Caiet. agitans quæstionem, An papa in hoc voto professi dispensare possit. Ledesm. 2. p. 4. qu. 69. a. 7. paulo ante vers. Nota tamen. Cordub. in quæstionar. l. 1. q. 24. epon. 2. Pasarel in primileg. minim. posit c. 43. 1. de proprietate. Borrillong. 4. d. 38. q. vn. a. 3. diffic. 1. & ibi Ouand. q. vn. ad fin. Palacios disp. 5. quadruplici col. ante fin. Celaia qu. 3. Angles floribus 1. p.* vbi de matrim. *q. 11. de imped. ord. a. 3. diffic. 3. & 2. p. tract. de voto, q. vn. a. 8. diffic. 2. Stunica q. 6. de voto, num. 104.* & latissimè *Metina l. 5. de sacror. hominum continen. c. 21. & multis seq. Toledo l. 4. sum. c. 18. n. 5. Enriqu. l. 12. de matrim. c. 5. nu. 7. Valent. 2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 7. col. 3. Azor l. 12. inst. mor. c. 7. qu. 1. Emm. Sa sum. verb. Votum,* vbi de voti irrit. & dispens. *n. 13. Nauarra l. 3. de vsit. c. 1. p. 3 dub. 1. in noua edit. n. 166. vers. Ex his colligitur. Graffis 1. p. decision. l. 1. c. 31. n. 12. Vinald. cand. Sacram p. 1.* vbi de matrim. *n. 143 fine, Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 141. n. 14. & q. regularib. 1. to. q. 25. a. 2. & to. 3. q. 1. a. 5. Pet. de Ledes. de matrim. q. 61. a. 2. in sol. ad 4.* Et ex Iurisperitis *Ioan. Andr. reg. Semel Deo dicatum, in fine, de reg. iuris, in 6. & c. Cùm ad monasterium n. vlt. de statu monach. & ibi Innoc. nu. 1. & 4. Host. n. 30. & seqq. Ant. n. 28. Abb. n. 21. Card. n. vlt. Anchar. n. 24. Henric. n. 9. & 10. Idem Host. sum. 2. de voto, §. Qualiter, & cuius, n. 12. & 6. 1. nu. 4. de voto, & ibi Abb. n. pen. Archid. c. Sunt quidem, 25. q. 1. num. 5. Idem Anchar. c. vn. n. 2. not. ab. 3. de voto, in 6. & c. Rursus, n. 4. qui cler. vel vou.* vbi *Cardin n. 2. q. 1. Præpos. n. 4. & 7. Alex. de Neuo num. 12. Henric. n. 6. Bald. l. Si tibi, in fin. ff. de adoption. Idem Anchar. clem. Abusionib. n. 8. Ad mediam, de pœnit. & remiss. Dominic. c. De illo, ad fin. d. 32. Imola c. Deus qui, nu. 3. de vita & honest. cleric. & clem. vn. n. 16. fine de consang. Idem Præpos. c. Sicut ex literis, n. 11. de spons. Felin. c. Si quando, n. 5. de rescript. Decius c. Quæ in Ecclesiarum, in noua edit. n. 46. de constit. & cons. 112. n. 1. vol. 4. Lesius l. Si arrogator, n. 5. ff. de adopt. & l. vlt. nu. 2. C. de transact. Barth. Socinus cons. 92. n. 2. vol. 1. Milis in suo repert. lit. D. num. 23. verb. Dispensatio, vers. Dispensare an possit Papa. Astens. l. 3. sum. t. 20. a. 11. q. vn. Nata cons. 33. n. 4 Ripa c. Cum M. n. 76. de const. Rubeus cons. 147. n. 8. Tiraq. de pœnis temperandis, in præfat. n. 46. & de nobil. c. 20. n. 186. Gozad. cons. 51. n. 16. Sigismund. cons. 50. num. 64. & seq. Parisius cons. 68. n. 148. & n. 205. vol. 4. Mantua cons. 121. paulo post princ. l. 1. Portius cons. 154. num. 15. Aeneas de Falco addit. ad Abb. c. Cum olim, verb. Matrim. de cler. coniug. Brunel. de spons. cōcl. 20. n. 24. Ioan. à Capistr. ano. tract. de quodā matr. §. Circa primum, q. 2. n. 25. Alex. Carrer. l. 3. de spousal. cap. 8. Rebuff. praxi benef. reg. De dispensatione in gradib. prohibitis, glo. 5. nu. 10. Turrec. c. De illo cler. n. 3. & seq. d. 32. Bermond. de public. concubin. super § Statuimus, n. 22. Gulielm. Bened. c. Raynutius, verb. Duas habens filias, n. 138. & verb. Qui cum alia, nu. 27. de testam. Raymerius sum. t. de voto, in c. 9. Rosel. verb. papa, n. 4. Angel. verb. Votum. 4. n. 9. & verb. Matrimon. 5. imped. 18. n. 2. Staphileus de lit. gratiæ. tit. De variis modis vacationis, in 6. modo num. 12. Carol. de Grassalis in regalibus Franciæ, l. 1. aure 17. vers. Sextò facit, & aure 20. vers. Rex non potest. Loazes de matrim. Regis Angl. dub. 2. in fundam. 2. pro parte affirm. n. 9. Gambara de offic. legati de latere, l. 2. à n. 253. & l. 18. in rubr. de offic. legati in regal. res à num. 84. Nauar. sum c. 12. n. 75. fine, & apolog. ad l. de ridditib. q. 1. mortif. 55. n. 10. & c. Quando, lat. c. 7. n. 20. de consec. d. 1. & l. 3. const. ad concord. coniug. in 1. edit. cons. 1. n. 3. in 2. cons. 2. nu. 3. Et in 1 edit. l. 4. t. de spousal. cons. 3. n. 8. cons. 11. n. 11. in 1. cons. 12. n. 8. & l. 1. t. de his, quæ vi, cons. 3. n. 6. & l. 3. t. de voto. cons. 38. n. 9. Con. c. 2. nu. 10. & 11. de testam. Greg. Lop. l. 4. verb. Castid. ad. l. 8. q. 1. Ant. Gomez. l. 40. Tauri, n. 66. Villalobos in summa iuris, lit. P. n. 34. Matica de consuet. vlc. vol. 1. 11. 1. 9. n. 29. Boscus rubr. de constit. n. 87. Rouinald. c. Quæ in Ecclesiarū, nu. 151. & seqq. de constit. Mandos. in addit. ad Lopum, allegat. 130. pro dubio proposito, verb. Cum ad monasterium, Ant. Cuc. l. 3. instit. maior. 1. 1. nu. 120. 121. Minchaca de successe creation. l. 3. §. 3. n. 303. Pallida l. Iubemus, n. 4. C. de transact. Gaeta c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. q. 129. nu. 353. Menochius de præsumpt. l. 2. præs. 10. nu. 35. & de arbitr. l. 2. centur. 5. casu 411. n. 10. Mozzius de contr. lib. 1. de matr. § fin. num. 12. Borgasius de irreg. p. 6. 1. de spousalib. & matrim. n. 9. & n. 64. in 7. ratione, & 1. de voto, n. 116. & n. vlt. Matienzo lib. 5. recop. l. 7. lib. 1. glo. 1. nu. 20. Magdalen de numero testium, 3. p. c. 3. n. 213. Garcer. q. can. l. 1. c. 17. n. 5. Hugolin. de Sacram.* vbi de matrim. *c. 19. nu. 5. fin. Spino speculo testam. glo. 2. princ. n. 26. & gl. 12. n. 7. alter Ant. Gomez. in expos. Cruciata, clausula 1 ». à n. 105. Brunor. in suo compend. lit. 2. verb. papa dispensare cum monacho.*

Sed rogabis an ad hanc dispensationem causa publica § desideretur? *Ricard. 4. d. 38. a. 9. q. 1. corp. & ad 5.* ait non desiderari, sed satis esse bonum priuatum ipsius vouentis, vt vitationem probabilissimæ voti transgressionis. Cui fauet doctrina *Caiet. nu. 1. allegata*, idem de voto solemni clericorum dicentis. Cæterum meritissimè doctrinam hanc reprobant tanquā falsam, *Metina l. 5. de sacror. hominū contin. c. 37. ad fin. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 7. col. 9. vers. Respondeo hoc arg. Angl. flor. 2. p.* vbi de matrim. *q. 11. de impedim. Ordinis, a. 3. dub. vlt.* dicentes desiderari vrgentissimā bonī cōmunis causam. Quod idē à fortiori tenet *Catharin. n. 2. allegcum* id in solemni clericorū voto asserat. Et idem apertè tenēt omnes DD. n. præc. allegati, omnes enim huius dispensationis causam legitimā exprimentes adducūt exempla boni valde cōmunis, vt pacis totius regni, emittve ad fidē conuersionis. Atq; ratio ipsa id suadet. Quia dispēsatio hæc nequit fieri absq; aliquo status religiosi detrimēto. At rationi valdè dissonat spectati priuati bonū postposito totius status religiosi detrimēto. Secūdò, quia alias frequen-

frequenter dispensationes hæ indulgendæ forent. Cùm frequentissimè ipsius professi bonum priuatum occurrat ob quod concedendæ illi dispensationis iusta causa existeret. Quod quam labefactaret religiosum statum, quis non videat. Tertiò, quia frequentius religiosi tentationibus vexarentur, spe obtinendæ dispensationis ad statum religiosum deserendum. Tandem probari potest ratione n. 2. adducta, ad probandum idem de voto clericorum.

9 Insuper quidam aiunt integrum esse Pontifici dispensare vt matrim. monachi ad tempus duret, nempe, donec habeat prolem, & statim ad religionem redeat. In hanc partem videtur propendere *Ioan. Andr. reg. Actus legitimi, de reg. iuris, in 6.* vbi refert se quæstionem disputasse, atque remittit ad Pontificem quæstionem dissoluēdam, subdens si dispensaret, multos censere validam fore dispensationem. Et tenent hanc partem *Præpos. c. Sicut ex literis, nu. 11. de spons. Bald. l. Si tibi filium, in fin. ff. de adopt. & ibi Fulgos. Iason* licet sub aliquali dubio *l. Si arrogator, n. 5. ff. de adopt. Loazes de matri. Regis Angl. dub. 2. in 2. fundam. partis affirm. n. 14. Ant. Cucus l. 3. institut. maior. t. 1. n. 120. & l. 5. t. 12. num. 283. Borgasius de irreg. p. 3. t. In quibus casibus non potest dispensari, n. 17. Brunorius in suo compend. lit. P. verb. Papa dispensare cum monacho.* Cæterum hoc longè à veritate alienum est. Et ita illud improbant *Abb. c. Ex publico. n. 11. de conuers. coniug. Tabiena verb. Dispensatio, q. 6.* Quia perpetuum esse vinculum, est de matrimonii essentia. Item, quia si ita dispenset, vt teneatur vxor, manente matrimonii vinculo indissolubili, consentire vt habita prole professus ad religionem redeat, est conditio matrimonii substantiæ contraria. (vt probaui l. 5. disp. 10. n. 6.) At huiusmodi conditiones iure naturali reddunt irritum matrim. (vt probaui eodem libr. 5. disp. 9. n. 4.) At potest Pontifex ita cum monacho dispensare ad matrim. vt si habita prole vxor liberè consentiat, vel causam diuortii perpetuam dederit per fornicationem, teneatur ad religionem redire. Quia hoc non est contra matrimonii substantiam: cum quilibet coniux proprio spontaneo voto possit se ad hoc obligare.

10 Sed superest disputandum, an dispensatio Pontificia in voto solemni professi absque causa concessa sit valida: ac proinde matrim. illius professi sit firmum, ac liceat illi petere & reddere. Quidam censent si femina, bona fide illi nubat, credens dispensationem legitimam, fore validum matrim. ne principis auctoritate decipiatur, ac damnum sentiat. Sic docent *Innoc. c. Cum ad monasterium, n. 2. de* [illegible] *tatu monach. & ibi Host. n. 31. Ant. n. 28. Ioan. Andr. n. vlt. Abb. n.* [illegible] *2. Anchar. n. 24. Segismund. cons. 50. nu. 48.* Et ex Theologis, *Pa[illegible] lud. 4. d. 28. q. 4 a. 4. concl. 3. nu. 40. Pelagius de planctu Eccles. l. 1. t. 46. lit. G.* Addunt omnes hi monachum illius illegitim. e dispensationis conscium non posse petere, teneri tamen reddere. Verum doctrina hæc mihi displicet, quatenus [illegible] ait matrim. illud fore legitimū ratione bonæ fidei contra [illegible] hentium. Quod bona fides à culpa eximat, nō tamen ré [illegible] ddat dispensationem validam. Et cum dispensatio hæc sit [illegible] in iure naturali diriment matrim. impedimento, erit irri [illegible] ta concessa absque causa: ac subinde matrim. erit irritum. Potest tamen doctrina hæc valdè probabiliter sustinere [illegible] tinuendo alii fundamento, nimirū, quia valdè probabi [illegible] le est, impedimentū hoc iure solo humano diri mere, (v [illegible] ex multis retulimus l. præc. disp. 26.) ac proinde sive bona [illegible], sive mala fide impetrata sit dispensatio Pontificia absq [illegible] ue causa concessa, valida erit, ac proinde valebit matrim. A [illegible] hic cum quo sic dispensatum est, non poterit petere del [illegible] itum, tenebitur tamen reddere (vt bene aiunt prædicti a [illegible] ctores.) Quia votū illud iure diuino naturali impedit m [illegible] atri. & obligat eo contracto ad abstinendum à debiti pe [illegible] tione. Quare ea dispēsatio in hoc voto fuit irrita. Et id [illegible] eo lethaliter contra hoc votum deliquit contrahens. A [illegible] vbi iā contraxit, adest iustissima dispensandi causa cum l [illegible] hoc, vel cū eo, qui simili iniqua dispensatione nixus, posit [illegible] ordinem sactum contraxit, vt petat debitum propter pra [illegible] sentaneum incontinentiæ periculum. Quam dispensatio [illegible] nem solus Papa concedet. Quamuis disp. 13.

ob consuetudinē dicemus posse Episcopum in voto simplici castitatis: quæ tamen non est in his solemnibus. At si vrgeret periculum in mora adeundi Pontificis, credo quoq; posse Episcopū: ob ea, quæ dicemus disp. seq. n. 22.

Tandem meritò dubitari potest, an professus hic cum 11
quo dispensatum est ad nuptias, teneatur ad officium diuinum recitandum. *Nauar. c. Quando lat. c. 7. n. 20.* affirmat eum non teneri ad officium diuinum, si cōcederetur sibi facultas deducēdæ vxoris, ita vt desineret esse religiosus. Quia per solam talem facultatem non desinit esse. At *Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 141. n. 14.* asserit eum teneri ad horas, antequam ad nuptias transeat: secus vbi iam transiit. Ducitur, quod ante eum transitum non desierit esse religiosus: cùm nondum statum in compatibilem assumpserit, per quem status religiosus destruatur. Et huius signum est, quia si mutato proposito nollet vti dispensatione, maneret vtique religiosus absque nouo alio actu, nec illi permitteretur in seculo diu permanere, coniugium differendo. Ergo adhuc erat donec ad nuptias transeat. Verùm existimo ab eo tempore, quo hic habitū monachalem exuit, induēs vestes seculares, vt dispensatione vtens, matrim. ineat, eum liberari à recitandi obligatione: sicut & à cæteris monasticæ vitæ oneribus. Quia cùm iam sit iustè extra monasterium, ac monasticam vitam, ab eius oneribus eximitur. Sicut & de electo à religione fatentur DD. Nec est verum quod ait *Nauar.* per eam dispensationem non desinere hunc esse religiosum. Nam cōtrarium dicemus n. seq. in solut. ad 1. Quia per dispēsationem extinguitur essentia status religiosi in his tribus votis cōsistens. Nec hic cogetur ad religionem redire, quasi per dispensationem non fuerit verè absolutus à votis, & consequenter à religioso statu. Sed quia cessat omnino dispensationis causa. Et dispensatio tacitā habet conditionem, vt duret, quamdiu causa durauerit (vt dicemus disput. 30. n. 14.) Quare hinc infero, sacerdotem cum quo dispensatum est, vt matr. ineat, teneri ad officium diuinum: dum habitum non mutat ad vtendum dispensatione: quod nondum à statu sacerdotali recesserit, & potest interim celebrare, ac beneficii fructibus frui, ac cæteris clericorum priuilegiis. Secus autem vbi clericatum deserit, habitum secularem induens, vt vtens dispensatione ad nuptias transeat. Quod iam translatus sit ad statum secularem, solo indelebili charactere manente: nec gaudeat priuilegiis clericorum. Quare similiter debet manere ab oneribus exēptus sacerdotio annexis. Nec est simile de degradato, quem omnes fatentur clericalibus priuilegiis destitui, & tamen ad pensum horarum astringi. Quia hic per suam culpam priuilegia amittit, & ideo ne ex ea commodum reportet, tenetur ad onera.

Ad arg. n. 6. proposita resp. Ad 1. desumptum ex *c. Cùm* 12
ad monasterium, respondent *Innoc. ibi n. 4. Host. n. 31. Card. nu. vlt. Durand. & Pelagius relati n. 7.* consultò textū dicere, non posse Papam dare licentiam, & nō loqui de dispensatione, quasi intelligat non posse ad libitum, & absque causa iusta. Sed meritò hanc solutionem improbat *ibi Abb. in fin.* Quia licentia, cùm à verbo liceat deriuetur, importat facultatem rationi consentaneam. Vt cum *Bart. l. Alio, n. 8. ff. de aliment. & cibar. legat.* & multis aliis citatis tradunt *Menochius de arbitr. l. 1. q. 8. n. 45. Alex. de Neuo c. 1. n. 110. de cōst.* Ideo respondet *ibi Abbas* intelligi textum, nō ex facili causa Pōtificem dispensare posse: vel non posse nō commutādo in aliud bonum magis Deo acceptum. Sed neq; hæc solutio mihi placet. Quare legitima solutio est, nō posse dispensare vt monachus quādiu manet monachus, ducat vxorē, Quod id sit contra monastici status essentiam. At potest dispensare, efficiendo de monacho non monachum, eo modo, quem explicui n. 7. in 1. ratione. Et ideo hanc solutionem tradunt *Barth. Socinus, Ricard. Durand. Palud. Caiet. Palacios, Azor, Valentia eo n. 7. alleg.* Vel secundò ego resp. ibi à Pōtifice redargui Abbatem monasterii, quod sibi integrum esse existimaret dispēsare cū monacho ad proprietatem retinēdam. Atque vsus est Pontifex exaggeratione

quadam hyperbolica, inuoluens argum. ductum, quasi à maiori ad minus: ac si dicat, vix mihi potestas est dispensandi, atque de ea magnopere controuertitur. Qua ergo ratione eam tibi vsurpas? Ad 2. constat ex dictis nu. 7. vbi ostendimus monachum non fieri talem per spiritualem benedictionem: & posse Pontificem efficere de monacho non monachum: & posse fieri ex calice consecrato non consecratum, destruendo formam, manente tamen materia. Ad confirm. negandum est, si vniuersaliter accipiatur illud antecedens. Quippe solum est verum, vbi character indelebilis imprimitur, vt in sacerdotio, christianismo. At religiosus non constituitur talis per characterem. Ad 3. negatur antecedens, quando vigeret necessitas, (vt n. 7. probaui.) Et illud Leuitici fuit cœremoniale, quod morte Christi extinctum est. Ad 4. constat ex dictis nu. 7. vbi eum locum explicuimus, probantes maius bonum dari posse. Ad 5. constat ex dictis eod. n. 7. vbi ostendimus gratia communis boni posse rem traditam auferri. Ad 6. dic posse Pontificem dispensare in iure naturali pendente ab obligatione, quam homo propria sibi voluntate imposuit, vt diximus disp. 6. nu. 2. Ad 7. neganda est sequela. Quia per professionem dissolutum est prius matrim. & ita potest obtenta voti dispensatione quamcunque ducere. Quod prior defierit omnino esse vxor. Sicut ob eandem rationem id ei liceret, si naturaliter moriens resurgeret priori vxore adhuc superstite. Ad 8. neganda est similitudo. Quippe constat iure diuino nulla ratione posse mátrim. consummatum dissolui ob significationem indissolubilis vnionis Verbi diuini cum natura humana (vt diximus l. b. 2. disp. 13 nu. 2. & 7.) nec posse in vxorum pluralitate dispensare, ob peculiarem rationem (vt diximus l. præc. disp. 80. n. 9.) At in hac dispensatione non reperitur specialis prohibitio. Ad 9. dic maiorem non semper esse veram. Quippe calix consecratus in extremo sitis periculo deseruire potest, (vt num. 7. probauimus.) Præterea posset intelligi, dum res illa sacra manet. Nam calices tempore famis læpe confringuntur, ac desinunt esse sacri, atque in pauperum vsus conuertuntur. At religiosus per hanc dispensationem desinit esse talis. Ad confirm. dic eam mortem esse metaphoricam: & ita posse vsibus humanis deseruire. Ad vltimum dic cum *Caiet. 2. 2. q. 88. a. 11. versic. Verum quia hoc non inuenio, in fine*, id contigisse, quia non expediebat initio nascentis Ecclesiæ religionem Christianam propagari, relaxatis iis, quæ ad eandem valde pertinent: & tam apparenti eiusdem religionis despectu.

DISPVTATIO IX.

An in votis absolutis castitatis & religionis, non nubendi, quæ matrim. impediant, possit aliquando Episcopus dispensare?

SVMMARIVM.

An ius reseruentur aliqua vota, & incidat in excommunicationem dispensans in illis: explicatur c. Extran. Essi dominici, de pœnit. & remiss. n. 1.

An sub concessione generali, aut aliquo reseruato excepto claudantur vota religionis & castitatis & reseruata. n. 2.

An seclusa reseruatione posset Episcopus dispensare in omnibus. n. 3.

Quid si emittantur à persona alteri subiecta, an possit Episcopus dispensare. n. 4.

An hæc dispensandi reseruatio sit odiosa ac restringenda. nu. 5.

An possit Episcopus dispensare in voto castitatis temporalis. n. 6.

Quid de voto castitatis coniugalis. n. 7.

Quid de voto non petendi debitum, aut si vterque coniux mutuo consensu vouisset, nec petere, nec reddere, nec fornicari. n. 8.

Quid de voto virginitatis seruandæ. n. 9.

Quid de voto non ineundi matrimonij? Refertur opinio. n. 10.

Proponitur sententia Auctoris. n. 11.

Quod, si id votum esset factum in fauorem tertij: & an ille posset id votum iuramentum ve remittere. n. 12.

Quid de voto assumendi ordinis sacri. n. 13.

Quid, vbi votum est disiunctiuum assumendi ordinis sacri aut religionis castitatis: vel etiamsi vouens hæc vltima elegerit. n. 14.

Quid de voto assumendi habitum beatorum. n. 15.

Quid de voto ingrediendi ordinem militarem. n. 16.

Quid de voto religionis strictioris, ad ingrediendam laxiorem. n. 17.

Quid de voto perseuerandi, vt possit vouens tempore nouitiatus egredi. n. 18.

Quid circa differendum ingressum religionis vltra tempus signatum. n. 19.

Quid de ijs, in quæ Pontifex hæc vota reseruata commutauit. n. 20.

An si is, cui hæc vota commutata sunt, non impleuit commutationem, aut non habuit animum implendi, teneatur ad prima vota: & religiosus ejectus ad votum ante professionem emissum, & is cui votum commutatur, possit propria auctoritate ad votum redire. n. 21.

An in casu grauis necessitatis possit Episcopus dispensare in voto religionis aut castitatis perpetuæ, & quis sit ille casus. n. 22.

Et quid de cæteris votis reseruatis. n. 23.

An possit cum inuitibus ex animi perturbatione vouentibus castitatem? Et explicatur c. Vouens, qui iter. vel vou. n. 24.

An liceat Episcopis vrgente necessitate dispensare in his votis, si adiri possit nuncius, vel alius pereuns dispensator. n. 25.

An hæc dispensatio Episcopi efficiat ne possea fornicatio sit sacrilega: aut ea matrimonium soluta liceat aliud inire. n. 26.

An possint aliquando parochi dispensare in votis, in quibus possunt Episcopi: aut in reuocis aut feliis. n. 27.

An possit dispensari absolute in voto non admittens commutationem aliquam. n. 28.

PRÆMITTENDVM est, attento iure solũ reseruari Pontifici dispensationem aut commutationem voti eũdi in subsidium expeditionis Hierosolymitanæ. Vt constat ex *c. Ex multa de voto*. At ex consuetudine reseruantur votum religionis & castitatis, cum aliis tribus, de quibus nil ad præsens. Hæc autem consuetudo colligitur ex omnibus priuilegiis concessis in bulla vel tabellis circa vota, semper enim excipiuntur vota castitatis & religionis. Et ex *Extrauag. Et si dominici, de pœnit. & remiss.* vbi Sixtus IV. excommunicat dispensantes in his quinque votis, aut ea commutantes virtute facultatum à se concessarum, vbi non reseruat hæc vota, sed supponit ea reseruata. Quippe ea reseruatio non esset generalis, sed limitata ad facultates à se concessas. Quare eam excommunicationem non incurrerent, qui virtute aliorum priuilegiorum aut facultatum dispensarent. Vt bene docent *Angelus verb. Excommunicatio, 5. casu 31. Syluest. verb. Excommunicatio, 7. excom. 32. n. 77. Nauar. sum. c. 12. n. 75. Lud. Lopez 1. p. instruct. ca. 49. initio.* 1

Et tantam vim habet reseruatio hæc quoad vota castitatis & religionis, vt numquam censeantur concessa, nisi exprimantur. Quod ab ipso nascentis Ecclesiæ exordio reseruentur. Sic *Soto l. 7. de iust. q. 4. a. 3. in fine corp. Enriquez l. 7. de indulgent. c. 30. n. 6. in comment. lit. A. Manuel 2. to. sum. c. 97. n. 1. concl. 1.* Qui bene addit secus de voto Hierosolymitanæ peregrinationis esse: comprehenderetur enim in facultate generali circa vota. Atque idem dicendum de aliis reseruatis. Quod nec tanti momenti eorum reseruatio sit, nec tanto rigore accipiatur. Imò nec in facultate generali ad omnia vota, excipiendo quoddam reseruatum, vt Hierosolymitanum, includerentur vota castitatis & religionis. Quia potius exceptio minoris voti testimonium esset exceptionis maiorum. Vt bene tradit *Soto ibidem*. 2

Hoc supposito prima conclusio sit. Seclusa reseruatione integrum esset episcopis dispensare in suis diœcesibus in omnibus votis: sicut Pontifici in toto orbe. At ratione reseruationis nequit dispensare in absolutis castitatis religionisve votis. Constat, quia sunt ordinarii in suis diœcesibus, & possunt omnia illa circa dispensationes, quæ Pontifex in toto orbe: nisi reseruentur (vt probauimus libr. 1. disp. 61. n. 3.) Et ideo hanc conclusionem docet *Soto l. 7. de iustit. q. 4. a. 3. colum. 4. vers. Qui sunt autem*, ab omnibus receptus. 3

Temperat hoc *Gutier. q. Canon. l. 2. c. 22. n. 49.* nisi votum religionis aut castitatis perpetuę emissa sint à personis alterius potestati subiectis, vt à coniugata, seruo, vel filio, sine licentia viri, domini, vel patris: tunc enim ait posse episcopum in eis dispensare. Ducitur, quoniam vir, dominus, & pater possunt hæc vota irritare. Ergo à fortiori potest episcopus in eis dispensare. Sed hoc nullatenus approbo. Quia quidquid sit de potestate irritandi hæc vota, non inde arguitur potestas Episc. ad dispensandum. Quia dum Pontifex hæc sibi vota reseruat quoad 6. iam dispen- 4

dispensandi potestatem id facit, nulla habita ratione derogandi potestati dominatiuæ, ex qua facultas irritandi hæc vota consurget. An verò in voto illo cestitatis coniugatæ possit ob aliam rationem dispensare Episcopus, dicemus disp. 11. per totam.

5 Hinc deducitur primò dispēsationis huius reseruationem esse restringendā. Quod iuri Episcoporū deroget, & ideo odiosa sit. Quod fatētur omnes DD. pro corollariis seqq. referendi. Quæ omnia huic doctrinæ inniuntur.

6 Secundò deducitur posse Episcopum dispensare in voto castitatis temporalis, vt ad annum aliúdve tempus limitatum emisso. Quod hoc non simpliciter votum castitatis sit: hoc enim perpetuitatem importat. Hoc satis indicat *D.Th.* 2.2.*q.*88.*a.*11.*ad* 1. & tenent *Palud.* 4.*d.*38.*q.*4.*a* 4.*n.*43. *D. Anton.* 2.*p.t.*11.*c.*2.§.9. *Angelus verb. Votum*, 4.*n.*9. *Sylvest. verb. Votum*, 4.*q.*3. *dicto* 6. *Armilla verb. Dispensare*, *n.*18. *Navar. sum. c.*12.*n.*76. *Sotus l.*7. *de iust.q.*4.*a.*3.*col.*5. *vers.* Ex his *fit confeq.* & 4.*d.*38.*q.*2.*a.*1.*col.*4. *in fine* 1. *concluf.* vbi *Valacios disp.*3.*col.*37. *f.*880. *Ouando ibi qu.vn.propos.*7. *fine. Margarita confess.qu.moral. f.*127. *Angles floribus* 2.*p.* vbi de voto, *q.vn.a.* 8. *diffic.*9. *Toledo l.*4. *sum. c.*18.*n.*11. *Gutierrez q.can. l.*2.*c.*22.*nu.* 48 *Aragon* 2.2 *q.*88.*a.*12. *paulo ante solut. ad* 1. *Enriquez lib.*7. *de indulgent.c.*30.*n.*6. *Valentia* 2.2. *disp.*6.*q.*6.*punct.*7. *colu.*10. *vers. Ex quo sequitur. Emmanuel Sa sum. verb. Votum*, vbi de voti irritatione. *n.*11. *Azor l.*11. *instit. moral. c.*19. *qu.*6. *Manuel* 2. *tom. sum. c.*96.*n.*5. *& in expos. Cruciata.* § 9.*n.*120. *Vega* 2.*to. sum. c.*129 *casu* 34. *Ant. Gomez in exposit. Cruciata, claus.*10.*nu.*109. *Lud Lopez* 1.*p. instruct. ca.*49. *vers. Licet Episcop. &* 2.*p.* vbi de clausibus *c.*9.*col.*10. *vers. Adde quod Graffis* 1.*p. decis. l.*2.*c.*31.*nu.* 29. *Vivald. candel. sacram* 3.*p. c.*14.*n.*54.

7 Tertiò deducitur posse quoque in voto castitatis coniugalis seruandæ Episcopum dispensare. Quod deficiat à voto castitatis absoluto. Hoc enim omnimodam continentiam claudit, ac non copulati matrim. At illud solos actus venereos illicitos comprehendit. Sic *Enriquez l.*7. *de indulgent. c.*30.*n.*6.

8 Quartò deducitur posse quoque in voto, quo alter coniugarus absque alterius licentia ad non petendum debitum se astringit. Quod nó sit votum integræ castitatis, sed partis. Sic *Sylvest. verb. Votum*, 5.*q.*2.*nu.*5. *Valacios* 4.*d.* 32. *disp.*2.*col.*8. *vers. Ego vero, Stunica q.*3. *de voto, nu* 60. *Azor l.* 11. *instit. moral c.*19.*q.*6. *Manuel* 2. *tom. sum. c.*90.*n.*3 *Barth. à Ledesma de matrim. dub* 71. *fine Emmanuel Sa sum. verb. Votum* vbi de voti irritatione, *n.*11 *fine.* Atque ob eandem rationem idem dicendum est, si ex licentia alterius emissum esset. Vt bene *Palacios* tradit *ead. disp* 2. *col.*8. *vers. Quod si votum.* Et idem eic, quamuis vterq; ex licentia alterius votum non petendi emisisset. Quia adhuc non est votum castitatis. Cùm neuter se obligarit ad non reddendum, & non fornicandum, & ad non nubendum dissoluto eo matrim. Sic videtur expresse tenere *Manuel cod. c.*90.*nu.*3. Et tandem idem est dicendum, licet vterque communi consensu voueret nec petere, nec reddere, nec fornicari. Quia adhuc non est omnimoda castitas. Cùm vterque libertatem transeundi ad alias nuptias habeat. Quando autem est votum omnimodæ castitatis, dicemus disp. 11.

9 Quintò deducitur, non posse Episcopum dispensare in voto virginitatis seruandæ, nisi expresse vouens noluerit ad castitatem se obligare, sed tantum ad corporis integritatem seruandam consistentem in abstinentia à primo luxuriæ actu, per quem virginitas deperditur. Et ratio est, quia quando hæc expressa intentio non repetitur, est votum absolutè castitatis: secus vbi ea adest (vt probabo lib. seq. disp. 33. n. 7.) Sic *Azor lib.* 11. *institut. moralium, ca.*19 *q.*14.

10 Sextò deducitur, quid dicendum sit de voto non incundi matrimonii. Quibusdam placet non posse Episcopum in eo dispensare. Ducuntur, quod cum votum propriè sumptum sit de solo supererogationis bono, præcipuum in voto castitatis contentum est continentia sub cōsilium Euangelicum cadens. Qualis est à nuptiis abstinere. Quippe reliquum continentiæ est de iure naturali diuino. Et confirmatur, quia in tantum votum continentiæ reseruatur Pontifici, in quantum potest Pontifex in eo dispensare: at tantum potest dispensare, vt liceat vouenti ad nuptias migrare. Sic sentiunt *Cajet. in opusc. tom.*2. *tract.*11. *de voto non nubendi, q.*1. *Navarr. sum. Hisp. c.*12. *num.*76. *Angles floribus* 2.*p.* vbi de voto *qu.vn.a* 2. *diffic.* 11. *Valentia* 4.*p.* vbi de matrim. *disp.*10.*q.*5. *punct.*5. *concl.*4.

11 At multo probabilius est, posse Episcopum. Quod id votum non sit castitatis: nam hoc voto astrictus sacrilegus est fornicando: secus autem de eo, qui solum abstinendi à matrimonio votum emisit. Et confirm. quia votum castitatis obligat etiam ad aliquid supererogationis & consilii, vltra abstinentiam à nuptiis. Si quis enim ligatus castitatis voto vxorem ducat, tenetur non petere. Quod eo voto secluso esset opus consilii. Ad hoc autem minimè obligat votum non nubendi. Tandem, quia votum propriè sumptum quoad eius essentiam, est etiam de operibus præcepti: atque in eo voto dispensari potest, non quoad præcepti obligationem, sed quoad vinculum voti superadditum. Et ex his patet solutio ad rationes contrarias. Sic docent: *D. Antoninus* 2.*p. t.*2. *ca.*11.§.1. *Rosella verb. Impedimentum, imped.*4. *n.*13. *Angelus verb. Votum* 4.*nu.*9. *Sylvester verb. Votum*, 4.*q.*4. *Armilla verb. Dispensare*, *n.*18. *Navar. sum. la.c.*12.*n.*76. *& c.*12.*n.*85. *Sotus* 4.*d.*38.*q.*2.*a.*1.*colu.*5. *versic. Atqui super voto. Et ibi Palacios disp.*1.*col.*74. *versic. porro vt res hoc. f.*844. *& ibi Ofiand. q. vn. propos.*7. *Pedraza sum. precepto* 6.§.10. *Stunica q.*4. *de voto, n.*22. *Barth. à Ledesma de matrim. dub.*32. *fin. Gutier. qu canon. l.*2.*c.*22.*n.* 49. *Aragon* 2.2. *qu.* 88.*a.*12 *paulo ante solut. ad* 1. *&* 2. *colum.*18. *vers. Sed dubitabit aliquis, Enriqu. l.*7. *de indulg. c.*30.*n.*6. *Emmanuel Sa sum. verb. Votum*, vbi de voto irritat. *nu.*11. *fine. Valentia* 2.2. *disp.*6. *qu.*6. *punct.*7. *col.*10. *vers. Ex quo sequitur. Azor l.*11. *instit. moral. c.*19. *q.*5. *Manuel* 2. *to sum. c.*96.*n.*5. *&* 9.2. *& in bulla Cruciata*, §. 9. *n.*121. *Lud. Lop.* 1.*p. instruct. c.*49. *col.* 2. *vers. Licet Episcopus: &* 2.*p.* vbi de matrim. *c.*48. *col.*4. *vers. Præterea, de voto*, & vbi de clausibus, *c.*9. *col.*10. *vers. Adde quod. Graffis* 1.*p. decis. l.* 2.*a.* 31. *n.*29 *&* 31. *Vivald. candel. sacram.*3.*p. c.*14.*n.*42.

12 Hoc tamen temperandum est, quando esset merum votum, vel merum iuramentum factum Deo. Si enim in fauorem tertii id petentis, cuius interest, emissum sit, non posset Episcopus dispensare. Vt si coniux à coniuge petat, vt sub iuramento vel voto se obliget ad abstinendum ab alio matrim. tunc cum coniugis illius interesit, propter filiorum bonum, & vt eius amor, nomen, honos, amicitiæ cum eius consanguineis conseruentur, non poterit Episcopus dispensare. Propter ius tertio acquisitum. Sicut aiunt communiter DD. non posse dispensare in voto in fauorem tertii facto, & ab illo acceptato. At si ille remittat ius sibi acquisitum, poterit Episc. Quod non sit votum castitatis, ac cesset præiudicium tertii. Quod si petas, an possit ille tertius remittere totam hanc abstinendi ab alio matrim. obligationem? Sic distingue, si non tantum in eius fauorem emissum sit id votum, vel iuramentum, sed intuitu etiam religionis, ad id offerendum Deo, non potest: secus si tantum eius intuitu. Atque in dubio in hoc casu existimo propter subiectam materiam, id iuramentum, aut votum factum esse in alterius coniugis fauorem; quamuis vbi alterius nihil interest, censetur in dubio factum in honorem Dei. Vt bene tradit *Sotus* loquens de iuramentis, *l.*8. *de iust. q.*1. *a.*9. *ad* 2.

13 Septimò deducitur posse Episcopum dispensare in voto assumendi ordinis sacri. Quod id non sit castitatis, sed assumendi statum cui castitas annexa est. Et ita hic vouens non esset sacrilegus, fornicando: & si matrim. iniret, peccaret contra votum, at posset petere. Quæ secus se habent in castitatis voto. Nec obstat sent. *D. Thom.* 2.2. *q. vlt. a.*7. *corp.* dicentis solius Papæ esse dispensare in votis perpetuis. Nam (vt bene docent *Sylvester Votum*, 4. *qu.* 3. *dicto* 6. *Armilla verb. Dispensare*, *n.*18. *Cajetanus* 2.2.*q.* 88.*a.*12. *Sotus l.*7. *de iust. q.*4.*a.*3. *fine.*) nomine votorum perpetuorum intelligit vota religionis & castitatis, quæ suapte natura sunt perpetua. Et ideo hoc tenent *Gambara de auctoritate*

ritate legati, l.10.nu.484. Bela in suis respons. casu 28. Enriquez l.7.de indulgent.c 30.n.6. Valentia 2.2.disp.6.q.6.punct.7.col.3. vers. Et quod ad primum. Azor l.11. instit. moral.c.19.qu.9. Emmanuel Sa sum.verb.Votum, in princ.n.30. Manuel 2.tom.sum. c. 96.fine: & in bulla Cruciatæ, §.9.nu.122. Arag.2.2.q.88.a.12. in fine solu.ad 1. Lud. Lopez 2.p.instruct. vbi de clauibus, *c.9.colu. penult. Graffis 1.p.decisionum, l.2.c 28.n.3. Vivald.candel.sacram. 3.p.c.14.n.43. Vega 2.to.sum.c.126.casu 34.*

14 Octauò deducitur, in voto disiunctiuo, cuius altera pars est reseruata, altera autem non, posse Episcopum dispensare. Vt si quis disiunctiuè voueat castitatem, vel religionem, vel assumptionem ordinis sacri. Quia huic integrum est, illam partem non reseruatam, in qua potest Episcopus dispensare, eligere. Quippe in alternatiuis electio est debentis, & sufficit alterum impleri; *reg. In alternatiuis, de reg. iurù, in 6.* Quod si vouens hic apud se statuat ad ordines non promoueri, eligens reliquam voti partem ad quam se astrinxerat, non poterit iam Episcopus dispensare. Quia ex vi voti tenetur iam ad castitatem vel religionem, quæ reseruata sunt. Et sicut in alternatiuis debitor hominis vbi semel elegit partem alteram, id creditori notum faciens, resilire nequit. Quod enim semel placuit, amplius displicere nõ potest, *reg. Quod semel, de reg. iur. in 6.* Ita cùm Deus corda norit vbi semel vouens elegit partem illam reseruatam, manet voto astrictus ad illam. Et ideo sic tenet *Azor l.11. instit. moral.c.19.q.10.*

15 Nonò infertur, posse Episcopum dispensare cum muliere astricta voto assumendi habitus feminarum, quas vulgò Beatas vocant. Quod is status non sit religionis. Sic *Enriquez l.7. de indulgent.c.30.nu.6. Aragon 2.2.q.38.a.12. paulo ante solut.ad 1. Vivald.candel.sacram.3.p.c.14.nu.44. Manuel 2.to.sum.c.96.n.5.*

16 Decimò infertur, non posse Episcopum dispensare in voto ingrediendi religionem ordinis militaris, D. Ioannis Quod is ordo vera religio sit, in qua tria vota solemnia emittuntur. Sic *Manuel in bulla Cruciatæ.§.9.nu.123. Lud. Lopez 2.p.instruct.* vbi de clauibus *c.9.ad fin.* Qui idem ait de voto religionis cæterorũ ordinum militarium. Sed id non credo. Quia cæteri ordines militares iuxta veriorem sent. non sunt propriè religiones. Et ideo id votum à perfecta religionis natura deficiens nõ reseruatur Pontifici.

17 Vndecimò infertur, quid dicendum de voto strictioris religionis. *Navar. comment 4. de regular.n.10. fine* ait Pontifici reseruari ingressum huius in aliam religionem laxiorem aut æqualem. Quia voti religionis dispensatio, & commutatio Pontifici reseruantur. At in hoc euentu, si est in æqualem, commutatur: si vero in laxiorem, admiscetur dispensatio commutationi. Cæterum multo probabilius est, posse Episcopum dispensare, vt hic vouens ingrediatur laxiorem. Quod tunc non dispensetur in substantia religionis: manet enim hic obligatus ad illam, sed tantum in eo excessu vnius ad alteram. Quod nullibi reseruatur. Sic tenent *Palud. 4.d.38.q.4.a.4.num.43 D. Anton. 2.p.t.11.c.2.§ 9.notabili 4. vers. Hoc autem videtur, Sylvest. verb. Votum, 4.q.3 dict.6. Sotus l.7.de iust.q.4.a.3. col. 5. vers. Segnitur itaque, Menochius de arbitrar. l.2.centur.5.casu 411. nu. 16. Palacios 4.d.38.disp.3.col 37. vers. Scato tamen, fol. 880. Angles floribus 2.p.* vbi de voto, *q.vn.a.8.post 4.diffic.dub.2. & diffic.9. concl.5. Emmanuel Sa sum.* vbi de voti irrit. *num. 11. Aragon 2. 2.qu.88 a.12. paulo ante solut.ad 1. Azor l.11.instit.moral.ca. 18. q.8. Manuel 2.to.sum.c.96.n.5. Lud. Lopez 2.p. instruct.* vbi de clauibus, *c.9.ad fin.*

18 Duodecimò infertur, si quis promittat non tãtum religionem, sed perseuerantiam in illa, licet Pontifici reseruetur dispensatio circa ingressum, posse Episcopum dispensare circa perseuerantiam, & ita vt possit hic tempore nouitiatus exire, si expertus religionis austeritates, iustis ducatur ad non perseuerandum causis. Quia votum perseuerandi est virtute diuersum à voto religionis. Hoc enim obligat ad ingressum & perseuerandũ, nisi vouens iusta causa exeat: vt quod nequeat religionis austeritates ferre. Illud voto obligat in omni euentu ad perseuerantiam. Nec tunc in voto religionis dispẽsatur, sed in qualitate adiuncta, quæ nullibi reseruatur. Et ita sustinet *Host. sum.t.de voto.n.16.fine.* Nec refert, an hic ingressus iam sit religionem, vel ab alia exierit. Potest enim Episcopus dispensare ante ingressum, non ne ingrediatur: id enim esset dispensare in voto religionis; sed ne teneatur ad perseuerandum, si iusta dispensandi causa adsit. Et similiter post exitum, si iusta causa ductus exit, potest dispensare, ne teneatur iterum ingredi. Quia iam ille satisfecit voto religionis, & si eo solo ligatus esset, non teneretur ad iterum ingrediendum. Ad hoc autem ex solo perseuerantiæ voto astringitur, in quo Episcopus potest dispensare. Si verò absq; iusta causa exierit, nequit Episcopus dispẽsare, ne iterum ingrediatur. Quia nondũ is satisfecit voto religionis, & ideo esset dispensare in illo. Nec refert ad prædictam Episcopi facultatẽ circa hoc votũ, siue id votum sit factum per modum plurium, vt, Voueo religionẽ, & perseuerantiam in illa; siue per modum vnius, vt, Voueo me in religione perseueraturum. Quia etiam in hoc posteriori vouendi modo clauditur virtute duplex votum.

19 Decimotertiò deducitur, posse Episcopum dispensare in differenda voti religionis executione: ne, scilicet, intra tempus in voto præfixum impleatur. Vt si quis promisit ab hinc vno anno se ingressurum, potest dispensare Episcopus vt ex iusta causa differat: dũmodo non adeo differatur vt sit periculum in eum statum incidendi, vt fiat impotens ad votum implendum. Quia hæc dispensatio non est in substantia voti religionis, sed in qualitate.

20 Decimoquartò infertur, quid dicendum sit, quando votum castitatis & religionis commutantur à Pontifice in materiam non reseruatam, (vt solet) vt in confessiones menstruas, an possit Episcopus dispensare in ea materia vel eam in aliam commutare? Quidam viri nostræ ætatis negant. Et in hanc partem inclinat *Azor l.11. instit.moral.c. 18.q.11.* dicens dubitam sibi esse contrariam sent. Et tenet *Glossa c.1.verb. Visum, de sortilegiis. Archid.c. Latorem fine 33. qu. 2. & ibi Bellamera in fine. Idẽ Archid.c.2. n.2. d.15.* & valde tenet *Glossa eo c. Latorem, fine.* vbi deducens ex eo textu argumentum ad probandum, posse Episcopum minuere pœnitentiam à Papa iniunctam: quia ibi minuit; Respondet id factum, quia in causa eius textus Pontifex commisit. Ducuntur, quod subrogatum sapiat naturam, ac vim sortiatur eius rei cuius loco subrogatur, *l.vn.C. de rei vxoriæ act.* Quod habet verum, quamuis subrogatum sit alterius naturæ, quam est id in cuius locum subrogatur. Vt bene probat *Euerard. loco à vi subrogat.nu.2.* Secundò, quia licet illa materia non sit ex se reseruata, est tamen ex accidenti ratione prioris materiæ reseruatæ voti, in cuius locũ suffecta est. Quamuis enim prius votum per se non duret, at perseuerat quasi in virtute, in illa materia, in quam commutatur. Quippe idem prorsus voti vinculũ manet translatum de vna materia in aliam. Tandem quia eo ipso quod votum est auctoritate Pontificia trãslatum in aliam materiam, materia illa est onus iussu Pontificis susceptum. At nemo potest superioris legem, pœnam, sententiamve immutare, *l. Minor magistratus. ff. de arbitriis.* At probabilius est posse Episcopum in ea dispensare, eámve commutare. Quia votum illud non est per se reseruatum, sed ratione solius materiæ reseruatæ. Cessat ergo reseruatio, sublata obligatione circa illam materiam, & translata in aliam non reseruatam. Sicut peccata ratione excommunicationis reseruata Pontifici, per solam excommunicationis ablationem desinunt esse reseruata. Nec refert quæ odiosa est, extendi debet de vna materia in aliam. Nec obstat prima ratio in contrarium adducta: quia subrogatum sapere naturam eius, cui subrogatur, procedit ex fola fauorabili & lata interpretatione, quæ in odiosis non habet locum: quale est reseruatio. Vel melius locum habet quoad naturam primæuam eius rei cui subrogatur: non autem quoad naturam accidentalem. Vt bene probat *Euerardus loco à vi subrogationis, nu.20.* At natura primæua horum votorum est, vt subdantur

Episcopi

Episcopi dispensationi, nisi superueniret accidentalia Pontificis reseruatio (vt n. 3. diximus.) Nec obstat secunda ratio. Quia vinculũ voti durans non erat per se reseruatum, sed ratione prioris materiæ, quare ea ablata cessat reseruatio. Nec obstat etiam tertia ratio. Quod Papa non imposuerit eam pœnam suopte ingenio, quasi nouo vinculo voluerit ad eam astringere: sed in vouentis gratiam idem voti vinculum transtulit in aliam materiam, Quare materia illa loco prioris subrogata: nullam vim nouam reseruationis sortitur ex auctoritate Pontificis illam imponentis. Et ideo pro hac sent. sunt *Glossa c. Tempora, verb. Tuo iudicio, 26. q. 7. & c. Accedens, verb. In tua, d. 50. Speculator t. de dispens. §. Nunc de Episcoporum, nu. 21. Iason l. 1. nu. 5. C. de precibus imperatori offerendis. & l. Omnes populi, nu. 13. ff. de iust. & iure. Felinus c. Accusatus, in fine, de accus. & c. Ad si clerici, §. De adulteriis in fine, de iudic. Hippol. singul. 182. n. 3.* vbi docent Episcopum posse ex causa iusta diminuere pœnitentiam à Pontifice impositam: per *l. Si hominem, 30. ff. mandati*, vbi deciditur posse ex iusta causa procuratorem mandato domini contrauenire. Et in propriis terminis tenent *Lud. Roman singul. 464. Sylu. verb. Votum, 4. q. 7. fin.* & alios referens *Mincha c. q. illustrib. l. 1. c. 25. nu. 25. Enriquez l. 7. de indulgent. c. 30. n. 5. vers. 4. Emm. Sa sum. verb. Votum, n. vlt. Arag. 2. 2. q. 88. a. 12. paulo ante solut. ad 1. Manuel 2. to sum. c. 96. ad fin.*

21 Sed meritò dubitabis, an si is cui Pontifex votum castitatis commutauit in confessionem menstruam, nec commutationem impleuit: sed multi transierint absque confessione menses, teneatur ad prius castitatis aut religionis votum, & sic impedimentum habeat ad matrim. Quibusdam videtur eum teneri, quando culpa sua commutationem non impleuit, vel non habuit animum implendi tempore quo commutatum est. Ducuntur, quod prioris voti vinculum non omnino extinctum sit, sed in aliam materiã translatũ: fiatque ea translatio instar contractus conditionalis, facio, dummodo facias. Quippe commutatur vna materia in aliam, sub tacita conditione, si ex equutioni mandetur materia loco prioris suffecta. Sic docet *Manuel addit. ad bullam, 3. 9. n. 117. 118.* Atque pro se allegat doctrinam *Soti l. 7. de iust. q. 2. a. 1. in sol. ad 3. fin. vers. Quod si* quam etiam sequuntur *Arag. 2. 2. q. 88. a. 3. in sol. ad 2. in fin. Vega 2. tom. sum. c. 119. casu 79. Graffis 1. p. dec. sinu. l. 2. c. 30. n. 3.* vbi omnes hi asserunt eum, qui simplex religionis votum emisit in seculo, & id impleuit professendo in religione, si culpa sua iam professus expellatur, nec correctus admittatur, teneri ratione prioris voti aliam religionem ingredi. Cum tamen constet omnia vota simplicia commutari in religionis professionem, *capit. Scriptura, de voto.* Ergo commutatio voti tacitã claudit conditionem, si materia, in quam fit, impleatur. Insuper probari potest, quia licet aliquibus videatur, ei cui votũ est cõmutatum, ac commutationem ratam habuit, non liberum esse ad prius votũ redire, ea materia cõmutationis relicta, sed eum teneri hanc exequi. Quia per cõmutationem est votum omnino extinctum circa priorem materiam. At aliis neotericis doctis, quos sequitur *Azor l. 11. inst. mor. c. 18. q. 10.* placet, posse illum propria auctoritate ad prius votum redire. Ergo votum circa priorem materiam non extinguitur, sed sub conditione est commutatum. Verum existimo hunc, qui ratam habuit commutationem voti, quamuis culpa sua omiserit materiam in quam commutatum est, nullatenus teneri ad priorem voti materiam, vt castitatem vel religionẽ. Ducor, quod per commutationem sit votum prorsus extinctum circa priorem materiã: & obligatio eius voti sit prorsus translata in materiam subrogatam. Vt fatentur omnes cum *Cajet. 2. 2. q. 88. a. 10. not. ab. 2.* Nec iure probetur eam commutationem sub conditione fieri: nec quando commutetur votũ, ea conditio apponitur. Si enim apponeretur, aut tacite inesset, nil referret, siue culpatè, siue inculpatè non mandaretur executioni materia, in quam votum est commutatum: vtroque enim casu voti obligatio reuiuiscceret. Et ita hanc partem tenet *Viuald. cand. sacram. 3. p. c. 14. n. 27.* quamuis *nu. 28.* contrarium dicat, quando commutatio fit à iure. Vt contingit in omnibus votis simplicibus, quæ iure commutãtur in religionis professionem. Sed nec hoc approbo. Quia *cap. Scripturæ, de voto*, nulla talis conditio apponitur in hac commutatione. Quare doctrina Soti & aliorum proximè allegata, dicẽtium teneri professum culpa sua electum implere votum religionis in seculo emissum ingrediendo aliam religionem, prorsus mihi displicet. Et ideò meritò iidem Auctores dixere contrarium esse probabile, & mihi est ferè certum. Quia vota omnia prorsus extinguuntur per professionem. Nec contra nostram sententiam facit quod in fauorem contrariæ adduximus, nempe, posse vouentem omissa commutatione acceptata redire libere ad prius votum. Quòd valdè mihi placet. Nam ratio huius est, (vt optimè docet *Azor proximè allegatus*) quia commutatio voti fieri videtur tacita conditione, vt liberum sit vouenti materiam subrogatam exequi, aut priorem, in cuius locum alia materia subrogata est. Quòd si dicas ad libitum quoque statui hanc conditionem: cum nullo iure probetur. Respondeo optima ratione niti. Quia tota commutatio fit in fauorem & gratiam vouẽtis, vt ipsius vtilitati prospiciatur. Ratio ergo ipsa huius fauoris petit commutationem sub ea conditione intelligi, vt integrum postea vouenti sit vtramuis materiam eligere. Quæ ratio minimè probat commutationem quoque fieri cum tacita conditione, vt culpatè omittens materiam subrogatam, teneatur ad priorem. Id enim non cedit in vouentis fauorẽ, sed ei est onus. Aliam etiam rationem reddit *idem Azor vbi*: quod commutatio voti fiat in æquale: cùm ergo voti materia prior sit æqualis materiæ subrogatus, licebit vouenti ad priorem redire. Quia votum in æquale commutare potest quiuis propria auctoritate. Sed hæc ratio displicet. Nam vt votum propria auctoritate possit in rem æqualem commutari, est necessaria euidens æqualitas. Qualis non desideratur, quoties per priuilegium aut potestatem ordinariam prælati fit commutatio. Adde, si huic rationi innitatur hæc sententia, non fore licitum vouenti redire ad prius votum, quando commutatio facta est in melius. Cuius contrarium est verum, idque probat ratio prius allata. Quare concludendum est votum in aliam materiam commutari absolutè, ad eum effectum, vt semel commutationem acceptans, in nullo prorsus euentu teneatur ad priorem: at sub conditione, ad eum effectum, vt qualiscunque sit materia subrogata, liberum sit semper vouenti ad priorem redire. Quod si commutationem fictè acceptauit, non intendens ad illam obligari, non manet votum commutatum, ac proinde illud obligat. Cùm tamen ex parte commutantis fuerit omnino valida commutatio, satis est vt illa possit vouens vti, si quandocumque internè commutationem acceptet. (Sicut de fictè professo diximus lib. 2 disp. 32. n. 14.) Si autem verè acceptauit commutationem, sed non intendens eam explere, voluit quidem, & tenetur animum illum iniquum mutare, illamque complere. Sicut asserunt DD. de eo qui animo promittendi, sed non implendi vouit. Quòd si petas, an sicut est liberum ad prius votum redire, ita vbi semel rediit, possit iterum materiam subrogatam eligere, dicemus disp. 32. n. 3.

Secunda conclusio. Hæc votorum reseruatio non ita 22
amarè ac strictè accipiẽda est, quin liceat Episcopo dispẽsare in his votis castitatis perpetuæ, ac religionis, quando magnum incontinentiæ periculum imminet, nec facilis aditus ad Pontificem pater, præ paupertate, vel alia causa. Quia iure optimo credi potest, nõ esse mentem Pontificis velle in tali casu reseruare sibi hæc vota, néque est verisimile velle, cum, vt animæ laqueis irretitæ in tanto periculo versentur. Item probatur ex doctrina *Abbatis c. final. n. 8. de Eccles. ædificand. Et Cardin. clem. 1. n. 27. q. 29. de rebus Eccles. non alien. Felini c. Cum accessisset. n. 22. de constit. Greg.*

Lopez,

Lopez l.2.t.14.p.1.gloss.1.fine, vbi dicunt in summa alienandi necessitate, quæ eam celeritatem requirat, vt superior consuli nequeat, posse fieri alienationem sine eius licentia, etiam si iuramentum interuenerit non alienandi sine eius licentia. Præterea, quia licet regulariter nequeat Episc. in lege Pontificis, aut concilii dispensare, potest tamen in casu vrgentis necessitatis, quando ad Pontificem nō patet aditus (vt probauit l.2 disp. 40.n.3.) Et ideo hanc partem tenent *Syluest. verb. Votum, 4 qu. 4. Nauar. sum. c.12.n.79 Palacios 4.d.38.disp.2.col.9. vers. Et quidem Episcop. Enriquez l.6. de pœnit.c.14.nu.7. in comment. dist.v. & l.7. de indulg.c.30.n.6. comment. Sot. B. Emm. Sa sum. verb. Votum*, vbi de voti irritat.n.11. *Valentia 2.2 disp.6.q.6.punct.7.col.10.versic. Ex quo sequitur. Aragon 2.2.q.88.a.12.col.8. vers. Si quis autem quærat. Manuel 2.to sum.c.100 nu.3.concl.3. ad fi. & 9. regular. 2.to q.63.a.6. Lud. Lopez 1.p.instruct.c.49.col.2.vers. Licet Episcop. Graffis 1.p.decis.l.2.c.31.n.29. Ant. Gomez in bulla Cruciata clausula 10.n.108.* Et idē sentiūt multi alii DD. quos n. 24. allegabo, dicentes generaliter ob innocentiæ periculum posse Episcopum dispensare. Atque idem dicendum est, quando etsi Pontifex adiri posset, at ex mora adeundi graue incontinentiæ periculum imminet. Vt docent bene *Sylu. & Enriquez vtroque loco proximè allegati.* Atque idem apertè sentiunt cæteri Doctores relati: tunc enim verè dici potest non esse facilem, & commodum recursum ad Pontificem: eo quòd ex mora graue innocentiæ periculum consurgat. Quare non est audiendus *Manuel in bulla Cruciata*, §.9.*dub.*1. quod mouet circa votum castitatis.n.18 dicens non posse Episcopum in his casibus dispensare. Nec *Lud. Lopez 2.p.instruct.* vbi de claustris, *ca.9.col.penult.* dicens in tolis remotissimis Indiæ partibus hoc licere Episcopo. Immo ob easdem rationes dicendum est etiam, quamuis non immineat periculum incontinentiæ ex mora: si aliud quodcunque graue periculum immineat: vt grauis scandali, vel magni damni tertiæ personæ. Qua ratione his diebus consultus de hac re censui posse Episcopum dispensare cum iuuene, qui voto religionis astrictus virginem defloratam, ac grauidam effecerat, volebatque eius famæ consulere eam ducens, eratque periculum in mora. Quia si dispensatio Pontificia expectaretur, impediretur matrim. à consanguineis viri, qui illi repugnabant, ac mutata viri voluntate, quæ non ita firma erat, quin facilè mutari posset. Atque fauent *Sylueſter & Enriquez proxime allegati*, qui non limitarunt periculum ad incontinentiam, sed generaliter dixerunt posse Episcopum dispensare quando nequit aditi Papa, nisi periculo interuenienti ex mora.

23 Atque eadem doctrina extendi debet ad cætera vota reseruata: quamuis non ita frequenter hæc necessitas in illis contingat. Si enim vouens iustam causam secum dispensandi habeat, nec possit adire nec mittere Romam, vel careat sumptibus necessariis ad dispensationem impetrandam, potest Episcopus dispensare. Quod tenent viri doctissimi neoterici: & fauet *Palacios n.praced. allegat.* dicens in omnibus votis Papæ reseruatis posse Episcopum dispensare: si impotentia adeundi Papæ presserit.

24 Ex hac doctrina colligitur qualiter doctorum sententia vera sit circa intellectum *c. Vouens, qui cleric. vel vou.* qui censent posse Episcopum per illum textum dispensare in voto castitatis ex perturbatione animi emisso, quando vouens est iuuenis vel suspectus, & hoc ob maius incontinentiæ periculum vitandum. Ducuntur quòd in eo textu, permittatur dispensatio in hoc casu. Ac proinde potest Episcopus, iuxta regulam traditam disp.5. n.1. Ita docent *Spec.t. De dispens. §. Nunc de Episcopor. vers.* 135. *Abbas eo c. Vouens, in fine, & ibi Alex. de Nevo num.11. Card. fine. Præpos. n.3 & c. Rursus, eod. t. nu.6. Maiorit. 4.d.32.q.2.in solut. ad 2.contra 1.conclu. Angelus verb. Matrimonium, 3. imped.5.nu. 3. & verb. Votum, 4.nu.9. Armilla verb. Dispensare.nu.17. Gambara de auctoritate legati, l.10. n. 480. & seq.* Et vt probabile affirmat sub disiunctione, *Valud. 4.d.38.q.4.a.4 conclus. 5.n.45.* Et videtur tenere *Acor l.11.institut.moral.c.19 qu.11.* ait enim *in eo c. Veniens*, dispensare Episcopum ex commissione Pontificis in voto continentiæ, vel quia femina iuuenis erat, ac incontinentiæ periculum patiebatur. Hæc tamen doctrina ita vniuersaliter tradita, non est vera, nec colligitur ex eo textu. Quippe in illo non dispensauit Episcopus propria auctoritate, sed ex Papæ commissione, vel ipse Papa. Vt bene docent *ibi Host. fine, Ioan. Andr.n.5. Anton.n.9. Anchar.n.3. Sylu. Votum, 4.q.4. Gutier. qu. can l.2.c.22.n.49.* Quare intelligenda est hæc doctrina vt verum habeat, quando est periculum incontinentiæ ex mora adeundi Pontificis, iuxta dicta num 22.

Temperant quidam tradita nu.12.& 23. vt tunc in eo casu euentu liceat Episcopo dispensare, quando non est recursus ad Nuntium. Sic *Aragon alleg.n.22. Manuel 2.to sum. c.100.num.3. ad fin.* Sed hæc limitatio caret fundamento. Quòd Nuntius quamuis legatus à latere sit, tantum potest circa dispensationes in tota sua prouincia, quæ potest Episcopus & alii ordinarii in sua diœcesi (vt docet *Specular.t.de dispensat.§.Consequenter aliqua init. Abb. ca finali, n.5.de transact. & c. Dilecto, n.5. de prab. Rebuff. praxi beneficiar. de vnionibus, n.24 Mandosius regul.17. cancellar 4.7.num.5. Cauar. 4.decret.2.p.c.6.§.10.nu.11. Enriquez l.12.de matrim.cap.3. init.*) Cùm ergo maiori potestate non gaudeat, quam Episcopi, parum refert possit aditi Nuntius, nec ne. Fateor tamen, si Nuntius, vel quius alius, haberet ex priuilegio Pontificio potestatem dispensandi in his votis, & commodè absque prædicto periculo aditi posset, nullatenus posse Episcopum dispensare: vt contra aliquos late probaui l.2.disp.40.n.8.

Hæc autem dispensatio Episcopi tantùm deseruit illi 26
vsui, ad quem necessitas cogit. Non ergo potest dispensare, vt vouens eo matrim. soluto ad aliud transeat contra votum religionis, aut castuatis, nisi tunc eadem necessitas occurreret: tunc enim posset iterum dispensare. Nec similiter prodesset ea dispensatio ad vitandum sacrilegium, quod fornicando committeret contra votum castitatis. Quia cùm sola necessitas dispensandi facultatem tribuat, in tantum extenderetur facultas, in quantum necessitas vrget. Quæ solum vrget ad tunc iucundum matrim.

Sed dubitabis, an quando hæc vota non reseruantur 27
Pontifici, vel si sit votum non nubendi, aut temporale castitatis, possint parochi in eis dispensare? *Manuel quæst. regular. 2.tom.qu. 46. art. 9.* generaliter tradit occurrente necessitate, quando commodè Episcopus nequit adiri, posse parochos dispensare in votis, in quibus possunt Episcopi, non ex iure ordinario ac communi, sed ex præsumpta Pontificis voluntate. Ducitur, quia dispensatio in voto est instar dispensationis in lege: auctore *D. Tho. 2. 2.q.88.a.10.* quem omnes sequuntur. At parochus potest in lege ieiunii dispensare, quando non est facilis aditus ad Episcopum. Vt docent *Host. rubr. de obseruat. ieiun. nu. 8. & ibi Henricus n.9. Ant. c. Consilium, num 11. eod. t. Palud. 4.d.15. q.4.a.1.n.12. D. Antonin. 2.p.t.6.c.8.§.6. vers.6. Castrum. sum. verb. Ieiunium, 6.3. ad fin. & ibi Armilla n.6. Navar. sum. c.21. nu. 21. Angles florib. 1.p.* vbi de ieiunio, *qu.5. diffic. 4. fine, Emanuel Sa summa, verb. Ieiunium, n.9. Vega 1.to sum.c.14. casu 36. Manuel 1.to sum.2.edit.c.14.concl.1.nu 3. Lud. Lopez 2.p. instruct.* vbi de ieiun. *c.109.col.2.vers. Tertio dicitur.* Imò nulla existente necessitate, eo quod ad Episcopum potest commodè recurri, vt dispenset, posse parochum dispensare, videntur tenere *Innoc.c.1.n.2.de obserua. ieiun. Ioan. Andr. rubr. de obseruat. ieiun.nu.3 & ibi Anchar.3. Anton.nu 4. & ibi Cardin. qu. 6.* vbi dicunt fortè posse sacerdotem proprium dispensare in ieiunio. Videntur etiam tenere *Durand. 4.d.15.q.1.nu.6. & ibi D. Thom.q.3.a.2.quæstiunc.4.ad 3. Ricard.a.4.qu.4.* vbi omnes hi dicunt posse operarios ex proprii sacerdotis dispensatione ieiunium soluere. Et adhuc clarius videntur tenere *Cajet. 2.2.q.147.a.4.dub.1. Medina l.1.sum.a.14.§. 10.ad fi. Vinald. cand. Sacram. 3.p.c.15.nu.57. Valent. 4.d.6.q.9. q.2.punct.5.vers. penult.* vbi indistinctè aiunt dispensationē hāc pertinere ad Episcopos vel parochos. Videtur etiam

tenere

tenere *Rosella verb. Ieiunium, num. 26.* vbi ait petendam esse hanc dispensationem ab Episcopo, si haberi potest, vel saltem à proprio sacerdote. Et expresse posse parochũ, etiamsi sit recursus ad Episcopum, tenent *Sylvest. verb. Ieiunium, q. 7. dict. 4. Palacios 4. d. 15. disp. 8. col. 18. vers. Præsente igitur. Azor l. 7. instit. moral. c. 29. q. 3.* & ratio est, quia etsi attento iure parochus hanc potestatem nõ habeat. At cùm consuetudo det iurisdictionem, *c. Cum contingat, de foro compet.* cum multis textibus, quos congerit *ibi Gloss. verb. Vel consuetudine*, hoc possunt ex consuetudine, quæ id ita recepit, vt parochi dispensent præsente Episcopo. Non enim circa hoc Episcopus, sed solus parochus aditi solet. Quod quidem verissimum reputo. Idemque aiunt, & bene *Sylvester & Palacios* circa dispensationem in esu carnium. Imo hoc extendunt *Rosella & Palacios* ad confessarium: addit *Palacios*, si electus sit per bullam, quando ad Parochum non est recursus. Quod is confessarius vicem eius gerat. Sed merito *Azor. d. c. 29. q. 4.* id posse confessarium negat. Quod ea auctoritas dispensandi in ieiunio non probetur consuetudine, & non sit sola declaratio, sed vera legis relaxatio. Quamuis autem placeat hoc posse parochum, contra *Angel. verb. Ieiunium, n. 20. & Gabriel 4. d. 16. q. 3. a. 1 notabil. 5. fine* dicentes non posse. At posse eum in votis dispensare occurrenti necessitate, nec patenti ad Episcopum aditu, nullatenus approbo. Quod videam omnes DD. in tractatu de voto affirmare nullum, qui iurisdictione quasi Episcopali præditus non sit, posse in votis dispensare, nisi ex priuilegio vel consuetudine id ius habeat. At nulla consuetudine receptum est, vt id possint parochi, imò oppositum consuetudo generalis habet, vt testatur *Hostiens. c. 1. n. 2. de voto.* Nec rectè ducitur argumentum ex potestate dispensandi consuetudine acquisita in lege ieiunii, ad potestatem dispẽsandi in votis. Nam consuetudo hæc vt iuri derogans, adeo restringenda est, vt iure optimo *valud. in. 4. d. 38. q. 4. a. 4. concl. 6. n. 44.* dicat Archidiaconum, qui iure non habet potestatem dispensandi, sed cõsuetudine, nil amplius posse, quam id quod vsus obtinuit: vnde si consuetudo habeat, vt possit dispensandi potestatem habere in votis peregrinationis, non ob hoc possit dispensare in votis abstinẽtiæ. Et cùm lex de ieiunii obseruantia similior sit legi de festorum obseruantia, quam præcepto de votis obseruandis, *Soto lib. 2. de iust. q. 3. a. 4. in solut. ad 3. vers. Sex ergo capita, in fine, & Emmanuel Sa sum. verb. Festum, nu. 6.* non ausi sunt absolute affirmare posse parochum in festorum obseruantia dispensare, sed cum hac restrictione, vbi id consuetudo obtinuit. Et tandem non posse parochum in votis dispensare, ait *Soto l. 7. de iust. q. 4. a. 3. col. 5. vers. Abbates item.*

28 Tandem dubitatur, an peccet si facultatẽ dispensandi ac commutandi habens dispenset omnino, nulla commutatione admixta? Affirmant *Soto l. 7. de iust. q. 4. a. 3. col. 8. vers. Hinc ergo fidelis, & Manuel 2. to. sum. c. 100. n. 4. ad fin.* & idem quoque assumant de petente. Quod infidelis dispensator sit, qui cum minori domini iactura potens aliquid efficere eius rationem non habens, cum maiori facit. At dicẽdum est, vtrumque culpa vacare: si causa iusta dispensationis adsit. Quod receptissimus Ecclesiæ vsus approbat: cum sæpissimè dispensatione vtantur prælati. Nec infidelis esset ille dispensator, si causa iusta adesset ad faciendũ cum maiori domini iactura, si dominus vtramque potestatem commisisset, & vellet eum vtraque vti.

DISPVTATIO X.

An quando vota castitatis, ac religionis sunt pœnalia, aut conditionalia, integrum sit Episcopo dispensare?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones agitantur. Et explicatur quid sit votum pœnale, n. 1. An sit pœnale, an conditionale, sub hac forma emissum. Vouco religionem, si luxero? Referuntur variæ sententiæ, n. 2.
Explicatur sent. Auctorũ. & an sit pœnale, si pater votum religionem, si filius luxerit: & in dubio an sit censendum votum pœnale, an conditionale, n. 3.
Quid sit votum merè conditionale: & an tale sit, Si pater meus ebrius, ingrediar relig. enem. n. 4.
An sit merè conditionale, Si à morbo vel periculo liber euasero, ingrediar religionem: & quid in dubio de voventis animo, n. 5.
An in voto merè pœnali castitatis & religionis possit Episcopus dispensare? Refertur duplex sententia, n. 6. & 7.
Proponitur sententia Auctorũ. n. 8.
An possit Episcopus dispensare in his absolute emissis quando vouens ea eligit in pœnam peccati admissi, vel ad vitandam infamiam, n. 9.
Satisfit argumentis, n. 10.
An in voto conditionali possit Episcopus? Refertur duplex opinio, n. 11. 12.
Proponitur sententia Auctorũ, n. 13.
Quid si constet, an sit de præterito, aut præsenti aut tacitè insit, n. 14.
Satisfit argumentis, n. 15.

HAc in re diuersimodè loquuntur auctores de voto conditionali pœnali, & de voto merè conditionali. Quæ duplex agitabitur quæstio. Prior de voto merè pœnali, posterior verò de merè conditionali. Præmittenda autem est vtriusque voti definitio. Pœnale est quoties vouẽs minimè affectus est ad rem sub pœna in voto promissam, sed illam sibi in pœnam proponit, vt eius incurrendæ timore arceatur à crimine, quod vitare cupit, vt si quis se non lusurum promittat sub pœna ingressus in religionem, aut castitatis seruandę in quo voto eius animus directè fertur ad vitandum ludum: & solum in pœnam ludi admissi vouet religionem aut castitatem. Et quando sub hac forma emittitur votum, fatentur omnes id esse pœnale. 1

Contouertitur autem an tale sit, an potiùs verè merè conditionale, quando votum est de sola pœna, & crimen ponitur quasi sub conditione, vt si lusero, ingrediar religionem; vel voueo castitatem, si lusero. In quo euentu constat votum esse solius castitatis aut religionis, atq; ita vouentem hunc non esse reum voti ludendo, sed tantum teneri ad religionem vel castitatem. Discordant autem Doctores, an id votum sit pœnale, an merè cõditionale. Quibusdam placet esse merè conditionale. Quod cæterorum votorum conditionalium formam habeat, ac suspendatur obligatio pœnæ euentum ludi sub conditione positi. Sic *Nauar. sum. Latina c. 12. nu. 43. Hispana c. 28. addit. ad n. 42 c. 12. Azor lib. 11. instit. moral. c. 29. q. 13.* Aliis placet votum esse conditionale pœnale. Quod in animo vouentis, non eligatur res illa sub pœna promissa, quasi volita, & materia suæ intentionis directæ, sed quasi odiosa sibi, & pœna, vt à crimine, quod cauere desiderat, se cõtineat. Quod voti pœnalis proprium esse diximus numero præcedenti. Sic tradunt *Soto l. 7. de iustit. q. 2. art. 1. in solut. ad 4. Ouandus 4. d. 38. q. vn. propos. 29. Gutierrez q. canon. l. 2. c. 21. n. 52. & n. vlt. Toledo l. 4. sum. c. 18. n. 9. vers. Pœnale est, Manuel 2. to. sum. c. 97. concl. 2. n. 2. Vega 2. to. sum. c. 129. casu 10. Ant. Gomez in bulla Cruciata, clausula 10. nu. 99. Llamarin methodo curationis 3. p. c. 4. §. 40.* 2

Sed alii vtrumque sent. sic conciliant. Si animus vouentis non sit ad religionem castitatémve affectus, sed quo peccatum in conditione positum euitet, proponit sibi in pœnam, castitatem, vel religionem, eam promittens, si id crimen admiserit, est verè pœnale: vt tenet posterior sententia n. præced. relata. Si verò ex affectu castitatis aut religionis hæc promittat casu quo luserit, quia, scilicet, hæc eligit non tanquam odiosa, sed ac sibi grata, vt in eo statu vitam quietam traducat abstinens à ludo, pœnitentiamque agat ludi, est vere conditionale: vt ait prior sent. n. præced. relata. Quia in hoc euentu, nec quoad formam vouendi, nec quoad vouentis animum eligitur religio tamquam odiosa & pœna. Sic *Corduba sum. q. 152. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 7. col. 10. vers. Item possunt: Manuel in expos. Cruciata, §. 9. nu. 124. & 125. Lud. Lopez 1. p. instruct. ca. 44. col. 2. vers. Si autem sub forma.* Et satis mihi placet hæc concordia: quamuis existimem ratissimè vota hæc posteriori modo emitti: & ita existimo ferè semper esse pœnalia: atque in dubio de vouentis animo esse talia iudicanda. Atque simili distinctione vtendum est, si pater vo- 3

ucat

ueat religionem, si filius luserit: vt bene ainnt *Cordub. Lud. Lopez, Manuel ibid. Vega 2.to. sum. c. 129. casu 114.* Quamuis crederem in dubio esse votum pœnale, proponente sibi parte eam pœnam, vt filius à ludo arceatur.

4 Votum verò conditionale sic definitur à quibusdam, Quoties vouens desiderat, v. g. religionem aut castitatē, at quia aliquo impedimento præpeditur, ne possit statim propositū exequi, promittit hæc cessante eo, vt impedimento, quasi posito sub conditione, si cessauerit. Et adhibent huius rei exemplum, vt si quispiam promittat religionem, si pater suus obierit, vel si facultates suppetierint, vt in religionem admittatur. Sic *Sotus & Gutier. n. præced. allegati. Vega 2. tom. sum. c. 129. casu 99.* Atque alii quamuis hanc conditionalis voti definitionem non statuant, numerant tamen hoc inter vota conditionalia, Si pater meus obierit, ingrediar religionem. Ita *Aragon 2.2. q. 88. art. 12. col. 8. vers. Si quis autem huiusmodi. Manuel addit. ad bullam Cruciatam, §. 9. num. 116.* At hæc definitio minimè placet. Nam si quis impeditus nunc, proponat abhinc vno anno se ingressurum religionem, idque voueat, est votum absolutum. At huic æquivalet, si promittat se ingressurum, si pater obierit, vel si facultates suppetierint: nā particula illa, Si, æquivalet, Quando: atque ita potius est determinatio temporis, quo votum exequendum est. Nec metatet diem incertum, vt mortis patris, æquivalere conditioni in testamentis, vt expresse habetur *l. 1. & l. Dies incertum, ff. de condit. & demonstr.* quoad effectum non transmittendi hæreditatem vel legatum in hæredem. At quoad vota dies ille incertus non facit veram conditionem, vtpote quæ ex affectu vouentis ad rem promissam diiudicanda sunt. Quare sic distinguendum censeo. Quando particula conditionalis, Si, æquivalet in animo vouentis particulæ, Quando, vt sensus sit, quando hoc euenerit, tunc non est verè conditio, sed potius est temporis voti, implendi determinatio, solamque conditionis effigiem habet. Et is est communiter voti sensus, in quo ob impedimentum præsens differt vouens executionem in tempus, quo impedimentum cessabit. Et constat, quia reuera animus vouentis tunc affectus omnino est erga religionem, & habet consensum perfectum illam ingrediendi, nec voluntas in aliud fertur, & solam illius animi executionem differt in tempus cessantis impedimenti, vt quādo differt in animum. Quod est contrà naturam veræ cōditionis, quæ perfectionem consensus suspendit. Atque is imperfectus est, pendens ex futuro conditionis euentu, *c. vn. sin. de sponsal. in 6.* Quare *Sotus 4. d. 29. q. 2. a. 1. post 2. con. l. vers. Hinc colligitur, & Barth. à Ledesma de matrim. dub. 25. concl. 1. fin.* optime dicunt in his verbis, Contraham tecum, si pater meus moriatur, eam cōditionem non videri adiectam instar conditionis, sed temporis præfinitionis, & sensum esse, Quando pater meus obierit. Et *Alberic. in suo dictionar. lit. S. in dict. Si, vers. Si nō semper, in fine*, probat dictionem, Si, aliquando accipi, pro Quando, nec facere cōditionem. Quod si dicas in eo voto, Si pater meus obierit, promitto religionem, includi virtute veram conditionem, si patri superuixero, ac proinde esse verè conditionale; Respondeo eam conditionem tacitè inesse, ac proinde non reddere actum conditionalem. Similiter enim ineſt, dum cras promittit quis se ingressurū religionem. Cùm tamen constet esse votum absolutum. Quem autem sensum debeat efficere particula, Si, vt sit vera cōditio, & reddat votum verè conditionale, si petas: dico eum esse, quando affectus non fertur directè in rem promissam, sed in aliud, quod optat consequi, aut vitare, quod ponitur in conditione. Quod magis constabit ex dicendis n. seq. & idem contingit, quoties dictio, Si, retinet suam naturam, quæ est consensum suspendere.

Hinc fit, huiusmodi vota, dum quis morbo pressus, aut 5 in alio periculo constitutus, promittit religionem, si incolumis euaserit, esse verè conditionalia, quando animus vouentis fuit, quasi inire contractum innominatum cum Deo, faciam vt facias, id est, si hoc mihi concesseris, ingrediar religionem. Quia voluntas non fertur directè in religionem, sed in consecutionem incolumitatis, ac ad obtinendam hanc offertur Deo, pendetq; obligatio hæc à futuro euentu. Quod si obiicias eam conditionē tacitè ineſſe: nam nequit aliter ille religionem ingredi. Dic non ineſſe tacitè eo modo, quo apponitur, nempe, per modum pacti cum Deo initi: sed in eo solo sensu, si vixero. At tacita conditio appolita alio modo quam tacitè ineſt, reddit actum vere conditionalem (vt probaui lib. 5. disp. 1. n. 7.) Si autem animus vouentis affectus sit omnino ad religionem, ac defectus salutis impediat, aut naufragium imminens: voueatque religionem si à morbo vel naufragio liberetur, votum est absolutū in re. Quia sensus est, quando sanus vel incolumis euaserit. Non enim intendit animus vouentis ad salutem vel incolumitatem præcipue & directe, sed ad religionem: illāque sub conditione ponit, quatenus impedimenta sibi sunt ad finem opratum assequendum, quasi dicat, cessante hoc impedimento, ingrediar. Sicut quando promittit, si pater obierit. At huiusmodi vota, si sanauero, si incolumis euasero, voueo hoc, fere semper in priori sensu emittuntur, & sunt conditionalia, at vbi non constat aperte de animo alio vouentis, iudicanda sunt ex communiter accidentibus verè conditionalia.

His ergo præmissis, quæstio prior est. An possit Episco- 6
pus dispensare ni votis pœnalibus castitatis & religionis & cæteris reseruatis? Qua in re est triplex sententia. Prima sustinet, nec ante nec post incursam obligationem ad pœnam, & sic nondum impleta conditione, aut iam impleta, nequire Episcopum dispēsare. Ducitur, quod ante incursam pœnam nondū est castitatis votū, aut religionis. At dispensatio versari non potest circa id, quod nōdum est. Quod si dicas dispensari posse ne violato voto abstinendi ab eo crimine, incurratur obligatio pœnæ promissæ, nempe, religionis aut castitatis: obstat quod idem fit, rem tempore inhabili effici, aut effectum ad tempus inhabile referri. *l. In tempus, ff. de hæred. instituend.* Et probaui lib. 6. disp. 1. n. 6. At post incursam pœnam nequit Episcopus dispensare (vt n. seq. probabimus.) Ergo nec ante. Secundò, quia si quis in pœnam ac supplicium vitii à se admissi promittat religionem, est re vera votum pœnale, nec tanquam sibi gratum, sed potius exosum, ac vitii supplicium illam eligit. Et tamen nequit Episcopus in eo dispensare. Et idem quando quispiam, quod præbendam, cui se opposuerat, amiserit, præ indignatione ac desperatione, ne vitam ignominiosam ducat, vouet religionem. Cum tamen id votum non procedat ex religionis affectu. Et confirmatur, quia quando quis non promittit scelus vitaturum, sed vnicum est votum pœnæ, casu quo crimen committat, vt si lusero, promitto religionem, directè fertur voluntas in religionem promissam. Ergo tunc non potest Episcopus dispensare. Huius sent. sunt, aliqui, quos tacito nomine refert *Thabitarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 3. c. 22. vers. pen.* Et eam censet ipse æquè probabilem ac duas statim referendas.

Secunda sent. sustinet, posse Episcopū dispensare nondū 7
incursa pœna, atq; ita conditione non impleta, secus post incursa pœnā, & sic conditione impleta. Priorē partem probat, quia ante pœnam cōtractam non est vere votum religionis aut castitatis, sed abstinendi ab eo vitio, in cuius admissionis pœnam, quasi accessorie, promittitur religio aut castitas. Quod si dicas quando sola pœna promittitur, vt, Si lusero, voueo religionē, votū esse solius religionis: & sic non militat hæc ratio. Fateor quidem hanc rationē nō militare, at militat hæc quod adhuc id votū minime sit ex religionis affectu, sed ea quasi exosa in pœnā eligatur. Posteriorem autem partem probat. Quia semel iam incursa pœna, & sic impleta conditione, obligatio ad religionem, vel castitatem, est omnino absoluta, & independens à futuro euentu. At in his votis absolutis nequit Episcopus dispensare. Et cōfirm. quia adueniente conditione non minus absolute ac independenter id votum

obligat.

obligat, quam si à principio absolutè omnino emissam esset: vt constat ex *l. Potior, 11. in fin. princ. ff. qui in pignore pactos habeantur*, ibi: *Cum enim semel conditio extiterit, perinde habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset.* Et ideo hanc sustinent *Sotus de cauendo iuramento abusu, 1.p.c.9. & l. 7 de iust.q.2.a.1. ad 4.& qu.4.a.3. col. 5.vers. Vnum vero Conar.c. Quamuis pactum, 1.p.§.3.n.12. de pactis in 6. Alcozer l. de iudo, c.13.concl. 9. & in summ. c.16. ad fin. Cordoba sum.q.152. Angles floribus 2.p.* vbi de voto, *qu.vn.a.8. dissic.10. Gutier. quæst. can. lib.2. c. 22.n.50.51.& n.vlt. Manuel in bulla Cruciatæ, §.9.n.124.dub.2. quod moues circa votum religionis, Azor. lib.11. institut.moralium, c.10.q.3. & c.29. quæst.13. Graffis 1.p.decisionum, lib.2.c.28.num.3. Llamas methodo curationis 3.p.c.4.§.40.* Et ait esse probabilem *Philiarcus num. præced.allegatus.* Et videtur aperte huius sententiæ *Nauar. summa Latina, cap.12. num.43. Hispana cap.28. addit. ad num. 42. cap.12.* nam cum præmisisset in voto conditionali nequire Episcopum ante vel post impletam conditionem dispensare, subdit in voto pœnali posse ante impletam conditionem. Quare videtur censere secus esse post impletam.

8 Tertia sententia (cui tamquam probabiliori adhæreo, quamuis duæ præcedentes sint satis probabiles) ait posse Episcopum dispensare ante & post impletam conditionem, & sic siue pœna nondum incursa sit, siue iam incursa sit. Ducitur, quod cum hæc reseruatio odiosa sit, ac nimis restringenda (vt probaui disp. præced. num.5.) vota hæc tunc reseruata censeri debent, quando sunt simpliciter castitatis aut religionis. At vota pœnalia non sunt huiusmodi. Quia cum votum sit actus religionis, quo quis rem sibi gratam & acceptam offert Deo in eius cultum, id simpliciter & absolute votum dicetur, quod ex affectu rei promissæ oritur. At in votis pœnalibus non oritur promissio castitatis, aut religionis, ex animo & affectu vouentis, sed potius hæc sibi proponit tanquam odiosa, & in pœnam delicti. Ergo siue ante, siue post impletam conditionem poterit Episcopus dispensare. Et confirmatur, quia votum pœnale etiam impleta conditione deficit valde à perfecta votis religionis & castitatis natura: ratione cuius perfectionis reseruantur hæc vota. Quod tunc vouens non eligat hæc, vt talia sunt, sed potius eorum timore & odio voluit deterreri, ne delictum admitteret, quod vitare proposuit. Et ideo hanc sententiam sustinent *Ouandus 4.d.38.q.vn.propos.29. Perez lib.8.ordinem t.19. l.37. ad fin. Metina lib.1.summ. c.14.§.6. Palacios in sum. Caietani, v. Votum, vers. sexto, Enriquez* multis neotericis nominatim allegatis, *lib.7. de indulgent. cap.30. num.6. Lud. Lopez 1.p.instruct. ca.44.colum.2. vers. Si autem sub forma, & 2.p.* vbi de clauibus, *cap.9. col.12. Vinaldus candelabro Sacram.3.p.c.14.à.n.50. vsque ad 57. Aragon.2.2.q.88.a.12.colum. 3.vers. Si quis autem quærat, Beja in suis responsionibus, casu 28. Manuel. quæst. regular. 1. tom. quæst.63.a.7. Ant. Gomez in bulla Cruciatæ clausula 10.n.99. Vega 2.tom.summæ, cap.129.casu 10. 99.& 114.* Et eiusdem sententiæ clare sunt alij auctores, qui absque distinctione dicunt posse Episcopum in his votis dispensare. Hi sunt *Toledo lib.4.suis.c.18.n.11. Valentia 2.2.disp.6.q.6.punct.7.colum.10. vers. Item possunt, Emman.Sa sum.verb. Votum*, vbi de voti irritatione, *n.11.* Et dicunt esse probabilem hanc sententiam *Sotus libr.7. de iust. quæst.4. ar.3. colum.5.vers. Vnum vero dubium, Conar. Gutierrez, Angles, Graffis nu.4. Philiarcus, quos n.præced. allegaui, Alcozer sum.c.16. ad fin. Manuel.2.to.sum.c.97.concl.2.nu.2. & in bulla Cruciatæ, §.9.n.124.*

9 Non tamen poterit Episcopus dispensare in his votis absolute emissis, quamuis ea vouens eligat in pœnam, & supplicium peccati admissi, vel ad euitandã infamiam & dedecus. Quorum votorum exempla proposui n.6. in 2. argumento pro prima sententia. Quod licet in causa impellẽti ad hæc vota reperiatur aliqua imperfectio: at vere absoluta sunt ex nullo euentu futuro prudentia: ac voluntas directe in rem promissam fertur, illamque eligit. At horum votorum absolutorum dispensatio est soiusPontificis. Adde, imperfectionem in his votis repertam non includi in ipso intrinseco vouendi actu, ipsaque voti natura: sed esse ipsi voto extrinsecam. Non voluntas perfecte & absolute consensum præstat, eligens independenter ab vllo euentu castitatem aut religionem. Quod secus contingit in votis pœnalibus. Quia in ipsomet vouendi actu, ac subinde in eorum votorum natura clauditur imperfectio consensus voluntatis, qui non perfecte in rem promissam fertur, sed dependenter à conditionis euentu.

Ad argum.num.6.proposita respondetur. Ad 1. dico id 10
argumentum nullam vim habere. Nam etsi ante impletam conditionem id non sit votum vndequaque perfectum: est tamen votum imperfectum, siquidem obligat imperfecte ad materiam promissam: nempe, eueniente conditione vt executioni mandetur. Et ita nec ante euentum est integrum vouenti resilire ab obligatione per id votum contracta ingrediendi religionem, postquam conditio euenerit. Ad 2. constat ex dictis n. præced. vbi in neutro voto posse Episcopum dispensare diximus, reddita differentiæ ratione. Ad confirmationem dic, licet votum sit directe de religione aut castitate) nulla enim alia res sub votum cadit) at non oritur ex illorum affectu, nec vt grata assumuntur, sed ac odiosa, & in pœnam, quando id votum pœnale est, iuxta dicta n. 2. Ad argum. propositum nu.7. ad probandum impleta conditione non posse Episcopum: & ad confirm. dic, impleta conditione esse iam vota hæc absoluta quoad obligationem: non tamen quoad radicem ex qua procesſere: est enim in illis imbibita ea radicis imperfectio.

Qvæstio posterior. An in voto conditionali posſit E- 11
piscopus dispensare (Quale sit hoc votum explicuimus n.4.&5.) Triplex est sent. Prima sustinet, nec ante nec post impletam cõditionem posse Episcopum dispẽsare. Prob. non posse ante impletam conditionem. Quod in his votis non militet ratio, quæ in pœnalibus: emittuntur enim ex affectu castitatis aut religionis promissæ, quamuis obligatio perfecta suspendatur in euentum conditionis. At pœnalia non proficiscuntur ex amore rei promissæ. Et cõfirm. ex manifesta differentia inter hæc vota. Nam, qui pœnale emisit, nullatenus tenetur expectare rei euentum, sed posset ante conditionem impletam libere contrahere matrimonium. At qui conditionale emisit, non potest, sed tenetur expectare conditionis euentum aut defectum (vt generaliter in quocumque contractu conditionali id probaui lib.5 disp.6. num.vltim.) Cum ergo diuersa sit in vtroque voto obligatio ad castitatem vel religionem, diuersum quoque erit ius dispensandi. Atque ita in pœnali permitteretur Episcopo dispensatio ante cõditionis euentum, secus in conditionali. Confirmatur amplius. quod hic ante euentum conditionis ad nuptias transiens peccat directe contra votum castitatis aut religionis. Ergo hæc vota ante conditionis euentum obligant, tamquam vera religionis aut castitatis vota. Ac proinde nequibit Episcopus dispensare. Posterior pars probabitur num.sequ. Et ideo huius sententiæ sunt *Sotus lib. 7. de iust.q.2.a.1. ad 4. Nauar. summ. Lat.c.12.nu.43. Hispana cap. 28. addit. ad num.42.c.12. Cordoba sum.qu.152. Gutierrez lib.2. quæst. canon.c.22.nu.vlt. Aragon.2.2.q.88.a.12.col.3.vers. Si quis autem quærat, Manuel in bulla Cruciatæ, §.9.num.125.& in addit. eo §.9.n.116. Lud. Lop.1.p.instruct.c.44.col.2.vers. Vota illa conditionalia, Azor. lib.11.institt.moral c.19.q.13.* Et videntur clare sentire *Valentia 2.2.disp.6.q.6.punct.7.colum.10.vers. Item possunt: & Vega 2. tom.sum.c.129. casu 99.& casu 21.* nam absque distinctione aiunt non posse Episcopum in his votis dispensare.

Secunda sent. docet ante impletam conditionem posse 12
Episcopum, secus post impletam. Probatur prior pars. Quia ante impletam conditionem id votum conditionale non habet tam perfectam & absolutam voti rationem. Quippe votũ perfectum statim obligat, licet quandoque non pro statim. Sicut in omnibus præceptis affir-

matiuis contingit. At huius voti obligatio pendet ex futuro euentu. Sit cõfirm. quia cum virtus obligandi hominem Deo sit de voti essentia. Sicut votum conditionale nondum impleta conditione minime perfecte obligat, sed secundum quid, nempe, ad expectandum cõditionis euentum: ita non potest dici votum simpliciter, sed secũdum quid. Nec potest negari valde minui voti perfectionem ex hac dependentia obligationis à conditione voluntarie superaddita. At dum casus aliquis reservatur superiori, reseruatio tamquam odiosa intelligitur de casu perfecto & completo in propria specie, vt tradunt DD. in tractatu de pœnitentia, agentes de casuum reseruatione. Secundò, quia sponsalia conditionalia non sunt simpliciter & vere sponsalia, donec conditio impleatur: ac proinde non pariunt publicæ honestatis impedimentum, *c. vn. de sponsal. in 6.* Nec excommunicatio lata in contrahentes sponsalia, ac reseruata, comprehenderet sponsalia conditionalia, donec conditio adueniret. Quia antea non sunt perfecta in sua specie. Prob. autem posterior pars. Quia adueniente conditione æquè obligant vota hæc conditionalia ac absoluta. Vt constat ex *l. Potior, in fi. prouc. ff. qui in pignore ponere habentur.* Cuius verba n. 7. retulimus. Qua ratione l. 5. disp. 8. nu. 5. probaui matrimonium sub conditione initum, effici ea impleta legitimum, non minus quã si ab initio absolutum esset. Et *c. vn. in fin. de sponsal. in 6.* decidit sponsalia conditionalia, quæ defectu perfectionis consensus non producebant impedimentum, ante conditionis aduentum, id producere ea adueniente, tamquã suam perfectionem consecuta. Atque id votum conditionale factum est ex castitatis aut religionis amore: nec ea electa sunt tamquam odiosa, & pœna ad detterendum à delicto. Atque proinde hac ratione non deficiunt à perfecta actus religionis ac voti natura. Sicut deficit votum pœnale. Nec valet, si dicas actum vouendi à principio fuisse conditionalem: nec aduentu conditionis mutare naturam. Nam ad dispensandum potius spectanda est obligationis qualitas, quàm eius initium. Secundò, quia excommunicationem iure latam in iubentes percuti clericum, vel simoniace vendentes beneficia, incurrunt iubẽtes sub conditione, vel vendentes sub conditione, quando conditione impleta fit percussio, vel consummatur venditio: iuxta omnes, cum tamen res hæc sit valde odiosa & pœnalis. Tertio, quia si quis credens rem ita se habere, aut habuisse, quasi sponsionem faciens voueret Deo religionem, si res non ita se habet, aut habuit, nemo dubitaret nequire Episcopum in eo voto dispensare. Cum tamen consensus in votum sit valde imperfectus. Ratio ergo consensus imperfecti in voto conditionali reperta non est sufficiens, vt impleta conditione possit Episcopus in eo voto dispensare. Hanc sententiam amplectuntur viri quidam doctissimi neoterici. Et pro illa sunt *Perez. li. 8. ord. t. 19. l. 37. ad fin. Manuel 2. to. sum. c. 97. n. 2. concl. 2. Vega 2. to sum. c. 129. casu 10.* vbi asserunt, impleta conditione non posse Episcopum in voto conditionali dispensare: & ita videntur sentire antea posse.

13 Tertia sent. docet, posse Episcopum ante & post conditionem impletam dispensare. Ducitur quoad posteriorem partem (prior enim satis est num. præced. probata.) Quod ad discernendam Episcopi potestatem, ad dispensandum in his votis, non sola obligatio ex his consurgens impleta conditione, spectanda sit: alias nec in voto pœnali impleta conditione posset: vtpote quod tunc instar absoluti obligat: quod tamen est contra receptissimam sententiam n. 8. relatam. Sed initium ac radix illius obligationis sunt quoque attendenda. Et si ea à perfecta voti castitatis & religionis natura deficiant, poterit Episcopus dispensare. Quod impleta conditione licet obligatio sit iam absoluta, ac radix illius obligationis fuit imperfecta. At hæc imperfectio inuenitur in voto vere conditionali. Quippe radix eius obligationis fuit imperfecta voluntas à futuro euentu pendens, quæ in ipsa obligatione quasi imbibita manet. Semper enim est verum, dicere ottam esse hanc obligationem ex consensu quodam imperfecto. Poterit ergo Episcopus in eo etiam impleta conditione dispensare. Atque ea reseruatio tamquam valde odiosa restringenda erit ad ea vota, quæ quoad obligationem, & illius radicem, fortiuntur perfectam voti castitatis ac religionis naturam. Et confirm. quia hac ratione potest Episcopus dispensare in votis pœnalibus impleta cõditione. Quia etsi iam absoluta sint quoad obligationem: at imbibitam in se habent imperfectionem radicis, nempe, obligationem non processisse ex amore castitatis aut religionis, sed potius ex odio. Ergo similiter poterit Episcopus dispensare in voto vere conditionali, impleta conditione, cò quòd in se retineat imperfectionem radicis, ex qua procedit. Tandem quia fere semper vota hæc conditionalia non procedunt ex religionis aut castitatis affectione, sed ex amore rei positæ sub conditione, quam vouens obtinere desiderat, & vt facilius illam consequatur, offert Deo ea vota. Sicut nec vota pœnalia procedunt ex affectu rei promissæ. Ergo sicut in his potest Episcopus, ita in illis. Quamuis maiorem rationem potestatis dispensandi in pœnalibus esse videam: at sino etiam modo ratio illa in conditionalibus militat. Et ideo huius sententiæ aperte videtur *Toledo lib. 4. summæ, cap. 18. num. 11.* vbi absolute ac indistincte docet dispensationem tam in votis pœnalibus, quam in conditionalibus castitatis ac religionis, ac reliquis reseruatis, ad Episcopum pertinere. Et tenet in propriis terminis dicens praxi virorum sapientissimorum frequentissima receptam esse hanc sententiam *Anton. Gomez in bulla Cruciatæ, clausula 10. n. 99.* Et tenent quidam viri doctissimi nostræ ætatis, temperantes quando votum non apparenter, sed vere est conditionale (prout explicuimus n. 4. & 5.) Quando enim votum est apparenter solum conditionale, eò quòd dictio, si, æquualeat dictioni, quando, nequibit etiam ante impletam conditionem Episcopus dispensare: nedum post. Et hæc sententia sic temperata mihi præ cæteris placet. Quam post hæc scripta inueni sustineri à *Per. de Ledes. 2. p sum. tract. 10. c. 8. s. 1216.*

Est tamen hæc sententia intelligenda, quoties conditio est de futuro, nec tacite inest. Quæ reuera suspendit consensum, efficitque ne votum absolutum sit. Nam si sit de præterito aut præsenti, vt, Voueo religionem, si ita res se habet modo, aut se habuit, nõ suspendit, sed est votum omnino absolutum, si conditio tunc vera sit, siue vouens sciat, siue ignoret conditionem extare. Vt expresse habetur *l. Cum ad præsens, & duplici sequenti, ff. si certum petatur.* Quare licet aliqualis imperfectio in his votis inueniatur, quia tamen non talis ac tanta est, qualis ac quanta in voto vere conditionali reperitur, non poterit Episcopus in his dispensare. Et constat à simili, nam ratione imperfecti consensus decidit, *c. vn. de sponsal. in 6.* nõ oriri ex sponsalibus conditionalibus ante conditionis euentum publicam honestatem: & tamen si conditio est de præterito vel præsenti, & est vera, oritur publica honestas. Et similiter si tacite inest, atque apponitur eo modo quo inest. Vt probaui lib. præced. disp. 69. n. 4. & 8. Non ergo in votis sub conditione de præterito, aut præsenti, aut quæ tacite inest, & apponitur eo modo quo inest, inuenitur ea consensus imperfectio, quæ satis est vt possit Episcopus dispensare. 14

Ad argumenta nu. 11. proposita resp. Ad 1. & confirm. fateor non tanta ratione fulciri potestatem Episcopi ad dispensandum in voto cõditionali, quanta ad dispensandum in voto pœnali. At ratio ad id sustinendum non deficit. Vt num. 13. probauimus. Ad 2. & confirmationem dic verum esse, id peccatum esse contra votum: at quia id votum non vndequaque perfectam voti castitatis aut religionis naturam fortitur, potest Episcopus dispensare. Ad arg. proposita n. 12. probantia nõ Episcopum dispensare impleta conditione, respondetur. Ad 1. constat ex dictis num. 10. tantum enim probat impleta conditione manere hæc vota perfecta quoad obligationem. At quia 15

adhuc

adhuc in se imbibitam retinent imperfectionem radicis, a qua processerunt, potest Episcopus dispensare. Ad secundum dic, eas pœnas respicere solam facti veritatem, nempe, veram clerici percussionem, veram beneficiorũ vendítionem, quæ impleta conditione vere reperiuntur. At reseruatio potestatis dispensandi in votis respicit perfectionem voti castitatis aut religionis, quoad obligationis radicem. Atque si id argumentum vim habeat, æque probat nõ posse Episcopum dispensare in voto pœnali, impleta conditione. Ad tertium constat ex dictis n. præc.

DISPVTATIO XI.

An possit Episcopus dispẽsare in voto castitatis post matrimonium emisso ab altero vel vtroque coniuge?

SVMMARIVM.

Explicantur casus dycuntur: & remittuntur, quando est solum non petendi debiti votum, n. 1.

An dispenset Episcopus, quando alter coniux sine alterius licentia castitatem vouit? Refertur duplex sententia, n. 2. & 3.

Proponitur sententia Auctorum, n. 4.

Quid quando alter sine licentia alterius vouit, n. 5.

Quid, quando vterque continentiam vouit absque alterius licentia, num. 6.

Quid quando vterque cum alterius licentia, non per modum contractus, num. 7.

Quid quando vterque communi consensu, ac per modum contractus vouit continentiam? Refertur duplex sent. n. 8 & 9.

Proponitur sententia Auctorum, n. 10

An quando ratio necessitatis dispensat Episcopus, sit ad solum petendum debitum, n. 11.

An tunc possit sit sit recursus ad potentem, ex priuilegio dispensare, n. 12.

An possint Episcopi in hoc voto dispensare, quando coniugi illi exceperunt casum aliquem, vt si soboles, quam habemus, moriatur, volumus, vt liceat vobis vsus coniugij, vel id vouemus, à tempore, quo sobolem habuerint, implendum, n. 13.

Quid, si mutuo consensu vouerint solam castitatem ad tempus, n. 14

An filius cui nolit resistere sibi mutuum pactum, tradentes eorum filiorum temporũ potestatem possit Episcopus in eo voto dispensare, n. 15.

1 VOTVM à coniugatis emissum, aut potest esse tantum de non petendo debito. Et de hoc voto satis egimus disp. 9. num. 7. & 8. & ibi num. 6. egimus de voto castitatis cõiugalis seruandæ. Quare disputatio præsens est de voto castitatis absolute à coniugatis emisso. Et quia hoc potest quintuplici modo emitti, ideo, vt distincte procedamus, quintuplex casus disputari potest. Primus est, quando alter cõiux absque alterius coniugis licentia vouet castitatem. Secundus, quando cum alterius licentia alter solus vouit. Tertius, quando vterque absque alterius licentia. Quartus, quando vterque seorsum cum licentia alterius, nõ tamen per modum cõtractus. Vltimus, quando vterque mutua licentia per modum contractus continentiam vouit.

2 In primo casu, quando alter coniux absolute vouit cõtinentiam absque alterius licentia: quidem censent non posse Episcopum dispensare, sicut nec in voto continentiæ absolutè ante matrim. emisso, nisi in casu vrgentis necessitatis. Quia vltra obligationem nõ petendi debiti, includit id votum etiam obligationem integram castitatis, quando liber fuerit coniux à debito coniugali reddendo, siue per alterius coniugis mortem, siue fornicationem, ob quam alteri diuertere licet. Nec est cõditionale. Quia ea conditio non reddendi quoties vouenti libuerit, inclusa in eo voto, non est addita ex libera vouentis voluntate: sed suapte natura in eo voto clauditur. Et hæc sententia est probabilis: illamq; tenent quidam neoterici docti. Et *Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 47. in fin.* quamuis nõ explicet si absque alterius licentia, vel cum illa votum sit emissum.

3 Alij verò censent posse Episcopum dispensare in hoc voto, & quamuis nõ explicent an ea dispensatio sit tantum ad petendum debitum, an potius omnino in eo castitatis voto, at ratio cui innituntur probat omnimodam dispensationem. Ducuntur, quod hoc votum nõ sit omnimodæ continentiæ: cum ad non reddendum debitum obligare nequeat. At reseruatio voti castitatis tamquam odiosa, de integræ castitatis voto est intelligenda, (vt late tota disp. 9. diximus.) Et ideo hanc partem sustinent *Sunica de voto, q. 3. nu. 64. Aragon 2. 2. q. 88. a. 8. Aub. vltim. Manuel 2. tom. sum. cap. 90. n. 6. ad finem.* Et posse Episcopum dispensare, quamuis alio fundamento ductus tenet *Gutierrez*, quem disp. 9. num. 4. allegaui, eius fundamentum reprobans.

Et placet quidem hæc posterior sententia, casu quo id votum emissum sit post matrim. consummatum. Quia non est votum omnimodæ castitatis, & ita minime obligat ad nõ reddendum, etiam quando redditio est voluntaria propter alterius cõiugis adulterium, aut diuortium (vt probabo l. seq. disp. 35. num. 26. & duplici seq.) Si autem emissum sit ante matrimonii cõsummationem: subdistinguendum est; si id fuit animo ingrediendi religionem ad votum implendum, nequit Episcopus in eo voto dispensare. Quia valet vt votum omnimodæ castitatis (vt probabo ea disp. 35. nu 23.) Secus (vt ibi dicam) si vouens non habuerit animum ingrediendi religionem: vel tempore voti se habuerit negatiue, nec de ingressu, nec de oppositio cogitans: tunc enim non est omnimodæ castitatis votum (vt ibi probabo) & ideo potest Episcopus in eo voto omnino dispensare, liberando prorsus eius obligatione vouentem. Quando tamen animo ingrediendi religionem vouit, licet nequeat Episcopus prorsus in eo voto dispensare: poterit tamen vbi iam semel matrimonium consummauit, dispensare ad petendum debitum. Sicut disp. seq. nu. 4. dicemus posse cum eo, qui ante matrim. id votum iniit. Et quamuis ibi num. 6. dicemus posse tunc ad petendum debitum dispensare, licet animo ingrediendi religionem vouerit, aut id matrimonium inierit: atque quamuis nondum matrim. consummatum sit. At si id castitatis votum post matrim. ratum emisit, animo ingrediendi religionem, vt illud impleat, sciens se aliter illud implere nõ posse, credo nõ posse Episcopum dispensare ante matrimonij consummationem, vt petat debitum: secus post. Ratio prioris partis est, quia cum tempore quo se voto astrinxit, sciuerit se aliter non posse illud implere, quam ingrediendo religionem, & ingrediendi animum habuerit, vt illud impleat, videtur se ad ingressum in eo voto obligasse, & cum adhuc possit implere, nequibit Episcopus dispensare. Ratio autem posterioris partis est, quia semel matrim. consummato nequit iam ingredi religionem, & cum teneatur simul habitare cum cõiuge, & reddere debitum, vel sabitur in magno incontinentiæ periculo, ni petat. Et ideo potest tunc Episcopus dispensare ad petendum: & hoc quamuis posset adiri Põtifex, aut alius potens ex priuilegio dispensare: sicut disp. 4. q. n. 4. & 7. dicemus posse in voto castitatis ante matrimonium facto. Sed argues ad probandum hunc, qui post matrim ratum vouit castitatem animo ingrediendi religionem, sciens se aliter non posse implere, nõ censeri vouere religionem. Quia si alter cõiux obiret, aut transiret ad religionem, aut consentiret, vt hic vouens, plene castitatem seruaret, nõ teneretur hic religionem ingredi. Sed respõdeo hoc verum esse: quia ille nõ censetur vouere religionem, nisi quatenus esset necessaria ad castitatis votũ seruandum: quare cum in eo casu possit seruare in seculo, non tenebitur ad religionem.

In secundo casu, quando cum licentia alterius coniugis alter solus continentiam vouit: quidam dicunt posse Episcopum dispensare, vt vouens petat debitum: & nil aliud explicant. Sic *Manuel 1 tom. sum. 2. edit. c 243. concl. 14. num. 14. Vega 2. to. sum. cap. 129. casu 77.* At existimo eodem pacto distinguendum, quo distinxi n. præced. Aut enim hoc votum cum licentia alterius coniugis factum est an-

te matrimonium consummatum animo ingrediendi religionem, scienti se non aliter posse votum implere integre, sed manendo in seculo teneri reddere debitum: & tũc cum videatur se ad religionem obligare, casu quo aliter nequeat seruare castitatem, iuxta dicta n. præc. nequibit Episcopus dispensare etiam ad petendum debitum. At si iam matrimonium consummarit: cum nequeat ad religionem transire, & teneatur non obstanti ea licentia reddere debitum (vt probabo l. seq. disp. 36. n. 5. & 6.) potest Episcopus dispensare, nó prorsus in eo votó, sed tantum ad petendum debitum. Quia valuit vt votum omnimodæ castitatis (vt probabo l. seq. disp. 36. nu. 6.) Si autem id votum factum est post matrimonium consummatum, & animo ingrediendi religionem, volente altero efficere inte requisita, vt hic vouens transeat ad religionem, nó potest Episcopus dispensare etiam ad petendum debitum. Quia ad religionem voluit se obligare. At si alter propositum mutet, cum hic non possit ad religionem transire, poterit Episcopus dispensare ad petendum debitum: non tamen omnino in eo voto, cò quod sit absolutæ castitatis. Quando verò id votum absque animo ingressus religionis est factum, siue ante consummationem matrimonij, siue post, potest Episcopus omnino in eo voto dispensare: quod non sit votum omnimodæ & absolutæ castitatis, sed partis. Si quidem eo non obstanti tenetur vouens reddere debitum: & potest reddere, licet alter in adulterium incidat: vt probabo lib. sequenti, disp. 36. n. 5. & 6.

6 In tertio casu, quando vterque coniux continentiam vouit absq; alterius licentia, dicendum est prorsus quod n. 4. diximus, quando alter solus absque alterius licentia vouit. Quia similiter non est votum continentiæ absolutæ & omnimodæ, & tenetur reddere, ac potest, quamuis alter adulterij reus fit: nisi quando ante matrim. consummatum animo expresso ingrediendi religionem factum esset (vt probabo l. seq. disp. 37. nu. 1. & 2.) tunc enim esset votum omnimodæ castitatis, nec posset Episcopus dispensare in eo: nisi solum ad petendum debitum in casu solo, in quo n. 4. dixi id posse.

7 In quarto casu, quando vterque seorsum continentiam vouit habita ab altero licentia, non tamen per modum cõtractus, & reciprocæ conuentionis, facio, vt facias, sed independenter ab alterius voto, dicendum est omnino, quod nu. 5. diximus. Quia similiter non est votum omnimodæ continentiæ, sed partis. Cùm teneatur alter alteri debitum reddere, ac possit, licet à debiti reddendi obligatione liber sit ob alterius adulterium (vt probabo libr. seq. disp. 37. n 3. & 4.) Et quando id votum animo ingrediendi religionem factum esset, dicendum est, quod n. 5. dixi in hac disp.

8 In vltimo casu, quando vterque communi consensu continentiam vouit per modum contractus, ac reciprocæ conuentionis, facio vt facias: aliqui absolute dicunt posse Episcopum in hoc voto dispensare. Sic *Maioris 4. d. 32. q. 2. col. 2. in solut. ad 2. contra 2. concl.* Atque idem forte dicerent auctores sentientes id non esse votum omnimodæ continentiæ, sed vtrumque teneri reddere. Quos referam l. seq. disp. 37. n. 9.

9 Aliis verò neotericis doctissimis placet posse tunc Episcopum dispensare ad petendum debitum. Quod etiam tenent *Emman. Sa sum. v. Debitum coniugale, n. 2. & Manuel quæst. reg. 1. 10. qu. 63. a. 2.* Ducuntur, quia cum sit odiosa reseruatio, debet restringi ad propriam verborum significationem. Vt dum reseruatur casus, intelligitur quando habet propriam & completam rationem in propria specie. At hoc non est proprie dispensare in voto castitatis, sed in effectu illius ad tempus, nec quoad omnes effectus. Quia est sacrilegus vterque fornicans, nec eo matrim. soluto potest ad aliud transire. Sed tantum est dispensatio ad petendum debitum: qua concessa, consurget ex ipso matrimonij contractu obligatio debiti reddendi. Item, quia in voto castitatis, quod matrimonij contractum præcedit, dispensat Episcopus ad petendum debitum. Cur ergo non poterit in hoc post matrimonium facto: Cum hoc non magis obliget, quam illud.

At neutra opinio placet. Non prior, quia hoc votum 10
est absolutæ & integræ castitatis: & obligat prorsus ad nõ petendum, nec reddendum (vt probabo lib. seq. disp. 37. n. 10.) Nec etiam posterior placet. Quia eius priorem rationem aperte impugnabo disp. sequ. nu. 4. Nec posterior ratio aliquid probat. Quia non est simile de voto castitatis ante matrimon. emisso. Quia ex natura rei est quoque Pontifici reseruatum, dispensare in eo ad petendum debitum. Et solum potest hodie, cò quòd diuturna consuetudo obtinuit, vt Episcopi in hoc dispensent (vt dicemus disp. seq. num. 4.) Quæ consuetudo ortum habuit ab euidenti in continentiæ periculo, si coniux nequeat petere, cum tamen ratione matrim. teneatur reddere. Quod in præsenti casu minime obtinuit, nec idem periculum militat, neuter enim tenetur, nec licite reddere potest. Ideò dicendum est, non posse Episcopum dispensare cum his coniugatis, vt matrim. vtantur, siue petendo, siue reddendo: nisi quando esset in continentiæ periculum in altero, nec commode Pontifex adiri posset præ paupertate, aut alia ratione. Priorem partem probat ratio proxime adducta, & dictamen ibi constitutum inter hoc votum, & idemmet dum est ante matrim. Posterior autem probatur. Quod in ea necessitate possit Episcopus dispensare. cum solutis ad ineundum matrim. (vt probaui disp. 9. nu. 22.) Ergo à fortiori cum coniugatis his ad petendum debitum. Et rationes ibi adductæ hoc satis probant. Et ita hanc partem tenent *Syluest. verb. Votum, 2. fin. in fine verb. Dispensatio, q. 9. n. 13.* ad quem locum se refert *Nauar. sum. c. 12. n. 59. Stunica q. 3. de voto, n. 64. & 65. Palacios 4. dist. 31. disp. 2. col. 8. vers. Quod si votum, Enriq. l. 11. de matrim. c. 15. nu. 8. Manuel 1. 10. sum. 2. adit. c. 243. concl. 14. nu. 14. Aragon 2. 1. q. 88. a. 8. dub. vlt. Lud. Lop. 1. p. instruct. cap. 46. col. 1. vers. Quando vterque, Vega 2. 10. sum. c. 34. casu 104. Slatius in princ. & c. 129. casu 68.* Atque idem dicendum est, quando licet adiri possit Pontifex, imminet tamen grauis incontinentiæ periculum ex mora. Quia in eodem euentu diximus eadem disp. 9. nu. 22. posse Episcopum dispensare in castitatis voto. Et pro hac parte sunt *D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 22. §. 4. Soto 4. dist. 27. q. 1. art. 4. colum. antepen. vers. Quod si contra arguas Angles sterilitas 2. p.* vbi de voto, *q. vn. a. 7. dissu. 10. Vega dict. casu 68.* vbi absolute docent posse Episcopum dispensare, quando est incontinentiæ periculum. Atque idem dicunt *Nauarrus, Enriquez proxime allegati, & Manuel dict. c. 243. n. 14.* quando ex magno timore, licet non sufficienti ad votum irritandum, id factum est. Et placet quidem, quia id votum non est omnino voluntarium: & cum, vt integram voti castitatis vim habeat, exigatur mutuum pactum, vbi id omnino voluntarium non fuit, sed metu magno extortum: nil actum est.

Id tamen monuerim, dispensationem Episcopi in hoc 11
voto ob vrgentem necessitatem factam solum posse esse ad petendum debitum. Quia ad hoc solum necessitas vrget. Quare coniux hic fornicans delinquit contra votum, & ex vi illius tenetur eo matrimon. soluto non transire ad aliud, & si reus voti transeat, tenebitur non petere debitum. Instar eius, qui castitatis voto ligatus matrimonium iniit. At tunc potest Episcopus dispensare ad petendum debitum. Quia respectu huius posteriotis matrimonij habet instar eius, qui post votum duxit vxorem: cum quo posse Episcopum dispensare ad petendum debitum, diximus disput. sequ. num. 4. Similiter si soluto eo matrimonio aduenerit vrgens necessitas dispensandi, vt coniux infidelium, qui sic mutuo consensu vouerat, transeat ad alias nuptias, poterit ad id dispensare Episcopus. Sicut disp. 9. n. 22. diximus posse in hoc euentu dispensare in castitatis voto.

Secun-

12 Secundò monuerim, cum potestas Episcopi ad dispensandum cum his cõiugibus mutuo castitatis voto per modum contractus astrictis, vt possint petere debitum competat ratione solius necessitatis, & defectu potestatis cõmode adeundi Pontificem, non posset Episcopus in hoc dispensare, si posset absque eo periculo adiri habens privilegium Pontificis ad dispensandum (vt dixi in simili, disp.11.n.25.) Quia tunc cessat ea necessitas.

13 Dupliciter tamen limitanda est hæc sent. Primò, vt intelligatur, quando nulla exceptio in eo voto posita est. Si enim aliquis casus excipereturr, nõ esset votum omnimodæ castitatis: & ita posset prorsus in eo Episcopus dispensare. Vt si coniuges per modum cõtractus vouissent castitatem, hac lege, vt si soboles, quam tunc habebant, obiret, possent vti matrimonio. De quo casu his diebus consultus respondi posse Episcopum omnino in hoc voto dispensare. Propter rationem dictam. At secus esset, si ab initio promitterent continentiam, si haberent prolem: tunc enim sic distinguẽdum esset, si dictio, Si, æquiualet dictioni, Quando, vt sensus sit, postquam habuerimus prolem, promittimus ex tunc continentiam; esset votum vere absolutum castitatis, & tantum quoad effigiem esset conditionale: & sic non posset Episcopus dispensare, nec ad petendum debitum, nisi in casibus explicatis nu. 10. Si verò sensus esset conditionalis, si Deus nobis hoc beneficium concesserit, vt habeamus prolem, promittimus in gratiarum actionem cõtinentiam; tunc retenta sententia, quam tenuimus disp. præc. n.13. dicendum est, posse Episcopum in eo voto prorsus dispensare, siue ante impletam conditionem, siue post. Quia est vere conditionale.

14 Hinc deducitur, posse Episcopum dispensare, quando coniuges illi mutuo consensu, & per modum pacti, solam cõtinentiam ad tempus vouissent. Quod id castitatis votum sit temporale, ac proinde nõ reseruatum. Sic *Palacios 4.d.32.disp.2.col.17.vers. Suffragatur communi placito.*

15 Secundò limitanda est, nisi coniuges illi, qui per modum contractus vouerunt, remittant sibi ipsis renuntiationem illam iuris petendi & reddendi, quam vouendo fecerant, iterum conferendo sibi mutuam corporum potestatem. Quippe tunc valet prædicta remissio, & tenebitur vterque debitum reddere (vt dicam l.sequ.disp.37.n.15.) Quare poterit tunc Episcopus dispensare ad petendum debitum, ratione illius periculi, quod grauissimum imminet, si cum sint obligati ad reddendum, sit illis interdicta debiti petitio. Atque id existimo posse, etsi facilis sit ad Pontificem recursus. Quia per illam renuntiationem quasi de nouo contrahitur matrimonium, quoad licitam eo vtendi facultatem: & petitio debiti erit ratione illius voti interdicta, concessa, ac obliganti redditione. Quare dicendum est posse Episcopum in hoc voto castitatis dispensare ad petendum debitum, licet Pontifex facile adiri possit. Sicut disp.sequ.num.4. & 7. id dicemus de eo, qui voto castitatis astrictus matrimonium contraxit.

DISPVTATIO XII.

An possit Episcopus dispensare in voto castitatis, & in affinitate, ac cognatione spirituali post matrimonium contractis ad petendum debitum coniugale?

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputandæ sint, n.1.

An possit Episcopus dispensare in voto castitatis præcedenti matrimonium ad petendum debitum? Refertur quædam opinio, n.2.

Hac opinione retenta, nequit quoties adiri potest habens dispensandi privilegium, n.3.

Proponitur sententia Auctorum, n.4. Et ibi, an possit dispensare cum coniugato, qui absque vxoris licentia initiatus est.

An possit Episcopus dispensare cum professo, aut sacro initiato, ad petendum debitum, quando absque causa iusta dispensatum est cum eis ad ineundum matrimonium? Remittitur, n.5.

An possit dispensare in voto castitatis ad petendum debitum, quando nondum matrim. est consummatum, n.6. & vbi, quid si vir votum reiteret, quando fecerat? vel alter in adulterium incidat.

Quod, si adiri valeat potens ex priuilegio dispensare, n.7.

Quid, quando votum castitatis emissum est post matrim. & quid possint circa dispensationem in voto ad petendum debitum, confessores per bullam Cruciatam: & religiosi per sua priuilegia? Remittitur n.8.

An dispensatio hæc Episcopi in eo voto castitatis sit plena, an solum ad petendum debitum, n.9.

An possit Episcopus dispensare ad petendum debitum in affinitate contracta post matrimonium? Refertur duplex sent. n.10. & 11.

An iuxta hanc sententiam possit, quando est aditus ad potentem ex priuilegio, n.12.

Proponitur sententia Auctorum, n.13.

An possit quamuis adiri valeat potens ex priuilegio, n.14.

An possit dispensare in cognatione spirituali ad petendum debitum, num.15.

Quid possint commissarius Cruciatæ, & religiosi per sua priuilegia, circa dispensationes ad petendum debitum in affinitate, aut cognatione spirituali? Remittitur, n.16.

DISPVTATIO præsens tres quæstiones disputãdas petit circa Episcopi facultatem ad dispensandum cum coniugatis in debiti coniugalis petitione. Prima est, de voto castitatis. Secunda, de affinitate. Tertia, de cognatione spirituali. 1

QVÆSTIO I. An possit Episcopus dispensare ad petendum debitum, cum coniuge, qui voto castitatis astrictus matrimonium iniit? Qua in re quidam censent solius Papæ esse in hoc dispẽsare: & solum posse Episcopum ratione necessitatis vrgentis, quando, scilicet, voto astrictus caret sumptibus necessariis ad impetrandã dispensationẽ, vel periculũ incõtinentiæ ex mora illius imminet. Quod communiter euenit in cõiugatis simul habitantibus. Ducitur, quod in voto castitatis ex quo oritur obligatio hæc non petendi debiti, solus Papa dispenset, nisi ratione vrgentis necessitatis. Sic tenet *Sotus 4.d.38.q.2.a.1.col.penult. vers. Reddere etiam, Ledesm.2.p.4.q.55.a.1. col.1.vers. Sed hesitabis, Palacios 4.d.32.disp.2.col.8.vers. Ego vero, & d.34.disp 2. col. 11. vers. Et quamquam, & d.38.disp.3. col.24.vers. At vero necessitati, Margarita confessorum in 6.præcepto, f.89.col.1.Gatta c. Ad limina, 30.q.1.§.4.q. 127.n.350. Pedraza sum in 6.præcepto, §.9. Sylvest. v. Dispensatio, q.9.nu.15. & v. Matrimonium, 7.q.5.fin. & v. Debitum, q.9.n.11. & v. Votum, 4.q.4. Armilla v. Debitum, nu. 13. Nauar. sum. c.12.n.76. & 86. & c.16.n.30. Perez lib.4.ordin. t.1.l.1.col. 28.f.4. Gutier. quæst. can. l.1.c.23.n.17. Pet. de Ledesm. de matrim.q.53.a.1.col.15.vers. Aduertendum tamen, Toledo l.4. summ.c.18.num.1.differentia 2. Bart. à Ledesm. de matrim. dub.32. col.antepenult. Azor lib.11.instit.moral. c.19.qu.8. Graffis 1.p.dec. l.1.c.13.n.80.* 2

Quare iuxta hanc sententiam dicendum est, non posse Episcopum etiam dispensare in casu necessitatis, si recursus sit ad potentem ex priuilegio dispensare in voto hoc ad petendum debitum (vt in simili dixi disp.9.n.25.) Et ita affirmat *Pet. de Ledes. nu. prælo allegatus*, asserens non posse Episcopum dispensare, si ad Nuntium apostolicum aditus pateat. Quod tamen eo n.25. reprobaui, eò quòd hic non maioti potestate gaudet quoad has dispensationes, quam Episcopi. Et sic iuxta hanc sententiam, rarò vel nunquam poterunt Episcopi in hoc dispensare. Quia vbique est copia religiosorum mendicantium, qui possunt in hoc ex priuilegio dispensare. Vt dicemus disp.16. 3

At multo probabilius est, posse semper Episcopum dispensare cum coniugato, qui voto castitatis ligatus transijt ad nuptias, vt petat debitum. Cuius rationem reddunt *Enriquez, Manuel, Vega statim allegandi.* Quod id non sit in voto castitatis dispensare, sed ad quendam solum effectum. Cum hic coniux non obstanti hac dispensatione sit sacrilegus fornicando: nec eo matrim. soluto possit ad aliud migrare. Sed hæc ratio displicet. Nam similiter probaret posse Episcopum dispensare ad eum solum effectum, vt ligatus voto castitatis ineat semel matrimonium, manente voto in sua firmitate quoad cætera. Quod nullus concedit. Alteram rationem tradit *Palacios statim allegandus*, nimirum, quia id votum castitatis, à sua perfectione cadit post matrimonium initum: eò quòd iam non obliget ad non reddendum. At in voto castitatis 4

tatis imperfecto potest Episcopus dispensare. Sed neque hæc ratio arridet. Quia simili modo probabiliter concluderet posse Episcopum in eo voto prorsus dispensare. Quippe ob eandem rationem imperfectionis, quæ inuenitur in hoc castitatis voto post matrimonium emisso, defendimus disp. præc à n. 4. posse Episcopum in eo prorsus dispensare. Præterea cum votum absolute ac perfecte emissum fuerit, & obligarit: non potest dici imperfectum ratione status culpate assumpti: nec ex culpa sua debet assumens reportare commodum. Quare legitima huius ratio est, quam tradunt nonnulli ex auctoribus pro hac sententia allegandis. Quia licet attento iure hæc dispensatio sit solius Pontificis: at consuetudine, quæ iurisdictionem præbet c. *Cum contingat, de foro compet.* obtentum est hanc dispensationem Episcoporum esse. Passim enim Episcopi in hoc dispensant, nullo Romam confugiente ad petendam in hoc dispensationem: eo vel maxime, quod ex dispensationes excusari nequeant ratione vrgentis necessitatis. Cum facilis semper aditus pateat ad religiosos mendicantes, qui ex priuilegio possunt in hoc dispensare. Et ideo hanc sententiam tenent ex iuris peritis, *Ioan. Andr. cap. Rursus, num. 6. qui clerici vel voucat. & ibi Anton fine, Anchar. n. 1. oppofit. 1. fin. Præpof. n 6. Alex. de Neuo 11. vlt. Henricus num. 4. Brunel. de fponfalibus, concl. 31. nu. 4. Hieron. Mangarie in arbore conſanguinit. §. In nomine, nu. 56.* (vtique habetur to. 9. tract.) *Roſella verb. Impedimentum, impedim. 4 nu. 5. fin. Angel. verb. Matrimonium, 3 impedim. 5. n. 3. & verb. Votum, 4. n. 9. Armilla verb. Diſpenſare, n. 18. & verb. Matrimonium, nu. 55. Tabiena verb. Matrimonium, 1. q. 2. & verb. Impedimentum, imped. 2. qu. 5. Greg. Lop. l. 11. fin. t. 2. p. 4. Gallego de cogn ſpirit. c. 19. nu. 15. Mozzius* quem refert & sequitur *Hugolin. de matrim. c. 20 nu. 10.* Et ex Theologis, *Maiorii 4. d. 32. q. 2. arg. 2. contra 2. concl. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 22. §. 2 fin. Sotus 4. d. 37 qu. vn. a. 1. in fin. corp. & art. 2. col. 4. verſ. Et per hoc reſpondetur, Alex. in ſuo Enchirid. in 2 p. præcept. 2. tract. de voto, verſ. Epiſcopus tamen diſpenſat, Veracruz. 1 p. ſpeculi, a. 15. in fin. & dub. 1. fin. & append. ad d. a. 15. fol. 121. Palacios 4. d. 32. diſp. 2. colum. 17. verſ. Suffragatur communi placito, Cordoba ſum. q. 146. punct. 2. Toledo l. 7. ſum. c. 14. num. 4. Enrig. l. 12. de matrim. c. 2. n. 9. in comment. lit. S. & c. 5. n. 20.* vbi dicit idem de coniugato, qui sacris est initiatus absque vxoris licentia. *Sorbon in compendio priuilegiorum mendicant. v. Abſoluto quoad ſeculares, 2. in reſolutionib. quas ibi ponit, verſ. Tertio aduertendum eſt, f. 75. Vmaldus candelab. Sacram 1 p.* vbi de matrim. *n. 140. & 3 p. c. 14 nu. 41. Manuel 1. to. ſum. 2. edit. c. 242. n. 2. & in bulla Cruciata, §. 9. n. 119. & quæſt. reg. 1. to. q. 63. a. 2. Valentia 4 p. diſp. 10. q. 5. punct. 5. fin. Lud. Lop. 2. p. inſtruct.* vbi de matrim. *c. 46. verſ. Adde vero, f. 110. & 1. p. c. 83. verſ. penul. Eman. Sa ſum. v. Debitum coniugale, n. 4. Graſſis in ſua deciſionibus 1. p. l. 2. c. 82. n. 5. & c. 83. n. 12. Vega 2. tom. ſum. c. 129. caſu 51. & caſu 118 puncto 2.*

5 Sed an hoc extendendum sit ad professos, vel sacris initiatos, qui ex dispensatione Pontificia absq; legitima causa concessa matrimonium iniere, vt possit cum eis Episcopus dispensare: dixi disp. 8. n. 10.

6 Rursus dubitabis, an hæc facultas Episcopi protendatur etiam ad dispensandum in petitione debiti cum eo, qui post votum castitatis contraxit matrimonium, nondum tamen illud consummauit? Decisio pendet ex ea quæstione, an hic teneatur tunc ratione voti castitatis implendi, ingredi religionem. Et DD. teneri asserentes, quos referam lib. seq. disp. 34. num. 2. tenentur subinde dicere non posse tunc Episcopum dispensare. Quia hac ratione nequit Episcopus dispensare cum eo, qui post votum religionis matrimonium iniit, vt possit consummare: (vt bene ait *Sotus 4. d. 38. q. 2. col. 6. verſ. Quid autem remedij:*) quia ille potest adhuc implere votum ingrediendo religionem. Et ita hanc partem sustinet *Azor* in quodam simili *l. 11. inſtit. moral. c. 19. qu. 20. verſ. Sed dubia quæſtionis eſt.* At retenta opinione nostra, quam sustinebimus lib. seq. disp. 34. n. 8. dicenti hunc non teneri ingredi religionem, sed posse consummare reddendo, dicendum est posse Episcopum dispensare vt debitum petat. Sicut id potest matrimonio semel consummato. Quia similiter tenetur debitum reddere, nisi religionis ingressum eligat, ad quē minimè obligatur. Ac proinde versabitur in magno incontinentiæ periculo, petitione debiti sibi interdicta. Et ita sustinet *Manuel 1. to. ſum. 2. edit. c. 242. n. 2.* Et similiter posset Episcopus dispensare in hac debiti petitione, aut redditione prioti bimestri, quo ante consummationem reddere non tenetur: vel si cum ipse vouens sit innocens, alter coniux sit adulter. Quamuis enim in his casibus nec teneatur, nec possit licite reddere debitum: cum tamen non teneatur religionem ingredi, quo castitatis votum impleat, nec possit ad alias nuptias transire, in magno incontinentiæ versabitur periculo. Nec consuetudo ratione necessitatis inducta ad dispensandum in hac debiti petitione, restringenda est, ne in his casibus similis necessitatis possit. Idem dicerem, quando hic voto castitatis astrictus ad matrimonium transiret animo ingrediendi religionem. Cū enim is animus non obliget ad ingressum, sed liberū sibi maneat matrim. inito non ingredi, sed id consummare reddendo: (vt probaui l. 1. disp. 43. n. 9.) eadē ratio militat, vt possit, cum illo Episcopus dispensare ad petendum.

Ex his deducitur, minimè necessarium esse confugere 7
in his euentibus ad habentes ex Priuilegio Pontificio facultatem dispensandi. Quippe ratione dictæ consuetudinis, id potest Episcopus præsente Papa: nedum illis. Sicut disp. 9. nu. 27. diximus posse parochos ratione consuetudinis dispensare in vna vel altera ieiunii die, etiamsi præsens esset Episcopus.

Quando autem vota hæc castitatis sunt post matrim. 8
emissa, qualiter circa ea, ac debiti petitionem, possit Episcopus dispensare, satis diximus tota disp. præc. An autem possit in hac debiti petitione dispensare per bullam Cruciatam? dicemus disput. 15. Et an possit per religiosorum priuilegia? dicemus late disp. 16.

Tandem id monuerim, non posse Episcopum dispen- 9
sare omnino in voto castitatis, cum eo, qui post illud matrim. contraxit, sed tantum ad petendum debitum. Quia necessitas matrim. iam initi nil aliud postulat, nec consuetudo aliud obtinuit. Quare non obstanti dispensatione hic fornicando sacrilegus erit: & transeundo ad aliud matrim. post illud dissolutum. Quia non potest Episcopus in votis dispensare quoad eos effectus. Sic *Sotus 4. d. 38. q. 2. a. 1. col. penult. verſ. Reddere etiam, Gutier. & Bart. à Ledeſ. nu. 2. allegati.* Quare si hic soluto matrim. ad aliud transeat, nouæ Episcopi dispensatione egebit ad petendum debitum. Quippe prior dispensatio sicut nec ad aliud matrim. ita nec ad eius vsum extendi potuit.

Qvæstio II. An possit Episcopus ad petendum debi- 10
tum dispensare cum coniuge, cui debiti petitione est interdictum, ratione affinitatis contractæ cum altero coniuge? Quibusdam placet eam dispensationem solius esse Pontificis. Ducūtur, quod id impedimentū oriatur ex affinitate inter coniuges contracta: in qua solus Papa dispensat. Secundum quod præceptū abstinendi rūcà debiti petitione oriatur à iure Pontificio, c. *Transmiſſe de eo qui cognouit conſang.* & nec ibi, nec alibi concedatur Episcopo potestas in eo dispēsandi. Ergo Episcopus tam quā inferior nequibit in eo dispensare. Sic sustinent *Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 2. n. 6. ad fin. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rub. gl. 1. n. 103. Graſſis in deciſ. lt. 2. c. 83. n. 12.* Et dubius manet *D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 20. §. 8.* Idem sustinent quando est propriè incestus, vt quia coniux iam consummato matr. habuit rem cū persona sui coniugis cōsanguinea, nisi id possit Episcopus ratione ignorantiæ, *Ang. v. inceſtus n. 5. Sylueſt. v. Luxuria, q. 4. dub. 5.* Iidem tamen tenentur posse, quando non est propriè incestus. Vt quia copula ante matrim. consummatum habita fuit.

Alii sustinent eandē partem, cum quadam tamen limi- 11
tatione. Dicunt enim non posse Episcopū dispensare, nisi casu necessitatis, eò quòd nō pateat facilis aditus ad Pontificem, sitq; incontinentiæ periculū. Quia in hac necessitate potest Episcopus in lege Pontificia dispensare. Huius sent. sunt *Syluest. v. Debitum, q. 9. fi. Margarita conſeſſorum in 6. præcept.*

precept. vers.11. f.89. Gutier.quæst.can.lib.1.c.23.n.37. Lud.Lop. 1.p.instruct.c.80 col.3.vers.Sed commmemorare: & c.296.ad fin. & 2.p. vbi de matrim. *cap.vlt.col.antepenult.vers.Iam & illam.* Et quando copula illa est scelestissima, vt cum socru vel sorore vxoris, tenent *Sotus 4.d.37.q.vn.a.3.colum.3.vers. Debet autem: Graffis 1.p.decis.l.2.c.81.n 3.*

12 Quare iuxta hanc sententiam dicendum est, cum hodie possit Commissarius Cruciatæ hoc dispensare, si pateat aditus ad eum, nequibit Episcopus (sicut in simili diximus nu. 3.) Quia iam necessitas cessat. Et ita sustinet *Lud.Lop.1.p. instruct.cap.80.col.3.vers.Sed an modo, & vers.seq.* Nisi (inquit) commissarius nolit absque compositione dispensare, quam coniux præ paupertate non est soluendo: & idem sustinet *2.p instructorij*, vbi eum retuli nu. præced. Imò hodie retenta hac sententia ferè numquam poterit Episcopus dispensare. Cum facillimus ad religiosos mendicantes sit aditus. Quos in hoc dispensare posse dicemus disp.16.

13 At tamquam multo probabilius est tenendum, posse semper Episcopum in hoc dispensare. Quia quamuis rigore iuris attento nequeat (vt probant rationes adductæ nu.10.) at ratione consuetudinis iam præscriptæ id potest (vt in simili diximus de voto nu.4.) Atque praxis ipsa id testatur: passim enim Episcopi in hoc dispensant. Et ita hanc partem sustinent *Palud.4.d.42.q.1.a.3.concl.2.n.28. & concl.3.n.29. D.Antonin.3.p.t.1.cap.11. in princ.col.3.vers.Nota etiam: & c.15.§.3. & c.16.§.4. & c.19.§.3.* & dicens forte id esse verum, *Sotus 4.d.37.q.vn.a.2.col.4.vers. Dubium autem,* & idem clarè significat *lib.1.de iust.q.7.a.3.col.4.* dicit enim posse Episcopum dispensare, præsertim cum non sit aditus ad Pontificem, *Ledesm.2.p.4.q.55.a.1.vers. Sed hesitabis, Veracruz 1.p.speculi,a.25.vers.Dixi etiam: & a.50. ad fin. & 3.p.a. 17.fin. Corduba in suo quæstionar.l.1.q.12.a.2.dict.4. & 5. Palacios 4.d.34.disp.2.col.11.vers Et quamquam, Metina 1.2.q.97. ar.4.in fin.concl. Alexius suo Enchirid.precept.6.in 5.specie luxuriæ, quæ est incestus, in fin. Oviand.4.d.41.q.vn.propos.13. Pedraza sanc.precept.6.§.19. Toledo l.5.sum.c.12.n.6. Enriq. lib.11.de matrim.c.15.n.11.fin. Emman. Sa sum.v.Debitum, n.13. Valentia 4.q.disp 10.q.3.punct.5.fin. Pet. de Ledesm. de matrim.q.58.a.4. dub.2.vers. In huius rei explicationem, Barth. à Ledes. de matrim. dub.47.col.3.pag.2.concl. Manuel 1.to.sum.in 2.edit.c.243.n.12. & in bulla Cruciatæ, §.13.n.7. & addit ad eundem §.13.nu.17. Vinaldus tandel.ab.sacram.1.p.* vbi de matrim. *n.210. Sorbus in compendio privileg.mendicant.ver. Absolutio quoad seculares, 2.in resolutionib.quas ibi ponit, vers. Tertiò aduertendum est.f.75. Vega 2.to.sum.c.5.casu 1.fin. Caricio sum.Sacram.* vbi de matrim. *c.6.in impedimento affinitatis, nu.45.* Et ex iurisperitis, *Sylvest. v.Matrimonium, 8.q.15.dict.7. Armilla v. Dispensare, n.18. Gaetan. Ad lumina, 30.q.1.§.4.n.408. & 502. Ant. Cucus l.5. instit. maior.2.21.n.224. Gallego de cogn.spirit. c.19.n.14. Hugolinus de matrim cap.20.fin.* Et hoc est verum, quamuis affinitas illa contrahatur ante matrimonium consummatum. Sic docent *Palud.d.q.1.a.3.nu. 29. D.Antonin.3.p.t.1.c.11.in princip. col.3.vers.Nota etiam, Sotus* dicens forte ita esse, *4.d.37.q.vn. a.2.col.4.vers.Dubium autem, Sylvest. Alex. Bart.à Ledes.proxime allegati.*

14 Hinc deducitur, posse Episcopum in hoc dispensare, quamuis ad quoscumque potentes dispensare sit facillimus aditus. Quod hæc potestas quamuis ordinem duxerit ex necessitate medendi periculo incontinentiæ coniugum, at iam ea potestas ex consuetudine præscripta conuenit absolutè Episcopis. Vt num. præcedenti probauimus.

15 Quæstio vltima. An possit Episcopus dispensare cum coniuge ad petendum debitum, qui cum suo coniuge cõtraxit cognationem spiritualem? Quamuis neminem viderim, qui id neget: at videntur posse esse opiniones eædem, quæ n.10. & 11. relatæ sunt circa affinitatis impedimentum. Quod impedimentum quoque hoc ex iure Pontificio habeatur *c.1.de cogn. spirit.* nihi dicamus ideo neminem contrarium dixisse: quia est valde dubium, an cognatio spiritualis superueniens matrimonio, impediat debiti petitionẽ. Verum supposito impedire, dicendum est posse Episcopum dispensare. Quod id consuetudine præscripta obtentum sit. Atque ita docent *Palud.* dicens fortè ita esse *4.d.42.q.1.a.1.concl.1.n.6. D. Antonin. 3.p.t.1.c.15.§.3. Ledes.2.p.4.q.58.a.2.fin. Veracruz 1.p. speculi a.57.vers. Sed contra illam, Valentia 4.p.2.punct.2.ad fin. & disp.10.q.5.punct.5. fin. Emman. Sa summ.v. Matrimonium,* vbi de impedimentis, dirimentibus *n.5.vers. Si pater, Barth.à Ledesm. de matrim.dub.44. col.3. vers. De vsu vero: Lud. Lop.1.p. instruct. c.85. col.2.vers. Præterea si coniux, Graffis 1.p.decis.l.2.cap.83.n.12. Manuel addit. ad bullam, §.13.num.17.* Et ex Iurisperitis, *Rosella verb. Impedimentum, impedimento 6.n.6. Angelus verb. Matrimonium, 3. impedimento 7.initio, Sylvester v. Matrimonium, 6.q.7.dict.2.fine, Navar.sum.Latina c.16.n.34. vers. Interrogatus autem, Gaeta c. Ad limina, 30.q.1.§. 4.nu. 379. fin. Gallego de cognat.spirit.c.19. n.13. Matienzo lib.5.recop.t.1.rubrica glossa 1.nu.143.* & omnes quos viderim.

Quid autem possit commissarius Cruciatæ circa dis- 16
pensationem ad petendum debitum cum hoc duplici impedimento, dicemus disp.15. & quid religiosi circa hoc per sua priuilegia, dicemus disp.16.

DISPVTATIO XIII.

An in impedimento matrimonij, quod resultat ex iuramentis castitatis & religionis, siue absolutis, siue pœnalibus, siue conditionalibus, possit Episcopus dispensare?

SVMMARIVM.

An in his iuramentis quando sunt conditionalia vel pœnalia, possit Episcopus dispensare, n 1.

Quando sunt absolute afferitur duplex sententia, n.2 & 3.

Explicatur an iuramenta hæc semper contineant votum implicitè, n.4.

Proponitur sententia Auctorum potestatem Episcopo esse in his iuramentis, n.5.

An concessa in aliquo privilegio omnibus iuramentis, quæ non sunt in tertij præiudicium, & omnibus votis præter castitatis & religionis, censeantur quoque reservata iuramenta castitatis & religionis, n.6.

Quid, si nulla reservatio votorum fieret, sed omnia vota ac iuramenta quæ non sunt in tertij præiudicium concederentur: an censerentur adhuc reservata iuramenta religionis & castitatis, n.7.

Satisfit argumentis, n.8.

QVando hæc iuramenta castitatis & religionis sunt 1
pœnalia vel conditionalia, idem prorsus sentiendum est de illis, quod de votis similibus diximus dispu. 10.num.8. & 13. Quia eadem est ratio. Et potest in votis dispensare, potest quoque in iuramentis factis ipsi Deo, quæ instar votorum sunt. Vt probaui dis.2.n.18.

Tota autem difficultas eo pertinet, an in his iuramen- 2
tis absolutis possit Episcopus dispensare: an potius censeantur Pontifici reseruata, ac vota earundem rerum? Duplex est sententia. Prior affirmat ea iuramenta Pontifici reseruari, sicut & similia vota. Ducitur, quod iuramentum factum Deo includat votum, (vt bene docent *Sotus lib.8.de iust.quæst.1.art.9.in solutione ad 2.in fine, Navar. summ. Latina cap.17.nu.275.vers.16*) Quod inde constat, nam iurans Petro se daturum ei nummos, id promittit Petro confirmans promissionem testimonio diuini nominis. Ergo iurans Deo se seruaturum castitatem, vel ingressurum religionem, id promittit Deo, iuramentoque firmat. Et proinde ibi est votum, vtpote quod nil aliud est, quam promissio facta Deo. Reseruatis ergo votis castitatis ac religionis, censentur à fortiori reseruata similia iuramenta. Et confirmatur ex doctrina *D.Th.2.2.q.89.a.1. in fin. corporis*, vbi omne iuramentum diuidit in assertorium & promissorium, dicens, esse assertorium, quando inducitur ad confirmandum aliquid præsens aut præteritum: promissorium autem, quando ad confirmandum aliquid futurum. Secundò, quia ex eo iuramento acquiritur Deo tamquam vero creditori, ab ipsoque acceptatur obligatio, faciendi aliquid in eius obsequium. Ergo

est promissio perfecta: & cum Deo facta sit, erit votum. Tandem quia si quis homini promittat se ingressurũ religionem, nequit homo ille remittere: quasi promissio nõ homini, sed Deo facta sit. Sic tenent *Cajet. 2.2. qu. 89. ar. 9. paulo post princ. Sotus l. 8. de iust. quæst. 1. a. 9. fin. corp. Alcozer lib. de ludo, cap. 13 concl. 9 in summ. cap. 16. §. 58. verb. La primera es, Stunica q. 5. de voto, n. 42. & q. 6. fin. Manuel 2. tom. sum. c. 100. n. 3. Tobedo l. 4 summ. c. 23. num 2. Azor. lib. 11. instit. moral. cap. 10. q. 3. Aragon. 2.2. q. 88. art. 12. colum. 6. dict. 1. & qu. 89. art. 9. col. 3. dict. 4. Valentia 2.2. disp. 6. q. 7. punct. 4. colum. 5. vers. Et notandum est.*

3 Posterior senten. docet huiusmodi iuramenta non esse Pontifici reseruata. Ducitur, quia numquam in facultate cõcessa circa relaxanda aut commutanda iuramenta, excipiuntur hæc, sed sola, quæ in tertij præiudicium vergũt. Nec ex votorum reseruatione deducitur sufficienter reseruatio iuramenti circa eandem materiam. Cum enim votum sit fortius vinculum iuramento, teste *D. Th. 2. 2. qu. 89. art. 8.* quem plerique sequuntur, deducitur argumentum negatiuè à maiori ad minus. Vt non potest Episcopus in maiori vinculo dispensare: ergo nec in minori. Quod omni prorsus vi destitutum est. Sic tenent *Tabiena in sum. maiori, v. Iurare, q. 20. n. 21. ad fin. Navar. lib. 2. consil. de iureiurando, in priori edit. consil. 3. n. 4. & 5. in posteriori, consil. nu. 4. & 5.* & aliqui neoterici doctissimi.

4 Sed vt meam sent. explicem, suppono iuramentum factum Deo de re aliqua eius honorem concernenti, regulariter continere promissionem factam Deo, ac subinde votum. Quod probant arg. nu. 2. adducta. At possunt aliquando hæc iuramenta fieri, ita vt nullam promissionem Deo factam includant: sed mera sint iuramenta. Quia, scilicet, iurans intentione caruit promittendi ac offerendi aliquid Deo, sed solum per iuramentum quasi assertorium: id se facturum affirmauit. Vt bene docet *Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de clausibus *c. 9. col. 6.* & melius, *Valentia 2.2. disp. 6. qu. 7. punct. 2. paulo post princip.* vbi ait, sicut enunciatio de futuro potest esse coniuncta, & cum nudo proposito faciendi id, quod dicit se facturum: & etiam cum promissione faciendi id: ita quoque iuramentum posse induci, vel ad confirmandum nudum propositum, vel ad promissionem cõfirmandam: communiter tamen induci ad promissionem confirmandam, & sic dici promissorium. Quare id iuramentum dicetur promissorium imperfectè, & secundum quid, vt distinguitur contra merè assertorium: quod propriè est de præterito aut præsenti. Nec tũc iurans obligatur Deo tamquam creditori acceptanti materiam illam, vt rem sibi promissam, sed vt testi exigenti veritatem sui testimonij: deficit autem à vera promissione, eò quòd non sit obligatio pacto firmata. Exemplum huius esto, quando quis non respiciendo Deum, quasi aliquid volens illi offerre in suum obsequium, sed solum eum affert in testem, se ad aliquid faciendum iureiurando astringit. Veluti contingit in eo, qui non impulsus Deo obsequendi desiderio, sed quasi desperans quod videat à se ignominiosam aut pauperem vitam in seculo ducendam: quia cathedram aut beneficium, cui se opposuerat, amisit: vel aliud de decos passus est, iurat fore vt ingrediatur religionem: vel quando ira percitus erga patrem, id illi iurat. Et quamuis hoc in voto religionis frequentius accidat: potest tamen in voto castitatis quandoque contingere. Vt si quis mirum in modum consequendi alicuius matrimonij auidus, spe eius obtinendi amissa, iuret se castitatem seruaturum, non intendens eam Deo in eius famulatum dicare, sed præ rabie ac indignatione, eò quòd coniugium intentum votis suis non responderit. Sed obijcies idem quoque posse contingere in promissione per modum voti facta. Vt si in eisdem exemplis quis sic diceret: Promitto Deo religionem. Sed respondeo esse apertam differentiam. Quod in hoc exemplo adsit expressis verbis facta Deo promissio: nec Deus alio modo adducatur, quam vt verus creditor promissionis sibi factæ. At in illis exemplis nulla expressa promissio adest, nec animus promittendi, sed solum adducendi Dei in testem illius assertionis de futuro, quæ quodammodo & imperfectè est promissio.

Hinc deducitur solutio quæstionis propositæ. Quippe 5
existimo priorem sententiam nu. 2. relatam veram esse regulariter, & in plurimum. Quia regulariter ea iuramenta votum continent: & ita fortius vinculum, quam solum votum. At posterior sententia n. 3. relata, est vera in casu raro, quem n. præc. explicui, quando id iuramentum non includit in se votum. Quod tunc sit minus vinculum quam votum, ac proinde non probatur eius reseruatio ex reseruatione voti eiusdem materiæ. Vt benè probauit posterior sententia.

Secundò deducitur, quoties priuilegium concedit re- 6
laxari, aut commutari omnia iuramenta in tertij damnum non cedentia, & omnia vota præter castitatis & religionis, censeri sub ea votorum reseruatione reseruari quoq; eiusdem materiæ iuramenta, quoties hæc promissionem continent: secus vbi ea vacant. Et ita conciliantur diuersæ sententiæ, quæ inter viros doctos nostræ Societ. circa hoc extiterat quibusdam reseruari asserentibus, aliis verò negantibus.

Tertiò deducitur, quamuis in bulla concederentur o- 7
mnia vota & iuramenta, quæ non sunt in tertij præiudicium, nulla votorum reseruatione facta, censeri adhuc reseruata iuramenta castitatis ac religionis, in quibus promissio continetur: secus quando non continetur. Quia in nulla generali cõcessione censentur concessa vota religionis & castitatis, nisi exprimantur (vt diximus disp. 9. num. 2.) Quare à fortiori nec iuramenta earundem rerum promissionem continentia censebuntur concessa.

Ad argum. n. 2. proposita quatenus militant contra no- 8
stram sententiam resp. Ad 1. dic id concludere, iuramentum illud castitatis emissum in Dei honorem includere votum, & ita reseruari Põtifici. Quod nos n. 5. fassi sumus. Ad confirm. dic eam probare, omne iuramentum de futuro esse promissorium saltem imperfecte, vt distinguitur contra assertorium. Quod n. 4. cõcessimus. Ad 2. constat ex dictis nu. 4. vbi quando id sit verum explicuimus. Ad vltimum fateor hominem non posse relaxare: eò quòd promissio illa nõ cedat in eius fauorem: non autem quod semper includatur promissio facta Deo. Ad argumentum numero 3. adductum quatenus etiam aduersatur nostræ sententiæ mediæ, constat ex dictis num. 4. & 5. vbi explicuimus quando iuramentum sit minus, & quando fortius voto.

DISPVTATIO XIV.

An Episcopis dispẽsantibus integrum sit aliquã mulctam pecuniariam imponere: atque possint dispensare, licet impetrans prius adierit Pontificem, siue hic concesserit, siue denegarit: siue non adierit, at nouit Episcopus Pontificem denegare?

SVMMARIVM.

Quando dispensans in voto, vel sua lege, possunt imponere mulctam pecuniariam, n. 1.
Quid quando dispensans in lege superiorũ, n. 2.
An possit Episcopus dispensare in voto sibi concesso, quando prius adiuit Pontifex, ac concessit dispensationem, n. 3.
Quid si eam virtute eius commissionis ordinarius vel confessor dispensasset, n. 4.
Quid quando Pontifex in eo casu denegauit huic dispensationem, vel nouit Episcopus solere denegare, n. 5.
Quid in hoc casu, quando Pontificis decreto esset commissa dispensatio in perpetuum dignitati Episcopali: vel tacita esset commissio rationi regentis necessitatem, n. 6.
Quid, quando confessor virtute Bullæ, aut priuilegij religionis potest dispensare, n. 7.
Quid si Episcopus vel confessor neganti remittens ad Papam, n. 8.
An tunc dicatur casus reuelatus, n. 9.

DVO

1 DVo petit disputatio præsens. Prius est, de potestate, Episcopi ad imponendam aliquam mulctam iis cum quibus dispensat, per modum partialis cuiusdam dispensationis commutationi admixtæ. Posterius de facultate eiusdem ad dispensandum, quando prius est additus Pontifex. Circa prius, manifestum est, id posse, quoties dispensat in voto: imò omnes fatentur sanum esse consilium nó fac in voto omnino dispensare, sed aliquam commutationem admiscere. Idemque posse quoties in sua lege dispensat, nemo meritò dubitare potest. Quod cum ea lex à sua voluntate proficiscatur, vimq; obligandi habeat, potest ex iusta causa in ea dispensare, partim relaxando, & partim in aliquam eleemosynam commutando. Sicut potest Pontifex, & quotidie facit circa suas leges.

2 Sed difficultas est, an id ei liceat, dum in lege superioris in casu sibi permisso dispensat? vt in ieunio, obseruatione festorum. De qua re egi l.3.disp.10.à nu.8.vbi id negaui, illud admittens in voto. Et nunc in eadem sent. persisto. Quis rationes quibus id probaui sunt vrgentes. Ad non sunt damnandi iudices Ecclesiastici hanc mulctam per modum cuiusdam commutationis imponétes. Quia innitũtur sententiæ probabili grauissimorum Auctorum. Et rationibus ibi à me adductis potest responderi, hoc posse ex tacita commissione. Nam eo ipso quod Episcopus tamquam ordinarius ea commissio demãdatur, aut expresse aut tacite ratione vrgentis necessitatis, censetur commissum vel vt integre dispensent, vel aliqua commutatione admixta. Et ita hanc partem sustinent dicentes casu, quo potest Episcopus in ieiunio dispensare, posse eum illud commutare in aliud opus pium, partim dispensando, *Iuenc.c.1.n.2. de obseruat. ieiun. & ibi Henric.tit.2.Hostr. rub. 10 n.9.* vbi *Ioan. And.n.3. Ant.n.5. Card. n.3.q.5. Abb.nu.9. Anchar.n.8. Palud.4.d.15.qu.4.a.1.n.13. D. Antonin.2.p.t.6.c.* 2.§. 5. *Cajet.t.2. qu.97.a.4.ad fin. & sum. v.Ieiunium.c.3. ad fin.* vbi *Rosella n.25. Angelus n.20. Sylvest. q.7.dict.2.n.19. Armilla n.6. Tabiena q.14.n.15. Nauar.sum.c.21. Hispan. n.21. Lat.n.22. Angelopurib.1.p.* vbi de ieiunio, *q.5. dissic.3. Azor l.7. instit.moral. c.29.45. Vega 10.sum.c.14.casu 36.* Non tamen hoc ita accipiendum est, ac quando Episcopus in voto. Quippe in hoc potest partim commutando dispensare, licet causa omnino dispensandi non adsit. Quia idem vinculum voti manet super materiã loco prioris subrogata: ac vinculũ id voti potest absque eius iniuria omnino commutari. At in lege superioris non potest dispensare admixta commutatione, quando constat nõ adesse causam iustam ad plene dispensandum. Quod tunc omnino relaxetur ea lex, non enim eadem lex potest in aliam materiam transferri, nisi per legislatorem. Nec datur inferioribus in ea dispensandi facultas, nisi quando necessitas causæ vrget. Quod minime euenit, quoties constat non esse causam omnino dispensandi iustam. Dixi quoties constat, nam in dubio fatentur omnes posse plene dispensare: imò in hoc casu est opus dispensatione. Nam vbi causa à præcepto excusans constat, ea non est opus.

3 Circa posterius quæsitum, ratio dubitandi potest esse. Quod ea dispensatione semel petita à superiori, videtur iam in ea causa per superiorem præuentum, & sic nil posse circa illam inferiorem. Prima tamen conclusio sit. Quando Episcopus potest iure ordinario in aliqua re dispensare, vt in voto pœnali castitatis, vel non nubendi, quamuis obtenta sit à Pontifice commissio facta ordinario, vel cõfessori, vt dispenset, potest vouens ei renuntiare, & adire Episcopum, vt potestate sua ordinaria dispenset. Quia cũ ea commissio sit ob vouentis gratiam ac fauorẽ concessa, non debet in eius damnum retorqueri. *Regula Quod ob gratiam. de reg.iur.in 6. l. Quod fauore, C. de legib.* Nec ob id interdicitur impetranti posse fauore sibi concesso cedere. Itẽ, quia adire Principem ad petendam rem aliquam, nullum præuentionis effectum operatur, ne liceat postea id ab inferiori petere *l.1. & toto t. C. quando libellus, & ibi DD.* Atque ita generaliter etiã in rescriptis iustitiæ tradit *Nauarr. l.1. cons. in 2. edit. t. de offic. deleg. cons. 1. n. 2.* An verò teneatur facere mentionem prioris dispensationis, dicam n. seq.

Secunda concl. Idem credo, quamuis iam virtute eius 4
commissionis ordinarius vel confessarius in eo voto dispensasset, partim commutando, iuxta Pontificis præscriptum. Posset enim hic vel ab ordinario petere, vt auctoritate ordinaria in ea commutatione dispenset: iuxta dicta disp. 9. num. 20. etiam quando votum commutatum erat ex reseruatis, nedum quando non est ex illis, vt hic contingit, vel potest etiam eligere redire ad priorem voti obligationem (vt diximus disp. 9. n. 21.) & petere ab ordinario, vt dispenset in illo auctoritate sua ordinaria. Quia tũc est nouum votum omnino. At in nouo voto tunc emisso manifestum est posse Episcopum dispensare, nec opus esse mentionem prioris dispensationis limitate factæ per Põtificem: cum sint circa diuersa. Quia prius votum circa illam materiam castitatis iam prorsus extinctum est. Quod si dicas non esse omnino diuersum votum. Quia alias nõ liceret ad prius votum redire, cum id in melius commutarum est. (Cuius contrariũ diximus disp. 9. n. 21. Respondeo dupliciter posse hunc eligere redire ad prius votum: primo modo tanquam ad votum primæuum, vtendo priuilegio & libertate concessa omnibus, quibus vota commutantur etiam in melius, & tunc non est diuersum votum, sed prius, quod non omnino extinctum erat, sed dependenter ab electione vouentis redeundi ad illud, vel implendi materiam in quam commutatum est. Secundo modo potest redire, non tanquam ad primæuum votum, vtendo eo priuilegio: sed materiam in quam illud cõmutatum est, quam multo minorem constat esse, vtpote cui dispensatio admixta est, iterum commutando in prius illud votum, quasi de nouo illud emittendo, quod propria auctoritate à quocumque vouenti posse semper fieri fatentur omnes. Et tunc est omnino aliud votum: ac proinde non erit necessaria mentio prioris dispensationis cum limitatione concessæ. Imò quamuis priori modo redeat, & sit idem votum: & in casu præcedentis conclusionis, in quo votum non erat extinctum, cum nondum expedita esset per ordinarium vel confessorem dispensatio, existimo non esse necessariam mentionem prioris dispensationis cum limitatione commutationis consuetæ facta per Pontificem de stylo curiæ. Propter illa, quæ trademus disp. 21. n. 10. & 11.

Tertia concl. Quando Pontifex de eo casu consultus 5
denegauit dispensationem, iudicans non adesse causam, credo nisi noua causa proponatur, non posse Episcopum. Quia eo ipso quod Pontifex denegauit, videtur facultatem auferre inferioribus cum illo singulari dispensandi, nisi ex noua causa emergenti. At secus esset, vbi huic singulari non denegasset, at constat solitum esse Pontificem aliis denegare ob eas causas dispensationem, reputando eas non esse iustas. Tunc enim posset Episcopus cum illo, cui denegata nõ est, iudicans eas esse causas iustas, dispẽsare. Quia cum iure ordinario sibi ea dispensatio competat, non astringitur ad dispensandum ex iis solis causis quibus Pontifex existentibus vult dispensare. Nec Pontificem denegasse aliis ex ea causa dispensationem, ligat ordinariam Episcopi facultatem, ne valeat dispensare cum hoc, cui Pontifex non denegauit.

Quarta concl. Quando Episcopus dispensat ex com- 6
missione expressa annexa perpetuo dignitati, vt cõtingit in casibus *Trident sess. 24. de reform. cap. 6.* non astringitur ad dispensandum ex solis causis, ex quibus solet Põtifex dispensare. Quare licet norit Papam nolle dispensare ex aliquibus causis, & aliis denegasse, potest cum hoc cui non denegauit, dispensare ex iis causis, si eas iustas iudicat. Vt nu. præc. dicebamus, quando dispensat potestate ordinaria. Quod hæc tamquam iure concessa, ac dignitati perpetuo annexa, sit ordinaria (vt probaui l.2. disp. 40. n. 14.) Imò idem censerem, quando ex cõmissione speciali Pontificia dispensaret. Cum enim Pontifex non assignet causas,

tas, ex quibus commissarius dispenset, solum astringit illum, vt ex iusta causa dispenset, eius prudentiæ committens discernere, quæ sit iusta causa. Exemplum huius nu. sequ. proponam. Secus esset quando ex sola epicheia dispensat Episcopus, vt in casu necessitatis ratione periculi in mora. Cum enim tunc ex sola præsumpta Pontificis voluntate dispenset, vbi de contraria voluntate constat, cessat præsumptio cui epicheia innititur. At posset vtiq; quando Papa aliquando concederet, licet aliquando neget. Quia tunc non est contraria voluntas.

7 Quinta conclus. Sicut diximus n. 3 & 4. posse eum, qui impetrauit dispensationē à Pontifice voti, in quo poterat Episcopus, posse ad ipsum cōfugere, vt dispenset: hic dicēdum est posse confugere ad potentem ex priuilegio. V. g. fuit votum pœnale castitatis vel religionis, poterat confessarius per bullam Cruciatam commutare: (vt disp. seq. trademus) possunt etiam religiosi id commutare, atq; in eo dispensare virtute suorum priuilegiorum (vt dicemus disp. 16.) dico non obstare huic facultati impetratam esse à Pontifice commissionem dispensandi factam ordinario vel confessori. Quia adisse superiorem, nullum præuentionis effectum operatur: & commissio fauore huius facta non debet in eius damnum retorqueri: (vt hæc nu. 3. probauimus.) Nec iam ordinarium vel confessorem virtute commissionis dispensasse obstat, quin possit hic adire habentem priuilegium dispensandi, aut vti priuilegio Cruciatæ, redeundo ad priorem voti obligationem, (vt dicebamus n. 4.) & sic tamquā nouo voti possit dispensationem aut commutationem impetrare, non facta prioris mentione: ob rationem quam eo num. 4. tradidimus. Et quamuis Pontifex semper huiusmodi vota commutet in menstruas confessiones, & certa pœnitentiæ opera: & solum quando adest incontinentiæ periculum, nō impedit cōmutationem fieri per bullam in subsidium belli; prout ipsa concedit: & per priuilegia religionis, in quæcumque opera pia: vt ea expresse concedunt: & virtute horum dispensari ex aliis causis iustis, quamuis non adsit in continentiæ periculum: dummodo huic singulari non sit denegata dispensatio à Pontifice, vel eius pœnitentiario. Vt n. præced. iuncto n. 5. probauimus.

8 Tandē duæ difficultates dissoluendæ supersunt. Prior est an, si quispiam dispensationem petiit ab Episcopo, in casu in quo poterat, vel à religioso virtute priuilegiorum vel commutationem virtute bullæ, qui noluere; sed remisere illum ad Pontificem; postquam hic se præsentauit Pōtifici petens ab eo dispensationem, possint sicut prius poterant Episcopus, religiosi, vel cōfessor? Et videtur eos non posse. Quod iam desinant esse iudices, ex quo causam, ad superiorem remisere. Vt habetur *c. Licet, de offic. leg.* & tradunt *ibi gl. v. Transtulerat, & ibi Ant. n. 8. Abbas nu. 3. Anchar. n. 2. Imola fine*: & tradunt adeò hoc esse verum, vt nec ex partium consensu possit ea causa semel iam superiori præsentata, ad priorem iudicem redire. At dicendum est posse, quamuis iam Pōtifex commisisset dispensationem ordinario vel confessori, & hi iam illā expedissent (prout n. 3. 4. & præcedenti, explicuimus.) Quia textus *d. c. Licet*, & doctrina auctorum ibi allegata, intelligitur, in iurisdictione contentiosa, de qua is textus loquitur. Qualis non est iurisdictio dispensandi.

9 Posterior difficultas est. An, si impedimentum erat occultum, in quo solum poterat Episcopus dispensare quādiu occultum est, vt sunt casus concessi in *Trident. sess. 24. de reform. cap. 6.* In quibus concederetur facultas Episcopo, quamdiu occulti sunt, nec ad forum contentiosum deducti possit Episcopus, licet initio noluerit, sed remiserit causam ad Pontificem, cui ille se præsentauit? Videtur nō posse. Quia iam deducta res illa est ad Pontificis forum. Sed dicendum est posse. Quod verbum, Forum, idem sit quod iudicium, siue locus vbi iudicatur, *c. Forus, de verb. sig.* Et licet ea dictio solum posita posset aliquam dubitandi ansam præbere: eam tamen prorsus aufert dictio, Contentiosum, illi adiuncta. Quippe id appellatur, quando lis agitatur inter partes coram iudice, vt bene tradit *Felinus c. 1. à n. 39. de constit.*

DISPVTATIO XV.

An per bullam vel iubileum possint aliquando commutari vota religionis & castitatis, & alia quæ matrim. impediunt, vel dispensari possit ad petēdum debitum cum impedimento voti affinitatis, vel cognationis?

SVMMARIVM.

Quæ vota possint per bullam aut iubileum commutari, & an necessaria in bello subsidium commutanda sint, n. 1.

Proponuntur argumenta probantia in nullo euentu posse hæc vota castitatis & religionis per bullam aut iubileum commutari, n. 2.

Hæc vota tunc censentur in bulla vel iubileo reseruari, quando sunt Pontifici reseruata, n. 3.

An possint per hæc commutari votum temporale castitatis, & castitatis coniugalis, non petendi nec reddendi, virginitatis, non nubendi, assumendi ordinis sacri, disiunctiuum castitatis vel ordinis, assumendi habitum beatarum, ingrediendi ordinem militarem, perseuerandi in religione: & vt differatur votum religionis, n. 4.

An possint commutari per hæc vota strictioris religionis in transitum ad laxiorem, n. 5.

Quid de commutatione earum rerum, in quas Pontifex hæc commutauit, n. 6.

Quid de votis castitatis post matrimonium emissis, n. 7.

Quid de votis pœnalibus ac conditionalibus castitatis & religionis, n. 8.

Quid de voto castitatis, ad petendum debitum, n. 9.

Quid, quando posset Episcopus dispensare in his votis ratione solius necessitatis, n. 10.

Quid de iuramentis absolutis aut pœnalibus, conditionalibus ve castitatis & religionis: & quando simul concurrunt votum & iuramentum, num. 11.

An possit fieri dicta commutatio, quando prius est aditus Pontifex, vt dispenset in iis votis, siue negarit, siue concesserit: & quibus confessor nolens commutare, remiserit illum ad Pontificem, cui se præsentauit: & quamuis sciatur Pontificem ex sola certa causa dispensare in tali commutatione in quadam certa opera? Remissiue, n. 12.

Commissarius Cruciatæ an dispensat ad petendum debitum, quando affinitas aut cognatio spiritualis sunt post matrimonium contractæ, num. 13.

An concedente Pontifice facultatem commutandi voti de danda certa eleemosyna, remanentisque partem debitæ, nec solutæ, ac obliganti ad solutionem alterius partis, possit pars soluenda remitti ex causa per Episcopum, vel virtute bullæ vel iubilei commutari: & possit per hæc commutari pœna pecuniaria iam incursa ex fractione voti perpetui, n. 14.

An tempore iubilei possit confessor commutare sic votum: In id commutato ex nunc, id quod vir doctus iudicarit commutandum: & si hoc frangat votum, antequam vir doctus declaret peccet in illud, n. 15.

An transacto iubileo possint commutari vota, quorum quis immemor est commutationem non petijt si confessor generaliter vota commutarit, num. 16.

Qui si ea commutatio generalis non facta est, n. 19.

Quid, si voti memor noluit commutationem petere, n. 18.

Quid, si tempore iubilei hic non est fassus, quod non inuenerit in se culpam aliquam lethalem, n. 19.

An si intendebat lucrari iubileum, quem postea non obtinuit, reiicidat id excommunicationes reseruatas, à quibus est absolutus, n. 20.

An si oblitus tunc sit alicuius, exit illa manent reseruatio, n. 21.

An reuiuiscant vota virtute illius commutata, quamuis confessor commutarit in ea quæ vir doctus præscripserit, n. 22.

Quid si nulla commutatio facta sit temporale iubilei n. 23.

Quam culpam committat hic non lucrans postea iubileum, n. 24.

An commutatio hæc virtute bullæ vel iubilei debeat necessario in confessione sacramentali fieri, n. 25.

PRÆMITTENDA est clausula bullæ hanc commutationem votorum concedens, & clausula iubilei. Clausula bullæ Cruciatæ sic se habet: *Possint eligere confessorem approbatis ab ordinario, & ab eo quemcumque peccatorum & censurarum, &c. absolutionem recipere: & illi vota omnia, vltramarino, castitatis, & religionis dumtaxat exceptis, in aliquod subsidium huius expeditionis per eundem confessorem commutare possint.* Clausula verò iubilei plenissimi, qui solet concedi petitis tribus diebus ieiunij, confessione, communione, oratione, & eleemosyna, sic se habet: *Possint approbatos presbyteros eligere, qui eorum confessionibus diligenter auditis, iniuncta* 6

licitè valeant ipsos à quibuslibet peccatis, criminibus, censuris, &c. absoluere: ac vota quæcumque ab eis emissa, castitatis & religionis dumtaxat receptis, in alia pietatis opera commutare. Quare constat ampliorem esse clausulam iubilei clausula bullæ. Per hanc enim non conceduntur votum Hierosolymitanæ peregrinationis, & religionis ac castitatis, cætera vero reseruata conceduntur. Nec commutatio in quodcumque opus pium conceditur, sed in subsidium belli. Per illam verò conceduntur omnia vota, demptis solis castitatis & religionis: & conceditur commutatio in quodcumque opus pium. Sed circa illam bullæ clausulam est difficultas de quo subsidio intelligatur, *Vivaldus candelabro Sacram. 3. p. c. 14. num. 39.* refert Doctorem Deza è Societate Iesu virum doctissimum se præsente in prælectionibus publicis Compluti legisse, posse virtute bullæ commutari vota in subsidium spirituale belli, quale sunt orationes pro felici belli euentu. Quod bulla absolutè dicat, in subsidium belli: nec minoris efficaciæ sit spirituale, sed maioris. Et ipse *Vivaldus* dicit hoc esse probabile. Idem tenet *Llamas methodo curationis 3. p. cap. 4. §. 42. ad finem*, limitans quando vota sunt personalia, & vouens ita pauper est, vt non sit subsidio temporali erogando. Et *Anton. Gomez in bulla Cruciata, clausula, 10. nu. 54.* dicit posse virtute bullæ commutari vota in subsidium belli, vel aliud opus pium, si vouens pauper sit. Sed iure optimo hoc reprobat latè *Manuel addit ad Cruciatam, §. 9. num. 10. 9.* dicens nomine subsidij intelligi temporale. Quod & fatentur omnes Doctores statim allegandi: & praxis ipsa satis testatur. Atque cum bulla orationibus contenta est, id expresse dicit. Vt constat ex aliis eiusdem bullæ clausulis. At maior difficultas est, an tota commutatio debeat esse in id belli subsidium. Id enim necessarium videtur: quia nō amplius bulla concedit, quam in subsidium belli commutare. Et ita affirmant *Sotus lib. 7. de iust. q. 4. a. 3. ad fin. corp. vers. Rursus circa eadem, Aragon 2. 2. qu. 88. ar. 12. col. 5. vers. Et ad argumentum, Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de clausibus, *c. 9. ad fin.* Et sunt clarè eiusdem sententiæ, alij dicentes hanc commutationem faciendam in temporale belli subsidium. Hi sunt *Nauar. sum. Lat. c. 12. nu. 80. vers. Admonemus insuper, Hispan. c. 28. addit. ad n. eundem Corduba summa qu. 149. 150. Angles flores 2. p.* vbi de voto, *q. vn. a. 8. diffic. 7. Garnica in expos. bullæ f. 44. Vega 2. tom. sum. c. 129. casu 106. Manuel in bulla Cruciata 5. 9. nu. 109. & addit. ad eundem § nu. 109. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 50. col. 3. vers. Commutatio voti.* At probabilius mihi est posse virtute eius bullæ vota commutari, partim in temporale belli subsidium: & partim in alia quæuis pietatis opera. Quod non obscure significant verba ipsius bullæ, vbi: *In aliquod subsidium huius expeditionis commutari.* Quasi dicat aliquam commutationis partem debere esse in eleemosynam pro belli expeditione. Et hanc esse mentem, vel inde colligitur: quòd sic maior quantitas in id subsidium congeretur. Quæ Regis Hispaniæ bullam impetrantis intentio est. Quippe si commutatio sit necessariò facienda omnino in id subsidium, rari vtentur eo priuilegio: quia vel carebunt pecunia æquali bonitati rei promissæ. (Sic enim est facienda commutatio: cum nulla cōcedatur dispensandi potestas.) Vel nolent tantam pecuniæ quantitatem cōtribuere. Et confirmatur, quia hac ratione concedit Pontifex vna cum bulla Cruciata bullam compositionis, cōtentus minori multo summa, quam reuera est debita, vt vel sic illa remissione attracti debitores incertorum contribuant partem in eiusdem belli subsidium. Et ideo hanc partem sustinent *Enriq. li. 7. de indulg. c. 30. n. 6. Vivald. candel. Sacram. 3. p. c. 14. n. 39.* & alij viri doctissimi neoterici. Et apertis verbis idem sentit *Azor lib. 11. instit. moral. cap. 18. qu. 9. fin.* quærens enim quid facturus sit pauper carens pecuniis ad bullæ cōmutationem, respondet oportere, vt det eleemosynam exiguam paupertati parem. At si necessario esset commutatio facienda omnino in hanc eleemosynam, non posset hic gaudere eo bullæ priuilegio: sicut nec potest bulla frui, si careat nummis necessariis ad eam accipiendam. Nō tamen existimo sufficere minimam pecuniæ quātitatem, facta reliqua commutatione in opera pia. Quia videtur id intentioni bullæ aduersari, quæ potius spectauit cōmutationem in id belli subsidium: sed eam prudentis confessoris arbitrio liberandam inspectis grauitate voti commutandi ac facultatibus vouentis. Et has potius attendendas credo. Vt expresse significat *Azor* in verbis ex ipso proxime citatis. Quia mens Pontificis est, vt omnes accipientes bullam eo priuilegio frui possint, contributa aliqua eleemosyna paupertati pari: vt vel sic copiosior ex multis eleemosynis, quibusdam minutis, aliis vero grossioribus, in belli expeditionem cogatur.

Hoc præmisso videtur in nullo euentu vota pertinentia ad castitatem & religionem, quamuis à vera perfectione deficiant, & ideo Episcopi dispensationi subdantur, posse commutari virtute bullæ vel iubilei. Quod ideo possit Episcopus in illis dispensare, quia secluso reseruatione poterat iure communi attento, & ideo reseruatio, tamquam ius eius auferens, sit odiosa ac restringenda, (vt diximus disp. 9. n. 3. & 5.) Quæ ratio nullatenus militat in his priuilegiis, nam iis secluso commutaturus nil poterat: atque priuilegia hęc nil circa ea vota concedunt: imò expresse illa excipiuntur in eis. Non ergo est cur dicamus eam exceptionem restringendam esse ad vota absoluta, & omnino perfecta castitatis ac religionis. Et confirm. quia priuilegia hæc bullæ & iubilei sunt tamquam odiosa stricte intelligenda (vt probaui disp. 2. n. 7.) At maxima esset hæc extensio. 2

Verum quamuis hæ rationes non modicum vrgeant, dicendum est posse virtute bullæ vel iubilei hæc vota cōmutari, quoties ita à vera votorum castitatis ac religionis perfectione deficiunt, vt possit in eis Episcopus dispensare. Quia aperta Pontificis mens est, in ea exceptione vota hæc reseruare, in solo casu, in quo Pontifici reseruantur. Et ita praxis explicuit & cōstabit ex corollariis statim inferendis. At quando de concedentis mente constat, extendenda est dispensatio quantumuis odiosa ad eos casus, (vt dixi disp. 1. nu. 11.) Et confirm. quia hæc vota non sunt in iure reseruata, sed eorum reseruatio indę deducitur, quòd in his priuilegiis, ac similibus concedentibus commutationem aut dispensationem votorum, semper hæc vota excipiantur (vt diximus disp. 9. num. 1.) Ergo eo modo, quo in his priuilegiis excipiuntur, sunt reseruata Papæ, nec potest in eis Episcopus dispensare. Signum ergo apertum est, per hanc exceptionem non excludi ea vota, quoties non censentur Papæ reseruata. 3

Hinc deducitur posse per bullam vel iubileum commutari votum temporale castitatis, vt ad annum vel aliud tempus limitatum. Et docent loquentes de bulla *Enriquez lib. 7. de indulgent. c. 30. n. 6. Vega 2. tom. sum. c. 129. casu 34. Manuel in bulla Cruciata, §. 9. nu. 120.* Et similiter votum castitatis coniugalis. Et votum non petendi debiti, etiam ex alterius coniugis licentia facti: imò quando vterque coniux communi consensu voueret nec petere nec reddere. Et loquens de voto non petendi, & per bullam, docet *Manuel 2. to. sum. c. 90. n. 3.* Et votum virginitatis seruādæ, quando constaret non esse castitatis, sed solius integritatis corporis seruandæ. Similiter votum nō nubendi. Et docent *Enriq. l. 7. de indulg. c. 30. n. 5. Manuel 2. tom. sum. c. 96. n. 2. & 5. & in bull. Cruc. §. 9. n. 121. Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de clausibus, *c. 9. col. 10. vers. Adde quod, Aragon 2. 2. q. 88. a. 3. col. 18. vers. Sed dubitabit aliquis, Vivaldus candel. Sacram. 3. p. c. 14. n. 42.* Quod intellige iuxta limitationem, quam posui disp. 9. num. 12. Et votum assumendi ordinis sacri. Sic *Enriq. ibid. Manuel. cod. §. 9. n. 122. Vivald. ea c. 14. n. 43. Beja in suis respon. casu 28. Lud. Lop. eo. c. 9. col. penult. Vega 2. to. sum. c. 129. casu 34.* Et votum diuīsū ctiuum, cuius altera pars est reseruata, vt castitatis, vel assumendi ordinis sacri, si nondum pars reseruata electa sit. Et votum assumendi habitus beatarum. Sic *Enriq. ibi, Vivald. ea c. 14. n. 44.* Et votum ingrediendi ordinem militarium, excepto ordine D. Ioannis. Quamuis *Lud. Lop. d. c. 9. ad fin.* teneat votum horum ordinum 4

num militarium reseruari. Quem reprobaui disp. 9. n. 16. Et votum perseuerandi in religione, vt tempore nouitiatus liceat ex causa iusta egredi. Et tandem potest commutari, vt votum religionis non impleatur tempore præscripto, sed aliquamdiu eius executio differatur. Ratio horum omnium est. Quia reseruatio votorum castitatis & religionis non extenditur ad hos casus, sed in omnibus illis hæc vota subduntur dispensationi Episcopi, (vt latè probaui disp. 9. à nu. 6. vsque ad 19.) vnde consequenter iuxta regulam traditam n. præc. subdentur quoque commutationi bullæ & iubilei.

5 Secundò deducitur, quid dicendum de voto strictioris religionis, vt vouens ad laxiorem transeat, *Lud. Lop. 2. p. instruct.* vbi de clauibus *c. 9. ad fin.* refert quèdam D. sensisse id posse commutari per bullam. Quia in eo potest Episcopus dispẽsare (vt probaui disp. 9. n. 17.) Sed ipse tenet cõtrarium. Quòd bulla tantum concedat commutationem in temporale belli subsidium. Atqui hanc commutationem non negaret virtute iubilei, qui in quodcumq; opus pium commutari vota concedit (vt diximus n. 1.) At posse quoq; per bullam commutari, erogata aliqua eleemosyna in belli subsidiũ, quæ suppleat eum religionis strictioris excessum, vel additis cum hac eleemosyna aliis operibus piis, quibus suppleatur, est mihi probabilius. Quia (vt n. 1. probaui) nõ est necessarium totam commutationem in belli subsidium fieri, sed partem. Quod hic seruatur.

6 Tertiò deducitur, si Pontificis præscripto sint hæc vota castitatis ac religionis commutata in materiam non reseruatam, vt in confessiones mensiruas, & alia pietatis opera, (vt fieri solet) posse eam materiam non reseruatam commutari per bullam vel iubileum. Quia in ea potest Episcopus dispensare, (vt probaui disp. 9. n. 20.) Nec obstat huic commutationi esse iam semel in eam materiam commutatum. Vt bene tradunt *Corduba sum. q. 150. Vega 2. to. sum. c. 129. casu 110. Azor l. 11. instit. moral. c. 18. q. 11.*

7 Quartò deducitur, vota castitatis emissa à coniugatis posse omnino commutari per bullam vel iubileum, in iis omnibus casibus, in quibus eò quòd deficiant à ratione voti castitatis perfecta, diximus posse in iis dispensare omnino Episcopum, tota disp. 11. Quia in iis casibus non sunt vota absoluta castitatis. Et ideo *Aragon 2. 2. q. 88. a 8. dub. vlt.* ait posse virtute bullæ Cruciatæ commutari votum castitatis emissum ab altero coniuge absque alterius licentia. Quod non censeatur votum absolutæ continentiæ.

8 Quintò deducitur, vota pœnalia castitatis & religionis posse per bullam & iubileum commutari, etiam impleta conditione. Quia tunc etiam non sunt reseruata, sed Episcopus in eis dispensat. Iuxta veriorem sent. quam tenuimus disp. 10. n. 8. Et ita tenent in casu, in quo potest Episcopus in eis dispensare, *Corduba sum. q. 152. Mesina l. 1. sum. c. 14. § 6. Perez. lib. 8. ordin. t. 19. l. 37. ad fin. Alcozer lib. de ludo, c. 13. concl. 9. Enrique. lib. 7. de indulgent. c. 30. n. 6. Aragon. 2. 2. q. 88. a. 12. colum. 8. vers. Si quis autem quærat, Manuel in bulla Cruciata, § 9. n. 124. Beia in suis respons. casu 28. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 44. col. 2. vers. Si autem sub forma, & 2. p.* vbi de clauibus, *c. 9. col. 12. Vega 2. to. sum. c. 129. casu 10. & 114.* Consultò retuli hos dicere posse commutari per bullam, casu quo in iis votis potest Episcopus dispensare. Quia aliqui ex illis censent non posse Episcopum dispensare impleta conditione, secus ante impletam: & idem dicunt per bullam: alij verò censent posse ante & post: & idem dicunt de commutatione per bullam. Et idem dicendum est de his votis, quando sunt vere conditionalia. Quia in iis quoque posse Episcopum adhuc impleta conditione dispensare, diximus disp. 11. n. 13.

9 Sextò deducitur, non esse credendum *Vivaldo in candelabro Sacram. 3. p. cap. 14. num. 41.* dicenti posse virtute bullæ vel iubilei commutari votum castitatis, quando post illud est matrimonium contractum, vt possit ille vouens petere debitum. Quia in hoc potest Episcopus dispensare (vt diximus disp. 12. num. 4.) Sed ei credendum non est Quia (vt eo num. 4. diximus) Episcopus non potest in hoc dispensare iure ordinario, & ex natura reseruationis, sed est id solius Pontificis: & sola consuetudo iuri dictionem in hoc tribuit, quæ id non obtinuit per bullam aut iubileum.

10 Septimò deducitur, nec posse per bullam aut iubileum hæc vota cõmutari in casibus, in quibus Episcopi possunt in eis dispensare, ratione solius necessitatis, quos retuli disp. 9. n. 22. & 23. Quod probaui l. 2. disp. 40. n. 9. & vltra DD. ibi relatos tenet, *Manuel quæst. regul. to. 1. q. 41. a. 9. & q. 63. a. 6.*

11 Octauò infertur, quid dicendum sit de iuramentis religionis & castitatis. Circa quæ sic distinguẽdum censeo. Si ea sint pœnalia, aut vere conditionalia, credo posse cõmutari per bullam aut iubileum: sicut de similibus votis dixi n. 8. siue cõditio impleta sit, siue nõ. Ducor, quòd habens priuilegium cõmutandi vota, possit similia iuramẽta facta Deo commutare, (vt iuxta veriorem sententiam diximus disp. 2. n. 18.) Cum ergo per bullam & iubileum possint cõmutari vota pœnalia, & vere conditionalia castitatis & religionis, poterunt quoque similia iuramenta. Vtrùm autem sit dicendum idem, si adsint iuramẽtum & votum simul: dixi disp. 2. n. 23. Quòd si ea iuramenta sint absoluta, credo nõ posse cõmutari virtute bullæ vel iubilei, etiam in casu, in quo nõ claudunt in se votum. Quamuis enim disp. 13. nu. 5. diximus posse in eis Episcopum dispensare: & subinde videatur dicendum iuxta reg. nu. 3. traditam posse quoq; per dicta bullæ vel iubilei priuilegia cõmutari: re bene inspecta contrarium est dicendũ. Quia bulla vel iubileus nil cõcedunt circa iuramẽtorum commutationem, sed eam potestatem dedimus ex potestate circa similia vota. Cum ergo nil concedant circa vota similia, nempe, absoluta castitatis aut religionis, non est vnde colligamus potestatem hanc circa ea iuramenta commutanda. Nec obstat regula n. 3. tradita. Quia agit de votis, quæ expresse in bulla & iubileo conceduntur, in casibus in quibus subsunt dispensationi Episcopi.

12 Vtrùm autẽ possit fieri dicta cõmutatio votorum & iuramentorum per bullã & iubileum, quãuis vouens prius impetrarit dispensationẽ aut cõmutationem à Pontifice, vel Põtifex aditus denegarit: vel prius noluerit confessori sed remiserit ad Pontificem, cui pœnitens iã se præsentauit: vel quãuis sciatur Pontificem numquã velle cõmutare, nisi in quædã certa opera? diximus disp. præc. n. 7. & 8.

13 Demum supersunt aliquæ difficultates dissoluendæ. Prima est, an commissarius bullæ Cruciatæ possit dispensare ad petendum debitum cũ coniuge, cui id interdicitur ratione affinitatis, aut cognationis spiritualis contractæ cum altero coniuge? Et quando id impedimẽtum ex affinitate consurgit, certũ est eum posse: vt constat ex facultatibus ipsi concessis in bulla Cruciata Latina. Et bene aduertit *Manuel l. to. sum. 2. edit. c. 243. n. 12. & addit. ad §. 13. n. 17.* Qui addit in hoc posteriori loco posse quoque quando impedimentũ consurgit ex cognatione spirituali. Ducitur, quòd cũ concessio dispensandi in impedimẽto affinitatis sit fauorabilis, extendenda est ad hunc casũ, qui minor est, ac in eo maior dispensandi ratio inueniatur. At id non credo. Quia cum sint diuersæ rationis impedimẽta, nec in verbis concessionis vnius possit alterũ comprehendi: non potest concessio vnius ad alterũ protrahi. Potestas enim dispensandi, quæ fauorabilis est, ac extendenda, non protrahitur ad casus, qui sub concessionis verbis non possunt comprehendi: vt dixi disp. 2. n. 2.

14 Secunda difficultas est. An concedẽte Pontifice facultatem confessario, vt commutet quoddam votum, quod quidam emiserat dãdi certam eleemosynã quotidie pauperibus, & quia magnã quantitatem debebat, remisit partem, iniungẽs vt aliam partem tribuat, possit per bullam pars illa debita aut per iubileũ commutari? *Azor l. 11. instit. moral. c. 18. q. 11. §.* ait posse commutari votum, quod in futurũ refertur, at non posse eam pecuniæ partem, quã iussit Pontificis soluere cogitur, remittere ex toto aut ex parte.

Atque

Atque generaliter tradit non esse idem commutare votum, eo quod votum non sit solutum. Et proinde videtur sentire pœnam ex fractione voti incursam non posse commutari virtute bullæ aut iubilei. Quod expresse tenet *Nauar.l.3.cons.8.de voto,in prioriedit. cons.35. per totum, in poster.cons.toto* 32. *Graffis* 1.p.*decis.l.*2.*c.*28.*n.* 5. vt si quis promisit se non lusurum sub pœna dandi certam eleëmosynam,& fregit votum, non poterit commutari eleëmosyna illa ex violato voto debita. Probatque *Nauar.* Quod hæc priuilegia solam voti commutationem indulgeant. At aliud est commutare votum, & commutare pœnã ex voti fractione debitam. Et cõfirm.quia hanc pœnam nõ produxit votum,sed eius violatio. Tãdem,quia aliud est obligatio ad pœnam incursam ratione violati voti: & aliud est votum ipsum. At dicta priuilegia tantum concedunt commutari votum,nulla facta mentione pœnarum incursarum.Sed vt meam sent.explicem,incipiens ab hac posteriori parte existimo eleëmosynam illam debitã virtute illius voti pœnalis, ex eius violatione: vel etiam ex voto directo, vt si quis promisisset quotidie certam eleëmosynam, quam multis diebus non soluit, posse commutari virtute bullæ vel iubilei, sicut & ipsum votum. Ducor,quod in vtroque exemplo pœna debeatur virtute voti, quoad illam se vouens obligauit: nec in voto illo pœnali debetur ea pœna ex mera voti fractione,sed ex vi voti,quo vouens se ad illam astrinxit, casu quo violasset votumatq; ita seclusa eo voto eam nõ deberet. At Pontifex in his priuilegiis nullũ ex his votis excepit. Nec fuit opus, vt Pontifex in iis priuilegiis mentionem faceret pœnarum incursarum ex voti violatione. Quia satis est illas ex mero voto deberi: & Papam concedere facultatem circa vota.Et confirm.quia ferè omnes DD.fatentur his temporibus posse virtute bullę vel iubilei commutari votum pœnale castitatis & religionis, etiã iam pœna incursa,non tantum quoad votum in posterum, sed etiam quoad pœnam iam ex voti violatione debitam: (vt nu.8. diximus) & qui id negant, non innituntur pœnæ iam incursæ,sed iam esse votum absolutum rei reseruatæ, nempe,castitatis aut religionis, eos ducit ad negandam hanc potestatem.Nil ergo refert,iam pœnam pecuniariam debitam esse ex voti transgressione, vt ob id negemus potestatem hanc commutandi. Deinde,quia licet aliud sit votum commutare, & pecunias iam debitas ex voto ad hunc sensum,vt ex sola voti commutatione aut dispensatione, non censeantur illæ pecuniæ commutatæ aut remissæ,quia ea dispẽsatio aut commutatio absolute facta, intelligitur de voti obligatione in posterum, at non sunt vere diuersa quoad potestatem commutandi aut dispẽsandi absolute concessam circa vota. Cùm enim eadem sit voti obligatio quoad pecunias iam debitas ex fractione voti,vel debendas, ea potestas ad vtrumque se extendit.Quoad priorem autem partem,quando nempe Papa remisit solam pecuniæ partem debitam, iniungens vt reliquam solueret: sic distinguendum est,si confessarius ille limitatam habuit potestatem à Pontifice commutandi id votum, facta relaxatione partis eleëmosynæ debitæ, per ipsum Papam,manifestum est non posse cõfessarium,virtute eius facultatis, aliquid disponere circa pœnam eleëmosynæ debitæ,iussæ per Põtificem solui.Quia fuit commissio limitata. Insuper nullus inferior etiam Episcopus poterit circa illam dispensare,nisi ex noua causa.Iuxta dicta disp.præc.n.5. quia iam Pontifex denegauit huic dispensationem circa reliquã partem pœnæ. At credo posse commutari facultate ordinaria, aut per bullam vel iubileum:imò si esset in manifeste melius, per ipsummet voentem, propria auctoritate. Quia Pontifex non denegauit commutationem, sed remissionem: nec præcepto illo suo nouum vinculũ implendæ illius pœnæ imposuit, sed noluit in vinculo voti dispensare. Remanet ergo pœna illa tanquam ex voto debita, subiecta commutationi habentis absolutam facultatem ordinariam,vel ex priuilegio commutandi vota.Et cùm solus Deus, cui votum factum est,sit creditor illius eleëmosynæ,poterit ea commutari ab ipsomet vouente in rem manifestè Deo gratiorem: retenta veriori opinione tenenti per hæc vota non acquiri ius parti, in cuius vtilitatem cedere debet eleëmosyna,antequam ipsi intimentur,sed soli Deo.

Tertia difficultas est, an tempore quo durant iubileus aut bulla,possit confessarius votum cõmutare, dicendo sic:Commuto tibi ex nunc hoc votũ in id, quod quidam vir doctus iudicarit commutandum? Resp. affirmatiuè, & posse confessarium,transacto tempore iubilei aut bullæ,materiam determinare.Quia vir doctus non commutat,sed tantum declarat materiam, in quam confessarius vere commutauit.Hic enim tanquam delegatus non potest subdelegare.Sic ait in quodam simili *Nauar.sum.c.*26. *n.*13.Et in propriis terminis docent *Manuel addit ad bullam,* §.9.*n.*115.*Vivald.cand.l.sacram.*3.*p.c.*14.*nu.*40. *Graffis* 1.*p.decis.l.*4.*c.*15.*n.* 47. Subdit *Manuel ibid.*hunc fore reum voti violati,si illi contraueniat, antequam vir doctus declaret materiam.Quod commutationis executio sit in pendenti,donec vir doctus determiner materiam.Sicut dum Papa dispensat, committens ordinario vel confessori examen veritatis precũ,reus hic voti esset,illi contraueniens, antequam illi declarent. Sed hoc additum non credo: existimo enim hunc non fore reum voti, cõtraueniendo illi,ante declarationem illius viri docti. Neque est simile exemplum ad dictum. Quia animus Pontificis non est omnino dispensare, sed vel delegare ordinario aut confessori, vt dispenset veritate precum præcognita: vel saltem dispensationis vim suspendere vsque ad id tempus. Qui animus vel inde colligitur: quia ad rectè dispensandum desideratur præcognitio veritatis precum. At non ea mens confessoris est.Quia nec potest delegare:nec aliquod causæ examen præmitti necesse est,vt ideo dicamus confessarij commutationem esse in pendenti. Sed ipse re vera commutat: ac subinde obligationem voti extinguit circa materiam prius promissam, eam transferens in materiam,quam vir doctus subrogandam iudicarit. 15

Quarta difficultas, an trãsacto iubilei tempore possint commutari vota ante illud emissa,nec tunc commutata? Quod magni momenti est scire, propter vota peregrinationis Hierosolymitanæ,Romanæ ac Cõpostellanæ, quæ cõmutari in quodcunque opus pium concedit: quæ alias soli Põtifici reseruantur.Et cõtingit vouentem obtinuisse postea iubileũ,nec tunc potuisse dispensationem. Supponenda autẽ est clausula iubilei.Prius enim tempus præscribit, intra quod diligentiæ sunt exequendæ, ad illum cõparandum:& tunc dicit, *Prima hebdomada,vel altera subsequenti à die publicationis.* At dum descendit ad indulgẽtias concessas,ibi ait absq;limitatione aliqua temporis: *Concedimus vt possint hac vice tantum idoneas presbyteros approbatos eligere,quicorum cõfessionibus diligenter auditis, licite valeant ipsos absoluere,&c. ac vota cõmutare,* &c. Et quidẽ si confessarius tempore iubilei cõmutauit omnia pœnitentis vota, quæ virtute illius cõceduntur: (quod potest facere cõmutando ex tunc,in id quod ipse vel alius iudicauit, quãdo pœnitens voti emissi memor fuerit(iuxta n.præc.dicta:) non est dubium quin reseruatio tollatur. Quia iam tempore habili vota cõmutata sunt,sola materiæ subrogandæ declaratione in posterũ relicta,(vt n.præc.probaui.) Atq;ita in simili loquentes de absolutione generali à censuris reseruatis, & dispẽsatione in irregularitatibus tradũt *Rosella verb.Confessio,*2.*n.*9.*Angel verb.Cõfessio,*1.*n.*12. *Sylu.verb. Confessio,*1.*q.*4.*Nauar.sum.c.*26.*n.*15.*Maiolus l.*4.*de irreg.c.*51.*n.*6. *Enrig.l.*14.*de irreg.c.*17.*n.*4.*fin.Sayro thesauro casuum,to.*1.*l.*7. *c.*14.*n.*8.*&* 9. vbi tradũt generalem absolutionẽ aut dispensationem virtute priuilegij factam extendi ad oblitas ac proinde,quandocunq; postea in mentẽ venerint, iam cessasse reseruationem: nec esse amplius necessariam dispensationem in illis irregularitatibus oblitis.Quare colligunt sanum semper consilium esse, vt tempore quo iubileus aut aliud priuilegium durat,faciant pœnitentes secum dispensari,& se absolui, quantũ extenditur potestas 16

confessoris, vt sic gaudeāt dicto beneficio quoad oblita.

17 Maior difficultas est, quando ea commutatio generalis non præcessit, sed aut nulla vota commutata sunt, aut ea sola, quæ pœnitens confessori detegit. Et quidem *Rosella, Sylvest. Sayro n. prec allegati*, loquentes de absolutione à reseruatis, & dispensatione in irregularitatibus, dicunt adeundum esse superiorem, cuius erat ea absolutio & dispensatio, quoties tempore iubilei non præmissa est generalis absolutio aut dispensatio. Et potest probari. Quia cùm iam tempus iubilei transactum sit, cessauit id priuilegium pro eo solo tempore concessum. Verùm dicendum est, posse transacto iubilei tempore commutari vota oblita, quæ tempore iubilei commutari poterant: ac dispensari in irregularitatibus, & absolutionem à reseruatis impendi. Quod docent *Stunica q. 5. de voto, n. 39, Enriquez l. 7. de indulg. c. 11. n. 4. Emm. Sa sum. verb. Indulgētia, n. 14.* & alii neoterici docti. Huius rationem reddit *Emman. Sa*, quod cœpta semel causa, maneat delegati potestas, donec ea causa terminetur. At quando pœnitens tempore iubilei fassus est ad eum comparandam, quamuis cōfessionem perfecerit, quasi cœpta manet causa quoad omnes casus prætetitos concessos in eo iubileo, tam quoad absolutionem, quàm quoad dispensationem. Ergo quādocunque in mentem venerint, potest cōfessor tanquam causam prosequens absoluere ab illis, aut in illis dispensare. Sed hæc ratio corruit. Quia licet potestas delegati quoad negotia cœpta non cesset delegātis morte, *c. Licet, vndeque, de offic. deleg.* at quando ad præfixū terminum concessa est, finitur omnino transacto termino etiam quoad res inceptas, nisi terminus præfixus ante eius transitum communi partium consensu prorogetur. Vt expresse decidit *c. Decausis, de offic. deleg.* Potestas ergo ea concessa confessario pro iubilei tempore, & finita tunc cōfessione, expirabit prorsus eo transacto. Quare id fundamentum tantum posset habere verum, quando intra iubilei tempus cœpta est confessio: & ex causa consentientibus confessario & pœnitente, differtur reliqua confessionis pars aut absolutio. In quo etiam casu id fundamentum afferunt *idem Emm. Sa ibid. & Enriquez l. 7. de indulg. c. 11. n. 3.* Quia tunc prorogatur iurisdictio ex partium consensu. Vnde legitima ratio est. Quamuis opera in iubileo præscripta ad eius assecutionem alligentur tempori designato in eo, ita vt eo tempore transacto fieri nequeant: at iis factis in illo tempore, consequens iubileum comparat priuilegium, vt absoluatur ab omnibus reseruatis, & in quibusdam secum dispenseretur, & vt cōmutentur ei vota vsque ad iubilei tempus emissa. Quod vtiq; priuilegium tempori certo astrictum nō est. Vt constat ex iubilei tenore n. præced. relato, qui sola opera tempori alligauit. Sicut si Pōtifex eroganti certò die eleemosynam concedat priuilegium aliquod, erogatio alligatur tempori, priuilegium autem minimè. Et confirm. quia in bulla Cruciata Pōtifex expressit finito anno cessare eius priuilegia. At in iubileo id nō expressit. Secūdò, quia ratio, ob quam communiter DD. asserūt peccata tempore iubilei oblita non manere eo transacto reseruata, non est eo quod pœnitens sit ab eis tempore illo iubilei indirectè absolutus, dum à cæteris confessis absolutus est (vt bene probat *Suarez 4 p.* vbi de Sacram. pœnit. *disp. 31. sect. 4. n. 13.*) & cōstat, quia si quis fateatur superiori quasi priuato confessario, absque intentione aliqua casuum reseruatorum: eo quod nullum credebat se habere: & simili modo absolueretur à superiore, manifestum est non ob id peccatum reseruatum oblitum amittere reseruationē (vt ibi probat *Suarez n. 18.*) cùm tamen sit pœnitens ille indirectè ab eo reseruato absolutus. Sed legitima ratio est, (vt bene tradit *ibi Suarez. n. 20.*) Quia ius acquisiuit pœnitens per ipsum iubileum, vt posset postea libere cuiuis cōfessario reseruata oblita fateri. Quæ ratio etiam in hoc casu militat. Similiter enim dicemus per illum iubileum acquisiisse hunc libertatem à reseruatione votorum: cum eodem prorsus tenore vota reseruata ac peccata concedantur. Sed dices iubileum tantū concedere facultatē pro vna vice eligēdi cōfessoris, qui absoluat à reseruatis, & vota commutet. Et illi soli confessori videtur data hæc facultas. At pœnitens iam tempore iubilei eligit confessorem, qui perfectè functus est tunc munere suo, ergo nec illum, nec alterum poterit postea eligere, vt vota commutet. Sed respondeo cum *Suarez ea sect. 4. n. 21.* illam distinctionē confessorum esse quasi materialem. Omnes enim cōplent quasi vnum integrū ministrū, à quo directè omnia illa peccata tollūtur, ac vota cōmutantur, vsque ad iubilei tempus facta.

Hinc deducitur primò, quamuis tempore iubilei pœnitens voti emissi memor noluerit petere commutationem, posse eum transacto iubileo eam petere: atq; ideo dico de dispensatione in irregularitate, ac cæteris in iubileo cōcessa. Ita sentiunt aliqui neoterici docti cōtra alios neotericos. Ducor, quia etsi semel noluerit eo priuilegio vti, cum tamen id perpetuum sit, nec tempori alligatum pro casibus ante iubileum admissis, potest mutata sententia eo vti. Vti dicemus disp. 32. n. 2. 18

Secundò deducitur, quid dicendum sit quando ille nullam cōfessionem fecit tempore iubilei, eo quod præmissa sufficienti conscientiæ discussione, nullius culpæ mortalis meminit, impleuit tamen cætera opera in iubileo petita. In quo euentu etsi communior ac verior opinio habeat, hunc non lucrari iubileum: at est probabile oppositum. Vt censet *Enriq. l. 7. de indulg. c. 12. n. 2.* vbi tantum tutiorem vocat contrariam sent. ac vtriusque auctores refert: retenta ergo hac opinione probabili asserenti hunc cōparasse iubileum, adhuc sentit *Enriq. l. 6. de pœnit. c. 16. n. 6.* hunc non posse transacto iubileo absolui à reseruatis oblitis tēpore iubilei, nec vota eius cōmutari. Quia iam tempus delegationis præteriit, nec causa intra illud cœpta est. At meritò alii neoterici docti, quos refert *Enriquez ea. n. 6. in comment. lit. H.* dicunt posse. Quia semel obtentus iubileus dat ius omni tempore eligendi confessoris, pro iis, quæ vsque ad tempus iubilei finitum reseruata erant (vt n. 17. probauimus.) At vera esset contraria sent. si posse postea absolui hunc à reseruatis, eiusve vota commutari, inniteretur ei rationi, quam ibi impugnauimus, nimirū potestatem vsque ad certum terminū delegatam non expirare eius lapsu, quoad solas causas cœptas. Cùm enim in hoc casu causa nullo modo cœpta sit tēpore iubilei, expirasset omnino priuilegiū per iubileū cōcessum. 19

Quinta difficultas est. An si hic absolutus est à reseruatis, ac votorum commutationem virtute iubilei, quē lucrari intendebat, obtinuit, illum postea nō lucretur, maneat liber à reseruatis, à quibus absolutus est, & à votis cōmutatis? Et primò si verè eum non intendebat lucrari, manifestum est à neutro eum liberū manere. Quod Papa iubilei priuilegia minimè concedat, nisi in ordine ad illū obtinendū. Nō ergo iis gaudebit, qui nequaquam illum obtinere intendit. Quando autem tempore absolutionis intendebat lucrari, & postea verè non lucratus est, affirmant quidam hunc reincidere in pristinam casuū reseruationem. Quod absolutio ab iis tacitam habeat conditionem, si postea iubileus obtineatur, virtute cuius impensa est. Sic *Angles floribus 1. p.* vbi de confess. *q. 3. a. 5. dissic. 4. Manuel in bulla Cruciata, §. 2. n. 8.* & alii neoterici, quos tacito nomine refert *Cordubа stat. in allegandi.* At verius est, reseruationem non reuiuiscere, sed manere illum verè absolutum. Quia quamuis ea absolutio impertita fuerit in ordine ad futuram iubilei consecutionem, at non dependet ab ea, vt à cōditione de futuro: sic enim absoluere nefas est. Nec absolutio illa à censuris data est ad reincidentiam. Id enim iubileus non explicat, & quando id Pontifex intendit, solet exprimere. Vt constat ex *c. Eos qui, de sentent. excomm. in 6.* Et ideo hanc partem videtur expresse tenere *Nauar. sum. c. 26. n. 12.* Et expresse tenent *idem Nauar. miscellan. 93. de orat. n. 2. Cordubа sum. q. 22. Enriq. l. 6. de pœnit. c. 16. n. 6. & l. 7. de indulg. c. 11. n. 4. Suarez to. 4.* vbi de confess. *disp. 31. sect. 4. n. 5.* & latius *to. 5. de censur. disp. 7. sect. 5. à n. 30. vsque ad 34. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 184. nn. 15. Vinald. eandel.*

cand. sacram. 3.p.c.14.n.59.& 60. Hugolen. de censuris, tab.1.cap. 10.§.4.n.4. Graffis 1.p.decis.l.4.c.15.nu.37. Emm. Sa sum. verb. Absolutio,n.19.

21 Sed dubitari potest, an si in ea confessione alicuius reseruati oblitus sit, extincta sit reseruatio, adeò vt possit ab illo à quocunque confessario postea absolui? *Suarez 4.to.* vbi de confessione, *disp.31.sect.4.n.23.* ait esse valde probabile manere reseruationem: atque in hanc partem magis inclinat. Quippe cum priuilegium hoc ratione consecutionis iubilei concessum sit, non videtur pœnitẽs eo priuilegio posse frui, in iis, quæ ad effectum tempore iubilei perducta nõ sunt. Quale est ablatio reseruationis peccati oblati. Hoc enim peccatum non est confessioni subiectum: & ideo ex hac parte non est ablata reseruatio (non enim ad id sufficit absolutio indirecta ab illo: vt probaui n.17.) Neque alia via satisfactum est intentioni Põtificis reseruantis: cum hic iubileum consecutus non sit, cuius virtute reseruatio peccati obliti extinguenda erat. Sed meritò *idem Suarez ibi n.24.* ait esse probabile extingui reseruationem (quod ego probabilius existimo.) Quia cũ confessio illa valida fuerit, (vt supponimus) cõfessor absolues directè peccatis confessis, & indirectè ab oblitis virtute iubilei, intendit omnino auferre reseruationem: cùm absoluat in quantum potest, & re vera potest. Cùm est ergo cur dicamus eam reseruationem reuiuiscere, non obtento postea iubileo. Quamuis enim possit aliquis dicere effectum auferendæ reseruationis tanquam non sacramentalem posse dependere à futuro euentu: at sic dependere nulla ratione fulcitur. Cùm nil sub futuri euentus conditione concedatur in iubileo. Et ita sustinet *Manuel 1.to sum. in 2. edit. c.184.n.15.* Hoc tamen intelligo, si aliquam confessionem tempore iubilei præmiserit pœnitens: secus si nullam præmisit, eo quod non haberet conscientiam culpæ lethalis. Quia non est ablata reseruatio illa nisi per absolutionem sacramentalem tempore iubilei factam, aut eo transacto virtute eius faciendam. At nulla tempore iubilei facta est, neceo transacto impendi potest. Quia priuilegium vim non habet, eo quod iubileus non est comparatus. Et confirm. Quia iubileus non aufert ipso facto reseruationem casuum, sed cõfert facultatem confessario auferẽdi media absolutione, quæ tunc non est impensa, nec modo impendi valet.

22 Si verò loquamur de votis tempore iubilei commutatis: quidam censent ea non manere vere commutata, si postea iubileus non obtineatur. Quod cùm commutatio illa possit licitè fieri sub conditione futuri euentus cõsecutionis iubilei, vtpote, quæ sacramẽtalis non est, sic videtur concessa à Papa. At probabilius est, manere verè commutata. Quia eodem tenore absoluto, ac nulla conditione posita, conceditur in iubileo absolutio à reseruatis, & votorum commutatio. Ergo cùm semel legitimè facta fuerit, ac subinde extincta prioris voti obligatio, non est dicendum eam postea votorum obligationem reuiuiscere, non obtento iubileo. Et ita sentiunt *Enriquez vtroque loco, Emm. Sa, Vizald. allegati n.20. Manuel 1.to. sum.2. edit c.184.n.15.* Atque idem credo de cæteris dispensationibus virtute iubilei factis ob eandem rationem. Et idem dicẽdum est, quando confessarius tempore iubilei commutarit vota, non præscribens opera subrogata, sed ea à se vel ab alio postea præscribenda remittens, etiamsi voti commutati non fuerit conscius confessarius, sed generaliter sic commutarit omnia vota vsque tunc emissa à pœnitente, inquantum potest virtute iubilei. Quia verè facta est commutatio tempore iubilei, vt diximus n.15.

23 At si tempore iubilei nulla commutatio voti obliti facta est, non potent postea eo non obtẽto fieri. Quia cùm verè id votum commutatum non sit, nec circa illud aliqua actio virtute iubilei exercita, & quando commutandum est, non extet priuilegium, eo quod iubileus non sit comparatus, nullatenus poterit commutari.

24 Sed dubitabis, an hic qui iubileum obtinere intẽdens, obtinuit virtute illius absolutionem à reseruatis, & voto-

rum commutationem, reus sit culpę, si postea mutata voluntate illum non comparet? *Suarez 4.p.* vbi de pœnitẽtia, *disp.31.sect.4.n.5.* ait se probabiliter existimare grauem esse culpam. Quod id sit contra virtuale pactum inclusum in eo beneficio recepto. Nam absoluens ac commutans virtute iubilei, censetur imponere onus exequendi necessaria ad eius consecutionem: idque est tanquam pœnitentia iniuncta, & acceptata in satisfactionem pro talibus culpis. Verum quamuis hoc probabile sit, probabilius tamen credo nullam esse culpam. Quod alias relatis sustinui l.1.disp.43.n.9. Quod nulla ratione probetur id propositum transire in pactum, vel esse pœnitentiam acceptatam.

Vltima difficultas est. An hæc commutatio votorum 25
virtute bullæ vel iubilei debeat necessariò audita confessione sacramentali fieri? Quibusdam videtur id exigi quando virtute bullæ Cruciatæ fit commutatio. Quod soli confessori approbato ab ordinario, & electo ab habenti bullam, hæc facultas committatur. Item quia hæc facultas cõceditur in ordine ad internam ac bonam animi dispositionem. Solum ergo datur intra pœnitentiæ Sacramentum. Sic à fortiori tenebunt omnes, qui cẽsent non posse absolutionem ab excommunicatione virtute bullæ impendi extra confessionem. Atque in propriis terminis docent *Manuel in bulla Cruciata, §.9.nu.113.reg.9. Lud. Lopez 2.p instruct.* vbi de clausibus, *c.9 col.9. Vega 2.tom. sum.c.129.casu 34.* At multo probabilius est, non esse opus confessione. Quod bulla indulgens id priuilegium non dicat, Auditis confessionibus. Nec rationes contrariæ id exigi probant. Petitur enim in bulla, vt commutaturus vota sit confessor approbatus ab ordinario, non quasi necessariò sit confessionem auditurus: sed quia præsumitur vir doctus, nec modica scientia desideratur ad hanc commutationem, quæ in rem æqualem est faciẽda. Nec hanc facultatem concedi in ordine ad internam ac bonam animi dispositionẽ, arguit concedi solum intra confessionem, sed tantum non concedi pro foro externo, sed pro solo interno conscientiæ. Atque hãc partem sustinebunt, qui censent absolutionem ab excommunicatione posse impendi virtute bullæ extra confessionem. Et in propriis terminis tenent *Enriquez l.7. de indulgent. c.30.n.6.* Et tanquam probabile *Manuel 2.to. sum c.99.n.6.* & fere expresse tenet *Sotus lib.7. de iust.q.4.a.3, col.9. vers. Posset hoc de priuilegio,* vbi ait dispẽsationem voti nil ad forum pœnitẽtiæ pertinere, sed esse distinctam facultatem, quam Põtifex suscipienti bullam concedit. Maior difficultas est, an sit necessaria cõfessio, quãdo virtute iubilei fit commutatio. Quia in eo dicitur, Auditis cõfessionibus: vt constat ex eius clausula relata n.1. At credo etiam tunc non esse necessariam confessionem. Vt loquentes de priuilegiis religiosorum, in quibus est eadem clausula, sustinebimus disp.seq.n.vlt. Et ibi contrariis satisfaciemus.

DISPVTATIO XVI.

Quid possit fieri per religiosorũ priuilegia circa commutationem votorum castitatis, & religionis, ac aliorum, quæ matrimonio obstant, eorumve dispensationem, ac petitionis debiti ratione voti, affinitatis vel cognationis spiritualis coniugi interdictæ?

SVMMARIVM.

Proponuntur priuilegia religiosorum circa commutationem & dispensationem votorum. n.1

Explicatur quando concedatur commutatio aut dispensatio circa vota castitatis aut religionis, & alia matrimonio obstantia, per priuilegia religionis, & quando denegetur. n.2.

An possint religiosi dispensare in voto castitatis ante matrimonium emisso ad petendum debitum. n.3.

Quid si nondum est matrimonium consummatum. n.4. Et ibi, quid de priori bimestri, vel si alter in adulterium incidat

Quid si votum castitatis est emissum post matrimonium. n.5.

Quid, si voti religionis, & non sit consummatum matrimonium. n.6.

Quid circa iuramenta absoluta aut conditionalia religionis, aut castitatis. n.7.

An possint religiosi dispensare ad petendum debitum, quando affinitas post matrimonium contracta est, n. 8.
Quid quando cognatio spiritualis, n. 9.
An hæc facultas religiosorum commutandi aut dispensandi intelligatur cum solis subditis Episcopo diœcesis in qua sunt, n. 10.
An hæc commutatio vel dispensatio fiat sciendis in confessione, n. 11.

1 PRÆMITTENDVM est, quæ priuilegia habeãt circa hoc religiosi. Paulus III. cõcessit religiosis Soc. Iesu facultatem commutandi vota his verbis: *Cõceditur facultas quorumcunque vndecunque ad vos venientium confessiones audiẽdi: & confessionibus diligenter auditis, ab omnibus peccatis etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & à quibuscunque ipsis casibus resultantibus sententiis, censuris, & pœnis, exceptis contentis in bulla cœnæ, absoluendi nec non & vota commutandi.* Et Gregorius XIII. an. 1575. in sua bulla in fauorem Soc. Iesu concessa, incipienti, *Ad perpetuam rei memoriam, decet Rom. Pontificem*, hoc priuilegium extendit ad vota iurata, his verbis: *Insuper facultatem aliàs presbyteris Soc. prædicta à Sede Apostolica concessam commutandi vota, etiam ad iurata, dummodo commutatio hujusmodi in alterius præiudicium non fiat, extendimus.* Et P. N. *Generalis in compend. nostrorum priuileg. verb. Commutatio*, §. 1. communicat totam hanc facultatem omnibus confessariis è Soc. Iesu à superiore deputatis, & ab ordinario iuxta formam Tridentini approbatis. Excipiuntur autem in prædicta facultate Pauli III. quinque vota reseruata, his verbis: *Vota quæcunque vltramarinis, visitationis liminũ B. Petri & Pauli de vrbe, ac S. Iacobi in Compostella, necnon religionis & castitatis votis dumtaxat exceptis, in aliis pietatis operis commutandi.* Quare constat hoc priuilegium quodammodo esse amplius, & quodammodo strictius, quam priuilegium commutandi vota concessum in bulla Cruciata vel iubileo: amplius enim est, quia in bulla nõ conceditur facultas commutandi in quæcũque pietatis opera, sed in subsidium belli (vt disp. præc. nu. 2. explicuimus.) Insuper nec in bulla, nec in iubileo conceditur facultas directa circa iuramenta, sed indirectè ex facultate concessa circa vota ea facultas deducenda est: vnde virtute eorum priuilegiorum nil poterit confessarius, quando adest expressum votum & iuramentum, nisi in quodam casu (vt diximus disp. 2. n. 23.) nec circa iuramenta, quando vota eiusdem materiæ non conceduntur per ea priuilegia (vt diximus disp. præc. num. 11.) At virtute huius priuilegi possunt religiosi è Soc. Iesu commutare vota in quæcunque opera pia: possunt etiam directè commutare iuramenta, & quando expresse adsunt etiam vota, poterunt vtrumque vinculum commutare. Et quamuis votum alicuius materiæ nõ concedatur in hoc priuilegio, sed quinque vota excipiantur, poterunt commutare iuramenta eiusdem materiæ in casu quem n. 7. explicabo. Est autem strictius, quia in hoc excipiuntur quinque vota: at (vt disp. præced. n. 1. diximus) in iubileo sola duo excipiuntur, nempe, castitatis & religionis: & in bulla vltra hæc duo votum peregrinationis Hierosolymitanæ. Circà facultatem autem dispensandi circa vota Innoc. VIII. concessit mendicantibus posse dispensare in votis, in quibus possunt Episcopi, exceptis peregrinationis vltra duas dietas. Quod priuilegium refert *Sorbus in compendio priuilegiorum mendicantium, verb. Absolutio quoad seculares, nu. 12. & Manuel in expost. Cruciatæ* §. 9. *n.* 141. dicens has duas dietas esse viginti leucas. Quamuis *in sum. 2 to. c.* 100. *n.* 3. dicat esse quatuordecim leucas. Sed credo esse errorẽ typographi, quia refert se ad prædictũ §. *Bullæ*, vbi ait esse viginti leucas. Quod idem aiunt *Rebuffus de priuilegiis scholasticorum, priuileg.* 161. *& Azebedo* alios referens *lib. 1 recop. regia, t. 7 l. 20. nu. 2.* Sed amplius hoc priuilegium dispensandi circa vota concessum est. Vt constat ex *compendio priuil. Soc. Iesu, verb Dispensatio*, §. 10. vbi sic dicitur: *per facultatem Benedictinis concessam à Martino V. possunt nostri confessores, deputati dispensare in votis etiam Episcopo reseruatis.* Vbi P. N. Generalis ait hanc facultatem communicari omnibus superioribus, & aliis confessariis, quibus ipsi eam commiserint.

Hoc ergo præmisso, ratio suadens nil posse religiosos
2 Soc. Iesu virtute huius priuilegii circa vota castitatis & religionis commutanda, est eadem, quam disp. præc. n. 2. proposuimus, ad probandum non posse confessarios per bullam vel iubileum. Sed vt ibi dixi n. 3. aperta mens Põtificis est, in eo solo casu hæc vota excipere, in quo nequit circa ea Episc. dispensare. Et ideo possunt commutari per hoc priuilegium ea omnia vota, quæ disp. præc. n. 4. 5. 6. 7. 8. 12. 14. diximus per bullam vel iubileum. Quia eodem prorsus tenore exceptio fit votorum castitatis & religionis in hoc priuilegio, quo in bulla ac iubileo. Et difficultas, quæ ibi est circa commutationem voti strictioris religionis in laxiorem virtute bullæ, cessat in hoc priuilegio: sicut ibi diximus cessare in iubileo. Quia hoc priuilegiũ, sicut & iubileus concedit commutationem in quæuis opera pia. Et ita loquentes de votis pœnalibus religionis & castitatis, posse ea virtute huius priuilegii commutari, casu quo potest in eis Episcopus dispensare, tradunt *Corduba sum. q. 152. Manuel in bulla Cruciatæ*, §. 9. *nu. 124. & qu. regular. 1. to q. 63. a. 7. Vega 2. to. sum. c. 129. casu* 114. Imò & in his votis pœnalibus ait bene *Corduba* posse religiosos dispensare virtute priuilegii citati num. præced. Cui addo in omnibus casibus dictis, in quibus possunt ea vota commutare, posse quoque eos dispensare. Cùm priuilegium sit ad dispensandum in omnibus votis Episcopo concessis. Quod eo vel maximè verum est, quia hæc priuilegia commutandi & dispensandi sunt largè interpretãda, vtpote toti religioni cõcessa. Iuxta dicta disp. 2. num. 13. Et quia sunt erga personas indeterminatas, iuxta disp. 2. n. 6. Non tamen poterunt commutari hæc vota, nec poterit in eis dispensari virtute dictorum priuilegiorum, quando Episcopus in eis ratione solius necessitatis potest dispensare. Vt diximus loquentes de priuilegiis bullæ & iubilei disp. præced. n. 10. & ibi probauimus.

Insuper Prouinciales mendicantium habent priuile- 3
gium, vt possint concedere suis confessoribus approbatis iuxta Tridentini normam, auctoritatem dispensandi ad petendum debitum, cum his, qui ante matrimonium castitatem vouerant. Hoc enim eis concessit Pius V. viuæ vocis oraculo. Vt testantur *Veracruz 1. p. speculi, a. 15. paulo ante dub. 2. Cordoba summa, qu. 156. puncto 2. Palacios 4. d. 32. disp. 2. col. 27. vers. Suffragatur communi placito. Manuel in bulla*, §. 9. *n.* 145 *& 1. to. sum. 1. edit. c. 143. num. 14. & q. regul. 1. t. q. 63. 2. a. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 2. nu. 9.* Et *in nostris priuilegiis, verb. Dispensatio*, §. 9. idem priuilegium refert: & addit P. N. Generalis id priuilegium communicari Prouincialibus & aliis confessariis, quibus per se vel per alios id commiserint.

Restringunt autem quidam, vt intelligatur hoc priui- 4
legium, quando vouens castitatem matrim. iniit & consummauit, secus si nondum consummauit, non enim poterit cum eo dispensari ad petendũ debitũ, virtute huius priuilegii. Ducũtur, quia hic tenetur ingredi religionem. Item quia ea facultas concessa est: vt periculo consulatur eorum, qui post id votum cõtraxere matrim. eo quod in magno periculo versentur, cum debitũ reddere teneantur, si debiti petitione priuentur. Quæ ratio non militat ante consummationem: tunc enim non tenentur reddere. Sic tenet *Azor lib. 11. instit. moral. ca. 19. q. 20. vers. Sed dubia quæst. est.* Atque idem tenerent omnes, qui censent hunc teneri ad religionẽ. At verius est, extendi id priuilegium ad vouentem, quamuis nondum matrim. consummarit. Sicut disp. 12. nu. 6. diximus posse Episcopum dispensare cum his ad petendum debitum. Ducor, quod verius sit non tenere hos religionem ingredi, vt votum castitatis seruent: & si non ingrediantur, astricti sint ad reddendum debitum, & subinde in magno discrimine constituantur, si petere debitum illis interdicatur. Atque ideo militat ratio cõcessionis dicti priuilegii, vt huic periculo prospiciatur. Et ita docent *Manuel 1. to sum. 2. edit. cap. 242. n. 2. Vega 2. tom sum. c. 129. casu 118. punct. 2.* Atque idem docerent sustinentes non teneri hos ingredi religionem. Atque idem sentio de priori bimestri post matrimonium initum, nondum tamen consummatum, vel si alter con-

iux

iux in adulterium incidat, cùm ipse sit innocens quamuis enim in his casibus non teneatur, nec licitè possit ratione voti reddere: at cùm matrimonium valeat, & habitet cum vxore, in magno versabitur incontinentiæ periculo. Et idem sentio, quamuis hic ad matrimonium transierit animo ingrediendi religionem. Cum enim adhuc non teneatur, est in eodem periculo. Et confirm. quia reuera mens Pontificis id priuilegium concedentis est, vt possint religiosi in hoc dispensare in casibus, in quibus possunt Episcopi. At Episcopos posse in omnibus his casibus, diximus disp. 12. n. 6.

5 Alii restringunt ad votum castitatis emissum ante matrim. initum: quare censent non posse religiosos dispensare virtute huius priuilegii ad petendum debitum cum coniuge, qui post matrimonium vouit castitatem. Quòd id coniunge, qui post matrimonium vouit castitatem. Quòd id priuilegium expresse loquatur de voto castitatis ante matrim. emisso. Et ita docent *Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 143. nu. 14. & q. regularibus, to. 1. q. 63. a. 2. Vega 2. to. sum. c. 129. casu 77.* Cæterum etsi virtute huius priuilegii id eis non liceat: possunt tamen virtute priuilegii relati nu. 1. ad dispensandum in votis, excepto castitatis voto, dispensare nó tantum ad petendum debitum, sed etiam omnino in eo castitatis voto, in omnibus iis casibus, quos disp. 11. n. 4. 5. 6. 13. 14 retulimus, in quibus potest Episcopus in eo voto omnino dispensare, eo quòd à vera & perfecta voti castitatis ratione deficiat. Quia (vt n. 1. diximus) tantum in eo priuilegio excipitur castitatis votum, quando ita suam perfectionem consequitur, vt Pontifici sit reseruatum.

6 Quòd si siue ante initum matrim. siue post, ante eius consummationem, vouerit coniux religionem, nequibunt religiosi dispensare cum ipso, vt petat vel reddat. Quia solum ad dispensandum in voto castitatis ad petẽdum priuilegio fruuntur. Deinde quia disp. 12. nu. 6. diximus nec Episcopum posse cum hoc dispensare. Quia tenetur ad religionem.

7 Insuper religiosi virtute dicti priuilegii commutandi vota iurata possunt commutare iuramenta non sola pœnalia & conditionalia, etiam impleta conditione, castitatis & religionis, sed etiam absoluta, in casu, in quo posse Episcopum in eis dispensare sustinuimus disp. 13. num. 5. Quia quamuis id negauerimus disp. præc. n. 11. de priuilegio bullæ & iubilei, militat diuersa ratio in hoc priuilegio. Quippe illa solum sunt ad vota commutanda, atque ideò sola iuramenta earum, quarum vota cõceduntur, possunt commutari. Vnde cum vota absoluta castitatis & religionis denegentur, non concedentur quoque iuramenta absoluta. Hoc autem est directè etiam de iuramentis, & sola excipiuntur, quæ sunt in præiudicium tertii. Hoc videtur dicendum attenta hac ratione. At re attentius consi. derata dicendum est, non posse, nisi sola iuramenta cõditionalia & pœnalia: sicut diximus per bullam & iubileum. Quia Greg. XIII. (vt n. 1. vidimus) tantum extendit priuilegium Pauli III. concessum ad vota commutanda, vt etiam eadem comprehendere firmata iuramento: quare sola iuramẽta earum videtur cõcessisse, quarum concessit vota. Cùm ergo exceperit vota absoluta castitatis & religionis, censetur quoque eadem iuramenta excipere. Si verò loquantur de priuilegio dispensandi in votis, manifestum est id non extendi ad hæc iuramenta absoluta, sicut nec priuilegium bullæ aut iubilei. Quia militat eadem ratio, cum id priuilegium non loquatur de iuramentis, sed hæc veniant in eo in consequentiam votorum. Sicut disp. præced. n. 11. explicuimus tractantes de priuilegio iubilei & bullæ.

8 Præterea religiosi mendicantes, si sint viri docti, & confessores approbati ab ordinario iuxta Tridentini formam, possunt ex commissione Prouincialis dispensare in foro conscientiæ ad petendum debitum cum iis coniugibus, qui inter se affinitatem contraxere. Per declarationem quandam à Iulio II. factam concessionis Martini V. factæ Benedictionis monachis, & peraliam Pii V. cõcessionem viuæ vocis oraculo factam, ac impetratã ab Angelo de Aguillata ordinis minorum, an. 1569. Vt referunt *Collector priuileg. mendic. verb. Dispensatio, nu. 17. Veracruz 1. p. spec. a. 23. fine. Palacios 4. d. 32. disp. 2. Enriquez l. 11. de matr. c. 15. n. 11. fine Manuel in bulla Cruciatæ, §. 9. n. 143. & §. 13. n. 17. Sorbus in compend. priuileg. mendicant. verb. Absolutio, 2. quoad seculares, in resolut. quas ibi ponit, concl. 9. & verb. Dispensatio, in annotat. suis pag. vlt. lit. B.* Quamuis *Corduba* relato *Doctore Ortiz in annotationibus ad Collectorem, verb. Dispensatio, §. 17.* dicat non esse tutum eo priuilegio vti. Quod non habeatur in libris Ordinis: nec de eo constet. At censeo tutissimum esse ea concessione vti: & habetur *in compend. priuil. Soc. Iesu verb. Dispensatio, §. 8.* vbi P. N. Generalis addit facultatem hanc concedi Prouincialibus, & aliis confessariis, quibus ipsi per se vel per alios eam commiserint.

Extendit autem hoc priuilegium *Manuel addit. ad bullam, §. 13. n. 17.* vt possint quoque virtute eiusdem priuilegii dispensare ad petendum debitum cum coniugibus, qui spiritualem cognationem contraxere. Sicut diximus disp. præc. n. 3. extendere simile priuilegium commissarii Cruciatæ, vbi eius fundamentum retulimus. Sed eadem ratione qua ibi id refutauimus, refutamus quoque hic. 9

Tandem duplex supereſt difficultas circa hæc commutandi vota priuilegia. Prior est. An hæc facultas commutationis ac dispensationis votorum religiosis cõcessa restringenda sit, vt tantum eo priuilegio vti possint erga subditos Episcopo illius diœcesis, in qua sunt religiosi. Sicut ipse Episcopus nequit exterorum vota commutare, aut cum eis dispensare: *Sylvest. verb. Domicilium, in fin.* agens de commutatione votorum, ait mendicantes, qui ex priuilegio possunt vndecunque ad se venientem cõfessiones excipere, nõ posse forensium vota commutare. Quia hoc non potest Episcopus qui eos exponit. Quod idem attentis antiquis mendicantiũ priuilegiis fatetur *Manuel in addit. ad bull. Cruciat. §. 9. n. 120.* at attento priuilegio cõcesso Soc. Iesu per Paul. III. relato n. 1. cõcedenti expresse facultatem commutandi vota vndecunque venientium, ait necessariò dicendum esse id posse mendicantes. Subdit tamen priuilegio dispensandum votis relato n. 1. non posse eos vti erga forenses, sed erga solos illius Episcopi subditos. Ducitur, quia à potestate commutandi ad dispensandi potestatem non ducitur argumentum. At priuilegium dispensandi est in solis votis, in quibus possunt Episcopi dispensare. Sed Episcopus illius diœcesis in solis votis subditorum suorum potest dispensare. Ergo idẽ dicendum est de religiosis illius diœcesis. Nihilominus existimo vtrumque priuilegium extendi ad vndecunque venientes. Quod idem iudicarunt alii viri docti. Quia illa restrictio dispẽsandi in votis, in quibus possunt Episcopi. intelligitur sic, id est, vt nequeant dispensare in votis reseruatis Pont. in quibus ratione reseruationis nequeunt Episcopi dispensare. Cum enim hanc dispẽsandi potestatem à summo Põtifice, qui toti orbi præest, habeant; non est cur ea restringenda sit ad subditos illius diœcesis, in qua religiosi inueniuntur. Et confirm. quia cum hæc facultas prædictis religiosis concessa sit, quo melius pœnitentium ad illos cõfluentium saluti spirituali prospicere possint: ratio petit, vt sicut vndecunque venientium possunt confessiones audire, ita quoque possint eorum vota commutare, ac in eis dispensare. Tandem, quia cum hæc priuilegia amplianda sint (vt n. 2. probauimus) immerito hanc restrictionem pati dicendum est. 10

Posterior est. An religiosi solum possint vti hac commutandi vota facultate, in Sacramento cõfessionis? Pars enim affirmans inde suaderi videtur. Quia priuilegium Pauli III. hanc cõmutandi potestatẽ indulgens, & absoluendi à reseruatis, dicit expresse, *Confessionibus diligenter auditis* (vt n. 1. vidimus.) Quia ablatiuus absolutus conditionem importat, *l. A testatore, ff. de condit. & demonstrat.* & ad omnia videtur referri. Et ita videtur expresse sentire *Corduba sum. quæst. 152.* vbi dicit posse religiosos in confessione dispensare in votis in quibus possunt Episcopi. Et à fortiori hoc tenebunt DD. quos disp. præc. nu. vlt. retuli- 11

mus, dicentes commutationem votorum per bullã non posse fieri nisi in confessione: cum tamen in bulla non petatur, vt audita sit confessio. At contrarium est probabilius. Quia cum adeò distent inter se absoluere à peccatis, ac vota commutare, nec hoc confessione indigeat, non censendus est Pontifex velle totum priuilegium limitate intelligi per illum ablatiuum absolutum. Auditis confessionibus: sed singula singulis referenda sunt. Et ita refertur ad absolutionem à peccatis, quæ immediatè sequitur. Nã ea est regula, vt clausula posita in vna parte dispositionis, siue ponatur in principio, siue in medio, siue in fine, censeatur referri ad omnia in ea clausula cõtenta, c. *Secundo requiritur, de appellat.* vbi id obseruãt DD. at intelligitur quando omnium est eadem ratio: vt multis citatis tradit *Menochius de præsumption. l. 4. præsumpt. 181. n. 2.* Quòd hic non contingit. Nam absolutio à peccatis petit necessariò confessionem sacramẽtalem, secus de votorum commutatione. Tandem, quia in priuilegio dispensandi cõcesso religiosis relato n. 1. nulla fit mentio confessionis: quia non est datum simul cum potestate absoluẽdi. Quod indicat quando simul cum absoldendi potestate conceditur, vt petatur audiri confessiones non ad dispensandum in votis, aut ad ea commutanda, sed ad peccatorum absolutionem. Et ita hanc sent. sustinet *Enriquez lib. 7. de indulgent. 30. n. 6.* Et eiusdem sent. sunt multi docti neoterici, qui hac ratione ducti concedebant per bullas antiquas, indulgentes auditis cõfessionibus absolutionem à peccatis & censuris, posse extra cõfessionem impendi absolutionem à cẽsuris. Quod is ablatiuus absolutus, Auditis confessionibus, referatur ad absolutionem à peccatis, ad quam opus est confessione.

DISPVTATIO XVII.

An dispẽsatio in lege superioris, propria, aut inferioris, facta absq; causa legitima, valida sit?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sint. n. 1.

Quinto Prælatus dispensat in voto vel iuramento absque causa, an valeat dispensatio? Refertur quadruplex sententia. n. 2.

Proponitur sententia Auctorum, & explicatur ea ratio, de iureur. n. 3.

Dispensatio inferioribus concessa in lege superioris intelligitur si ad ea iusta causa, & hæc deficiat non est valida n. 4.

Quid. si in dispensans sit legatus Apostolicus n. 5.

Quid, si in dispensandi commissione exprimatur nomen eius, cum quo est dispensandum? n. 6.

Quid si sit aliquis causa, non tamen sufficiens, n. 7.

Quid, si Prælatus bona fide id credit cum sufficere? n. 8.

An si cum quo in voto, iuramento, aut lege humana dispensatum est, sit tutus si postea reperiat causam non sufficientem, n. 9.

Quid, si Prælatus in lege diuina, vt voto, aut humana dispenset non satis certus, an sit causa iusta, tamen vera esset? Refertur opinio, n. 10.

Proponitur sententia Auctoris, nu. 11.

An si causa est incerta, peccet dispensans nõ præmissa causa cognita? n. 12.

An valide expediantur dispensationes commissæ à Pontifice pro foro externo ordinario, vel pro foro interno confiteri, quando hi non præmittunt causæ cognitionem sed ignari causæ, quæ vera erat, dispẽsant vel si cognita erat causa vera? Resolutio, n. 13.

An præsumatur causa in Principe dispensante, n. 14.

Quid in conscientia fori sui Princeps, suus inferior dispensans? n. 15.

An credatur superiori dicenti se ex causa iusta dispensare? num. 16. & ibi, quid si offerat se dispensasse?

An credatur dicenti se habere commissionem? n. 17.

Quid, si sit legatus Cardinalis? n. 18.

Quid, si in nullius præiudicium sit, vt in facultate dispensandi, absolvendi, aut concedendi indulgentias? n. 19.

An credatur literis Episcopi, dicentis se alienum subditum cum licentia remouisse? n. 20.

An credatur literis pœnitentiarij, dicentis ex Papæ commissione se dispensare? n. 21.

An in foro conscientiæ credatur omnibus his, & confessario aliis? n. 22. Posit. n. 23. innumeræ aliæ summaria.

1 HACTENVS egimus de habentibus dispensandi potestatem: iam causas necessario ad dispensandum petitas aggredimur, proposita prius quæstione generali de causæ necessitate. Et quia hæc causa potest peti ad valorẽ dispensationis, vel vt ea licitè cõcedatur: disputatio præsens est de causa ad valorem dispensationis requisita: sequens vero erit de requisita ad eius honestatem. Triplex autem quæstio inuoluitur in hac dispensatione Prima est, quando Pontifex iure diuino, aut inferiores in lege superioris absque causa, an valeat? Secunda, quando supremus princeps in lege propria? Tertia, quando inferiores in propriis constitutionibus, aut suæ Synodi, dispensant?

QVÆSTIO I. An dispensatio inferioris in lege superioris concessa absq; causa iusta valeat? vt si quicumq; prælatus etiam Pontifex dispenset in voto vel iuramẽto, vel prælati inferiores in lege Pontificis vel concilii. Quidam, quos tacito nomine refert *D. Tho. 2. 2. q. 88. a. 12. ad 2.* in ea fuerunt sententia, vt integrum sit prælatis ad libitum dispensare in votis subditorum. Sicut pater, dominus, ac vir possunt ad libitum irritare vota filii, serui, & vxoris. Ducuntur, quod in omni voto & iuramẽto facto Deo intelligatur cõditio, Si prælato placuerit, aut nisi is contradixerit. Sicut eadem inest conditio votis filii, serui, & vxoris respectu patris, domini, mariti. Idque probari potest ex *c. Veniens, de iureiur.* vbi decidit in omni iuramento esse ius superioris exceptum. 2

Verùm tanquam certissimum tenendum est, dispẽsationem cuiuscũque etiam Pontificis in iure diuino naturali, vt in voto vel iuramento, concessam absq; causa, esse irritam. Quod tunc dispẽsetur in alienis bonis, & aliena voluntate superioris & ideo, vt valide fiat, desideratur causa. Quippe ea deficiẽte Deus non consentit, qui obligationis illius creditor est. Nec potest iuste præsumi eam rationi dissonam collatam à Deo potestatem. Sicut œconomus contra domini voluntatem bona dissipans non transfert dominium: vtpote, qui sola administrandi iuxta domini beneplacitum iure optimo præsumptũ potestate fungitur. Atque ita fatentur omnes Theologi 4. *d. 38.* cum *D. Tho. 2. 2. q. 88. art. 12. ad 2.* Et omnes DD. iuris Pontificii cum *Glo. 4. Non est, verb. Adimplere, de voto.* Et cõtrarium asserentes impugnat *ibi D. Th.* dicens eos inniti falso fundamento. Quippe pater, dominus, ac vir potestate dominatiua prædicti sunt, ac proinde liberè possunt tanquam domini, voluntatem filii, serui, vxoris infringere, eorum vota ad libitum irritando. At potestas spiritualis prælatorum est solum dispensatoria, & cum non sit in destructionem, sed in ædificationem data, nequeunt ad libitum iustam inferiorum voluntatem reuocare, eorum vota dissoluendo. Quare dum *c. Veniens, de iureiur.* decidit per vota aut iuramenta inferiorum non posse iuri superioris derogari, intelligitur ita, vt non integrum sit superioribus ex iusta causa dispensare at potest derogari ad hunc sensum, vt ea non subiaciantur eorum liberæ potestati. Et ideo conditio subintellecta in his votis est. Nisi superior iusta causa existente dispensaue rit.

Hinc deducitur, dispensationem quamcumque inferiorum in lege superioris fore irritã, si causa legitima desit, vt si Episc. dispenset in lege ieiunii, aut obseruationis festorum, aut quinis alius ex Pontificia commissione. Quia sic se habẽt ad legem superioris inferiores, ac Pontifex ad legem Dei: & similiter in alienis bonis alienaque voluntate dispensant. Præterea, quia quoties inferiori committitur potestas dispensandi in lege superioris, intelligitur causa iusta existente. Mandatum enim Pontificis ad ius referri debet, *c. De multa, de præbẽd.* Nec iure optimo præsumi potest, constitui tunc inferiorem dominum voluntatis superioris, vt perinde ac de propria possit ad libitum valide de illa disponere. Quod optime tradunt *Specul. tit. De dispensatione, §. Dicendum restat, n. 19. Innoc. c. Cum ad monasterium, n. 4. de statu monac. & ibi Hoss. n. 32. Ioan. Andr. ad fin. Abb. n. 17. Card. §. vlt. n. 5. Henric. n. 17. Bald. l. Barbarius, n. 7. ff. de offic. præt. Aretin. l. 2. in princ. nu. 1. ff. de verb. obl. Felin. c. ff. n. 8. vers. Secundò limita, de simon. & c. At si clericis, §. De adulteriis, n. 10. de iudic. & ibi Hippolyt. n. 32. Turrecr. c. 1. a. 4. num. 14. d. 89. Ang. verb. Dispensatio, n. 3. & ibi Syl. q. 3. n. 5. Armilla nu. 14. Satus l. 7. de inst. q. 4. a. 3. col. 9. vers. Rursus circa cad. & l. 1. q. 7. a. 3. col. 6. vers. Postremum ergo: Nauarr. c. fin. n. 4. de simonia Comit. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 7. n. 11. Stunica q. 5. de voto, n. 35. Gutierrez. qu. can. l. 1. c. 49. n. 5. Emmanuel Sa summ. verb. Dispensatio, nu. 3.* Et

Ioquuntur

loquuntur *Sotus & Stunica* etiam de facultate dispensandi in bulla concessa. Si ergo inferior commissionis limites excedens dispensęt in lege superioris absque legitima causa, non tenebit factum. Et ita partem hanc fatentur omnes DD. allegati: & quotquot in tota hac disputat. allegabo. Nec aliquem contradicentem inueni.

5 Quidam hoc temperant, nisi inferior habeat plenitudinem potestatis à superiori concessam, qualem habet Legatus Apost. (quem Nuntium appellãt) in casibus sibi à Pontifice commissis. Sic *Manuel l.10.sum.2.edit.c.24. conclus.3.n.5.* At audiendus minime est. Quippe illa potestatis plenitudo non accipienda est ad dissipationem, sed vt secundum iura dispenset. Atque ita dispensationem ab ipso absque legitima causa concessam, esse irritam docent *Innoc.c.Dudum,al 2.n 16. vers: Item etsi Papa, de elect. Felin.c.postulasti,n.13.causa 4.de rescript. Nau.sum. Latina, prælud.9.nu.15. & c.fin.n.4.de simon. Gambara de auctoritate legati,lib.10.num. 207.& 293 Hippolytus c.At si clerici,§.De adulteriis,n 115.de iudicijs. Borgasius de irregular.p.7.c.vlt.n.21. Stunica q.6.de voto,n. 234. Azor l.5.institut. moral.c.15.ad finem.*

6 Alii temperant, nisi in dispensandi potestate exprimantur nomina eorum, cum quibus est dispensandum, nulla cognitionis causæ dispensandi mentione facta. Et placet, quia tunc commissarius ille constituitur metus executor: ne præsumere debet committentem certiorem factum esse dispensationis causis. Et ita limitant *Specul. l.De dispens.§.Dicendum restat,n.19. Felinus n.præced. allegatus, Gambara de auctor. legati,l.10.n.209.& 296.*

7 Similiter non valet dispensatio inferioris in lege superioris, licèt sit aliqualis causa, si tamẽ eam illegitimam esse constet. Quia idem est in hoc non esse causam, & non esse iustam, Atque ita DD.num.4.allegati asserunt eam dispensationem absq; causa legitima & iusta esse irritam.

8 Hoc tamẽ limitarem, nisi prudenter ac bona fide iudicarit prælatus causam esse iustam. Tunc enim credo valere dispensationem, licet verè non fuerit causa sufficiens. Quia non est credendum aliam esse Pontificis intentionem circa suas leges, & Dei circa suas, in quibus permittitur inferiori dispensare. Id enim recta Ecclesiæ gubernatio postulat, quo scrupulis obuietur, ac tutæ sint cõscientiæ, quæ oporteat passim infringere gestã, innitendo prælatorũ vices Dei gerentiũ dispẽsationi. Quod clarè significat *Azor lib.7.instit.moral.c.29.q.6.* vbi hæc ait: Si prælatus aliquis bona fide lege ieiunii aliquẽ liberẽt, putãs causam esse iustã, &c. laxatio prodest. Quia bona fide facta est.

9 Hinc temperandum censeo quod docent *Nauarr. sum. Lat.prælud.9.n.13 fin. Philiarc. de offic. sacerd.tom. 1.p.2.lib.3.ca. 4.vers. Altera difficultas, Lud. Lopez 1.p.instruct.cap.4. paulo post princ.* nimirum eum, cum quo prælatus dispensauit proposita illi causa veta & bona fide, quæ tamen sufficiẽs nõ est, tutum esse auctoritate prælati fulcum, donec sibi certo constat causam minùs legitimam fuisse. Hoc enim credo temperandum iuxta dicta nu. præcedenti, si prælatus prudenter ac bona fide dispensarit, indicãs eam causam esse iustam. Tunc enim tutus erit subditus, quamuis postea constet causam non fuisse sufficientem.

10 Sed merito dubitabis quid dicendum de dispensatione facta ab inferiori in lege superioris, non præcognita causa, quãdo reuera erat causa legitima an valida sit? Pars negans satideri videtur, quod dispẽsans excesserit suæ cõmissionis limites. Nam (vt n.4. probauimus) censetur sibi facultas dispensandi commissa, præmissa causæ cognitione. Idque constat ex *c.Necessaria, & c.Dispensationis, 1.q.7.* vbi dicitur, temporum varietatem exposcere aliquando vt leges relaxentur adhibita diligenti consideratione. Et clarius ex *Trident. sess.25.de reform.c.18.* ibi: *Sciãt vniuersi sacratissimos canones exactè ab omnibus, & quoad eius fieri poterit, indistincte obseruandos. Quod si vrgens maiorque ratio quandoque postulauerit cum aliquibus dispensandũ esse, id causa cognita, summaque maturitate, atque gratis, à quibuscunque ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandũ: aliterque facta dispensatio subreptitia censeatur.* Vbi notandus est ablatiuus ille absolutus, causa cognita, qui conditionem ac formã importat. Vt probaui l.3.disp.5.n.2. vbi & alia argumenta congessi ad hoc probandum facientia. Tandẽ id constat ex dispẽsationis definitione tradita disp.1.nu.2. Est enim legis relaxatio præmissa causæ cognitione. Quod cũ hic deficiat, nõ erit valida dispẽsatio. Et ideo hanc partẽ tenet ferè expresse *Nauarr.c.fin.n.4.de simon.* Et tenent *Imola l. Quidam consulebat, n.7.fine, & n.8.ff.de re iudic. Hippol.c. At si clerici, §. De adulteriis,n.106.de iudicijs.* Et melius *Azor l.5.institut. moral.c.15.q. 9.& 10.* dicens in neutro foro valere huiusmodi dispẽsationem. Idem clarè sentit *Stunica q.6.de voto,n.104.* vbi ait Põtificem nõ habere facultatem relaxandi iuramenti in præiudiciũ tertij, antequã cõstet sibi causam subesse, licèt causa subsit. Quia errat in suæ iurisdictionis fundamẽto.

11 At probabilius est, huiusmodi dispẽsationem validam esse in foro conscientiæ, donec in foro exteriori reuocetur. Ducor, quia nullibi habetur eam dispensationem esse nullam. Neque obstat locus Tridentini in cõtrarium adductus. Quia æquè loquitur de Papa ac inferioribus. Cũ tamẽ constet dispensationem Papæ in iure humano absque causæ cognitione validam esse, loquitur ergo concilium quoad fori externi præsumptionem: & ideo dicit, *subreptitia censeatur.* Et no dicit esse vere eam subreptitiam, sed præsumi impetratam per subreptionẽ. Secundò, quia *c.Nihil, de elect.* dicitur electum sine suæ causæ examine esse eiiciẽdum, cùm est indignus. Ergo à cõtrario sensu nõ eiicitur, si dignus sit: quamuis eligentes nõ præmisso eo examine defecerint ab electionis forma. Tertiò, quia valet lex temere & absq; causæ cognitione indicta, si reuera causa boni cõmunis intercedat. Ergo idem de legis dispẽsatione censendum est. Quartò, ex doctrina *Menchaca lib. 1.controu.illustrium.c.28.n.6.* vbi probat tenere factum in foro cõscientiæ, quando finis iuris habetur, quãuis forma & solemnitas eiusdem iuris prætermittantur. Ad quod comprobandum multa similia affert *Bellamera statim allegandus.* Quod contingit in hoc euentu. Nec obstat dispẽsationis definitio, quia (vt dixi disp.2.n.2.) ea non solum comprehendit, quæ de dispensationis essentia sunt, sed ea quoque quæ desiderantur vt sit licita. Quare dum auctores n.4. allegati dicunt inferiori censeri commissam dispensationem præcedenti causæ cognitione, intelligendi sunt, vt ritè ac rectè fiat: vel vt valide, nisi reuera adesset causa iusta. Huius sententiæ est *Innoc.c.Diuersis, nu. de cler. coniug.* vbi ait Episcopo dispensante absque causæ cognitione in iis, in quibus potest, tenere dispensationem: vt in collatione beneficii, donec per superiorem reuocetur: & dum non reuocatur, possideri licitè beneficium illud. Et satis hoc placet *Hostiensi ibi n.9. Ioannis Andr.num.8.* præterquam quod *Hostiensis* non admittit tacitam dispensationem, sed verbis expressis factam. Idem latè probat multis similibus adductis *Bellamera c.Veniens,num.18.& 19.de filijs presbyt.* Idem expresse tenent quoad forum conscientiæ *Armilla verb.Dispensatio,n.14.fine, Lud.Lopez 1.p.instruct.c.4. col.antep.vers.Tertio dicitur.* Pro eadem sent. est *idemmet Innoc.c.Cum ad monasterium,n.4.de statu monach.* vbi ait huiusmodi dispensationem aut non valere aut revocandam esse. Cuius sent. referunt & sequũtur *ibi Hostiens. n 32. Ioan. Andr.ad fin, Abb.n.17. Henric.n.17. Cardin.§.fin.n.5. idem Abbas c.At si clerici,§.De adulteriis,n.12.de iudicijs. Alex.de Nevo c.1.n. 128.de constit. Turrecr.c.1.a.4.n.14.d.89.* At ad veritatẽ huius disiunctiuæ sat est alteram partem esse veram, nempe, vt ea dispensatio possit reuocari. Pro eadem sent. sunt *Abbas d.c.Diuersis, nu.3. Probus addit.ad Monachum,c.vii.nu.4.vers.postremo, de stat. & qualit. Borgasius de irregular.1.p.tit. De different.termin.in materia dispensat.fin fine*, vbi dicunt dispensationem censeri concessam inferioribus causa iusta existenti, illiusque cognitione præmissa: at si non adhibita causæ cognitione dispensauerint, reuocãdam esse dispẽsationem per superiorem. Censetur ergo valida donec reuocetur. Atque idem censeo, quando Pontifex, vel Episc. vel alius potens dispensare in votis vel iuramentis, siue iure ordinario, siue delegato (nisi in delegatione habea-

tur specialis forma petens præmitti causæ cognitionem) dispensat in illis legitima causa existente, quamuis sibi non cognita: peccabit enim mortaliter, at dispensatio erit valida in foro conscientiæ. Quia eadem est ratio.

12 Nec culpæ alicuius erit reus dispensans, quamuis causæ examinationem nō præmiserit, quando causa notoria est. Quia in notoriis non exigitur ordo iuris, nec notoriam eget examinatione, *c. Manifestum, 2. q. 1.* Sic apertè significant *Glossa, c. Qui sine examinatione, verb. Sine examinatione, d. 81. & c. fin. verb. Qui concubinas, d. 51. Abbas c. Præterea, nu. 1. de testibus cogend. Ananias c. 2. nu. 8. de schismatic. Imola l. Quidam consulebat, n. 8. ff. de re iudic. Rosella verb. Dispensatio, num. 6.* dicunt enim interiorem exercentem actum contra legem erga aliquem, in casu in quo dispensare potest, non censeri dispensare, nisi causæ cognitionem præmittat: præterquam quando causa dispensationis est notoria. Quod tunc examine non indigeat. Imò si sibi causa constaret, non peccaret dispensans non examinando causam. Quia id examen petitur, ne temere dispenset. Quæ temeritas cessat, vbi certus est de causa.

13 Vtrùm autem tradita duplici n. præc. locum habeant in dispensationibus, quæ committuntur à Pontifice ordinariis pro foro externo, vel confessori à sacra pœnitentiaria pro foro conscientiæ: dicemus disp. 34. n. 24. & duplici seq. & disp. 35. n. 16.

14 Rursus dubitari potest, an præsumatur causa in Principe dispensante quando de ea non constat? Quia in re (ne diutius immorer) communis resolutio est, quando Princeps dispensat motu proprio, & non ad partis instantiam, in iure humano, præsumi præsumptione iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio, adesse causam iustam. Secus quando ad instantiam partis, vel quando dispensat in iis, quæ sunt de iure diuino, aut de iure naturali diuino: tunc enim non præsumitur causa, nisi probetur. Quia quando ad instantiam partis conceditur dispensatio, censetur potius per importunitatem extorta, quam quod ita agendum Princeps censeatur iuxta traditionem Bartoli ex illo textu *l. 1. C. de petitione bonorum, l. 10.* Quando autem dispēsat in iure diuino & naturali, cum id absque causa fieri nequeat, opus est de causa constare. Et huius sent. sunt *Abb. c. Quæ in Ecclesiarum, n. 9. de constitut. & ibi Felin. à n. 60. Decius in nova edit. à n. 129. Gigas de pensionib. qu. 6. nu. 12. Rebuffus praxi benef. tit. De dispensatione ad plura beneficia, nu. 53. Loazes de matrim. Regis Angliæ, dub. 4. nu. 14. Rojas epitome succes. c. 23. à n. 13. Minchaca quæst. illustr. l. 1. c. 25. n. 17. & c. 26. à n. 28. Stumica de voto, q. 6. n. 131.* & latissimè *Monachus de præsump. lib. 1. tota præsumpt. 10. Mascard. de probat. tota conclu. 275.* Qui duo sunt omnino videndi pro ampliationibus & limitationibus huius sententiæ.

15 Hæc tamen doctrina agit de præsumptione fori externi. Nam in foro conscientiæ existimo præsumendum esse pro superiori, dum subdito non constat defectus causæ. Quippe subditi nō est facta prælatorum discutere. Quod non obscurè significat *Sotus 4. dist. 21. q. 2. ar. 2. col. antep.* vbi tractans de dispensatione Pontificis in voto, dicensque dispensationem absque causa legitima non tenere: subiungit, vbi manifestus error non interuenit, præsumi causam legitimam. Et *l. 7. de instit. q. 4. a. 3. ad 2. in fine*, vbi ait tunc dispensationem voti censendam irritam, quando manifestè constat nullam esse causam. Et tenet expressè *Suarez de censuris, disp. 4. sect. 3. fin.* dicens in foro interno sufficere, vt non constet subdito de causæ defectu, quamuis in externo opus sit causam probare.

61 Hinc deducitur qualiter accipiendum sit, quod aliqui DD. tradunt, nimirum, non credi prælato inferiori dicēti se ex iusta causa dispensare in lege superioris. Hi sunt *Navar. sum. Lat. pralud. 9. n. 15. vers. Adde secundo, Ind. Lopez 1. p. instruct. c. 4. col. antep. vers. Tertiò dicitur.* Quod idem de superiori supremo dispēsanti, quando nequit absq; causa, tradit *idem Navar. l. 3. consil. 1. De regularibus, vtraque edit. cons. 56. n. 2.* & latius probat *in comment. de spoliis, super c. Non liceat, 12. q. 2. §. 2. n. 8.* Et quod tradunt alii, nempe, non haberi fidem prælato asserēti se dispensasse, quando causæ cognitionem non præmisit. Vnde incumbet alleganti onus probandæ talis dispensationis. Quia cum debitè nō processerit, iure optimo ei non habetur fides. Sic *Glossa cap. Si quis sine examinatione, vers. Sine examinatione, d. 81. Speculat. 1. De dispensatione, §. Qualiter autem, n. 4. Ioan. And. c. 2. num. 4. de schism.* vbi *Abbas n. 5. Cardin. n. 2. Navar. sum. Lat. praludio 9. n. 15. Ant. Cuc. l. 4. instit. maiorum, tit. 12. n. 29.* Sed hæc omnia accipienda sunt in foro externo. Nam in foro conscientiæ eis creditur: vt dixi n. præcedenti.

17 Tandem deducitur, quid in ea quæst. sentiendum sit, an credatur dicenti se habere potestatem delegatam ad dispensandum, aliudve faciendum. De qua re latè DD. *c. Cum in iure, de offic. deleg. & l. vn. C. de mandat. Princip. Bernard. Diaz regula 219.* latissimè *Monach. de præsumpt. l. 2. tota præsumpt. 15. & de arbitrar. l. 2. tot. q. 76. Mascard. de probat. conclus. 268. Gratian. reg. 290.* Et ideo summatim dicam vnum aut alterum verbum, & reliqua in prædictis poterunt videri. Et quid in foro externo, dicam vsque ad nu. 22. vbi explicabo, quid in foro cōscientiæ. Conclusio ergo communis est, commissionem delegatam probandam esse ostenso delegationis instrumento, & alias non esse credendum eam asserenti. Vt constat ex *d. c. Cum in iure*, vbi *Exequi non cogetur*: & ratio est, quia cum sit quid facti, non præsumitur.

18 Multi hoc limitant, nisi legatus Cardinalis sit id asserens. Sic *Anton. c. Ad eminentiam, n. 4. & 5. de sent. excommun. Abb. c. Quod super, n. 5. de fide instrum.* & alii, quos refert & sequitur *Gratian. regula 290. nu. vlt.* At verius est, nec huic credi in iis, quæ specialem superioris commissionem requirunt, nisi literæ commissionis inferantur. Et ita docēt *Bartol. l. vn. nu. 1. C. de super indicto, l. 10. Ioan. Andr. & Hostiens.* quos refert & sequitur *Abb. cons. 94. num. 3. lib. 1. & c. Quod translationem, sine, de offic. legati, & d. c. Ad eminentiam, num. 2. Francus c. 1. nu. 4. de offic. legat. in 6. Felin.* multos referens, & latè probans, *c. Quod super, n. 10. & 11. de fide instrum. & c. Quod in iure, n. 6. de offic. deleg. Gregor. Lopez l. 23. verb. Que vinen t. 9. p. 1.* & multos alios referens *Monachus de præsump. l. 2. præs. 15. n. 4. Enriquez l. 10, de sacram. ordin. c. 28. n. 2.*

19 Limitantur tamen hæc, nisi delegatus sit persona constituta in excelsa dignitate, nec agitur de præiudicio tertii, tunc enim creditur illi, quamuis suæ delegationis literas nō ostendat. Sic multi quos refert & sequitur *Monach. d. præsumpt. 15. n. 9. Iason repetit. l. Admonendi, nu. 175. de iureiur. Gutier, l. 2. qu. canon. c. 17. fine.* Et huius rei adhibent exemplum *Iason & Gutier.* vt in facultate dispensandi, absoluendi concedendi indulgentias, & similibus.

20 Hinc fit credi Episcopo promouenti ad ordines non sibi subditum, dicenti in titulo collationes ordinum se promouisse ex licentia propriū Episcopi. Quia agitur de modico præiudicio. Et ita tenent *Rebuffus praxi benef. tit. De forma dimissoriar. n. 36.* & relato *Cardinali, Monach. de arbitr. l. 1. q. 76. n. 10. Gutier. l. 2. quæst. canon. c. 17. n. penult.*

21 Secundò fit credi literis summi pœnitentiarii asserentis sibi vinæ vocis oraculo cōmissum esse, vt dispenset in aliquo casu Pontifici reseruato. Quòd id in nullus præiudicium vergat. Et ita *Paulo citato* docent *Cardin. Clem. Ne Romani, §. Eo tamen prouiso, n. 1. de elect. Francus c. 1. num. 4. de temp. ordi. in 6. & ibi Domin. §. vlt. nu. 1. Ocheanus l. de offic. Curia Rom. cap. De summo pœnitentiario. Greg. Lopez l. 32. verb. Emperador, tit. 16. part. 3.*

22 Hæc dicta sint pro præsumptione fori externi. Nam in foro conscientiæ cuicunque viro timorato ac confessori, dicenti sibi delegatam esse potestatem ad absoluendum, vel dispensandum, vel ad aliquid aliud, fides haberi potest. Quod & experientia ipsa demonstrat: facultas enim absoluendi à reseruatis, & dispensandi medio confessore solet à pœnitentibus impetrari.

SVMMARIVM.

Quando supremus Princeps dispensat in lege propria absque causa, an valeat dispensatio? Refertur quadam sent. n. 13.
Proponitur sententia Auctoris, n. 14.

Satisfit

Satisfit argumentis, n. 25.
Post nu. 25 inuenies cætera summaria quæ desiderantur.

23 QUÆSTIO II. An dispensatio supremi Principis in lege propria concessa absque legitima causa valeat: vt Pontificis in lege Ecclesiastica, & Principis secularis in ciuili. Quibusdam placet eam dispensationem irritam esse. Ducuntur primò, quod iure diuino naturali interdictum sit Principi dispensare absque causa in iure humano. Alias enim sic dispensans non peccaret. Cuius contrarium dicemus disp. seq. n. 3. Ergo dispensat tunc in eo iure diuino naturali: ac proinde corruet dispensatio tã quam absque causa legitima facta. Secundò, quia hæc dispensatio procedit à potestate clauium: quæ est ministerialis, & data Pontifici in ædificationem, & non in destructionem. Et ideo non est data, vt ea quispiam ad libitum abutatur, sed sub certa regula & mensura ad bonum commune pertinenti: sub qua non continetur illa dispensatio sine causa. Erit ergo irrita. Hac enim ratione valore caret indulgentiarum concessio absque iusta causa facta. Huius sent. est *Fortun. Garcia in repetitione l. Gallus, §. Et quid si tantũ, nu.* 296. 297. *ff. de lib. & posthum.* vbi ait cum iniustum sit Principem contra suas leges dispensare sine causa, se nescire quomodo id efficere possit: nec quoad veram iustitiam secutum esse eum, cum quo ita dispensatur. Et *Mendoza de pactis, l. 1. q. 2. n. 35.* idem tenet quando dispensatio est in re magni momenti, ita vt noceat, *Minchaca li. 1. quæst. illustr. c. 25. n. 16. & c. 26. n. 16.* Et non valere in foro conscientie, sed in solo externo tenet *Loazes de matrim Regis Angl. dub. 4. n. 14. & 15.*

24 Cæterum absque dubio tenendum est, huiusmodi dispensationem validam esse. Quod tunc legislator dispẽset in re propria, & in propria voluntate, eam mutans, à qua sola vim habebat lex. Ergo ea dispẽsatio tanquam in bonis propriis facta valebit absque causa, siue dispensans peccet, siue non. Sicut dominus prodigens bona verum dominium transfert, esto prodigendo delinquat. Atque ideo huius sent. sunt DD. quos disp. seq. n. 2. referam, dicentes posse Principem ad libitum in suis legibus dispẽsare. Et in propriis terminis docent *Innoc. c. Dudum, el 2. nu. 16. vers. Item & si vapa, de elect. Anton. c. per venerabilem, nu. 6. qui filii sint legit. & ibi Præpos. §. Quod autem, n. 2. not. ab. 3. Abbas c. Nouit, n. 8. de voto Felin. c. Postulasti n. 13. in 4. casu, de rescrip. Rosella ver. Votum, 5. n. 4. Syluester verb. Dispensatio, q. 3. nu. 5. Armilla verb. Papa, n. 12. Nauar. c. fin. n. 4. de iudicio. & sum. Lat. præludio 9. n. 14. Couar. c. Alma mater, 1. p. §. 1. n. 7. de sent. excom. in 6.* & multis citatis *4. decret. 2. p. c. 6. §. 9. nu. 10. Villalobos in sua communib. lit. D. n. 86.* Et ex Theologis, *Cajet. 1. 2. q. 96. a. 5. ad fin. & 2. 2. q. 104. a. 5. ad fin. & in opusc. to. 1. tract. 27. de dispensat. matr. in Occid. Eccles. q. vn. vers. Quoad tertium. Catharin. lib. 6. in Cajet. circa q. An Papa possit dispensare in voto solemni religios. ad fin. Victoria de potest. Papæ, n. 15. propositi. 15. Sotus l. 1. de iust. q. 7. a. 3. col. 6. vers. Postremum ergo, & l. 7. q. 4. a. 3. ad 2. fin. Et 4. d. 21. q. 2. a. 2. colu. 11. & d. 39. q. vn. a. 2. in fine corp. Canus relect. de pœniten. p. 5.* vbi de præcepto confess. *ad fin. Ledesma 2. p. 4. q. 27. a. 2. paulo post princ. & q. 56. a. 4. col. penult. vers. Præterea dubitem. Viuer. 2. p. speculi, a. 27. vers. Secundo non expedit, & 17. a. 49. ad fin. Palacios 4. d. 15. disp. 8. col. 17. vers. Quamuis, & d. 38. disp. 2. col. 7. vers. Ego vero dixerim. Molina 1. 2. q. 97. a. 4. ad fin. & l. 1. sum. c. 14. §. 10. Corduba in quæstionar. l. 4. q. 8. ad fin. Gallego de cognat. spirit. c. 21. n. 8. Angles in florib. 1. p.* vbi de scitun. *q. 5. dissic. 2. Enrique 2. l. 5. de panit. c. 22. n. 5. & l. 12. de matrim. 4. 3. n. 6. Suarez to. 4.* vbi de indulgent. *disp. 56. sect. 2. nu. 11. Valentia 4. p. disp. 6. q. 2. puncto 10.* vbi de causis excusantibus ab officii recitatione, *causa 4. & 2. 2. disp. 5. q. 7. puncto 2.* vbi de pluralitate benefic. *col. 4. vers. Vbi autẽ illud ius. Azor lib. 7. instit. moral. c. 29. q. 6. & l. 5. c. 15. q. 3. Aragon 2. 2. q. 89. a. 9. ad fin. Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. l. 3. c. 4. vers. Altera difficultas est. Iud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de tertin. *c. 108. fin. & 1. p. c. 4. inst. Petrus de Ledesma de matrim. qu. 54. a. 3. dissic. 4. post 2. concl. 4. in sum. Sairam.* vbi de matrim. *c. 27. consil. 4. Manuel quæst. regul. tom. 2. q. 46. a. 5. in 1. to. summæ 2. edit. c. 196. fin. & c. 237. n. 1. Vega 2. to. summæ, c. 23. casu 14.*

25 Ad arg. n. 23. proposita respond. Ad 1. negandã est consequentia. Nam quoties agitur cõtra ius aliquod superioris, non dissoluẽdo eius obligationem, nõ dispensatur in illo: ac proinde quamuis factum absque causa culpam cõtineat, valet tamen. Quippe nõ aufertur legis obligatio, sed violatur. Secus quãdo ita agitur cõtra ius superioris, vt eius obligatio tollatur: tunc enim est dispẽsatio in illo, ac proinde sine causa facta caret valore. Cuius ratio est, nã lex diuina & naturalis, ex eo solum quod factum prohibeat, non impedit factum quoad valorem & substantiam, sed quoad honestatem: tantum enim tunc cohibet voluntatem, sed non aufert potestatẽ. At secus est, quando in illa dispensatur, quia tunc obligatio legis tollitur. Et lex suapte natura secum affert, vt à nullo inferiori dissolui possit, nisi iuxta superioris præscriptum, quod est legitima causa intercedenti, v. g. lex diuina naturalis diuites astringit ad superflua grauiter indigentibus elargienda. Si dives ille tunc ea prodigeret, factum teneret: & quamuis ius diuinum violaret, non diceretur in eo dispensans. Quia iuris diuini obligationem non aufert, sed violat. At si Põtifici datum esset in eo præcepto dispensare, esset irrita dispensatio absque iusta causa concessa. Ad 2. dic procedentia à clauium potestate esse duplicia: quædam pertinent ad dissolutionem voluntatis superioris: vt quando Põtifex dispensat in lege diuina naturali, & tunc dẽficit valor facti deficienti causa. Alia verò pertinent ad solius propriæ voluntatis dissolutionem, qua lex statuta est: & tunc quamuis peccetur in illius potestatis abusu, factum tenet. Et huiusmodi est dispensatio in propria lege.

SVMMARIVM.

An valeat dispensatio inferiorum, vt Episcopi in suis legibus facta absque causa? Refertur quædam opinio, n. 26.
Proponitur sententia Auctoris, nu. 27.
Quid si superior vel æqualis succedat dispenset absque causa in lege inferioris, vel æqualis prædecessoris, n. 28.
Quid, si constitutio illa transierit in contractum, n. 29.
Quid, si sit à Pontifice confirmata, n. 30.
Quid, si iuramento stabilita sit, n. 31.
An valeat dispensatio Episcopi vel Archiepiscopi in synodi suæ diœcesana decreti absque causa facta? Refertur opinio, n. 32.
Explicatur sententia Auctoris: & an solus Episcopus habeat in ea synodo votum decisiuum, & sic ea superioris, n. 33.
An Episcopus cum synodo decreto quoad vim coactiuam astringatur: nec possit in eis dispensare ac posset in propriis legibus, n. 34.
An Archiepiscopus valide dispenset absque causa in decreto synodi provincialis? Proponuntur rationes probantes valere, n. 35.
Explicatur sent. Auctoris: & an solus Archiepiscopus habeat in ea synodo suffragium decisiuum: & an possit ab illo excommunicari & punivi: & ab Archiepiscopo appellari ad synodum provincialem, & explicatur c. Grauis, de præbend n. 36.
An Archiepiscopus teneatur eius synodi legibus, quoad vim coactiuam: nec possit in eis dispensare tanquam in propriis, n. 37. & ibi, an possit plus in eis, quàm Episcopi suffraganei: & dispensare cum suffraganeis: & quod de ipsa synodo.

QUÆSTIO VLTIMA. An dispensatio inferiorum in propriis cõstitutionibus facta absque causa valeat? Vt si Episcopus sic dispẽset in suis. Quidã negant. Quippe quamuis ab Episcopi voluntate pendeat vim habere statutum illud: atq; adeò possit illud omnino cassare: tunc enim sua potestate ordinaria vtitur, nec in aliquo ius commune offendit. At vim habenti statuto, dispensare cum aliquo absque iusta causa, est contra ius commune, *c. Cum omnes, de constit.* At dispensatio inferioris in iure communi absque causa est irrita, (vt n. 4. diximus.) Huius sent. sunt explicantes siue ius acquisitum sit tertio, siue non, *Innoc. c. Dilectus, n. 5. de tempor. ordinat. Archidiac. c. Licet canon. nu. 3. de elect. in 6.* & dubius manet *Bellamera d. c. Dilectus, q. 6. n. 9. fin.* licet asserat de facto seruari, vt possit valide sic dispẽsare. 26

Cæterum absque dubio tenendum est validam esse. Ducor, quod eadem militet ratio, quæ in Põtifice respectu suarum legum: tunc enim non dispensat in voluntate aliena, sed in propria: à qua sola vim habent leges illæ. Neq; obstat ratio cõtraria. Quia etsi peccet Episc. contra ius commune, imò & diuinũ naturale dictans neminem à lege generali esse absque causa eximendam: at dispensatio illa tenet. Quia tunc non dispensat inferior in eo iure naturali aut Pontif. sed solum illud violat. (vt n. 25. in solutione 27

lutione ad 1. explicuimus, respondentes ad idem argum. quod æquè pugnat contra Pōtificem in propriis legibus dispensantem absque causa.) Et ideo hanc partem sustinent Innoc. sibi contrarius, c. Cum ad monasterium, n. 4. de statu monach. & ibi Ioan. Andr. ad fin. Anton c. At si clerici, §. De adulteriis, n. 17. de iudic. Et ibi Abbas n. 10. Decius in nova edit. n. 98. Arctin n. 24. Felinus n. 6. Alex. de Neuo n. 16. Hippol. nu. 93. idem Anton. c. Dilectus, n. 12. de temp. ordin. & ibi Abbas nu. 7. idem Anton. c. Quæ in Ecclesiarum, n. 30. de constit. & ibi Imola n. 25. Cardinalis in repetit. c. Perpendimus, n. 6. de sent. excom. Dominic. c. Licet canon, in princ. n. 8. de elect. in 6. Milis in suo repertor. I. D. n. 23. verb. Dispensatio, versic. Dispensare potest contra propriam. Bottens tract. de synodo Episc. 2. p. a. 4. n. 8. Gambara de auctoritate legati, l. 10. n. 442. 443. Angelus verb. Beneficium, num. 22. Sylvest. verb. Dispensatio, q. 13. n. 19. & verb. Beneficium, 3. quæst. 9. n. 14. Francus d. c. Licet canon, in princ. n. 4. Tabiena verb. Dispensatio, q. 14. n. 15. fine, & verb. Beneficium, 2. q. 15. nu. 17. Armilla verb. Beneficium, n. 27. Navar. sum. Lat. c. 25. n. 74 & c. fin. n. 4. de simon. Et ex Theologis, Soto l. 1. de iustit. q. 7. a. 3. col. 6. & l. 7. q. 4. a. 3. ad 2. Valentia 2. 2. disp. 5. q. 7. punct. 2. vbi de pluralit. benefic. col. 14. vers. Vbi autem illad inu. Azor l. 5. instit. mor. c. 15. q. 3. Philiarc. de offic. sacerdot. 1. p. 2. l. 3. c. 4. vers. Altera difficultas. Sayro thesauro casuum, to. 1. lib. 6. c. 11. n. 11. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 4. col. penult. vers. Quarò concluditur.

28 Atque idem prorsus dicendum est, quando superior vel æqualis successor dispensat absque causa in lege inferioris vel æqualis prædecessoris: valet enim dispensatio. Quia in voluntate superioris est quasi eminēter inferioris voluntas: & successor æqualis reputatur quasi eadem persona ratione eiusdem officii. Sic Navar. sum. Lat. prælud. 9. n. 15. Suarez to. 4. vbi de indulgent. disp. 56 sect. 2. n. 11.

29 Temperanda tamen est hæc sent. prima, nisi cōstitutio illa Episcopi transierit in contractum, in commodum alterius. Vt si fieret statutum, vt omnes ad vrbem cōfluentes gauderent aliquo priuilegio, non posset reuocare respectu eorum, qui iam venerant. Quod ius ex illo cōtractu iam sit illis acquisitum. Sic Anton. vtroque loco priori, Abbas vtroque loco. Decius n. 103. Hippol. n. 100. Alex. de Neuo n. 17. Dominic. Francus, Gambara nu. 444. Milis, Imola, vbi eos allegauit n. 27. Sylvest. verb. Dispensatio, q. 13. n. 19. Sed quamuis hæc limitatio sit regulariter vera: negandum tamen non est posse Episcopum ex legitima causa superuenienti contrauenire. Vt ex multis probat Arctin. c. At si clerici, §. De adulteriis, n. 24. de iudic. & ibi Felin. n. 6. sallentia 1.

30 Secundò temperatur, nisi ex constitutiones sint auctoritate Pontificia confirmatæ. Quia ex ea confirmatione gaudent auctoritate Papæ, & reputantur ac illius leges, ac proinde se habet ad illas Episcopus, ac ad ius commune. Quia nequit eam confirmationem ex parte tollere. Sic Domine. c. 1. in princ. nu. 11. de filiis presbyt. in 6. Bottens de synodo Episc. 2. p. a. 4. n. 12. Sylvester verb. Beneficium, 3. q. 9. nu. 13. Angelus verb. Beneficium, n. 22. & ibi Armilla n. 27. Tabiena verb. Beneficium, 2. q. 15 n. 17. Sayro thesauro casuum, in 1. to. l. 6. c. 11. n. 11. Azor l. 5. instit. moral. c. 15. q. 7.

31 Vltimò temperatur, nisi Episcopus eas constitutiones iureiurando firmauerit. Cùm enim nequeat secum in iuramento dispensare, ne quibit in eis constitutionibus dispensare. Sic tradunt Anton. c. At si clerici, §. De adulteriis, n. 17. de iudiciis: & ibi Abbas n. 10. Alex. de Neuo n. 17. Decius in nova edit. n. 108. Felin n. 6. sallentia 2. Hippolytus à n. 101. vsq; ad 105. Bottens de synodo Episc. p. 2. a. 4. n. 13. Angelus, Sylvester, Tabiena, Armilla, Sayro, Azor, n. preced. allegati. Idem Sylvester verb. Dispensatio, q. 13. n. 19 & ibi Tabiena q. 14. n. 15. fine. Verùm dicendum est, adhuc posse. Quia iuramentum magistratus intelligitur secundùm æquitatem, & nisi causa iusta interueniat. Vt bene docet Baldus l. Et si seuerior, n. 10. C. ex quibus causis infamia irrogetur. Qua ratione nixus defendit ibi posse iudicem ex iusta causa mutare pœnam legis à se iuratæ. Secundò, quia Decius, Felinus, Bottens, Hippolytus, pro cōtraria parte allegati admittunt hoc, quādo causa ita vrgeret, vt esset periculum in mora. Tandem, quia probabilius est posse Episcopum secum in iuramēto dispensare, quoties potest cum subditis (vt probaui disp. 3. n. 8.) Et ideo sent. hanc sustinent Arctinus d. §. De adulteriis, n. 26. & 27. & refert pro ea Bartolum Gambara de auth. legat. l. 10. n. 447. Id demum dicendum est, quidquid sit de periurii peccato, si in eis constitutionibus iuratis dispēset, valere tamen dispensationem in ea cōstitutione absque causa iusta etiam factam, perinde ac si non esset iurata. Quia periurium nō impedit rei valorem. Sicut si quis iurasset non prodigè se expensurum pecunias, peccaret prodigè expendendo, at factum teneret. Sic Gambara eodem l. 10. n. 452. Ant. de Rosellis, quem refert, nec improbat Bottens d. a. 4. n. 12.

Tandem duplex superest difficultas. Prior est, an Epi- 32
scopus aut Archiepiscopus validè dispensēt in constitutionibus suæ synodi diœcesanæ absque causa, vel se habeant ad illas, tanquā ad leges superioris. Videntur enim hoc posteriori modo se habere ad illas. Quia non sunt superiores tua synodo diœcesana, sed se habent ad illam instar decani ad capitulum Ecclesiæ cathedralis. Et ita Martina 1. 2. p. 96 a. 5. dub. 2. concluſ. 1. tuetur Episcopum legibus synodi diœcesanæ obligari quoad vim coërciuam, instar aliorum subditorum. Quod etiam fatentur Gallego & Manuel statim allegandi. Quod fieri nō posset, nisi inferior esset ipsa synodo. Secundò, quia nō solum Episcopus in synodo diœcesana definit: sed simul cum illo alii ibi congregati habent suffragium decisiuum, vt docent Imola c. Graue, nu. 22 de præbend. ad fin. Quare Gallego de cognoſcent c. 21. n. 18. defendit cōfirmationem synodi non peti ab Episcopo: nec ipsum posse eius constitutiones abrogare. Et quamuis dubitas dicit se magis in eam partem propendere, vt dispēsatio absque causa facta ab Episcopo vel Archiepiscopo in iis cōstitutionibus sit irrita. Et Manuel 1. to. sum. c. 237. n. 1. fine, & Vega 1. to. sum. c. 88 casu 2. fine, dicunt relato Gallego videri attento iure non posse Episcopum eas constitutiones tollere: at totegrum esse ei dispensare in illis. Quod consuetudo vel tacitas synodi consensus eam facultatem concedat. Nō explicant tamen an eius dispensatio facta absque causa valorem obtineat.

At probabilius censeo validam esse dispensationem 33
Episcopi aut Archiepiscopi in suæ diœcesanæ synodi cōstitutionibus, absque causa factam. Quod citato Cardin. Alexādrino c. fin. q. 5. de cland. disponſ. sustinet Bottens de synodo Episcopi p. 2. a. 4. n. 9. Navarr. sum. lat c. 25. n. 74 & c. fin. nu. 4. de simon. Et idem videtur tenere apertè Azor l. 5. instit. moral. c. 15. q. 3. quamuis enim non explicēt constitutiones synodales, sed tātum suas constitutiones: at refert Navarrā in præcito loco, vbi de cōstitutionibus synodalibus loquitur. Et quamuis hi nō adducant probationes, potest probari hæc sententia. Quia solus Episcopus suffragiū decisiuum habet in synodo diœcesana, cæteri autem assident illi vt consilium præbeant (quamuis minus bene Imola n. præced. allegs. cōtrarium dixerit.) Quod vel ex ipso synodi tenore cōstat, in qua solus Episcopus decernit & subscribit, nulla assessorum mentione facta. Cuius contrarium in synodo prouinciali accidere dicemus n. 36. Cum ergo ipse solus legislator sit, poterit dispensare validè absq; causa, vtpote qui in sua sola voluntate dispensat. Et confirm. quia ad synodum diœcesanam cōmuniter soli parochi & clerus, qui nulla statuendi facultate gaudent, confluere solent. Non est ergo cur eis illius statuta tribuantur. Tandē quia cum eius synodi cōstitutiones solam diœcesim Episcopi obligēt, quę pleno iure subest Episcopo, possitque solus statuta illā obligātia inducere: immeritò eæ constitutiones tribuuntur cæteris cōgregatis: sed solū illuc confluūt vt Episcopo assideant, illumq; suis consiliis adiuuēt, quo prudentius & maturius decernat. Hac enim ratione tuetur Imola c. Graue, n. 22. de præbend. Pontifice assistente concilio generali, Episcopos non habere suffragium decisiuum: sed solum quando ille non interest, mittens legatos, eo quod plena statuendi potestas in Pontifice resideat.

Hinc deducitur contra DD. nu. 32. allegatos, Episcopū 34
non teneri legibus synodi diœcesanæ quoad vim coërciuam, sed tantum quoad directiuam. Sicut tradūt Doctores

res legislatorem suis legibus astringi. Quod illæ à solo Episcopo vim obligandi habeant, ac in illis dispenset, sicut in cæteris suis legibus.

35 Posterior difficultas est. An dispensatio Archiepiscopi in decretis synodi prouincialis facta sine causa legitima valeat. Videtur enim valere, quod Archiepisc. sit superior synodo prouinciali, vt cõstat ex *Graue de prabend.* ibi: *Metropolitani vero delictum superioris iudicio relinquatur, ex parte concilij nunciandum.* Et quo textu constat metropolitanum non posse puniri per concilium prouinciale. Cuius rationem ibi reddit *Host. n.16.* quem sequuntur *ibi Ioan. Andr. n. 8. Anton. n. 4. q. 2. Anchar. n.* 10. eo quod Archiepisc. cõcilio prouinciali superior sit. Potest ergo in eius decretis tanquam inferioris dispensare validè absque causa. Itè quia solus Archiepiscopus habet ibi votum decisiuum, & Episcopi tanquam assessores intersunt, vt tenent quidam, quos tacitis nominibus, ac alios qui sentiunt Episcopos adesse vt iudices, & habere votum decisiuum, refert *Innoc. d. c. Graue, n. 3. vers. Alii tamen dicunt:* & neutram opinionem definit, & *Ant. ibi, n.* 18. *vers. Ad* 3. ait vtramuis partem eligi posse. Ergo potest ad libitũ valide in eis decretis dispensare, tanquam à sua sola voluntate vim habentibus.

36 At dicendum est, esse irritam eam dispensationem. Ducor, quod Archiepiscopus sit inferior synodo prouinciali leges eas ferenti, vt optime defendit *Nauar. lib. 1. consil. in prooem. edit. 1. 31. de offic. ord. toto consil. 7. an posteriores t. de maiorit. & obedientia, toto cons. 6.* atq; ideo ait posse illum à synodo prouinciali excommunicari. Probatque quia ab Archiepiscopo appellatur ad ipsam synodum, tanquam ab inferiori ad superiorem, vt tradunt *Glos. fin. c. A collatum de appell. in 6. Hostiens. c. Graue, in fine, de prabend. Cardin. clem. 1. 3. Quod etiam in interdictus, n. 1 not. ab. 1. de sent. excomm. & ibi Anchar. n. 5. not. ab 5.* Vnde concludit *Nauar.* nõ se habere Archiepiscopum ad synodum prouincialem, sicut se habet Pontifex ad concilium generale, vel Episcopus ad suum capitulum. sed vt se habet decanus capituli Ecclesiæ cathedralis ad ipsum capitulum. Qui est caput ipsius ad eum effectum; vt eius sit capituli conuocatio, & ibi tanquam præsidens habeat primam sedem, non tamen est maior, sed inferior toto capitulo. Sic Archiepiscopus (inquam) est caput synodi prouincialis, in quantum est eius illam cogere, ac illi præesse habendo primam sedem. Non tamen quod sit maior ea congregata, nec habeat parem iurisdictionem: sed est tãtum simul iudex & collega aliorum Episcoporum qui in eam congregantur. Non valet ergo dispensatio Archiepiscopi facta absque causa in iis decretis, vtpote facta ab inferioti in lege superioris. Secundò, quia Archiepiscopus solus potestate caret cõdendi statuta totã prouinciam obligantia, vt constat ex *c. Nullus primas, 9. q. 3.* quod est ex Calixto Papa, *c. Sicut olim, de accus.* At decreta synodi prouincialis totam prouinciã ligant. Non ergo à solo Archiepiscopo dimanãt: ac proinde nequibit ipse absque causa valide in eis dispensare. Quippe omnis res per quascunque causas nascitur, per eadem dissoluitur, *c. 1. de regulis iuris.* 21 confirmatur, quia Episcopos suffraganeos ibi interesse vt iudices habentes ius suffragij decisiui colligitur apertè ex *d. c. Sicut olim*, ibi: *Ea fideliter perferant ad metropolitanum & suffraganeos, vt super his & aliis, prout vtilitati & honestati congruerit, prouida deliberatione procedant, & quæ statuerint faciãt obseruari.* Ecce qualiter non solum Archiepiscopum, sed suffraganeos quoque auctores statutorum dicit textus: alias non diceret in plurali, *Quæ statuerint.* Idem etiam deducitur ex *c. Graue, de prabend.* ibi: *Per ipsum concilium suspendatur.* Quem textum ponderat *ibi Imola nu. 22.* ad probandum requiri consensum, nec sufficere consilium suffraganeorum. Quod etiam sustinent *ibi Hostiensis n. 8. Ioan. Andr. n. 5. Card. n. 6. q. 6.* Quod etiam constat ex concilio Toletano 4. vbi iubẽtur Episcopi subscribere iis, quæ communi deliberatione in concilio prouinciali statuuntur, & concilium Mediolanense 4. in fine ponit eius subscriptionis normam sic: *Nos Carolus Archiepiscopus Mediolani de consilio & assensu Reuerendissimorum Coepiscoporum nostrorum subscripsimus.* Et statim subscribunt alii Episcopi. Nec obstat *c. Graue, de prabendis*, ponderatum n. præced. pro contraria sententia, cum ratione doctorum ibi allegata. Non enim intelligunt Archiepiscopum esse vere superiorem ea synodo, sed eius caput: & ideo ob eius dignitatis reuerentiam noluit is textus posse eius delictum puniri à synodo. Et ita hanc rationem reddiderunt *ibi Antonius n. 17. Abbas nu. 8.* & hanc fuisse mentem eorum Doctorum, vel ex eo constat, quia *idem Host.* qui *n. 16.* eam rationem reddidit, quem alii sequuntur statim *in fin. cap.* ait Archiepiscopum esse inferiorem, & ab eo appellari ad synodum. Tãdem quia expresse nequire Archiepiscopum in his constitutionibus dispẽsare, nec absoluere ab excommunicatione in hac synodo lata, tnẽtur aliqui, quos tacito nomine refert *Archid. c. 1. ad fin. d. 17.* reprobata distinctione *Hostiens. c. Graue, nu. 17 de prab. & Anchar. clem. 1. n. 5. de sent excom.* & huic sententiæ inhærere videntur *ibi Arch. d. & Dominicus*: solum enim differũtiũt quoad absolutionem ab excommunicatione. Cùm enim ea lata à synodo prouinciali sit, nec specialiter reseruata, poterit ab ea tanquam à iure lata absoluere quiuis parochus: iuxta *c. Nuper, de sent. excom.* nedum Archiepiscopus. Et eiusdem sententiæ sunt *Ancharan. & Host. proxime allegati.* aiunt enim non posse Archiepiscopum dispensare in iis decretis, si ea formentur nomine synodi, dicendo, Nos synodis, siue nos Archiepiscopus & Episcopi in synodo congregati, vel nos Archiepiscopus de consensu suffraganeorum in synodo congregatorum statuimus. Secus si in persona solius Archiepiscopi. Nam innituntur, quod in priori casu sit constitutio synodi, at in posteriori solius Archiepiscopi: atque ita fatentur non posse Archiepiscopum quoties est synodi prouincialis constitutio.

Hinc infero teneri Archiepiscopum tanquam inferiorem, & Episcopos suffraganeos illis decretis quoad vim coactiuam: nec posse in illis dispensare, nisi sicut in lege Põtificia, in vno vel altero casu ratione necessitatis, quod non sit recursus ad Pontificem, nec tunc sit coacta synodus prouincialis, vt ad illam confugiatur, nec refert esse recursum ad Archiepiscopum, ne suffraganei in suis diœcesibus possint tunc in eo dispensare decreto. Tum quia Archiepiscopus non habet maiorem in hoc potestatem, quam suffraganei (vt n. præced. diximus.) Tum etiã quia in diœcesi suffraganeorum superior non est nisi in causa appellationis. Et ideo extra appellationis casum nõ posse eum cum subditis suffraganeorum dispensare, tradunt omnes in tractatu de voto. Ex quibus omnibus constat dispensationem Archiepiscopi, aut suffraganeorũ, etiam simul cum illo, nisi in synodo prouinciali sint legitimè congregati, absque iusta causa factam esse irritam. Quia dispensant in lege superioris. Secus si synodus ipsa prouincialis, vel alia synodus similiter prouincialis dispensaret. Quippe tunc valeret etiam absque causa concessa dispensatio, tanquam facta in lege propria, aut æqualis prædecessoris. 37

DISPVTATIO XVIII.

An dispensatio à quocunque concessa in quauis lege, deficienti causa legitima, culpæ obnoxia sit, in concedenti, petenti, acceptanti eáve vtenti?

SVMMARIVM.

Quando dispensatur absque causa in lege diuina, aut superioris, est mortale, n. 1.

Quid, quando in propijs legibus? Refertur quadam sententia, n. 2.

Proponitur sententia Auctoris n. 3.

An minor causa sufficiat ad dispensandum in iure humano, quam in diuino, n. 4.

An existente iusta causa teneatur prælatus dispensare: & si neget, possit ab eo appellari? Remissiue, n. 5.

Qualis sit culpa dispensare in ea propria lege absque causa. Refertur opinio, num. 6.

Proponitur sententia Auctoris, n. 7.

Qualis sit culpa in petente, & acceptanti, sciente deesse causam, n. 8.

Quid

Quid si prælatos propria causa, de quarum sufficientia dubitatur, n. 9.
An vicius dispensationis sine causa cessat, Refertur opinio, n. 10.
Explicantur sent. Auctorum, n. 11.
Quale sit hoc peccatum, n. 12.
An in eũ quo absq; causa dispensatur, teneatur exequi quod lex iubet, n. 13.
Satisfit argumentis. Et explicatur c. Cum nostris, de concess. præb. nu. 14.

1 DISTINCTIONE superiori actum est de valore dispensationis absque iusta causa concessæ: hæc tractat de eius honestate, tam in concedenti, quam in petenti, acceptanti, cáve utenti. Et quidem si de dispensatione in lege diuina aut cuiuscunque superioris loquamur, nemo dubitat reum esse culpæ lethalis petentem, acceptantẽ, vtẽtem, concedentem: nisi materiæ leuitas excuset à tanta culpa. Quod ea dispẽsatio irrita sit (vt diximus disp. præc. n. 3. & 4. Jac proinde à legis transgressione non excusat.

2 Difficultas autem versatur, quando in propriis legibus est dispensatio. Et incipiendo ab ipso dispẽsante, quidam cẽsent ipsum si Princeps supremus sit, posse in eis ad libitum dispensare: & solam suam voluntatem esse sufficientem dispẽsandi rationem. Ducuntur, quia sicut sola Principis voluntas fuit causæ inducendæ obligationis, ita ea sola obligationis tollendæ sufficiens causa erit. Condentis enim ius est illud destruere. Nec Princeps suis legibus astringitur, *l. Digna vox, C. de legibus*, & res facile ad pristinam suam naturam redit, *l. Si vnius, §. Pulla, ff. de pactis.* Et confirmatur, quia dominus rem suam libere expendere potest. Cum ergo Princeps, vtpote suæ voluntatis dominus, habeat quasi dominium legis ab ipsa profectæ, videtur nulla alia causa desiderari: vt in ea cum aliquo dispẽset. Secundò, quia potest Princeps nutu suo vel ex parte, vel ex toto dissoluere legem. Tertiò, id constat ex *c. Cum nostris, vers. Nos vero, de concess. præbend.* ibi: *Mandamus quatenus nisi prædictus Episcopus sufficienter ostenderit, quod vel ex indulgẽtia Sedis apostolicæ specialis, vel ex alia iusta causa præpositura sibi concessa fuerit, ipsum ad resignationem ipsius compellatis.* Vbi indulgentia Pontificis comparatur iustę causæ. Dictio enim disiunctiua, Vel, ponitur necessario inter diuersa, vt notant DD. *l. Si qui, in princip. ff. de rebus dubiis.* & probatur ex *l. Hæc verba, ille aut ille, ff. de verb. signif.* Quartò, quia si causa desideraretur, non videretur tunc Princeps dispensare, sed obligatio legis extingui cessante eius causa. Et confirmatur, quia alias dispẽsatio non tam videretur legis relaxatio, quam declaratio quædam cessationis legis in hoc euentu. Tandem, quia passim concedit Pontifex dispẽsationes matrimoniales in gradu nõ multum propinquo absque causa. Et ideo hãc partem sustinent *Glossa l. Relegati, 4 in fin. ff. de pœnis: & ibi Bart. nu. 4. Speculat. t. De legat. § Nunc ostendendum est, n. 52.* & melius, *t. De dispensat. §. Nunc breuiter dicendum est, n. 5. vers. Et nota. Innoc. c. Cum ad monasterium, n. 3. & 4. de statu monach. & ibi Ioan. Andr. num. vlt. Ant. n. final. Host. n. 31. Syl. Anchar. n. 25. Henric. n. 16. Cardin. ibi, §. vlt. n. 5. Abb. ca. Diuersis, n. 3. de cleric. coniug. & c. 1. n. 4 de sibi mat. Idem Ioann. And. c. Mayna, n. 5. de voto, & ibi Henric. n. 3. idem Ant. c. 1. col. vlt. n. 10. de consuet. & ibi Imola n. 16. vers. Ex ex dictis patet, & ibi Felin fallent. 4. ampliat. 1. n. 23. & c. Ad audientiam, l. 2. nu. 4. de rescript. Bald. l. Rescript. n. 12. C. de precib. imperatori offer. Decius c. Quæ in Ecclesiarum, in nona edit. n. 113. de constitut. & c. Cum in cunctu. § Inferiora, n. 17. de elect. Gyras de pensionibus, q. 6. nu. 13. Turrecr. c. Singula, a. 4. fin. nu. 14. d. 89. Hippolytus singular. 599. Bermondus de publicis concubinar. §. Statuimus, n. 28. Angel. verb. Dispẽsatio, n. 3. Rosella ibi, n. 6. Sylvest. q. 3. n. 5. Armilla n. 14. Rojas* alios referens *epitome successionum, c. 13. n. 12. Mauchaca l. 1. qu. illustr. c. 25. n. 9. & n. 16.* limitans quando est dispensatio ex gratia, & non ex iustitia concedenda *Menochius de arbitrar. l. 2. centur. 5. casu 421. n. 19. Borgasius de irregular. p. 7. c. vlt. n. 16. 17. 18. Brunor. in suo compend. lit. P. vers. Papa dispensare potest. Mandosius praxi signatura, verb. Dispensationes, vers. Papa dispensare potest.* Et ex Theologis, *Paludan. 4. d. 38. q. 4. a. 4. conclu. 3. n. 40. Alvarus Pelagius l. 1. de planctu Eccles. a. 46. lit. G. Stunica de voto, q. 6. nu. 110. 130.* & addunt *Felinus d. c. Ad audientiam, n. 4. Gygas d. n. 13. Borgasius d. n. 18. Stunica d. nu. 130.* eum cum quo sic absque causa dispensatur, esse etiam tutum quoad Deum: & nõtantũ quando omnino aboletur lex, sed etiam quando stante lege dispensatur in ea cum aliquo. Quia *Innocentius proxime allegatus*, quem cæteri sequuntur, loquitur expresse de dispensatione, & indistincte. Vnde (ait *Felinus*) non est cur ad forum externum eius sententia restringatur. Et quamuis hi Doctores de inferiori, vt de Episcopo circa suas leges dispensanti, minime loquantur: at idem tenentur dicere. Quia rationes allatæ in eo etiam militant. Cùm eæ leges ex sola eius voluntate dimanent.

At dicendum est, quemcumque legislatorem etsi supremus Princeps sit, reum esse culpæ, dispensando cum aliquibus absque causa legitima in propriis legibus. Ducor, quod violet ius naturæ dictans partem suo toti congruere debere, excipiens temere & imprudenter aliquos per dispensationem. Et confirm. quod offendat æqualitatem, quam iustitia erga omnes seruari petit, *c. Iustum est, d. 9.* Secundò, quia est actus rationi dissonus, & offensionis ansam cæteris subditis iure optimo præbens. Et confirm. quia potestas data est in ædificationem, non in destructionem 2. *Corinth.* 10. Quare talis dispensatio est potius dissipatio censenda: auctore *D. Bernard. l. 3. de consider. ad Eugenium, ad fin.* Tertiò, quia sicut lex ob bonum commune indicit debet, *c. Erit autem lex, d. 4.* ita & dispensatio: quę est quasi lex quędam. Quartò, quia dispensatio hæc cedit in aliorum iniuriam. Quia vna ex conditionibus ad legis iustitiam petitis est, vt sit æqualis omnibus. Quæ deficit, quando cætetis lege oppressis, aliquis sine iusta causa ab illa eximitur. Quintò, idem probatur ex *Trident. sess. 24. de matrim. c. 5.* ibi: *In contrahendo matrimonio vel nulla omnino detur dispensatio, vel raro, idq; ex causa, & sess. 25. cap. 18. de reformat.* ibi: *Quod si vrgens, iusta q; ratio, & maior quandoque postulauerit cum aliquibus dispensandum esse: id causa cognita, & summa cum maturitate, à quibuscumq; ad quos dispensatio pertinebit, præstandum est.* Et ex *Conc. Colonien. 3. p. t. c. 33.* ibi: *Quam imprudentissime plerique diplomatis ac dispensationibus apud Sedem apostolicam extortis præter summum pontificis meritum (quis & vult vt debet potestate sibi concessa non ad destructionem, sed ad constructionem vti) abutantur.* Tandem probatur ex *l. Relegati in fine, ff. de pœnis*, ibi: *Nemo potest commutatum reuocatumve dare exuli, nisi imperator ex aliquta causa.* Atq; ita sent. hanc sustinent ex Theologis *D. Thom. 1. 2. qu. 97. a. 4. Caiet. sum. verb. Dispensatio, ium. & 1. 2. q. 96. a. 5. ad fin. Victoria de potest. Papæ propos. 15. n. 15. vetus de Soto lect. 11. de matrim. pap. penult. vers. Iam circa. Sotus l. 1. de iust. q. 7. a. 3. ad fin. corporis, & 4. d. 39. q. vn. a. 1. in fine corporis. Cajetanus relect. de pœnitentia, p. 5.* vbi de præcepto confessionis, *ad fin. Ledesma 2. p. q. 56. a. 4. col. penult. vers. vreterea dubium. Veracruz 2. p. specul., a. 49. ad fi. & 2. p. a. 27. vers. Secũdo nõ exped. Medina 1. 2. q. 97. a. 4. col. penul. vers. De causa necessaria. Palacios 4. d. 15. disp. 8. col. 17. vers. Neque solum. & d. 38. disp. 2. col. 7. vers. Ego vero dixerim. Corduba in quæst. l. 4. q. 8. col. penult. Valentia 2. 2. disp. 5. q. 7. punct. 2.* vbi de pluralitate benef. *col. 4. vers. Vbi autem illud ius, & 2. disp. 7. q. 5. punct. 9. ad fin. Petr. de Ledesma de sum. sacram.* vbi de matrim. *c. 27. post 4. concl. dub. 2. Azor l. 5. instit. moral. c. 15. qu. 2. Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 24. concl. 2. n. 4. & c. 196. fin. vbi Itur. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. lib. 3. c. 4. vers. Altera difficultas. Vega 2. to. sum. c. 23. casu 14.* idem *Pet. de Ledesma de matrim. q. 54. a. 3. dissic. 4. post 2. concl. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 4. col. 2. versic. Sed quid si monarcha.* Et ex Iurisperitis, *Host. sum. t. de filiis presbyt. ad fin. vers. Verumtamen non omitto Abbas repetit. c. Extirpanda, §. Quia vero, n. 44. de prabend. & c. Quę in Ecclesiarum, n. 17. de constitu. & c. Per venerabilem, n. 4. qui filii sint leg. & ibi vrapos. §. Quod autem, n. 2. not. ab. 3. Alex. de Neuo c. 1. nu. 131. & c. Cum accessissem, n. 80. de constit. & c. Duas, n. 19. de sponsa duorum. Additionator ad Ioan. Andr. c. Cum ad monasterium, fine, de statu monach. Rebuffus in concordatis*, vbi de forma mandati apostolici, *super verb. Dispensationum, vers. Notandum est quod nunquam. & praxi benef. tit. de dispensat. ad plura beneficia, n. 55. Turrecr. c. Cunctis, q. n. 2. d. 11. Rosella verb. Votũ 5. n. 4. Armilla verb. Papa, n. 12. & verb. Dispensatio, n. 13. Navar. sum. c. 12. bis. n. 58. Lat. n. 57. & vtraque c. 25. n. 5. & sum. Lat. preludio 9. n. 14. Covar. c. Alma mater, § 5. 1. n. 7. de sent. excom. in 6. & 4. decr. 2. p. c. 6. § 9. n. 7. Spino speculo testam. gl. 12. principali, n. 2. Gallego de cogn. spirit. c. 21. n. 2.*

Id

4 Id tamen maxime obseruandum est, multo minorem causam sufficere ad dispẽsandum in iure humano, quam in diuino & naturali. Quippe strictior est huius, quam illius obligatio. Sic *Nauar. sum. c. 12. Hispan. nu. 58. Lat. n. 57* Quod quidem ceteris paribus intelligendum est. Regula enim certa statui nequit: nam aliqua lex humana potest adeo bono communi conducere, vt ratio ipsa postulet difficilius in ea dispensandum esse, quam in particulari voto obliganti iure diuino naturali, vt optime docet *Soto l. 7. de iust. q. 4. a. 3. col. 8. vers. Hic autem.*

5 Vtrum autem existenti causa iusta teneatur prælatus dispensare: & si nolit possit ab eo appellari, diximus lib. 3. tota disp. 10.

6 Sed quale sit peccatum dispensare quemcumq; legislatorem in propria lege absq; iusta causa, non concordant DD. Quibusdam placet esse lethale, nisi materiæ paruitas excuset. Quod res maximi momenti sit violatio hæc æqualitatis inter subditos seruandæ. Deinde quia si esset ex se & ex genere suo veniale, non fieret mortale ex materiæ multiplicatione, vt in mẽdacio officioso constat. At quãdo lex est grauis, fatentur DD. esse mortale. Huius sent. apertè videtur *Caiet. sum. v. Dispensatio, init. & ibi Armil. n. 13.* vbi dicunt in materia parua esse hanc culpam venialem. Quare sentiunt apertè ex suo genere esse lethalem. Et *Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 9. n. 7.* vbi ait fortassis & frequentissimè esse culpam mortalem, & tenent *Petr. de Ledesm. sum. sacram.* vbi de matrim. *c. 17. post. 4 concl. dub. 1. Manuel. 1. tom. sum. in 2. edit. c. 196. fin. Vega 2. to sum. c. 23. casu 14.* & est satis probabile.

7 At probabilius est, culpam esse venialem, si desit scandalum, ac notabile aliorum damnum. Quale esset, alios nimis grauari ex eo, quod quis absque causa tributi soluendi lege liberaretur. Ducor, quod his cessantibus non sit res tanti momenti quempiam absque causa à lege obligatione eximi. Cum lex illa à legislatoris voluntate pendeat. Nec dicimus fieri culpam mortalem ex materiæ multiplicatione, sed ex extrinseca scandali aut notabilis aliorum damni circumstantia. Et ita tuentur *Nau. sum. Lat. præludio 9. n. 14. & c. 25. n. 5. Iud. Lop. 1. p. instruct. c. 4. col. 2. vers. Sextò super addimus, Phil. arc. de offic. sacer. to. 1. p. 2. l. 3. c. 4. vers. Altera difficultas, Manuel. 1. tom. sum. 2. edit. c. 257. n. 1.* & idem videtur tenere *Valentia 1. 2. disp. 7. q. 5. punct. 9. ad fin.* vbi docet hoc peccatum communiter esse veniale: at esse probabile, posse aliquando esse mortale, attenta legis grauitate & conditione.

8 Rursus de petente dispẽsationem, cum causam iustam deficere norit, *Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 9. n. 7.* ait eum peccare venialiter, & forsan mortaliter. Quippe qui rem illicitam petit à Principe, esto; ei in culpa mortali adiutor. At *Pet. de Ledes. allegat. n. 6.* ait hunc esse reum culpæ lethalis. At dicendum est nisi iusta ignorantia excusetur, simili culpa eum infici, quam admittit sic dispensans. Quare quando dispẽsans peccat mortaliter, vel venialiter, iuxta dicta n. præc. petens quoque eiusdem generis culpæ reus erit. Quia cooperatur concedentis peccato, ad idque inducit. Atque idem dicendum est de acceptante, licet non petierit. Quod consentiat concedentis peccato, imò cooperetur. Cum dispensatio non plene suum effectum sortiatur, donec acceptetur. Sed inde inferes, peccare qui quotidie dispensationes matrimoniales concedi absque causa petunt expresse à Pontifice. Quod absurdum videtur. Cum viri timorati & docti id passim consulant ad euitanda dubia, quæ circa causarum, quæ allegantur, veritatem suboriri solent. Sed respondeo eos culpæ immunes esse. Quia Pontifex tunc non dispensat absque causa (vt disp. seq. n. vltimo explicabimus:) quamuis enim non detur causa ex parte personæ cum qua dispensatur: at Pontifex ad sumptus boni communis taxat aliquam pecuniariam compositionem: quæ causam iustam dispensandi præbet.

9 Id tamen monuerim, si petens dispensationem proponat bona fide causas, quibus ducitur, eum minime peccare quamuis illæ minus iustæ sint. Quia suum non est iudicare an causæ eæ sint legitimæ, sed superioris. Sic *Nauarr. sum. Lat. prælud. 9. n. 13. fin. Pet. de Ledes. sum. sacram.* vbi de matrim. *cap. 27. post 4. conclus. dub. 1. Philarcius de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 3 c. 4. vers. Altera difficultas.* vnde optime *Azor. lib. 7. instit. moral. c. 29. qu. 6.* ait quando alicui est dubia soluendi ieiunij causa, ita vt non certo & euidenter sibi constet causam iustam deesse, eum tuto id soluere consilio superiorís, medici vel confessoris. Quia in dubio melior est horum conditio, & non nostro, sed illorum iudicio standum est, & optime etiam *D. Th. 2. 2. q. 88. a. vlt. ad 2. & Ioan. de Friburgo in sum. confess. l. 1. t. 8. q. 81. Emm. Sa sum. v. Votum,* vbi de voti irritatione, *n. 21.* dicunt in dubio an causa dispensationis legitima sit, excusare dispensationem prælati. Et faciunt etiam quæ diximus disp. præced. n. 15. nimirum, in foro conscientiæ præsumi in dubio pro superiori dispensanti.

Tandem de vtenti dispensatione concessa absq; legi- 10
tima causa, difficultas est an vlrta peccatum, in eius petitione acceptatione ve admissum, nouam culpam incurrat quoties ea dispensatione vtitur? Multi censent cessante scandalo ac aliorum damno notabili eum non peccare (quod satis probabile est.) Ducuntur, quod cum ea dispẽsatio à legislatore concessa sit valida, nulla legis obligatio supereset, cuius transgressio vtentem eadem dispensatione reum culpæ constituat. Nec lex naturalis, dictans partem suo toti congruere debere, eum obliget, vtpote qui iustam exceptionem habet non se conformandi cæteris. Quod à lege illa cæteros obligante sit vere exemptus. Secundo, quia si princeps absque iusta causa omnino aboleret legem, non peccaret eam non obseruans. Ergo similiter quando partim abolet, dispẽsando cum aliquo. Quia respectu illius omnino est abolita. Sic tenent *Anchar. c. Non est, in fi. de voto, & c. Cum ad monasterium, n. 25. de statu monach. Felin. c. Ad audientiam, el. 2. n. 4. de rescript. Gygas de pensionibus, q. 6. n. 13. Angel. v. Dispensatio, n. 3. & ibi Sylvest. q. 3. n. 5. Nauar. sum. Lat. c. 12. n. 57. Brunorus in suo compendio, lit. P. v. Papa dispensare potest, Palacios 4. d. 15. disp. 8. col. 17. vers. Quamuis is, & d. 38. disp. 2. col. 7. vers. Ego vero dixerim, Medina l. 1 sum. c. 14. §. 10. Stunica de voto, q. 6. n. 130. Azor. libr. 5. instit. moral. c. 15. q. 3. init. Aragon 2. 2. q. 89. a. 9 ad fin.*

At probabilius est, in vsu huius dispensationis culpam 11
admitti. Quod licet oblata sit illius legis humanæ obligatio ratione dispensationis, ac supereset obligatio legis naturalis dictantis neminem debere absq; causa iusta à suo toto discrepare. Quare etsi hic non peccat aduersus illam legem humanam, at peccat contra hoc ius naturæ. Nec obstat, abrogata omnino lege neminem peccare, eam nõ obseruando. Quippe cum tunc quoad totam communitatem tollatur lex, nil est quod obliget. At manenti lege in ordine ad alios rationi dissonat, vt quispiam nulla iusta ratione excusatus non viuat æquali iure cum aliis. Et ita sustinent *Abbas cap. Non est, n. 8. de voto, Additionator ad Ioan. Andr. cap. Cum ad monasterium, fin. de statu monach. Barbatius addit. ad Abb. c. At si clerici, §. De adulter. n. 12. v. Est nulla, de iudic. Gambara de auctoritate legati, lib. 10. nu. 161. & 374. Rebuff. praxi benef. ti. de dispensat. ad plura beneficia, n. 55. Nauar. summa Lat. præludio 9. n. 14. & sum. Hisp. c. 23. nu. 42. Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 9. n. 7. & 8. Gallego de cogn. spir. c. 21. n. 9.* Et ex Theologis, *Cajet. 1. 2. q. 96. a. 5. ad fin. Soto l. 1. de iust. q. 7. a. 3. in fin. corp. Ledesma 2. p. 4. quæst. 27. a. 2. paulo post principium, Cordoba in suo quæstionario, l. 4. q. 3. col. penult. Azor. lib. 5. instit. moral. c. 15. qu. 3. in fin. Manuel quæst. reg. 2. to. qu. 46. a. 5. & to. 1 sum. in 2. edit. c. 257. n. 1. Pet. de Ledesm. sum. sacram.* vbi de matrim. *c. 27 post. 4. concl. dub. 1. Iud. Lop. 1. p. instruct. cap. 4. colum. 2. vers. Sexto super addimus, Philarcius de officio sacerdotis, tom. 1. part. 2. lib. 3. c. 4. vers. Altera difficultas, Valentia 1. 2. disp. 7. q. 5. punct. 9. ad fin.*

Quod si roges, quale sit hoc peccatum? *Petrus de Ledes.* 12
num. præced. allegatus ait esse mortale. Quia concedens absque causa dispensationem, delictum lethale perpetrauit, qui consentire videtur ea vtens. At mihi certum est, id

peccatum esse veniale, si scandalum & damnum aliorum notabile cessent. Quod vsus illius dispensationis non sit consentire peccato dispensantis, nec prosecutio peccati admissi in petitione acceptationeve dispensationis: eum ea peccata omnino transierint, solumque superstit in illius vsu ea partis cum toto deformitas indecens quæ cessante scandalo, vel alio damno, nõ ita grauis est, vt culpam venialem excedat. Nec valet, Princeps concedens peccat mortaliter: ergo & vtens. Quia ad Principem spectat curare, vt leges ob commune bonum indictæ obseruentur: at subditi non est id prouidere, sed tantum obseruare, quamdiu sibi impositæ sunt, & ita docent *Soto, Nauar. Couar. Gallego, Corduba, Valentia, Pibiarcus, Manuel, vbi eos num. præced. allegauimus.*

13 Hinc deducitur, hunc cum quo sine causa iusta dispensatum est in lege, teneri iure naturæ non obstante dispensatione exequi quod lex iubet. Quod bene docet *Valentia n. 11. allegatus.* Et constat ex dictis n. præc. Si enim peccat venialiter in vsu dispensationis, qui est non seruare legem, contra ius naturæ, dictans indecens esse partem non conformari toti. Ergo eodem iure naturæ tenetur legem seruare sub culpa veniali.

14 Ad arg. n. 2. proposita resp. Ad 1. dic concludere solam Principis voluntatem causam esse sufficientem legis dissoluendæ, vt dissolutio factum teneat: non tamen vt licita sit eximendo aliquem priuatum cæteris ligatis. Quia non data est potestas ad destructionem, sed ad ædificationẽ. Imo nec sola Principis voluntas satis est ad legem condẽdam, nisi causa legitima adsit. At cõfirm. dic similiter probare posse libere, ad hunc sensum, vt teneat factum, non tamen vt id liceat. Quippe lege semel condita non omnino eximendi alicuius ab ea dominium habet. Quia tenetur ex officio administrare iustitiam & æqualitatẽ seruare. Ad 2. dic longe diuersam esse rationem de abroganda vel deroganda lege, & de eximendo aliquo à lege, per priuatam dispensationem. Ad prius enim sola voluntas sufficit, qua ab initio constituta est. Ad posterius autem requiritur causa. Quia cum lex sit iusta, imprudẽter & temere pars excipitur ne congruat suo toti. Ad 3. dic, in eo textu æquiualere dispensationem Pontificiam iustæ causæ ne compellatur possessor plurium dignitatum alteram resignare. Quia ostensa dispensatione Pontificis præsumitur iusta causa: & ita releuabitur ostendens onere probandæ causæ iustæ; quam probare tenebatur non existente dispensatione. Tunc enim temporis (vt notat *ibi Glossa v. Iusta,*) poterat quispiam plures habere dignitates sine dispensatione, ex iusta tamen causa. Vnde decidit textus possessorem compellendum esse alteram resignare, nisi iustam causam probet, vel dispensationem exhibeat: qua ostensa præsumebatur iusta causa. Ad 4. & confirm. dic, cũ dispensatur in lege, non ita cessare causam, vt eius obligatio cesset absque alia dispensatione. Quia ad id oporteret causam in vniuersum cessare, nec sufficeret in eo priuato cũ quo dispensatur. Præterea esto hoc sufficeret, non semper cum dispensatur, cessat omnino causa legis in eo priuato. Quia satis est ad dispensationem causa dubia. Quæ ad cessationem obligationis legis minime sufficeret. Ad vltimum constabit ex dicendis disp. seq. fine.

DISPVTATIO XIX.

Quæ sint iustæ causæ dispensandi in impedimentis matrimonium dirimentibus?

SVMMARIVM.

Causa iusta dispensationis an semper debeat esse bonum commune, n. 1.
Quid intelligatur in Trid. nomine magnorum principum, cum quibus solis est dispensandum in secundo consanguinitatis gradu, n. 2.
An id deceruere procedat in publica honestate, etiam in primo gradu, num. 3.
Ex quibus causis dispensatur etiam cum non magnis Principibus, n. 4.
An licite dispensetur facilius cum diuitibus & potentibus, n. 5.
Duo assignantur ea causa, contrahentes esse nobiles, aut ex nobili genere natos: aut ex principalioribus vrbis, quomodo intelligatur, n. 6.
An vegetior causa desideretur in consanguinitate, quam in affinitate, & cognatione spirituali, & an in hac soleat Pontifex dispensare: & in maior causa petatur, quo gradus est propinquior: & in recta linea, num. 7.
An extinctio litis, & pax sit iusta dispensandi causa, n. 8.
Quod de scandalorum cessatione: & qua sint hoc scandala, n. 9.
Qualiter intelligatur causa dum allegatur suboriturum scandala, n. 10.
An sit nulla causa, quando dispensatione obuiatur magno delicto, n. 11.
An sit iusta, non reperiri ob loci angustiam, vel magnam sobolem, consanguineo æquale, n. 12.
Quid, si in loco vicino æquale reperiatur, n. 13.
An ea causa sit falsa, si omnes tantum aut alterum reperiatur æquale? num. 14.
Quæ spectanda sint vt matrimonium dotatur æquale, n. 15.
An defectus dotis competentis ad nubendũ æquis, sit iusta causa, n. 16.
Quid, si sufficiat vt habeat æquali femina non tamen ei, qui illam ducere vult, n. 17.
An sat sit argumentum dotis femina alias sufficientem dotem habentis, n. 18.
An sufficiat contrahentes instituere esse heredes sub conditione matrimony, n. 19.
An sit causa si patrimonium femina sit litibus implicitum, n. 20.
An censeatur femina carere dote, quando habet patrem diuitem, n. 21.
Quid, si vere succedendi careat, n. 22.
Quid, si non sufficiat legitima ad dotem, nisi in aliqua parte meliorentur, n. 23.
Quid, si frater vel alius dotet, sine præcesserit pactum, sine non, n. 24.
Quid si parentes nequeunt dotare, at ipse mutuo habebit dotem, n. 25.
Quid, si facultatibus renunciarat, & ideo caret dote, n. 26.
An quando femina vere carebat dote, possit nolle hereditatem, vel legatum acceptare, vel in altum cedere, quo titulo paupertatis facilius dispensetur, n. 27.
Quid, si instituta haret, insidiis instituentis impetrauit dispensationem titulo paupertatis, & inito matrimonium, n. 28.
Quid, si allegetur feminam mansuram inuptam defectu dotis: cum tamen ob aliam causam, vt infirmitatem, ætatem, & id contingat, n. 29.
An sit iusta causa, conseruatio diuitiarum in eadem cognatione, n. 30.
Quid, de conseruatione illustris familiæ in eodem sanguine, n. 31.
Quid de excellentia meritorum personæ, vel eius rei publicæ dispensatio, n. 32.
Quid, si proles sit habita ex illa consanguinea, n. 33.
An quando singula causa non sufficiens, possint multa collecta sufficere & ad id conferat feminam esse parentem aliam? n. 34. & ibi, an natæ filiæ ex alio matrimonio superstes?
An compositio pecuniaria absque alia causa sufficiat, n. 35.

SVPPONENDVM est primo, quamuis numquam dispensatio fieri debeat contra bonum cõmune, ob idq; frequenter in legibus dispensandũ non fit: quod ea frequẽtia vim legũ eneruat, quibus bonũ commune cõseruatur & vnicuique ad legum violationem viam aperit, vt decidit in *Trid. sess. 25. c. 18. de reform.* at non semper desiderari ad iustam dispensationem, vt causa directe ad bonum commune referatur: sed satis esse indirecte, ac virtuteus prout bonum partis redundat in bonum totius. Constat ex *c. Requiritis, §. Nisi rigor, 1. q. 7.* vbi ponuntur causæ dispẽsandi solum priuatum bonum respicientes. Item ex vsu Ecclesiæ passim in impedimentis dirimentibus dispensantis, ob mulieris inopiam, & in voto ob periculum incontinentiæ. Quæ causæ bonum priuatum directe spectant, & *D. Thom. 1. 2. q. 97. a. 4. corp.* rationem dispensandi in præcepto assignat, quod maius bonum personæ priuatæ, cum qua dispensandum est, impediatur: vel caueatur aliquid peius, vnde dum *D. Th. co. a. 4. & Sot. l. 1. de iust. quæst. 7. art. 3. col. 4. vers. Causas vero*, aiunt infidelem fore dispensatorem, nisi propter bonum commune dispenset, intelliguntur saltem indirecte.

Secundò supponendum est in *Trid. sess. 24. de matrim. cap. 5. fin.* statutum esse ne in secundo gradu dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam. Quid autem nomine magnorum Principum intelligatur, non parua difficultas est. Et quidem *clem. vn. de bapt.* interdicitur baptismus extra Ecclesiam, nisi filiorum Regis vel principum: & *ibi Glossa verb. Regum*, ait principatum sumi pro notabili potentatu merito Regiæ dignitati comparando. Atque idem tradunt *Cardinal. ibi n. 8. Antchar. num. 4. Imola n. 8. fin. Suarez 3. p. q. 71. disp. 31. sect. 2. col. 4.* explicatque *Suarez* non comprehendi filios Marchionum

rum aut Dacum, qui regibus subduntur. Verum hinc nō deducitur sumi ita stricte Principes in prædicto Tridentini decreto. Quia ex adiunctis hæc Principum stricta significatio colligitur ex illa clementina: vtpote quæ filios Regum ac principum æquiparauit. Quare *Enriqu. lib. 12. de matrim. c. 3. n. 6. in commento, lit. X.* ait in Tridentino praxim interpretari nomine Principum intelligi principales personas: & *n. 9.* ait intelligi viros opulentos. Quod ex larga significatione hi Principes appellentur, vt ex multis probant *Tiraqu. de nobilitate cap. 3. n. 5. & 6. & l. Si vnquam, v. Facultatum, à n. 1. C. de reuoc. don. Molina lib. 1. de primog. c. 2. n. 25.* Sed hæc interpretatio non placet. Quia Tridentinum nō dicit absolute Principes, sed magnos Principes. At viros opulentos nemo magnos Principes iure vocarit. Adde, mentem Tridentini fuisse, vt rarissimæ essent hæ dispensationes. Quæ defraudatur intelligendo viros opulentos. Cum frequentissime mercatores diuitiis abundent. Quare existimo intelligi in eo decreto dominos solos titulares, qui merito magni domini appellari possunt. Cui expositioni maxime fauet in simili *Baldus c. Iunotur, n. penult. de elect.* vbi in priuilegio concesso alicui legitimandi omnes præter natos de genere magnatum, ait nomine magnatum, comprehendi nobiles, qui sunt in aliquo potentatu seu Baronia.

3 In eodem autem Tridentini decreto non comprehenditur impedimentum publicæ honestatis etiam primi gradus. Quia est multo minus impedimentum. Sic *Nauarr. lib. 4. consil. tit. de consanguin. in 1. editione, consil. 8. fin. in 2. consil. 4. fin.* Quare nec credo procedere in gradu quocumque affinitatis fornicariæ. Quia ea valde imperfecta est, nec secundum gradum excedit: atque ita clauderet omnino dispensationem circa illam. Sed solum procedit in gradibus consanguinitatis vel affinitatis ex copula licita.

4 At cum id Tridentini decretum Pontificem non constringat: & rigor vnius iuris sit temperandus per alterius benignitatem, solent Pontifices ex benignitate dispensare cum personis inferioris notæ, & licet non adsit causa publicum bonum directe spectans, sed priuatum. Huiusmodi autem causæ sunt. Prima, matrimonium esse inter hos tam initum cum ignorantia rigoris prohibitionis Tridentini. Secunda, proles iā habita. Tertia diuturnitas matrimonij male contracti. Quarta, scandalum ex separatione oriturum. Vltima, clementia Pontificis, quod puella pauper sit, velitque patruelis ipsam ducere, ac honeste dotare. Sic *Nauar. libr. 4. cons. tit. de consang. in priori edit. toto cons. 6. in posteriori, toto cons. 13. Pet. de Ledes. sum. sacram.* vbi de matrim. *c. 27. immediate ante 5. concl. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 237. n. 3. Enriqu. l. 12. de matrim. c. 3. n. 9. fin. Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 167.*

5 Tertiò supponendum est, iure optimo facilius dispensari in matrimonij impedimentis cum diuitibus & potentibus, nec acceptionem personarum in hoc reperiri. Quia dispensatio in his præcipue conceditur ob firmandum pacis fœdus. Quod magis necessarium est bono communi circa diuites & potentes, quam circa pauperes ac popularres. Sic *D. Th. 2. 2. q. 63. a. 2. ad 2. Conrad. 1. 2. q. 97. a. 4. ad 2. Loazes de matrim. Regis Angliæ, dub. 2. in solut. ad 4. partis negantis, n. 2. Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 9. nu. 7. fin. Ant. Cucus lib. 5. institut. maior. t. 13. n. 15. Pet. de Ledesm. de matrim. q. 56. a vlt. fin.* Idque constat ex *Trident. sess. 24. de matrim. c. 5. fin.* vbi iubet nec cum popularibus, sed cum Principibus magnis dispensetur in secundo gradu.

6 Quamuis autem *l. reg. 3. t. 21. p. 2.* decidatur vt quis dicatur nobilis, exigi vt talis sit ex parte vtriusque parentis, seu vt dicatur quod vulgo dicimus, *hijo dalgo*, satis enim est, & desideratur nobilitas ex parte patris: at dum in dispensatione allegatur aliquos esse nobiles, satis est nobilitas ex parte patris: ea que est necessaria. Quia communis modus intelligendi est, eos esse *hijos dalgo*, **quod** à patre solo deriuatur. Sic *Zanallos* dicens se ita vidisse sæpe praxi receptum, *qu-st. practic. quæst. 688. num. 11. 12.* Plus autem sonare dicere aliquos esse ex nobili genere natos, quam dicere esse nobiles, testatur *Anton. Cucus l. 5. institut. maiorum, tit. 13. num. 15.* Sed non video congruam discriminis rationem. Quod nobilis esse quispiam nequeat, nisi ex nobili genere paterno originem ducat. Quando autem dicitur eos esse principales, vel ex principalioribus populi, ex dictis num. 2. colligitur sat esse vt tales dicantur, eos esse viros potentes, ac valde diuites. Et ita vidi literas perinde valere, concessas à Sixto V. anno 1587. Quod in dispensatione dicebatur quosdam esse nobiles, cum tamen tales non essent: & ad impetrandas literas perinde valere, narratum est Pontifici eos esse ex principalioribus populi: & iussit admitti si ex principalioribus essent, quamuis non nobiles.

7 Quartò suppono, quo propinquior est gradus, eo vrgentiorem causam exigi ad dispensandum. Nam strictius est impedimentum. Sic *Gallego de cognatione spirituali, c. 23. num. 5. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 5. art. vltim. ad fin. & summa sacrament.* vbi de matrimon. *cap. 27. concl. 5. Manuel 1. tom. summ. 2. edit. cap. 238. num. 4. Vega 2. tom. sum. ca. 34. casu 167.* Insuper ob eandem rationem vrgētior causa desideratur ad dispensandum in consanguinitatis gradu, quam in eodem affinitatis: & maior vt dispensetur in linea recta, quam in transuersa. Sic *Gallego, Manuel, Vega proxime allegati.* Insuper maiorem causam petit dispensatio in cognatione spirituali, quam in carnali. Nam (vt ait *Abb. c. fi. n. 4. de purgat. canon.*) magis abstinendum est à cognatione spirituali, quam carnali. Quia cum cognatio spiritualis à venerabiliori principio procedat, est magis veneratione digna, & allegat textum optimum *cap. 1. & c. Pitacium* iunct. *glossa ibi, v. Multo magis, 30. q. 3.* vnde aiunt *Abb. ibi n. 5. Decius consil. 462. Visa legitimatio, nu. 3. vol. 4. Felinus cap. Si clerici, in principio, nu. 14. limitat. 2. de iudiciis, Gulielmus Benedictus ca. Raynutius, verb. Et vxorem nomine Adelasiam, decisione 5. nu. 102. de testam. Mandosius in praxi signaturæ, tit. Dispensationes matrimoniales, vers. In prima specie*, allegans multa hoc matrimonium indecens esse probantia, aiunt (in quam) nunquā legi Ecclesiam Romanam dispensasse circa cognationem spiritualem. Quod quidem indistincte aiunt *Abbas, Decius, Felinus, Gulielmus Benedictus*: imo hi duo addunt hæc verba: *Quod nota tu qui habes commatrē.* Vbi expresse videntur loqui tam de filiatione spirituali, quam de compaternitate. Sed melius *Mandosius prox. allег.* hoc intelligit in prima specie, quam *eo. t. vers. Cognatio spiritualis*, explicarat esse filiationem, quæ est inter leuantem, seu tenentem, & leuatum, seu tentum. Nam *in vers. In secunda vero*, ait sæpe dispensari in secunda specie, quam *in vers. Secunda dicitur*, ait esse compaternitatem, quæ est inter leuantem vel tenentem, & inter parentes leuati vel tenti.

8 His præmissis tres causæ solent communiter assignari, atque eas solas dicit *Nauarrus sum. Lat. c. 22. nu. vlt. Hispana, c. 23. addit. ad n. 85. fin. c. 22.* acceptare curiam tamquam iustas etiam ad dispensandum in quarto gradu. Prima est extincto magnæ litis. Ad quam reducitur pax consanguineorum, quæ non comparabitur nisi eo matrim. secuto. Conducit enim publico bono pax ciuium. In cuius confirm. facit doctrina *D. Thomæ 2. 2. q. 63. a. 2. ad 2.* docentis has dispensationes matrimoniales concedi potissimū, ad pacem firmandam. Atque ita hanc esse iustam causam docent *Palud. 4. d. 40. qu. vnica, a. 3. n. 20. & ibi Supplementum Gabrielis, q. vn. art. 3. dub. 3. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 14. §. vlt. ad fin. Victoria sum.* vbi de matrim. *n. 295. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 3. n. 9. Petrus de Ledesm. de matrim. q. 56. art. vlt. ad fin. & summa sacram.* vbi de matrim. *c. 27. concl. 5. Ludouic. Lopez 2. p. instructorij.* vbi de matrim *cap. vlt. col. penult. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 237. concl. 1. nu. 2. Grassis 1. p. decisionum, lib. 2. c. 81. fine, Vega 2. to. sum. c. 34. casu 167.* Et ex iurisperitis *Abb. cap. Quia circa, nu. 2. de consang. & ibi Alex de Neuo n. 2. Præpos. num. 1. Mandosius de signatura gratiæ, tit. Dispensationes matrimoniales, vers. Iusta causa dispensandi, Anton. Cucus libr. 5. institut. maiorum, tit. 13. num. 14. Gallego de cognat. spir. cap. 22. num. 7. & 16.*

9 Ad hanc quoque causam reducitur cuitatio scandalorum inter cognatos. Quippe gratia scandali vitanda recedituri iuris communis dispositione, *cap. 2. de nouo oper. nunciat.* Et valde interest boni communis scandala vitari. Sic *Host. & Ioan. de Lign. in cap. fine. de consang. & ibi Ioan. Andr. n. 4. Abbas nu. 2. Alexand. de Neuo nu. 2. Præpos. n. 1. Henricus fine, Mandosius de signatura gratiæ, tit. Dispensationes matrimoniales, verb. Ad cuitanda grauia, Ant. Cucus nu. præced allegatus.* Et addunt *Abbas, Præpos. & Alexand. de Neuo* esse hanc iustam dispensandi causam, etiam ante matrimonij contractum. Scandalum quoque, quod ex dissolutione matrimonij iam contracti sequeretur, sufficientem huius dispensationis causam præbet. Vt optime aiunt *Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. num. 13. Enriquez nu. præced. allegatus, Gutier. quæst. can. l. 2. c. 15. n. 107. Pet. de Ledes. de matrim. qu. 56. a. vlt. dub. 4. concl. 2.* Hæc autem scandala sunt, vel quoties timentur inimicitiæ & iurgia, vel quoties timetur fornicationis periculum, ratione iuuentutis contrahentium. Quod bene docent *Felinus cons. 26. n. 19. vers. Vnde considerandum est, Mascardus cons. 385. n. 7. vol. 4.*

10 Hinc infertur intellectus causæ, quæ sæpe allegatur ad dispensationem impetrandam post matrim. initum, nempe, subsecutura scandala ex dissolutione. Quæ etiam solet allegari matrim. nondum inito, quando mulier iacturam famæ passa est ex copula habita cum consanguineo, cui nupturæ est, vel ex frequenti suspectaque conuersatione cum ipso: ad eius enim veritatē sufficit vel probabilis timor inimicitiarum inter vtrumque consanguineos: vel incontinentiæ, ex eo quod iuuenes sint, & cum sæpe non constet in foro externo impedimentum occultum, quod ptius matrimonium irritarat, neutri concederetur aliarum nuptiarum facultas, & ita vterq; in periculo incontinentiæ vel libitur, vel concubinatus inter se: vel mulier ratione infamiæ non poterit competenter nubere, & ita incontinentiæ periculum patietur. Constat ex dictis n. præced. & facium, quæ n. seq. dicam.

11 Secundò infertur esse similiter iustam dispensandi causam, quando dispensatio est quasi remedium necessarium obuiandi alicui magno delicto. Hoc colligitur ex *D. Thom. 2. 2. q. 97. a. 4. corp.* vbi rationem dispensandi assignat, quod præceptum non sit conueniens huic personæ, vel in hoc casu: eo quòd impediretur aliquid melius, vel induceretur aliquod malum. Et tenet *Gallego de cognat. spirit. cap. 22. n. 7.*

12 Secunda causa est, vel quando ob loci angustiam, vel nimis propagatam feminæ cognationem in loco insigni, quem inhabitat, nō reperitur matrimonium æquale, præterquam cum consanguineis vel affinibus. Huius causæ ea est ratio, quod valde expediat bono communi matrimonia inter pares iniri. Vt latissime probat *Tiraqu. l. 5. connubialis, à n. 1.* & ita docent *Nauar. Petr. de Ledes. Manuel, Lud. Lop. Vega citati n. 8. Gallego de cognat spirit. a. 22. n. 10. Graffis allegatus n. 8. Enriquez ibi citatus.*

13 Circa hanc autem causam dubitatur, an ea sit sufficiens, & veri nitatur, si in locis circumuicinis reperiatur matrim. æquale, & cum illa dote fœminæ, non autem in proprio. *Nauar. Petr. de Ledesma, Graffis, Lud. Lopez, Vega nu. præcedenti allegati*, videntur sentire non esse tunc sufficientem causam neque eam verificari: nam addunt causæ huic, quasi eam limitantes, Si mulier non habeat sufficientem dotem ad nubendum extra id oppidum. At contrarium significant *Gallego, Enriquez, Manuel citati nu. præcedenti*, cum ea limitatione non adiecta docentes absolute esse sufficientem causam, non inueniri matrimonium æquale intra proprium fœminæ oppidum. Idque verum censeo. Quippe durissimum est, cogi fœminam extra proprium oppidum nubere, vt sic patris, & matris, & consanguineorum consortio destituta, acerbam ac solitariam vitam traducat. Idque Cardinalium congregatio declarauit ad instantiam Archiepiscopi Mediolanensis die 18. Nouembris, anno 1570. his verbis: *Clausula illa quæ dispensationibus occasione dotis incompetentis apponi solet, videlicet, quia virum sibi non consanguineum vel affinem paris conditionis inuenire nequit; verificatur & iustificatur per diligentiam dumtaxat præstitam in ipso loco mulieris, & non in locis circumuicinis.*

14 Secundò dubitatur, qualiter verificanda sit hæc causa, num, scilicet, exactissime, & quod vulgo vocant, à puncto crudo, indagandum sit ad verificandam hanc causam, sit ne aliquis vir paris in omnibus conditionis, cui fœmina nubere possit? Respondeo id non esse ita strictè accipiendum, sed morali modo. Satis enim est ad verificandam eam causam, communiter non reperiri in eo loco viros pares, qui non sint consanguinei vel affines. Quod quidem clare significant *Nauar. Pet. de Ledes. Lud. Lopez, Graffis, Vega nu. 8. allegati*, dum hanc causam his verbis explicant: *Quando maior pars sibi parium suæ ciuitatis, vel loci insignis quem inhabitat fœmina, sunt ei consanguinei vel affines intra quartum gradum.* Et ratio huius est. Quia cum matrimonia debeant esse libera, & multas conditiones exigant, vt conuenientia & paria iudicentur, expedit valde, ne fœminæ ad vnum vel alterum coniugium arctetur: sed sint varia, ex quibus ei detur optio.

15 Vltimò dubitatur, ex quibus diiudicandum sit matrimonium æquale? Non enim sola generis ac diuitiarum æqualitas spectāda sunt: sed etiam mores viri, vt probauī l. 4. disp. 26. à n. 23. vsq; ad 27. Et addo rationem etiam habendam, ne dispar sit valde ætas, vel vir ex alio matrimonio filios habeat: vel asperi ingenij sit. Hæc enim omnia disparitatem in matrimoniis constituunt. Et quo fœmina durioris atque minus tolerabilis ingenij est, eo vir mitioris at tolerantioris necessarius illi est, vt bene conuenire possint.

16 Vltima causa ex tribus num. 8. dictis est, defectus dotis competentis, vt fœmina iuxta suam conditionem nubat extraneo æquali. Quod ad bonum publicum conferat, ne defectu dotis fœminæ innuptæ maneant, vel inæquali viro nubant. Atque ità in priori euentu periculum incontinentiæ subsit: in posteriori autem pullulent discordiæ ex coniugio dispariorum solitæ. Atque ideo hanc causam tradunt *Nauar. Petr. de Ledesma, Manuel, Graffis, Lud. Lopez nu. 8. allegati, Gutier. quæst. can. l. 2. c. 15. nu. 107. Gallego de cognat. spirit. c. 22. nu. 8.* Quid autem si sit competens dos ad matrim. æquale, in oppido circumuicino, non autem in proprio, dixi n. 13.

17 Circa hanc autem causam multæ difficultates insurgunt. Prima est, an sit sufficiens dispensandi causa, quando dos fœminæ est sufficiens ad nubendum sibi æquali, at minus sufficiens respectu viri eam ducere volentis? Aliqui affirmant. Quia magnum & parum non dicuntur talia absolutè, sed respectiuè in ordine ad aliud: atque ita dos competens & incompetens dicitur respectiuè. Quare dos quæ est competens respectu vnius, erit incompetens, si respectu alterius non sufficiat: ac proinde verificabitur dotem esse incompetentem. Sic *Nauar. Petr. de Ledes. Graffis, Manuel. Lud. Lopez n. 8. allegati.* Idem videtur tenere *Enriquez*, quamuis subobscuris verbis, *l. 12. de matrim. c. 3. n. 9.* Sed *Gallego de cognatione spirit. c. 22. nu. 9.* hanc causam solum approbat, quando consanguinitas est in quarto gradu: nisi in alio gradu concurrat quoque alia causa, vt si mulier fuerit parentibus orbata. Nam huiusmodi fœminæ, etsi sufficientem dotem habeant, quam plurimis sunt periculis expositæ, ac veluti miserabiles personæ reputantur. Sed neutra sententia mihi placet. Quod nulla potestatis causa tunc versetur, quæ concurrere debet vt dispensatio licita sit. Cum enim fœmina illa dotem viro æquali habeat; potest simili viro electo cauere omnia periculā, quibus defectu parentum exposita est. Nec Ecclesia illi fauet, vt virum conditione aut diuitiis impares quærat. Præterea quia id ad solum patrimonij augmentum spectat. Quod non esse causam sufficientem diximus n. seq.

18 Neque erit iusta causa augmentum dotis & patrimonij mulieris, quæ dotem competentem habet. Quia cum mulier

mulier illa dines sit, nulla in hoc pietatis ratio inuenitur. Præterea quia iusta dispensandi causa debet redundare in maius bonum spirituale: vt contingit quando mulier est pauper. Non enim dispensatur tunc ob temporale ipsius bonum, sed ob spirituale, ne cum animæ periculo innupta maneat. Quæ ratio cessat in muliere diuite. Atque ita docent *Palud. Supplem. Gab. D. Antonin. Petr. de Ledes. citati n.* 8.

19 Hinc deducitur, dubium esse quod ait *Gutier. cons.* 18. *n.* 11. *fin.* nempe, iustam censeri causam dispensandi in tertio gradu, quod duo simul hæredes instituti sint sub conditione matrimonii inter se ineundi. At potest defendi: quia aliud est acquirere, aliud vere deperdere ius acquisitum. Cum ergo ius ad illam hæreditatem opulentam (vt supponimus, si enim esset parui momenti, nō sufficeret) sit per testatoris mortem acquisitum, iusta ac pia videtur causa, vt Pontifex dispenset, vt si impleatur conditio, & ius id acquisitum non perdatur. Deinde quia maior pietas versatur in iuris acquisiti amissione vitanda, quam in bonis denuo quærendis.

20 Rursus ex hoc subinfertur, sufficientem causam esse, quando bona pars patrimonij fœminæ aut iam acquisiti, aut ad cuius acquisitionem femina ius habet, litibus implicatur, ac omnino destituta est homine, qui ad litem illam studiosè attendat, ac negotium illius tamquam proprium gerat. Quamobrem periculum cadendi causa subest, & ob hanc causam dispensauit his proxime diebus Pontifex cum quadam femina vt consanguineo nuberet. Quod ad pietatem spectet fœminæ illi destitutæ subuenire, ne bonorum iacturam patiatur. Quod intellige quando consanguineus ille valde necessarius esset ratione peritiæ circa illam litem, aut alia de causa: ita vt difficile subueniatur non inito eo matrim. Nam quicumque alius vir cui nubat, litem illam studiosè geret, vtpote persona cuius iam interest victoriam litis consequi.

21 Secunda difficultas est. An censeatur femina pauper, ac dote carens, si nil possideat, at parentes diuites habeat? Respondeo, quamuis sub iudice sit an pauper hæc dicatur quoad alios iuris effectus, vt ad succedendum in quartam bonorum matris parte, iuxta *auth. præterea, C. vnde vir.* & ad alios effectus: vt potest videri apud *Barbosam l. Mariti, 13. n. 99 ff. solut. matrim.* at vere nō dici pauperem hanc, sed in communi loquendi modo diuitem (vt optime docet *Molina to* 1. *de iust. tract.* 2. *disp.* 149. *col.* 4. *vers. Illud præterea.*) Quare non verificabitur clausula incompetentiæ dotis in hac femina. Nam etsi iuxta præsentem statum nil proprium habeat, obtinet tamen ius succedendi in bona parentum, ac compellendi eos vt statim eam dotēt competenter iuxta statum, ac ipsorum facultates. Nec verificabitur dicta clausula, licet pater rigidus ac parcus sit, ac propterea aut ob aliam causam nolit dotare. Quia cum ius succedendi, ac compellendi habeat, dines simpliciter ac competentem dotem habens dicitur.

22 Secundò dico, si femina illa iure succedendi careret, vt si sit in regno, in quo seruatur ius commune, nēpe, vt non sit certa legitima filiorum, sed in parentum libertate sit, cuicumque bona sua dare solis quinque florenis relictis filiæ, dici illam pauperem, ac dote competenti carētem, quamuis ipsa & consanguineus, cui nuptura est, sint quasi certi fore, vt parentes diuites relinquat vniuersas facultates filiæ, eo quod eam valde ament, ac reliquos filios odio habeant. Quia spes successionis, vel donationis, vel applicationis bonorum, antequam donatio, vel applicatio fiat, non censetur esse bona illius prædictam spem habentis, quæ vere à libera alterius voluntate pendet. *Sic Navar. lib.* 1. *cons. in* 2. *edit. tit. de rescriptis, cons.* 19 *fin.*

23 Hinc primò deducitur, quando facultates parentum non sufficiunt ad cōpetenter dotandam filiam, nisi vltra legitimam illi iure debitam, ipsam cæteris filiis in bonis præferant (quod barbare meliorare dicitur) dici eam pauperem, & carere dote: quamuis certa sit velle parentes eam præferre. Quod ius non habeat vt ceteris præferatur; sed id ex parentum voluntate pendeat. Atque dicetur subinde pauper iuxta dicta n. præc. Quod maxime verum est in hoc Castellæ regno, in quo etsi parentes velint filiam causa dotis præferre, ipsis interdicitur, *l. regia* 1. *ti.* 2. *lib.* 5. *recop. reg.*

Secundo deducitur, vere dari paupertatem, ac incom- 24
petentem dici dotem, quando frater aut quicunque alius eam fœminā dotare vult, si nullum dotandi pactum præcesserit, per quod ius irreuocabile illa acquisierit: vel si pactum fuit dotādi si nubat illi consanguineo. Quia cum non existente pacto, aut non impleta ea conditione, nullum ius habeat ad dotem, dicetur vere pauper, non obstante certitudine voluntatis fratris eam dotandi, iuxta dicta n. 22.

Vltimo dico. Si bona parentum ita se habeant (vt sæpe 25
contingit) ut dum parentes superstites sunt, non possint parte bonorum ad dotem competētem necessaria se spoliare: indigent enim bonis, quæ habent ad honestam statuique conuenientem vitam ducendam, dici vere feminam pauperem, ac dote carentem, quamuis bona, in quæ parentibus defunctis est necessariò successura, sunt satis doti competenti. Quia vt matrimonij onera sustineātur, necesse est statim dari dotem, qua non statim tradita, cōtemnetur vxor à viro, & parce cum ea aget. Quod bene docet *Enriq. l.* 12. *de matrim. c.* 3. *n.* 9. *in commento, lit. E.* dicens puellam censeri pauperem, si in eo loco habitet, in quo legitima consuetudine receptum est ne pater sponsæ etiam dines det dotē genero, sed solas vestes, & solum post parentum obitum dos debeatur. Quod sano modo intellige, si enim vsus esset, vt omnes eo modo acciperēt vxores, nullum defectu dotis patietur detrimentum talis femina: & ideo ille non præstabit iustam dispensandi causam. Secus si pater solas vestes possit compelli dare, & absque alia dote in vita tradita non inuenietur ibi vir æqualis.

Tertia difficultas est. An censeatur pauper femina, & 26
dote competenti carens, quando bonis vere renuntiauit, eo animo, vt paupertatis titulo dispensationem ad nubēdum consanguineo impetraret? Et videtur pars affirmās, quod vere pauper sit, ac dote careat, siue denunciando deliquerit, siue non. Secundo, quia licita est bonorum renunciatio, vt renuncians admittatur ad collegium solis pauperibus à fundatore destinatum. Vt tradunt *Nauarrus sum. Lat. c.* 18. *n.* 108. *Hisp. c.* 28. *addit. ad n.* 107. *c.* 17. *Enriq. l.* 15. *de excomm. c.* 56. *nu.* 1. *in commento, lit. N. Lud. Lop.* 1. *p. instruct. c.* 159. *init. Vega* 1. *to. sum. c.* 91. *casu* 18. Cum tamen id cedat in detrimentum verorum pauperum, quibus id collegium institutum est. Ergo à fortiori vetum habebit in nostro casu, qui in nullius damnum vergit. Cæterum existimo nec id licere, nec valere dispensationem obtentam ea fraude tacita. Ducor ad priorem partem, quia non est simile de renunciatione ad admissionem in collegium. Quippe is finis est optimus, cum in eo collegio commodius ac maiori studio vacetur literis, & educatio studiosior sit. Adde, vsum sic interpretatum esse testatoris fundantis voluntatem. At in nostro casu deficit finis studiosus, & renuntiatio fit animo eximendi se à lege contra sacrorum canonū mentem. Nec consuetudo explicuit mentem Pontificum esse, concedere dispensationem ob hanc affectatam paupertatem, gratia illius extorquendæ. Posterior autem pars probatur, quia allegatur Pontifici ea paupertas, vt causa dispensationis legitima, quæ tantum abest, vt causa dispensationis sit, vt potius retraheret ipsum à dispensatione concedenda: quo iis fraudibus obuietur. Iuxta regulā, quam ex aliquorum mente referemus disp. 25. n. 38. Si tamen renunciatio non ad eum finem facta fuisset, sed ad alium quemcumque etiam inhonestum, si vere fuit facta absque pacto expresso, vel tacito retrodonandi, quamuis certa fiducia concepta, fore vt is, in quem renunciatio facta est, reddat ex sua liberalitate postea bona renuncian-

ti, valida erit dispensatio allegando paupertatem, tacitaq; renunciatione, vnde orta est. Quia ea femina vere pauper est, ac dote caret, nullamq; vt obtineret dispensationem, fraudem admisit. Nec ea fiducia constituit eam diuitem: vtpote quæ soli alterius voluntati innititur. Iuxta dicta n. 22. Adde, valituram eam dispensationem, quamuis hæc dotem in vsibus turpibus consumpsisset.

27 Maior autem difficultas est, quando femina vere carebat dote, quando dispensatio impetrata est ratione dotis incompetentis, at antequam expediretur per ordinarium, est instituta hæres aut legataria maximæ quantitatis, an ture possit hæreditatem hanc aut legatum repudiare, ne ea effecta dies frustretur dispensationis valore, quasi cessante causa: Et quidem si femina cederet, aut renunciaret in fauorem alicuius, manifestum est iam illam acquisiuisse hæreditatem vel legatum, & effectã fuisse diuitem. Cùm in ea cessione includatur prius natura tacita aditio (vt probaui l. 6. disp. 4. n. 17.) ac proinde renunciatio illa dolosa non proderit, sicut si à principio facta esset. At difficultas est an possit absolute renunciare hæreditati illi vel legato, ne dispensationis effectu defraudetur? Et partem negantem suadet, quod in foro conscientiæ non liceat hæc renunciatio in creditorum fraudem, (vt probaui l. 6. disp. 4. n. 9.) Sed id beneficium in solo foro externo prodest. Ergo saltem in foro conscientiæ dispensatio illa cessabit. Et confirm. quia si legatum constitat in specie, transfertur dominium in legatarium à die mortis testatoris, nõ expectata hæreditatis aditione, *l. A Titio, ff. de furtis.* Cũ ergo domina effecta iam sit illius legati, cessabit paupertas, ac subinde dispensatio. Sed his non obstantibus, existimo integrum esse in vtroque foro huic feminæ renunciare illi hæreditati vel legato, antequam tacite vel expresse acceperet, ne valor dispensationis cesset, siue renunciari, antequam mittat Romam pro dispensatione obtinenda, siue postquam Pontifex illam expediuit. Ducor, quod iura concedant prædictam renunciationem hæreditatis vel legati, censeantque id non esse proprium patrimonium minui, sed tantum non acquiterere (vt explicui l. 6. disp. 4. nu. 8.) vbi etiam ostendi dominium legati non acquiri perfecte, sed dependenter ab acceptatione. Ergo potest in vtroque foro hæc femina iure illo sibi per leges concesso vti, ne acquisitio illa noxia sibi sit. Quia quamuis in fraudem creditorum, dicendum sit diuertimode in foro interno & externo: eo quod lex iustitiæ, qua creditoribus debitor tenetur, obligat ad acquirendum, quando alias non est soluendo. At in nostro casu non est cur inter vtramq; forum differentia constituatur. Cum nulla sit alia lex ad acquirendum obligans, nec fraus Pontifici fiat, non enim tenetur hæc diuitias in suum damnum acquirere. Quæ idem sentio, si antequam mitteret Romam, vel postquam misit antequam Pontifex dispensaret, instituta sit in prædicta hæreditate vel legato: potest enim illis simili modo renunciare ad effectum prædictæ dispensationis obtinendæ. Quia in hoc nulla fraus versatur, cum nil de patrimonio deperdat, sed tantum non acquirat: nec ad acquirendum aliqua lege obligetur. Non tamen poterit vti dispensatione, si nolit renunciare, nec acceptare. Quippe vere non est pauper, vtpote quæ adhuc ius ad rem acquisitum per testatoris mortem retinet.

28 Quod si hæres vel legataria instituta sit, ac institutionis inscia, eo quod fuit in partibus remotissimis, misit Romam pro obtinenda dispensatione, allegando paupertatem, & cõcessa sibi ea dispensatione iniit matrimonium, ac post initũ peruenit ad eius notitiam institutio, potest acceptare, nec defraudabitur suo valore matrimonii. Quia vera paupertas allegata est Pontifici, cum nondum hæc acceptasset, & inscia fuerit huius iuris ad rem: & hanc pie credendum est esse Pontificis mentem, ne dispensationes & matrimonia periculo exponantur: & cessatio causæ, postquam effectus illius consummatus est, nil obest, vt suo loco dicemus.

Quarta difficultas est. An dispensatio impetrata allegando fore vt femina innupta defectu dotis maneat, valida sit, si verificetur feminam innuptam remansuram, at id aliunde prouenit, vt quod sit grandæua, vel filios ex alio matrim. habeat, vel sit deformis, aut de aliquo crimine infamata, ob illudve punita? Et videtur irrita. Quippe vnica allegatur dispensationis causa, quæ est timor exlibatus ex dotis defectu: non enim sunt hæ duæ causæ, sed unica assignata eius ratione. Sed existimo eam esse validam, ac dotis defectum verificari. Quia dos non dicitur sufficiens absolutè, sed respectiue, atque illa mulier quo plura habet vitia, eo ampliori indiget dote, qua illa compensentur, vt sic viro æquali nubat. Quamuis iis vitiis seclusis posset cum ea dote commode nubere. Adde reuera Pontificis mentem eo tendere, ne hæc femina innupta maneat: & nil refert vnde id dimanet, & verificatur fore vt sit innupta. 29

Vltra dictas tres causas n. 8 commemoratas, solet etiã aliæ assignari. Quarta ergo in ordine est, conseruatio dimitiarum in eadem cognatione, ne causa dotis distrahantur ad aliam cognationis familiam, quando eæ amplissimæ sunt. Quia bono publico non parum conuenit familias locupletes ac integras cõseruari, *l. 1. §. Denunciare, vers. Publice. ff. de ventre inspiciendo.* Nam ex tali conseruatione abundat respublica viris nobilibus ac locupletibus, qui cõmodius ipsi inseruiant. Atque ideo ob hanc causam iustæ redduntur maioratuum institutiones. Sic tenent *Gallego de cognat. spirit. c. 22. n. 11. 12. 13. Manuel. t. 19. sum. 2. edit. c. 237. n. 2. concl. 1. Vega 2. 10. sum. c. 34. casu 167.* 30

Quinta causa est, illustris familiæ conseruatio in eodem sanguine. Quod ad pietatem ac publicum bonum pertineat conseruari illustres familias. Sic *Enriq. l. 12. de matrim. c. 3. n. 9.* & refert *in comment. lit. D.* ob hanc causam dispensasse Gregorium XIII. an 1575. cum D. Luisa Comitissa S. Gadeæ vt nuberet patruo, cui prius soror eius nupserat, & insuper illa voto continentiæ astricta erat. 31

Sexta causa est, excellentia meritorum, siue dispensationem petentis, siue eius, cui petitur. Vt si strenue legisse in militia contra infideles, aut alij ministerio ad bonum cõmune conferenti vacauit. Quia expedit hæc à Pontifice remunerari, vt vel sic homines animosiores reddantur ad hæc exercenda. Id etiam probat textus *c. Tali conjugio, 1. qu. 7.* ibi: *Vel eadem meritorum prærogatiua commendet.* Huc facit Centurionis historia, *Luc. 7.* ibi: *Dignus est vt hoc illi præstes: diligit enim gentem nostram.* Sic *Gallego de cognat. spirit. c. 22. n. 17.* 32

Septima causa est, proles habita ex consanguinea, quãdo bona fide suscepta est: alioquin cum crimen incestus sit, non potest recte iustitia Principem mouere ad dispẽsandum. Atque ita conciliantur *c. Quia circa, de cõsang.* vbi proles suscepta tam quam causa legitima assignatur: & *c. Cum haberet, de eo qui duxit in matrim.* vbi multiplicitatem prolis asseritur esse potius causam retrahẽdi à dispensationis concessione, ibi: *Cum multiplicitas prolis ita suscepta magis eorum crimen exaggeret.* Quippe prior textus loquitur de prole bona fide suscepta. Posterior autem quando mala fide, & ideo caute dixit textus, *prolis ita susceptæ*: & dat rationem, quod crimen sit grauius. Quod non reperitur nisi in prole habita mala fide. Atque ita docẽt *Host. ea c. Quia circa paulo post princ. & ibi Ioan. And. fin. Abb. nu. 2. Anchar. nu. 3. Alex. de Neuo n. 2. Prepos. n. 1. idem Host. d c. Cum haberet, nu. 6. & ibi Ioan. And. n. 5. Ant. n. 10. Prepos. n. 5. Alex. de Neuo n. 8. Covar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 13. Mandosius praxi signatura. t. Dispensationes matrimoniales, vers. Alia causa sunt. Ant. Cucul 5. institut. maior t. 13. nu. 18. vet. de Ledesm. de matrim. qu. 56. a. vlt. ad fin. Gutier. lib. 2. quæst. can. c. 15. n. 107. Enriq. l. 12. de matrim. c. 3. nu. 9.* Qui bene addit satis esse prolem bona fide alterius coniugis susceptam esse, qui matrim. legitimum esse putauit. Quia cum tunc proles sit legitima, *cap. Ex tenore, qui filii sint legit.* ad bonam eius educationem valde confert id matrim. instaurari. 33

De-

34 Demum duo obseruanda sunt. Prius est, quando causæ aliquæ singulæ non sufficiunt, multas aggregatas adinuare ad inuicem. Quia singula quæ non prosunt, simul collecta iuuant. *L. Rationes, l. Instrumenta, l. Non epistolis, l. Non nudis, C. de probat.*, & tradit bene *Gl. 2. l. v. Legitimus, C. de excus. tutor.* Sic *Gallego de cogn. spirit. c. 24. n. 8.* Quare iuuabit ad dispensationem facilius obtinendam, eamque iustam reddendam, quando aliæ causæ non inueniuntur sufficientes allegare orbitatem fœminæ à parentibus, vel saltem à patre: quod sufficit, ac necesse est, vt orphana vere dicatur. Præterea si ipsa vel vir filios habeat ex alio matrim. Confert enim valde filiis, vt vitricus vel nouerca sint eorum consanguinei, vt vel sic non instar vitrici vel nouercæ se habeant erga illos, sed tamquam illorum consanguinei.

35 Posterius est, solere quandoque Pontificem dispensare absq; alicuius causæ allegatione, quando consanguinitatis gradus aliquantulum est remotus, at non dispensare tunc absque causa. Tunc enim copiosior pecuniaria compositio exigitur ab eo, cui est dispensatio indulgenda: atque ea est ad sumptus publicos. Quæ vtique sufficiens atque iusta causa reputatur dispensandi in gradibus nō ita propinquis. Sicut indulgentias vniuersas in diplomatis concessas, quę secundum omnes iustam causam expostulant, iustas reddit eleemosyna pecuniaria contributa per accipientē diploma, conuertenda in bellū contra impiissimos Turcas ac alios infideles subsidium, aut alios sumptus publicos, id enim valde bono communi confert.

DISPVTATIO XX.

Quæ causæ iustæ sint ad dispensandum in votis castitatis ac religionis, ac reliquis contractum matrimonij impedientibus?

SVMMARIVM.

Eadem causa desiderantur in voto & iuramento ejusdem rei, num. 1.
An causa iusta ad dispensandum in alio votō sit iusta in voto castitatis & religionis, n. 2.
An dispensetur causa obstans ad dispensandum in voto, n. 3.
An idem sit necessarium dum votum commutatur in minus, n. 4.
Commutatio voti an requirat causam, & qualem, n. 5.
An sit iusta causa dispensandi in voto imponere aliqua pecuniaria, n. 6.
Quis implicitè censeatur causa executionis voti obstans, n. 7.
An sit iusta dispensandi causa, quando dubium est, an res promissa sit bona effecta mala, aut inutilis aut maioris boni obstans, n. 8.
An ad dispensandum, vel commutandum, maior bonitas boni impedat, vel in quod commutatio fit, sit spectanda ratione materiæ voti, vt est votum voti, n. 9.
An desiderentur circunde sufficientia causa ad dispensandum, n. 10.
An sit iusta causa, quando arbitratur dispensator, vel votum obligat ob defectum materiæ, vel animi se obligandi, vel quòd dubitet an castitatem vouerit dependenter à religione, aliquis est iam liber. n. 11.
Quid, quando leuiter & absque matura deliberatione votum emissum est, n. 12.
An in voto ante pubertatem emisso possit semper dispensari, n. 13.
An sit causa iusta votum metu emissum esse, quando non fuit ad extorquendum votum incussus, n. 14.
Quid, quando fuit incussus ad extorquendum, fuit tamen leuis, n. 15.
An error circa causam impulsiuā vel alias cessatio sit iusta causa, n. 16.
An periculum violandi voti conjugens ex voluntis flatu, sit iusta causa, n. 17.
An maximus difficultas implendi voti sit iusta causa? quando id est periculum, n. 18.
Quid si ea contingat ex malitia & prauo habitu voluntis, n. 19.
An pias tentationes & vehementes desiderium sit iusta causa, n. 20.
An vt liceat priuata voluntis sit iusta dispensandi causa, n. 21.
An difficultas magna superuiens sit causa, n. 22.
An sit causa quando voluens nimis scrupulis vexatur. n. 23.
An necessitas boni communis, etiam ex malitia prouenientis, sit causa, num. 24.
An sit causa necessitas conseruandæ progeniei illustris, n. 25.
An sit causa morbus, cui adhibus veneris solis succurri potest, nu. 26. & an morbus contumax sit causa dispensandi in voto religionis.
An maior causa postulatur in dispensatione voti, quàm legis, n. 27.
An causa insufficiens ad dispensandū sufficiat ad partem commutandā, n. 28.
An minor causa desideretur ad dispensandum in voto pœnali vel conditionali, quam in absoluto, n. 29.
An quando adsunt iuramentum, & votum eiusdem rei, sit necessaria maior causa ad dispensandum vel commutandum, n. 30.
An sufficiens causa dispensandi in voto sit quoque sufficiens, quando adest votum non petenda dispensationis, n. 31.
An minor causa desideratur ad dispensandum vt voti executio differatur, n. 32.

PRÆMITTENDVM est, easdem causas desiderari ac sufficere ad relaxanda iuramenta in solum Dei honorem facta, quæ desiderantur & sufficiunt in similium votorum dispensatione. Quod amplius n. 30. declarabitur. Et docent *Sotus l. 8. de iust. qu. 1. a. 9. col. 4. in solut. ad 3. vers. Est autem, Aragon 2. 2. q. 89. a. 9. col. 4. propos. 3.* 1

Secundò præmittendum est, DD. præter vnam aut alteram causam, de quibus est specialis difficultas, an sit sint ad dispensandum in voto castitatis vel religionis, non agere specialiter de his votis, sed in genere tradere causas dispensandi in votis. Quæ similiter locum habebunt in his votis, si reperiantur proportionem debitam illis habentes. Quo enim votum de maiori bono est, eo excellentior causa requiritur ad dispensandum in eo. 2

Prima conclusio sit. Ad dispensandum in voto requiritur causa illius executioni obstans. Quia vt dispensatio hæc legitima sit, debet redundare in Christi honorem, aut Ecclesiæ vtilitatem, vt docent *D. Th. 2. 2. q. 88. a. 12. in fi. corp.* id probans ex *D. Paulo 2. Corin. 2.* ibi: *Nam & ego quod donaui, si quid donaui propter vos in persona Christi.* Cum enim in persona Christi dispenset prælatus, legitima eius dispēsatio debet in honorem Christi & Ecclesiæ, quæ eius corpus est, cedere vtilitatem. At quando deficit causa obstās executioni voti, non cedit in honorem Christi, aut Ecclesiæ vtilitatem: sed potius expediret in votum impleri. Hæc conclusio aperte colligitur ex *D. Th. 2. 2. q. 88. a. 12. ad 2.* vbi ait esse irritam dispensationem in voto religionis factā nulla apparenti causa obstanti. Et eam tenent: *Cajet. ibi, col. 2. dub. 2. Sotus l. 7. de iust. q. 4. a. 3. col. 7. vers. Ad istorum ergo, Navar. de indulgent. super §. In Leuitico. notab. 27. nu. 2. Aragon 2. 2. q. 88. a. 12. col. 4. vers. Circa 2. concl. dict. 2. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. punct. 7. col. antepen. Manuel addit. ad Cruciatam, §. 8. n. 1. c. 6.* 3

Imo quando votum commutatur in minus, requiritur causa executioni voti obstans. Quia tunc admiscetur nōnulla voti dispensatio. Sic *Sotus lib. 7. de iust. qu. 4. a. 3. col. 8. vers. Quando vero, Aragon. n. praced. allegatus.* 4

Hinc infertur discrimen inter meram commutationē factam ex potestate ordinaria, vel priuilegio, in æquale bonum, & dispensationem, siue meram, siue commutationi admixtam. Quamuis enim vtraq; tamquam actus rectificationis spiritualis, & non dominatiuæ, causam iustam expostulet, at dispensatio requirit causam iustam obstantem executioni voti, at commutatio eam nō requirit, sed satis est quæcumq; occasio. Quia semper concurrit promptior voluntas, quam habet vouens ad materiam subrogandam, accedit in Christi honorem, ac Ecclesiæ vtilitatem, si eius benignitatem voventes experiantur, Ecclesia in Dei persona illis gratificante, ac benigne commutationem in bonum æquale indulgente, quo facilius ad spontaneam voti obligationem Deo dicandam inducantur. Sic *Cajet. Sotus, Valentia citati n. 3. idem Cajet. sum. v. Votum, c. vlt. & ibi Armilla n. 14. Corduba sum. q. 149.* 5

Secundò infertur, non esse iustam dispensandi in votis causam, si vouens conferat magnam pecuniæ summam, si nulla causa executioni voti obstans reperiatur. Quia omnes dicunt causam obstantem desiderari. Et tenet *Aragon. 2. 2. q. 88. a. 12. col. 5.* At posset esse commutatio, si eleemosyna hæc eroganda esset æqualis obsequij diuini, ac votum. Quamuis disp. præc. fin. dixerimus compositionem hanc pecuniariam sufficere ad dispensandum in iure Ecclesiastico statuenti impedimenta diuimentia matrimonium. Quia hæc dispensatio non postulat causam obstantem, qualem voti dispensatio petit. 6

Secunda conclusio. Causa obstans ad voti dispensatio- 7

tionem requisita potest accidere vel ex parte materiæ voti, vel ex parte ipsius vouentis, vt bene tradunt Doctores n.3.allegati. Quod vt clarius explicetur, proponam prius causas iustas ex parte materiæ voti: deinde ex parte ipsius vouentis.

8 Prima ergo dispensandi in voto causa iusta se tenens ex parte materiæ voti est: quando prudentis arbitrio dubium fuerit, an res promissa sit facta mala, aut inutilis, aut maius bonum impediens. Quare in hoc sensu intelligendi sunt *D.Th.2.2.q.88.a.10. corp. & ad 3. & ibi Caiet. notab. 1. & a.11. dub. 2. & in summa v. Votum, c.vlt.vers. Rationabilis causa, Abul. c.30.Num.q.103. Sylvest.v.Votum, 4 q.3.dict.1. & q.6.& 7.Sotus l.7.de iust.q.4.a.1. ad fin.corp. Navar.sum.c.12.n.* 76.vbi petunt ad iustitiam causæ dispensandi se tenentis ex parte materiæ voti, eam factam esse malam, aut inutilem, maiusve bonum impedientem. Quod adeò strictè accipiunt *Palud.4.d.38. q.4.a.4.concl.3. num.40. & D.Antonin.2.p.t.11.c.2.§.9.* vt dicant non sufficere vt æque bonum impediatur. Sed prædicti Doctores non intelligendi sunt, quando constat rem promissam factam esse malam, aut inutilem, aut maius bonum impedire: tunc enim absque dispensatione votum non obligat (vt bene aduertit *Navar.co n.76.*) Sed intelligendi sunt, quando res hæc est dubia. Et ita se explicant *D.Th.2.2.q.89.a.9. ad 3. Sotus l.8. de iust.q.1.a.9 ad 3. Sylvester v.Iuramentum, 5.qu.1.dict. 1. Azor l.11.instit.moral.c.19. q.17.*

9 Monuerim tamen maiorem bonitatem illius boni impediti spectandam esse attenta voti materia, non tantum in se considerata, sed etiã quatenus obligat ex voto, v.g. dubitatur an ieiunium promissum obstet maiori bono, bonitas illius operis impediti comparanda est ad ieiuniũ, non tantum vt est actus solius abstinentiæ, quale est in se consideratum, sed etiã vt est actus religionis ratione voti. Quia alioqui id bonum impeditum non esset omnibus consideratis maius. Item quia cum per dispensationem vinculum voti & eius materia tollantur, bonum dispensandi causam præstans debet vtramque bonitatem compensare. Sic docent *Caiet.& Aragon n.3.allegati, Sotus l.7.de iust.q.4.a.3.col.6.vers. De causis, Valentia 2.2.disp.6.q.6.punct. 7.col.penult.vers. Secundum dubium est.* At secus est in commutatione. Quia cum per illam non tollatur vinculum voti, sed eo manenti sola eius materia commutetur, satis est vt bonum, in quod commutatio fit, sit melius, aut æque bonum, quam opus promissum in se tantum consideratum. Sic *Caiet. Sotus, Valentia ibid.*

10 Hinc deducitur ad dispensandum non exigi certitudinem sufficientiæ causæ, sed satis esse, si prudentis arbitrio dubium sit an sit sufficiens. Quod in hoc dubio ad mitiorem partem inclinãdum sit. Deinde, qui alias inutilis esset dispensandi potestas. cum raro constet de causæ sufficientia. Sic docent *Sylvest.vers. Dispensatio.qu.14.n.20. fin.Palacios 4.d.38. disp.3.col.6.vers. Est igitur dispensatio.*

11 Secunda causa ex parte materiæ est, cum dubium fuerit an quisquã vouerit, vel an votum obliget, ob materiæ aut animi se obligandi defectum. Sic docent *Corduba sum. q.147. Azor.lib.11.instit.moral.c.19.q.17.* Ad idem est *D.Th. 2.2.qu.89.ar.9.ad 3.* dum ait posse Episcopum dispensare, quando dubitatur an materia iuramẽti sit bona. Ad idem est *Navar.lib.3.cons.t.34.de voto, in 1.edit. cons.4.fin.in 2.consil. 13.fi.* vbi ait sufficientem esse causam dispensandi in votõ castitatis, si aliqualis alia causa cõcurrat, quoties dubium est an id obliget, eo quod vouens promiserit simul castitatem ac religionem, ancepsque sit, an castitatem dependenter à religione vouerit, & à religionis voto sit iam liber. Verum quãdo dubium est, an quispiam vouerit, nullam esse necessariam dispensationem, sed id votum non obligare probaui l.1.disp.9.n.11. Similiter in eo dubio an castitatem promiserit dependenter à religione, dispensatione opus non esse, probaui l.2.disp.41.nu.33. Est tamen opus dispensatione, quando votum est certum, at animus se obligandi dubius est, vel oritur dubium an votum obliget ratione debitæ materiæ, aut finis, vel alicuius circũstantiæ tunc occurrentis. Quia in his euentibus votum obligat (vt probaui l.1.disp.9.nu.13.& l.2.disp.41.nu.35.) vnde in his casibus, hoc dubium erit iusta dispensandi causa, vt prædicti Doctores asserunt.

Tertia causa est ex parte vouentis, quando votum le- 12
uiter & ex animi facilitate emissum est, non præmissa prudenti ac matura deliberatione. Quia cum votum sit religionis actus obligans sub mortali, & aliquando sit perpetuum, quo ita acceptetur à Deo, vt dispensationi locus nõ sit, alia causa non cõcurrente, opus est prudenter & mature fieri: & maxime quando de re graui, vt de religione vel castitate est. Idque colligitur ex *cap.2.de voto*, ibi: *Nos autem, ipsum à voto, quod in tenera ætate, facilitate potius, quam ex arbitrio discretionis promisit, absoluimus.* Et tenent *ibi Abbas num.5. Paludan.4.d.38.q.1.a.1.n.9. & 19. D.Antonin.2.p.t.11.c.2.§.ult. Sylvest.v.Votum, 2.q.13. Caiet.2.2.qu.88.a.1. in dubio quod mouet circa primam conditionem ad votum requisitam, paulo ante argum.solutionem, & in sum.v.Votum*, vbi de conditionibus ex parte vouentis, *vers. Quod vt clare intelligas, in fine: & ibi Armilla n.6.Sotus lib.7.de iust.q.1 a.2. col.5. vers. Additorum tamen, Navar.sum. c.12.nu.26.& 77. Alcozer l.de ludo c.13. concl. 8.Viguer.lib.instit.c.5.§.5.vers.14.Angles floribus 2.p.q.vn.de voto.a.1.diffic.3.concl.3. Azor.lib.11.instit. moral.c.15.q.5.fin. Aragon.2.2.q.88.a.1.concl.3. Graffis 1.p. decis.li. 2. c.31.fin.Lud.Lop. 1.p.instruct.c.49.col.2.vers.Leuitas vel facilitas, Manuel.2.to.sum. c.92.n.3.fi.Emm.Sa sum.v.Votum*, vbi de voti irritat n.9. *Valentia 2. 2.disp. 6.q.6. punct. 7. ad fin.* Limitat hoc *Valentia ibi.* quando talem leuitatem præteritam sequeretur postea maxima implendi difficultas, ob infirmitatem sic vouentis, ac frequentes lapsus, ita vt iam id votum reddatur inutile illi personæ. Tunc enim ea leuitas reducitur ad causam voti executioni obstantem. Dicitur, quod communis sententia (vt nu.3. vidimus) petat ad dispensandum in voto causam eius executioni obstantem. Cæterum hæc limitatio displicet. Quia ea causa sufficeret ad dispensandum in votis prudenter emissis (vt dicemus nu.13.& 19.) quare nil peculiare tribueretur facilitati ac imprudentiæ in vouendo. Cuius contrarium textus & DD. allegati apertè volunt. Quare dum ad voti dispensationem petunt DD. causam illius executioni obstantem, intelligunt de votis prudenter emissis: quæ quidem tamquam omnino obligantia Deus acceptat. Secus de leuiter factis, quæ non omnimoda obligatione gaudere, merito asserit *Palud. 4. d.19.q.1.a.1.n.19.* Cuius rei nulla alia ratio esse potest, nisi quia secum dispensandi causam afferant.

Hinc primò deducitur, in votis puerorum ante puber- 13
tatem emissis posse alia causa non petita dispensari. Quia semper iure optimo præsumi potest imprudentia & leuitas in vouendo, eo quod impuberes maturo consilio careant. Ita docet colligens ex illo textu *Abb.c.2.n.3. de voto.* Et pro hac sententia est *Covar.c. Quamuis pactum, 3.p.§.1.nu. 3.* vbi ait ex causa impubertatis concedendam esse iuramenti relaxationem, etiam si iurans fuerit proximus pubertati ac doli capax. Quia licet iuramentum obliget, æquissime ait ob imperfectam ætatem concedi absolutionem. Adde, ob id posse ea vota à parẽtibus vel tutoribus irritari. Tandem quia ob id, quamuis horum sponsalia valida sint, integrum est eis, adueniente pubertate resilire (vt l.1.tota disp.51.ostendimus.) Quod si obijcias, Pontificem *cod.c.2. de voto*, non dispensatione fuisse vsum in eo voto pueri, sed commutatione. Signum ergo est, hanc facilitatem non esse sufficientem dispensandi causam. Respondeo potuisse Pontificem ex ea causa dispensare omnino, at miscuisse commutationem aliquam, ne à suo stylo, at missuisse commutationem aliquam, ne à suo stylo, at parlo ordinario recederet, qui est partim dispensare, & partim commutare.

Secundo deducitur, quid dicendum sit de voto emisso 14
ob timorem mortis, ex metu, naufragio, vel ex alia causa consurgentem, quoties metus non incutitur ad extorquendum votum. Sic distinguendum est, si metus ille ma-

maturam deliberationem ac prudens cõsilium excludat, sufficiens est causa dispensandi: secus si matura deliberatione votum emissum sit. Prior pars constat ex dictis n.12. Imo idem credo, quamuis metus is leuis esset, si prædicta deliberatio desit. Quia cum defectus maturæ deliberationis præbeat hanc dispensandi causam, nil refert qualitas metus ad vouendum inducentis. Posterior autem pars inde constat, quia cum nulla iniuria in eo voto emittendo concurrerit, nec plena ac matura deliberatio deliderata sit, non est cur ab omnimoda obligatione deficiat, dispẽsandi causam secum afferens: eo vel maxime quod sæpissime Deus eum mortis timorem hominibus incutiat, vt vouerant. Quod vtique vanum esset, si secum dispensandi causam afferret. Sic sentiunt neoterici docti.

15 Quando autem metus iniuste ab homine incuteretur gratia voti extorquendi, quamuis non esset cadens in virum constantem, vt sic votum irritaret, nec minueret plenam ac maturam deliberationem: sufficientem dispensandi causam is metus præberet. Quod in eo euentu cedat dispensatio in maiorem Dei honorem, ne sibi accepta videatur iniustitia ac iniquitas extorquentis votum. Deinde quia cum id votum non ex animo processerit, sed ad metus iniustitiam euandam, non acceptat Deus ac ita plene obligans, quin ex ea metus causa rescindi possit per prælati dispensationem. Et ita sentiunt neoterici docti.

16 Tertiò deducitur, sufficientem esse dispensandi causam errorem circa causam voti impulsiuam, vel quando ea causa cessauit. Quia licet solius causæ finalis error, illiusve cessatio, impediat voti valorem: at error vel cessatio causæ impulsiuæ valde minuit voluntarium in voti oblatione. Et ita *Gl. c. Magna, v. Vt veniret, de voto, & ibi Abb. n.14.* aiunt in hoc euentu præstari faciliorem dispensandi causam: adque optime ex eo textu probari. Quod si obijctas, ex eo textu non colligi dispensationem. Quia Pontifex ibi votum commutavit. Dico absque dubio fuisse dispensationem commutationi admixtam. Quod vel ex eo colligitur, quia Pontifex reddit causam, propter quam fit commutatio. Quod necessarium non foret, vbi mera commutatio esset.

17 Quarta causa se tenens ex parte vouentis sufficiens ad dispensandum in voto est, quando vouens versatur in periculo transgrediendi votum, si periculum illud oriatur ex ipsius vouentis statu: nimirum, eo quod difficillimum sit in tali statu seruare id votum, vt si coniugatus habeat votum castitatis, est causa sufficiens ad dispensandum cum illo vt possit petere debitum. Quia tunc dispensatio illa redundat in honorem Christi, & vtilitatem Ecclesiæ, ne homines laqueis irretiti sint. Quod vniuersi fatentur, vt constat ex dictis disput. 12. numero 4. At id periculum ex eo statu consurgens non est sufficiens causa dispensandi in cæteris, ad quæ votum castitatis obligat. Vt ne sit sacrilegium fornicari, vel vt eo soluto matrimonio liceat ad aliud transire. Quia periculo illi ex statu consurgenti consulitur satis concessa petendi debita dispensatione.

18 Atque similiter est sufficiens dispensandi causa, maxima implendi voti difficultas, ita vt vehemens transgressionis probabilitas immineat. Et ratio huius est, ne obligatio pro charitate inducta militet contra charitatem. Idque in Christi honorem ac Ecclesiæ vtilitatem redundat, vt prospiciatur vouentis infirmitati. Recta enim ratio dictat esse in Ecclesia prælatos vices Dei gerentes, qui has humanas infirmitates miserantes possint illis per dispensationem mederi. Præterea, quia tunc id votum est fere vouenti inutile, & potius deseruit vt sacrilegis violando illud implicetur. Deinde quia experientia ipsa hoc testatur, passim enim Pontifex ex hac sola causa dispensat in votis religionis & castitatis: imo difficile alias causas admittit. Tandem id probatur ex *c. Veniens, qui clerici. vel non.* vbi Alexand. III. ob hoc periculum dispensauit cum quadam femina quæ castitatem vouerat. Atque ita sentiunt omnes illi DD. quos disput. 9. n. 24. retuli, qui eius textus decisione ducti adeo hanc iustam dispensandi causam esse censent, vt credant tunc posse Episcopum in hoc castitatis voto dispensare, quod tamen alias Pontifici reseruatur. Et alii quos ibi nu. 21. retuli, ac secutus sum, dicentes posse Episcopum in eo dispensare, quando vehemens incontinentiæ periculum ex mora adeundi Pontificem immineret. Et in propriis terminis docent *Ricard. 4. d. 38. a. 9. q. 1. corp. Sotus l. 1. de iust. q. 7. a. 3. col. 6. vers. At si percontaris: & l. 7. q. 4. a. 3. col. 8. vers. Verum vero, Nauar. summ. c. 12. nu. 78. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. puncto 7. ad fin. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 49. ad fin. Azor l. 11. instit. moral. c. 19. q. 17. Angles floribus, 2. p.* vbi de voto, *q. vn. a. 8. difficultate 5. Vualdus candelabro sacram. 3. p. c. 14. num. 23. Emmanuel Sa summa,* vbi de voti irritatione, *n. 9 Manuel 2. tom. sum. c. 100. nu. 2. & addit. ad Cruciatam, §. 9. nu. 106. Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 4. ad fin.* Ad idem sunt *Ricardus 4. d. 38 a. 9. q. 3. D Antonin. 2. p. t. 11. c. 2. §. 9. fin. Angelus v. Votum, 3. nu. 20. Syluester verb. Votum, 2. q. 14.* dicunt enim in hoc probabili transgressionis voti periculo licitum esse petere voti dispensationem: quamuis votum eius non petendæ factum esset. Hoc tamen non ita accipiendum est, vt periculum vnius aut alterius transgressionis causam dispensandi in voto sufficientem præbeat. Tunc enim adhuc valde vtile est votum, vt vouentem contineat, ne ita facile labatur. Et ita *Valentia & Azor,* proxime allegati, optime dixerunt exigi, vt probabiliter iudicetur vouentem ita affectum esse, vt credatur fore vt sæpius votum violet.

Temperant tamen aliqui hanc causam, quando transgressionis periculum consurgit ex infirmitate vel passione, quibus attentis votum est seruatu difficile, ac viribus impar: secus si periculum consurgat ex malitia, ac prauo vouentis habitu. Ducuntur, quod cum votum deseruiat medicinæ adhibendæ his prauis affectibus & habitibus, dissonet rationi hoc allegare vt causam voti relaxandi. Sic *Sotus vtroque loco. Angles, Manuel vtroque loco, Vualdus num. præcedenti allegati.* At displicet limitatio sic generaliter sumpta, sed tunc vera est, quando vouens potest absque magna difficultate id periculum effugere: & probabile est fore vt votum emendæ deseruiat. Tunc enim malitiæ suæ iure optimo frequentia lapsuum tribuetur. At si ea emendæ spes cesset, & ita prauo habitu vouens affectus sit, vt hic & nunc nequeat absque magna difficultate lapsus vitare, quamuis malitia sua ac negligentia prauam hanc consuetudinem acquisierit, & in hæc pericula se coniecerit existimo sufficientem dispensandi causam adesse. Quia eo habitu supposito, & magna fragilitate inde acquisita, res illa promissa est reddita viribus impar: ac votum illi est factum inutile: vtpote quod non vitandis, sed augendis peccatis deseruit. Sic docet *Philiarcus nu. præcedenti allegatus.* Quare optime *Nauar. lib. 3. conf. in 2. edition. de voto, conf. 36. n. 7.* ait esse iustam dispensandi causam, quando vouens castitatem perinde fornicatur, ac si non vouisset. 19

Ex quo deducitur, non esse iustam dispensandi causam, v. g. in voto nõ ludendi, vehemẽs ludendi desiderium, ac tentationes pati, vt bene docet *Nau. sum. Hispan. c. 28. addit. ad n. 1. c. 12. Lat. c. 12. n. 11.* sed tunc tantum quandò eæ tentationes eo vouentem trahunt, vt frequenti voti transgressionis cum periculo exponant: iuxta dicta num. 18. & ita *Alcozer l. de ludo, cap. 13. concl. 8.* ait iustam dispensandi causam esse, si quis constitutus sit in occasione violandi iuramenti non ludendi, quod nimirum, iuuenis sit, & in eo loco versetur, in quo ludum prætermittere nequit, quin agrestis & rusticus habeatur. Secus quando si petant, qui hoc iuramento se astrinxere, illius relaxationem ob hanc solam causam, quod valde ægre ferant se ludo abstinere. Cum tamen ratione dicti iuramenti se abstineant, ac ludi damna vitent. 20

Secundò deducitur, minime fidem habendam *Soto l. 7. de iust. quæst. 4. ar. 3. col. 7. vers. Ad illorum ergo dilucidat. in fine,* vbi ait vtilitatem priuatam vouentis non esse causam 21

dispen-

dispensandi in religionis voto. Nam contrarium constat ex dictis, probauimus enim frequentes lapsus, ex fragilitate consurgentes esse iustam causam. Cum tamen priuatum vouentis bonum causa hæc respiciat. Adde, Caietanum & Ricard. quos retuli disp. 8. nu. 2. & n. 8. sensisse priuatam vtilitatem esse iustam causam dispensandi in voto castitatis solemni, nedum in simplici. Et quamuis quoad votum solemne vtrumque ibi reprobarim; placet tamen quoad votum simplex. Quia ex eius obseruatione non pendet bonum publicum totius ordinis clericalis, aut religiosi, sicut ex voti solemnis obseruatione. Idem tenet de simplici castitatis voto *Metina l. 5. de sacror. hominum continent. c. 37. ad fin.* dicens sufficienter esse dispensandi causam promotionem boni peculiaris, aut mali peculiaris vitationem. Et idem tradunt generaliter loquentes de voto *D. Th. 4. d. 38. q. 1. ar. 4 quæstiunc. 1. corp. Nauar. sum. c. 12. num 77. Azor. lib. 11. instit moral. c. 19. q. 17. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 49. col. 2. vers. Leuitas, Angles floribus, 2. p.* vbi de voto, *q. vn. a. 8. dissic. 5.*

22 Quinta causa sufficiens ex parte vouentis est, difficultas magna superueniens, casu quo non sit talis, vt voti obligationem extinguat. Sic *Abbas c. Non est, nu. 6. de voto*, vt si quispiam vouit religionem, eiusq; executionem per multos annos distulit fere vsque ad senectutem, quando iam merito dubitari potest, an ferre valeat communes religionis obseruantias. Hoc dubium est causa sufficiens ad dispensandum in eo voto. Similiter vouit religionem Minimorum, Carthusianorum, Dominicanorum, in quibus carnibus abstinetur, & factus est ita debilis stomachi, vt dubium sit an eam abstinentiam ferre valeat.

23 Hinc deducitur, sufficientem esse dispensandi causam cum vouens ratione voti nimijs conscientiæ scrupulis vexatur, ita vt valde conscientiæ ipsius quieti impletio voti noceat; verbi gratia, vouit quispiam se quotidie B. Virginis officium recitaturum, angitur magnis scrupulis num attente ac integre recitarit, passim repetens, nec adhibitis mediis eius conscientiæ consuli potest, iusta est dispensandi causa. Cum id votum sit valde onerosum. & potius noceat.

24 Sexta causa est, necessitas boni communis, vt si quis vouit castitatem aut religionem, & ad communem reipublicæ pacem expedit vt vxorem ducat. Quia tunc obstat ratio boni communis priuato vouentis anteferenda. Et ita docent *Caiet. 1. 2. q. 88. a. 12. col. 2. vers. Ad euidentiam causa, Sotus lib. 7. de iust. qu. 4. a. 3. col. 7. vers. Ad illorum ergo.* Et admonet bene *Caietanus*, nil referre, etiam si causa illa ex hominum malitia excitata sit, vt si bellum sedari non posset, nisi puella voto castitatis astricta nuberet, esset iusta dispensandi causa.

25 Non tamen est iusta causa dispensandi in voto castitatis, aut religionis, necessitas conseruandæ progeniei alicuius nobilissimi ducatus aut marchionatus, nisi admixta aliqua commutatione: & sic solet dispensari. Quod sit causa mere temporalis, & ideo non sufficit ad meram dispensationem. Est tamen aliqualis causa, vt admixta commutatione partim dispensetur, vt bene *Nauar. lib. 3. cons. 1. edit. 1. de vote, cons. 23. n. 3. Enriquez lib. 12. de matrim. c. 3. num. 9. comment. lit. D.*

26 Nec similiter iuxta aliquos est causa sufficiens ad dispensandum in castitatis voto morbus communis, cui periti medici indicant venereis actibus subueniendum esse. Idque dicunt sentire *D. Th. 2. 2. q. 88. a. 11. ad 3. & ibi Caiet. in fine, Durandus 4. d. 38. qu. 2. fine*, quamuis enim de voto solemni sermonem habeant, at ratio cui innituntur, in omni castitatis voto æque militat. Quippe eam differentiam constituunt inter abstinentiam & continentiam, quod cum cibus directè ordinetur ad individui conseruationem, abstinentia in notabili salutis corporeæ detrimentum vergens non sit actus virtutis: ac propterea in eo euentu votum abstinentiæ aut non obligat, aut saltem iustam habet dispensandi causam. At coitus suapte natura est ad solius speciei cõseruationem, & valde per accidens continentia vergit in individui periculum. Atque ideo continentia etiam cum individui periculo est actus virtutis, nec illius fractione matrimonium ineundo necesse est saluti corporeæ mederi: præsertim cum aliis medicinis morbo illi occurri possit, vt eruditissime probat *Metina lib. 4. de sacror. homin. continentia, contron. 4. cap. 23.* & hanc noti esse iustam dispensandi causam tradit *D. Antonin. 2. p. tit. 11. c. 2. §. 9. ad fin.* & videtur loqui de omni continentiæ voto. At *Sotus lib. 7. de iust. q. 4. a. 2. in solut. ad 3.* ait ductus prædicta ratione, hanc non esse causam dispensandi in castitatis voto, si solemne sit: atque ideo contrarium videtur sentire in voto simplici. Atque hanc partem censeo vetiorem, admixta tamen aliqua commutatione. Quia negari nõ potest materiam voti notabiliter mutatam esse, grauissimamque difficultatem superuenisse, nec à vouente excogitatam: & quamuis iure optimo possit vitæ periculum eligere ob castitatis seruandæ amorem: at res ita ardua est, vt merito credendum sit, velle Deum, qui huius voti creditor est, vt Ecclesia benignitate sua vtens, ex hac causa partim relaxet, partim in alia opera commutet. Nec obstat alijs medicinis posse huic damno subueniri. Quia satis est, id anceps esse, ac valde difficile præsentaneumq; medium, ac iudicio medicorum certius esse coitus. Sicut quamuis vrgentibus carnis illecebris possit alias mediis prospici. Quia tamen ea non ita præsentanea ac efficacia sunt, humana fragilitate vouentis attenta, ac coitus, est iusta causa illas pati cum frequentis lapsus periculo, vt in voto castitatis dispensetur. Nec obstat D. Th. & sequacium testimonium. Quippe de solemni castitatis voto loquuntur: quod cum grauissimum sit, eiusque dispensatio cedat in notabile status religiosi detrimentum, multo vrgentiorem causam dispensandi, & solum boni communis petit (vt probaui disp. 8. n. 2. & 8.) Vt vero dispensetur in voto religionis, erit absque dubio iusta causa morbus continuus, cuius salus desperatur: quando talis est, vt obseruantias regulares impediret.

Quod si roges, an maior causa desideretur ad dispen- 27
sandum in voto, quam in lege? dixi disp. 18. n. 4.

Demum quinque obseruanda sunt. Primum est, quan- 28
doque contingere vt non sit causa sufficiens ad mere dispensandum, adsit tamẽ ad partim dispensandum admixta aliqua commutatione: & quo causa dispensandi maior fuerit, eo minori commutatione opus erit. Sic *Caietan. 2. 2. qu. 88. art. 12. dub. 2. vers. Ad euidentiam causæ, ad finem, Nauar. sum. c. 12. n. 63. Alcozer summa, c. 16.* vbi de voti dispensatione, *conclus. 2. ſ 58. pag. 2.* Qui iure optimo addit ob id eo dispensandum omnino in voto esse, & ideo Pontificem semper admiscere aliquam commutationem, dum dispensat. Quia raro inuenitur causa sufficiens ad omnimodam dispensationem. Atque partim commutando vitantur scrupuli, qui de eius sufficientia oriri possunt. Et hoc solum soluit *Angelus v. Votum, 3. num. 26. fin.* dicens existente causa posse votum in minus bonum commutari: interdum partim dispensando, si commutans gaudeat dispensandi facultate.

Secundus est, minor causa sufficit ad dispensandum 29
in voto pœnali castitatis aut religionis, quam in absoluto. Quod illud minus voluntarium sit. Sic *Sotus l. 7. de iust. quæst. 4. art. 2. colum. 6. paulo ante vers. De causis subinde.* Atque idem dicendum est de voto conditionali harum rerum: desideratur enim maior causa ad dispensandum in illo, quam in pœnali, at minor quàm in absoluto. Quod sit magis voluntarium quam pœnale, at minus quam absolutum.

Tertium est, quando adsunt simul vinculum voti & 30
iuramenti, expressa vtraque, maior exigitur causa ad dispensandum, non tamen ad commutandum. Ratio est, quod per dispensationem extinguatur vtrumque vinculum: & cum duplex sit, est fortius vno, & ideo maiorem causam requirit, vt materiam compenset duplici religionis vinculo debitam. At per commutationem neutrum vinculum tollitur, sed transfertur in aliam materiam,

teriam, quare satis est materiam subrogatam esse æqualé materiæ promissæ & iuratæ: cum eadem maneat duplici illo vinculo debita. Dixi, quando vtrumque exprimitur, Quia quamuis in iuramento facto Deo seruandæ castitatis sit implicite votum, eadem tamen causa sufficit ad dispensandum in illo, quæ in mero voto satis est. Quia (vt diximus disp. 2. n. 18.) sublata per dispensationem promissione tollitur iuramentum tamquam accessorium. Quod non contingit, quando duplex vinculum distinctum est. Similiter non est opus maior causa, eo quod vota vel iuramenta sint sæpe repetita. Nam eadem omnium est vis ac obligatio.

31 Quartum est, non semper sufficientem causam ad dispensandum in voto esse quoque sufficientem ad dispensandum in voto non petendæ dispensationis, sed quando eadem causa reperitur in vtroq; voto. V. g. promisit quis imprudenter & absque matura deliberatione, aut metu cui coactus, castitatem: at postea maturo consilio ac omnino libere vouit se non petiturum dispensationem: in priori voto est iusta dispensandi causa, non tamen in posteriori. At si eiusdem naturæ deliberationis defectus vel idem metus in vtroq; voto reperiretur, esset iusta dispensandi in vtroq; causa. Similiter sat esset ad dispensandum in vtroque vehemens frequentis transgressionis periculum. Quia eadem causa afficit vtrumque votum.

32 Vltimum est, multo minor causa desideratur ad dispensandum in tempore obligationis exequendi votum, quam ad omnino dispensandum in eo. Quia in priori casu eadémet obligatio manet, & sola executio differtur. Et quo maior est dilationis mora, eo maiori causa opus est.

DISPVTATIO XXI.

An taciturnitas veri aut falsi expressio vitiet rescripta & dispensationes?

SVMMARIVM.

Rescripta quædam sunt gratiæ, alia iustitiæ, n. 1.
Quid distet inter subreptionem & obreptionem, n. 2.
An rescripta gratiæ, & iustitiæ subreptitia, sint ipso iure nulla, n. 3.
An gratiæ ordinariis subreptitiæ sint ipso iure nullæ sicut Pontificiæ, n. 4.
An rescripti, iustitiæ obreptitia sint ipso iure irrita, n. 5.
Quid, quando in eisdem literis continentur gratia & iustitia rescriptum, n. 6.
In quibus casibus rescripta iustitiæ subreptitia sint ipso iure nulla, n. 7.
Quid sit in dispensationibus, & cæteris rescriptis causa finalis & causa impulsiua, n. 8.
Quæ quæstiones disputandæ sint, n. 9.
An taciturnitas veri reddat gratiam subreptitiam? Refertur triplex opinio, n. 10. 11. & 12.
Proponitur sententia Auctoris, explicans quarum qualitatum taciturnitas etiam per ignorantiam contingens reddat gratiam subreptitiam, & quando non reddat, à n. 13. vsque ad 18.
Vnde dignosci possit qualitatem taciturnitatis conducere ad dispensationem, & eius generis esse, vt ea expressa non concederetur, n. 19.
An dubium an causa tacita vel falsè expressa sit finalis, vel impulsiua, & conducat ad confessionem, vel denegationem dispensationis, quid præsumatur, n. 20.
Quæ examinanda sint in beneficiis impetrationis, legitimationis, & an in eis prudentia sit facienda mentio? Remissius, n. 21.
An dispensatio irregularitatis sit subreptitia, tacendo occisum ob irregulari fuisse presbyterum, n. 22.
An sit subreptitia voti religionis dispensatio, non explicando fuisse votum perseuerandi in illa: vel si vouerit non expleturum se vouisse futurum se religiosum, sed tantum vouisse religionem, n. 23.
An valida sit impetratio facultatis dispensandi in quodam casu, te non existente, si creditur fore vt ea declarato prælatus deuoc. ret. n. 24.
An dum dubitatur de dispensationis valore præsumenda sit validitas n. 25.
An taciturnitas causæ finalis de futuro vitiet dispensationem, n. 26.
Quid quando tacetur veritas notoria, n. 27.
Quid, quando tacetur qualitas quæ de iure inest, n. 28.
Quid si tacetur veritas ex ignorantia, vel malitia curialis? Remissius, n. 29. & ibi, quid quando ex propria malitia tacetur causa impulsiua. Solantur argumenta, n. 30.
Possunt n. 30. inuenies alia sumaria.

1 HACTENVS egimus quando dispensatio corruat defectu potestatis dispensantis, & defectu causæ: iam aggredimur quando ex parte impetrantis irrita sit. Et primo proponitur disp. præsens, quando in genere taciturnitas veri aut falsi expressio vitiet. Deinde disp. sequentibus agemus specialiter de explicandis necessario in dispensationibus matrimonialibus, vt validæ sint. Ad maiorem autem elucidationem disputationis præsentis; quæ & grauissima & difficillima est, præmittemus aliqua. Deinde ad quæstiones discutiendas descendemus. Primo præmittendum est rescripta alia esse gratiæ, alia iustitiæ. Priora dicuntur, quæ ad beneficia, dispensationes, & alias quascúque gratias obtinenda conceduntur. Posteriora autem, quæ ad lites forenses impetrantur, vt ad committendam causam iudici in foro externo decidendam. Sic *Menochius de arbitrariis, lib. 2. centuria 3. casu 201. n. 1.*

2 Secundò supponendum est, vtraq; rescripta aliquando appellari subreptitia, aliquando obreptitia. Inter quæ non concordant auctores quid distet. Quidam enim cēsent subreptitia dici, quando Princeps plene intellexit tenorem precum, at in eis tacita est veritas necessario explicanda, vel falsum aliquid narratum est. Obreptitia vero, quando per verborum inuolutionem, aut cautam loquelam, puta ironicam, vel callidam, effugiunt deliberatam concedentis conscientiam, ac plenam eius intelligentiā. Sic *Innoc. c. Cum dilecta, n. 3. de rescript. & ibi Abb. n. 7. Felin. n. 2. Barbatius cons. 49. n. 6. fin. & cons. 55. num. 1. vol. 4.* Et dicit posse tolerari *Imola d. cap. Cum dilecta, n. 10.* Alij vero multi, quos refert *Menochius de arbitr. l. 2. centuria 3. casu 201. n. 9.* censent subreptionem esse quoties veritas tacetur, vel per confusam ac perplexam eius narrationem occultatur. At obreptionem, quando falsum narratur. At dicendum est hæc esse synonyma, & nil inter se differre, ac differentiam hanc nihil deseruire quoad irritanda rescripta. Quare dicentur indifferenter obreptitia vel subreptitia, quoties male impetrantur, siue tacita veritate necessario explicanda, siue falsum ad rem conferens in precibus narrando. Atque ita tuentur *Decius cap. Super literis, in nona editione, notab. 1. n. 4. de rescript. Rebuffus tom. 2. constit. regiar. ti. de rescriptis, in præfat. num. 125. Menochius* multos allegans, *d. casu 201. n. 10. & seqq.*

3 Tertiò præmittendum est, quam plures esse differentias inter rescripta gratiæ & iustitiæ: quas late prosequitur *Rebuff. praxi benef. t. differentia inter rescripta gratia & iustitia, à n. 1.* Et tamen potissima est, & quæ ad rem nostram attinet, quod rescripta gratiæ per subreptionem obtenta sint ipso iure irrita, quare quidquid virtute eorum factum fuerit, nullius prorsus est momenti. Secus autem de rescriptis iustitiæ, quæ valida sunt, donec ope exceptionis elidantur, id est, donec aduersarius contra quem impetrata sunt, excipiat, allegans ea esse subreptitia. Quare processus virtute illorum factus validus erit, si de subreptione minime excipiatur. Prior pars probatur ex *cap. fin. de filiis presbyter. in 6.* vbi textus loquens de dispensatione quadam ad beneficia, sic ait: *Valuit per subreptionem obtenta nullius penitus est momenti.* Qui textus extenditur ab vniuersis Doctoribus ad literas quascumque, gratiā siue dispensationem continentes. Posterior autem pars probatur ex *cap. Si autem, & cap. Plerique, de rescript.* vbi deciditur secundum rescriptum impetrantem per subreptionem ob primi taciturnitatem, conualescere data negligentia in primo impetratore. Quod fieri nequiret, si foret ipso iure irritum. Huius autem differentiæ rationes tradant partim *Monachus dict. cap. fin. à n. 4. vsque ad 9.* & partim *Abbas c. Ad audientiam, el 2. num. 14. de rescript.* à quibus cæteri mutuati sunt. Quod literæ iustitiæ comparentur contractibus stricti iuris: at literæ gratiæ contractibus bonæ fidei. Quare sicut in his debet esse exuberantia bonæ fidei, vt notatur *l. Bonam fidem, C. de actionibus & oblig.* sic in literis gratiæ debet omnis puritas reperiri. Quare sicut subreptio dans causam contractui stricti iuris, non reddit ipso iure irritum, sed irritandum: secus de contractu bonæ fidei. Sic subreptio non reddit ipso iure irritas literas iustitiæ, sed

ope

ope exceptionis irritandas: secus de literis gratiæ. Item quia faciliùs conceduntur literæ iustitiæ, quam gratiæ, *c. fin. de crimine falsi.* Item quia ingratior videtur obtinere nitens beneficium & gratiam per subreptionem. Tandem quia in spiritualibus debet esse omnis puritas. Atque ita differentiam hanc tradunt *Gl. cod. c. fin. post casus positionem, not. ab.* 2. vbi *Monachus à n.* 4. *Ioan. And. Archid. Domin. Francus in fin. Bald. l. Prescription. n.* 11. *C. si contra ius, Abb. c. Quod super his, n.* 2. *de fide instrum. & c. Quia circa, n.* 5. *de consang.* vbi *Alex. de Neuo n.* 6. *idem Alb. dict. c. Ad audientiam, nu.* 14. *& ibi Felin. à nu.* 17. *Milis in repert. lit. G. V. Gratia n.* 3. *vers. Gratia sine sit indulgentia,* & multis aliis citatis *Rebuff. praxi benef. 1. Differentia inter rescripta gratia & iustitiæ à nu.* 1. *Nauar. c. Si quando, præludio* 1. *num.* 1. *de rescript. Menochius de arbitr. l.* 2. *centuria* 3. *casu* 201. *num.* 2.

4 Nec aliquod discrimen hac in re inuenio inter dispensationes gratiasq; à summo Pontifice vel ab ordinario inferiori concessa: sed vtraq; ex subreptione obtenta sunt prorsus irrita. Quod rationes n. præcallatæ in vtrisq; militent: ac DD. ibi relati indistincte loquantur. Item quia cũ tales literæ reddantur nullæ ex defectu voluntatis concedẽtis, quam aufert deceptio tacita veritate, vel expressa falsitate inducenti ad concedendum: atq; idem voluntatis defectus reperiatur in Pontifice, & in quocumq; alio inferiori concedente, idem in vtrisq; gratiis dicendũ est. Tandem quia nemo diceret, dispensationem in voto non nubendi impetratam ab Episcopo validam esse, allegata falsa causa vehementis periculi incontinentiæ, vel tacita circumstantia necessario explicanda, vt si simul esset votum non nubendi, & assumendi ordinis sacri. Vnde non approbo quod ait *Emman. Sa sum. v. Gratia, n.* 22. vbi dicit, gratias ab ordinario concessas nõ reddi ex sola subreptione irritas, sed à solo Pontifice promanantes. Quòd ita vniuersaliter dictum non est verum, sed id verum habet in literis impetratis ad beneficia, in quibus aut tacetur verus beneficij valor, aut falso exprimitur, non enim ob id redderentur subreptitiæ, sicut si à Papa impetrarẽtur. Vt bene tradunt *Felin.* aliis relatis, *c. Ad aures, num.* 15. *concl.* 14. *de rescript. Selua beneficiorum* 3. *p. q.* 11. *à n.* 56. Cuius differentiæ ea est ratio. Quia cum ordinarius præsumatur qualitates beneficiorum suæ diœcesis melius nosse, quam priuati. expressio talis valoris non est necessaria: atque adeo taciturnitas, vel falsi expressio tamquam cadens super rem non necessariam, minimè subreptionem vitiantem literas inducit. Quare cautè *Nauar. l.* 1. *cons.* 2. *de temper. ordin. in* 1. *edit. cons.* 43. *n.* 1. *vers.* 2. *in post. cons.* 2. *n.* 1. non ita vniuersaliter inter vtraq; gratias discrimen hoc constituit, sed limitatius dicens gratias ordinarij non fieri nullas ex omni subreptione, sicut gratias Pontificis. Et probat ex *clem.* 2. *de offic. ordin.* vbi decidit, collationem beneficij factam ab ordinario habenti aliud, illudque tacenti, non esse irritam: secus si à Papa vel eius legato fiat. Ecce vbi solum in beneficiis differentiam hanc statuit. Quia aliqua sunt necessario explicanda, dum à Pontifice impetrantur, quæ non sunt necessaria, dum impetrantur ab Episcopo, ob rationem proximè traditam. Quare non omnis taciturnitas, vel falsi expressio, quæ circa illa induceret subreptionem irritantem literas impetratas à Papa, inducit, quando impetrantur ab ordinario.

5 Quamuis autem concordẽt DD. rescripta iustitiæ subreptitia non esse ipso iure irrita (vt diximus nu. 3.) discrepant quando obreptitia sunt. Quidam enim sentiunt esse irrita ipso iure, & intelligunt esse obreptitia, quando per inuolutionem verborum & cautam locutionem sunt impetrata. Quia cum dolo obtineantur, processus debet esse ipso iure nullus, quamuis aduersarius non excipiat. Sicut in sent. lata dolo præsentis contra absentem decernitur, *l. Prætor, §. Marcellus, ff. de ind.* Sic tradũt *Innoc. c. Cum dilecta, n.* 3. *de rescript. & ibi Abb. n.* 7. *Milis in repert. lit. R. n.* 7. *v. Rescripta, vers. Rescriptum ad lites si cst subreptitium, Tiraqu. de panis temperandis, causa* 44. *nu.* 40. Sed iurę optimo hoc reprobant dicentes in neutro casu esse irrita ipso iure *Felin. c. Ad audientiam, el* 2. *n.* 18. *de rescript. & d. c. Cum dilecta, num.* 2. vbi *Imola n.* 10. *Menochius de arbit. l.* 2. *centur.* 3. *casu* 201. *nu.* 26. Ducuntur, quod *idem Innoc. c. Ad aures, ad fin. de rescript.* asserat cassandum esse quidquid fit per literas obreptitias. Ergo cẽsset non esse ipso iure irritum. Secundò, quia non debet plus operari, Papam non plene factum percepisse, ob niniam verborum inuolutionem, quam si id omnino fuisset tacitum, vel falso expressum.

Temperanda est autem hæc differentia inter vtraq; re- 6
scripta, vt si simul in eisdem literis rescriptum gratiæ & iustitiæ contineatur, spectãdum sit, quid per principalius concedatur, & iuxta id est regulãdum accessorium, iuxta *reg. Accessorium, de reg. iur. in* 6. Quare si in eodem rescripto concedatur gratia, seu beneficium principaliter, & accessoriè detur alicui iurisdictio ad eius gratiæ executionem: sicut gratia per subreptionem redditur ipso iure nulla, ita & iudicis assignatio. Et ita intelligitur *c. Constitutus, de rescript.* ibi: *Quidquid factum est occasione literarum istarum, irritum decernatu.* Et ratio est, quia cum executor non deputetur principaliter ad lites, non possunt dici eæ literæ iustitiæ, sed accessoriæ literis gratiæ. Vnde sicut gratia corruit, ita & ipsæ. Sicut *cap. Si super gratia, de offic. deleg. in* 6. sustinetur executoris assignatio accessoria gratiæ facta, ne morte concedentis re integra pereat, vti perire deberet, ni accessoria esset. Quod sequatur naturam illius gratiæ factę, cui accedit, quæ morte concedentis nullatenus perit. Et ita hanc partem docent *Abbas d. c. Constitutus, n.* 5. & *c. Cæterum, n.* 6. *de rescript. & c. Ad audientiam, el* 2. *n.* 14. *ea.* vbi alios referens *Felinus n.* 19. *Dominic. cons.* 63. *n.* 9. *Beroius c. Ad aures, n.* 14. *de rescript. Rebuff. praxi benef. 1. differentia inter rescripta gratiæ & iustitiæ, n.* 4. *Nauar. c. Si quando, præludio* 1. *nu.* 2. *de rescript.* Quod si deputaretur iudex principaliter super contentione beneficiali, quamuis literæ concernerent beneficij priuationem, valerent vtique per subreptionem obtentæ, atque processus ab eo iudice factus validus esset, donec ope exceptionis elidatur. Quia regulantur vt rescripta iustitiæ ad lites, eo quod id principaliter contineant, gratiam verò accessoriè. Sic *Abbas d. c. Ad audientiam, nu.* 14. *& ibi Felinus n.* 17.

Alij casus solent assignari, in quibus rescripta iustitiæ 7
surreptitia sunt ipso iure nulla, qui videndi sunt in *Felino c. Ad audientiam, el* 2. *n.* 18. *& seq. de rescript.* & vide alium casum in hac disp. n. 75. & 76.

Quarto præmittendum est, causam in dispẽsationibus 8
& literis quibuscumq; tacitam, vel falso expressam aliam esse finalem, aliam impulsiuam. Et quamuis quoad alios effectus sit grauissima controuersia, qualis dicatur causa finalis, & qualis impulsiua: vt potest videri in *Tiraq. tract. Cessante causa, tota limit.* 2. at quoad inducendam subreptionem in rescriptis gratiæ vel iustitiæ, causa finalis ea dicitur, qua non existente Princeps gratiam minime concessisset, vel qua ei significata denegasset petita. At impulsiua ea est, quæ falso expressa Principem mouet ad facilius concedendum petita, vel si vera est, & ea non taceretur, moueret ad difficilius concedendum: at reuera prorsus concederet gratiam in vtroque euentu. Atque sic optimè docet *Couar. lib.* 2. *var. c.* 20. *n.* 5. *vers. His ita breuiter.* Atque ita in his rescriptis explicant causam finalem, id est, qua non existente princeps non concederet: & impulsiuam, quando concederet, sed non tam facile, *Abb. c. Postulasti, nu.* 1. *not. ab.* 4. *de rescript. & ibi Decius in noua edit. nu.* 10. *not. ab.* 4. *Alex. cons.* 161. *fin. vol.* 7. *Barbatius cons.* 49. *n.* 6. *fin. vol.* 4. *Iason. l.* 1. *n.* 2. *C. si contra ius, Tiraq. tract. Cessante causa, limit.* 1. *nunc.* 11. Similiter dicetur causa finalis ea sine qua non concederetur priuilegium aut dispensatio eo pacto quo concessa sunt, sed eidem concessioni moderamina quædam adhibita fuissent. Quod vere ea possit dici causa sine qua non concederetur gratia, siquidem eo pacto, quo concessa est, nõ concederetur. Sic docet *Baldo & Aymone allegatis Barbosa l.* 1. *p.* 1. *n.* 85. *ff. solut. matrim.*

His

9 His ergo præmissis, quatuor in hac disputatione sunt agitandæ quæstiones. Prima est, quando taciturnitas veri reddat gratiam subreptitiam. Secunda, quando expressio falsi idem operatur. Tertia, an in rescriptis motu proprio concessis contingat subreptio ratione taciturnitatis veri, aut expressionis falsi? Vltima, an vitiet subreptio totam gratiam, an solam eam partem, in qua inuenitur.

10 QUÆSTIO I. Quando taciturnitas veri reddat gratiam subreptitiã, ac proinde irritam? Triplex est sententia. Prima sustinet ex taciturnitate veritatis reddi quamcunque gratiam & dispẽsationem subreptitia ac irrita, quoties est causa illa veritas tacita non tantum finalis, sed impulsiua etiam concessionis, quia nimirum, ea veritas declarata retraheret Principem vel à cõcessione, vel saltem difficilius notabiliter eam concessisset. Ducitur primo ex *c. Postulasti, de rescript.* vbi quidam à Pontifice obtinuit beneficium tacendo vicariam perpetuam victui sufficiẽtem quam possidebat: & consultus Pontifex respondet gratiam beneficij fuisse subreptitiam, & reddit rationem his verbis: *Et pro habente beneficij sufficientis subsidium, ex certa scientia super beneficio alio obtinendo, de cetero non scribimus.* Cuius textus dispositionem quamuis aliqui arctent, vt in solis gratiis beneficialibus, de quibus loquitur, procedat: idque in illarum odium, gratia ambitionis reprimendæ, iuxta *c. Quamuis, de prabend. in 6.* Hi sunt *Abb. ibi c. Postulasti, n. 1. notab. 4. Milan in suo repertor. lit. G. nu. 3. verb. Gratia, vers. Gratia non dicitur. Decius c. Cum cessante, paulo post princ. de appellat. Everard. loco à contrario sensu, n. 18.* At receptissima sententia habet decisionem eius textus locum quoque habere in omnibus aliis gratiis & priuilegiis, vt multis citatis probant *Tiraquel. tract. cessante causa limit. 1. n. 11. & seq. Iacob. de Puteo decis. 246. nu. 4. Ioan. Lopez de maioratu, in 1. edit. 1. p. q. 3. n. 3. Mascardus de probat. conc. 846. n. 1. & 7. Gutier. qu. canon. l. 1. c. 15. n. 12. & l. 2. c. 15. nu. 41. & seqq. Flaminius de confidentia benef. q. 46. n. 38. & 39. Azebedo lib. 8. recopilat. t. 25. l. 2. num. 13 & 14. Aurendano tractatu de iniuria, nu. 3.* & hanc dicit esse magis receptam sententiam *Menochius de arbitrariis, lib. 2. centuria 3. casu 201. n. 21.* Et huius sent videtur *P. Molina to. 3. de iust. disp. 591. n. 5. & 6.* ait enim dispensationem Principis ad instituendum maioratum esse subreptitiam, nisi fiat mentio prioris obtentæ: & reddit rationem, quia difficilius concederet Princeps posteriorem, si sciret priorem: & *disp. 650. nu. 2.* expresse ait reddi subreptitiam dispensationem, tacite eo, quod retraderet Principem à concessione facienda.

Secunda opinio docet solum vitiari gratiam & dispen- 11
sationem, tacita veritate, quæ est causa finalis concessionis, id est, qua cognita minime Princeps gratiã concessisset: secus quando est solum causa impulsiua, quia, nimirũ, ea cognita tandem gratiam concessisset, quamuis maiori cum difficultate. Ducitur ex *c. Dudum vers. Nos igitur, de prabend. in 6.* vbi ad valorem concessionis beneficij ponderat Pontifex non obstare taciturnitatem veri, quo cognito concessisset adhuc, ibi: *Considerantes quoque quod nos, exposito nobis de potestate predicta, nihilominus literas gratiosas dare census.* Item ex *c. fin. de fil. presbyt. in 6.* vbi decidens textus non valere dispensationem ad aliud beneficium impetrandum ab illegitimo obtẽtam, si aliud prius impetraret, nisi prioris defectus mentionem faciat, reddit rationem his verbis: *Cum non sit verisimile, sedem ipsam cum illo prædictum patiente defectum voluisse, si hoc fuisset expressum, dispensare.* Secundo, quia ratio huius subreptionis, ac inefficaciæ gratiæ tacita veritate, consurgit ex ignorantia illius veritatis in Principe, ac subinde defectus volũtatis cõcedendi: igno-

concl. 4. de concess. prabend. & praxi benefic. in 3. part. signaturæ verb. Nec non iuris patronatus, num. 24. & in concordatis, in forma mandati apostolici, vbi explicat narranda in beneficiorum impetratione, *post 30. narrandum, vers. Si verò à iure, Selua benefactor. 3. p. q. 11. n. 6. & q. 12. n. 51. Beja in suis responsionibus, casu 62. fin.* Et ita idem videntur sentire in aliis gratiis & priuilegiis. Quia (vt in prima ratione probaui) quoad subreptionem æquiparantur beneficiis. Et loquentes in genere de rescriptis, (quem terminum communem esse ad rescripta gratiæ & iustitiæ diximus n. 1.) dicunt idem *Abbas c. Ceterum, num. 3. de rescript. & c. Ex conquæstion. num. 4. de cessat. spoliat. Cardin c. Postulasti, nu. 4. notabili 8. de rescript. & ibi Barbatius n. 16. Felinus c. Super literis, nu. 8. vers. Exprimenda sunt, de rescript. Iason l. 1. nu. 2. C. si contra ius. Alexand. addit. ad Bartol. l. Demonstratio, §. Quod autem verb. Longa differentia, ff. de condit. & demonstrat. Angelus summa, verb. Rescriptum, num. 3. & ibi Armilla n. 2. Tabiena q. 3. nu. 4. Sebastianus Medices tractatu, Mors omnia soluit. 3. p. n. 145. Brunorus in suo compendio, litera S. vers. Subreptio vitiat.* Et loquentes de literis iustitiæ docent idem *Corneus cons. 227. nu. 10. volum. 2. Afflictus decisione Neapolit. 116. n. 3.* Et loquentes in priuilegiis legitimationis docent idem *Abbas, c. Per venerabilem, nu. 27. qui filij sint legit. & ibi Alex. de Neuo n. 54. Cornelius consil. 245. num. 4. vol. 1. Barbatius consil. 49. n. 6. fin. & cons. 55. n. 1. vol. 4. Ruinus cons. 3. nu. 15. vol. 1. Gozadinus cons. 6. n. 6. Angelus summa verb. Legitimatio, n. 5. Rosella verb. Illegitimus, n. 19. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 9. nu. 1. Rojas epitome successionum, c. 23. n. 21. Valascus cons. 6. nu. 5. tom. 1. Spino spec. testam. gloss. 16. prin. n. 134. Cernantes l. 12. Tauri, nu. 40.* Et loquentes de dispensatione matrimoniali docent idem *Præpos. c. Quia circa, n. 4 de consanguin. vers. Sed de dispensatione, Dominic. cons. 53. n. 5. vers. Vnde mater. Corn. cons. 201. nu. 8. vol. 1. Decius consil. 602. viso puncto, nu. 19. dub. 7. vol. 5. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 14. Gallego de cognat spirit. c. 23. n. 12. Gutier. statim allegand.* Et loquentes de omnibus gratiis docent idem *Abb. c. Constitutio, nu. 5. de religiosis domib. Alexand. cons. 161. Visis narratis, in fine, & cons. 95. Requisitus, nu. 7. vers. Non obstant, vol. 7. Barth. Socinus cons. 275. ad fin. & cons. 164. n. 3. vol. 2. Marian. Socinus senior cons. 77. n. 85. vol. 1. Corneus cons. 98. Quamquam videatur, nu. 6. vol. 3. Tiraquel. tract. Cessante causa, limit. 1. n. 11. & seq. Iacob. de Puteo decis. 246. nu. 4. Ioan. Lopez de maioratu, in 1. edit. 1. p. q. 3. n. 3. Mascardus de probat. cons. 846. n. 1. & 7. Gutier. qu. canon. l. 1. c. 15. n. 12. & l. 2. c. 15. nu. 41. & seqq. Flaminius de confidentia benef. q. 46. n. 38. & 39. Azebedo lib. 8. recopilat. t. 25. l. 2. num. 13 & 14. Aurendano tractatu de iniuria, nu. 3.* & hanc dicit esse magis receptam sententiam *Menochius de arbitrariis, lib. 2. centuria 3. casu 201. n. 21.* Et huius sent videtur *P. Molina to. 3. de iust. disp. 591. n. 5. & 6.* ait enim dispensationem Principis ad instituendum maioratum esse subreptitiam, nisi fiat mentio prioris obtentæ: & reddit rationem, quia difficilius concederet Princeps posteriorem, si sciret priorem: & *disp. 650. nu. 2.* expresse ait reddi subreptitiam dispensationem, tacite eo, quod retraderet Principem à concessione facienda.

Secunda opinio docet solum vitiari gratiam & dispen- 11
sationem, tacita veritate, quæ est causa finalis concessionis, id est, qua cognita minime Princeps gratiã concessisset: secus quando est solum causa impulsiua, quia, nimirũ, ea cognita tandem gratiam concessisset, quamuis maiori cum difficultate. Ducitur ex *c. Dudum vers. Nos igitur, de prabend. in 6.* vbi ad valorem concessionis beneficij ponderat Pontifex non obstare taciturnitatem veri, quo cognito concessisset adhuc, ibi: *Considerantes quoque quod nos, exposito nobis de potestate predicta, nihilominus literas gratiosas dare census.* Item ex *c. fin. de fil. presbyt. in 6.* vbi decidens textus non valere dispensationem ad aliud beneficium impetrandum ab illegitimo obtẽtam, si aliud prius impetraret, nisi prioris defectus mentionem faciat, reddit rationem his verbis: *Cum non sit verisimile, sedem ipsam cum illo prædictum patiente defectum voluisse, si hoc fuisset expressum, dispensare.* Secundo, quia ratio huius subreptionis, ac inefficaciæ gratiæ tacita veritate, consurgit ex ignorantia illius veritatis in Principe, ac subinde defectus volũtatis cõcedendi: igno-

conc. 4. de conc. prabend. & praxi benefic. in 3. part. signaturæ verb. Nec non iuris patronatus, num. 24. & in concordatis, in forma mandati apostolici, vbi explicat narranda in beneficiorum impetratione, *post 30. narrandum, vers. Si verò à iure, Selua benefactor. 3. p. q. 11. n. 6. & q. 12. n. 51. Beja in suis responsionibus, casu 62. fin.* Et ita idem videntur sentire in aliis gratiis & priuilegiis. Quia (vt in prima ratione probaui) quoad subreptionem æquiparantur beneficiis. Et loquentes in genere de rescriptis, (quem terminum communem esse ad rescripta gratiæ & iustitiæ diximus n. 1.) dicunt idem *Abbas c. Ceterum, num. 3. de rescript. & c. Ex conquæstion. num. 4. de cessat. spoliat. Cardin c. Postulasti, nu. 4. notabili 8. de rescript. & ibi Barbatius n. 16. Felinus c. Super literis, nu. 8. vers. Exprimenda sunt, de rescript. Iason l. 1. nu. 2. C. si contra ius. Alexand. addit. ad Bartol. l. Demonstratio, §. Quod autem verb. Longa differentia, ff. de condit. & demonstrat. Angelus summa, verb. Rescriptum, num. 3. & ibi Armilla n. 2. Tabiena q. 3. nu. 4. Sebastianus Medices tractatu, Mors omnia soluit. 3. p. n. 145. Brunorus in suo compendio, litera S. vers. Subreptio vitiat.* Et loquentes de literis iustitiæ docent idem *Corneus cons. 227. nu. 10. volum. 2. Afflictus decisione Neapolit. 116. n. 3.* Et loquentes in priuilegiis legitimationis docent idem *Abbas, c. Per venerabilem, nu. 27. qui filij sint legit. & ibi Alex. de Neuo n. 54. Cornelius consil. 245. num. 4. vol. 1. Barbatius consil. 49. n. 6. fin. & cons. 55. n. 1. vol. 4. Ruinus cons. 3. nu. 15. vol. 1. Gozadinus cons. 6. n. 6. Angelus summa verb. Legitimatio, n. 5. Rosella verb. Illegitimus, n. 19. Couar. 4. decret. 2. p. c. 8. §. 9. nu. 1. Rojas epitome successionum, c. 23. n. 21. Valascus cons. 6. nu. 5. tom. 1. Spino spec. testam. gloss. 16. prin. n. 134. Cernantes l. 12. Tauri, nu. 40.* Et loquentes de dispensatione matrimoniali docent idem *Præpos. c. Quia circa, n. 4 de consanguin. vers. Sed de dispensatione, Dominic. cons. 53. n. 5. vers. Vnde mater. Corn. cons. 201. nu. 8. vol. 1. Decius consil. 602. viso puncto, nu. 19. dub. 7. vol. 5. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 14. Gallego de cognat spirit. c. 23. n. 12. Gutier. statim allegand.* Et loquentes de omnibus gratiis docent idem *Abb. c. Constitutio, nu. 5. de religiosis domib. Alexand. cons. 161. Visis narratis, in fine, & cons. 95. Requisitus, nu. 7. vers. Non obstant, vol. 7. Barth. Socinus cons. 275. ad fin. & cons. 164. n. 3. vol. 2. Marian. Socinus senior cons. 77. n. 85. vol. 1. Corneus cons. 98. Quamquam videatur, nu. 6. vol. 3. Tiraquel. tract. Cessante causa, limit. 1. n. 11. & seq. Iacob. de Puteo decis. 246. nu. 4. Ioan. Lopez de maioratu, in 1. edit. 1. p. q. 3. n. 3. Mascardus de probat. cons. 846. n. 1. & 7. Gutier. qu. canon. l. 1. c. 15. n. 12. & l. 2. c. 15. nu. 41. & seqq. Flaminius de confidentia benef. q. 46. n. 38. & 39. Azebedo lib. 8. recopilat. t. 25. l. 2. num. 13 & 14. Aurendano tractatu de iniuria, nu. 3.* & hanc dicit esse magis receptam sententiam *Menochius de arbitrariis, lib. 2. centuria 3. casu 201. n. 21.* Et huius sent videtur *P. Molina to. 3. de iust. disp. 591. n. 5. & 6.* ait enim dispensationem Principis ad instituendum maioratum esse subreptitiam, nisi fiat mentio prioris obtentæ: & reddit rationem, quia difficilius concederet Princeps posteriorem, si sciret priorem: & *disp. 650. nu. 2.* expresse ait reddi subreptitiam dispensationem, tacite eo, quod retraderet Principem à concessione facienda.

Secunda opinio docet solum vitiari gratiam & dispen- 11
sationem, tacita veritate, quæ est causa finalis concessionis, id est, qua cognita minime Princeps gratiã concessisset: secus quando est solum causa impulsiua, quia, nimirũ, ea cognita tandem gratiam concessisset, quamuis maiori cum difficultate. Ducitur ex *c. Dudum vers. Nos igitur, de prabend. in 6.* vbi ad valorem concessionis beneficij ponderat Pontifex non obstare taciturnitatem veri, quo cognito concessisset adhuc, ibi: *Considerantes quoque quod nos, exposito nobis de potestate predicta, nihilominus literas gratiosas dare census.* Item ex *c. fin. de fil. presbyt. in 6.* vbi decidens textus non valere dispensationem ad aliud beneficium impetrandum ab illegitimo obtẽtam, si aliud prius impetraret, nisi prioris defectus mentionem faciat, reddit rationem his verbis: *Cum non sit verisimile, sedem ipsam cum illo prædictum patiente defectum voluisse, si hoc fuisset expressum, dispensare.* Secundo, quia ratio huius subreptionis, ac inefficaciæ gratiæ tacita veritate, consurgit ex ignorantia illius veritatis in Principe, ac subinde defectus volũtatis cõcedendi: igno-

9 His ergo præmissis, quatuor in hac disputatione sunt agitandæ quæstiones. Prima est, quando taciturnitas veri reddat gratiam subreptitiam. Secunda, quando expressio falsi idem operatur. Tertia, an in rescriptis motu proprio concessis contingat subreptio ratione taciturnitatis veri, aut expressionis falsi? Vltima, an vitiet subreptio totam gratiam, an solam eam partem, in qua inuenitur.

10 QUÆSTIO I. Quando taciturnitas veri reddat gratiam subreptitiã, ac proinde irritam? Triplex est sententia. Prima sustinet ex taciturnitate veritatis reddi quamcunque gratiam & dispẽsationem subreptitia ac irrita, quoties est causa illa veritas tacita non tantum finalis, sed impulsiua etiam concessionis, quia nimirum, ea veritas declarata retraheret Principem vel à cõcessione, vel saltem difficilius notabiliter eam concessisset. Ducitur primo ex *c. Postulasti, de rescript.* vbi quidam à Pontifice obtinuit beneficium tacendo vicariam perpetuam victui sufficiẽtem quam possidebat: & consultus Pontifex respondet gratiam beneficij fuisse subreptitiam, & reddit rationem his verbis: *Et pro habente beneficij sufficientis subsidium, ex certa scientia super beneficio alio obtinendo, de cetero non scribimus.* Cuius textus dispositionem quamuis aliqui arctent, vt in solis gratiis beneficialibus, de quibus loquitur, procedat: idque in illarum odium, gratia ambitionis reprimendæ, iuxta *c. Quamuis, de prabend. in 6.* Hi sunt *Abb. ibi c. Postulasti, n. 1. notab. 4. Milan in suo repertor. lit. G. nu. 3. verb. Gratia, vers. Gratia non dicitur. Decius c. Cum cessante, paulo post princ. de appellat. Everard. loco à contrario sensu, n. 18.* At receptissima sententia habet decisionem eius textus locum quoque habere in omnibus aliis gratiis & priuilegiis, vt multis citatis probant *Tiraquel. statim allegand. & Gutier. quæst. canonic. l. 2. c. 15. nu. 22.* & constabit ex doctoribus, quos statim allegabo. Quia in materia subreptionis æquiparantur literæ beneficiales, & priuilegiales, ac quæuis gratiæ, vt tradunt *Innoc. c. Cum dilecta, nu. 3. de rescript. Bart. Socinus cons. 270. ad fin. vol. 2.* Ergo taciturnitas veritatis, quæ expressa retraheret Principem à tam facili concessione, gratiam vitiat. Et confirmatur, quia constat ex *c. Non potest, in princ. & c. Si motu proprio, de prabend. in 6. & ex c. Ad proponente, de rescript.* gratiam ad obtinenda beneficia vitiari ex veri taciturnitate: quo expresso adhuc gratia concederetur. A fortiori ergo vitiabuntur cæteræ gratiæ tacita veritate, cuius expressio redderet Principem notabiliter difficiliorem ad concedendum. Secundo, quia (vt ponderat *Nauar. c. Si quando, exceptione 3. nu. 3. de rescript.*) qui cum maiori difficultate ac mora rem concederet, non dicitur nihilominus rem concessisse: imo aliqua ex parte minus concedit iuxta vulgare prouerbium, Qui cito dat bis dat. Ergo ea concessio est partim inuoluntaria, & sic corruet. Cum vim suam ex sola concedentis voluntate obtineat. Tertio, quia ideo veri taciturnitas irritat dispensationes, & gratias, quod sit virtualis quædam falsi narratio mouens Principem ad dispensandum. Nam tacens quæ iure, aut consuetudine, aut aliis circumstantiis suadentibus sunt explicanda in dispensatione, censetur virtute asserere ea non esse, ac per consequens falsum narrat quo Principem ad concedendum inducat. At falsi narratio iuxta fere omnium sententiam vitiat dispensationem, quoties notabiliter inducit Principem ad facilius concedendum. Idem ergo de taciturnitate veritatis, qua cognita difficilior redderetur concessio, censendum est. Et ideo huius sunt sententiæ loquentes in beneficiis, non tamen limitantes ad beneficia, sed de aliis gratiis nil dicunt *Glos. in c. fin. in casu petitionis, de filijs presbyt. in 6. & ibi Probus in addit. ad Mon. acbum, num. 3. vers. Ipso iure, Abbas c. Ad aures, n. 4. de rescript. & c. Super literis, n. 7. eod. tit. Dominic. c. Dudum, n. 15. de prabend. in 6. & ibi Anchar. num. 3. Francus ad fin. Idem Dominic. c. Si motu proprio, num. 7. eod. t. & l. & ibi Francus nu. 7. Imola c. Postulasti, n. 4. de rescript. & ibi Felin. n. 1. col. 3. §. Possunt etiam, & vers. Per ipsum textum. Stephanus de literis gratiæ, vbi de modo & forma impetrandi. §. Præterea est dare dogmaticum, num. 5. Capiodorus decisione 12. n. 14. de prabend. & decisione 3. nu. 3. vt lite pendenti. Rebuffus in repetitione c. Nulla art. 2. glatim. in princ.*

rantia enim voluntatem aufert. At subreptio & defectus causæ impulsiuæ, quæ solum retardaret à tam facili concessione, non irritat à gratuita voluntate pendentia, nec aufert voluntarium ad eorum valorem requisitum, sed tunc tantum quando omnino retraheret à concessione, & sic est defectus in causa finali, vt constat ex *l. Cum tale, 71. §. Falsam causam ff. de condit. & demonstr.* vbi decidit tur tunc vitiari legatum ex causæ defectu, si probetur fore vt cognita veritate testator non legaret. Ergo á fortiori gratiæ & dispensationes, quæ non omnino gratuita sunt, sed ad principis officium spectant, & in quibus concedendis, aut denegandis, ratione ipsum duci oportet, tunc tantum vitiabuntur, ac inuoluntaria censebuntur, quando ignorantia aut error Principis versatur circa causam finalem, qua verè cognita gratiam non concessisset. Et confirm. quia in cæteris omnibus dispositionibus defectus causæ impulsiuæ minime obstat, quin actus omnino validus sit, sed solius causæ finalis defectus, qua nimirū, non existenti actus minime fieret, vt vniuersi DD. aduertunt, *c. Post translationem, de renunc. c. Et si Christus, de iureiur. c. Cum cessante de appell. l. Si mulier, C. de iure dotium, l. 1. §. Sexum, ff. de postulando.* Cur ergo non idem dicemus in gratiis & dispensationibus? Tandem quia, quādo exprimitur causa de se sufficiens ad concedendam dispensationem, etiam tacita causa, quæ difficiliorem concessionem redderet, quamuis quoad modum quendam accidentalem, nec variantem rei substantiam, nec absolutam concessionem, sed quoad solam maiorem concedendi facilitatem su aliquatenus inuoluntaria concessio, at simpliciter & quoad substantiam est voluntaria. Non ergo erit censenda subreptitia & irrita. Pro hac sent. est *Glossa cap. Dudum, verb. De ipsa, De prab. in 6.* vbi ait valere literas, dum non est talis veritas tacita, qua expressa literæ non haberentur. Nec obstat quod statim subdit, dicens id non esse generaliter verum in literis ad beneficia impetratis, per *c. Si motu proprio, de prabend. in 6.* Nam bene in hoc *Glossa* ait fallere hanc regulam in eo casu, (vt dicemus n. 13.) eo quod tacetur veritas, quam iura iubent exprimi. Eandem tent. clare videntur tenere *Speculator tit. De dispensatione, §. Decendum restat, n. 21. vers. Quid si, & Innoc. c. Dudum, el 2. nu. 15. de elect.* vbi loquentes de beneficii impetratione, dicunt taciturnitatem veritatis tunc vitiare, quando contingit in his, quæ circa dispensationem obtinendam consistunt, scilicet, quibus expressis obtenta non esset. Et idem *Innoc. c. Super literis, ad fin. de transact. & ibi Host. n. 8.* nam dicentes quoddam rescriptum, in quo tacita est veritas, non esse subreptitium, eam reddunt rationem, quod non sit talis veritas, qua expressa literæ non haberentur. Videtur etiam tenere *Imola d. c. Dudum, n. 18.* vbi ait tunc dispensationem vitiari, quando tacetur veritas, qua expressa Princeps non concederet. Videtur eam tenere *Abbas c. Ad audientiam, el. 2. n. 14. de rescript.* vbi ait in beneficiis & aliis priuilegiis vitiare subreptionem, quando Princeps non esset verisimiliter concessurus. Et in propriis terminis docent *Lapus alleg. 89. Factum super quo, in 6. Sylvester verb. Rescriptum, q. 6. & q. 7. initio, & verb. Legitimus, q. 3. dicto 4. Decius c. Postulasti, in nona edit. n. 1. notabil. 4. & c. Super literis, super gloss. in verb. Literæ n. 33. de rescript. Berous c. Super literis, in 2. lect. nu. 55. & 73. Parisius consil. 4. num. 35. vol. 4. Conar. lib. 1. variar. c. 20. n. 5. vers. Falsitas verò. Menochius de arbitrarijs, lib. 2. centuria 3. casu 201. nu. 30. Emmanuel Sa Summa, verb. Gratia, nu. 10.* Addit *Conarr.* hoc intelligendum esse, quando adhuc veritate narrata concessisset Princeps gratiam eodem modo, licet maiori cum difficultate: secus si non ita vt concessit, concessisset, sed ei concessioni moderamina quædam adhibendo. Et ratio est, quia dans ignorantiā & errore ductus, absque limitatione & grauamine, quod re cognita non ita dedisset, multo plus dat quàm velit, & ideo respectu concessionis sic factæ censetur inuoluntarius. Hocidem sentire videtur *P. Molina to. 1. de iust. disput. 173. col. 8. versic. Vt item legitimatio*, vbi ait necesse esse dispensanti proponi quidquid eum à dispensatione eo pacto concedenda retraheret, alioquin eam esse subreptitiam.

Tertia sententia docet non ex omni veritatis taciturnitate reddi gratiam subreptitiam, quamuis ea cognita Princeps non concessisset, sed tunc solum quando tacetur veritas, quam iura iubent exprimi. Ducitur, quia voluntas Principis præsumitur talis qualis est intentio iuris, *l. Ex facto in princ. Et ibi Bald. statim in princ. ff. de vulgar.* Et tradit *Decius consil. 33. n. 5. vol. 1.* Ergo vbi iuris intentio ad dispensationis valorem non exigit expressionem alicuius veritatis, nec voluntas Principis præsumetur esse vt ea exprimatur. Secundò, quia nemo negabit valere beneficii impetrationem quantumuis impetrans criminibus sit irretitus, dummodo nullo impedimento iure inducto affectus sit. Cùm tamen possit iure optimo præsumi fore vt Pontifex conscius nullatenus ei conferret. Tertiò probat *Rebuff. statim allegand.* quia gratiam esse iniquam est pœna. At vbi ius non imponit pœnam, imponenda minime est, vt notatur *reg. In pœnis de reg. iur. in 6.* Et ideo hanc sent. sustinent *Gles. Clem. 1. verb. Vel alteri, paulo post princ. de prabend. Calderin consil. 6 ad fin. vers. Per prædicta, de prabend. & consil. 10. n. vn. de rescript. & consil. 1. nu. 3. de filijs presbyteror. Bellamera decis. 697. concl. extra rotam, nu. 4. & 5. Felin. c. Postulasti, nu. 1. vers. Declara etiam, & c. Super literis, num. 2. vers. Et regula est, de rescript. Curtius iunior. consil. 27. n. vlt. versic. Confirmatur præmissa. Campegius inter consilia Brunori, consil. 2. num. 50. & 51. Rebuffus tractatu de nominatione bus q. 9. n. 49. Navar. Extrau. de datis & promissis pro literis gratia, not. ab. 32. nu. 48. corol. 4. vers. Nec obstat resolutio, & sum. c. 22. nu. 86. & l. 3. consil. in vtraque edit. tit. de feudis, consil. 2. nu. 4. & l. 1. tit. de constit. consil. 2. q. 11. nu. 50. & in 1. edit. lib. 1. de rescript. consil. 1. n. 5. in 2. cod. t. consil. 22. n. 5. & consil. 18. n. vnic. & lib. 4. t de consang. in 1. edit. cons. 5. nu. 2. & consil. 1. n. 2. & consil. 4. n. 3. in 2. consil. 8. nu. 2. consil. 9. num. 3. consil. 7. n. 3. & lib. 5. in 1. edit. tit. de homicid. cons. 4. num. vn. in 2. lib. 4. tit. de cognat. spirit. cons. fin. nu. 3. Greg. Lopez l. 36. verb. Exhibendo, t. 18 p. 3. Mandosius de signatura gratiæ, verb. Absolutio ab hæresi, vers. Dispensatum fuerat. Sarmiento l. 1. select. c. 9. nu. 2. Bossius pract. t. de remedijs ex sola clementia Principis, nu. 54. Flaminius de resignatione benef. l. 6. q. 2. nu. 86. & lib. 10. q. 2. num. 18. Zaual. quæst. pract. q. 737. n. 6.* Et ex Theologis, *Enrique lib. 12. de matrim. c. 2. num. 6. & c. 3. n. 7. & lib. 13. de excom. c. 30. num. 2. Petr. de Ledesma de matrim. q. 56. a. vlt. dub. 2. dissic. 2. concl. 2. Lud. Lopez 2. part instruct.* vbi de iciunio, *c. 112. col. 25.* & vbi de matrim. *c. vlt. col. antep. & 1. p. c. 296. col. 13. Emmanuel Sa sum. verb. Dispensatio nu. 10. Manuel 1. to. sum. 1. edit. c. 238. num. 2. & c. 179. conclus. 5. n. 10. & in quæst. regularib. to. 2. q. 46. a. 6.*

Prima tamen conclusio. Taciturnitas qualitatis, quam iura specialiter exprimi iubent, reddit gratiam subreptitiam, quamuis constet fore vt ea expressa Princeps eadem facilitate concessisset. Ratio est, quod pro forma exigant iura harum qualitatum expressionem. At forma adunguem est obseruanda etiam in his minimis. Iuxta *l. & ibi Bald. ff. de liber & posthum.* Idem constat ex *c. Si motu proprio, de prabend. in 6.* vbi decidit ur, ex quantumuis modici beneficii taciturnitate reddi alterius impetrationem subreptitiam. At aperte constat id modicum beneficium taciturnitatem non fore impedimento, quo minus Pontifex conscius eadem facilitate aliud concederet. Et ita docent *Dominicus c. Dudum, nu. 15. de prabend. in 6. & ibi Franc. ad fin. & d. c. Si motu proprio, n. 7. Rip. a respons. 14. nu. 6. de rescript. Felinus c. Super literis, n. 2. limit. 1. & c. Ad aures, n. 22. concl. 9. de rescrip. Decius d. c. Super literis, in nona edit. num. 18. & 55. d. c. Ad aures, concl. 2. n. 28. & n. penult. Rebuff. tract. de nominat. q. 9. nu. 50. & in concordatis, in forma mandati Apostolici*, vbi explicat narranda in beneficiorum impetratione, *post 30. narrandum vers. Notandum est tamen & ripetition. c. Nulla, de concess. prab. art. 2. statim in prin. concl. 3. Sclua benef. 3. p. q. 11. n. 6. Conarr. lib. 1. variar. c. 20. num. 5. vers. Verum vt hic, Menoch. relata Socino iunior, de arbitrar. lib. 2. centuria 3. casu 201. num. 27. Mascard. de probat. conclus. 846. num. 2. & 3. Gutier. q. canon. lib. 2. c. 15. nu. 38. iunctis n. 51. Flamin. de consideratis benef. q. 46. n. 53.* Quod si opponatur *c. Gratia, de rescript. in 6.* respondebo num. 60. Quare minus bene *Navarr. l. 3. consil. in vtraque editione, in*

14

de feudis, consil.1.nu.5. ait duo requiri, vt taciturnitas vitiet, alterum, vt iure caueatur, veritatem illam exprimendam esse: alterum, vt id, quod tacetur, sit tale, vt expressum retraheret Principem à concedenda gratia. Quod idem videtur expresse tenere *Bellamera nu.praecedenti allegatus*, dum ait oportere verum tacitum esse tale, vt de illo reperiatur iure cautum, vel iure certum sit, eo expresso gratiam non concedendam. Quod idem videntur tenere reliqui fere omnes n. præced. allegati pro tertia sententia, licet enim non omnes vniuersa eius verba referant, at ipsum referunt & sequuntur. Sed eorum sententia sequenda non est in hoc, sed tenenda est conclusio posita.

14 Nec refert, etiamsi ignoranter ea qualitas tacita fuerit. Cùm enim omittatur forma cortuet actus, nec ignorantia inuabit, nisi ad excusandum à culpa. Sic *glossa c. Si motu proprio, verb. Taceatur, de prabend. in 6. & ibi Archid. nu.2. verb. Taceatur, Decius c. Super literis, in noua edit. nu.18. de rescript. Menoch. Mascard. n.4. Flamin. n 54. Gutierrez allegatus num. precedenti.* Quare minus bene *Enriquez l.12. de matrim. c.3. nu.8.* ait excusari taciturnitatem hanc etiam ex culpabili ignorantia, dummodo non sit crassa. Vt contingit in excommunicatione. At manifesta est differentia, quod excommunicatio incurratur ob inobedientiam & contumaciam: quæ cessant, vbi est ignorantia. At dispensatio corruit ex non seruata forma ad eius valorem necessaria, & ex defectu intentionis concedentis. Quæ minime supplet ignorantia, quantumuis inculpabilis.

15 Quamuis autem verbis expressis & specialibus non inueniatur in iure decisum, qualitatem aliquam exprimendam esse, satis tamen id deciditur, si decisum in iure inueniatur, nec delictum aliquod remittatur, vel ne dispensetur in aliquo casu. Quia eo ipso exprimitur, mentem iuris esse denegandi dispensationē, nisi in speciali aliquo casu, ea qualitate Principi expressa, velit ille in eo iure dispensare. Hæc regula, quamuis non ita expresse in DD. inueniatur: at ex eorum doctrina apertè colligitur. Quippe ideo tutur: at ex eorum doctrina apertè colligitur. Quippe ideo omnes asserunt (vt videbimus disp.25. nu.25.) incuntem matrimonium scienter in gradu prohibito teneri in dispensatione, ne subreptitia sit, exprimere hunc matrimonii contractum, quia *Trident. sess.24. de matrim. c.5.* decidit hunc spe dispensationis caritutum. Et similiter ideo tradunt omnes in *l.3. C. de Episcop. aud.* in remissione secundi homicidij esse necessariam mentionem remissionis primi, quia ibi deciditur, vt delictum semel tantum remittatur. Quam rationem expresse tradit *Nauarr. Extrauag. de datis & promiss. pro gratia, not.ab.52.nu.48.corol.4. & lib.1.conf. in vtraque editione, cui de constit. conf.1.q.19.n.53.*

16 Secunda conclusio. Idem prorsus dicendum est de qualitate, quæ ex stylo curiæ Romanæ in rescriptis exprimenda est: talis est necessario explicanda, nec spectandum est, an Princeps ea expressa rescriptum similiter concederet. Quia cum stylus curiæ ius faciat, *c. Quam graui, de crimine falsi*: nec ab eo sit recedendum: (vt multis citatis probat *Mascardus de probat. conclus.1317. nu.51.*) idem de hac qualitate sentiendum est, quod de illa, quam iuxta expriqualitate sentiendum est, quod de illa, quam iuxta exprimi iubent. Et ita docent *Decius c. Ad aures, in noua editione, concl.2.nu.28. de rescript. Rebuffus in concordatis, in forma mandat. Apostolici*, vbi explicat narranda in beneficij impetratione, *post 30. narrandum, vers. Et postquam omnes alia qualitates. Menochius de arbitrariis, lib.2.centuria 3. casu 201. nu.18. Mascardus de probat. concl.846. nu.8. Gutierrez quæst. canon. lib. 2.c.15.n.51. Flaminius de resignat. benef. l.10.q.2.n.14.* Et idem aiunt *Menochius, Mascardus, & Gutierrez ibidem.* quando ex consuetudine Principis qualitas aliqua narrāda est. Quia consuetudo pro lege obtseruatur, *l. Minime, ff. de legibus.* Quare nec ignorantia excusabit harum qualitatum taciturnitatem. Sicut n.14. idem diximus de qualitatibus iure exprimendis. Nec placet quod ait *Enriquez lib.12. de matrim. c.3.n.7.* nempe, taciturnitatem qualitatis ex stylo curiæ exprimendæ non vitiare dispensationem in foro conscientiæ, sed in solo externo: secus quando iure erat exprimenda qualitas. Cuius differentiæ nullam inuenio rationem. Cùm DD. allegati æquent vtrasque qualitates. Et in vtroque foro idem omnino seruatur, vbi non est falsa præsumptio, nec lex est pœnalis (vt probaui lib.1. disp.5. n.20.) Et minus placet euasio, qua vtitur *Zanard. quæst. practi. quæst.737. à nu.20. vsque ad 24.* respondens in casu quodam speciali non obstare stylum curiæ, iuxta quem est aliqua qualitas in dispensatione exprimenda. Quod is stylus non imponat necessitatem illius obseruantiæ extra curiam Romanam, vt cum Baldo & aliis tradit *Rebuffus to.3. constitutionum regiarum tract. de consuetudine, n.2. gloss.13.n.57.* Non, inquam, placet hæc euasio. Hoc enim solum verum est quoad solemnitates accidentales iudicii: at quoad qualitates exprimendas in dispensatione stylus ille curiæ est generalis, & iuxta illum literæ iustitiæ vel gratiæ, quocunque nitantur, solent expediri. Atque ita iure optimè DD. allegati illum prorsus seruandum esse asseuerant. Et DD. quos n.19. allegabo, illum in his dispensationibus attendendum esse ad earum valorem docent.

17 Tertia conclusio. Quando nec ex iure, nec ex stylo curiæ constat qualitatem tacitam esse exprimendam, existimo veriſſimam esse secundam sententiam nu.11. relatam, nimirum, tunc vitiari rescripta quæcumque ex alicuius qualitatis taciturnitate, quando veritate cognita Princeps illa non concederet: vel non absolute concederet, sed quibusdam moderationibus adhibitis: secus quando tandem eodem modo concederet, licet multo difficilius. Atque ita solius causæ finalis taciturnitas vitiabit gratiam. Quod probant rationes eodem n.11. adhibitæ. Neque existimo tertiam sententiam relatam num.12. si bene perpendatur, differre ab hac. Quia quando taciturnitas est causa finalis concedendæ gratiæ, ita vt ea non existente minime concederetur, iura expresse iubent eas qualitates exprimi. Probatur ex doctrina *Bart. l.1.n.7. ff. de vulgari*, quam alias relatis secutus sum l.3. disp.35. nu.2. tradentis expressum non tantum dici, quod specialiter dicitur, sed etiam quod in genere. At in genere statutum est in iure omnes dispositiones ex gratuita voluntate pendentes vitiari ex subreptione circa causam finalem (vt nu.11. probaui.) Adde in *c. Postulasti, de rescript.* expresse decidi, ex taciturnitate harum qualitatum vitiari gratiam. Quem textum non in solis beneficiis, sed in omnibus aliis gratis procedere probaui nu.10. & licet textus ille videatur etiam loqui quando expressa veritate non ita facile concederetur gratia: at optime *Decius ibi, in noua editione, notabilis 4. nu.11.* probat in eo textu fuisse defectum in causa finali: atque fore vt expressa veritate Pontifex nullatenus literas dedisset, vt colligitur ex illis verbis, ibi: *Pro habente beneficij competentis subsidium de cetu non scribimus*: id est, non solemus scribere. Quod etiam colligitur ex *c. Duduum, vers. Non igitur, de prabend. in 6.* vt eum textum ponderaui nu.11. Præterea, quia nullo alio modo intelligi valet, quando ius qualitatem aliquam exprimi iubeat: & si bene attendamus ad dispensationes quas Doctores omnes iudicant subreptitias, eo quod veritas aliqua tacita sit, non inueniemus vbi specialiter ius eam qualitatem exprimi iubeat. Non ergo credendum est, auctores tertiæ sententiæ velle hanc specialem expressionem petere.

18 Sed obiicies valde differre tertiam sententiam à secunda. Quia Doctores tertiæ sententiæ (vt n.12. retuli) expresse docent non irritari gratiam ex taciturnitate cuiuscunque vitij, quo expresso Princeps gratiam nō concederet, sed quando ius id verum exprimi iubet. Ergo sentiunt non omnem causæ finalis taciturnitatem vitiare. Sed dico optime eos sentire, nec aduersari nostræ sententiæ. Quippe sunt duplicis generis qualitates, quæ cognitæ à Principe ipsum omnino auerterent à concessione. Quædam sunt extrinsecæ, id est, non attinentes ad id, ad quod de iure est opus dispensatione. Et hæ non sunt necessario explicandæ, neque earum taciturnitas reddit dispensationem subreptitiam, quamuis iis expressis Princeps non concederet. Nec hæ causæ possunt dici rei veritate causæ impulsiuæ dispensationis, nedum finales. Et de his loquuntur

quuntur DD. prædicti: vt constat ex eorum exemplo, nimirum, irretitum magnis criminibus non teddentibus beneficii incapacem, valide iis tacitis impetrare collationis gratiam à Pontifice, quamuis certo constet fore vt eorum Pontifex conscius denegaret. Quod etiam inde constat, quia donationes alias gratuitas, & eleemosynas, ignorantia qualitatis extrinsecæ ad ea non conferentis, minime vitiat: quamuis donans illius conscius abstineret se ab eleemosyna, vel donatione, vel eleemosyna collata pauperi nequissimo, illamque pessime expendenti valida est. Quia paupertas causa illius intrinseca est vera, quamuis largiens eleemosynam non daret, si illius mores nosset. Quare iure optimo *Innocentius & Speculator* (vt ex ipsis nuper retuli) dicunt taciturnitatem veri tunc vitiare, quando contingit in iis, quæ pertinent ad dispensationem obtinendam. Et *Mandosius reg. 32. Cancell q. 9 nu. 10. & Gutierrez q. canon. lib. 2. c. 15. nu. 29.* asunt id quod tradunt Doctores, nimirum, corruere gratiam tacita veritate, qua cognita Princeps non concessisset, intelligendum esse, quando ideo remouet Principē à concessione est conforme iuri, & ex causa mita ac debita procedit. Secus quando procederet ex affectu, aut alia causa non desiderabili ad dispēsationem. Alias (inquiunt) dicendum esset non valere impetrationem beneficii, non exprimendo Pontifici alium valde illi familiarem, mox illud petiturum. Quia si id nosset, denegaret huic. Aliæ autem sunt qualitates intrinsecæ, quæ, nimirum, pertinent ad id circa quod dispensatio est obtinenda: & has qualitates esse necessario exprimendas sustinemus, quando sunt causa finalis concessionis (vt nu. præc. explicuimus.) Nec de his sentiunt contrarium auctores illi: vt ex eorum exemplo constat.

19 Quod si petas, vnde dignosci possit qualitatem conducere ad dispensationem, & eius generis esse, vt ea expressa Princeps gratiam non concederet? Respondetur id prudentis arbitrio relinqui diudicandum, quando nec ex iure, nec ex stylo curiæ, nec Principis cōsuetudine id constat. Quod tradunt *Abbas c. Constitutus, n. 5. de religios. dom. & c. Ex conquæstion. n. 4. de restit. spoliat. Felinus c. Caterum, nu. 4. de rescript. Tiraquel. tract. cessante causa, limitat. 1. nu. 15. & 18. Couarru. 1. par. c. vlt n. 5. vers. Falsitas, Nauarr. c. Si quando, except. 3. n. 3. de rescript. Menoch. li. 2. de arbitr. centur. 3. casu 201. n. 29. & duplici seq. Gutierr. qu. canon. l. 2. c. 15. n. 44. & 49.* Prudens autem hoc arbitrabitur attento communi curiæ stylo, & Principis consuetudine, attentis aliis similibus rescriptis, vt tradunt *Lapus allegat. 89. Factum super quo, n. 6. Felinus c. Super literis, n. 8. vers. Prima regula, & c. In nostra, nu. 19. coroll. 10. de rescript. Barth. Socin. cons. 164. n. 5. & cons. 169. nu. 10. vers. Postremo respondeo, vol. 2. Affictus decis. Neapol 116. nu. 4. Castrodor. decis. 21. n. 14. de prabend. Selua benef. 3. q. 12. n. 51. Rebuff. in concord. in forma mandati Apost.* vbi explicat narranda in beneficii impetratione. *paulo post 30 narrandum, vers. Et postquam omnes aliæ qualitates, & c. Nulla, n. 2. statum in princ. concl. 4. de concess. præben. Cosar. d. c. vlt. n. 1. vers. Tertio. Menoch. d. casu 201. n. 31. Pelaez de maioratu in 1. p. q. 8. n. 1. & 2. Flamin. de consident. benef. q. 46. n. 41 & 43. Gutierrez proximè allegatus.*

20 Quando autem attentis omnibus circumstantiis, dubium est, an causa in dispensatione tacita vel falsò expressa sit finalis, ita vt sine vlla dispensatione non concederetur, vel tantum sit impulsiua, controvertitur valde. Quidam enim præsumi finalem affirmant. Huius sententiæ videtur esse *Abb. c. Quia circa, n. 6. fin. de consang. & ibi Alex. de Neuo n. 6. fin. Prepositus n. 4. vers. Sed de dispensatione,* vbi aiunt, in dispensatione vel alia gratia semper præsumendum esse, Principem fuisse motum ex causa in ea expressa. Et expressius tenent *Baldus cons. 355. Præmittendum, n. 2. vol. 1. Barth. Socin. cons. 273. In præsenti consultat, nu. 11. vol. 2. P. Molina 1. tom. de iustit. tract. 2. disp. 173. col. 9. paulo ante vers. Quando qualitas.* Et de ratione expressa in lege eam præsumi finalem affirmant multi, quos refert & sequitur *Tiraquel. tract. Cessante causa, limitat. 1. n. 21. 29. 30. 43. 44. 50. 86. Paulus cons. 314. nu. 2. vol. 1. Menochius cons. 272. n. 57. vol. 3. Gutierrez* alios referens *l. 3 pract. qu. 17. nu. 115.* At verius est, in dubio non præsumi causam finalem, sed impulsiuam, ac proinde præsumi fore vt illa causa vere expressa Princeps concederet dispensationem: vt vel sic illa valida sit. Quia valori actus iura maxime fauent, atque in dubio cum præsumunt (vt n. 25. probabo.) Atque ita in gratiis ac priuilegiis docent *Dynus reg. Decet, in fine de reg. iuris, in 6. & ibi Franc. n. 3. Baldus ibi in addit. ad Ioan. Andr. & l. Generaliter, n. 3. C. de Epiſcop. & cleric. Cornelius cons. 153. In præsenti consultat. num. 12. vol. 2. Staphileus de lit. gratiæ, 1. De vi & effectu clausularum, in princ. n. 6. Tiraquel. d. limitat. 1. n. 14. Rebuff. in concordat. in forma mandati Apost. paulo post princ. verb. Morum honestas, vers. In dubio, Loazes de matrim. regis Angliæ, dub. 5. n. 42. & 43.* vbi pulchrè ait causam in omnibus gratiis ac priuilegiis insertam, semper in dubio præsumi impulsiuam, & non finalem, & in eo dubio nullatenus vitiari gratiam ob eius defectum aut falsitatem. *Cordoba sum. q. 45. opinione quinta. 1. in 2. ratione, vers. Tambien se confirma.* Atque idem in legibus & donationibus tuentur *Glossa l. 2. fine, ff. de donation. Everard. loco à cessatione rationis, nu. 5. Bertachin. in suo reportor. lit. C. verb. Causa impulsiua. Menochius consil. 106 n. 92. vol. 2. & alij, quos refert Tiraquel. diil. limi. 1. n. 48.*

21 Si specialius petas exprimenda in beneficij impetratione, (ne longius immorer) consulendi sunt *Felinus & DD. c. In nostra, de rescript. Rebuff. in concordatis*, vbi de forma mandati Apostoli. *vers. Quæro quæ sunt in his mandatis & cap. Nulla, toto a. 2. de concess. prabend. Selua benef. 3. q. 11. & 12. Boerius c. Ad aures, per totum, & c. Super literis, in 2. lectura, de rescript. n. 72. Menochius de arbitr. l. 2. centur. 3. casu 201. à nu. 33. Mascardus de probat. concl. 886. & duplici sequent. Cosar. 1. par. c. vlt. n. 7. Gutierr. quæst. canon. l. 2. c. 15. à n. 74.* Quæ autem explicanda sint in legitimatione obtinenda, consule *Menochium eadem centuria 3. casu 203.* Et quæ in literis iustitiæ, consule *eundem ibi casu 202.* Et an litis pendentiæ sit faciēda mentio, videndi sunt *Speculator. 1. De dispensatione, §. Quæritur autem, n. 8.* & latissimè *Flamin. de resignat. benef. lib. 2. q. 5. à nu. 62.* De explicandis vero in dispensationibus matrimonialibus agemus disputationibus sequentibus.

22 Hinc infertur primò non esse approbandam doctrinam *Nauar. l. 5. cons. in 1. edit. 1. De homicidio, cons. 4. n. vn. in 2. l. 3. 1. de rescript. cons. 18. n. vn. Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 179. concl. 5. num. 10.* vbi asserunt dispensationem irregularitatis ex homicidio presbyteri contractæ subreptitiam esse, si taceatur occisum fuisse presbyterum. Quod non satis delictum perpetratum fuerit expressum Pontifici. Sed hæc doctrina displiceat propter dicta n. 18. Quia cum irregularitas homicidij indicta sit non tam ob delicti grauitatem, siquidem multo grauioribus delictis, vt blasphemiæ, periurio, non sit imposita, quam ob perfectæ lenitatis defectum: fuisse presbyterum aut quemcumque alium hominem interfectum, est qualitas omnino extrinseca, & nil ad irregularitatem faciens.

23 Secundò deducitur, esse subreptitiam dispensationem si quis proponat se votum religionis emisisse, cum tamen vouerit perseueraturum se in eadem. Quod tacuerit qualitatem intrinsecam tangentem ipsius voti substantiam. Et quia communissima sententia tuetur contra *Sotum lib. 7. de iust. q. 2. a. 1. ad 3.* latum esse discrimen inter hæc vota, quod religionis obliget ad solum ingressum bona fide, ita vt tempore nouitiatus liceat ex iusta causa egredi, perseuerantiæ autem obliget ad profitendum. Et ita non valere tunc dispensationem docent *Nauar. summa, c. 12. n. 47. Philarc. de offi. sacerd. to. 1. p. 2. l. 3. c. 20. vers. idem etiam, Ludo. Lopez 1. p. instruct. c. 44. fine, Manuel 2. to. sum. c. 93. concl. 7. nu. 7. Vega 2. to. summa, c. 129. casu 29.* Si autem explicaret se vouisse religionem, cum tamen vouisset se futurum religiosum, valida est dispensatio. Quia vtrumque votum solis verbis differt, & re ipsa idem est, ad solumque ingressum bona fide ad experiendum obligat. Vt contra *Cantarenum* inter vtrumque votum distinguentem tuetur cum communissima sententia *Azor. l. 11. institut. moral. cap. 22. q. 7.* vbi alios refert.

24 Tertiò deducitur, quid dicendum sit de concessione impe-

impetrata ab Episcopo vel alio superiore ad dispensandum in quodam casu, quando impetrans data opera tacet casum, quia existimat fore vt eo expresso Prælatus deneget: & Prælatus non interrogans casum, sed fidens petenti concedit illi suas vices ad dispensandum? Sic distinguendum existimo, si petens nouit Prælatum esse in contraria voluntate habituali quia in similibus casibus nunquam vult dispensare, vel quod se non posse opinetur, vel quod nolit, non valebit impetratio. Nam concedendi intentio deficit. Qua sicut in generali concessione non veniunt ea, quæ quis verisimiliter nō esset in specie cōcessurus, *regula In generali, de regul. iuris in 6.* Ita nec in illa indeterminata concessione venit casus, qui habituali concedentis voluntati aduersatur. Si autem nō adesset hæc habitualis voluntas, nec opinio contraria: sed tantum creditur fore vt à concessione aliqualiter retardetur, & forte nolit, eo quod minutissima spectet, vel scrupulis agitetur, valida erit impetratio. Quia absolute prælatus concessit: & nulla est actualis vel habitualis voluntas.

25 Quartò infertur, quid sentiendum sit in dubio an dispensatio valida sit, an potius subreptitia? vt quia dubium est an satis probetur veritas narratorum in precibus. vel quia dubium est, an causa tacita vel falso inter alias veras expressa sit finalis: *Petrus de Ledesma in sum. sacrament.* vbi de matrim. c. 27. *in fine*, ait in eo dubio nō esse ineundum matrimonium: at si eo inito supereueniat, iudicandum esse in matrimonii fauorem. Probat priorem partem, quod culpa sit rem dubiam attentare. Item quia Pontifex concedit ordinariō vt dispenset, si preces veritate nitantur. At quando id est dubium, non nituntur veritate. Tertio potest probari, quia, cum de impedimento constet, & dispensatio dubia sit, stat possessio pro impedimento. At verius existimo in dubio præsumi eam dispensationem validam. Quod affirmat & optime probat *Riminald. cons.* 275. *n.* 17. *vol.* 3. & *cons.* 562. *nu.* 26. & *duplici seq. vol.* 5. multis allegatis, & specialiter *Bertio tract. de nullitate sent. t. Qualiter sententia & processus, qui dicuntur nulli, n.* 127. vbi ait studendum esse nunquid nullitas obiecta possit aliquo modo ex iure vel ex facto offuscari, vel saltem dubia reddi. Quia re existente dubia iudicandum est in valoris actus fauorem, vt magis valeat, quam pereat, *c. Abbate, de verb. signific. & l. Quotres, ff. de rebus dubiis.* Quare censeo posse vi tutte eius dispensationis id matrim. iniri: alias frustra ea præsumptio esset. Nec obstant in contrarium adducta. Non primum, quia agere contra dubium speculatiuum culpa vacat quando non adest dubium practicum (vt probaui l. 2. disp. 41. n. 8.) At in hoc euentu non est dubium practicum: nam præsumptio illa, quæ cogit existimare valere in hoc dubio dispensationem, præponderat rationi alteri cogenti dubitare, atque ita constituit opinionem probabilem valoris huius dispensationis. At operari iuxta opinionem probabilem est licitum. Neque obstat secundū, quia, cum in eo dubio præsumatur pro dispensationis valore, prævalet ea pars, vt preces veræ sint, & vt causa circa quam est subreptio, non sit finalis, vt n. 20. probaui. Tandem non obstat vltimum. Quia possessioni illi stanti pro impedimento præponderat præsumptio valoris actus, qui in dubio & quantum fieri potest, præsumendus est.

26 Limitanda tamen est nostra tertia conclusio, vt taciturnitas causæ finalis vitiet dispensationem, quando est de præsenti vel præterito remouens Principem à gratia concedenda: secus dicendum est de causis, quæ in futurum contingere possunt, quæ se habent ad esse & non esse: de illis enim non est curandum, vt nō nocet in beneficii impetratione tacere ius, quod posset aduersarius consequi me non impetrante. Sic tradunt *Felin. c. In nostra n.* 15. *coroll.* 7. *de rescript. Cassador. decis.* 16. *nu.* 2. & 3. *de prob. Flamin. de resig. benef. l.* 6. *q.* 2. *n.* 86.

27 Secundò limitanda est, nisi taceatur veritas notoria, & quam creditur Principem nouisse. Quippe eius taciturnitas non inducit subreptionem, vtpote quæ non inducit ignorantiam ac defectum intentionis. Ita *Felin. c. In nostra, n.* 15. *coroll.* 5. *de rescrip. Nauarr. l.* 3. *cons. vtraque editione, t. de feudis, cons.* 1. *n.* 2. & 3. *Mascard. de probat. concl.* 846. *n.* 10.

Tertiò limitanda est, nisi qualitas tacita de iure insit, 28
qualis est reseruatio generalis in iuris corpore clausa. Sic *Decius c. Sedes, in noua edit. n.* 22. *de rescrip. Felin. c. In nostra, coroll.* 4. *nu.* 14. *de rescript. Cassiod. decis.* 12. *n.* 8. *de prob. Mascardus n.* 15. *Nauar. n. precedenti alleg.*

Vtrum autem ea veritas causæ finalis tacita per igno- 29
rantiam, vel ex malitia curialis, cui ea dispensatio obtinenda commissa est, vitiet? dicemus n. 56. & 57. & quando impulsiua tacetur ex malitia, dicemus n. 73. & 74.

Ad argum. proposita nu. 10. resp. Ad 1. constat ex dictis 30
n. 17. vbi eum textum explicui. Ad cōfirm. dic, id euenire, quia eam veritatem exprimendam esse deciditur in illis textibus: & ideo eius taciturnitas vitiat. licet constet Principem veritate cognita concessurum, iuxta dicta n. 13. Ad 2. dic, eum qui tardius dat, non dare minus in rei veritate, sed tantum quoad modum dandi, & ponderationem beneficii collati in ea donatione. Ad vltimū dic, etiam falsi expressionem non nocere, quando falsitas non contingit circa causam dispensationis finalem, vt dicam nu. 32. Ad arg. proposita n. 12. resp. Ad 1. dic intentionem iuris esse, vt defectus circa causam finalem vitiet, vt n. 17. ostendi. Ad 2. constat ex dictis n. 18. Ad 3. dic, eam annullationem nō habere pœnæ rationem, cum non in delicti pœnam, sed ob intentionis concedentis gratiam defectum statuatur. Adde, iure eam expressam esse, vt num. 17. probaui.

SVMMARIVM.

An falsi expressio vitiet? Refertur quædam sententia, n. 31.
Proponitur sententia Authoris, n. 32.
Quid si in foro externo probetur veritas precum testibus falsis, siue ea in se falsa, siue vera fuerint? n. 33.
An in dubio ea falsa causa expressa præsumatur finalis, an impulsiua, & quid, si per ignorantiam allegetur, vel ex curialis malitia? Remissiue, n. 34. *Et ibi, quid quando ex propria malitia est falsitas circa causam solam impulsiuam?*
An vitiet falsi expressio, quando facilius redditur dispensatio? vt si quis impetret beneficium dicens esse curatum, aut dignitatem, cum tamen sit simplex, vel officium, n. 35.
Quando causa censetur gratia taxationis aut demonstrationis adiecta? num. 36.
Error in nomine eius, cum quo dispensatur, an vitiet: & an priuilegium iuxta supplicam sit intelligendum? n. 37.
Quid, si concedens gratiam norat personam cui per errorem est petita, errato nomine veri potentis, n. 38.
Quid, si erretur in diœcesi eius, cui dispensatio impetratur: & an error culpa vacans faciat rescriptum extendi ad casum sub verbo non comprehensum? n. 39.
An sit subreptitia dispensatio, quando proponitur sub dubio vinculum, in quo dispensatur, cum tamen certum sit? n. 40.
An qualitercunque sit falsa causa, si ea sola proponatur, vitiet? n. 41.
Quid, quando plures narrantur causæ, & aliquæ sunt veræ, & aliquæ falsæ, licet per fraudem falsæ exprimantur? n. 42.
Quid in dispensationibus, & rescriptis gratiosis, quando plures allegantur causæ, quædam veræ, & aliæ falsæ? Referuntur opiniones, n. 43.
Proponitur sententia authoris, n. 44.
Quid, si Pontifex dispenset cum consanguineis, allegata falso copula, at vere iactura famæ mulieris? n. 45.
Soluuntur argumenta, n. 46.
Post n. 46. *inuoluitur alia summaria,*

QVÆSTIO II. An omnis expressio falsi vitiet dispensa- 31
tiones, ac ceteras gratias? Duplex ex sententia. Prior sustinet hæc reddi subreptitia & irrita, etiam si causa falso expressa sit impulsiua, quia, nimirum, ea non leuiter mouetur Princeps ad gratiam concedendam, quamuis ea non narrata concessisset. Ducitur eisdem argumentis n. 10. relatis, quibus probatur ex causæ impulsiuæ taciturnitate vitiari dispensationem. Quod in ea taciturnitate sit virtualis quædam falsi expressio. Secundo, quia literæ habent tacitam conditionem, Si preces veritate nitantur, *c. 2. de rescript.* Cuius signum est, Pontificem prius narrare in suis literis, ea quæ pars proposuit, & statim subdere, Si ita est dispēsa. Et ideo hanc sententiā sustinent loquentes de beneficijs, *Abb. c. Postulastis, n.* 1. *vers. Itē nota, ibi de rescript. & ibi Imol. n.* 4. *Felin. nu.* 1. *vers. Possunt etiam dici Decius c. Cum cessante, in noua edit. num.* 7. *de appel. Beja in suis responsis, casu* 62.

fine. Et loquentes in genere de rescriptis docent *Card. d. c. Postulasti, n. 4. notab. 8. Barbat. ibi, nu. 16. Angel. verb. Rescriptum, n. 3. & ibi Armil. n. 2. Tabiena q. 3. nu. 4.* Et loquentes de omni dispensatione, docent *Abb. c. Ex parte, el. 2. n. 8. fine de consuet. conting. Bellamera decis. 697. conclus. extra rotam, nu. 4. Ripa l. Ex facto, nu. 15. vers. Et si replicaueris ff. de vulgari. Marian. Socin. cons. 77. n. 85. vol. 1. Trag. tract. Cessante causa, limitat. 1. n. 12. & 14. Nauar. sum. c. 22. num. 86. vers. Quinto, & Extrauag. de datis pro gratia, notab. 32. n. 48. coroll. 4. vers. Nec obstat resolutio, & cap. Si quando, excep. 3. nu. 3. de rescript. & l. 1. consil. in vtraque edition. t. de constit. cons. l. 4. q. 19. n. 50. & t. de rescript. in 1. addit. cons. 1. nu. 5. in 2. cons. 12. n. 5. & cons. 140. n. 3. & l. 4. t. de cognat. spirituali, cons. vlt. n. 3. Gutier. quæst. canon. lib. 2. c. 15. n. 41. & seq. Lud. Lopez 1. p. instructor. c. 196. col. 13. & 2. p.* vbi de iciun. *c. 112. col. 25. &* vbi de matrim. *c. vlt. col. antepenult. Manual quæst. regular. to. 2. q. 46. a. 6.* Et absolute non distinguentes an causa sit impulsiua an finalis, tradunt vitiari dispẽsationem ex causæ expressæ falsitate, *Glossa c. Quia circa, verb. Falsa, de cõsanguin. & ibi Abb. n. 5. Gozadin. consil. 51. num. 42.* addens hoc esse vtũ etiamsi in literis Apostolicis addatur, Et ex aliis causis animum nostrum mouentibus. Et loquens in legitimatione *Velascus consil. 60. num. 5. to. 1.* Et loquentes in matrim. *Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. nu. 14. Menochius consil. 385. nu. 31. vers. Non etiam obstat, vol. 4. Gutierrez d. c. 15. n. 100.*

32 Posterior sent. (cui tanquam probabiliori adhæreo) ait solius causæ finalis falsæ impressione vitiari dispensationem, nimirum, quando Princeps ea falsitate non expressa gratiam minimè concessisset, secus quando concessisset, & multo maiori difficultate. Hanc sententiam probant rationes, n. 11. adductæ ad probãdum solam causæ finalis taciturnitatem inducere subreptionem. Eadem enim fere est ratio de taciturnitate veri, cum in ea virtute claudatur falsi expressio. Deinde quia eãdem libertatem exigit donatio, ac gratia a Principe concessa. Cum vtraque à mera alterius voluntate procedat, imo maiorem postulat donatio, vtpote quæ nullam debiti rationem habet, quam tamen habet aliquo modo dispensatio ex iusta causa concessa. Sed donatio procedens ex causa falsa simulata impulsiua non est irrita, sed tantum vbi falsitas contingit in causa finali, vt bene docent *Adrian. 4. tract. de restit. qu. quæ incipit, Consequenter quæro vtrum indistincte. Mesina C. de restit. quæst. 24. in solutione ad 4. & 5. Nauar. sum. c. 17. n. 107.* & multi alij. Ergo gratia Principis procedens à causa impulsiua falsa valet. Tandem quia conditio in his literis posita, si preces veritate nitantur, intelligitur in substantialibus, id est, in iis ex quibus gratia pendet, ita vt alias non concederetur. Et ideo hanc sententiam videntur expresse tenere *Speculator, tit. De dispensatione, §. Dicendum restat, n. 10. vers. Quid si. Innoc. c. Dudum, el 2. n. 15. vers. Inualidam, de elect.* vbi dicunt expressionem falsi tunc vitiare, quando est in iis, quæ circa obtinendam dispensationem consistunt, scilicet, quibus vere expressis ea non concederetur. Et videtur tenere *Imola eo c. Dudum, num. 18.* vbi ait falsitatem vitiare, quando ea non expressa denegaretur dispensatio. Et tenent *Glossa c. Ex parte, el 2. verb. Falsa, de consuet. conting. Decius c. Postulasti. in noua edit. n. 11. notab. 4. & c. Super literis, in glossa, verb. Literæ, n. 35. de rescript. & ibi Berosius in 2. lectura, n. 35. Parisius cons. 4. n. 35. vol. 4. Staphileus de liter. gratia, t. De vi & effectu clausularum, in principio, nu. 5. Syluest. verb. Rescriptum, q. 6. & 9. 7 sunt. Lopez de matrim. regia Angel dub. 5. nu. 37. 42. 44. 45. 46. Couar. l. 1. var. c. 20. nu. 5. versic. Falsitas. Enriquez l. 12. de matrim. c. 3. nu. 7.* Et eiusdem sent. videtur esse *Menochius de arbitr. l. 2. centur. 3. casu 201. n. 22.* vbi dicens magis receptam sententiam habere, vt subreptio circa causam impulsiuã vitiet: subdit multũ, nec immerito, dubitare alios de hac sententia. Addit optimè *Couarr.* intelligendam hanc sententiam esse quando ea causa impulsiua falso expressa talis est, vt si vere principi significaretur, gratiam concessisset eodem modo, quo concessit: secus si non eodem pacto concessisset, sed quibusdam moderationibus adhibitis. Sicut etiam diximus n. 11. fine, agentes de veri taciturnitate. Quia tunc non verificatur Principem causa vere explicata gratiam concessurum. Et quia ea causa est vere finalis, vt num. 8. probaui.

Quod si in foro externo veritas precum in dispensati- 33
onibus allegata probetur fallis testibus, quando postea constaret veritas, censenda est ea dispensatio irrita. Nec obstat iudicem inuenisse ita esse: atque ita videtur verificari clausula, Si ita esse inueneris. Quia fundatur in falsa præsumptione. Sic *Petr. de Ledesma, in summa sacram.* vbi de matrim. *cap. 27. difficultate vltima.* Atque idem intelligo etiamsi testes illi veri essent, quia putabant se verum testari. Quia in rei veritate non verificatur conditio illa, Si ita est. Si tamen causa vera in se esset quamuis falsis testibus probaretur, quia nimirum vel testes eam ignorabant, vel credebant eam esse falsam, valeret vtique dispensatio. Quia causa erat vera in se, & talis iudicata secundum allegata & probata.

An vero re dubia præsumatur causa, circa quam est 34
falsitas, impulsiua an potius finalis? diximus n. 20. & quid si ea falsitas ex ignorantia contingat, vel ex curialis relatione? dicam n. 56. & 57. & quid, quando ex propria malitia est tamen causa impulsiua? dicam n. 73. & 74.

Ex his deducitur primo non vitiari dispensationem 35
ex falsa causæ expressione, quando ea vere expressa facilior esset dispensatio, vt si impetrans beneficium narret id esse curatum, vel dignitatem, cum tamen sit simplex, aut officium. Quod intellige quando causa demonstrationis ea qualitas adiungitur, secus si causa taxationis. Prior pars constat ex *l. Falsa ff. de constit. & demonstr.* & ex *c. Tua, de sponsal.* ex quibus textibus constat falsam demonstrationem non nocere, quando constat de corpore. At hic constat de corpore, impetratur enim certum beneficium vacans. Posterior autem pars probatur ex *cap. Cui de non sacerdot. de prob. in 6.* vbi decidituir mandatum de conferenda alicui præbenda certi valoris, non extendi ad minoris valoris præbendam, & ex *c. Susceptum, de rescript. in 6.* vbi mandato dato de conferendo beneficio vacanti per resignationem, nequit conferri si vacet per mortem. Cũ tamen in vtroque euentu, vel facilius in priori casu, vel saltem æque facile ac in Posteriori Pontifex concederet. Quarum decisionum alia ratio commoda assignari nequit, nisi designationem illam minoris valoris, ac modi vacandi adiectam esse gratia taxationis. Quod inde datur, quia in vtroque textu est mandatum, cuius fines diligenter & ad vnguem seruandi sunt, vt expresse redditur hæc ratio *c. Cui de non sacerdotali, in fine*, Ratio autem huius diuersitatis est. Quia quando gratia demonstrationis adiicitur qualitas, non restringit gratiam, sed re vera est animus conferendæ rei vt est in se, quamuis falsa eius qualitas demonstretur. At quando causa taxationis, limitatur gratia ad rem qualitate illa affectam: quare si illa non afficiatur, deficit gratia defectu voluntatis concedentis. Non enim potest gratia trahi ad beneficium ea qualitate destitutum, licet id à Pontifice facilius concessum foret. Atque ita docent *Abb. c. Significante, n. 6. & 7. & c. Super literis, n. 3. de rescript. Felin. eo c. Significante, num. vlt. vers. Vlterius tangit, & eo c. Super literis, num. 3. limit. 4. & ibi Berosius in 1. lectura, nu. 44. Rebuff. c. Nulla a. 2. flatrum in prin. post 4. coroll. vers. Notetis, de confess. prob. Staphileus de literis gratiæ*, vbi de forma & modo impetrandi *pl. Præterea est dare dignitatem, nu. 4. 5. & 6. Sylvest. verb. Rescriptum, q. 3. Couar. allegata Rota decis. l. 1. variar. c. vlt. n. 6. Gutier. q. canon. l. 2. c. 15. n. 83. & 84.*

Quod si petas, quando censeatur causa demonstratio- 36
nis, & quãdo causa taxationis qualitas adiecta? Hanc regulam tradit *Felin. c. Super literis, n. 4. de rescrip.* quẽ sequitur *ibi Berosius in 1. lectura, n. 45.* Gratia demonstrationis censetur apponi aliquid, quando sub diuersis verborum conceptionibus exprimitur. At taxationis gratia, quando sub vna verborum conceptione, v. g. in legatis, si præcedat dispositio testatoris significans quid soluj debeat, & post ea subnectitur præstatio vnde faciẽda sit, ac proinde sunt duæ orationes, illa additio videtur apposita, gratia demonstrationis, vnde nõ limitat dispositionem, sed solum demon-

demonstrat vnde facilius solui possit, & sic quamuis deficiat, debetur. Quando autem vnica est oratio significans quid & vnde solui debeat, tunc illa assignatio taxat dispositionem, ac ea deficienti deficit, vt, Lego decē quæ mihi Titius debet, vel quę sunt in arca: si is nō debeat, vel nō sint in arca, perit legatum. Et in beneficiis ponit exemplum *Beroius proxime allegat.* vt sit causa demonstrationis, Confero tibi tale beneficium quod fuit erectū in tali Ecclesia pro dignitate, vel tale beneficium, quod est dignitas in tali Ecclesia. At causa taxationis, Cōfero tibi dignitatem talis Ecclesiæ. Quam eandem regulam in legatis tradunt *Bartol. l. Inter stipulantem, §. Sacrament. n. 6. ff. de verb. oblig.* & alii quos refert & sequitur *Tello l. 17. Taur. n. 127.* Sed quamuis hæc regula legatis & contractibus optime adaptari possit: at dispensationibus & beneficiorum impetrationibus nescio qualiter aptari valeat. Quia forma communis sic se habet, Proponit supplicans se esse in tali gradu coniunctū cum femina, quā vult ducere. Et in beneficij impetratione proponit in tali Ecclesia vacare beneficiū curatum: & Pontifex simpliciter respondet, Si ita est dispensetur, vel conferatur, vel ipsemet confert. Quare cum semper sit vnica oratio, censeretur semper adiecta qualitas per modum taxationis, atque ita dicendum esset, semper inutilem esse dispensationem, in qua erratum est in gradu, asserendo esse secundum, cum tamen sit tertius: & impetrationem beneficij esse semper inutilem, in qua assertum est id esse curatum, cum tamen sit simplex. Quare licet existimem semper apponi causa demonstrationis, quoties est duplex oratio: at non est sufficiens signum ad colligendum apponi gratia taxationis, vnicam esse orationem, sed aliunde id petendum est. Vnde textus *c. Susceptum, de rescript. in 6. & c. Cui de non sacerdotali, de præbend. in 6.* citati n. præcedenti ad hoc comprobandum, reddunt rationem, cur sub maioris valoris præbenda non comprehendatur quæ minoris est: nec sub vacatione per resignationem comprehēdatur vacatio per mortem, quod illud mandatum fuerit, cuius fines strictissime seruandi sunt. Atque adeo ex stricta hac mandati interpretatione colligunt eam qualitatem & modum adiecta esse causa taxationis. Vnde hoc est speciale in mandato, vt optime notant *Decius regula In eo quod plus est, n. 14. ff. de regul. iuris, vel Ioan. de Anania de maioratu, in 1. edition. 1. p. q. 4. n. 3.* Et ideo *Beroius d. c. Super literis, in 2. lectura n. 57. & 58.* ait alias placuisse sibi regulam dictam, nunc tamen non placere, tam in legatis, quam in dispensationibus, eamque late impugnat. Et *n. 58.* concludit quando aliquid adiicitur in eadem oratione, nō semper causa taxationis apponi, sed quando præcessit generalis, vel indefinita dispositio de dando aut faciendo aliquid, & adiicitur locus seu materia super qua executio fieri debet: secus si quid tanquam qualitas rei adiiceretur. Quia etiam in eadem oratione diceretur fieri causa demōstrationis. Et hæc limitatio satis mihi placet. Et illa retenta cessat obiectio proposita. Nam quamuis in eadem oratione soleat Pontifex exprimere beneficium cum sua qualitate: cum expressio illa adiiciatur tanquam qualitas rei, non censebitur causa taxationis, sed causa demonstrationis apposita, nisi aliunde colligatur mētem concedentis fuisse causa taxationis. Similiter ait bene *Beroius ibi*, dicendum esse id quod expressum est, stare demonstrative, quando requiritur ad certitudinem & valorem actus demonstrario, & nulla est alia. Tunc enim præsumptio valoris actus, quæ semper in dubio capienda est *l. Quoties, ff. de rebus dubiis*, afficiet vt in eo dubio fiet demonstratiuè.

Secundo deducitur, quid dicendum sit quando error committitur in nomine eius cui impetratur dispensatio? Videtur enim dispensatio subreptitia & irrita. Quia priuilegium intelligitur iuxta verba in supplicatione posita, vt optime docent alii citatis *Iason l. Gallus in 1. lectura, §. Item credendum, nu. 10. ff. de liber. & posthum. Loazes de matrim. Regu Angliæ, dubio 5. n. 28. Gutierr. lib. 3 practic. quæst. 18. nu. 42. Matienzo lib. 5. recepil. t. 2. l. 1. glossa 2. n. 3. Manuel addit. ad bullam, §. 9. n. 109.* Et probatur ex *l. Si præses, ff. de pœnis, & ex §. Præterea, Instit. de inutili stipulat.* At in supplicatione est petita dispensatio personæ proprio nomine signatæ. Non ergo porrigitur ad eam, quæ id nomē non habet. Secundo, ex doctrina *Pauli l. Si quis in fundi, in princ. num. 5. ff. de legat. 1.* vbi tradit legatum reddi irritum, quamuis constet de intentione legantis circa rem, quam legare voluit, si eam nō expresserit per vocabulum ipli conueniēs. Tertiò ex *c. Significante, de rescrip.* vbi petitum est à Pontifice rescriptum contra G. Remensis diœcesis: cum tamen non esset Remensis, sed Leonensis, & deciditur rescriptum esse subreptitium. Cæterum absque dubio dicēdum est, non vitiari dispensationem, sed prodesse illi, cui cōparata est quamuis in eius nomine erratum sit. Quia error nominis proprij quando constat de corpore, non vitiat rescriptum, vt prob. à simili ex *l. Si quis in fundi, 4. ff. de legat. 1.* ibi: *Si quis in fundi vocabulo errauerit, & Cornelianū pro Sempronano nominauerit, debebitur Sempronianus.* Et melius *Instit. de legatu, §. Si quis in nomine*, ibi: *Si quis in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarij testator errauerit, si de persona constat, nihilominus valet legatum. Nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt, qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest.* Item probatur ex *d. c. Significante, de rescript.* quia ratio decisionis eius textus est, quod ex nullo adiecto poterat constare de persona, contra quā est rescriptū impetratū: & ideo non obstante errore in designatione diœcesis, valeret vtiq; si ex aliis circūstantiis de illa persona cōstaret, vt tradunt ibi *Innoc. n. 1. vnic. Abb. n. 4. Imola nu. 4. Felinus statim in princ. Bellamera n. 8. Henricus n. 1.* Nec obstat priuilegium iuxta supplicationē intelligi. Quia id est verum de substātialibus contentis in supplicatione, & persona, cui fuit vere intentio impetrandæ gratiæ, si de ea constet, quamuis erratum sit in nomine. Et ita docent *Host. c. Super literis, nu. 12. de rescript. Anton. d. c. Significāte, n. 9. & Speculatore, Bartolo*, & multis aliis allegatis *Felin. ibi, n. 1. Milis in repert lit. R. nu. 7. verb. Rescriptum, vers. Rescriptum si continet. Petr. de Ledesma sum. sacr.* vbi de matrim. *c. 27 76 ff. 7 cōcl. dub. 2. & Perez addit. ad Seguram, l. Imperator, n. 41. ff. ad Trebell.* ait se ex multis defendisse valuisse gratiam à Papa cuidam concessam, in cuius patris cognomine erratū est. Quia dictum fuit eum esse filium Ioannis Sanchez, cum esset Ioannis Lopez.

Sed maior difficultas est, quando concedens gratiam 38
norat personam, cui petita est, errato nomine veri petentis. Videtur enim gratia subreptitia. Quia error personæ est substantialis, vt contingit in matrim. Nec obstat si dicas valere cætera sacramenta, licet conferens prorsus erret in persona. Quia in cæteris sacramentis tenetur conferens dirigere intentionem ad personam quæ sibi præsens est, ne sacramentum irritet: ac proinde error circa personam est nullius momenti ad eorum valorem. At cum dispensatio sit gratia, non tenetur concedens dirigere intentionem, nisi ad personam, quæ sibi proponitur. Sed existimo adhuc valere, quando ex aliis circumstantiis nō constaret à concedente spectatam esse personam sibi notam, habitamque specialem illius rationem ad concedendam dispensationem, sed constat eodem modo concedendam cuicunque petenti. Quia in his omnibus ad Principis officium spectantibus, mens eius est propositæ causæ iustæ merita attendere, atque quamuis erretur in nomine personæ, intentionem dirigere ad eam, cui vere petitur. Cum nullam dispensandi ansam persona ipsi præbet, sed merita causæ. Sicut in collatione sacramentorum contingit, dempto solo matrimonio, quod est contractus cum persona omnino determinata.

Tertiò deducitur, quid dicendum sit, quando erratur 39
in diœcesi cuius erat is, cui impetratur dispensatio? Vt, dictum est eum esse diœcesis Salmantinæ, cum tamen esset Cordubensis, ac proinde commissio facta est Salmantino officiali. Et quidē manifestum videtur non posse officialem Salmātinum eam dispensationem exequi. Quia cum per errorem id factum sit, deficit intentio Pontificis cōmittentis, quæ est committere legitimo ordinario impetrantis, iuxta præscriptū in *Tridentin. sess. 22. c. 5. de reformat.*

Quare difficultas est, an Cordubensis, qui est legitimus ordinarius, possit illam exequi? Pars affirmans suaderur, quia legitima Pontificis mens est, committere vero ordinario impetrantis, & quasi materiale est, ac per accidens, appellare illum Salmantinum. Cum ergo de corpore cõster, nil obstare videtur error nominis. Et confirm. quia non minus est de gratiæ substantia persona, cui conceditur, quam eius gratiæ executor. Si ergo error in illa non vitiat, vbi constat de corpore, nec vitiabit error in hoc. At in contrarium facit, in hoc euentu non esse errorem in nomine qualis esset, si diceretur appellari officialem vere diœcesis Petrum, cum appellaretur Ioannes. Sed erratum est asserendo postulãtem esse diœcesis Salmantinæ, & virtute petita est commissio officiali Salmãtino, atque illi noluit Pontifex committere. Cum concessio fuerit inuoluntaria, vtpote ex errore orta. Et quamuis si petita esset vero ordinario Cordubensi, illi committeretur, at illi nec petita est, nec commissa. Deinde quia error quantumuis culpa vacans non efficit vt rescriptum extendatur ad casum, qui sub verbis eius non comprehenditur, quam si is petitus esset, literæ similiter concederentur, vt bene docent *Innoc. c. Super literis, n. 3. vers. Et nota, de rescript.* & ibi *Ioan. Andr. n. 5. Abb. num. 3. fine. Decius in nona edit. nu. 13.* alios referens. *Idem Abb. c. Significante, nu. 3. eod. tit.* id colligens ex *Gloss. ibi, verb. Non de Remensi.* Et ponunt hi hoc exemplum. Si impetrans narrauit in rescripto Titium sibi obligatum ex mutuo, perens vt cogatur satisfacere, & errauit in causa debiti, vtpote quod ex alio contractu consurgit, non poterit ex rescripto iuuari. Facit etiam pro hac parte doctrina *Baldi l. præscriptionẽ, n. 15. C. si contra ius.* vbi rescriptum subreptitium vocat, si quis in ciuitate Perusina se nummos mutuò dedisse cuidam narret, & impetret rescriptum destinans in ea ciuitate iudicem, qui debitorem compellat soluere. Quia (ait) si Princeps nosset contractum cum eo initum esse, qui alibi non subest iurisdictioni Perusinæ, non commisisset illi causam. Quia vbi quispiam fortitur forum ordinarij, fortitur etiam forum delegati, vt optimè tradit *Innocent. c. Dilecti, n. 3. vers. Dic, de foro compet.* Et ideò hæc pars verior mihi videtur.

40 Quartò deducitur, quid dicendum sit, quando vinculum, in quo dispensandum est, proponitur sub dubio, cum tamen sit certum? Vt si quis proponat se dubitare an castitatis votum emiserit, petatque ad maiorem conscientiæ tranquillitatem dispensari secum, cum tamen de voto emisso certus sit, & alleget veram causam, vt carnis stimulos. Respondendum enim est, dupliciter posse literas dispensationis expediri. Primò, in forma cõmuni, asserendo votum, sic: Quidam emisit votum castitatis, & tunc constat dispensationem valere. Quia in precibus votum certum continetur. Secundò, narrando in precibus votũ sub dubio, sic: Quidam est dubius an votũ castitatis emiserit. Et tunc posset quispiam existimare validã esse dispẽsationem. Quippe satis est, alteram causam vere sufficientem dispensationis verificari (vt dicemus nu. 44.) cuiusmodi est graue periculum incontinentiæ ob carnis stimulum, Sed re attente considerata credo nullatenus valere. Quia est error in substantia rei, in qua dispensatur. Pontifex enim non dispensauit in voto certo, sed in voto dubio. Sicut non valeret remissio debiti obtenta, allegata vera paupertate, at falsa debiti dubitatione. Quia remissionon fuit debiti certi, sed dubii. Et confirm. quia priuilegium & concessio intelliguntur iuxta preces in supplicatione narratas (vt probaui nu. 37.) At in precibus solum votum dubium narratur.

41 Quintò deducitur, quoties in dispensatione ad matrimonium ineundum, vel in aliis rescriptis vnica exprimitur causa, si ea falsa sit, corruere dispensationem & rescripta, qualiscunque sit illa causa. Ratio est aperta, quia Pontifex commisit facultatem ordinario dispensandi sub conditione, Si preces veritate nitantur, at tunc non nituntur: cum vnica & ea falsa allegetur causa. Secundò, quia tunc Pontifex nõ vult absque causa dispensare, esto posset. Ergo si vnica causa, qua ductus commisit dispensationem, à veritate deficiat, subreptitia erit dispensatio. Et confirm. quia etiam si aliquando soleat Pontifex absque causa aliqua allegata dispensare in gradibus aliquantulum remotis: at id tunc ex certa scientia facit, & maioci compositione pecuniaria in sumptus publicos, quæ causam dispensationi præbet. Et ita docet *Gutier. q. can. lib. 2. c. 15. n. 103. & 104.* vbi & *nu. 133.* bene addit hoc procedere etiam si per simplicitatem aut ignorantiam, errorémve contingeret ea falsitas. Quod constabit ex dicendis nu. 56. Quia constat de voluntate Pontificis non aliter dispensare intendentis, nisi ea causa verificata.

Sextò deducitur, quoties in rescripto quocunque plures narrantur causæ copulatiuæ, quarum aliquæ veræ sunt, aliæ falsæ, sectãdam esse causam, qua nititur rescriptum, atque ea existente vera, non obstare cæterarum falsitatem, argumento ex §. *Si plures, Instit. de exusat. tutor.* Et ratio est, quia cum plura copulatiue narrantur quæ de iure non sunt necessaria, resoluitur copulatiua illa in disiunctiuam, vt traditur, *c. Cum iam dudum, de præbend.* & docent *Abb.* & alij, quos refert & sequitur *Mascardus de probat. concl.* 325. *n.* 3. At cum disiunctiue narrantur causæ, sufficit alteram esse veram, ne rescriptum subreptitium sit, vt expectsse habetur *c. Inter cæteras, de rescript.* Sic docent *Gloss. c. 2. verb. Et perpetuo, de rescrip. & ibi Anton. n. 5. Imola n. 5. Rota nu. 60. Felin. n. 23. fallent. 3. idem Anton. c. Exhibita, in fine, de iudic. Lapus allegatione 23. limitat. in fin. Baldi l. Præscription. n. 28. vers. Item infero. C. si contra ius. Romanus consil. 369. circa primum, num 37. Milis in suo repertor. lit. G. n. 3. verb. Gratia, vers. Gratia non dicitur, & litera R. n. 7. verb. Rescriptum, paulo post principium. Iason l. 1. §. Sed etsi mihi, n. 15. ff. de verb. obligat. & l. Deds, in principio, n. 7. ff. de condict. causa data. Bellamera decis. 280 Licet plura, nu. vnico, & decis. 415. Si impetrani, num. vnico. Calcaneus consil. 10. n. 3. Parisius consil. 3. Singula gesta, n. 90. & consil. 42. Quantum ad alternatiuam, n. 8. & 9. volum. 4. Loazes de matrim. Regni Angliæ, dubio 5. n. 40. Navar. l. 5. cons. in 1. edit. tit. de pœnit. & remiss. cons. 20. n. vn. in 2. l. 21. de præscr. cons. 7. n. vn. Rimunal. cons. 474. nu. 46. & triplici sequenti. vol. 4. Pelaez de maioratu, in 1. p. in 1. edit. q. 8. n. 2. Mascard. de probat. concl. 325. n. 8. Menoch. cons. 385. n. 1. & 2. vol. 4. Gutier. q. canon. l. 2. c. 15. n. 56.* An hoc sit verum, quando per malitiã allegatur falsitas, dicemus n. 73. & 74.

Quidam hoc temperant, vt intelligatur de rescriptis ad lites, secus de gratiosis, in his enim omnes causæ allegatæ debent esse veræ, ne subreptitia sint. Sic quædam decisio Rotæ, quam refert & sequitur *Mandosius addit. vlt. ad allegationem 23. Lapi. Mascard. de probat concl. 325. n. 24. Gutier. quæst. canon. l. 2. c. 15. n. 68.* Quare *idem Gutier. ibi, n. 108.* tenetur dispensationem ad matrimonium subreptitiam esse, si vel vna causa ex pluribus allegatis sufficientibus falsa sit: & quamuis ex illis verbis allegatis soleat semper de stylo Curiæ dispensari. Ducitur, quia cum hæ causæ pendeant ex arbitrio & voluntate solius Principis, & sermo sit de gratiosis: quamuis alias dispensarit existente vna vel duabus ex prædictis causis: at nunc non alias dispensare vult, nisi existentibus veris omnibus prædictis causis in dispẽsatione narratis. Quod vel ex eo conuincitur, quia narratis pluribus illis causis, adiici solet in literis hæc clausula: *Super his te diligenter informes, & si repereris, quod preces veritate nitantur, super quo tuam conscientiam oneramus, dispensa.* Vbi ponderandum est verbum, Preces: quod cum sit pluralis numeri, comprehendit omnia narrata: vnde si vel vnum falsum sit, nequeunt dici veræ. Idẽ patet ex eo relatiuo, Super quo, quod est collectiuum omniũ causarum precedentium: vt ibi probat. Secundò, quia cũ clausula illa sit conditionalis, inducit formã. At forma in indultis ideo seruanda est per iura vulgaria. Et tandem hoc limitat *Gutierrez ibid. n. 129. & 130.* vt intelligatur, quando omnes causæ sunt æque principales: secus si causa falsa sit nõ tam principalis, licut aliæ, nec tangat substantiam, nec circumstantias necessarias dispensationis, sed potius sit talis, quæ verisimiliter non mouit Principẽ ad facilius cõcedendũ.

Cæterum

SVMMARIVM.

An clausula Motu proprio, suppleat subreptionem dispensationis ex taciturnitate veritatis necessariò explicanda consurgentem, n. 47.
Quid si ea clausula apponatur à legato. & alijs ordinarijs: & quid operatur. n. 48.
Quid, si sit taciturnitas inhabilitatis personæ: & qualiter possit tunc ea apponi. n. 49.
Quid, si taciturnitas illa sit tum tertij resp. erat. n. 50.
Quid, si taceatur qualitas beneficij in eo. n. 51.
An ea clausula suppleat subreptionem ex falsa expressione prodeuntem. n. 52.
Post n. 52. inuenies cætera omnia summaria, quæ desiderantur.

44 Cæterum displicet prædicta limitatio, nec fundamentum eius sufficiens video, & ideo credo tradita n. 42. esse quoque vera in dispensationibus, & aliis gratijs. Satis enim est verificari causam, qua innititur dispensatio, nempe, quæ sola posita solet Pontifex dispensare. Ducor, quia sola falsitas causæ finalis, id est, qua verè expressa non concederetur dispensatio, illam vitiat (vt n. 32. probaui.) At tacitis aliis cautis fallis, adhuc ea dispensatio concederetur. Ergo non est subreptitia. Item, quia militat in eis fundamentum, quo nititur doctrinam n. 42 tradita, nempe, propositionem copulatiuam multarum causarum, quæ non necessariæ sunt, resolui in disiunctiuam. Nec obstant rationes contrariæ. Quia licet tandem fatetur *idem Guterrez* non obesse falsitatem causæ minimè inducentis ad facilius dispensandum; & respondet ad contraria, illam clausulam, Si preces veritate nitantur, intelligi quoad causas substantiales, quæ inducunt ad facilius dispensandum: (est enim in ea sententia, vt falsitas harum causarum vitiet, vt vidimus n. 31.) Ita & nos persistentes in ea sententia, vt solius cautæ finalis, & sine qua non, falsitas vitiet, dicimus eam clausulam intelligi de veritate causæ finalis. Et ideo loquentes expresse de priuilegijs tenent hanc sent. *Nauar. lib. 1. consil. in 2. edit. t. de rescript. cons. 7. n. vnic. Pelaez. de maioratu, in 1. edit. 1 p. q. 8. n. 2. Emmanuel Sa sum. verb. Gratia, n. 24.* Et in propris terminis dispensationis matrimonialis tenent *Loazes de matrim. Regn Angliæ, dub. 5. n. 40. Menochius consil. 385. n. 1. 2. & 7. vol. 4.* Et faciunt reliqui DD. quos n. 42. allegaui; qui eam doctrinam generaliter de rescriptis tradidere, præter paucos nu. præced. allegatos, qui ad iustitiæ rescripta limitarunt. Huic etiam parti fauet *Vallascus consil. 60. fine to. 1.* vbi ait, dispensationem monacho concessam ad viuendum extra claustrum, allegato proprio morbo, & matris necessitate testimonio Regis comprobata, esse validam: quamuis id Regis testimonium non compareat, & reddit hanc rationem. Quia cum tota vis & substantia dispensationis in vera matris necessitate & proprio morbo consistat, satis est harum causarum veritas.

45 Hinc conitat, si Papa dispensaret cum consanguineis, allegata sola copula pro causa, & ea non esset habita, dispensationem fore subreptitiam. Quia allegatur vnica causa, & ea falsa: & sic corruit dispensatio: iuxta dicta n. 41. Et bene docent *Cordub sum. q. 45. opin. 2 punct. 1. Guterr. qu. canon. l. 2 c. 15. n. 133. Enriq. l. 12. de matrim. c. 3. n. 7. Manuel 1. to. sum. 2 edit. 2. 238. com. l. 9. n. vlt. Vega 1. to. sum. c. 38. casu 2.* At maior difficultas est, quando allegatur copula, atque ob id mulierem iacturam famæ passuram esse, & inde scandala subsequenda. Nam adhuc *Cordub., Manuel & Vega lib.* dicunt dispensationem non valere addunt que nil refert, siue copula sit causa finalis, siue impulsiua, totalis, vel partialis, mediata: & quamuis infamia ac scandala verificentur. Quia radix ea, ex qua orta illa esse allegatur, est falsa. At exitimo dispensationem valere, si scandala illa & infamia vera sint. Ducor, quod copula cum consanguinea, vtpote quæ crimen incestus est, nequit recta iustitia Principem mouere ad dispensandum, vt bene docet *Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 10.* sed bene ait *Gallego de cognat. spir. c. 24. n. 10.* hanc copulam difficiliùs reddere dispensationem, ac proinde injungitur illis pœnitentia compositionis cuiusdam pecuniariæ ad infantiam, ait, & scandala inde secuta, & mulierem mansturam innuptam, præbere iustam dispensandi causam. Cum ergo hæ causæ verè sint valebit dispensatio. Et confirm. quia Pontifex seclusa copula ob solam iacturam famæ fœminæ ac timorem, vt ob id innupta maneat, solet dispensare. Et pro hac parte est *Gaeta c. Ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 134. & n. 365.* vbi ait valere dispensationem impetratam ex falsa relatione inita & consummati matrimonij inter consanguineos, cum tamen nondum esset consummatum. Quia similiter, imo facilius, non habita consummatione solet dispensare.

46 Ad arg. n 31. proposita resp. Ad priora constat ex dictis n. 30. vbi illis satisfeci. Ad vltimum constat ex dictis n. 32.

47 Quæstio III. An clausula Motu proprio in gratijs & dispensationibus apposita, suppleat vitium subreptionis: ita vt ea non reddantur subreptitia ac irrita, ex taciturnitate veritatis, aut expressione falsitatis circa causam finalem contingentiũ, quæ aliàs subreptionẽ inducerent? Sit Prima conclusio. Clausula Motu proprio in literis Principis apposita supplet vitiũ subreptionis ex taciturnitate veritatis necessariò explicãdæ consurgens, atq; adeò valebit concessio. Constat ex *c. Si motu proprio, de præbend. in 6. & clem. Si Romanus, de prab.* ibi: *Si Romanus Pontifex de beneficio alicui proprio motu prouideat, de beneficijs, quæ obtinet non habita mentione, prouisionem seu gratiam huiusmodi fore validam declaramus.* Vbi *glossa verb. Validam*, ait quoad vitium subreptionis. Et ita fatẽtur vniuersi DD. allegandi. Et ratio est, quia cũ ea gratia ex mera Principis liberalitate procedat, præsumitur fore vt veritatis conscius æquè concederet.

48 Atque idem dicendum est, si hæc clausula, Motu proprio apponatur à legato, vt docet *Glossa recepta. c. fin. verb. Mentio, de officio legati, in 6.* & aliis allegatis *Rebuffus in concordatis, in forma mandati Apostolici, super clausula, Motu proprio, effectu 29.* limitans cum *Bellamera decis. 374. n. vlt.* nisi subreptio accideret in re ipsa. Quia Pontifex non erat in specie verisimiliter concessurus. Imo subdit *Rebuffus* ibi clausulam Motu proprio, magis conuenire ordinarijs quàm Pontifici, vtpote qui maiorem cognitionem personarum fiæ diœcesis habent, quam Pontifex. Quamuis forte, inquit, aliquos effectus haberet apposita à Papa, quos non habet apposita ab aliis. Et hoc est verius, quod etiam tenet *Staphilæus de litterij gratiæ, tit. De effectu clausularum, super hac clausula, effectu 7. n. 1.* asserens clausulam Motu proprio appositam, in literis inferiorum tollere subreptionem. Quamuis *idem Rebuffus* sibi contrarius, *c. Nulla. a. 1. clausula 7. de concess. prabend.* asserat legatum & alios ordinarios non vti clausula Motus proprij, & si ea vtantur, nullius esse effectus: vbi & alios refert.

49 Tempera primò conclusionem, nisi taceatur inhabilitas concernens personam, vtil beneficium obtenturus sit irregularis; vel careat legitima ætate, non supplebit clausula, Motu proprio, hos defectus. Quia hæc clausula non supplet personæ inhabilitatẽ: nec dispensationem inducit. Ad id, personæ vitium nõ poterit per viam subreptionis opponi. Quia pars cum nihil petierit, non subrepsit. Sed opponi debet per viam iuris communis, in quo tunc Pontifex non intendit dispensare. Sic *Gloss. clem. Si Romanus, verb. Validam, de prab. & c. Si motu proprio, verb. Ob hoc. to. 1. in 6.* id colligẽs ex eo textu, qui cautè dixit, *Non ob hoc quod mentio non fecit.* Quasi dicat ex alia causa posse gratiã esse inualidam. Idem *Ioan. Andr. eod. c. Si motu proprio, n. 1. & ibi Anchar. n. 2. Dominic. n. 5. Franc. n. 5. & 6. Idem Anchar. d. clem. Si Romanus, n. 2. Imola ibi n. 6. Bonifacius n. 15. Felinus c. Ad aures, n. 7. casu 1. de rescript. & ibi Decius in nouæ edit. nu. 30. Bero. n. 39. Rebuffus in concordatis, tit. De forma mandati Apostolici, in clausula, Motu proprio, in 6. 7. & 10. effectibus, quos hæc clausula non operatur. Alex. de Neuo c. Quia circa n. 8. fin. de consuet. Milis in suo repert. lit. G. n. 3. verb. Gratia, vers. Gratia motu proprio. Selua benefic. 3. p. q. 12. n. 17. Sylu. verb. Rescriptum, in q. 6. Staphil. de literis gratiæ, 1. de vi & effectu clausularum, in hac clausula, effectus 5. n. 2. Menochius de arbitr. l. b. 2. cent. 3. casu 201. n. 81 82.*

Secundò tempera, nisi taciturnitas illa ius tertij respiciat, vt si sit beneficium iurispatronatus, & hoc taceatur. Sic *Abb. c. Ad aures, n. 5. de rescript. & ibi Felin. multis citatis, n. 80.* Et proponit hęc exempla alios referens, vt ea clausula

non

non facit impetrantem præferri primo, nisi de illo fiat mentio. Nec tollit statuta. Nec si de statutis mentionem faciat, tollet statuta particularia, nec prejudicat vnioni factæ per ordinarium, etiamsi nondum effectum fortita sit. Quia motus proprius ius in re vel ad rem alteri quæsitum minimè aufert, vt docent *Decius consil. 47. n. 23. vol. 3. Rebuffus in concordat. tit. de forma mandati apostolici, in clausula, Motu proprio, in 9. effectu, quem non operatur. Milis in suo repertorio, lit. G. n. 3. verb. Gratia, vers. Gratia, motu proprio.*

51 Tertiò limita, nisi qualitas intrinseca beneficio taceatur. Tunc enim nō valet gratia, non ob vitium subreptionis, sed quia non apparet de concedentis voluntate. Sic *Abbas c. Ad aures, nu. 5. de rescript. Rebuffus n. præcedenti allegatus, in 5. effectu, quem non operatur clausula, motu proprio. Menoch. de arbitr. lib. 2. centuria 3. casu 201. n. 80.*

52 Secunda conclusio. Quoties subreptio contingit in falsæ causæ expressione, non supplet clausula, Motu proprio hanc surreptionem. Ratio diuersitatis est. Quia quando tacetur veritas, ignoratur an Pōtifex bene vel male informatus gratiam motu proprio concesserit, & ideo non potest dici concessa contra eius mentem. At cùm falsa causa exprimitur, cognoscitur animus concedentis, ac vltra eius intentionem gratia comparatur. Cum tamen motus proprius non firmet gratiā contra concedentis intentionem, vt tradunt *Ioan. Andr. c. Si motu proprio, nu. 1. de prab. in 6. Suarez allegatione 13. n. 2.* & multi quos refert ac sequitur *Menochius de arbitr. lib. 2. centuria 3. casu 201. n. 80.* Non ergo motus proprius subreptionem hanc supplet. Atque ita docent *Abbas c. Quia circa, n. 7. de consangu. & ibi Alex. de Neuo n. 8. Præpos. n. 4. vers. Sed de dispensatione Felinus Cardinalis* relato, *c. Ad aures, n. 9. casu 4. de rescript. & ibi Decius in noua edit. n. 32. Beroius n. 39. Selua benef. 3. p. q. 12. n. 25. Rebuffus citatus n. 50. in 2. eff. cu quem non operatur ea clausula. Staphileus de literis gratiæ, tit. de vi & effectu clausularum, in clausula Motu proprio, effectu 7. nu. 3. Rosella verb. Rescriptum, in fine, & ibi Sylvester q. 7. Armilla n. 4. Tabiena q. 5. n. 4. Menochius d. casu 201. n. 83.* Temperant hoc *Felinus & Rebuffus*, quando causa illa falsa non expressa concederetur difficilius gratia: secus si ita facile. At non est opus ea limitatione, quia quando ea falsitas non est causa finalis dispensationis, sed ea verè expressa, concederetur adhuc, licet multo difficilius, non est subreptitia gratia, (vt nu. 32. probaui.) Et ita siue apponatur clausula, Motu proprio, siue non, erit valida. Quare melius *Abbas. Alex. de Neuo, Præpos. Rosella, Sylvest. Armilla, Tabiena proxime alleg.* explicant vt motus proprius non suppleat hanc subreptionem, quando non explicata ea causa falsa, Princeps non concederet eo modo concessit.

SVMMARIVM.

An subreptio tacendo verum, aut falsum exprimendo, contingens in vna parte rescripti totum vitiet? Proponitur c. Super literis, de rescript. quod ansam dubitandi præbet, n. 53.

An vnus textus intelligatur de solis literis iustitiæ, an etiam gratiæ, n. 54.

Ignorantia & simplicitas an sint idem in eo textu, n. 55.

Subreptio tacendo verum, aut falsum exprimendo, quando est causa totius rescripti, an totum vitiet, licet per ignorantiam contingeret, n. 56.

Quid, si ea à solicitatore vel curiali commissa tantum sit, n. 57.

An curialis solicitator, aut scriptor committens hanc facultatem incurrat excommunicationem, & quas alias pœnas, n. 58.

An taciturnitas ex ignorantia probabili vitiet in foro conscientiæ, n. 59.

Explicatur c. Gratia, de rescript in 6. n. 60.

An subreptio tacendo verum, aut exprimendo falsum, quando fuit solius partis rescripti causa finalis, totum vitiet, n. 61.

Quid, si ignorantia sit crassa, n. 62.

Quid, si in negotio, circa quod commissa est subreptio non dolosa, pendeant alia negotia, n. 63.

An primilegia vitientur per subreptionem non dolosam, n. 64.

An subreptio tacendo verum, falsumve exprimendo, contingens per fraudem & malitiam, vitiet omnino rescriptum, & si non sit causa totius. n. 65.

An ab hac pœna excuset ignorantia quantumuis crassa, n. 66.

An locus sit huic pœnæ, quando pars ignorante curiali, aut alius dolum admisit, n. 67.

An in dubio præsumatur dolus, an ignorantia, & qualiter illa probetur, n. 68.

Proponitur triplex desiderata difficultas circa c. Super literis, de rescriptis, n. 69.

An si rescriptum contineat plura separata, vitietur omnis subreptio dolosa in aliqua parte commissa? Refertur opinio, n. 70.

Proponitur sententia Authorū, n. 71.

An dispensatio voti castitatis & alterius, vel duplicis impedimenti ad matrim. sit omnino subreptitia, allegata vera causa circa vnum, falsa vero circa alterum, n. 72.

An subreptio veri tacendo, aut falsum exprimendo, quando dolosa sit, si non sit circa causam finalem, vitiet totum? Refertur opinio, n. 73.

Proponitur sententia Auctoris n. 74.

An hac pœna irritationis totius rescripti ob subreptionem in parte eius admissam inducatur ipso iure. Refertur opinio, n. 75.

Proponitur sententia Auctoris n. 76.

An eadem pœna incurratur in foro conscientiæ, an sententiam auctoris Proponuntur fundamenta partium affirmantium, n. 77.

Explicatur sententia Auctoris n. 78.

Religuntur in summam contenta in tota disputatione, n. 79.

Quæstio vlt. An subreptio tacendo veritatem, siue exprimendo falsitatem, cōtingens in quadam sola rescripti parte, totum vitiet? Totius dubitandi rationis ansam præbet *c. Super literis, de rescript.* vbi differentia constituitur inter impetrantem tacita veritate, & impetrantem expressa falsitate per ignorantiam vel simplicitatem, & impetrantem per fraudem vel malitiam, vt hic fraudem illam aut malitiam admittens, in suæ peruersitatis pœnam nullum ex iis literis commodum cōsequatur. De illo vero qui per simplicitatem aut ignorātiam impetrat, distinguat lector textus, si talis expressa sit falsitas aut veritas suppressa, vt licet fuisset falsitas tacita, aut veritas expressa, nihilominus tamen in forma communi literæ essent datæ, validæ erunt ad eum effectum, vt possit in forma communi iuris, non tamen iuxta formam in literis appositam, procedi. Si autem literæ nullo modo essent datæ, erunt prorsus irritæ. Hoc deciditur in eo textu, qui valde difficilis est, & satis confuse explicatur à DD. At quoad præsens attinet, nitar claritate ac breuitate qua potuero explicare: supponendo prius clariora, ac deinde quæ dubia, breuiter disputando.

54 Supponendum est primò, quamuis textus hic de solis iustitiæ literis loquatur, ac proinde eum, vti pœnalem, ad literas gratiæ non extendi, posset quispiam existimare: commune tamen DD. placitum esse intelligi etiam de quibuscunque gratiæ literis. Quia si hoc habet verum in literis contentiosis, fortius in gratiosis. Cum subreptio magis vitiet literas gratiæ quàm iustitiæ. Quippe illę iuxta ipso iure irritæ hæ autem ope exceptionis irritandæ, (vt diximus n. 3.) Atque ita docent *Anton. eod. Super literis, n. 27. Abbas n. 2. notabili 1. Felinus n. 5. Barbatius n. 25. Beroius n. 1. Decius n. 4. & 39. & in 2. num. 61. 62. idem Abbas c. Ad audientiam, el. 2. n. 14. de rescript. & ibi Felinus n. 22. vers. Tertio amplia. Bartb. Socinus cons. 164. n. 2. & cons. 273. ad fin. vol. 2. Gutierrez. qu. canon. l. 2. c. 15. n. 45.* Quamuis alij non omnino hoc admittant in literis ad beneficia.

55 Secundò supponendum est, in *c. eod. c. Super literis*, ignorantiam & simplicitatem sumi pro eodem: & similiter fraudem & malitiam. Vt bene allegato Card. Florentino docet *Imola ibi n. 4.* Quamuis *Ioan. Andr. n. 11.* alleget simplicitatem dici, quando est ignorantia iuris: ignorantiam autem, quando est facti.

56 Tertiò supponendum est, quando subreptio contingit in causa finali, qua, scilicet, non existenti, rescriptum minime concederetur, (hanc enim solam vitiare, tanquam probabilius sustinebo n. 74.) est q; causa totius rescripti, quia nimirum, aut rescriptum vnicam ac indiuisibilem partem continet, aut si duas partes claudat, subreptio in causa vtriusque finali contingit, atque ideo illa non existente, nec totum, nec pars rescripti concederetur; nullum verlari discrimen, siue per ignorantiam, siue simplicitatem, aut per fraudem, siue malitiam subreptio contigerit, tacendo veritatem, aut exprimendo falsitatem. Nam in vtroque euentu literæ erunt omnino subreptitiæ. Id constat ex *d. cap. Super literis*, ibi: *Si verò per huiusmodi*, &c. vbi textus agens de veritate suppressa, aut falsitate expressa per ignorantiam, siue simplicitatem, quando ea subreptio est causa totius rescripti, sic ait: *Si verò per huiusmodi falsitatis expressionem vel suppressionem veri-*

ueritatis litteræ fuerint impetratæ, qua tacita vel expressa nos nullas literas dedissemus, à delegato non est aliquatenus procedendum. Idē probatur ex *c. Constitutus, de rescript.* vbi deciditur impetrationem beneficij contra statutum Ecclesiæ, ne certus numerus excedatur, non facta illius mentione, esse subreptitiam. Dum tamen posset probabiliter ignorari hoc statutum. Et ratio huius est, quia in valore gratiæ considerādo non spectatur impetrantis culpa aut simplicitas, sed intentio concedentis, à qua vires sumit gratia. Ergo quando concedens, expressa veritate, aut non proposita falsitate, nullatenus concederet corruet omnino concessio defectu intentionis concedentis, quantumuis impetrans fuerit culpæ immunis. Et confirmatur, quia tunc ea causa est finalis totius rescripti. Ergo ea existente falsa corruet totum tanquam causa destitutum. Nam etiam quando à principio fuisset validum existenti causa finali vera, corrueret superuenienti eius causæ cessatione, (vt dicemus disputatione 30. n. 14.) Et ideo ita docent *Abb. d. c. Super literis, n. 4. & 6. & d. c. Constituimus, n. 1. not. ab. 2. & c. Ad audientiam, col. 2. n. 14. & c. Sedes, n. 4. de rescrip. Felinus d. c. Super literis, n. 6. & ibi Decius in nona edit. num. 8. not. ab. 3. idem Felin. d. c. Ad audientiam, n. 22. vers. Tertio amplia Franc. us c. Si eo tempore, n. 4. de rescrip. in 6. Bellamera decis. 4. n. 1. Barth. Socinus cons. 273. ad fin. & cons. 164. n. 2. vol. 2. Cornetus cons. 227. Videtur prima facie, n. 9. vol. 2. Tiraquel. tractat. Cess. ante causa, in princ. nu. 116. Pelaez. de maioratu, 1. edit. 1. p. q. 9 num. vnico.*

57 Hinc deducitur primò, non esse tenendum, quod docet *Barth. Socin. cons. 270. Consideratis, ad fin. volum. 2.* nempe quando subreptio non commissa est ab eo, cui rescriptum impetratur, quia veritatem narrauit, sed ab alio, vt à curiali vel solicitatore, qui vel falsum expressit, vel veritatem sibi propositam conticuit, ignorantiam partis impetrantis excusare, ne rescriptum sit subreptitium. Et refert Rotam dixisse, sic decisum esse ab Vrbano Papa in beneficialibus. Et ait iura loquentia in beneficialibus extendi à Doctoribus ad alias Principis gratias. Idem sustinet *Felin. c. Super literis, nu. 7. vers. Demum, circa predicta, de rescrip.* Cæterum hoc non est tenendum. Quia ratio tradita nu. præced. minimum, attendendam esse intentionem concedentis, quæ deficit, quoties est subreptio circa causam finalē, æque procedit, quando ipsemet impetrans commisit generaliter subreptionem, vel alius eo inscio. Idem probatur ex *c. Si motu proprio, de prab. in 6.* ibi: *Secus si ad petitionē illius vel alterius pro eo oblatam.* Et sustinent *ibi Anchar. n. 3. not. ab 3. Francus n. 3. Decius* reprobans prædictam Rotæ decis. *d. c. Super literis, in nona edi. not. ab. 3. n. 9. Cordub. sum. q. 45. opin. 2. punct. 1. ratione 1.* In quo autem sensu possit sustineri quod priores Doctores asserunt, dicemus num. 67.

58 Curialis autem aut solicitator, aut scriptor, qui vt facilius dispensationem impetret, mutat narrationis substantiam, manet excommunicatus per motum proprium Pij V. Sic *Enriquez lib. 12. de matrimonio, c. 3. n. 7. fine.* At hoc non est verum. Quia is motus proprius nullam excommunicationis imponit: sed solum decernit vt pœna falsarij plectantur, vt bene *Manuel 1. tomo summæ 2. editione, cap. 238. fine Vega 1. tomo summæ, cap. 88. casu 4.* Et loquitur ille motus proprius de procuratoribus tam officij faciæ pœnitentiariæ, seu contradictarum, quam aliis quibuscunque solicitatoribus, seu scriptoribus, quos Copistas vocant, qui veritatem facti à narratione, quam à partibus habuerunt, quoad substantialia & qualitates necessario exprimendas diuersam faciunt, seu quoquo modo mutarunt, aut immutant, depranuantve.

59 Secundò deducitur, non esse credendum *Nauarro lib. 1. consil. in 2. editione, tit. De filio presbyter. consil. 2. numero 4.* dicenti posse defendi saltem in foro conscientiæ taciturnitatem ex ignorantia probabili excusare à subreptione. Et *in 1. editione, lib. 1. tit. De rescript. consil. 1. n. 6.* aut taciturnitatem ex ignorantia consurgentem non videri nocere per *c. Gratia, de rescript. in 6.* Sed id non est vniuersaliter verum, sed quando ignorantia non est causa totius rescripti, vt statim dicemus, & ad *c. Gratia* respōdebimus n. seq.

60 Contra hanc tamen doctrinam fortissimè vrget textus *c. Gratia, de rescript. in 6.* vbi impetraps beneficium à Papa, tacito alio quod sibi absenti ac ignoranti ordinarius contulerat, potest vtrumque retinere, si sint compatibilia si autem incompatibilia potest eligere. Et redditur ratio his verbis, *Cum tempore impetrationis nescires.* At subreptio commissa est tacito beneficio, quod erat exprimendum, *c. Si motu proprio, de prab. in 6.* Ergo subreptio per ignorantiā commissa minime nocet. Diuersimode respondent DD. Quidam aiunt dispositionem huius textus esse specialem in eo casu, & ideo ad alium non esse trahēdam, iuxta *l. Iis singulare, ff. de legibus.* Sic *Ioan. And. cod. Gratia, n. 2.* Alij impugnata hac expositione respondent, dispositionem illius textus posse trahi ad alios casus concurrentibus quatuor conditionibus. Prima est, vt adsit tā iusta ignorantia, qualis est quæ ab absentia cōsurgit. Secunda, ne præiudicetur iuri iam alteri quæsito. Tertia, vt qualitas tacita per ignorantiā sit talis, vt si fuisset expressa. Princeps similiter concessisset, quamuis non ita facile. Vltima, vt gratia sic concessa non trahatur ad casum penitus extraneum. Sic *Abb. c. Super literis, n. 5. de rescript. & ibi Felinus n. 6. Menochius de arbitrariis, lib. 2. centuria 3. casu 201. à n. 52. vsque ad 55.* Alij explicāt, vt decisio eius textus ideo procedat; quia subreptio in eo casu procedit à iusta & multū tolerabili ignorantia: & poterat reduci ea dispositio ad terminos iuris cōmunis id est, attento iure cōmuni idemmet dispositū erat, quod gratia concedit. Secus si ad eos terminos reduci nō posset Sic *Anton. d. c. Super literis, n. 27. Rebuff. c. Nulla, art. 2. statum in princ. concl. 5. de concess. prab. & in concordatu,* vbi de forma mādati Apostolici, *paulo ante clausulā, Motu proprio, vers. Limita tamen.* Sed hanc solutionem impugnat *Abb. proxime allegatus.* Quia in terminis *illius c. Gratia* concessio nō reducitur ad iuris communis terminos, sed est vltra seu contra ius commune. Quia attento iure communi impetrās secundum curatū, tacito primo curato, quod obtinebat, amittit primū, nec sibi datur optio, *c. De multa, de prabend. item. Si plures, eod. t.* Sed expositio illa Antonij est optima, & bene defenditur à *Berous cod. c. Super literis, in 1. lectura, n. 41.* vt intelligatur quando gratia poterat reduci ad terminos iuris cōmunis non simpliciter, sed ad terminos communis antiquioris, & tunc subreptio ex ignorantia tolerabili nō vitiat. Quod hic cōtingit, nā attento iure antiquiori *c. Referente, de prab.* si impetrans secūdum beneficiū incompatibile tacebat primū, id non vacabat, sed dabatur electio. Quod postea immutatum est per *c. De multa, de prab.* decidens eo ipso vacare primum. Atque huius decisionis ea est ratio. Quia res facile ob iustam causam ad ius primæuum reduci potest, *l. Si vnus, §. Pactus, vers. Quoties, ff. de pactis.* Itē quia nō dicitur in totū falsum, quod primordijs veritatis iuuatur, *l. Cum filius, §. Hæres meus ff. de legat. 2.* Potest etiam alia expositio tradi, ideo ignorantia in eo casu *cap. Gratia* iuuat, vt literæ ad beneficia nō sint subreptitiæ. Quia impetrās non habet ius in re in priori beneficio, vtpote quod sibi absenti ac ignoranti collatū erat, *c. Si tibi absenti de prabend. in 6.* Sed tantū ius ad rē. Et ideo subreptio ex tam iusta ignorantia nō vitiat. Quia vt vitiet, debet esse taciturnitas beneficij quantumuis modici iam possessi, licèt ex ignorantia taceatur. Et ita procedit *cap. Si motu proprio, de prab. in 6.* Sic *Berous eo c. Super literis, in 1. lectura, n. 42. Rebuf. in concord.* vbi de forma mandati Apost. *paulo ante clausulam, Motu proprio, vers. Vel potest dici.* Et hæ duæ vltimæ expositiones præ cæteris placent.

61 Quartò supponēdum est, quando subreptio per ignorantiam siue simplicitatem admissa, siue tacēdo veritatē, siue explicando falsitatem, non fuit causa finalis totius rescripti, sed partis illius, quia explicita veritate non concederetur ea rescripti pars, aut reliqua concederentur vtique, non vitiari totum rescriptum: sed eam solam partem, in qua est subreptio. Verbi gratia, impetrauit quis rescriptum contra debitorem suum, asserens ex ignorantia de consuetudine patriæ causas tractari simpliciter & de plano, cum tamen id falsum esset. Quare Pontifex

commisit

commisit cuidam causam simpliciter & de plano tractandam, literæ valebunt quoad commissionem illi iudici factam, & virtute illarum potest delegatus procedere in forma communi: at non valebunt quoad specialem illum procedendi modum. Et ratio est, quia substantia illius rescripti est ipsa iurisdictio, forma autem accidentalis est ille procedendi modus specialis, quem Pontifex delegato concessit. Cum ergo subreptio absque dolo contigerit, fueritque causa solius formæ, quæ à rescripti substantia potest separari, ipsam solam formam vitiabit. Hoc expresse deciditur, *c. Super literis, de rescript.* Et ita tradunt omnes. Et sic intelligunt aliqui *c. Sæpe tempore, de rescript. in 6.* vbi deciditur, rescriptum ad beneficium, siue cum cura, siue absque illa obtentum, tacito defectu legitimæ ætatis ad curatum, cum tamen legitima esset ad simplex, validum esse ad obtinendum beneficium simplex, non vero curatum: intelligunt enim hunc textum quando ea subreptio fuit ex simplicitate aut ignorantia. Et ita conciliant hunc textum cum *d. c. Super literis.* Hi sunt *Abb. eo c. Super literis, n. 5. & 6. Sedes, n. 2. de rescript.* vbi *Felin. nu. 2. Francus d. c. Sæpe tempore, n. 4. Gutier. q. canon. l. 2. c. 15. n. 45.* Sed de hac expositione dicemus n. 71.

62 Nomine autē huius simplicitatis aut ignorantiæ intelligo quamcunque, quantumuis crassam, modo non sit ingens temeritas. Vt n. 66. probabo.

63 Hoc tamen suppositum est primò limitandum, nisi à negotio, circa quod commissa fuit illa subreptio non dolosa, dependeant alia negotia tanquam accessoria: tunc enim, etiamsi in his non sit subreptio, corruent pereunte principali. Sic *Abb. c. Sedes, nu. 4. de rescript. & ibi Felin. num. 2. Francus c. Sæpe tempore, n. 4. eod. t. in 6.*

64 Secundò limitant quidam, vt intelligatur in his literis gratiosis aut beneficialibus, secus in priuilegiis, quæ asserunt per subreptionem etiam non dolosam vitiari indistincte. Nam cum priuilegium sit lex priuata, concedens intendit præcisè priuilegium concedere. Sic *Ant. c. Super literis, n. 25. de rescript.* Sed meritò id reprobat *Felin. eo. c. Super literis, n. 3. limit 3.* Quia literæ beneficiales & priuilegia in hoc differunt. Quippe Pontifex præcisè etiam intendit conferre beneficium. Item quia cum literæ ad beneficia sint valde stricti iuris, si per subreptionem partis illarum non dolosam minimè vitiantur totæ: à fortiori nec priuilegia & ideo hac ratione ductus *Abb. eo c. Super literis, n. 5. in principio*, ait hoc habere locum in literis beneficialibus & priuilegiis. Item quia *Innocent. c. Cum dilecta, nu. 3. de rescript.* æquiparat priuilegia & literas beneficiales in materia subreptionis.

65 Quinto supponendum est, quando subreptio fuit per fraudem vel malitiam, vitiari omnino literas, quamuis ea non fuerit causa totius rescripti, sed solius formæ specialis. Hoc expresse deciditur *c. Super literis, de resc.* constituto hoc discrimine inter literas sic impetratas, & quando per ignorantiam impetrantur, ibi: *In sua peruersitatis actu pœnā nullum ex illis literis commodum consequantur. & cap. Sedes, in fine, eodem tit.* ibi: *Mendax precator careat penitus impetratu.* Quæ eadem verba habentur *l. Et si legibus, 5. & c. Si contra ius.* Et fatētur omnes, (quot qualiter intelligatur ân 70. videbimus.) Et hoc absque dubio intelligendum est, siue ea subreptio malitiosa contigerit falsum exprimendo, siue verū tacēdo. Quia expressis verbis idem de vtraque subreptione disponitur, *d. c. Super literis*, ibi: *Si qui priori modo falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatem, in sua peruersitatis pœnam nullum ex illis literis commodum consequantur.* Et ita docent *Abbas ibi, n. 1. not ab 2. Imola n. 6. Barbatius n. 24. Decius in nouis edit. n. 4. not ab 1. & d. c. Sedes, n. 14. not abil. 4.* Quare caute intelligendi sunt ipsemet *Abbas eo c. Sedes nu. 4. Tiraquel. de pœnis temperandis, causa 44. n. 41.* dum constituunt discrimen inter subreptionem, falsum exprimēdo, & tacendo verum, vt in priori casu corruat omnino rescriptum in mendacij pœnam: secus in posteriori. Et rationem reddunt, quod non sit ita odiosus tacens verum, sicut exprimens falsum: potuit enim taciturnitas ea ex ignorantia procedere. Sed *Felinus eod. c. Sedes, num. 2.* aduersus hanc rationem insurgo. Nam etiam falsum posset absque dolo exprimi, & verum quoque ex dolo taceri. Vnde intelligo prædictos authores (ne credatur illos ita absurde loquutos contra textum expressum *d. c. Super literis,*) sensisse tantum, magis præsumi dolum ex falsi expressione, quam ex veri taciturnitate: cum illa frequentius ex dolo procedat. At si verè vtraque ex dolo procedat, idem de vtraque est dicendum.

Existimo autem quantumuis crassam ignorantiam & 66
simplicitatem, modo nō sit ingens temeritas, excusare ab hac pœna irritationis totius rescripti, ratione subreptionis in altera eius parte. itaque vt locus sit huic pœnæ, desideratur vt impetrans sciens & prudens malitioso animo id faciat. Quia textus *d. c. Super literis*, expresse petit fraudem vel malitiam. At taciturnitas ex quacūque ignorantia, & similiter expressio falsi ex illa, non potest dolosa ac malitiosa nuncupari, nisi ingens temeritas in ea ignorantia reperiatur. Vt latius probabo lib. seq. disp. 32. n. 36. & 39.

Neque erit locus huic pœnæ si cum pars veram propo- 67
suerit, ipsa ignorāte, curialis vel solicitator sciens & prudens subreptionem commiserit, tacita veritate, aut expressa falsitate. Ducor, quia *eod. c. Super literis*, dicitur impetrantem in suæ peruersitatis pœnam nullum ex literis commodum consequuturum. At verus impetrans in nulla culpa fuit. Ergo non debet ea pœna affici, vt literarum commodo prorsus careat, sed de illo iudicandum est, ac de impetrante per ignorantiam. Atque in hoc sensu verum est quod ait *Nauar. l. 3. consil in 1. edit. tit. De regularibus, cons. 78. n. 4. in 1. dub. De rescript. cons. 15. nu. 3.* nimirum narrationem falsi factam per solicitatorem non videri tanti momenti quanti factam per ipsammet partem. Et in hoc etiam sensu verum erit quod n. 57. retulimus ex *Rota*, & aliis asserentibus non nocere parti relationem falsam solius curialis vel solicitatoris: id enim verum est, ne vitiet totum rescriptum, quando totius non est causa: secus quando esset causa totius, vt ibi diximus.

Sed quæres an in dubio præsumatur hic dolus? Consu- 68
lendi sunt *DD. eod. c. Super literis*, & maximè *Felinus ibi nu. 5.* Et breuiter placet in dubio nō præsumi hunc dolum, sed potius ignorantiam, atque illum opponenti incumbere probandi onus. Vt docent *Glossa d. c. Super literis, verb. Priori modo, & ibi Host. n. 7. Imola n. 5. Berous in 2. lectura, n. 70. & citatis Baldo, Tiraqu. & aliis Pelaez. de maiorat. in 1. edit. 1. p. q. 8. fine & q. 9. fine.* Præsumetur autem dolus (vt bene aiunt *Glossa ibi, verb. Nullatenus, in fine*, & latius *ibi Abbas n. 7. Berous proxime allegatus*) ex variis circumstantiis. Et ita ad hoc iudicandum spectabit iudex, an ille dixerit falsum in proprio facto, an in alieno: & an factum sit proximè an longinquo tempore gestum, vt vel sic præsumatur scientia: & an literæ sint magni an modici momenti. Et bene docet *Rebuff. praxi benefic. 1. Differentia inter rescripta gratiæ & iustitiæ, n. 25. differ. nr. 8.* facilius præsumi dolū in literis gratiæ quā iustitiæ. Quod hæ multo facilius obtineantur, & ideo nō sit opus vti dolo ad eas impetrandas. Probabitur autem hæc ignorantia impetrantis iuramento ipsius, nisi esset verisimile ipsum habuisse notitiam. Vt de probāda ignorantia diximus lib. 1. disp. 62. fine. Et sic docet aliis citatis *Rebuff. in concordatis, in forma mandati Apostol. paulo ante clausulam, Motu proprio, vers. Et hac ignorantia.*

His præmissis, triplex quod ad præsens attinet versatur 69
difficultas circa intellectum *d. c. Super literis, de rescript.* quando impetratio fuit per dolum & malitiam, siue tacendo verum, siue exprimendo falsum. Prima est, an intelligatur, quando partes eiusdem rescripti sunt omnino separatæ, ita vt in pœnam committentis dolosam eā subreptionem circa alteram solam rescripti partem, vitietur quoque altera pars? Secunda, an ea subreptio dolosa, vt totum rescriptum vitiet, debeat esse circa causam finalem, eam tacendo, vel falso exprimendo, an potius sufficiat circa causam impulsiuam. Tertia, an ipso iure subreptio hæc dolosa vitiet rescripta iustitiæ & gratiæ.

Circa primā difficultatem quidam sentiunt textū *in d. c.* 70
Super

Super literis, intelligi etiamsi rescriptum contineat plura separata: quippe omnia vitiabuntur per subreptionem dolosam in altero commissam. Sic docent *Abbas ibi,nu.2. Barbatius n.25. Berous 1.lect.dra,n.7.& 8.*

71 At verius est non intelligi quando partes eiusdem rescripti sunt omnino separatæ, sed solũ quando altera gratiæ pars connexionem habet cũ altera: quia eandem causam eundemque finem respiciunt: tunc enim solum subreptio dolosa in vna parte vitiabit aliam. Prob. quia hæc irritatio est in pœnam doli & malitiæ, (vt expresse dicitur *eod.c.Super litteris*) Ergo non est extendenda vltra casum in eo textu expressum. Qui est, quando impetratur vnum rescriptum diuersa continens, quorum vnum connexionem habet cum altero: quia pertinet ad eandem causam decidendam. Vt constat ex exemplo quod subiunximus n.61.ex mente Doctorum. Item quia cum diuersæ gratiæ absque vlla connexione in eodem rescripto concedantur, sunt virtute duo rescripta, ac omnino per accidens & materialiter vnum. Nil ergo confert subreptio circa vnam gratiam, ad alterius irritationem. Item, quia *cap.Si eo tempore,de rescript.in* 6. cuius decisionem retuli num. 61. hanc partem probare videtur, ibi enim sunt diuersæ gratiæ, & omnino separatæ, & ad diuersos effectus, nimirum altera ad beneficium simplex, altera ad curatum, & ideo subreptio circa vnam minime vitiat alteram. Nec iure probatur, sed ad libitum dicitur intelligi eum textum, quando subreptio fuit per ignorantiam. Vt enim volunt intelligi DD. aliqui, quos n.61. allegaui. Et ideo hanc sustinent sent. ita intelligens *id c.Si eo tempore, Decius d.c.§ super literis,in nouæ edit.not.ab.1.n.7.& 18.*

72 Hinc deducitur, si in eodem rescripto impetret quis dispensationem voti castitatis, ac peregrinationis Hierosolymitanæ, allegata scienter falsa causa circa alterum votum, vera autem circa alterũ, non vitiari dispensationem circa vtrumq; sed circa illud, in quo causa falsa fuit. Quia sunt dispensationes omnino separatæ. Secus si duplicis impedimenti ad nuptias dispensatio in eodem rescripto obtineretur, vt voti castitatis & cõsanguinitatis, nam subreptio dolosa in altero vitiabit totam dispensationem. Quippe cum sit rescriptũ ad eandem causam, eundemq; finem respiciens, quoad vtramq; partem cõsebitur prorsus vnum. Sic enim ponderauit *Decius n.praced.allegatus*, id dijudicandum, an vnum sit rescriptũ, vel potius duæ partes separatæ. An hoc autem sit ipso iure, & in foro conscientiæ autem iudicis sententiam dicemus n.76.& 78.

73 Circa secundã difficultatem n.69. propositam, quidam sentiunt taciturnitatem veri, vel falsi expressionem dolosam circa causam impulsiuam vnius partis rescripti, vitiare totum: & ita intelliguntur textũ *d.c.Super literis*, *de rescript.* Et prob. nam loquens textus de falsitatem exprimente, vel supprimente veritatem per fraudem, indistincte decidit nullum ex eis literis posse illud commodum assequi. At postea agens de eo, qui per ignorantiam distinguit, an talis sit causa circa quam fuit subreptio, vt ea non tacita, sed vere expressa, adhuc literæ concederentur, & nunc dicit valere quoad eam partem, quæ concedenda foret: secus si talis sit causa, vt illa vere expressa nullatenus literæ cõcederentur. Ergo in priori parte indistincte intelligitur textus, siue causa sit finalis, sine qua non, siue solũ impulsiua. Alias nullum esset discrimen inter vtrumque casum. Et pro hac sent. aperte sunt *Glossa eod.cap. Super literis, verb. Nullatenus, & ibi Innoc.sl.atim in princ. Ioan. Andr.nu.12. Imola n.5. Barbatius n.24. Decius c.Sedes, in nouæ edit.n.14. not.ab.4. de rescript.* dicunt enim corruere rescriptũ, quando est dolus, sine alias Pontifex esset concessurus literas, siue nõ. Quia hæc distinctio (inquiunt) adhibetur in textu, quando literæ per ignorantiam impetratæ sunt. Eiusdem sent. videtur aperte *Bellamera decisione 4.nu.1.* vbi ait ex duplici capite reddi posse rescriptũ subreptitium ex falsi expressione: altero, quia induxisset ad concedendum altero voto, quia per fraudem. Sentit ergo aperte, quando fraus intercedit, non spectandum esse an falsi expressio induxerit Principem ad concedendum. Eiusdem videtur expresse *Sylues.verb.Rescriptũ,q.6.& 7.num.* vbi absolute docet gratias & priuilegia vitiari tacita veritate, vel allegata falsitate scienter: & statim loquens quando ignoranter, dicit tunc vitiari, quando Princeps cognita veritate non concessisset. Eandem tenet in propriis terminis *Cordub.sum. q.45.opin.1.punct.1.immediate ante 3.rationẽ*, vbi loquens de matrimonii dispensatione ait dispensationem nõ valere, quamuis causa scienter falso narrata, vel vera scienter tacita, sit minus principalis, & sine qua Pontifex vere prorsus dispensaret: per *d.c Super literis*. Cuius sent. refert *Gutier. q.can.l.2.c.15.n.134.* & dicit esse verissimam.

Sed re attentius cõsiderata existimo iuxta diuersas sen- 74
tentias diuersimode loquendum. Quia retenta opinione citata n.10.& 31. dicenti taciturnitatem causæ impulsiuæ, eiusve falsum expressionem vitiare gratiam, dicẽdum est vitiari totum rescriptum ex subreptione circa causam impulsiuam partis illius. At retenta nostra sent. citata nu.17. & n.32. dicenti solam subreptionem circa causam finalẽ, sine qua literæ non cõcederentur, illas vitiare, sentiendũ est quantumuis malitia & dolus adsit in tacenda veritate, vel exprimẽda falsitate solius causæ impulsiuæ, totius vel partis rescripti, nil ipsius vitiari. Atque ita intelligitur *d.c. Super literis*. Itaque solum dispensationes & cætera rescripta subreptitia censentur, quando siue ignoranter, siue dolo, est taciturnitas veri, siue expressio falsi in causa finali, qua sublata Pontifex non concederet literas, aut si concederet, non tamen eodem modo, sed moderamina quædam adhibendo. Et tunc si ea subreptio tacendo verum, siue exprimendo falsum contingat in causa finali totius rescripti, & ita totum rescriptum afficit, vitiabit totũ, (vt probaui n.56.) Siue per fraudem, siue per ignorãtiam contingat. Si autem accidat circa solam rescripti partem, tunc distinguendum est, si per ignorantiam, sola pars rescripti, quæ ea subreptitione afficitur, vitiabitur: si autẽ per malitiam, vitiabitur totum (quod intellige iuxta dicta n. 41. quando allegantur plures causæ, nam quando vna sola allegatur, nil refert, an sit finalis, an impulsiua, vt ibi explicui.) Quare differentia, quã textus *d.c. Super literis*, constituit, qua innititur contraria sent. vbi absolute & indistincte loquitur textus, quando adfuit dolus: at quando ignoranter, cum distinctione an literæ cõcederentur, nec ne: eo solum pertinet, vt quando adest fraus circa partis rescripti causam finalem, vt tietur indistincte & omnino rescriptũ, tam quoad partem inutilem, id est, quæ secluſa ea subreptione non concederetur, quam quoad alteram vtilem, id est, alias cõcedendam. At quando fuit ex ignorantiã, pars sola inutilis vitiatur. Itaq; in priori parte, nimirum quando fraus intercenit, iure optimo non distinxit textus, an ea fraude secluſa pars literarum esset cõcedenda, quia ea contingente circa solam rescripti partem, vbi est in causa finali, corruit totum, quãuis altera rescripti pars subreptione cessante foret concedenda. At in posteriori parte vbi sermo est de subreptione ignoranter admissa circa causam finalem, opus fuit distinctione, an subreptio sit circa causam finalem totius rescripti, vel solius partis. Quia si sit in causa finalis totius, corruet totũ: si solius partis, illa sola corruet. Et ita totus ille text. *d.c. Super literis*, de subreptitione veritatis suppressæ, vel falsitatis expressæ loquens, agit de sola causa finali, sine qua literæ non concederentur, vel totæ, vel pars illarũ. Ducor, quod totus ille textus agat de taciturnitate veritatis, vel expressione falsitatis causæ conducentis ad valorem rescripti. Cum de hac subreptione loquatur, eã ponderans ad valorem vel nullitatem rescripti. At causa impulsiua non est huiusmodi, sed sola causa finalis, iuxta veriorem sententiã. De sola ergo subreptione circa causam finalẽ agit. Secundò, quia textus, quoad hoc æquiparat prorsus malitiã & fraudem in tacẽda veritate, vel exprimenda falsitate. At tacens veritatem, quã explicare nõ tenetur: qualis est iuxta veriorẽ sent. circa causam impulsiuam, nequit iure optimo fraude vel malitia notari. Hæc enim culpam

& sane non leuem implicant: cũ tamen nulla sit in eorũ taciturnitate, quæ quis explicare non tenetur. Et confir. quia licet in mendacii expressione delictum sit, at si non contingat circa causam conducentem ad rescripti valorem, non afficietur id delictum malitia speciali mendacii ratione rescripti in quo contingit. Sicut mentiẽs in confessionis Sacramento circa rem non necessario deregendam in eo, reus est mendacii simplicis, at nõ mendacii ad cõfessionem attinentis. Sicut ergo hoc mendacium non vitiat confessionẽ ita neq; illud debet vitiare rescriptum. Et ideo huius sent. est *Berous dict. cap. Super literis, in 2. lectura, num. 53.*

75 Vltimum dubium est. An hæc pœna irritationis totius rescripti ob subreptitionem dolosam in parte illius inducatur ipso iure: atq; ita literæ iustitiæ sic subreptitiæ, quas alias non ipso iure ob subreptionem irritati diximus n. 3. sint dicendæ ipso iure nullæ, quãdo subreptio fuit dolosa? Pars affirmans suaderi videtur, quia *c. Sedes, in fin. de rescriptis, & l. Et si legibus, C. si contra ius*, dicitur hunc mendacem impetratorem debere penitus carere impetratis. At dictio Penitus, importat ipso iure, *c. fin. cum vbi annotatis, de pœnis.* Et docent aliis citatis *Decius c. Caterum, in nouis edit. nu. 25. de rescript. Tir. aq. l. Si vnquam, verb. Reuertatur, nu. 105. vers. 26. C. de reuocand. don.* Secundo, quia *c. Super literis, de resc. rip.* dicitur nullum ex illis literis commodum consequendũ. At dictio, Nullus, ob negationẽ vniuersalem in ea inclusam denotat ipso iure. Vt docent *Gl. c. Innotuit, verb. Nullã, de elect.* & multis aliis citatis *Tir. aq. d. verb. Reuertatur, nu. 243. vers. 76. fallit.* Et confirm. quia si literæ valerent ipso iure, magnum commodum consequeretur impetrans, contra *d. c. Super literis*, decisionem.

76 At dicendum est, non vitiari literas iustitiæ ipso iure, siue quoad partẽ subreptitiam, siue quoad non subreptitiam, sed ope exceptionis vtramq; partem irritandam esse ratione illius dolosæ subreptionis. Ducor, quia *eod. c. Super literis, de rescript.* assentitur iudicem datum in literis his dolosis non posse cognoscere de causa sibi commissa, postquam sibi facta fuerit fides de impetrantis dolo. Ergo ante fidem sibi factam potest cognoscere, ac proinde processus antea factus erit validus. Secundo, quia textus *eo. c. Super literis*, ait in pœnam doli id rescriptum vitiari: cum tamen regulariter non vitiet ipso iure subreptio literas iustitiæ, (vt n. 3. diximus.) At pœna nõ incurritur ipso iure, nisi quando id expresse in iure statutum reperitur. Vt notatur *reg. In pœnis, de reg. iuris, in 6.* Quod in hoc casu non reperitur expressum. Nam verba illa: Nullũ commodum consequatur, &, Penitus careat impetratis, tantũ volunt, vt nulla pars illius rescripti dolosi valeat, sed omnes partes penitus valore destituãtur. Quare fateor dictiones has Penitus, & Nullus, importare ipso iure, quando nõ esset aliud in textu, cui applicarentur. At sic possunt applicari ad totalem rescripti annullationem, tam, scilicet, quoad partem subreptitiam, quam non subreptitiam. At quod confert doctrina *Tir. aq. l. Si vnquã verb. Reuertatur*, vbi cum *n. 105.* retulisset multos dicentes dictionem, Penitus, importare ipso iure: statim *n. 108. vers. Contrarium tamen*, refert multos alios dicentes non importare ipso iure: & ipse subdit hoc esse verum, quando subiecta materia fuadet non importare ipso iure. Quod hic contingit, ne inducatur correctio textuum, quos n. 3. retulimus ad probãdum literas iustitiæ non annullari ipso iure per subreptionem. Vnde dum textus *d. c. Super literis*, ait mendacẽ nullum ex literis commodum consecuturum: & textus n. præc. allegati hunc penitus impetratis carere debere, intelligũtur non illico, sed postquam dolus oppositus fuerit, ac legitime probatus. Et ideo hanc partem tuentur *Gl. d. c. Super literis, verb. Nullatenus*, & ibi late *Berous in 1. lectura, n. 25. & 26.*

77 Sed maior difficultas est, an dispensationes & cæteræ gratiæ vitiẽtur quoad vtramq; partem ipso iure, & in foro conscientiæ sint omnino irrita, quando subreptio dolosa fuit circa alterius solam partis causam finalem. V. g. impetrauit quis dispẽsationem in voto castitatis & consanguinitate ad ducendam cõsanguineam, allegato vero incontinentiæ periculo, quod legitimam dispẽsandi in voto causam præbet, & falsa feminæ paupertate scienter, quæ est causa dispensandi in cõsanguinitate. Quæ dispensatio in totum vitiatur, iuxta decisionẽ *d. c. Super literis*, (vt diximus n. 72.) dubitatur ergo an ipso iure, & in foro conscientiæ sit irrita, quoad partem eam, in qua non fuit subreptio, scilicet, quoad votum castitatis. Nam de parte subreptitia nullus dubitat. Et videtur nulla ipso iure, & in foro conscientiæ, nulla sent iudicis expectata. Quia literæ gratiæ subreptitiæ sunt ipso iure in vtroq; foro irritæ, (vt n. 3. probaui.) At iuxta *d. c. Super literis*, subreptio dolosa in vna parte dispensationis, reddit totã subreptitiam. Sicut enim dixi n. 54. ille textus loquens in literis iustitiæ, procedit à fortiori in literis gratiæ. Tota ergo erit in vtroque foro ipso iure irrita. Et confirm. quia literas iustitiæ non ipso iure irritati in eo textu, inde contingit, quod huiusmodi literæ non reddantur per subreptionem ipso iure nullæ. Ac proinde cum textus nõ exprimat pœnam nullitatis induci ipso iure, inducetur vtiq; iuxta earum naturam, quæ est, vt ope exceptionis irritari possint. At literæ dispensationis & gratiæ sunt ipso iure nullæ, quãdo subreptitiæ sunt. Ergo eo ipso quod textus decidit vtramque partem fore subreptitiam, decidit consequenter vtrãque partem fore nullam ipso iure, & in foro conscientiæ. Tãdem, quia si dicas hanc irritationem esse delicti pœnam: (vt expresse dicitur *eod. c. Super literis*) ac proinde sententiã iudicis ad eam incurrendam desideram. Obstat, quod hæc non sit pœna priuans impetrantem re sibi iam acquisita. Quod propria pœnæ ratio petit, & ideo sententia iudicis indiget. Sed solo lucro acquirendo priuantur impetrans, idque ex voluntate concedentis, qui eam esse explicuit *d. c. Super literis*, vt dolosus impetrans nullum ex iis literis commodum consequatur. At pœnæ huius generis nulla sententia indigent. Vt constat in pœna à testatore legatis adiecta.

78 At verius existimo, non irritari ipso iure & in foro conscientiæ eam partem dispensationis, quæ vitio caruit, sed opus esse iudicis declaratione. Ducor, quod textus *d. c. Super literis*, non decidat ratione subreptitionis dolosæ in altera gratiæ parte, reddi quoque alteram subreptitiam: vt vel sic per necessariam cõsequentiam deducatur, alteram partem fore ipso iure in vtroq; foro irritam. Sed tantum decidit debere impetrantem carere alterius partis cõmodo, quæ alias vtilis erat: & non quomodocumque decidit debere eo commodo carere, sed in doli pœnã. Ergo non est cur ea irritatio sequatur naturam literarũ gratiæ subreptitiarum, sed debet sequi naturam pœnæ, quæ est, vt non incurratur ipso iure, sed post iudicis sententiam, vbi contrarium non inuenitur expresse decisum in iure. Et confir. quia hoc ius est pœnale, & correctorium iuris cõmunis, iuxta quod vtile per inutile non vitiatur, quando commode separari possunt: *reg. Vtile, de reg. iuris, in 6.* Ergo potius est valde restringendum, ne ea pœnæ & correctio censeatur inducta ipso iure. Secundo, quia hæc irritatio non est omnino rei nondum acquisitæ. Cum ius habeat impetrans, vt vtilis pars dispensationis non vitiẽtur per inutilem: idq; in iure ipso Pontificio fundetur. Cum ergo in pœnam hoc iure priuetur, desiderabitur aliqua iudicis sententia. Tandem, quia si textus *d. c. Super literis*, non irritat ipso iure literas iustitiæ sic obtentas, (vt diximus n. 76.) de quibus expresse loquitur. Cur dicendum erit literas gratiæ irritari ipso iure, cum de illis non loquatur is textus. sed per quandã consequentiam & extensionem Doctorum trahatur ad eas, (vt diximus n. 54.) Nec obstat dicere naturã literarum gratiæ subreptitiarum, quæ ipso iure sunt nullæ, id petere. Id enim fateret, si textus decideret alteram partem eodem subreptionis vitio affici, ex subreptione dolosa cõmissa in altera. At cum id non decidat, sed solum ex ea parte vtili nullum cõmodum consequendum in doli pœnam, non rigidius hæc pœna accipienda erit in literis gratiæ, quam in literis iustitiæ: quas non

non irritat ipso iure. Et ex his constat solutio ad argum. contraria n. præced. adducta.

79 Tãdem quia satis lõga & difficilis est disputatio: placuit eã summatim cõplecti. Primò dico, tũc tantũ esse subreptitia quæcumq; rescripta gratiæ, vel iustitiæ, ex taciturnitate veri, quãdo tacetur veritas, quã iura expressis verbis declarari iubẽt: vel est talis, quæ intrinsece attinet ad dispẽsationẽ, estq; causa finalis illius: quia ea veritate expressa, aut omnino denegaretur dispensatio, aut cum aliquo moderamine cõcederetur. Secũdo dico, tũc similiter vitiari ex falsi expressione, quãdo cõtingit circa causã finalẽ, ita vt ea falsitate nõ expressa, denegarentur literæ: aut iis esset moderamen adhibitũ. Quod intelligendum est, quando plures causæ narrãtur, & finalis est vera. Nã si vna sola causa narretur, & ea falsa sit, qualiscumq; sit illa, non valebit rescriptum. Tertio dico. si eæ literæ motu proprio cõcedantur, valere nõ obstanti subreptione veritatis tacitæ. Secus si esset subreptio falsitatis narratæ. Vltimo dico, quando falsi expressio aut veri taciturnitas contingit circa solã causam impulsiuã, licet dolo cõtingat, in neutro foro vitiari literas. Si autẽ sit circa causam finalẽ, sic distingue ẽdum est, si est causa totius rescripti, totũ vitiabitur, sive dolo, sive ignoranter cõtingat. Si solius partis est causa, & altera pars est omnino separata, illa sola pars vitiabitur, in qua est subreptio etiã dolosa. Si autẽ partes coniũctionẽ quandam habeant, separabilẽ tamen quoad valorẽ, tunc si ignoranter, id est non per fraudem, & malitiam, subreptio admissa sit, valebit in vtroq; foro rescriptum, quoad solã partem in qua non fuit subreptio. Si vero per fraudem & malitiam, ea quoq; pars vitiabitur & corruet, in qua non fuit subreptio; non tamen ipso iure, & in foro conscientiæ, ante iudicis sententiam, sed post illam.

DISPVTATIO XXII.

An duplici ad eandem rem dispensatione impetrata posterior subreptitia censeatur, nisi prioris mentionem faciat?

SVMMARIVM.

An quando non additur dispensatio, sed est executio prioris, sit opus mentione prioris n. 1.
Quid quando posterior dispensatio additur priori? Refertur opinio affirmans, n. 2.
Proponuntur probantia non opus esse mentionem prioris facere, n. 3.
Sed, dispensationis natura attenta non est ea mentio necessaria, sed in quantum colligitur velle Principem, vt ea mentio fiat, nu 4.
Non est necessaria mentio, quando non est aliqua contrarietas inter vtramque, n. 5.
Quid si breuior cũ moderamine fuit concessa, & posterior absq; illa? nu. 6.
Quid si vtraque ab inferiori concessa sit, n. 7.
Quid si in posteriori est clausula Motu proprio, & ex certa scientia? nu. 8.
Quid si vtraque dispensatio ab eodem petita sit? n. 9.
Quid si concedens posteriorem absque limitatione, noverit ex stylo Curiæ solere apponi limitationem? n. 10
Quid si quis impetret dispensationem voti castitatis cum limitationibus ex stylo Curiæ apponi solitis & postea aliã absolutã, tacita priorità. 11.
Quid si posterior ex noua causa sufficienti impetretur? n. 12.
Quid si impetrans dispensationem ad nubendum consanguineæ, ei non nubeat, vel facta iam vidua impetret aliam ad nubendum alij consanguineo, non facta prioris mentione? n. 13.
Quid si petita dispensatio denegetur, & tacita denegatione impetretur, num. 14.
Quid si orto dubio aut scrupulo circa valorẽ prioris dispensationis limitatæ, impetretur alia amplior tacita priorum? neutra valeat? n. 15.
Quid si posterior sit limitatior, an sit depositio prioris dubia illa veritas? 16
Quid si posterior non impetrata sit ad confirmandam priorem, sed ad illam, quæ limitatior erat augendã, an vtraq; tacita priori corroret? Refertur quædam sententia, n. 17.
Proponitur sententia Aulleris n. 18.
An impetrans dispensationem ad ducendam consanguineam, & nolens ducere, petendo dispensationem ad ducendam aliam, possit hac posteriori nõ ducta, vel iam vidua effecta, vti priori dispensatione, nu. 19.
An si impedimentum matrimonij ex eadem vel diuersi generis crimine consurgat, & impetrata sit semel dispensatio, sit posterior subreptitia, non faciens prioris mentionem? n. 20.
An prioris dispensationis irrita sit necessaria mentio in posteriori? nu. 21.
Quid si ab eadem vtraque impetretur, & prior sit limitatior? num 22.
An hæc posterior in totum corroret, an quoad solum prioris excessum? 23.
Refelluntur argumenta, n. 24.

IN hac disp. non est mentis nostræ tractare de rescriptis iustitiæ, quando, scilicet, altera pars impetrat rescriptũ, nõ faciens mentionem prioris à se vel ab aduersaria parte impetrati. Nec etiã an posterius priuilegium non faciens mentionẽ prioris, illi derogetur, quando prius est alteri cõcessum. Sed de his cõsulendi sunt *DD. c. 1. & c. Caterum, de rescript.* Sed de solis dispensationibus agimus, quãdo posterior subreptitia censeatur, eo quod prioris mẽtio facta non sit. De qua re nimis breuiter & valde cõfuse tractant DD. & ideo difficilis est resolutio. Constat autem inter omnes, quando dispensatio non additur dispensationi, sed est executio dispensationis iam factæ, non esse opus prioris dispensationis mentione. Vt si cum homicida dispẽsarum sit ad beneficium obtinẽdum, nõ tenetur dum postea beneficiũ impetrat, defectus illius aut dispẽsationis mentionem facere. Quod iam in illo dispensatum secum sit, nec nunc dispensationem aliquam impetret, sed priorem exequatur recipiens beneficium. Sic contra aliquos, quos tacito nomine ibi refert, tenet *Ioan. Andr. c. 2. n. 2. de filiis presbyt. in 6. & ibi Anchar. n. vn. notab. 3 Domin. n. 7. Francus n. 5. Abb. c. penult. n. 14. de rescript. Rebuffus praxi benef. t. De dispensationibus in fin. & in concordatis, in forma mandati Apostolici, super verb. Dispensationum.* 1

Difficultas autẽ est, quoties noua dispensatio priori additur, an, vt posterior valeat, sit necessariò prioris eidem concessæ mentio facienda? Et quidem communiter DD. id affirmant. Ducuntur potissimũ ex *c. 2. de filiis presbyt. in 6.* vbi decidituir subreptitiam fore dispensationẽ à Sede Apost. impetratã, vt illegitimus obtineat plura beneficia, si prius ad vnum dispensatum secũ sit, nec in posteriori dispensatione, mentionem illius defectus faciat. Et redditur ibi ratio, quod Põtifices prioris dispẽsationis cõscium, nõ cõcessurum posteriorem, sit verisimile. Secũdò, idem probant ex *c. penult. de præscript.* vbi iudicatur subreptitium priuilegium recipiẽdi Sacramẽta à quouis Antistite absolute concessum cuidam Abbati, nõ facta mentione alterius priuilegii prius eidẽm Abbati concessi non ita ample, sed cum moderatione hac. Si proprius Antistes ministrare nollet. Tertiò, ex *l. 3. C. de Episcopali audientia*, ibi: *Remissionem veniæ crimina nisi semel commissa non habeant.* Ex quo textu *Guillelmus de Cuneo ibi, Bald. n. 4. Paulus n. 9.* & innumeri alii, quos referunt & sequuntur *Tiraquell. de pœnis temperand. causa 10. n. 4. Couar. li. 1. variar. c. 20. n. 8. Ant. Gomez to. 3. var c. 3. nu. 60 fin. Nauar. l. 1. conf. in vtraque edit. t. De constit. conf. 1. q. 19. n. 53. & in Extrauag. de datis pro iustitia vel gratia not. ab. 32. n. 48. vers. Nec obstat resolutio, Inl. Clar. l. 5. recept. in pract. crimin. § fin. q. 59. n. 9. Sarmiento l. 1. selectar. c. 9. n. 2. Menochius de arbitr. l. 2. centur. 3. casu 203. nu. 32. Padilla l. Transigere, nu. 69. C. de transact. Bossius practica, t. De remediis ex sola clementia Principis, n. 35. Plaza de delictis c. 45. ad fin Molina l. 2 de primog. c. 4. n. 52. & l. 4. c. 3. n. 43. Rotas epitome succes. c 23. n. 22. Gutier. qu. can. l. 2. c. 15 n. 89. Azebedo lib. 8. recop. t. 15. l. 2. nu. 14. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 238. n. 5.* inferunt remissionẽ homicidii cassam fore tacito alio homicidio prius remisso eidẽ. Idque decidit *l. reg. 2. t. 15. l. 8. noua recop.* Ergo similiter in secunda dispẽsatione super eadem re impetrata, oportet primæ mentionẽ facere, vt valida sit. Atq; ideo generaliter & indistincte loquẽtes colligũt ex *d. c. 2. de fil. presb. in 6.* in posteriori dispẽsatione, vt subreptitia nõ sit, necessario mẽtionem faciendã esse prioris, *Glo. ibi post casus positionem, notab. 1. & ibi Ioan. Monachus init. Decius cons. 695. visa don. nu. 32. & 33. & cons. 541. nu. 22. vers. 4. cogitandum, vol. 4. Parisius cons. 74. nu. 56. & 57. vol. 4. Iacob. de Puteo decis. 246. nu. 2. & 4. l. 1. Rebuff. in cõcordatis, in forma mandati Apost. super verb. Dispẽsationum, & praxi benef. t. De dispensatione super defectu natalium, n. 59. & t. De Dispensationibus, n. 14.* addens *n. 25.* non sufficere, si in posteriori dispensatione dicatur, Non obstante priori, nisi illius quoque mentio fiat, *Couar. l. 1. var. c. 20. n. 8. fi. Menoch. de arbit. l. 2. centu. 3 casu 201. n. 39. & casu 203. n. 33. & 34. Molina l. 2. de primog. c. 4. n. 51. Meres de maior. in 1. edit. 1. p. q. 7. n. vn. col. 2. Gutier. qu. can. l. 2. c. 15. n. 91. Enriq. l. 7. de indulg. c. 17. num. 5.* quamuis addat hoc esse in foro externo. 2

Atque in *d.c.2.de filiis presbyt.in 6.* peti vt saltem in eo casu fiat mentio prioris dispensationis, tradunt *Ioannes Andr. ibi,n.2. Abb.c.penult.n.17. de præscript. Navar. l.4.cons.titul. De consang.in 1.edit.cons.5.fine,in 2.cons.8.nu.6.Couar.4.decret.2.p. c.8.§.8.n.5.vers.7 Molina l.4.de primog.c.3.n.43.*

3 Pro parte autē aduersa, vt non sit opus mentione prioris dispensationis, fortiter viget. Quod *c.2.de filiis presbyt. in 6.* qui textus est potissimus, & capitalis contrariæ sententiæ,eam non probet. Quia in eo non dicitur prioris dispensationis mentionem faciendam, sed solum prioris defectus,eo quod in illo nō sit prius plenè dispensatum, sed tātum quoad vnum beneficium obtinēdum. Vt constat ex illis verbis textus: *Dispensationem aliam tacito de prædicto defectu postmodum obtinuit*, iūctis verbis præcēdētibus, ibi: *Si in cum quo fuit per sedem Apostolicam dispensatum. vt non obstante defectu natalium.* Atque ideo *Dominic.ibi,n.7. Franciscus n.1.notab.3.* aiunt in secunda dispensatione addita primæ, non esse opus de prima mentionem facere,sed de primo defectu. Et confir.quia esto textus ille peteret prioris dispensationis mentionem,loquitur in casu speciali,quando scil cum illegitimo dispensatur ad duo beneficia, tacita priori ad vnicum dispensatione. Nam difficiliùs vtrumq; simul,quam vtrumuis seorsum concederetur. Ita explicant eum textum *Molina l. 4. de primog.c.3.n.43.& alter Molina tom.3.de iust.disp.650.n.4.* Secundò,quia *c.penult.de præscript.* cui etiam prior sent. innititur, illam non probat. Quod is textus loquatur in casu speciali,nempe,quando per posterius priuilegium derogatur iuri propri Episcopi, cuius est omnia sacramenta suis subditis conferre. Quòd ius partim seruabatur inuiolatum in priori priuilegio:vtpote quod solum cōcedebat ab alio recipere,quādo proprius ministrare nollet. At posterius absolutè concedebat ab alio recipere. Et ita in hoc casu intelligūt eum textum(quamuis non limitent ad eum casum, sed alios sustineant) *Innoc.ibi n.4. Ioan. Andr.n.14. Hostiens.n.7. Anton. n.20. Baldus n.10. Card.n.vn.vers. In fine Glosse sic patet. Anchar. n.8.* Quare cum textum ad alias dispensationes iuri tertii non derogantes trahere dissonat rationi. Tandem quia vltima ratio prioris sent.eam non probat. Quod hic non agatur de alicuius criminis remissione, quæ odiosior est: sed de dispēsatione gratiosa in matrimonii impedimento,quod absque culpa aliqua contrahitur.

4 Prima tamen concl.fit. Si solam dispensationis naturā attendamus,non est subreptitia, quod in posteriori mētio non fiat prioris eidem personæ concessæ. Quare si ex hac taciturnitate posterior sit iudicāda subreptitia, id ex Principis voluntate deducendum est: eo quod credatur fore vt prioris memor posteriorem denegaret. Prob.quia *c.2.de filiis presb.in 6* cui potissimum sent.n.2. relata innititur,reddens rationem subreptionis huius,totā rem hanc in præsumptam voluntatem Principis denegaturi posteriorem cōiicit. Et vniuersi DD pro ea sent.eo n.2 allegati hanc rationem tradunt. Secundò,quia cum neutra dispensatio ab altera pendeat,& vtraque à potēti cōcedere impetrata sit,si vtriusque natura precisè cōsideretur,neutra alterius mētione indiget. Tertio,quia secluſa hac præsumpta Principis volūtate,si vim textuū & rationis probantium perpendamus,ea nō probatur, (vt n.præc. ostēdimus.) Et fortè hoc est, quod voluit dicere *Abb.c. penult. n.13.de præscript.* vbi ait cōcesso alio priuilegio super separatis,vel super eisdē, nō esse necesse prioris dispēsationis mentionem facere. Quia hoc(inquit)nullibi cauetur. Solum enim ob odiosam beneficiorum pluralitatē cautum hoc reperitur,*c.Si motu proprio,de preb. in 6.& c.In nostra, de rescript.* Et conclus.hanc in propriis terminis docet *Iacob. de Puteo,decision.246.n.1.& 4.lib.1.* vbi ait subreptionē in hoc casu contingere, non ob dispensationis præcedentiam,sed ob verisimilem Principis voluntatem.

5 Hinc deducitur,vbi inter ptiotē & posteriorē dispensationem nulla est dissonātia, sed sunt super rebus diuersis,nō esse opus mētione prioris in posteriori. Quod nulla ratio nullusve textus ad id cogat. Quippe textus de hac re loquentes agunt de duabus dispensationibus, quādo inter eas est dissonātia quædā,ac contrarietas. Vt n.seq. videbimus. Neque est sufficiēs aliqua cōiectura, vnde meritò colligatur cōtrariam fore voluntatem Principis cōscii prioris dispensationis. Atque ita docent *Abb.c.penult. n.13.de præscript. Anchar.consil.131.fine.* Et hac ratione *Navar. l.5.cons.in 1.edit.2.De priuileg.cons.12.n.2.& l.4.tit. De consang. cons.5.fine,in 2.eod.tit.De consang.cons.8.fine & l.1.2.De rescript. cons.6.n.2. Petr.de Ledesma.sum sacram.* vbi de matrim.c.27. *post 7.conclu.dub.3. Vega 1.tom.sum.c.38.casu 3. Manuel 1. tom. sum.2.edit c.238.n.4.* docent subdiaconum cum quo dispensatum est in ordine,vt ducat vxorem, si velit postea consanguineam ducere, non teneri in posteriori hac dispensatione mentionē prioris facere. Quare penitus non intelligo quod tradunt *Rota in nouissim.to.3.d.2 decisione 47 nu.vn.& Mandosius in signatura gratiæ,tit. Dispensationis, in fine* vbi tunc prioris dispensationis in posteriori mentionem faciendam esse docent,quando dispensationes essent diuersæ,seu ad diuersum finē tenderēt,secus si ad eundem. 6

Secūdò deducitur,quādo prior & posterior dispensatio sunt circa eandem rem,ac inter vtramq; est dissonantia,& partialis quædā contrarietas, quod prior cum moderatione quadā cōcessa, sit posterior autem absolutè, & absq;illa,subreptitiam esse posteriorem, nisi prioris mētio Principi fiat. Prob.quia hęc est vera & germana intelligētia *c.2.de fil.presb.in 6.* vbi tradūt *ibi Ioan. Andr.n.2. Abb.c. penult.n.17.de præscript. Parisius cons.74.n.57.vol.4.* ideo enim posterior dispensatio cum illegitimo ad duo beneficia censetur irrita,eo quòd nō fuit in ea facta mentio prioris dispēsationis ad vnicū beneficiū. Quia posterior dispensatio est amplior,ac prioris moderamē excedit. Vnde immerito DD.n.3.allegati explicāt eū textū, vt solius defectus sit mentio faciēda contra communem DD.sent.n.2. relatam. Præterea,quia hic est verus & germanus intellectus *c.penultimi,de præscript.* Ideo enim in posteriori priuilegio decernituribi mentionem faciēdam prioris, quod prius cum moderatione fuit concessum,posterius autem absolutè. Quod egregiè declarat *ibi Innocent.n.4.* reddens rationem eius textus,quia Princeps certior factus de priori concessione limitata non eā mutasset Quam eandem rationem tradunt cæteri DD.ibi. Tandem,quia meritò ac iure optimo(prout constantiā ac Principis grauitatem decet)præsumi potest fore,vt non facile,& absq; vrgenti ratione, passim instar leuissimi hominis sententiā mutet,& quod semel cum limitatione cōcessit ipse,vel præcessor,postmodū ea secluſa concedat. Sed vtique diceret sufficere priorem dispensationem. Et in hoc casu est vera sent.n.2.relata. Et in propriis terminis ita sustinet *Abb.in c.penult.n.17.* dicens eum textum habere verum, etiā vbi non est tertii præiudicium, sed posterius priuilegium est absque moderatione in priori adhibita. Idem docet *Bellamera ibi,n.4.* inde inferens cauendam iis, qui super ætatis,aut natalium,aut aliorum defectibus,aut aliàs contra ius commune gratias moderatas seu priuilegia moderata impetrarunt, & postea ampliora, vt in posteriori gratia ptioris mentionem faciant, ne posterior sit subreptitia. Idem *Imola,ibi numer.6.* inde inferens, vbi priuilegium partim ius commune continet, partim autem est contra ius.secundum extoto iuri communi aduersum non valere,nisi primi mentione facta. Et *Rota in nouissim.to.3.d.3. decisi.91.n.3.* ait hoc procedere in quibuscumque priuilegiis & concessionibus. Idem tenent loquentes de priuilegiis. *Barth. Socinus cons.246.nu.4.vol.2. Menoch.de arbitrar. l.2.centur.3.casu 203.n.35. Gutier.l.1.q.canon.c.15. n.92.* Idem docent loquentes de legitimatione *Barth.Socin cons.65.in 12.vol.3.Ruin cons.82 num.13.& consil.99.fine,vol.3. Curtius senior consil.73.n.15 ad fin.& nu.9. & 17 Tello l.12.Tauri,nu.42. Matienzo lib.5 recop.t.8.l.10.glossa 1.nu.14.* Et facit *Navar.l.4. consil.1 de consang in 1.edit.consil.5. fine, in 2 cons.8.fine*, nam dicens dispēsationem in consanguinitate non esse subreptitiam, nō factā mētione prioris factæ in ordine sacro, pōderat ad id eas esse dispensationes diuersas, & per vnā non

non reddi alteram ampliorem: quasi censens contrarium fore vbi amplior redderetur.

7 Et hoc non solum est verum in dispensationibus Pontificis, de quibus agit textus *c.2. de filiis presb. in 6.* sed etiam in dispensationibus ab inferioribus concessis. Vt bene docent *ibi Glossa verb. Sedem: & ibi Dominic. nu.7. Francus n.5.* Quia ratio in eo textu expressa militat quoque in his. Simili ratione quamuis is textus loquatur de impedimento naturali illegitimitatis, ex rationis identitate trahendus est, vt intelligatur quoque de quouis impedim. accidentali. Vt bene *Dominic. ibi, n.4. Francus n.5.* aduertunt.

8 Imò hoc est verum, quamuis in dispensatione posteriori amplius concessa sit clausula, Motu proprio, & ex certa scientia: adhuc enim erit subreptitia non facta prioris strictioris mentione. Quod etsi motus proprius subreptionem tollat, non tamen defectum intentionis supplet (vt diximus disp. præced. nu. 52.) At dispensatio hæc corruit ex præsumpto intentionis defectu. Vt dixi n.4. & 6. Sic *Tello l.12. Tauri n.42.*

9 Limitatur tamen ab aliquibus hoc, vt verum sit quoties moderamen in priori dispensatione appositum est propter motu illam concedentis, aut ad instantiam diuersæ personæ ab illa cui concessa est: & tunc is cui concessa est, nouam sibi dispensationem impetrat absque illa moderatione, ac priori dispensatione tacita: tunc enim hæc est subreptitia. Secus si ipsemet, qui cum moderatione petierat, tunc impetret absque ea. Cùm enim hic posset absque moderatione petere, nunc per puram petitionem, ei renunciat. Et cũ ea non processerit ex proprio Principis motu, non videtur fore vt moderatio prius adhibita eum motu, non videtur fore vt moderatio prius adhibita eum retraheret à posteriori absoluta concessione. Sic tenet dicens fortè esse verũ. *Felinus c. penult. n.2. de præscript.* & idem affirmat *Ruinus cons. 161. n.33. vol.2.* Sed meritò citatis *Ioan. Andr.* & aliis hanc limitationem reprobant, dicẽtes aberrasse hos auctores *Curtius senior consil.73. nu. 9. & 17. Tello l. 12. Tauri, n.42.* Quia qualitercumq; semel cũ limitatione gratiam concesserit Princeps, non est credendum eum ita facile prioris dispensationis tenorem mutaturum.

10 Secundò limitatur, nisi concedens posteriorẽ gratiam absque dicta moderatione nosset priorẽ limitationem. Quia semper solet apponi, De curiæ stylo. Quod tũc nequeat contraria voluntas conijci, cui subreptio ex talitacitumitate innititur. Sic *Felinus c penult. n.2. de præscript.*

11 Hinc sit si quis voti castitatis dispensationem impetret cum limitationibus solitis apponi de stylo curiæ, nempe, ad vnicum matrim. & commutatione facta in mensruas confessiones, ac alia pietatis opera, si postea tacita hac impetret aliam absolutam, fore hanc posteriorem validam. Quia cum ea limitatio de stylo curiæ soleat apponi, non latet Pontificem. Et quãuis singularis dispensationis huic personæ concessæ immemor sit, ac prædictæ moderationis in ea appositæ, cum tamen soleat de stylo curiæ apponi, nec Pontifex apponat, signum apertum est voluntatis concedentis absolutè.

12 Tertio limitatem, nisi ex noua causa, eaque sufficienti, posterior dispensatio peteretur. Quia cum tunc noua sufficiensque causa concurrat, nulla fraus Principi fit tacita prioris dispensationis moderatione. Nec contraria eius voluntas iustè præsumi potest. Quod tenet etiam in fortioribus terminis, nempe, quando est præiudicium successorum in maioratum, *Molina l. 4. de primog. c.3. n.42. Gutier. q. canon. l.2. c.15 n.95.* dicentes subreptitiam esse posteriorem alienãdi hypothecandive bona maioratus licentiam, non facta prioris ad id concessæ mentione, nisi ex noua sufficientique causa posterior licentia impetretur. Quod idem asserit alter *Molina tom. 3. de iust. disp.650 n.4.* bene limitans, quando arbitrio prudentis spectatis circumstantiis occurrentibus iudicatur fore, vt ex ea secunda causa Princeps concederet licentiam prioris memor. Secus si meritò timeretur eum denegaturum. Sic ergo in nostro casu, quando talis est causa de nouo superueniens: vt iure optimo præsumatur Principem posteriorẽ gratiam absque moderatione concessurum, non obstanti prioris moderationis scientia, valebit posterior dispensatio absoluta. Secus vbi id non præsumitur.

Hinc sit, si femina ex dispensatione Papæ consangui- 13
neo nubat, & eo matrimonio soluto aliã dispensationem obtineat ad nubendum alii consanguineo, tacita priori, validam fore hanc dispensationem. Quia si manet idem dotis defectus, qui causam præbuit priori dispensationi, reputatur noua causa respectu posterioris dispensationis. Item quia cum animus Põtificis sit, in simili dispensatione consulere paupertati feminæ, credi nequit eius animũ à cõcedenda posteriori retardandum, quod priorem cõcessisset. Imò idem credo, quamuis hæc posterior aut vtraque dispensatio esset petita ac concessa nulla allegata causa, sed maiori cõpositione pecuniaria exacta ad vsus publicos. Et idem dico, licèt femina tesiliat nolens priori consanguineo nubere, ac impetret posteriorem dispensationem ad nubendum alii. Credo enim in vtroque casu non esse necessariam prioris mentionem dispensationis. Quod sint super diuersis matrimonijs, & neutra habeat cõnexionem cum altera. Et sic non est necessaria prædicta mentio iuxta tradita n.5. Adde, esse dispensationes super diuersis, nec priorem augeri per posteriorem. Vt in simili ponderauit *Nauarrus n.6. sine allegatus.*

Tandem infertur, minùs verum esse, quod tradit *Me-* 14
nochius de arbitr. l.1. centur.3. casu 205. nu 6. vbi ait impetrationem legitimationis subreptitiã fore, si semel ea petita, & à Principe denegata, quando postea impetratur, non fiat mentio prioris denegationis. Nec DD. quos pro se refert, id asserunt, sed tantum faciendam esse mẽtionem prioris dispensationis cum moderatione concessæ, quando posterior est absolutè concessa. Nec aliquo iure aut ratione probatur in dispensatione, prioris denegationis faciendam esse necessario mentionem.

Difficultas tamen est, an vbi posterior dispensatio sub- 15
reptitia est, eo quod prioris strictioris non sit mentio facta, neutra valeat deinceps, an sola hæc posterior? Videtur enim neutra valere. Non prior, quia per impetrationẽ posterioris illi renunciatur. Non posterior, quia est subreptitia. Sed dicendum est, dupliciter posse peti hanc posteriorem dispensationem. Primo modo, ad prioris corroborationem, eo quòd scrupulus aut dubium de prioris valore vrgeret. Secundo modo, ad priorem, quæ limitata erat, augendam. Et quidem quando primo modo est petita, cõstat inter DD. solam posteriorem corruere, priori in suo valore perseueranti. Quod nec impetrantis, nec concedentis intentio fuerit derogare iuri quæsito per priorem dispensationem: & tantum abfuit vt impetrans intenderit prioti renuntiare, vt potius eam confirmare intenderit. Et sic docent *Ianoc c penult. n.5. de præscript. & ibi Host. n.12. imit. Ioan. Andr. n.16. Baldus n.13. Bellamera n.6.*

Hinc deducitur quid dicendum sit in hac quæstione, 16
Quidã impetrauit dispensationẽ, & ob aliquos scrupulos sibi obiectos impetrauit aliam, quæ concessa est sibi cum aliquibus moderationibus: dubitatum est an postea certior factus de valore dispẽsationis priùs impetratæ, possit ea vti? Quidam inexperitis Romanus id negauit. Ductus est, quod per posteriorẽ gratiæ impetrationẽ visus sit nolle priori vti. Atque gratia semel repudiata nõ potest amplius acceptari. Sed ex dictis n. præced. constat integrũ ei esse vti priori gratia. Quod ei non visus sit renũciare; vtpote, qui posteriorem ad prioris confirmationem impetranit. Et si noluit priori vti, non fuit ea voluntas absoluta, sed ex errore processit, & supposito prioris vitio.

Quando autem posterior dispensatio amplior non est 17
impetrata ad prioris confirmationem, sed ad illã augendam: quibusdã placet neutram valere. Non posteriorem, quia est tacita prior strictius concessa. Non priorem, quia per posterioris impetrationem illi tacitè renũciatum est. Quippe solus animus ad proprii iuris renunciationẽ sufficit. Vt constat ex *c. penult. de præscript.* vbi deciditur impetrantem priuilegium præscriptioni aduersum, videri

renunciare iuri præscriptionis. Et addit textus hæc verba: *præsertim cum coram nobis priuilegio sit vsus.* Dictio enim, præsertim, denotat idem esse in casu contrario. Vt notatur c. *dilectus, de elect. & c. Quoniam frequenter, vt lite non contest.* Atque ita docent *Innoc. ac c. penult. num. 5. Host. n. 11. fine, Ioan. Andr. n. 15. Abb. n. 18. 19. 20. Bellamera n. 5.*

18 Sed magis placet valere adhuc priorem dispensationem. Quia cum posterior non valeat, minime derogat priori. Nec animus impetrantis censetur esse renunciandi priori, nisi quatenus posterior valida est. Vt probatur ex *l. Si iure. 18. ff. de legat. 3.* ibi: *Sed vix id obtinere potest: fortasse ideo, quod ita demum a priori testamento recedere velit, si posterum validum sit.* Nec obstat *c. penult. de præscript.* quia ibi est sermo de priuilegio valido præscriptioni contrario. Et ideo hanc sententiam tuetur *ibi Baldus n. 12.*

19 Hinc deducitur, quid dicendum sit, quando quispiam dispensatione ducendæ consanguineæ obtenta, noluit eã ducere: sed obtinuit dispensationem ad ducendã aliam: an obtenta hac posteriori, liceat illi priori vti? Credo priorem dispensationem euanuisse per huius posterioris, si valida fuit, impetrationem: licèt ea nõ sit vsus ducendo posteriorem consanguineam. Quia licèt per secundum matrimonium, ad quod nõ inter fuit dispensatio, nõ videatur renunciari dispensationi, (vt dicemus disp. 32. nu. 6.) at secus credo per impetrationem posterioris dispensationis. Quod cõstat ex dictis duplici n. præc. & DD. ibi allegatis. Praterea, quia cũ dispensationes hæ simul stare nequeant, sed repugnent quoad executionem, per impetrationem posterioris vsus est impetrans renuntiare priori in manus Pontificis, à quo posteriorem impetrauit. Iuxta dicta duplici n. præced. Et ita ampliùs ea vti nequibit, sed sola posteriori dispensatione. Quam nõ esse subreptitiam, eò quòd de priori mentionem nõ fecerit, diximus nu. 13. Tandem, quia esto animus impetrantis fuerit nolle renuntiare priori dispensationi, at Pontifex noluit concedere duplicem dispensationem, vt vtraque staret, & ad libitum posset vtrauis vti impetrans. Et si id peteretur, denegaret vtique tamquam rationi valde dissonans.

20 Secunda concl. Si impedimentum matrimonii ex crimine cõsurgat, vt quòd in coniugis necem machinatum sit, vel adulteratum fide matrimonij data, & semel eius impedimenti dispensationem quis obtinuerit, si dissoluto matrim. in idem impedimentum inciderit, tenetur in dispensatione posterioris impedimenti facere mẽtionem prioris dispensationis, ne hæc posterior sit subreptitia. Secus si ex distincto crimine impedimentum consurgat. Vt quia alterum fuit machinationis, alterum adulterij cum fide. Prior pars probatur ex dictis nu. 2. in 3. ratione, vbi ex multis probauimus iteratam eiusdem criminis remissionem indigere mentione prioris, ne subreptitia sit. Cum ergo in hoc euentu sit iterata criminis matrim. dirimentis remissio, auferendo pœnam illi iure statutam, opus erit prioris dispensationis mentione. Posterior pars probatur, quia, quamuis vbi diuersę speciei sunt crimina, vt alterum furti, alterum homicidij, nonnulli censeant supersedendam esse iudici, donec Principem consulat, si in posterioris remissione taceatur prioris remissio. Hi sũt aliqui, quos refert & sequitur *Monoch. de arbitrar. l. 2. centur. 3. casu 203. n. 32.* Alij autem censeant posterioris remissionem esse subreptitiam. Sic *Auendaño tractatu de iniuria, n. 3. Azebedo lib. 4. recop. t. 14. l. 5. num. 3.* At verius est non esse necessariam eam mentionem. Quòd *lex 3. C. de Episcop. audi.* dum decidit crimen semel remittendum, manifestè loquatur de eodem crimine repetito. Vt bene docent *Nauar. l. 1. consil. vtr. vtraque edit. t. 2. de constitut. consil. 1. q. 19. n. 53. Conar. l. 1. var. cap. 20. n. 3. Bosius practica, t. de remediis ex sola clementia Principis, n. 95. Padilla l. Transigere, n. 69. C. de transact. Gutier. q. can. l. 2. c. 15. n. 89.* Cum igitur in hoc casu diuersa sint crimina, in posteriori dispensatione circa alterũ, non erit necessariò mentio facienda dispensationis in altero concessæ. Imò quando esset eiusdem criminis repetitio, ac prioris dispensationis vsus nõ extiterit, quia id matrimonium initum nõ est: credo in posterioris criminis dispensatione non opus esse prioris mentione. Quia cum prior ad effectum perducta non sit, perinde est ac si crimen prius remissum non foret.

Vltima conclusio. Quando prior dispensatio priusve priuilegium sunt irrita, non est necessaria illorum mentio in posteriori. Quia cum illa nullius valoris sint, perinde videtur ac si impetrata non essent. Nec enim præstat impedimentũ, quod de iure non sortitur effectum, *reg. Non præstat. de reg. iur. in 6.* Quam extendi quoque ad priuilegia & gratias docet *ibi Glossa verb. Nõ præstat. Bellamera decisione 543. n. 6.* Atque ita de literis irritis loquẽtes, docent *Glossa c. Suggestum, verb. Posterius, de iure pat. & c. Cum nostris, verb. De facto, de concess. prebenda.* Et *c. Ex tenore, v. Negotio, fine, de rescr.* vbi *Abbas n. 6. Felin. n. 2. Decius in nona edit. nu. 19. & Oldrad. n. 11. notab. vlt. de appellat. Idem Felin. c. 1. n. 13. de rescript. Dominic. c. Quoniam, col. 4. vers. Super tertio, d. 18. Barbatius cons. 43. n. vlt. vol. 3. Neuiz. a cons. 36. nu. 16. Echoff. de const. regni, to. 2. in præfat. n. 95. Mascard.* multos allegans *de probat. concl. 846. nu. 20. & seqq. Flam. de confidentia benef. q. 46. n. 28.* Et ob eandem doctrinam non esse opus mentione clausulæ irritæ alterius rescripti, tradunt *Iason l. 1. num. 1. C. si contra ius. Molina l. 4. de primog. c. 3. n. 32. Gratian reg. 229. n. 12. Alter Molina to. 3. de iust. disp. 656. n. 2.* Quamuis *Gossred.* quem refert ac sequitur *D. Anton. 1. p. t. 20. in reg. Non præstat*, sentiat absque sufficienti fundamento esse necessariò mentionem faciendam de priori rescripto irrito. Et *Corduba sum. q. 45. opin. 2. punct. 1. fine*, agens de dispensatione quadam subreptitia ad matrimonium obtenta, ait eam nartandam necessitio Pontifici esse in posteriori dispensatione. Sed hoc non est vniuersaliter verum. Vt constabit ex dicendis n. seq.

Limitant aliqui hanc conclusionem, vt intelligatur quoties prius rescriptum irritum fuit impetratũ ab vno ex aduersariis, & posterius ab altero. Secus quãdo vtrumque ab eodem impetratum est. Tunc enim est narrandũ prius. Sic *Monoch. de arbitrar. lib. 2. casu 203. fine*: ac refert pro se *Dominicum cons. 141. n. 2. vers. In contrarium ostenditur*, vbi loquens de literis gratiæ id asserit. Sed ait *Monochius* ex ipsius ratione colligi idem dicendum esse de iustitiæ literis. Et rationem huius tradit *Dominicus*, quia si legitimè impetrans priorẽ gratiam validam, tenetur de illa mẽtionẽ facere, a fortiori tenebitur inique impetrans priorem irritam. Ne melioris conditionis sit iniquus, quam legitimus impetrator. Cõtra textum, *c. Cum qui, de prebend. in 6.* Ex qua ratione colligitur, qualiter limitatio hæc intelligenda sit: nimirum, quando si prius rescriptum validum foret, erat necessaria ipsius mentio in posteriori: quia illud erat cum limitatione, hoc autem absolutum. Et tunc verissimum censeo esse mentionem faciendam prioris gratiæ subreptitiæ, quamuis impetrans nullam in subreptitione admiserit culpã. Ne illa impetratio irrita maiori gaudeat priuilegio, quam valida. Deinde, quia cum Pontifex quantum est ex parte sua, voluerit priorem gratiam valide & limitate concedere, non est credendum fore vt prioris memor mutet sententiam, concedendo absolutè posteriorem. Quæ est ratio ob quam rescripti validi limitati esse in posteriori ampliori mentionem faciendam diximus nu. 6. At quando vtraque dispensatio est cum eadem moderatione, cum tunc nulla opus esset mentione prioris validæ, idem quoque dicendum erit, quando prior est irrita. Quia iam cessat ratio tradita. Quare cautè *Decius c. Ex tenore, in nona editione, num. 15. de rescript.* limitationem hanc non ita absolutè ac *Dominicus* posuit, sed dixit prioris rescripti irriti non esse opus mentione, nisi inde contingeret fore melioris conditionis delinquentem. Vnde si nolit impetrans narrare prius rescriptum subreptitium, petat posterius cum eadem moderatione, cum qua prius concessum est.

Sed dubitabis, an dum posterior dispensatio amplè concessa est irrita, eo quod tacita sit prior subreptitia limitatior, iuxta dicta n. præced. sit hęc posteriori in totum cassa, an in ea sola parte, in qua prioris moderamen excedit?

dit? Videturenim valere. Quod ideo subreptione notetur, quia excedit priorem, & in excessu est inuoluntaria ex parte Pontificis, qui de priori moderatione certior factus illam non concederet cum eo excessu. Ergo quoad illam moderationem est voluntaria & valida. Sed existimo totam posteriorem corruere. Quia cum sit vnica dispensatio, ac super vnico impedimento subreptio in illa admissa, tacendo veritatem necessario explicandam, vitiat totam, iuxta dicta disp. præced. n. 18.

14 Ad argum. nu. 2. proposita constat ex dictis. Nam 1. & 2. solum probant quod diximus nu. 6. vt ibi ostendimus. Et 3. probat quod fassi sumus n. 20.

DISPVTATIO XXIII.

An quando plura concurrunt impedimenta oporteat omnia illa in eadem dispensatione referre, an satis sit in diuersis?

SVMMARIVM.

Refertur quædam sententia, n. 1.
Explicatur sententia auctoris, n. 2.
Quid, si ignorantes non fuit narrata omnia in eisdem literis, n. 3.
An ligatus voto castitatis vel religionis, vel non iuuandi matrimonij cum consanguinea si consanguineã ducere velit, teneatur in eadem dispensatione vtrumque impedimentum narrare, nu. 4. & ibi, quid quando sublato vno impedimento supereuenit aliud.
An ligatus voto & iuramento possit in diuersis literis dispensationem petere, n. 5.
Quid si ligatus sponsalibus velit aliam propriam consanguineam ducere, n. 6. & ibi quid si habeat votum impediens eo ipso quo pubertatem.
Quid quando alterum impedimentum est publicum, & alterum occultum, ex cuius reuelatione sequitur infamia, n. 7.
Quid si ex manifestatione impedimenti occulti non oriatur infamia, nu. 8.
An possit tunc pœnitentiaria exigere compositionem soluendam, si capsula illa occulta proponeretur in foro externo, n. 9.
Solumnior argumenta, n. 10.

1 HAc in re duplex est sent. Prima censet satis esse in diuersis dispensationibus diuersa impedimẽta proponi, & quælibet illarum validam esse quoad impedimẽtum in ipsa explicitum. Vt si qui sint simul consanguinei & affines, poterunt in quibusdam literis consanguinitatẽ proponere tacita affinitate, & in aliis hanc, illa tacita, & vtraque dispensatio valebit, quoad suum impedimentum. Ducitur primò, quod nullo iure caueatur, vt in impetratione dispensationis vnius impedimenti mentio de alijs impedimẽtis fiat. Secũdò, quia valet impetratio absolutionis ab vna excommunicatione, non facta mẽtione de alijs quibus idemmet ligatur. Vt cõmuniter tradũt DD. cum *Glossa c. Exparte, verb. Redire, de offic. ordin.* Tertiò, quia passim cõtingit in Curia impetrari dispensationem in quod ã matrimonij impedimento, nõ facta mentione de alio: ac postea impetratur dispensatio super alio. Atq; vtraque reputatur valida. Quem stylum refert *Nauar. statum allegand.* Quartò, quia (vt dixi disp. præc. n. 20.) impetratio veniæ diuersorum criminum, vt furti & homicidij, valet seorsum facta: nec in vnius impetratione est necessaria alterius mentio. Quinto, quia alias cogeretur quis iacturã propriæ famę ac feminę facere explicãdo propriũ incestũ occultum cũ sorore cõsanguineæ suæ, ac feminæ consanguineæ, quam ducere vult, aut nequiret dispensationem validam impetrare. Sextò, quia alias ligatus voto castitatis volẽs ducere consanguineam, non posset prius validam voti dispensationem impetrare. Et si id sit ex iis in quibus Episcopus dispensat, vt nõ nubendi vel pœnale castitatis, non posset huius ab Episcopo dispensationẽ petere: & postea à Pontifice cõsanguinitatis. Et ideo hanc sent. fustinent loquentes de duplici impedimento, quorum alterum dirimit matrim. alterum vero tantum impedit, *Nauar. l. 4. conf. in 1. edit. 1. De sponsal. conf. 2. n. 1. & 1. De consang. conf. 1. nu. 2. & conf. 2. nu. vii. & conf. 5. n. 2. & 4. in 2. edit. eod. 1. De consang. conf. 1. n. 2. & conf. 8 n. 2. 3. & 4. & conf. 9. n. 2. conf. 10. n. 1. Enriquez* addens in foro externo eam dispensationem non admitti, *l. 12. de matrim. c. 2. nu. 4. in comment. lit. Z. & c. 11. n. 2. Petr. de Ledesma de matrim. q. 59. a. vlt. dub. 1. disc. 3 post 3. conc. coroll. 1. Zanallos q. pr. alt. q. 737. n. 27. Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 238. n. 3. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 97. ad fin.* Et loquentes de duplici impedimento dirimenti idẽ docent *Nauar. lib. 4. cons. t. De consang. in 1. edit. conf. 4. nu. 2. & 3. in 2. conf. 7. n. 2. & 3. Enriquez l. 12. de matrim. c. 3. n. 8.* & quamuis ibi loquatur, quando ex ignorãtia vnum tacetur: at in *comment. litera N.* ait idem esse, si scienter taceatur. *Manuel d. 238. n. 1. Emm. Sa sum. verb. Dispensatio, n. 16.* explicans licet vtrumque impedimentum sit publicum. Et fauet valde huic sent. quod docet *Ioan. And. in arbore affinitat. §. Ad arborem affinitatis, n. 5.* habetur *to. 9. tractat. nouissimum*, vbi ait quãdo affinitas & publica honestas matrimonio ineundo obstant, ac sola illa explicatur in dispensationis petitione, illam manere sublatam, & non hanc. Et quando alterum impedimentum dirimens est publicum, vt consanguinitatis, alterum autem secretum, vt affinitatis ex copula fornicaria, satis esse impetrare à Pontifice dispensationem consanguinitatis tacita affinitate: & à pœnitentiaria, affinitatis, non narrata consanguinitate docent *Nauar. d. 1. conf. in vtraque edit. 1. Decons. conf. 1. q. 19. num. 49. & seqq. Graffis 1. 9. Decisil. 5. c. 81. nu. 13.* Et cũ hæc sent. tot patronos habeat, & rationes nõ parui momẽti, est probabilis, nec potest iustè damnari, qui illam amplecteretur, nisi tot impedimenta in eadem persona concurrerent, vt iustè possit credi Pontificem non dispensaturum ex causis sibi propositis, si tot impedimenta concurrere nosset.

Secunda sent. (cui tamquã longe probabiliori accedo) 2
asserit necessario in eadem dispensatione esse mẽtionem pluriũ illorum impedimentorũ faciendam, ne dispensatio subreptitia sit, ac nullius prorsus valoris. Ducor, quod in dispensatione ne subreptionis vitio notetur, narranda sint omnia, quæ iure iubentur exprimi, (vt diximus disp. 21. n. 13.) At quodlibet impedimentum dirimens iure iubetur exprimi. Dices non exprimi in iure, vt in eadem dispensatione vtrumq; impedimentum declaretur. Sed resp. quamuis id non expressis his verbis in iure cõtineatur, at eo ipso quod iura præcipiant omnia impedimenta Pontifici exprimi, nilque taceri ex ijs, quæ ad dispensationem intrinsece conferunt, præcipiunt subinde omnia impedimenta in eadem dispensatione exprimi. Quia aliquo tacito verum esset dicere taceri veritatem intrinsece conferentem ad dispensationem. Et cõfirmatur, quia nec impedimentum in dispositione narratum exprimitur prout par est. Quippe coniunctum cum altero impedimento tacito constituitur vinculum longe strictius ac difficilioris dispensationis. Vt constat ex *c. Ex tuarum, de auctor. & vsu palli, c. 1. de tregua & pace, c. Pastoralis, de priuileg.* Idque docet principium physicum, dictãs virtutem vnitam fortiorem esse se ipsa diserta. Quare merito ac iure optimo Pontifex vtriusque vinculi cõscius hæreret, maturius perpendens an eius concessio expediret. Et cõfirmatur amplius, quia absurdum videtur admittere, validam esse dispensationem laborantis octo impedimentis dirimentibus, decepto Põtifice, petitis ab ipso octo dispensationibus seorsum. Quippe Pontifex facillimo negotio eas octo personis cõcederet: at vni nullatenus cõcederet. Nã (vt re ctè aiũt *Baldus l. Barbarius, n. 8. vers. Quartò, contra hoc, ff. de offic. pret. & Ripa respons. 14. de rescript. n. 11.*) non præsumitur Principem velle promouere odiosos, ac multipliciter criminosos. Quod ad multiplex iure impedimentum habentes, quamuis ex delicto non naleatur, rectè adaptari potest. Cum ij iure censeantur odiosi ad matrim. illud multipliciter impedium inter se celebrandũ. Secũdò, quia Põtifex dispensans in vno impedimẽto sibi proposito, decipitur in re necessaria, quoties plura subsunt impedimẽta. Quippe meritò existimat cõtahere volẽtes nullo alio impedimento laborare, argumento ex *l. Qui testamentum, in princ. ff. de testam.* ibi: *Si aliud eos non impediat. & c. 1. de stat. & qualit. in 6.* ibi: *Si aliud non obstat.* Tertio, quia quoties dispensatio est vnica & indiuidua, vitiatur prorsus, ita vt nec partim valeat, quando tacetur

veritas intrinseca dispensationi, vel narratur falsitas, (vt probaui disp. 21. nu. 72.) At dispensatio hæc est in diuidua ad vnicum matrim. ineundum, & in vnico impedimento expresso. Cum ergo veritas alterius impedimenti, quæ necessaria est, ac dispensationi intrinseca taceatur, tota dispensatio corruet. Et confirmatur, quia alias dispensatio valida esset, si data opera hic mentiretur proponès vnum impedimentum, ac dicens nullum aliud se habere. Nam si veritas illius impedimenti non est necessario explicanda in ea dispensatione, erit mendacium circa rem nō necessariam. Quod nō vitiat dispensationem, sicut nec cōfessionem sacramentalem (prout diximus disp. 21. n. 74.) Quippe perinde irritatur dispensatio ex taciturnitate veritatis necessariæ, ac ex mendacio circa illam. Quod valde absurdum videtur. Et ideo pro hac sent. faciunt *Abb. c. Non debet, n. 12. de consang. & ibi Alexand. de Neuo nu. 11. Propos. n. 18. Brunel. de sponsal. concl. 26. n. 3. Supplem. Gabr. 4. d. 41. qu. vn. a. 3. dub. 7. Stephan. Costa tractatu de affinitate, §. Inter impedimenta, n. 3. Rosella verb. Impedimentū, impedim. 13. n. 2. Sylvest. verb. Matrimonium, 8. q. 14. dicto 3. Tabiena verb. Impedimentū, impedim. 11. ad finem, Vazes de matrim. Regis Angliæ dub. 10. nu. 32.* vbi aiunt non valere dispensationem concessam explicata sola affinitate quando adest publica honestas. At si crederent valere quoad impedimentum expressum, non dicerent absolute non valere. Et similiter facit *Baldus l. Si non lex, statim in principio ff. de hared. instituend.* vbi ait nō valere litteras, si per eas remoueantur certa obstantia, nō tamen omnia. Et in propriis terminis tenent hanc sententiam *Dominic. consil. 53. pro examinatione à nu. 2. Decius consil. 602. viso puncto, n. 19. dubio 7. vol. 5. Zephalus cons. 639. à nu. 39. vsque ad 44. vol. 5. Mandosius de signatura gratiæ, tit. Dispensationes matrim. ad fin. vers. Reliquum est. Menochius de arbitrariis, lib. 2. centur. 3. casu 204. n. 12. Gallego de cognat. spirit. c. 23. nu. 6. Petrus de Ledesma summa sacram.* vbi de matrim. *c. 27. post 6. conclus. difficult. 1.* Imò loquentes de duplici impedimēto, quorum alterum est ditimens, alterum vero impediens. dicunt dispensationem esse omnino subreptitiam, nisi vtrumque simul exprimatur, *Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 4. fine, Gallego de cognat. spirit. c. 24. n. 7. vers. de Ledesm. de matrim. q. 56. a. 2. dub. 1. in solut. ad 2. Ludou. Lopez 1. p. instruct. cap. 296. col. 15. vers. Igitur pro expedit. & 2. p.* vbi de matrim. *c. 46. impedim. 4. f. 311. col. 2. fine.*

3 Nec refert an scienter, siue ignoranter alterum impedimentum in ea dispensatione tacitum sit. Quia quando est vnica dispensatio nō continens diuersas partes, nil refert si veritas necessariò explicanda taceatur ignoranter, siue scienter (vt dixi disp. 21. n. 72. & 56.) Sed id tantū confert, quando dispēsatio diuisibilis est, vtpote, quæ diuersas continet partes (vt dixi eod. n. 56.) At hæc dispensatio vnica & indiuidua est, nempe, in vno impedimento, & ad vnum matrimonium. Subreptio ergo admissa tacendo veritatem, siue scienter, siue ignoranter, totam vitiabit dispensationem.

4 Hinc deducitur primò ligatum voto religionis aut castitatis aut non ineūdi matrimonii, vel illius nō ineundi cum cōsanguineis, si velit, nōdum ablato per dispensationem voto, impetrare Pontificiam dispensationem ad ducēdam consanguineā, vel aliā feminam, cū qua habet impedimentū dirimens, tenerijn eadem petitione explicare Pōtifici id votum, cum alio impedimento diriméti, & eo tacito dispensationem impedimenti dirimentis fore subreptitiam. Secus autem si prius voti dispēsationem impetrare velit à Pontifice, vel etiam ab Episc. casu, quo potest Episcopus: poterit enim solum votum explicare, & impetrata illius dispensatione, petere seorsum dispensationem in speciali illo impedimento, quo erga feminā laborat, tacito voto. Ratio differentiæ est, quod in hoc posteriori casu nec dispensatio petatur, nec eo pertineat, vt vouenti liceat virtute illius ducere feminā, erga quam est speciale impedimentum, nec ad aliquod matrimonium peculiare est: sed tantum vt vouens sit licitè ineundi matrimonii capax: vel si fuit votum non ineundi cum consanguineis, vel non cum hac speciali consanguinea, (dato id votū esse validū.) solum petit virtute huius dispensationis in voto, eximi ab ea obligatione voti, quam obligationi iuris communis superaddidit sibi: nec ea dispēsatione obtēta fas est sibi cōsanguineam, vel aliam cum qua impedimētum habet, ducere. At ad hæc nullū aliud impedimentum est, nisi solius voti. Ergo eius solius mentio facienda est. Et cum iam voti obligatio sit per legitimam dispensationem ablata, quando rursus petitur dispensatio ad ineundum cum hac cōsanguinea, solum obstat huic matrimonio impedimentum consanguinitatis, vel cuiuscumque alterius impedimenti dirimentis. Nec est necessarium dispensationis prius cōcessæ mentionem facere: quod sint circa diuersa, & vna non excedat alteram. Iuxta dicta disp. præc. n. 5. Ergo satis est sola impedimēti huius dirimentis narratio. At in priori casu sunt duo impedimenta ad illud speciale matrim. cuius dispensatio petitur, alterum illud dirimens, alterum impediens illius voti. Ergo vtrumque in eadem dispensatione narrandū est, ne subreptitia sit. Iuxta tradita n. 2. Quare idem dicēdum esset, si sublato vno impedimento dirimenti superueniret aliud: satis enim esset in posteriori dispensatione solius superuenientis mentionem facere tacita priori dispensatione. Quod militet eadem ratio: tunc enim vnicū obstat impedimentum, & dispensationes sunt circa diuersa. Vt si quis obtenta dispensatione ad ducendā consanguineam, & expedita iam per ordinarium, cōtraheret cum illa affinitatem cognoscendo eius sororē, satis esset aliam huius solius affinitatis mentione facta dispensationem impetrare. Dixi, expedita iam per ordinarium, quia cum ante nondum perfecta sit prioris impedimenti dispensatio, nec possit expediri superuenienti affinitate, eo quod iam sint duo impedimenta: esset necessarium aliam dispensationem à Pontifice impetrare, in qua vtrumque simul impedimentum explicetur: ne subreptitia sit.

Secundò deducitur, si votum & iuramentū de eadem re concurrāt, casu quo dixi disp. 2. n. 23. esse explicandum vtrumque vinculum, fore dispensationem subreptitiam omnino, ac nullius valoris, nisi vtrumque vinculum simul dispensanti explicetur. Quod sint duo diuersa vincula, & ita procedit quod n. 2. diximus. 5

Est tamen sententia hæc temperanda primò, vt intelligatur quando vtrumque impedimentum sola dispensatione tolli potest, quando enim potest alia via, non est opus nisi solum quod dispensatione indiget, dispensanti explicare: & alii impedimento potest alia subuenire. Verbi gratia, quis ligatus sponsalibus de futuro cum quadam femina, vel voto castitatis aut religionis ante pubertatem emisso, nec postea ratificato, vult consanguineam ducere. solius consanguinitatis tenetur facere mentionem: & postea, vt licitè consanguineam ducat, obtinere debet remissionem sponsalium à femina, cui fidem dederat: & irritationem voti illius à parentibus vel tutoribus. (nā iuxta probabiliorem sententiā possunt irritare, licet vouens sit iam pubes, dummodo post pubertatem non ratificauerit.) Ducor, quod cum horum impedimentorum dispensatio necessaria non sit, sed alio modo possit eis occurri, non est opus ea dispensanti narrare cum impedimento, quod dispensatione eget. 6

Secundò temperatur, nisi alterum impedimentum sit occultum, & eius generis, vt ex manifestatione sequeretur infamia: tūc enim nō est necesse vtrumq; impedimētum proponi Pontifici, sed satis est illi proponere publicum, vt in foro externo dispenset, occultum autem sacræ pœnitentiariæ, explicato quoque impedimento publico illi, super quo Pontifex dispensauit. Vt si quis velit ducere propriā consanguineam, cui affinitate quoque occultā coniunctus est, ratione copulæ occultæ cū eius sorore. Et ratio est, quia piè & iure optimo ea creditur intentio Pontificis, ne similis casus remedio dispensationis destitutus sit: vel cogantur hi crimen occultum in foro externo prodere, cum propriæ famæ iactura ac periculo, vt crimen 7

crimen illud sic explicatum deferatur ad iudicium seculare, & damnentur pœnis incestui iure statutis. Dixi autem esse necesse vtrumq; impedimentum declarati sacræ pœnitentiariæ. Quia cum in ea dispensatione non contineantur nomina contrahentiũ, manet adhuc occultum crimen, ac vtrumque impedimentum notum fit Pontifici, cum quo consultatione habita dispensat pœnitentiaria: & perpendit an dispensare expediat, nec ne, concurrenti eo duplici impedimento: ac proinde nil cõtra Pontificis mentem impetratur. Et sic tenet *Petrus de Ledesma sum. Sacram.* vbi de matrim. *cap.* 27. *post* 6. *conclusionem, diffic.* 1. Et ita consulta sacra pœnitentiaria Rom. responsum est hoc sufficere, & esse necesse. Et ego vidi ipsas pœnitentiariorum subscriptiones. Quare minus bene DD. n. 1. fine relati dixerunt satis esse pœnitentiariæ detegi impedimentum occultum, Nec refert, siue prius proponatur vtrumque sacræ Pœnitentiariæ, & postea publicum Papæ, siue è contra. Quia idemmet est effectus, & vtroque modo intentioni Pontificis satis fit. Et ita his diebus venit ad manus meas dispensatio sacræ pœnitentiariæ in huiusmodi casu, vbi affinitas occulta contracta erat cum consanguinea, & tenor commissionis sic se habebat: *Si est ita, dispensa postquam cum ipso & dicta sorore super consanguinitatis huiusmodi impedimento dispensatum fuerit.* Vbi supponitur nondum dispensatum esse per Pontificem in consanguinitate. Et similiter credo posse tunc cõfessarium, cui sacra pœnitentiaria hoc committit, dispensare in ea affinitate, licet nondum impetrata sit consanguinitatis dispensatio, vt postea ea impetrata possint illi licite contrahere. Quia mens eius commissionis non est, vt antea non expediat eam dispensationem confessarius, sed vt non sortiatur plenum effectum concedendæ facultatis ad matrimonium, donec Pontifex in impedimento alio dispenset.

8 Imò idem credo sufficere, quamuis impedimentum occultum eius esset generis, vt ex manifestatione infamia non irrogaretur, vt si esset votum castitatis. Credo enim satis esse publicũ Pontifici repræsentari, vt in eo dispenset, & postmodum vtrumque sacræ pœnitentiariæ. Ducor, quod cum sacram pœnitentiariam destinarit Pontifex, vt in occultis dispenset, nec ea voluerit publice in foro externo proponi pie & merito credi potest velle eum sufficere, & requiri, vt vel vtrumq; impedimentum sibi proponatur vel sacra pœnitentiariæ, explicato tamen publico sibi, super quo sacra pœnitentiaria potestate caret. Quando autem prius impetraretur à sacra pœnitentiaria vel à Pontifice illius voti dispensatio, nõ esset opus mentione alterius impedimenti, iuxta dicta n. 4. Sed tunc solum, quando prius impetratur alterius impedimenti.

9 Vtrum autem possit tunc pœnitentiarius exigere cõpositionem, quæ soluẽda erat ob copulam, si in foro externo dispensatio peteretur dicemus disp. 34. n. 64.

10 Ad argum. nu. 1. propositi resp. Ad 1. constat ex dictis n. 2. vbi explicuimus qualiter iure caueatur vtrumque impedimentum in eadem dispensatione exprimendum. Ad 2. dic, diuersum esse rationem. Quod ad dispensationis valorem pẽtitur iure omnia impedimenta explicari, & in eadem dispensatione. At ad valorem absolutionis ab excommunicatione, nullo iure cauetur, vt impedimentum aliquod explicetur, præter eam causam præcise ob quam excommunicatio incursa est, cuius absolutio petitur. Immò nec eam causam necesse est explicare. Quia adhuc ipsa excommunicatione non expressa per obliuionem, manet pœnitens ab ea absolutus per generalem ab excommunicatione absolutionem præmitti solitam absolutioni à peccatis. Ad 3. negandum est stylum Curiæ id habere, nisi in duplici casu explicato n. 7. & 8. Ad 4. negatur conseq. Quia impetratio illius veniæ diuersorum criminum tendit ad diuersos fines, & vna non pendet ab altera. At dispensatio vtriusque impedimenti tendit ad idem matrimonium ineundum, cui vtrumque illud impedimentum resistit: & ideo vt valeat, vtrumque simul impedimentum aperiendum est. Ad 5. constat ex dictis nu. 7. Ad vltimum constat ex dictis n. 4.

DISPVTATIO XXIV.

Quæ exprimenda sint in dispensationibus impedimentorum matrimonii, vt subreptione liberentur?

SVMMARIVM.

An quando sunt plura impedimenta sint omnia narranda nu. 1.
An sit expl candus gradus consanguinitatis affinitate, publica honestate ex matrimonio rato n. 2.
An sit lex tuta subreptitia explicato vtro ipsorum in genere, & dispensatio exp icata vtriusque in genere, & tacito gradu, n. 3
An duplex titulo consanguinitatis affinitatis, publicæ honestatis cognationes spirituales exprimendi, contrarie verum que explicare? Referuntur quædam sententiæ n. 4.
Proponitur sententia auctoris: & explicatur qualiter in adulterini filij legitimatione sit virumque parentis adulterium dicendum n. 5.
An hanc cautelam tantum suppleat clausula, Non obstante, aliqua hac augens gradum supplens qualitates non expressas nu. 6.
An si affinitas est contracta ex matrimonio rato copula quoniam est cum eadem consanguinea eius, quam quis ducere vult, sit hæc copula multiplicata exprimenda in dispensatione: & similiter in dispensatione irregularitatis, quando excommunicatus celebravit, &c. n. 7
Quid, si impetrata affinitatis dispensatione, impetrans sterauit copulã cũ eadem, antequam ea dispensatio vel executio ei posset, aut post. n. 8.
An potestas dispensandi in aliquo gradu, veluti cum persona determinata, extendatur ad eum gradum duplicatum, n. 9
An possens dispensare in aliquo certo gradu, possit quoque si cum eo gradu sit communicatus alius inferior: & an possit dispensare in duobus consanguinitatis gradibus, vel altero consanguinitatis & altero affinitatis, possit quanto vterque in eadem conuenit, n. 10.
Satisfit argumento, n. 11.
An quando superior est superior in gradu consanguinitatis, vt quisque avus vel sit ad explicandum n. 12.
An idem sit explicandum in affinitate & publica honestate, n. 13.
An sit explicandum quando distantia graduum est in linea recta in consanguinitate, affinitate, at publica honestate n. 14.
An in cognatione spirituali sit exprimendum an sit paternitas vel compaternitas, ex quo Sacramento, ex quo vbi aliue oriat n. 15.
An sit necesse explicare, an publica honestas orta sit ex matrimonio rato, n. 16.
An error vitiet, quando exprimitur superior, cum sit inferior gradus, num. 17.
Quid si ignoranter exprimatur inferior, cum sit superior n. 18
Quid si error contingat narrando maius impedimentum, vt consanguinitatem, cum sit minus diuersa specie vt affinitas, n. 19
Quid, si in his casibus esset error ex minoris circa gradum impedimentum, n. 20.
An quando est votum & iuramentum sine in honorem solius Dei sint simul in fauorem tertij, ad remissionem, vel votum sapientiæ sint hæc explicanda in petitione dispensationis. Et an voluerit vxoratus sit professus & sacerdos, & an sit Episcopus vel saltem, an potuerit sat sit ordinem sacrum explicare, n. 21.
An votum interimens animæ concubitus dicendum, vel ab ipso ex animo, & res dedicta est ad forum conscientiæ tum, & damnatum non cum ordinaria, sed arbitraria defectu plena delicti probationis, qualiter possit impetrare dispensationem, ne fatuus delictum in narratione possit de eo comminci ad damnum. n. 22.
An dum contrahentes consanguinei vel affines distant inæqualiter à stipite sat sit mentio gradus remotioris. Referuntur duplex opinio, nu. 23. & 24.
Proponitur sententia Auctoris. nu. 25.
Proponitur tenor literarum declaratoriarum, quæ ex præscripto motu proprij Pij V. impetrandæ sunt ab explicante solum gradum remotiorem, n. 26.
An hæ sint necessariæ, quando in publica honestate ex matrimonio rato, vel affinitate ex fornicatione solus gradus remotior explicatur, num. 27.
An hæ literæ sint pro solo foro externo necessariæ n. 28
An valeat matrimonium solo gradu remotiori explicato, nec his literis impetratis, nec sit à iudice Ecclesiastico siparandum, n. 29.
Quid si non allatis his literis declaratoriis iudex suo munere abutens dispensaret, vel quin falso probatum est esse solum gradum remotiorem, an id matrimonium valeat, n. 30.
An ij, qui sic contraxere, vbi non est scandalum, nec res ad forum externum delata teneantur eas literas procurare, n. 31.
Quando gradus propinquior stipiti est primus, an valeat dispensatio solo gradu remotiori explicato n. 32.
An quando affinitas est occulta, & sic in solo foro conscientiæ petitur dispensatio, sat sit gradus remotioris mentio absque his literis n. 33.
An potestas dispensandi in aliquo gradu, extendatur ad ipsum quando maximus est ex remotiori & propinquiori, n. 34.

Exo-

Extenditur priuilegium Indiæ concessum, vt possit in tertio & quarto gradu matrimonium inire, n.35.

An concurrentibus affinitate, & publica honestate, sat sit affinitatis mentio? Refertur duplex sententia, n.36. & 37.

Explicatur sententia auctoris, n.38.

An sit subreptitia dispensatio affinitatis in tertio vel quarto gradu, non explicata publica honestate, nec copula licita ex qua affinitas est, n.39.

Quid, si explicetur affinitas in primo vel secundo gradu, tacito an sit ex copula licita, & tacita publica honestate, n.40. & ibi, an explicandum sit an affinitas sit ex licita copula? & quid, si in genere explicetur publica honestas?

An potestas dispensandi in affinitate extendatur ad publicam honestatem concurrentem, & ad publicam honestatem ex solo matrimonio orta vel sponsalibus consurgentem, n.41.

An in dispensatione consanguinitatis vel affinitatis sit necessaria mentio copulæ incestuosæ, matrimonij male contracti, ipse facultatum dispensationis: Remissiue, n.42.

Soluuntur argumenta, n.43.

1 PRIMA concl. sit. Quoties sunt plura impedimenta, omnia sunt necessario narranda, vt virtute dispensationis liceat matrimonium inire. Ratio est aperta, quia cum omnia illa matrim. ineundo obstēt, omnium illorum est necessario dispensatio impetranda. Et sic docent omnes: solum enim controuertitur, an sit necesse ea in eadem dispensatione exprimi, an sat sit in diuersis. De qua re egimus disp. præced. Et specialiter conclusionem hanc docent *Sotus 4. dist. 41. q. vn. a. 2. col. 4. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 7. n. 1. Bartbol. à Ledesma de matrim. dub. 39 fin. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit c. 228. n. 1.*

2 Secunda conclusio. Necesse quoque est, ne dispensatio subreptitia sit, exprimere quoto gradu cōsanguinitatis, affinitatis, vel publicæ honestatis ex matrim. rato (in qua etiam sunt gradus) coniuncti sunt contrahere volētes. Constat ex communi stylo Curiæ. Item, quia quo gradus coniunctior est, eo difficilior est dispensatio, ac maiori compositione exacta, vrgentioribusque causis petitis conceditur. Et ita fatentur omnes.

3 Hinc deducitur subreptitiā esse dispensationem, si hæc in genere explicentur tacito gradu. Quod desit qualitas necessario exprimenda. Sicut in simili traduntDD. subreptitiam esse legitimationē spurii, si solū declaretur eum esse spurium, tacitis qualitatibus & circumstātiis coitus, ex quo procreatus est. Hi sunt *Baldus l. Eam quam, nu. 36. C. de fideicommiss. Anton. c. Per venerabilem, nu. 15. qui filii sint legit. & ibi Abbas n. 27. Alex. de Neuo, n. 53.* & latissimè probans, *Felinus c. Postulasti, n. 2. declarat. 5. de rescript. Alex. cons. 195. n. 3. & 7. vol. 2. Franc. c. 1. n. 5. de fil. presb. in 6. Iason Instit. de actionib. §. Omnium, n. 32. Riparesponso 14. n. 11. de rescript. Selua benef. 3. p. q. 11. ad fin. Rebuffus praxi benefic. ti. de dispensat. super defectu natalium n. 61. & t. de rescripto legitim. mixto, n 31. Gambara de auctoritate legati, l. 7. c. De dispensatione legatorum circa matrim. n. 406. & 407. & l. 10. n. 219. Gregor. Lopez l. 9. verb. Non aut. t. 18. p. 3. Couar. 4. d. cret. 2. p. c. 8. §. 9. n. 1. & 2.* vbi & alios refert *Villalobos in commun. opin. lit. L. vers. Legitimatio, nu. 112. Fojas epitome success. c. 23. nu. 17. Pelaez. de mayoratu, in 1. edit. 1. p. q. 4. n. 6. Menochius de arbitrar. l. 2. centuria 3. casu 203. n. 2. Velascus cons. 80. n. 1. to. 1.* Et ex Theologis, *Molina to. 1. de iustit. tract. 2. disp. 173. col. 8. vers. Hinc colligitur, Lud. Lopez 2. part. instruct.* vbi de matrim. *c. vlt. tit. vl. De dispensatione petenda, statim in princ.* Neque est audiendus *Arctinus*, qui loquens de legitimatione censuit contrariū, *c. At si clerici, §. De adulteriis, n. 42. de iudiciis*, quē optimè improbat *Felinus proximè allegat.*

Secūdò deducitur, quid in ea quæst. censendū sit. An si
4 duo sunt duplici titulo cōiūcti in eodē vel diuerso gradu, sit vtriusq; cōiunctionis mentio necessaria? Verbi gratia, sint ex parte vtriusq; parētis coniuncti in secūdo gradu, id est *primos hermanos por dos partes*, vel ex vno parētis latere sunt coniuncti in secundo gradu, & ex altero, in tertio vel quarto: vel sunt affines duplici titulo, vt quia contrahens tem habuit cum duabus personis consanguineis intra secundū gradum alterius contrahētis: vel duplici titulo, contraxere cognationem spiritualem, vt si alter alterius duos filios baptizauit, vel ex sacro fonte leuauit, aut tenuit in confirmatione: vel eundemmet filium ex sacro fonte leuauit, & in cōfirmatione tenuit: vel alter fuit mentuò patrinus filii alterius: vel duplici ex parte habent impedimentum publicæ honestatis: quia contraxit matrimonium validum cum duplici cognata intra quartū gradū eius cum qua vult contrahere, vel duo sponsalia valida cum duabus eius sororibus ex dispensatione Pontificia. Aliqui censent satis esse absolutam gradus illius propinquioris mentionem, non explicata multiplicitate eiusdē vinculi. v.g. satis est dicere, Sumus partueles, vulgò *primos hermanos*, non explicando an via vtriusque parentis: vel an altero consanguinitatis gradu inferiore se attingāt: & idem dicunt loquentes de affinitate. Ducuntur, quia vbi vterque ex vtroque latere consanguineus est, vnicum est consanguinitatis vinculum, nec inde gradus hic recipit augmentum. Vt tradūt *Calder. cons. 1. de consang. n. vn. Alex. de Neuo c. Quod dilectio, ad finem, de consanguin. & ibi Prepos. n. 8. Quaro, vapa. Gambara de auctoritate legati, l. 7. tit. De dispens. legatorum circa matrimonia. n. 407.* Secundò, quia irregularis eo quòd sæpe celebrauit excōmunicatione innodatus, non tenetur in dispensationis impetratione mentionē facere multiplicis celebrationis. Et habens rem sæpè cum sorore feminæ ducendæ, non tenetur multiplicē copulam narrare. Tertiò, quia ex actionibus vnius speciei in eodem subiecto, vnum numero accidens consurgit: vt constat in productionibus plurium albedinis graduū in eodem subiecto. Quartò, quia natus ex duplici adulterio coniugati cum coniugata, non tenetur in legitimationis impetratione vtrumque vitium exprimere, sed satisfaciet narrans se ex coniugato & soluta natum esse, quia sic explicat se ex adulterio habitum. Vt sustinent *Angelus consil. 204. n. 1. Propos. c. per venerabilem, § Quod autem, nu. 24. in fine, qui filii sint legit.* Similiter ergo sufficiet explicare gradum propinquiorem consanguinitatis vel affinitatis, non explicata multiplicitate illius gradus. Atque ita in propriis terminis sustinet *Enriquez l. 12. de matrim. c. 10. n. 3.* loquens de consanguinitate & affinitate. Et loquētes de affinitate docent idem *Petr. de Ledes in sum. Sacram.* vbi de matrim. *c. 27. post 6 concl. diffic. 2. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 238. n. 1. fine, Vega 2. tom sum. c. 34. casu 98. fine.* Atque idem dicerent de gradibus publicæ honestatis, & cognationis spiritualis.

Cæterum dicendum est, esse necessariam mentionem 5
multiplicitatis eiusdem gradus, vel diuersi, in consanguinitate, affinitate, publica honestate cognatione spirituali, in omnibus exemplis numero præced. initio propositis, ne subreptitia sit dispensatio. Ducor, quia in odiosis, quale est dispensatio, mixtum non comprehenditur sub simplici (vt probaui disp. 2. n. 28.) At negari non potest, multiplicatas cognationes mixtas esse. Nō ergo comprehendentur in dispēsatione simplicis gradus cognationis. Et cōfirm. quia duo caloris gradus solo numero distincti, quāuis in eodē subiecto producti vniantur, & fiant vnus numero calor ratione vnitatis subiecti, at multo intēsior est duplicatus ille calor, & difficiliùs tollitur. Ergo quamuis duplex ille, coniunctionis gradus sit eadem numero coniunctio ex vnitate subiecti, in quo repetitur, erit multo intensior, atque perinde ac si esset alia coniunctio, & sic erit explicādus. Secundò probatur explicando magis dicta. Quia dum, v.g. consanguinitas ex duplici parte cōsurgit, tunc non est vnica, ac vnius sanguinis cōmunicatio, sed est duplex duplicisque sanguinis verè participati à duobus diuersis. Cum ergo ex sanguinis participatione consurgat impedimentum consanguinitatis, pullulabit inde, aut duplex impedimentum, aut saltem duplicatus intensionis gradus eiusdem impedimenti. Et similiter quando contrahitur duplex affinitas cum eadem femina ex duplici copula habita cum duabus eiusdem consanguineis, tunc non datur simplex eorundē seminum commixtio, ex qua sequitur affinitas, sed est duplicata diuersorum numero seminum commixtio. Et similiter in cognatione spirituali & publica honestate multiplicatis augetur id attinentiæ vinculū consurgens ex diuersis omnino causis, ratione diuersarum personarum, vel ratione eiusdem personæ ex distincto omnino ministerio circa

Sacra-

Sacramenta diuersa. Ergo vtriusq; cõiunctionis est mẽtio facienda. Tertio, quia illegitimus ex adulterio coniugati cum coniugata, subreptitiã impetrabit dispensationẽ, se adulterũ narrans, & sic legitimatio irrita erit, nisi vtriusq; parentis adulterium narret. Vt reprobata contraria sententia. n. præc. in ratione 4. allegata, sustinent *Oldrad. cõs.* 247. *dub.* 2. *n.* 2. *Anton. c. Per venerab. n.* 15. *qui fil. sint legit. & ibi Abbas n.* 27. *Alex. de Neuo nu.* 54. *Præpositus sibi contrarius ibi.* §. *Quod autem, nu.* 20. *Alex. cons.* 60. *ad fin. & cons.* 195. *n.* 6. *vol.* 2. *Decius cons.* 462. *Visa legitimat n.* 7. *vol.* 4. *Milis in repertor. lit.* F. *n.* 12. *verb. filius natus ex duplici: & lit.* D. *n.* 23. *verb. Dispẽsatio, vers. Dispensandi facultas. Felin. c. Postulasti, n.* 2. *vers. Caterum & de ista, & declarat.* 2. *de rescr. Angelus verb. Legitimatio, n.* 5. *Rosella v. Illegitimus, n.* 17. *Sylvester v. Legitimus, q.* 3. *dict.* 2. *Everard. in suis topicis, loco à vi geminationis, n* 11. *Greg. Lopez l.* 9. *verb. Nõ auia, t.* 18. *p.* 3. *Couar.* 4. *decret.* 2. *p. c.* 8. §. 9. *n.* 3. *Villalobos in communib. opinion lit. L verb Legitimatio, n.* 13. *Mãdosius in signatura gratiæ, verb. Dispensationes matrimoniales, ad fin. Rojas epitome succes. c.* 23. *n.* 17. *& n.* 19. *Pelaez de maiorat, 1. edit. 1. p. q.* 3. *nu.* 6. *Borgasius de irregul.* 2. *p. t. de interpret. dispẽsationu, n* 12. *Valasius cons.* 80. *nu.* 3. *to.* 1. *Molina to.* 1. *de iust. tractatu* 2 *disp.* 175. *col.* 8. *vers. Hinc colligitur.* Ergo similiter erit subreptitia dispẽsatio, si non explicetur vterque coniũctionis gradus. Et ita in propriis terminis loquẽtes de consanguinitate docẽt *Rota in nouissimis, vol.* 3. *d.* 1. *dec.* 117. *n.* 2. *& l.* 2. *dec.* 70. *num.* 1. *Lac. de Puteo decis* 39. *n.* 2 *&* 3. *l.* 3. *Mandosius proximè allegatus. Molina to.* 2. *de iust tract.* 2. *disp.* 16 *col penult. vers. illud tamen, Petr. de Ledes. de matrim. q.* 56. *a vlt. dub.* 2 *diffic.* 3. *corol.* 5. *& sum. Sacram.* vbi de matrim *c.* 27. *concl.* 6. Et quãuis de aliis cõiunctionibus nõ loquãtur, ac cũ eædem rationes in illis militent, idem tentirent si de illis agerent. Quare immeritò *Petr. de Ledes* q ii hoc sentit in consanguinitate, contrariũ dixit in affinitate, vt ex ipso retuli n. præcedenti.

6 Nec tacito altero coniunctionis gradu, proderit clausula, Non obstante, in literis dispensationis apposita, vt reddat ipsam validam supplens gradum non expressum. Quia clausula hæc non reddit gratiam validã, nec illam auget supplens qualitatum necessariò exprimendarum taciturnitatem, sed tantùm reddit valida, ac confirmat expressa: et optimè tradunt *Baldus l.* 1. *n.* 22. *vers. Vnum etiam scias, C. de furtis: & l. Eam quam, n.* 36. *C. de fideicommiss. Alexan. cons.* 91. *n.* 7. *vol* 2. *Decius cons* 541. *Visa donatione, nu.* 21. *vol.* 4. *& cons.* 602. *Viso penitò, n.* 19. *vol.* 5. *Ramus consil.* 28. *nu.* 18. *fine, vers. Nec obstat, vol.* 1. *Aymon cons.* 296. *nu.* 3. *vol* 2. *Ripa resp.* 14. *da rescriptis, n.* 11. *Gozadin cons.* 6. *n.* 72. *Zephalus consil.* 684. *nu.* 44. *&* 45. *vol.* 5. referens *Zephalum genitorem suum, cons.* 186. *n.* 29. *Monoch de arbitr. l.* 2. *centur.* 1. *casu* 203. *num.* 13. *Brunor. in suo compendio, lit. D. vers. Dispensatio est de lege.*

7 Quod si affinitas esset cõtracta ex pluribus fornicationibus cum eadem cõsanguinea, nõ esset opus exprimere copulã fuisse multiplicatã: sed sufficeret affinitatis mentio. Constat ex stylo, nullus enim vnquã id exprimit, nec quãdo petit dispensari in affinitate ex copula coniugali, petitur ab ipso, vt numerũ copularũ coniugaliũ, aut tẽpus, quo durauit matrim. explicet. Secundò, quia irregularis, eo quòd excommunicatus celebrarit, non tenetur multiplicatæ celebrationis mẽtionẽ facere. Vt bene tradunt *Enriquez lib.* 13. *de excommun. c.* 1. *n* 2. *in comment. lit. M. & l.* 14. *de irregularit. c.* 7. *fine Enum. Sa sum. verb. Irregularitas,* vbi de irregul. ex ordinis abusu, *fin.* Quamuis contrarium minùs bene in hoc teneat *Manuel* 1. *to. sum.* 2. *edit. c.* 182. *fin.* Ergo similiter in nostro casu. Tertio, probatur reddita discriminis ratione inter diuersas fornicationes cum diuersis cõsanguineis eiusdem fœminæ, vel cum eademmet consanguinea eiusdem. Quia in hoc posteriori casu non contrahuntur plures affinitates, seu plures eiusdem affinitatis gradus: sicut nec multæ irregularitates ex multiplici celebratione excommunicati: sed tantùm addũtur nouæ illæ actiones, quibus sufficienter contraheretur irregularitas vel affinitas, nisi esset iam contracta. Sicut ex multiplici eiusdem voti repetitione nullum vinculum nouum consurgit. At in prioti casu sunt diuersa numero impedimenta intra eandem cognationis speciem, vel saltẽ plures distincti quasi gradus eiusdem specificæ coniũctionis. Sicut plures gradus caloris in eodem subiecto. Vt explicui n. 5. Et hoc tenent 8 fortiori Doctores n. 4 relati.

Hinc deducitur, si obtenta Pontificia dispensatione in 8 affinitate, ante quam ordinarius eam exequatur, impetrãs iteraret copulam cum eadem consanguinea fœminæ à se ducẽdæ, valere adhuc dispensationem. Quia nondũ cõsummata est dispensatio in affinitate, sed ordinarius virtute mãdati Apostolici dispensare debet. At copula hæc non auget affinitatem, nec nouũ aliquem eius gradũ producit sed eadẽmet affinitas manet, in qua dispẽsari committitur Ordinario. Secus esset, si accideret copula postquam iã dispensauit ordinarius, vel cõfessor, cui cõmittitur in foro conscientiæ. Quia cum prior affinitas sit omnino per dispensationẽ abiata, contraheretur noua affinitas per hãc copulam, in qua nulla est dispensandi cõmissio.

Quamuis autem disputatio in aliquo coniunctionis 9 gradu non extendatur ad coniunctionẽ duplicatam ex vtroq; parente, (vt n. 5. probaui.) At potestas dispensandi in aliquo coniunctionis gradu concessa extẽditur ad eũ gradũ iterè duplicatũ. Quia dispẽsatio tamquam odiosa est restringenda: potestas autem dispensandi tamquã fauorabilis extendenda. Conferunt etiam ad hoc quæ cũ aliquibus diximus disp. 2. n. 30. nimirũ, in potestate legitimandi spurii comprehendi casum mixtũ. Et ita docent in propriis terminis *Calderin. cons.* 1. *n. vn. de consang. Alexãd. de Neuo, c. Quod dilectio ad fin. de consang. & ibi Præpos. n.* 8. *vers. Quero Papa Filium c. fin. num.* 8. *de simon. & c. Ersi Iurici*, §. *De adulteriis, n.* 8. *de induciis. Ripa respons.* 11. *nu.* 6. *de rescript. Lac. de Puteo, decis* 39. *n.* 2. *l.* 3. *Rota in nouiss. vol.* 3. *d.* 1. *decis.* 117. *n.* 3. *& l.* 2. *decis.* 70 *n.* 3. *Gambara de authoritate legati, l.* 7. *ti. de dispensat. legatorum circa matrimonia n.* 46. *& seqq.* Quamuis contrarium minùs bene teneat *Milis in suo repertor. lit. D n.* 23. *verb. Dispensatio, vers. Dispensandi facultas*, vbi ait habentem facultatem dispensandi cum nato ex adulterio non posse, quando natus est ex vtriusque parentis adulterio. Cui fauent DD. quos retuli disp. 2. n. 40. dicentes potestatem dispensandi cum spurio non extendi ad casum mixtum. Imò quando esset commissio ad dispensandum in gradu certo cum determinata persona, nõ ad petitionẽ ipsius, sed in ipsius dispensaturi fauorem concessa, extẽderetur ad eundem gradum multiplicatum. Quia ea commissio, vt fauorabilis est extendenda, instar potestatis dispensandi, (vt diximus disp. 2 n. 6.) Et ita docent *Iacob. de Puteo, & vtraque Rota decisio proximè allegati.*

At hic cui potestas data est dispensandi in certo gradu, 10 vt in secundo non posset, si illi adiunctus quoq; esset alius gradus etiam inferior. Vt si contrahentes sint cõiuncti in secundo & in tertio etiam gradu, vt quia sunt vulgò *primos hermanos, y primos segundos.* Quia secundus gradus est genus ad eundem gradum multiplicatum: at non est genus ad secundum & tertium. Et quamuis potens dispensare in secundo gradu, possit à fortiori in tertio tãquam minoritat nequit, quando vterque gradus in eodem repetitur. Quia multo maior est quam secũdus solus, nec comprehenditur sub secundo tamquam sub genere. An autem potens dispensare in secundo gradu, & etiam in tertio consanguinitatis: vel in secundo consanguinitatis, & secundo affinitatis, possit quando vterque gradus in eodemmet concurrit, pendet ex illa quæstione, quam discussi disp. 2. n. 27. & 28. an potens legitimare adulterinum & incestuosum, possit eumdem vtroq; vitio affectum: & iuxta diuersas sententias ibi relatas est sentiendum. At retenta nostra, quam ibi n. 28. tenuimus, dicenti posse, idem est in hoc casu.

Ad argum. num. 4. proposita resp. Ad 1. constat ex di 11 ctis num. 5. vbi probauimus non esse duas omnino distinctas cognationes, at esse vnam intẽsiorem duos quasi gradus habentem. Ad 2. constat ex dictis numero 7. vbi discriminis rationem tradidimus. Ad 3. & 4. constat ex dictis n. 5. vbi explicuimus qualiter sit vnum numero

acci-

accidens, & reprobauimus doctrinam Angeli.

12 Secunda concl. Nō satis est aliquando explicare consanguinitatis gradum, etsi explicetur eum esse inæqualē, sed quādo inęqualitas oritur ex eo quòd femina sit stipiti proximior, est quoque id explicandum: aliàs erit subreptitia dispensatio. Quia cùm tūc femina sit amita vel matertera viri, id est, *tia saya*, multo absurdius est id matrim. Vt optimē docet *Sotus 4. d. 40. q. vn. ar. 3. col. 8. vers. Quarta demum, & a. 4 col. penult. vers. Et tertiò.* Quia cùm consobrinus debeat iure naturæ esse subiectus materteræ, eiq; ac superiori reuerentiā præstare teneatur, peruerteretur hic ordo mattim. inter eos inito, effecta ipsa tamquam vxore subdita suo cōsobrino. Atque ita docet *Molina to. 1. de iust. tract. 2. disp. 161. col. penult. vers. Illud tamen.* Quod moderatur, quādo esset amita vel matertera in secundo vel tertio gradu. Quia est *hermana, o prima hermana del padre, o madre del varon.* Secus, si in quarto gradu, vt quia est *prima segūda dellos.* Quòd inter hos ferè nulla eius superioritatis æstimatio sit. Atque ita tunc sufficeret explicatio gradus veri, nēpé remotioris, explicando in genere eū esse inæqualē. Vt volunt duo cōtrahere coniuncti in tertio cum quarto gradu, eo modo, quo eam inęqualitatem dicemus à n. 23. esse explicandā. Nil enim speciale in hoc euētu reperitur.

13 Tertia concl. In affinitate tamen aut publica honestate, non existimo necessarium explicare hanc maiorem feminæ propinquitatem stipiti, sed satis esse inæqualitatem gradus exprimere, eo modo quo à n. 23. dicemus eam inæqualitatem graduum esse explicandam. V. g. Petrus vult vxoris prioris à se cognitæ, vel incognitæ amitam vel materteram ducere, satis est in dispensatione explicare, se velle ducere feminam consanguineam in primo cum secundo gradu prioris vxoris cognitæ, & sic affinem sibi, vel non cognitæ, & sic habentem impedimentum solius publicæ honestatis ex matrim. rato ortæ, non explicando fuisse eius amitam. Quia in affinitate vel publica honestate non ea peculiaris reuerentia exhibetur feminę propinquiori ad stipitem, quæ in consanguinitate. Et hoc præcipuè mortua iam vxore, vt hic contingit. Atque proinde non ita dedecet hoc matrimonium, vt eiusmodi maioris propinquitatis ad stipitem ex parte feminæ se tenentis sit peculiaris mentio facienda.

14 Quarta concl. In consanguinitate, affinitate, vel publica honestate credo necessarium fore exprimi an distantia graduum sit in linea recta. V. g. si vellet quispiam ducere auiam, vel proauiam, neptem, aut pronepotem, siue propriam, siue vxoris cognitæ, aut non cognitæ, (suppositā opinione dicenti eam prohibitionem esse solo iure humano inductam) aut matrem filiam ve sponsæ de futuro: vel è contra femina auum vel proauum proprium, aut prioris viri, aut parté prioris sponsi de futuro, non satis esset exprimere gradum coniunctionis, sed explicandum esset esse in linea recta. Quia parentibus alterius coniugis, vel sponsi de præsenti, vel de futuro, ferè eadem reuerentia debetur, ac propriis. Atq; proinde multo indecentius est ac absurdius huiusmodi matrim. quàm vbi distantia gradus est in linea transuersā. Id tamen non reputarem necessarium exprimere in affinitate ex copula fornicaria. Quia ex ea copula non oritur notabiliter specialius vinculum, aut notabiliter maior reuerentiæ obligatio affinibus ex linea recta, quàm ex transuersa.

15 Quinta concl. In cognatione spirituali credo necessarium exprimere, an inter cōtrahentes sit filiatio spiritualis, quòd alter alterum leuarit de sacro fonte, aut tenuerit in confirmatione: an potiùs compaternitas, eo quod eæ actiones exercitæ sint erga alterius ex contrahentibus filium. Quia multo indecentius est cum filio aut filia spirituali contrahere, quàm cum compatre vel commatre. Nā cùm regeneratio hæc spiritualis, ex qua filiatio ista cōsurgit, assimiletur generationi carnali, ex qua filiatio naturalis oritur: sicut indecentissimum est inter patres & filios carnales matrim. ita suo modo, licèt nō æquali, inter patres ac filios spirituales. Et ideo disp. 19. nu. 7. diximus cum multis, numquam legi Pontificem dispensasse ad contrahendum cum impedimento filiationis spiritualis: cum tamen sæpe in compaternitate dispensarit. Vtrum autem filiatio hæc aut compaternitas consurgat ex baptismo vel confirmatione, siue orta sit, quia volens contrahere baptizauit, vel leuauit, vel tenuit, credo non esse opus quidquam horum exprimere, sed satis esse dicere esse filiationem inter illos, vel compaternitatem. Quia parum hæc mutant vel augent.

Quarta conclu. Si publica honestas oriatur ex matri- 16
monio rato, non satis erit mentionem publicæ honestatis facere, quando petitur dispensatio in primo gradu, sed oporteret exprimere eam ex matrimonio rato ortā. Quod multo vrgentius impedimentum ex matrim. rato, quàm ex sponsalibus oriatur; adeò, vt illud multi affinitatem vocent. Adde, multo indecentius esse matrim. cum sororе sponsæ de præsenti, quàm sponsæ de futuro: cuius maximum signum est, quod *Trident. sess. 24. de matrim. ca. 3.* restrinxerit impedimentum publicæ honestatis ex sponsalibus ortum, vt non excedat primum gradum, cùm tamen publica honestas ex matrim. rato extendatur vsque ad quartum. Quando tamē vltra primum gradum peteretur dispensatio in publica honestate, non est opus exprimere vnde orta sit. Quia post id Tridentini decretum ex solo matrimonio rato potest oriri.

Septima conclusio. Si error sit in gradu, explicādo ma- 17
iorem, vt secundum, cùm tamen sit minor, vt tertius, valet dispensatio. Quia etsi non sit concessa specificè pro tertio gradu, est tamen concessa simpliciter pro cōsanguinitatis impedimento, cum errore circa qualitatem accidentalem inclusam à fortiori in gradu super quo dispensatur. Item, quia non vitiatur dispensatio ex falsa qualitatis expressione, quando ea vere expressa redderetur facilior (vt probaui disp. 21. nu. 35. vbi & nu. 36. respondi ad *c. Cui de non sacerdotali, de prabend. in 6.* quod aduersus hoc vrget.) Quòd si opponas, non valere in dispensatione argumentum à maiori ad minus (vt dixi disp. 1. n. 32.) dic valere vtique (vt ibi n. 35. probaui) quando minùs includitur in maiori: prout in hoc casu contingit. Et ideo hanc conclusionem tenent *Petr. de Ledesma sum. Sacram.* vbi de matrim. *cap. 27 post 7. conclus. dub. 1. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 138. concl. 3. n. 3. Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 98. initio.* Atque hoc verum credo, quamuis data opera id mendacium contingeret. Quia non tāgit dispensationis substantiam: & ea falsitate non expressa concederetur facilius.

Octaua conclus. Si tamen error sit explicando gra- 18
dum inferiorem, vt quartum, cùm tamen sit superior, vt tertius, quantumuis ex ignorantia inculpata procedat, est subreptitia & irrita dispensatio. Quia contingit circa dispensationis substantiam: & ita nullatenus in illo gradu superiori dispensatur, vtpote, qui nec formaliter, nec virtute clauditur in inferiori. Item quia error ex ignorantia contingens tunc tantùm non vitiat, quando eo non obstante concederentur literæ, & casus ad quem vti volo rescripto, sub eius verbis comprehenditur, (vt probaui disp. 21. nu. 39.) At gradus ille superior nequit in rescripti huius verbis comprehendi.

Vltima conclu. Si error contingat narrando maius im- 19
pedimentum, cùm tamē sit minus diuersę speciei, vt si dicatur contrahētes esse consanguineos in secundo gradu, cum tamen non sint nisi affines in secundo vel tertio gradu, dispensatio est subreptitia. Quia cùm sint diuersa impedimenta, nec vnum claudatur in altero, dispensatio in vno nequit explicari vt censeatur in altero concessa. Ad quod confert, spurium legitimatum tamquam ex incestu natum, non cēseri legitimatum, si ex adulterio sit, quamuis adulterium minus delictum sit. Quòd sint diuersæ speciei. Quod multis citatis tradunt *Conar. 4. decret. 2. p. ca. 8. §. 8. n. 11. Salzedo addit. ad reg. 195. Bernardi Diaz. in fi.* Praeterea quia dispensatio super vno defectu, non est dispensatio super alio. Vt docent *Baldus cap. Innotuit, n. 17. de elect. Afflictu decisione Ne. ep. 320. n. 12.* Et ideo conclusionem hanc

tā

in propriis terminis docet *Ind. Lopez 2.p. instruct.* vbi de ciuibus, c.9.*col.*5.& 1.*p.*50.*col.*2. Addit in hoc posteriori loco secus esse de potestate dispensandi in cõsanguinitate, eam enim ait extendi ad dispensandum in simili affinitate, tanquam ad minus. Sed hoc nullo modo credo. Quia quamuis potestas dispensandi extendenda sit, id tamen intelligitur quando casus, ad quem fit extensio, potest comprehendi sub casu expresso (vt probaui disp. 2.n.2.) Quod in hoc casu minime repetitur: cùm sint diuersæ species. Atque ita *Baldus proxime allegatus* dixit potestatem legitimandi spurios ex incestu, non extendi ad aliam speciẽ. Quia sub vna specie non continetur altera.

20 Forsan aliquis limitaret duas præcedentes conclusiones, nisi sit error communis circa illum gradum, illudve impedimentum; quia, scilicet, contrahentes communiter existimabantur consanguinei in tertio gradu, cum tamen verè essent in secundo, vel communi errore putabantur affines, cùm tamen essent consanguinei: tunc enim videretur valida dispensatio ob eum communem errorem. Posseté; hoc probari ex doctrina, quam tuentur *Valascus cons.*80. *sine*, *to.*1.*Molina to.*1.*de iust. tract.*2.*disp.* 173.*col.*9. *vers. Quando qualitas*, vbi aiunt, quoties qualitas aliqua ideo non fuit expressa in petitione legitimationis, quia tempore coitus, & expeditionis legitimationis ignorabatur, non reddi dispensationem, seu legitimationem subreptitiam. Vt si quis genuisset filium ex ea, quæ communiter reputabatur vidua, & post legitimationem compertum est eam fuisse coniugatam, dicunt valere legitimationem non explicato adulterio Pontifici. Et probant, quia ad valorem actus opinio communis quandoque præfertur veritati. *l. Barbarius, ff. de offic. prætor.* Pro eadem parte facit doctrina multorum, asserentium expresso aliquo vacationis beneficii modo non venire alium, nisi esset communis error existimans modo illo expresso id vacasse: tunc enim aiunt communem hunc errorem excusare, nisi adesset alius simul impetrãs id beneficium: per *d.l. Barbarius.* Hi sunt *Lapus alleg.* 89. *à n.*9. *Dominic. c. Susceptum, n.*5. *de rescript. in* 6. *Socin.* quem refert, et sequitur *Felinus c. In nostra, n.*38. *vers. Quod dictum est, de rescript. Rebuff. in concord. at. in forma mandati Apostol. paulo ante vers. Item expresso. Mandosius reg.*34. *cancell. qu.*53. *num.*10. *Menochius de arbitrariis, l.*2. *centur.*3, *casu* 201. *n.*104. *Mascard. de probat. concl.*186. *n.*7. Cæterum nullatenus auderem hanc limitationem admittere. Quia ignorantia excusat quidem à peccato, at nil potest conferre ad id, vt dispensatio trahatur ad casum alium, quam expressum. Cùm ergo solus tertius gradus sit expressus, vel sola consanguinitas, non inuabit ignorantia, vt dispensatio trahatur ad secundum gradum, vel ad affinitatem, in quibus dispensatum non est. Nec obstat *l. Barbarius.* Quia aliud est supplere defectũ in causa efficiente, quem quidem supplet ea lex in iudicibus, ac aliis ministris publicis, quando defectus iurisdictionis erat ita occultus, vt communiter illi putarentur veri ministri. At ea lex non disponit vt concessum in vno casu censeatur in alio concedi, propter communem errorem. Non etiam obstat simile adductum de beneficio. Quia in beneficij substantia non est error, sed in quodam accidenti parum conferenti ad collationem. Et ideo iure optimo ea mens Pontificis esse creditur, vt ob id accidens cõmuniter ignoratum non vitietur collatio. At in nostro casu est error in ipsamet substantia casus, in quo dispensatur.

21 Circa impedimentum voti, an explicandum sit si id votum sæpe repetitum sit: vel si simul est iuramentum: & an si vnum vinculum loco alterius falsò exprimatur dicendo esse votum, cum sit iuramentum; vel esse iuramentum, cùm sit votum, sit subreptitia dispensatio? diximus disp.2.n.24. & 25. Quod si id votum non nubendi fit emissum in Dei honorem, ac fauorem tertij, modo quem explicui disp.6.n.12. vel simile iuramentum, est necessario exprimendum in dispensatione esse emissum in tertij fauorem. Quia cum vergat in illius damnum, erit multo difficilioris dispensationis. At si tertius ille remitteret, qua parte ipsum tangit, non esset opus referre id in tertij fauorem esse factum. Cùm iam fauor ille remissione partis cesset. Quod si professus esset simul ordine sacro initiatus, teneretur vtrumque in dispensatione ad matrimonium exprimere. Quia sunt duo impedimenta, alterum ratione professionis: alterum verò ratione ordinis sacri. Nec sat esset si sacerdos aut diaconus, petens dispensationem, explicet se in ordine sacro esse, sed teneatur se diaconum, aut sacerdotem, aut Episcopum, si talis sit, esse explicare. Quia quo ordo superior est, eo difficilior notabiliter erit dispensatio, & maior causa exigetur: maioriúque consideratione dignum erit, an expediat dispensare. Et quid, si vorũ iteretur postquam Pontifex commisit facultatem dispensandi, vel postquam ordinarius dispensauit, dicam disp.32.n.6.

Quod si peras, qualiter dispensationem petere possit, qui vxorem interemit animo ducendæ concubinæ, vel absque eo animo, nec res est occulta. Quia in foro externo delatus est, & quamuis non conuictus, non tamen absolutus est, sed damnatus arbitraria pœna ratione aliqualis probationis, non tamen sufficientis ad ordinariam delicti eius pœnam. Ratio dubitandi est, quia non potest dici impedimentum occultum, eo quod delatus est, & damnatus. Et ideo non admittetur dispensatio in solo conscientiæ foro concessa. Quod si velit petere in foro externo, cùm nomen petentis exprimatur, conuincetur ex sua confessione, & pœnas delicti soluet. Dico, si absque animo ducendæ concubinæ interfectio vxoris acciderit, facilè posse impetrare dispensationem in foro externo, narrando sibi impedimentum opponi interfectionis vxoris, cùm verè non interfecerit: ac se illam petere vt foro externo satisfaciat. Nec in hoc mentitur, etiam si postea coram officiali Episcopi iuret veras esse preces. Quia cùm iuxta multo veriorem sent. machinatio absque eo animo non dirimat matrim. (vt dixi libro præced. disp.78.n.13.) Et quamuis impediat, iam id impedimentum, & cetera impedientia, præter votum, & alia sponsalia, sint vsu abolita, (vt dixi eodem libro præced. disp.17.n.9.) verum narrat hic impetrans: cùm non occiderit quatenus est impedimentum, super quo cadat dispensatio. Quando autem eo animo interfecit, opportunum remedium erit, narrare Pontifici se de eo delicto infamatum, ac delatum in foro externo, damnatumque esse arbitraria pœna defectu plenæ probationis: & nec fateatur, nec neget delictum in ea narratione. Et in sacra pœnitentiaria petere aliam dispensationem, referendo quod in publica fori externi propositum est, ac ibi tacitam esse delicti veritatem, ob periculum propriæ proditionis: & in hac debet impetrans tacere veritatem. Quia cessat periculum: cum in hac nomen petentis non exprimatur. Nec refert vtra prius dispensatio impetretur. Vt dixi disp. præced. n.7.

Demum superest duplex difficultas. Prior est, an in dispensationis impetratione super gradibus consanguinitatis, vel affinitatis, quando contractus distant inæqualiter à stipite, vt si alter distet in secũdo, & alter in tertio, sit necessaria mentio gradus propinquioris, quo alter distat an potiùs sit satis mentio remotioris? Quondam fuit magna controuersia circa hoc. Quidã enim aiebant subreptitiã fore dispẽsationẽ, non facta illius gradus propinquioris mentione. Ducebãtur ex c. *Quod dilectio, de consang.* vbi deciditur potestatẽ concessam legato ad dispensandũ in certo gradu, non extendi ad eum gradum, quãdo alter contrahentiũ in propinquiori distat à stipite. Ité quia in dispẽsationibus, vtpote, quæ odiosæ sunt, mixtum sub simplici nõ cõprehẽditur (vt dixi disp.2.n.28.) At hic gradus est mixtus ex propinquiori & remotiori. Sic docẽt *Alex. de Neto d.c. Quod dilectio, n.*8. *Gabara de author. legati, l.*8. *t. de dispensat. legatorũ circa matrim. n.*392. *Ant. Cucus l.*5. *instit. maior. t.*12. *n.*252. *Molin. to.*1. *de iust. tract.*2. *disp.*161. *col. pen. vers. Illud tamen, Borgas. de irreg.* 2.*p.t. De interpretatione dispensatio-*

nu.n.26. Idque decreuit Pius IV. in quodã motu proprio.

24 Alii oppositum sentiebant. Quod is gradus minimè sit mixtus, sed simplex. Cùm is solus gradus impedimentum matrim. præstet, qui à stipite remotior est, *c. fin. de consang.* Et confirm. quia quando duo consanguinei in gradu dispari distant, intelliguntur tantum distare inter se, quantum remotior distat à communi stipite, *d. c. fin.* Ergo sicut gradus remotior trahit ad se, & imbibit proximiorem, quantum ad rationem magis distandi à primo stipite, ita eundem imbibet, & ad se trahet, vt solius eius ratio sit habenda in impetrãda dispensatione. Secundò, ex *c. Quod dilectio, de consang.* iũcta speciali ratione tradita à DD. illius textus, quam retulimus disp. 2. nu. 33. ibi enim decidit indulgentiam legato concessam ad dispensandum in certo gradu, intelligi quando vterque contrahens distat æqualiter in eo gradu à stipite. Huius enim rationem reddunt prædicti DD. eo quod in eo loco sic habebat consuetudo, & ex dispensatione subortiretur scandalum. Quare contrarium apertè docent, vbi consuetudo non est contraria, & attento iure, nec id scandalum sequetur. Quod si replices, hodie esse eam consuetudinẽ & stylum curiæ, vt is gradus propinquior manifestetur. Respondetur id non habere stylum curiæ, quasi id necesse sit: aduersaretur enim motui proprio Pij V. referendo in num. seq. Sed id habet ad euitanda dubia, & literas declaratorias, quas dicemus esse necessarias. Tandem, quia hoc decidit *Clemens VI. in quadam Extranag. quæ incipit. Nuper, nondum typis excusa.* Et ita *hæ Extranag. relata* sustinent *Calder consil 1. n. vn. ad fin. de consang. Abb. d. c. Quod dilectio, ad fin. & ibi Præpos. n. 8. vers. Quarto Papa. Cornæus cons. 201. num. 11. vol. 2. Molin in suo repert. lit. D. verb. Dispensatio, nu. 53. vers. Dispensatio quatenus, Angelus verb. Matrimonium, 3. impedim. 6. fin. Sylvest. verb. Matrimonium, 8. q. 6. fin. Gambara de author. legati, l. 10. n. 64. Tabiena verb. Impedimentum. imped. 3. q. 3. nu. 4. Sotus 4. d. 40. q. vn. a. 2. fine. Ledesma 2. p. 4. q. 56. a. 4. fine. Toledo l. 7. sum. c. 5. n. 6. Emmanuel Sa sum. verb. Matrimonium*, vbi de impedim. *n. 4. vers. Coguatio carnalis. Cañedo summa Sacram.* vbi de matrim. *c. 7. n. 42. fine.*

25 Sed iam hac difficultate nos liberauit Pius V. in motu quodã proprio edito an. 1566. die 26. Augusti, incipienti, *Sanctissimus*, vbi rem hanc ad ius commune pristinum reduxit, ac reuocans motum proprium Pij IV. decidit non esse necessariam gradus propinquioris mentionem, sed sufficere remotioris, obtentis tamen postea literis declaratorijs super propinquiori: nec posse literas priores notari subreptione, vel intentionis defectu. Et ita aduertunt *Probus addit. ad Monachum, rubr. de cognat. spirit. num. vii. vers. Et quando sunt. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. num. 12. Antonius Cuc. lib. 5. militum. maior. t. 13. num. 17. Veracruz. append. ad Specul. super a. 49. 1. p. fol. 99. Gutier. cons. 18. nu. 11. & q. can l. 2. c. 15. nu. 128. Enriquez l. 12. de matrim. c. 3. n. 6. Ind. Lopez. 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. 49. in impedim. consanguin. col. 5. vers. Postremo. Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 238. nu. 2. Petr. de Ledesma de matrim. q. 54. a. 2. col penult. concl. 2. & sum. Sacram.* vbi de matrim. *c. 27. concl. 7.*

26 Tenor autem harum literarum declaratoriarum sic se habet: (vt ad me peruenere datæ à Clemente VIII. an. 1599. die 13. Ianuar.) Narratum est Pontifici quosdam impetrasse dispẽsationem proponendo se tertio consanguinitatis gradu coniunctos, cùm tamen essent in secundo cum tertio. Et ait Pontifex in illis literis, sic: *Discretioni tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus etiam si literis præfatis iam tibi præsentatis, ad illarum executionem eo propter hoc procedere distuleris, seu recusaueris nihilominus negotium eiusmodi reassumens, ipsasq; literas valere dicta auctoritate decernens ad earundem literarum executionem (seruata aliàs earum forma) procedas. Ac cum eisdem N. & N. super impedimento tertij consanguinitatis gradus eiusmodi eadem auctoritate dispenses. Dictantiam verò secundi gradus præfatis eis non obstare declares, in omnibus, ac per omnia, perinde ac si in dictis literis ipsos secundo & tertio consanguinitatis gradibus, à communi stipite proncientibus, inuicem esse coniunctos expressum fuisset.*

Circa quem motum proprium est primo obseruandũ, 27 illum de solis consanguinitatis & affinitatis gradibus loqui. Quare si petatur dispensatio in impedimento publicæ honestatis ex matrim. rato, sufficiet remotioris gradus mentio, nullis literis declaratoris postea impetratis. Quia cum de hoc non loquatur, standum est iure communi, quib attento solam remotioris gradus mentionem sufficere probatur n. 24. At in gradibus affinitatis ex fornicatione ortæ duplices illæ literæ sunt necessariæ. Quia motus proprius indistincte de affinitate agit. Quod intelligo, si affinitas ea sit publica: Vt n. 33. dicam.

Secundo dubitari potest, cui vsui literæ illæ declara- 28 toriæ sint? Aut enim petuntur in motu proprio, tanquam conditio requisita ad valorem dispensationis, in qua solus gradus remotior expressus est. Quod denotat ablatiuus ille absolutus, *Obtentis tamen postea literis declaratorijs*, Qui conditionem importat, *l. A testatore. ff. de condit. & demonstr.* Aut non, sed tanquam admonitio quædam. Si priori modo. Ergo dispensatio in neutro foro valebit, donec eæ literæ impetrentur. Quippe conditio valorem actus suspendit, donec ea impleatur. Si posteriori modo Cui ergo vsui sunt literæ illæ? *Enriquez l. 12. de matrim. c. 3. n. 6. in comment. lit. T. & c. 9. nu. 2. in comment. lit. Z.* ait literas eas declaratorias peti pro solo foro externo. Et satis mihi placet. Quòd confirm. ex sent. *Probi addit ad Monachum, in rubr. de cogn. spirit. in 6. n. vn.* vbi ait eas esse necessarias, quando in foro publico dispensatio petitur, secus quando affinitas consurgit ex acta fornicatio occulto. Tunc enim ad tion dari has literas declaratorias. Præterea, quia ideo dantur eæ literæ; vt caueatur scandalum. Quippe poterant aliqui scandali ansam sumere, videntes non esse dispensatum in gradu propinquioti: ac propterea existimantes matrim. esse irritum. Vt bene docent *Gaeta c. Ad limina, 30. qu. 1. §. 4. q. 134. num. 363. Petr de Ledesma de matrim. q. 54. a. 2. col. penult. not. ab. 2.* Ergo petitio earum literarum solum forum externum respicit.

Hinc deducitur, matrim. initum virtute dispensatio- 29 nis solo gradu remotioti expresso, nec obtentis literis declaratoris, fore validum. Quod magis constabit ex dicendis n. seq. At ordinarius in foro externo rectè procedens non deberet dispensare donec literæ declaratoriæ afferentur. Et si post initum matrim. certior iuridicè fiat aliquo denunciante non esse expressum gradum propinquiorem, nec allatas literas declaratorias, deberet ite cõiunctos separare, donec eas literas afferant. Tum vt prædictum scandalum, quod posset contingere, vitetur. Tum etiam vt satisfiat præcepto Pontificio volenti eas literas ad eum effectum afferri.

Imo quamuis ordinarius suo munere abutens dispen- 30 saret non allatis literis illis declaratoris: cùm tamen ex actis constaret esse ibi gradum propinquiorem & remotiorem: vel si deceptus à contrahentibus falsò probantibus esse solum gradum remotiorem dispensaret, credo valere matrim. quia ea dispẽsatio valida fuit, nec mahitia ordinarij malè exequentis, aut partis falsò probantis, tollit eius valorem. Non enim petuntur ea literæ vt prior dispensatio valida fiat, sed vt scandalo obuietur (vt n. 28. diximus.) Quod videtur etiam probari, quia motus proprius concludit omnia acta dispensationesq; confectas, & processus habitos per dictas literas in quibus non expressus est gradus propinquior, minimè posse subreptione, aut intentionis defectu notari. Et quamuis add, *Obtentis tamen postea literis declaratoris super propinquiori.* Ablatiuus ille absolutus non potest conditionem importare. Quia supponit actum iam perfectũ, & gesta virtute priotum literarum fuisse valida. At si conditiõé importaret, suspenderet valorem actus gesti ante illius implementũ.

Et tandem si nullum scandali periculum immineret, 31 necesse ad forum externũ delata esset, credo eos, qui hic contraxere matrim. non teneri eas literas declaratorias afferre, cùm eæ soli scandalo vitãdo deseruiant: cuius in hoc euentu nullum prorsus subesse timorẽ supponimus.

Tertiò

32 Tertiò obseruandum est, quando propinquior gradus stipiti fuerit primus, nullatenus valere dispensationem, in qua solius remotioris mentio fit. Vt si quidam velit ducere consobrinam filiam fratris sui, aut filiam filij, aut nepotis fratris sui, hic contracturus distat à primo stipite in primo gradu, & à filia fratris in primo cum secundo à nepte fratris in primo cum tertio, à pronepte fratris in primo cum quarto: si ergo in his euentibus solius remotioris gradus mentio fiat, non explicata distantia alterius contrahentis à stipite in primo gradu, dispensatio erit prorsus subreptitia. Et idē est in affinitatis gradibus. Constat, quia Pius V. in eo motu proprio declarans literas non posse subreptione notari, defectu expressionis gradus propinquioris consanguinitatis, vel affinitatis, addit: *Dummodo primum quoquo modo attingant. Cum in eo sanctitas sua numquam dispensare intendat.* Et ita docet *vetr. de Ledesma de matrim. q. 54. a. 2. col. pen. notab. 1.* Qui bene addit hoc intelligi, dummodo alter, qui est in gradu remotiori, sit intra quartum gradum. Nam si extra illum sit, nulla est necessaria dispensatio. Vt probaui lib præc. disp. 53. n. 5.

33 Hinc deducitur, quando petitur dispensatio in solo foro conscientiæ affinitatis ex occulta copula fornicaria, valere illam, quamuis gradus propinquioris mentio non fiat, dummodo non sit primus: nec esse necessarias literas declaratorias. Constat ex dictis nu 28. vbi & Probum id asserentem retuli.

34 Secundò deducitur, eum, cui conceditur potestas dispensandi in aliquo gradu, posse in eo dispensare, quamuis mixtus sit ex alio propinquiori. Quia is gradus verè non est mixtus, sed simplex (vt n. 24. probaui.) Et ita docent *Angelus verb. Matrimonium, 3. impedim. 6. fine. Sylvester verb. Matrimonium, 8. q. 6. fine. Toledo l. 7. sum. c. 5. n. 6.* Quod tamen ñ limito, nisi alter eorum distaret à stipite in primo gradu. Propter verba motus proprij Pij V. relata n. 32. dicentis numquam Pontificis mentem esse dispensare in hoc casu, nisi exprimatur.

35 Tertiò deducitur intellectus ad priuilegium Pauli III. qui (vt refert *Veracr. 1. p. spec. a. 44 pag. 3. concl. 3.*) concessit Indis noui orbis, vt possint in tertio, & quarto gradu matrimonio coniungi. Poterunt enim sic coniūgi, licet alter in secundo, vel in primo gradu distet. Quia licet dispensatio sit stricti iuris, debet recipere interpretationem à iure communi, (vt probaui disp. 1. n. 8.) quādo versatur circa iuris communis materiam. At attēto iure communi distantia graduum computatur iuxta remotiorem, & ille imbibit & trahit ad se propinquiorem, (vt probaui hac disp. n. 24.) Sic docent *Veracruz cod. a. 44 pag. 4. vers. Respondetur ex mente. Barth. à Ledes de matrim. dub. 36. col. penult. vers. Et annotato.* Quod si obiicias, hoc videri contra dicta n. 32. & n. præced. vbi dixi non esse Pontificis mentem dispensare, quando alter ex contracturis distat à stipite in primo gradu. Sed respondetur non aduersari, imò consonum esse. Quod (vt dixi eo n. 32. fine) quādo alter contrahens extra quartum gradum est, etsi alter sit in primo, nulla est necessaria dispensatio. Cum ergo Paulus III. respectu Indorum hos gradus restrinxerit ad secundū, quando alter distat vltra secundū gradū, cùm iam sit extra gradus vetitos, licet alter distet in primo, non erit necessaria dispensatio. Intelligitur autē hoc priuilegium de solis Indis neophytis noui orbis. Vt docet *Veracruz cod. a. 44 pag. 3. concl. 3.* Insuper id priuilegium est tam de gradibus consanguinitatis, quàm affinitatis. Vt docent *Veracruz ibid. Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 26. fin.* Demum per nouum orbē intelliguntur omnes prouinciæ Indorum. Vt docet *ibidem Veracruz.*

36 Posterior difficultas est. An quando impedimentum affinitatis & publicæ honestatis concurrunt, satis sit affinitatis mentio tacita publica honestate? v. g. quispiam vult ducere consanguineam intra quartum gradū prioris vxoris à se cognitæ, habet impedimentum publicæ honestatis ortum ex matrimonio cum consanguinea huius prius inito, & affinitatis ortum ex illius matrimonij consummatione: dubitatur ergo an in dispensationis impetratione ad ducendam eam feminam, satis sit affinitatem narrare? Triplex est sent. Prima sustinet satis esse mentionem affinitatis fieri. Ducitur, quod mētio affinitatis facta absolutè, intelligatur de orta ex copula coniugali: eo quod in dubio non debet præsumi delictum, *l. Merito, ff. pro socio.* Et quia etiam in odiosis sunt intelligenda verba in potentiori significato. Vt constat ex *c. penult. de sentent. excom.* vbi decidit nomine excommunicationis à iudice prolatæ intelligi maiorem. Potissimum autem affinitatis significatum est, affinitas ex copula licita consurgens. At sub affinitate hac comprehenditur necessariò publica honestas. Erga facta absoluta affinitatis mentione satis exprimitur vtrumque impedimentum: ac proinde valebit dispensatio. Secundò, quia verba dispensationis sunt intelligenda sicut verba iuris communis. At sublato per ius commune impedimento affinitatis, id intelligitur de omni affinitate: & consequenter censetur ablata publica honestas. Vt tradunt *Glossa c. Non debet, verb. In secundo, de consang. & ibi Ant. n. 19.* & reliqui scribentes. Ergo sublata per dispensationem affinitas intelligitur de omni, & censebitur quoque ablata publica honestas. Et ideo huius sent. sunt *Milus in suo repert. lit. D. nu. 23. verb. Dispensatio, vers. Dispensatio facta super impedimento.* Et citato *Guliel. de monte Laudano in suo sacramentali, ad fin. Felinus c. Postulasti, n. 13. limit. 7. fin. de rescript. Ripa responso 11. ad fin. de rescript. Hieron. Paulus in pract. cancellar. Apost. t. Notabilia super dispensationibus matrimonialibus, in fine, & Bocrius decis. 264. nu. 28.* refert pro hac parte, & videtur cum sequi *Glosatorem regulæ Cancellariæ 47.* & ait se ita vidisse obtentum bis in iudicio. Idem tenent *Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 7. nu. 5. Ant. Cucus l. 3. institut. maiorum, t. 12. nu. 250. Azebedo lib. 8. Recop. t. 20. l. 7 nu. 27. Veracruz 1. p. specul. a. 44. pag. 5. in fine primi dubij.* Et est satis probabilis actuta.

Secunda sent. tenet subreptitiam fore dispensationem, nisi de publica honestate mentio quoque fiat. Probat, quia si explicetur affinitas ex copula licita, quamuis ex ea quoque publica honestas consurgat; at cùm minimè ea expressa sit dispensatio, vtpote odiosa ac stricti iuris, ad eam non extendetur. Et à fortiori, si sola affinitas in genere explicetur. Cùm enim possit esse ex matrim. & sic coniuncta cum publica honestate, & ex fornicatione, & sic absque illa: ex quo simpliciter expressa est, intelligitur de simplici, & nonde mixta cum publica honestate. Quia in materia dispensationis odiosa, ac stricti iuris, verba, quæ possunt intelligi in significato potentiori, & in minori, semper intelliguntur in minori, *c. fin. de prabend. c. Cum in illis, in 1. resp. & c. Quamuis, eod. tit. in 6.* Hanc tenent *Dominic. cons. 33. n. 8. & alij.* Et fauet *Ioan. Andr. in arbore affinitat. §. Ad arborem affinitat. n. 5.* (habetur 9. to. tractat.) vbi absolutè ait non valere dispensationem, nisi vtriusque impedimenti mentio fiat. Fauet etiam *Enriquez lib. 7. de indulg. c. 30. n. 2. fine*, vbi ait dispensationem in affinitate non extendi ad publicam honestatem. 37

Tertia sent. (cui tanquam probabiliori adhæreo) sic distinguit: Si explicetur affinitas ex copula licita proueniens, vt petendo dispensationem ad consanguineam vxoris ducendam, valebit, etsi publica honestas taceatur. Quia tacitè illius mentio fit, vtpote, quæ in tali affinitate necessario includitur. Secus facta solius affinitatis in genere mentione. Quia tunc nec tacitè, nec expressè fit publicæ honestatis mentio. Cùm ea affinitas tam de licita, quæ publicæ honestati coniungitur, quàm de illicita, quæ sine illa est, possit intelligi. Et in materia hac odiosa sunt verba in minori significato accipienda (vt n. præced. dictum est. Adde dispensationem, si aliquid operari possit, esse strictè intelligendam ne amplius operetur, (vt dixi disp. 1. n. 3.) Cum ergo ea dispensatio operetur in affinitate, non porrigi debet ad publicam quoque honestatem. Et ideo huius sent. sunt. *Abbas c. Non debet, n. 12. de consang. & ibi Alex. de Nevo n. 11. Præpos. nu. 18. Brunellus de sponsal. concl. 26. n. 3 Rosella verb. Impedimentum, impedim. 13. n. 2. Angelus verb. Dispensatio, n. 10.* vbi *Sylvest. q. 5 n. 9. & verb. Matri-* 38

monitum, S. q.14. dict.3. Tabiena verb. Impedimentum, imped. 11. ad fin. Loazes de matrim. Regn Anglia, dub.10.n.31.32. Gambara de auctorit. legati, l.10.nu.143. Steph. Costa tract. de affin. §. Quia inter impedimenta, nu.3. (habetur to 9.tract.) *Navar. l.4.consil.1.consang.in 1.edit. cons. 4.n.1.in 2.cons.7.nu.1. Gaeta c. Ad limina, 30.q.1.§.4.q.20.n.488.* Et ex Theologis, *Supplement. Gabr.4.d 41.q.un.a.3 dub.7. Toledo l.7.sum.c.11.nu.6. Petrus de Ledesma de matrim.q.56.a vlt.dub.2.dissic.3.corell.6.* & melius *q.55.a.4 ad fin & sum.sacr.am.* ubi de matrim.*c.27.post 6.concl. dissic.2. Lud. Lopez 2.p.instruct.* vbi de matrim.*c.50.col.4.vers. Advertendum est insuper.* Et huius sententiæ licet subobscure videtur *Enrique l.12.de matrim.c.10.n.3.*

39 Hinc deducitur, petitam dispensationem affinitatis in tertio vel quarto gradu valere, quamuis non explicetur an ex copula licita oriatur, nec publica honestas. Quia cum ex sola coniugali copula oriatur in his gradibus affinitas, exprimitur vtfutute eam ex copula coniugali oriri: ac subinde tacitè quoque declaratur publica honestas.

40 Secundò deducitur, in petitione dispensationis affinitatis in primo vel secundo gradu, si ex copula coniugali oriatur, esse necessariò narrandum eam ex copula coniugali consurgere. Si sustineamus nostram sententiam relatam n.38. Quia duplex tunc oritur impedimentū, nempe affinitatis & publicæ honestatis: & tacitum est hoc. Imò nec sufficeret mentio affinitatis in genere & publicæ honestatis in genere. Quia cùm publica honestas oriatur quoque ex sponsalibus, non explicatur an ex matrimonio orta sit. Cum tamen id esse necessarium probauerimus nu. 16. Item quia non explicatur an affinitas ex matrim. orta sit. Cùm tamen id sit necessarium. Quia est multo fortius vinculum affinitate orta ex fornicatione. Si tamen sustineamus primam sent. relatam nu.36. satis esset mentionem affinitatis in genere facere. Quia ea intelligitur de orta ex copula licita, & sic tacite explicatur publica honestas. Verbi latius probatum est.

41 Vltimo deducitur, in potestate dispensandi in affinitate includi quòque publicam honestatem cum illa concurrente in. Ducor, quod cùm affinitas genus sit ad ortam ex copula licita & illicita, & potestas dispensandi sit latè interpretanda, ad vtramque extenderur. Quamuis dispensatio ipsa, quæ stricti iuris est, de sola minori affinitate intelligatur (vt dixi n.37.) Sicut n.5.& 9. diximus potestatem dispensandi in aliquo gradu extendi ad eum duplicatum ex vtroque latere. secus de ipsa dispensatione. Cum ergo ea dispensandi in affinitate potestas claudat quoque affinitatem ex copula coniugali cui necessario coniuncta est publica honestas, extendetur quoque ad publicam honestatē. Imò ad hanc extendetur, quamuis sine affinitate sit. Vt si ex solo matrim. rato vel ex solis sponsalibus orta sit. Quia eo ipso quod datur facultas ad affinitatem ex copula licita, supponitur præcessisse sponsalia, & matrim. ratum, indeque productum publicæ honestatis impedimentum: & sic facultas illa ad hoc quoque extenditur. Adde, publicam honestatem non oriri ex matrim. ratione consummationis, sed ex solo ipso matrimonij contractu orti: ac subinde publica honestas, ad quam ea potestas extenditur, non est alia, quàm ea, quæ ex matrim. rato oritur. Quæ autem nascitur ex sponsalibus est gradus quidam minor eiusdem speciei publicæ honestatis, incluſus sane in orta ex matrim.

42 Vtrùm autem in dispensationis impetratione sit facienda mentio copulæ incestuosæ, & matrim. initi, ac spei facilius obtinendæ dispensationis, tractabitur tota disputatione sequenti.

43 Ad argum. n.36. proposita resp. Ad 1. negatur intelligi de copula licita. Nec obstat non esse præsumendum delictum. Non enim innititur hæc intelligentia præsumptioni delicti, sed strictæ dispensationis intelligentiæ, petenti verba intelligi de minori significato (vt nu.37. probaui.) Nec etiam obstat *cap. penult. de sentent. excommun.* id enim quasi quid speciale decreuit Pontifex quasi seclusa eo decreto de minori veniret ea pœna intelligenda. Id que statuit vt sententia iudicis timeretur. Ad 2. dic, quando dispensatio est in re, de qua est decretum aliquod iuris communis, ea verba iuxta id decretum intelligenda esse. At vbi nullum est decretum de eare in iure communi, non sunt intelligenda nisi stricte. Quia ius commune tamquam ius vniuersale & fauorabile est extendendum, adeò vt ipsam quoque dispensationem in eo iure contentam extendi faciat (vt dixi disp.1. n.7.) At dispensatio priuata tanquam ius priuatum est stricte interpretanda.

DISPVTATIO XXV.

An in dispensatione matrimonij inter consanguineos, vel affines, & generaliter inter eos inter quos est impedimentum dirimens, sit copulæ inter eos habitæ mentio facienda?

SVMMARIVM.

Triplici tempore potest intervenire hæc copula, n.1.
Tripliciter potest ex copula haberi, n. 2.
Quæ questiones discutiantur, n.3.
An cum copula contingat ex humana fragilitate, postquam iam ordinarius expedivit dispensationem, reddatur ea subrepticia, n.4.
Quid, quando Pontifex dispensavit, dummodo copula nō præcesserit, n.5.
Quid, quando contigit, ante dispensationem à Pontifice expeditam, vel post antequam ordinarius dispensaret, nec eius est facta mentio. Referuntur duplex sententia, n.6. & 7.
Proponitur sententia Auctorum, n.8.
An dum petitur dispensatio inter cognatos spirituales, vel ob aliud impedimentum dirimens præter consanguinitatem vel affinitatem sit ea copula explicanda, n.9.
An sit explicanda quando non constat vir semen: aut fœtus emissus ex parte solum alterius contrahentis, alterò ignorante consanguinitatem, n.10.
An si ea copula sit occulta sit manifestanda Pontifici, an sufficiat pœnitentiario vel Episcopo, & possit pœnitentiarius petere compositionem. Et an si coniugat incestuo. post dispensationē expeditā ab ipso Pontif. antequam ordinarius dispenset, sit iterum adeundus Pontifex, n.11.
Quando Pontifex dispensat sub conditione. Dummodo copula non intervenerit: qualiter intelligatur ea conditio, n.12.
An iudex Ecclesiasticus inste interroget hos volentes contrahere, an impedimenta habuerint, quando vel ipsi narrarunt non habuisse, vel dispensat Pontifex sub conditione, vt non sit habita, n.13.
Quid, si sub ea conditione non sit cessata dispensatio. Referuntur opinio, n.14.
Proponitur sententia Auctorum, n.15.
An teneantur contrahentes fatere copulā, quando est occulta, ac impetrauerunt, aut impetrare volunt dispensationē pro foro exteriori, n.16.
Proponitur clausula apponi solita in dispensationibus. Dummodo mulier rapta non fuerit: & si fuerit separetur, & explicatur, n.17.
An intelligatur de quacunque rapta: vel si fœmina rapiat virum, vel si contingat post dispensationē expeditā à Pontifice vel ordinario, n.18.
An ea clausula non apposita, sit subreptitia dispensatio, quando nō fuit rapta, nec in exprimitur: & an clausula solita apponi censeatur apposita, etsi non exprimatur, n.19.
Ratio fit argumentū, n.20.
Post n.20. mentes alia summaria.

PRIMO præmittendum est, copulam hanc triplici tempore posse interuenire. Primū est, antequam Pontifex dispensationē concedat. Secundū, post concessionem Papæ antequam ordinarius cognita precum veritate illam expediat. Tertium, post ordinarij expeditionem. 1

Secundo præmitto, posse copulam hanc tripliciter haberi. Primò, ex fragilitate humana, absque tractatu aliquo matrimonij. Secundò, præcedenti tractatu matrimonij, sed absque spe facilioris dispensationis. Tertiò, in vtrouis euentu, cum spe facilius impetrandæ dispensationis. 2

Triplex ergo quæstio in hac disp. est discutienda. Prima, quando sola copula incestuosa interuenit ex humana fragilitate. Secunda, quando tractatus vel spes matrim. Tertia, quando habita est spe facilioris dispensationis. 3

QVÆSTIO I. An in dispensatione matrim. inter consanguineos, vel affines, sit necessariò facienda mentio copulæ incestuosæ inter eos habitæ ex humana fragilitate, & non cum spe facilioris dispensationis. nec cum matrim. tractatu? Constat non esse huius copulæ necessariam mentionem, quando ea contingit post concessam dispensationem à Pontifice, vel Pœnitentiario, & expeditam cognita precum veritate ab ordinario vel confessore: atque ita non vitiari præcedentem dispen- 4

sationem.

sationē. Tum quòd ea copula labe incestus vacet (vt probauimus l. præc. disp. 5 n. 15. & 16. Tum etiam quia nil in dispensatione tacitum est, quod explicandum necessariò foret. Cùm ea copula post dispensationem omnino consummatam contigerit. Et sic tanquam certum sustinent *Corduba sum. q. 45. fine. Gutier. q. canon. l. 1. c. 15. nu. 23. Manuel l. 10 sum. in 2. edit. c. 238. nu. 7. inuito. Vega 2. to. sum. c. 34. casu 98.* Qui bene discedit à Manuele dicenti in hoc euentu petendā esse ab Episcopo dispensationē incestus commissi, vt licitè ineatur matrim. Quippe nulla est incestus culpa, (vt proxime dixi) & ideo nō est opus dispensatione.

5 Imò idem dicendum credo, quamuis dispensatio à Pontifice sub ea conditione sit concessa, vt copula non intercenerit. Quia satis ei conditioni paritum censeo, cum ante dispensationis consummationem copula non adfuerit. Nam ea postea contingens vires dispensationis omnino consummatæ eneruare nequit.

6 Tota autem difficultas eò pertinet, quando ea copula habita est inter consanguineos, vel affines ante dispensationem à Papa concessam vel post, prius tamen, quam ordinarius illam expediat, vel confessarius, quando dispensatio est in foro conscientiæ ipsi commissa. Triplex est sent. Prima docet non esse necessariam eius copulæ mētionem. Ducitur primo, quòd ea copula nec ex natura rei, nec ex iure Ecclesiastico reddat dispensationē difficiliorem. Non ex natura rei, quia potius facilioté reddit, ob fœminæ infamiam, ineptitudinē ad aliud matrim. & scandala, quæ inde oriri solent. Non etiam ex iure Ecclesiastico: quia verior opinio habet ex incestu cum cōsanguineis nullum matrimonij impedimentum consurgere (vt probaui l. præc. disp. 15. n. 16.) Incestus autem cum affinibus quamuis id impedimentum præstet, est tamen id contractia consuetudine ablatum: nec vlla eget dispensatione (vt probaui l. præc. disp. 17. n. 9.) Non est ergo cur prædicta dispensatio tacito eo incestu subreptitia sit. Secundò, quia esto esset impedimentum, subest Episcopi dispēsationi: (vt probaui ead. disp. 17. à n. 10.) Potest ergo a Pōtifice peti dispensatio in consanguinitate, vel affinitate, quę ipsius est; & alia ab Episcopo in incestu: ac neutra subreptione notabitur. Demum, quia si copula occulta sit, atque in literis dispensationis in foro externo obtinendæ explicetur, cum nomina contrahentium debeant in ea manifestari, famæ femina iacturam patietur, detecto eius crimine occulto. Atque periculum imminebit, vt contrahentes ad forum iudicis secularis deferantur, pœnisque incestus plectantur. Quod piam matrem Ecclesiam nolle credendum est. Et ideo hanc sent. sustinet *Nauar.* loquens de incestu cum consanguineis vel affinibus, *l. 4. cons. in 1. edit. t. de consang. toto cons. 1. & toto cons. 5. & t. de sponsal. toto cons. 2. & in 2. edit. cod. t. de consang. toto cons. 8. 9. 10. & 11.* Et melius *in 1. edit. cod. t. de consang. cons. 2. nu. vn.* vbi indistinctè loquitur non explicans, an is incestus admissus sit antequam Pontifex dispenset, vel post ante Ordinarij expeditionem: & explicat quamuis incestus sit publicus. Quod idē, etsi incestus publicus sit, & loquēs de incestu cum consanguineis vel affinibus, tenet *idem Nauar. eo. t. de consang. in 1. edit. cons. toto 5.* & maxime *n. 4. in 2. toto cons. 8.* & maximè *n. 4.* Idem tenent loquentes de incestu cum consanguineis, *Onand. 4. d. 41. disp. vn. immediatè ante propos. 12. Salzeda in pract. Bernardi Diaz, cap. 126. col. 17. in nona edit. verſ. Vnde merito. Emman. Sa sum. verb. Matrimonium,* vbi de imped. dirimentib. *n. 4. fin.* Sed hi duo vltimi loquuntur quādo copula est occulta. At *idem Emmanuel Sa verb. Dispēsatio n. 10.* generaliùs loquitur, indistinctè dicēs valere dispensationē super cognatione tacito incestu. Idem tenent loquentes de incestu cum cōsanguineis vel affinibus, & explicantes siue ante, siue post dispensationem à Pōtifice concessam accidat incestus, duo Theologi insignes, quos tacito nomine refert *Gutier. quæst. can. l. 1. c. 15. n. 11.* dicens sibi renunciatum esse in vna causa bis pronunciatum fuisse iuxta hanc sententiam. Idem tenent alij multi viri grauissimi de hoc consulti, vt refert eos sequens *Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 2. num. 4. 5. & 6.* quamuis limitatē loquatur, nempe quando incestus est occultus. Idem tenet absque hac limitatione loquens de incestu cum propriis consanguineis, & explicans vtrouis tempore contingat, *Zanallos quæst. pract. quæst. 737. à num. 7.* Idem sentiunt loquentes de incestu cum consanguineis vel affinibus, *Manuel l. 10. sum. 2. edit. c. 238. num. 5. Vega 2. tom. sum. c. 34. casu 97. verſ. Nota, porque viene.* Discordant aliqui ex Doctoribus huius sententiæ. nam quidam dicunt hanc dispensationem, in qua tacitus est incestus, validam esse in foro cōscientiæ: at in foro externo minimè admittendam, propter stylum Curiæ habentem, vt is incestus explicetur: qui falsæ præsumptioni innititur, & ideo in solo foro externo vim habet. Sic *Enriquez proximè allegat.* At *Zanallos d. q. 737. n. 6.* ait non esse integrum Ordinario denegare hanc dispensationem, quamuis ei per legitima testimonia ac partis confessionem constet de incestu. Et hæc sent. est probabilis propter tot authorum testimonium. Et illa retenta plus placet huiusmodi dispensationem nullatenus esse in foro externo admittendam.

Secunda sent. sic distinguit. Si ea copula accidat ante 7
concessam à Pontifice dispensationē, reddet eam subreptitiam illius taciturnitas. Secus si post, quamuis Ordinarius eam non expedierit. Ducitur, quod in ptiori casu dispensatio nō sit concessa: secus in posteriori, in quo sola ordinarij executio cognita precum veritate desideratur. Et preces verę sunt: cùm nil falsum in eis Pontifici dispensanti propositum sit, nec tacitum aliquid necessario explicandum. Nam copula illa necessariò exprimenda non erat tunc habita. Et ideo huius sent. videtur *Corduba* loquens de incestu inter consanguineos, *in sum. q. 45. opin. 2. punct. 5.* Ait enim valere dispensationē, quando post Pontificis concessionem copula contigit: & ita videtur contrarium sentire quando ante illam accidit. Et partim tenet hanc sent. *Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 296. à col. 11. verſ. Igitur pro resolut. vsque ad col. 17. verſ. Præterea circa redditionem debiti.* ait enim incestum inter consanguineos quocumque tempore admissum non esse necessariò exprimēdum: quod is non sit matrimonij impedimentum: at incestum inter affines, cò quòd sit impedimentum, esse explicandum, quando ante concessionem Pontificiam accidit: nisi sit omnino occultus. & nisi in eo loco consuetudine obtentum sit, vt huius incestus nulla ab Ordinario petatur dispensatio. At nullatenus dicit esse illius mentionem necessariam, quando post Pontificis concessionem contigit.

Tertia sent. (cui tanquam longè veriori adhæreo, etsi 8
duæ præcedentes sint probabiles) ait reddi dispensationem subreptitiam tacito incestu inter consanguineos vel affines volentes matrimonio copulari: siue is contigerit ante Pontificis dispensationem, siue post, antequam Ordinarius illam expediat. Huius sent. legitimum fundamentum non est, quod is incestus præbeat aliquod matrim. impedimentum. Nam contrarium est verius (vt nu. 6 dixi.) Sed fundamentum est stylus Curiæ, qui obtinuit, vt incestus hic declaretur, Nec falsæ præsumptioni innititur: sed eius ratio est, vt timore huius manifestationis faciendæ arceantur consanguinei & affines ab incestuosa copula. At ea, quæ stylus Curiæ seruat, sunt necessariò in dispensatione explicanda (vt diximus disp. 21. n. 16.) vbi & aduersariorū solutiones improbauimus. Secundo, quia taciturnitas veri, quo expresso Pontifex nō solet concedere dispensationem eo modo quo concessit, sed cum quibusdam moderationibus, reddit eam subreptitiam (vt diximus ea disp. 21. n. 17.) At manifestato incestu non solet Pontifex eodem modo dispensare, sed præcipiens pœnitentiam imponi cōtrahentibus, & longè maiori compositione pecuniaria, & moderando dispensationem hoc modo, vt superstes eo matrim. soluto ad aliud non transeat. Tertiò, quia etsi verum sit in desuetudinem abiisse peti dispensationem, vt incestuosus matrim. contrahat, id intelligendum est, quando cum alia

femina ab ea cum qua incestum commisit, vult contrahere. At quando cum ea vult, mentio incestus est necessariò facienda ob prædictum Curiæ stylum, moderamina adhibere solemus. Propter quam etiam rationem & si alijs potest Episcopus in hoc incestu dispensare, at nequit quando illi consanguinei vel affines volunt inter se matrim. inire. Obstat enim stylus Curiæ, petés vt in consanguinitatis vel affinitatis dispensatione explicetur quoque is incestus, ne subrepticia sit. quod si dicas his rationibus concludi, esse necessario explicandum incestum, quando contigit ante dispensationem Pontificis: secus autem quando post. Quod iam nil tacitum sit pontifici, & detur veritas precum ipsi narratarum. Sed adhuc vitiari dispensationem inde constat. Quod ante eius dispensationis consummationem, quæ contingit per eius executionem factam ab Ordinario vel confessore, cui committitur, mutatur casus in dispensatione contentus. Cum iam adiunctus sit casus, qui erat necessariò explicandus. Quare clausula, Si preces veritate nitantur, referturad tempus concessionis Pontificis, & executionis Ordinarij vel confessoris. Et ideo huius sent. sunt, indistincte loquentes de incestu, & de tempore, quo admissus est *Collectarius*, quem refert & sequitur *Gambara de authorit. legati, l. 7. t. De dispens. legatorum circa matrim. n.* 409. *Navar.* loquens de incestu cum cognata, *in sum. Lat. nouissima, c.* 22. *n.* 86. *fin. Sarmiento* loquens de incestu cum consanguinea, *l.* 1. *Selectar. c.* 9. *n.* 1. & 3. Et loquentes de incestu cum consanguinea vel affini, & explicantes vtrouis tempore commissus sit, tenent *Gutier q. can. l.* 2. *c.* 15. *num.* 133. & *l.* 1. *c.* 15. *nu.* 16. & *multis seqq.* & *n.* 24. refert verba congregationis Cardinalium in vtroq; casu id declarantiũ *Gallego de cognat. spirituali, c.* 24. *à n.* 3. *vsque ad* 18. *Petr. de Ledesm.* dicens rem esse certam ob Cardinalium declarationem, licèt attento iure communi prima sent. esset probabilior, *de matrim. q.* 56. *a. vlt. dub.* 2. *dissic. ... concl.* 2. & 4. & *sum. Sacra.* vbi de matrim. *c.* 27. *circa* 1. *concl. dub.* 3. & 4.

9 Hanc sent. extendit *Gallego de cognat. spirit. c.* 24. *num.* 3. & *seqq.* ad cognationem spiritualem: quia *n.* 1. quæstione proposuerat de copula habita cum consanguinea vel affini, vel cognata spirituali: & respondet *eo n.* 3. esse necessario explicandam. At verius existimo solum incestum cum consanguineis vel affinibus exprimendum esse. Quia is solus veram incestus rationem habent: & de eo soloita obtinet stylus Curiæ. Et ita docet *Naur. l.* 4. *consil.* 2. *edit.* 1. *De cognat. spirit. consil. vlt. n.* 6. & 9.

10 Similiter credo nec explicandam esse copulam incestuosam cum consanguinea vel affini non consummatam. Vt si vir vas fœminæ penetrauit non effudo intra fœmine. Quod is coitus non sit vera copula, sed instar cuiusdam tactus impudici. Nec quando fuit ex parte alterius tantũ incestuosa. Quod alter coiens ignorarit consanguinitatẽ vel affinitatem alterius. Quia non est totalis & vndequaq; incestus: & hæc pœnalia iunt restringenda.

11 Præterea quando incestus esset occultus, non oportet eius mentionem fieri in dispensatione pro foro externo proposita Pontifici: sed satis est petere eius dispensationem in sacra pœnitentiaria, explicata quoque ibi consanguinitate vel affinitate publica, super qua aut dispensauit, aut dispensaturus est Pontifex. Sicut quando est duplex impedimentum, alterum publicum, & alterum occultum, diximus faciendum disp. 23. n. 7. & 8. vbi id probauimus. Et ita tenet *Gallego de cogn. spirit. c.* 24. *n.* 3. Et posse tunc à pœnitentiaria impetrari dispensationem illius incestus docet quoque *Navar. l.* 4. *cons.* 1. *de consang. in* 1. *edit. cons.* 1. *fine, in* 2. *cons.* 9. *fine.* Et quamuis subdat posse quoque ab Episcopo, loquitur iuxta 1. sent. quam ipse sustinet, (vt ex ipso retuli n. 6.) At retenta nostra hoc negandum est. Quia (ut dixi n. 8.) non impetratur tunc vera dispensatio incestus: is enim impedimentum non est. Sed suppletur vitium dispensationis Pontificiæ, in qua narrandus erat hic incestus, vt valida esset. Et similiter si is incestus contingat post dispensationem Pontificis, antequam illam Ordinarius expediat, si est publicus, est iterum explicandus Pontifici cum consanguinitate vel affinitate: si autem occultus, sacræ pœnitentiariæ, explicata eadem consanguinitate vel affinitate. Quia redditur tunc dispensatio subreptitia & irrita, ac si à principio is incestus contigisset. An verò possit tunc à sacra pœnitentiaria compositio peti, quæ erat petenda proposito eo incestu in foro externo, dicemus disp. 34. n. 94.

Ex his deducitur primò quid dicendum sit retenta prima opinione probabili relata n. 6. asserẽti minime esse necessariam incestus mentionem: quid (inquam) dicendum sit, quando Pontifex dispensat cum consanguineis vel affinibus, sub hac conditione, Dummodo copula non interuenerit. Nam quidam indistinctè censent dispensationem tunc fore subreptitiam, siue interuenerit copula ante Pontificis dispensationem, siue post, antequam ordinarius illam concedat. Quia deficit conditio & preces debent vtroque tempore veræ esse. Sic docent *Corduba sum. qu.* 45. *opin.* 2. *punct.* 5. *Lud. Lopez* 1. *p. instruct. c.* 296. *col.* 1. *vers. Igitur pro resolutione. Vega* 2. *to. sum. c.* 34. *casu* 97. *Petr. de Ledesma de matrim. q.* 56. *a. vlt. dub.* 2. *dissic.* 3. *concl.* 3. Sed magis placet quod docet *Enum. Sa sum. verb. Dispensatio, nu.* 10. vbi dicit hanc conditionem intelligi iuxta naturam dispensationis concessæ. Si enim ea in foro externo concedatur, intelligitur cõditio, Dummodo ea copula constet in foro externo: si verò in foro conscientiæ, intelligitur, quamuis occulta sit. Quia clausulæ dispẽsationi adiectæ debent intelligi iuxta dispensationis naturam. Et priorem huius partem videtur tenere *Enriquez lib.* 12. *de matrim. c.* 2. *n.* 7. iuxta ea, quæ n. sequenti referam ex ipso. Et dicit *in commento, lit. X.* nunquam solere hoc adiici per modum conditionis, sed vt quemdam modum.

Secundo deducitur, quid dicendum sit de iudice in- 13
terroganti cõsanguineos vel affines de copula in cestuosa, qui ad ineundum inter se matrim. dispensationem obtinuere. Et quidem si concedatur dispensatio sub conditione, Si copula non interuenerit: quidam asserunt teneri hos interrogatos illam fateri, sub mortali, etsi non adsit iuramentum: nec valere dispensationem. Quod iudex iuridicè roget, vtpote, qui ad examinandam precum veritatem id interrogat. Sic *Petr. de Ledesma de matrim. q.* 56. *a. vlt. dissic.* 3. *concl.* 3. *Manuel* 1. *to. sum.* 2. *edit. c.* 238. *n.* 8. *fi.* At si sustineamus opinionẽ relatam n. præc. nimirum, ex se non esse necesse explicare copulã, sed solum rationẽ conditionis appositæ, atq; eam conditionẽ intelligi iuxta dispensationis concessæ naturã, credo verius esse, quando dispensatio conceditur in foro externo, non teneri hos fateri, nisi interrogentur præcedentibus indicijs aut infamia, & ita docent *Enriquez & Enum. Sa n. præc. allegati.* Et hic bene addit secus esse, quando in foro conscientiæ conceditur dispensatio. Vnde consequenter dicendum est in priori casu non reddi irritam dispensationem, negata copula occulta: secus in posterior. At si contrahentes narrassent in precibus se non habuisse copulam: idq; Pontifex narraret in dispensatione, addita clausula solita apponi, Si preces veritate nitãtur; credo quantumuis occulta foret copula, ius esse iudici interrogandi, & copula negata subreptitiam esse dispensationem. Quia interrogatio solum tendit ad veritatem precum examinandam.

Quando autem Pontifex non apponit eam conditio- 14
nem, quidam reprehendunt vsum receptissimum in tribunalibus Ecclesiasticis interrogandi de hac copula: & dicunt non teneri contrahentes illam fateri, dum occulta est. Sic *Salzedo in pract. Bernardi Diaz, c.* 126. *in nouis edit. col.* 17. *vers. Vnde merito.* Et non teneri hos incestum occultum fateri docent etiam *Navar. l.* 4. *cons. in* 1. *edit.* 1. *de consang. cons.* 2. *fin. in* 2. 1. *de consang. cons.* 10. *fine, Quandus* 4. *d.* 41. *disp. vn. immediatè ante* 12. *propos. Enriquez & Enum. Sa n.* 12. *relati. Petr. de Ledesma de matrim. q.* 56. *a. vlt. dub.* 2. *dissic.* 3. *concl.* 2. & *sum. Sacram.* vbi de matrim. *c.* 27. *circa* 1. *concl. dub.* 4. *Manuel* 1. *to. sum. in* 2. *edit. c.* 238. *nu.* 8. *fin. Vega* 2. *to. sum. c.* 34. *casu* 97. Huius rationem reddit *Enriquez*, quia in his non proce-

dit

dit iudex ex officio ad consulendum bono publico, vel cauendum tertij damnum, sed in casu quodam speciali. Et ideo nō rogat iuridicè, vt vel sic teneatur reus respondere, quando non præcedunt indicia aut infamia. Sed melius *Nauar. & Salzedo* eam reddunt rationem quod is incestus occultus sit, nec ad dispensationis substantiam conferat illum scire. Quare concludunt illi, & *Ouandus Manuel, Petr. de Ledesma, Vega proximè allegati*, valere dispensationem negata copula: & addit *Ouandus* id verum esse quamuis constet fore, vt ea cognita Ordinarius non exequeretur dispensationem. Addunt *Petr. de Ledesma in vtroque loco & Manuel*, hos cum iuramento negantes incestum illum occultum peccare mortaliter, non peccato iniustitiæ, eo quod iudex non roget iuridicè, sed peccato periurii. Vnde dicunt secluso iuramento solam mendacii officiosi culpam admitti venialem. Et addit *Petr. de Ledesma in illo loco summæ Sacram. nuper allegato*, non esse improbabile dicere etiam periurium illud non esse mortale. Cum iudex non roget iuridicè.

15 Cæterum (vt notaui lib.3.disp.14.nu.3.) diuersimodè iuxta varias sent. loquendum est. Quippe retenta nostra sententia dicenti incestum occultum esse explicandum in dispensatione, vt valida sit, asserendum est, ius esse iudici de eo interroganti, & teneri reos fateri, aut si fateri nolint, non vti dispensatione, vtpote quæ ob non declaratum in ea incestum est subreptitia. Quia ea interrogatio non eo tendit, vt illi puniantur: sed vt impediatur dispensationis subreptitiæ vsus & matrim. irritum. Et per hoc satis fit fundamento vtrique contrario. Et ita docet *Manuel. tract. de ordine iudiciar. c.10. concl.4. n.4. fin.* At sequēdo opinionem probabilem dicentem non impediri valorē dispensationis tacito incestu, vera est opinio n. præcelata. Et dicendum est omni prorsus vacare culpa negare incestū illum etiam cum iuramento. Quia id iuramentum est verum, eius enim sensus est, Non feci incestum, vt substat huic foro externo, in quo iudex rogat.

16 Quod si esset alia occulta dispensatio impetrata pro foro conscientiæ pro incestu illo, iuxta dicta n.11. an tunc teneantur contrahentes illum incestum occultum fateri, tenendo eius tacitumitate reddi dispensationem subreptitiam: dixi eos non teneri, & probaui id l.3.disp.14.n.4. Et idem sentio, quando etsi non sit impetrata dispensatio pro foro conscientiæ, at contrahentes nolunt ea dispensatione vti, donec aliam pro conscientiæ foro impetrent. Quod cessat tunc ratio, ob quam iudici integrum est de eo incestu interrogare.

17 Tandem ex Curiæ stylo solet adiici clausula in his dispensationibus, Dummodo mulier rapta non fuerit, iuxta regulam Cancellariæ, quæ apud *Rebuff. in praxi benef. in reg. Cancellaria*, est 50. & sic habet: *Item voluit quod in literis dispensationis super aliquo gradu consanguinitatis vel affinitatis, aut aliàs prohibito poneretur clausula, Si mulier rapta non fuerit. Et si scienter ponatur clausula addita in quinternio.* Et *Rebuff. ibi vers. penult.* ait quoties Pontifex dispensat in his impedimentis, solitum apponi, Dummodo mulier rapta non fuerit. Quia super hoc non intendit dispensare, nisi expresse concedatur in dispensatione. Et statim *vers. vlt.* explicans eam partem regulæ, *Et si scienter ponatur clausula addita in quinternio*, ait sensum esse, si raptor scienter raptam duxerit, & petatur dispensatio, apponatur clausula, vt ratione delicti separentur ad certum tempus, donec comissarii arbitrio egerint pœnitentiam: iuxta *c. Ex literis, de eo qui cognouit consanguin.* Sed hoc intelligebatur ante Tridentinum. Quia tunc raptus non erat impedimentum dirimens: sed solum impediens. Quare cum matrim. non obstante raptu valeret, non erat in perpetuum separandum: sed eo quod contra Ecclesiæ prohibitionem initum erat, separabatur ad tempus (vt probaui lib.præced. disp.2.n.14.) Ad quando raptus est impedimentum dirimens, iuxta nouum Tridentini decretum (de quo satis egi lib.præced. tota disputatione 13.) Si cum eo impedimento matrimonium ineatur, est in perpetuum separandum, donec legitimè ineatur.

Sed quæres, de quo raptu intelligatur hæc clausula. 18
Gaeta c. Ad limina, 30. q.1. §. 4. q.134. num.566. fin. ait sensum huius clausulæ esse, Dummodo femina rapta non fuerit causa matrim. cum ea ineundi, ac proinde huic renunciarit, conueniendo cum raptore de alio ineundo. Vel secundo, & dicit esse communiorem intellectum, quasi Pontifex velit in hoc nouum impedimentum inducere, quando femina rapta fuerit ad finem matrim. cum ea ineundi. Et eam regulam intelligi quando ad finem hunc fuit raptus, docet quoque *Petr. de Ledesma de matrim. qu.56. a. vlt. dub.3. fine.* Et placet mihi: eo quod tendat ea clausula quasi ad confirmationem *Trident. sess.24. de matrim. c.6.* statuentis impedimentum inter raptorem & raptam. Quod tamen de solo raptu ad finem matrimonii cum rapta ineundi intelligi, dixi lib. præced. disp.13.n.4. Et quamuis id impedimentum non sit perpetuum, sed dum rapta manet in raptoris potestate: at vt his raptibus obuietur, volunt Pontifices non dispensare, quando huiusmodi raptus interuenit, nisi exprimatur in dispensatione. Quando autem censeatur esse raptus, dixi tota ea disp.13. vbi num.16. dixi non esse locum ei pœnæ Tridentini iuxta veriorem sent. si virum femina rapiat. Et eadem ratione censeo nō comprehendi in hac clausula similem raptum. Et credo dispensationem reddi subreptitiam, etsi fœminæ raptus à viro factus ob finem matrimonij accidat post dispensationem à Pontifice factam, ante tamen quam illam expediat ordinarius: secus si post ordinarii expeditionem. Vt de ipso incestu dixi n.4.5 & 8.

Hinc deducitur, quando consanguinea vel alia femi- 19
na, cum qua raptor habet impedimentum dirimens, rapitur causa matrim. cum ea ineundi, subreptitiam fore dispensationem, nisi huiusmodi raptus mentio fiat. Vt bene docet *Petr. de Ledesma, n. praced. allegatus.* Et ratio est, quia non verificatur clausula n. præced. allegata. Et esto non apponatur, intelliguntur clausulæ apponi solitæ de stylo Curiæ, vt docet *Sylu. verb. Rescriptū, q.3. alleg. Abbate, c. Quod transl. n.3. de offic. legati.* vbi generaliter tradit clausulas apponi solitas suppleri, quamuis non exprimantur.

Ad argum.n.6. proposita resp. Ad 1. & 2. constat ex dictis n.8. ad 3. constat ex dictis nu.11. Ad argum.n.7. adductum constat ex dictis n.8. 20

SVMMARIVM.

An si matrim. initum & consummatum sit intra gradum vetitos, & si contingat postquam Pontifex dispensauit, antequam Ordinarius exequatur, sit subreptitia dispensatio non facta huius mentione: & quid agendum Tridentinum loquens, cum Papa tuerd nisset hanc dispensationem, n.21.

An si teneatur vel consummetur eo animo, vt facilior sit dispensatio sit in animo exprimendum, n.22.

Ante Tridentinū non erat opus explicare hoc matrim. aut consummationem, & potius reddebant facilioram dispensationē: secus post, n.23.

An pœna Tridentina, vt hi contrahentes scienter intra gradum vetitos careant spe dispensationis, intelligatur de quocunque impedimento dirimenti, n.24.

Qualis ignorantia excusat ab ea pœna? ita vt non sit necesse explicandum matrim. etiam consummatum? Proponitur ratio probans desiderari ignorantiam inuincibilem n.25.

Explicatur qualis ignorantia excusat ab ea pœna, ita vt id matrimonium non sit explicandum, n.26.

Qualis ignorantia desideretur, vt matrim. cum ea contractum reddat facilioram dispensationem prabens iustam dispensandi causam, n.27.

An aliud sentiendum sit de ignoranti, quando agitur ad excusandum laticiturnitatem matrimonij cum illa inita: & aliud de illa quando allegatur, vt causa facilioris dispensationis, n.28.

Qua cautela seruanda sit quando matrimonio inito cum impedimento dirimenti, & crasse ignorato impetratur dispensatio, n.29.

An ignorantia solius alterius conjugis excusat ab hac pœna, ac sufficiat, vt facilius dispensetur: & vt verificetur allegata matrimonij ignoranter initi, n.30.

An verificetur conditio, Dummodo non sit fortasse dispensationis copula habita sit, vel matrim. initum, quando in solo altero contrahente fuit hæc spes: & sit necessaria illius mentio, n.31.

An excusaret à pœna matrimon. ignoranter contractum, quando omissa sunt denunciationes sine licentia, vel cum licentia ordinarij: vel ordinario dispensante solum ne præmittantur, consummatum est matrimonium illis non præmissis, n.32.

An sit locus huic pœnæ, quando matrimonium, scienter cum impedimento dirimente initum, fuit omnino clandestinum? Referuntur opiniones, n. 33.

Proponitur sententia Aulisij, n. 34.

An sit necessaria mentio huius matrimonij clandestini, eiusque consummationis in impetratione dispensationis super illius impedimento, n. 35.

An sit necessaria mentio dispensationum, aut spei concepta futuri matrimonij contrahendi cum copula incestuosa, n. 36.

Post n. 36. annexitur casus summarius qua de re agitur.

21 QVÆSTIO II. An ad matrimonium ineundum inter personas habentes impedimentum dirimens ex legitima dispensatione, sit necessaria mentio de tractatu matrimonij inter illas habiti cum copula, vel sine illa: & quid si cum spe facilius obtinendæ dispensationis id matrim. contractum sit? Tota hæc quæstio versatur circa intellectum decreti *Tridentini* sess. 24. *de matrim. c.* 5. vbi sic habetur: *Si quis intra gradus prohibitos scienter matrim. contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequenda careat. Idq; in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrim. contrahere, sed & consummare ausus fuerit. Quod si ignoranter id fecerit: si quidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, eisdem subiiciatur pœnis. Non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facilè experiatur, cuius salubria præcepta temerè contempserit. Si verò solemnitatibus adhibitis impedimentum aliquod postea subisse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo & gratis dispensari poterit.* Quod decretum etsi Pontificem instruat de modo concedendæ dispensationis, nec eius manus ligare possit, non est modici momenti. Tum quia Pontifex passim in hoc euentu dispensans absq; causa iustissima reus erit culpæ lethalis. Tum etiam, quia dispensationes impetratæ non facta mentione matrim. intra gradus prohibitos scienter initi: aut ignoranter omissis denunciationibus: etsi consummatum sit, consummatio quoque erit subreptitia, (vt vtramque partem probaui lib. 3. disp. 45. nu. 3.) Et hanc posteriorem partem docent quoq; omnes DD. allegandi tota hac quæst. Et idem dicendum est, etsi hoc matrim. eiusve consummatio contingat, postquam Pontifex dispensationem concessit, at nondum ea per ordinarium vel confessorem, cui commissa est, expedita (vt de copula incestuosa probaui nu. 8.) Et ita tenent *Manuel 1. to. sum. in 2. edit. c. 238. nu. 8. Vega 2. tom. sum. cap. 34. casu 98. versic. Empero nota.*

22 Quod si id matrim. eo animo ineatur, vt faciliùs Pontifex dispenset: is quoque animus simul cum matrim. explicandus est, vt valeat dispensatio. Quia *Trident. in d. c.* 5. ideo statuit, vt scienter contrahens id matrimonium careat spe dispensationis: (vt docet *Nauar. c. Si quando, exceptione* 5. *n.* 5. *de rescript.*) ad compescendam multorum audaciam, qui ea spe freti inibant ac consummabant matrimonia, non obstanti impedimento dirimenti. Quare Tridentinum volens punire eam deforminatam spem facilioris dispensationis ex facto ipso præsumptam, à fortiori formalem ipsam spem puniet, volens ipsam explicari. Et ita docent *Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 14. Anton. Cuc. l. 5. institut. maior. t. 13. n. 18. Gutierr. q. can. l. 2. c. 15. n. penult. Petrus de Ledesma de matrim. q. 56. a. vlt. dub. 2. diffic. 1. concl. 1. Lud. Lopez 2. p. instruct.* vbi de matrim. *c. vlt. col. penult. §. Hinc corollariè. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. c. 13. init.* Atque idem est dicendum, si ea spe consummetur matrim. est enim consummationis & illius spei mentio facienda. Et constat ex eadem ratione. Et sic docent *Nauarr. d. exceptione* 5. *n.* 5. *& sum. Hisp. c. 22. fine. Toledo l. 7. sum. cap. 18. nu. vlt. Gutier. d. c. 15. fin. Lud. Lopez proximè alleg.* Quod si spes hæc fuerit ex parte vnius solum contrahentis, dicemus nu. 31.

23 Hinc deducitur contractum ac consummationem matrimonii, quæ ante Tridentinum inclinabant Pontificem ad facilius dispensandum, iam hodie retrahere per id decretum. Sic *Nauar. sum. lat. c. 22. n. 86. vers. 5. Gutier. d. c. 15. n. vlt. Enriquez l. 12. de matrim. cap. 3. nu. 8.* Vnde bene *Petr. de Ledesm. de matrim. q. 56. a. vlt. dub. 2. diffic. 3. post 3. concl. coroll. 4.* ait ante hoc Tridentini decretum non nocuisse impetrationi dispensationis præcessisse matrimonium, vel id occultatum esse Pontifici in precibus narratis.

24 Sed circa hoc Tridentini decretum aliquæ difficultates insurgunt. Prima est, an intelligatur de cõtrahentibus cum quocunq; impedimento dirimenti? *Enriquez l. 12. de matrim. c. 3. n. 8. in comment. lit. P.* ait videri intelligi de solo consanguinitatis & affinitatis impedimento. Quia dicit: *Si quis intra gradus prohibitos.* At hoc solum impedimentum gradus habet. Et cum id decretum sit pœnale, non debet extendi. Sed id intelligi de quocunque impedimento dirimenti probaui latissime lib. 3. disp. 42. nu. 7. & id verissimum censeo. Et ideo de impedimento dirimenti absolutè loquuntur explicantes hoc decretum *Nauar. sum. Hisp. c. 22. fine, Toledo l. 7. sum. c. 18. n. vlt. Philiarcus de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. c. 13. init.* Et in propriis terminis hoc tuetur *Pet. de Ledes. de matrim. q. 56. a. vlt. dub. 2. diffic. 1. concl. 1.* Vnde quocumque impedimento dirimenti laborantes si eius impedimenti conscii matrimonium inter se ineant, aut si ignoranter, omissis tamen denunciationibus, teneantur id matrim. in dispensatione narrare: & si consummauerint, consummationem quoque, ne sit subreptitia.

25 Secunda difficultas est. Qualis ignorantia excuset ab huius decreti pœna, ita vt non sit necessario mentio tacenda matrimonij ignoranter contracti, aut eius consummationis, in dispensatione impedimenti? Et videtur desiderari ignorantia probabilis & iusta. Quia *d. c.* 5. sic dicitur: *Si vero solemnitatibus adhibitis impedimentum aliquod postea subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo & gratis dispensari poterit.*

26 Prima tamen conclusio sit. Quando denunciationes in Ecclesia præcessere, excusat ab hac pœna quæuis ignorãtia quantumuis crassa, modo non dici possit ingens temeritas. Constat ex dictis l. 2. disp. 40. n. 4. vbi eam probaui. Quia Tridentinum petit scientiam, audaciam, & temerariam præsumptionem. Nec satis est ad hanc scientiam & malam fidem scientia speculatiua, qua coniuges norint alterum ante matrim. accessisse ad consanguineã alterius, nisi adsit simul scientia practica, qua norint inde oriri impedimentum: vt probaui eadem disp. 40. n. 4.

27 Secunda cõclus. Vt id matrim. ignoranter initum præmissis denunciationibus præbeat causam iustæ ac facilioris dispensationis, oportet ignorantiam iustam ac probabilem esse. Constat ex verbis Tridentini *d. c.* 5. relatis n. 21. vbi cautè aliud statuit, vt incurratur pœna carendi spe dispensationis: & aliud, vt id matrim. sit causa facilioris dispensationis. Nam in priori casu petit scientiam ac præsumptionem in contrahendo, vel culpabiliter omisse esse denunciationes. Cum tunc ageret de pœna grauissima incurrenda. At in posteriori, vbi non de pœna agit, sed de gratia, petit ignorantiam probabilem ac iustam. Et ratio est, quia ignorantia alia excusat à culpæ grauitate, & ideo à grauissima pœna. At non excusat à male matrim. initi delicto: & ideo æquum est, vt non præstet facilioris dispensationis causam. Cum delictum non sit dignum præmio.

28 Hinc infertur, aliud esse dicendum de taciturnitate matrim. cum impedimento dirimenti ignorato cõtracti, ac eius consummatione: & aliud decius expressione allegata tanquam facilioris dispensationis causa, eo quod ignoranter initum sit. Nam vt ea taciturnitas non reddat dispensationem subreptitiam, satis est ignorãtia quæcunque in contrahendo & consummando, quæ non sit ingens temeritas. At vt ea expressio excuset à subreptione, oportet ignorantiam esse iustam. Vt ex dictis num. præced. constat.

29 Vnde cauti sint petentes dispensationem matrim. semel inito cum impedimento dirimenti crasse ignorato. Si enim allegent se ignoranter contraxisse, cum allegent ignorantiam tanquam causam dispensandi, subreptitia erit dispensatio, ob dicta n. præced. Si autem scienter se contraxisse narrent, erit difficillima dispensatio, ob decretum Tridentini; ac subiicientur pœnæ cui obnoxij non erant. Quare, vt vtrumque vitent, debent in precibus

bus

bus narrare se non scienter & malitiosè contraxisse.

30 Sed dubitabis, an sufficiat ignorantia ex parte alterius coniugis, quamuis alter sciens contraxerit? Dic si agatur de non incurrenda pœna prædicti decreti Tridentini, & sic vt non sit necessaria in dispensatione mentio matrimonij malè contracti & consummati, satis esse alterius ignorantiam, (vt probaui l.2.disp.40.n.4.) Et tenet *Enriquez lib.12.de matrim.c.3.num.8.in comment. lit. S.* Qui idem clarè sentit sufficere, vt præfert causam facilioris dispensationis, iuxta id decretum. At id non placet. Quod aliud sit pœnam incurrere, ad quod malitia vtriusque desideratur: ne innocens ob alterius scelus plectatur: & aliud gratiam consequi. Quod bonam vtriusque fidem petit. Quare meritò *Nauar. l.4.cons. in 2.edit. t.de consang.cons.vlt. nu. vn.* tuetur non valere dispensationem, quando impetrata est allegando consanguineos ignoranter contraxisse, licet femina ignorarit, si vir sciens vel scire debens contraxerit. Atque idem diceret si è contra viro ignoranti sola fœmina sciret. Non enim refert vter eorum ignoret.

31 Hinc infertur, clausulam apponi solitam in dispensationibus petitis explicata copula incestuosa, nimirum, si non fuit habita spe facilioris dispensationis, verificari, quando ea spes concepta fuit ex parte vnius tantum. Et similiter non existimo necesse esse eius spei mentionem facere, siue in ea copula, siue in matrim. scienter inito, quando fuit ex parte vnius tantum. Ducor, quod hæc obligatio huius spei manifestandæ consurgat ex Tridentini decreto, *d.c.5.* (vt probaui n.22.) eo quod contrahentes illa spei incurrunt eius decreti pœnam. Et ideo solet apponi prædicta clausula in aliis dispensationibus, vt in pœnam illius prauæ spei careant illi dispensationis effectu. Si ergo pœna illius decreti requirit vtriusq; culpam iuxta dicta n. præced. non habebit locum in hoc euentu, vbi ea spes ab altero solo concepta est. Nec enim par est, vt delictum alterius sit causa punitionis innocentis.

32 Vltima concl. Si matrim. contractum sit ignoranter, at neglectis præuiis denunciationibus, non excusat ea ignorantia à pœna *Tridentini d.c.5.* Quod expressè ibi decernitur ea reddita ratione, quòd salubria Ecclesiæ præcepta contemnens indignus sit, vt eius benignitatem facile experiatur. Quare secus esset, si eæ denunciationes ex ordinarij licentia non præmitterentur. Quia tunc nec negliguntur, nec temere omittuntur. Quod petit *Tridentinum ibi*, vt locus sit ei pœnæ. Quod si ordinarius tantum dispensaret, ne præmittatur matrimonio, cùm *Trident. ead. sess. 24. de matrim. c.1.* obliget tunc ad non consummandum, donec præmittantur, si consummarent iis non præmissis contrahentes, consummatio illa non excusaretur ratione ignorantiæ à prædicta pœnæ. Cùm reuera hi dicantur denunciationes neglexisse.

33 Postrema difficultas est. An huic pœnæ locus sit, quando matrim. illud scienter cum impedimento dirimenti initum fuit omnino clandestinum, quod non interfuerit parochus cum duplici teste: affirmat *Petrus de Ledesma de matrim. q.56. a vlt. dub.2. diffic.1. concl 2. & sum. sacram.* vbi de matrim. *c.27. circa 1. concl. dub.2.* Et idem videntur sentire *Manuel 1.to. sum. in 2. edit. c.238. n.6. Vega 2.tom sum. c.34. casu 97. sine*, vbi explicant hoc decretum, siue publice, siue clam matrim. sit initum. Idem significant *Cordoba sum. q. 45. opin. 2. punct. 5. Lud. Lopez 1.p. instruct. c.296. col. 11. vers. Igitur pro resolutione.* vbi docentes incestum commissum post Pontificis dispensationem, ante executionem ordinarij, non vitiare dispensationem: ponderant eam non habitum fuisse animo tũc clandestini ineundi matrim. Et potest probari, quia si ignorantia non excusat omittentem denunciationes, quæ non sunt de matrimonij substantia, eo quod hic indignus sit Ecclesiæ benignitate eius præcepta contemnens. Vt expressè hac reddita ratione decidit *eo.c.5.* Nedum eam pœnam incurret iniens scienter matrim. omissa forma substantiali, vtpote, qui in re multo magis necessaria contemnit præceptum Ecclesiæ. Aliàs reinon pœna plecteretur reus multo grauioris delicti. Secundò, quia matrim. id punitur in Tridentino, vt arceatur audacia, qua aliqui impediti inibant matrim. spe facilioris dispensationis. Quæ ratio militat quoq; in matrim. clandestino. Tertiò, quia matrim hoc esse irritum nil cõfert ad euitandam eius decreti pœnam. Cùm nullum matrim. validum in eo decreto puniatur, sed id solum quod irritum est ratione alicuius impedimenti dirimentis.

At probabilius censeo non esse locum huic pœnæ in illo euentu. Quod docet *Enriquez lib.12. de matrim.c.3.n.8.* Ducor, quod Tridentinum puniat ea pœna præsumentes contrahere matrim. cum impedimento dirimenti. At hi contrahentes non præsumpsere inire matrimonium, Quippe deficit forma eius substantialis. Secundò, quia non militant rationes Tridentini Non prior, quæ h. præc. in 2. argum. est proposita. Quia lex intendit pœnis afficere ea, quæ frequenter accidunt, parum de raro contingẽtibus curans, *l. Nam ad ea ff. de legibus.* At Tridentinum rectè nouit fore, vt matrim. clandestina ab eo irritata, in posterum aut nunquam aut rarissime ineantur: vtpote quæ nullius emolumenti futura sint. Cùm nec externam quidem matrimonii speciem habeant: sed sint concubinatus quidam. In cuius signum *idem Trident. ead. sess. 24. c.1.* huiusmodi matrim. clandestinum irritans, solis arbitrariis pœnis id puniendum decreuit, nolens pœnas certas præscribere: quod rarum futurum esset. Non ergo *d.c.5.* pœna ibi decreta voluit hoc matrim. plectere tanquam rarum & indignum, prorsus vt eo ducatur Pontifex ad facilius dispensandum. Non etiam militat posterior ratio in argum. 1. proposita n. præced. Quia hi non ita temere contemnunt præcepta Ecclesiæ, ac contrahentes inualidè coram parocho & testibus. Quia priores nec in se verum matrimonium ineunt, nec habens externam matrimonij figuram. cui suam auctoritatẽ Ecclesia præstiterit, illud approbans. Quod efficiunt posteriori modo ineuntes. Atque ita insolentior præsumptio est, & maiori temeritate notanda, in facie Ecclesiæ, ac ipsa auctoritatem præstante matrim. cum impedimento dirimenti inire, quam absque eius auctoritate clam id efficere. Adde, rationem hanc non reddi in Tridentino punitionis omittentium denunciationes, quasi ea pœna puniantur, eo quod Ecclesiæ præcepta contempserint: sed solum redditur ea ratio, ne hos ignorantia impedimenti excuset, eo quod non adhibuerint diligentiam ab Ecclesia præscriptam ad impedimenta inuestiganda. Quæ ratio non militat in contrahente absque parocho & testibus. Cum enim huiusmodi contractus careat matrimonij figura ab Ecclesia approbati: & cui denunciationes præmitti iubet, non est cur culpæ ipsis tribuatur omissio denunciationum: sed non obseruasse formam ab Ecclesia præscriptam in matrimonij contractu. Et ex his constat ad rationes contrarias.

Hinc deducitur primò non esse necessariam huius matrim. mentionem, eiusve consummationis, in impetratione dispensationis circa impedimentum dirimens: sed satis erit copulã incestuosæ mentionem facere, eo prorsus modo, quo illius mentio erat necessaria secluso matrim. Quare si copula non interuenit, nulla mentio necessaria est. Quia ante hoc Tridentini decretum non erat necessaria matrimonij mentio, (vt diximus n.25.) at Tridentinũ eam necessitatem inducens ratione pœnæ carendi spe dispensationis, qua matrim. cum impedimento contractũ, eiusque consummationem afficit, non loquitur de hoc, quod omnino clandestinum est. 35

Secundò deducitur, nec esse necessariam mentionem sponsalium, quæ inter hos sic impeditos vna cum copula intercesserit, sed solam copulam attendendam esse. Quia *Tridentinum d.c.5.* solum matrim. punit. Quamuis *Lud. Lopez 1.p. instructorij, c.296. colum.13. vers. Sed quid si non animo*; sentiat non solum sponsalium tractatum, sed etiam spem conceptam futuri matrim. quando ea spes ad copulam induxit, exprimi debere, ne subrepticia sit dispensatio. Sed ei non est credendum. 36

SVM-

SVMMARIVM.

An si copula incestuosa habita sit spe facilioris dispensationis, sit ea animus explicandus? Refertur quædam sententia n. 37.

Explicatur sententia Auctorum: & qualiter admittens delictum spe facilius impetrandæ dispensationis, quod nouit Pontificem in illius remedium dispensare, teneatur eum animum explicare: & an monachus ea spe habitum denuò assumens teneatur id exprimere, n. 38.

37 QVÆSTIO vltima. An si copula incestuosa habita sit spe facilius impetrandæ dispensationis, sit quoque is animus necessario explicandus? Quidam censent non esse nunc necesse eum animum explicare, sed fuisse tempore Pontificatus Pij V. Quod ipse declararit suam intentionem esse non dispensandi in hoc casu. Ducuntur, quod nullibi hunc animum declarandum esse statuatur c. *Tridentinum*. enim *sess. 24. de matr. c. 5.* solum loquitur quando is animus cum matrimonio interuenit (vt diximus num. præced. & n. 21.) Sic *Nauar. lib. 4. cons. tit. de consang. in 1. edit. cons. 5. n. 5. in 2. cons. 8. n. 5. Enriquez l. 12. de matrim. c. 3. nu. 8. Petrus de Ledesma de matrim. q. 56. art. vlt. dubio 2. diffic. 3. post 3. conclus. corollario 2.* Et videtur tenere *Humada l. 2. c. 15. p. 2. gl. 10. nu. 6. fin.* hanc enim sent. refert in vltimo loco, quamuis falsò alleget Couarruuiam pro ea.

38 At dicendum est eam spem necessario exprimendam esse, ne dispensatio sit subreptitia. Sic censent *Guttierrez l. 1. qu. canon. c. 15. nu. 20. Lud. Lopez 1. p. instruttory, c. 296. col. 12. vers. Tertio dicit.* Et tenet *Emmanuel Sa sum. verb. Dispensatio, n. 10.* vbi generaliter tradit vitiari dispensationem ex taciturnitate fraudis factæ ad eam facilius impetrandam. Et videtur tenere *Cordoba summa q. 45. opin. 1 primò 1. ratione 2. init.* vbi ait ex hac spe reddi difficiliorem dispensationem. Et colligitur ex *Nauar. sum. Lat. & Hisp. c. 11. nu. 72. & Lat. c. 22. n. 86. vers. 5. Et c. Si quando, exceptione 5. nu. 4. & 5. de rescript. Manuel. quæst. regularib. to. 2. q. 46. art. 6. Lud. Lopez proxime allegato*, vbi docent subreptitiam esse dispensationem cum monacho transeundi ad aliam religionem tacito animo, quo dimisit habitum, quando dimisit animo facilius eam obtinendi, eo quod nosset Pontificem non dispensare, nisi habitu prius demisso. Reddunt que rationem quia æquipollenter hic exprimit falsum: dum enim dimissionem habitus allegat, vt causam secum dispensandi, videtur tacite dicere ex fragilitate à se demissum esse, & non fraude. Quippe dimissio dolosa non est dispensandi causa. Ne ex fraude commodum reportetur: contra c. *Si vir. de cognat. spirit. & c. 1. de eo qui duxit, & c. Dilium, 30. qu. 1.* Vnde hinc elicunt *Manuel. & Lud. Lopez ibi* hanc regulam generalem. Qui nouit Principem concedere aliquam gratiam in necessarium obuiandi alicui delicto remedium, ac id committit vt facilius eam impetret, tenetur hunc finem exprimere. Quippe alias æquipollenter exprimit falsum: & ideo subreptitia erit dispensatio. Et colligitur ex *D. Aug. epist. 70. ad Auxilium*, & refertur, c. *Legi, 16. qu. 1.* ibi: *Non est danda vita seruis Dei, vt facilius putent elogi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores.* Sed hæc ratio non bene probat hanc sententiam. Primò, quia si hic non allegaret, vt causam dispensationis illam habitus dimissionem vel copulam, in quibus dicta fraus & spes reperta sunt, sed alias causas veras ac legitimas, non videtur aliqua tacita falsi expressio. Cum nulla res necessario exprimenda taceatur. Et si dicas fraudem illam necessario exprimendam: petis principium. Cum de hoc sit quæstio, & supponas quod probandum erat. Cum inde virtualem falsi expressionem inferas. Secundò, quia si aliæ causæ veræ & sufficientes allegarentur, non probatur ex hac tacita falsi expressione dispensationem esse subreptitiam. Quia ipsamet formalis expressio falsi in quadã causa non vitiat, quando aliæ veræ & sufficientes expressæ sunt (vt probaui disp. 21. n. 42.) Nedum virtualis expressio falsi id efficiet. Vnde doctrina hæc non est vniuersaliter vera, sed quando delictum id allegatur vt causa, & constat fore vt eo non allegato Pontifex minime dispensaret eo modo quo dispensauit. Quia tunc delictum fraudulenter admissum explicatur vt legitima dispensationis causa: cum talis non sit: sed retrahendi ab illa concedenda. Ne ex delicto commodum reportetur. Atq; ita virtute & æquipollenter exprimitur falsum. Quia virtute dicitur id crimen ex fragilitate patratum, ac proinde vt fragilitati prospiciatur, esse dispensandi causam. Regrediendo ergo ad nostram quæstionem, superest causam assignare, cur in incestu consanguineorum vel affinium habita spe facilius dispensationis impetrandæ, sit necessario spes hæc narranda. Nam prædicta regula huic exemplo adaptari nequit. Quia tantum abest, vt ea copula absque hac spe habita inducat Pontificem ad facilius dispensandum, vt potius tanquam retrahentem dixerimus nu. 8. eam esse necessario explicandam. Quare aliunde petenda est ratio huius sententiæ. Et ea quidem est, quam tradit *Guttierrez proxime allegatus*. Quia nimirum stylus curiæ habet, vt in hoc casu dispensationis impedimenti consanguinitatis vel affinitatis, explicata copula, addatur clausula conditionalis hæc: Dummodo copula habita non sit spe facilioris dispensationis. Quare licet ea non addatur, nec explicetur copula, amplectendo opinionem probabilem relatam n. 6. dicentem non esse eam necessario explicandam, adhuc suppletur hæc clausula, iuxta dicta n. 19. & dispensatio erit subreptitia non explicata copula hoc animo habita. Quod stylus curiæ declarat mentem Pontificis esse non dispensare in hoc casu, nisi id exprimat. Quid autem dicendum sit, quando ab altero soli contrahenti hæc spes concepta est, diximus n. 31.

DISPVTATIO XXVI.

An dispensatio impetrari possit absque mandato eius, cui impetratur?

SVMMARIVM.

Literæ ad beneficium possunt absque mandato impetrari. Non verò ad lites, n. 1.

Beneficium nequit acceptari absque speciali mandato, n. 2.

An desideretur mandatum ad dispensationes & alia priuilegia impetranda? Refertur quædam opinio, n. 3.

Proponuntur sententia Auctorum n. 4.

An dispensatio prosit ignoranti, & antequam illam acceptet, n. 5.

An dum impedimentum est commune vtrique contrahenti, satis sit ab altero impetrari dispensationem, altero prorsus ignorante, n. 6.

Quid, si impedimentum sit tantum alterius: vel sint diuersa in vtroque, n. 7.

Solutio argumentis.

CONSTAT apud omnes literas ad beneficia posse impetrari absq; mandato speciali vel generali eius, cui beneficium impetratur. Sic colligitur ex c. *Si motu proprio, de præbend. in 6.* ibi: *Secus si ad petitionem illius vel alterius pro cuius.* Idem ex c. *Nonnulli*, §. *Sunt & alij, de rescript. per locum à speciali*: ibi enim tanquam quid speciale decernitur, literas ad lites impetrari non posse absque speciali mandato. Præterea, quia id decretum est in literis ad lites causa litium vitandarum. Quæ ratio in literis ad beneficia cessat. Et ita docent *Glossa d. c. Nonnulli, §. Sunt & alij, verb. Sine speciali, ad fin. & ibi Abbas n. 1. Felinus num. 46. idem Glossa c. Ad aures, verb. Literas, eodem tit. & ibi Abbas fine, Decius fine. Imola num. 3. Rip. n. 44. Idem Abbas c. Ex ore, nu. 2. de his quæ fiunt à maiori parte capituli, & c. Innouit, num. 10. de elect. Decius c. Ad hæc, in nona tenet. n. 6. notabile 2. fine, de rescript. Domin. d. c. Si motu proprio, num. 2. Nauarr. c. Si quando, præludio 1. n. 2. de rescript.* & omnes DD. quos n. 3. & 4. allegabo. 1

Ad acceptandum tamen beneficium alteri impetratum desideratur speciale mandatum eius, cui acquiritur. Sic *citata decisione Rotæ* sustinet *Felinus c. Nonnulli, §. Sunt & alij n. 46. de rescript.* 2

At difficultas est de impetratione dispensationis, & aliorum priuilegiorum. Quidam enim censent speciale mandatum eius, cui impetrantur, desiderari. Ducuntur ex c. *Innouit, de elect.* vbi petita est à Pontifice dispensatio ad confirmandam electionem cuiusdam illegitimi, quæ irrita fuerat, & tamen ait textus: *Cum non ad postulandam dispensationem, sed ad petendam confirmationem ipsius fuerint nuntii destinati, ad præsens non duximus admittendam.* Secundò, quia regulariter nemo potest agere pro alio fine eius mandato, 3

to. ff. & Cod. de procurat. toto t. Tertio, ex *l. Illud. §. Si tale, ff. de minoribus.* ex quo textu cõstat speciale mandatũ desiderari ad restitutionem in integrũ petendam. Cuius rationem reddit *ibi Baldus n.1.* quod ea restitutio sit contra ius commune. Quæ ratio similiter in omni dispensatione procedit. Hanc sent. supponere videntur *Hostiensis, Sylvester, Angelus, Tabiena, num.3. de in integrum restit. & ibi Abbas n.5. Cardin. n.2. oppos.7.* Et in propriis terminis docent *Speculator. tit. de procuratore, §. Ratione igitur, n.5 vers.21 & n.6 vers.24. Abb. d.c. Innotuit, nu.* 10. *Bald. d.l. Illud. §. Si talis, nu.1. Corsetus in suis singularib. verb. Mandatum, §. statim in principio.*

4 Cæterum tenendum est, nec speciale, nec generale mandatum desiderari ad dispensationis & quæuis alia priuilegia impetranda: sed posse valide impetrari eo, cui impetrantur, ignorante. Probatur rationibus quibus id probaui num.1. de impetratione beneficij. Nam æquè militant in omnibus priuilegiis, gratiis, & dispensationibus. Secundò, ex *l. Vnicersi, 6. C. de precibus Imperat. offer.* quæ decidit non referre, à quo impetratum sit priuilegium, dummodo à Principe cõcessum sit. Tertiò, quia tantum abest, vt textus *cap. Innotuit. de elect.* cui innititur contraria sententia, illam probet, vt potius hæc ex illo colligatur. Quippe nõ loquitur de speciali mandato eius, cui impetranda erat dispensatio, sed de mandato capituli: ac proinde supponit, sufficere mandatum speciale capituli ad impetrandam dispensationem illegitimo malè electo. Adde, cum *Loazes de matr. Regu Angliæ, dub. 8. num.10.* in eo textu, non ad petendam dispensationem, sed ad petendam solius irritæ electionis confirmationem nuntios illos à capitulo destinatos fuisse, & ideo non potuere nomine capituli supplicare Pontifici pro dispensatione. Et quia fines mandati diligenter seruandi sunt *c. Cui de non sacerdotali, de prab. in 6.* denegauit Pontifex dispensationem tamquam non petitam à capitulo. Tandem quia pro hac parte faciunt DD. communiter, dum disputant an priuilegium & dispensatio prosit absenti à tempore concessionis, an à tempore scientiæ. Nullùs enim controuersiæ huic locus esset, nisi tanquam certum supponerent posse ea ignorantibus impetrari à quocunque. Hanus sent. videtur *Glossa c. Nonnulli, §. Sunt & alii verb. Sine speciali, ad fin. de rescript.* vbi reddens rationem cur rescriptum beneficij absque mandato valeat: ait, quia super nulla lite impetrantur, sed de gratia tantum concedintur. Atque ideo apertè sentit idem de quibuscunque gratiæ rescriptis. Et tenent *ibi Hostiens. sine, Felinus num.45. Bellamera d.c. Innotuit, n.13. Loaz. d. dub.8. n.5. & seq. Rebuff. praxi benef. t. de differen. inter rescripta gratia & iustitia, num.16 & tit. De dispensatione, num.13.* asserit se nunquam praxi vidisse seruari, vt mandatum exigatur, *Greg. Lopez. l.39. verb. Sine personeria, n.18. p.3. Nauar. l.4. consil.1. edit t. De sponsal. consil. 14. fin: & l.5. t. de priuileg. conf.4. n.4. & seqq. in 2. edit. l.1. t. de rescript. consil.2. n.2. & seqq. & consil.3. fin & conf.4. à nu.4. Emmanuel Sa summa, verb. Gratia, n.23.*

5 Non prodest autem dispensatio ignoranti, donec ab ipso acceptetur: vel ab alio habente speciale eius mandatum: sicut de beneficio diximus, n.2. Et late hoc explicui l.3. disp.36.

6 Dubitabis autem an dispensatio impetrata ab altero volentium matrimonium inire, vel qui irritum inierunt, prosit vtrique, quamuis alter prorsus impedimentum ac dispensationem ignoret? Videtur enim pars negans. Tum quia dispensatio cum sit strictiuris, non extenditur de persona in personam. Tum etiam, quia cum vtrique dispensatio deseruire debeat, nec prosit nisi à tempore scientiæ, videtur necessarium vt vtrique conferat. At dicendum est, quando impedimentum necessario afficit vtrumque, vt est consanguinitas, vel affinitas, quæ alterum solum afficere nequit, satis esse dispensationem ab altero obtineri vel acceptari, vt prosit etiam alteri ignoranti. Quia dispensatio ad necessario connexa extenditur. At dispensatio vnius ad contrahendum cum femina & annexa dispensationi feminæ ad contrahendum cum eo. Et eo ipso quod alter ex his suam dispensationem acceptat, fit habilis ad contrahendum cum altero. Quod fieri nequit nisi vterque habilis fit. Prodetit ergo dispensatio illa alteri ignoranti. Et ita docent *Nauar. lib.4. consil. in 1. edit. tit. De sponsal. conf.14. num.2. in 2. l.1 t. de rescrip. consil.3. n.2. Enriqu. l.11. de matrim. c.3. nu.6. in commento, lit. H.* Quod idem supponunt DD. omnes, quos l.2. disp. 39. n.2. retuli, dicentes quando matrim. fuit irritum ob aliquod impedimentum ab altero ignoratum, posse coniugem impedimenti conscium impetrata illius occulta dispensatione, nec alteri illa explicata, nec impedimento, simulaniter petere illius consensum.

Quod si esset impedimentum alterius tantum, quod al- 7
ter solus castitatem vouerit, vel ita commune, vt sit prorsus in vtroque diuersum, vt si vterque castitatem promiserit, necesse est vt ille, qui impedimento affectus est, & si vterque sit, vt vterque illam acceptet: quamuis absq; eius mandato possit impetrari. Ratio est, quia dispensatio directè impetratur habenti impedimentum, nec impetrata vni, impetratur per quandam necessariam consequentiã alteri: sicut contingit in casu, quem num. præcedenti explicuimus. Ergo is qui illa eget, debet eam nosse & acceptare: & si vterque egeat, vterque.

Ad argum. nu.3. proposita respond. Ad 1. constat ex di- 8
ctis n.4. Ad 2. dic id verum esse in rescriptis iustitiæ, secus in rescriptis gratiæ. Ad 3. dic id esse speciale, non ob rationem ibi signatam à *Baldo*, sed ob aliam, quam ipsemet tradit ibidem, nempe, quia venit procurator ad retractandum factum domini. Vt *l. Hominem. ff. mandati.*

DISPVTATIO XXVII.

An commissio dispẽsandi in matrimonii impedimentis, & generaliter quæcunque alia potestas delegata, expiret morte vel cessatione officii personæ, cui commissa est?

SVMMARIVM.

Potestas delegata potest committi expresso nomine solo proprio delegati, aut solo nomine dignitatis, aut vtroque, n.1.

Commissio personalis cessat morte delegati: non verò realis, sed transit ad successorem, num.2.

An ad hoc diudicandum sint potius alia coniecturæ spectanda, quam si sint commissio sub nomine proprio delegati, an sub nomine dignitatis, n.3.

An in dubio præsumptio personæ prædeuntis, & cessatur personalis, n.4.

Quot quæstiones disputanda sint, n.5

An commissio facta expresso nomine delegati pereat eius morte, non autem quando expresso nomine dignitatis vel officij, sed transeat ad successorem, n.6.

An facta nomine dignitatis expresso transeat ad successorem, quando prior obijt re integra, n.7.

An dignitas vacans Episcopi habeat successorem, & sic commissio illi facta sub nomine dignitatis transeat eo mortuo ad successorem? Refertur duplex opinio, num.8. & 9.

Explicatur sententia anchoris & an idem sit de vicario capitulj, & prælatorum habentium iurisd. Episcopalem, n.10.

An legati à latere dignitas habeat successorem, & sic commissio ei facta sub nomine dignitatis transeat ad successorem, n.11.

An idem de dignitate canonic. dicendum sit, n.12.

Qua dignitas dicatur habere successorem, vt ad illum commissio transeat, n.13.

An commissio facta dignitati nudi ministerij, vel arbitrarij, transeat ad successorem, n.14.

An commissio facta sub nomine dignitatis delegati quando is est consanguineus, aut amicus delegantis, censeatur personalis, nec transeat ad successorem, num.15.

An delegatio facta sub nomine proprio delegati, quando is est incognitus deleganti, censeatur realis, & transeat ad successorem, nu.16.

Post n.16. annexa alia summaria.

1 IAM aggredimur modos, quibus dispẽsatio semel concessa legitimè, extingui possit ac euanescere. Quod variis modis posse contingere disputationes sequentes demonstrabunt. Prius autem agimus quando expiret morte aut cessatione officii ipsius delegati, cui Pontifex committit vt cognita veritate precum dispenset, in præsenti disp. Et in seq. agemus quando expiret morte aut cessatione officij ipsiusmet delegantis. Primò supponendum est, posse

tripliciter

tripliciter committi potestatem delegatam alicui. Primo modo, expresso solo nomine proprio delegati, vt, Committimus Petro. Secundo modo, expresso solo nomine dignitatis, vt, Committimus Archiepiscopo Granatensi. Tertiò, expresso vtroque, vt, Committimus Petro Archiepiscopo Granatensi.

2 Secundo supponendum est, difficultatem huius quæstionis pendere ex cognitione quando commissio huiusmodi personalis sit, quando vero realis. Nam si personalis sit, id est, personæ cui delegatur specialiter concessa, cessabit eius morte, eo quod subiectum cui inhærebat deficiat. Si autem realis sit, id est, dignitati vel officio concessa, cum dignitas illa seu officium perpetua sint, non extinguetur morte delegati, sed transibit in personam succedentem in eo officio aut dignitate. Quippe ea quatenus fungens eodem officio seu dignitate, reputatur vnamet cum præcedenti. Quare totius huius disputationis difficultas eo spectat, vt ex coniecturis deducatur, quando censeatur commissio facta dignitati seu officio, & sic realis sit, nec morte delegati extinguatur: quando autem soli personæ, & sic tanquam personalis extinguatur eius morte.

3 Tertiò supponendum est, ad coniectandum an commissio sit personalis, an potius realis, non principaliter spectandum esse an delegatio fiat expresso nomine delegati, an expressa eius dignitate: sed hanc considerationem esse vltimum remedium, quando, nempe, ex subiecta materia, vel ex aliis verbis in dispositione contentis deduci nequit. Quare prius sunt alia verba & subiecta materia perpendenda, & quando illis perpensis res adhuc dubia manet, id diiudicandum est ex nominis propriis delegati, aut eius dignitatis expressione. Quare si verba vel materia subiecta indicent dispositionem esse personalem, sic erit censendum, etsi solius dignitatis delegati mentio fiat. Exemplum sit de verbis: Pontifex committit causam Episcopo Cordubensi solo dignitatis nomine expresso, declarans se illi committere ob peculiarē scientiæ ac sanctitatis notitiam, quam de illo habet. Ex verbis constat non habitam esse dignitatis considerationem, sed personæ: ac proinde commissio erit personalis. Exēplum in materia subiecta: Fuit excommunicatus Episcopus Cordubensis solo dignitatis nomine expresso, manifestum est excommunicationem esse personalem, nec transire ad successorem. Quod hoc petat materia excommunicationis subiecta, vtpote, quæ ob solum personale delictum ferri potest. Ratio autē huius est, quia vna præsumptio tollit aliam, & maior minorem. Vt tradit *Glos. fin. c. Transmissæ, qui filij sint legit.* & ex multis probat *Menoch. de præsumpt. l. 1. q. 30. n. 1.* At fortior est præsumptio, quæ ex verbis ipsis peculiaribus commissionis, ac ex materia subiecta sumitur, vtpote quæ peculiaris est, quam generalis desumpta ex proprii nominis dignitatiue expressione. Ergo illa potius attendenda est, ac huic præponderat. Atque ita docent *Ioan. Andr. reg. Priuilegium, de reg. iur. in 6. & ibi Anchar. n. vn. col. 2. & cons. 327. n. 5. & 6. Abb. consil. 93. n. 1. & 2. l. 2. & c. Mandata, n. 1. de præsumpt. & c. Quoniam Abbas, n. 8. de officio deleg.* vbi *Anton. n. 21. Cardinal. q. pen. Imola nu. 8. Decius in noua edit. n. 23. Beroius à n. 82. idem Decius l. More, n. 53. & 54. ff. de iurisd. omn. iudic. Conar. l. 3. var. 15. n. 2.* & latissime alios allegans, *c. Requisisti, n. 1. & seqq. de testam. Barbosa l. Quia tale, 24. n. 41. ff. soluto matrim.*

4 Hinc infert *Decius c. Quoniam Abbas, in noua edit. nu. 36. de offic. deleg.* præsumptionem respicientem personam præferri præsumptioni respicienti dignitatem: ac proinde vtraque concurrenti iudicandum esse dispositionem personalem in dubio. Et ratio est, quia præsumptio specialis generalem cessare facit. Cùm species generi deroget (vt ex multis probat *Menoch. de arbitr. l. 2. casu 472. num. 14. & de præsumpt. l. 1. q. 29. num. 7.* At præsumptio respiciens personam magis specialis est (vt voluit *Bald. l. 1. q. 3. ff. de officio Consulis.*) Sed *Beroius eo c. Quoniam Abbas, nu. 85* ex multis contra hoc consurgit, & tandem concludit forte esse verum quod ait *Decius*, quando præsumptiones illæ pares hinc inde essent, ac proinde res est in æquilibro & dubia. Tunc enim vincet in eo dubio præsumptio personalis, ac reputabitur dispositio personalis. Et verē in hoc dubio loquitur *Decius*, idque verissimum credo.

His præmissis, quadruplex quæstio in hac disputatione discutienda est. Prima, quando commissio sit solo nomine dignitatis, aut solo nomine personæ expresso, an cēseatur personalis, ac proinde extinguatur delegati morte. Secunda, quid vbi vtrumq; nomen exprimitur. Tertia, quid quando delegatus non obiit, sed officio vel dignitate iam functus est? Vltima est specialis in dispensationibus impedimentorū matrimonij commissis officiali diœcesano, quando expirent officiali illo vita aut officio functo, nec transeāt ad eius successorem. Vbi & alia differentur ad hoc pertinentia, & disputabitur de commissis in foro conscientiæ confessori.

Quæstio I. An quando delegato sit commissio, ex- 6
presso nomine solo proprio, aut solo dignitatis officiive, censeatur personalis, & ita extinguatur morte personæ delegati: an potius realis, ac proinde ad successo rē transeat? Qua in re quando ex coniecturis verborum vel materiæ subiectæ certior regula deduci nequit, iuxta dicta n. 3. sed omnibus pensatis est res dubia, hæc regula accipienda est. Si solum personæ delegati nomen exprimatur, erit commissio personalis, ac morte delegati extinguetur. Vt, Committo hoc Petro, vel Petrus sit mei testamenti executor. Quando autem nomen dignitatis vel officij solum exprimitur, commissio erit realis, & eo delegato mortuo transibit ad successorem in ea dignitate vel officio. Vt, Hoc committo Episcopo Cordubensi: vel sit testamenti executor Decanus Granatensis. Regula hæc probatur expresse ex *c. Quoniam Abb. de offic. deleg.* ibi: *Quia sub expressis nominibus locorum, & non personarum commissio emanauit.* locorum, id est, dignitatum, quæ locis præsunt. Vt explicat *ibi Abb. n. 8.* ab omnibus receptus. Et ideo ex eo textu colligunt hanc regulam vniuersi DD. *Cum glossa ibi, verb. Substituatum.* Et ratio est, quod in priori casu commissio fiat personæ, quæ moritur. At in posteriori dignitati, quæ nunquam moritur, sed est vna & eadem in successore. *c. Si gratiosè, de rescriptis in 6.*

Aliqui hanc regulam temperant, vt tunc commissio 7
realis facta sub nomine dignitatis transeat ad successorem, quando prior obiit re non integra, sed negotio tam incepto: secus si re integra obierit. Ducuntur ex *c. Quoniam, Abbas, de offic. deleg.* quod expresse videtur supponere delegationem dignitati factam transire ad successorem, si iudicij præmortuo fuerit rescriptum præsentatum, & sic res non sit integra, ibi: *Illi mandato nostro parere.* Quæ verba cum sint ablatiui absoluti, efficiunt conditionem, *l. A testatore, ff. de condit. & demonstr.* Sic sustinet *Angelus §. Et hæc vero tuebamur, vers. Attende, auth. Vt nulli iudic.* Et *Beroius d. c. Quoniam Abbas, n. 12. & 13.* ait in literis ad lites, de quibus is textus agit, forte necessarium esse vt mortuo præsentatæ sint, secus in aliis. Et concludit id esse cogitandum. At dicendum est, nil referre in hoc euentu, an à priori habenti illam dignitatem res cœpta sit, an potius re non incepta, sed integra obierit. Quia tem esse integram aut ceptam, ne commissio expiret, solum attenditur quando delegans obiit: (vt late videbimus dis. seq.) non autem quando delegatus obiit. Quare dum est commissio personalis, semper extinguitur cum persona delegati: quando autem est realis, transit ad successorem, siue commissio cœpta sit à defuncto, siue res integra manserit. Quia ratio vtriusque partis, nimirum, personam mori, non autem dignitatem, militat, siue res sit integra, siue non. Et ita docent *Innocent. d. c. Quoniam Abbas, n. vn. & ibi Hostiens. n. 5. & 9. Ioan. Andr. n. 27. Anc. nu. 20. Card. post q. 1. opposit. 1. Imola n. 2. Decius in noua edit. num. 14. Henricus num. 10. Anchar. c. Licet vndique, q. 5. de offic. del. gradum Hostiensis tit. de offic. delegat. §. Quibus modis finitur. nu. 10. vers. Quid si mortuus est. Archid. c. Si is cui, statim in princ. vers. 1. in 6.* &

& ibi Domin.n.4.vers.In fine Glos.c. idem Decius l.More,n.54.ff. de iurisd.omn.iud.& ibi Zasius fin.Bellapertica nu.17. Menochius dicens sententiam Angeli ab omnibus reiici,de arbitr.l.1.q. 68.n.22.Neque obstat d.c.Quoniam Abbas,'quia in illis verbis:mandato nostro parebit,supplendum est, Maximè,nec in hoc vim textus facit, sed in eo quod delegatio dignitati facta sit. Et ita explicant Hosti.Ioan. and.Ant.Cardin.in locis proximè allegatis.

8 Secundò temperatur hæc regula ab aliquibus, vt intelligatur quando dignitas delegati est per se subsistens, & nomine proprio illi competit, secus si sit accessoria, & dependens ab alio,cui principaliter ea dignitas inest: vt contingit in vicario Episcopi. Atque proinde in hoc euentu nulla erit differentia, siue commissio fiat expresso nomine proprio Vicarij, siue nomine dignitatis: nam in vtroque euentu commissio erit personalis, nec transibit ad successorem in vicariatu, sed morte personæ peribit. Ratio est, quia dignitas seu officium Vicarij eo mortuo expirat, vel eo reuocato ab Episcopo: nec dicitur tunc vacans, eò quòd non habeat propriè successorem. Quippe Vicarius non habet iurisdictionem nomine proprio,sed iurisdictio sua est Episcopi faciens idem consistorium, c.cap.2.de consuet.in 6. Et confirmatur,nam si vicariatus haberet successorem, diceretur vacare per mortem, & ea dignitas esset necessario perpetua in Ecclesia,& consequenter non penderet ab Episcopi voluntate Vicarium constituere: sed teneretur eum creare: alioquin elapso termino legitimo potestas creandi ad Papam deuolueretur, c.1. & toto tit de supp.neglig.prał. At Episcopus non tenetur creare Vicarium,cap.1. & 2.de offic.Vicarij,in 6.& notatur cap.Perlectis,d. 25.& clement 2.de rescript. Ergo vicariatus dignitas non est perpetua, nec in ea succeditur, sed dicitur de nouo assumi à Vicario denuo creato. Secundo probatur ex l. Anguilla, iuncta l. Quod Principi, ff.de leg.2. vbi legatum Imperatori factum transit ad successorem, secus si legetur Imperatrici. Quod ille dignitatem nomine proprio habeat, & sic successorem, hæc autem non fungatur dignitate nomine proprio,sed radiis Imperatoris coruscet,ac proinde careat succedenti in dignitate. Et ideo hanc partem sustinent Bart.d.l.Quod Principi, fin. & ibi Baldus fine. Idem Bartolus l. More, fin. de iurisdict.omn.iudic.& ibi Albericus num.10.Decius n.54.Iason n.65.Fulgos.n.25. Zasius fin.Bellapertica n.18. Iacobinus in 1.lectura n 33. Cacialupus n.35. Angelus l.Et quia,n.7.ff. eod tit. Ant. licet subobscurè, c.Quoniam Abbas,n 25.de offic. deleg.& ibi Imola n.7.Decius in noua edit.n.42.& ibi Felinus n. 7.Beroius n.100.& 101. Anchar.c.Sigratioſe,n.6.vers.In 1 casu de rescript.in 6.& ibi Francus n.13.& c.Statutum,in princ.n.11. notab.5.eod.tit.& lib.& ibi Domin.n.8. Imola clement.2.nu.11. de rescript. Fulgosius l.Si quis Imperatorem,n.2. vers.Sed si sit factum C.qui testam.fac.pos.Tabiena v.Delegare q.12.n.13. Menochius de præsumpt.lib.4 præsumpt.121.num.10.& de arbitr.lib.1. q.68.n.24.

9 Alij verò hanc limitationem reiiciunt,sustinentes commissionem factam Vicario sub nomine dignitatis,esse realem,& ita eo mortuo transire ad successorem in vicariatu. Ducuntur, quod detur verè successor. Vt constat ex c.1.de offic.vicar. in 6. vbi vult textus substitutum in vicariatu repræsentare & gerere vices illius, qui prius erat Vicarius, ibi:Illos qui vices ipsius gerunt. Vbi Glos.v. Ipsius,ait,officialis vel officialatus.Huius sententiæ sunt Paulus clem. Et si principalis, de rescript. Card.c. Quoniam Abbas,n.3 opposit.11.& 12. de offic. deleg.Lac.de Puteo dicens sic in Rota decisum esse,decis.487. n.1.lib.2.Flamin.de resig.benef.l 1.q.11.ad fin.

10 Cæterum optime quæstionem hanc diluit Abbas c.Quoniam Abbas n.11.de offic.deleg. dicens, licet propriè & strictè Vicarius Episcopi non habeat dignitatem, vt apertè probant rationes n.8 propositæ, atq; ita in rigore commissio illi facta sub nomine dignitatis non transiret ad successorem:at transire quidem. Quia eam esse Pontificis mentem, vereque ab ipso considerari Vicarij tribunal, dum hæc committit sub nomine vicariatus, praxis ipsa satis attestatur. Idque suadet prudens ac summis Ecclesiæ gubernatio. Cum enim commissiones dispensationum in foro externo concessarum dirigantur semper officiali diœcesano, si personales essent passim perirent, magnæque expensæ in impetrandis aliis rescriptis fierent. Atque hoc pacto defensa opinio relata n.præced.est vera. Et quamuis Doctores loquantur de Vicario Episcopi, idem intelligo de Vicariis capituli sede vacante, ac prælatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem in sua diœcesi ita vt nulli Episcopo subsint. Commissiones enim huiusmodi Vicarijs directæ sub nomine officij transibunt ad successorem. Cum militet eadem ratio, & praxis ipsa ita docet. Hos enim omnes capaces esse harum delegationum probabo num.34.

Hinc deducitur commissiones factas legato etiam à la- 11
tere sub nomine dignitatis, non transire ad successorem, sed cum persona legati extingui. Quia legati dignitas non est perpetua in Ecclesia, sed ad nutum & simplicem Pontificis voluntatem reuocabilis. Atque ita finita legatione non dicitur vacare dignitas, nec in ea datur successor, sed semper de nouo per Pontificem creatur. Et confirm.ex cap.Præsenti.de officio legati,in 6.vbi deciditur reseruationes & prouisiones beneficiorum à legato facta, & nondum effectum sortita,expirare finita legatione.Sentit ergo textus legationem extingui, nec transire ad successorem. Et ita docent Ant.c.Quoniam Abbas n.23.de offic.deleg.& ibi Abbas n.11. Decius in noua editione n.63. Felinus num.8. Beroius à num.102.vsque ad 105.Bartolus l.More,fine.ff.de iurisdict.omn. indic.Imola clement.2.num.12.de rescript.Dominicus c.Statutum, in principio,n 8. de rescript.in 6. & ibi Francus num.11. notab.5. & cap.Sigratioſe,num.13.eodem tit.& lib.Tabiena v.Delegare, qu.12.n.13.

Secundò deducitur, quid dicendum sit de legatione 12
facta canonico sub nomine dignitatis. Quidam sic distinguunt, si in illa Ecclesia non sit certus canonicorum numerus,non transit ad successorem. Quia canonicatus ille cum persona extinguitur,nec successorem habet,cap.Dilecto.de præb.secus si sit certus numerus.Sic tenent aliqui,(vt refert Abbas statim allegandus:) & partim est eiusdem sententiæ Ant.c.Quoniam Abbas,num.23.de offic.deleg. tenet enim priorem partem: at posteriorem indecisam relinquit. At verius est in neutro euentu canonicatum habere propriè successorem,sed extingui morte: & pari ratione commissionem illi factam sub nomine dignitatis. Et ita sustinent Abbas d.c.Quoniam Abbas n.9 & ibi Beroius n.99. Felinus nu.5. & 6. Decius in noua edit.à n.59.Imola clem.2.nu.12.de rescript. Domin.c Statutum,in princ.nu 8 de rescript.in 6. & ibi Francus n.9. Cæterum quamuis hoc in rigore verum sit, ex mente Pontificis bene transiret in alium,cui canonicatus ille collatus est (vt nu.10. diximus de Vicario Episcopi) & ita tenet d.c.Quoniam Abbas,n.9.

Quod si roges, quænam dignitas sit, quæ propriè suc- 13
cessorem habet, atque ita commissio facta illi transeat ad successorem? Dico esse illam,quæ perpetuo exigitur in Ecclesia.Vt bene tradit Dominic.c.Statutum,in princ.de rescript. in 6.num.8.

Tertiò limitatur ab aliquibus regula, vt tunc commis- 14
sio facta dignitati transeat ad successorem, quandò commissio illa iurisdictionem aliquam continet,secus si sit nudum ministerium, seu nuda facti executio. Et ratio est, quia in iurisdictionis commissione attenditur præsumpta peritia eius,qui eam dignitatem habet,quicumque ille sit. At in nudi ministerij commissione sola certæ personæ affectio & confidentia. Sic relato pro se Innocentio tradit Bartolus l.More,in fin.ff.de iurisdict.omn.iud. & ibi Iason n.65. idem Bart.l. Qui liberis,§.Hæc verba,num.4.ff.de vulgari, & ibi Imola n.5.fin.& n.6.Ioan. Andr.c.final.n.24.de offic.deleg.& ibi Ant.§.vlt.n.25.Beroius c.Quoniam Abbas,à n.111.eodem tit. Anchar.an.c.Si gratioſe,n.7.de rescript.in 6.Ruinus consil.115.nu.9. vol.1.& cons 63.nu.5.vers.Nec obstat,vol.4. At verius est, huiusmodi commissionem transire ad successorem in dignitate.

tate. Quia nulla congrua differentiæ ratio assignari potest. Cum enim dignitas, cui commissio facta est, non moriatur, sed eadem in successore maneat, dicendum est eam ad successorem transire. Nec *Innoc. c. fin. n. 4. de offic. delegat.* quem pro se allegat *Bartolus*, est eius sententiæ. Quia loquitur in casu in quo ex verbis constat electam esse industriam personæ: in quo casu omnes fatentur eam esse personalem, nec transire ad successorem. Et ita hanc partem sustinent *Host. c. fin. n. 11. de offic. deleg. Abb. ibi, §. vlt. fi. Card. q. 7. Imolan. 10. Anchar. n. 8. Felin. n. 8. Im. 1. Bellamera q. 2. n. 6. idem Abb. d. c. Quoniam Abbas, n. 19.* vbi *Decius in noua edit. n. 77. Idē Card. clem. vn. fin. de offic. deleg. Paulus d. l. Qui liberis, §. Hæc verba, n. 4. Idem Decius d. l. More, n. 52.* vbi *Cacialupus n. 39. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 68. n. 13.* qui omnino consulendus est à *n. 4.* vbi tractat an potestas arbitrandi concessa dignitati transeat ad successorem. & à *n. 26.* vbi tractat quid quando extra iudicium res est terminanda, & partes committunt iudici, vt arbitro, an id arbitrium transeat ad successorem.

15 Quartò limitatur ab aliquibus, nisi ille, cui sub nomine dignitatis facta est delegatio, sit coniunctus sanguine aut stricto amicitiæ vinculo cum delegante, tunc enim erit personalis, nec ad successorem transibit. Sic *Iason l. More, n. 65. ff. de iurisdict. omn. iud.* Et refert pro se *Gl. c. Religiosus, 9. Expresserit. de testam. in 6.* idq; probat ex *c. Requisiti, de testa.* Sed cum stylus & consuetudo habeant, vt delegationes committantur personæ alicui in dignitate constitutæ, iuxta *c. Statutum, in princ. de rescript in 6.* & dispensationes fori externi officiali diœcesano, existimo quamuis ii sint consanguinei delegantis, vel valdè familiares, commissionem sub nomine dignitatis delegati factā esse realem, & transire ad successorem. Quia non censetur principaliter spectata persona, aut coniunctio cum illa, sed dignitas cui hæ causæ delegari debent. Nec *Gloss.* quam pro se refert *Iason*, illi fauet. Quippe loquitur in testamenti executione personæ in dignitate constitutæ commissa sub dignitatis nomine. Vt si testator nominet sui testamenti executorem Archiepiscopum Granatensem: cùm enim per accidens omnino se habeat dignitas respectu executionis, eaq; executio communiter demandari soleat amicis, ac sanguine iunctis, iure optimo ex his deduceretur vrgentior præsumptio, potius personæ, quam dignitatis consideratione habitam, vt commissio sit personalis, quam ex solius dignitatis expressione ad contectandum oppositum. Nec fauet etiam *c. Requisisti, de testam.* Quia loquitur in legatis relictis personæ in dignitate constitutæ. Qua in re prævalet præsumptio deducta ex amicitia & consanguinitate, vt censeatur legatum factum contemplatione personæ, præsumptioni deductæ ex solius dignitatis expressione, vt censeatur factum contemplatione dignitatis. Quod in legatis relinquendis consanguinitas & amicitia spectari soleant.

16 Vltimò limitatur à quibusdam *reg. Quoad eam partem*, vt delegatio facta expressè solo delegati nomine censeatur personalis, & sic cum persona expiret, vt intelligatur, nisi delegatus sit incognitus delegranti, tunc enim censebitur commissio realis, & facta dignitati, si delegatus eam habeat. Per *l penult. ff de rebus dubiis.* Ita citatis Gulielmo & Angelo tenet *Iason l. More, n. 56. limit. 6. ff. de iurisd. omn. iud.* Sed omnino displicet hæc limitatio, nec istextus eam probat. Quia ibi (vt n. 19. ponderabimus) expressius est sermo, quando sub nomine proprio & dignitatis simul fit commissio. Præterea, quia si committens noluit personæ, sed dignitati, vel officio delegare: quorsum solius nominis proprij personæ mentionem fecit?

QVAESTIO II. An commissio facta expressis simul nominibus dignitatis & personæ delegati, censeatur personalis an realis? Quæ quæstio (vt diximus n. 3.) procedit vbi res est dubia, nec ex aliis coniecturis veritas elici potest. Quadruplex est opinio. Prima sustinet censeri commissionem realem dignitati factam, & sic transire ad successorem. Quod dignitatis qualitas prævaleat, vtpote, quæ potentior ac firmior est. Sic tenet *Gl. l. Cum ita, 93. p. Haredi. ff. de condit. & demonstrat.* 17

Secunda sent. tenet, spectandum esse vtrum ex illis nominibus præcedat, & præcedente proprio commissionem esse personalem, nec transire ad successorem. Vt si dicatur, Committimus Petro Archiepiscopo Granatensi. Secus si dignitatis nomen præcedat, vt, Committimus Granatensi Archiepiscopo Petro. Ducitur, quia vbi res est dubia, deducitur ex literæ ordine intentio concedentis, *c. Mandato, in fin. de preb. in 6. x. Si quis instio, in princ. de elect. in 6. & l. Quoties. ff. de vsufruct.* Hanc sustinent *Bart. l. More, in fin. ff. de iurisd. omn. iud. & ibi Decius n. 55. Iason nn. 65. Curtius iunior. fine, Zasius fin. Iacobinus in 1. lectura, n. 33. Anchar. c. Si gratiose, nu. 6. fin. de rescript in 6. Imola l. Si seruus communis, n. 2. init. ff. de stipul. serv. & ibi Angelus statim in princ.* 18

Tertia sent. sic distinguitur. Aut cōmittens disponensve notitiam habet personæ cui committit, & tunc est vera distinctio posita n. præc. vt sit personalis, quando præcedit nomen proprium, realis verò, quando præcedit dignitatis nomen. Aut non habet notitiam personæ, & tunc censetur realis facta dignitati, vtrumuis nomen præcedat. Probat ex *l. Si seruus communis, ff. de stipul. serv.* iuncto *l. pen. ff. de rebus dub.* Quippe *d. l. Si seruus cōmunis* constituit discrimen, quando seruus communis stipulatur dominis suis, an præcedat nomen proprium an appellatiuum. Quod ideo est, quia in dubio quod alteri postponitur, censetur apponi non principaliter gratia disponendi, sed gratia demonstrandi. Quæ ratio potest etiam casui nostro adaptari. Quoniam ex quo primo ponitur nomen proprium, deinde appellatiuum dignitatis, videtur nomen proprium principaliter considerari, & sic in eo videtur dispositio fundata: & appellatiuū postpositum videtur secundario apponi demonstrationis gratia: & ideo potius attenditur nomen præpositū. Quod magis attendi debeat dispositio, in qua mens disponentis principaliter consistit, quam demonstratio: argumento ex *l. Si quis in fundi vocabulo, & l. Stichum. ff. de legat. 1.* vbi ab eo quod gratia demonstrandi ponitur, non determinatur dispositio. Et ex *d. l. penult.* constat exprimentem nomen proprium, & officij, ac in alterutro errantem, videri in dubio considerasse appellatiuum officij, si non cognoscebat personas, perinde ac si nomen proprium non esset adiectum. Ergo quando delegans minimè nouit delegatum, videtur in dubio semper delegare dignitati: quando autem nouit, videtur illi delegare, cuius nomen præponit. Et ita tuentur *Bart. d. l. Si seruus communis, n. vn. Abb. cons. 93. fin. l. 2. & c. Mandata, n. 1. de præsumpt. & c. Quoniam Abbas, n. 8. de offic. deleg.* vbi *Card. q. penult. Decius in noua edit. n. 47. & 47.* Et dicit cōmunem *Beroius ibi, n. 91.* & tenēt etiam *Paulus d. l penult. n. 4. Fulgos. l. More, n. 25. ff. de iurisd. omn. iud. & ibi Cacialup. n. 38. Greg. Lop. l. 47. fin. t. 18. p. 3. Menoch de arbitr. lib. 1. q. 68. n. 16. & 17.* 19

Vltima sent. (cui adhæreo, licet tres positæ sint probabiles) ait semper huiusmodi commissionem esse personalem, vtrumuis nomen præponatur, ac proinde non transire ad successorem. Ducitur primò, quia cùm nomen dignitatis generale sit ad omnes ea fulgentes, nomen autem proprium sit speciale illius personæ nominatæ, illud per hoc exprimitur ac restringitur, vt non excedat personam nominatam. Nam quoties genus & species in vnius persona concurrunt, genus expositum per aliquam speciem restringitur ad illam, *c. 2. de rescript. c. Statuto, de decim. in 6.* Secundò, quia verba debent aliquid operari *l. Si quando. ff. de legat. 1* quod adeo verum est, vt nec vna syllaba in rescriptis Pontificis superflua esse debeat, (vt probaui lib. 3. disp. 46. num. 6.) At expressio nominis proprij superflua 20

prae-

SVMMARIVM.

An commissio facta expresso nomine dignitatis & personæ simul, censeatur personalis, nec transeat ad successorem? Refertur triplex opinio, n. 17. 18. & 19.

Explicatur sent. auctoris. Et l Si seruus communis. ff. de stip. serv. n. 20.

Quid, si commissio sic facta reddatur inutilis iuxta alterum sensum, num. 21.

Post n. 21. innumeri alia summaria.

prorsus esset, nisi operaretur commissionem esse personalem. Nil enim aliud operari valet. Cum alias persona sit certa per expressionem certæ dignitatis, *l. Nominatim ff. de liber. & posth.* Tertiò, ex *cap. Quoniam Abbas, de offic. deleg.* vbi textus explicans quando commissio sit realis, ait: *Sub expressu nominibus locorum, & non personarum.* Quasi dicat, vbi nulla nominis personæ mentio facta est. Negatio enim quidquid post se inuenit, destruit, ac magis negat, quam affirmatio ponat. Vt bene tradit *Glos. c. Cum dilectus, v. A suspensis, de consuet.* Quartò, quia ex duplici eo nomine expresso duplex coniectura ac præsumptio colligitur, sed à nomine proprio specialis, & à nomine dignitatis generalis (vt voluit *Bald. l. 1. q. 3. ff. de offic. Consulis.*) At specialis generalem vincit (vt ex aliis probat *Menoch. de arbit. l. 2. casu 472. n. 14. & de præsumpt. l. 1. q. 29. n. 7.*) Præponderabit ergo præsumptio deducta ex nominis proprij expressione, vt commissio censeatur personalis. Nec obstat *l. Si seruus communis*, in contrarium allegata. Quia ibi nomen appellativum, nempe officij pistoris, tam ignotum erat, sicut nomen proprium. Et ideo non apparet vtrum illorum ad alterius determinationem apponatur. Quod secus in nostro casu contingit. Et ideo huius sent. videtur *Gl. clem. 2. v. Principalis, de rescript.* vbi dicit commissionem factam Vicario Episcopi esse personalem, quoties nomen proprium Vicarij exprimitur: & quamuis non explicet, etiamsi vtrumque exprimatur, at clarè videtur etiam in hoc casu loqui (vt testatur *Abb. d. c. Quoniam Abbas, n. 10.*) Et eam tenent *Ioan. Andr. c. Statutum, num. 17. vers. Et ibi posset, de rescript. in 6. & ibi Archid. n. 3. vers. Quid si causa. Alex. cons. 175. Perspectis, col. penul. n. 5. vol. 5. Imola d. c. Quoniam Abbas, n. 8. fi. & ibi Bellamera q. 4. n. 13. Beroius n. 22.* dicens fortè hanc sent. esse in puncto iuris veriorem, *Tancredus & Brixienses*, quos refert ac sequitur *Henric. ibi n. 14. Flamin. de resign. benef. lib. 1. q. 11. n. 12.*

21 Quamcumque tamen ex his sententiis amplectamur, ea limitanda est, nisi commissio seu dispositio secundum alterum intellectum redderetur omnino inutilis: tunc enim in dubio censeri debet spectatum id nomen, siue proprium, siue dignitatis, iuxta quod dispositio est valida & vtilis. Quare si talis est spectato dignitatis nomine, erit realis: si verò spectato personæ nomine, personalis. Exemplum huius ponit *Abb. c. Quoniam Abbas, n. 9. de offic. deleg.* si commissio fiat Petro Fernandez Canonico Granatensi, semper erit personalis, siue præponatur, siue postponatur nomen proprium. Quia cùm multi sint Canonici Granatenses, nisi dicamus nomen proprium adiectum ad determinandam personam, corrueret commissio tanquam incerta. Ratio autem huius limitationis est, quod in dubio ea semper interpretatio accipienda sit, vt actus valeat, *l. Quoties. ff. de reb. dubijs.* Sic docent *Bart. l. Si seruus communis, n. vn. & ibi Angel. fi. in princ. ff. de stipul. serv. Abb. cons. 93. fin. l. 2. & d. c. Quoniam Abbas, n. 8. & ibi Card. q. penult. Decius in noua edit. nu. 49. Beroius n. 93. & 94.* vbi bene hoc limitat, nisi accepto hoc intellectu inferretur alteri iniustè damnum. Potius enim sustinendum est, dispositionem esse inutilem, quam damnum iniustè inferri.

SVMMARIVM.

An amissis dignitate, vel officio delegati, commissio personalis pereat, realis autem transeat ad successorem: sicut delegati morte, n. 22.

Quid si delegatus non omnino deponatur, sed ad alteram transferatur, num. 23.

Quid, si ante depositionem vel translationem res non erat integra, numero 24.

An commissio personalis cesset cessante persona dignitate, quando res erat integra, n. 25.

Quid, si in pœnam delicti priuetur dignitate, n. 26.

Quid, si transisset ad statum incompatibilem, n. 27.

An vt capax quis sit commissionis à Papa facta, satis sit eum solo tempore impetrationis rescripti esse in dignitate: vel sat sit tempore præsentationis rescripti: an potius vtroque tempore desideretur, n. 28.

Post n. 28. inuenies summaria, quæ desiderantur.

22 QVÆSTIO III. An sicut morte delegati extinguitur delegatio personalis: realis verò ad successorem transit, ita dicendum sit, quando superstes est adhuc delegatus, at officium siue dignitatem amittit? Hac in re ea est regula. *Si* commissio est personalis, vtpote personæ facta, non expirat finita eius dignitate, sed potest adhuc de illa cognoscere. Secus si sit realis, vtpote dignitati facta: transit enim tunc ad successorem. Ratio est clara, quod in priori casu, cum solius personæ habita sit consideratio, sequatur commissio personam, instar priuilegij personalis. At in posteriori cum sola dignitas spectata sit, illam sequitur, in quacunque persona inueniatur. Sed obijcies spectari semper dignitatem. Non enim est capax delegationis à Sede Apostolica eiusve legato factæ, nisi persona in dignitate constituta, *c. Statutum, in princ. de rescript. in 6.* Sed respondetur spectari dignitatem, vt delegatus ille sit capax commissionis acquirendæ: at vbi semel acquisiuit, nil refert ad commissionis personalis retentionem, dignitatem cessasse (vt n. 28. dicemus.) Quare hanc regulam tradunt *Gl. clem. 2. v. Principalis, de rescript. & ibi Imola n. 11. Abb. c. Quoniam Abbas, n. 8. fin. de offic. deleg. & ibi Felinus n. 5. Beroius nu. 102. vers. Et ex prædictis. Francus d. c. Statutum, in princip. n. 10. & 11. & ibi Dominic. n. 8. Fulgosius l. More, n. 25. ff. de iurisd. omn. iud. Tabiena v. Delegare, q. 11. n. 13.*

Imò quamuis non deponatur dignitate legatus, sed ad 23
aliam transferatur, cessat commissio realis illi facta, transitque ad successorem in priori illa dignitate. Quod cum commissio priori illi dignitati facta sit, ipsam semper sequitur. Sic tradunt *Innoc. c. Quoniam Abbas, statim in princ. de offic. deleg. & ibi Ant. n. 21. fin. Abbas n. 8. Card. n. 4. q. 4. Bald. n. 3. Henric. n. 10. Bellamera n. 1. oppos. 1. vers. Tertia est. Beroius n. 110. Ioan. Andr. c. Quamuis, nu. 2. de offic. deleg. in 6 & ibi Anchar. fin. Dowin. n. 6. Francus in fin. & c. Statutum, in princip. n. 11. de rescript. in 6. Cacialupus l. More, n. 36. ff. de iurisd. omn. iud.* Quod tamen intelligendum est, quando dignitas ad quam delegatus ille transit, non continet primam, sed illam extinguit. Vt si commissio fiat Decano Cordubensi, & is fiat Episcopus Cordubensis, cessabit commissio, & transibit ad decanum successorem. Secus si per adiectam qualitatem non confundatur prior dignitas. Vt de causa commissa Episcopo, Cordubensi posset idem cognoscere, si is Episcopatus Cordubensis erigatur in Archiepiscopatum. Quia factus Archiepiscopus non definit esse Episcopus eiusdem diœcesis. Sic *Abbas d. c. Quoniam Abbas, n. 14. & ibi Decius in noua edit. n. 67. Beroius n. 110. Cacialupus d. l. More, n. 36.*

Quod adeò verum est, vt quamuis res non sit integra, 24
sed delegatus cœperit vti commissione dignitati facta, cessabit eo amittente dignitatem, aut ad aliam translato: & ad successorem transibit. Quia cum sit præcisè dignitati concessa; pendet ab illa in conseruatione. Sic reprobato *Monacho c. Statutum, nu. 8. 9. & 10. de rescript. in 6.* dicenti non amitti commissionem, tenent *Innoc. Ioan. Andr. Cardin. Bald. Anchar. Dominic. Francus, Henric. Bellamera, Cacialupus n. præced. allegati.* Sicut quamuis delegatus obiret re integra, transiret commissio dignitati facta ad successorem in dignitate, vt diximus n. 7.

Tripliciter autem solet limitari, vt commissio perso- 25
nalis non expiret cessante officio aut dignitate personæ. Primò, dummodo res non sit integra, sed ante cessationem cœperit vti iurisdictione. Sic *Francus c. Statutum, in princ. n. 8. de rescript. in 6.* Sed iure optimo *idemmet Franc. c. Quamuis, in fin. de offic. delegat. in 6.* ait nil referre, siue cœperit vti, siue non. Quia (vt n. 7. dicebamus in simili) rem esse integram aut inceptam, ne delegatio expiret, solum spectatur quando delegans obiit, aut dignitatem amisit: non autè quando delegatus ipse. Quod etiam constabit ex dicendis nu. 28. vbi probabitur sufficere dignitatem habitam esse tempore impetrationis rescripti, ne commissio personalis pereat, etsi tempore præsentationis rescripti dignitas ea cessarit. Cum tamen tunc res sit integra.

Secundò limitatur, nisi persona delegati sit in delicti 26
pœnam priuata officio vel dignitate. Per textum *l. Cassius, & seq. ff. de senator.* vbi remotus à Senatu ob propriam turpitudinem, iudicare nequit, secus si ob aliam causam. Sic

contra *Monachum cap. Statutum, n. 7. de rescript. in 6.* tradunt *Bald. l. Generaliter, nu. 7. C. de Episcop. & cler. Decius c. Quoniam Abbas, n. 58. de offic. deleg. & ibi Felin. n. 5. Beroius n. 96.*

27 Tertiò limitatur, nisi delegatus ille deposita dignitate transisset ad statum incompatibilem, ita vt factus esset iurisdictionis illius Ecclesiasticæ incapax. Sic *Decius, Felinus, Beroius, n. præc. alleg. Bald. l. Prædia, 6. n. 4. C. de fideicom. Francus c. Statutum, in princ. n. 8. de rescript. in 6. & ibi Archid. nu. 3. vers. Quid si causa. Anchar. n. 5 q. 4. Domin. n. 8. vers. Secundo casu. Tabiena v. Delegare, q. 12. n. 13. Flamin. d. l. de resign. benef. q. 11. n. 15.*

28 Ex his deducitur intellectus ad *cap. Statutum, in princ. de rescrip. in 6. & Gl. ibi v. Canonicis, in fi.* vbi cum textus decidat non posse causas à Sede Apostolica aut eius legato promanantes committi, nisi personis in dignitate aliqua constitutis, vt canonicis, vel alijs: ait *Gl.* sufficere canonicatum aliamve dignitatem obtineri tempore impetrationis illius rescripti Pontificij, quamuis tempore præsentationis eius cessarit iam dignitas illa. Secus si tempore impetrationis non aderat dignitas, non enim sufficeret eam adesse postea tempore præsentationis. Quam doctrinam dicit *Abb. c. Quoniam Abbas, n. 8. si. de offic. deleg.* posse difficile sustineri. Quia si ea commissio realis sit, extinguetur cessante officio, ac transibit ad successorem. Et *nu. 9.* varios excogitat modos defendendi illam Glossæ doctrinam. Sed ea doctrina verissima est, atq; probatur ex eo textu, ibi: *Canonicis committantur.* Quippe qualitas iuncta verbo vel participio est intelligenda secundum verbi vel participij tempus, *l. Titius, ff. de testam. milit.* Ergo satis est, & requiritur adesse dignitatem legato tempore commissionis sibi factæ. Secundò, quia capacitas in ipso commissionis initio spectanda est, *c. Si eo tempore, de rescrip. in 6.* Tertiò, quia per cõmissionem personalem factam illi, qui tempore impetrationis rescripti, dignitate præditus erat, commissio quoad actum delegandi fuit consummata. Non ergo vitianda est, licet ad eum casum res veniat, nempe, cessationem dignitatis, à quo incipere nequit commissio. Et ideo eam Glossæ doctrinam amplectuntur *Monach, eo. Statutum, in princ. n. 7. Ioan. And. n. 17. & 18. Archid. n. 3. vers. Quid si causa. Anchar. n. 5. q. 4. Domin. n. 8. Francus n. 8. Specul. t. de iudice delegato. § fi. n. 22. vers. Quid si causa, Abb. cons. 93. n. 2. l. 1. Bald. l. Generaliter, n. 7. C. de Episc. & cler. & l. Prædia, 6. n. 4. vers. Extra quæro, C. de fideicommiss. Paulus cons. 327. dub. 3. Decius d. c. Quoniam Abbas, in nova edit. n. 56. & ibi Beroius nu. 95. Felin n. 5. Tabiena v. Delegare, q. 12. n. 13. Zavallos quæst. pract. q. 666. n. 5. & seqq. Flamin. de resign. benef. l. 1. q. 11. n. 6. & seq.* & refert *n. 14.* sic censuisse cõgregationem Cardinalium. Et quamuis Gl. de solis canonicis loquatur, id gratia solius exempli in canonicis explicuit. Eius enim doctrina generalis est, in quibusuis dignitate præditis. Quia textus ille de omnibus tractat. Et rationes allatæ procedunt æque in omnibus. Et ita docent *Felin. Tabiena, Flamin. n. 6 alleg. prox.* Verum doctrina hæc Gl. intelligitur, quando commissio fuit personalis. Nam quando est realis, nec requiritur, nec sufficit, tempore impetrationis rescripti adesse dignitatem. Cum enim dignitatem ipsam sequatur, nec personæ specialis commissa sit, sufficit quando præsentatur rescriptum, personam in ea esse dignitate. Quippe eadem dignitas erat, quamuis in alia persona existens, tempore impetrationis. Et amplius requiritur vt toto delegationis tempore perseueret in ea dignitate. Nam quocumq; temporis puncto cessat dignitas, transit commissio ad successorem in dignitate (vt n. 22. diximus.) Et ita quando commissio est personalis, intelligunt eam Glossæ doctrinam *Ioan. And. Archid. Domin. Felin. Tabiena proxime allegat. Anchar. c. Quamuis, in fin. de offic. deleg. in 6. & ibi Francus in fine.*

SVMMARIVM.

Officialis Episcopi dicitur Vicarius generalis Episcopi. n. 29.

An dispensatio commissa officiali, vel Vicario Episcopi, possit per Episcopum eo officiali remoto expediri. n. 30.

An possit per eundem officialem, post quam cessauit eius officium, vel satius est Episcopum eundem dioecesis. n. 31.

An Vicarius capituli possit esse delegatus Pontificis, eiusve legati, ac exequi dispensationes commissas officiali dioecesano. n. 32.

Quid, si dispensatio illa committeretur officiali, aut Vicario Episcopi, an possit illam expedire capitulum Sede vacanti, aut eius Vicarius. n. 33.

An Vicarij habentium iurisdictionem quasi Episcopalem sint capaces harum delegationum, & possint exequi dispensationem officiali commissam. n. 34.

Quid, de Vicario Episcopi confirmati, ac nondum consecrati. n. 35.

An duo sint officiales, intelligitur delegatio facta officiali, de principaliori num. 36.

Quid, si essent duo æquè principales & explicatur c. Ad hæc, & c. final. de rescript. n. 37.

An præsentato rescripto dispensationis alteri officiali possit alter aliri, vel pars supersedere, donec alter succedat: vel damdi vt alter dispenset, alter vero legitimet prolem. n. 38.

An si officialis pronuntiarit rescriptum subreptitium, & se deceptum postea inuenerit, possit iterum de illo cognoscere: & quid, si pronunciauit validum, & initum sit virtute illius matrimonium, aut nondum sit initum, & inuenerit se deceptum. n. 39.

An altero confessario expedituro dispensationem in foro conscientiæ, vel si ille declarauit eam esse subreptitiam, possit alium adire, ac possit quidam eligi vt dispenset, alius verò vt prolem legitimet. nu. 40. & alio, an possit ipsemet, vbi pronunciauit irritam dispensationem, mutare sententiam.

An si Episcopus alium Vicarium constituat, vel ipse Vicarius alium substituat, possit substitutus exequi commissionem Vicario factam. num. 41.

An si Episcopus Vicarium removeat, ne de dispensatione commissa cognoscat, possit adhuc cognoscere: & an possit Episcopus alium creare, vt illam expediat. n. 42.

An Vicarius possit delegare hac dispensationes sibi commissas, vel recipiendum testium: & per quem fieri debeat, quando in alia dioecesi facienda est. n. 43.

29 QVÆSTIO vltima. An commissiones dispensandi in impedimentis matrim. vel aliis rebus, quæ solent committi officiali dioecesano, transeant eo reuocato ad successorem: vel ab ipsomet expediri possint? Prima concluf. Nomine officialis dioecesani intelligitur Vicarius generalis Episcopi illius dioecesis. Constat ex *clem. 2. de rescript.* iuncta *gl. v. Officialis*, textus enim ait, *Et si principalis officialis Episcopi.* Et *Glos.* ait, eundem officialem dici Vicarium, & *c. 1. & 2. de offic. Vicarij, in 6.* textus eundem vocat officialem, & statim *c. fin.* dicitur disiunctiue: *Officialis aut Vicarius generalis Episcopi.* Idque experientia ipsa testatur.

30 Hinc deducitur commissiones factas officiali, vel Vicario, non posse expediri per Episcopum etiam officiali remoto. Nam cum aperta differentia sit inter Episcopum & eius officialem: vt constat ex *cap. Venerabilibus, in princip. de sent. excom. in 6.* ibi: *Archiepiscopo, vel eius officiali*, & commissio soli officiali fiat, nullatenus potest ad Episcopum pertinere. Idem quia etsi idem sit Episcopi & eius Vicarij tribunal, id tamen solum habet verum in causis, quæ iure ordinario competunt Vicario. Atque ideo hoc tenent *Federicus cons. 130. Factum tale est, ad fin. Cardin. clem. 2. qu. 9. n. 10. de rescript. & ibi Imola n. 14. Paulus ibi, & Anchar. nu. 5. Bonifac. n. 52. Decius c. Quoniam Abbas, in nova edit. nu. 62. de offic. deleg. & ibi Bellamera q. 11. nu. 14. Francus c. Dilecti, el 2. qu. 5. de appell. & cap. Statutum, in princip. num. 11. not. ab. 6. de rescript. in 6. Bertachinus tract. de Episcopo, p. 7. l. 4. q. 4. Rebuffus præxi benef. 1. de forma Vicariatus, n. 161. Nauar. l. 1. cons. in 2. edit. 1. de offic. deleg. cons. 5. n. 1.*

31 Secundò deducitur decisio eius quæstionis, an si idem Vicarius creetur Episcopus eiusdem dioecesis, vel aliæ desinat esse Vicarius, possit de causa illa sibi commissa tempore Vicariatus cognoscere, vel dispensationem illam exequi? Qua in re sic distinguendum est. Si commissio fiat in forma ordinaria, (vt fieri solent) dicēdo officiali talis dioecesis, v. g. officiali Granatensi, non poterit postquam desiit esse Vicarius, licet factus sit Episcopus eius dioecesis, commissionem prosequi. Quia cum commissio sit realis, vtpote facta dignitati Vicarij, isque ad alteram dignitatem, quæ priorem non continet, translatus sit, vel alias desierit esse Vicarius, cessat commissio respectu suæ personæ (vt dixi n. 22. & 23.) Et transit ad successorem in Vicariatu, iuxta eam sententiã, quam n. 10. amplexi sumus. Si verò commissio fuit personalis, poterit de ea cognoscere cessante Vicariatu. Quia satis fuisse tempore commissionis factæ per Pontificem adesse Vicariatum, diximus num. 28. Et ita

totum hoc in propriis terminis Vicarij Episcopi docent *Anchar.clem.2.n.4.de rescript.& ibi Imola n.11.* Et posse prosequi finito Vicariatu, quando commissio fuit personalis, docent etiã *Abbas ea clem.2.in princ.& ibi Card.q.6.n.7.Felin. c.Quoniam Abbas,n.5.vers.Vbi requiritur,de offic deleg.* Limitat *Cardin.* nisi is transierit ad statum incompatibilem. Quod & nos diximus nu.27.Et similiter limita, nisi ob delictum priuatus Vicariatu sit.Vt dixi n.26.Insuper limitat *Francus* si ante dimissionem officij cœperat iurisdictione vti. Sed n.25.hoc reiecimus.

32 Tertiò infertur, Vicarium capituli sede vacante posse eam dispensationem exequi:& de quauis simili delegatione cognoscere. Quia forma committendi non est officiali Episcopi,sed officiali, expresso nomine diœcesis, v.g.Cordubensi. At dum sedes est vacans, officialis illius est officialis illius diœcesis. Adde,quia quamuis *clem.2.de rescript.* decidatur generales Episcoporum Vicarios esse capaces delegationis factæ à Papa,vel eius legato, quæ solis in dignitate constitutis committi potest, *c.Statutum,in princ.de rescript.in 6.* At idem dicendum est de Vicariis capituli sede vacante. Quia sunt Vicarij iurisdictionis Episcopalis, Vt docet *Gloss.ea clem.2.v.Episcopi, & ibi Card.q.13.n.15. Anchar.n.1.fin.Imola n.20. Euerardus in suis topicis, loco à vi subrogationis,n.2.* Quamuis minus bene id neget *Bonifac.ea clem. 2.num.33.*

33 Sed maior difficultas est, si clausula commissionis diceret, Officiali Episcopi, an posset de ea cognoscere officialis capituli sede vacante? *Felin.c.Eam te n.17.vers.Facunt hæc,de rescript.* negat. Quod hæc potestas delegata sit. Nec Vicarius capituli est verè Vicarius Episcopi. Item quia capitulum ipsum nequit de ea causa cognoscere.Ergo à fortiori nec eius Vicarius.Nemo enim potest plus iuris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur. *Reg.Nemo potest plus,79. de reg.iur.in 6.* Cæterum quamuis verissimum sit,non posse capitulum ipsum sede vacanti: at credo posse Vicarium eius generalem. Ducor, quod capitulum non succedat Vicario Episcopi,sed ipsimet Episcopo. At Vicarius capituli succedit in dignitate Vicarij Episcopi.Adde,Vicarium hunc posse dici Vicarium Episcopi.Vt tradit *Cardin.n.praced allegatus.* Et ita cùm *clem.2.de rescript.* dicatur Vicarios Episcoporum esse capaces harum commissionum,tradunt DD.n.præced. relati idem de Vicariis capituli:quasi verè sint Vicarij Episcopi,id est,habentis iurisdictionem Episcopalem. Nec obstat arg. deductum ex *reg.Nemo potest.* Quia idemmet probat,nec Vicarium Episcopi posse de ea causa cognoscere. Cum nequeat Episcopus,qui illum constituit.Quare dicendum est id argumentum optimè concludere, si capitulum ipsum aut Episcopus transferret iurisdictionem cognoscendi de ea causa delegata in Vicarium. At eam non transfert,sed constituit Vicarium: & eo ipso quod sic constitutus est Vicarius, potest eam commissionem exequi virtute rescripti Apostolici Vicario committentis.

34 Quartò infertur, quid dicendum sit de Vicariis prælatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem in sua diœcesi nulli Episcopo subdita: videtur enim hos non posse has dispensationes exequi. Quia cum non sint Vicarij Episcopi,quod petit *clem.2.de rescript.* vt Vicarius capax sit delegationis Pontificiæ, erunt illius incapaces. Vt sustinent *ibi Gl.v.Episcopi,Card.n.14.q.12. Imola n.19.Bonifacius n.30.*& dicit tutius *Anchar.ibi nu.1.* Cæterum existimo hos posse exequi, & capaces esse harum delegationum. Quia (vt diximus n.32.) in ea clem.nomine officialis Episcopi intelligitur officialis habentis iurisdictionem Episcopalem. Cuiusmodi sunt hi. Item quia hi Vicarij sunt ordinarij,sicut & Vicarius Episcopi(vt probaui lib.3.disp. 29.n.4.) Item quia praxis ita habet. Atque ita hos esse capaces harum delegationum tradunt *Stephanus & Matthæus ea clem.2.* vt eos refert *ibi Imola nu.19.* & id esse probabile docet *Paulus ibi relatus ab Anchar.ibi,num.1.* quod ipsemet apertè sentit, cum tantum vocet oppositum tutius. Cum ergo dispensatio dirigatur officiali illius diœcesis,& nullus alius sit officialis eius diœcesis his prælatis subiectæ, nisi officialis illorum,poterit ille exequi.

Vltimò infertur,Vicarium generalem Episcopi confirmati, nondum tamen consecrati, posse dispensationem hanc exequi. Quod nullus alius sit illius diœcesis officialis.Et hic capax sit harum delegationum.Vt tradunt *Gloss. ea clem.2.v.Episcopi,de rescript.& ibi Anchar.n.1.fin.Bonifac.n.* 33.Quamuis *Imola ibi num.20 relato Ant.* sentiat tutius esse, non esse hunc capacem.Cui fauet *Bellamera c.Quoniam Abbas,q.11.num.24.de offic.deleg.* vbi reprobato Collectario ait non posse Episcopum nondum consecratum cognoscere de causis Episcopo ab homine commissis, secus de commissis à lege.Sed multo verius est eum esse capacem.Quia cum Episcopus ille ante consecrationem habeat plenam iurisdictionem Episcopalem, suus Vicarius verè dicitur Vicarius Episcopi, id est, habentis plenam iurisdictionem Episcopalem. 35

Secunda concl. Si duo sint officiales Episcopi, & delegatio fiat simpliciter officiali, & alter ex illis est principalior,illi soli censetur commissio facta. Constat ex *clem.2.de rescript.* vbi dicitur principalem Episcopi officialem esse capacem huius delegationis. Item quia nomen dignitatis absolute prolatum stat pro principali. Atque ideo hanc tenent *Gl.ea clem.2.v.Principalis,& ibi Imola n.10.* Et in simili,nempe,quando fit commissio Archidiacono,& sunt plures,intelligi de principaliori,tradunt *Baldus c.Quoniam Abbas,n.4.de offic.deleg.& ibi Imola n.5.Bellamera q.9.n.21.* 36

Difficultas autem est,quando vterque esset æquè principalis:& nullus designaretur in rescripto. *Gloss.c.Quoniam Abbas,v.Substitutum, de offic.deleg.* ait esse iudicem,quem elegerit actor. Quia de illo sensit, cùm literas impetrauit. Quod si partes discordent; ait esse illum, cui primo fuerint literæ præsentatæ: & si vtrique simul præsententur, forte esse iudicem neutrum. Alij censent ambos simul esse iudices,& neutrum seorsum.Sic tenet *Beroius* latè probans *d.c.Quoniam Abbas, à nu.77.* At frequentissima sent. habet neutrum cum effectu esse iudicem, donec Princeps, de quo intellexerit, declaret. Sicut dicitur quando nominatur tutor incertus, *l.Duo sunt Titij.ff.de testamentaria tutela.* Ita docent *Hostiens.d.c.Quoniam Abbas,n.5.& ibi Ant.fin.Ioan. Andr.n.53. Abb.as fin. Cardin.q.3.Imola n.5.Bellamera q 9.n.21. Henric n.25.idem Card clem.2 q.4.n.5.de rescript.& ibi Anchar. n.3. Imola n.10.* Non tamen redditur delegatio nulla,tanquam incerta:sed valebit vtique rescriptum,quamuis effectum non habeat, donec declaret Princeps vtrum eorum elegerit.Nec obstant *cap.Ad hæc,& c.fin.de rescript.* quatenus decidunt delegationem incertam esse irritam. Quia intelliguntur, quando incertus iudex ex incertis personis crearetur: secus quando incertus ex certis. Quod in hoc casu contingit.Sic docet *Beroius d.c.Quoniam Abbas,n.74.* Vnde bene idem *Beroius ibi,n.76.* intelligit nullum interim iudicem cum effectu censeri, quoadusque incertitudo declaretur,vt intelligatur,parte aduersa id incertitudinis vitium opponente:secus si non opponat.Et latè id probat.Quare in commissionibus & dispensationibus, quæ contentiosa non sunt, nec inter partes agitantur, erit iudex ille, cui rescriptum fuerit præsentatum. Vt optimè dixit *Gl.proximè allegata,* quæ in hoc euentu verissima est: nec cæteri id negantes agunt de his commissionibus, sed de contentiosis. Et Beroij doctrina nunc relata est huic doctrinæ conformis. Cum nulla in his pars aduersa sit, quæ id incertitudinis vitium opponere possit. 37

Hinc deducitur, sentẽ præsentatum rescriptum illud dispensationis alterutri ex officialibus æquè principalibus Episcopi,vt illud exequatur, non posse alterum officialem æque principalem adiri.Nam(vt optimè ait *Ant.c.Licet vndique,n.13.de offic deleg.*)in literis gratiarũ executoriis præuenitur iurisdictio per solam rescripti cum animo procedendi præsentationem. Atq; ita *Gl.n.prec.allegata* dicit esse iudicem, cui primo literæ præsentatæ fuerint. Atque vbi semel iudicium cœptum est,ibi terminari debet, *l.Vbi cœptum,30.ff.de iudic.* Et hoc etiam procedit, quamuis primus 38

iudex consentiat. Vt in fortioribus terminis, nempe, in confessario cui in foro conscientiæ committitur dispensatio, tenet *Nauar. nu. 40. inst. allegandus*. An verò possit dispensatio hæc ita diuidi, vt alter officialis dispensationem impedimenti exequatur, alter vero legitimationem prolis? dixi disp. 7. nu. 17. At posset pars, si videret officialem illum in eam partem inclinare, vt rescriptum sit subreptitium, supersedere rescripti illius expeditione antequam officialis pronuntiet, & expectare donec ille vel moriatur, vel officium deponat, aut alius ob eius morbum vel absentiam vices eius suppleat, reputatur enim successor vel substitutus eademmet persona cum illo. Sicut in cæteris iudiciis euenit.

39 Si tamen officialis Episcopi semel pronuntiauit rescriptum esse subreptitium, & sic non posse virtute illius dispensari in matrimonij impedimento, non poterit amplius, etsi se deceptum inuenerit, sententiam retractare. Sed adeundus erit Pontifex, qui delegauit. Quia cum sit iudex delegatus, & functus sit officio suo, caret deinceps iurisdictione, (illa enim est sententia diffinitiua, cum totam causam sibi commissam decidat.) Quippe iudex delegatus vbi semel, licet inutiliter ac inualidè, iudicauit, non potest iterum iudicare: prout facere potest ordinarius, qui iure proprio iudicat: vt tradunt DD. *l. Iudex postea quam. ff. de re iudic. & l. Si vt proponis*, per eum textum, *C. quomodo & quando iudic.* Et docent multis allis citatis *Tiraquel. l. Boues, §. Hoc sermone, num. 50. declarat. 6. ff. de verb. signific. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 4. l. 9. glos. 1. n. 5. Gutier. quæst. pract. l. 3. q. 48. n. 16.* & latissimè *quæst. canon. 2. toto c. 1.* & maxime *n. 8. & 9.* vbi cum receptissima sententia multis allegatis probat id etiã procedere in delegato à Principe contra alios, quos ibi refert. Quamuis posset quicumque delegatus, qui contra formam mandati iudicauit, iterum iudicare: nec per id iudicium iurisdictio delegata est consummata. Vt ex multis probat *Gutierr. cod. c. 28. à n. 28 & d. q. 48. n. 27.* At in nostro casu neutra ratio concurrit. Quia nec officialis delegatus inualidè iudicauit, nec contra mandati formam. Quod si alleges sententiam in causa coniugali non transire in rem iudicatam: ac proinde posse illum, vt ordinarium assumere causam. Respondeo sent. matrim. in hoc casu transire in rem iudicatam. Cum ex eo quod non contrahatur, nullum peccatum foueatur. In quo euentu sententia in causa coniugali transit in rem iudicatam, (vt probaui lib. præc. disp. 100. n. 13.) Præterea esto non transiret in rem iudicatam, cum in quantum Ordinarius nullam habeat iurisdictionem circa illam dispensationem, sed quatenus Pontificis delegatus, & eo munere iam omnino functus sit, nulla ratione poterit causam assumere vt iterum dispenset. Si tamen è contra pronuntiauit legitimam esse dispensationem, & postea, siue inito, siue nondum inito matrim. virtute illius dispensationis, inueniat se deceptum, vel erasse, non poterit in quantum delegatus causam iterum assumere. Quod iam functus delegati officio sit. At cum sententia illa vtpote fouens peccatum matrim. male contracti, aut male contrahendi, non transierit in rem iudicatam, poterit in quantum Ordinarius causam iterum assumere, & impedire matrim. ineundum, vel iam initum dissoluere: non cognoscens, nec iudicans de prioris sententiæ vitijs, quam vt delegatus pronuntiauit: id enim solius est Pontificis delegantis: sed habebit se, ac si nulla esset sententia, & cognoscet de matrim. contracto, validum sit, necne, vel an possit contrahi. Quemadmodum potest cognoscere de quouis alio matrimonio malè inito.

40 Sed vrgentius dubium est de dispensationibus, quæ in foro conscientiæ committuntur expediendæ confessori, per sacræ pœnitentiariæ rescriptum, *Nauar lib. 1 cons. in 2. edit. tit. de offic. deleg. cons. 3. nu 98.* ait non posse pœnitentem, vbi semel literas cuidam confessario præsentauit, illum eligens, vt dispensationem exequatur, alterum eligere eo dimisso etiam de prioris confessarij consensu. Ducitur primo, quia iurisdictio delegata nequit prorogari de persona ad personam, *c. P. & G. de offic. deleg.* At rescripta hæc diriguntur ad confessarium, quem pœnitens elegerit, & consequenter eo ipso quod aliquis electus fuerit ex ibi contentis, videtur expressus à summo pœnitentiario. At si ab eo aliquis esset expressus, nullatenus posset alius eligi. Ergo nec postquam est à pœnitente nominatim electus. Et confirmatur, quia id rescriptum solam vnicam confessarij electionem, vt dispenset, concedere videtur. Sermo enim simpliciter prolatus intelligitur de prima vice, *l. Boues, §. Hoc sermone. ff. de verb signific.* Secundò, quia iurisdictio delegata est iurisdictio delegantis, & ita ad ipsum solum delegantem pertinet eam extendere, & non ad partes, nec ad iudicem. Id enim quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest, *reg. Id quod nostrum, ff. de regul. iuris.* At his non obstantibus existimo non tantum vbi semel literas præsentauit cuidam confessario, sed etiam postquam ab eo pronuntiatum fuit, dispensationem esse subreptitiam, posse impetrantem adire alium confessarium, qui forte in ea sit opinione, vt rescriptum valeat. Posseque eundemmet confessarium re melius perspecta dispensationem illam mutata sententia exequi. Quamuis si semel dispensauit, non possit recantare palinodiam. Quod iam dispensatio consummata sit: sicut quando semel absoluit, aut votum commutauit. Ducor, quod cum ea commissio facta sit in foro conscientiæ, sequitur eius fori naturam, quæ est, vt non astringatur pœnitens acquiescere sententiæ vnius confessarij, sed possit alium adire: atque idemmet confessarius sententiam mutare possit. Quis enim negabit habenti priuilegium virtute bullæ, vt absoluatur à reseruatis, eiusve commutentur vota denegata absolutione aut commutatione per quemdam confessarium, eo quod iudicarit se in eo casu non posse, integrum esse alium confessarium adire, posseque absolutionem & commutationem ab ipso obtinere, si contrariæ sententiæ sit, posseque eundemmet confessarium, qui semel negauit, mutare sententiam, ac concedere? Nec obstant in contrarium adducta. Non primum & secundum. Quia non prorogatur iurisdictio de persona ad personam ex voluntate sola partis, aut confessarij: sed ex voluntate ipsius pœnitentiarij, qui literas concessit. Ea enim censetur eius voluntas, vt liceat diuersos confessores adire, & idemmet possit sententiam corrigere: & ii omnes censentur electi ab ipso pœnitentiario, vt literas expediat. Quod natura fori conscientiæ, pro quo illæ literæ conceduntur, manifestè probat. Nec obstat etiam confirmatio prioris argumenti. Quia ea regula intelligitur, quando primus actus omnino consummatus est, & sic dispensatio concessa fuit. Sicut in simili *Suarez tom. 4. in 3. p.* vbi de Sacramento pœnit. *disp. 27. sect. 4 dub. 2. num. 7.* dit, si quis virtute iubilei vel alterius priuilegij concedentis semel eligi confessorem eligat, & is non absoluat, vel cum eo non ineat confessionem, integrum ei esse alium eligere. Quia intelligitur ea potestas semel eligendi de actu consummato. At prior actus consummatus non est. Cum absolutio non sit obtenta. An verò possit quidam confessarius eligi, vt dispenset: alius verò vt prolem legitimet? dixi disp. 7. num. 17.

Tertia conel. Si Episcopus alium Vicarium constituat, 41 vel ipsemet Vicarius facultate Episcopi alium substituat Vicarium generalem, poterit hic delegationem Vicario sub nomine dignitatis commissam exequi: sicut ipsemet Vicarius poterat. Quia non est alius Vicarius, sed ipsius successor, ac reputatur idem cum priori. Sic *Iacob. de Puteo tota decis. 487. l. 2.* dicens sic decisum in Rota.

Vltima concluſ. Quamuis possit Episcopus Vicarium 42 suum generalem ab officio remouere, atque ita impedire ne delegationem ipsi sub nomine dignitatis commissam exequatur. Vt bene docent *Card. clem. 2. q. 9. n. 10. de rescrip. & ibi Imola n. 14. Anchar. n. 5 Bonifac. n. 52.* licet puniri possit si in iurisdictionis delegatæ fraudem id efficeret: tanquam eam perturbans. *c. 1. de offic. deleg.* & docet *Imola proxime allegat* At non posset Vicarium specialem constituere, vt de ea sola delegatione cognoscat. Quia hæc commissa est prin-

principali officiali, seu Vicario ipsius, (vt diximus nu.36.) At hic nec est principalis Vicarius, nec ordinariam Vicarij iurisdictionem fortitur: sed quidam specialis est delegatus ad eam causam expediendam. Quam nequit Episcopus delegare: vtpote, quæ suæ iurisdictionis non est. Posset tamen alium Vicarium generalem constituere, deposito priori, & ille posset eam exequi. Nam si causa à priori cœpta esset, non posset hic posterior manente priori in officio: secus si priori non esset præsentatum rescriptum, vt dixi n.37.& 38.

43 Tandem dubitatur, vtrum officialis Episcopi, cui delegatur per hæc rescripta dispensatio in matrimonij impedimentis, possit eam facultatem subdelegare. *Menoch cons. 17.n.6.& seqq.vol.1.* late probat Episcopum, cui hæc commissio fieret, non posse eam etiam suo Vicario generali subdelegare. Ducitur primo, quod causæ matrimoniales solis Episcopis possint delegari. Secundo potest probari, quia in his dispensationibus, post causas allegatas à parte relatas, solet Pontifex iniungere officiali, vt de earum veritate se diligenter informet, & addit: *Super quo conscientiam tuam oneramus.* Quæ verba electam esse personæ industriam denotant. Et sic non poterit nec informatio veritatis precum delegari: iuxta *c. fin. §. vlt. de offic. delegat.* Tandem, quia aliquando in his matrimonij dispensationibus dicitur: *Discretioni tuæ, de qua in his specialem in Domino fiduciam obtinemus.* Atque ita videtur de Vicarij persona specialiter confidere Pontifex, ac proinde eius industriam eligere. Sed breuiter (ne diutius immorer) sentio posse Vicarium receptionem testium ac informationem committere, non verò ipsam dispensationem. Ducor, quia vbi nudum ministerium vna cum iurisdictione aliqua committitur à Principe, non potest quidem nudum subdelegari ministerium, bene tamen iurisdictio illa. Vt tradit *Innoc. c. fin. in fi. de offic. deleg.* quem sequitur *ibi Abbas §. fin. n.6.* Quod hic contingit: quia in his rescriptis committitur officiali iurisdictio veritatis precum examinandæ, ac nudum ministerium exequendæ dispensationis à Pontifice concessæ. Poterit ergo illa delegari, non autem hoc. Et ita sustinent *Felinus d. c. fin. § . vlt. ad fin. vers. Quartò limita. Menoch. d. cons. 17. nu. 12.* vbi & alios refert. Quod si illa testium receptio extra diœcesim officialis dispensaturi facienda sit, fiet ab ordinario, cui delegatus ille remittit, non auctoritate propria ordinaria, sed auctoritate subdelegata sibi commissa ab officiali illo delegato. Quamuis vbi ordinarius remittit alteri ordinario probationem aliquam faciendam in diœcesi ordinarij, cui remittitur, recipit ille ordinarius testes non auctoritate remittentis, sed propria & ordinaria. Vt vtrumque bene docet *Card clem. vn. n 10. de offic. delegat.* Nec obstant in contrarium adducta. Non primum, quia stylus habet, vt causæ matrimoniales committantur inferioribus Episcopo: vt eius officialibus. Quod constat ex rescriptis dispensationum in matrimonio, quæ passim à Pontifice mittuntur. Nec obstat secundum, quia licet multi varia scripserint circa illam clausulam, Conscientiam tuam oneramus: at quando ea verba non diriguntur personæ nominatæ, videntur posita in vim monitionis, potius quam in vim formæ delegationis: & consequenter examen per ea verba à Pontifice commissum poterit subdelegari: vt bene probat *Nauar. l.1. cons. in 1. edit. t de offic. Vicary, cons. 2. n. vn. in 2.1. de offic. deleg. cons. 6. n. vn.* Quod eo vel maximè verum est, quia per huiusmodi verba, & similia, vt, Iudicio & prudentiæ tuæ remittimus, non censetur electa industria personæ (quando delegatio non fit personæ cognitæ & determinatæ, sed dignitati (vt probaui libr. 3. disp. 7. num. 20.) Alias dicendum esset, eam commissionem mortuo eo officiali non transire ad successorem. Et per hoc patet ad tertium.

DISPVTATIO XXVIII.

An commissio dispensandi in matrimonij impedimentis, & generaliter quæuis potestas delegata expiret morte vel cessatione officij delegantis, re integra contingentibus?

SVMMARIVM.

Quotupliciter concedi soleant, quæ à Sede Apostolica promanant, numero 1.
Quæ manant per viam legis vel constitutionis, non expirant morte concedentis, n. 2.
Nec quæ per modum contractus emanant, n. 3.
Iurisdictio ordinaria non expirat morte concedentis re integra. n. 4.
Quid, si concessa sit ad concedentis beneplacitum, n. 5.
An hoc deficiat in ordinaria Vicarij iurisdictione, n. 6.
Quot quæstiones disputanda sint, n. 7.
Quando dicatur res integra, & non integra? Refertur duplex opinio, n. 8. & 9.
Explicatur sententia Auctoris, n. 10.
An sufficiat actus citationi æquivalens, vt res desinat esse integra, n 11.
An sufficiat decretum citandi, etsi citatio intimata non sit? Refertur quædam opinio, n. 12.
Proponitur sententia Auctoris, n. 13.
An sufficiat vna citatio, an potius desideretur trina, n. 14.
An sufficiat citatio facta absque indicis decreto, n. 15.
Quid, si citatio defectu alicuius requisiti irrita sit, n. 16.
Quid, si citatio fuit circumducta, & pars absoluta à citationis instantia, n. 17.
An si delegatus remiserat alteri vices suas, deserit res esse integra, n. 18.
An per rescripti præsentationem desinat res esse integra, n. 19.
Per quem actum desinat res esse integra in rescriptis gratia, n. 20.
Quando plures causæ committuntur, plureſve articuli in eodem rescripto, si illa connexa sint, inceptio circa vnum facit rem non esse integram quoad cætera, n 21.
Quid, quando non sunt connexa, at actus circa vnum est communis omnibus, & quando dicatur communis, n. 22.
An pereitationem in vno ex his negotiis, non connexis per delegatum factam, desinat esse res integra quoad alia, n. 23.
Quid, si illa sint aduersus eandem personam, & citetur in vno negotio, an res desinat esse integra quoad alia? Refertur opinio, n. 24.
Explicatur sententia Auctoris, n. 25.
Quid, si ea per modum vnius, & sub quadam vniuersitate committuntur? Refertur quædam sententia, n. 26.
Proponitur sententia Auctoris, n. 27.
Quid, si ea commissio non sit ad vniuersitatem causarum, sed ad earum generalitatem, n. 28.
An concessa dispensandi potestate cum pluribus, censetur res non esse integra, si cum vno sit iam dispensatum, n. 29.
Post n. 29. inuenies alia summaria.

DISPVTATIO præcedens tractauit, quando commissiones expirent morte vel cessatione officij delegati: præsens autem discutit, quando cessent morte vel cessatione officij ipsius delegantis. Et vt certioribus præmissis ad minus certa disputanda gradum faciamus, præmittendum est primo, ea quæ à Sede Apostolica dimanant, esse in quadruplici differentia. Quædam manant per modum legis, seu constitutionis. Quædam per viam contractus. Quædam per viam rescripti iustitiæ, id est, ad lites. Tandem alia per viam gratiæ. Sic allegato Baldo tradit *Felin. c. Licet vndique, n. 1. de offic. deleg.* 1

Secundò præmitto, certum esse literas emanantes per viam legis vel constitutionis non expirare morte concedentis re etiam integra. Quando lex suapte natura fit perpetua, *l. Cum eorum, C. de sent. & interlocut. l. Arriani, C. de hæret.* & ita tanquam certum docent *Ant. c. Irrefragabili, §. Cæterum, n. 15. de offic. ord. & ibi Abbas n. 1. Decius c. Relatum, in noua edit. n. 28. de offic. deleg. Felin. c. Licet vndique, n. 1. eod. tit. Rosella v. Delegare, n. 10. Syluest. v. Delegatus, q. 7. n. 7.* 2

Similiter literæ per modum contractus emanantes minimè concedentis morte expirant. Quod successor contractum prædecessoris reuocare nequeat, *c. 1. de probat.* Sic *Felin. n. 2. allegatus.* 3

Tandem nec iurisdictionem ordinariam expirare concedentis morte etiam re integra, certum est. Constatque ex *l. Et quia, 7. ff. de iurisdict. omn. iud.* iuxta communem eius intellectum. Et docent *Gloss. ibi verb. Principaliter, & vniuersi* 4

alij DD. Et est textus expressus, *c.2. de offic. leg. in 6.* vbi iurisdictionem legati non expirare morte Pontificis etiam re integra declaratur: eo quod sit ordinaria. Et huius rationem optimè reddit *Abbas c. Relatum. n. 4. de offic. deleg.* Quia per concessionem ordinariæ iurisdictionis in gratia ipsi, cui conceditur, vtpote, quiin dignitate constituitur. Vt notatur *Clem 2. de rescript.* At gratia facta non expirat, licet moriatur concedens re integra, *cap. Si cui nulla, de prab. in 6.* Item, quia iurisdictio ordinaria radicatur in persona eius, cui conceditur, vnde immediatè per concessionem inhæret ossibus illius. Et ideo per concedentis mortem non expirat. Id enim quod nostrum est, sine facto nostro à nobis euelli non potest, *reg. Id quod nostrum, ff. de reg. iuris.*

5 Quod adeo verum est, vt quamuis iurisdictio ordinaria concessa sit ad concedentis beneplacitum, & hoc morte concedentis expiret, *c. Si gratiosè. de rescript. in 6.* illa tamen non expirabit, etsi re integra moriatur concedens. Cuius ratio est fauor publicus, vtilitasque publica, quæ in iurisdictione ordinaria conseruanda versantur. Sic *Bald. l. Meminisse, nu. 2. q. 4. ff. de offic. Proconsulis, Paris de Puteo, Capitius, Vantius*, quos refert ac sequitur *Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 69. n. 9. Ant. Gabr. to. 2. communium. l. 6. t. de prabend. concl. 1. n. 32.*

6 Hoc autem fallit in iurisdictione Vicarij, quæ cum sit ordinaria, perit concedentis morte. Vt probaui tradita eius ratione, l. 3. disp. 29. n. 13.

7 Tota ergo difficultas est de potestate delegata ad literas tam iustitiæ quam gratiæ exequendas. Cuius rei decisio maximè pendet ex intelligentia, quando res dicatur integra, aut non integra, sed cœpta. Et ideo quadruplex est quæstio in hac disp. agitanda. Prima est generalis omnibus, literis iustitiæ vel gratiæ. Quando res dicatur integra. Secunda, qualiter potestas delegata ad iustitiæ literas expiret concedentis morte. Tertia, de potestate delegata ad gratiæ literas? Vltima, de commissione facta Ordinario vel confessori ad dispensandum in matrimonij impedimentis, & aliis rebus.

8 QVAESTIO I. Quando res dicatur integra, & quando dicatur non integra? Triplex est opinio. Prima asserit non esse necessariam partis citationem, sed sufficere, vt res dicatur non integra, sed cœpta, qualitercumque cœperit iudex iurisdictione vti exercens quemcumque actum iudicialé. Ducitur ex *c. Licet vndique, de offic. deleg.* ibi: *Si iurisdictione à suo fisi collega delegata vti non cœperit. Quia mandatum huiusmodi morte mandatoris re integra expirauit.* Vbi clarè textus tunc censet rem non esse integram, quando delegatus cœpit vti iurisdictione. At ante citationem sunt alij actus iurisdictionis. Secundò, ex *l. Et quia, 6. ff. de iurisd. omn. iudic.* ibi: *Antequam ab eo, cui mandatum est, iurisdictio geri cœperit.* Et ex *c. penult. de offic. deleg in 6* ibi: *Antequam per ipsum delegatum in aliquo processum fuerit.* Tertiò, quia cum perpetuare iurisdictionem, & litis pendentiam inducere, sint valdè diuersa: non est rationi consonum, citationem quæ ad litis pendentiam desideratur, petere ad perpetuandam iurisdictionem delegatam re desinente esse integram. Hanc sustinent *Gl. c. Ne aliqui, v. Incepta, de haret. in 6. & c. Quamuis, v. Visu, & c. Cum plures, v. Inchoante, de offic. deleg in 6 Ioan. Andr. eo c. Quamuis. in fin. & ibi Anchar n. vn. notab. 2. Franc. n. 4. idem Ioan. Andr. addit. ad Speculat. tit. de recusatione. §. Causa recusationis, v. Delegato: & d. c. Licet vndique, n. 6.* vbi *Host. nu. 2. Anchar. q. 1. Henric. n. 3. idem Host. sum. t. de offic. deleg. §. Quibus modis finitur, n. 10. vers. Quid si mortuus, in fin. Ant. c. Relatum, n. 9. & c. Gratum, n. 13. de offic. deleg & c. fin. n. 10. de offic leg.* vbi *Bellamera nu. 10. Bald. l. More, in 1 lectura, ad fin. ff. de iurisdict. omn. ind. & ibi Paulus n. 9. Syluest. v. Delegatus, q. 6. n. 8. Tabiena v. Delegare, q. 12. n. 13. fine.*

9 Secunda sent. tenet, iure Canonico attento solam citationem desiderari, vt res desinat esse integra: at iure Ciuili amplius desiderari, nempe, litis contestationem. Sic *Glos. c. Relatum, v. Contestata, de offic. delegat.* sic explicans eum textum expresse dicentem expirare delegationem, quando moritur delegans lite nondum contestata; vt intelligatur attento iure Ciuili. idem tenet *Gloss. l. Et quia, v. Antequam, ff. de iurisdict. omn. iudic. Albericus l. Mose, nu. 20. ff. eod. tit. & ibi Bellapertica num. 14.* & idem expresse decidit, *l. regia 21. tit. 4. p. 3.* dicens per litis contestationem desinere rem esse integram.

Tertia sent. (cui tamquam probabiliori adhæreo, licet 10
prima sit satis probabilis) ait vtroque iure desiderari, ac sufficere partis citationem, vt res desinat esse integra, ac proinde perpetuetur iurisdictio delegata. Ducitur ex *cap. Gratum, de offic. deleg.* ibi: *Cum citatione facta negotium sit quasi captum.* Quare dum *cap. Relatum, eo. tit.* dicitur rem desinere esse integram per litis contestationem, supplendum est, maximè, cum etiam per citationem desinat, iuxta *d. c. Gratum.* Nec enim mirum est, vnum textum per alium suppleri. Et ita exponunt *Innoc. eo c. Relatum, initio. Ioan. Andr. n. 2. Host. init.* & ferè omnes. Quamuis *Decius d. c. Gratum, n. 1. & seqq.* asserat vnum textum per alterum corrigi. Quem sequitur *Zasius l. More, nu. 35. ff. de iurisdict. omn. iud.* Sed melior est prior expositio, vt textuum correctionem vitemus. Secundò, quia licet textus num. 8. citati pro prima sententiæ dicant, si vti cœperit iudex: id verbum generale declarandum est per *d. cap. Gratum*, quod specificè citationem petit. Tertiò, ex *c fin de offic. legat.* ibi: *Si citatio non processit.* Quartò, quia ad perpetuandam iurisdictionem non sufficit ingressus rei præambulæ ad actum, nisi detur ingressus in aliquid ex substantialibus actus. At primus actus ex substantialibus iudicij est citatio, *cap. Quoniam contra, de probat.* Et confirmatur, quia cum perpetuatio huius iurisdictionis delegatæ sit respectu partium, oportet vt interueniat aliquis actus erga partem. At primus omnium est citatio. Et ex his constat ad vtriusque sententiæ argumenta adducta num. 8. & 9. Et ideo huius sententiæ sunt *Gl. c. Super quæstionum. §. Si vero, v. Si non possunt, de offic. delegat. Speculat. t. de legato. §. Finitur autem, statim in princip. Monachus c. Si delegatum, n. 1. de offic. deleg in 6. Archid. c. Quamuis, n. vn. vers. Fuerit, eo. t. & lib. & ibi Dominicus n. 7. Probus addit. ad Monachum ibi, n. 1. idem Archid. c. Non ita, 2. q. 6. n. 1. & 2. Anton. c. Licet vndique, n. 12. fin. & n. 13. fin. de offic. delegat. Et ibi Baldus nu. 3. Cardin. q. 6. Abbas n. 4. idem Abbas c. Relatum, n. 5. & 6. eod. t. & c. final. n. 10. de offic. legati*, vbi *Cardin. fin. Imola citato Calderino d. cap. Licet vndique, n. 2. Decius d. 2. Relatum, in nona edit. num. 29. & duplicâ seq. & ibi Felin. n. 12. & c. Palloralin. §. Quoniam, n. 2. fine, de rescript. Bart. l. More. n. 13. ff. de iurisdict. omn. iudic. & ibi Fulgosius n. 20. Roman. n. 14. Iacobin. in prima lectura, nu. 28. & 29. Zasius n. 35. Decius à n. 46. Alexand. nu. 36. Iason num. 58. Bart. Socinus n. 78. Cacialupus n. 41. & seqq. Angel. l. Et quia, n. 6. ff. eod. t. Maranta de ordine iudiciorum, 4. p. d. 5. An iudicium sit ordinarium vel delegatum, n. 61. Vitalis tract. clausularum, clausula quod non sit melior conditio occupantis, num. 3. & seqq. Greg. Lopez. l. reg. 21. fine, t. 4. p. 3.* explicans eam legem, dicentem per litis contestationem desinere rem esse integram, vt supplendum sit, vel per citationem. Vt expresse dicitur *l. 9. t. 18. eadem p. 3.* Addit *Vitalis nu. 4. proxime allegatum Imola l. 2. §. Sed si quis, n. 6. ff. de donat.* fortè in tribunali Ecclesiastico fore, vt seruetur prima opinio relata n. 8. propter Glossæ ibi allegatæ auctoritatem.

Sufficeret tamen actus citationi æquiualens, nempe, 11
quando quicumque actus citra citationem fieret præsente vtraque parte. Quia cum pars aduersa interfit, perinde est, ac si citaretur. Sic *Card. c. Licet vndique, qu. 6. de offic. deleg. & ibi Felin. n. 13. fallentia 1.* Et dicemus in quodam casu speciali n. 18. fine.

Dubium autem est, an oporteat illam citationem per- 12
uenisse ad partis citatæ notitiam, vt res desinat esse integra? Affirmant quidam. Quia verba cum effectu accipienda sunt, *c. Relatum, de cler. non resid.* Cum ergo textus nu. 10. relati petant ad hoc citationem partis, ea debet esse cum effectu. Quod contingit quando parti intimata est. Item, quia cum ex aliquo actu consurgere debet aliquis effectus, oportet actum illum esse consummatum, *c. Quia propter, & c. Cum post petitum, de elect.* Ita tenent *Cardin. Clem. 2. n. 11. opposit. 6. vt lite pendent. & c. fin. sun. de offic. legat. & v. Licet vndique, q. 6. de offic. deleg. & ibi Bald. n. 4. Iacobin. l. More, in 2. lectu-*

lectura,n.13.ff.de iurisd.omn.iud.& ibi Alex.n.36. Atque idem sentiunt attento iure Ciuili, quamuis attento iure Canonico dicant, sat esse commissionem citandi, *Bald.c.fin.in fi. de offic.leg & ibi Anchar.fin. Henric.fin.* Imò & aliqui censent nec citationem parti intimatam sufficere, si citatus non comparuit, & pars aduersa non accusauit contumaciam. Quod talis citatio nemine comparente caruerit effectu, *l. Quamuis ff. de in ius vocando.* Sic *Anchar.c.Gratum,n.1 notab. 1. de offic.deleg. Iason d.l.More,n.18.*

13 At probabilius credo, sat esse à iudice prolatum citandi decretum, vt res desinat esse integra, quamuis citatio non sit intimata citato. Probæx *c.Gratum,de offic.deleg.* ibi: *Proposito citationis edicto.* Deinde, quia citatio ex tribus partibus constat: nempe, ex mandato de parte citanda ex executione nuntij, & ex relatione nuntij asserentis se citasse. Ex his autem tribus sola prima pars est actus iurisdictionis iudicis. Ergo ea sola sat est, vt dicatur iudex cœpisse vti iurisdictione. Et confirm. quia ne res dicatur integra, solus iudicis actus pensandus est. Qui perfectus est per solum citandi mandatum. Quod sententia interlocutoria dicitur, teste *Gloss l.Cum clericu,v.Sententiarum, C.de Episcopis & cleric.* Nec obstant argumenta contraria nu. præced. adducta. Non primum, quia quod alij textus dicunt citationem requiri, explicant *d.c.Gratum*, ibi: *Proposito citationis edicto.* Præterea potest dici satis esse, vt verba eum effectum habeant, quem petit natura rei, ad quam effectus ille ordinatur. Cum ergo petant textus citationem, vt iurisdictio iudicis sit inchoata: ac solum citationis edictum sit actus iurisdictionis, ac ipsam inchoet: per solum id edictum dicetur citatio consummata quoad hunc effectum. Et hinc patet ad secundum: nam sufficit ea actus consummatio, quam eius effectus requirit. At effectus hic, qui est inchoatam esse iurisdictionem, solo citationis edicto contentus est. Et ideo hanc partem tuentur *Glossa clement.2.v. Ad partem, vt lite pendente. Et ibi Abbas fin. Imola num.7. Bonifacius n. 16 Speculat. Bartolus, Probus citati num.10. Ioan. Andr. cap fin. n.6.de offic.deleg. & ibi Anton.n.11. Abbas n.11.* dicens tam de iure Canonico, quam Ciuili. Idem *Ioan. Andr. c.Licet vndique,n.6.de offic.deleg & ibi Uoll.n.2. idem Abbas d.c.Gratum,n. 3 & ibi Felinus nu 5. Decius in nouis edit à num.6. Curtius iunior l.More, num.78. & seqq. ff.de iurisdict.omn. iudic. & ibi Decius n.48. Barthol. Socinus n.79. Iacobinus in prima lectura,num.31. Roman.n.14. Sylvest. v.Delegatus,q.6.n.8. Tabiena v.Delegare, q.12.n 13. fine.*

14 Hinc deducitur minus esse necessariam trinam citationem, vt res dicatur non integra, sed sufficere vnam. Sic *gl. clement.1.v.Citationes,de iudiciis. Archid.c.Non ita,init.2.q.6. Ioan. Andr.c penult.num.3. de foro compet. & ibi Ant.n.11. Abbas* citato Federico *num.9. Imola n.3. Felinus in fin. Bellamera n.2. notab.1. idem Felinus cap. Gratum,n 6.de offic. delegat. & ibi Decius in nouis edit.nu.10.* Nec illam vnicam citationem exigitur peremptoriam esse. Vt bene docent *Archid. Ioan. Andr. Anton. Imola. Bellamera ibid. idem Ioan. Andr. cap. Cum plures, in fine, de offic. deleg. in 6. & ibi Anchar.n.6.q.3. Domin.n.5. Francus fine.* Quamuis minus bene *Petrus*, quem refert ac sequitur *Ancharan.d.cap penult.num.4.* asserat requiri trinam citationem.

15 Non tamen sufficiet citatio anomala, id est, quam absque iudicis auctoritate facit creditor debitori fugituo. Quamuis enim ea permissa sit à lege, iuxta Bartoli doctrinam, *l.Neminem, C de exhibend.reis*, per textum *l. Ait prætor, §.Si debitorem.ff. de his quæ in fraudem.* At non est legitima, vtpote facta absque iudicis auctoritate. Sic *Ant.c.1.n.12.de iud. & ibi Abbas n.33. Felin.c.Gratum.n.5.de offic.deleg.*

16 Secundò dubitatur. An, si citatio illa defectu alicuius requisiti irrita sit, sufficiat ne res dicatur integra? Affirmant aliqui. Quippe iudex citationem præcipiens, etsi irritam, verè dicetur iurisdictione vti cœpisse. Sic *Host c.Licet vndique.n.2 de offic deleg.Roman.l.More,n.14 ff.de iurisdict. omn.iud.* At contrarium omnino est tenendum. Quia *cap. Quamuis,de offic.deleg.in 6.* petit textus, vt iudex iurisdictione fuerit vsus. At inordinatus actus non est vsus, sed abusus *c.Vbi ista,73.distinct. & c.Priuilegium,11.q.3.* Secundò, quia, vt ait textus, *c.Qualiter & quando, de accus.* ex iis, quæ inordinatè sunt acta, non potest ordinabiliter agi. Tertiò, ex *cap.penult. de foro compet.* ibi: *Legitime citatus.* Tandem, quia cum ex citatio nulla sit, nullum potest effectum operari, sed perinde habetur, ac si ficta non fuisset. Et ita docet *Glossa cap. Cum plures, in fine, de offic. delegat.in 6. & ibi Ioan. And. fine. Anchar.n.6.q.3. Domin.n.5. Francus fine. Archid. c.Non ita,3.q.6.num.2. & d.cap.Quamuis,num.vn.vers.Fuerit*, vbi *Probus addit. ad Monachum,n.2. Hostiensis* tibi contrarius, *cap Olim ad fin.de except.* idem *Ioan.Andr.c.Licet vndique,nu.8. de offic.deleg. & ibi Anton.fine. Ancharan.q.2. Cardin.q.5. Imola n.2. Idem Ant c penult.n.11.de foro compet. & ibi Ioan.Andr.n.3. Abbas n.6 Anchar n.4. Imola n.3. Bellamera n.2, notab.1. & cap. fin.n.11.de offic.deleg. Iason l.More,n 60.ff.de iurisdict.omn.iudic. Vitalis tractatu clausularum, clausula, Quod non sit melior conditio occupantis n.7. Felinus c.Gratum,n.4. de offic. deleg.* vbi limitat, nisi post citationem illam secutasit spontanea citati comparitio, & perseuerantia in iudicio. Ad quod probandum multa affere.

Hinc deducitur primò. Si citatio fuit circumducta, & 17
pars absoluta à citationis instantia, dici rem integram. Quod pronuntiatum sit citationem fuisse nullam. Sic *Bald.l.More,in 1.fcit.fin ff.de iurisd.omn.iud.* quamuis *Cacialupus ibi,n.46.* dicat cogitandum: an possit dici rem non esse integram. Quia per citationis circumductionem magis videtur perpetuata iurisdictio quoad iudicem. Quippe circumducendo interlocutus est: etsi effectus citationis cessauerit quoad partem. Et hoc est probabile.

Secundò deducitur, quid dicendum sit in ea quæstio- 18
ne, An si delegatus vices suas alteri commiserit, censeatur res non integra, & perpetuata iurisdictio. Quibusdam placet rem iam non esse integram, etsi non in totum commiserit vices. Ducuntur, quod subdelegatio illa manifeste sit actus iurisdictionis, & ita cœperit vti iurisdictione: ita traduntur *gloss.cap.penult.verb. Processum, de offic deleg. in 6. Hostiens.c.Licet vndique,n.2.de offic.deleg.& ibi Ioan. Andr.n.9. Angel.d.Et quia,num.6.fine,ff. de iurisdictione omnium iudicum. Paulus l.More,n.9 ff.eod.t & ibi Roman.n.14 Franciscus c. Quamuis,n.4.de offic.deleg.in 6.Sylvest.verb.Delegatus,q.6.n.8.* Cæterum dicendum est, per eam subdelegationem non desinere rem esse integram. Probatur ex *cap.penult de offic.deleg. in 6.* vbi dicitur, si delegatus subdelegauerat committendo vices suas, & moriatur primus delegans, antequam per delegatum illum, vel eius subdelegatum, processum in aliquo fuisset, expirare iurisdictionem. At si sola subdelegatio efficeret rem non esse integram, non expiraret, quamuis nec delegatus, nec subdelegatus in aliquo processerint. Item, quia quamuis subdelegare sit actus iurisdictionis, non est tamen exercitium illius iurisdictionis delegatæ: sed iurisdictionis concessæ à lege. Quippe lex eos casus concedit, in quibus delegatus potest subdelegare. Et cum iurisdictio à lege concessa sit ordinaria, *l. Et quia.ff.de iurisd.omn.iud.* subdelegatio illa est actus iurisdictionis ordinariæ. Tertio, quia esto esset vsus iurisdictionis delegatæ, at non est vsus eius circa negotium commissum: ac proinde negotium non dicitur cœptum, vt res desinat esse integra. Quod petit textus, *c.Gratum,de offic.deleg.* Tandem, quia etsi sit actus iurisdictionis, non est de actibus iudicij, sed fit absque causæ cognitione, & partibus absentibus, & probatur per solum delegantis sigillum. Quare nequit verè iudex dici in aliquo processisse. Quod petit textus *c.penul.de offic.deleg.in 6.* Et ita hanc partem tenent *Ioan. Andr.c.c.penult.nu.1.vers.In glossa quid dicts: & ibi Francus n.2. Domin.nu.5 & c.Quamuis,n.7.eo.ti. & Ioh.Abbas c. Pastoralis,in princ.n.3. & c.Licet vndique,n.4. & c.Gratum,n.5. de offic.deleg.Imola eo cap.Licet vndique,n.2. Felinus c.Relatum, n.12.ad fin.eod.t. Decius d.c.Gratum,in nouis edit nu.13. Iason l. More nu.58.fin.ff.de iurisdict.omn.iudic. & ibi Iacobinus in lectura,n.29 Bart.Socinus n.78. Cacialupus à n.42.* In eo tamen casu vera erit prior opinio, si subdelegatio illa præsentibus ambabus partibus fiat. Tunc enim is actus citationi

æqui-

æquiualet: ac proinde res non erit integra iuxta dictan. 11. Sic tradunt *Francus d.c. penult. n. 2. Dominic. d.c. Quamuis, n. 7. Bart. Socinus d l. More, n. 78.*

19 Tertiò deducitur, quid dicendum sit in ea quæstione, An per solam rescripti præsentationem factam iudici, desinat res esse integra? Quidam enim id asserunt. Quia iam videtur iudex cœpisse vti, efficiens, vt sibi præsentetur rescriptum, illudque acceptans. Ita *Host. sum. t. de offic. deleg. §. Quibus modis finitur, n. 10. vers. Quid si mortuus, in fin. & c. Licet vndique, n. 2. col. 1. & ibi Ioan. And. n. 6 Baldus rubr. C. de in ius vocando, n. 1. Syluest. v. Delegatus, qu. 6. nu. 8.* Et sic ait dicendum *Ant. c. Pastoralis, §. Quoniam, n. penult. de rescript.* sustinendo opinionem nu. 8. relatam, dicentem per actus citationi præuios desinere rem esse integram. At dicendum est, id minimè sufficere. Ducor, quia acceptare rescriptum delegato præsentatum, non est incipere vti iurisdictione, sed præparare se ad vtendum, *l. Quemadmodum, ff. de inoffic. testam. & cap. Is qui, de procurat. in 6.* ibi: *Non potest post mandatum susceptum, etiamsi eo vsus non fuerit.* Vbi supponitur suscipere mandatum non esse eo vti. Et confirm. quia etsi sola rescripti præsentatio imprimat delegato iurisdictionem: at nullum iurisdictionis exercitium inducit. Quod petunt textus, *c. Gratum, c. Relatum, c. Licet vndique, de offic. deleg.* vt res desinat esse integra. Atque ita hanc partem tenent *Abb. c. Cùm venissent, n. 2. ad fin. de testib. & attestat. & ibi Cardin. n. vn. vers. In glossa 2. fin. Felin. d.c. Relatum, n. 12. vers. Item nemo, in fi. Dominic. d.c. Is qui, in princ. n. 3. notabili 4. Angelus l. Et quia, nu. 6. ff. de iurisdict. omn. iud. Iason l. More, n. 58 ff. eo t.* Quod idem tenent omnes, quos n. 10. retuli, asserentes per nullum actũ citationi præuium desinere rem esse integram. Imò licèt sustineamus sententiam n. 8. relatam, dicentem per actus citationi præuios desinere rem esse integram, adhuc dicendum est non sufficere rescripti præsentationem. Vt bene tradit *Imola cap. Pastoralis, §. Quoniam, num. 10. de rescript.* Quod adhuc retenta ea opinione, necesse sit actus citationi præuios eiusmodi esse, vt per eos vsus iurisdictionis inchoetur. Quod sola rescripti præsentatione non fieri probaui.

20 Sed meritò rogabis, quando res desinat esse integra in rescriptis gratiæ, vt in commissionibus dispensandi? Ratio dubitandi est. Quòd cùm non agitentur inter partes, nulla est pars aduersa, quæ citari debeat, *Anton. c. Licet vndique, num. 12. fin. & n. 13. fin. de offic. delegat.* ait per solam rescripti præsentationem cum animo procedendi desinere rem esse integram in his rebus. At meritò *Felinus c. Pastoralis, §. Quoniam, n. 3. de rescript.* non ausus est hoc affirmare. Quia rationes nu. præced. allatæ concludunt per hanc præsentationem non cœptum esse vti iurisdictione. Quare dicendum est primum actum iudicialem, qui expediri solet post rescripti præsentationem, efficere, ne res deinceps sit integra, atque eum exigi. Vt si iudex iubeat fieri informationem veritatis precum. Quod in simili tradunt *Bart. Bald.* & alij, quos refert & sequitur *Maranta de ordine iudic. 4. p. d. 9. an sit super petitorio, n. 20. & p. 6. membr. 10. iudicij de lite contestat. in princ. n. 2.* dicentes in causis, in quibus litis contestatio non requiritur, habere vim ipsius quoad effectus ex lite contestata productos, eum primum actum, qui solet immediatè fieri post litis contestationem, in causis in quibus ea exigitur. Et ita *Felinus proxime allegatus* ait in his desinere rem esse integram, ac iurisdictionem perpetuari, si iudex mandaret vocari illum cum quo dispensandum est, vel similem iurisdictionis actum faceret.

21 Tandem dubitatur, quando plures causæ committuntur, pluresve articuli in vno & eodemmet rescripto, an eo ipso quòd in vna causa in vnove articulo cœptum sit, censeatur quoad cætera res non integra: ac proinde quoad omnia illa perpetuetur iurisdictio? Qua in re, vt à certioribus incipiamus, conuenit inter Doctores omnes allegandos, quandò causæ illæ in eodem rescripto contentæ, siue contra vnam, siue contra diuersas personas, sunt connexæ, citatione facta in vna causa, & sic illa incepta, desinere rem esse integram, ac perpetuari iurisdictionem quoad alias; argumento ex *l. fin. C. de duobus reis.* 22

Secundò, conuenit inter omnes, quando actus inceptionis, vt citatio illa, esset communis omnibus causis illis eiusdem rescripti, quamuis sint contra diuersas personas, & minimè connexæ, censeri omnes inceptas, & quoad omnes perpetuari iurisdictionem. Erit verò citatio hæc communis, si facta sit simpliciter, id est, nulla causa illius rescripti expressa. Quòd tunc non sit maior ratio de vna, quàm de alia. Ita *Anton. c. Licet vndique, nu. 15. de offic. deleg. & ibi Host. n. 4. Imola n. 3. & l. 2. §. Sed si quis, n. 6 ff. de don. Domin. c. Ne aliqui, n. 5. de haret. in 6. Castalup. l. More, n. 30 ff. de iurisd. omn. iud. Vitalis tract. clausul. clausula, Quòd non sit melior conditio occupantis, n. 2.* Similiter hunc actum communem explicant aliqui exerceri per factam rescripti plures illas causas continentis acceptationem à iudice. Sic *Felinus d.c. Licet vndique, num. 1. vers. Sed dubium est.* Atque idem asserent auctores, quos nu. 19. allegaui, asserentes per rescripti acceptationem desinere rem esse integram. Sed meritò *idemmet Felinus c. Pastoralis, §. Quoniam, num. 2. de rescript.* hoc reprobat. Atque verè reprobandum est retenta opinione, quam n. 19. tenuimus, nimirum, non desinere rem esse integram, nec perpetuari iurisdictionem per solam rescripti acceptationem.

Tertiò, si sustineatur opinio num. 8. relata, asserens per 23
quemcumque actum citationi antecedentem desinere rem esse integram, necessariò dicendum est, facta citatione in vna illius rescripti causa desinere quoad cæteras illius rescripti, etiam non connexas, ac contra diuersas personas, rem esse integram. Ratio est, quia citationi antecedere debent electio notarij, & alia iudicij præparatoria, quæ sunt omnibus illis causis communia, ac proinde ratione huius actus communis citationi præuij, dicentur omnes hæ causæ inceptæ: & ita iuxta hanc sententiam dicendum esse aduertunt *Anton. c. Pastoralis, §. Quoniam, n. penult. de rescript. & ibi Abbas num. 5.* At retenta veriori sententia, quam n. 10. tenuimus, nimirum, non desinere rem esse integram per actus citationi præuios, est necessariò dicendum quando citatio esset specialis circa vnam illius rescripti causam, non desinere rem esse integram quoad alias eiusdem rescripti causas, si non sint inter se connexæ, & sint contra diuersas personas. Quippe nullus actus communis aliis causis non expressis effectus est, nec causæ inter se connectuntur, nec sunt contra eandem personam. Quare nulla ratio suadet inceptionem in vna causa extendi ad alias. Contineri enim eas omnes in eodem rescripto, est omnino per accidens, nec aliquid refert ad illarum vnitatem inducendam. Et ita fatentur omnes allegandi.

In duobus autem consistit difficultas. Prius est, an quando illæ causæ non connexæ eiusdem rescripti, sunt aduersus eandem personam, citatio illius personæ in vna expressa causa, efficiat rem non esse integram quoad cæteras? Posterius est, quando esset generalis causarum commissio facta generaliter, ac per modum vnius, an modus hic vnitatis commissionis efficiat, vt citatio in vna extendatur ad alias non connexas, quamuis sint contra diuersas personas? Et in priori difficultate quidam partem affirmantem tuentur. Ducuntur, quòd cùm iurisdictio sit res indiuisibilis, incepta super vno articulo contra personam citatam, reputatur perpetuata erga illam quoad omnes alias causas. Ita *Speculator tit. De iudice delegato, §. Restat videre, n. 6. vers. Quid si super. Anchar. c. Ne aliqui, n. vn. notab. 2. de haret. in 6.* 24

At omnino dicendum est, non desinere rem esse integram, nec perpetuari iurisdictionem quoad alias causas non inceptas. Quia iudex super vno solo articulo, vnave sola causa citans videtur suam iurisdictionem diuisisse: & persona citata non tenetur respondere, nisi circa illum articulum. Ergo quoad alios res manet integra. Et ita sentiunt *Innoc. cap. Licet vndique, num. 2. verb. Expirauit, de offic. delegat. & ibi Ioan. Andr. num. 17. Card. q. 7. Bellamera num. 11. Henricus n. 3. Bart. l. More, n. 14. ff. de iurisd. omn. iud. & ibi Paul. n. 10.* 25

n.10. Zasius n.39. Fulgos. fin. Iacobin. in l. lectura, n.37. Angel. l. Et quia, n.5. ff. eo. t. Imola cap. Pastoralis, §. Quoniam, n.9. de rescript. Dominic. c. Nealiqui, n 5. de haret. in 6.

26 Circa posteriorem difficultatem n.24. propositam, nempe, quando plures causę committuntur per modum vnius, nec sunt inter se connexæ. At non expressim singulæ delegantur causæ, sed sub quadam vniuersitate. Vt si quispiā constituatur iudex delegatus ad vniuersitatem causarum talis territorij, an citatio in peculiari causa efficiat rem nō esse integram, ac perpetuet illius iudicis delegatam iurisdictionem quoad cæteras causas? Quibusdam pars negans placet. Ducuntur per cap. Ne aliqui, de hæretic. in 6. vbi tamquam quid speciale fauore fidei decernitur, ne delegata inquisitorum potestas pereat quoad negotia non cœpta morte delegantis. At illi sunt delegati ad vniuersitatem causarum fidei. Secus ergo est in cæteris delegatis ad vniuersitatem causarum. Secundò, per c. fin. de offic. leg. in 6. vbi deciditur conseruatorum potestatem expirare quoad negotia non inchoata morte delegantis. Cùm tamen illis delegari soleant causæ, sub quadam generalitate, & vnica commissione. Tertiò, per l. Quid tamen. in princ. ff. de arbit. vbi reputantur plura compromissa, quando plures causæ in eodem compromisso includuntur. Si ergo hæc commissio ad vniuersitatem causarum non reputatur vnica, sed multiplex, inceptio in vna causa non efficiet, vt censeatur iudex in omnibus incepisse. Et ita hanc partem tuentur Bald. l. Mandatum, 15. n.4. C. mandati. Imola c. Pastoralis §. Quoniam, n.9. de rescript & ibi Felin. n.2. & 3. fallent. 4. & c. Relatum, n.13. de offic. deleg. Alberic. l. More, nu.24. ff. de iurisd. omn. iudic. & ibi Romanus nu.18. Alexand. num.47. Folgosius fine. Et in hanc licèt dubius magis inclinat Iacobinus ibi, in 1. lectura, num.38.

27 Quamuis autem sit satis probabile hoc; at probabilius reputo censeri cœptum quoad omnes causas sic commissas, & sic quoad eas perpetuari iurisdictionem. Ducor, quod tunc censeatur vnica commissio facta, ac proinde cùm iudex incipit ea vti in quauis causa, censetur iam plenè incepisse vti sua iurisdictione delegata: nec res esse integra quoad omnes causas sic sibi commissas. Quod minimè contingit, quando plures causę cōmissæ exprimuntur specialiter, sed tunc sunt plures commissiones. Quæ differentia inter vtrumque committendi modum constat ex l. Scire debemus, 29. in princ. ff. de verb obl. vbi deciditur tot esse stipulationes, quot sunt species, vel summæ specialiter designatæ: at vnicam esse, quoties res vniuersaliter designantur. Nec textus num. præced. adducti in contrariæ sententiæ fauorem, illam probant. Nam ad c. Ne aliqui, respondetur fauorem fidei ibi inductum in eo consistere, vt non expiret inquisitorum potestas morte Pontificis delegantis re omnino integra, ac nulla causa inchoata: & quoad causas, quæ nondum emerserant. Vt expresse ibi dicitur. Atque in hoc eum specialem fauorem versari docent Decius cap. Pastoralis, §. Quoniam, in noua edit. n.18 de rescript. Iason l. More, n.56. ff. de iurisd. omn. iud. Ad c. fin. respondet idem Decius eo n.18. non esse ibi commissas plures causas simul in eodem rescripto. Sed Iason eo nu.56. respondet eum textum vti verbo, Volumus, de cuius natura est denotare esse nouum ius, teste Gl. clem. vn. v. Volumus, de offic. vicar. vnde cum inducat ius nouum exorbitans à iure communi, & loquatur in officio conseruatorum, quorum potestas maximè ordinariis præiudicat, non est ad alios delegatos trahendus. Ad l. Quid tamen, respondet Decius n.19. dici plura compromissa impropriè: & id colligitur ex iis textus verbis: Quasi plura sunt compromissa. Et ideo huius sententiæ sunt Bartol. d. l. More, num.14. & ibi Paulus num.10. Decius num.56. Iason num.36. Cacialupus nu.30. Curtius iunior num.84 & 85. Angelus l. Et quia, num.5. ff. de iurisdict. omn. iud. Baldus cap. Pastoralis, §. Quoniam, paulo post princip. vers. Considera quod interdum. de rescript. & cap. Licet vndique, num.6. de offic. delegat. vbi Ant. num.15. Ancharan. q.4. Imola n.3. & l.2. §. Sed si quis, num.6. ff. de donat. Vitalis tractatu clausular. clausula, Quando non sit melior conditio occupantis, num.2. Maranta de ordine iudiciorum, 4.p.d.5. An iudicium sit ordinarium vel delegatum, n.61.

Hanc sententiam intelligunt quidam ex his Doctoribus, vt sunt Baldus & Curtius iunior numero præcedenti allegati, quando delegatio illa esset ad vniuersitatem causarum. Vt quando quis constitutus esset delegatus ad omnes causas alicuius territorij: secus si sit ad generalitatem causarum. Vt si delegatio esset ad causas pupillorum omnium. Et id probat Curtius iunior ex cap. finali, de offic. legat. in 6. ratione cuius textus hoc tenendum affirmat. Quamuis ratio Bartoli deducta ex l. Scire debemus, quam n. præced. adduxi, æquè procedat in delegatione ad generalitatem causarum. Sed in exemplo causarum pupillorum, perhos Doctores adhibito, verius est esse delegationem ad vniuersitatem causarum (vt probaui lib. 3 disp. 31. nu. 4.) Et credo veram esse sententiam nu. præced. relatam, etsi delegatio non sit ad vniuersitatem, sed ad generalitatem causarum. Nam ratio Bartoli & sequacium deducta ex l. Scire debemus æquè procedit in generalitate causarum, quando non expressim singulæ illæ causæ committuntur, sed generaliter, ac per modum vnius. Et ita Bartolus, qui eius sententiæ patronus est, solùm eum casum excepit, in quo plures illæ causæ expressim delegantur. 28

Ex his infertur, quid sentiendum sit in dispensationibus, ac reliquis commissionibus non contentiosis. An quando plures illæ alicui committuntur, vt potestas dispensandi cum pluribus personis nominatis in fauorem earum, censeatur res non integra, ex eo quod commissarius cum vna dispensare cœperit, quoad alias cum quibus non cœpit? (non tracto hic an expiret ea dispensandi potestas quoad alias etiam si res dicatur integra quoad illas: vt dicunt quidam DD ex iis, quos allegabo: quia de hoc agam à n.89. (sed tantum tracto hic, an res dicatur integra quoad alias.) Quidam absolutè censent dici rem integram quoad alias personas. Quia quoad ipsas nullus iurisdictionis dispensandi actus exercitus est. Sic Speculator tit. De dispensatione, § Dicendum restat, num.19 fine. Archid. c. Dudum 18. q.2. num.5. & ibi Bellamera n.1. vers. Præterea quæritur. Sed sic distinguendum est. Si commissarius fecit actum communem omni dispensationi, res non est integra quoad omnes: secus si actum solum specialem exercuit, quoad dispensationem, quam concessit. Ratio est, quia cùm vna dispensatio nil prorsus habeat commune cum alia, ex eo quòd sit cœptum vti vna, non desinit res esse integra quoad alias. Ita tradunt Ioan. Andr. addit. ad Speculat. tit. De dispensatione, §. Dicendum restat, num.19. verb. Ergo tu distingue: & cap. Ex tua, num.8. de filiis presbyt. & ibi Anton. num.7. Abbas num. 4. Bellamera ad fin. vers. Quod posset, & cap. Licet vndique, num.11. & 17 de offic. delegat. vbi Henricus num.4. Felinus c. Pastoralis, §. Quoniam, n.2. de rescript. Roscella verb. Gratia, nu.1. & ibi Angelus num.1. Syluest. quæst. 2. Tabiena qu.5. nu.6. Actus autem communis omni dispensationi erit acceptatio rescripti, in quo facultas dispensandi cum omnibus illis personis committitur. (Si teneamus sententiam num.19. & 20. relatam, vt per illam desinat res esse integra.) Sed cùm illam ibi reprobarim, dicendum est cum Felino d. cap. Pastoralis, §. Quoniam, nu.3. esse actum communem, si mandaret delegatus citari omnes illas personas, cum quibus dispensandum est, vt probarent veritatem precum, vel similem actum faceret. Quia in his non contentiosis, per hos iudicis actus desinere rem esse integram, probauimus num.20. 29

SVMMARIVM.

Potestas delegati ad literas iustitiæ exequendas expirat morte concedentis re integra, secus quando non est integra, n. 30.

An gesta per delegatum dum mors delegantis ignoratur, valeant: & quid, quando delegans in excommunicationem incidit: vel si Episcopus sit excommunicatus, an suspendatur iurisdictio delegati vel Vicarij: Remissiuè n. 31.

An

An pereat hæc potestas delegatus finito delegantis officio, sicut morte, numero 32.
An potestas à Principe delegata pereat morte Principis re integra, n. 33.
Quid, si delegatus ille sit ad vniuersitatem causarum, n. 34.
An si delegatus subdeleget, mortuo delegato re integra, expiret potestas subdelegatio explicantur casus in quibus hoc potest discuti, n. 35.
Quid, si moriatur delegatus subdelegans, siue vbi ceperit iurisdictione, siue non, superstite tamen primo ordinario delegante, an expiret subdelegati iurisdictio, n. 36.
Quid, quando moritur primus ordinarius, & res est integra quoad delegatum, non tamen quoad subdelegatum, n. 37.
Quid, si è contra, res tunc est integra quoad solum subdelegatum, nullo modo 38.
An potestas delegata hæc expirat ipso iure, an solum ope exceptionis, morte delegantis re integra. Refertur quædam sententia, n. 39.
Explicatur sententia Auctoris. n. 40.
An possit tunc delegatus procedere, si vtraque pars consentiat, n. 41.
An ea potestas expirat morte, quando non datur noua potestas ad actum, sed excitatur antiqua, n. 42.
Quid, si iurisdictio delegata sit accessoria gratiæ iam factæ? Et explicatur latè c. Si super gratia. de offic. deleg. in 6. & an potestas conseruatorum expirat morte concedentis re integra, n. 43.
Quid, si potestas illa delegata sit commissa nomine dignitatis delegantis, an expirat morte delegantis re integra, n. 44.
An commissiones dispensandi in impedimentis matrimonij, aliisve rebus, commissa in forma communi Ordinariis, censeantur datæ nomine dignitatis Pontificiæ? Proponuntur probantia partem affirmantem, n. 45.
Explicatur sententia Auctoris: & an verba, Auctoritate nostra, vel quando vtrumque delegantis nomen exprimitur, efficiant, vt censeatur commissio facta nomine dignitatis: & quid vbi est dubium, num. 46.
An præcepta superiorum expirent morte mandantis, n. 47.
Fos n. 47. multos alios summaria.

30 QVAESTIO II. An potestas delegata ad literas iustitiæ exequendas expiret morte concedentis? Certissima regula est: iurisdictio hæc expirat, quando moritur concedens re integra, id est, antequam delegatus cœperit iurisdictione vti decus si res non erat integra. Habetur expresse *cap. Gratum, c. Relatum, c. Licet vndique, de offic. deleg. & l. Et quia, 6. ff. de iurisdict. omn. iud.* Et ratio est, quòd tunc non sit gratia vel fauor, sed quoddam mandatum de iustitia faciendo. Mandatum autem expirat morte mandantis re integra, *l. Mandatum, C. mandati.* Item quia per delegationis actum non transfertur efficaciter iurisdictio in delegatum, donec ea vti cœperit. Vt expresse habetur *c. Quamuis, de offic. delegat. in 6.* ibi: *Cum iurisdictio (ex quo ipse vsus non extitit) non censeatur in eum efficaciter transiuisse.* Quare cùm iurisdictio re integra sit cum effectu penes delegantem, & per ipsius mortem extinguatur iurisdictio sua, extinguetur quoque iurisdictio delegata. Quia extincto iure auctoris, extinguitur quoque ius successoris, argumento ex *l. Lex vectigalis. ff. de pignoribus.* At per iurisdictionis exercitium ante delegantis mortem, iurisdictio radicatur in persona delegati, ita vt efficaciter in eum transierit: vt colligitur à contrario sensu ex *d. c. Quamuis.* Et ideo morte ipsius delegantis non extinguitur iurisdictio hæc delegata, quando res non erat integra, sed ipsa vti cœptum est.

31 An verò hoc procedat, si mors delegantis ignoretur: ita vt gesta tunc per delegatum, qui ante mortem delegantis non cœperat vti iurisdictione, sint irrita? dixi libr. 3. disp. 22. num. 55. & 56. Et quid, quando delegans in excommunicationem incidit, vel Episcopus, an possit delegatus aut Vicarius procedere? dixi eodem libr. 3. disp. 30. num. 3. & 7.

32 Sicut autem morte delegantis re integra perit iurisdictio delegata: ita etiam finito officio delegantis re integra. Quia cum finito officio perinde extinguatur iurisdictio, ac morte naturali, iure optimo finiri officium, ac naturaliter mori æquiparantur, quoad extinctionem potestatis delegatæ re integra. In vtroque enim cuentu æquè procedit ratio n. 30 tradita. Et ita tenent *Gloss. c. Licet vndique, in fine, de offic. deleg. & ibi Abbas n. 7. Baldus n. 8. fin. Imola n. 9. Bellamera 13. qu. 8. Bart. l. More, nu. 15. ff. de iurisd. omn. iud. & ibi Roman. n. 15. Decius n. 57. Bart. Socin. n. 61. Curtius iunior nu. 87. Iacobinus in 2. lect. n. 34. Zasius n. 39. Cacialupus n. 19. Bellapertica n. 15. Emm. Sa sum. v. Delegatus, nu. 3.* Et ita deciditur *l. regia 21. t. 4. partit. 3.* Quamuis (vt notat *ibi Greg. Lopez. v. O perdiere*) attentoiure communi erant opiniones. Nam *Alexicus d. l. More, n. 21.* tenuit contrarium.

33 Procedit autem regula, quamuis sit delegatus Principis. Quippe eius iurisdictio delegata perit morte Principis re integra. Quamuis contrarium censeant aliqui (vt refert *Glossa l. Et quia, 6. verb. Principaliter, ff. de iurisd. omn. iud.*) malè intelligentes eum textum, ibi: *Et quia nec principaliter ei iurisdictio data est.* Sed eorum verborum sensus est: Quia iurisdictio non est concessa iure proprio, & sic non est ordinaria, perit morte concedentis re integra. Et probatur, quia ratio num. 30. huius tradita procedit æquè in Principis delegato, ac in aliis delegatis. Idem probatur ex *cap. Licet vndique, de offic. deleg.* vbi expresse dicitur delegationem à Pontifice factam expirare morte ipsius re integra. Et *c. Si cui nulla, de prabend. in 6.* deciditur delegationem Papæ ad gratiam faciendam cessare obitu ipsius re integra. Atque ita docent *Glossa d. l. Et quia, verb. Principaliter. Bartol.* dicens esse omnium, *l. More, num. 7. ff. de iure omn. iudic. & ibi Baldus in 1. decium, n. 6. q. 3. Albericus n. 12. Decius num. 13. & 17. Alexand. n. 9. Iason n. 6. Bellapertica n. 16. Cacialupus n. 44. Iacobinus in 1. lectura, num. 13. Anton. c. Relatum, num. 9. de offic. deleg. & ibi Bellamera nu. VII. Cardin. c. Gratum, opposit. 7. aod. tit. Mavanta de ordine iudicior. 4. p. d. 5. an iudicium sit ord. narium an delegatum, n. 61.*

34 Secundò, procedit regula, quamuis delegatus ille sit ad vniuersitatem causarum. Eius enim iurisdictio perit morte concedentis re integra. Probatur per locum à speciali, ex *c. Ne aliqui, de haret in 6.* vbi deciditur fauore fidei officium inquisitorum non cessare morte concedentis re integra. Cùm tamen eorum potestas sit delegata ad vniuersitatem causarum. Vt notant *Ioan. Andr. & DD. c. Per hoc, de haret in 6.* Ergo vbi non est is fauor, cessat morte concedentis re integra. Præterea, quia, etsi huiusmodi iurisdictio æquiparetur in multis iurisdictioni ordinariæ: at non in omnibus conueniunt, & maximè vbi subest diuersa ratio. Nam ratio ob quam extinguitur iurisdictio delegata ad particulares causas, quam n. 30. tradidimus, militat etiam in iurisdictione delegata ad vniuersitatē causarum. Quia iurisdictio remanet penes delegantem, & nomine proprio hic delegatus nil habet, *c. Sane, de offic. deleg. & l. 1. ff. de officium cui mandata est iurisd.* Atque ita tenent *Abbas c. Relatum, n. 7. de offic. deleg. & ibi Decius in nona edit. nu. 36. Baldus c. Licet vndique, n. 6. eo. t. Felin. c. Pastoralis. §. Quoniam, n. 3. sallentia 4. de rescript. Alex. l. More, n. 29. & 37. ff. de iurisdict. omn. iud. & ibi Iason n. 9. & 19. Fulgos. n. 18. Iacob. in 1. lectur. n. 26. Mavanta de ordine iud. 4. p. d. 5. an iudicium sit ordinarium vel dllegatum, n. 61.* Quare audiendus non est *Anchar. d. c. Licet vndique. qu. 4.* contrarium sustinens. Ducitur, quòd hic delegatus æquiparetur ordinario. Sed iam respondimus non æquiparari in omnibus.

35 Maior autem difficultas est, quando delegans subdelegauit, an pereat iurisdictio subdelegati mortuo primo ordinario, qui delegato delegauit, viuente delegato ipso vel mortuo delegato, qui subdelegauit, superstite adhuc primo ordinario? Et vt distinctè procedamus, in triplici casu potest hoc in dubium verti. Primus est, quando moritur delegatus, qui huic subdelegauit, siue vti cœperit iurisdictione, siue non, superstite tamen primo ordinario, qui delegauit: & res est integra quoad subdelegatum, vt potè, qui iurisdictione vti non cœpit? Itaque an satis sit, ne pereat iurisdictio subdelegati morte subdelegantis re integra, superstitem esse primum ordinarium delegantem? Secundus est, quid si moriatur primus ordinarius delegans, & res est integra quoad delegatum, quia vti non incepit: non autem quoad subdelegatum, qui iam vti cœperat? Tertius est, quid si dum moritur primus ille ordinarius, res non erat integra quoad delegatum, integra existente quoad subdelegatum?

In

36 In primo casu quadruplex est dicendi modus. Primus sentit non expirare iurisdictionem subdelegati. Quia, etsi subdelegans, à quo immediatè iurisdictionem accepit, obierit re existente quoad subdelegatum integra, subdelegatus enim vti non cœperat: at superstes est primus ordinarius delegans, qui fons & radix eius iurisdictionis est. Atque ita non potest dici iurisdictio delegans omnino extincta. Sic sentiunt *Angelus l. Et quia, n. 3 ff. de iurisdict. omn. iudic. Cacialupus l. More, n. penult, ff. eod. t.* dicens eo anno pendenti lite coram Vicario Archiepiscopi Senensis fuisse ita iudicatum. Et refert pro se *Innocentium c. Licet vndique, n. 2. fine, versic. Aliis autem, de offic. deleg.* vbi verbis valde obscuris vtitur, & dicens forte ita esse. Et eisdem omnino verbis loquuntur *Hostiens. ibi n. 4. Ioan. Andr. n. 18. Speculator tit. de iudice delegato, §. Restat videre, n. 7. vers. Quod si delegatus.* Secundus dicendi modus sentit expirare eam subdelegati iurisdictionem. Quia cum adhuc non sit efficaciter in subdelegatum transmissa, eo quod subdelegatus ea vti non cœpit, pendet eius duratio à vita delegati subdelegantis, à quo immediatè profecta est. Sic *Anchar. eo. c. Licet vndique, q. 5.* Tertius est, cum quadam distinctione. Aut subdelegatio facta est in totum, nempe, committente delegato omnes vices suas: & tunc non extinguitur. Secus autem, si pro parte delegarit. Ratio discriminis ea est. Quia quando subdelegatio fit in totum, delegatus à se totam iurisdictionem abdicat: & ideo non appellatur tunc ad ipsum subdelegantem, sed ad primum ordinarium, *c. Super quæstionem, §. Porro, de offic. deleg.* Quare iurisdictio subdelegata pendet tunc à solo primo ordinario delegante, atque ipso superstite non perit, quantumcumq; moriatur re integra delegatus subdelegans. Quia non extinguitur fundamentum. At quando subdelegatio fit pro parte, delegatus non abdicat à se totam iurisdictionem, & ideo appellatur ad ipsum: iuxta *d. §. Porro.* Quamobrem iurisdictio subdelegata pendet ab ipsius delegati iurisdictione: & per consequens morte huius contingenti, dum res ex parte subdelegati est integra, peribit hæc subdelegata iurisdictio. Sic tenet *Barthol. Socinus d. l. More, n. 74.* Quartus modus est, quem amplectitur *Iason d. l. More, n. 13.* vbi relata prima opinione ait melius dicendum, prout in simili tradit *Bart. l. 2. ff. de curatore bonis dando*, vbi in fine principij tractans *Bartolus*, an substitutus à procuratore debeat cauere rem ratam dominum habiturum, sic distinguit: Si procurator ex mandato sibi à domino facto substituit, tunc dominus videtur illam constituere, quem procurator substituit, *l. 1. §. penult. ff. de procurator.* Et ideo tunc cauere debet rem ratam dominum habiturum. Quippe tanquam à domino constitutus agit. Si verò procurator substituit iure suo, debet cauere rem ratam procuratorem habiturum. Quod ab ipso substitutus censeatur. Quare iuxta hoc dicendum est sic: Quando delegatus ex speciali potestate sibi à delegante tradita subdelegat, non perit potestas subdelegati morte subdelegantis re integra, si primus ordinarius delegans superstes sit, quasi ipse sit prima radix, & censeatur substituens. Secus delegato subdelegante iure proprio in casu in quo subdelegare potest. Quia tunc non primus ordinarius, sed ipse delegatus censetur substituere. Et hæ omnes sententiæ sunt satis probabiles: at vltima præcæteris mihi placet.

37 In secundo casu, nempe, quando moritur primus ordinarius delegans, & res est integra quoad delegatum, non tamen quoad subdelegatum, quia delegatus iurisdictione vti non cœperat, at subdelegatus cœperat: videtur expirare iurisdictio subdelegati. Quia morte expirarunt iurisdictio primi delegantis, & delegati subdelegantis, res enim erat integra quoad ipsum. Expirabit ergo iurisdictio subdelegati, vtpote cui deficit fundamentum, cui innitebatur. At dicendum est, nullo modo eam expirare. Quia cum iam subdelegatus cœpisset vti, radicata est iurisdictio in seipso, ac proinde eius duratio iam non pendet à primo delegante aut subdelegante. Et pro hac parte est textus apertus, *c. penult. de offic. delegat. in 6.* vbi ponderat textus, vt iurisdictio subdelegati expiret mortuo primo ordinario delegante, non esse processum in aliquo per delegatum, vel ipsius subdelegatum. Et ita docent *Dominicus ibi, nn. 5. Francus n. 2. Imola c. Licet vndique, n. 2. de offic. deleg.*

38 In tertio casu, quando obit primus delegans re existente non integra quoad delegatum, integra verò quoad subdelegatum: videtur expirare subdelegata iurisdictio. Quod primus delegans, qui fons ac radix iurisdictionis subdelegatæ est, obierit, nec subdelegatus cœperit vti iurisdictione. At ex dictis nu. præced. constat eam non expirare. Quia ne expiret, satis est ipsummet subdelegatum, vel delegatum subdelegantem cœpisse vti iurisdictione ante primi ordinarij delegantis obitum. Vt constat ex *cap. penult. de officio deleg. in 6* Et tenent *ibi Glossa, verb. Processum. Domin. n. 5. Francus n. 2. Ferretus cons. 158 n. 1. & 2. vol. 1.*

39 Insuper dubitabis, an potestas delegata hæc expiret ipso iure mortuo delegante re integra? Quibusdam placet non expirare ipso iure, sed ope exceptionis, ac proinde si pars aduersa non excipiat, valere gesta ab eo delegato. Ducuntur ex *c. penult. de offic. deleg. in 6.* ibi: *Quia exceptionem coram se propositam, quod antequam per eum vel per ipsum delegatum in aliquo processum fuisset, delegans fuerat viam vniuersa carnis ingressus.* Secundò, ex *c. Cum venissent, de testib. & attest.* ex quo videtur constare posse mortuo delegante re integra, delegatum procedere ex partium consensu. At si iurisdictio expirasset, non posset partium consensus illam conferre. Tertiò, quia tempus datæ inspiciendum est, *c. Eam te, de rescript.* & tempore præsentationis rescripti, imprimitur iurisdictio ipsi delegato. Ergo mors delegantis postea contingens non efficiet iurisdictionem delegati ipso iure expirare. Et ideo ita tenent *Innoc. c. Licet vndique, nn. 2. fin. vers. Aliis autem, de offic. deleg. Goffredus, Philippus & Brixiensis*, quos refert ac sequitur *Archid. d. c. penult. n. 2. Speculat. tit. de iudice delegato, §. Restat videre, num. 7. vers. Quod si delegatus. Hostiensis sum. t. de offic. deleg. §. Et qualiter, n. 11. versic. Vel cessum.* Et in hanc partem magis inclinat licet dubius *idemmet Innoc. d. c. Cum venissent, n. 1.* addens saltem constare posse ex partium consensu iurisdictionem huius delegati prorogari.

40 At tenendum est tanquam verissimum, expirare ipso iure, Probatur ex *c. fin. vers. Officium, de offic. deleg. in 6.* ibi: *Officium autem conseruatorum ipso iure, quoad non cœpta negotia, per obitum concedentis volumus expirare.* Et *c. Si cui nulla, de præbend. in 6.* ibi: *Expirat omnino, si concedens re integra moriatur.* Præterea, quia multa sunt iura significantia expirare iurisdictionem ipso facto. Nullam enim de partis exceptione mentionem faciunt. Vt *c. Gratum, c. Licet vndique, de officio deleg.* Et nullum ius apertè dicit oppositum. Nec obstant in contrarium adducta num. præcedenti. Quia *eod. c. penult.* fuit exceptum & appellatum, vt euitaretur grauamen facti: at non dicitur ibi id fuisse necessarium. Ad *c. Cum venisset. de testib. & attestat.* dic solùm ibi tolli appellationem. Vt patet ibi: *Ne appellatio.* Non enim poterat pars impedire confirmationem sententiæ innitens appellationi, vtpote, quæ illi renunciaret facto suo, agens post appellationem coram iudice à quo appellarat. At poterat nullitatis via se tueri aduersus sententiam. Ad 3. dic, licet iurisdictio imprimatur à tempore præsentationis rescripti, at eam non esse efficaciter radicatam in delegato, donec vti ea cœperit: ac proinde ante illius vsum pendere eius durationem à iurisdictione delegantis, quæ eius morte extinguitur. Et ideo hanc sententiam tuentur *Glossa l. penult. verb. Ignorassent. ff. Si certum petat. & c. fin. verb. Ipso iure, de offic. delegat. in 6. & d. c. Cum venisset, verb. Postea egerit. Et ibi Hostiensis paulò post principium. Ioan. Andr. n. 10. Anton. num. penult. Cardin. n. vnico, versic. In glossa 2. Abbas n. 2. Imola n. 2. Baldus n. 1. versic. Sed contra. Felinus n. 3. versic. In eadem glossa. Bellamera nu. 4. & 5. idem Hostiensis c. Licet vndique, n. 4. fine, de officio deleg. & ibi Ioannes Andr. nu. 19. Cardinalis quæst. 12. Imola fine. Bellamera num. 14. idem Imola cap. Gratum, num. 5. eod. tit.* vbi *Felinus fine, Decius in noua editione, num. 36. Idem Cardinalis cap. Relatum, in fine, eodem tit. idem Decius cap. Si duobus, in noua editione, nu. 44. de appellat. Idem Ancharanus cap. penult. n. 3. notabili 3. de offic. deleg.*

in 6. & ibi Dominicus n. 5. versic. In fine glosæ. Francus n. 3. & c. finali, §. Officium, n. 1. eodem tit. & l. Idem Imola c. Litteris, ad finem, de rescript. Bartolus l. More, n. 18. ff. de iurisdict. omn. iudic. & ibi Paulus nn. 11. Iason n. 7. & fine. Decius nu. 14. & 63. Barthol. Socinus n. 70. Curtius iunior n. 95. Zasius n. 41. Iacobin. in prima lectura, fine. Cacialupus n. 32. Faber §. Item si adhuc, nn. 11. Instituta mandati. Maranta de ordine iudicior. 4. p. dist. 5 an iudicium sit ordinarium, n. 61. Bellamera decisione 542. nu. vnico. Mandosius regula Cancellariæ, 10. de annali, q. 2. n. 4. Zanellos q. pract. q. 424. fine.

41 Hinc deducitur, mortuo delegante re integra minimè posse delegatum in causa procedere, etsi partes consentiant, nec valere processum. Quia cùm eius iurisdictio omnino extincta sit, nequit ex partium consensu prorogari. Consensus enim hic nequit eum iudicem constituere, qui iudex non est, *l. Priuatorum, C. de iurisdict. omn. iudic.* Sic docent *Glossa cap. Cum venisset, verb. Postea egerit, de testib. & attest. Et ibi Hostiens. paulo post princ. Ioan. Andr. n. 10. Baldus n. 1. Cardinalis n. vnico, vers. In glossa secunda. Imola n. 3. Bellamera n. 4. & 5. Decius c. Gratum, in noua editione, n. 36. de offic. deleg. & ibi Felinus fine. Ancharanus c. penult. n. 3. notabili 3. de offic. deleg. in 6. & ibi Francus n. 3. Barthol. Socinus l. More, n. 72. ff. de iurisdict. omn. iudic. & ibi Paulus n. 11. Decius n. 13. Iason n. 7. & fine, Cacialupus n. 32.*

42 Tandem regula tradita, vt iurisdictio delegata pereat morte delegantis re integra, temperatur tripliciter. Primò, vt intelligatur quando datur noua potestas ad actum per illam commissionem, ita vt in exercitio actus gerat mandatarius vicem mandantis: quando enim non datur noua potestas, sed excitatur antiqua, non expirat. Vt contingit in præcepto quod datur habenti aliàs potestatem. Tunc enim cùm non detur noua potestas, sed excitetur ordinaria per commissionem, *cap. Licet, & c. penult. de offic. ordin.* non expirat morte mandantis re integra. Quia cessat ratio num. 30. tradita, ob quam potestas delegata expirat. Et de hoc est textus cum *Glossa auth. Vt nulli iudicum, §. De hoc vero inhemus.* Sic tradunt *Bartolus l. More num. 5. ff. de iurisdict. omn. iudic. & ibi Iason nu. 61. Abbas c. Relatum, in fine, de offic. delegati, & ibi Felinus n. 14. Decius in noua editione, n. 41. & rubr. C. de mandatis Principum, n. 13.* Qui tamen *eodem cap. Relatum, num. 41.* bene hoc intelligit, quando taliter esset facta commissio illa, vt non alteraretur potestas, quæ prius competebat.

43 Secundò temperatur, nisi iurisdictio delegata sit accessoria gratiæ iam factæ: sicut enim gratia facta non perit morte concedentis re integra, ita nec ea potestas accessoria, sed principalis gratiæ naturam sequitur. Ita expresse definitur, *cap. Si super gratia, de offic. deleg. in 6. de potestate executori data ad exequendam gratiam à Sede Apostolica concessam.* & redditur ibi prædicta ratio. Qui textus extendi debet ad gratiæ concessæ à legato executorem. Quod eadem procedat ratio. Sic tradunt *Archidiac. ibi n. vnico, Ioan. Andr. initio. Ancharan. fine. Dominicus n. 5. Francus n. 2. Anton. Gabriel to. 3. commun. lib. 9. tit. de præbend. conclus. 1. n. 4.* Atque eadem ratio cogit ad dicendum idem de executore cuiuscumque gratiæ ab aliis inferioribus concessæ. Quia eadem ratio militat. Secundò procedit decisio huius textus, licet quando concedens obiit, non esset gratia acceptata per eum, cui facta est. Non enim perit gratia, nec subinde executoris potestas. Sic *Lapus*, vt eum referunt ac sequuntur *Dominicus ibi n. 5. Francus n. 2. Portius consil. 157. nu. 3.* Tertiò, quamuis aliqui eum textum intelligant in meris executoribus, qui absque causæ cognitione procedunt. Vt *Dominicus ibi n. 7.* & alij quos refert *Anton. Gabriel dict. conclus. 1. n. 13.* At verius est contrarium. Quod in his quoque qui causæ cognitionem habent, procedat ratio in textu assignata. Et ita docent *Francus ibi num. 4. Molis*, quem refert & sequitur *Anton. Gabriel dicta conclus. 1. num. 15.* Non tamen procedit hæc decisio, quando potestas executoris non est accessoria gratiæ. Quippe non militat ratio in textu assignata. Vt, si discordia inter partes orta super gratia facta, impetretur iudex, perit eius iurisdictio morte delegantis re integra. Ita citato *Paulo Dominicus ibi n. 6. Francus nu. 4.* Nec procedit, quando datur executor super gratia facienda. Vt si mandatur dari alicui beneficium dato iudice executore, vt conferat. Quia textus expresse dicit, Super gratia facta. Item, quia etiam gratia faciendæ perit morte concedentis re integra (vt dicemus n. 64) nedum potestas executoris. Sic *Francus ibi num. 4.* Et multis citatis *Anton. Gabriel dict. concl. 1. nu. 5.* At si executor ille cœperat vti ante mortem Pontificis concedentis, contulerat enim beneficium, licet nondum executio secuta sit, poterit exequi mortuo Pontifice, ac impedientes excommunicare. Cùm enim res non esset integra, minimè cessat eius iurisdictio. Sic relato *Lapo Dominic. ibi fine, Francus num. 2.* Tandem nec procedit in iudicibus priuilegiorum conseruatoribus. Quippe eorum potestas expirat morte concedentis re integra. Vt constat ex *c. fin. de offic. delegati, in 6.* Et ratio est, quod ideo statutum sit potestatem executoris ad gratiam factam non expirare morte concedentis re integra, ne gratia redderetur inutilis. Ateniam expirante conseruatorum potestate non reddantur priuilegia inutilia. Item, quia horum conseruatorum potestas non est accessoria ad priuilegia ipsa. Cùm ex priuilegiis agere quis possit & excipere sine conseruatore. Sic docent *Glossa d. c. fin. verb. Expirare. Ioan. Andr. d. c. Si super gratia n. 1. & ibi Dominicus n. 4. Francus n. 5. Angelus l. Et quia, n. 3. ff. de iurisdict. omn. indic. Gygas de pensionibus, q. 91. nu. 5. Ant. Gabriel d. conclus. 1. n. 16.* Quamuis minus bene teneat contrarium *Archidiac. d. c. fin. in fine.*

Vltimò temperatur, nisi ea potestas delegata sit com- 44
missa nomine dignitatis committentis. Vti si Pontifex dicat, Sedes Apostolica tibi committit; vel aliis verbis, quæ non à persona, sed à dignitate committentis delegationem proficisci denotent (de quibus verbis dicemus nu. 46. 61. 62. & 63.) Tunc enim non expirabit delegatio morte delegantis re integra. Ratio est, quia cùm dignitas numquam pereat, nec eius iurisdictio, *cap. Si gratiosè, de rescript. in 6.* sed eadem prorsus sit in successore, cessabit ratio tradita num. 30. ob quam potestas delegata perit morte delegantis re integra. Et confirmatur, quia ob hanc rationem non perit morte ipsius delegati, potestas sub suæ dignitatis nomine illi commissa, sed transit ad successorem. Quod dignitas cui conceditur permaneat mortua persona. Ergo similiter non peribit morte delegantis sub dignitatis suæ nomine, quantumuis res sit integra: quia dignitas delegans manet persona cui inhærebat defuncta. Quod si obiicias, semper Pontificem & quoscumque prælatos delegare nomine dignitatis, quia quatenus priuati delegare nequeunt. Dic rationem delegandi semper esse dignitatem: at concedentem non semper esse dignitatem, vt abstrahit à persona, sed aliquando vt cohærentem personæ, & tunc quia moritur cum persona, non est concessio perpetua: aliquando verò vt à persona abstrahit, & tunc quia mortua persona durat, durabit quoque delegatio. Quod si iterum obiicias *c. Ne aliqui, de hæret. in 6.* dici officium Inquisitorum à Sede Apostolica commissum non expirare re integra morte concedentis: idque esse speciale fauore fidei. Dic cum *Decio statim allegando*, sumi ibi Apostolicam Sedem pro Pontificis persona. Et ita hanc limitationem tradunt *Antonius cap. Relatum, n. 10. versic. Tractat etiam, de offic. deleg. & ibi Abbas n. 3 & c. Licet vndique, nu. 7. & cap. Quoniam Abbas, n. 8. eodem tit.* vbi *Cardinalis n. 3. oppositum. & quæst. 5. fin. Beroius n. 90. Imola n. 6. & cap. Gratum, num. 5. vers. Secundò, eodem tit. Dominicus cap. Quamuis, in fine, eodem tit. in 6. & ibi citato Lapo, Francus in fine. Felinus cap. Pastoralis, §. Quoniam, n. 3. sallentia 5. de rescript. Baldus l. More, in prima lectura, q. vlt. ff. n. 6. ff. de iurisdict. omn. indic. & ibi Decius nu. 17. Alexander n. 9. Barthol. Socinus n. 56. Iacobinus in prima lectura, n. 13. Cacialupus n. 37. Couarruuias 4. pract. c. 11. n. 2. fin. Nauarr. summa Hispana c. 27. n. 264.* Quamuis *Bellamera d. c. Licet vndique, num. 14.* non admittat ex parte delegantis distinctionem hanc, an nomine personæ, an potius nomine dignitatis deleget,

deleget. Sed illi credendum non est. Hoc temperant *Alex. ibidem, & Bartol. Socinus nu.60.* relato Saliceto, vt intelligatur quādo sic delegat Princeps, alios enim inferiores aiunt non posse concedere iurisdictionem delegatam perpetuam. Quod quidem admitto loquendo de iurisdictione contentiosa: nam posse gratiosam, qualis est ad audiendas confessiones, & dispensandum, dicemus n.71. & sequentibus. At si contentiosam concedant inferiores ad aliquam causam etiam sub nomine personæ, & tempore mortis concedentis res non est integra, non expirabit ea iurisdictio. Quia textus relati num.30. & Doctores hoc tradunt vniuersaliter de iurisdictione delegata.

45 Dubitari autem meritò potest, an commissiones concessæ ordinariis in forma communi ad dispensandum in matrimonij impedimentis, aliisve rebus, censeantur factæ à Pontifice sub dignitatis propriæ nomine. Id enim videtur suaderi. Quod Pontifex exprimat nomen proprium & dignitatis, sic dicens: *Clemens Episcopus.* At est valdè probabile explicato vtroque nomine, præponderare nomen dignitatis (vt dicemus num.60.) Secundò, quia licet nomen proprium exprimatur, id fit vt intelligatur quis Pontifex auctor fuerit illius concessionis. Tertiò, ex supplicationis verbis solitis poni in his dispensationibus, quæ sic se habent: *Supplicare fecerunt vt de benignitate Apostolica dispensaremus.* Cum enim responsio Pontificis etiam nil aliud dicentis nisi, fiat, intelligi debeat iuxta preces (vt diximus disp.21.n.37.) & petatur à Sede Apostolica, concessio intelligitur, vt ab eadem Sede dimanet. Quartò, ex verbis commissionis solitis ibi apponi, quæ sunt *Auctoritate nostra dispenses.* Quæ verba dignitatem denotant. Quippe idem est, Auctoritate nostra, &, Auctoritate Apostolica. Vt probatur ex *c.Cum aliquibus, fine, de rescript.in 6.* ibi: *Non auctoritate Apostolica censetur receptus, nisi quod eum auctoritate nostra reciperent, in literis caueretur.*

46 At certum esse arbitror has commissiones nomine Pontificis fieri, & non nomine dignitatis. Quod probatur destruendo fundamenta contraria. Primò, quia in ipsa petitione fit mentio personæ Papæ, & ab ipsa petitur, ibi: *Quare nobis humiliter supplicare fecerunt.* Et tantum narrat Pontifex non posse dispensari absque Sedis Apostolicæ auctoritate. Secundò, quia esto peteretur à Sede Apostolica, intentio est clara non constituendæ differentiæ inter Sedem Apostolicam & Pontificem, sed perinde est ac petere à Clemente VIII. Pontifice. Tertiò, quia contrarium non colligitur ex illis verbis: *Auctoritate nostra dispenses.* Quia expressius *c.Si cui nulla, de prabend.in 6.* dicitur si alicui auctoritate Apostolica fiat commissio in fauorem certæ personæ, expirare commissionem morte concedentis re integra. Et confirmatur, quia Pontifex non sic ait, Auctoritate nostra tibi committimus: quæ verba commissionem nomine dignitatis fieri importarent: sed, Committimus vt auctoritate nostra dispenses. Quæ important potestatem esse delegatam, ac dispensationem concedi nomine Pontificis, ac si ipse dispensaret. Vt bene aduertunt *Francus c.Cum aliquibus, num.4. de rescript.in 6.* & communiter Doctores. Atque subdit *Francus* id animaduertendum esse ad commissiones, quæ quotidie ordinariis fieri solent. Deinde, quia initio literarum sic dicitur: *Clemens Episcopus,* vbi nomen proprium præponitur. Quod esse indicium commissionis nomine personæ factæ testantur multi (vt diximus disp.præced.nu.18.) Et postea in petitione: *Nobis supplicari fecerunt.* Et in commissione sic dicitur: *Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni tuæ committimus.* Quæ omnia verba denotant nomine personæ commissionem fieri. Quippe pronomina Nos & Vos, simpliciter prolata à persona constituta in dignitate, referuntur in dubio magis ad personam, quam ad dignitatem: & idem est aliis quibuscunque verbis dubiis. Vt docent colligentes ex *c.Literis, de rescript. Anchar.ibi n.1. notabili 1. Barbatius n.30. & 31. Decianus cons.57.n.51. & 52.vol.2. Barbosa l.Quia tale, 14.n.41. fine ff. soluto matrim.* Et idem docet quoties est dubiū, *Abbas c.Relatum, n.3. de offic.deleg.* & *c.Licet vndique, n.7. eod.tit.* ait in dubio velle Pontificem committere nomine personæ, etsi nomen dignitatis exprimat. Vnde hodie, inquit, communiter Pontifex præmittit nomen proprium, dicens Martinus Episcopus. Et *Conar.quæst.pract.c.11.num.2. fine,* ait nunquam censeri delegationem nomine dignitatis factam, vt non pereat morte delegantis re integra nisi expressim soliis dignitatis nomen foret ascriptum. Atque in propriis terminis hanc partem tuentur *Hostiensis c.Quoniam Abbas, num.9. de offic.deleg. & ibi Ioan.Andr.n.5. Anton.num.13. Cardin. oppositi.5. Imola n.6.* vbi aiunt nunquam Pontificem delegare nomine dignitatis, sed nomine personæ. Et reddunt rationem, quod semper incipiant rescripta à nomine personæ Papæ.

Demum id obseruandum est. Dum dicitur mandatum 47
non expirare morte mandantis, quando res non est integra: intelligitur de mandato iurisdictionis, id est, per quod committitur iurisdictio. Nam præcepta superiorum, ad aliquid faciendum vel non faciendum obligantia, si non emanent per modum constitutionis à potenti illam facere, sed sint mandata ab homine, semper expirant mandantis morte, quamuis res non integra sit. Quia cum ea præcepta minimè sint constituriones, non sunt ex natura sua perpetua, nec possunt ligare extincta præcipientis iurisdictione per eius obitum. Sicut excommunicationem ab homine latam fatentur omnes morte auctoris cessare. Et ita hoc tenent *Syluester verb.Delegatus, q.6.n.7. & verb.Mandatum, q.3.* explicans etsi res non sit integra. Et alij non hoc explicantes, sed indistinctè loquentes, vt *Menochius,* citato *Decio, de arbitrar. lib.1.q.69.n.4. Corduba* citato *Hugone, super reg.D.Francisci.cap.10.q.3 punct.1.partic.1.* vbi merito reprobant *Petrum Penzalis quodlib.1 qu.21.* dicentem hoc habere verum in prælatorum præceptis factis specialiter vni vel alteri, secus de factis generaliter omnibus vel alicui communitati. Quippe bene docet *ibi Corduba* omnia expirare, quoties per modum constitutionis à potenti illam facere edita non sunt, non tantum mortuo præcipiente, sed etiam eo ab officio amoto. Quia quoad hoc perinde habetur ac mortuus (vt probaui n.32.) Cum vtroque casu extinguatur præcipientis iurisdictio, à qua præcepta vim habent.

SVMMARIVM.

Gratia potest concedi absolute, vel ad beneplacitum concedentis. Et quid sit gratia facta & facienda, n.48.

Gratia concessa ad beneplacitum persona concedentis extinguitur eius morte, secus si ad beneplacitum Sedis, n.49.

An gratia concessa ad beneplacitum persona extinguatur eius morte, etiam in fauorabilibus gratiis, n.50.

Quid, si iurisdictio concessa ad beneplacitum persona sit ordinaria: vel adiungatur quoque certum tempus, vt ad beneplacitum, ad annum, n.51.

An pereat gratia sic concessa morte concedentis, Donec voluero, ad voluntatem meam, donec reuocauero, vel donec aliud ordinauero, n.52.

Quid, si concedatur, donec concedens aliquid fecerit ante mortem, n.53.

An iurisdictio contentiosa concessa donec concedens reuocarit, vel aliud fecerit, expiret morte concedentis re integra, si nec concedens reuocarit, nec illud fecerit: & perent etiamsi res non sit integra, si concedatur ad persona beneplacitum, n.54.

Iurans non ludere donec pater velit, vel sine eius voluntate, an possit eo mortuo ludere, n.55.

An finito officio concedentis expirent concessa ad eius voluntatem, n.56.

Quid, concedente excommunicato vel suspenso, n.57.

Quid, eo facto furioso, n.58.

An concessa ad beneplacitum dignitatis à vicario, vel legato, vel aliis non habentibus dignitatem perpetuam, expirent eorum obitu, n.59.

Quid, quoties concessio sit ad beneplacitum persona, & dignitatis perpetua simul, n.60.

An sit concessio ad beneplacitum persona, an potius dignitatis, quando explicatur nomen concretum, vt, Ad beneplacitum Papæ? Referuntur quadam sententia, n.61.

Proponitur sententia Auctoris, n.62.

An sit differentia, siue dicatur Ad beneplacitū meum, siue nostrum, n.63.

An gratia absolutè concessa, siue facta sit, siue facienda, expiret morte concedentis re integra, n.64.

An expiret gratia facienda, concessa motu proprio, morte concedentis re integra, n.65.

An expiret ea gratia facienda ipso iure, n.66.

Quid si ea gratia facienda concessa esset sub nomine dignitatis, n.67.

Quid, si potestas executoriis commissa ab, sit accessoria gratiæ, n. 62.
An gratia facta, nondum acceptata dum concedens obiit, expiret, n. 69.
An si morte Pontificis ignorantia procedatur ad executionem gratiæ faciendæ, valeant gesta, n. 70.
An licentia audiendi confessiones expiret morte vel amotione Episcopi? Refertur quædam sententia, n. 71.
Explicatur sententia Auctoris: & an idem sit de eadem licentia concessa ab aliis ordinariis vel parochis, n. 72.
Quid, si esset licentia audiendæ alicuius confessionis specialis, n. 73.
Quid, de licentia ab Episcopo aliove Prælato eligendi confessorem concessa, an pereat morte eius, vel cessatione officij? Refertur opinio, n. 74.
Explicatur sententia Auctoris, n. 75.
Quid de licentia celebrandi in privato oratorio, n. 76.
Quid de licentia prædicandi, aut faciendi alias prohibita, n. 77.
Quid de licentia non residendi, n. 78.
Quid de facultate dispensandi? Refertur opinio, n. 79.
Proponitur sententia Auctorum, n. 80.
Quid, si esset facultas ad dispensandum cum persona certa, non tamen in favorem illius, vel si sit in utriusque favorem, n. 81.
Quid de facultate testandi concessa Episcopis vel monachis, n. 82.
Quid de dimissoriis ad ordines, concessis ab Episcopo, vel capitulo sede vacanti, vel à Vicario Episcopi in remotis existentis, n. 83.
An gratia absoluta concessa à legato, vel Vicario, expirent eius morte, n. 84.
An licentia omnes superiorum durent eis mortuis, n. 85.
Post n. 85. invenies extera summaria, quæ desiderantur.

48 QVÆSTIO III. An gratiæ rescripta expirent morte concedentis? Supponendum est dupliciter posse gratiam concedi, primò, absolutè: secundò, cum limitatione, vt ad beneplacitum concedentis, eiusve dignitatis, aut donec reuocarit. Insuper quædam est gratia facta: alia verò facienda. Facta dicitur, quando perfectè conceditur ei, in cuius gratiam datur, ac independenter ab alio, cui facienda committatur. Vt cùm Pontifex vel Episcopus dispensat omnino cum aliquo: vel quando omnino in fauorem dispensaturi concedit illi potestatem dispensandi. Faciendæ verò est, quando non conceditur absolutè ei in cuius fauorem datur, sed dependenter ab alio cui facienda committitur. Vt si in fauorem certæ personæ, cum qua dispensandum est, committatur alicui potestas dispensandi cum illa. Quod intelligendum est cum limitatione concessa quam n. 78. ponemus.

49 Duplex ergo regula solet tradi in hac re, altera de gratia cum limitatione concessa, altera verò de concessa absolutè. Prior ergo est. Quando gratia conceditur ad beneplacitum personæ concedentis, extinguitur eius morte: secus si concedatur ad beneplacitum Sedis. Tunc enim est perpetua, donec à successore vel ab eodem reuocetur. Ratio est, quia voluntas personæ morte perit, ac subinde peribit gratia concessa, dum ea voluntas durauit. At dignitas est perpetua, & eadem reputatur in successore, ac proinde idem erit de gratia ad illius beneplacitū concessa. Hæc habetur expressè hac reddita ratione *c. Si gratiosè, de rescr. in 6.*

50 Quidam priorem partem regulæ temperant, vt tunc gratia ad beneplacitum personæ concessa expiret eius obitu, quando est gratia ambitiosa, ac proinde restringibilis & odiosa: qualis est gratia retinendi plura beneficia, vsque ad Pontificis obitum. In qua materia loquitur *c. Si gratiosè, de rescript. in 6.* vnde sentiunt aliud esse in delegationibus fauorabilibus: commissionem enim factam iurisdictionis expressim ad voluntatem delegantis dicunt non extingui morte delegantis re integra. Quia in his clausula, Ad beneplacitum meum, vel Donec voluero, resoluitur in clausulam, Donec reuocaro, vt fit conformis iuri communi: quo stante iurisdictio delegata non perit morte delegantis, re integra non existente (vt num. 30. diximus.) Sic dicit esse æquum *Glossa c. Si delegatus, in verb. Morte, de offic. deleg. in 6.* Et tenet *Baldus d. c. Si gratiosè* (prout eum refert *Francus d. c. Si delegatus, n. 5.*) Idem sequitur *Aut. Gabriel to. 3. commun. lib. 6. t. de præbend. concl. 1. n. 31.* Et cum textum intelligi in odiosis & ambitiosis, docet etiam *Calderin. cons. 3. n. vn. de rescript. Dominicus d. c. Si gratiosè, n. 15.* At verissimum est, intelligi de omnibus: atque adeo potestatem illam delegatam ad concedendum beneplacitū, expirare morte concedentis, quamuis re non sit integra. Constat ex ratione tradita *d. c. Si gratiosè*, ibi: *Per obitum, per quem ipsius beneplacitum omnino extinguitur.* Quæ ratio in omnibus concessionibus factis ad beneplacitum personæ æqualiter procedit. Et ideo hanc partem sustinent *Glossa d. cap. Si gratiosè, verb. Morte, in fine. Et ibi Francus n. 10. & d. c. Si delegatus, n. 5. & ibi Dominicus n. 10. vers. In fine glossæ. Couarr.* dicens oppositam sententiam esse falsam *lib. 3. var. c. 15. n. 4. vers. 2.*

Secundò temperatur eadem prior pars, nisi iurisdictio 51
concessa ad beneplacitum personæ sit ordinaria. Tunc enim eam morte concedentis non perire diximus num. 5. Nec similiter peribit quæuis gratia facta ad beneplacitum concedentis, si adiiciatur quoque tempus durationis determinatum. Vt si concedatur ad annum & ad beneplacitum personæ, non enim expirabit morte concedentis, donec is annus lapsus sit. Quia est sensus, Concedo ad annum & vlterius secundum meam voluntatem. Itaque voluit concedens vt eo anno duraret gratia, & deinceps dum duraret voluntas. Ita *Magalotus*, quem refert & sequitur *Ant. Gabriel to. 3. commun. lib. 6. tit. de præbendis, concl. 1. n. 31. Enriquez lib. 7. de indulgent. c. 21. n. 4.* qui bene posuit exemplum huius, vt si Episcopus dicat, Approbo te ad beneplacitum, ad annum.

Tertiò, quidam intelligunt non expirare gratiam mor- 52
te concedentis, si concedens dicat, Donec voluero, vel donec reuocauero: quasi sentiant idem importari per vtrumque loquendi modum. Ita *Emmanuel Sa summ. verb. Gratia, n. 7.* Alij è contra censent finiri, licet concedens dicat, Donec reuocauero, vel aliter ordinauero. Ita *Armilla verb. Voluntas, n. 1. & ibi Tabiena q. 1. nu. 2.* At neutra opinio placet. Quippe manifesta est differentia inter vtrumque modum. Nam, Donec voluero, vel quamdiu volam, vel ad beneplacitum meum, vel meam voluntatem, important durationem ac perseuerantiam eiusdem voluntatis, quæ mortuo concedente durare nequit: ac proinde gratia sic concessa extinguetur tunc. At, Donec reuocauero, vel, Donec aliter ordinauero, important actum positiuum nouæ voluntatis aliter disponentis, vel gratiam reuocantis: qui actus si in vita habitus non sit: cùm post mortem haberi nequeat, durabit gratia in perpetuum, donec ab alio successore reuocetur, aut ab eius superiori. Et ita tradunt *Ioan. Andr. c. Si gratiosè, n. 2. & 3. de rescript in 6. & ibi Anchar. n. 6. Dominicus n. 8. Francus n. 10. idem Anchar. c. Licet undique, n. . vers. Tertio collige, de offic. deleg. Idem Dominicus c. Si delegatus, n. 10. de offic. deleg. in 6. & ibi Francus num. 4. & 5.* per eum textum fere expresse hoc decidentem. *Bartolus l. Centesimus, 46. §. Si ita stipulatus, n. 9. & 10. ff. de verb. oblig. & ibi Alex. n. 1. Imola n. 6. Iason n. 12. & 14. Angelus l. Et quia, n. 5. ff. de iure fisci. Idem Bartol. l. More, n. 17. ff. eodem tit.* vbi *Iason n. 15. Curtius iunior n. 92. Zasius n. 40. Bartol. Socinus n. 69. Decius n. 62. & l. 1. fine. ff. de regul. iuris, & cons. 108. n. 4. vol. 1. & c. Ex literis, in fine, de constit.* vbi *Felinus n. 10. vers. Est maius dubium, & n. 9. vers. Secundus casus est. Ruinus consil. 115. n. 7. lib. 1. Angelus verb. Voluntas, num. 1. Tabiena verb. Gratia, in fine, & ibi Armilla in fine. Nauar. lib. 5 cons. 1. de priuilegiis, in 1. edit. cons. 2. n. vnico, in 2. consil 3 n. vnico. Couarru. 3. var. c. 15. n. 3. Menochius* alios allegans *de arbitr. lib. 1. q. 69. n. 2. & nu. 12. & seq. Anton. Gabriel to. 3. commun. lib. 2. tit. de procurat. concl. 2 fine, & lib. 6. tit. de præbend. concl 1. n 14.*

Atque idem dicendum est, si gratia concedatur donec 53
concedens aliquid fecerit, vt ingressus fuerit Romam, si enim dum superstes fuit id non fecit, non extinguitur gratia morte, sed manet perpetua. Quippe post obitum nequit iam illud efficere. Ita *Ioan. Andr. c. Si gratiosè, nu. 3. de rescript. in 6 & ibi Dominicus n. 9. Francus n. 10.*

Maximè tamen aduertendum est, iurisdictionem con- 54
tentiosam delegatā donec concedens reuocauerit, aliud ve fecerit, expirare morte concedentis re integra: secus si non erat integra. Itaque perinde dicendum est de illa, ac si absolutè absque illo addito concessa esset. Quia id additum non immutat huius iurisdictionis naturam. Et constat ex *c. Si delegatus, de offic. delegat in 6.* vbi textus ponderat rem non fuisse integram, ne potestas hæc concessa, donec reuocetur, pereat hic concedentis morte. Et ita docent

Domi-

Dominicus ibi n.10. Francus n.4. Iason l. Moro, nu.15 ff. de iurisd. omn.iudic. & ibi Curtius iunior n.92. Carolus Molinæus addit. ad Decium l.3. fine ff. de regul.iuris. Couar.3.var.c.15 n.4. vers. Primum. Quamuis *Decius d.l. More, n.62.* immeritò de hoc dubitarit. Sed obiicies id additum esse frustraneum. Respondeo deseruire vt liberiùs possit ex iurisdictio reuocari. At vero quoad durationem nulla erit differentia, sed siue eo addito adiecto, siue non peribit re integra morte delegantis; secus re non integra. Maximum tamen esset discrimen inter id additum, & si adderetur, Donec concedens voluerit, vel ad eius beneplacitum. Quia in priori casu non extingueretur delegatio per cessationem voluntatis delegantis, quæ morte eius contingit: sed solum id attenderetur, sit res integra, necne, perinde ac si nil adiectum foret. At in posteriori cessabit delegatio morte delegantis, quamuis res non sit integra (vt n.50. diximus.) Quòd ea commissio fuerit ad tempus, nempe, dum perseuerauerit delegantis voluntas, quæ eius morte cessat.

55 Ex his deducitur, iurantem se non lusurum donec pater velit, vel absque patris voluntate, posse patre mortuo ludere. Quòd tam patris voluntas cessarit. Sic citatis *Vbertino & Alberico* docet *Greg. Lopez l.45.v. Non le sinta.t.5.partit.5.*

56 Sicut autem concessio gratiæ, facta ad concedentis beneplacitum, expirat eius morte, ita finito eius officio, ratione cuius potuit concedere. Quia dicta verba intelligi debent, donec concedens permanens in officio velit. Secundò, quia causa reseruandæ sibi voluntatis erat officium. Ergo finito officio finitur voluntas: argumento ex *l. Non solum, §. fin. ff. de noui operis nunciat.* vbi nunciatio finitur cessante dominio rei, quod eius causa erat, etsi persona superstes sit. Et *l. Lucius, & l. 1. cum l. sequenti, ff. de fideicommissis,* vbi arbitrium concessum alicui vt hæredi cessat, quando desinit esse hæres. Et confirmatur, quia cùm reuocare sit actus iurisdictionis, *l. Iudicium soluitur, ff. de iudiciis,* & docet *Glossa* ab omnibus recepta, *c. ap. Si delegatus, verb. Reuocandus. de offic. delegat. in 6.* & finito officio careat concedens iurisdictione, frustra voluntas ad id tempus protraheretur. Et ideo ita docent *Bartol. l. Centesimus, 46. §. Si ita stipulatus, n.11. ff. de verb. obligat. & ibi Alexand. num.12. Iason nu.5. Francus* citatis *Frederico & Baldo, c. Si gratiosè, nnm.11. de rescript. in 6. Curtius iunior l. More, n.88. ff. de iurisd. omn. iudic.* Quare non est credendum *Dominico d.c. Si gratiosè, n.13.* asserenti oppositum posse dici: vel posse distingui cum *Calderino consil.3.n.vn. de rescript.* vt in odiosis procedat hoc: secus in gratiis fauorabilibus. At hoc suprà reprobauimus.

57 Non tamen expirant concessa ad concedentis voluntatem illo excommunicato. Quòd etsi pro tunc nequeat officio fungi, eius tamen voluntas durat. Sicut etiam quamuis iurisdictio delegata pereat delegantis morte, non tamen eius excommunicatione. Ita *Bartol. l. Centesimus, 46. §. Si ita stipulatus, n.12. ff. de verb. obligat. & ibi Alex. n. vlt. Iason n.16 Francus c. Si gratiosè, n.12. de rescript. in 6.* vbi bene addit nec cessare per concedentis suspensionem. Quia est eadem ratio.

58 An verò cesset hæc voluntas per concedentis furorem, ac subinde cessent concessa ad eius voluntatem, non constat inter DD. Nam cessare affirmat *Bart. nu. prec. allegatus.* At melius id negat *Couar.3.var.c.15.n.4. vers.3.* Idque probat ex *c. Maiores, §. fin. de baptism. & l. Si is qui animo, ff. de acquir. poss. ff.* vbi inter mortem & furorem ea statuitur differentia, vt morte cesset voluntas, non autem furore.

59 Altera pars prioris regulæ n.49. traditæ, nempe, vt concessa ad dignitatis beneplacitum non expirent morte concedentis, intelligitur quando dignitas est perpetua ac successorem habens. Quare si Legatus Pontificis, vel Vicarius Episcopi concedant aliquid ad suæ dignitatis beneplacitum, extinguetur eis defunctis, officiive cessatione. Quod cesset in his ratio tradita *c. Si gratiosè, de rescript. in 6.* nempe, dignitatem non perire. Horum enim dignitatem perire probaui disp. præced. nu.8.10.& 11. Et ita docent *Francus eod. c. Si gratiosè, n.13. Felinus c. Ex literis, n.10. vers. Et secundum predicta, de constitut.* reprehendens quosdam viros graues, qui Ferrariæ dum ipse literis vacaret, agitata hac quæstione, oppositum sensere de quadam concessione sic facta per legatum.

Sed restat discutiendum, quid quando concessio fieret 60
ad beneplacitum personæ & dignitatis, quæ perpetua est: de qua re textus *c. Si gratiosè, de rescript in 6.* nil decidit. At DD. variè loquuntur. Quidam censent præponderare dignitatem: & sic eam concessionem minimè extingui concedentis morte. Sicut in simili quæst. alios id sentire retuli disp. præced. n.17. Sic *Ioan. Andr. d.c. Si gratiosè, n.6. fine.* Aliis verò placet nomen quod præcedit præponderare: & ita non perire, si præcedat nomen dignitatis, vt, Ad beneplacitum Sedis & nostrum: secus præcedenti nomine personæ, vt, Ad beneplacitum nostrum & Sedis. Sicut in simili quæstione quosdam distinguere retuli eadem disp. præced. num.18. Sic tenet *Imola d. cap. Si gratiosè,* vt eum referunt *Dominicus ibi, num.16. & Francus in fine.* Alij sic distinguunt: Aut exprimitur vtrumque nomen alternatiuè, vt, Ad beneplacitum nostrum vel Sedis: & tunc expirat concessio morte concedentis. Quòd in alternatiuis sufficiat alteram partem impleri: *reg In alternatiuis. de reg. iuris, in 6.* Aut copulatiuè, vt, Ad beneplacitum nostrum & Sedis: & tunc aut expressio fit in materia, quæ consueuit in successorem transire, vt in officiis, quæ non expirant Pontificis morte: & tunc non expirat. Aut in materia, quæ non consueuit transire, vel est indifferens: & tunc si gratia sit proprio motu concessa, non expirat propter ampliſſimam eius interpretationem faciendam. Si autem non sit proprio motu concessa, attendendum est vtrum ex eis nominibus præcedat. Sicut distinxit secunda opinio nuper recitata. Sic *Dominicus eod. c. Si gratiosè, n.16. vers. Posset in hac materia.* At *Francus ibi, fine,* relatis his sententiis nil definit, sed remittit ad notata *c. Quoniam Abbas, de offic. delegat.* At existimo omnes has esse opiniones probabiles: vltima autem Dominici præ cæteris placet.

Sed rogabis, an dicatur concessio facta ad beneplaci- 61
tum personæ, quando fit mentio solius nominis dignitatis, non in abstracto, vt, Ad beneplacitum Sedis vel Pontificatus; sed in concreto, vt, Ad Romani Pontificis beneplacitum, Papæ vel Episcopi? Quibusdam placet in dubio vbi aliæ coniecturæ non vrgent, referri ea verba ad personæ voluntatem, & ita concessionem perire concedentis morte. Ducuntur ex *c. Si gratiosè, de rescript. in 6.* vbi expressè deciditur concessionem, à Romano Pontifice factam ad suæ voluntatis beneplacitum perire eius morte. Præterea quia, cùm voluntas magis propriè conueniat personæ dignitate præditæ, quam ipsimet dignitati incorporeæ: rationi consonat vt actus directus in Pontificis voluntatem, potiùs ad personæ, quàm Sedis ipsius voluntatem referatur. Pro hac sententia est *Glossa c. Literis, verb. Cùm factum, de rescript.* vbi ait esse mandatum personale, vbi dicitur, Ad mandatum Papæ. & *d.c. Si gratiosè, verb. Suæ.* vbi quod dicit textus, Vsque ad suæ voluntatis beneplacitum, explicat, suæ, id est, Romani Pontificis. Pro eadem est *Decius c. Sedes, statim in princip. de rescript.* ait enim quod ibi dicitur de Sede Apostolica, idem esse in summo Pontifice, quamuis alias differentia constituatur: vt *d.c. Si gratiosè.* Et hanc partem tenent expressè *Anchar. eod. c. Si gratiosè, nu.4. & ibi Francus nu.7. Marianus Socinus iunior cons.89.n.7. vol.1. Couar.3.var.c.15.n.2.*

Cæterum licet hoc sit satis probabile, plus mihi placet 62
ea nomina referri ad dignitatem. Cùm sint propria officij & dignitatis nomina. Deinde, quia commissio passiuè facta sub nomine concreto officij, vt, Episcopo Cordubensi, censetur facta dignitati, iuxta omnes. Cur ergo commissio actiuè facta ad beneplacitum Episcopi, non potius ad dignitatem pertinebit? Siquidem videtur eadem ratio. Nec proderit dicere beneplacitum potius attribui personæ, quàm dignitati. Quia similiter dicam executionem commissionis non ad dignitatem in abstracto, sed ad personam illa affectam pertinere. Et ideo pro hac sententia sunt *Ioan. And. c. Literis, in fine, de rescript. & ibi Antonius ad finem.*

Abbas fine, Imola fine, Bellamera fine, vbi dicunt clausulam, Ad mandatum Papæ, referri ad dignitatem. Pro eadem est *Felin. c. Ex literis, n. 9. vers. Sed pro vtili, de constit.* vbi ait concessionem esse perpetuam, quando sub nomine officij vel dignitatis concedentis fit. Et tenent expresse *Ioan. Andr. d. c. Si gratiosè, n. 5. de rescript. in 6. Et ibi Dominicus citato Lapo n. 11. & cap. Ne aliqui, n. 1. notabili 1. de haret. in 9. Beroius c. Quoniam Abbas, n. 90. de offic. deleg.*

63 Nullatenus tamen est admittendum quod dicit *Emmanuel Sa summa, verb. Gratia, n. 7.* vbi discrimen constituit inter verba Pontificis dicentis, Ad beneplacitum meum, vel ad beneplacitum nostrum concedimus: vt sit certum gratiam expirare morte Papæ, quando dixit, Ad beneplacitum meum: cùm tamen sit anceps, quando dixit, Ad beneplacitum nostrum: quibusdam expirare asserentibus, aliis autem negantibus: & remittit se ad *verb. Delegatus*, vbi *nu. 3.* ait tunc non expirare. Sed eius distinctionis fundamentum me latet. Quia loco pronominis, Ego & meum, personæ in dignitate constitutæ solent dicere Nos, nostrum. Præterea, quia hæc pronomina, meum, tuum, suum, nostrum, concernunt in dubio personam. Vt allegatis *Lapo, Lignano, & Matthæo*: tradunt *Dominicus cap. Si gratiosè, nu. 11. fine, de rescript. in 6. & ibi Franc. num 7.* vbi etiam dicit cum *Anchar. ibi nu. 4.* Ad beneplacitum nostrum referri ad personas, ac Pontifice dicente, Reseruamus nobis, esse reseruationem personalem. Ex quo bene infert *Anchar. cum Archidiac. ibi nu. 2.* si Pontifex suæ collationi aliqua beneficia reseruet, esse reseruationem personalem, eiusque obitu extingui: secus si reseruet Sedi Apostolicæ. Et *Ioan. Andr. cap. Literis, fine, de rescript. & ibi Anton. ad finem, Abbas fine, Imola fine, Bellamera fine*, aiunt dicenti Pontifice, Ad mandatum nostrum, esse personale. Et *Glossa d. c. Si gratiosè, verb. Sua*, ait per clausulam, Nisi per nos, non intelligi dignitatem, sed personam. Et probat ex *c. Literis, de rescript.* ibi: *Nisi pro alio fuisset per nos.* Vbi *Ioan. Andr. num. 3.* ait ea verba intelligi de scribentis persona, non de dignitate. Et alios tetuli nu. 46. idem dicentes. Et *Tabiena verb. Gratia, in fine, & ibi Armilla in fine*, dicunt concessionem factam his verbis, Quousque nobis placuerit, expirare concedentis obitu, tanquam verè personalem. Et *Suarez de pœnitent. disp. 27. sect. 4. n. 9.* expresse dicit concessa his verbis, Ad beneplacitum nostrum, expirare concedentis morte.

64 Posterior regula est. Quando gratia conceditur absolutè absque vlla temporis limitatione, si est gratia facta, non expirat morte concedentis etiam re integra. Si verò sit gratia facienda, perit morte concedentis re integra, secus si res non esset integra. (Quando sit gratia facta & quando facienda, explicui nu. 48.) Hæc regula colligitur expresse ex *c. Si cui nulla, de prabend. in 6.* vbi deciditur facultatem alicui concessam conferendi beneficia, minimè expirare obitu concedentis etiam re integra. Secus si detur potestas conferendi personis expressis, non in gratiam & fauorem collaturi, sed in gratiam eorum, quibus beneficia conferenda sunt. Ea enim facultas expirabit morte concedentis re integra. Vbi *Glossa notabili 1.* reddit rationem ex textu deductam, quòd in priori casu erat gratia facta: erat enim omnino perfecta, & nullius executione indigens respectu illius, in cuius fauorē concessa est, nempe, respectu collaturi beneficia: at in posteriori non erat gratia facta, sed facienda. Mandabatur enim fieri in cuius fauorem conceditur: & ideo habet vim commissionis & mandati, quod perit morte mandantis re integra. Atque ideo ex eo textu colligunt hanc regulam *Glossa ibi notabili 1. & verb. Moriatur, & ibi Archidiac. ad fin. verb. Secus facienda. Anchar. c. Si super gratia, n. 1. de offic. deleg. in 6. Baldus l. fin. in 1. lectura, n. 3. vers. Sed pone Princeps, ff. de constitut. Princip. Decius c. Relatum, in nona edit. n. 21. de offic. deleg. & rubrica de constitut. in 1. lectura, n. 41. & ibi Ripa n. 50. Riminaldus num. 129. fine, & 130. Beroius c. Quoniam Abbas, n. 12. de offic. delegat. Hieronymus Paulus practica cancellar. tit. Declaratoria super proponente seu vouente, vers. Præstantissime Doctor. Rebuffus in concordat. rubrica de mandatis Apostolicis, §. 1. verb. Sui pontificatus, vers. Licet quidam Doctores. Rosella verb. Gratia, initio*, vbi *Sylvester q. 2. Navarrus summa Latina nova c. 27. nu. 253. vers. 9. & lib. 1. consil. in 2. edit. tit. de offic. deleg. consil. 2. n. 1. & in 1. edit. lib. 5. tit. de privileg. consil. 1. num. 1. Gutierrez. quæst. canon. lib. 1. cap. 15. num. 24. Gaeta c. Ad limina, 30. q. 1. §. 5. quæst. 106. n. 312. Sayro thesauro casuum, tomo 1. lib. 7. cap. 14. num. 6.* Quare minus bene Felinus *cap. Licet vndique, nu. 1. vers. Primo casu. de offic. delegat.* ait concessionem gratiæ & priuilegij simpliciter factam non expirare, si ante Pontificis obitum sit cœptum vti priuilegio: quasi contrarium sentiat, si nondum cœptum sit, sed res sit integra.

Intelligenda est autem regula, quamuis proprio motu 65
mandet Pontifex prouideri certæ personæ, in fauorem eius: expirat enim tanquam gratia facienda, si moriatur Pontifex re integra. Quia textus *cap. Si cui nulla, de prabend. n. 6.* loquitur indistinctè. Et ratio cui innititur, procedit in hoc casu. Sic docent *Ioan. Andr. ibi, ad finem. Dominicus n. 6. vers. Quid si Papa scribit. Francus n. 2. notabili 4.*

Secundò intelligitur, vt gratia facienda expiret ipso iu- 66
re morte concedentis re integra. Vt de potestate delegata probaui n. 40.

Tertiò intelligitur, nisi gratia facienda concessa esset sub 67
nomine dignitatis concedentis: tunc enim non peribit morte concedentis etiam re integra. Vt de potestate delegata probaui n. 44. Atque idem dicendum est, quando gratia facienda concessa esset ad beneplacitum Sedis. Quia concessio huiusmodi non perit morte concedentis re integra. Vt probaui n. 49. Cùm sedes illa non moriatur.

Quartò intelligenda est, nisi potestas executoris, cui 68
commissio facta est, sit accessoria gratiæ iam factæ. Tunc enim non expirat morte concedentis re integra, vt probaui num. 43.

Quintò intelligitur, quamuis gratia facta nondum tem- 69
pore mortis concedentis acceptata esset (vt nu. 43. probaui.) Quid autem si tunc non essent literæ expeditæ: dicemus totà disp. seq.

Quid autem dicendum sit, si morte Pontificis ignora- 70
ta, procedatur ad executionem gratiæ faciendæ, quæ morte ipsius perierat? dixi lib. 3. disp. 22. n. 55. & 59.

Ex his deducitur primò, quid dicendum sit de licentia 71
delegata audiendi confessiones, an expiret morte Episcopi, aut eius amotione concedentis? Quibusdam placet eam expirare. Ducuntur, quòd hæc sit potestas delegata ad exercendam iurisdictionem: & res sit integra quoad omnes eas personas, quarum confessiones non cœptæ sunt audiri. At potestatem iurisdictionis delegatam finiri morte concedentis re integra, diximus num. 30. Quòd si dicas id intelligi quando est contentiosa: secus quando est in solo conscientiæ foro. Fortissimè obstat, quia ideo contentiosa perit morte delegantis re integra, quia delegatus non habet iure proprio ac in seipso radicatam iurisdictionem ante eius vsum, sed ea est in delegante, atque censetur vna & eadem cum delegati potestate. Cùm ergo per mortem delegantis cesset eius potestas, cessabit quoque in delegato, qui nondum ea vti cœperat. Quæ ratio omnino militat in potestate iurisdictionali fori conscientiæ. Et confirmatur, quia quamuis iurisdictio Vicarij sit ordinaria, expirat morte Episcopi, eo quod sit ab ipso participata. Ergo à fortiori cessabit licentia delegata audiendi confessiones. Quippe hi confessarij sunt quasi Vicarij quidam speciales Episcopi. Secundò, quia duratio huiusmodi licentiæ præiudicat Episcopo successori. Tertiò, quia *cap. Si super gratia, de offic. delegat. in 6. & cap. Si cui nulla, de prabend. in 6.* ex quibus probatur gratiam factam non perire concedentis morte, agunt de gratiis à Papa concessis, in quibus id videtur speciale. Quòd ob summam potestatem, qua gaudet, possit faciliùs perpetua priuilegia concedere. Et confirmatur, quia cùm in Papa resideat suprema potestas communicandæ huius iurisdictionis tam ordinariæ, quàm delegatæ, potest præscribere vt plus vel minùs duret potestas delegata; eo vel maximè, quòd possit derogare iuri statuenti potestatem delegatam perire morte conce-

concedentis re integra. At cum Episcopus non sit supremus pastor, nequit eum modum in hac delegatione statuere, nec iam derogare, nec oues suas alteri committere, nisi pro tempore, quo ipse fuerit pastor. Tandem quia hæc videtur gratia facienda. Cùm audire confessiones nõ committat Episcopus iſſ ipsius confessarij fauorem, sed vt ouium saluti consulat, prout ex officio tenetur. Peribit ergo morte concedentis re integra, iuxta regulã de gratia facienda traditam nu. 64. Et ideo hanc sententiam sustinent loquentes de licentia hac ab Episcopo concessa, *Pa. Indan. 4. d. 17. q. 4. a. vlt. concl. 7. n. 25. D. Antonin. 3. p. 17. c. 9. sine. Nauar. sum. Hispana c. 27 n. 264.* solùm excipiens quando nomine dignitatis delegantis concessa esset. Et idem asserit de hac licentia, quamuis à Pontifice concessa sit, *Philiarc. de offic. Sacerd. to. 1. part. 3. li 2. c. 24. ad fin.* Pro eadem sententia sunt DD. quos n. 74. referam, asserentes licentiam eligendi confessoris ab Episcopo concessam exspirare morte concedentis. Quia eadem videtur ratio.

72 Cæterum quamuis hæc sententia sit satis probabilis: at probabilius reputo eam licentiam non expirare, siue concessa sit ab Episcopo, siue à quouis alio ordinario potenti concedere. Ducor, quia omnia iura, decidentia potestatem iurisdictionis delegatæ perire morte delegantis re integra, agunt de potestate contentiosa, qualis non est hæc. Illa enim non computatur inter gratias, sed inter iustitiæ literas: hæc autem inter gratias. Quare eius duratio non est metienda iuxta literarum iustitiæ naturam, sed iuxta gratiarum naturam, quæ si gratiæ factæ sunt, non expirant concedentis obitu. Et confirmatur, quia etsi licentia audiendi confessiones sit in pœnitentium fauorem, computatur meritò inter gratias factas. Quia cùm non concedatur respectu personæ determinatæ, in peculiarem illius fauorem, ad ipsiusve petitionem, reputatur potiùs gratia facta ipsismet Sacerdotibus, vtpote, quæ in maximum eorum fauorem redundat, & statim ac ipsis conceditur, est perfectè concessa, à nulliusque executione dependens. Quæ gratiæ factæ definitio est (vt diximus n. 48.) At gratia facta non expirat concedentis morte, etsi res integra sit (vt n. 49. probauimus) Hac enim ratione dicemus nu. 89. potestatem dispensandi cum personis incertis non extingui morte concedentis re integra. Quod communis fere omnium sententia admittit (vt ibi videbimus.) Tandem quia ita ipsa praxis testatur. Quippe mortuo Episcopo solent confessarij quicunque ab ipso expositi audire confessiones, donec licentia à capitulo aut ab Episcopo successore reuocetur. Nec obstant argumenta contraria, nu. præced. adducta. Non 1. quia id procedit in iurisdictione delegata contentiosa. Ad replicam respondetur, non esse eam rationem omnino adæquatam, sed supposita decisione iuris disponentis iurisdictionem delegatam contentiosam expirare morte concedentis re integra: tradunt Doctores eam congruentiæ rationem. Quare applicari non debet ijs rebus, in quibus est contraria iuris dispositio. Vt contingit in gratiis iam factis, inter quas computatur licentia audiendi confessiones. Vel secundò potest dici in his gratiis, cum à tempore concessionis sint iam omnino factæ, transferri ex tunc efficaciter potestatem in delegatum. Ad confirm. dic Episcopum & Vicarium constituere vnum & idem tribunal, & ita re etiam non integra perire Vicarij potestatem Episcopo mortuo. Quod nullus asseret de confessore delegato quoad confessiones antea cœptas. Ad 2. dic id non obstare. Quia potest successor sibi prospicere reuocando licentias audiendi confessiones à prædecessore concessas. Ad 3. dic, ex rationis similitudine eos textus trahi quoque ad gratias ab aliis inferioribus concessas. Quod gratia exempli solius, quod regulam non arctat, dicatur in eis de gratiis ab apostolica Sede concessis. Nec ij textus innituntur supremæ Pontificis potestati; sed eo quòd iam gratiæ illæ effectæ sint. Ad confirm. dic, id iure concessum esse Episcopis, eo ipso quod ius statuit gratias factas non perire concedentis morte. Et hæc licentia computatur inter gratias factas. Ad vltimum constat ex dictis. Cùm enim non sit ea licentia in alicuius priuati pœnitentis gratiam concessa, reputatur inter gratias factas. Et ideo hanc partem sustinent loquendo de licentia ab Episcopo concessa fratribus mendicantibus audiendi confessiones, *Cardin. clem. Dudum, verb. Ac deinde, n. 2. not. ab. 5. de sepult. & ibi Bonifac. verb. Etsi, n. 6.* & colligitur ex *Glossa ibi, verb. Concesserint*, dum ait eam licentiam eis concessam non posse ab eodem reuocari: prout colligit id sequens *Nauar c. Placuit, num. 163. de pœnit. d. 6. & apolog. ad librum de reddit. q. 3. monito 8. n. 1.* Et loquentes de licentia concessa ab Episcopo cuicumque confessario, docent *Enriquez lib. 6. de pœnit. c. 6. n. 7. & lib. 7. de indulgent. c. 21. n. 6. Humada lib. 21. tit. 4. p. 1. Glossa 1. num. 2.* Et loquentes in genere de licentia audiendi confessiones tenent *Sayro thesauro casuum, tomo 1. lib. 7. c. 14. n. 7. Graffis 1. p. decisionum, libr. 1. c. 13. n. 49.* Et loquens de licentia alicui concessa, vt à reseruatis absoluat, tenet idem *Emmanuel Sa summa, verb. Gratia, n. 4.* Et eandem sententiam tenet tanquam certam de licentia audiendi confessiones à Pontifice concessa, *Suarez de pœnitent. disput. 26. sect. 3. n. 5* & statim *n. 9.* dicit idem esse satis probabile de licentia hac ab Episcopo concessa: quamuis *n. 12.* non audeat id affirmare de licentia hac à parocho concessa: sed ait consulendam esse consuetudinem. Quia videtur hoc pendere ex tacita aut expressa Episcopi voluntate. Sed ego existimo casu, quo parochus possit dare eam licentiam, non expirare morte concedentis. Quia est gratia facta, ac proinde eius naturam sequitur. Pro eadem sent. sunt DD. quos nu. 75. referam, dicentes licentiam eligendi confessarij à quouis prælato concessam non expirare concedentis morte. Quia hę duæ concessiones ad eundem finem tendunt, & in re eundem effectum habent: & potiùs deberet expirare hęc licentia pœnitenti data, quam illa confessori concessa. Quia in illa cùm obit Episcopus, est iam iurisdictio sacerdoti concessa: in hac autem minime, sed datur, cum virtute illius electus fuerit confessor. At facilius permanet quod datum iam est. Pro eadem sent. sunt DD. quos n. 80. referam, dicentes potestatem dispensandi cum personis indeterminatis minime perire morte concedentis re integra. Cùm vtraque facultas sit ad exercendam iurisdictionem.

Quando tamen licentia esset concessa sacerdoti au- 73
diendi confessiones pœnitentis determinati, in illius pœnitentis fauorem, expiraret facultas morte concedentis re integra, id est, quoad confessionem nondum antea cœptam. Quia cùm illa gratia sit in illius pœnitentis fauorem, & nondum sit perfecta, sed per confessarium exequenda, non habet gratiæ factæ rationem, sed faciendæ. Quam morte concedentis re integra expirare diximus num. 64. Et ita tenet *Gaeta c. Ad limina, 30. q. 1. §. 5. q. 106. n. 312* Et idem aperte colligitur ex Doctoribus, quos n. 81. referam, asserentibus facultatem dispensandi cum determinata persona, in illius fauorem, expirare morte concedentis re integra.

Secundo deducitur, quid dicendum sit de licentia con- 74
cessa ab Episcopo, vel alio prælato eligendi confessarii, an ea expiret mortuo concedente, vel eo amoto ab officio? Affirmant aliqui expirare, nisi Episcopus præmissa causæ cognitione, ac consentienti capitulo eam licentiam concederet. Ducuntur, quod nequeat Episcopus in Ecclesiæ parochialis præiudicium, absque causæ cognitione & capituli consensu has licentias concedere. Secundo, quia sententia, qua excommunicantur omnes furtum admittentes, perit proferentis morte. Vt docet *Glossa* ab omnibus recepta, *c. A nobis, el 1. de sentent. excommun.* & inhibitio artis exercendæ expirat inhibentis morte, *l. fin. ff. de pœnis.* Tertiò, potest probari, quia hæc licentia virtute continet delegationem iurisdictionis exercendæ, quæ cessat obitu delegantis re integra. Tandem, quia ea iurisdictio non datur sacerdoti eligendo, donec actu eligatur: vt de se constat. Sæpe enim contingeteum sacerdotem nondum natum esse, vel non esse sacerdotem, cum licentia concessa est. At quando eligitur, nequit iurisdictio ei

dari ab Episcopo mortuo. Nec datur etiam à pœnitente, quia sæpe est laicus vel mulier: nec successor in dignitate eam concedit: vt consta Hanc sententiam tenent *Abbas c. fin. n. 9. fine, de offic. legati. Iacobinus l. More, in 2. lectura, n. 15. ff. de iurisd. omn. iudic. Roland. cons. 38. n. 12. vol. 3. Angelus verb. Indulgentia, n. 7. & ibi Sylvester q. 5. dicto 7. n. 16. & verb. Confessor, 1. q. 7. Corduba in quæst. lib. 5. q. 36. paulo post princ. Philiarcus de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 24. fin.* Pro eadem sententia faciunt DD. allegati n. 71. dicentes licentiam audiendi confessiones expirare morte concedentis. Imò *Felinus c. Licet undique, n. 1. ad fin. de offic. delegati*, absolutè docet licentiam eligendi confessarij concessam ab Episcopo perire eius obitu. Limitant aliqui ex his auctoribus, nisi licentia hæc concessa sit ad Sedis Episcopalis beneplacitum: tunc enim censent eam esse perpetuam. Sic *Angelus verb. Confessio, 3. n. 25. Sylvest. verb. Confessor, 1. q. 7. Tabiena verb. Absolutio, 1. q. 37. num. 61.* Similiter concedunt aliqui ex his hanc licentiam concessam à Pontifice non expirare eius morte. Ita *Angelus verb. Indulgentia, num. 7. Sylvest. ibi, q. 5. dicto 7. Corduba proximè allegatus.*

75 At verius est, hanc licentiam concessam à quouis potente iure ordinario eam concedere, non expirare morte concedentis etiam re integra, vel amotione ab officio. Ducor, quia hæc facultas non tanquam delegatio, sed tanquam gratia facta, est censenda. Quod etiam DD. contrarij fatentur. Nam alias etiam concessa à Papa vel ab Episcopo cum capituli consensu periret morte concedentis re integra. Et ratio est, quia in hoc casu non datur directè facultas cõfessoris: sicut contingit, quando datur illi licentia audiendi confessiones. Sed tota gratia conceditur directè pœnitenti, & per quandam consequentiam, ac indirectè confessori electo. Atque adeo statim ac concessa est, censetur gratia absoluta & perfectè facta respectu pœnitentis, cui id priuilegium conceditur. Et confirmatur, quia nulla ratione probatur non posse has licentias concedi ab Episcopo, absque capituli consensu. Et ipsimet Doctores aduersarij sibi contradicunt: nam concedunt eam licentiam ab Episcopo nomine Sedis concessam, esse perpetuam. Si ergo nomine Sedis potest dare perpetuam; cur non poterit absolutè? Cùm vtroque casu idem generetur Ecclesiæ parochiali præiudicium. Adde, id præiudicium modicæ considerationis esse: & posse eam licentiam à successore reuocari. Nec obstant adducta nu. præced. in contrarium. Nam ad 1. resp. negando id non posse Episcopum. Ad 2. dic excommunicationem esse sententiam pœnalem, & continere præceptum: & similiter aliud præceptum esse inhibitorium & pœnale. At hæc licentia est gratia. Ad 3. dic eam iurisdictionem non esse contentiosam, sed in foro conscientiæ: quam non expirare dixi num. 72. Ad vltimum dic, eam iurisdictionem dari à concedente licentiam, cuius virtus manet moraliter in ipso priuilegio, seu gratia ita concessis. Et ratio est, quia concedens facultatem hanc, ex tunc transfert iurisdictionem in alium, quantum est ex efficacia voluntatis, quam tunc habet, quæ dum non retractatur ab ipsomet vel successore, sufficit absque noua voluntate: & sola applicatio quasi materialis ad talem personam deest, quæ sufficienter fieri potest virtute priuilegij permanentis. Et ideo hanc sententiam sustinent loquentes de hac licentia concessa ab Episcopo, siue à parocho, siue à quouis ordinario, qui eam conferre potest, *Nauar. c. Placuit, n. 162. & seq. de pœnitent. d. 6. Manuel quæst. regularib. tom. 2. q. 46. art. 8.* Et *Enriquez* loquens de hac licentia concessa ab Episcopo vel prælato regulari, *l. 7. de indulgent. c. 21. num. 6.* Et absolutè loquentes de licentia eligendi confessoris tenent *Gaeta c. Ad limina, 30. q. 1. §. 5. q. 106. n. 312. Salzedo addit. ad pract. Bernardi Diaz. c. 26. col. 19. immediatè ante vers. Tribus tamen casibus. Suarez de pœnit. disp. 27. sect. 4. n. 8. & 9. Sayro tractatu de sacram. pœnit. c. 22. n. 3. Emmanuel Sa summ. verb. Gratia, n. 4.* Pro eadem sent. sunt DD. n. 72. relati, dicentes licentiam audiendi confessiones non expirare concedentis obitu.

76 Tertiò deducitur, licentiam concessam ab Episcopo ad celebrandum in priuato oratorio, non perire concedentis morte. Quod sit gratia facta. Sic relata Rotæ decisione sustinent *Nauar. c. Placuit, nu. 136. de pœnit. d. 6. & §. In Leuitico, notab. 31. n. 26. Salzedo, Suarez, Sayro, n. præc. allegati.*

Quartò deducitur, nec licentiam faciendi alias prælibita, vt edendi carnes diebus vetitis, non ieiunandi, expirare morte concedentis. Quia est gratia facta. Sic *Nauar. d. 5. cons. 1. de priuileg. in 1. edit. cons. 15. fine, in 2. cons. 6. fine.* Nec similiter perit licentia prædicandi: propter eandem rationem. Sic *Sayro thesauro casuum, to. 1. l. 7. c. 14. n. 7.* 77

Quintò deducitur, quid dicendum sit de licentia non residendi concessa ab Episcopo. Quidam eam expirare morte Episcopi censent. Quod Ecclesiæ præiudicet. Ita videtur sentire *Glossa c. penult. verb. Licentia, de cler. non resid.* Etsi statim innuat contrarium, & videatur se declarare dicens posse à successore reuocari. Et tenet expressè *Anton. ibi nu. 7.* cum hac limitatione, si Ecclesiæ præiudicet. Alij sic distinguunt: Si præmissa causæ cognitione, ac capitulo consentiente concedat Episcopus hanc licentiam, non expirat: secus si hæc deficiant. Ita sentiunt *Iacobin. l. More, in 2. lectura, n. 14. ff. de iurisdict. omn. iudic. Angel. verb. Indulgentia, n. 7. & ibi Sylvest. q. 5. dict. 7. n. 16.* At multo verius est non expirare. Quia est gratia facta. Et ita docere videtur *Glossa c. Cum ex eo, verb. Septennium, de elect. in 6.* dicens, non posse Episcopum licentiam non residendi concessam ratione studij reuocare sine causa. Si enim nequit ipse reuocare, à fortiori nec eius morte reuocabitur. Et ita tenent *Abbas d. c. penult. n. 9. & ibi Cardin. n. 1. q. 4. fin. Imola ad fin. Henricus n. 3. Idem Cardin. clem. fin. n. 9. q. 5. de elect. & ibi Imola n. 2. Guliel. de monte Lauduno n. 3. Ioan. Lupus l. 43. Tauri, nu. 1. Nauar. apolog. ad lib. de reditib. q. 3. monito 8. nu. 1. 2. 3. & c. Placuit, n. 166. de pœnit. d. 6. Gaeta c. Ad limina, 30. q. 1. §. 5. q. 106. n. 312. Perez lib. 1. ordinam. tit. 2. l. 2. paulo post princip. Salzedo addit. ad pract. Bernardi Diaz. cap. 26. col. 17. vers. Non tamen poterit Episcopi superior. Gutierrez quæst. canon. l. 2. c. 17. num. 7. Enriquez lib. 7. de indulgent. c. 21. n. 6. Sayro tract. de pœnit. c. 22. fin. & thesauro casuum, to. 1. lib. 7. c. 14. n. 7. Graffis t. 1. decis. lib. 4. c. 2. n. 28.* & explicant *Abbas & Gaeta*, etsi absque causæ cognitione data sit hæc licentia. 78

Sextò deducitur, quid dicendum sit de dispensandi facultate. Existimant aliqui eam expirare morte concedentis re integra. Et potest probari, quia est potestas delegata ad iurisdictionem exercendam. Ita *Speculator tit. De dispensatione, §. Dicendum restat. n. 19. vers. Quid si in. Archid. c. Dudum, 18. q. 2. n. 5. & ibi Bellamera n. 1. vers. Præterea quæritur. Felinus c. Licet undique, initio, de offic. deleg.* 79

At tenendum est, eam potestatem non expirare, quando conceditur ad dispensandum cum personis incertis & indeterminatis. Quia cùm tunc in gratiam ipsius dispensaturi concessa sit, est gratia facta. Vt in simili de potestate conferendi beneficia personis incertis deciditur, *c. Si cui nulla, de præb. in 6.* Item, quia cùm sit potestas ad iurisdictionem non contentiosam exercendam, minimè est inter mandata iurisdictionis computanda, sed inter gratias factas. Quæ morte concedentis re integra non expirant. Vt in simili dixi n. 72. Et ita tenent *Federicus cons. 78. Ioan. Andr. addit. ad Speculat. tit. De dispensatione, §. Dicendum restat. n. 19. verb. Ergo tu dilingue, & c. Ex tua, n. 8. de filiis presbyt.* vbi *Anton. n. 7. Abbas n. 4. Bellamera ad fin. vers. Et adhuc primo casu, & c. Licet undique, n. 11. & 17. de offic. deleg.* vbi *Henricus n. 4. Decius c. Relatum, in noua edit. n. 22. eod. tit. Felinus c. Pastoralis, §. Quoniam, n. 2. vers. Et intelligunt isti, de rescript. Gambara de auctoritate legati, lib. 10. n. 191. Angelus verb. Gratia, nu. 2. & ibi Rosella n. 1. Sylvest. q. 2. Tabiena q. 5. n. 6. Armilla q. 5. idem Angelus verb. Dispensatio, n. 13. & ibi Sylvester q. 6. n. 11. Nauar. lib. 5. cons. in 1. edit. t. de priuilegiis, cons. 1. n. 1. in 2. lib. 1. tit. de offic. deleg. cons. 2. n. 1. & sum. Lat. c. 27. n. 153. vers. 9. Anton. Gabriel to. 3. commun. opin. lib. 6. t. de præbend. concl. 1. nu. 6. 7. & 8. Emman. Sa summa, verb. Dispensatio, n. 6.* 80

Atque idem dicendum est, quando ea facultas conceditur alicui ad dispensandum cum persona determinata, quoties non in fauorem solius personæ, cum qua dispensandum 81

sandum est, sed in fauorem ipsius dispensantis, aut vtriusque simul, concessa esset: tunc enim non expirat morte concedentis, aut amotione eius ab officio, etiam re integra. Quia in hoc euentu est iam gratia facta, cum sit in ipsius dispensationis fauorem, & respectu ipsius iam totam suam perfectionem habet. Hoc docent in simili allegato *Lapo Dominicus c. Si cui nulla, n. 7. vers. Quid si Papa in forma, de præbend. in 6. & ibi Francus n. 3. notab. vlt.* vbi docent potestatem conferendi beneficium personæ expressæ & determinatæ, non in fauorem ipsius, sed in fauorem conferentis vel Ecclesiæ, non expirare morte concedentis re integra. Et colligitur clarè ex eo textu, à contrario sensu, ibi: *Secus si super prouisione certæ personæ facienda, non ob suam, sed eius, cui prouideri mandatur, gratiam vel fauorem: illa quidem expirat omnino, si concedens re integra moriatur.* Ergo secus est, quando ob suam, nempe, conferentis beneficium, gratiam datur. Atque idem dicit *vterque cum Lapo*, si in fauorem vtriusque, nimirum, conferentis & recipientis beneficium, vel in fauorem solius Ecclesiæ, cui beneficiarius ille præesse debet, vel Ecclesiæ & recipientis beneficium, ea potestas daretur. Quia textus ille solùm excepit, quando in gratiam recipientis collata est ea potestas. Et hoc voluerunt significare *Ioan. Andr. Anton. Abbas, Bellamera, n præced allegati*, dum dicentes facultatem dispensandi non expirare, addunt maximè cum personis indeterminatis. Quasi dicant, idem esse in aliquo casu, quando est cum personis determinatis, nimirum, quando non conceditur in solum ipsarum fauorem. Nam quando in ipsarum solum fauorem conceditur, tenent vbi expirare morte concedentis re integra. De qua re dicemus n. 89. vbi explicabimus qualiter intelligatur: & ostendemus hoc idem sentire Angelum, Rosellam, Syluestrum & Tabienam.

82 Septimò deducitur, quid dicendum sit de facultate testandi concessa Episcopis, monachis, vel aliis, quibus testari interdictum est. Quibusdam placet eam facultatem expirare obitu concedentis. Quod sit facultas ad actum odiosum, ac iuri communi repugnantem. Sic *Socinus iunior cons. 89. n. 33. & seq. vol. 1. Couar. c. Cum in officiis, in 1. edit. n. 8. de testam.* Cæterum absque dubio tenendum est non expirare. Quia est gratia facta, quam non expirare probaui nu. 64. Nec obstat id odij habere, quod iuri communi aduersetur. Quippe omnis dispensatio id habet: quam tamen cùm omnino facta est, non expirare concedentis morte fatentur omnes. Secundò, quia cùm testamentum vim non habeat, nisi post testantis mortem, illi cui testandi licentia concessa est, imputari nequit, concedente superstite eum testatum non esse: si quidem longiorem vitam adeptus est, quam is qui facultatem concessit: & ea facultas pro tempore mortis, à quo debet testamentum vim habere, deseruit potissimùm. Et ideo huius sententiæ sunt *Couar.* mutata sententia *eodem c. Cum in officiis, in 2. edit n. 8. fine. Nauar. apolog. ad librum de redditib q. 3. monito 8. Sarmiento de redditib. P. 4. c. 4. n. 4. Bursatus consil. 30. n. 1. & seq. & n. 54. vol. 1. & cons. 178. n. 1. vol. 2. Gutierrez q. pract. lib. 2. q. 75. n. 1 & seq. Barbosa l. Diuortio, 8. §. Quod in anno, n. 20 ff. solut. matrim. Azebedo lib. 5. recop. t. 7. l. 2 n. 5.* Et ex Theologis, *Enriquez lib. 7. de indulg. c. 21. n. 6. P. Molina to. 1. de iustit. tract. 2. disp. 141. ad fin. Manuel q regular tom. 3. q 69. a. 6.* An verò hoc verum sit, si ante literas expeditas, quibus hæc facultas conceditur, obeat concedens, dicemus disp. sequenti.

83 Octauò deducitur, literas dimissorias ad ordines suscipiendos, quas vulgo reuerendas vocant, non expirare morte Episcopi eas concedentis. Quia cum contineant licentiam promouendo concessam, vt ad ordines promoueatur, sunt gratia facta. Atque ita docent *Cardin. clem. fin. n. 9. q. 5. de elect. & ibi Imola n. 3. Guliel. de monte Lauduno n. 3. Bonifac. nu. 43 q. 10. Rebuffus praxi benefic. in formula liter. dimissor. n. 43 Roland. cons. 38 n. 5. vol. 3. Villadiego tract. de legato, q. 16. n. 25 Paninus de potestate capituli, 1 p. nu. 9. Nauar. l. 1. cons. in 2. edit. c. de rescript. cons. 5. n. vn. & c. Plaunt, n. 35 & 163. de pœnit. d. 6. & apolog. ad librum de reddit. q. 3. monito 8. n. 2. & §. In Lemit. notab 31. n. 26. Perez lib. 2. ordin. tit. 2. l. 2. paulo post princip. Salzedo addit. ad practicã Bernardi Diaz c. 26. col. 17. vers. Non tamen poterit Episcopi superior. Gutierrez q. pract. l. 2. q. 75. n. 3. & q. canon. l. 2. c. 17 n. 2.* Et ex Theologis, *Enriquez l. 7. de indulg. c. 21. nu. 6. & lib. 10 de sacram. ordin c. 21. fine. Suarez de pœnit. disp. 27. sect. 4. dub. 3. n. 8. Sayro tract. de pœnit. c. 22. nu. 3. Emmanuel Sa sum. verb. Dimissoria, n. 1. Petr. de Ledesma sum. sacram.* vbi de Sacram. ordinis, *c. 8 diffic. 1. col. 6. concl. 4. Manuel 2 to. sum. c. 14 n. 5 conclus. 5.* Atque idem dicendum est, finita Episcopi potestate, vt si ad alium Episcopatum transferatur. Nam eadem prorsus est ratio. Cùm non minus pereat potestas morte illius, quàm depositione illius Episcopatus. Sic *Nauar. d. cons. 5. n. vn. Enriquez d. c. 22. fine.* Et idem dicendum est de literis dimissoriis concessis à capitulo, Sede vacante, quando eas concedere valet. Non enim expirant finita capituli potestate per noui Episcopi aduentum. Quia eadem prorsus militat ratio. Sic *Rebuff. Salzedo, Petr. de Ledesma, Manuel proximè allegati, Gutierrez quæst. canon lib. 2. c. 17. nu. 2* Et tandem ob eandem rationem dicendum est idem de literis his dimissoriis concessis à Vicario Episcopi eas concedentis, eo quod Episcopus in remotis sit, iuxta *c. 3. de tempor. ordin. in 6.* vel de speciali Episcopi commissione: & de dimissoriis concessis à superioribus religionis & à quibusuis aliis potentibus concedere. Hæ enim nec morte, nec depositione Vicarij vel Superioris, nec aduentu Episcopi, qui in remotis erat, expirabunt. Quia militat eadem ratio, eo quod hæ continent gratiam factam à potenti concedere.

Notò deducitur, quamuis gratiæ concessæ à Legato 84
Pontificis, vel Vicario Episcopi, ad beneplacitum personæ vel dignitatis expirent morte, vel finito officio concedentis (vt dixi num. 59.) eas tamen non expirare, quando simpliciter & absolutè conceduntur. Quia sunt gratiæ factæ, & absque temporis limitatione. Sic *Francus c. Si gratiosè, n. 13 de rescript in 6.*

Vltimò deducitur, licentias omnes concessas à superio- 85
ribus quibuscumque, quando non ad certum & limitatum vsum temporaneum, vel ad certum tempus, sed absolutè concessæ sunt, esse perpetuas, donec ab eodem concedente, aut eius successore, aut superiore reuocentur. Quia sunt gratiæ factæ. Sic *Abbas c. fin. n. 9. de offic. legati. Cardin clem. fin. n. 9. q. 5. de elect. & ibi Guliel. de monte Lauduno n. 2. Imola n. 2. Angel. verb Indulgentia, n. 7. & ibi Syluester q 5 dict. 7 n. 16. Nauar. §. In Leuiticum, notab. 31. n. 27. Corduba in quæstionario lib. 5. q 36. paulo post princip. Graffis 1. p. decis. l. 4. c. 2. n. 28.* Temperant hoc *Abbas, Angelus, Syluest. Corduba*, nisi licentiæ illæ alteri præiudicent. Quod dicunt propter licentias eligendi confessarij & non residendi, quas concessas ab inferiori prælato absque causæ cognitione dicunt perire morte concedentis. Quod præiudicent Ecclesiæ parochiali, & illi, in qua est residendum. Sed hanc limitationem reiecimus, n. 72 & 78.

SVMMARIVM.

An commissiones dispensandi in matrimonij impedimentis, aliisve rebus facta ordinario vel confessori, expirent morte concedentis? Refertur opinio, n. 86.

Explicatur sententia Auctoris, n. 87.

An litera Pontificis, per quas committitur constitutio & assignatio pensionis & litera gratiæ, sine puræ, sine in diem, sine conditionales, vel priuationis, sine in forma dignum & vnicum, expirent morte Papæ, n 88.

An potestas dispensandi cum persona determinata in illius fauorem, expiret morte concedentis, n. 89.

Quando committitur aliquid erga determinatam personam, an in dubio constatur commissio in fauorem illius, an in fauorem delegati, n. 90.

An postquam iam dispensatione vsus est is, cum quo dispensatum est. pereat dispensatio, superuenienti dispensantis obitu, n 91.

Legati vel pœnitentiarij officium & dispensationes ab eis concessæ, an morte Pontificis expirent, n 92.

An priuilegia bullæ Cruciatæ expirent morte Papæ, n. 93.

Redeuntur in summam contenta in tota disputatione, n 94.

Satisfit argumentis, n. 95.

QVÆSTIO vlt. An commissiones dispensandi in im- 86
pedimentis matrim. aliisve rebus, quæ in foro externo ordinariis committuntur, in interno autem confessoribus,

expi-

expirent concedentis morte re integra? Quidam eas expirare affirmant. Ducuntur ex *c. Si cui nulla, de prab. in 6.* ibi: *Secus si super prouisione certa personæ facienda sit data potestas eidem non ob suam, sed eius, cui prouideri mandatur gratiam vel fauorem, illa quidem expirat omnino, si concedens re integra moriatur.* Vbi *Glossa verb. Moriatur. Archid. ibi n. vn. vers. Obitum. Anchar. n. 2. not. ab. 2. Ripa rubr. de constit. n. 50. & ibi Riminald. n. 129. fin. & 130.* inde colligunt quãdo Pontifex non facit gratiam, sed fieri mandat, expirare id mandatum morte Papæ re integra. Atque *Baldus l. fin. in 1. lectura, nu. 3. vers. Sed pone Princeps. ff. de constitut. Princip. Decius cap. Relatum, in noua edit. n. 21. de offic. deleg. & rubr. de const. in 1. lectura, n. 4.* colligũt ex *eod. c. Si cui nulla*, commissionem aliquid exequendi in fauorem certæ personæ expirare morte concedentis re integra. Cum ergo Pontifex & pœnitentiarius non dispensent, sed committant ordinario & confessori, vt dispensent cognita precum veritate, peribit commissio morte committentis re integra. Et confirm. quia hanc rem tanquam notam tradunt *Ioan. Andr. addit. ad Specul. t. De dispensatione, §. Dicendum restat, n. 19. vers. Ergo tu distingue, & c. Ex tua, n. 8. de fil. presbyt. & ibi Anton. n. 7. Abbas n. 4. Bellamera ad fin. vers. Et adhuc primo casu. Felinus c. Pastoralis, §. Quoniam, nu. 2. verb. Et intelligunt isti. de rescript. idem Bellamera c. Licet vndique, n. 11. & 17. de offic. deleg. & ibi Henric. n. 4. Decius d. c. Relatum, nu. 22. Anton. Gabriel 3. tom. commun. opin. l. 6. t. de prab. concl. 1. n. 6. 7. & 8. Syluester verb. Gratia, q. 2. n. 3. fine, & ibi Angelus nu. 2. Rosella n. 1. Tabiena q. 5. nu. 6.* vbi dicunt facultatem dispensãdi cum personis determinatis, per viam commissionis factam expirare morte concedentis re integra. Quod nequit intelligi nisi quando in fauorem illarum personarum, cum quibus est dispensandum, fit commissio. Nam quando cum personis indeterminatis, quia tunc est in fauorem dispensaturi, omnes illi fatentur non expirare. Cùm ergo in hoc euentu committatur ordinario & confessori, vt dispensent eum persona determinata in eius fauorem, peribit hæc commissio morte concedentis re integra. Secundò, quia hæ commissiones non dantur nomine dignitatis Pontificis, sed nomine personæ (vt probaui n. 64.) Atque adeo ex hac parte non obtinebunt durationem post concedentis obitum. Tertiò, ex quadam Rotæ decisione, quam referunt & sequuntur *Dominic. c. Si super gratia, nu. 7. vers. Sed pone, de offic. delegat. in 6. & ibi Francus nu. 4.* ac relatis *Cardinali, Tusone, ac Felino, Ant. Gabr. to. 3. commun. opin. lib. 6. t. De præbendis, concl. 1. n. 13. 14. & 15.* quæ decidit si Põtifex in suis literis mandet cuidam executori, vt vocatis vocandis, si est ita vt partes referunt, conferat cuidam beneficium, id mandatum expirare morte Pontificis re integra. Quod quidem in his dispensationum commissionibus reperitur. Ergo peribunt concedentis obitu re integra. Et ideo hanc partem tuentur *Nauarr. lib. 1. conf. in 1. edit. tit. De temporibus ordin. conf. 38. fine, in 2. t. de filiis presbyt. conf. 3. fine, & sum. Lat. c. 29. n. 253. vers. 9. Sayro in thesauro casuum, to. 1. l. 7. c. 14. nu. 9.* Et satis fauet huic sent. *Gutier. q. can. l. 1. c. 15. nu. 24.* vbi agit gratiam concessam per verbum, fiat, non expirare concedentis obitu: secus quando mandatur aliquid faciendum.

87 At quamuis hoc sit valdè probabile, probabilius reputo non expirare concedentis morte, etiam re integra. Ducor, quia (vt præclarè tradunt *Hier. Paulus & Rebuffus statim allegandi*) quando in literis gratiæ, in alicuius fauorem concessis, minister executurus est voluntarius, vtpote cui non præcipitur vt exequatur, sed sola exequendi facultas conceditur, non fauore ipsius, sed eius cui gratia est concedenda, tunc est gratia facienda: ac proinde expirat morte concedentis re integra. At quando est executor necessarius, vtpote, qui exequi iubetur, si preces veritate nitantur, tunc est gratia facta, ac proinde non perit morte concedentis re integra. Ratio discriminis ex est. Quod in priori casu, nemini ius quæsitum sit per illas literas. Non enim quæritur de legato executuro: eo quod in eius fauorem concessæ non sint, nec ei cui gratia facienda est. Quia soli delegati voluntati relinquitur, velitne dispensare, an non. Ac proinde ea gratia est omnino facienda, vtpote in quam nullum est alicui ius acquisitum. At in posteriori est iam ius acquisitum ad rem illi, in cuius fauorem gratia concessa est. Ac proinde dicitur facta respectu illius: ac sola eius executio desideratur, quæ per commissarium facienda est. Quod etiam clarè colligitur ex *c. Si cui nulla, de præbend. in 6.* vbi explicans textus quando dicitur gratia facienda, ad èum finem, vt pereat morte concedentis re integra, sic ait: *Secus si super prouisione certa personæ facienda, data sit potestas eidem, non ob suam, sed eius cui prouideri mandatur, gratiam vel fauorem.* Vbi textus vsus est verbo, potestas, ad significandum eum commissarium, vt sit gratia facienda, debere esse voluntarium, qui scilicet potestatem habeat, sed non præceptum exequendi. Nec obstant illa verba, *Mandatur prouideri.* Quia intelliguntur, id est committitur, vt consonent cum verbo præcedenti, potestas. Cum igitur in his dispensandi commissionibus non relinquatur voluntati ordinarij vel confessoris, dispensationem concedere aut denegare, sed ipsis præcipiatur, vt inuenta precum veritate dispensent, gratia hæc non erit facienda, sed facta: ac proinde non extinguetur concedentis morte. Et confirmatur, quia hac ratione omnes Doctores citati in doctrinis adductis n. præced. pro contraria sententia loquuntur, ac explicant vt sit gratia facienda, ac pereat morte concedentis re integra, quando datur potestas aut commissio dispensandi, demptis *Glossa, Ancharan. Ripa, Riminaldo*, quos ibi in 1. ratione retuli, qui vtuntur verbo, Mandatum. Et amplius confirmatur, quia ea dispẽsatio quantum est ex parte Pontificis vel pœnitentiarij, iam plenè facta videtur in fauorem petentis: & potius præcipitur commissario executio gratiæ iam factæ, si reperit preces veritate niti. Neque enim ipsi committitur substantia causæ, & an expediat, sed an verificetur quædam conditio, qua stante iniustus esset denegans dispensationem. Et ideo pro hac sent. citantur *Rosella, Angelus, Sylu. Armilla*, sed malè. Quia non loquuntur in hoc casu (vt nu. 89. videbimus.) Sed illam tenet *Hieron. Paul. in pract. cancellar. t. Declaratoria super proponente seu volente, §. Præstantissime Doctor. Rebuffus in concordat.* vbi de mandatis Apost. §. 1. *verb. Sui Pontificatus, vers. Licet quidã Doctores. Maiolus l. 5. de irregular. c. 51. n. 6. Suarez de censuris, disp. 41. sect. 2. fine. Enriqu. l. 7. de indulg. c. 21. n. 7. & l. 12. de matrim. c. 2. n. 5. & c. 3. n. vlt.* vbi *in comment. lit. V.* refert aliquos DD. Salmantinos huius sent. *& l. 14. de irregular. c. 17. n. vlt. Emmanuel Sa sum. verb. Dispensatio. n. 6. & verb. Gratia, n. 3. Pet. de Ledesma in sum. sacram.* vbi de matrim. *c. 17. vers. Secunda conclusio, in fine illius. Manuel quæst. regularibus, to. 2. q. 46. art. 7. & 1. to. sum. 2. edit. c. 236. n. 3. 4. concluſ. 3.* Et eiusdem sent. apertè est *Mandosius regula Cancellar. 10. de annali possess. q. 2. n. 4.* vbi ait esse rescriptum gratiosum, quod per Pontificis mortem re integra non expirat quoties executor in illis datus non debet præmittere indaginem iudiciariam. At in dispẽsatione, quæ pro cõscientiæ foro committitur, manifestum est eam indaginem iudiciariam non desiderari. Et eam quoque non esse necessariam in dispensatione pro foro externo concessa, ostendemus disp. 35. n. 15.

Ex his deducitur, non expirare morte Pontificis re integra literas Pontificias, per quas committitur constitutio & assignatio pensionis, nec literas gratiæ, siue gratiæ sint, puræ, siue in diem, siue conditionales, vel priuationis in forma iuris, cum prouisione alteri facienda, siue in forma dignum, & vnionum super dispensationibus. Quia communiter in his executor non est voluntarius, sed requisitus tenetur exequi. Ita *Hieron. Paulus n. præced. citatum.* 88

Secundò deducitur, optimè dixisse DD. quos nu. 86. in 89 confirmat. primæ rationis retuli, dum aiunt potestatem alicui concessam dispensandi cum personis determinatis, in solum earum fauorem, expirare re integra morte concedentis. Quod hic commissarius non sit minister necessarius, nec gratia sit in ipsius fauorem: & ita vsi sunt verbo, potestas, vt ministrum esse voluntarium significent. Quare dum *Angelus verb. Dispensatio, n. 13. & verb. Gratia, n. 2. & ibi Rosella n. 1. Sylu. v. Dispensatio, q. 9. n. 11. & verb. Gratia, q. 2. & ibi Tabiena q. 5. n. 6. Armilla n. 5.* dicũt facultatem alicui concessam

cessam ad dispensandum cum persona determinata non expirare morte concedentis re integra: sunt manifestè intelligendi, quando ea potestas est illi in suum fauorem concessa. Tunc enim cùm sit gratia ipsi dispensaturo facta, non expirat concedentis morte. Iuxta ea quæ nu. 81. diximus. Non autem id intelligunt; quando ea gratia est in fauorem solius personæ cum qua dispensandum est. Et hanc esse veram eorum intelligentiam, colligitur clarè ex eo, quod pro sua sententia referunt *Fred. ruum consil. 78.* qui ait non expirare facultatem dispensandi concessam in fauorem ipsius dispensaturi. Præterea, quia *Rosella, Angelus, Syluester, Tabiena eod. verb. Gratia, & eisdem numeris*, cùm in principio dixissent potestatem dispensandi cum persona determinata non expirare morte concedentis re integra; paulo inferius docent potestatem dispensandi, non per viam gratiæ, sed commissionis datam perire re integra, imo etiamsi cœptum sit cum aliquibus dispensari, perire quoad eas personas, cum quibus nondum cœptum est. Vnde sibi ipsis in eodem loco contradicerent, nisi priorem partem intelligant, vt ea potestas dispensandi, quamuis sit erga personam determinatam, sit gratia facta, nec pereat quoties in fauorem dispensaturi concessa est: posteriorem autem, vt sit commissio, & pereat re integra: quoties in eorum fauorem, cum quibus dispensandum est, conceditur. At non contradicunt nostræ sententiæ, sed sunt illi conformes. Quia loquuntur de potestate dispensandi, & sic de ministro voluntariè executuro.

90 Tria tamen obseruanda sunt. Primum est, quoties committitur alicui aliquid faciendum erga determinatam personam, censenda est in dubio commissio in illius personæ fauorem facta: ac proinde eam non esse gratiam factam, sed faciendam (intellige iuxta dicta nu. 87. quando est gratiæ executor voluntarius.) Quare ex iis, quæ præcesserunt coniectandum est, an sit gratia in fauorem petentis concessa: vnde alleganti esse gratiam factam in fauorem dispensaturi, & non commissionem gratiæ faciendæ in fauorem eius, cum quo dispensatur, incumbit probandi onus. Sic *Ioan. Andr. c. In causis, n. 38. de elect. & c. Si cui nulla, ff. atim in principio, de prabend. in 6 & ibi Dominicus nu. 6.*

91 *Franc. n. 1.* Secundum est, siue dicamus commissiones has dispensandi esse gratias factas, siue faciendas, id necessario fatendum est, si iam commissarius dispensarit ad matrimonium vel ordines: & antequam is cum quo dispensatum est, vtatur dispensatione, iniens matrim. vel recipiens ordines, dispensans obeat, dispensationem non perire. Tum, quia res non erat tempore mortis integra. Tum etiam, quia, cum iam semel dispensatio sit legitimè facta, non retractatur ex superuenienti facto. Sic citato *Frederico, Rosella verb. Gratia, n. 1. & ibi Angelus n. 2. Sylues. q. 2. Tabiena q. 5. n. 6.*

92 *Armilla n. 5. idem Angelus v. Dispensatio, fin. & ibi Sylu. q. 6 n. 11.* Tertium est, dispensationes, quæ à legato Apostolico, vel à summo Papæ pœnitentiario expediuntur, nullatenus expirant morte Papæ re integra: quamuis dicamus eas esse gratias faciendas. Quod neutrum officium expiret morte Papæ re integra. Vt de officio legati deciditur expresse, *c. Legatos, de offic. legat. in 6.* & idem deciditur de officio pœnitentiarij, in *clement. 2. §. Et tamen proniso, de elect.* An verò expirent morte pœnitentiarij, vel legati re integra? diximus n. 78.

93 Vltimò deducitur, quid dicendum sit de priuilegiis in bulla Cruciatæ concessis, an expirent morte Papæ concedentis re integra? Et quidem nemini dubium est, indulgentias ibi concessas visitantibus altaria, & facultates edendi lacticinia, & similes à nullius executione pendentes, minimè expirare. Quod illa omnia contineant gratiam factam. At dubium esse poterit de indulgentiis semel in vita & semel in mortis articulo per confessarium concedendis, ac absolutione à reseruatis, votorumque commutatione per ipsum præstandis. Quia cùm hæc videantur continere gratiam faciendam, vtpote quæ à confessarij executione pendent, videtur dicendum ea perire morte concedentis re integra. Aliqui neoterici ea non perire tuentur, ducti hac ratione. Quia gratia facienda non perit concedentis morte, quando est gratiæ iam factæ accessoria, (vt nu. 43. diximus.) At bulla principaliter conceditur ad indulgentias & priuilegia: quæ sunt gratiæ factæ. Et accessoria est iurisdictio confessori data. At hæc ratio displicet. Quippe nequit dici accessoria gratiæ ea confessoris potestas. Tunc enim (vt eodem nu. 43. explicuimus) dicitur potestas executoris accessoria gratiæ, quando datur ad exequendam gratiam iam factam. Vt constat ex *c. Si super gratia, de offic. delegat. in 6.* At confessarius non debet exequi gratiam iam factam: sed ipse debet eam concedere absoluendo à reseruatis, commutando vota, & concedendo duplicem illam indulgentiam. Quare defendendum est, eas facultates non perire. Quia non directè conceduntur confessario, sed ipsi pœnitenti, qui eligat confessarium, vt hæc exequatur. Vnde continent gratiam factam ipsi pœnitenti. (Sicut n. 75. diximus de licentia eligendi confessarij.) Atque proinde omnia illa sunt gratiæ factæ ipsi pœnitenti. Præterea, quia esto gratia fieret directè confessori in fauorem pœnitentis: confessor tamen non est minister voluntarius, sed necessarius: tenetur enim electus virtute bullæ concedere pœnitenti postulanti omnia illa, quæ bulla indulget. Vt bene docent *Stunica de voto, q. 5. n. 38. Aragon 2. 2 q. 88. art. 11. fol. 1041. Vivaldus candelabro sacramentorum, 3. p. c. 14 n. 58.* Et ratio est, quia est iudex delegatus in fauorem pœnitentis petentis ius, quod ex priuilegio habet. Cùm ergo confessarius sit executor necessarius, eæ omnes gratiæ censebuntur iam factæ: iuxta dicta nu. 87. Tandem, quia bulla ipsa præscribit annum, quo duret. At etiam gratia ad beneplacitum concedentis, quæ morte ipsius expirare debebat, non expirat ante tempus in ea præscriptum, (vt dixi n. 51.) Et ita hac ratione hoc defendit *Enriquez lib. 7. de indulgent. c. 21. n. 4. fine.*

Tandem vt in compendium redigam, quæ in tota hac 94
disputatione fusius dicta sunt: sic distinguendum est. Aut literæ sunt iustitiæ, & tunc pereunt morte concedentis re integra; secus si res non sit integra. Dicitur autem res non integra, quando iudex legitimè iussit partes citari. Aut literæ sunt gratiæ, & tunc sic distinguendum est. Aut ea gratia cum limitatione concedentur, aut absolutè. Si cum limitatione, aut ad beneplacitum & voluntatem personæ concedentis, & tunc cessat concedentis morte, quamuis res non sit integra: secus si concedens dicat, Donec reuocauero, vel talem rem fecero; si enim ante mortem non reuocet concedens, vel non faciat illam rem, gratia est perpetua. Atque eadem perpetuitate gaudebit, si ad beneplacitum Sedis concessa sit. Quod si absolutè concedatur gratia, aut est facta: quia, nempe, respectu eius in cuius fauorem conceditur, à nullius executione pendet: aut pendet ab executione commissarij necessarij, vtpote cui imponitur præceptum exequendi, vt contingit in dispensationibus matrimonialibus; & non perit gratia morte concedentis, quantumuis res sit integra. Aut est gratia facienda, quæ scilicet, respectu eius, cui fit, non est perfectè concessa, sed pendet ab executione commissarij voluntarij, vtpote cui non præcipitur exequi, sed sola exequendæ gratiæ licentia datur, & perit morte concedentis re integra: secus re non integra. Dicitur autem res non integra in his rebus, in quibus non est citatio partis, quando commissarius primum actum exercere cœpit correspondentem citationi partis in iurisdictione contentiosa. Vt si cœpit vocare partem, ad cognoscendum de precum veritate.

Ad argum. n. 86. proposita resp. Ad 1. constat ex dictis 95
n. 87. vbi probauimus eum textum non intelligi de mandato obligante, sed de licentia: & reprobauimus contrarium tenentes. Ad confirmationem constat ex dictis nu. 89. vbi eam doctrinam approbauimus, & ostendimus esse conformem nostræ sententiæ. Ad 2. dic, nos non asserere has dispensationes esse perpetuas ratione modi

conce-

concedendi ex parte dantis. Nam sic deberent finiri morte, vtpote nomine personæ concessæ. Sed asserimus eas esse perpetuas, quia sunt gratiæ factæ, & absque temporis limitatione. In quo casu perpetuæ sunt, quamuis nomine personæ concedantur. Ad vltimum dic, eam esse iurisdictionem contentiosam inter partes: & ideo cessare morte concedentis re integra.

DISPVTATIO XXIX.

An dispensationes & cæteræ gratiarum literæ expirent, si nondum literis expeditis obeat concedens: atque ad sui valorem scriptura indigeant?

SVMMARIVM.

Præponuntur probantia exigi scripturam ad valorem gratiæ, n. 1.
Non est necessaria scriptura ad substantiam gratiæ, n. 2.
Nec expirat mortuo Pontifice ante literas expeditas, n. 3.
Eas est in foro conscientiæ eo vti ante expeditas literas, n. 4.
An possit solui & recipi pensio literis non expeditis, n. 5.
An gratia habens annexam iurisdictionem valeat, nec expiret ob concedentis mortem ante literas confectas, n. 6.
Quid, si illa gratia esset ad aliquid faciendum, vt ad testandum, an ante literas expeditas moriente concedente expiret, n. 7.
An ad probationem gratiæ semper exigatur scriptura, n. 8.
An dispensatio suffragetur in foro externo literis non expeditis: & quando expedituntur, suffragentur ex tunc, an potius à tempore concessionis: licet cæpto iam iudicio literæ impetrentur, n. 9.
An literæ concedentes iurisdictionem iudici exigantur ante iudicij initium vt id valeat, n. 10.
Soluuntur argumenta, n. 11.

1 ET quidem videtur necessaria scriptura ad gratiæ valorem. Quod per literarum expeditionem detur forma, & sua perfectio gratiæ: atque adeo antea dicitur informis & imperfecta: vt ad hoc probandum afferunt multa *Lud. Gomez reg. Cancellariæ, de non iudicando iuxta formam supplicationis, q. 1. n. 2. & seqq. Molina lib. 2. de primogeniis, c. 7. nn. 53. & 54.* Et docent *Decius rubrica de constitut. in 2. lectura, n. 16.* & ibi alijs citatis, *Felinus n. 6. Staphileus de literis gratiæ in principio præludij, n. 11. Flaminius de resignat. benef lib. 1. q. 1. n. 7. & seqq.* Secundò, ex *regula Cancellariæ* 53 quæ apud *Rebuffum in praxi ben. f.* vbi de regula Cancellariæ, est 56. vbi disponitur nullam dispensationem suffragari, nisi literis confectis. Et fortius ex *regula Cancellariæ* 50. *Gregorij XIII.* quæ habetur in libro motuum proprijorum, vbi loquens de omnibus concessionibus super gratiis dispensationum quarumcunque, sic ait: *Nulla talis dispensatio cuiquam in iudicio vel extra suffragatur, antequam super ea litera Apostolica sint confecta.* Ergo in neutro foro valebit antea dispensatio.

2 Prima tamen conclusio sit. Non est necessaria scriptura ad substantiam & valorem gratiæ: sed statim ac concessa est per verbum fiat, valida est in se & perfecta quoad substantiam. Ad probationem autem, & vt ex illa agi possit in iudicio, indiget expeditione literarum. Probatur ex *clement. Dudum, verb. In quibus per ipsos, de sepult.* ibi: *Vniuersa priuilegia, gratias vel indulgentias, verbo, seu scripto, seu quacumque forma.* Et ex *c. Institutionis, 25. q. 1.* quod est ex D. Gregorio Papa, ibi: *Siue quæ scripto decreuimus, siue quæ in nostra præsentia videntur esse disposita.* Secundò, quia gratia est donatio quædam. Constat autem donationem statim ac fit, esse in se perfectam, instrumento donationis minimè confecto. Et ita hanc tenent *Glossa d Clement. Dudum, verb. Verbo, & ibi Imola n. 51. Ausbar. nu. 39. & 40. Cardin. versic. Nos etenim, notab. 2. Innoc. c. Constitutum, nu 2. fine. de rescript. Archid. in proœmio sexti, § fin. n. 2. & ibi Ioan. And. verb. Sacrosancta, n. 5 & seqq. Dominicus verb. Vniuersitatis, n. 4. Francus eo. verb. n. 2. idem Cardinalis in proœmio Clementinarum, verb. Hæc sane, n. 3. q. 5. & ibi Bonifacius, § Nunc igitur, n. 15 & 16. Abbas c. In nostra, nu. 11. de rescript. Baldus l. Humanum, 8 fine, C. de legibus, & l. fin. n. 1. C. de communi seruo, & l. fin. nu. 6. C. sententiam rescindi non posse. Felinus rubrica de constitut. nu. 5. & ibi Decius in noua edit. in prima lectura, à n. 37. vsque ad 43. Beroius n. 83. Ripa num. 50. Mandosius n. 40. & seqq. Boschius n. 110. Perretus n 18. Anton. de Burgos n. 144. Riminald. n. 129. Alexand consil. 107. n. 4. vol. 7. Gygas de pensionibus, q. 34. n. 123. & q. 40. n. 2. & 3. Chassaneus in consuetudinibus Burgundiæ, rubrica 1. § 5. n. 180. Parisius cons. 5. n. 60. & cons. 77. n. 12. vol. 4. Celsus cons. 16. n 6. Bertachinus tractatu de Episcopo, lib. 3. p. 1. n. 33. Rebuffus c Postulastis, in glossa, verb. Retinere, nu. 21. de clerico excommun. minist. & praxi benefic. tit. de dispensatione ad plura beneficia, nu penult. & tit. Gratia rationi congruit, n. 2. & tit. de signatura gratiæ p 2. nu. 15. & in concordatis, rubrica de mandatis Apostolicis, § 1. verb. Literas. Ripa responso 13. n. 4. de rescript. Cassadorus in suis decisionibus, t. De causa possessionis, decis. 4. n 1. Barth. Socin cons. 41. n. 3. vol. 3. Lud. Gomez regula Cancellariæ, de non iudicando iuxta formam supplicationis, q. 1. n 8. Staphilæus de literis gratiæ, t. Quibus modis expirent literæ ad beneficia, statim in princ. n. 8. Rota in nouissimis, decisione 89. lib. 2. & decis. 11. l. 3. to. 3. Rosella verb. Priuilegium, n. 16. & ibi Syluester q. 14. Armilla n. 10. Tabiena q. 10. n. 11. Castillo l. 41. Tauri, n. 4. & ibi Ant. Gomez, n. 2. Nauarrus lib. 5. cons. in 2. edit. 2. de priuileg. cons. 1. n. 1. & §. In Leuiticum, notab. 26. n. 6. & cap. Accepta, oppos. 8. n. 30. de restitut. spoliator. Busius in sua praxi, tit. de principe, n. 193. Molina li. 2. de primogeniis, c. 7. n. 55. Velarc. de maioratu, in 1. edit. 1. p. q. 61. n. 1. Mascardus de probat. conclus. 845. nu. 20. Gutierrez cons. 9. n. 6. Brunorus in suo compendio, lit. G. verb. Gratia perficitur, & lit. L. verb. Literas Apostolicas. Azebedo lib. 5. recop. t. 7. l. 2. n. 11. & 12. Matienzo ead. l. 2. glossa 3. n. 1. Auendaño l. 43. Tauri, gloss. 1. n. 1. Et ex Theologis P. Molina to. 3. de iustit. disp. 599. n. 1. Graffis 1. p. decisionum, lib. 1. c. 13. nu. 51. Sayro de pœnitentia, c. 22. n. 3. fine.*

3 Hinc deducitur, gratiam non expirare mortuo Pontifice ante expeditionem litterarum. Quod iam perfectè facta sit, nilque ad eius valorem desideretur. Atque ita docent *Archid. Ioan. Andr. Abbas, Dominicus, Francus, Chassaneus, Busius, Rosella, Syluester, Armilla, Tabiena, nu precedenti allegati. Baldus l. Humanum, 8. fine, C. de legibus. Decius cons. 407. n. 17. vol. 3. & c. Relatum, in noua edit. n. 21. de offic. deleg. & rubrica de constitutionibus, in 1. lectura, n. 40* vbi *Felinus n. 5. Beroius n. 85. Ripa n. 50. Riminald. nu. 129. Mandosius n. 48 fin. Boschius n. 111. Anton. de Burgos n. 144. Castalupus l. More, n. 27. ff. de iurisd. omn. iud. Rebuffus praxi benefic. tit. Gratia rationi congruit. nu. 2. idem Syluest. verb. Gratia, q. 2.* vbi *Angelus n. 2. Tabiena q. 5. n. 6. Anton. Gomez l. 41. Tauri, n. 2. Nauar. § In Leuiticum, notabili 51. n. 26. Molina lib. 2. de primog. c. 7. n. 57. Gutierrez quæst. canon lib. 2. c. 17. n. 4. & quæst. practicis, lib. 2 q. 75. n. 2. & q. 74. nu. 2. Ant. Gabriel to. 3. commun. opin. lib. 6. 2. de prabendis, concl. 1. nu. 2. Brunor. in suo compend. lit. G. verb. Gratia perficitur. Azebedo lib. 5. recop. t. 7. l. 2. n. 7. Auendaño l. 43. Tauri, gloss. 1. n 2.* Et ex Theologis, *Molina, Sayro, n precedenti allegati. Graffis 1. p. decis. l. 1. c. 12 n. 55. Manuel quæst. regularibus, tom. 2. q. 46. a. 8.* Quare minus bene *Castillo l. 43. Tauri, nu. 1.* ait expirare gratiam morte concedentis ante literarum expeditionem.

4 Secundò deducitur, integrum esse cuipiam in foro conscientiæ vti gratia concessa, etsi literæ nondum expeditæ sint. Constat ex dictis n. 2. Si enim ea gratia est in se perfecta, & quoad substantiam, solumque quoad probationem in foro externo indiget scriptura, licebit ea vti in foro conscientiæ ante literarum expirationem. Sic *Abbas clem. Dudum, ad finem, de sepult. Felinus c. Ex diligenti, n. fin. de simonia, & rubrica de constit. in 6.* vbi *Ant de Burgos nu. 152. Rebuffus praxi benef. 1. De signatura gratiæ, in princ. n. 8. & 1 De dispensatione ad plura beneficia, n. 41. & c. Postulastis, in glossa verb. Retinere, n. 20. de cler. excomm. minist. & in concordatis rub. de mandatis Apostolicis, § 1. verb. Literas, vers. Quartò, in foro conscientiæ. Lud. Gomez regula, De non iudicando iuxta formam supplicat. q. 14. vers. Breuiter prædictis non obstantibus. Gygas de pensionibus. q. 34. nu. 6. fine, & seq. Mandosius reg. 27. cancell. q. 7. n. 4. Nauar. § In Leuiticum notabil. 26. & c. Accepta, oppositis. 3. n. 30. de restitut. spoliat. Mascard. de probat. concl. 843. n 30.* Et ex Theologis, *P. Molina tom. 3. de iustit. disp. 599. n. 1. Enriquez lib. 7 de indulg. c. 20. n. 5. in comment. lit. D. & c. 21. n. 7. & l. 12. de matrim. c. 3. num. 7. Emmanuel Sa sum. verb. Gratia. n. 21.* Nec huic sententiæ aduersantur *Petrus de Ledesma de matrim. qu. 56. art. vlt. dub. 3. concl. 1. & summ. sacram.* vbi de matrim. *c. 27. in fine 3. conclusionis. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c 236 fine. Vega 1. tom. sum. c. 88. casu 2.* solum enim dicunt dispensationes literis non confectis

fectis minimè prodesse in iudicio, nec extra. Quæ sunt verba expressa regulæ cancellariæ Gregorij XIII. quam n.1.retuli, vnde eodem modo explicanda sunt, sicut eam regulam explicabo nu.vlt.

5 Quare recedendum est à sent. *Hieronymi Pauli practica Cancellariæ,tit.Declaratoria super propenente seu venente ingredi, §.Vbi Papa concedit*, vbi alijs citatis ait, non posse quispiam tuta conscientia soluere seu recipere pensionem super aliquo beneficio assignatam, nisi literis confectis. Quod mens Pontificis concedentis eam gratiam sit sub tacita conditione,si literæ expediantur, contra quam consensus partium nil prodest. At concedit posse in foro conscientiæ,si partes certæ sint literas expeditas esse, etsi nondum præsentatæ sint. Et idem ait de omnibus commissionibus gratiosis habentibus clausulam requirentem informationem,aut causæ cognitionem:secus vbi ea non requiritur. Et idem asserit de dispensationibus *Lud. Gomez* sibi contrarius,*reg.De non iudicando iuxta formam supplicationis,q.9.* dicens eas non suffragari etiam in foro conscientiæ, nisi literis expeditis. Sed contrarium in dispensationibus tenent omnes DD.n.præced. allegati.Et pensiones quoque posse recipi & solui in foro conscientiæ, vbi gratia verbo concessa est, etsi literæ non sint expeditæ, docent *Gygas, Lud.Gomez,Mandosius,nu præced. allegati.* Imò *Rebuff.de pacif. possess.n.127.concl.21. & praxi benef. in signat.gratiæ,3.p.nu.11.* asserit si inter partes sit conuentum, vt concessa per Pontificem pensio soluatur adhuc literis non expeditis,teneri soluere eum,qui ita conuenit. Transactis autem sex mensibus à concessione per Pontificem facta, non potest amplius recipi aut solui pensio non confectis literis. Quia ita decreuit Pius V. in quodam motu proprio excommunicationem Pontifici reseruatam imponens soluenti, vel solutionem recipienti pensionis,quæ à tempore semestris illius transacto soluenda erat. Ita refert *Corduba sum.q.166. Manuel 2.to.sum.c.21.n.9.Vega 2.to.sum.c.65.in vltimo casu.*

6 Dupliciter autem solet conclusio tradita limitari. Primo modo,nisi gratia illa annexam habeat iurisdictionem: tunc enim nec est perfecta, nec post concedentis mortem duraret, literis non confectis. Sic tenent aliqui teste *Arcb. in præmio sexti,§.fin. n.2.* Sed iure optimo hanc limitationem,eò quòd nullo iure probetur,reijciunt *Archid.ibi, Angel.v Gratia,n.2.& ibi Sylvest.q.2.Tabiena q.5.nu.6. Alex.cons. 107.n.4.vol.7.*& faciunt cæteri DD.n.2.relati,qui absque hac limitatione conclusionem affirmarunt.

7 Secundò limitari solet, vt intelligatur quando gratia nil amplius quam ipsam Principis concessionem desiderat. Vt si sit de aliqua obligatione contracta remittenda, aliquo iam facto confirmando, secus quando gratia vel priuilegium sunt ad aliquid in posterum faciendum,quod absque hoc priuilegio non liceret,aut irritum esset. Tunc enim non valeret gratia, nec virtute illius is actus licitè aut validè fieri posset, nisi prius literæ illius gratiæ expedirentur.Ita *Baldus l.Falsus,n.21.C.de fartis,Molina l.2.de primog.c.7.n.57 Gutier.quæst.can.l.2 c.17.n.4.& quæst.pract.l.2. q.75.n.2.Anendaño l.43.Yauri gl.1.n.2.Manuel quæst.reg.to.2. q.48.a.8.* Vnde infert *Gutier.ea q.75.n.2. & Manuel cod.a.8.* licentiam testandi concessam à Pontifice Episcopis,expirare mortuo eo ante literarum expeditionem. Quòd sit gratia ad aliquid faciendum.Sed optimè *alter Molina tom. 3.de iust.disp.599.n.4.*ab hac limitatione recedit. Et fauent alij num.2.allegati,qui generaliter conclusionem affirmarunt.Quippe nulli solido fundamento innititur hæc limitatio. Et quia constat seclusis cancellariæ regulis validam esse gratiam ad aliquid efficiendum, etsi literæ confectæ non sint. At regulæ cancellariæ grãtias has non irritant, sed ad solius fori externi probationem expediri literas petunt,vt n.vlt.videbimus.

8 An verò semper ad gratiæ probationem literæ hæ desiderentur? consulendi sunt *Mascard.de prob.concl.845.à n. 21.Canallos quæst.pract.q.722.*

9 Secunda concl.Dispensatio non suffragatur in foro externo literis non expeditis: at quando semel expediuntur, suffragatur à puncto gratiæ concessæ, & non solùm à puncto expeditionis literarum, etiam si mortuo Papa,qui eam concessit,literæ expediantur nomine sequentis Pontificis in forma, quia rationi congruit. Itaque si ante finitum iudicium literæ quocumque tempore expediantur, gratia & dispensatio suffragabuntur, quamuis in principio iudicij solo verbo concessa inueniantur. Quia regulæ cancellariæ petentes literarum expeditionem,dispensatio suffragetur in foro externo, non petunt à principio iudicij literas expeditas esse.Ita *Bart.Socin.cons.41.num.3.vol.3. Lud.Gomez reg. De non indicando iuxta formam supplicationis, q.6.n.1.Molina lib.2.de primog.c.7.n.56. alter Molina tom.3.de iust. disp.599.n 1.*

Vltima concl.Literæ iurisdictionem concedentes iudi- 10
cibus, qui per eas deputantur, requirunt necessariò ante iudicij initium eas expeditas essenta vt si iudicium inchoetur concessa supplicatione, nondum tamen literis expeditis & intimatis,est omnino nullum,nec valorem obtinebit, eò quòd in iudicij progressu literæ expediantur & præsententur.Constat ex *regul.Cancellariæ De non indicando iuxta formam supplicationis.* Item quia cum iurisdictionis exercitium non acquiratur ante literarum præsentationem, vt probat multis allegatis *Molina de primog. statim referendum*,quidquid antea gestum est, corruet defectu iurisdictionis in iudice.Sic *Molina lib.2.de primog. c.7.nu.56. & 57.Lud.Gomez & alter Molina n.1.vbi eos n.præc.retuli.*

Ad arg.n.1.proposita resp. Ad 1.die,gratiam ante lite- 11
rarum expeditionem ad eum sensum esse informè & imperfectam, vt non sit fortita omnem perfectionem suam regulis cancellariæ petitam, vt in vtroque foro suffragari valeat ac probari possit.Ad 2.die regulam Cancellariæ 53. non dicere gratiam non valere literis non expeditis, sed non suffragari. Quod intelligi in solo foro externo suadet id verbum, Suffragari, quod ad forum contentiosum trahitur, & propriè significat aliquid ad controuersiam pertinens.Vt notant *Doctores in rubrica,C.de suffrag.* Ita respondent *Gygas de pensionibus,q.43.n.10. Lud.Gom.reg. De non indicando iuxta formam supplicationis,q.14. Molina tom.3.de iust. disp.599.num 1.* Sed maius dubium est qualiter responderi possit ad regulam Gregor.XIII.ibi propositam,quę asserit nec in iudicio, nec extra suffragari posse. Sed dico mentem Pontificis esse, non innouare receptissimam doctrinam, vt ea dispensatio deinceps non prosit in foro conscientiæ sed solum vt extra forum conscientiæ ad nullum alium effectum prosit, siue verè & propriè iudicium sit, quale est contentiosum inter partes,siue iudicium fori externi non contentiosum: vt quando non est inter partes: siue ad alios externos effectus. Vt si velit quispiam ratione huius dispensationis nondum literis expeditis admitti ad officia aliqua, siue ad alios actus in iudicio vel extra, quorum seclusa dispensatione est incapax.Et constat,quia non dicit regula,vt dispensationes non valeant,sed vt non suffragentur in iudicio, vel extra: ita vt si aliquis etiam extra iudicium se opponat,non suffragetur.

DISPVTATIO XXX.

Quo tempore verificari debeant causæ dispensationis,& an eis postea cessantibus euanescat dispensatio?

SVMMARIVM.

Quadruplex est tempus,in quo potest considerari veritas precum,n.1.

An desideretur verè esse causas tempore, quo mittitur ad dispensationem obtinendam: an potius sufficiat postea verificari, dum Pontifex eam concedit,n.2.

An desideretur causæ verificari tempore, quo conceditur dispensatio Romæ,nec sat sit tempore quo mittitur, vel quando ordinarius preces examinat? Proponuntur probantia sufficere hoc duplex tempus.n.3.

Explicatur sententia Auctoris,n.4.

Qua cautela debent ordinarij & confessores examinare preces,n.5.

Explicatur quotuplex sit dispensationis effectus, & quando sit indiuisibilis,n.6.

Causa impulsiua dispensationis cessante,an cesset dispensatio: & in dubio an sit impulsiua an finalis,n.7.

An quando causa finalis tempore, quo concessa est dispensatio, fuit vera, ac postea cessat, non tamen omnino, euanescat dispensatio n. 2.
Quid, in dubio an cessarit causa finalis n. 9.
An quando dispensatio deducta est ad vltimatum effectum, cesset cessante causa, n. 9. 10.
Quid, quando ad eum deducta non est, & cesset causa veritas, antequam ordinarius dispenset? Refertur opinio, n. 11.
Potestas dispensandi si preces veritate nitantur, non habet vim dispensationis: & si causa finalis fuit vera tempore, quo Pontifex concessit, at cessat eius veritas, dum ordinarius debet exequi, non satis est, n 11.
Quid, si cesset post quam iam ordinarius dispensauit, at non est ad effectum deducta, aut si deducta sit, in potest diuidi? Refertur opinio, n. 13.
Explicatur sententia Auctoris, n. 14.
Vt dispensatio firma sit, debet causa finalis verificari tempore, quo Roma dispensatur, & quo ordinarius vel confessor exequitur: nec debet omnino cessare, donec vltimum effectum indiuisibilem sortiatur, n. 15.
Quid, si causa vera sit tempore quo Pontifex dispensauit, & quo ordinarius exequitur, at tempore inter vtrumque medio veritas cessauit, n. 16.
An si postquam ordinarius dispensauit, nec ad effectum deducta est, cesset causa, ita vt extinguatur dispensatio, vt causa redeunte non redeat, n. 17.
Quid, si ex dispensatione initum est matrim. cum voto castitatis vel religionis, & eo semel inito ac dissoluto cesset causa? Remittitur, n. 18.
Satisfit argumentis, num. 19.

1 QVADRVPLEX tempus est, in quo dubitari potest, an causæ in precibus narratæ debeant esse veræ. Primũ est, quando impetrans misit Romam. Secundũ est, quando Pontifex vel pœnitentiarius literas concedit, committens ordinario vel confessori vt dispenset. Tertium, quando ordinarius vel confessor dispensat. Quartum, quando dispensatione vtendum est.

2 Circa primum ergo tempus, existimant aliqui dispensationem esse subreptitiam, quando causa falsa fuit tempore, quo missum est Romam, licèt vera sit quando Pontifex vel pœnitentiarius dispensationem committit, & deinceps. Ducuntur, quod, cum causa allegata sit dolosè, ac animo Pontificis decipiendi, nec dolus suffragari alicui debeat: videtur contra eius mentem impetrata, vtpote, qui nullatenus consenserit doli conscius. At huic sententiæ non accedo. Quod DD. omnes & textus, quos nu. 4. referam, solam causæ veritatem tempore concessionis Pontificiæ attendant: nec tempus antecedens in consideratione sit. Adde, clausulam illam in dispensationibus appositam. Si preces veritate nitantur, ad id tempus referri, quo Pontifex vel pœnitentiarius dispensationem concedit. Quia veritatem precum postulat, ne dispensatio à rectitudine deficiens sit dissipatio. Ad quod nil refert, an causa tempore præcedenti fuerit vera, nec ne: sed an tunc vera sit. Nec obstat Pontificem fraudis conscium non concessurum. Quia taciturnitas veri, vel falsi expressio extrinseci, nec conferentis ad dispensationis substantiam, illam non vitiat, quamuis Princeps veritate cognita non dispensaret (vt probaui disp. 21. n. 18.) Huiusmodi autem est veritas causæ pro tempore præterito: eo vel maximè, quòd Pontifex denegaret in pœnam doli, quam dolosus subire non tenetur, antequam sibi infligatur.

3 Secundum tempus est, cum Pontifex vel pœnitentiarius committit ordinario vel confessori dispensationem, cum clausula, Si preces veritate nitantur. Atque de hoc tempore dubitatur, an opus sit preces tunc esse veras, an sufficiat fuisse veras tempore præcedenti, quo missum est Romam pro dispensatione impetranda: vel tempore subsequenti, quo ordinarius vel confessor est dispensaturus? Et videtur sufficere earum veritas priori aut saltem hoc posteriori tempore. Quippe illius clausulæ, Si preces veritate nitantur, is videtur sensus, si preces veræ sint, quatenus fuerũt Pontifici propositæ. At hoc modo veræ sunt. nam tempore quo propositæ fuerunt, erant veræ. Insuper quia cum Pontifex veritatem precum non examinet, nec dispenset: sed vtrumque committatur ordinario vel confessori, sufficiet veritas causæ tempore quo hi dispensant. Et confirmatur. quia veritas causæ exigitur, vt dispensatio licite concedatur. Ergo tunc eam adesse sat erit cum dispensatio fit.

At dicendum est, desiderari vt tempore concessionis 4
Pontificis, vel pœnitentiarij, causæ allegatę veræ sint: quare subreptitia erit dispensatio, si tunc veræ non sint, quamuis tempore præcedenti fuerint, vel tempore subsequenti veræ existant. Prob. ex *c. Quia circa de consang.* vbi dicitur falsam fuisse causam allegatam ad dispensationem matrimonialẽ, nimirum, prolem habitam. Et redditur ratio his verbis: *Cum tamen ante dispensationem obtentam, viam sarrat vniuersa carnis ingressa vnica filia, quam habebat.* Ergo non sufficit tempore præcedenti causam fuisse veram. Secundò prob. ex *cap. Si eo tempore, de rescript. in 6.* vbi decidituꝛ cum, cui prouideri mandatur de beneficio curato, non posse id consequi, si tempore Datæ non sit legitimæ ætatis, quamuis tempore collationis eam ætatem nactus sit. Et reddit hanc rationem textus: *Cum tempore Data non esset idoneus.* Vbi *Gloss. v. Cum tempore*, allegans alios textus concordantes: ait tempus Datæ inspiciendum. Ratio autem est, quia Pontifex ipse vel pœnitentiarius est, qui re vera dispensationem concedit: & solam executionem ordinario vel confessori remittit, præmisso veritatis precum examine. Ne ergo illi sint iniqui dissipatores, oportet tunc veram esse causam. Deinde quia sensus eius clausulæ, Si positæ veræ sint. At non dicuntur verè propositæ, si vel tempore præcedenti vel subsequenti verificentur, si quando Papæ vel pœnitentiario proponuntur non sunt veræ. Et ex his patet solutio ad rationes contrarias nu. præced. adductas. Et ideo hanc sent. sustinet *Host. d. cap. Quia circa, paulo post princip. v. Ingressa, & ibi Ioan. And. n. 3. Ant. n. 2. notab. 3. Abb. n. 4. Alex. de Neuo n. 4. Præpos. n. 1. notab. 3. Rebuff. tom. 2. constit. regiar. 1. de rescript. in præfat. n. 56. vers. 14. Milũ in suo repert. lit. G. n. 3. v. Gratia statim in princ. Mascard. de prob. concl. 1128. n. 22. Gutier. quæst. canon. l. 2. c. 15. n. 131. 133.* Et ex Theologis, *Corduba sum. q. 41. opin. 2 sumit. 1. Pet. de Ledesm. sum. Sacram.* vbi de matrim. c. 27 *post 7. concl. diffic. 4. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit. c. 238. n. 9 1. Vega 1. tom. sum. c. 88. casu 4.*

Hinc infertur, ordinarios vel cõfessores, quibus hæ dis- 5
pensationes committuntur, cautissimè se habituros esse dum precum veritatẽ examinant. Nam facillimo negotio decipientur solam causæ veritatem examinantes. Cum sæpe contingat eius veritas post concessionẽ Romæ factam. v. g. allegatur feminam iacturam famæ passam esse ex frequenti conuersatione cum viro cui nuptura est, & sæpe ea infamia post tempus datę dispensationis suborta est. Vnde cautissimè & magna diligentia inspicere debent tempus Datæ, & examinare an tunc verificetur causa. Id enim esse necessariũ, ne dispensatio sit subreptitia, diximus n. præc.

Circa tertium & quartum tempus est rursus dubium, 6
an si causa fuit vera tempore, quo Pontifex vel pœnitentiarius concessit Romæ dispensationẽ, at postea eius veritas cessat, siue tempore quo ordinarius vel confessor dispensaturus est, siue postquam dispensauit, antequam executioni mandetur id, ad quod est impetrata dispensatio, ea euanescat, ex causæ cessatione? v. g. Maria allegauit dotis cõpetentis defectum vt secũ dispensetur, & verè tunc, & quando Pontifex gratiã concessit, pauper erat: at postea vel antequam ordinarius dispensationem exequatur, vel postquam executus est, antequam matrim. iniret virtute eius dispensationis, comparauit dotem sufficientẽ. Dubitatur an huius dispensationis valor cesset, eò quòd eius causa cessarit? Res est difficilis, & quo ea enodetur, præmittendum est, duplicem esse dispensationis effectum. Quidam est proximus, nimirum, ablatio vinculi legis impedientis rem fieri. Alter verò vltimatus, nempe, opus illud ad quod faciendum conceditur dispensatio: vt matrimonium, non recitare, non ieiunare. Insuper hic vltimatus effectus aliquando est indiuisibilis, aliquando verò diuisibilis. Indiuisibilis dicitur, quando eius est naturæ, vt quamuis ex pluribus constet partibus, & sit opus successiuum, at commodè diuidi non potest. Huiusmodi est matrimonium, non enim commodè diuidi potest, vt is cum quo dispensatur ad illud ineundum, pro aliquo tem-

pore

pore vtatur matrimonio, & pro alio non vtatur. Et similiter est dicendum de dispensatione ad ordines. Vtrumque explicabitur latius n. 10. Diuisibilis autem est, quando commodè diuidi potest. Vt dispensatio ad edendas carnes, vel non ieiunandum in quadragesima, vel ad non recitandum officium diuinum.

7 Vt ergo à certioribus incipiamus, quando causa, quæ à principio fuit vera, erat impulsiua, licet postea cesset, non corruet dispensatio. Quod fatentur *Gloss. reg. Decet, verb. Decet, de reg. iuris, in 6. & ibi Dynus n. 3. Ripa l. Ex facto, nu. 15. vers. Et si replicauerit. ff. de vulgari. Tiraquel. tractatu Cessante causa, limit. 1. n. 18. Couar. l. 1. var. c. 20. n. 3. vers. His ita breuiter. Enriquez. lib. 14. de irregul. cap. 17. fine.* Atque id probari potest ex multis congestis *per ipsum met Tiraquell. eod. tractatu, tota limit. 4. & 12.* Et hoc maximè verum est retenta nostra sent. quam secuti sumus disp. 21. num. 17. & num. 32. asserenti taciturnitatem huius causæ, vel falsitatem circa illam etiam à principio contingentem, minimè vitiare dispensationem. Quando verò sit causa impulsiua, & quando finalis: & in dubio qualis præsumatur, dixi eadem disp. 21. n. 8. & num. 20.

8 Secundò, si causa finalis dispensationis non omnino cesset, sed adhuc aliquot illius reliquiæ permanent, non extinguitur dispensatio. Quia in moralibus non eadem causa requiritur, vt primò fiat aliquod opus, & vt permaneat postquam factum est. Et minor causa desideratur ad licitum concessionis vsum, quam ad ipsam concessionem. Quippe facilius quis ab obtinendo reijcitur, quam ab obtento, *c. Super hiis, de accus.* Secundò, quia decet beneficium Principis permansurum, in quantum fieri potest, *regul. Decet, de regul. iuris, in 6.* Ergo in eam partem inclinandum est semper, vt permanentibus reliquijs causæ concessionis illius beneficij ipsam quoque permaneat. Tertiò, quia nec lex cessat, quando non omninò eius causa finalis cessauit. Vt multis citatis probat *Tiraq. tract. Cessante causa, limit. 17. n. 1. 2. 3.* Et ideo hanc sententiam tenent *Glossa, & Dynus, n. præced. allegati.* Et multis citatis *Rolandus cons. 52. nu. 55. vol. 2.* Et quamuis in lege ea adhibeatur limitatio (vt constat ex *Tiraquell. eod. tractatu, limit. 22. n. 12.*) quoties reliquiæ causæ remanentes sunt tales, vt ad legem illam denuò condendam sufficiant. At in dispensatione eam limitationem non admitterem: sed intelligo mentem dispensantis ac committentis dispensationem esse vt illa sustineatur, dum non omnino causa defecit, quamuis reliquiæ manentes non iudicarentur sufficientes ad priorem dispensationis concessionem. Quia id bono communi expedit. Tum vt scrupulis obuietur: tum etiam ne beneficia Principis, quæ permanere decet, facilè valore suo destituantur: atque periculo valor rei faciendæ virtute dispensationis exponatur.

9 Hinc deducitur, in dubio an cessarit omnino causa dispensationis, iudicandam esse dispensationem validam. Quia stat possessio pro ipsa, vbi semel valida fuit. Quare valore suo spolianda non est, dum non constat causam eius cessasse. Deinde quia in dubio an valeat dispensatio, iudicanda est valida (vt probauimus disp. 21. n. 25.) Nedum quando de eius valore semel constitit, & dubitatur an ob causæ cessationem cesserit.

10 Tertiò, quando dispensatio deducta est ad vltimatum effectum, nec is commodè diuidi aut partim reuocari potest, quamuis tunc omnino cesset causa finalis, non cessat dispensatio. Quod hanc esse dispensantis aut dispensare committentis mentem, iure optimo præsumatur: ne ex dispensatione gratia mala oriantur. Quod exemplis explicatur. Si enim is, qui virtute dispensationis in voto castitatis ex iusta causa obtentæ iniit matrimonium, teneretur postea cessante causa seruare votum in quantum potest, nempe, non petendo debitum, vel deberet discedere ab vxore cum magno illius ac filiorum detrimento & aliorum scandalo: vel si in matrimon. permaneret, esset cum magno animæ periculo. Similiter si irregularis ex iusta dispensatione ad omnes ordines obtenta recepit subdiaconatum, si cessante tunc causa dispensationis ea cessaret, nec posset ille ad vlteriores ordines ascendere, cogeretur ad rem valde difficilem. Cùm iam ligatus sit, ne retrocedere valeat alio statu assumpto.

At difficultas eò tendit, quando vel dispensatio nondum obtinuit suum vltimatum effectum, vt si nondum est initum matrim. vel si obtinuit, is est commodè diuisibilis. Vt si virtute dispensationis ad edendas carnes, vel non ieiunandum, cœpit quis eas edere & non ieiunare, an si tunc causa finalis dispensationis cesset omnino, dispensatio extinguatur? Quidam (licèt non his terminis vtantur) absolutè censent satis esse veram fuisse causam tempore, quo Romæ dispensatio impetrata fuit. Atque ideo eam non corruere subsequitur, quamuis causa cessarit tempore, quo ordinarius vel confessor precum veritatem examinat. Probatur ex *cap. Quia circa, de consanguin.* vbi ponderat textus dispensationem, in qua proles habita allegata est, fuisse subreptitiam: quia tempore impetrationis cessarat causa mortua iam prole. Quasi contrarium sentiat textus, si tempore impetrationis soboles extitisset, quamuis tempore comprobationis mortua sit. Sicut dicitur de læsione probanda tempore contractus, ad eum rescindendum, vel supplendum pretium, *l. Si voluntate, & l. 2. C. de rescind. vendit.* Sic tenent *Rebuffus tom. 2. constitut. regiar. tract. de rescript. in præfat. n. 56. vers. 14. Mascard. de probat. concl. 1128. num. 22.* Idem tenet *Emman. Sa sum. v. Gratia num. 6.* vbi generaliter tradit gratiam non perire deficiente causa ex qua concessa est: & clarius *num. 10.* vbi docet dispensationē causa paupertatis concessam validam esse, si tempore impetrationis femina paupercrat, quāuis tempore executionis & informationis facta sit iam diues. Pro eadem parte posset allegari *Enriquez li. 14. de irregular. c. 17. fin.* vbi in hoc exemplo paupertatis feminæ idem dicit. At non est huius sententia, quia ipse se explicat quando ea paupertas non esset causa finalis, sed impulsiua. Et hoc verum est, vt diximus nu. 7. & solum hic est sermo, quando causa finalis cessat. 11

Sed hæc sent. omnino displicet. Quia (vt n. seq. videbimus) omnes ferè DD. concordant, dispensationem dum est in fieri, ac nondum consummata est, cessare cessante omnino causa finali. At id mandatum factum per Pontificem ordinarium, vel per pœnitentiarium confessori, vt dispensent si preces veritate nitantur, non habet vim veræ ac consummatæ dispensationis, donec ordinarius vel cōfessor dispenseint, vt bene reprobato *Præposito* contrarium sentienti, *c. Quia circa, n. 2. vers. Quæro numquid, de consang.* ac referenti pro se Ioan. Andream, tuentur *Parisius cons. 57. n. 53. vol. 4. Iacob. de Puteo decis. 256. nu. 1. lib. 1. Couar.* latius probans, & dicens Ioan. Andream non sensisse contrarium, 4. *decret. 2. p. c. 6. §. 9. n. vlt. Nauar. l. 4 cons. in 1. edit. 1. de consang. cons. 7. fin. & l. 1. t. de tempor. ord. cons. 38. fin. & in 2. l. 1. t. de filiis presb. cons. 3. n. 2. Mandos praxi signatur. t. de dispensat. vers. Dispensatio est mandatum, Gallego de cognat. spirit. c. 23. n. 2. & c. 24. n. 17. Manuel. to. 1. sum. in 2. edit. c. 138. n. 7.* Cuius signum est non valere matrim. virtute illius contractum, prius quam Ordinarius vel confessor virtute illius mandati dispenseint: vt bene docet *Gallego eod. c. 23. n. 2.* Cum ergo tunc non sit consummata dispensatio, cessabit cessante causa finali. Adde, mandatum cessare cessante causa illius finali: vt habetur expresse *c. Si pauper, de prab. in 6.* & docent *Gloss. ibi v. Cesset, & Dominus n. 3. Tiraq. tract. Cessante causa, in princ. n. 180.* Quare dicendum est exigi ad dispensationis valorem, vt causa in eius literis narrata verificetur, & tempore, quo proponitur Pontifici vel pœnitentiario: & etiam tempore, quo hi examinata precum veritate dispensationē exequuntur. Quare si causæ veritas tunc cesset, euanescet dispensatio, vtpote cuius causa finalis cessauit, dum erat in fieri, & nondum consummata. 12

Superest ergo difficultas, an, si cesset omnino causa finalis dispensationis, postquam iam Ordinarius vel confessor dispensarunt, & sic omnino perfecta & consummata est in se dispensatio, nondum tamen sortita est suum 13

effectum, quia matrimonium non est contractum: vel si cœpit sortiri effectum, is est commodè diuisibilis, vt contingit in exemplis nu. 11. propositis, extinguatur tunc dispensatio? Duplex est sent. Prior sustinet tunc non cessare dispensationem. Et potest probari, quia cessante causa non cessat effectus consummatus & perfectus: secus quando nondum consummatus est; vt multis citatis tradunt *Tiraq. tract. Cessante causa, tota limit. 12. Menoch. de præsumpt. l. 4. præsump. 189. num. 197.* At effectus totalis dispensationis est ipsa legis relaxatio, quæ fit per illam. Cum ergo hæc consummata sit dispensatione semel iam facta, nil oberit in posterum cessatio causæ. Secundò, quia factum legitimè non debet retractari, quamuis postea eueniat à quo non potuit inchoari: *reg. Factum, 73. de reg. iur. in 6. & reg. In ambiguis pro dotibus, 85. §. Non est nouum, ff. eod. t.* Quæ regula intelligitur, vt tradunt *Gloss. ea reg. Factum, in fin. & ibi Dynus n. 6. Decius d. §. Non est nouum, n. 2.* quando factum illud consummatum est. At in hoc euentu iam dispensatio erat in suo esse perfecta & consummata. Non ergo eius firmitati nocebit, causam postea cessasse, etsi tunc, eò quòd causa deerat, concedi denuò minimè posset. Tertiò, quia per eam est verè relaxata lex, ac eius obligatio extincta. Qualiter ergo reuiuiscere potest, eo quòd causa cessarit? Quòd si dicas relaxationem fuisse sub conditione, nempe, dum causa perseueraverit. Id videtur gratis & absque fundamento dictum: & aduersatur rectæ rationi. Quia virtute dispensationis temporaneæ, ac pendentis à conditionis persistentia, nequit matrim. suapte natura perpetuum iniri. Et ideo huius sent. videntur clarè *Ant. c. Post translationem, n. 14. de renuntiat. & ibi Abb. in 2. lectura, n. 17. Tiraq. tract. Cessante causa, in princ. n. 94. Gutier. q. can l. 2. c. 15. n. 30. & nu. 132. & l. 1. c. 15. n. 22. init.* vbi dicunt dispensationem, quando est in fieri, ita vt ex ea non sit ius in esse perfecto acquisitum, cessare cessante causa: secus, si sit in suo esse perfecto, ita vt ex ea sit ius quæsitum: vbi quamuis non explicent quando dicatur dispensatio in suo perfecto esse consistere, & ex ea perfecte ius acquiratur: at manifestum est id contingere, quando iam omnino dispensatio facta est. Ex tunc enim ius perfectè acquiritur vtendi ea, ac contrahendi matrim. Quod explicuit *Gutier. cod. nu. 12. fin.* explicans quando dispensatio est in fieri, & nondum fortita effectum: id est, antè quam Ordinarius dispenset: vnde expresse est huius sent. Eandem tenent *Glos. reg. In argum. 78. v. In argumentum, ad fin. de reg. iur. in 6. Speculat. 2. De dispensatione, §. vlt. n. 12. Archid. c. Quod pro remedio, & ibi Cardin. Alex. & Bellamer. flatim in princ. 1. q. 7. Henric. c. Etsi Christus, nu. 17. de iureiu. Tiraq. d. tract. Cessante causa, in princ. n. 92.* vbi dicunt dispensationem legitimè factam non esse amplius reuocandam ob causæ cessationem, sed ad hunc sensum tantum cessare, vt deinceps similis dispensatio non sit ei aut alteri concedenda. Quamuis *idemmet Bellamera* sibi contrarius *d. c. Post translationem, n. 16. vers. Si vero contra,* reprobet hanc distinctionem. Pro eadem sent. sunt *Gloss. cap. Ex tua, v. Irritari desiliu presbyt. Angel. v. Dispensatio, nu. 14. & ibi Syluest. q. 6.* vbi dicunt dispensationem non retractari ex superuenienti facto. Et qui hanc sententiam amplecteretur, damnari non posset. Cum graues pro se auctores habeat, nec rationibus destituta sit: nec oppositæ ita concludant, quin solui possint.

14 Posterior sent. (cui tamquam multo probabiliori accedo) ait cessare tunc eius dispensationis valorem. Ducitur primò, ex *c. Generaliter, 16. q. 1. & c. Tua, de cler. non resid. & c. Abbate, in fin. de verb. sign.* ex quibus textibus constat reuocari gratiam & priuilegium cessante causa. Secundò, ex *l. Vranium, 72. vers. Sed cum duo. ff. de fideiussor.* vbi dicitur quandam fideiussoris obligationem extingui: & redditur ratio his verbis: *Vt quemadmodum incipere aliàs non possunt, ita nec remaneant.* Vbi *Glos. v. Remaneant,* inde infert, quod impedit faciendum, destruere quoq; iam factum. Et remittit se ad *l. Patre furioso, 8. v. Retinere. ff. de his qui sui vel alieni iuris,* vbi opponit multa impedire rem faciendam, quæ iam factam non dissoluunt. Et respondet id esse verum, quando causa impediens est efficiens, secus quando est finalis: eam enim dicit, sicut à principio impedit actum faciendum, ita impedire factum. Cum ergo causa finalis deficiens impediat dispensationem fieri, impediet quoque eam semel factam perseuerare, quoad illum effectum, qui non est in esse productus, vel si partim productus sit, impediet effectum successiuum, qui commodè diuidi potest. Tertiò, quia facilius tollitur priuilegium, seu ius extraordinarium & speciale, quale est dispensatio, quam ius commune, *l. Ius militis, §. 1. & ibi Gl. v. Quocunque modo, C. ad SC. Velleianum.* Et docent multi alij quos refert & sequitur *Tiraquel. tract. de cessante causa, limitat. 11. fin.* At ius commune cessat cessante causa eius finali. Vt apud omnes compertum est. Ergo à fortiori ius speciale. Et confirm. quia lex generalis indulgens priuilegium aliquod cessat cessante eius causa finali. Atque ita *Barbosa l. 1. p. 1. à n. 85. ff. solut. matrim.* multis allegatis tuetur cessante omnino ratione priuilegij per leges doti concessi, id cessare. Et constat, quia vniuersale axioma est, legem ex suæ rationis cessatione cessare. Ergo multo maiori iure priuilegium & dispensatio priuata cessabunt. Quis enim dubitet, maiori firmitate gaudere priuilegium omnibus per legem indultum, quæ tanta consultatione præuia indici solet, quam indultum speciali personæ: quod passim concedi solet? Et amplius confirm. quia priuilegium lege generali indultum est tamquam fauorabile interpretandum latè (vt dixi disp. 1. num. 7.) At dispensatio specialis est odiosa, & strictè interpretanda, (vt ibid. probaui n. 3.) Si ergo illud cessat cessanti ratione, à fortiori hæc. Quartò, quia actus non operantur vltra agentium intentionem, *cap. Quemadmodum, de iureiur.* At in omni dispensatione subintelligitur conditio, dummodo causa permaneat. Alias iniquus esset dispensans, si vellet suam dispensationem ad eum casum extendi, quo causa prorsus cessaret. Et maximè in voto vel iuramento, in quibus ad dispensationis valorem exigitur causa. Ergo cessante causa cessabit. Et confirm. ex *l. Ex facto, in princ. ff. de vulgari.* vbi deciditur priuilegium patri concessum substituendi filio furioso, cessare filio sanæ mentis effecto: & euanescere substitutionem illi antea factam. Cum tamen priuilegium id iam esset ad effectum deductum: quia is reuocabilis erat. Et reddit textus rationem his verbis: *Etenim ini quum incipit fieri beneficium Principis si adhuc id valere dicamus. Auferret enim testamenti factionem homini sanæ mentis.* Sic ergo in nostro casu cum cessante causa incipiat iniqua esse dispensatio, vtpote, quæ absq; vlla ratione ex tunc eximit priuatum à iure communi, vel naturali diuino, in præiudicium communitatis, cui id scandalo est: cessabit ex tunc quoad effectum, qui commodè reuocabilis est. Et confirm. amplius, quia paria sunt, nullam ab initio fuisse causam, & fuisse aliquam, sed illam omnino finitam esse. Vt expresse probatur ex *l. 1. ff. de condict. sine causa: & l. Nihil interest, ff. de nautico fœnore.* Et docet *Asselius*, quem refert & sequitur *Tiraq. tractatu Cessante causa, in princ. n. 14.* At quando à principio nulla esset causa, dispensatio irrita esset vel illicita. Ergo eodem vitio afficietur, si cessante postea causa permaneat. Non est autem credendum velle dispensantem peccare, intendendo, vt dispensatio vim habeat in eo casu, in quo dispensatio aut irrita esset, aut illicita. Quintò, quia *Decius regula, In ambiguis pro dotibus, 85. §. Non est nouum, num. 3. ff. de regulis iuris,* probat actum legitimè factum retractari, quando res ad eum casum peruenit, vt causa finalis deficiat. Tandem, quia absurdum videtur, vt is cum quo est legitime dispensatum ad carnium esum ratione debilitatis dubiæ, & quæ ex se non excusabat secluso dispensatione, possit eis vesci, si integram etsi miraculosè valetudinem recuperet. Et ideo pro hac sententia sunt multi Doctores, qui generaliter & indistinctè tradunt cessante dispensationis causa ipsam cessare. Hi sunt *Glossa cap. Generaliter, verb. Non deuagantes, 16. q. 1. & cap. Cum ex eo, verb. Literarum, de electione, in 6. & regula Decet, 16. verb. Decet, de regulis iuris, in 6.* vbi *Dynus n. 2. Ioan. Andreas cap. Post translationem, n. 29. initio de renuntiat. Archidiac. cap. 1. num. 1. dist.*

dict. 5. Baldus l. Generaliter, num. 3 C. de Episcopis & clericis, Alex. l. Filius à patre, §. Filius familias, num 2. ff. de liberis & posthum idem Baldus rubrica de consuetudine, num. 25. Felinus cap. Quia in Ecclesiarum, num. 29. de constitution. Probus addit. ad Monachum, c. ap. 1. num. 5. de filiis presb. in 6. Francus d. c. Cum ex eo, num. 2. notab. vlt. Valascus cons. 60. num. 9. tom. 1. Brunorus in suo compendio, lit. D. vers. Dispensatio cessare debet. Et multi alij quos refert Tiraq. tractatu Cessante causa, in princ. nu. 91. Et magis in specie id tradunt Alb. c. Suggestum, nu. 5. de decimis. Tiraquellus alios referens d. tractatu Cessante causa, limit. 23. n. 11. vbi docent priuilegium habens tractum successiuum cessare cessante causa.

15 Ex quibus omnibus infertur, vt dispensatio valida sit, ac suam firmitatem conseruet, opus esse duplici tempore verificari totam causam finalem, ex qua valor dispensationis pendet, nimirum, tempore, quo Pontifex vel pœnitentiarius concedunt illam, committentes executionem ordinario vel confessori, cognita precum veritate: & tempore quo hi exequuntur. Insuper est opus, vt tempore quo omnino consummanda est, assequens suum vltimatum indiuisibilem effectum, non cessarit omnino causa finalis.

16 Sed dubitabis, quid si tempore medio inter concessionem Pontificis vel pœnitentiarij, & executionem ordinarij vel confessoris deficiat veritas causæ, at vtroque tempore vera sit, an corruat dispensatio? V. g. si femina impetret dispensationem ad matrimonium allegata causa dotis defectus, & vere dum Pontifex dispensauit pauper erat: diues tamen effecta est antequam literæ ad manus Ordinarij venirent: & iterum ante id tempus redijt ad pristinam paupertatem. Et videtur eam dispensationem non prodesse. Quia cum semel eius causa omnina cessarit, videtur quoque ipsa dispensatio cessasse. At semel cassata vires recuperare nequit, nisi à Pontifice iterum concedatur. At existimo dispensationem valere. Quia cum vim suam & valorem habere debeat ex voluntate Pontificis, vel pœnitentiarij concedentis & ordinarij, vel confessoris exequentis, sufficit eo duplici tempore causam esse veram, ne subreptionis vitio notari valeat. Sicut ad hæreditatem testamentariam exigitur, & satis est capacitas hæredis tempore facti testamenti, mortis testatoris, & additionis hæreditatis nec de medio alio tempore curatur. Vt per textum expressum l. Si alienum, 40. §. In extraneis ff. de hæred. inst. docent Glossa fin. l. Non oportet, 54. ff. de leg. 2. Sarmiento l. 8. Select. super ea l. Non oportet, in fin. Molina l. 3. de primog. cap. 2 nu. 18. & 19. & omnes. Et sententia hæc constabit amplius ex dicendis num. sequ.

17 Imò si causa vtroque hoc tempore verificetur, & sic legitime concedatur dispensatio, etsi postea deficiat, & ita cesset dispensatio, credo mentem concedentis eam esse, ne ita cesset, vt valore suo destituatur redeunte illa causa: sed suspensus erit valor, ita vt dum causa non redit, nec licitus, nec validus sit eius dispensationis vsus: at eadem met causa redeunte valebit dispensatio. Quia cum semel valida fuerit, solum cogimur iudicare mentem concedentis esse, vt cessante causa cesset illius vsus, ne illicitus sit defectu causæ, qua honestari debet. Cum ergo redeunte eadē causa vsus sit licitus, credendum pie est eam esse Pontificis mentem, vt dispensationis valor non cassatus, sed suspensus redeat. Nec deest simile ad hoc comprobandum. Quia Mynchaca l. 1. de succession. progressu, in præfat. n. 67. & duplici seq. & l. 1. controu. illust. c. 46. n. 3. censet obligationem legis non omnino extingui cessante causa, sed suspendi ac sopiri, ac proinde redeunte causa reuiuiscere. Ex his patet ad argumentum contrarium n. præced. adductum.

18 Quid autem dicendum sit, si semel inito matrim. cum dispensatione super voto castitatis aut religionis, eoque dissoluto cessat causa dispensationis? dicam disp. seq.

19 Ad argumenta n. 13. proposita resp. Ad 1. dic, eam doctrinam procedere de vltimato dispensationis effectu & indiuisibili: vt constat ex dictis nu. 14. Ad 2. eodem modo respondetur, non censeri illud factum legitime & omnino consummatum. Ad 3. dic illam relaxationem, sicut & legis obligationem, pendere in fieri & conseruari à fuga causæ finalis existentia: dum vltimatus & indiuisibilis effectus non est iam consummatus: nec per hoc reddi dispensationem conditionalem. Cum ea conditio tacite insit: ac semel matrimonio virtute illius inito, nil obsit cessare causam. Quod effectus sit indiuisibilis & iam omnino consummatus.

DISPVTATIO XXXI.

An dispensatio in voto castitatis, religionis, non nubendi, extinguatur priori matrimonio inito: vel eo, cum quo dispensatur, egresso dispensantis territorium?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sint, n. 1.

An hæc verba in dispensatione voti castitatis contenta, Dispensa, vt tunc contrahere possit: vel ad hoc tantum, vt tunc contrahere possit, vel Hac vice dispensa, denotent dispensationē ad vnicū vicem, n. 2.

An dispensatio expresse ad matrimonium vnum, si id sit irritum, extinguatur, n. 3.

Quid, si id matrimonium irritum fraudulenter contrahatur, n. 4.

Quid, si fuerit validum, at ante consummationem dissolutum sit, n. 5.

Quid, si in dispensatione non exprimatur, vt sit ad vnum aut plura matrimonia, an extendatur ad plura? Refertur opinio, n. 6.

Explicatur quando sit dispensatio in his votis partialis, & quando totalis, n. 7.

An is cum quo dispensatur in voto religionis, vt matrimonium ineat, possit eligere manere in seculo absque matrimonio? eodem n. 7.

Dispensatio totalis in voto castitatis, religionis, aut non nubendi non extinguitur vnico matrimonio, n. 8.

Quid, si causa dispensationis post id matrimonium cessarit, n. 9.

Quid, si pactum dispensantis sit limitata, vt Episcopi dispensantis in his votis ratione vrgentis necessitatis, n. 10.

Quid, quando dispensatio non est totalis in his votis, n. 11.

An dispensatio in solemni castitatis voto intelligatur pro prima vice, num. 12.

An quando dispensatio in his votis est ad contrahendum cum certa persona, intelligatur de prima vice, n. 13.

An duo vota castitatis astricti impetrantes dispensationem ad mutuo contrahendum, possint cum alijs contrahere, & eo matrimonio soluto ad aliud transire, n. 14.

Soluuntur argumenta, n. 15.

An dispensatio prosit extra dispensantis territorium? Refertur opinio, num. 16.

Explicatur sententia Austeris, n. 17.

Satisfit argumentis, n. 18.

DVPLEX in hac disp. quæstio inuoluitur. Prior est, de extensione dispensationis ad actum exercendum vltra primam vicem. Posterior, de extensione eius vltra territorium. 1

QVAESTIO prior. An dispensatio in votis castitatis, religionis, non nubendi, ad ineundum matrim. intelligatur de sola prima vice? Hoc difficultate vacat quando ex dispensationis verbis colligitur ad vnicum matrim. eam cōcedi. At aliquando verba non ita expressa sunt. Vt hisce diebus duplex ad me dispensatio allata fuit, altera voti religionis pro solo conscientiæ foro concessa: altera voti castitatis pro vtroque foro. & in hac sic dicebatur: *Votum commutes præfata N. ad hoc, vt matrimon. tunc contrahere possit.* In illa verò dicebatur sic: *Ad hoc tantum, vt tunc matrim. contrahere possit.* Et vtraque verba meo iudicio non denotant, vt matrim. restringatur ad primam vicem: sed eorum sensus est: Cōmuta votum, & partim dispensa in illo, ad eum solum effectum, vt cum commutaueris, & dispensaueris, possit matrimon. inire, non autem quoad alios effectus. Et similiter: quamuis literæ dicant (vt solent aliquando dicere) Hac vice dispensa, vt possit matrim. inire: non denotatur restrictio ad vnicum matrimonium. Sed sensus est, Pro hac vice concedimus tibi facultatem dispensandi in eo voto, & non generalem facultatem. Quare si persona illa voti illius dispensationem consecuta, iterum emitteret id votum, non posset commissarius hic cum illa dispensare. Et in omnibus prædictis verbis non esse animum restringendæ dispensationis ad vnicum matrim. vel ex eo colligi videtur: quia quando restringitur, id apertis 2

verbis solet fieri, sub hac clausula: *Ita quod si vir, cui coniungetur, superuixerit, viuat postea caelebs & in castitate, vtpote eodem voto obligata.* Cum ergo id non aperte dicitur, sed verbis tam ambiguis, non credendum est eam fuisse mentem. Quare an tunc accipienda sit ea dispensatio de sola prima vice, ex principijs generalibus deducendum est.

3 Quamuis autem expressis verbis dispensatio restringatur ad vnicum matrim. intelligenda est, si id sit validum. Quippe matrim. irritum non extinguit dispensationis effectum: concessio enim ad primum actum limitata intelligitur de primo valido. Actus enim irritus quasi non fuerit reputatur. Quod ex multis latissime tradit *Tiraq. l. Boues, §. Hoc sermone, limit. 1. à nu. 1. ff. de verb. sign.* Atque idem tradunt loquentes de illegitimo cum quo dispensatur ad vnicum beneficium, dicunt enim concessionem non finiri collatione beneficij irrita, *Anchar. c. 1. q. penult. de filiis presbyt. in 6. & ibi Domin. n. penult. Francus nu. 13.* Quia dispensatio debet intelligi cum effectu.

4 Hoc intellige, nisi is cum quo dispensatum est, scienter id matrimonium irritum inierit. Tunc enim ne ex fraude sua commodum reportet, dispensatio extinguitur eo primo actu. Ita docent *Anchar. Dominicus, Francus, Tiraq. ea limit. 1. à num. 29.* latissime id probans, vbi eos num. præcedenti allegaui.

5 Nec ea dispensatio extinguetur primo matrim. valido, soluto tamen ante consummationem, aut morte, aut professione alterius coniugis, aut Pontificis dispensatione. Quia non dicitur perfecte & omnino initum id matrim. ad quod dispensatum est, si non consummetur. Nec dispensatio suum effectum est sortita; vtpote, quæ ad id est, vt matrim. consummetur. Et sola matrimonij consummatio repugnat voto.

6 Tota ergo difficultas est, quando dispensatio nec restringit ad primum matrimon. nec explicat, vt liceat toties quoties libuerit. Et videtur ea intelligi de sola prima vice: ex *cap. 1. §. Ille vero, de filiis presbyt. in 6.* vbi deciditur illegitimum, cum quo dispensatur ad beneficium, non posse nisi vnicum obtinere. Et redditur ibi ratio, eo quod dispensatio sit stricti iuris. Quæ verba non solam plurium beneficiorum retentionem interdicere videntur. Cum tunc nil ambiguum deciderent. Id enim in beneficijs curatis, de quibus loquitur ille textus, interdictum erat omnibus etiam si irregulares non essent, *cap. De multa, de præb.* Nec ratio textus congrueret: id enim non prouenit ex stricta dispensationis intelligentia, sed ex natura beneficiorum curatorum, quæ incompatibilia sunt. Atque ita intelligunt eum textum, *Archid. ibi fin. Lapus*, quem refert & sequitur *ibi Anchar. q. penult. Domin. num. penult. Francus n. 12. & cap. Non potest, in princ. num. 7. de præbend. in 6.* dicens hunc intellectum esse stylo Curiæ approbatum, *Rebuffus praxi beneficiorum, tit. de dispensatione super defectu natalium, num. 83.* atque eam reddit rationem, quòd gratia priori illo actu sit suum effectum consecuta. Quare *Dominicus eo. c. 1. §. Ille vero, n. 2. & Francus ibi, nu. 4.* colligunt ex eo textu hanc regulam: Dispensatio tamquam exorbitans & odiosa non includit nisi primum actum subsequentem, atque eo impleto extinguitur. Secundò, ex *l. Boues, §. Hoc sermone, ff. de verb. sign.* vbi deciditur sermonem simpliciter prolatum intelligi de prima vice: & sic nuptias de primis. Et pro hac sententia est *Enriqu. l. 12. de matrim. c. 5. nu. 7. in comment. lit. V.* vbi ait dispensationem, vt professus ducat vxorem, intelligi de prima vice.

7 Sed vt meam sent. explicem, dispensatio in his votis potest esse totalis, aut partialis & restricta. Totalis est, quando absolute & absque limitatione aliqua conceditur. Partialis autem, quando quoad actum determinatum vel respectu personæ determinatæ conceditur. Vt est partialis, quoad actum, quando dispensatur in voto castitatis vel religionis ad matrim. ineundum, (vt communiter in ea dispensatione explicari solet.) Est autem tunc partialis, eò quòd non sit integra in voto dispensatio. Si enim ille fornicaretur, reus esset voti castitatis violati. Et in voto religionis est partialis. Quia si dispensetur cum vouente religionem ob vehementes carnis tentationes, aliamve causam cui solo matrim. subuenitur, non posset ille virtute dispensationis manere in seculo absque coniugio. In voto autem non nubendi esset dispensatio totalis. Quia id votum nullo alio actu interdicit. Partialis autem dispensatio quoad personas esset, quando esset ad matrim. cum certa persona ineundum.

Prima concl. sit. Si dispensatio sit absoluta & totalis in 8 voto castitatis, religionis, aut non nubendi, probabilius existimo licere toties quoties inire matrimonium, & sic non extingui prima vice. Ducor, quòd dispensatio absoluta voti, sit voti relaxatio, at eo relaxato non est, quod impediat transitum ad posteriores nuptias, prioribus solutis. Et confirm. quia quàdo mens est restringere ad primum matrim. id expresse in literis cauetur, (vt diximus nu. 2.) Signum ergo est, ea clausula non adiecta non esse mentem restringere. Secundò, quia licet dum dispensatio non conceditur absolute in impedimento, sed ad certos actus, vt dum dispensatur cum irregulari ad ordines, vel ad beneficium, restringenda sit, vt intelligatur de minoribus ordinibus, vel de vnico beneficio: at secus est, dum absolute tollitur irregularitas per dispensationem. Tunc enim ad omnia intelligitur sublata (vt diximus dispu. 1. nu. 28.) At hæc dispensatio in voto est absoluta & totalis. Et pro hac sententia sunt à fortiori Doctores quos n. 11. fine referam.

Hæc tamen conclusio limitanda est. Primò, nisi causa 9 dispensationis omnino cessarit. Tunc enim non licebit ad alias nuptias transire, sed redibit prioris voti obligatio. Ducor, non eò quòd censeam dispensationem restrictam esse ad vnicum actum: sed quia omnis dispensatio intelligitur concessa dependenter à suæ causæ finalis duratione, quoad actus non consummatos diuisibiles (vt probaui disp. præced. num. 14.) Cum ergo posterius matrimon. sit diuisibile à priori, & nondum initum sit: cessabit dispensatio, quoad illud, cessante causa eius. Quod de voto religionis limitarem, si res permaneant in eodem statu. Nam si vouens iam esset senior factus, vel alias religioni ineptus, vel sobolem educandam haberet, existimo mentem dispensantis esse, vt in hoc euentu non teneatur ad votum.

Secundò temperanda est, nisi potestas dispensantis li- 10 mitata sit. Vt si Episcopus in votis absolutis castitatis vel religionis dispenset ratione vrgentis necessitatis, ea dispensatio primo actu finietur. Quòd Episcopus nequeat tunc absolute dispensare, sed quatenus est necessarium ad illi necessitati subueniendum. Quod probauimus disp. 9. num. 26.

Secunda concluf. Quando dispensatio esset partialis 11 quoad actum, vt in voto castitatis aut religionis, ad contrahendum matrimon. non caret magna probabilitate asserere eam dispensationem primo actu extingui. Vt probant rationes num. 6. adductæ. At probabilius reputo non extingui, sed licere ad alia matrimon. tranfire permanenti eadem dispensationis causa. Ducor, quòd ea restrictio tantum videatur excludere, ne voto castitatis ligatus excusetur à sacrilegio fornicando: & ne vouens religionem possit non inito matrim. manere in seculo (vt num. 7. explicuimus.) Non autem videtur excludere transitum ad alias nuptias prioribus solutis. Quando enim id intenditur, expressis verbis dicitur, (vt diximus num. 2.) Secundò, quia cum absoluta sit dispensatio in ordine ad matrimon. ineundum, tollit absolute vinculum matrimonio obstans. Nil ergo impediet transitum ad aliud. Tertiò, quia quando absolute dispensatur cum illegitimo ad beneficium, est satis probabile eam dispensationem non arctari ad primum beneficium, sed eo dimisso extendi successiue ad aliud & aliud. Quod tuentur *Ioan. Andr. cap. 1. de filiis presb. in 6. & cap. Non potest, num. 5. de præb. in 6. Angel. v. Beneficium, num. 24. & ibi Armilla num. 29. Syluest. v. Beneficium, 3. qu. 11. num. 14. Tabiena verb. Beneficium, 2. qu. 17. num. 19.* & reddit Ioan. Andr. rationem. Quia dispensatio illa reddens illegiti-

gitimum capacem, non respicit beneficium, sed personam. Et clare hoc videntur indicare verba textus *d. cap. 1. in fin.* ibi: *Nisi vnicum beneficium obtinere.* Tantum enim significant non licere illi virtute dispensationis, nisi vnicum retinere beneficium, non autem duo simul. Nec obstat ratio n. 6. adducta contra hanc declarationem. Quia textus ille de omni beneficio loquitur: & ita quid speciale decernit in irregulari, ratione strictæ intelligentiæ dispensationis. Nam si is non esset irregularis, posset simul duo beneficia compatibilia, quorum neutrum decenti sustentationi sufficiens est, retinere. Quod illicitum est irregulari, cum quo absolute dispensatur ad beneficium. Ergo similiter dispensatio in voto castitatis, aut religionis ad matrimonium non extinguetur primo actu, vtpote quæ impedimentum personæ potius, quàm ipsum matrimon. respicit. Hanc tenet *Stunica q. 6. de voto, nu. 125.* dicens professum, cum quo dispensatum est ad matrimonium, posse viduum effectum ad aliud transire (de hoc tamen exemplo dicam n. sequ.) pro eadem est *Angles floribus 2. p.* vbi de voto, *q. vnic. art. 8. post 2. diffic. dub. 1.* vbi ait monachum hunc non teneri mortua vxore ad religionem redire.

12 Hinc deducitur, an dispensatio ad matrimonium absolutè concessa in voto castitatis solemni extendatur vltra primam vicem, perpendendum esse quando aliud non exprimitur in ea, ex causa ob quam conceditur. Si enim eadem causa adhuc permaneat, cum dispensationis verba restricta non sint, licebit eo dissoluto matrim. ad aliud transire. Et in hoc casu est verum, quod ex *Stunica n. præced.* retulimus. Secus si causa non permanet, vt si dispensatum est cum professo quòd deesset successor in regno, habuit sobolem ex primo matrimonio, vel in ea ætate dissolutum est, vt iam sit impotens ad generandum, nequit ad aliud transire.

13 Vltima concl. Quando dispensatio in his votis limitatur, quoad personam cum qua ineundum est matrimoniũ, perpendendum est ex causa dispensationis allegata, an mens sit dispensantis limitare quoad illam personam. Si enim ea causa nullatenus concernat personam illam, sed omnino se teneat ex parte eius, cum quo dispensatur, nec dispẽsans motus fuerit, vt specialiter gratificaretur ei personæ cum qua contrahendum est, ea dispensatio censeretur absoluta ad matrim. ac proinde causa perseuerante extenderetur ad quoduis aliud matrimon. & ad ineundum quoque non cum illa, sed cum quauis alia persona. Secus si causa teneret se ex parte personæ illius cum qua est matrimonium contrahendum: vel ob aliquam specialem rationem vellet ei dispensans gratificari. Tunc enim ad id solum matrim. & cum ea sola persona dispensatio extenderetur. Exemplum prioris partis sit: vt si allegauit vouens se maximis carnis stimulis vrgeri, & petijt dispensationem ad ineundum matrim. cum Maria, nulla alia allegata causa: nec dispensans habet specialem Mariæ cognitionem, ob quam vellet illi specialiter gratificari. Exemplum posterioris partis, quando allegaretur eam feminam defloratam esse à vouente. & nisi eam ducat, fore vt maneat innupta: vel ob aliquas speciales causas iustè præsumitur in dispensante voluntas illi gratificandi. Ratio autem conclusionis est. Quia in priori parte, nil prorsus attinet ad dispensationem expressio personæ cum qua est contrahendum: nec illa persona mouet aliquo modo ad dispensandum: secus in posteriori. Quòd si obijcias, hinc sequi dispensationẽ ad contrahendum inter duos consanguineos nominatos, causa omnino existenti ex parte feminæ, porrigi, vt illa possit nubere alij consanguineo, omisso illo. Negandæ est sequela. Quia cum vtrumque extremum impedimento dirimenti laboret, indiget vtrumque dispensatione. Et quamuis dispensatum esset cum vtroque ad contrahendum cum alia persona consanguinea, neutrum haberet sublatum consanguinitatis impedimentum, nisi respectu illius personæ, cum qua secum dispensatum est: & sic non posset virtute illius dispensationis cum alia persona contrahere. At in nostro casu solus vouens impedimento laborat: & illud æquè se habet & indifferenter ad contrahendum cum illa persona vel cum alia. Quod si vterq; votum emisisset, & sic in vtroque esset impedimentum, id esset omnino accidentarium, nec impedimentum vnius est specialiter erga alium, sed indifferenter se habet ad quodcumque matrimonium.

Hinc deducitur, si duo voto castitatis astricti dispensa- 14
tionem ad mutuo contrahendum impetrent, allegata causa cuiusuis illorum independenter ab altero, posse virtute illius vtrumuis illorum cum quauis alia persona non impedita contrahere: & durante causa, si dispensatio non sit expressè ad vnicum matrimon. posse eo soluto ad aliud transire. Vt si quiuis illorum allegaret se stimulis carnis agitari. Quia tunc est duplex omnino diuersa dispensatio: & neutra ab alia pendet. Secus si causa allegata verfaretur specialiter inter hos. Vt si allegarent se mutuo inter se concubinatu irretitos esse, vel feminam illam ab hoc infamatam. Tunc enim ad solum matrimonium inter illos ineundum dispensatum censeretur.

Ad argum. nu. 6. proposita resp. An 1. constat ex dictis 15
n. 11. Ad 2. dic limitari eam regulam, nisi post primum actum maneat eadem dispositionis ratio. Vt bene docet *Tiraq. ca. l. Boues, §. Hoc sermone, limit. 10. n. 1.* Præterea intelligitur, quando non tollitur obstaculum: vt si esset mera nubendi licentia: secus quando tollitur. Vt in hac dispensatione contingit.

Qvaestio posterior. An dispensatio extendatur, ita 16
vt profit extra dispensantis territorium: vt si Episcopus dispenset cum subdito in voto non nubendi, possit ille virtute illius dispensationis vbique terrarum ad nuptias transire, absque voti violatione? Et videtur pars negans. Quia legitimatio plena, & omnimoda facta per Pontificem, nullatenus extenditur quoad bona temporalia, vt vim habeat extra loca temporali Pontificis iurisdictioni subiecta. Vt tradunt ferè omnes: eo quòd temporalis Papæ iurisdictio ad id requisita non excedat eorum locorum limites. Ergo similiter cùm Episcopi potestas non excedat suæ diœcesis limites, eius dispensatio non vltra extenderetur. Et confirm. quia dispensatio Episcopi ad plura beneficia, quando ad id dispensare potest, non prodest vltra eius diœcesim: sed is Episcopus dispensare debet, in cuius diœcesi beneficium est. Vt docent *Gloss. c. Dudum, el 2. v. Intitulatam, fin. de elect. & c. Cum ex eo, v. Subiectas, eo. t. in 6.* vbi *Domin. n. 7. vers. Nota illam. Francus num. 3. Chassaneus in consuet. Burgundiæ, rub. 9. nu. 13. & seq. & ibi eius Additionator post n. 16. Rebuffus c. Extirpãda, §. Qui verò, a. 5. not. ab. 20. de præbend.* atque concludit tutius esse dispensationem non extendi extra dispensantis territorium, atque id verum esse etiam quando per dispensationẽ tollitur personæ obstaculum. Per doctrinam *Bartoli l. 7. à num. 40. C. de sum. Trinitate,* vbi post longam disputationem concludit *n. 41. vers. Ad contraria respondeo,* sic distinguens. Aut loquimur circa solemnitatem alicuius actus, tollendo solemnitatis iure requisitæ obstaculum: & tunc actus gestus in eo loco cum eius loci solemnitate habebit effectum vbique, *l. fin. de testam.* aut tollitur obstaculum incapacitatis personæ, quia nimirum, persona iure incapax efficitur capax. Et hoc casu dispensatio non habet effectum extra territorium. Cùm ergo sublato matrimonij impedimento per dispensationem, tollatur incapacitas personæ ad illud validè aut saltem licitè ineundum: non erit integrum ea vti extra dispensationem concedentis diœcesim.

At tenendum est, eam dispensationem vbique prodesse, 17
Ducor, quia (vt notant *Domin. Franc. Chassan. n. præced. allegati, Decius cons. 207. Pulchrum est dubium, à n. 2. volum. 2. Probus addit. ad Monachum, c. Officij, nu. 17. 18. de offic. legati, in 6.*) quando dispensatur cum aliquo circa aliquam rem, sic distinguendum est. Aut impedimentum consurgit ex parte personæ cum qua dispensatur: aut ex parte rei ipsius in qua dispensandum est. Quando ex parte personæ, tunc dispensatio proprij prælati personæ habentis impedimentum porrigitur in quemcumque locum: secus est, quando pro-

uenit ex parte ipsius. Tunc enim arctatur territorio dispensantis. Ratio discriminis est. Quia in priori casu tollitur personæ incapacitas: ac proinde cùm ea nullo impedimento affecta maneat, nil obstabit vt vbicumque virtute eius dispensationis capax sit. At in posteriori, cum res illa, ex qua impedimentum consurgit, non sit subiecta prælato dispensanti, vtpote, quæ extra eius diœcesim sita est: eius dispensatio non poterit impedimentum se tenens ex parte illius rei auferre. At in præsenti casu impedimentum ad matrim. ineundum prouenit ex parte personæ. Ergo dispensatio proprij prælati in illo proderit vbique. Atque ita non obstat simile n. præc. allegatum, de dispensatione circa beneficiorum pluralitatem, quæ in diuersis diœcesibus sita sunt. Quia DD. ibi allegati, asserentes non posse proprium Episcopum, sed eum quoque dispensaturum in cuius diœceli situm est beneficium, innituntur eo quòd secundum beneficium est illud, quod inducit impedimẽtum & ita est dispensaturus Episcopus loci, in quo est secundum beneficium. At *Decius & Probus proxime alleg. Rebuff. in concordatis*, vbi de forma mandati Apostolici, *super v. Dispensationum, à vers. Quæro an dispensatus per legatum*, dum dicunt posse Episcopum proprium dispensare in ea pluralitate, ducuntur eo quòd existimant impedimentũ non oriri ex parte beneficij, sed ex parte personæ. Cum enim habeat vnum beneficium, non est ad aliud priori retento idonea, *cap. Is cui, de præb. in 6.* Et ideo hanc sent. sustinet *Innoc. c. Per venerabilem, nu. 3. qui filij sint legit. & ibi Ioan. Andr. nu. 6. Card. n. 10. q. 2.* vbi tractantes de illegitimo cum quo Episcopus dispensat ad ordines minores, & beneficium simplex, dicunt eam dispensationẽ vbique prodesse. Quia in nullius est præiudicium. At secus (aiunt *Innoc. ibi n. 2. & Ioan. And. n. 6.*) de legitimatione ad bona temporalia. Quia id consurgit in tertij damnum. Idem tenet loquens de dispensatione Episcopi cum suo subdito ad edenda lacticinia & carnes, dicens vbique prodesse, *Nauar. l. 5. consil. de priuilegiis, in 1. edit. cons. 15. fin. in 2. cons. 6. fin.* Idem tenet alios referens *Bolognet. l. fin. n. 36. ff. de iurisd. omn. iud.*

18 Ad argum. n. 16. proposita resp. Ad 1. dic id euenire ob tertij præiudicium: vt ex Innocentio & Ioan. Andr. diximus nu. præc. Ad 2. dic, id non esse impedimentum solius personæ, sed etiam rei. Quia successio in bona temporalia est metienda legibus regni, in quo succeditur: sicut in contractibus attenduntur leges regni, in quo celebrantur. Et quia Pontifex nequit his legibus, quæ iustæ sunt, derogare, ideo eius legitimatio quoad bona temporalia non prodest extra loca illi temporaliter subiecta. At in nostro casu prouenit impedimentum ex parte personæ. Ad confirmationem constat ex dictis n. præcedenti.

DISPVTATIO XXXII.

An si impetrans dispensationem illi renuntiet, possit amplius ea prodesse?

SVMMARIVM.

Proponuntur probantia vbi semel renunciatum est dispensationi, eam non posse prodesse, n. 1.

Prodest dispensatio, dum superior non acceptat renunciationem, n. 2.

Quid, si sit dispensatio in voto vel iuramento: & quando hæc commutata sint, & vouens relicta commutatione semel acceptata, elegit iterum votum: an possit ad commutationem redire, n. 3.

An sufficiat renunciationem dispensationis acceptari ab ordinario, vel confessore, cui eius executio committitur, n. 4.

An vires amittat dispensatio, si impetrans illam cancellet, vel concidat, n. 5.

An si dispensatione obtenta, vt duo consanguinei contrahant, alter vel vterque ad alias nuptias transeant: vel impetrent dispensationem ad contrahendum cum alio consanguineo, pereat prima dispensatio, num. 6.

Satisfit argumentis, n. 7.

1 VIDETVR pars affirmans impetrantem, qui semel dispensationi renunciauit, non posse amplius mutata voluntate dispensatione vti, suaderi ex sequentibus. Primò, quia quod semel placuit, amplius displicere non potest, *reg. Quod semel, 25. de reg. iur in 6.* Secundò, nam is quem pœnitet, iurtque suo renunciat ac contradicit, non auditur amplius illud allegans, *cap. Prohibentur, 2. q. 1. cap. De his, de accusation. cap. Quàm periculosum, 7. quæst. 1.* vbi *Glossa* alios textus concordantes allegans, *verb. Quam periculosum*, inde infert renunciantem iuri suo id repetere non posse. Ex eo enim quod quis impugnauit, fructum consequi non debet, *regal. Ex eo, de regal. iur. in 6.* Tertiò, quia quod semel ab aliquo repudiatum est, redintegrari ab eodem non potest, *l. fin. C. de condition. insertis.* Et notat *ibi Baldus num. 3. notabili 4.* Tandem, quia priuilegium amittitur non vsu, quasi is sit renunciatio tacita. Ergo à fortiori renunciatione expressa.

Cæterùm tenendum est, quamdiu superior non acce- 2
ptauerit illam priuilegij vel dispensationis renunciationem, sed in eadem voluntate perstiterit, quod præsumitur *c. Maiores, in fin. de baptism. l. Eum qui, ff. de prob.* posse eum cui conceditur, non obstante quod impetrationi contradixerit, vel post confectionem renunciauerit, vti mutata voluntate ea dispensatione vel priuilegio. Probatur ex *l. Literis, de procur. in 6.* ibi: *Licet is, qui procurator constituitur ab absente, dixerit præsentatum sibi suscipere nolle mandatum: hoc tamen nequaquam obstante, quamdiu constituens in eadem perstiterit voluntate, ipsum acceptare poterit, quandocumque placuerit.* Per quem textum *Gloss. ibi, Ioan. And. Archid. Domin. & Franc. ibi fin. Anchar. ad fin. oppositi, penult.* dicunt electum renuentem consentire electioni, posse mutata voluntate eandem acceptare, electoribus in priori voluntate persistentibus. Quod idem de iudice delegato & arbitro, qui semel arbitrium & delegationẽ repudiarunt, docent *Gloss. & iidem Doctores ibi.* Secundò, ex doctrina quam amplectuntur *Gloss. penult. c. Si tibi absenti, de præb. in 6. & ibi Ioan. Andr. fin. Anchar. n. 3. notab. 8 Domin. n. 16. Franciscus num. 12.* vbi tradunt dissentientem collationebeneficij sibi absenti factæ, posse re integra mutare voluntatem, & consentire permanente conferenti in eadem voluntate. Quod limitant *Dominicus & Franc.* nisi dissensum illum acceptet conferens. Quia tunc non censetur in eadem voluntate permanere. Tertiò, ex *l. Sicut, 8. § Si voluntate. ff. quibus modo pignus vel hypotheca*, ex quo textu constat creditorem ex cuius consensu pignus venditum est, censeri remittere pignus, si tamen iam vænierit, atque ante venditionem posse mutare voluntatem. Quartò, quia vis priuilegij & dispensationis pendet à voluntate superioris concedentis, & acceptatione eius cui conceditur. Ergo quamdiu voluntas concedentis manet, quod renunciationem nondum acceptarit, potest is cui conceditur, non obstante priori contradictione, acceptare. Et confirm. quia omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur. Cùm ergo ad priuilegij acquisitionem exigatur concedentis, & eius cui conceditur voluntas: similiter ad eius destructionem vtraque desiderabitur. Et confirmatur amplius, quia nil ita duorum consensum desiderat, ac contractus matrimonij. Et tamen quando alter coniux verè consentit, alter autem fictè, satis est vt matrimonium id conualescat, si altero in priori consensu permanente is fictus consentiat, (vt latè probaui lib. 2. disp. 32.) Ergo vt priuilegium, cui quispiam renuntiauit, conualescat, satis est noua renunciantis voluntas superiori manente in pristina voluntate, vtpote qui nondum renunciationem acceptauit. Et ita hanc sententiam tenet *Loaces de matrimonio Regis Angliæ, dub. 12. num. 28.*

Hoc tamen intelligerem, nisi dispensatio esset circa vo- 3
tum vel iuramentum. Nam si dispensatione semel perfectè concessa, is cui conceditur renuntiaret illi etiam actu solo interno, non posset amplius ea vti: sed teneretur ad prius votum vel iuramentum. Ratio huius est, quia cetera vincula non potest sibi imponere is, cum quo in eis dispensatum est, nisi accedat superioris auctoritas. Et ideo quantumuis ipse nolit vti dispensatione iam semel acceptata, vel nolit acceptare, potest superiori manente in pristina voluntate resilire. At quamuis semel dispensatio

tio concessa sit in voto vel iuramento, potest sua sola interna voluntate his vinculis iterum obligari Deo. Quod facit, quando deliberata voluntate eligit renunciare dispensationi: nullus enim alius est sensus huius renuntiationis, nisi volo redire ad priorem voti obligationem, seu illo voto, quod per dispensationem extinctum erat, denuo obligari: ac perinde est, ac si tunc denuo id voueret. At dispensatio prior non concessa est nisi ad votum ante illam emissum. Et ideo non erit iam huic renuncianti integrum ea dispensatione vti. Dixi autem quando perfectè concessa est dispensatio. Quia si non sit perfectè concessa, qualis est commissio, quæ solet à Pontifice expediri, vt ordinarius dispenset in voto castitatis vel religionis: vel à pœnitentiario, vt confessor in eis dispenset, & si is cum quo dispensandum est, ei priuilegio renunciet, potest mutata voluntate eo vti, antequam superior renunciationem acceptet. Quia est priuilegium quoddam, vt cum hoc dispensetur in eo voto, & licet sæpe multiplicetur id votum, antequam ordinarius vel confessor vtens ea commissione dispenset, non est noua obligatio, sed eadem repetita, & ideo virtute eius commissionis potest in eo dispensari. Ea autem commissio, vtpote, quæ non à sola mea voluntate pendet, non potest sola mea renunciatione extingui antequam superior illam acceptet. Ex quo fit, licèt integrum sit vouenti cui votum commutatum est, relicta commutatione eligere ad prius votum redire (vt diximus disp. 9. num. 21.) at vbi elegit votum prius, non esse ei integrum iterum eligere commutationē illam. Quia cum iam priori voto ligatus sit, non potest illud propria auctoritate cōmutare: nisi votum illud esset ex non reseruatis, atque commutatio prius facta esset in rem meliorem, aut euidenter æqualem. Tunc enim posset ad priorem commutationem redire. Quia verior sententia habet (vt traditur in materia de voto) posse quempiam propria auctoritate commutare votum in melius, aut euidenter æquale.

4 Sed dubitari poterit, quisnam sit superior renunciationem gratiæ acceptaturus, vt deinde non prosit? Posset quis existimare esse ordinarium aut confessorem, cui Pontifex vel pœnitentiarius committunt dispensationis executionem cognita precum veritate. Quia quamuis dispensatio manet à Sede Apostolica, executio per hos fit. Item quia potest Episcopus beneficij renunciationem acceptare, quamuis eius collatio sit Pontificis. Quia hæc possunt ad diuersos superiores pertinere. Vt tradunt *Gloss. clem. vn. v. Conferantur. Stat. in princ. de rerum permutat. & ibi Imola n. 9. Nauar. c. Accepta, oppos. 7. nu. 30. de restit. spoliat.* At existimo solum eum superiorem, à quo gratia hæc promanat, posse hanc renunciationem acceptare. Quia valor eius gratiæ ab illius voluntate pendet. Ergo quam diu ille in eadem voluntate perstiterit, potest is cui conceditur resilire & acceptare. Hoc enim solum ad plenum gratiæ valorem desideratur. Secundò, quia cum potestas illius ordinarij, vel confessoris, limitata sit ad cognoscendum de veritate precum, & ea inuenta exequendum, non possunt renunciationem acceptare. Ne suæ potestatis limites excedant. Tandem quia is, cui ex priuilegio vel consuetudine incumbit conferre beneficium, nequit illius resignationem aut renuntiationem acceptare: sed is solus cui iure ordinario collatio competit. Vt citato Federico docet *Rebuffus praxi benef.* vbi de forma vicariatus, *n.* 108. Cum ergo ordinario vel confessori, ex solo illo dispensationis rescripto, competat examinare preces, & dispensationē exequi, nullum ius habebunt admittendæ renunciationis dispensationis, vt ex tunc viribus destituta maneat.

5 Hinc deducitur, non destitui viribus dispensationem, etsi is cui conceditur, literas cancellet, concidatve. Quia hoc solum illius renunciationem importat, quæ dum non est à superiori acceptata, minimè vim dispensationis eneruat. Deinde, quia esto ad dispensationis valorem expediri literas desideraretur: at vbi semel literis expeditis concessa est, non pendet eius firmitas à literarum conseruatione.

Secundò deducitur, quid dicendum sit, quando dispensatione obtenta vt inter duos consanguineos matrim. ineatur, alter vel vterque alijs nuptijs copulatur, relictis illis ad quos dispensatio obtenta est: an possint vidui effecti, iungi inter se matrimonio virtute prioris dispensationis? Partem negantem suadent, quæ dixi l. præc. disp. 42. n. 8. Sed verius est eam adhuc valere. Quod probant ea, quæ eadem disp. 42. nu. 9. attuli. Cum enim semel ablatum sit id consanguinitatis impedimentum, & illi habiles effecti sint ratione dispensationis præteritæ, non est cur ratione sequentis matrimon. impedimentum illud reuiuiscat. Nec obstat tacita ea renunciatio per transitum ad alias nuptias inducta. Quod ea non fuerit à concedente acceptata. Imò idem censeo, quamuis impedimentum nondum sit ablatū: eo quod ordinarius vel confessor, cui dispensationis executio est commissa, nondum illam sint executi. Quia cum tacita illa renunciatio non sit acceptata, non perijt facultas illa ad exequendam dispensationem. Quando vero alia dispensatio ad posterius matrimonium impetrata est, an prior euanescat? dixi disp. 22. n. 19. 6

Ad argumentan. 1. propositā resp. ea omnia præter vltimum procedere, quando renunciatio est perfecta ac consummata: eo quod à superiore sit acceptata. Ad vltimū dic per non vsum legitimè præscriptum amitti priuilegium, non quasi per renuntiationem, sed per legitimam præscriptionem iure inductam. 7

DISPVTATIO XXXIII.

An priuilegiū seu dispensatio semel concessa possint reuocari, & ita reuocatione extinguātur?

SVMMARIVM.

Priuilegium gratis concessum à Principe potest absque causa reuocari, num. 1.

Quid. si per id sit dominium aliquod acquisitum, n. 2.

An priuilegium in contractum transiens, possit absque causa reuocari: & qua sit iusta causa: & an præsumatur ea, n. 3.

An priuilegium causa remunerationis concessum possit absque causa reuocari, n. 4.

An priuilegium non subdito concessum possit reuocari, n. 5.

An si princeps suum iuri dissonum concedat, possit reuocare, n. 6.

An superior delegans facultatem aliquam possit reuocare absque causa, & quid de superiore ipsum delegante, n. 7.

An reuocatio generalis sufficiat ad reuocandum priuilegium per modum contractus concessum, n. 8.

An princeps ex iusta causa reuocans priuilegium per modum contractus concessum, teneatur ad aliquam compensam, n. 9.

An priuilegia bullæ suspendantur per iubileum, qui vicesimoquinto quoque anno solet concedi, n. 10.

An dispensatio concessa à superiori circa eius legem, possit absque causa reuocari, n. 11.

Quid de dispensatione concessa ab inferiori in lege superioris, n. 12.

Quid de dispensatione concessa à Pontifice pro foro externo, n. 13.

Quid de concessa à pœnitentiario pro foro conscientiæ, n. 14.

DE hac re latissimè *Felin.* & DD. iuris Pontificij *c. Nouit, de iud.* & DD. iuris Cæsarei *l. Quod semel ff. de decretis ab ordine. & l. Qui se patris, C. de bono possess. vnde liberi, Bolognetus toto cons. 3. Matienzo lib. 5. recop. t. 10. l. 6. tota gl.* 1. apud quos potest latissimè quæstio hæc videri. Et tantum aliquas conclusiones breuiter statuam. Prima concl. Quando priuilegium est omnino gratis à Principe concessum, potest absq; causa ab eo eiusve successore reuocari. Quod ea concessio à mera eius voluntate pendeat. Atque ita multis citatis docent *Felin. c. Nouit, num. 8. 9. & 10. de iudic. Matienzo d. glossa 1. n. 5.* 1

Temperanda tamen est, nisi per priuilegium illud sit acquisitum aliquid de iure gentium: nempe, dominium alicuius rei. Tunc enim cum sit iam ius quæsitum, nequit absque causa reuocari. Vt si Princeps castrum alicui donarit. Sic *Felin. cod. c. Nouit, nu. 8. Matienzo* alios referens *eadem glossa 1. num. 6.* 2

Secunda conclusio. Quando priuilegium transit in contractum, nequit absque iusta causa reuocari per Principem, eiusve successorem: at existenti iusta causa potest. Vt si pretio recepto priuilegium concedat, vel ob obsequium aliquod exhibitum, vel in posterum exhibendum 3

ab eo cui priuilegium conceditur. Ratio est, quod Princeps suo contractu astringatur, ac per illum sit ius plene acquisitum tertio. At iuri alteri acquisito nequit absque causa legitima præiudicari. Et ita docent *Felinus & Nouit. n.8.de iud. Alex. toto consil.101.* & maxime *n.5.volum.1. Ruinus cons.130.n.19.volum.5. Iason l.Barbarius, nu.34.ff.de offic.prætor. Bolognet in consil.3.n.16. Nauar.§.In Leuitico,not.ab.28.n.7. Ant.Gab.to.3.communium,l.3.t.de iure quæsito.concl.6.n.10.& 19. Burgos de Paz in proœmio legum Tauri n.336. Ant.Cucum l.1. instit.maior.t.6.n.110. Matienzo lib.5.recop.t.10 l.9.gl.1.n.9. & 10.* & multi alij quos hi referunt. Hanc autem iustam causam debere esse, quæ publicam vtilitatem respiciat, probat *ibi Matienzo n.11.* & eam non præsumi in Principe probat *ibid.n.16.* vbi & alios refert.

4 Hinc infertur, non posse Principem absque causa iusta reuocare priuilegium in meritorum remunerationem alicui concessum, quamuis sola gratitudinis lege remuneratio debita esset. Quod non gratis, sed per modum contractus censeatur concessum. Sic *Felin.c.Nouit. n.11.de iud.* quamuis *n.8 fin.allegato Aretino* dubitarit.

5 Secundò infertur, priuilegium non subdito concessum, & ab eo acceptatum, non posse absque causa reuocari. Quia videtur transire in contractum. Sic *Felin. eo.c.Nouit. n.8.& 10. Matienzo ea gloss.1.n.4.*

6 Est tamen conclusio limitanda. Nisi Princeps suam iurisdictionē concesserit: tunc enim potest sine causa reuocare. Quia in concessione intelligitur semper excepta superioris auctoritas. Sic *Baldus l.Qui se patrū, n.14. C.de bon. possess.vnde liberi, Felin.eo.c.Nouit.n.8.vers.Quod tamen limita. & n.9 limit.1. Peregrinus de iure fisci,lib.1 t.3.n.31.*

7 Hinc optimè dicit *Suarez 4.tom.in 3.p.disp.26.sect.3 n.3.* superiorem qui delegauit facultatem, posse suo arbitrio absque alia causa reuocare, non solum validè, sed etiam licitè per se loquendo. Quia vtitur iure suo, & quasi re propria. Subdit tamen (& bene) superiorem delegantis non posse absque causa reuocare. Quod iniuria irrogetur ipsi deleganti, priuando eum absque causa iure delegandi, quod ex sua iurisdictione ordinaria habet. Et adeo (ait) manifeste iniusta reuocatio esse posset, vt videretur nulla. Sicut si superior vellet iniustè & sine vlla causa subditum priuare munere suo, nil validè efficeret.

8 Duo tamen obseruanda sunt. Prius est, non sufficere reuocationem generalem ad censendum reuocatum priuilegium per modum contractus concessum: sed opus est expressa mentione saltem generali cuiusuis indulti concessi per modum contractus. Vt allegato *Cardinali* tenet *Suarez alleg.9.n.9. Azebedo lib.1.recop.t.3.l.14.n.42.* Et ratio est, quia non præsumitur reuocandi voluntas, quando ea tertij ius aufert. Vt latè probat *Bolognetus cons.2.n.37.*

9 Posterius est, teneri Principem ex iusta causa reuocantem priuilegium, quod in contractum transit, recompensationem facere dato æquiualenti. Vt multis citatis probant *Bolognetus cons.3.n.16. Matienzo lib.5.recop.t.10 l.6.gl.1. n.13.* & est textus expressus in hoc regno, *l.2.fin. t.1. p.2.* & ibi docet *Greg.Lop.v.Buen cambio.*

10 Atque hinc defendi anno 1600. non suspendi bullam Cruciatam anno iubilei, qui olim centesimo quoque anno concedi solebat, nunc autem vigesimo quoque quinto anno. Cuius contrarium supponit *Nauar.§. In Leuitico,notab.33.n.3.vers.Personis.* Quamuis ipsemet *not.ab.28. nu.20.* fateatur non suspendi per Extrauagantē Sixti IV. in qua is iubileus olim concedebatur. Et ratio discriminis est, quod ea Extrauagans soli communitati facultates concessas suspendat. Cum tamen bulla cruciata singularibus personis concedatur. Vt bene docet *Manuel q.regul.tom.1. q.61.a.14.vers. Tertiò.* At Gregor. XIII. & Clemens VIII. qui duos proximos huiusmodi iubileos concessere, suspenderunt quoque facultates personis singularibus concessas. Et addidit Clemens VIII. in iubileo anni 1600. se suspendere facultates etiam ad instantiam regum quomodocumque concessas, & ex quibuscumque causis. Et ita suspendi tenet etiam *Lud.Lop.to.2.instruct. in expos.bullæ Cruciatæ,c.10.* vbi de dispens. irregularitatis, *pag.850.col.2 vers.Secundo adde etiam.* Nihilominus defendi non suspendi: & nunc etiam idem sequor. Quod etiam docent *Enrig. li.7.de indulgent.c.21.n.3. Manuel in expos. Cruciatæ,§.12.n.13.* Et postea idem Clemens VIII. explicuit mentem suam non fuisse eam suspendere. Ductusque fui, quia priuilegia bullæ conceduntur per modum contractus. Vt constat ex ijs verbis, *Porque dais tanta limosna, os concedo.* Nec potest dici modica eleemosyna, quæ pro bulla contribuitur. Nam licet vnusquisque modicam tribuat, at tota summa, quæ quotannis pro bullæ eleemosyna contribuitur, excedit 800. aureorum millia. In reuocatione autem neuter Pontifex mentionem fecit facultatum per modum contractus concessarum. Nec eleemosynam contributam reddi iussit. Cum tamen vtrumque esse necessarium probauerim duplici num.præced. ad priuilegij per modum contractus concessi reuocationem. Præterea quia cum Pontifex concedat Cruciatam octauo quoque anno, vt singulis illius spatij annis publicetur, noritque quodam ex illis anno incidere iubileum pleniſſimum: censendum est mentem eius non fuisse suspendere bullam. Quippe alias frustranea esset concessio pro illo anno saltem.

Ex dictis deducitur descendendo specialiter ad dis- 11
pensationes, quando superior dispensat in lege sua cum aliquo, nulla compositione facta, sed omnino gratis posse dispensationem valide ab ipsomet reuocari absque aliqua causa. Quia ea dispensatio est quasi priuilegium concessum circa rem ipsius superioris propriam: & sicut posset denuo subditum lege illa obligare, ita potest reuocare dispensationem, per quam à lege eximitur. Dixi autem, validè, & non licitè. Quia cum ex causa dispensarit, nec res sint mutatæ (vt suppono) abusus potestatis spiritualis dispensandi in prælato esset, abs re & absque iusta causa dispensationem subdito concessam reuocare. Non tamen esset lethalis culpa, nisi casu quo dispensatio illa ita necessaria esset ad bonum subditi, vt prælatus teneretur sub lethali illam concedere, quo saluti eius spiritali consuleret.

Secundò infertur, dispensationem in lege superioris 12
factam per inferiorem casu quo potest, non posse ab ipso inferiori absque legitima causa reuocari: posse tamen ex legitima causa. Ratio prioris partis est, quia per eam dispensationem absoluit subditum à vinculo illius legis, & independenter à reuocatione voluntaria. At nequit prælatus ille inferior eam legem iterum imponere. Ratio autem posterioris partis est, quia sicut duratio illius dispensationis pendet à duratione causæ, ita vt ea cessante cessetiam pendet à reuocatione rationi consentanea facta à concedenti, ob legitimam causam superuenientem. Et pro hac parte sunt *Gloss. c.Cum ex eo, v.Septennium, de elect.in 6.& ibi Archid.paulo post princip. v.Septennium. Domin.n.8.Francus n.4.Host.sum.t.De cleric.non resid. nu.vlt. Oldradus cons.203.dub.1.n.3.Roman.singulari 517. An dispensatio,* vbi docent dispensationem ab Episcopo concessam alicui ad non residendum septennio ratione studij, minimè posse ab ipso reuocari absque legitima causa. Et quamuis non explicent minimè posse validè: id tamen credo eos sentire, idque probat ratio à me adducta.

Tertiò infertur, dispensationes in foro externo à Pon- 13
tifice concessas non posse ad libitum ab ipso reuocari, sed ex causa iusta, & tunc restituta compositione soluta per eum cum quo dispensatum est. Ratio est, quod hæ omnes dispensationes per modum contractus concedantur, soluta, nempe, compositione in Dataria Romana. In quo euentu exigi causam, ac compensationem faciendam, diximus n.3.& 9.

Demum infertur, dispensationes fori conscientiæ à sa- 14
cra pœnitentiaria concessas non posse ab ipsa absque causa reuocari: at posse ex existenti. Quia dispensat in lege Pontificis ex ipsius commissione. In quo casu diximus num.12. non posse absque causa reuocari.

DIS-

DISPVTATIO XXXIV.

Qualiter intelligantur clausulæ dispensationum, quæ in foro conscientiæ circa matrimonij impedimenta expediuntur in sacra pœnitentiaria Romana?

SVMMARIVM.

Proponuntur clausulæ dispensationum in foro conscientiæ circa matrimonia, n. 1. 2. 3. 4.

Quæ qualitates exigantur in expedituro has dispensationis literas, n. 5.

An sufficiat vt is sit Doctor in iure Cæsareo, n. 6.

An sufficiat vt publicè in academia doceat Theologiam aut ius canonicum, n. 7.

An sat sit, vt habeat licentiatus gradum, n. 8.

An sat sit gaudere magistri privilegijs iuxta sua religionis instituta, num. 9.

Quid, si communiter existimetur Doctor, cum non sit, vel gradus fuit irritus ob defectum occultum? vel est indoctissimus, n. 10.

Quale privilegium habeant religiosi aperiendi has literas, & exequendi has dispensationes, etsi ad gradum promoti non sint, n. 11.

An frustrentur valore, si aperiantur ab eo, qui gradu caret, n. 12.

An exigatur quoque vt sit is confessor ab ordinario approbatus, n. 13.

Quid, si occultè fuit revocata licentia, vel fuit irrita: & an sit per bullam eligibilis, obtinens parochiale beneficium, cuius occultè incapax est, n. 14.

An sufficiat publico academiæ testimonio eum approbatum esse, n. 15.

Quid, si sit approbatus ab Episcopo, at cum personarum limitatione, num. 16.

Quid, si approbatus ab ordinario sit valde indoctus, n. 17.

An si unus confessor vel ordinarius deneget dispensationis executionem, vel dicat esse subrepticiam, possit alius adiri: vel ipsemet mutare sententiam, n. 18.

An sat sit quod uis incontinentiæ periculum, etiam ex prauo habitu nascens, vt verificetur clausula periculi incontinentiæ, n. 19.

Clausula continens oritura scandala, vel fore vt femina innupta maneat, qualiter verificetur, n. 20.

An confessor debeat vocare testes, vel iuramentum accipere ab eo cum quod dispensandum est, vel debeat eius confessione stare, quamuis ipse contrarium confiteat, n. 21.

An sit occultè facienda hæc dispensatio, ac nullo illius testimonio date, num. 22.

An has dispensationes sint præsentanda ordinario, iuxta Trid. sess. 22. c. 5. num. 23.

An si causa in dispensatione contenta sit notoria, vel ipsi confessario constet sit examinanda, n. 24.

An sit valida dispensatio, quando causa sunt vera, at confessor veritatis ignarus eas non examinat? Refertur quædam opinio, n. 25.

Explicatur sententia Auctoris, n. 26.

Quid intelligatur per monita, & consilia opportuna, quæ iubetur confessarius præstare vt cum quo dispensandum est: & an inducant formam, ita vt eorum omisso vitiet dispensationem, n. 27.

An clausula in illegitimi dispensatione scilicet addi, Dummodo paterna incontinentia imitatore non sit, importet conditionem? eod. n. 27.

An sit necessaria confessio ad hanc dispensationem? Refertur opinio, numero 28.

Explicatur sententia Auctoris: & quid intelligatur per absolutionem, à mutatione propositi, vel in solo conscientiæ foro, n. 29.

An religiosi Societ. Iesu teneantur audire confessionem, ad expediendam dispensationem hanc virtute sui privilegij: & clausula in fine posita an referatur ad omnia præcedentia, n. 30.

An is cum quo dispensatur in voto religionis ad matrimonium, possit absque eo manere in seculo: & possit vi huius dispensationis, aut in voto castitatis, inire aliud matrimonium eo soluto, vel si id sit irritum, aut non consummatum? Et an hoc mandatum dispensandi sit dispensatio? Remittitur, n. 31.

An aliquod arbitrium relinquatur confessori circa opera & confessionem, in qua committitur ipsi vt commutet votum castitatis & religionis? Proponuntur probantia nil eius arbitrio relinqui, n. 32.

Teneatur imponere aliquas confessiones, & aliqua alia opera, n. 33.

Quantum horum operum, & electio illorum relinquitur confessoris arbitrio, n. 34.

An teneatur imponere confessionem mensruam: & possit frequentiorem, n. 35.

An satisfiat huic confessioni mensruæ si quocumq; die in singulis mensibus fiat, n. 36.

An confessionem aliquo mense omissam teneatur hic sequenti supplere, num. 37.

An satisfaciat mense, quo coincidit præceptum confitendi, vnica confessione, n. 38.

An satisfaciat confessione ad quam ex voto vel pœnitentia tenetur: possitve confessarius hanc imponere, n. 39.

An possit confessor hac ad libitum taxare: & quid in hoc arbitrio spectare debeat, n. 40.

Explicatur, qua sint opera pietatis, religionis, & pœnitentiæ, in quæ confessor commutare debet, n. 41.

An confessor teneatur dilantare literas, & parti reddita frustrentur valore, n. 42.

An parochus vel Ordinarius conscius dispensationis impetratæ in foro conscientiæ, vel ex confessione partis coram notario facta possit dissimulare, ac matrimonium permittere: atque id initum sit dissoluendum detecto impedimento? Remittitur, n. 43.

An is cum quo sic dispensatum est, teneatur à iudice rogatus fateri impedimentum: & conscij illius, ac dispensationis, teneantur id denunciare, n. 44.

Explicantur casus, in quibus potest dubitari qualiter legitimentur proles, n. 45.

Soboles ex matrimonio bona alterius fide inito, an censeatur legitima quoad vtrumque parentem: & vterque parens iure legitimi gaudeat, n. 46.

An proles suscepta ex matrim. inito cum dispensatione pro solo conscientia foro, sit legitima quoad omnia, & parentes sint legitimi in eodem foro? Et quid, si post dispensationem expeditam à confessario nata sit nondum inito matrimonio, n. 47.

An sit capax ordinum & beneficij, & sit mutua successio in foro conscientiæ, n. 48.

An hæc omnia habeat ea proles in foro externo, n. 49.

Quid, si alter ex contrahentibus eum hac dispensatione fuit ignarus impedimenti, n. 50.

Quid, si matrimonium non erat contractum, & legitimatur proles suscepta, qualiter intelligatur hæc legitimatio, n. 51.

Quando matrimonio semel invalidè inito, dispensatur in foro conscientiæ vt validè ineatur, ac proles suscipienda legitimetur, qualiter sit intelligenda hæc legitimatio? Et quid si commissarius Cruciatæ sic dispenset, & contrahentes non seruent requisita, vt eius dispensatio valeat, n. 52?

Quid si in hoc casu legitimatur proles suscepta, & an maneat legitimata non inito postea matrimonio? Remittitur, n. 53.

An confessario non legitimante maneat ea proles legitimata, & possit postea idem vel alius supplere? Remittitur, n. 54.

Occultum impedimentum in his literis an dicatur, quando non est publicum? n. 55.

An dicatur impedimentum occultum, quando res est publica, non tamen scitur esse impedimentum. Et irregularitas occulta vt in ea dispenset Episcopus, quando delictum ex quo oritur, non est publicum vt delictum, vel nescitur ex eo oriri irregularitatem, n. 56.

An sit occultum, si deductum sit ad iudicium, & reus absolutus omnino, vel à sola causa instantia, etiam falsis testibus adductis, n. 57.

Quid, si id deductum sit inique ad iudicium: vel nil parti intimatum, num. 58.

An dispensatione concessa in foro conscientiæ, vt matrim. irritum ineatur validè, sit coram parocho & testibus ineundum: ac reseinda benedictiones, n. 59.

Qualiter intelligatur clausula eius dispensationis, vt prius experiantur contrahentes an possint continenter viuere separati, vel tanquam frater & soror, n. 60.

An sit imponenda confessio mensrua vtriquet eadem n. 60.

Qualiter intelligatur clausula, vt fiant certiores de nullitate prioris consensus, n. 61.

An quando allegans ac causam, matrimonium bona fide initum fuisse, sat sit bona fides ex parte alterius? Remittitur, n. 62.

An quando est duplex impedimentum, alterum publicum, & alterum occultum, possit impetrari occulti in pœnitentiaria, & sit ibi explicandum publicum, ac possit confessarius dispensare in occulto, ante impetratam publici dispensationem? Remittitur, n. 63.

Qualiter intelligatur quod dicitur in his literis, Gratis vbique: & an possit pœnitentiarius aliquid gratis datum recipere. Et an si tacitum est impedimentum, quod semper compositione data tollitur per dispensationem: & postea impetratur dispensatio in pœnitentiaria, possit ea compositio exigi, n. 64.

OPORTET primum formam dispensationum, quæ in foro conscientiæ à sacra pœnitentiaria expediuntur, ad verbum præmittere. Et quidem in voto religionis forma communis nouissima hæc est: *Iulius Antonius miseratione diuina tituli S. Bartholomæi in insula, presbyter Cardinalis, discreto viro confessori magistro in Theologia, vel decretorum Doctori ex approbatis ab ordinario, per latorem præsentium ad infra scripta specialiter eligendo, salutē in Domino. Pro parte latoris nobis oblata petitio continebat, quod ipse alias graui morbo laborans se religionem ingressurum simpliciter vouit. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, lator prædictus ob stimulos carnis quos sentit, continenter viuere posse non speret: pro sua conscientiæ quiete, cupit votum huiusmodi, ad effectum cōtrahendi matrimonium, in alia pœnitentiæ & pietatis opera per Sedem Apostolicam cōmutari. Quare supplicari fecit humiliter sibi super id de opportuno remedio misericorditer prouideri. Nos igitur, qui pœnitentia-* 1

via D. Papa curam gerimus, ejusmodi supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica specialiter nobis commissa, discretioni tuæ committimus, quatenus si ita esse, ac Latorem stimulo carnis adeo agitatum, vt maximè dubitet continere non posse, ac propterea de eius incontinentia probabiliter timendum, per diligentem oratoris examinationem, ac post monita & consilia opportuna illi præstita inueneris: eundem à mutatione propositi absoluas, hac vice in forma Ecclesiæ consueta, iniuncta ei pœnitentia salutari: sibique votum prædictum ad hoc vt matrimonium legitimè contrahere possit, in frequentiam Sacramentalis confessionis peccatorum suorum, singulis, scilicet, mensibus semel, aut quoties tibi videbitur, & in alia pœnitentia opera perpetua per te iniungenda: inter quæ sint etiam aliqua religionis, quæ quotidie facere teneatur, ad eum finem, vt ea adimplens meminisse semper possit obligationis, quia huiusmodi voto astringebatur, prout secundum Deum ipsius animæ salutis expedire iudicaueris, dispensando commutes, in foro conscientiæ tantum. Datum Romæ.

2 Quando autē est votum castitatis: sunt hæc verba. Proposito proœmio eiusdem omnino tenoris, vt in dispensatione præced. Et proposita relatione partis, eisdem omnino verbis. Quippe non solet concedi dispensatio Romæ in his votis ad matrim. ineundum, nisi ob incontinentiæ periculum, sic incipit: *Quatenus si ita esse, ac oratorem stimulis carnis adeo agitari, vt maximè dubitet continere posse: & propterea de illius incontinentia probabiliter timendum, per diligentem oratoris examinationem, ac post monita & consilia opportuna illi præstita inueneris, eundem à mutatione propositi absolvas hac vice in forma Ecclesiæ consueta, iniuncta ei pœnitētia salutari: votumq; prædictum sibi ad hoc tantum vt matrimon. semel dumtaxat contrahere possit, dispensando commutes in frequentiam Sacramentalis confessionis singulis, scilicet, mensibus semel, vel quoties tibi videbitur: & in alia pœnitentia opera certè iniungenda, inter quæ sint aliqua pietatis opera quæ quotidie facere teneatur ad eum finem, vt ea adimplens meminisse semper possit obligationis, qua huiusmodi voto astringebatur, prout secundum Deum ipsius animæ salutis expedire iudicaueris: & cum eodem, vt matrimonium sic contrahere, & in eodem postmodum remanere, & debitum coniugale exigere licite valeat, misericorditer dispenses: in foro conscientiæ tantum: ita quod si coniugi superuixerit, maneat postea cælebs & in castitate, vtpote eodem voto, vt prius, obligatus. Quod si iterum contraxerit, & consummauerit matrimonium, aut vnquam extra matrim. fornicatus fuerit, sciat se contra huiusmodi votum actum. Datum Romæ.* Aliquando solet in literis omnibus, quæ in foro conscientiæ expediuntur addi clausula, vt lanientur, nec restituantur parti, sub pœna excommunicationis latæ sent. Aliquando vero cum pœna, vt literæ non valeant: vt referam num. seq. fin.

3 Quando autem est dispensatio in affinitate ex fornicatione occulta ad ineundū matrim. tenor cōmissionis post propositam præfationē eiusdem omnino tenoris, vt in duplici præc. & post propositam narrationem causarum, sic se habet: *Discretioni tuæ committimus, quatenus si est ita, dictum Latorem à præmissis absolvas hac vice in forma Ecclesiæ consueta, iniuncta eidem pro modo culpæ pœnitentia salutari, & aliis quæ de iure fuerint iniungenda, dummodo impedimentum inde proueniens occultum sit cum eodem latore, quod præmissis non obstantibus matrim. cum dicta sorore, & vtroque inter se seruata forma Trident. cōtrahere, & in eo postmodū remanere licite valeant, iure dispenses: prolem suscipiendā exinde legitimam nunciando, in foro conscientiæ tantum. Ita quod huiusmodi absolutio & dispensatio Latori in foro iudiciario nullatenus suffragetur. Nullis super his testibus adhibitis, aut literis datis seu processibus confectis, sed prosecutionis laniatu. Quas laniare teneatur, neque latori restituat, quod si restituerit, nihil illi præsentes litere suffragentur. Datum Romæ.*

4 Quando autem dispensatur in foro conscientiæ in matrim. inito, cum impedimento affinitatis occulto ex fornicatione, post propositum proœmium eiusdem tenoris, ac narrationem causarum, clausula commissionis sic se habet: *Discretioni tuæ cōmittimus iniuncta eorum cuilibet pro tam enormi libidinis excessu grani pœnitentia salutari, ac confessione Sacramentali peccatorum suorum singulis, scilicet, mensibus, vel quoties animarum suarum saluti expedire iudicaueris, & aliis, quæ de iure fuerint iniungenda: quodq; diligenter experiantur, an sint scandalo posint separari. Quod si fieri poterit, fiat omnino. Sin autē fieri non poterit, saltem experiantur an cohabitantes tamquā frater & soror, continenter viuere valeant. Quod si neutrum fieri valeat, & ex cohabitatione incontinentiā, ex separatione vero scandala oriri posse tibi visū fuerit, cū ipsis Latoribus de nullitate primi consensus certioratis sed ita caute, vt si illa adhuc ignoraris, latens delictum nusquam detegatur, dispensa, vt matrimoniū secreto inter se contrahere valeant: prolem susceptam si qua sit, & suscipiendam exinde, legitimam decernendo in foro conscientiæ tantum.*

Prima ergo clausula, communis omnibus dispensatio- 5
nibus his, continet qualitates personæ, cui earum executio delegatur. Petitque duplicem in delegato qualitatē. Prior est, vt sit Doctor in iure Canonico, vel magister in Theologia. Quod est idem quod in ea Doctor: in aliquibus enim vniuersitatibus ad Doctoratū in Theologia promoti appellantur Magistri, in alijs vero Doctores. Posterior est, vt sit confessor approbatus ab ordinario.

Hinc deducitur, non sufficere, vt sit is Doctor in iure 6
Cæsareo. Quia clausula expresse petit, vt sit decretorum Doctor. Neque DD. in iure Cæsareo solo ea iuris Canonici notitia pollent, iuxta quam dispensationes hæ regendæ sunt: ac Doctores in iure Canonico.

Secundò deducitur resolutio eius quæstionis. An pos- 7
sint dispensationes has expedire, qui publice in academia aliqua Theologiam aut ius Canonicum docent. Posse enim quis partem affirmantem sibi suadere. Quod hi DD. appellentur, *l. Medicos, in fin. C. de professorib. & medicis, l. 10.* Cum enim tunc nondum essent Doctorum gradus, necessario is textus Doctorum nomine vtens, intelligendus venit de docentibus. Quod ex multis probant *Bocca de iurepe debitore, c. 16. n. 131. & 132. Gutier. quæst. pract. lib. 1. q. 22. n. 1.* Cæterum dicendum est, id non sufficere, sed exigi, vt ad eum Doctoris vel magistri gradum prouecti sint. Quod in communi loquendi modo soli hi DD. vel magistri vocentur: nec voluit pœnitentiarius has dispensationes committere: nisi solis insignitis hoc gradu. Quia publicum academiæ testimonium suę peritiæ habent. Alij autem docentes vocantur improprie DD. Præterea, quia si sub eo nomine vellet docentes publice comprehendere, appellaret in vtraque facultate magistros. Cum ergo distinxerit appellis Doctorem in iure Canonico: & magistrum in Theologia, colligitur aperte ea verba ad gradum in his facultatibus pertinere. Tandem, quia sicut statutum est in *c. Statutum, de rescript. in 6.* ne commissiones in foro externo, à Pontifice eiusve legato manantes, fiant nisi personis in dignitate constitutis. Quia talis decet esse delegatos Papæ, eiusve legati. Ita vult sacra pœnitentiaria, vt eius delegati sint in hac dignitate, vt ad hos gradus sint promoti.

Tertiò deducitur, quid dicendū sit in ea quæstione: An 8
promoti ad gradum licentiatus in his facultatibus possint dispensationes has exequi? Et posse videntur, quod existens in potētia actui propinqua videatur in ipso actu existere, *l. penult. ff. de mil. testam.* At licentiatus est doctoratui proximus, ad eumq; obtinendum licentiam habet ratione huius gradus. Qua ratione licentiati sub Doctorū nomine in fauorabilibus comprehenduntur. Vt docent *Bald. l. 1. §. Dotis, n. 9. ad fin. ff. solut. matrim. Alex.* dicens esse communem sent. *l. Mulier, §. Non est dubitandum, n. 2. ff. ad Trebel. Domin. in proœmio sexti, v. Bonifacius Episcop. n. 10. & ibi Franc. n. 2. Felin.* alios allegans *in proœmio decret. §. Gregorius Episcopus, n. 18.* At hoc fauorabile est. Cæterū existimo non posse. Quod expresse petatur promotio ad gradū doctoratus vel magisterij ratione dignitatis in ijs gradibus reperta, qui in his facultatibus supremū locū occupant (vt n. præc. in fine diximus.) At quæ ratione dignitatis Doctoribus conceduntur, non porriguntur ad licentiatos in his facultatibus. Vt optimè docuit *Ripa l. Centurio, num. 18. ff. de vulgari*, afferens sent. communem docentem in fauorabilibus Licentiatos nomine Doctorum comprehendi, intelligi quoad priuilegia concessa Doctoribus ratione exercitij: secus quoad concessa ratione dignitatis Doctoratus.

Qua-

Quare *Roman. consil.* 333. *num.* 8. & 10. asserit Licentiatos non posse Doctorum prærogatiua vti. Quippe potior est actu in dignitate constitutus, qualis est Doctor, quam facultatem vt in ea constituatur habens, qualis est Licentiatus, *l.* 1. *C. de consulib. l.* 10. Pro hac etiam sent. facit doctrina *Baldi l. Athleta, initio ff. de succeff. tutor. & l. penult. num. vnic. ff. de teft. milit.* qui in priori loco ait Licentiatos non gaudere Doctorum priuilegijs: in posteriori autem, Licentiatum promouendum statim in Doctorem, non reputari Doctorem, atque ideo potestatem, quæ Doctorem assessorem afferre tenetur, non satisfacere afferendo hunc. tandem, quia si fundamento contrario staretur, dicendum quoque esset scholares posse has dispensationes expedire. Quia in fauorabilibus pro Doctoribus habentur: vt ex *Bartolo* & alijs probat *Alexand. d. l. Mulier, §. Non est dubitandum, n.* 3.

9 Quartò infertur, non posse dispensationes has expediri per regulares, qui iuxta suorum ordinum instituta quibusdam magistrorum priuilegijs fruuntur, ac magistri appellantur, nisi ij verè ad magisterij gradum in aliqua Academia promoti sint. Quod ad hos rescripta hæc dirigantur ob publicum illud Academiæ testimonium.

10 Quintò infertur, frustrari dispensationes has suo effectu, si eas expediens non sit verè dicto gradu insignitus, quamuis communi errore Doctor existimetur. Secus tamen esset, si reuera esset eo gradu insignitus, quamuis indoctissimus esset, ac gradus esset irritus ob defectum occultum. Ratio est, quia in priori euentu non prodest communis error, nec locum habet dispositum in *l. Barbarius ff. de offic. prator.* eo quod deficiat titulus collatus à potente conferre. Quem necessarium esse, vt gesta ratione communis erroris valeant. probaui lib. 3. disp. 22. nu. 49. At in posteriori adfuit titulus quamuis ob vitium communiter ignoratum irritus. Nec obstat officium doctoris non esse publicum: vt probaui eadem disp. 22. n. 39.

11 Monuerim tamen posse Sacerdotes Soc. Iesv designatos per Generalem, aut eius licentia per alios superiores eiusdem Societ. & à locorum ordinarijs approbatos, vel approbandos, etiamsi nullo gradu sint insigniti, has literas sacræ pœnitentiariæ Doctoribus vel magistris destinatas, & auditis confessionibus recurrentium ad ipsos, imposita illis pœnitentia in literis expressa, vel de iure infligenda, eos absoluere, ac in foro conscientiæ quascumque sibi verbo, vel scripto commissas absolutiones, dispensationes, & pœnitentiarum iniunctiones excipere & exequi, ex priuilegio Gregorij XIII. concesso die 3. April. anni 1582. cuius mentio fit in *compendio priuileg. Societ.* Iesv, *verbo Confessarius, num.* 3. vbi P. N. Generalis addit, omnes superiores Societ. approbatos ab ordinario posse vti hac concessione: & omnes alios confessarios eiusdem Societ. quos ipsi ad id deputauerint. Non exigitur autem, vt ante hanc licentiam superioris sint approbati ab ordinario, sed satis est, vt approbentur antequam literas expediant. Et hoc sonant ea verba, Approbati, vel approbandi. An vero sit necesse, vt audiant prius confessionem, dicemus num. 30. Religiosi etiàm alij mendicantes & qui eorum priuilegijs fruuntur, vt per communicationem potiantur hoc priuilegio, debent esse necessario à suis Generalibus designati, vel de eorum licentia ab alijs superioribus. Quippe alias quidquid egerint, erit irritum. Quia hoc priuilegiũ hanc conditionem petit. Sic *Manuel quæst. regularibus tomo* 1. *q.* 63. *art.* 8. *fine.*

12 Tandem circa hanc conditionem aduerte esse errorem vulgi, existimare literas has suo effectu frustrati, quod apernantur ab eo, qui gradu in eis petito insignitus non est. At id omni fundamento destituitur. Quia ea qualitas in solo exequuturo dispensationem petitur.

13 Posterior conditio est, vt Doctor ille in iure canonico, vel magister in Theologia sit confessor ab ordinario approbatus. Quæ eadem approbatio petitur in bulla Cruciata, & iubileis, concedentibus facultatem eligendi confessoris. Qualis autem debeat esse hæc approbatio cum alijs ad eam pertinentibus, longiorem tractatum expostulat, nec pertinet ad præsens, sed potius ad tractatum de pœnitentia, vel expositionem bullæ Cruciatæ. De qua re consulendi sunt *Suarez de pœnitent. disp.* 28. *tota sect.* 6. & 7. *Petr. de Ledesma sum. Sacram.* vbi de pœnitent. *cap.* 13. *Manuel in bulla Cruciata, §.* 9 *à n.* 1. & *addit. ad eundem §. Enriquez l.* 6. *de pœnit. c.* 6. & *l.* 7. *de indulg. c.* 12. *Gutier. q. can. l.* 1. *toto c.* 27. *Lud Lop. 1. p. instruct. tract. de indulg. cap* 8. Quatuor tantum quæ frequentius in praxim incidunt animaduertam.

14 Primum est, si semel approbatus ille sit ab ordinario, quamuis esset occultè reuocata licentia audiendi confessiones, ita vt illius reuocationis sit communis error, erit sufficiens ad expediendas has dispensationes. Et similiter satis esset, quamuis licentia illa esset irrita ob defectum occultum, & communiter ignoratum;. Et similiter si ob similem defectum sic communiter latentem collatio beneficij parochialis huic facta esset irrita. Secus si absque vllo titulo intrusus esset ille ad audiendas confessiones, vel in id beneficium. Ratio est, quia in priori casu est titulus publicus, & illius nullitas vel reuocatio sunt occulta. Quare valebunt tunc gesta, iuxta *l. Barbarius. ff. de offic. prator.* & satis probaui l. 3. disp. 22. n. 39. & 58. in posteriori autem, deficit titulus, quem esse necessarium probaui ea disp. 22. n. 49. Vnde non intelligo quo fundamento nitens *Petr. de Ledesm. sum. Sacram.* vbi de pœnitent. *c.* 13 *post.* 1. *concl. dub.* 3. ait eum, cui beneficium parochiale confertur, cuius ob vitium occultum incapax erat, valide audire confessiones, non tamen esse eligibilem per bullam. Atque ita tenendum censeo eum esse per bullam eligibilem: & similiter si priorem conditionem gradus petiti habeat, esse aptum ad has dispensationes expediendas. Quia ea nullitas occulta nullum valori gestorum impedimentum præstat (vt proxime dixi) atque ita, quoad hæc censendus est, ac si legitimum titulum haberet. Alias nec validè posset audire confessiones. Quæ constant ex traditis disp. 22. per totam, & maximè n. 39. & 58. Quod si quæras, an valeant etiam gesta respectu scientium id impedimentum occultum? Hoc & alia ad hanc rem spectantia sunt discussa ea disp. 22.

15 Secundum est, constat non sufficere, vt expediturus has dispensationes sit publico alicuius Academiæ testimonio approbatus, nisi ab ordinario approbetur. Quamuis enim non defuerint viri grauissimi, qui, vt ille possit audire confessiones. & eligi per bullam, censuere id testimonium sufficere. Vt potest videri in *Enriquez l.* 6. *de pœnit. cap.* 6. *num.* 2. vbi in commento, *lit.* E. eos refert. Atque merito ab illis in hoc discedit. At quoad exequendas has dispensationes non potest de hoc dubitari. Quia expresse vltra testimonium approbationis Academiæ, quod per gradum doctoratus vel magisterij datur, petitur in his literis approbatio ordinarij.

16 Tertium est, quamuis sub iudice sit an approbatus ab Episcopo cum limitatione personarũ, non defectu scientiæ, sed ratione ætatis, quod iuuenis sit: quod contingit dum approbatur ad audiendas solas virorum confessiones, sit per bullam aut iubileum eligibilis à feminis, vt ipsi fateantur. Quidam enim affirmant: vt sunt *Enriquez li.* 6. *de pœnit. c.* 6. *num.* 8. & dicens esse probabile *Petr. de Ledesma sumum. Sacram.* vbi de pœnit. *c.* 13. *post* 1. *concl. dub.* 8. Alij verò negant posse eligi, nisi à solis masculis. Sic *Manuel* 1. *tom. sum. in* 2. *edit. c.* 60. *n.* 4. *conclus.* 4. & dicit probabile *Petrus de Ledesm. eod dub.* 8. Quod etiam tenere videtur *Suarez to.* 4. vbi de pœnit. *disp.* 28. *sect.* 7. *num.* 3. ait enim approbatum limitate ab Episcopo, solum posse eligi ab illis, respectu quorum approbatus est. Alij verò ad neutras confessiones hunc esse eligibilem tuentur. Quod non sit absolutè ab ordinario approbatus, quod bulla petere videtur. Ita quidam quos tacito nomine refert *Pet. de Ledesm. eod. dub.* 8. dicens id esse probabile. Quamuis (inquam) hoc ita sit: existimo tamen hunc eligi posse ad expediendas dispensationes has, siue viris siue feminis concessas. Quod in eis literis, dum petitur in expedituro approbatio ordinarij vna cum gradu doctoratus vel magisterij, spectetur po-

tius scientia,ac rerum moralium peritia ad earum expeditionem. At hic vtrumque suæ scientiæ testimonium habet. Quod eo vel maximè tutum est, quia probabile est censeri quoque hunc sufficienter approbatum,vt per bullam possit ad vtriusque sexus confessiones eligi.

17 Vltimum est,quantumcumque indoctus sit Doctor ille,si approbatus sit ab ordinario, poterit validè dispensationes has expedire. Quia vtramque conditionem in eis petitam habet. Sicut etiam veram habet iurisdictionem ad audiendas confessiones, & potest eligi per bullam. Vt bene docent *Petrus de Ledesm.sum.Sacram.* vbi de pœnitentia,*cap.13 posit 1.conclus.dub.vlt. Manuel in bulla Cruciata*,§.9. *num.* 4 Quamuis alia ratione posset esse confessio irrita: nempe, ob peccatum quod admitteret confitens, si illius ignorantiæ conscius illi fateretur.

18 Vtrum autem vnò confessore negante dispensationem, quod iudicet eam subreptitiam,possit adiri alius confessarius,vel ipsemet retractare sententiam: idemque contingat in ordinario? dixi disp.27.n.38.& duplici sequ.

19 Secunda clausula est,in qua continetur causa dispensationis, nempe, timor incontinentiæ: cuius verba retuli n.1.& 2.Circa quam monuerim non quascumque carnis tentationes sufficere, nec quodcumque lapsus in eas periculum,vt ea clausula verificetur: nec sat esse timorem vnius vel alterius lapsus: sed exigi maximum frequentis lapsus periculum, ita vt ea persona possit dici viuere incontinenter.Quod constat ex ijs verbis clausulæ, *Continenter viuere posse non sperat.* Quæ habitum incontinenter viuendi important.Et ex illis positis paulo inferius: *Quatenus si ita esse.ac oratorem stimulis carnis adeo agitatum, vt maximè dubitet continere posse: & propterea de illius incontinentia probabiliter timendum sit.* Vbi maximum petitur periculum. Item, quia pati graues carnis stimulos, & periculum vnius vel alterius lapsus non præbet iustam dispensandi in his votis causam (vt probaui disp.20.nu.18.& 20.) Non tamen exigitur, vt ex mera fragilitate periculum hoc procedat: sed satis si vel ex ea,vel ex prauo habitu consurgat(vt probaui eadem disp.20. n.19.) Quia nec literæ huius dispensationis distinguunt, ex qua causa periculum pullulet.

20 Quando autem continentur aliæ causæ,vt oritura scandala,vel feminam innuptam mansuram, dicemus disp.sequenti,vbi causæ solitæ allegari ad dispensationem in foro externo enodabuntur.

21 Tertia clausula continet, qualiter confessarius debeat verificationem causæ indagare, ibi: *Si ita esse per diligentem oratoris examinationem, ac post monita & consilia opportuna illi præstita inueneris.* Ex huius clausulæ priori parte colligitur, teneri confessarium diligenter examinare veritatem precum,non receptis testibus, sed ipso solo cum quo dispensaturus est examinato.Quod constat ex illis verbis: *Per diligentem oratoris examinationem.* Item,quia cum hæc dispensandi facultas committatur in solo secretissimo conscientiæ foro,illius fori legibus aptari debet.Quæ sunt,vt confessioni pœnitentis integra fides habeatur. Sic docet *Gallego de cognat.spirit.c.23.n.2.* Qua ratione nec iuramentum de veritate dicenda petendum ab eo est. Cum tamen non in omnibus absolutioni Sacramentali assimiletur, in qua est omnino iudicium ferendum iuxta pœnitentis confessionem: si confessarius norit aliunde quam ex confessionis Sacramento preces allegatas in ea dispensatione esse falsas,aut tacitam veritatem necessario explicandam, non debet dispensare,quamuis pœnitens eas veras esse asserat. Quod bene docet *Gallego eod. num.* 2. Quando autem ex sola confessione Sacramentali falsitatem nosset,satis diximus l.3.tota disp.16.

22 Hinc deducitur, dispensationem hanc occulte faciendam,nullo dispensationis testimonio dato,nec vocatis notario aut testibus. Quod pro solo conscientiæ occulto foro concedatur. Vt in simili de dispensatione commissarij pro eodem solo foro diximus disp.6.n.27.

23 Secundò deducitur intellectus ad *Trident. sess.22.c.5 de reform.* vbi decernitur dispensationes nullius fore momenti, nisi ordinario eas impetrantis præsententur. Id enim decretum de solis concessis pro foro externo accipiendum est. Quippe impetratæ pro foro conscientiæ soli confessario,cui diriguntur, sunt præfentandæ. Quod ipsa praxis testatur. Et ita docet *Emmanuel Sa summ. verb. Dispensatio,n.5.*

Tertiò deducitur,non opus esse hac examinatione ve- 24
ritatis,quando ea est notoria.Propter ea, quæ adduximus disp.17.num.12.Imo nec ipsi confessori dispensaturo, sit certa ea veritas causæ allegatæ, opus est examinatione. Quod hæc eo solum pertineat, vt confessor de veritate certior fiat.

Sed quæres, an si confessarius nec examinatione præ- 25
missa, nec conscius veritatis causæ allegatæ, dispensationes has exequatur, validæ sint, si causa in eis allegata erat vera? Pars affirmans suaderi videtur, quod dixerimus disp. 17. num. 11. valere dispensationem concessam ab eo,cui dispensandi potestas commissa est, quando aderat causa legitima, quamuis ipse iniquè dispensarit, eius cognitione non præmissa. Et confirmatur ex *l. Regula est, 9.in princ.vers.Qui ignorauit, ff. de iuris & facti ignor.* vbi dicitur ementem à vero domino, credentem se à non vero domino emere, effici dominum: & redditur ratio his verbis: *Plus in re est,quàm in existimatione mentis.* Secundò,quod clausula,Si ita est,sit forma iure communi inducta, ac tacitè subintelligitur, licet non exprimatur *cap. 2. de rescript.* ibi: *In eiusmodi literis intelligenda est hac clausula,Si preces veritate nitantur, etiamsi non apponatur.* At expressio eius,quod tacitè inest, nec formam, nec conditionem importat, atque eius omissio nō irritat actum (vt late probauimus l.3. disp.33.nu.3.) Ergo omissio examinationis veritatis precum non reddet nullam dispensationis expeditionem factam à confessario.Tandem quia *Lapus allegat.15. nu.7.* &, quamuis non ita expresse,*allegat.60.num.2. adiunctum 3.* ait clausulam, Si inueneris preces veritate niti, in rescriptis appositam,non importare conditionem, sed monitionem quandam, ac præceptum examinandæ veritatis: secus si dicatur,Si tibi constiterit.Et ita *Enriq. l.12.de matrim.cap.3. fine*, ait hanc clausulam dispensationum, Si preces veritate nitantur, non habere vim conditionis, sed monitionis cum instructione & præcepto quodam. Sicut (ait *in commento finali*) quando bulla Cruciata concedit absolutionem satisfacta parte.At in hoc euentu diximus lib.3.disp. 33.nu.3. valde probabile esse non irritari absolutionem,si partis satisfactio omissa sit

At dicendum omnino est, eam clausulam importare 26
conditionem & formam:& sic non validam fore hanc dispensationis exequutionem, quantumuis preces sint in se veræ, si confessarius non cognita sibi earum veritate dispenset. Ducor,quia longe diuersa sunt hæc verba, Si ita est, aut si preces veritate nitantur, dispensa: & hæc, Si per diligentem examinationem inueneris ita esse, aut preces veritate niti, dispensa. Quod in priori casu sit clausula iure communi intellecta: vt probant adducta num. præced. Atque ita eius expressio non inducit formam nec conditionem. At in posteriori, cum alio modo expressio fiat, quam iure inerat, inducit formam & conditionem.Iure enim tantum ineat,Si preces veritate nitantur:at in nostro casu additur: Si per diligentem examinationem iueneris ita esse, vel preces veritate niti. Quæ ex multis latè probauimus lib.3.disp.33.num.4.constituentes eandem differentiam inter hæc verba, Confer beneficium Titio,si est idoneus: & inter hæc, Si eum idoneum esse inueneris. Et vltra ibi allegata, pro hac parte est *Rald. l.Neque natales*, 10. *num.7.C. de probation.* vbi ait, si scribatur sub ista conditione: Prouideas tali si repertus sit idoneus, (quamuis enim dicat, Si sit idoneus, est error typographi,& debet dicere,Si repertus sit idoneus: vt constat ex ratione, quam ibi subiungit, & ex antecedentibus: & annotauit *Felinus cap. fin. num. 33. de præsumpt.*) licet idoneum esse sit qualitas naturalis, ac proinde præsumatur: at propter adiunctam conditionem causæ cognitionis, causa

causa non cognita minimè valere prouisionem. Quod non sit seruata commissionis forma. Quotiescumque enim deliberatè procedi debet, non sufficit rem ita esse: vt colligitur ex *l. Eum qui duabus, 51. §. Filius familias, ff. de acquir. hæredit.* vbi filius mandato accepto à patre hæreditatis adeundæ, si eam idoneam debitis soluendis comperisset, adijt non explorando, an idonea esset: & decidit textus ex tali additione patrem non mansisse obligatum. Quam eandem differentiam tradit *Oldrad. consil. 41. nu. 1.* Nec obstat sententia Lapi allegata num. præced. nullam constituentis differentiã inter hęc verba, Si ita est, vel si ita inueneris esse. Nam *Mandosius in addit. ad eam allegat. 15. Lapi, littera F. & apostilla 1. ad cons. 218. Alexandri, Visis verbis, vol. 2.* dicunt id non esse probabile. Atque ita in proprijs terminis tenet hanc sententiam *Gutierr. q. canonic. lib. 2. c. 1. num. 112.* dicens hæc verba in dispensationibus posita inducere formam & conditionem, cuius omissio irritat. Et ex his constat solutio rationum contrariarum, quas num. præcedenti adduximus.

27 Demum circa hanc clausulam dubitari potest circa ea verba: *Post monita & consilia opportuna illi præstita inueneris*, quæ sint monita hæc ac consilia, & an inducant conditionem & formam? Videntur enim eam importare, quippe sunt pars clausulæ, in qua conditio & forma continetur, ibi: *Si ita esse per diligentem latoris examinationem, ac post monita & consilia opportuna illi præstita inueneris.* Et vtrumque petitur cum dictione coniunctiua, &, ergo vtrumque est forma. Item, quia vbicumque est prius, & posterius, ibi est ordo substantialis & forma: vt tradit *Felinus, cap. Cum dilecta, num. 6. in 6 signo, de rescript.* At in hac commissione monita debent præcedere expeditionẽ dispensationis. At credo consilia hæc & monita esse, monere eum cum quo dispensandum est, vt sincerè veritatem explicet, significando ei quantum illius interfit, ne dispensationis valore frustretur. Quod inde mihi persuadeo, quia clausula ait: *Si ita esse post monita & consilia opportuna illi præstita inueneris.* Vbi pondero iungi hæc monita cum veritatis inuentione, & addi monita opportuna. Ad veritatis autem inuentionem, ex partis confessione accipiendæ, nullum aliud consilium opportunius est: imò quodcumque aliud abs re omnino esset & importunè præstitum. Et similiter omnino mihi persuadeo ea verba non inducere formam, sed solam instructionem quandam confessarij, qualiter se debeat habere, vt de veritate certior fiat. Nec obstat hæc verba iungi cum alijs importantibus formam. Quia cum non contineant substantiam formæ, quæ in cognoscenda veritate consistit, sed accidens quoddam & instructionem, vt faciliùs ea cognoscatur, signum apertum est non importare formam. Quare omissio illorum consiliorum non irritabit exequutionem dispensationis. Nec credo confessarium omittentem ea præstare, reum fore alicuius culpæ, si tamen in diligenti veritatis examine non deficiat. Quod ea verba præceptum non importent, sed instructionem quandam ac monitionem. Nec obstat etiam ordinem importare formam. Quippe id verum est, quando continet quid substantiale & magni momenti, cuius omissio graue præiudicium pareret. Secus quando actus præuius non est tanti momenti, & concernit præparatoria, seu præludia iudicij. Vt bene docet multa allegans *Felinus dict. cap. Cum dilecta, num. 6. in 3. & 6. signo.* Hoc autem contingit in præsenti casu: quia consilia præstantur, vt præludia quædam ad iudicium examinis veritatis precum, nec sunt magni momenti. Tandem per eam clausulam non induci formam constat. Quia in dispensatione cum illegitimo addi consueuit hæc clausula: *Dummodo paterna incontinentia imitator non sit.* Et tamen cum multo magis formam conditionis habeat non est conditio, sed instructio, & proinde eius defectus non vitiat dispensationem: vt bene tradunt citata Rotæ decisione *Iacob. de Puteo, decisione 256. num. 1. l. 1. Felinus cap. 2. num. 6. de rescript. Mandosius in signatura gratiæ, titul. Dispensationes super defectu natalium, col. 2. vers. Sed aduertendum est.*

Tertia clausula relata num. 1. est, *Eundem à mutatione propositi absoluas hac vice in forma Ecclesiæ consueta, iniuncta ei pœnitentia salutari.* Quæ clausula eisdem verbis continetur in dispensatione voti religionis & castitatis: vt constat ex vtriusque tenore, relato num. 1. & 2. Circa cuius clausulæ intellectum non leuis est difficultas. Quæ absolutio à mutatione propositi sit hæc, & qualis pœnitentia iniungenda? Cum enim propositi mutatio ex iusta causa facta, procurandoque dispensationem, omni prorsus culpa vacet: nulla absolutio aut pœnitentia est necessaria. Rursus est dubium, an sit necessarium dispensationi huic expediendæ audire confessionem eius cum quo dispensandum est? Idque opus esse suadetur primo. Quia in ea petitur, vt dispensaturus sit confessor approbatus ab ordinario: & ipsi iniungitur vt absoluat eum hac vice in forma Ecclesiæ consueta, iniunctaque salutari pœnitentia. Quæ omnia soli Sacramentali confessioni aptari possunt. Secundo, quia in harum literarum fine dicitur eas pro solo conscientiæ foro concedi. Sicut ergo dispensationes concessæ pro foro externo expediuntur iuxta illius fori terminos, ita concessæ pro foro conscientiæ expediendæ sunt iuxta huius fori legem, quæ est, vt audiatur confessio. Tandem, quia hæ dispensationes committuntur confessori, vt iudex est in foro interno. Sicut dispensationes pro foro externo committuntur officialibus diœcesanis, vt externi fori iudices sunt. At confessor non est iudex in foro interno, nisi audiat confessionem. Nullo enim alio tribunali potitur.

Quamuis autem exigi confessionem probabile sit: at 29
mihi probabilius est contrarium. Ducor, quod, licet ea verba importarent absolutionem Sacramentalem, non ponantur per modum conditionis, vt ex eorum tenore constat. Non enim ponuntur cum particula aliqua conditionem denotanti, qualis est, si, dummodo: nec per ablatiuum absolutum. Quia ille ablatiuus absolutus, *Iniuncta pœnitentia salutari*, non iungitur facultati dispensandi, sed absolutioni Sacramentali: si ea verba, *à mutatione propositi eum absoluas*, eam important. Quare conditionem non importat: eo quod iure inest: in omni enim confessione Sacramentali est pœnitentia iniungenda. Et confirmatur, quia si pœnitentiarius committens has dispensationes vellet præmittendam necessario confessionem Sacramentalem, id claris verbis explicaret, dicens Audita confessione. Secundo, quia aliud importat conscientiæ forum, & aliud pœnitentiæ forum. Hoc enim est solum forum Sacramentale. Illud autem tantum, vt distinguitur contra forum externus. Quod optimè significat *Præpositus. cap. Præterea, el 2. num. 5. de sponsal.* dicens triplex esse forum, quoddam contentiosum, quoddam pœnitentiale, aliud vero quasi pœnitentiale, quod est medium inter hæc. Quare optimè dixit *Manuel quæst. regular. tom. 1. quæst. 61. art. 10.* facultatem absoluendi in foro pœnitentiæ intelligi intra confessionem: secus de facultate absoluendi in foro conscientiæ. Cum ergo non habeatur in his literis facultatem exequendi has dispensationes committi in foro pœnitentiæ, sed in foro conscientiæ, non desiderabitur confessio. Tertiò, quia rationes contrariæ id non probant. Non prima, quia petitur expediturum esse confessorem approbatum ab ordinario, non eo quod necessario auditurus sit confessionem: sed quia, vt sciat expedire exigitur scientia: & cum hæc non constet sacræ pœnitentiariæ duplex illius testimonium petit, alterum Academiæ conferendo illi gradum Doctoris aut Magistri: alterum autem ordinarij, illum approbando, vt confessorem idoneum. Præterea, quia in his literis duplex potestas committitur confessario, altera absoluendi à mutatione propositi, si fortè ea culpa fuit transgrediente vouente promissionem: & ad hoc est necesse eum esse confessorem. At in nullis huius concessionis verbis ponitur tanquam conditio necessaria vt confessor hic hanc absolutionem præmittat. Sed sensus huius clausu-

læ est si fortè is cum quo dispensandum est in voto, tibi transgressionem eius fassus fuerit, absolue eum hac vice in forma Ecclesiæ consueta, iniuncta ei pœnitentia salutari. Sed dices, vt quid commissio hæc? Respondetur, quia forte voti transgressio poterat esse reseruata in ea diœcesi. Nec obstat etiam secunda ratio. Quia concedi aliquid pro solo conscientiæ foro non est restringere, vt intra confessionem exerceatur. Vt optimè docet *Nauar. l. 5. consil. in 2. edit. tit. de priuilegijs, consil. 11. num. 2.* vbi ait verba hæc, Absolue in solo conscientiæ foro, non importare, vt absolutio sit in solo pœnitentiæ foro, sed vt nullatenus pro foro externo prosit. Atque ideo *idemmet Nauarr. summ. cap. 27. num. 41.* cum *D. Antonino 3. p. titul. 24. cap. 7. in fine principij.* tuetur iudicem nondum Sacerdotem posse absoluere ab excommunicatione in foro conscientiæ: cum tamen sit incapax audiendi confessiones. Atque hoc idem docet *Emanuel Sa summ. verb. Excommunicatio*, vbi de absolutione ab ea, *num. 1.* vbi ait facultatem habentem absoluendi vel dispensandi in foro interiori, posse id extra confessionem exequi. Quod etiam inde constat: quia Episcopis concedit *Tridentinum sess. 24. de reformat. cap. 6.* absoluere in solo conscientiæ foro à quibuscumque catibus occultis. Et tamen praxis habet, vt extra confessionem absoluant. Idque eos posse affirmat *Nauarr. consil. 11. num. 2. proxime allegato.* Nec verum est, legem fori interni esse, vt solum intra confessionem res fiat: sed vt vel intra confessionem, vel non publicè adhibitis testibus & notario, ne prosit pro foro externo. Nec obstat vltima ratio. Quia cum sit triplex forum, (vt proximè diximus) confessarius in solo Sacramento est iudex in foro pœnitentiæ: at in foro conscientiæ est iudex extra Sacramentum, quoties vel ratione bullæ vel alterius priuilegij absoluit extra confessionem ab excommunicatione in solo conscientiæ foro: vel commissam sibi dispensationem in eodem foro expedit. Sicut Episcopus absoluens in foro conscientiæ à censuris occultis sibi concessis in *Tridentino d. cap. 6.* est iudex in foro interno, quamuis extra confessionem absoluat. Et ideo sententiam hanc in proprijs terminis tenet *Gallego de cognat. spirit. cap. 23. num. 2.* & eandem tenuere aliqui viri docti à me consulti. Ex dictisque constat ad duo, num. præced. petita: nimirum, qualis sit absolutio à mutatione propositi: & qualis pœnitentia: & an requiratur confessio.

30 Maior autem difficultas est an confessarij Societ. Iesv, & alij regulares, qui cum nullo gradu insigniti sint, ex priuilegio relato num. 11. expediunt has dispensationes, possint id extra pœnitentiæ Sacramentum exequi? Ratio autem dubitandi est, quia in bulla Gregorij XIII. in qua id priuilegium conceditur, expresse dicitur: *Confessionibus auditis*, & cum sit ablatiuus absolutus, importat conditionem, *l. A testatore, ff. de cond. & demonstrat.* At existimo non esse necessariam confessionem Sacramentalem. Quia ille ablatiuus absolutus, *Auditis confessionibus*, refertur ad absolutionem Sacramentalem à peccatis, & non ad dispensationes: vt constat ex ijs priuilegij verbis: *Literas huiusmodi aperiendi, confessionibusque fidelium ad ipsos recurrentium auditis, & imposita salutaris in illis expressa, vel de iure infligenda pœnitentia absoluendi: ac in foro conscientiæ quascumque sibi verbo vel scriptis commissas absolutiones, dispensationes, & pœnitentiarum iniunctiones excipiendi & exequendi licentiam & facultatem tenore præsentium concedimus.* Et confirm. quia similiter in eisdem religiosorum priuilegijs conceditur illis facultas, vt auditis confessionibus absoluant à peccatis & censuris eis annexis. Et antiquitus in bulla Cruciatæ eadem clausula habebatur. Et tamen valde probabilis doctissimorum virorum sent. habet, eum ablatiuum absolutum referri ad solam à peccatis absolutionem: ac licere virtute eius priuilegij absoluere extra confessionem à censuris. Quod si replices, clausulam in quacumque dispositionis parte positam, siue in principio, siue in medio, siue in fine, referri ad omnia contenta in illa, *cap. Secundo requiris, de appellat.* vbi id communiter notant DD. Cum ergo, Auditis confessionibus, ponatur in principio illius clausulæ, referetur ad omnia subsequentia. Respondeo eam regulam intelligi, quando omnium præcedentium vel subsequentium eadem est ratio. Vt citatis Bartolo, & multis alijs tradunt *Menochius de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 181. num. 2. Nauar. lib. 5. consil. tit. de simonia, in priori edit. consil. 34. num. 4. in posteriori, consil. 92. num. 4.* At non est eadem ratio absoluendi à peccatis, & dispensationis expediendæ. Illud enim iure diuino præuiam confessionem exigit: hoc autem nullo iure eam petit, nec aliquam cum illa connexionem habet. Nec credendum est Pontificem velle facultatem, quam sacra pœnitentiaria concedit Doctori extra confessionem, iuxta num. præced. dicta, velle respectu religiosorum coarctare ad confessionem. Sed vera eius mens fuit, eandem facultatem & eodem modo, quo pœnitentiaria Sacra Doctori concedit, concedere religiosis.

Quarta clausula harum dispensationum relata num. 1. 31
& 2. continet opera, in quæ confessarius debet commutare votum castitatis & religionis, admixta partim dispensatione: & ad quid concedatur dispensatio. Circa quam clausulam potest dubitari, an mandatum hoc dispensandi sit dispensatio? Sed de hoc diximus disp. 30. num. 12. Insuper posset dubitari an dissoluto eo matrim. ad quod in voto religionis dispensatum est, liceat ad aliud transire: & an liceat manere in seculo absque matrimonio? & an si matrimonium, ad quod in eo religionis aut castitatis voto dispensatum est, sit irritum, vel dissoluatur ante consummationem, liceat ad aliud transire? Sed de his diximus disp. 31. n. 3. 4. 5. & 7.

Potissima autem difficultas circa hanc clausulam est: 32
An ita præcisè exigantur opera in his literis expressa, vt nullum arbitrium temperandi mutandive confessori relinquatur? Et nullum relinqui videtur ex eo probari, quod in litteris commissionis ea opera exprimantur. Potest etiam probari ex doctrina *Glossæ cap. 2. de sortileg.* vbi textus præcipit Episcopo suspendi clericum sortilegum, his verbis: *Pœnitentiam imponas quod per annum & amplius, si tibi visum fuerit, cum ab altaris ministerio præcipias abstinere.* Et tamen *Glossa ibi, verb. Visum. & Ant. ibi, num. 10.* aiunt teneri Episcopum annuam suspensionem imponere, & solum amplius spatium annuo relinqui eius arbitrio. Quia textus annum præfixit: & quoties superior certam pœnitentiam statuit, nullum arbitrium inferiori relinquitur, sed ea omnino seruanda est, *cap. De causis, de offic. deleg.* ibi: *Quod certa exinde pœna canonibus exprimatur, eandem infligat.* Secundo, quia si hoc confessoris arbitrio relinqueretur, frustra pœnitentiaria sacra expressisset confessionē menstruam & opera pœnitentiæ esse iniungenda. Tandem saltem videtur necessario imponenda confessio singulis mensibus facienda: & solum relinqui arbitrium confessori, an amplius quam semel singulis mensibus facienda sit. Quod denotant ea verba commissionis: *Singulis, saltem mensibus semel, aut quoties tibi videbitur.* Illa enim dictio numeralis, Quoties, in qua datur arbitrium, posita sub disiunctione cum alia particula numerali, Semel, videtur referri ad confessionem singulis mensibus faciendam, ita vt sensus sit: Impone illi, vt semel, vel quoties tibi videbitur, singulis mensibus fateatur.

Sed primò existimo non esse arbitrarium omittere im- 33
ponere confessiones aliquas statis aliquibus temporibus faciendas, & aliqua pœnitentiæ opera perpetua, inter quæ sint aliqua quotidie exercenda, prout continetur in literis dispensationis: sed ad hæc iniungenda tenetur præcisè confessarius. Ducor, quod sacra pœnitētiaria hæc opera in hac commissione expresserit, iudicans ea expedire spirituali cuiuscumque vouentis saluti, eiusque viribus ac fragilitati commensurari: atque rationi consonum hoc esse, vt loco tanti voti quo astringebatur, subrogentur. Eo quod nemo ita fragilis sit, vt nequeat hæc opera exequi, quidam plura, alij vero pauciora.

Secundò existimo, relinqui arbitrio confessoris quan- 34
titatem

titatem horum operum pœnitentiæ & pietatis, ac illorum electionem & frequentiam, præter aliqua, quæ quotidie facienda imponi debere ibi exprimitur. Constat ex literarum tenore, vbi solum iubetur confessor aliqua pœnitentiæ & pietatis opera imponere, non explicatis quibus vel quot operibus, sed vt ea sint perpetua: & inter ea aliqua quotidie exercenda. Et concluditur hæc imponenda prout iudicarit expedire saluti eius, cum quo dispensatur.

35 Tertiò, similiter credo committi arbitrio confessoris, an confessio statis temporibus necessario imponenda debeat esse menstrua, aut minus frequens, vt bimestris aut trimestris, &c. Non tamen poterit confessor frequentiorem confessionem, quam menstruam imponere. Prior pars probatur, quia inter onera à sacra pœnitentiaria imposita hoc est grauissimum, & multis, attenta naturæ corruptæ fragilitate ac occupationibus, ferè impossibile. Cum ergo in cæteris committatur arbitrio confessarij opera iniungenda minuere, consulendo fragilitati pœnitentis. Cur in hoc tam graui non erit iure optimo id præsumendum? Et confirmatur, quia post iniuncta confessionis, & reliqua pœnitentiæ opera, concluditur in literis commissionis huius sic: *Prout secundum Deum ipsius animæ saluti expedire iudicaueris.* Quæ clausula cum in fine omnium operum ponatur, & non sit minor ratio, sed multo vrgentior confessionum numeri temperandi, vtpote, quæ multo difficilior est, quam cæterorum operum, clausula illa ad omnia præcedentia opera est referenda. Iuxta dicta num. 30. fin. Eo vel maximè quod in nullo alio opere experientia ipsa doceat expedire, vt magis confessor fragilitati pœnitentis prospiciat, quam in confessionum frequentium obligatione iniungenda. Quia rari sunt, qui in ea obligatione implenda non deficiant. Tandem quia negari non potest eam clausulam esse piam, & posse optimè pati hunc sensum, vt confessorem instruat de frequentia confessionum rationi conformi iniungenda communiter pœnitenti. Et quia vidit eam non omnibus expedire, attentis multorum fragilitate & occupationibus, quasi rigorem temperans, subiunxit: *Vel quoties tibi videbitur.* Quasi dicat, si durum & non expediens saluti pœnitentis censueris, tam frequenter ac singulis mensibus obligare illum ad confessionem, impone quoties tibi videbitur: id est, quam frequentiam ei expedire iudicaueris. Cum ergo hic sensus valde fauorabilis sit, & sæpe valde expediens spirituali pœnitentis saluti, cui omnino sacra pœnitentiaria prospicere intendit, hic sensus in hoc dubio est amplectendus. Posterior autem pars probatur, quia cuicunque quantumuis virtutis studioso, confessionibusque assueto, onus grauissimum est obligari ad frequentius fatendum, quam singulis mensibus. Nedum personæ, quæ ob frequentes carnis lapsus dispensationem voti procurat ad matrimon. Non ergo est credendum velle sacram pœnitentiariam remittere confessoris arbitrio, vt ad frequentiorem quam menstruam confessionem obliget. Nequod ad spiritualem pœnitentis salutem dirigitur, cedat in ipsius præiudicium, oblata violandæ commutationis occasione. Præterea quia si *Tridentinum sess. 15. de regularib. cap. 10.* iudicauit esse sufficientem confessionum frequentiam monialibus menstruam, atque eam non præcepit, sed suadendam indixit. Et Clemens V. in Conc. Viennensi relato, *clem. 1. §. Sanè, de statu monach.* eandem frequentiam monachis sufficientem iudicauit: quis sibi persuadet voluisse pœnitentiariam committere confessori, vt personam secularem, ac matrimonio iungendam, possit sub culpa lethali ad frequentius quam singulis mensibus semel fatendum cogere? Et confirmatur, quia nemo prudenter iudicabit expedire obligare personam secularem ad frequentiorem menstruam confessionem. Non est ergo credendum, pœnitentiariam voluisse quid fruſtraneum, ac nunquam in praxi expediens statuere.

36 Sed dubitari potest, an satisfiat huic confessioni menstruæ, quam confessarius excquens hanc dispensationem imposuerit, si quocumque totius mensis die fiat, licet ab vltima plus quam mensis transactus sit? V. g. si confessio præcedens facta fuit 1. die Decemb. satisfiet facta confessione seq. vltima die Ianuarij: vel ita necessario sit facienda, vt inter vnam & alteram confessionem non interponatur plus quam spatium vnius mensis? Et videtur hoc posterius necessarium. Quia c. *Omnes vtriusque sexus, de pœnit. & remiss.* præcipitur vt quilis saltem in anno fateatur, & tamen constat non impleri id præceptum, si prior confessio initio vnius anni, posterior autem in alterius fine fiat, sed annus à priori confessione numerandus est. Cæterùm quamuis id de confessione annua ab Ecclesia præcepta fatear: at in nostro casu credo satis esse, si toto cuiuslibet mensis spatio quæuis confessio fiat. Quod mihi suadet illa dictio, Singulis adiuncta mensibus: quæ hispanè significat, *cada vn mes.* At quacunque die cuiuslibet mensis confessio fiat, verum est dicere confessionem in eo mense factam esse. Quod secus est de confessione annua, quæ semel anno præcepta est, nec addita fuit particula, Singulis.

Quod si mensis transeat absque cõfessione, credo hunc 37
non teneri confessionem omissam supplere alio mense, eam duplicando. Quod id onus singulis mensibus astrictum sit. Sicut vouens quotidie recitare, non tenetur preces alicuius diei omissas supplere.

Neque etiam tenebitur hic mense, quo confessioni ab 38
Ecclesia præceptæ satisfacit, eam duplicare. Quod pœnitentiaria iniungens singulis mensibus confessionem, norit fore, vt in aliquo illorum coincidat id Ecclesiæ præceptum: & tamen ad duplicem non obligat. Sicut idem est in eo, qui confessionem menstruam vouit.

Ex qua ratione deducitur, si ille ex voto vel pœniten- 39
tia sibi iuncta teneretur alias ad confessionem aliquo mense vel singulis mensibus faciendam, eum non satisfacturum his confessionibus alias debitis huic obligationi. Sicut vouens aliquo die ieiunare, vel ad id ex pœnitentia astrictus, non satisfacit voto vel pœnitentiæ, ieiunio ab Ecclesia præcepto. Quod omnia hæc, vbi aliud non exprimitur, intelligantur de supererogationis operibus: iuxta communem omnium sententiam. At confessor huius obligationis conscius prudentissimè ageret, si hunc non ad aliam confessionem menstruam obligaret, ne nimis oneraretur ad duplicem confessionem singulis mensibus obligatus. Sed posset trimestrem aut quadrimestrem imponere. Quia ei datur arbitrium circa confessionem menstruam minuendam (vt diximus nu. 35.) Et hic satis vrgens causa occurrit. At non satisfaceret confessor suæ obligationi, iniungendo solas confessiones, ad quas ille alias tenebatur. Quod aperta pœnitentiariæ mens sit opera supererogationis in locum voti, quod de simili re erat, subrogare. Et alias nil explicante confessore satisfaceret illi confessionibus alias debitis.

Quartò, existimo non esse voluntarium confessori mo- 40
dum has pœnitentias taxandi, aut confessionẽ menstruam immutare imponendo minus frequentem: sed secundum prudentiæ regulas, causas iustas perpendendo regi debere. Qua in re eo potissimum spectare debet, vt id decernat, quod spirituali pœnitentis saluti expedientius fore iudicarit, imponens onus eius fragilitati accommodatum, attentis eius viribus, & corporeis & spiritualibus: ac opportunitate ad opera sibi iuncta adimplenda. Debet etiam confessor in hoc prudenti iudicio perpendere voti magnitudinem, vt commutatio illa partialis dispensationi admixta aliqualiter illi correspondeat: & ne ridicula sit. In omnibus tamen his potissimum saluti pœnitentis spirituali prospiciendum est. Constat ex ipsamet dispensationis clausula, ibi: *Vt tibi videbitur.* & paulo inferius: *Prout secundum Deum ipsius saluti expedire iudicaueris.* Hæc enim verba non liberam voluntatẽ, sed arbitrium secundum prudentiæ regulas important, vt Bartolo, & multis alijs allegatis tradit *Menochius de arbitr. lib. 1. q. 8. n. 1. & multis seqq.*

Sed petes in speciali explicari aliqua opera ex his. Di- 41
co opera pœnitentiæ, quæ in vtriusque voti dispensa-

tione peruntur, posse iniungere illi, vt qualibet hebdomada aliqua die, qua carnibus vesci poterat, ab illis se abstineat: vel aliqua die illius ieiunet: vel cilicio, verberibusve semel in hebdomada carnem affligat: aut inter hæc opera, quod maluerit, eligat: licet vna hebdomada vnum, alia verò hebdomada alterum opus exerceat: vt sic facilius & securius absque occasione deficiendi opera iniuncta exequatur. Et si iudicarit confessarius attenta pœnitentis fragilitate, nimium esse singulis hebdomadibus ad aliquod opus ex his illum obligare, obliget vt secunda aut tertia quaque hebdomada id faciat. Opera autem pœnitentiæ religionis propria, quæ quotidie facienda iubetur confessarius imponere, dum dispensat in voto religionis, vt ea quotidie exequens meminisse possit obligationis voti: qua prius tenebatur, difficile est assignare. Quia cum quotidie exercenda sint, graue onus ac difficile erit homini seculari quamcumque corporis macerationem quotidianam illi imponi. Quare cum omnibus religionibus præter Societatem IESV commune sit, horas canonicas ab omnibus choro deputatis recitari, & à religiosis non choro deputatis aliquas preces loco horarum, nullam suauiorem commutationem inuenio, quam iniungere illi tanquam seculari & laico, vt loco horarum canonicarum recitet quotidie Litanias, vel Psalmos pœnitentiæ, vel quinquies Orationem Dominicam, & toties Angelicam. Hæc enim omnia opera sunt religionis propria: & appellantur pœnitentiæ. Quod caro maceretur alligata legi recitandi quotidie, & recitans. Atque ideo oratio imponitur pro pœnitentia Sacramentali: & numeratur ab omnibus Theologis inter opera pœnitentiæ & satisfactionis. Adde, posse dici opera religionis propria intelligi virtutis religionis, cuius oratio actus est. Quando autem votum fuit castitatis, iniungit pœnitentiaria in literis dispensationis, vt imponantur vouenti aliqua pietatis opera quotidie facienda, vt meminerit prioris voti obligationis. Vt constat ex clausula nu. 2. allegata. Possunt autem esse hæc opera, quæcumque misericordiæ, vt recitare quinquies quotidie Orationem Dominicam & Angelicam, pro purgatorij animabus, aut lethali peccato infectis: vel erogare quotidie eleemosynam, aut aliud quodvis ex quatuordecim misericordiæ operibus quotidie exercere. Et suauior erit commutatio, si multa ex ijs operibus designentur illi, vt possit quotidie eligere ex illis, quod sibi placuerit: vt vel sic facilius commutationem impleat.

42 Quinta clausula explicanda est, quam retuli num. 3. fine, quæ tractat de dilaniandis his literis per confessorem, vbi dispensationem expedierit sub pœna quandoque excommunicationis latæ sententiæ (vt retuli num. 2. fine.) Quandoque verò sub pœna, vt si parti reddantur, nil illi suffragentur. Circa quam clausulam monuerim, si postquam hæ literæ parti restitutæ fuerint, dilanientur aut comburantur, valere ex tunc dispensationem: & idem credo si omnino amittantur, sine recuperandi spe. Quia hæc creditur merito pœnitentiariæ mens, vt eæ literæ non prosint, dum apud partem manserint. Adde etiam si apud partem manserint, non frustrari dispensationem suo valore: sed sensum illorum verborum esse, vt eæ literæ nil prorsus suffragentur in foro externo. Id enim importare verbum suffragentur, probauimus disp. 29. nu. 11. Cui autem vsui sit hæc literarum dilaniatio, diximus lib. 3. disp. 15. n. 18. in solutione ad 2.

43 Sexta clausula, quæ in omnibus his fori conscientiæ dispensationibus solet apponi est, vt in solo conscientiæ foro dispensatio hæc prosit. Et quando dispensatur ad matrim. ineundum præcedenti affinitate occulta, aut incestu occulto, apponitur clausula legitimationis prolis suscipiendæ, his verbis: *Dispensesprolem suscipiendam exinde legitimam nunciando in foro conscientiæ tantum.* Quando autem dispensatur vt matrimon. irritum ob impedimentum dirimens occultum, iterum valide celebretur, solet proles suscepta & suscipienda legitimari his verbis (vt num 5. retuli.) *Dispensa vt matrimonium inter se secretè contrahere valeant, prolem suscepturam, si qua sit, & suscipiendam exinde legitimam decernendo in foro conscientiæ tantum.* Circa quam clausulam dubitari potest, an si parochus vel ordinarius norit impedimentum, vel ex confessione partis coram notario vel ipso ordinario facta, vel aliunde: & simul norit dispensationem in foro conscientiæ impetratam esse, possit dissimulare matrimonium? Sed de hoc egimus libr. 3. disp. 15. à num. 13. vsque ad 17. vbi num. 15. & 17. disputauimus, an matrimonium cum huiusmodi dispensatione in impedimento dirimenti initum sit detecto eo impedimento in foro externo dissoluendum. Et ex ibi dictis ac ex huius clausulæ tenore constat, quid sit literas has in solo conscientiæ foro prodesse. Nihil enim aliud est, quã nullo modo deseruire foro externo, si in eo opponatur impedimentum.

Vtrum autem patiens hoc impedimentum occultum, 44
si secum in foro conscientiæ dispensatum sit, teneatur rogatus in foro externo, id fateri? diximus libr. 3. disp. 14. nu. 4. Et an conscij illius impedimenti, & dispensationis, teneantur illud denunciare? diximus ibid. disp. 13. n. 8.

Potissima autẽ difficultas in hac clausula est, circa pro- 45
lis legitimationẽ, quem effectum habeat hæc legitimatio in solo conscientiæ foro, & an aliquando prosit pro vtroque foro? Et vt distinctè procedamus, quadruplex est casus discutiendus. Primus est, quando nondum inito matrimonio dispensatur vt id ineatur cum impedimento, legitimando in foro conscientiæ prolem ex eo matrimonio suscipiendam. Secundus est, quando in eodem casu legitimatur etiam proles ante id matrimoniũ suscepta. Tertius est, quando præcessit matrimonium irritum, & dispensatur vt valide ineatur, legitimando in foro conscientiæ prolem in posterum suscipiendam. Vltimus est, quando tunc quoque legitimatur proles antea suscepta.

Et prius ad omnium horum casuum intelligentiam 46
supponendum est, filium natum ex matrimonio bona fide alterius parentis inito esse vere legitimum, non solum quoad parentem habentem bonam fidem, sed etiam quoad alium malam fidem habentem. Quia verè est legitimus: vt constat ex *cap. Extenore, & cap. Cum inter, cap. Peruenit, qui filij sint legit.* & ex *l regia 3. t. 3. p. 4. & l 11. 13. eadem part.* & docent *Acosta c. Si pater, 1. p. verb Vxorem, num. 2. de testam. in 6.* & multis citatis *Matienzo li. 5. recopil. t. 1. rubr. glossa 1. n. 116.* Hoc tamen verum est respectu filij, & in eius fauorem, & respectu parentis, qui in bona fide fuit. Nam parens, qui malam fidem habuit, non gaudebit iure legitimi parentis. Nec monstruosum reputandum est, si filius patri sit legitimus, pater autem non habeat iura legitimi patris. Discriminis enim ratio est vrgentissima. Quod proles, quæ nil mali gessit, iure optimo, ratione bonæ fidei alterius parentis, sit plene legitima, iuraq; omnia legitimæ prolis sortiatur. At parens in mala fide constitutus, vtpote, qui culpæ ineundo matrimonium reus fuit, merito iure legitimi parentis priuatur. Ne ex suo delicto commodum reportet: aduersus tradita *l. Sine hæreditaria, ff. de negot. gest.* Et ideo ius in prolis fauorem concessum non debet extendi ad huiusmodi parentem. Et ita docent *Acosta eodem verb Vxorem, num. 21. Barbosa l. Si cum dotem, 23. § finali, num. 11. ff solut. matrim.* Vnde quamuis regulare sit mutuam esse successionem filiorum respectu parentum, & è contra, ita vt in eisdem casibus quo filij succedunt, vel possunt succedere, aut non succedunt, nec possunt parentibus succedere, dicendum sit idem de parentibus respectu filiorum. Vt constat ex *l. regia 8. fine, tit. 13 p. 6.* & docent multis citatis *Couarr. 4. decret. 2. p. c. 8: § 5. num. 17. Ant. Gomez l. 9. Tauri n. 45. & ibi Tello, num. 28. & l. 6. nu. 19. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 3. l. 6. glossa 4. num. 11. & l. 8 glossa 1. num. 20.* At deficit in hoc casu, in quo proles necessario succedit parenti ratione fidei, at hic non succedit proli, nisi eo solo modo quo parens spurius potest proli succedere. Quippe parens spurius respectu illius prolis reputatur, ac si absque vllo matrimonio eam habuisset,

buisset. Quod citato Bartolo tenet *Tello l. 6. Tauri num. 7.* Quamuis ut valde probabile vtrumque parentem censeri legitimum, & succedere ei proli. Quod late probantes docent *Roias epit. succes. cap. 30 num. 38. Auendaño dist. l. 6. tota glossa 1. Gutier. l. 3. pract. tota qu. 74. Zuallos quæst. pract. q. 697. à n. 16.*

47 Hoc ergo supposito, circa primum casum, nempe, quãdo nondum inito matrim. dispensatur vt ineatur, legitimando prolem suscipiendam, in solo conscientiæ foro, dicendum est talem prolem vere esse legitimam, & quoad spiritualia, & quoad temporalia, in solo tamen conscientiæ foro. Atque idem esset, quamuis sacra pœnitentiaria concedens facultatem dispensandi in impedimento, nullam legitimationis prolis suscipiendæ mentionem fecisset. Quare ea fit ad maiorem abundantiam, omnemque scrupulum amouendum. Ratio autem est, quia ea proles ex legitimo ac vero matrimonio in foro conscientiæ nascitur. Ergo verè est legitima in eodem foro, etsi nulla eam legitimandi facultas concedatur. Et similiter si post dispensationem hanc in foro conscientiæ à confessario expeditam nasceretur proles antequam matrimon. iniretur, quamuis ante dispensationem fuisset concepta, esset naturalis (vt probaui disp. 7. num. 19.) Quod intellige in solo conscientiæ foro, in quo ea dispensatio valet: ac proinde in eodem solo foro legitimabitur tam quoad spiritualia, quam quoad temporalia per subsequens matrimonium. Iuxta *c. Tanta qui filij sint legit.*

48 Hinc infertur, prolem in eodem foro conscientiæ non futuram irregularem, sed esse capacem ordinum, & cuiuscunque beneficij, tanquam vere legitimam: atque succedere vtrique parenti, & vtrumque parentem ipsi. Quia ex vero matrimonio habita fuit, vel tanquam naturalis est legitimata per verum subsequens matrimonium.

49 Secundo infertur, in foro externo censeri prolem hanc illegitimam, & quoad spiritualia, & quoad temporalia: atque ita incapacem esse ordinum, & cuiuslibet beneficij, nec succedere parentibus, nec parentes ipsi, nisi eo solo modo quo filij spurij possunt parentibus succedere, & parentes ipsis. Ratio est, quia cum dispensatio nullatenus in hoc foro suffragetur, reputabitur proles in hoc foro spuria. vt-pote nata ex parentibus inter quos non poterat consistere matrim. ob impedimentum dirimens.

50 Hæc tamen intelligenda sunt, quando vterque parens conscius fuit illius impedimenti, cum quo virtute dispensationis contraxit. Nam si alter prorsus ignarus esset huius impedimenti, & sic bona fide contraxit, proles erit quoad omnia in vtroque foro legitima. Ratio est quia si nulla esset dispensatio, proles illa esset plene legitima in vtroque foro, ratione bonæ fidei alterius parentis (vt diximus num. 46.) At dispensatio illa nil nocet. Atque ideo etsi proles ratione dispensationis & legitimationis factæ ex vi illius, sit in solo conscientiæ foro legitima: at ex vi iuris communis decernentis eam omnino legitimam, quoties aliter parens in bona fide fuit, erit prorsus in vtroque foro legitima. At parens ille, qui conscius impedimenti fuit, reputabitur tamquam pater spurius in foro externo: neque in eo iura legitimi parentis, ad succedendum, & alios effectus obtinebit: secus in foro conscientiæ, in quo dispensatio prodest. Iuxta dicta num. 47. & 48.

51 In secundo casu, nimirum, quando nondum inito matrim. dispensatur vt ineatur, legitimando prolem antea ab ijs contracturis suscepturam, qualis sit hæc legitimatio: satis egimus disp. 7. n. 14. & multis sequentibus.

52 In tertio casu, nempe, quando matrim. irritè contracto dispensat sacra pœnitentiaria, vt valide ineatur, legitimando prolem inde suscipiendam, in solo conscientiæ foro, dicendum est quod diximus in primo casu à numero 47. vsque ad 51. nimirum, si absque scientia impedimenti in parente, qui bona fide contraxerat, id matrim. irritum instauretur modò, sequendo opinionem eorum, qui dicunt non esse necessariam eam scientiam: de qua re egimus libr. 2. tota disp. 36. & dato in hac commissione dispensandi facta confessori non poni tanquam conditionem necessariam, vt is admoneatur de prioris consensus nullitate: (de quare agemus in hac disp. num. 61.) proles suscipienda erit plene legitima quoad vtrumque parentem, & in vtroque foro. At parens impedimenti conscius solum erit legitimus in foro conscientiæ. Si autem vterque parens conscius iam impedimenti, instauraret de nouo hoc matrimonium virtute dispensationis in solo conscientiæ foro concessæ, quamuis à principio alter vel vterque bona fide contraxerit, proles ex matrimonio denuo instaurato suscipienda erit in solo foro interiori plene legitima quoad vtrumque parentem. Ratio est, quia, cum proles hæc non sit concepta tempore prioris matrimonij bona fide vtriusque vel alterius contracti, non gaudet eius matrimonij priuilegio, sed solo posterioris instaurati, ex quo concepta fuit. At id matrimonium est pro solo conscientiæ foro validum ex parte vtriusque parentis. Ergo & proles in eo solo foro censebitur legitima. Vnde si in eo matrimonio dispensasset commissarius. Cruciatæ in casu in quo potest, iuxta dicta disput. 6. num. 23. & 25. cum nequeat dispensare vt instauretur id matrimonium, nisi coniux vterque certior fiat de nullitate prioris consensus: (vt ibidem diximus) proles hæc in solo foro interno erit legitima. Atque idem dicendum erit, si teneamus sacram pœnitentiariam petere, in hac dispensatione tanquam conditionem necessariam, vt vterque coniux certior fiat de eadem nullitate (de quo dicemus num. 61.) Quod si commissarius vel confessor non admonuit impetrantem dispensationem, vt certiorem faceret alterum coniugem de nullitate illa: aut impetrans non admonuit ex ignorantia, oblitione, vel malitia, sed eo non admonito instauauit matrimoniũ, proles inde suscipienda erit omnino legitima in vtroque foro: perinde ac si dispensatio concessa non esset, tanquam nata ex matrimonio cum bona fide alterius inito. Et si vterque parens in hac instauratione habuit bonam fidem, ille qui norat impedimentum, & virtute dispensationis eius instauauit, nesciens esse necessarium certiorem facere alterum de consensus prioris nullitate, habebit iura legitimi parentis in foro conscientiæ, in quo se valide contrahere existimauit bona fide innitens dispensationi. Secus si mala fide hic contraxit, carebit enim iure legitimi parentis in vtroque foro, vt diximus n. 46.

In vltimo casu, nempe, quando matrimon. inualide inito, dispensatur in foro conscientiæ vt valide ineatur, legitimando prolem antea susceptam: qualiter illa proles censeatur legitima: & an non instaurato postea eo matrimon. maneat legitimata, dixi disp. 6. n. 25. & 26. & disp. 7. num. 14. 53

An vero confessario non legitimante prolem antea susceptam, sed solum dispensante in matrimonio, maneat legitimata: & possit postea ipse vel alius supplere legitimando prolem? dixi disp. 7. n. 15. 16. 17. 54

Septima clausula explicanda est, quæ habetur in dispensationibus ad ineundum matrimon. vel instaurandum inualidè initum cum impedimento occulto, (vt retuli num. 3.) sic se habet, *Dummodo impedimentum inde proueniens occultum sit.* Qua in re dubitari potest, quando id impedimentum dicatur occultum, vt hæc clausula vera sit? Dico primum, occultum in his sacræ pœnitentiariæ litteris dici, vt distinguitur contra publicum: quare licet ab aliquibus id impedimentum sciatur, ac proinde probari possit, dicetur occultum, tunc solum non erit occultum, sed publicum. quando est publicum, non tantum in ciuitate, sed etiam in maiori parte viciniæ vel collegij, monasterij vel parochiæ, dummodo saltem decem personæ inueniantur in ea vicinia, parochia vel collegio vel monasterio, in quibus id publicum est. Et ratio est, quia petitur ea impedimenta esse occulta, vt obuietur scandalo publico. At satis illi obuiatur, dum hæc impedi- 55

menta non laborant publica infamia. Et ita latius probans tenet *Nauar. sum. Latina c. 27. nu. 254. fin. & n. 255.* Atque in alio simili, nempe in facultate concessa Episcopis per *Trident. sess 24. c. 6. de reform.* ad dispensandum in censuris consurgentibus ex delicto occulto, id tradunt, dicentes occultum fieri, vt distinguitur contra publicum, multi, quos retuli lib. 2. disp. 37. nu. 11. & præter ibi allegatos docent etiam *Suarez de censuris, disp. 41. sect. 3. n. 6. Emmanuel Sa sum. verbo Episcopus, n. 35. Sayro in Thesauro casuum, to. 1. lib. 4. c. 17. n. 21 & lib. 7. c. 13 n. 12.* Immò *Maiolus li. 5. de irregul. c. 51. n. 4. & Vinaldus candel. Sacram. 2. p.* vbi de irregular. *nu. 315.* quos videntur sequi *Sayro & Emmanuel Sa proximè allegati* dicunt ibi capi Occultum, vt distinguitur contra notorium: at hi duo statim videntur se explicare, vt nomine notorij intelligatur quod fama publica laborat.

56 Immo dicetur impedimentum occultum, quamuis res ipsa publicè constet, verbi gratia, copula ex qua orta est affinitas, si non sit publicum quatenus impedimentum: id est, si non sciatur publicè id esse matrimonij impedimentum. Ducor, quia in Tridentini decreto, quod n. præced. allegari, concedenti Episcopis facultatem dispensandi in censuris ex delicto occulto consurgentibus, tradunt optimè aliqui DD. exigi vt delictum non sit occultum, sed publicum, non tantum vt actus qui est delictum sit publicus, sed etiam sit publicum eum fuisse delictū. Quia qualitas adiuncta verbo debet intelligi iuxta verbi qualitatem, *l. In delictu, § 1 ff. de noxalibus.* Neque enim vere dicetur delictum publicum, quamuis materialiter sit actus ille publicus, nisi formaliter publicus, nempe, in quantum delictum. Hi sunt *Nauar. sum. Latina c. 27. n. 251. fine, vers. 12. & n. 241. vers. Circa hæc dico primo.* dicens sic definitum esse in sacra pœnitentiaria. *Enriquez lib. 14. de irregular. c. 20. nu. 4. Emmanuel Sa summa, verbo Episcopus, nu. 35. Sayro in thesauro casuum, tom. 1. lib. 7. c. 13. n. 13. Manuel 1. tom. sum. in 2. edit cap. 166. nu. 3.* Immò satis probabiliter dicunt *Emmanuel Sa, & Manuel ibidem, & Nauar. lib. 5. consil. tit. de clerico non ordin. ministr. in vtraq. edit. cons. 2. n. vn.* dici delictum occultū, quamuis vt delictum publicum sit, si tamen vt censuræ subiectum sit occultum. Quia non publicè scitur ob id delictum incurri censuram illam: licet duo aut tres delicti conscij norint per id incurri censuram. Quamuis hoc non careat difficultate. Et ita *Additionator ad id consilium Nauar. in 2. edit.* tenet contrarium. Quidquid tamen sit de hoc vltimo, quod nostro intento necessarium non est, dicendum est similiter in nostro casu, dum petitur in his dispensationis literis vt sit occultum impedimentum, satis esse vt vere occultum dicatur, vt quatenus impedimentū non sit publicum. Quippe eadem militat ratio, vt qualitas illa, Occultum, adiuncta illi verbo Impedimentum: debeat intelligi secundum eius qualitatem.

57 Non dicetur tamen id impedimentum occultum, si iam ad forum contentiosum deductum sit. Quod iam non possit verè dici occultum: nec occurratur scandalo per secretam dispensationem. Atque cum sacra pœnitentiaria in his literis declaret, se nolle eas in foro externo suffragari, manifesta eius mens est, vt dum impedimentum est ad id forum delatum, ac in eo pendet, nequeat confessarius dispensare, quasi iam non existente impedimento occulto. At si hic in foro externo absolutus sit, remanebit impedimentum occultum, & redactum ad statum pristinum, & ita poterit confessarius expedire hanc dispensationem. Quia hic nullum passus est famæ detrimentum, & manet delictum occultum sicut prius. Atque ita circa Tridentini decretum, num. 55. relatum docent *Suarez. de censuris, disp. 41. sect. 2. num. 3. Sayro thesauro casuum, tom. 1. lib. 4 cap. 17. nu. 23.* Immo id esse verum, licet iniquè falsis testibus adductis se tutatus fuerit, defendimus lib. 2. disp. 37. num. 12. fine, & vltra ibi allegatos docent idem *Sayro eod. to. 1 lib. 7 c. 7. nu. 12. Emanuel Sa summa, verb. Episcopus, n. 14.* Temperat tamen *Suarez. eod. nu. 6. super citatus*, si reus absolutus sit à delicto, eo quod nullo modo probatum sit. Nam quando aliquā probatio, etsi non sufficiens, quia semiplena fuit, in foro externo adfuit, non manebit occultum. Quia ex semiplena probatione in foro contentioso facta generatur publica fama, ac publica notitia quamuis imperfecta, sit, sufficit ne delictum dicatur occultum. Sed plus placet adhuc id manere occultum. Quia aut absoluitur diffinitiue, & tunc nullum potest esse dubium. Aut absolutur ab instantia seu obseruatione iudicij: & tunc adhuc res manet occulta, sicut prius. Quia per eam sententiam interlocutoriam id iudicium est terminatum, ac sublata ea infamia ex deductione in id forum orta. Id enim tantum interest inter absolui diffinitiue, & solum ab instantia seu obseruatione iudicij (vt potest videri in *Conar.* latè hoc tractante *li. 1. variarum c. 1. num. 8.*) quod in priori casu nunquam potest id crimen iterum in iudicium deduci. At in posteriori potest quidem, sed ex nouis iudicijs, notisque probationibus. Quare in vtroque casu id iudicium omnino terminatum est, ac res in primum statum redacta.

At nil refert, siue iuste siue iniquè res sit in iudicium delata (vt bene ait circa idem Tridentini decretum *Suarez. num. praced. allegatus.*) Quia vtroque casu dum lis pendet, non dicetur delictum aut impedimentum. Exigitur tamen vt desinat esse occultum, vt deductum sit ad forum contentiosum, ac simul parti intimatum delictum. Quia si iudex apud se retineret causam non intimans parti, adhuc diceretur occultum. Quod cum citatio sit primus iudicij actus, ea non facta minimè dicetur res ad forum externum deducta. Ita docet *Sayro thesauro casuum, tom. 1. l. 4. cap. 17. num. 22.* 58

Vtrum vero quando sic dispensatur in matrimonio irrito ob impedimentum occultum vt iterum ineatur, sit iterum ineundum coram parocho & testibus, vel possit iterum iniri inter ipsosmet solos contrahentes, non obstanti clausula in dispensationibus his solita apponi: vt seruata Tridentini forma celebretur: & an sint iterum benedictiones nuptiales recipiendæ, diximus li. 2. tota d. 37. 59

Octaua clausula est, quam num. 4. retulimus, quæ solet apponi dum dispensatur, vt matrim. irritum iterum celebretur. Et in quantum præcipitur ibi vt his contrahentibus imponatur confessio menstrua, iam explicatum est, n. 35. & seqq. qualiter ea intelligatur. Intelligo autem eam confessionem menstruam vtrique, quando vterque deliquit: si enim solus alter, illi soli imponenda est. Quia ibi dicitur illam imponendam in pœnam tam enormis libidinis excessus, ergo illi soli imponenda est, qui eius delicti reus fuit. In quantum vero præcipitur in ea clausula, vt experiantur hi, an sine scandalo separari possint: vel viuere simul tanquam frater & soror absque incontinentiæ periculo: existimo vbi confessori constaret ex experientia prius sumpta, vel ex ijs, circa quæ ipsos examinat, vel ex alijs circumstantijs, nullius fore vtilitatis eam experientiam: sed scandala oritura, quod videant omnes existimantes eos coniuges vitam coniugalem non agere, & ipsis sit quoque maxima scandali ansa & ruinæ. Quia cum publicè constet de matrimonio, & impedimentum sit occultum, non permittentur ad alias nuptias transire: ac proinde in maximo incontinentiæ periculo erunt: & similiter videat si velint simul manere vt frater & soror, graue incontinentiæ periculum illis imminere, attenta eorum fragilitate: existimo (inquam) in his casibus eos ad hanc experientiam non obligandos: sed statim esse cum illis dispensandum: at tunc tantum esse præmittendam, quando attentis circumstantijs prudenter iudicatur esse spem, vt ea experientia sit alicuius vtilitatis, ac intentum consequendum sit: nempe, vt absque scandalo & periculo incontinentiæ possint illi vitam transigere, non instaurato priori matrimonio irrito. Ducor, quia frustra expectatur euentus, cuius nullus est effectus. *cap. Cum contingat, de offic. deleg.* Nec credendum est velle Ecclesiam præmitti experientiam frustraneam, eo vel maxime, quod sit maximum periculum incontinentiæ eam præmittendo. Item quia hoc colligitur ex verbis præ- 60

prædictæ clausulæ. Quippe dum præcipit pœnitentiaria hanc experientiam præmitti, bis repetit, Si fieri possit: & statim remittit prudentiæ ac iudicio confessoris, vt iudicet an ea separatio possit absque scandalo fieri, & cohabitatio absque incontinentiæ periculo. Quando ergo confessarius ex coniugum relatione, ætate, vel alijs circumstantijs, prudenter iudicat nullius effectus fore eam experientiam, non est curcam præmittat. Atque ita credo rarissime aut nunquam eam fore necessariam. Quia communiter id scandali ac incontinentiæ periculum concurrit, & rarissimus esset casus, in quo ea non inuenirentur. Quod si dicas, hoc iam constitisse pœnitentiariæ, cum fere semper in his dispensationibus allegetur hæc causa, nempe, oritura scandala ex separatione. Respondeo hoc nihil obstare. Quia potest præsumere sacra pœnitentiaria, non ita id certum esse. Adde, esse hanc clausulam consuetam apponi, Quauis causa allegata: & ideo licet hæc allegetur, non immutatur stylus ordinarius harum literarum.

61 Sed circa hanc clausulam dubitatur, in quantum in ea dicitur, vt coniux impedimenti ignarus certior fiat de prioris consensus nullitate, an id inducat conditionem necessariam, vt valide confessarius dispenset? Videtur enim pars affirmans ex verbis clausulæ, ibi: *Cum ipsis Lateribus dispensa, mulierc de nullitate prioris consensus certiorata, sed ita caute, vt, si illa adhuc ignara sit, latoris delictum nusquam detegatur.* Vbi ille ablatiuus absolutus: *Mulierc certiorata de nullitate prioris consensus*, conditionem importat, *l. A testatore, ff. de condit. & demonstrat.* Præterea quia in facultate concessa commissario Cruciatæ dispensandi in matrimonio inito cum impedimento affinitatis occulto ponitur eadem clausula. Et tamen disp. 6. num. 23. & 24. diximus per eam induci conditionem necessariam. Sed mihi persuadeo eam non esse conditionem, sed instructionem quandam confessarij, vt certior sit posterioris matrimonij contractus. Quod fere certa opinio habeat necessarium esse ad eius valorem, vt alter coniux certior fiat de prioris consensus nullitate. Ducor autem ad hoc, quia quando ponitur vt conditio, sicut contingit in facultate commissarij Cruciatæ, ponitur multo strictioribus verbis denotantibus conditionem, & inter alias conditiones petitas, vt commissarius ea facultate gaudeat. Quod hic non contingit. Adde sæpe frustrandas has dispensationes suo valore, si id esset necessarium. Quia sæpe continget non posse nullitatem detegi absque periculo detegendi delicti: & maxime si impedimentum sit ex parte feminæ, raro accidit posse viro nullitatem prioris consensus aperiri, absque maximo feminæ periculo & suspicione alicuius delicti, & instabit vir vt sibi causa nullitatis detegatur, & ea non detecta, vrgentiorem delicti suspicionem concipiet, atque inimicitiæ inter coniuges orientur. Deinde, quia cum stylus habeat vt semper in huiusmodi dispensationibus hæc clausula apponatur, non est credendum, DD. quos retuli lib. 2. disp. 39. num. 2. hunc stylum ignorasse, & tamen consulunt in hoc casu impetrari dispensationem occultè, & tacita prioris consensus nullitate illud deinde contrahi. Sentire ergo per hanc clausulam non induci conditionem. Ac proinde locus erit opinionibus, quas retuli & explicui tota ea disp. 36. an vbi commodè & absque periculo nequit alteri coniugi explicari nullitas prioris consensus, possit ea tacita matrimonium instaurari.

62 An vero quando in precibus huius dispensationis allegatur fuisse matrim. bona fide initum, sat sit bona fides alterius contrahentis? dixi disp. 25. à n. 27. vsque ad 30.

63 Deinde an quando est duplex impedimentum, alterum publicum, & alterum occultum, possit occulti impetrari dispensatio in sacra pœnitentiaria, & fit quoque in ea facienda mentio publici: ac possit confessor hanc expedire, antequam impetretur dispensatio impedimenti publici in foro externo, diximus disp. 23. n. 7. & 8. & disp. 25. num. 11.

Tandem obseruandum est, à tergo literarum dispen- 64
sationis sacræ pœnitentiariæ haberi hæc verba: *Gratis vbique.* Quæ denotat nil pro his exigi, nec per viam compositionis, sed eas gratis omnino expediri. Immo nec summus pœnitentiarius has litteras concedens potest quicquam sponte datum in signum gratitudinis accipere. Vt haberi in facultatibus eis concessis testatur *Nauar. lib. 4. consil. in 1. edit. tit. de sponsal. consil 50. num. 3.* Ex quo optime infert *ibidem Nauar.* quando gratia semel impetrata est pro vtroque foro, & tacita est copula incestuosa, vel aliud impedimentum, ob quæ solet exigi compositio in Dataria Romana, si postea in pœnitentiaria impetretur alia dispensatio explicata omnino veritate, non posse eam exigi compositionem. Quia iam non esset verum illas literas gratis conferri. Nec obstat inde subsequi, melioris conditionis fore hunc deceptorem, quam dicentem veritatem: vtpote, qui non cogitur compositionem soluere, quam soluit narrans veritatem. Quia reuera peioris conditionis est. Nam vera narrans impetrat dispensationem validam pro vtroque foro. At falsum narrans impetrat postea dispensationem validam pro solo conscientiæ foro. Valor autem ille pro vtroque foro præponderat huic compositioni. Alijs obiectionibus contra hoc satisfacit *ibi Nauarrus.*

DISPVTATIO XXXV.

Qualiter intelligantur clausulæ dispensationum, quæ circa matrimonij impedimenta ordinarijs in foro externo expediendæ committuntur?

SVMMARIVM.

Referuntur clausulæ harum dispensationum, n. 1. 2. 3. & 4.

Quid intelligatur nomine officialis. & si sit duplex, viri rescriptum dirigatur: & vbi cœpit vnus, vel deceptus declarauit dispensationem subreptitiam vel validam, possit alter officialis adiri, vel ipsemet retractare? Et alia ad hoc spectantia. Remittitur, n. 5.

Quid, si contrahentes sint diuersa diœcesis, an possit alterutrius officialis? eodem n. 5.

Qualiter verificetur causa defectus dotis, vel viri æqualis? vel à viro augmenti dotis faciendi: & quid si ipsa non sit augendo, sed alium augeat, an verificetur ea causa, n. 6.

Ordinarius quid debeat efficere ad examinandam causam augmenti dotis, & an illi obstet virum filios ex alio matrimonio habere, n. 7.

Scandalum allegatum pro causa qualiter sit verificandum, & an valeat dispensatio, si data opera aliquid fiat, vt infamia sequatur feminæ, spe dispensationis faciendæ, vel ex spe copulæ habeatur, etiamsi alter solus eam spem conceperit. Remittitur, n. 8.

An ordinarius has dispensationes expediens possit iuramenta recipere? Refertur duplex sententia, n. 9 & 10.

Proponitur sententia Auctoris, n. 11.

An possit osculeuta & poculenta gratis oblata recipere, n. 12.

An recepta teneatur restituere, n. 13

An finita hac delegatione possit munera gratis data recipere, n. 14.

An ordinarius teneatur cognitionem iudicialem causarum huius dispensationis præmittere, n. 15.

In quo dicat examinatio precum dispensationis in foro externo concessæ, ab ea qua in foro interno concedatur: & an sint recipiendi testes, & an sit ea veritas examinanda, quando ea est notoria, vel iudici constat: & an valeat dispensatio non examinata, nec cognita hac veritate, si preces in se vera sint, n. 16.

An clausula, Non obstantibus, posita in his dispensationibus, deroget prohibitioni aliquorum graduum facta per Concilium generale: & an desideretur huius specialis mentio, quando dispensat Papa cum aliquo particulari, contra aliquod Concilij generalis decretum, n. 17.

An mandatum hoc dispensandi sit dispensatio, & valeat matrimonium initum antequam ordinarius dispensationem exequatur? Remittitur, num 18.

An in matrimonio ineundo virtute huius dispensationis sint necessaria denunciationes, atque illa non præmissa dispensante ordinario dummodo præmittantur, sit irritum matrimonium, n. 19.

An, dum dispensatur in foro externo, vt matrimonium irritum iterum ineatur, sint denuo facienda denunciationes: & quid quando præmissa sunt, at postea differtur matrimonium, an sint repetenda, n 20.

An benedictiones in matrimonio irrito receptæ, sint eo publice instaurato repetendæ? Remittitur, n. 21.

De intellectu clausulæ, Dummodo femina rapta non sit Remittitur, n. 22.

Qualiter intelligatur legitimatio prolis, quæ fit per Pontificem in his dispensationibus pro foro externo, n. 23.

Qualiter intelligatur clausula: Quibusdam rationalibus causis ductis

& an ea, & quoties princeps non inspecie, sed in genere refert causas, probanda sint, n. 24.

An nobilitas allegata in precibus, sive dicatur, Vt contrahentes asseruit, sive per verbum impersonale, Vt asseritur, sit probanda, & qualiter intelligatur, vel dum allegatur eos esse ex principalioribus loci, n. 25.

1 SICVT disputatione præcedenti retulimus ad verbum clausulas dispensationum in foro conscientiæ concessarum: sic in hac referendæ sunt clausulæ dispensationum in foro externo, vt eæ explicentur. Quæ in dispensatione ad ineundum matrimonium inter consanguineos, vel affines, sic se habent: vt ex forma nouissima accepi: *Clemens Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio officiali Granatensi. Ex parte N. & M. petitionis series continebat, quod cum dicta M. dotem habeat minus competentem, qua virum sibi non consanguineum vel affinem paris conditionis, cui nubere possit, inuenire queat, & dictus N. illam cum dicta minus competenti dote in vxorem ducere, & illius dotem vsque ad quantitatem, secundum qualitatem dictæ M. competentem, augere intendat: cupiunt ipsi matrimonialiter copulari, & cætera. Discretioni tuæ, de qua in his specialem in Domino fiduciam obtinemus, per Apostolica scripta mandamus, quatenus deposita per te omni spe cuiuscunque muneris, aut præmij etiam sponte oblati, à quo te omnino abstinere debere monemus, te diligenter de præmissis informes: & si per informationem eandem preces veritate niti repereris, super quo tuam conscientiam oneramus. Tunc postquam dicta M. dos aucta fuerit (vt præfertur) cum eisdem N. & M. quod impedimento secundi cum tertio consanguinitatis gradu, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisq; contrariis quibuscunque non obstantibus, matrimonium inter se publicè seruata forma Concilij Tridentini contrahere, illudque in facie Ecclesiæ solemnizare, & in eo postmodum remanere, liberè & licitè valeant, dummodo dicta M. propter hoc rapta non fuerit, authoritate Apostolica dispenses: prolem suscipiendam exinde legitimam nuncupando. Volumus autem, quod, si spreta monitione nostra cinsmodi aliquid muneris aut præmij occasione dictæ dispensationis exigere, aut oblatum recipere, temere præsumpseris, excommunicationis latæ sententiæ pœnam incurras. Datum Romæ.*

2 Quando autem dispensatio in his matrimonij impedimentis conceditur absque causa, clausula præfationis est hæc: *Ex parte M. & N. petitionis series continebat, quod ipsi ex certis rationalibus causis eorum animum mouentibus, cupiunt inuicem matrimonialiter copulari. Sed quia tertio consanguinitatis gradu impediti sunt, &c. discretioni tuæ mandamus, vt de præmissis te diligenter informes: & si per informationem eandem preces veritate niti repereris, super quo tuam conscientiam oneramus, &c.*

3 Aliquando in his dispensationibus absque causa concessis solet addi, volentes contrahere esse ex principalioribus ciuitatis, his verbis: *Ex parte M. & N. petitionis series continebat, quod ipsi, qui ex principalioribus ciuitatis Granatensis existunt, ex certis rationalibus causis animos eorum mouentibus, &c.* Quandoque eadem clausula habetur in dispensationibus ex specialibus causis in eis contentis concessis, hoc tenore: *Oblata nobis petitio continebat, quod dicta M. vtroque parente orbata, & tricesimum & vltra suæ ætatis annum agens, hactenus virum paris conditionis, cui nubere possit, non inuenit; habetque dotem minus competentem iuxta status sui conditionem cum qua virum sibi non consanguineum vel affinem, paris conditionis, cui nubere valeat, inueniat. Et quidem dicta M. frater ad id alias non obligatus, ita vt prædicta M. dicto N. nubat, & non alteri, illius dotem, vsque ad quantitatem secundum dictæ M. qualitatem, competentem augere intendat. Cupiunt exponentes prædicti, asserentes se ex principalioribus ciuitatis Granatensis existere, inuicem matrimonialiter copulari. Sed quia tertio consanguinitatis gradu sunt coniuncti, &c. monemus te de præmissis diligenter informes: Et si preces huiusmodi veritate niti repereris, &c.*

4 Quando autem dispensatur in voto pro foro externo, eædem omnino sunt clausulæ, quæ in dispensatione pro foro conscientiæ: & eadem prorsus ac verbis eisdem iungitur commutatio. Præterquam quod remittitur ordinario expedienda dispensatio hæc pro foro externo, & explicatur nomen vouentis: & præmittitur absolutio ab excommunicatione. Sicut in cæteris in foro externo literis contingere solet. Et ideo de ea nil est animaduertendum. Quia tota disp. præced. eius clausulas expossuimus.

Prima ergo clausula continet personam, cui dispensatio hæc expedienda committitur, qui est officialis illius diœcesis, cuius sunt impetrantes dispensationem. Et sufficit si alterutrius contrahentis diœcesis sit officialis. Verbi gratia, si alter sit Cordubensis, alter vero Granatensis, non est opus in precibus dispensationis explicare vtriusque diœcesim, sed sat est alterutrius, dicendo M. & N. diœcesis Cordubensis, aut diœcesis Granatensis. Quod vel ex praxi ipsa constat, nunquam enim vtriusque diœcesis explicatur: nec vnquam vtrique officiali diœcesum illarum committitur dispensatio, sed alteri soli. Præterea quia id fit, vt satisfiat decreto *Tridentini sess. 22. cap. 5. de reform.* statuentis, vt dispensationes hæ ordinario præsententur. Quod satis impletur ijs præsentatis alterutri ordinario explicato in literis dispensationis. Tandem quia ordinarius alterius potest cum sibi subdito dispensationem illam sibi commissam exequi. Et cum effectum habere nequeat nisi ad vtrumque extendatur, porrigetur ad non subditum. Qua ratione defendimus lib. 3. disp. 7. num. 7. posse alterius contrahentis ordinarium dispensare cum vtroque in denunciationibus matrimonio præmittendis: & eodem lib. 3. disp. 19. num. 4. posse alterutrius contrahentis parochum copulare matrimonio vtrumque ratione connexionis. At dispensationis commissionem per Pontificem factam alteri ex illis ordinarijs, solus ille poterit exequi, & non alterius contrahentis ordinarius, cui commissio non est facta. Quia cum sola commissionis ratione, hac facultate gaudeat, solus ille cui facta est, poterit exequi. Multa alia possent disputari circa hunc officialem nempe, quis nomine illius intelligatur, & an possit ipse Episcopus exequi, vel designare officialem, qui exequatur: & quid, quando est duplex officialis: & an vbi cœpit vnus, vel declarauit deceptus dispensationem esse validam, aut subreptitiam, possit alius adiri: vel ipsemet retractare sententiam: & an possit hanc commissionem subdelegare. Et an expiret commissio ipso mortuo, vel amoto ab officio, vel facto Episcopo eiusdem vel alterius diœcesis, an potius transeat tunc ad successorem. Sed de his egimus disp. 27. à num. 29. vsque in fin. 5

Secunda clausula relata nu. 1. continet causas dispensationis. Circa quam posset disputari, quando verificetur defectus dotis competentis, & viri æqualis; & quid ad hoc diiudicandum spectari debeat. Sed de his diximus disp. 19. à num. 12. vsque ad 30. vbi multa discussimus circa huius clausulæ verificationem, & an verificetur, quando ob aliam causam innupta maneret femina. Hic autem disputandū est de dotis augmēto faciendo per virum, quod allegatur tanquam causa, vt hæc dispensatio concedatur. Difficultas ergo est, an necessario sit integre dos prædictæ feminæ augenda, ita vt augmentum illud simul cum illius feminæ dote plenam & sufficientem dotem constituat iuxta feminæ qualitatem? Et quidem id intelligo esse necessarium, siue ipse eam ducturus, siue alius dotem augeat, vt hoc speciale mattim. ineatur, & non alias. Quia perinde est ad huius dispensationis valorem, ac si vir ipse augeret. Nec ad illam refert ex cuius bonis augmentum id fiat, vel quis illud faciat: sed id solum spectatur, vt ea augmenti dotis feminæ pauperi liberalitas fiat, vt huic nubat. Quare etsi vir præ paupertate non esset huic doti augendæ, atque ita mentitus esset allegans se velle dotare: cum tamen alius esset, qui de hac dote danda feminæ pactus esset, si huic viro nuberet: existimo verificari substantiam causæ, ac proinde dispensationem valere. Quia cum mendacium sit circa rem nil conferentem ad dispensationem, eam non vitiat. Iuxta late à nobis tradita disp. 21. Ducor autem ad censendum esse necessarium ita integre dotem augeri quod nullum alium sensum videantur ea verba posse facere: *Illius dotem vsque ad quantitatem secundum qualitatem dictæ M. competentem* 6

petentem augere intendat. Nam cùm verbum, augere, cadat supra dotis quantitatem, & ponatur particula, Vsque, iuncta cum quantitate illius dotis augenda, complectitur totam dotis quantitatem, quæ deerat, vt sit competens iuxta fœminæ qualitatem. Et si aliquid huic augmento deficiat, non vere dicetur aucta dos, vsque ad quantitatem competentem qualitati feminæ. At secus existimarem si clausula diceret velle virum augere competenter dotem feminæ. Quippe ea verba non important integram quantitatem supplendam esse: sed augmentum illud dotis supplendum, esse competens, & consideratione dignum attenta qualitate feminæ. Quare satis esset, si aliqua ex parte augeretur dos, dummodo illa pars reputaretur alicuius momenti, & digna qualitatis feminæ. Sicut donum aliquod competens vocamus, quod correspondet dignitati personæ, cui mittitur. Et hunc sensum faciunt verba, quæ aliquando in his dispensationibus solent poni: *Et quidam consanguineus dotem huiusmodi iuxta statum sui conditionem augere vult.* Satis enim esset iuxta proximè dicta, si augmentum, licet non sit integrum & plenum, sit tamen eius qualitatis, vt dignum sit statu feminæ, illique competens.

7 Et quo deducitur, teneri ordinarium examinare diligenter huius causæ veritatem, discutiendo, an id augmentum promittens sit illud soluendo: & faciat, vt id scriptura publica promittat, muliere acceptante, vt verificetur dotem esse auctam: prout petitur in hac dispensatione. Et aduertat etiamsi maritus habeat filios ex alio matrimonio, & quantitas hæc excedat quintum bonorum, in quo solo potest in hoc regno filijs præiudicare, nihil obesse potestati quantitatis huius promittendæ. Quia cùm detur ob causam onerosam, nimirum, vt Pontifex dispenset, extrahitur de toto bonorum aceruo, etiam in filiorum præiudicium. Vt probauimus lib. 6. disp. 8. n. 3.

8 Qualiter autem quando scandalum oriturum non inito matrimonio allegatur pro causa, id scandalum intelligatur? diximus disp. 19. num. 10. Et an si data opera aliquid fiat, vt sequatur infamia feminæ, vel copula habeatur, vt vel sic detur causa facilioris dispensationis: & quid, quando illa spes ab altero solo concipitur? dixi disp. 25. num. 31. & 38.

9 Tertia clausula relata num. 1. continet prohibitionem, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, recipiendi cuiuscunque muneris ab ordinario, cui hæc dispensatio exequenda committitur. Quamuis enim in principio literarum vsus sit Pontifex verbo, Monemus, quod solum consilium importare videbatur. At in fine suam precipiendi intentionem expressit, fulminans excommunicationem in facientem contrarium. Circa quam potest dubitari, an licita sit consuetudo, quæ in aliquibus diœcesibus inoleuit, accipiendi scuti aurei, alteriusue quantitatis pro labore, quem prædictus officialis diœcesanus subit in testium informatione recipienda ad verificanda narrata in precibus, & in ea dispensatione expedienda? *Nauar. l. 1. consiliorum, in 2. edit. tit. de rescriptis, toto consil. vlt.* negat id recipere licere. Ducitur primo. Quod huius clausulæ verba omnem muneris ac præmij receptionem excludant. Secundo, quia *c. Statutum, §. Insuper, de rescript. in 6.* interdicitur omni iudici Ecclesiastico delegato cuiuscunque muneris, aut stipendij receptio, præter esculenta & poculenta gratis oblata, quæ paucis diebus consumi possunt: & præter itineris expensas, si causa delegationis e domicilio exeat.

10 Sed id dicere sustinuerunt quidam viri docti, quos tacito nomine refert *Nauar. n. præced. allegatus.* Et alij viri docti à me consulti. Ducuntur, quod prohibitio huius clausulæ loquatur de munere, aut præmio: atque ita de muneribus, quæ in gratitudinis præmium, sponte offeruntur. At quod est laboris impensi stipendium, non est remunerationis præmium, nec muneris rationem habet. Deinde, quod mens Pontificis in hac prohibitione sit, ne muneribus corruptus & excæcatus ordinarius, minùs bene munus suum obeat. At stipendium laboris iure vel consuetudine debitum non corrumpit iudicem, nec ipsum à recto desistere obligat.

Existimo hanc posteriorem sententiam esse verissimã. 11
Tum propter rationes adductas. Tum etiam quia *c. Statutum, §. Insuper, de rescript. in 6.* cui innititur contraria sententia, non loquitur de quocunque iudice delegato, sed de delegato per litteras iustitiæ ad litem inter partes agitandam. Qualis non est hic. Adde, esto de quocunque delegato loqueretur, iam consuetudinem obtinuisse, vel saltem declarasse, hoc stipendium recipi posse.

Sed dubitabis, an possit hic delegatus ad exequendam 11
dispensationem recipere ea esculenta & poculenta, quæ paucis diebus consumi possunt, permissa iudicibus delegatis *d. c. Statutum, §. Insuper?* Videtur enim id licere. Quia per clausulam huius dispensationis non videtur derogatum illi permissioni iure communi contentæ: eo vel maximè, quod ratio eius sit, non præsumi fore, vt iudex tam modicis muneribus corrumpatur. Quæ eadem in hoc delegato militat. At credo id non licere. Ducor, quia is textus (vt nu. præced. dicebam) loquitur in delegato ad lites, quæ commissio cum diu duret, magnique fit laboris, magno stipendio digna erit: atque ideo respectu eius ea esculenta & poculenta nullius considerationis reputantur. Quod secus est in nostro casu, in quo expeditio dispensationis communiter est breuissima & facillima. Atque ideo respectu eius ea munera reputarentur magni momenti. Secundò, quia clausula huius dispensationis expresse ait: *Cuiuscumque muneris*, & statim, *A quo abstinere omnino*, vbi pondero dictionem vniuersalem, Cuiuscumque, quę omnia dona amplectitur: & dictionem, Omnino, quæ est dictio præcisa, & significat sine vlla exceptione, sine remedio, & ad vnguem (vt probauimus li. 1. disp. 32. n. 6.) Tandem, quia cum iudici ad lites delegato interdicatur ibi stipendium à partibus recipiendum, iustum fuit ea esculenta & poculenta ei permitti. At in nostro casu permittitur stipendij debiti receptio. Ergo merito alia esculentorum & poculentorum receptio denegatur.

Quamuis autem iudex ad lites delegatus teneatur mu- 13
nera recepta contra prohibitionem *d. cap. Statutum*, restituere: vt *ibi § Si quid autem*, statuitur. At officialis has dispensationes expediens non tenetur munera sponte oblata restituere. Quia (vt num. 11. probauimus) prohibitio *d. cap. Statutum*, non loquitur in hoc casu. Quare hic tantum delinquit contra prohibitionem huius clausulæ, quæ solam contrauenienti excommunicationem imponit, nec vllum verbum habet, quo dominij translationem impediat.

Nec contraueniret huic clausulæ, & ideo non incurre- 14
ret illius excommunicationẽ, si expedita omnino dispensatione, & ita finita delegatione, munera reciperet. Quod cessat iam prohibitionis causa. Quod in iudice delegato, de quo loquitur textus *d. cap. Statutum*, notarunt *Dominicus ibi § Insuper, n. 10. Francus ibi n. 10.*

Quarta clausula est, *Si per informationem preces veritate* 15
niti reperieris, super quo tuam conscientiam oneramus. Circa quã difficultas est, an desideretur cognitio iudicialis veritatis harum precum, sumptis testibus iuramẽto astrictis coram notario? Atque eam desiderari potest probari ex omnibus à nobis adductis lib. 3. disp. 8. num. 3. At eam non requiri existimo, sed satis esse, si extraiudicialiter iudex hic informetur, certiorque fiat de harum precum veritate. Vt late probaui in simili casu ea disp. 8. num. 4. vbi nu. 5. inde intuli posse fieri sine ordine, & sine iudicij figura, & testibus non receptis in forma iudicij, nec iurantibus. Et n. 6. explicui qualiter possit fieri extra diœcesim. Et ratio est, quia sicut in illo casu cognitio causæ dispensationis committitur conscientiæ iudicis, estque ad eius conscientiam informandam: ita & in hoc: vt constat ex illis verbis *Super quo conscientiam tuam oneramus.* Pro qua etiam parte optimè facit *Parisius cons. 57. n. 55. vol. 4.* vbi ait in mandato dispensandi super matrimonio, executorem assumere

partes

partes iudicis minimè cogi, at debere se de precum veritate informare.

16 Hinc infertur, hoc distare inter examinationem veritatis precum dispensationis fori interni & fori externi. Quod in illa sola partis informatio accipienda sit. Vtpote, quæ occulte omnino facienda est, & solius fori interni leges sequitur. In hac autem, vtpote quæ publica est, & leges fori externi, in quo concessa est, sequitur, ex aliorum testimonio certior faciendus est iudex. At vtraque conuenit, quod neutra notario nec iuramento testium indigeat. Quod si notoria esset precum veritas, vel aliunde de ea iudici constaret, nulla opus esset informatione. Quia iam conscientiæ iudici satisfactum est. Et per ea quibus vtrumque probauimus loquentes de dispensatione in foro conscientiæ, disp. præced. nu. 24. Vbi autem ignarus veritatis precum dispensaret, quamuis preces in se veræ essent, non valeret dispensatio: vt in dispensatione fori conscientiæ probauimus disp. præc. nu. 26.

17 Quinta clausula relata num. 1. est, *Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque non obstantibus.* Circa quam ea est difficultas, qualiter hæc derogatio obstantium generalis satis sit ad valorem huius dispensationis concessæ circa gradus consanguinitatis vel affinitatis interdictos, *cap. Non debet, de consanguin. & affin.* Ratio dubitandi est. Quod ea prohibitio sit à Concilio generali indicta: nec in hac clausula fit vlla mentio Concilij generalis. Cum tamen constet per clausulam nullam generalem derogari decreto Concilij, sed opus esse specifica eius mentione. (vt probauimus libr. 3. disp. 26. numero 7.) At dicendum est, absque dubio hoc non obstare valori dispensationis, sed per eam clausulam derogari decreto Concilij generalis, relato *d. cap. Non debet.* Quippe ea regula, vt desideretur specifica Concilij mentio, quo ei derogatum censeatur, fallit, quando Pontifex dispensat in speciali & certo casu contra Concilij generalis prohibitionem: vt optime relato Felino docet *Lozares de matrimon. Regu Angl. dub. 16. nu. vnic.* Et ratio est: Quia cum clausula generalis prædicta nequeat vera reddi nisi in eo solo casu contra Concilij prohibitionem, debet hæc generica derogatio reputari pro specifica & expressa *l. 2.* vbi *Iason* multa cumulat *ff. de liber. & posth.* alias dispensatio hæc nullius foret momenti.

18 Sexta clausula est, *Vt matrimonium inter se publicè, seruata forma Concilij Tridentini, contrahere valeant, dispensa.* Circa quam clausulam aduerte Primo, non continere dispensationem omnino consummatam, sed mandatum dispensandi: ac proinde matrim. non valiturum, si ineatur, antequam officialis, cui hæ literæ diriguntur, dispenset, vt dixi disp. 30. num. 12.

19 Secundo aduerte, cum matrimonium hoc nondum initum sit, seruandam in eo non solam substantialem formam *Tridentini sess. 24. c. 1. de matrimon.* quæ est, vt celebretur coram parocho & duplici teste: sed etiam accidentalem ibi statutam, nimirum, vt denunciationes præmittantur. Quia nulla est ratio, cur in hoc præmittendæ non sint, sicut in alijs matrim. absque dispensatione initis præmittuntur. Nam vltra impedimentum in literis expressum posset aliud quoque saltem impediens adesse. Nec tamen per hanc clausulam tollitur ordinario facultas dispensandi ex iusta causa in illis denunciationibus. Quia forma in eo Tridentini decreto statuta est, vt præmittantur, nisi ordinarius dispensarit. At si officialis dispensaret in eo impedimento iuxta huius clausulæ tenorem, vt seruata forma Tridentini illi contraherent: imo explicando, vt præmissis denunciationibus: si eis omissis contraherent coram parocho & duplici teste, valeret vtriq; matrim. Quia cum ea forma iure Tridentini insit, etsi non explicaretur, nec explicetur alio modo speciali quam ineat, non inducit formam & conditionem (vt probauimus libr. 3. disp. 33. nu. 3. Præterea licet importaret conditionem, cùm petatur tanquam forma in Tridentino expressa, non aliter accipienda est, quam ibi exprimitur. At in Tridentino petitur denunciationes præmitti tanquam formam accidentariam, cuius omissio subiacet culpæ lethali, non tamen irritat matrimonium.

Imo quando conceditur dispensatio in foro externo, vt matrimonio prius publicè, ac præmissis denunciationibus initum cum impedimento dirimenti, iterum ineatur, sicut iterum coram parocho & testibus est ineundum, sic etiam sunt iterum præmittendæ denunciationes. Quod prius matrimonium perinde sit, ac si initum non fuerit. Quod tamen limitarem, nisi paulo ante in priori matrimonio inualido præmissæ essent. Nam moraliter tunc præmitti censentur. Cùm ad hoc solum præmittantur, vt impedimentum, si quod sit, detegatur. Qui finis ex paulò ante præmissis obtinetur. Secus vero si multum temporis spatium transiisset. Sicut etiam quando nullum esset initum matrimonium, si vt iniretur præmitterentur denunciationes, & multo temporis spatio differretur matrimonium, crederem alias denunciationes necessarias fore. Quod posset post priores factas ortum esse aliquod impedimentum. Atque ita prioribus tamdiu præmissis non satisfieret intentioni Ecclesiæ statuentis eas præmitti. Quod si quæras, quodnam censendum sit longum tempus? Respondeo id arbitrio prudentis relinqui attenta contrahentium conditione eo solo spectato, vt illa attenta non sit moraliter periculum noui impedimenti dirimentis, aut impedientis orti à tempore priorum denunciationum. Et rarissimè trimestre reputarem longum tempus. 20

An vero præmissis in priori matrim. irrito benedictionibus nuptialibus sint in hoc posteriori publicè contracto iterandæ? dixi lib. præced. disp. 81. n. 25. & 26. 21

Septima clausula relata num. 1. est, *Dummodo propter hoc ipsa M. rapta non fuerit.* De cuius clausulæ intellectu satis diximus disp. 25. n. 17. & duplici sequenti. 22

Octaua clausula est, *Prolem suscipiendam exinde legitimam nunciando.* Quamuis hæc clausula non adderetur, proles esset legitima quoad omnia in vtroque foro: vtpote habita ex matrimonio cum legitima pro vtroque foro dispensatione contracto. Quando autem proles legitimaretur ante id matrim. suscepta, vel ex alio irrito, nunc autem instaurato pro vtroque foro, constat ex dictis disp. tota 7. & disp. præced. n. 47. & seq. Ex quibus locis constat, si nullo irrito matrimonio legitimetur, fore tantum quoad spiritualia legitimam in vtroque foro: nisi esset in locis iurisdictionis temporalis Pontificis, atque is explicaret legitimare se quoad temporalia quoque. Si verò suscepta sit ex matrimonio irrito mala fide vtriusque contracto, legitimatio erit quoad sola spiritualia in vtroque foro, nisi Pontifex dispensaret in ipsa matrimonij radice: aut esset in locis suæ temporalis iurisdictionis, & exprimeret se velle etiam, quoad temporalia legitimare. In quibus casibus legitimatio erit, quoad omnia. Si verò alter parens in bona fide fuit, quamuis Pontifex non legitimaret, erit proles, quoad omnia in vtroque foro legitima, & quoad vtrumque parentem: at parens, qui in mala fide fuit, non gaudebit iure legitimi parentis. 23

Nona clausula est num. 2. relata, quæ apponitur in dispensationibus absque causa concessis. *Ipsi ex certis rationabilibus causis eorum animum mouentibus cupiunt inuicem matrimonialiter copulari.* Circa quam dubitatur, an ordinarius debeat petere eam verificari. Pars affirmans videtur suaderi ex ijs quæ statim adiunguntur. *Discretioni tuæ mandamus, vt te de præmissis diligenter informes, etsi per informationem preces veritate niti repereris, &c.* At dicendum est, eas rationabiles causas, quibus illi ducuntur, nequaquam esse profundas: nec iudicem aliquid, vel ab impetrantibus dispensationem, vel ab alijs circa eas debere inquirere. Ducor, quia quoties Princeps profitetur se gratiam largiri ob seruitia sibi impensa, vel ex certis causis, non declarando in specie, quæ illa sint, sunt verba generalia non vt probentur apposita, sed potius ad quodam honestatis specimine induendam gratiam. Vt optimè docent *Oldradus consil.* 24

consil. 5. Stephilæus de lit. gratia, tit. de vi & effectu clausularum, in princ. n. 6. Rebuffus praxi benef. tit. de clausulis mandatorum nu. 6. Et colligitur aperte ex textu l. Quod venditor, 39. ff de dolo malo l. Sciendum, 19 in 1. responso ff de adilitio edicto. Nec obstat clausula superaddita, De præmissis te diligenter informes. Quia ea refertur ad impedimentum, quod allegatur, in quo dispensandũ est, & non ad omnia præmissa. Et quamuis generaliter apponatur eodem modo, quo in dispensationibus ex certa causa concessis: id tamen est ex notariorum stylo, & non vt æque in vtraque dispensatione ad omnia præmissa referatur. Cuius signum est, quod quando pontifex vult causas verificari, eas in specie narrat: atque frustra sine causa concederetur, si eæ causæ generales essent verificandæ.

25 Vltima clausula relata num. 3. continet contrahentium qualitatem, dum allegant se esse nobiles, aut ex nobili genere natos, aut ex sui oppidi principalionibus. De cuius clausulæ intellectu diximus disputatione 19. num. 6. Circa quam dubitatur, an probanda sit hæc causa? Et probanda videtur ex doctrina Chassanæi in consuetud. Burgundiæ, rubrica 1. § 5 à n. 159. vsque ad 161. vbi docet licet in collatione beneficij non irritetur gratia, quod impetrans narrarit falsò se nobilem, secus tamen esse si ea causa falsò allegata obtinuerit dispensationem ad plura beneficia. Quod ad beneficij collationem non conferat nobilitas: at confert præbens iustam dispensandi causam ad plura. Cum ergo nobilitas iustam dispensandi causam in matrimonio præbeat: (vt probaui disp. 19. num. 5.) ea in precibus narrata est verificanda. Sed dico eam causam non esse verificandam, quando priori modo nu. 3. relato narratur: secus quando posteriori modo ibidem citato. Ducor, quod in priori modo ea contrahentium qualitas referatur merè narrando, & non per modum causæ vel conditionis: vt ex ipso tenore cõstat, ibi: *Ipsi qui ex principalibus ciuitatis existunt.* At quando qualitas narratiuè exponitur, & non per modum conditionis, minimè est probanda. Vt docent *Innoc. cap finali statim in princip. de præsumpt. & ibi Felinus, n. 23. Bald. l. Neque natales, 10. fine, C. de probat. Rebuffus in concordatis*, vbi de forma mandati Apostolici, *super verbo, Morum honestas statim in principio.* Adde eam qualitatem non referri tanquam causam, siquidem postea additur: *Ex certis rationabilibus causis.* Et ea dispensatio absque causa conceditur. At in posteriori modo explicatur qualitas inter causas, ex quibus ea dispensatio conceditur, & dicitur eam asseri à contrahentibus, ibi: *Asserentes se ex principalibus ciuitatis existere.* At in gratijs Apostolicis distat multum, quando aliquid narratur in præfatione per verbum impersonale, dicendo, Vt asseritur: vel non per impersonale dicendo, Vt asseris, vel, Vt asserunt proponentes: vel, Vt ab ipsis asseritur. Quia quando per verbum impersonale ponitur, ea res non est probanda. Secus quando non per verbum impersonale. Vt bene tradunt *Rebuffus in concordatis*, vbi de forma mandati Apostolici, *super verbo, Omnia & singula, vers. Nota tamen. Navar. c. Si quando, exceptione 3. n. 2. de rescript.* & alios referens *Mascardus de probat. concl. 888. n. 40.* Cum ergo in hac clausula ponatur hæc qualitas tanquam asserta ab ipsis contrahentibus, est verificanda.

DISPVTATIO XXXVI.

Cuius expensis dispensatio impetranda sit; & quando à fide matrimonij data resiliens teneatur eas integre soluere?

SVMMARIVM.

Dispensatio communi consensu etiam tacite obtenta, an sit communibus expensis soluenda: sit que tacitus, quando datam ab altero fidem alter acceptat, n. 1.

Quid, si alter ratione legati, aut maioratus, teneatur ad id matrimonium, n. 2.

Quid, si altero inscio impetrata sit, n. 3.

Resiliens iuste absque alterius culpa, an teneatur illi refundere partem, quam soluit, n. 4

Quid, si fidem dederit, cum firmo aut dubio ingrediendi religionem proposito, n. 5.

Quid, si alter alteri culpabilem resiliendi causam præbeat, n. 6.

An is cuius culpa eueniss impedimentum, ne sponsalia perficiantur, teneatur suis expensis procurare dispensationem, n. 7.

An desponsans virginem vel mulierem bonæ famæ, aut eam infamans, fide matrimonij data, possit ingredi religionem, & si ingrediatur, teneatur integras dispensationis expensas soluere, n. 8.

Quid, quando desponsatio fuit spontanea, aut precibus lenibus, non data fide matrimonij, at postea data est. n. 9.

Quid, si in hoc casu pecunia promissa sit, & postea loco pecuniæ matrimonium, n. 10.

Quid, si desponsatio fuit vi aut dolo, & postea est matrimonium promissum, n. 11.

An in foro externo is dolus præsumatur, & cogendus sit desponsator, ne ingrediatur religionem, sed eam ducat, n. 12.

An sponsalia probentur testibus singularibus, n. 13.

DE hac re latè egimus libr. 5. disp. 5. num. 21. 37 & à num. 32. vsque ad 34. Et ideo breuiter omnia ibi dicta summatim complectar, remittens latius videnda ad eum locum: addamque aliqua ibi non tractata. Prima conclusio sit. Quando communi consensu impetrata est dispensatio, etsi de expensis nil conuentum sit, expensis vtriusque æqualibus soluenda est. Ratio est clara. Quod negotium sit commune. Intelligo autem communem consensum, non tantum expressum, sed etiam tacitum. Vt si quis promittat consanguineæ matrimoniũ, eo ipso quod illa acceptat, conuenitur tacitè de dispensatione impetranda, vtpote quæ ad illius exequutionem necessaria est. Et ideo communes debere esse expensas, defendimus li. 5. disp. 5. num. 37. 1

Hinc tamen excipiendum est, nisi alter ratione alicuius legati, vel successionis in maioratum, grauatus sit ad id matrimonium. Vt si legatarius vel maioratus successor ea conditione institutus sit, vt consanguineam aliquam ducat; tunc enim totas dispensationis expensas facere tenetur. Quippe eo ipso quod ad aliquid exequendum grauatus est, censetur eo ipso grauatus ad omnia illa, quæ ad exequutionem desiderantur. Et sic probauimus libro 5. disp. 5. num. 21. 2

Secunda conclusio. Si non communi consensu expresso, nec tacito, fuit impetrata dispensatio, sed alteruter desiderans personæ consanguineæ matrimonium, ipsa inconsulta impetrauit, soli impetranti integras expensas soluere incumbit. Vt dixi lib. 5. disp. 5. num. 33. Quia cum alter eius matrimonij insciꝰ fuerit, nec tacite nec expresse ad expensarum partem se astrinxit. Et quamuis matrimonium postea initum cedat in vtriusque vtilitatẽ, cum pars insciꝰ nil pepigerit, potest absque onere vllarum expensarum, beneficio in se ab impetrante dispensationem collato vti. Quod tamen intelligerem, si tempore quo conuentum est de matrimonio, norat alter dispensationem impetratam. Si enim id ignorabat, tenebitur ad expensarum partem. Quia cum dispensationem in commune vtriusque bonum necessariam esse nosset, nec impetratam sciret, tacitè se obligauit ad expensarum partem: & per accidens est, vt impetrata iam sit. 3

Tertia conclusio. Quando alter iustè resilit à fide matrimonij data absque alterius culpa, non tenetur illi partem expensarum, quam soluit, refundere, sed vtriusque est suam partem soluere. Vt si resiliat amplectendo opinionem probabilem dicentem hanc promissionem non obligare, vel transeundo ad religionem, vel quod alter in deformitatem notabilem inciderit. Hanc amplexus sum lib. 5. disp. 5. num. 33. tanquam probabiliorem, contra aliam sent. ibi n. 32. relatam. 4

Quarta conclusio. Si alter dolosè contraxerit, quia nimirum habebat animum resiliendi etiam licitè, vt ingrediendo religionem siue ante initum matrimonium, siue ante illius consummationẽ, tenetur alteri partem expensarum, quam soluit, refundere. Ratio, quia licet ius habeat ingrediendi religionem, at non habuit ius decipiendi alterum efficiendo vt inanes expensas faciat, nisi animum habeat seruandi alterum indemnem. Et idem crederem, quando dubius esset tempore contractus, an ingressurus 5

esset postea religionem. Et ratio est, quia tunc contractus non est æqualis. Cum alter firmum stándi promissis animum habeat, hic autem ancipitem. Et si alter eius dubij conscius esset, nullatenus se ad expensas obligaret, sed ea lege pactum iniret, vt in resilientem integrarum expensarum onus reijceretur.

6 Quinta conclusio. Si alter culpabilem alteri resiliendi causam præbeat, ita vt resiliens nequeat absque damno ptoprio & dedecore id matrimonium inire, tenetur, qui in culpa fuit integras expensas soluere. Vt si sponsa fornicetur. Quia culpa sua cogit alterum resilire. Quod probaui eodem lib. 5. disp. 5. nu. 34. vbi secus esse dixi, quando sponsus fornicando præberet iustam resiliendi ansam sponsæ, & ipsa resiliret. Quia etsi iustè, libere tamen resilit, vtpote, quæ nullam honoris alteriusve rei iacturam facit illi nubens.

7 Sexta conclusio. Is cuius culpa euenit impedimentum, ne sponsalia perficiantur, in casu, in quo tenetur procurare dispensationem, quam explicui li. 1. disp. 65. num. 4. tenetur suis expensis illam impetrare. Quia in culpa illius impedimenti fuit.

8 Sed difficultas est, quando vir, qui virginem defloravit, ingreditur postea religionem. Hæc pendet ex cognitione, quando culpæ tribuendus sit hic ingressus: tunc enim constat hunc teneri integras dispensationis expensas soluere, vtpote, qui non est vsus iure suo. Secus quando culpa vacat, iuxta dicta num. 4. Et ita declarando quando culpa vacet, manebit subinde expositum, quando non teneatur partem expensarum restituere à femina solutam. Quod in quadruplici casu potest tractari. Primus est, quando fidem dans defloravit virginem sub ea spe, vel mulierem bonæ famę cognouit, vel ita erga eam se habuit, vt notabilem illa famæ iacturam patiatur ipso ingrediente religionē. Et de hoc casu satis egimus li. 1. tota disp. 44. vbi id esse iniustum probauimus, licet ineat matrimoniū, & ante consummationem ingrediatur. Et ita tenebitur restituere expensas.

9 Secundus casus est, quando nulla matrimonij fide data, virgo consentiens defloratа est, aut precibus non inducentibus restituendi obligationem; & postea defloratoг matrimonium illi promisit. Et in hoc casu existimo eum in foro conscientiæ posse ingredi religionem, & sic non teneri ad partem expensarum restituendam (quid autem sit in foro externo dicemus n. 12.) Ducor, quod cum nullatenus ad id matrim. teneretur, sed ea obligatio ex mera liberalitate processerit, quamuis sumpta ansa ex præcedenti delicto, quod nullam iniuriæ rationem habeat in se imbibitam, nec ad restituendum aliquid obligabat, includit tacitam conditionem, nisi transitus ad religionem placuerit. Et sibi imputet femina damnum honoris, quod patitur: id enim non ex ingressu alterius in religionem, sed ex defloratione, cui volens consensit, nascitur.

10 Tertius casus est. Quando defloratio fuit spontanea, nec data matrimonij fide, sed sola aliqua summa pecuniaria promissa, at postea defloratoг matrimonium promisit loco illius summæ pecuniariæ. Et in hoc idem dico quod in præcedenti casu dixi. Quia ad matrimonium nulla prorsus obligatio præcessit, nec defloratio iniuriosa fuit, illique satisfit sola pecunia promissa. Matrimonij autem promissio loco illius facta retinet implicitam conditionē, quam suapte natura habet, nisi promittens ad religionem transeat. Quare satisfaciet hic ad religionem transiens reddens pecuniam prius promissam, & solam expensarum partem, quam soluere tenebatur. Quod si soluendo non fuerit. & spes fuerit fore soluendo, si in seculo aliquantulum demoretur, tenebitur demorari donec soluat, instar aliorum rei pecuniariæ debitorum. Nec obstat hanc obligationem matrimonij, tanquam subropatam obligationi pecuniæ, debere eius naturam sapere. Quia sapit ad hunc sensum, quia sicut pecunia illa debebatur, ita & executio eius promissionis: non tamen eodem modo. Quia illi non inest iure conditio, nisi transitus ad religionem placeat: quæ tamen inest huic.

11 Vltimus casus est, quando defloratio fuit iniuriosa, nempe, violentia, aut precibus violentiæ æquipollentibus, aut dolo, & postea deflorans, vt ei iniuriæ satisfaciat, promisit ei feminæ matrimonium. Et in hoc euentu existimo si sua sponte & non metu coactus id promisit, non posse illum tuta conscientia ad religionem transire, etiam si matrimonium ineat, & ante consummationem transire velit: & ita si de facto profiteatur, tenebitur ad totas dispensationis expensas. Sicut dixi in primo casu relato num. 8. Ducor, quod cum hic ex vi iniuriosæ defloration is teneretur vel eam feminam ducere, aut eius dotem augere: iuxta *cap. 1. de adult.* & potest latè videri in *Gutierrez, quæst. canon. lib. 1. cap. 37. à num. 7.* Ea matrimonij promissio nequit dici liberalis, sed verè satisfaciens iniuriæ violationis, & ex vi illius debita, quamuis non determinate, sed sub disiunctione. Quare cum deflorans promittit postea feminæ acceptanti matrimonium, non imponit sibi nouam omnino obligationem, sed disiunctiuam determinat ad alteram illius partem. Ergo contra hanc obligationem quam sibi voluntariè elegit imponendam, vt satisfaceret grauissimæ iniuriæ, non poterit ad religionem transire, cum damno feminæ: quæ iure optimo potest quamcunque aliam iniuriæ satisfactionem respuere. Et confirmatur, quia cum in hoc casu magis iniuriosa fuerit violatio, vtpote violenta, quam dum sua sponte femina consensit promisso sibi matrimonio, & eadem promissio fit iam facta: sicut non potest resilire transiens ad religionem, quando femina sponte consensit præcedenti ea promissione, ratione iniuriæ femin.: ita ratione maioris iniuriæ ex violatione coacta illatæ id non poterit, quando promissio matrimonij in illius satisfactionē subsecuta est. Id enim quod semel placuit, nequit amplius in grauem feminæ iniuriam displicere. Dixi, quando sua sponte, & non metu coactus promisit. Quia cum secluſa ea promissione non teneretur ad matrimonium, & sic non haberet impedimentum ad licitum religionis ingressum: nec ea promissio impediet. Quia ob coactionis iniuriam minimè obligat. Et quamuis in foro externo non iuuaret, nisi metus in virum constantem caderet: at in foro conscientiæ sufficeret metus leuis, ne obligetur ea (vt probauimus libro 4. disput. 9. num. 4.) Dixi etiam quando fuit defloratio virginis. Quia si viduam honestam aut aliam non virginem sic violenter absque matrimonij fide cognouisset, licet postea promitteret illi matrimonium in satisfactionem, posset ingredi religionem, & alio modo satisfacere iniuriæ illatæ. Quod cum nullo modo teneatur ad matrimonium, (in virginis enim defloratione id specialiter statutum est *cap. 1. de adult.* vt ad id vel ad dotem teneatur defloratoг, ratione grauioris iniuriæ) quam si vi cognoscatur, quæ non erat virgo, ea promissio fit omnino voluntaria, & sic habet imbibitam tacitam conditionem, nisi transitus ad religionem placuerit.

12 Hinc deducitur, cum, qui virginem defloravit etiam consentientem, & post defloratam dedit fidem matrimonij, etsi in foro conscientiæ possit ad religionem transire, (vt num. 9. diximus) in foro externo compellendum esse ne transeat, sed defloratam ducat: nisi ipse probet eam non fuisse virginem, aut sponte consensisse. Ratio est, quia quando dolo aut vi defloratoг, est ad hoc compellendus (vt num. præcedenti diximus.) At quantumcumque ipse alleget eam non fuisse virginem, aut consensisse, ei non creditur, nisi legitime probet: sed præsumitur in foro externo ea virgo, & seducta. Vt ex *l. vn. ad fin. C. de raptu virg.* probant *Abbas cap. 1. nu. 2. de adult. & ibi Anan. num. 2. Nauar. sum. c. 16. nu. 16. Anton. Gomez l. 3. Tauri num. 10. Gutierrez* dicens esse omnium, *quæst. canon lib. 1. c. 37. num. 11.* Ergo in foro externo defloratoг non probans contrarium, succumbet, & compelletur vt relicta religione eam ducat. Temperatem tamen, nisi inter defloratem & virginem esset aliquod impedimentum ad matrimonium, vt si essent consanguinei. Tunc enim promissio illa fuit omni-

no

no voluntaria, quamuis illa per iniuriam defiorata esset. Quia textus *cap.1. de adulter.* obligans ad ducendam feminam dolo defloratam, non loquitur in hoc euentu. Cum enim inter hos nequeat matrimonium consistere, non potest ad illud obligare. Atque adeo cum promissio fuerit omnino voluntaria, cessat ratio tradita num. præcedenti. Et procedunt, quæ num. 9. tradidi, vt possit is, in vtroque foro impleta ea promissione, ad religionem transire.

Hæc autem matrimonij promissio & quæcunque sponsalia non probantur testibus singularibus, neque ex 13 imperfectis probationibus integra & plena coalescit, vt probant *Alex. toto cons. 143. vol 2.* & multos allegans contra alios oppositum sentientes, *Aut. Gabr. tom. 3. commun. l. 1. tit. de probat. conclus. 1. n. 36.*

LIBER NONVS
DE
REDDITIONE
DEBITI CONIVGALIS.

Diuisio Libri.

CVM hactenus disputatum sit de requisitis ad constituendum matrimonium; & de secundis nuptiis: iam de effectu ac obligatione consurgente ex matrimonio inter ipsos coniuges, nempe mutuæ debiti coniugalis redditionis ac cohabitationis differendum est. De qua præsens liber disputat. Hic autem ordo seruandus est. Primò differetur, an actus coniugalis ex se sit licitus & obligatorius. Deinde de obligatione ad cohabitandum. Postmodum, quia actus quicumque bonus potest ex circumstantiis vitiari, disputabitur de circumstantiis, ex quibus reddatur actus coniugalis vitiosus, nec teneatur coniux exactus ad debiti redditionem. Tandem de tactibus, cæterisque libidinosis delectationibus inter coniuges sponsosque de futuro: & huius occasione etiam inter solutos.

DISPVTATIO I.

An actus coniugalis sit ex genere suo bonus ac meritorius, si in gratia exerceatur?

SVMMARIVM.

Refertur sententia dicens nunquam exerceri sine peccato, n. 1.
Impugnatur hæc sententia, & proponuntur remissiue bona excusantia matrimonium, n. 2.
Actus coniugalis exercitus in gratia est meritorius: & an in ipso conferatur gratia ex opere operato, n. 3.
Soluuntur argumenta & explicatur cap. Vir cum propria, 33. quæst. 4. num. 4.

1 PRAETER nonnullos hæreticos, qui nuptias illicitas esse testati sunt: quos latè confutat *Bellarminus l. VII. de matrimonio à c. 1. vsque ad 5.* non desunt ex Doctoribus catholicis, qui doceant actum coniugalem non posse absque culpa saltem veniali exerceri. Quos tacito nomine refert *D. Bonauent. 4. dist. 31. a. 2. q. 1.* & eiusdem sententiæ fuit *Hugo c. Vir cum propria, 33. q. 4.* Ducuntur primo auctoritate *D. Gregor. resp. 10. ad interrogationes D. Augustin.* & refertur *eo c. Vir cum propria*, ibi: *Vir cum propria coniuge dormiens, nisi lotus aqua, intrare Ecclesiam non debet: sed neque lotus intrare statim debet.* Nemo enim culpæ immunis ab Ecclesiæ ingressu arceri debet. Secundo, auctoritate *Origenis hom. 6. in Num.* vbi negat in coitu vnquam Spiritum sanctum adesse. Tertio, quia *Siricius Pontifex epist. ad Himerium Tarraconensem*, verba illa Rom. 8. *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt*, ad eos, qui matrimonio copulantur, accommodat. Quarto, quia in actu matrimonij interuenit turpitudo & immundities: vt ex illo 1. *Reg. 21. Si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus*, probat *D. Hieron. lib. 1. in Iouinian.* & constat ex illo *Apocal. 21. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt.* Quo loco coinquinatio vocatur omnis actus, quo perit virginitas quam per actum matrimonij violari dubitat nemo. Quinto, quia vtens actu coniugali postponit bonum rationis, cuius actu tunc sua sponte se priuat alijs bonis inferioribus: quod sanè peruersio quædam est debiti ordinis, ac proinde culpa. Sicut accideret in præferente bona fortunæ honori ac vitæ. Tandem, quia in actu coniugali inuenitur effrenata delectatio appetitus sensitiui: quod testatur verecundia ipsa, quam natura dictante homo patitur in actu venereo.

Cæterum veritas catholica est, actum coniugalem esse 2 ex se licitum, posseque absque omni culpa exerceri. Quod constat primo, quia cum res, cuius per se vsus est malus, iniqua sit, si actus coniugalis, qui est per se matrimonij vsus, malus esset, neque absque culpa exerceri posset, matrimonium ipsum iniquum esset. Quod manifesta hæresis est: cum sit institutum à Deo ad generis humani propagationem. Secundò, quia actus coniugalis reddendi debitum est actus virtutis iustitiæ, cum reddatur coniugi debitum ex pacto matrimoniali contractum, præterea, tam in petente, quam in reddente, ordinatur ad propagandam sobolem ad cultum Dei, conseruandamque speciem: ad quod ipsa naturalis ratio inclinat. Insuper is actus sacramentali sanctitate gaudet, ex significatione coniunctionis Christi cum Ecclesia. Et quamuis aliqua detrimenta videatur afferre, ea tamen compensantur bono fidei, prolis, ac sacramenti. Vt latè explicuimus lib. 2. disp. 29. ferè per totam: ergo actus coniugalis est bonus. Tandem, quia Deus optimus maximus protoparentibus nostris actum coniugalem præcepit, Genes. 2. *Crescite, & multiplicamini*: blasphemum autem esset credere actum de se malum præcipi à Deo.

Hinc manifestè infertur, actum coniugalem in gratia 3 exercitum, debitisque circumstantijs vestitum, esse meritorium: prout in cæteris bonis actibus iusti contingit. Quod nullus sanè Theologus negat, nec negare potest. Quod si roges, an in ipso actu coniugali conferatur gratia sacramentalis ex opere operato? Dic conferri quidem

ex opere operantis: vt in alijs actibus bonis: non autem ex opere operato. Cum non sit sacramentum, nec pars eius necessaria. Quare gratia sacramentalis confertur ex opere operato, dum Sacramentum ipsum matrimonij per verba de præsenti celebratur. Antiquitus autem, cum matrimonia clandestina erant valida, dum spōsalia de futuro transibant per cōpulam in matrimonium, dabatur gratia ex opere operato, in ea priori copula. Quia vicem formæ sacramentalis gerebat: explicabat enim consensum de præsenti. Ita docet *Bellarmin. lib. vn. de matrim. c. 5.* Cui addo, etiam hodie posse aliquando perficere matrimonium, quod prius per verba de futuro erat initum. Vt explicuimus l. 3. disp. 40. nu. 7. & tunc conferre gratiam ex opere operato, tanquam formam perficientem sacramentum.

4 Ad argumenta num. 1. proposita resp. Ad 1. dic, non id dixisse D. Gregor. ob culpam aliquam quæ in ipso matrimonij actu inueniatur, sed ob decentiam quandam, eò quòd actus ille ineptum quodammodo reddat hominem ad spiritualia & sancta pertractanda. Quòd sanè verbis subsequentibus explicuit, ibi: *Nec hæc dicentes deputamus culpam esse coniugium: sed quia ipsa licita admissio coniugum sine voluptate esse non potest.* Vel secundo dic, id accidere: quia quamuis sine culpa exerceri possit, ea tamen est humana fragilitas, ac propensio ad voluptatē veneream, vt vix culpa venialis in eo actu desideretur. Ad 2. dic Origenis mentem esse non quòd omnino Spiritus sanctus in eo actu absit, sed quòd non adsit speciali quodam auxilio, sed generali, veluti ad reliqua bona opera iustorum naturalia. Ad 3. dic, non loqui de nuptijs iustis, sed de sacrilegis celebratis per sacerdotes, qui voto solemni ad continentiam arctantur. Ad 4. respondeo, dici immunditiem & coinquinationem, non moralem, quæ culpam constituat, sed naturalem: quia membris turpibus, & pudendis, fœdoque motu exercetur. Ad 5. dic, non esse debiti peruersionem, si quis leue aliquod detrimentum in bono potiori & altiori subeat, ob inferiora bona, si tamen ea maximi momenti sint, quale est bonum speciei, quod ex generatione consequitur. Sicut ob individui conseruationem, iustè intermittuntur somni tempore actiones superioris rationis. Ad vltimum dic, illam effrenatam & intensam appetitus sensitiui delectationem esse malum pœnæ ex originali labe promanans: minimè autem malum culpæ, quando limites rationis non transgreditur.

DISPVTATIO II.

An actus coniugalis, quoad petitionem & redditionem debiti, sit sub præcepto?

SVMMARIVM.

An vir & vxor sint pares in actu matrimoniali? n. 1.
An petere debitum obliget aliquando? n. 2. & ibi, nemo tenetur vti iure sui, quod pro se introductum est.
Reddere tenetur coniux coniugi, siue expresse siue tacite petat, n. 3.
An sit interpretatiua vxoris petitio, quando vir attenta eius conditione, vel alioqui percipit ipsam concubitum appetere? n. 4.
An sit idem dicendum de vxore respectu viri? n. 5.
An sit debiti redditio, obligetque, quando coniux sentit in altero coniuge, etiam non petente, periculum incontinentiæ, siue speret fore vt ipsa copula coniugali subueniatur, siue id dubium sit? n. 6.
An hæc sit obligatio ex iustitia, vel tantum ex charitate? n. 7. vbi quid si alter coniux non appetat copulam coniugalem?
An sit ex natura matrim. ius petendi debitum, & obligatio reddendi, num. 8.
An sit culpa lethalis negare debitum coniugi? n. 9.
An semper coniux animo obligandi petat: vitetque culpa negare coniugi debitum non eo animo petenti? n. 10.
An sit paruitas materiæ raro negare debitum? vel non statim reddere, etiam si petens patiatur pollutiones involuntarias, vel morbum ex dilatione? n. 11.
Quando coniux est nimius in petendo, an sit culpa negare? n. 12.
Quid si coniux remisse petat, alterque precibus non importunis assentiatur? n. 13.
Quid quando coniux raro & magna cum difficultate reddit? n. 14.
Quid si ex negatione debiti oriantur scandala & discordia, licet coniux se excusset ratione Eucharistiam recipiendi? n. 15.
Quid si alter inferat plurimum, alterve se excusante? n. 16.

PRIMA conclusio sit. Coniuges non sunt æquales in actu coniugali, nec in domestica dispensatione, si de æqualitate quantitatis loquamur, sunt tamen in vtroque pares, loquendo de proportionis æqualitate. Conclusio est *D. Thom. 4. d. 32. q. 1. a. 3. corp.* quem omnes sequuntur. Constat prior pars, quia in actu coniugali vir nobiliores partes agit, est enim agens, vxor verò patiens: in dispensatione etiam domestica vir est caput, gubernatque, mulier autem gubernatur. Posterior etiam pars constat: quia sunt pares in petendo & reddendo debitum, vt constat ex *1. ad Cor. 7.* vbi *D. Paulus* æque dixit nec virum habere sui corporis potestatem, nec vxorem sui. Item, quia sicut tenetur vir in actu coniugali & domestica dispensatione ad ea, quæ viro propria sunt, ita vxor ad propria vxoris munia. 1

Secunda conclusio. Petitio debiti propriè loquendo de petitione, nunquam est sub præcepto. Dixi, propriè loquendo de petitione: quia (vt dicam n. 6.) aliquando altero coniuge minimè petente tenetur aliter ob periculum incontinentiæ præuenire: verum id non est propriè petere, sed quodam modo reddere. Conclusio est *Ricardi 4. d. 32. a. 1. q. 2.* & omnium. Probatur, quia nullus tenetur vi iure suo, quod pro se tantum introductum est, sed potest illo cedere. *c. Ad apostolicam, de reg. c. Si de terra, de priuil.* ibi: *Cum liberum sit vnicuique suo iuri renunciare.* Nec tenetur quisquam nondum exactus, id debitum creditori offerre, quod eius naturæ est, vt non debeatur nisi exactum: huiusmodi autem est debitum coniugale. 2

Tertia conclusio. Reddere tenetur coniux coniugi, siue expresse, siue tacite, seu interpretatiuè petenti. Nil enim refert qualiter voluntas exprimatur, verbis, factisve, *l. De quibus. ff. de legibus.* Conclusio est *D. Thom. 4. d. 32. q. vn. art. 2. quæstiunc. 1.* & à nemine negatur. Constat, quia reddere vnicuique quod suum est, lex iustitiæ præcipit, at corpus viri est vxoris: & è contra, teste *D. Paulo 1. ad Corinth. 7.* 3

Censetur autem vxor tacitè & interpretatiuè petere debitum à viro, dum vir aliquibus signis percipit in ea voluntatem petendi, & præ pudore abstinere à petitione. Cum enim mulieres verecundæ sint, nec soleant verbis expressis petere, sufficiens signum est tacitæ petitionis. Ita docent *D. Thom. 4. d. 32. q. vn. a. 2. quæstiunc. 1. corpore, Ricard. ibi, a. 1. q. 2. corp. & ad 1. Maieris 4. d. 31. q. vn. concl. 2. & ibi Supplem. Gabrielis, q. vn. a. 2. post 4. concl. & d. 32. q. vn. a. 3. dub. 2.* vbi *Guillelm. Borrillong. q. vn. a. 3. dub. 1. Henricus c. Inquisitionis, num. 14. de sententia excommun. Turrecr. c. Sciatis, 33. q. 4. a. 2. nu. 4. Anchona*, quem refert & sequitur *D. Antonin. 3 p. tit. 1. c. 20. §. 7. Rosella verb. Debitum, n. 5* vbi *Angelus num. 16. Sylueft. q. 8. Tabiena verb. Impedimentum, imped. 2. q. 3. Armilla verb. Matrimonium, nu. 55. Viguer. lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 10. Nauar. sum. c. 16. Hispane n. 25. Latine nu. 26. Ledesma 2. p. 4. q. 55. a. 1. ad fin. Ant. Cucus li. 5. instit. maior. t. 12. n. 21. Cordub. sum. q. 136. punct. 2. Angles florib. 1. p. de matrim. qu. 9. de obligatione soluendi debitum, a. 1. diffic. 4. concl. 4. Palacios 4. d. 32. disp. 2. sol. 716. vers. Neque onerosum. Bartol. à Ledes. dub. 32. de matrim. §. Sed iam quod matrim. Pet. de Ledesm. de matrim. q. 53. a. 1. dubiolo 1. quod monet post 2. dubium principale. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 80. §. Vt autem reliqua.* Imò satis est hoc ex mulieris natiua conditione nosse, cum scilicet vir attenta mulieris conditione coniicit fore, vt appetat copulam. Ita *Anchona, D. Antonin. Rosel. Sylueft. Nauar. Ledesma, Ant. Cucus, Lud. Lop. ibid.*

Dubitabis forsan, an idem dicendum sit de vxore erga virum? Cum enim quoad petitionem & redditionem debiti pares sint, qua ratione dicitur teneri virum reddere vxori in prædicto casu, & eam esse tacitam petitionem vxoris: censendum erit idem de vxore respectu viri. Sed dic regulariter licitum esse vxori expectare petitionem expressam viri: non quia non pares sint, sed quia cum viros minimè pudeat verbis expressis debitum exigere, dum id appetunt, meritò ac iure optimo potest mulier præsumere, sibique persuadere viros expresse non petentes, nequaquam velle, & signa illa quæ in mulieribus, natura verecundis, tacitam & interpretatiuam voluntatem indicant, in ipsis viris minimè indicare. Ita docent *Scotus 4. d. 31.* 4 5

d.32. q.vn.a.2. v. At vero duplex. Palacios eod.d.32.disp.1.f.703. vers. Scito tamen. & non esse simile in vxore docent etiam Astensis sum p. 2.li.8.tit.10.art.1.q.6. Ioan de Friburgo summa confess.lib.4.t.2.q.40. Idemque clarè significant D.Thom.4. d.12.q.vn.a.3.ad 2.& ibi Palud.q.1.a.1.n.4. Henricus c.Inquisitioni,n.14 de sentent.excommun. Sylvest.verb.Debitum,q.8 Tabiena Matrimonium,3.q.4 §.5 vbi aiunt ratione erubescentiæ,quæ communiter inuenitur in feminis, non autem in viris,non ita teneri vxorem reddere viro expresse petenti, sicut è contra. Si tamen daretur idem pudor exigendi debitum aut timor in viro, idem prorsus dicendum esset, nempe teneri vxorem ipsi reddere,quando nosset eius voluntatem petendi,& præ pudore,aut ob pusillanimitatem, aut ob insignem vxoris auctoritatem, aut asperam conditionem,minimè petere. Quia eadè militat ratio, cum sint coniuges in actus coniugalis obligatione pares. Quod non obscurè indicant omnes auctores citati, qui fere omnes docent, non absolutè non teneri vxorem reddere debitum viro interpretatiuè petenti, sed non ita teneri, sicut virum vxori:&,qui absolutè docent non teneri,eo fundamento innituntur,quòd is pudor exigendi non sit in viris: quare contrarium dicerent existente eodem pudore. Et ita in proprijs terminis docent D.Antonin.3.p.tit.1.c.20.§.7. Sylvest matrim.7.q.4 dicto 10.Nauar.sum. c.16. Hispan.n.25. Latme n.26.Manuel 1.tom.sum.in 2.edit.c.243.n.8. Lud.Lopez 1.p.instruct.c.80.§.Id ipsum. Quia tamen hoc rarissimè accidet, regulariter non tenetur vxor reddere viro non expresse petenti,nisi euidenter ipsi constaret de prædicto timore ac pudore viri ad debitum exigendum.

6 Adde dictis,tempus quo tenetur alteruter coniux alterutri reddere debitum, non tantum esse,quando exigitur, sed etiam quando ex aliquibus signis in ipso coniicit incontinentiæ periculum. Probatur primò,quia hoc est reddere moraliter,quamuis metaphysice sit petere: sicut dum alicuius inimicum, qui habet ipsum inclusum ad eum occidendum,præuenit ipsum interficiès, metaphysicè est aggressio, moraliter autem defensio. Secundò,quia matrimonium post naturæ lapsum institutum est in concupiscentiæ remedium: ergo vbi alter hoc remedio indiget,licèt non petat,tenetur coniux alter offerre: sicut medicus ægroto, cui medetur, tenetur adhibere medicinam quam ei salubrem fore sperat, quamuis non petat. Tertiò,quia ad bonum fidei spectat non tantum reddere debitum,sed etiam abstinere ab alio concubitu: ergo vbi periculum est incontinentiæ in altero, ad fidelitatem quam sibi mutuo coniuges debent pertinet subuenire petendo debitum, vt vel sic ardor & illa prauahibido,impellens illum ad illicitam venerem, frigescat. Tandem quia quicumque proximus tenetur lege saltem charitatis opem ferre proximo, periculo ruinæ spiritualis exposito,si commodè potest:nedum ipsimet coniuges, qui tam arcto amoris & amicitiæ vinculo astricti sunt, tenebuntur sibi mutuò subuenire, dum patiuntur idem periculum, cùm commode possint offerendo debitum coniugale. Ita tenent D. Thom. 4.d 32. q.vn.a.2.quæstiunc.1.ad 1.Præpositus c.Rursus.n.6.Antitio,qui elevici,vel veuent.Supplementum Gabrielis 4.d.31.q.vn.a.2 post 4. conclus.& d.32.q vn.a.2.dub.2.Astensis sum.2 p lib.8.tit.10 a.1. q.5.Turrecrem.c.Sciatis,33.q 4.a.2.ad 2.Adrianus 4.materia de Eucharistia, quæst. Restat iam videre ,an propter immunditiam, in solutione ad 2.rationem.Sotus 4 d.31.q.vn.a.4. conclus.1 fine: & d.32.qu.vn.a.2.paulo post principium , Petrus de Soto lect.14. de matrimon.ad finem.Angles sueribus 1.part.de matrim.q.6.de obligatione soluendi debitum,art.1. dissi.4. conclus.4 Margarita confessorum 6.præcepto .fol. 88. Vinaldus candelabro 1.part. de matrim.nu.257.Palacios 4. d.32. disp.1.fol.703. vers.Scito tamē & fol.707.vers.Secundum est.& disp.2.f.716.Verumtamen casus.Enriquez lib.11.de matrim.c.15.n.9.& lib.12.c.2.num.9. Petrus de Ledesma de matrim.q.49.a.5. dub.2. conclus.2. Et omnes hi Doctores manifestè loquuntur , quamuis coniux incontinentiæ periculo expositus , nullo fine petat: tunc enim quamuis nullum esset incontinentiæ periculum, teneretur alter reddere , atque ita nil tribuerent huic periculo.Quod expresse dixerunt Sotus 4.d.31. q.vn. a.4 conl. 1.fine,& Palac.4.d.32 disp.1.fol.703. vers.Scito tamen, dicentes non opus esse in eo periculo virum formaliter petere, sed satis esse si vxor periculum eius norit. Tunc enim interpretari debet illum exigere. Et aduerte in hoc euentu, eodem modo loqui Sotum & Palacios de vito respectu vxoris,ac de vxore respectu viri: licet secluso incontinentiæ periculo,diuersum sit , quando vir non expresse petit, vt dixi n.præcedenti. Et merito in hoc casu idem sentiendum est. Quia hæc obligatio reddendi non consurgit ex signo aliquo,quo tacite significetur petitio, non aliter expresso propter erubescentiam:tunc enim cum similis erubescentia non sit in viro,ac est in mulieribus, diuersum in illis censendum est: sed oritur ex periculo incontinentiæ, cui alter coniux ob matrimonij fidem & institutionem, tenetur occurrere offerendo debitum coniugale : id autem periculum æquale est in vtroque coniuge. Id tamen libenter fatebor,vxorem verecundam, quam valde puderet dedeceretque expresse petere,non teneri in hoc euentu ad id.sed solis signis,quibus vxores petere solent, vti, & se viris offerre. Intellige autem teneri coniuges sibi mutuo reddere existente hoc incontinentiæ periculo, vbi spes esset fore,vt tali copula cessaret periculum. Cum enim obligatio hæc non consurgat ex vera alterius coniugis petitione,sed ex interpretatiua & præsumpta , qua vult sibi mederi, matrimonio in concupiscentiæ remedium instituto, & ex obligatione debita ratione fidei matrimonij ad præseruandum alterum à ruina carnis, vbi spes abesset cessationis eius ruinæ, & vitationis periculi, cessaret vtique talis obligatio. Atque ita Palacios 4. d 32 disp 1 fol.707.col.1. vers.Secundum est. Angles , & Petrus de Ledesma proxime citati explicarunt hanc obligationem tunc consurgere, quando coniux petens probabiliter crederet fore,vt petendo vitaret in altero periculum incontinentiæ. In dubio autem an proderit, necne, credo eandem petendi adesse obligationem. Quia quamuis sub iudice sit , an præceptum correctionis fraternæ obliget vbi dubia est spes emendæ : at in hoc euentu non solum obligat lex charitatis , à qua præceptum correctionis originem ducit: sed aliqualiter lex etiam iustitiæ ,vt dicemus num. sequenti. Præterea, quia hæc petitio nullatenus nocere potest , & prodest plurimum,quia ardorem libidinis saltem temperat,si non prorsus extinguat.

Vtrum autem obligatio sit reddendi debitum coniugi, 7
quando nec verbis nec signis petit , sed incontinentiæ periculum patitur , cui copula coniugali subuenietur , non facilè est iudicare. Et quidem rationes adductæ n. præcedenti obligationem hanc esse iustitiæ manifestè persuadent : sunt enim ex ipsa matrimonij institutione petitæ, probantque eam vere esse redditionem: atque ita Petrus de Soto ibi citatus dicit esse veram redditionem debiti. Præterea, quia omnes fatentur licitum esse accessum ad coniugem gratia vitandi adulterij in illo : cum tamen multi negent licere ad vitandum in seipso: ducunturq; eò quòd ad vitandum in altero adulterium sit actus iustitiæ & quedam redditio. Vt dicemus hoc lib. disp.9.nu.1. Tandem, quia voto castitatis coniux astrictus quamuis petere minimè possit, at id potest vbi in altero coniuge sentit incontinentiæ periculum.vt dicemus hoc lib. disp.7.nu.5. quia id non est vere petere,sed reddere. Et in propriis terminis hanc esse obligationem iustitiæ docet Petrus de Ledesma de matrim.qu.49 art.5.dub.2.conclus.2. & apertè colligitur ex DD. num. præced.allegatis. Credo tamen non esse verè & propriè obligationem ex lege iustitiæ , sed ex lege caritatis, & aliquo modo large loquendo esse obligationem ex iustitia , prout reddere respicit bonum fidei , ad quod etiam pertinet vt neuter coniux aliam copulam requirat. Et ita expresse docet Palud.4.d.31.a.3.n.14. quod non obscurè significauit Sotus 4.d.32. qu.vn.art.2.paulo post princip. appellans hanc non simpliciter & absolutè , sed quodammodo redditionem. Idemque docet Durand. 4.d.31. qu.4. num.6. vbi dicit non esse debiti redditionem, accessum ad con-

coniugem nec verbis nec signis petentem, gratia vitandæ in ipso fornicationis. Nec rationes oppositæ probant amplius, quam obligationem hanc non esse ex solo charitatis debito, sed aliquo modo saltem large spectare ad iustitiã, & esse tunc quodammodo reddere. Ducor ad hoc asserendum. Quia vbi est vera iustitiæ obligatio ad reddendum alicui, quod suum est, nil refert sit illi profuturum, nec ne: quare dum coniux expresse vel tacitè petit, reddendum est ei semper, esto illi non prosit ad motus carnis sedandos: at in hoc euentu nulla est obligatio cessante spe profectus: vt dixi n. præced. ergo ea obligatio non est verè & propriè ex iustitia. Insuper, quia obligatio reddendi ex vera lege iustitiæ oritur ex voluntate verbis aut signis explicita alterius coniugis petentis rem suam: at in hoc casu (vt supponimus) nec verbis nec signis petit, imò tenetur alter illi copulam cõiugalem offerre, quamuis norit suum coniugem illam non appetere, sed alienam, si tamen credat fore, vt vel sic illum appetitum venereum extinguat: ergo hæc obligatio non oritur ex vera iustitiæ lege.

8 Quarta concl. Ius ad petendum, obligatioque ad reddendum debitũ, sunt passiones quæ necessario sequuntur ex natura ipsa matrimonij, seu vinculi coniugalis. Constat ex dictis l. 5. disp. 10. à nu. 1. vsque ad 5. vbi probaui non posse validè iniri matrimonium, si in pactum deducatur ne liceat coniugibus petere, aut ne teneantur reddere. Præterea, quia vinculum coniugale suapte natura eo tendit, vt proles generetur, speciesque conseruetur, quod obtineri nequit absque iure petendi, & obligatione reddendi. Sicut enim in executione minimè potest esse proles absque actuali copula, ita neque in vinculo coniugali potest esse ordo efficax ad talem generationem sine iure petendi, obligatioque reddendi. Insuper, quia matrimonium transfert dominium mutuum corporum coniugum, ex dominio autem consurgit ius vtendi re sua, & obligatio ipsam reddendi domino petenti. Tandem idem constat ex secundario matrimonij fine. Cum enim sit in concupiscentiæ remedium, inefficax & minus sufficiens esset, absque iure petendi, obligationeque reddendi. Et ideo conclusio hæc à nemine negatur. Semel tamen constituto matrim. possunt ius hoc & obligatio cessare: vt si mutuo consensu voueant coniuges castitatem: vel si contrahant affinitatẽ. Quia solum in fieri, non autem in conseruari ab his passionibus matrimonium pendet.

9 Vltimò conclusio sit. Coniuges tenentur sub culpa lethali sibi mutuo reddere debitum, siue alteruter expresse, siue tacitè & interpretatiuè petat. Conclusio est omnium: & constat, quia obligatio hæc est ex iustitiæ lege, vt probaui n. 3. nec materia est leuis.

10 Est autem accipienda conclusio, regulariter. Nam non semper coniux ita exactè petit debitum, vt protinus velit obligare ad culpam lethalem, sed sæpe alliciendo & mouendo, & non tamquam debitum ex iustitia, sed tanquam amicitiæ quoddam coniugale symbolum: & tunc non est mortale negare debitum. Quia cum solum debeatur ob alterius coniugis petitionem, vbi hæc non est tanquam debiti ex iustitia, cessat iniustitiæ crimen, & subinde culpa lethalis. Ita *Sot. 4 d. 32. q. vn. a. 1. post 2. concl.* vbi *Palacios disp. 1. fol 701. v. Caterum. Bart. à Ledesma dub. 71. de matrim. paulo post princ. Enriq. li. 11. de matrim. c 15. n. 7. fin. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c 143. nu. 1. Lud. Lop. 1. p. instruc. c. 80. in princ. Capua 1. p. decis. l. 2 c. 83. n. 1. Eman. Sa sum. verb. Debitum coniugale. §. penult.* Crebro etiam nec veniale esset, tunc negare. Quia in alijs humanis debitis ita contingit: creditor enim pecuniam sibi debitam non semper ea tenacitate & rigore petit, vt sit peccatum non reddere. Sic *Sotus, Palacios, Barthol. à Ledesma, Capua ibidem.* Hæc autem intellige, nisi sit periculum incontinentiæ in coniuge petente. Tunc enim esset mortale negare ratione periculi probabilis ruinæ, cui ex fide matrimonij tenebatur alter subuenire, vt diximus n. 6. Sic *Emmanuel Sa ibidem.*

11 Et sicut in alijs præceptis etiam iustitiæ datur paruitas materiæ, quæ à culpa lethali excusat, ita etiam in hoc. Vt si coniux exigenti neget raro debitum, absque periculo incontinentiæ exigentis. V. g. solet vir petere quater in mense, & petat iterum, non erit mortale vxorem ea quinta vice negare sine periculo incontinentiæ: leuis enim res censetur, semel vel iterum negare, vt sit culpa lethalis. Sic *Ledesma 2. p. 4. q. 66. a. 1. dub. 2.* Similiter leuis materia censebitur, quando non statim redditur debitum, sed per aliquod breue tempus differtur, cessante incontinentiæ periculo in petente. Sic *Victoria summa de matri. n. 275. Ledesma dub. 2.* qui bene exemplificat, vt si coniux neget manè debitum, redditurus nocte. Si autem coniux exigens paterentur pollutionem inuoluntariam, vel incideret in morbum, nisi statim sibi debitum redderetur: videtur res grauis, culpamque lethalem constituens, non statim reddere. Sic *Vinaldus candelabro 1. p. de matrim. n. 257.* Verum de morbo id fateor, quando is esset alicuius momenti. De periculo autem pollutionis inuoluntariæ, vbi abesset consensus periculum (quod accideret quando ea esset in somnis, & aliquando etiam in vigilia, sed hoc rarò, ob vehementem delectationem, & carnis fragilitatem) id non admitto. Quia (vt dicemus hoc l. 9. disp. 45. num. 15.) non tanta est obligatio vitandi pollutionem inuoluntariam, vbi non procuratur, nec datur causa moralis ipsius.

Insuper quando coniux nimius esset in petendo, ratio- 12
nisque limites excederet, non semper teneretur alter reddere, sed moderate. Quia in omnibus rebus debet modus adhiberi: & in hac maximè. Quia vir reddendo debitum, fit in dies impotentior: sperma enim amplius emissum desiccat, facitque homines citò senescere: auctore *Aristotele de longitudine & breuitate vitæ, cap fin.* Quamuis in fœminis minus periculum sit. Ita docent *Sotus 4. d. 32. q. vn. a. 2. post 2. concl. Enriq. l. 11. de matrim. 15. n. 7. fin. Lud. Lop. 1. p. instr. c. 80. paulo post princ. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 143. num. 1. Capua 1. p. decision. l. 2. c. 83. n. 4. Emanuel Sa sum. verb. Debitum coniugale, §. penult.* Qui bene hoc temperat, cum *Ludouico Lopez 106. 80. §. Igitur resolutorie*, nisi petenti periculum incontinentiæ immineret. Quod adhuc intelligendum puto, nisi ex tali frequẽtia damnum notabile salutis corporeæ reddẽti immineret: in eo enim euentu aliter esset consulendum periculo illi incontinentiæ. Vt dicemus hoc l. 9. disp. 24. nu. 12. vbi dicemus cum hoc damno licitum esse, sed non obligatorium reddere. Et ibi nu. 6. dicam quando sit mortalis hæc frequentia.

Præterea, quando coniux remisse petit debitum, vel ro- 13
gatus cedit facilè iure suo, non est mortale negare. Constat in alijs debitis ciuilibus, quæ remisse petita, aut facilè à creditore concessa dilatione, non est lethale crimen denegare. Sic *Angles floribus 1. p. de matrim. q. 6. de obligatione soluendi debitum a. 1. ante. concl. 5. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 80. paulo post princ. Cãcedo sum. sacram. de matrim. c. 8. n. 70.* Et non esse mortale, quando coniux petens solis precibus auertitur: vltra prædictos auctores docent etiam *Syluest. verb. Debitum. q. 8. Nauar. statim allegat. Margarita confess. 6. præcepto. f. 88. Capua p. 1 decis. li. 2. c. 83. n. 1. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. lib. 4. c. 16 paulo post princ.* Non debet autẽ coniux petens auertiri nisi ex iusta causa, propter periculum incontinentiæ, nec preces debent esse valde importunæ: ne inuoluntariè & quasi coactè cedat. Ita *D. Thom. 4 d. 32 q. vn. a. 1. quæstiunc. 1. ad 4. Astens sum. 2. p. l. 8. tit. 10. a. 1. qu. 7. Io. an. de Friburgo sum. confess. li. 4. a. 2. q. 41. D. Antonin. 3 p. t. 1. c. 20. §. 7. Sylvest. Margarita, Philiarc. proxime citati, Tabiena Matrim. 1. q. 4. §. 5. Turrett. à Sciatis, 33 q. 4. a. 4. n. 7. Nauar. sum c. 16. hispanæ n. 14. Lett. n. 25. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 79 §. Peccat etiã. Capua d. a. 81. n. 1.*

Esset autem lethale scelus rarissimè & magna cum dif- 14
ficultate reddere. Quia notabiliter coniuges debito coniugali defraudarentur, sæpeq; incontinentiæ periculi paterentur, nec ob magnã alterius difficultatẽ auderẽt petere. Ita *Sotus, Bart. à Ledes. Manuel* vbi n. 10. eos allegaui. *Capua p. 1. decis l. 2. c. 81. n. 7. Lud. Lop. 1. p. instr. c. 80. §. Igitur resolutorie.*

Pariter esset mortale negare debitum, quando iusta 15
sufficiensque causa denegandi abesset, & inde coniux petens scandalizaretur, grauesque discordiæ orirentur. Sic

D. An-

D.Anton.3.p.tit.1.c.20.§.7. Rosella verb.Debitum, num.5 & ibi Ang.n.17. Lud.Lop.1.p.inst.c.80.§. Igitur resolutorie. Addunt bene D. Ant. & Rosel. minimè excusari tunc coniugem negantem debitum; eo quod dies solemnis sit, aut Eucharistiam sit recepturus: quamuis laudabile sit precibus non importunis hâc occasione auertere.

16 Tandem si coniuge se excusante, quando causa non excusaret prorsus à redditione debiti, (de quibus causis excusantibus constabit in disp. seq.) alter coniux valde instaret petens, esset mortale non reddere. Quia iniustè negatur sibi debitum ita instanter exactum. Sic D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 20. §. 7. Vivald. candelabro 1. p. de matrim. n. 257.

DISPVTATIO III.

An peccet lethaliter coniux se impotentem reddens ad debitum coniugale persoluendum?

SVMMARIVM.

Refertur quadam opinio, n. 1. Et ibi, non peccat coniux se reddens impotentem ex actu copulæ præcedentis. Peccat mortaliter se reddens impotentem medijs illicitis, n. 2.

Vir crebro accedens ad feminas, vel se polluens, vltra peccatum adulterij, tenetur fateri se reddere impotentem, n. 3.

Quid si medijs licitis se reddat impotentem: vt abstinentia, n. 4.

Quid si abstinentia sint moderata, licet illa reddatur minus potens, n. 5. & ibi, an sint consulenda vxori abstinentia, quibus deformior reddatur.

An teneatur vir vti calidis, & medijs aliquibus, quo potentior reddatur, n. 6.

An vir possit immoderatas abstinentias vouere absq. vxoris consensu, & pares sint in hoc coniuges, vt neuter possit vouere abstinentiam n. 7.

An votum magnæ abstinentiæ impedientis debiti redditionem, aut longæ peregrinationis viri, sit ipso iure irritum, vel valeat, donec irritetur, n. 8. & ibi, remissiuè, an vxor possit irritare.

An possit alter sine alterius coniugis licentia habitum mutare, n. 9.

An vir excusetur à ieiunijs obligatorijs, si reddatur impotens ad debitum, vel minus potens? vel vt fiat potentior? vel si accideret casus, quo esset periculum incontinentiæ, nisi statim reddatur, & ad id est necessarium soluere ieiunium, n. 10.

Anne vxor reddatur deformis, vtroque dissentiat, possit ieiunium soluere, n. 11.

An mulier, qua nubere optat, possit soluere ieiunium, quo deformis reddatur, n. 12.

An vxor excusetur à præcepto ieiunij, si vir si præcipiat vt ieiunet, n. 13.

1 SAtis obscurè in hac re locutus est D.Tho. 4.d.32.q.vn.a.1. ad 3. vbi tria dicit. Primò dicit, si ex copula præcedenti cum vxore vir reddatur impotens ad iterum soluendum, vxor non habet ius petendi. Et hoc quidem manifestum est. Quia impossibilium nulla est obligatio. Regula Impossibilium, ff. de regul. iuris. Qua ratione idem absque dubio dicendum est, etiamsi ex causa illicita consurgat illa impotentia: potuit enim vir peccare reddendo se impotentem, at vbi impotens effectus est, immunis est culpæ non reddens. Secundo dicit, si ex alia causa fiat impotens, & illa est licita, non tenetur reddere, nec vxor ius petendi habet. Idem docent Henricus c. Discretionem, n. 3. de eo qui duxit consanguineam. Astensis 2. p. sum. li. 8. t. 10. ad 4. q. 3. Tabiena Matrim. 3. q. 4. §. 5. Turrec. c. Sicut, § 3. q. 4. art. 1. n. 2. Viguerius lib. inst. c. 16. §. 7. vers. 10. Bart. à Ledesma de matrim. dub. 71. concluſ. 2. Quod si vt sonat, intelligatur, manifestum est. Quare credo D. Thom. & sequaces velle dicere minimè delinquere virum ea causa reddendo se impotentem. Quia de culpa erat sermo: & constat, quia immediatè dicunt peccare, quando causa est illicita. Tertio dicit, si causa impotentiæ est illicita, reus est culpæ vir sic se reddens impotentem. Idem docent Ailenſ. Henric. Tabiena, Turrec. Viguer. proximè citati. Ioan. de Friburgo sum. confeſſ. l. 4. tit. 2. q. 36. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 20. §. 10. Sotus 4. d. 32. q. vn. a. 1. fine. Non tamen explicant sit ea culpa lethalis, nec ne.

2 Sit tamen prima concl. Coniux scienter reddens se impotentem medijs illicitis ad debitum coniugale persoluendum, lethaliter peccat. Quia eadem iustitiæ lex, finem præcipiens redditionis debiti, obligat subinde ne quis medijs illicitis se reddat impotentem: sicut reus esset culpæ mortalis scienter se faciens impotentem ad alia debita ciualia soluenda. Sic videntur sentire D. Thom. & reliqui citati nu. præced. in tertio dicto: quamuis non explicuerint an culpa sit mortalis. Sed id explicant Ricard. 4. d. 32. a. 1. q. 1. ad 1. Rosella verb. Debitum, nu. 2. vbi Angel. n. 6. Syluest. q. 1. vers. Prima est. Armilla n. 2. Alexand. in suo Enchirid. 2. p. tract. de 6 præcepto, ad finem, §. Si vir modo illicito. Capua 1. p. decis. l. 2. c. 83. num. 2. Barth. à Ledeſ. de matrim. dub. 71. concluſ. 2. Canedo sum. Sacram. de matrim. c. 8. n. 71.

Hinc infertur, virum crebro se polluentem, aut ad alias feminas accedentem, si aduertat se inde reddi notabiliter impotentem ad satisfaciendum moderate vxori, vltra crimen pollutionis aut adulterij, admittere peculiarem culpam aliam aduersus legem iustitiæ, qua tenetur aptum se debito coniugali reddendo præseruare. Constat ex dictis num. præced. Quia medio illicito se impotentem reddit. Quare circumstantia hæc detegenda est in confessione. 3

Secunda concl. Quamuis media, quibus coniux efficitur notabiliter impotens, sint alias licita, vt si sint immoderata ieiunia, aut vigiliæ indiscretæ, si id aduertat, peccat. Constat ex eadem ratione. Insuper, quia quando aliquid prohibetur, interdicitur similiter omne id per quod peruenitur ad illud. l. Oratio ff. de sponsalibus. Cū ergo viro prohibeatur debiti negatio, similiter interdicitur nimius excessus in vigilijs & abstinetijs, per quæ vir cogitur debitum negare. Sic docent Palud. 4. d. 32. q. 1. a. 2. n. 8. D. Ant. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 10. Ricar. Rosel. Ang. alleg. n. 2. & cū materia sit grauis, ad iustitiamque pertinens, hæc culpa lethalis erit. Vt bene docēt Abul. 4. 6. Matt. q. 149. Syl. Capua, Canedo co. n. 2 relati. 4

Tertia concl. Coniux se extenuans & debilitans absque fraude & bona fide, medijs honestis, vt seruans Ecclesiæ ieiunia, & alia moderata ex deuotione, impendensque moderate tempus honestis studijs, vacat culpa. Quia sic non efficietur impotens, sed minus potens, nec tenetur cum spirituali iactura à spiritu alibus operibus abstinere, vt se potentiorē & robustiorem conseruet, sicut nec tenetur desistere ob eam causam à cæteris corporalibus exercitijs. Ita D. Tho. & reliqui quos retuli n. 1. dict. 2. vt vbi eos explicui, Ricar. 4. d. 32. a. 1. q. 1. ad 1. Supplem. Gabr. ead. d. 32. q. vn. a. 3. dub. 1. & ibi Sotus q. vn. a. 1. fin. Friburgo sum. confeſſ. lib. 4. tit. 2. q. 36. Rosel. verb. Debitum, n. 2. vbi Angel. n. 6. Syl. q. 1. vers. Prima est. Alex. in suo enchirid. 2. p. tract. de 6. præcepto, ad fin. §. Secus super ieiunia. Quando autem abstinentiæ & vigiliæ censeantur limites prudentiæ excedere, atque immoderata esse, pensandum est, attenta viri cōditione, alij enim alijs robustiores sunt: & attenta vxoris conditione: quædam enim parcæ sunt, aliæ vero vēnerē frequenter appetunt. Deniq; id pro regula seruandum est, vt vir eas vires conseruet, non extenuans eas abstinentijs & vigilijs, quibus indiget ad moderatè reddendum vxori, attenta eius conditione, & ne eam incontinentiæ periculo exponat. Similiter etiam non licet vxoribus ita se abstinentijs & vigilijs dedere, vt deformes ac viris exosæ reddantur. Quia ipsis ansam præbent turpes alios amores quærendi. Sic Sotus ibi. Quare merito D. Anton. Syluest. Capua, n. 4. allegati, Arm. verb. Debitū n. 2. docent eas abstinentias minimè vxoribus consulendas esse. 5

Quarta conclusio. Non tenetur maritus vti calidis, vt potens ad copulam efficiatur, sed fuæ obligationi satisfaciat, si se impotentem minimè reddat. Quia lex matrimonij tantum ipsum astringit, vt moderatè attentis suis viribus reddat, & ne huic obligationi obstaculo sit nimijs vigilijs & abstinentijs: non ergo tenetur medijs aliquibus vti, vt potentior efficiatur. Ita sentiūt Palud. 4. d. 32. q. 1. a. 2. n. 8. D. Anton. Syl. Capua, n. 4. allegati. Tabiena Matrim. 3. q. 4. §. 5. Viguer. l. inſtit. c. 16. §. 7. vers. 10. Hoc tamen intelligo verum, si de iustitiæ rigore & lege loquamur: aliquādo enim lege charitatis ad id tenebitur vir: nempe dum sine corporeæ salutis notabili detrimēto id potest efficere, & vxor graue incontinentiæ periculum patitur, nisi frequentius sibi coniugali copula subueniatur. Lex enim charitatis quoscumque obligat, nedum coniuges ad confulendum necessitati spirituali proximi, vbi commodè & absque notabili proprio periculo subueniri potest. 6

Ex dictis infertur virum absque vxoris consensu mini- 7

mè vouere posse abstinentias, vigilias, preces, quæ debito coniugali moderate reddendo obstent: sicut nec vxor inconsulto viro eadem promittere potest. Quia neuter coniux potestatē sui corporis habet quoad debitum coniugale persoluendū. Ita docent *Glos. c. Manifestum, verb. Nisi auctor, 33. q. 4.* vbi *Archid. n. vn. Turrecan. 1. Host. sum. t. De voto, §. Quis vouere possit, num. 8 Innoc. c. Scripturæ, ad fin. de voto* vbi *Ioan. Andr. n. 4. Ant. n. 4. fine. Card q. 14. Anchar. n. 13. Abb. n. 8. Henric. n. 6. Palud. 4. d. 38. q. 3. a 1. concl. 6. n. 10. D. Ant. 3 p. t. 1. c. 22. init. Abulens. c. 5. Matth. q. 145. l. 8. t. 8. partit. 1. Greg. Lop l. 3. eod. t. verb. El marido, & verb. Nin la muger. Rosella Votum, 2. num. 3. Ang. Votum, 2. nu. 8. Sylvest. Votum, 5. q. 1. Nauar sum. c. 12. n. 61. Stunica q. 3. de voto, n. 32. Philiarc. de officio Sacerd. to 1. p. 2. l. 3. c. 18. §. 11. Manuel 2. to. sum. c. 90. n. 9.* Quamuis autem aliqui ex his DD. vt *Innoc. Card. Anton. Anchar. Ang. Sylvest. Nauar.* censere videantur pares in hoc esse virum & vxorem: dicunt enim neutrum sine alterius consensu vouere posse abstinentias huiusmodi: imò id clarè docent *Ang. Syl. & Nauar.* At multo verius est non esse omnino pares: parificantur quippe in hoc, quod neuter altero inuito potest in præiudicium debiti coniugalis aliquid vouere: eo quod quantum ad debitum coniugale sunt æquales. Quia tamē vir est caput mulieris, *1. Cor. 11. & c. Cū caput, 33. q. 5.* potest vir inconsulta & renitente vxore, ea vota abstinentiæ emittere, quæ debito coniugali persolucdo minime nocent: vxor autem tanquam subdita nullum abstinentiæ votum potest dissentiente viro facere. Quod bene docent *Glos. d. c. Manifestum, verb. Nisi auctor. & ibi Gratian. verb. Ex præmissis. Archid. n. vn. Host. sum. t. de voto, §. Quis vouere possit, n. 8. v. Vxor etiam. Abb. c. Charissimus, n. 4. de cōuers. coniug. & c. Script n. 8. de voto:* vbi *Henric. n. 6. Palud. 4. d. 33. q. 3. a. 1. concl. 6. n. 10. Rosella Votum, 2. n 8. & 10. Abul. c. 30. Num q. 8. 4. Greg. Lop. l. 3 verb. Nin la muger, tit. 8 p. 1.* Quod amplius constabit ex ijs quæ dicemus hoc li. disp. 39. n. 4. vbi probauimus virum posse irritare omnia vxoris propriæ vota: cum tamen tantum absit vt vxor id possit, vt sub iudice sit an possit aliquod irritare.

8 Rogabis autem: vtrum vota abstinentiæ aut longæ peregrinationis coniugum sint ipso iure irrita: an potius valida donec irritentur. *Soto 7. de iust. q. 3. 4 1. v. An vero possit. Manuel 2. to. sum. c. 90. n. 7.* sentiunt votum longæ peregrinationis emissum à viro absq; legitima causa, esse irritum, ac proinde nulla irritatione indigere: additq; *Soto* culpam admittere virum sic vouentē. Et potest probari quia vouet rem sibi prohibitam, & in alterius coniugis præiudicium, vt si vouerat se minime reddituram debitum. Quare iuxta hos auctores idem eadem ratione sentiendum est de voto magnæ abstinentiæ, in præiudicium debiti coniugalis. Verum non placet, sed dicendum est id votum validum esse, minimè tamen impleri posse, donec manifestatum vxori, ipsa approbet; quare nec vir absolute vouens peccabit, nisi expresse intenderet se obligare contra vxoris voluntatē, tunc enim peccaret, & votum esset irritum. Prob. quia similis est ratio de hoc voto, ac de illo, quo religiosus se obligat ad rem sibi prohibitā, quam absq; superioris beneplacito exequi nequit, quale esset votum peregrinandi; cum vtrumque votum sit de re prohibita, exigentique alterius consensum, & eo accedenti, licita; at id votum religiosi est validum, donec à superiori irritetur, licet impleri nequeat absque licentia ipsius, nec religiosus peccat sic absolute vouens, quia tacitè ineſt talibus votis conditio hęc, *Si superior voti conscius consensum præstiterit.* Vt hæc omnia tradunt communiter DD. in materia de voto, & præcipuè *Caiet. 2. 2. q. 88. a. 8.* ergo idem dicendum est de prædicto mariti voto. Nec est simile de voto non reddendi debitū. Quia est omnino & directè contra fidem matrimonij, & votum de re aliena præstanda Deo; quare nullum est; sicut si quis Deo promitteret rem alienam. Votum vero peregrinationis longæ vel nimiæ abstinentiæ non opponitur directe matrim. nec debito coniugali, sed est aliquod alterius coniugis grauamē, quare validum erit; licet integrum sit coniugi grauato dissentire. Et hanc differentiā clarè significauit *Tabiena Matr. 1. q. 3. §. 4 fin.* dicens quando vota non sunt directè contra matrim. sed grauant, vt abstinentiæ & peregrinationis, non obligare altero coniuge dissentiente, secus consentiente. Vbi aperte sentit valida esse, donec alter coniux dissentiat. Quod idem docent *Vincentius in Speculo doctrinali* quod habetur *tom. 2. l. 9. cap 86. Eiusque* quem refert & sequitur *Turrec. c. Sunt quadam, 17. q. 1. nu. 9. Angles florib. 2. p. quæst. vn. de voto, a. 7 pett 9. dissc. dub. 3. concl. 1.* Idemque videntur clarè sentire *Nauar. sum. c. 12. nu. 61. & Lud. l. op. 1. p. instr. c. 46. §. Mulier vxor,* vbi dicunt vota alterius coniugis præiudicantia alteri non obligare: subdunt̄que ideo vxorem vouentem absque viri licentia peregrinationem aut abstinentiam, non teneri implere, si vir repugnarit: vbi clarè vota hæc valere sentiunt, & obligare, nisi vir reuocet. Vtrum autem vxor possit hæc viri vota irritare? dicemus posse, hoc l. disp. 42. n. 2.

Secundò infertur neutri coniugi absque alterius con- 9
sensu licere habitum mutare, v. g. indui vestibus tertij ordinis D. Francisci. Quia horrorem generat, ac subinde obligationi reddendi debitum nocet. Ita *Rosella Votum, 2. n. 9. Sylvest. Votum, 5. q. 1. fin. Nauar. sum. c. 12. n. 62.* Quare nec licebit viro vestibus eremitæ indui, absque vxoris consensu: nec similiter vxori vestibus mulierum, quas vulgò Beatas appellamus, quia vestes huiusmodi coniugatos dedecent, horrorisque in altero coniuge causa sunt.

Tertiò infertur excusari à ieiunio Ecclesiæ coniugem, 10
qui aliter vxori suæ reddere debitum non potest. Quia sicut ieiunium non impedit opera necessitatis, & subinde non obligat eum, qui ieiunando munus suum obire nequit: ita nec opus obligationis, quale est hoc, eo vel maxime, quòd non reddere est in præiudicium tertij. Insuper, quia cum duo concurrant præcepta incompatibilia, alterum humanum abstinentiæ, alterum vero, naturale diuinum, ad iustitiamque pertinens, reddendi debitum: hoc tamquam fortius præualere debet. Ita docent *Caietan sum. verb. Ieiunium, c. 3. de personis, quas obligat ieiunium, §. Excusantur infirmi, ad fin. & ibi Armilla nu 4. Metina C. de ieiunio, q. de his qui ad ieiunia tenentur, in 1. causa excusante, v. Adhanc causam. Nau. sum. c. 21. Hisp. n. 17. Lat. n. 16. Ledesm. 2. p. 4. q 17. a. 3. f. 203. col 2. §. Præterea in hoc a. Angles florib 1. p. q. 6. de illis qui ieiunare tenentur disse. 12. Valentia 2. 2. disp. 9. q. 2. punct. 5. §. Necessitas excusans. Emm. Sa sum. verb. Ieiunij, §. Excusat à ieiunio. Capua 1. p. decis. l. 2. c. 37. n. 52. Philiar. de officio Sacerd. to 1. p. 2. l. 3. c. 25. §. Causa ob quas, in 2. causa, Cañedo sum. Sacram. de matrim. c. 8. n. 7. in commento,* vbi bene addit in hoc euentu teneri virum non ieiunare. Quia fortius est vinculum iustitiæ, cui tenetur satisfacere. Nec admittendam credo mō derationē *Lud. Lop. 2. p. instruct. de ieiun. cap. 111. ad fin.* vbi dicit tunc verū esse excusari ex hac causa virum à ieiunio, quia do nisi die illa ieiunij, qua debitū signis petit vxor, vir reddat, patietur ipsa incontinentiæ periculum, aut ægrè feret, aut suspicabitur virum amore alio turpi captum esse: secus si precibus & verbis blandis possit ipsam auertere. Cæterū hanc moderationē admitto, vt tunc non teneatur vir soluere ieiunium: at potest vtique soluere, nec tenetur ratione ieiunij obseruandi auertere vxorem à debiti petitione, licet possit: sicuti non tenetur faber diues ab opere fabrili quoad sustentationem minime indiget, die ieiunij cessare, quo ieiunium seruare possit. Intelligenda tamen hæc causa excusans à ieiunio est, quando vir notabiliter redderetur impotens ad moderatè reddendum, non enim excusabit si tantillum debilitetur. Ius enim habet ad hoc coniux: vt dixi nu. 5. Quare aberrant viri existimantes se à ieiunio excusari, vt fortiores sint ad copulam maritalem. Nam (vt dixi nu. 6) non tenetur vir vti calidis, vt potentior fit ad copulam: ac proinde minus poterit ieiunium ea de causa soluere. Quod intelligo: nisi vxori periculum incontinentiæ immineat, nisi vir ad copulam frequentiorem potentior efficiatur. Lex enim charitatis tunc obligans (vt dixi eo. n. 6.) potentior est præcepto Ecclesiastico.

Quartò infertur excusari vxorem à ieiunio ratione cō- 11
seruandi amorem mariti erga ipsam: vt ieiunans nequit satis placere viro, à quo minus, quàm par est, amatur, aut de-

despicitur, quòd pallida deformisque reddatur. Quia est damnum notabile, estque valde necessarius ad vitam coniugalem quietè traducendam, mutuus coniugum amor. Sic *Caiet. Armill. Nauar. Angles, Phil iarc. Emman. Sa n. præced. relati, Ledesma 2. p. 4. q. 17. a. 2. dub. 7. f. 201. col. 3.*

12 Quinto infertur idem dicendum esse de femina nubere volenti, si enim ieiunio deformis efficiatur, ita vt difficilius multo nubat, excusabitur à ieiunio. Id enim notabile damnum censetur. Sic *Ludou. Lopez 2 part. institut. de ieiun. cap. 111. ad finem.*

13 Tandem dubitabis, An idem censendum sit, nempe vxorem à ieiunio Ecclesiæ excusari, ob viri præceptum soluere iubentis? Pars enim negatiua suaderi videtur. Quia potius est Ecclesiæ obediendum, nec vir dominium habet in vxorem quoad præcepta Ecclesiæ, sicut habet quoad ieiunia, ad quæ sua sponte vouendo se astrinxit. Sed dicendum est, ob solum præceptum viri minimè excusari: vt clarè probat ratio proposita. Verum si notabiles discordiæ oriantur inter ipsam & virum, nisi ipsi obtemperet, tunc aliqui dicunt posse soluere ieiunium, saltem accedente proprij Sacerdotis dispensatione. Ita *Innoc. rubr. de obseruat. ieiun. nu. 1. & ibi Abbas n. 8. Syluest. verb. Ieiunium, q. 9. dilto 8. §. 25. vbi Tabiena q. 20. §. 21. Abul. c. 6. Matt. q. 149. Capua p. 1 decision. 2. c. 37. n. 53.* Addit *Abulensis*, si nondum obtenta dispensatione oriretur magnum viri scandalum, eam expectandam non esse. Quia charitas ieiunio præferenda est: vt ait *D. Hieron.* & habetur *cap. Non mediocriter, de consecr. d. 5.* Cæterum verius est, absolutè fas esse vxori ea de causa ieiunium soluere. Quia mutuus amor coniugum illi anteponendus est: vt proximè dixi ex *Hieron.* Item, quia positiua præcepta non obligant cum scandalo, *cap. Nihil cum scandalo, de præscript.* Ita docent *Metina. C. de ieiun. quæst. de his qui ad ieiunia tenentur in 1. causa excusante, vers. Ad eundem casum. Nauar. sum. c. 21. Lat. n. 19. Hisp. num. 20. Ledes. 2. p. 4. q. 17. a. 3. fol. 203. col. 2. §. Præterea in hoc art. Viguer. l. Instit. 4. 7. §. 3. vers. 2. fine. Angles florib. 1. p. de ieiun. q. 6. De illis qui tenentur ieiunare, diffic. 12. Palacios 4. d. 15. disp. 8. post 4. concl. fol. 120. vers. Denique si discordia. Ludou. Lopez 2. p. instit. de ieiun. c. 111. ad fin. Philiarc. de offic. Sacerd. tom. 1. p. 2. l. 3. c. 25. §. Quod ieiunia:* qui bene hoc temperat cum *Palacios proxime citato*, nisi in contemptum ieiunij Ecclesiastici id præciperet maritus. Tunc enim vita potius exponenda esset, quam ieiunium omittendum.

DISPVTATIO IV.

An coniuges ad cohabitationem, & ad mutuo sibi præstanda alimenta teneantur?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones sint disputanda, n. 1.
Coniuges tenentur iure diuino in eadem domo, mensa, & lecto esse, n. 2.
Hæc obligatio oritur ex matrimonij natura. Et an posset pacto tolli, n. 3.
An sit naturalis hæc viri & feminæ cohabitatio, n. 4.
An possint coniuges mutuo consensu esse separati; indexque id permittere debeat, n. 5.
An iudex Ecclesiasticus possit cogere inuocato seculari auxilio ad cohabitandum, n. 6.
An possit vterque iudex compellere ad cohabitandum & reddendum debitum, n. 7.
An possit iudex Ecclesiasticus procedere contra laicum detinentem vxorem alienam, n. 8.
An possint coniuges se mutuo vendicare, n. 9.
An possit filius agere contra patrem detinentem illius vxorem, n. 10.
An vxor teneatur sequi virum, & è contra? Valeatque contraria consuetudo aut pactum, n. 11. vers. sin.
Vtrum possint coniuges esse diutius separati? Et qualis mora sit diuturnitas valeatque statutum, vt possint n. 12. & explicatur ibi cap. 1. de coniug. lepr.
An liceat vni peregre proficisci ratione alicuius negotij gerendi, n. 13.
Teneaturne vxorem secum proficisci volentem deserre? n. 14. & ibi explicatur c. Quod super, de voto.
An coniuges possint votum peregrinationis emittere? Et an sint in hoc pares. Et tale votum sit ipso iure irritum, n. 15.
Quid in voto mariti in subsidium terræ sanctæ eundi, vel illuc causa deuotionis eundi, n. 16.
Quid de simili voto vxoris, n. 17.
An vxor teneatur operari viro, vel ad aliqua obsequia illi præstanda, n. 18. post quem inuenies sum maria, qua desiderantur.

EGimus de obligatione reddendi debitum in genere: & cum ex ea oriatur cohabitandi obligatio, rectus ordo exposcit, vt de ea hic sermo habeatur, simulque de obligatione se mutuo alendi consurgente in coniugio. De hac igitur est præsens disputatio: & sequens qualiter hæc obligatio cesset ad dotem non solutam. Duplex est agitanda quæstio. Prior, de obligatione coniugum ad cohabitandum: Posterior, de obligatione ad se alendum. 1

QVÆSTIO I. An teneantur coniuges simul habitare? 2

Prima conclusio. Tenentur coniuges iure naturali ac diuino simul habitare. Conclusio ab omnibus admittitur. Et constat, quia non minor est obligatio cohabitandi, quam reddendi debitum, sed ex hac oritur, & ex ipsa matrimonij natura, (vt probabimus num. seq.) sed hæc est ex iure naturali & diuino, ergo & illa. Insuper, quia *Alexand. III. cap. 1. & 2. de coniug. leprof.* hanc obligationem cohabitandi probauit ex illo Genes. 2. *Erunt duo in carne vna.* & ex illo Matth. 5. *Omnis qui dimiserit vxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari.* Atque ita clare sentit hanc obligationem ex iure ipso naturali ac diuino oriri. Hæc autem obligatio non tantum est in eadem domo habitandi, sed etiam ad eandem mensam accumbendi, in eodemque thoro iacendi. Vt bene docet *Anton. Cucus l. 5. institut. maior. tit. 11. num. 125.* & experientia ipsa testis est: id enim ad perfectam coniugum vnionem exigitur, & ad intensissimam ipsorum amicitiam.

Secunda conclusio. Cohabitandi obligatio oritur ex ipsamet contractus coniugalis natura. Constat ex particula illa in matrimonij definitione posita, Individuam vitæ consuetudinem retinens. Præterea, quia natura ipsa inclinans ad maris & feminæ coniunctionem, ad propagandam sobolem, inclinat ad eorum cohabitationem, vt soboles ipsa commodius educetur: ergo cum contractus coniugalis ipsam naturæ inclinationem in obligationem deducat, cohabitandi obligatio ex ipsa matrimonij natura oritur. Vtrum autem possit iniri pactum de non cohabitando, dum matrimonium ipsum celebratur? dixi lib. 5. disp. 10. num. 5. 3

Tertia conclusio. Coniugalis cohabitatio est homini naturalis, id est, ex naturali propensione & inclinatione dimanans. Hanc concluf. docet *Arist. 8. Ethic. c. 12.* his verbis: *Viro & vxori secundam naturam amicitia videtur inesse: homines enim coniugium subeunt, non solum procreationis, sed eorum etiam gratia quæ ad ipsam conferunt vitam: efficia namque continuo sunt diuersa, atque alia viri, alia sunt vxoris, opem itaque sibi mutuo ferunt.* Eandem docent *D Thom ibi lect. 12. in comment. lit. T. & Abul. c. 19. Matth. q. 45.* Et probatur 1. ex ratione ipsa Aristotelis, quia natura ipsa coniugibus diuersa munia impertiens, ex ijs quæ ad vitam humanam traducendam necessaria sunt, hunc coniugalis societatis scopum indicat esse naturalem: masculis enim rebus forensibus & externis occupari tribuit, feminis autem domesticis. Cùm enim vir & femina simul vtriusque rebus indigeant, signum apertum est, naturaliter inclinari eos ad illam vitæ societatem & cohabitationem, per quam ea mutua obsequia sibi exhibere possint. Secundò, quia viri vt prudentioris est, vxorem consilij inopem dirigere; vxoris autem, viro in rebus domesticis famulari: quod mutuum obsequium nequit diu & suauiter impendi, absque individua vitæ consuetudine: ergo ad eam retinendam natura ipsa rationalis inclinat. Tertiò, quia propagatio & commoda prolis educatio, ad quam natura ipsa inclinat, matrimoniique vinculum instituit, esse nequit secluſa parentum cohabitatione. Cum enim filius apud vtrumque parentem educandus sit, nec commodè educari nec institui potest, illis non cohabitantibus, cum varijs rebus proles indigeat, quarum alteræ feminis, alteræ autem viris propriæ sunt. Tandem quia verba Adami, statim ac mulier de eius costa producta fuit, eius naturalem propensionem significant, nempe Genes. 2. *Propter hanc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ.* Quæ verba de adhæsione per simul- 4

simultaneam habitationem intelligunt *D.Tho.Ephes.5.lect.10.& Abulens.cap.19.Matth.q.23.*

5 Quarta conclusio. Possunt coniuges mutuo consensu separari quoad thorum. Probatur ex *1.Corint.7.Nolite fraudare ad invicem,nisi ex consensu ad tempus,vt vacetis orationi.* Et ex D.Augustin.& refertur *c.Quod Deo,33.q.5.* ibi: *Tanto sanctius inter vos coniuges manebatis, quanto sanctiora ac concordiora servabatis.* Et ex D.Gregor.& refertur *c.Sunt qui, 27.qu.2.vers.* ibi: *Si vero vtrique concupiscat continentem vitam ducere,hoc quis audeat accusare?* Sic *Sotus 4.d.27.q.1.a.4.vers. At vero citra mortem.* Hoc tamē debet intelligi duplici moderatione. Altera est, dummodo legitima adsit causa,vt amor continentiæ seruandæ: secus quando odio aut indignatione ducti coniuges, communi consensu separantur. Altera, ne patiatur vterque aut alteruter incontinentiæ periculum. Vtraque moderatio colligitur ex testimonio *D.Pauli 1.Corinth.7.*proximè adducto,causa enim iusta significatur in illis verbis: *Vt vacetis orationi.* Ne sit incontinentiæ periculum,in illis: *Nisi forte de consensu ad tempus,& iterum reuertimini in idipsum: ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram.* Et docent *Hostiens.c.Veniens,n.1.de reg.* vbi *Ioan.Andr.n.9.Anton.n.10.Card.fin.Abbas n.6.* Quare iudex Ecclesiast. nullo modo permittere debet coniuges iuuenes separatos esse ob incontinentiæ periculum. Vt bene tradunt *Abb.c.1.n.7.de coniug.leprof. & ibi Alex.de Neuo n.6.* Potestque ex officio propter hoc periculum compellere vtrumque. Vt tradit *idem Abb cap. Ad id quod,num.3.de spons.* (Quando autem vltra communem consensum voto se astrinxerūt coniuges, ad quid teneantur,& an possint resilire? dicendum est hoc l.disp.35. à nu. 18.) Et licèt iudex non compellat, lex charitatis obligat coniugem, vt alteri in hoc periculo constituto subueniat: quamuis propter illius consensum non violetur iustitia.

6 Quinta conclusio. Potest iudex Ecclesiasticus censuris, & inuocato secularis auxilio, coniuges ad cohabitandum compellere, & vi adducere coniugem qui separatus est. Probatur ex *c.Literas,ad fin.de restit.spol.* ibi: *Ad restitutionem plenariam debet Ecclesiastica censura compelli.* Et docent *ibi Abbas n.29.& c.1.de consuet.coniug.Decius l.2.n.74.vers.3.fallit. ff.de regul.iuris. Præpos.c.1.n.6.& ibi Alex.de Neuo,num.18.de sponsal.Brunell.de sponsal.concl.1.num.8.Couar.4.decr.2.p.c.7. in princ.n.1.Ant.Cucus l.5.instit. maior. t.11.nu.126. Matienzo lib.5.recop.t.1.rubr.glos.1.n.90. Enriquez l.11.de matrim.c.16. n.3.fin.Lud.Lop.1.p instruct.de matrim. c.54.ad fin.* Idemque dicendum est,si alter coniux in eodem thoro & mensa renuat esse. Vt bene tradit *Ant.Cucus ibid.*

7 Imò si de valore matrimonij minime sit controuersia, potest etiam iudex secularis ad id compellere. Quia quamuis ea ratione, qua matrimonium est sacramentum, sit res spiritualis, & fori Ecclesiastici; at qua ratione contractus est quidam ciuilis, potest etiam iudex secularis coniuges ad mutuam fidem seruandam compellere. Sic *Glossa cap. Non est.de sponsal.verb.Vxores,* ibi: *Per officium iudicis vel Episcopi loci.* Et *ibi Abbas,nu.6. Præpos.num.9.Ioan.Andr.addit.ad Specul.tit.Qui filij sint legitimi,§.vn.lit.G.verb.Preiudicialem. Anton.c.Illud,nu.10.de præsump. Couar.4.decret.2.p.c.7.initio, num.3.Burs.at.cons.207.fin.vol.2.Matienzo lib.5.recop.t.1.rubr. gloss.1.n.92.* Potest etiam iudex Ecclesiasticus compellere coniuges ad reddendum debitum: vt constat ex *c.Ex publico, de consuet.coniug.* vbi *Abbas n.3.* rectè aduertit id similiter posse iudicem secularem, vbi valor matrimonij est certus, ob rationem dictam.

8 Potest etiam iudex Ecclesiasticus contra laicum coniugis alieni detentorem, ne cohabitet, ius dicere, quamuis de matrimonij valore lis minime sit. Constat ex *c.Non est, de sponsal.* vbi rex Anglorum, qui laicus erat, cogitur à iudice Ecclesiastico per censuras, vxorem viro restituere. Et aduertunt *ibi Abbas n.3.& Alex.de Neuo, n.8.* Quia ratione spiritualitatis repertæ in matrim. pertinet ad forū Ecclesiasticum contra laicos procedere spoliantes coniuges.

9 Vtrum autem possit maritus vxorem ab alio detentam vendicare? negant *Ioan.Andr.addit. ad Specul.1. Qui filij sint legit.§.vnic.lit.G.verb.Preiudicialem. Calder.cap.Non est,de sponsal.*& multi alij, teste *Abbate ibi,nu.6.idem Ant.ibi,nu.11. & c.Illud,de præsumpt.n.10.* Ducuntur, eo quod vxor non sit in potestate viri, sicut filius est in patris potestate, *l.Si vxorem,C.de condit.insert.* At verius est posse vendicare adiecta causa iuris canonici & diuini. Quod optimè explicat *Abbas cap.Illud,n.10.de præsumpt.* sic: Vendicatio propriè non competit nisi habenti dominium verum, *l.In rem in princ. ff.de rei vendic.* vnde liberas personas hac actione vendicare non possumus, nisi adiecta causa illius iuris, quo sunt in potestate nostra. Nam per adiectionem illius causæ denotatur non esse absolutam vendicationem verumque dominium, sed potestatem iuris expressi competentem. Et hac ratione pater filium, ciuitas ciuem, religio monachum vendicat. Quia igitur vxor licet æqualis sit viro quoad debitum coniugale, est tamen iure diuino sub illius potestate, in quantum non habet potestatem sui corporis, sed vir, *1.Corinth.7.* est etiam in viri potestate, quoad gubernationem & obsequia domestica. Genes.3. *Sub viri potestate eris,* appellaturque pene famula viri, *cap. Hæc imago, & cap. Mulierem,33.quæst.5.* potest à viro non simpliciter vendicari quasi serua, sed adiecta causa iuris diuini & canonici, quo mulier sub sua potestate est. Ita docent *Abbas ea cap. Illud, num.10.& c.Non est,num.6.de sponsal.* vbi *Alex. de Neuo n.4. Præpos.num.9.Couar.& Matienzo num.7.allegati. Ant. Cucus l.5.instit.maior.t.11. n.151.* Et similiter dicendum est posse maritum ab vxore vendicari, adiecta causa iuris diuini & canonici, quo potestatem habet in viri corpus, teneturque vir cohabitare,& illi assistere: vt probauimus nu.2. Sic *Abbas d.c.Illud,n.10.*

At quamuis lis inter patrem & filium prohibita sit, *l.Lis* 10
nulla.ff.de iudiciis,l.2.sit.2.p.3. At potest filius familias agere contra patrem repetendo propriam vxorem. Probat aperte *c.Non est,de sponsal.* vbi cogitur Rex Anglorum restituere vxorem filio repetenti. Atque ita aduertunt *ibi Abbas n.2. Alex.de Neuo num.5.Præpos.nu.4. Couar. Matienzo, Ant. Cucus num.præced.allegati.*

Ex dictis infertur primo, teneri vxorem ad comitandum virum alio mutantem domicilium. De qua re, & an 11
valeat contraria consuetudo, vel pactum in ipso matrimonij contractu initum: & an aliquando vir teneatur comitari vxorem: late disputatur libr.1.tota disp.40.& sequenti.

Secundò infertur, quamuis vir possit modico tempore, non tamē posse diutius abesse. Quia lex diuina obligat 12
ad cohabitandum. Insuper constat ex *c.1.de coniug.leprosi.* ibi: *Cum vir & vxor vna caro sint, non debet alter sine altero diutius esse.* Hanc autem diuturnam moram explicant *Hosti. ea c.1.n.2.super verb.Diutius,& ibi Ioan.And.n.6. Anchar n.5.* esse, donec iudex requisitus ab altero coniuge, vel ex officio ob incontinentiæ periculum cogat ad cohabitationem. Cæterum dicendum est,id verum esse in casu illius textus, scilicet quando coniux sanus à leproso timore infectionis recedit,extra eum tamē casum,arbitrio prudentis cōsideratis absentiæ causis, & incontinentiæ periculo id definiendum esse. Cùm *eo c.1.* tempus minime definiatur, arguim. *c.De causis, de offic.deleg. & l.Ait Prætor,ff.de iure delib.* atque ita docent *Glos.eo c.1.verb.Diutius,* vbi *Abb.nu.7.Præpos.nu.3. Alex.de Neuo n.6.Alfensis 2.p.sum.l.8.t.10.a.2.q.6.Menoch.de arbit.l.2.centur.3.casu 456.n.2.* Nec valet statutum aut consuetudo, vt viri diutius sine vxore sint; quia iuri diuino cohabitationem præcipienti aduersantur. Quod clare significat *Alex.III.c.1.de coniug.leprosi.* vbi præmissa hac consuetudine, subdit: *Quoniam igitur cum vir & vxor vna caro sint, non debet alter sine altero diutius esse.* Et ita docent *ibi Anton. n.4.Alex.de Neuo n.3.Præpos.n.3.*

Permissum tamen est viro, diu abesse ex causa iusta: vt 13
si Princeps ad bellum conuocet, vel ad familiæ gubernationem & rem familiarem tuendam id necessarium sit. Quia in eo euentu vxor est irrationabiliter inuita, atque adeo vir non tenetur illi morem gerere, subeundo bonorum iacturam, aut præbendo se Regi inobedientem.

Præ-

Præterea, quia coniuges in ipso matrimonij cõtractu pollicentur sibi mutuum obsequium, & operarum communionem, quantum ad œconomiam, & propriæ domus gubernationem, & ad hoc tendit societas coniugalis. Ergo quoties viri prudentis arbitrio, ad familiæ gubernationem, & rei familiaris necessitatem, exigitur diuturna illa absentia, non debet censeri irrationabilis & illicita. Sic *Sotus 4.d.32.q.vn.a.3.ad 1.vers. At verò & l.7.de iust.q.3.art.1. vers. An verò. Nauar. sum Lat. c.16.nu.32 vers. Tertiò, Manuel 2. tom.sum. c.90. n.7.* Addit autem optimè *Sotus illo a.3 ad 1.* vxorem absque viri licentia non posse abesse. Quia nec militiæ nec alijs negotijs idonea est.

14 Vtrùm autem teneatur vir secum deferre vxorem illum comitari volentem? videtur pars affirmatiua probari clarè ex *c. Quod super, de voto, in fin.* vbi decidit̃r, virum euntem in subsidium Terræ Sanctæ, teneri vxorem remanere nolentem secum ducere. Quod idem habetur *l.fi.t.8 p.1* ergo idem in quacumque alia viri profectione: cum eadem sit ratio. Sed sic existimo distinguendum: Si vir proficiscatur, statim rediturus, aut nullibi notabilem moram facturus, sed ad varia negotia peragenda diuersis in locis, tendat, credo non teneri secum deferre vxorem. Quia molestum nimis esset, valdeq́ue impediret iter, cum fœminæ non ita facilè ac viri possint iter agere, magnisq́ue expensis opus esset: dedeceto q́; fœminas ita peregrinari. Quare tunc vxor remanens esset irrationabiliter inuita. Si verò maritus alicubi sit diu habitaturus, suppetantque illi necessariæ expensæ ad transferendam vxorem: tenebitur secum ducere. Quia tunc rationabiliter vult vxor virum suum comitari. Et in hoc casu intelligitur *d.c. Quod super.*

15 Tertiò infertur, posse virum aliquam breuem peregrinationem absque vxoris consensu vouere. Cùm sit caput, possitque absque voto illam exequi: non tamen poterit longam peregrinationem vxore inuita promittere. Prob. quia Deo minimè placent, quæ implenda sunt cum proximi damno, quale est huiusmodi votum, quod in præiudicium debiti & habitationis coniugalis vergit. Præterea, quia *c. Ex multa, §. In tanta, de voto*, conceditur viro, vt possit absque vxoris consensu vouere peregrinationem in subsidium Terræ Sanctæ, vbi *Gloss. verb. Viri, & Abb. nu.8.* dicunt esse specialissimum casum fauore Terræ Sanctæ: & (vt dicemus num.seq.) non habet locum, quando sola esset peregrinatio non in subsidium, sed causa deuotionis. Ita docent *Anton. c. Scripturæ. num.3. de voto*, vbi *Abbas nu 8. D. Anton. 3.p.t 1.c.22.§.1. Rosella Votum, 2.n.8. Sylvest. Votum, 5.q.1. Abulens. c.30. Num.q.83. Manuel 2.tom.sum. c.90.nu 7. Angles florib. 2.p q.vnica, de voto, a.7. post 9. diffic. dub.3. concl.1. Aragon 2.2.q.88. a.8 fol.1020.* Quod si obiicias, vxor tenetur sequi virum, quòd si nolit, sibi imputet: ergo ipsa inuita poterit maritus exequi votum longæ peregrinationis. Dic vxorem non teneri ad quamcumque viri sequelam, sed ad eam solam, quæ ipsius statum decet, quare non tenetur virum peregrinationis votum exequentem comitari: vt diximus lib.1. disp.41. nu.8. quare illud votum in vxoris præiudicium est. Vxor verò nullum peregrinationis votum exequi potest renitente marito, sed opus est, vt assensum præstet. Tum, quia vxorem peregrinari dedecet, atque ita esset in viri præiudicium. Tum etiam, quia in vouendi potestate non sunt pares: eo quòd vir sit caput, & vxori ipsi subdita, (vt probaui disp. præced. num.8. vbi etiam an votum longæ peregrinationis viri sit ipso iure irritum dixi.) Sic docent *Abbas & Abulens. ibidem.* Et iuxta hoc intelligendi sunt multi Doctores absolutè docentes, virum non posse peregrinationis voto se astringere, absque vxoris consensu. Hi sunt *Innoc. cap. Scripturæ, de voto, num.3.* vbi *Hostiens. ad fin. Ioan. Andr. num 8. Card. q.14. Anch. nu.13. Henricus n.7. lex fin. t.8. partit.1.* debent enim intelligi, quando est votum longæ peregrinationis, ac subinde vxori præiudicans.

16 Excipiendum tamen est votum in subsidium Terræ Sanctæ eundi, potest enim vir renitente vxore illud emittere, & exequi tenetur. Habetur expressè, *cap. Ex multa, §. In tanta, de voto.* Quia vxor potest sequi virũ, quòd si nequeat, iustum est, vt ad tempus contineat fauore boni publici totius Ecclesiæ. Dixi, in subsidium Terræ Sanctæ, quia si peregrinatio esset solius causa deuotionis, vt nunc contingit, non gauderet hoc priuilegio, sed necessarius esset vxoris consensus ad illud exequendum votum. Nam textus *d. c. De multa, de voto*, in subsidium disponit, & cum sit præiudiciũ vxoris, non est extendendus: eo vel maximè, quia sustinetur illud præiudicium ob fauorem boni publici, quod minime verſatur, quando peregrinatio est solius deuotionis causa, sed sola priuata voueritis vtilitas. Ita docent *Supplem. Gabr. 4.d.32 quæst. vn. a.2. concl.7. ad fin. Greg. l.op.l.9 verb. Ir à Ierusalem, tit.8 p.1. Palacios 4.d.32. disp. 2. paulo post princ. vers. Porro autem. Stunica q.3. de voto, nu.69. Manuel 2. tom sum. c.90. n.8.*

De vxore autem, An simile votum possit emittere & exequi viro contradicente, sub iudice est. Quidam id admittunt. si non sit iunior, ac de incontinentia suspecta, sitq́ue ita dines, vt possit gentem armatam ad bellum secum ducere. Quia licet textus nil disponat de vxore, at militat eadem ratio in hoc casu: ita sentiunt *Hostiens. sum. t. de voto. §. Quis vouere possit, num.9. Innoc. cap. Scripturæ, de voto, ad fin. & ibi Card. q.14. Henricus n 7. Abbas d.c. Ex multa, n.9. Aslens. 2.p sum. l 8.t.10.a 2 q.5. Abul. c.30. Num. q.83. D. Antonin 3.p. t.1.c.22.§.1. Tabien. Matrim. 1.§. fin. Nau. sum. c.12. n.62. Gregor. l.op.l.3. verb. Nisi la muger, t.8 p.1. Lud. Lop. p.1. instruct. c.46.§. penult. Capua p.2. decis. l.2 c.12. n.27.* At probabilius est non posse. Quia mulier cum maiori castitatis discrimine & minori Ecclesiæ commodo potest peregrinari: insuper debet regi à viro, atque ita facilius tenetur ipsum sequi, quam è contra. Quare par non est, vt dispositum in viro, ad vxorem extendatur. Ita docent *D. Thom. 4.d.32. qu. vn. a.3. ad 1.* vbi *Durand. q.2. n 8. ad 1. Palud. q.2. a.3. n.25. ad 1. & d.38. q.3. a.1. num.10. Supplem. Gabr. 4.d.32. q. vn. a.2. concl.7. Sylvest. Votum, 5. q.1. l. ex fin. tit.8. p.1. Sotus 4.d.32. q. vn. a.3. vers. At verò, Vegner. Lanstit. c.16.§.7. vers. 10. fin. Stunica q.3. de voto, n.70. Manuel 2. tom sum. c.90. n.8.*

An vxor teneatur aliqua obsequia impendere viro? 18
dixi l.6. disp.6. n.14. & 15.

SVMMARIVM.

Vir tenetur vxorem alere, nu.19. & ibi remissiuè, quid, quando dos non soluitur, aut vxoris culpa amittitur, aut indotata ducitur vxor.

Quid, quando culpa alterutrius coniugis, non simul vir & vxor habitant, sed seorsum, n.20.

Quid, si quando seorsum habitant, vir retineat dotem, aut indotatam duxerit vxorem, n.21.

Quid, si vxor à viro percussa recedat, n 22.

Quid, si culpa non tendat directè ad separationem, vt si vxor haretica in carcerem perpetuum detrudatur, vel vir bannitus sit, aut in triremibus, n.23.

Quid, si is cuius culpa separatio facta est, velit cohabitare, cautionemq́; dare de non offendendo n.24 & ibi, vltima culpa nocet.

Quid, si neutrius coniugis culpa fiat separatio: vt propter morbum, n.25.

An in extrema necessitate sit præferenda vxor parentibus, filiis, cæterisque viri cognatis, n.26.

An vir pauper teneatur vxorem & filios alere. & vxor diues teneatur virum alere, n.27.

An vxor & filij teneantur ex mutuo per virum pauperi ad ipsos alendos recepto, atque ita ex dote aut aliis propriis bonis teneantur illud soluere? refertur opinio affirmans, cum suis moderationibus, n.28.

Contraria auctoris, quamuis extent res ille mutuo empta, n.29. & ibi, Quid si vir prodigè aluerit vltrà debitum vxorem, an danda sit illi dos integra? Quid, si vir tradat fœmineæ centum aureos tradendos viri creditori & illa non tradat, sed expendat in familiæ sustentatione, an teneatur ipsa ex bonis propriis soluere, si vir postea soluendo non sit, n.30.

QVÆSTIO II. An coniuges teneantur sibi mutuo ali- 19
menta præstare. Prima conclusio. Vir tenetur vxorem alere. Constat ex *l penult. ff. vt in possess. legat. l. Si filia, §.1. ff. familiæ hercis. l. Si cum dotem, §. Sin autem, ff. solut. matrim.* & latissimè prosequitur *Surd. de alim. t.1. tota qu.32.* Et ratio est, quia ideo dotem vxoris recipit, vt matrimon. onera sustineat, ipsi & familiæ alimenta præstans *l. Pro oneribus, C. de iure dotium. l. Dotis fructus, ff. eodem.* Quando autem dos promissa non soluitur, aut eius culpa deperditur, aut indotata ducitur à viro, an sit alenda? dicam disp. sequenti.

In-

20 Intellige tamen, quando vxor viro cohabitat, si enim absque viri culpa, propria temeritate, ab eius consortio recedat alenda minimè est à viro. Quia vxor debet esse in viri obsequio, *c. Hac imago, 33. q. 5.* ac proinde si obsequium debitum minimè præstare velit, receptura non est alimẽta sibi debita. Qui enim non facit quòd debet, non recipit quòd oportet, *l. Si ea, C. de condit. insert. l. Iulian. §. Assiduè, ff. de act. empt.* Si autẽ viri culpa, vt ob eius sæuitiam, recedat vxor, alenda est. Nam cum ipsi non imputetur in viri obsequio non esse, sed culpæ viri id tribuendum sit, perinde censendũ est, ac si in viri obsequio esset. *l. Iure ciuili, ff. de cond. & demonst.* vbi cõditio habetur ac impleta, quando deficit culpa eius, cui implenda erat. Ita docent *Cyn. l. Quod in vxorem, n. 1. C. de negot. gest. & ibi Bald. nu. 2. Salic. n. 3. idẽ Bald. l. 1. n. 9. C. de legat. & ibi Iason n. 4. Alex. l. Si cum dotem, §. Sin aut. n. 7. ff. sol. matr. Guido decis. 439. n. 6. Cuman. cõs. 175. n. 3. Hippol. l. vn. n. 5. C. de raptu virg. Tiraq. de retr. lignag. §. 10. gl. vn. n. 14. & 16. Bertachin. in repert. lit. M. verb. Maritus alere, v. Maritus non debet: iuncto v. Maritus vxoratus. Io. Lupus rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 64. nu. 10. & c. Per vestras, nota. 3. in princ. n. 4. & 6. Couar. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 5. nu. 2. Gutier. quæst. canon. l. 1. c. 24. n. 7. Lara l. Si quis à liberis, §. Si quis ex his, n. 34. & 35. ff. de lib. agnosc. Petrus Greg. Syntagm. iuris, l. 9. c. 19. n. 4. Matienzo li. 5. recop. t. 9. l. 2. gl. 1. nu. 52. Canalcan.* alios referens *2. p. decis. 20. de contract. quæ in ordine est 67. n. 2. Peguera decis. crimin. 20. à n. 4. Barbosa 2. p. rubr. ff. solut. matrim. n. 43. Surdus de alimentis, t. 1. q. 32. n. 17. & seq. & tit. 7. q. 16. à n. 1. Brunorus in suo compendio lit. M. verb. Maritus, vers. Maritus cogitur.*

21 Hæc autem adeò vera sunt, vt quando sua culpa vxor recedit, vir quamuis dotem habeat, minimè obligetur ad ipsam alendam. Quia vxor tenetur viro dotem tradere, & in ipsius obsequio esse, quare si in alterutro deficiat, cessat ipsam alendi obligatio. Vt bene docet *Surdus de alim. tit. 7. q. 16. num. 14.* Et è contra, si vir in culpa sit, tenetur vxorem absque dote ductam alere. Quia si secum habitaret, ad id teneretur, (vt dicemus disp. seq. num. 8.) & cum viri culpa minimè habitet, gaudebit habitantis priuilegio: vt dixi n. præced. Atque ita docent *Ioan. Lupus c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor. nota. 3. in princ. num. 4. vers. Ego vero. Matienzo* alios referens *lib. 5. recop. t. 9. l. 2. gloss. 1. num. 50. Barbosa 2. p. rubr. ff. solato matrim. n. 43.*

22 Hinc infertur vxorem à viro recedentem ob nimiam castigationem, alendam esse à viro, secus si moderata sit. Quia in priori casu, culpa viri est, in posteriori autẽ, vxoris. Permissum est enim viro vxorem corrigere, moderateque punire, *l. Rei iudicata ff. solut. matrim.* at caute & comiter oportet eam tractare. Talis namque est inter illos societas, qualis inter patrem & filium, non cuiusmodi inter mancipium & dominum. Vt eleganter docet *Ludou. Vives in lib. de offic. mariti, cap. de eligenda vxore, ad fin.* Sic *Lara l. Si quis à liber. §. Si quis ex his, nu. 110 ff. de lib. agnosc. Surd. de alim. t. 7. q. 16. nu. 5.* Existimo autem exigi nimium castigationis excessum, quo fuga hæc vxoris culpa vacet, ac proinde extra viri domum ea non obstante ipsi debeantur alimenta. Quamuis enim vir aliquantulum rationis limites in corrigenda vxore excedat, non continuo licet vxori ab eius consortio aufugere.

23 Rogabis autem, quid dicendum sit, si vxor ob propriam culpam, vt hæresim, in carcerem perpetuum includatur? Videtur enim virum ab alendi obligatione eximi. Quoniã culpa sua extra viri consortium est: nec vir, quamuis ob hæresim non celebret diuortium, tenetur in eo carcere illi cohabitare. Atque ita sub dubio cogitandumque relinquens sentit *Ioan. Lup. rubr. de donat. §. 64. n. 7.* & affirmant *Simancas de cathol. inst. in priori edit. c. 16. n. 8. Rojas singul. 126. Surd. de aliment. t. 7. q. 21. n. 9.* Cæterum ex hoc capite credo virum minime excusari (dico ex hoc capite: nam si dos publicetur ob id delictum, teneatur, eo quod indotata maneat, necne vir ipsam alere, dicemus disp. seq. n. 10.) Quare esto dos maneat apud virum, tenetur alere, si diuortium non celebretur ratione hæresis: & similiter, si indotatam duxerat. Et ad hoc sentiendum ducor, quia culpa illa vxoris non tendit directè ad separationem habitationis, sicuti contingit quando propria temeritate aufugit: vnde in separatione illa, nulla vxoris culpa versatur, sed tantum in causa. Quis enim diceret vxorem, quæ culpa sua lepra infecta est, licèt in causa sit præuisa, ob quam iuste vir ab eius consortio recedit, alendam ab eo minimè esse, quasi culpa sua seorsum habitantem? Accedit, vxorem teneri alimenta mittere viro pauperi, sua culpa bannito & exulanti, (vt probauimus *l. 1. disp. 41. n. 13.*) Idemq; videtur dicendum, vbi vir culpa sua in triremibus esset. Tandem, quia (vt dicemus n. seq.) coniux sua culpa recedẽs, ius alimentorum recuperat, si pœnitentia ductus velit cohabitare: at vxor in carcerem perpetuum inclusa, sui delicti pœnitentiam agit, paratàque est viro cohabitare, vbi sibi permissum fuerit: non ergo ex cohabitationis defectu priuanda est alimentis. Ideo hanc sententiam sibi contrarius tuetur *Simancas in cathol. inst. in 2. edit. tit. 16. n. 18. & 19. & Surd. de aliment. tit. 7. q. 16. num. 14.* quamuis in ea sit sententia, vt vir non teneatur in hoc casu alere vxorem. concludit tamen, subueniendum esse illi secundum regulas eleemosynæ, ne fame pereat.

Et ad decidendum cuius culpa separatio habitationis 24
contingat, attendendum est semper ad vltimam culpam, iuxta regulam *l. Illud, 17. ff. de periculo & commodo rei venditæ,* ibi: *Æquum est posteriorem moram nocere.* Quare si vxor, quæ culpa sua recesserat; pœnitentia ducta ad virum rediens nolit admitti, iam ex tunc vxoris culpa purgata in virum transfunditur, tenebiturque ipsi seorsum habitanti alimenta præstare. Ita docent *Glossa cap. Significasti, verb. Materiam, in fin. de diuort.* vbi *Hostiens. num. 2. super verb. Restituit. Ioan. Andr. nu. 7. fin. Anton. in fin. Anchar. num. 7. Abbas num. 8. Alex. de Neuo, n. 7. Card. n. 1. Præpos. n. 4. Alex. cons. 78. n. 1. lib. 5. Barbosa 2. p. rubr. ff. sol. matrim. nu. 44.* Et è contra si ob sæuitiam mariti vxor inculpatè aufugerat, virque cautionem de securitate sufficientem præstet, nec tanta sit eius sæuitia, quin cautione illa satis vxori consulatur, & vxor adhuc ad virum redire renuat, non tenetur ex tunc ei extra consortium suum existenti alimenta subministrare. Quia vltima ea culpa vxori nocet. Sic cum *Ferreto cons. 34. n. 18.* docet *Barbosa cod. nu. 44.*

Vbi autem neutrius coniugis delicto separatio contigerit, vt ob viri furorem, vel morbum contagiosum, cuius infectionis periculo vxor cohabitans exponeretur, alenda vtique est vxor seorsum habitans. Cum enim culpa vacet, par non est, vt damnum priuationis alimentorum subeat. Vt bene multis relatis docet *Lara l. Si quis à liberis, §. Si quis ex his, num. 36. ff. de liber. agnosc. Barbosa 2. p. rubr. ff. solut. matrim. n. 43.* 25

Dubitabis autem, in extrema indigentia constitutis vxore, parentibus, & filijs, vel alijs mariti cognatis, cui potius teneatur vir subuenire? *Enriquez. l. 11. de matrim. c. 8. n. 1.* ait vxorem præferendam esse filijs, aliisque cognatis, & refert pro se *D. Thom. 2. 2. q. 26. a. 11.* qui id minime dicit. Sed sic distinguendum est, extra casum extremæ necessitatis potius tenetur vir vxori, quam parentibus succurrere. Quia in ijs quæ ad œconomicam rationem citra extremã indigentiam attinent, arctior est coniugalis vnio. Iuxta illud Genes. 2. *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ.* Et Matth. 19. *Itaque iam non sunt duo, sed vna caro.* In extrema autem necessitate, potius parentibus est subueniendum. Quia est debitum antiquius ergà parentes, & ratio boni, quod est dilectionis obiectum, inuenitur eminentius in patre: *teste D. Thoma eo a. 11.* diliguntur enim parentes, vt principium: ac proinde maior est cum illis coniunctio, quoad esse absolutè, cui in extrema necessitate subuenitur. Ita videtur sentire *D. Thom. eo a. 11. ad 1.* & docent *ibi Bañes in fine, & Aragon ibi, ad fin. Valentia 2. 2. disp. 3. q. 4. punct. 5. coroll. 10.* vbi bene colligit ex *Cajet. 2. 2. q. 26. art. 12.* filijs in extrema necessitate magis subueniendum esse, quàm vxori. Quia illi quoad coniunctionem magis amantur, cùm sint aliquid substantiæ, & pars viscerum parentum, vxor autem non est pars viri. 26

Secun-

27 Secunda conclusio. Maritus inops non tenetur vxorem alere: sicut nec tenetur filios, iuxta *l. Si quis à liberis, §. pen. ff. de liberis agnos.* & tradunt *Bald. l. Vbi adhuc, n. 25. C. de iure dotium, Ioan. Lupus l. 61. Tauri n. 11.* vbi *Castillo n. 23. Azebedo li. 5. recop. t. 3. l. 5. n. 31. Barbosa l. Si constante, 25. in princip. num. 32. ff. solu. matrim.* Et ratio est, quia non tenetur vxori vltra quam facere possit, *l. Etiam, & l. Maritum ff. solu. matrim.* Quinimo si vxor diues sit, tenetur viro inopi alimenta præstare. Vt probat *l. Si cum dotem, 23. §. Si maritus ff. solu. matrim.* vbi: *Quid enim tam humanum est, quam fortuitis casibus mulieris, maritum, vel vxorem viri participem esse?* Et ita docent *Speculat. tit. Qui filij sint legit. §. vn. n. 40. Bartol. tract. de alimentis, n. 49. & d. l. Si cum dotem, §. Sin autem, n. 6.* vbi *Alex. n. 9. Io. Lupus l. 61. Tauri, n. 11.* vbi *Castillo nu. 24. Bertachin. in repertor. lit. V. verb. Vxor alitur, vers. Vxor dicor. Guido decis. 439. n. 2. Lara* multos referens, *l. Si quis à liberis, §. Si quis ex his, n. 14. ff. de lib. agnosc. Pontanus de alimentis, c. 14. nu. 1.* habetur *to. 8. tract. p. 1. Petrus Greg. syntagm. iuris, l. 9. c. 19. n. 5. Azebedo li. 5. recop. t. 3. l. 9. n. 33.* vbi & *Matienzo gloss. 4. n. 2. Surdus de alimentis, t. 1. q. 35. n. 6. & 7. & q. 36. n. 6. & 7.* vbi *nu. 9.* cum multis per eum relatis docet, si bona dotalia minimè sufficiant, teneri vxorem ex bonis paraphernalibus ea alimenta tribuere.

28 Hinc infertur solutio grauissimæ quæstionis, An quando soluto matrimonio nulla viri bona supersunt, teneatur vxor bonis dotalibus soluere debita à viro contracta, ad ipsam & familiam alendam, vt ad soluendam famulorum mercedem, domus locationem, vestes & cibaria familiæ. Et similiter, an possint conueniri filij, teneanturque mutuum à patre inope acceptum pro ipsorum alimentis soluere? Eadem enim prorsus est vtriusque quæst. decisio & ratio: vt bene aduertit *Surdus de aliment. tit. 8. priuileg. 48. nu. 6.* atque ita omnes DD. referendi, loquentes de vxore, affirmantes. Multi DD. (& satis probabiliter) opinantur, vxorem teneri & filios ad dictum æs alienum soluendum. Ducuntur primò. Quia vbi res aliena in vtilitatem alicuius conuersa est, quamuis eam minimè acceperit, tenetur saltem in subsidium accipientis, qui non est soluendo: vt constat ex *l. Ei qui, 7. §. Alioquin, C. quod cum eo*, vbi habetur aliquo in re mea contrahente absque meo mandato, teneri me, si res in commodum meum conuertatur. & ex *l. Hîc solu, ff. de condict. indeb.* vbi cum decernatur ius repetendi pecuniam competere solum contra recipientem, non contra eos quibus proficit: aiunt *Glossa verb. Proficit, & ibi Salic. n. 1. Paul. nu. 2.* hoc fallere in subsidium, si recipens non sit soluendo, & quibus proficit, habeant ex causa lucratiua, secus si onerosa: sed quando maritus aut pater inops mutuo accepit pecunias, ad vxorem & filios alendos, pecuniæ illæ cessere in vtilitatem vxoris & filiorum, habentque eas ex causa lucratiua, non autem onerosa: ergo viro aut patre impotente ad soluendum, tenentur in subsidiũ. Probatur minor, quia pater vel maritus inops minimè tenetur vxorem aut filios alere (vt probaui nu. præced.) ac proinde alimenta ab ipso præstita non habebunt ex causa onerosa, scilicet, tanquam ipsis debita, sed ex causa lucratiua, & ex viri liberalitate: vnde & pecunia in alimentis expensa dicetur conuersa in vxoris & filiorum vtilitatem. Nam (vt bene ait *Matienzo lib. 5. recop. tit. 1. l. 9 gloss. 4 nu. 2.*) versum dicitur in vxoris & filiorum vtilitatem, quod in ipsis alendis à viro inope ad id non obligato consumptum est. Secundò, quoniam vbi aliquis occasione pecuniæ, aut rei cuiuscunque alienæ consumptæ, fit ditior, tenetur, quamuis pecuniam illam aut rem apud se non habeat, vt constat ex *l. 2. ff. ad l. Rhodiam, de iactu, in princ.* vbi habetur, si laborante naue mercium iactus factus sit, detrimentum futurum commune etiam eorum, qui propter amissas aliorum res consequuti sunt, vt suas merces saluas habeant: sed occasione mutui accepti à viro paupere vxor & filij eo alimentati, sunt effecti ditiores: se enim aut propriis bonis, aut mutuo accepto alerent, nisi pater aut vir accepissent, prout non tenebatur: ergo viro aut patre non existente soluendo, tenentur soluere. Et confirmatur. Quia licet pater non teneatur ex mutuo filiofamilias facto: vt constat ex *toto tit. ff. ad SC. Maced.* at si conuersum sit in rem patris, videlicet, ad quam pater subministrandam astrictus erat, tenebitur: vt constat ex *l. Sed Iulianus, 9. §. Proinde ff. eod. tit.* Ergo quamuis vxor & filij non teneantur ex mutuo per patrem aut virum accepto ad ipsos alendos, tenebuntur tamen quando in eorum rem versum est: quia scilicet, eo alimenta, ad quæ vir non tenebatur, empta sunt. Tertiò, ex *l. 61. Tauri, hodie l. 9. tit. 3. lib. 5. recop.* ex qua constat vxorem non teneri ex debito contracto à marito, nisi probetur versum esse in ipsius vxoris vtilitatem, in rebus, ad quas vir non tenebatur: at dum est inops, non tenetur ad alimenta: ergo vxor obligatur nummos mutuo acceptos pro alimẽtis soluere. Tandem, quando vxor aut filij sunt diuites, pater vero aut maritus, pauper, probatur teneri. Debita contracta ab ipsa vxore vel filiis, tenentur ex suis bonis soluere: at dum pater aut vir est inops, tenentur vxor & filij diuites ipsum alere, & suam familiam: ergo æs alienum ad hoc contractum est verè debitum ipsius vxoris & filiorum, ac subinde astringuntur illud soluere. Ideo hanc sententiam loquentes de filijs tuentur *Bart.* dubitans, & cogitandum relinquens *l. Hîc solu, fine, ff. de condict. indebiti. Angel. ibi, n. 1. Iason n. 2. idem Iason l. Si me & Titium, num. 3. ff. si cert. petat. & l. Si cum seruum, n. 1. ff. eo tit.* vbi *Purpuratus nu. 5. Cepola cautela 246. incipienti, Quid si pater. Francisc. Cremensis singulari 36. incipienti, Tu mutuasti pecuniam. Lud. Roman. singulari 210. incipienti, Pater erat pauper.* Et loquentes in filio & vxore docent idem *Ioan. Lup.* dubitans & relinquens cogitandum, *rubr. de donat. inter vir & vxor. §. 66. nu. 5. & 6.* & id omnino definiens *idem Ioan. Lup. l. 61. Tauri, num. 11.* vbi *Castillo n. 23. & 24. Lara l. Si quis à liberis, §. Si quis ex his, n. 115. ff. de liberis agnos. Gama 1. part. decis. 366. num. 7. Baeza de inope debit. cap. 1. n. 53. & 54. Azebedo lib. 5 recop. tit. 3. l. 9. num 30. 31. & 32. Matienzo eo lib. 5. tit. 9. l. 3. glossa 7. num. 5. Barbosa l. Si constante, 25. in princip. num. 32. ff. solut. matrim. Surdus de aliment. tit 8. priuilegio 48. num. 5. & 6.* citantur que communiter pro hac sententia, *Bald. l. fin. C. ad Macedonianum*, vbi nil dicit. & *Platea l. Vxorem, fine, C. de decurion. l. 10.* vbi mota hac quæstione nil definit, sed tantum ait *Bart. d. l. Hîc solu.* in simili arguere. Addit *Barbosa num. 35.* viro dante maiora alimenta, quam teneretur, obligari mulierem in subsidiũ. Et retenta hac sententia, idem dicendum est, nempe teneri filios illud mutuum soluere, quamuis hæreditatem paternam renuntient. Vt bene aduertunt *Franc. Cremensis, & Baeza num. 53. proxime citati.* Quia obligatio hæc non consurgit ex hæreditatis aditione, vt ita filij tanquam hæredes teneantur patris debita soluere, sed eo quod mutuum illud à patre acceptum est versum in illorum vtilitatem: & illius occasione locupletiores facti sunt, nec bona patris ad id persoluendum supersunt. Præterea, hæc sententia tunc solum locum habet, quando pater vel maritus tempore æris alieni contracti erat tam inops: secus si diues. licet enim postea facultatibus laberetur, minime tenerentur vxor & filij. Quia tunc vir aut pater tenebatur ad ea alimenta, quare vxor & filij sibi debitum receperunt, ac proinde non censentur effecti locupletiores. nec mutuum illud dicetur conuersum in eorum vtilitatem. Ita docent *Angel. Barbosa, Surdus proximè citati*: atque manifestè sentiunt omnes authores huius sententiæ, siquidem omnes loquuntur de patre aut marito inope. Insuper hæc sententia procedit, licet vxor aut filij essent etiam inopes tempore mutui accepti: tenebuntur enim, dum bona habuerint, id debitum soluere. Quoniam adhuc id mutuum in eorum cessit commodum, & ditiores facti sunt: cum pater aut maritus inops ad ea alimenta non teneretur: & ipsi aliunde, ne fame perirent, quæsituri essent. Ita docent in filiis loquentes *Cepola & Ludou. Roma. proxime pro hac sentent. relati*: & apertè colligitur ex *Baeza de inope debitore, cap. 1. num. 54.* reddens enim rationem, cur filij hoc mutuum soluere teneantur, ait, *Quia nisi pater accepisset, mutuo erant accepturi, ne fame perirent.* Vbi manifestè loquitur, quamuis filij tunc essent pauperes. Latum tamen discrimen

crimen inuenio etiam stando in hac sententia, quando mater tunc erat diues, ipsique non deerant facultates necessariæ ad alendam familiam, vel quando similiter erat pauper, & similiter de filiis. Nam si mater erat pauper, minime tenebitur ad æs alienum contractum pro alendo marito & familia, cum ad ea alimenta non teneatur, nec ea omnia cesserint in suam vtilitatem; sed tantum tenebitur pro rata sibi correspondenti, & filij pro sua parte: si vero diues esset, teneretur integre soluere. Quia tenebatur virum, filios & familiam alere: & ita sentit *Ioan. Lupus l. 61. Tauri, num. 11.* loquens de matre diuite. Pari ratione filij si sint pauperes, & etiam parentes, obligabuntur ad eam solam partem, quæ cum ipsis consumpta est. Quia non tenebantur parentes alere. Si vero diuites essent, & parentes pauperes, tenerentur ad alimenta integra. Quia tenebantur parentes suos alere, *l. Si quis à liberis. §. Si vel parens, & §. Item rescriptum. ff. de liberis agnosc.*

29 Cæterum quamuis hæc sententia sit satis probabilis, contraria magis mihi placet, nempe, nec vxorem, nec filios teneri illa debita, per maritum aut patrem contracta, soluere ex suis bonis. Ad quam probandam præmitto, in viro paupere non esse omnino extinctam obligationem alendi vxorem & filios, sed tantum suspensam pro inopiæ illum excusantis tempore: sicut quicunque debitor ratione inopiæ non deobligatur prorsus ab ære alieno soluendo, sed tantum suspenditur illa obligatio, excusaturq; à solutione, dum impotentia ratione inopiæ durat. Quod inde aperte constat: nemo enim dubitabit vxorem & filios minime teneri ad ea debita à viro inope contracta, ex eorum alimentis, si facultates viri successu temporis ita augeantur, vt sit illa soluendo: at si ratione paupertatis obligatio illa prorsus extincta esset, facultatibus auctis minime reuiuisceret. Obligatio enim semel extincta non reuiuiscit *l. Cum ex causa, C. de remiss. pign.* Hoc præmisso probatur sic nostra sententia: Si Petrus quo suis satisfaciat creditoribus, magnum æs alienum conflet, existimans fore, vt sit postea illud soluendo, quamuis contrarium eueniat, nullus dicet creditores, quibus eo mutuo satisfactum est, & in quorum vtilitatem cessit, teneri posterioribus creditoribus, qui mutuo illas pecunias dederunt Petro. Quia hi posteriores creditores nullum cum prioribus contractum iniere, & vere per mutuum transtulere dominium in Petrum, & Petrus tanquam verus dominus potuit suis debitis ex eo mutuo satisfacere, quamuis ab illorum solutione ratione inopiæ excusaretur. Similiter ergo quamuis maritus inops ratione impotentiæ eximatur, seu potius excusetur prorsus tunc ab onere alendi vxorem & filios, nec teneatur ære se alieno grauare, quò huic obligationi respondeat: at si vere se grauauit, & sic altiit, veram obligationem ratione impotentiæ suspensam adimpleuit, nec dicetur pecunia illa conuersa in vtilitatem vxoris & filiorum, ad quam pater vere non tenebatur: nec vxor & filij vere dicentur effecti locupletiores, & ex causa lucratiua recipientes, sed potius ex causa onerosa, cum vere ipsi debitum receperint: ac proinde illud mutuum minime astringentur soluere. Et confirmatur, quia licet vxor esset diues tempore mutui accepti à viro paupere, non tenebatur directe ad alimenta viri & filiorum, sed in subsidium, scilicet, viro non quærente aliunde pecunias, quibus necessaria suppeditaret: & cum iam quæsierit, mutuo accipiens, vxor ab eo onere relaxata est, nec ipsi pecunia est mutuo data, nec suo nomine recepta: non ergo illam soluere tenebitur. Secundo probatur ex *l. Non aduersus, 15. C. si certum pet. & l. Eum cui, 13. C. de action. & oblig.* ibi: *Eum cui mutuam dedisti pecuniam, ad solutionem vrgere competenti debes actione. Nam aduersus negotiatores, quos ex mercibus pecunias absfluisse tuo debitori proponis, nullam habes actionem.* Ex quibus textibus constat actionem hanc mutui repetendi esse personalem, ac proinde contra solum debitorem, cui datum est, competere: cum in illum vere translatum sit dominium: ac instar veri domini potuerit de illo disponere. Tertiò, quia vxor soluto matrimon. potest integram dotem recuperare, licet vir prodige expenderit ipsam, vltra debitum alens: vt bene docent *Nauarrus sum. Hispana cap. 28. additione ad num. 153. Latina cap. 17. num. 135. Manuel 1. tom. summæ 2. edit. cap. 100. num. 7.* nec audiendus est *Barbosa*, qui (vt num. præced. retuli) sensit teneri vxorem illa alimenta superflua ex suis bonis soluere: at vir minime tenebatur illud superfluum expendere: ergo virum non teneri, non transfundit onus in vxorem, vt de suo soluat. Tandem, quia *l. 60. Tauri, hodie lib. 5. recop. tit. 9. l. 9.* generaliter decidit, mulierem lucris constante matrimonio acquisitis renunciantem non teneri ad æs alienum constante matrimonio à viro conflatum. Et *l. 61. Tauri, hodie l. 7. tit. 3. eodem lib. 5.* bene ponderata fauet huic sententiæ: nam in priori eius parte deciditur, vxorem pro viro spondentem non teneri, licet allegetur debitum in vxoris vtilitatem conuersum esse: si autem mutuo vterque coniux se obligarit, solum teneri, si in eius vtilitatem cesserit, vt quia consumptum sit in ijs, quæ maritus præstare non tenebatur. Si ergo quando vxor se obligauit, non tenetur, licet debitum verè in eius vtilitatem cesserit: prout intelligit eam *l. 61. Anton. Gomez, ibi num. 2.* à fortiori non tenebitur, vbi non se obligauit. Et confirmat. quia in 2. *allius l. 61. Tauri*, vbi decisum erat vxorem non obligari, nisi mutuo cum marito se astrinxerit, & tunc solum si constet mutuum in ipsius vtilitatem cessisse: subditur, *Pero si lo que se conuirtio en prouecho della fue en las cosas que el marido le era obligado à dar, assi como vestirla, y darle de comer, y las otras cosas necessarias: mandamos, que por ello ella no sea obligada à cosa alguna.* Tunc sic, aut hæc lex disponit dum vir est locuples, & hoc non, nil enim disponeret, cum quicunque fideiussor solum teneatur in subsidium, vbi principalis debitor soluendo non est: eo vel maxime, quod illa lex ius nouum contineat, tesse *Anton. Gomez ibi num. 2.* Vel disponit vbi bona deficiunt viro ad soluendum, & tunc habetur intentum. Nec obstant argumenta contrariæ sent. propositum, præcedent. Quia ex dictis constat, vxorem & filios habere ex causa onerosa, & illud mutuum non vere dici conuersum in eorum vtilitatem, & *l. 61. Tauri*, quam oppositi pro se adducunt, potius fauet huic sententiæ: vt proxime probaui. Et ideo hanc sententiam loquentes de filijs, tuentur *Alciatus l. Si cum seruum, num. 17. ff. si cert. pet. Decius ibi num. 1. additionator ad Decium, lit. A.* & loquens de vxore tenet idem, attento iure huius regni *l. 61. Tauri, Gom. Arias l. 19. Tauri num. 7.* & loquens de vxore sustinet idem *P. Molina tom. 2. de iustit. disp. 435. §. Tertium est*: & in forioribus terminis docet idem *Manuel 1. tom. sum. 2. edit. ca. 100. num. 8.* Et hanc sententiam credo esse veram, licet res emptæ pecunia illa mutuo accepta extent, adhuc enim vxor, & filij non tenentur, quamuis maritus aut pater soluendo non sit. Quia nulla est actio creditoribus aduersus res mutuo emptas, nec illæ subiectæ sunt hypothecæ pro mutuo, sed sola est actio personalis aduersus mutuatarium. Quare audiendi minime sunt *Angelus l. Hæ solæ, num. 1. ff. de condict. indeb. & Ioan. Lupus vnbr. de donat. inter vir. & vxor. n. 66.* vbi dicunt esse certum teneri, vbi res mutuo emptæ extarent: sed id non probant.

Tandem in hoc euentu credo vxorem teneri de suo 30
soluere, nempe, si iussa à viro tradere viri creditoribus centum, quæ ipsi ad hoc dedit, vxor expenderet in familiæ sustentationem, & vir non esset postea soluendo. Quia causam dedit ne creditores debitum recuperarent. Ita docet *Ind. Lopez 1. p. instr. c. 161. §. Qualis autem, vers. Tandem dubitari potest.* Additque id esse verum, quamuis prouiderit familiæ indigētia creditoribus non indigentibus distulerit solutionem, vacauit enim culpa, at tenebitur de suo soluere. At hoc non credo propter doctrinam *Nauarri sum. cap. 17. num. 268.* quam amplectitur *Molina* contra alios, *to. 2. de iustitia, disp. 350. §. De vxore eiusmodi*, vbi docet vxorem non plus inuentem de bonis per viruam à viro acquisitis, in eiusque dominium translatis, quam sit sibi debitum ad congruam sustentationem iuxta personæ qualitatem, ad nullam teneri restitutionem. Quia vir

non

non minus debitor illi existit huius congruæ sustentationis, quam cæteris creditoribus. Sic ergo in præsenti casu vir non minus debebat vxori, & familiæ grauiter indigenti, quam creditoribus: si ergo adhuc existente marito dominio illorum nummorum (non enim transit dominium in creditores ante solutionem illis factam) alijs creditoribus postpositis vxor eos expendat in familiæ & sua sustentationes, cum grauiter paterentur, nec vir subueniebat, debitum sibi recuperauit, ac proinde non tenebitur de suo soluere, deficientibus viri facultatibus.

DISPVTATIO V.

An ob dotem non solutam liceat viro negare alimenta & cohabitationem vxori, ac proinde ipsam non traducere, aciam traductam domo expellere?

SVMMARIVM.

Nequit debitum coniugale negari vxori, ob dotem non solutam, n. 1.
Possunt negari alimenta vxori, dum promissa dos non soluitur, n. 2.
Quid, sola dotis parte non soluta, n. 3.
Quid, si dos non ab ipsa vxore, sed ab alio promissa sit n. 4.
Quid, si non soluatur, quia promittens soluendo non est n. 5.
Quid, si dote non soluta sit vxor in viri obsequio n. 6.
An vir tunc alens possit alimenta repetere? n. 7.
Quid, si vir indotatam vxorem ducat, n. 8.
Et quid, si vxor dines sit, n. 9.
Quid, si vxoris culpa dos pereat: vt quia ob eius hæresim publicatur? num. 10.
An ob dotem non solutam possit vxor non traduci, & expelli. Refertur prima opinio. n. 11.
Extenditur, vt possit expelli, licet dos promittatur ab alio, n. 12.
Quid, si pars dotis non soluatur, n. 13.
An post expulsionem possit vir agere, vt sibi dos soluatur, n. 14.
Quid si nulla sit promissa dos, & vxor cum sit dines, nolit dotem constituere, n. 15.
Refertur opinio secunda, n. 16. Et opinio auctorum. n. 17.
Soluuntur argumenta, & explicatur c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor, & l. fin. C. ad Velleianum, n. 18.
An vxor possit ab habitatione expelli, quando coniuges impediti sunt ad petendum debitum, n. 19.

1 PRAEMITTENDAE sunt conclusiones ab omnibus receptæ, & deinde proponetur, in quo versetur difficultas. Prima conclusio. Vir minimè potest debitum coniugale negare vxori, ob dotem non solutam. Conceditur ab omnibus: & specialiter ita docent *Angel. verb. Dos, n. 9.* vbi *Syluest. q. 10. Armill. n. 10. P. Molina to. 2. de iust. disp. 425. §. Si marito dos. Enman. Sa sum. verb. Dos, §. Acceptam siue dote.* Et ratio est aperta. Quia obligatio reddendi debitum, non ex dotis traditione, sed ex ipso matrimonij contractu consurgit.

2 Secunda conclusio. Dote promissa non soluta, minime tenetur maritus vxori alimenta præstare. Conclusionem hanc specialiter docet *Gloss. auth. de non eligendo secundo nubentes, §. fin. verb. Onera*, quam omnes sequuntur: & ratio est, quoniam dos quasi in pretium datur, vt ex eius fructibus maritus onera matrimonij sustineat, vxoremque alat. *l. Pro oneribus, C. de iure dotium, l. Dotis fructus, ff. eod.* quare dote minime soluta, non tenetur maritus stare contractui, eaque onera sustinere. Intelligo autem, quando soluens est in mora, si enim tempus concessum à viro ad dotem soluendam, nondum accesserit, non potest ob solutionis defectum negare alimenta. Quia alter non est in mora, sibique imputare debet vir, qui ea dilatione concessa se ad matrimonij onera subeunda astrinxit.

3 Non solùm autem quando tota dos non soluitur, vir non tenetur ad alimēta, sed etiam quando pars dotis nondum est soluta. Quia dum tota non soluitur, contractus fides sibi non seruatur, & ea de causa nec ipse seruare fidem tenetur alimentando vxorem. Sic *Ioan. Lup. c. Per vestras, de don. inter vir. & vxor. not. 3. in princ. n. 2. vers. Et hoc non solum.* & multi alij, quos refert & sequitur *Surdus de alimentis, t. 7. q. 17. n. 3.* Qui tamē bene docet *nu. 6. & 5.* teneri tunc virum ad alimentorū partem pro rata. Cum enim eadem sit ratio partis quoad partem, quæ est totius quoad totum, *l. Quæ de tota, ff. de rei vendicat.* sicut tota dote recepta tenetur ad integra alimenta, ita recepta parte, tenetur ad partē.

Præterea habet verū conclusio posita, siue dos promissa sit ab ipsa vxore, siue à patre ipsius, vel à quocūq; extraneo: (dicitur autē in hac re extraneus, qui non habet mulierē sub sua potestate, quicunque ille sit, per *l. vn. §. Accedit ei, v. Extraneum. C. de rei vxor. actione.* Et notat *Ioan. Lup. c. Per vestras, de don. inter vir. & vxor. not. ab. 3. in princ. n. 2. vers. Et per ista.*) Quia militat eadem ratio, cùm enim nondum solutum sit viro pretium sustentationis; non tenetur ad onus. Ita docent *Bald. l. Quod in vxorem, nu. 2. C. de negot. gest. & ibi Paul. n. 4. Salycet. in fin. Ruin. cons. 144. n. 16. vol. 5 Io. Lup. eo n. 2. v. Et ita concludo. Fontanus de alimentis, c. 14 n 7.* habetur to. 8. tract. p. 1. *Surd. de alimentis, t. 7. q. 17. n. 34.* vbi alios refert. 4

Latum tamen est discrimen, si dos promissa sit ab ipsa vxore, ipsiusve patre, aut ab extraneo. Si enim extraneus promiserit, & nondum soluerit, indistinctè maritus non tenetur alere vxorem; si autem vxor ipsa, aut ipsius pater, quando ratione impotentiæ non soluunt; non eximitur vir ab alimentandi onere, nisi dolosè promisissent dotem, quam nouerant se soluendo minime esse. Ratio est, quia vxor eiusque pater gaudent beneficio, vt conueniri nequeant pro dote soluenda, vltra quam facere possint, (vt de vxore multis relatis probat *Barbosa l. Maritum, 13. n. 57.* & de patre *num. 67.* & quod vterque eo priuilegio careat, quando dolosè promisit, *nu. 71. ff. solut. matrim.*) Ita multis relatis tradit *Surdus de alimentis, t. 7. q. 17. num. 27. 30. & 36.* Quare minus caute *Enriq. l. 11. de matrim. c. 18. n. 2.* dicit non teneri virum ad vxoris alimenta, quando socer non vult, aut non potest dotem soluere. 5

Aliqui temperant prædictam conclusionem, nisi vxor dote non soluta sit in viri obsequio: teneretur enim tunc illam alere, sicut famulum quemcunque sibi ministrantem. Sic *Abbas cons. 85. nu. 2. & 3. vol. 2. Anchar. c. Per vestras, de don. inter vir. & vxor. n. 14.* vbi *Ioan. Lupus not. ab 3. § 1. n. 1.* & alij quos refert *Surd. eo. tit. 7. q. 17. nu. 38.* Merito tamen ab illis discedit *num. 39.* alios refetens. Quia vxor tenetur & dotem & obsequia præstare viro, quare alterum præstando non liberatur, vt sic necessario alenda sit. Præterea, quia auctores omnes, quos n. 17. referam, censent dote non soluta vxorem alendam non esse, at minimè expelli posse à consortio & cohabitatione viri: ergo esse in consortio & obsequio viri, non cogit ipsum illi alimenta præstare, dum promissa dos non soluitur. 6

Id tamen fateri oportet cum *Abbate & Ioan. Lupo n. præcedent. allegatis*, si vir alat vxorem nondum soluta dote, nilque protestetur, minime posse petere alimenta ab ipsa vxore, vel à dotis promissore, videtur enim affectu coniugali facta donatio. Quod colligo ex *l. Si quis à liberis, §. Si mater. ff. de liber. agnosc.* ibi: *Nec impetrare debet ea, quæ exigente materno affectu in filiam tuam erogatura esset.* iuncta Glossa *verb. Materno*, vbi dicit id procedere, licet non modica esset, nisi esset protestata. 7

Tertia conclusio. Vir tenetur alere vxorem, quam absque dotis promissione duxit. Quia sibi imputare debet, quòd nullam dotem exegerit, videturque ipsam vxoris personam pro dote accipere. Ita docent *Innoc. c. Per vestras, de don. inter vir. & vxor. ad fin. & ibi Hostiens. nu. 6. Ioan. Andr. n. 8. Ant. n. 13. Abb. n. 4. Alex. de Neuo n. 5. Præpos. n. 2. & 5. Ioan. Lup. ibi not. ab. 3. in princ. n. 5. & l. 61. Tauri n. 10. Alex. l. Cum dotem, §. Sin autem, n. 8. ff. solut. matrim. Roman. cons. 517. n. 2. Angel. verb. Dos n. 10.* vbi *Syluest. q. 10. Tabiena q. 8. nu. 9. Armilla n. 9. & 10. Ant. Gom. l. 53. Tauri nu. 31. Bertach. in repert. lit. M. verb. Maritus alere, in princ. Lara l. Si quis à liberis, §. Si quis ex his, n. 21. ff. de liber. agnosc. Pet. Gregor. syntag. iuris, l. 9. c. 19. n. 4. Simancas de cathol. institit. tit. 16. n. 19. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. l. 3. gloss. 2. n. 29. Barbosa 2 p. rubr. ff. solut. matrim. n. 43. Surdus* alios referens *de aliment. tit. 1. q. 32. n. 11. & t. 7. q. 19. num. 1. P. Molina to. 2. de iustit. disp. 425. pag. 1130. §. Si marito dos.* & neminem inueni oppositum tuentem. 8

Aliqui censent hoc tenere verum, licet vxor dines sit, Quia sibi imputare maritus debet, nullum de dote constituenda pactum iniisse, nec vxor dines tenetur tunc dotem 9

tem constituere. Vt tenent aliqui, quos retuli lib. 1. disp. 60. num. 1. Quare perinde tenebitur eam alere, ac si indotatam duxisset. Et ita sentiunt *Lara l. Si quis à liberis, §. Si quis ex his, n. 65. ff. de lib. agnosc. Surd. de alimentis tit. 7 qu. 19. n. 1. & seqq. & t. 1 q 32. à n. 12.* fatetur tamen posse virum petere ab vxore illa, vt sibi dotem competentem constituat, quod si id renuat, negare alimenta: vnde concludit *ea q. 32. n. 15.* aliud esse alere, & aliud dotem petere: si enim nolit alere, nec dotem petere, cogetur alere, in suaque facultate erit dotem petere. Cæterum verius existimo non teneri virum ad hæc alimenta, dum vxor illa dives dotem constituere renuit. Ducor, quia dum mulier dives absque dotis promissione ducitur, videtur tacite actum de dote constituenda: vt probaui l. 1. disp. 59. n. 4. & disp. 60. n. 2. Quare dum dos tacite promissa non soluitur, iustam causam vir habet denegandi alimenta. Atque hanc partem tuentur *Bald. l. fin. n. 9. C. de sent. qua sine certa quant. Iason l. Si donaturus, §. Si quis indebitam, n. 4. & seq. ff. de condict. causa data. Ioan. Lup. c. Per vestras, de don. inter vir. & vxor. not. ab. 3. §. 2. n. 1. & seq. Gom. Arias l. 17. Tauri n. 130.* Quando autem non ipsa mulier, sed eius pater dives esset, dotemque constituere nollet, teneretur maritus, qui nil de dote pactus est, ipsam alere, liberumque illi esset à patre dotem petere: vt bene docet *Molina, n. præced. in fine relatu.*

10 Dubitabis autem, quid dicendum sit, vbi vxor dotata ducta est, at ob eius delictum publicata dos est: vt ob hæresim, vel aliud crimen? Quidam enim alendam esse à viro existimant, postquam ad eius consortium coniugale admissa est. Ducuntur, quia in defectum dotis & patrimonij tenetur vir ex debito coniugali vxorem alere: vt tradunt *Abbas cons. 85. n. 4. vol. 2. & Ioan. Lupus c. Per vestras, de don. inter vir. & vxor. not. ab. 3. §. 1. n. 1.* Præterea, quia tenetur alere vxorem indotatam. Atque ita docent *Anton. Gomez l. 78. Taur. nu. 6. Simancas de cathol. instit. t. 16. num. 19. Surdus de aliment. 7 q. 21. num. 6. & 7.* Alij vero existimant non teneri virum alere. Ita *Rojas de hæret. 2. p. nu. 325. assertione 40.* Ego autem, quando dos fortuito casu perijt, existimo indistincte vxorem alendam esse à viro: propter rationem *Iurisconsulti l. Si cum dotem, 23. §. Si maritus, ff. soluto matrim.* ibi: *Quid enim tam humanum est, quam fortuitu casibus, mulierem maritum, vel vxorem, viri participem esse?* At quando culpa vxoris publicata fuit, sic distinguerem, si parentes in facultatibus sint, vt ipsam alere valeant, tenentur quidem, virque ab eo onere eximetur: si autem pauperes sint parentes, tenebitur vir. Probatur, quia vir ratione dotis solutæ tenetur vxorem alere, & dum non soluitur, liber est ab ea obligatione, at quando culpa vxoris publicatur, perinde est ac si soluta non esset, siquidem vxoris culpa pretium sustentationis aufertur. Nec est simile, vbi vir indotatam vxorem duxit, sua enim sponte nullo recepto pretio se ad alimenta astrinxit. Quod autem tunc pater dives teneatur, probo, quia quamuis culpa mulieris deperdita sit dos, tenetur adhuc pater illam alere: vt multis citatis probat *Molina de primogeniis, lib. 2. cap. 16. num. 24.* & vbi parentes sunt pauperes, teneri virum. Ducor: quia in eius obsequio & consortio cum sit, nec parentes ei subuenire possint, amor coniugalis, & nexus tam arctus petit, vt à viro alatur, ne fame pereat. Insuper vtramque partem comprobo ex *l. Quod si nulla, 28. ff. de religios. & sumpt. funerum:* vbi deciditur vxorem dote carentem, sumptibus patris sepeliendam esse, & si pater soluendo non sit, nec sit aliquis vxoris hæres, expensis mariti: redditque rationem Iurisconsultus his verbis: *Ne iniuria eius videatur vxorem eius insepultam reliquisse.* Tandem, quia quãdo vxor patre caret, qui ei consulere possit, procedit ratio prioris sententiæ, vt in defectum dotis & patrimonij teneatur vir, ex coniugalis vinculi &, amoris debito, ipsi alimenta præstare. Quando vero vxor in carcerem perpetuum detruditur, an sit à viro alenda, dixi disp. præced. num. 23.

11 His præmissis, punctus difficultatis in eo versatur, An quando vir iuxta prædicta non tenetur vxorem alere ob dotem promissam nondum solutam, possit eam similiter non traducere; traductamque domo expellere? Seu breuius. An, sicut potest ea de causa negare illi alimenta, possit similiter cohabitationem negare? Triplicem inuenio sententiam. Prima affirmat licere viro non traducere, traductamque domo expellere. Ducitur primo, per textum in *c. Per vestras, de don. inter vir. & vxorem,* ibi: *Ne occasione dotis detenta vxor à viro dimissa, seu vir qui dimisit vxorem, adulterij reatum incurrat.* & *l. finali, C. ad Senatusconsult. Velleianum,* ibi: *Neque enim ferendum est mulierem fieri indotatam, & sit à viro forsitan repelli.* Vbi Pontifex & Iurisconsultus supponunt fas esse viro ob dotem non solutam, vxorem domo expellere: eo vel maximè, quod in casu *cap. Per vestras,* ea de causa vxor expulsa fuerat, & tamen consultus Pontifex non iubet prius vxorem restitui, quam præstetur dos. Secundò, quia vir non tenetur alimenta vxori præstare, dum minime soluitur dos, inter quæ habitatio computatur, *l. Legatum, ff. de alimentis & cibar. legat.* Tertiò, quia vir sine dote non astringitur matrimonij onera subire: ad id enim dos constituitur. *l. Pro oneribus, C. de iure dotium:* inter quæ illud videtur maximum, ferre leuitatem, loquacitatem, importunitatem, aliasque mulierum molestias, quæ omnia cohabitatione negata vitat. Tandem, quia deceptis & non decipientibus iura omnia subueniunt: qua de causa cum vir deceptus sit in dotis promissæ solutione, merito ac iure optimo illi potius, quam vxori subueniendum, vt possit hac de causa simultaneam habitationem negare. Et ideo hanc sententiam defendunt (omitto *Glossam, Rebuffum, Ioan. Andr. Guidonem,* malè enim pro hac sententia referuntur, quia de solis alimentis agunt.) *Abbas consil. 85. num. 1. lib. 2. & c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor. num. 4.* vbi *Auchar. num. 13. Præpos. n. 2. Alex. de Neuo num. 3. & 4. Ioan. Lup. ibi not. ab. 3. in princ. n. 2. vers. Sed ego teneo, & in rubr. §. 64. n. 16. Faldus c. Quamadmodum, n. 9. de iureiur. & l. Quod in vxorem, n. 2. C. de negot. gest. & l. Si donaturus, §. Si quis indebitam, n. 1. ff. de condictione causa data, & l. De diuisione, num. vn. ff. solut. matrim. & l. fin. nu. 9. C. de sentent. qua sine certa quantitate, & l. fin. n. vn. C. ad Velleian.* vbi & *Barbatius in addit. ad Baldum, verb. Repellere. Salicet. d. l. Quod in vxorem. fine. Paulus l. 16. si lam, §. Vsuras, n. 2. ff. solut. matrim. & d. l. Quod in vxorem. n. 4. Alex. cons. 56. n. 1. vol. 4. Roman. d. l. De diuisione. n. 16. & cons. 517. n. 2* vbi *Mandos. in addit. super verb. Potest. Socin. reg. 258. flatuta in princ. Ruin. cons. 144. n. 1. & 16. vol. 5. Iason §. Fuerat, nu. 98. Inst. de actio. & d. l. Si donaturus §. Si quis indebitam, nu. 2. & 3. Boer. decis. 22. n. 3. Neuizan. in sylua nuptiali, l. 1. §. 2 nu. 45. Montal. l. 1. verb. De rei, t. 3. l. 3. fori. Bald. nouellus* limitans attento iure canonico, vt id fiat præcedenti iudicio Ecclesiæ, & non propria auctoritate, *de dote. p. 6. priuileg. 43 n. 3. Angel. in sum. verb. Dos, n. 9.* vbi *Tabiena q. 8. n. 9. Armil. n. 10. Nata cons. 15. n. 9. l. 1. Ferret. cons. 34. n. 12. l. 1. Francis. Marc. decis. 732. n. 4. in 2. p. Gom. Arias l. 27. Tauri n. 129. Ant. Gom. l. 53. Taur. n. 31. Pontan. de alim. c. 14. nu. 7.* habetur to. 8. tract. p. 1. *Lara l. Si quis à liberis, §. Si quis ex his, n. 53. ff. de liber. agnos. Rojas epitom. succes. c. 33. n. 31. Gutier. alleg 11. n. 16. Petr. Gregor. syntag. iuris l. 9. c. 19. n. 3. Brunor. in suo compend. lit. M. verb. Maritus, v. Maritus potest repellere. Emm. Sa sum. verb. Dos, §. Acceptam sine dote.* limitans quoad expulsionem, vbi iam semel est traducta vxor, nisi ipsa culpa non solutionis dotis vacet.

Extendunt primo aliqui Doctores hanc sententiam, vt 12
vera sit, quamuis dos promittatur, non ab ipsa vxore, sed ab extraneo. Ita *Ruinus cons. 144. n. 16. vol. 5. Salicet. d. l. Quod in vxorem, in fin.* vbi *Paul. n. 4. Ioan. Lup. d. c. Per vestras, not. ab. 3. in principio, n. 2. v. Et ita concludo.* Et quando frater vxoris promisit, docent idem *Baldus d. l. Quod in vxorem, nu. 2. Pontan. de aliment. c. 14. nu. 7. Alexand. de Neuo c. Per vestras, nu. 15.* addens non esse idem dicendum, si ab alio non ita coniuncto dos promissa sit, & *Abbas ibi num. 15.* non admittit quando extraneus promisit, nisi vir pauper sit. Sed retenta hac prima sententia, verius est posse expelli, licet dos promissa sit ab extraneo. Quia expulsio hæc non est propter vxoris culpam, sed quia vir non tenetur dote non soluta vxorem alere. Quod verum est ea ab extraneo promissa:

missa: vt diximus n. 4. At si promissa sit ab vxore, vel patre eius, absque dolo, & non sint soluendo, quia facultatibus lapsi sunt, non poterit vxor etiam iuxta hanc sententiam expelli. Quia nec alimenta potest tunc denegare (vt diximus n. 5.) maritus hac de causa.

13 Secundò retenta hac sententia, similiter dicendum est posse vxorem expelli, si dotis pars soluta non sit. Quia licet tunc teneatur ad alimentorum partem (vt probauimus n. 3.) at quoad expulsionem non militat eadem ratio. Quia obligatio alendi est diuidua, cohabitandi vero indiuidua. Præterea, quia conductor potest expelli parte pensionis non soluta. Ita docent *Ioan. Lupus d. c. Per vestras, notab. 3. in princ. n. 2. vers. Et hoc non solum. Gomez Arias l. 27. Tauri n. 129 Lara d. l. Si quis à liberis, §. Si quis ex his, n. 54. Surdus de alimentis, t. 7. q. 17. n. 23. & seqq.*

14 Quamuis autem vir ob dotem non solutam, vxorem expulerit, potest agere vt dos promissa, sibi soluatur. Quia dote soluta paratus est ad vxoris in suum consortium restitutionem. Sic *Hostiensis d. c. Per vestras, n. 4. super vers. Reciperet, & ibi Ioan. Andr. nu. 10. Anton. n. 7. Abbas num. 4. Alex. de Neuo n. 3. Præpositus n. 2. Ioan. Lupus ibi, in princ. nu. 2. vers. Ampliari possunt.* Nec audiendus est *Ancharan. ibi nu. 4.* oppositum docens.

15 Si autem dos promissa minime sit, vxorem ob id non posse expelli: sicut nec ei negari possunt alimenta (iuxta dicta n. 8.) rectè docent *Ruinus cons. 144. n. 16. vol. 5. Brunor.* alios referens *in suo compend. lit. M. verb. Maritus, vers. Maritus alere cogitur.* Quod si vxor sit diues, nolitq; dotem constituere: Doctores, quos retuli num. 9. asserentes non posse virum ei negare alimenta, subinde dicent nec posse eam expellere. At *Bald. Iason, Ioan. Lupus, Gomez Arias ibi citati,* dicunt posse expellere, sicut & negare alimenta. Quod retenta hac sententia verius est.

16 Secunda sententia distinguit, si vxor non sit traducta, dicit posse non traduci dote non soluta: si vero traducta sit, negat posse expelli propria auctoritate. Priorem partem probat argumentis primæ sententiæ: posteriorem vero, per *cap. Porro, de diuortiis*, decidens vxorem adulteram propria auctoritate dimitti non posse. Hanc tuetur *Barbosa l. 1. p. 3. num. 55. ff. solut. matrim.* & refert pro se *Syluest. verb. Dos, q. 10. num. 11.* vbi (ni fallor) potius tenet primam sententiam. Quia ea relata dicit, Intellige quoad traductionem & alimenta præstanda: & paulo inferius, Secus quoad debitum coniugale reddendum. vnde credo tantum voluisse, non ob id licitam esse debiti coniugalis denegationem, & quod tunc excusetur vir à traductione, subticens de expulsione, docet *Enriquez l. 11. de matrim. c. 16. n. 3. fin. & c. 18 n. 2.*

17 Tertia sententia (cui adhæreo tanquam probabiliori) ait vxorem minimè expelli posse ob dotem non solutam: & quamuis Doctores, qui illam tuentur, non meminerint traductionis, at rationes, quibus innituntur, æquè probant teneri tunc virum ad illius traductionem, ac ad iam traductæ retentionem, probant enim adhuc illum teneri ei cohabitare: quod absque traductione in viri domum & in ea retentione fieri nequit. Probatur ergo hæc sententia. Primò, quia promissam dotem minimè solui, nihil ad ius cohabitandi attinet, quod non ex dotis solutione oritur, sed ab ipsa lege naturali & diuina, & ex ipso matrimonij contractu, sicut & obligatio reddendi debitum coniugale (vt probaui disp. præced. num. 2. & 3.) ergo sicut non solutio dotis minimè eximit virum ab obligatione reddendi debitum, ita non eximet ab obligatione cohabitationis. Secundò, quia Christus Seruator noster prohibuit Matth. 5. vxorem dimitti, excepta fornicationis causa: nec hæc inter causas diuortij numeratur, *cap. Porro, de diuort.* Tertiò, quia finis cohabitationis præcipuus non est, vt vxor à viro alatur, ad quod dos constituitur, sed vt mutua sibi obsequia præstent ad prolis generationem & commodam eius educationem, qui cum dote non soluta minime cesset, subinde non cessabit obligatio cohabitationis. Quartò, quia in cæteris contractibus nominatis agere tantum possunt contrahentes, vt altera pars impleat, non tamen ob id resilire: vt si vendidi domum pecunia credita, alterum non soluentem termino præfixo conuenire possum, non tamen à venditione recedere: similiter ergo vir cui promissa dos negatur, poterit aduersus promissorem agere, vt seruet fidem, non tamen ei licebit pactum cohabitandi ex natura matrimonij ortum infringere. Tandem, quia non desunt marito alia dotis consequendæ remedia. Ideo hanc sententiam defendunt *Carolus addit. ad Alex. cons. 56. num. 10. super verb. Expellere. lib. 4. Vecil. in addit. ad Afflictis, decis. 284. num. 4. Couarr. 4. decret. 2. p. cap. 7. in princ. num. 2. Baeza de non melior. filiab. causa dotis, cap. 32. num. 21. Octauian. decis. Pedemont. 132. num 18. Anton. Cucus lib 5. instit. maior. tit. 11. num. 127. Matienzo lib 5. recop. tit. 1. rubr. glossa 1. num. 91. Surdus de aliment. tit. 7. qu. 17. num. 21.* (licet enim neutram partem definiat, at dicit hanc magis iuri canonico, & saluti animæ, cui consulendum est, conuenire, atque ideo hanc sententiam approbare videtur.) Eandem tenet *Luis. Lopez 2 p. instr. de matrim c. 54. ad fin. P. Molina tom. 2. de iustit. disput. 425. §. Si marito dos*: qui oppositam sententiam vult conciliare, & dicit tantum velle auctores illius, vt possit vxor expelli quoad alimenta ei ministranda, non autem quoad cohabitationem, sed vtrumque affirmant, & dicunt dote non soluta non teneri virum ad alimenta, posseque expellere domo vxorem. Quare hæc concordia non placet. Ex dictis infertur, nec iudicis auctoritate posse vxorem ob hanc causam expelli: vt bene docet *Couar. eo. nu. 2.* Quia non est sufficiens expulsionis causa.

Ad argumenta primæ sententiæ proposita nu. 11. resp. 18
Ad primum dic, Pontificem *eo c. Per vestras*, non definire id licitum esse, sed supposita expulsione, siue iusta, siue iniusta, respondet ad principale quæsitum de dotis captione, præstanda sit nec ne. Et *Iurisconsultus ea l. fin.* non definit id licere, sed quasi per transennam dicit id forsan contingere posse. Ad 2. dic, concludere non teneri virum pro vxore illa conducere ampliorem domum, & suo statui conuenientem, sicut nec ad alimenta astringitur: at tenetur in eadem domo, quam ipse inhabitat, qualiscunque illa sit, secum eam sociam habere. At 3. dic, non esse ea onera, ad quæ subeunda dos constituitur, sed tale esse onus alendi, ad ea autem onera obligatur ex vi contractus coniugalis, quo vxorem indiuiduam vitæ sociam sibi coniunxit. Ad 4. dic, iam iura subuenire viro decepto in eo, in quo dolum passus est, quare eum ab alendi onere eximunt: minimè tamè subuenire circa cohabitationem. Quia non pendet à dotis solutione, in qua dolus versatur.

Tandem dubitabis, An, cùm coniuges ad debiti exactionem impediti sunt, vt ratione voti aut affinitatis, vel cognationis contractæ, liceat viro vxorem à cura sua & domo expellere? dic breuiter non licere. Quia Christus *Matth. 5.* sola fornicationis causa vxorem dimitti permisit: quod non potest intelligi quoad debitum coniugale: cùm multi alij sint casus, sed quoad cohabitationem. Ita *Glossa cap. Nosse, verb. Non fraudentur, 30. q. 1. Abbas cap. Si vir, sine, de cognat. spirit. & ibi Alexand. de Neuo num. 8.* & melius *cap. 2. num. 2. de coniug. leprof. Supplem. Gabr. 4. d. 42. q 1. a. 2. concl. 4. Brunellus de sponsal. concl. 20. n. 13.* Quando autem ita impediti essent, vt non tantum petere, sed neutri etiam liceret petenti reddere, existimo teneri eos thorum separare, gratia vitandi periculi, at ab habitatione non posse adhuc vxorem expelli, propter rationem dictam. Quare bene *Turrecremata c. Quod Deo, 33. quæst 3. n. 2.* dicit ob votum continentiæ mutuo consensu emissum eximi coniuges à reddit ione debiti, non tamen ab aliis obligationibus, & sic teneri cohabitare. 19

DISPVTATIO VI.

An quoties peccat coniux debitum exigens, peccet similiter illud reddens, vel saltem iure possit debitum negare?

SVMMARIVM.

Refertur opinio asserens peccante exigente, peccare reddentem, n. 1.
Alia opinio tradens regulam ad dignoscendum, quando ille peccante, hic non peccet, reprobatur, n. 2.
Refertur alia sententia dicens prudentis arbitrio id librandum esse, n. 3.
Non quoties mortale est petitio, peccat reddens, & si vir petat affectu fornicario, aut credens esse impedimentum irritans matrim. vxor de eius valore certa tenetur reddere. n. 4.
An teneatur tunc praecepto correctionis fraterna coniux exactus mentere exigentem, n. 5.
Quando petitio est venialis, non peccat reddens, n. 6.
Vbi petitio est mortalis ob circumstantiam solius petentis, vt quia mala fide petit, aut est voto castitatis astrictus, &c. peccat reddens, sed ad id tenetur, n. 7. & ibi remissive, quando vterque venit, aut alter de alterius licentia.
Si ob vitium personale amittat coniux ius exigendi, vt ob adulterium, affinitatem, aut cognationem contractam post matrimonium, non peccat negans, n. 8.
An censeatur remissio, vt iam deinceps teneatur huic reddere, si semel coniux innocens petit ab incestuoso illo debitum, n. 9. & explicatur ibi c. Cum Vintoniensis, de elect.
Quid si incestuosus ille altero inuito aut ignorante impetrauit dispensationem, an ex tunc sit illi debitum reddendum, n. 10.
An coniunx culpa mortali reo petenti, ratione voti, cognationis, aut affinitatis, quando alter reddere non tenetur, vt ratione adulterij, vel priori bimestri peccet reddens? Refertur opinio affirmans, n. 11.
Non peccat reddens in praedictis casibus: & esto esset peccatum reddere, posset exactus non reddere, sed vti petitione, n. 12.
An teneatur tunc reddere, si in altero sit incontinentia periculum, n. 13.
An peccet talis incestuosus reddendo, aut si voto sit astrictus, quoties non tenetur reddere? vt priori bimestri, vel ratione adulterij alterius? n. 14. & ibi quid si de facto sua remisisset & remisisset quando vterque est in eadem culpa.
Quid, si cum teneatur coniux non reddere, timeantur odia & scandala, num. 15.
Quando coniux peccat ob aliquam circumstantiam ipsi actui inhaerentem, an peccet similiter reddens, n. 16.
Solvuntur argumenta, n. 17.

1 CVM in genere disputatum sit de obligatione reddendi debitum, & cohabitandi: antequam ad circumstantias, ex quibus actus coniugalis vitiari potest, deueniamus: operæpretium duxi præmittere duplicem disputationem generalem, alteram præsentem: An stet peccare exigentem, & non reddentem? Alteram sequentem, quando coniux, cui debitum exigere interdictum est, possit petere? Quia passim in disputationibus sequentibus dicendum est, esse peccatum exigere, non autem reddere: & quando coniux prohibeatur debitum petere: & esset necessarium in qualibet re petere, qualiter stet peccare exigentem, & non reddentem: & quando liceat coniugi ita impedito petere. Circa præsentem ergo disputationem quidam existimant, quoties coniux lethaliter delinquit exigendo, similis culpæ reum esse coniugem reddentem, ac proinde teneri non reddere. Ducuntur primo, quia nemo habet ius exigendi, sed iniustè petit, quando in ipsa exactione peccat: si enim ius haberet iustéque peteret, vacaret prorsus culpa exactio illa: ergo similiter reddens peccat. Cum cooperetur peccato illius. Et confirmatur, quia desiderio peccantis annuendum minimè est, sed fortiter resistendū, *c. Negligere, 2. q. 7. & c. Anima, 22. q. 5.* Secundò, quia agentes & consentientes pariter puniuntur: *Rom. 1.* Et confirm. Quia quando duo sunt inseparabilia, non potest alteri consensus præstari, reliquo excluso: cùm ergo in copula coniugali actus vtriusque coniugis sint inseparabiles, consentiens redditioni, subinde consentit petitioni, & subinde peccato exigentis. Tertiò, quia coniugi petenti in loco sacro nefas est reddere: cum tamen petat suum, & solius sacrilegij reus sit: similiterque dicendum est, si petat in loco publico: quia honestati naturali aduersatur: ergo idem sentiendum est, si aduersus alias virtutes delinquat: cum nulla maior sit ratio: eo vel maximè, quod, dum coniux voto castitatis ligatus petit, sacrilegij crimen admittit, sicut quando petit in loco sacro. Quartò, quia præstat bonum spirituale coniugis corporali: erat petenti cum notabili damno corporali proprio, aut alieno, vt prolis, reddendum minimè est: ergo à fortiori, quando petens incurrit damnum spirituale, quale est malum culpæ, petendo. Et confirmatur, quia petenti gladium suum, quo se interimat, negandus est, quamuis propria voluntate damnum illud subeat, vitareque possit: ergo similiter, quando petit debitum coniugale cum damno spirituali, reddendum non est, licet propria sponte se illi damno subiiciat. Ideo hanc sententiam sustinet *Gulielmus Rubion 4. d. 32. q. 2. art. 2. concluſ. 2. & d. 35. q. 2. concluſ. 3.* quibus in locis vniuersaliter docet non licere debitum reddere, quoties alter lethaliter peccat petendo: vnde infert *ea d. 32. q. 2. a. 2. concl. 4.* coniugem non posse licitè reddere petenti ob malum finem, ac proinde lethalis culpæ reo. Idem docet *Vgolinus de sacram. tract. de matrim. cap. 20. nu. 2.* vbi generaliter docet negandum esse debitum, quoties petere est mortale crimen. Idem videtur tenere *Ant. Cucus l. 5. institut. maior. tit. 12. n. 19.* asserens enim voto astricto reddendum non esse, reddit hanc rationem. Quia cum voto ligatus prohibeatur petere, satis resultat neque alterum teneri id præstare, quod licitè peti non potuit. Quare in hac ratione videtur tradere regulam generalem, vt redditio non sit licita, aut saltem non obliget, quoties petitio est illicita.

2 Alij non admittentes hanc doctrinam ita generalem, tradunt regulam hanc, qua dignoscatur, sit culpa nec ne, reddere vbi petens delinquit. Quando petere non est secundum se malum, sed ex sola prohibitione Ecclesiæ, reddens minimè peccat, imo reddere tenetur: secus si sit ex se malum petere. Quia in priori casu lex Ecclesiastica relaxata est pro reddente, non tamen pro petente: quod optimè legislator potuit efficere. Sic *Abulensis cap. 5. Matth. q. 224.* Sed hæc regula deficit. Primò, quia ad libitum dicitur legem esse relaxatam pro solo reddente. Secundò, quia voto astrictum petere, est secundum se malum, cum sit aduersus ius naturale & diuinum præcipiens voti obseruationem, & tamen ipsi petenti tenetur alter coniux reddere, (vt probabimus num. 7.) Insuper debitum in loco sacro exigere, aduersatur soli Ecclesiasticæ legi, & ratione illius statuentis pollui locum sacrum, est sacrilegium (vt bene docet *Vazquez 1. 2. q. 72. a. 6. disp. 98. nu. 5. & 6.*) & tamen petenti in loco sacro nefas est reddere. Quare corruit hæc regula.

3 *Maiorū 4. d. 31. qu. vn. argumento 1. contra 2. concluſ.* fatetur posse illicitam esse petitionem, licitam verò redditionem, possèque coniugem ita illicitè petere, vt alter reddere non teneatur. Quando verò hoc contingat, non definit, sed prudentis arbitrio librandum relinquit.

4 Sed rem hanc quatuor regulis explicabo. Prima regula sit. Non quoties peccat coniux petens, delictum est alteri reddere, eximiturque à reddendi obligatione. Hæc conclusio est contra DD. relatos num. 1. verum est certissima, constabitque ex disputationibus sequentibus, in quibus passim videbimus D. Thomam, & innumeros alios auctores, fateri petitionem esse culpam, redditionem verò illa vacare. Et in propriis terminis illam docent *Abul. & Maiorius, n. 2. & 3. relati. Adrianus quodlib. 2. a. 1. in solut. ad 1. Sotus 4. d. 31. q. vn. a. 3. verſ. Inter ſolucendum. Petr. de Soto lect. 16. de matrim. fin. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. nu. 6.* vbi duo optima exempla proponit. Prius est, si vir affectu fornicario velit vxorem cognoscere, & ita exigat, lethaliter peccabit: at vxor reddere tenebitur. Posterius est, si vir existimans matrim. esse irritum ob impedimentum dirimens, petat, reus est culpæ mortalis: at vxor certo sciens illud minimè subesse, non potest debitum negare. Probatur conclusio. Quia reddens debitum non cooperatur peccato exigentis, formaliter loquendo: quia tantum cooperatur actui ex sua natura licito coniugatis, & quem ipse debet alteri reddere, quamuis aliunde sit peccatum in altero coniuge exigere,

gere, at reddens non cooperatur petitioni alterius, sed ea suppositæ cooperatur copulæ, quæ licita est, & à se debita. Et confirmatur, quia nec cooperatur directè, cum non incitet alium coniugem vt petat, nec indirectè, cum nec possit, nec teneatur vitare peccatum exigentis: quæ ambo desiderantur ad indirectam cooperationem: & non posse, inde constat, quia cum res propria à vero domino petatur, lex iustitiæ astringit coniugem exactum, vt reddat. Quod autem non teneatur, sic probo. Quia prauus finis vel malitia alterius petentis nec vitiat in se actum, nec redditionem, quæ sola est actus reddentis, afficit: non est ergo vnde teneatur illam exigentis malitiam impedire. Insuper, quia timere potest alterius coniugis indignationem, & forte incontinentiam, si concupiscentiæ eius iam excitatæ non obsequatur. Tandem probatur rationibus, quas numero 7. afferam ad probandum tertiam regulam; eæ enim probant hanc.

5 Id tamen fatendum est, quoties coniux exactus potest commodè, absque timore odij, indignationis & incontinentiæ alterius coniugis peccantis mortaliter in exactione, & absque suo damno, teneri illum præcepto correctionis fraternæ ad auertendum alterum. Quia lex charitatis obligat ad retrahendum proximum à peccato, vbi commodè fieri potest. Atque ita *Adrian. 4. q. 14. de matrim. in solut. ad 1. rationem*, agens de reddente ei, qui voto castitatis astrictus est, ponderat vt non dicatur cooperari non posse reuocare coniugem exigentem, illumque ab exactione auertere: idemque ponderat *Conar. 4 decret. 2. p. c. 3. §. 1. nu. 6.* & in simili docet *Sotus lib. 4. de iust. q. 7. a. 1. in solut. ad 1.* vbi docet depositarium teneri lege charitatis, si commodè possit, auertere dominum petentem depositum ad peccandum. Credo tamen rarissimè ad hoc obligari vxorem. Tum quia potest moraliter viri indignationem timere, & fore vt suspicetur ipsam non virtutis zelo, sed alieno amore captam inducere: tum etiam, quia moraliter potest credere virum, qui contra votum est sacrilegus in petendo, vel aliter admittit culpam lethalem petens, ita ardore carnis incensum esse, vt facilè incontinentiæ periculum patiatur, negata sibi copula: atque adeo moraliter non est spes emendæ, quæ desideratur, vt præceptum correctionis obliget: imo est timor maioris damni. Tandem, quia onus grauissimum esset verecundiæ, quæ feminas decet, offerre se vito ad semper petendum. Viri autem facilius hoc præcepto obligari possunt. Cum possint vxoribus petentibus cum peccato consulere, ne peccent petendo, & se illis offerre ad crebrius petendum, & maius in vxorem imperium habeant, ipsique incumbat gubernare.

6 Secunda regula sit. Quoties exigens solius culpæ venialis reus est exigendo, reddens vacat culpa, teneturq; reddere. Hanc tradit *Petr. de Soto lect. 16. de matri. fin. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. gloss. 1. n. 112.* Et ratio est, quia cum actus ille reddendi non sit ex se & intrinsecè malus, ob peccatum exigentis, potest ex causa iusta excusari à culpa illa veniali, qua ad summũ affici deberet propter cooperationem ad culpam exigentis venialem: semper autem in reddente adest causa iusta ad excusandum à culpa illa veniali, ad quod non grauis causa desideratur: adest enim causa, ne petenti displiceat, vel excitentur odia inter coniuges & discordia, ne priuetur absque culpa iure reddendi.

7 Tertia regula sit. Quando exigere est culpa lethalis non ob aliquam circumstantiam tenentem se ex parte actus, sed ob circumstantiam personalem ipsius exigentis, vt si, v. g. malo fine petat, vel ratione voti castitatis quo ligatus est, sit sacrilegus petendo, tunc tantum abest, vt reddens peccet, vt potius reddere teneatur. Probatur primò. Quia cum actus ille non sit ex sua natura illicitus, sed ex circumstantia se tenente ex parte exigentis, idemmet actus, vt se tenet ex parte coniugis reddentis, in quo non reperitur aliqua circumstantia vitians, erit licitus, imo & debitus ex iustitia. Secundò, quia voto castitatis se astringens non amisit dominium corporis alterius coniugis per matrimonium acquisitum, sed tantum peccat exigens, in ordine ad Deum, cui fidem voti violat: ergo tenetur coniux exactus reddere petenti rem suam: sicut si nummos apud alterum à se depositos peteret ad fornicandum. Et confirm. si quis apud inopem centum aureos deposuisset, & postmodum nec donans illi inopi, nec ipsi promittens, soli Deo voueret se illos minimè petiturum, teneretur inopsexigenti illos reddere, vtpote nullum ius retinendi habens, nec obid diceretur cooperari sacrilegæ fractioni voti petentis: ergo similiter in nostro casu. Tandem probatur rationibus, quibus num. 4. probauimus primam regulam: quæ etiam hanc confirmat. Hanc regulam ita vniuersaliter tradunt *Adrian. quodlib. 2. art. 1. in solut. ad 1. lit. H. fol. 51. in paruis volumin. Petr. de Soto lect. 16. de matrim. fine.* & specialiter in voto, quando eo astrictus petit ab eo qui non vouit, teneri hunc reddere, docent *Adrianus & Petr. de Soto ibid. Ioan. de Neapoli quodlib. 8. D. Anton. 3. p. t. 1. c. 22. §. 2. ad fin. Ang. Matrimonium, 3. impedim. 5. n. 5. Tabiena verb. Impedimentum, impedim. 2. q. vlt. Conar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. num. 6. Ledesma 2. p. 4. q. 55. a. 1. ad fin. Veracruz 1 p. speculi, a. 15. fine, & append. ad illum art. f. 122. Metina l. 1. sum. c. 14. §. 6. f. 86. Stunica de voto, q. 3. n. 61. Angles florib. 1 p. de matrim. q. 11. de impedim. ord. a. 3. post 1. diffic. dub. 3. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 20. conclus. 1. Enriquez l. 11. de matrim. c. 15. n. 8. Manuel 2. tom. sum. c. 90. n. 4. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 53. a. 1. dub. 2. quod monet post 2. dub. principale.* Quare audiendi non sunt Doctores asserentes coniugi voto castitatis astricto minimè teneri alterum reddere. Hi sunt *Ricardus 4. d. 32. art. 2. q. 1. corp. in fin. & ibi Guliel. Borrillong. q. vn. art. 2. concl. 1. vers. Dico tamen. Astensis sum. 2. p. l. 8. t. 10. a. 2. q. 2. Henricus c. Scriptura, n. 8. de voto, Syluester Matrimonium, 7. q. 5. d. 6. Armilla verb. Debitum, n. 19. Ant. Cucus l. 5. instit. maior. t. 12. nu. 19. Palacios 4. d. 32. disp. 2. s. 723. vers. Exquires. Vgolinus de matrim. c. 10. num. 2.* Idem sequitur *Adrianus 4. q. 14. de matrim. v. Tertio contingit*, cum hac tamen moderatione, dum vouens castitatem voluit abdicare à se, quantum in ipso est, carnalis commercij potestatem. Quam moderationem admitto, si vir vouens intimaret vxori se velle ita Deo per votum castitatis obligari, vt nullum prorsus ius habeat deinceps in ipsius vxoris corpus: sicque acceptaretur ab vxore: tunc enim iam deinceps cùm vir amiserit ius petendi per pactum illud, non tenebitur vxor reddere: iuxta ea, quæ dicemus num. sequenti. Secus si soli Deo obligetur per votum, etiam animo ius in vxoris corpus amittendi. Quia adhuc dominus manet corporis vxoris, & ius pristinum in illud retinet, quamuis sacrilegus voti fractor sit, illo vtens, petendo: sicut eleemosynæ promissæ, quibuscunque verbis & quacunque intentione votum emittatur, manet dominus qui vouit, donec tradat pauperi. Minus est audiendus *Sylucster proxime citatus*, docens non tantum coniugi voto ligato non teneri alterum reddere, sed etiam peccare reddendo. Hæc dixerim, quando alter tantum, & absque alterius licentia coniugis, voto castitatis astrictus est. Nam quando de alterius licentia vouit, dicam infra disp. 36. num. 10. & 11. & quando vterque vouit, disp. 37. per totam.

Ab hac tamen regula, quoad reddendi obligationem, 8 excipiendus est casus, quando vitium personale priuat coniugem iure debitum exigendi: tunc enim alter reddere non tenetur, sed iustè potest denegare, vt si coniux contrahat affinitatem cum altero coniuge per copulam cum eius consanguinea, vel cognationem spiritualem cùm eo (retenta opinione dicenti hanc cognationem priuare iure petendi: de qua hoc lib. 9. disp. 26. disputabitur.) Probatur, quia cùm petens nullum ius habeat: nec reliquus dare tenetur: vbi enim nulla est petitio, nulla est mora, *l. Si pupillus, 137. ff. de verb. oblig.* & ex quo actor perdit ius petendi, reus habet ius non debendi, negandi & excipiendi. Præterea, quia *cap. Discretionem, & cap. Tua, de eo qui cognou. consangu.* dum decidunt hunc incestuosum teneri reddere vxori innocenti: eam reddunt rationem, ne eius delictum officiat innocenti, iureque suo absque culpa priuetur: ergo apertè volunt omnino officere de-

delictum illud coniugi noxio culpæ, vt exigere non possit, & vt sibi exigenti alter minimè teneatur reddere (& intellige hoc de affinitate, propter illam præcisè, secluſa adulterij, quod interuenit, ratione, atque ita adhuc ius hoc amitteret, nec teneretur alter etiam adulter reddere: teneretur autem ob delicti compensationem, vbi nulla affinitas, sed solum adulterium adesset.) Ita generaliter docent asserentes quoties coniux exigendi ius amiserit, eximi alterum à reddendi obligatione, *Scotus 4. d. 32. quæst. vnica, vers. Præscindendo*: vbi *Paludanus q. 1. a. 2. conclus. 4. nu. 9. Supplementum Gabriel. ibi, q. 1. a. 2. conclus. 12. Almain. ibi, quæst. vn. Ouandus quæst. vnic. propos. 2. D. Antoninus 3. p. tit. 1. c. 20. §. 10. Caietanus summa, verb. Matrimonium, cap. vlt. de peccatis in vsu coniugij, §. Primus est, in fin. Nider in summa, præcepto 6. cap. 4. vers. Sunt autem hi casus.* & specialiter vbi alter coniux contraxit cum altero cognationem spiritualem, docent *Gloss. c. Nosse, verb. Non fraudentur, 30 q. 1. Paludanus, Almain. D. Antonin. proximè citati. Turrecr. c. Sciatis, 33 q. 4. a. 1. nu. 2. casu 4.* Et quando alter coniux contraxit affinitatem cum altero, docent *idem Archid. cap. Qui dormierit, init. 32. qu. 7. Hostiens. cap. Transmissa, in fine, de eo qui cogn. consang.* vbi *Ioan. Andr. ad fin. Anchar. fin. Cardin. fin. Abbas num. 7. Henric. n. 3. Anton. fin. Alex. de Neuo n. 8. & 9. Præpos. ad fin. Rosella verb. Impedimentum, imped. 8. n. 17. Sylvester verb. Luxuria, q. 4. dict. 4. Couar. 4. decret. 2 p. c. 7. §. 2. n. 5. Victoria sum. de matrim. nu. 288. Anton. Cucus l. 5. inst. maiorum, t. 11. n. 123. Gutier. l. 1. quæst. canon. c. 23. n. 6. Alex. Carrer. l. 5. de sponsal. c. 23. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubrica, gloss. 1. n. 103. Capua p. 1. decision. l. 2. c. 80. nu. 12. Palacios 4. d. 34. disp. 2. f. 777. vers. Quod si obiecerit. Emmanuel Sa, sum. verb. Debitum coniugale, verb. Qui coniugis cognatum. Petrus de Ledesma de matrim. qu. 55. art. 6. dub. vlt. §. Illa non obstantibus.* Quare non est credendum *Hugoni c. Nosse, 30. q. 1. & Hostiensi c. Si vir, n. 3. super vers. Patrocinari, de cognat. spirit.* docentibus coniugem ratione cognationis arceri à debito petendo, verum ipsi exigenti teneri alterum reddere. Nec etiam credendum est *Gregorio Lopez l. 13. fin. t. 2. p. 4. & Ledesma 2. p. 4. q. 60. a. 4 paulo post princip. & in fine.* vbi dicunt viro incestuoso petenti teneri vxorem reddere, non obstanti affinitate contracta. Ducuntur, quia *Matth. 5.* sola fornicationis causa concessit Christus posse vxorem dimitti, item quia cum in hoc casu non inueniatur exceptio aliqua, dicendum est non eximi coniugem ab obligatione reddendi. Quo argumento vsus est *Alexander III. cap. Quoniam, de coniug. leprof.* ad probandum coniugi leproso reddendum esse debitum. Sed dic testimonium illud Christi intelligi de dimissione quoad diuortium & cohabitationem, & ita fateor in hoc casu non permitti: secus quoad debitum coniugale negandum (vt cum multis explicui disp. præced. num. 19.) Ad aliud fundamentum respondeo, ex *c. Discretionem, & c. Tua*, clarè colligi hanc exceptionem, vt probaui initio huius numeri.

9 Aliqui tamen DD. intelligunt, vt coniugi contrahenti affinitatem non teneatur alter reddere, tunc minimè procedere, quando hic innocens petijt debitum ab incestuoso. Quia ex tunc videtur reconciliatio facta, & proinde non licebit amplius debitum negare. Argumento, *c. Si vir, de adult. & cap. Proposuit, de coniug. seruor.* Potest etiam idem probari ex *cap. Cum Vintonienſis de elect.* ibi: *Nos attendentes quod ipſi post primam electionem admiserunt illos.* Vbi *gloss. verb. Admiserunt*, notat ex eo textu & alijs, quos refert, nullum posse reprobare quod semel approbauit, ac proinde electores admittentes aliquem iure suffragij priuatum, amittere ius illum repellendi. Sic ergo coniux, qui incestuosum admisit ad copulam, non poterit deinceps illi debitum negare, obsciens illi affinitatem ratione incestus contractam. Ita tenent *Hostiens. c. Transmissa. de eo qui cogn. consang. fin. Archid. Ioan. Andr. Anchar. Cardin. Henricus, num. præced. allegati.* Cæterum omnino dicendum est, quamuis semel & sæpe coniux sciens & prudens debitum petierit ab incestuoso, non censeri remissionem, ac proinde non amittere ius negandi debitum. Probatur primò. Quia cùm hęc priuatio petendi debitum non sit in fauorem alterius coniugis innocentis, sed in pœnam incestus & affinitatis contractæ, nequit coniux innocens hanc pœnam remittere. Secundò, quia ex eo quod coniux iure suo vtatur debitum exigens, non priuandus est iure negandi quod habet: Tertiò, quia aliàs frustra decideretur, *cap. Transmissa, de eo qui cogn. consanguin.* hunc incestuosum minimè posse exigere, ac teneri reddere, si per primam alterius coniugis exactionem fieret habilis ad petendum. Nec obstant *cap. Si vir, & c. Proposuit*, pro contraria sententia allegata. Quia loquuntur, vbi coniux ratione adulterij amittit ius petendi. Cùm enim talis priuatio sit in coniugis innocentis fauorem, potest innocens remittere, & censetur facta remissio per copulam subsequentem. At in nostro casu priuatio non est in fauorem innocentis, sed in delicti pœnam. Nec obstat etiam *cap. Cum Vintonienſis, de elect.* quia respondet bene *Anton. cap. finali, in fine, de eo qui cognou. consanguin.* ibi priuatum iure eligendi, admitti vt eligat iure proprio, nec esse perpetuo à iure eligendi excluſum: at incestuosum admitti ad copulam ob ius, quod habet in eum coniux innocens, esseque perpetuo iure exigendi priuatum. Et ideo hanc sententiam tuentur *Anton. Abbas, Alexander de Neuo, Præpositus, Rosella, Syluester, Conarruuias, Antonius Cucus, Alexand. Carrerius, Gutierrez, Matienzo, Palacios, Capua num. præcedenti allegati.* Et non esse in coniugis potestate hanc pœnam remittere, vltra omnes citatos docent etiam *Caietanus opuscul. tom. 1. tract. 31. respons. 17. in 4. respons. vers. Et quoniam. Supplementum Gabriel. 4. d. 41. q. 1. a. 3 dub. 1. in solut. ad 1.*

Quod si coniux impetret dispensationem ad petendum debitum super impedimentum affinitatis, aut cognationis, siue altero annuente, siue renuente, iam deinceps non poterit ex hoc capite illi negari debitum. Quia per dispensationem restitutum est sibi priſtinum exigendi ius: nec in ea obtinenda consensus innocentis coniugis desideratur: cùm priuatio illius iuris solùm fit in pœnam delinquentis, & nullatenus in fauorem innocentis, vt num. præcedenti diximus. 10

Grauius autem dubium est, Vtrum coniux peccet lethaliter reddendo incestuoso petenti ante impetratam dispensationem affinitatis aut cognationis. Et quidem pars affirmatiua suadetur. Primò, quia cùm non teneatur reddere (vt probauimus num. 8.) videtur cooperari culpæ lethali exigentis: ac subinde simili culpa inuolui. Et eam esse cooperationem & consensum in peccatum, videntur apertè docere *D. Thomas 4. d. 32. quæst vnica, a. 5. q. 3. ad 1. & a. 2. q. 3. ad 2. D. Bonauent. ea d. 32. art. 3. q. 1 fin.* vbi *Supplementum Gabriel. q. 1. a. 2. post 11. conclusionem, vers. Si dicitur faciens. Adrianus 4. qu. 14. de matrimonio, in solutione ad 1. rationem. Turrecrem. c. Sciatis, 33. q. 4. a. 4. n. 6. in solutione ad 2. Abulensis c. 5. Matthæi, q. 241. ad 1. Couar. 4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. n. 6.* vbi dicentes stare vt peccet exigens, & non reddens, opponunt reddentem cooperari & consentire peccato exigentis: & respondent non dici reddentem consentire, dum necessitate coactus reddit, sed potius tunc patitur, secus si sponte & voluntariè reddat: consensus enim est actus voluntatis: cùm ergo in hoc casu coniux nulla necessitate coactus, sed sua sponte debitum reddat, cooperabitur & consentiet peccato exigentis. Quare *Abulensis ibi* infert ex ea doctrina, si coniuges non tenerentur mutuo ad copulam, peccante exigente; peccaturum similiter reddentem. Et confirmatur, quia alij Doctores ob id excusant à culpa reddentem, dum exigens delinquit. Quia reddit alienum, & debitum, ad quod lege iustitiæ constringitur. Sic *Alensis 2. p. q. 166. membr. 3. fin. Alensis summa, 2. part. lib. 8. t. 10. art. 4. q. 3. Scotus 4. d. 31. q. 1. art. 3 paulo post princ. Veracruz append. ad 1. p speculi, a. 15. fol. 124. §. Ad id quod in principio. Ledesma 2. p. 4. q. 55. a. 1. ad fin. Palacios 4. d. 32. disput. 1. fol. 710. vers. Verumtamen coniux, & disp. 2. fol. 722. vers. Obiiciet. Stunica de voto, q. 3. n. 61. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. art. 1. dub. 2. quod monet post 2. dubium principale, §. Inhæsi tertiæ expositioni.* Sed in hoc casu coniux non reddit alienum, & debitum lege iustitiæ, ergo admittet eandem culpam 11

peten-

petentis. Secundò, quia hac ratione coniux innocens dubius de valore matrimonij, peccat reddens adultero non dubitanti: quia solum excusabatur à culpa, ratione obligationis reddendi, quæ propter adulterium cessat (vt diximus lib. 2. disp. 41. num. 49.) vbi num. 48. diximus peccare reddentem priori bimestri ante consummatum matrimonium. Quia tunc reddere non tenetur. Quod idem docet *Vazquez 1.2. q. 19. art. 6. disp. 66. num. 33.* Cùm ergo in nostro casu coniux reddere non teneatur, peccabit reddendo peccato cooperationis & consensus in peccatum exigentis. Atque ita in propriis terminis docent *Palacios 4. d. 34. disput. ult. 1. vers. Quod si obiecerit. Petrus de Ledesma de matrimonio, quæst. 55. art. 6. dubio vltim. §. His non obstantibus.* Et clarè videtur sentire *Abbas cap. fin. in fine, de eo qui cognou. consanguin.* vbi dicit viro incestuoso petenti non debere vxorem acquiescere, quamuis ille patiatur incontinentiæ periculum. Et retenta hac opinione, idem videtur dicendum si voto castitatis astrictus petat debitum ab altero coniuge, peccabit enim alter reddendo, quotjes lex iustitiæ non cogit reddere: vt priori bimestri ante consummatum matrimonium: vel si ille adulteretur cùm ipse sit innocens. Quia eædem rationes militant: atque ita *Adrian. Couar. Ledesm. Veracruz, Strunica, Palacios duobus prioribus locis proximè citati*, coniugem reddentem voto astricto petenti ideo à culpa excusant, quod reddat debitum lege iustitiæ. Quod in hoc casu cessat.

12 Quamuis autem negare non possim rationes has vrgentissimas esse: mihi persuadeo minimè peccare coniugem reddentem tali incestuoso petenti, aut voto castitatis ligato adulteroque, aut priori bimestri ante consummatum matrimonium: in quibus euentibus lex iustitiæ non cogit ad reddendum. Ducor primo, quia hoc non est cooperari delicto alterius (vt probaui n. 4.) quare non est cur crimen sit. Secundò, quia si dubius de valore matrimonij petat à non dubitante, potest hic non reddere: quia ille ius non habet petendi: potest etiam reddere (vt probani lib. 2. disput. 41. num. 56.) Nam cùm sit in possessione pacifica, potest vti plene sua possessione, petendo & reddendo: nec aliquo modo illa spoliari debet ob alterius dubium. Sic ergo in nostro casu, cum coniux innocens nullo delicto aut voto se astrinxerit, non est cur ob votum vel delictum alterius, quæ suos solos auctores afficiunt, iure & possessione petendi & reddendi priuetur. Et confirmatur ex ratione textus *cap. Transmissa, & cap. Tuæ, de eo qui cognouit consanguineam*, vbi deciditur incestuosum cum consanguinea alterius coniugis non posse petere, at teneri reddere: & subditur hæc ratio, quia affinitas post matrimonium contracta ei coniugi officere non debet, qui iniquitatis particeps minimè fuit, nec suo iure debet absque sua culpa priuari. "At valdè officeret, si innocens peccaret reddendo: cùm priuaretur plena possessione, qua secluso voto & delicto alterius gaudebat, esseque ei necessarium semper petere, vt matrimonio absque culpa vteretur: scrupulisque non immodicis vexaretur, dum petit, an ea sit petitio, vel potius redditio, propter alterius coniugis voluntatem nutibus intellectam. Tertiò, quia vbi voto astrictus coniux adulterium admisit, votum non ligat alterum ne reddat: cùm solum vouentem obliget: nec etiam adulterium. Quia solum libertatem reddendi præstat innocenti, absoluens illum à debito iustitiæ in fauorem suæ innocentiæ, nec est cur priuilegio in suum fauorem inducto cogatur in proprium damnum & onus vti: contra *cap. Ad apostolicam, de regular. & cap. Si de terra, de priuileg.* Nec obstant in contrarium adducta. Quia ad primum & confirmationem dici potest, hanc redditionem non esse omnino spontaneam, sed quodammodo coactam, ne vxor innocens plena possessione per matrimonium comparata, absque sua culpa priuetur: cogaturque semper contra pudorem naturaliter feminis insitum petere: & scrupulis angi, sit petitio nec ne. Præterea, potest dici eam non esse rationem adæquatam, cur non peccet reddens, sed accommodatam & sufficientem casui, in quo alter coniux reddere tenetur. Ad 2. dico disparem esse rationem. Quia coniux ille dubius, quantum in se est, arcetur omnino ab vsu matrimonij, ne se incontinentiæ periculo exponat: & solum ratione possessionis & iuris iustitiæ alterius permittitur ei reddere: quare his cessantibus peccat reddendo. At in nostro casu coniux innocens est in omnimoda possessione matrimonij, nec aliquo impedimento laborat, quo minus petere aut reddere possit. Quare loquens de affinitate tuetur hanc sententiam *Ledesma 2. part. 4. quæst. 60. art. 4. paulo post principium*: vbi dicit esse probabile, viro incestuoso non teneri vxorem reddere: at licitè posse. Nec modicum vrget pro hac parte tot Doctores numero 8. relatos de hoc agentes, solum dixisse licere innocentem denegare debitum incestuoso, nec meminisse obligationis. Et loquens de voto *Palacios* admittit stare, vt redditio voto astricto sit libera, & adhuc culpa vacet: dicit enim *4. d. 31. disp. 2. fol. 722. col. 1. fine, & sequenti*, quando vterque coniux castitatem vouit peccare exigentem, non tamen reddentem: & statim *fol. sequenti, vers. Exquires*, dicit non teneri reddere. Id tamen fatendum est, siue hanc, siue illam sententiam sequamur, posse coniugem innocentem exactum, esto reddere non posset, ne exigentis culpæ assensum præstet; accessum habere, non ea mente, vt reddat, sed animo vtendi petitione debiti. Quia hæc est sibi permissa, nec hoc iure ob alterius exactionem priuandus est.

Hinc deducitur, si sit periculum incontinentiæ in 13
coniuge priuato iure petendi ob affinitatem, aut cognationem, teneri innocentem lege charitatis ei succurrere; siue petendo, siue reddendo exigenti, quando spes est fore, vt sic abstineat ab incontinentia illa. Dixi, ob affinitatem præcisam ab adulterio, vel si alter coniux aliud admiserit adulterium, quo casu ratione adulterij non potest debitum negare. Quia ratione adulterij vbi coniux alter est innocens, non tenetur reddere alias patienti incontinentiæ periculum, nec ab eo petere. Ratio disparitatis est, quia lex charitatis obligat ad subueniendum necessitati proximi, absque proprio dispendio: at per copulam cum adultero incurrit innocens graue damnum, amittit enim ius celebrandi diuortium: nullum autem patitur, accedens ad impeditum ratione affinitatis aut cognationis, cùm adhuc liber maneat ad deinceps non reddendum (vt probauimus numero 9.) Quare etsi lex iustitiæ tunc non obliget, eo quod alter amiserit ius, obligabit tamen lex charitatis: quandoquidem licitè potest petere & reddere: & licet alter peccarit petendo, ipse reddens nullo modo peccat, (vt probaui numero præcedenti:) & ex alia parte vitiat majus peccatum, nempe adulterium, aut pollutionem alterius coniugis. Nec est audiendus *Abbas* oppositum docens, vt retulin. 11. ad finem.

Admonuerim tamen, coniugem ipsum, qui affinita- 14
tem aut cognationem contraxit, aut voto castitatis ligatus est, non posse reddere debitum alteri, quoties ex lege iustitiæ reddere non astringitur: vt propter adulterium alterius, (secluſa compensatione cum adulterio incestuoſi:) & priori bimestri ante consummatum matrimonium, quo tempore reddere est liberum. Probatur, de incestuoso, ex *cap. Transmissæ, de eo qui cognouit consanguin.* vbi de tali incestuoso sic dicitur: *Non cognoscat eam quamdiu vixerit, nisi ab ea fuerit requisitus: & tunc ad ipsum non sine grauis cordis dolore accedat.* Vbi pondero solum huic concedi facultatem accedendi ad vxorem, quando legitimè fuerit exactus, & vt vulgo dicitur, *à mas no poder*. Id enim important ea verba; *Non sine grauis cordis dolore accedat*, hoc est, coactus lege iustitiæ, ne innocentem suo iure priuet. Ergo quando nulla lege cogitur, tenetur non accedere. Et confirmatur, quia cùm copula illa sit incestuosa, nempe, cum affini, est omnino illicita, solumque excusari potest ob fortius iustitiæ debitum: ergo vbi non est debita, est illicita. Atque ita de incestuoso tenent *Syluester Matrimonium. 8. q. 15. dicto 7. & Petrus de Ledesma de matrimonio, qu. 55. a. 6. circa tertium*

statum

statum affinitatis, dub. 4. in solutione ad 1. fol. 445. vbi docent actum huius incestuosi esse illicitum & incestuosum, quoties non est ex iustitia debitus. Et *Sylvester* clarius dicit esse culpam mortalem incestus, quoties sine iniustitia potest hic incestuosus negare debitum. Insuper probatur idem de coniuge castitatis voto astricto. Quia votum castitatis obligat vouentem ad omnino abstinendum ab omni actu venereo: & solum excusatur coniux reddens, propter fortius vinculum iustitiæ superueniens: ergo quoties hoc vinculum deficit, tenebitur omnino à petitione & redditione abstinere. Et confirmatur, quia non minus obligat votum castitatis ad omnimodam castitatem seruandam, quam votum religionis ad illius ingressum, sed vouens religionem, & postea ducens vxorem, tenetur quandocumque sibi fuerit permissum, vt ratione adulterij alterius, religionem ingredi: ergo voto castitatis ligatus tenetur ad omnimodam castitatem, quoties lex iustitiæ non cogit ipsum reddere. Quod si obijcias, esse priuilegium innocentis; vt ob non seruatam sibi fidem ab adultero, possit ea exceptione vti, & non reddere: nemo autem cogendus est vti suo priuilegio, *cap. Si de terra, de priuilegio.* Dic hoc verum esse, ex vi priuilegij, secus si ex vi alterius legis obligabatur ad aliquid, à quo ratione impedimenti excusabatur, quod per priuilegium aufertur, tunc enim non ex vi ptiuilegij, sed ex vi illius legis obligatur ad illo vtendum. Vt agens de obligatione habentis bullam ad audiendum missam tempore interdicti optime explicat *Suarez 3. parte, quæst 83. artic. 6. disput. 88. sect. 6. §. Solet etiam hic interrogari.* Quare agens de voto videtur clarè hanc sententiam tenere *Caietanus summa verb. Matrimonium, cap. vltim. de peccatis in vsu coniugij, vers. Nonum caput*, vbi ait ideo coniugem voto castitatis ligatum teneri consummato matrimonio ad reddendum: quia tenetur maiori vinculo reddere: & paulo inferius dicit teneri ad omnino abstinendum, quandocumque fuerit in sua libertate: & quamuis addat, *Scilicet mortua vxore*: est exemplum, quod non arctat regulam. Idem videtur sentire *Adrianus 4. quæst. 14. de matrimonio, vers. Tertio contingit.* vbi dicit, habenti votum non solam exactionem debiti esse mortalem, sed quamcumque etiam commixtionem voluntariam. Et expressius tenent *Paludan. 4. dist. 38. quæst. 3. art. 6. num. 43. & Sylvester Matrimonium, 7. quæst. 5. dict. 6. & Matrimonium, 8. quæst. 15. dict. 7.* vbi aiunt, voto astrictum excusari reddendo, quia tenetur: vnde si non tenetur reddere, dicunt non excusari. Quia absque causa necessaria ageret aduersus votum continentiæ, cui opponitur petere & reddere. Quid dicendum, si votum castitatis esset emissum post contractum matrimonium? Vt diceemus hoc lib. disput. 35. à num. 33. Ex quibus infertur, emittentem votum castitatis ante matrimonium, & contrahentem matrimonio non consummato affinitatem aut cognationem cum vxore, quamuis iuxta veriorem sentent. non peccet consummando matrimonium, non petendo, sed reddendo, quia non tenetur ingredi religionem (vt diximus hoc lib. disp. 29. num. 2. & disp. 34. num. 3.) peccare tamen prima vice reddendo intra prius bimestre: vt probaui. Quia tunc redditio est omnino voluntaria, verum transacto bimestri, iam lege matrimonij obligabitur ad reddendum, nisi ad religionem transeat, ad quod non tenetur; & ita deinceps non peccabit reddendo. Quare cautè hoc insinuans *D. Thomas 4. d. 38. q. 1. art. 3. quæstiunc. 2. ad 4.* dixit, ligatum voto castitatis posse absque peccato reddere, postquam obligatus est ad hoc per carnalem copulam præcedentem. Si tamen incestuosus hic aut voto ligatus remitteret iniuriam adulterij alteri coniugi, aut similiter adulterium admitteret, aut cognosceret coniugem adulterum, cum remissio illa teneat, & per hæc ipso facto amittat ius denegandi debitum, iam deinceps tenebitur reddere, sicut prius: at remissio illa fuit culpa lethalis, & illud adulterium habuit hanc specialem deformitatem mortalem. & necessario confitendam, si aduertit per eam reddi se impotentem ad seruandum votum, vel præceptum abstinendi omnino ortum ex affinitate vel cognatione. Quia propria sponte, nullaque matrimonij lege coactus eam impotentiam incurrit. Quando vero vterque coniux contraxit cognationem aut affinitatem cum altero, an possint petere & reddere? dicam hoc libr. disp. 28. per totam.

Rogabis forsan, quid dicendum sit, si femina sit, quæ 15
tenetur non reddere, iuxta prædicta, & vir instanter petat? *Abulens. cap. 30. Numeror. quæst. 81.* dicit mulieri permitti reddere, quando alias non poterat, ob tuendam pacem matrimonij, quando vir instanter & quasi cogens petit; ipsumq; sequitur *Enriquez lib. 11. de matrimonio, c. 15. n. 8. in commento, litera G. & Antonius Gomez in bulla, clausula 10. n. 67. Vega 2. to. sum. c. 129. casu 77.* Reddit rationem *Abulens.* Quia Ecclesia interdum aliqua concedit ad vitanda maiora mala, absoluitque mulierem à voto, ne sequatur magna discordia coniugum. Subdit etiam aliquos idem sentire de viro respectu mulieris, sed id negat. Quia vir tanquam potentior potest excitare grauiores discordias. Sed ego, vbi sit hæc dispensatio concessa ab Ecclesia, non inuenio: & ideo licet eam doctrinam admittam, at alio ducor fundamento: si impedimentum sit iuris humani, vt affinitatis vel cognationis, ius humanum non obligat cum tanto discrimine discordiarum: sicut ieiunium lege humana præceptum potest vxor soluere viro præcipiente, vbi alias graue scandalum timeretur (vt dixi hoc lib. disp. 3. n. 13.) Si vero impedimentum sit voti, quod est de iure diuino, & possit à viro irritari, manifestum est, tunc excusari vxorem (quando autem possit irritari, dicam hoc lib. disp. 39. nu. 11.) Si autem irritari à viro nequeat: tunc dicendum est, votum non obligare cum tanto damno, esseque eam notabilem mutationem, vt votum pro tunc deobliget, vbi non potest consuli prælatus vt dispenset.

Vltima regula sit. Quando petens delinquit mortali- 16
ter ob aliquam circumstantiam ipsius actus, & non solum ob circumstantiam personalem, tunc etiam reddere est mortale. Verbi gratia, petit coniux in loco sacro, aut publico, aut cum periculo aborsus, petitio illa non est illicita ob circumstantiam tenentem se ex parte petentis, sed ob circumstantiam ipsius actus, qui loci sacri sanctitati repugnat, ipsumque polluit: aut si est in loco publico, aduersatur honestati naturali: aut si est cum aborsus periculo, est in damnum tertij, ad cuius bonum actus ille suapte natura ordinatur: ac subinde ipsa redditio eandem malitiam habet. Quia sicut petitio afficitur illa praua circumstantia, ita & redditio, vtraque enim polluit locum sacrum, aduersatur honestati, estque in tertij damnum. Hanc tradit *Petrus de Soto lect. 16 de matrimonio, fine.*

Ad argumenta numero 1. proposita respondetur. Ad 1. 17
dic, non habere ius, seu iniuste petere, vsurpari dupliciter: aut enim id euenit, quia petens non habet ius in re petita, vt si petat alienum, & tunc non debet reddi: aut quia debitum modum non seruat, licet ius habeat in re petita, & tunc reddendum est: nec est cooperatio, vt probaui num. 4. Ad confirmat. dic, non esse annuendum, vbi is à quo res exigitur, potest commodè negare: & ad id tenetur: secus quando non potest commodè, aut non tenetur: vt contingit hic. Ad 2. constat ex dictis numero 4. illum non esse consensum cooperationis. Ad confirmationem dic, maiorem esse veram, vbi illa sunt secundum rem & voluntatem inseparabilia, secus si hoc pacto separari valeant. Vt crucifixio actiua Christi displicuit Deo, cui tamen passiua valde placuit, cùm tamen secundum rem separari minimè potuerint. Ad 3. dic disparitatem esse, quia in illis casibus circumstantia vitians se tenet ex parte ipsius actus, vt explicui numero præcedenti: in alijs vero se tenet ex parte solius petentis, vt explicui num. 7. Ad 4. dic negandam esse consequentiam, quia damnum corporale non est in hominis potestate vitare, sicut est spirituale: quod si illud sit in potestate, vt dum quis petit gladium ad se perimendum, infert sibi damnum circa corpus,

in

in quod nullum habet naturale dominium in ordine ad illum vsum interfectionis, aut mutilationis: vbi verò solum est damnum spirituale, est circa animam, cuius homo dominium morale habet, cùm illam Deus reliquerit in manu consilij sui. Ad confirm. constat ex proximè dictis.

DISPVTATIO VII.

Vtrùm coniux cui debiti petitio interdicta est, non tamen redditio; vt contingit ratione voti castitatis, cognationis, aut affinitatis post matrimonium contractæ, possit aliquando & teneatur petere?

SVMMARIVM.

Vir cui petere est interdictum ratione voti, cognationis aut affinitatis, potest aliquoties se insinuare vxori, & ab ea petere, n. 1.

Quid si vouisset de vxoris licentia? n. 2.

An possit petere, quando ex signis aut vxoris conditione coniicit ipsam appetere, & præ verecundia non petere? n. 3.

An prædicta habeant locum, quando vxor est, cui interdictum est petere, num. 4.

Quid, si vir sic impeditus sentiat periculum incontinentiæ in vxore, quamuis de licentia eius venerit? num. 5. vbi quid si vir diu absturus sit?

An idem dicendum sit, quando vxor est interdicta à debiti petitione? n. 6.

An si ipsemet coniux impeditus agitetur carnis tentationibus, possit petere? n. 7.

An liceat significare alteri coniugi suum impedimentum, ne eius petitionem expectet? n. 8.

An teneatur illi manifestare impedimentum ne petat? n. 9.

Virum talis impeditus possit prouocare non impeditum, vt petat: vel e contra hic illum? n. 10.

An coniuges castitatis voto astricti, coniicientes mutuam exigendi voluntatem, si eis liceret, possint licitè copulam habere? num. 11. & ibi, quid, si quilibet sentiret alterum indigere copula.

An si faciant mutuò sibi signa, peccent se commiscentes? n. 12.

1 PRIMA conclusio. Maritus cui petere est interdictum, cùm tamen reddere teneatur, vt contingit, quando voto castitatis ligatus est, aut post matrimonium contraxit illicitam affinitatem, aut cognationem cum vxore, potest nonnunquam insinuare se vxori, & offerre ad vsum coniugalem, petereque ab ea debitum, non in gratiam sui, nempe vt suo appetitui morem gerat, sed gratia vxori complacendi, & non reddendi matrimon. ei graue & onerosum. Probatur, quia hoc petendi genus est quodammodo reddere, cum in solius vxoris gratiam fit, quæ verecundia solet ab exactione debiti id optans arceri. Huius sententiæ videntur expresse *D. Thom. 4. d. 38. q. 1. a. 2. quæstiunc. 2. ad 4. Astensis 2. p. sum. l. 8. tit. 16. a. vnic. q. 5. Henricus c. Rursus, n. 4. qui clerici vel von. Turrecr. c. Nos nouimus. 17. q. 2. a. 3. nu. 3.* vbi referentes aliquos sentire, fas esse viro vouenti castitatem, petere, ne onerosum reddat matrimonium: subdunt, si rectè inspiciatur, id esse vxorem interpretatiuè petere, ac virum reddere: ac proinde clarè sentiunt eam petitionem esse licitam. Atque agentes de viro qui votum emisit, tenent hanc conclusionem *Angelus Matrimonium, 2. impedimento 5. num. 3. & Matrimonium. 4. nu. 6. Rosella verb. Impedimentum impedim. 4. num. 7. ad fin Syluest. Matrimonium, 7. q. 5. dict. 4. Tabiena verb. Impedimentum, impedim. 2. fin. & q. 3. fin. Ledesma 2. p. 4. q. 55. a. 1. ad fin. Emmanuel Sá sum. verb Matrimonium, 5. De impedimentis dirimentibus*, vbi de impedimento voti, *vers. Contrahentem post votum: & verb. Debitum coniugale, vers. Contrahens matrimonium.* Idem docet *idemmet Ledesma 2. p. 4. q. 66. art. 1. ad fin.* vbi ait virum, qui vouit, posse animum concipere exigendi quater vel aliquoties in mense, ne reddat vxori matrimonium onerosum. *Victoria summa de matrim. num. 295.* vbi ait posse petere, quandocunque sibi videtur honestum accedere ad vxorem. Ad idem est *Petrus de Soto lect. 14. de matrim. ad fin.* vbi de eodem viro vouente loquens, ait reddere verè esse quomodocunque fiat, quando sit vt condescendatur infirmitati alterius. Eandem conclusionem tuentur loquentes de viro, qui affinitatem contraxit, *Sotus 4. d. 37. qu. vnic. art. 2 post 2. conclus. verb. Debet autem præa. Gutier lib. 1. quæst canon c. 23. nu. 9. Capua 1. p. decisionum, lib. 2 c. 80. num. 9. Lud. Lopez 1 p. instruct. in 2 edit. c. 196. fin. Petr. de Ledesma de matrim. q. 55. a. 6. §. Quartus flatus.* Quod si roges, quoties hoc liceat? *Ledesma* (vt proximè retuli) explicuit, quater, vel aliquoties in mense. Sed melius *Victoria proximè citatus* id prudentis arbitrio remisit, dicens quoties marito visum fuerit honestum. Itaque ea ratio habenda erit, ne matrimon. reddatur vxori graue ac onerosum, si quoties concubitum appetit, cogatur contra naturalem verecundiam feminis insitam exigere. Quare cùm quædam feminæ alijs in venerem propensiores sint, atque ita frequentius concubitum appetant viri: ab alijs sæpius quàm quater, ab alijs verò rarius in mense exigere licebit: vnde ad hoc librandum, attendenda est conditio natiua vxoris, ac eius in venerem propensio, vt in simili dicemus n. 3.

Exciperem tamen, nisi vxor vouendi castitatem licentiam viro concessisset. Cùm enim suo iure in hoc cesserit, vt permittat matrimonium sibi fore onerosum, marito obliganti se ad non petendum, conqueri iure nequit de hoc onere, & quod concubitum appetens, cogatur expresse aut interpretatiue petere. Ita docet *Angelus Matrimonium, 4. n. 7.* An verò idem dicendum sit, vbi in vxore esset periculum incontinentiæ? dicam n. 5. 2

Hinc deducitur, licitum esse viro ita impedito ad petendum, exigere, quoties voluntatem petendi in vxore non audente præ verecundia, coniecerit. Quia (vt probauimus hoc lib. disput. 2. num. 4.) id est in vxore interpretatiua & tacita petitio, in viro autem redditio. Atque ita de viro, qui vouit, tradunt *D. Thom. 4. d. 38. q. 1. art. 2. quæstiunc. 2. ad 4. Turrecr. cap. Nos nouimus, 17. qu. 2. a. 3. num. 3. August. de Ancho na*, quem refert & sequitur *Rosella verb. Impedimentum, impedim. 4. num. 7. ad fin. Syluester Matrimonium, 7. q. 5. dicto 4. Tabiena verb. Impedimentum, impedim. 2. qu. 3. Armilla verb. Matrimonium, n. 55. Victoria summa de matrimonio, n. 293. Sotus 4. d. 38. q. 2. a. 1. post 3. conclus. vers. Reddere. Nauar. summa, c. 16. n. 30 Ledesma 2 p. 4. q. 55. a. 1. ad fin. Anton. Cucus lib. 15 institut. maiorum, tit. 12. num. 21 Barth. à Ledesma dub. 32. de matrim. §. Sed iam quod matrimonium. Palacios 4. d. 32. disput. 2. fol. 716. versic. Neque onerosus. Petrus de Ledesma de matrim. q. 53. a. 1. dubiolo 1. quod monet post secundum dubium principale post 1. concl. Corduba summa q. 136 puncto 2. Ludou. Lopez 2. p. instruct. de matrim. cap. 46. circa 2. impedimentum voti, vers. Adde vero.* Et loquens de incestuoso docet *idem Lud. Lopez 1. p. instructor. c 80. §. Sed connumerare.* Satisque est si vir hoc ex conditione natiua vxoris, veneriseque appetitu coniciat. (vt in simili diximus disp. 2. num. 4.) Ita *Augustinus de Anchona, Rosella, Syluester, Nauar. Ledesma, Anton. Cucus proximè citati. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 83. §. At illa sententia. Capua 1. p decis 1 2. c. 82 n. 5.*

Consulto autem hæc omnia de viro impedito asseruimus, nullam mentionem facientes, quando vxor sit, cui petitio debiti interdicta est, ob castitatis votum, affinitatem, cognationémue cum viro. Quia regulariter non est idem iudicium: eo quod cessat omnino ratio proposita. Cùm enim nec viro indecens sit, nec ipsum exigere pudeat, non redditur ipsi onerosum matrimonium, si semper dum appetit, cogatur petere: quare si ipsi non petenti mulier se offerat, censebitur petitio, ac proinde ratione impedimenti sibi interdicta. (vt in simili diximus dispares in hoc esse coniuges hoc lib. disput. 2. num. 5.) Si tamen (vt ibi dixi) maritus talis esset, vt more feminæ non audeat petere, tunc idem dicendum est de femina, cui petere est interdictum, potest enim se aliquoties marito ad eum vsum offerre, ab eoque debitum petere, volente quidem concubitum, nec audente exigere. Sic *Nauarr. sum. cap. 16. num. 30.* atque ita intelligendus est *Syluest. Matrimonium, 7. qu. 5. dicto 10.* dicens generaliter & absolute idem esse iudicium quoad omnia dicta, de muliere respectu viri, sicut de viro respectu ipsius. 4

Secundo deducitur, licere coniugi ita impedito exigere ab altero, vbi in ipso periculum incontinentiæ sentiret: tum quia hoc est quodammodo reddere; tum etiam, 5

quia

quia votum non obligat ad non petendum cum dispendio ruinæ alterius coniugis. Sic docent de coniuge, qui affinitatem contraxit, *Anton. c. fin. in fine, de eo qui cognouit consang. Anch. eran. fine. Alexand. de Neuo nom. 5. & 6. Ioan. Andr. num. 4. Præpos. fine, additionat. ad Abbatem ibi, in fine. super verb. Acquiescere.* Et loquentes de coniuge qui voto est astrictus, docent idem *Victoria in sua summa, tractatu de matrimonio, num. 293. & Adrianus 4. de Eucharistia, q. incipienti, Restat iam videre, an propter corporalem immunditiam, in solut. ad secundam rationem*: imò teneri coniugem, qui vouit, petere in hoc casu, merito docent *Præpositus c. Rursus, nu. 6. init. qui clerici vel vouentes. Petrus de Soto lect. 14. de matrimon. ad finem. Angles floribus, 1. p. de matrimon. quæst. 6. de obligatione soluendi debitum, art. 1. disp. 4 concl. 4. Palacios 4. d. 32. disp. 2. fol. 716. vers. Verumtamen casu. Enriquez l. 11. de matrim. ca. 15. num. 9. & l. 12. c. 2. nu. 9.* Et generaliter de omni impedimento ad petendum, docet idem *Enriquez eo. cap. 15. num. 19.* Quam obligationem latius probaui hoc lib. disp. 2. num. 6. vbi & dixi tunc habere locum, quando est spes fore, vt ea copula periculo incontinentiæ subueniatur: vel vbi id est dubium: & etiam quando alter coniux nec expressè, nec tacitè petit: imo & quando alter coniux copulam coniugalem non appetit: vt dixi ea disp. 2. num. 7. Et quamuis in præsenti disp. num. 2. dixerim non posse coniugem sic impeditum offerre se alteri, qui vouenti licentiam cõcesserat: at si periculum sit incontinentiæ in altero, credo teneri. Quia concedens eam licentiam solum cessit iuri suo, vt alter non teneatur sibi aliquoties se offerre, gratia non reddendi matrimonium onerosum. At in hoc casu obligatio non consurgit ex hoc capite, sed ex obligatione orta ex ipsamet matrimonij institutione, & bono fidei: vt probaui d. disp. 2. num. 6. Non tamen posset vir ita impeditus exigere, si solum timeret lapsum vxoris in incontinentiam, eo quod sit ipse diu absfuturus: nisi voluntatem vxoris petendi coniiceret: iuxta dicta nu. 1. & 3. Quia tali copula non subuenitur illi incontinentiæ. Ita docent *Ioan. Andreas cap. fin. num. 4. de eo qui cognouit consang.* vbi & *Præpositus fine, Vincentius ibi*, quem refert & sequitur *Alexand. de Neuo ibi nu. 5.* & quamuis hi Doctores confusè loquantur, & solum explicent non teneri, at credo etiam non posse ob rationem dictam.

6 Nec in hoc casu vllum discrimen constituo, siue vir sit cui debitum petere est interdictum, siue sit femina. Quamuis cessante incontinentiæ periculo latum esse discrimen dixerim nu. 4. Quod latè probaui hoc lib. disp. 2. num. 6.

7 Dubitabis autem, An idem dicendum sit de ipso coniuge, cui debiti petitio interdicta est, nempe, vt sibi petere liceat, quoties vehementibus carnis stimulis vrgetur? *Viguerius l. instit. cap. 16. §. 7. vers. 8. impedim. 5.* affirmat: nullo-que alio fundamento innititur probare, nisi quod iugum Christi suaue sit *Matth. 11.* At merito alij docent, iuuentutem, ac subinde incontinentiæ periculum ipsiusmet incestuosi, qui affinitatem cum vxore contraxit, causam secum dispensandi iustam præbere, non tamen petendi debitum nondum obtenta dispensatione. Quia id nullo solido fundamento aut iure licere probatur. Nec hoc suauitati iugi Christi aduersatur: sicut nec votum castitatis impedire matrim. contrahendum absque dispensatione, non obstantibus carnis tentationibus, illi repugnat. Nec iuuat, si dicas matrimon. post lapsum institutum esse, vt huic incontinentiæ subueniatur. Quia ea se medicina destituit quoad facultatem petendi, qui castitatem vouit, licèt matrimonio ligatus sit: & eadem quoad eundem effectum priuatus est propter affinitatem aut cognationem iniquè contractam post matrimonium. Et ideo hanc partem tuentur *Conarr. 4. decretal 2. p. c. 7. §. 2. n. 5. Anton. Cucus l. 5. instit. maior §. 11. n. 123. Gutier. l. 1. q. canon. c. 23. n. 6. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. gloss. 1. n. 103.*

8 Secunda conclusio. Coniux cui prohibitum est petere, quamuis exigere nequeat, at potest alteri coniugi suum impedimentum significare, ne suam petitionem expectet, reddaturque ei matrimon. onerosum. Quia id minimè est petitio debiti, quæ sola interdicitur. Sic *Palud. 4. d. 38. q. 3. a. 5. n. 41.* agens de impedimento voti: quod idem de alijs dicendum est: cùm eadem prorsus militet ratio.

Hinc infertur, coniugem voto castitatis astrictum mi- 9
nimè teneri alteri indicare suum votum, vt à petendo abstineat, quamuis norit fore vt non petat. Quia actus concubitus reddendo desinit esse voti materia durante obligatione reddendi, ob matrimonium. Sic docet *Caiet. 2. 2. q. 88. art. 8. §. Ad hoc dicitur quod consensus.* Et idem quando votum castitatis emissum est post matrim. nempe, non teneri emittentem indicare alteri coniugi, docent *Soto l. 7. de iust. quæst. 3. a. 1. vers. Quod si contra arguas. & Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 48. §. Vtrum quando.* Atque idem eadem ratione dicendum est, quocunque alio impedimento existente.

Tertia conclusio. Nefas est si coniux interdictus à de- 10
biti petitione, incitet non interdictum vt debitum petat. quia id exigere est. Et similiter nequit non interdictus incitare interdictum vt petat, licet eius lapsum timeat: quia incitat ad peccatum; sed debet tunc ab eo debitum petere, vt vel sic licitè actum coniugalem exerceat, sedeturque carnis concupiscentia, quem petendo, illicitè exerceret. Sic docent, quamuis satis obscurè, *Vincent. c. finali, de eo qui cognou. consang. Ioan. Andr. n. 4. Anton. fin. Anchar. fine, Præpos. fin. Alexand. de Neuo n. 5. & 6.*

Quarta conclusio. Si ambo coniuges promiserint Deo 11
se minimè debitum petituros, possent ambo commiscere, non quidem debitum petendo: id enim aduersatur voto emisso; sed quando quilibet sentiret alium indigere, vt propter incontinentiæ periculum. Ratio est, quia tunc neuter verè petit, ac proinde neuter peccat aduersus votum: & ex alia parte est quodammodo redditio: cum neuter gratia sibi satisfaciendi, sed annuendi voluntati alterius coniugis, cui reddere tenetur, accedat, iuxta dicta n. 1. 3. & 4. Sic docent *Glossa c. fin. statim in princ. 27. qu. 1. Rosella verb. Impedimentum, impedi. 4. num. 7. ad fin.* vbi *Tabiena impedimento 2. fin.* Imò idem dicendum est, vt probat ratio prædicta, quando vterque coniux nouit alterum affectare copulam, & petiturum, si posset. Quia est quodammodo redditio, & in gratiam alterius. Sic *Angelus Matrimonium, 3. impedi. 5. num. 5. Nauarr. summa lat. cap. 16. num. 21.* & clarius *Hisp. eo. cap. 16. num. 32. Emmanuel Sa sum. verb. Debitum coniugale, vers. Cum vterque.* Idemque dicendum est, licèt communi consensu id votum emiserint. Quia cùm solum se non petituros promiserint, reddere tenentur: illaque copula est quodammodo redditio. Sic *Nauarr. ibi*, manifestè enim loquitur quando communi consensu, quod denotat illud verbum, quo *in summ. Latin.* vtitur, *pacti essent*: si enim secus vouissent, non esset pactum. Idemque consequenter dicendum est, si votum absolutum ante aut post matrimonium coniuges emiserint, non communi consensu. Quia id votum non eximit ab obligatione reddendi, sed solùm obligat ad non petendum. Et ita de voto castitatis ante matrimonium emisso loquens censet *Angelus proximè citatus.* Secus autem dicendum esset, si coniuges per viam pacti mutuo consensu castitatem vouissent. Quia iam nec petendi, nec reddendi facultatem habent. Insuper in casu primo, in quo loquitur *Glossa citata*, videlicet, quando coniuges vouissent se non petituros, & sentirent in altero incontinentiæ periculum, non tantùm posset alter licitè accedere, sed teneretur, & si in vtroque tale periculum esset, vterque ad id teneretur. Quia ea est redditio, & in illo discrimine obligatur quilibet coniux alteri subuenire, vt constat ex dictis n. 4. & ex disp. 2. n. 6. & 7.

Tandem id obseruandum est, si coniuges non mutuo 12
consensu castitatem vouerint, alterque signa petitionis ostendat, reuserit culpæ hic. Quia ea est petitio interpretatiua & tacita: alter vero annuens vacabit culpa. Verè enim reddit, ad quod tenetur. Sic *Onandus 4. d. 38. qu. vn. corollario, quod infert ex 6. propositione.*

DISPV-

DISPVTATIO VIII.

An actus coniugalis vitietur ratione finis ad quem refertur? Et specialiter si solum exerceatur propter bonum sacramenti; nempe, ad significandam coniunctionem Verbi cum carne aut cum Ecclesia.

SVMMARIVM.

Causa prolis, aut debitum reddendi, est licitus actus coniugalis. n. 1.
Quid, si proles non referatur ad Dei cultum, sed gratia successoris habendi, n. 2.
An opus sit actu referre in finem honestum, vel sat habita, vt initio contractus matrimonij, n. 3.
Quid si finis sit, vxori copulari, non exclusa prole, nec eius memoria habita, n. 4.
Quocumque fine petatur debitum, tenetur alter reddere: peccat tamen si malo fine debitum reddat, n. 5.
Quid, si bono fine cœptum sit peti aut reddi, finisque varietur in ipso actu, n. 6.
Actus coniugalis est mort. vbi finis est mortalis. Et quotuplex sit culpa, n. 7. & ibi, non tanta culpa est actum referre in malum finem, ac ipsum matrimonium, & potest in relatione matrimonij peccatum esse lethale, cùm non sit tale in relatione ipsius actus in malum finem.
Nunquam ratione finis est mortalis actus coniugalis, nisi finis sit mortalis, n. 8.
Quando finis est venialis, qualis & quotuplex culpa sit ipse actus, n. 9.
Quando in concubitu desiderat coniux non habere prolem, quale peccatum sit, n. 10. & ibi, an liceat desiderare non habere plures filios.
An sit culpa, vbi finis extraneus secundario intenditur, n 11.
Quid, si bonum vtile intendatur? vt si vir accedat ad vxorem mercede conductus, aut eo fine vt illum haberet consitutar, n. 12.
An ob sacramenti bonum exercitus actus coniugalis, vacet culpa? proponitur ratio dubitandi, n. 13.
Est culpa venialis, n. 14. & ibi, cur bonum sacramenti non excuset illum actum à culpa venali, sicut excusat bonum fidei aut prolis.
Quid, si hic finis intendatur, aliis finibus non exclusis, n. 15.

1 HActenus in genere disputauimus, qualiter sit licitus, & obliget coniugalis actus. Iam de circumstantiis, quibus vitiari solet, agendum est. Et primo de finis circumstantia, quæ in actibus humanis primum locum obtinet. Et potest esse multiplex finis illius actus, nempe, proles, reddere debitum, significatio vnionis Christi cum Ecclesia, aut cũ carne, sanitas corporis: vitatio fornicationis, voluptas, aut alius finis extraneus. In præsentiarum disseremus de tribus finibus prioribus, & de aliis extraneis. In seqq. verò disput. de aliis finibus. Prima conclusio. Actus coniugalis licitus est, relatus in bonum prolis, aut in fidei bonum: nempe, dum exercetur gratia prolis habendæ, aut seruandæ fidei alteri coniugi, reddendi ei debitum. Conclusio tanquam certissima statuitur à *Magistro 4 d 21. & D. Thom ibi, quæst. 2 a. 2.* & vniuersis Theologis: & ab omnibus vtriusque iuris professoribus cum *Glossa c. Quidquid, 32. q. 2. v. Ab adulterio.* Et constat de bono prolis. Quia cùm Deus ad multiplicationem generis humani matrimonium instituerit, illo vtens ad hunc finem peccare nequit: alias Deus aliquid illicitum instituisset. De bono etiam fidei constat. Quia tenentur coniuges ex iustitia ad debitum sibi mutuo reddendum. Qui ergo, vt huic satisfaciat obligationi, ad coniugem accedit, tantum abest vt peccet, vt potius opus virtutis & obligatorium faciat.

2 Obseruare tamen oportet, minimè sufficere, quo actus coniugalis culpæ venialis immunis sit ex finis circumstantia, ipsum referre ad bonum prolis. Nam si in prole sistatur, desiderioque habendi successorem ea intendatur, culpa venialis erit: sed proles intendi debet ad cultum Dei amplificandum. Ratio est, quia alias staretur in creatura, nec bonum esset sacramenti. Natura enim bonum prolis intendit, vt in ipsa species conseruetur, bonum autem sacramenti expostcit, vt referatur in Deum. Nec inde inferre licet modum naturæ malum esse, sed esse imperfectum, nisi ad aliquod sacramenti bonum referatur. Sic *D. Thomas 4. d. 31. q. 2 a. 2. ad 1. Gerson p. 1. in compendio Theologiæ, tract. de Sacramento coniugij, alphabeto 27. litera O. Tabiena Matrimonium, 3. q. 2. §. 3.*

Nec tamen reminisci opus est in actu ipso coniugali, 3
alicuius ex finibus licitis, sed satis est, si habitu referatur ad illos. Sicut iuxta communem Theologorum sent. id satis est ad meritum. Atque ita *D. Thom. & Tabiena n. preced. allegati* dicunt exigi, vt proles actu vel habitu referatur in Deum. Ita docent *Veracruz 3. p speculi, art. 16. concl. 5. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. gloss. 1. num. 105. Ledesma 2 p. 4. quæst. 31. art. 5. ad fin.* Quare satis est, si à principio coniuges matrimonium inierint propter hos fines, nec intentionem in ipso actu contrariam habeant, vt actus coniugalis in ipsos relatus censeatur. Vt bene docent *Ledesma & Veracruz ibidem.* qua de causa dicit *Ledesma* excusari coniuges à multis venialibus. Quod optimè etiam explicuit *Syluester verb. Debitum, quæst. 12. vers. 2.* vbi dicens, vt actus coniugalis meritorius sit, referendam esse prolem ad Dei obsequium: subdit id esse verum, licet de obsequio diuino nil cogitetur, sed solum de successore. Quia ex quo coniux est in gratia, nec malum finem intendit, virtute refert in Deum.

Hinc deducitur coniugem vtentem matrimonio, nec 4
expresse intendentem, nec excludentem prolem, sed illius immemorem, intendentemque solum copulari coniugi tanquam coniugi, minimè peccare. Quia licet non intendat prolem formaliter: at virtute intendit: cum actus ille suapte natura ad prolis generationem tendat, nec ex operantis intentione ad alium finem referatur. Sic *Palacios 4. d. 31. disp. 2. f. 690. col. 2. vers. Et rursus fac hominem.*

Secunda conclusio. Quamuis coniux debitum exigens 5
malo fine, aut minus legitimo, sit culpæ reus: at omni prorsus culpa vacat illi reddens. Quia praua illa circumstantia ex parte solius petentis se tenens non inficit actum reddentis debitum ex iustitia (vt probaui hoc lib. disp. 6. n. 7.) Quod docet *D. August. de bono coniug. cap. 7. est in tomo 6.* his verbis: *Reddere debitum coniugale nullius est criminis, exigere autem vltra generandi necessitatem, culpæ venialis.* Imo tunc reddere est obligatorium (vt probaui eo num. 7.) Et ita docent *Paludan. 4. d. 31. q. 1. a. 1. n. 4. Adrianus 4. q. 14. de matrim. ad fin. D. Antonin. 3 p. t. 1. c. 20. §. 7. Steph. Caeta repet. c. Ad limina. 30. q. 1. §. 3. n. 174.* Quare audiendus non est *Guilielmus Rubion 4. d. 32. q. 2. art. 2. concl. 5.* dicens petenti ob malum finem culpam esse reddere. Si tamen reddens ad finem indebitum actum illum referret, tunc peccaret vtique ratione finis, siue petens bono siue malo fine petiisset. Quia deficit illi actui circumstantia debiti finis. Veluti si in die feriato sacris interesset ob finem indebitum.

Tertia conclusio. Quamuis debito fine cœptum sit peti 6
aut reddi, & ita licitè, si finis varietur in ipso actus progressu, referaturque ad finem minus legitimum, culpa erit. Quia iam ex tunc desideratur circumstantia debiti finis. Sic *Paludan. 4. d. 31. q. 3. a. 3. n. 12. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 20. §. 11. Sylvester verb. Debitum, qu. 11. vers. 4. Margarita Confess 6. præcept. f. 85. col. 2.* Hoc tamen moderantur, si contingat extra tempus decisionis seminis: quia tunc ita voluptate illa mens & ratio absorbetur, vt consilium omne deficiat. Quod verissimum est, vbi ita contingeret, ac proinde debita deliberatio deficeret.

Quarta conclusio. Si actus coniugalis referatur in fi- 7
nem mortalem, est culpa lethalis. Quia actus in prauum finem relatus talis est, qualis finis. *c. Cum minister, 23. q. 5.* & de matrimonio ad finem mortalem relato dixi lib. 2. disp. 29. nu. 28. & licet in relatione matrimonij ad eum finem, vltra desiderij mali finis, duplicem aliam culpam inuenerim: priorem, relationis rei sacræ ad finem mortalem: posteriorem, indignæ sacramenti susceptionis. At dum refertur actus coniugalis in culpam lethalem, vnica est mortalis culpa desiderij illius praui obtinendi finis, ac proinde illa sola confitenda. Sicut si alius actus licitus in prauum dirigatur finem. Quod inde constat. Quia nulla rei sacræ susceptio interuenit in actu ipso coniugali, nec ipse res sacra est, sed actus merè naturalis, vt ex praua illa relatione, sacrilegij crimen admittatur. Priorem quidem partem, scilicet esse mortale, dirigere in

finem mortalem, affirmant *Syluest. v. Debitum, q. 2. Petrus de Soto lect. 16. de matrim. §. Quia igitur.* Posteriorè verò, nempè, esse, vnicam culpam, & non sicut in relatione matrimonij in finem peruersum, contingere: colligo ex *Palud.* quem refert & sequitur *D. Anton. 3. p. t. 1. c. 19. §. 10.* (tacet verò locum, nec inuenire potui) & ex *Syluest. verb. Matrimonium, 4. quæst. 4.* vbi dicunt, non ita damnabilem esse abusum actus coniugalis ob finem peruersum, ac ipsius matrimonij; eo quod ille res profana sit, hoc vero sacra: ac proinde esse lethale, inire matrim. ob solam delectationem, non esse lethale, ob eam accedere ad coniugem.

8 Quinta conclusio. Nunquam actus coniugalis ex circumstantiis redditur vitiosus capitaliter, nisi quando ipse finis est mortalis. Quia vbi alius est finis, non est tanta deordinatio, vt censenda sit lethalis culpa. Sic colligo ex *Syluest. verb. Debitum, q. 2.* vbi discutiens, quando coniugij vsus sit mortalis ratione finis: solius circumstantiæ finis mortalis meminit. Et tenet *Petrus de Soto lection. 16. de matrim. §. Quia igitur.*

9 Hinc infertur, vbi finis est venialis, solùm esse culpam venialem. Quod ita esse in matrim. relato in finem venialem probaui lib. 2. disp. 29. n. 27. nedùm in actu coniugali. Est tamen duplex culpa venialis, altera defectus debiti finis: talis enim esset, vbi finis esset in se bonus, at extraneus illi actui (vt n. 14. probauimus.) Altera verò desiderij obtinendi illius finis venialis. Sed obiicies, hoc aduersari dictis n. 7. vbi diximus esse vnicum lethale crimen, actum hunc in finem mortalè referre. Solutio est facilis. Priuatio illa debiti finis venialis culpæ limites non transcendit, quare tota ratio culpæ mort. est relatio in finem mortalem. Atque proinde duplex est culpa, altera venialis, & altera mortalis; & vbi finis est venialis, duplex venialis.

10 Rogabis forsan, Quale crimen sit in actu ipso coniugali, expressa intentione excludere finem prolis? v. g. quando coniuges in actu ipso prolem minimè concipi optant. Videtur enim esse lethale. Quia tale est in matrimonij contractu expressa intentione fines illius excludere. (vt probauimus lib. 2. disp. 29. n. 29.) Atque ita docet *Præpos. subr. de sponsalib. nu. 12. ad fin.* Cæterum id non credo, vbi coniuges nil efficerent, quod prolis conceptioni obstaret: sed credo esse solum veniale. Quia desiderare non multiplicare prolem, non est ex se malum, quare bono fine vestitum, vt ratione defectus diuitiarum ad eos liberos alendos, licitum est: vt docent *Palud. 4. d. 31. q. 3. a. 2. n. 15. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 20. §. 6. Rosella verb. Debitum, n. 11.* vbi *Angelus n. 27. Nauar. sum. c. 16. n. 33. Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. l. 4. c. 19. vers. Quinto peccat*: atque ita ratione debiti finis non erit culpa mortalis. Nec etiam est talis, eo quod intentione excludatur finis, ad quem ordinatur actus ille coniugalis à natura. Quia finis præcepti non cadit sub præcepto. Nec id esse crimen lethale in matrimonio arguit tale est in ipso actu. Vt dixi n. 7.

11 Sexta conclusio. Quando fines extranei in se tamen liciti, non sunt fines principales, ad quos primo actus coniugalis referatur, sed secundarij & motiui applicationis ad concubitum, nulla est culpa. Quia etiam nulla est ad huiusmodi fines ita dirigere matrim. (vt probaui magis hoc explicans lib. 2. disp. 29. nu. 24.) Multo ergo fortius id verum erit in actu coniugali.

12 Quamobrem non approbo quod docet *Palacios 4. d. 31. disp. 2. f. 695. vers. Poterit autem*, vbi tradit vacare culpa acceptum ad vxorem propter bonum vtile, vt quia vir precio dato ab vxore conductus est. Ducitur, quia quærere sibi vtile, nemine læso, culpa caret. Sed fundamentum corruit, quia quæri debet mediis ad id institutis, quale non est matrim. Quare melius *Sotus 4. dist. 31. q. vn. a. 2. vers. Sunt qui contra*, censuit culpam esse venialem, si vir vxori copuletur, eo ductus fine, vt hæres ab ipsa instituatur. Quod intelligo iuxta dicta n. præced. quando ea vtilitas esset finis principalis, secus vbi secundarius, & applicans ad actum, seruato fine principali debito.

13 Tandem est dubitatio. An solum sacramenti bonum sufficiat ad excusandum à culpa actum coniugalem? vt si quis vellet matrim. consummare ad expressius significandam vnionem Verbi cum carne. Idéque sufficere, ex eo suadetur. Quia non minus, imo magis videtur honestare matrimonium, finis illius vt sacramentum est, qui est ea significatio, quam finis illi conueniens, vt est contractus naturalis, qui est prolis educatio. Quare hanc partem tuentur multi teste *Supplem. Gabr. 4. d. 31. q. vn. a. 2. propos. 3.*

Verum dicendum est non sufficere, sed esse veniale, actum coniugalem in eum finem solum referre. Probatur, quia bonum sacramenti non respicit primo & directè matrimonij vsum, sed vinculum & essentiam, in quo differt à bono fidei & prolis, quæ primo & per se ad vsum ordinantur: ergo contra rectum ordinem est, matrimonio vti ob bonum sacramenti: & quia est leuis debiti ordinis peruersio, non excedet culpam venialem. Et confirm. quia sicut solum bonum sacramenti sufficiens est ad excusandum à culpa lethali fornicationis: quia solum illud respicit vinculum matrimonij: ita solum bonum fidei & prolis debet sufficere ad excusandum à veniali: quia hæc sola bona actum respiciunt. Secundò, quia cùm in omni sacramento duplex reperiatur finis, alter intrinsecus, & alter extrinsecus, rectus ordo postulat, vt sacramenti vsus referatur ex intentione sumentis & ministrantis, ad finem intrinsecum; nam ad extrinsecum sufficit instituentis ordinatio: finis autem intrinsecus matrimonij est bonum prolis & fidei, extrinsecus autem significatio sacramentalis: culpa ergo est vsum referre ad solum finem extrinsecum. Sicut peccaret baptizans ad solam Christi sepulturam repræsentandam. Tandem, quia licet sacramenta sint signa, at sunt signa practica, & potissima eorum institutio est ad efficiendum: vnde eis ad solam significationem vtens non seruat debitum vsum. Quare hanc sententiam tuentur *D. Thom. 4. d. 31. q. 2. a. 2. corp. & ibi Ricard art. 3. q. 2. corp. Palud. q. 1. a. 1. n. 5. Supplem. Gabr. q. vn. a. 2. concl. 3. Enriq. l. 11. de matrim. c. 15. n. 2. & in commen. lit. P. Petr. de Ledesma de matrim. q. 49. a. 5. dub. 1.* 14

Tandem fatendum est cum *Petro de Ledesma proxime citato*, vacare culpa vsum matrimonij ad eam significationem relatum, non exclusis aliis finibus boni prolis aut fidei. Probaturque ex dictis n. 4. 15

DISPVTATIO IX.

Vtrùm actus coniugalis in solum fornicationis vitandæ finem relatus culpa vacet?

SVMMARIVM.

Licitum est debitum petere causa vitanda incontinentia in altero coniuge. n. 1.

An liceat petere ad vitandam incontinentiam in seipso? Referuntur duplex sententia, n. 2. & 3.

Sententia Auctoris, n. 4. Licitum est reddere, quamuis alter petat ad vitandam in se fornicationem, n. 5.

Soluuntur argumenta, n. 6.

IN hac disputatione neminem inueni dubitantem, quin liceat debitum petere ad vitandum in altero coniuge incontinentiæ periculum. Quod docuit *D. Aug. epist. 119. ad Ecditiam*, & habetur *c. Secundum verba, 15. q. 5.* quem vniuersi sequuntur. Et ratio est aperta, quia hic concubitus potius est debiti redditio, quam petitio (vt probaui hoc li. disp. 2. n. 6. & 7.) ac proinde intenitur in eo fidei bonum. 1

Tota vero difficultas in eo versatur, an liceat similiter coniugi debitum petere, eo fine, vt vitet in seipso incontinentiæ periculum? Triplicem inuenio sententiam. Prima sustinet culpam esse venialem. Ducitur 1. Quia *D. Paulus 1. Corinth. 7.* vbi præmiserat, vt vnusquisque vxorem habeat ad vitandam incontinentiam, subdit: *Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium.* Indulgentia autem non conceditur, vbi culpa non est. Quem locum ita explicat *D. Augustin. de bono coniug. cap. 10. tom. 6.* subdens absurdissime dici non eos peccare, quibus venia conceditur. & *l. 5. contra Iulianum c. 7. tom. 7.* & in *Enchirid.* 2

chirid.c.78.to.3. & l.2 de peccato orig.contra Pelag.c.38.tom.7. & D.Greg.l.32.moral.c.18.19.20. habetur *cap Nerui,fin d.13. D.Anselm. & Thom. in eundem locum D.Pauli.* Atque omnes hi sancti expresse sunt huius sententiæ. Secundò,quia talis actus coniugalis caret bonis excusantibus, petere enim gratia vitandi in se fornicationem, non spectat ad fidei bonum,ad quod solum pertinet reddere alteri coniugi,& seruare fidem abstinendo à concubitu alieno, non autem petere vt concubitus ille alienus vitetur. Tertiò,quia talis petens vel impellitur à concupiscentia, & tunc impulsus ille culpa venialis est; aut non impellitur, & tunc vtitur medio,quo minimè indiget,& proinde erit superfluitas & inordinatio. Quartò, quia sic petens, non fortiter & strenuè pugnat resistens concupiscentiæ, aduersus quam est nobis indictum bellum, *ad Galat.6.* sed illi cedit. Quintò, quia cum aliis mediis ad id ordinatis possit incontinentiæ stimulis resistere, eligens hoc in quo tanta voluptas reperitur, verè ob delectationem accedit: atque ita culpæ venialis reus erit. Hanc sententiam vltra sanctos allegatos, amplectuntur ex Theologis *D.Thomas 4.d.31.quæst.2.a.2.ad 2. Magister eà d.31. & 32.c.1. D.Bonauent. eà d.31.art.2 quæst.2. Ricard.ibi art 3.quæst.2.* quamuis problematicè defendens, huic magis accedit,dicit enim esse communiorem,sanctisque magis consentaneam. eandem tenet *Scotus 4.d.16.qu. vn.ad finem corp. Guilielm.Rubion 4.d.32.quæst.2.a.2.conclus.5. Abulens.c.ap.5 Matth.quæst.235. Deza 4.d.21.q.vn ar.3.notab.3. VValdensis* quamuis obscurè, *de sacram. cap.130.nu.3. Eckius tom.4 hom.69.qua est prima de matrim.ad finem,num.1. Petr. de Soto lect.16.de matrim.§.Quia igitur. Pedraza sum.precept. 6.§.18. Lud. Lopez 1 p instruct.c.87.§ Vsus vero copulæ:* & dicit satis esse probabilem *Petrus de Ledesma de matrim.q.49.a.5. dub.3.* Et ex Iurisperitis eandem tuentur *Glossa 6.Quidquid, verb. Ab adulter.32.quæst.2.Gratianus c.2.§ Hinc ita,vs fine,32.q. 2.Hostiens.sum.tit de matrim.§. Quæ sit effectus,num.23. Anton. rubr.de sponsalibus,nu.14.fin. & ibi Alexand de Neuo nu.25.fin. Henric.6.Inquisitioni,n.4 de sent.excomm. Domin.c.Nerui,d.13. vers.Nota hic clarum textum. Rainerius 2 p.sum. tit de matrim. c.13 Ioan de Friburgo sum.confess.lib.4.t.2.de matrim.quæst.37. Astensis sum.2 p.lib.8.t.9 a.2.sunt. Monaldus sionm.tract.de matrim.t de bono matrimonij,verb.In tertio.Rosella sum.verv.Debitum,num.3.* vbi *Angelus n.22. Tabiena Matrimonium,3.q.5.§ 6. Turrecr.c.Quidquid,32.q 2 n.3.vers.6.*

3 Secunda sententia docet nullam esse culpam, conitigem petere ad vitandum in se ipso incontinentiæ periculum. Prob.primò,quia lex diuina explicata à *D.Paulo 1.Corinth.7.* ibi: *Reuertimini in id ipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam,non secundum imperium*; saltem permittit accessum ad vxorem gratia incontinentiæ vitandæ: ergo is accessus nullatenus est culpabilis. Prob.consequentia. Quia nil aliqua lege permissum potest attenta illa lege peccatum esse, quare nisi sit alia lex superior prohibens, nullatenus erit peccatum. Cuius ratio est clara, quia ratione alicuius prohibitionis debet esse peccatum, lex autem permittens non prohibet, aduersantur enim sibi eandem legem permittere & prohibere. Cùm ergo lege diuina permittente accessum coniugum ad fornicationem vitandam, nequeat esse lex aliqua superior eum prohibens, manifestè sequitur omni culpæ vacare. Et confirmatur, quia diuinæ legis permissione nequit in ipsum Deum illius auctorem peccari: & lex diuina permittens actum, minimè punit, id enim permissio sonat; cùm tamen certum sit, nec minimum veniale impunitum relinquendum. Non ergo erit culpa etiam venialis, accessus ille ad vitandam fornicationem,lege diuina permissus. Secundò, quia vsus matrimonij relatus ad eum finem, ad quem institutum est, culpa vacat: constat autem potè naturæ lapsum institutum esse ad incontinentiæ stimulos sedandos. Tertiò, quia,cùm vsus licitus sit ad vitandam alterius coniugis incontinentiam,à fortiori erit ad vitandam propriam. Plus enim tenetur quisque sibi, quam alij consulere. Nec obstat, si dicas priorem vsum esse debiti redditionem: & proinde honestari bono fidei: posteriorem verò debiti petitionem. Non (inquam) obstat. Quia casu quo alter coniux nullo modo appetat coniugis concubitum, sed renuat, alienum verò desideret, nullo modo est redditio, cum prorsus petitio etiam interpretatiua desideretur: & tamen licitum est,imò obligatorium, ab eo debitum petere ad illius vitandam incontinentiam (vt diximus hoc libro,disp. 2.num.7.& fatentur omnes.) Quartò,quia vbi duo media licita ad finem obtinendum occurrunt,fas est alterutrum eligere: ad vitandam autem fornicationem,vltra abstinentias, aliasque corporis macerationes, concessit Deus matrimonij vsum: ergo licebit hoc medium ad eum finem comparandum referre. Quintò, quia in hoc vsu bonum fidei reperitur, cum sit ad cauendum alienum concubitum,ad quod fides matrimonij astringit. Sextò,quia finis vitandi fornicationem honestus est: matrimonij etiam vsus licitus est: cum ergo & finis & medium honesta sint, nil est vnde vsus medij illius ad eum finem assequendum dehonestetur. Tandem, quia dato opposito, accessus ad vxorem prægnantem semper esset illicitus: similiter matrimonium nunquam liceret inter steriles & senes generationi ineptos. Ideo hanc sententiam tuentur *Ricardus* (problematicè tamen) *4.d.31.a.3.quæst.2. Durandus ibi q.4. n.7.Maioris q.vn conclus.4. Altisiodor l.4.sua summ.tract.9.c 4. Almain.4.d.31.quæst.vn. Nicolaus de Orbellis 4.d.32.qu.vn.§.1. Caietan.summ verb.Matrimonium, c vlt. de peccatis in vsu matrimonij,vers.Primum igitur caput. Metina lib.3.de sacror.hominum continent c.13. Nider in sua summa.precept.6.c.4. vers.Dictum est secundo Celaia 4.d.31.quæst.vn.ad fin.* vbi *Palacios disp. 2.f.690.à vers Hæc ergo sunt duo. Philiarc.de offic.sacerd.tom.1. p.2.l.4.c.19.vers.5.peccat. Anglesfloribus 1.p.de matrim.q.5.de bono matrimonij. dissic.4. Emman.Sa summ. verb.Matrimonium, vers.Copulam si fiat.* Cañedo *sum.sacram.de matrim.c.8.nu.76.* & dicit esse satis probabilem *Petrus de Ledesma de matrim. q.49.a.5.dub.3.* & affirmant *Maior & Palacios*, esse veram,licet aliud medium sit facile. Eandem tenent ex Iurisperit. *Tiraquel.l.5.connub.n.111. Nauar.summ.c.16.n.32. Perez l.5.ordin.tit.1.d.1.§. Tertia conclus. Stephan. Gaeta repet.c. Ad limina, 30.q.1.§.4.n.176. Vgolinus de matrim.c.10.fin. Humada l.2.c. 1.p 1 gloss.2.n.13.fin.*

Tertia sententia (cui adhærco, licet duæ propositæ sint 4 satis probabiles) affirmat tunc culpa vacare petitionem debiti causa vitandæ fornicationis in ipsomet petente, quando adhibitis aliis mediis nequit carnis stimulos sedare, secus quando potest conuenienter alio modo ab incontinentia abstinere: tunc enim erit veniale. Prior pars probatur argumentis secundæ sententiæ,quæ satis vrgent. Posterior verò prob. quia vbi alia media conuenientia ad finem assequendum occurrunt, venialis peruersio est debiti ordinis,medium de se ordinatum ad prolis generationem,& fidem seruandam, in illum finem referre. Secundò, quia cum coitus rationem absorbeat, prius que tanto bono, imprudenter eligitur, vbi medium facilius adest. Sicut imprudens est, sumens potionem amaram, aut venas scindi permittens, quo salutem adipiscatur, potens faciliori medio ad eam restitui. Ideo huius sententiæ sunt *Palud.4.d.31.q.2.a.2.n.9 & 10. & ibi Supplem.Gabriel.qu.vn. a.2.post 4.conclus.Capreol.4.d.30.q.1.a.3.in solut.ad 6.contra 2. conclus.D.Antonin.3.p t.1.c.20.§.11 Sylvest.verb.Debitum,q.11. fin.& qu.12.vers 4. Tabiena Matrimonium,3.qu.5.§ 6. Victoria sum.de matrim.n.272 Sotus 4.d.31.qu.vn.a.4 concl.2. Greg.Lopez l.9.verb.El otro,t.2.p 4 Ledesma 2.p 4.q.5.a.5.ad fin. Margarita confess.6.precepto.f.86.col.2. Veracruz 3.p.specul.art.16. conclus.1. Matienzo l.5 recop tit.1.rubr.gloss.1.n.106 fin. Manuel 1.tom.sum.2.edit c.243.n.5. Petr.de Ledesma de matrim q.49. a.5.dub.3. Barth.à Ledesma de matrim.dub.28.concl.2. Enriquez l.11 de matrim.c.15.num.4.iuncta comment lit.Q.* Moderatur autem hanc sententiam *D.Antonin.ibid.* & satis apparenter (vt *Tabiena* fatetur) quatenus ait licitum esse, vbi moraliter aliud medium non occurrit, petere debitum gratia vitandæ fornicationis, vt intelligatur, quando non est spes prolis concipiendæ, ea enim extante semper esset

venialis culpa, primario intendere incontinentiam vitare. Quia præposterus ordo est secundarium finem præponere, vbi primarius est possibilis. Et placet hæc moderatio. Quia tunc nulla est necessitas vtendi matrimonio ad vitandam fornicationem: sed sit finis primarius, generatio prolis, & secundarius, & applicans ad concubitum, vitatio fornicationis, iuxta dicta disp. præced. nu. 11. Quod etiam consonat iis quæ diximus lib. 2. disp. 29. nu. 26. vbi probauimus venialem esse matrimonium inire ob vitandam fornicationem, vbi est spes prolis: licitum autem, ea deficiente. Nec oportet, quo petitio debiti ob finem vitandæ incontinentiæ à culpa excusetur, vt petens tunc carnis molestiis vexetur, sed satis est vt probabiliter timeat fore vt vexetur. Sic docet *Supplem. Gabr. 4 d. 31. q. vn. a 1. fin.*

5 Id tamen in omni sententia fatendum est, licet petens reus sit culpæ intendens solam vitare fornicationem, reddentem bono fine vt suæ satisfaciat obligationi, minimè peccare, imò ad id teneri. Constat ex dictis disp. præced. n. 5. vbi probauimus coniugi quoquo fine ducto ad petendum, reddendum esse. Nec credendum est *Guliel. Rub. 4. d. 32. q. 2. a 2. concl. 5.* vbi ait petenti ob finem vitandæ fornicationis esse veniale reddere. Duciturque, quia quoties peccat exigens, idem peccatum admittit reddens. Quod fundamentum confutaui hoc lib. disp. 6. n. 4.

6 Ad argum. primæ sententiæ nu. 2. proposita resp. Ad 1. fateor illos sanctos eius fuisse sententiæ, ita intelligentes locum illum D. Pauli, affirmantesque nunquam licere vsum matrimonij, nisi ob prolis generationem, vel ob debitum reddendum: quod ex ardentissimo castitatis amore, quo affecti erant, procedebat, valdè tamen vrget argumentum primum secundæ sententiæ aduersus eam expositionem: & ideo aliter exponendus est D. Paulus: duplex enim est indulgentia & permissio, quædam minoris mali, quædam verò minoris boni: dum ergo concedit accessum ad vxorem ob vitandam fornicationem, non permittit tanquam minus malum quàm fornicari, vt inde arguatur esse culpam venialem, sed permittit tanquam minus bonum, quàm continere: atque ita nulla est culpa. Et hanc expositionem sequuntur *Lyranus & Caietanus in illum locũ D. Pauli: & Soto 4 d. 31. q. vn. a. 4. vers. Accedat textus* Et tunc intelligi debet iuxta nostram 3. sententiam, quando coniuges sunt ita fragiles, vt aliter abstinere vix possint. Quod denotant ea verba: *Propter incontinentiam vestram.* Quæ explicat *ibi Lyranus* propter pronitatem ad fornicandum. Ad 2. dic non propriè spectare, at reduci ad fidei bonum, dum coniux necessitate stimulorum carnis pressus, vtitur eo medio, quo fidem vxori seruet abstinens ab alieno concubitu. Ad 3. dic impulsum concupiscentiæ tunc culpam habere, quando iudicium rationis subuertit, secus quando impellit vt secundum rationis limites eligatur medium licitum, gratia illicitum cauendi. Præterea esto impulsus fuerit vitiosus, & præter rationis iudicium insurgens, non infertur actum sequentem culpa infici, qui non imperatur à concupiscentia, sed à ratione illam corrigente. Ad 4. dic id verum esse, vbi suppetunt alia media ad resistendum: secus vbi illis tentatis ea est fragilitas coniugis, vt resistere nequeat. Ad 5. eodem prorsus modo dicendum est. Ad primum argumentum ex propositis num. 3. pro 2. sent. & eius confirm. constat ex dictis solutio: explicui enim illum locum Pauli in solutione ad primum primæ sententiæ. Ad 2. dic antecedens esse verum, si referatur ad finem primarium, vel vbi is non est possibilis, ad secundarium, qui medio faciliori obtineri nequit. Ad 3. dic diuersam esse rationem. Quia sibi potest coniux aliis mediis consulere, & in sua potestate est carnis tentationi resistere: at non potest alteri coniugi mederi, nec ipsius consensum in fornicationem impedire. Ad 4. dic Deum concessisse matrimonij vsum ad illum finem, vbi non potest finis primarius obtineri, nec finis secundarius faciliori medio. Ad 5. dic, non pertinere ad bonum fidei petere ad vitandam in se incontinentiam, vbi petens aliter vitare potest. Ad 6. dic non satis esse bonitatem finis & medij in se ipsis considerata, sed oportere vt medium sit proportionatum, & bene referatur ad illum finem obtinendum. Ad vltimum negatur sequela. Quia licitus est accessus, vbi medio faciliori continere nequeunt.

DISPVTATIO X.

An licitus sit coniugalis vsus, ad tuendæ aut restaurandæ salutis corporis finem relatus?

SVMMARIVM.

Refertur duplex sententia, n 1. & 2.
Sententia Auctoris, n. 3. & an reddere petenti causa sanitatis sit culpa, num. 4.
Solvuntur argumenta, n. 5.

QVAESTIO est facilis: & ideo breuiter ab illa me expediam. Affirmant quidam culpam esse venialem, debitum petere causa sanitatis consequendæ aut tuendæ. Ducuntur primò, quia sancti solius prolis gratia aut debiti reddendi admittunt coniugalem vsum licere. Vt constat ex *D. August. de bono coniug. c. 6. 7. & 10. to. 6.* & ex *D. Gregor. l. 32 moral. c 20.* & habetur *c. Nerui, 13. d.* Secundò, quia finis hic aduersatur matrimonij institutioni, quod ad bonum prolis, & vitandam fornicationem, est institutum. Et confirm. quia ideo peccaret venialiter, qui gratia sanitatis consequendæ baptizaretur, quia is finis aduersatur Baptismi institutioni, quæ est ad remissionem peccatorum ante Baptismum admissorum. Tertiò, quia nec bonum fidei nec prolis inueniuntur in eo accessu, quæ solum excusant à labe veniali. Tàdem, quia peruersio debiti ordinis est, actum coniugalem, qui suapte natura refertur ad bonum speciei, referre ad indiuidui bonum. Ideo hanc partem tuentur *D. Thom. 4. d 31. q. 2. a. 2. ad 4. & ibi Palud. quæst. 3. a. 3. n. 21. & q. 2. a 3. n. 22.* vbi addit, Licet alio modo sanitas obtineri nequeat, adhuc esse veniale. *D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 20. §. 11. Rainer. 2. p. sum. 1. De matrim. c. 13 Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 4. t. 2. de matrim. q. 38 Henric. c. Inquisitioni, n. 6. de sent. excomm. Angel. verb. Debitum, n. 24.* vbi *Syluest. q. 11. vers. 3. Tabiena Matrimonium, 3 q. 5. §. 6. Abulens. c. 5. Matth. q. 253. Turrecr. c. Quidquid. n. 4. vers. 5. 32. q 2. Veracruz 3. p. speculi, a. 26. conclus. 2.* addens, Licet non sit aliud medium. *Petr. de Soto lect. 16. de matrim. §. Quia igitur. Nider in sum. præcept. 6. c. 4. vers. Dictum est 2. Margarita confess. 6 præcept f. 8. pag. 2. Pedraza sum. præcept. 6 §. 18 Matienzo lib. 5 recop. t. 1. rubr. gloss. 1. n. 107. Petr. de Ledesma de matrim. q 46. art. 5. dub. 4.* addens, Licet aliud medium deficiat: & cum hoc etiam addito dicit esse veriorem, *Soto 4 d 31. q. vn. a. 4 vers. Grauius autem.* 1

Alij verò docent omni culpa vacare petitionem debiti causa sanitatis acquirendæ aut tuendæ. Probant, quia cum ob prolis bonum id liceat, à fortiori id licebit ad propriam salutem instaurandam aut tuendam, cui plus tenetur quilibet consulere. Secundò, quia intentio sanitatis comparandæ non excludit prolis intentionem. Tertiò, quia excessus in potu vsque ad ebrietatem licitus est, gratia sanitatis instaurandæ: cum tamen magis rationis vsu priuet, quam actus coniugalis. Quartò, quia intendens sanitatem, refert virtute actum illum in prolis bonum, cuius generationi morbo laborans ineptus est. Sic *Almain. 4. d. 31. qu. vn.* vbi *Maioris q. vn. conclus. 5. Celaia ibi q. vn. fine.* dicitque idem sentire Martinum de Magistris, & multos Neotericos, *Palacios ibi disp. 2. f. 693. à vers. Porro nulla harum. Emmanuel Sa sum. verb. Debitum coniugale, vers. Copulam,* & dicit satis esse probabile *Veracruz 3. p. speculi, a. 16. concl. 2. fin.* 2

Cæterum media via eligenda est, vt nulla sit culpa, quando aliud medium aptum non inuenitur ad instaurandam tuendamve salutem. Quod optimè probant rationes secundæ sententiæ: tunc enim nulla est peruersio debiti ordinis, cum in eo fine bonum prolis, ac fidei, quamuis remotè includantur: coniux enim bona vtens valetudine aptior est proli generandæ, ac debito red- 3

dendo

dendo: vbi verò medium aliud conueniens occurrit, erit culpa venialis. Quod probant rationes primæ sententiæ. Et ideo ita docent *Victoria summa de matrim.n.272. Ledesm. 2.p.4.q.51.a.5 fine. Barthol.à Ledesma de matrim dub.28.§.Solet moueri dubium. Enriquez l.11.de matrim c 15.nu 5. Manuel 1. tom.sum.2.edit.c.243.n.10.* Et hanc fatentur esse probabilem *Sotus & Petr.de Ledesma,n.1.allegati.* Intellige tamen (vt in simili dixi disp.præced.nu.4.) nullam esse culpam, principaliter intendere sanitatem, vbi spes prolis deficit, ea enim spe exstante, esset culpa venialis peruersionis debiti ordinis: cum finis principalis, sit possibilis, & postponatur, nullaque vrgeat necessitas, seruato enim fine sobolis primario, posset secundario & concomitanter referri actus ille coniugalis ad sanitatem. Iuxta dicta disput.8. num.11.

4 In omni autem sententia fatendum est, quantumuis peccet defectu recti finis coniux ob sanitatem petens, reddentem minimè peccare, sed teneri reddere. Vt probauimus hoc lib.disp.6.n.7.

5 Ad argumenta prioris sent.num.1.proposita resp.Ad 1. dic sanctos loqui, quando spes prolis habendæ adest. Vel secundo, solum meminisse finium, qui per se, & ab extrinseco, semperque actum coniugalem excusant. Vel tertiò reduci ad bonum prolis & fidei. Confert enim sanitas ad filiorum procreationem, reddendumque debitum. Ad 2. dic nos loqui, vbi proles non est possibilis, vel secundo reduci ad bonum prolis & fidei. Ad confirm. neganda est consequentia. Quia baptismus est prorsus res sacra, nec aliquo modo refertur ad corporis sanitatem; at actus coniugalis potest esse in aliquo particulari medium ordinatum ad sanitatem. Ad 3. constat ex dictis, ibi reductiuè inueniri bonum fidei & prolis. Ad 4 dic, nullam esse peruersionem vbi non speratur bonum speciei. Ad argumenta 2. sententiæ proposita nu.2.resp. Ad 1.teneri quemlibet potius saluti propriæ consulere mediis ad id à natura institutis, quale non est vsus matrimonij, qui ob bonum prolis est. Ad 2.fateor non excludere, atque ita culpa vacare, vbi sanitas non principaliter intenditur, sed secundariò & concomitanter: secus vbi in sanitate sistitur, tanquam in fine principali. Ad 3.dic esse in hoc disparitatem, quod cibus & potus à natura diriguntur ad individui conseruationem: vsus verò matrimonij ad bonum speciei. Ad 4.dic illam relationem esse remotam, ac proinde non excusari vbi aliud medium saluti tuendæ aut instaurandæ occurrit.

DISPVTATIO XI.

An vsus coniugij propter solam delectationem sit peccatum?

SVMMARIVM.

Refertur duplex sententia,n.1 & 2.
An sit culpa mortalis, vbi voluptas limites matrimonij excedit, & quando hoc contingat,n 3.
Quando intra matrimonij limites voluptas quæritur, est culpa venialis,n.4.
Quid si finis sit libidinem satiare, vel si vir calidis vtens, aut alio medio se prouocet, quo sæpius coire possit, n 5.
An oblatam in actu coniugali voluptatem acceptare, culpa vacet, n.6.
Reddere debitum petenti ob voluptatem, est obligatorium, n.7.
Soluuntur argumenta, & enodantur c Origo, & c.Liberorum, 32.q.4. num.8.

1 IN hac disp.non desunt qui asserant, actum coniugalem ob libidinem explendam exercitum, culpam esse mortalem. Et probatur primo ex *D.Hieronymo in cap.5.ad Ephes.* & refertur *c. Liberorum, 32.q.4.* ibi: *Liberorum in matrimonio opera concessa sunt, voluptates autem quæ de meretricum capiuntur amplexibus, in vxore damnatæ sunt.* Et melius ex *eod. lib.1. contra Iouinianum,* & refertur *c.Origo, 32.q.4.* ibi, *Adulter est in suam vxorẽ amator ardentior.* Si ergo talis copula est damnata, & tanquam adulterina, erit manifesta lethalis culpa. Secundò, quia coniux sic vtens coniuge non refert illius vsum in Deum, sed in solam delectationem, ac proinde frui vult creatura, in ea constituens vltimum finem, quod mortale esse dubitat nemo. Et confirm. quia non est simile de aliis delectationibus: hæc enim ita mentem absorbet, vt liberum hominem non relinquat, quo illam in Deum referat. Sic sentiunt *Hugo d.c. Origo, Hostiens. sum t. De matrim.§. Quis sit effectus,n.23.fin.* & quidã antiquiores (vt refert *D. Bonauent* dicens esse probabile, sed valdè durum, *4.d.31.a.2.q.3.*) *Ioan.de Grassis repet.in c Vnum ex arium,§. Alias autem,n.21. d.25* idem addentes esse mortale, virum calidis vti, vel aliis mediis, quo naturam excitet, vt sæpius coire possit, *Monaldus sum.tract de matrimonio,t.de effectu matrimonij,vers.Item est alius effectus,& t.de bonis matrimonij,vers.Item quarto modo. Nider in sum.præceptò 6.c.4.vers.Dictum est tertio. lex 9.t.2.p.4.*

Alij vero alterum extremum secuti, censent nullam esse 2 culpam, actum coniugalem propter voluptatem exercitum. Probant primò, quia teste *Arist.10 Ethic.c.8.* talis est delectatio, quale opus de quo est: at vsus coniugij bonus est: ergo & delectatio de illo percepta. Et confirm. quia teste *eod. Arist.7. Ethic. c.9.* non omnis aliquid ob voluptatem efficiens est incontinens, sed vbi ea est turpis: imo qui omnem voluptatem fugit, est agrestis: teste *eod.2. Ethic.c.2.* At delectatio ex actu coniugali orta, turpis non est. Secundò, quia virtus temperantiæ inclinat ad moderate percipiendas delectationes gustus & tactus: velle ergo moderate delectari in accessu ad coniugem, actus erit studiosus. Tertiò, quia vti ad libitũ re sua, qualis est alteruter coniux alterutrius, culpa vacat. Quartò, quia in eo accessu inuenitur sacramenti bonũ, coniux enim propter voluptatem accedẽs, limites matrimonij nõ transgreditur, sed propter illius vinculum accedit, alias omninò abstenturus. Sic tenent *Almain. 4.d.31.q.vn. & ibi Maioris q.vn conclus.7. Celaia ibi quæst. vnic.fine* & refert Martinum de Magistris. *Palacios ibi disp.2.fo.691. & seq.* & dicit esse satis probabile *Veracruz 3.p Speculi,a.10 concl. fine.*

Prima tamen conclusio sit. Quando voluptas limites 3 matrimonij excedit: quia scilicet, coniux ita voluptate captus ad suum accedit, vt paratus sit ad accedendum, quamuis suus non esset, est culpa lethalis. Conclusio est *D. Thomæ 4 dist.31.quæst 2. art.3.* quem sequuntur vniuersi. Et constat, quia coniux ita accedens, animum habet fornicandi, & quamuis conditionalem, si alter coniux non esset suus, at ea conditio non aufert rationem culpæ à fornicatione: quod desideratur, ne actus conditionalis malus sit. Est tamen sanè hoc intelligendum; nempe, quando in eo accessu adest actualis illa praua voluntas, secus si coniux nil de hoc cogitaret, quamuis in ea esset habituali dispositione, vt accederet, licet alter coniux suus non esset. Quia nullus habitibus, sed actibus meretur aut demeretur. Ita aduertunt *Palud.4.d.31.quæst.3.art.2.num.10. D. Anton.3.p.t.1.c.20 §.1. Ang.verb.Debitum, n.21.* vbi *Syluester q.2. Tabiena Matrimonium,3.quæst.2.§.3. Sotus 4.d.31.quæst vnic. a.3.vers.Nihilominus aduersus. Turrec.c. Quidquid, nu.3.vers.3. 32.quæst.2. Veracruz 3 p Speculi,a.16. concl.3. Barth.à Ledesma dub.27.de matrim concl.1. Matienzo lib.5.recop.t.1 rubr.gloss.1. n 107. Capua p.1.decis.1.2.c.82.n.12.*

Secunda conclusio. Actus coniugalis solius voluptatis 4 gratia exercitus, nec fines matrimonij transgredientis, est culpa venialis. Conclusionem hanc expresse docent *D. Augustin.de bono coniug.cap.6.tom.6* ibi, *Coniugalis concubitus generandi causa non habet culpam, concupiscentiæ vero satiandæ, tamen cum coniuge, venialem.* Et *lib.5. contra Iulianum, cap.7.fin. tom.7. D.Gregor. respons.10. ad interrogat. D. Augustini:* & habetur *c.Vir cum propria,33. qu.4. D.Anselmus in eum locum D. Pauli,1.ad Corint.7. Hoc autem secundum indulgentiam dico.* Et probatur non esse peccatum mortale, rationibus secundæ sententiæ num. 2. propositis, quæ fortiter hanc sententiam probant. Quod autem sit veniale, inde probatur. Quia est debiti ordinis peruersio, cum actus suapte natura tendens ad prolis bonum, referatur ad finem voluptatis capiendæ. Et confirmatur, quia bonũ delectabile, quod est naturæ sensitiuæ consonum, non potest rectè esse finis operationis humanæ, sed solum bonum honestum, quod naturæ rationali conforme est. Adde abusum rei

esse quærere actum propter delectationem illi adiunctam. Cum delectatio sit propter ipsum actum, non verò actus propter delectationem illi adhærentem. Ideo hanc tuentur *Magister 4.d.31.vbi D.Thom.q.2.a.3.corp. D.Bonauent.a.2.q.3. Durand.q.4.n.5. Ricardus a.3.q 3. Albert.Magnus a.21.q.4. Palud.q.3.a.3.n.19. Supplement. Gabr.q.vn.a 2.concl.5. Gulielm. Borrilong q.vn.a.2.conclus.3. Sotus q.vn.a 3.concl.3. Altisiodor. l.4.sua summ.tractat.9.qu.2. Gerson 1.p.in compend.Theologiæ, tract. de sacramento coniugij, alphab.27.lit.O. Nicol.de Orbellis 4.d.32.q.vn.§.1. D.Antoninus 3.p.t.1.c 20.§.11. Cajet sum.verb. Matrimonium, c.vlt.depeccatis contingentib. in vsu matrimonij. vers. Primum igitur caput.& 2.2 quæst.154.a.1.circa solut. ad 4. vers. Ad 4.dicitur quod venale. Abulens.c.5.Matth.q.243 fin.& q.135. Victoria summ de matrim.nu.271. Petr.de Soto lect.16.de matrim.§. Quia igitur. Ledesma 2.p.4.q 51.art.6.init.* iuncta *q. 66.a.1.§. Hasitabis tamen. Veracruz 3.p speculi,a.16.conclus.2. Margarita confess.6.precept.f.85.pag.2. Pedraza 6.precept.§.18. Angles floribus 1.p.de matrim.q.5 de bonis matrimonij,difficult 3. concl 2. Enriquez l.11.de matrim c.4 n.1.& c.15.n.5. Barthol à Ledesma dub 27.de matrim.concl.2. Petr.de Ledesma de matrim. q 49.a.6.dub.1. Manuel 1.tom sum.2.edit.c.243 n.20. Emanuel Sa summ. verb. Debitum coniugale, vers. Copulam si fiat. Cañedo summ.sacrament. le matrim c.8.n.76. Capua p.1.decis.l.2.c.82. nu.12.* Insuper alij etiam Theologi afferunt esse peccatum, subticentque an solum sit veniale. Hi sunt *Alens.2.p.q.161. membr.2.§.2. Adrian.4.tractat.de Eucharist.qu. Restat iam videre an propter corporalem immunditiam, in solut. ad 2.principale. Metina l.1.summ.c.16.§.13.* Et ex Iurisperitis docent esse veniale eundem accessum causa delectationis, *Glossa cap Vir cum propria,verb. Quod desiderant,33 qu.4.& c.penult.verb.Damnate.33 q.4.& c.Origo,verb.Adulter,32.q.4.& cap.Quidquid, verb. Adulter,32.q.2 & 33.q.4.in sum.verb. Quod autem. Alex de Neuo rubr.de sponsalibus,n.26. Præpos.c. Nerui,fin.d.13. Henricus c.Inquisitioni,n.5.de sent.excomm. Rainer.2 p.sum.tit de matrim. c,13. Ioan.de Friburgo summa confess.l.4.t.2.q.37. Astensis summ. 2.p.l.8.t.9.a,2.init. Angelus v.Debitum,n.23 Rosella ibi,n.4 Sylvest.q.11.dict.2. Tabiena Matrimonium,3 q.2.§ 3. Armilla verb. Luxuria,n.2.& verb.Matrimonium,n.68. Turrecr.c. Quidquid, n.3.vers.4.32.q.2. Stephanus Gaeta repetit. c. Ad limina,30 q.1. §.4.n.178. Greg.Lopez l.9.fin.t.2.p.4. Perez lib 5 ordin.tit.1.l.1. vers.5.concl. Matienzo l.5.recop.t.1.rubr. glossa 1.n.107. Vgolinus de sacramentis,tract.de matrim.c.10 fin.*

5 Hinc deducitur non esse audiendos DD. relatos nu.1. dicentes esse culpam mortalem, vbi finis esset, appetitum libidinosum satiare, & aliquibus cibis calidis vir naturam adiuuaret, quo potentior redderetur ad frequentiorem copulam. Nam cùm libido illa matrimonij limites minimè egrediatur, nec media alias sint illicita, non est vnde culpa mortalis incurratur: sed sola venialis. Atque ita vbi finis esset satiare libidinem, sentit expressè *D.Augustinus*, cuius verba retuli num.præced. *D.Anselm.& Lyran.in illud 1.Corinth.7.Secundum indulgentiam dico. Glossa 33.q.4.in sum. verb.Quod autem. Alex de Neuo, Præpos.Astensis, Rosella, Angust. Sylvest. Ioan.de Friburgo,n.præced.allegati. Abulens.c.5.Matth.q.* 235.& vbi vir manibus & calidis vtens se prouocaret, sentiunt non esse mortale, *Paludan.q.d.31.q.3.a.2.n.17.* vbi *Supplement.q.vn.a.3.dub.2. Abulens. Ioan.de Friburgo, Ang.Sylvest. proximè citati Greg.Lopez l.9.fin.t.2 p.4. Humada super l.2.t.1. p.1 glossa 2.n.17.* imo si non ob maiorem delectationem, sed bono fine id fieret, nulla esset culpa, vt docent *Paludan.& Supplementum ibi.*

6 Similiter non est credendum Doctoribus asserentibus peccare venialiter coniuges, licet non coeant propter delectationem, sed prolis gratia, si acceptent delectationem illi actui annexam. Sic tenuere aliqui antiquiores, teste *D.Bonauent.4.d.31.a 2.q.3.* qui dicit id esse probabile. idem docet *Altisiod.lib.4.sua summ.tract.9.q.2.* Qui id probat hoc simili: Qui concionatur recto fine, peccat venialiter, si admittat gloriam vanam inde consurgentem: ergo idem dicendum est de coniuge bono fine petente, si delectationem coniunctam minimè respuat. Sed disparitas est aperta. Quia vana gloria est in se mala, & ideo omnino respuenda: delectatio verò non est in se prava, imò natura ipsa sagaciter adiunxit illi actui, propter bonum prolis, vt eius generationi auidius homines vacarent, sicque species conseruaretur: sicut in ciborum esu delectationem posuit, ob indiuidui conseruationem. Quare dicendum est omni vacare culpa, nisi nimius voluptatis excessus procuretur. Quia nulla est culpa, vti matrimonio, fruendo delectatione, quã natura adiunxit propter honesti finis necessitatem. Atque ita docent *Maioris 4.d.31. q.vn. conclus.6.* vbi *Sotus q.vn.a.3. concl.2. Veracruz 3.p speculi, a.16.concl.4. Barth.à Ledesma de matrim.dub.27.concl.3. Manuel 1.tom.sum.2.edit.c.243.nu.20. Angles floribus 1.p.de matrim q.5.diffic.3 concl.3.*

Tandem quamuis debitum exigens ob delectationem 7
peccet, tenetur alter reddere. Per ea quæ dixi hoc libro disp.6.n.7.& docent *Palud.q.d.32.q.1.a.1.n.4. D.Antonin 3.p.t.1.c.20.§.7. Stephanus Gaeta repet.c. Ad limina,30.q.1.§ 4. n.174. Adrianus 4.de Euchar.quæstion. Restat iam videre, an propter corporalem immunditiam, in solut.ad 2.principale. Sotus 4. dist.31.q.vn.a.3.vers. Inter soluendum. Ledesma 2.p.4.q.66.art.1. §. Hasitabis tamen. Petr.de Ledesma de matrim. q.49.a.6.dub.1. in solutione ad rationem dubitandi.*& nullam esse culpam tunè reddere, docent etiam *Veracruz 3.p.speculi,art.17.ad fin. Matienzo lib.5.recop.t.1.rubrica,glossa 1.n.107.*

Ad argum.primæ sententiæ nu.1 proposita resp. Ad 1.8
dic *c Laborantium*, intelligi, vt talis copula sit damnata de venali culpa, vt docet *ibi Gloss.verb.Damnate,& c.Origo*, vt illud sit adulterium non reatu criminis, sed similitudine adulterinæ libidinis, ardet enim is coniux in vxorem, more adulteri in concubinam: atque ita explicat *Glossa eo c.Origo, verb.Adulter.* Vel 2.dic intelligendos esse eos textus, vbi voluptas matrimonij terminos excedit: iuxta dicta n.3.& sic explicant *Durandus 4.d.31.q.4.n.5.& ibi Ricardus a.3.q.3.* Ad secundum respondet optimè *D.Thomas 4.d.31. quæst.2. art.3 ad 3.* illam delectationem in habitu referri in Deum, nec in ea constitui vltimum finem, cum non indifferenter quæratur, sed in coniugali accessu. Ad confirm. constat non ita absorberi rationem, quin habitu referatur in Deum voluptas illa. Ad 1.secundæ sent. ex propositis num.2.dic, axioma illud *Aristotelis* esse verum, vbi delectatio debitè quæritur,& non vt finis actus, sed tanquam ipsi adiuncta. Ad confirm. dic non tantum turpe esse delectationem turpem quærere, sed etiam honestam, modo tamen indebito. Ad 2.dic inclinare ad moderate percipiendam delectationem,& debito modo, & tunc nullam esse culpam, iuxta dicta nu.6. Ad 3.dic licere ad libitum vti re sua, absque iniustitiæ labe, non tamen absque alia culpa, si debitæ circumstantiæ non seruentur. Ad 4.respondeo, illud sacramenti bonum excusare concubitum à culpa mortali, non verò à venali, vt explicui disp.8.n.14.

DISPVTATIO XII.

Vtrùm ratione temporis sacri, vt si dies sint feriati, processionum, aut ieiunij, reddatur illictus actus coniugalis?

SVMMARIVM.

An tempore feriarum, quo interdicuntur benedictiones nuptiales, vel prieri bimestri ante matrimonij consummationem, vel ante benedictiones, vel ante denunciationes, vbi in eis dissensum est, sit debitum petendum aut reddendum? Remissiuè, n.1.

An diebus feriatis, rogationum, aut ieiunij, liceat debitum petere? Refertur triplex sententia, n.2.3 & 4.

Sententia Auctoris, n.5.& ibi, inuit. n.2. an vim legis habeant statutorum, ac conciliorum prouincialium,& legum ciuilium testimonia in decreto inserta?

Quid, si in diei festi contemptum petatur, & quando dicatur contemptus, n.6.

An teneatur coniux reddere quocunque die solemni, vel peccet. n.7.

Soluuntur argumenta, & enodantur c. Proposuisti, d.11. c. Si postea, c. Si causa. c. Christianus, 33 q 4. n.8.

CVm de fine disputatum sit, iam de temporis circumstantia agendum est. Ad quam pertinet disputare,

an sit petendum, aut reddendum priori bimestri ante consummatum matrim. Sed iam de hoc egimus l. 2. tota disp. 24. Item ante benedictiones, & de hoc dixi li. 3. tota disp. 12. vbi tota disp. 11. quando nondum præmissæ sunt denunciationes. Item an feriarum tempore, quibus interdicuntur benedictiones nuptiales? Sed de hoc egi lib. 7. disp. 7. à n. 21. Quare in hac temporis circumstantia triplex est agitanda disputatio. I. quæ est præsens, de diebus feriatis, rogationum, & ieiuniorum, aliæ duæ duplici disp. sequenti, de tempore Eucharistiæ recipiendæ, & quando aut vterque aut alter coniux excõmunicatione innodatus est.

2 In præsenti disp. variè admodum loquuntur auctores: possuntque ad quatuor sententias reduci. Prima docet culpam esse lethalem diebus his debitum exigere: diuersique patroni illius diuersimodè illam moderantur, vt inter ipsos referendos explicabo; omnes tamen in hoc conueniunt, vt ex sola temporis circumstantia sit aliquando lethale, debitum exigere. Ducuntur primò testimonio *D. August. serm. 2. de tempore*, & refertur *c. 2 33. quæst. 4.* ibi: *Quotiescunque autem dies natalis Domini aut reliquæ festiuitates aduenerint, non solum ab infidelium concubinarum consortio, sed etiam à propriis vxoribus abstinere debemus.* Vbi *D. August.* æquiparat accessum ad vxorem eo tempore, cum accessu ad concubinam, quem constat esse mortalem. Secundò, quia in loco sacro petere mortalis est culpa, eo quod locus ille sacris peragendis dicatus sit. Ergo similis est, temporibus sacris, quæ ad idem consecrata sunt. Tertiò, quia *D. Gregor. 1. dialog.* refert feminam à dæmone arreptam esse, eo quod post accessum coniugalem publicis supplicationibus interfuerit. tantam autem pœnam absque lethali culpa infligi, creditu est indignum. Ideo hanc sentent. quando debitum petitur non causa prolis concipiendæ, aut fornicationis vitandæ, sed ob libidinem satiandam, sustinent *Gloss. 33. q. 4. in summa. verb. Quod autem. Anton. rubr de sponsal. nu. 15* vbi *Alexand. de Neuo num. 24. Alens. 2. p. q. 166. membr. 2. ad 5. ex argum. priori loco positis. Astens. sum. 2. p. lib. 8. tit. 10. art. 4. quæst. 1. Abulens. c. 5. Matth. q. 238.* iuncta *qu. 240. Alex. in Enchirid. 2. p. præcept. 6.* vbi de debito coniug. §. *Si tempore.* Vbi verò petitur causa prolis, aut vitandæ incontinentiæ, dicunt *gloss. & Anton.* nullam esse culpam. *Alex. de Neuo* autem & *Astensis* dicunt esse tunc venialem. Eandem sententiam de festis solemnioribus indistinctè docent, dicentes esse mortale in eis petere, *Hostiens. in sum. tit. de matrim. §. Quis effectus, n. 22. Stephan. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. nu. 181.* in cæteris autem festis & ieiuniis dicit ille vacare culpa: hic verò *n. 175* esse venialem.

3 Secunda sentent. docet culpam esse venialem debiti exactionem diebus feriatis supplicationum publicarum solemnium, vt rogationum, ieiuniorumque, quæ Ecclesia præcipit. Ducitur primò auctoritatibus variis: vt *Innocent. Papa, c. Proposuisti, 82. d.* ibi: *Nam sic Paulus ad Corinth. scribit dicens: Abstinete vos ad tempus, vt expeditius vacetis orationi: & hoc vtique laicis præcepit.* Vbi Pontifex manifestè dicit esse præceptum. *D. Ambros. serm. de aduentu Domini:* & refertur *c. Fratres, 33. qu. 4.* ibi: *Nullus omnino vxori suæ diebus ieiuniorum coniungatur. & super epistolam 1. ad Corinth. 7.* & refertur *c. Si causa, 32. q. 4.* ibi: *Si causa filiorum procreandorum ducitur vxor, non multum tempus concessum videtur ad ipsum vsum. Quia & dies festus & dies processionis cessare temporibus his debere demonstrant. D. August. lib. quæst. veteru ac noui Testamenti, qu. 127* & refertur *c. Christiano, eadem q 4.* ibi: *Christiano cum vxore sua conuenire aliquando licet, aliquando verò non licet. Propter dies enim processionis aliquando non licet conuenire.* Secundò, quia si dicas testimonia hæc sanctorum vim non habere decreti, atque ita quamuis ipsi prohibeant, non infertur id esse præceptum. Obstat fortiter, quod quamuis sanctorum testimonia ex se vim canonum non habeant ad causarum decisionem; at ex longa Ecclesiæ consuetudine sic acceptantis, & publicè legi volumen decreti permittentis, quæ in eo inserta sunt sanctorum dicta, robur statuti canonici obtinent. Vt docent *Archid. c. De his, el 2. d. 50. statim in principio. Dominicus ibi, num. 2. vers. Sed quæro nunquid. Præpos. ibi post 5. quæst. vers. Redeundo ad textum. Turrecrem. ibi num. 5. vers. De his*, cum Hugone per ipsum relato, vbi quærunt, nunquid standum sit decisioni illius capitis? eo quod non sit Pontificis, nec Concilij generalis: sed Rabani Archiepiscopi ad Heribaldum. Respondentque standum esse. Quia opus illud decreti recipit Romana Ecclesia quoad capitula in eo contenta. Idem *ipsemet Archid. c. Quis nesciat, d. 9. ad fin. & ibi Dominicus vers. Quæro quid de volumine. Abbas c. 2. de rescript. num 9.* vbi *Felinus num. 43. vers. Firmat. Ripa num. 8. Azonis à Ramengõu repetit. in proœmium decreti n. 25. Thom. Canon. repetit. in idem proœmium, n. 343. & duplici seq. Turrecrem. in eodem proœmio, a. 8. n. 25. Maranta practica p. 3. q. vn. num. 36. Antonius Cucus lib. 1. instit. maiorum, t. 1. n. 5. Cenedo in suis collectaneis, collect. 16. ad decretum, nu. 2. Manuel 1. tom. quæst. regularium. q. 6. a. 2. Metina de sacrorum hominum continentia, lib. 2. c. 33. fine.* Et videtur tenere *Decius cap. 2. de rescript. fine*, vbi ait, volumen decreti esse approbatum tanquam iuris librum. Et potest etiam probari ex *c. Cõsinebatur, de desponsat. impub.* vbi Alex. III. probat, viri testimonio credendum esse. Quia ita in decretis habetur, nempe, *cap. Si quis acceperit, 32. qu. 1.* quod est Concilij apud Compendium. Fatentur tamen ferè omnes hi auctores, & multi alij, quos referunt & sequuntur *Cenedo illo collect. 16. num. 8. Magdalenum tractat. de numero testium in testamento, 2. p. cap. 6. n. 22.* leges ciuiles in decreto insertas vim iuris canonici minimè habere, nisi à Pontifice approbatæ sint. Cùm ergo tam manifestè prohibitus sit in illis capitibus accessus ad coniugem iis temporibus, erit culpa saltem venialis. Tertiò, quia dies festi principaliter ad vacandum Deo orationique instituti sunt, carnalis autem delectatio mentem absorbet, & ad spiritualia ineptam reddit. Quare apud ethnicos lumine ipso naturali edoctos receptum erat, vt orationi vacaturi à concubitu etiam coniugali abstinerent. Cuius rei pleraque testimonia more suo adducit *Tiraquell. l. 15. connub. num. 114. & seqq.* Atque eadem ratione idipsum dicendum erit de tempore publicis supplicationibus præscripto. Cùm id vacando orationi pro communi Ecclesiæ vtilitate destinatum sit. Quartò, quia ieiunia præcipiuntur, quo caro maceretur, & sicut illicitas voluptates admittens delinquit, ita à licitis abstineat: ergo præceptum est in iis abstinendi à vehementi delectatione, qualis in actu coniugali inuenitur. Atque ideo hanc sententiam tuentur *Magister 4. d. 32. cap. 3.* vbi *D. Thom. q. vn. a. 5. quæstiunc. 2. Albertus Magnus 4. d. 31. ar. 23. Durandus 4. d. 32. q. 1. n. 9. Palud. ibi, q. 1. art. 3. n. 11. & d. 31. q. 3. a. 3. n. 18.* Idque supponit *Supplementum Gabrielis 4. d. 32. q. vn. ar. 2. post 11. conclus.* & tenent *Rainerius 2. p. sum. 1. de matrim. c. 13. Ioan. de Friburgo summ. confessorum, lib. 4. t. 2. q. 42. Gerson 2. p. in compendio Theolog. alphab. 27. lit. P. Carthusian. 4. d. 32. q. 1. quæst 2.* vbi *Celaia q. 2 ad fin. Monaldus in sum tract. de matrim. tit. de effectu matrimonij, vers. Item est alius effectus. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 11. Adrianus 4. q. 14. de matrim. Sylvest. verb. Debitum, q. 11. dict. 1. Tabiena Matrimonium, 3. qu. 8. §. 9. Petrus de Soto lect. 16. de matrim. §. Sequuntur circumstantia. Turrecr. c. Sciatis, 33. q. 4. a. 3. n. 5. Viguer. l. instit. c. 16. §. 7. vers. 10. Veracr. 3. p. specul. a. 17. concl. 1. & 2. Margarita confess. 6. præcept. fol. 85. pag. 2. Matienzo lib. 5. recopil. tit. 1. rubr. gloss. 1. n. 112. Capua 2. p. decis. 1. c. 12. n. 18.* & absque dubio hæc est frequentior sententia. Pro eadem sent. sunt aliqui Iurisperiti, affirmantes culpam esse in his diebus petere, subticent tamen qualis culpa sit. Hi sunt *Gloss. c. Sciatis fine 33. q. 4. Goffred. summ. t. de matrim. contracto contra interdictum Eccl. fin. Ioan. Andr. c. 2. n. 3. de coniug. leprof.* vbi *Anton. n. 11. Henricus n 6. Præpos. rubr. de sponsalibus, nu. 12.* Temperat autem *Veracruz* hanc sent. nisi coniux his diebus petens, patiatur incontinentiæ periculum. At *D. Thomas ea quæstiunc. 2. & q 1. ad 1. Palud. 4. d. 31. q. 3. a. 3. n. 18. Turrecrem. & Viguer. proximè citati*, hanc moderationem minimè admittunt, sed ad alia media confugiendum esse docent.

4 Tertia sententia distinguit, admittitque in præcipuis solemnitatibus, culpam esse venialem exigere. Quia actus coniugalis habet nonnihil indecentiæ, & ineptitudinis ad orationem, cui illis diebus vacandum est. In cæteris

autem festis, publicis supplicationibus & ieiunijs, dicit solum esse consilium abstinere. Ita docent *Sotus 4.d.32 q vn. a.3.concl.2. Ledesma 2.p.4.q.66.a.1.§. Ad hoc dubium. Enriquez lib.11.de matrim.c.16.n.5.* quæ verò dicantur festa solemniora? *Sotus* explicat triplex Pascha, Ascensionem, & ea in quibus fidei articuli celebrantur: & diem Parasceue. *Ledesma*, Pascha, magnas festiuitates: & diem Parasceue. *Enriquez*, triplex Pascha, hebdomadam sanctam: & dies quibus magna mysteria celebrantur.

5 Quarta sententia (cui adhæreo, licet existimem duas præcedentes esse valdè probabiles) ait solum esse consilium quibusuis diebus à copula coniugali abstinere, ac proinde omni culpa vacare tunc exigere. Ducor, quia præceptum de colendis festis prohibet solas operationes externas seruiles, qualis non est debitum petere. Nec finis præcepti, nempe, vt liberius vacetur Deo, cadit sub præceptoauctore *D.Thom.1.2.quæst.96 art.3.ad 2* & multis aliis, quos refert & sequitur *Conarr.c.Alma mater, 1.p.§.5.num.1.* Et confirmatur, quia cum nemo teneatur in diebus festis, aut supplicationum, aut ieiunij orare, ineptum se reddens his diebus feruentiori contemplationi, minimè culpæ reus erit: quasi nulli contraueniens præcepto. Nec in diebus ieiunij tenetur ad aliam carnis macerationem, quam ad eam, quæ ab Ecclesia præscripta est, quæ est abstinentia à pluribus comestionibus & cibis vetitis. Secundò, quia culpa non est, vbi nullius præcepti adest prohibitio: quod hic contingit. Quia præceptum diuinum de colendis festis, minimè interdicit debiti coniugalis exactionem: vt probaui. Nec etiam est præceptum humanum. Nam omnia testimonia relata num.3. inserta in decreto, loquuntur de consilio solo, prout statim referam ex Glossis. Præterea ferè omnia sunt ex sanctis desumpta: quibus (etsi sit contra tot Doctores num.3. relatos) verius est, non ampliorem auctoritatem, quàm auctori tribuendam esse: vnde vim canonis minimè habent quæ in decreto continentur, nisi ex Pontificis aut Concilij generalis decreto desumpta sint. Quod videtur probare *cap. De libello, 20.d.* vbi Leo IV. scribens Episcopis Britanniæ, explicansque quæ vim canonum habeant ad causarum decisionem, retulit canones Pontificios, ac Conciliorum generalium: iisque nil statuentibus, dixit sanctorum dicta magnanimiter esse retinenda: vbi non numerauit inter canones, quibus causa decidenda est, sed inter ea, quæ dirigunt, & magnificienda sunt. Nec probant oppositi illud decreti volumen receptum esse ab Ecclesia tanquam ius continens, quoad omnia in ipso inserta. Nec obstat Pontificem in causis decidendis allegare aliquando decretum. Quia non semper tanquam textus iuris allegatur: sed ad directionem: vt solent Pontifex & Concilium generale sanctorum testimonia referre. Nec debuit auctores hanc partem tuentes, qui dicunt vnicuique Decreti canoni eam auctoritatem reddendam esse, quæ auctori eius tribuitur. Hi sunt *Ripa l.1. num.69. ff.si certum petatur. Maioris 4.d.27.quæst.vlt. §.Dubitatur an vi. Caietan.2.2.q.88.art.8 dub.vlt.§.Ad primum dicitur quod ideo*, vbi *Aragon dub.1.in solut ad 2.fine. Sotus l.7. de iust.quæst.3. art.1. paulo post princip. vers. Haud ergo desunt. Valentia 2.2.disp 6.quæst.6. de voto, puncto 6. paulo post principium*, §. *Hinc sequitur decepterm fuisse.* Cum ergo nulla exigendi debiti his temporibus prohibitio reperiatur, nulla erit culpa exigere. Atque ideo hanc sententiam sustinent *Glossa c.Proposuisti, d.82.verb.Præcepit, & c.Si causa, 33.quæst 4. verb.Concessum, & c.Fratres, eadem quæst.4.gloss vnic. & c.Christiano, eadem quæst.4. verb.Non licet, & verb.A licitis*; vbi omnia testimonia ex illis locis desumpta, ad probandum non esse petendum debitum diebus feriatis aut ieiuniorum, aiunt Glossæ intelligi de consilio. *D.Bonauent.4.d.32.art.3. quæst.2.* quamuis enim in principio videatur asserere esse culpam, tandem in fine concludit id esse de consilio. *Scotus ead.32.quæst.vn.in solut.ad 3. & ibi Ricard.art.3.q.1. Maioris q.1.argumento 3.contra 3.conclus. Guillelm. Borrillong. q.vnica, art.2.conclus 3. Nicolaus de Orbellis q.vn.§ 2. Bassolis q.vn.art.3. Guillelmus Rubion q.2.a.2.fin. Alberic.C.rubr.de sponsalib.n.15. Hieron. de Zenetinis tract. de foro conscientiæ & contentioso, nu. 141.* habetur tom.3.tract.p.2. *Caietan.summ.verb.Matrimonium, c.vlt. de peccatis in vsu coniugij, vers.Septimum caput est. Roscllæ verb.Debitum, n.6. Angelus nu.29. Armilla nu.10. Angles floribus, de matrim.1.p.quæst.G.de obligat.soluendi debitum, art.1. post 3.difficult dub.1. & 2. Pedraza summa præcepto 6.§.18. Palacios 4.d.32.disp.1.fol.711. Barthol. à Ledesma de matrim. dub. 71. §.De temporibus autem sacris. Petrus de Ledesma de matrimonio, q.94.n.7. notab.1. Manuel 1.tom.sum.2. edit.c.245.n.18.* videtur tenere *Victoria summ. de matrim.n.278.* agens enim de accessu in magnis festiuitatibus, ait non esse lethalem, & Sanctos consulere quod melius est: atque ita videtur sentire solum esse consilium abstinere. Atque idem vbi petitur causa prolis, aut vitandi incontinentiam, sentit *Tiraquel.l.15.connubiali, n.21.*

Id tamen apud omnes compertum est, esse culpam le- 6
thalem, petere diebus feriatis in festi contemptum. Quis autem dicatur contemptus, non constat. *Abulensis c.5. Matt. quæst.238.fine. Supplement.verb.Debitum, §.6.* explicant hunc contemptum esse idem, quod non curare. Sed merito contrarium docent *Sylvest. verb.Debitum, quæst.11.dict.1. & verb. Contemptus, §.1. Tabiena Matrimonium, 3. qu.8.§.9. & verb. Contemptus, §.1.* dicentes tunc esse contemptum legis, quando operans efficit contrarium, vt legi contraueniat, & ne illi subiiciatur. Quod in præsenti ita explicant *Adrianus 4. quæst.14.de matrimonio, & Cayna p.1.decision.1.c.12.num.18.* quando exigens debitum eliceret hunc actum, non abstinerem modo licet Deus præcepisset. Adde etiam contemptum esse, si coniux exigeret, quo festum ipsum parui penderet. Qui contemptus nunquam accidet, nisi in hæretico aut infideli.

De redditione etiam debiti controuersia est inter Do- 7
ctores. Quidam enim teste *Glossa 33.q.4. in summ.verb.Quod autem*, asserunt petenti causa libidinis saturandæ in festis, reddendum non esse. Et *Præpositus rubr.de sponsalibus, nu.12.* dicit in magnis solemnitatibus, vt in Paschate, exactum coniugale debitum esse denegandum. Et *Albert.Magnus 4. d.31.art.23.* censet culpam esse venialem reddere, & *Cañedo summ.sacrament.de matrim.cap.8.num.74.* ait excusari coniugem à redditione debiti in magnis solemnitatibus. At verissimum est etiam, retenta sententia asserenti veniale admitti petendo, nullam esse culpam reddere. Quia circumstantia illa temporis non est tanti momenti, vt debitum ex iustitia soluere impediat. Atque ita *Magister, D.Thomas quæstiunc.3. Paludan.4.d.32. quæst.1.art.1.n.11. Supplementum, Enriquez, Veracruz.art.17.ad finem*, quos retuli num.3. quamuis asserant veniale esse petere, dicunt licere reddere. Idem *Albertus Magnus* sibi contrarius, *4.d.31.art.8. Anton.rubr.de sponsalibus, nu.15.* vbi *Alex de Neuo n.23.* Imo quocunque die quantumuis solemni debitum exigatur, tenetur coniux reddere. *Glossa 33.quæst.4.in summ.verb.Quod autem. Palud.4.d.32.quæst.1.a.1.nu.4. D.Anton.3.p.t.1.c.20.§.7. Roscella verb.Debitum, num.5. & ibi Sylvest.q.8. Caiet.sum.verb. Matrimonium, c.vlt.de peccatis in vsu matrimonij, §.Primus est in fine. Gerson 2.p.reg.moralib.tract.de matrim.alphab.25.lit.I. fine, & in compend. Theolog.alphab.27.lit.P. Turrecr.c.Sciatis, 33.quæst.4.a.4.n.6. Tiraqu.l.15.connub.num.111. Petrus de Soto lect.16.de matrim. §.Sequuntur circumstantiæ. Hostiens.relatus n.2. Goffred. Ioan. Andr. Henric. Anton. quos retuli num.3. Cardin. c.2.n.3.de coniug.leprof. Stephan Gaeta repet.c.Ad limina, 30.q. 1.§.4.n.174. Viguer.l.instit.c.16.§.7. vers.10. Ind. Lopez 1.p.instruct.c.83.init. & cap.79.§.Peccat etiam.* Et quamuis aliqui horum præmittendam monitionem censeant: id dicunt, quia existimant exigentem peccare. Cuius contrarium n.5. diximus.

Ad primum argumentum ex propositis num.2. dic, D. 8
Augustinum de consilio loqui: nec in omnibus æquiparare accessum coniugalem, concubinarium que. Ad secundum dic non esse simile. Quia locus consecratur ad sola opera sacra, polluiturque accessu coniugali. Quod non inuenitur in tempore sacro. Ad tertium dic cum *D.Thom.4.d.32. quæst.vn.a.5.quæstiunc.2.ad 1.* non esse puni-

tam

tam eam feminam, eo quod debitum reddiderit: sed quia conscientia erronea existimabat interdictum sibi esse post copulam interesse diuinis, & contra conscientiam interfuit. Ad 1. ex n. 3. propositis. Ad *c. Proposuisti*, dic cum *gloss. ibi, verb. Præcepit*, capi pro persuasit, & ad *c. Fratres*, dic cum *gloss. vn.* ibi esse consilium, & ad *cap. Si causa*, dic idem cum *gloss. ibi, verb. Concessum*, & ad *c. Christiano*, dic cum *gloss. ibi, verb. Non licet*, capi pro licere, pro non expedire. Quod manifestè colligitur ex eodem D. August. statim subiungente à licitis tunc abstinendum esse. Ad secundum constat ex dictis n. 5. vbi probauimus testimonia illa sanctorum non habere vim canonis: & esto haberent, loquuntur de consilio. Ad tertium & quartum dic, vacare orationi & carnis macerationi esse finem præcepti, qui sub præcepto minimè est: vt dixi n. 5.

DISPVTATIO XIII.

Vtrùm vacare actui coniugali, die qua recipienda aut recepta est Eucharistia, culpa sit?

SVMMARIVM.

Nunquam ex hac causa est mortale, & proponuntur difficultates disputandæ, n. 1.
Circa culpam petitionis debiti ante communionem, referuntur duæ sententiæ, n 2. & 3.
Indecens est post copulam coniugalem accedere ad Eucharistiam, n. 4.
Est culpa nulla, vbi petitum est causa prolis, licet in actu venialia misceantur, n. 5.
Idem, vbi causa vitandæ fornicationis, n. 6.
Quando causa voluptatis est veniale, n. 7.
Quæ causa excusent, n. 8.
an coniux à redditione debiti excusetur, eo quod ea die excommunicatus sit, n. 9.
Soluuntur argumenta, & exoditur cap. Sciatis, 33. q 4. & plus obstat communioni copula coniugalis, quam pollutio inuoluntaria, n. 10.
An coniux reddens arceatur ea die à communione? Refertur quædam opinio, n. 11.
Sententia Auctoris, n. 12.
Non est opus triduum aut amplius intercedere post pollutionem aut copulam, n. 13.
Quanta debeat esse mora? Referuntur varia placita, n 14.
Opinio Auctoris, n. 15.
An sit veniale post Eucharistiæ sumptionem petere debitum? Refertur sententia affirmans, n 16 Contraria verior, n. 17.

1 SATIS confusè loquuntur Doctores: Immiscent enim petere & reddere: & tempus præcedens, ac communionem subsequens: moramque qua post copulam abstinendum sit. Ideo claritatis gratia Quatuor difficultates disputandæ sunt. Primò, de petitione debiti ante communionem. Secundò, de redditione. Tertiò, de mora temporis inter concubitum & cõmunionem. Quartò, de exactione debiti, & redditione post communionem. Hoc tamen quasi certum est supponendum, minimè culpam lethalem admitti ob Eucharistiæ receptionem post copulam coniugalem. Quia nihil sub culpa mortali eam impedit, nisi capitale peccatum, aut excommunicatio: actus autem coniugalis est de se licitus, & ad summum erit venialis defectu alicuius circumstantiæ. Quare minus bene *Alex. de Neuo rubr. de sponsal. n. 28.* ait sumentem Eucharistiam peccare mortaliter exigendo.

2 Prima ergo difficultas est, An venialiter delinquat debitum exigens die qua Eucharistiam sumpturus est? Quia in re aliqui existimant absolutè culpam esse venialem. Ducuntur primò, quia *D. Hieron. in apolog. ad Pammach. pro libris contra Iouinian.* sic inquit: *Illorum conscientiam conuenio, qui eodem die post coitum communicant.* Et *idem l. 1. contra Iouinian.* asserit ad munditiam corporis Christi omnem coitum esse immundum. Et idem in quodam sermone in vigilia Paschatis de esu Agni, & refertur *c. Si sciatis, 33. q. 4.* sic inquit: *Quicunque vxoris debitum reddit, vacare non potest orationi, nec de carnibus Agni comedere debet. Item si panes propositionis ab iis, qui vxores suas tetigerant, comedi non poterant, quanto magis panis, qui de cælo descendit, non potest ab his, qui coniugalibus paulo ante basiorum amplexibus, violari atque contingi.* Secundò, quia actus meritorius, & sub lethali obligans, arcet quandoque ab altaris ministerio, propter indecentiã, vt si iudex homicidam suspendat. Nil ergo mirum, si actus licitus debitum exigendi, ac meritorius, obstet propter indecentiam sumptioni Eucharistiæ. Tertiò, quia si quando culpa venialis admissa ratione voluptatis intentæ, exigere debitum impedit sub venialis sumptionẽ Eucharistiæ, idem prorsus dicendum erit, quando culpa nulla fuit in ea exactione, sed ad debitum finem relata est. Quia culpa venialis non obstat: vt constat. Euagatio autem mentis, & hebetudo ad spiritualia, eadem est in vtroque concubitu: absorbet enim mentem nimia illius voluptas, quocunque fine exerceatur. Quartò, quia Oza (vt refertur *2. Reg. 6.*) à Deo percussus est, quod arcam tetigerit. Cuius rationem Hebræi reddunt, quoniam illa nocte ad vxorem accesserat. A fortiori ergo culpa erit ad Eucharistiam post copulam coniugalem accedere. Ideo hanc sent. tuentur ex Theologis, *Alensis 2. p. q. 166. membro 2. ad 3. ex argumento priori loco proposito. Mayronis 4. d. 32. q. vn. fin. Abulens. c. 5. Matth. q. 238. Timotheus Alexand. in suis responsionib. 5. & 13. Nicolaus Plouc tract. sacerdot. c. de cautelis circa Eucharistiam. Caiet. sum. verb. Communio, c. 1. de quatuor requisitis ex parte sumentis, in 4. requisito. Victoria sum. de matrim. n. 278. Sotus 4. d. 32. q. vn. a. 3. post 2. concl. vers. Vnum tamen. Petrus de Soto lect. 16. de matrim. §. Sequuntur circumstantiæ. Ledesma 2. p. 4. q. 66. a. 1. §. Dubitabis tamen. Metina lib. 1. sum. c. 14. §. 42. f. 207. pag. 2. & seq. Veracruz 3. p. spec. a. 17. concl. 2. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 11. §. Insuper propter, & c. 80. §. Verum licet. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 71. §. De temporibus autem sacris. Petr. de Ledesma de matrim. q. 64. a. 7. notab. 2. Emmanuel Sa sum. verb. Debitum coniugale, fin. Vivald. candel. sacram. 1 p. de matrim. nu. 263. Manuel* explicans, licet debiti exactio sit meritoria, *2. to. sum. 2. edit. c. 65. n. 2.* Et ex Iurisperitis, *Gloss. c. Sciatis, 33. q. 4. v. Debeamus, & c. Proposuisti, verb. Præcepit, d. 82. Tabiena verb. Communicare, qu. 37 §. 43. Armilla v. Communio, n. 5. Matienzo l. 5. recop. t. 1. rubr. gloss. 1. n. 112.*

Alij autem censent nullam esse culpam. Probatur pri- 3
mò, quia pollutio inuoluntaria, in qua reperitur sola culpa venialis, tantum de consilio impedit Eucharistiæ sumptionem, iuxta veriorem sententiam: quam vltra alios defendit *Couar. clem. Si furiosus, de homicid. p. 3. init. nu. 7.* ergo à fortiori solum consilium erit abstinere post copulam coniugalem, quæ actus licitus est, à sumptione Eucharistiæ. Secundò, quia actus ille cùm licitus ex se sit, non impedit: nec si in eo interfit deordinatio aliqua venialis, satis est ad impediendum. Atque ita tenent *Bassolis 4. d. 32. q. vn. a. 3. Angel. Eucharistia, 3. n. 30.* explicans, licet sit concubitus ille culpa venialis. *Victoria sum. de Eucharistia, n. 81. Capua p. 1. decision. l. 2. c. 85. n. 9* fauentque *Nauar. summ. c. 21. n. 51 Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 3. c. vlt. fine*, vbi dicunt de honestate sola debere abstinere, nec peccare saltem plus quam venialiter.

Prima tamen conclusio est. Conuenientissimum est post 4
copulam coniugalem, siue petendo siue reddendo exercitam, abstinere ea die à communione, idque consulendum est, nisi iusta aliqua causa oppositum suadeat. Hæc conclusio ab omnibus admittitur constatque. Quia in Conc. Eliberit. & refertur *de consecr. d. 2. c. Omnis homo*, consulitur vt Eucharistiam sumpturus tribus aut quatuor aut octo diebus præcedentibus à copula coniugali abstineat, & *D. Aug. serm. 216. & 244. de temp. tom. 10.* per totam quadragesimam non accedere ad vxorem constituit communicaturo in Paschate. Idemque probant Sanctorum testimonia n. 2. relata, & *Ioseph. l. 17. antiq. c. 8.* scribit Matathiam sacerdotem Hierosolymis die quadam solemni à sacrificio abstinuisse, quod nocte præcedenti vxorem cognouisset.

Secunda conclusio. Si debitum petitum sit recto fine, 5
vt causa prolis, nulla est culpa ad Eucharistiam ea die accedere, sed solum est consilium abstinere, suoque iudicio is coniux est relinquendus, vt pro ratione impedimenti, aut spiritualis affectus, quem in se senserit, aut communicet aut abstineat. Hanc conclusionem tradit *D. Gregorius resp. 10. ad interrogat. D. Augustini*: & refertur *c. Vir cum*

propria

propria,33.q.4. ibi: *Si quis suæ coniuge non cupidine voluptatis captus, sed solum liberorum creandorum gratia vtitur, de sumendo corporis Dominici sanguinisq; mysterio suo est relinquendum iudicio. Quia à nobis prohiberi non debet accipere.* Vbi *gloss. verb. Prohiberi,* ait id est dissuaderi. Eandem docent *Alens. 4 p.q.47. membr.2. vers. Ad illud quod obiicitur. Alb. Magnus 4.d.32.a.11. D.Tho.3.p.q.80.a.7. ad 2. D.Bonauent.4.d.12.a.2.q.3.ad fin.n. 90. Paludan.4.d.9.q.4.a.2.n.13. Gabr lectura 10.in canon. Missa.lit.N. vers.De prima obiect. Gerson 2.p. tract. de præparat. ad missam, & pollutione nocturna, consider.8 alphab.37 lit.Z. Adrianus 4.de Eucharistia, quæst. Restat iam videre an propter corporalem immunditiam,in solut.ad 2.rationem. Turrecrem.c.1.d.6.n. 4.in solut.ad 2.D. Antonin.3.p.t.13.c.6.§.10. Rosella verb. Communicare,n.8. Syluest.Euchar.3.q.21.§.13. Caribus.4.d.32.q.vn. fin. Soto* sub dubio, dicit enim fortè non esse veniale *4.d.12. q.1.a.7.ad fin. Ant.Cucus l.5.initit.maior.t.5.n.215 Ledesma 1.p. 4.q.21.a.7.dub.4.fin. Suarez 3.p.q.80 art.8.disp 68.sect.2.ad fin.Barth.à Ledesma dub.24.de Eucharistia,concl.2 ad fin. Angles florium 1.p de matrim. q 6.de oblig. soluendi debitum, a.1.post 5. diffic.dub.2. & Lud.Lopez 2.p.instruct.de Eucharistia,cap.76.§. Porro quoniam. Beja sum.casu 8.* Et in hac conclusione conuenimus cum DD.2.secundæ sententiæ,n.3.relatis. Et ratio est, quia licet in copula coniugali intercedat voluptas & corporalis immunditia, cùm hæc accidant ob bonum prolis, quod est rectus finis & volitus à Deo, rationi illi indecentiæ præponderat, vel certè illam adæquat, compensatque bonum, ac honestas prolis. Et credo veram esse hanc conclusionem, licetin copulæ progressu misceantur aliqua venialia, seruato tamen debito fine. Quia adhuc permanet bonum prolis intentum præponderans, aut adæquans: & cum difficillimum sit in medio ignis minimè ardere, vitareque in eo actu culpam venialem, non ob id arcendus est coniux ne communicet. Atque in hoc euentu admitto sententiam Angeli n.3.relatam.

6 Imò idem existimo, vbi finis concubitus non esset proles, nec voluptas: sed incontinentiæ periculum cuitare. Quia ad summum est culpa venialis in fine, & cùm voluptas minimè dominetur, sed continentiæ, seruandæque fidei matrimonialis amor, non ita mens absorbetur, inueniturque ratio præponderans, vel saltem adæquans, & compensans. Atque ita docent *Maior 4.d.32.q.1.argum.3. contra 3 conclus.* explicans, licet habeatur copula ad vitandam in coniuge petente incontinentiam, *Gerson num.præcedenti citatus.*

7 Tertia conclusio. Debitum coniugale exigens ex nimia carnis concupiscentia, & voluptatis capiendæ gratia, regulariter culpam venialem admittit accedens post eam copulam ad Eucharistiam. Quia oritur magna distractio, mentisque hebetudo, deficienti bono præponderante, aut compensante, & certè saltem in hoc euentu intelligenda sunt sanctorum testimonia, n.2.relata, & *D.Greg.n.5 allegatio*, solum vbi causa prolis fuit petitio, admisit petentem suo iudicio relinquendum esse. Hanc tenent omnes DD. nu.2.citati, *D.Thom. D Bonauent. Palud Gabr D. Antonin. Rosella, Syluest. Turrecrem. Soto, Ledesma, Ant. Cucus, n.116. Suarez, Barth.à Ledes.n 5.allegati. Lud. Lopez, Beja ibi etiam relati.*

8 Quarta conclusio. Possunt aliquæ iustæ causæ adesse, quæ indecentiam illam refarciant, atque ita nulla sit culpa accedere tunc ad Eucharistiam. Conueniunt in hac omnes DD. Prima causa est, magna festi solemnitas, in qua est decentissimum ad Eucharistiam accedere. *Tabiena verb.Communio, qu.37.§.43.* Secunda est, si dies sit iubilei, exigatque communionem, quo comparetur. *Enriquez l.8. de Eucharist.c.51.n.5.* Tertia est, specialis deuotio, præparatioque ad communionem. Sic *Lud. Lopez 1.p.instruct. c.11. §.Insuper propter. Rosella & Syluest.num 5.allegati. Armilla verb. Communio,n.5 Mutinal.1.sum.c.14.§.42. Barth.à Ledesma dub. 24 de Eucharistia,concl.2* Quarta est, nota aliqua ex eo quod communio omittatur, vt si sit femina, famaque videntes ipsam confiteri, ac minimè communicare, aliquid mali suspicabuntur. Similiter si sit vir, solitusque frequenter confiteri, & quoties confitetur, Eucharistiam suscipere, notabuntque famuli qui ipsum comitantur, tunc fassum esse, & ab Eucharistiæ abstinuisse. Tandem, cum in perceptione Eucharistiæ post talem copulam sit ad summum culpa venialis, & adhuc sub iudice sit num ea interfit, existimo non nimis rem hanc constringendam, nec vrgentissimam causam expectandam, sed mediocrem sufficere, quo coniux communicans à veniali culpa excusetur.

Id tandem animaduertendum duco, minimè eximi 9
coniugem à debiti reddendi obligatione, eo quod illa die Eucharistiam recepturus sit. Quia obligatio hæc ex ipsa iustitiæ lege oritur, nec inuenitur ius aliquod hunc casum excipiens. Quo argumento vsus est *Alexander III.c.2.de coniug leprof.* ad probandum coniugi leproso reddendum esse. Atque ita docent *Alensis 2.p.q.47.membr.2 vers. Ad illud quod obiicitur. Ricard. 4.d.9.a.2.q.3.fin.* vbi *Paludan.q.5.art.2.n.14. Guilelm.Borrilong.ib. q.vn.a.2.concl.9. Caiet.sum.verb. Matrimonium,c.vlt.§.Primum est, in fin. Petrus de Soto lect.16.de matrim.§.Sequuntur circumstantiæ. Enriquez.l.8.de Eucharist.c.51. n.3. Suarez 3 p.q.80.a.8.disp.68.sect.2.§.2. intelligitur.t.ad Lopez 1.p.instruct.c.8 3.init.* vbi bene addit cum *Soto 4.d.32.qu. vn.a.3.post 2 concl. vers. Verum tamen,* debere coniugem antequam reddat, petitione honestis ac moderatis precibus & excusationibus repellere. Non tamen existimo ad id teneri: imò aliquando non erit sanum consilium, quod circumstantiæ occurrentes docebunt, quando expediat, nec ne. Insuper ex Iurisperitis tenent idem *Gloss.c.Omnis homo, verb. Abstinere, de consecr.d.2* vbi & *Turrecrem.n.3. cad gloss t. Proposuisti, verb. Præcepit, d.82. Alex.de Neuo rubr. de sponsal.n. 28. Angel.Eucharistia,3 fin. Nauar.sum. hisp.c.16.n.24.* Quare audiendus non est *Cañedo sum.sacram.tract.de matrim.c.8 n. 75.* excusans coniugem à debito reddendo, quando communicaturus est.

Ad primum argum. ex propositis num.2.dic, duo priora 10
testimonia intelligi, aut de consilio, aut certè de culpa veniali, quando præcessit debiti petitio causa voluptatis. Ad *c.Sciatis*, respondet *D.Thom 4.d.32.q.vn.a.1.ad 1.* sermonem ibi esse de Ecclesiæ ministris coniugatis, quales sunt Græci, quibus interdictum est celebrare die, quia ad vxores accedunt. Vel die cum *Archid.cod c.Sciatis,n.vn.* id esse consilium. Ad secundum negandum est consequ. Quia id in ministris altaris institutum est ob maximam illius muneris dignitatem: sicut etiam ipsis coniugium interdicitur. At in petitione debiti coniugalis id non reperitur prohibitum respectu Eucharistiæ recipiendæ. Ad 3. constat ex dictis num.5.& 7. nam in priori casu non est tanta mentis euagatio, adestque bonum præponderans aut compensans. In posteriori autem illa est maior, & hoc desideratur. Ad 4. dic non eam fuisse causam, sed quia cùm sacerdos minimè esset, temere arcam tetigit, quod solis sacerdotibus permittebatur. Sic *D.Thomas 4.d.19.q.2.art.2.quæstiunc.3.ad 3.* Vel teste *Abulens.2 Reg 6.quæst.10.* quod modica reuerentia, & quasi rem profanam, arcam tetigerit. Ad 1. ex propositis n.3. dic, maiorem obstandi rationem inuenire in actu coniugali, quàm in pollutione inuoluntaria: vt bene docent *Suarez & Enriquez num.præced.relati.* Quia est actus voluntarius, & in potestate hominis constitutus, ac proinde magis mentem absorbet, & à spiritualibus auocat. Ad 2. dic nec solum actum coniugalem, nec solam culpam venialem obstare, sed vtrumque: quia nullum adest tunc compensans bonum, euagationem mentis ex copula consurgentem, vt explicui n.7.

Secunda difficultas. An coniux reddens debitum te- 11
neatur sub veniali, ea die à communione abstinere? Affirmant aliqui. Quia is accessus licet debitus, non minus mentem à spiritualibus auocat, ipsamque absorbet, quàm debiti spontanea petitio. Ita videntur sentire *Caietan sum. verb. Matrimonium,c.vlt.§.Primum est, in fine. Tabiena verb. Communicare,q.37.§.43. Victoria sum de matrim.n.278.* generaliter enim ac indistinctè dicunt esse venialem culpam post concubitum vxorium communicare. Et docent in terminis *Ledesma 2.p.4.q.66.a.1.§. Dubitabis tamen. Manuel 1.tom. sum.2.edit.c.65.n.2.*

Cæterum

12 Cæterum dicendum est nullam esse culpam, quamuis optimum consilium sit tunc abstinere, iuxta dicta num. 4. Quia adest bonum satisfaciendi iustitiæ debito, quo voluptas illa coitus, & mentis euagatio inde orta præponderatur, vel certè adæquatur: ac per hoc constat solutio argumenti contrarij. Quare is coniux suo iudicio relinquendus est, sicut num. 5. diximus de petente causa prolis: imo à fortiori de coniuge reddente id fatendum est: ille enim actum spontaneum, hic verò necessarium exercet. Atque ita docent *D. Thom. D. Bonau. Paludan. Gabr. D. Anton. Rosella, Sylvest. Suarez, Bart. à Ledesma*, quos n. 5. retuli, *Alensis 2. p. q. 166. membr. 2. ad 3. ex argum. priori loco proposito: & membr 3. ad 3. Albert. Magnus 4. d. 32. a. 12. & ibi Carthusian. q. vn. fin. Bassolu q. vn. a. 3. Gloss. c. Sciatis, 33. q. 4. verb. Non potest, & verb. Debemus, & ibi Turrecr. a 6. n. 9. & idem Turrecr. c. 1. n. 3. ad 2. d 6. Astensis sum 2. p. l. 8 t. 10 art 4. q. 1. Adrian. 4. de Eucharistia, q. Restat videre an propter corporalem immunditiam, in solut. ad 2. rationem. Gerson 2. p. tract. de præparat. ad missam, considerat. 8. alphab. 37 lit. Z. Sotus 4. d. 12. q. 1. a. 7. ad fin Maioris 4. d. 12. q. 1. argum. 3. contra 3. concl. Veracr. 3. p. spec. art. 17. ad fin. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 243. n. 18. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 80. §. Verum licet. Capua p. 1. decis. l. 2. c. 83. n. 9.*

13 Tertia difficultas. Quanta temporis mora præscribenda sit, vt post coitum coniugalem decenter ad Eucharistiam accedatur, & absque culpa veniali, casu quo culpa est accedere? Illud tanquam certum supponendum est, moram de qua meminit *Concilium Eliberitan. & D. Augustin.* quam n. 4. retuli, non esse necessariam, sed tãtum sub consilio: at que id fatentur omnes citandi DD.

14 Varia ergo tempora præscribuntur. Quidam viginti quatuor horarũ spatium à copula transactum esse petunt. Quia *Leuit. 15. & Deuteron. 23.* id tempus destinatur prolustrationi polluti: eoque spatio ex ipso iam non censetur moraliter præsens ea immunditia. Atque ita agentes de nocturna pollutione tradunt *Alensis 4. p. q. 47. memor. 1. a. 1. corp statim in princ. D. Thomas 4. d. 9. q. vn. a. 4. quæstiunc. 2. corp. fin. Alb. Magnus 4. d. 22. a. vlt. Angles floribus 1. p. de Eucharistia, q. 2. de suscipientium eam, a. 5. init. concl. 3. Turrecr. c 1. n. 7. d 6. &* sub dubio *Palud. 4. d. 9. q. 3. art. 1. n. 11.* & quando copula est peccatum mortale, docent idem *Angelus Eucharistia, 3. n. 29. & Nauar. sum. c. 21. bisp. n. 50 latin. n 51. & c. 25 bispan. n. 93.* Alij verò tantam deliberari moram negant. Quia nulli solido fundamento innititur. Sic *D. Anton. 3. p. tit. 13 c. 6. §. 10. fin. Angel. Eucharistia, 3. num. 29.* limitans vbi copula non est mortalis. *Adrianum 4. tract. de Eucharist. q Restat tam videre an propter corporalem immunditiam, in solut. ad 3. principale. Sotus 4. d. 12. q. 1. a. 7. ad fin. vers. Quod si quæras. Petr. de Ledesma sum. de sacramentis, tract. de Eucharistia, c 13. concl. 1. fin* & sub quadam disiunctione idem docent *Paludan. & Victoria*: vt statim referam. Non tamen inter hos cõuenit quanta debeat esse mora. Quidam existimant sufficere vt copula non accidat intra eundem diem naturalem à media nocte incipientem. Ita agentes de pollutione nocturna tradunt *Adrianus, D. Anton. Angel. proxime citati, & Palud. 4. d. 9 q. 3. a. 1. n. 11.* sub disiunctione id dicit; ait enim eam impedire, si citra mediam noctem accidat, vel fortè si intra viginti quatuor horas. Idem videntur tenere alij DD. qui explicãtes quando communio post actum coniugalem culpa venialis sit, dicunt id contingere, quando ea die habitus est. Ita *Caiet. sum. verb. Communio, c. 1. de requisitis ex parte sumentis, in 4 requisit. Nauar. sum. c. 21. n. 51. Ant. Cucus l. 5 instit. maiorum, tit. 5. n. 116. Veracr. 3. p. speculi, a. 17. concl. 2. Barth à Ledesma dub. 24. de Eucharistia conclus. 2. ad fin.* Alij explicant, quando pridie communionis copula coniugalis habita est. Sic *Medina l. 1. sum. c. 4. §. 42. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 65. n. 2. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 71. §. De temporibus autem sacris. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 11. §. Insuper propter.* Tandem alij explicant, quando nocte præcedenti exercita est copula coniugalis. Ita *Victoria sum. de matrim. n. 278. Sotus 4. d. 32. q. vn. art. 3. post 2. concl. vers. Vnum tamen. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 243. nu. 18.* & de pollutione mortali dicit disiunctiuè *Victoria summ. de Eucharistia, num. 81.* abstinendum esse post illam, vsque ad diem sequentem, vel vsque ad viginti quatuor horas.

15 Sed existimo certam moram præscribi minimè posse. Quia cum mentis euagatio, & hebetudo ex pollutione, aut ex copula consurgens, impedimenti illius Eucharistiæ suscipiendæ causa sit, alij autem tardius, alij citius ea expulsa sese colligant, ad pristinamque mentis tranquillitatem redeant, ea potius regula statuenda est, vt quamdiu mentis illa euagatio perseuerat, duret impedimentum & indecentia, cessanteque illa, cesset. Atque ita docent *Gabr. lect. 10. in can. Missa, lit. M. vers. Tertium ostenditur. Gerson 2. p. tract de præparat. ad missam, & pollut. nocturna, consid. 7. alphab. 37 lit. T. Maior 4. d. 9. q. 2. ad fin. Suarez 3. p. q. 80. a. 8. disp. 68. sect. 2. §. Secundò dicendum est.* Credo tamen nunquam transacto viginti quatuor horarum spatio, imò si nocte præcedenti non habita sit copula, hac ratione abstinendum esse ab Eucharistia. Quia iam moraliter non censetur præsens, nec tamdiu mentis euagatio durare solet: minor tamen mora sufficiet in iis qui facilius se colligunt: ad quod principaliter attendendum est. Aliqualem autem temporis moram præscripsimus: quia nonnulli scrupulis agitati se pacato animo, & à perturbatione vacuo esse non arbitrabuntur. Alij verò ea sunt mentis euagatione, ac ita rebus secularibus implicati, vt nunquam ad se redeant, quare est necesse his aliquam moralem præscribere moram, seruata regula vt principaliter attendatur, si reliquiæ illæ pollutionis ac copulæ maneant adhuc, nec ne.

16 Quarta difficultas. An post communionem liceat ea die petere debitum? (de redditione enim diximus nu. 9. in omni tempore eam licitam esse, ac obligare.) Quidam censent esse culpam venialem. Videtur enim indecens ea die non abstinere. Ita *Angelus verb. Eucharistia, 3. fin. Vinald. candel. sacram. 1. p. de matrim. n. 263. Beja sum. casu 8.* & videntur tenere *Palud. 4. d. 9. q. 3. a. 2. concl 3. n. 14. D. Antonin. 3 p. t. 13. c. 6. §. 10. Sylvest. Eucharistia, 3. q. 11. §. 13. Turrecrem. c. Sciatis, 33 q. 4. n. 11.* vbi dicunt die communionis exigendum non esse debitum, at non esse culpam mortalem: additque *Paludan.* licet causa prolis petatur: cuius contrarium docet *idem Turrecrem. c. Omnis homo. de consec. d. 2. nu. 3.* asserens ob delectationem peti non posse ob sacramenti reuerentiam, secus causa prolis. Idem videntur tenere *Anton. rubrica de sponsal. n. 16. & ibi Alex. de Neuo n. 28.* dicunt enim recipientem Eucharistiam, licitè reddere, non tamen exigere: & apertè loquuntur post communionem. Quia immediatè tractauerant de communicaturo.

17 Verius tamen existimo, nullam esse culpam, quamuis sanum consilium sit ob Eucharistiæ reuerentiam abstinere. Quia nullibi inuenio prohibitionem, nec indecentiam, quæ culpam constituat, & ita sentiunt *Tabiena verb. Communicare, q. 37. §. 43. Victor. sum. de Eucharistia, n. 81.* videtur tenere *Nauar. sum. c. 21. n. 51.* & clarius *sum. bisp. eod. c. & n.*

DISPVTATIO XIV.

Vtrùm ratione excommunicationis vtriusque vel alterius coniugis reddatur copula coniugalis illicita?

SVMMARIVM.

Quot sint quæstiones disputanda, n. 1.
Vxor potest participare cum viro excommunicato, n. 2.
Nil refert, si tempore initi matrimonij nouit ipsum esse excommunicatum. Vel si ipsa pariter sit excommunicata, n. 3.
An possit in omnibus rebus participare cum viro excommunicato, n. 4.
Quid in diuinis, n. 5. Et quid, si vir sit excommunicatus cum participanti us, n. 6.
An possit excommunicans interdicere vxori participationem cum viro, num. 7.
Quid, si sit sponsa de præsenti aut futuro, n. 8.
Quid, si excommunicatio lata sit in causa matrimonij, quia illicitum est, n. 9.
An vxor participans in crimine cum viro excommunicato, incurrat excommunicationem, n. 10.
Quid si diuortium sit, n. 11.
An possit participare cum excommunicatis, cum quibus vir communicant.

nicat, vt si vir excommunicatum inuitet, possit vxor eidem interesse mensæ, n. 12.
An vxor teneatur participare cum viro excommunicato, n. 13.
An vir possit participare cum vxore excommunicata? Refertur duplex sententia, n. 14 & 15.
Sententia Auctoris, n. 16 & ibi, si vir negligat vxorem corrigere, an peccet, & incurrat excommunicationem minorem? Et lex vtens verbis gratia frequentioris vsus, non excludit casus similes.
Soluuntur argumenta, & enodatur c. De filia, 17. q. 1. n. 17.
An coniux non excommunicatus possit petere debitum, & teneatur excommunicatus reddere, n. 18.
An excommunicatus possit petere? Refertur quadam sententia, n. 19.
Sententia Auctoris, n. 20.
An excommunicato petenti teneatur alter reddere, n. 21.
Quid, si vterque sit excommunicatus, n. 22.
An coniux excommunicatus possit petere coniugem, quo spoliatus est? Refertur quadam sententia, n. 23.
Sententia Auctoris, n. 24.
An vxor possit datem repetere à viro persistente in excommunicatione, n 25.

1 PRæmissis aliquibus, quæ certiora sunt: quatuor breuiter quæstiones disputabo. Prima est, an vir possit cum vxore excommunicata participare. Secunda, an coniux excommunicatus possit debitum exigere. Tertia, an possit petere coniugem, quo spoliatus est? Quarta, an propter viri pertinaciam in excommunicatione persistentis possit dos repeti?

2 Prima conclusio. Vxor minimè tenetur abstinere à participatione cum viro excommunicato. Hæc admittitur ab omnibus, & habetur expresse, *c. Quoniã multos, 11. q. 3.* quod est Gregorij VII. ibi: *Quoniam multos pro causa excommunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorantia, partim simplicitate, partim timore, partim etiam ex necessitate. Denicis misericordia ab anathematis vinculo hos subtrahimus, videlicet vxores.* Et *in vers. celebri relato à Glossa, c. Cum desideres, de sent. excommun. verb. Pœnam*, continenti casus in quibus excusatur participans cum excommunicato, clauditur hic in particula, Lex quam vniuersi de lege matrimonij explicant.

3 Nec refert, si vxor tempore, quo virum duxit, ipsius excommunicationem norit nec ne. Vel si vxor pariter sit excommunicata. Potest enim in vtroque euentu, hoc priuilegio frui. Quia textus non distinguit: & ratio in ipso tradita, ne animæ pereant, dum coniuges cohabitantes, & tam arcto vinculo constricti, necessitate quasi coacti, participant, in vtroque euentu locum habet. Atque ita docet *Vgolinus de excomm tab. 2. c. 23. §. 6. n. 1.*

4 Hæc autem communicatio vxori permissa cum viro excommunicato non tantum est in debiti coniugalis petitione & redditione: sed & in omnibus aliis humanis obsequiis ac commercio. Quia omnis participatio cum excommunicato interdicta est, *c. Sicut Apostoli, cum multis sequent. 11. q. 3.* à qua regula ibi, *c. Quoniam multos*, vxor generaliter & indistinctè excipitur. Quare non est cur coerceatur ab aliqua viri communicatione abstinere: eo vel maximè, quod cum ius non distinguat, nec nos distinguere debemus, *l. De pretio, ff. de Publiciana.* Et ita sentiunt *Hostiensis sum. t de sent. excomm. §. Quæ sit pœna participantium, n. 15. vers. Lex excusat. Palud. 4. d. 18. q 6 a. 2. n. 3. Gabriel ibi, q. 3. art. 1. notab. 3. Turrecr. d. c. Quoniam, paulo post princ. Nauar. sum. bisp. c. 28. addit. ad n. 27. c. 27 Enriquez l. 13. de excomm. c. 22. n. 2. Vgolinus relatus n. præced. Manuel 1. tom. sum. 2. edit c. 82. n. 13. Petrus de Ledesma summ. sacram c. 7. de excomm. casu 2. Vivald. candel. sacram. p. 2. de excommun. n. 100. Emmanuel Sa summ. verb. Excommunicatio, c. 1. ad fin. vers. Excusant communicantem.* Et neminem de hoc dubitantem vidi.

5 Imo eadem ratio probat in diuinis etiam esse licitam eam participationem. Cum generalis sit exceptio, vt vxor minimè comprehendatur sub præcepto participationem cum viro excommunicato interdicenti. Quod sustinent *Nauar. Enriquez. eo. n. 2. in comment. lit. I. Emmanuel Sa n. præced. allegati.* Et fauent *Turrecrem. & Vivaldus ibi allegati*, docent eam generaliter in omnibus participationem esse permissam. Et mihi valdè placet, quamuis non me lateat oppositum probari à *Cajet. sum. verb. Excommunicatio, ad fin. c. Participatio cum excommunicatis quibus casibus permittatur. statim in princip. & Armilla eod. verb. n. 44.* dum dicunt extra diuina licere participationem cum excommunicato, in casibus contentis in eo versiculo: *Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.* Quod dicit esse tutius *Enriquez lib. 13. de excommun. c. 22. n. 3. fin.*

6 Neque iudice excommunicante virum, & cum eo participante, censebitur vxori interdicta participatio. Quia ea sententia solos ligat eos, qui extra casus permissos communicant. Sic docent *Socin. c. Inter alia, n. 69. & n. 125. de sent. excomm. Vgolin de excomm. tabul. 2. c. 23. § 6. n. 3.*

7 Posset tamen iudex excommunicans, ob viri pertinaciam interdicere vxori participationem cum viro, non quoad debitum coniugale, quæ obligatio ex ipso iure naturæ consurgit: sed quoad humanum conuictum, ne, videlicet, cum ipso loquatur, aut eidem mensæ adsit, &c. Ita *Palud. 4. d. 18. q. 6. a. 2. n. 6.* vbi *Gabr. q. 3. a. 1. notab. 3. ad fin.*

8 Vtrum autem hoc priuilegio gaudeat sponsa de præsenti respectu sponsi excommunicati, non constat. *Vgolinus de excommun. tabul. 2. cap. 23. §. 6. num. 4.* negat. Ducitur, quia *c. Quoniam multos, 11. q. 3.* concedens hoc priuilegium, de vxore loquitur, cuius appellatione sponsa non continetur, *l. Si qua, §. 1. & seq. ff de ritu nupt.* Præterea, quia sponsa cum sponso non excommunicato habitare non potest: vt cauit *Trident. sess. 24 c. 1. de matrim. vers. Præterea eadem sancta Synodus*: nedum cum excommunicato. Sed quamuis id de sponsa de futuro libenter admittam: at vbi sponsa est de præsenti, contrarium approbo. Tum, quia in fauorabilibus, quale est decretum excipiens vxorem, cum ad vitanda animarum pericula editum sit: vxoris nomine, sponsa de præsenti venit (vt probaui lib. 1. num. 3.) Tum etiam, quia per matrimonium nondum consummatum facta est mutua corporum traditio inter coniuges, & ad cohabitandum aliaque obsequia sibi astricti sunt, atque ideo si à participatione arceantur, maximo expositi sunt periculo: cuius euitatio fuit decisio *d. cap. Quoniam multos*: vt ibi habetur. Nec est verum Tridentinum eo in loco interdicere sponsis de præsenti cohabitationem, sed solum monet ne ante benedictiones in templo susceptas cohabitent: quare id vel solum consilium est, vel ad summum, vbi causa iusta deficeret, esset veniale, si consummarent tunc matrim. at potest esse sponsa de præsenti, nondum cognita, post dictas benedictiones. Quare ergo ab ea participatione arcebitur? Et ideo sentio eodem priuilegio gaudere sponsam de præsenti respectu sponsi excommunicati, etam nondum benedictionibus Ecclesiæ susceptis. Non enim à cohabitatione & mutuis obsequiis tunc arcentur, sed à copula, ad summum, & hoc si causa iusta absit: imo nec tunc sub culpa aliqua, vt probaui lib. 3. disp. 12. numero 7. vbi dixi etiam esse consilium aliquando consummare.

9 Secunda conclusio. Aliqui sunt casus, in quibus non licet vxori participatio cum viro excommunicato. Primus est, quando excommunicatio esset lata in causa matrimonij, de cuius valore lis pendet: ob idque coniugibus interdictum esset matrimonio vti, gratia vitandi fornicationis periculum. Quia tunc communicatio in magnum animarum periculum cederet. Sic *Hostiens. sum. tit. de sententia excommunic. §. Quæ sit pœna participantium, num. 15. vers. Lex excusat. Paludanus 4 d. 18. q. 6. art. 2. num. 3.* vbi *Gabriel q. 3 art. 1. notab. 3. vers. Lex. Astensis summ. 2. p l. 7. t. 12. q. 4. D. Antonin. 3. p. t. 25. c. 1. §. 1. vers 2. excusat. Angel. Excommunicatio, 8. num. 7. Rosella Excommunicatio, 6 n. 4. Sylvest. Excommunicatio, 5. n. 4. vers. 2. excusat. Tabiena Excommunicatio, 8. nu. 9. vers. 8. Armilla verb. Excommunicatio, n. 45. Sotus 4. d. 22. q. 1 a. 4. concl. 5 casu 2. Greg. Lopez l. 34. verb. Acella, t. 9. p. 1. Vgolinus de excommun. tab. 2. c 23. §. 6. n. 4. Capua p. 1. decis. l. 4. c. 13. n. 7. Lud. Lopez 2. p. instruct. de excommun. c. 16. §. Præterea versiculum. Enriquez l. 13. de excommun. c. 22. n. 2. Barth. à Ledesma de pœnitent.* vbi de excommun. *dub. 11. casu 2.*

10 Secundus casus est. Vbi vxor vellet particeps esse criminis ob quod lata est excommunicatio in virum. Ea enim participatio nullatenus est permissa. Habetur

expresse

expresse *c. Inter alia in fine. de sent. excomm.* vbi *Gloss fin.* rectè aduertit, vxorem sic participantem incurrere excommunicationē maiorem latam in sic participantes. *c. Nuper, & c. Si concubina, de sent. excomm.* in omnibus iis casibus, in quibus à quouis alio sic participante contraheretur. Quia nullo in hoc euentu gaudet vxor priuilegio.

11 Tertius est. Vbi coniuges diuortio separati essent. Quia cum ob id vxor à viro separata sit, ab eiusq; obsequiis liberata, iure optimo non habet tunc locum dispositio *c. Quoniam multos, 11. q. 3.* Sic sentiunt *Ioan. Andr. c. Inter alia, nu. 4. de sent. excomm. Anchar. c. Statuimus, n. 4. eodem t. in 6. Vgolinus de excomm. tabul. 2. c. 23. §. 6. n. 4.* Verum credo non obstanti excommunicatione posse coniuges illos reconciliari, atque ita communicare. Quia re vera manet vxor, & licet dum diuortium perseuerat, nequeat cum viro excommunicato participare: at excommunicatio non impedit reconciliationem, quæ ea secluſa posset fieri: & ea facta iam ad mutua obsequia tenentur.

12 Nequit autem vxor participare cum excommunicatis qui simul cum viro sunt. Quia solo priuilegio participandi cum viro excommunicato, ob matrimonij vinculum fruitur. Ita *Palud. 4 d. 18. q. 6 a. 2. n. 4. Armilla verb. Excommunicatio, n. 45. Vgolinus nu. præced. citatus.* Ex quo deducitur, viro cœnante cum excommunicato, non posse vxorem eidem mensæ accumbere: ne cum excommunicato participet. Sic *Astens. 2. p. sum. l. 7. t. 12. q. 5. Monald. sum. tract. de excomm. tit. In quibus casibus quis possit excommunicato participare, vers. Item licet vir. D. Antonin. 3 p. t. 25. c. 1. §. 1. vers. Secundò excusat. Rosella Excommunicatio, 6. n. 5. Angel. Excommunicatio, 8. n. 9. Sylvest. Excommunicatio, 5. n. 4. vers. Secundò excusat. Tabiena Excommunicatio, 8. n. 9. vers. 8. Enriq. l. 13. de excommun. c. 22. n. 4.*

13 Tertia conclusio. Vxor non tantum potest esse cum viro excommunicato, sed ad id tenetur, & ad ea præstanda obsequia, ad quæ ante excommunicationem astricta erat. Ita explicans *c. Quoniam multos. 11 q. 3.* declarauit *Innoc. III. c. Inter alia, de sent. excommun.* & docent ibi *Ioan. Andr. n 3. Abbas n. 3. Felinus n. vn. vers. Nota vlterius. Henric. n. 7. Vgolin. de excommun. tabula 2. c. 23. §. 6. n. 3.*

14 His præmissis. Quæstio prima est: An similiter vir possit participare cum vxore excommunicata? Triplicem inuenio sententiam. Prima docet non posse vltra debitum coniugale. Ducitur primò, quia *c. Quoniam multos, 11. qu. 3.* vbi id priuilegium conceditur, de solis vxoribus fit sermo. Et quamuis vir & vxor sint correlatiua, ac proinde dispositum in vxore censeri videatur dispositum in viro; at non est eadem ratio, quod ad veritatem illius regulæ desideratur. Vir enim est caput, ac proinde tenetur vxorem corrigere, quo ab excommunicatione recedat, & dum id minimè præstat, ab eius excommunicatione abstinere. Secundò probatur ex *c. De filia, 27. q. 1.* quod est ex concilio Martini Bracharensis *c. 30.* vbi pater clericus esse prohibetur cum filia Deo dicata, quæ nupsit: ergo nec vir esse potest cum vxore excommunicata. Ita *gloss. d c. Quoniam multos, verb. Vxores,* vbi *Archid. nu. vn. vers. in glossa, Sed nunquid. Goffredus sum. t de sent. excomm. n 30 Ioan. Monach. c. Statuimus, n. 2. vers. Contradic, de sent. excommun. in 6. Hostiens. sum. tit. de sent. excommun. §. Quæ sit pœna participantium, n. 15. vers. Lex excusat. Astensis 2. p. sum. lib. 7. t. 12. q 4. Henric. c. Inter alia, n. 5 de sent. excommun. Additionat. ad Abbatem ibi, n. 3. lit. A. D. Antonin. 3. p. t. 25. c. 1 §. 1. vers. Secundò excusat. Rosella Excommunicatio, 6. n. 4. Armilla verb. Excommunicatio, n. 45. l. 3. t. 9 p. 1. & ibi Gregor. Lopez verb. Acl.*

15 Secunda sententia tuetur licitam esse participationem in debito coniugali, & in obsequiis debitis viro ab vxore, vt in domus administratione: secus in mensa & colloquijs familiaribus, & aliis huiusmodi. Prima pars probatur, quia excommunicatio cum non cedat in excommunicati fauorem, minimè eximit ipsum ab obligatione, qua antea tenebatur, ac subinde non priuat alterum iure petendi obsequia sibi ab excommunicato debita. Secunda pars constat ex argum. 1. sententiæ. Sic *Sylvest. Excommunicatio, 5. n. 4. vers. Secundò excusat.* Et videtur tenere *Caiet. sum. verb. Excommunicatio, ad finem, cap. Participatio cum excommunicatis quibus casibus permittatur, statim in principio,* vbi dicit hanc participationem licitam esse, saltem in iis quæ vxor viro debet. Videtur etiam tenere *Driedo l. 1. de libert. Christiana c. 8. §. Demum ad planius intelligendum,* vbi ait sententiam dicentem obligari virum ad vitandam vxorem excommunicatam, temperari debere, vt possit petere ab ipsa obsequia sibi debita.

Tertia sententia (cui adhæreo) docet fas esse viro in omnibus participare cum vxore excommunicata, eodem modo quo licet vxori cum viro excommunicato. Probatur primo, quia socius potest cum socio excommunicato participare, *Gloss. c. 1. verb. Vnus, 41 d. & c. Si verè, verb. In excommunicatorum, de sent. excomm.* ergo à fortiori id licebit marito iure societatis coniugalis, quæ aliis multo arctior est. Secundò, quia vxor, & vir sunt correlatiua, atque ita dispositum in illa censetur in hoc dispositum, *l fin. C. de indict. viduitate.* Nec iuuat dicere, esse diuersam rationem. Quia prorsus est eadem: ratio enim dispositionis in vxore est, (vt habetur *ex c. Quoniam multos, 11. q. 3.*) ad scrupulos & pericula animarum vitanda, quæ passim suborerentur, si vxor nequiret cum viro excommunicato participare: item propter obsequia præstanda marito: propter difficilem separationem, & propter fornicationis periculum: quæ omnes rationes æquè habent locum, si vxor excommunicata sit. Tertiò, quia vir excommunicatus non priuatur vxoris obsequijs *cap. Inter alia, de sent. excomm.* ergo multo minus vbi vxor ipsa excommunicata est: alias sine culpa puniretur: contra *c. 2. de consti.* & vxor ex suo delicto commodum reportaret. Quartò, quia vbi lex alicuius casus meminit, eò quòd frequentius accidat, similes casus minus frequentes non excludit, *Gloss. l. . verb. Iudæi, C. de hiis qui ad Eccles. confug. & l. vn. verb. Sponsam, C. de raptu virg. & clem. 1. verb. Præsidentes, de rescript.* vbi *Imola n. 21. Rebuffus tract. nominationum, q. 5. n. 25. Peralta l. Lucius, la 1. nu. 22. ff. de legatis 2. Costa, c. Si pater, verb. Si absque liberis, n. 26. de testam. in 6. Velasc. to. 1. cons. 8. n. 2. Pelaez. de maioratu 1. p. q. 31. nu. 4. Vgolinus de excomm. tab. 2. c. 23. §. 6. n. 6.* ergo licet *d c. Quoniam multos,* de solis vxoribus hat mentio, eò quòd viri frequentius excommunicationem incurrant, non censebitur exclusus casus, quo vxor ipsa excommunicatione inuodata sit. Hanc sent. tenuere quidam veteres (vt refert *Hostiens. nu. 14. relatus*) *Dominicus d. c. Quoniam multos, n. 4. vers. Quæro quia textus dicit vxores, & ibi Turrecrem. paulo post princ. Paludan. 4 d. 18. q. 6. a. 2. n. 3.* vbi *Gabriel q. 3. a. 1. notab. 3. vers. Lex, & Maiorin q. 2. paulo post princ. Adrian. 4. q. 2. de clausibus, except. 6. dub. 2. Angel. Excommunicatio, 8 n. 8. Tabiena Excommunicatio, 8. n. 9 vers. 8. Sotus 4. d. 22. q. 1. a. 4 concl. 5. casu 2. Petrus de Soto lect. 3 de excomm. §. Secundum sit. Nauar. sum. c. 27. n. 27. super verb. Humilg. Couar. c. Alma mater, 3 p. §. 1. n 8. Ledesma 2 p. q 9. q. 25. a. 1. f. 346. col. 4. Ouandus 4 d. 18. q. vn. propos. 80 Felicianus in Enchirid. de censuris, tract. de excommun. c. 38. verb. Lex. Vgolinus n 6 proxime citato. Metinal. 1. sum. c 11. §. 5. f. 41. Enriquez lib. 13. de excommun. c. 3. Capua p. 1. decis. l. 4. c. 13. nu. 6. Petrus de Ledesma sum. sacram. vbi de excommunicatione, c. 7. casu 2. Vinc. Candel. 2 p. de excommun. n. 100. Iud. Lopez 2 p. instruct. de excommun. c. 16. Petrus Nauarrus de officio sacerdot. to. 1. p. 1. l. 3. §. Præterea versiculum. Phœbarcus de censur. dub. 11. de excomm. casu 2. c. 16. ad fin. Barthol. Ledesma de poenit. dub. 11. de excomm. casu 2. Angelus eo num. 8.* videtur non corripientem vxorem Addit excommunicatam, peccare mortaliter, & incurrere excommunicationem minorem participando cum ipsa: sentit enim tunc licitam esse licitam participationem, cum ipsam corrigat, nec resipiscere vult. Cæterum peccare admittendum est, prout admittunt *Gabriel, Couar. Vgolinus & Capua proxime citati,* & erit quidem culpa hæc mortalis omissionis correctionis fraternæ, vbi esset spes emendæ, & nulla iusta causa excusaret. At minimè incurret excommunicationem minorem participando (vt bene dicit *Vgolinus.*) Quia participatio adhuc est sibi permissa, vt sentiunt omnes Doctores allegati.

16

Ad primum argum. ex propositis nu. 14. constat ex dictis n. præced. vbi eandem rationem esse probauimus, & omissio-

17

missionem correctionis esse culpam, non tamen obstare participationi: & fieri in eo textu de sola vxore mentionem, non restringendo ad illam: sed quia frequentior est casus. Ad 2. dic *eodem cap. Desilia*, nullam de excommunicatione fieri mentionem, ac ideo ad rem nostram minimè facere. Vel secundò die cum *glossa finali, ibidem*, intelligi cum pater fouet filiam in crimine, ob quod est excommunicata. Quod denotant ea verba textus, *Si eam pater vel mater in affectum receperit*: quod etiam viro interdictum est, vt constat ex dictis n. 10.

18 QVAESTIO II. Vtrùm coniux excommunicatus possit debitum exigere, & teneatur alter reddere? Illud tamquam apud omnes certum, supponendum est. Si coniux non excommunicatus ab excommunicato debitum petat, teneri hunc reddere: & fas esse non excommunicato illud exigere. Quod omnes admittunt, nam (vt vidimus num. 14. & 15.) Doctores negantes posse virum participare cum vxore excommunicata excipiunt debitum coniugale. Et constat, quia vxor excommunicata tenetur viro ad ea obsequia, ad quæ ante excommunicationem astricta erat, vt probaui num. 13. autem quia debitum pecuniarium potest non excommunicatus ab excommunicato petere, nedum coniugale.

19 Difficultas autem in eo versatur. An coniux excommunicatus possit debitum petere? Quidam negant. Et potest probari. Quia *c. Quoniam multos, 11. quæst. 3.* solùm vxori concedit participationem cum viro excommunicato, & ex rationis paritate, quia correlatiua sunt, ad virum extendimus. At ipsi excommunicato nullum priuilegium ibi conceditur: sicut in constitutione, ad euitanda scandala, Martini V. concessum est fidelibus ne excommunicatos non denunciatos teneantur vitare, ipsis excommunicatis in nihilo releuatis, quare tenentur ipsi abstinere à fidelium communione. Ergo similiter licet innocens coniux possit ab excommunicato debitum exigere, & excommunicatus reddere teneatur, non poterit tamen ipse in fauorem suum beneficio petendi vti. Secundò, quia excommunicatus iure agendi priuatus est, *c. Intelleximus, de iudic.* Sic docet *Gl. d. c. Quoniam multos, verb. Vxores*: quam approbat *ibi Archid. n. vn. vers. In glossa, sed numquid. Capua p. 1. decis. 144. c. 13. num. 6.* videntur apertè sentire *Syluester Excommunicatio, 5 n. 4. vers. Secundò excusat. & Greg. Lopez l. 34. verb. Acel. tit. 9. p. 1.* vbi dicunt vtrumque coniugem excusari quoad debiti redditionem, quoad petitionem verò, eum qui excommunicatus non est. Idem videtur sentire *Tabiena verb. Excommunicatio, 1. quæst. 13. n. 17.* vbi ait excommunicatum teneri reddere, at petere non esse mortale, vbi sentire videtur esse culpam venialem.

20 Verum dicendum est fas esse coniugi excommunicato debitum petere. Ducor primò, quia æquitate quadam & beneficio Ecclesiæ in hoc explicantis ipsam Christi intentionem & rationem excommunicationis, quæ medicinalis est, & non offendiculum *cap. 1. de sent. excommun. in 6.* statutum est, ne coniuges excommunicati teneantur seipsos vitare, vt sic [illegible]marum periculis consulatur: at si lex permittens hanc participationem, prohiberet marito excommunicato petitionem debiti, minimè periculis consuleret, sed rete illis tenderet, cum difficillimum sit abstinere, ac prope ignem esse, & non calefieri. Præterea, quia coniux non excommunicatus tenetur ad obsequia excommunicato præstanda, sicut ante excommunicationem, (vt probauimus num. 13.) inter quæ primas tenet hoc, quod est proprium coniugum, quatenus coniuges sunt. licitè ergo excommunicatus obsequium hoc sibi debitum exiget. Accedit quod serui domino excommunicato inseruire tenentur, *cap. Inter alia, de sentent. excommunic.* & subinde licebit domino ea petere obsequia, alioquin id est seruorum ingenium, vt ea nunquam præstent, ergo licebit idem viro excommunicato: eo vel maximè, quod vxores ingenuo quodam pudore numquam petere audent. Nec obstant oppositæ rationes, quia in ea constitutione, ad euitanda scandala, habetur expresse, intentionis illius esse, in nihilo releuare excommunicatos, nec ibi est tantum periculum cum facilè possit excommunicatus aliorum consortium vitare. At *d. c. Quoniam multos*, id non exprimitur, & periculum esset maximum: vt probauimus. Nec excommunicato interdicitur quæcumque debiti pecuniarij petitio, sed actio ad comparendum in iudicio. Ideo hanc sententiam tuentur *Vgolinus de excommun. tabul. 2. c. 23. §. 6. num. 5. Enriquez l. 13. de excomm. c. 22. n. 2.* & pro illa sunt Doctores quos referam nu. 23. asserentes virum spoliatum posse in iudicio petere vxorem.

Id tamen fatendum est, quamuis esset delictum in excommunicato petere debitum, at teneretur alter coniux reddere. Quia est circumstantia tenens se ex parte solius petentis. Iuxta regulam traditam hoc libro, disp. 6. num. 7. Atque ita *glossa & Archidiac. Capua*, quos retuli num. 19. dicentes peccare excommunicatum petendo, fatentur alterum teneri reddere. & idem docet *Anton. c. Inter alia, n. 18. de sent. excommun. Vgolinus de excomm. tab. 2. c. 23. §. 6. n. 2.* idque n, præced. probaui. 21

Ex dictis infertur, vbi vterque coniux esset excommunicatus, adhuc vtrique licere petere, & ambos teneri reddere. Quia excommunicatio vtriusque mutuam participationem minimè tollit, vt diximus n. 3. nec excommunicatio iure petendi priuat, aut à reddendi obligatione eximit, vt duplici n. præced. probaui. 22

QVAESTIO III. Vtrum coniux excommunicatus possit in iudicio agere, restitutionem coniugis, quo spoliatus fuit, petens? Vel potius excludi valeat ob excommunicationis exceptionem? Quidam affirmant posse petere. Quamuis enim excommunicato denegetur actio in foro causarum, *c. Intelleximus, de iud. & c. Decernimus, de sent. excom. in 6.* fallit in causa spoliationis coniugis. Quia excommunicatio nullatenus obstat coniugum participationi. Sic sentiunt *Hostiens. sum. 1. de restit. spoliat. §. Quando faciendæ, n. 2. vers. Quid si vir. Ioan. Andr. c. Inter alia, n. 2. de sent. excommun.* vbi *Anchar. nu. 5.* dicit fortè esse verum. Idem *Anchar. c. Statuimus, n. 4. de sent. excommun. in 6. Vgolinus de excomm. tab. 2. c. 15. §. 3. n. 4. & c. 23. §. 6. n. 3.* 23

Sed cum exceptio hæc nullo iure probetur, standum puto regulæ generali, *d. c. Intelleximus, & d. c. Decernimus*, deneganti excommunicato actionem: atque ideo dicendum est peccare coniugem recedentem ab altero coniuge excommunicato, verum excommunicatum agere non posse, vt sibi restituatur: ipsique agenti meritò opponi posse excommunicationis exceptionem: iudicem verò ex officio restitutionem hanc debere facere, ob fornicationis periculum vitandum. Sicut spolians excommunicatum aliis rebus, reus est culpæ, iudicisque officio cogendus restituere: excommunicatus autem agens repellitur, nec audiendus est. Vt cum *gl. c. Ex insinuatione, verb. Aliud. de procur.* tradunt DD. Ita sentiunt *gl. c. Quoniam multos, verb. Vxores, 11. quæst. 3. Speculat. t. de petitorio & possessorio, §. Quoniam in superscriptis, n. 3. Calderin. c. fin. de ordine cognit.* vbi *Anton. n. 13. Abbas n. 12. idem Abbas c. Inter alia, n. 5. de sent. excommun.* vbi *Felinus n. vn. vers. Nunquid maritus. Zachar. addit. ad Abbatem, c. Intelleximus, de iudic. n. 8. lit. A.* 24

QVAESTIO IV. An ratione excommunicationis viri contumacis, & in excommunicatione persistentis, fas sit vxori dotem repetere? *Ioan. Andr. addit. ad Speculat. t. De dote post diuortium restituenda, §. fin. vers. Secunda quæst.* hanc tetigit, & indecisam reliquit. Aliqui autè censent, si nolit tunc vxor cum viro habitare, ius repetendi dotem adipisci. Quasi culpa viri esset cohabitatio. Sic *Alexand. cons. 78. num. 20. lib. 5. Probus addit. ad Monach. c. fin. n. 13. de sent. excom. in 6. Goffred.* autem *in suis quæst. Sabbatin. q. 21.* admittit iure ciuili repetitionem: secus iure canonico. Sed breui, quando maritus in contumacia minimè perseuerat, absque dubio vxor nequit repetere dotem. cum separari non possit. Atque ita probat *Ioan. Campegius tract. de dote. p. 3. q. 24.* Quando autem contumax est, quamuis res non sit ita certa, at verius existimo adhuc minimè concedi dotis repetitionem. Quia non obstanti excommunicatione, vxor cogi- 25

tur

tur esse cum marito, vt probauimus n. 13. per *c. Inter alia, de sent excomm.* nec textus distinguit, an perseueret, nec ne in excommunicatione. Ita tuetur *Vgolinus de excommun. tabul. 2. cap. 23. §. 6. n. 5.* vbi bene hoc temperat, nisi tamdiu in excommunicatione perseueret, vt tanquam hæreticus damnatus sit. Cum enim hæretici ipso iure bona amittant, *cap. Cum secundum leg. §. fin. de hæret. in 6.* repetet vxor dotem.

DISPVTATIO XV.

Vtrùm actus coniugalis in loco publico aut sacro exercitus culpa lethalis sit?

SVMMARIVM.

In loco publico non licet petere, nec reddere, n. 1.
Quid de tactibus in loco publico? n. 2.
Quæ sint quæstiones disputandæ circa locum sacrum. n. 3.
Cur seminis aut sanguinis emissio in loco sacro sit sacrilegium, & quo iure, n. 4.
Quando res prohibita duplici præcepto continent duplicem malitiam, n. 5. & ibi, an sit duplex malitia, quando peccato annexa est excommunicatio.
Transgressio festi incidentis in dominicam, aut vigiliæ incidentis in quadragesimam, aut omissio officij diuini in habente beneficium & ordinem sacrum, aut adulterium coniugati cum coniugata, an afficiantur duplici malitia confitenda, n. 6. & ibi, de transgressione voti & iuramenti de eadem re.
Num coniugalis copula Ecclesiam polluat, n. 7.
Non licet regulariter in concubitum intra locum sacrum, n. 8.
Quid si vterque aut alter coniux sit diu intra Ecclesiam inclusus? Referuntur duæ sententiæ, n. 9 & 10.
Reprobatur sententia affirmans fornicationem occultam non esse sacrilegam mortaliter factam in Ecclesia, n. 11.
Sententia Auctoris circa concubitum coniugalem habitum in Ecclesia, n. 12.
An vbi illicitum in Ecclesia, sit restringendum, vt tantum liceat quando causa incontinentiæ vitandæ exercetur. n. 13.
An tunc polluat Ecclesiam? n. 14.
Post n. 14 inuenies alia summaria.

1 CIrcumstantia loci, de qua præsens est disputatio, in duplici euentu potest actum coniugalem vitiare: nempe, dum publicè, id est, coram aliis, vel in loco sacro exercetur. Et quidem in loco publico petere aut reddere debitum manifesta culpa lethalis est. Et neminem inueni dubitantem. Quia aduersatur decentiæ & honestati humanæ, essentque sic coeuntes maxima ruinæ occasio aspicientibus. Contrarium exercebant Turrelupini hæretici, docentes ex rebus, quæ à natura insunt, erubescendum minimè esse. Atque adeo natura abhorret publicum hunc concubitum, vt nulla necessitate excusari valeat. Vt bene docet *Petr. de Ledesma de matrim. q. 64 a. 7. ad 1.*

2 Imò tactus inter coniuges alias liciti redduntur illiciti, quando aliis aspicientibus habentur. Quia ad venerem excitant aspicientes. Qualitas autem culpæ pensanda erit ex tactuum qualitate & astantium fragilitate, si enim tales essent tactus, vt valdè astantes inducerent ad venerem, attenta eorum fragilitate, esset culpa lethalis. Atque ita *Emmanuel Sa summ. verb. Peccatum, vers. Facere,* ait esse mortale coram aliis efficere id, quod suapte natura ad mortale inducit.

3 Circa locum autem sacrum, triplex est disputanda quæstio. Primò, an actus coniugalis licitè exerceatur in loco sacro, ac illum non polluat. Secundò, quid de tactibus. Tertiò, quid nomine sacri loci comprehendatur.

4 QVÆSTIO I. An culpa lethalis sit, in quocunque euentu concubitus coniugalis in loco sacro, illumque polluat? Vt colligere facilè possimus malitiam actus coniugalis in Ecclesia exerciti, præmittere oportet, vnde consurgat esse sacrilegam sanguinis aut seminis effusionem in loco sacro, præ aliis peccatis. Nam si ad criminum grauitatem attendas, grauiora multo sunt hæresis, odium Dei, quæ in Ecclesia admissa nullam specificam deformitatem recipiunt. Si ad decentiam & reuerentiam loci sacri, magis illi aduersari videntur tactus & verba inhonesta inter solutos, quam copula coniugalis de se licita & meritoria, cum tamen illa non habeant ex loco sacro specialem malitiam mortalem: vt statim dicemus. *Suarez 3. p. q. 83. art. 3. disp. 81. sect. 4. §. Tertiò violatur Ecclesia, opin. 2.* negat rationem culpæ & specialis deformitatis oriri ex eo quod Ecclesia polluatur sanguinis aut seminis effusione, sed potius dicit, quia hæc sunt turpia, decentiæque; Ecclesiæ repugnantia, illis adiunctam esse veluti censuram loci violationem, & interdictum vt ibi diuina celebrentur. Et potest probari. Quia sicut in odium furti, & quo homines ab eo abstinerent, fulminaretur excommunicatio in furantes, non esset ratio malitiæ furti excommunicatio, sed quia furtum malũ & odiosum est, afficeretur ea censura. Præterea, quia extractio rei ad Ecclesiam confugientis est sacrilega, propter iniuriam loco sacro illatam, cum tamen Ecclesia non violetur. Sed magis placet quod docent *Valentia 2. 2. disp. 6. q. 15. punct. 1. §. Præterea etiam ad eandem speciem. & Vasquez 1. 2. quæst. 72. art. 6. disp. 98. num. 4. & duplices seq.* vbi tradunt ideo sacrilegam esse, & deformitatem specificam sortiri sanguinis aut seminis effusionem in Ecclesia; non autem alia scelera ibi admissa. Quoniam ius Ecclesiasticum peculiariter voluit statuitque, *c. vn. de consecr. Eccles. in 6. c. Ecclesiis, de consecr. d. 1.* Deo tribui cultum per immunitatem loci sacri ab huiusmodi rebus, non autem ab aliis criminibus: statuitque illis & non his profanari locum sacrum, ita vt reconsecratione indigeat, quo in illo diuina celebrentur: vnde ea efficere in loco sacro, est contra loci consecrationem, illumque vt sacer est violare, & hoc ex solo Ecclesiæ statuto. Quod inde probatur, quia malitia hæc & specialis deformitas non consurgit ex iure naturæ, sed ex solo Ecclesiæ statuto: vt cum *Valentia & Vasquez*, docet etiam *Enriquez l. 5. de pœnitent. c. 6. num. 5.* & apertè probant rationes propositæ: at non inuenitur ius Ecclesiasticum, hæc prohibens in loco sacro fieri, præter textus *c. vn. de consecr. Eccles. in 6. c. Ecclesiis, de consecr. d. 1. c. Ecclesiis, d. 68 cap. fin. de consecr. Eccl. c. Significasti, de adult. c. Si motum, de consecr. d. 1.* qui textus prohibitionis mentionem minimè faciunt, sed solum statuunt Ecclesias sanguinis aut seminis effusione violari: ergo tota ratio specialis malitiæ & sacrilegæ est, quod Ecclesiam violent. Atque ideo hanc rationem tradunt etiam non ita explicatam, *Paludan. q. d. 31. q. 3. a. 2. n. 14. Ricard. 4. d. 32. a. 3. q. 1. ibi Supplem. Gabr. q. vn. a. 2. concl. 11. & ibi Soto q. vn. a. 3. concl. 3. & ibi Oviedus q. vn. post 2. propos. Cajet. summ. verb. Matrimonium, c. vlt. §. Sextum caput. Armilla verb. Debitum coniugale, n. 6. Victoria summ. de matrim. n. 279. Navar. summ. lat. poster. edit. c. 16. nu. 32. vers. 4. Ant. Cucus l. 5 institut. maiorum, t. 11. n. 121. Ledesma 2. p. 4. quæst. 66. art. 1. §. vlt. Nider sum. præcept. 6. c. 4 vers. Sextus non tenetur. Angles floribus 1 p. de matrim. q. 6 de soluendo debito, fin. Enriquez l. 11. de matrim. c. 16. n. 4. Petrus de Ledesma de matrim. q. 64. a. 7. concl. 1. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 245. n. 19. Cauedo sum. sacram. tract. de matrim. c. 8. n. 71.* Nec obstant rationes oppositæ. Non prior, quia (vt declarabitur n. sequenti,) furtum non prohibetur tunc respectu alterius virtutis à iustitia, qua iure naturali interdictum est, & ideo non sortitur malitiam specie diuersam. Non obstat & secunda. Quia ea extractio absque pollutione Ecclesiæ est iure Ecclesiastico interdicta, ob reuerentiam loci sacri, ad quem confugitum est, *c. Inter alia, de immun. Eccles.* quod minimè statutum inuenitur in sanguinis aut seminis effusione.

5 Sed dices, eo quod Ecclesia prohibuerit sanguinis aut seminis effusionem in loco sacro, eaque ipsum pollui decreuerit, non esse sufficiens argumentum, vt inde colligatur esse sacrilegium mortale. Sicut furtum lege diuina, naturali, & humana prohibitum vnicam furti malitiam habet. Vt facilius res hæc percipiatur, accipe regulam quam tradunt *Enriquez lib. 5. de pœnitent. c. 5. n. 6. & Vasquez 1. 2. qu. 72. a. 6. disp. 98. num. 3. & 4.* Peccatum lege aliqua prohibitum, potest bifariam alio iure prohiberi. Primò, respectu eiusdem virtutis, & tunc vnica & eadem erit malitia, vt si grassantibus latronibus excommunicatio in latrocinium feratur: tunc enim, quia solus ad iniustitiam habetur intuitus, excommunicatio & præceptum illud nouum non

trahent ad aliam speciem, nec furtum illud habebit nouam circumstantiam specificam. Et in hoc euentu est verum, quod tradit *Corduba summ. q.11.* ratione excommunicationis adiunctæ peccato non effici nouam culpam. Secundò, potest prohiberi intuitu alterius virtutis, & tunc erit duplex malitia specifica, v.g. iniectio manuum violentarum in clericum iure naturæ ob iniustitiam vetita interdicitur sub excommunicatione iure Ecclesiastico, intuitu religionis, ob reuerentiam personæ sacræ debitam, vltra iniustitiam habet ex hac prohibitione sacrilegij religioni oppositi deformitatem. Et in hoc casu vera est sententia *Enriquez lib.5.de pœnitent. cap.7. num.2.* docentis peccatum ratione excommunicationis annexæ nouam specificam malitiam accipere. Sic ergo, quia effusio sanguinis iniuriosa, aut seminis extra copulam coniugalem, iure naturæ prohibita, illa ratione iniustitiæ, hæc ratione intemperantiæ, interdicuntur iure Pontificio in loco sacro, statuendo illis pollui, accipiunt nouam deformitatem sacrilegij contra religionem, cuius intuitu interdicuntur, ob loci sacri reuerentiam. Quod si hæc alias prohibita non erant, vt effusio sanguinis iuridicè facta, aut seminis in concubitu vxorio, erunt sacrilega facta in loco sacro, ob prohibitionem Ecclesiæ intuitu religionis, statuentisque illis Ecclesiam violari. Sufficeret etiam ad duplicem culpam, prohiberi, duplici præcepto intuitu eiusdem virtutis, diuersa tamen ratione, vt dicam n. seq.

6 Hinc deducitur pro materia de pœnitentia, dum obligat præceptum audiendi sacrum, aut abstinendi à seruilibus, ratione duplicis festi concurrentis, vt si festum incidat die dominica: aut ieiunij, ratione vigiliæ incidentis quatuor anni temporibus, aut quadragesima, vnicam esse malitiam præceptum illud transgredi: atque ita sufficienter fateri dicentem se ieiunium aut festum violasse. Quia præcepta illa duo sub eadem ratione formali obliguit, intuitu eiusdem virtutis, vt si est festum, religionis; si ieiunium, temperantiæ: atque ita contra *Nauar. sum. bisp. c.28. addit. ad num.5. c.11. Lat. c.11. nu.4. Lud. Lopez instruct. q.1. c.29. §. Tertiò dico quod quando. Manuel 1 to. sum 2. edit. c.23. num.3.* dicentes esse malitiam diuersam specie, docent vnicum esse peccatum, *Alexander in Enchirid. 2.p. statim in princip. tit. de discretione peccatorum, n.11. Enriquez l.5. de pœnit. c.5. n.6. & c.6. n.6. Vasquez 1.2. q.72. a.6. disp. 98. n.8. & seq. Emman. Sa sum. verb. Confessio, §. Quidam putant. Petrus de Ledesma summ. sacram. tract. de pœnit. c.19. f.632. §. A esta duda mi parecer es* Et quamuis multiplicatio illa præceptorum malitiam transgressionis augeat, & ità nonnulli fatentes esse vnam peccati speciem asserant eam circumstantiam tanquam notabiliter aggrauantem esse in confessione explicandam, vt refert *Vasquez ea disp. 98. num.10.* At verius est, quod cum *Alex. & Petro de Ledesma, Emmanuele Sa* proximè citatis docet *ipsemet Vasquez eo num.10.* non ita notabiliter aggrauare, vt sit necessario in confessione detegenda. Quod si in fauorem prioris sententiæ adducas transgressionem voti, & iuramenti de eadem re, duplicem malitiam specificam habere, cum tamen prohibeantur diuersis præceptis, intuitu tamen eiusdem virtutis religionis. Responsio est in promptu, rationem esse, quia diuersa ratione formali pertinent hæc ad religionis virtutem. Vt bene docet *Enriquez d. c.5. n.6.* Quia voti obseruatio præcipitur, vt fides debita Deo seruetur: iuramenti autem, ne Deus in falsum testem inuocetur. Nec obstat etiam quod adducit Nauar. pro se, duplex admittere peccatum Monachum Franciscanum die veneris, in quo incidit vigilia, non ieiunantem: alterum contra præceptum Ecclesiæ, alterum verò contra regulam præscribentem illi ieiunare sextis feriis. Quia respondet bene *Vasquez ea disp. 98. num.9.* id euenire, quia frangit duplicis virtutis præceptum, alterum abstinentiæ, seu temperantiæ, ad quod spectat Ecclesiasticum ieiunium: alterum autem religionis, quia ex voto obedientiæ tenetur regulam obseruare: quod si minimè vouisset, sed regula more alterius legis ieiunium illud præscriberet, vnica esset culpa illius transgressio. Addit autem *Enriquez eo l.5. de pœnit. c.5. n.6.* vnius culpæ reum esse officij diuini omissorem, ad quod ratione ordinis sacri ac simul beneficij astringitur. Et *Emm. Sa in sum. verb. Confessio, §. Quidam putant,* vnicam esse malitiam, si coniugatus cum coniugata peccet, & satis esse fateri dicendo se adulterium admisisse. Ducitur vterque ob doctrinam traditam. Quia sola est præceptorum circa eandem materiam multiplicatio. Sed neutrum admitto, credoque in vtroque casu fatendam esse circumstantiam duplicis obligationis, in illo ordinis & beneficij, in hoc autem status matrimonij vtriusque. Quia in illo est duplex obligatio ad diuersas virtutes pertinens, altera ratione ordinis spectans ad religionis virtutem, altera iustitiæ, ratione beneficij; confert enim Ecclesia beneficij redditus eo onere, vt illud possidens recitet, & alias eos non faciat suos. In posteriori autem casu licet vtraque malitia aduersetur vni virtuti iustitiæ, at est duplex iniustitia respectu vtriusque coniugis peccantium: ac proinde in vtroque est duplex malitia diuersa confitenda: in priori, diuersa specie; in posteriori, diuersa numero, vt cum quis duos eodem ictu percutit. Atque ita in hoc posteriori casu docent *Nauar. sum. bisp. c.28. addit. ad num.3. c.6. Lat. c.6. n.4. post 4. corollar. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c.53. n.5. Petrus de Ledesma summ. sacram. tract. de pœnit. c.19. f.629. §. A esta duda se responde. Vasquez d. disp. 98. n.9. Lud. Lopez 1.p. instruct. c.35. §. Caterum quia multa.*

Secundò supponendum est, an per concubitum coniugalem extra casum necessitatis in Ecclesia habitum ipsa polluatur, reconciliatione que indigeat? Negant quidam. Quia *cap. Significasti, de adulter. & c. Si motum, de consecr. d.1.* quod est Hygini Pontificis, solius copulæ adulterinæ violantis Ecclesiam fit mentio: & quamuis alij textus generaliter de seminis effusione loquantur, possunt de illicita explicari. Cum pœnæ restringendæ sint. Qua ratione quæstionem hanc indecisam reliquit, dicens Pontificem esse consulendum, *Hostiens. c. fin. n.3. vers. Quid ergo si vxor, de consecr. Eccles.* Eandem tetigere, nec decidere runt *Ioan. Andr. c. vn. n.3. & 4. de consecr. Eccles. in 6. & ibi Anchar. n.2. vers. Circa effusio. n.* Sed hanc partem tuentur *Gloss. c. Ecclesiis, verb. Semine, de consecr. d.1.* vbi *Hugo, Laurent. & Gandulphus, Archid. c. vn. n.2. de consecr. Eccl. in 6. & d. c. Ecclesiis, in fin. Henric. c. fin. n.3. de consecr. Eccl. Rosella Consecratio, t.n.9. Gerson 2 p. in compend. Theologia. tract. de sacram. coniug. alphabeto 27. lit. P.* Et hanc dicit fortè esse veram *Sotus 4. d.13. qu.2. art.3. vers. Ait quarto.* Et hanc videtur amplecti *lex fin. t.10. partit 1.* ait enim violari Ecclesiam per adulterium aut fornicationem. Cæterum omnino tenendum est violari. Quia *c. fin. de consecr. Eccl. & c. Ecclesiis, de consec. d.1. & c. Ecclesiis, d.68.* quæ duo capita sunt desumpta ex Concilio Niceno, dicunt generaliter Ecclesiam pollui sanguinis aut seminis effusione, & vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus. *l. De pretio ff. de Publiciana.* Præterea, quia eodem modo loquitur ius de sanguinis & seminis effusione, at illa quamuis iusta sit, si fiat cum loci sacri irreuerentia, & iudicis ministerio, polluit locum sacrum: ergo & hæc, quamuis alias licita esset, polluet. Nec obstant textus pro priori sententia relati, quia non decernunt ob solum adulterium violari Ecclesiam, sed loquuntur in illo casu speciali: alias probarent per simplicem fornicationem minimè pollui. Et ideo hanc sententuentur ex Iurisperitis, *gl. c. vn. verb. Seminis, de consecr. Eccl. in 6.* vbi *Domin. nu.10. Francus n.7. gl. c. Ecclesiis, verb. Semine, 68. d. eadem Domin. c. Quoniam, ad fin. vers. Glossa. Illud est, 31. d. Specc. rationali diuinor. offic l.1. c.6. n.59. Selua beneficiorum 1 p. q.5. requisito 7. n.136. & 139. Angel. verb. Consecratio Ecclesiæ, n.6. fin. & verb. Debitum, n.35. Sylues. Consecratio, 2. q.5. casu 3. & verb. Debitū, n.5. q.3. Tabiena Consecratio, 2. q.7. n.8. & Matrim. 3. q.9. n.10. Armilla verb. Consecratio Eccles. n.6. & verb. Debitum, n.6. Bernard. Diaz pract. canon in noua edit. c.39. n.2. & ibi Salzedo in addit. lit. B. verb. Contaminet. Nauar. sum. c.16. nu 32. & c.27. n.257. Couar. 4. decret. 2 p. c.7. §.2. n.3. Greg Lopez l.5. verb. Fornicatio, t.10 p.1. Lelius de Zanchis de priuileg. Ecclesiæ priuileg. 5. n.6. Ant. Cucus l.5. iustit. maior. t.11. n.121. Perez lib.5. ordin. t.1. l.1. §. Quæri potest vtrum copula. Matienzo lib.5. recop. tit.1. rubr. gloss.*

gloss.1.n.99. Vgol. de matrim. c.10.n.2. Et ex Theologis, Ricar. 4.d.32.a.3.q.1. Palud. 4.d.18.q.8.a.4.n.20. & d.31.q.3.a.2.ad 14. Supplem. Gabr. 4.d.32.q.vn.a.2.concl.11. vbi Sotus q.vn.a.3. concl.3. Ouandubi q.vn.post 2.propos. Abulens.c.5. Matth. q.237. D. Anton.3.p.t.1.c.20.§.2.& t.11.c.6.§.4.casu 2. Adrianus 4.q. 14. de matrim. §. Pro huius succincta. Caiet. sum. v. Matrimonium, c.vlt. vers. Sextum caput. Victoria sum. de Eucharist. nu.99. & de matrim. n.279. Castro l.1. de lege pœnali, c.7. docum.2. Ledes. 1.p. 4.q.24.a.3.dub.7.casu 2.& 2.p.4.q.66.a.1.§.vlt. & q.26.a.2.ad fin. paulo ante t. de casib. reseruatis. Nider sum. præcept. 6.c.4 vers. Sextus non tenetur. Suarez 3.p.q.83.ar.3.disp.81.sect.4.§. Tertiò violatur. Angles florib.1.p.de maur.q.6.de soluendo debito.fin. Enriq.l.9.de missa, c.27.n.5. Petr. de Ledes. de matr.q.64.a.7.concl. 1.& sum. sacram. tract. de Euchar.c.20. Bart. à Ledes. dub.40. de Euchar. post 3.concl. §. Sed dubium est. Lud. Lop.1.p.instruct.c.82. §. At verò de redditione, & 2.p.c.97. de Euchar. §. Præterea series. Manuel 1.to.sum.2.edit.c.154.n.11.concl.10.& c.243.n.19. Capua p.1.decis.l.2.c.48.n.16. Vivald. candel. sacram p.1.de matr. vbi de debito coniug.n.62.& 2.p.de interdicto, n.72. Vega 1.to.sum. 2.edit.c.78 casu 1. Cañedo sum. sacram. tract. de matr. c.8.n.75.

8 Hinc deducitur extra casum necessitatis (de quo statim disputabimus) culpam esse, & sacrilegium, vti matrim. in loco sacro, tam petendo debitum, quam reddendo. Quia cum ea copula violet locum sacrum, impediatque in eo diuina celebrari, donec reconcilietur, directè sanctitati loci opponitur, ac proinde sacrilega est. Quod si quæras, cur petenti sacrilegè aduersus castitatis votum teneatur alter coniux reddere, petenti autem in loco sacro non solum non teneatur, sed sacrilegus sit reddendo? Cum vtrobique ex parte petentis sit sacrilegium. Respondeo ex traditis hoc l.d.6.n.7.& 16. discrimẽ esse, quia votum est circumstantia tenens se ex parte solius petentis, nec afficit ipsum actum, ac proinde solam ipsius petitionem vitiat: at loci sacri circumstantia tenet se ex parte ipsius actus, & æquè se habet ad petitionem & redditionem, vtraq; enim violat illum, ac proinde vtramque vitiat. Ita docent Ricard. 4.d.32.a.3.q.1. vbi Supplem. Gabr. q.vn concl.11. in 2.a. Dominic. c.vn.n.10. de consecr. Eccles. in 6. Tiraquel. l.15. connubial. n.106. qui numeris sequentibus pleraque supplicia referti per Principes ethnicos constituta in eos qui in templis coibant, Rosella v. Debitum, n.7. vbi Armilla n.6. Allens. sum. 2.p.l.8.t.10.a.4.q. 2. Adrian. 4.q.14. de matrim. §. Pro huius succincta. Petrus de Ledesma de matrim. q.64.a.7.concl.1 at hi DD. non exprimunt, sit mortale nec ne: solus Petr. de Ledesma dixit esse mortale petere, & non licere reddere. Sed alij, & meritò, expressiere vtrumque esse mortale. Quia est grauis & sacrilega iniuria loci sacri, nec ob rem venialem par erat interdici in eo diuina officia. Sic Monald. sum. tract. de matrim. t. de effectu matrimonij, vers. Item est alius effectus, in fin. Henric. c.2.n.6. de coniug. leprof. Angel. v. Debitum, n.3. Sotus 4.d.32.q.vn.a.3.con.l.3. vbi Ouandu q.vn. post 2. propos. Petr. de Soto lect. 16. de matrim. fin. Ledesma 2.p.4.q.66.a.1.§. vlt. Ant. Cucus l.5. instit. maior t. 11.n.121 Enriq. l.11. de matrim. c.16.n.4. Suarez 3.p.q.83.art.3. disp.81.sect.4.§. Violatur, ad fin. Margarita confess. 6. præcepto f. 86. Lud. Lop. 1.p instruct. c.82.§. At verò de redditione. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c.241. n.19. Et eidem sententiæ accedunt alij, absolutè & indistinctè docentes accessum coniugalem in Ecclesia extra casum necessitatis esse lethalem. Hi sunt Alens. 2.p.q.166 membr. 2. ad 1. ex arg. quæ posteriori loco proponit. Sylvest. v. Debitum, q.3.n.5. Navar. sum. c.16.n.32 & c.6. hisp. n.9. lat. n.11. Conar. 4. decr. 2.p.c.7.§.2.n.3. Steph. de Gaeta repet. c. Ad limina, 30.q.1.§.4.n.178. Perez lib.5. ord. tit.1.l.1.§. Quæri potest vtrum copula. Matienzo l.5. recop. t.1 rubr. gloss.1.n.99. Salzedo super pract. Bernardi Diaz c.39. lit. B. v. Non tamen coniuges. Vivald. candel. 1.p. de matrim. nu.262. Capua p.1. decis. l.2.c. 83.n.10. Bart. à Ledesma de pœnit. dub.12. in interrogationib. circa 6 precept. §. Similiter interrogatur. Petr. de Ledes. sum. sacram. tract. de Eucharistia, c.20. De limitatione autem quam aliqui ex his auctoribus apponunt, nempe, si copula sit publica, dicam n.10.& 11. Hinc infertur non esse credendum aliquibus asserentibus petentem in loco sacro peccare, at alterum teneri reddere, nisi bono modo possit petentem inducere vt desistat. Sic docent Gandalphus (vt refert Gloss. c Quoniam, v. Opportuno, d.31.) Host. sum. t. de matrimoniis, §. Quis sit effectus, n.22. & c.2. de coniug. leprof. n.6. super vers. Cui præcepto, vbi Ioan. Andr. n.3. Anton. n.1. Anchar. fin. Goffred. sum. t. De matr. contracto contra interdictum Ecclesiæ, in fin. Archid. c.vn.n. 2. de consecr. Eccles. in 6. Abul. c.5. Matth. q.237. Gerson 2.p. de reg. moral. tract. de matr. alphab. 25. lit. I. fin. & hoc indecisum reliquere Ioan. Andr. c.vn.n.3.& 4. de consecr. Eccl. in 6. Alber. sub. n.4.c. de sacros. Eccl. Sed oppositũ omnino tenendũ est, nullo videlicet modo teneri alterum coniugem reddere. Quia non petitur debitum in loco opportuno, sicut si in publico exigatur. Quod vltra omnes DD. relatos, dicẽtes non tantum non teneri, sed etiam peccare reddendo, docent alij asserentes non teneri: subticẽt tamen an sit culpa reddere. Ita Gl. c. Quoniam, v. Opportuno, d.31.& c. penult. in fin. 33.q.4.& c. Ecclesiæ, v. Semine, d.68. Dominic. d.c. Quoniã, ad fin & ibi Præpos. ad fin. Idem Præpos. c.2. fin de coning. leprof. Alens. 2.p.q.166. membr.4. in solut. ad 5. Mayron. 4.d.32.q.vn. Palud. 4.d.31.q.3.a. 2.n.14. D. Anton. 3.p.t.1.c.20.§.2. Victoria sum. de matr. n.267. fin. Nau. sum. c.16. Lat. n.25 hisp. n.24. Turrecr. c. Sciatis, 33.q.4.a. 5.n.8. Gaeta d.§.4.n.179. Viguer. Instit. c.16.§.7. vers.10.

9 Potissima autem difficultas est, Num actus coniugalis ita interdictus sit in loco sacro, vt etiam in casu necessitatis, v.g. quando coniuges diu sunt intra illum inclusi, nec pateat aditus ad cameram illi adiacentem, illicitus sit, illumque polluat? Triplicem inuenio sent. Prima affirmat illicitum esse, eoque Ecclesiam pollui. Ducitur, quia nulla est præcisa necessitas, nec mirum vt tunc coniuges ob loci reuerentiam teneantur à concubitu abstinere, cum ad id ob diuturnam absentiam cogantur. Ita sentiunt Palud. 4.d.18. q.8.a.4.n.20.& d.31.q.3.a.2.n.14. D. Antonin. 3.p.t.1.c.20.§. 2. Caiet. sum. v. Matrimonium, c.vlt. vers. Sextum caput. Pisana v. Debitum, n.7. vbi Supplem. n.7. Armilla n.6. Tabiena Matrimonium, 3.q.9.n.10. Navar sum. c.16.n.32. Steph. de Gaeta repet. c. Ad limina, 30.q.1.§.4.n.178. Salzedo super pract. Bernardi Diaz c.39. lit. B. §. Non tamen coniuges. Vivald. candel. 1.p. de matrim. vbi de debito coniugali, n.262. Atque esse tunc culpam venialem reddere docet Gerson 2.p. in compend. Theologiæ, tract. de sacram. coniugij, alphab. 27. lit. P.

10 Secunda sent. distinguit, dicens licitum esse, si occultè exerceatur actus ille coniugalis: secus si sit publicus, ad quod sufficit coniuges publicè in eodem thoro accubare. Ducitur, quia per pollutionem aut concubitum dum occulta sunt, minimè violatur Ecclesia: iuxta veriffimam ferè omnium sententiam, atque ita cessat irreuerentia & malitia: cum ea ex pollutione Ecclesiæ consurgat, vt probaui n.4. Sic tenent Sotus 4.d.32.q.vn.a.3 post 3.conclus. vers. Hanc autem: licèt trepidè, dicit enim fortan non esse mortalem, occultum concubitum, Angles florib.1.p.de matrim.q.6 de soluendo debito, fine. Manuel 1.to.sum.2.edit.c.243.n.19. Vega to.1. sum. l.1.c.78.casu 1.in 2.edit. Lud. Lopez 1.p.instruct.c.33.§. Inter varias, & c.82.§. At verò de reddit. Cañedo sum. sacram. tract. de matrim. c.8.n.75 hi omnes dicunt non esse mortalem talem concubitum occultum: at non explicant, an omnino culpa vacet: solus Manuel dixit posse aliquando esse absque culpa: & melius idemmet eo to.1.c.154 concl.10 n.11. dixit esse licitum. Huius etiam sententiæ videtur Capua 1.p. decis. l.2.c. 83.n.10. vbi dicit etiam quando diu coniuges sunt obsessi, reconciliandam esse Ecclesiam, si copula sit notoria.

11 Ex ratione huius sententiæ apertè colligitur, fornicationem occultè admissam in loco sacro non habere malitiam lethalem sacrilegij, atque ita loci circumstantiam non esse necessario tunc confitendam. Quia (vt probaui nu.4.) tota sacrilegij mortalis deformitas ex loci sacri pollutione petenda est, at cessat pollutio, vbi est fornicatio occulta. Atque ita fatetur esse satis probabile Vasq.1.2.q.72.a.6.disp.98. n.6. Et iuxta hoc nõ est opus cõiuges diu obsessos esse: quo à culpa mortali excusetur copula inter eos in loco sacro habita occultè. Atq; ita significat Lud. Lop. 1.p. instruct. c.82. §. At verò de redd. vbi dicit talem copulam non esse mortalẽ, maximè si coniuges sint diu obsessi. Cæterũ hoc nõ approbo. Quia per eũ cõcubitum ex natura facti & per se polluitur

tur Ecclesia, licet non teneamur abstinere à celebratione in ea, dum occultus manserit: atq; ita absque nouo actu nouaque culpa incipit esse polluta, vbi primum de præterito concubitu constiterit per famam, aut coniugum confessionem, iuxta *c. Significastis, de adult.* Qua ratione eam distinctionem reprobant *Palud. 4 d. 31. q. 3 a. 2. n. 14. D. Anton. 3. p. t. 1 c. 20. §. 2. Adrian. 4 q. 14. de matr. §. Pro huius succincta Tab. Matrim. 3. q. 9. n. 10. Nauar.* dicēs sustineri non posse limitationē, si copula sit occulta, *sum. Lat. in 2. edit. c. 16. n. 32. vers. 4.*

12 Tertia sent. (cui adhæreo, tanquam probabiliori) dicit nullam esse culpam lethalem coniugalem concubitum intra locum sacrum in casu necessitatis exercitum, vt si diu coniuges intra locum sacrum ita obsessi sint, vt ad alia loca non sacra egressus minimè pateat, quo moraliter copulentur, secus si breui tempore. Et ratio est, quia priori casu difficillimum est continere, & valdè probabili incontinentiæ periculo exponerentur coniuges, admittendo voluntarias pollutiones, nisi concubitus eis liceret. quare non est credendum, Ecclesiam in hoc euentu voluisse obligare ad abstinendum, ob quandam loci sacri exrinsecam decentiam: eo vel maximè, quod cætera Ecclesiæ præcepta in casu magnæ necessitatis deobligant. In posteriori autem casu facili negotio possunt abstinere breui illo tempore. Et confirm. quia licet necessitas coeundi non sit tunc præcisa & absoluta, ac prorsus ineuitabilis, at est necessitas moraliter modo, & attenta humana fragilitate ineuitabilis, quod satis est ad deobligandum. Præterea, quia qui gratia id periculum vitandi coniunguntur in loco sacro, illum potius reuerentur, quam iniurium inferant. Et ideo hanc sententiam sustinent *Alensis 2 p. q. 166. membr. 2. ad 1. ex argumento propositio posteriori loco. Alb. Magnus 4 d. 32. a. 11. ad 2.* vbi *Ricardus art. 3. q. 1. Scotus ibi q. vn. fine. Maioris q 1. arg. 2. contra 3. concl. Supplem. Gabr. q. vn. art. 2. concl 11. Mayronis q vn. Guillelmus Borrillong. q. vn. art 2. post 1. concl. casu 4. Bassolis q. vn. art. 3. Nicol. de Orbellis q. vn. §. 3. Ouand. q vn. post 2. propos. Palac. disp. 1. fol. 711. vers. At verò contra. Henricus c. 2. n. 6 de coniug. leprof. Ioan de Friburgo sum. confess l. 4. t. 2. q. 43. Alens. 2. p. sum. l. 3. t. 10. a. 5. q 2. Rosella Conseratio, 1. n. 9. & v. Debitum, n 7.* vbi *Angel n. 35 & Syluest. q 3. n. 5. & Consecratio, 2. q. 5. casu 3. Castro l. 1. de lege pœnali c. 7. docum. 2. Monald. sum. tract. de matrim. t. de effectu matr. vers. Est alius effectus, in fin. Turrecr. 4. Sciatis. 33. q 4. a. 5. n. 8. Couar. 4 decret. 2. p. c. 7. §. 2. n. 3. Ant. Cucum l. 5 instit. maior. t. 11. n. 121. Nider sum. præcept. 6 c. 4. vers. Sextus non tenetur:* iuncto *vers. Dictū est 2. Margarita confess 6. præcept. f. 86. Alcoz. 1 sum. c. 20. f. 75 col. 2. §. Los tocamientos hechos. Suarez 3. p. q. 83. 4. 3. disp 81. sect. 4. 9. 3. violatur. Enriq l 9 de Missa c. 27. n 5 & l. 11. de matr. c. 16. n 4. Petr. de Ledes. de matrim q. 64. a. 7. concl 1. & sum. sacram. tract. de Euchar. c. 20. diffic. 1. circa modum, quo polluitur Ecclesia semine, vers. Digo lo primero. Bart. à Ledes. dub. 12. de pœnit. in interreg. circa 6. præcept. §. Similiter interrogetur.* Et hanc esse probabilem dicunt *Victoria sum. de matr. n. 279 & Ledesma 2 p. 4. q. 66. art. 3. fin.* & fortè esse veram asserit *Lud. Lopez 2. p. instruct. de Euchar. c. 79 §. Præterea series.* Eiusdem sententiæ videntur *Greg. Lopez l. fin. t. Fornicatio, t. 10. p. 1. Perez lib. 5. ord. t 1. l 1. §. Quæro potest vtrū copula & Matienzo l. 5. recop. t. 1. rubr. gl. 1. n. 99. Ledesma 1 p. 4. q. 24. a. 3. dub. 7. casu 2.* vbi dicentes pollui Ecclesiam quando coniuges in loco sacro commiscentur, excipiunt nisi coniuges diu intra Ecclesiam obsessi existant: atque ita clarè sentiunt tunc non esse culpam mortalem, quod expressè docet *Matienzo.* Et habet verum hæc sententia, licet concubitus sit publicus. DD. enim prædicti non distinguunt, sit occultus nec ne. Et tenent expressè *Palacios Suarez, Petr. de Ledes. illo loco in tract. de Euchar. citato,* vbi etiā *vers. Digo lo segundo,* dicit & bene, cum Suarez loco proximè cit. nō solū hoc procedere vbi vterq; coniux esset ita in Ecclesia obsessus, sed etiam vbi alter, posset enim consummare intra Ecclesiam altero illuc adeunte. Quia eadem est ratio. Sed quia multi ex his DD. solum dicunt non esse tunc accessum lethalē, nec explicant, num loquantur de sola debiti redditione, vel etiam de petitione, id superest amplius declarandum. Et quidē *Monald. & Nider hoc n. citati* asserunt reddentem in hac necessitate, immunem esse culpæ, petentem verò reum culpæ venialis. Sed immerito, quia si necessitas omnem irreuerentiæ rationem auferat, totam subinde deformitatem & culpam euacuat. Atque ideo dicendum est, nullam esse culpam ratione loci sacri, & reddere & petere. Et ita docent *Ricard. Supplem. Gabr Maioris, Alens. Guillel. Borrill. Turrecrem. Castro, Ouand. Angel. Rosella, Enriq. Petr. de Ledes. Bart. à Ledes. Palacios hoc n. relati:* & idem dicunt loquētes de accessu indistinctè, *Mayronis, Bassolis, Nic. de Orbellis, Alcozer,* hic allegati: & clarè sentit *Sylvest. locis citatis,* dicit enim cessare in hoc casu irreuerentiam. Sed adhuc quæres, quod tempus dicatur longum & quod breue? *Suarez loco proxime citato, & Petr. de Ledesma sum. sacram. c. 20. de Euchar. f. 264. vers. Digo lo segundo,* dicunt breue tempus esse, si vna vel alia die intra Ecclesiam coniuges maneant. Sed non credo intentionis eorum esse, vt existiment quinque aut sex dies reputari longum tempus. Quia non est ita difficile sex diebus continere. Quare attenta communi hominum fragilitate, vnum mensem existimarem longum tempus. Vix tamen credo fore vt casus is eueniat. Quia semper sunt in Ecclesiis cubicula adhærentia & turris, quæ nomine loci sacri minimè includi, quò ad actum coniugalē exercendū cōfugi possit, statim dicemus.

Sed adhuc non modicus scrupulus superest, num in ea 13
necessitate solum liceat copula coniugalis in Ecclesia ad vitandum incontinentiæ periculum in alterutro ex coniugibus. Nam *Sylvest. Ouandus, & Margarita confess. quos n. præced. retuli,* dicunt esse mortalem, copulam in eo euentu habitam quocunque fine, nisi ad vitandum in alterutro coniuge incontinentiæ periculum, quamuis tunc in ipso actu adsit voluptas non principaliter intenta. Et eiusdem sententiæ videntur *Victoria, Castro, Enriq n. præced etiam allegati & Lud. Lop. 2 p. instr. de Euchar. c. 79 §. Præterea series,* dicūt enim licitam esse copulam in Ecclesia, quando coniuges diu obsessi, & de illicita seminis effusione sibi ipsis timentes corrent. & hoc dicit esse tutius *Ledesma 2. p. 4. q. 66. art. 1. fin.* & videntur fauere *Ricard. Supplem. Gabr. Rosella. Astensis. Turrecr. citati n. præc.* dum probant licere talem copulam, ea ratione, ne laqueus animabus iniiciatur. Potest q; probari, quia nulla alia necessitas potest vrgere ad eum concubitum habendum. Sed meo iudicio hi vltimi DD. non sunt eius sententiæ. nam satis periculosum rete tenderetur, si esset mortalis copula non ob eum finem habita, & grauissimis scrupulis vrgerentur coniuges, maximoque periculo peccandi lethaliter expositi essent, si semper discutiendum ab eis esset num cum accedere volunt, incontinentiæ periculum patiantur. Quare *Maioris & Palacios n. præced. allegati,* in eo casu diuturnæ obsidionis, merito & iure optimo excusant copulam à loci sacri irreuerentia sacrilega, in omnibus casibus, in quibus extra Ecclesiam vacaret culpa lethali. Quod *Ledesma proximè citatus,* fatetur esse probabile. Quod etiam sentit *Bart. à Ledesma dub. 12. de pœnit.* vbi de interrogationibus circa 6. præcept. §. *Similiter interrogetur.* vbi absolutè dicit licere tunc copulam: & addit maximè hoc habere verum, vbi alter coniux redderet, aut peteret ad vitandam in se vel in altero incontinentiam. Vnde quamuis necessitas vrgens ad permittendam in hoc casu copulam, sit incontinentiæ periculum, non tamen admitto esse necessarium ad eum finem referri, vt à culpa mortali excusetur, nec credo esse necessarium vt id adsit periculum. Sed satis est vt in ea diuturna obsidione, attenta humana fragilitate, & morali modo loquendo, adsit communiter id periculum, quamuis desit in aliquibus particularibus coniugibus aut euentibus. Quia lex ad ea, quæ frequenter accidunt, attendit, *l Nam ad ea, ff. de legibus.* Et huius sententiæ videntur esse *Alcozer & Suarez n. præced. citati. & Petr. de Ledesma sum. sacram c. 20. de Eucharist.* vbi de modo, quo Ecclesia semine polluitur, *vers. Digo lo primero,* vbi dicunt, ideo crimen esse copulam, dum breuē moram sunt tracturi coniuges intra Ecclesiam, non autem quando longam. Quia in priori casu facilè, in posteriori verò difficilè continere possunt, atq; ita nō considerant actuale periculum & præsentaneum, sed morale & frequenter accidens attenta humana fragilitate. Eiusdē-

que

que sententiæ sunt cæteri Auctores num. præced. allegati, demptis paucis, quos hic refero, cùm absolutè doceant tempore illius longæ obsidionis licitam esse copulam. Imò addo quando constat fore vt ea obsidio diu perseueret, posse statim coniuges coire in Ecclesia. Quia iam adest vrgens causa, & necessitas prælicta, nec cogendi sunt expectare donec aliquod tempus elabatur: cùm non sit maior ratio de vno tempore, quam de alio: alias vbi postea se cõmiscerent, tenerentur expectare moram aliquam temporis, vt iterum copula vterentur. Quia breui tempore post copulam, facile est abstinere: ac proinde nimios scrupulos ac offendicula obiicere coniugibus, id esset, potius quam illorum fragilitati consulere. Idq́ue videtur sentire *Alcozer nu. præced. allegatus*, dicit enim quando coniuges diu debent esse intra Ecclesiam obsessi, licere illis vsum matrimonij.

14 Tandem infertur in eo casu, in quo licitam esse copulam in loco sacro diximus, minimè pollui, nec reconciliatione indigere: cessat enim irreuerentia. Atque ita docent *Maiorit, Quand. Rosella, Syluest. Castro, Conan. Greg Lopez, Ant. Cucus, Ledesma, Lud. Lopez, Perez, Salzedo, Enriquez, Petrus de Ledesma, Barth. à Ledesma, Matienzo, Margarita confess. quos n. 12. retuli.* Quamuis *Angel. v. Debitum, n. 5.* dicat pollui Ecclesiam, quamuis fateatur tunc esse licitam copulam.

SVMMARIVM.

An cogitationes, desideria, confabulationes, nutus, aspectus, tactus, inhonesta, in loco sacro, siue inter coniuges, siue inter solutos, sint sacrilega? Refertur triplex sententia, n. 15. 16 & 17.
Sententia Auctoris circa cogitationes & desideria, n. 18 & 19.
Circa aspectus & verba, n. 20.
Circa tactus, n. 21 vbi quando circumstantia loci constituat sacrilegium.
Solumtur argumenta, n. 22. Post quem inuenies summaria alia.

15 QVAESTIO II. An non tantum concubitus coniugum extra casum dictæ necessitatis sit sacrilegus in loco sacro, sed etiam cogitationes, desideria, aspectus, confabulationes, nutus & tactus inhonesta, inter ipsos, aut inter solutos, sint sacrilega, & proinde sit confitenda loci circumstantia? *Sylvest. Confessio, 1. q 10 n. 11. statim in principio*, in ea est sententia, vt desideria cogitationesque turpia in Ecclesia habita, sint sacrilega, & necessario explicanda sit loci sacri circumstantia. Ducitur, quia hæc eadem malitiam
16 habent, quam concubitus ipse.

Alij verò idem fatetur de confabulationibus, nutibus & tactibus libidinosis, de cogitationibus autem & desideriis non meminere. Quia negari minime potest esse grauem irreuerentiam loco sacro illatam. Sic *Corduba sum. q. 190.*

17 Demum alij id negant de aspectibus, & confabulationibus, & cogitationibus desideriisque, non tamè consummandi intra Ecclesiam: fatentur autem de tactibus, præsertim si sint in partibus inhonestis. Sic tradunt *Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 31. à §. Caterum quia de copula.* & agens de tactibus in locis secretis & verendis, *Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 207. n. 1* Quia tactus eiusdem malitiæ sunt cum copula.

18 His tamen non obstantibus sit conclusio. Si in Ecclesia existens desideret concubitum coniugalem, aut fornicatum, exercenda tamen extra Ecclesiam, nullius sacrilegij reus est, nec illa loci circumstantia est necessario confitenda. Prob. quia quod repugnat loci consecrationi, ipsumq́; polluit, est seminis effusio: vt constat ex dictis n. 7. sed hæc non est exercenda in Ecclesia: ergo nulla est circumstantia ex parte loci. Et confirmatur, quia tota ratio huius sacrilegij est, eo quod locus sacer violetur, vt probaui num. 4. quod non inuenitur in solo desiderio extra Ecclesiam consummandi actum. Secundò, quia actus internus & externus tunc sunt eiusdem speciei, quando tendunt in idem obiectum cum eisdem circumstantiis: vt si quis coniugatam feminam concupiscat sub expressa conditione si soluta esset, non est adulter, quamuis actus externus copulæ cum illa adulterinus esset. Quia actus internus non fertur in externum sub eadem circumstantia, sed concubitus in Ecclesia, & desiderium illius exercendi extra eam, non feruntur in obiectum sub eadem circumstantia: ergo actus ille internus non est particeps malitiæ sacrilegij, quæ in externo reperitur. Et confirmatur, quia si extra Ecclesiam optaret quispiam concubitum intra illam, sacrilegus esset, eo quod copula volita est exercenda intra Ecclesiam: non ergo attenditur locus desiderij, sed locus vbi actus ipse consummandus est. Tandem hæc conclusio constabit ex ratione, quam n. 21. afferam. Et illam sustinent *Canus relect. de pœnit. p. 5.* vbi de circumst. constitend. § *Multa hic de peccatorum circumstantiis. Nauar. c. Confideret, in princ. n. 21. de pœnit. d. 5. & sum. c. 6. hisp. n. 10. lat. n. 12. Vinald. candel. sacram. 1. p. de confess. n. 46. Petr. de Ledesma sum. sacram. de pœnit. c. 19. circa loci circumst. antiam. §. Acerca desta conclus. Lud. Lopez & Manuel n. præced. allegati. Alcozer sum. c. 20 f. 74. col. 2.*

Ex his infero primò, concupiscentem in Ecclesia femi- 19
nam, quam videt, aut cuius meminit, nisi expressè appetat in ecclesia ipsa suam voluntatem exequi, sacrilegum minimè esse. Quia licet id desiderium in loco sacro conceptum sit, at non est consummandi in eo: quod ad sacrilegij deformitatem desideratur. Ita *Nauar. co. c. Confideret, in princ. c. 21. vers. Quartò infero.*

Secundò infero, aspectus, nutus, verba inhonesta in ec- 20
clesia, non esse sacrilega, nec loci circumstantiam necessario fatendam esse. Quod apertè probant rationes allatæ n. 18. & docent *Canus, Manuel, Alcozer, Lud. Lop. Petr. de Ledes. ibi citati.* Sed limitat *Petrus de Ledesma*, nisi verba inhonesta altiori voce proferrentur: tunc enim ait esse sacrilegium necessariò confitendum. Quia sanctitati loci repugnant. Sed id minimè credo: ob ea quæ dixi n. 18. & dicam n. seq. sed potest esse peccatum aliud scandali.

Tertiò infero, tactus quantumcunque turpes in loco sa- 21
cro absque pollutionis periculo (in hoc enim euentu semper loquimur, & accipienda sunt omnia dicta) non habere circumstantiam sacrilegij aperiendam necessariò in confessione. Probatur rationibus adductis num. 18. Item quia tunc loci circumstantia sacrilegium constituit, & in confessione detegenda est, quando actus in eo admissus directè aduersatur sanctitati aut immunitati loci, id est, illis ad quæ locus sanctificatus est: vt si ibi posse diuina celebrari, aut mortuos sepeliri, impediat, vel auferat immunitatem illuc confugientium, aut securitatem rerum ibi in custodiam depositarum. Vt optimè docent *Caiet. opuscul. tom. 1. tract. 17. respons. qui est trigesimus primus, respons. 31. dub. 2. Nauar. c. Confideret, in principio, n. 20. de pœnit. d 5.* sed illis tactibus non violatur Ecclesia, nec est violationis periculum, cum cesset pollutio, eiusque periculum, & proinde non impediuntur officia diuina, aut mortuorum sepultura: non ergo sacrilegi erunt, nec loci circumstantia erit necessario fatenda. Et ita docent *Alcozer summ. c. 20. fol. 74. col. 2. §. Los tocamientos.*

Ad argumentum contrarium n. 15. propositum constat 22
ex dictis n. 18. cùm enim actus internus non feratur in obiectum cum eadem circumstantia actus externi, non est eiusdem speciei. Ad propositum n 16. dic aliquam irreuerentiam esse: at non excedere limites culpæ venialis. Quia non violatur locus sacer. Sicut de aliis peccatis grauibus in loco sacro admissis, fatetur *Sylvest. Confessio. 1. q. 10.* Ad aliud propositum n. 17. dic id esse verum, quando ordinantur ad concubitum cum eadem circumstantia, & est eadem ratio in tactibus & in copula. Quod vtrumque hic desideratur. Quia nec tactus tendunt ad copulam intra Ecclesiam, nec illam violant instar copulæ.

SVMMARIVM.

Quid nomine loci sacri comprehendatur? num omnis locus gaudens immunitate Ecclesiastica, n 23.
Comprehenditur locus sacer, aut benedictus ab Episcopo, ad diuina deputatus, n. 24.
Quale Ecclesiæ spatium comprehendatur, n 25.
Quid de loco supra tectum: & de parietibus Ecclesiæ, n 26.
Quid de locis sub Ecclesia cõstitutis: & de sepulchro cõcauo ibi sito. n 27.
Quid de ianua Ecclesiæ, n. 28.
Quid de cameris adiacentibus Ecclesiæ, n 29 Et quid de turri, n. 30.
Quid de sacristia, n. 31.
Quid, de porticibus intra Ecclesiam constitutis, vnigò corrigas, & addendi, n. 32.

Quid, de choro & loco organorum, n. 33.
Quid, de locis deputatis ad feminarum confessiones excipiendas. n. 34.
Quid, de cameris instar ædis, vulgo, tribunes, n. 35.
Quid, de Ecclesia iam benedicta: capta aq; conferri, in qua non dum celebratum est, n. 36.
Quid, de Ecclesia destructa, & an gaudeat immunitate Ecclesiæ, n. 37.
Quid, si laxetur Ecclesia, capella aliqua ipsi addita, aut alia parte, nec illa benedicatur, n. 38.
Quid de oratoriis priuatis, Ecclesiis eremiteriorum aut xenodochiorum, n. 39. & ibi, quando præsumantur auctoritate Episcopi erecta.
Quid, de cœmeterio, n. 40. Quid de claustris religiosorum, n. 41.
Quid, de aliis habitaculis & officinis monasterij, n. 42.
Quid, de loco profano, in quo aliquis fidelis est sepultus, n. 43.

23 QVAESTIO III. Quid nomine loci sacri contineatur quo coniugali copula violetur, illamq; sacrilegam reddat extra casum necessitatis? Et quidem certum est apud omnes, locum sacrum ad hunc effectum non ita late accipi, sicut ad gaudendum Ecclesiæ immunitate. Quoniam omnia Ecclesiæ, monasteriorum, xenodochij habitacula, est certum gaudere immunitate Ecclesiæ: cùm tamen (vt dicemus) copula in illis non sit sacrilega, nec ad hunc effectum nomine Ecclesiæ includantur.

24 Primo ergo nomine Ecclesiæ quoad hunc effectum intelligitur sola Ecclesia consecrata aut benedicta. Quia ante hanc consecrationem aut benedictionem non est locus sacer. Sic *Soto 4 d. 32. q. vn. a. 3. concl. 5. Nauar. sum. c. 16. n. 32. Angles floribus 1 p. de matrim. q. 6. de soluendo debito in fin. Enriq. l. 9. de missa, c. 27. n. 5 & l. 5 de pœnit. c. 6. n. 9. in comment. lit. H.* vbi bene addit desiderari vltra hoc vt locus ille sit deputatus ad officia diuina, aut fidelium sepulturas. *Emanuel Sa sum. verb. Eccles. §. Polluitur Ecclesia. Graffis 1. p. decision. l. 1. c. 20. n. 28. & l. 2. c. 83. n. 19. Manuel 1 tom. sum. 1. edit. c. 153. n. 13. fin. & c. 243. n. 19.*

25 Id autem spatium dicetur esse intra Ecclesiam, quod pertinet ad interius Ecclesiæ corpus, à tecto interiori vsque ad pauimentum, & ad summa ara vsque ad parietem oppositum. Quare Capellæ constitutæ intra Ecclesiam comprehenduntur, vt bene ait *Vega tom. 2 sum. c. 94. casu 5.* Quia vnum corpus cum ipsa efficiunt.

26 Hinc fit non violari Ecclesiam, nec esse sacrilegium, si copula habeatur supra Ecclesiæ tectum: vel ibi interficiatur homo. Quia iam locus ille est extra Ecclesiam. Atque ita docent *gloss. c. vn. de consecr. Eccles. in 6. verb. Sanguinis*, vbi *Ioan. Andr. n. 2. Dominic. n. 8. Anchar. n. 2. vers. Tangit gloss. Francus n. 6. fin. Archid. c. Ecclesiæ, n. 2. de consecr. d. 1. Henric. c. final. n. 4. de consecr. Eccles. Rosella Consecratio, 1. n. 7. Angel. verb. Consecratio Ecclesiæ, n. 5 Sylvest. Consecratio, 2. q. 5. casu 1. Tabiena Consecratio, 2. q 5 §. 6. Nauar. sum. c. 27. n. 256. Ledesma 2. p. 4. q. 26. a. 2. ad fin. paulo ante et De casibus reseruatis. Suarez 3. p. q. 83. a. 3. disp. 32. sect. 4 paulo post princ. Graffis p. 1. decis. l. 2. c. 48. n. 24. Vega 2. 10 sum. c. 94 casu 5 Lud. Lopez 2. p. instruct. de Eucharist. c. 79. §. Præterea series. Emm. Sa summ. verb. Ecclesia, §. Polluitur Ecclesia. Manuel 1 to. sum. 2 edit. c. 154. n. 10. concl. 9 & n. 7. concl. 6.* vbi cautè intelligendus est, dum ait non violari Ecclesiam suspenso homine ex ipsius tecto: si suspendatur supra ipsum à parte exteriori, si enim à parte interiori suspenderetur, manifestum est id intra Ecclesiam fieri: atque ideo ipsam violari. Quæ omnia ego intelligerem, nisi quòd est supra Ecclesiæ tectum, sit capella eiusdem Ecclesiæ, ad quam patet aditus per ipsam Ecclesiam. Quia talis non est diuisa ab Ecclesia, sed reputatur vnum Ecclesiæ corpus deputaturque similiter ad cultum diuinum, vt in simili n. seq. dicemus de sepultura concaua. Similiter si extra parietes Ecclesiæ haberetur copula: vel ex ipsis parietibus à parte exteriori suspenderetur homo, minimè violaretur: nec sacrilegium esset. Quia extra Ecclesiam fit. *Suarez ibi, Manuel eod. c. 154. concl. 6. n. 7.* Quod intellige, nisi sit illa pars exterior parietum, cœmeterium, tunc enim violaretur ipsum, & sacrilegium esset, iuxta ea quæ dicemus n. 40.

27 Secundò deducitur, nec reputari locum sacrum quoad hunc effectum, locum sub Ecclesia constructum: vt si ibi sit cella, cauerna aut spelunca. Quia ille locus extra Ecclesiam est. Ita docent *Ioan. Andr. Ancharan. Dominicus. Francus, Sylvest. Tabiena, Armilla, Nauar. Ledesma, Suarez, §. Tertiò violatur. Lud. Lopez, Graffis. Vega. Emm. Sa n. præced. allegati. Manuel 1 to. sum. 2. edit. c. 153. n. 10 concl. 9.* Quod (vt in simili dixi n. præcedenti) intelligo similiter, nisi in cauernis Ecclesiæ sit fornix, quem sepulturam concauam appellant. Quia ille pars Ecclesiæ reputatur, deputatusque est ad fidelium sepulturas, sicut Ecclesiæ solum.

Tertiò deducitur, quid dicendum sit, si copula habeatur, aut homo interficiatur in Ecclesiæ porta. Si enim contingat intra limen clausuramque Ecclesiæ, id est, intra lineam quam attingunt valuæ in liminibus, erit sacrilegium. Quia intra Ecclesiam fieri dicitur. Secus si extra limen clausuramque Ecclesiæ. Id enim extra Ecclesiam sanctum censetur. Sic *Dominic. c. vn. n. 6. de consecrat. Eccles. in 6. Imola*, quem refert & sequitur *Sylvest. verb. Cœmeterium, q. 5. Angel. verb. Consecratio cœmeterij n. 3. Tabiena verb. Consecratio, 4. q. 5. Armilla verb. Cœmeterium, n. 4. Manuel 1 tom sum. 2 edit. c. 154. n. 13.* Quibus addo, si illud extra limen Ecclesiæ pertineret ad cœmeterium, illud pollui, esseque sacrilegium, vt in simili dixi n. 36. 28

Quartò deducitur, non comprehendi nomine Ecclesiæ cameras Ecclesiæ adhærentes. Quia illæ minimè constituunt vnum corpus cum Ecclesia, nec cultui diuino deputantur. Ita docent *Soto 4. d. 32. q. vn. art. 3. concl 3. Nauar. sum. Lat. c. 16. n. 32. vers. 4. Angles floribus 3. p. de matrim. q. 6. de soluendo debito, in fine. Suarez 3 p. q. 83 a. 3. disp. 81. sect. 4 §. Tertiò violatur. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 87. §. At verò de redditione. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 154. n. 10 conclus. 9. & c. 243. n. 19. Graffis 1. p. decision l. 2. c. 83. nu. 10. Vega l. 1. sum. c. 78. casu 1. Cañedo sum. sacram. tract. de matrim. c. 8. n. 75.* 29

Quintò deducitur, nec turrim, vbi cymbala Ecclesiæ collocantur, esse locum sacrum. Constat eadem ratione, qua de cameris Ecclesiæ id dixi n. præced. Et docent *Soto, Nauar. Angles, Suarez, Manuel, Lud Lopez, Graffis, Vega, Cañedo ibid. citati, Enriquez l. 5 de pœnit. c. 6. n. 5 in comment. lit. H.* 30

Sextò deducitur, quid dicendum sit de sacristia. Videtur enim eam non censeri esse extra Ecclesiam: cùm sit omnino illi coniuncta instar capellarum. Atque ita censent aliqui Neoterici. Sed contrarium mihi persuadeo. Quia capellæ sunt partes Ecclesiæ, vnumque corpus cum illa efficiunt, ad eadem munus destinatæ, nempe ad officia diuina peragenda, fideleque sepeliendos. At sacristia est quasi aliæ cameræ Ecclesiæ adhærentes, nec ad idem munus deputatur, sed ad vestium sacrarum custodiam. Et constabit magis ex dicendis nu. 34. vbi pariete intermedio res diuidi probabimus. 31

Septimò deducitur, includi nomine Ecclesiæ propylæa circumducta intrinsecus per templi summitatem, ad pulueres tecto incutiendum. Vulgò, *las cornijas ò andenes, que ay en las paredes de la Yglesia por de dentro, para sacudir el poluo dellas.* Quia sunt intra ipsum Ecclesiæ corpus, vt constat. 32

Octauò deducitur, quid dicendum sit de choro. Constat enim illum esse partem Ecclesiæ, sub eaque comprehendi, vbi chorus est in loco quodam Ecclesiæ scabellis foliis distincto ac intercluso, vt solet esse in parochiis aliquibus. Quia tunc verè est pars Ecclesiæ, & in ipsius solo, nec sunt intermedij parietes, qui quasi cameram distinctam efficiant. At vbi est in loco quodam edito, & à terra prominenti: vt in monasteriis solet esse: non ita videtur constare. Quia solum est distinctum, & videtur pars diuisa ab Ecclesia. Cæterùm adhuc credo comprehendi. Quia intra ipsummet Ecclesiæ ambitum eisdem parietibus intercluſus continetur, ad eademque officia diuina destinatur. Atque huius sent. videtur *D. Antonin. 2. p. t. 1. c. 21. §. 1. circa medium*, vbi indistinctè chorum nomine Ecclesiæ comprehendi docet. Atque idem censeo de loco organorum constituto in quadam chori parte; eadem ratione: sonus enim organorum est cantus, & quædam cultus diuini pars. 33

Nonò deducitur, quid dicendum sit de cellulis ad excipiendas mulierum confessiones deputatis, intra Ecclesiæ parietis concauum constitutis, parte in qua mulieres fatentur, tenui quodam pariete ex lateribus ducto, fenestellaque cratibus obiectis clausa, diuisa ab ea parte in qua 34

est

est ipse confessarius. Si enim de ea parte, in qua mulieres sunt, loquamur, manifestum est eam esse Ecclesiæ partem. Cùm intra ipsius contineatur ambitum, nulloque pariete intermedio secernatur. Si verò de ea parte, in qua est confessarius, credo non claudi nomine Ecclesiæ, etiamsi sit intra ipsius parietis concauum (vbi enim extra esset, nulla versaretur difficultas, quamuis locus omnino patens, nullaque re intermedia diuisus esset. Quia iam est extra Ecclesiam.) Ducor, quoniam paries ille intermedius separat, atque templo excludit, ita vt pars illa pro distincto domicilio habenda sit. Vt expresse probat textus *c. vnic. de consecr. Eccl. in 6.* ibi: *Non vnum, sed plura cameteria esse noscuntur, quæ quamuis sibi coherentia, pariete tamen medio seiunguntur.* Ex quo textu parietem diuidere, ita vt res sic diuisæ dicantur duæ, obseruant *ibi glos. verb. Pariete, & ibi Archid. fin. Anchar. n. 2. notab. 5. Dominic. in fin. Francus n. 3.* Idem censeo, si partes illæ linteo cerato, aut tabella, fixis & immobilibus seiunctæ sint. Quoniam cum ea sint fixa & immobilia, instar parietis habentur. Secus si velo, quod complicari & explicari potest, aut tabella ferreis nexa vncis (vulgò *con gonzes*) diuidantur. Quia ea facilè mobilia fixo parieti minimè æquiparantur. Quod si sit paries quidam tenuis (vulgò *tabique*) secernens eas partes, portaque claui obserata per quam aditus ex vno loco ad alium patet, adhuc credo partem confessarij externam non claudi nomine Ecclesiæ. Quia testibus *Anchar. Domin n. 3. Franco proximè relatis*, paries intermedius diuidit, licet sit porta per quam de vno ad alium transitur locum.

35 Vltimò infertur, cameras instar odæi ex aduerso aræ maximæ ad sacrum audiendum exædificatas (vulgò *tribunas*) minimè claudi minimè Ecclesiæ. Quia non deputantur ad diuina celebranda, & sunt quasi cauteræ distinctæ, & Ecclesiæ adhærentes.

36 Secundò dico Ecclesiam ab Episcopo benedictam, cœptamq; ipsius auctoritate ædificari, claudi nomine Ecclesiæ, vt copula in ea habitasit sacrilega. Ducor, quia iam est benedicta, & auctoritate Episcopi ad diuina deputata. Quæ duo (vt diximus n. 24.) desiderãtur, & sufficiunt, quo locus sacer sit. Secundò, quia ibi possunt iam fideles sepeliri, vt fiebat in hoc Collegio Societ. Iesu, cùm enim Ecclesia qui vtebatur, esset concaua, sepeliebantur nostri in Ecclesia ab Archiepiscopo benedicta, cœptaque ædificari. Tertiò, quia est certius & communius Ecclesiam nondum consecratam, & in qua nondum diuina celebrata sunt, modo sit auctoritate Episcopi erecta gaudere Ecclesiæ immunitate, vt multis relatis tradunt *Syluest. verb. Loca religiosa q. 4 in n. 7. Consr. 2. var. c. 20 nu. 4.* & multi alij, & licet (vt dixi n. 23.) latius pateat gaudere immunitate Ecclesiæ: at inde colligo argumentum ad probandum esse locum sacrum, Ecclesiam quæ amplius habet, videlicet, esse benedictam, & diuinis deputatam, quæ sunt duo requisita.

37 Tertiò dico si Ecclesia destructa sit, non comprehendi nomine Ecclesiæ, nec copulam in ea habitam, aut effusionem sanguinis in ea factam, esse sacrilega, nec locum violari. Quod licet in propriis terminis in nemine inuenerim: colligo ex *c. Abbate, ad fi. de verb. signif & c. 2. de noui oper. nunciat. & c. Hoc diximus, 6. q. 7.* quod est ex *Origene homil. 15. ad c. 21. D. Matth.* per quos textus notat *gloss. d. c. Abbate, fin. & c. 2. verb. Principale, de noui oper. nunciat.* Ecclesiam destructam minimè gaudere priuilegiis concessis Ecclesiæ. Quam sequuntur omnes DD. statim referendi: est tamen accipiendum cum hac moderatione, si auctoritate superioris destructa sit, vt obseruant *gloss. c. Statutum, de elect. in 6. verb. Collegiatis*, vbi *Domin. n. 3. fin. Eadem gloss. reg. Priuilegium, 7. verb. Priuilegium, de reg. iuris, in 6.* vbi *Francus n. 3. Glos. d. c. Hoc diximus, verb. Destructa. Innoc. c. 2. de noui oper. nunciat. n. 2. anit.* vbi *Anton. n. 4. anit. Anchar. n. 9 initio. Abbas n. 5. Henric n. 6. Alex. l. Inter stipulantem, §. Sacrament. n. 13. ff. de verb. oblig. Iason n. 30. Additionat. ad Bartolum in edit. antiqua ibi, verb. Ecclesia. Felin. c. Cum dilecta, n. 21. de rescriptis. Rosella verb. Priuilegium, nu. 4. Angel. verb. Ciuitas, n. 1.* vbi *Syluest. q. 2. Tabiena q. final Armilla n. 3.* Quare tunc Ecclesiam minimè gaudere immunitate, possèque inde extrahi reum, tradunt *Remigius de immunit. Ecclesiæ, ampliat. 20. Iul. Clarus practica crimin. lib. 5 receptar. §. fin. q. 30 n. 6. vers. Maius est dubium. Farinacius in sua praxi, qu. 28. n. 70. Paz pract. 1. to. p. 5. c. 3. §. 3. n. 38.* Rursus intelligo non gaudere priuilegiis Ecclesiæ, si auctoritate superioris sit destructa, quando ita destructa est, vt nulla reædificationis spes subsit: si enim diruatur, vt iterum ædificetur in eodem loco, gaudebit vtique. Vt bene docent *Alex. Iason, Felinus, Additionator ad Bartolum, Armilla proximè citati.* Quamuis *Remigius, Iul. Clarus, Farinacius & Paz* videantur oppositum sentire: dicunt enim non gaudere, quando superioris auctoritate, aut sine spe reædificationis, diruta est. Imo qualitercumque diruta sit, etiam absque superioris auctoritate, absque reædificationis spe, non fruetur Ecclesiæ priuilegiis. Quia iam nulla ratione potest Ecclesia appellari. Sic *Baldus in proœmio, ff. veteris, n 5. Felinus proximè relatus.* Et videntur sentire *Remigius, Iulius Clarus & Paz*, dum disiunctiuè dicunt non gaudere, si auctoritas superioris interueniat, aut spes reædificationis desideretur.

Quartò dico, si laxetur Ecclesia, parte aliqua sibi addita, 38
aut capella, licet ea non benedicatur, comprehendi nomine Ecclesiæ, sicque copulam ibi habitam esse sacrilegam. Ducor, quia semper pars addita efficitur vnum cum priori, & eadem Ecclesiæ forma perficitur, quare gesta in ea, verè intra Ecclesiam fieri dicuntur. Vnde meritò *l. Quæ religiosis, 44. ff. de res vendic.* dicitur quæ religiosis adhærent, religiosa esse. Vnde *gloss. c. 1. verb. Altare, de consecr. Eccl.* ait, si aliquid addatur altari consecrato, hoc non execrari, sed sacrum tanquã dignius trahere ad se non sacrum: per *c. Quod in dubiis, eod. t.* id decernens in oleo non consecrato addito consecrato, vbi *gl. fin in fin. & Ant. ibi, fine*, inferunt, dum vestes sacræ reficiuntur, minimè desiderari filum aut pannum additum cõsecrari. Et quamuis existimem rem illam additam non effici verè sacram. Quia decisio *d. c. Quod in dubiis*, procedit in solis liquoribus, & in iis, quæ commixtione confunduntur, vt tradunt *Anton. d. c. 1. n. 11. & ibi Abbas fin. Idem d. c. Quod in dubiis fine.* At negari nequit gaudere rei sacræ priuilegiis, dum sic vnita manet.

Grauius autem dubium est de oratoriis. Et quidem si de 39
oratoriis strictè loquamur, & quæ propriè talia dicuntur, qualia sunt hospitalium aut eremitoriorum quædam Ecclesiæ priuata auctoritate absque Episcopi licentia erectæ: & alia in domibus priuatis fundata; constat apud omnes ea minimè esse loca religiosa, nec Ecclesiæ nomine comprehendi. Quia possunt ad nutum fundatoris ad profanos vsus redire, quamquam ex Episcopi licentia in eis celebretur. Et ita colligitur ex *c. fin. de censibus*, vbi decidit oratoria priuata non subesse Episcopi potestati, quoad ius visitandi, procurationemque exigendi: iuncto *c. 1. §. Deinde licet, eo. t. in 6.* vbi dicitur Episcopi esse Ecclesias & alia loca religiosa ac pia visitare. Atque ita hæc loca tanquam profana non gaudere Ecclesiæ immunitate, docent *Innocent. c. Inter dilectos, n. 2 de donat. Abbas c. final. n. 4. de censibus, & c. Patentibus, nu. 3. de priuileg.* & multos alios referens *Felinus c. De quarta, n. 9. de præscript. Angel. verb. Immunitas, n. 26. Syluest. verb. Loca religiosa, qu. 2. & Interdictum, 6. q 5. & Immunitas, 1. quæst. 1. fine. Tabiena verb. Immunitas, q. 1 4 n. 15. Armilla verb. Immunitas, n. 19. Remigius*, quem refert & sequitur *Iul. Clarus lib. 5. receptar. in pract. crimin. § fin. n. 6. vers. Sed quid dicendum. Greg. Lop. l. 4. verb. A la Iglesia 2. 11. partit. 1. Paz pract. to. 1. p 5. c. 3. §. 1. num 30.* Cæterum difficultas est de his Ecclesiis xenodochiorum, atque eremitoriorum, quæ consecratæ aut benedictæ nondum sunt, at auctoritate Episcopi sunt erectæ, ad cultumque diuinum destinatæ? Videntur enim loci sacri nomine nequaquam comprehendi. Quia res hæc est odiosa & pœnalis: at statutum puniens delinquentem in Ecclesia non afficit delictum admissum in basilica nondum consecrata, quæ propriè Ecclesia non est, vt testantur *Abbas rubr. de consecrat. Eccles. num. 3. Angelus verb. Ecclesia, num. 3.* Præterea, quia numero 24. cum multis diximus desiderari, vt locus sacer sit quoad præsentem effectum, benedictionem aut consecrationem Episcopi.

Et

Et facit *Corduba sum.q.12.* vbi dicit religiosorum habitacula non esse sacra, ita vt copulam sacrilegam reddant: eo quod non sunt benedicta. Atque ita oratoria non consecrata, nec benedicta, non dici loca sacra quoad hunc effectum, testantur *Enriquez lib.5.de pœnitent.c.6.n.5.in comment. lit.H.& lib.9.de missa, c.27.n.5. Emmanuel Sa sum.verb.Ecclesia, §. Polluitur Ecclesia. Manuel 1.tom.summ.2.edit.c.154.nu.13.* Cæterũ existimo dici loca sacra, & nomine Ecclesiæ comprehendi. Primò, quia iam dicuntur loca religiosa, nec ad vsus profanos redire possunt, vt habetur *c. Ad hæc, de religiosis domibus*: & eæ Ecclesiæ ad cultum diuinum, vt ad missas celebrandas deputantur, & auctoritate Episcopi, ita vt perpetuo cultui diuino mancipata sint, quæ deputatio Episcopi auctoritate facta locum benedictionis supplet, estque velut consecratio quædam. Secundò, quia hæc loca gaudent immunitate Ecclesiæ tanquam sacra & religiosa. Vt docent *Abbas, Ang. Sylvest. Tabiena, Armilla, Greg. Lop hoc n. allegati. Navar. sum.c.25.n.17. Covar.* multos referens 2.*var.c.* 20.*n.4. Pac pract.tom.1.p.5.c.3.§.3.n.27.& duplici seq.* Tertiò, quia verior opinio habet statutum puniens delinquentem in Ecclesia comprehendere admittentem delictum in basilica auctoritate Episcopi erecta, nondum tamen consecrata: vt si is, cui Ecclesiæ ingressus interdictus est, in ea celebret, efficitur irregularis. Vt tradunt *Calderinus de Ecclesiastico interdicto, membro 2.vers. Sed quid si u. Dominic.c.15.§. fin. n.6.de sent.excommun.in 6. Sylvest. Interdictum, 6.qu.5. Navar. super §. In Levitico, notab.31.n.3.* Atque ita hanc sententiam videtur clare tenere *glossa c.fin. verb. Consecrata, de consecrat. Eccles.* vbi illius textus decidentis Ecclesiam non consecratam pollui semine aut sanguine, rationem reddit. Quòd locus ille auctoritate Episcopi diuino cultui dicatus sit: & semel Deo dicatum, ad profanos vsus redire non debeat. Tandem rogabis, an si de auctoritate Episcopi minimè constet, & sic sint hæc loca sacra, nec ne, quid præsumi debeat? Dic breuiter non sufficere ad eam auctoritatem adfuisse, præsumendum, ibi esse oratorium, celebrarique de Episcopi licentia, & id hospitale nomine alicuius sancti appellari, ibique esse campanam, sed oportere ibi cymbalum esse super tectum erectum, publiceque pulsari. Id enim in oratoriis priuatis esse nequit: iuxta *cap Patentibus, de priuileg.* & docent *ibi Anton.num.2. Abbas num.1. Idem Abbas c.Inter dilectos, n.8.de donat. Felinus* multis citatis, *cap. De quarta, num.12.de præscript. Sylvest.verb Loca religiosa, quæst.3.* latè *Mascardus de probat conclus.869.n.3.& 4.* Similiter idem præsumitur in dubio, si ibi publicè celebretur, omnibus indifferenter ad diuina audienda admissis. Ita docent *Archid. c. Nemo, ad medium, de consecr.d.1. Abbas duplici loco proximè citato: & c.fin.n.2.de consilium, Mascard.* aliis relatis, *d.concl.* 869. *num.1.& 2.* Idem ex cursu temporis, vt si decennio ibi publicè celebretur, vt cum multis probat *Menochius de præsumpt.d.3.præsumpt.132.n.51.*

40 Quintò dico, cœmeterium ab Episcopo benedictum, reputari locum sactum, efficereque vt copula in eo habita, & sanguinis iniuriosa effusio in eo facta, sacrilega sint. Constat. Quia (vt dixi num. 21.) quoties actus aduersatur rei ad quam locus benedicitur, vt officiis diuinis, aut fidelibus sepeliendis, est sacrilegus: at in cœmeterio semine aut sanguine polluto nequit aliquis sepeliri donec reconcilietur: vt constat ex *c.vnic. de consecrat. Eccles.in 6.* ergo sacrilegum est. Præterea, quia eodem modo, quo Ecclesia, polluitur semine aut sanguine: vt constat ex *eod. c. vnic.* & docent *ibi Gloss. verb. Polluto. Archid. ibi n 3. Abbas c. Consuluisti.n.2.de consec. Eccles. Henricus c.fin.u.2.eod. tit. Palud.4.d.18.* q 8.*a.4.num.19.& 20. D. Antoninus 3.p tit 12 c.6.§.7. Angelus verb. Consecratio cœmeterij.n.1. Sylvest. verb. Cœmeterium, n 1.& q.1.nu.2.* vbi *Armilla n.1. Tabiena Consecratio, 4.nu.7 init. Lex final.in fine t.10 partit.1. Manuel 1.to.sum.2.edit.ca.154.n.13. concl.12.* Atque ita comprehendi nomine loci sacri & polluti, tradunt *Palud.4.d 31.q 3.a.2.nu.14. Navar.sum.bisp.c.28. addit.ad n.3.c.16.& lat.c.16.n.3. vers. Interrogatus autem. Corduba sum.q.12. Enriquez li.5.de pœnit.c.6 n.5.in comment.lit.H. Petrus de Ledesm.sum.sacram.1.tract.de Eucharistia, c.20. Manuel 1.tom.sum.2.edit.c.207.fine.* Quare miror, qualiter *Sotus 4. d.32.q.vn.a 3.concl.3. Angles floribus 1.p.de matrim.qu.6.de soluendo debito.fin. Grassis 1.p.decision.l.2.c.83.n.10. Manuel 1.to. sum.2.edit.c.243.n.19. Vega to.1 sum.c.78. casu 1. Caietdo sum. sacrament.tract.de matrim.ca.8.nu.75.* asserant nomine loci sacri non comprehendi cœmeteria, nec in illis esse violationem, sicut nec in cameris adiacentibus Ecclesiæ.

Sextò dico, claustra religiosorum, id est, spatium illud 41
inter parietes & columnas sub fornicibus constitutum, ab atrioque disiunctum externo, si benedicta sint, religiosisque sepeliendis destinata, comprehendi nomine loci sacri. Quia benedictionem & deputationem ad diuina habent. Sic *Corduba sum.q.12.*

Septimò dico, cætera religiosorum habitacula, ac offi- 42
cinas, quamuis Ecclesiastica immunitate gaudeant, minimè tamen dici loca sacra, quæ sanguinis aut seminis effusione violentur, aut reconciliatione indigeant, aut hæc sacrilega reddant. Quia nec Episcopi benedictionem, nec ad diuina deputationem habent. Atque ita docent *Navar. sum.bisp.c.28.addit.ad n.3.c.16.lat.c.16.n 3. vers. Interrogatus autem. Corduba sum.q.12. Enriquez l.5 de pœnit.c.6 n.5.in comment.lit.H. Manuel 1.to.sum.2.edit. c.207.n.3. Grassis p.1.decis. l.2.c.83.nu.10.* Addunt & bene *Corduba & Enriquez*, id esse verum, licèt Prior conuentus singulis noctibus benedicat dormitorium, & aqua lustrali aspergat. Et *Corduba* bene addit, etiam si sit altare ad celebrandum ibi constitutum. Quia reputabitur tunc vt priuatum oratorium.

Tandem dico, quamuis attento iure ciuili, *l. 2. C. de re-* 43
lig.& sumpt. fun. quilibet locus efficiebatur religiosus, si in eo consentiente domino fidelis sepeliebatur: at secus est iure canonico attento, quare locus ille nec erit sacer, nec nomine Ecclesiæ comprehendetur. Quia ad id auctoritas Episcopi desideratur, *c. Ad hæc, de relig. domibus*, nec laicis permittitur locum sacrum constituere. Ita docent *glossa c.In Ecclesiastico, verb. Si terram, 13. qu.2. & ibi Archid. ad fin. Innoc.c.penult.n.1.de sepult.& ibi Abbas n.4. idem Abbas d.c. Ad hæc, n.3.& c. Quanto, n.10 de iudic.* vbi *Decius nu.9. Felin. n.4. Card.clem.1.in princ.q.7. de sepult. Sylvest. verb. Loca religiosa, q.1. Peralta l. Manios, §. In fundo, n.5 ff. de legatis, 2. Faber, Aretin. Imola. Matthæsilan.* quos refert ac sequitur *Padilla l. Iubemus, n.16 de transact.*

DISPVTATIO XVI.

Verùm ratione modi vel situs reddatur vitiosus congressus coniugalis?

SVMMARIVM.

Explicatur modus naturalis congressus quoad situm, n.1.
Refertur quædam sententia, n.2.
Sententia Auctorum, n.3.
Nil eorum, quæ coniuges seruato vase naturali efficiunt, est mortale, n.4.
An his modis impediatur generatio, aut seminis retentio & quid si aliqua semina non retineret, nu.5. vbi an interrogandi sint pœnitentes de hoc?
Quid, si ita copulentur coniuges gratia sobolis impediendæ, vel ne ita certa sit, n.6.
An aliquando culpa vacet sic congredi, n.7.
An coniugi petenti modo seu situ non naturali, teneatur alter reddere. num.8.
Soluuntur argumenta, n.9.

AD circumstantiam modi, de qua præsens est disput. 1
pertinet tractare, quando naturalis vsus minimè inter coniuges seruatur variato legitimo vase: vel semine extra illud effuso, siue data opera, siue ex naturali impotentia post matrimonium contingenti: vel quando ante vtriusque aut alterius seminationem se à copula retrahunt. Et quoties aliquid à coniugibus efficitur, quo prolis conceptioni obstetur, vel aborsus sequatur. Et quando seruato legitimo vase solus situs modusque naturalis concumbendi variatur. Et de hoc est præsens disp. De reliquis autem, subsequentibus disputationibus sermo erit. Præmittendũ verò est, qualis sit modus concumbendi naturalis quoad situm. Is autem est, si mulier succuba, vir autem incubus sit. Quia modus hic aptior est effusioni virilis seminis, receptioniq; in vas femineum, ac retentioni: & cõgruentior

est

est rerum naturæ, cùm vir agens, femina verò sit patiens. Quamobrem omnis deuiatio ab hoc modo aduersatur aliqualiter naturæ: eoque magis, quo fini huic situs contrarius est. Vnde minor est deuiatio, dum coniuges à latere, aut sedendo standove, coniunguntur: pessima tamen, dum præposterè, pecudum more, aut viro succumbente. Ita aduertit *Abulens. c. 5. Matth. q. 227.* & omnes.

2 Quæstio igitur est de qualitate culpæ, dum vir inuerso situ, aliquo modo ex dictis seruato tamen vase debito, vxorem cognoscit? Duplex est sententia. Prima culpam lethalem constituit in omnibus his modis, aut in aliquibus. Ducitur primò, quia is non est vsus vxoris, vt sic, vxor enim est ad solum naturalem concubitum. Et confirmatur, quia hi modi naturæ ordini aduersantur, nec ita certa est proles. Secundò, quia est abusus sacramenti coniugij, constat autem peruersionem vsus, & ritus etiam accidentalium in aliis sacramentis, sacrilegam lethaliter esse. Tertiò, specialiter de modo præposterò probatur. Quia cùm natura hunc modum bestiis præscripserit, vir eum appetens, illis simillimus efficitur. Quartò, quando vir succubat. Quia modus hic naturæ ordini prorsus aduersatur, cùm repugnet receptioni seminis in vas femineum, retentioni-que, ac effusioni viri. Præterea, non solus situs, sed & personæ conditio variatur: est enim naturale viro agere, fœminæ verò pati: vir autem succubans, quantum est ex ipsa situs forma, patitur, & femina incubans agit: quam mutationem quantum natura ipsa abhorreat, quis non videat? Quintò, quia in *historia scholast. c. 31. super Genes. ex Methodio* dicitur, diluuij causam fuisse feminas in insaniam versas, abusas fuisse viris, illis incumbentibus, his succubis. Et confirmatur. Quia teste *Abulense statim referende*, aliqui de hoc modo congressus exponunt locum illum *D. Pauli Roman. 1. Femina eorum immutauerunt naturalem vsum, in eum qui contra naturam est.* Quod inter peccata lethalia *Paulus* ibi annumerat. Ideo hanc sententiam tuentur de omnibus modis, *Præpositus rubr. de sponsalib. n. 13. Monaldus sum. tract. de matrimonio, tit. de bono matrimonij, ad finem. Alexand. Angelicus*, quem refert, dicens eius opinionem esse tutiorem, *Henricus c. Inquisitioni, nu. 12. de sent. excommun. Palud. 4. d. 31. q. 3. a. 2. num. 15.* quando necessitas non vrget, sed sola voluptas est causa. Et *Abulens. c. 5. Matth. quæst. 227.* loquens de modis concumbendi à latere, sedendo aut stando, ait vbi causa iusta abest, nil certum definiri posse, at magis ab iis cauendum esse, tanquam à culpa lethali: & *quæst. 228.* loquens de modo præposterò bestiarum more, dicit esse lethalem, quando iusta causa desideratur, ob solamque voluptatem talis modus exercetur, & *q. 230.* dicit modum quo femina incubat, semper esse mortalem. Idem videtur tenere *Vincent. in speculo mor. to. 3. l. 3. d. 2. p. 9. ad finem*, vbi connumerat inter peccata contra naturam hos modos, & ita clarè videtur sentire esse culpam mortalem. Idem videtur sentire *Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 4. c. 19. paulo post princip.* licèt enim non explicet sit mortale necne, at inter plurima alia peccata, quæ manifestè sunt mortalia, refert si modo indebito aut extra vas coniuges copulentur. Et aliquando esse lethalem culpam videntur sentire *D. Thom. 4. d. 31. in fine, in expositione litera. & Rainerius 2. p. sum. t. de matrimonio, c. 13.* dicunt enim hos modos non semper esse culpam mortalem. Et *D. Anton. 2. part. tit. 5. c. 4. in princip.* dicit aliquando, licèt non semper, esse lethalem culpam. Et specialiter modum præposterum esse lethalem, docent *Alens. 2. p. q. 171. membr. 3. Astensis sum. 2. p. l. 8. t. 9. a. 2. q. 1. Nicol. de Orbello 4. d. 32. q. vn. §. 7. Alexand. in suo Enchirid. 2. p. in 6. præcepto*, vbi de debito coniugali, §. *Si vir à posteriori. & Veracruz 3. p. speculi, a. 15. conclus. 2.* dicit se suspicari esse mortale. Adduntque *Alensis, Astensis, & Alexand.* minimè causam iustam excusare à culpa, bene tamen illam extenuare. Et de modo, quo femina est incuba, tenent idem *Henric. d. c. Inquisitioni, n. 15. Astensis d. a. 2. q. 2. Nicol. de Orbello d. q. vn. §. 8. Veracruz d. concl. 2.* & dicit esse probabile *Enriquez l. 11. de matrim. c. 16. n. 6.* nec abhorrent *Caiet. sum. verb. Matrimonium, c. vlt. de peccatis in vsu eius, vers. Secundum cap. & Nider in sua summa, præcept. 6. c. 4. vers. Dictum est tertiò, iuncto fine illius capitis ibi*, in præfatis casibus.

Secunda sententia (cui tanquam longè probabiliori adhæreo) ait, nullo ex his modis commiscerì coniuges seruato vase legitimo, esse culpam mortalem: sed grauem venialem, increpandosque esse grauiter coniuges ita coeuntes. Prob. primò, quia semen non recipitur in femineam matricem per infusionem, seu descensum, sed per attractionem, eo quod sit virtus naturalis in ea semen attrahens, sicut in stomacho respectu cibi. Quod vel ex eo constat, quod refert *D. Thomas quodlib. 6 art. 18.* nempe, cum femina quædam in eodem lecto cum patre accubaret, ab ipso semen in somnis emissum attraxit, grauidaque inde effecta est. Idem in balneis accidisse, in quibus erat semen à viro decisum, attestantur DD. graues. Et hanc virtutem attractiuam esse in matrice docet *Arist. l. 2. de generat. animal. c. 4.* Ergo nullus corporis situs in concubitu obstat generationi, ac proinde non constituet culpam lethalem. Cùm seruetur finis matrimonij legitimus, qui est posse sobolem concipi, & inordinatè quærere delectationem intra matrimonij limites, solum sit culpa venialis: vt probauimus hoc lib. disp. 11. nu. 4. Et confirm. quia si matrix semen distans attrahit, à fortiori sibi contiguum attrahet, ac retinebit. Secundò, quia est abusus, ac naturalis ordinis peruersio in solis accidentalibus, cùm vas legitimum seruetur; sicut dum coniuges gratia voluptatis captandæ copulantur, nec tenentur coniuges maiorem prolis certitudinem curare, satis est illius conceptionem non impedire. Quare hanc tenent *Albertus Magnus 4. d. 31. ar. 24* vbi *Supplem. Gabr. quæst. vn. a. 2. concl. 6. Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 4. t. 2. q. 47. Caiet. 2. 2. q. 154. a. 1. circa solut. ad 4. §. ad primum ergo dubium dicitur, & §. Ad secundum de modo, & art. 12. ad secundum dubium. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 3. Gerson 2. p. in compend. Theolog. tract. vtrùm sit confessio facienda. alphab. 27. lit. G. Victoria summ. de matrim. n. 273. Petr. de Soto lect. 16. de matrim. §. Finem sequitur modus. Nauar. sum. c. 16. n. 42. & c. Consideret, in princip. n. 84. de pœnitent. d. 1. Sotus 4. d. 31. q. vn. art. 4. ad fin.* vbi *Ouandus q. vn. propos. 1. Palacios 4. d. 32. disp. 1. fol. 709. vers. At verò Thomæ Ledesma 2. p. 4. q. 51. a. 6. propos. 7. Margarita confess. 6. precept. fol. 86. col. 2. Alcozer summ. c. 20. f. 71. §. Mirar mugeres. Metina l. 1. sum. c. 16. §. 13. fol. 132. vers. 2. Rosella verb. Debitum, n. 11. & verb. Luxuria, n. vlt. Aug. verb. Debitum, n. 25.* vbi *Syluest. q. 4. Tabiena Matrimonium, 3. q. penult. Armilla verb. Luxuria, n. 5. & verb. Matrimonium, n. 68 Graffis 1. p. decis. l. 2. c. 82. n. 17. Barth. à Ledesma diffic. 18. de matrim. dub. fin. de pœnitent. diffic. 12. in interrogationib. circa 6. præceptum. Petr. de Ledesma de matrim. q. 49. a. 6. dub. 2. concl. 7. Enriquez l. 11. de matrim. c. 16. n. 6. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. gloss. 1. rubr. n. 108. Humada superd. 2. tit. 1. p. 1. gloss. 2. n. 16. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 243. fine. Vinald. candelabro sacrament. 1. p. de matrim. n. 261. Vega 1. tom. sum. c. 78. casu 2. Emmanuel Sa sum. verb. Debitum coniugale, verb. Nullus modus. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 87. fi. & c. 82 vers. Igitur loquendo.* Quamuis enim cum temperamento loqui videatur, illud omnes admittunt, vt videbimus n. 5. 3

Hinc deducitur, nil eorum, quæ coniuges in copula efficiunt, seruato legitimo vase, culpam venialem excedere. Quia generatio minimè impeditur. Ita docent *Albert. Magnus, Supplem. Gabr. Ioan. de Friburgo, Angelus, Syluest. Gerson, Sotus, Ouand. Matienzo n. 109. Margarita confess. Vinaldus, Vega, vbi eos retuli n. præced.* 4

Temperatur tamen nostra secunda sententia, nisi tali concumbendi modo generatio impediatur, quia semen receptum intra vas femineum minimè retinetur, sed foras expellitur ratione modi extraordinarij concubitus. Ita temperant *Caietan. Rosella, Angelus, Armilla, Palacios, Metina, Graffis, Petrus de Ledesma, Barth. à Ledesma, Enriquez, Matienzo, Ludouicus Lopez, Vega citati num. 3.* Sed hæc moderatio vera est in se, si enim impediretur generatio, manifestum esset lethale scelus contra naturam. At non est necessaria. Quia nec impeditur generatio, nec effusionis seminis extra vas est periculum ratione virtutis attractiuæ matricis. Vt probaui nu. 3. Atque ita minimè impediri generationem docent *Albertus Magnus, Caietan. Syluester, Victoria, Sotus, Nauar.* 5

c. Consideret, eo n. 84. Palacios, Alcozer, Margarita, Enriquez, Petrus de Ledesma, Barth à Ledesma, quos num. 3. retuli. Quare si experientia constaret in eo concumbēdi modo semen minimè retineri, sed effundi, ob feminei vasis nimiam humiditatē vel laxitatem, esset peccatum mortale iuxta omnes. Vt bene aduertit *Lud. Lopez 1. p instruct. c. 82. §. Igitur loquēdo: & c. 87 fine.* Quia impeditur generatio, quæ est finis principalis matrimonij. Contrarium tamen ego intelligerem, si effusio illa non ex cōcumbendi modo, sed ex aliquo morbo consurgeret. Quia non est situs in causa effusionis, & præter intentionem coniugum dantium operam rei licitæ euenit, nec impedimētum retinendi est perpetuum: de qua re latius dicemus disp. sequ. Id tamen obseruandum est, ex aliqua feminis effusione extra vas non concludi variationem debiti situs esse mortalem. Quia solet matrix aliquando parum feminis retinere, quod ad generationem sufficiens sit, expulso reliquo. Sic obseruant *Sylvest. & Humada* vbi n. 3. eos retuli. Ex his infero, confitentem situm extraordinarium in concubitu, seruato legitimo vase, non esse necessario interrogandum de effusione feminis extra vas, euenerit nec ne, vel expertus ne sit illius periculum. Quia hæc non frequenter, sed rarissimè accidunt.

6 Quamuis autem variato situ conuenirent coniuges, ne ita certa sit proles, crederem eos non esse lethalis culpæ reos. Quia non tenentur certiorem modum ad prolem concipiendam eligere, sicut minimè tenentur vti mediis aliquibus faciliori conceptioni deseruientibus, sed suæ obligationi satisfaciunt, si nihil efficiant, quo conceptioni obstetur, nec carendi prole desiderium est mortale: vt probaui hoc 9. lib. disp. 8. num. 10. Ita docet *Palacios 4 dist. 32. disput. 1. fol. 709. vers. At verò Thoma.* Quod si animus esset omnino impedire fœtum, licèt concumbendo his modis minimè impediatur, esset peccatum mortale contra naturam. Quia cum actus internus & externus sint eiusdem malitiæ, si ait impedire generationem est mortale contra naturam illius actus, quem natura ad prolis conceptionem retulit, ita velle impedire erit. Ita *Supplem. Gabriel. 4 dist 31. q vn. art. 2 post 8 conclus. coroll. 4. Ledesma 2 part. 4. qu. 51. art. 6. propos. 7.*

7 Id autem monuerim, aliquando inuersionem debiti situs omnino culpa vacare: videlicet, vbi non captandæ voluptatis gratia accidit, sed aliqua iusta causa interedenti; vt quia dispositio corporis aliud non patitur ob pinguedinem viri, vel propter suffocandi fœtus periculum in prægnante: vel alia simili causa honesta occurrenti. Sic *D. Thom. 4. d. 31. in fine, in exposit. lit.* quamuis enim solius dispositionis corporis aliud non patientis meminerit, at DD. extendunt ad alias iustas causas. Ita *Supplem. Gabr. Ioan. de Friburgo, D. Antonin. Sylvest. Armilla, Caiet. in sum. verb. Matrimonium. c. vlt. de peccatis in vsu eius, vers. 2. cap. & 2. 2. quæst. 154. art. 11. dub. 4. §. Pro prima tamen obiectione, & art. 1. circa solut. ad 4. §. Ad 2. de modo. Margarita confess. Alcozer, Barth. à Ledesma. Veracruz 3. p speculi, a. 15. conclus. 3. Enriquez, Vinald. Matienzo, Graffis, Lud. Lopez*, vbi eos retuli nu. 3. & immeritò id dixit sub dictione, fortè, quasi dubitans, *Ledesma 2 p. 4. q. 51. art. 6 propos. 7.*

8 Difficilius tamen dubium est, an coniugi exigenti modo indebito quoad situm, teneatur aut licitè possit alter reddere? Et quidem, quando sic concumbere esset lethale, propter effusionis feminis extra vas periculum: iuxta dicta n. 5. non dubito esse mortale, etiam reddere, vt bene *Lud. Lopez 1. p. instruct. cap. 82. §. Igitur loquendo*, & constat ex iis, quæ dixi hoc libro, disp. 6. nu. 16. talis enim congressus est prohibitus ob circumstantiam ipsi actui inhærentem, est enim contra naturam, atque perinde ac si vir peteret vt vxor cooperaretur sibi ad pollutionem. Quare nullus timor etiam mortis excusaret tunc feminam reddentem. Iuxta ea quæ tradam disp. seq. n. 3. Similiter vbi vir petens esset immunis culpæ, iuxta dicta n. præced. tenebitur vxor reddere. Quia non est vnde excusetur, cùm modus ille tunc nec inhoneitus, nec vitiosus sit. Quando autem est venialis culpa in exigente, est tota difficultas. Quidam enim ex iis, qui censent esse culpam venialem variare situm, dicunt vxorem non teneri reddere. Quia non petitur debitum modo debito & naturali. Sic *Armilla verb. Debitum, n. 7. Palacios 4. d. 32. disp. 1. f. 712. casu 10* licet non omnino apertè: dicit enim coniugi petenti modo non naturali, minimè teneri alterum reddere: atque ita non exprimit num loquatur de modo omnino non naturali, an de solo non naturali quoad situm: at ratio quam reddit, scilicet, quia culpa est accessus, vtrumque modum comprehendit: & de vtroque in ea disputatione egerat. Idem tenet *Barth à Ledesma de matrim. dub. 71. conclus. 4.* & videtur tenere *D. Antonin. 3 p. t. 1. c. 20. §. 7.* vbi dicit coniugi quocumque fine petenti, modo naturaliter petat, teneri alterum reddere. Et clarè §. 3. dicit, consulendum esse vxori ne reddat viro petenti non seruato legitimo situ. Idem videtur sentire *Lud. Lopez hoc eodem num. citatus.* ait enim non esse mortale sic reddere, & fortè nec veniale, si timore ducta vxor reddat. Imò *Adrianus 4. q. 1. 4. de matrim. vers. Pro huius succincta*, ait teneri mulierem negare debitum viro petenti modo innaturali: subticet tamen qualiter modum non naturalem vsurpet. Et negari non potest hoc esse probabile, eo vel maximè, quia est probabile variationem situs esse culpam mortalem in petente. Quare bene dixit *Enriquez. lib. 11. de matrim. c. 16. n. 6.* vix teneri vxorem reddere viro succubanti. Et subdit rationem *in comment. lit. S.* propter probabilem opinionem grauis culpæ. At probabilius mihi est teneri reddere. Ducor, propter doctrinam traditam hoc lib. disp. 6. n. 6. vbi dixi teneri coniugem reddere, quando exigens solam venialem culpam admittit. Quod expressè docet *Petrus de Soto lect 16. de matrim.* nam §. *Finem sequitur modus*, ait variationem situs esse culpam venialem: & §. *vlt.* dicit quoties sola est culpa venialis in petente, teneri alterum reddere. Idem videtur sentire *Caietan. 2. 2. q 154. art. 1. circa solutionem ad 4. §. Ad 2. de modo*, vbi opponens non esse vxorem ad talem concubitus modum, id negat, dicitque vxorem esse ad omnem actum, ex quo sequi potest generatio, quamuis actus modo naturali sit principalis.

9 Ad argumenta n. 2. proposita resp. Ad 1. constat ex dictis num. præced. in fine. Ad confirm. dic modum esse innaturalem solum accidentaliter, cum non contrarietur principali fini matrimonij: nec tenentur coniuges curare omnimodam prolis certitudinem, vt probaui n. 6. Ad 2. nego anteced. non enim est abusus sacramenti, nec eius ritus variatur, cùm actus coniugalis minimè sacramentum sit. Ad 3. fateor similem bestijs effici, cum tamen id sit in modo quodam accidentali, non constituit culpam lethalem. Ad 4. nego aduersari infusioni & receptioni seminis, vt constat ex dictis n. 3. & illa variatio est accidentalis, ac secundum situm, quare non excedit culpam venialem. Ad 5. *Pereira lib. 8. in Genes. n 9. & 10.* optimè confutat quod eo in loco docet *Methodius*: vnde non fuit ea diluuij causa. Ad confirmationem negatur ea expositio; sed *Glossa ordinaria & Nicolaus de Lyra ibi* explicant, quia fœminæ mutuo polluebantur, secummet concumbentes, ac masculi cum masculis: & eodem modo explicat *Glossa interlin. ibi.*

DISPVTATIO XVII.

Vtrùm sit culpa lethalis, quoties in actu coniugali, vase naturali omisso, innaturale vsurpatur, aut vtriusque coniugis semen data opera non simul, vel extra legitimum congressum emittitur: aut ex impotentia superuenienti extra vas effunditur?

SVMMARIVM.

Quotuplex sit quæstio disputanda, n. 1.
Culpa lethalis est contra naturam, intra vas innaturale copula, n. 2.
Quid in femina consentiente, vel quando semen vult extra maritum effundere, n. 3.

Quid

Quid si maritus velit sodomiticè copulam inchoare, non animo consummandi, nisi intra vas naturale, n. 4. Refertur quadam opinio, & confutatur, n. 5.

Quid si in accessu coniugali vir in cogitatione alterius feminæ, aut femina, alterius viri delectetur, n. 6.

An sit mortale, quoties non simul coniuges semen consulto effundunt? Proponitur ratio dubitandi, n. 7. vbi inullo, n. 8. & 9. an sit necessaria ad generationem simultanea effusio.

Consulendum est vt curetur simultanea effusio, etiam se prouocando, n. 8.

Non est necessaria: & coniux prius seminans non tenetur alium exspectare, n. 9.

Quid si vir se prouocet ad prius seminandum, n. 10.

Num fas viro sit continuare concubitum, vbi prius seminauit, vt femina semineat, n. 11.

Voluntaria seminis virilis aut feminei effusio extra vas est mortalis, n. 12.

Quid, vbi parua est distillatio, aut ex natura festinatione, n. 11.

Quid de inuoluntaria ex tactibus consurgente: & obligatione semen recaptum retinendi, n. 14. remissiùs.

An liceat in aliquo euentu gratia vitæ tuendæ, procurare pollutionem: & quare nunquam liceat, n. 15.

Quid, si pollutio iam è lumbis decisa sit, vel fluere inceperit, n. 16.

An sit mortale distillationem & commotionem notabilem procurare n. 17.

Quando impotentia matrimonium subsequitur, & non est spes fore vt vir possit intra vas seminare, an liceat congredi, n. 18.

An liceant tunc tactus, & similiter quando impotentia præcedit, sed medicamentis, vt iactatur, auferri potest, quam vxor recusat, n. 19.

Quid, vbi est spes fore vt aliquando possit vir intra seminare, n. 20.

Quid de impotentia ratione senectutis, & vbi vir credit fore vt illa vice non possit intra seminare, sed extra, n. 21.

Quid si femina recipiat manentè tamen semen retinent, n. 22.

Num continuo si semen soleat expelli, damnanda sit copula, n. 23.

Quid, vbi dubium est num impotentia seminandi intra vas, aut semen retinendi post matrimonium contingens, sit perpetua, n. 24. Et quid, quando coniux potest coire, sed non seminare: vel semina non parere absque periculo suæ vitæ vel prolis; vel quando non potest probari impotentia, n. 25.

1 TRIPLEX in hac disputatione inuoluitur quæstio. Prima, quando vas innaturale vsurpatur. Secunda, quando seminatio vtriusque coniugis non est simultanea: vel data opera est extra vas legitimum. Tertia, quando est extra, ratione impotentiæ.

2 QVÆSTIO I. An semper sit culpa lethalis, vbi vase naturali omisso, innaturali coniuges abutuntur? Et quidem vbi in vase innaturali copula consummatur, aut est animus consummandi, manifesta est sodomia lethalis, peccatumque contra naturam. Quia aduersatur fini naturali illius copulæ, qui est prolis generatio. Nec vxor ad similem copulam, sed ad solam copulam intra vas legitimum, vxor est.

3 Aliqui tamen id admittunt (vt refert *Abulensis* 6. 5. *Matth.* q. 224.) vt verum sit in viro agenti, secus in femina patienti. Quia non habet sui corporis potestatem, sed solus vir. Deinde, quia stat petentem reum esse culpæ, reddentem verò illius immunem. Verum tenendum est nullo modo licere vxori pati copulam sodomiticam, aut effusionem seminis extra vas: licet aliàs mors sibi comminata obeunda sit. Quia ea copula est intrinsecè mala, peiorque fornicatione, cuæ nullo timore potest honestari: nec est matrimonialis, quæ sola licita est. Ita *Alensis* 2 p. q. 166. *membro* 3. *ad* 2. *Abulensis d.* q. 224. *D. Antonin.* 3 p. t. 1. c. 20. §. 3. *Syl. verb. Debitum*, q. 4. *init. Tabiena Matrimonium*, 3. q. *penult. Ledesma* 2. p. 4. q. 51. a. 6. *propos.* 5. *Margarita confess.* 6. *precept. fol.* 86. *pag.* 1. *Grassis* p. 1. *decis. l.* 1. c. 82. n. 3. Nec obstat argumentum contrarium, quoniã vir non habet potestatẽ in vxoris corpus, ad quemcumque vsum, sed ad solum vxorium intra vas legitimum. Hoc tamen libenter fatebor, si velit vir intra vas legitimum copulam habere, quamuis tempore effusionis seminis soleat membrum retrahere, quo semen extra decidat, vxorem copulæ assentientem, minimè autem membri retractioni, liberam esse à culpa. Quia dat operam rei licitæ, debitum legitimè exactum reddens, & malitia viri est omnino extrinseca, & aliena ab illo actu, nec vxor illi assentiens fit particeps, quin potius dissentit culpæ.

4 Rogabis forsan, qualis culpa sit, si vir volens legitimè vxori copulari, quo se excitet, vel maioris voluptatis captandæ gratia, inchoet copulam cum ea sodomiticam, non animo consummandi, nisi intra vas legitimum, nec cum periculo effusionis extra illud. Quæstionem hanc tetigit *Nauar. d.* 5. *conf. in vtraque editione, tit. de pœnit. & remiss. conf.* 7. & facilè se ab ea expediuit, dicens tantum reperiri peccatum tactus cuiusdam illiciti, nec teneri virum cõfiteri circumstantiam sodomiæ. Quare apertè solam venialem culpam in eo actu agnoscit: nullamque reddit rationem. Et huic sent. fauere videtur *Ouando* 4. *d.* 31. *qu. vn. propos.* 3. vbi ait omnem coitum libidinosum excusari inter coniuges, modò non sit periculum extraordinariæ pollutionis. Atque probari potest. Quia quidquid coniuges efficiunt seruato vase legitimo, non excedit veniale crimen: (vt diximus disp. præc. n. 4.) vas autem seruari dicitur, quoties extra illud non effunditur semen: vt contingit in præsenti. Secundò, quia tactus hic, instar tactuum membri virilis cum manibus, ad vxoris cruribus, reliquisque partibus, potest ad copulam coniugalem referri, nimirum, vt vir ea delectatione excitetur, aptiorque ad eam efficiatur, & esto ad solam voluptatem referretur, esset culpa venialis, qualis sunt cæteri tactus ita relati ad voluptatem.

Cæterum viris doctissimis à me consultis visum est culpam esse lethalem sodomiæ inchoatæ: idq; merito. Quia ille tactus nec ex se, nec ex tangentis intentione, potest ad actum coniugalem referri: eo quod medium improportionatum, & alterius ordinis luxuriæ sit. Sicut esset mortale distinctæ speciei, inter solutos habentes animum intra vas debitum consummandi. Atque hinc soluuntur facilè obiecta. Quoniam non dicitur vas legitimum seruari, quando vsurpatur illegitimum ad alterius luxuriæ ordinem tendens, licet intra illud non consummetur. Et cæteri tactus non sunt media improportionata, nec alterius ordinis luxuriæ. Quare tactus hic reputatur instar aliorum inter coniuges, qui ad summum culpæ veniales sunt. 5

Similiter esset culpa mortalis, si coniux in actu coniugali delectetur in alterius viri aut feminæ cogitatione carnaliter dilectorum. Quia est delectatio morosa in obiecto lethaliter malo. Ita *D. Antonin.* 3. *p. tit.* 1. *c.* 20. §. 1. *Sylvest. verb. Debitum*, q. 2. *fin. Philiarc. de officio sacerd. to.* 1. *p.* 2. *d.* 4. *c.* 19. *paulo post princ.* Meritò tamen dicunt, carnaliter dilectorũ. Quia si delectatio in nulla re turpi esset, sed in sola pulchritudine viri aut feminæ, ac posset in cogitatione arboris pulchræ delectari, vt vel sic ad actum coniugalem excitetur, nullam video lethalem culpam. Cum delectatio in nullum turpe obiectum feratur, & ad honestum finem dirigatur. Non tamen est hoc alicui permittendum, sed valdè dissuadendum est ratione periculi. 6

QVÆSTIO II. An sit culpa lethalis, quando data opera seminatio vtriusque coniugis non est simul: aut semen extra legitimum congressum effunditur? Et videtur lethalem esse culpam, vbi consultò seminatio vtriusque non est simul. Quia cùm ex semine maris & feminæ vnum principium actuum generationis consurgat, vtrumque simul concurrere necesse est ne generatio impediatur: vt docent *Galenus l.* 4. *de vsu partium, c.* 7. *Petr. Mato l. de semine, fol.* 59. §. *Intercedente.* Et saltem vbi vir prius seminat, quam femina, impediri generationem, tradunt *Auicenna fen.* 21. *tertij, l. de membris generationis, c.* 7. *de sterilitate, vers. Error autem accidens est.* Vbi *Iacobus de Partibus, & Gentilis de Fulginio.* Item *Nicolaus Florentinus super sermone* 6. *c.* 13. 7

Prima tamen conclusio sit. Sanum est consilium, vt curetur simul vtrumque semen effundi: quare coniugi tardiori ad seminandum consulendum est, vt ante concubitum tactibus venerem excitet, vt vel sic possit in ipso concubitu simul effundere semen. Ita *Caietanus* 2. 2. *quæst.* 154. *art.* 11. *ad finem, dubio* 5. *Tabiena verb. Luxuriosus, quæst.* 6. §. 7. Et ratio est. Quia licet semen mulieris non sit ad generationem necessarium, multum tamen confert ad facilius generandum. Tum quia vis actiua seminis virilis in femineum agens conceptum pulchriorem ac nobiliorem format. Tum etiam, quia feminea matrix voluptate effusione seminis iritata ac incensa, auidius 8

virile semen complectitur. Et femineum semen valdè vtile esse generationi, ad idque à natura institutum, vel ex eo conuincitur, quod natura nil frustraneum, sed vniuersa in finem aliquem referens agat. Cum ergo veneream delectationem, eamque vehementissimam in feminæ semination constituerit. Cuius manifestus testis est, sedatio venereæ concupiscentiæ ex illa in feminis consurgés, signum est euidens hanc seminationem à natura institutam ad generationem, speciei que conseruationem, si non vt necessariam, saltem vt vtilissimam.

9 Secunda conclusio. Non est necesse vtrumque coniugem seminare simul. Quare dum vir semen effudit, minimè tenetur feminæ effusionem expectare. Probatur, quia femineum semen nec esse necessarium, nec actuè ad generationem concurrere, docent *Galen.* sibi contrarius, *l. de sanit. tuenda, c. 1. & l. 2. de naturalibus facultat. c. 3. Aristot. l. 1. de generat. animal. c. 2. & l. 2. c. 4. Auicenna l. 9. de animalibus, c. 1. Albert. Magnus l. 5. de animal. cap. vlt. Hugo Sententiis super libros Tegni Galeni, lib. 2. super §. Frigidum verò & siccum, textu 1.* & multi alij: & vniuersa Theologorum schola (si Scoti sectatores excipias) cum *D. Thom. 3. p. q. 31. art. 4. ad 3.* Quod inde constat. Quia experientia teste feminæ omnino inuitæ, in balneisque semen virile recipientes concipiunt: tunc autem minimè seminant, alias veneream delectationem maximam non possent non sentire. Ergo cum absque eo semine, nedum vbi non simul, sed post effunditur, generatio sequatur, nullum præceptum constringit ad pariter effundendum. Nec obstat id generationi conuenientius esse. Quoniam non tenentur coniuges conuenientiorem ac faciliorem generandi viam eligere, sed satis illis est, si generationi non obstent, iuxta dicta disp. præced. num. 6. Et ideo hanc conclusionem tenet *Enriquez lib. 11. de matrim. c. 16. n. 7. fine.*

10 Hinc deducitur minimè culpæ lethalis reum esse virum tactibus irritantem venerem, scientem se ob id præmaturius semina seminare. Quia concursus vtriusque seminis minimè ad generationem desideratur, vt nu. præced. probauimus. Sic viri sapientissimi è Soc. Iesu, & *Enriquez lib. 11 de matrim. c. 15. n. 3.* dicens sic sensisse DD. Complutenses hac de re consultos

11 Tertia conclusio. Marito fas est copulam continuare, vbi ipse semen effudit, donec femina seminet. Quia hoc pertinet ad completam copulæ vxoriq; consummationem. Sic *Caietanus & Tabiena* num. 8. relati, *Graffis p. 1. decis. l. 2. c. 82. n. 15.*

12 Quarta conclusio. Voluntaria seminis effusio extra vas, aut is modus congrediendi, ex quo illa sequatur, est manifestum scelus mortale contra naturam. Quia aduersatur fini generationis naturali, ad quam natura ipsa semen destinauit. Quæ ratio in virili semine, vtpote omnino ad generationem necessario, manifestè locum habet. Sed idem est dicendum de feminea pollutione voluntaria: illius enim semen à natura ordinatum est ad generationem, aut tamquam necessarium, iuxta vnam opinionem: aut saltem iuxta veriorem, tamquam vtilissimum, & valdè ad illam conferens, vt probaui nu. 8. Insuper conclusio hæc constat ex *c. 38. Genes.* vbi refertur Onam Iudæ filium à Deo interfectum esse, remque detestabilem fecisse, fundendo semen extra vas vxoris fratris sui, quo prolis generationem impediret.

13 Et hoc quidem accipiendum est, siue in toto actu coniugali, siue in parte, aut in illius fine, totum semen aut pars illius extra vas fundatur. Ita *Caiet. 2. 2. q. 154. a. 1. circa solut. ad 4. §. Ad singula autem.* Quod tamen temperare oportet. Nam excusari potest vir à culpa, si præter intentionem, dum legitimè congredi conatur, ex festinatione quadam semen extra effundit: etiam si metu aliquali sic effundendi accesserit. Quia id non vitio, sed naturæ festinationi tribuendum est. Ita *Sotus 4. d. 31. q. vn. ar. 4. ad fin. Barth. à Ledesma diffic. 28. de matrim. dub. vlt. conclus. 1. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 79. fin. & p. 2. de matrim. c. 45. f. 1105. col. 2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 49. art. 6. dub. 2. concl. 3. Graffis 1. p. decis. lib. 2. c. 82. n. 14. Manuel tr. de om. sum. 2. edit. c. 243. nu. 20. Vega 1. tom. sum. c. 78. casu 7.*

De pollutione autem inuoluntaria ex tactibus inter coniuges consurgentibus dicam hoc libro, tota disp. 45. atque de obligatione semen acceptum retinendi dicam disp. 20. n. 3. & 4. 14

Quinta conclusio. Quamuis licitum sit manum, testiculos, aut quoduis aliud membrum sibi amputare, vbi id ad vitam tuendam desideraretur: at pollutionem procurare, nunquam potest licere, etiam mediis alias licitis, vt pharmacis, nec id aliquo bono fine potest honestari, licet omnino ad vitam præseruandam necessarium sit. Conclusio ab omnibus admittitur: at eius rationem assignare est difficillimum. Communiter ea traditur. Quia cum cætera membra ad ipsius individui bonum & incolumitatem natura destinarit, administrationem ipsorum individuo concessit, vt ipsa amputare posset, non liberè tamquam si dominus esset, sed vbi necessitas ac ipsius incolumitas id postularet, more legitimi ac fidelis administratoris. Seminis autem, vtpote à natura instituti, non ad ipsius individui bonum, sed ad speciei conseruationem medio coniugali congressu nullatenus dominium aut administratio ipsi homini concessa sunt: ac subinde eius effusionem extra coniugalem copulam in nullo euentu procurare poterit. Quamuis autem hæc ratio communis sit, non omnino placet. Primò, quia generationi deseruire cum propriæ salutis notabili detrimento, nedum cum vitæ periculo, nemo obligatur, etiam altero coniuge debitum petente, vt dicemus hoc lib. disp. 24. nu. 2. Non ergo, ne frustretur generatio, astringitur homo ad semen retinendum cum vitæ iactura. Secundò, quia nemo negabit fas esse sirupum accipere semen resoluentem in sanguinem, aliumve humorem aliis viis expurgandum, ne æger omni medio ad salutem præseruandam corporis destituatur: at generationi æquè obstatur ac nocetur resoluendo ac expellendo semen. Accedit, licere ob individui bonum amputare sibi testiculos, generationi necessarios, cum tamen in eo euentu prorsus generatio impediatur: à fortiori ergo licebit, semel vel iterum generationem impedire, effundendo semen, vt vitæ propriæ consulatur: eo vel maximè, quod vita amissa prorsus generandi potentia extinguetur. Tertiò, quia magis accedit generationi perfectæ fœtus nondum animatus, quam semen: cum tamen expulsio illius licitè procurari possit, vbi ad matris salutem desideraretur: vt probabimus hoc libro disp. 20. num. 9. Et confirmatur, quia semen est pars ipsius individui, sicut fœtus est pars ventris: atque ita non est cur negetur administratio illius, sicut huius conceditur ob bonum totius. Quartò, quia quod ipsa natura disponente naturaliter efficitur, si ratione fiat, nullus est abusus: motus enim ille naturalis auctori naturæ tribuitur: sed non obstanti generationis damno, natura sæpe, quo se exoneret, semen expellit: licebit ergo ipsam medicamentis ad id adiuuare. Et confirmatur, quia fas est iudici latronem suspendenti opem ferre, idque curare: eo quod actio illa suspendendi licita sit. Cur ergo actionem virtutis expulsiuæ semen nociuum expellentis, quæ naturalis est, & consequenter bona, adiuuare medicinis nefas erit? Hæ rationes me valdè vrgent, vt censeam non esse legitimam rationem communiter traditam: atque ita legitimam rationem esse censeo, cur in nullo euentu, & vbi ad vitam tuendam necessarium esset, liceat seminis effusionem procurare. Quia adeò vehemens in seminis emissione delectatio sentitur, vt illam, teste *Abulense cap. 5. Matth. quæst. 184. ad 1.* homines tamquam summum bonum prosequantur, illique veluti suæ felicitati adhæreant. Quare ob id natura in omni euentu ipsius administrationem homini denegauit: ea enim in aliquo casu concessa, euidentissimum subesset periculum, vt homo à passione libidinis excæcatus, passim sibi persuaderet causam effundendi instam adesse, atque ita semen prodigeret, indeque fornicationes, adulteria, aliaque innumera luxuriæ vitia aduersus 15

uersus commune bonum pullularent. Quibus vt obuiaret natura, merito ac iure optimo prædictam administrationem negauit, non obstanti vitæ individui periculo: quæ bono communi cedere debet, illiq́ue postponenda est. Non sic autem contingit concessa ceterorum membrorum ob totius bonum administratione: dolor enim maximus ex ipsorum amputatione consurgens, coercebit à necessaria, nedum à prodiga ipsorum administratione: vnde concludo legitimam rationem cur pollutio voluntaria sit vitium contra naturam, esse, quia aduersatur generationi, ad quam natura semen destinauit: non autem ea est legitima, cum in nullo euentu permissa sit: sed quia omnino est denegata homini, seminis extra matrimonij copulam administratio, ob commune bonum, ad occurrendum periculis ex ea administratione concessa orientibus. Et hac ratione proposita, facilè diluuntur obiecta, ea enim omnia probant generationis damnum minimè obesse, quin aliquando liceret ob totius incolumitatem seminis effusio: nisi obstaret vehemens periculum semen prodigendi, aliorumq́ue vitiorum, ob vehementem delectationem. Atque ideo quamuis ceteris expulsiuis virtutibus opem ferre medicinis, & aliis modis licitis, ad suas actiones naturales perficiendas, fas sit: huic tamen nefas est. Tandem accipe rationem à posteriori, ad probandum nunquam licere procurare seminis effusionem. Quia minus inordinatus est vsus seminis in fornicatione, quam in pollutione, quæ grauius peccatum est, & contra naturam, & tamen in nullo euentu ille licet. Neminemq́ue huic conclusioni aduersum inueni, *Altisiodor.* enim falso citatur pro contraria sententia *lib. 2. suæ summæ, tract. 28. cap. 2. quæst. 2. incidenti*: id enim non dicit, sed licere medicinis impedimenta virtutis generatiuæ auferre, licet inde præter intentionem sequatur pollutio, de qua re dicam hoc libro 9. disp. 45. num. 10.

16 Hinc deducitur non licere cooperari ad seminis iam è lumbis decisi effusionem, quamuis retentio saluti corporis graue detrimentum allatura sit. Quia verè est seminis administratio, & fluxus illius procuratio, & non solum pati. Licebit tamen vbi pollutio est in naturali fluxu, in somniisq́ue cœpit, illam non impedire ob morbi periculum, cessanti periculo consensus in delectationem. Vt bene docent *Gerson tract. de pollutione diurna, alphabet. 38. lit. 1. in 12 propos. Sotus 4. d. 12. quæst. 1 art. 3 vers. Vnde ad argument. Corduba l. 3. quæstionar q. 13. fin. Lud. Lopez 1. p. instruct. c 74. §. Accedit ad hoc. Emmanuel Sa summa, verb Luxuria, vers. Cœptam in somno. Vega 2. tom summ. c. 67. casu 1.* Quia id non est procurare, sed pati emissionem seminis, quæ non impeditur à patiente, ne corruptus ille humor noceat. Imò expedit communiter tunc manibus quietis, non hic vel illic tangendo, signo crucis se munire, & Deum attentè ac feruenter orare, ne permittat lapsum in eam delectationem. Ita *Gerson illo alphab. 38. lit G. propos 8.* Adde, idem esse, vbi pollutio cœpit culpa patientis, si enim in ipso fluxu præteritæ culpæ eum pœniteat, non tenetur fluxum reprimere, quia iam pœnitentia interrupit actionem præteritam, nunc autem solum patitur.

17 Imò procurare notabilem spirituum vitalium deseruientium generationi & seminis effusioni, commotionem per media etiam alias licita, crederem esse mortale. Quia talis alteratio & commotio est inchoata quædam pollutio, & ad pollutionis consummationem essentialiter ordinatur. Idem censeo de procuratione notabilis distillationis: quia talis distillatio notabilis est per se coniuncta cum notabili spirituum vitalium commotione.

18 QVAESTIO III. An quando vir post matrimonium in eam impotentiam incidit, vt intra vas femineum seminare nequeat: vel femina ita arcta effecta est, vt semen recipere non valeat, vel receptum minimè retineat, liceat illis coniugalis accessus cum illius externæ seminationis periculo? Primò dico, si de potestate seminandi intra vas, siue ex viri imbecillitate, aliove morbo, vt quia membro virili truncatus est, aut foramen habet in superiori membri parte, qua vrina semenq́ue exeunt (vt his diebus de hoc casu consultus fui) aut ex superuenienti feminæ arctitudine, prorsus desperatum sit; nequaquam licitus erit coniugalis accessus cum hoc periculo. Quia copula coniugibus permissa est solum intra vas legitimum: ergo vbi hæc est impossibilis, non licebit. Ita expresse colligitur ex *Caiet. 2. 2. q. 154. art. 1. circa solut. ad 4. §. Ad 2. vero casum.* vbi hoc licere admittit, vbi impotentia est temporalis, subestq́ue seminandi intra vas spes, & docent *Sotus 4. d. 34. q. vn. a. 2. ad fin. corp. vers. Ex quo fit. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 15. n. 4. in comment. lit. N. Lud. Lopez 1. p. instruct c. 79. ad fin. Manuel 1. tom. sum. 2 edit. c 243. n. 9. Vega 1. to sum. c. 78 casu 7.* Idem videtur expresse tenere *Maior 4 dist. 34. q. 1. col. 3. immediatè ante vers. Dubitatur*, dicens licere petere & reddere, dum impotentia est dubia: quod adsit probabilis spes cognoscendi, ergo sentit contrarium ea spe cessante.

Secundò dico, his coniugibus licitos esse tactus, si pol- 19
lutionis periculum absit. Constat, quia sunt veri coniuges, talibus autem copula & tactus permissa sunt: & licet ad copulam coniugalem tamquam impossibilem eos referre nequeant, at possunt ad concupiscentiam carnis sedandam, & ad amoris mutui signa præbenda. Ita colligo ex *Soto n. præced. relato*, vbi hos tactus, quando adest pollutionis periculum, damnat, & colligo ex doctrina aliquorum docentium virum ducentem feminam arctam, cui per incisionem subueniri potest, quam ipsa renuit, posse eius amplexibus aliisq́ue tactibus frui absque pollutionis periculo: eò quòd legitimum est matrimonium, quamuis copula impossibilis sit, dum ipsa incisionem refugit. Hi sunt *Angles floribus 1. p. de matrim. q. 8. de impedim. matrim. a. 1. post 1. diffic. dub. 9. Lud. Lopez, Manuel, Vega nu. præced. allegati. Casiedo sum. sacram tract. de matrim. c. 5. n. 37.* quod & verissimum est. Cùm igitur in nostro casu legitimum etiam consistat matrim. erunt liciti tactu.

Tertiò dico, vbi probabilis seminandi intra vas spes 20
subest, licitum est ad id conari, quamuis per accidens ac præter intentionem, extra vas semen effundatur. Constat, quia coniux ille operam dat rei licitæ procurans copulam sibi possibilem ac permissam, & præter intentionem sequitur externa illa effusio. Secundò, quia *cap. Laudabilem, de frigid & malef.* conceditur triennalis experientia coniugibus dubitantibus num impotentia perpetua sit, ac subinde an matrimonium valuerit: & tamen illo spatio constat aut semper aut sæpe fore, vt semen extra vas decidat: & stante tali periculo est licitum conari ad copulam, iureq́ue approbatur. Quia eo manenti dubio coniuges ius habent in matrimonio perseuerandi, idq́ue impedimentum inuestigandi, quod fieri sufficienter nequit, nisi operi coniugali vacando. Fortius ergo in nostro casu id licebit, vbi valor matrimonij certus est, ac proinde certius & fortius ius coniuges habent coniugali copulæ vacandi, experiendiq́ue num impotentia illa seminandi intra vas perpetua sit. Ita docet *Caietanus*, quem num. 18. retuli, & refert accidisse cuidam, vt per multos annos intra vas effundere semen minimè potuerit, ac sex annis transactis potuisse, & interim ait conando minimè deliquisse. Idem *Navarrus summ. c. 22. num. 60. & c. Consideret, in princip. n. 84. de pœnitentia. d. 5. Enriquez lib. 11 de matrim. c 16. num. 7. & c. 15. nu. 4. in comment. lit N. Manuel, Lud. Lopez, Vega*, quos retuli num. 18. & apertè colligitur ex Soto ibi citato, quia dum ait hunc non posse conari, temperat, modo legitimè certus sit se non posse intra vas effundere. Quanto autem tempore experiri possit, dicam n. 24. Hoc autem verum est, licet vix maritus, aut ratione suæ impotentiæ aut feminæ arctitudinis, possit intra vas seminare. Quod probant rationes adductæ: affirmatq́ue *Enriquez lib. 11. de matrim. c. 16. n. 7.* Et quamuis *Palacios 4. d. 34. q. 1. col. 14.* dicat huic dubitanti de impotentia licere reddere, non tamen petere, iuxta *cap. Dominus, de secundis nupt.* At dic vtrumque licere in hoc dubio, vt probaui l. 2. disp. 41. nu. 53. ad primum 2. sententiæ, & l. 7. disp. 103. fine.

Hinc deducitur, quid dicendum sit de senibus, quibus 21

vires potestasque seminandi intra vas deficiunt: si enim constat impotentiam esse perpetuam, tactibus citra pollutionis periculum vti poterunt, iuxta dicta nu. 19. non autem copula cum eo periculo fundendi semen extra, iuxta dicta n. 19. si autem subsit aliqua spes intra seminandi, aut aliquando, licet vix, intra seminent, licebit copula vti cum eo periculo, iuxta dicta num. præced. Et quamuis vbi non constat impotentiam esse perpetuam, sibi vir persuadeat fore vt illa vice, qua congreditur, non possit intra vas seminare, potest deposita conscientia accedere ad vxorem. Tum quia certus esse nequit, fieri enim poterit, vt præ voluptate coitus, membrum vires assumat, erigaturque, atque ita possit vas penetrare, & intra effundere. Tum etiam, quia vir potens intra seminare, cui licitum est conari, iuxta dicta n. præced. in fine, frequenter sibi id persuadebit, grauissimisque vrgebitur scrupulis: ac in magnas angustias redigetur, si tunc sibi congredi nefas sit.

22 Idem videtur prima fronte dicendum, vbi femina intra vas receptum semen retinere non posset, sed prorsus expelleret, nec spes retinendi supereesset. Quod perinde sit semen intra vas non recipere, ac receptum non retinere. Cum fine suo in vtroque casu frustretur matrimonium. At censeo tunc nullatenus interdicendum coniugij vsum, sed idem de his dicendum, ac de coniugibus verè potentibus. Quod perfecta copula coniugalis habeatur intra vas, atque per accidens eueniat seminis legitimè recepti expulsio.

23 Nec, quamuis tunc diceremus illicitum esse coniugij vsum, damnandi essent coniuges, quamuis id semper accidat. Quia sæpe matrix retinet necessarium semen ad generationem, superfluo expulso, vt dixi disp. præced. nu. 5. Ita docent *Manuel & Vega, quos n 18. retuli. Lud Lopez 2. p. instruct. c. 79. §. Dubio, de quo sum rogatus.*

24 Tandem rogabis, quanto temporis spatio liceat conari ad copulam, & experiri, vbi dubium est de prædicta impotentia? Breuiter dic, tamdiu id licere, quamdiu est probabilis spes seminandi intra vas, vt bene docet *Enriquez l. 11. de matrim. c. 15. n. 4. in commentar. lit. N.* & colligitur ex DD. citatis nu. 20. qui nullam aliam temporis moram præscribunt, nisi dum est spes; & *Caietan.* vt ibi retuli, quem omnes alij allegant ac sequuntur, dicit impotentem qui per sex annos expertus fuit, & tandem potuit, eo medio tempore conando ad copulam minimè deliquisse. Quando autem non esset ea probabilitas, sed omnibus circumstantiis consideratis esset omnino dubium de impotentiæ perpetuitate, nullam aliam certiorem moram præscribere possumus, quam eam quæ præscripta est *c. Laudabilem, de frig. & malef.* nempe, vt triennalis experientia concedatur. Et quamuis in eo casu sermo sit, vbi est dubium de impotentia præcedenti matrimonium, & consequèter de eius valore: in præcedenti autem certum sit matrimonium, & solum dubitetur de impotentia superuenienti: cùm tamen vtrobique dubitetur de impotètiæ perpetuitate, in priori casu ad dirimendum matrimonium omnino; in posteriori autem ad dissoluendum solum quoad copulam; merito legitima ac sufficiens illo triennij spatio capietur experientia in vtroque casu, perpetuàne sit impotentia an temporalis. An verò idem tempus in senil[illegible] expectetur, dixi l. 7. disp. 108. n. 21.

25 An potentibus coire, sed non seminare, vel non potenti parere absque periculo propriæ vitæ aut prolis, vel quando nequit probari in foro externo impotentia coniugis, liceat copula, dixi l. 7. disp. 102. à n. 6.

DISPVTATIO XVIII.

Vtrùm abusus vxoris contra naturam, siue sodomiæ, siue solius molliciei culpam admittendo, sit grauior culpa quàm inter solutos, habeatq; circumstantiam adulterij necessario confitendam?

SVMMARIVM.

Proponuntur argumenta ſuadentia non esse adulterium: iam sat esse fateri accessum ad coniugatam in genere, n. 1. & 2.
Num sit grauior culpa cum vxore, quam cum alia soluta aut coniugata n. 3.
Cum vxore est vtrinque adulterium, & necessario fatendum, n 4.
Non satis est fateri accessum ad coniugatam in genere, n. 5.
Soluuntur argumenta n. 6.

VIDETVR nullam esse adulterij culpam, & leuius peccatum esse abusum talem propriæ vxoris, quam solutæ. Primò, quia cum propria vxore solum peccatur quoad modum, cum soluta autem est peccatum quoad modum & substantiam, cum inter solutos nulla detur in corpus potestas. Secundò, quia nulla adest hic adulterij circumstantia: vt constat ex *D. Ambros. l. de Patriarch.* & habetur *c. Nemo sibi, 32. qu. 4.* ibi, *Nec hoc solum est adulterium, cum aliena peccare coniuge, sed omne quod non habet potestatem coniugij.* quem locum *Gloss. ibi verb. Sed omne, & Vincent. in speculo doct. 2. tom. lib. 10. c. 37.* explicant sic, id est, omne id quod committitur cum non sua coniuge. Idque constat ex adulterij definitione, quam tradunt *Gelasius Pont. c. Ex illa, ad fin. 36. q. 1. & D. Thom. 2. 2. q. 154. a. 8. corp.* est alieni thori violatio. In præsenti autem nil fit cum aliena coniuge, nec alienus thorus violatur. Et confirmatur, quia adulterium est contra bonum fidei matrimonij: accessus autem ad suam extra vas legitimum non opponitur fidei matrimonij. Quod inde constat. Nam fides hæc duo includit: alterum, vt coniuges sibi mutuo debitum reddant. Alterum verò, ne alij commisceantur, vt docent *D. Thom. 4. d 31. q 1. a. 2. corp.* vbi *Paludã. q. 1. a 3. n. 8. Sotus q. vn. a. 2. immediatè post 3. concl. in fol. ad 1.* & omnes. At hic maritus non commiscetur feminæ non suæ; nec debitum ab vxore legitimo modo exactum negat: vt supponimus: quod si negaret, esset ex hac parte iniustitia, non tamen adulterium. Tertiò, quia vxor consentit accessui illi extra vas: ac proinde nulla erit iniustitia. Cum scienti & volenti non irrogetur iniuria, *reg. Scienti, 27. de regul. iuris, in 6.* Adulterium verò species quædam iniustitiæ est. 1

Deinde esto circumstantia sit specialis, ac necessario confitenda: videtur satis esse explicare accessum contra naturam cum coniugata in genere. Quia grauitas adulterij, si adsit in tali accessu ad vxorem, iam explicatur, dum coniugatus fatetur se ad coniugatam quandam accessisse: & si dicas, leuius aut grauius esse cum propria vxore, hæc maior grauitas aut leuitas, non est talis, vt in aliam speciem adulterij trahat, nec videtur ita notabiliter augens aut minuens, vt sit necessario detegenda. Quod si dicas fatendo adulterium cum coniugata in genere, explicari iniustitiam erga illius virum, qualis non est cum propria vxore assentienti. Huic obiectioni facilè occurram, si accessus ille cum propria vxore sit ipsa renitenti: vel explicetur cum coniugata in genere, viro illius consentienti. Si denum dica, habere specialem circumstantiam cum vxore: quia speciali præcepto vir tenetur illam corrigere: quod non præstat, imo ad malum incitat. Satis hæc circumstantia explicaretur, si vir fateretur se ab vxore consensum petiisse. 2

His tamen non obstantibus, primò dico, grauius esse peccatum hoc abusus vxoris extra vas legitimum, abusu simili inter solutos. Sententia est expressa *D. Augustini de bono coniugali, c. 11. to. 6. & de adulter. coniugiis,* & refertur *cap. Adulterij. 32. q. 7. Glossa c. Quidquid. 32. qu. 2 v. Ab adulterio. fin. Abulens. c 5. Matth. q. 225. Soti 4. d. 31. q. vn. art. 4 ad finem, vers. Appendix autem. Petri de Ledesma de matrim. q. 49 a. 6. dub. 2. post 1. concl.* & rationem reddam nu. sequenti, vbi probabo esse adulterium, cum tamen inter solutos sit simplex peccatum contra naturam. Nec obstat *Nauarrus l. 2. cons. in vtraque edit. t. 1. de induciis, cons. 1. n. 1.* asserere paulo minus grauem esse congressum hunc cum vxore, quam cum alia. Nam si intelligat, quam cum alia coniugata: verum dicit, propter iniuriam quæ irrogatur illius viro: si verò intelligat de alia soluta, intelligendus est, vt secundum quid sit leuior. Quia accessus ad solutam est culpa quoad modum & substantiam rei: ad vxorem verò, solum quoad modum. At absolutè & simpliciter est grauior. Quia cum 3

vxo-

vxore, vltra peccatum contra naturam, est duplici ex parte adulterium, nimirum, ex parte viri & ex parte vxoris: cum soluta autem est adulterium ex parte solius viri.

4 Secundò dico, vltra peccatum contra naturam esse adulterium tam ex parte viri, quàm ex parte vxoris consentientis: ac subinde vtrumque teneri confiteri circumstantiam vtramque adulterij. Sic colligitur ex *Soto & Petro de Ledesma, num. præced. relatu*, dicunt enim accessum hunc esse contra matrimonij fidem. Et ratio est, quia neuter coniux seruat alteri suum corpus castè, quod ad bonum fidei pertinet: non enim est coniux ad illum actum; sed ad naturalem: vt rectè obseruat *Caiet. 2-2. q. 154. a. 1 in solut. ad 4. §. Ad singula autem obiecta*: ac consequenter talis actus perinde est ac cum alieno coniuge gestus. Et confirmatur, quia hoc apertè voluit *D. Ambros. n. 1. relatus*, vocans adulterium, non solum alienam coniugem cognoscere carnaliter, sed quidquid potestatem coniugij non habet. Quasi dicat, omne id, ad quod potestas corporum per matrim. concessa minimè se extendit, adulterium esse: talis autem est copula extra legitimum vas, cum proprio coniuge. Nec refert ne adulterium sit consensus vtriusque coniugis: sicut adulterina esset copula coniugati cum soluta, de consensu vxoris habita. Quia bono fidei, ad quod per matrimonium astringuntur coniuges, cedere nequeunt.

5 Vltimò dico, non satis esse fateri adulterium cum coniugata in genere, ac peccatum contra naturam, sed explicandum esse admissum fuisse cum propria coniuge. Ducor, quia si explicetur cum coniuge in genere, manifestatur iniustitia aduersus illius coniugem, cum tamen nulla talis sit. nec esset similis culpa si cum propria coniuge reniteute: quia vltra adulterium adesset tunc raptus speciei, quæ tamen subticetur. Nec satisfit dicendo, cum consensu viri alienæ vxoris cognitæ: quia oporteret etiam explicare consensum propriæ, ne detegatur iniustitia falsò aduersus illam. Quod si hic simul explicaretur, confiteretur vtique coniux plura peccata, quàm reuera admiserit. Cùm fateatur cooperationem consensui alieni viri, alienæque vxoris, & propriæ, cùm tamen soli propriæ vxoris peccato cooperatus sit.

6 Ad argumenta n. 1. proposita resp. Ad 1. dic, concludere secundum quid esse grauius peccatum inter solutos, vt explicui n. 3. fin. Ad 2. dic esse adulterium, opponique bono fidei, nam cùm ille non sit vsus coniugis, vt coniugis, dicitur reuera thori illius violatio: ac perinde ac accessus ad alienam feminam: vt explicui n. 4. Ad confirm. constat ex proxima solutione. Ad 3. dic, esse iniustitiam aduersam bono fidei, ad quod per contractum matrimonij coniuges adstricti sunt: nec proprio consensu posse eos hoc iure cedere, vt explicui n. 4. fin. Ad argumenta n. 2. proposita constat ex dictis nu. 5. vbi probaui omnes illos fatendi modos esse insufficientes.

DISPVTATIO XIX.

An sit culpa lethalis, siue coniuges, siue soluti à copula inchoata desistant ante vtriusque seminationem, maximè si alter seminarit?

SVMMARIVM.

Refertur duplex opinio, n. 1. & 2.

Quando sit licitum, & quando culpa, & qualis, si vir femina non seminante, nec seminandi periculum patiente, de eius consensu ante consummationem se retrahat à copula incepta, n. 1.

Quid si iam femina seminarit, aut seminandi periculum subeat, n. 4.

Quid, si è contra vir seminauit, & femina non seminet, sed se retrahat, nitatur, & non seminare, n. 5.

An vbi sola femina seminauit, possit vir se retrahere, si aduertat sibi mortis periculum imminere, si seminet: vel quia superuenit hostis aut fera, n. 6. & quid, si alij superueniant? quamuis esset periculum vt vir extra vas effunderet.

An in coitu fornicario si femina iam seminauit, vel sit periculum seminationis, teneatur vir non desistere donec seminet? Vel possit femina se retrahere, quando vir vult seminare? & quid, si violenter cognita sit, n. 7.

An fornicans, qui semen aptum generationi non effundit, vt contingit eunucho, admittat duplex peccatum, n. 8.

Quid, si vir vxore dissentiente non seminet, n. 9.

Solumtur argumenta, n. 6.

QVIDAM asserunt culpam esse lethalem, si vir à copula incepta ante seminis effusionem desistat, cùm effundere possit. Ducuntur, quia impeditur generatio, ad quam copula suapte natura ordinatur: frustrare autem copulam coniugalem suo fine, obstando generationi, culpa lethalis est. Secundò probat *Syluest.* Quia tactus impudici inter coniuges, animo non perueniendi ad copulam, sunt mortales, nedum claustra pudoris eo animo penetrare. Ita docent *Syluest. verb. Debitum, q. 7.* addens omnino à ratione deuiare oppositam sententiam, *Graffis p. 1. decis. l. 2. c. 82. n. 16. Petr. à Ledesma de matrim. q. 49. a. 6. dub. 2. concl. 4. Enriquez l. 11. de matrim. c. 15. n. 4.* Temperat verò *Syluest. Graffis & idem Enriquez c. 16. n. 7. ad fin.* nisi ante feminæ seminationem vir se retrahat, non animo generationi obstandi, sed ex causa iusta, ne saluti noceat seminis effusio. 1

Alij verò in alio sunt extremo, docent enim etiam vbi vxor seminauit, non esse contra naturam, nec lethale crimen, virum ante seminis effusionem recedere, nisi vxor iure coniugij semen exigat: vel sit in illa periculum consentiendi pollutioni voluntariæ. In priori enim casu esset mortale contra iustitiam: in posteriori verò contra charitatem. Ducuntur primò, quia sicut vir non tenetur vitare in se pollutionem inuoluntariam, sed tantum eam non procurare: ita non obligatur ad inuoluntariam vxoris pollutionem, & dispendium seminis ipsius euitanda. Secundò, quia si post coniunctionem, feminæque seminationem, aduertat vir sibi imminere lethalem morbum, si seminet, non tenetur: at si esset contra naturam tunc non seminare, teneretur vtique: sicut ob nullum vitæ dispendium licet illi fornicari. Tertiò, quia si esset contra naturam, teneretur fornicans, vbi iam femina seminauit, copulam consummare: cùm hic occurrant duo mala, quorum alterum necessario est eligendum, nempe, si seminet, est fornicatio contraria bono prolis, quæ malè educabitur: si autem non seminet, est contra naturam, in totale feminei seminis dispendium, & consequenter prolem destruit, & hoc sit grauius. Nam ex duobus malis sic occurrentibus, minus eligendum est, *cap. Duo mala, & c. Nerui, 13. d.* & latius explicui lib. 2. disp. 42. num. 45. At absurdissimum dictu videtur teneri illum fornicationem consummare: non est ergo contra naturam vxore seminante virum minimè seminare: ac proinde non erit mortale. Et confirm. quia alias daretur perplexitas. Si enim seminet, est fornicatio: si non seminet, peccatum contra naturam. Quartò, quia femina seminante virum non seminare, in nullius iniuriam cedit. Non vxoris: ipsa enim consentit, vt supponimus, & si vxor minimè sit, non habet ius ad fornicantis semen. Non prolis, quia non habet ius vt generetur hic & nunc, nisi id ad naturæ conseruationem necessarium esset, quod hic non contingit, & si est fornicatio, iniuria irrogatur proli. Cui autem alij inferatur iniuria, non constat. Non ergo est mortale. Quintò, quia non conuincit id esse mortale, generationem tunc impediri, copulamque illam fine proprio frustrari. Nam fine proprio actum defraudari, est ad summum venialis otiositas. Et confirmatur, quia tactus libidinosi ordinantur intrinsecè ad generationem & copulam, at minimè tenetur coniux illam consummare: & si sint inter solutos, erit lethale consummare. Ita opinatus est quidam vir doctus.

Prima tamen conclusio sit. Si nondum vxor seminarit, nec seminandi in ipsa, nec in viro extra vas periculum subsit, nec ipsa dissentiat, minimè est lethale crimen, virum ante seminis proprij emissionem se retrahere. Conclusionem hanc apertè probat argum. quartum nu. præc. adductum. In nullius enim iniuriam cedit. Deinde, quia vasis illa feminei absque seminatione penetratio reputatur instar tactuum partium verendarum, qui inter coniuges cessante pollutionis periculo minimè lethales sunt, sed permissi. Accedit, posse optimè coniuges communi consensu non vacare copulæ ac generationi: cur igitur eo- 3

dem consensu non licebit illis à copula incepta desistere, vbi neutrius seminis dispendium fit? Atque ideo ita docent *Palud.4.d.31.q.3.a.2.n.15. D. Antonin.3.p.tit.1.c.20.§.6. Cajet.2.2.q.154.a.11.fin. Rosella verb. Debitum,n.11.* vbi *Angel. n.27.* vbi *Armilla n.9. Tabiena verb. Luxuriosus,q.6.num.7 fin. Margarita confess.6.precept.f.88. Veracruz 3.p.speculi,a.15.conclus.5. Emman.Sa sum.verb. Debitum coniugale, vers. Inchoatam copulam.* Nec credo effici mortale, quamuis nullus alius finis adesset, quam impediendi generationem. Quia eam impedire semine emisso, manifesta culpa mort. est contra naturam,quæ ad solam generationem semen destinauit:at vbi seminis iactura non fit, nulla est ratio lethalis culpæ, non enim tenentur coniuges prolis generationi vacare, & sicut ad illam impediendam possunt communi placito à copula abstinere, ita ab incepta neutrius semine emisso resilire.Sic *Margarita confess.d.fol.88.*& vbi intentio esset non habendi plures filios,docent idem *Palud. D. Antonin.Rosella, Armilla, Angel. Veracruz proxime citati.* Imo vbi causa iusta esset, v.g.ne seminatio noceat saluti: vel coniuges sunt pauperes,& prole abundant,quam non sunt alendo,& habent similem copulam absque seminationis periculo, quo concupiscentiam sedent, nullam inuenio culpam. Idque colligo ex *Palud. Cajet. Rosella, D. Antonin. Angelo proxime allegatis.* dicentibus virum cum vxore rem habentem non teneri seminare,nisi ipsa petente.Quando autem iusta causa abesset, erit veniale, vt bene docet *Veracruz ea concl.5.* subditque &rectè, frequenter esse mortale ratione periculi effusionis seminis in alterutro coniuge, quod in eo actu communiter inuenitur,atque ideo arcendos esse coniuges à similibus actibus.Si tamen experti sunt id periculum non inueniri,damnandi minimè sunt.

4 Secunda conclusio. Si femina iam seminarit, vel ad id excitata sit,ita vt probabile periculum seminandi adsit,lethaliter delinquit maritus data opera à copula desistens ante proprij seminis emissionem. Quia est peccatum contra naturam,cum sit consummatus coitus ex parte feminæ, ex quo sequi nequit generatio,atque adeo eius semen prodigitur, frustrato generationis fine, ad quam à natura destinatum est. Et confirm. quia naturalis concubitus desiderat non solum vas naturale,quod est instrumentum permanens generationis,seruari,sed etiam instrumentum fluidum, quod est semen:quare sicut est mortale generationi obstare omisso legitimo vase ad illam necessario, in concubitu coniugali: eodem modo erit,obstare omittendo legitimum seminis virilis cum femineo concursum ad generationem requisitum.Hæc est contra secundam sent.relatam n.2.At illam tenent DD.primæ relati n.1.& vltra illos, *Cajet.2.2.q.154.a.1. circa solut. ad 4.§.Ad secundum verò casum,& a.11. ad fin.dub 5. Palud.D. Antonin. Rosella, Angelus, Tabiena, Armilla,Veracr.Margarita confess.Emman.Sa num.prec. allegati.Enriq.l.11.de matrim.c.16.n.7.Graffis 1.p.decis.l.2.c.87. n.15.* Secus esset,vbi vir seminis effusioni quantum est in se daret operam,nec posset. Tunc enim vacat culpa. Sic *Cajetan.eo a.11.dub 5.Tabiena & Graffis proximè citati.*

5 Non crederem autem mortale, si è contra accidat, sed solum veniale, nempe, si viro seminante femina ante proprij seminis effusionem desistat à copula, vel data opera nitatur non seminare.Quia cum eius semen ad generationem non desideretur, vt diximus hoc libro,disp.17.nu.9. cessat prorsus ratio cogens ad damnandam de culpa lethali contra naturam,repressionem seminis in viro,femina seminanti. Atque ita colligo ex DD.num.præced.relatis,ea enim ratione probant in viro esse culpam mortalem,quod impediat finem generationis, ad quam eius semen exigitur. Et licet *Tabiena & Armilla* videantur nobis aduersari: loquuntur enim indistincte,si altero seminante alter coniux se retrahat: at ratio,quam *Tabiena* subiicit,eo quod generatio impeditur, suam mentem esse testatur, vt loquatur de viro, sicut cæteri loquuntur, cuius semen desideratur,sufficitque proli concipiendæ.Idem probatur ex dictis ea disp.17.n.9,vbi probauimus culpam lethalem non esse, virum post seminationem se retrahere,cum nondum femina seminarit: eo quod femineum semen ad generationem non requiratur.

Nec tamen ita rigidè accipienda est conclusio, vt adeo 6
sit contra naturam, femina seminante virum non seminare, vt in nullo prorsus euentu liceat: sicut de voluntaria pollutione & de fornicatione tradunt omnes: sed dicendum est ex grauissima vrgentissimaque causa posse honestari: qualis esset, si post feminæ seminationem aduerteret vir periculum graue vitæ sibi imminere si seminet.Id enim ante accessum aduertens, teneretur non coire, vbi tamen coiuit, siue aduerterit, siue non, potest, quo id periculum vitet, resilire: simile esset, si fera aut hostis superueniret: vel si aduersaretur naturali honestati: quia coniugibus inhonestè coeuntibus subito adessent aliqui, non enim damnandus esset vir qui post feminæ seminationem,ante propriam, ex his vrgentissimis causis recederet, quamuis ita venus in eo irritata esset, vt membro virili ex vase femineo extracto,fore animaduerteret,vt ipso inuito semen extra flueret. Quare differentia est inter fornicationem, pollutionemque voluntariam, & hanc non seminationem: quod illa sunt actus positiui. at positiuè cooperari damno prolis non licet gratia cuiuscunque mali vitandi: hæc autem est actus negatiuus, & ad bono prolis cooperandum nemo astringitur tanto vitæ honestatisve detrimento. Insuper,quia natura nullam seminis administrationem homini concessit, vt extra legitimum matrimonij congressum,illud effundere possit, vt probauimus disp.17. num.16. cuius rationem ibi assignauimus: at vt illud non effunderet intra congressum illum, concessit vtique administrationem in casu vrgentissimo. Cum prorsus cesset ratio ibi assignata. Nec obest periculum illud, ac moralis certitudo effusionis seminis extra vas: ad quod nulla est administratio. Quia id verum est, vbi effusio illa esset volita,at in nostro casu præter voluntatem accidit,& dando operam rei licitæ, ad vitam naturalemque honestatem tuendam.

Hinc deducitur solutio illius quæstionis. Num in coitu 7
fornicario, postquam femina seminauit, aut est in seminandi periculo ineuitabili, liceat viro se retrahere ante seminationem? Id enim non licere, sed teneri seminare, videtur suadere argum. tertium propositum num. 2. inter duo mala minus eligendum esse. Deinde,quia si viro liceret tunc non seminare: simili ratione feminæ fas esset viro iam iam seminanti corpus subtrahere, ne semen reciperet. Si enim eo ipso quod in coitu prouocatur seminatio viri, tenetur femina recipere: ita vir ex eo quod femineum semen prouocarit,tenebitur seminare. Nec obstat, si dicas malsculum cognoscentem non suam violenter, delinquere fundendo semen, at ipsam non teneri recipere, sed posse corpus subtrahere. Id enim verissimum est: sed ideo accidit, quia femina nullatenus cooperata est seminis virilis effusioni: cuius contrarium euenit vbi volens fornicata est. Et ideo ita censent quidam viri docti: respondentque ad argumenta opposita, quæ num.2. tacta sunt, in tertii argum. confirmatione, & in 4. argumento: illud cedere in damnum prolis, quæ ius habet vt generetur, vbi feminæ seminatio adfuit, ne illius dispendium fiat. Nec dari dicunt perplexitatem, quia postquam femina seminauit, tenetur vir seminare, vt minus malum vitet, compleatque actum, non animo libidinoso, & ita seminatio illa non est formaliter fornicaria, sed materialiter tantum: quare vt sic non est intrinsecè mala. Et hæc opinio est probabilis. At multo probabilius est, non solum non teneri virum tunc seminare, sed nouam seminando admittere culpam, eamque in confessione detegendam, nisi in copula intelligeretur. Quia in actu licito nil illicitum efficitur, atque ideo seminandum est: at in actu illicito fit aliquid malum intrinsecè, quod in nullo euentu honestari potest. Nec obstat ex duobus malis minus eligendum. Quia licet hæc non seminatio sit ex se contra naturam, & hac ratione peior fornicatione. At absolutè & simpliciter peior est fornicatio, cum sit ita intrinsecè

trinsecè mala, vt numquam liceat. Non seminatio autem non est ita contra naturam & mala, quin ex causa vrgentissima liceat (vt probaui n. præced.) Qualis hic inuenitur: nempe, ne fornicarius concubitus in graue educationis prolis detrimentum consummetur. Nec culpæ reus erit is fornicans, si à femina recedens seminet inuoluntariè extra vas. Quia pollutio inuoluntaria, ex iusta causa & necessaria orta, culpa prorsus vacat. Similiter culpæ immunis est mulier fornicans, quæ pœnitentia criminis admissi ducta, corpus subtrahit, ne virile semen suscipiat, fornicationemque cœptam consummet. Nec ipsi tribuetur culpæ, si vir extra effundat. Quia id non intendit, datque operam rei licitæ, ab incepto crimine resiliens.

8 Secundò deducitur, impotentem ad emittendum semen generationi aptum, vt sunt eunuchi, duplex mortale crimen fornicando admittere, alterum fornicationis, alterum verò contra naturam. Quia inutiliter femineum semen in eius dispendium prouocat.

9 Vltima conclusio. Si inuita vxore vir minimè seminaret, esset iniustitiæ crimen. Quia lege matrimonij is concubitus est vxori debitus, ex quo sequi potest generatio: cum ad id ordinetur matrimonium, qualis non est vbi vir à seminatione abstinet. Et confirm. quia primò & per se dominium vnius coniugis in corpus alterius est in ipsius semen, vnio enim coniugatorum est per seminum commixtionem, per quam fiunt vna caro. Sic *Caietan. 2.2 q. 154. a. 1. in sol. ad 4. §. Ad secundum vero casum.* Et colligitur ex *Palud. D. Ant. Rosel. Angelo*, n. 3. allegatis, dicunt enim non teneri virum cum vxore coeuntem semen effundere, nisi ipsa petenti. Vnde infertur hanc seminis negationem esse ex genere suo culpam lethalem, sicut & negationem debiti, in omnibus iis casibus, in quibus negatio debiti culpa lethalis est. Siquidem reuera est debiti negatio. De quibus casibus latè egi hoc l. disp. 2. per totam. Quare sicut negare debitum, vbi concedi nequit absque graui salutis detrimento, nulla est culpa: ita nec femina non seminante, se retrahere virum ante seminationem, quæ valdè saluti noceret, etiam dissentienti vxore.

10 Ad arg. n. 1. proposita dic. Ad primum, frustrare actum coniugalem consummatum suo fine, esse culpam mortalem, propter seminis dispendium: vbi autem ex parte neutrius coniugis est consummatus, est sola venialis otiositas si causa iusta desideretur. Ad 2. negandum est illos tactus absque pollutionis periculo esse mortales. Ad 1. ex argumentis n. 2. propositis, dic verum esse de pollutione inuoluntaria omnino, nec excitata legitime ab ipso viro: at illa, voluntaria est, à viroque excitata per legitimum actum coniugalem. Ad 2. constat ex dictis n. 6. Ad 3. & confirm. & 4. constat ex dictis nu. 7. & adde, ius habere prolem, seu potius naturam, vt inchoato actu coniugali semine femineo, non impediatur generatio omisso virili semine ad eam necessario. Ad 5. & confirmationem dic, sicut responsum est hoc eodem nu. ad 1. primæ sententiæ.

DISPVTATIO XX.

Qualis culpa sit habito legitimè coniugali actu, fœtus conceptionem impedire, aut iam concepti aborsum procurare, etiam vbi id ad matris vitam tuendam desideraretur?

SVMMARIVM.

Si tali modo coniuges coeant, vt subsequi nequeat generatio, est mortale. & nullus est talis modus, vbi vas legitimum seruatur, n. 1.

Sumens, vel dens potionem, vel aliud efficiens, quo conceptio prolis impediatur, peccat mori aliter, quocumque fine id faciat, n. 2.

Femina post coitum mingens, vel se erigens, vel aliud efficiens, quo semen receptum expellat, qualiter peccet, n. 3.

Non tenetur anxiè procurare semen retinere, n. 4.

Quid, si ex modo congressus aut femina complexione sit periculum aborsus, n. 5.

Quot difficultates disputanda sint? n. 6.

Quando fœtus est animatus, aut in dubio, non licet aborsum ad vitæ matris conseruationem necessarium procurare, n. 7.

Quando constat non esse animatum, refertur sententia negans licere, num. 8.

Refertur sententia Auctoris, n. 9.

Num femina reputare honesta liceat, quo famam vitamq; tueatur, quia periculo sunt exposita probabilissimo, vel quia experta est; periculum mortis sibi imminere quoties parit, conceptionem fœtus impedire, aut ipsum nondum animati aborsum procurare, n. 10.

An peccet puella, quæ post coitum nubit ignorans, cum periculo vt vir existimet prolem esse suam, ne famam vitamve amittat, n. 11. & ibi remissiuè, quid quando vir eam esse virginem credebat vel contraxerat sponsalia.

Soluuntur argumenta, n. 12.

An vbi fœtus est animatus, liceat medicinis vti cum periculo aborsus? Refertur quædam sententia, n. 13 & sent. Auctoris n. 14.

An medicus & obstetrix illas applicare possint, & teneantur? n. 15.

An ipsa prægnans teneatur eis vti, n. 16.

Quid, si spes sit fore, vt fœtus non pereat, sicq; baptizari possit, an peccet medicus eas applicans, n. 17.

Quid si medicamenta æquè sint ordinata ad salutem, & ad aborsiendum? n. 18.

Quid, si de vita matris & fœtus omnino desperatum sit, an liceat applicare medicinas æquè salutiferas ac noxias, & de quibus medici dubij sunt prodesse ne an obesse, nu. 19. & ibi, an teneatur medicus applicare?

PRIVS duo oportet præmittere fundamenta. Primum 1
est. Quoties adeo contrauenitur modo naturali concubitus, vt ex natura facti generatio subsequi nequeat, est peccatum lethale contra naturam. Quia frustratur semen fine ad quem natura ipsum destinauit. Ita *Supplementum Gabriel. 4. d. 31. quæst. vnica, artic. 2. post 6. concluſ. corol. 5. Petrus de Soto lect. 16. de matrimonio, §. fin. sequitur modus. Nauar. cap. Si consideret, in principio, n. 84. de pœnit. d. 5. Ledesma 2. p. 4 q. 51. artic. 6. propos. 6. Veracruz 3. p. specul. art. 15. fine* dicit tamen & bene *Nauarr.* nullum esse talem modum, vbi vas legitimum seruatur. Quod idem diximus disp. 16. n. 5.

Hinc infertur, feminam sumentem & ei porrigentem potionem, vel quiduis aliud, quo prolis conceptioni obstetur, mortalis culpæ contra naturam reos esse. Ita vt nullo bono fine honestari possit. Quia data opera impeditur semen à suo naturali fine generationis, parumque, & solum secundum magis & minus, distat à seminis effusione extra vas. Ita *D. Thomas 4. d. 15. in fine, in exposit. litera. Caietan. 2.2. q. 154. artic. 1. circa solut. ad 4. §. Ad singula autem obiecta. Tabiena Matrimonium 3. fine. Angel. verb. Debitum, num. 27.* vbi *Sylvest. quæst. 7. Nauar. summa, cap. 16. num. 33. Margarita confess. 6. præcepto, fol. 88. Petrus de Ledesma de matrim. q. 49. ar. 6. dub. 2. concl. 6. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. lib. 3. c. 19. §. Quinto peccat.* Et constat ex c. *Aliquando, 32. q. 2.* Quod est ex D. Augustin. 2

Secundò infertur, similem culpam mortalem contra naturam admittere feminam, quæ statim post coitum virum effundit, aut se erigit, aut quidquam aliud facit, quo semen receptum expellat. Quia similiter frustrat ex intentione semen suo debito fine. Ita *Sylvest. & Margarita confess. n. præced. allegati. Enriquez l. 11. de matrim. c. 16. nu. 8. init.* Nec est audiendus *Ang. verb. Debitum, n. 17.* dicens posse sustineri non esse mortale, quando ex iusta causa fit: tribuitque *Sylvester* hanc sententiam Paludano, sed falsò, eam enim non tenet. 3

Nec tamen tenetur femina anxiè, diuque manens in lecto intacta, & resupina susceptum semen conseruare. Quoniam rarissimè fluxus seminis ex diuerso corporis situ contingit: eo vel maximè, quod (vt diximus disp. 17. n. 12.) recepto semine os matricis femineæ clauditur, ita vt nec acus cuspidem capiat. Sic tenet *Enriquez lib. 11. de matrim. c. 16. n. 8. initio.* 4

Secundò præmittendum est, similem esse lethalem culpam, quoties ex ipso congressus modo est periculum aborsus, secus quando non ex modo inordinato, sed quod vxor sit infirmæ ac delicatæ complexionis. Quia vir in priori casu aborsui causam præbet, secus in posteriori. Ita *Enriquez l. 11. de matrim. c. 15. n. 4.* 5

6 Duplex autē est difficultas. Prior. Num liceat procurare abortum fœtus nondum animati, necessarium ad matris salutem. Posterior. Num liceat matri medicinis vti ad salutem tuendam, cum fœtus animati aborsus periculo.

7 Prima difficultas. Num vbi aliud non suppetit medium ad ipsius prægnantis salutē restaurandam, ac probabiliter sit moritura nisi abortiatur, liceat potionibus aliove remedio aborsum procurare? Et quidem vbi fœtum iam animatum esse constiterit, vel id dubium sit, ita vt medici ac obstetrices in neutram partem deflectant, sed fluctuent, constat apud omnes auctores, tota hac disputatione referendos, id minimè licere. Quia est intrinsecè malum innocentis necem procurare, illiusve periculo se exponere. Vnde meritò *D. Ambros. lib de offic.* & refertur *c. Denique. 14. q. 5.* ait: *Si alteri subueniri non potest, nisi alter ledatur, commodius est neutrum iuuare.* Quare non sunt audiendi *Marianus Socinus c. Si aliquis, de homicid. & Simon de Brixia clem. 1. eod. tit.* quos refert *Felinus d. c. Si aliquis. statim in principio*, cogitandumque relinquit, nil definiens, vbi asserunt absque distinctione fas esse fœtum in vtero necare, quo matris vitæ periclitanti consulatur. Potestque in eorum fauorem id probari. Nam fœtus, dum est in vtero, pars est ventris *cap. Si quid, de consecr. d. 3. & l. 1. §. 1. ff de ventre inspiciendo.* partem autem abscindere, vitaque priuare ob totius incolumitatem, culpa vacat. Sed dic id verum esse de ea, quæ propriè pars est, nec distincta anima informatur, quæ ob bonum & conseruationem solam ipsius totius procreata est. Quæ in fœtu secus se habere constat.

8 Difficultas autem est, vbi probabiliter constat fœtum nondum animatum esse? *Nauarra lib. 2. de reddit c. 5. difficult. 2. de indirectè occidente, in noua edit. nu. 132.* negat licere tunc aborsum procurare, aitque hanc esse omnium concordem sententiam. Ducitur Primò, quia *D. Augustin.* cuius dictum refertur *cap. Aliquando. 32. q. 2.* meretricem appellat, prolem antequam viuat, interimentem, & *cap. Si aliquis, de homicid.* deciditur, vt homicidam teneri dantem aliquid mulieri, quo prolis conceptio aut natiuitas impediatur. & *Tertull. in apolog. c. 3.* sic ait: *Nobis verò homicidio semper interdicto, etiam conceptum vtero, dum adhuc sanguis in hominem delibatur, dissolvere non licet. Nec refert natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet.* Secundò, quia multo magis à generatione distat semen, quàm fœtus iam ex semine conceptus, licèt nondum animatus, atque tam illud, quam hic, suapte natura ad perfectam hominis generationem ordinatur. Si ergo illud effundere, ne generationis natiuo fine fruftretur, ita est intrinsecè malum, vt in nullo euentu liceat, à fortiori id asserendum erit de procurata fœtus expulsione. Tertiò, quia alias liceret fœminæ expertæ periculum mortis grauissimum sibi ex partu imminere, potionem sumere, qua conceptionem impediat, abortiaturve ante animationem. Similiterque liceret fœminæ nuptæ, aut virgini fornicanti, idem efficere, quando nullo alio quæsito medio sibi consulere possent, ne crimine detecto, famæ vitæq; iacturam facerent. Nec refert, si dicas in hoc euentu periculum ab extrinseco & culpa patientis, prouenire. Tum, quia in priori casu ab intrinseco prouenit, & si ea fœmina ex viro concepisset, omnis culpæ expers fuit. Tum etiam, quia nil refert quo damno præsentaneo, consulatur, siue ab intrinseco, siue ab extrinseco, culpatene an inculpatè immineat. Sicut non minus mihi fas est amputare meum pedem, vt à morte incolumis euadam, quando culpa mea compedibus vinctus ab hoste teneor, vt interficiar, quam si morbo vrgente cogar.

9 Cæterum deceptus est manifestè *Nauarra*, dicens eam esse omnium concordem sententiam, cum contraria manifesta sit communis, nullumq; inuenerim dissentientem. Et ideo mihi probabilius est licere in eo casu procurare aborsum. Quia cum illud verè non sit homicidium, & fœtus ille sit pars viscerum, nondum anima rationali informatus, non est cur conseruandus sit tanto vitæ maternæ discrimine imminēti, eo vel maximè, quod matre pereunte, fœtus minimè animabitur. Atque ideo satis aperte videntur sentire *Ioan. de Neapoli quodlib. 10. D. Antonin. 3 p. t. 7. c. 2. §. 2. Sylvest. verb. Medicus, q. 4 dict.* 2. dicunt enim præbere medicinas quo sequatur aborsus fœtus nondum animati, ad peccatum matris occultandum, nefas esse: secus autem ad præseruandam eam à mortis periculo, in quo est constituta ex puerperio. Idem videtur sentire *Conar. clem. Si furiosus, de homicid. 2. p. §. 3. n. 1. fine.* concedit enim licere in hoc euentu dare causam abortui. Et tenent expresse *Armilla verb. Aborsus, n. 2. Nauar. sum lat.* & clarius *hisp. c. 25. n. 62. Corduba sum. q. 173. dict. 4. Margarita confess. 5. precept. f. 84. §. Libet. Enriq. l. 11. de matrim. c. 16. n. 8. Graffis 1. p. decis. l. 1. c. 83. n. 24. Palacios 4. d. 31. disp. 2. fin. Emm. Sa sum. verb. Homicidium, init. Vega 1 to. sum. c. 5 casu 3. fin.*

Non tamen id admitterem licere, ad vitandum periculum vitæ, quod ex partu femina sibi imminere experta est, vel famæ vitæve iacturam, quam probabiliter metuit detecto crimine, si concipiat, fœtusve in lucem prodeat. Vt probabat vltimum argum. pro contraria sent. propositum nu. 8. Quia in his casibus fœtus non est aggressor, periculumque non est præsentaneum, sed distans, illiq; aliis quæsitis coloribus mediisq; adhibitis occurri potest: in nostro autem fœtus inuadit, & quasi aggreditur, causaque est materni obitus, periculum quoque est præsentaneum, ac iudicio medicorum alia via euitari nequit. Atque ita optimè *Nauar. sum. c. 16. n. 33.* dixit nullo bono fine honestari posse sumptionem potionis, qua prolis conceptioni obstetur. 10

Admitto autem licere puellæ statim post stuprum, antequam certa sit se non concepisse, vel vbi concepit, tecto eo vitio nubere, si probabiliter crederet alias fore vt conceptione secuta immineret sibi mortis à cognatis inferendæ periculum: vel si sponsalia de futuro contraxisset, à quibus sine scandali aut infamiæ periculo resilire non posset. Hæc enim iactura præponderat mariti damno, si prolem illam, suam esse existimet. Eo tamen cessante periculo, manifesta est culpa lethalis. Non quod vitium virginitatis amissæ celet. (hac enim ratione quando sit peccatum, dixi lib. 6. disp. 27. à num. 7.) sed quia exponitur periculo supponendi viro alienam prolem: præsertim cum nata in viri domo, eius præsumatur, *l. Filium, 6. ff. de his qui sui, vel alieni iuris sunt.* 11

Ad argum. contraria num. 8. proposita resp. Ad 1. dic, ea omnia testimonia esse accipienda vbi non est periculum vitæ in matre, nisi aborsus procuretur, sed ad peccatum tegendum, vel ex libidine procuratur. Quod manifestant ea verba, *c. Si aliquis, de homicid.* ibi, *Si aliquis causa explendæ libidinis, vel odij meditatione, homini aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non possit generare, aut concipere, vel nasci soboles, vt homicida tenetur.* Ad 2. constat ex iis quæ diximus disp. 17. n. 16. vbi eo argum. & aliis refutauimus totalem rationē intrinsecæ malitiæ, & vt in nullo casu liceat seminis effusio, esse damnum generationis: sed, quia natura omnimodam administrationem denegauit propter periculum imminens ob nimiam delectationem, quæ in eius effusione sentitur. Quæ ratio locum non habet in aborsu. Ad 3. constat ex dictis n. 10. 12

Secunda difficultas est. Num quando probabiliter creditur fœtum esse animatum, liceat prægnanti medicinis vti, & medico eas illi applicare, cum aborsus periculo, quoties mater periclitatur, & eæ ad salutem necessariæ sunt? Communiter referuntur pro negatiua sent. *Ioan. de Neapoli, D. Antonin. Sylvest. Armilla, Nauar. Conar. quos retuli n. 9.* sed ni fallor, non sunt eius sent. loquuntur enim quando aborsus ipse procuratur medicinis, ad id relatis; vt eo n. 9. aduerti. Quod constat esse peccatum lethale, vt num. 7. aduerti. At præsens quæstio est, quando medicinæ ad salutem matris tendunt, ac per accidens, & præter intentionem sequitur aborsus. Aliqui (vt refert *Corduba lib. 1. quæstionarij, q. 38. dubio 3.*) opinantur nefas esse, medico aut obstetrici eas applicare: licere autem ipsi prægnanti eis vti. Quo ducantur fundamento, me prorsus latet. 13

Quare distinguendum esse existimo. Sunt enim medicinæ quædam directè ad fœtus occisionem tendentes, 14

vt

vt venenum, dilaceratio, percussio: aliæ autem per se & directè ad morbos prauosque humores expellendos, pristinamque salutem restituendam ordinatæ. Vt venarum ruptio, ventris purgationi pharmaca deseruientia, balnea. Prioris ergo generis medicinas sumere, nefas capitale est. Quia cooperantur directè innocentis neci, quod intrinsecè malum est: posterioris autem medicinis vti, licitum est prægnanti, etiam cum probabili aborsus periculo, vbi omnino ad eius salutem desiderantur. Primò, quia actiones humanæ speciem, bonitatem, malitiamque eo quod per se est in operantis intentione, non autem ex effectu per accidens ac præter intentionem subsecuto, accipiunt, teste *D. Thoma* 2.2.q.64.a.7.*corp.* Id enim quod principaliter intenditur, attendendum est, at principalis intentio vsus huiusmodi medicamentorum, eorumque institutio & natiua proprietas eò tendit, vt ad pristinam mater salutem restituatur, fœtus autem mors & aborsus per accidens ac præter intentionen accidit. Licitus ergo est eorum vsus. Secundò, quia pollutio tam intrinsecè mala est, ac fœtus animati peremptio; illam tamen quamuis nunquam procurare liceat, fas est permittere, dando operam rei licitæ & necessariæ, ex qua per accidens & præter intentionem sequitur: ergo similiter in eodem casu licebit & hanc permittere. Tertiò, quia per accidens ac præter intentionem occidere innocentes nulla est culpa. Vt quando in bello iusto bellicis tormentis aut igne admoto expugnatur comburiturve ciuitas, in qua multos innocentes, vt infantes, esse constat, pariterque cum nocentibus pereunt: quod licitum esse & experientia testatur, & tradunt vniuersi in tractatu de bello: at in præsenti bellum iustum aduersus lethales humores adhibitis medicamentis salutiferis geritur. Non ergo obstabit quo minus id licitum sit, aborsus fœtus per accidens secutus. Quartò, quia potius ius habet mater ad medicamentum salutiferum, cum fœtus morte, quam fœtus cum morte matris, cum hic à matre, non è contra pendeat. Et confirmatur, quia matre vi morbi perempta, fœtum in lucem edere rarissimum est. Quintò, quia inuadente fera, matrem fugientem cum aborsus periculo, damnabit nemo. Tandem, quia si prolesiam nata materno lacte extremè indigeret, matri autem ad vitam tuendam opus esset vbera exsiccare, posset vtique, non obstanti fœtus morte per accidens euentura, id efficere: magis enim suæ quam fœtus saluti consulere potest. Ideo hanc sententiam tuentur *Corduba summa, q.173. dict.1. & 2. & in quæstionario, l.1. q.38. dub.3. Nauarra lib.2. de restit.c.3. diffic.2. de indirectè occidente, in noua edit.n.131.133. Manuel 1.to.sum.c.5.n.1. concl.1. Lud. Lopez 1.p. instruct.c.63. §. Huic sit appendix, & §. sequenti. Vega 1.to.sum.c.5.casu* 3. Et licere vti his medicamentis per se tendentibus ad salutem cum dicto aborsus periculo, docent etiam *Bañes* 2.2.q.40.a.1.*dub.*11.*conclus.*2.*vers. Confirmatur primo. Enriquez lib.11. de matrim.c.*16.*n.*8. *sinc. Rutilius Benzon. tract. de fuga, l.*3.*q.*3.*dub.*2.§. *Secundò licitum est. Emman. Sa summa, verb. Homicidium, in princip. Aragon* 2.2.*q.*64.*a.*7.*f.*385.§. *Ad* 2. *quamuis.*

15 Hinc fit, minus bene & absque fundamento concedi, licere prægnanti his medicamentis vti, non autem medico aut obstetrici ea applicare. Si enim illorum vsus est licitus prægnanti, cur medico, cuius est ægro salutiferas medicinas applicare, id interdictum erit? Atque ita in casu in quo prægnanti licet, fas etiam esse medico applicare, docent *Ioan. de Neapoli, D. Anton. Syluest. Armilla, Nauar. Palacios n.*9. *allegati, Corduba, Lud. Lopez, Manuel, Aragon, Vega, quos n præc. retuli.* Imò existimo cum *Corduba l.*1.*quæstionar.q.*38.*dub.* 3. teneri aliquando medicum & obstetricem ea medicamenta applicare: tunc autem id credo euenire, quando prorsus ad salutem feminæ, cui medentur, desiderantur. Quia ex officio eis incumbit illi consulere.

16 At femina ipsa, cum iure suo ob prolis bonum cedere possit, licitè valet abeis medicamentis abstinere, quo aborsum vitet, bonoque prolis consulat. Si enim iuxta receptissimam sent. potens vitam tueri interfecto reo aggrediente, ad id non obligatur, sed potest vitã propriam ponere; à fortiori id licebit matri, quo fœtus innocẽtis vitã tueatur. Atque ita sentit *Corduba lib.*1.*quæstionar.q.*38.*fin.*

In vnico autem casu peccarent lethaliter contra charitatem & prægnans ea medicamenta assumens, & medicus ac obstetrix ea applicantes, nimirum, vbi spes probabilissima à peritis medicis conciperetur, fore vt matre ab iis medicamentis abstinente, cum vitæ tamen propriæ periculo, fœtus in lucem prodiret, vt baptizari posset: ea autem assumente, periret fœtus baptismate minimè recepto. Quia ordo charitatis quemcunque astringit ad præferendam vitam spiritualem proximi extremè indigentis, qualis est infans non baptizatus, propriæ corporeæ. Quare rectè docuit *Armilla verb. Defensio, n.*3. clericum baptisma puero conferentem, inuasum ab hoste, effugere non posse gratia vitæ tuendæ, si puer absque baptismate obiturus sit. Ita *Nauarra l.*2.*de restit.c.*3.*diffic.*2.*de indirectè occidente, in noua edit n.*134. Existimo tamen casum hunc rarissimum esse, ac moraliter impossibilem. Matris enim morbo laborantis lethali, corrupti humores, alimentum quo puer nutriendus est, ita inficiunt, vt penè miraculum sit matre pereunte fœtum incolumem euadere. 17

Cæterum quamuis concesserim licere vti medicamentis ex se salutiferis cum fœtus periculo: at vbi æquè ordinantur ad matris salutem ac ad fœtui nocendum, eiusque aborsum: *Corduba sum.q.*173.*dict.*2. *Lud. Lop.*1.*p. instruct.c.*63. §. *Sed in casu dubio. Manuel* 1.*to.sum.c.*5.*concl.*3.*n.*1. *Vega* 1.*to. sum.c.*5.*casu* 3. negant licitum esse prægnanti eis vti ad vitam propriam tuendam necessariis, medicoque ea applicare. Sed cui innitantur fundamento nec ipsi explicant, nec ego assequi possum. Atque ideo credo licere. Quia potius ius habet mater ad vitam propriam, quam fœtus ipse (vt probaui n.14.) & fatetur *ipse Corduba*, cur ergo vbi medicina æquè tendit ad matris salutem, ac ad fœtus necem, præferenda est fœtus incolumitas vitæ matris, vt propter illam cum huius dispendio applicanda non sit. Idque magis confirmatur ex eo, quod matre obeunte penè miraculosa erit fœtus euasio, vt nu. præced. dicebam: at fieri potest vtriusque vitam saluari eo medicamento sumpto. Adde, principale intentum, quod (vt n.14. dicebam) attendendum est ad malitiam actus bonitatemve discutiendam, non esse fœtus aborsum, sed matris vitam. Quod si medicamentum suapte natura æquè tendat ad vtrumque, præponderat materna vita vna cum principali agentis intentione, quæ tantum abest vt aborsum amet, vt potius ab illo abhorreat, folumque ad saluti maternæ consulendum dirigatur. 18

Tandem vbi medicamentum prorsus anceps est, num auxilium an mortem potius sit illaturum, quamuis regulariter sit nefas capitale medium illud experiri: vt rectè docet *Sylvest. verb. Medicus, qu.*4. At vbi salus infirmi omnino desperata est, & in nostro casu matris ac fœtus, periuriq; sint, ac nullum aliud appareat auxilium: *Corduba sum.q.*173. *dict.*3. *Lud. Lop.*1.*p instruct.c.*63.§. *Sed quid si medicina. Manuel* 1.*to.sum.c.*5.*concl.*2.*n.*2. *Vega* 1.*to.sum.c.*5.*casu* 3. negant licere illud applicare: at malè referunt pro se Sylvestrum, qui in hoc casu minimè loquitur: sed in eo quem proximè explicaui, dicuntque hanc opinionem esse communem, at oppositam esse valdè probabilem. Ego autem omnino sum in opposita sent. & credo licere id medicamentum applicare. Ducor, quia nocendi periculum modicum est: cum enim eo minimè applicato nulla vitæ spes supersit, ad summum id damni inferet, vt mors aliquantulum anticipetur: proficiendi autem expectatio, si res feliciter contigerit, magna est, condonabitur enim vita omnino illius spe destituto. Et confirm. quis enim negabit licere vbi mors certa imminet, fera inuadente, sese aliquem è loco altiori præcipitare, cum dubio mortis periculo? In priori enim casu, mors certa est, in posteriori autem dubia, fierique potest, vt solo crure effracto, aliove vulnere inflicto, incolumis euadat. Adde, inter duo mala, quorum alterum necessariò eligendum est, minus præferendum esse, *c. Duo mala, & cap. Nerus,*13.*d.* at minus multo malum est dubia

mors

mors aliquid spei salutis habens, cum solo periculo aliquibus anticipationis, quam omnino certa. Et ideo hanc sent. tuetur *Adrian. 4. q. de correct. fraterna, a. 3. § Ex quo ad secundam partem*, licet aliquantulum dubius: dicit enim forte licere. Eandem tenet *Almain* vt referunt tacito loco DD. contrarij. Imò credo in hoc euentu teneri medicum ea adhibere medicamenta. Tum, quia tenetur minus malum ægroti eligere, vt proximè probabam; tum etiam, quia ex officio ei incumbit ea media, ad salutem infirmi instaurandam, apponere, quæ prudentia periti medici dictat, legesque artis medicandi præscribunt: at in similibus euentibus docent satius esse, anceps auxilium experiri, quam spe prorsus destitutum finere infirmum perire. Vt rectè docet *Cor. Celsus de re medica, l. 2. c. 10. ad medium*, his verbis: *Si nullum aliud apparet auxilium periturusq; sit qui laborat, nisi temeraria via fuerit adiutus, in hoc casu boni medici est ostendere, quam nulla alia spes sit saterig, quantus in hac re metus sit. Et tunc demum si exigetur, applicare. De quo dubitari in eiusmodi re non oportet. Satius est enim anceps auxilium experiri, quam nullum.* Tenetur ergo medicus ad id.

DISPVTATIO XXI.

Vtrùm actus coniugalis vitietur ratione damni proli imminentis, vt si tempore menstrui feminei debitum petatur, reddaturve?

SVMMARIVM.

Quando menstruum est innaturale, licet petere & reddere, & quæ quæstiones disputandæ sunt, n. 1.
Quando est naturale, referuntur varia sententia circa debiti petitionem à n. 2. vsque ad 6. Et sententia Auctoris, n. 7.
Quid si coniuges credant forte vt menstruum generetur? n. 8.
Quid, si vir fluxum seminis patiatur? n. 9.
Soluuntur argumenta, n. 10.
Circa debiti redditionem referuntur quinque sententiæ, à n. 11. vsque ad 15. Et sententia Auctoris, n. 16.
Quid, si credatur monstrum gignendum esse? n. 17.
Soluuntur argumenta, n. 18.

1 AD circumstantiam damni prolis concipiendæ aut iam conceptæ, quam pertractandam aggredimur, pertinet disputare, num tempore menstrui, imprægnationis proximo post partum ante purificationem, ante fœtus ablactationem, furoris alterius vel vtriusque coniugis, licitus sit ac debitus coniugalis vsus. In præsenti disput. de menstrui tempore, in seqq. autem de reliquis agendum est. Et quidem quæstionem hanc opinionum varietas difficilem reddit, vix enim reperies doctorem cum alio conuenientem in omnibus. Curabo autem qua breuitate & claritate potuero ad certum numerum opiniones varias reducere. Atque vt clarius procedam, prius de petitione debiti, deinde de eiusdem redditione disputabo. Præmittendum autem est, vniuersos auctores conuenire cum *D. Th. 4. d. 32. q. vn. art. 2. quæstiunc. 2. corp.* vbi fluxus menstrui feminei præter naturam fuerit, nimirum, vbi præter communem feminarum consuetudinem, quasi continuo ex morbo aliquo acciderit, tunc licitum esse coniugalem vsum, nec ea de causa debitum negari iustè posse. Quia tunc nullum proli damnum imminet, femina enim eo morbo oppressa inepta est conceptioni. Adde, cum is morbus diuturnus sit, & sæpe perpetuus, durissimum esse coniuges ad diuturnã perpetuamque abstinentiam ab actu coniugali astringere.

2 Difficultas autem est vbi menstruum est naturale, quod quibusdam tertio quoque mense feminis accidit, communiter autem singulis mensibus, & aliquibus frequentius, sicut aliis nunquam, vt auctor est *Plin. l. 7. natur. hist. c. 15* & quidem circa debiti petitionem quinque sent. inuenio. Prima sent. ait culpam esse lethalem, eo tempore debitum petere. Ducitur primò, quia *Leuit. 20.* mortis pœna indicitur coniugibus eo tempore coeuntibus. Quod si dicas cæremoniale fuisse, ac proinde extinctũ in lege noua: fatebor id, prout impositũ est id præceptũ gratia corporalis immũditiæ vitãdæ: at morale fuit, obligatq; nunc, qua ratione ad vitandum prolis damnum editum est. Quod aperte probat illud Ezech. 18. *Qui ad menstruatam non accesserit, & vxorem proximi sui non violauerit.* Vbi inter præcepta iuris naturæ computatur, & similiter is accessus ac adulterinus prohibetur. Atque ita fatetur *D. Hieron. ibi*, dicens ratione prohibitionis esse, quod eo tempore, cum sanguis femineus, ex quo fœtus concipitur, infestus sit, hic vitium seminis trahat, ita vt leprosus & elephanticus ex hac conceptione nascatur. & subdit hæc: *Præcipitur ergo viris, vt in suis quoque vxoribus certa concubitus norint tempora. Caueat ergo & vxor, ne forte vilia desiderio coeundi illiciat virum: & maritus, ne vim faciat vxori, putans omni tempore subiectam sibi esse debere coniugij voluptatem.* Atque id esse præceptum morale nunc obligans, fatentur etiam *D. Aug. li. 3. de peccatorum meritis, c. 12. to. 7. & li. 3 quæstionum in Leuiticum, c. 64. tom. 4.* vbi sic concludit: *Qua in re non natura damnatur, sed concipiendæ prolis noxium prohibetur.* Et *D. Clem epist. ad Iulium, & Iulianum, alosque discipulos.* vbi sic ait: *Obseruet vnusquisque, ne menstruatæ mulieri misceatur, hoc enim & execrabile dicit lex Domini. Idemmet lib. 9. recognitionum* id valde dissuadet, & *D. Gregor. respons. 10. ad Augustinum*, & refertur *c. fin. dist. 5.* ibi: *Et cum in consuetis menstruis detinentur, viris suis vxores miscere prohibeantur*, vbi *Gloss. verb. Ablactetur, & Archid. ad fin. super glossam 1. & Albericus l. Qua in ff. de adultio edicto*, dicunt id prohiberi ob prolis damnum, quæ variis morbis affecta solet tunc concipi, & demum id præceptum esse morale, nec cessatum, fatetur etiam *D. Thom. nu. precedenti allegatus.* Et qui plurima in huius concubitus detestationem videre desiderat, consulat *Tiraquellum l. 15. connub. num. 128. & seqq.* Et confirmatur, quia cum principalis finis, quem matrimonij institutio spectat, bonum prolis sit, quicumque matrimonij vsus illud impediens, est illicitus, qualis est tempore menstrui. Secundò, quia ideo fornicatio est intrinsecè ac lethaliter mala, quòd sit in damnum educationis prolis: ergo à fortiori concubitus tempore menstrui eadem malitia afficietur, qui damnum proli in se ipsa infert, cum esse prolis bonæ educationi præponderet. Tertiò, quia nefas esset, cum notabili damno proprio debitũ exigere, vbi morbus ille temporalis est: ergo & cum notabili prolis iactura: proximum enim sicut nosmetipsos, & maxime filios diligere, lex diuina præscribit. Et confirmat. Quamuis enim vnicuique liceat iure suo vti, licet inde alteri damnum sequatur, dummodo id præter intentionem accidat, vt probat *l. 2. ff. de aqua pluu. arcend.* vbi *iurisconsultus* decidit auertentem flumen ne suo prædio noceat, nullius delicti reum esse, quamuis inde vicinus præter eius intentionem damnum sentiat: vtitur enim iure suo ac proinde videatur idem dicendum de viro qui vtitur iure suo accedendo ad vxorem tempore menstrui, licet eo non intendente detrimentum prolis sequatur. At re oculatius inspecta, est longe diuersa ratio, quia in casu illius legis diuersa prorsus sunt iura, nec vnum alteri subordinatur, at in nostro, ius accessus ad vxorem bono prolis subordinatur, illudque præ omnibus spectare debet. Et adhuc exemplo illius legis retento, quis non diceret contra charitatem proximi, licet non aduersus iustitiam, eum delinquere, si paulisper expectans posset & iure suo vti, & graue proximi detrimentum vitare? at cum menstruus fluxus naturaliter accidens paucis diebus duret, delinquet vtique coniux tunc vtens iure suo cum prolis detrimento, quod breui tempore expectato cauere posset. Atque ideo hanc sent. sustinent ex Theologis, *Alensis 2 p. qu. 166. membr. 2. in solut. ad 5. ex argum. qua posteriori loco proponit. D. Bonau. 4. d. 32 in expos. lit. n. 7 & a. 3. q. 1. Scotus cad. d. q. vn. & ibi Tho. de Argentina q. vn. a. 1. Petr. de Tarantasia a. 3. q. 3. Almain qu. vlt. ad fin. Gaillel. Borrillong. q. vn. art. 2. post 1. concluf. casu 5. Nicol. de Orbellis qu. vn. § 5. Palacios disp. 1. fol. 707. Petrus de Soto l. de institt sacerd. lect. 9. de differ. peccat. § Quia tamen in multis, in fin. Idem lect. 16. de matrim. § Sunt etiam præter hæc*, quibus in hoc posteriori loco non omnino id definiat, at multo magis in id propendet *Hugo in cap. 15. Leuit. ad fin. super illud: Mulier qua recedente. Nider sum præcept. 6. c. 4. ad fin. vers.*

Octaua

Octauo cum quis accedit. Alexand. in suo Enchirid. 2.p.precept. 6. vbi de coniugali debito, §. *Si scienter. Angles floribus 1. p. de matrim. q. 6. de solendo debito, a. 1. dissic. 2. Cañedo sum. sacram. de matrim. c. 8. n. 74. in comment.* Et ex Iurisperitis, *Ant. rubr. de sponsalibus, n. 14. & ibi Alex. de Neuo n. 21. Dominic. c. fin. d. 5. ad fin. vers. Alia est opinio. Rainerus 2. p. summ. t. de matrim. c. 13. Ioan. de Friburgo sum confess. l. 4. t. 2. q. 46. Monaldus sum. tract. de matrim. tit. de effectibus matrimony, v. Item est alius effectus. Rosella verb. Debitum n. 10.* vbi *Angelus nu. 32. Tabiena Matrimoniū, 3. q. 6. n. 7.* & hæc opinio est valdè probabilis. Temperatur tamen hæc sententia, vt intelligatur, nisi adsit incontinentiæ periculum in alterutro coniuge, cui aliunde efficacius consuli nequit, tunc enim ait *Alensis* minui culpæ quantitatem, & *Angelus* non esse mortale. Sed melius *Palacios* nec venialem culpam agnoscit. Secundò, si probabiliter sequi nequeat generatio, ratione senectutis aut sterilitatis, tunc non est mortale: sic *Angelus & Tabiena* addens esse veniale. Tertiò, hinc *Palacios* infert esse mortale, si accessus habeatur, quando menstrua purgatio ducit sua exordia, aut non longè distat ab illis. Quia tunc imminet prædictum soboli periculum: eo quod tunc sit copia mali humoris menstrui. Dubitat autem, num sit mortale, quando longè distat ab illis, vt si purgatio mortam traxerit vsque ad septimum diem, & petatur quinto. Quoniam diminuto iam venenoso illo fluxu, non tam euidens est sobolis periculum. Quartò limitat *idem Palacios d. disp. 1. f. 710.* nisi experta sit mulier ex eo coitu minimè concipi prolem infectam: tunc enim dicit vacare culpa coitum. Demum temperat *Angelus*, si coniux debitum exigens aduertat prædictum periculū, excusabitur enim, si non aduertat, & petat causa prolis aut vitandæ incontinentiæ, secus si causa voluptatis captandæ: pendebit enim ex futuro euentu sit culpa mortalis nec ne. Nam proles postmodum genita leprosa, & morbo infecta, culpa lethalis erit, secus autem venialis. Sed hoc nescio qualiter sustineri valeat. Quia qualitas culpæ ex causa data consurgens, ex meritis causæ, quæ volita fuit, & non ex futuro euentu omnino iam inuoluntario pendet.

3 Secunda sent. ait culpam esse petere, propter rationes n. præced. adductas. Qualis autem culpa sit, venialisne an mortalis, subticet *D. Thom. 4. d. 32. q. vn. a. 2. quæstiunc. 2. corp.* vbi *Ricard. a. 4. q. 1. Supplem. Gabriel. q. vn. a. 1. post 11. concl. vers. Videtur ergo probabiliter dicendum. Carthus. q. 1. & in c. 15. Lenit. post medium. q. 1. Mayron 4. d. 35. q. vn. Celaia 4. d. 32. q. 1. argum. 2. Ledesma 2. p. 4. q. 55 a. 1. fin. Merina l. 1 sum. c. 16. § 13 fol. 132. vers. Lo tercero.* Et ex Iurisperitis *gl. c. fin. verb. Ablactetur, d. 5. Astens. sum. 2. p. l. 8 t. 10 art. 4. q. 5. Henric. c Inquisitiuni, n. 10. de sent. excom. Turrecr. c. Si causa fin. 33. q. 4.* Temperat *Supplem.* vt intelligatur, si vir sciat æquè vel magis probabiliter imminere proli periculum, & non timeat sibi de incontinentia, & similiter *Glossa* limitat, nisi sit incontinentiæ periculum. Secundò tēperat *Celaia*, nisi certa sit sterilitas vxoris.

4 Tertia sententia sic distinguit, vir minimè reus est culpæ mortalis, si tunc petat, quo incontinentiæ periculum vitet, quod aliter facilè cauere nequit. Quia potiùs propriæ spirituali saluti, quam corporali prolis concipiendæ consulere debet. Mulier autem semper lethaliter delinquit, si tunc exigat. Quoniam tempore menstrui non ita carnis illecebris vrgetur, quin facile resistere valeat. Ita *Syluester verb. Debitum, q. 6. Barth. à Ledesma dub. 12. de pœnit. in interrogationibus circa 6. præceptum.*

5 Quarta sent. docet solam culpam venialem esse, tunc exigere debitum. Et non esse mortalem, prob. Quia totale fundamentum asserentium esse peccatum mortale (vt vidimus nu. 2.) est prolis damnum inde consurgens, id autem minimè probat culpam mortalem: tum, quia est incertissimum, non enim certum est fore vt tunc vxor concipiat. imò oppositum est certius, fluxus enim menstrui valdè obstat retentioni seminis in matrice, vbi conceptio facienda est. Quare teste *Arist. l. 1. de gener. animal. c. 19.* rara est eo tempore conceptio: tum etiam, quia cum proli melius sit esse cum tali morbo, quam non esse, & si tunc is coitus non haberetur, forsan postea non generaretur, aut non esset ead?: quia cum non entibus nulla est vtilitas: conqueri nequit de damno sibi illato, imò maximo afficitur beneficio. Quare id damnum non tanti faciendum est, vt culpam lethalem constituat. Esse autem culpam venialem, probatur. Quia est quædam turpitudo & inhonestas, cum tunc vacet feminea natura consuetæ purgationi, immundaque sit mulier, & aliqualiter inepta commodæ seminis retentioni ac receptioni, atque ita minùs cōueniens generationis fini. Adde aliquam esse incontinentiam, debitique ordinis peruersionem, non expectare tempus generationi aptius, maximè cum breui affuturum sit. Et ideo hanc sent. tenent *Palud. 4. d. 31. q. 3. a. 2 n. 12. & d. 32. q. 1. a. 3. n. 13. D. Antonin. 3 p. t. 1. c. 20. §. 5. fin. Abulens. c. 5. Matth. q. 245. Cāiet. 2 2. q. 154. ar. 1. circa solut. ad 4. vers. Ad tertium dicitur, & sum. verb. Matrimonium. c. vlt. vers. Tertium caput. Armilla verb. Matrimonium. n. 68 Victoria sum. de matrim. n. 276. Sotus 4. d. 32. q. vn. a. 2. ad 2. Ledesma 2. p. 4. q. 66. a. 1. f. 525. §. Sed an isti coniuges. Veracru. 3. p. spec. a. 17. concl. 4. Gaeta rep. c. Ad limina, 30. q. 4. §. 4. n. 176. Enriquez l. 11. de matrim. c. 15. n. 7. Barth. à Ledesma dub. 71. de matrim. §. De tempore autem menstruorum. Petr. de Ledesma de matrim. q. 64. a. 1. dub. 3. Graffis p. 1. decis. l. 2. c. 82. n. 19. Lud. Lopez p. 1. instruct. c. 84. §. pennlt. Manuel 1. 10. sum. 2. edit. c. 243. n. 17. Vega 1. 10 sum. c. 78 casu 3.* Et videntur sentire *Armilla verb. Debitum coniugale, n. 7. & ibi Emm. Sa vers. Tempore menstrui,* vbi aiunt non esse mortale, petere debitum, licet subticeant, sit veniale nec ne. Temperant hanc sent. *Gaeta & Manuel*, nisi incontinentiæ periculum sit, tunc enim ab omni culpa excusant debiti petitionem: quamuis *Lud. Lopez* adhuc in hoc euentu dicat esse venialem. Secūdò, *Ledesma* ait si constaret omnino feminam esse sterilem aut grauidam, quatuor iam menses, quando iam cōcipere nequit, esse probabile vacare culpa: at probabilius esse adhuc inueniri culpam venialem. Quia satis est vt in plurimum ex eo concubitu damnum sequi proli. Sicut fornicatio ob prolis damnum semper est interdicta, licet in aliquo particulari euentu proles sequi neque at, aut eius educationi sufficienter consulatur.

Vltima sent. docet consilium esse, tempore menstrui à 6
debiti petitione abstinere, ac proinde nullam esse culpam, tunc petere. Quia raro damnum sequitur proli, & melius est ipsi sic esse, quam omnino non esse, vt dicebam n. præced. coniugesque iure suo vtuntur, ac per accidens & præter intentionem proli sequitur damnum. Sic *Gloss. c. Si causa, verb. Conceptus, 33. qu. 4. Castro de lege pœnal. l. 1. c. vlt. §. Alia est in Leuitico*, quamuis enim in principio tantum dicat non esse mortale exigere: at paulo infrà dicit non esse culpam, & tutè posse exigi: atque rationes, quibus innititur, id ita probant. Idem docent alij cum hoc temperamento, nempe, si coniux bono fine ducatur ad debitum exigendum, vt gratia vitandi in se vel in altero fornicationem, vel ne sit illi odio. Sic *Nauarr. sum. c. 16. num. 32. Matienzo lib. 5 recopil t 1. rubr. gloss. 1. n. 111. Vinaldus candel. sacram. 1. p. de matrim. n. 259. Philiarcus de offic. sacerdot. tom. 1. p. 2. l. 4. c. 19. §. Quinto peccat.*

Ex his sent. existimo has duas vltimas esse probabilio- 7
res. Atque ita dico ex se & in plurimum culpam esse venialem, debitum eo tempore exigere. Nec ducor ad id ratione damni prolis, eius enim incertitudo & raritas, quam n. 5. probaui, & experientia testatur, innumeri enim tempore menstrui coeunt, & rarissimè perspicimus hæc damna in prole: & pariter melius ipsi ita gigni esse, quam non gigni: vt d. n. 5. explicui, arguunt ex hac parte nullam esse culpam. Sed ratio peccati venialis est turpitudo & indecentia in eo coitu, vt num. 5. probaui. Atque ita his rationibus amplector eam sent. Quare si aliqua ratio sit huic turpitudini præponderans, & actum honestans, vacabit culpa, vt docet vltima sententia: nempe, si ad vitandam in se vel in alio fornicationem, vel ne coniux suo consortio odio sit, vel alia similis. Nec ab hac culpa eximet coniugis sterilitas, quamuis enim cesset damnum prolis, non tamen cessat ea turpitudo & indecentia.

Hinc infero, in nullo euentu esse culpam mort. petere 8
debitum

debitum tempore menstrui, quamuis coniuges credant fore vt monstrum gignatur. Quia verificatur melius esse proli ita esse, quare de damno sibi illato conqueri non potest. Ita *Palud.4.d.32.q.1.a.3.n.13.& D.Antonin.3.p.sum.t.1.c.20.§.5.& Nauar.Matienzo, Philiarc.n.6.allegati, Graffis & Vega* quos n.5.retuli. Quamuis *Supplem.Gabriel.4.d.32.q.vn.a.2.post 11.concl.vers.Videtur ergo.Syluest.verb.Debitum.q.6.Gaeta repet.c.Ad limina.30.q.1.§.4.n.178.Ledesma & Bart.à Ledesma n.5.relati* censeant esse culpam lethalem. Quia existimant culpam in hoc congressu consurgere ex prolis damno: excusant autem communiter à mortali, ratione incertitudinis damni (præter *Syluest* qui distinxit, vt n.4.retuli.) Quare vbi periculum est certum, dicunt esse peccatum lethale. Cùm verò ex hac parte non constituam culpam, sed ratione turpitudinis & indecentiæ, quamuis damnum sit certum, existimo non esse mortale.

9 Si autem vir fluxum seminis patiatur, nulla ob id est culpa debitum exigere. Tum, quia perpetua aut nimis diuturna est passio, durissimumq; esset coniuges ad tam diuturnam abstinentiam astringere: tum etiam, quia semen illud est generationi ineptum, atq; ita nullum damnum infertur proli. Ita sentiunt *D.Th.4.d.32.q.vn.a.2.quæstiun.2.ad 1.* vbi *Sot.q.vn.a.2.ad 2.vers. Et pariter, ad illud, Palacios disp. 1.f.710.*

10 Ad argum.n.2.proposita resp. Ad 1.cum *Castro n 6.alleg.* id præceptum fuisse cæremoniale, quatenus prohibebat accessum septem diebus ob immunditiam & horrorem, efficiebatque irregularem, & ineptum ad tangendum sacra, tunc accedentem. Iudiciale autem, quatenus imponebat pœnam mortis, & ità cessasse: dum dicunt autem sancti illud fuisse partim morale, & obligare in lege euangelica ratione damni prolis, ait vel intelligendos esse, dum parentes id prolis damnum intenderent: vel vt non dicant debitum veræ obligationis, sed honestatis & congruentiæ, quale debitum solent sæpe diuinum ius appellare. Atque ita dum *D.Greg.relatus c.fin.d.5.* ait coniuges tempore menstrui arcendos esse à congressu: dicit *Gloss.verb.Prohibentur*, aliquos exponere, id est, dissuadentur. Et *ea gloss.c.Si causa, verb.Conceptus, 33.q.4.* ait esse consilium. Vel secundò dic id præceptum in lege noua non obligare nisi ad solam culpam venialem. Ad confirm.& cætera argum. cum suis confirmationibus, constat ex dictis n.5.& 7. vbi id non damnum, sed prolis beneficium esse probauimus: & esto damnum esset, eius incertitudinem & raritatem excusare.

11 Hactenus de petitione debiti sermo habitus est. Circa redditionem autem totidem inuenio opiniones. Prima ait esse mortale, reddere tempore menstrui naturalis. Ducitur, quia est mortale petere ratione damni prolis: ergo & reddere. Quia damnum prolis vterque coniux vitare tenetur. Et quia vagus cõcubitus ideo est intrinsecè malus, quia cedit in prolis detrimentum. Si ergo tempore menstrui accessus sit in eiusdem damnum, erit intrinsecè malus, ac proinde lethalis, tam in petente quam in reddente. Ita docent *Scotus, Guliel.Borrilong. Angelus, Rosella, Angles, Cañedo*, quos n.2.retuli, vbi & posui limitationes Angeli.

12 Secunda sententia docet culpam esse reddere: subticet autem, mortalisne an venialis sit. Ita *Gl.c.fin.verb.Ablactetur, d.5.Anton.& Alex.de Neuo n.2.alleg. Turrecrem alleg.n 3.* & ex Theologis, quidam antiquiores (vt refert *D Th.4.d.32.q.vn.a.2.quæstiunc.3.corp.*) Et *D.Bonau.ibi, a.3.q 1.* dicit videri probabiliorem. Eandem tenent *Bassolis ibi.q.vn.a.3.Ricard.Mayronis, Celaia n 3.allegati. Nicol.de Nyssa super 4.sent.tract.6.p.3. de matrim.q.4.paulo ante arg.solut.* Limitant *Ant.& Alex.de Neuo*, nisi adsit fornicationis periculum: tunc enim ait *Ant.* saltẽ non esse mortale reddere, & *Alex.de Neuo* dicit, nec esse veniale. Secùdò tẽperat *Celaia*, nisi certa sit vxoris sterilitas.

13 Tertia sententia ait coniugem minimè teneri reddere: vtrum autem licitè possit, non meminit. Sic *Almain.4.d.32.q vn.ad fin.Ioan.de Friburgo sum.confess.lib.4.t.2.q.46.Viguer. lib.instit.c.16.§.7.vers.10 Enriquez.lib.11.de matrim.c.15.n.7.* Tempẽrant *Ioan. de Friburgo & Enriqu.* nisi coniux sentiat exigenti periculum fornicationis imminere. Addit *Ioan.de Friburgo* posse cõiugem licitè reddere, quãuis nõ teneatur.

Quarta sententia ait licere coniugi reddere, si alter admonitus desistere nolit à petitione, non explicat autem 14
num in eo euentu reddere teneatur. Qualis autem debeat esse admonitio, explicabo n.seq. Ita *Rainer.& Nic.de Orbellis alleg.n.2. Astens.& Hugo ibi citati. Caiet.sum.verb. Matrimonium, c.vlt.vers. Tertium caput. D.Antonin.3.p.tit.1.c.20.§.5.fin. Maioris 4.d.32.q.2.arg.4.contra 3.consil. Metina l.1.sum.c.16. §.13.f.232.vers. Lo tercero. Lud.Lopez 1.p.instruct.c.84.§. Porro quia, & c.82.paulo post princ.* Temperat *Maioris*, nisi sit verisimile prolis dammum. Et non facientes mentionem istius admonitionis, dicunt licere reddere bono fine, *Nauar.Matienzo, Philiarc.n 6.allegat.* Imo absque nulla limitatione id asserunt *Gloss.& Castro eo n.6.relati. Thomas de Argentina 4.d.32.q.vn.a.1.Veracruz, Graffis, Vega*, vbi n.5. eos retuli.

Vltima sent. docet non tantum licere, sed teneri debi- 15
tum reddere, vbi vir admonitus non resipiscit: & hanc admonitionem tunc præmittendam, quando vxor probabiliter credit fore vt profit, nec tunc teneri suam passionem patefacere, ne odio habeatur, sed debere precibus non vrgentibus, ne fornicandi occasionem viro tribuat, enim auertere: vel aliquam occasionem prætendendo, vel si de eius prudentia spem probabilem concipiat, fore vt eam odio non habeat, suam passionem detegendo. Quia coniux tenetur, ex debito iustitiæ debitum reddere, nec videtur sufficiens excusandi ratio damnum prolis, quod vel nullum vel rarissimum incertissimumque est. Ita *D.Th.4.d.32.q.vn. a.2.quæstiunc.3.corp.* vbi *Palud.q.1.a 3.n.13.* vbi *Sotus q.vn.a.2. ad 2.Carth.q.1.& in c.15.Leuit.post medium.q.2. Sylvest.verb. Debitum, q.6.Ledesma 2.p.4.q 66.a.1.§. Hæsitabis tamen. Nider sum.præcept.6.c.4.vers. Item menstruata. Alex in suo Enchirid.2. p.præcepto 6.* vbi de debito coniugali, §. *Si mulier. Bart.à Ledesma, Petr.à Ledesma, Manuel allegati n 5.*

Mihi placet hæc vltima sent. vt non solum liceat mulie- 16
ri reddere, sed etiam teneatur. Quia si exigere, quod omnino voluntarium est, vacat culpa, vbi iusta causa inducit: vt diximus n.7. nedum reddere, ad quod lex iustitiæ obligat: quæ enim iustior causa excogitari potest, quam propriæ obligationi satisfaciendi? Et cum reddere liceat, tenebitur vtique. Quia nulla iusta causa ab eo se onere eximendi subest, vt probaui nu.præced. Præterea, quia ad summum vir exigens delinquit venialiter, vbi autem sola venialis adest culpa in exactione, tenetur alter coniux reddere: vt probaui hoc lib.disp.6.n.6. Nec credo admonitionem, de qua egi n.præced. esse in præcepto. Durum enim videtur non existente damno prolis, ob quandam indecentiam venialem, quam ad summum vir admittit exigens, in eas vxorem angustias redigere, vt effingere debeat occasiones, quo se eximat: eo vel maximè, quod sæpe viri intelligent ex odio procedere, aut saltem ex amoris defectu, & cum sint ad fornicandum proni, in alias incontinentias labentur. Quare teneri tunc vxorem reddere non facta admonitionis mentione, docent *Astensis 2.p.q.166.membro 3.fin. D.Bonauent.4.d.32.a.3.q.1.& in expositione litera, n.7. Petrus de Tarantasia ead.32.a.3.q.3.& ibi Palacios disp.1.f.707. Abulensis c.5.Matth.q.245. Henricus c.Inquisitioni, n.10. de sent.excommun. Ledesma 2.p.4.q.55.a.1.fin. Gaeta repet.c.Ad limina, 30.q.1.§.4.n.180.*

Exciperem tamen casum illum, qui moraliter est impos- 17
sibilis, nimirum, si coniuges probabiliter existimaret monstrum ex eo concubitu gignendum, quamuis enim cum vir non peccet mortaliter exigens, vt dixi num.8. ac proinde possit vxor reddere: non existimo illam ad id teneri. Quia detrimentum magnum vxoris est, filium tanto affectum morbo habere. Quis enim dolor æquabitur ei, quem mater perpetuo patietur præ oculis habens eam prolem? Sicut vxor potest debitum viro leproso, cum notabili infectionis periculo, non tamen ad id tenetur, vt dicemus hoc lib.disp.24.n.23.

Ad argumentum num.11. propositum constat ex dictis 18
n.5.7.& 10.

DISPV-

DISPVTATIO XXII.

Vtrùm illicitus sit concubitus inter coniuges tẽpore quo vxor est grauida, aut post partum ante purificationem aut ablactationem infantis?

SVMMARIVM.

An sit mortale, petere aut reddere tempore prægnationis, si aborsus periculum sit n. 1.
Proponuntur argumenta ad probandum esse mortale, etiam cessante eo periculo, n. 2.
Non est mortale, num. 3.
Refertur opinio asserens esse veniale petere aut reddere, n. 4.
Non est veniale, sed sub præcepto reddere, n. 5.
Nec petere, n. 6.
Diluuntur argumenta, n. 7.
Post partum non est necessariò expectandum purificationis tempus, n. 8.
Num sit culpa ante purgationem petere aut reddere? Refertur duplex opinio n. 9 & 10.
Sententia auctoris, n. 11. Et an alter coniux teneatur reddere, n. 12.
Refertur sententia damnans accessum, dum infans lactatur, n. 13.
Sententia auctoris, n. 14.
Quid, si femina prolem lactans sit pauper, nec sit soluendo nutrici puerum lactaturæ, num sit peccatum petere, & teneatur reddere? n. 15.
Soluuntur argumenta, n. 16.

1 TRIPLEX petitur difficultas breui dissoluenda. Prima, de tempore prægnationis. Secunda, de tempore post partum ante purificationem. Tertia, de tempore, quo proles lactatur. Et quidem si tempore prægnationis sit aborsus verisimile periculum vtendo actu coniugali, manifesta est lethalis culpa petere aut reddere. Quia talis concubitus bono prolis aduersatur, quod maximè spectat coniugalis vsus, atque ita frustratur suo fine, perimiturq; innocens fœtus. Ita docent *Ricard. 4. d. 32. a. 3. q. 2. Henric. c. Inquisitioni, n. 8. de sent. excom. Asset. sum. 2 p. l. 8. t. 10 a. 4 q. 3. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 20. §. 4. Rosel. v. Debitũ. n. 8* vbi *Angel. n. 33. Syluest. q. 5. Tabiena Matrim. 3. q. 5. §. 6. Abul. c. 5. Matt. q 243 Turrec. c. Si causa 31. 1. 33. q. 4. Pet. de Ledesma de matrim. q. 64 a. 1. dub. 4.* Qui addit pensandum esse hinc inde periculum aborsus fœtus, & ex altera parte incontinentiæ coniugum. Sed existimo nullum incontinentiæ periculum præponderare posse verisimili aborsus periculo, ita vt concubitus eo existente licitus reddatur. Quia illi incontinentiæ discrimini aliis viis & mediis cõsuli potest, absq; fœtus damno. Insuper aduertunt *Angelus, Syluest. & Tabiena*, maius esse discrimen aborsus, circa conceptionis initium vtendo actu coniugali. Quia licet teste *Auicenna* matrix post conceptionem claudatur, at vehementi coitus delectatione irritata, aliquando aperitur, & materia nondum coagulata effunditur, dispergiturque. Et cum hoc periculo cõtre, licet damnum illud minimè intendatur, ait *Tabiena* esse mortale, sed verius *Sylu. & Angel.* dicunt non esse mortale. Quia cum materia nondum sit formata, non tanti id damnũ faciendũ est, vt cõstituat lethalẽ culpam in dantibus operam rei licitæ, iureque suo vtentibus, nec illud intendentibus.

2 Quando autem cessat aborsus periculũ, videtur adhuc lethale esse, vti actu coniugali tempore prægnationis. Primò, quia *D. Aug. de bono coniug. c. 6. to. 6.* inter nimios excessus hunc computat, ibi: *Sunt adeo incontinentes, vt coniugibus nec grauibus parcant.* & *D. Ambros. super 1. Corint. 7* & refertur, *c. Si causa, 33. q. 4.* ait: *Ratio concepta & partu, iuxta legẽ cessare temporibus hu debere demonstrant. D. Hier. l. 1. contra Iouinian.* & refertur *c. Origo, 33. q. 4.* ibi: *Qui dicit se causa reipublicæ, & generis humani iungi, imitentur salicm pecudes, & postquã venter vxoris intumuerit, non perdant filios.* Vbi *gl. v. Non perdant*, reddit rationem, eo quod frequenti concussione pereat partus, & *D. Isid. l. 2. de sum. bon. c. 29.* & refertur, *c. Non solum, 32. q. 7.* tunc coëuntes carpit, quasi pecoribus deteriores sint, quæ vbi conceperint, vitra non indulgent maribus copiam sui. Atque *Tiraq. l. 15. connub. n 141. ex Hippocratu*, & aliorum Medicorum sent. probat periculum esse aborsus, si ad mulierem, quæ recens concepit, vir accedat: & quam detestãdum id sit, multis testimoniis vsque ad n. 146. confirmat. Atque *l. 9. connub. n. 85.* probat multis adductis inter animalia solam equam tempore prægnationis appetere concubitum. Secundò, quia talis concubitus videtur contra naturam, frustratur enim semen illud generationis fine, cum mulier dum grauida est, concipere nequeat.

Cæterum omnes conueniunt DD. minimè esse lethalem culpam etiam exigere tunc debitum. Tum, quia nulla inuenitur prohibitio accessus in eo tempore, vt constabit ex solutionibus argumentorũ n. 7. proponendis. Tum etiam, quia matrim. non solum est institutum in officium naturæ, sed etiam in concupiscentiæ remedium: quod minime præstaret, imo rete maximum, si tanto tempore cõiugibus abstinendum esset. Atque ita docent omnes auctores n. 1. allegati, & allegandi num. 4. & 5. & vltra illos *D. Tho. 4. d. 31. in fi. in expos. lit. Albert. Mag. ibi, a. 22. in sol ad 1. Carthusian. 4. d. 32. q. vn. ad fin. Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 4. t. 2. q. 44. Alex. de Neuo rub. de sponsa. n. 21. casu 3. Emman. Sa sum. v. Debitum coniugale, vers. Nullus copulæ modus.* 3

Vtrum autem sit venialis culpa, tunc exigere, sub iudice est. Quidam enim opinantur venialem esse. Quod saltem probant testimonia Sanctorum, & rationes adductæ n. 2. Atque ita sentire videntur *D. Tho. Albert. Mag. Ricard. Henric. Alex. de Neuo, Rosella, Angel. Syluest. Carthusian. Turrec. Ioan. de Friburgo, Tabiena, Emman. Sa num. 1 & 2 allegati*, dum disputantes de culpæ huius qualitate, dixerunt eam non esse mortalem, quam supponentes esse venialem. Et expresse tenent *Alensis 2 p. q. 166. memb. 2. ad 3. ex argum. quæ posteriori loco proponit, Rainer. 2 p. sum. t. de matrim. q. 6. Palud. 4. d. 32 q. 1. a. 3. n. 12. Monald. sum. tract. de matrim. t. de effectu matrimonij, vers. Sed num quod cognoscere. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 20. §. 4. Gerson 2. p. in compend. Theolog. tract. de sacram. coniugij, alphab. 27. lit. P. Astensis sum. 2 p. l. 8. t. 10. a. 4. qu. 3. Gaeta repet. c. Ad limina, 30 q. 1. §. 4 n. 176. Pet. de Soto lect. 16. de matrim. §. Sunt etiam præter hæc. Sotus 4. d. 31. q. vn. a. 3. fin.* & *ibi Palacios disp. 2. fol. 692. vers. Hæ sunt argumẽta.* Imo & *Gerson ibi* ait etiam reddere esse culpam venialem. 4

Primo tamen dico, absque dubio nullam esse culpam, reddere. Quia reddendi obligatio lege iustitiæ præscripta excusat ab incontinentia veniali, si quæ tunc esset in ea debiti exactione voluntaria, vt non sit in redditione necessaria. Atque ita docent *Palud. Monald. n. præced. allegati, Ioan. de Friburgo, Carthusian. Syluest. n. eod. citati.* Imò tenetur coniux reddere. Quia nulla est iusta excusatio, & ad summum peccat exigens venialiter: vt diximus nu. 3. quoties autem sola est venialis culpa in exigente, tenetur alter coniux reddere, vt probauimus hoc l. disp. 6. n. 6. Ita docent *Alensis 2 p. q. 166. memb. 3. fin. Ricard. Astensis, Henric. D. Antonin. Rosella, Angel. Turrec. Gaeta n. 180.* quos n. præced. retuli. 5

Secundo dico, probabilius esse nec culpam venialem in ea debiti exactione inueniri. Quia nullam prohibitionem reperio, & vbi necessitas non cogit, multiplicare culpas non oportet, eo vel maximè, quod matrim. laqueum iniiceret, si hæc esset culpa venialis, cum enim magna temporis matrimonij parte vxor grauida sit, vel abstinendum esset coniugibus ferè semper à debiti exactione, vel innumera essent venialia admittenda. Ita docent *Gloss. c. Si causa, 33. q. 4. v. Conceptus, Ant. rub. de sponsal. num. 14. Abulens. c. 5. Matth. q 243. Supplem. Gab 4. d. 32. q. vn. a. 2. post 11. concil. Nicol. de Orbel ibi, q. vn. §. 4. Alberic. rubr. de sponsalib. C. n. 15. Hieron. de Orbel ibi, q. vn. §. 4. Alberic. rubr. de sponsalib. C. n. 15. Hieron. de Zenttinis, tract. de foro conscient. & contentioso, n. 141.* habetur tom. 3. tract. nouior. p. 2. *Veracruz 3. p. specul. a. 17. concl. 3. Matienzo li. 5. recop. t. 1 gl. 1. rubr. num. 110. Palacios 4. d. 32. q. 1. fol. 708. vers. Porro autem. Enriq. l. 11. de matrim. c. 15. num. 7.* & videtur sentire *Tiraq. l. 15 connub. n. 141.* vbi ait non omnino interdici concubitum tempore imprægnationis, sed ne modus & temperantia excedatur. 6

Ad argumenta n. 2. proposita dico ea omnia testimonia intelligenda esse, iuxta dicta n. 1. vbi nimirum esset verisimile aborsus periculum, vel de consilio loqui. Nec obstat periculum, quod refert *Tiraqu. ibi allegatus*, quia id contingit antequam materia sit formata, vt dicebam n. 1. quod, vt ibi probaui, non constituit culpam mortalem: eo vel maximè, quod rarissimè id accidere experimur, cùm tamen crebrò & indiscriminatim viri ad vxores accedant. Ad secundum dic, non posse tunc fœtum concipi, minime 7

peruenire ex natura & modo concubitus, quod desideratur vt is sit peccatum contra naturam, sed per accidens, quia femina est grauida.

8 De tempore post partum, manifestum est non teneri coniuges obseruare tempus purificationis lege antiqua *Leuit.*12. præscriptum, nempe, vt mulier masculum pariens abstineret quadraginta diebus ab ingressu Ecclesiæ, feminam verò octoginta: quo etiam tempore pariter videbatur vsus coniugij interdictus. Quia durabat adhuc corporalis immunditia, donec eo transacto purificaretur: sed cum hoc præceptum ad ceremonialia pertineret, iam extinctum est. Et sicut non tenetur mulier eo tempore abstinere ab Ecclesiæ ingressu; vt dicitur *c. vn. de purificat. post partum*: ita nec à coniugij vsu. Atque ita fatentur *Ricard. 4. d. 32. a. 4. q. 1.* vbi *Palud. q. 1. a. 3. n. 12. Maioris q. 2. argum. 4. contra 3. concl. Nicol. de Orbell. q. vn. §. 6. Palacios disp. 1. f. 711. Abul. c. 5. Matth. q. 24 § D. Anton. 3. p. t. 1. c. 10. §. 4. Veracruz 3 p. Specul. a. 17. con. 3. Matienzo lib 5. recop. t. 1. gloss. 1. rubr. num. 110. Grassis 1. p. decis. l. 2. c. 82. n. 20.*

9 Difficultas autem est, de tempore quo reuera durat immunditia illa corporalis post partum. Quidam asseuerant tunc esse mortale petere debitum, nec esse reddendum cessante fornicationis periculo. Probaturque testimonio *D. Greg. resp. 10. ad Augustinum*, & refertur *c. sin. d. 5.* ibi: *Et nisi purgationis tempus prius transierit, viris suis non debent admisceri.* Ita *Ant. rub. de sponsal. n. 14.* & ibi *Alex. de Neuo n. 21. casu 1.*

10 Alij verò sentiunt esse veniale. Quia videtur quædam indecentia. Sic *Palud. n. 8. alleg. Tabiena Matrimonium. 3. q. 7. §. 8. Monald. sum. tract. de matrim. t. de effectu matrimonij, vers. Sed numquid cognoscere.* Idem cum hac moderatione, si recenter femina enixa sit, docent *Sot. 4. d. 32. q. vn. a. 2. fi. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 83 §. Porro tempore. Grassis n. 8. allegat.* Idem videntur sentire *Domin. c. sin. not. ab. 3. d. 5.* vbi ait eo tempore non debere coniuges conuenire. Et *Abulensis* quem nu. 8. retuli, ait enim non esse necessarium purificationis tempus expectare, sed aliquantulum, dum ab immunditiis mulier purificatur, & antea accedere ad illam non esse mortale. Et *Supplem. Gab. 4. d. 32. q. vn. art. 2. post 11. concl.* vbi ait non teneri tunc coniuges abstinere, si timent sibi incontinentiam, & mulierem reddere debere, si vir precibus inductus nolit desistere, & sit fornicationis periculum. Et *Maioris 4. d. 32. q 2. arg. 4. contra 3. concl.* dicit enim non esse præceptum in lege noua exspectandi aliud tempus, si mulier iam purgata sit. Atque fauent etiam *Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 4. t. 2. q. 45. & Syluest. v. Debitum, q. 4.* vbi quamuis dicant textus prohibentes accessum, intelligi de consilio, subdunt tamen petentem non peccare mortaliter: atque ita sentire videntur peccare venialiter, & *Henric. c. Inquisitioni. n. 9. de sent. excom.* vbi dixit textus loqui de consilio, & reddentem non peccare.

11 Sed probabilius existimo nullam esse culpam, tunc debitum exigere, sed textus loqui de consilio. Ducor ratione n. 6. preposita. Atque ita sentiunt *Ricard. 4. d. 32. a. 4. q. 1.* vbi & *Palacios disp. 1. f. 711. Ailensis sum. 2. p. l. 8. tit. 10. d. 4. q. vlt. Angel. v. Debitum, nu. 34.* vbi *Rosella n. 9. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 20. §. 4. Turrec. c. sin. n. 1. d. 5. Enriqu. li. 11 de matrim. c. 15. n. 7.* Temperant bene *Angelus & Palacios*, nisi ex eo concubitu grauis morbus fœminæ immineret. Nam tunc de culpa iudicandum esset, iuxta morbi grauitatem, eiusque probabilitatem. Atque ita cum notabilis morbi aggrauatio timeretur, esset mortale, vt bene docent *Palud. 4. d. 31. qu. 1. a. 3. n. 12. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 20. §. 4. Syluest. v. Debitum, qu. 5. Margarita confess. 6. præcept. fol. 87.* & explicant *Syluest. & D. Antonin.* siue petat, siue reddat coniux.

12 Nulla autem ex parte fœminæ tunc subest legitima excusatio, quin debitum tenetur reddere: cum vir exigens aut non peccet, aut saltem venialiter, vt in simili probatur n. 5. & docent *Abulensis, D. Antonin. Rosel. nu. prac. allegati, Sylvest. v. Debitum, qu. 4.* Quod intellige, nisi esset periculum grauis morbi in femina, tunc enim non teneretur, vt dicemus disp. 24. n. 2.

13 Demum de tempore quo mater sobolem lactat, quidam censent esse peccatum lethale, debitum petere. Probat. ex *D. Greg. resp. 10. ad Augustin.* & refertur *c. sin. d. 5.* ibi: *Ad eum vero concubitum vir accedere non debet, quousque qui gignitur, ablactetur.* Præterea, quia timor est nocumenti prolis: vnde *Galen. l. 1 de sanit. tuenda*, sic ait: *A veneré omnino abstinendum esse quacunque lac prabebit, moneo. Nam & menses viri consuetudine prouocantur, & lac odoris gratiam in deterius mutat. Quin etiam aliqua in vtero concipiunt, quo alterius à puello adhuc lactente nihil est.* Et *Plin. lib. 28. natural. hist. c. 9. ad princ.* sic ait: *concipere nutrices exitiosum est.* Atque non tantum infanti lactenti, sed & fœtui qui in vtero est, id frequenter lethale est, vt doctorum antiquorum medicorũ testimoniis comprobat *Tiraq. d. 15. connub. n. 139. & seq.* Ideoq; hanc sent. tuentur *Ant. rub. de sponsal. n. 14. & ibi Alex. de Neuo n. 21. casu 2.* & id non licere, sed prohibitum esse, *d. c. sin.* docent *Domin. ibi, notab. 1. Tiraq. l. 15. connub. n. 139.*

Verùm existimo nullam esse culpam, minime tunc à debiti exactione abstinere. Quia damnum proli lactenti quod sequitur, si ex eo concubitu proles concipiatur, czueri potest, si eo tempore nutrici lactida tradatur, & cum parentes pauperes sunt, experientia compertum est eos nulla obseruare tempora quibus à concubitu abstineant, nec prolem nutrici lactandam committere, cum tamen id notabile damnum in prole non perspiciamus, & ob rem incertam raramq; duriſſimum esset iugum moraliter impossibile humeris coniugum imponere, vt simul in eodem lecto accubantes, biennio, quo infantis lactatio durat, abstineant: atque iterum cùm mater peperit, alio biennio: ac proinde matrim. pauperibus non remedium concupiscentiæ, sed laqueus ac causa multorum peccatorum esset. Quod si aliquod proli damnum non tanti momenti inferatur, non tenentur parentes medio tam difficili, ac moraliter impossibili, illi occurrere. Atque ideò solum esse consilium eo tempore non petere, docent *Ricard. Ailensis, Rosella, Turrecrem. citati n. 11.* 14

Id tamen fateor cum *Pet. de Ledesma de matrim. q. 64. a. 1. dub. 4.* excusari à reddendi debiti obligatione matrem lactantem prolem ac ita pauperem, vt non sit soluendo nutrici lacturæ, expertamque vbera exsiccari si concipiat, aut lac esse valde perniciosum proli. Non tamen damnarem virum exigentem. Quia ea esset causa iusta prolem exponendi, ne tandiu abstinere cogatur, cùm tanta difficultate, quin potius morali impossibilitate, aut alia via posset proli consulere, quærens virum pium qui eam eleemosynam eroget, sicut si mater obiret. At mater non teneretur tanto se damno & periculo similem patiendi dolorem exponere, vt in simili dixi disp. præc. n. 17. 15

Ad arg. num. 13. proposita dic. Ad 1. id esse consilium. Ad 2. constat ex dictis n. 14. 16

DISPVTATIO XXIII.

Vtrùm tempore furoris, alterius vel vtriusque coniugis, licitus sit actus coniugalis?

SVMMARIVM.

Coniugi non omnino mente destituto, sed fatuo est debitũ reddendum. n. 1.
Idem, si in vna vel altera speciali re mentis impos sit, n. 2.
Idem, si omnino sit amens, fruatur tamen lucidis intervallis, & tunc petat, n. 3.
Refertur opinio asserens reddendum esse potenti furoris tempore, n. 4.
Si ambo coniuges amentes sint, est mortale eos coniungere, n. 5.
Mortale est, habetque easdem circumstantias, si quis solutus amentes coniungat, quas haberet ea copula, si sui compotes essent, n. 6.
Si alter solus sit amens, an ex natura rei licens copula inter coniuges? & quid, si periculum sit personæ, aut aberſus, aut seminandi extra? n. 7.
Quid si vxor sit amens, vir autem sui compos? n. 8.
Quid, si è contra solus vir sit amens? n. 9.
An coniux sanus teneatur reddere debitum amenti petenti? n. 10.
Quid, si timor sit incontinentiæ? n. 11.
Quid, si vterque aut alter coniux sit ebrius, num licita ac debita sit copula? n. 12.
Soluuntur argumenta, n. 13.

IN hac disput. certum est, licitum esse coniugij vsum, vbi vel vterque vel alter coniux, non omnino mente destitutus est, sed est fatuus, ac instar pueri, rationis vsuram habens, quos vulgo *tontos* appellamus: teneriq; 1

alte-

alterum alteri debitum reddere. Quia reuera vsu rationis libertateque fruitur, & capax est meriti ac culpæ. Ita *Ricard. 4.d.32.art.4.q.2.& ibi Supplem. Gabr. quæst. vn.art.2.post 11.conclus.*

2 Idem dicendum est, si coniuges non omnino amentes sint, sed in vna aut altera re, cum tamen circa matrim. & alia sint sui compotes. Quia hos matrimonij incundi capaces esse probauimus l.1.disp.8.num.23.nedum obligationis soluendi sibi debiti, vbi ea matrimonio iam contracto amentia accidit.

3 Idem asserere oportet, si amentes lucidis interuallis fruantur, & eo tempore lucidi interualli petant debitum. Quia tunc libere & actu humano petunt. Ita *Ricardus & Supplementum n.1.allegati, Nicolaus de Orbellis 4.d.32.q.vn.§.10. Astens. summ.2.p.lib.8.t.10 art.3.q penult. Barth.à Ledesma diffic.49.de matrim. fin.* Existimo tamen, si lucida interualla essent rara, & probabile periculum verfaretur perpetuæ amentiæ, atque ita defectus educationis prolis aut aborsus, iudicandum esse, ac distinguendum, sicut de perpetua amentia vnius aut vtriusque coniugis dicemus num. 5. & sequentibus. Quia cùm idem sit periculum, idem iudicandum est.

4 Difficultas autem est, vbi amentia est totalis & perfecta, nullisque intermissionibus gaudens? Quidam asserunt teneri coniugem mentis compotem amenti exigenti reddere, nisi probabiliter timeat notabile propriæ personæ damnũ. Probatur, quia amens retinet dominium corporis alterius coniugis, adestque finis matrimonij, cum ex eo concubitu possit æque proles generari, ac si coniuges sani essent. Nec obstat, si obijcias, periculum esse ne proles fatua amensq; nascatur. Quia melius est illi sic esse, quàm numquam esse. Et confirm. quia finis secundarius matrimonij, nempe remedium concupiscentiæ, manet post furorem. Ideo hanc partem tuentur *Angel. v.Debitum, num.7.* vbi *Sylvest.q.1.vers. Secunda est, in fin. Navar. sum.cap.16 Hisp. n.26. Lat.n.27. Ledesm.2.p.4.q.60.a.3.§. An autem si vir. Corduba l.3.quæst.q.8.fol.186.col.2.§. Contra supradictam resolutionem. Veracruz 1.p.Specul.a.41.§.penult. Palacios 4.d.32.disp. 1.ad fin.casu 12.fol.712. Graffis 1.p.decis.l.2.c.83.n.4.* & clare videntur tenere *Abbas c.2.n.7.& ibi Alex. de Neuo n.3. de conjug.leprof.* vbi aiunt nullam infirmitatem quantumcumque grauem, licet superueniat dementia, præstare facultatem dissoluendi matrimonia, etiam quoad thorum & mutuam seruitutem. Et probant ex eo textu.

5 Prima tamen conclusio sit. Si ambo coniuges sint mentis impotes, separandi sunt, donec ad mentem redeant, & reus esset culpæ, qui eos ad copulam incitaret. Quia licet ipsi amentes minime delinquant defectu libertatis, at qui eos copularet, concurreret ad euidens prolis educandæ damnum, careret quippe parentibus qui eam educare instruereq; possent. Et confirmatur, quia propter simile prolis detrimentum vagus concubitus est illicitus. Immò in hoc euentu magis destituta est proles, quàm vbi concubitus est vagus. Ita docent *Bart.à Ledesm. de matrim. diffic. 49.ad fin. Lud. Lop.2.p.instruct.de matrim.cap.52. ad fin.* vbi de impedimento furiæ, *Pet. de Ledesm.de matrim.q.58.a.3.dub.2.* vbi merito culpam hanc lethalem esse ait. Id enim probat ratio adducta.

6 Hinc infertur à fortiori, culpam lethalem admittere qui duos amentes matrimonio inter se minimè coniunctos ad copulam incitaret. Quia grauius esset prolis damnum, quàm si mentis compotes essent. Ita *Sotus 4.d.34.qu. vn.a.4.ad fin.vers. Verum autem duos. Ledesm.2.p.4.q.60.a.3. ad fin. Veracruz 1.p.Specul.a.41.fin. Enriq. l.11.de matrim. c.15. n.10.fin. Pet.de Ledes.de matrim. qu.58.a.3.dub.2.in solut.ad 3. Lud. Lop.n.prec.allegatus, & 1.p.instruct. c.82.§. Adhæc furioso.* Vnde merito infert *Ledes.ea. q.60. a.3.fin.* teneri eos, cui amentium custodia demandata est, niti ne congrediantur, sicut tenentur curare, vt abstineant ab alijs malis inferendis. Non tamen is concubitus est contra naturam. Cùm ex eo possit generatio sequi: tenetur autem qui eos ita copularet, fateri easdem circumstantias, quæ fatendæ essent, ea copula habita inter personas mentis compotes. Quia talis circumstantia volita est à copulantibus illos amentes; at velle vt aliquis ad consanguineum accedat, est peccatum incestus. Et confirm. quia suadens cuiquam accessum ad coniugatam, ignaro coniugij, reus est adulterij, quia reuera is concubitus ea affectus est circumstantia, non ignorata à suadente: quamuis accedens ab ea excusetur ratione ignorantiæ.

Secunda conclusio. Si alter coniux solus sit amens, ex 7
natura rei est licitus concubitus. Quia est verum matrimonium, nec proli detrimentum sequitur, habet enim alterum parentem rationis compotem, à quo educetur. Vnde si non sit periculum aborsus aut damni notabilis coniugis sani, nulla erit culpa. Ita *Sotus 4.d.34.q.vn.a.4.ad fin. corp.vers. Circa primam partem. Bart.à Ledes. & Pet.de Ledesm. Lud. Lop. relati num.5. Enriq.l.11.de matrim.c.15.n.10.& n.4. Angles florib.1.p.de matrim. qu.8. de imped.matrim.in fin. Enman. Sa sum.v.Debitum coniugale, vers. Coniugi amenti.* Quod si solum sit periculum, vt amens fœminet extra vas, credo adhuc licere copulam, quia coniux sanus operam dat rei licitæ, & præter eius intentionem, ac per accidens euenit effusio illa: & si aliquando ita contingat ex amentis culpa, non semper ita eueniet, ac proinde non est interdicenda copula coniugi sano. Quod amplius constat ex dictis disp.17.num.22. Atque ita clare videntur sentire *Sotus & Lud. Lop.* dicunt enim, non esse honestum vt coeat coniux sanus cum furioso, præsertim vbi timor est, ne furiosus legitimè fœminet. Quare aperte sentiunt tunc solum esse consilium abstinere.

Hinc deducitur, regulariter illicitum esse concubitum, 8
vbi vxor amens est, & vir mentis compos. Quia probabilissimum subest periculum, fore vt mulier insaniæ furore correpta, fœtum in vtero necet. Cessante autem tali periculo: siue quia ita sterilis est, vt nulla subsit spes concipiendi: siue quia mitis admodum est, nec furiosa, licitus est congressus. Quoniam ex se licitus erat: vt dixi num. præcedent. ratione autem solius periculi reddebatur illicitus: quod in hoc euentu cessat. Sic *Barth à Ledesm. & Pet.de Ledesm.n.5 citati.*

Secundò deducitur, si è contra vxor mentis compos 9
sit, vir autem impos, licitum esse congressum, atque fas esse vxori furiosum incitare vt secum coeat. Quia tunc aborsus periculum cessat. Ita *Sotus, Lud. Lop. Bart.à Ledesma ac Petr.de Ledesm.n.7.allegati.*

Tertia concl. Multo probabilius est contra sententiam 10
n.4.relatam, coniugem sanum non teneri per se, atque ex natura rei, debitum reddere amenti, quamuis nullum aborsus aut damni coniugis periculum subsit. Et ratio est, quia illa debiti petitio non est actus humanus, atque perinde est, ac si vir in somnis peteret, cui non teneri vxorem annuere, quis dubitet? Et cõfirmatur, quia sicut vir amittit ob furorem ius ad suam bonorumque administrationem, ita ad vsum matrimonij, ita vt exigens obliget. Hoc esse probabilissimum docet *Victoria sum.de matrim.num.287.* & tenent *Ricard.& Supplem. Gabr.nn.1.allegati, Astens.& Nic.de Orbell & Bart.à Ledesm.* vbi eos n.3. retuli. *Sotus 4.d.34.q.vn. a.4.ad fin.corp.vers. Ad aliud subinde. Enriq.l.11.de matrim.c.4. n.5.* iuncto *commento, lit.B.& c.15.n.10. Lud.Lop.1.p.instruct. c.82.§. Adhæc furioso.& 2.p.de matrim.c.52.ad fin.* vbi de impedimento furiæ. *Enman. Sa sum. v. Debitum coniugale, vers. Coniugi amenti, Vega 1.tom.sum.c.78.casu 12.*

Dixi autem, per se & ex natura rei non teneri. Quia si 11
periculum esset in coniuge furioso, negato sibi debito, accessus ad aliam, vel effusionis seminis, teneretur per accidens, ratione cauendi hoc periculum, coniux sanus illi reddere. Sic *Victoria, Sotus, Lud. Lop. co.c.82.§. Adhæc furioso, Enriq.eo.c.4.n.5.* iuncto *comment. lit.B. Bart.à Ledesm. Vegan. præced. allegati.* Sed quamuis hi DD. indistincte loquantur de coniuge; melius *Lud. Lop.2.p.instruct.de matrim.c.52.ad fin* vbi de impedimento furiæ, id asseruit de femina, quæ rationis compos est. Nam si ea esset amens, quamuis id incontinentiæ periculum adesset in illa, credo non tene-

ri virum sanum ei reddere, nisi aborsus periculum cessasset: iuxta dicta num. 8. præponderat enim aborsus periculum.

12 Ex dictis infertur, quid de coniuge ebrio, ac subinde rationis vsu priuato dicendum sit. Non enim tenetur per se & ex natura rei coniux sui compos ei debitum reddere. Quia non petit actu libero & humano, sicut nec amens: atque ita eadem est ratio. Ita *Sotus & Lud. Lop. to. cap. 52.* vbi de impedimento furiæ, num. præced. allegati. *Enriqu. l. 11. de matrim cap. 15. nu. 10.* Quamuis *Ledesma & Veracruz nu. 4. allegati*, dicant teneri: sed loquuntur consequenter ad suam sentent. cùm idem sentiant de amente, vt eod. nu. 4. diximus. At per accidens dicunt bene prædicti DD. teneri reddere, ratione periculi incontinentiæ in ebrio, si forsan adesset. Nec vter coniugum ebrius sit, distinguo, sicut distinxi num. præcedenti in amentibus. Quia cùm ebrietas citò transeat, non est illud periculum aborsus. Quare licet vterque coniux ebrius esset, liceret concubitus inter illos. Cuius contrarium diximus num. 5. in amentibus, immo quandò sola femina est amens: id diximus num. 8. Quia etiam in ebriis cessat damnum prolis educandæ. Cùm enim breui ad se redeant, non destituitur proles parentibus, qui ipsam educent.

13 Ad argum. num. 4. proposita constat ex dictis num. 10. & 11. non enim ad obligationem debiti persoluendi satis est dominium corporum, sed vltra illud desideratur vt actu humano & libero petatur. Et quando esset incontinentiæ periculum, tenetur alter reddere per accidens, ratione illius.

DISPVTATIO XXIV.

Vtrùm cum propriæ salutis detrimento teneantur coniuges debitum sibi reddere: vt si alteruter lepra alióve morbo contagioso infectus sit?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sint, n. 1.
Non tenetur coniux reddere cum notabili salutis suæ detrimento, n. 2.
Quid si febri alioue dolore laboret, aut vulneratus sit? n. 3.
Quid de tempore proximo post prandium, n. 4.
Quid, in balneis, vel cum coniux proxime à balneis recessit n. 5.
Quid, de frequenti coitu, n. 6.
Quid, si vir sit fur incorrigibilis, & sit timor damni inferendi vxori, num. 7.
An sit mortale reddere cum notabili propria salutis detrimento, n. 8.
Non tenetur coniux reddere cum detrimento salutis petentis, n. 9.
Peccat mortaliter tunc reddendo, n. 10.
Quid, si ea copula ad bonum commune desideretur, vt ad regni tranquillitatem, n. 11.
Quid, si timeatur in altero coniuge periculum incontinentiæ. n. 12.
Quid, si infirmitas sit habitualis? remissiue, n. 13
An coniux sanus teneatur leproso reddere, cum propria infectionis periculo? Proponitur textus ansam dubitandi præbens, n. 14.
Refertur duplex sententia, n 15. & 16.
Non tenetur reddere cum eo periculo. Et quid, si ex frequenti, non autem ex vno vel altero coitu, id periculum immineat, n 17.
Idem est in morbo Gallico & aliis contagiosis, n. 18.
Maius imminet periculum viro accedenti ad leprosam, quàm è contrà: & ita ille rarius tenetur reddere, quàm hæc, n. 19.
Imminet infectionis periculum, si vxor leproso commixta sit, & ita vir ratione huius periculi non tenetur ei reddere, n. 20.
An horror accedendi sit sufficiens causa excusans, n. 21.
An vbi lepra præcessit matrimonium, aliusve morbus contagiosus, teneatur sanus ad reddendum, & cohabitandum cum periculo propriæ infectionis, n. 22.
An possit sanus reddere & cohabitare cum eo periculo? Et an teneatur si adsit incontinentiæ periculum? n. 23. vbi etiam, an sano petenti teneatur leprosus reddere?
An possit & teneatur coniux reddere, cessante proprio periculo: si sobolem leprosa nascitura periculum subsit? Refertur quædam sent. n. 24.
Sententia Auctoris. n. 25.
An coniux sanus teneatur habitare cum leproso? Referuntur duo textus, n. 26.
Proponitur duplex sententia, n 27. & 28. & sententia Auctoris, n. 29.
Tenetur coniux sanus esse prope domum leprosi, & ad alia obsequia, num. 30. vbi remissiue, an possit habitare, & an teneatur vbi tempore initi matrimonij nouit lepram?
Apud quem coniugem filij esse debeant, vbi alter est leprosus, n. 31.
Soluuntur argumenta, & conciliantur cap. 1. & 2. de coniugio leprosorum 31 & ibi, quando sanus cogendus sit in foro externo habitare & reddere.

QVAESTIO est difficilis, atq; ideo vt clarè ac distinctè in ea procedamus, quadruplex est disputanda quæstio. Prima, an cum detrimento propriæ alteriusve coniugis salutis reddendum sit? Secunda, an lepra aliove contagioso morbo affecto coniugi teneatur sanus cum detrimento infectionis reddere? Tertia, quid si id periculum cesset: adsit tamé periculū prolis leprosę nascituræ? Quarta, an teneatur sanus cum leproso coniuge habitare? 1

QVAESTIO I. An cum propriæ salutis detrimento teneatur coniux debitum reddere? Prima concluſ. Neuter coniux tenetur alteri debitum reddere cum detrimento propriæ salutis. Conclusio est *D. Thomæ 4. d. 32. quæstione vn. a. 1. corp.* & ab omnibus admittitur. Probatque eam. Quia rectus & naturalis vsus matrimonij sequitur rectum ordinem naturæ, in cuius officium institutum est: rectus autem naturæ ordo postulat proprij individui incolumitati prius consuli, quàm prolis generationi. Semen enim, quod generationis instrumentum est, conficit natura ex alimenti superfluo ordinati ad individui conseruationem. Prouida enim natura prius per potentiam nutritiuam subuenit individuo, & deindequod ex nutrimento supereſt, administrat generatiuæ. Ergo vbi prolis generatio sequi non potest saluo proprij individui incolumitate, non petit rectus matrimonij vsus, illi vacari reddendo debitum. Et confirm. Quia tum naturæ ordo petit, vt priùs in se ipso quispiam perficiatur, quam alij suam perfectionem per generationem communicet: tum etiam ordo charitatis, quæ à se ipso incipit, postulat prius propriæ indemnitati consuli, *cap. Non satis, 86. d. c. Nisi specialis, de vsu pallij.* Secundò, quia cum tunc non vrgeat extrema necessitas propagandæ aut conseruandæ speciei, sola inuenitur in ea debiti redditione obligatio iustitiæ particularis, spectantis priuatum coniugis petentis commodum, quæ cum graui debitoris nocumento minimè ligat, ne ordinatæ charitatis legi aduersetur. Intelligenda tamen est conclusio, vbi esset probabile periculum damni notabilis, si enim esset modicum, illi præponderat lex iustitiæ ad debitum reddendum obligans. Ita docent *Alex. de Neuo cap. 2. num. 6. de coniug. leprof. Ricard. 4. d. 32. art. 1. q. 1. in fin. corp.* vbi *Almain. q. vn. Guillelmus Borrillong. q. vn. art. 2. post primam propositionem, casu 2. Maioris q. 1. arg. 1. contra 3. concl. Supplem. Gab. q. vn. a. 2. fi. Sotus q. vnic. a. 1. concl. 2. Gerson 2. p. in reg. moralibus, alphabeto 25. lit. I. fin. Astens. sum. 2. p. l. 8. tit. 10. a. 1. q. 1. Angel. v. Debitum, n. 3. Cajet. sum. v. Matrimonium, c. vlt. §. Primus est, vers. Et satis rationabiliter. Armil. v. Debitum, n. 3. & v. Matrimonium, n. 69. Metina C. de restit. q. 19. §. vlt. Nauar. sum. c. 16. Lat. nu. 25. Hisp. n. 24. Ledesma 2. p. 4. q. 66. a. 1 fol 514. col. 4. §. Sed in oppositum, Nider sum. præcepto 6. c. 4. vers. Quartus est. Pedraza sum. præcept. 6. §. 18. Graſſis p. 1 decision lib. 2. c. 83. nu. 3. Vega 1. tom. sum. c. 78. casu 2. Barth. à Ledesm. dub. 71. de matrim. concluſ. 1. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 243. n. 1.*

Hinc deducitur, coniugem febri laborantem non teneri reddere. Quia graue est damnum. Sic colligitur ex *Palud. 4. d. 32. q. 1. a. 2. n. 7.* vbi dicit coniugem infirmum non teneri reddere, & docent *Sotus 4. d. 32. q. vnic. a. 1. ad 2. & ibi Celaia q. 1. argum. 2. Ledesma 2. p. 4. qu. 66. a. 1. fol 514. colum. 3. §. Hesitabis tamen, vers. Ad hoc respondet.* Idem & bene docet *Palud.* si coniux sit vulneratus. Idem docet *Sotus*, si coniux alio morbo aut dolore ad tempus vexetur. At hoc sanè intelligendum est, vbi copula vehementer noceret dolori illi. Quis enim dicet solum dentis molaris dolorem, aliumve similem, aut capitis, absque febri, excusare à debiti redditione? Quare scrupulosè satis locutus est *Cardinal. cap. 2. fin. de coniug leproſor.* vbi quærens, numquid coniux hecticus, timens mortem ex debiti redditione sibi imminere, teneatur reddere? Respondet non teneri: si timor sit verisimilis. Sed absolutè dicendum est non teneri. 2 3

Si enim sola febris excusat,ne dum ethica febris,quæ tantum periculi secum affert.

4 Secundò infertur, post prandium nuper desumptum, sæpe excusari coniugem à reddendo debito. Quia teste *Vega de arte medendi,lib.2.cap.4* qui cibo nuper desumpto coierit.cruditatem patietur,aut ciborum corruptionem, nisi validus admodum fuerit, & is si multocies id seruauerit, manifestè lædetur. Et *Palud 4.d.32.q.1.a.2.num.8.* refert se à medico quodam didicisse, virum quendam in phthisim incidisse, quia solitus erat post prandium cognoscere vxorem.

5 Secundò infertur, in balneis, vel statim à balneis, non teneri coniugem reddere. Quia graue affert periculum eo tempore copula. Ita *D.Antonin.3.p.t.1.c.20.§.10.*

6 Tertiò deducitur, non teneri coniugem alteri immoderatè, ac sæpius quàm par est petenti, semper reddere. Quia notabiliter vires extenuat, salutemque lædit frequentia copulæ,de quo diximus disp.2.num.12. Non tamen est audiendus *Præpos.*qui *rub.de sponsal. n.* 13. ait immoderatum copulæ vsum cum vxore esse lethalem. Quia nec prolis generationi deseruit, nec incontinentiæ vitandæ necessarius est. At dicendum est ex hoc capite numquam esse lethalem. Quoniam si vxor nondum concepit, tendit ad sobolis generationem, ac proinde licitus est. Si verò concepit, aut refertur ad voluptatem captandam, aut ad fornicationem cauendam,atque ita vel licitus est,vel ad summum venialis. Ita *Abulens.c.5 Matth.q.236. Veracruz 3 p spec.l.a.16.* Posset tamen esse mortalis, si vir aduertens notabile suæ saluti detrimentum inde parari, ita frequenter coiret,iuxta ea quæ n.8.dicemus.

7 Demum infertur, si vir sit fur incorrigibilis, atque ita vxor periculo exposita sit quotidie damni sibi per ministros iustitiæ inferendi, posse eam viro deserto aufugere, quo damnum illud caueat. Ita asserunt quidam, vt referunt dicentes esse probabile, *Palud. 4. dist.32. quæst.1. art.2. num.7. D. Antonin.3.p.t.1. cap.20.§.10.* de qua re dicam libr. seq.disp.18. n.21.

8 Secunda concl. Illicitum est viro reddere cum notabili suæ salutis detrimento,& similiter vxori. Quia vitæ dominum minimè habent, atque ita curam moderatam illius tuendæ habere obligantur, nec illam graui discrimini exponendi,vbi vrgentior causa non cogit. Ita *Sotus 4. d. 32. q.vn.a.1.concl.2.*vbi *Celaia q.1 argument.2.* dicens esse graue peccatum,*Ledesma* dicens fortè esse culpam lethalem,*2.p. 4.q.66.a.1.f.524 col.4.§.Sed in oppositum. Pet. de Soto lect. 16. de matrim. §. Sunt etiam præter hæc*, vbi docet ex genere suo esse hoc mortale. Atque clare sentiunt *Caietan.sum.v.Matrimonium,cap.vlt. de peccatis in vsu matrimonij, vers.Quartum caput,& ibi Armill. num.68* vbi dicunt esse mortalem,vsum coniugij cum notabili damno proprio: & licet non explicent de redditione,at indistinctè loquuntur de actu coniugali. Quare existimo culpam hanc esse mortalem, nisi vel inaduertentia damni tanti,vel iusta alia causa excuset, vt incontinentiæ periculum, aut similis: iuxta dicenda n. 11.& duplici seq. Sicut culpæ lethalis reus esset, vtens cibis ratione excessus, aut eorum qualitatis, notabiliter sibi nocentibus,ni damni inaduertentia excusaret.

9 Hinc infertur, vbi alteri coniugi constaret debiti redditionem esse in graue salutis exigentis dispendium, minimè teneri reddere. Sicut nemo tenetur gladium domino petenti tradere,si illo se perimere velit. Ita *Sotus 4.d.31. q.vn.a.3.paulo post princ. vers.Inter soluendum. Medina C. de restit.q.19.§.vlt. Alex.in suo Enchirid.2.p.precept.6.* vbi de debito coniugali, *Angles floribus 1.p.de matrim.q.6. de obligat.soluendi debitum diffic.1.* Et constat ex dictis disp.22.num.11. vbi multis citatis diximus culpam esse accessum ad vxorem morbo ex partu laborantem, cum periculo aggrauationis morbi.

10 Imo peccaret mortaliter tunc reddendo, nisi iusta aliqua causa aut inaduertentia excusaret. Sicut si redderet in salutis propriæ notabile damnum iuxta dicta num.8. Quia eadem prorsus est ratio. Atque ita sentiunt *D. Antonin.3 p.t.1.c.20.§.4.& Sylvest. v.Debitum, qu. 5.* vbi dicunt mortale esse petere aut reddere post partum, quando inde vxoris morbus notabiliter aggrauaretur. Idem *Armilla v.Matrimonium,n.68.* vbi ait esse mortalem vsum coniugij cum notabili damno corporis sui vel alterius.

Sunt tamen prædicta omnia temperanda. Primò,nisi 11
bonum commune totius vniuersi, siue regni, siue communitatis ad sui conseruationem ea copula coniugum indigeat, tunc enim, postposito priuato notabilis damni aut vitæ iacturæ discrimine, tenerentur coniuges ad eam. Exemplum sit de bono vniuersi,si casus metaphysicus accideret, quo species humana deficeret, nisi hi coniuges matrimonio vterentur. De bono autem regni casus est, si ad pacem regnique tranquillitatem desideraretur proles habenda ex rege, cuius saluti notabiliter copula obesset. Quia bonum vniuersale priuato præponderat. sic *Petrus de Ledesma de matrim. q.64 a.1. dub.2. concl.4.* & neminem inueni contradicentem.

Secundò temperant aliqui,nisi subsit graue periculum 12
incontinentiæ in coniuge exigente, tunc enim tenetur alter reddere cum notabili suæ salutis corporalis detrimento. Quia ordo charitatis petit vt hæc saluti spirituali postponatur. Præterea, quia prælatus tamquam obligatus ex officio,& lege iustitiæ ad consulendum saluti spirituali ouium, tenetur ad id in graui actum necessitate, cum propriæ vitæ discrimine. At coniux tenetur ex iustitia prouidere coniugis incontinentiæ per actum coniugalem: cùm matrim.in concupiscentiæ remedium sit institutum,obligentque se coniuges per illud iuxta suam institutionem. Atque ita docent *Supplem.Gab.4.d.32.q.vnic.a.2.fin. Petr.de Ledesma de matrim.q.63.a.1 dub.2.concl.3. Manuel 1.to.sum 2. edit.c.243.n.7.init. Vega 1.to.sum.c.78. casu 3.* Cæterùm quamuis.existimem licere tunc, at coniugem teneri non approbo. Quia prælatus ad consulendum ouibus tenetur omnino ex officio, nec aliud sibi incumbit ex munere sibi iuncto. At coniux non se obligauit præcisè ad debitum reddendum, sed salua incolumitate personæ, seruatoque ordine naturæ,in cuius officium est principaliter matrim. institutum; qui est vt prius incolumitati propriæ consulatur. Vt n.2.probauimus. Atque charitatis ordo postulat de necessitate præferri bonum spirituale vitæ, vbi est extrema necessitas in patiente spirituale periculum, vel si est grauis,is qui subuenire debet,est prælatus. Qualis non est coniux, nec ea est extrema necessitas. Potest enim alijs medijs periculo illi incontinentiæ subueniri. Atque ita non teneri docet *Maior 4 d.32 q.1.argum.1. contra 3 concl.* & colligo ex *Pet.de Soto lect 16.de matrim.fin.* vbi ait coniugem sanum non teneri reddere leproso cum periculo propriæ infectionis,at posse, vt illius infirmitati annuat, & licere asserit *Enriq l 11.de matrim.c.15.n.9.*

Tertiò tempera, nisi morbus sit habitualis, vt lepra, de 13
quo n.23.dicemus.

QVÆSTIO II. Num sanus coniux cum propriæ infectionis periculo teneatur debitum reddere leproso aliove morbo contagioso laboranti? Quamuis in genere conueniant omnes, coniugem liberum esse à debiti redditione, vbi graue damnum probabiliter sibi timet: vt num.2.diximus. At in casu lepræ dissentiunt propter *cap.2. de coniug. leprof.* decidens leproso coniugi reddendum esse, ibi: *Quod si virum, siue vxorem,leprosum fieri contigerit,& infirmus à sano carnale debitum exigat, generali præcepto Apostoli quod exigitur est soluendum: cui præcepto nulla in hoc casu exceptio inuenitur.* Quare triplex est sententia. 14

Prima sent. absolute docet teneri fatium ad reddendū 15
coniugi leproso debitum. Quia textus *d.cap.2.* id absolute decidit, nec infectionis periculū imminet ex coniunctione momentanea ad copulam,qualis ex cohabitatione assidua posset oriri. Ita ex Theologis, docent *D.Thom.4.d.32. q.vn.a.1.ad 4.*vbi *D.Bonau.a.2.q.1.n.19. Ricard.a.4 q.2. Carthusian.q.1. Nic de Orbella q.vn.§.9. Vigerius lib.instit.c.16.§. 7.vers.10 Mayronis 4.d.35.q.vn. Alex.in suo Enrichid. 2.p.in 6. præcepto,*vbi de debito cōiugali,*§.Si pertinaciter. Nider sum-*

ma.præcepto 6.c. 4. vers. Ex supradictis. Et ex iurisperitis, Goffredus sum.t.de coniug. leprof.num.1. & 2. Host. c.1.n.5. de coniug. Leprof. Astens. sum.2.p.l.8.t.10.art.3.qu.1. Ioan. de Friburgo sum. confess.l.2 t.2.q.67. Monald sum.tract. de matrim. tit.de coniug. leprof.fin.l.7.t.2.partit.4.

16 Secunda sent. docet teneri reddere sanum leproso, etiam si periculum infectionis adsit. Quia ad hoc se obligauit per contractum matrimonij. Ita Sotus 4.d.32.q.vn.in fin. corp. vbi Bassolu q.vn.a.3. Guillelm. Borrikong q.vn. art.2.post 1. concl. casu 5. in solut. ad 1.

17 Tertia sent. (cui omnino adhæreo) docet minime teneri, vbi iudicio medicorum, notabilis infectionis periculum immineret sano ex debiti redditione. Nec obstat textus cap.1. de coniug. leprof. intelligitur enim, vbi ea redditio non cedit in reddentis notabile damnum. Atque ita intelliguntur D.Tho. & reliqui DD. citati n. 15. pro prima sententia, vt constat ex ratione, qua eam probant: nempe, quia ex tam breui coniunctione non imminet infectionis periculum. Quare manifeste sentiunt eo imminenti cessare reddendi obligationem. Nec obest etiam ratio secundæ sent. allata num. præced. Quia nullus se obligat per matrimonij contractum ad reddendum, nisi salua indiuidui incolumitate: vt num. 2. probauimus. Atque rationes ibi adductæ aperte probant hanc sententiam. Illamque tuentur ex Theologis, Durand. 4.d. 32.q.1.num.8. vbi Maioris q.1. argum.1.contra 3.concl. Palud.q.1.art.2.num.7. Almain.q.vnic. Soto q.vn.art. 1. ad 2. Ouand. q.vn post 2.propositionem, Celaia q.1.argum.2. Palacios disp 1 sol.704. D. Antonin.3 p.t.1.c.20.§. 10.ad fin.in 4. casu. Cass. sum.v. Matrimonium, c.vlt.de peccatis in vsu matrim.vers. Primus est. Victoria sum. de matrim.nu. 275. Medina C.de restit.q.19.§.vlt. Pet. de Soto lect. 16. de matrim.§. Sunt etiam præter hæc. Ledes.2.p.4 qu.66.a.1.fol.524. col.3. Angles florib.1.p.de matrim.q.6. de oblig. soluendi debitum, a.1.diffic. 1. Pedraza sum. præcepto 6.§.18. Enriq.l.11.de matrim. c.15.n.7. Manuel 1 to sum.2.edit.c.243 n.2. Bart. à Ledes. dub.71. de matrim.concl.1. Pet. de Ledes. de matrim.qu. 46.a.1.dub.2.conclus.1. Lud. Lop.1.p instruct.c 83.§. Sed an viro leproso, & 2.p. de matri. c.56. statim in princ. Graffis 1.p.decis.l.2.c.83.nu.6. Cañedo sum. sacram. de matrim.c.8.n.72. Emman. Sa sum. v. Debitum coniugale, vers. Excusat à reddendo. Vega 1.to.sum. c.78.casu 3. Et ex Iurisperitis, Rosella v. Leprosus, n.2. vbi Angel.n.2. Syluest. v. Debitum, q.1. vers. Secunda est, & v. Lepra, q.3. Tabiena v. Matrimonium, 3.q.6.§.7. fin. Armilla v. Debitum, n. 3. & v. Lepra, n.3. & v. Matrimonium, n.69. Turrec c. Sciatis, 33. qu.4.a.1.n.2. casu 3. Nauar. sum.c.16. Hisp.n.24. Lat.n.25. Greg. Lop l.7.v. Sudendo, 1.2.p.4. Gaeta repet. cap. Ad limina, 30.q.1.§.4.nu.175. Obseruandum tamen est, si ex frequenti coitu timeatur infectio, non autem ex vno vel altero, teneri coniugem semel vel iterum reddere, non autem frequenter. Quia tota ratio cessationis præcepti reddendi est timor infectionis, ac proinde in tantum cessabit, in quantum fuerit talis timor. Ita Palacios 4.d.32.disp.1.fol.705.

18 Idem prorsus est dicendum, si alter coniux morbo Gallico laboret, non enim tenetur coniux sanus cum periculo notabilis infectionis ei debitum soluere. Quia eadem est ratio ac de lepra. Ita Victoria de matrim. nu.275. Sotus 4. d.32.q.vn.a.1.ad 2.vers. Imo vero, vbi Celaia q.1.argum.2. Palacios disp.1.f.705.vers. Sed adhuc torquet. Enriq. l.11.de matrim. c.11.n.7. Pet. de Ledes de matrim.q.64.a.1.dub.2. Imò idem de quocumque morbo contagioso dicendum est, ob eandem rationem. Medina C.de restit.q.19.§.vlt. Ledes.2.p.4. q.66.a.1. f.524.col.3 Barth.à Ledes.dub.71. de matrim. concl.1. Armilla v. Debitum, n.3. & v. Matrimonium, n.96.

19 Id tamen monuerim, certius infectionis periculum imminere viro accedenti ad mulierem lepra aliove contagioso morbo infectam, quam mulieri sanæ accedenti ad virum infectum. Quia virile membrum calidæ ac porosæ nimium complexionis est: quod vel facilis eius erectio testatur: quare facile ex leprosæ feminæ matrice lepram attrahit, eaq; inficitur. Matrix verò feminea est ficca ac frigida, ideoque aut minimo negotio leprosum expellit humorem, aut retentum consumit, non enim alia membra penetrat obstanti prædicta frigiditate ac siccitate, nisi frequens sit coitus: ita ex medicorum testimonio asserunt Durand 4.d.32.q.1.n.8. vbi Palud.q.1.a.2.nu.6. Maioris q.1. argum.1.contra 3.concl. Sotus q.vn.a.1.ad 2. vers. Imo vero. D. Antonin.3.p.t.1.c.20.§.10.ad fin. Tabiena Matrimonium, 3.q.6.§. 7.fin. Ledes.2.p.4.q.66.a.1.fol 524. col.3. Palacios 4.d.32.q.1. f.704. Bart à Ledes.dub.71.de matrim. concl.1. Quare merito inferunt Durand. Palud, Sotus, Maioris, Barth. à Ledes. ibi, facilius excusandum esse virum à reddendo debito vxori leprosæ, quàm è contrà, vbi vxor est sana, vir autem leprosus. Nec inconueniens reputatur, dari imparitatem in hoc euentu: cum constet pares esse coniuges quoad debitum coniugale. Quoniam ea disparitas non ex matrimonij contractu, sed ex causa extrinseca, nimirum, ex periculi inæqualitate proficiscitur. Sicut coniux innocens non tenetur adultero reddere, adulter verò tenetur innocenti, oriturque disparitas hæc ex causa matrimonio extrinseca, nempe ex adulterio.

Similiter magnum infectionis periculum imminet viro, si ad vxorem à leproso cognitam accedat. Vt testantur Durand. Maioris, Sotus u. prec. allegati. Quare secluſa ratione adulterij, & quamuis ob illud nefas sit viro debitum negare in aliquibus euentibus, vt si ipse adulter quoque sit. At sæpe fas erit ratione periculi infectionis. 20

Grauius autem dubium est, an vbi infectionis periculum cessat, excuset à debito reddendo horror naturaliter consurgens ex accessu ad coniugem lepra aut alio morbo horrorem inferenti, vt Gallico, infectum? Et quidem vbi vxor eo morbo laboraret, tantusque horror esset in viro, vt virgam erigere aptamque copulæ reddere minimè posset, manifestum est virum excusari. Quia impossibilium nulla est obligatio, reg. Impossibilium ff. de reg. iuris, & reg. Nemo potest, de regul. iuris, in 6. Quare si vir non reddens excommunicetur ab Ecclesia, sicut coram Deo est immunis culpæ, ita & excommunicationis erit. Sic Hostiens. cap. 2. fin. de coniug. leprof. vbi Ioan. And. n.4. Ant n.12. Abbas num.5. Alex. de Neuo n.5. Henric. n.8. Præpos. nu.1. Anchar. c.1. fin. eod. t. Rosella v. Leprosus, nu.2. Sylvest. v. Lepra, q.3. Gaeta repet. cap. Ad limina, 30.q. 1.§.4. n. 180. vbi supponere videntur non existente tanto horrore quin virga erigi possit, accessusque fit possibilis, vel si vir leprosus sit, cum femina absque vllo metu reddat, horrorem non esse sufficientem excusationis causam. Quod in terminis proprijs docet Henricus eod. cap. 2. num.3. docereque videntur aperte Sotus 4.d.32. quæst. vn.a. 1.ad 2.vers. Imo vero. & Ledesma 2.p.4. quæst.66. art.1. fol.524. col.3.§. Hæsitabis tamen, vers. Ad hoc respondet, vbi dicunt c.2. de coniug. leprof. decidens leproso esse debitum reddendum, id velle, vt coniux sanus, cessante infectionis periculo, ob horrorem non excusetur. Atque solum excipit Sotus, quem sequitur Ludou. Lop. 1.p. instruct. cap 83.§. Sed an viro, & 2.p. de matrim. cap. 56. statim in princ. quando ingentissimus esset horror, vt si lepra esset leonina, ita vt membra computrescerent & deciderentur. Ego vero non ita rigidè cum coniugibus agendum existimo, sunt enim plerique ita ad nauseam propensi, vt ad instar mortis ab accessu ad coniugem leprosum abhorrerent: cogereque illos ad copulam esset difficillimum, ne moraliter impossibile dixerim, nec id ex eorum culpa, sed ex naturæ indita complexione proficiscitur. Quare licet censeam horrorem solum communiter ac regulariter non excusare, contrarium tamen de huiusmodi horrore iudico. Quod significare videtur Cardin. cap. 1.nu.3. de coniug. leprof. vbi ait non compelli coniugem ad debitum reddendum, quando ob lepram nimius horror insurgit. 21

Quidam verò casus excipiendus est, in quo quamuis probabile sit infectionis periculum, tenetur sanus leproso debitum reddere: is autem est, quando lepra matrimonium præcessit, nec ab altero coniuge ignorata fuit. Quia sciens & prudens ad id per matrimonij contractum se astrinxit. Atque in cæteris etiam contractibus idem contingit: vitium enim rei, si detegatur, non minùs obligat quam si vitio careret. Ita sentiunt Palacios 4.d.32.disp.1 sol. 22

703.vers.Ceterum hæc exactio.Bart.à Ledes.dub.71.de matrim. post 1.concl.§.Sed solet oriri:Manuel 1.tom.sum.3.edit.cap.24.3. n.2.fin.Per.de Ledesm.de matrim.q.64.a.1.dub.2.concl.2.Vega 1.tom.sum.cap.78.casu 3. Atque quamuis hi Doctores non explicent num teneatur etiam coniux sanus leproso cohabitare in hoc euentu: at idem dicendum est, vt ex eorum fundamento colligitur. Quia per matrimonij contractum, ad reddendum debitum & ad mutuam habitationem se obligant coniuges, vnde *Angles florib.1.p.de matrim.qu.6.de soluendo debito,art.1.difficil.*1 dicens sanum non teneri reddere leproso, etsi lepra matrimonium præcesserit,vbi infectionis est periculum: vel intelligendus est, vbi lepra ignorabatur:vel si intelligatur de lepra cognita,non est audiendus.

23 Quamuis autem sanus coniux non teneatur leproso debitum reddere, cum periculo notabilis infectionis: at si non curans de propria infectione ex contagione lepræ, aut morbi Gallici,vtatur matrimonio, cohabiteteque cum illo,opus meritorium exercet, si ex amore matrimonij id efficiat. Quia in morbis diuturnis & quasi habitualibus, nec ad mortem tendentibus, præponderat coniugalis amor,& vitatio periculi incontinentiæ in vtroque,aut saltem in altero coniuge, ferè semper contingens, illi infectionis periculo.Ita *Caiet.2.2.q.154.art.1.circa solut.ad 4.§. Ad 3.dicitur.Graffis 1.p.decis.lib.2.c.83.n.6.* Idemque videtur sentire *Pet.de Soto lect.16.de matrim.fin.* vbi ait leproso non teneri sanum reddere cum dicto periculo, at posse vt eius infirmitati annuat.Hinc rectè dixit *Palacios 4.d.32.disp.1. ad fin.in solut.ad 7.* teneri leprosum reddere sano coniugi cedenti iure suo, petentique cum dicto periculo.Potest enim illo iure cedere,& cum eo periculo vti matrimonio. Nec hoc contradicit ijs quæ diximus n.8.9.& 10.vbi diximus petentem cum notabili propriæ salutis dispendio, peccare mortaliter, & similiter ei reddentem. Illud enim in morbis communibus non ita diuturnis, ad mortemque tendentibus, accipiendum est. Potest enim mutuus amor vitaque coniugalis conseruari, atque periculum illud cauueri, dilata copula breui tempore, donec salus pristina coniugi restituatur: vel si tempus opportunum copulæ, nec nocens expectetur. Quare scitè *Caiet. proxime citatus* dixit, non semper esse culpam, dum coniux postposito propriæ salutis dispendio petit debitum, & cohabitat. Vtrum autem sanus teneatur reddere leproso, ob vitandum incontinentiæ periculum? diximus n.12.

24 QVÆSTIO III. Vtrum possit & teneatur coniux sanus leproso reddere, cessante propriæ infectionis periculo, si adsit probabile periculum, fore vt soboles nascatur leprosa? Quidam affirmant eum non teneri reddere. Quia magis licèt cuiquam proprijs, quam alienis detrimentis cedere: constat autem ex dictis nu.17.non teneri reddere cum proprio detrimento.Ita *Metina C. de restit. q.19.§. vlt. Palacios 4.d.32.disp.1. ad fin fol.* 712.*casu* 7. Imò *fol.* 713.*in solut. ad* 5.ait, quamuis lepra sit perpetua, peccatum esse exigere cum prædicto sobolis periculo, ne excuset timor incontinentiæ. Quia lex iustitiæ charitatisque prohibet damnum alijs inferri,& maximè filijs.

25 At dicendum est teneri in eo euentu reddere. Quia proli tantum abest vt irrogetur iniuria, quin potius maximo afficiatur beneficio, consequitur enim vitam ex eo concubitu, ac melius illi est leprosam existere, quam omnino non esse.Et hinc soluuntur rationes contrariæ.Quia coniugi sano simpliciter nocet reddere debitum cum notabili salutis detrimento. Cum enim habeat iam esse naturale,non potest non malè se habere, si contagione illa inficiatur. At proli non simpliciter nocet, sed melius est. Quare hanc partem tuentur *D.Th.4.d.32.q.vn.a.1.ad 4.* vbi *D.Bonau.a.2.q.1.num.21.in solut.ad 2.Scotus qu.vn.ad fin.corp. vers.Respondeo quod.Ricard.a.4.d.2.Durand.q.1.nn.10.in solut. ad 1.Palud.q.1.a.2.n.6.Sotus q.vn a.1.ad 2.vers.Imo vero.Guillelm.Borrillong q.vn a.2.post 1.concl.casu 5.in solut.ad 1.Celaia q.1.arg.1.Astens.sum.2.p.l.8.t.10.a.3.qu.1. D.Antonin.3.p.t.1. c.20.§.10.ad fin.in 4.casu,Rosella v.Leprosus,num.2.Sylvest.v. Debitum.q.1.vers.Secunda est.Viguer.li.instit.c.16.§.7.vers.10.* & id licere,quamuis obligationem fabricent, docent etiam *Ledesma 2.p.4.q.66.art.1.fol.* 525.*col.*1.*Petr.de Ledesm.de matrim.q.64.a.1.dub.3.concl.*1.*Bart. à Ledesma dub.71.de matrim.§.Sed solet oriri.*

QVÆSTIO IV. Vtrùm coniux sanus teneatur cum le- 26
proso habitare? Rationem dubitandi offerunt textus, *c.* 1. *de coning.leprof.& c.* 2.*eo.t.* nam *cap.*1. sic dicitur: *Mandamus quatenus vt vxores viros,& viri vxores,qui lepræ morbum incurrunt,sequantur,& eis coniugali affectione ministrent, solitis exhortationibus inducere non postponas. Si vero ad hoc induci non potuerint,eis arctius iniungas,vt vterque altero viuente continentiam seruet.*& *c.*2.*eod t.* sic dicitur: *Quoniam nemini licet excepta causa fornicationis vxorem dimittere,constat quod sine mulier lepra percussa fuerit, seu alia graui infirmitate detenta, non est à viro propterea separanda, aut etiam dimittenda.* Vbi *in priori c.* denotatur id esse consilium: *in posteriori* autem id esse præceptũ,vt sanus cum leproso coniuge habitet.Nam ea verba,*Non est à viro separanda aut etiam dimittenda*,constat non accipienda esse, de demissione quoad debitum coniugale illi persoluendum.Quia essent penitus superflua,& inutilis repetitio:cum statim in *eo cap.* sermo fiat de debito reddendo,decidaturq; soluendum esse coniugi leproso.At in Pontificis decretis nil esse superfluum, nec vnam syllabã, probauimus l.3.disp.26.n.6.Insuper *in priori illo c.* in vltimis illius verbis denotatur etiam esse præceptũ: nam post verbã proximè allegata sic dicitur: *Quod si mandatum tuum seruare contempserint, vinculo excommunicationis astringas.* Id enim mandatum non potest referri, nisi vel ad continentiam seruandam,de qua proxime egerat textus:vel ad cohabitationem,de qua paulò ante.Ad continentiam autem seruandam constat referri non posse, vt bene aduertit *Gloss.fin cod. c.*1. Quia continentia consuli potest, præcipi autem minimè, *c. Integritas, 32. q.*1. referuntur ergo verba illa mandati ad cohabitationem. Idemque videntur probare ea verba *eiusdem cap.*1. *Coniugali affectione ministrent.* Id enim præstari nequit ablata cohabitatione. Idemque videtur probari ex *c. Si vxorem,32.qu.*5.quod est ex *D. August. de serm.Domini in monte, lib.*1.*ca.*33.ibi: *Si vxorem quis habeat sterilem,vel si quod aliud,siue morbi,laboribus, & doloribus confectam, & quicquid excepta fornicationis causa vehementer horribile excogitari potest, pro societate fidei, sustineat.* Hæc ergo sunt quæ ancipitem reddunt quæst.hanc.

Triplex est sent. Prima docet absolutè non teneri co- 27
habitare. Quia ex assidua cohabitatione graui infectionis periculum sano coniugi imminet.Hanc tuentur ex Theologis,*D.Th.D.Bonau.Carthusian.Ricard.Nic de Orbel.*vbi eos n.15.retuli *Scotus nn.*16. *alleg.Maioris, Almain.Celaia,Sotus, Pet.de Soto,Ledes.Enriq.Bart.à Ledes.Petr.de Ledesm.n.*17.*allegati,Viguerius.Nider relati n.*15.& ex Iurisperitis,*Gloss.cap.Si vxorem,32.q.5.in fin.Vincentius c.*1. *de coning.leprof.*vbi *Innoc. n.vn.super v.Sequatur,& ibi Hostien.n.*4.*fin super v.Ministrent, Abb.c.*2.*n.*5.*de coning.leprof.*vbi *Henric.fin.Astens.sum.*7.*p.l.*8. *t.*10.*a.*3.*q.*1.*Rosella verb.Leprosus,n.*1.vbi *Angel.n.*2.*Sylvest.v. Lepra.q.*3.*Ioan.de Friburgo summ.confess.l.*4.*t.*2.*q.*67.*Tabiena Matrimonium,*3.*qu.*6.§.7.*fin.* Pauci autem ex his Doctoribus explicant, num intelligant de cohabitatione in eadem domo, an in eodem lecto. Id tamen explicant *Host. Henric.Astens.Innoc.Rosel.Angel.Sylvest.Vincent.* dicentes nec teneri in eodem lecto, nec in eadem domo commorari, quod etiam clarè significat *d.gl.fi.* ait enim vxorem taliter teneri ad sequendum virum leprosum, vt quandoque veniat ad ipsum, & quam cito soluerit debitum, recedat. Idem apertè significant *Sotus & Barth.à Ledes.* dicunt enim non teneri cohabitare, nec in eodem lecto dormire. Alij verò sentiunt non teneri in eodem lecto, bene tamen in eadem domo habitare. Sic videntur tenere *glossa cap.*1. *v.Ministrent,de coning.leprof.& ibi Ant. fin.* quærentes enim, nunquid coniux sanus teneatur habitare in eodem lecto, & in eadem domo, respondent non debere ad lectum continuo compelli, sed sufficere leproso, si suo debito non fraudetur. Quare cum vtrumq; rogauerint, & solant

in eodem lecto habitationem negent, videntur sentire teneri in eadem domo habitare. Atque ita glossam intelligit *Alex. de Neuo cod. c. 1. n. 11.*

28 Secunda sent. distinguit dicens, si coniux leprosis cohabitet cum alijs leprosis, non teneri coniugem sanum ad cohabitationem, secus si seorsum habitet in domo propria. Ita *Goffred. sum. t. de coniug. leprof. n. 1. & 2. lex 7. t. 2. partit. 4. Monald. sum. tract. de matrim. t. de coniugio leprof. in fin.*

29 Tertia sent. cæteris probabilior, ait attendendum esse num ex cohabitatione immineat probabile notabilis infectionis periculum, nec ne, & illo imminenti non teneri sanum cohabitare; secus verò teneri, sicut nu. 17. diximus de debiti redditione: nec huic sententiæ aduersatur prima relata n. 27. quia innititur periculo habitationis. Et ratio est, quia per cõtractum matrimonij obligant se coniuges ad debitum reddendum, & cohabitandum, à qua obligatione eximit periculum grauis cõtagionis ex morbo alterius coniugis: ergo vbi id periculum non subest, obligatio non cessat. Ita sentiunt *Durand. 4 d. 32. q. 1. nu. 8.* vbi *Palud. q. 1 a. 2. n. 7. Alex. de Neuo c. 1. nu. 11. de coniug. leprof. & ibi Prapof. n. 4 D. Antonin. 3 p. t. 1. c. 20. §. 10 ad fin. Armilla v. Lepra n. 3. Nauar. sum. c. 16. Hisp. num. 24. l. at. n. 25. Enum. Sa sum. v. Debitum coniugale, verf. Excusat à reddendo.* & clare significat *Sylvest. v. Debitum, q. 1. verf. Secunda est*, vbi dicens sanum non teneri reddere, vbi est periculum, subiungit, nec in eo casu teneri cohabitare. Quare cum ex cohabitatione in eodem lecto semper sequatur id periculum, nunquam ad id tenetur. Circa cohabitationem autem in eadem domo consulendi sunt medici, qui attenta complexione & lepræ specie, aliisque circumstantijs, iudicabunt de infectionis periculo, vt inde obligatio aut deobligatio cohabitationis petatur, iuxta dicta.

30 Duo tamen obseruanda sunt. Primum est, vbi sanus non tenetur cum leproso in eadem domo habitare, tenetur prope illam esse. Sic *Host Henric. Astensis, nu. 27. allegati*, & ratio est, quia ratione lepræ, quamuis sanus coniux absoluatur à cohabitatione ratione periculi contagionis, at non absoluitur ab alijs obsequijs coniugi leproso exhibendis: vt bene docent *Sylvest. v. Lepra, q. 3.* vbi *Armilla n. 3.* & constat ex *c. 1. de coning. leprof.* ibi: *Et eis coniugali affectione ministrent.* Ergo oportet vt sanus prope leprosi domum habitet, ne huic obligationi deficiat. Vtrum autem teneatur cohabitare, quando tempore contractus matrimonij cognita erat lepra? dixi n. 22. & an possit habitare non obstanti infectionis periculo, dixi n. 23.

31 Alterum est. Quando coniuges seorsum habitant propter morbum alterius contagiosum, proles apud sanum debet esse, quo à contagione incolumis euadat. Ita disponitur *l. reg. 7. t. 2. p. 4.* vbi *Greg. Lop. v. Porque*, dicit id esse omnium. Idem docent *Goffred. sum. t. de coniug. leprof. fin. Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 10. a. 3. q. 1. Ioan. de Friburgo sum. confess. lib. 4. t. 2. q. 68 Sylvest. v. Lepra. q. 3.* vbi *Armilla n. 3.*

32 Ad textus adductos num. 26. respondent *D. Bonauent. 4. d 32. art. 2. quæst. 1. & ibi Ricard. art. 4. quæst. 2.* loqui de consilio tantum. At contrarium probaui eo num. 26. & ideo melius est dicere esse præceptum cohabitandi, sicut & reddendi, intelligi tamen vbi in neutro est infectionis periculum. Et repugnantiam quæ est inter illos textus, sic conciliant *Glossa d. cap. 1. v. Ministrent, & ibi Ant. num. 9. Astens. summ. 2. p. l. 8. t. 10 art. 3. quæst. 1.* vt dum alter textus significat coniugem exhortandum esse, intelligatur, vt præcedat exhortatio: & dum alter dicit cogendum, accipiatur, vbi præmissa monitio non prodest. Vel secundò, vt leproso tacente; monendus sit: eo vero reclamante cogendus. Ita *Glossa c. Si uxorem, inst. 32. q. 5. Abbas d. cap. 1. fin. & ibi Alex. de Neuo n. 11. Prapos. n. 4.*

DISPVTATIO XXV.

Vtrùm excusetur coniux à debito reddendo propter damnum rei familiaris, vt si plures habeat filios quàm alere possit? aut propter vitandum notabile detrimentum, aut comparandum magnum lucrum? aut ob vitandam infamiam? vel ne concipiatur proles ex maculato sanguine? vel quia dubius est matrimonij valor? vel alter est certus de eius nullitate? aut lis pendet?

SVMMARIVM.

Quando sit licitum ex communi consensu abstinere, ne proles multiplicetur? n. 1.

Absque communi consensu non excusat regulariter à debiti redditione nolle multiplicare prolem, n. 2.

Quid, si plures sint filij, quàm ali possint, viuis aut mortuis parentibus? num. 3.

An sit mortale negare debitum, ne filius ex maculato sanguine concipiatur? n. 4

Num liceat negare, ad vitandum magnum detrimentum in bonis fortunæ, vel ad consequendum magnum commodum, vel vitandam infamiam? n. 5

Quid, si dubius sit valor matrimonij, vel nullitas alteri certa, vel pendet lis? remissiuè, n. 6.

PRIMO dico, nullam esse culpam, ex communi consensu abstinere coniuges à copula, ne prolem multiplicẽt, quam alendo non sunt. Quia nulli irrogatur iniuria, si vterque coniux communi placito abstineat, & neuter tenetur ad copulam altero non petente. Nec ea voluntas non habendi plures filios, quam alere possunt, vitiosa est, vt diximus hoc l. disp. 8. n. 10. Ita docent *Palud. 4. d. 31. q. 3. a. 2. nu. 15.* vbi *Supplem. Gab. q. vn. a. 2. post 8 concl. coroll. 4. Sotus 4. d. 32. q. vn. a. 1. in fin. corp. verf. Quid autem. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 20. §. 6 Rosel. v. Debitum n. 1. Nauar. sum c. 16. n. 13 Palacios 4. d. 31. disp. 2. ad fin. Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. l. 4. c. 19. §. 3. peccat. Lud. Lop. 1 p. instruct. cap. 85. init. Graffis 1. p. decis. l. 2. cap. 83. num. 5.* Temperat hoc *Philiarc.* nisi in altero coniuge sit incontinentiæ periculum. Sed *Nauar. Graffis. & Lud. Lop.* id intelligunt, quando alter coniux perspicit consortem ob verecundiam non petere verbo, sed tacitè satis opere petere. At non placet hic intellectus, quamuis enim ea tacita petitio desideretur, vt alter coniux ex rigida iustitiæ lege teneatur annuere: non tamen vt teneatur ex charitatis & aliqualis iustitiæ præscripto, vt probauimus hoc l. 9. disp. 2. n. 6. & 7. quare temperatio Philiarci est tenenda. 1

Secundò dico, non eximi coniugem à debiti redditione alteri coniugi petenti, gratia non multiplicandi prolem. Quia cum sobolis generatio, humanæq; speciei propagatio, sit primarius matrimonij finis, illudque honestet, fieri repugnat, vt exuberantior huius finis consecutio eximat à debiti redditione, quæ medium est ad illum comparandum. Sic *Angel. v. Debitum, n. 15* vbi *Sylvest. q. 8. Nauar. sum. c. 16. Hisp. n. 24 Lat. nu 25 Alex. in suo Enchirid. 2. p. præcepto 6.* vbi de debito coniugali, *verf. Si debitum negauit. Margarita confess. 6 præcepto, verf. 8 in fin. fol. 88. Pet. à Ledes. de matrim. q. 64. a. 1. diffic. vlt. concl. 1. Lud. Lop. 1. p. instruct. cap. 79. §. Peccat etiam coniux. Graffis 1 p. decis. l. 2. c. 83. nu. 1.* Atque merito dicit *Angelus* esse mortale, ob eam solam causam negare debitum. Quamuis contra dicere videantur *Sotus nu. praced. relatus. & Manuel 1. tom. sum 2. edit. c. 243. nu. 1.* vbi dicunt non esse mortale negare debitum ob hanc causam, præsertim vbi pauperes essent parentes: atque ita sentire videntur id non esse mortale, etiam si parentibus facultates suppetant ad filios alendos. 2

Id tamen fatebor, nimirum, non esse mortale debitum ob eam causam negare, quando non est incontinentiæ periculum in altero coniuge. & parentes non sunt tot filios alendo. Quia ab aliis iustitiæ debitis persoluendis excusat magna incommoditas, non enim cum magno suo incommodo tenetur quispiam restituere. Præterea, 3

quia

quia non tenetur coniux reddere, si timor probabilis adsit periculi aut detrimenti prolis iam genitæ: quod tamen verisimile est alijs filijs iam natis, si adhuc proles multiplicetur, parentibus destitutis facultatibus quibus eos alant. Ita sentiunt *Sotus & Manuel, ii præced. allegati, Lud Lop. 2. p. instruct. c. 80. paulo post princ. Emm. Sa sum. v. Debitum coniugale, § penult. Pet. de Ledesm. de matrim. q. 64. a. 1 ad fin.* Imò nec venialis culpa erit in hoc euentu debitum negare. Quod rationes allatæ probant, & clarè sentit *Pet. de Ledesma*, ait enim numquam concedi copiam ad debitum negandum, si modò suppeteret census ad liberos educandos & instituendos. Qui addit, & bene, id accipiendum esse, quando parentum facultates non sunt ad alimenta sufficientes, secus vbi eis præstandis sufficiunt, parentibus superstitibus, quamuis ijs defunctis diuisæ inter tot liberos non sufficiant. Quia satis est vt parentes sufficienter prolem alant, dum viuunt, & post eorum obitum, si facultates non sufficiant, prolis erit aliunde victum quærere.

4 Tertiò dico, culpam esse mortalem, debitum negare, eo quod alter coniugum à Iudæis aut Saracenis originem ducat, ne proles ea macula afficiatur. Quia cum matrim. non sit ob eam causam irritum, verum ius acquiritur ad debitum coniugale. Sic *Sotus 4. dist. 32. q. vn. a. 1. ad fin. corp. vers. Quod si contra. Barth. à Ledesma dub. 71. de matrim. paulo post princ. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. cap. 243. num. 1. Graffis p. 1. decis. l. 2. c. 83. n. 8.*

5 Vltimò dico, fas esse debitum negare, ad vitandum magnum in bonis fortunæ aut famæ detrimentum, vel ad magnam in illis vtilitatem comparandam. Constat ex dictis hoc li. 9. disp. 4. num. 13. vbi probauimus ex his causis licere viro peregre proficisci, quamuis vxor in ea absentia debito fraudetur. Sic *Petr. de Ledesma, de matrim. quæst. 64. a. 1. dub. vlt. concl. 2.*

6 Vtrùm autem quando dubitatur de valore matrimonij liceat petere & reddere? satis diximus lib. 2. disp. 41. & sequ. & quid, quando alteri coniugi constat de matrimonij nullitate? ibi disp. 39. per totam], & aliquibus sequ. & quid, dum pendet lis de valore matrimonij? ibi, disp. 41. n. 50. & sequentibus.

DISPVTATIO XXVI.

Vtrùm ratione cognationis spiritualis post matrim. inter coniuges ortæ, ex eo quod alter alterius aut communem filium baptizarit, aut in baptismo vel confirmatione tenuerit impediatur vsus matrimonij, quoad petitionem & redditionem?

SVMMARIVM.

Proponitur ordo seruandus, n. 1.

Parens in necessitate baptizans communem filium, aut alterum coniugij, non priuatur debiti petitione. Et qualis sit hæc necessitas, n. 2. & idem, si baptizet vxorem.

Quid, si pater, vbi alius deest, sit filij communis aut suæ vxoris patrinus, num similiter possit adhuc petere debitum? n. 3.

Quid si pater filium teneat in necessitate, non tamquam susceptor, sed materialiter? n. 4.

Num peccet parens, si sit patrinus filij, vel filij vxoris, vel ipsius vxoris, ipsosve baptizet? n. 5.

An coniugi baptizanti vel tenenti communem filium, vel alterius coniugis, interdicatur petitio debiti? Refertur opinio negans, num. 6.

Contraria auctoris, n. 7. vbi de tenente coniugem.

Quid, si malitiosè id fiat, ad defraudandum debito alterum coniugem? num. 8.

Quid, si ignoranter, & si alter coniux conniueat in eo baptismo, confulatue: & si vterque baptizet vel teneat in baptismo communem filium: & pleraque alia de cognatione hac quoad debitum impediendum vtilissimè, n. 9.

An dum coniux nequit exigere debitum ob cognationem ortam, possit à cura domoque alterius coniugis expelli remissiuè, n. 10.

An tenens filium communem, aut alterius coniugis, in catechismo, prinetur debiti exactione? n. 11.

Soluuntur argumenta, n. 12.

1 HActenus disputatum est de ijs circumstantiis, quæ reddunt actum coniugalem vitiosum, at non priuant iure exigendi debitum. Iam eas aggredimur, quæ illo priuant. **Hæc autem** sunt cognatio spiritualis, affinitas post matrimon. orta, & votum. (Nam de adulterio & alijs crim**inibus, quæ** simul ius diuortij concedunt, est habendus **sermo** toto l. sequenti.) In præsenti ergo, de cognatione spirituali disputatio habetur, in sequentibus verò de affinitate & voto.

Conueniunt autem omnes, coniugi in necessitate baptizanti filium communem, nimirum, suum, & alterius coniugis, quamuis inde inter ipsos oriatur cognatio spiritualis, quæ si matrimonium præcederet, ipsum dirimeret, minimè interdici petitionem debiti. Est expressa definitio *Ioan. VIII. cap. Ad limina, 30. q. 1.* & redditur ibi ratio, quia non est æquum, coniugem qui culpæ immunis fuit, suæque satisfecit obligationi, baptizans prolem ne in æternum periret, id damnum sentire, vt sibi interdicatur debiti petitio, quæ pœna est delicti. Quoniam absque culpa nemo iure suo priuari debet, *cap. Discretionem, de eo qui cognouit consang.* Et quamuis is textus loquatur de eo, qui proprium filium & vxoris suæ simul baptizauit. At ratio in eo subiuncta militat etiam in casu, quo coniux baptizat filium solius alterius coniugis in necessitate. Atque ideo dicendum est nec tunc arceri à debiti petitione. Sic *Ioan. de Friburgo sum. confess. lib 4. t. 7. q. 2. D. Antonin 3. p. t. 1. c. 5 §. 3. Monald. sum. tract. de matrim. t. De fraternitate spirituali, ad fin. Sotus 4. d. 42. q. 1. a. 1. concl. 3.* vbi *Nicol. de Orbell q. 1. §. 2. Petr. de Soto lect. 11. de matrim. §. Secundum de hac cognatione. Nauarr. sum. Lat. c. 22. n. 40. ad fin. Enriq. lib 2. de baptismo, c. 8. num. 3. Pet de Ledes. de matrim. q. 56. a. 1. dub. 3. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 51. § Dubitari hic vsu venit* Atque eadem ratione idem dicendum est, si coniux iam ad fidem conuersus, vxorem quam infidelitatis tempore duxerat, baptizet, occurrenti eadem necessitate. Quod bene docet *Enriq proxime citatus.* Hæc autem necessitas explicatur *d. ca. Ad limina*, his verbis: *Absentia sacerdotum, nimia necessitate cogente baptizare.* Vnde videtur non incurri priuationem petendi debitum, quoties alius adesset, qui posset & vellet baptizare, si is non esset sacerdos. Cæterùm dicendum est tunc non occurrere dictam necessitatem: atque ita incurri prædictam pœnam. Constat, quia textus ille ponderat patrem rectè fecisse, & ne infans absque baptismo decederet: at dum adest alius volens baptizare, pater non est culpæ immunis, nec puer eam patitur necessitatem decedendi absque baptismo, si à parente suo non baptizetur. Quare rectè ea necessitas tunc intelligitur esse, quando nullus adest qui id munus obeat, atque ita periculum esset vt proles absque baptismo obiret. Ita explicant *Host cap. Si vir, n. 3. super vers. Si ex malitia. de cognat. spirituali, & ibi Ioan. And. num. 4. Præpositus. n. 4. Henric. n. 3. Alens. 2 p. q. 170. membro 3. §. 3. D. Bonau. 4. d. 42. a. 1. q. 2. n. 8* vbi *Supplem. Gabr. q. 1. a. 2. conc. 4. Guillelm. Barrillong. q. vn. a. 2. vers. Est notandum. Lex 6. fin. t. 7. p. 4. Brunel. de spons. al. concl. 20. n. 13. Angles floribus 1. p. de matrim. q. 15. de cognat spirit. a. 1 concl. 2. Pet. de Ledes. in sua doctrina Christiana. c. 2. de baptismo, §. Ha de auer.* Imò mea quidem sententia, cum infans censetur esse in præsentissimo mortis periculo, parens verò miseratione commotus, ne absque baptismo decedat, penè indeliberatò accurrit, quamuis adessent alij, qui id munus præstare possent, non priuatur iure debitum petendi. Quia tantùm abest vt delinquat, quin potius mereatur. In tanta enim necessitate non vacat ad deliberandum, & ratione vrgentissimi periculi præstat in eam partem propendere, quæ animæ infantis fauorabilior est. 2

Sed dubitatur, an idem dicendum sit, si in casu necessitatis, quando nullus adest qui patrinus sit, parens id munus obeat erga communem filium, aut solius alterius coniugis? *Enriquez lib. 11. de matrimonio, c. 15. num. 11. & lib. 2. de baptismo, cap. 18. fin.* negat idem dicendum esse. Et hoc esse fortè verum, ait *Petrus de Ledesma de matrim. qu. 56. a. 1. dubio 1. in principio.* Quia ratio textus, *cap. Ad limina, 30. q. 1.* né infans absque baptismo decedens, pereat in æternum, non habet locum in hoc euentu. Cum patrinus non sit de baptismi necessitate. Atque ita necessitas nulla ad id cogit, 3

sicut

sicut ad baptizandum: & maximè si baptismus non sit solemnis, sed priuatus, in quo nulla est obligatio adhibendi patrinum. Cæterùm communis Doctorum sententia, à qua recedendum non puto, æquiparat vtrumque casum, atque ita intelligit *d. cap. Ad limina*. Quia licèt ad valorem baptismi non sit necessarius patrinus, est tamen in præcepto, & vbi nullus adest, qui id præstet, rectè facit parens id præstando. Et quamuis in baptismo priuato id necessarium non sit, at vt seruetur sacramenti significatio, præstantius est patrinum adhiberi. Quare textus loquens de baptizante, intelligendus est de concurrenti ad baptismum, vt ille rectè administretur. Atque etiam idem probatur, nam priuari iure acquisito petendi debitum ab vxore est pœna delicti admissi per coniugem, qui contra iuris prohibitionem filium communem aut alterius coniugis baptizauit, etiusve patrinus fuit, at in necessitate vacat culpa parentem esse patrinum: vt testantur *D. Thom. 3. p. qu. 67. a. 8. ad 2. Abbas c. Si vir, n. 2. de cognat. spirit. & ibi Præpositus. n. 5. Alex. de Neuo n. 2. Sotus 4. d. 42. q. vn. a. 5. ad 2.* ergo non incidit in eam pœnam. Atque ita docent *Ricardus 4. d. 42. a. 1. qu. 2. ad finem, Supplement. Gabr. Guillelm. Borrillong. Brunell. Ioan. de Friburgo, Nic. de Orbellis, Angles n. præced. allegati, D. Antonin. 3. p. t. 1. cap. 15. §. 3. & c. 20. §. 10. Rosel. v. Impedimentum, impedi. 6. n. 6. Nauarr. sum. c. 16. n. 35. Viguer. l. instit. c. 16. §. 7. vers. 9. Veracruz 1. p spec. a. 57. concl. 4. Ouandus 4. d. 42. q. vn. propos. 9. Suarez 3. p. de baptismo, q. 67. a. 8. §. Sed hinc oritur. Maticuzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. gloss. 1. num. 143. Bart. à Ledesm. dub. 44. de matrim. §. De visu vero. Pet. de Ledes. sibi contrarius, in sua doctrina Christiana, cap. 2. de baptismo, §. Ha de auer. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 85. §. Præterea si coniux. Grassis 1. p. decis. lib. 2. c. 83. fin. Cañedo sum. sacram. de matrim. §. 6. n. 18.* vbi de cognat. spirit. *Palacios 4. d 7. disp. 3. colum. penult.* vbi bene dicit idem de patre tenente filium communem in confirmatione, vbi deest qui teneat.

4 Illud tamen verissimum puto, nempe, patrem qui non vt susceptor, & intendens exercere cæremoniam Ecclesiæ, sed materialiter teneret, vt posset esse infans qui domi baptizatur, in matris vlnis, vel in lecto aut humi, nullatenus arceri à debiti petitione. Quia non est verus susceptor, nec contrahit cognationem spiritualem, nec culpæ est reus, vt dixi lib. 7. disp. 62. num. 14. Quare bene *Enriquez lib. 3. de confirm. cap. 3. fine*, tunc dicit viro tenenti vxorem in confirmatione interdici debiti petitionem, quando tenet vt verus susceptor: quasi secus dicat esse, quando non vt talis, sed ne præ morbo deficiat, aut alia ex causa eam tenet.

5 Hinc deducitur, peccare coniugem qui extra necessitatem baptizat, aut tenet tanquam patrinus proprium filium aut alterius coniugis. Id enim prohibetur *c. 1. & 2. 30. q. 1.* quæ licèt corrigantur quoad separationis pœnam, per *c. Si vir, de cognat. spirit.* at quoad prohibitionem, cùm nulla ibi mentio eius fiat, manent in suo robore. Atque ita *Abbas d. c. Si vir, n. 2 & ibi Alex. de Neuo n. 2. Præpos. n. 5.* colligunt inde, parentes non futuros extra necessitatem patrinos propriorum filiorum. Quia alius debet esse pater carnalis, & alius spiritualis. Quam rationem etiam tradit *D. Thom. 3. p. q. 67. a. 8. ad 2.* quem omnes Theologi sequuntur. Atque id esse graue peccatum ait *Suarez 3. p. q. 67. de baptismo. art. 8. §. Quocirca libere:* non expressit tamen, an sit mortale, sed esse mortale, rectè docet *Nauar. sum. Hisp. c. 22. n. 9.* Similiter etiam peccabit coniux, si teneat vt susceptor in confirmatione baptismoue alium coniugem, atque in signum huius ea pœna damnatur, vt nequeat debitum petere, vt n. 7. dicemus. Ita *Enriquez l. 3. de confirm. c. 3 fin.*

6 His præmissis potissima difficultas est, Num coniux extra necessitatem scienter baptizans, aut tenens tamquam patrinus in baptismo vel confirmatione communem filium aut alterius coniugis, priuetur ratione illius cognationis, nimirum, compaternitatis ortæ inter illum & alterum coniugem, iure exigendi debitum? Duplex est sententia. Prima negat priuari. Ducitur, quia cùm hæc sit pœna, vt coniux priuetur iure acquisito petendi debitum, oportet, vt in iure expressa inueniatur: ad quod comprobandum, multa adducit *Prosper addit. ad Mondechi, c. Quamuis, n. 3 de cogn. spirit in 6.* at nullum ius eam exprimit. Nam, *c. Si vir, de cognat spirit.* cui opposita sententia innititur, potiùs fauet huic sententiæ, ibi: *Siue ex ignorantia, siue ex malitia id fecerint, non sunt ab inuicem separandi, nec alter alteri debet debitum subtrahere.* Et confirm. quia si Pontifex solùm intelligeret, vt coniux nocens non deneget innocenti debitum, petere tamen nequeat: id expressè dixisset, vti fecit *cap fin. de eo qui cognouit consang.* agens de coniuge incestuoso cum consanguineo alterius coniugis. Secundò confirmatur, quia textus ille omnino æquiparat, scienter & ignoranter baptizantem aut tenentem, & neutrum dicit posse debitum subtrahere: ergo loquitur de petitione & redditione: cùm vtraque permittantur ignoranter baptizanti aut tenenti. Tandem, quia non suffragantur *c. 1. & 2. 30. q. 1.* quia corriguntur per *d. c. Si vir*, vt testatur *ibi Glossa verb. Institutum, Archid. eod. c 1. initio, & Turrec. ibi n. 1.* Quare hanc sent. quæ satis probabilis est, tenent *Glossa d. c. Si vir, v. Debitum, Anchar. ibi, fin. Præpos. fine, Cardinalis fine, Archid. c. Nosse, 30. q. 1. vers. In prima glossa. Rainerius sum. t. de cognat. spirit. §. Vltimo, super v. Contracto. Durandus 4. d. 42. q. 1. a. 5. n. 11. fine. & Suarez 3. p. quæst. 67. de baptismo, a. 8. §. Quocirca libere fatear*, ait hanc pœnam nullo iure probari, quamuis dicat non recedendum à contraria sententia, quæ communis est. Atque hanc sententiam censet esse probabilem *Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. num. 379.* solum enim appellat oppositam tutiorem.

Secunda sententia, quæ probabilior est, docet eum 7
coniugem teneri debitum reddere, priuari tamen potestate illud exigendi. Probatur ex ratione textus *cap. Si vir, de cogn. spirit.* vbi postquam decisum est, si alteruter coniux filium suum de sacro fonte susceperit, sine ignoranter, siue ex malitia, non esse alterutri debitum subtrahendum, subiungitur ratio his verbis: *Quia si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur: si ex malitia, eis sua fraus patrocinari non debet.* Ex cuius textus ratione sic arguit *Abbas ibi, num. 5.* Sustinetur hoc coniugium, ne fraus dolosa patrocinetur, sed tantùm patrocinaretur, si à debito reddendo eximeretur, & interdicta sibi debiti petitione, potius obest sibi sua fraus: ergo eam interdicere voluit aliàs ratio esset nullius momenti. Adducuntur etiam pro hac sententia, *cap. 1. & 2. 30. q. 1.* sed iam correcta sunt, vt probaui num. præced. Similiter adducitur *cap. Nosse, 30. q. 1.* vbi deciditur coniuges non esse inuicem defraudandos, sed reuerturos in idipsum, si non ex vtriusque consensu alter alterius filium de sacro fonte leuarit: vnde videtur à contrario sensu colligi contrarium esse dicendum, vbi ex consensu vtriusque id factum est: & subinde idem dicendum erit, quando alter sciens & prudens id fecit, nempe, vt priuari debeat iure exigendi, sed nil facit hic textus, qui est Nicolai I. qui floruit anno 858. teste *Genebrardo in Chronograph. lib. 4. fol. 782.* & ita correctus est per *d. cap. Si vir*, qui est ex Alexand. III. qui vixit anno 1156. teste *Genebrardo eod. l. 4. f. 796.* Adducitur etiam *cap. Ad limina, 30. q. 1.* vbi deciditur coniuges separandos non esse propter baptismum filio à parente collatum vrgente necessitate; atque ita diuersum videtur asserendum, vbi abfuit necessitas: aliàs textus nil indulgeret. Sed nil etiam facit: quia loquitur Ioan. VIII. auctor illius decreti tempore quo vigebat illud decretum, *cap. 1. 30. quæst. 1.* vt coniuges, siue scienter, siue ignoranter proprios filios baptizantes, separarentur: nondum enim erat decretum *c. Si vir, de cognat. spir.* illud corrigens. Nam Ioan. VIII. floruit anno 874. teste *Genebrardo eod. l. 4. f. 788.* atque ita indulsit ne separarentur baptismo in necessitate collato. Quare fateor in rigore hanc sententiam nullo textu probari. Nam ad *cap. Si vir*, facilis est solutio, potiusque fauet oppositæ sententiæ, vt num. præced. probaui. Quod me autem vrget vt hanc sententiam amplectar, est ferè vniuersos DD. iurisperitos deserta *Glossa*, cuius sententiam magnificare solent, atque vniuersos ferè Theologos, antiquos & neotericos, illam sequi, atque ita intelligere

ligere textum illum, *c. Si vir*, à qua tam frequenter admissa sententia non est facilè recedèdum, nouam amplectendo: vt bene dixit *Suarez. n prac. in fin. alleg.* Atque ideo dixi oppositam sententiam esse probabilem, vt qui illi adhærere velit, norit se tutum esse. Et ideo hanc sententiam tuentur ex Theologis, *Alensis 2.p.q.170. membro 3.§.3. post solut. ad 2. D.Thom.4.d.42.q.1.a.1.corp.* vbi *D. Bonau. a.1.q.2.n.8. Ricard.a.1.q.1.ad fin. Palud.q.1.a.1.concl.7.n.15.& d.32.q.1.a.2.concl.4.n.9. Supplem. Gab.1.d.42.q.1.a.2.cont.4. Bassolu ibi, q.vn.a.3.fin. Nic.de Orbell.q.1.§.2. Guillel. Borrillon.q.vn.a.2. vers. Est notandum. Sotus q.2.a.1.concl.3. Ouand.q.vn.propositi.9. Almain.4.d.32.q.vn. D. Antonin.3.p.t.1.c.15.§.3.& c.20.§.10. Victoria sum.* vbi de confirmatione, *n. vlt. Petr.de Soto lect.11. de matrim.§. Secundum de hac cognatione. Vigerius instit.c.16. §.7.v.9. Palacios 4 d.7.disp.3. triplici col.ante fin. Ledes.2.p.4. q.58.a.2.§.& 1.p.q.8.a.8.dub.2. Veracruz 1 p specul.a.57.concl. 4. Angles florib.1.p.de matrim.q.15.de cogn spir.a.1.concl.2. Enriq.l.11.de matrim.c.15.n.11.& l.3.de confirmatione.c.3.§. Bart. à Ledes.de matrim.dub.44.§. De visu vero. Manuel 1.to.sum.2. edit.c.243.n.10. Philiarc.de offic.sacerd.to.1.p.2.l.2.c.11. ad fin. Grassis 2.p.decis.l.3.c.5.n.31. Pet.de Ledesm. de matrim.q 56.a.1. dub.4 concl.2. Vital. candel.sacram. 1.p. de matrim.n.149. Lud. Lop.1 p.instruct.c.81.§. Praterea si coniux, & c.80.§. Sed commmerare. & 2.p.* vbi de confirmatione *a.68.§. Aduertendum est autem.* & vbi de matrim. *c.51.§. Dubitari hoc vsu venit. Emm. Sa in sum.v. Matrimo.4.de impedimentis dirimentib.* vbi de cognat.spirit. *vers. Si pater in necessitate. Cañedo summ.sacram.* vbi de matrim. *c.6.n.48.* Et ex Iurisperitis eandem tenent *Gl. c. Nosse.30.q.1 v. Non fraudentur, Goffred. & Vincent.c. Si vir, de cogn.spir.* vbi *Host.n.3 super v. Patrocinari. Io. And.n.5. Ant.n.6. Abb.n.5. Alex.de Neuo n.8. Henric.n.3. Alleis.sum.2.p.l.8.t.18.a. vn.q.2. Ioan.de Friburgo sum. confess.lib.4 t.7.q.2. Monald.sum. tract.de matrim.t.de fraternit.spirit. ad fin. Rosel.v.Impediment. imped.6.n.6. Angel. Matrimonium,3.imped.7 init. Sylueil. Matrimonium,8.q.7.dist.1.& 2. Tabiena v. Impedimentum,imped. 5.n.1. Armil.v. Matrimonium,n.9 Turrecr. c. Sciatis,33 q.4.a.1. n.2 casu 4. Nauar. sum.c.22. Hisp.n.39 Lat.n.40 & c.16.n.24. Brunel. de sponsal.concl.20.n.13. Gaeta repet.c. Ad limina,30.q.1. §.4.n.349. Matienzo li.5.recop.t.1.rub gloss 1.n.143.* Idem dicendum est, si scienter teneat coniux tamquam verus patrinus alium coniugem in baptismo vel confirmatione. Quia cum cognationem spiritualem cum illo sua culpa contrahat, interdicitur sibi debiti petitio. Sic *Enriqu.l.3.de confirm.c.3.fin. Vivald.candel.sacram.1.p.de confirm.n.46.*

8 Rogabis autem, quid dicendum sit, quando coniux non solum ex certa scientia, sed etiam ex malitia, atque in matrimonij fraudem, baptizat aut tenet communem filium, aut alterius coniugis? Quidam enim Iurisperiti, *teste Petro de Ledesma de matrim.qu.56.art.1. dub.5* affirmant tunc non priuari potestate exigendi. Ducuntur, quia *cap. Si vir, de cogn.spirit.* eodem tenore loquitur textus de id ignoranter & ex malitia efficienti, dicens neutrum debere subtrahere debitum, sed ille potest petere: ergo & hic. Et confirmat. ex ratione in textu subiuncta, fraus non debet illi patrocinari: ergo matrimonium manet omnino illæsum, & absque impedimento eius vsus, sicut antea. Verum dicendum est eum teneri reddere, non tamen posse petere, instar illius qui scienter fecit. Quia cum *cod. cap. Si vir*, impedimentum hoc, & priuatio petendi, statuatur in pœnam delicti admissi per coniugem scienter id facientem contra Ecclesiæ præscriptum, non est dicendum voluisse Pontificem eum coniugem eximere, qui maioris delicti reus est, ex malitia id efficiens. Nec obstant argum. opposita: quia illis satisfiet num.12. Et ideo ita docent *D. Antonin.3. p.t.1.c.15.§.3. Nauar.sum.c.16.nu.34. Ioan.de Friburgo, Alleisis, Bassolu, Nicol.de Orbell. Monald. Viguerius, Gaeta, Vivald. Cañedo, Matienzo, Angles vi præced allegati, Alensis 2.p.q.170. membr. 3.§.3 in solut.ad 1. Palud.q.d.42.q.1.a.1.concl.7.n.15 Supplem. Gabr.ibi 3.1.a.2.concl.4. Turrec.30.q.1.in princ nu.14. Grassis 1.p.decis.lib.2.cap.83.fin. Ludouic. Lopez 1.p. instructor. cap.85. §. Praterea si coniux & c.80.§. Sed commmerare. Petrus de Ledesma dub.5. hic citato.*

Quid autem dicendum sit, vbi ex ignorantia iuris vel 9
facti etiam culpabili, vel altero coniuge consentiente, id effectum est, vel si vterque idem fecerit: & an desideretur sententia iudicis ad eam pœnam incurrendam? & plerasque alia circa hoc impedimentum ad petendum debitum ratione cognationis: dicam disputationibus sequentibus: vna cum impedimento affinitatis, in quo eadem quæstiones disputandæ sunt: ne inutiliter reperantur: ibique annotabo qui Doctores de affinitate, quive de cognatione loquantur.

Quamuis tamen coniux hic debitum petere nequeat, 10
at non potest excludi domo, & à cura alterius coniugis, vt diximus hoc l.9.disp.5.n.19.

De tenente autem in catechismo filium communē, vel 11
alterius coniugis, affirmant *Veracruz 1.p.spec.a.22.§. Secundo dici potest, & Matienzo li.5.recop t.1.rub.gloss 1.n.148.* eum non posse debitum petere ab vxore, per *c.1.30.q.1* vbi dicitur tales coniuges separandos esse. Quod cum intelligi nequeat quoad vinculum, est necessario intelligendum quoad debitum petendum. Sed contrarium dicendum est. Quia *id c.1* est correctum, vt dixi n.7. nec loquitur nisi de tenente in baptismo. Quod maxime verum habet, cum probabilior sententia sit, nullam ex catechismo oriri iam cognationem, vt diximus l.7.disp.10.n.12.

Ad arg.n.6. proposita resp. Ad 1.dic. eam pœnam con- 12
tineri *eo.c. Si vir*: vt probaui n.7. & dum ibi dicitur non esse debitum subtrahendum, intelligi, id est, innocenti coniugi petenti reddendum esse. Ad 1.confirm. dic non semper Pontifices in suis decretis eandem obseruare claritatem: atque inde opinionum diuersitatem suboriri. Ad 2.confirmat. dic, quamuis Pontifex videatur eodem modo loqui de scienter & ignoranter baptizanti: at re vera diuersitas rationis quam assignat, satis ostendit diuersam decisionem. Quia loquens de ignoranti, ait ignorantiā excusari: loquens verò de scienti, dicit suam fraudem non debere ei patrocinari: ex qua ratione colligimus n.7. deduci illum priuari iure petendi, at teneri reddere. Sic enim efficitur vt sua fraus ei non patrocinetur. Ad 2.constat ex dictis n.7. vbi falli fusius ex capita non probare, sed esse correcta. Ad arg.nu.3. proposita constat ex dictis hic in solutione ad secundam confirmationem.

DISPVTATIO XXVII.

An affinitas post matrimonium inter coniuges orta, ex eo quod alter alterius consanguineo aut consanguineæ carnaliter copulatus est, impediat debiti petitionem? & quoto gradu?

SVMMARIVM.

Incestuosus coniux cum alterius coniugis consanguinea, aut consanguinea, si incestus sit intra vas consummatus, nequit petere, ac tenetur reddere. Atque explicatur c. Qui dormierit, 27.q.2.n.3. & ibi, quid si matrim non sit consummatum?

Quid, si incestus alle, aut cognatio spiritualis inter coniuges contracta, sint occulta, n.2.

Quid de coniuge qui non contraxit baptizando, vel tenendo, cognationem, nec admittendo incestum, affinitatem, sed consensit, ac causa fuit vt alter contraheret, an possit petere debitum? n.3.

Quid, de coniuge cognoscēti affinem suæ vxoris, vel eam cum qua habet impedimentum publicæ honestatis, num possit debitum exigere? n.4.

An coniux talu incestuosus, si eo coniuge mortuo aliud ineat matrimonium, vel affectus quocumque alio impedimento impediente, possit petere debitum? n.5.

An coniux incestuosus cum propriis consanguineis, arcentur à debiti petitione? Refertur sent. affirmans, n.6. Contraria auctoris. n.7.

An si incestuosus, vel qui cognationem contraxit, sit innocens possit debitum petere? n.8. & ibi remissiuè, quis possit dispensare in hoc impedimento cognationis vel affinitatis.

Num affinitatis aut cognationis impedimento affectus petens, mortaliter petendo? n.9.

An si is impedimentum ignoret, sit admonendus à confessario? n.10.

An is, cui ob hoc impedimentum, est interdicta debiti petitio, possit aliquando petere? nu.11. & ibi si petat, an possit, vel teneatur alter reddere, & priori bimestri. vel si fornicetur alter, possit ab illo incestuoso ei reddere? omnia hæc remissiuè, vel si incestuosus impetret dispensationem.

In quoto gradu consanguinitatis debeat esse persona carnaliter cognita cum coniuge, vt alter coniux sic incestuosus nequeat petere debitum: & hoc attento iure communi, n.12.

Quid, attento Trident. sess. 24. de matrim. cap. 4. Refertur quadam opinio, n.13. & sent. auctoris, n.14.

An duorum consanguineam in tertio vel quarto gradu femina, cum qua fornicatus fuerat, possit debitum petere ab vxore? n.15.

Soluuntur argumenta, n.16.

1 IN hac disp. illud tamquam certum, est præmittendum, incestuosum coniugem cum cõsanguinea alterius coniugis, non posse ab ea debitum petere: at teneri reddere. Quod nequeat petere, constat ex *c. 1. de eo qui cognouit consang.* ibi: *Si quis cum filiastra sua scienter fornicatus fuerit, nec à matre debitum petere, nec filiastra, nec ille vllo vnquam tempore poterunt se aliis matrimonio copulare.* Quod verò teneatur reddere, constat etiam ex *c. Discretionem, eo. t.* ibi: *Sed nec affinitas post matrimonium iniquè contracta eis debet officere, qua huiusmodi iniquitatis particeps non exilit. Cum suo iure non debeat sine sua culpa priuari.* Idem repetitur *c. penult. & c. fin. eo. t.* Quare dum *Concilium Aurelian. relatum c. Qui dormierit, 27. q. 2.* decidit nefas esse hunc incestuosum reddere debitum, intelligendum est, id est, petere, vt bene explicat *ibi Glossa v. Qui dormierit.* Atque eodem pacto *Sotus 4. d. 37. q. vn. a. 2. v. Secunda conclusio*, explicat *Magistrum ea d.* dicentem non debere debitum reddere talem incestuosum. Intellige tamen tunc incestuosum huiusmodi priuari debiti exactione quando semen incidit intra vas, ita vt ex ea copula oriatur affinitas. Cum enim huius impedimenti causa sit affinitas, orta inter coniuges ratione illius copulæ incestuosæ, vbi copula est talis, vt ex ea non oriatur affinitas, cessat impedimentum (quæ autem desiderentur in copula ad producendam affinitatem, diximus l. 7. tota disp. 64.) Ita docent *Enriq. l. 11. de matrim. c. 15. n. 11. Petr. de Ledes. de matrim. q. 55. a. 6. §. Circa tertium statum, f. 443. col. 2. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 243. n. 12. Vivaldus candel. sacram. 1. p. de matrim. n. 97.* Et idem dicendum est, si vxor rem habeat cum consanguineo viri, vt dixi lib. 7. disp. 15. n. 2. & quamuis non sit consummatum matrim. vt ibi n. 6. dixi.

2 Nec refert, incestus ille occultus sit, an publicus, quantumuis enim sit occultus, oritur ex illo priuatio debiti petẽdi. Quia textus indistinctè loquitur, nec innititur scandalo, quod ex publico incestu oriri posset: sed affinitati iniquè cum altero coniuge contractæ: vt constat ex verbis quæ num. præced. retulimus, ex *c. Discretionem* desumptis. Affinitas autem æquè contrahitur ex copula illa occulta, ac si publica esset. Atque ideo sic docent *glossa c. Qui dormierit, v. Neutram, 32. q. 7. Sotus 4. d. 37. q. vn. a. 2. vers. Secunda conclusio. Castro l. 2. de lege pœnali, c. 5. §. Rursus quinto argumento. Gutier. quæst. can. 1. to. c. 23. n. 8.* Atque idem dicendum est de cognatione spirituali occultè contracta cum altero coniuge, impedit enim petitionem debiti, iuxta tradita disp. præc. n. 7. & constat ex eadem ratione. Quia ea cognatio, ex qua id impedimentum consurgit, non minus oritur ex baptismo publico, quam ex occulto. Quamobrẽ audiendi non sunt *Angel. v. Incestus, n. 4. & Sylvest. v. Luxuria, q. 4. dist. 2.* vbi absque fundamento docent oportere vt qualitercumque constet de incestu, quo impediat debiti exactionem. Idemque tribuitur *Abbati cap. Literis, de præsumpt. n. 2. v. Et ex hoc*: at ibi tantum dicit incestuosum priuari spe contrahendi matrim. & videri eam esse pœnam ipso iure delicti, qualitercumque de eo constet.

3 Atque idem dicendum est de coniuge, qui minimè contraxit affinitatem per copulam à se habitam, at consensit vt alter coniux per copulam iniquam, eam contraheret: priuatur enim similiter iure debiti petendi. Quia affinitate ab altero iniquè contracta, disponit ius vt coniuges ad continentiam seruandam moneantur. Quod si nolit innocens, iubet vt sibi debitum reddatur, ne absque sua culpa priuetur iure suo: cum iniquitatis particeps non fuerit, vt constat ex *c. Discretionem, de eo qui cogn. consang.* cuius verba n. 1. retulimus, atque idem habetur *c. penult. & c. fin. eod. t.* Vult ergo manifestè ius, desumpto arg. à contrario sensu, vt vbi alius coniux reus est culpæ, participesq; iniquæ contractionis affinitatis, similiter amittat ius debiti exigendi. Atque ita docent *D. Bonauent. 4. d. 34. a. 3. q. 2. Ricard. 4. d. 35. a. 2. q. 3. Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 11. a. 3. q. 14. Rosel. v. Impedim. imped. 8. n. 16. Sylvest. v. Luxuria, q. 4. dict. 3. Idem Astens. eo. l. 8. a. 20. a. 3 paulo post princ. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 41. §. Scire tamen hic oportet. Petr. de Ledes. de matrim. q. 55. art. 6. t. 443.* Et videtur tenere *Armil. v. Debitum, num. 15.* vbi ait affinitatem impedire debiti petitionem in coniuge, ex cuius culpa oritur. Atque idem dicendum est in cognatione spirituali, non enim solus coniux, qui eam contraxit baptizando, vel tenendo proprij coniugis, aut communem filium priuatur iure petendi debitum, sed etiam alter qui culpæ particeps fuit, cõmunens alteri suo coniugi id efficienti. Atque ita docent *Armil. v. Matrimonium, nu. 9. Petr. de Soto lect. 11. de matrim. §. Secundum de hac cognatione. Vigner. l. instit. c. 16. §. 7. vers. 9. Ledes. 1. p. 4. q. 8. a. 8. dub. 2. Barth. à Ledesma dub. 44. de matrim. §. De vsu vero. Matienzo lib. 3. recop. t. 1. rubr. gloss. 1. n. 143. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 85. §. Præterea si coniux.*

Quidam etiam extendunt impedimentum hoc, si coniux rem habeat cum affinibus alterius coniugis, vt tunc interdicatur sibi debiti petitio. Ita *Manuel 3. tom. sum. 2. edit. c. 209. fin.* Alij etiam extendunt, vt nequeat coniux petere debitum, si incestum admittat cum femina, cum qua habet publicæ iustitiæ impedimentum. Potest esse exemplum de femina, cum cuius sorore coniux ille, ante matrim. cum alia contractum, sponsalia inierat. Ita *Corduba in suo quæst. l. 1. q. 12. init.* per *c. Duo pueri, de despons. impub.* & refert pro se *Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. init. nu. 4.* Sed neutrum est verum. Non primum, quia illa copula nec est incestuosa, nec ex ea aliqua oritur affinitas cum altero coniuge: cum affines vnius coniugis nullo modo alteri coniuncti sint. Non secundum, quia quamuis ea copula sit incestuosa, at textus non loquuntur nisi de copula cum consanguineis alterius coniugis, ex qua oritur affinitas, vt diximus nu. 1. & dicemus etiam n. 7. Nec *c. Duo pueri*, nec *Couar.* id dicunt, sed illud esse impedimentum ad contrahendum. 4

Alij etiam extendunt ad coniugem qui laborans impedimento aliquo solum impedienti matrimonium, illud init. Quamuis enim teneat matrimonium, at interdicitur sibi debiti petitio. Ita docent *Palud. 4. d. 34. q. 1. a. 2. num. 14. concl. 4. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 16. §. 4. fin. Rosella v. Impediment. 8. init. Sylvest. Matrimonium, 7. q. fin. dict. 2.* Alij in alio extremo sunt, docent enim coniugi affecto quocumque impedimento solum impedienti, & eo non obstante, matrim. contrahenti, si solum votum simplex castitatis excipias, minimè interdici debitum exigere. Ita *Sotus 4. d. 37. q. vn. a. 1. ante secundam concl. vers. Tandem ad pacandas, Enriq. l. 12. de matrim. c. 2. nu. 1.* & specialiter de impedim. impedienti, quando coniux incestuosus cum consanguineo, vel consanguinea alterius coniugis, eo mortuo aliud init matrim. non obtenta dispensatione, dicit esse probabilius non arceri à petitione debiti, *Corduba l. 1. quæstionar. qu. 12. a. 1. vers. Quod si de facto.* Ego autem à priori sententia recedo, quatenus ait omnia impedimenta impedientia priuare ea debiti petitione. Quia cui textui aut rationi innitatur, prorsus me latet. A posteriori etiã recedo, quoad impedimentum illud incestus. Si enim coniux admittẽs incestum per quem contrahat affinitatem cum proprio coniuge, eo soluto matrimonio aliud ineat, contra prohibitionem *c. 1. de eo qui cognou. consanguin.* non poterit debitum exigere. Id enim expresse definitur *ca. Transuiisse. eo. t.* atque ita *Host. ibi initio, Io. Andr. n. 1. Abbas & Alex. de Neuo in princ.* in summam redigunt eum textum: *Incestuosus matrim. contrahere non debet, sed si contrahat, tenet, & tunc tenetur vxori debitum reddere, sed non potest exigere:* & docent *Ricard. 4. d. 34. art. 4. q. 2. corp. Astensis sum. 2. p. l. 8. t. 20. a. 3 paulo post princ. Abulensis c. 5. Matt. q. 100. D. Antonin. 3. p. t. 1 c. 16. §. 4. Angel. verb. Incestus, n. 4. Rosel. v. Impedimentum impedimento 8. n. 18. Sylvester v. Luxuria, q. 4. dist. 1. Caiet. 2. 2. q. 154. a. 9. dub. 1. §. Ad secundã obiectionẽ. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 2. n. 6. Sarmiento li. 7. select. c. 10. statim in principio, Quandus 4. d. 41. q. vn propos. 7.* At cum hoc sit pœna matrimonij iniquè contracti: si consuetudo obtinue-

tinuerit vt incestuosus absque dispensatione ineat matrimonium, cum iam culpa cessarit, cessabit quoque pœna (vt bene aduertit *Ouandus ibi, propositione* 12.) Quamobrem hodie nulla erit culpa petere debitum. Quippe (vt probauimus l.7.disp.17.n.9.) culpa vacat matrim. cum eo impedimento inite propter consuetudinem iam præscriptam.

6 Non desunt etiam qui extendant ad incestuosum coniugem cum suis consanguineis, asserentes illi interdici debitum petere. Quia peior incestus cum suis quam cum coniugis consanguineis, si ergo hic impedit debitum petere illi à fortiori idem tribuendum erit. Insuper probatur ex aliis textibus, qui probant huiusmodi incestuoso interdictum esse matrim. contrahere, vt sunt c. *Si quis viduam*, 32.q.7.c.*Si duo viri*, 35.q.6. Atque ita tenent *Angelus, Incestus, num.5. Mayronis 4.d.32.qu.vnica, conclu.2. Supplementum Gabriel.4.d.34.qu.1.a.1.vers.Impedimenta propter quæ. Lex regia* 13.*tit.1.2.p.4.* vbi *Gregor.Lop.verb.Con su parienta, in fine*, ait, quamuis hoc iure canonico non ita expressù inueniatur, fortè standum esse illi legi ita iura canonica interpretati. Et videntur tenere *Abbas c.1.n.2. & ibi Alexand. de Neuo, n.2. de eo qui cognou. consangu.* dicunt enim eam esse pœnam admittentis incestum, vt priuetur potestate debiti exigendi: subduntque statim committi incestum cum propriis consanguineis, aut alterius coniugis.

7 At omnino dicendum incestuoso cum propriis consanguineis non interdici debiti petitionem, existimo. Quia quamuis hic incestus grauius peccatum sit, at cum ex ipso minimè oriatur vinculum affinitatis cum proprio coniuge, non ita matrimonio aduersatur: quod secus euenit in incestu cum consanguineis alterius coniugis, per quem ius matrimonii violatur, producta affinitate cum coniuge, & ideo iure optimo incestuosus hic punitur in vsu matrimonii, interdicta sibi debiti petitione. Deinde, quia cum hæc sit pœna, non est extendenda vltra casus in iure expressos. Ius autem (vt vidimus nu.1.) solum eam indixit incestuoso cum consanguineis proprii coniugis. Nec textus, quos contraria pro se sententia adducit, probant hoc, sed ad summum interdici aliud inire matrimonium incestuoso cum propriis consanguineis, quod licèt daremus, non sequitur eo inito prohiberi petitionem debiti, vt num.5. probauimus. Et ideo hanc sententiam tuentur *Ricard.4.d.34.a.4.q.2.ad 1. Cajet. D. Anton. Rosella, Sylvest. num.5. in fine allegati. Idem Sylvest. Matrimonium*, 7.*qu.fin.dict.3. Turrecr.c. Quadam cum fratre, ad fin.32.q.7. Sotus 4.d.37.qu.vnic.a.2.ad fin.vers. Dubium autem est. Castro lib.1.de lege pœn.c.7.§. Ex hoc 3. documento. Nauarr. summ. cap. c.16.nu.33. Veracruz 3.p.Spec.a.17.fine. Alex. Carrer. l.5. de sponsalib.c.22. Ledesma 2.p.4.q.60.a.4.§. Sed est dubium si maritus. Corduba in quæst.l.1.q.12.a.1.opin.3. Ouandus 4.d.41.q.vn.propos.11. Palacios 4.d.34.disp.2.fol.777.col.1.vers. porro autem. Barth. à Ledesma de matrim.dub.50.conclu.2. Matiençø l.5.recop. t.2.rubr.glo.1.nu.103. Enriquez. l.12. de matrim.c.2.nu.3. in comment. lit. M. Ludou. Lop.1.p.instr.c.296.§. pro resolutione quæst. & c.85.§. An vero copula, & c.80.fin. & c.35.§. Verum quia. Graffis 1.p.decision.l.2.c.80.n.13. & c.83.nu.11. Manuel 1.to. sum. 2.edit.c.143.n.12.*

8 Nec proderit incestuoso cum consanguineis proprii coniugis, iuuenem esse, & incontinentiæ periculo expositum, quo possit absque dispensatione petere debitum, sed ea erit iusta dispensandi causa. Ita *Couar.4. decret.2.p.c.7.§.2.num.5. Matiençø lib.5.recopil.tit.1.rubr.gloss.1.103. Gutierr.quæst.canonic.to.1.c.23.n.6.* Idemque prorsus dicendum est, si coniux, qui cognationem spiritualem contraxit, sit iuuenis. Quia eadem est ratio. Quis vero dispenset in his impedimentis ad petendum debitum? diximus l.8.disp.22.per totam.

9 Ex dictis infertur, peccare lethaliter huiusmodi incestuosum, si absque dispensatione petat debitum. Quia contrauenit præcepto Ecclesiæ in re graui, & petitio illa debiti, incestuosa est. Præterea, quia dici nequit vsu abolitum esse hoc præceptum. Cum quotidie experientia docear peti dispensationem ad hoc. Atque ita docent *Vincentius c. Transmissa, de eo qui cognou. consangu. & ibi Ioan. Andr. num.4. Ant. fin. Abb. c. fin. eod. tit. in fin. & ibi Alex. de Neuo, n.5. D. Antonin. 3.p.t.1.c.20.§.8. Angelus Matrimonium, 3. imped. 15.n.2. & verb. Incestus, Syl. Matrimonium, 8.q.15.dict.7. & verb. Debitum, q.9. & verb. Luxuria, q.4.dict.1. Victoria summ. de matrim. nu.288. Nauar. sum. c.16.n.35. Castro l.2. de lege pœn. c.5.§. Rursus 5. argum. Abulens. c.5. Matth. q.200. Sotus 4.d.37.q.vn. a.2.vers.2.conclus. Guillel. Rubion. 4.d.32.qu.2.art.2.concl.2. Sarmiento l.7. select. c.10. Slatim in princip. Palacios 4.d.34.disp.2.f. 777.colum.2.vers. Quod si obieceris Margarita confess. 6. præcept. f.89.col.1. Ledesma 2.p.4.q.60.a.4. Matiençø lib.5. recop.t.1.rubr. gloss.1.num.103. Graffis p.1. decision.l.2.cap.85.n.11. & 12. Petr. de Ledesma de matrimon. qu.55.a.6.§. Quartus status affinitatis, fol. 446. Couarr.4 decret.2.p.c.7.§.1.n.6. Emman. Sa sum. verb. Debitum coniugale,* & clarè colligitur ex *Cajetan. 2.2.q.154.a.1. circa solut. ad 4.§. Ad singula autem obiecta*, vbi ait hunc committere incestum petendo debitum. Et specialiter quando incestuosus cum consanguineis coniugis aliud iniit matrimonium, quo casu dixi num.5. eum non posse petere debitum, quod peccet mortaliter petendo, docent bene *Abul.d.q.200. Angel. verb. Incestus, nu.4. Sylvest. verb. Luxuria, q.4. dicto* 1. Quamuis in hoc casu *Henricus c. Rursus, n.4. qui clerici vel vou. & Hieronymus Mangiaria in arbore consanguinitatis, §. In nomine, num.55.* habetur to 9. tractatuum. sentiant non esse mortale, quod verum est in casu, in quo id diximus num.5. fin. Quare audiendus non est *Veracruz 3.p. Speculi, a.17. fine*, asserens coniugem incestuosum non peccare lethaliter, si debitum petat à coniuge facto sibi per incestum illum affini. modo absit cõtemptus. Quem sequitur sui immemor *Corduba in quæst. l.1.q.12.* nam statim in principio dicit peccare mortaliter: *ad finem* autem, §. *penultimo*, ait secluso contemptu non esse mortale: atque si esset consuetudo non petendi dispensationem, nullam esse culpam. Similiter dicendum est, coniugem qui extra casum necessitatis contraxit spiritualem cognationem cum alio coniuge, reum esse culpæ mortalis, debitum petendo: nisi opinioni probabili asserenti id sibi non interdici adhærens, id efficeret. Cum enim ea sit probabilis, (vt dixi disp. præced nu.9.) excusaretur omnino à culpa eam amplectens.

Hinc rursus deducitur, hunc incestuosum, quamuis 10
inuincibiliter ignoret impedimentum hoc, monendum esse de illo à confessario: (intellige retenta opinione, quod tunc sit impedimentum, nec illa iuris ignorantia excuset, de qua quæstione lat è agemus disp. 32.) si facilis sit ad Episcopum, qui in eo dispenset, recursus. Quia quãuis monendus non sit, vbi difficile est remedium, & potius ex monitione timetur scandalum (vt probaui l.2. disp.38.n.6.) at (vt ibi dixi nu.5.) quando creditur fore vt monitio prosit, eo quod facile est remedium, tenetur confessarius admonere. Si tamen Episcopus non ita facile posset aditi, quia abesset, & medio eo tempore probabiliter creditur fore, vt coniux non abstineat à petitione, atque ita peccata lethalia admittat, monendus non est, donec confessarius dispensationem impetrarit, vel possit Episcopus absque eo periculo consuli. Atque idem dicendum est, quando esset impedimentum cognationis spiritualis. Quamuis in hoc casu facilius posset confessarius dissimulare, propter probabilitatem opinionis negantis id impedimentum.

Vtrùm autem & quando coniugi impedito ad petendum ob affinitatem vel cognationem, liceat aliquoties petere; & si petat, an teneatur alter reddere, vel possit licitè, & quid de priori bimestri ante consummatum matrimonium, vel si coniux innocens fornicetur, possit alter impeditus ei reddere, & quid, si hic impeditus impetrauit dispensationem altero ignorante. De his omnibus latè egi hoc 9. l. disp. 6. & 7. 11

Potissima autem difficultas hic disputanda est. Quoto consanguinitatis gradu debeat persona carnaliter cognata à coniuge, coniuncta esse alteri coniugi, vt con- 12

iux illeincestuosus arceatur à debiti petitione? Et quidem attento iure antiquo, inuenio omnes, quotquot de hac re disputant, vnanimiter asserentes, extendi eam consanguinitatem vsque ad 4 gradum. Ita *Goffredus summa. tit. de eo, qui cognou. consanguin. fine. Hostiens. summ. eodem tit. fin. Altisiod. summ. 2. p. l. 8 1. 20. artic. 1. notabili 1. Victoria summa, de matrim. num. 288. fin. Gaeta repetitione cap. Ad limina, 30. q. 3. § 4. n. 517. Gutierrez. q. canon. to. 1. c. 23. n. 5. Alex. in suo Enchirid. 2. p. præcepto 6.* vbi de incestu. §. *Cognoscens autem, Pedraza summa præcepto 6. § 19. Indou. Lopez 1. p. instruct. cap. 80. §. Sed communiter.* Et ita semper consuetudine receptum est, idque tanquam verissimum amplector: supponuntque Doctores num. 13. & 14. allegandi. Huius autem fundamentum in nemine inueni. Nam si ius consulamus, solum loquitur de coniuge incestuoso cum consanguineis alterius in 1. gradu: vt constat ex *c. 1. c. penult. & c. fin. de eo, qui cognou. consangu.* & cum sit pœnale, extendendum non videtur ad alios gradus: eo vel maximè, quod non tanta incestus labes, sed multo leuior in vlterioribus gradibus reperiatur. Sed dicendum est id esse fundamentum. Quia ratio huius impedimenti est affinitas iniquè contracta ex eo incestu, cum altero coniuge: vt constat ex *c. Discretionem*, ibi: *Sed nec affinitas, quæ post contractum legitimo matrim. inter virum & vxorem inique contrahitur.* de eo qui cognouit consanguin. *& c. penult. eod. tit.* ibi: *Cum affinitas post matrim. inique contracta.* Quare ad eum consanguinitatis gradum extendi debet, & non vltra, ex quo ex affinitas consurgit per copulam, hic autem est quartus; *cap. Non debet, de consanguin. & affin.* Et confirm. quia *d. c. Discretionem*, fetmo habetur de femina cognita à consanguineo viri: taceturque consanguinitatis gradus. quare hic accipiendus est ex iis, ex quibus affinitas illa, quæ impedimenti causa est, consurgit.

Tota autem controuersia est, quid dicendum sit attento decreto *Tridentini sess. 24. de matrim. c. 4.* & punctus difficultatis versatur in cognitione causæ huius interdicti petitionis debiti, & an affinitas ex fornicatione sit omnino sublata vltra primum & secundum gradum. Si enim ea sit, copula incestuosa cum consanguineis alterius coniugis, permanebit idem impedimentum, ea habita vsque ad quartum consanguinitatis gradum. Quia cum id decretum non restrinxerit affinitatem ortam ex copula matrimonio nsi, ea persona consanguinea alterius coniugis intra illum gradum erit affinis coniugis habentis copulam, & proinde erit incestus. Si autem non incestus. sed affinitas inde orta cum altero coniuge id impedimentum pariat, & omnino sublata sit per Tridentinum vltra duos priores gradus, dicendum necessariò erit, hodie non impediri ad petendum debitum coniugem habentem copulam cum consanguineis alterius coniugis vltra 2. gradum. Quia ex copula incestuosa illa & adulterina non oritur affinitas aliqua cum consanguineis alterius vltra secundum gradum: affinitatem enim ex quacumque illicita copula ortam restrinxit id decretum Tridentini ad 2. gradum. Hac in re quidam sentiunt ius antiquum manere illæsum, ac proinde cognoscentem carnaliter consanguineam alterius coniugis vsque ad 4. gradum, non posse à proprio coniuge debitum petere. Ducuntur 1. Quia interdictum hoc petendi debitum consurgit ex peccato incestus, vt testantur *glossa c. 1. verbo Copulare, de eo qui cognou. consangu. Anton. cap. Transmissæ, fine, eod. tiuul. Supplem. Gabriel 4. d. 41. qu. 1. artic. 3. dub. 1. in solut. ad 1. Victoria summ. de matrimon. num. 288. Sotus 4. d. 37. qu. vn. art. 2. vers. Debet autem Graffis p. 1. decision. l. 2. c. 18. nu. 4. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 55. art. 6. dub. 5. §. In huius rei expositionem.* Quod inde constat. Quia vbi ignorata est consanguinitatis, vel copula fuit coacta, oritur affinitas, & tamen illi coniugi ignoranti aut vi oppresso non interdicitur petitio debiti, *cap. 1. & cap. Discretionem, de eo qui cogn. consangu.* quia à culpa incestus excusatur. Insuper (vt diximus nu. 5.) incestuosus cum alterius coniugis consanguineis, eoque mortuo aliud matrim. iniens, nequit petere debitum: cum tamen affinis minimè sit huic posteriori coniugi. Si ergo impedimentum hoc ex incestu consurgit, cum copula illa vsque ad quartum gradum sit incestuosa, impediat coniugem, ne debitum petat. Secundò, quia Tridentinum in eo decreto solum restrinxit affinitatem ex copula illicita ortam, ne matrimon. dirimeret: & Pius V. declarauit nec illud impedire, de impedimento autem ad petendum debitum non meminere: ergo tanquam casus omissus manet in dispositione iuris communis, *c. Susceptum, de rescript. in 6. l. Commodissime, ff. de liberis & posthu.* Et confirmatur, quia Concilium restringens affinitatem, solum intendit scandala vitare, quæ oriebantur ex frequenti matrimonii iteratione, aut impedimento, minimè autem peccandi occasionem dare voluit. At illi fini satis consulitur, ablata ea affinitate quoad dirimendum impediendumve matrimonium, & cæsetur ansa peccandi, ea manente ad impediendum petitionem debiti. Ergo impedit. Hæ rationes ita anctpitem reddunt hanc quæstionem, vt proposita ac agitata in sacro pœnitentiariæ Romanę prętorio, indecisa relicta sit: teste *Nauarr. l. 4. consil. 1. De consanguin. in priori edit. cons. 3. in posteriori* autem, *cons. 6. n. 4.* & ipse etiam dubius manet. Et hanc partem tuentur *Angles Sorions 1. p. de matrim. qu. 14. de impedim. affinitat. a. 1. immediate ante 1. dissic. Custodo summa Sacrament. c. 6. de matrim.* vbi de impedimento affinitatis, *num. 45.* & multi Theologi Salmantini, & Complutenses, teste *Ouand. in. seq. allegando*, & dicit esse probabilem *Petr. de Ledesma*, quem num. sequenti referam.

His tamen non obstantibus, multo probabilius est, correctum esse in hoc ius commune, atque ita copulam habitam cum consanguineis alterius coniugis vltra secundum gradum, minimè impedire debiti exactionem. Ducor, quia impedimentum hoc non tam ex incestu, quam ex affinitate inde contracta oritur: vt testantur *D. Thomas 4. d. 34. q. vn. a. 5. in solut. ad obiecta. Turrecr. c. Quadam cum fratre 32. q. 7. n. 2. ad 2. Sylvest. Matrimonium, 7. q. fin. dicto 3.* Idque manifestè constat ex dictis num. 12. vbi retuli textus in hac prohibitione, solius affinitatis mentionem facientes, & iuxta gradus ex quibus illa oritur, probaui metiendam esse: & ex dictis num. 7. vbi eum multis probauimus, incestuoso cum propriis consanguineis minimè interdici debitum petere, quamuis incestus ille sit grauior: idque non alia ratione, nisi quia ex illo non oritur affinitas cum proprio coniuge. Si ergo iuxta Tridentinum in hoc casu, ex copula incestuosa non oritur affinitas, vt probaui n. præc. cessabit interdictum petendi debitum. Dices, non omnino cessasse affinitatem, ex copula illicita vltra secundum gradum, nisi quoad dirimendum impediendumve matrimoniũ. Cõtra hoc est. Quia, cui licet quod plus est, licet quod minus est, *reg. Cui licet, de regul. iur. in 6.* Sed Tridentinum concedit, vt nulla oriatur affinitas vltra secundum gradum, ad impediendum matrimonium; quod plus est: ergo vt nec ad eius vsum, quod minus est. Et confirm. quia restringit hanc affinitatẽ, vt simpliciter nõ impediat nec dirimat; ergo concedit vt non impediat secũdum quid, nimirũ, quoad vsum. Accedit, Pium V. simpliciter ac generaliter declarasse, nullam ortri affinitatem matrimonio obstãtem, quæ negatio præcedens destruit omnia quæ sequuntur: iuxta *Glossam* receptam, *c. Dum dilectus, verb. Suspensio, de consuetud.* ut ne obstaret vsui matrimonii, tam aliqua ex parte matrimonio obstaret. Tandem quia congregatio Cardinalium id declarauit his verbis: *Congregatio Concilii censuit decretum Tridentini sessione 24. de matrim. c. 4. ad primum & secundũ gradum restringens impedimentum inducendi propter affinitatem ex fornicatione contractam, censeri etiam ad eosdem gradus restrinxisse impedimentum exigendi debitum ab vxore, quod inducitur ex affinitate proueniente ex illicita copula à viro, cum consanguinea sua vxoris post matrimonium habita.* Et ideo in hanc sent. dicit *Nauar. n. præc. allegatus* se magis propendere, & *Addens quidam ad eius consilia relatum n. præc. posteriori edit.* ait sacram

Pœni-

Pœnitentiariam in eam etiam magis inclinasse, & illam tenent *Veracruz. append. ad spec. circa impedimentum affinit. fol. 77. & seq. Ouandus 4. d. 41. q. vnic. propositr. 6. Palacios 4. d. 34. disp. 4. f. 776. Gutierr. quæst. canonic. to. 1. c. 13. fine. Enriquez lib. 11. de matrimon. c. 15. n. 11. & lib. 12. c. 10. num. 1. Vinaldus* dicens multos Doctores consultos Salmanticæ & Compluti idem tenuisse, *Candelabr. sacram. 1. p. de matrim. nu. 209. Manuel 1. tomo summ. 2. edit. c. 243. nu. 12. & super bullam cruciatam, § 13. nu. 8. Emman. Sa summa, verb. Debitum coniugale, vers. Qui coniugis cognatum. Petrus de Ledesma de matr. q. 55. a. 3. dub. 4. Vega 1. tom. sum. c. 78. casu 4.*

15 Hinc infertur, minùs bene aliquos Iurisperitos, teste *Lud. Lopez 2. part. instruct. de matrimon. c. 50.* vbi de impedimento affinitatis, §. *Præterea aduertendum est*, censuisse contrahentem matrim. cum femina, cuius consanguineam in 3. gradu cognouerat, non posse ab ea petere debitum. Quia affinitas quæ iure communi ex ea copula illicita oriebatur, non est ablata per Tridentinum, quoad potestatem debiti exigendi. Sed bene reprobat *ibi Ludou. Lopez*, quia accessoria matrimonio est copula, quare sequi debet naturam principalis, *reg. Accessorium 42. de regulis iuris in 6.* si ergo matrim. illud est omnino licitum, ac prorsus vacat impedimento: & copula omnino erit licita. Constat etiam ex adductis n. præc.

16 Ad argum. nu. 13. proposita resp. Ad 1. dic, non solum affinitatem esse causam illius prohibitionis, sed iniquè contractam per incestum, vt probaui n. 14 atq; ita vt maneat prohibitio, non satis est incestus cessante affinitate, quam potissimam esse causam ibi dixi. Nec obstat vltima obiectio in eo primo argumento proposita. Quia in illo casu speciali id prohibuit ius in pœnam contracti matrimonii, spreto eo impedimento impedienti illud. Ad 2. constat ex dictis n. 14. vbi probauimus prorsus esse sublatam affinitatem in illis gradibus. Ad confirmat. dic non satis consuli manente impedimento quoad petendum debitum. Quia inde etiam multa peccata oriebantur. Atque ideo Concilium omnino sustulit.

DISPVTATIO XXVIII.

An si vterque coniux affinis effectus sit, per copulam cum alterius cõsanguineis mutuam, arceantur ambo à debiti petitione ac redditione? Atque similiter si vterque cognationem spiritualem contraxerit, aut alterius causa aut consensu ea affinitas, aut cognatio ab altero contracta sit?

SVMMARIVM.

Refertur sententia docens tunc licere vtrique petere n. 1.
Non licet petere: etiamsi vterque malitiosè fecerit, vt alterum defraudet, & quamuis alter solus propriè facto eam cognationem aut affinitatem contraxerit, altero tamen consentiente, n. 2.
Refertur sententia docens neutrum teneri, nec posse reddere n. 3.
Respondetur argumenta ad probandum tenere vtrumque reddere, n. 4.
Sententia auctoris proponitur, n. 5. & 6.
Soluuntur argumenta, n. 7.

1 QVo clariùs procedamus in hac quæstione, quæ non facilis est: prius disputabimus de facultate petẽdi debitum. Deinde vero de potestate & obligatione reddendi. Et quidem si de petitione debiti loquamur, quidam censent in hoc euentu vtrique licere debitum exigere, facta hinc inde compensatione: sicut quãdo vterq; coniux est adulterio iuxta *c. penult. & fin. de adult.* Ita *Vincentius & Goffredus c. Si vir, de cognat spirit. Ioan. de Friburgo summ. confess. l. 4. t. 7. q. 2.* & forsan hoc esse verum docet *Bassolis 4. d. 42. qu. vn. a. 3. fine.* Et quamuis Doctores hi loquantur, quando vterque coniux impedimento cognationis spiritualis laborat: at idem dicerent de impedimento affinitatis. Cum eadem prorsus militet ratio.

2 Cæterum iure optimo hanc compensationem improbant *Abb. c. Si vir, nu. 5. de cogn spirit. & ibi Alex. de Nouo, nu. 7. Supplement Gabr. 4. d. 42. q. 1. a. 1. conclu. 4. Veracruz 1. p. speculi a. 57. conclus. 5.* Quia vbi de vtilitate delinquentium agitur, in eorumque fauorem ius exigendi debitum auferitur, paria delicta mutua compensatione abolentur, vt in adulterio contingit: secus vbi non de eorum fauore agitur, sed in delicti pœnam priuatio illius iuris indicitur, vt contingit in præsenti. Quare dicendum est vtrique coniugi cognationis affinitatisve impedimento innodato, interdici debiti petitionem. Quia coniux ob id impedimentum iure priuatur debiti exigendi potestate. Ergo si vterque coniux idem impedimentum habeat, vterque priuabitur. Cum enim delictorum compensatio locum in hac re minimè habeat, delictum alterius coniugis alterum non releuabit. Et confirmatur ex *c. Nosse. 30. q. 1.* quod est Nicolai primi, ibi: *Nosse desideras, vtrum qua mulier viri filium ex alia femina genitum de sacro fonte leuauerit, postmodum possit cum eodem viro copulari: si non ex consensu vtriusque coniugis factum esse probatur, non fraudentur iuncem, sed tuentur in idipsum.* Ergo à contratio sensu secus est dicendum, vbi culpa fuit communis. Atque ita censent *Gloss. ibi c. Nosse, verb. Non fraudentur. Hostiensis, d. c. Si vir, fine*, vbi *Ioann. Andr. fin* & videtur hoc sequi *Anton. ibi, fin.* Et tenent *ibi* referens *Alexandrum Angelicum, Henricus n. 3. Abbas, Al. x. de Nouo. Supplem. Gabr. Veracruz proxime citati. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 15. § 3. Rosell. verb. Impedimentum, impedim. 6. num. 6. Sylues. Matrimonium, 8. q. 7. dub. 2. Petr de Soto lect. 11. de matrim. § Secundum de hac cognatione. Nauar. sum. c. 16. n. 34. Leil. sma 1. p. 4. qu. 8. a. dub. 2. Viguerius lib. institut. cap. 16. § 7. vers. 9. Gacia repetit. c. Ad limina, 30. q. 1. § 4. nu. 379. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. rubr. gloss. 1. nu. 143. Ludou. Lopez 1. p. instruct. c. 85. § Præterea si coniux. Manuel 1. tom. summ. 2. edit. c. 243. nu. 10. Graffis 1. part. decision l. 2. cap. 83. fin. vers. de Ledesma de matrimon. q. 56. a. 1. dub. 5. Bart. à Ledesma dub. 44. de matrim. § De vsu vero*, & loquuntur *Hostiens. Ioan. Andr. Anton. Henricus Rosella, Sylues. Nauar. Ludou. Lopez, Gacia, Matienzo, Graffis vers. de Ledesma*, quando per fraudem & malitiosè, vt se defraudent, id coniuges efficiunt. Nam etiam in hoc casu neutri ius exigendi debitum conceditur. Atque ita siue fraudulenter & malitiosè, siue absque dicta malitia, vterque coniux eam cognationem aut affinitatem culpa sua contraxerit, arcetur à debiti petitione. Id enim probant rationes adductæ. Idemque dicendum est, si alter solus id cognationis aut affinitatis impedimentum incurrerit, aut intercedente culpa alterius, qui consensum præstitit. Nam in hoc etiam casu hunc debiti exactione priuati probauimus disp. præc. n. 3 atque ita ille ratione impedimenti suo facto contracti, hic autem ratione culpæ consensus, carebit iure petendi. Et sic docent *Petr. de Soto, Viguerius, Ledesma. Barth. à Ledesma, Manuel ibi*, & quamuis hi Doctores de spirituali cognatione agant, at idem dicerent de impedimento affinitatis, in quo eadem est ratio. Atque de illo loquentes dicunt idem *Guillel. Rubion. 4. d. 32. q. 2. a. 2. concl. 2. & d. 35. q. 2. conclus. 3. Petr. de Ledesma de matrim. q. 55. a. 6. § Circa tertium statum. f. 443.*

Circa redditionem verò debiti maior est difficultas, 3 an in hoc euentu coniugi petenti teneatur aut saltem possit alter reddere? Quidam absolutè docent neutrum coniugem teneri alteri reddere. Ita loquens de cognatione spirituali docere *Alensis 2 p. q. 170. membr. 3. § 3 post solut. ad 2. Alex. Angelicus* relatus ab *Henrico c. Si vir, n. 3. de cogn. spirit. & Palacios 4. d. 7. disp. 3.* & clarè videtur tenere *Armilla verb. Matrimonium, n. 9.* ait enim coniugem qui hac cognatione impeditur, teneri alteri exigentu reddere, quando culpæ particeps non fuit, & loquens de coniuge incestuoso, & ita affinitatem contrahenti, videtur clare sentire *D. Bonauent. 4. d. 34. a. 3. qu. 2.* dicit enim teneri reddere alteri petenti. Qua eius culpa alteri, nisi conscio sceleris, officere nequit. Imò nec posse sibi reddere vtrumque coniugem incestuosum, docet *Guillel. Rubion. num. preced. in fine alleg.* Idque probatur, quia ex altera parte ille accessus incestuosus est, cum sit cum cognato, vel affini coniuge, nec excusat obligatio reddendi, ea enim non est, vt statim probauimus: ergo est illicita redditio. Et

confirm. quia textus ideo hanc redditionem à culpa excusant, ne coniux culpæ immunis iure suo priuetur, vt expresse habetur *c. Discretionem, & c. penult. de eo qui cogn. consanguin.* quare vbi neuter coniux est innocens, nō est vnde excusetur. Secundò, quia ideo vbi alter solus est reus, potest licet non teneatur innocens reddere. Quia ratione suæ innocentiæ plenam habet possessionem vsus matrimonii, vnde nec petitione nec redditione priuandus est, (vt diximus hoc 9. l. disp. 6. nu. 12. contra multos quos ibi n. 11. fortissimis rationibus innitentes retuli, qui etiam innocenti coniugi negant licere reddere incestuoso petenti.) ergo in hoc euentu vbi innocentia neutri fauet, nec possessionē tribuit, minime licebit reddere. Tertiò, quia quando vterque coniux de valore matrimonij dubius est, neuter potest reddere alteri petenti: eo quod manenti dubio neuter ius petendi habet (vt diximus lib. 2. disp. 41. n. 55.) At in hoc euentu vterque coniux ius petendi amisit (vt n. præc. diximus.) Neuter ergo poterit reddere. Quartò probatur, neutrum teneri ad reddendum. Quia vbi alter solus reus est, innocens non tenetur reddere: eo quod ille iure exigendi priuatus sit (vt probaui hoc 9. lib. disp. 6. n. 8.) Idem ergo dicendum erit de vtroq; coniuge culpæ participe. Non enim datur delictorum compensatio, vt altero coniuge similiter delinquēte, alter pristinum exigendi ius acquirat (vt num. 2. probauimus.) Et confirm. quia nulla alia ratione reus innocenti tenetur reddere, nisi ne innocens absque culpa iure suo cadat, vt constat ex *c. Discretionem, de eo qui cognou. consanguin.* vbi ergo vterque est nocens, neuter reddere tenebitur.

4 Ex alia autem parte videtur vtrumque teneri ad debitum reddendum. Quia si neuter ius habeat iustitiæ ad debitum petendum, & vt sibi reddatur, copula inter hos coniuges esse petinde fornicaria, ac si iuter solutos matrimonio haberetur. Quod absurdissimum esse dictu latet neminem. Secundò probatur saltem licere. Quoniam non minus est priuatus ex parte sua, iure petendi, coniux culpæ reus quando ipse solus deliquit, quàm vbi alter simili culpa inuoluitur (vt nu. 2. probauimus) sed in priori casu potest alter innocens, licet non teneatur, reddere, vt diximus hoc l. disp. 6. nu. 12.) ergo & in posteriori idem licebit coniugi reo.

5 Prima tamen conclusio sit. Si non ex malitia, atque animo defraudandi coniugem, vterque in id impedimentum cognationis aut affinitatis, culpa tamen vtriusque, inciderit, neuter tenetur nec licitè potest alteri reddere. Atque in hoc euentu est verissima sent. proposita n. 3. eiusque rationibus probatur. Atque ita loquens de impedimento affinitatis docet *Petr. de Ledesma de matrim. qu. 55. a. 6. dubio vltim. conclus. vnica.* Et idem censeo dicendum, quando vterque coniux in culpa est, at alter solus ea malitia infectus est. Neuter enim poterit alteri reddere, non quia malitia & fraus huic suffragetur: sed quia culpa propria illi obest priuans eum iure petendi.

6 Secunda conclusio. Si vterque coniux malitiosè fecit, animo alterum debito coniugali defraudandi, quamuis vterque à iure petendi cadat, & petendo delinquat, (vt diximus num. 2.) at alteri petenti tenetur reddere. Ratio est. Quia cùm hæc pœna solo iure positiuo infligatur, potest illomet iure sic disponente moderari ac restringi. Ius autem sic moderatur: vt constat ex *cap. Si vir, de cogn spirit.* vbi hunc casum æquiparat casui, quo per ignorantiam id effectum est, in quo constat eos coniuges teneri sibi reddere. Præterea, quia subiungitur ibi ratio, quia malitia & fraus non debent eis patrocinari: at valde patrocinarentur, si ex ea coniuges immunitatem, ac reddendi debiti sibi inuicem libertatem acquirerent, & quanquam textus & DD. citandi loquantur de impedimento cognationis, meritò extendi debent ad impedimentum affinitatis, in quo eadem est ratio. Et ita extendit *Petr. à Ledesma de matrim. q. 55. a. 6. dubio vltim. conclus. vnica sint*: quamuis diminute loquutus fuerit, dicit enim tunc licere reddere: & de obligatione nō meminit: quam tamen expressit in impedimento cognationis, vt statim referam. Ideo hanc sentent. loquentes de impedimento cognationis sustinent *Hostiens. Ioann. Andr. Anton. Henrici, D. Anton. Rosella, Syluest. Nauar. Gaeta, Veracruz, Matiēzo, Lud. Lopez. num 2. relati, Astensis sum. 2. l. 8 t. 18. a. vn. q. 2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 56. a. 1. dub. vlt. conclus. vnica. fin. Manuel l. 10. summ. 2. edit. c. 143. n. 14.*

Ad argumenta nu. 3. proposita dic, ea omnia probare 7
nostram priorem conclusionem: vt n. 5. aduertimus. Quatenus vero militant aduersus secundam conclusionem. Ad primum dic esse obligationem reddendi, in casu malitiæ, vt probaui nu. præcedenti. Ad confirm. dic eam esse rationem vbi malitia & fraus absunt, at dum ea nō desiderantur, ratio est ne suffragentur dolosō ac malitioso. Ad secundum & tertium dic, ea concludere, nisi ius positiuum id impedimentum indicens priuansque vtrumque iure petendi, disposuisset casu teneri vtrumque reddere, ne fraus & malitia profint. Ad quartum negāda est consequentia. Quia licèt concurrentu malitia vtriusque alter non acquirat ius petendi, ac proinde culpam admittat petendo, ius tamen statuit debitum sibi reddendum esse, ob rationem traditam. Ad confirmat. constat ex dictis in solut. confirmationis primi argum. Ad 1. argument. num. 4. propositum negāda est sequela. Quoniam licèt coniuges priuari sint eo iure, illudque impeditum sit, at manet in radice matrimonii, quod legitimum est inter illos, ratione cuius non est accessus ad alienam. Atque ita sublato impedimento per dispensationem, ius illud pristinum reddit. Ad 2. neganda est consequentia. Nam in priori casu coniux innocens est in plena matrimonii possessione, quare nec petendi, nec reddendi iure priuandus est. In posteriori autem ratione similis culpæ qua inuoluitur, amittit ius petendi, & consequenter vt ibi petenti reddatur: nec adest aliquod ius excusans suam petitionem aut redditionem à culpa incestus.

DISPVTATIO XXIX.

An si affinitas aut cognatio spiritualis contrahatur ab altero coniuge, ante matrimonii cōsummationem, possit licitè illud consummare reddendo: vel quo eximatur à reddendi onere, teneatur ingredi religionem?

SVMMARIVM.

Refertur opinio asserens peccare consummando. & teneri ingredi n. 1.
Contraria sententia auctoris, n. 2.
An coniux cui interdicta est debiti petitio ob cognationem vel affinitatem possit priori bimestri ante consummatum matrimonium, vel si alter sit adulter, reddere? Remittitur, n. 3.
Soluuntur argumenta, nu 4.

QVIDAM censent coniugem qui matrimonio inito, 1
ante illius consummationem, affinitatem cum suo coniuge contraxit, peccare mortaliter dum prima vice reddit: atque ita nisi dispensationem illius impedimenti impetret, teneri religionem ingredi, vt euitet debiti redditionem. Ducuntur, quia accessus ad coniugem est incestus, cum sit ad affinem, atque ita si fieri potest, est necessario vitandus, cum ergo possit vitari hoc coniuge religionem profitente, nisi dispensationem impetret, tenebitur ad id. Et confirmatur, quia prioti bimestri peccat hic reddens, eo quod reddere non tenetur (vt probaui hoc libro, disput. 6. num. 14.) sed donec consummet matrimonium, numquam tenetur reddere, cum semper possit religionem ingredi. Ergo semper peccabit prima vice reddendo. Secundò, quia probabilissima & communis sententia docet eum, qui voto castitatis ligatus vxorem duxit, teneri religionem ingredi, peccareque prima vice consummando, (vt videbimus hoc libro, disputatione 34. numero 2.) eo quod sic & non aliter potest votum implere: at coniux hic sic

affinis

affinis effectus, nec impetrans dispensationem, non potest aliter incestum vitare, nisi ingrediendo religionem, ergo tenebitur ad id. Et confirm. quia vrgentior hic militat ratio. Nam cum voti obligatio ex propria voluntate vouentis oriatur, non potest eius tacitam intentionem, excedere, quæ cum non sit se obligandi ad religionem, potest hoc prætextu excusari. At obligatio non accedendi ad affinem, vbi matrimonij necessitas minimè compellit, vt accidit ante consummationem, oritur ex natura ipsius facti, atque ita transcendit limites voluntatis, à fortiori ergo coget possibile religionis medium eligere, quo accessus talis caueatur. Ita docent loquentes de affinitate, & consequenter idem dicent de cognatione, in qua eadem militat ratio, *Palud. 4.d.27.q.1.a.3. nu.6. Maiorn 4. d.41.q.1.paulo post principium, vers. Deinde dico de secundo quæsito. D. Antonin. 3.p.t.1.c.21.ante §.1. vers. Nota etiam, Syl. Matrimonium, 8.q.15.dict.7. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30.qu.1.§.4. n.408. Vivaldus candelabro sacram. 1.p de matr. n.107.* & fortè aliquis existimabit huius esse sententiam. *Cou. 4. decret. 2.p.c. 7.§.2.nu.6. & Lud. Lop. 1.p.instruct. c 296.§. præterea circa redditionem*, dicunt enim iuuenem incestuosum ante matrimonii consummationem teneri, nisi velit religionem ingredi, dispensationem impetrare ad exigendum debitum, sed reuera non sunt. Quia non ducuntur, eo quod peccet reddendo: sed rationem reddunt, ne cohabitãs cum vxore periculo expositus sit admittendi multa mortalia exigendo debitum. Et hanc sent. non esse improbabilem ait *Petrus de Ledesma n.seq. allegand.*

2 At dicendum est nullo modo teneri religionem ingredi, atque ita posse matrimon. consummare reddendo. Probatur primo omnibus arg. quibus probabimus infra disp.34.n.3.& 4. votum præcedens aut subsequens matrimonium ratum, si solius castitatis votum sit, nõ inducere obligationem ingrediendi religionem, vt impleatur. Secundò, quia per talem affinitatem non priuatur coniux innocens tuo iure: vt habetur *c. Discretionem, & c.penult. de eo qui cognou. consanguin.* ergo tenetur hic illi reddere. Nec textus distinguunt, sit matrimon. consummatum nec ne: nec obligant hunc reum ad religionis ingressum: sed expresse docent textus citati hos coniuges ad continentiam inducendos esse, quod si nolint, reum abstenturum à petitione, non autem à redditione. Huius sent. videtur *D. Bonauent. 4.d.41.q.3.nu.22.* ait enim hunc teneri reddere, aut si hoc nolit, ingredi religionem: vnde omnino voluntarium censet esse religionis ingressum. Et tenent expresse *Angel. verb. Matrimonium 3, impedim. 15. nu.2. Petrus de Ledesma de matrim. q.55.a.6.circa 3. statum affinitatis, dub.4.* & communiter Neoterici.

3 Vtrum autem coniux, cui est interdicta debiti petitio ratione cognationis, aut affinitatis, possit prioti bimestri ab inito matrim. ante illius consummationem reddere debitum: aut si alter coniux adulterium admittat? dixi hoc l.9.disp.6.n.14.

4 Ad argum.n.1, proposita resp. Ad 1. dic, accessum talem, quando spontaneus est, incestuosum esse, secus quando est iustitiæ lege debitus, qualis est accessus reddendo. Ad confirm. dico latum esse discrimen, quia prioti bimestri nunquam tenentur coniuges sibi reddere, nisi iam matrim. consummarint (vt dixi libr 2. disp.24 nu. 5.) at eo transacto, statim ad id tenentur, nisi illico ad religionem transire velint. Quare supposito hunc animum non esse illi coniugi incestuoso, satisfacit suæ obligationi reddendo, ac proinde culpæ immunis est. Non enim religionis ingressum eligere tenetur. Ad 2. contrariam sent. existimo probabiliorem: & esto illa vera esset, est discrimen, quod castitas & religio sunt quodam modo eiusdem rationis, atque ita non mirum, si gratia castitatis promissæ, quæ aliter seruari nequit, astringatur vouens ad religionem. At religio non est aliquid eiusdem rationis cum hoc quod affinitas omnem suum assequatur effectum. Ad confirm. dic. ex ea parte vrgẽtiorem nullitate rationem: at ex alia multo minorem. Quia inter castitatem & religionem est magna proportio & vicinitas: qualis est non in præsenti casu.

DISPVTATIO XXX.

Vtrùm quò coniux incestuosam affinitatem aut cognationem contrahẽs, debiti petendi facultate priuetur, desideretur aliqua iudicis sententia, aut condemnans, aut saltem crimen declarans?

SVMMARIVM.

Proponitur sententia affirmans hanc pœnam non incurri absque iudicis sententia, n.1.

Vera sent. n.2 & ibi traditur ratio, cur cum pœna sit non desideretur iudicis sententia ad eam incurrendam: & aliquæ priuatiuæ.

Soluuntur argumenta, nn 3.

RAtio in hac re dubitandi est: quod priuatio hæc petendi debiti, verè sit pœna culpæ affinitatis aut cognationis iniquè contractæ. Quod manifestè constat ex eo quod vbi in contractione deest culpa, vt si ignoretur consanguinitas, aut vi præcisa habeatur copula, ea priuatio non incurritur, vt dicemus duplici disp. sequ. Atque ita priuationem debiti ex affinitate consurgentem esse pœnam docent *Abb. c.1.nu.2. de eo qui cogn. consangu. & ibi Alex. de Neuo n.1. Abulens c.5. Matth. 200. & 241. Turrecrem c. Qui dormierit fin. 27.q.2. Suppl. Gabr. 4.d. 41.q.1.a.3.dub.1. ad 1. Caiet. in opusc. to.1. tract.31. qui est 17 respons. an 4 respons. vers. Et quoniam Angelus verb. Incestus, nu.4. Sylu. verb. Luxuria, q.4. dict.1 Victoria summ. de matrim. n.288. Sotus 4 d.37.q.vn.art.2. vers.2.conclus. vers. Debet autem Castro l.1 de lege pœnal. c.7.§. Ex hoc, 3. docum. & l 2.c.5.§. Rursus 5. argum. Alex. Carrer. l.5. de sponsal. c.23. Ledesma 2.p.4.q.60 a.4.3. Sed est dubium si matrimonium. Corduba in suo quæst. l.1.q.12. init. Barth. à Ledes. de matr. dub.50 concl.2. Manuel 1. som. summ, 2. edit. c.243. nu.11. Graffis p.1. decision l.2.c 81.n.4. Petrus de Ledesma de matrimon. q.55 a. 6. dubio 5.§. In huius rei expositionem.* Atque idem dicerent de priuatione ratione cognationis, in quo est eadem ratio. Atque ita de illa idem asserunt *Sotus 4.d.32. qu.1. a.1. conclus 3. Enriquez lib.11. de matrim.c.15.n.11. Petrus de Ledesma de matrimon.q.56.a.1.dub.1.§ His nihil obstantibus. Lud. Lopez 1. p.instruct.c.80.§. Sed connumerant.* Si ergo est pœna minimè incurretur absque iudicis sententia: vt omnium pœnarum id proprium esse, communis Theologorum testatur opinio, ac iurisperitorum. Nec iuuat si dicas cum *Caiet. 2. 2.q.62.a.3.* quem communiter DD. sequuntur, id intelligi de pœnis positiuis, quæ ad sui exequutionem aliqua actione indigent. Cum enim idem non debeat esse agens & patiens, oportet actionem iudicis sententiam ferentis adesse, quo in illas incidatur. Quæ ratio cum cesset in pœnis priuatiuis, quæ nullam actionem ad sui exequutionem desiderant, nulla opus erit ad eas incurrendas iudicis sententia. Qua ratione irregularitas, suspensio, excommunicatio, absq; iudicis sententia contrahũtur. Sed hæc solutio non satisfacit, & bene impugnatur à *Soto l.1. de iust. qu.6.a.6 conclus.2. & Castro l.2. de lege pœn.c.5.§. Rursus 5. argum.* Nam vt quis fame moriatur, nulla est necessaria actio, sed priuatio comestionis, est tamen iudicis sententia necessaria. Præterea, inhabilitas ad beneficia est pœna priuatiua, cum tamen probabilissimum sit eam indigere iudicis sententia. Quod defendunt *Nau. in extravag. Greg. XIII. de datis pro iustitia, in priori edit. nu. 41. in posteriori* verò, *n.44. Molina to.1. de iust tract.2. disp 96. pag.590.* Deinde inhabilitas ad suffragium ferendum est etiam pœna priuatiua, non indigens actione, sed cessatione, cum tamen iudicis sententiam postulet, vt testantur, *Sotus l.1. de iust. q.6. a.6. ad 4. & l.4.q.6.a.3. ad fi. Ledes. 2.p.4.q.18.a.2.dub. vlt. Molina ea disp.99.pag.591.* Atque ita quamuis priuari iure petendi sit pœna priuatiua, non concludetur eam non indigere iudicis sententia. Nec etiam prodesit ratio, quam tradit *Sotus l.1. de Iust. q.6.a.6.conc. 2.* cur irregularitas, excommunicatio, suspensio, & interdictum, incurrantur absque iudicis sententia. Quia nimirum, non priuant bonis propriis, quæ iure peculiari quis possidet, & tradere per actionem teneatur, sed bonis communibus,

quorum Ecclesia priuans est dispensatrix. Non (inquam) prodest. Quia ea impugnatur à *Corduba in suo quæst. l.1.qu. 36.f.281.colum.1. Bañes 2.2.q.12.a.10.fol.692.* Quia sacerdos ius peculiare celebrandi, & quilibet fidelis recipiendi sacramenta, possident, & tamen illo priuantur per irregularitatem, & excommunicationem, absque iudicis sententia. Deinde, quia licet ea ratio procederet in iis censuris, at in nostro casu locum habere non potest, cum priuetur coniux iure per matrimonium acquisito petēdi debitum, quod est bonum proprium & peculiare illiús, nec Ecclesiæ dispositioni subiacens, nisi in quantum illo priuare potest in pœnam delicti per coniuges admissi: sicut potest aliis bonis priuare. Desiderabitur ergo iudicis sententia. Quare *Simancas de instit. catholic. t.9.n.* 202. dicit incertum esse an incestuosus cum consanguineis vxoris incidat statim in foro conscientiæ in hanc pœnam.

2 Cæterum mihi certissimum est, nec in affinitate nec in cognatione desiderari aliquam iudicis sententiam, sed statim priuari coniugem potestate debitum petēdi. Quod in cognatione tenet *Glos. c. Nosse, verb. Non fraudentur*, 30. q.1. & in affinitate dicens esse certissimum, *Castro libr.2. de lege pœn.c.5.§. Rursus.5.argumento*, & clarè sentit *Caiet. opusc. tomo 1.tr.ult.at.31.qui est 17.responsion.resp.4.vers. Et quoniam*, vbi ait esse ipso facto priuatum, & *Angles floribus p.1.de matrimon.q.14.de impedim. affinit.a.1. diffic.1.concl.* 3. ait enim in foro conscientiæ non posse petere hunc incestuosum, ante dispensationem. Idem tenentur dicere DD. quos ibi retuli d.27.n.2. dicentes incestuosum etiam occultum incidere in hanc pœnam, & quos ibi retuli n.9. dicentes peccare lethaliter, si debitum petat, & praxis ipsa hoc veritissimum esse testatur. Quod si rationem petas, fateor me nullam concludentem inuenire, vt hæ pœnæ, quamuis priuatiuæ sint, non indigeant sententia. Sicut nec inuenio in irregularitate, excommunicatione, suspensione, & interdicto. Quæ enim tradi solēt, reprobatæ sunt n. præcedēti. Atque ideo nec in illis, nec in hac aliam rationem adæquatam inuenio, quàm quòd pœnę priuatiuæ sint, atque ita facilius in eas incidatur: sicque vsu receptæ & declaratæ sint, vt nulla indigeant sententia condemnanti, aut crimen declaranti. Quod non ita contingit in omnibus pœnis priuatiuis, & ita non mirum est, si aliquæ illatum postulent iudicis sententiam.

3 Ad argumentum contrarium, n.1. propositum, constat ex dictis n. præced.

DISPVTATIO XXXI.

Vtrùm si affinitas, vi præcisa aut metu contracta sit, vt si vxor à viri consanguineo vi, aut metu cognoscatur, priuetur illa vxor potestate debitum petendi?

SVMMARIVM.

Quando vi præcisa cognoscitur fœmina à viri consanguineo, non priuatur petitione debiti, n.1.

Priuatur si levi metu inducta. Quod si vir consenserit, neuter coniux potest petere nec reddere n.2.

Si mecum consilium. Refertur quædam opinio, n.3.

Negant tunc petere debitum. Et in rebus diuino iure vetitis metus non eximit à pœna, n.4.

Quid si per metum viri constantis vir vxorem compulerit, vt cum ipsius viri consanguineo concumbat, n.5.

An Christiani in remigium Turcarum remigantes metu mortis casu quo non eximuntur à peccato, eximuntur ab excommunicatione, n.6 & ibi remissiùs quando peccent.

1 HActenus disputauimus quando ex affinitate oriatur impedimentum petendi debitum. Iam videndum est de causis ab hac pœna excusantibus. Et in hac disputatione de præcisa vi vel metu; in sequenti autem de ignorantia agemus. Atque si vis præcisa sit, manifestum est minimè priuari debiti exactione, vt constat ex *c. Discretionem, de eo qui cognou. consang.* vbi ea tenditur ratio. Quia affinitas iniquè contracta ei non officit coniugi, qui iniquitatis particeps minimè fuit: iniustum quippe est quemquam culpæ immunem suo priuari iure. At vbi vis illata est fœminæ, à culpa incestus omnino eximitur: ergo à pœna priuationis debiti exigendi. Quare licet textus hic loquatur quando viri consensu vis ea vxori illata est: & eodem pacto loquuntur hoc docentes *Rosella verb. Impediment. impedi. 8.nu.15. Sylvest. verb. Luxuria, q.4. dist. 3. Graff. t.1.p. decision. l.2.c.80.nu.14.* at ratio textus, & prædictorum DD. tradita, idem prorsus suadet, vbi adfuit mariti consensus, vt bene aduertit *Ricardus statim referendus.* Quare ita docent absolute *Hostiensis c. 1. de eo qui cogn. consang.nu.2. fine super verb. Filiastra*, vbi *Ioann. Andr. n.2. Anchar. fin. Alex. de Neuo, nu.4. Ricard. 4.d.45.a.2.q.4. Astensis sum. 2.p. l.8.t.11.a.3.qu.15. Sotus 4.d.37.q.vn.art.2.vers. Debet autem Ledesma 2.p.4.q.60.art.4. Palacios 4.d.34.disp.1.fole 777.colum.2. vers. Quod si obiecerit. Enriquez l.32. de matrim.c.2.num.2. Petrus de Ledesma de matrim.q.55.a.6.diffic.5. conclus. 1. Emmanuel Sa summ. verb. Debitum coniugale, vers. Qui coniugio.*

Similiter est certum, vxorem leui metu incestui con- 2
niuentem priuari debiti exactione. Quia culpa sua affinitatem contraxit. Ita colligitur ex ratione textus, & Doctorum, quos n. præced. retuli, & docent *Ricard. Astensis, Rosella. Sylvest. Graffis ibi citati*, & licet loquantur, quando interfuit viri consensus, qui metum intulit: at verè non innituntur huic cōsensui, sed culpæ vxoris, & ita absolutè docet *Palacios n. præ. relatus.* Quod si mariti consensu aut præcepto id effectum sit, non tenetur vxor ei debitum reddere. Quoniam eiusdem particeps fuit iniquitatis. Ita *Ricard. Astensis, Rosella, Sylvest. Graffis ibidem*, & constat ex disp.27.n.3. Imò nec potest reddere, nisi in fraudem matrim. id vterque coniux fecerit, vt diximus disp. 28.n.5. & 6. vbi probauimus in hoc casu fraudis teneri.

Difficultas autem est, quando metus grauis fuit, seu 3
cadens in fœminam constantem, num priuetur vxor, metu illo cognita à viri consanguineo, debiti petitione? Videtur enim nō priuari ex doctrina *Nauarr. sum c. 27.nu.63. ad finem*, & latius *c. Ita quorundam, de Iudæis, not. ab. 11. in princ. n.18.* vbi docet Christianos in Turcarum triremibus remigantes bello indicto aduersus Christianos, metu mortis ac tormentorum coactos, peccare mortaliter, at non incurrere excommunicationem *eo c.* latam contra opem infidelibus in simili bello ferentes. Quia (inquit) non est credendum velle Ecclesiam suis pœnis mulctare eos, qui tali metu compulsi suis præceptis non obtemperant. Et illum sequitur *Pedraza in sua summ. præcept. 7.§.26.* similiter ergo cùm pœna priuationis debiti exigendi sit ab Ecclesia statuta ob crimen iniquæ affinitatis contractæ (vt diximus disp. præcedenti num.1.) non ligabit vxorem, quæ tanto coacta metu illam contraxit.

Cæterum quamuis hæc opinio pietate plena sit, nulli 4
solido fundamento innititur. Et ideo dicendum est priuari potestate debiti exigendi. Ducor ex ratione textus & Doctorum, n.1 tradita, qua ab hac pœna eximūt vxorem vi absoluta cognitam, nempe, quia cessat culpa incestus. Cùm enim in hoc euentu non cesset, tenebatur enim vitam exponere ne consentiret, incurret pœnam, 2. quia in iis, quæ aduersantur iuri diuino & naturali, quale est copula illa, metus non excusat à pœna, sed à grauiori, vt bene docet *Turrecrem.* per illum textum *cap. fin. 2.num.31.quæst.2.* & probat textus, *cap. Si quis coactus, 12. quæst.5.* ibi: *Si quis coactus pro vita redimenda, vel pro qualibet causa, vel necessitate peruenit; quia plus corpus quàm animam dilexit tres quadragesimas pœnitet.* Atque fortius id probat textus *cap. Sacris, de his quæ vi*, ibi: *Licet metus attenuet culpam, quia tamquam nō eam prorsus excludit, cum pro nullo metu debeat quis mortale crimen incurrere, excommunicationis laqueo credimus inquinari.* Vbi textus decidit, non excusari ab excommunicatione, metu participantem cum excōmunicato, sicut non excusatur à culpa. In cuius textus intellectu quamuis varii sint DD. de qua participatione loquatur. Vt poteſt videri in *Couar. C. Alma mater, 1.part. nu.9.* at casu quo ea participatio crimen lethale est, manifesta est decisio textus, & conueniunt omnes DD. metum non excusare ab excommunicatione, & quamuis

aliqui

aliqui velint eum intelligere de metu leui. Optimè reprobat *Abbas, eo c. Sacris, n.* 4. quia aperte repugnat litera. Contraponit enim metum, violentiæ: & dicit pro nullo metu. Et reddit rationem, eo quod metus non excuset à culpa. Quæ omnia de quocunque metu procedunt. Atque huius sent. videntur esse *Ricard. Asten. Rosell. Sylvester. Graffis*, quos n. 1. retuli, dicunt enim vxorem posse petere, quando maritus eam graui metu coegit ad copulam cum ipsius viri consanguineo: in odium delicti viri: vbi aperte sentiunt contrarium, vbi nullum esset viri delictum, atque ita prædictum odium cessaret. Et tenet *Petr. de Ledesma de matrim. q. 55. a. 6. dub. 5.*

5 Sed nec prædicta limitatio caret difficultate, aiunt enim *Ricardus*, & ipsam transcribentes *Astensis, Rosell. Sylvest. Graff. n. præced. allegati*, quando vxor metu ab ipso viro illato, & cadenti in virum constantem, conuiueret copulæ cum viri consanguineo, posse eam debitum petere, tenetiq; virum reddere. Nec id alia ratione probant, quam in odium criminis viri. At oppositum credo, nempe, in eo euentu neutrum posse petere nec reddere (vt dixi n. 2.) quando metus est leuis. Quia cum vterque particeps fuerit culpæ in affinitatis contractione, vterque iure exigendi priuatur, & subinde neuter licite reddere potest, (vt probani locis, eo n. 2. citatis) nec ius, quo ab hac pœna eximat vxorem, viri culpam considerat, nec in eius odium concessit non obstanti affinitati, posse in hoc euentu petere: sed vniuersaliter debiti petitionem negauit coniugi, cuius culpa affinitas orta est.

6 Ex his infertur non audiendos esse *Nauar. & Pedrazam, nn. 3. relatos*, dicentes remigantes aduersus Christianos peccare mortaliter, at non innodari excommunicatione. Quia n. 4 satis probauimus eos quo actio non eximitur à culpa, nec ab excommunicatione eam excusari. Atque ita in hoc euentu censet *Manuel in addit. ad bullam cruciat. §. 9. num. 95. fine.* Ex alio autem capite excusari possunt ab excommunicatione: quia nimirum, communiter non peccant mortaliter remiges illi metu mortis id efficientes, vt latius probant *Cordub 4 sum. q. 237. f. 400. Nauar. l. 3. de restit. c. 4. dub. 4. in nona edit. num. 52. Molina to. 1. de iustit. disp. 345. pag. 658. Iud. Lopez. 1. p. instruct. c. 60. Ioan. Rutil. Benzonius tract. de foga, l. 1. disp. 1. q. 4. f. 102. §. 2. Asserit secundo. Vega 1. tom. sum. c. 118. casu 2.* & specialiter est videndus *Molina eo loco citato*, qui optimè explicat casum ratiõ, in quo culpa esset.

DISPVTATIO XXXII.

Vtrum coniux qui ex ignorantia iuris prohibentis, vel facti, efficitur cognatus aut affinis alterius coniugis, priuetur debiti petitione.

SVMMARIVM.

Quæ sint quæstiones disputandæ, n. 1

Quid interfit inter legem nimirum obligari ignorantes: vel hos à transgressione excusari n. 2.

Lex obligat etiam ignorantes inuincibiliter ipsam, n. 3.

Minimè præsumitur ignorantia, sed probanda est. n. 4.

Qualiter probetur, & an solo iuramento dicentis se ignorasse, n. 5.

Quoties lex punit aliquem nullo alio iure prohibitum, ignorans ipsum est pœna immunis, per legem statuta n. 6.

Quid, si ponitur aliquem iure humano antiquitùs aut diuino naturali prohibitum, an sciens antiquam prohibitionem, ignorans tamen inesse sub excommunicatione illam incurrat contrafaciens. Refertur duplex opinio n. 7 & 8.

Propugnatur Auctoris sententia n. 9.

Soluuntur argumenta priora. Eaudantur c. Cum illorum de sent. excom. reg. Ignorantia de regulis iuris in 6. quamuis ignorantia iuris non excuset, & l. Vulgaris ff. de furtis, n. 10.

Satisfit posterioribus argumentis, & eaudatur l. 2 de constitut. in 6. & qualiter argumentum à contrario sensu deficiat, vbi in contrario sit eadem aut maior ratio, n. 11.

Post n. 11. innumeris alia summaria.

1 QVÆSTIO hæc difficillima est, si exactè tractanda sit: Pendet enim ex ea quæst. Qualiter ignorantia legis aut pœnæ, in ipsa statutæ excuset à pœna incurrenda? Quæ confusè satis discutitur à DD. Cum enim sint diuersæ pœnæ, spirituales & temporales, atque inter illas sit differentia, quod sola excommunicatio videatur desiderare contumaciam: cum sit etiam ignorantia duplex, altera iuris & altera facti: & rursus illa, quædã ipsius iuris & pœnæ in ipso contentæ: alia vero solius pœnæ. Non satis distinguunt inter has pœnas, nec satis explicant, num loquantur de ignorantia ipsius iuris, vel solius pœnæ. Atque ideo maioris claritatis gratia distinguens pœnas, ac ignorantiam ipsam, septem agitabo quæstiones: præmissis aliquibus fundamentis generalibus, quæ omnibus illis deseruiunt. Prima est, an ignorantia iuris excommunicationem imponentis excuset ab illa contrahenda. Secunda quid si adsit scientia iuris prohibentis, ac ignoretur excommunicationi eo lata? Tertia quid in aliis pœnis, an si adsit ignorantia iuris, incurrantur? Quarta quid si in illis sola pœnæ ignorantia reperiatur? Quinta quid in quibuscunq; pœnis, vbi sola adest facti ignorantia? Sexta qualis debeat esse ignorantia, siue iuris siue facti, vt à pœnis excuset? Septima an vbi contracta est affinitas, aut cognatio, cum ignorantia iuris vel facti interdicatur coniugi contrahenti petitio debiti?

Primum fundamentum sit. Differentia lata est inter 2
hæc, Lex non obligat ignorantes. Vel illos obligat, excusantur tamen à peccato & pœna. Quare non est quæstio de nomine, num obligat ignorantes. Si enim dicamus obligare, quamuis ignorans excusetur à culpa transgressionis & pœnæ: at non excusabitur ab alijs legis effectibus. Quod secus dicendum est, vbi lex non obligaret ignorantes. Nihil enim in illis operaretur, v.g. Decretum Tridentinum obligat ignorantes, vbi legitime promulgatum est: ex quo fit vt contrahentes clam matrimonium in eo oppido, ignari inuincibiliter decreti, minimè peccent, nec subdantur illius pœnæ: at matrimonium eo decreto irritatum erit nullum. At vbi id decretum non obligat, matrimonium est validum: & tale esset, si diceremus illud non obligare ignorantes.

Secundum sit. Certum est legem, vbi sufficienter pro- 3
mulgata est, ita vt scientes liget, obligare etiam inuincibiliter ignorantes: Quoniam lex talis habet iam completam legis rationem, ac subinde perfectam obligandi vim. Nec enim vnicuique est notificanda. *cap. 1. de postul. prælat. & authent. Vt nouæ fiat constitut. §. Sanximus, collat. 5.* obligat ergo omnes, siue illius conscios, siue ignaros. Et confirmatur, quia virtus obligandi ex ipsa legis natura & virtute, non ex subditi notitia proficiscitur. Tandem, quia ignarus legis illius sufficienter promulgatæ, si certior de illa fiat à viro fide digno, ad illam tenebitur. Ergo & antea tenebatur. Non enim vir ille sua affirmatione lege virtutem obligandi tribuit. Ita *Soto l. 1. de iust. q. 1. a. 4. cond. 3. Molina 1. 2. q. 90. a. 4. conclus. 3. vers. Illud autem.* Quare dum *Innoc. c. 2. de constit. n. 1. vers. Ignorantes*, & aliqui iuris periti ibi affirmant, ignorantes minime obligari lege: quod etiam videtur sentire *Caiet. 1. 2. q. 90. art. 4. ad 2.* intelligendi sunt, vt velint ignorantes excusari à pœna, & culpa transgressionis legis.

In foro autem externo, duobus mensibus à legis pro- 4
mulgatione transactis, iure optimo præsumitur illius scientia: vnde ignorantiam alleganti incumbit onus probandi, vt notant communiter DD. & constat ex *authent. Vt facta noua constitut. §. Sanximus, & §. Ne igitur, collat. 5. & c. 1. de postulat. prælat. & c. fin. §. Aliquin, qui matrim. accusare possunt.* Atque idem est licet non sit promulgata in qualibet prouincia, est tamen in ea vsu recepta, & in curia promulgata. Constat ex *c. 1. §. Verum de postul. prælato.* Rationem autem huius præsumptionis subdunt *gloss. l. fin. verb. Scientes. ff. de decretis ab ordin. faciendis, & glossa, c. Nulli, verbo. Verisimiliter, de elect. in 6.* Quia publicè propositum ignorare non licet, nec facile ignorantiam talem alleganti fides adhibenda est.

Admittitur autem probatio ignorantiæ huius *glossa,* 5
c. 2. de constit. in 6. notabilis 2. Abbas c. 2. n. 9. eod. t. vbi *Felinus, nu. 10. Sylvester, verbo Lex. q. 7.* coniecturæque quæ hanc ignorantiam probant proponuntur *c. fin. §. Super quo, qui matrimonium accusare possit.* Coniecturis enim probanda est, vt notat *Baldus l. 1. n. 10 ff. de legibus*, faciliusque in seminis

probatur: teste *Præpoſito, c. Quod dictis, d.* 16. eo quod illis vagari non liceat. Et quidem in genere loquendo, probatur iuramento ipſius ſe ignoraſſe dicentis. Quia in cordis penetralibus latentia minimè teſtibus probari poſſunt. Ita *gloſſ. c. Si vero, el 2. de ſent. excom. verb. Propria, Caſtro lib. 2. de lege pœnali ca.* 14. §. *Sicut dictum eſt. Nauar. libr. 1. conſ. in priori edit. tit. de conſtitut. conſ.* 1. *nu.* 6. & 7. *Couar.* 2. *variar. c.* 10. *n.* 1. *verſ. Tertio admittenda eſt, Greg. Lopez l.* 12. *titu.* 1. *p* 7. *verb. Que lo no ſupiera*: & colligitur ex *illa lege. Anibes cap.* 52. *Pretorum glo. En la tierra, num.* 11. *Salzedo addit. ad regulam Bernardi Diaz* 323. *Gratian. regul.* 270. *inuto Maſcardus de probat. concl.* 831. *n.* 1. & innumeri alij per hos relati. Et eadem ratione ſcientia probatur iuramento. Quia eſt ex iis quæ in corde latitant. Ita *Couar. & Gratian. n.* 3. *ibidem.* Temperat autem *Nauar*, vt ignorantia probetur iuramento: niſi contraria ſcientia veriſimilibus coniecturis probaretur. Sed bene *Caſtro proximè citat.* id intelligit, quando coniecturæ eſſent nimis violentæ, & adeo apertæ, vt rem ipſam quaſi indice demonſtrare videantur. Non enim facile credendum eſt, adeo quempiam ſuæ ſalutis immemorem eſſe vt peierare velit. Idque docet *Couar. regul. Poſſeſſor,* 3. *p.* §. 1. *n.* 4. *verſ* 10. vbi ait non ſatis eſſe iuramentum dicentis ſe ignorare, quando aduerſus eum eſſet maxima iuris præſumptio ex longi temporis præſcriptione, & *Gratian.* alios allegans, *reg.* 270. *n.* 7. dicens ignorantiam minimè iuramento probari, quando contra iurantem eſſet vehemens præſumptio ex facti qualitate aut notorietate. At in præſenti non conſtat inter Doctores, num legis ſufficienter promulgatæ ignorantiæ probetur iuramento? Affirmant enim multi cum *Gloſſ. c. Propoſitili, verb. Non probatur ad fin. d.* 82. *&c. Qui & humanis, fine* 12. *q.* 2. In contrarium autem fortiter vrget *Innoc. c.* 2. *num.* 1. *de conſtitut.* dicens præſumi ſcientiã in hoc euentu, niſi dilucide ignorantia probetur. Vrgent etiam proximè dicta, nimirum, non adhiberi fidem iuramento, vbi vehementes ſcientiæ coniecturæ adſunt. Quæ enim vehementiores eſſe poſſunt, quam legem eſſe publicè promulgatam, bimeſtreque tranſiſſe? De qua re conſulendi ſunt Doctores 2. *de conſtitut. Anton. Cocus libr.* 1. *inſtitut. maiorum t.* 3. *num.* 32. & latiſſime *Menochius de arb.* 2. *lib.* 2. *centuria* 2. *caſu* 186. *n.* 2. *& ſeqq. & de præſumpt. lib.* 1. *præſump.* 77. *à n.* 2. vbi duplici ſententia recitata concludit receptiorem eſſe, non adhiberi fidem iuramento. Idque mihi ſatis placet. In foro autem conſcientiæ fatentur vniuerſi ſimplici aſſertioni credendum eſſe, nedum iuramento. Quia de ſolo aſſerentis eiuſque conſcientiæ præiudicio agitur.

6 Tertium fundamẽtum ſit. Conſtat apud omnes, quãuis lex ſufficienter promulgata ſit, ſi actum nullo alio iure interdictum puniat, ignaros inuincibiliter illius legis à culpa & illius pœnis eximi. Quia res quæ culpa carent, in damnum vocari non debent, *c.* 2. *de conſtitut.* Nec ſine culpa quiſquam puniendus eſt, *regul. Sine culpa* 13. *de regulis iuris, in* 6. Idemque aperte probat *l. finalis, in fin ff. de decretis ab ordine faciendis*, ibi: *Reſpondi huiuſmodi pœnas aduerſus ſcientes paratas eſſe.* Et *c. fin. in ſi. qui matrim. accuſ. poſſ.* ibi: *Iſte tamen admoneri nequiret, cum culpabilis non exiſtat.* Cuius ratio traditur, *l. Si ignoranſ,* 52. *ff. locat.* ibi, *Non enim contemnit diſciplinam, qui ignorauit.* Atque ita docent *Gloſſa capit.* 2. *verb. Culpa, de conſtit.* vbi *Innocent. n.* 1. *Hoſtienſ. ad fin. Anton. nu.* 19. *Abbas n.* 7. *Baldus num.* 1. *Ancharanus n.* 5. *Henric. nu.* 6. *Decius num.* 22. *Aretin. n.* 3. *Alexand. de Neuo num.* 28. *Beroius num.* 44. *& ſequentis, Imola clem.* 2. *nu.* 2. *de hæret.* vbi *Bonifacius nu.* 27. *Couar. c. Alma mater, t. p.* §. 10. *nu.* 8. *&* 9. *Menoch. de arbitrarijs lib.* 2. *centuria* 2 *caſu* 185. *n.* 2. *& conſ.* 510. *nu.* 5. *volum.* 6. atque omnes tripliciter num. ſequenti allegandi. Quia ſolum diſcrepant, quando actus ille erat alio iure antiquiori damnatus, ſiue humano, ſiue diuino naturali, vnde in hoc caſu eſt ſita tota controuerſia, num ignorans hoc ius nouum prohibens, conſcius tamen antiquæ prohibitionis, incurrat pœnas eo nouo iure latas.

7 QVÆSTIO I. Vtrùm efficiens actum ſub excommunicatione interdictum lege aliqua noua, qui antiquiori iure poſitiuo aut diuino naturali prohibitus erat, ignarus legis nouæ, at conſcius illius prohibitionis antiquæ, incurrat eam excommunicationem iure nouo latam? Triplex eſt ſent. Prima vniuerſaliter docet in eo euentu incurri eam excommunicationem, ſiue ea lata ſit iure cõmuni, ſiue Epiſcopi conſtitutione. Probatur primo ex *c. Cum illorum d. ſent. excomm.* vbi habetur poſſe diſpenſari cum percuſſoribus clericorum, iuris ignaris, ergo non excuſat ab ea excommunicatione, ignorantia iuris humani eam imponentis. Secũdo quia ignorantia facti, non verò iuris excuſat. *reg. ignorantia* 13. *de reg. iuris, in 6. l. Iuris, l. Error, l. Regula. ff. de iuris & facti ignorantia.* Nec intelligi poteſt de vincibili ignorantia. Quia talis licet facti ſit, minime excuſat. Tertio ex *l. Vulgaris.* §. *Si quis vigenti, verſ. Si quis as ff. de furtis*, vbi æs furans, exiſtimans eſſe autum, vel è contra, furtum admittit ſolius rei captæ. Ex quo textu infert *Bartol. l. diuus,* 14 *ff. ad l. Cornel. de ſicariis, n.* 2. ſacrilegum eſſe furem calicis conſecrati exiſtimãtem non eſſe cõſecratum: attendique effectum, non vero facientis exiſtimationem. Ergo ſimiliter, qui ſciens, & prudẽs rem illicitam admittit, incidet in vniuerſas pœnas legis etiam quam ignorat. Quarto quia rei illicitæ vacans, cenſetur cõſenſum præſtare etiam iis, quæ præter eius intentionem ſequuntur. Vt probat *c. fin. de homicid. in* 6. vbi iubens aliquem verberari, cauens ne occidatur irregularis eſt, ſi mandatarius fines mandati excedens occidat. Redditque is textus rationem, quia mandando in culpa fuit. Ergo cùm hic, ius nouum ignorans, fecerit rem illicitam, ſubiicietur etiam pœnis iuris à ſe ignorati. Poteſt tandem probari rationibus, quas num. 12. afferam, ad probandam minimè ipſius pœnæ excommunicationis ignorantiam excuſare. Atque ideo hanc ſent. tuentur *Gloſſ. c. Anobii, el* 1. *verb. Non niſi, de ſent. excom. Scot.* 4. *d.* 6. *q.* 8. *in princ. Couar. c. Alma mater,* 1 *part.* §. 10. *à num.* 6. *vſque ad* 12. & aſſerunt eam eſſe probabilem *Sotus* 4. *d.* 22. *q.* 1. *a.* 2. *ad fin. ante* 4. *concluſ. & Bart. à Ledeſma de pœnit.* vbi de excom. *dub.* 5. Pro eadem ſent. faciunt alii vniuerſaliter docentes incurrere pœnam ſtatuti, qui rem illo interdictam, ſtatuti ignarus admittit, ſi norat alio iure veritam eſſe. Hi ſunt *Bart. l.* 1. *n.* 21 *C. de ſumma Trinitate, & ibi Cynus verſ Quidam alii, Baldus ibi nu.* 22. *Bellapertica ibi in reper. n.* 13. *Alberic.* 1. *p. Statutorum, qu.* 15. & 3. *p. q.* 1. *Anchar. repetit. ſup. c. Poſtulaſti, nu.* 39. *fin. de foro comp. Cardin. d. c.* 1 *nobis. nu.* 2. *verſ. Ad quod oppono, in fin. Præpoſ. &. Qua contra, ad fin. d.* 8. *Beroius* dicens forte hoc eſſe verũ *c.* 2. *n.* 8. *de conſt.* vbi & *Decius in l. Iuſtura. n.* 31. *& eius Additionator ſuper gloſſam*, vetior limitans niſi pœna eſſet valde exceſſiua. *Carol. Molin. conſuetud. Pariſienſ. §.* 30. *gloſſ.* 41. *Paulo poſt princ. Marſilius l. fin. n* 81. *ff. de iuriſd. omn. iud. Gandinus t. de pœnis reorum, num.* 16. *Portius inſt. de iure naturali,* §. *Sed & quod Principis, num.* 19. *Henric. Botaus de Synodo,* 3. *p. a.* 2. *n.* 17. *Iul. Clarus*, dicens communem, *l.* 5 *recept.* §. *fin. q.* 85. *verſ. ſecundus eſt caſus. Antonius Gabr. to.* 1 *comm. in mea edit. lib.* 9. *verb. Ignorantia, f.* 502. *col.* 1. *Matienzo l.* 5 *recop. tit.* 12. *l.* 1. *gl.* 1. *n.* 3.

Secunda ſent. diſtinguit ſic. Si excommunicatio ſit iure § communi lata, minimè excuſabit prædicta ignorantia: ſecus ſi lata ſit conſtitutione ordinariorum. Probat ex *c.* 2. *de conſtit. in* 6. ibi: *Vt animarum periculo obuietur ſententijs per ſtatuta quorumcumque ordinariorum prolatis, ligari nolumus ignorantes.* Vbi videtur ius nouum indici, alias non diceret, *Nolumus*, ſed declaramus: nec diceret, *Vt animarum periculis obuietur.* Et tamen ſolum id decernit de ſtatutis editis per prælatos locales inferiores Pontifice. Quod ſi dicas cum *Sylueſt. verb. Ignorantia, q.* 8. *nu.* 16. nomine ordinarii includi ibi Pontificem, quandoquidem ordinariorum omnium ipſe eſt ordinarius. Repugnat. quia dicit, *Sententijs per ſtatuta*, ſtatutum vero ius particulare importat *Inſtitut. de iure naturali,* §. *Ius autem ciuile, verſ. Nam quod quiſque*, ibi: *Vocatus ius ciuile*, vbi *Gloſſ. verb. Ius ciuile*, explicat, vt ſunt ſtatuta terrarum. Præterea, quia dicit, *Quorumcunque ordinariorum.* Nomine autem ordinarii non includitur communiter Pontifex, vt vſus canonũ teſtatur: & paſ-

ſim

sim apud Concilium Trident. habetur, etsi Pontifex includeretur, superflueret dictio illa, *Quorumcumque ordinariorum*. Sed satis esset dicere, quorumcunque; additum autem est, ordinariorum, ne Pontifex includeretur. Præterea, quia summus Pontifex ibi ait, se nolle sententijs ordinariorum ignorantes ligari. At ipse suo successori legem indicere nequit. Par enim in parem imperio caret. *c. Innotuit, de elect. l. Nam magistratus. ff. de arbitr.* & vbi à successore quippiam fieri vult, non illi iubet, sed significat, vt fieri videmus *c. fin. de rescript. in 6. & l. Digna vox, C. De legibus.* Cùm ergo illud sit ius nouum, & de solis ordinariorum inferiorum constitutionibus statuat ijs non ligari ignorantes, contrarium erit dicendum, vbi excommunicatio iure Pontificio lata sit, argumento sumpto à contrario sensu. Et confirm. quia longè diuersa est ratio de constitutionibus Pontificijs, & aliorum inferiorũ. Cùm enim illis maior reuerentia sit debita, minor contemptus desideratur ad earum pœnas incurrendas, vnde non mirum, si ignorantia non excuset. Cùm secus in his contingat. Atque ita tenent *Glossa eo c. 2. de const. in 6. verb. Statuta*, iuncto *verb. Ignorantes. Anchar repetit. in c. Canonum statuta, n. 223. & seq. de const. Crottus c. 2. eo tit. in princ. col. penult. D. Ant. 3 p. t. 24 c. 33. fin. & cap. 75. fin. Maioris 4. d. 18. q. 4. fin. ad vers. Præterea nullus Adrian 4. de confess. q. 3. de claueb. §. Ex his aliter. Rosella verb. Ignorantia. n. 13. Driedo l. 2. de libert. Christ. ca. 9. in 2. sent. Victoria sum. de excom. n. 337. Corduba in suo quæstion. l. 2. q. 27 init. Vgolin. de censuris, tabul. 1. c. 9. §. 8. nu. 10.* & dicit valde probabilem neutram definiens *Petrus de Ledesm. sum sacram. tract. de excomm. c. 3. fin.*

9 Tertia sent. (cui tanquam probabiliori adhæreo, licet duæ priores sint probabiles) affirmat eam ignorantiam excusare ab excommunicatione, siue lata sit constitutione Episcopali, siue Pontificia, quamuis actus sit iure diuino naturali prohibitus, nec id lateat ignorãtem prohibitionem iuris positiui. Ducor primo, quia quantitas pœnæ commetienda est cum delicti quantitate, *c. Felicis, vers. Illud autem, de pœnis in 6.* ibi: *Iudex pœnam metiatur ex culpa.* & *c. 2. fin. de his quæ fiunt à maiori parte capituli*, ibi: *Nec pœna sit vlterius protrahenda, quàm delictum fuerit.* Sed hic ignorans solum ius naturale & diuinum offendit, cõtra quod se agere norat, non autem ius positiuum, quod inuincibiliter ignorabat. Ergo solius prioris iuris pœnas incurret. Secũdo ex *c. Proposuisti, d. 82. quod est innoc. I. Exuperio Toletano Episcopo cp. 3. c. 1.* vbi deciditur clericos incontinentes non deponendos esse iuxta constitutionem Siricii Pont. Quia eam ignorabant, ibi: *His ignorantibus venia non negabitur*, vbi *gl. verb. Ignorantibus, & verb. Negabitur*, subdit rationem, quia decretum non ligat ignorantes, & tamen innem, quia decretum non ligat ignorantes, & tamen innem, quia decretum non ligat ignorantes, & tamen inn

quando ignorantia est culpabilis, vt constat in exemplo Bart. ibi adducto. Quoniam calices communiter sunt consecrati: & ita calicem furans tenebatur consecratum esse præsumere. Atq; ita potest ea Bartoli doctrina defendi. Quamuis eam falsam appellet *Couar. c. Alma mater, 1. p. §.10.n.13.vers. Quarto hinc conuincitur.* Ad 4. dic imputari quod sequitur præter intentionem. Cùm mandans tenebatur id præuidere: atque ita est culpabilis ignorantia. Quare textus ille rationem reddit: eo quod mãdans fuerit in culpa, & id euenire posse debuerit cogitare.

11 Ad arg. secundæ sent. n. 8. allata resp. Ad 1. dic cum *Sylu. verb. Ignorantia, q. 8. dicto 3. & Everard. in suis topicis, loco à contrario sensu, n* 12. argumentum à contrario sensu vim non habere, quando in casu contrario militat eadẽ vel maior ratio. At in excommunicatione iure Pontificio lata procedit ratio in illo textu explicita, nimirum, vt animarum periculis subueniatur. Imò maior est ratio: facilius enim ius Pontificium commune ignoratur. Ad confir. dic, non esse rationem illius decisionis, reuerentiam Pontifici aut Episcopis debitam, sed vt animæ periculis consulatur. Quæ potius locum habet in iuris communis statutis.

SVMMARIVM.

An ad excommunicationem incurrendam non sufficiat scientia iuris, sed requiratur etiam scientia ipsius pœnæ? Refertur quædam sententia. nu. 11.

Sententia auctoris, n. 13. & ibi, ad excommunicationem exigitur monitio sub illius pœna.

Soluuntur argumenta, n. 14.

Post n. 14 inuenies alia summaria.

12 QVÆSTIO II. An ad incurrendam excommunicationem non sufficiat scientia iuris positiui rem illam prohibentis, sed requiratur etiam scientia ipsius pœnæ: atque ita sciens ius prohibens, ignorans id prohibere sub excommunicatione, illam minimè incurrat? Quidam asserunt non desiderari scientiam ipsius excommunicationis. Ducuntur primo, quia obligatio delinquentis ad pœnam est naturalis, non consurgens ex delinquentis consensu, sed ex auctoritate legis imponentis, & cõsensu delinquentis ad delicti admissionẽ, ita vt dato hoc consensu otiatur naturalis ad pœnam obligatio. Vt constat ex *inst. de oblig. quæ ex delicto, in princ.* ibi: *Nam omnes ex re nascuntur: id est ex ipso maleficio.* Et *l. imperatores ff. de iure fisci*, ibi: *Tu te hubiste sobdelisti, & l. 15. t. 13. p. 2.* ibi: *El que face el yerro el mismo se mete en sentudumbre de la pena.* Vbi *Greger. Lopez. verb. el mismo*, ait admittentem delictum appellari pœnæ amatorem, *Authen. de non alienando. §. Quia vero, el 2. collat. 2.* ibi: *Amatores periculi.* Qui enim vult antecedens, nempe, delictum, vult necessariò consequens, nimirum pœnam. *l. Illud, ff. de acquir. here.* ergo impertinens est, vt delinquẽs norit pœnam. Ad hoc enim exigi deberet pœnæ scientia, vt voluntas ferretur in illam. Et confirmatur quia hoc distat inter culpam & pœnam auctore *D. Thom. 4. d. 18. q. 2. a. 5. quæstiunc. 2.* quòd culpæ principium intra nos est: omne enim peccatum est voluntarium: pœnæ autem extra nos, nec ad illã desideratur voluntas, imo de ratione ipsius est vt voluntas repugnet. Non ergo desideratur pœnæ præcognitio, quo illa incurratur. Secũdo quia alias infideles, pœnam inferni peccato mortali debitam ignorantes, ab ipsa eximerentur. Tertio quia *Matt. 18.* vbi potestas excommunicandi est concessa, solùm petitur. vt habeatur quis tanquam Ethnicus, id est, excommunicetur: vt Ecclesiam non audiat. Quia alias soli viri docti iuris excommunicationes incurrerent, & multi hæretici non essent excommunicati. Cùm plerosque excommunicatio lateat. Atque ideo præter DD. quos nu. 7. retuli, dicentes satis esse scientiam prohibitionis, sustinent hoc *Driedo lib 2. de libert. Christ. ca. 9. fin. & c. 10 paulo post princ. §. 4. dubitat. vers. Ad 1. dubitationem. Couar.* dicens oppositum esse manifestum errorem *c. Alma mater, 1. p. §. 10. n. 9. Ledesm. 2. p. 4. q. 24. a. 6. ad fin. Metin. 1. 2. q. 76. a. 3. fin. Cordub. in quæst. l. 2. q. 25. statim in princip.* idem in genere de pœnis docet *Baldus c. 2. n. 1. ad fin. de constitut.* vbi ait delinquentem, qui nec in delicto, nec in eius qualitate errauit, sed in genere pœnæ, ab ipsa non eximi. Et hoc est probabile.

Verum probabilius existimo desiderari etiam scien- 13
tiam ipsius excommunicationis, vt in eam incidatur. Primo quia *c. 2. de constit. in 6.* quo animarum pericula caueãtur, deciditur ignorãtes nõ ligari sententiis. Quod decretum cum animabus faueat, generaliterque de ignorantia loquatur, videtur amplè interpretandum, vt accipiatur non de sola iuris ignorantia, sed etiam ipsius pœnæ. Secundo quia excommunicatio non fertur, nisi ob contemptũ & contumaciã, *c. Nemo Episcoporum, 11. q. 3.* ibi: *Illis qui aliter non potuerũt corrigi.* Et *c. Sacro. de sent. excom.* ibi: *Prohibemus ne quis in aliquem excommunicationis sententiam ferat, nisi competente monitione præmissa.* At nec est contemptus, nec cõtumacia, nec cõpetens est monitio, nisi delinquẽs norit excommunicationem in rebelles inflictam, eius enim conscius forsan resipisceret. Et confirm. quia ex vna parte excommunicatio est medicinalis, *c. 1. de sentent. excomm. in 6.* ex altera est vltima pœna, qua Ecclesia punit, teste *D. Augustin. l. de correptione & gratia c. 15.* & refertur, *cap. Corripiant, 24. q. 3.* at non esset medicina, sed potius obesset, si ignorata incurretur. Et qua parte est vltima pœna, petit summam contumaciam, qualis est vt excommunicatione, in non obedientem cognita, duret contumacia, 3. quia ob id ad excommunicationis valorem desideratur præcedere monitionem, nõ quamcumque, sed sub excommunicationis pœna: testibus *Soto 4. d. 22. qu. 1. a. 2. vers. Tertia concl. & vers. Contra hoc autem, Enriquez. l. 13. de excom. c. 27. n. 3.* vt nimirum adsit vltima contumacia & contemptus præcedente excõmunicationis notitia, ergo vbi ea non præcedit, minimè incurritur. Huius sent. videtur *Host c. Anobu, el 1. de sent. excom.* vbi *vers. Ad quod dicimus*, hæc ait: *Nec aliquem esse obligatum ad culpam, quia rem facit illicitam, dicam obligatum ad pœnam. Quia ad ipsam non astringitur, nisi sciens.* Et tenent *Angel Excom. 7. a. 1. & 2. Sylu. Excommunicatio, vlt. q. 3. §. 4. Nauar. sum. c. 27. nu. 16. & in Lat. in nota edit. eo, c. 27. n. 174. Sotus. Iud. Lopez, Manuel, Philiarc. Ouandus, Vega. Cañelo. n. 9. allegati, Barth. à Ledesm. de excom. dub. 5. col 996. & ad fin. illius dubii, Enriquez lib. 13. de excom. c. 21. nu. 1. & c. 23. n. 2. Graffis 1. p. decision. l. 4. c. 9. n. 17. 18.* eandem sent. tenet *Suarez. 5. to. in 3. p. d 4 sect. 9. n. 19.*

Ad argum. nu. 12. proposita resp. Ad 1. dic intelligi de 14
pœna cognita, vel debita cognosci, & delicto proportionata. Id enim delictum admittens, sese illi pœnæ subiicere nosse debet. Qui enim vult antecedens, vult consequens, quod nouit aut nosse debet ex illo subsequi. Secus quando est pœna extraordinaria, qualis est excommunicatio. Insuper quamuis in cæteris pœnis id locum haberet; secus in hac, quæ quia medicinalis ac vltimum supplicium est, postulat vltimam contumaciam. Ad confirm. dic, pœnam in seipsa innoluntariam esse, at in causa debere esse volũtariam. Quo enim incurratur, debet amari delictum vt est causa illius, saltem in excommunicatione. Vnde oportet illius notitiam præmitti. Ad 2. neganda est sequela. Quia inferni pœna est ordinaria, culpæque lethali proportionata. Ad 3. dic intelligi, si Ecclesiã non audierit pertinaciter, ac vltimam contumaciam habens, vt probaui n. præc. Quæ tunc reperitur, quando nota excommunicationis pœna delinquens minimè resipiscit. Ad 4. concedito eos omnes, si excommunicationem inuincibiliter ignorent, ea minimè ligati.

SVMMARIVM.

Irregularitas ex significatione consurgens contrahitur, licet adsit ignorantia iuris, vel facti, & explicatur regula. Sine culpa da regulis cadit. in 6. n. 15.

An irregularitas ex delicto, suspensio inter dictum, aut cætera pœna incurrantur, quando delinquens ignorat iuris aut facti pœnam prohibens, ipsi tamen consonus alterius prohibitionis? Refertur quædam opinio, n. 16.

Opinio auctoris, num. 17. & ibi suspensio & interdictum imponuntur ob contemptum & exigunt monitionem, & irregularitas ex delicto non incurritur absque contemptu.

An quando peccatum aliquod Pontifici reseruatur, ignorans reseruationem eorum tamen malitia, possit ab inferiori absolui, & an reseruatio illa sit pœna, n. 18.

Soluuntur argumentum, n. 19. Post quem inuenies alia summaria.

QVÆSTIO I.

15 QUÆSTIO III. An irregularitatis ex delicto consurgens, suspensio, interdictum, ac cæteræ omnes pœnæ incurrantur, vbi adest ignorantia iuris positiui eas imponentis, at delinquens se in aliud ius peccare nouit? Consultò dixi irregularitas ex delicto consurgens. Nam eam, quæ factum ipsum sequitur, & absque omni culpa, ob solam significationem contrahitur, constat quacumque data ignorantia, siue iuris siue facti, contrahi. Quia ideo ignorantia eximit à pœna, quia liberat à culpa, ex qua consequitur. Cùm ergo irregularitas hæc nullam exigat culpam, non excusabit ab illa. Deinde, quia siue data opera, siue ignoranter id fiat, cui est annexa, æquè tollitur significatio, cuius defectu incurritur. Ita *Caiet. t. 2. qu. 76. a. 3. §. Ad hoc dicitur Syluest. verb. ignorantia, quæst. 8. dicto 3. fine. Castro l. 2. de lege pœn. c. 14. §. Prima principalis Lud. Lopez 2. part. instruct. c. 13. de excommun. 3. Ad argumentum 3.* Atque hinc erit intelligenda *reg. Sine culpa, de reg. iuris, in 6.* docens sine culpa, nisi subdit causa, neminem puniendum esse. Hæc enim irregularitas absque culpa contrahitur, sed non absque causa.

16 Difficultas autem est de irregularitate ex delicto, suspensione, interdicto, cæterisque quibuscumque pœnis, quæ ob culpam incurruntur. Aliqui affirmant satis esse, ad eas omnes pœnas incurrendas, delinquentem nosse se peccatum admittere, quamuis prorsus ignoret ius positiuum prohibens sub illis pœnis. Ducuntur, quia speciale est in excommunicatione, vt illius iuris scientiam postulet: eo quod contumaciam postulet, tanquam vltima Ecclesiæ pœna. Pro hac sent. sunt omnes DD. quos nu. 7. retuli, dicentes etiam ab excommunicatione non eximere hanc ignorantiam, & vltra illos idem docent *Anton. c. A nobis, el 1. de sent. excomm. n. 8. & 9.* vbi *Abbas num. 9. Anchar. repetit. in c. Canonum statuta, de const. num. 224. Turrecr. c. Quibus, n. 8. de consecr. d. 4. Sot. 4. d. 22. q. 1. a. 2. ad fin. Ledesm. 2. p. 4. q. 24. a. 6. ad fin. Cordub. in quæst. l. 1. q. 12. a. 1. vers. Ex quo sequitur, Lud. Lopez n. prac. allegat. Barth. à Ledesma de excomm. dub. 5. ad fin. Graff. 1. p. decision. l. 4. c. 9. nu. 17. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 243. n. 11. Canedo sum. sacram. de excom. c. 3. in comm. nu. 16.* & idem dicit de irregularitate ex culpa contracta *Felin. c. 2. n. 6. de const.* & est satis probabile. Eandem sententiam tenent in irregularitate *Suarez 5. to. in 3. d. 40. sect. 5. n. 10. Azor l. 1. instit. mor. c. 15. q. 7.*

17 Verius tamen esse credo vniuersas has pœnas non incurri, vbi adest prædicta iuris ignorantia. Ducor, quia sex priores rationes quas nu. 9. retuli, ad probandum ignorantiam hanc ab excommunicatione excusare: pariter id probant de omnibus pœnis ex culpa procedentibus secundo, quia *c. de const. in 6.* vbi assentur ignorantes non ligari sententiis, non est sermo de sola excommunicationis sententia, sed de omnibus sententiis ordinariorum: quia indefinitè dicit: *A sententiis quarumcumque ordinariorum.* Atque indefinita iuris propositio tradens regulam, prout ibi fit, æquivalet vniuersali; (vt probaui l. 5. disp. 44. n. 1.) & ita textum illum non solum in excommunicatione, sed in quibusuis sententiis intelligunt *Glossa ibi, verb. Sententiis. Ioan. Andr. ad fin. vers. tu gloss. 3. Dominic. nu. 25. vers. Nec obest quod ipsum. Franciscus num. 8.* Tertio specialiter probatur de suspensione & interdicto, ratione petita ex ipsorum natura. Quia non sola excommunicatio imponitur ob clauium contemptum, & contumaciam, sed etiam suspensio & interdictum. Vt bene docet *Franciscus c. 2. de const. in 6. nu. 8.* atque ita præuiam monitionem requirunt, quando in pœnam delicti futuri feruntur. Vt de suspensione est textus expressus *cap. Reprehensibilis, de appellat.*, & idem esse de interdicto, affirmant *ibi Host. super verb. Excommunicationis vel interdicti, & ibi Ioan. Andr. n. 2. Anchar. n. 1. Abbas n. 3. & 4. Alex. de Neuo n. 7. & 8. Decius nu. 4. Innoc. ca. 1. n. 3. de excess. sub prælat. Cardin. cleric. fin. de pœnis. §. Quod si. q. 2. Syluest. verb. Suspensio q. 4.* vbi *Armil. n. 17. & verb. Interdictum, n. 28. Nauar. sum. c. 27. n. 59. cum Bernar. Diaz in suam. practi. in noua edit. c. 130. n. 1. Enriquez l. 13. de excomm. c. 34. n. 1. fin. Mann. 2. 99 sum. c. 67. nu. 1. Pubiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 1. l. 4. c. 1. Lud. Lopez 2. p. instruct. c. 21. de interdicto. Vinal. candel. sacram. 2. part.* vbi de suspensione *n. 179.* Imo *Host. Ioan. Andr. Anchar.* ibi asserunt pari passu procedere quoad hoc, excommunicationem, suspensionem, & interdictum. Ergo sicut excommunicatio requirit scientiam iuris positiui illam imponentis, ita suspensio & interdictum. Quarto probatur, de irregularitate, quia ea est pœna contemptus, vt docet *Abbas c. Pastoratus, 3. Verum, 15. de appel. Maur c. Cum contingat causa 14. nullus actu, remed. 2. n. 7. & c. Accepta. de restit. spoliat. oppos. 8. illat. 9. num. 35.* vnde deficiente contemptu minime incurritur, vt tradit *ibid. Abbas per c. 2. de const. in 6. & Nauar. sum. c. 27. in Lat. noua n. 552. vers. 8.* Imo ad ipsam incurrendam dolus desideratur. *Dominic. c. Ii qu. 3. Si vero, nu. 1. de sent. excom. in 6. Nauar. duobus priorib. locis proxime citatis, Perez lib. 5. ordin. t. 1. l. 1. f. 17. §. Præmissa tamen doctrina, vers. Ex quo inferebam, & lib. 8. t. 13. l. 1. paulo ante fin.* At ignorans ius irregularitatem imponēs, non est in dolo, nec cōtemnit, *l. Si ignorans, 52. ff. locati*, ibi: *Non enim contemnit disciplinam, qui ignorans militē.* Ergo eam non incurrit. Atque ita in omnibus pœnis tenēt hanc sent. *Host. c. A nobis, el 1. vers. Ad quod dicimus, de sent. excom.* vbi *Ioan. Andr. n. 5. super verb. Culpa, Anchar. n. 4. vers. Oppono dicitur hic. Henric. n. 15.* & dicit æquiorem *Abbas ibi, n. 9. idem Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. 4. p. rubr. de const. glossa pen. & c. 2. de const. in 6. num. 2. iunct. fine. vers. In glossa 5.* vbi & *Ioan. Crottus in fin. princ. Ant. c. 2. n. 21. de const.* vbi *Felin. nu. 6. vers. Tertia conel. Iason. l. cunctos populos, in priori lectura, n. 31. posteriori, n. 69. C. de sum. Trinitate, Angel. verb. Ignorantia, n. 4.* iūcto *verb. Excommunicatio, 7. casu vlt. n. 3.* nā in prioti loco ait ignorantiam iuris humani, quando factum non est cōtra ius diuinum & naturale, excusare ab omni pœna. Ait quærens quid quando est cōtra illud ius, remittit se ad posteriorem locum vbi idem dicit, quando est contra ius diuinum & naturale. *Syl. Excōmunicatio 2. not. ab. 3. §. 6. & verb. Ignorantia, q. 8. dicto 3. ad fi. Castro l. 2. de lege pœn. c. 14. §. Sicut dictum est. Nauar. sum. c. 23. bis p. n. 45. Lat. n. 47. vers. Addo bis, & vtraque, c. 27. n. 16. & sum. Lat. in postrema edit. c. 27. n. 274. vers. 13. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 195. nu. 3.* & dicit esse probabile, *Cordubain suo quæstionar. l. 2. q. 27. §. secunda opinio*, & loquēs de omnibus censuris, docet idem *Tabien. Excom. 7. q. 1. n. 2.* Atque de pœnis spiritualibus in quibus mitius agitur, idē tradunt *Bald. 1. n. 11. ff. de legib. Mascard. de probat. concl. 807. n. 6.* Idem tenent in suspensione & interdicto *Suarez 5. to. in 3. p. disp. 4. sect. 9. n. 19. Azor l. 1. instit. moral. c. 15. q. 3.*

Hinc deducitur, dum in noua cōstitutione reseruatur absolutio alicuius peccati, in odiū illius: vt fecit Sixtus V. contra male pios motos ad ordines: ignorantem inuincibiliter eam constitutionem non incurrere hanc reseruationem, quamuis se delinquere norit. Quia ea reseruatio est pœna statuta in odium delinquentis. Atq; ita *Molina t. 1. de inst. tract. 2. d. 92. col. 541. vers. Pœnæ*, vocat pœnam, non posse absolui ante realem restitutionem violatorem constitutionis Greg. XIII. de datis & promissis pro gratia. Adde, annullationem actus, quando non est solēnitatis defectu, sed in delinquentis pœnam, non incurri à legis ignaris; vt bene aduertit *Ant. c. 2. de const. n. 19. vers. Hæc vero*, Quamuis *Imol. ibi, n. 6.* asserat hoc non vacare dubio. Quia decretum irritās, si pōtificium sit, videtur semper afficere ignotātes. Sed melius distinxit *Ant.* Nec obstat, si obiicias per reseruationem tolli iurisdictionem absoluēdi: & ita ignorātiam nō efficere vt absolutio illa sit valida. Sicut si bona fide quis simplici sacerdoti fāteretur. Dicēdū enim est aliud esse in reseruatione simpliciter facta, quæ ad bonam Ecclesiæ gubernationē refertur, vt grauiora delicta superioribus reseruētur, aliud vero de reseruatione præcepta in lege, quæ est pœna, & accessoria, atque adeo sequitur naturam principalis & pœnæ. Sicut in simili agens de legis promulgatione, distinguit *Glo. in proœm. elem. verb. De cætero, vers. Hæc vera nisi dicas*: vbi ait aliud esse in priuilegio simpliciter dato, & aliud in priuileg. in lege concesso. debet enim natura legis tanquam ibi accessorii imitari. 18

Ad argumentum n. 16. propositum, dic etiam reliquas pœnas contemptum exigere, vt n. 17. probauimus. 19

SVM-

SVMMARIVM.

An ad incurrendas alias pœnas ob excommunicationem, desideretur vltra scientiam iuris positiui, delictum prohibentis, notitia ipsius pœnæ? Refertur quædam sententia, n. 20.
Sententia auctoris, n. 21. Solumnter argumenta, n. 22.
Post n. 22 .inuenies alia summaria.

20 QVÆSTIO IV. An ad incurrendum suspensionem, interdictum, & irregularitatem ex delicto, cæterasque pœnas, sufficiat scientia iuris positiui prohibentis, vel vltra hoc desideretur ipsius pœnæ scientia? Sicut n. 13. diximus ad incurrendam excommunicationem, exigi scientiam iuris prohibentis, & ipsius pœnæ excommunicationis, *Nauar. summ. c. 23. hisp n. 45. lat. 47. vers. Addo hic*, ait ignorantiam pœnæ non à sola excommunicatione excusare, sed ab alia qualibet pœna communiter non statuta. Addit *latiùs*, hanc doctrinam posse plerisque solatium esse, maximè in materia censurarum, & irregularitatis. Idem sustinet *c. 27 lat. & hisp. n. 16. & eo c. 27. in nona edit. latin. num. 274. vers. 15.* latiùs idem defendit. Eandem sent. sustinent *Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 1. l. 3. c. 4. §. Tertio obiicitur, Man. 1. 1. summ. 2 edit. c. 195. n. 3.* & videtur clare tenere *Host. c. A nobis, el 1. de sent. excom. vers. Adde, quod dicimus*, vbi hæc ait: *Nec aliquem esse obligetur ad culpam, quia rem facit illicitam, dicam obligatum ad pœnam. Quia ad ipsam non astringitur nisi sciens.* Et videtur tenere *Sylues. verb. ignorantia, q. 8. dict. 1.* vbi relata sent. dicenti, scientem se illicitam rem efficere, ignarum pœnæ legis positiuæ annexæ, vt excommunicationis vel irregularitatis, eam incurrere, subdit, limita, vt *Excommunicatio, 1. notab. 3. §. 6. & Excommunicatio §3. & cad. q 8. dict. 3.* quibus in locis vniuersaliter docet ignorantiam excusare à pœnis legis, quamuis actus sit illicitus contra ius naturale: atque ita iuncto illo priori loco, vbi clarè loquitur de ignorantia ipsius pœnæ, etiam irregularitatis, videtur sentire eodem modo excusare ignorantiam vtriusque pœnæ. Idem videtur sentire *Angel. verb. Ignorantia n. 4.* vbi quærens an ignorantia excuset à pœnis legis: remittit se ad *verb. Excom. 7. casu vlt. n. 3.* vbi tenet ignorantiam excusare ab excommunicatione: & quærit ibi de ipsius excommunicationis ignorantia: quare iunctis his duobus locis videtur idem sentire de ignorantia excommunicationis, & aliarum pœnarum. Et loquens de irregularitate censet probabile *Ledesma 1. p. quæst. 7. art. 9. dub. 2. fine*, vbi oppositum tantum appellat securius & verius. Et probat *Nauar.* hanc sent. Primo, quia non desideratur consensus in ipsam pœnam, quo ea incurratur, at benè consensus in causam pœnæ, non solum materialiter, sed formaliter vt est causa: quod non euenit, nisi vbi delinquês nouit aut nosse debuit pœnam. Secundo, quia pœnæ quantitas proportionari debet quãtitati delicti, *c. Felicis, de pœnis in 6.* cum ergo leuius sit delictum, vbi frangitur lex grauissimas & extraordinarias pœnas cõtinens, eis ignoratis: minorque legis contemptus sit: non est æquum eisdem pœnis subiici. Nec obstat (inquit *Nauar.*) si quis obiiciat, ignaros pœnarum legis in nullas fore vt incidant. Quia respondeti potest id negando quoad pœnam ordinariam & mediocrem, delictoque iuxta eius naturam proportionatam: concedendo autem, quoad extraordinariam, & exorbitantem, & auctam vltra delicti nudè considerati naturam, ob frequentiam eius, aut ob alias circumstantias. Quia prior pœna, aut scita est, aut sciri debuit: posterior autem iustè ignoratur. Idem tenet de omnibus censuris *Suarez 3. to. in 3. p. disp. 4. sect. 9. nu. 19. & 20.* duciturque ex peculiari sensuræ natura, quæ præuiam monitionem sub censuræ comminatione requirit, ac subinde peculiarem inobedientiæ modũ. Quia non ordinatur per se primo ad puniendum delictum, sed ad eius emendationem, siue ad cogendum peculiari modo ne committatur, & postea *n. 32.* ait discursum Nauarri quoad cæteras pœnas esse probabilem.

21 At alii censent, hoc esse speciale in excommunicatione. Quia cum excommunicatio sit vltima ac summa pœna, exigit specialiter ipsius notitiam, vt sic detur in delinquente summa contumacia, & ita tenent *Sot. 4. d. 3. q. 1. a. 9. ad fin. Ledesm. 1. p. 4. q. 7. a. 9. dub. 2. fin. & 2. p. 4. q. 24. a. 6. ad fin. Enriquez l. 13. de excom. 25. n. 2. fin. Iud. Lopez 2. p. instru.* vbi de excom. *c. 13. in solut. ad 3.* & loquens de irregularitate tenet *Suar. 3. in 3. p. disp. 31. sect. 6. & to. 5. disp. 40 sect. 5. num. 9.* Vtraque sententia est satis probabilis: at priorem n. præced. relatam censeo probabiliorem in omnibus censuris, & etiam in irregularitate, quando est mera delicti pœna, ac proinde censuræ rationem habet. Quia est eadem ratio. In reliquis autem pœnis censeo probabile quod ait *Nauarrus*, at multo probabilius oppositum.

Ad argum. opposita relata n. 20. quatenus in aliis pœ- 22
nis procedunt, resp. Ad 1. negando requiri consensum in causam pœnæ vt est causa. Id enim est speciale in censuris. Sed fas est consentire, in transgressionem iuris eam pœnam imponentis. Ad 2. dic aliquantulum esse leuius delictum. At pœna lege præscripta non ita geometricè commetienda est delicto, vt si hoc aliquantulum leuius fiat ex aliqua causa, pœna quoque legis minuenda sit.

SVMMARIVM.

Ignorantia falli, aut qualitatis facti, pro quibus pœna imponitur, excusat à pœna, n. 23.
Reprobatur opinio asserens hoc intelligi, vbi non datur opera rei illicitæ, n. 24. vt si quis volens laicum percutere, errore ductus clericum cædat.
Hinc excipitur quædã irregularitas ex homicidio casu contingenti, n. 25.
Reprobantur limitantes, nisi ignorantia sit concomitans, n. 26. & ibi. hæc ignorantia non potest inducere restituendi obligationem, excommunicationem, aut irregularitatem, & qualiter nec excusat à peccato nec accusat.
Volens percutere Petrum clericum, si errore percutiat Paulum clericum, credens esse Petrum, est excommunicatus. Et quid si nullo modo voluit Paulum percutere, sed lapidem iecit, quo Petrum percuteret, & casu Paulum percussit, n. 27.
Cedens laicum, quem clericum esse putabat, non est excommunicatus, n. 28.
Post n. 28. reperies alia summaria.

QVÆSTIO V. Vtrùm ignorantia facti excuset à pœna 23
illi facto per legem statuta? Res est certa eam facti ignorãtiam, quæ à culpa excusat, excusare à pœna. Et similiter ignotãtiam qualitatis culpæ ob quam imponitur, vt si quis clericum percutiat, clericatus inuincibiliter ignarus, minimè incidit in excommunicationem. Habetur expresse *c. si vero, el 2. de sent. excom.* Et ratio est, quia excommunicatio nõ infligitur ob percussionem, sed cum ea qualitate ac circumstantia, ac proinde sublata culpa talis circumstãtiæ ratione ignorantiæ excusantis, nõ incurretur. Atq; quamuis *Bart. l. Diuus, n. 3. ff. ad l. Cornel. de fic.* quem commendat *Felin. to c. Si vero, ad fin.* dicat id esse speciale in spiritualibus vbi inspicitur affectus, secus in temporalibus, vbi solus effectus consideratur. At merito id reprobat *Couar. c. Alma mater 1. p. §. 10. n. 15. vers. 11.* Quoniam cum pœna siue temporalis, siue spiritualis imponatur pro culpa, vbi ignorantia à culpa liberat, subinde & à pœna excusabit.

Aliqui excipiunt, nisi ignorans daret operam rei illi- 24
citæ. Quare dicunt volentem percutere Andream laicum, si errore ductus percutiat Titium clericum, ligari excommunicatione. Hoc reputat tutius *Glos. c. Si vero, el 2. de sent. excomm. verb. Ignorauerit*, & relatis *Hostiensi & Alano docet Sylu. Excommunicatio 6. §. 6. notab. 4. vers. 2.* Sed hoc est minus verum. Quia is in culpa non fuit respectu occisionis clerici. Deinde, quia percutiens clericum ignarus clericatus, vacat rei illicitæ: cum tamen eum excommunicatione non ligari decidatur, *d. cap. Si vero.* Atque ideo ita tenent *Ioan. Andr. eo c. Si vero, fin. Ant. n. 8. Anch. n. 3. Abb. n. 7. Henric. n. 5. Ioan. de Lignano & Tancredus à Sylu. relati Astens. 2. p. sum. l. 7. t. 3. a. 2. qu. 31. Couar. c. Alma mater, 1. p. §. 10. nu. 15. vers. 9. Graff. 1. p. dec. l. 4. c. 9. n. 43.* & in simili alios reprobauit *l. 7. disp. 101. n. 3.*

Hinc tamen excipe quandam irregularitatem ex ho- 25
micidio casuali: nimirum, cum clericus dat operam rei illicitæ, sibi specialiter interdictæ ob periculum homicidii cui exposita est. Quoniam si adhibita omni possibili

diligentia

diligentia quo homicidium vitet, illud sequatur, vacat culpa homicidii; quia tamen ratione illius periculi sibi interdictæ & illicitæ operam dabat, efficietur irregularis non excusante eum iusta ignorantia. Nam ius positiuum statuit hanc irregularitatem, quo clericos à similibus exercitiis arceret. Vt notant DD. communiter in tractatu de irregularitate. Ita aduertit *Cordubain suo quæst. lib. 2. q. 26. §. His præmissis, & §. Secunda pars.*

26 Secundò alij excipiunt, nisi ignorantia facti sit concomitans: talis enim ignorantia nō eximet ab excōmunicatione, cæterisque pœnis. Vt si quis clericum cædat ignarus prorsus clericatus, non euadet excommunicationem, si tunc eo animo affectus esset; vt cognito clericatu minimè à percussione abstineret. Nec similiter ab irregularitate excusabitur hostem ne cans, credens inuincibiliter feram esse, eo tamen animo vt rei veritatis conscius, adhuc necaret. Quia ignorantia hæc ratione prauæ voluntatis, à peccato minimè excusat: teste *D. Thoma 1.2. qu. 76. a. 1. ad 3.* & opus ipsum externum secutum est. Ita *Conar. c. Alma mater, 1. p. §. 10. num. 15. vers. 10. Vgolin. de censuris, tab. 1. c. 9. §. 8. fin. Manuel 1. to. sum. 2. edit: c. 80. num. 11. concl. 11. Graffis 1. p. decis. l. 4. c. 9. nu. 42.* & dicit esse probabile *Henricus c. Si vero, el 2. de sent. excom. num. 8.* & tenet in alio simili *Mercado lib. 6. de contractib. n. 5.* dicit enim damni illatorem cum hac ignorantia concomitanti non excusari à restitutione. Verum ab his omnibus libenter recedo existimans ignorantiam hanc concomitantem semper excusare operantem ab excommunicatione, irregularitate, obligatione restituendi, cæterisque pœnis, etiamsi adsit prauus ille affectus circa obiectum quod ignoratur. Ratio est, Quia licet ignorantia illa concomitans non excuset à peccato operantem circa illud obiectum, quia talis naturæ est, vt cum illa maneat peccati affectus circa obiectum ignoratum: attamen vera excusat opus externum cum illa factum à peccato. Cum ex ignorantia inuincibili proficiscatur, nec illud opus ex ea prauæ voluntate processerit. Solum enim feram interficere aut laicum cædere intendebat, vnde dum *D. Thomas* ait eam non excusare à peccato, intelligendus est, non omnino excusare. Quia manet peccatum prauæ affectus; vt hæc rectè, & latè docet *Vasquez 1. 2. q. 76. a. 3. disp. 136. num. 4. & sequent.* Cum ergo excommunicatio, irregularitas, & cæteræ pœnæ non incurrantur ob solum prauum affectum, Ecclesia enim nō punit actus internos; nec etiam obligatio restituendi ex sola prauæ voluntate, quæ nocere nequit, sed ex actione ipsa externa iniusta oriatur: & in hoc euentu opus ipsū externum à culpa & iniustitia excusetur, eximetur subinde ab excommunicatione, irregularitate, aliis pœnis, restituendique obligatione. Ita docent *Vasquez ead. disp. 126. num. 9. & 10. Nauarr. l. 2. de restit. c. 1. dub. 7. in noua edit. nu. 65. Enriquez l. 11. de matrim. c. 10. init. in comment lit. A. Lud. Lopez p. 2. instruct. c. 13. de excom. f. 886. init. vers. Expradictis sequitur*, vbi bene hoc intelligit, nisi ille tūc dubitaret, esse ne hostis an fera, clericus an laicus, & vellet occidere, quamuis clericus aut hostis esset. Quia & affectus & opus externum prauæ ac iniusta sunt.

27 Non euaderet autem excommunicationem, qui volens Titium clericum cædere, putans eum esse, cæderet alium clericum. Quia & re ipsa, & animo clericum percutit. Ita *Carolus Molinæus*, quem refert ipsum sequens *Conar. c. Alma mater, 1. p. §. 10. n. 15 vers. 8. Cordubain quæst. lib. 2. q. 26. §. Secundo probatur eadem pars. f. 124. Barth. à Ledesma de Pœnitentia, dub. 17. de excomm. §. Sed dubium oritur, f. 1061. Vega 1. 10. sum. c. 85. casu 107.* Sed in contrarium fortiter vrget. Quoniam proiiciens lapidem quo Titium clericum cædat, si casu ac inculpabiliter percutiat alium clericum illac tunc transeuntem; nec excommunicationem, nec irregularitatem morte inde secuta incurret. Et tamen videtur similis omnino casus. Sed dic admittendum esse hoc, disparitatemque in eo consistere, quod in priori casu & affectus, & opus ipsum externum sunt penitus nulla & iniusta. Si quidem affectus fuit clericum percutiendi: & adfuit voluntas illum clericum putando esse alium similiter clericum cædendi, secutumque est opus. In posteriori autem solus affectus malus fuit, qui non inducit irregularitatem, excommunicationemve. Opus enim externum illius cæsionis fuit omnino præter voluntatem, ac subinde culpa vacans.

Ex dictis fit, falsò existimantem, eum quem cædit, cle- 28
ricum esse, eximi ab excommunicatione. Quia reuera clericum non percutit, sed laicum. Sicut nec irregularis esset, si feram necaret credens hostem esse. Quoniam prauus ille affectus opere externo non subsecuto, minimè his pœnis plectitur. Ita docent *gloss. c. In audientia, verb. Iniuriarum, de sentent. excommun. Abbas c. Si verò el 2. de sentent. excomm. n. 7.* vbi *Anchar. nu. 4. Federic. cons. 13. Asiensis 2. p. sum. l. 7. t. 3. a. 2. q. 30. & 32. D. Antonin. 3. p. t. 24. c. 1. §. 2. Angelus excommunicatio, 5. casu 1. n. 25. Syluester Excommunicatio, 6. §. 6. notabili 4. vers. 2. Couarru c. Alma mater, 1. p. §. 10. nu. 15. vers. 12. Lud. Lopez 2. p. instruct. de excommun. c. 13. f. 886. §. Sequitur 6. Graffis 1. p. decis. l. 4. c. 9. n. 43. Barth. à Ledesma n. praced. allegatus. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 80. n. 11. concl 11. Vega 1. to. sum. c. 85. casu 107.* Atque immerito *Couar.* tribuit *Glossæ eo c. Si vero, verb. Ignorauerint, & Hostiensi ibi super verb. Esse clericum*, eos sentire hunc esse excommunicatum, donec norit clericum non esse. Quasi statuant excommunicationem quandam temporalem, quæ aduenienti scientiæ tempore, absolutione non indigeat. Quod absurdissimum est, nec prædicti id docent: solum enim volunt ob conscientiam erroneam debere illum se reputare excommunicatum, donec de veritate facti certior factus sit. Quod verissimum esse nemo dubitat.

SVMMARIVM.

An omnis ignorantia iuris vel facti, quæ excusat à mortali, non tamen à veniali culpa, excusat ab excommunicatione, irregularitate aut suspensione, n. 29.

An sat sit quamuis ignorantia vincibilis ad hæc pœnas incurrendas? Referuntur opinio, n. 30.

Non satis est, nisi sit crassa vel supina, n. 31.

Ignorantia crassa dicitur, quæ procedat ex lata culpa, n. 32.

Qualis sit lata culpa, quæ ignorantiam crassam constituit, n. 33.

An sat sit leuis culpa, vel desideretur lata, ad irregularitatem homicidij, n. 34.

Quando scienter faciens imponitur pœna, qualis ignorantia excusat? Referuntur quædam opinio, n. 35.

Excusat tunc ignorantia crassa, nisi adsit dolus, & vbi dolus requiritur, non satis est culpa lata, n. 36.

Idem dicendum est si canon dicat, Si quis ausus fuerit, vel ausu temerario fecerit, n. 37.

Idem si dicat, Si quis præsumpserit, n. 38.

Non excusat ignorantia adeo crassa, vt sit ingens temeritas, n. 39.

Nec ignorantia affectata, n. 40.

An desideretur dolus, vel sat sit lata culpa ad incurrendam excommunicationem, c. Si quis suadente, 17. q. 4 in clericorum percussores: explicatur & ex textu, n. 41.

Quid, si percussor, clericatum ignorans, videat vestes clericales aut tonsuram n. 41. & 42.

Post n. 42. numeros summaria quæ desiderantur.

QVÆSTIO VI. Qualis debeat esse ignorantia iuris vel 29
facti, vt ab excommunicatione, suspensione, interdicto, irregularitate, aliisque pœnis excuset? Prima conclusio. Quotiescumque ignorantia iuris vel facti est talis, vt canonis transgressionem à culpa mortali excusat, excusabit ab excommunicatione, & aliis pœnis ob delictū impositis: vt irregularitate ob delictū, suspensione, interdicto. Hæc cōclusio de excommunicatione est certa. Constat enim inter omnes, absque lethali culpa incurri nō posse. De reliquis autem censuris non est adeò certa. Nam irregularitatem delicti contrahi ob solam culpam venialem, docent *Caietanus 2. 2. q. 46. a. 8. col. 3. vers. Et confirmatur: & in sum. verb. Irregularitas, vers. Scito tamen, & verb. Interdictum, init. Castro l. 2. de lege pœnal. c. 5. docum. 4. fin. Cordubain suo quæst. d. 2. q. 26. vers. Neque mirandum. Aragon. 2. 2. q. 64. a. 8. f. 394. col. 2. vers. Dico quarto. Manuel. 1. to. sum. 2. edit. c. 175. n. 5.* Et suspensionē posse similiter absque culpa mortali incurri tradunt *Caiet. sum. verb. Interdictum, init. & verb. Suspensio, init.* vbi *Armilla n. 1. Lud. Lopez 2. p. instruct. c. 31. de suspens. init.* Atque idem de

interdicto docent: *Caiet. sum. verb. Interdictum, init. Lud. Lopez 2.p.instruct. c.21. de interdicto, §. Quarto quod excommunicatio f.948.* Idque probat *Caiet.* Quia hæ censuræ leuiores sunt, quam excommunicatio minor, cum minime priuent sacramentorum receptione, sicut illa priuat, & tamen incurritur ob culpam venialem. At tenenda est conclusio proposita. Quoniam sunt omnes ex pœnæ grauissimæ, & ita minimè credendum est piam matrem Ecclesiam velle iis plectere ob culpam leuem, qualis est venialis. Atque argumento Caietani satisfacit optime *Nauar. sum. lat. nouiss. c.27. nu.253.* excommunicationem minorem asserens esse secundum quid grauiorem censuram: at simpliciter minus grauem. Quia est medicinalis, & facile tollitur: cæteræ autem nonnisi per Pontificiam dispensationem, priuantque omni ordinum ministerio. Atque ideo hanc sentloquentes de irregularitate, sustinent *Sotus l.5. de iust. q.2.a.9. vers. Id autem. Nauar. super. c. fin. 14. q. 6. nu.21. & summ. lat. nouiss. c.27. n.251. vers.8. Nauarra l.2. de reslit. c.1. in noua edit. dub.6. nu.61. vers. Colligo secundo, Enriq. l. 13. de excomm. c.24. n.1. in compl. Lt.G. & l.14. de irreg. c.3. n.1. Manuel 2.to. sum. 2. edit. c.67. nu.1. fin. Barth. à Ledesma dub.5. de excom. concl.1. col 994. Bañes 2.2. q.64. a.8. tract. de irregul. p.2. dub.2. §. Dicamus vlt. f.371. Salon. eod. a.8. immediate ante 4. controu. col.1252. Lud. Lopez 2.p. instruct. c.13. de excom. ad fin. in solut. ad 3. Emm. Sa sum. verb. Irregularitas, c.1. vers. Ad irregularitatem ex delicto.* Et de omnibus censuris docet idem *Barth. à Ledes. proxime citatus.* Et de suspensione iure lata tradunt idem *Enriquez eod. c.24. n.1. & Manuel 2.to sum. c.67 nu.1. fin. Emm. Sa sum. verb. Suspensio ab officio, vers. Quis certus sit.* Dixi de suspensione iure lata. Quia potest iudex ob culpam venialem suspendere, vt cum *Nauar. sum. c.27. lat. & Hisp. n.159.* docent *Enriq. & Manuel ibid.* Quod bene intelligit *ibi Nauar. Hisp.* de leui suspentione, & ad breue tempus, quæ modicum damnum honoris & rei familiaris afferat.

30 Difficultas autem est, num sola ignorantia inuincibilis, aut tam parum culpabilis, vt solam culpam venialem afferat, excuset à prædictis pœnis & aliis? *Sotus 4.d.28.q.1.a.2. vers. Ex his primum*: quem sequitur *Graffis 1.p. decis. l.4. c.9. n.20.* distinguunt in hoc casu iuris communi latas, à censuris episcopalibus: vt ab illis nulla vincibilis seu culpabilis ignorantia iuris vel facti excuset: ab his autem excuset quæuis ignorantia vincibilis, modo non sit crassa & supina. Quia *c.2. de constit. in 6.* definitur à censuris quorumcumque ordinariorum excusare ignorantiam, modo non sit crassa & supina. Atque ita in Pontificiis id non desideratur, & in vtrisque non excusare vincibilem ignorantiam, non excusantem a mortali, tenet *Suarez 3.tom. in 3.p. disp.4. sect.10. nu.10.* & ea sola ratione ducitur, quod omnis ignorantia vincibilis non excusans à mortali sit crassa vel supina.

31 Secunda tamen conclusio sit. Ignorantia vincibilis & culpabilis, facti, vel iuris imponentis censuras, licet alias factum sit damnatum, vel alias pœnas spirituales, excusat ab illis, modo non sit crassa & supina: hanc tuentur Episcopi, siue Pontificis constitutionibus. Probatur *ex c.2. de constit. in 6.* vbi vniuersaliter dicitur excusare ab omnibus sententiis quorumcumque ordinariorum, ignorantiam, quæ non est crassa nec supina: vbi nomine sententiæ non sola excommunicatio, sed omnes aliæ pœnæ saltem spirituales comprehenduntur; (vt probaui n.17.) & est ibi sermo, etiam quando factum est alias damnatum, (vt probaui n.9.) & non tantum de sententiis Episcoporum, sed etiam summi Pontificis, cum nomine ordinarii comprehendatur ipse tanquam ordinarius omnium ordinariorum, iuxta *Syluest. verb. Ignorantia, q.8. dicto 3.* Vel si dicamus non comprehendi sententias à summo Pontifice latas sub nomine illo ordinarij: propter ea quæ diximus n.8. ad finem; comprehendentur propter rationem illius textus, vt periculis animarum obuietur, quæ similiter in illis militat. Et quia maior est ratio in Pontificis: quippe quæ minus publicantur, atque facilius & iustius ignorantur. Item, quia omnes hæ pœnæ spirituales & irregularitas sunt pœnæ contemptus (vt probaui n.17.) at contemptus adesse non dicitur, quando ignorantia non est crassa. Huius sententiæ videtur *Speculat. tit. De dispensat. §. Iuxta, num.41.* vbi ait irregularem fieri extantem ignorantia crassa vel supina. Et tenet *Ioan. Andr. c. Quanto, in fin. de sent. excom.* vbi ait in canone percussionis clerici, vel in alium, nullum incidere sine dolo. Et *Sylues. verb. Culpa, q.11. §.14. fin.* vbi dicit, quando ius vel statutum requirit dolum præsumptum, vt in censuris, ignorantem crasse vel supine non excusari, secus si esset in leui ignorantiæ culpa. Et *v. Excommunicatio, 2.not.ab. 3. §.6.* vbi ait constitutionem etiam Pontificiam solum ligare negligentes, & propter pœnarum odium intelligi de negligentia lata. Et *verbo Ignorantia, q.8. dict.3.* docet idem & explicat, licet alias factum sit damnatum. Et ita intelligit *c.2. de const. in 6.* de Pontificis constitutionibus, cum tamen ibi postuletur ignorantia crassa, & loquitur de omnibus pœnis etiam de irregularitate: vt constat ex primo dicto. Idem tractantes de excommunicatione docent *Sylues. Excommunicatio, vlt.q.3. Angel. Excommunicatio, 7.casu vlt. nu.3. Tabiena Excomm.7.q.1. n.2. Petr. de Ledes. de matrim. q.45. a.5.punct.1. dub.3. concl.2. f.172. col.2. init. Lud. Lopez 2.p.instruct. c.13. de excom. §. Sed tam, ad 2.punct. f.887. Enriq l.13 de excom. n.23. n.2.* Ideméj constabit ex textu & DD. allegandis n.34. fine, probantibus ad irregularitatem desiderari culpam latam. Quoniam ignorantia crassa est, quæ ex culpa lata procedit, vt dicã n. seq. Nec obstat ratio contraria. Quia *l. nostra sum. c.16. n.7.* probauimus ignorantiam vincibilẽ distingui in eam, quę est vincibilis tantum, & in crassam & supinã. Quare existimo ignorantiam etiam mortaliter culpabilem, siue iuris, siue facti, modo non sit crassa, excusare ab his censuris & pœnis: & idem dico licet adsit scientia legis, si adsit ignorantia non crassa censuræ, vt fatetur *Suarez to. 5. in 3.p. disp. 4. sect.10. nu.9. fin.* differens tantum à nobis, quod ipso fateatur omnem ignorantiam mortaliter culpabilem esse crassam: quod nos negamus. Ratio autem huius additi est, quia (vt diximus n.21.) ignorantia præcepti nec excusat, nec sufficienter accusat ad censuram contrahendam, nisi iuxta modum & qualitatem ignorantiæ ipsius censuræ.

Sed togabis, quid sit crassa & supina ignorantia, quæ à 32
pœnis excusat? *Monaldus sum. t. de specieb. ignorantiæ statum. in princ. & Vgolin. de censuris, tab.1.c.9. §.8. n.6. fin.* dicunt crassam ignominiam esse, vbi quis ob negligentiam ignorat, quæ scire debet ac potest. Sed hæc definitio diminuta est, nam conuenit omni ignorantiæ, quæ vincibilis ac culpabilis est. Quare negligentiæ qualitatem desideratam, vt ignorantiã crassam constituat, oportet exprimere. Ideo dicendum est hanc ignorantiam crassam esse, quæ ex lata culpa in adhibenda diligentia procedit. Ita colligitur ex *c. Quæsitum, de pœnitent. & remiss.* Quem textum nu. 54. fine ponderabo, & referam DD. ita illum intelligentes. Sic docent *glossa c.2. de constitut. in 6. verb. Supina:* vbi *Anchar. n.3. Francus n.9. Speculat. t. de dispensat. §. Iuxta, nu.41. D. Antonin. 3.p.t.24.c.7.§.fin. Angel. Excommunicatio, 7.casu vlt. num.5. Sylvester verb. Ignorantia, §.5. Tabiena Excommunicatio. 7.nu.2. q.1. Arias de Valderas repetit. in c. Porro, n.52. & 53. de sent. excom. Nauarra l.2. de reslit. c.1. dub.6. n.56. in noua edit.*

Rursus petes, quando dicatur adesse lata culpa? *Glossa,* 33
Anchar. Sylvest. Arias de Valderas n. prælatis, dicunt id euenire, quando quis ignorat quod omnes sciunt, instar hominis crassi coram oculis proposita minimè insipientis. Idem *Graffis 1.p. decisum. l.4. cap.9. nu.4.* Sed *Castro l.2. de lege pœnali, cap.14. col.4. vers. Ex quibus omnibus*, reprobat hanc definitionem, potest enim contingere, vt sit ignorantia crassa & supina ignorare quod communiter cæteros latet. Vt si Episcopus nullo examine præmisso conferat parochiam idiotæ, quamuis illa indignitas esset occulta. Potest etiam è contra accidere non esse ignorantiã crassam nescire quod publicum est. Vt si iudex adhibita sufficienti diligentia nequeat delictum in publico foro admissum comprobare, omnibus veritatis conscijs id negantibus. Quare ait definitionem illam solos aliquos ca-

sus

ſus ſpeciales explicare, in quibus ignorantia craſſa & ſupina, lataque culpa reperitur. Quamobrem optimè concludi; dici ignorantiam craſſam, & ſupinam, quando ignorans aut nullam, aut valde modicam adhibuit diligentiam, vt sciret quod noſſe tenetur. Quoniam non omnis negligentia, ſed ſumma eſt, quæ poteſt ignorantiã craſſam efficere. Et probat ex *l. Regula, 9. verſ. Sed facti, ff. de iuris & facti ignor.* ibi: *Sed facti ignorantia ita demum cuiquam non nocet, ſi non ei ſumma negligentia obijciatur.* Idem probatur ex textu, quem n. ſeq. hũ. ponderabo, ex DD. ibi citandis. Idem docent *Sot. 4. d. 28. q. 1. a. 2. verſ. Ex his primum, & Graſ. 1. p. deciſ. l. 4. c. 9. n. 20.* vbi aiunt talem ignorantiã eſſe, quæ vel ex malitia vel ex nimia negligentia procedit. Imo *Ant. c. 2. de conſt. n. 9.* amplius videtur petere, explicat enim eam ignorantiam eſſe, quando eſt latiſſima culpa, quæ dolo æquiparatur. Et (ni fallor) immerito *Caſtro* carpſit gloſſam & alios DD. nam dum dicunt eam ignorantiam contingere, quando quis non videt coram ſe poſita, & quod omnes ſciunt, inſtar craſſi hominis: non intelligunt, dum ignorantur publica, ſed dum res eſt adeo aperta, faciliſque ſcitu, vt modica diligentia poſſet à quocumque ſciri: ac ſubinde nulla ſubſit ignorandi cauſa. Atque ita nobiſcum ſentiunt.

34 Hinc deducitur minus bene aliquos ſentire ſufficere leuem culpam ad contrahendam homicidij irregularitatem. Hi ſunt *Villadiego tract. de irregul. §. Vlterius dixi, col. 6. fol. 30. Sylueſt. Homicidium, 2. quæſt. 23.* Et ſignificat *Angelus verb. Irregularitas, nu. 3. & 20.* Alii autem diſtinguunt ſic, ſi culpa contingat committendo, ſatis eſt leuiſſima: ſi autem omittendo, deſideratur leuis. Ita videntur ſentire *Ioannes Andr. c. Quæſitum, n. 2. & ibi Abbas num. 3. de pœn. & remiſ.* vbi dicunt leuiſſimam culpam non imputari ad irregularitatem, ſi abſque actu & alia procuratione homicidium ſequatur. Et tenent expreſſe *Roſella Homicidium, 3. n. 21. Armilla verb. Irregularitas n. 6. & 12. Conar. clem. Si furioſus, 2. p. §. 4. num. 9. Matol. l. 5. de irregul. c. 48. §. 3. nu. 1. Vmald. cand. Sacram. 2. tract. de irregul. nu. 265. & ſeq.* Verũ contra hos omnes dico, ſolam culpam latam, quæ ex ignorantia & negligentia craſſa procedit, ſufficere ad irregularitatem. Probatur ex *capit. Quæſitum, de pœnitentia & remiſſion.* vbi rogatus Pontifex de Græcis ſacerdotibus, qui filios in lacte opprimebant, an ſint irregulares: ſic ait: *Si iſtius procurationis aut ſtudioſe negligentibus ſolũ reperiuntur oppreſſi, ab officio altaris debent perpetuò abſtinere.* Vbi pondero, æquiparare procurantes, & ſtudioſe negligẽtes: at minus apta eſſet æquiparatio, ſi in illa ſtudiota negligentia non eſſet lata culpa: nec meritò dici poſſet interuenienti ſola leui culpa negligentia ſtudioſa. Atque ita de lata culpa explicant ibi *Hoſtienſ. paulo poſt princ. verſ. Studioſè negligentibus, Ioan. Andr. n. 1. fin. Anton. n. 8. Cardin. n. 2. Abbas n. 2.* qui eam ſubdit rationem. Quod videatur aliquo modo delictum affectari ex tanta negligentia admiſſum. Quare irregularitatem ex delicto non incurri abſque lata culpa, tradunt *Nauarrus ſum. Hiſp. c. 27. n. 236. Enriquez l. 14. de irregul. c. 3. num. 1. Nauarra l. 2. de reſtit. c. 1. dubio 7. in nona editione num. 61. verſ. Colligo 2.* Et conſtat ex iis, quæ n. 31. probaui.

35 Quæres forſan, qualis ignorantia excuſet, dum canon imponit pœnam facienti aliquid ſcienter? *Gloſſa clem. vn. verb. Scienter de conſanguin.* ait ignorantiam probabilem, id eſt inuincibilem, excuſare. Idem *Præpoſ. 4. Exparte, el 1. de appell. col. penult. Franciſcus c. 2. nu. 4. de conſtit. in 6. Roſella Excomm. excommunic. 43. nu. 2. D. Antonin. 3. p. t. 24. c. 34. ſtatum in princ. Sylueſt. Excommunicatio, 9. caſu 41. n. 76. fin. Tabiena Excommunicatio, 5. caſu 49. n. 3. notabil. 2.* Subticent tamen, quid dicẽdum ſit de vincibili & craſſa. Et *Nauar. ſum. Lat. c 27. nu. 74. declar. 1.* videtur ſentire ignorantiam craſſam minime excuſare: ait enim in illum canonem minime incidere abſoluentem ex ignorantia non craſſa. Quia fertur contra præſumentem abſoluere: vnde oppoſitum videtur ſentire, vbi ignorantia eſſet craſſa. At latius loquutus eſt *ſumma Hiſpana, cod. num. 74.* dicens excuſare ignorantiam non nimis craſſam.

Tertia concluſio ſit. Ignorantia quantumcumque craſſa, (excipe eam de qua n. 39. dicemus:) & lata culpa excuſat à pœna impoſita, ſcienter aliquid facienti. Ad huius probationem, præmittendum eſt, quoties dolus exigitur, non ſufficere latam culpam. Conſtat ex *l. Sed etſi lege, §. Scire, ff. de petit. hered.* ibi: *Non puto eſſe prædonem qui dolo caret, quamuis in iure erranit.* Nam teſte *Bart. l. Quod Nerua, n. 7. ff. depoſiti*, & multis aliis, ignorantia iuris præſumitur ex lata culpa. De qua re conſulendus eſt *Imola c. 2. num. 14. de conſtit.* Prob. etiam ex *l. Igitur, 12. verſ. Et generaliter, ff. de liberalis cauſa*, ibi: *Et generaliter quoties aliquis iuſtis rationibus ductus, vel non iuſtis, ſine calliditate tamen, putauit ſe liberum, dicendum eſt hunc in ea cauſa eſſe, vt ſine dolo malo in libertate fuerit. & l. Si quis id quod, ad ſin. verſ. Doli mali, ff. de iuriſd. omn. iudic.* ibi: *Doli mali ideo in verbis edicti ſit mentio. Quia ſi per imperitiam, vel ruſticitatem, vel caſu aliquis fecerit, non tenetur.* Atque hoc fundamentum docent *Gloſſ. l. In actionibus, ff. de iu litem iurando verb. Non etiam, & l. Plagij, la 2. verb. Iuſta C. ad l. Flauiam, de plagiar.* vbi & *Baldus ſtatim in principio*, reddens rationem, quia qualibet ignorantia interuenienti deficit animus delinquendi. *Ang. d. l. Si quis id quod, §. Doli, initio. Bart. l. Quod Nerua. num. 20. ff. depoſiti, Abbas c. 2. de conſt. nu. 6. & ibi Alex. de Neuo, n. 45.* iuncto *n. 53. Anton. n. 9. Imol. n. 12. Felinus c. Si vero el 2. de ſent. excomm. n. vii. verſ. Nota quod conſtitutio. Sylu. verb. Ignorantia, q. 8. dicto 4. Conar. 4. decret. 1. p. c. 6. §. 8. n. 21.* Quamuis contradicant *Decius cap. 2. de conſtit. in 1. lectura, n. 26. & duplici ſequenti, & ibi Berotius n. 35.* Imò idem dicunt *Abbas, Imol. Alexand. de Neuo: Sylueſter dicto 5.* quando conſtitutio tacitè petit dolum: & aiunt cum *Bartolo l. 1. §. Non autem, n. 2. ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuerit*, tunc conſtitutionem petere dolum tacite, cùm punit actum tertio iniuriam inferentem, vt ſi quis furatus fuerit, aliumve percuſſerit. Quia iniuria nequit abſque dolo reperiri, *15. qu. 1. c. 1.* Ex quo fundamento ſic formatur ratio ad probandam noſtram concluſionem. Quando canon expreſsè aut tacitè petit dolum, non ſatis eſt craſſa ignorantia, & lata culpa. At cùm canon poſtulat ſcienter aliquid fieri, dolum manifeſtè petit: id enim eſt quod hiſpanè dicimus: *Hazer lo à ſabiendas*, facere dolosè, teſte *Dominico, c. Is qui, §. Is vero, n. 1. de ſentent. excomm. in 6.* eo vel maximè, quod Doctores allegati aſſerunt canonem tacitè exigere dolum: cùm ponit actum aduerſus alterum geſtum: nam canones cenſuras inferentes puniunt frequentiùs huiuſmodi actus: ergo non ſatis eſt craſſa ignorantia, & lata culpa. Et confirm. quia iuxta veriorem ſententiam (vt probauimus n. 31.) quando canon non addit, ſcienter, deſideratur craſſa ignorantia, ne ignorans excuſetur. Ergo amplius requiritur quando addit, ſcienter. Alias fruſtra adderetur. Secundò, quia tunc intendit Eccleſia punire delictum expreſſe & formaliter volitũ, præmiſſa illius notitia, quod non contingit, vbi adeſt ignorãtia etiam craſſa. Quia tunc vere non adeſt notitia illius, & ſolum eſt virtute volitum. Quod ſi dicas, idem eſſe, ſcire & debere ſcire *l. Quod te mihi, 5. ff. de rebus creditis, in fine*, ibi: *Sed etiam ſi aliqua iuſta cauſa ſit, propter quam intelligere deberes.* Dico id verum eſſe quoad peccatum contrahendum, ſecus quoad pœnas. Et ideo hanc concl. ſuſtinent *Bart. l. Si adulterium, in prime. n. 11. ff. ad l. Iul. de adulter. Anchar. clem. vn. de conſang. col. 3.* vbi *Imola n. 4. ſuper Gloſſa, Scienter, Bonifacius num. 15. Sylueſt. verb. Ignorantia, q. 8. dict. 4. Nauarrus ſum. Lat. in nona edit. c. 27. nu. 141. declar. 4. Greg. Lopez l. fin. verb. A ſabiendas, t. 18. p. 7. Conar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. n. 21. & c. Alma mater, 1. p. §. 10. n. 17. verſ. Eadem ſane ratione Lud. Lopez 2. p. inſtruct. c. 13. de excom. §. Sed iam ad 2. punctum, fol. 887. Petrus de Ledeſma ſum. Sacram. c. 3. de excomm. dub. vlt. dict. 3. Enriquez lib. 13. de excommun. c. 23. n. 3.* in quantum vero addit *Enriq. ibi*, nõ excuſare ignorantiam ſupinam; explicabo eum, n. 39.

Quarta concluſio. Idem credo, quando canon dicit, Si quis auſus fuerit. Quia audacia temeritatem importat. *Gloſſ. l. Si quis in tantam, verb. Audaciam, C. vnde vi.* Et ſic hiſpanè audax dicitur *atreuido, y que pierde la verguença, l. 16. t. 10. p. 2.* ibi: *Deſpues que los homes pierden la verguença, y toman*

atrouimiento. Quare audax cum præsumente iungitur, *l. Habita, C. ne filius pro patre*, ibi: *Vt nullus de cætero tam audax inueniatur, qui aliquam scholaribus iniuriam inferre præsumat.* Ita *Petrus de Ledesma, num. præcedenti allegatus.*

38 Quinta conclusio. Idem prorsus sentiendum est, cum canon pœnam indicit præsumenti aliquid facere, vel ausu temerario facienti. Quia non vere dicitur præsumens ignorantia culpabili & crassa effici. Deinde, quia præsumere dolum importat ac temeritatem. *Cardin. clem. 1. de priuileg. q. 39. D. Antonin. 3. p. t. 24. c. 54. col. 3. vers. Quærit idem, Rosella Absolutio, 1. n. 46. Caiet. sum. verb. Excommunicatio, c. 81. Angel. Excommun. 5. casu 12. nu. 15. Sylvest. Excommun. 7. casu 14. dub. 5. n. 34. Tabiena Excommun. 5. casu 11. q. 6. nu. 7. Nauar. sum. Lat. c. 27. n. 155. & c. Accepta, de reliet. spoliat. oppos. 8. illat. 9. n. 32. & seqq. Emmanuel Sa sum. verb. Pœna, vers. Pœna præsumenti.* Vnde *Imola clem. 1. num. 11. de rescript.* dixit præsumere, importare vexationem & attentationem contra ius. Cum ergo dolus requiratur, non satis erit ignorantia crassa, & lata culpa, iuxta dicta nu. 36. Hæc conclusio est contra *Innoc. c. Cum medicinalis, sine, de sent. ex. excommun.* vbi dicit in hoc casu probabilem ignorantiam excusare, crassam autem reddere faciliorem dispensationem. Sed illam docent *Nauar. sum. Hisp. c. 27. num. 74. Enriq. li. 13. de excomm. c. 23. nu. 3. Petr. de Ledesma, n. 36 alleg. Lud. Lopez* dicens hoc esse forte verum, *2. p. instruct. c. 13 de excomm. §. Sed iam ad 2. punct. fol. 887.* Nec approbo quod ait *Suarez 5. tom. in 3. p. disp. 4 sect. 10. num. 4.* vbi censet temeratium violatorem dici, si cum suspicionem, vel dubitationem habeat talis legis, non adhibet aliquam diligentiam ad sciendum an lex ea sit. Quia aliàs temere se exponit transgressionis illius periculo, & si in re illam violate contingat, dicetur temerarius violator. Sed hoc non placet. Quia quamuis ad culpam mortalem contrahendam dicatur temerarius ratione periculi, cui se exponit: at iuxta punientia temerarium violatorem, quid amplius petunt: vt probaui. Alias omnis ignorans culpabiliter ius tunc puniretur. Quia omnis ignorantia culpabilis iuris vel facti supponit necessario præcessisse aliquam dubitationem circa illa: alias erit prorsus inuincibilis, vt latissime probamus lib. 1. nostræ summæ, cap. 16. à n. 12.

39 Sexta conclusio. Quando ignorantia esset adeo crassa vt esset ingens temeritas, non excusaret à pœna canonis contra scienter facientes lata. Quia re vera illi dicerentur in dolo esse. Ita *Anton. tap. 2. num. 9. de constitut.* vbi ait, in canonem requirentem dolum, incidere laborantem ignorantia in tantum crassa, seu crassissima, quæ importaret latissimam culpam, ac dolo æquipararetur. Et *Nauar. sum. Hisp. cap. 27. nu. 74.* vbi loquens in quòdam textu excommunicanti præsumentem, aut non comprehendi facientem ex ignorantia saltem non nimis crassa. Idem videtur tenere *Enriquez. l. 23. de excomm. cap. 23. num. 3.* vbi loquens casu, quo pœna inferatur scienter facienti, aut ausu temerario, aut præsumenti, ait excusare ignorantiam crassam: non tamen supinam. Quod idem significat *Pet. de Ledesma, n. 36. in fine allegatus.* dicit enim non excusare ignorantiam quæ talis est, vt quasi scientia reputetur. Idemque dicendum est, quando pœna imponeretur audenti, aut facere præsumenti, aut ausu temerario facienti. Et ita loquuntur aliqui ex DD. citatis, vt ex ipsis retuli. Et quia omnia hæc verba dolum petunt, perinde ac scienter facere. Vt probaui n. 37. & 38.

40 Vltima conclusio. Affectata ignorantia, quia videlicet, ignorans eligit nescire, quo liberiùs delinquat, nunquam excusat ab his pœnis sciéntiam ac præsumptionem exigétibus. Quia tantum abest, vt ignorantia hæc inuoluntarium actum efficiat, culpamque minuat, quæ in causa sunt, vt ignorantia à pœnis eximat: quin potius voluntarium, culpamque augeat: cum directè & per se eligatur: teste *D. Thom. 1. 2. q. 6. a. 4. corp.* Atque ita sustinent *Glossa clem. 1. verb. Scienter, de consang. Francus c. 2. num. 4. de constit. in 6. D. Antonin. 3. p. t. 24. c. 34. statim in princ. Rosella Excommunicatio, 1. casu 43. n. 2. Sylvest. Excommunicatio, 9. casu 41. nu. 7 6. in fine, Tabiena Excommunicatio, 5. casu 49. n. 3. notabili 2. Graf. t. 3. decision. l. 4. c. 9. n. 38. Enriquez & Petr. de Ledesma n. præced. allegati. Suarez 5. tomo in 3. p. disp. 4 sect. 10. n. 1.*

Ex dictis inferunt aliqui, percussorem clerici non incurrere excommunicationem latam *c. Si quis suadente, 17. qu. 4.* si ignorabat etiam crassè & lata culpa clericatum. Quia is canon dolum requirit. Cum petat suadente diabolo id fieri. Deinde, quia *c. Si verò, el 2. de sent. excomm.* excusatur ignorantia percussor clerici comam nutrientis. Ita docent *Abbas c. 1. n. 6. de constit. & ibi Alexand. de Neuo, nu. 49. Cardin. d. c. Si vero, in fine: & ibi Felinus n. 7. vers. Nota quod constitutio. D. Antonin. 3. p. t. 24. c. 1. §. 2. Sylvest. verb. Ignorantia, q. 8. dict. 4. & Excommunicatio 6. §. 6. notab. 4. vers. 2. Manuel 1 to. sum. 2. edit. c. 80. concl. 11. n. 11. fine.* Sed iure optimo hoc reprobant dicentes sufficere latam culpã, & crassam ignorantiam, *Decius, cap. 2. de constit. in 1 lectura, num. 27. & ibi Zerolus, n. 32. Tabiena Excommunicatio, 7 q. 1. num. 2. Conar. c. Alma mater, 1. p. §. 10. n. 16. fine.* Quia oppositum minimè probant ea verba, Suadente diabolo: non enim dolum important: sed ne licita sit clerici percussio: vt causa correctionis. Mihus etiam id probat *d. c. Si vero*, ignorans enim non excusatur ibi defectu doli, sed quia culpa lata caruit, imò probabiliter & iustè ignorauit eum clericum esse, qui contra solitum clericorum morem comam nutriebat. Talis enim quisque præsumitur esse, qualis ex habitu iudicatur. *l. Item apud Labeonem, §. Si quis virgines ff. de iniuriis.* Præterea, quia percussor clerici tonsuram in eo videns, non excusatur ignorantia clericatus. Vt tradunt bene *Glossa eo c. Si vero, vers. Ignorauerit, & ibi Host. super vers. Esse clericum. Anton. n. 8. D. Antonin. 3. p. tit. 24. c. 1. §. 2. vers. Primus est. Angel. Excommunicatio, 5. casu 1. num. 25. Sylvest. Excommunicatio, 6 §. 6. notab. 4. vers. 2. Nauar. c. 27. n. 80.* Quæ tamen culpa ignorantiæ lata est. Intellige autem hoc cum *Sylu. & D. Antonino ibidem*, nisi consuetudo esset inibi, vt laici consuram deferrent. Tunc enim esset probabilis ignorantia, excusaretque.

Hinc deduco, dum *Antonius, Angelus, & Sylvest. num. præcedenti allegati*, dicunt videntem habitum clericalem in aliquo, non excusari ignorantia clericatus: esse sanè intelligendos, vt nomine habitus non solæ vestes, sed tonsura etiam comprehendatur, aut barba tonsa. Solæ enim vestes clericales non sunt sufficiens clericatus indicium. Cùm hæ hodie multis laicis communes sint. Atque ita colligitur ex limitatione D. Antonini & Sylvestri, quam n. præc. in fine, retuli.

SVMMARIVM.

Falli ignorantia inuincibilis excusat, ne coniux arceatur à debiti petitione, in affinitate, & cognatione. Impugnatur, & contraria opinio n. 43

Impedimentum dirimens, superueniens matrimonio an impediat debitum petere? eodem n. 43.

Circa ignorantiam culpabilem iuris & facti, referuntur triplex sententia, n. 44. 45 & 46.

Ignorantia facti crassa, modo non sit ingens temeritas, nec sit affectata, excusat ne coniugi interdicatur petitio debiti, in affinitate & cognatione, num. 47 & ibi soluuntur argumenta.

Idem quando fuisset consanguinitas, ac ignorauit eam esse intra scindum gradum, n. 48.

Similiter in vtroque impedimento excusat ignorantia similis, iuris humani prohibentis, n. 49.

Quid, si non sciatur, an pœna priuationis debiti ignoretur, num. 50.

QVÆSTIO vlt. An ignorantia facti vel iuris, vel pœnæ ipsius, excuset coniugem, qui cum suo coniuge affinitatem aut cognationem contraxit, ne ipsi interdicatur debiti petitione: Exemplum sit in iuris ignorantia, vt si nesciebat, coniux specialiter vetitum esse accessum cum alterius coniugis consanguineis: vel baptizare, aut tenere filium communem, alterius ve coniugis, aut ipsum coniugem. De ignorantia solius facti sit exemplum. Si coniux illud ius sciebat, at ignorabat consanguinitatis gradum fœminæ aut viri, cum quibus fuit habita copula: vel esse filium alterius coniugis, aut communem illum quem tenuit, aut baptizauit. Exemplum de ignorantia solius pœnæ. Quando & prohibitionem & consanguinitatem nouit, at ignorauit esse delicto illi indictam pœnam

nam priuationis petitionis debiti. Et quidem quando adest inuincibilis ignorantia facti, constat non interdici debiti petitionem coniugi, qui affinitatem cognationémve cum suo coniuge contraxit. Quia interdictio illa est pœna culpæ admissa in contrahenda ea affinitate aut cognatione, & in admisso incestu (vt diximus hoc 9. libro, disput. 30. num. 1. & disput. 27. num. 14.) At vbi est inuincibilis ignorantia facti, cessat culpa illa, nec est incestus. Cessabit ergo pœna. Præterea, in affinitate probatur ex *cap. 1. de eo, qui cognouit consanguin.* ibi: *Si quis cum filiastra sua scienter formicatus fuerit: nec à matre debitum petere, nec filiam vnquam habere potest vxorem.* Vbi expresse petitur scientia ad incurrendam priuationem debiti petendi. Et in cognatione probatur ex *c. Si vir, de cognat. spirit.* ibi: *Si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur.* Atque ita docent vniuersi Doctores citandi num. 44. 45. & 47. Quare non est audiendus *Ouandus 4. d. 41. qu. vn. propos. 9.* vbi ait esse probabile, interdici petitionem debiti coniugi, qui ignorans inuincibiliter cognouit alterius coniugis consanguineam. Ducitur, quia impedimentum dirimens matrimonium contrahendum, quando iam contracto superuenit, impedit debiti petitionem, vt testantur *Sylvester Matrimonium. 8. q. 7. dict. 2. Vsualdus candel. sacram. 1. p. de matrim. num. 149. Phil. Ferreus de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. l. 2. c. 11.* At si copula illa ex qua oritur affinitas, aut actus ex quo producitur cognatio spiritualis, præcederent matrimonium, illud dirimerent, quamuis adfuerit ignorantia inuincibilis. Ergo si subsequuntur, impedient debiti petitionem. Sed dicendum est, id non esse probabile, sed apertè falsum. Quia & textibus, & rationi, communique omnium sententiæ aduersatur. Et fundamentum cui innititur est apertè falsum, si vniuersaliter intelligatur. Quoniam affinitas contracta per copulam omnino violentam, & cognatio baptizando filium communem in necessitate, si matrimonium antecederent, id irritarent: at cum subsequuntur, non impediunt debiti exactionem. Vt constat ex *c. Discretionem, de eo qui cognouit consangin. & c. Ad limina, 30. qu. 1.* & diximus disp. 26. num. 2. & disp. præcedenti, num. 1. Quare ea doctrina est vera, quando id impedimentum propria culpa contrahitur. Affinitas autem in casu præsenti contrahitur absque culpa. Quia licet copula illa fuerit peccatum lethale, at non oritur ex illa, nisi in quantum culpam incestus continet. Quæ cessat, vbi adest ignorantia inuincibilis facti.

44 Difficultas autem est de ignorantia vincibili facti: & de inuincibili iuris aut pœnæ. Et loquendo de ignorantia culpabili, seu vincibili facti: quidam existimant eam non excusare, quin arceatur coniux à debiti petitione. Ducuntur, quia *cap. Si vir, de cognat. spirit.* loquens de illa ignoranter contracta, ait ignorantiam excusare. Ignorantia autem, quæ excusat, est sola inuincibilis, & inculpabilis. Et confirmatur, quia *c. Discretionem, & c. penult. de eo qui cognouit consangu.* dicitur coniugi, qui in contrahenda affinitate fuit expers culpæ, reddendum esse debitum. Et redditur ibi ratio ne absque culpa suo iure priuetur. Ergo à contrario sensu coniux, qui fuit in culpa, illo priuatur: vbi autem adest ignorantia culpabilis, non deideratur culpa. Atque ita sentiunt loquentes de affinitate, *Abulensis c. 5. Matth. q. 200. Petrus de Ledesma de matrim. q. 55. a. 6. diffic. 5. init. §. In huius rei expositionem.* Et clarè videntur tenere *Sotus 4. d. 37. qu. vnic. a. 2. vers. Debet autem pœna. Cordub in quæstionar. l. 1. q. 12. paulo post princ. vers. Dictum est quod scienter. Gutierrez l. 1. quæst. canon. c. 23. nu. 9. Ouandus 4. d. 41. q. vn. propos. 9.* agentes enim de affinitate ignoranter contracta, dicunt excusari coniugem, quando ignorantia est inuincibilis. Vnde quamuis non exprimant, contrarium apertè sentiunt de vincibili & culpabili. Atque idem sentiunt loquentes de cognatione, *Glossa d. cap. Vir, verb. Ignorantia, Anton. ibi num. 5. Sotus 4. d. 42. quæst. 1. a. 1. conclus. 3. Ledesma 2. p. 4. q. 58. a. 2. fine, Enriquez l. 3. de confirm. c. 3. fine. Manuel 1. to. summ. 2. edit. c. 243. num. 10. Barth à Ledesma de matrim. dub. 44. §. De vsu vero, Petr. de Ledesma de matrim. qu. 56. a. 1. dub. 4.* Idem apertè sentiunt alij, qui loquentes de eadem cognatione, dicunt excusare ignorantiam inuincibilem. Sic *Paludanus 4. d. 42. q. 1. a. 1. conclus. 3. n. 15.* vbi *Supplement. Gabriel. q. 1. a. 2. conclus. 4. Præpositus c. Si vir, num. 4. de cogn. spirit. Sotus 4. d. 42. q. vn. a. 5. fine. Bruellus de sponsalibus, conclus. 20. num. 13. Enriquez l. 11. de matrim. c. 15. num. 11.* Idem etiam sentire videntur alij, qui de eadem cognatione agentes, dicunt excusari coniugem ignorantem, si diligentiam adhibuit. Hi sunt *D. Thomas 4. d. 42. q. 1. art. 1. corp.* vbi *D. Bon. auentura art. 1. q. 2. nu. 3. Turrec. rem. 30. q. 1. in princ. num. 14. Sylvester Matrimonium, 8. q. 7. dict. 1. Armilla verb. Matrimonium, num. 9. Tabiena verb. Impedimentum, impedimento 5. num. 1.*

Alij loquentes de eadem facti ignorantia, dicunt eam 45
excusare, nisi crassa sit aut supina: atque ita admittere videntur aliquam culpabilem ignorantiam excusantem. Sic videntur sentire *Hostiensis cap. Si vir, de cognat. spirit. n. 3. super verb. Excusare, & ibi Henricus n. 2.* vbi dicunt ignorantiam rationabilem semper excusare, non autem crassam & supinam. Et tenet expresse *Guielmus Borrilong. 4. d. 42. q. vnica, a. 2. vers. Est notandum.*

De ignorantia etiam iuris sentiunt quidam Doctores 46
eam minimè suffragari coniugi, quin incurrat dictam pœnam. Ita in affinitate sentiunt *Cordub in suo quæstionar. l. 1. q. 12. a. 1. vers. Ex quo sequitur, Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 243. num. 11.* & nititur vterque huic fundamento, nempe, quia copula illa, ob quam affinitas contrahitur, est iure naturali ac diuino vetita, ac proinde incurritur pœna iure humano illi annexa, non obstanti huius iuris ignorantia. Iuxta illam opinionem, quam retulimus num. 7. & n. 16. Eiusdem sententiæ videntur esse *Abulensis cap. 5. Matth. qu. 200. Gutierrez quæst. canon. l. 1. c. 25. n. 9.* dicunt enim in affinitate excusare ignorantiam facti. Atque *Sotus 4. d. 37. q. vn. a. 2. vers. Debet autem pœna. Victoria sum. de matrim. nu. 188. Ouandus 4. d. 41. q. vn. proposit. 9. Grassis 1. p. decision. l. 2. c. 81. num. 4.* qui loquentes de ignorantia excusante in affinitate, exemplificant in facti ignorantia: atq; ita supponere videntur ignorantiam iuris non excusare. Et in cognatione spirituali, videtur eiusdem sententiæ *Ancharan. c. Si vir, num. 4. de cognat. spirit.* nam illum textum de eidentem, ignorantiam excusare, explicat de facti ignorantia. Atque in eadem sententia videntur esse *Hostiensis ibi, num. 2. super verb. Ex ignorantia, & ibi Ioan. Andr. n. 4. Abbas nu. 5. Alex. de Neuo n. 7. Præpositus n. 4. Henricus nu. 1. fine. Sotus 4. disp. 42. q. 1. a. 1. conclus. 3. & d. 4. q. vnica 5 fine, Guielmus Borrilong. 42. q. vn. a. 2. Versic. Est notandum, Veguerius lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 9.* Nam omnes hi explicantes ignorantiam excusantem in cognatione spirituali, exemplificant in facti ignorantia.

His tamen non obstantibus, sit prima conclusio. Igno- 47
rantia facti, qualiscumque sit, & quantumcumque crassa, modò non sit adeo crassa, vt sit ingens temeritas ignorare, vel non sit affectata, excusat coniugem, qui affinitatem aut cognationem spiritualem cum suo coniuge contraxit, ne debiti petitione priuetur. Hæc est contra Doctores n. 44. relatos, & probatur. Quia priuatio hæc petendi debitum est pœna culpæ, (vt probauimus disp. 30. n. 1.) vbi autem ius imponit pœnam scienter aliquid facienti, excusat ab ea, ignorantia quæcumque non affectata, & quæ non est adeo crassa, vt sit ingens temeritas, (vt probauimus hac disp. nu. 36. 39. & 40.) cum ergo ius inferat pœnam hanc coniugi scienter contrahenti eam affinitatem aut cognationem, excusabit talis ignorantia. Quod autem scienter facienti imponat: constat in affinitate, ex *cap. 1. de eo qui cognouit consanguin.* cuius verba retuli nu. 43. ibi: *Si quis cum filiastra sua scienter formicatus fuerit.* In cognatione etiam probatur, ex *c. Si vir, de cognat. spirit.* ibi: *Sunt ex ignorantia, siue ex malitia.* vbi ignorantia excusans contraponitur malitiæ, quo denotetur malitiam seu scien-

tiam desiderari ad pœnam priuationis debiti ibi statutam incurrendam. Et confirmatur, quia non est credendum Pontificem magis punire velle culpam contractæ cognationis, vbi longè minor est culpa, & soli iuri positiuo aduersa, patumque matrimonium ipsum offendens: quam culpam multo graviorem aduersus ius diuinum & naturale, & grauiter matrimonium offendentem, quæ in contracta affinitate admittitur. Si ergo ad incurrendam eam pœnam in affinitate desideratur scienter admitti delictum, à fortiori in cognatione: eo vel maximè, quod in illa, certa est pœna: in hac autem est valdè dubia, vt constat ex dictis disputatione 26. Pro hac conclusione est apertè *Enriquez. lib. 11. de matrimonio, c. 15. num. 11.* vbi loquens de affinitate, dicit eam pœnam imponi incestui formaliter & voluntario. Non enim talis apparet, vbi procedit ex ignorantia etiam culpabili, sed erit incestus virtute ac interpretatiuè volitus. Nec obstant argumenta num. 44. opposita, quia ad *cap. Si vir*, facilis est solutio. Non enim ibi agitur de ignorantia à culpa excusante, quæ sola est inuincibilis: sed de ea quæ à pœna iure statuta eximit; qualis non sola est inuincibilis & inculpabilis, vt constat ex dictis numero 31. & sequent. Ad confirmationem dic, bene colligi argumentum à contrario sensu, vt coniux qui fuit in culpa, eo iure priuetur. Qualis autem debeat esse ea culpa, is textus non exprimit, sed supponit ex alio textu colligendam, videlicet, ex *cap. 1. eodem tit.* vbi petitur culpa ex certa scientia procedens. Quod si velis corrigi hunc textum per illud argumentum à contrario sensu ex aliis textibus deductum: falleris vtique. Quia argumentum à contrario sensu nil valet, vbi iuris alicuius correctio inducitur, vt probaui lib. 6. disp. 21.
48 num. 9.

Idem dicendum est, quando non penitus ignoratur factum, sed quatenus ex eo oritur hæc pœna, verbi gratia, coniux accessit ad consanguineam sui coniugis in secundo gradu, ignarus talis consanguinitatis, existimansque esse in tertio gradu, verbi gratia, prima segunda, vel baptizauit filium alterius coniugis credens non esse filium, sed consobrinum, aut alio consanguinitatis gradu coniunctum: tunc non arcebitur à debiti petitione, perinde ac si consanguinitatem ignorantia affectata: iuxta dicta numero præcedenti. Quia perinde est ignorare consanguinitatem, ac ignorare eius gradum, cui hæc pœna statuitur. In vtroque enim euentu verè ignoranter factum tali pœna punitum. Nec refert si coniux ex conscientia erronea putaret sibi interdici debiti petitionem, accedendo ad consanguineam coniugis in eo tertio gradu, baptizandóve coniugis consobrinum. Nam adhuc perseuerat ignorantia facti, cui illa respondet pœna, & non conscientiæ erroneæ. Sicut excommunicationem minimè incurreret percussor clerici, existimans inuincibiliter eum laicum esse: quamuis erroneè crederet laici percussorem excommunicationis vinculo in-
49 nodari.

Secunda conclusio. Ignorantia iuris statuentis hanc pœnam priuationis debiti, eximit ab ea coniugem, qui facti minimè ignarus, nempe consanguinitatis, contraxit affinitatem aut cognationem. Itaque si ignorauit baptismum illum, aut copulam esse specialiter iure positiuo prohibitam, immunis erit à pœna. Hæc est aduersus Doctores allegatos numero 46. Et probatur in cognatione spirituali. Quia vbi lex aut canon punit delictum nullo alio iure prohibitum, ignarus legis, aut canonis, sicut excusatur à culpa transgressionis, ita & à pœna (vt ex omnium mente diximus numero 6.) at baptizare, aut tenere proprium vtriusque coniugis, aut alterutrius filium, vnde cognatio spiritualis oritur, solo iure humano interdictum est. Atque ita in cognatione excusare ignorantiam iuris, affirmant *Paludanus 4. d. 42. quæst. 1. art. 1. conclus. 7. num. 15. Supplement. Gabrielis ibi, quæst. 1. art. 2. conclus. 4. Quandus quæst. vnica, propos. 9. Rosella verb. Impedimentum, impedimento 6. num. 6. Sylvester Matrimonium, 8. quæst. 7. dubio 2. Nauarrus summ. cap. 16. num. 54. Suarez 3. part. de baptismo, quæst. 67. art. 8. §. Maius vero dubium est de patre baptizante. Philiarcus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. d. 2 cap. 11. ad finem. Manuel 1. tom summ. 2. edit. cap. 243. num. 10. Graffius 1. part. decision. l. 2. cap. 83. fine Indonic. Lopez 3. p. instructor. cap. 85. §. Præterea si coniux.* Præterea, in affinitate probatur. Quia etiam vbi delictum est iure naturali vetitum, ignorantia prohibitionis iuris humani indicentis pœnam, ab ea eximit (vt numero 17. probauimus.) Deinde, quia quamuis copula illa, vt fornicaria, sit iure naturali vetita, at quatenus cum sui coniugis consanguinea, & proinde incestuosa, solo iure positiuo Ecclesiastico interdicta est, quod affinitatem inde oriri constituit, ac proinde eo secluso, nulla alia culpa esset in eo accessu, præter illam quæ reperitur in accessu ad aliam non consanguineam. At pœna priuationis debiti solo incestui, ex quo affinitas oritur, statuta est (vt probauimus disputatione 27. numero 14.) Ergo qui per ignorantiam excusatur ab ea incestus circumstantia, excusabitur subinde à pœna. Sicut si quis voto astrictus ieiunandi sextis feriis, ignorans aliquod ius Pontificium, quod fortè pœnam indiceret non ieiunantibus quadam sexta feria, non ieiunaret illa die, euaderet pœnam. Quia ea imposita non est ob sacrilegium voti fracti contra ius naturæ, cuius iste reus fuit: sed ob inobedientiam Pontificij decreti, à qua ratione ignorantiæ excusatus est. Et confirmatur, quia excusatus per ignorantiam à specie culpæ inferentis pœnam priuationis petendi debitum, eximitur à pœna, vt bene docet *Enriquez. libr. 5. de confirmationis sacramento, cap. 3. fine, in commento, litera S. & libro 2. de baptismo, cap. 18. fine, & libro 11. de matrimonio, cap. 15. num. 11.* Hic autem excusatur à propria incestus specie, ratione ignorantiæ iuris humani, ex cuius sola prohibitione coniurgit eam copulam, incestum esse. Excusabitur ergo à pœna priuationis debiti petendi, imposita propter speciem incestus. Existimo autem eandem ignorantiam iuris hunc excusare, quàm, cùm est facti, diximus numero 47. sufficere ad excusandum. Quia textus petunt scienter id fieri, & cùm pœnales sint, restringendi sunt, vt petant tam facti, quàm iuris scientiam, alterius enim ignorantia concurrenti, non verè contrauenitur scienter illi canoni. Et quia numero 36. vtramque ignorantiam tunc excusare probaui. 50

Vltima conclusio. Si adsit scientia iuris & facti, solaque ignorantia pœnæ huius illo iure statutæ, si amplectamur sententiam numero 20 relatam, dicendum est eam excusare ab hac pœna, quæ rigida & extraordinaria est. At retenta nostra numero 21. explicata, dico minimè excusare, vt ibi probauimus.

DISPVTATIO XXXIII.

Vtrùm votum castitatis, religionis, aut non ineundi matrimonij, ab altero aut ab vtroque coniuge ante matrimonium emissum, reddat illicitam debiti petitionem? & quid de redditione?

SVMMARIVM.

Qui vouit castitatem, tenetur petitam matrimonium consummatum, reddere debitum, num. 1. & ibi remissiue. An possit licitè reddere priori bimestri ante consummatum matrimonium: vel si adsit iusta discretij causa? Et an ipse qui vouit, si petat, reddendum sit?

Coniux voto astrictus tenetur reddere, quamuis alter voti consortium cum ipso contraxerit, n. 2.

An

An voto castitatis ligatus, matrimonium iniens, possit debitum petere, vel id votum matrimonio extinguatur? Refertur duplex opinio, n. 3. & 4.

Nequit petere debitum, n. 5.

Infidelis votum castitatis emittens si postea uxorem ducat, nequit petere, n. 6.

Quid de vouente virginitatem, & an ea amissa votum amplius obliget, n. 7.

Quid si uterque ante matrimonium vouerat castitatem, n. 8.

An altero tunc fornicante fas sit alteri petere, n. 9.

An liceat aliquando petere ei, qui votum castitatis emisit: etsi ambo emiserint, possint mutua sibi signa facientes commeare: siue paniteat vota astrictus, ignarus obligationis non petendi, admonendus à confessario? Omnia hæc remittit, n. 10.

Matrimonio inito non extinguitur votum precedens castitatis, sed esset sacrilega aduersus illud fornicatio, & mortua altero coniuge prorsus obligat, n. 11.

Soluuntur argumenta, numero 12. Post quibus inuentis alia summaria.

1 CVM actum sit de impedimentis cognationis & affinitatis, quæ à iure ipso canonico ortum habentiam aggredimur voti impedimentum, quoad petendum aut reddendum debitum coniugale, quod ab ipsa vouentium proficiscitur voluntate. Potest autem votum hoc ante matrimonium emitti, vel post. In hac & sequenti disputatione sermo erit de voto antea emisso: & deinceps tractabitur quando post. Et tandem, qualiter vota hæc, ante & post matrimonium facta, possint ab alterutro coniuge irritari: & remissiuè de eorum dispensatione. Nec habendus est sermo de voto solemni in religione, aut in ordine facto, emisso. Quia latè qualiter à coniugibus possint fieri, disputatum est libro septimo: vbi de impedimento voti solemnis & ordinis. Sed de votis simplicibus agimus. In præsenti ergo est quæstio de voto simplici castitatis præcedenti matrimonium, qualiter eius vsum impediat. Et constat apud omnes, semel iam consummato matrimonio teneri coniugem voto astrictum, debitum reddere. Quia voto non obstanti transtulit verum corporis dominium in alterum cõiugem: maior autẽ est, obligatio matrimonij, per quam fit hæc actualis corporum traditio, quam voti simplicis, quod meram promissionem importat. Dixi, consummato iam matrimonio. Quia num prima redditio, qua id consummatur, sit peccatum? dicendum est disputatione sequenti. An autem possit licitè reddere ptioti bimestri ante consummatum matrimonium? dixi hoc 9. libro, disputatione 6. numero 14. & 15. & an voto castitatis astricto, sit reddendum? dixi eadem 2 disputatione 6. num. 11. & sequentibus.

Quamuis autem coniux voti castitatis alterius conscius, delinquat cum ipso contrahens matrimonium, adhuc potest ab eo debitum exigere, & tenetur alter sibi reddere. Quia verum ius ac dominium acquisiuit in alterius corpus, per sacrilegum illud matrimonium, nec ipse vouit, alterius ve voto consensit. Ita *Sylvester matrimonium, 7. quæst. 5. dicto 6.*

3 Difficultas autem in debiti petitione consistit, num ea licita sit coniugi voto castitatis astricto: vel id votum matrimonio inito penitus cesset? Aliqui antiquiores, testibus *D. Bonauentura 4. dist. 38. art. 2. quæst. 2. fine, & Glossa cap. final. paulo post principium, 27. quæst. 1.* dixerunt id votum penitus extingui, ac proinde liberum manere vouentem, ac si numquam vouisset. Idem censet *Gaeta in repetit cap. Ad limina, 30. quæst. 1. §. 4. num. 348. & Hieronymus Mangiaria in arbore consanguin. §. In nomine, num. 54.* (habetur tomo 9. tractat. nouiorum.) Ducuntur, quia duobus contrariis occurrentibus, minus forte à fortiori excluditur, *cap. 1. de pœnitent. dist. 1.* votum autem aduersatur matrimonio, eiusque obligatio minor est (vt numero 1. probaui.) Secundò quia sponsalia priora omnino extinguuntur alio matrimonio subsequuto, tanquam fortiori vinculo (vt probauimus l. 1. disput. 48. numero 3.) & votum strictioris religionis, ac quæcumque alia simplicia, prorsus spirant ob eandem rationem, facta professione in quacũque religione etiam laxiori. Qua ratione idem tenuit in alio simili, nempe, in voto religionis, *Abulensis cap. 27. in Leuitic. quæst. 6.* dicens matrimonio postea consummato votum id omnino extingui.

Alij verò asseuerant posse hunc coniugem castitatis 4 voto astrictum, vbi semel matrimonium consummauit, iam deinceps debitum petere, ac si nil vouisset. Primò, quia semel matrimonio consummato non potest iam continentiam promissam seruare. Quamobrem diximus numero 1. posse eum reddere: poterit ergo similiter petere. Quia vtrumque æquè aduersatur castitatis voto. Secundò, quia votum minimè vltra vouentis intentionem obligat: quæ procul dubio ea videtur esse, vt solum extra matrimonium ea castitas obseruanda sit. Et confirmatur, quia ea ratione, qui promisit religionem, quamuis culpa sua non ingrediatur, minimè tenetur extra illam seruare duo vota, quæ potest, & in religione clauduntur, nimirum, paupertatis & castitatis. Quia vouentis intentio præsumitur esse, vt solum in religione obseruet. Tertiò, quia redderetur matrimonium alteri coniugi valde onerosum, cùm semper cogendus sit petere: & maximè si coniux, qui vouit, sit vir ipse. Quartò, quia maior difficultas superueniens eximit à voti obligatione. Qua ratione dicemus disputatione sequenti, numero 3. vouentem castitatem, si matrimonium ineat, non teneri, quo id votum obseruet, religionem ingredi: quia est longe difficilius. At matrimonio iam inito longe difficilius est castitatem seruare, abstinendo à petitione debiti: erit que vouens maximo delinquendi mortaliter periculo expositus cùm debeat cohabitare, atque in eodem lecto accubare cum altero coniuge. Hanc sententiam tenet *Glossa cap. finali, 27. quæstione 1. paulo post principium, in priori resolutione. Cardinalis cap. Rursus, fine, 1. qui clerici vel vou. Alexander de Neuo ibi, num. 22.* dicens fortè hanc sententiam esse veriorem, & hanc esse æquiorem, quamuis petenda sit dispensatio, eo quod oppolita sententia est communis, docent *ibi Ioannes Andreas num. 6. Ancharanus num. 2. idem Ancharanus cap. vnico, num. 3. quæst. 1. de voto, in 6.* vbi *Francus num. 6.* videtur hanc sequi, & *Ioannes de Friburgo summa confess. lib. 1. tit. 8. quæstione* 5 solum vocat oppositam sententiam tutiorem, ac proinde hanc valde probabilem censet. Illam etiam sequuntur *Doctores numero præcedenti allegati. Gerson 2. part. in regulis moralibus, tract. de matrimonio, alphabeto 25. litera I. Angelus* dicens non minus veram esse, quam oppositam sententiam, *Matrimonium, 1. impedimento 5. numero 3. Veracruz 1. part. speculi, artic. 15. conclusione 2. Matienzo lib. 5. recopilat. rubr. tit. 1. glossa 1. numero 151.* & videtur eam sequi *Vguccius lib. institutionum, capite 16. §. 7. vers. 8. impedimento 5.* Proposita enim sententia affirmanti hunc peccare petendo, subdit aliquos sentire oppositum, ne reddatur matrimonium onerosum. Et ita videtur in hac sententia persistere. Atque illã censent non esse improbabilem, *Emmanuel Sa & Vega, numero sequenti allegandi.* At fatentur *Veracruz & Matienzo*, hunc peccare, si nondum consummato matrimonio debitum petat, secus post consummationem.

His nihilominus minimè obstantibus, dicendum est 5 hunc peccare mortaliter, quotiescumque debitum petit. Quia votum castitatis includit obligationem præcepti negatiui, per illud enim vouens astringitur ad abstinendum ab omni actu venereo. Ergo obligat semper, & pro semper: ac proinde licet inito iam matrimonio teneatur vouens reddere ratione vinculi fortioris, at non poterit petere, cùm id liberum sibi sit, nec ad id lex matrimonij constringat. Et confirmatur, quia matrimonium non absoluit à præcedentis voti obligatione, nisi quatenus matrimonium cogit contrauenire, vt probat textus, *cap. Quanto de iureiur.* vbi dicitur tantumdem obseruandum esse, in quantum potest, ius autem matrimonij solũ impellit ad reddendum. Secundò probatur ex *c. Quidam,*

de conuers. coniugat. vbi eum qui renitente vxore professus est, quamuis professio non tenuerit, dicitur teneri nõ exigere debitum, quod in eius potestate erat, & ideo quoad hoc votum tenuisse. Et ideo hanc sententiam tuentur ex Theologis *D. Thomas 4. d. 38. quæst. 1. art. 3. quæstiunc. 2. ad 4. & ibi D. Bonauent. art. 2. quæst. 1. fine. & dist. 31. in princ. in expos. inter. Albertus Magnus 4. dist. 38. art. 15.* vbi *Scotus quæst. vnic. ad finem, vers. Consimiliter si de peccato. Ricardus art. 7. quæst. 1. ad 2. Paludanus q. 3. art. 5. conclus. 4. nu. 36. Durandus 4. dist. 15. quæst. 11. in solut. ad 3. num. 12. Maioris 4. dist. 32. quæst. 2. argumento 2. contra 2. conclus. vers. Sed an post.* Licet enim prima facie videatur oppositum sentire, at postea concludit petendam esse dispensationem: & ita hanc opinionem sequitur *Supplement. Gabrielis 4. d. 38. quæst. 1. art. 4. post 2. conclusion. vers. Dicendum quod votum*, vbi *Carthusianus q. 2. Bassolis quæst. vnica, art. 2. fine. Guilielmus Rubeus quæst. ... a. 1. conclus. 3. Nicolaus de Orbellis quæst. 1. §. 15. Adrianus 4. quæst. 14. de matrim. vers. Tertio contingit. D. Antoninus 3. p. tit. 1. cap. 16. §. 2. & c. 20. §. 8. Caietanus summ. verb. Matrimonium, cap. vlt. vers. Nonum caput, & verb. Votum, cap. Votorum omissio quandoque vitiosa est, §. Et vt rudiores & 2. 2. quæst. 154. art. 1. circa solut. ad 4. §. Ad singula autem obiecta. Nicolaus de Nyssa super quartum sententiarum, tract. 6. p. 3. de matrimonio, quæst. 7. conclus. 2. Victoria summ. de matrim. num. 293. Petrus de Soto Iesuita 14. de matrim. ad finem, & lect. 16. §. vltim. Sotus* dicens esse improbabilem oppositam sententiam 4 *dist. 38. quæst. 2. art. 1. conclus. 3.* vbi *Quandus quæst. vnica. propos. 5. Guilielmus Borrilong. quæst. vnica, a. 2. concl. 1. fin. Celaia 4. d. 32. quæst. 2. vers. Pro huius quæstionis intelligentia*, vbi & *Palacios disp. 2. fol. 721. col. 1. & d. 38. disput. 1. fol. 828. Ledesma 2. p. 4. quæst. 55. art. 1. Nider in sua summ. præcepto 6. c. 4. ad finem. Pedraza summ. præcept. 6. §. 9. Alexander in suo Enchirid. 2. p. præcepto 6. in fine, & §. Si post votum continentia. Margarita confess. 6. præcepto, fol. 89. col. 1. Cordoba summ. quæst. 136. punct. 2. Angelus floribus 1. part. de matrimonio, quæst. 1. de impedim. ordin. art. 3. diffic. 2. & 2. p. quæst. de voto, art. 7. post 9. difficult. dub. 2. Medina lib. 1. summ. c. 16. §. 13. ad finem, Enrique lib. 11. de matrimonio, cap. 15. num. 8. & l. 12. cap. 2. num. 3. 8. fin. & 9. Salon. 2. 2. quæst. 62. art. 8. controuers. 2. conclus. 1. Toledo lib. 4. summ. cap. 18. Barthol. à Ledesma de matrimonio, dub. 32. §. Sed iam quòd matrimonium, Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 53. artic. 1. dubiolo 1. quod vocant post 2. dub. princip. de. Manuel 1. tom. summ. 2. edit. c. 241. n. 3 & c. 242. n. 3. & c. 243. n. 13. & in bulla Cruciata, §. 9. num. 119. Beja sum. c. 45. vers. Tum quia vouens. Aragon. 2. 2. q. 88. a. 8. His tamen non obstantibus sit conclusio, in corollar. 2. Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. 6. de voto, puncto 4. notabili 2. Philiarcus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. l. 2. cap. 4. ad finem. Emmanuel Sa sum. verb. Debitum coniugale, vers. Contrahens matrimonium, Graffis p. 1. decision. l. 2. cap. 14. num. 25. & cap. 82. num. 5. & c. 83. num. 12. Lud. Lopez 1. p. instructorij, cap. 50. §. Qui post votum simplex, & cap. 82. §. Præterea vxor. & cap. 83. §. Inter peccata, & 2. p. de matrimonio, c. 46. circa impedimentum voti simplicis. Vitalinus candelabro sacram. 1. p. de matrim. n. 138. Vega 2. tom. sum. c. 129. casu 118. puncto 2. & casu 51. Canedo sum. sacrament.* vbi de matrimonio, *cap. 4. ad finem.* Et ex inuisperitis eam tenent, *Glossa cap. Quidam, verb. Non exigere, de conuers. coniug. Abbas c. 1. num. 6. eod. tit. Hostiensis c. Rursus, fin. qui clerici vel vou. & ibi Anton. fine. Propositus nu. 6. Henricus num. 4. Archidiac. c. Si vir, num. vn. d. 27. & cap. vn. de voto, in 6. num. 3. vers. Dicendum est, & ibi Dominicus num. 11. Astensis sum 2. p. l. 8. tit. 16. art. vn. quæst 5. Rosella verb. Impedimentum, impedim. 4. n. 7. Syluester verb. Debitum, quæst. 9. & verb. Matrimonium, 7. q. 5. dict. 4. Tabiena Matrimonium, 2. §. 3. & verb. Impedimentum, impedim. 2. q. 3. & quæst. vlt. Armilla verb. Matrimonium, n. 55. & verb. Debitum, nu. 13. Turrecrem. c. Si vir, art. 1. n. 1. d. 27. & cap. Sicut, 37. quæst. 1. a. 1. fin. & c. Nos nouimus, 17. quæst. 2. a. 3. num. 3. Nauarr. sum. cap. 16. num. 30. & c. 22. n. 75. Conarrua. 4. decretal. 2. p. vt. cap. 3. §. 1. num. 6. Brancellus de sponsalibus, conclus. 31. Alex. Carrerius lib. 3. de sponsalibus, c. 5. Mozzius*, quem refert & sequitur *Vgolinus de matrimon. 9, c. 20. num. 10. Perez lib. ordin. tit. 5. l. 1. §. Dubitatur vlterius quis votum castitatis emisit. Stunica de voto, q. 6. n. 119. Gutierrez q. canon. l. 1. c. 21. nu. 17. ant. Gomez super bullam Cruciatam, clausula 19. nu. 65. Zanall. 1. l. quæstionum pract. quæst. 285. n. vnico.*

Idem dicendum est de infideli, qui post votum castitatis vxorem duceret: non enim posset debitum petere. Quoniam cùm obligatio hæc voti sit de iure naturali, æque infideles ac fideles obligat. Ita *Galuchius Rub. 4. d. 39. q. 1. a 1. concl. 2.* 6

Rogabis forsan, quid dicendum sit, si votum sit virginitatis obseruandæ: Resolutio pendet ex cognitione, An huiusmodi votum obliget ad perpetuam castitatem, & ita eius obligatio permaneat virginitate iam amissa? Atque sic obligare affirmant *D. Thomas 2. 2. quæst. 88. art. 3. ad 2. Abulensis c. 30. Numer. q. 55. Turrecrem. cap. Quod autem, 17. quæst. 1. num. 11. Armilla verb. Votum, num. 19. Maioris 4. d. 38. quæst. 3. argumento 5. contra conclus. vnic. vers. Ex lib. 5 ordin. tit. 1. l. 1. §. Dubitatur vlterius quis votum castitatis emisit, in fine. Alexander in suo Enchirid. 2. p. in 1. præcepto, tract. de voto, §. Si post votum.* Quod quidem verissimum est, attenta voti illius natura. Quia cùm in eo voto includatur perpetua continentia ab omni actu venereo, adhuc amissa virginitate superest obligatio deinceps continendi. Secus si expressa vouentis intentio fuisset obligandi se ad solam à primo actu venereo continentiam, quo virgo permaneret, & nonnisi secundario & consequenter ad continentiam ab aliis actibus: tũc enim amissa virginitate per primum actum venereum, cessaret penitus voti obligatio. Quoniam obligatio voti non habet respicit materiam aliquam, quam votum ipsum illam respiciat: at in eo casu votum non respicit continentiam ab aliis actibus, nisi mediante continentia à primo, quæ fuit primaria ac immediata voti materia. Ergo vbi votum iam minimè respicit illam continentiam à primo actu, quia facta est impossibilis, non etiam respiciet continentiam ab aliis: atque adeo nec voti obligatio super illam cadet. Ita docent *Caietanus 2. 2. quæst. 88. art. 3. col. penult. circa solut. ad 2. in dub. quod de hac re monet. Sotus lib. 7. de iustit. quæst. 2. art. 1. ad 3. vers. De alio autem argumento. Nauarr. summ. c. 12. num. 43. vers. 14. Palacios 4. dist. 38. disp. 1. f. 843. col. 1. & 2. Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. 6. de voto, puncto 4. notabili 2. Aragon. 2. 2. quæst. 88. art. 3. §. Et ad primum argumentum in contrarium. Azor lib. 11. institut. moralium, ca. 19. quæst. 14. & c. 21. quæst. vlt. Lud. Lopez 1. p. instructorij, cap. 4. 4. §. Iam diximus, & c. 35. §. Deinde accessorie. Vega 2. tom. summ. cap. 129. casu 75. Philiarcus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. l. 3. cap. 19. paulo post principium. Manuel 2. tom. summ. cap. 96. num. 1.* & in dubio de intentione censendum est obligare ad perpetuam continentiam. Quia votum suapte natura ad id obligat: quare ipsum posset vim obligandi, dum de opposita minimè constat vouentis intentione. Sic *Lud. Lopez 1. p. instructorij, cap. 35. §. Secundò Sotus.* Quare ad quæstionem propositam sic dicendum est, si vouentis fuerit intentio solum se obligandi ad abstinendum à primo actu venereo, tunc si iam semel non abstinuit, potest tutè matrimonium inire, eoque vti. Vt bene docet *Philiarcus proximè allegatus*, & est de mente omnium Doctorum, quos retuli, cùm asserant extinctam tunc esse voti obligationem. Si verò nondum amisit virginitatem, abstinuitque à primo actu, nequit matrimonium contrahere, & si contrahat, nequibit prima vice petere: perinde ac si vouisset castitatem. Quia petitio illa est sibi libera, votoque opponitur. Reddere autem prima vice an possit, est sub eadem opinione, sub qua est de vouente castitatem, de qua redicam disputat. sequenti, & retenta opinione quam ibi num. 3. amplectar, vouentem, nempe, castitatem, minimè reum esse culpæ consummando matrimonium reddendo debitum: idem dicendum est in præsenti casu. Semel autem consummato matrimonio, cùm iam voti materia facta sit impossibilis, atque ideo voti obligatio 7

gatio cessarit, poterit petere & reddere. Quod si nulla adfuerit specialis intentio, sed absolutè virginitas promissa sit, iudicandum est omnino sicut de voto castitatis. Quia ad illam obligat votum illud; iuxta dicta. Quare si postea is vouens vxorem ducat, numquam poterit debitum petere, sed reddere tenebitur, vt bene docent *Philiarc. & Manud proximè citati.*

8 Idem asserendum est, vbi vterque coniux esset ante matrimonium voto castitatis astrictus. Cùm enim per eum contractum vterque transtulerit verum sui corporis dominum in alterum, tenebitur vterque alteri petenti reddere debitum. Neutri tamen licebit petere impediente voto castitatis vtriusque. Ita *Adrianus quod lib. 2. a. 1. in salut. ad 1. lit. H fol. 31. in paruis voluminibus: Angelus Matrimonium, 3. impedimento 5. n. 5. Tabiena verb. Impedim. impedimento 2. q. vlt. Ouand. 4. d. 38. q. vn. in corol. quod infert ex 6. propositione. Angles floribus 1. p. de matrim. q. 11. de impedimento ordinis, a. 3. post 1. difficult. dub. 3. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 46. §. Vtrùm quando. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 53. a. 1. dubiolo 2. quod innuet post 2. dub. principale.* Quare audiendi non sunt *Rosella verb. Impedimentum, impedimento 4. n. 6. & Sylvest. Matrimonium, 7. q. 5. dicto 6. Gulliel Rubion. 4. dist. 38. q. 1. a. 1. concl. 3. Azor lib. 11. institut. moral. c. 21. q. 5.* asserentes neutrum posse reddere. Quia neuter ratione voti habet ius exigendi. Sed dicendum est non priuare votum iure iustitiæ erga alterum sibi debitorem, sed peccare exigentem peccato sacrilegæ fractionis voti in ordine ad Deum, vt latis explicui disp. 6. per totam, & maximè n. 17.

9 Quamuis autem alter coniux sic voto astrictus fornicetur, non erit licitum alteri simili castitatis voto ligato petere debitum. Quia obligatio hæc abstinendi à debiti petitione oritur ex voto à se emisso, & non ex aliquo proprio delicto, vt sic compensatio fiat altero coniuge delinquente. Sic *glossa c. Nosse, verb. Non fraudentur, 30. q. 1.*

10 Vtrum autem voto castitatis astrictus possit aliquoties petere, aut alteri coniugi indicare suum votum ne petat: ipsiue id suadere: vel si ambo coniuges sint voto astricti, possint mutua signa sibiipsis facientes commiscerii? Habes latè hoc lib. 9. tota disp. 7. & an si vouens sit huius obligationis ignarus, sit admonendus à confessario? Dic vt in simili dixi de ignorante impedimentum affinitatis, disp. 27. n. 6.

11 Ex dictis infertur contra DD. n. 3. relatos, votum castitatis præcedens minimè extingui per subsequens matrimonii. Triplex enim eius effectus manet. Primus est, si coniux ille vouens cum alia fornicetur, reus erit vltra adulterium, sacrilegæ violationis voti. Secundus, tenetur sub mortali abstinere à debiti petitione, vt nu. 5. probauimus. Tertius, altero coniuge defuncto tenetur omnino castitatem seruare. Quia tam cessauit fortius matrimonij vinculum, quod cogebat copulæ vacare, debitum reddendo. Et ita docent *D. Thom. D. Bonauent. Carthusian. Sylvest. Tabiena, Armill. Sotus, Palacios, Perez* vbi num. 5. eos retuli. *Palud. 4. d. 32. q. 2. a. 1. n. 14. Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 16. c. vlt. §. Et bene nota, & verb. Votum, c. Votorum omissio quæ quoque vitiosa est, §. Et vt rudiores, Turrecr. Sicut, 37. q. 1. a. 1. fin. & c. Si vir, a. 1. n. 1. n. d. 27.* vbi *Archid. n. vn. Navar. sum. c. 22. nu. 73. Cordub. sum. q. 136. puncto 2. Viguer. l. instit. c. 16. §. 7. vers. 8. impedim. 5. Veracr. t. p. speculi, a. 15. dub. 2. Gutier. quæst. can. lib. 1. c. 21. n. 17. Manuel 1. 10. sum. 2. edit. c. 241. nu. 3. & 242. nu. 2. & in bulla Cruc. §. 9. num. 119. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 32. §. Sed iam quod matrim. Enriquez l. 12. de matrim. c. 2. num. 9. Vega 2. 10. sum. c. 129. casu 118. punct. 2. Pedraza sum. præcept. 6. §. 9. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. rubr. gloss. 1. num. 152. Philiarcus de officio sacerdotis, 10. 1. p. 2. l. 2. c. 4. ad fin.* & an similiter teneatur altero adulteranti, dixi n. 1.

12 Ad argumenta num. 3. proposita resp. Ad 1. dic cessare voti obligationem, quatenus est incompatibilis cum vinculo matrimonij, quod fortius est, & ideo tenetur eo voto astrictus reddere debitū: secus autem esse, in quantum est compatibilis: nempe, quoad triplicem effectum n. præced. explicatum. Ad 2. dic disparem esse rationem, quia sponsalia & matrimonium sunt obligationes factæ homini, sicut & votum strictioris religionis, & quæcunque alia, & professo sunt obligationes factæ Deo, & ideo non mirum, si minus fortis fortioti superuenienti omnino extinguatur. At votum & matrimonium sunt obligationes diuersæ rationis, illa Deo, hæc homini factæ: & ideo illa minime extinguitur, sed suspenditur per hanc. Ad argumenta secundæ sententiæ proposita nu. 4. dic. Ad primū, quamuis nequeat integre contentiā seruare, tenetur tamen ad partem sibi possibilem, nimirum ad non petendum. Ad secundū, neganda est minor. quia absolute vouens ad omnimodam castitatē sibi possibilem obligatur. Ad confirm. dico, longe diuersam esse rationē, quia vouens religionē non vouet formaliter illa tria, nec includūtur tanquam partes in suo voto. At vouens castitatem, formaliter vouet abstinentiam ab omni actu venereo siue petendo, siue reddendo. Itaque illa tria non includuntur immediate sub obiecto formali voti religionis, sed vbi status religionis assumptus fuerit. At verò non petere & non reddere continentur formaliter sub obiecto voti continentiæ. Quod si vrgeas, ergo reddendo agitur contra votum, peccaturque. Dico agi contra votum, non tamen peccari. Quia obligatio satisfaciendi, maiori vinculo matrimonij excusat à culpa: vnde non est agere contra votum formaliter, sed materialiter. Ad tertium, die teneri hunc voto castitatis astrictum reddere, quoties sentit in alio appetitum, vel periculum incontinentiæ, & in aliis casibus, quos tota disp. 7. explicui. & ita non reddi matrimonium valde onerosum: & licet adhuc sit aliqualiter onerosum, teneri alium coniugem id pati. Ad quartum, dic difficultatem maiorem extrinsecam, & minime in obiecto ipsius voti inclusam, excusare ab ipsius impletione: qualis est ingredi religionem, quo castitatis votum seruetur: non enim religio claditur in eo voto: secus de difficultate intrinseca & formaliter in ipsius voti obiecto inclusa, qualis est abstinere ab omni actu venereo possibili, respectu voti continentiæ. Nec obstat id periculum, cui expositus est vouens, sua enim se culpa exposuit: pārtetque remedium dispensationem petendi.

SVMMARIVM.

An qui post religionis votum init matrimonium, teneatur ab eius vsu abstinere? Refertur opinio affirmans, n. 13.

Peccat mortaliter, prima vice copulam matrimonium, siue petendo siue reddendo, n. 14.

Consummato iam matrimonio potest petere & reddere. Idemq; dicendum est, quamuis esset votum percipiendi, vel assumendi ordines sacros num. 15.

Mortuo altero coniuge tenetur is, qui religionem vouerat illam ingredi, & si erat votum assumendi ordines, ad illos promoueri, n. 16.

Similiter obligatur ad vtrumque, vbi ille iusta diuortij causa ob adulterium alterius coniugis, n. 17.

An indemnis habitum monachi animo perferendi, confestim profiteri, aut votum emittere, ita vt nequeat matrimonio postea iungi debeat aut votum emittere, ita vt nequeat matrimonio postea iungi debeat? refertur quædam opinio, n. 18.

Proponitur sententia auctorum, & eius datur 1. Consulti, & c. Dicit ea, de regularibus, & c. Beneficium, eo tit. in 5. n. 9.

Soluuntur argum. n. 20. Post quæ inuentus summaria quæ desiderantur.

13 QVÆSTIO II. An qui post religionis votum init matrimonium, teneatur ab eius vsu abstinere? Affirmant aliqui eum teneri à debito petendo abstinere, perinde ac illum, qui castitatem vouerat. Primò, quia nemini debet sua culpa suffragari, nec suus patrocinari dolus, *c. Ex tenore, de rescript.* At patrocinaretur, si libere posset petere & reddere. Secundò, quia cum de essentia religionis sit castitas, eo ipso quod quis voto se ad religionem astringit, obligat se ad castitatem, vt vouens teiūnium tenetur subinde ad vnicam comestionem, quæ de eius natura est. Id enim quod essentialiter sub obiecto voti clauditur, est materia voti, ad quam subinde obligat. Et confirmatur, quia obligatus ad aliquid, tenetur consequenter ad id quod inde sequitur. Tertiò, quia vouens

uens magnam eleemosynam, si non sit totam erogando, tenetur ad partem, & vouens ieiunare toto aduentus tẽpore, tenetur ad eam partem, quæ sibi possibilis est. Atque ideo ita tenent *Ant. Cuc. l. 5. instit. maior. t. 12. nu. 18. Alex. in suo Enchir. 2. p. præcept. 6. §. Si post votum contenentiæ.*

14 Prima conclusio sit. Qui voto religionis astrictus matrim. prima vice consummat, siue petendo, siue reddendo, mortaliter delinquit. Constat apud omnes. Quia potest adhuc suum votum implere religionem ingrediens, ad idque se expresso voto astrinxit: & consummans constituit se in eo statu, vt implere nequeat. Sic *Angel. Matrim. 3. impedim. 5. n. 2. Armill. verb. Debitum, nu. 14. Sotus 4. d. 38. q. 2. a. 1. post. 2. concl. verb. Aliud vero*, vbi *Ouand. q. vn. propos. 4. Nauar. sum. c. 12. lat. n. 80. hisp. c. 28. add. ad n. eundẽ. Veracruz appẽ. ad a. 15. 1. p. spec. Palac. 4. d. 32. disp. 2. f. 721. col. 1. Pedraza sum. præcept. 6. §. 8. Cordub. sum. q. 136. punct. 2. Aragon 2. 2. q. 88. a. 3. §. His tamen non obstantibus sit concl. in corollar. 2. Enriquez l. 11. de matrim. c. 2. n. 3. & 9. Vbiliarc. de offi. sacerd. to. 1. p. 2. l. 3. c. 19. fine. Lud Lopez 2. p. instruct. c. 46. de matrim. circa 2. impedim. voti simplicis. Vinald. candel. sacram. 1. p. de matrim. n. 139. Bart. à Ledesma, dub. 32. de matrim. fine. Pet. de Ledes. de matrim. q. 53. a. 1. in dubiolo, quod mouet post 2. dub. principale, coroll. 2. quod infert ex 2. concl. f. 360. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 241. n. 5. Vega 2. to. sum. c. 129. casu 118. punct. 2.* & à fortiori id docent, illud affirmantes de voto castitatis, quos referam disp. seq. n. 2. Vnde fit duplicis culpæ mortalis hunc esse reum, prioris, dum matrim. iniit, animo ipsum consummandi: posterioris verò dum consummauit. Sic *Sot. Aragon. Pet. de Ledes. ibi.*

15 Secunda conclusio. Semel consummato matrimonio licitum est petere & reddere. Ratio est, quia vouens statum non se obligat ad illius leges, donec illũ re ipsa assumat: cum in suo voto minimè obligationem aliquam ad illius leges exprimat. Vt vouens se ordines sacros assumpturum, non tenetur donec assumat, recitare officium canonicum, nec ad castitatem ex vi voti in illis emittẽdi: quare si tunc fornicetur, simplex erit fornicatio. Ergo qui vouit religionem, non tenetur ad castitatem, sicut nec ad paupertaem & obedientiam, donec profiteatur: & cùm iam consummato matrimonio nequeat votum religionis implere, transeundo ad ipsam, nihil erit quod debiti redditionem ac petitionem impediat. Ita *Caietan. sum. verb. Matrimonium c. vlt. §. Et bene nota. Sotus 4. d. 38. qu. 2. a. 2. concl. 4. & l. 7. de iust. q. 2. a. 2. ad 3. vers. Hactenus de illo. Abul. c. 27. in Leuit. quæst. 6. Palacios, Ouandus, Nauar. Pedraza, Armil. Cordub. Enriquez, Barth. à Ledes. Pet. de Ledes. concl. 4. Manuel, Veracruz, Aragon. Vega, Vinald. n. præc. allegati. Petrus de Soto lect. 14. de matrim. ad fin. Margarita confess. 6. præcept. f. 89. col. 1. Angles florib. 1. p. de matrim. q. 11. de imped. ordinis, a. 3. post 1. dissic. dub. 4. Lud. Lopez n. prac. allegatus, & 1. p. instruct. c. 50. §. Qui post votum simplex. Emm. Sa sum. verb. Debitum coniugale, vers. Contrahentes matrimonium, Graffis 1. p. decision. l. 2. c. 24. n. 20. & 21.* & apertè colligitur ex *Angelo Votum, 3. nu. 11. & Sylu. Religio, 2. q. 17.* docentibus vouentem religionem minimè teneri ad castitatem, donec illam profiteatur. Eandem conclusionem tenet *Philiarc. de offic. sacerd. t. 1. p. 2. l. 3. c. 20. paulo post princ.* Idem dicendum est, si hic promiserit non solum religionem, sed & in ea perseuerantiam. Cùm enim ante professionem similiter non teneatur ad castitatem, si consummet matrim. poterit deinceps petere & reddere, vt bene docent *Caiet. Armilla hic citati. Sotus l. 7. de iust. q. 2. a. 1. ad 3. vers. Ex hac autem desinit. Philiar. eo c. 20. §. Idem etiam dubium est, in fine.* Idemque afferendum est, si promiserit se ad ordines sacros promouendum, nam inito & consummato iam matrim. potest petere & reddere. Quia similiter non tenetur ad castitatem, donec promotus sit. Ita *Angles & Manuel, Petr. de Ledesma proximè citati.*

16 Tertia conclusio. Defuncto altero coniuge tenetur is, qui religionem vouerat, illam ingredi. Quare minus bene *Abul. c. 27. in Leuit. q. 6.* dixit extingui voti huius obligationem consummato matrim. & proinde eo morte alterius soluto, posse vouentem ad alias transire nuptias. Sed id in simili voto castitatis impugnani n. 11. Et ratio est. Quia cùm iam impedimentum cessarit, potest hic implere suum votum: ergo tenetur. Non enim est cur omnino illius obligatio cesset, sed tantùm suspensa est. Atque ita docent *Sotus 4. d. 38. q. 2. a. 1. in fine corporis, Caiet. Pedraza, Nauarra, Aragon coroll. 3. Vinald. n. prac. allegati, Margarita confess. 6. præcepto, f. 89. Ant. Cuc. l. 5. instit. maior. t. 12. n. 18. Barth. à Ledesma dub. 32. de matrim. fin. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 241. n. 3. Graffis 1. p. decis. l. 2. c. 24. n. 21.* Atq; idem dicent omnes DD. allegati n. 11. idipsum de voto castitatis asserentes, nimirum, non extingui, sed altero coniuge mortuo, esse plenè obseruandum. Et similiter eadem ratione si fuerat votum sacerdotii assumendi, tenebitur id assumere, vbi impedimentum morte alterius coniugis cessarit.

17 Idem dicendum est existente iusta causa diuortii ob alterius coniugis adulterium, cum ipse vouens sit innocens: tenebitur enim tunc votum religionis implere, cùm iam cessarit impedimentum, potest enim tunc ad religionem transire. Ita videtur clarè sentire *Caiet. sum. verb, Matrimonium, c. vlt. §. Et bene nota*, vbi ait hunc teneri ingredi, quandocumque in sua fuerit potestate: & licet addat, scilicet mortuo altero coniuge: est gratia exempli, quod doctrinam minimè arctat. *l. 1. §. Quod vulgo. ff. de vi, & vi armata.* Et tenet expresse *Petrus de Ledesma de matrim. q. 53. a. 1. in dubiolo quod mouet post 2. dub. principale, in notabil. circa 4. concl.* vbi addit similiter tunc teneri ad sacros ordines, si votum de eis assumendis fuerat. Quod verum est, at non ita certum, sicut de religione. Quia transitus ad religionem est tunc permissus secundum omnes: ad ordines verò sacros extra religionem, num transire tunc liceat, est sub iudice. Insuper probatur, quia tunc coniux innocens tenetur plenè seruare castitatem abstinendo etiam à redditione debiti, si votum castitatis emiserat. Vt probaui hoc lib. 9. disp. 6. n. 14. vbi ego quid dicendum, si tunc coniuges reconcilientur. Quod non repeto, quia idem prorsus dicendum est in hoc casu, quando votum erat religionis. Sed rogabis, quid sentiendum sit, quando coniux qui religionem vouerat, est adulter: quapropter innocens celebrat diuortium? Dicendum est casu quo tunc sibi liceat ad religionem vel ordines trãsire, (de quo in suo loco) teneri votum, quod emiserat, implere. Quia iam caret impedimento.

18 Dubitabis tandem, num induens habitum monachalem animo perseuerandi in religione, si postea voluntate mutata matrimoniũ ineat, possit petere ac reddere debitum? Dubitandi ansam præbent tres textus, qui eam esse professionẽ videntur decidere, nempe, *c. Consulti, de regular.* vbi: *Si is qui monasterium ingressus est, habitum sumendo animũ, proposuerit absolutè vitam mutare, debet vt regulariter veniat, ad laxiorem saltem regulam pertransire.* Quem textum sic transcribit *l. 7. t. 7. p. 1. Si vno voluntad de no viuir mas en el siglo, no puede despues tener al siglo, mas bien puede entrar à otra orden.* Idem habetur *c. Super eo, de regular.* vbi expresse decidit illud propositum vim voti habere. Idem *c. Beneficium, eo. tit. in 6.* vbi definitur nouitium minimè priuandum esse beneficio, nisi constiterit de voluntate absoluta vitam mutandi, aut professionem fecerit expressam, seu scienter habitum receperit professorũ, vbi talis mutandi vitam intentio æquiparatur professioni, imò reputatur vera professio, siquidem iam priuatur nouitius beneficio. Quapropter Doctores iuris Pontificii communiter tradunt eam esse professionem, ac proinde matrimonium posse contractum esse irritum. Ita *Goffredus sum. tit. de regularib. nu. 12. Innoc. d. c. Consulti, statim in princ. Hostien. ibi paulo post princ. super verb. Absolutè, Ioan. Andr. nu. 3. Anton. n. 8. fin. Anchar. n. 7. Henric. c. Statuimus, num. 9. de regularibus.* Alii autem id esse votum simplex affirmant: ac proinde illi minimè permitti manere in seculo. Ita *Abbas c. Consulti, num. 3. de regular. & ibi Cardin. post q. 4. oppositi. 1 fin. Palud. 4. d. 38. q. 1. a. 1. concl. 3. n. 11. D. Anton. 2. p. t. 11. c. 2. init. not. ab. 2. & 3. p. t. 16. c. 2. §. 4. duplici col. ante fin. vers. Quæsit autem. Tabiena Votum, 1. q. 3. §. 4.* Addit *D. Antonin.* huic, si matrimonium post ineat, debiti petitionem interdici.

Cæterùm

19 Cæterum dicendum est nulla ratione esse votum, ac proinde liberum esse ei nouitio, religionē deferenti, matrimonium inire, eoq; vti. Probatur ex *c. Literaturæ, de voto*, vbi habetur proponentem in animo religionis ingressum, minimè ad eum teneri, & ex *cap. Qui post votum, eod. t. in 6.* vbi copulatiuè petitur, vt sit professio, quando voto simplici astrictus religionem ingrediatur, vt profiteatur in ipsa. Non ergo solus ingressus sufficit. Præterea, quia de ratione voti est promissio, vt docet egregiè *D. Thom. 2.2.q.88.a.1.corp.* vnde textus omnes, n. præc. adducti, explicantur à DD. statim allegandis, vt per intentionem perseuerandi intelligatur ea intentio voto firmata. Votum enim est propositum promissione firmatum, & tunc erit votum simplex, vt bene docet *Sylvest. Religio, 5. q.8. fin.* Priuatur autem beneficio, *c. Beneficium, de regular. in 6.* vt optimè docet *idem Sylvest. proximè citatus*: & ipsum sequens *Aragon 2.2.q.88.a.1. fine*, quia iam non poterat ad seculum redire. Vel secundo possunt exponi cum *Sylvest. verb. Debitum, q.9.* vt nomine intentionis perseuerandi, intelligatur animus profitendi in ipso ingressu, & ideo id propositum cum habitus susceptione nullam voti obligationem inducere, docent *Abbas c. Literaturam, nu.2. fin. de voto. Angel. Votum, 1. nu.7. Sylu. duplici loco proximè citato, & Votum, 1.q.2. Rosell. Votum, 1. nu. 1. Cajet. 2.2.q.88.a.1. dub. pen. & opusculis, to.1. tract.31. septendecim respons. respons. 7. Sot. l.7. de iust. q.1.a.2. vers. His tamen non obstantibus. Supplem. Gabr. 4.d.38.q.1.a.1. vers. Dicitur promisso. Nauarrus sum. c.12.nu.26. Couar. de pactis 1.p.§.3.nu.12. ad medium, Angles floribus 2.p. qu. de voto, a. 1. diffic. 5. Aragon 2.2.q.88.a.1. dub. vlt. Palacios 4. d. 38. disp.1. fol.814. col.2. & seq. Valentia 2.2. disp. 6.q. 6. de voto, punct.1. ad fin. in solut. ad 2. Toledo l. 4 sum. c.17. Graffis 1.p. decis. l.2.c.21.n. 151 Manuel 2. tom su. c.92. fine. Philiarc. de offic. sacerd. to.1.p.2.l.3.c.17. paulo post prine. Lud. Lopez 1.p. instruct. cap. 43.§. Propositum Religionis.* Quamobrem licet intentio illa perseuerandi esset voto firmata, cum non esset votum castitatis, sed votum simplex religionis, non priuaret coniugem debiti petitione, nisi sola prima vice, iuxta dicta n. 14. & 15. Quare non sibi constat *D. Antonin. n. præcedenti allegat.* dum fatetur id esse votum simplex, ac priuare debiti petitione.

20 Ad argum. n. 13. proposita resp. Ad 1. dic non esse inconueniens, vt per accidens ratione impotentiæ subsequentis, culpa aliquando suffragetur. Vt si debitor æris alieni prodigat proprias facultates, suspenditur obligatio soluendi ex impotentia, quamuis ex culpa prouenerit. Sic ergo obligatio voti religionis suspenditur matrim. semel inquè consummato. Quia impleri nequit. Ad 2. negandum est antecedens. Quoniam id quod essentialiter sub obiecto voti clauditur immediatè, cadit sub voto: vt vnica comestio sub voto ieiunii. Secus quod immediatè & supposito statu assumendo: non enim obligat ante statum assumptum. Ad confirm. dic teneri statim ad id quod inde sequitur immediatè. Non autem ad id quod mediante alio, quod nondum existit. Ad tertium dic, antecedens esse verum, quando vouens totum, vouet formaliter partem: vt contingit in ieiunio & eleemosyna. At vouens statum non promittit formaliter leges illius, sed secundariò, & sub conditione, si prius in eo statu constituatur.

SVMMARIVM.

An matrim. iniens contra votum abstinendi ab illo, possit petere & reddere. Refertur quadam opinio, n. 21.
Potest semel ea consummato petere & reddere, n. 22. & ibi remissiuè, an peccet prima vice consummans.
Tenetur mortua vxore, ab aliis nuptiis abstinere, n. 23.
Soluuntur argumenta, n. 24.

21 QVÆSTIO tertia, an votum habens non ineundi matrimonij, teneatur eo inito abstinere à debiti petitione? Affirmant aliqui. Ducuntur, quia vouens abstinentiam à matrim. ineundo censetur consequenter vouere abstinentiam ab illius vsu, qui matrimonium consequitur. Et confirmatur, quia cum negatio sit eius naturæ, vt quidquid post se inuenit, destruat: vt regula logica habet, plus aufert, quàm affirmatio ponit. Quare licèt promittens matrimonium, non subinde actum promittat, potest enim illud sine actu esse: at negans matrim. negat actum, vtpote qui extra matrim esse non potest. Ergo vouens se non inuitum matrim. vouet se ab actu illius abstenturum, & consequenter eo inito tenebitur ex vi voti abstinere in quantum potest, nempe à petitione. Ita sentiunt *Palud. 4.d.38.q.3.a.5.nu.41. & ibi Supplem. Gabr.q.1. a.4.lit.Q vers. Dicendum quod votum, & ib. Palacios disp. 1. fol. 844.col.2. vers. Porro vt res hoc. Nauar. sum.lat.c.16.n.30.* Atque eiusdem sententiæ est *Cajet. opusc.to.2. tract.11.de voto q. 1.* vbi ait hoc votum æquiualere voto castitatis, negatéque perinde ac illud, omnem vxorium concubitum.

At longè probabilius est licere sic vouenti, vbi semel 22
iam matrim. consummauit, reddere & petere (dixi, semel matrim. consummato: nam disp. sequenti n. 7. dicam num peccet prima vice consummando.) Probatur, quia votum hoc tantum habet pro obiecto non inire matrimonium, & si obliget ad abstinendum ab actu matrimonij, non est per se & primariò, sed mediante & supposita abstinentia ab ipso matrimonio ineundo, quæ fuit primaria & immediata voti materia. Ergo quando iam primaria materia non est possibilis, quia inuitum est matrimonium, non obligabit ad secundariam, nempe ad abstinentiā ab vsu. Ita docent *D. Antonin. 2.p.t.1. c.2.§.1. Barth. à Ledesma dub. 32. de matrim. fine. Petrus de Ledesma de matrim. q.35.a.1.in dubiolo, quod post 2. dub. principale monet, in notabil. post 4. concl. f.360. Lud. Lopez 2.p instruct. de matrim. c. 46. circa 2. impedim. voti simplicis, & 1.p. c.83.§. Inter pecc. ita Emman. Sa sum. verb. Debitum conjugale, vers. Contrahens matrim. Vega 2.to.sum.c.129. casu 76.* & colligitur clarè ex aliis docentibus hunc non censeri vouere continentiam. Hi sunt *Rosella verb. Impedimentum, impedim. 4. n.13. Angelus Votum, 4. n. 9. Sylvest. Votum, 4.q.4. fine. Sotus l.7 de iust. q.2. a.1. ad 3. vers. Quod si hic. Nauar. sum.c.12.n.43. vers.14. Manuel bulla Cruc.§. 9.n.121. & 2.to. sum.c. 96. num. 2.* Qui bene hoc intelligit cum *Lud. Lopez d.c.83.§. At ista sententia, & Vega d.c.76.* nisi ita vouens voluerit se expressa intentione obligare ad omnimodam castitatem.

Tenetur tamen hic mortuo altero coniuge ab aliis 23
nuptiis abstinere. Quia votum non erat extinctum, sed suspensum durante matrim. impedimento, vt diximus de voto castitatis, n.11. & de voto religionis, num. 16. Sic *Barth. à Ledesma, & Petrus de Ledesma, n. præced. allegati.*

Ad argum. n. 21. propositum constat ex dictis num. 22. 24
censetur enim vouere abstinentiam ab actu, secundario, & consequenter, & subsistente primaria voti materia, videlicet abstinentia à nuptiis: secus vbi iam hæc non est possibilis Ad confirmationem dic eodem modo, nempe vouere secundario, & dum subsistit primaria materia.

DISPVTATIO XXXIV.

Vtrùm qui post votum castitatis, religionis, assumendi ordinis sacri, abstinendi à nuptiis, ad illas transit, peccet prima vice consummando, ac proinde ante consummationem teneatur religionem ingredi, quo hæc vota obseruet?

SVMMARIVM.

Si sit votum religionis, peccat prima vice consummans, n.1.
Si sit castitatis votum, refertur opinio affirmans peccare, n.2.
Non peccat prima vice reddendo, nec tenetur religionem ingredi, n. 3 & ibi remissiuè, quid si matrimonium inu. non est animo ingrediendi religionem.
Idem dicendum est, si votum castitatis emittatur post matrimonium ratum, n.4.
An peccet iste reddens prima vice petenti bimestri suum matrim. conuentum, aut si adsit iusta causa ratione adulterij remissiuè, n.5
Idem asserendum est, si votum sit assumendi ordinis sacri, nu 6. vbi an peccet vouens consummans ad sui petitionem, vel prueri bimestris, vel pœnitentis alterius adulterium.
Similiter est censendum de voto abstinendi à nuptiis, n.7.
Quid vbi votū castitatis post sola fornicatia emissum est? Remissiuè, n.8.
Soluuntur argumenta, n.9.

Con-

1 CONSTAT si votum religionis sit, peccare mortaliter vouentem, dum consummat prima vice matrimonium, siue petendo, siue reddendo. Quod probaui disp. præcedenti, n. 14.

2 De voto autem castitatis, duplex est sententia. Prima, & satis probabilis affirmat peccare mortaliter eo voto astrictum, dum prima vice consummat matrim. siue petendo, siue reddendo. Quare dum non adest implendi facultas, quia alter coniux non vult cedere iure petendi, vt ambo in seculo castè viuant, teneri ingredi religionem, quo votum illud obseruet. Prob. Primò, quia ante consummationem potest votum illud castitatis implere, ingrediendo religionem; quam potestatem sibi adimit consummando, ergo peccat. Secundò, quia votum castitatis in ordine ad matrimon. est fortius religionis voto: cùm illud debiti petitione semper priuet, hoc autem minimè. Si ergo religionis voto astrictus peccat prima vice reddens; à fortiori ligatus castitatis voto. Tertiò, quia aperte videns se non posse votum castitatis, quod emisit, absque summo periculo in seculo obseruare, tenetur ingredi religionem: id autem contingit in præsenti. Et confirmatur, quia ex opposito sequeretur posse quempiam culpæ immunem, post castitatis votum inire matrimonium, illudque consummare. Vt si ad vitanda grauia inconuenientia illud iniret animo ingrediendi religionem. Quartò probatur, saltem id castitatis votum emissum post matrimonium ratum, obligare ad religionem. Quia se obligans formaliter ad aliquid, quod sine alio fieri nequit, obligat se virtute & consequenter ad illud. Vt qui sciens ad ordines opus esse scientia, vouet se ad sacerdotium promouendum, obligatur ex vi voti addiscere. Sed castitas seruari nequit à coniugato, nisi ingrediatur religionem ante matrimonij consummationem. Ergo obligans se formaliter ad castitatem post matrim. ratum, se consequenter & virtute obligat ad religionis ingressum. Hanc sententiam tuentur ex Theologis, *Alensis 2. p. q. 170. membr. 3. §. 1. in solut. ad 1. in fine. D. Tho. 4. 38. qu. 1. a. 3. quæstiunc. 2. ad 3. & ibi Scotus q. vn. ad 6in. vers. Consimiliter si de peccato. Ricard. a. 7. l. 1 ad 2. Palud. q. 3. a. 5. concl. 4. ft. & concl. 5. à nu. 36. vsque ad 40. Durandus 4. d. 15. q. 11. in solut. ad 3. nu. 12. Maior. 4. d. 31. q. 2. argum. 2. contra 2. concl. vbi Supplem. Gabr. q. vn. a. 1. notabil. 5. & d. 38. q. 1. a. 4. post 2. concl. vers. Decendum quod votum. Carthusian. 4. d. 38. q. 2. vbi Bassolu q. vn. a. 2 fin. Nicol. de Orbellis. q. 1. §. 13. Nicol. de Nissa super 4. sent. tract. 6. p. 3. de voto D. Antonin. 3. p. t. 1. cap. 4 fine, & c. 16. §. 1. Adrian. 4. q. 14. de matrim. vers. Tertio contingit. Caiet. sum. verb. Matrimonium, c. 1. §. Et scito peccatum esse. Petrus de Soto lect. 5. de matrimon. 7. vlt. Palacios 4. d. 32. disp. 2. f. 721. col. 1. pedraza summ. precept. 6. §. 9. Alex. in suo Enchirid. 2. p. precept. 6. §. Si post votum continentiæ. Nider in sum. precept. 6. c. 4. fin. Angles floribus 1. p. de matrim. q. 11. de impedim. ordinis, art. 3. post 1. diffic. dub. 2. Graffis 1. p. decision. l. 2. c. 24. nu. 25. Barth. à Ledesma de matrim. dub. 32. §. Sed tam quod matrim. in 2. edit.* mutans opinionem, quam in prima tenuerat. *Toledo l. 4. sum. c. 18. Azor a. 11. institut. mor. l. c. 21. q. 2. Petrus de Ledesma de matrim. q. 53. l. 1. dub. 2. principali, concl. 3. Manuel 1. tom sum. 2. edit. c. 243. nu.* 1. Et ex Iurisperitis, *Ioan. An. c. Rursus, n. 6. qui clerici vel vou.* vbi *Henricus n. 4. Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 16. a vn. q. 4. Roscila verb. Impedimentum, impedim. 4 nu. 10. Sylvest. Matrimonium, 7. q. 5. dict. 2. & 3. & Matrimonium, 8. q. 15. dict. 7. Tabiena Matrimonium, 2. §. 3. & verb. Impedimentum, impedim. 2. q. 3. n. 4. Armill. verb. Matrimonium, n. 55. Navar. sum. Lat. & bisp. c. 22. num. 73. & Lat. c. 12. n. 80. bisp. c. 28. addit. ad eundem num. Couar. de pactu, 1. p. §. 6. n. 8. Turrecr. a. Nos nouimus, 17. q. 2. a. 2. n 2. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. quæst. 1. §. 4 n. 343. & 348. Stunica de voto qu. 4. nu. 14.*

Secunda sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) ait hunc non teneri religionem ingredi, ac proinde minime delinquere matrim. consummando, reddendo debitũ. Probatur ex *Extrauag. Ioannis 22. Antiquæ cõcertationi, de voto*, ibi: *Ad ingressum huiusmodi sic ordinatum si matrimonium consummatum non fuerit, per diœcesanum instanter moneri præcipimus & induci. Quod si renuerit, ipsam si sponsa eius institerit, per censuram ecclesiasticam compellendum decernimus, contractum matrimonium consummare.* Vbi *glossa, verb. Renuerit*, ait Pontificem expresse supponere, licere illi renuere. Quia alias non eius voluntati relinqueretur, sed potius compelleretur. Si ergo promotus coniux ad ordine sacrum post matrim. ratum, cùm possit castitatem in eo promissam obseruare ingrediens religionem, ad id non tenetur: vt constat ex illa extrauaganti, à fortiori non tenebitur qui ante matrim. vouerat castitatem. Et confirm. quia ille est compellendus reddere debitum per ecclesiasticam censuram post bimestre iure concessum, vt ibi deciditur. Ergo non peccat reddens, sed potius negans debitum peccaret. Secundò, quia quando quis obligatur ad aliquam rem, non tenetur adhibere omnia media possibilia simpliciter, sed quæ sunt moraliter talia: & id maximè verum est, quando illa obligatio ex spontanea voluntate proficiscitur. Tum, quia liberaliter oblata sunt benignè exigenda, *c. ex parte, de censibus.* Tum etiam quia visus est eam obligationem sibi sponte imponens velle se ad sola media bono modo possibile obligare. At medium ingrediendi religionem est difficillimum, & longè excedens id, quod vouens promiserat, ergo non tenetur ad illud. Tertiò, quia nemo tenetur rem inferioris ordinis compensare cum re superioris onerosissima, vt qui debet pecuniam, quam absque vitæ aut famæ detrimento restituere nequit, excusatur. At talis est religio respectu continentiæ promissæ. Et confirmatur, quia debens centum, quæ soluendo non est, nisi se in seruum vendat, ad id minimè tenetur. At religio est perpetua quædam seruitus. Nec tenetur ea soluere cum notabilitèr maiori propriæ rei familiaris iactura, nedum cum totius. At professus in religione, & libertatem & omnia propria bona amittit. Non ergo cum tanta iactura tenetur votum castitatis seruare. Dicunt ad hæc aduersarij, obligatum ex iniusta acceptione, teneri cum maiori iactura persoluere: matrim. autem iniustè contra votum est initum. Secundò, dicunt professionem religionis non esse iacturam, sed summum Dei beneficium. Tertiò, aiunt ingredi religionem esse optimum medium ad seruandam castitatem: at se in seruum vendundare, vitam ve periculo exponere, esse ineptum, nec per se ordinatum medium ad restituendum. Sed hæc parum valent. Quamuis enim religio sit Dei donum, id est sponte eligenti. Nec est negandum illam esse grauissimum onus, & tale vt nemo sit illud subire compellendus, nisi se expresse obligarit. Rursus, licet obligatio ex iniusta acceptione sit vrgentior, at solum obligat ad restituendum cum iactura rerum eiusdem ordinis, & vbi non esset maxima improportio. Nemo enim decem furto ablata restituere tenetur cum iactura centum, at ingredi religionem non est medium per se ordinatum ad seruandam castitatem, & licet sit optimum, non tamen necessarium: atque tantam improportionem habet, sicut se in mancipium vendere, vt pecunia inde conflata satisfiat creditoribus. Tandem quia nisi status religiosus sponte suscipiatur, difficiles solet habere exitus. Atque ideo huius sententiæ sunt ex Theologis, *Soto 4. d. 38. q. 2. a. 1. post 2. concl. vers. Quid autem remedij: & vers. Aliud verò ex supradictis. Ouando ibi, qu. vn. propos. 6. Veracruz append. ad a. 15. 1. p. specul. Cordoba sum. q. 136. punct. 2. Lud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. c. 46. circa 2. impedim. voti simplicis, & 1. p. c. 50. §. Et quidem si censerem: & ad fin. & c. 83. §. Inter peccata. Enriquez l. 12. de matrim. c. 2. nu. 8. Phuliare. de offic. sacerdotij, to. 1. p. 2. l. 3. c. 19. ad fin. Emmanuel Sa sum. verb. Matrimonium, cap. De impedimentis dirimentibus*, vbi de impedim. voti, *vers. Contrahentem post votum. Vega 2. to. sum. cap. 129. casu 118. puncto 2.* & dicit esse probabilissimam *Petrus de Ledesma de matrim. q. 15. a. 6. dub. 4. § Et probatur hæc conclusio.* Et ex Iurisperitis, *Præpos. c. Rursus, num. 6. init. qui clerici vel vou. Angel. Matrimonium, 3. impedimento 5. nu. 2. Perez lib. 5. ordin. t. 1. l. 1. §. Dubitatur vlterius quis votum castitatis.*

Hinc

4 Hinc deducitur, idem dicendum esse, si quis post matrim. ratum castitatem voueat. Non enim tenetur religionem ingredi, quo votum impleat, sed abstinere à petitione. Quare non peccabit consummans matrim. reddendo debitum. Probatur omnibus rationibus n. præc. allatis: & maximè ex *extrau. Antiquæ, de voto*, ibi in 1. ratione adducta. Quia ordo sacer post matrimonium ratum assumptus est, & ita votum castitatis in eo emissum, & tamen deciditur ibi sic initiatum ordine facto non teneri ad religionem, vt votum obseruet. Sic tenet *Enriquez l. 12. de matrim. c. 2. num. 8.* & communiter Neoterici, & ita tenendum est. Quamuis contrarium supponat *D. Thom. 2. 2. q. 189. a. 8. argum. 3.* & docent *Palud. 4. d. 32. q. 2. a. 1. nu. 9.* vbi *Supplem. Gabriel. q. vn. a. 2. concl. 2. D. Antonin. 3 p. t. 6 22. §. 2. Sylues. Votum 5. q. 2. Tabiena Matrimonium 2. §. 3.* nisi (inquiunt *Palud. & D. Anton.*) velit alter coniux cedere iure suo abstinens à debito petendo. Imò credo non teneri, nisi expresse voluisset se dum castitatem sic vouit, ad religionem obligare: quamuis nosset non posse castitatem, quam promittit, obseruare, nisi ingrediendo religionem, & quamuis in ea esset opinione, vt existimaret manere se ad religionem obligatum: adhuc enim non tenetur, si tunc solam vouit castitatem, nec habuit aliam intentionem. Quia adhuc non est medium proportionatum, sed longè difficilius & altioris ordinis: & nemo tenetur rem furto ablatam alteri restituere patiendo iacturam in re altioris ordinis, & si tempore futuri crederet se aliter non fore restituendo, & eam iacturam teneri pati. Sed dices disparem esse rationem, quia obligatio restituendi in furto non proficiscitur ex propria voluntate, sed ex natura rei: & ideo conscientia propria nil conducit ad eam obligationem inducendam: secus de obligatione voti: cum enim nascatur ex propria voluntate, in tantum obligat, in quantum vouens se obligare intendit. At vouens tunc castitatem, intelligens simul se ad religionem obligari, iam expresse vtrumque amat vt sui voti obiectum: manebit ergo ad vtrumque obligatus, sicut qui existimaret esse votum, dicere sic, Faciam hoc: teneretur vtique ex vi voti. Quia iam ea verba proferens obligationem voti amplectitur, ad quam forma verborum non est necessaria? potest quippe sola mente fieri. Fateor me argumento conuinci. Et ideo sic distinguendum est, si tempore quo castitatem illam vouit, actu meminit se ad religionem obligari: tenebitur vtique. Quia re vera id est vouere vtrumque. Si verò non meminit, quamuis eam opinionem seu conscientiam habitualem haberet, non tenebitur ad religionem. Quia votum ad id non obligat suapte natura, nec vouentis intentio fuit ad religionem se obligare, sed illud simpliciter absque alia intentione emisit. Quid autem dicendum sit de eo, qui post votum castitatis ad nuptias transiit, animo non consummandi, sed ingrediendi religionem, dixi l. 1 disput. 43. num. 9.

5 Rogabis, quid si voto castitatis astrictus reddat debitum priori bimestri ante matrimonii consummationem: vel existente iusta diuortii causa ob alterius adulterium, an peccet? dixi hoc lib. 10. disp. 6. num. 14. & seq.

6 Secundò deducitur, eum qui voto assumendi ordines sacros astrictus, vxorem duxit, non teneri religionem ingredi, vt votum obseruet. Constat ex eisdem rationibus, quibus id probaui de voto castitatis, nu. 3. & id tenet *Enum. Sa ibi citatus.* & tenebunt consequenter alii ibi citati. Quia eadem est ratio: imò magis ad id videbitur obligare votum castitatis. Quamuis DD. prioris sententiæ allegati nu. 2. dicant oppositum, & ita *Manuel Rodriguez 1. to. sum. 2. editione, c. 242. num. 3. Petr. de Ledesma de matrim. qu. 53. a. 1. dub. 2. principali, §. Secundò sequitur ex dicta conclus.* aut thores illius sententiæ, docent similiter hunc peccare prima vice consummando, & teneri ingredi religionem. Idemque dico, quamuis post matrim. ratum hoc votum emiserit: adhuc enim non peccat cõsummando, quia non tenetur ingredi religionem, vt dixi n. 4. de voto castitatis. Et addo, quamuis ille peccet consummando ad sui petitionem. Quia tenetur non petere, & similiter reddendo priori bimestri ante matrimonii consummationem, vt dixi disp. 6. nu. 14. & seq. non quia adimit sibi potestatem implendi votum per ingressum religionis: ad eum enim non tenetur, sed quia in tantum excusatur reddendo, in quantum ad id tenetur lege matrimonii: & priori illo bimestri non tenetur. At astrictus voto assumendi ordinem sacrum, non peccat etiam consummando ad sui petitionem, & priori illo bimestri. Quia id votum non obligat ad castitatem, & sic vbi seruari iam nequit, vt contingit post matrim. ratum, ad nil obligat, durante eo impedimento, vt dixi disp. præced. num. 15. vtrum vero existente iusta diuortii causa ob alterius adulterium, teneatur coniux innocens ad ordines promouere, quos vouerat: atque ita peccet tunc, siue petendo, siue reddendo; quia censetur remittere iniuriam, & iam non poterit votum implere? dixi disp. præced. nu. 17. teneri implere votum, & subinde nec petere nec reddere. Ne impediatur iniuria remissa, quo minus votum impleat.

7 Similiter iudicandum est de eo, qui post votum abstinendi à nuptiis, ad illas transierit, non enim tenetur religionem eligere matrimonio nondum consummato, quo votum impleat, ac proinde nullius culpæ reus erit matrim. consummans. Siquidem multo minus voto castitatis obligat. Atque ita tenentur dicere omnes DD. citati n. 3. id docentes in voto castitatis. Et in terminis docet *Ludou. Lopez 1. p. instruct. c. 83. §. Inter peccata.* Quamuis contrarium dicent allegati num. 2. sicut in voto castitatis asserunt. Quia hoc votum perinde ac illud, non potest tunc impleri, nisi religionem ingrediendo. Et idem dicendum est, si hoc votum emittatur post matrim. ratum. Sicut dixi nu. 4. de voto castitatis tunc emisso. Nec peccat prima vice consummans ad sui petitionem; nec intra prius bimestre à matrimonio inito, nec si adsit iusta diuortij causa ob adulterium alterius. Quia hoc votum non interdicit debiti petitionem, vt dixi disp. præc. n. 22. Nec impleri iam vllo modo potest, dum alter coniux superstes est; nisi ingrediendo religionem, ante consummationem, vel facto diuortio; ad quem ingressum non tenetur.

8 Quid autem sentiendum sit de voto castitatis post sponsalia emisso? dixi lib. 1. tota disp. 46.

9 Ad argum. n. 2. proposita resp. Ad 1. constat dictis n. 3. non enim potest moraliter implere, & eo modo quo se obligauit. Ad 2. dic quãtum ad aliquid esse strictius, nempe, quoad priuandum debiti petitione: at esse minus strictum quoad obligandum ad religionis ingressum. Ad 3. dic non posse occurrere euentum, in quo egressus religionis sit medium per se, & necessario ordinatum ad seruandam castitatem promissam, cum possit vouens manens in seculo aliis mediis vti. Quod si adhuc præ fragilitate tentationibus succumbat, adest medium petendæ dispensationis. Ad confirm. est admittenda sequela in casu rato. Quia bona fides in contractu à culpa liberat: & obligatio iustitiæ excusat, quando reddit. Ad 4. constat ex dictis num. 4. maior enim propositio vera est, de mediis per se ordinatis, atque eiusdem ordinis, nec notabiliter re promissa difficilioribus. Quale non est religio ad seruandam castitatem, vt satis probaui num. 3.

DISPVTATIO XXXV.

Vtrùm votum simplex religionis, castitatis, suscipiendi sactos ordines, non ineundi matrimonii, emissum à coniuge sine alterius licentia, post matrim. ratum aut consummatum, validum & licitum sit, & quatenus actui coniugali licitè exercendo obstet?

SVMMARIVM.

Quotuplex sit quæstio disputanda, num. 1.

Proponuntur argumenta probantia votum rei partim indifferentis, malæ aut impossibilis, partim autem rei possibilis & bonæ, ad nobilium obligare, n. 2.

Non obligat hoc votum, quando vtraque pars promittitur per modum vnius, sicut quando per modum plurium. Et quando vtra non tenetur per omissa, n. 3.

Quando res est indiuidua censetur per modum vnius promissa. Atque ita obligat votum, aut ad totum aut ad nullam partem, secus quando est diuidua, n. 4.

Quando superuenit impotentia integrè implendi votum, vt ieiunij quadragesimæ totius, aut totius vitæ quando obligat ad partem? n. 5.

Excedatur 6. Quemadmodum, § fin. de iureiur. & qualiter non obligetur seruare integrè iuramentum, tenetur ad partem? n. 6.

Quando res est diuidua, & pars bona & possibilis apponitur vt circumstantia alterius malæ impossibilis, aut indifferentis, vel è contra quid sentiendum? & quid de voto castitatis cum religione solemni ordinis sacri, quidam aut seruientes in ore portando? n. 7.

Quid, vbi est dubium, an materia sit promissa per modum vnius? n. 8.

Soluuntur argumenta, n. 9. Post illum annexitur alia summaria.

1 DIsputatio hæc si exactè tractanda sit, est difficilis, Quia pauca de illa & confusè repetitò scripta. Et ad discernendum de valore voti castitatis post matrim. emissi, necessarium est præmittere quando votum rei partim licitæ & partim illicitæ obliget, & ideo vt clarius procedam, quadruplicem in hac disp. agitabo quæstionem. Prima est de valore voti, cuius pars est mala, impossibilis, aut indifferens. Secunda, de valore voti religionis, suscipiendi ordines sacros, & non ineundi matrimonium, post ipsum emissi. Tertia, de valore voti castitatis, aut non petendi debitum. Quarta, an esto id votum sit validum, licitè emittatur?

2 QUÆSTIO I. An votum cuius pars est indifferens, mala, aut impossibilis, altera autem pars bona & possibilis, obliget ad partem hanc, vel potius ad neutram? Et videtur ad neutram obligare. Quia cum bonum ex integra sit causa, malum autem ex singulari defecta, teste *D. Dionysio 4. c. de diuinis nominibus*. Existente parte aliqua materiæ voti inepta, propter eius indifferentiam, malitiam, impossibilitatem ve, tota materia inepta erit, ac proinde votum irritum. Et confirm. quia commune Doctorum placitum habet votum nunquam peccandi, tanquam rei impossibilis, ad nil obligare. Cum tamen pars eius, vt aliqua peccata vitare, sit possibilis.

3 His tamen non obstantibus, sic distinguendum puto: Si vouens per modũ vnius promittat illud totum, voluit enim non aliter se obligare ad partem bonam & possibilem, nisi dependenter a rei malæ indifferentis, aut impossibilis obligatione, votum est prorsus irritum. quia nequit obligatio voti excedere intentionem vouentis, quæ cum fuerit ita se ad vtramque partem obligandi, vt obligatio vnius dependeret ab obligatione alterius, no potest id votum aliter obligare, sic autem obligans esset iniquum, aut impossibile, aut non gratũ Deo, cum sit partim rei malæ, impossibilis, aut indifferentis. Ergo erit irritum. Et confirm. quia tunc materia illa totalis voti dicetur absolutè mala & inepta materia. Vt clarè probat argumentum n. 2. propositũ. Si verò non promittat per modũ vnius, quia, nimirum, obligationem partis bonæ & possibilis vult independenter ab alia promittere: obligabit votũ quoad solam partem bonam & possibilem, reiecta alia tanquã inepta voti materia. Quoniã tunc est virtute duplex votum, & ita vnum ex nequitia alterius minimè infectum. Et confirm. quia vtile per inutile minimè vitiatur, *reg. Vtile, de reg. iur. in 6.* vbi *Dynus n. 4. Iason* alios referens *l. 1. § Sed si mihi, n. 4. ff. de verbor. oblig. Nauar. sum. lat. c. 12. n. 43. vers. Ex quibus infertur*, aiunt intelligi, quando vtile est ab inutile separabile: quod ita in præsenti contingit, pars enim bona ab alia est separabilis, & ex ipsa rei natura, & ex modo promittendi. Hoc declarabitur magis numeris seq. in quibus exempla subiicientur, & Doctorum testimonia coprobabuntur.

4 Quando autem de vouentis intentione minimè constat: triplex regula ad eam discernendam tradi potest. Prima regula sit, vbi res promissa est indiuidua, ad est, quæ commodam diuisionem minimè patitur, nec solet communiter diuidi censetur obligatio per modum vnius, secus quando diuidua est. Quia semper vbi oppositum non constat, iudicanda est voluntas ferri in obiecta, iuxta eorum naturam. Exemplum primi, vt si quis vouerat ædificare templum, recitare officium defunctorum, calculos Virgineos, cum hæc communiter non dividantur, non potens implere totum, non tenetur ad partem. Exemplum secundi, vt si quis vouerat ieiunium totius quadragesimæ, recitare officium canonicũ aut Virgineum. Cum enim hæc communiter diuidantur, obligatio non erit per modum vnius: ac proinde excusatus à parte, ratione impotentiæ, tenebitur ad partem aliam sibi possibilem. Et confirm. quia obligatio, quam quisquam sua sponte sibimet imponit, qualis est voti & iuramenti, vbi non reperitur contraria expressa intentio, censenda ac diiudicanda est instar obligationis impositæ ab Ecclesia de eademmet re. Quia censetur imponi iuxta communem vsum apprehendendi hominum, qui est instar aliorum præceptorum, vt vouens ieiunium, teneatur ad illud eo pacto quo ieunia Ecclesiastica obligant: vt abstinens a carnibus & seruata legitima prandij hora, & vnica comestione. At præcepta Ecclesiæ de re indiuidua obligant per modum vnius: vt constat in præcepto ieunij vnius diei, audiendi sacri. De re autem diuidua, obligant per modum plurium: vt præceptum ieunandi tota quadragesima: recitandi officium canonicum. Ac proinde in proximis impotens implere totum præceptum, liber erit à parte. Secus in posterioribus. Ergo idem continget in voto.

Hinc veniunt intelligendi *D. Th. 2. 2. q. 88. a. 3. ad 2. & q. 89. a. 7. cum D. Antonin. 2. p. t. 11. c. 1. § 3. Cæt. bajan 4. d. 38. q. 2. Caiet. sum. verb. Votum, c. 4. Adurdus c. 30. Num. q. 55. Turrec. 17. q. 1. in sum. a. 4. ad 3. Nauar. sum. cap. 12. n. 39.* docentes ob superuenientem impotentiam implendi totam rem promissam, non cessare obligationem implendę partis possibilis: sunt quippe intelligendi, quandiu res promissa est diuidua, ac consequenter non per modum vnius promissa est: secus vbi effecta indiuidua, aut per modũ vnius promissa. Vt constat ex dictis duplici n. præc. Hinc etiam verificatur, quod tradunt *Sotus lib. 7. de iust. q. 1. a. 5. circa medium, & Aragon. 2. 2. q. 88. a. 2. f. 979.* nempe, vouentem ieiunare tota quadragesima, nec id potentem implere, teneri ad partem, quam potest. Et quod docent *Cordoba sum. q. 15. Manuel 2. 10 sum. c. 99. n. 8. Vega 2. 10 sum. c. 129. casu 115.* puerum, puerum quatuordecim annorum, qui vouit ieiunare omnibus diebus vitæ suæ, tantum teneri ad partem, quam obseruare commodè potest, absque sui officii & rerum suarum detrimento. Hæc enim ideo vera sunt, quia obligatio illa fuit diuidua.

Secundò infertur intellectus ad *c. Quemadmodum, § fin. cum ibi annotatis, de iureiur.* ex quo deducitur iuramentum, quod integrè obseruari nequit, seruandum esse quoad partem possibilem. Intelligitur quippe, quando obligatio est diuidua, & non per modum vnius contracta. 6

Secunda regula sit. Quando pars possibilis & bona apponitur vt circumstãtia & accidens rei principaliter promissæ, quæ mala, indifferens, aut impossibilis est, tunc est promissio per modum vnius: ac proinde votum est totum irritum. Tum, quia ex modo appetendi deducitur rem bonam vouere dependenter ab alia, siquidem vt eius circumstantia promittitur. Tum etiam, quia accessoria naturam principalis sequitur, ab eoque pendet. Quare cum obligatio rei principalis sit irrita, erit etiam talis rei accessoriæ, iuxta *reg. Accessorium, de reg. iuris in 6.* verbi gratia, promiserit quis tranlitum ad Indos, quo opes cumularet, priusque se peccata expiaturum confessione. Sicut votum illius tranlitus, tanquam rei indifferentis, est irritum: ita & confessionis, quæ promissa minimè est, nisi tanquam præuia dispositio nauigationi peragendæ. Similiter promisit quispiam se Romam peregrinaturum sacco indutum. Si peregrinatio sit res impossibilis, nõ tenetur saccum induere, quod accessorium fuit. Si tamen è contra res principaliter promissa est bona & possibilis, modus autem malus vel impossibilis, obligabit votum rei principalis, reiecto modo. Quia cum alio non constante exprimatur voluntas ferri in obiecta secũdum eorum naturas, atque

atque principalis rei ea sit natura, vt minimè ab accessoria pendeat, sed è contra non iudicandum est voluntatem ferri in rem illam bonam principaliter promissam, dependenter à modo. Hinc bene dixit *Enum. Sa sum. verb. Votum. vers. In voto seruandum*, obligare votum possibile & honestum omisso modo impossibili & inhonesto. Hinc etiam defenditur quod docent *Nauar. sum. lat. c. 12. n. 43. vers. Ex quibus infertur*, *Manuel 2. to. sum. c. 92. num. 2. Laud. Lopez. 1. p. instruct. c. 44. Votum eundi. Vega 2. num summ. c. 128. casu 57.* vbi tradunt vouentem ire Hierosolymam genibus flexis, aut serpentem in ore gestando, teneri ire, modo illo reiecto. Quia principalis res promissa fuit bona & possibilis. quatedum *ipsemet Nauar. eo c. 12. nu. 37.* ait irritum esse votum nudis vestibus peregrinandi: intelligendus est, ne sibi contrarius sit, quando per modum vnius esset expressa intentio obligandi se ad peregrinationem eo modo, & non aliter. Quoniam cessante hac intentione dicendum est obligare votum reiecto modo inhonesto. Cùm eadem prorsus ratio sit, ac de voto peregrinationis Hierosolymitanæ cum serpente in ore. Atque ita idem in vtroque voto tradunt *Manuel & Vega ibidem*. Intellige autem secundam partem huius regulæ, nisi modus tederet multo faciliorem voti executionem. Tunc enim vouens censetur substantiam dependenter à modo promittere. Quoniam nemo ad difficilius cẽsendus est se velle astringere. Vt promittens se equestrem iturum Romam, non tenetur, quoties ob paupertatem non suppetit equus, quo vehatur.

8 Vltima regula. Si omnibus perpensis dubium sit de vouentis intentione, an per modum vnius vtrumq; promissum sit, vel pars bona particulariter, modus autem accessoriè, aut potius è contrà: iudicandum est in fauorem libertatis vouentis, vt ad nil teneatur. Quia in hoc dubio cum perpensis omnibus circumstantiis traditis duabus primis regulis, non constet de voti obligatione, ac animo vouentis, num sic vel sic voluerit se obligare, votum non est in possessione, sed libertas voluntatis. In dubio autem non in sola iustitiæ materia, sed in quacunque meliot est possidentis conditio: vt re hac disputata probaui lib. 2. disp. 41. num. 3. Quamuis post ea typis excusa inuenerim *Vasquez 1. 2. q. 19. a. 6. disp. 65. n. 13. & seq.* defendentem solùm eam regulam habere verum in materia iustitiæ.

9 Ad argum. nu. 2. oppositum directè probare, quando totum illud esset promissum per modum vnius, vt nu. 3. aduertimus: secus quando per modum plurium. Quia sunt duo velut distincta vota. Ad cõfirmationem dic eam promissionem esse per modum vnius, vt amplius declarabimus hac disp. n. 25.

SVMMARIVM.

Votum religionis simplex post matrimonium ratum emissum, ad quid obligat, ante consummationem illius, & post? n. 10.
Num obliget emissum post consummationem? Proponuntur argumenta ad probandum minime obligare n. 11.
Non obligat si pro tunc emittatur implendum: secus si implendum tempore futuri matrimonij, vel quando viduus, vt ratione adulterij alterius. n. 12.
Quid, si absolutè emittatur nullo tempore præfixum. 13.
Quid de voto ordinis sacri suscipiendi facto post matrim. ratum? n. 14.
Quid si fiat post matrimonij consummationem? n. 15.
Quid, de voto non ineundi matrimonij, post illud emissum? n. 16.
Soluuntur argumenta? n. 17 Post illum sunt alia summaria.

10 QVÆSTIO II. An vota simplicia religionis, assumendi ordinis sacri, non ineundi matrim. post illud ab altero coniuge absque alterius licentia emissa, valida sint? Et quidem, si votum religionis emittatur ante matrimonij consummationem, constat valere: atque obligare ad non consummandum, sed ad ingressum religionis. Cùm tunc licitus sit, ac voto promissus. Quare erit culpa mortalis, prima vice consummare, siue petendo siue reddendo, vt de voto religionis ante matrim. facto dixi disp. 33. nu. 14. Quod si eo non obstante consummetur matrimonium, iam deinceps licebit petere & reddere: at tenebitur vouens soluto matrimonio, vel facto diuortio ratione adulterij, illud implere. Sicut eadem disp. 33. n. 15. & seqq. diximus de voto hoc facto ante matrimonium. Quoniam eadem est de vtroque ratio.

Si verò post consummatum matrim. emittatur, videtur ad nil obligare. Quia *c. Quidam de conuers. coniug.* habetur coniugatum inuita vxore professum. non teneri ea mortua ad religionem redire. Quia id religionis votum non tenuit. Cum tamen decidatur ibi, votum castitatis in ea professione emissum valuisse vt votum simplex, & *c. Placet, eod. t.* deciditur coniugatam bona fide professam, quia virum obiisse credebat, non teneri ad religionem, bene tamen ad castitatem. Secundò, quia cum coniugi illicitus sit ad religionem transitus absque alterius licentia, votum erit de re illicita, ac proinde nullum. 11

Prima tamen conclusio sit. Id votum emissum animo tunc implendi, & pro tunc se obligandi, est prorsus irritum, secus si emittatur pro tempore soluti matrimonij, vel si alter coniux iustam eausam diuortij adulterans præbuerit. Constat prior pars. Quia est votum de re illicita, & id est quod decidunt *c. Quidam, & c. Placet, ut præced. allegata*, coniux enim profitens obligauit se statim ad religionem, & ideo tanquam votum de re omnino prohibita declaratur nullum. Nec obstat *glossam eo cap. Quidam, verb. Non teneatur*, & aliquos alios asserere id votum tenuisse, & explicant textum, vt intelligat non tenere quoad forum Ecclesiæ, ita vt illa cogat implere. Quia communis sententia est in contrarium, vt probaui lib. 7. disp. 34. nu. 12. Constat etiam 2. pars, quia votum illo modo factum est de re omnino licita & sancta. Insuper probatur prior pars. Quia dici nequit id votum valuisse, ac irritatum ab altero coniuge. Quia *c. Quidam*, ait votum non tenuisse, loquens de præterito, in eo autem euentu tenuisse vtique, ac irritatum est ab vxore. Præterea, quia non modica difficultas est, num vxor possit reuocare viri vota, & saltem solum posset in quantum est in sui præiudicium, nempe, vt constante matrimonio non obliget. Tandem, quia cum hoc votum à principio non valuerit, tanquam factũ de re aliena in præiudicium alterius coniugis, tractu temporis non conualescit, *reg. Non firmatur, de reg. iur. in 6. & l. Quæ ab initio, ff. eod. tit.* & proinde nec soluto matrimonio obligabit. Atque ita docet *Stunica de voto, qu. 4. num. 28.* & id votum non obligare in ea professione emissum, dixi l. 7. disp. 34. à n. 10. 12

Secunda conclusio. Si post consummatum matrimonium emittat alter coniux absque alterius coniugis licentia votum religionis, absolutè & simpliciter, non præfiniendo tempus in sua intentione, valebit votum, obligabitque pro tempore soluti matrimonii. Quia cùm possit id votum licite fieri, non est præsumendum, vbi de opposita intentione non constat, illicite & perperam fieri. Ne delictum præsumatur, cuius præsumptio omnino vitanda est *l. Merito, ff. pro socio*, & maxime in eo, qui tantum abest vt delinquere intenderit, quin potius se in perpetuum holocaustum Deo obtulerit, religionis iugum amplectens. Præterea, quia actum efficiens visus est velle vt valeat aptiori & efficaciori modo possibili, idque præsumitur, vt cum multis probat *Menochius de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 5. n. 1.* & ideo ita docent *Abulens. c. 30. Num. qu. 86. Enriquez. lib. 11. de matrim. c. 15. n. 8. fine.* Atque eadem ratione dicendum est id votum obligare, quoties licebit ratione diuortij ingredi religionem. Quoniam tunc pariter cessat impedimentum. 13

Tertia conclusio. Si vir post matrimon. ratum emiserit votum ordinis sacri suscipiendi, si fuit animo ingrediendi religionem ante matrimonii consummationem, est validum votum. Quia est de re licita, & sibi præmissa. At si non vouit ingressum, cum ratione illius propositi ad eum non teneatur, (vt dixi l. 1. disp. 43. nu. 9.) potest consummare matrim. teddendo & petendo. Quia id votum non obligat ad castitatem, vt vel sic debiti petitionem interdicat, nec ad religionem, vt impediat redditionem primam, vt dixi disp. præc. num. 6. Quare tunc tenebitur 14

id votum implere: cùm sibi licuerit, siue quia morte alterius solutum est matrim. siue ratione diuortij, vt dixi disput. 33. num. 16. & 17. de voto simili ante matrim. emisso. Quoniam vtroque casu votum fuit licitum, nec extinctum per vsum matrimonij, sed suspensum. Si verò non animo ingrediendi religionem: cùm impleri nequeat durante matrimonio, dicendum est de illius obligatione, ac si post matrimonium consummatum factum esset. De qua re n. sequenti dicemus. Si autem negatiuè se habuit: quia nec de ingressu nec de permansione in seculo cogitauit: dicendum credo idem, ac si animo non ingrediendi religionem fecisset. Quia cùm religio sit onus grauissimum, non præsumendum videtur in dubio voluisse illum id onus subire.

15 Quarta conclusio. Si id votum post matrimonium consummatum sit factum, idem prorsus dicendum est, quod nu. 12. & 13. diximus de voto religionis matrim. consummato, sine alterius licentia emisso. Quia eadem est ratio, atque rationes ibi adductæ æque hoc probant.

16 Vltima conclusio. Votum non ineundi matrimonij emissum à coniuge absque alterius licentia, est validum. Quia intelligi nequit de iam contracto, sed de non contrahendo altero præsenti soluto. Quare cum præsenti minime officiat matrimonio, est prorsus validum.

17 Ad argumenta n. 11. proposita constat ex dictis nu. 12. vbi probauimus eum textum intelligi de voto religionis durante matrim. implendo: ac tunc materiam voti esse illicitam.

SVMMARIVM.

An votum non petendi emissum ab altero coniuge sine alterius licentia, sit validum. Refertur triplex sententia, n. 18. 19. 20.

Valet id votum, & obligat ad non petendum, n. 21. & ibi remissiue quædo licitus huius petere.

Non obligat ad non reddendum, quando sibi licet ratione adulterij alterius coniugis. Nec impedit soluto matrimonio aliud inire. Nec est formicarie posse illud votum admittere n. 22.

Ad quid obliget votum castitatis emissum absque alterius coniugis licentia, ante matrimonij consummationem, quando abstinendum ab actu coniugali n. 23.

Quid si post consummationem? Refertur opinio negans valere, n. 24.

Valet, & obligat ad non petendum, & cur votum hoc obliget ad petitum licitum & possibile: & votum non peccando non obligat ad vitanda peccata quæ vitari possunt n. 25.

Id votum est irritum quoad non reddendum, n. 26.

Nec conprehendit non reddere, si vxor ipsum præstet, nec tenetur vxorem ipsi indicere, vt committat: nec efficitur validum vxore postea consentiente n. 27.

Non obligat ad non reddendum etiam quando redditio est spontanea, vt si alter coniux adulterium præbeat tantum simoetie. n. 28.

Obligat ad non inundum aliud matrimonium eo soluto, n. 29.

Secundo post id votum, adulterium admittat, est sacrilegus contra votum, n. 30.

Soluuntur argumenta n. 31.

Post n. 31 omnibus cæteris summaria quæ desiderantur.

18 QUÆSTIO III. Vtùm votum castitatis post matrim. ab altero coniuge, sine alterius licentia emissum, sit validum, & ad quid obliget? Votum huiusmodi aut est votum non petendi, aut absolutum castitatis, & in vtroque euentu est seorsum claritatis gratia de illo disputandum. Et quidem si votum sit non petendi debitum. Quidam asseuerant id votum non esse validum. Quoniam est in graue alterius coniugis præiudicium, cui onerosum erit vt debito coniugali frui possit, semper petere. Huius sententiæ videntur *D. Th. 4. d. 32. q. vn. a. 4. ad 3.* vbi *Supplemen. Gabr. q. vn. a. 2. concl. 7. fin. vers. Quid si vterque. Turrecr. c. Si diuat, 33. q. 5. a. 1. num. 1. ad 4. Carthusian. 4. d. 32. q. 1. quæstio 2. Armilla verb. Debitum, n. 19. Tabiena Matrimonium, 1. q. 3. §. 4. Nider. sum. præcep. 6. c. 4. ad fin.* vbi dicunt neutrum coniugem posse sine alterius licentia vouere non petere. Quia est in alterius præiudicium & tenet expresse *Manuel 2. to sum. c. 90. nu. 3.* explicans, siue vir siue vxor id votum emittat. Idem dicent DD. quos n. 24. referam, asserentes non valere votum castitatis ab altero sine alterius licentia factum. Quia inniuntur grauamini alterius semper petendi.

19 Alii docent id votum validum esse, si ab vxore emittitur: secus si à viro. Quia illi onerosum est præ pudore semper petere, huic autem minimè. Huius sententiæ videtur expresse *Victoria sum. de matrim. num. 280.* vbi dicit virum id vouentem posse adhuc petere, *& Sotus l. 7. de iustit. q. 3. a. 1. vers. An verò possit alteruter*, vbi dicit non longè à scopo aberrare, qui diceret votum viri de non petendo esse inualidum. Et tenet expresse *Angles floribus 2. p. de matrim. q. 6. de obligatione soluendi debitum, a. 1. dissc. 4.*

Tandem alii in ea sunt sententia, vt valeat votum, quod 20
facit coniux non petendi fauore sui, sed solum vbi alteri coniugi mos gerendus sit. Quoniam sibi soli præiudicat. Ita *Sylues. Votum, 5. q. 2. Greg. Lopez l. 9. verb. Paraguardar, §. 2. p. 4. Nauar. sum. 4. 12. n. 60. Manuel 1. to. sum. 1 edit. c. 243 nu. 8. Vega 2. to summ. c. 129. casu 93.* & dicit esse valde probabile, *Ledesma 2. p. 4. q. 66. a. ad fin.*

Cæterum dicendum est id votum validum esse, obli- 21
gatéque coniugem illo se astringentem sub mortali, vt à petitione debiti abstineat. Quia coniux non tenetur lege matrimonij petere, sed tantum reddere, & ita *D. Aug. in fine super psalm. 146.* & refertur *c. Si dicat, 33. q. 5.* ait: *Pro sanctificatione perfecta Deus tibi computabit, si non quod tibi debetur, exigis.* Cùm ergo non petere sit liberum, ac opus virtutis erit materia voti. Insuper probatur ex *c. Quidam, & c. Placet. de conuers. coniug.* quos textus num. 25. ponderabo ad probandum valere similiter castitatis votum. Nec obstat id votum esse onerosum alteri coniugi cui fundamento aduersarij inniuntur. Quia non est ita onerosum, cum aliquoties possit petere vt alteri morem gerat, & quoties in altero coniuge sentit vouens appetitum coitus vel fornicationis periculum, vt latè explicui hoc l. tota disp. 7. Quod si adhuc sit aliquale grauamen, tenetur alter coniux id subire, cum vouens vtatur iure suo. Vnde infero sententiam n. præced. relatam minime differe ab hac. Quia petere debitum, vt mos geratur alteri coniugi, est ponus reddere: alter enim tunc petit interpretatiue. Vt egregiè docet *D. Th. 4. dist. 38. q. 1. a. 3. quæstiunc. 1. ad 4.* vnde bene ait ea sententia non esse validum votum de non petendo, vt mos geratur alteri coniugi. Quia id votum vere est de non reddendo, fatetur tamen valere votum de non petendo in gratiam ipsius vouentis, quod verè petere est. Atque ita non discrepat à nostra. Quod bene animaduertit *Greg. Lopez statim referend.* Atque ideo sententiam hanc tuentur *Alb. Magnus 4. dist. 32. a. 4.* vbi *Durandus qu. 2. n. 3. Ricardus a. 2. q. 1. corp. Palud. q. 2. a. 1. nu. 14. Guillel. Ventilong. q. vn. a. 2. conclus. 1. Mayronis 4. d. 38. qu. vnic. part. 1. concl. 2.* vbi *Guillel. Rubion. q. 2. a. 2. concl. 2. Cajet. opusc. to. 1. tract. 31. 17. respons. resp. 14. dub. 4. Astens. sum. 2. p. l. 8. to. 10. a. 2. qu. 2. to. 2. Io. de Friburgo summ. confess. l. 1. tit. 8. qu. 43. & seq. D. Anton. 3. p. t. 1. c. 19. §. 3. Angelus Matrimonium, 4. n. 6. Henricus c. Scriptura, nu. 8. de voto.* Et supponit *Sotus 4. d. 32. q. 1. a. 3. post 1. conclus. vers. Verum autem*, ait enim esse consilium id votum non emittere, & post emissum, petere dispensationem, & tenet expresse *l. 7. de iust. qu. 3. a. 1. vers. Quod si contra arguas, Greg. Lopez l. 3. verb. El marido 1. 8. p. 1. Palacios 4. d. 32. disp. 1. fol. 710. vers. Sunt qui credunt, Stunica de voto, q. 3. nu. 58. fine, Petr. de Ledesma de matrim. q. 64. a. 4. dub. 1. concl. 3. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto, punct. 6. qu. vlt. §. Mihi sententia, Barth. à Ledesma de matrim. dub. 71. fine, Iud. Lopez 1. p. instruct. c. 47. fin.* Idem asserunt DD. quos num. 25. referam, docentes valere votum castitatis ab altero coniuge absque alterius licentia emissum.

Id tamen votum cum duntaxat sit de debito non pe- 22
tendo, ad id solum obligabit. Quamobrem sic vouens non tenetur abstinere à debiti redditione, quando id sibi liceret ob alterius coniugis adulterium. Et eo soluto matrimonio potest aliud inire animo non petendi. Nec adulterium admittens, sacrilegus erit contra votum. Quia non fuit castitatis, sed solum non petendi, cui nihil horum aduersatur.

Maior autem difficultas est in secundo casu, nimirum, 23
quando fuit votum castitatis. Et si illud emittatur post matrim. nondum consummatum, & animo ingrediendi religionem, credo esse omnino validum, & ita obligare

eum

etiam ad non reddendum, quoties redditio est voluntaria: vt priori bimestri ante matrimonii cõsummationem: & si alter coniux adulterans præbeat iustam diuortij causam. Sicut de voto castitatis ante matrim. facto diximus hoc l. disp. 6. n. 14. Quia is vouens licite id intendens potuit se ad omnimodam castitatem: idque intendit, cum absolutè vouerit castitatem, & quo eã seruare posset, habuerit, dum vouit, animum transeundi ad religionem. Quia tamen ratione illius propositi voto non confirmati, minimè tenetur ad religionem transire: vt diximus n. 14. poterit transacto priori bimestri consummare matrim. reddendo, sed nunquam poterit petere. Sicut si ante matrimonium esset factum castitatis votum. Si verò non animo ingrediendi religionem, vel habens se negatiuè vouens, nec de ingressu nec de opposito cogitans, promisit: idem existimo dicendum, quod numeris sequentibus dicam de eo voto emisso post matrim. consummatum. Quia obligare se minime potuit ad non reddendum post matrim. etiam ratum, nisi animo transeundi ad religionem. Nec is animus intelligitur in eo voto, nisi expressus sit: eo quod votum religionis sit res difficillima, poscatque diuinam vocationem. Vt in casu simili diximus num. 14.

24 Quod si votum castitatis emittatur post matrimonium consummatum, ab altero coniuge sine alterius licentia, affirmant aliqui id votum non valere. Primò, eo quod sit onerosum alteri coniugi. Secundò, quia votum rei partim licitæ, & partim illicitæ, vel partim possibilis, & partim impossibilis, factũ per modum vnius, ad nil obligat (vt probauimus n. 3.) At hic per modum vnius cadunt nec petere nec reddere, sub castitatis votum. Cum tanquam vnum obiectum respiciatur vtrumque à vouente, comprehensum in castitate. Sicut vouens se nunquam peccaturum, respicit per modum vnius omnia peccata, vt sub ratione generica peccati claudantur: & proinde non tenetur virtute illius voti vitare etiam partem peccatorum possibilẽ: cùm ergo pars talis voti sit de re illicita, & contra iustitiam, qualis est non reddere post consummatum matrimonium, corruet totum votum. Ita videntur tenere *D. Thom. 4. d. 32. qu. vnica, a. 4. corpore, & Turrec. c. Si dicat, 33. q. 5. a. 1. n. 1.* Vbi asserunt hunc coniugem reum esse culpæ, nec debere seruare votum: quia impeditur debiti redditio. Idem videntur etiam tenere *Gratianus, c. Manifestum, verb. Expromissa, 33. q. 5. Turrec. c. Sunt quædam, 17. qu. 1. n. 9. Gerson regulis moralib. 29. tract. de matrim. alphabeto 25. lit. I. Emm. Sa sum. verb. Votum, vers. Coniugem non posse*: nam hi omnes dicunt neutrum coniugem posse absque alterius licentia vouere continentiam. Et tenent expressè aliqui antiqui, teste *Palud. 4. d. 32. q. 2. a. 1. n. 14.* dicentes ita inualidum esse id votum, vt nec mortua vxore obliget virum, *& ipse Palud. 4. d. 38. q. 3. a. 5. n. 36. concluſ. 4. fine.* docet id votum non valere, nec debiti petitionem impedire. Quod idem docet, explicans siue ab vxore siue à viro emittatur, *Petr. de Soto lect. 16. de matrim. §. Vltimo tandem.* Idem sentient à fortiori Doctores asserentes non valere votum petendi, quos n. 18. & duplici seq. retuli.

25 Prima conclusio sit. Votum castitatis post matrimonium consummatum emissum ab altero coniuge absque alterius licentia, est validum, & obligat ad non petendum debitum. Prob ex *c. Quidam, de conuers. coniug.* vbi quando vir retinente vxore professus est, decernitur professionẽ fuisse irritam, at obligari vouentem ad votum castitatis in ea professione emissum, in quantum se potuit obligare, nimirum, ad non exigendum debitum, ; vbi *Votum non tenuit, vlterius vero non poterit vxorem accipere: promisit enim se non exigere debitum, quod in eius potestate erat: & ideo quoad hoc votum tenuit: non reddere autem non erat in eius, sed in mulieris potestate.* Item habetur *c. Placet, eod. t. de muliere coniug. quæ credens virum obiisse professa est*, vbi: *Licet votum eius vsquequaque non tenuerit, eatenus tamen fuit obligatorium, quatenus poterat se non obligare.* Dices primo, hos coniuges tantum voluisse obligare se ad non petendum, atq; ita id votum minime fuisse castitatis. Sed aperte repugnant textus. Quia tunc facile excusassent hos ne tenerentur ad non reddendum. Quia id votum solum fuit de non petendo. Nec verificarentur verba textus dicentia id votum non tenuisse quoad non reddendum. Quia id non est in cõiugum potestate. Rursus, quia illi coniuges vere intenderunt promissionem emittere, alias ad nil tenerentur. De essentia autem status religiosi est perfecta & integra castitas. Eo vel maxime, quod vxor illa, de qua fit mentio *d. c. Placet*, existimabat virum obiisse: (prout ibi dicitur) ac subinde integram & perfectam castitatem, instar aliarum monialium professũtium, voluit promittere. Dices secundo, id votum fuisse solemne, & proinde non mirum si valuerit. Sed id non obstat. Cùm enim votum solemne magis aduersetur præiudicetque matrimonio consummato, quam simplex, si solemne multo altero coniuge valet, à fortiori valebit simplex. Deinde, quia cum professio non valuerit, vt ibi dicitur, non potuit valere votum castitatis, vt solemne, sed tanquam simplex. Solemne enim votum fieri nequit, nisi in religionis professione, aut ordinis sacri susceptione *c. vn. de voto, in 6.* Præterea, quia fere vniuersi Doctores tradunt, illum coniugem sic professum peccare soluto matrimonio, aliud iniundo, at esse validum. Quod secus foret, si esset votum solemne. Dices tertiò cum *Nauar. sum. cap. 12. num. 60. Enriquez l. 12. de matrim. c. 19. commentar. lit. Z.* eos textus non negare tali coniuge prohibenti, debiti petitionem, quæ est amicabilis quædam petitio, nec obligans ad reddendum: sed exactionem, quæ compulsionẽ significat, *l. Exigere, ff. de iudiciis*, atque ita vterq; textus verbo, exigere, vtitur. Sed profecto aduersatur huic solutioni ratio, quam reddit vterque textus, vt nequeat exigere: nempe, quia obligauit se hic professus ad id, quod eius subeat potestati: sed subest petere & exigere: ergo obligauit se ad abstinendum ab vtroque. Et clarius dicitur *eo cap. Placet*, votum eatenus obligasse in quantum potuit: at potuit etiam obligare ad nec amicabiliter petendum. Secundo, quia dicitur ibi, illud votum valuisse, & obligasse etiam vxorem altero coniuge. At si fas esset debitum petere, nil valuisset. Quia effectus voti castitatis est prohibere copulam carnalem, siue petendo, siue reddendo: si ergo vtrumque illi permittitur, carebit effectu votum. Demum, quia non posse exigere, minimè est effectus voti, sed non posse licitè petere. Vouens enim non se obligat, ad non exigendum, sed ad non petendum. Quia licet non habeat ius ad petendum, habet tamen ad exigendum ex vi matrimonij: id est, ad compellendum alterum coniugem, vt sibi reddat: & proinde tenetur alter iustitiæ lege sibi reddere. Secundo, probi conclusio. ex doctrina *Antonyc o c. Placet, num. 2. & eo c. Quidam, n. 3. & ibi Abbatis n. 3.* quos sequuntur *Rosell. Votum, 2. num. 10. Sylu. Votum, 4. q. 2. dict. 4. Margarita confess.* vbi de irritatione voti 135. *pag.* 2. qui ex iis textibus colligunt in voti materia locum habere regulam traditam *c. vn. de despons. impub. in 6.* Si non valet quod ago, vt ago, valet, vt valere potest. Ergo cum votum illud castitatis à coniuge emissum possit valere, quoad non petendum, & quoad alia valebit quoad illa. Tertiò, quia vouens castitatem post matrim. licet intendat absolutam castitatem, at non vouet omnes eius actus per modum vnius: atque ita licet quidam actus, vt non reddere, sit malus, non definet obligare votum quoad alios actus bonos: iuxta dicta numero 3. Quod autem non intendat vouere per modum vnius: ostenditur. Primò quia vouens eam ante matrim. non promittit per modum vnius; alias iniens postea matrimonium, cum iam tota materia non esset possibilis, sed tantum pars, ad nil teneretur. Cuius contrarium esse verissimum, diximus disp. 33. num. 5. & seqq. Secundò, ostenditur idem manifestando differentiam inter hoc votum, & nunquam peccandi. Quia vouens nunquam se peccaturum, respicit omnia peccata sub vna ratione peccati generica, nec ea obligatio potest commodè diuidi & separari. Non enim dabitur maior ratio, cur vo-

tum id obliget ad abstinendum à quibusdam peccatis, quàm ab aliis. Si enim dicas partem possibilem, ad quam vitandam potuit se obligare, esse peccata mortalia: cum etiam sit possibile euitare aliqua venialia, & quibusdam ex his signatis, sit etiam possibile alia: & votum non potius hæc quàm illa respexerit, sit vt materia sit quasi indistincta, & inseparabilis quoad obligationem, & consequenter promittatur per modum vnius, & cum sit impossibilis, ad nil obliget: sed vtile per inutile vitiatur, tanquam non separabilia: iuxta dicta num. 3. & 5. At votum castitatis non respicit abstinere à petitione & redditione, & ab alio matrim. ineundo, & a fornicatione, tanquam indistincta sub vna specie, aut species sub vno genere contenta: sed tanquam actus diuersos castitatis, & obligatio huc est commodè separabilis ac diuisibilis: si enim omnes actus sint possibiles, obligat ad omnes, si aliqui non sint ratione status possibiles, obligabit ad ceteros, & tunc dabitur sufficiens ratio diuisionis ac separationis, atque ita materia erit diuidua, nec promissa per modum vnius, ac subinde pars inutilis non vitiabit vtilem, iuxta n. 3. & 4. tradita. Tandem probatur ex *cap. Sicut nos*, 12. *qu.* 1. quod est Vrbani Pont. ibi: *Melius est non vouere, quam votum prout melius potest, non persicere.* Ideo hanc conclusionem docent *D. Bonauent. 4. d. 32. in expos. lit. num. 3. & ibi Palud. qu. 2. a. 1. nu. 14. Celaia q. 2. vers. Pro huius quæst. intelligentia. Palacios disp. 2. fol. 715. vers. Atqui de voto, Abulensis c. 36. Num. q. 86. Sotus l. 7. de iust. qu. 3. a. 1. vers. Quod si contra arguas. Viguer. Institut. c. 16. §. 7. vers. 10. ad fin. Medina l. 1. sum. c. 14. §. 6. f. 86. pag. 2. Phalarc. de offic. sacerd. to. 1 p. 1. l. 3. c. 4. §. Excipitur in conclus. Enriquez l. 11. de matrim. c. 15. n. 8. sine. Aragon. 2. 2. qu. 88. a. 8. ad fin.* Et ex Iurisperitis, *Antonius c. Placet, n. 6. de conuers. coniug. Abbas c. 1. n. 6. c. Quidam. n. 4. c. Cùm sumus, n. 2. eod. t. Astensis sum. 2. p. l. 8. t. 10. a. 2. q. 3. Rosella Votum, 2. n. 10. & verb. Impedim. impedim. 11. mit. Angelus Matrimonium, 4. nu. 6. Syluest. Votum, 4. q. 2. dict. 4. & Matrimonium, 8. q. 12. dicto 4. & verb. Diuortium, q. 12. nu 15. Nauar. sum. c. 12. n. 60. sine, Sinuca de voto, q. 4. n. 18. Anton. Gomez super Bullam Cruciatam, clauf. 10. n. 67.*

26 Secunda conclusio. Huiusmodi votum est prorsus irritum quoad non reddendum debitum. Probatur, quia *cap. Quidam, & c. Placet, de conuers. coniug.* clarè significant id votum quoad hoc non tenuisse: cum *cap. Quidam*, reddat eam rationem, nempe, non reddere, non esse in potestate coniugis: quare solum obligant illum ad abstinendum à petitione, & ab alio matrimonio, & si censerent obligare ad non reddendum, vbi id coniugi liceret, explicarent vtique. Imò expresse id videtur decidere *d. c. Quidam*, ibi: *Promisit se non exigere debitum, quod in eius potestate erat, ideo quoad hoc votum tenuit.* Vbi clare colligitur ex iis verbis non tenuisse quoad redditionis debiti negationem. Nec obstabit, si dicas *dict. c. Placet*, habere id votum eatenus fuisse obligatorium, quatenus coniux potuit se obligare. Quia intelligitur quoad non petendum debitum: vt explicuit *c. Quidam*, & ita *eo c. Placet, verb. Vsquequaque*, explicat *Glossa*, non fuisse vsquequaque obligatorium, quia remanit obligatio reddenti. Et quamuis potuerit se obligare ad non reddendum, si alter coniux diuortio causam dederit adulterium admittens. Cùm tamen is casus sit rarus, vt ratione illius fiat diuortium, nec excogitatus, non censetur promissus seorsum, sed non reddere cadit sub illo voto per modum vnius, cum sit regulariter malum, & contra iustitiam, totum votum quod illam partem est irritū. Nec est simile de voto castitatis ante matrim. emisso, vel post, ante illius consummationem animo ingrediendi religionem facto. Quia in eo euentu tota materia fuit licita, atque ideo votum fuit validum quoad omnimodam abstinentiam à redditione debiti: nec valorem amittit ex eo, quod post consummato matrim. ad eum casum deuenerit, à quo incipere non potuit, ac subinde merito dixi nu. 23. & disp. 6. nu. 14. id votum obligare ad non reddendum, quoties licitum id fuerit, in nostro autem casu est materia quoad non reddendum illicita. Atque ideo *D. Bonauent. Nauarr. Celaia, Astensis, Palacios, Sotus n. prax. allegati*, dicunt id votum intelligi, atque obligare solum quoad non petendum debitum & non quoad non reddendum. Et melius id docent *Cantar. & Sotus*, quorum doctrinam & locum nu. seq. referam.

Imò quamuis vota subditi de re sibi inhibita, & extera 27
coniugum vota alterutri præiudicantia habeant tacitam conditionem, si superior aut alter coniux consenserit: atque ideò irrita non sint, donec alter requisitus neget consensum: at votum castitatis coniugato, nec sub ea conditione comprehendit actum non reddendi. Sic *Cantar. 2. 2. quæst. 88. a. 8. dub. 2. §. Ad obiectionem vero in oppositum. Sotus l. 7. de iust. quæst. 3. art. 1. vers. Quod si contra arguas.* Qui bene inde infert non teneri hunc vouentem alteri coniugi indicare id votum vt approbet. Immò credo quamuis alter cõscius postea approbet, non teneri alterum ad non reddendum. Quia dum votum emisit, ad id non obligauit se, nec postea votum nouum fecit, nec alterius coniugis consensus superueniens nouam obligationem potuit inducere. Quod si petas, quæ sit ratio differentiæ inter hoc votum & alia coniugum, dixi hoc lib. disp. 3. n. 8.

Hinc deducitur, votum hoc non obligare coniugem 28
ad abstinendum à redditione, quando ea est voluntaria propter alterius adulterium. Constat ex dictis nu. 26. vbi hoc probauit.

Tertia conclusio. Non solùm votũ hoc obligat ad non 29
petendum, sed etiam ad non ineundum aliud matrim. Constat ex *cap. Quidam, de conuers. coniug.* vbi id habetur, & ex *c. Placet, eod. t.* vbi dicitur id votum eatenus obligare, in quantum coniux potuit se obligare: constat autem potuisse se obligare ad abstinendum ab aliis nuptiis. Atque ita docent *Palud. Celaia, Nauar. Enriq. num. 25. allegati.* Nec contradicunt DD. nu. 26. allegati, dum asserunt id votum non obligare nisi ad non petendum. Quia statim se explicant dicentes, non verò ad minimè reddendum. Quare solum excludunt obligationem abstinendi à redditione.

Vltima conclusio. Obligat etiam id votum ad absti- 30
nendum à quouis actu venereo extra matrimonium, eritque sacrilegus talis actus contra votum. Constat ex dictis num. præced. Quia cùm ad id se potuerit obligare coniux, censetur voto castitatis ad id se obligasse: iuxta *c. Placet, de conuers. coniug.*

Ad 1. argum. expropositis n. 24. constat ex dictis nu. 21. 31
vbi illi satisfecimus. Ad 2. constat ex dictis nu. 25. vbi probauimus non promitti per modum vnius, & tradidimus differentiam inter hoc votum, & nunquam peccandi.

SVMMARIVM.

An liceat coniugi sine alterius licentia emittere votum simplex religionis, n 32.

Quid. de voto suscipiendi ordinis sacri? n. 33.

Quid, de voto non ineundi matrimonij? n 34.

Quid de voto continentiæ, obligando se ad omnes actus effectus? n. 35.

Quid, de voto continentiæ, quod non petendi, vel non petendi. Referuntur duplex sententia n 36. & 37.

Tenuale est omittere votum non petendi regulariter. Et similiter votum continentiæ, non explicando eo nomine obligationem, quando hæc vota non emittuntur à fatuis & absque incontinentiæ periculo, n 38.

QVÆSTIO vltima, Num liceat coniugi sine alterius 32
licentia voto se astringere simplici religionis, ordinis sacri suscipiendi, non nudi matrimonij, castitatis, aut non petendi debiti coniugalis? Circa votum religionis, si matrim. nondum consummatum sit, constat posse illud emitti. Quia tunc inuito altero coniuge licitus est transitus ad religionem. Si verò sit iam consummatum, constat similiter licere, si emittatur implendum tempore habili, vt soluto matrim. Quia nihil officit alteri coniugi. Similiter constat esse culpam lethalem si sit animus constante matrim. nec data iusta causa diuortij per adulterium, illud implendi absque alterius coniugis licentia. Quia est dispositio de re aliena inuito domino. Vt præciarè docet *D. Augustin. epist. 45. ad Armentarium*, & refertur *c. Vna, 33. q. 5.* Si autem absolutè emittatur, nulla est culpa. Quia intelligitur implendum tempore habili (vt probauimus n. 1.) atque ideo minimè præiudicat.

Circa

33 Circa votum ordinis sacri suscipiendi, si fiat pro tunc implendum, constat esse mortale, nisi ante matrimonij consummationem, animo profitèdi, quo illud impleatur, fiat. Quoniam aliter impleri nequit absque graui iniuria ordinis, & alterius coniugis. Si autem absolutè fiat, vacat culpa. Quia intelligitur, vt tempore habili impleatur. Vt dixi nu. præced. de voto religionis.

34 Si votum sit non ineundi matrimonij, constat semper esse licitum. Quoniam non est in præiudicium præsentis matrimonij.

35 Circa continentiæ votum, si emittatur animo nec petendi, nec reddendi: certum est, crimen esse lethale, nisi fiat matrimonio nondum consummato, atque animo transeundi ad religionem. Quoniam alter impleri nequit, & promittitur res, quæ culpa mortalis est contra iustitiam. Atque ita tenet *Ioan. de Friburgo sum. confessorum, l. 1. t. 8. q. 44.*

36 Maior autem difficultas est, si id votum emittatur animo reddendi debiti, prout lex matrimonij obligat, abstinendi autem à petitione? Quidam censent id votum esse licitum. Quia minimè præiudicat alteri coniugi absque cuius licentia emittitur: vouetur enim res libera, & ad quam lex matrimonij minimè astringit, (vt probauimus n. 21.) Sic opinantur *D. Bonauent. 4. d. 32. a. 1. q. 1. ante S. Astensis sum. 2. p. l. 8. t. 10. art. 2. qu. 3. Ricard. 4. d. 32. a. 2. q. 1. corp. Guillel. Borrilong. ibi, qu. 1. art. 2. concl. 1.* Et videntur tenere *Mayronis 4. d. 38. q. vn. p. art. 1. concl. 2. & D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 19. §. 3.* vbi dicunt posse vnum coniugem absque alterius licentia vouere non petere. Idem videtur tenere *Sotus 4. d. 31. q. 1. a. 3. post 1. conclus. vers. Verum autem*, vbi tantillum appellat consilium hæc vota non emittere. Idem clare tenent *Nauarr. summ. ca. 12. n. 60. Iud. Lopez 1. p. instruct. ca. 46. §. Votum coniugij, Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 243. n. 8. Vega 2. tom. sum. c. 129. casu 93.* Quamuis enim limitent, nisi sit votum de non petendo, cùm mos est gerendus alteri coniugi: at verè non est limitatio. Quia (vt probaui num. 21.) tunc non est verè petere, sed reddere: ac proinde votum non petendi in eo euentu esset votum non reddendi, atque adeò manifestè illicitum.

37 Alij autem existimant votum non petendi emissum ab altero coniuge, absque alterius licentia, illicitum esse. Quoniam est onerosum alteri coniugi, maxime si sit vir qui id votum fecit. Præterea, quia exponitur incontinentiæ periculo is, qui vouit. Cùm enim in eodem lecto coniuges accubent, posset vrgenti concupiscentia facilè votum infringi. Ita videntur sentire *D. Thomas* & alij, quos cum ipso retuli n. 18, asserentes id votum propter dictum onus à nentro coniuge absque alterius licentia emitti posse. Idem videtur sentire *Durand. 4. d. 32. q. 2. a. 1. n. 5. & ibi Palud. quæstione 2. a. 1. num. 14.* vbi aiunt id votum esse indiscretum, & tenent *Victoria summa. de matrim. num. 280. Enriquez l. 11. de matrim. c. 15. num. 8. Petrus de Ledesma de matrim. quæstione 64. a. 4. dub. 1. conclus. 4. Barth. à Ledesma de matrim. diffic. 71. fine.* Et de viro id promittēte censet idem, *Abulens. ca. 30. Numer. qu. 82.* vbi dicit hoc votum non esse rationi conforme in viro, secus in vxore, & videtur sentire *Gerson. 2. par. regulæ morali. tract. de matrimon. alphab. 25. lit. I.* vbi ait virum non tutè vouere non petere.

38 Sed dic, si hoc votum consideretur secundum se, licite emitti, vt docet prior sententia relata n. 36. & apertè probat eius ratio: idque volunt DD. illius. Si verò consideretur attentis circumstantiis periculi vouentis, & oneris alterius coniugis, esse illicitum. Vt sentit posterior opinio nu. præc. relata. Et ita sentit *Palacios 4. d. 32. disp. 2. s. 716.* At existimo non excedere culpam venialem indiscretionis cuiusdam. Atque hoc significant *Durand. & Palud. n. præced. citati.* dum hoc votum appellant indiscretum. Hinc fit vt cessantibus iis circumstantiis, quia coniuges sunt senes, & in neutro est incontinentiæ aut tentationum periculum, nulla sit culpa. Quod bene docent *Petrus à Ledesma, & Barthol. à Ledesma quos nu. præced. retuli.* Similiter si esset votum continentiæ absolute, ita vt vouens non habuerit animum non reddendi, sed huius immemor promiserit castitatem id votum accipiendum est de parte licita, videlicet de non petendo, vt tradunt *Astensis sum. 2. p. l. 8. t. 10. a. 2. q. 3. Ioan. de Friburgo summ. confess. l. 1. t. 8. q. 4.* & tunc hic dicit non esse mortale, illle autem esse licitum. Sed dicendum est omnino sicut de voto non petendi dictum est. Quoniam verè est non petendi, nec excludit redditionem, vt probauimus n. 26. & 27.

DISPVTATIO XXXVI.

Vtrùm vota simplicia castitatis, religionis, ordinis sacri suscipiendi, non contrahendi matr. ab altero coniuge de alterius licentia emissa sint valida ac licita, vsumq; coniugij, siue petendo siue reddendo, interdicant?

SVMMARIVM.

Num licentia illa conferat ad valorem voti religionis, ordinis sacri suscipiendi, abstinendi matrim. vel ad difficultatem irritationem? n. 1.

Votum castitatis de licentia alterius cum quo emissum ad quid obliget: & num sit vouentis iuxta petere, ne reddat alteri matrim. onerosum, vel vt ea ex periculum incontinentiæ vitetur. 2.

Quod sunt difficultates disputandæ, n. 3.

An coniux dans licentiam suo coniugi vouendi castitatem, possit ab eo debitum exigere si quæ sibi petenti reddendum? Refertur quædam opinio, n. 4.

Sententia Authoris, n. 5.

Quid, si votum sit emissum cum prædicta licentia, priori bimestri ante matrimonij consummationem, vel pollen coniux, quē non vouit, adulterium admittit, an qui vouit possit ei debitum reddere, n. 6.

Quid, si vnus coniux consentiat vt alter voueat omnimodam continentiam, quoad non petendum & non reddendum, an is qui vouit, teneatur reddere alteri petenti possitque is vouens alteri remittere licentiā, & concedere ius vt petat? n. 7.

An votum castitatis de licentia alterius coniugis emissum sit licitum? num. 8.

Soluuntur argum. & explicatur c. Charissimus, de conuers. coniug. n. 9.

An coniugi de licentia alterius vouenti castitatem tenentur, quid dedit licentiam, non tamen vouit, reddere debitum? Refertur quædam opinio, num. 10.

Sent. Authoris n. 11. & ibi, an prior bimestri ante matrimonij consummationem, vel si is qui vouit, perpetret adulterium, vel si licentia facta ad omnimodam castitatem vouendam, licet reddere, vel si id ius sit renunciatum.

Soluuntur argumenta, n. 12.

SI de simplici religionis voto sermo sit, nil prorsus ad eius valorem confert licentia alterius coniugis. Quia si ea præstetur ante matrimonium consummatum, absque ea licentia validum est, & obligat (vt diximus disput. præced. num. 10.) & si ea non obstante consummetur matrimonium, perinde erit prima cōsummatio sacrilega: deinceps què licebit petere & reddere, ac si prædicta licentia minimè interuenisset. Quia iam votum impleri non potest, nisi coniux alter efficiat quæ iura præscribunt ad eum ingressum: & ad illa non tenetur qui licentiam dedit, cùm ad ea non se obligarit. Si post matrim. consummatum detur licentia: nil etiam præstat, nisi vterque coniux decernat id efficere quod iure desideratur ad ingressū alterius in religionem. De qua re latè dixi l. 7. in impedim. ord & voti solemnis. Atque ita vbi id non efficitur, iudicandum est de eo voto, sicut de emisso absq; licentia diximus disp. præced. à num. 10. vsque ad 13. Similiter ad valorem voti ordinis sacri suscipiendi nil confert ea licentia. Quoniam siue ante matrim. consummatum, siue post, minimè licet viro ordines sacros suscipere, nisi seruatis, quæ iis præscribit de quibus actum est lib. 7. in impedimēto ordinis. Quare dum ea non præstantur, dicendum est de eo voto, sicut disp. præced. n. 14. & 15. diximus de eodem voto absque licentia facta. Nec ad valorem voti abstinendi ab alio matrim. ineundo confert. Quia absque licentia est omnino validum, vt dixi disp. præced. n. 16. Consultò autem dixi, non conferre ad horum vororum valorem. Quia quoad potestatem ea irritandi multum confert, interuenerit nec ne licentia. Nam peccat mortaliter coniux irritans vota de eius licentia emissa, nisi adsit legitima causa: & magna est cōtrouersia an teneat irritatio etiam cum causa. Vt dicemus disp. 40. per totam. 1

2 Difficultas autem eò pertinet, vt explicetur quid conferat alterius coniugis licentia in voto simplici castitatis emittendo. Et quidem vltra obligationem quam parit absque ea licentia emissum de qua disp. præc. n. 29. & 30. obligat sic vouentem, ad non petendum debitum. Quod tamen sub iudice est, vbi absque licentia factum esset (vt vidimus disp. præc. à n. 18.) Et præter hoc, licet quando sine licentia emissum est, debeat se vouens aliquoties offerre alteri coniugi, ne matrim. reddatur illi onerosum (vt dixi disp. 7. nu. 1.) At concedens prædictam licentiam in hoc sibi præiudicat, vt non sit ab eo debitum postulandum ob prædictum grauamen (vt ibi probaui num. 2.) Vtrùm autem ob periculum incontinentiæ? dixi ea disp. 7. num. 5.

3 Circa redditionis verò actum versatur punctus difficultatis. Est autem duplex agitanda quæstio. Prior, an cõiux qui prædictam licentiam concessit, possit debitum exigere, atque alter reddere teneatur? Posterior, an is qui vouit debitum petat, teneatur alter, qui licentiam concessit, non tamen vouit, reddere?

4 QUÆSTIO I. An coniux ex cuius licentia alter solus castitatem vouit, possit debitum exigere, & subinde alter reddere teneatur? Aliqui affirmant eum non posse petere. Ducuntur primò, quia cùm dedit vouendi facultatem, videtur iure suo petendi cessisse. Sicut in simili docet *Durand. 4. d. 32. q. 2. a. 2. n. 6.* concedentem suo coniugi facultatem profitendi, quamuis licentia minus legitima fuerit, vbi alter professus est, se iure suo petendi priuasse. Secundò, quia ea licentia intelligitur vt alter coniux voueat castitatem absolutam, abstinendo à petitione & redditione, ab omniq; actu venereo; & cùm id votum validum fuerit, tanquam legitima licentia emissum, videtur concedens iure petendi se ipsum destituere. Et confirm. quia alias prædicta licentia esset inutilis, nam vt coniux vouens nequeat exigere, nulla desideratur licentia, sed vt non teneatur reddere. Tertiò, quia vbi vterque coniux communi consensu continentiam vouit, vterque ita cedit iure suo, vt nec petere nec reddere amplius possit (vt disp. seq. probauimus.) Ergo similiter quãdo alter de alterius consensu vouit. Quamuis enim præstans consensum minime vouerit, & proinde non teneatur ex vi voti à se emissi, at tenetur ex pacto quod alter remittere nequit cum astrictus sit Deo per votum ad abstinendum à coniugali actu, in quantum sibi licuerit. Quartò, probat *Antonius ex c. Charissimus, de conuers. coning.* vbi viro concedente vxori licentiam vouendi castitatem ad tempus, compellitur vxor ad instantiam viri actui coniugali vacare: his verbis *Si inueneritis virum ad tempus præbuisse consensum, maxime si non idem vir continentiam vouit perpetuam: eandem vero cohabitare faciatis, & vtrumque inuicem maritali affectione tractare.* Ergo secus esset si vxor de licentia viri continentiã vouisset perpetuam. Quintò, quia coniux vouens, à quo debitum petitur, habet ius excipiendi contra petentem, nempe, de ipsius licentia votum esse emissum. Atque ideo coniugem, qui prædictam licentiam concessit, non posse petere, tenent *Glossa d. c. Charissimus, verb. Præbuisse, & ibi Anton. num. 3. Abbas num. 5. Abul. c. 30. Num. qu. 81. Alex. in suo Enchiridio 2. p. præcep. 6.* vbi de debito coniugali, §. *Si vir petit. Stunica de voto qu. 3. nu. 62.* Quare si is, qui licentiam concessit, debitum petat, non teneri vouentem reddere, tradunt *Palud. 4. d. 32. q. 1. a. 2. concl. 4. n. 9. Adrian. 4. q. 14. de matrim. vers. Tertio cõtingit: & quodlib. 2. art. 1. in solut. ad 1. lit. H. f. 31. in paruis volum. Abulens. d. q. 81. Turrecr. c. Sciatis, 33. q. 4. a. 1. n. 2. casu 4.* Imò esse mortale peccatũ reddere, affirmat *Alexan. in suo Enchirid. 2 p. precept. 2. tract. de voto, §. Si de licentia viri:* & clare sentit *Stunica proxime citatus*, dicit enim tunc votum seruandum esse, perinde ac si vterque coniux vouisset. Dissentiunt autem aliqui ex DD. citatis. Nam *Glossa & Antonius* hoc temperant, vt intelligatur quando licentia concessa est ad vouendum castitatem perpetuam, secus ad tempus; & ducuntur ex eo *c. Charissimus*, vt deduxi in 4. argumento. *Abulensis* verò sentit idem, quando votum est ad tempus, eo nondum transacto. Quia pro eo tempore non minus obligat, quam votum perpetuum.

Verius tamen est id votum (nisi aliud specificetur) mi- 5
nimè officere iure concedentis licentiam, sed eam intelligendam esse, vt vouens coniux se ex parte sua ad cõtinentiam obliget, absque concedentis præiudicio, ita vt petere nequeat, at reddere teneatur. Quia ea licentia accipienda est, vt quam minimũ possit, noceat concedenti, eius enim tacita intentio, dum de contraria minime constat, ea videtur esse. Ideo hanc sent. sustinent *Innoc. c. 1. de conuers. coniug. in fine, & ibi Ioan. Andr. n. 2. Anton. n. 6. Abbas n. 6 Anchar. num. 1. Cardin. qu. 3. D. Anton. 3. p. t. 1. c. 22. §. 3. ad fin. Rosella verb. Impedimentum, impedim. 11. in princip. Angelus Matrimonium, 4. n. 8. Syluest. Votum, 5. q. 2. & Matrimonium, 8. q. 12. dicto 4. Tabiena Matrimonium, 1. qu. 3. §. 4. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. vers. Id autem. & l. 7. de iust. q. 3. a. 1. vers. Arguuentum autem. Nauar. sum. c. 12. nu. 59. & c. 16. nu. 31. Philiarc. de offic. sacerdotu, tom. 1. p. 2. l. 3. c. 4. §. Excipitur in conclusione. Vgolin. de matrim. c. 10. n. 2. fine Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 84. init. & c. 46 init. Emm. Sa. summ. verb. Debitum coniugale paulo post princ. Anton. Gomez. super bullam Cruciat. clausula 10. n. 68. Manuel 1. to sum. 2. editione, c. 243. num. 14. & 2. tomo, c. 90. n. 5. Vega 2. tomo sum. c. 129. casu 77.*

Hinc infero, quamuis coniux, qui emiserat votum ca- 6
stitatis ante matrim peccet reddendo priori bimestri ante consummationem, etsi alter causam iustam diuortio adulterans dederit: eo quòd tunc sit redditio illa voluntaria. Quod probaui disp. 6. n. 14. at in hoc euentu, quãdo post matrim. est emissum castitatis votum de licentia alterius coniugis, nisi emissum sit ante matrim. consummatum animo ingrediendi religionem: vel post, eodem animo, nempe, quando alter coniux efficere vult, quod iure desideratur ad eundem ingressum: licitum esse huic coniugi, qui vouit, reddere debitum alteri adultero, vel priori illo bimestri, sicut disp. præc. n. 23. & 28. diximus de voto castitatis emisso post matrim. ratum vel consummatum absque alterius coniugis licentia. Quia (vt probaui n. præc.) licẽtia hæc ad votum, deficienti eo animo ingressus religionis, non censetur concessa ad vouẽdum omnimodam castitatem, quod esset in præiudicium eam concedentis, sed ad vouendum non petere, & non inire aliud matrim. quod est in solum ipsius vouentis damnum, ac proinde in nullo euentu obligat ad abstinendum à redditione etiam spontanea: sicut obligat votum absolutæ castitatis.

Dubitabis autem, quid dicendum sit, vbi alter coniux 7
concessit expressam licentiam alteri vouendi omnimodam castitatem? *Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1 p. 2 l. 3 c. 4. §. Excipitur in conclus.* ait tunc non fas esse coniugi, qui prædictam facultatem concessit, petere debitum, nec ei petenti posse alterum, qui vouit, reddere: nisi coactè licentiam concesserit, vel fuerit adeò ignarus, vt putarit ei adhuc esse reddendum. Quoniam cum volens vnum, censeatur velle omne id, per quod peruenitur ad illud; coniux qui nec coactus, nec iuris ignarus, sed sui præiudicij conscius, eam facultatem concessit, videtur ipse quoque tacitè vouere continentiam, vt nec petere possit, nec ipsi petendi sit reddendum, iuxta *c. Qui vxorem, 33. q. 5.* Sed nescio vbi inuenerit prædictum continentiæ tacitum votum in coniuge eam copiam faciente. Quia (vt bene aduertit *Enriquez l. 21. de matrim. c. 15. num. 8.*) illud est in speciale in coniuge non iuris ignaro, permittente vt alter solemni castitatis voto ligetur: & de hoc casu loquitur *d. c. Qui vxorem.* Quia cùm id votum solemne emitti nequeat altero non vouente continentiam, qui huius iuris conscius prædictam fecit copiam, eo ipso videtur vouere cõtinentiam, ne sua licentia sit frustratoria. At vt valeat votum simplex omnimodæ continentiæ de licentia alterius coniugis factum, non desideratur vllum votum in concedente. Quare egregiè aduertit *Abbas c. Charissimus, de conuers. coning. num. 5.* præstare consensum voto continentiæ alterius coniugis, & vouere ipsum præstantem, poni vt diuersa in eo textu. Vnde sic dicendum existimo: suppono virum præstantem eam licentiam posse irritare validè id

votum

votum absque causa, sed peccare mortaliter: & cum causa, nullam esse culpam; (vt dicendum est disput. tota 40.) & similiter vxorem posse quoad obligationem non reddendi irritare, cum peccato mortali absque causa, quando semel licentiam concesserat: & sine peccato, existenti causa iusta: (vt dicam disputat. 42. per totam.) Suppono etiam esse tacitam irritationem, quando coniux conscius voti de licentia à se emissi, petit debitum: & si immemor sit, admonetur ab altero, & admonitus adhuc instat, esse (inquam) irritationem non absolutam, sed quoad illum actum: & in irritatione culpam esse: at semel voto irritato non esse culpam petere. Quia iam omnino extincta est obligatio voti. Quæ latiùs dicam disp. 40. num. 22. & meliùs disp. 42. num. 30. His ergo suppositis dico si coniux, siue vir siue femina, prius iritet votum illud de licentia sua emissum quoad non reddendum, siue peccarit quia absque causa, siue non peccarit irritando, minimè delinquere cum petendo debitum, & alterum teneri reddere. Quia præmissa irritatione, non manet voti obligatio, quod licitum vsum impediebat. Si vero non prius iritet, at memor voti de licentia sua emissi, aut de illo admonitus ab altero, adhuc petat debitum, censebitur irritatio voti pro illa vice, & ita peccabit petens quatenus irritat, si non adsit iusta irritandi causa, at alter tenebitur reddere. Quia cessauit obligatio voti. Imò credo, dato nollet cõiux irritare, vel retẽta opinione, vt id nõ posset efficere, peccare coniugem qui contra prædictam licentiam petit debitum, & quidem mortaliter. Quia aduersatur de voto licentia sua facto, at alterum teneri reddere. Quoniam dans prædictam licentiam, cùm nullum interuenerit pactum, quale reperitur in voto communi consensu emisso: solum censetur concedere, vt alter se dedicet ad absolutam continentiam seruãdam, & ipse tenetur religionis vinculo, nempe, voti de licentia sua emissi, non contrauenire: at non abdicat à se ius iustitiæ in corpus coniugis, quare si petat, erit sacrilegus cõtra votum, at alter tenebitur reddere tãquam rem suam poscenti. Sicut dum prælatus facit copiam religioso vt vouear abstinentiam, irritãs sine causa peccat lethaliter peccato sacrilegij contra votum: at non abdicauit à se dominium per talem licentiam, ac proinde tenebit irritatio. Quare caute hoc significans *D. Bonauent. 4. d. 32. in expos. lit. num. 4.* dixit, si vxor de licentia viri castitatem vouerat, & vir intendat simpliciter cedere iure suo, non teneri vxorem reddere. Vnde infero exigi vt alter coniux non habeat deinceps ius iustitiæ, ac ita ipsi petenti reddendum non sit, vt vltra licentiam velit abdicare omne ius iustitiæ, quod habet in corpus alterius, idque alteri intimet, ab eoq; acceptetur: vt sit pactum (vt in simili dixi disputatione 6 numero 7.) Quod si hac iuris renunciatione facta, votoque emisso ab altero coniuge, iterum concedant sibi coniuges ius ad petendum & reddendum, licèt id sacrilegium sit aduersus votum, at tenebit factum: & similiter si is qui vouit de prædicta licentia, cum ea renunciatione, remittat renunciationem, iterumque concedat ius, tenebit factum: & iam deinceps tenebitur reddere petenti: licèt sit sacrilegium cõtra votum. Probatur, quia per votum simplex continentiæ non redditur vouens incapax acquirendi ius iustitiæ ad liberum vsum coniugij: vt constat in matrimonium contrahente post votum. Ergo si coniugi obligato ex voto detur ius iustitiæ de facto, & ab eo de facto accepetur, vel detur illi qui concessit licentiam ius à se abdicans, ab eoque acceptetur, tenebit factum. Vt si quis contra votum vel iuramentum de non vendendo, vendat, tenet venditio. Nam ea renuntiatio iuris quatenus est in fauorem coniugis, tam ab ipso remittitur, & quamuis peccet remittens, quia acceptarat in Dei obsequium, vouens ipsi suum corpus, cum tamen non fiat acquirendi vel tradendi dominium in capax, erit remissio illa efficax & valida, at sacrilega contra votum. Quod idem dicemus disput. sequ. numer. 15. quando vterque communi consensu vouit. An verò tunc possit facta semel remissione & traditione sacrilega alter coniux irritare votum, vt non sit sacrilegium deinceps petere? dicemus disput. 40. n. 22.

Vtrum autem liceat coniugi de licentia alterius, votũ 8
simplex castitatis emittere? dicam disp. sequenti, num. 16. & 17.

Ad argum. n. 4 proposita resp. Ad 1. die non cessisse: vt 9
constat ex dictis n. 5. Etiq́ue diuersum in coniuge dante licentiam alteri vt profiteatur. Quia dat licentiam vt tradat potestatem sui corporis alteri, atque ita omnino cedit iure suo. Ad 2. constat ex dictis nu. 5. non ita amplè eam licentiam intelligi: quando autem ita amplè concederetur, diximus n. 7. ad quid obliget. Ad confirm. constat ex dictis num. 2. vbi ostendimus ad quid conferat licentia. Ad tertium negatur conseq. Quia quando vterque communi consensu vouet, adest pactum, facio vt facias, cedo iure meo, vt iure tuo cedas. At vbi licentia alterius vt alter voueat, nullum est pactum. Ad quartum respondet *Abbas eo. cap. Charissimus, num. 3.* non constare ex eo textu tempus illud, ad quod votum emissum est, nondum esse lapsum. Et *num. 8.* exponit, vt tempus sit iam lapsum, & illud: *Maximè si vir non vouit continentiam perpetuam:* explicat, vt Maximè, referatur ad votum temporale: vt sit sensus, virum posse debitum petere, maximè si non vouit continentiam perpetuam, sed temporalem, id est, etiam si maritus vouisset continentiam temporalem, cum tempus sit iam lapsum. Ad quintum negatur eam exceptionem esse legitimam. Quia votum illud non interdicit iure petendi concedenti licentiam.

Qvæstio II. An coniugi qui de licentia alterius vouit 10
castitatem, teneatur reddere alteri? Quidam aiunt mortaliter delinquere, si reddat. Probant primo, ex *D. Augustino epist. 199. Ad Euditiam,* & refertur *c. Quod Deo, 33. q. 5.* ibi: *Quod te non exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ipsa consensit.* Vbi *D. Augustin.* virum qui vxore connuente castitatem vouerat, eam omnino seruare monet. Secundò, quia coniux non vouens ideo tenetur reddere voto astricto, quia absque eius permissione vouit. Quæ ratio cessat, quando adfuit consensus alterius coniugis. Et confirm. quia adiuuans ad vouendum, adiuuare minimè debet, quo votum infringatur: argumento ex *l. Rem legatam. ff. de adimend. legat. & c. fin. de verb. sign.* Tertiò, quia vouens habita copia alterius coniugis, amittit ius petendi, sicut vterque amittit vouens communi consensu: ergo sicut in hoc euentu peccat mortaliter coniux reddens, ita in illo coniux dans licentiam, peccabit reddendo illi qui vouit. Quartò, quia eo ipso quod facultatem concedit, videtur renuntiationem illam iuris petendi debitum, quam facit coniux vouens, acceptare, non præcisè quatenus fit in fauorem suum, sed præcipuè vt cedit in honorem Dei. Ergo est sacrilegus ei postea reddendo. Ideo hanc sent. tuentur *Ioan. de Neapoli quodlibet 8. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 22. §. 3. Syluest. Votum 5. q. 2. Nauar. sum. c. 12. num. 59. & c. 16. n. 31. Ludou. Lopez 1. p. instruct. c. 84. init. & c. 46. init. & §. vltimo Manuel 2. to. sum. c. 90. num. 5. Vega 2. to. sum. c. 129. casu 77.* & facit *Ledesma 2. p. q. 55. a. 1. fine*, vbi dicit hunc non teneri reddere. Si enim non tenetur, peccabit cooperans sceleri petentis contra votum.

Sed probabilius est minimè peccare, imò teneri sub 11
culpa mortali reddere. Ducor, quia votum non priuat vouentem iure iustitiæ, quod habet vt alter coniux sibi reddat, qua ratione tenetur qui non vouit reddere debitum coniugi voto astricto (vt probauimus disp. 6. num. 7.) Nec etiam licentia concessa per alterum cõiugem ad vouendum: ea enim (vt num. 5. diximus) non derogat iuri petendi & reddendi, quod habet coniux, qui non vouit; nec inducit pactum aliquod iustitiæ, per quod vouens abdicet à se ius iustitiæ, (vt diximus num. 9.) Sed tantum operatur vt coniux vouens ex virtute religionis obligetur Deo ad non petendum (vt num. 2. explicuimus.) Ergo alter reddere tenetur. Ita docet *Palud. 4. d. 32. q. 2. art. 2. concl. 3. num. 20.*) sed alii innititur fundamento, quòd non

approbo,

approbo, sed disp. seq. illud confutabo, nu. 17.) *Veracruz 1. p Speculi, art. 15. fin. & appendice ad eundem a. 15. ad fin. fol. 124. Enrique l. 11. de matrim. c. 15. num. 8. Barth. à Ledesm. dub. 20. de matrim. conclus. 1. Manuel 1 tom. sum. 2. edit cap. 243. num. 14.*) Quod maxime verum est. Nam etiam quando vterque coniux communi consensu vouit, non desunt, qui dicant teneri vtrumque reddere, vt videbimus disp. seq. num. 9.) Imò credo priori bimestri ante consummatum matrimonium, vel si coniux vouens dederit iustam diuortio causam, adulterium perpetrans, quo casu non est sub præcepto redditio debiti, sed spontanea, posse alterum vouenti reddere: sicut liceret tunc reddere coniugi, qui votum emisit absque dicta licentia, dixi disp. præc. n. 18. Et quando votum emissum est ante matrimonium: dixi disput. 6. num. 12. vbi id probaui. Addo idem me credere, quamuis licentiam concesserit coniux, qui non vouit, ad omnimodam castitatem vouendam, cedens omni iure iustitiæ, quod ad petendum habebat: adhuc enim tenetur illi petenti contra votum reddere debitum. Nam alter cùm nullum inierit pactum, nec iure iustitiæ ad petendum cesserit, sed tantum se vinculo religionis voti Deo obligant, si contra votum petat debitum, exigit quod suum est, ac proinde est illi reddendum. Solus enim, qui non vouit, nullo inito pacto ex parte vouentis, ius sum petendi à se abdicauit. Quod si quis vouit, renunciauit iustitiæ, & ab altero renunciatio acceptetur, non poterit illi vouenti reddi debitum: nisi (vt explicui nu. 7. fine) iterum concedat illi alter coniux ius ad petendum.

12 Ad argum. n. 10. proposita resp. Ad 1. dic *D. Augustin.* expresse loqui, quando vterque coniux communi placito vouit. Ad 2. negatur eam esse rationem. Sed quia petit sibi legem iustitiæ debitum. Ad confirm. dic illum non adimere quo votum infringatur, nec id intendere: sed reddere debitum iustitiæ. Sicut reddens nummos propinquo, volenti eis mercenicem conducere ad fornicandum, non cooperatur fornicationi. Ad 3. negatur antecedens. Quia non adest pactum aliquod, sicut dum vterque pari consensu vouet. Ad 4. dic vouentem nullum ius renunciare, nisi in ordine ad Deum, cui solum per votum obligatur. Quod si ius iustitiæ in alterum renuntiaret, ab ipsoque acceptaretur, iam dixi n. præc. in fine, non esse reddendum.

DISPVTATIO XXXVII.

Vtrum vota per coniuges, siue mutuo consensu, siue seorsum emissa, castitatis, religionis, non ineundi matrim., vel per virum, ordinis sacri suscipiendi vel religionis, vxorem autem castitatis; aut per alterum castitatis, per alterum verò religionis, licita sint, ac impediant debiti petitionem & redditionem?

SVMMARIVM.

Ad quid obligent hæc vota seorsum ab vtroque coniuge facta. num 1.

An si vterque matrimonio inito vouit seorsum castitatem, possit reddere priori bimestri ante consummationem vel altero adulterante? n 2.

An censeatur votum mutuo consensu factum, si vterque seorsum & independenter ab altero, habita tamen eius licentia vouerit? n. 3.

An dum sic independenter, at cum licentia alterius vouit vterque castitatem, possit & petere & reddere, etiam priori bimestri ante matrimonij consummationem, vel si alter sit adulter? n. 4.

Quid si sit votum religionis communi placito emissum? n. an petere possit ambo petendo & reddendo, etiam tempore non vtili? n. 5.

Quid si votum sit non ineundi matrimonij communi assensu factum? n. 6.

Quod si communi placito vir vouerit ordines suscipiendos, & vxor castitatem? n. 7.

Quid, vbi consensum alter religionem, & alter castitatem promisit? n. 8.

Quid, si vterque communi placito vouet conciunctam? Refertur opinio, n. 9.

Neuter potest tunc petere aut reddere, n. 10.

Quid, si alter tunc fornicetur? n. 11.

An altero aut vtroque fornicante, possit Ecclesia eos ad cohabitandum cogere? Et expenditur c. Tua, el 2. de restitut. n. 12.

An coniuges post id mutuum simplex communi placito votum castitatis emissum, aut si vnus alter vitæ ad ordines promotus sit, aut alter seu vterque professum rem habentes, perinde ac si coniuges non essent, videantur aperire se coniugales esse? n. 13.

An absolnantur à mutua cohabitatione & alijs obsequijs, vtro castitatis communi placito emisso, ita vt licitus alteri ad religionem transitus? n. 14.

An si hoc voto emisso, tradant iterum sibi coniuges mutuam corporum potestatem, peccent, ac possint petere & reddere? n. 15. & ibi remissiue, an sint coniugibus id votum postea irritati?

An licuit alteri coniugi de licentia alterius, vel vtriq; communi consensu, id castitatis votum in seculo emittere? Refertur opinio, n. 16.

Proponitur sententia authoris. Et expenditur c. Tua, el 2. de iureiur. & c. Si vir & vxor, 27 q. 2. & c. Veniens, de regul. n. 17.

An pactum mutuum absque voto non petendi nec reddendi valeat? Proponitur quædam opinio, n. 18.

Validum est, & possunt ambo remittere, & petere & reddere, n. 19.

Quid, si iuramento firmatur? Et quando iuramentum quod pactatum, & cui remittat alteri præiudicium, possit ab ipso remitti, n. 20. & quid si alter aut vterque seorsum vouerat castitatem, sed n. 20.

Non tenetur alter reddere, n. 21.

Tenebitur si videat alterum periculo incontinentiæ expositum, n. 22. & ibi, an semel vel iterum concumbentes ij coniuges censeantur pactum remittere?

Potest vterque petere per modum ambitus non tamen exigere, n. 23. & ibi, quid si alteri immineat incontinentiæ periculum, an possit cogere. Soluuntur argum. n. 24. & ibi, an sit remissio quæ necessitet iterum inire, cum coniuges possint mutuum castitatis votum petere & debitum.

ET quidem quando non mutuo consensu, sed seorsum hæc vota emissa sunt, absque alterius coniugis licentia, idem prorsus dicendum est, ac si alter coniux vouisset post matrimonium absque alterius licentia. Ad id enim ad quod tenebitur altero coniuge non vouente (de qua obligatione egi tota disp. 35.) tenebitur vterq; Qui a vterque vouit independenter & absque alterius licentia, ac proinde vtrumque votum suum ligabit authorem. Atque ideo sicut votum castitatis ab vtroque coniuge ante matrim. emissum, vtrumque astringit ad non petendum debitum, & ad reddendum tenentur ambo, (vt dixi disp. 33. n. 8.) Ita post matrim. emissum absque licentia, eundem effectum & obligationem parit. Vt bene docent *Angelus Matrimonium, 3. impedim. 5. n. 3. Iud. Lopez. 2. p. instruct. c. 46 §. Vtrum quando.* Quamuis *Rosella verb. Impedimentum, impedim. 4. n. 6. Sylvest. Matrimon. 7. q. 5. dicto 6. Guillelm. Rubion. 4 d. 38. q. 1. art. 2. concl. 3.* asserant neutrum coniugem eo voto ligatum, siue ante matrim. siue post, posse debitum reddere. Quos reprobaui supra, disp. 33. n. 8. 1

Imò licet, quando ante matrim. vterque coniux vouit, castitatē, neuter possit debitum priori bimestri ante matrim. consummatum reddere, nec innocens voto eo astrictus alteri adulteranti, (vt probaui disp. 6. num. 14.) At in præsenti casu, quando post matrim. id votum factum est ab vtroque, distinguendum est ac dicendum, sicut distinxi & dixi disp. 25. n. 23. & seq. quando alter solus id votum emisit absque alterius licentia. 2

Nec existimo esse mutuum consensum, quando vterque seorsum vouit de licentia alterius, independenter tamen alter ab altero, & non per modum reciprocæ conuentionis. Vt si nunc maritus obtenta vxoris licentia vouerat castitatem, & eo voto facto petat similem licentiam vxor à viro, eaq; obtenta vouerit ita vt minimè fuerit inter eos mutuum pactum initum, vouco vt voueas. Quia in priori euentu nullus adest contractus, nullaque conuentio: in posteriori autem est, facio vt facias. Atq; ita videtur sentire *Sotus l. de iust. qu. 3. a. 1. vers. Argumentum autem*: vbi votum mutuo consensu emissum ait, esse quoddam genus mutui contractus, facio vt facias. Et *Iud. Lopez. num. praced. alleg.* vbi dicit tunc adesse tale votum, quando vterque coniux vouet cum hac conditione., vouco vt voueas. 3

Quando autem vterque coniux vouit castitatem post matrimonium; habita prius licentia, at non mutuo consensu, sed seorsum & alter independenter ab altero, si licentia fuit absolute ad vouendum, neuter licet debitum petere propter votum castitatis vtriusque, at vtrique petenti est reddendum. Quia vterque sacrilege aduersus votum exigens debitum, ius iustitiæ, vt sibi reddatur, retinet, (vt dixi disp. præc. num. 5. & 11.) Et de priori bimestri, vel si alter adulteretur, distinguendum est eodem pacto, quo eadem disp. præc. n. 6. dixi, quando alter solus de licentia alterius vouit. Quia (vt ibi num. 5. probaui) ea lic- 4

centia est ad solum non petendum, & nullo modo claudit non reddere. Quod si licentia fuerit ad vouendam omnimodam castitatem, adhuc vterque tenebitur alteri reddere, (vt probaui disp. præc. nu. 11.) At priori bimestri ante consummatum matrim. neutri licebit reddere: si tunc fuerit id votum ita factum. Quia redditio est spontanea, ac quilibet tenetur voto castitatis perfectæ, ac proinde abstinere à redditione, quando matrim. non constringit reddere. Sicut si ante matrim. alter vouisset castitatem, teneretur in hoc casu non reddere (vt probaui disp. 6. nu. 14.) Atque similiter altero adulterante tenebitur innocens, qui sic vouit, ei non reddere, (vt dixi eo. nu. 14.) At adulter tenebitur reddere innocenti petenti. Quia innocens est liber à reddendi obligatione, ac subinde ratione sui voti tenebitur abstinere. Nocens autem minimè liber est, quare alteri, quamuis sacrilege petenti negare non poterit debitum. Quod si vterq; ius suffitiæ omnino abdicarit, ab alteroque acceptetur, neuter poterit alteri debitum reddere, nisi ambo iterum sibi ius concedant: vt dixi disp. præc. n. 2.

5 Si autem votum sit religionis communi consensu ab vtroque coniuge emissum: si ante matrimonii consummationem contingat: videtur peccari consummando prima vice, sicut si alter solus tunc vouisset religionem, peccaret mortaliter consummans, siue petendo siue reddendo, (vt probaui disp. 33. n. 14.) Non enim votum alterius coniugis alterum ab onere propriæ voti adimplendi releuat, imò confert, vt magis ligetur. Cum vtroque communi placito vouêti cessêt prorsus initia matrim. prius initi, quæ obligationi voti perfectæ obstare posset. At dicendum est minime, eos coniuges peccare, siue petendo siue reddendo. Et ratio disparitatis est. Quia quando alter solus vouit religionem, seu vterque etiam de licentia alterius, non tamen communi consensu; & per modum pacti, tenetur vterque independenter ab altero religionem ingredi, quod præstare non potest semel consummans, ac proinde lethaliter deliquit, quasi se impotentem reddens, quo votum expleat. At quando vterque communi consensu vouit potest vterque æquè implere votum, si matrim. consummet, ac antea: & licèt antea posset alter ingredi altero nolente, secus autem post, atque ita impotentior videatur effectus ad votum explendum: at minime tenetur ingredi, altero ingredi nolente. Cum per modum pacti se obligarit vterque, ac subinde altero implere nolenti, alter liber est. Quòd si vterque velit ingredi, potest æquè consummato matrim. vt ante consummationem. Nec votum illud religionis impedit debiti petitionem aut redditionem, quando hæc non impediunt facultatem ingrediendi. Cum non sit votum castitatis. Sicut nec tunc fornicando sacrilegi essent illi contra votum. Nec potest dici statim eo voto emisso, cum statum velint mutare, abdicasse à se eos dominium ac ius corporum. Quia simplex promissio religionis non est abdicatio vsus coniugalis, vtpote, qui voto minimè aduersetur, sed est promissio assumendi statum, in quo ei vsui voto solemni renunciabitur. Credo tamen neutrum coniugem teneri ad reddendum alteri, ante matrim. consummationem. Non quidem priori bimestri, quia nec secluso voto ad id tenetur, nec eo transacto. Quia potest cogere alterum, vt fidem pacti seruet, & religionem ingrediatur, quod si nolit, potest se illæsum conseruare, vt altero inuito possit ingredi. Quòd efficere non posset transacto eo bimestri, eo voto absque communi cõsensu emisso, nisi statim ingrederetur religionem, propter iniuriam matrimonij. Quod si votum id religionis communi placito ab vtroque coniuge emissum sit post matrim. consummatum: à tertiori neuter peccabit exigendo vel reddendo, imò nec anno nouitiatus. Quia ante professionem neuter tenetur ad castitatem. Peccabit tamè lethaliter ille, qui est in mora implendi votum. Alter autem paratus implere, vacat culpa. Quia nec tenetur nec potest ingredi altero non ingrediente. Existimo autem neutrum in eo euentu teneri reddere. Quia promittendo religionis ingressum, renunciarunt iuri exigendi, seque videntur mutuo ab hac obligatione absoluisse. Cum ad hoc statum mutandi facultatem sibi ipsis concesserint coniuges, vt perpetuo abstineant: vt bene docet *Card. Hugo*, explicans illud 1. Corinth. 7. *Nisi ex consensu ad tempus in exposit. moral.* Itaque habent adhuc mutuum ius & dominium, vt licitè & amicabiliter debitum petant, non tamen vt exigant, seu cogat ad reddendum. Quoniam hæc duo iura separari possunt mutuo pacto: sicut priori bimestri, vel quando alter adulter est, separantur. Potest enim illo bimestri vterque amicabiliter petere, vel adulter ab innocente, non tamen exigere.

Si votum sit solum abstinendi ab alio matrim. ineundo, nil confert licentia, nec si emittatur ante vel post matrim. consummatum. Cum enim nil officiat præsenti matrimonio, quoad petitionem vel redditionem debiti, sed eo soluto implendum sit, nil præstabit ea licentia. 6

Si autem communi consensu vir vouerat promotionem ad ordinem sacrum, eumque statim suscipiendum constante matrim. vxor vero continentiam, si vxor non sit sexagenaria, aut si eius ætatis sit, vt suspecta sit de incontinentia: neutrum votum obligabit, siue factum sit ante matrimonium consummatum, siue post. Ratio est, Quia ad ordines nequit vir promoueri ex sola vxoris licentia manentis in seculo cum voto continentiæ, nisi vxor sexagenaria sit, ac de incontinentia non suspecta, (vt diximus lib. 7. vbi de ordinis impedimento.) Atque proinde votum illud, ac de re sibi illicita & impossibili, fuit inualidum. Et consequenter tale erit vxoris votum continentiæ seruandæ. Cum enim non absolutè vouerit, sed per modum contractus, facio vt facias, eo ipso quod votum alterius fuit irritum, hoc minimè obligabit. Si autem vxor sit sexagenaria, & minimè suspecta de incontinentia, valebit vtrumque votum. Id enim sufficit, vt vir ad ordines promoueri valeat. Credo autem ante promotionem viri ad ordinem sacrum, fas esse vtrique petere & reddere. Quoniam votum ordinis sacri non impedit vsum coniugalem nondum ordine suscepto. Votum autem continentiæ vxoris, quod saltem petitioni in ipsa obstare videtur, non obligat, donec vir suum votum expleat suscipiens ordinem sacrum. Est enim non absolutè continentiæ votum, sed pendens ab ea conditione, facio vt facias. At neuter reddere tenebitur, vt in simili dixi num. 5. fine. Quod si obicias votum mutuo consensu continentiæ ab vtroque coniuge emissum obligare altero non implente votum, sed fornicante, (vt nu. 11. dicemus) die non esse simile. Nam cum, vbi votum est mutuum continentiæ, vouens maneat efficaciter obligatus ad continentiam, quam vouit, nec huic obligationi obstet fornicatio subsequens, manebit subinde alter coniux, qui pactum iniit, obligatus. At cùm alter coniux vouit se ad ordines sacros promouendum, minimè pactum implet efficaciter, donec promoueatur, ac subinde alter coniux non tenebitur interim stare pacto. Nisi expressè intenderit ex tunc omnino & independenter ab alterius obligatione se astringere. Quod in pacto non præsumitur. 7

Quòd si communi placito alter coniux castitatis, alter vero religionis voto astringatur: & qui castitatem vouit, habeat conditiones requisitas, vt cum solo voto castitatis ipsius possit alter religionem ingredi. Vt quia est sexagenarius, nec de incontinentia suspectus, tunc siue ante matrim. ratum, siue post, fiat votum, neuter peccabit petendo nec reddendo; licet vterque suum votum tanquam licitum & possibile implere teneatur. Prob, quia non peccabit qui vouit castitatem. Eo quod non tenetur ad votum, donec alter impleat (vt num. præced. dixi.) Nec qui religionem. Quoniam non tenetur ad castitatem ex vi talis voti, donec in religione profiteatur. Nec consummans matrim. redditur impotentior: cùm possit in eo euentu, etiam cõsummato matrim. altero inuito religionem ingredi. Et intellige: qui vouit castitatem, non peccare tunc petendo: nisi expresse (vt eodem num. præced. 8

fine

fine dixi) intenderit ex tunc se obligare independēter ab altero. Si verò alter coniux duplicem illam conditionem requisitam non habeat, vt cum solo voto continentiæ ipsius in seculo manēntis possit alter ad religionem transire: & matrim. nondum consummatum sit, delinquit lethaliter, qui votum religionis emisit prima vice consummando, siue petat, siue reddat. Quia se impotentem efficit ad implendum votum. Eum verò, qui votum castitatis emisit, peccare: suaderi videtur, quia, siue petat, siue reddat, cùm vtrumque tunc sit voluntarium, cooperatur peccato illius, qui religionem vouit: ac se impotentem reddit quo votum possit constante matrim. seruare. Nam eo semel consummato, saltem deinceps tenebitur reddere. At sic dicendum est. Cum id continentiæ votum obliget dependenter ab impletione voti ingressus religionis alterius: nec sit expectandum toto vitæ curriculo, vt alter impleat, sed temporis moderandum prudentia arbitrio attentis circunstantiis occurrentibus, dum vouens non est in mora adimplendi religionis voti, peccabit alter coniux, qui vouit castitatem, siue petat siue reddat. Quod apertè probat ratio allata. At si elapso eo tempore, quo arbitrio prudentis tenetur implere, admonitus nolit religionem ingredi; tunc coniux, qui continēt iam vouit, non tenetur reddere. Quia potest velle, vt iterum contractui inito, & seruare suum votum. Potest tamen deinceps petere & reddere. Quoniam eximitur à proprii voti obligatione, altero nolente suum votum exequi, eo quòd dependenter & per modum contractus vouerit. Sicut quando duo contraxere sponsalia, & alter iniustè resilit, vel est in mora, & requisitus non celebrat matrim. stans fidei præstitæ, innocēs est à sua promissione liber: potestque, si velit, cogere alterum, vt idem seruet. Semel autem iam consummato matrim. cum votum religionis impleri nequeat, qui id emisit, potest petere, & tenetur reddere. Quia id votum minimè impedit vsum coniugii semel iam cōsummati. At tenebitur ad religionem, quoties ratione diuortii, aut dissolutionis matrimonii, sibi ingredi licuerit. Quia votum illud non est extinctum, sed suspensum. Nam ruit in culpa cōsummando, cum semper antea teneretur ad religionem. Is verò coniux, qui solam castitatem vouit, etsi culpabiliter consummauit, poterit deinceps petere & reddere, donec accidat casus in quo alter possit & velit religionis votum exequi. Cùm eo non implente, nec ipse teneatur. Et soluto matrimonio morte illius, qui religionem vouerat, nec votum executioni mandauit, non tenebitur continere: ob eandem rationem. Accidente aũt casu, in quo tas est alteri religionem ingredi: cùm tunc possit vterque votum implere, ad id tenebitur: nec potent, qui votum castitatis emiserat, tunc reddere. Ne iterum in adimplendi mutui voti impotentiam incidant ambo. Quod si tunc nolit, qui vouit religionem, implere, sed sit in mora: reputabitur, vt ante consummatum matrim. dixi. Quoniam iam non est in culpa, & alter non implet. Quare iam deinceps non tenetur suo voto. Si tamen absque culpa sua consummauit matrim. qui castitatem vouerat: quia alter fuit in mora, & noluit implere, manet omnino liber à voto castitatis. Quamuis alter nō maneat liber à voto religionis, quo Deo astrictus est: & quamuis dependenter ab obligatione alterius per alium nō stetit, sed sua culpa ipsum exemit: quare manet obligatio in ordine ad Deum. Et vtroq; participe culpæ manet (vt dixi) similiter ligatus voto religionis implēdo, dum licuerit. Quia tunc similiter alter astringitur voto castitatis eodem tempore implendo. Et hæc, quando id votum mutuum emissum est ante matrimonii consummationem. Quando verò matrimonio consummato emissum est: si qui vouit castitatem, habeat conditiones requisitas, vt alter possit ingredi religionē, iam hoc eod. num. in princ. dixi, quid sentiendum sit. Si autem eæ conditiones in ipso desiderentur, & votum sit factum, vt cōstante matrimonio impleretur, neutrum vorum obligat. Quia votum illud religionis est rei prohibitæ, & quæ impleri nequit. & proinde nec ipsum obligabit, nec alterum castitatis, quod ab ipso dependet.

Potissima autem difficultas hic disputāda est, quando vterque coniux communi voluntate castitatem vouit. Quidam aiunt neutrum posse petere, at vtrumque teneri reddere. Primò, quia cum matrimonium duret, non est amissum dominium corporis, nec coniuges liberi manēt à seruitute reddendi, nec ius iustitiæ plenè renunciatum erit. Et confirmatur, quia tunc coniux petens, solius religionis voti reus est, cum tanquam verus coniux ius retineat iustitiæ: quando autem coniux solum in religionem delinquit petendo, tenetur alter reddere. Vt cum coniux voto castitatis ligatus petit ab eo, qui votum non fecit, tenetur hic reddere. Secundò, quia videtur nil interesse, si matrimonium manet integrum, cum neutri cōiugi exigere aut reddere permittatur. Tertiò, quia si alter solus vouerat de licentia alterius, non cēsetur vouens, nec dans licentiam, renunciare iuri suo: (vt diximus disp. præced. num. 5. & 11.) ergo nec quando vterque mutuo consensu vouet: votum enim alterius superadditum non variat naturam prioris voti. Quartò, quia coniuges sic vouentes, validè emittere possunt sibi hanc renunciationem iuris, & non peccabit tunc reddens (vt dicemus nu. 15.) At eo ipso quod à se petunt debitum, voluntéque ambo copulati, censentur sibi ipsis pactum remittere. Sicut disp. præced. nu. 7. dixi, quando alter coniux dedit alteri licentiam vouendi omnimodam castitatem, esse tacitam irritationem, si mox voti conscius petat debitum, saltem quoad illum actum, ac proinde alterum non peccare tunc reddendo. Quinto, quia saltem vbi coniuges non habent conditiones, vt liceat alterutri religionem ingredi, altero vouente continentiam in seculo, nēpe, vt manens in seculo sit sexagenarius, ac non suspectus de incontinentia, videtur id mutuum votum esse illicitum, posseque ab altero reuocari, ac subinde teneri alterum reddere. Quia id statutum est in voto solemni propter incontinētiæ periculum in altero coniuge: *cap. Cum sit, de conuers. coniug.* quod maius est dum vterque votum simplex castitatis emittit in seculo. Cum cohabitare teneantur (vt dicemus nu. 14.) Atque ideo hanc sent. tuentur *Veracruz 1. p. spec. a. 15. sine, & in append. ad cum à sub fin. fol. 124.* Idem tenent alii viri docti, vt referunt dicentes non esse improbabile *Emm. Sa, & Petrus, de Ledesma, num. seq. allegandi.* Et *Palud. 4. d. 32. q. 1. artic. 2. num. 20.* censent altero reuocante teneri alterum reddere, nisi vterque dum vouit, esset senex, ac non suspectus de incontinentia. Ducturque argumento quinto proposito. Imo *Palacios 4. d. 32. disp. 2. s. 717. vers. Hæc commemorasse*, ait generaliter alterum coniugem non teneri reddere, quamdiu alter non reuocat, secus altero reuocante.

Sed dicendum est neutrum sub culpa mortali posse petere aut reddere. Primo, quia tunc vterque cedit iure suo, & liberat alterum à seruitute, & proinde neuter ratione matrimonii tenetur reddere: & rursus voto castitatis obligatur continere, quandocumque sibi per matrimonium licuerit. Secundo, prob. ex *D. August. epist. 199. ad Ecditiam* & refertur *c. Quod Deo, 33. q. 5.* ubi: *Quod Deo pari consensu vouerat is, perseueranter vsq; in finem reddere debuisti, à quo proposito si ille lapsus est, tu saltem inchoantissime perseuera.* Atque ita sustinent ex Iurisperitis, *Innoc. c. 1. fine. & c. Dudum. n. 4. de conuers. coniug. Ioan. Andr. ibi c. 1. n. 2.* vbi *Cardin. q. 3. Anton. ibi Dudum, n. 18. Abbas d. c. 1. nu. 6. & c. Charissimus, eodem t. nu. 6. Anchar. d. c. Dudum, nu. 12. & c. vn. nu. 3. de voto in 7. Henricus c. Tuæ vos, n. 4. de iureiur. Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 1. t. 8. q. 46. Turrecr. d. c. Quod Deo, n. 2. Syl. Votum 5. q. 2. fide. Tabiena Matrimonii. 1. q. 3. §. 4. Nauar. sum. c. 12. d. 59. & c. 16. Lat. nu. 31. Hisp. n. 31. Brunellus de sponsalib. concl. 30. en. 14. Volin. de matr. t. a. 19. n. 1. fine. Stunica de voto q. 3. n. 64. Ant. Gomez super vltimam Crucis. t. alansul. 10. nu. 66.* Et ex Theologis, *Alb. Magnus 4. d. 32. a. 7. Abulens. cap. 30. Num. qu. 86. fine. Ioan. de Neapoli quodlib. 8. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 2. §. 4. Supplem. Gabr. 4. d. 32. qu. vn. a. 3. concl. 7. vers. Quid si vterque. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. vers. Id autem.*

Ledesma

Ledesma 2.p.4.q.55 a.1.fine. Enriquez lib.11. de matrim.cap.15. n.8. Aragon 2.2.q 88.a.8.dub.vlt. Philiarc.de offic.sacerd. tom.1. p.2.l.3.c.4.§.Excipitur in concl.Emm.Sa sum.verb.Debitum coniugale.§.Potest qui non vouit.Ludouic. Lopez 1.p. instruct.c.46. §.Vtrum quando,& c.83.init.Manuel 1.tom.sum.2. edit c.243. n.14.& to.2.c.90.n.6.Petr.de Ledesm. de matrim.q.53 a.1.dubio lo 2.quod mouet post 2.dubium principale. Vega 2. to sum. c.129. casu 68. Azor lib.11.instit.moral c.21.q.5.

11 Quamuis autem alter ex his coniugibus post mutuum illud castitatis votum fornicetur, minimè eximitur alter à voti proprij obligatione. Quia obligatio vnius ab alterius obligatione pendet, non autē ab obseruantia voti alterius (vt declarauimus simul respondentes obiectioni aduersus hoc num.7.fine.) Sic *Abbas c.Charissimus.num.7. de conuers. coning. D.Antonin.Sylvest. Brunellus, Enriquez, nu praced. allegati Nauar.sum.c.12.n.59.*

12 Difficultas tamen est, an esto altero fornicante, non eximatur alter à voto, nec fas sit petere coniugis restitutionem, possit iudex Ecclesiasticus ex officio compellere eos ad cohabitandum, quo incontinentiæ consulat? In varias quidem sent. DD. diuisi sunt. Quidam enim affirmant ex iudicis officio compellendos esse, per *ca.Ex litteris, de diuortiis.* Sic *Glos.c.Nosse, fin. 30.q.1.& cap. Quod Deo, verb. Perseuera, 33.q.5. Hostiens. c.Tua, el 2.nu.2. super verb. Commorari, de iureiur.* vbi *Ioan. Andr. fine. Anchar.nu.4. Bellamera num.4.* Sed hanc sent. meritò reprobat *Abbas c.Charissimus, num.7. de conuers. coning.& Alex.de Neuo d.c.Ex literis, n.7.& ibi Præpos. num.5. Greg. Lopez l.3. ad fin. tit.2.p.4.* quia *cap. Ex literis* loquitur, vbi absque voto matrim. ob alterius adulterium separatum fuit, tunc enim si innocens in adulterium labatur, compensatione hinc inde facta ad pristinum statum matrim. restituitur. Secus vbi obligatio est Deo per votum acquisita. Et disparitatis ratio est, quia in priori casu separatio fuit in fauorem innocentis, quo nocente effecto cessat fauor, atque delicta compensantur. In posteriori autem fuit in cultum Dei cui castitas dicata est, ac proinde nulla est compensatio. Alij verò dicunt vtroque fornicante compulsionem ad cohabitandum faciendam à iudice esse. Quod videtur innuere *D. August. epist.199. ad Ecditiam,* & refertur *c. Quod Deo, 33. q.5.* ibi: *A quo proposito si ille lapsus est, tu saltem instantissime perseuera.* Ergo secus videtur dicendum vtroque lapso. Et clarius id probari videtur ex *c.Tua, el 2.de iureiur.in fine,* ibi: *Et adulterium vtrinque sit commissum.* Sic *Imola ibi nu.2.vers.In glossa secunda.* Sed nec hoc placet. Quia *c. Quod Deo,* solum narratur factum lapsus alterius, nec vis efficitur in lapsu solo alterius, sed quia lapsus minimè liberat à voti obligatione. Et *d.c. Tua* ponderatur vtrinque adulterium admissum esse, ne coniuges sibi adulterium obiicere possint, sed mutuo compensetur. Vt benè aduertit *ibi Innoc.n.vn.* Compelluntur autem illi coniuges cohabitare, quia non amore continentiæ, sed temerariè iurarunt separationem, (vt num.17. ostendemus) ideo alij sentiunt cogendos esse ad cohabitandū, siue vterque, siue alter lapsus sit, quando est suspicio perseuerantiæ in peccato: secus eo periculo & suspicione cessante. Sic *Abb.d.c. Tua, n.6.* Sed melius *Alex.de Neuo eo c.Tua.nu.9.& 10.* ab his omnibus recedens, sentit minimè posse hos cogi ad cohabitandum, sed alijs mediis, aut procurata voti dispensatione, illi incontinentiæ periculo subueniendum esse. Quoniam dictu absurdum est, peccatum à voti obligatione eximere.

13 Dubitabis autem, num grauius delictum sit, post illud mutuum castitatis votum coniuges copulari, quam si alter ad solutam feminam solutúmve virum accedat? Id enim affirmant *Glos. cap. Ministri, verb. Propria. 81.d.& ibi Hugo & Laurentius, Archid. c.2.n.1. v. Quem patitur, de filiis presbyt. in 6. Ioan. And. c.Literas, n.9.* & ibi *Henric. fine, de filiis presbyt.* Quia accedendo tunc ad proprium coniugem, est sacrilegium duplici ex parte, ob mutuum votum. At *Cardin. eo ca. Literas, n.1. oppos.1.* maius peccatum agnoscit in accessu ad solutam solutúmve. Sed dicendum est, prius delictum esse quodammodo grauius. Quia vtrimque est sacrilegium, quodammodo etiam leuius, licet vterq; coniux professus sit. Quia est accessus inter veros coniuges, & ita non afficitur fornicationis labe, nec adulterij, sed folius sacrilegij. At simpliciter hoc delictum esse leuius. Quia ex parte coniugis peccantis, iam est sacrilegium, accessus ad solutam solutúmve: & insuper est adulterium, quod præponderat sacrilegio quod in priori delicto reperitur ex parte alterius coniugis. Atque ideo existimo in confessione detegendum esse, fuisse accessum ad proprium coniugem, contra mutuum votum, mutuamue professionem. Quo exprimatur circunstantia aggrauans sacrilegij duplici ex parte admissi, & minuens, excusans à fornicatione & adulterio.

14 Quamuis autem tali voto castitatis mutuo consensu emisso, absoluantur coniuges à debiti coniugalis vsu, minimè tamen à mutua habitatione aliisve obsequijs absoluuntur. Quia illa non pendent à debiti obligatione. Sic *Ant.& Cardin.* quos statim referam. *Turrec.c. Quod Deo, 33.q.5.n.2.* quod etiam aduertimus hoc 9.lib.disp.5.fine. At existimo non teneri in eodem lecto accubare. Tum propter magnū incontinentiæ periculum. Tum etiam, quia ea cohabitatio ad solum debitum coniugale persoluendum desideratur. Quæ obligatio hic cessat. Imo & lectum separare tenētur, vbi probabile esset incontinentiæ periculum. Ex his deducitur, neutri coniugi licere in eo euentu ad religionē transire, altero inuito, licēt manens in seculo esset sexagenarius, ac non suspectus de incontinentia. Quia iura *toto t. de conuers. coning.* vltra hoc, coniugis licentiam postulant: & ne debitis alijs obsequijs se coniuges defraudent. Sic *Innoc.c. Dudum, n.4. de conuers. coning.* vbi *Ioan. Andr. n.7.fi.& c.1.n.2. eod.t.* vbi *Ant.n.6.& d.c. Duduum, n.18. Card.d.c.1.q.3.& d.c. Dudum.q.1.fin.& ibi Anchar.n.12.& c.vn.n.3. de voto in 6. Astensis sum.2.p.l.8 t.10.a.2 q.8. Ioan de Friburgo sum.confess.l.1.t.8. q.46 fin. Sot.4.d.27.q.1.a.4 Ad fin. vers. Quod si contra arguas.*

15 Quod si post mutuum illud castitatis simplex votum, remittant sibi coniuges renunciationem illam iuris petendi ac reddendi, quam vouendo fecerant, iterum sibi conferentes exigendi potestatē, sacrilegi effractores voti erunt: ac tenebit remissio, & iam deinceps vterque tenebitur alteri reddere, tanquam ad pristinam seruitutem redactus: petere tamen non poterit obstante voto. Ratio est. Quia votum simplex castitatis non aufert corporis dominium, nec impedit valorem translationis in alium. Vt constat, cùm validè aduersus tale votum matrim. ineatur. Quod si opponas, hoc videri irritationem, & neuter potest irritare id votum. Dic non esse propriè irritationem, & per se, sed quasi per accidens, & indirectam. Quia non obstante voto habet vterque proprij corporis dominium ad illud quamuis sacrilegè transferendum. Vtrum autem possint id votum irritare, vbi semel sibi renunciationem remiserunt, atque irritatione facta possint petere & reddere? dicam disp.40.n.22. Qualiter autem non sit renunciationis remissio, vbi coniuges illi petunt à se debitum, voluntque copulari? explicabo n.24. in solut. ad 4.

16 Sed vtrùm licitum sit tale votum simplex castitatis mutuo consensu emissum? Quidam negant. Ducuntur argumento 5.quod num. 9. proposui. Sic *Palud.4.d.32.q.2. a.2.num.20.* limitans, nisi vterque coniux sexagenarius sit, ac de incontinentia minimè suspectus. *Supplem. Gabr. ibi q. vnic. art.2.vers. Quid si vterque, post 7. concluſ.* Et quidam antiquiores, teste *Glos.c.Tua, el 2.verb. Commorari, de iureiur.* Potestque probari ex *c. Si vir & vxor, 27.q.2.* quod est Eugenij 11. *in Synodo Rom.c.36.* ibi, *Si vir & vxor diuertere pro sola religiosa inter se consenserint vita, nullatenus sine Episcopi conscientia fiat.* Et ex *c.Tua, el 2. de iureiur. & cap. Veniens, de regul.* vbi iuramentū mutuum separandi matrim. factum à coniugibus, appellatur temerarium, & minime seruandum.

17 Verum id votum esse licitum, apertè testatur *D. August. epist.199. ad Ecditiam.* & refertur *c. Quod Deo, 33.q.5.* ibi, *Tanto sanctius inter vos coniuges manebatis, quanto sanctiora ac concorditer placita seruabatis.* Idem *D. Greg. l.9. epist.39. ad Theotistam,* & habetur *c. Sunt qui dicant, 27.q.2.* ibi: *Si vero vtrisque conueniat continentē vitam ducere, hoc quis audeat accusare?*

Et ratio est aperta. Nam nulli eo voto irrigatur iniuria: coniuges enim cedunt iure suo. Et quamuis iure canonico non sufficiat hoc vt alter possit ad ordines sacros transire, ad religionémve, vbi minus est mutuæ copulæ periculum: at sufficit ad mutuum simplex castitatis votum. Disparitatis autem rationem assignant *Host. Anton. & Imola*, quos num. 12. retuli. Quia si alter vel vterque fornicetur, nullum superest remedium, vbi alterius vel vtriusque coniugis votum est solemne. At vbi est simplex, consulet illi periculo Ecclesia, cogens eos ad cohabitandum. Sed hoc reprobaui eo n. 12. Ideo melius dic cum *Soto 4. d. 27. q. 1. a. 4. ad fin. vers. Quod si contra arguas*, rationem disparitatis esse. Quia vbi votum est simplex, periclitante continentia potest facilè remedium adhiberi, obtinendo dispensationē. Secus vbi votum est solemne. Et ex hoc soluitur 5. illud argum. propositum n. 9. Nec obstant *c. Si vir & vxor*, nec *c. Veniens*, & *c. Tua*, quæ pro contraria fecit. retuli nu, præced. quia ad *c. Si vir.* respondet *ibi Glossa verb. Conscientia*, illam licentiam esse de consilio, vel textum loqui, vbi coniuges monasterium construere volunt, ad quod transeant. Ad *c.* autem *Tua*, respondent *ibi Innoc. nu. vii. Ioan. Andr. n. 2. Ant. n. 2. Abbas n. 3. Alex. de Neuo n. 2. Imola initio, Bellamera initio*, eos coniuges non amore continentiæ seruandæ id iurasse, sed ex causa iniusta & passione. Atque eodem modo respondet *Gloss. ad d. cap. Veniens, verb. Illicitum.* & dicit eodem pacto intelligi *d. c. Tua.* Et ideo huius sentent. sunt *Gloss. eo c. Veniens, verb. Illicitum, & eo c. Tua, verb. Commorari*: vbi *Innoc. n. vii. Hostiens. n. 2. super verb. Commorari. Ant. n. 9. Bald. n. 1. Abbas n. 4. Alex. de Neuo n. 8. Imola n. 2. vers. In glossa 2. Henric. n. 4. Aslensis sum 2. p. l. 8. t. 10. a. 2. q. 8. Maiorū q. d. 32. q. 2. ad fin. Victoria sum. de matrim. n. 280. Sotus 4. d. 27. q. 1. a. 4. v. At vero citra mortem. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 64. a. 4. dub. 1. concl. 5.* explicans siue vterque coniux voluntate communi, siue alter de licentia alterius id votum faciat. Et ita dicendum est id votum esse licitum de se: posse tamen interuenire culpam venialem imprudenter vouendi, ratione periculi incontinentiæ, cui vouentes fuberant. Quare cautè *Sotus proximè citatus* dixit, vbi ambo incontinētiam non timent, posse eos id votum emittere.

18 Hactenus de mutui voti obligatione dissertum est. Iam de obligatione mutui pacti absque voto disputandum occurrit. Dubitatur ergo, an mutuum pactum abstinendi omnino ab actu coniugali obliget? *Hugo Cardin. 1. Cor. 7. in expositione moralis*, explicans illud, *Nisi forte de consensu ad tempus*, ait, pactum non petendi validum esse, secus de pacto non reddendi, tale enim pactum culpa non caret, nec seruandum est.

19 Sed dicendum est, pactum non petendi, nec reddendi mutuo coniugum assensu initum, validum esse, posse tamen vtrumque coniugem licitè id pactum remittere, & ita petere & reddere: quare non peccabunt dum voluntate mutua coniunguntur. Probatur id pactum valere. Quia nulli irrogatur iniuria, & sicut possunt coniuges se mutuo voto ad id ligare: cur non poterunt mutuo pacto? Probatur mutuo assensu posse ab eo pacto recedentes, iterum commiscere. Quia omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur, *cap. 1. de regul. iuris.* Cùm ergo mutuo consensu id conuentum sit, nec Deo sit obligata ea continentia, (vt in voto contingit) poterit mutua voluntate id pactum dissolui. Ita *Nauar. sum. cap. 12. num. 59. fin. Enriquez lib. 11 de matrim c. 15. num. 8. Iud. Lopez 1. p. instruct. c. 84. paulo post initium, & c. 46. §. Quando vterque. Manuel 1. tom. sum. 2 edit. c. 243. n. 14.* Et licet *Nauar.* loquatur, quando pactum est ad tempus. At bene ait *Enriquez* idem esse, vbi pactum est perpetuum. Quia eadem est ratio. Quando vero censeatur pactum remissum petentibus coniugibus debitum, dicam n. 22.

20 Quid si iuramento prædictum pactum firmatum sit? Sic distinguendum est: Si iuramentum sit solum factum in vtriusque coniugis fauorem, vt vterque liber maneret ab obligatione debiti coniugalis persoluendi; possunt ambo mutuo consensu illud remittere: secus si intuitu pietatis, vt continentiam ad Dei cultum obseruarent. Quoniam in priori casu potest vterque fauori suo renunciare: in posteriori autem est perinde ac votum communi placito emissum. De cuius obligatione diximus n. 10. & seqq. Vbi autem dubia esset intentio, nequirent proprio consensu ab eo pacto recedere. Quia in dubio intentionis, natura materiæ pietatem concernentis petit, vt præsumatur intuitu pietatis id effectum esse, est enim in possessione. Ita docent in similibus terminis, *Sotus lib. 8. de iust. quæst. 1. a. 9. ad 2. & Graſſis 2. p. decis. l. 2. c. 10. num. 25.* Vbi tradunt, dum rem pertinentem ad pietatem & religionem quis alteri iureiurando promittit, videndum esse num intuitu religionis fecerit, licet altero ad id inducente, & tunc alterum non posse remittere: secus si non intuitu religionis, sed gratia alteri complacendi: & in dubio præsumi priorem intentionem, propter materiæ naturam. Sed instabis, quid si post prædictum pactum absque iuramento, vel cum illo, non intuitu pietatis facto, sed gratia alteri complacendi, alter aut vterque coniux non mutuo consensu iuret aut voueat Deo castitatem: aut ante prædictum pactum simili voto vel iuramento obligatus erat Deo? Dicendum sic existimo: Si post pactum sit votum emissum, non potest licitè remittere: quamuis si remittat, tenebit factum. Quia cùm iam castitas omnimoda abstinendo à petitione & redditione sit licita, votum illud absolutum castitatis non apposita contraria intentione, intelligitur de plena ac perfecta: ac proinde non poterit licitè coniux remittere illud pactum, qua remissione facta cogetur lege matrimonij reddere. Sicut coniux innocens voto castitatis ante matrimon. ligatus, non potest remittere iniuriam coniugi adultero, ne cogatur contra votum ad debitum reddendum: at si remittat, sacrilegus erit, tenebit tamen factum, (vt probati disp. 6. nu. 14.) Si autem votum emissum sit ante illud pactum, videndum est num obliget ad non reddendum, quando per matrim. licuerit. Vt est votum castitatis ante matrimonium emissum: vel post matrim. factum de licentia alterius coniugis cum plena facultate vouendi totalem continentiam. Et tunc idem dicendum est: propter eandem rationem. Si verò votum illud tantum obligabat ad non petendum, quale est post matrim. factum, illudque consummatum, absque prædicta plena facultate, vel ante consummatum, non tamen animo ingrediendi religionem: vt dixi disp. præced. num. 6. & disp. 35. nu. 23. & 28. tunc poterit coniux remittere illud pactum. Quia votum illud non obligat ad non reddendum, etiam quando per matrim. licuerit: & proinde non obstat, vt pacto non reddendi renuncietur, manente voti prioris obligatione ad non petendum.

Si verò alter coniux nolit remittere pactum, sed illi 21
stare, non tenetur reddere debitum, nec alter potest eum cogere. Quia per pactum ius acquisiuit, vt liber sit ab ea obligatione: & ita videntur significare DD. nu. 19. citati, dum dicunt posse mutuo consensu vti coniugio. Innituntur enim pacti remissioni. Et tenet expresse *Abulens. cap. 29. Gen. q. 3. lit. C.* vbi dicit à principio conuentionis verum esse initum matrimonium inter Iacob & Rachel, peccaturum tamen mortaliter si ad eam accederet septennio nondum transacto. Quia pacto ad id se obligauerat. Nec ipsum ait teneri tunc ad reddendum.

Excipiendus est vnicus casus, in quo teneretur red- 22
dere: nimirum, si videat alterum pœnitere pacti initi, adeoque ad venerem propensum esse, vt negato sibi debito, probabiliter fore existimet, vt in incontinentiam labatur. Sic *Nauarrus summa cap. 12. num. 59.* Et quamuis dicat tunc debere: quod potest intelligi de debito decentiæ vel præcepti: at intelligit de præcepti debito, quia refert pro se *Hugonem* dicentem teneri. Hæc tamen obligatio non est ex iustitiæ lege, sed ex charitate, ad subueniendum periculo ruinæ coniugis. Nec credo ex eo quod semel, vel iterum hi coniuges copulentur, censeri eos sibi ipsis pactum absolutè remittere, sed pro illa vice. Secus, quandò continuo accubarent in eodem

lecto

lecto se commiscentes. Tunc enim apertum esset remissionis signum.

23 Ex dictis deducitur, posse vtrumque coniugem petere per modum amicitiæ, non tamen exigere. Constat prior pars, quia coniux, à quo debitum petitur, potest pactum remittere & reddere, ac subinde potest ab ipso peti per amicitiæ modum, vt id efficiat. Constat etiam posterior. Quia alter non tenetur reddere (vt dixi num. 21.) ergo non potest ab ipso exigi, quod coactionem importat. Credo tamen in casu exposito num. præced. posse exigi, quia alter coniux ad id tunc tenetur.

24 Ad argum. num. 9. proposita resp. Ad 1. dic, simpliciter nullum coniugem liberum à seruitute effici, nec ius renunciari, sed tantùm secundum quid, & ita si copulentur, non erit adulterium, nec fornicatio, sed sacrilegium; & si alteri copulentur, erunt adulteri coniuges illi. Ea tamen renunciatio satis est, vt neutri liceat petere aut reddere. Ad confirmat. dic, si petat per modum amicitiæ, solius sacrilegij reum illum esse, secus si exigat cogens: quia aduersatur pacto à se inito. At nec in priori casu potest alter reddere. Quoniam coniux petens licet ratione matrimonij retineat ius radicale iustitiæ, at quoad vsum illi renunciauit per pactum, nec potest alter pactum remittere. Quia ratione proprij voti astringitur ad non reddendum, quoties licitè potest non reddere. Ad 2. dic multum interesse. Quoniam ratione matrimonij perdurantis, non erunt rei fornicationis, si copulentur: & erunt adulteri, si alium concubitum procurent, nec possunt validè aliud inire matrimonij. Ad 3. neganda est consequentia. Quia quando vterque coniux mutuo consensu vouet continentiam, tunc vult vterque, & potest omnino se obligare ad simpliciter continendum, abstinendo à petitione & redditione, & cum ad hoc desideretur mutua renunciatio, includitur virtute in tali voluntate. At verò quando vnus solus vouet de licentia alterius, tunc qui vouit, non intendit se obligare ad simpliciter continendum, cum nequeat se ad non reddendum astringere, nec qui concessit facultatem, intendit se obligare ad non petendum. Atque ideo in tali actu non includitur virtute renunciatio iuris. Ad 4. neganda est minor. Quia multo grauius peccatum esset, remittere in posterum illud pactum, quàm semel illicitè copulari. Sicut grauius scelus est voto castitatis astrictum inire matrimon. quàm semel inito matrimonio petere debitum. Quod si velis esse remissionem pacti pro illa vice: fiet. probat simile in argumento adductum: id fatebor. verùm remittere pactum pro illa vice, idem peccatum est contra votum, ac petere debitum absque ea remissione. Ad 5. constat ex dictis n. 17. vbi disparitatem posui.

DISPVTATIO XXXVIII.

Vtrùm proles habita à coniugatis, qui sacrilegè contra mutuum castitatis votum, aut mutuam alterius professionem, aut ordinem sacrum alterius commiscentur, sit legitima?

SVMMARIVM.

Refertur duplex sententia, n. 1. & 2.
Proles habita ex coniugibus simplici castitatis voto ligatis, mutuo consensu, non est illegitima, nec irregularis, n. 3.
Quid, de prole habita à coniugibus, quorum alter ante consummationem matrimonij ordines sacros suscepit, aut alter vel vterque professus fuit? n. 4.
Quid, si consummato matrim. alter ordines suscipiat altero ignorante, aut sciente & contradicente? n. 5. & ibi, quid, si profiteatur?
Quid, si altero sciente & consentiente, aut non contradicente? n. 6.
Quid, si consummato matrimonio alter legitimè profiteatur, aut alter ordines sacros suscipiat, num proles postea habita sit illegitima aut irregularis? & enodatur c. Literas, de filijs presbyt. n. 7.
Solumntur argumenta. n. 8.

1 IN hac quæstione quidam vniuersaliter tradunt prolem esse illegitimam, quando parentes commiscentur aduersus mutuum castitatis votum. Ducuntur, quia non est amplius illud matrimoniũ quoad actus coniugalis vsum: ac proinde reputatur idem, ac si à solutis proles concepta esset. Secundò, quia culpa parentum reddit quandoque prolem illegitimam: vt constat ex *cap. fin. §. Si quis vero, de clandest. desponsat.* vbi proles concepta ex parentibus ignorantibus impedimentum, si clam contraxerunt, censetur illegitima, ob parentum culpam clam ineuntium matrimonium, qua culpa secluſa, esset legitima, ratione bonæ fidei, *c. Ex tenore, qui filij sint legit.* Pro hac sent. refertur *Innoc. c. Dudum, n. 4. de conuers. coniugat.* Sed Innocentius non est huius sententiæ. Quia illud mutuum votum qualitercumque emissum à coniugatis dicit esse solemne, ac dirimens subsequens matrimonium eo soluto: ac prolem inde habitam esse illegitimam. Atque ideo non loquitur de voto generaliter, sed quando est solemne. Idemque prorsus ait *Hostiens. eo c. Dudum, n. 4.* & quando votum est solemne, tenet idem *Barbosa rubric. ff. solut. matrim. 2. p. n. 7.* Sed pro hac sent. videntur esse *Ioan. Andr. eo c. Dudum. n. 7. & ibi Anton. n. 20.* vbi relata opinione *Innocentij* dicentis id votum esse solemne filiosque illegitimos, reprobant priorem partem, de posteriori nihil dicentes: atque ita videntur approbare prolem esse illegitimam, quamuis votum illud mutuum sit simplex. Citatur etiam pro hac sententia *Ludou. Roman sing. 511.* at clarè videtur agere de voto solemni. Sed expresse hanc sent. tenet dicens votum illud esse simplex, ac prolem illegitimam, *Anchar. c. vn. nu. 3. de voto, in 6. & d. c. Dudum, n. 12. Idem Abb. c. Charissimus, n. 7. de conuers. coniug.* & quod sentiat id votum esse simplex, constat: quia addit à fortiori prolem esse illegitimam, si alter coniux sit professus, aut sacris ordinibus initiatus. Idem *Angelus Matrimonium 3 imped. 5. n. 5.* & expresse credit votum esse simplex: quia addit prolem etiam esse illegitimam: si votum emissum sit à coniugibus ante matrim. & commiscentur minimè obtenta voti dispensatione. Et generaliter prolem esse illegitimam, cõceptam post tale mutuum votum, docent *Supplem. Gabr. 4. d. 32. q. vn. a 2 post 7 concl. vers. Quid si vterque. Hieron. de Zenetinis, tr. act. de foro conscientiæ & contentioso n. 141.* habetur tom. 3. tractat. p. 3. *Brunell. de sponsal. concluſ. 30. n. 14. Greg. Lopez* dicens forte hoc esse verum, quando votum est perpetuum, secus si ad tempus, *l. 7. verb. Sin voluntad. t. 2. §. 4.* Quod cum eadem limitatione videtur apertè sequi *Palcotus de nothis & spuriis, cap. 10* nam quamuis *num. 4.* dicens prolem esse illegitimam, loquatur de prole genita à viro in sacris constituto: at *nu. 6.* excipiens quando votum non est perpetuum, clarè significat idem se intelligere, quoties votum mutuum est perpetuum, licet simplex: eò vel maximè, quòd ratio cui innititur, nempe, illicitum omnino & in perpetuum esse matrimonij vsum, æquè procedit in hoc casu. Idem tenent loquentes generaliter de illo voto mutuo, dicentesque prolem esse spuriam, *Stunica de voto, q. 3. n. 63. Manuel 2. tom. sum. c. 90. n. 6. Vega 2. tom. sum. cap. 139. casu 69.* Et hi duo subdunt prolem illam esse spuriam, etiam quoad successionem in parentum hæreditate.

Alij autem non ita vniuersaliter loquuntur, sed dicunt 2
prolem esse illegitimam, quando habita est à coniugatis, viro iam ad sacros ordines promoto. Ducuntur, quia *Lucius Pontifex c. Ministri, d. 81.* dicit hunc inuadere cubile vxoris: ac proinde videtur esse idem, ac si esset concubitus inter solutos. Secundò, per *c. Literas, de filiis presbyt.* ibi: *Intelleximus quod Henricus in sacerdotio genitus de vxore legitima natus & conceptus, affectauit à puerilia ministrare Domino in officio clericali: verum licet à filiis paterna incontinentia modis omnibus propellenda noscatur, si tamen aliter dignus inuentus fuerit, permittimus ipsum ordinari in clericum, & ad Ecclesiasticum beneficium promoueri.* Si ergo absque dispensatione promoueri ad ordines nequit ea proles, illegitima erit. Ideo hanc sent. sustinent *Gloss. c. Ministri, 81. d. verb. Proprie. & ibi Hugo & Laurentius, Archid. ibi fine, & c. 2. n. 1. vers. Quem patitur, de filiis presbyt. in 6.* vbi & *Dominicus nu. 8. Goffred. sum. t. de filiis presbyt. n. 7. Host. sum. eod t. §. Qui filij, n. 5. Alberic. in suo dictionar. lit. I. verb. Illegitimè nati, vers. Quid si aliquis clericus. Anchar. c. Literas, notab. 2. de filiis presbyt.* & ibi *Henr. in fine. Alex. de Neuo*

*c.Tua el 2.n.9.de iureiur.D.Antonin.3.p.t.28.cap.4.§.2.ad fin. Roſella verb.Illegitimus, n.10.vbi Sylueſt.q.4.Armilla fine.Enriquez.li.11.de matrim.c.20.n.1.fine.*Et alios n. præced. retuli, quos dixi loqui in hoc caſu:& alios idem ſentientes,quando votum vtriuſque eſt ſolemne.Atque cum vterque coniux eſt iam profeſſus, prolem eſſe ſpuriam, docent etiam *Rebuff.praxi beneficior.t.De diſpenſatione ſuper defectu natalium, n.40.Bertachin. in ſuo repert.lit.F.verb.Filius baſt.ardus, v.Filij ex marito.*Temperant tamē *Archid. d.c.Miniſtri.fine.Hoſtienſ. Alberic.Henricus,D.Antonin.Roſella,Sylueſt.Armilla,Enriquez*, quando vir vxore ſciente & conſentiente, aut non contradicente, eſt promotus ad ordines: ſecus quando vxore ignorante, aut ſciente contradicenteque promotus eſt: tunc enim proles erit legitima.

3 Prima tamen concluſio ſit.Proles habita ex parentibus voto ſimplici caſtitatis mutuo conſenſu aſtrictis, nullo modo eſt illegitima.Probatur ex *l.Filium.6.ff.de iis qui ſunt ſui vel alieni iuris,& l.1.tit.13.p.4.* vbi decidituir filios legitimos eſſe,qui concipiuntur à parentibus vero matrimonio iunctis:at talis eſt hæc proles. Et confirmat. quia prolem eſſe illegitimam,eſt pœnale & odioſum : atque ita niſi expreſſum ſit in iure,minimè id ſtatuendum eſt. Eo vel maximè,quod culpa parentum minimè liberis officiat præter caſus in iure expreſſos, *C.ne filius pro patre, per totum.* Nec *c.Literas,de filiis presbyt.*id ſtatuit,(vt n.7. declarabimus,) & eſto id ſtatueret,loquitur poſtquam pater eſt ad ſacros ordines promotus,in quo caſu longè maius eſt delictum paternæ incontinentiæ, quod hac pœna plectitur: atque ideò trahi non poteſt ea deciſio ad hunc caſum. Secundò, quia tanta eſt vis matrimonij, vt prolem naturalem antea ſuſceptam efficiat legitimam,*c.Tanta,qui filij ſint legit.*& etiam vtroq; parente delinquenti clam contrahendo,ſi impedimentum dirimens non ſit,proles ſit legitima.Cùm ergo in hoc caſu verum ſubſiſtat matrimonium, talis erit ſoboles. Tertiò, quia maior defectus eſt, vbi verum deficit matrimon.& adeſt culpa alterius parentis conſcij impedimenti,quàm vbi vero ſubſiſtente matrimonio delinquitur in vſu.Quoniam duo impedimenta concurrentia in priori euentu ſunt fortiora vno, quod inuenitur in poſteriori. Eo vel maximè,quod in priori deſideratur verum matrim. quod radix & fundamentum eſt legitimationis. Sed in priori euentu filij ſunt legitimi; ergo à fortiori in poſteriore.Et confirm. quia fortior eſſe debet cauſa tendens ad fauorem prolis innocentis, ob ſolam parentum culpam punitæ, quam tendens ad odium & pœnam ipſius. Odia enim reſtringi,& fauores conuenit ampliari, vt habet *reg. Odia,de reg.iuris,in 6.* Quartò,quia plus operari debet cauſa naturalis & radix eſſentialis legitimationis, qualis eſt verum matrimonium, quàm culpa parentum accidentaliter ſuperuenions,*l.Qui habent,in prine.ff.de tutel.* Atque ita tenent *Cardin.c.Dudum,in oppoſitione poſt q.3.in fine,de conuerſ. coniug.Alex.de Neuo c.Tua,el 2.nu.9.de iureiur.Mayronis 4.d. 35.q.vn.in fine.Maioris 4.d.32.q 2. argum.2. contra 2.concl.fine.* Cuius ſententiæ ſunt etiam DD.quos n.7.referam,dicentes non eſſe prolem illegitimam quando pater ad ordines eſt iam promotus. Et quamuis ibi dicemus prolem in eo euentu eſſe irregularem.At in hoc caſu non eſt irregularis. Quia *c.Literas,de filiis presbyt.* in grauiori delicto id ſtatuit: vt dicebam in confirmatione ad 1. rationem pro hac ſententia.Hinc fit minus bene dixiſſe aliquos nu.1. allegatos hanc prolem eſſe legitimam. Peiuſque errarunt, quos ibi retuli, dicentes eſſe ſpuriam. Quoniam (vt probaui lib.1. diſp.2.n.8.)filij habiti ex parentibus omnino ſolutis,voto ſimplici caſtitatis aſtrictis, non ſunt ſpurij, ſed naturales. Quia parentes validè poſſunt,quamuis ſacrilegè,inire matrimonium.Nedum vbi verum adfuit matrimonium.

4 Secunda concluſ. Si ante matrimonij conſummationem vterque coniux aut alter tranſeat ad religionem, & profeſſione facta filium concipiat ex priori coniuge, ſoboles eſt ſpuria. Conſtat, quiaiam omnino prius matrim. eſt ſolutum, nec poteſt validum inter parentes conſiſtere matrimonium, impedienti profeſſione vtriuſque vel alterius.Sic *Maiolus de irregularitate,lib.1.c.4.n.4.* Et concluſio eſt certa apud omnes. Non eſt autem idem dicendum, ſi vir tunc ad ordines ſacros promoueatur.Quoniam cum non diſſoluatur matrimonium, *extrau. Antiquæ, Ioan.XXII. de voto:* idem iudicandum eſt, ſiue ante conſummatum,ſiue poſt,id accidat. Vt bene aduertit *Maiolus eo c.4.n.8.*

Tertia concluſio.Si poſt conſummatum matrimonium 5
alter coniux altero ignaro, aut ſciente contradicenteque profiteatur, & mox copulam habeat cum ſuo coniuge: proles omnino & quoad omnes effectus eſt legitima.Quia profeſſio fuit inualida,*cap.Quidam,& cap.Placet, de conuerſ. coniugat.*atque ita proli non præiudicat. Sic *Maiolus l.1. de irregul.cap.4.num.5.*Idemque dicendum eſt,ſi vir conſtante matrimonio, ſiue rato tantum, ſiue etiam conſummato, ad ordines ſacros ignorante vxore, aut contradicente, aſcendat.Quia licet ordines validè ſuſcepti ſint, at quia illigitimè contra iuris diſpoſitionem, non poſſunt matrimonio & ſoboli officere. Atque in hoc conueniunt nobiſcum aliqui DD.ex n.2.relatis:vt ibi aduerti. Idemque ſentit *Maiolus eo c.4.n.9.*vbi iuncto *num.7.*rectè docet hoc procedere, ſiue profeſſus coniux aut ſacris initiatus debitum reddat,quod ſibi licitum eſt:ſiue petat, quod ſacrilegum eſt.Propter rationem traditam.Quare audiendi non ſunt aliqui,qui teſte *D.Antonino num.2.allegato* dixerunt ſobolem eſſe illegitimam,conceptam ex coniuge ſic profeſſo aut ſacris initiato.

Monuerim aliquos DD.quos retuli, id aduertens n.2. 6
aſſerere prolem eſſe illegitimam,ſi concipiatur ex coniuge iam profeſſo,aut ad ſacros ordines promoto altero coniuge ſciente & conſentiente, aut non contradicente,ſed tacenti.At melius *Maiolus d.c.4.nu.6.7.& 9.* cenſet in hoc caſu prolem omnino eſſe legitimam: ſicut n. præced.diximus, quando id accidit altero ignaro aut contradicente. Quia vt legitime id fiat, non ſatis eſt ille conſenſus abſque Epiſcopi decreto,qui conniuere minimè debet,niſi ſeruatis quæ ius præſcribit.

Vltima concluſio. Probabilius eſſe exiſtimo, contra 7
ſententiam n.2.relatam prolem ſuſceptam poſt legitimam promotionem coniugis ad ordines,ex altero coniuge,vere eſſe legitimam. Hanc concluſionem probant omnes rationes adductæ num.3. Nec *c.Literas, de filiis presbyt.*dicitur prolem hanc eſſe illegitimam,ſed ex permiſſione poſſe ad ordines promoueri,vt conſtat ex eius verbis, quæ num.2. retuli.At ſtat eſſe irregularem & non illegitimam quoad ſucceſſionem, & hæreditatem, & alias dignitates, quod ſtatim magis explicabo. Huius ſententiæ videtur *Goffred. n.2.relatus,*vbi non dixit abſolute hanc prolem eſſe illegitimam, ſed quoad ordines & dignitates, nempe, Eccleſiaſticas,vt beneficia.Et tenet expreſſe *Rainer.ſum.t.de filiis presbyt.§.Sed pone.Ant.d.c.Literas,num.7.ibi Abbas num.4.fine Cardin.q.1.fine. Aſtenſis ſum.2.p.l.6.t.22.a.3.q.5. Bellamera d. c.Literas,n.3.tota q.3.Maiolus de irreg.l.1.c.4.n.9.* Atque idem dicit & bene *num.7.* de prole ſuſcepta ex coniugibus, qui profeſſionem fecerunt matrim. iam conſummato. Quia eadem eſt ratio,cùm matrimonij vinculum perſeueret.At fatendum eſt prolem ſuſceptam ex viro ſic ad ordines promoto eſſe irregularem.Quod probat *d.c.Literas,* & docent *ibi Gloſſa verb.Legitima.Hoſt. ad fin.ſuper verb. Permittimus.Ioan.Andr.n.6.Abbas n.7.Anton.n.2.Cardin.q.1.fine.Rainer. Aſtenſis proxime citati. Maiolus d.c.4.n.9.* Atque idem rectè dicit *num.7.*de prole habita ex parentibus poſt matrimon.conſummatum profeſſis.Quamuis enim textus non loquatur deilla, at ratio in illo expreſſa paternæ incontinentiæ fortius militat in hoc caſu. Hinc deducitur intellectus ad *d.c.Literas,* cùm enim decidat ſobolem hanc eſſe irregularem ad modum illegitimæ prolis, ob paternam incontinentiam,dicitur quodammodo illegitima,nempe, quoad ordines & beneficia: at vere legitima eſt quoad ſucceſſionem & alios honores. Ita explicant *Rainer. & Cardin.proxime citati. Antonius eo c.Literas,n.7.*

Ad argumenta num.1.propoſita reſp.Ad 1.dic,non eſ- 8
ſe matrimonium quoad licitum omnino vſum, at eſſe ad

hunc

hunc effectum, vt ea copula non sit fornicaria, qualis est inter solutos: & id sufficit ne proles sit illegitima. Ad 2. dic longè diuersam esse rationem. Quia ibi desideratur veritas matrimonij, quæ fundamentum est legitimationis, nec confert ignorantia impedimenti. Quia non est adhibita diligentia, præmittendo publicas denunciationes. At in nostro casu est verum matrimonium. Ad argumenta proposita n. 2. dic. Ad primum dici, inuaforem cubilis vxoris, quia sacrilegè contra votum accedit ad illam, non autem quòd sit concubitus fornicarius, vt inter solutos. Ad 2. constat ex dictis num. præced. vbi explicui *illud c. Literas.*

DISPVTATIO XXXIX.

Vtrùm possit vir irritare vota ab vxore ante matrimonium emissa: vel eo constante, sine sua licentia, siue tunc implenda, siue facta in tempus soluti matrimonij, licèt sint vota castitatis & religionis: votaque sic irritata à viro, minimè reuiuiscant soluto matrimonio?

SVMMARIVM.

Quæ sint quæstiones disputandæ, n. 1. & ibi remissiuè de dispensatione in votis coniugum castitatis seruandæ.

Bifariam potest aliquis subiici, nempe, quoad materiam promissam, aut quoad voluntatis actum. Et quid differat inter hos modos, quoad potestatem irritandi vota? n. 2.

Refertur sententia asserens solum subiici vxorem viro ratione materiæ promissæ, virumque sola vota sibi præiudicantia posse irritare, n. 3.

Vxor subiicitur viroque modo viro, potestq; vir omnia eius vota irritare: licet sint de rebus necessarijs, vt non mentiendi, n. 4.

Quid, si votum sit eundi in subsidium Hierosolymitanum? n. 5.

Quid, de voto facto animo ingrediendi religionem ante matrimonij consummationem? remissiuè, n. 6. & ibi remissiuè, de voto religionis.

Quid, si alter coniux adulter sit, an possit innocentis vota irritare: liceatq; innocenti cum eo irritandi periculo remittere adulteri iniuriam: vel si qui non est matrimonio iunctus, illud inire, si sciat fore vt alter coniux impedias vota implere? n. 7.

Quid celebrato diuortio? & an liceat coniugibus redire ad pristinam amicitiam, cum eo periculo irritandi, nn. 8. & ibi remissiuè, quid de votis tempore diuortij factis.

Soluuntur argumenta. Traditurq; ratio, cur nequeat prælatus irritare votum religiosi transeundi ad perfectiorem religionem, n. 9.

Post n. 9. inuenies alia summaria.

1 HACTENVS de obligatione votorum coniugatorum disputatum est. Iam de remedio, quo potest illis consuli, disputandum est. Quod duplex est. Alterum dispensationis. De quo latè differtum est li. 8. Alterum irritationis. Et de hoc est disputandum in præsenti & aliquibus seqq. disput. Sunt igitur in præsenti disput. quinque agitandæ quæstiones. Prima, de potestate viri irritandi omnia vota vxoris, dempto castitatis voto, emissa inito matrimonio, pro tunc implenda. Secunda, de potestate irritandi votum castitatis eo tempore emissum, tuncque implendum. Tertia, de irritatione votorum, quæ soluto matrimonio impleri debent. Quarta, de irritatione votorum, quæ ante matrimonium facta sunt. Quinta, num talia vota verè irritentur à viro, ita vt soluto matrimonio, non reuiuiscant?

2 QVAESTIO I. Vtrum vir possit irritare omnia vota vxoris, præter castitatis, constante matrimonio absque sua licentia emissa, & pro tunc implenda? Præmittendum est bifariam posse quempiam alteri subdi, quoad votorum irritationem spectat. Primò, non tantum quoad voti materiam, sed etiam quoad voluntatem, qua se voto astringit. Quod contingit, quando superior habet dominium aut quasi dominium voluntatis subditi, qua vouet, vt illam dirigat, ne imprudenter vota emittat. Quo pacto subditur religiosus suo prælato, & filius impubes patri. Secundò, tantum quoad voti materiam. Quia ea vouetur in superioris præiudicium. Vt subditur filius pubes patri quoad vota realia. Constat enim non subdi quoad voluntatem. Nam tunc posset etiam personalia irritare, vt filij impuberis. Eò vel maximè, quod nec omnia realia irritare potest, sed sola emissa de peculio aduentitio, in quo pater habet vsumfructum, in eoque damnificatur. Punctus ergo difficultatis in eo consistit, num vxor subdatur viro, quoad solam materiam promissam: ac proinde sola vota de materia viro præiudicanti emissa, possit vir irritare: an etiam quoad voluntatem qua vouet, atque ita possit viro omnia eius vota irritare. Sicut prælatus potest omnia religiosi, & pater omnia filij impuberis.

Duplex est sententia. Prima (& satis probabilis) ait subditantum ratione materiæ, ac proinde ea sola vota posse à viro irritari, quæ sibi ac domesticæ gubernationi præiudicant. Ducitur primò. Quia vir non est caput spiritale vxoris, sed tantum politicum, sicut dominus serui, quem tamen constat sola sibi præiudicantia vota posse irritare. Et confirmatur, quia vxor non est sub viri potestate, sicut impubes subditur patri, cuius voluntas est patris. Atque ita *Abbas c. Literas, n. 27. de restit. spoliat.* ait non ita subdi vxorem viro, sicut filium patri. Secundò, quia matrimonium non ordinatur per se primò & vltimate, nisi ad bonum prolis & familiæ. Ergo vxor non subditur viro primariò, & per se, propter gubernandam ipsius vxoris voluntatem, sed propter bonum prolis & familiæ, ac subinde sola vxoris vota de rebus directè vel indirectè ad hoc pertinentibus poterit irritare. Tertiò, specialiter probatur non posse virum irritare vota vxoris de rebus necessarijs, vt de non furando, de non mentiendo. Quia vir non habet dominium in hanc materiam, vt constat, sed soli Deo subditur: nec in actum voluntatis quo vxor vouit. Quoniã ille est præteritus, & ad præteritum non est potentia. Quartò, probatur idem. Quia prælatus nequit irritare votum religiosi de transitu ad strictiorem religionem, factum: iuxta omnes. Quia materia illa non subditur potestati superioris: ergo similiter nequibit maritus irritare votum non mentiendi vxoris. Cùm materia hæc minus subdatur potestati viri. Et si dicas, posse hoc irritari ratione nouæ obligationis superadditæ, eo quod superior, nempe vir, habeat dominiũ, in actum liberum, quo ea obligatio imponitur per votum: cur non idem dicemus in eo voto strictioris religionis? Quod si dicas, id euenire propter damnum tertij, nimirum religionis, ad quam est transitus, id dici nequit. Nam per votum non acquiritur ius tertio: alias non posset prælatus religionis in eo dispensare: quod minimè verum est. Ideo hanc sententiam videntur tenere *Innoc. c. Scripturæ, ad fin. de voto, & ibi Hostiens. ad fin. Ioan. Andr. n. 4. Anton. n. 3. Cardin. q. 14. Anchar. nu. 13.* vbi dicunt virum & vxorem in votis emittendis esse pares, & æquè neutrum posse in alterius præiudicium vouere. Et tenent *Hugo c. Manifestum, 33. qu. 5. Vincentius speculo doctrinali, to 2. l. 9. c. 86. Turrecr. d. c. Manifestum, n. 2. & c. Sunt quidam, 17. q. 1. nu. 9. Carthusian. in c. 30. Num. ad fin. v. Sequitur de vxore. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 22. §. 1. fine. Angelus Votum, 2. n. 8. Sylvest. Votum, 5. q. 1.* Et videtur sentire *Tabiena Matrimonium, 1. q. 3. §. 4. fin.* vbi dicit vxorem teneri implere vota, quæ viro non præiudicant: secus de præiudicantibus. & tenent etiam *Mayronis 4. d. 38. p. 1. concl. 2. Monald. sum. tract. de voto, 1. De voto coniugatorum, vers. Quid si vouerat mulier. Nauarr. sum. c. 12. l. at. n. 64. fine, Hisp. nu. 65. & c. 28 addit. ad n. eundem, & Lat. eod. nu. 65. Margarita confess.* vbi de voti irritat. *f. 135. fine, & seq. Palacios 4. d. 38. disp. 3. f. 987. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto, puncto 6. in vlt. difficul. de votis subditor. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 47. §. vlt. Graffis 1. p. decis. l. 2. c. 29. n. 8. & p. 2. l. 2. c. 12. n. 45. Vivaldi candel. Sacram. 3. p. c. 14. n. 100. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 3 c. 18. §. Vndecimò peccat. Ioan. Hessels in expos. decalogi, cap. 14. de 2. præcepto Ecclesiæ. Azor lib. 11. institutionum moralium, c. 17. q. 12.*

3

Secunda sententia (quæ probabilior est) ait posse virum irritare omnia vota vxoris constante matrimonio emissa, pro tunc implenda, si absque eius licentia facta sint. Probatur ex *c. 30. Numer.* ibi: *Si maritum habuerit, & vouerit aliquid, si audiens vir statim contradixerit, & irrita fecerit pollicitationes eius, propitius erit ei Dominus.* Et ne aliquis existimet sermonem ibi esse de solo voto abstinentiæ, *Septuaginta interpretes, Vatabl. Pagninus,* de omni voto vertunt ac in-

4

terpretantur. Et eodem modo intelligit *D. Augustinus l. 4. q. 59 in Num.* & refertur *c. Noluit, 33. qu. 5.* ibi: *Noluit itaque lex mulierem aliquid vouere, vt non in aliqua rerum licitarum abstinentia, in eiusdem votis femine valeat authoritas, sed viriliu.* Et *cap. Manifestum, eod. q. 5.* quod est *D. August. in eod. loco*, ibi: *Manifestum est ita voluisse legem, feminam sub viro esse, vt nulla eius vota, quæ abstinentiæ causa vouerit, reddantur ab ea, nisi author vir fuerit permittendo* Dicit autem, *Quæ abstinentiæ causa vouerit*, ad distinctionem voti continentiæ, de quo est specialis difficultas: vt videbimus n. 10. & seqq. Et clariùs eodem modo intelligit locum illum *D. Ambros. l. de paradiso c. 10.* & refertur *c. fin. 33. q. 5.* ibi: *Euidentissimè itaque apparet, ita virum esse caput mulieris, vt nulla vota abstinentiæ, vel religiosæ conuersationis, liceat sibi sine eius licentia Deo offerre.* Et ratio est, quia quamuis quoad actum coniugalem, vir & vxor pares sint, at in cæteris vir est caput mulieris *Ephes. 5.* Et mulier est sub viri potestate, *Genes. 3.* Omnes autem actiones corporis capiti subduntur, ab eoque gubernantur. Vnde fit, vt viri sit dirigere & gubernare voluntatem vxoris, ne imprudenter voueat. Quare hac de causa subdidit Deus eius voluntatem viro. Quia mulier est leuis, imprudens, & facilis in votis emittendis. Ergo habet dominium, vel quasi, in vxoris voluntatem, & non tantum in materiam promissam, ac proinde poterit omnia eius vota irritare: sicut prælatus religiosi, & pater filij impuberis. Huius sententiæ videtur expresè *D. Thom. 2. 2. q. 88. a. 8. ad 3.* vbi hæc ait: *Quia nullum tempus est exceptum, in quo prælatus non possit subditum circa aliquid occupare, nullum votum religiosi est firmum, nisi sit de consensu prælati: sicut nec votum puellæ existentis in domo, nisi sit de consensu patris: nec vxoris, nisi sit de consensu viri.* Ecce quam clare id sentiat *D. Thom.* dicens nullum votum vxoris esse firmum & irreuocabile, nisi de consensu viri emittatur: & æquiparat vxorem in vouendo, religioso, cuius omnia vota posse prælatum irritare, dubitat nemo. Idem videtur sentire *Glossa d. c. Manifestum, verb. Nisi author.* vbi dicit coniuges non esse pares quantum ad votum abstinentiæ emittendum. Et mox relata Hugonis sententia dicentis vxorem vouere posse, quæ non cedunt in viri præiudicium, concludit canonem illum indistinctè loqui de votis. Atque ita apertè sentit posse virum omnia vxoris vota irritare, licet sibi non præiudicent. Et clariùs videtur ibi tenere *Gratianus, §. Ex præmissis*, vbi solum votum cõtinentiæ excipit, eo quod pares sint coniuges, quoad debitum coniugale. Concluditque hoc esse propter conditionem seruitutis vxoris, quæ in omnibus debet viro subesse. Idem videntur tenere *Glossa ordinar. Num. 30. ad fin. versic. Vxor in domo*: & ibi *Hugo Cardin. ad fin. lit. K.* vbi dicunt nulla vota abstinentiæ vxoris esse firma sine viri consensu. Sumunt enim votum abstinentiæ, vt includat omnia vota præter continentiæ votum. Et videtur tenere *D. Bonauent. 4. dist. 32. in expositione litera, num. 4.* vbi ait virum, quoad omnia præesse vxori, præter legem thori: & hac ratione posse virum irritare omnia vota abstinentiæ, non verò continentiæ vxoris. Idem videtur expresè tenere *Durandus 4. dist. 38. q. 1. a. 1. nu. 7.* vbi ait neutrum coniugem sine alterius consensu posse vouere non reddere: quia sunt pares. Et subdit hæc: *Quia tamen vir in cæteris est caput mulieris, & ideo sui iuris, mulier autem sub potestate viri: ideo licet viro sine consensu mulieris, emittere votum de cæteris, sed mulieri non licet sine consensu viri.* Atque posse virum irritare omnia vxoris vota, excepto voto moderatæ eleemosynæ, tradunt *Abbas c. Scripturæ, n. 8. de voto, Palud. 4. d. 38. q. 3. a. 1. concl. 6. n. 10. Abulensis c. 30. Num. q. 84. Rosella Votum, 2. nu. 8. & 10. Supplem. Gabrielis 4. dist. 32. q. vn. a. 2. concl. 7.* Et posse omnia præter votum de rebus necessarijs, vt de non mentiendo, tenet *Angles floribus 2 p. q. de voto, a. 7. dissic. 9.* Denique hanc sententiam tenent expresè *Maiorius 4. d. 38. qu. 4. dub. 2. quod incipit, Dubitatur qui possint vouere, vers. Quarta persona. Sotus l. 7. de iust. q. 3. art. 1. vers. At vero sicuti. Brunel. de sponsalibus, conclus. 30. num. 14. Alcozer sum. cap. 16. fol. 56. p. 2. concl. 5. Stunica de voto. q. 3 num. 74. Manuel 2. tom. sum. c. 90. num. 9. Aragon 2. 2. q. 88. a. 8. fol. 1020. Emman. Sa summa verb. Votum* vbi de voti irritatione. §. 1. *Petrus de Ledesma de matrim. q. 64. a. 4 de b. 2 concl. 1. Vega 2. tom. sum. c. 129. casu 93. & 94. fine* Et dicit tutam & probabilem, *Lud. Lopez nu. præced. pro priori sententia allegatu.* Quod verum est, quan tus votũ vxoris sit de rebus necessarijs, vt de non mentiendo: potest enim vir ea vota irritare. Quia quamuis eiusmodi materia non sit viro subdita, quatenus ad eam est vxor præcepto obligata, est tamen subdita, quatenus ad eam noua se obligatione voti astringit. Viri enim videre est, expediat necne vxorem eo nouo voti vinculo obligari. Potest enim imprudenter id promittere. Ita *Sotus, Stunica num. 75. Aragon, Manuel, Vega eo casu 94 fine, proximè citati*, & dicit esse valde probabile *Lud. Lopez ibidem.* Et tenet etiam *Petr. de Ledesma ea conclus 1.* Et saltem plura vota posse virum sine licentia vxoris emittere, quàm vxorem sine licentia viri, probaui hoc l. 9. disp. 3. n. 7.

Quidam excipiunt votum peregrinationis vxoris in subsidium Hierosolymitanum. Sed de hoc latè egi hoc li. disp. 4. n. 17. vbi id reprobaui. 5

Alij excipiunt vota ab vxore facta post matrimonium ratum, ante illius consummationem, animo ingrediendi religionem. Sed de hac exceptione videbimus, quid sentiendum sit hac disp. num. 20. Et de voto religionis dicemus num. 19. 6

Rursus alij temperant, nisi vir notoriam fornicationem corporalem aut spiritualem admittat: tunc enim dicunt non posse virum irritare vota vxoris etiam sibi præiudicantia. Sic *Grassis 1 part. decisionum, l. 1. c. 29. n. 8.* & posset aliquis existimare esse sententiam *Nauarri sum. c. 12. Latine n. 64. Hispanè num. 65.* Sed reuera id non sentit *Nauarr.* quid verò ibi dicat, videbimus disp. 42. nu. 8. Potest autem esse fundamentum huius sententiæ. Quoniam perdit ius petendi debitum à coniuge innocente, ac proinde dominiũ in corpus ac voluntatem ipsius. Verùm si hæc limitatio esset vera, idem dicendum esset de fornicatione occulta, per quam pariter idem ius amittitur. Quare dicendum sic est, si coniux innocens velit iure suo vtens à nocente recedere, non poterit adulter eius vota irritare. Vt probat ratio posita. At si nolit eo iure vti, sed maritaliter viuere, poterit vtique. Quia (vt probaui lib. 1. disp. 68. n. 4.) alter coniux adulter non omnino perdit ius, sed in fauorem innocentis, si ipse velit eam exceptionem opponere, eoque iure vti. Quare dum innocens non eo iure vtitur, poterit alter vota irritare. Atque idem dicendum est, quando vxor esset adultera, vir autem innocens, circa potestatem, quam habet vxor irritandi vota sibi præiudicantia à marito facta: eodem enim modo distinguendum est. Quia eadem est ratio. Imò nec innocens poterit irritare vota nocentis, si velit ea gaudere exemptione. Vt nu. seq. explicabimus: vbi & dicemus, an vxor, quo possit adimplere vota, teneatur non reconciliari viro, sed suo iure vti. 7

Tandem excipiendum est, nisi legitimè celebretur diuortium ob fornicationem alterius. Nam eò durante neuter potest alterius coniugis vota irritare, quæ ante diuortium poterat. Probatur ex *cap. 30. Num.* ibi: *Vidua & repudiata quicquid vouerunt, reddent.* Vbi ait *Abulensis* ea verba explicans, idem ius esse quoad vota de viduis & de repudiatis. Insuper probatur coniugem adulterum non posse irritare. Quia amisit ius in innocentem, ita vt innocens ipso inuito possit ad religionem tranfire, *c. Agathosa. 27. quæst. 2.* Constat etiam ex *c. Veniens de conuers. coniugatorum*, ibi: *Super reuocatione ipsius nullatenus est audienda.* Nec posse etiam innocentem durante diuortio irritare vota nocentis, inde constat. Quia durante diuortio cedit iure suo, ac liberat coniugem reum à seruitute & subiectione. Ea tamen est differentia inter vtrumque, quod innocens potest alterum inuitum sibi reconciliare, ad pristinamque seruitutem redigere, atque ita vota eius tunc irritare, quæ ante diuortium poterat. Reus autem minimè id poterit, nisi alter reconciliationem admittat. At facta reconciliatione, siue mutua voluntate, siue ob recompensationem mutuæ fornicationis, quando tunc amittit innocens ius diuortij, in- 8

integrum

tegrum erit vtrique ea alterius vota irritare, quæ ante diuortium poterat. Quoniam iam res omnino ad pristinum statum est restituta. Dubitabis autem: num innocens possit eam reconciliationem admittere, vel si non celebrauit diuortium, nolle vti iure suo, quo vota impleat, nec irritentur. Et non ago de voto religionis aut castitatis, casu quo tunc obligarent: quia libro hoc disput. 6. num. 14. dixi esse peccatum remittere. Sed de cæteris votis est quæstio. Nam *Angelus Votum, 2. num. 12.* ait ream esse mortalis culpæ mulierem ineuntem matrimonium, aduertentem illud fore sibi impedimento, ne vota expleat. Sicut esset mortale, aliud impedimentum admittere. Sed rigida est sententia: & ideo dicendum est in neutro casu culpam reperiri. Quia vota castitatis & religionis directè opponuntur matrimonio, illudque excludunt: quare ea vouens, se obligauit ab eo ineundo abstinere, & si semel init, eo non vti, quando sibi licitum fuerit ea vota implere. At cætera vota non excludunt matrimonium, nec illi aduersantur, quare durum esset obligare ad vitam cœlibem, conseruandumque diuortium, quo ea expleantur. Cùm longè difficilius sit hoc, nec in voto, aliquo modo claudatur. Conferque ad hoc doctrina, quam tradidimus disp. 34. numero 3. vbi diximus vouentem castitatem non teneri ante matrimonij consummationem ad religionem transire, propter multo maiorem difficultatem superuenientem. De votis autem tempore diuortij factis dicam num. 41.

9 Ad argument. num. 3. proposita respond. Ad 1. dic, non esse opus ad irritandum, vt vir sit caput spirituale, sicut pater non est caput spirituale filij. Nec vxor subditur viro, vt seruus domino. Quia non subditur illi, vt dirigat ac gubernet eius voluntatem dominus, sed quoad ministeria corporalia ipsi domino exhibenda, quæ in ipsius vtilitatem sunt. At vxor plenè subditur viro, vt eius voluntatem gubernet. Ad confirmationem negatur antecedens. Imò eo pacto subditur, quoad eius voluntatem gubernandam & dirigendam: quamuis in alijs sit differentia. Potest enim pater necessitate oppressus filium distrahere: vir autem vxorem minimè. Atque filius est in omnibus subditus, vxor autem socia, & æqualis quoad debitum coniugale. Ad 2. dic, licet matrimonium non ordinetur per se primo ad hoc: eo ipso quod viro nubit vxor, ipsam illi plenè subdi, vt ab illo dirigatur, sicut membra suo capiti subduntur. Ad 3. dic, licèt vir non habeat potestatem in illum actum, vt præteritus est, illum tamen eam habere, quatenus inducit obligationem de præsenti, in ordine ad illam irritandam. Quoniam cum haberet potestatem super voluntatem vxoris, tempore, quo vouit, & eius actus liberos, non potuit vxor sine viri consensu talem obligationem ita sibi imponere, vt à viri voluntate irritare volentis non pendeat. Ad 4. dic, in eo consistere discrimen: quod cùm superior in tantum habeat dominium supra actus subditi, in quantum persona illius est sibi subiecta: in eo euentu, in quo persona subditi iustè eximitur à dominio & potestate superioris, votum se eximendi ad implendum opus consilij non subiacebit superiori. Quia per illud ab eius potestate liberatur. Et tale est votum religiosi, transeundi ad arctiorem religionem. At per cætera vota non eximitur persona à superioris potestate, & consequenter nec actus eius liber, quo manens in subiectione, se obligauit. Quam solutionem colligo ex doctrina *Innocentij cap. Scripturæ de voto, num. 7. vers. Sed nobis & ibi Antonij num. 3.* vbi docent patrem posse irritare omnia vota personalia filij, etiam puberis, excepto religionis voto. Exceptionisque huius eam rationem reddunt. Quod patria potestas impediebat efficaciam aliorum votorum, voti vero religionis minimè. Quia est votum licitè se eximendi ab ea potestate.

SVMMARIVM.

An vir possit irritare votum castitatis ab vxore sine sua licentia, constante matrimonio emissum pro tunc implendum? Refertur sententia negans, num. 16. & ibi remissiuè, quid si voto astricta vxor fornicetur.

Potest vir irritare id votum non petendi vxoris, n. 11.

Similiter potest votum absolutum castitatis sic emissum irritare, ita vt tunc vxor fornicans non sit rea voti, nec teneatur ab alio matrimonio, eo soluto, abstinere, nu. 12. & ibi remissiuè, quando ante consummationem matrimonij factum est.

Soluuntur argumenta, n. 13.

Reliquem inuenies alia summaria.

QVAESTIO II. An vir possit irritare votum castitatis, 10
constante matrimonio ab vxore absque sua licentia emissum, & pro tunc implendum. Negant aliqui posse. Ducuntur, quia *cap. Placet, de conuers. coniugator.* decidit vxorem absque viri licentia professam, ab ipsoque reuocatam, teneri non exigere. Quia quantum ad id est sui iuris, & se potuit obligare. Secundò, quia vir non habet dominium in vxorem in ordine ad actum coniugalem, sed quoad eum sunt pares, *cap. Gaudemus, de diuort. cap. Siquis vxorem, 32. q. 1.* Nec vir est caput mulieris quoad eum actum. Vt bene docet *Durand. 4 d. 38. q. 1. a. 1. num 7.* Ergo nullo modo poterit votum vxoris circa eum actum emissum irritare. Sic docent *D. Bonauent. 4 d. 22. in posit. lit. nu. 4. Glossa cap. Manifestum, 33 q. 5. verb. Nisi author.* vbi *Hugo & Archid. in fine. Hugo Cardinalis Num. 30. ad finem lit. K. Vincentius in Speculo doctrinali tom. 2 lib. 9. cap. 86. fine. Palud. 4 d. 8. q. 4. a. 2. concluf. 5. n 23.* vbi *Mayronis p. 1. conclus. 2. Caiet. sum. verb Votum, 5. De conditionibus ex parte vouentis. §. Et scito Et opusculis, tom. 1. tract. 31. septendecim responsionum, responso 14. dub. 4. Syluest. Votum. 4. q. 2. dist. 4. Nauarr summa, c. 12. n. 64. Hispane nu. 65.* (de limitatione, quam apponit, nisi tali voto astrictus fornicetur, dicam disput. 42. n. 8.) *Ledesma 2. p. 4. q. 66. a. 2. fine. Palacios 4 d. 32. disp 2. fol. 717. col. 1. Angles floribus 2. p. q. de voto, a. 7 dissic. 9 Petrus de Ledesma de matrim. q. 64. a. 4. dub. 2. concl. 1 Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto punctc 6. q. vlt. de votis subditorum. §. Existit autem. Ludouic Lopez p. 1. instruct. c. 47. fine, Ioan. Hessels in exposit. decalogi, 2 præcept c. 14.* Et est satis probabilis hæc sententia.

At probabilius est posse virum irritare id votum non 11
petendi debitum ab vxore factum. Probatur ex *cap. 30. Numer* & ex *D. Augustin. lib. 4 q 59. in Numer.* & refertur *cap. Manifestum, 33 quæst 5.* cuius verba retuli nu. 4. Quòd si dicas, ibi sermonem esse de voto abstinentiæ; *Abbas c. Charissimus, n. 5 de conuers coniugat.* hoc reiicit, probatque nomine abstinentiæ claudi continentiam, per *c. Si tu abstines, 27 q. 2.* ibi: *Si tu abstines sine vxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam.* Deinde, quia quamuis vir & vxor sint pares, quoad libertatem non petendi, & obligationem reddendi, & ita materia illa non sit viro subiecta, at quoad illam notam obligationem, quæ accidentaria est, vxor subditur viro tanquam capiti, cuius est voluntatem ipsius dirigere, ne imprudenter voueat. Et confirmatur, quia hac ratione num. 4. fine probauimus votum de rebus necessarijs posse irritari à viro, cùm tamen ea materia minùs subdatur viro, quàm hæc. Ideo hanc sententiam videntur tenere *D. Thom. 4 d. 32 in fine, in exposit lit. Magistri, & ibi Palud. q. 2 a. 2. nu. 17.* vbi dicunt posse virum reuocare votum castitatis emissum ab vxore sine eius licentia. Et docent *Ioan. de Friburgo summ confess l. 1. t. 8 q. 15. Sotus 4. d. 32. qu. 1. art. 3. posit 1. concl. vers. Verum autem. Et lib. 7 de iust. qu. 3. a. 1. vers. An vero possit alteruter. Aragon 2. 2. q 88. a. 8 f. l. 1021. Nauar. sum. c. 12. n. 60. Stunica de voto q. 3. n. 59 Gutier. q. canon. l. 2. c. 22. nu. 49. Philiarc de offic sacerd. tom. 1 p. 2. l. 3. c. 4. §. Excipitur in conclusione Manuel 1. tom sum. 2. edit. c. 243 n. 8. & 2. tom. c. 90 nu. 3. Antonius Gomez super bullam Cruciatam, clausula 10 num. 67. Vega 2. to. sum. c. 119 casu 92. & 93.*

Imò idem dicendum existimo, licet votum sit conti- 12
nentiæ absolutæ, potest enim vir illud omnino irritare. Quia militat eadem ratio. Nam illa noua obligatio, qua vxor absque viri consensu se astrinxit, subditur viro. Atque ita *Ioannes de Friburgo, Gutier. Anton. Gomez, Vega,* dum loco num. præcedenti allegato dicunt posse virum irritare hoc votum, loquuntur expresse de voto continentiæ. Vnde infero ea irritatione facta, vxorem adulterantem

non esse sacrilegam fornicando, nec soluto matrimon. teneri ab alijs nuptijs abstinere: ad quæ votum obligabat. Quia irritatione extinctum est. (Quando verò ante consummationem matrimonij factum est, dicemus num. 20.) Idque votum sic irritatum non reuiuiscit: vt dicemus nu. 37. & 38.

13 Ad argumenta num. 10. proposita resp. Ad 1. dic eum textum nil probare. Tum, quia vir non omnino irritauit votum, reuocando ad se vxorem, sed tantùm quoad obligationem ad religionem. Tum etiam (quod verius existimo) quia tantùm reuocauit à monasterio, non vtens irritatione: sed quia professio non tenuit, tanquam facta in viri præiudicium. Et ita textus dicit: *Licet votum eius vsquequaque non tenuerit.* & clariùs c. *Quidam, 20 tit.* ibi: *Votum non tenuit.* Ad 2. constat ex dictis num. 11. quamuis enim non habeat dominium in eam materiam, habet in voluntatem, qua se obligat.

SVMMARIVM.

An vir possit irritare vota vxoris sine sua licentia facta, implenda tempore soluti matrimonij & generaliter de votis ita factis à quibuscunque subditis, dilatis in tempus quo cessabit superioris potestas, an possint à superiore irritari? Referuntur duplex sententia. n. 14. & 15.

Sententia affirmans Authores, n. 16.

Quid de voto serui in tempus dilato, si donatus fuerit libertatem. n. 17.

Quid, de voto castitatis vxoris in tempus soluti matrimonij. n. 18.

Quid, de voto religionis sine tunc implendo, quando matrimonium nondum est consummatum, vel implendo tempore soluti matrimonij, n. 19. & vbi, quid de voto religionis facto ab impubere, implendo post pubertatem.

Quid de cæteris votis factis ante matrim. consummatum, animo ingrediendi religionem, vel simul promittendo religionem, & in ea illa implere: vel absque tali animo, n. 20. vbi quid de voto castitatis.

Soluuntur argumenta, n. 21. Post quem tonenies alia summaria.

14 QVÆSTIO III. Vtrùm possit vir irritare vota vxoris sine sua licentia emissa, implenda tempore soluti matrimonij? Vt generaliter de omnibus subditis quæstionem hanc disputemus, est triplex sent. Prima ait nullum superiorem posse similia vota irritare. Quia superior potest irritare vota, eo quod sit dominus materiæ promissæ, & non ratione qua superior est, nisi quatenus persona vouens esset materia voti, sed in hoc euentu votum emittitur pro eo tempore, quo nec vouens, nec materia voti, erit sub potestate superioris: ergo non poterit irritare. Secundò, specialiter probatur de voto religionis facto tunc, pro tempore soluti matrimonij. Quia cùm sit votum per quod vouens eximitur à potestate superioris, videtur idem dicendum de illo, ac de voto religiosi transitus ad arctiorem religionem. Quod num. 9. hac ratione diximus irritari non posse. Et ideo hanc sent. sustinent *Caiet. 2.2. q. 88. a. 8. dub. penult. de superioribus in genere habentibus irritandi potestatem, immediate ante §. An solut. ad 3. Angelus Votum, 2. fine. Nauarr. summ. c. 12. n. 66. Aragon 2.2. q. 88. a. 8. fol 1021. Angles floribus 2. p. q. de voto, art 7. diffic. 8 concl. 2. & post diffic. 9. dub. 1. conclus. 2. & post diffic. 12. dub 5 conclus. vnic. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 48. §. Vota semel irritata. Manuel 2 tom. summa, cap. 89 num. 8. & 90. num. 10.* Et loquuntur expresse in nostris terminis, *Aragon*, *Caietan. Angles, & Manuel*, dicentes non posse virum irritare vota vxoris in tempus soluti matrimonij facta. Et est satis probabilis.

15 Secunda sent. vtitur hac distinctione. Aliqui sunt subditi non tantum quoad materiam promissam, sed etiam quoad voluntatem, ita enim eorum voluntas pendet à superiori, vt nec velle nec nolle habeant, nec possint disponere de spectantibus ad personam, quia traditi sunt superiori ad regimen voluntatis. Quales sunt religiosi respectu sui prælati & filij impuberes respectu patris. Alij verò sunt tantùm subditi quoad materiam promissam, nempe, quoad aliqua obsequia, & aliquod regimen. Quales sunt, seruus domino, vxor viro, filij puberes patri. Priorum ergo subditorum vota facta ad tempus solutæ potestatis, possunt superiores irritare: posteriorum verò minimè. Prob. prior pars. Quia paterna potestas irritandi vota, præcipuè collata est ad gubernandam voluntatem impuberis adhuc imperfectè vtentis ratione, quæ errare potest non minus circa obligationes implendas post pubertatem, quàm circa implendas dum est impubes. Et religiosus eadem ratione omnem sui potestatem tradit prælato, vt eum vice Dei quoad omne tempus gubernaret. Posterior pars probatur. Quia illi superiores non habent potestatem in vota propter fauorem subditorum, bonamque illorum gubernationem, sed præcipuè propter conseruandam suam potestatem, maximè quoad res, in quibus sunt superiores: ac subinde irritare non poterunt vota suæ potestati minimè præiudicantia, qualia sunt implenda tempore quo subditi sui iuris erunt. Et confirmatur, quia absurdum dictu videtur, posse dominum irritare votum, quod seruus emiserit in tempus quo libertate donatus fuerit. Ideo hanc sententiã tenet *Syluest. Votum, 4. q. 2. dicto 5.* vnde male *Sotus num. seq. allegand.* eum refert, *Religio, 2. q. 15. fin.* quasi vniuersaliter teneat omnes superiores posse eiusmodi vota irritare. Nam tantum ibi loquitur *Syluester* de voto impuberis implendo tempore solutæ patriæ potestatis: & ita non sibi contrarius est. Idem tenent *Emm. Sa sum. verb. Votum*, vbi de voti irritatione, §. *Votum impuberis. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto, puncto 6. q. 5.* Et loquitur expresse *Syluester* de viro & vxore: Et hæc sent. est etiam valde probabilis.

Tertia sententia (quam probabiliorem reputo) ait posse omnes superiores ea vota irritare. Quia tempore quo votum illud emittitur, voluntas illa subditi est sub potestate superioris, quantumcumque executio in aliud tempus differatur. Et confirmatur, quia licet executio pendeat in futurum, at talis voti grauamen & obligatio præsentia sunt. Deinde, quia sequitur ex tali voto præiudicium superiori, nam tempore quo est vere superior, & alter subditus, eum non recognoscit, vouens sine eius consensu. Tandem probat. specialiter de viro respectu vxoris: in quo casu hæc opinio est multo certior. Quia vxor non tantùm subditur viro ratione materiæ promissæ, sed ratione voluntatis, qua vouet, vt vir eius imprudentiæ & imbecillitati consulat (vt diximus nu. 4.) tam imprudenter autem potest vouere vxor pro tempore, quo sui iuris erit, sicut pro nunc. Atque ita docent *Sotus l. 7. de iust. q. 3. art. 1. paulo ante solut. ad argument. Alcozer sum cap. 16. de votorum in genere irritatione, conclus. 9. fol. 55. pag. 1. Lud Lopez 1. p. instruct. c. 50. paulo post princ. Vega in com. sum. cap. 129 casu 20.* Et de votis vxoris tenet *Stunica de voto, quæst. 3. n. 76.* & multi alij Neoterici doctissimi. 16

Quamuis autem *Sotus ibidem* dicat idem de voto serui emisso in tempus quo libertate donatus fuerit: & *Ludouicus Lopez* dicat se esse ancipitem. At credo excipiendum esse à doctrina num. præced. tradita, & ita dominum non posse irritare id votum serui. Quia dominus nulla ratione potestatem habet irritandi vota serui, in fauorem ipsius serui, vt eius imbecillitati & imprudentiæ consulat, sed omnino in bonum & vtilitatem domini, ne damnum ex eo voto sentiat. Quod in votis sic emissis locum non habet. Secus autem contingit in alijs superioribus. Et ita docet *Abulens. cap. 30. Num quæst. 91.* Et hoc tandem tenet *ipsemet Lud. Lopez ibid.* 17

Excipit etiam *Lud. Lopez n. 16. allegatus*, votum castitatis factum ab vxore, pro tempore quo sui iuris erit, implendum: aitque non posse à viro irritari. Cum tam dubium sit, an irritari possit, quando cõstante matrim. est emissum, pro tunc implendum (vt vidimus nu. 10.) At melius *Sotus & Stunica, num. 16. allegati*, dicunt posse id votum irritari. Quia voluntas vxoris dum id promittit, est sub viri potestate, ab eoque gubernanda, ne imprudenter voto se alliget: potest autem imprudentia reperiri in promittenda castitate in tempus soluti matrimonij. 18

Quæstio autem grauior est de voto religionis. Nam fortiter vrget argum. 2. propositum nu. 15. Sed sic distinguendum existimo. Si id votum emissum sit ab vxore post initum matrimon. ante illius consummationem, pro tunc implendum, res manifesta est non posse irritari à viro. 19

Quia

Quia est votum per quod eximenda est vxor à viri potestate, dissoluendumque est matrim. Atque ideo habet se instar voti facti à religioso, transeundi ad strictiorem religionem. Si verò emissum esset in tempus soluti matrim. siue matrim. non consummato, siue consummato, posset vir irritare. Atque ita *Sotus & Stunica nu. 16. relati* asserunt votum religionis vxoris in tempus soluti matrim. posse à viro irritari: nec distinguunt, emissum sit nec ne ante matrimonij consummationem. Et ratio num. præcedenti adducta id probat. Et ratio disparitatis est inter hoc votum & votum religiosi transitus ad strictiorem religionem. Quia per hoc votum religiosus omnino eximitur à potestate illius superioris, iusque huiusmodi exemptionem concessit, in qua re voluntatem subditi minimè subiecit superiori. At per illud vxor non est eximenda à viri potestate: cùm ea iam soluta implendum sit: ac eius voluntas constante matrimonio est omnino sub viri potestate, ab ipso gubernanda, præterquam quoad transitum ad religionem ante matrimonij consummationem. Sed obiicies, hinc sequi, non posse patrem irritare votum religionis filij impuberis, implendum post pubertatē. Quia per transitum ad religionem est eximendus à patria potestate, sub qua erat adhuc pubes factus, quando votum executurus erat. Neganda est sequela, & dicendum, posse id votum irritari. Quia per illud non eximitur filius à dominio paterno, quod habebat in ipsius voluntatem tempore quo impubes erat, ad gubernandam eius voluntatem circa vota personalia: sed pubertate adueniente, quando votum implendum est, ab eo liberatur, quamuis ad religionem minimè transeat, & ideo dispar est ratio de voto religiosi. Sed quid, si vxor erat impubes, malitia supplente ætatem, & vouit religionem ante matrimonium consummatum? dicam disp. 41. n. 8.

20 Tandem dubitabis, quid dicendum sit de votis ab vxore emissis ante matrim. consummatum, animo transeundi ad religionem factis? Et quidem de voto ipso religionis iam dixi num. præced. De cæteris autem votis est difficultas. Quidam asserunt non posse irritari à viro: secus si absque eo animo emissa sint. Sed ego non video differētiam. Quia animus ille cùm non cadat sub voto, minimè voti naturam immutat, nec viri potestatem, quam per matrimonij contractum in vxoris voluntatem acquirit, aufert. Imò existimo quamuis tunc vxor voueret transitum ad religionem, & alia vota in illa implenda, posse illa vota irritare, permanenti voto transeundi tunc ad religionem. Quod nu. præcedenti irritari nequaquam posse diximus. Ducor, quia ea vota tempore subiectionis emissa sunt, & dum subiecta est, irritantur, nec per illa eximitur à viri potestate. Sicut si religiosus voueat transitum ad strictiorem religionem, & alia vota implenda in illa, poterit prælatus hæc vota irritare: illud verò minimè. Sed oppones, si votum castitatis tunc irritet vir, & ita consummetur matrim. iam non posse vxorem ad religionem transire. Dic hoc non obstare. Quia licet auferatur obligatio voti castitatis, adhuc manet votum transeundi ad religionem, quod obligat ad non consummandum, ne ingressus religionis impediatur. Quod si votum religionis non sit emissum, sed solus animus ingrediendi affuerit, non tenetur ex voto castitatis ad religionem, nec ex eo animo (vt diximus disp. 34. n. 3. & 4.) Atque ita non obstabit irritationi illius voti, impedimentum ingrediendi religionem. Vnde fit vt eo voto castitatis irritato, possit consummare vxor siue petendo, siue reddendo, etiam priori bimestri, nisi votum religionis obstet: quod si illud emiserit, peccabit primo consummans contra votum religionis, non autem contra votum castitatis. Et si tunc adulteretur, non erit sacrilega aduersus votum. Quia omnino extinctum est per irritationem: perinde ac extingui diximus n. 12. quando matrim. consummato emissum est.

21 Ad argum. num. 14. proposita dic. Ad 1. dic sufficere vt persona vouens sit subiecta, & materia voti tempore, quo illud emissum est, quamuis obligatio executionis sit dilata in tempus libertatis. Quia verificatur tempore subiectionis esse subditum materiam vinculi illius voti, & ex tunc illo obligari ad exequendum tempore libertatis. Ad 2. constat ex dictis n. 19.

SVMMARIVM.

An vir possit irritare vota vxoris ante matrim. facta? Proponuntur argumenta probantia partem negantem, n. 22.

Potest. & remissiuè an sit vera irritatio, ita vt non reuiuiscant? n. 23. & ibi remissiuè, quid quando tempore diuortij facta sunt?

An peccet vir irritans quando de consensu patris emissa sunt? n. 24.

An habeat verum imperium in solis votis viro præiudicantibus? n. 25.

Quid, in voto dandi eleemosynam? n. 26. & ibi, remissiuè, quid, quando hæc & cætera vota facta sunt ante matrimonium, existente muliere sub alterius potestate?

Quid in voto castitatis? n. 27. & ibi de votis de rebus necessarijs, & remissiuè, quando facta sunt hæc omnia vota tempore diuortij? vel vbi vterque vouit continentiam aut religionem.

Quid, in voto religionis, n. 28. & quid, si factum sit tempore diuortij?

An peccet mulier nubens, sciens fore vt non possit implere vota? remissiuè, num. 29.

Quid, de obligatione facta homini per vxorem ante matrimonium? n. 30.

Soluuntur argumenta, n. 31. Post quem inuenies alia summaria.

QVAESTIO IV. An possit vir irritare vota vxoris ante matrimonium emissa? Et quidem pars negatiua inde suaderi videtur. Quia ea vota sunt omnino independenter à viro facta: cùm tempore quo emissa sunt, non fuerit vxor illi subiecta. Secundò, quia obligatio illa voti iam erat Deo acquisita, iuri autem acquisito non potest vir derogare, vt non posset obligationem homini factam per vxorem ante matrimonium irritare. 22

Cæterùm dicendum est, posse virum irritare ea vota (loquor hoc termino irritationis, quia eo vtuntur Doctores, quos referam hic, quamuis sentiam cum aliquibus illorum, eam non esse irritationem, sed suspensionem pro tempore constantis matrimonij, & ita eo soluto reuiuiscere. Quod num. 39. explicabo.) Probatur ex *D. August. l. 4. q. 56. in Num.* & habetur *c. Noluit, 33. qu. 5.* ibi: *Ita si adhuc innupta concesserat pater vota persoluere, si antequam persoluerit, nupserit, & viro eius hoc cognitum non placuerit, non persoluat, & hoc omnino sine peccato.* Et rationem trademus num. 25. Sic videntur tenere *Hostiens sum. tit. de voto, §. Quia vouere possit, n. 7. vers. Vxor etiam. Anton. c. Scriptura, n. 3. de voto*, vbi *Abbas n. 8. Cardin. q. 15. Anchar. n. 14. Henricus n. 6. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 22. initio. Rosella Votum, 2. n. 7. Angel. Votum, 2. nu. 11. Lex 8. t. 8. part. 1.* vbi dicunt vxorē non debere implere vota ante matrimonium facta, contradicente viro. Et docent expressè *Hugo & Archid. c. Noluit, n. vnic. & ibi Bellamera statim in princip. Turrecr. c. Sunt quædam, 17. q. 1. n. 9. Vincentius in speculo doctrinali, tom. 2. l. 9. ca. 86. Sylvester Votum, 4. q. 2. dicto 1. Abulens. c. 6. Matth. q. 149. Navarr. summa Latina, c. 12. nu. 69. fine: Hispana c. 28. additione ad eundem num. Monaldus summa tractat. de voto, t. De votis coniugatorum, vers. Sed nunquid possunt. Alexander in Enchirid. 1 p. de potest. confess. cap. 5. n. 155. Phyliarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. l. 3. cap. 4. §. Sed maior difficultas. Aragon 2. 2. q. 88. a. 8. fol. 1026. Azor l. 11. instit. moral. cap. 17. q. 14. Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. 6. de voto, puncto 6. q. vltima de votis subditorum. Graffis p. 2. decisionum, lib. 2. c. 12. n. 45. Manuel 2. tom. sum. cap. 90. num. 10. Stunica q. 3. de voto, n. 75. Emman. Sa summa verb. Votum*, vbi de voti irritatione, §. 1. *Vega 2. to. summæ, c. 129. casu* 20. Quid autem, si tempore diuortij fiant, dicam n. 41.

Hinc infertur, licet pater consenserit voto, non peccare virum postea reuocando. Quia vtitur iure suo, cui pater præiudicare non potuit. Videtur expressa sententia D. Augustini, cuius verba nu. præced. retuli. Et ita intelligentes ea verba, docent *Hugo, Archid. Bellamera, n. præced. relati.* 24

Aliqui temperant, vt intelligatur de votis marito præiudicantibus. Sic *Abbas, Monaldus, Sylvester, Navarrus, Azor.* Id tamen mirum non est. Quia sunt in ea sent. vt vir nequeat vota ab vxore constante matrimonio facta irritare, nisi sibi præiudicent (vt n. 3. vidimus.) Cæterùm existimo posse omnia irritare (excipe votum religionis, de quo dicam num. 28. & votum castitatis, atque de rebus necessa- 25

rijs:

rijs: & dandi eleemosynam, de quibus dicam n. 26. & 27.) Quia quamuis actus liber, quo mulier ante matrim. vouit, non sit viro subiectus, tanquam omnino præteritus: at materia illa voto promissa est iam plenè viro subiecta. Quia potest modò vir in omni tempore occupare vxorẽ. Qua ratione vtitur *D. Thom. 2. 2. q. 88. art. 8. ad 3.* ad ostendendum nulla religiosi vota esse firma absque prælati consensu. Atque ita nec ea vxoris vota ita firma erunt, quin possint à viro reuocari. Et hoc dicit esse probabile *Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 48. §. Rursus.*

26 Excipe primò, vota realia emissa ab vxore ante matrimon. Vt si tunc vouit eleëmosynam, cùm esset sui iuris, vt si erat vidua, vel carebat patre & tutore: hæc enim vota non poterit maritus irritare. Quia iudicandum est ac de alijs debitis, ad quæ vxores antea tenebantur. Quamuis enim id debitum sit personale, nulla enim hypotheca afficit bona, alias transiret obligatio ad singularem successorem, vt legatarium, vel titulo emptionis possidentem ea bona, aut donationis: non tamen est debitum, quod iurisperiti personalissimum appellant: aliter obligatio voti realis explendi non transiret ad hæredem. Quod est contra omnes. Et ita potest dici quodammodo bona afficere, atque ita virum teneri permittere, vt vxor expleat, & cum eo onere recipere bona. Dixi, si erat sui iuris. Nam si non talis esset, licèt pater, tutor, aut vir non irritassent, maritus poterit. Quia loco illorum succedit, & erant vota dependentia à consensu superioris. De qua potestate latè dicam disp. 41. & generaliter de alijs votis, quæ vir nequit irritare, eo quod facta sint ante matrim. an possint in hoc euentu irritari?

27 Secundò excipe votum castitatis ab vxore ante matrimonium emissum: id enim à viro irritari nequit. Quoniam illud votum continet duo, nempe, non exercere actum venereum, nec reddendo nec petendo. Quoad primum non indiget irritatione. Nam fortiori matrimonij vinculo constringitur reddere. Quoad secundum autem, irritari nequit à viro. Quia materia petendi non est viro subiecta, ita vt prohibere possit, aut præcipere debiti petitionem, sed mulier est libera, & sui iuris in hoc. Nec actus liber, quo mulier eam sibi obligationem imposuit, est sub viri dominio & potestate. Quoniam est iam Deo consecratus, & quando fuit elicitus, non poterat prohiberi ne eliceretur. Quare non est audiendus *Ioan. de Friburgo summa confessorum, li. 1. tit. 8. q. 35.* dicens posse virum id votum irritare. Cuius contrarium tenent omnes, quos n. 10. retuli, asserentes nec emissum post matrimonium votum castitatis posse à viro irritari. Eadem ratione dicendum est, nec posse virum irritare vota de rebus necessarijs, vt de non furando, de non mentiendo, emissa ab vxore, ante matrimonij contractum. Quia nec materia illa tanquam necessaria subditur viro. Nec actus liber, quo votum factum est, tanquam omnino præteritus, & Deo consecratus, & quidem eo tempore quo voluntas illa à viro non dependebat. In quo distinguitur à tali voto post matrim. facto. Quia tunc voluntas erat viro subiecta. Et ideo n. 4. diximus posse à viro irritari. Vtrùm autem possit vir irritare hæc vota, quando tempore, quo mulier erat impubes, illa emisit, poterantque irritari à patre, matre, vel tutore? dicam disp. 41. n. 4. Si autem facta sint tempore diuortij, dicam hac disp. num. 41. & quid de votis factis postquam vterque coniux vouit continentiam aut religionem, dicam disp. 42. num. 10.

28 Tertiò excipe votum religionis ante matrimonium ab vxore emissum; non enim poterit à viro irritari. Quia si matrimonium non est consummatum, tenetur tunc implere: & id votum tunc emissum non potest irritari à viro, (vt probaui num. 19.) nedum votum factum ante matrimonium. Si verò iam sit consummatum, non indiget pro tunc irritatione. Quoniam impleri nequit. Nec potest irritari pro tempore, quo vxor erit sui iuris, quando iam tenebitur implere. Quoniam materia illa non erat viro subiecta tempore quo promissa est, nec actus liber, nec subiicitur etiam materia tempore, quo votum implendum est. Quæ dixerim, si mulier iam pubes promisit. Nam si erat impubes, & ita poterat votum illud irritari, dicam disp. 41. num. 4 5. Quando factum est tempore diuortij, dicam hac disp. n. 41.

Vtrùm autem peccet mulier matrimonium iniens, 29
sciens fore impedimento ne vota expleat? dixi n. 8.

Tandem, si mulier obligationem aliquam cum homine 30
contraxerit ante matrimonium, vir non poterit illam irritare, propter ius homini acquisitum. Et quia mitius agitur cum Deo, quàm cum homine. Sic docent *Hugo, Archid. & Bellamera, num. 23. allegati*, & potissima ratio differentiæ est. Quia superior non gerit vices hominis, cui ius acquisitum est, vt possit illud remittere & irritare: at gerit vices Dei, cui ius per votum acquiritur.

Ad argumenta n. 12. proposita respondetur. Ad 1. dic, 31
argumentum concludere eam non esse veram irritationem, sed suspensionem: quod est verissimum. Ad hanc autem suspensionem satis est vxorem postea incidere in viri potestatem, non enim placet Deo, vt ipso contradicente impleat. Ad 2. dic, non posse virum derogare omnino irritando, bene tamen suspendendo, vt dixi in solut. præced. cur autem idem non possit in obligatione cum homine contracta, dixi n. præcedenti.

SVMMARIVM.

An vota per virum irritata reuiuiscant? Si vera irritatio sit, non reuiuiscunt, secus si sit suspensio sola, n. 31.

Refertur quædam sententia, n. 33.

An vt vota irritata non reuiuiscant, desideretur potestas & dominium in voluntatem subditi, vel sat sit in materiam promissam? n. 34.

An si superior irritans det licentiam postea teneatur subditus implere votum irritatum, & quid si non fuit vera irritatio, sed suspensio? num. 35.

Vota vxoris facta post matrimoniũ, & irritata non reuiuiscunt, n. 36. & ibi, idem de voto seruorum & puberum.

Idem de voto castitatis tunc facto & irritato, n. 37.

Idem de voto facto in tempus soluta potestatis, & irritatis, n 38.

Vota vxoris ante matrimonium facta, & irritata à viro reuiuiscunt, n. 39. & ibi, an vxor teneatur ad ea viro postea danti licentiam?

Quid si dum mulier ante matrim. vouit, erat sub potestate alicuius, qui poterat irritare, vt sub potestate patris, tutoris, alterius mariti; vel in ea ætate vouit, vt si esset sub alicuius potestate, posset irritare. An possit vir perfectè ea vota irritare, ita vt non reuiuiscant? Et quid, de votis factis post matrimonium ex licentia viri & irritatis? Et an vota viri per vxorem irritata reuiuiscant? Remissiuè, n. 40.

Quid de votis factis tempore diuortij, an reputentur quasi facta ante matrimonium, vt reconciliatione facta, si vir irritet, reuiuiscant. Et si sint castitatis, vel religionis, vel de rebus necessarijs, vt de non mentiendo, nequeamus etiam imperfectè irritari, ac si ante matrimonium facta essent? n. 41.

An vota emissa ab aliquo ante ingressum in Societatem Iesu sint suspensa, & reuiuiscant si post vota biennij expellatur? n. 42.

Quid, si superior irritet ea, vel tempore nouitiatus emissa, vel post vota biennij etiam facta in tempus expulsionis, & an possit irritare? n. 43.

Quid, si in eis dispenset: & an possit, nu. 44. & ibi, an possit Episcopus cum nouitijs dispensare.

An superior possit irritare vota professi, quæ voluit in professione commutare, ita vt eo expulso non reuiuiscant, n. 45.

Soluuntur argumenta, n. 46.

QVÆSTIO vltima. An vota vxoris absque viri licentia 32
facta, tunc implenda, vel in tempus soluti matrimonij, vel facta ante matrimonium, aut tempore diuortij, & à viro irritata, reuiuiscant, ita vt soluto matrimonio teneatur vxor ea implere? Absque controuersia est (vt bene animaduertit *Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto, punct. 6. quæst. 4.*) vota omnino legitimè irritata, minimè reuiuiscere. Quoniam per irritationem illa obligatio voti est omnino extincta: at obligationem semel extinctam minimè reuiuiscere, comperti iuris est, *l. Cum ex causa, C. de remiss. pign.* Quia cùm iam desierit esse, vires reassumere non poterit, nisi iterum obligatio illa imponatur ab eo qui potest. Sicut lex semel cassata non potest amplius obligare: nisi iterum Principe eam sanciente. Quare aliqui Doctores asserentes votum semel irritatum reuiuiscere, aut sunt reprobandi: aut intelligendi, quando non est vera irritatio, sed suspensio

pensio voti. Hi sunt *Vincentius speculo doctrinali, tom. 2. lib. 9. c. 85. Tabiena Votum, 5. qu. 5.* & videntur tenere *Innocent. cap. Scriptura de voto, num 3. vers. Idem credimus, & ibi Hostiens. ad fin. Ioan. Andr. n. 4. Anton. n 3. Cardin. q. 13 Anchar. num 8.* vbi dicunt impuberem teneri implere votum peregrinationis, vbi fuerit sui iuris. Atque communiter refertur pro hac sententia *Innocentius ibi.* Sed nec ipse, nec alij, qui eum omnino sequuntur, explicant, fuerit votum irritatum necne. Difficultas igitur præsens eo pertinet, vt explicetur, num hæc sit legitima & vera irritatio, an potius suspensio voti pro eo tempore, quo potestas mariti durat. In priori enim casu constat votum illa penitus extingui, & ideo nunquam amplius obligare: in posteriori autem obligare cessante viri potestate.

33 Quidam igitur opinantur vxorum vota constante matrimonio facta non verè irritari per viros, sed esse suspensionem pro tempore constantis matrimonij, atque ideo eo soluto reuiuiscere, & implenda esse. Ducuntur, quia hoc distat inter irritationem ratione dominij, aut quasi dominij in voluntatem: aut ratione materiæ: quod in priori casu est vera irritatio, & ita votum non reuiuiscit, vt contingit in votis impuberum & religiosorum. In posteriori autem, si materia est huiusmodi, vt maneat in potestate subditi, postquam à potestate superioris eximitur, vt si vouisset quotidianam eleemosynam, non est perfecta irritatio, sed suspensio, atque adeò soluta potestate votum reuiuiscit. Vt contingit in votis vxorum. Quod inde probatur, quia nequit superior irritare votum illius, nisi quatenus potest illi subtrahere materiam oblatam: cùm sit solum superior quoad rem oblatam, at nequit materiam oblatam auferre, nisi pro tempore, quo est illi subditus, pro quo solo tempore materia est sub illius potestate. Ergo non potest omnino votum irritare, sed illud suspendere: & proinde cessante potestate reuiuiscet. Secundò, quia quando subditus petit licentiam exequendi votum eò tacito, negatio licentiæ superioris non est voti irritatio, secundum omnes, sed cessat pro tunc obligatio per materiæ subtractionem, manenti voti vinculo, & cessante prohibitione reuiuiscit. At ita contingit in præsenti: tantùm enim subtrahitur materia subiacens dominio viri. Ideo hanc sententiam tenent *Rosella Votum, 2. num. 7. & 13. Valentia 2. 2. disp. 6. quæst. 6 de voto, puncto 6. quæst. 4.* iuncta *quæst. vltima de votis subditorum.* Nam *in ea quæst. 4.* docet quando subditur aliquis quoad solam materiam, votum reuiuiscere: & *quæstione vltima*, docet vxores quoad vota non subijci ratione voluntatis, sed materiæ promissæ: ac subinde censet ea reuiuiscere. Idem tenent in alio simili, fatentes tamen rem esse dubiam. *Paludanus 4. d. 38 quæstion. 4. art. 2. conclus. 11. num. 29 D. Antoninus 2. part. tit. 11. cap 2. §. 6. vers. 2. pueri*, nempe, in voto filij puberis. Et similitudo in hoc consistit, quòd talis filius solùm ratione materiæ subditur patri, vt probaui num. 2.

34 Vt radicitus tamen intelligatur, quando vera irritatio voti sit, quando ve suspensio: aduertendum est dupliciter votum irritari posse. Primò, directè voti vinculum dissoluendo. Secundò, quasi indirectè, per remotionem materiæ, illam prohibendo. Quando ergo votum irritatur ratione dominij in voluntatem, extinguitur directè vinculum, & ideo nunquam reuiuiscit. Quia cùm actus ille liber, quo votum est factum, sit pendens à superioris consensu, tanquam ipsi subiectus, potest superior suo dissensu reuocare omnino, quo sublato extinguitur votum. Atque superior irritans id velle facere videtur, nisi aliud declaret. Quia id sonat irritatio. Quando autem irritatur votum ratione solius dominij, & potestatis superioris in materiam promissam: quamuis Doctores numero præcedenti relati, sentiant indistinctè non esse irritationem directam & veram. At sic distinguendum arbitror. Aut materia omnino & plenè subiacet potestati superioris: quia scilicet, nulli alij est prius oblata, aut deuincta obligatione aliqua subiectionem illam præcedenti, & tunc credo esse perfectam irritationem: & ideo votum sic irritatum non reuiuiscere. Contra Doctores num. præcedenti allegatos. Qui autem hoc docent, referam num. 36. Et ratio est. Quia quod iuris est de toto quoad totum, idem est & esse debet de parte quoad partem. *l. Quæ de tota, in princ. ff. de rei vendic.* & latè tradit *Enes. ad. loco à toto ad partes. n. 2. & seq.* Sicut ergo ad omnimodam & totalem irritandi vota potestatem desideratur & sufficit dominium totale voluntatis subditi, seu actus liberi, quo vouet Deo rem illam, ita ad potestatem irritandi partialem, nempe, in materia determinata, sufficit ac necessarium est partiale dominium, nimirum, voluntatis, seu actus liberi, quo materia illa promittitur. Et confirmatur, quia, sicut vbi adest perfectum dominium voluntatis subditi, potest superior omnia eius vota irritare: eo quòd vota habeant tacitam conditionem, Nisi superior contradixerit, qui ratione dominij absoluti & totalis id potest efficere: atque est perfecta irritatio. Ita quando habet dominium partiale voluntatis subditi circa aliquam materiam, poterit circa illam perfectè & omnino irritare. Quandoquidem vota de tali materia habent similem tacitam conditionem: potestque superior contradicere ratione totalis dominij, quod habet in voluntatem subditi, quoad dispositionem de illa materia. Aut non omnino & simpliciter subiacet potestati superioris, sed secundùm quid. Vt si ante subiectionem iam illa materia erat Deo consecrata, & oblata per votum. Tunc enim non simpliciter subiaceret illa materia superiori, nec actus liber, quo oblata est Deo. Atque tunc dum superior irritat, non est vera & perfecta irritatio, sed secundum quid, & potiùs suspensio. Ac proinde durante potestate excusatur subditus ab impletione: at ea soluta tenetur. Et actum liberum tunc non esse subiectum, inde constat. Quoniam est omnino præteritus, & Deo per votum independens ab alicuius consensu dicatus, ac tempore quo non erat subiectio. Nec potest modò subdi. Quia ad præteritum non est potentia. Nec subdita postea persona, subduntur eius actus præteriti; cùm iam transierint. Dices, vinculum voti & obligationem esse præsentia. Respondeo, cùm tale votum naturaliter & intrinsecè sequatur ex actu promissionis, nulla ratione posse superiorem hoc nomine votum perfectè irritare, nisi habeat vel habuerit dominium in illum actum. Quòd autem tunc non simpliciter materia subdatur superiori, probatur. Quia cùm priùs esset obligata Deo, qui ius in illam acquisierat, non potest plene & omnino subdi alteri. Sed potest secundùm quid. Quia superior, nimirum vir, potest in omni tempore occupare vxorem, ac proinde potest pro tunc. Atque vxor fortiori seruitutis vinculo astricta non tenetur pro tunc vota exequi (vt declarauimus num. 25.) Tandem eam irritationem in hoc euentu non esse veram, sed suspensionem, probatur, quia ea vota sunt facta absolutè & independenter à voluntate superioris, cùm tunc non esset, nec subinde habent tacitam conditionem, nisi superior contradixerit. Quod est ratio & fundamentum potestatis irritandi perfectè: teste *D. Thoma 2. 2. quæst. 88. artic. 8. corpore, & ad 1.* quem alij omnes sequuntur. Item, quia ea vota præterita non sunt modò sub potestate superioris, cùm iam sint Deo consecrata: sicut proxime dicebam de actu libero promissionis. Ergo nulla ratione potest ea omnino irrita facere. Cùm nec habeat, nec habuerit dominium in actum vouendi. Et confirmatur, quia, sicut actus vouendi fuit absolute & independenter elicitus, ita est à Deo acceptatus: & consequenter vinculum voti ex eo actu consurgens. Doctores autem asserentes si vota emissa ante subiectionem irritentur, non esse perfectam irritationem, & reuiuiscere: in quo casu non est dominium in materiam absolutè, sed secundum quid: referam num. 39.

Atque vltrà differentiam num. 32. traditam inter veram irritationem & suspensionem, quod per illam omnino cesset vinculum voti, per hanc autem non cesset, sed exequutio suspendatur, donec cesset potestas superioris: est alia differentia ex hac consurgens. Nam vbi vera voti 35

irri-

irritatio, non tenetur amplius subditus ad illud, quamuis superior assensum præbeat. Quia obligatio illa omnino extincta reuiuiscere nequit, nisi subditus denuo voueat. Ita *Sylvester Votum, 4. quæst. 2. dict. 3. Nauar. sum. cap. 12. num. 65. Graffis 1. p. decisionum, lib. 2. cap. 29. num. 4. Philiarcus de officio sacerdotis, tom. 1 part. 2. lib. 3. cap. 4. §. Sed maior difficultas. Emm. Sa summa, verb. Votum*, vbi de voti irritatione, §. *Irritans votum si postea*. At vbi est sola voti suspensio, connuente superiori obligabit. Quia vinculum voti manebat, & ob solam materiæ prohibitionem suspensum erat, ergo cessante prohibitione pristinas obligandi vires recuperabit votum.

36 Ex dictis deducitur primò, vota omnia constante matrimonio emissa ab vxore, pro tunc implenda, si à viro irritentur, non reuiuiscere. Contra Doctores relatos nu. 33. probant *Abbas, Caietanus, Angelus, Sylvester, Sotus statim citandi*, per *cap. Quidam, & cap. Placet, de conuers. coniugat.* vbi coniux professus, & ab altero reuocatus non tenetur reuocante mortuo, ad religionem transire. Sed hi textus nil conferunt: non enim innituntur irritationi voti, sed quia professio fuit irrita (vt num. 13. probaui.) Ideo melius probatur. Quia vir potest irritare vota vxoris ratione potestatis & dominij in voluntatem ipsius (vt probaui nu. 4.) In quo casu fatentur omnes esse perfectam irritationem, nec vota reuiuiscere (vt diximus num. 34.) Atque ita tenent *Abbas cap. Scriptura. nu. 7. de voto. Caietan. 2. 2. quæst. 88. art. 8. dub. 4. Abulensis t. 30. Numer. q. 86. Angelus Votum, 2. nu. 12. Sylvester Votum, 4. q. 2. dict. 3. & 4. Armilla verb. Votum, nu. 12. Sotus l. 7. de iustit. q. 3. a. 1. vers. Aliud post hæc dubium. Nauar. sum. cap. 12. num. 66. Lud. Lopez 1. part. instruct. cap. 48. §. Vota semel irritata. Philiarcus de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 3. cap. 4. §. Sed maior difficultas. Vega 2. tom. summa, c. 129. casu 95.* Imò esto diceremus vota hæc irritari à viro non ratione dominij in voluntatem vxoris, sed quia materia est illi subiecta. Cùm materia plenè subdatur tanquam nulli alij ante subiectionem dicata, esset perfecta irritatio, nec reuiuiscerent (vt n. 34 probauimus) Atque ita *Sylvester eadem q. 2. dict. 5.* fatetur vxorem tantum subdi viro quoad materiam. Quod idem (vt num. 3. retuli) sentiunt *Nauarr. Philiarcus, Ludou. Lopez* & tamen omnes hi asserunt ea vxoris vota non reuiuiscere. Præterea, quia idem dicunt de votis seruorum per dominos irritatis, *Sotus, Nauarr. Philiarc. Lud. Lopez ibi*, & tamen constat seruos tantùm quoad materiam subiici dominis. Atque ideo non omnia illorum vota possunt domini irritare, sed sola illis præiudicantia. Tandem, quia de votis puberum dicunt idem *Sotus, Sylvester ea quæstion. 2. dict. 3 & 4. proximè citati, & Aragon 2. 2. quæst. 88. a. 8. fine, & Graffis 1. p. decisionum, lib. 2. c. 29. n. 5. Philiarcus proximè allegatus*, quos tamen solum ratione materiæ subdi patri, probauimus num. 2.

37 Secundò infertur, votum castitatis constante matrimonio ab vxore emissum, quod num. 11. & 12. dixi posse à viro irritari, non reuiuiscere. Quia irritatur ratione dominij, quod habet vir in voluntatem vxoris, ad illam dirigendam, quamuis deficiat dominium in materiam illam.

38 Tertiò infertur, vota ab vxore, seu ab alio subdito in tempus solutæ potestatis, quando sunt à viro seu ab alio superiore irritata: quæ num. 16. posse irritari diximus, non reuiuiscere. Et hoc licet sit votum castitatis emissum ab vxore ad illud tempus. Quod n. 18. probaui posse irritari. Quia ea vota aut irritantur ratione dominij in voluntatem, aut saltem dominij in materiam. Et eadem ratione dicendum est idem de voto religionis in id tempus ab vxore facto. Quod nu. 19. dixi posse irritari. Et hoc necessariò tenentur dicere omnes, quos n. 16. 18. & 19. retuli, dicentes posse ea vota irritari. Non enim possunt intelligi de suspensione. Nam cùm non obligent donec soluatur potestas superioris, ipsa sunt suspensa.

39 Quartò infertur, vota ante matrimonium ab vxore facta, quæ irritari à viro posse diximus nu. 23. soluto matrimonio reuiuiscere. Quia ea non est perfecta irritatio, sed tantum suspensio. Nam cum nec actus liber, quo votum emissum est, viro subdatur: nec etiam materia promissa sit illi subiecta simpliciter, sed secundum quid (vt explicui num. 34.) non possunt ea vota simpliciter irritari. Atque ita docent *Archid. c. Noluit, 33. quæst. 5. num. vn. & ibi Bellamera, num. 1. Rosella Votum, 2. num. 7. Nauar. sum. cap. 12. num. 61. Alexand. in suo Enchirid. 1 p. de potestate confessorum c. 5. nu. 155. Philiarc. de officio sacerdotis, tom. 1. part. 2. l. 3. cap. 4. §. Sed maior difficultas. Lud. Lopez 1. p. instruct. cap. 46. §. Mulier vxor. Graffis 2. p. decisionum, lib. 2. cap. 12. nu. 31.* Quare audiendus non est *Vega 2. tom. sum. cap. 129. casu 20.* qui dicit non reuiuiscere. Ducitur, quia obligatio semel extincta non reuiuiscit. Sed supponit obligationem illam semel extinctam esse, & non potius suspensam. Quod probare oportebat. Dum dicunt autem hi Doctores obligationem illam reuiuiscere, intelligendi sunt quoad materiam, ad quam votum illud cessante superioris potestate obligat. Verbi gratia, vouit vxor ante matrimonium se quotidie recitaturam calculos Virgineos, aut ieiunaturam omnibus sextis feriis totius vitæ, irritauit postea vir, non tenetur soluto matrimonio ad preces & ieiunia omissa tempore suspensionis voti. Quia fuerunt onus diei, ac proinde transacto die cessauit obligatio. Sed tenebitur ab eo tempore soluti matrimonij ad recitandum quotidie eas preces, & ieiunandum sextis ferijs. Hinc fit, si postquam vir id votum irritauit, concedat iterum licentiam, teneri vxorem ex tunc illud seruare. Iuxta dicta num. 35. Quia obligatio tantum erat suspensa, dum vir impediebat materiam.

Quid autem dicendum sit, si tempore quo vxor ante 40
matrim. vouit, erat sub potestate alicuius, qui id votum irritare poterat: vt patris, tutoris, aut alterius mariti. Vel si iis carebat, erat in ea ætate constituta, vt, si eos haberet, possent irritare, vt si impubes vouit votum personale: vel pubes ante XXV. annum fecit votum reale. An possit præsens maritus irritare, ita vt votum illud non reuiuiscat? dicam tota disp. 41. Atque de votis ex viri licentia factis, an irritari ita possint à marito, vt non reuiuiscant? dicam tota disp. seq. Et de potestate vxoris ad viri vota irritanda, ita vt ea non reuiuiscant; dicam tota disp. 42.

Grauior autem difficultas est de votis ab vxore factis 41
tempore diuortij ob adulterium, an reputentur ea vota quasi facta ante matrimon. & ita reconciliatione sequuta nequeant etiam imperfectè irritari, seu suspendi, si sint castitatis, religionis, realia, aut de rebus necessarijs, quæ n. 26. & duplici seq. diximus nec imperfectè irritari posse: aut si sint alia vota quæ imperfecte irritari possunt facta ante matrimonium, tunc etiam facta, non possint aliter irritari, atque ita soluto matrimonio reuiuiscant? Et videtur non posse. Quia cùm neuter coniux tunc sit sub potestate alterius, votum videtur independens, ac si ante matrimon. emissum esset. Sed sic distinguendum existimo. Si coniux reus vota emittat etiam castitatis & religionis, poterit innocens vir reconciliari volens, eo pacto irritare, quo posset irritare, si matrimonio integro & illæso facta fuissent. Quia cum matrim. tunc separetur, ac diuortium fiat in fauorem innocentis, ac dependenter ab eius voluntate, nimirum, dum ipse noluerit reum ad pristinam amicitiam restituere, nequit alter illius iuri præiudicare: ac proinde quidquid vouerit, habet tacitam conditionem: dummodo non præiudicet iuri, quod innocens ante diuortium habebat, cum paces componere voluerit. Quod clarius constabit ex dicendis lib. seq. tota disput. 16. Si autem innocens vota emittat, censendum est de illis sicut de factis ante matrimonium. Quia innocens tunc est omnino sui iuris, & obligatione aliqua alteri coniugi non est astrictus, quamuis vinculū matrimonij perseueret. Quare vouet ab altero independenter. Vnde fit vt nullo modo suspendere possit coniux reus, pactis compositis, quamuis sit vir, vota castitatis, religionis, de operibus necessarijs, ac realia ab altero coniuge innocente tunc emissa. Sicut ea facta ante matrim. suspendere non posse, diximus n. 26. & duplici sequenti. At poterit

vir

vir suspendere vota alia innocentis vxoris, sicut num. 23. & 25. diximus posse facta ante matrimonium: & vota sic suspensa reuiuiscent, vt diximus num. 39. Non autem vota coniugis rei, quæ innocens verè irritauit. Sicut nec reuiuiscunt vota integro matrimonio facta, & irritata: vt diximus nu. 36. Similiter vxor si rea sit, vbi ad amicitiam restituta fuerit, poterit suspendere ea vota, quæ posset si ante matrimonium facta fuissent à viro: & si ipsa sit innocens, vir autem reus, poterit irritare ea vota, quæ posset si integro matrimonio facta fuissent ob rationem dictam. Quæ autem sint vota, quæ tunc potest irritare, & quæ suspendere: dicemus tota disp. 42. Ex quo deducitur, si innocens, siue vir, siue vxor emittat eo tempore diuortij, votum religionis, aut castitatis: cum sit tunc omnino sui iuris, teneri ad illud: & nequire alteri remittere adulterium, ne votum infringere cogatur (vt dixi n. 8.) At facta semel reconciliatione, aut instaurato matrimonio ob simile adulterium eius, qui prius innocens fuerat, excusabitur à religionis voto pro tunc, donec illi soluto matrimonio, aut ob aliud diuortium, liceat ingredi: & si fuit votum castitatis, tenebitur reddere, at petere non poterit: & tenebitur etiam non reddere, si iterum sit iusta diuortij causa ob alterius adulterium: perinde ac si id votum castitatis esset ante matrimonium factum. Quando autem essent alia vota, posset innocens reconciliationem facere, licet executio illorum voto esset illi interdicenda & suspendenda (vt n. 8. probauimus) & omnia hæc intelligo, quamuis propria auctoritate innocentis fiat diuortium, & quid si de licentia ipsius alter voueat? dicam l. 10. disp. 10. n. 14.

42 Quinto infertur, vota facta in seculo ab ingrediente Societatem IESV, quæ suspensa in ea sunt, reuiuiscere, eo egresso. Quare dum manet in Societ. ad ea minimè tenebitur. Vt habetur *canon. 22. primæ congregationis generalis Societ. IESV, & reg. 23. Magistri Nouitiorum.* Quod intelligo, nisi post professionem expellatur. Cum enim omnia vota in solemnem professionem commutentur, extinguitur processus eorum obligatio. Atque ita eo expulso non reuiuiscunt.

43 Dubitabis autem, Quid dicendum sit, si superior Societatis ea vota irritet? Primo dico, non posse ea vota irritare sit periorem Societatis IESV, quæ quis in seculo aut tempore nouitiatus emisit. Quia nouitij non subduntur superiori quoad omnia, sed tantum vt probentur & instruantur in religione. Ita docent *Nauarrus sum. Lat. c. 12. num. 65. Hisp. cap. 28. additione ad num. eundem. Ludou. Lopez 1. p. instruct. cap. 48. § Materia voti* (quamuis *cap. 47. § Sed vtrum*, dubius manserit.) *Manuel 1. tom. quæst. regularium, q. 88. art. 8. fin.* At potest talis superior, vt magister Nouitiorum, vel alius superior, ea vota in nouitiatu vel ante emissa suspendere, donec commutentur in professionem. Atque ideo cautè dixit *Nauarrus*, non posse superiorem irritare, sicut potest vota professorum. Quasi velit posse vota horum perfectè irritare: illorum autem solum suspendere, & ita reuiuiscent eis egressis. Probatur posse suspendere. Quoniam nouitius pro tunc subditur prælato, sicut professus: etsi hoc solo discrimine, quod professus tenetur ex voto obedire: nouitius autem se offert sponte ad obediendum: & supposito eum velle profiteri, debet obedire, ne repulsam patiatur. Secundò dico, superiores Societatis IESV posse vota irritare emissa à religiosis illius, postquam admissi sunt ad vota biennij, vel coadiutorum formatorum: & ea sic irritata nunquam reuiuiscere, quamuis emissa sint in tempus si à Societate egressi fuerint. Quia quamuis ea vota non sint solemnia, at veros religiosos eos constituunt, vt declarauit *Gregorius XIII. in bulla, Ascendente Domino, concessa Societati, anno 1582.* & per ea se tradunt, & sua Societ. quantum est ex parte sua: & habet Societas in eos ius. Vt ibi declarauit Gregorius XIII. & sunt omnino subditi, ita vt nil omnino possidere donareve possint, nec de se disponere. At irritandi potestas ex hac subiectione oritur. Præterea, quia voluntas horum multo magis subditur superiori, ab illoque pendet, quam voluntas filij à patre, aut vxoris à marito. Atque ita sentiunt viri doctissimi. Tertiò dico, non posse eos irritare vota à talibus emissa in seculo, aut tempore nouitiatus, quamuis iam vota biennij aut coadiutorum formatorum fecerint (post professionem autem dicam n. 44.) At posse ea suspendere pro tempore quo manserint in Societ. vires reassumptura post egressum. Quia reputantur tanquam vota facta ab vxore, ante initum matrimonium. Quæ nu. 39. probauimus non verè irritari, sed suspendi à viro. Quia hæc similiter extra tempus subiectionis facta sunt: atque ita nec superior habet potestatem in actum liberum tanquam omnino præteritum: nec in materiam, tanquam iam Deo consecratam ante subiectionē. Vtrum autem possit talis superior irritare: quando fecit votum tempore quo pater vel tutor, quem habebat, poterat irritare, vel si haberet posset? dicam disp. 41. n. 11.

Tb. Sanchez de matrim. Tom. 3.

Duplex autem obiectio superest contra hoc. Prior, 44
nam inde sequitur nec superiorem religionis posse in nouitiorum votis dispensare. Quoniam ad id requiritur vera superioritas spiritualis. Atque ita concedit *Angles floribus 2. p. quæst. de voto art. 8. post 10. diffic. dub 3.* & dicit esse tutius *Lud. Lopez 1 p. instruct. cap. 47. § Sed vtrum.* At verius est posse dispensare. Quoniam tempore quo nouitius perseuerat in religione, quamuis prælatus non habeat potestatem dominatiuam in eius voluntatem nondum sibi per professionem traditam, habet tamen spiritualem iurisdictionem (vt tradit *Nauar. sum. Lat. c. 12. num. 65.*) Non enim decet vt circa nouitijs in religione occurrentia adeatur Episcopus. Ita docent *Enriquez lib. 7. de indulgent. cap. 22. n. 7. Manuel in quæstion. regul. tom. 1. q. 25. a. 8.* Pro eadem opinione sunt *Syluester verb. Dispensatio quæst 14. dict. 1. & ibi Angelus num. 8.* vbi dicunt posse prælatum religionis dispensare cum nouitio vt ad ordines promoueatur. Vnde potest prælatus religionis dispensare cum illis, in ijs in quibus potest cum professis. Addit (& bene) *Enriquez* posse similiter Episcopum cum illis dispensare. Quia nondum plenam exemptionem & subiectionem regulari prælato consecuti sunt, atque proinde possunt se Episcopo subiicere, vt cum ipsis dispenset.

Secunda obiectio est. Quia inde etiam sequi videtur, 45
non posse prælatum irritare vota, quæ professus in seculo aut in nouitiatu emisit, noluitque per professionem ea extinguī. Quia facta sunt tempore, quo nec actus liber, nec materia erant subiecta prælato, & ita tantum poterit illa suspendere atque eo expulso à religione reuiuiscent. Sed neganda est sequela, & dicendum posse ea perfectè irritare, instar votorum post professionem factorum. Et ratio est. Nam teste *Syluestro Votum, 4. q. 7. dicto 3.* si eam voluntatem habuit non extinguendi per professionem, ante instans ipsius, adhuc extinguitur votum: si verò in ipso instanti professionis, reputabitur ac factum post professionem, & proinde tempore plenæ subiectionis, ac poterit irritari. Sicut tradunt DD. peccatum prauę dispositionis commissum in baptismi susceptione, reputari tanquam admissum post baptismum, & ita subijci sacramento pœnitentiæ.

Ad argumenta num. 33. proposita respondetur. Ad 46
primum negando eam differentiam, vbi materia plenè subijcitur, & non tantum secundum quid: & ad probationem est neganda minor, quæ constat ex dictis num. 34. Ad secundum neganda est minor, quia in casu priori superior tanquam voti ignarus non intendit irritare. Nam voluntas non fertur in obiectum incognitum: secus in casu posteriori.

DISPVTATIO XL.

Vtrùm vota vxoris quæcumque etiam castitatis, de licentia viri, constante matrim. emissa, possit idem vir irritare: atque soluto matrim. minimè reuiuiscant? Et quid de votis castitatis, religionis, matrim. non ineundi, factis mutuo consensu, aut à viro ordinis sacri suscipiendi: à femina viro castitatis aut religionis, eodem communi placito emissis?

SVMMARIVM.

Quot sint quæstiones disputandæ, n. 1.

An possit vir irritare vota vxoris alia à castitatis vóto, de sua licentia emissa? Referuntur duæ sententiæ, n. 2 & 3.

Potest vir & quilibet alius superior talia vota valde irritare, nec peccat subditus tunc non exequens vota, licet peccet superior, n. 4.

Idem dicendum est, licet votum sit reale, & licet sit implendum tempore solutæ subiectionis, nu. 5. & ibi, remissiue, quid de voto non mentiendi?

Quid, si superior dicat subdito, se concedere facultatem vouendi irreuocabilem, n. 6.

Qualiter peccet superior irritans absque causa, vel cum illa. Et quid differt inter illam dispensationem & irritationem, n. 7.

An teneatur superior illo voto, vel dare licentiam iterum ad exequendum, postquam semel irritauit, n. 8.

An si superior vota conscius taceat, & dissimulet, censeatur consensus, vt iam non possit amplius absque causa irritare? Ponitur opinio, n. 9.

Potest irritare, nisi reuera consenserit. Et quid, si interius consensit, at exterius solum tacuit. Et quid, si subditus emisso iam voto petit licentiam ad vouendum tacito præterito voto, vel ad dandam rem illam tacito voto dandi, vel sola licentia dandi emisit votum, an possit superior absque causa irritare votum illud, n. 10.

An peccet subditus absque causa, vel de eius iustitia dubius, petens à superiori irritationem voti, quod de eius licentia emisit, n. 11.

Post rem voto promissam, traditam, nequit vir aut superior reuocare, num. 12.

Quid re integra, nimirum, antequam subditus licentia vtens vouerat, num. 13.

An promissionem homini factam possit superior, qui licentiam dedit, irritare, n. 14.

Soluuntur argumenta, n. 15.

An vir concedens licentiam vxori vouendi continentiam, possit votum irritare? Refertur quædam opinio, n. 16.

Potest perinde ac alia vota, n. 17 vbi quid, si dedit licentiam ad vouendam emnimodam castitatem? & quid de voto non mentiendi.

Soluuntur argumenta, n. 18.

Quid, si vterque coniux mutuo consensu vouit continentiam? Refertur quædam sententia, n. 19.

Neuter potest tunc irritare, n. 20. & peccat contra iustitiam cognoscens vxorem iniustam, & ibi, quid de aliis votis eo tempore factis.

Quid, si sit votum mutuo consensu ingrediendi religionem? Aut abstinendi ab alio matrimonio ineundo? Aut alterius coniugis castitatis, alterius autem religionis, aut ordinis suscipiendi, n. 21.

Quid, si ex voto emisso dant sibi iterum potestatem in corpus, an possint coniuges ea vota irritare, & semel facta irritatione non peccent, petendo, nec reddendo? Censentur que sibi iterum dare ius, petendo debitum? n. 22.

Soluuntur argumenta, num. 23 vbi, quid de aliis votis mutuo consensu factis?

An reuiuiscant vota de licentia viri aut alterius superioris facta, eius potestate soluta? Ponitur quædam sent. n. 24.

Non reuiuiscunt, n. 25.

Soluuntur argumenta, n. 26.

1 QVADRVPLEX inuoluitur difficultas seorsum disputanda. Prima, de irritandis alijs votis, dempto continentiæ voto. Secunda, de ipso voto continentiæ. Tertia, quando mutuo consensu fit. Quarta, qualiter vota hæc irritata reuiuiscant?

2 QVÆSTIO I. An possit vir irritare vota vxoris, præterquam castitatis, de sua licentia emissa? Quidam negant eam potestatem. Ducuntur primò, quia ad voti firmitatem in subdito nil desideratur præter superioris consensum: ergo illo accedenti manet firmum & irreuocabile. Secundo, quia licentia superioris concedit subdito dominium & quasi possessionem actionis illius, ad quam est data licentia: cum iam virtute illius votum emiserit. Ergo nequit superior reuocare. Tertiò, quia promissio facta homini, & ipsi intimata, nequit si de superioris licentia est facta, ab ipso irritari propter ius homini acquisitum. Ergo nec facta Deo, quæ statim ipsi cognita est: ob idem ius Deo acquisitum. Tandem, quia superior irritans votum, præcipiensque subdito ne impleat, est culpæ reus. Ergo illi non est audiendum. Hanc sent. loquens in religionis superiore tenet *Richard. 4. dist. 38. a. 4 q. 3.* imò dubitat, an possit idem superior dispensare.

Alij dicunt nullum superiorem posse ea vota irritare, 3 præter religionis prælatum respectu religiosorum. Sic *Philiar. de offic. sacerd. tom. 1 p. 2. l. 3. cap. 4. §. Sed maior difficultas.* Ducitur, quia inter superiores habentes potestatem dominatiuam ad irritandum vota, solus ille habet simul spiritualem: subdit tamen eum, cui votum irritatur, teneri obedire. At fundamentum eius nullius est momenti. Quia ad irritandum nil confert potestas spiritualis. Et si nomine irritationis intellexit dispensationem: est valde impropriè locutus.

Prima conclusio sit. Si vir, aut quicumque alius superior irritet vota de licentia sua à subditis emissa, valida est irritatio: & quamuis peccet vir, aut alius superior absque causa iusta irritans; at vxor, vel alius inferior, immunis est culpæ non seruando votum, quod semel iam irritatum non amplius obligat. Probatur ex c. 30. *Num.* ibi: *Si audiens vir tacuerit, & in alteram diem dissimulauerit sententiam, quicquid vouerat atque promiserat, reddet. Si autem contradixerit, postquam resciuit, portabit ipse iniquitatem eius.* Vbi quamuis non dicat expresse Scriptura, vxorem esse culpæ immunem, dum viro contradicente non seruat votum, at tacitè id significat, teste *Caietano ibi*, dum ait culpam vxoris redimdare in virum. Et ita intelligit eum locum *D. August. l. 1. q. 59. in Num.* & refertur c. *Manifestum, 33 q. 5.* ibi: *Nam cum ad peccatum eiusdem viri pertinere voluerit lex, prius si permiserit, & postea prohibuerit: & hoc tamen non dixit, quod mulier quæ vouerat faciat.* Et D. *Ambros. l. de paradis. c. 10.* & refertur *cap. fin. 33. qu. 5.* ibi: *Etiamsi viro permittente repromissa fuerit, non licet ei votum opere complere, cum vir voluerit reuocare promissum.* Et ratio est Quia adhuc superior retinet dominium voluntatis subditi, & rei offerendæ per voti executionem. 4 Quamuis enim translatio dominij non pendeat ab actuali rei vsu, sed tantum consistat in facultate re vtendi. At superior in hoc euentu concedens facultatem subdito; censenduseste concedere solam facultatem quæ illi sufficiat, vt is & voluntate propria & re vtatur vouendo, & exequendo votum. Quod absque dominij translatione fieri potest. Censendum est enim superiorem, minimum quod potest, velle cedere iure suo. Cum possit postea ad subditi bonum pertinere, vt superior tanquam adhuc dominus faciat ac illam reuocet. Huius sent. videntur multi DD. asserentes vxorẽ teneri obedire viro præcipienti ne votum exequatur, quod sua licentia obtenta emiserat, quamuis peccet vir præcipiens. Hi sunt *Glos. ordinaria Num. 30. ad fin.* & ibi *Hugo lit. K. D. Bonauent. 4 d. 32. in expos. lit. nu. 4.* & ibi *Ricard. a. 2 q. 2. ad 1. Hostiens. sum. t. de voto, §. Quis vouere possit, n. 8. Vxor etiam. abb. c. Charissimus, n. 4. de conuers. coniug.* & c. *Scriptura, n. 8. de voto*, vbi *Henric. n. 6. Vincent. Specul. doctr. to. 2. l. 9. c. 86. Lex 8. 2. 8. p. 1. Turrecr. c. Sunt quadam, 17 q. 1. nu. 10.* & *d. c. Manifestum, n. 3.* & *4. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 21. init. Caiet. sum. verb. Votum, c. vlt. statim in princ. Angelus Votum, 2. n. 10. Armil. verb. Votum, n. 12. Adrian. 4. q. 14. de matrim. Nauar. sum. c. 12. n. 61.* & *73. Nicol. de Orbel. 4 d. 38 q. 1. §. 7. Brunel. de sponsalib. con. l. 30. n. 14. Alex. in suo Enchirid. 2 precep. tract. de voto, §. Si de licentia. Ioan. Hessels in expos. Decalogi, 2. precep. c. 14. Graffis 1 p. decis. l. 2. c. 29 fin.* & *2 p. l. 2. c. 12 n. 27. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 48. §. Peccant prælati,* & *c. 46. §. Mulier vxor.* Atque expresse tenent hanc sent. *Innoc. c. Scripturæ, ad fin. de voto. Gratian. d. c. Manifestum, §. Ex præmisso. Maioris 4 d. 38 q. 4. dub. 2 quod incipit, Dubitatur qui possint vouere, vers. Quarta persona. Rosella Votum, 3. n. 2. Syluester Votum, 4. q. 2. dict. 6. Caiet. 2. 2. q. 88. a. 8. dub. 2. Sotus l. 7. de iust. qu. 3. a. 1. vers. Maiori autem,* & *4 d. 27. q. 1. a. 4. v. Id autem. Bart. à Ledes. dub. 20 de matrim. concl. 1. Palacios 4. d. 38. disp. 3. fol. 872. col. 2. vers. Porro autem, Stunica de voto q. 3. n. 62. Niena sum. t. 135. Angles floribus 2. p. q. de voto, a. 7. post 9. diffic. dub. 1. Aragon 2. 2. q. 88 a. 8 f. 1019 Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6 de voto, punct. 6. q. 3. Em. Sa sum. verb. Votũ*, vbi de

voti

voti irritatione, §. *Irritans votum sine causa. Manuel 2. to. sum. c. 90. n. 5. Vega 2. tom. sum. c. 129. casu 22. & 91.* Quid autem de votis tempore diuortij factis ab adultero, de licentia innocentis, dicam l. seq. disp. 10. n. 14.

5 Nec audiendus est *Angles nu. preced. allegatus*, restringens ad vota emissa de licentia superioris, pro tempore subiectionis: secus de implendis cessante potestate superioris. Cum enim æquè possint maritus & alij superiores ea vota irritare, perinde ac tempore subiectionis implenda (vt diximus disp. præced. n. 16.) non video cur nequeant valide vtraque irritare, quamuis habita licentia facta sint. Nam ratio nu. præced. tradita æquè habet locum in hoc casu. Nec etiam constituo discrimen quoad hoc inter vota realia & personalia. Sed de vtrisque idem dicendum est. Quia DD. n. præced. allegati indistinctè loquuntur: & textus, & ratio ibi adducta idem probant. Quid de voto non mentiendi; dicam n. 17.

6 Imò idem credo, quamuis superior dicat subdito, se illi concedere facultatem irreuocabilem: adhuc enim valebit irritatio postea facta & facultas reuocari poterit, quamuis superior potuerit & voluerit eximere subditum à sua potestate, quoad illam rem promissam. Quia adhuc non accepit subditus possessionem, nec dominium exemptionis illius, sed solum habet titulum, quo illam exemptionem comparare possit, quando faciat id quod requiritur, nempè, cum votum exequatur.

7 Secunda conclusio. Peccat lethaliter vir irritans votum vxoris, aut alius superior subditi de sua licentia emissum, nisi iusta causa intercedat. Probatur ex *cap. 30. Num.* ibi; *Portabit ipse iniquitatem suam.* Id est, pœnam soluet pro transgressione voti illius. Vt explicant *Lyran. & Vatablus ibi.* At si sola esset venialis culpa, non appellaretur iniquitas: nec eæ pœnæ comminarentur. Secundò, quia licet apud superiorem maneat dominium illius rei, at non manet liberum, sed obligatum ad exhibendum rem illam Deo, ratione voti subditi, quo res illa suo consensu obligata est Deo. Quare tenetur ex vi voti efficere quantum in se est, verum illam promissionē sua auctoritate factam, non impediendo subditum, quo minus impleat. Vnde peccatum superioris impedientis, & absque iusta causa irritantis, reducetur ad sacrilegium transgressionis voti. Quod ex genere suo est lethale. Atque ita docent *Caiet. 2. 2. q. 88. a. 8. dub. 3. Lex 8. t. 8. p. 1. Nauarr. Angles, Aragon. Graffis, Vega. quos refuli n. 4. Manuel 2. to. sum. c. 89. n. 6. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 48. §. Peccant prælati.* Intelligo autem, quando materia esset grauis. Reputarem autem materiam grauem illam, cuius transgressio sufficiens est ad constituendam culpam mortalem in ipsius voti transgressione. Quia perinde est votum non implere, ac eius impletionem iniustè impedire. Quare non est credendum *Rosella Votum, 3. nu. 2.* dicenti non esse culpam mortalem. & potest probari. Quia cum superior ipse minimè voluerit, non est cur voto subditi obligetur. Votum enim vnius alterum non obligat. Sed facilis est solutio. Quamuis enim votum vnius non obliget alterum, vt illud expleat, obligat tamen ne iniuste impediat. At superior iniustè impedit, reuocans absque causa legitima, semel ipso consentiente consecratum Deo. Quod si iusta causa irritandi adsit, vacabit culpa superior irritans. Quia tunc potestate non abutitur, cum possit occurrere casus in quo vtilius esset ad Dei honorem irritare. Sic *Maiorin. D. Antonin. Rosella, Sylvest. Palacios, Aragon n. 4. allegati, Sotus l. 7. de iust. qu. 3. a. 1. vers. Maiori autem. Vega 2. tom. sum. c. 129. casu 91.* & expresse colligitur ex *Caietan. sum. verb. Votum, c. vlt. statim in princ.* & ex *Nauarro sum. c. 12. n. 73.* dicunt enim esse culpam, irritare absque causa: quasi oppositum sentientes, existente adhuc iusta causa. Non videtur autem tam vrgens causa desiderari, ac ad dispensationem in voto. Quia irritatio illa institutur potestati dominatiuæ, quæ ex se nullam postulabat causam ad irritandū. Et cum adhuc duret dominium, obligatio illa superioris ex suo consensu orta non inducit tantam obligationem ad non reuocandum, ac si non actus dominij, sed meri dispensatoris esset irritatio: ac proinde licet causam desideret, at non tam grauem ac dispensatio. Et in hoc aperta erit differentia inter illam irritationem & dispensationem. Insuper erit alia, quod hæc ad sui valorem causam iustam petit: illa autem, solum vt rectè fiat. Nam factam sine causa, validam esse, probauimus n. 4.

Hinc colligunt aliqui, superiorem absque iusta causa 8
irritantem votum subditi sua licentia factum, teneri implere votum illud. Sic *Fonseca in annot. ad marginem Caiet. super cap. 30. Num. ad fin.* & hunc dicit illius loci esse germanum sensum. At melius colligeret teneri eum superiorem iterum concedere facultatem subdito implendi votum illud. Sicut iniustè impediens volentem exequi votum tenetur obstaculum remouere: & maximè, si esset votum reale, vt erogandi eleemosynā. Quod admittent DD. referendi nu. 24. asserentes eam non esse veram irritationem, sed suspensionem. At vtrumque carere solido fundamento existimo. Quoniam cum votum illud penitus per irritationem cassatum sit, nec iterum consensu solius superioris reuiuiscere possit (vt nu. 25. probabimus) nulla obligatione iam subditum, nec superiorem afficere potest. Quod enim non est, operari nequit. Id tamen verum est; & conuincit argumentum propositum, teneri superiorem, qui nondum votum irritauit, sed obligationem suspendit negata exequendi licentia, iterum eam concedere. Quia cum adhuc obligatio voti vigeat, tenetur iniustum impedimentum auferre.

Maior autem difficultas est: An taciturnitas & dissimu- 9
latio superioris cognito voto censeatur consensus ac licentia, ita vt iam non amplius integrum sit illi irritare absque causa perinde ac si sua licentia factum esset? Id enim affirmant *Innoc. c. Scriptura, n. 3. v. Sed nobis, de voto*, vbi *Ioan. And. n. 4. Card. q. 12. Rainer. & eius Glossator*, vt refert eos sequens *Sylvest. Religio, 2. q. 15. Abulensis c. 5. Matt. q. 149. Adrian. q. 14. de matrim. Valentia 2. 2. disp. 6. qu. 6. de voto punct. 6. qu. 1.* vnde dicunt *Abulens. & Adrian.* debere statim audito voto contradicere. Quod explicat *Sylvest.* id est, eadem die, & probatur ex *c. 30. Num.* ibi: *Quod si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam, quicquid vouerat, reddet.*

At dicendum est posse adhuc irritare. Quia potestas ir- 10
ritandi est actus dominij, at domino integrum est vti aut non vti re, dum voluerit. Et confirmatur, quia is à quo petitur facultas vtendi re illius, poterit differre decretum quousque velit. Nec obstat lex illa Numerorum, quia quoad hoc fuit cæremonialis, & iam cessauit: teste *Caietano ibi.* Ita docent *D. Thom. 4. d. 32. in fine, in expositione litera, & ibi Palud. q. 2. a. 2. n. 17. Caiet. eo. c. 30. Num. in fin. Tabiena Matrimonium, 1. §. 4.* & videntur sentire *D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 22. §. 2. Sylvester Votum, 5. q. 2. Ioan. de Friburgo sum. confess. 1. p. tit. 8. q. 45.* vbi dicunt viro prius dissimulante, & postea contradicente non teneri vxorem votum implere. Sed quid dicendum, si superior tacuit, & reuera internum consensum habuit approbandi votum? Videtur enim id non sufficere, vt dicatur votum licentia & consensu superioris factum, cum iam votum sit præteritum, & illud non sit approbare votum, sed non impedire executionem. Deinde, quia cum taciturnitas illa, si reputetur consensus, cedat in damnum superioris, vtpote qui suo se priuat iure irritandi ad libitum, id non est præsumendum. Tacens enim in re sibi nocenti non censetur consentiens (vt probaui l. 1. disp. 5. nu. 5.) Atque ita in hac re taciturnitatem non esse signum sufficiens consensus affirmat *Caiet. super c. 30. Num. fine*: consensus autem nullo signo externo explicitus, sed merè internus superioris, non videtur sufficiens, vt votum subditi firmum & irreuocabile absque causa reddatur. Cum id etiam sit in damnum subditi. Cæterum dicendum est sufficere, si verè superior voluit ratificare votum, secus si tantum voluit non impedire pro tunc illius executionem. Ducor primò, quia quoties consensus superioris non desideratur ad valorem actus subditi, potest præstari in ipso actu, & ante, & post. Vt multis citatis probat *Matienzo lib. 5. recop. t. 3. l. 5. gloss. 1. nu. 1. & 2.* Quod in

hoc casu contingit. Nam votum illud subditi validum erat, & efficaciter obligabat ante superioris consensum, à quo eam solam firmitatem accipit, vt deinceps absque causa reuocari licitè nequeat. Deinde, quia votum illud subditi ideo firmum non est, sed ad placitum superioris reuocabile, quia tacitam habet conditionem, si superior consciùs consensum præstiterit, & non contradixerit, teste *D. Thoma 2.2.q.88.art 8.corp.& in sol.ad 1.3.& 4.* ergo accedenti consensu superioris etiam post votum factum, firmum redditur votum, perinde ac contractus conditionalis impleta conditione, *l. Potior, 11. in princ. ff. qui potiores in pignore habeantur.* Et confirmatur, quia si quis vouisset se aliquid facturũ Petro consentienti, vel non contradicenti, statim ac Petrus consenserit, efficax ac firmum efficitur votum: ergo similiter erit dicendum de voto subditi, quod similem habet tacitam conditionem. Taciti enim & expressi idem est iudicium. Eò vel maximè, quod illud votum non obligat donec Petrus consentiat: hoc autem statim obligat, & superioris consensus solum illud firmius reddit. Nec obstat consensum superioris internum esse. Tum, quia iam aliquo signo externo exprimitur, nimirum taciturnitate & dissimulatione illa. Quamuis fatear non esse sufficiens indicium consensus. Tum etiam quia cum votum illud omnimodam habuerit firmitatem ex parte subditi, ipsumque statim obligauerit, & solum ius superioris maneat integrum & illæsum, vt reuocare ad libitum possit: vt superior se ipsum hoc iure priuet, non desideratur notum fieri eius consensum subdito: sed satis est Deo sit cognitus. Nullum enim pactum consensu superioris initur cum subdito, sed Deo manet obligatus ad non reuocandum. Sicut si superior internè votum faceret non irritandi, teneretur non irritare. Atque huius sent. expressè videtur *Caietanus illo cap. 30. Num. fine*, vbi ait superiorem audito subditi voto tacentem, si re vera non consentit, posse absque culpa reuocare: vbi clarè contrarium significat, vbi adesset internus ille consensus, cum taciturnitate exteriori. At si subditus facto voto aliquid donandi pauperi, aut faciendi, obtineret tacito voto licentiam donandi, aut faciendi illud, nec licentia obtenta votum innouaret; verè prius illud votum esset absque licentia factum, ac proinde posset ad superioris libitum irritari. Quia facultas illa non fuit ad votum iam emissum approbandum. Cum superior illud ignorauerit. Nec votum denuo factum est media illa facultate. Sed quid, si subditus obtenta licentia aliquid faciendi, aut donandi, vouear se id facturum? Videtur enim id votum de licentia superioris factum. Quia eo ipso quòd superior concedit licentiam donandi, videtur concedere promittendi. Quare si ille homini promitteret se eam donaturum, diceretur verè de licentia superioris promissionem illam factam esse. At dicendum est id votum non esse factum de licentia superioris: ac proinde posse absque causa ab eo irritari. Quia id votum est nouum onus, & quod subditus libere faciebat obtenta ea licentia, iam ex necessitate præcepti facit, cui oneri & præcepto superior minimè consensit. Deinde, quia iure diuino & naturali est data licentia religioso non mentiendi, imo imposita necessitas, & tamen non potest ipse, nec vxor votum de non mentiendo efficax & irreuocabile à superiore emittere, ob nouam obligationem sibi impositam (vt diximus disp. præced. nu. 4.) Non ergo licentia aliquid efficiendi est licentia vouendi. Præterea, quia longè difficilius concederet superior subdito licentiam ieiunandi omnibus sextis feriis, ac id vouendi, quam ieiunandi simpliciter. Quia hoc non est grauamen subdito, sed potest liberè omittere ieiunium, nec superiori, qui potest libere licentiam reuocare: Illud autem est magnum grauamen, priuat enim subditum & superiorem libertate, illum, omittendi absque culpa, hunc, irritandi absque causa. At licentia censetur concessa cum minimo præiudicio possibili. Nec obstat argumentum contrarium. Quia promissio & pactum contrahendi in plurimũ præcedit ipsum contractum distractionis in humanis, atque est quasi dispositio, ac proinde superior dans licentiam celebrandi distractionem, visus est dare ad promissionem illius distractus, *l. Oratio. ff de sponsal.* vt dans licentiam ineundi matrimonium, censetur dare celebrandi sponsalia. At votum dandi, vel faciendi, non est via & dispositio, & immutat ipsius operis, vel contractus dandi, sed alterius ordinis, ac proinde non includitur in ea licentia.

Tertia conclusio. Peccat etiam mortaliter subditus petens absque iusta causa voti irritationem, quod de superioris licentia fecit. Quia cooperatur peccato mortali superioris. At si subditus dubius de causæ sufficientia, illam proponeret superiori, qui capax est discernendi num iusta sit: (quod addo propter vxorem & virum, dominum, & seruum) immunis esset culpæ. Quia potest iudicio superioris stare, vbi autem superior non esset capax id iudicandi, consulendus est vir doctus. 11

Quarta conclusio. Tradita re voto promissa cum superioris licentia, nulla est in superiori potestas reuocandi. Ratio enim cui innituntur *Caietan. Sotus, Aragon & Valentia, n. 4. allegati*, vt ante traditionem liceat superiori reuocare, est, quia adhuc manet tunc dominium apud superiorem: sed traditione facta iam translatum est dominium in alterum, *l. Traditionibus, 20. C. de pactis.* Ergo iam non licebit reuocare. 12

Quinta conclusio. Re integra, id est, antequam inferior votum illud emittat, ad quod superioris licentiam obtinuit, potest superior licentiam reuocare. Quia tunc nulli est ius acquisitum. Sicut si concessisset facultatem ieiunandi, posset illam reuocare. Sic *D. Bonauent. 4. d. 32. in expos. lit. nu. 4.* vbi *Ricard. a. 2. q 2 corpore. Palud. q. 2. a. 2. nu. 18. Rosella Votum, 3. num. 2.* Temperant *Ricard. & Palud.* quando licentia priuatim concessa est, secus si publicè. Sed meritò id reprobat *Rosella.* Quia in neutro casu est ius acquisitum, sed res est integra. 13

Ex dictis infert *Aragon 2.2.q.88 a.8. fol. 1020.* integrum esse superiori, reuocare ante traditionem, promissionem homini factam de eius licentia, sicut & votum. Quia in vtroque casu dominium manet apud ipsum, in quo fundatur potestas irritandi votum. Et si dicas per promissionem homini factam, acquiri ius homini: similiter dicam per votum acquiri ius Deo. Sed dicendum est nullo modo posse validè irritare, sed semper teneri superiorem permittere subdito vt impleat, quamuis ipsum subditum non exequętem, renitente superiori, à culpa eximi credam. Quoniam licet dominium maneat apud superiorem, at est ius acquisitum homini, cuius ius non potest superior remittere, cum non gerat vices ipsius. At cum gerat vices Dei ad gubernandum subditi voluntatem, potest remittere ius acquisitum Deo per votum, validè semper & licitè, quando adest causa, & quamuis illicitè faciat, quando absque causa remittit, cum tamen id faciat vt superior, sitque ei obediendum, (vt explicabitur n. sequent. in fol. ad vlt.) adhuc gerit vices Dei. Sicut confessarius validè absoluens, at peccans mortaliter, gerit vices Dei in quantũ absoluit, quamuis culpa sua abutatur potestate. 14

Ad argum. n. 2. proposita resp. Ad primum dic, vt omnino votum subditi fiat irreuocabile, desiderari vltra consensum superioris, traditionem ipsam, at vt non possit licitè absque causa iusta reuocari, satis esse eum consensum. Ad 2. respondet bene *Caiet. 2.2 q.88. art. 8. dub. 2.* subditum tantum accepisse quasi possessionem emittendi voti, atque ideò prælatum minimè posse efficere quin fuerit validum, non autem accepisse quasi possessionẽ circa rem promissam, quousque illam reddat, & ideo superiorem validè irritare. Ad 3. constat ex dictis n. præced. vbi discrimen constituimus. Ad vltimum resp. bene *Caietan. eo dub 3.* quando malitia se tenet ex parte rei ipsius præceptæ, quia nimirum præcipit iniusta superior, non esse ei obediendum: secus quando malitia se tenet ex parte ipsius superioris præcipientis, qui minimè præcipit iniusta, quamuis peccet præcipiens, vt contingit in hoc casu. 15

QVAESTIO II. An possit maritus irritare votũ castitatis, 16

de

de sua licentia ab vxore factum: valide quidem, etiam absque iusta causa: & licitè, intervenienti iusta causa: vt de cæteris votis sua licentia factis diximus? Quidam negant de voto castitatis, quamuis de alijs votis admittant. Ducuntur primò, quia si vir faciens copiam vouendi continentiam vxori, simul voueat de vxoris consensu, nequit irritare (vt dicemus num. 20.) ergo etiamsi ipse non voueat, ipsum enim vouere, aut non vouere, parum videtur conferre ad irritandi potestatem. Secundò, quia superior potest irritare subditi vota sua licentia facta, quia adhuc opera promissa manent sub eius potestate & dominio, & sic cum ille possit prohibere, potest tollere obligationem à subdito per votum contractam, quare votum de eius licentia emissum circa opera quæ non subiacent eius dispositioni, vt est votum non petendi in vxore, in qua re non est viro subiecta: & votum de rebus necessarijs, vt de non mentiendo, in quocumque subdito, irritare minimè poterit. Quia materia non est in eius dominio. Quod si dicas, posse ratione nouæ obligationis, in quantum vir potestatem habet in illum actum liberum, per quem fuit inducta. Id non obstat. Quia iam actus ille liber est traditus, & consecratus Deo ex ipsius superioris consensu, atque ità non manet amplius sub eius potestate. Tertiò probatur ex D. *Ambrosio l. de paradiso c.10.* & refertur *cap. sin. 33. q.5.* ibi: *Vota verò continentiæ ita alterius permissu ab altero valent offerri, quod post permissionem non valent in irritum deduci.* Et ita hanc sententiam tuentur *D. Thom. 4. d. 31. in expos. lit. Magistri, & ibi D. Bonauent. n.4. & ibi Alb. Magnus a.6. Ricard. a.2. q.2. ad primum. Paludan. q.2. a.2. n.17. Gratian. c. Manifestum, §. Ex præmissis, 33. q.5. & ibi Turrec. sin. Ioan. de Friburgo sum. confess. l.1. t.8. q.45. Adrian. 4 q.14. de matrim. D. Antoninus 3. p. t. 1. c.12. §.3. Rosella Votum 3. n.2. Pisana Votum, 3. §.3. Sylvester Votum, 5. q.2. Tabiena Matrim. 1. §. 4. Nauar. sum. c.12. n.61. Philiarc. de offic. sacerdotu. to.1. p.2. l.7. c.4. § Sed maior difficultas est. Manuel 2. to. sum. c.90. n.5.* qui id intelligit, nisi in quantum votum castitatis præiudicat viro, vnde ait non licere irritare, vt mulier possit petere. Temperat etiam *Palud.* nisi vir esset suspectus de incontinentia, & tunc ait illum peccare irritando, at vxorem debere obedire.

27 At mihi probabilius est posse virum irritare votum castitatis de sua licentia ab vxore factum: sicut diximus de alijs votis. Ducor, quia licèt vir non sit dominus materiæ illius promissæ, sed in illa sit æqualis vxori, at tamquam caput, est dominus actus illius liberi, quo vxor tempore subiectionis se obligauit voto illo: & quamuis ex consensu viri sit Deo consecratus, id conferet, vt vir irritans absque causa, peccet mortaliter: non tamen vt irritatio sit nulla. Quia illa licentia data, non amisit dominium illius actus liberi, sicut nec vbi est dominus materiæ promissæ, ab illius dominio cadit, quamuis suo consensu Deo per votum consecretur (vt n.4. probaui) Huius sent. videtur *Abb. c. Charissimus, de conuers. coning. n.5.* vbi ait non esse discrimen inter votum abstinentiæ & cõtinentiæ quoad hoc, atque ita in vtroque voto debere mulierem obedire viro reuocanti. Et tenent *Sotus l.7. de iust. q.3. a.1. v. Anverò possit alterutrer. & v. Argumentũ autem: & 4. d.32. q.1. a.3. post primam concl.* vbi *Palatius disp.2. f.7. 7. vers. Quod si votum. Stunica de voto sin. 3. n.62. Barth à Ledes. dub.71. de matrim. ad fin. Aragon 2.2. q.88. a.8 fol.1021. Vega 2.to sum. c.129. casu 22.* & id posse quando incontinentiæ periculum subest, affirmat etiam *Ledesma 2.p.4.q.66 a.4. fin.* Idem credo dicendum, quamuis maritus fecisset copiam vxori vouendi omnimodam castitatem. Contra *Philiarc. de offic. sacerd. tom.1.p.2.l.2.c.4.§. Excipitur in concl. vers. Dico 4.* dicentem oppositum, eo quod tunc maritus ipse videatur pariter vouere castitatẽ. Quod fundamentum reprobaui disp.36. nu.7. Idem asserendum est de votis de rebus necessarijs, factis ab vxore de licentia viri: potest enim vir irritare, vt si voueat vxor se abstenturam à mendacio, furto. Quia eadem militat ratio, cùm licentia data, adhuc maneat vir dominus illius actus liberi, quatenus nouam obligationem peperit.

28 Ad argum. nu.16. proposita resp. Ad 1. dic negandam esse consequentiam. Quia quando vterque vouet commum consensu, adest pactum, conuenitque virtute inter coniuges, vt vterque renunciet iuri petendi & reddendi atque irritandi. Quod minimè adest, altero solo de alterius consensu vouente. Ad 2. constat ex dictis num. præced. Ad 3. dic intelligi *D. Amirosium*, quando vterque mutuo consensu castitatem vouet.

QVAESTIO III. An vtroque coniuge mutuo consensu castitatem vouente, integrum sit viro irritare votum illud castitatis vxoris? Affirmant quidam. Quia adhuc manet matrim. & potestas viri in vxorem, vt affirmat *D. Aug. epist. 199. ad Ecditiam.* & refertur *c. Quod Deo. 33. qu. 5.* Secundò, quia quando vterque communi vouet consensu, nullum initur pactum de non reuocando, sed de sola castitate seruanda, sicut quando alter solus vouet continentiam. Tertiò, quia si est contractus, cur non mutuo consensu potest reuocari. Cùm omnis res per eadem causas dissoluatur, per quas nascitur, *c.1. de regulis iuris.* Si dicas, ius esse Deo acquisitum per votum. Simile est, vbi alter solus de alterius licentia vouet. Quartò, si coniuges vouissent se mutuo consensu daturos calicem Ecclesiæ, posset vir vxoris votum reuocare. Cur ergo non idem dicendum in voto castitatis mutua voluntate facto? Sic *Palacios 4. d. 32. disp.2. f.1.717. col. 2. vers. Hæc commemorasse*, & quidam alij, teste *Aragon n. seq allegando.* 19

Verùm tenendum est nullo modo posse. Probatur ex 20 *D. Aug epist. 199. ad Ecditiam*, & refertur *c. Quod Deo, 33. q.5.* ibi: *Quod Deo pari consensu vouerat is, perseuerantèr vsque in finem reddere debuisti; à quo proposito si ille lapsus est, tu saltem instantissimè persteuera.* Et ex *D. Ambros. l. de paradiso cap.10.* & refertur *c. sin. 33 q.5.* cuius verba retuli nu.16. in 3. argum. Præterea, quoniam dum vterque coniux mutuo consensu vouet continentiam, cum mutuo pacto edito cedat iure suo quoad quemcunque actum matrimonialem, idque offerat Deo, vitam cælibem eligens, videtur omnino renuntiare iuri reuocandi, vt vel sic finis ille vitæ continentis obtineatur. Et quamuis contractus ille posset mutuo consensu rescindi, obstat tamẽ vinculum voti in eo inclusum. Hanc sent. à fortiori tenent DD. quos n.16. retuli, asserentes nec virum posse irritare, quando vxor de eius licentia vouit castitatem, & quos retuli disp. præc. n.10. qui aiunt etiam non posse id votum vxoris irritare absque suo licentia factum, & quos retuli disp.37. n.10. dicentes neutrum posse tunc petere aut reddere. Si enim posset alter irritare, tas esset alteri reddere ei petenti. Et tenent expressè *Sotus l.7 de iust. q.3. a.1. vers. Argumentum autem, & 4. d.22. q.1. a.3. post 1. concl.* (licet in hoc posteriori loco dubitans loquatur, dicens fortè non posse.) *Stunica de voto, q.2. nu.64. Barth. à Ledesma dub.71. de matrim. ad fin. Angles flor. lib.2. p. qu. de voto, a.7. diffic.10. Nider sum. 5. præcept. 6. c.4. v. Septimus casus. Aragon 2.2. q.88. a.8. dub. vlt. Philiarc. de offic. sacerd. tom.1. p.2. l.3. c.4. §. Excipitur in concl. Aut. Gomez, bulla cruc. alauf. 10. n.66. Manuel 1. tom sum. 2. edit. c.143. n.14 & 10. c.90. n.6. Iud. Lopez, 1. p. instruct. c.46. §. Quando vterque. Vega 2. tom. sum. cap. 129. casu 68.* Hinc fit virum emisso hoc mutuo voto, accedentem ad vxorem inimicam, non solùm peccare aduersus religionem voti, sed etiam contra iustitiam frangẽdo pactum cum ea initum. De alijs autem votis eo tempore factis dicam disp.42. n.10.

Idem credo, si vterque coniux mutuo consensu vouerit 21 religionem: aut alter religionem, ordinisve sacri susceptionem, alter verò castitatem: casu quo hæc duo posteriora vota sunt valida, iuxta dicta disp.37. nu.7. & 8. Neuter enim coniux poterit alterius votum irritare. Quia cum id votum tendat ad omnimodam matrimonij separationem, & perpetuam continentiam mutato statu seruandam, videntur coniuges iure reuocandi cedere: sicut quando mutua voluntate voluerunt continentiam. Quod si votum sit communi consensu emissum, eo soluto matrimonio abstinendi ab alio ineundo, videtur nullam esse renunciationem mutuam iuris reuocandi votum: & similiter quando mutuo placito promitterent, soluto matrimonio superstitem

tem ingressurum religionem, aut seruaturum castitatem: atque ita credo virum posse ea vxoris vota irritare: & à fortiori idem asserendum est in alijs votis mutuo factis consensu, vt dandi calicem Ecclesiæ, ieiunandi. Quia cùm emissis his votis mansurum sit omnino matrim. integrum, nec emittantur vt status eo manente immutetur, non videntur coniuges se mutuo à iurisdictione eximere, & à facultate reuocandi votum.

22 Quod si post id votũ castitatis mutuo consensu emissum coniuges dent sibi iterum facultatẽ in corpus, (quod quisquis sacrilegè, validè tamen fieri, diximus disp. 37. n. 15. & deinceps teneri vtrumque ad debiti redditionem) credo posse virum id votum castitatis vxoris reuocare. Quia iam matrim. restitutum est plenè ad priorem statum, & renunciatio illa iuris irritandi est validè remissa: atque id votum tempore subiectionis emissum est. Irritatione autem facta licebit vxori deinceps debitum petere. Quia iam voto non obligatur. An verò possit similiter vxor irritare votum illud viri, vt liceat illi deinceps petere? dicam disp. 42. n. 15. & an censeatur facta hæc remissio petendò debitum? dixi disp. 37. nu. 24. Et similiter facta ea mutua remissione, & iterum tradito iure in corpus, licebit viro ex causa irritare, ac sine causa validè irritabit votum religionis, quod communi consensu cum ipso vxor fecerat. Quia illa remissio iuris fuit valida, & ita res ad priorem statum rediit.

23 Ad arg. n. 19. proposita resp. Ad 1. dico manere in radice potestatem in corpus. Quia adhuc manet matrim. non tamen manere potestatem in vsum: eo quòd mutuo pacto & voto impedita sit. Ad 2. constat ex dictis n. 20. vbi explicuimus qualiter sit tacitè inclusum non reuocandi pactũ, & id pactum deficere altero solo de alterius licentia vouente, explicui n. 18. Ad 3. dic obstare votum, ne licitè ea remissio fiat etiam cum iusta causa. Et licèt idem votum sit in altero de alterius licentia permittẽte, at defuit pactum, quo renunciatum sit iuri irritandi. Ad 4. dic posse virum id votum & similia irritare. Cuius rationem reddidi n. 21.

24 Quæstio vltima. Vtrùm vota de licentia viri vel cuiuscumque superioris emissa, & ab eo irritata, reuiuiscant finita superioris potestate? Quidam id aiunt, sentientes eam non esse veram irritationem, sed suspensionem pro subiectionis tempore. Quia votum illud cum factum sit superiore consentiente, absolutè emissum est, & independenter à superioris voluntate, atque actus liber, quo factum est, iam est Deo traditus.

25 At contrarium mihi persuadeo. Quoniam (vt dixi disp. præced. n. 34.) quando superior irritat votum ratione dominij voluntatis, aut materiæ promissæ, est irritatio vera, & non suspensio, & vota sic irritata minimè reuiuiscunt. At vota tempore subiectionis facta de licentia superioris, aut irritantur ratione dominij in voluntatem, & materiã, vt quando voluntas est subiecta, & etiam materia, vel ratione solius dominij in voluntatem, quà subditus eam nouam obligationem sibi imponit: aut saltem pleni dominij in materiam, vt si filius pubes de patris licentia votum reale faciat: ergo ita verè irritantur, vt minimè reuiuiscant. Huius sententiæ vir loquens est *Angles floribus, 2. p. q. de voto, a. 7. post 9. difficult. dub.* 1. vbi dicit posse ita virum irritare vota vxoris de licentia sua emissa, & amplius ad ea vxor minimè teneatur.

26 Ad argument. n. 24. proposium resp. votum illud adhuc fieri dependenter à voluntate superioris potentis adhuc irritare. Cùm non obstanti licentia & confecratione facta Deo per votum, maneat adhuc dominus.

DISPVTATIO XLI.

Vtrùm vota omnia vxoris, quæ tempore prioris matrim. poterat vir irritare, nec irritauit, possit alio matrimonio inito vir succedens irritare: quamuis de licentia prioris viri facta sint? Et idem generaliter quæritur de quocumque superiori succedẽnti in officio, respectu subditi?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sint, n. 1.

An superior succedens, vt vir, possit irritare vota vxoris, vel alterius subditi tempore subiectionis alij viro, aut superiori, sine eius licentia facta, quæ ille posset irritare? Refertur quædam sententia, n. 2.

Potest, licèt transacta sit ætas, in qua ille poterat, nec reuiuiscunt, n. 3.

Vota religionis, aut castitatis, non recensendi, quæ mulier, innupta & impubes, sub potestate patris vel tutoris constituta fecit, aut realia ante 25. annos sine illorum licentia, an possit vir, cui postea nubit, irritare, etiam nondum consummato matrimonio, n. 4.

Quid, si carebat parentibus, aut tutore, qui irritarent, n. 5.

Quid, si vxor tempore prioris matrim. vouit continentiam absque viri licentia, an possit sequens vir irritare, ita vt non reuiuiscat, n. 6.

Quid, si vouit inconsulto viro religionem in tempus soluti matrimonij: an possit sequens vir irritare perfectè, n. 7.

An fœmina impubere nubenti, cum malitia supplet ætatem, & ante consummationem vouenti religionem, possit vir irritare, licèt iam sit pubes facta, n. 8.

An fœmina nubens post votum castitatis, & religionis, peccet petendo consummari, reddendo aut petendo: quando vir potest irritare, & irritat votum? num. 9. & vbi an peccet contra votum, fornicando, vel iterum nubendo.

An possit dominus irritare vota omnia serui impuberis, aut realia puberis, minoris tamen, quamuis sibi non præiudicent, n. 10.

An superior Societatis Iesu possit irritare post vota simplicia biennij ea vota, quæ religiosus ante in sæculo aut in nouitiatu fecit, si sunt personalia, dum erat impubes; vel si realia, dum erat minor, ita vt ille egresso à Societ. minimè reuiuiscant sine habuerit tutorem, aut parentes, sine non, & licèt facta sint de licentia eorum, n. 11.

Soluuntur argumenta, n. 12.

Quid, vbi vota facta sunt cum licentia prioris superioris aut viri? Refertur duplex sententia, n. 13. & 14.

Si superior maior, vt Prouincialis, dedit licentiam, non poterit superior minor, vt localis, irritare, n. 15.

Si quidam superior dedit licentiam, potest subsequens ad libitum sustendere, n. 16.

Potest æqualis succedens, vt sequens vir, irritare, ita vt non reuiuiscãt, num. 17.

Peccat mortaliter irritans absque causa, at tenebit factum, n. 18.

Si inferior concessit licentiã, potest superior absque causa irritare, n. 19.

An vota castitatis, & cætera vota mutuo consensu ab vxore tempore prioris matrimonij facta, possit vir sequens irritare, n. 20.

Soluuntur argumenta, n. 21.

DVPLEX tractanda est quæstio. Prior, de votis factis absque licentia prioris superioris. Posterior, de factis cum illa. 1

Quæstio I. An vota ab vxore tempore prioris matrimon. aut subiectionis cuiuscumque facta, quæ vir aut alius superior poterat irritare, & non irritauit, possit vir subsequens aut superior succedens irrita facere, si absque licentia prioris emissa sint? Quidam viri doctissimi distinguunt, si superior succedat in eandem potestatem moraliter, poterit vtique. Qualis est superior succedens religioso, tutor succedens patri, dominus cui seruus venditur. Secus quando moraliter non est eadem potestas, vt si vxor subdita priori viro, vel patri, aut tutori ante matrim. subdatur alij viro. Ratio discriminis est, quia in priori casu, tota potestas prioris superioris deriuatur ad sequentem: secus in posteriori. 2

Mihi tamen probabilius est posse, qualiscumque sit ille superior. Vt si mulier nupta votis se absque licentia viri astrinxit, quæ ille poterat irritare, nec irritauit, poterit sequens vir irritare. Et similiter, si nondum nupta & impubes emisit votum personale, vel pubes, minor tamẽ, votum reale, absque parentũ aut tutoris licentia, sub quorum erat potestate constituta, poterit vir, cui postea nubit, ea irritare, sicut poterant parentes aut tutores. Quia maritus succedit in locum patris aut tutoris, vt gubernet eandem voluntatẽ, eiusque defectus supplear, & votum illud vt tempore subiectionis emissum, erat pendens à voluntate patris, aut tutoris, aut succedentis in eam potestatem. Quare sicut poterat pater ea vota irritare post tempus pubertatis, & facta iam puella maiori, si in illa ætate non essent denuo ratificata, (vt probabilior habet opinio) idem dicendum est de viro. Quia succedit in eandem potestatem. Et sicut pater, vel tutor, vel prior maritus perfectè irritat, ita vt ea vota non amplius reuiuiscãt: ita & vir succedens. Nec obstat vota ante matrim. emissa non posse à viro perfectè irritari, sed suspẽdi, ita vt reuiuiscãt (vt diximus disp. 39. n. 39.) 3

Quia

Quia id verum est, quando tunc non erat mulier alicui subiecta, qui posset irritare vota, & à cuius consensu penderent. Cuius contrarium contingit in hoc casu.

4 Hinc primò infertur, licèt vir non possit etiam suspendere, nedum irritare, vota castitatis, religionis, de rebus necessarijs, vt de non mentiendo, & vota realia, ante matrimonium ab vxore facta (vt diximus disp. 39. n. 26. & duplici seq.) At si ea vota personalia emiserit tunc ante pubertatem, vel realia, post pubertatem, minor tamen viginti quinque annis, absque patris aut tutoris, sub quorum erat potestate constituta, beneplacito, posse virum ea omnia perfectè irritare, ita vt iam non reuiuiscant, & quamuis transacta sit ætas, in qua pater poterat, si non sint post illam vota ratificata. Quia succedit in eandem potestatem. Imò & poterit irritare ante consummatum matrim. Quia non irritat præcisè vt vir, sed inquantum ea vota pendebant à voluntate patris vel tutoris, in quorum potestatem succedit vir statim ac matrim. est initum. Imò si post illam ætatem sint ratificata, si tempore ratificationis erat iam nupta. Quia reputabuntur vt vota constante matrimonio facta, quoad ratificationem illam. Quia ea ratificatio est noua voti emissio, ac proinde illa tamquam sine viri licentia facta poterit ab illo irritari. Et priora vota tamquam imperfecta, & ab eius voluntate pendentia.

5 Atque si femina dum voto se astrinxit, carebat parentibus & tutore, qui irritarent: poterit maritus, si adhuc est intra ætatem, in qua illi possent. Vt si adhuc femina est minor viginti quinque annis, & votum fuit reale. Quia toto eo tempore, quo est intra ætatem intra quam est capax tutoris aut curatoris, pendet votum ab eius voluntate, si constituatur. Quare sicut curator tunc constitutus posset perfectè irritare: ita maritus, qui eius vices obtinet. At si fuit votum personale, & iam femina est pubes, sicut tutor post pubertatem datus, non posset id votum irritare. Quia non datur tunc potestas in actiones personales, est enim sui iuris iam quoad illas: ita nec vir potest perfectè irritare. Et idem dicendum est: si votum fuit reale, nec habebat femina patrem aut curatorē, qui irritaret, atque cùm nubit, excedit XXV. annum. Non enim potest vir irritare. Consultò dixi, si cùm nubit, excedit ætatē, intra quam votum irritari posset. Nam si erat intra illam ætatem, poterit vir quandocumque illud irritare. Quia tam legitimè obtinuit potestatem irritandi, cùm eius curam susceperit intra ætatem legitimam ad irritandum. Eam autem ætatem iam transactam esse, nil confert (vt dicebam n. 3.) Nec obstabit, si post eam ætatem sit ratificatum. Quia ea ratificatio fuit constante matrim. facta, vt explicui n. præced. in fine.

6 Secundò infertur, si tempore prioris matrimonij vouerit vxor continentiam absque viri licentia, sicut ille posset perfectè irritare, ita vt non reuiuiscat, (vt dixi disput. 39. n. 11. 12. & 37.) ita & vir sequens, tamquam succedens in eandem potestatem.

7 Tertiò infertur, si vxor inconsulto viro post matrimonium consummatum vel ante vouerat religionem in tempus soluti matrimonij: atque eo soluto iterum nubat, quo casu peccat lethaliter contrahendo, & tenetur ante consummationem ingredi religionem, posse virum id votum irritare, ita vt numquam reuiuiscat: secus si emissum esset ante matrimonij consummationem, & tunc implendum. Quia in priori casu poterat vir irritare, non autem in posteriori (vt diximus disp. 39. n. 19. & 38.) Atque ideo idem poterit vir succedens in eius potestatem. Imò posterior hic vir poterit irritare illud votum religionis factum tempore prioris matrimonij, in tempus eius dissolutionis licèt nondum præsens matrim. consummarit. Quia irritat illud vt successor prioris viri in eius potestatem, à cuius consensu pendebat. In quam potestatem plenè succedit, (præterquam ad cogendum vxorem ad reddendum, si velit priori bimestri transire ad religionem, nondum consummato matrim.) quamuis matrim. non consummarit. Nec ad potestatem irritandi vota desideratur matrimonij consummatio (vt probaui disp. 39. n. 20.)

Quartò infertur, femina impubere validè nubenti (vt cum malitia supplet ætatem) & post nuptias, ante matrim. consummationem adhuc impubere vouenti religionem, absque præsentis viri licentia, posse virum perfectè id votum irritare, & si tunc non irritaret, posse transacta ea ætate, quandocumque, licèt post consummatum matrim. id ratificauerit iam pubes facta. Quia simile votum ea ætate emissum potest tutor aut pater irritare, & licèt transacta sit ætas. Atque ideo idem poterit vir, qui eius vicibus fungitur. Et quamuis transacta ætate denuo ratificatum non possit pater aut tutor irritare. At poterit vir, si tunc quando ratificauit, erat consummatum matrim. Quia est ac votum constante matrimonio factum (vt explicui n. 4. fine) secus si pubes facta ratificauit id votum religionis tunc implendum, & nondum matrim. est consummatum. Quia est votum religionis denuo emissum à femina pubere ante matrimonij consummationē, & eo tempore implēdum. Quod nu. præc. irritari à viro minimè posse diximus. Sed obucies, feminam impuberem vouentem ante matrimonij consummationem, religionis ingressum, emittere votum exeundi à marti potestate: atque adeò non posse à viro irritari. Ea enim ratione nequit votum transitus ad strictiorem religionem irritari (vt diximus disp. 39. n. 9.) sed respondetur, in ætate illa tenera ante pubertatem, nullam concedi facultatē vouendi independenter à potestate patris vel tutoris, ac proinde sicut illi possent irritare, non obstanti hac ratione, ita & vir in eorum locum succedens. 8

Quintò infertur, feminam nubentem post votum castitatis, & religionis, absque licentia viri, vel alterius superioris, cui suberat, atque qui poterat irritare, si non irritauit, peccare lethaliter, matrim. contrahendo, illudque prima vice consummando, si fuit votum religionis: & semper exigendo debitum, si fuit votum castitatis. At si vir sequēs irritet ante consummatum matrim. iuxta dicta nu. 7. non peccabit consummando, & quandocumque irritauerit, non peccabit amplius petendo: nec erit rea voti castitatis fornicando: vel eo matrimon. soluto, aliud ineundo. Quia votum per irritationem est omnino extinctum. 9

Sextò infertur, quamuis dominus non possit irritare vota serui, sibi non præiudicantia, vel emissa in tempus libertatis (vt dixi disp. 39. n. 17.) posse illum irritare omnia vota serui impuberis: & omnia realia serui puberis minoris viginti quinque annis, etiam in libertatis tempus emissa. Quia id posset curator seu tutor, cuius loco est dominus. Quare vota illa nunquam reuiuiscent. 10

Vltimò infertur, etsi superior Soc. IESV non possit irritare vota religiosi emittentis vota biennij, aut coadiutorum formatorum in illa, vota (inquam) quæ in seculo aut in nouitiatu emisit, sed suspendere solùm pro tempore quo in ea permanserit, (vt diximus disp. 39. n. 43.) posse tamen eum superiorem illa perfectè irritare, ita vt non reuiuiscant, si emissa sint tempore quo ille erat sub potestate patris, aut tutoris, curatorisve, qui illa vota poterant irritare, & non irritarunt: vel si illis carebat, emisit vota biennij intra ætatem, in qua illi poterant irritare: licèt iam transacta sit ætas illa. Sicut de marito succedente, respectu vxoris, diximus n. 4. & 5. Et sicut ibi diximus, posse transacta ea ætate votum ratificatum irritari à viro: quia ratificatio est ac nouum votum constante matrimon. factum. Ita dicendum est de superiore Societatis. Quia si subditus post vota biennij, licèt iam impleta ætate, in qua non potest votum irritari, illud ratificet, ea ratificatio est noua voti obligatio post vota biennij imposita, vota verò tunc emissa posse perfectè irritari, ita vt numquam reuiuiscant, dixi d. disp. 39. nu. 43. Et hæc ita se habent, quando ea vota in seculo emissa sunt absque licentia patris vel tutoris. Quia id votum erat dependens à consensu eorum, in quorum locum succedit superior Societ. vt voluntatem illam dirigat, eiusque defectus suppleat. Si verò facta sint vota de licentia patris vel tutoris, dicendum est circa irritationem vel suspensionem eorum, quod dicemus de votis vxoris ex simili licentia factis n. 16. & duplici sequenti. 11

12* Ad arg.n.2.propositum fateor, non esse tantam vnitatem moralem potestatis inter maritũ posteriorem & priorem,vel illum & tutorem: ac inter duos religionis prælatos,vel patrem & tutorem sibi succedentes: at verè potest dici eadem potestas moraliter, quia succedit in eorum vices ad gubernandam illam voluntatẽ, & eius actus. Quod sufficit in re tam fauorabili imbecillitati feminæ.

13 QVAESTIO II. Vtrùm quando cum licentia prioris viri aut superioris vota sunt emissa, possit succedens vir aut superior irritare, perinde ac facta sine licentia? Quidam omnino negant irritandi potestatẽ, atque ita dicunt irritationem fore nullam. Ducuntur, quia prior superior poterat irritare,eo quòd dando licentiã,non abdicauit à se dominiũ materiæ aut actus liberi, quo ea obligatio imposita fuit:at superior succedens numquam id dominiũ habuit. Quia ante tempus subiectionis illi, sunt Deo consecrata. Secundò,quia ideo subditus nequit vouere,quia caret proprio,at res illa facta est propria,concedenti priori superiore licentiam. Ergo manet votum ab alio irreuocabile.

14 Alij autem dicunt posse superiorem succedentem, licitè absque causa ea vota reuocare: quamuis superior qui fecit copiam, peccaret mortaliter sine causa reuocando. Quia cum par in parem non habeat imperium, *c. Innotuit, de elect.* licentia prioris superioris nequit posteriori præiudicare,qui alias poterat absque causa irritare.

15 Prima conclusio. Si Prælatus superior concessit licentiam ad vouendum, vt prouincialis religioso, prælatus inferior,vt localis,caret potestate irritandi illud votũ. Quia inferior nequit gesta à superiori reuocare. Sic *Ricard. 4. d. 38.a.4.q.1. Angles florib.2 p.q. de voto, art.7. diffi.6. Manuel 2. tom.sum.c.89 conclus.6 n.7.*

16 Secunda conclusio. Potest æqualis superior succedens suspendere ad libitum vota subditi facta de prioris superioris consensu,vt vir subsequens vota facta de prioris viri consensu. Probatur,quia potest occupare subditum illum in omni tempore.& hoc est, quod docent *D. Aug. l.4. super Num.q.59.* & refertur *c.Noluit.33.q.5.& ibi Hugo, Archid.n.vn. Bellamera,n.1* posse maritum irritare vota ante matrim.facta à puella de parentum consensu: & id absque peccato. Ea enim non est irritatio, sed suspensio, & ita cessante viri potestate ea vota reuiuiscunt: vt probaui disp.39.n.39.

17 Tertia conclusio. Vota facta de licentia superioris, potest æqualis succedens irritare,ita vt non reuiuiscant. Vt si mulier de licentia prioris mariti vel patris,sub cuius potestate erat constituta,votum emisit, quod ipsi validè irritare poterant,iuxta dicta tota disp. præc. potest vir præsens validè irritare,ita vt non reuiuiscat. Quia succedit in eandem potestatem prioris superioris, à cuius voluntate votum illud pendebat,obligabatque dum ille non irritaret.

18 Hinc infertur,valere irritationem, si absque causa iusta fiat: at peccare mortaliter irritantem. Si autem causa iusta adsit,immunem esse culpæ. Probatur, quia cùm succedat in eandem prioris potestatem,potest irritare eo pacto,quo prior poterat. At prior licitè irritat cum causa: & absque illa validè,sed peccat leṽaliter (vt diximus disp. præced. num.7.) ergo idem dicendum est de posteriori. Præterea probatur peccare mortaliter irritantem absque causa. Quia illam obligationem permittendi subdito impletionẽ voti contraxit prior superior, non vt persona priuata, sed vt superior: ergo illa deriuatur ad eius successorem: sicut deriuarentur omnes aliæ obligationes,quas ille rationabiliter in quantum superior contraxisset: & confirm. quia in tantum potest successor irritare, in quantum votum illud pendebat à voluntate prioris superioris, cui ille succedit. At ab illa voluntate non pendebat absolutè, vt licitè fieret.sed interuenienti causa iusta. Ergo superior posterior indiget etiam iusta causa,vt licitè irritet.

19 Quarta conclusio. Si superior minor,vt localis, concessit licentiam ad votum, potest superior illo major, ad libitum & absque causa licitè irritare. Quia habet potestatem in voluntatem subditi, & etiam superioris concedentis licentiam. Item,quia non irritat, quatenus illud votum pendebat à consensu illius prælati inferioris, sed quatenus à suo pendebat, qui libere irritare poterat: nec voluntas & consensus prælati inferioris potest ipsum ligare,aut impedire, ne libere irritet. Et sic videntur sentire *Angles & Manuel, quos num. 15. retuli*, dicentes absolutè posse hunc superiorem irritare.

20 Vltima conclusio. Votum castitatis & religionis, quæ mutuo consensu tempore prioris matrim.facta,non poterat prior vir irritare,iuxta dicta disp. præc. num.21. non poterit posterior hic vir irritare: sed manebunt cum eadẽ obligatione, quam haberent non inito posteriori matrimonio: præterquam, inquantum præsens matrimon. non compatitur executionem,vt si sit votum castitatis,obligabit durante matrimon. ad non petendum, & ad cætera ad quæ obligaret ante matrimonium emissum. Si autem sit religionis,diximus qualiter obliget,disp.37. nu.5. Cætera autem vota quæ mutuo consensu facta poterat prior vir irrita facere cum iusta causa,& absque illa validè, sed cum peccato: (vt diximus disp.præced.n.21.) poterit similiter vir posterior eodem modo irritare: tamquam successor in eius vices & potestatem.

Ad argum.num.13.proposita resp. Ad 1.dic moraliter 21 habere idem dominium,quod prior habebat, in quantum succedit in eandem moraliter potestatem. Ad 2. dic non fieri rem illam propriam absolutè, sed dependenter à voluntate illius superioris, & illius qui in eandem potestatem successerit. Ad argum. nu.14.propositum, dic,quamuis par in parem non habeat imperium,at potuisse successori præiudicare,in quantum legitimè vt superior obligationem aliquam contraxit,cui succedens in eandem potestatem tenetur stare.

DISPVTATIO XLII.

An possit vxor irritare aliqua viri vota, præsertim castitatis,absque sua licentia,vel cum illa,mutuóve consensu facta: ante vel post matrimon. aut in tempus soluti matrim. vel sequens vxor vota facta tempore prioris matrim. votaque sic irritata minimè reuiuiscant?

SVMMARIVM.

An vxor possit irritare aliqua viri vota absque sua licentia facta? Refertur quædam opinio,n.1.

Potest sola sibi præiudicantia irritare, n.2.

Est vera irritatio: nec ea vota reuiuiscunt, n.3.

An vir integrum sit absque vxoris licentia, aliquas abstinentias, vigilias,peregrinationem vouere,specialiter in subsidium Hierosolymitanum,ita vt vxor irritare nequeat? remissiuè, num.4. & ibi,de mutatione habitus.

An,cum abstinentia à viro promissa sunt nimia, possit vxor integrè reuocare,vel solum quoad excessum sibi præiudicantem,n.5.

An possit vxor irritare vota viri in præiudicium familiæ & rei familiaris facta,n.6.

Quid de voto non petendi debitum,facto à viro sine vxoris licentia,n.7.

An ratione sui periculi, possit vxor qua incidit in fornicationem temporalem aut spiritualem,id non petendi debitum irritare,n.8.

An vota sibi præiudicantia possit vxor adultera,vel facto diuortio,vel tempore diuortij emissa irritare? remissiuè, n.9.

Quid de votis factis ab alterutro coniuge absque alterius licentia, tempore quo communi placito vterque castitatem aut religionem vouerat: aut alter castitatem, alter vero religionem, aut ordinis sacri susceptionem vouerat,n.10.

An possit vxor irritare vota facta à viro in tempus soluti matrim.n.11.

An possit vxor ante consummatum matrimonium irritare vota facta à viro facta,n.12.

Quid de votis factis à viro de vxoris licentia, n.13.

Quid de voto integræ castitatis seruandæ facto à viro,consentiente vxore,n.14.

An possit vxor irritare vota castitatis, aut alia mutuo consensu facta, etiamsi iterum vterque ius in tempus sibi concedat, n.15.

An vxor subsequens possit irritare vota tempore prioris matrimonij absque licentia vxoris facta,n.16.

Quid de factis cum licentia prioris vxoris,n.17.

Quid de factis ante matrimonium? n.18.

Soluuntur argumenta,n.19.

IN hac quæst. existimant quidam, nulla viri vota posse 1 ab vxore irritari, quamuis absque eius licentia sint facta. Ducuntur,quia vxor non habet dominium voluntatis

viri,

viri, imò ipsi tanquam capiti subest. Nec etiam materiæ promissæ, quoniam hoc maximè verum haberet quoad actus matrimonij, quoad illos autem coniuges sunt pares: *c. Gaudemus de diuortiis.* Huius sent. videtur *Soto l. 7. de iust. q. 3. a. 1. vers. An vero extra hanc materiam.* Et tenent *Petrus de Ledesma de matrim. q. 64. a. 4. dub. 2. conclus. 2.* & quidam alij Neoterici docti.

2 Prima conclusio. Quamuis vxori non sit permissum omnia viri vota irritare, eò quod non est caput viri, sed ipsius imperio subest: tamen potest omnia & sola viri vota absque sua licentia facta irritare, quæ ipsi præiudicant quoad moderatam debiti redditionem, aut mutuam cohabitationem. Quoniam vxor habet dominium & potestatem corporis viri, per contractum matrimonij acquisita, quoad debitum sibi reddendum moderate, & cohabitandū, 1. *Corinth.* 7. ergo vota huic dominio præiudicantia irritare poterit. Et confirm. nam habens dominium irritandi votum, non reddendi debitum, & non cohabitandi, habebit subinde potestatem irritandi vota hoc impedictia. Secundò. Nam quamuis quoad actus matrimonij sint coniuges æquales, ea ratione, quòd æquè neuter astringitur ad petendum; & vterque tenetur petenti reddere. At sibi ipsis sunt subditi, inquantum neuter habet sui corporis potestatem & dominium, sed per matrimonium transtulit in alterum. Ergo ratione huius dominij & superioritatis poterit vxor ea vota irritare, quæ illi potestati officiunt. Huius sent. videntur *Gl. c. Manifestum, vers. Nisi author. 33. q. 5. & ibi Hugo & Archid. n. vn. Bellamera n. 1. Host. sum. t. de voto. §. Quis vouere possit, n. 8. vers. Vxor etiam, & c. Scripturæ, de voto, ad fin.* vbi *Innoc. ad fin. Ioan. And. n. 4. Ant. n. 3. Abb. n. 8. Anchar. n. 13. Cardin. q. 14. Abulens. c. 30. Num. q. 83. & c. 6. Matt. q. 149. D. Antonin. 2. p. t. 1. c. 22. §. 1. Maioris 4. d. 38. q. 4. dub. 2. quod incipit. Qui possint vouere, v. Quarta persona. Supplem. Gabr. 4. d. 32. q. vn. a. 1. nota b. 3. & a. 2. concl. 7. Rosella Votum, 2. n. 9. Angel. Votum, 2. n. 8. Sylu. Votum, 5. q. 1. Lex 8. t. 8. p. 1. Greg. Lop. l. 3. verb. El marido, co. t. & p. Margarita confess.* vbi de voti irritat. *fol. 135. Manuel 2. tom. sum. c. 90. num. 3.* vbi dicunt non posse virum absque vxoris consensu vota emittere debito coniugali præiudicantia, sicut nec vxorem absq; viri licentia. Imò *Ioan. And. Anchar. D. Antonin. ibid.* dicunt posse vxorem id votum viri reuocare. Atque expresse tenent hanc sent. *Nauar. sum. c. 12. lat. n. 64. bisp. n. 65. Stunica de voto q. 3. n. 60. Tol. lo l. 2 sum. c. 18. Aragon 2. 2. q. 88. a. 8. fol. 1020. Graffis 1. p. decis. l. 2. c. 29. n. 8. Phliarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. l. 3. c. 18. §. 11. pec. at. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 47. §. vlt. Cañedo sum. de sacram. tract. de matrim. c. 8. nu. 74.* & supponit *Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6 de voto, punct. 6. q. vlt. de votis subditorum.* Pro eadem sent. sunt *Abbas, Caietan. Angel. Syluester, Sotus,* qui (vt aduerti disp. 39. n. 36. dicunt professionem, quam vir absque vxoris consensu emisit, de qua fit mentio, *cap. Quidam, de conuers. coniug.* non obligasse ad religionem soluto matrim. Quia vxor reuocauit.

3 Secunda conclusio. Vota ea viri irritata ab vxore non reuiuiscunt: sed manent perfecte irritata & extincta. Probatur ex *Abbate, Caietano, Angelo, Syluest. Soto,* qui (vt num. præced. fine dixi) dicunt id votum religionis viri reuocatum ab vxore non reuiuiscere, atque ita non teneri virum ea defuncta ad illud. Insuper probatur ex dictis disp. 39. n. 34. vbi contra alios ostendimus, sufficere ad veram irritationem votorum, ita vt amplius minimè reuiuiscant, perfectum & absolutum dominium in materiam promissam. At tale habet vxor circa ea, quæ debito coniugali, & cohabitationi præiudicant, & tenet expresse *Nauar. sum. cap. 12. num. 66.* vbi ait non reuiuiscere vota, quæ irritarunt mariti vel vxores.

4 Ex dictis infertur, non posse virum absque vxoris consensu eas preces, abstinentias, vigiliasve promittere, quæ ita debilitent vires, vt ineptus sit reddendo moderatè debito, quamuis vouere possit aliquas moderatas minimè illud impedientes, vt probaui hoc lib. disp. 3. n. 7. & quid, de peregrinatione etiam in subsidium terræ Sanctæ? dixi disp. 4. nu. 15. & 16. & num liceat alteri coniugi habitum mutare altero renitente? dixi ea disp. 3. n. 9.

Non poterit autem vxor, vbi ieiunia promissa, vigiliæ 5
aut preces debitam mensuram excedunt, reuocare in totum: sed excessum illum. Quia solum potest reuocare vota in quantum debito coniugali præiudicant, at solus ille excessus promissus est huiusmodi: atque obligatio illa non est indiuidua, sed commodam patitur diuisionem. In quo casu disp. 35. n. 4. dixi non promitti per modum vnius. Et confirm. Quia si ieiunium quadragesimæ obstet debito coniugali moderate reddendo, excusabitur vir, non in vniuersum, sed quatenus illi obligationi obstat. Insuper confirmatur ex ijs quæ n. 14. trademus.

Secundo infertur, vota in præiudicium familiæ, & rei 6
familiaris, à viro emissa, vt erogandi magnas eleemosynas, non posse ab vxore irritari. Quia tota familiæ & bonorum administratio est penes virum, independenter ab vxore. Nam etiam ipsa reclamante tenebit factum, licet male faciat. Sic *Sotus l. 7. de iust. q. 3. a. 1. vers. An vero extra hanc materiam.* Quòd si votum illud in vitium prodigalitatis aut iniustitiæ tenderet, non haberet vim obligandi, & ita non indigeret relaxatione. Atque ita cum *Soto ibi* tenet *Angles floribus 2. p. q. de voto, a. 7. post 9. disse. dub. 3. concl. 2.*

Tertiò infertur, quid dicendum sit de voto non petendi debitum, facto à viro absque vxoris licentia. Illud enim 7
irritari posse ab vxore affirmant aliqui. Eo quòd sit in vxoris præiudicium, quæ contra naturaliter insitum feminis pudorem cogetur semper petere. Sic docent *Enriq. l. 11. de matrim c. 15. n. 8. ad fin. Manuel 2. tom. sum. c. 90. n. 3. Phliarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. l. 3 c. 4. §. Excipitur in concl. Vega 2. tom. sum. cap. 119. casu 39.* & dicit esse probabilissimum, *Aragon 2. 2. q. 88 a 8 fol. 1021.* Et videtur tenere *Nauar. sum. c. 12. n. 60.* cum hoc temperamento, nisi sit votum non petendi in fauorem sui, sed tantum quando mos est gerendus alteri coniugi. Et videntur tenere alij indistinctè dicentes posse alterum coniugem id votum cassare. Hi sunt *Gutierr. q. canon l. 2. c. 22. n. 49. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 243. num 8. Lud. Lop. 1 p. instruct. c. 46. §. Votum coniugij.* Cæterum dicendum est, non posse irritari ab vxore hoc votum. Quia hoc votum non est contra fidem matrimonij, quæ solum astringit virum ad reddendum, nec vxor dominium aliquod aut potestatem habet in virum, vt compellat ipsum ad petendum debitum; sed quoad id sunt pares, & ambo sui iuris, & ex altera parte, vir non est subditus mulieri quoad suos actus, vt videat, expediat nec ne illos implere. Sic tenent *Palac. 4. d. 38. disp. 2. fol. 717. col. 1. init. Angles floribus, 2. p. q. de voto, a. 7. post 9. disse. dubio 2. Stunica q. 3. de voto, num. 60. Ant. Gomez super bullam cruciatam, clausula 10. n. 67.* & à fortiori, id tenent DD. omnes, qui virum posse irritare id votum vxoris negant: quos retuli disp. 39. num. 10. Nec obstat grauamen vxoris, quæ cogetur semper debitum petere. Quia vir emisso eo voto tenetur se aliquoties offerre ad vsum coniugalem: nec vere irrogat iniuriam, vtens iure suo non petendi.

Hoc temperat satis obscure *Nauarrus summa cap. 12. lat.* 8
num. 64. bisp. num. 65. dicens tunc posse coniugem votum alterius non petendi debitum irritare, quando incidit in notoriam fornicationem carnalem vel spiritualem, & probat ex *cap. Agathosa, 27. q. 2.* & refert *Abbatem cap. fin. de conuers. coniug.* & ita Nauarrum intelligit *Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. de voto, punct. 6. q. vltim. de votis subditorum, §. Existit autem,* nec illum improbat, sed dicit id non clare colligi ex *d. c. Agathosa.* Eodem modo intelligit illum *Lud. Lop. 1. p. instruct. cap. 47. §. vltim.* & dicit posse tunc alterum irritare, ne alter periclitetur. Sed *c. Agathosa* nihil confert ad id probandum. Et falsò allegatur *Abbas.* Nec video cui fundamento hæc limitatio innitatur. Quoniam periculum alterius coniugis est quidem sufficiens causa petendæ dispensationis: at non confert dominium in alterius voluntatem vel materiam, quod exigitur ad irritandi potestatem. Ergo si secluso eo periculo non poterat coniux irritare, idem erit dicendum ea stante. Deinde, quia parum conferet ad periculum, fornicationem esse notoriam aut occultam: & fornicationi, spirituali non consule-

fuletur irritato voto non petendi, & ideo ea limitatio est reiicienda.

9 Vtrum autem vxor adultera, siue integro matrimonio, siue separato per diuortium, possit irritare ea vota innocentis, quæ poterat ante adulterium aut ante diuortium? dixi disp. 37. n. 7. & 8. & quid, de votis tempore diuortij à viro factis? dixi eadem disp. 39. n. 41.

10 Quartò infertur, quid dicendum sit de votis factis à coniugibus, postquam mutuo consensu vouerunt continentiam. Cum enim per tale votum non absoluantur à cohabitatione, & alijs obsequijs, sed à solo debito coniugali persoluendo (vt diximus disp. 37. nu. 14.) & ideo viro adhuc incumbat vxoris gubernatio, poterit quidem omnia vxoris vota irritare, præter votum illud castitatis: vxor autem solum votum longæ peregrinationis, & alia huiusmodi, quæ cohabitationi aduersantur, irritare posset: non autem quæ debito coniugali persoluendo. Quia ad solam cohabitationem ius habet. Et ea est vera & perfecta irritatio: atque ideo vota sic irritata non reuiuiscunt. Iuxta ea quæ numero 3. diximus. Si autem mutuo consensu iterum concedant sibi coniuges ius in corpus, dicemus num. 15. Si autem sit votum communi consensu religionis: aut alterius coniugis, ingrediendi religionem, ordinisve sacri suscipiendi, alterius vero, castitatis, casu quo efficaciter hæc vota obligant (de qua re egimus tota disp. 37.) cum adhuc vir gubernationem vxoris retineat, donec matrimonium separetur, poterit omnia illius vota irritare, præter illud religionis aut castitatis. Sicut disput. 39. num. 20. diximus posse virum irritare vota ab vxore emissa ante matrimonium consummatum, animo ingrediendi religionem, & in illa explenda, præter religionis votum. At verò vxor non poterit irritare aliquod votum viri, nisi quod impediret debitum coniugale, aut cohabitationem, dum non separatur matrimonium implendo ea vota. Quia interim ius habet ad hæc, quando post matrim. consummatum sunt facta vota illa mutua religionis. Iuxta dicta disp. 37. nu. 5. & hæc quidem, quando alia vota sunt facta absque alterius coniugis licentia. Nam quando cum licentia sunt facta, dicemus disp. hac n. 13. & sequentibus.

11 Quintò infertur, vota facta à viro in tempus soluti matrimonij, minimè posse ab vxore irritari. Quia ipsi minimè præiudicant.

12 Sextò infertur, vota facta à viro absque vxoris licentia ante consummatum matrimonium, si animo transeundi ad religionem fiant, nequaquam posse irritari ab vxore. Quia ipsi minimè præiudicant. At si non eo animo, vel eo animo votis factis, consummaret matrim. posset verè & perfectè irritare sibi præiudicantia. Quia matrimon. inito ante consummationem acquirit ius in corpus viri, atque dominium, cui aliter præiudicare nequit, nisi per ingressum religionis.

13 Septimò infertur, validè posse irritare vxorem vota sibi præiudicantia, emissa à viro de ipsius vxoris licentia. Quia ea licentia concessa adhuc manet domina materiæ illius promissæ, vt probauimus disp. 40. nu. 4. Sic docent *Innoc. c. Scriptura, de voto, ad fin. D. Antonin. 3. p. tit. 1. c. 22. §. 1. & Sot. 4. d. 27. q. 1. a. 4. vers. Id autem*, videtur id tenere, quem sequitur *Barth. à Ledesma de matrim. dub. 20. conclus. 1.* vterque enim ait indistinctè, coniugem dantem licentiam vouendi, posse reuocare. Addunt *Innoc. & D. Antonin.* peccare reuocantem. Sed dicendum est (ac diximus de viro, disput. 40. num. 4. & sequent.) nimirum, peccare mortaliter vxorem absque causa irritantem, virum autem à culpa excusari: existente autem iusta causa nullam esse culpam: & votum sic irritatum minimè reuiuiscere, ratione dicta n. 3. Quia vota ea irritantur ratione perfecti dominij in materiam.

14 Octauò infertur: si vir de licentia vxoris fecerit votum omnimodæ castitatis, abstinendi, nempe, à petitione & redditione, & seruandi omnino castitatem, posse vxorem ex iusta causa licitè irritare quoad redditionem, & absque iusta causa, validè, sed cum peccato. Quia adhuc domina manet corporis viri, atque ita materiæ promissæ: non posse autem quoad reliquos effectus. Vnde vir, cui sic irritatum est votum, tenebitur non petere, & soluto eo matrimonio, ab alio ineundo abstinere, & si fornicetur, erit reus sacrilegij contra votum castitatis. Quia cum tantum habeat dominium corporis viri quoad obligationem, quam habet vir reddendi, quod licentia vouendi concessa minimè amisit, non autem quoad cæteros castitatis actus, ad quos votum obligat, non poterit irritare nisi quoad illum solum actum. Nec illi actus castitatis, promissa castitate, vouentur per modum vnius. Cum commodè diuidi possint. Quod constat ex *c. Quidam, & c. Placet, de conuers. coniug.* vbi deciditur coniugem, qui inscio altero coniuge vouit solemniter castitatem in religione, validè vouisse quoad non petendum, & abstinendum ab alio matrim. quod erat in sua potestate: non autem quoad non reddendum; & Doctores, quos nu. 2. fine retuli, dicentes vxorem irritasse illud votum viri, admittunt irritationem quoad partem obligationis illius voti. Insuper probatur, nam qui voto castitatis facto transit ad nuptias, tenetur reddere, at nec potest petere, nec aliud matrimonium eo soluto inire, & si fornicetur, reus erit sacrilegij, (vt probauimus disput. 33. n. 5. & 11.) ergo ea obligatio est diuisibilis.

Nonò infertur, si coniuges, qui mutuo consensu vo- 15
uerunt castitatem, iterum sibi ius in corpus concedant, & renuntiationem iuris remittant, (quo casu diximus disp. 40. num. 22. posse virum irritare votum illud castitatis vxoris) minimè posse vxorem votum illud viri irritare. Quia quoad reddendum, in quo vxor est domina, non indiget irritatione: cum statim tenentur coniuges sibi reddere (vt dixi disp. 37. num. 15.) Quoad alios autem actus, ad quos votum illud obligat, nequit vxor irritare. Vt probaui num. præcedenti. At cætera vota communi consensu facta, quæ alias posset vxor irritare facta sine licentia, eò quòd sibi præiudicant, de quibus respectu potestatis viri ad irritandum diximus disp. 40. num. 22. & docuimus posse virum irritare, præter illa, quæ sunt mutandi statum: dicendum est posse vxorem in viro irritare, non quidem omnia, sicut potest vir: sed sola quæ sibi præiudicant. Quia illa licentia concessa adhuc vxor manet domina materiæ; nec ibi fuit aliqua renunciatio iuris irritandi: & licèt durante illo mutuo castitatis voto nequiret irritare ea vota, quæ debito coniugali persoluendo aduersabantur. Eò quòd ius illud renuntiarat. Iam tamen illud per mutuam illam remissionem est recuperatum. Quid autem, si medio illo tempore, quo votum castitatis mutuo consensu factum obligabat, vir promiserat magnas abstinentias, quæ debito coniugali persoluendo obstant: quæ vota nu. 10. diximus non posse irritari ab vxore: an instaurato matrimonio, facta illa noua corporum traditione, possit vxor irritare? Credo minimè posse perfectè irritare. Quoniam cum vir esset sui iuris quoad debitum reddendum, poterat independenter vota illi obstantia emittere: atqueita vxor, ex cuius consensu minimè pendebant, non poterit irritare: sed reputabuntur tanquam facta ante matrimonium, quæ suspendi posse ab vxore dicemus num. 18. At vir ea omnia facta ab vxore poterit irritare, non ratione dominij in materiam, sed ratione gubernationis voluntatis, etiamsi non instauretur matrimonium, nec illa noua traditio fiat, vt diximus n. 10.

Decimo infertur, posse vxorem subsequentem, vota à 16
marito facta tempore prioris matrimon. priori vxori præiudicantia quoad debitum & cohabitationem, perfectè irritare, ita vt nunquam reuiuiscant, si facta sint sine prioris vxoris licentia. Quia ea pendebant à voluntate prioris vxoris tanquam dominæ illius materiæ, in cuius locum & potestatem succedit posterior vxor. Sicut de viro successore respectu vniuersorum votorum dixi disp. præcedenti, num. 3.

Imò id poterit, quamuis de licentia prioris vxoris aut 17
mutuo consensu facta sint: omnia enim illa, quæ non obstante

stante eo consensu poterat prior vxor irritare, iuxta dicta num. 13. & 14. poterit subsequens vxor, vtpote quæ in eandem potestatem succedit, irritare: si adsit iusta causa, licitè; illa deficienti, illicitè, sed validè, vt de viro successore respectu omnium votorum dixi disp. præced. num. 17. 18. & 20. & poterit ad libitum suspendere, vt ibi dixi de viro num. 16.

28 Vltimò infertur, vota ante matrim. facta non posse vxorem perfectè irritare, ita vt soluto matrim. non reuiuiscant: at posse suspendere illorum executionem, si damnum sibi inferant, & proinde tunc non obligabunt, donec soluatur matrim. Sicut de viro respectu omnium votorum vxoris diximus disp. 39. n. 23. & 39. &, vt ibi diximus, vxore concedente postea licentiam, tenebitur vir ad vota, vtpote quæ non extincta, sed suspensa dumtaxat erant. Cum enim vxor non habeat perfectum & absolutum dominiũ illius materiæ, erat enim ante subiectionem Deo consecrata, sed secundum quid, inde est, vt nequeat perfectè irritare, sed solum suspendere. Iuxta doctrinam quam tradidimus d. disp. 39. n. 34. Atque huius sent. videntur *Antonius c. Scripturæ, de voto n. 3. & ibi Abbas n. 8. Anchar. nu. 14. Rosella Votum, 2. num. 10.* vbi aiunt neutrum coniugem teneri vota exequi alio contradicente.

29 Ad argumentum num. 1. propositum constat ex dictis num. 1. in secunda ratione.

DISPVTATIO XLIII.

Vtrùm censeatur vir irritare vota vxoris, vel vxor viri, & generaliter superior inferioris, cũ conscius voti, dicit se nolle vt subditus id, quod vouit, faciat; vel præcipit oppositum. Vt si vxor de licentia viri fecerat votum non petendi, nec reddendi, & vir petat debitum? Et quando superior ignorat votum, sit ei detegendum?

SVMMARIVM.

Proponitur ratio dubitandi. n. 1.

Non est irritatio voti, vbi superior illius ignarus, prohibet executionẽ, aut licentiam petitam ad exequendum denegat: & ita adhuc votum ligabit, n. 2.

An sufficias petere licentiam ad implendum rem promissam tacito voto, vt pro tunc excusetur subditus ab impletione? Refertur opinio, n. 3.

Subditus vouens rem, quam implere nequit absque licentia, tenetur petere licentiam ad implendum, n. 4.

Quid, si materia tempore voti erat permissa, & post prohibetur? n 5.

Quid, si subditus ignorabat rem esse vetitam, vel desiderari licentiam ad implendum illud votum? n. 6.

Non tenetur subditus vouens rem, quam absque superioris licentia exequi nequit, explicare votum superiori, vt pro tunc excusetur, n. 7.

An si superior voti ignarus denegat licentiam ad tempus, vel in perpetuum, teneatur subditus iterum illam petere: vel maneat liber à voti obligatione? n. 8.

Quando votum est in temporis honorem, an si superior inscius voti prohibeat eo tempore materiam, sit subditus omnino liber, ita vt superueniat iterum concedenti licentiam, non teneatur ad votum: nec teneatur illud manifestare superiori? n. 9.

Quando censeatur voti irritatio, superiorem conscium voti prohibere materiam, vel non concedere licentiam ad exequendum, vel oppositum præcipere? n. 10.

Soluuntur argumenta, n. 11.

1 VIDETVR non esse irritationem, quando superior voti conscius contradicit, dicens se nolle, vt subditus impleat. Quia Num. 30. post scientiam & contradictionem ponitur irritatio, ibi: *Sin autem audiens vir statim contradixerit, & irrita fecerit pollicitationes.* Non ergo sunt idem, scire vir, & irritas facere pollicitationes. Non ergo sunt idem, scire superiorem, contradicere que & irritare. Secundò, quia hæc verba, Nolo vt facias, à superiore prolata, sunt ambigua, possuntque commodè & propriè accipi, vel de voti suspensione, vel de eiusdem irritatione. Ergo dum amplius non constat de superioris mente, accipienda sunt, vt solum suspendant. Cum enim votum sit in obligandi possessione, ea priuandum non est in dubio. Et confirm. quia superior æquè finem intentum, nempe, ne subditus exequatur, comparat, siue irritet, siue suspendat.

Prima conclusio. Non est irritatio voti, vbi superior illius ignarus prohibet materiam promissam, aut petitam licentiam ad exequendum denegat. Constat, quia irritare votum est actus iurisdictionis, & consequenter non efficitur vbi non est volitus: quod contingit in tali materiæ prohibitione. Cum enim voluntas ferri nequeat in obiectum incognitum, non vult votum penitus ignoratum irritare. Atque ita docent *Caietanus 2. 2. q. 88. a. 8. dub. 2. §. Ad obiectionem vero: & sum. verb. Votum, c. De quatuor conditionibus, ex parte vouentis requisitis, §. Imperfectio autem etatis. Armilla verb. Votum, n. 7. Sotus l. 7. de iust. quæst. 3. art. 1. col. 8. vers. At vero rursus. Nauarr. sum. c. 12. n. 69. Alcozer sum. cap. 16.* vbi de voti irritatione in genere, *concl. 3. fol. 54. fin. Angles floribus 2. p. q. de voto a. 7 diffic. 3. Aragon 2. 2. q. 88. a. 8 diffic. 1 concl. 3. Valentia 2. 2. disp. 6 q. 6. de voto punct. 6. qu. 2. Manuel 2. tom. sum. c. 89 n. 3. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 48. §. Vota religiosorum. Graffis 1 p. decis. l. 2. c. 29. n. 7.* 2

Sed dubitabis, num sufficiat petere licentiam à superiore votum exequendi, eo tacito, vt superiore negante licentiam, voti tamen ignaro, censeatur pro tunc votum suspensum, atque adeò subditus ab impletione excusetur? Quidam censent id non sufficere, sed teneri subditum detegere votum superiori, petereque ab eo licentiam illud exequendi, vbi sine licentia impleri nequit. Vt si religiosus aut vxor peregrinationem voueat. Quia tenetur petere licentiam vt votum illud exequatur, & quantum in se est, ad id operam suam adhibere. Ergo tenetur ad hoc medium, quod est certius. Nam facilius superior voti conscius licentiam concedet, quam fortè negaret illius ignarus. Sic tenent *Caietanus summa verb. Votum, cap. de conditionibus quatuor ex parte vouentis, §. Imperfectio autem ætatis. Sotus, Armilla, Angles, diffic. 2. allegati n. præced.* & hoc dicit esse tutius *idem Caietan. 2. 2. quæst. 88. a. 8. dub. 1. fine*, aitque hoc esse regulariter amplectendum. Idem tenet *Graffis 1. part. decision. l. 2. cap. 27 n. 2.* & dicit esse consultius *Lud. Lopez 1. part instruct. cap. 48. §. Vtrum quando*, & appellant tutius, illud sequentes, *Valentia, Aragon concl. 1.* quos num. præced. retuli. 3

Secunda conclusio sit. Subditus emittens votum rei, quam absque superioris licentia exequi nequit, tenetur ex vi eiusdem voti, antequam sit in mora illud implendi, petere à superiore licentiam exequendi rem promissam, nisi voti irritationem petat. Et in hac conclusione conuenimus cum sententia allegata nu. præced. & vltra DD. ibi relatos, eam tenent *Manuel 1. tom sum. c. 89. num. 3. Vega 2. tom. sum. cap. 119. casu 90.* Idem videtur tenere *Syluester Votum, 3 q. 3 dict. 5* asserens subditum teneri facere quod in se est, vt impleat votum rei prohibitæ: & consonat, quod docent *Palud. 4 d. 38 q. 4. a. 2. concl. 3. n. 21. D. Antonin. 2. p. tit. 11. cap. 2. §. 6. vers. Primo ergo. Syluest. Votum, 3 q. 1. n. 1.* nimirum, Episcopum promittentem ingredi religionem, quod sine Pontificis licentia exequi non potest, teneri petere ab eo licentiam exequendi. Et probatur, quia cum votum illud impleri nequeat absque superioris licentia, vanum & irrisorium esset, nisi obligaret ad eam licentiam postulandam. Deinde, quia obligans se ad aliquem finem, subinde obligat se ad ea media, sine quibus finis ille comparari nequit, ne vana sit ea promissio. 4

Temperant aliqui conclusionem, (& bene) si materia esset prohibita, nec absque licentia posset mandari executioni, tempore quo votum factum est: secus quando tunc erat permissa, nec opus erat licentia ad exequendum, & postea superior prohibet, vt si religiosus aut vxor voueat ieiunium aut preces aliquas, & mox superior aut vir voti ignarus prohibeat, tunc enim subditus non tenetur ex vi voti petere licentiam, licet prohibitio non specialiter dirigatur ad ipsum: vt si dicat superior, Nolo vt aliquis ieiunet me inconsulto. Ratio est, quia votum non obligat vltra vouentis intentionem, tacitam aut expressam; at nec tacita, nec expressa vouentis intentio fuit, obligandi se ad petendam eam licentiam, vtpote quæ necessaria minimè erat. 5

Quare

Quare excusabitur subditus ab eo voto implendo, durante subiectione illi superiori, & prohibitione: reuiuiscet autem obligatio cessante subiectione illi superiori, aut cessante prohibitione. Quia votum illud non erat irritatum: iuxta dicta num. 3. sed suspensum. Sic *Aragon* 2.2.q.88.a.8. *diffic.1.concl.3.* & aliquantulum confusè dicunt *Manuel 2.to. sum. cap.89.num.3.& Vega 2.tom.sum. cap.129. casu 90.* qui duo bene limitant, nisi quando subditus vouit, intenderet se obligare non obstanti prohibitione futura prælati: tunc enim ea secuta, tenebitur petere licentiam, sicut diximus num.præced. teneri, quando prohibitio præcedit votum. Quia cum tunc votum non possit impleri secuta prohibitione, nisi petita licentia, vouens quia in eo euentu voluit se voto astringere, consequenter voluit medium necessarium, quale est licentiam petere.

6 Hinc sequitur temperandam similiter esse conclusionem, vt cum tempore voti emissi materia erat prohibita, tenetur subditus petere licentiam: si subditus norat rem illam esse prohibitam, vel non posse absque licentia impleri: si enim id ignorabat, non tenetur petere licentiam. Quia cum voluntas non feratur in obiectum incognitum, non fuit tunc intentio etiam tacita obligandi se ad petendam licentiam. Imò (vt bene docent *Aragon & Vega num. præced.allegati, & Manuel 2.to.sum.c.89.n.2.*) id votum non obligat, si taliter affectus esset subditus, vt si nosset prohibitionem, minimè vouisset. Quia ignorantia & error voluntatem auferunt. *l.Si per errorem, 15.ff.de iurisd. omn.iudicum.* Quando autem cum affectum non habuit, ligabit votum, at non tenebitur subditus licentiam petere, ob rationem dictam: sed cessante potestate illius superioris, aut prohibitione, ad illud implendum, tenebitur.

7 Tertia conclusio. Quamuis vt votum verè irritatum maneat, desideretur notitia voti in superiore irritanti: vt tamen non extinguatur, sed suspensa maneat obligatio voti, & excusetur subditus ab eius impletione, dum sibi denegatur licentia implendi, & durat prohibitio, satis est vt tacito voto petat subditus licentiam implendi, eaque minimè sibi concedatur: nec tenetur votum manifestare superiori, quo facultatem exequendi tribuat. Hæc est contra DD. allegatos nu.3. sed probatur, quia vouens solum obligatur ad implendam conditionem inclusam in voto, & qua posita manet integrum & validum totum votum. Id enim dumtaxat virtute clauditur in voluntate promittendi: sed hanc satis implet petendo licentiam, tacito voto. Quia conditio subintellecta in voto ea est, Si superior permiserit. Ergo ad nil amplius tenetur. Et confirmatur, quia vouens non tenetur efficere totum, quod in se est, quo votum impleat, sed id solum ad quod saltem tacitè & virtute se astrinxit per votum. At vouens rem prohibitam non subinde se obligauit ad detegendū superiori votum, sed dumtaxat ad petendam exequendi licentiam. Quod vel ex eo constat, quia in voluntate promittendi non includitur virtute voluntas obligandi se ad omne medium conferens, vt res promissa fit apta materia voti, sed ad media cōmunia, & natura sua sufficientia ad id, quale est petere licentiam, etiam tacito voto. Et ideo hanc sent. tuentur *Caietan.2.2.q.88.a.8.dub.2.§. Ad hoc dicitur. Nauar.sum. c.12.num.69. Canus*, quem refert dicens hoc esse probabile, *Lud.Lop.1.p instruct c.48.§.Verum quando.* Et communiter Neoterici hanc partem sequuntur.

8 Quarta conclusio. Subditus qui vouit rem, ad quam explendam desideratur licentia superioris & semel petijt, estque sibi denegata, tenetur, quando prudentia suadebit, iterum petere, aut manifestare votum quo irritetur. Quia cum votum illud superiori incognitum, adhuc semel negata licentia vim obligandi habeat, vtpote quod non irritatum, sed suspensum dumtaxat erat: obligabit ad petendam iterum implendi licentiam, quando prudentia dictauerit tempus esse opportunum. Quia obligatio petendi licentiam extenditur ad tantum tempus, ad quantum se extendit obligatio illius voti, vnde cum hæc duret, durabit & illa. Sic *Caietan.sum. verb.Votum, c.De 4.conditionibus requisitis ex parte vouentis, §. Imperfectio autem ætatis. Armilla verb. Votum, num.7.* Vnde si licentia non fuit denegata in perpetuum, sed pro termino certo, eo transacto tenebitur iterum petere. Quod si aliquis prælatus aut superior omnino & simpliciter negaret illi subdito licentiam, dicens se nolle vt vnquam impleat: dicunt aliqui Neoterici, non teneri eum amplius petere licentiam ab eo, vel à superiore successore. Ducuntur, quia non videtur illum teneri nisi ad petendam semel licentiam pro toto tempore, quo votum obligat, id enim satis est vt illa materia promissa sit apta voto emittendo. Item quia cum materia sit prohibita absolutè & omnino, non obligat amplius votum, non quidem per ipsius irritationem, hæc enim non est nisi voto cognito, sed per subtractionem materiæ. Sed cum *Caietano & Armilla proximè citatis*, dicentibus absque hac distinctione esse iterum petendam licentiam, sentio. Quia cum ea prohibitio superioris, non sit per modum constitutionis, non est perpetua, sed cessante illius superioris potestate, eius mandatum extinguitur, vt bene docent *Sylvester verb.Mandatum, quæst.3.fine. Aragon 2.2.q.88.a.8.diffic.1.conclus.3.* Quare votum, quod tantum suspensum erat, reuiuiscet finita ea subiectione, vnde sicut nulla alia subiectione succedente, obligabit statim votum, ita succedenti alio superiori, obligabit ad iterum petendam licentiam. Quia in vtroque euentu cessat impedimentum. Et confirmatur, quia illa prohibitio est temporalis tantum, nempe, pro tempore subiectionis illi superiori: & obligatio petendi licentiam durat, dum voti obligatio non est extincta. Constat autem in hoc casu non esse extinctam obligationem. Quia eo superiori concedenti licentiam, rursus votum obligabit. Tandem, quia non est verum satis esse semel petere licentiam, vt materia illa promissa sit aptæ voto emittendo: cum enim votum semel negata licentia vim obligandi retineat, subinde obligabit, vt curetur iterum petita licentia, cessante impedimento illo, materiam fieri aptam.

Id tamen monuerim. Quoties tota hac disputatione 9
dixi petendam esse iterum licentiam votumque cessante prohibitione reuiuiscere: id accipiendum esse, nisi votum sit in honorem temporis, eiusque onus. Tunc enim transacto tempore obligationis, extinguitur omnino votum, non per irritationem: sed quia eius obligatio erat tempori illi annexa, verbi gratia, vouit vxor ieiunare Vigilia Corporis Christi; cùm vir prohibuerit antea ieiunium, vel vouit peregrinationem Romanam anno sancto Iubilei, petiuit licentiam tacito voto, eamque vir denegauit, non tenetur ea die ieiunare, nec illo anno peregrinari, si duret adhuc matrimonium, nec iterum petere licentiam. Quia denegata est pro toto tempore obligationis, & transacto eo tempore iam extinctum est votum. At ea non fuit irritatio, quæ ab ignorante nunquam efficitur (vt dixi nu.2.) quare si intra eandem diem, cum possit adhuc ieiunari, vel intra eundem annum, remanente sufficienti temporis spatio ad peregrinationem illam commodè peragendam, vir concederet licentiam, obligabit votum. Quod secus esset, si per irritationem esset extinctum.

Tandem videndum est, quando prohibitio materiæ 10
facta per superiorem, voti subditi conscium ac memorem, sit irritatio, quandóve suspensio. Qua in re sic distinguendum arbitror: Si prohibitio illa materiæ fuit in perpetuum, qualis est, Nolo vt vnquam facias; est manifesta irritatio. Quia nullo modo fortiri posset suum effectum voluntas illa, nisi votum irritando. Si enim esset sola suspensio, cessante superioris illius potestate reuiuisceret obligatio. Imò idem aio, si sic diceret superior, Nolo vt facias. Quia cum oratio negatiua absque temporis limitatione fit, comprehendit omne tempus: iuxta regulam Logicam, Negatio est malignæ naturæ, quæ quidquid post se inuenit, destruit. Item, quia vota subditi habent tacitam conditionem, si sint de rebus licitis, ipsis, nisi superior contradixerit: si autem de prohibitis, si superior licentiā concesserit (vt de mente D. Thomæ explicat

tat be ne *Caietanus 2.2. quæst. 88. artic. 8. dub. 1.* quem reliqui Theologi sequuntur.) Sed in casu præsenti, quando superior voti conscius ac memor, dicit subdito, se nolle vt impleat, cessat prorsus conditio subintellecta in voto, & ex certa scientia superioris potentis irritare. Ergo verè irritat. Deinde, quia idem colligitur ex c. 30. *Num.* ibi: *Sin autem statim vt audierit, contradixerit pater, & vota & iuramenta eius irrita erunt.* Vbi sola contradictio reputatur irritatio voti. Et huius sententiæ videtur *Caietan. sum. verb. Votum, t. De conditionibus quatuor ex parte vouentis requisitis, §. Imperfectio autem ætatis: & ibi Armilla n. 7.* vbi hæc dicunt: *Quando subditus fecit votum de prohibito, & manifestat superiori votum, si illi placet, tenetur exequi; si non placet, irritum est votum.* At satis indicat superior displicentiam, dicunt subdito, se nolle vt faciat. Et clarius *Armilla eo verb. Votum, nu. 12.* vbi hæc ait: *Sat est voluntas irritantis & nolentis votum, valere. Vt si vir dicat vxori, Nolo vt facias tale quod vouisti statim votum non valet.* At quando superior non ita absolutè explicuit suam voluntatem: vt si ita dicat, Nolo vt pro nunc facias: quod vulgò dicimus, *Dexad loper aora*: non videtur irritatio voti, sed suspensio. Quia irritatio non est ad tempus, sed in perpetuum cassat obligationem. Deinde, quia potest finis intentus obtineri, nempe, vt ille pro tunc excusetur à voti impletione, & superior præcipiens nõ peccet, suspẽdendo dumtaxat votum. Quare verba illa; si aliquantulum dubia sint, interpretanda sunt in voti fauorem, vt illud quam minimè fieri possit, lædant. Ne in dubio priuetur possessione obligandi, in qua est. Vnde fit vt in hoc euentu, si votum illud non sit onus temporis, teneatur subditus eo tempore transacto, aut votum implere, si sit de re permissa: aut petere licẽtiam ad implendam, si de re prohibita sit. Si autem sit onus temporis, non tenebitur, nisi intra tempus implendi, superior licentiam cõcedat, iuxta dicta num. præcedenti. Quod si superior facto ipso veniat contra votum subditi, quod irritare potest, memor voti illius, aut si immemor, admonitus, & actu illo momentaneo frangi debeat à subdito parente præcepto superioris, censetur pro illa sola vice irritare, si votum habeat tractũ successiuum, vt si vir fecerat copiam vxori vouẽdi omnimodam castitatem, quoad petitionem & redditionẽ, & mox voti memor, debitum petat, non est irritatio absoluta voti illius, sed pro illa vice; & melius adhuc dicitur esse suspensionem voti, & ita illa vice vxor reddens non peccabit, siue vir peccarit suspendendo, aut irritando, quia defuit causa, siue non peccarit (vt diximus disput. 36. n. 7.) Dixi autem potius esse suspensionem. Quia suspendendo consequitur vir suum intentum, nempe, vt mulier ei reddat absque peccato: & minus læditur obligatio voti. Quia si esset irritatio, statim ac vir petiit debitum non obligaret votum, licèt vir desisteret: at si est suspẽsio, obligaret vtique. Sed dices, quorsum esse licentiam illam vouendi omnimodam castitatem, etiam quoad redditionem, si quoties vir petit debitum, censetur irritare, aut suspẽdere votum pro illa vice: & sic vxor tenetur reddere? Dic deseruire ad hoc, nam data ea licentia, non est viro integrum absque causa iusta petere, & ita reuocare votum pro illa vice, sed peccabit mortaliter, quamuis factum teneat (vt diximus disp. 40. nu. 17.) quod secus esset, vbi absque sua licentia factum esset.

11 Ad argum. num. 1. proposita resp. Ad 1. die illud verbum, *& irritas fecerit promissiones*: declarare verbum præcedens, *contradixerit*, quasi dicat Scriptura sacra esse irritationem, si vir contradicat: & ita paulo ante dixerat, *Sin autem contradixerit pater, vota & iuramenta irrita erunt.* Ad 2. & confirm. constat ex dictis n. præcedenti, vbi enim est sola materiæ prohibitio ad tempus, verba sunt ambigua, & obtinetur intentum suspendendo: & ita est sola suspẽsio: vbi autem prohibitio est absoluta, secus est, (vt ibi explicui) & ideo est irritatio.

DISPVTATIO XLIV.

VTrùm delectationes morosæ in actu coniugali cogitato tanquam præsenti, quando alter coniux est absens, aut non est animus habẽdi copulam, tactus, aspectus, confabulationis turpes inter coniugatos, secluso pollutionis periculo, licita sint, quamuis ob impotentiam, vel aliquod impedimẽtum, non liceat illis actui coniugali vacare?

SVMMARIVM.

Quot sint quæstionis dispu tandæ, n. 1
An extra actum coniugalem liceat coniugibus delectari in illo, tanquam præsenti cogitato? Refertur quædam opinio, n. 2.
Non est mortale sic delectari, n. 3.
Quid si adsit commotio & alteratio in parte sensitiua, n. 4.
Est culpa venialis, n. 5.
Quid, si coniux in copula dirigit cogitationem ad aliam seminam? remittitur, n. 6.
Soluuntur argumenta, nu. 7.
Tactus licent coniugibus, quando referuntur ad copulam, secluso periculo pollutionis, n. 8. & ibi, idem, quando ad vitandam fornicationem.
Si intendatur maior voluptas in copula, sunt culpa venialis, n. 6.
Oscula & amplexus non relata ad copulam, sed tanquam amoris indicia, sunt coniugibus licita, n. 10.
Quid, si nullo modo tactus referantur ad copulam? Refertur opinio, n. 11.
Adhuc non sunt culpa lethalis, sed venialis, nisi ad vitandam in se vel in alio fornicationem, n. 12.
Quid, de aspectibus, & verbis turpibus inter coniuges? n. 13.
Quid, si vir intromittat membrũ in fœminã, vel in vas præposterũ, nõ animo ibi consummandi, vel tangat membro superficiem illius vasis? Remissiuè, n. 14. & sic remissiuè quando in loco sacro, vel coram aliis.
Quid de coniuge semetipsum tangente? Refertur quædam opinio, nu. 15.
Sententia auctoris, n. 16.
Quid, si se tangat scitus fore vt præueniat semen fœmineum, vel semina quia nondum seminarat, se tactu prouocet, vbi vir membrum extraxit? Remissiuè, n. 17.
Soluuntur argum. nta, n. 18.
An quando rationes impedimenti non est licitus actus coniugalis, liceant delectationes & tactus? Refertur duplex sententia, n. 19. & 20.
Licita sunt, quorum ob extrinseco, & per accidens, vt ob periculum salutis, abortus, vel ob aliam causam, quæ ex se copulam non prohibeat, illa est illicita, n. 21.
Quid, vbi impotentia supernenit matrimonio, n. 22.
Quid, quando ratione affinitatis aut cognitionis interdicta est copula, nu. 23.
Quid, quando est dubium de valore matrimonii, n. 24.
Quid, quando vterque coniux, vel alter voto castitatis est astrictus, n. 25.
Quid si alter aut vterque coniux nouerat se non petiturum, n. 26.
Soluuntur argumenta, n. 27.

HACTENVS egimus de actu ipso coniugali, quando liceat necne. Iam de morosis delectationibus, tactibus, aspectibus, turpibusque confabulationibus inter coniuges, agendum est. Et in præsenti disp. quando non est pollutionis periculum: in seq. verò, vbi id periculum reperitur. Triplex ergo inuoluitur quæstio hic disputãda. Prima, de delectationibus morosis inter coniuges. Secunda, de tactibus, aspectibus, confabulationibusque turpibus inter ipsos. Tertia, de omnibus his inter ipsos, quando impediti sunt ne coire possint. 1

QVÆSTIO prima. Vtrùm liceat coniugibus morosè delectari secluso pollutionis periculo, in copula cogitata tanquam præsenti, dum absentes sunt, aut eo tempore, & in loco, in quo copulam exercere non possunt? Aliqui cẽsent esse culpam mortalem. Ducuntur, quia delectatio venerea non intenta ob bonum prolis, nec in ipsum relata, omnibus interdicitur sub culpa lethali. Et confirmatur, quia ea delectatio est quasi incepta seminis effusio, ad illamque tendit: cum ipsam comitetur membrorum generationi inseruientium commotio. Hæc autem est lethalis extra copulam coniugalem. Secundò, quia de similibus idem est iudicium, & idem iuris in illis obtinet, *cap. 2. de translat. Episcopi, vers. Sicut autem Episcopus:* vbi *gloss. verb. Idem iuris*, adducit alios textus concordantes. At in vidua ea delectatio est mortalis: ergo & in coniuge: vbi non est opportunitas & voluntas copulæ habendæ. 2

Eadem enim est ratio, cum neutra delectatio in copulam licitam referatur. Sic docét *Sylvester verb. Delectatio, q. 2. Navar. c. Si cui, de pœnit. d. 1. n. 6. & summa, c. 16. n. 10. Petrus de Soto* (quamuis subobscurè, nec explicans esse mortale) *l. de institut. sacerd. tract. de discrimine peccat. lect. 9. §. penult. Corduba l. 1. quæstionar. q. 23. dub. 12. fin. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 75. §. Hinc perspicuum. Manuel Rodriguez. to. 1. sum. in 2. edit. c. 212. num. vlt. & Nider summa præcepto 9. c. 4. dub 5. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. d. 4. c. 18. Emman. Sa summ. verb. Luxuria, vers. Delectatio de peccato, Vega 1. to. sum. c. Stat. casu 2. fine.* Addit *Sylvest.* idem esse quando coniux, qui sic delectatur, non habet animũ accedẽdi ad coniugem. Quia eadem militat ratio. At fatetur licitam esse delectationé, quæ est in volũtate, dummodo non transeat ad partem sensitiuam. Et *Navarrus & Corduba* dicunt idem esse, siue ea delectatio morosa sit de copula habita, siue de habenda, cogitata quasi præsenti.

3 At multo verius est non esse culpam lethalem. Primò, quia consensus in delectationem nequit grauior esse culpa, quam consensus in actum de quo capitur, teste *D. Augustin. l. 12. de Trinit. c. 11. to. 3.* Et constat: nam talis est delectatio, quale obiectum, vt docet *Aristoteles l. 10. Ethicor. c. 4. & 5.* Sed copula de qua est ea delectatio, est licita inter coniuges. Ergo ex hac parte non est culpabilis delectatio. Quod si desideretur dubius finis talis delectationis, nempè, bonum prolis per copulam coniugalem intẽtum: defectus finis debiti solam culpam venialem constituit (vt diximus disp. 8. n. 8.) Non ergo est culpa lethalis. Secũdò, quia sicut matr. efficit ne tactus extra copulã, & ad illam non relati, sint culpa lethalis (vt dicemus nu. 12.) sed sola venialis, defectu legitimi finis: ita idem effi iet circa delectationem sensitiuam copulæ cogitatæ ac præsẽtis. Quia eadem est ratio. Tandem quia *D. Chrysost. hom. 17. in Matthæum, in ea verba, Qui viderit mulierem:* admittit licitum esse delectari aspectu vxoris præsentis, etiam absq; animo copulæ habẽdæ. Ergo non erit mortale delectari cogitatione vxoris absentis. Cùm enim vtrobique delectatio ad copulam non referatur, quæ sola posset esse ratio culpæ lethalis: mihi refert præsentem absentémve esse vxorem. Et ideo huius sent. videtur apertè *D. Thom. qu. 15. de malo, artic. 2. ad 17.* vbi absolutè ait non esse mortalem hanc delectationem in coniugatis, sicut nec ipsum actum, quamuis non explicet an in absentia. Tenentq; expresè *Paludanus 4. d. 9. quæst. 3. a. 1. num. 7. Gerson 2. p. tract. de pollut. diurna, notabil. 7. alphab 38. let. D. Caiet. sum. verb. Delectatio morosa, §. Secundum. An delectatio, vers. Tertio quod vir: & 1. 2. quæst. 74. a. 8. circa solut. ad 4. D. Anton. 2. p. tit. c. 1. §. 6. fine, Rosella verb. Delectatio. n. 3.* vbi *Armilla n. 4. Tabiena verb. Cogitatio morosa, fine, & verb. Luxuriosus, quæst. 8. § 9. Vgolinus l. initit. c. 3. §. 5. vers. 5. ad fin. Nieua sum. tit. 105. ad finem. Medina 1. 2. q. 74. art. 8. statum in principio, & ibi Zumel. disp. 4. dub. 3. ad finem, & ibi Vasquez disp. 113. n. 2. & 3.* & communiter Neoterici.

Idem asserendum est, quamuis ex ea delectatione con-
4 surgeret membri pudendi commotio & alteratio, absq; pollutionis periculo. Non enim esset culpa lethalis, consensus in illam. Quia matr. excusans à culpa mortali delectationem sensitiuæ partis, subinde quoque excusat commotionem illam naturaliter ex ipsa consurgentem. Ita *Vasquez d. disp. 113. n. 4.*

Est autem culpa venialis, consensus in eam delectatio-
5 nem. Quia caret debito fine, ad quem actus coniugalis à natura ipsa dirigitur. Vt explicui n. 3. Et ita sentiunt *Palud. n. 6. Caiet in summa, Medina, Zumel, Vasquez ibid. citati.*

Qualis autem culpa sit, dum coniux in copula cogita-
6 tionem dirigit in aliam feminam, dixi disp. 17. n. 6.

Ad argum. nº. 2. proposita resp. Ad 1. dic antecedens esse verum, vbi non adest matrimonium: eam delectationem venereã à culpa mortali excusatus, vel illa capitur in cogitatione concubitus non coniugalis cogitati. Ad cõfirm. dic ordinari ad coitum cum proprio coniuge, & seminis emissionem intra legitimum vas: atq; id sufficiens esse, ne sit mortalis culpa, quamuis tunc copula non possit haberi. Ad 2. disparitas est manifesta. Quia viduæ est tunc prohibitus coitus, & subinde delectatio sensitiua cogitationis illius: & deficit matrimonium, quod vtrumque excusat. Quæ secus se habent in coniugatis.

QVÆSTIO II. An tactus, aspectus, & verba turpia inter 8
coniuges, licita sint, seclusa pollutionis periculo? Aliquæ conclusiones sunt certiores. Prima conclusio sit. Quando tactus non quæruntur propter voluptatem, sed ad præparandum se ad copulam coniugalem, vacant culpa. Quia licitum est iuxta naturam ad actum concessum ordinantiq; in finem natura ipsa tactibus destinatum, & ob quem in ipsis voluptatem constituit. Atque ita fatentur *Palud. 4. d. 31. qu. 3. ar. 2. num. 17.* vbi *Maiorii q. vn. argum. contra 6 conclu. Supplem. Gabr. ibi, qu. vn. art. 3. dub. 2. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 20. § 6. Sylvester verb. Debitum, q. 9. nu. 7.* vbi *Rosella n. 11. Armilla n. 8. Cajetan. summa, verb. Matrimonium, 6. vlt. §. vlt. Victoria summa, de matrim. n. 27. 4. Sotus 4. d. 31. q. vn. a. 4. fin. Graffis 1. p. decis. lib. 2. cap. 82. n. 21. Petrus de Ledesma de matrim. qu. 49. a. 6. fine.* Idem dicendum est, si coniux his tactibus vtatur ad sedandam carnis tentationem, vitandamq; fornicationem in se vel in socio. Quia finis est bonus, & ad ipsum ordinatur matrim. Sic *Palud. D. Anton. Rosell. Sylvest. ibidem.*

Secunda conclusio. Si tactus illi referantur ad maiorem 9
voluptatem in ipsa copula captandam, sunt culpa venialis. Quia & copula ipsa coniugalis ob eum finem exercita, venialis est (vt dixi disp. 11. n. 4.) Sic *Palud. D. Anton. Sylu. Sotus, Petr. de Ledesma, citati n. præc.*

Tertia conclusio. Si in osculis & amplexibus nullus a- 10
lius finis intendatur, quam mutui amoris indicia sibi ipsis coniuges præbere, nulla est culpa. Quia huiusmodi tactus ad id quoque à natura instituti sunt. Sic *Sotus, Petrus de Ledesma Graffis n. 8. allegati.* Et constat, quia sponsis de futuro sunt sic liciti, vt disp. 46. n. 51. dicam.

Punctus autem difficultatis eo pertinet, an tactus inter 11
coniuges ob solam voluptatem in ipsis captãdam, absque animo perueniendi ad copulam, sint mortale peccatum? Affirmant quidam. Quoniam omnis actus venereus non relatus ad copulam est mortalis. Sic docent *D. Anton. Syl. citatus n. 8. Margarita confess. 6. præcept. f. 88. casu 7. Humada super l. 2. t. 1. p. 1. glo. 2. nu. 1. & Sylvester* id tribuit Paludano: sed immerito, quia *Palud. n. 8. relatus* loquitur quando est pollutionis periculum. Et hos tactus quando valde sunt impudici & enormes, esse mortales asserit *Alexand. in suo Euchirid. præcept. 6.* vbi de tactibus impudicis, §. *Si in propria.*

At procul dubio dicendum est, solam esse culpam ve- 12
nialem. Quia voluptas illa venerea non quæritur extra matrimonium, sed in actu suapte natura ordinato ad matrimonii actum. Quare sicut matrimonium excusat actũ copulæ inter coniuges à culpa lethali, ita similiter excusabit tactus illos: & sola manebit culpa venialis indebiti finis (vt de morosa delectatione dicebã n. 3.) atq; ita docent *Rosella verb. Debitum, n. 12.* vbi *Angel. n. 26. Armilla n. 8. & verb. Impudicitia, n. 3. Cajetan. 2. 2. q. 154. a. 4. §. In respon. ad 2. & sum. verb. Impudicitia, & ver. Matrim. c. vlt. §. Abulensis, c. 5. Matth. q. 197. Victoria, Sotus, Graffis, citati nu. 8. Medina 1. 5. de sacror. hominum contin. c. 77. Bart. à Ledesma de matr. dub. 28. fin. Vasquez 1. 2. q. 74. a. 8. d. 113. n. 3. & 4. Nieua sum. titu. 87. & 90. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 249. n. 9. Vivald. candel. sacrament. 1. p. de matr. n. 260.* Et idẽ docent alii generaliter & indistinctè tactus inter coniuges à lethali culpa excusantes, quoties nõ adest pollutionis periculum. Hi sunt *Ledesma 2. p. 4. q. 51. a. 6. propos. 8. Oviedo 4. d. 31. q. vn. propos. 3. Angles floribus 1. p. de matri. q. 5. de bono illius, in fin. Medina l. 1. sum. c. 14. §. 18. Emm. Sa summa. verb. Luxuria, 9. Oscula & tactus.* Quando autem nõ voluptas, sed cuitatio fornicationis intẽditur, diximus n. 8.

Ex dictis infertur, idem dicendum esse de aspectibus 13
verbisque turpibus, inter coniuges absque pollutionis periculo. Numquam enim sunt peccata mortalia, sed erunt venialia, si ad voluptatem; licita autem, si ad prouocandum se ad copulam referantur. Sicut de tactibus diximus. Quia eadem est ratio: & matrim. omnes has delitias excusat à mortali.

Quid

14 Quid autem dicendum sit de tactu, quo coniux membrum virile in os feminæ, aut in vas præposterum intromittit, vel superficiem illius vasis tangit, non animo ibi consummandi, dixi disp. 17. nu. 4. & 5. De tactibus autem in loco publico, seu coram aliis, dixi disp. 15. nu. 2. In loco autem sacro, dixi eadem disp. 15. n. 15. & seq.

15 Maior autem difficultas est, si coniugatus se ipsum tangat propter voluptatem captandam absque pollutionis periculo? Nam aliqui censent esse culpam lethalem. Quoniam naturam tactibus prouocare, nec est actus coniugalis, cum minimè fiat cum coniuge, nec ad finem coniugii refertur: vt supponimus, non enim fit quo coniux ad copulam se præparet. Quare nullo modo reduci potest ad coniugium, vt à mortali excusetur. Citantur pro hac sent. *D. Antonin. Syluest. Margarita confess. relati num. 8.* sed non loquuntur expresse de tactu, quo se ipsum coniux tangit, sed de omnibus tactibus inter coniuges, quos generaliter mortales reputant, quoties non ordinantur ad copulam, vt retuli nu. 11. & reprobaui num. 12. At expresse eam tenent *Armilla verb. Impudicitia, num. 3. Vasquez 1. 2. q. 74 a. 8. disp. 113. n. 4.* Qui addit non esse mortale, quando fieret etiam absente coniuge, intentione coeundi cum illo, qui proximè venturus speratur. Imò si ad finem generationis referatur, nec esse culpam venialem.

16 Cæterum probabilius mihi est, solum esse culpam venialem. Quia cum tactus ille suapte natura indifferens sit: ad copulam coniugalem vel illicitam, possitque ad vnam vel alteram referri, nec ex intentione tangentis se à sua natura, & ab hoc ordine distrahatur, vt ad copulam illicitam ordinetur: non est cur de culpa lethali damnandus sit. Sicut nec morosa delectatio copulæ cum coniuge absente tribuitur culpæ mortali: eo quod referri potest suapte natura ad copulam coniugalem, licet actu non dirigatur. Nec dici potest eum tactum non esse actum coniugis, quia non habetur cum coniuge. Quoniam vt actus coniugis sit, non desideratur eum cum coniuge fieri, sed satis est vt ad coniugium præsens suapte natura ordinari possit, nec ab hac natura ex intentione illo vtentis deuiet. Et fauent huic sententiæ *Palud. 4. d. 31. quæst. 3. a. 2. Num. 17. & Lud. Lopez 1. p. instruct. ca. 87. fine*, vbi dicunt esse mortalem huiusmodi tactum, quando adest pollutionis periculum: & ita extra hunc casum non videntur damnare de mortali.

17 Vtrum autem sit mortale, quando vir se tangit, vt citius femina semen effundat, dixi disp. 17. num. 10. Et quid quando extracto membro virili, femina, quæ viro seminante nondum seminarat, se tangit, quo seminet: dixi eadem disp. 17. n. 11.

18 Ad argumenta resp. Ad propositum nu. 11. respondi n. 7. in fol. ad 1. Ad propositum n. 15. constat ex dictis n. 16.

19 QVÆSTIO III. An liceant delectationes morosæ & tactus coniugatis, quando ob aliquod impedimentum non licet actum coniugalem exercere? *Abulens. cap. 5. Matt. q. 197.* docet generaliter tactus inter coniuges esse mortales, quando actus coniugalis propter magnam deordinationem talis esset. Et potest probari. Quoniam talis est delectatio, quale obiectum, (vt probauimus nu. 3.) at tunc accessus ad coniugem est culpa lethalis.

20 Alii autem docti neoterici censent licere coniugibus delectationem partis sensitiuæ de coitu cogitato captam, etiamsi illis nec petere nec reddere liceat, quia mutuo cõsensu votum castitatis emisere: vel quia alter legitimè professus est, ad sacrosve ordines promotus. De tactibus autem distinguunt, dicuntque minimè licere tactus verè dorum partiumve illis vicinarum, nisi dum coniugi licet reddere, & exiguntur. Quia ij tactus reputantur, vt vnum moraliter cum vsu matrimonii. At cæteros tactus aiunt licere. Ducuntur, quoniam cum adhuc permaneat matrimonium, & copula sit solum illicita ob extrinsecam voti circumstantiam, non subinde illicita erunt delectatio & tactus. Hac enim ratione hæc licent, interdicta copula ob circumstantiam periculi morbi, aut aborsus extrinsecam. Secundò, quia ob id licet delectari in carnium esu in quadragesima, cum nunquam liceat in re ab intrinseco mala. Quia ab illo, vtpote qui ratione solius extrinsecæ prohibitionis Ecclesiæ est illicitus, potest præscindi malitia: ab hac vero, cum ab intrinseca rei natura malitiam habeat, separari nequit. At vsus illius matrim. non est ab intrinseco prohibitus, sed ratione circumstantiæ extrinsecæ voti. Ergo licebit in illo delectari.

Prima tamen conclusio sit. Quoties copula interdicitur coniugibus ob circumstantiam extrinsecam, quæ per se neutrum coniugem arcet ab vsu matrimonii, licita est talis delectatio appetitus sensitiui de copula cogitata, vt præsenti: liciti sunt etiam tactus, eo pacto quo liciti essent secluso eo impedimento. Vt si illicita sit copula propter notabile salutis abortusve periculum, aut similem causam. Prob. quia tunc suapte natura est licitus vsus matrimonii, & ab extrinseco prohibetur ratione charitatis aut pietatis, obligantium præcauteri damnum coniugis aut prolis: his autem virtutibus non aduersantur ea delectatio & tactus. Quandoquidem ex illis simili damnum nõ timetur. Ergo hæc non sunt prohibita. Et confirmatur, quia matrim. non tantum excusat à culpa coitum, sed etiam morosam delectationem, & tactus non relata ad copulam excusat à mortali, (vt diximus n. 3. & num. 12.) Ergo cum impedimento illi solius copulæ vsus opponatur, solus ille reddetur illicitus. Tandem, quia in loco publico coniuges miscerì nefas est: nemo tamen damnabit delectationem internam sensitiuam ibi habitam de copula coniugali cogitata. Quia non aduersatur honestari naturali, ratione cuius copula est illicita. Vnde fit in eo euentu tactus & delectationem non esse mortalia secluso pollutionis periculo: at delectationem esse venialem: quia caret debito fine. Tactus autem esse veniales, si ob delectationem habeantur: licitos autem, si ad conciliandum amorem, vitandamve incontinentiam, fiant. Vt de illis diximus n. 3. 5. 8. 10. & 12. quando non adest id impedimentum. 21

Hinc infertur, idem asserendum esse, quoties est physicum impedimentum ad copulam. Vt si impotentia coëundi superueniat matrimonio contracto. Quia eædem rationes militant. Et id probauimus disp. 17. n. 6. 22

Secunda conclusio. Idem dicendum est, quando concubitus est interdictus ratione alicuius præcepti Ecclesiæ: vt si coniux contraxit affinitatem cognationemve cum altero coniuge, ratione cuius arcetur à debiti petitione: vel si vterque similiter eam contraxit. Ratio est, quia adhuc impedimentum est extrinsecum, & arcens à copula in pœnam delicti admissi (vt probauimus disp. 50. n. 1.) Cùm ergo res sit pœnalis, non est extendenda ad delectationem & tactus, vt similiter illa prohibet. 23

Tertia conclusio. Quoties coniugi interdicitur debiti petitio, eo quod sit dubius de valore matrimonii, est peccatum mortale delectatio partis sensitiuæ de copula cogitata. Quia matrimoniũ eam delectationem cohonestans, est dubium, ac proinde dubia etiam est honestas illius delectationis. Nec aliunde ius possessionis præponderatur, sicut nec ad debiti petitionem. Nec licebit etiam prædicta appetitus sensitiui delectatio de actu redditionis debiti cogitato, sub conditione, si petatur: secus de actu complacentiæ, & gaudii in voluntate. Nam quamuis liceat reddere debitum posita ea conditione, si petatur. At sicut ea nondum posita minimè licet copula, ita nec delectatio sensitiua. Sicut soluto fas est in voluntate concipere delectationem aut gaudium de accessu ad mulierem, si esset sua, non tamen in appetitu sensitiuo. Quia delectatio in hoc consurgens oritur ex vehementi commotione spirituum vitalium subseruientium generationi: & proinde est quasi inchoatio coitus præsentis, qui illicitus est: cum conditio minimè adsit. Deinde, quia actiones appetitus sensitiui non feruntur in obiecta sub conditione aliqua, sed absolutè. Illa enim spectant, vt proponuntur ab imaginatiua, quæ nequit conditionem apponere, aut præcindere rationem communem à particulari, 24

Atque ita delectatur appetitus sensitiuus de illo actu inpendenter à conditione. Quod bene explicat *Caietan. to.1. opusc. tract.14. de delectat. morosa, dub.1.* Similiter tactus in his sunt mortales, nisi habeantur in gratiam alterius coniugis tacitè vel expressè petentis debitum. Tunc enim spectant ad redditionem debiti. Et constat ex eadem ratione. Sed obijcies, Sicut dubius de matrimonij valore, caret iure iustitiæ, ad petendum: ita qui contraxit affinitatem aut cognationem cum coniuge: & vtrique fas est reddere. Ergo vel vtrique permissa sunt delectatio illa & tactus: vel neutri. Sed dic, illum priuari eo iure ab intrinseco, & ex natura rei propter dubium de matrimonij cohonestantis actum valore: hunc verò ab extrinseca Ecclesiæ prohibitione in admissi delicti pœnam. Quæ extendenda minimè est vltra terminos, in quibus loquitur. Vt explicuimus nu. præce-

25 Quarta conclusio. Mihi est multo probabilius contra sententiam num. 20. relatam, quando ratione voti non licet coniugi petere nec reddere, nullo modo esse licitam delectationem partis sensitiuæ, aut tactus, sed culpam esse lethalem aduersus votum. Quando autem sola debiti petitio interdicitur ratione voti, dicendum etiam est, minimè licere prædictam delectationem partis sensitiuæ, etiam de redditione concepta sub conditione, si petatur: secus de gaudio, & delectatione voluntaris, sub ea conditione: & similiter non licere tactus nisi ad expressam vel tacitam alterius petitionem: sed omnia hæc esse peccata lethalia contra votum. Sicut explicui nu. præcedenti. Ducor, quoniam vouens absolutè castitatem, tenetur in quãtum potest, abstinere ab omnibus illis, quæ castitati aduersantur, solumque illi permittitur id ad quod lex iustitiæ matrimonij obligat. nempe reddere debitum, quando solus ipse vouit, sed seruata lege matrimonij potest abstinere ab illa delectatione, & à tactibus dum non petuntur. Ergo tenetur. Et confirmatur, quia si vouisset se ab ea delectatione & tactibus abstenturum, nisi ad alterius petitionem, teneretur vtique: cum votum sit de re honesta, & sibi licita. At vouens absolutè castitatem, promittit abstinẽtiam ab his. Vt bene docet *Vasquez 1.2. quæst. 74. artic. 8. disp. 112. num. 10.* Quod inde constat, quia hæc aduersantur castitati. Et ita si solutus vouens castitatem delectetur morosè in re venerea, vel libidinosos tactus habeat, est reus voti. Secundò, quoniam longè dispar ratio est de aliarum rerum delectatione, quæ ex circumstantia extrinseca sint malæ, vt quando actus coniugalis est malus ob salutis periculũ, vel ratione loci publici, aut affinitatis cãrnalis. Quia illa delectatio vel tactus non opponuntur illi circumstãtiæ extrinsecæ. At hic directè opponũtur voto extrinseco. Quod obligat ad abstinendum ab omnibus venereis, & consequenter ab his. Tandem, quia si his licent coniugibus cæteri tactus, nescio cur neoterici illi nu. 20. relati id negant de impudicis. Cùm ex se permissi illis sint secluso pollutionis periculo, & solum ratione extrinseci voti prohibeantur, sicut & alij tactus. Nec verum est reputari idem moraliter cum copula. Nam omnibus coniugibus effectis impotentibus post matrimonium, vel affinibus, vel cognatis, vel vbi est periculum notabile salutis, vel abortus, licent ij tactus: vt probauimus n. 21. 22. & 23. Cùm tamen copula ipsa minimè liceat.

26 Vltima conclusio. Si aliter vel vterque coniux vouisset solum se non petiturum debitum, omnia hęc illis licerent. Quia non aduersantur illi voto, quod solum interdicit debiti petitionem: & ex alia parte sunt ex sua natura illis licita ratione matrimonij.

27 Ad argum. propositum n. 19. dic talem esse delectationem, quale est obiectum secundum se, & ab intrinseco: secus quando ab extrinseca circumstantia malitiam habet, cui circumstantiæ delectatio non aduersatur. Quod contingit hic, vt explicuimus num. 25. Ad 1. argum. ex propositis nu. 20. constat ex dictis num. 21. 23. & 25. Quia in casu periculi morbi, aut affinitatis contractæ, delectatio & tactus minimè opponuntur circumstantiæ extrinsecæ, ob quam redditur vitiosa copula coniugalis: secus in casu voti. Ad 2. dic maiorem propositionem esse veram quando delectatio illa rei malæ ab extrinseco nullã aliam malitiam haberet, quam redundantem ex ipsa obiecti malitia. Quod hic non contingit: est enim mala propter specialem illius voti extrinseci obligationem, cui directè aduersatur.

DISPVTATIO XLV.

Vtrùm coniugibus liceant delectationes morosæ, tactus, aspectus, verba turpia, cũ pollutionis præuisæ, sed non intentæ periculo? Et generaliter quando pollutionis periculum efficiat nouam culpam mortalem, vel talem, quę antea mortalis minimè erat?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sunt, n. 1.

Pollutio & distillatio qualiter differant, & in qua illa cognoscatur? Et emissione, cur numquam liceat procurare seminis expulsionem? Et quid, si simul corrumpatur sit? Et quid de permissione fluxus? Et quid, de procuratione distillationis n. 2.

Ad malitiam pollutionis, vel effectus præter voluntatem contingentis, nil refert, siue in somno siue in vigilia accidat, n. 3.

Vacat culpa dare operam causæ alias licitæ, necessariæ, vel vtili, quamuis præuideatur fore, vt pollutio subsequatur? n. 4.

Quid, si causa illa sit mortalis ob circumstantiam extrinsecam, n. 5.

Quid si sit periculum consensus, & quando id contingat: & num ob causam vrgentem liceat ei se periculo expanere, n. 6.

Quid si ex equitatione sequatur pollutio, n. 7.

Quid si ex tactu etiam partium verendarum necessario sequatur: vt facto ad medendum: vel ex amplexu lecti, n. 8.

An liceat cum periculo pollutionis auferre impedimenta virtutis generatiuæ, n. 9.

An sit culpa lethalis, non vitare causam in qua præuidetur pollutio, vbi desint necessaria aut vtilitas illam causæ: Refertur triplex sententia, n. 10. 11. & 12.

Dispar est causa ex qua potest subsequi pollutio, n. 13.

Tertio est obligatio vitandi pollutionem, qua præter intentionem sequitur, n. 14.

Solum est mortale non vitare causam pollutionis præuisæ, quando causa est turpis, & per se ac ex natura sua tendit ad pollutionem, aut vrget necessitas, n. 15.

Quamuis extra genus luxuriæ sit causa mortalis, vt in genere gulæ, non est mortalis pollutio in ea præuisa, n. 16.

Quid si causa illa mortalis pertineat ad luxuriam ratione finis, num. 17.

Quid si causa ad luxuriam pertinens sit tantum venialis, n. 18.

Quid si sentiatur vehemens commotio in perseuerando in re turpi veniali, n. 19.

Quid, si res leuiter turpis sit mortalis ratione desiderij fornicandi, num. 20.

An sit veniale contra castitatem, quando vel causa est illicita, non tamen est per se causa: vel est licita, at desiderantur necessitas, nu. 21.

An omnis actus mortaliter turpis, siue in eo præuideatur pollutio sine, non, habeat specialem pollutionis malitiam, n. 22.

Inter solutos solus actus alias mortaliter turpis habet specialem pollutionis in eo præuisa malitiam, n. 23.

Si quis negatiuè se habeat, aut rapide resistat vehementi delectationi venereæ præuidens pollutionis periculum, peccat mortaliter ratione illius, n. 24.

Causa alias licita, notabiliter influxura ad pollutionem, est peccatum lethale vsare, vbi non existat causa vrgens, n. 25.

Qualiter intelligatur talem esse pollutionem indirectè volitam, qualem causam: num. 26.

Pollutio hæc an sit verè peccatum distincta malitia, à malitia causæ, n. 27.

An vocet culpa pollutio subsequens pœnitentiam causæ datæ, nu. 28.

An sit necesse fateri pollutionem, vel sat sit causam n. 29.

Reprobantur dicentes fieri posse, vt obstetrix seminis tempore gratiæ perdatur, n. 30.

An sit peccatum mortale dare causam notabilis distillationis, n. 31.

Soluuntur argumenta, nu. 32.

Poll nu. 33. inuenies summaria quæ desiderantur.

DISPVTATIO hæc valdè difficilis pendet ex cognitione naturæ pollutionis, quando non est intenta, sed præuidetur in causa. Et ideo præmittenda est quæstio, quando dare operam causæ, in qua præuidetur, sit lethale, ratione pollutionis præuisæ. Deinde disputabitur, quando tactus, aspectus, turpia verba inter con-

eorumque, siue mortalia ob pollutionis non intentæ periculum.

2 QVÆSTIO I. An semper sit culpa lethalis, vacare actioni in qua præuidetur pollutio præter intentionem subsequenda? Supponendum est primo, ex membro pudendo præter vrinam, & semen procedere aliquando tertium quendam humorem medium: qui semini est similis in colore, & infectione, carnisque commutione, quæ aliquando ipsum comitatur: dissimilis autem, eo quod non sit ita mordax ac grossus, faciliusque fluat, nec cum tanta carnis commotione, & in minori copia: aliquandoque imperceptibiliter & sine carnis motu. Hic solet appellari distillatio. Sic *D. Tho. opusc. 64. ca. de fluxu libidin. Gerson 2. p. tract. de pollut. diurna propos. 4. alphab. 38. lit. E. Cajet. opusc. tom. 1. tract. 22. de pollut. ex audentia confessionis, qu. vn. a. 2. §. Animaduerte tamen, in fine. Margarita confess. q. moralib. f. 156.* Addunt *Cajet. & Margarita*, non est magis curandum de hac distillatione, nisi ipsam carnis rebellio comitaretur, quam de sudore. Et *D. Thomas* hoc ait esse signum, quòd pollutio minimè sit. Quia hæc in vigilia contingere nequit absque carnis commotione ac veneræa delectatione. Cur autem pollutionem nunquam etiam pro vita tuenda procurare liceat? diximus disp. 17. num. 16. & 19. quid, vbi semen est corruptum? & num. 18. quid de distillatione? & num. 17. an liceat pollutionem inceptam non interrumpere, sed permittere: & ad illius perfectam emissionem auxiliari.

3 Secundò supponendum est, nil referre ad malitiam pollutionis, aut effectus cuiuslibet, præter intentionem euenientium, in solaque causa indirectè volitorum, siue in somnis, siue in vigilia accidant. Quia cum in sola causa sint indirectè volita, in ea sola habent rationem boni vel mali moralis: & proinde cætera per accidens contingunt. Ita *Cajet. q. vn. in princ. quam n. præced. allegam. Armilla verb. Pollutio, n. 3. Metina 1. 2. q. 74. ar. 6. vers. Secundo notãdum. Zanel. ead. q. a. 8. disp. 4. ante dub. 1. dicto 2. Valentia 2. 2. disp. 9. q. 3. punct. 3. §. Porro ad incurrendum.*

4 His præmissis constat inter omnes DD. quoties pollutio sequitur præter intentionem ex causa aliqua necessaria vel conuenienti corpori, vt est cibus vel potus moderatus; aut animæ, vt orare, studere; vel vtili aliis, vt est audire confessiones, fœminas cautè & cum necessitate alloqui; nullam esse culpam non desistere à causa illa, quamuis in ea præuideatur pollutio inde subsequenda. Probatur primo, quia ille patiens pollutionem potius patitur, quam agit. Vt dum ex naturæ infirmitate procedit, testatur *D. Gregor. respons. 11. ad Augustin.* & refertur *ca. Testamentum, d. 6.* Secundò, quia non imputatur ius suum prosequéti, effectus per accidens ac præter intẽtionem subsequutus, non ergo ob pollutionem non intentam arcendus est quis, ne pleraque actiones sibi vel proximo conuenientes, ad quas ius habet, exerceat. Alias multæ actiones necessariæ essent omittẽdæ, ac innumeri laquei iniicerẽtur. Atque ita docent *D. Thom. 2. 2. q. 154. a. 5. corp. Cajet. opusc. to. 1. tract. 22. de pollutione ex audientia confess. q. vn. a. 1. & 2. Gerson 2. p. tract. de pollut. diurna, propos. 12. alphab. 38. lit. I. Abulensis c. 5. Matth. q. 246. vers. Secunda causa, & q. 247. vers. Aliter potest dici. D. Antonin. 2. p. t. 6. c. 5. §. Quantũ ad causam. vers. Secunda causa. Tabiena verb. Cogitatio, q. 6. num. 7. fine. Armilla verb. Pollutio, nu. 1. Nauarr. sum. c. 16. Hisp. nu. 6. Lat. n. 7. Ledesma 1. p. q. 21. a. 7. dub. vlt. Margarita confess. q. moralib. fol. 156. Nieua sum. tit. 105. Metina 1. 1. sum. c. 14. §. 18. f. 120. & 1. 2. & 1. 2. q. 74. a. 6. dubio speciali, quod monet de hac re. Zanel. ea qu. a. 8. disp. 4. ante dub. 1. & ibi Vazquez. disp. 115. n. 8. Turrec. c. Non est, d. 6. nu. 2. & 4. Valentia 2. 2. disp. 9. qu. 3. punct. 3. §. Cum autẽ causa. Nauarre l. 2. de restit. c. 3. dub. 2. de indirecte occidente, in nona edit. num. 131. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 75. § penult. & fin. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 211. n. 1. Graffis 1. p. decision. l. 2. c. 87. fine. Eman. Sa summ. verb. Luxuria, vers. pollutio involuntaria. Vega 2. to. sum. c. 67. ca. fin. 1. Philiarc. de officio sacerd. to. 1. p. 2. l. 4. c. 18. fine.*

5 Imo idem dicendum est, quamuis ea causa licita, in qua pollutio præuideatur, sit illicita ratione circumstantiæ extrinsecæ nihil ad pollutionem conferentis. Vt si quis confessiones audiat ob vanam gloriam: vel cibos necessarios sustentationi edat, quibus præceptum ieiunii violat: pollutio enim inde præter voluntatem sequuta, quãuis præuisa, vacabit omnino culpa. Quia is actus est de se licitus & conueniens, atque circumstantia, qua vitiatur, nil influit quo pollutio subsequatur, sed potius ex naturæ infirmitate procedit. Deinde, quia eadem ciborum sumptio in die non ieiunii minimè tribuetur culpæ, ratione pollutionis in ea præuisæ: ergo nec quãuis ea violetur ieiunium. Siquidem hæc violatio impertinens est, vt pollutio sequatur. Demum, quia damna minimè imputantur ius suum prosequenti, quamuis aliunde peccet. Vt cõstat in furtice puniente reum, ob iram vel inanem gloriam.

Est tamen doctrina hæc temperanda, nisi probabile 6
consensus in pollutionis delectationẽ periculum subsit: tunc enim quantumuis causa licita sit, est ab ea abstinendum sub culpa lethali. Quia amans periculum peribit in illo, Ecclesiastici 3. Sic *Cajet. in opusc. tom. 1. tract. 22. de pollutione, q. vn. art. 2. §. Animaduerte tamen. Tabiena, Nauarr. Margarita confessorum, Graffis, Lud. Lopez, Emmanuel Sa*, quos nu. 4. retuli. Tunc autem id periculum contingit, quando quis expertus est se in simili occasione fere semper in culpam mortalem labi. Vt docent *Cajet. in sum. verb. Periculum*, vbi *Armil. n. vn. Nauar. sum. Latina, c. 3. n. 14. Hispana ca. 28. addit. ad eundem n. Cordubæ sum. q. 4. f. 18. vers. Lo segundo. Manuel 1. sum. 1. edit. c. 49. nu. 2.* Huic autem periculo licitè quis se exponet ob causam valde vrgentem, proponens firmiter se non consensurum. Vt gratia medendi femineæ, vbi alius deest medicus. Quia amans periculum minimè dicitur, qui necessitate compulsus in illud se coniicit, & de diuina misericordia confidere meritò potest, fore vt maius sibi auxilium impendat, quo à lapsu caueat. Quod significat *D. Basilius de constit. monast. c. 4. paulo post princip.* his verbis: *Bellum quod præter voluntatem incidit nobis, excipere fortasse necessarium sit, ipsum verò aliquem volũtarium sibi creare, summa stultitiæ est.* Idque colligitur ex *D. Thoma 2. 2. quæst. 10. ar. 9. corp. in fine*, vbi docet infirmis in fide interdicendum esse fidelium participatione, nisi vrgeat necessitas. Et ex *Cajetan. sum. verb. Periculum, & ibi Armilla n. vn.* vbi tradunt incautelæ peccatum esse, exponere se periculo, nisi vrgente necessitate. Et ex *Nauarro sum. Latina, cap. 3. num. 15. Hispana ca. 28. addit. ad eundem numer. Cordubæ in summa, quæst. 4. fol. 20. §. Y entonces*, vbi docent posse absolui non vitantem peccandi occasionem propinquam, dum cogit necessitas illi se exponere. Et ex *Castro libro 2. de iusta hæret. punit. cap. 17. col. 9. fine, & sequenti*, vbi ait tentationibus fidei vexatos, legentes hæreticorum libros, excusari à periculo lapsus, cui se exponunt, si ex causa necessaria id efficiant.

Hinc deducitur expertum se pollui ex equitatione, 7
absque cõsensus periculo, non teneri pedestrem incedere, ab illaque desistere. Quia est res vtilis, nec causa per se & suapte natura pollutionis. Sic *Nauar. sum. n. 16. Lat. nu. 7. Hisp. num. 6. Vazquez 1. 2. q. 74. a. 8. disp. 113. num. 8. Lud. Lopez 2. p. instruct. de Eucharist. c. 76. §. Sequitur etiam corollariè. Manuel 1. to. sum. edit. c. 211. n. 1. Armilla verb. Pollutio, num. 1. Vega 2. tom. sum. c. 67. casu 1.*

Secundò deducitur, pollutionem præter intentionem 8
subsequutam ex tactu licito, & in eo præuisam, quando tactus ille est necessarius, & cessat consensus periculum, carere omni culpa. Vt exemplexu iuxta patriæ consuetudinem, quo euitato in notam inurbanitatis incideretur. Et ex tactu quo chirurgus verenda fœminæ attrectet: vel ex eorum aspectu, causa medicinæ adhibẽdæ. Quamuis enim hæ causæ valde influant in pollutionem, sunt tamen valde necessariæ, & suapte natura licitæ, quare effectus præter intentionem inde sequutus non cogit ab eis abstinere.

Tertiò deducitur, licitum esse vitutis generatiuæ ob- 9
stacula remouere, adhibitis medicinis naturalibus minimè tendentibus ad verum semen expellendum, sed ad

remouendos humores corruptos: licet inde præter intẽtionem sequatur pollutio, absque consensus periculo. Et hoc est, quod subobscurè dixit *Altisiodorens. l. 2. sue summ. tract. 28. c. 2. q. 2.* incidenti: & non quod ipsi ab aliquibus imponitur, nempe, vt voluerit licere aliquando seminis effusionem procurare. Quoniam salus virtutis generatiuę pertinet ad naturæ humanæ integritatem, nec minus bona est, quàm aliarum corporis virium sanitas. Nec medium illud ordinatur ad pollutionem. Quare audiendus non est *Corduba l. 1. quæstionar. q. 21. dub. 14.* Altisiodorensem reprobans: eo quod pollutio illa videatur volita in causa, instar homicidii ab ebrio commissi, antea præuisi. Sed negandum est voliam esse in causa. Sicut non est volita, dum præuidetur in alijs causis necessarijs, aut valdè vtilibus. Eo quòd nulla sit obligatio illas vitandi ob pollutionem subsequentem.

10 Tota autem difficultas huius disput. eò spectat: An vbi nec necessitas, nec causæ vtilitas adest, sit mortale illi operam dare, ob pollutionem in ea præuisam, absque periculo consensus in illam? Triplex est sententia. Prima docet esse mortale, quamuis causa alias licita sit. Probatur primò, quia nefas & crimen mortale est, sibi vel alij graue damnum corporis vel animæ absque causa sufficiẽti permittere. Pollutio autem graue malum corporis est, ipsum fœdãs: & animum, quem inficit, turbat, & ad prauam delectationem quasi trahit. Secundò, quia partem corporis, vt manum sibi abscindere absque vrgẽti necessitate, mortale est. Semen autem dum intra viscera est, pars est ipsius hominis. Et confirmatur, quia strictior est obligatio non prodigendi semen, ob bonum prolis, ad quod ordinatur: quàm manum conseruandi. Hanc enim abscindere ob totius incolumitatem indiuidui, fas est. Illud autem in nullo euentu licet effundere extra copulam coniugalem. Tertiò, quia præuidens in somnis subsequendum homicidium aut fornicationem ex causa licita in vigilia volita, tenetur sub mortali causam vitare. At pollutio peior est fornicatione, & damnum infert proli. Quartò, quia licet strictior sit obligatio vitandi damni proprii, vel proximi existentis, quàm prolis possibilis. At vtraque obligatio eodem præcepto & sub mortali imponitur. Quintò, quia natura commisit homini vsum rerum ad finem ab ipsa institutum, nisi vrgens causa aliud suadeat. Vt concessit membra corporis, vt custodiret, nec periculo exponeret, nisi ob reipublicæ aut maius proprium bonum: & semen similiter tribuit ad bonum generationis in matrimonio. Ergo contra naturæ ordinem est, & subinde mortale, fluxum seminis absque causa vrgenti permittere. Sextò, quia non impedire pollutionem illam in causa alias licita, nec necessaria præuisam, est aliqualis culpa contraria castitati, (vt dicemus nu. 21.) Et non potest esse venialis. Cum materia sit grauis, nec sit defectus voluntarii: est enim præuisa. Septimò, quia qui vult antecedens, vult consequens quod ex eo infertur. Et qui vult causam, vult effectum, *l. 1. §. 1. ff. si vsus fructus petatur.* Ergo volens causam in qua pollutionem præuidet, ipsam pollutionem vult: ac proinde reus erit culpæ mortalis. Et confirmatur, quia dum operans nouit duplicem suæ actionis effectum, vterque est volũtarius. Octauò, quia in reliquis præceptis etiam humanis, non excusat quæuis causa, sed necessaria, vel valde vtilis. Ergo à fortiori in hoc, quod iuris naturalis est, & versatur circa rem intrinsecè malam. Nonò, quia præceptum obligans ad vitandam pollutionem, obligat subinde ad abstinendum à causa, in qua præuidetur: vt constat in præcepto non occidendi. Et ideo huius sent. sunt *Medina 1. 2. q. 74. a. 6. ad 3. & 4. Zumel ead. qu. a. 8. disp. 4. ante dubium 1. in solut. ad 1. & ad 1. confirm. Valentia 2. 2. disp. 9. qu. 3. punct. 3. §. Itaque duo requiruntur, & §. Sunt autem: & §. Itaque ad cognoscẽdum. Manuel 1. to. sum. 2. edit. cap. 21. n. 1. ad medium, & in fine.* Eiusdem sent. videtur expressè *Nauarra l. 2. de restit. c. 1. dub. 5. in nona edit. n. 39. & 40.* vbi æquiparat homicidium & pollutionem in causa præuisa: & ait scientem ex nimio potu, equitatione, somno, non necessarijs, nec vtilibus, illa subsequi, reum esse culpæ mortalis. Et *c. 3. diffic. 2.* de indirectè occidenti, *n. 131. §. Mihi videtur*, ait fas esse, opus alias licitum & necessarium facere, licèt inde effusio seminis sequenda sit: vbi ponderat, vt opus sit licitum & necessarium. Atque fauent *Sotus 4. d. 12. qu. 1. a. 7. vers. Ex his autem colligitur. Corduba lib. 2. quæst. q. 3. col penult. §. Quinto probatur. Graffius 1 p. decision. l. 2. c. 87. n. 13.* vbi aiunt præuidentem pollutionem, eo quòd resupinus dormiat, aut iustam refectionem sumat, non teneri à cœtu abstinere: aut aliter iacentem dormire, si non ita commodè potest. Vbi in causis licitis, ne imputetur pollutio præuisa, petunt aliquam commoditatem & vtilitatem.

Secunda sententia docet, dantem operam cuicumque rei illicitæ, etiam veniali, teneri sub mortali, ab ea abstinere, ratione pollutionis in ea præuisæ. Vt quando ex nimio cibo aut potu, qui excessus est communiter venialis, præuidet pollutionem subsequendam. Ducitur, quia dãtem operam rei licitæ excusat à pollutione præuisa iuris sui prosequutio. Quæ ratio in re illicita veniali deficit. Cùm nemo ius petendi habeat. Secundò, quia effectus malus in causa præuisus, communicat causæ suam malitiam. Cùm ergo pollutio sit ex se mortalis, præuisa in causa veniali, reddet illam mortalem. Tertiò, quia excessus in potu de se venialis, efficitur mortalis ratione ebrietatis in eo præuisæ. Quartò, quia saltem quando causa venialis ad luxuriam pertinet, hoc habebit verum. Quia ex huiusmodi rebus frequentiùs sequitur pollutio: atque ita euntes per se causæ. Hanc tenet *Armilla verb. Pollutio, num. 1.* vbi ait esse indirecte volitam pollutionem, & ita non excusari, quando absque iusta causa aliquis detinetur in cogitationibus turpibus, aut non dat operam rei licitæ. Et fauent *Sotus 4. d. 12. q. 1. a. 7. versic. Ex his autem colligitur. Corduba l. 2. quæst. q. 23. col. penult. §. Quinto probatur. Iud. Lop. 2. p. instruct. c. 76. de Eucharist. §. Sequitur etiã corollariè*, vbi aiunt tunc esse peccatum, pollutionem nocturnam, quãdo est virtute volita per applicationem vitiosæ causæ, vt cogitationis turpis, crapulæ, ingluuiei. Et fauet *Enriquez l. 5. de pœnitent. c. 5. n. 5. in comment. lit. Z. in fine*, vbi dicit causam per se venialem posse mortalem effici ratione euentus futuri in ea præuisi. Sed ibi agit de homicidio in causa veniali præuiso: in quo est longè dispar ratio. Vt dicemus n. 14.

Tertia sententia docet pollutionem esse mortalem, 12 quoties causa, in qua præuidetur, est mortalis: & proinde tũc adesse illi actui specialem malitiam ratione pollutionis præuisæ. Probatur, quia tunc non est tanta difficultas vitandi causam, ac quando solum venialis est: ac proinde difficultas minimè excusabit. Nec etiam excusat ius aliquod quod operans prosequatur. Cùm tunc omni prorsus iure destitutus sit ad opus, quod lethale crimen est. Secundò, quia cùm illa pollutio non sit in se volita, sed in causa in qua præuidetur, in tantum mala erit, in quantum mala est causa: in tantum enim culpa est, in quantum est voluntaria. Si ergo causa est lethaliter mala, talis erit pollutio. Et confirmatur ex *D. Augustl. lib. 22. contra Faustum*, vbi ait, Loth non quantum incestus sed quantum ebrietas præcedens meruit, in culpa fuisse. Huius sententiæ videntur clarè *D. Thom. 1. 2. qu. 154. ar. 5. corp. & Turrecrem. c. Non est, d. 6. num. 2.* vbi culpam pollutionis iuxta culpam causæ metiuntur, dicentes nocturnam pollutionem, ex culpabili causa procedẽrem, culpam esse, secus quãdo ex inculpabili. Et clarius *Caietan. opusc. to. 1. tractat. 22. de pollut. q. vn. d. 2. & 2. 2. qu. 64. art. 8. col. 2. paulo ante §. Et confirmatur. Angelus verb. Pollutio, int. Sotus 4. d. 12. q. 1. art. 7. paulo post princip.* vbi asseuerant pollutionis huius bonitatem vel malitiam moralem ex bonitate vel malitia causæ æstimandam esse. Et adhuc clarius *Gerson 2. part. tract. de pollut. diurna propos. 1 Alphab. 38. lit. E. Medina l. 1. summ. cap. 14. §. 18. fol. 120. Iud. Lopez 1. p. instruct. c. 75. fine, Vega 2. to. sum. cap. 67. casu 1.* vbi aiunt indistincte pollutionem, ex causa mortali procedẽtem, esse mortalem, & ex causa veniali, venialem. Eiusdem sententiæ videtur *Syluester verb. Pollutio, in fine*, vbi ait

tunc

tunc illam esse mortalem, quando procuratur, aut venit cum peccato mortali illi coniuncto. Eiusdem est *Abulens. c.5. Matth. quæst.247. vers. Si autem ex cibo*, vbi ait idem esse iudicium quoad culpam, de pollutione ex nimio cibo aut potu mortali procedenti, sicut de ea, quæ procedit ex turpi cogitatione: quam paulo ante dixerat esse mortalem. Eandem tenet *Ledesma 1.p.4.q.21.a.7. sextus in principio, propos.*10. vbi ait quotiescũque causa pollutionis est mortalis, ipsam esse mortalem: & *dub.1. fine*, docet explicandam esse necessario in confessione pollutionem procedẽtem ex nimio cibo aut potu lethali: & ita clare sentit esse peccatum mortale: alter non esset necessariò confitenda. Et idem tenet *Barthol. à Ledesma de Eucharistia, dub. 24. paulo post princ.* vbi dicit talem esse pollutionem, qualem causam: & addit ita esse peccatum mortale, quando prouenit ex cogitatione morosa deliberata, ebrietate, vel crapula. Idem docet *Alexander in suo Enchirid. 2.p. tract. de luxuria, §. Si propter crapulam, quando procedit ex crapula mortali.* Referũtur pro hac sententia *D.Th.3.p.q.80.ar.7. corp. Adrian.4. tract. de Eucharist. q. speciali, de pollut. impediente eius sumptionem, qua incipit, Restat tam videre, an propter corporalem immunditiam, §. Ad rationes ante oppositas. D. Antonin.3.p.t.13. c.6.§.10.* vbi dicunt pollutum nocte ex capula præcedenti mortali, teneri ab Eucharistia abstinere. Sed reuera non sunt huius sent. Id enim impedimentum est ob mortale crimen causæ.

13 Sed vt in re difficillima meam explicem sententiam, duo suppositа præmittenda sunt. Alterum est: Causæ in quibus pollutio præuidetur, quædam sunt ex luxuriæ genere, nimirum, quæ per se turpes sunt, & ad luxuriam pertinent directè. Vt tactus, aspectus, verba turpia. Et hæ proximiùs & sæpius causæ sunt veneree delectationis, excitantque appetitum ad illam, teste *D. Th. 2.2. qu. 154. a. 5. corp.* Huius autem rationem subdit: eo quod inde remaneat quoddam vestigium inclinationque in anima, ita vt dormiens faciliùs inducatur ad assentiendum actibus, ex quibus pollutio sequitur. Aliæ verò sunt non ex genere luxuriæ, vt nimius esus, aut potus, equitatio. Hæ enim quamuis venerem excitent, at non ita proximè sed remotè. Et ideò ad luxuriam minimè spectant.

14 Alterum suppositum est. Valde tenuis est obligatio vitandi pollutionem in causis, quæ per se & proximè non ordinantur ad illam: quales sunt, quæ ad luxuriam minimè pertinent: sed per accidens & præter intentionem agentis ex illis sequitur: dummodo absit periculum consensus in illius delectationem. Quare non est philosophandum de hac obligatione, sicut de obligatione vitandi homicidii in causa præuisi. Quod inde constat. Quia pollutio non volita in se non est secundum se peccatum (vt bene docet *Vazquez 1.2. quæst.74.a.8. disp.115. num.7.*) Sed taliter habita, sicut est homicidium. Quod in omni sententia fatendum est. Alias esset mortale causam adhibere quamcumque, ex qua sciretur pollutionem subsequendam: prout contingit in homicidio præuiso. Cùm tamen omnes multa concedant licitè fieri, in quibus pollutio præuidetur, (vt diximus nu.4.) Deinde, quia damnum prolis est remotissimum, & multis viis impediri potest. Rursus, quia cùm natura vim habeat quibusdam temporibus expellendi eum humorem. Non multum refert, an paulo antè exeat, dummodo non intendant. Atque ita ob modicam vtilitatẽ excusant DD. eum fluxum, (vt nu.4. & seqq. vidimus.) Præterea, quia pollutio cuius non est causa, libera voluntas, aut alia notabiliter, vt illa subsequatur, influens, sed præcipuè prouenit à virtute expulsiua, minimè infert damnum notabile proli, sed sæpe est in commodum illius. Et talis modus expellendi non est ex suo genere contra ordinem naturæ, imò ordine & vi ipsius naturæ expellitur id semen. Item, quia cùm applicatio ad coitum fiat medio appetitu, sola seminis expulsio facta per appetitum, tendit suapte natura ad coitum: quæ autem per vim expulsiuam fit, tendit suapte natura non ad coitum, sed ad naturæ alleuiationem. Quare ius naturale prolis inde minimè violatur, sed illæsum manet, si emissio seminis non fiat extra copulam coniugalem, interuenienti appetitu directè & expresse illam volenti: vel indirectè & tacitè, applicando causas notabiliter pollutionem excitantes. Quales sunt eæ solæ, quæ ad luxuriam pertinent. Tandem, quia vis expultrix nec politicè, vt appetitus; nec despoticè, vt manus, subiacet suapte naturæ gubernationi nostræ: actus autem huiusmodi virium non sunt per se ordinati ad animasticam seminis gubernationem: ad quam solam tenetur homo stricto præcepto obliganti sub culpa lethali. Tenuis ergo obligatio est vitandi pollutionem, quæ nec ex appetitu procedit, nec ex causis per se & notabiliter ad illius fluxum concurrentibus.

His præmissis, prima conclusio sit. Tunc solum reperi- 15
tur culpa mortalis ratione pollutionis præuisæ, nec intẽtæ, quando absque vrgenti necessitate exercetur actio, ex sua natura turpis, & per se tendens ad actus venereos excitandos, pollutionemque consummandam. Hæc est contra tres sententias propositas. Probatur prior pars conclusionis, nempe, esse peccatum mortale ratione pollutionis præuisæ, non vitare eas causas, in qua nemo discrepat. Quia lex naturalis obligans ad non procurandam seminis effusionem, subinde obligat ad vitandas causas per se & notabiliter influentes ad illam: vbi cessat necessitas: perinde enim videtur tutè illas applicare ac procurare. Vnde (vt rectè ait *Caiet. summa verb. Pollutio, ad finem*) qui vult illas illicitas, periculosas, & sibi notas causas pollutionis proptiæ, conuincitur velle culpabiliter ipsam pollutionem, quæ earum est naturalis effectus. Dixi autem absque necessitate, propter dicta numero 8. vbi necessitatem excusare probauimus. Posteriot autem pars, in qua discrepamus à tribus sententiis relatis, nimirum, non esse mortale minimè vitare alias causas non turpes, quæ per accidens ad pollutionem concurrunt, sic probatur. Quoniam quamuis aliquo modo concurrant, at non sunt verè & moraliter causæ pollutionis, sed per accidens, & secundum quid, & potius illa effusio procedit à virtute naturali expellente. Nulla igitur obligatio est sub mortali, eas causas vitandi ratione pollutionis præuisæ. Nemo enim tenetur sub mortali impedire pollutionem procedentem ex causa naturali non concurrẽti alia causa volita, notabiliter & per se influenti. Eo vel maxime quod cum obligatio vitandi huiusmodi pollutionem sit tenuis & modica, (vt numero præcedenti probauimus) illi satisfiet, vitando causas turpes, quæ per se & notabiliter ad pollutionem conferunt. Huius sententiæ videntur *Caiet. sum. verb. Pollutio, ad fin.* & ipsum omnino sequentes *Nieua sum.t.70. Philiarcus de officio sacerd. tom.1.p.2.l.4.ca.18. fine*: vbi hæc inquiunt, *Personæ, quæ sine rationabili causa manent voluntariè in cogitationibus turpibus, aut conuersationibus ingerentibus sibi huiusmodi commotiones, incurrunt voluntarias pollutiones. Quia volendo illas periculosas causas pollutionis, consequuntur ipsam velle.* Vbi tractantes quando pollutio volita in causa sit peccatũ mortale: solum meminere causarum turpium, quæ per se & suapte natura periculum pollutionis afferunt. Eandem videntur tenere *D. Anton. 2.p.t.6.c.5. §. Quantum ad causam, vers. Secũda causa: Angelus verb. Pollutio, in fine: Syluester verb. Virginitas, qu.4.* vbi tractantes, quando pollutio hæc sit moralis, explicant, quãdo procedit à turpi delectatione morosa. Et apertius videtur huius sententiæ *Nauarr. sum.c.16. Latin num.6. Hispanè n.5.* vbi loquens de pollutione hac, tunc dicit eam esse mortalem, quãdo quisquam se illius periculo exponit admittens turpes cogitationes, & earum delectationem, aut se immiscens cõuersationibus aut tactibus turpibus, quæ ad eam pronocant. Addit *Latinè* idem esse, si aliqua comedat in eum finem, vt sibi pollutio eueniat. Vbi quando de causis turpibus notabiliter influentibus sermonem fecit, nil aliud exegit vt pollutio sit mortalis, præter voluntariam causæ admissionem. Vbi autem loquitur de aliis causis per accidens concurrentibus, vt de aliquorum comestione,

petit voluntatem expiellam excitandi se ad pollutionē. Ejusdem sent. videntur DD. quos nu. 12. retuli, asserentes culpam huius pollutionis metiendā esse ex causæ culpa, & esse mortalem, quando ea est mortalis: nam intelligendi sunt de ea, quæ verè, & simpliciter, ac per se causa est. Cæteræ enim causæ nomen minimè merentur. Eiusdem sent. est apertè *Enriquez lib. 8. de Eucharistia, c. 51. nu. 1.* vbi ait pollutionem tunc esse lethalem, cùm procedit ex causa mortali incitante, in qua est præuisa. Et meliùs *l. 11. de matrim. c. 16. nu. 6.* cùm est causa physica & moralis, quæ prouocat pollutionem. Eandem tenet expresè *Suarez. 3. p. q. 30. a. 7. paulo post princ.* vbi tradit tunc solùm in causa pollutionis reperiri culpam mortalē ratione pollutionis præuisæ, quando actio, quæ fuit causa pollutionis, ex natura sua est turpis, & ordinata ad actus venereos excitandos & consummandos, secus quando illa actio in suo genere habet alias malitiam mortalem non tamē vt est causa pollutionis. Et *Vasquez. 1. 2. q. 74. a. 8. disp. 115. num. 9.* vbi tunc dicit esse peccatum mortale, quoties applicatur causa, quæ ex se nullam alium habet effectum, & per se tendit ad pollutionem, vt tactus. Secus si alium habeat effectum: vt crapula mortalis.

16 Hinc deducitur Primò, pollutionem præuisam in gulæ peccato, etiam mortali, vt in ebrietate, vel nimia comestione mortali, non habere specialem pollutionis malitiā mortalem, nisi sit intenta, aut sit probabile consensus periculum, atque ita ratione pollutionis præuisæ non tenebitur aliquis sub mortali eam causam vitare. Probatur de gula veniali. Quia qui comedit aut bibit, prosequitur ius, quod habet à natura id faciendi: & cùm sit difficillimum in cibo & potu, quæ necessariò sumēda sunt, modum tenere: tum propter corruptionem naturæ, & appetitus, tum etiam, quia ignoratur quantitas determinata necessitati naturæ. Vt optimè docet vtrumque *D. Aug. l. 12. confess. c. 31.* non est quisquam obligandus ad rem adeò difficilem, vt vitet pollutionem inuoluntariam inde proueniētem. Maximè cùm talis obligatio vitandi pollutionem sit tenuis (vt diximus n. 14.) Et confirm. quia in multis hominibus esset frequentissima occasio multorū scrupulorum, si quamuis causam venialiter illicitam tenerētur sub mortali vitare ratione pollutionis in ea præuisæ. Atque huic magnæ difficultati non præponderat id remotū ius prolis possibilis, quod tot alia ad sui existētiam desiderat. Probatur etiam de gula mortali, rationibus adductis nu. præcedenti. Quia hęc causa non ita influit vt subsequatur pollutio, ac causæ turpes pertinentes ad luxuriam. Hoc coroll. est contra DD. citatos pro 1. & 2. sent. nu. 10. & 11. & contra aliquos nu. 12. allegatos, dicentes quando crapula est mortalis, pollutionem in ea præuisam esse mortalem. Sed quod attinet quādo gula est venialis, est expressa sent. *D. Gregorii respons. 11. ad Augustin.* & habetur *c. Testamentum. d. 6.* ait enim talem pollutionem nō obstare sumptioni Eucharistiæ. At si esset mortalis, obstaret vtique. Tenēt etiā *D. Antonin. 2. p. t. 6. c. 5. paulo post princ. vers. Et nota quod quamuis. Ang. verb. pollutio, n. 2. Sylvest. ibi, in fine. & verb. Virginitas, q. 4. Rosella verb. Cōmunicare, n. 4. fine. Et ibi Tabiena, q. 44. nu. 34. fine Gerson 2. p. tract. tu de pollut. diurna, propos. 1. alphabeto 38. lit. E. Adrian. 4. tractatu de Eucharist. q. quæ incipit, Dictum est, quod somnus excusat à culpa, §. His præmissis. Navar. sum. c. 16. Lat. num. 8. Hisp. nu. 6. & 8. Lud. Lop. 1 instruct. c. 74. §. Addamus non esse.* Et quando gula est mortalis, colligitur ex DD. n. præced. allegatis, qui videntur sentire pollutionem præuisam in solis causis turpibus esse mortalē. Et tenet in propriis terminis, *Vasquez. ibi allegatus.* Idemque dicēdum est, quando illa actio habet alias in suo genere malitiam mortalem, non tamen habet specialem malitiam vt est causa pollutionis. Vt si quis comedat rem grauiter saluti nocentem, in qua præuidet pollutionem. Vt bene docet *Suarez. n. præcedenti in fine allegatus.*

17 Secundò deducitur, idem dicendum esse quamuis causæ non ad luxuriam pertinētes, vt nimia comestio, ebrietas mortalis, efficerentur lethales in genere luxuriæ, ratione solius finis intēti ab operante: adhuc enim pollutio in illis præuisa, & præter intentionem accidens, non esset mortalis. Vt si quis calida comedat, vel exedat in cibo & potu, etiam mortaliter, vt potentior fiat ad fornicandum. Quoniam finis ille nil cooperatur ad pollutionē: nec desiderium copulæ, cessante delectatione in ipsa cogitata, habet rationem causæ pollutionis, teste *Cāc. 2. 2. q. 154. a. 5. paulo ante §. In respons. ad 5.* Quare sola causa illius pollutionis est excessus in cibo & potu. Pollutio autem in huiusmodi causa, quæ per accidens habet rationem causæ illius, prætisa, & non intenta, minime est lethalis. Vt probani n. præced.

18 Tertiò infertur, nec esse mortalem pollutionem, quæ sequitur ex rebus venialibus in genere luxurię, siue ille sint veniales defectu plenæ aduertentiæ, siue ex paruitate materiæ: exemplum prioris partis sit, vt si ex delectatione morosa rei turpis, quæ ex se est mortalis, at efficitur venialis defectu plenæ aduertentiæ, sequatur pollutio. Exemplum posterioris, vt si ex tactu leui manus, visu, verbis, lectione, aliquantulum libidinosis, & venialiter turpibus, sequatur pollutio. Vnde res hæ non efficiuntur mortales ratione pollutionis in eis præuisæ, nec intentæ, cessante probabili cōsensus periculo: licēt nulla necessitas vel vtilitas inuitet ad hæc, sed sola curiositas, & animi leuitas. Probatur prior pars, quia vbi est plenæ aduertentiæ defectus, non potest esse culpa lethalis: & sicut is excusat à culpa lethali delectationem illam morosam, quæ suapte natura mortalis est: ita pariter à mortali excusabit pollutionem inde secutā. Atque ita docent *Abulensis c. 5. Matth. q. 247. vers. De tertio patet: & vers. Aliter potest dici. Turrecrem. c. Non est, d. 6. nu. 4. D. Antonin. 2. p. tit. 6. ca. 5. §. Quantum ad causam, vers. Secunda causa. Angel. verb. Pollutio, in fine,* vbi *Sylvester in fin. & verb. Virginitas, q. 4.* Prob. posterior pars, nimirum, quando res illæ ex paruitate materiæ sunt venialiter turpes. Quoniam cùm hæc obligatio tenuis sit (vt dixi n. 14.) non obligat sub mortali causam leuē, & leuiter suapte natura concurrentē ad pollutionem, leuiterq; participantem malitiā illius vitare. Deinde, quia esset valde difficile vitare omnes causas leuiter lasciuas. At præceptum æquè se habet ad omnes causas æquales. Tandem, quia cùm causæ illæ leuiter influant, sunt quodāmodo & secūdū quid causæ, & potius illa pollutio à causa naturali procedit. Et sic expresè tenet *Cāet. 2. 2. q. 64. a. 8. col. 3. paulo ante §. Et cōfirmatur,* vbi dicit pollutionē nocturnam, procedentē ex præuia delectatione veniali, esse solū venialē. Idem *Enriquez l. 11. de matrim. c. 16. n. 6. & Enum. Sa sum. verb. Luxuria, vers. Si pollutionis,* vbi vterq; dicit pollutionē præuisā, nec intentā, in aspectu curioso feminæ, lectione turpi nō esse mortalē. Et idem *Enriq. l. 8. de Euchar. c. 51. n. 2.* exigit, vt pollutio sit mortalis, causā incitantem esse mortalem. Eiusdē sent. sunt DD. quos nu. 12. retuli, dicēres malitiam pollutionis huius ex malitia causæ metiendā esse: & ideo mortalem non esse, vbi causa est solum venialis.

19 Aliqui tempetant hoc, nisi perseueretur in prædictis rebus venialiter turpibus, sentiaturque vehemēs commotio appetitus, & periculum pollutionis proximum, etiam absque consensus periculo: tunc enim dicunt esse mortale. Ducuntur, quia tenetur quilibet sub mortali cohibere appetitum, nec habere se negatiuè (vt nu. 24. dicemus) quando imminet proximum pollutionis periculum. Sed displicet limitatio. Quia ea doctrina vera est, quando delectatio turpis, vel alia causa notabiliter influit, vt sequatur pollutio. Quales non sunt res leuiter turpes.

20 Imò idem credo, quamuis res illæ leuiter turpes essent ex alia ratione peccatū mortale: nempe, ex voluntate copulæ, vel habendi tactus inhonestos. Hi enim non efficerentur mortales ratione pollutionis in eis præuisæ, dummodo nec in delectationem veneream, nec in cogitationem sit consensus. nec periculum consensus in pollutionem. Atque ita id solū erit peccatum mortale præui illius desideri, non autem molliciei. Quoniam res illę leues non influūt notabiliter ad pollutionem, nec desiderium

rium illud, dum non perſiſtitur in cogitatione & delectatione turpi; quæ ſolent vehementer excitare appetitum, viresque pollutionis emiſſiuas commouere (vt ex Caietani mente diximus nu.17.) Atque ea quæ ibi diximus, hoc idem probant.

21 Negandum tamen non eſt, eſſe peccatum veniale contra caſtitatem, pollutionem illam præuiſam in cauſis illicitis, quæ non influunt notabiliter ad illam. Quod de pollutione ſecuta ex crapula fatentur *D. Gregor. reſponſ. 11. ad Auguſt.* & refertur *c. Teſtamentum, d. 9. & ibi Gloſſa, verb. Reatum. Gerſon 2. p. tract. de pollut. diurna propoſ. 1. alphab. 38. lit. E.* Et de pollutione ſecuta ex cauſis leuiter turpibus, docet *Emma. Sa ſumm. verb. Luxuria, verſ. Si pollutionis.* Imò quando præuideretur in cauſis licitis, & illæ non vitantur, cùm nulla adſit vtilitas: exiſtimo eſſe peccatum veniale contra caſtitatem. Quia aliquantulum illa offenditur, non vitata pollutione illa turpi, eiusque inimica, nulla vtilitate cogente ad cauſam illius.

22 Quartò infertur, omnem actum turpem mortalem contra ſextum præceptum, ſi in eo præuideatur pollutio etiam non intenta, habere ſpecialem malitiam contra naturam, ratione illius pollutionis præuiſæ. Quia notabiliter ad illã influit, eſtq; per ſe cauſa illius. Et hoc amplius probauimus num. 15. Imo quando quis perſiſtit in actu turpi, ſi ſequatur pollutio, aut adſit illius periculum, quamuis non præuideatur, contrahetur culpa pollutionis. Quia eſt ea cauſa notabiliter influẽs, & tenebatur ille præuidere. Si tamen non ita duret ea cogitatio turpis, vel eæ adſint circũſtantię, vt non timeatur probabiliter pollutio: non erit peccatum mortale, pollutio præter opinionem ſecuta. Ducor, quia alias omnis conſenſus in delectationem veneream, ſi præter ſpem ſequatur pollutio, haberet pollutionis malitiam, eſſetq́ue peccatum contra naturam: imò licèt non ſequatur, ratione periculi. Quia daretur cauſa notabilis pollutionis. Quod nemo dicet. Item, quia cum probabile non ſit, fore vt illa pollutio ſubſequatur, non debuit præuideri: ac

23 ſubinde nec indirectè eſt volita, nec culpæ poteſt tribui.

Quintò infertur, inter omnino ſolutos, id eſt, qui nec matrimonium, nec ſponſalia inter ſe inierunt, nullũ actum habere malitiam mortalem, eo quòd ſit pollutionis præuiſæ & non intentæ cauſa, niſi ſecluſo eo pollutionis periculo, eſſet mortalis contra ſextum Decalogi præceptũ. Quia ſoli tales actus ſunt notabilis cauſa pollutionis. Et quando ex ſe notabiliter influerent, & excuſaret notabilis neceſſitas à pollutione, ſimiliter excuſaret à culpa contra ſextum præceptum, vt conſtat in tactibus impudicis chirurgi ad medendum feminæ, iuxta dicta nu. 8. Conſtat etiam hoc

24 coroll. ex dictis n. 15. & 19.

Excipe tamen, niſi in venerea delectatione voluntas negatiuè ſe habeat, nec admittens, nec reſpuens. Quamuis enim ſit probabiliſſimum non eſſe mortale ceſſante cõſenſus periculo: at ſi periculum ſit pollutionis, quamuis non ſit conſenſus periculum, eſt mortale. Quia tenetur homo ſub mortali auferre cauſas notabiliter ad pollutionem concurrentes. Qualis eſt hæc. Imò (vt rectè ait *Sylu. verb. Delectatio, q. 1. diſt. 4.*) eſt mortale, tunc tepidè reſiſtere, præuiſo eo periculo. Sed tenetur voluntas feruentius ſe habere, quo cauſam illam pollutionis auertat.

25 Sextò infertur, non eſſe attendendum ad hoc, vt pollutio præuiſa, nec intenta, ſit mortalis, an cauſa ſit in ſe mortalis ſecluſo eo periculo pollutionis, vel licita. Stat enim cauſam eſſe mortalem & pollutionem ſolum venialem: vt quando non eſt cauſa per ſe. Vt conſtat ex dictis nu. 15. & duplici ſeq. Stat etiam cauſam eſſe ex ſe licitam, & effici mortalem, ob pollutionis periculum. Vt conſtat in tactibus coniugatorum, & dicemus nu. 33. & ſequentibus. Sed quia inter omnino ſolutos nulla datur cauſa notabiliter influens abſque vrgenti neceſſitate exercita (quod deſideratur, vt pollutio ſit mortalis) quin ea ſecluſa, ſit in ſe mortalis: ideo nu. 23. dixi, ſolum actum mortaliter turpem inter eos, habere pollutionis malitiam. Vt autem regula generalis tradatur, ea eſſe debet. Quando cauſa pollutionis præuiſæ, notabiliter & per ſe influit, nec adeſt vrgens neceſſitas illam exercendi, tribuitur culpæ mortali pollutio, eaque culpa afficiet cauſam, quamuis alias licita eſſet. Huiuſmodi autem cauſæ, ſolæ ſunt res venereæ.

Vltimò infertur, in quo ſenſu vera ſit illa regula, quam 26
num. 12. retuli ex aliquibus DD. nimirum, Talis eſt pollutio in bonitate & malitia, qualis eſt cauſa, in qua præuidetur, quando præter voluntatem & abſque conſenſus periculo accidit. Primò enim intelligenda eſt, quando cauſa eſt turpis, ad luxuriamque pertinens, & notabiliter influẽs. Nam extra hoc genus rerum, licèt cauſa ſit mortalis, pollutio non eſt mortalis. Vt probaui nu. 15. 18. & 19. Deinde, quando cauſa alias eſt licita, & ad venerem pertinens; & conſequenter ex ſe pollutionem excitans, intelligenda eſt regula, vt talis ſit pollutio, nempe licita: quando cauſa vrgens cogit ad non vitandum illam cauſam. Et in hoc caſu verum dicunt *Nauarra, Valentia, Medina, Zumel, Manuel nu. 11. citati*, dum cauſam neceſſitatis poſtulant excuſantem, in eo qui dat operam rei licitæ, in qua pollutionem præuidet, ne peccati pollutionis præuiſæ reus ſit. Nam vniuerſaliter, vt ipſi ſtatuunt dicentes alias eſſe peccatum mortale, verum non habet, vt conſtat ex dictis: habet tamẽ verum vniuerſaliter, ne ſit culpa venialis contra caſtitatem (vt dixi n. 21.) Et quando ſunt res venereæ, quæ inter omnino ſolutos eſſent culpa lethalis, requiritur dicta cauſa vrgẽs excuſans, ne tribuatur culpæ lethali pollutio illa præuiſa etiam in cauſa licita. Vt conſtat ex dictis n. præced.

Secunda concluſio. Pollutio nullo modo in ſe volita 27
ſed indirectè in cauſa, quæ iuxta dicta nu. 15. eſt peccatum mort. eſt verè peccatum, & ita appellanda eſt: ſed non eſt peccatum intetius ratione ſui imputabile, ſed exterius, & imputabile ratione cauſæ, in qua eſt præuiſa & volita. Et ideo non addit nouam malitiam denuo imputabilẽ, malitiæ volitionis cauſæ. Quia vt verè ſit peccatum, nõ oportet vt ſit in ſe volita, ſed ſatis eſt volitam eſſe in cauſa. Sic docent *Abul. c. 5. Matth. q. 246. ad fin. corp. verſ. Tertio modo. Sotus 4. d. 12. qu. 1. a. 7. propoſit. 1. & 2. Ledeſma 1. 4. qu. 21. a. 7. dub. 1. Corduba in queſtionar. l. 2. qu. 23. col penult §. Quintò probatur. Enriquez l. 8. de Euchariſt. c. 51. num. 1. in commento, lit. F. Lud. Lopez 2. p. inſtruct. de Euchariſt. cap. 76. §. Secundò aduertendum.* Vnde dum *Palud. 4. d. 9. q. 3. a. 1. concl. 1. n. 5. & ibi Maioris qu. 2. concl. 3. Martinus de Magiſtris, qu. de pollut. nocturna. Nauarr. ſum. c. 16. Hiſp. n. 7. Lat. n. 8.* dicunt eam pollutionem non eſſe in ſe peccatum, ſed in cauſa. Quod idem ſignificat *D. Tho. 3. p. q. 80. a. 7. corp.* dum ait pollutionem nocturnam non poſſe eſſe ſecundum ſe peccatum, ſed quandoque habere peccatum annexum ratione cauſæ: intelligendi ſunt, vt non ſit in ſe peccatum noua malitia imputabile, à malitia ſuæ cauſæ diuerſa. Et ita *Maioris* ſtatim *concl. 4.* ſe explicat.

Hinc deducitur primò, ſi dantem cauſam culpabilem 28
pollutioni, pœnituerit legitimè cauſæ datæ, antequã ſubſequatur, vacare culpa pollutionem poſtea ſubſequutam. Quia cùm cauſa ſit interciſa, iam pollutio eſt omnino inuoluntaria. Sic *Maioris 4. d. 9. q. 2. concl. 2. Gerſon 2. p. tract. de pollut. diurna propoſ. 1. fine, alphab. 38. lit. E. Sotus 4. d. 12. qu. 1. a. 7. verſ. Hinc ſit. Corduba relatus n praced. Enriquez l. 5. de pœnit. ca. 5. n. 5. in commento, litera A. & lib. 8. de Euchariſtia c. 51. num. 2. commento, litera H. Angles floribus 2. ſentent. d. 37. de eſſentialibus peccatorum omiſſionis, q. 2. diffic. 7. Lud. Lopez 2. p. inſtruct de Euchariſt. c. 76. §. Sequitur etiam ſecundò, Medina 1. 2. q. 71. a. 5. col. vlt. in ſolut. ad 1. Manuel 1. tom. ſum. 2. edit. c. 211. num. 2. Graffius 1. p. deciſion. l. 2. c. 87. n. 14. fin. Vega 2. tom. ſum. c. 67. caſu 5.*

Secundò deducitur, quamuis de ſe non ſit ſatis fateri 29
cauſam pollutioni daram, ſed etiam fatenda ipſa pollutio ſit, tanquam verè & propriè peccatum. Quod affirmat *Ledeſma 1. p. 4 qu. 21. a. 7. dub. 1. §. Et ad argumenta.* Et ſupponunt *Sotus 4. d. 12. q. 1. a. 7. verſ. Hinc ſit, & Lud. Lopez 1. p. inſtruct. c. 31. §. Præterea quia omnibus, & 2. p. c. 76 de Euchariſtia. §. Sequitur etiam ſecundò.* At ſi quis ante ſubſecutam pollutionem confiteatur cauſam daram, eſt probabile nõ teneri poſtea fateri pollutionem ſubſecutam. Quia iam nullam habet malitiam, & ſatis expreſſa eſt in ſua cauſa. Nec eſt

ſimile

simile de eo, qui percussit hominem, fatiusque est percussionem: tenetur enim mortem postea subsecutam fateri. Quia pollutio nullo modo fuit in se volita, sed præter intentionem accidit: nec ita influit causa data in eam, sicut percussio in mortem. Et ita *Sotus vbi* dicit fortè hoc esse verum. Tutus tamen ait esse, & *Iud. Lopez vtroque loco citato*, ipsum sequens, fateri pollutionem postea secutam. Quia apertius facto secuto innotescit prior culpa.

30 Tandem infertur, non esse audiendum *Martinum 2. qu. 21. a. 2. supplem. 2.* dicentem, fieri posse, vt ebrius vel dormiens amittat gratiam; vt si tunc admittat homicidium antea præuisum: vel incidat in pollutionem præuisam in delectatione venerea ante habita. Quia causa in qua præuisa sunt & debuerunt vitari, iam contraxit malitiam mortalem effectus subsecuti, & tunc gratia perdita est. Quòd si causa per legitimam pœnitentiam intercisa sit, effectus postea subsecutus non imputabitur culpæ (vt nu. 29. diximus) atque ita gratiam per pœnitentiam illam causæ recuparatam non deperdet ille tactus ebrius, aut dormiens. Atque ita aliis etiam rationibus id reprobat *Medina 1. 2. qu. 71. ar. 5. vers. Est aliud dubium. Enrique 2. l. 5. depœnit. c. 5. n. 5.*

31 Vltima conclusio. Quoties est peccatum mortale dare causam pollutioni præuisæ non remouendo causas notabiliter influentes: similiter est mortale dare causam notabili distillationi, aut commotioni spirituum vitalium seruientium generationi, per similes causas. Quia hæc distillatio & commotio spirituum est notabiliter turpis, & quasi inchoata pollutio. Quod num in coniugatis habeat verum? dicemus n. vlt.

32 Ad argum. primæ sent. nu. 11. proposita resp. Ad primum dic, non esse eam pollutionem graue damnum corporis, cùm non sit à causa excitante, & quasi cogente, orta, sed potius ex virtute naturali expellente semen non necessarium procedat. Nec animis cùm non sit probabile consensus periculum. Vt supponimus. Ad 2. dic, semen quoad hoc se habere instar partium, quæ in nutritione acquiri possunt & deperdi: & non sicut manus aut pedes, vnde has partes sine vrgentissima causa non licet abscindere: illas verò non constringitur homo retinere, quos vt excrementa virtus naturalis expellit. Atque idem est de semine. Ad confirm. dic antecedens esse verum, quando semen ex intentione prodigitur: secus quando præter intentionem. Ad 3. dic, strictius esse præceptum vitandi homicidii: vt satis probaui nu. 15. & similiter strictius esse vitandi illam fornicationē. Quia applicatio ad coitum fit per actus ad luxuriam pertinentes, per vires animasticas. At pollutio, quam non tenetur quis vitare in causa procedit ex causis per accidens, & secundum quid, nec ad luxuriam pertinentibus, aut si ad illam pertineant, sunt leues. Ad 4. dic, antecedens esse verū, de vitatione non dando operam causis per se pollutionem excitent. Secus de causis per accidens & secundum quid. Ad 5. dic, naturam commisisse homini semen ad finem institutum, interdicendo ne per liberam voluntatē, aut causas notabiliter influentes, deperderet illud: secus quando præter voluntatem, non remouendo causas per accidens. Ad 6. dic, esse defectum voluntarii. Quia non est directè volita, nec indirectè, mortaliter, & imputatione ad culpam mortalem: sed venialem: quando procedit ex causis per accidens, & secundum quid. Et licèt materia sit grauis, at obligatio in hoc euentu est leuis, vt probaui n. 15. Ad 7. dic, id esse verum, quando tenetur vitare antecedens vel causā. Effectus enim præuisus nec intentus in causa, quam non tenetur aliquis vitare, non dicitur voluntarius etiam indirectè. Ad confirm. dic, licèt quasi physicè dicantur voluntarii ambo effectus, at moraliter & imputatiuè ad culpam minimè dici voluntarios, nisi quando quis tenetur ob effectum cessare à causa & sub ea culpa, sub qua tenetur. Ad 8. dic, reliqua præcepta strictius obligare quoad hoc. Quod omnes fateri debent. Quia equitatio, studium, audire confessiones, non excusant à sacri auditione, horis canonicis recitandis. Sicut excusant iuxta omnes à culpa pollutionis præuisæ. Atque ita donum prolis non existentis, & requirentis totalia ad sui existentiam, non adæquatur illis obligationibus. Ad 9. dic, obligare ad abstinendum à causa per se & notabiliter excitanti, sub culpa mortali: à reliquis vero sub veniali, si vtilitas & necessitas desint. Ad argum. secundæ sententiæ proposita nu. 12. resp. Ad 1. dic, quamuis tem venialem exercens non prosequatur ius suum, quatenus est culpa, at prosequitur, quatenus res illa est causa per accidens pollutionis præuisæ. Non enim præceptum vitandi eam pollutionem obligat ad rem adeo difficilem, vt est veniales eius causas excusare, nisi sub sola culpa venialī. Ad 2. dic, communicare suam malitiam causæ, quam tenetur operans vitare: & eo modo quo tenetur. Ad 3. dic, esse disparem rationem. Quia excessus in potu est per se causa ebrietatis. Ad 4. dic, quamuis sæpius ex iis causis venialibus, quam ex aliis sequatur pollutio, non violari notabiliter id præceptum. Quia leuiter concurrunt. Vnde sola culpa venialis esset ab illis non abstinere. Ad argu. tertiæ sent. nu. 13. proposita resp. Ad 1. dic, licèt non sit tanta difficultas in euitandis mortalibus, at quando eæ causæ in se mortales non sunt causæ per se pollutionis, excusare hoc à culpæ mortalis ratione pollutionis præuisæ in illis, contrahendæ labe. Et quamuis operans non habeat ius ad illas causas, in quantum peccata sunt, & ideo peccet. At id non prouenit ratione pollutionis in eis præuisæ: & ideo non peccat mortaliter hac ratione. Ad 2. constat ex dictis n. 27. Id enim verum habet in causis per se pollutionis, & notabiliter ad illam conferentibus. Quales sunt venereæ. Ad confirm. dic, nullo modo probare illam sententiam. Solùm enim sentit *D. Aug.* minimè Loth peccasse in incestu. Quia nullo modo fuit præuisus.

SVMMARIVM.

An tactus inter coniugatos sint illiciti, quando adest pollutionis periculum? Refertur quædam sententia, n. 33.
In reddenda an sint peccatum cum eo periculo? n. 34.
Non semper sunt illiciti etiam in petente, ob id periculum, nu. 35.
Quid de tactibus impudicis cum eo periculo, nu. 36.
Quid de tactibus qui mutui amoris coniugalis sunt indicia, n. 37.
Quid, de tactu coniugalis secumuenet cum eo periculo, n. 38
Quid de delectatione morosa expulsa cogitata cum eo periculo, n. 39.
Quid, de verbis & affectibus turpibus inter coniuges, sit eo periculo, nu. 40.
Quid si ex his omnibus sola distillatio sequatur cum commotione membris generationi deseruientibus, n. 41.

QVÆSTIO secunda. An tactus inter coniugatos, delectationes morosæ, aspectus, verba turpia, quæ omnia diximus disputatione præced. licita esse: reddantur illicita ratione periculi pollutionis in alterutro coniuge præuisi? Quotquot DD. viderim, id de tactibus affirmant, asserentes esse mortales inter illos, vbi cum pollutionis periculo habentur. Quia licèt coniuges dent operam rei licitæ, at tactus illi sunt causa per se pollutionis, & notabiliter ad illā habendam influens. In quo euentu diximus nu. 25. reddi causam mortaliter illicitam ratione pollutionis præuisæ, quamuis eo periculo seclusio licita effet. Atque ita docent *Paludan. 4. d. 31. q. 3. ar. 2. n. 17. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 20. §. 6. Angelus verb. Debitum, n. 26. vbi Sylvester q. 7. & ibi Armilla n. 8. & verb. Impudicitia, n. 3. Caiet. sum. verb. Matrimonium, c. vlt. §. vlt. & verb. Interrogationes concessorum, in interrogat. circa 6. præcept. Rosella verb. Debitum, n. 12. Victoria sum. de matr. n. 274. Sotus 4. d. 31. q. vn. a. 4. fine, vbi Ouand. q. vn. propos. 3. Nauar. sum. c. 16. n. 42. Ledesma 2. p. 4. q. 51. a. 6. propos. 8. Margarita confess. 6. præcept. f. 88. Medina l. 1. sum. c. 14. §. 38. & c. 16. §. 13. vers. Lo nono. Alexand. in suo enchirid. 2. p. præcept. 6. vbi de debito coniugali, §. Si ex tactibus. Angelus floribus 1. p. de matrim. q. 5. de bonis matri. fine. Bart. a Ledesma dub. 28. de matrim. fine. Petr. de Ledesma de matrim. q. 49. a. 6. fin. Enrique 2. l. 11. de matrim. c. 16. num. 6. Manuel 1. 10. sum. 2. edit. ca. 211. n. 1. & c. 243. n. 9. Vinald. candel. libro Sacrament. 1. p. de matrim. n. 260. Phil. Carc. de offic. sacerd. 10. 2. p. 2. l. 4. c. 19. p. 2. ante post prim. Enum. Sa summa, verb. Luxuria, §. Oscula & tactus. Graffis 1. p. decision. l. 2. c. 82. n. 21. & c. 74. fine.* Et idem dicunt *Caietan. sum. verb. Matrim. c. vlt. Armilla verb. Debitum, n. 8. Barth. à Ledesdub. 28.*

dub.28.de matrim. fine, si coniux expertus sit ex iis tactibus sequi pollutionem, & attendens periculum, eis vtatur: nam quãuis pollutio minimè sequatur, peccabit mortaliter ratione periculi, cui se exposuit. Et quamuis aliqui ex his DD. loquãtur de tactibus impudicis: vt *Caietan. Sotus, Navar. Medina, Alex. Graffis, Philiarc.* At absque dubio nõ faciunt vim in tactibus, eo quòd sint impudici. Et ità *idẽmet Caiet. Medina & Graffis*, in altero loco ex duplici citato de tactibus impudicis, in alterò vero de omnibus loquũtur.

43 Prima tamen conclusio sit. In reddente non sunt mortales ij tactus, sed liciti, quamuis adsit periculum pollutionis in alterutro coniuge, modò non sit consensus in ipso reddente in pollutionẽ illam. Hæc conclusio quamuis à nemine explicetur, non tamen est contra aliquẽ (ni fallor) ex DD. nu. præced. allegatis. Et ratio illius est. Quia reddens dat operam rei licitæ, ad quam obligatur ex iure alterius. Item, quia culpa vacant ij tactus exerciti cũ periculo pollutionis, vbi adest causa vrgens (vt diximus nu. 25.) At satis vrgens est causa reddendi tactus ab altero coniuge exactos. Hoc tamen temperarem, nisi tactus tales sint, vt ita ad pollutionem tendant, vt sint quasi pollutio inchoata, & coniuges in eo loco existant, in quo copulam habere nequeant, prẽuiso pollutionis periculo. Vt si vir à femina petat, vt eius virilia attrectet, moueatque, aut velit digitos in vxoris vas intromittere, ibique persistere, quasi copulam exercendo, vtens digitis instar membri virilis. Quia eiusmodi tactus sunt quasi inchoata pollutio, & proxima ad ipsam via, quando ad propinquam copulam non disponunt, sed in eo loco exercentur, vbi non est opportunitas copulæ habendæ. Et hoc videntur sentire *Nauarrus sum. c.16. n.42.* vbi postquam initio dixerat esse mortales tactus inter coniuges cum periculo pollutionis, *in fine* ait, similiter peccare mortaliter coniugem non facientem, sed consentientem.

35 Secunda concl. In coniuge petente non semper sunt mortales tactus cũ periculo pollutionis in se vel in altero coniuge, quando nec ea est intenta, nec est consensus periculum. Sed erunt mortales, quando absque causa vrgenti exercentur. Probatur quia licèt hi tactus sint causa per se pollutionis, at excusat tali causæ operam dantem vrgens causa (vt probauimus num. 8. & 25.) At aliquando adest talis causa, vt dicemus n.37. & conclusio hæc magis constabit ex corollariis ex ea deducendis.

36 Hinc deducitur primò, tactus impudicos in coniuge petẽte, cum pollutionis in se vel in altero coniuge periculo, nisi in eo loco sint, vbi adueniente periculo possint facile copula vti, vt pollutionem vitent, esse semper culpam lethalem. Et constat ex omnibus DD. nu. 33. relatis. Quia ij tactus necessariò non sunt inter illos ad mutuum amorem iudicandum, sed solum quo se ad copulam statim habendam præparent. Et ex alia parte notabiliter pollutionem excitant.

37 Secundò deducitur, amplexus, & oscula, & alios tactus solitos exerceri inter coniuges ad mutuum iudicandum fouendumque amorem, & turpitudine carentes, minimè damnãda esse de culpa lethali, ob periculum pollutionis prævisæ: quando non nimia voluptas adest, nec incitat, sed tãquam indicia amoris exercentur, represso excessu libidinis insurgentis. Et in hoc casu tempero doctrinam generalem n.33. relatam, damnantem hos tactus. Ducor, quoniam causa vrgens adest huiusmodi tactus exercẽdi, vt mutuus indicetur foueaturque amor inter coniuges: magnaque austeritas esset, & valde minueretur [illegible], si ab huiusmodi tactibus abstinerent. Deinde, quia amplexus inter sororem & fratrem forte venientes ad indicandum amorẽ, & ne austeri & inurbani videantur, non damnãtur ob pollutionis prævisæ periculũ (vt n.8. probauimus.) Cur ergo inter coniuges damnãdi sunt? Eo vel maximè, quod vbi non nimius libidinis ardor incitat eos, sed voluntas mutui amoris fouendi, non influunt notabiliter in coniugatis ad pollutionem. Quamuis in omnino solutis, quibus copula est interdicta, influerẽt. Hæc est enim prava nostræ naturæ corruptio, vt semper in vetita nitamur.

Tertiò infertur, tactum quo coniux semetipsum tangit 38
cum pollutionis periculo, esse culpam mortalem. Quia ad eam valde influit: nec causa vrgens illum exercendi adest. Quamuis eo periculo secluso non sit culpæ mortali tribuendus. Vt disp. præced. n.16. contra alios defendi, vbi & DD. retuli asserentes esse culpam mortalem existente pollutionis periculo.

Quartò infertur, delectationem motosam coniugis in 39
copulę coniugalis cogitatione, quam secluso pollutionis periculo, diximus disp. præc. nu. 5. non esse mortalẽ, effici culpam lethalem eo periculo prævisso. Quia est res ad venerem pertinens, valdeq; ad pollutionem incitans, & desideratur causa vrgens. Atque ita docent *D. Anton. 3. p. t. 5. c. 1. §. 6. fine. Rosella verb. Delectatio, n.3. Tabiena verb. Cogitatio fine. Armill. verb. Delectatio, n.4. Vigerius lib. instit. c.3. §.5. vers. 5. ad fin. Metina 1.2. q.74 a. 8. paulo post prin.* vbi *Zumel disp. 4. dub.3. fine. Vasquez ibi disp.113. n.4.*

Tandem infertur, aspectus, & verba turpia cum dele- 40
ctatione venerea sufficienti ad culpam lethalem inter solutos, quamuis inter coniugatos secluso pollutionis periculo ab ea excusentur (vt diximus disp. præc. n.13.) minimè ab ea excusari, eo periculo existente. Quia valde iuuant ad pollutionem habẽdam, & deficit causa iusta.

Vltima conclusio. Non existimo esse mortale in coniu- 41
gatis, per tactus, aspectus, & verba turpia, delectationemque veneream ex copula cogitata consurgentẽ, date causam commotioni membrorum seruientium generationi, & incurrere in distillationes prævisas. Quamuis inter solutos dixerim n.31. id esse lethale. Nam hoc non est graue damnum generationis in tali statu: & aliunde eæ delectationes, & spirituum commotiones in eis, vacant culpa mortali. Vt probaui disp. præced. n.3. & 4.

DISPVTATIO XLVI.

Vtrùm inter sponsos de futuro, licita sint tactus, aspectus, & verba turpia. Et generaliter quando hæc inter omnino solutos sint peccata mortalia?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputanda sunt, n.1.
Tactus omnes non sunt sua per natura illiciti, sed indifferentes, n.2.
Oscula & amplexus ex amore honesto habita, & ob honestam delectationem quando sint licita, n.3.
Quotuplicitèr possint ad delectationem veneream referri, & an sint mortalia, habita ad experiendam copula delectationem, n.4.
Quando sit delectatio venerea, n.5.
An oscula & amplexus habita ad solam delectationem ex ipsis consurgentem sint mortalia? Refertur quædam opinio, n.6.
Sunt mortalia, n.7. Et quid, inter personas eiusdem sexus, n.8.
An sit parua materia in hac delectatione venerea, n.9.
Quid, de amplexibus, osculis, tactu mamillarum causa lenitatis & iteri, num.10.
Quid, de tactibus impudicis causa loci aut curiositatis, n.11.
Quid, de his tactibus inter personas eiusdem sexus, n.12.
Quid, de osculis, & tactibus carnium infantilium, n.13.
Quid de tactu seruantes, n.14.
Quid, de tactibus lentibus, vt manuum, brachiorum, n.15.
Quod, si in his tactibus delectatio reperiatur, n.16.
An in tactibus sint considerandæ eadem circumstantiæ, quæ in opere nu. 1.
An Sodomiticus accessus ad coniugatam feminam: vel si coniugatus patiatur accessum sodomiticum: & denique quicumque tactus: in quo non sit emissio seminis coniugis, habeat circumstantiam adulterij, & matrimonij lex obliget coniuges ad abstinendum à mentis cogitatione, nu 28.
Soluuntur argumenta, n.19.
Post n.19. inuenies alia summaria.

QVo perfectiùs quæstio hæc dissoluatur: præmittere 1
oportet, quando hæc omnia inter omnino solutos lege matrimonii, & sponsalium, mortali malitia afficiantur. Et ideo quadruplex est disputanda quæstio. Prima, de actibus inter omnino solutos. Secunda, de aspectibus turpibus inter eosdem. Tertia, de verbis turpibus inter eos. Quarta, de his omnibus inter sponsos de futuro.

QVÆSTIO I. Vtrum delectatio in tactibus inter om- 1
nino solutos sit peccatum mortale? Præmittenda sunt duo in omni sententia certa. Primum est. Tactus nõ sunt

de se

de se & intrinsece mali, sed indifferens. Quia formalitas nomine tactuum expressa est quædam actio sensus, quæ de se mala non est. & potest fieri licite si causa est honesta: & illicite, si inhonesta sit. Et ita docet *D. Th. 2. q. 154. a. 4.* quem omnes sequuntur. Imo tactus quibus vir pudenda feminæ attrectat, indifferentes esse, bene tradit *Navar. c. Si cui de penit. d. 1. num. 13. Supplementum Gabrielis 4. d. 31. qu. vn. a. 3. dub. 2.* Possunt enim aliquando licitè fieri, vt causa medicandi.

Hinc fit oscula & amplexus ex benevolentia, & amicitia honesta habita secúdum patriæ consuetudinẽ, culpa vacare. Quia ibi nulla est turpitudo, sed castus amor. Sic *D. Thomas n. præced. alleg.* cui nemo contradicit. Idem dicẽdum est, quando habentur ob delectationem honestam. vt ad augendum amicitiam & benevolentiam honestã. Quamuis inde motus sensualitatis inordinatus & delectatio venerea insurgat, minimè assensum præstãte voluntate: quia finis est honestus, & contra voluntatem prauus ille motus insurgit. Ita docent *Navar. c. Si cui, de penit. d. 1. n. 15. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 203. n. 2.* 3

Secundum suppositum est. Delectatio venerea in oculis, & amplexibus, aliisque tactibus captata, esse potest in duplici differẽtia. Quædam est delectatio venerea ipsius copulæ. Et tunc constat inter omnes esse peccata lethalia, tactus ob eam delectationem habitos inter solutos: sicut & ipsam copulam. Altera autem est delectatio sensibilis, venerea, & libidinosa ex ipsis tactibus consurgens. sistendo in ea, nec intendendo copulam, nec illius voluptatem. Et de hac est specialis difficultas, an efficiat oscula & amplexus, quæ de se indifferentia sunt, culpam lethalem esse. 4

Dicitur autem delectatio venerea, seu libidinosa, quæ in ipsa carne sentiunt. Vt docét *Caiet. sum. verb. Impudicitia, statim in principio, & ibi Armilla num. 1.* Quod clarius explicat *Tabiena verb. Cogitatio, q. 8. n. 9. post medium*, dicens tunc contingere, quando sentitur in carne, cum commotione spirituum subseruientium generationi circa partes libidinosas. Ad differentiam eius delectationis, qua placet tactus aut visus proprii corporis, vel alieni, sine vlla libidine, ob solã proportionẽ, & cõnaturalitatem cum orgãno tactus aut visus. Sicut tactus rei blandæ, & visus rei pulchræ organa visus & tactus naturaliter delectant. 5

Consistit ergo difficultas in hoc, an oscula & amplexus feminæ à viro habita, ob solam veneream & sensibilẽ delectationem ex ipsis consurgẽtem absque alia finistra intẽtione, sint culpa lethalis. Quidam enim id negant. Ducuntur primo. Quoniam *D. Paulus Ephes. 5.* vbi cauendam præmiserat fornicationem, anaritiam, & turpitudinem, subdit hæc: *Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, non habet hereditatem in regno Christi.* Vbi dum significauit prædicta esse lethalia, dicens ea à Christi regno excludere: subticuit turpitudinem, cætera commemorans: cẽsuit ergo non esse peccatum lethale. Nomine autem turpitudinis, amplexus, & oscula comprehendi, testatur *Glossa interlinearis ibidem.* Secundò, quia *D. Th. 2. 2. 154. a. 4. in fine corporis*, appellat tunc amplexus, & oscula libidinosa, & dicit esse lethalia, cum ad delectationem copulæ experiẽdam referuntur. Atque ita tactuum malitiam mortalẽ reducit in morosam delectationem de copula captatã. Et clarius id docet de veritate *q. 15. a. 4. in fine corp.* his verbis: *Simpliciter concedimus cõsensum in delectationẽ fornicationis, vel alterius mortalis, esse mortalem. Ex quo sequitur, quod quidquid homo agit ex consensu talis delectationis, ad hoc vt huiusmodi delectationem nutriat, aut teneat: sicut sunt turpes actus, aut libidinosa oscula, vel aliquid huiusmodi, totum est mortale.* Tertiò, quia si oscula, & amplexus propter solam illorum delectationem habita, ideo sunt mortalia; quoniã ad fornicationem suapte natura referuntur, quamuis ea exercens minimè illam spectet, nequaquã erunt ex se indifferẽtia, sed iutrinsecè mala. Quod omnes negare diximus num. 1. Et confirm. quia bonitas vel malitia rei de se indifferentis pendet ex fine, quẽ operans spectat. Cùm illa suapte natura ad bonũ vel malum referri possit: atq; in hoc consistat eam indifferentem esse. Ergo dum operãs nõ refert ad fornicationis delectationem, oscula & amplexus, non est dicẽdum ea esse mortalia: eo quod ad illã ex se dirigãtur. Quartò, quia fornicatio ideo est mala, quod aduersetur bonæ prolis educationi. Quod cũ in amplexibus iis & osculis nõ reperiatur: minime fornicationis malitiã participabũt. Quintò, quia videtur delectatio hęc modica in genere luxuriæ: atque ita ratione paruitatis materiæ excusari à mortali. Nam licet sit eiusdem rationis cũ ea, quæ ex copula percipitur, at multo minor est. Sextò, quia delectatio naturaliter consequitur actum, & est eiusdem malitiæ. Cũ ergo substantia tactuum non sit ex se peccatum, nec delectatio eõsequens illam erit. Et confirmatur. Quia obiectum nõ efficitur malũ propter delectationem, sed ideo est mala, quod versetur circa malum obiectum. Teste *Philosopho 10. Ethicor.* Ergo tactus, qui ea delectatione seclusa mali non sunt, ratione delectationis non erunt lethales. Sed potius quia tactus non sunt de se mortales, neque ea delectatio talis est. t. Atq; ideo huius sententiæ sunt *Martinus de Magistris, tractatu de tẽperantia q. 3. deluxur. Vimbertus in exposit. regulæ D. Augustini. Gabr. lect. 74. in can. Missa, lit. E. vers. Verum duplicia sunt. Iauellus I. de philosoph. Christiana 2. p. tract. 7. c. de impudicia n. 10.* Et quidam Neoterici (vt refert *Tabiena verb. Cogitatio q. 8.*) Et quidam Doctores Hispani, (vt refert se intellexisse *Navar. c. Si cui, de pœnit. d. 1. n. 15.*) & clare censet esse probabilem *Soto 4. d. 34. qu. 1. a. 2. Ad fin. vers. Ex quo fit*, vbi oppositam sententiam appellat veriorẽ, quasi supponens hanc esse probabilẽ, sed non ita certam, ac contrariam. Eiusdem sententiæ videntur *D. Anton. 3. p. t. 16. c. 1. §. 10. notabil. 1.* dicens tactus cũ fuerint ex libidine & amore carnalis luxuriæ, esse mortales. Et *Nider in sua sum. præcep. 6. c. 2. ad fin vers. Secundo principaliter*, dicẽs esse lethales, cum sunt libidinosi, & ea intentione, vt in se vel in muliere excitetur concupiscẽtia. Et *Margarita cõfess. 6. præcept. f. 90.* dicẽs oscula & amplexus habita ex lasciuia, esse mortalia, & tunc id contingere, quãdo habẽtur, vt sequatur pollutio, vel cum periculo. *Viguer. Institut. c. 7. §. 5. v. 7. ad fin.* dicens esse mortalia ob intentionem corruptã, sicut & aspectus, iuxta illud *Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendũ eam, mœchatus est in corde suo.* Et *Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 203. nu. 2.* dicens oscula tunc esse mortalia, quando diriguntur ad actum carnalem vel libidinosum. 6

Prima conclusio sit. Tanquam verissima sententia tenenda est, amplexus & oscula habita inter virum & feminam omnino solutos lege matrimonii, & spõsalium inter se inuitorum, propter solam delectationem sensibilem in appetitu sensitiuo consurgentem ex ipsis, quamuis nec de fornicatione, nec de illius delectatione cogitetur, esse peccata lethalia. Prob. primò, quia *D. Paulus Eph. 5.* numeratis fornicatione, turpitudine, & immunditia, dicit immũdos excludi à regno Dei. Vbi *Lyra super verb. Omnis immũditia.* dicit nomine immũditiæ claudi omnia ad luxuriã pertinẽtia. Et *ad Gal. 5.* vbi præmisit esse opera carnis, immunditiã, impudicitiã, subdit hæc: *Qui talia agũt, regnũ Dei non possidebũt.* Vbi *Lyra super verb. Impudicitia*, ait nomine impudicitiæ includi aspectus & tactus. Quod autem excludere à regno significet culpam lethalem, feraturq; in omnia enumerata, videntur dicere *D. Aug. D. Chrys. D. Athã. D. Iren.* ibi Et *2. Cor. 12. Lugeam multos, qui non egerunt pœnitentiam super immũditia, fornicatione, & impudicitia.* Id est, osculis & tactibus, vt exponit *D. Th. 2. 1. q. 154. a. 1. ad 5.* Secundò, quia *D. Ambr. ad Siculi 1. ad Thes. 5. Salutate fratres in osculo sancto*, hæc ait, *Sancta oscula sunt in salutatione Christiana, cætera carnalia sunt. Quicquidquid sine Christo fit, carnale est, ac per hoc mortale.* & *Cypr. l. 1. ep. 9. ad Pompo. de virgin.* & refertur *c. Nec aliqua 27. q. 1.* Sic inquit, *Certè ipse cõcubitus, ipse cõplexus, ipsa cõfabulatio & osculatio, quantũ dedecoris & criminis cõfitentur.* Vbi hi sancti expresse videntur docere, amplexus & oscula esse mortalia, vbi ineisamor castus deficeretur. Tertiò, quoniã amplexus & oscula, ob delectationẽ habita, suapte natura & intrinsecè ordinãtur ad copulã, tãquã circũstantiæ illius. Quod 7

vel

vel ex eo constat, quod prædictis tactibus vtantur bruta dum se ad coitum præparant: naturaque in eis voluptatem sicut in coitu apposuerit, ac instar illius immutent corpus, ipsumque delectent. At circumstantiæ intrinsecæ actus participant eandem ipsius malitiam. Et confirm. Nam hi tactus multo viciniores sunt copulæ, quam delectatio morosa ipsius copulæ cogitatæ. Quam tamen constat esse mortalem. Quartò, quia amplexus & oscula suapte natura proximè subserunt copulæ, & notabiliter excitant vehementem corporis & spirituum generationi ministrantium commotionem. Quare talis delectatio est inchoatio copulæ carnalis. Quintò, quia adeo turpia reputantur amplexus & oscula, vt multi non improbabiliter existiment ea sufficere, vt legatum relictum vxori castè viuenti deperdatur (vt retuli lib. 7. disp. 91. n. 38.) Sextò, quia in tantum censentur oscula impudica, vt ex eis probetur adulterium (vt Baldo, & multis aliis relatis, tradit *Mascard. de probat. concl. 64. à n. 1. vsque ad 5.*) Sunt enim ipsius adulterij pars. Vt cum *Tullio & Andr. de Isernia* tradit *Greg. Lopez l. 2. verb. Conscjar t. 14. p. 2.* Tandem, quia prohibita fornicatione per sextum decalogi præceptum, censentur prohibiti hi tactus, qui sunt media ad illam. Nam interdicta re aliqua, censentur interdici omnia per quæ ad eam deuenitur, *l. Oratio. ff. de sponsal.* Et ideo huius sent. sunt *D. Th. de malo. q. 15. a. 2. ad 18.* (& quamuis in aliis locis lubricè loquatur: atque ita num. præced. formauimus 2. argum. ex eius dictis, pro contraria sent. At nu. 19. in illius solutione ostendemus idem sensisse illum in eis locis.) *Paludan. 4. d. 31. q. 3. a. 2 n. 17. Et ibi Supplem. Gabr. q. vn. a. 3. dub. 2. Vincentius in spec. doctrin. to. 3. l. 3. d. 2 p. 9. vers. Circa tertium. Abul. c. 5 Matth. q. 197. Gerson 2. p. opusc. tripartito de præcept. Decal. c. 13. alphab. 31. fine. Et regulis moral. c. De luxuria, alphab. 24. lit. T. Caiet. 2. 2. q. 154. a. 4. dub. 1. Et opusc. to 1. tract. 14. de delectatione morosa, dub. 3. & sum. verb. Delectatio, §. Secundum an delectatio, in fine, & verb. Impudicitia, & v. Osculum. Rosella verb. Delectatio, n. 3. Tabiena verb. Cogitatio, q. 8 n. 9. ad fin.* dicens esse de fide, *& verb. Osculum, n. vn. ad medium. Armilla verb. Impudicitia, n. 1. & verb. Osculum, n. 1. Sotus 4. d. 34 q. 1. a. 2. ad fin. vers. Ex quo fit. Nauar. c. Si cui, de pœnit. d. 1. n. 9. & 15. & sum. c. 16. n. 11. Angles floribus 1. p. q. 8. de impedim. matrimonij. 4. 1. dub. 9. 4 concl. 1. Cordoba sum. q. 2. punct. 4. & qu. 190. & super Sotum de secreto, membro 2. q. 2. circa 2. concl.* vbi oppositum appellat erroneum. *Nieua summ. t. 87. Hieron de Zenetinis tract. de foro conscientiæ & contentioso, n. 139.* habetur to. 3. tract. p. 1. *Nider sum. præcept. 9. c. 4. duplici pag. ante fi. vers. Quarto etiam hic prohibetur. Alcozer sum. c. 20. f. 71. pag. 2. §. Mirar mugeres. Pedrà 2. 1.* licet non ita clarè, *sum. præcept. 6. §. 1. 5. & 29. Ioan. de Burgo in pupilla oculi. p. 10. c. 4. Metina l. 1. sum. c. 14. §. 18. f. 118. pag. 2. & 1 2. q. 74. a. 8. dub. 5.* vbi & *Vasq. disp. 109 n. 5 Valentia 2. 2. d. 9. q. 3. punct. 3. ad finem, §. Si autem eiusmodi tactus. Nauarra* referens *Baltanas*, & dicens oppositum esse falsum, & fortè temerarium, *l. 2. de restit. c. 4. dub. 5. inter ea quæ præponit*, agens de peccato quod detractores admittunt, *an noua edit. n. 182. & seq. at in priori edit. num. 318. Ioan. Hessels in expos. Decalog. præcept. 6. c. 14 duplici pag. ante fin. Philiar. de offic. sacerdot. to. 1. p. 2. l. 4 c. 18. dub. 3. Barth. à Ledesma dub. 28. de matrim. fine, & dub 11. de pœnit. interrogationibus circa 6 præcept. Graffis 1. p. decis. l. 2. c. 75. nu. 10.* Et eandem sent. docent. licet non ita clarè, alij DD. dicunt enim oscula & amplexus ex libidinosa delectatione habita, esse lethalia: non explicant tamen quando dicatur libidinosa delectatio. Hi sunt *Glossa clem. fin. verb. Septimò, de hæreticis, & ibi Abbas ad fin. Cardin. super eo verb. Septimò. Flatten in princip. Imola ibi nu. 17. Bonifacius nu. 88. Paulus ibi. Albericus in suo dictionar. verb. Luxuria, vers. Luxuria est multiplex. D. Antonin.* dicens *cum Ricardo* contrarium esse hæreticum *2. p. t. 5 c. 1. §. 9. Angelus verb. Luxuria, fine. Sylvest. verb. Delectatio, quæst. 3. & 4. Tabiena verb. Delectatio, q. penult. Torrecr. c. Hospitiolum, art. 2. n. 6. d. 30. Alnar. Pelagius de planctu Eccles. l. 2. art 51. in 7. errore Begardorum. Roman. Sa sum. verb. Luxuria. vers. Oscula.*

8 Atque à fortiori dicendum est, oscula & amplexus inter personas eiusdem sexus habita ex prædicta delectatione venerea, quæ ex ipsis sentitur, esse peccata mortalia, vt inter duos viros, aut duas feminas. Quia ad longè peiorem concubitum ordinantur. Sic *Gerson 2. p. opusc. trip. artic. de præcept. Decalogi, c. 13. alphab. 31. fine. Nieua sum. tit. 87. Graffis 1. p. decis. l. 2. c. 75. n. 10.*

Moderatio tamen illa, quam *Armilla verb. Impudicitia, n.* 9 *1. & Nauar. c. Si quis, de pœnit. dist. 1. num. vlt. Sotus de doctrina Christiana, f. 26.* afferunt de paruitate materiæ, ob quam à mortali excusant eiusmodi tactus, etsi nobis aliquando non displicuit, re tamen bene considerata, rationibusque perpensis, tanquam certissimum tenendum iudicamus, nullam reperiri paruitatem materiæ in delectationibus venereis, secluso etiam pollutionis & consensus periculo in aliquid huiusmodi: quod latissimè & optimè probat *Rebellus de iust. p. 2 l. 3. q. 19* nosque Deo auspice, latius alibi tractabimus & probabimus.

Secunda conclusio. Si amplexus, & oscula, & tactus hu- 10
iusmodi non omnino turpes & impudici, solum habeantur ioco causa vanitatis, vel leuitatis, vel alia simili, absque delectatione venerea, etsi inde consurgat, ea repressa, non excedunt culpam venialem. Quia censetur paruitas materiæ, cum absit delectatio venerea. Sic *Caiet. sum verb. Impudicitia. Nauar. sum. biss. c. 16 n. 11. & c. Si cui, de pœnit. d. 1 n 11. Graffis 1 p. decis. lib. 2 c. 75. n. 10.* Et idem dicit *Nauar. sum. lat. c. 14 n. 42. vers. 19.* de tactu mammillarum feminæ habito à viro iocosè, & absque alia praua delectatione. Quia turpiores tactus sunt oscula & amplexus. Vt docet *Greg Lopez. l. verb. Conscjar, t. 14 p. 2.* Quod bene intelligit *Nauar. eo. c. 14 nu. 42. vers. 9.* dum modo sint tactus illi inter personas, quæ inde ad peccatum mortale non incitentur.

Consulto autem dixi in conclusione, tactus qui non 11
omnino turpes sunt & impudici, iam tactus impudicos, vt partium vicinarum verendis, vel ipsarum verendarum, nunquam excusarem à mortali absque necessitate habitos inter personas distincti sexus: vt inter virum & feminam. Quia ex natura rei ad delectationem veneream tendunt, illamque valdè excitant. Et licet à tangente ad eam non referantur, sed ad coitum: sunt tamen valdè contrarij honestati naturali: maximamque indecentiam præ se ferunt. Atque ita quamuis DD. admittant tactus alios inter sponsos de futuro, excipiunt tamen impudicos, vt nu. 51. dicemus. Et similiter licet DD. admittant feminam dubiam de mala tangentis intentione posse aliquando permittere amplexus & oscula: at tactus impudicos nunquam admittunt extra vrgentis necessitatis casum. Vt potest videri in *D. Antonin. 2 p. t. 5. c 1. §. 9. Rosella verb. Delectatio, n. 3. ibi Sylvest. q. 4.* & in multis aliis. Tandem quia inspicere mulieris pudenda ex curiositate, est mortale, vt dicemus num. 24. propter maximam indecentiam, & summum periculum. At indecentius & maiori periculo expositum est ea tangere. Atque ita *Nauar. summ. lat. c. 14. n. 42. vers. 19.* dicens amplexus, & oscula, & alios tactus ioco habita, vacare culpa mortali, excipit impudicos tactus. Potest tamen hoc temperari, nisi tactus ille pudendorum supra vestes haberetur, non intenta delectatione consurgente ex tactu mediato cogitato, sed leui quadam ex tactu immediato. Quia hæc delectatio ex suo genere non est tanta, nec tam propinqua copulæ: vt reputanda sit materia grauis.

Hinc infertur, à fortiori esse mortale, si personæ eiusdem 12
sexus, vt si vir viri, aut femina feminæ pudenda tangant, ob delectationem venereum ex eo tactu consurgentem. Quia tactus illi ad sodomiam pertinent, vt quædam illius inchoatio. Deinde, quia licet aspectus inter personas eiusdem sexus non sit ita turpis, ac inter diuersi: at id oritur ex eo, quod aspectus non ita ordinetur ad coitum, illumque inchoet: nec ita participet illius malitiam. Dixi autem ob delectationem venereum. Quia secus esset, si ex quadam leuitate, & ioco; absque animo turpi tactus ille haberetur. Vt solet pueris euenire ioco pudenda arripientibus. Quia deficit animus libidinosus: nec tanta versatur indecentia & inhonestas, ac inter personas diuersi sexus.

Secundò infertur, non esse mortale peccatum, nec 13
sæpe veniale, exosculari affectuosè & magna cum suauitate

uicate molles infantium carnes. Quia id non ex venerea delectatione oritur, sed ex amore tenero & suaui infantilis ætatis. Alias innumeri parentes & nutrices damnarentur. Et ita *Navar sum. bisp. c. 16 nu.* 11. excusat tangentes huiusmodi pueros.

14 Tertiò infertur, esse mortale propria verenda tangere, venerea delectatione ex eo tactu orta. Quia tendit ad molliciem. Sic *Armilla verb. Impudicitia, nu.* 1. Secus de tactu ex curiositate, aut leuitate, aut gratia manus calefaciendi, absque libidine & pollutionis periculo. Quia deficit animus libidinosus, nec interuenit ea turpitudo & inhonestas, quæ in tactu alieno.

15 Vltima conclusio. Tactus leues, vt manuum fœminæ, pedem vel brachium premere, vellicare, digitos intorquere, non sunt communiter peccata mortalia, sed venialia. Quia communiter ex leuitate quadam, iocoque, & non ex libidine procedunt. Sic *Caiet. 2. 2. q. 154. a. 4. circa solutionem ad 2. immediatè ante vltimum dubium, & summa verb. Chorea, in fine*, vbi *Armilla n. 2. Tabiena verb. Osculum, n. vii. paulo post medium. Navar sum. lat. c.* 14. *n.* 42. *vers.* 19.

16 Dubitabis autem, num is tactus leues habiti ob captandam delectationem illam, quæ ex ipsis oritur, sint peccata lethalia? vt diximus n. 7. esse amplexus & oscula. Affirmat *Caiet. 2. 2. eo. a. 4. & Tabiena n. praced. allegat.* At durum mihi videtur. Quamuis enim id affirmarim de tactibus illis grauioribus: eo quod vehementius ad coitum incitet delectatio ex illis captata, imò sit quædam coitus inchoatio. At alij tactus sunt tam leuiter turpes, vt excusent à mortali propter materiæ paruitatem, etiamsi intendatur delectatio ex illis resultans. Quia ea delectatio venerea modica materia est ad constituendam culpam mortalem (vt nu 9. dicebamus.) Alias nulla esset differentia inter hos tactus leues, & inter amplexus & oscula. Hæc enim ex leuitate & ioco habita, venialia esse dixi n. 16. Et ita *Navar. ea. supra ed. allog* mitius videtur loqui. Tunc enim tactus hos leues de culpa mortali damnat quando finis alius mortalis intenditur. Et *Armilla verb. Chorea, n.* 2. quando finis est se vel alium ad libidinem prouocandi.

17 Ex dictis infertur, in tactibus libidinosis, quando iuxta prædicta sunt lethales, fatendas necessario esse circumstantias personarum agentis & patientis, sicut in copula ipsa. Vt si tangens vel tactum patiens sit matrimonio aut voto astrictus, si sint consanguinei. Quoniam eiusdem sunt malitiæ moralis, cuius est actus cõsummatus copulæ, ad quam suapte natura referuntur, quamuis tangens eam minimè intendat (vt n. 7 probauimus.) Sic *Abulens. c. 5 Matth. q.* 197. *Caiet. 2. 2 q. 154. a. 4 dub. 1. §. Ad euidentiam horum, & summa verb. Impudicitia*, vbi *Armilla n. 1. Tabiena verb. Osculum n. vii. paulo post medium. Cordoba sum. q. 2. punct. 4. & q.* 190. *Navarval. 2. de restit. cap. 4 dub. 5. ex illis quæ proponit circa peccatum quod admittunt detractores, in nona edit. n.* 85 *in antiqua* vero *n.* 318. *Barth. à Ledesma dub. 28. de matrim. fine. Alcozer sum. c. 20 f. 74. pag. 1. §. Estas circumstancias. Margarita Confessorum 6. præcepto, fin. Ioan. Hessels in expos. Decalog 6. præcept. c.* 14. *ad fin.*

13 Rursus hinc deducitur, audiendos non esse quosdam Neotericos, qui dicunt nullum actum luxuriosum coniugis, in quo non sit feminis effusio, nec ex vi actus pertinere ad adulterium, nec habere circumstantiam matrimonij necessariò explicandam in confessione. Vt si vir solutus abutatur sodomiticè muliere coniugata. Vel vir coniugatus patiatur contra naturam accessum soluti. Quia coniuges ratione matrimonij minimè obligantur nisi ad seminis redditionem, & primò & per se dominium vnius in alterius corpus est supra semen, per cuius commixtionem efficiuntur vna caro, & generationi vacant, quæ est potissimus matrimonij finis. Ergo quoties non est dispendium seminis obligati, minimè sit contra iustitiam matrimonij. Et confirmatur, quia coniuges non habent mutuum dominium corporis vtcunque. Alapa enim cædens alterutrum non irrogat matrimonio iniuriam. Sed solùm dominium suorum corporum habent in ordine ad generationem. Ergo in actibus vbi non est aliquis abusus seminis coniugati, nec membri, aut vasis ipsius ad generationem ordinati, nequaquam erit adulterium. Sed audiendi non sunt: quia aduersantur Doctoribus num. præced. allegatis. Item quia fides matrimonij integrum corporis dominium tradit quoad copulam coniugalem, & omnia ad illam ordinata: & obligat ad abstinendum ab omni actu venereo cum alio: eo quod de se ad copulam adulterium referatur. Imò & mentem in alium minimè collocare astringit. Vt rectè docet *Vasquez 1. 2. q. 74. a. 8. disp. 111. fine.* Et quamuis dicat hoc non sibi admodum certum esse: non obstat. Id enim ait, quia censet ibi delectationem morosam non semper habere easdem circumstantias, ac copulam, de cuius cogitatione captatur. Nec obstant argumenta illorum. Quia non solum feminis, sed actuum, qui ordinantur ad copulam, & sunt illius circumstantiæ habent coniuges dominium. Nec est simile de alapa inflicta coniugi. Cùm ad hos actus minimè pertineat.

Tandem ad argumenta n. 9. proposita resp. Ad primum 19
dic, cum *D. Thom. 2. 2. q. 154. a. 4. ad 1. & Caiet. ibi, dub. 1. § Ad 2. dicitur*, ideo non repeti, quia hæc vt sunt peccata mortalia, pertinent ad eandem fornicationis speciem: atque ita includuntur sub fornicatione reperita. Ad 2. dic, cum *Caietano ibi, D. Thomam* explicare malitiam mortalem illorum tactuum, quòd delectatio illorum, vel ab ipso tangente, vel ex natura sua ad fornicationis delectationem dirigatur. Quare licet tangens non dirigat, sed in illa sistat, adhuc erit mortalis, propter ordinem intrinsecum ad copulam. Ad 3. dic, illos tactus ex se indifferentes esse, & ideo minimè ordinari ad fornicationis delectationem. Secus de iisdem tactibus habitis ob delectationem veneream ex ipsis consurgentem. Non enim tunc sunt indifferentes inter omnino solutos, sed intrinsecè mali. Ad confirmationem respondeo, ita hic contingere. Non enim illi tactus sunt mortales ob delectationem naturalem ipsorum, quatenus indifferentes sunt. Hæc enim est ea, quæ sentitur ex contactu rei organo sensus proportionatæ (vt n. 5. explicui.) Sed sunt mortales. Quia tangens acceptat delectationem sensibilem & veneream, consurgentem, quæ suapte natura ad copulam tendit. Ad 4. dic, satis esse vt malitiam copulæ participent, ad illam ordinari, & subinde vt damnum illud proli inferatur. Ad 5. dic, non esse modicam, licet minor sit delectatione ipsius copulæ. Valdè enim corpus immutat: ac spiritus generationi subseruientes commouet. Delectatio verò consurgens ex tactibus leuiter turpibus, pertinebit ad materiæ paruitatem: vt nu. 16. explicuimus. Ad 6. dic, conuincere delectationem, quæ naturaliter consequitur tactum, non esse malam. Secus de delectatione venerea. Ad confirmationem respondeo, delectationem consistentem intra limites obiecti sumere ab illo malitiam: secus quando eos limites prætergrediens transit ad aliam delectationis speciem, nempe luxuriæ ordinatæ ad copulam. Tunc enim sumit malitiam à specie in quam transit.

SVMMARIVM.

An aspectus turpes fiendo in eorum delectatione, sint peccatum mortale inter omnino solutos? Referuntur quædam sententia, n. 20.

Communiter non sunt mortales. Et approbatur distinctio inter visum & tactum, n. 21.

Quid, si sint valdè inhonesti, vt partium verendarum? n. 22.

Quid, si breues durent, vel sint inter personas teneras aut senilis ætatis, vel valdè frigidarum 23.

Quid, si verenda tenuissimis & diaphanis operiantur vestibus? n. 24.

Quid de aspectu crurium, pectoris, brachiorum feminarum 25.

Quid, de aspectu verendorum inter personas eiusdem sexus, n. 26. *vbi de aspicienti natantes in flumine.*

Quid, de aspectu propriorum verendorum, n. 27.

Quid, de aspectu concubitus viri & fœminæ, n. 28.

Quid, de aspectu concubitus bestiarum, n. 29.

An in peccato aspectuum sint fatenda circumstantiæ, ac in ipsa copula, n. 30.

Post n. 30 *inuenies alia summaria.*

QVÆSTIO secunda. An aspectus turpes gratia dele- 20
ctationis

ctionis quæ ex ipsis captatur, in ea sistendo, habiti sint peccata mortalia? Sicut de tactibus diximus num. 7. Quidam nullam distinctionem ponunt inter visum & tactum: atque ita dicunt similiter esse mortales aspectus obiecti turpis, ob delectationem ex ipsis consurgentem, licet nil aliud intendatur. Vt si vir feminam sic aspiciat, vel è contra. Quia quamuis tactum magis consequatur delectatio venerea, quam visum, at sæpe etiam consequitur visum. Quod significauit Dominus *Matth. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est in corde suo.* Quod etiam significauit *D. Augustin. serm. 3 de communi vita clericorum*: & *epist. 109. ad Monachas.* & refertur *c. Nec solo, 32. qu. 5.* ibi: *Nec solo tactu, sed affectu quoque appetitur, & appetit femina.* Pro hac sententia sunt *Gloss. clem. fin de haret. verb. Septimo, & ibi Abb. ad fin. Card. super eo verb. statim in princ. Imola ibi, n. 17. Alberic. in suo dictionar. verb. Luxuria, vers. Luxuria est multiplex. Hieron. de Zenetinis in tract. de foro conscientia, & contentioso, n. 139.* (habetur to. 3. tract. p. 3.) *Abulensis c. 5. Matt. q. 197. D. Antonin. 3. p. t. 16. c. 1. §. 10 notabili 1. Tabiena verb. Delectatio, qu penult.* vbi *Syln q. 4.* qui omnes eodem modo loquuntur de aspectu & tactu: atque ita vtrumque dicunt esse mortale, si animo libidinoso habeantur. Et in propriis terminis docent *Gerson 2. p. regul. moralib. c. de Luxuria, alphab. 24. lit. Y. Angel. verb. Luxuria, n. 2. Supplem. Gabriel. 4. d. 31. q. vn. art. 2. dub. 2 Tabiena verb. Cogitatio, q. 8 n. 9. Armilla verb. Impudicitia, n. 1. Nauar. c. Sicut, de pœnit. d. 1. n. 9. Graffis 1. p. decis. l. 2. c. 75 n. 10. & c. 78. nu. 16. Ioan. Hessels in expos. Decalogi, in 6. præcept. c. 14. ad fin.* Et specialiter *Nauar. & Armilla ibid.* impugnant distinctionem inter aspectum & tactum. Et fatetur *Nauar.* visum esse minus periculo libidinis expositum, atque ex pluribus causis posse esse licitum aut venialem, quam tactum. Si autem absit prædicta delectatio, & sola vanitas aut leuitas ad aspectum inducant: erit sola culpa venialis. Quod fatentur *D. Anton. 2. p. t. 5. c. 1. §. Nauar. sum. c. 16. n. 11. Armilla verb. Delectatio, n. 5. Graffis vtroque loco proximè citato.*

21 Cæterum quamuis hoc satis probabile sit: magis placet discrimen esse inter visum & tactum. Quod hic suapte natura ordinetur ad concubitum, ac proinde consentire in delectationem sensibilem ipsius sit quasi quædam copulæ inchoatio, & consensus in delectationem copulæ, & peccatum lethale. Ille verò non ordinetur ita ad venerea, & proinde eius delectatio non sit communiter venerea, & solum peccatum veniale: nisi aspiciens ad alium malum finem ordinet. Præterea, quia delectatio ex visu consurgens non est tanta, nec ita appetitum sensitiuum excitat, vt non possimus dicere pertinere ad paruitatem materiæ delectationis venereæ (de qua num. 5. egi) ac proinde excusari eam à culpa lethali. Sicut de voluptate captata ex tactibus leuiter turpibus, diximus nu. 16. Et ideo hanc sententiam sustinent *Caiet. summ. verb Impudicitia, & verb. Delectatio, §. Secundum an delectatio, in fine. Et opusc. to. 1. tract. 14. de delect. moros. dub. 3. Nauar. sum. c. 16. n. 11. Metina 1. 2. q. 74. a. 8 dub. 5. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 4. c. 18. dub. 3.* & videtur clarè sentire *Alcozer in sum. c. 20. f. 71. pag. 2. §. Morat mageres*, vbi postquam dixit aspectum mulierum esse communiter venialem, cessante fine, & periculo peccati mortalis: subiunxit tactus ob solam delectationem esse mortales. Vbi clarè discrimen inter visum & tactum constituit.

22 Hoc tamen intellige, nisi aspectus sit valdè turpis. Nam absque vrgenti necessitate virum conspicere verenda fœminæ, aut è contra, mortale est, quamuis non ex libidine fiat, sed ex indiscreta mortificatione aut curiositate. Quia valdè honestati naturali aduersatur: adeo vt primi parentes cum essent coniugij vinculo inter se coniuncti, erubuerint se nudos aspicientes, & proinde fecerint sibi perizomata (vt dicitur *Genes. 3.*) id est, cingulum & velamen pudendorum. Vt indicant *D. August. sup. Genes. ad lit. c. 32 to. 3. D. Gregor. lib 26. Moral. c. 12. D. Ambros. de paradis. c. 13. Lyra Genes. 3.* Deinde, quia aspectus talis est vrgentissimus luxuriæ stimulus, & grauissimo illius periculo expositus. Quod lapsus sanctissimi Dauidis *2. Reg. 11.* rectè ponderatus à *D. August. tract. de honest. mulierum, c. 1. & super psal. 50.* mirũ in modum demonstrat. Ita sentiunt *D. Antonin. 2. p. t. 5. c. 1. §. 7. Rosella verb. Delectatio, n. 5. & ibi Sylvest. q. 6.* loquentes quando non libidinis, sed mortificationis causa ad flagella patienda efficit vir mulierem vestibus spoliari coram se. Et *Sylvest.* subdit non improbans, videri *D. Antonino* sentire idem; vbi sola curiositatis causa. Et *Nauar. sum. lat. c. 14. n. 36. vers. 5.* loquens quando absque causa iusta id efficitur: & *n. 42. vers. 19* quando ioci causa. Atque idem credo, de partibus valdè vicinis membris pudendis: ob easdem rationes.

Potest tamen hoc temperari, nisi ob solam curiositatem, 23
videat aliquis personam diuersi sexus nudam, tam breui tempore, vt non detur occasio magnæ commotionis in corpore. Vel si ratione ætatis puerilis, aut senilis, aut frigidissimæ complexionis, cesset id periculum commotionis magnæ in aspiciente.

Atque similiter dicendum est, culpam esse lethalem, 24
quando quis verenda alterius sexus aspiceret operta vestibus ita subtilibus, vt parum aspectui obstent. Nam illæ vestes semidiaphanæ quodammodo plus libidinem excitant, quam nuditas. Sic *Nauar. sum. lat. c. 14. n. 36. vers. 5.*

Ex dictis deducitur primò, inspicere crura, brachia, 25
vel pectora nuda feminarum, non esse de se mortale, secluso alio periculo. Quoniam in his aspectibus non est tanta inhonestas, nec adeo ad malum prouocant. Atque ideo *Caiet. 2. 2. q. 169. a. 2. dub. 1. §. Ad obiectionem: & in summ. verb. Ornatus*, vbi *Armilla n. 1. Nauar. summ. c. 23. hisp. n. 25 lat. n. 19.* excusant à mortali feminam ita indutam, vt pectora nuda appareant. Et hos aspectus non esse mortales, videntur tenere *Nauar. sum. hisp. c. 28. addit. ad n. 1. c. 3. ad fin. §. la 14. latin. c. 1. n. 27. & Corduba sum. q. 4. coroll. 7. fol. 26.* Cùm enim præmisissent quandam occasionem non esse mortalem de se, atque ideo ab ea non recedentem posse absolui, seruatis tribus conditionibus, subdunt idem dicendum esse de videntibus crura feminarum in fluuio lauantium, vel pectora. Et intelligo hoc, quamuis adsit aliqualis delectatio ex eo aspectu consurgens, cessante alio periculo, vel mala intentione. Reputatur enim leuis, nec ad venerem ordinata, vt dixi n. 21.

Secundò deducitur, inter personas eiusdem sexus va- 26
care culpa lethali, se nudas aspicere: vt contingit quando simul natant. vel verenda aspicere: dummodo absit delectatio, quæ ex aspectu tam turpi orta, non esset leuis, & periculum aliud. Quia inter eas non est tanta inhonestas, nec adeo graue lapsus periculum: nec aspectus illi valdè prouocant ad luxuriam. Atque ita sentit *Nauar.* & ipsum sequens *Corduba*, quos n. præced. retuli. Quoniam inter occasionem, quam videntur dicere non esse lethalem, ponunt aspicere viros natantes. Quod intelligi debet, quando vir virum natantem, vel femina feminam inspicit. Secus quando vir feminam, vel è contra. Iuxta ea quæ n. 22. dixi. Et adhuc existimo intelligendum, inter duos viros non esse mortale: nisi ob vehementem propensionem ad sodomiam, adesset periculum consensus: vel ob personarum grauitatem, scandalum. Vt inter duos Episcopos. Nam grauiter delinquerent contra decentiam suo statui conuenientem.

Tertiò deducitur, non esse mortale, propria verenda 27
inspicere ex quadam curiositate, absque alia mala intentione & periculo. Quia non est tanta inhonestas & indecentia, vt culpæ lethali tribuenda sit, sed soli veniali.

Quarò infertur, esse mortale, inspicere viri cum femi- 28
na concubitum. Quia est proximum ruinæ periculum: & valdè aduersatur honestati naturali, ac inhonestior est aspectus, & magis ad luxuriam prouocans, quam conspectus nudæ fœminæ, vel verendorum, quem etiam sola curiositatis gratia diximus n. 22. esse mortalem.

Quintò deducitur, non esse communiter lethale, aspi- 29
cere brutorum concubitum, vel partes eorum fœdas turpiter commotas. Quia id nec ita inhonestum est, nec valdè ad luxuriam prouocat. At si inde in aspicientem redundaret notabilis delectatio sensualis, esset culpa lethalis. Quia ea delectatio sensibilis indicat cogitari tunc

similem actionem vt à propria persona exercendam: & ita amari.

30 Tandem id monuerim, quoties aspectus ratione delectationis notabilis venereæ, vel periculi, est mortalis, fatendas esse circumstantias personarum, sicut in copula ipsa; vt de tactibus dixi num. 18. Quoniam ordinatur ad eorum, eiusque malitiam moralem participat. Sic *Ioan. Hessels in expositione Decalogi, præcepto 6. c. 14. ad finem.*

SVMMARIVM.

An verba turpia dicere, vel audire, sit in solutis culpa lethalis? Refertur duplex sent. n. 31. & 32.
Turpia dicere, scribere vel audire, non est intrinsecè malum, sed indifferens, n. 33.
Qualis culpa sit, dicere, vel audire, vel canere turpia ob vanum solatium, n. 34.
Quid, si audientibus detur ansa ruinæ, n. 35.
Quid, de dicentibus aut audientibus verba amatoria, n. 36.
Quid, si audiens turpia rideat, & falsum præ se ferat, n. 37.
Quando sit mortale, dicere, canere, nutibus aut gestibus turpia indicare vel audire, n. 38.
Quid, si modica sit delectatio, n. 39.
Quid, de audientibus comœdias, licet sint clerici, n. 40.
Quid, de turpes cantilenas aut comœdias facientibus aut repræsentantibus, n. 41.
Quid, de scribentibus aut interpretantibus libros turpes, n. 42.
Quid, de pingentibus turpia, n. 43.
Quid, de legentibus turpia n. 44.
An in verbis turpibus sint fatenda circumstantiæ personarum, n. 45.
Post n. 45 inuenies cætera summaria, quæ desiderantur.

31 QVÆSTIO III. An verba turpia dicere vel audire, sit in solutis peccatum mortale? *Caietan. 2. 2. q. 148. a. 6. fine, & q. 168. a. 3. dub. 1.* ait gestus & verba turpia solum esse venialia, si nil aliud intendatur præter delectationem ex ipsis consurgentem. Ducitur, quia *D. Paulus ad Ephes. 5.* cum inter ea quæ sanctos dedecent, stultiloquium numerasset: id est, turpia verba (vt ibi exponunt *D. Athanas. & D. Chrysost. ibi.*) Cum tamen à regno Dei excludit, omisso stultiloquio repetit alia vitia. Sed hoc parum probat. Quia satis responsum est nu. 19. in solut. ad 1. Eandem sent. tenet *Philiarc. de officio sacerd. tom. 1. p. 2. l. 4. c. 18. dub. 3.* constituens differentiam hanc inter tactum & loquelam: vt ille propter solam delectationem sit mortalis, hæc autem non. Eandemque differentiam videtur amplecti *Alcozer sum. c. 20. f. 71. pag. 2. §. Mirar mugeres*, vbi ait, aspectus, auditum, lectionem, verba turpia communiter esse culpam venialem, cessante fine & periculo peccati mortalis. Et immediatè subdit, tactus ob solam delectationem esse crimen lethale.

32 Alij verò absolutè damnant de mortali delectationem de turpium locutione captatam, quamuis nil aliud intendatur. Ita *Gerson 2. p. in reg. moral. c. de luxuria, alphab. 24. lit. T. D. Antonin. 2. p. t. 5. c. 1. §. 8. Angelus verb. Luxuria, n. 2. Tabiena verb. Cogitatio. q. 8. n. 9. Armilla verb. Impudicitia, nu. 1. Nauar. sum. c. 16. n. 14. Graffis 1. p. decis. l. 2. c. 78. n. 12. & c. 75. n. 8. Ioan. Hessels in exposit. Decalogi, 6. præcept. c. 14. ad fin. Supplem. Gabr. 4. d. 31. q. vn. a. 3. dub. 2.* Idem dicunt de delectatione canticorum turpium, *Nauar. D. Anton. Graffis vtroque loco citato.* Idem de nutibus turpibus cum delectatione, aiunt *Gerson & Supplem. Gabr. ibid.* Idem de gestibus turpibus, ait *Graffis eod. c. 75. n. 8.* Et denique idem docèt de turpium auditione, cum prædicta voluptate, *D. Anton. Nauar. Ioan. Hessels, Graffis vtroque loco citato.*

33 Prima conclusio sit. Verba turpia proferre, scribere, vel audire, non sunt intrinsecè mala, sed indifferentia: ac proinde eorum honestas vel malitia pendet ex circumstantiis adhibitis, ac fine proferentis, scribentis, audientisve. Probatur, quia cum verba vel scriptura sint conceptus signa, in tantum erunt prava vel honesta, in quantum conceptus sunt pravi vel honesti. At rei turpis cognitio indifferens est, potest enim bonum finem, vt ipsius malitiæ moralis inuestigationem, & malum, vt veneris fomentum, spectare.

34 Secunda conclusio. Turpia loqui ex quadam leuitate, non gratia delectationis venereæ captandæ, sed cuiusdam vani solatij, ob delectationem artificij, vel ob aliam vanam causam, est tantum veniale. Quia non apparet aliqua grauis inordinatio. Nec finis intentus, ex cuius malitia est metienda culpa, excedit limites venialis culpæ. Et in hoc euentu est vera sententia num. 31. proposita. Et ita docent *D. Antonin. 2. p. t. 5. c. 1. §. 8. Nauar. sum. lat. c. 16. n. 11. & c. 14. nu. 42. vers. 18. Graffis 1. p. decision. lib. 2. c. 75. nu. 9.* Idem dicendum est de cantione, auditioneque turpium, ac gestibus turpibus effectis ob eandem solam vanitatem. Quia eadem est omnium horum ratio.

Monuerim tamen verba illa turpia, cantiones, gestusve, 35
posse per accidens esse peccata mortalia, ratione scandali astantium. Vt cum audientes sunt spiritu debiles, & verba, aut cantica, aut gestus, sunt valdè lasciua. Quia loquens credere debuit audientes inde inducendos ad culpam luxuriæ, saltem desiderij aut cogitationis. Nam verba turpia ex ratione suâ vehementer fouent venerem, ad eamque excitant. Vnde *D. Athanas. in verba D. Pauli Ephes. 5. Aut stultiloquium*, ait: *Prabent verba ad res ipsas ingressum.* Idem *D. Chrysost. ibi, ser. 16. D. Basil. de legendis libr. Gentil. pag. 2.* inquit sic: *Prauis assuescere sermonibus, via est ad rem ipsam.* Et deniq; *D. August. 1. Confess. c. 16. Arist. 7. Polit. c. vlt.* tradunt ex turpiter loquendi licentia sequi turpiter facere. Atque ita docèt *D. Ant. n. prac. alleg. & Nauar. sum. c. 23. bis. p. n. 131. lat. n. 132.*

Hinc deducitur, loqui verba amatoria, quæ vulgò *re-* 36
quiebros appellamus, secluso periculo propriæ vel audientium ruinæ, ob solam vanitatem, & vanum conciliandum amorem, leuemque delectationem, non excedere culpam venialem. Quia nec delectatio, nec amor intenta eam excedunt. Ita *Nauar. sum. lat. c. 14. n. 42. Corduba sum. q. 5. corollar. 2.* Atque idem dicendum est de talium verborum auditione, ob eundem finem. Quia eadem militat ratio.

Nec ob id, audiens turpia cum peccato lethali dicta, de 37
eadem culpa damnandus erit, quod rideat, & gaudium præ se simulatè ferat, carens tamen delectatione venerea: ne inurbanus habeatur, & de hypocrisis vitio notetur, ac iocosis conuitiis exprobretur (quod vulgò *darle vaya* appellant.) Quoniam risus ille & gaudium potest esse de artificioso & lepido dicendi modo, ac proinde non est scandalum actiuum. Et ex alia parte absunt delectatio & finis mortalia. Solumque intenditur liberari à molestia & conuitiis. At in duplici casu erit culpa lethalis. Prior est, cum persona est talis, vt risu scandalum generet: fitque risus ille quasi præstare auctoritatem verbis turpibus, eaque approbare & cohonestare. Posterior, cùm rider sibi complacens, quod existimetur turpibus deditus, ob idque laudari & magnifieri velit. Quia gloriam de re lethali admittere, est lethale. Teste *Nauarro sum. c. 23. bis. p. n. 15. lat. n. 12.* Secus vbi eam gloriam non intendit, sed solum non sibi displicere eam auditionem, vt molestiam conuitiaque dicta euitet.

Tertia conclusio. Dicere turpia ob notabilem rei tur- 38
pis delectationem cogitatæ, quæ cogitatione excitatur, & fouetur verbis illis, est mortale. Constat, quia illa delectatio consurgens ex re turpi apprehensa, est mortalis. Ergo à fortiori illam verbis fouere. Et in hoc casu est vera sententia relata nu. 32. nec credo contradicere DD. citatos n. 31. solum enim volunt non esse mortale: quando non admittitur delectatio aliqua ipsius rei turpis cogitatæ, sed delectatio sola ex verbis consurgens. Quod verum reputo. Sicut dixi de delectatione aspectus nu. 21. Atque idem prorsus sentiendum est de delectatione captata ex turpibus gestibus aut nutibus, turpiumve auditione. Erit enim mortalis, cum intenditur delectatio consurgens ex rebus ipsis turpibus cogitatis, quæ auditione illa, aut gestibus, aut nutibus fouetur. Secus autem erit venialis. Et in hoc casu verificatur quod ait *D. Thomas 2. 2. q. 168. art. 3.* nimirum, vtentem in ludo turpibus verbis vel factis, quæ de se sunt lethalia, peccati mortalis reum esse, vbi *Caiet.* animaduertit, non dixisse absolutè, vtentem verbis aut factis turpibus, sed cum eo addito, quæ de se sunt lethalia: vt significet non semper id lethale esse, nisi aliunde adiungatur mortalis malitia.

Consultò

39 Consultò autem dixi in concl. Propter delectationem notabilem. Quia si modica sit, paruitas materiæ excusabit à mortali. Iuxta dicta n.9. vbi delectationem modicam in tactibus hac ratione à mortali excusauimus.

40 Ex his infertur 1. quamuis comœdiis interesse non sit mortale, vbi nec res turpes repræsentantur, nec modus repræsentandi est turpis: vel si hæc concurrant, audiuntur ob solam vanam curiositatem, absque periculo probabili lapsus in aliquod peccatum mortale. At quando turpia repræsentantur, vel modus est turpis, audiunturque ob delectationem ex ipsis turpibus rebus consurgentem, modo exposito num. 38. aut cum probabili ruinæ periculo, esse lethale. Quod ex ibi dictis constat. Quod si roges, an saltem clerici in sacris constituti peccent mortaliter, si illis intersint ob illam solam curiositatem: Respondeo non peccare lethaliter, cessante scandalo. Quod hodie cessare credo: cum frequentissimum sit clericos illis interesse. Nec obstat prohibitio *c. Clerici, vel 2. de vita & honest. cler. & c. Nō oportet, 2. de consecr. d. 5. & c. Præterea d. 51.* Quia si credamus *Innoc. d. c. Clerici, n. vn.* est tantum de honestate. Vel (quod verius credo) dicendum est cum *Caiet. sum. verb. Clericorum peccata. ad fin* non obligare sub mortali, cessantibus scandalo, & contemptu.

41 Secundò infertur, componentes aut repræsentantes comœdias, quæ res valde turpes ac ad venerem excitantes continent, peccare mortaliter. Quia sunt multis causa ruinæ: secus autem, minimè reos esse culpæ lethalis. Sic *D. Antonin. 2. p. t. 3. c. 7. §. 5. Angelus v. Ludus, n. 3.* vbi *Sylvest. q. 2. Alcozer l. de ludo cap. 54. Mendoza q. 9. scholast. §. 11.* addens id verum esse, licet componens vel repræsentans id non intendat. Quia ex se præbet sufficientem ruinæ causam. Et facientes turpes cantilenas plenas lasciuiis, dicit merito peccare mortaliter *D. Antonin. 2. p. t. 5. c. 1. §. 8.*

42 Tertiò infertur, idem dicendum esse de scribentibus aut interpretantibus libros turpes, & plenos lasciuiis, ad veneremque prouocantibus. Peccat enim mortaliter. Quia eadem est ratio, ac de componentibus similes comœdias, & valdè alliciunt ii libri ad turpia. Vt probat *Castro lib. 2. de iust. her. pun. c. 15 in princ.*

43 Quartò infertur, idem prorsus dicendum esse de pingentibus turpia, vt Venerem aut Adonidem detectis pudendis, aut diaphano velo opertis. Quia hæc valdè ad luxuriam prouocant.

44 Quintò infertur, legere libros turpes, tractantesque de obscenis amoribus ob solam vanam curiositatem & delectationem, esse solum veniale: at si intendatur delectatio venerea consurgens ex ipsis rebus turpibus apprehensis, esse mortale. Prout explicui n. 38. Et docet tunc esse mortale *Ioan Hessels in expos. Decalogi præcept. 6. c. 15. paulo post princ.*

45 Tandem quando turpia dicere aut audire, est peccatum mort. ob delectationem veneream inde perceptam fatendæ sunt circumstantiæ personarum. Vt in delectationibus tactuum dixi num. 18. & in delectatione aspectuum n. 30. Quia eadem est ratio. Et ita docet *Ioan. Hessels n. præc. allegg.*

SVMMARIVM.

An sponsi de futuro liceant tactus? Refertur quædam opinio, n. 46.
Non sunt mortales, modo non sint impudici, n. 47.
Quid si habeantur causa delectationis? n. 48.
Quid si subsit pollutionis periculum? n. 49.
Quando sint illiciti, & quando veniales? n. 50.
An tactus impudici sint illis illiciti, n. 51.
Minimè permittendi sunt soli in loco occulto sponsi de futuro, n. 52.
An liceant illis mutui affectus, & verba? n. 53.
An quando sponsalia sunt conditionalia, & non est impleta conditio, vel persona sunt impedita, & contraxerunt sub conditione, Si Pontifex dispensauerit, hæc liceant illis, n. 54.
Soluuntur argumenta, n. 55.

46 QVAESTIO IV. An sponsis de futuro licita sint oscula, amplexus, aliique tactus? Aliqui negant. Ducuntur primò, quia ideo solutis non licent, quia eis interdicta est copula: hæc autem similiter est prohibita sponsis de futuro. Et confirmatur, quia sunt eiusdem speciei, & malitiæ moralis, cum ipsa copula (vt diximus n. 7. & 18.) At copula inter eos est lethalis. Secundò, quia solum matrim. cohonestat delectationem tactuum. Tandem, quia in humanis licet Rex inierit contractum cum aliquo, de ipso in iudicem promouendo: nequit hic ante adeptam officij possessionem, partem aliquam illius muneris obire. Atque huius sent. videntur clarè *Palud. 4. d. 31. q. 3. a. 2. n. 17. & ibi Supplem. Gabr. q. vn. a. 3. dub. 2.* vbi dicunt, ideo amplexus & oscula inter solutos esse mortalia: quia inter eos copula est mortalis. Nam cum eadem ratio locum habeat in sponsis de futuro: videntur idem sentire inter eos. Et clarius videntur tenere *Caiet sum. verb. Impudicitia, & verb. Osculum. Soto 4. d. 34. q. 1. a. 2. ad fin. vers. Ex quo fit. Angles floribus 1. p. q. 8. de impedimentis matrimonij. a. 1. dub. 9. concl. 1.* vbi dicunt amplexus & oscula esse mortalia, nisi habeantur inter matrimonio coniunctos. Et in terminis tenent *Pedraza sum præcepto 6. §. 5.* Et aliqui Neoterici docti. Et videtur sentire *Enriquez lib. 11. de matrim c. 19. n. 4 fin.* olim fuisse licita, at modo non.

47 Prima conclusio sit. Oscula, & amplexus, aliique tactus non impudici excusantur à culpa mortali inter sponsos de futuro, ratione contractus sponsalium inter ipsos initi. Ratio est. Quoniam sicut matrimonium ipsum cohonestat copulam, ita sponsalia, quæ quoddam matrimonij initium sunt, cohonestare debent huiusmodi tactus, qui inchoatio quædam sunt copulæ. Præsertim, quia sic magis fouetur amor in ordine ad matrimonium. Et confirmatur, quia ex eo quod inchoatus sit matrimonij contractus per verba de futuro, data est de præsenti ex natura rei maior facultas ad actiones quæ ad copulam ordinantur. Et ideo ita docent *Aretinus cons. 142. n. 8. Caietan. summ. verb. Sponsalia, & 2. 2. q. 154. a. 4 post 1. dub. §. In responsione ad 2. Nauar. sum. c. 14. n. 18. & c. 16. n. 12. Menoch. de præsumpt. l. 3. præsumpt. 1. nu. 16. Veracruz. append. ad art. 19. de conditionibus matrimonij, f. 118. §. Hanc opinionem. Metina l. 1. sum. c. 14. §. 18. f. 119. initio. Valentia 2. 2. disp. 9. q. 3. puncto 3. ad finem, §. Sentit tamen. Emman. Sa summa, verb. Luxuria, §. Oscula & tactus. Philiarc. de offic. sacerdotu. to. 1. p. 2. lib. 4. c. 18. dub. 3. Barth. à Ledesma dub. 14. de matrim. ad finem. Graffis 1. p. decision. lib. 2. c. 82. n. 3. Petr. de Ledesma de matrim q. 43. a. 1. dub. vlt. §. Tertio secundum Theologos. Lud. Lopez 1 p. instruct. c. 53. §. Peccant parentes: & c. 75. §. penultim.* Et fauent *Tabiena verb. Osculum, n. vn. post medium, & Armilla verb Impudicitia, nu. 2.* licet strictius loquantur, dicunt enim posse ex consuetudine excusari. Idem apertè sentiunt *Soto 4. d. 29. q. 2. a. 1. ad fin. vers. Hoc tamē addiderim, & Gutier. l. 1. quæst. canon. c. 22. nu. 17. fine,* vbi dicunt iis, qui contraxerunt sponsalia sub conditione, Si Pontifex dispensauerit, non licere amplexus & oscula, quæ alias licent sponsis de præsenti: vbi per sponsos de præsenti minimè intelligunt eos qui matrim. contraxerunt: rem enim vanam dixissent: sed intelligunt eos, qui de præsenti contraxerint vera & absoluta sponsalia, amplexus enim & oscula eis licita non permittuntur eis qui de præsenti non sunt astricti veris sponsalibus, sed sub conditione pendenti ex futuro euentu, quæ re vera in præsenti sponsalia non sunt, sed talia erunt impleta conditione & communiter omnes Neoterici hanc sententiam amplectuntur.

48 Atque hæc conclusio vera est, quamuis sponsi intendant eam delectationem sensitiuam, quæ ex ipsis amplexibus & osculis oritur. Quia sponsalia, quæ matrimonij initium sunt, excusant à mortali hanc delectationem, quæ copulæ inchoatio est: & in omnino solutis esset culpa mortalis. Sic *Caietan. vtroque loco. Nauar. vtroque loco, Ludou. Lopez vtroque loco, Philiarc. Petrus à Ledesma, Barth. à Ledesma num. præced. allegati.*

49 Est tamen moderanda conclusio, dummodo non adsit periculum copulæ, vel consensus in eam, aut pollutionis. Tunc enim essent iis tactus, peccatum lethale. Sic *Nauar. summ c. 16. num. 12. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 75. §. penult. Valentia, Philiarc. Emmanuel Sa, Metina, Graffis, num. 47. allegati.* Et quando est periculum copulæ, aut consensus in eam, constat. Quia ea sunt mortalia. Et quando est periculum pollutionis, constat etiam. Quia amplexus & oscula

magis licita sunt ipsis coniugatis, in quibus tamen efficiuntur mortalia ratione periculi pollutionis præuisæ. Vt dixi disp. præced. n. 34. Et quamuis ibi n. 38. dixerim excusari à mortali, quando habeantur inter coniuges in signum beneuolentiæ, & ad mutuum conciliandum amorem. At inter sponsos de futuro strictius loquendum existimo. Quia necessitas in eo casu excusat (vt ibi probauimus.) Quæ tamen non ita vrget inter sponsos de futuro: imò valdè expedit, vt mutuum aspectum fugiant, abstineantque ab illis tactibus, quo periculum admittendi iusta mortalia euitent. Si tamen in eas angustias inciderent, vt inurbani & austeri haberentur, nisi se amplexarentur, ut cessitas illa excusaret à periculo pollutionis præuisæ, & à culpa letali. Ob rationes eo n. 38. allatas.

50 Secunda conclusio. Amplexus & oscula habita inter sponsos de futuro, in signum beneuolentiæ, & ad conciliandum fouendumque mutuum amorem in ordine ad matrim. contrahendam, licita sunt omnino. Quia finis est honestus. Si verò finis sit delectatio, erunt culpa venialis. Quia etiam inter coniugatos sunt similis culpa, quando propter eum finem habentur (vt diximus disp. 44. n. 9.) Ita *Caiet. vtroque loco. & Bart. à Ledesma relati* 47. Vnde dum *Aret. Nauar. Menoch. Medina, Valentia, Pet. de Ledesma, Philiarc. Lud. Lopez n. 48. allegati*, dicit hos tactus esse licitos sponsis: intelligunt non esse mortales, quales essent inter omnino solutos: & posse excusari à veniali si debitus adsit finis.

51 Tertia conclusio. Tactus impudici nullatenus sunt liciti sponsis de futuro. Quia proximiores sunt copulæ, ac proinde illis solis licent, quibus ipsa copula coniugalis est permissa. Sic *Caiet. vtroque loco, Nauar. sum. c. 16 n. 13. & c. 14. n. 18. Lud. Lopez vtroque loco. Graffis, Barth. à Ledesm. Petrus à Ledesma, nn. 47 citati.* Et merito dicit *Nauarrus c. 14. num. 18.* esse peccatum mortale. Quia materia est grauis. Quamuis *Caiet. summ. verb. Sponsalitia*, latius videatur loqui. Dicit enim hos tactus, inter sponsos de futuro esse mortales, in casibus in quibus inter coniuges, tales essent.

52 Hinc infertur, non permittendos solos esse sponsos de futuro. Tum propter periculum tactuum impudicorum. Tum etiam, ob ipsius copulæ periculum. Sic *Nauar. sum. c. 14. n. 18. & c. 16. n. 12. Lud. Lopez 1. p. instruct. cap. 3 4. §. Peccant parentes. Valentia & Graffis, n. 47. allegati.*

53 Secundò infertur, similiter licere sponsis de futuro, aspectus & colloquia mutua. Quod docent *Nauar. summ. c. 16. n. 12. & Graffis n. 47. relatus.* Et addit *Nauar.* licere frui voluptate, quæ inde nascitur, secluso pollutionis consensusve in copulam periculo. Si quidem tactus licent cum ea voluptate (vt probauimus n. 48.) Intellige tamen licere: id est, excusari à mortali & à veniali, si adsit finis honestus. Nam si voluptas sit finis, erunt culpa venialis. Vt de tactibus dixi n. 50. Intellige etiam, modo aspectus non sit valde impudicus, vt partium verendarum. Sicut n. 51. dixi de simili tactu, propter eandem rationem.

54 Quando autem sponsalia sunt conditionalia, & nondum impleta est conditio; vel personæ impeditæ, vt consanguineæ contraxerunt sub conditione, si Pontifex dispensarit, & impetrata est dispensatio: num liceant his tactus & aspectus, sicut aliis sponsis de futuro, diximus lib. 5. disp. 5. n. 38. 39. & 40.

55 Tandem resp. ad argum. n. 46. proposita. Ad 1. dic, non esse eam rationem adæquatam. Sed quia nullo vinculo matrimonii aut sponsalium, quod eos tactus honestaret, inter se colligati sunt: ac proinde sicut illis copula & illius inchoatio interdicta sunt, ita & hi tactus. Ad confirm. dic, inter omnino solutos esse eiusdem malitiæ cum copula, ad quam ordinantur. Quia inter eos nulla est ratio honestans. At inter sponsos de futuro non habent eandem malitiam copulæ inter eos subsecutæ. Quia est vinculum sufficiens inter illos ad tactus illos honestandos: non autem ad excusandam à culpa copulam. Ad 2. negandum est antecedens, vt constat ex dictis num. 48. Ad vltimum dic, disparem esse rationem. Quia in aliis contractibus nullus inuenitur vsus, qui plenum rei dominium non supponat: vel voluntatem & consensum veri domini. At in matrim. inuenitur delectatio præuia delectationi copulæ coniugali, quæ est quasi illius inchoatio: & ita, vt ea licita sit, non desideratur plenum dominium, quale per matrim. traditur: sed satis est inchoatio quædam illius per contractum sponsalium acquisita.

DISPVTATIO XLVII.

Vtrum sponsis de futuro liceat delectatio captata ex futuræ copulæ coniugalis cogitatione? Et coniugibus viduis effectis liceat captata ex copulæ tempore matrimonij habitæ cogitatione?

SVMMARIVM.

Liciti sunt omnes actus voluntatis, vt delectationis, gaudij, desiderij circa copulam futuram vel præteritam, habitam vel habendam tempore coniugij. n. 1.

An liceat delectatio sensualis de copula habenda tempore coniugij nondum coniugatis? Vel de eo tempore habita iam viduis? Referuntur duplex sententia, n. 1. & 3.

Non licet ea delectatio viduis coniugatis, n. 4.

Nec licet habita delectatio sub conditione coniugij, n. 5.

Licet ea delectatio in cogitatione tantum, sponsis de futuro, n. 6.

Non licet viduæ ea delectatio in cogitatione copulæ præteritæ, n. 7.

Soluuntur argumenta, n. 8.

HAc in re constat apud omnes, licitos esse omnes actus 1
voluntatis circa futuram tempore coniugij vel præteritam eodem tempore copulam. Vt licet gaudere de habita vel habenda, & illam desiderare. Quia omnes hi actus habent obiectum licitum, nullamque delectationem veneream in præsenti ponunt.

Tota autem difficultas eo pertinet. An licita sit talis de- 2
lectatio appetitus sensitiui, quæ consurgit ex cogitatione copulæ habendæ tempore coniugij, vel habitæ eodem tempore, illis qui tunc matrimonio iuncti non sunt? Et quidem circa copulam futuram, aliqui opinantur non esse mortale ei, qui sperat se aliquam ducturum vxorem, delectari in appetitu sensitiuo in cogitatione copulæ tempore matrimonij habendæ, dum modo absit periculum pollutionis, & consensus in aliquod peccatum mortale. Probatur, quia ea delectatio est de obiecto licito. Talis autem est delectatio, quale obiectum: teste *Aristotele* 10. *Ethic.* Secundò, quia ideo licet coniugibus delectatio appetitus sensitiui consurgens ex cogitatione copulæ præteritæ aut futuræ: (vt diximus disp. 44. n. 3.) quod sit delectatio de copula licita. Tertiò, quia licitum est mihi delectari de distributione pecuniæ alienæ, pro tempore quo mea est futura, vel sub conditione, si esset mea. Ideo hanc sententiam tenent *Victoria*, quem refert & sequitur *Medina* 1. 2. q. 74 a. 8. *dub.* 3. *& ibi Zumel disp.* 4. *dub.* 3. & quidam Neoterici (vt refert *Cordub. in suo quæstionar. lib.* 1. *q.* 23. *dub.* 13.) Et ipse clarè sentit eam esse probabilem. Nam oppositam tantum appellat tutiorem, & fortè veriorem. Dicit autem *Zumel* esse veniale sic delectari. Quia desideratur necessitas vel pietas.

Rursus circa copulam habitam tempore licito, aliqui 3
opinantur non esse mortale in viduis, delectationem appetitus sensitiui captare, quæ procedit ex cogitatione copulæ tempore coniugij habitæ: dummodo absit periculum pollutionis, vel consensus in copulam præsentem. Probant primò, quia obiectum est licitum, nempe copula tempore coniugij habita. Secundò, quia plus videtur esse approbare illam copulam, quàm de illa delectari. Illud autem manifestè licet. Tertiò, quia differentiæ temporum speciem moralem minimè variant. Cum ergo liceat coniugibus delectari in copula præsenti cogitata, licebit similiter viduis in præterita: Cum vtraque licita sit, & sola differentia temporis præsentis vel præteriti inter illas reperiatur. Quarto, quia nemo damnaret iudicem, qui delectaretur in occisione iusta latronis à se facta, vel faciendæ. Ideo hanc sententiam tuentur *Caietan. opusc. to. 1. tract.* 14. *de delect. morosa, dub.* 2. *Et summ. verb. Delectatio, §. Secundum an delectatio*, vbi *Rosella n.* 3. *Sylvester qu.* 3. *Armilla*

illa nu.3. Angelus verb.Cogitatio n.3.vbi Tabiena qu.7.n.8.Viuer. licèt subobscurè lib. instit. c.3. §. 5.vers.5. fin. Margarita confessorum tract. de luxuria,f.110. Pedraza summ.precept.9.§. 9 todos los mandamientos,in fine.Nieua summ.t.105.Valentia 1. disp.6.q.4 puncto 4. Metina 1.2.qu.74.a.8. dub.2. Et ibi Zumel disp.4.dub.3.Emmanuel Sa summ.verb. Luxuria,§. Delectatio de peccato. Temperant autem Rosella, Angel.Sylvest. Tabiena, Armilla, Margarita, Metina, Zumel, Emmanuel Sa, nisi viuus coniux cogitet alterum coniugem quasi præsentem, & in copula sic cogitata delectetur. Quia illud est delectatio de copula præsenti, quæ illicita est. Insuper fatentur Cajetan. Metina, Valentia, Zumel, prædictis viduorum delectationes non vacare culpa veniali. Quia non adest necessitas vel pietas ad eas captandas inducens.

4 Prima conclusio sit. Peccatum lethale est, captare delectationem appetitus sensitiui, nondum coniugatos. in copula futura tempore matrimonij cogitata. Quoniam illa actus appetitus sensitiui semper fertur in copulam præsentem, vt præsentem, cum præsenti commotione, ad illamque ordinatur, & est quædam ipsius inchoatio. At copula præsens solis coniugatis licita est. Et confirm. quia sicut externa delectatio venerea, quam constans matrimonium minimè honestat, est mortalis: ita interna, quæ eiusdem rationis est. Nec eius malitia aut bonitas æstimanda sunt ex copula præterita, aut futura, sed ex præsenti ad quam tendit. Et ita docent Nauar. summ. c.16.Lat.n. 9.Hisp n.10 & c.Si cui.de pœnitentia,d.1.n.1. Graffis 1.p. decisionum.l.2.c.78.n.9. Lud. Lopez 1.p.instruct.c.75.§. Sed maius dubium,& sequ. Manuel 1.ed. sum.2.edit.c.212.n.3. Vega 1. to. sum.2.edit.c.81.casu 2. vbi dicunt esse mortale delectari de copula cogitata, quando erit matrimonium. Et in ipsis sponsis de futuro tenent expresse Corduba l.1.quæstionar.qu. 23.dub. 3. Vazquez 1.2.q.74.a.8 disp.114. num.3. & seqq. & communiter Neoterici. Et à fortiori idem tenent Doctores, quos disp. 44.n.2 retuli, asserentes etiam in coniugatis, dum copulati commodè nequeunt, esse mortale delectari de copula cogitata.

5 Hinc infertur, à fortiori esse mortale delectari in appetitu sensitiuo de copula cogitata sub conditione, si adesset matrim. Constat ex rationibus n. præced. allatis. Præterea, quia quamuis consensus & desiderium ferantur in actum sub conditione, & proinde licitum sit in eum actum consentire, illumque desiderare, sub conditione matrimonij: at delectatio illa præsens appetitus sensitiui non potest ferri in actum sub conditione, sed in actum præsentem, & vt talem apprehensum. Ita docent Cajet. opusc. to.1.tract.14. de delect morosa, dub.1. Et summ. verb. Delectatio. § Secundum, an delectatio: vbi Armilla n.4. Nauar. Graffis, Manuel. n. præced. allegati. Corduba in quæstionar lib.1.q.23.dub.13. Nider summ. præcepto 9.c.4.dub.4. Nieua summ.t.105. Metina 1.2.q.74.a.8. dub.4. & ibi Zumel disp.4. dub.1. Valentia 1.2.disp.6 q.4 puncto 4. Philiarc. de officio sacerd.tom.1.p.2. lib.4 c.18. Vnde non sunt audiendi quidam Neoterici, qui teste Corduba eo dub. 13. excusant similes actus à peccato lethali. Et ipse etiam esse sentit esse probabile. Nam oppositam sent. solum vocat tutiorem, & fortè veriorem. Nec alij Neoterici, qui teste Zumel d.dub.1 dicunt eam delectationem non esse mortalem, quando non ex libidinis affectu procedit, sed ex alia iusta causa, vt amoris sobolis habendæ.

Secunda conclusio. Delectatio appetitus sensitiui ex tactibus, aspectibus, & verbis cogitatis à sponsis de futuro, consurgens, si sit in casu quo illa sunt eis licita, iuxta dicta disp. præced. n.47. & seqq. non est mortalis. Quoniam est de obiecto omnino licito, & respicit illud tanquam præsens, & in præsenti est eis licitum. Et intellige, nisi sit periculum pollutionis, aut consensus in aliquod mortale. Erit tamen venialis: tanquam otiosa, & quæ necessitate & pietate caret. 6

Vltima conclusio. Peccant lethaliter vidui admittentes delectationem veneream & sensitiuam, ortam ex copulæ habitæ tempore matrimonij cogitatione. Probatur rationibus adductis nu.4. quæ pariter hanc conclusionem probant. Et illam videtur tenere, licèt subobscurè, nec satis mentem suam explicans, Petr. de Soto de institut. sacerdotum tract. de discrimine peccatorum, lect.9.ad fin. Et tenent expresse Navar.c.Si cui.de pœnit.d.1.n.2.& seqq. Et summ.c.16.n. 10. Corduba in suo quæstionar. l.1. q.23. dub.12. Lud. Lopez 1.p. instruct.75. § Hinc perspicuum. Vasquez 1.2.q.74.a.8 disp.114. n.3. & seqq. Philiarc. de offic. sacerd. tom.1.p.2.lib.4.c.18. Graffis, Manuel Vega n.4. alleg. & communiter Neoterici. 7

Ad argumenta n.2. proposita resp. Ad 1.dic, non esse de obiecto licito. Quia ea delectatio sensitiua cum præsenti commotione non respicit copulam tanquam præteritam, sed tanquam præsentem, quæ tunc est illicita: vt n.4. probauimus. Ad 2.dic, coniugibus licitam esse copulam præsentem, quam delectatio illa respicit: & ideo esse eis licitam. Secus contingere in sponsis de futuro. Ad 3.dic, aliquas esse res habentes deformitatem secundùm eam rationem qua delectant, dum absens est conditio. Vt sunt venereæ. Quia delectatio illa tendit ad concubitum præsentem. Quod in aliis rebus non contingit. Ad argumenta n.3 proposita resp. Ad 1.iam est responsum. Ad 2.dic, plus esse approbare, quàm delectari: si loquamur de delectatione complacentiæ, quæ est in voluntate. Et ideo n.1.dixi hanc esse licitam. Secus si loquamur de delectatione appetitus sensitiui. Ad 3. fateor differentias temporum minimè variare speciem moralem. At illa delectatio non respicit copulam, vt præteritam, sed vt præsentem. Ad 4. constat ex dictis in solutione ad 3.ex argumentis n.2. propositis. Quia ea iudicis delectatio non est per se ordinata ad occisionem præsentem illicitam, vt contingit in delectatione venerea. 8

LIBER DECIMVS DE DIVORTIO.

Diuisio totius Libri.

CVM in superioribus disputauerimus de impedimentis matrimonij vinculum dirimentibus, ac de eius effectu, nempe de obligatione debiti reddendi & cohabitandi. Iam de dissolutione matrimonij quoad thorum & cohabitationem, quæ Diuortium appellatur, differendum est. Et primò quidem agemus de diuortio ratione adulterij, quando liceat, nec ne. Deinde, de diuortio ratione aliorum crimium, vt fornicationis spiritualis, qualis est hæresis, apostasia à fide, aut ratione inductionis ad peccatum. Et tandem de diuortio ratione sæuitiæ.

DISPVTATIO I.

Vtrùm diuortium quoad vinculum matrimonij, quod repudium vocant, fuerit ante legem Euangelicam Iudæis aut Gentilibus licitum? Et an post eius promulgationem eis liceat?

SVMMARIVM.

Diuortium vnde dicatur, & quotupliciter vsurpetur, & quid inter illud & repudium differt, n. 1.

Quotupliciter apud Romanos diuortium celebrabatur, & qua forma, & quas ob causas, nu. 2. & ibi, remissiuè de libello repudij apud Hebræos.

Quæ disputanda sint, n. 3.

Refertur triplex sententia circa libellum repudij, an olim licuerit Hebræis, n. 4. 5. & 6.

Sententia Auctoris, n. 7.

An inter Gentiles licuerit aliquando repudium, n. 8.

Post legem Euangelicam an liceat in aliquo euentu dissoluere matrimonium quoad vinculum, n. 9.

An Iudæi vel Gentiles nunc repudiantes vxores peccent, n. 10.

An conuersi ad christianismum ex Iudæis Gentilibusve, cogendi sint redire ad vxores infidelitatis tempore repudiatas, n. 11.

Qualiter Imperatores Christiani repudia concedentes excusari possint? Et an Pontifex possit illa approbare, n. 12.

Soluuntur argumenta, n. 13.

ANTEQVAM disputationem aggrediamur, præmittere oportet, vnde dicatur diuortium, & quotupliciter vsurpetur, & quid inter illud repudiumque differt. Diuortium, teste *Iurisc. l. 2. ff. de diuortiis*, dicitur, vel à diuersitate mentium: vel quia in diuersas partes eunt, qui matrim. distrahunt. Dupliciter autem vsurpatur. Primò, vt importat dissolutionem matrimonij quoad thorum & cohabitationem. Et in hac acceptione communiter vsurpatur apud Theologos. Secundò, vt importat dissolutionem etiam quoad vinculum. In qua acceptione vtuntur hac voce Iurisconsulti, vt constat ex *toto tit. ff. de diuortiis*. In hac ergo & sequenti disputatione sermo erit de diuortio in hac posteriori acceptione, deinceps autem in priori. Differt autem inter diuortium, quando dissolutionem vinculi matrimonij importet: & inter repudium, quod illud solius vxoris dicitur: hoc autem tum vxoris, tum etiam sponsæ de præsenti nondum cognitæ *l. Inter stuprum, 91 & l. Inter diuortium, 191. ff. de verb. sign.*

1 Tripliciter autem inter Romanos connubia dissoluebantur, teste *Rosino lib. 5. antiq. Romanarum, c. 18. & Rauardo commento XII. tabularum, c. 19.* vsurpatione, diffarreatione, & remancipatione. Vsurpatione, quia mulieres in potestate parentum aut tutorum erant: idcirco vxor nondum vsucapta, ante annum à marito recedens, vsurpabatur, hoc est, à parentibus, aut eis deficientibus, à tutore solenni quadam ratione apprehendebatur, & viri potestate liberabatur, si abeo trinoctium abfuisset. Diffarreatione, erat quippe quoddam sacrificij genus, quo inter coniuges fiebat dissolutio: sicque appellabatur, quia erat farreo libo adhibito. Remancipatione, quia quasi coemptione, in matrimonio contrahendo, mulier in mariti manum tradebatur. Quo spectat illud *Terentij in Andr. Hanc mihi in manum dat.* Atque eadem mulier in repudio remancipabatur: hoc est, vir in cuius manu conuenerat, manu ipsam parentibus aut tutoribus reddebat. Vltra hos autem modos dissoluendi matrimonium erat tertius, quem diremptionem appellabant, teste *Blondo de Roma triumphante, lib. 8. pag. 2. & 3.* Distabat autem inter repudium ac diuortium ex vna parte, ac diremptionem ex altera. Quòd illa vniuscuiusque arbitrio & voluntate fiebant: hæc autem principis arbitrium desiderabat. Diuortij autem forma hæc erat, vt testatur *Iurisconsultus l. 2. ff. de diuortiis, Conditione tua non vtor, vel, Res tuas tibi habeto*, vel, *Res tuas tibi agito*. Quod Cicero significauit *orat. 2. contra Antonium* agens de Mima ab ipso repudiata. *Frugi factus est, Mimam illam suam suas sibi habere res dixit.* Huius etiam meminit *Martialis*, sic dicens:

Mense nono Iani veterem Proculeia maritum
Deserit, atque ibes res tibi habere suas.

& *Apuleius lib. 5. Asini aurei*, sic ait dixisse, Cupidinem lacessitum à Psyche, *Confestim thoro meo diuerte, res tuas tibi habeto.* Alia etiam erat formula apud Cardienses, vt refert *Petrus Gregorius Syntagmate iuris p. 2. l. 9. c. 5. fine*, soliti erant sacerdotes mariti ædes adire, vbi vxore conueniente ignis accendebatur, qui si extinguebatur, antequam simul coniuges quadraginta annos vixissent, fiebat diuortium, quod instar repudij erat. Indeque abiit in prouerbium, *Pro repudio aquam igni iniicere.* Causæ autem repudiandi vxoren numerantur *l. Consensu. C. de repudiis.* Inter eas autem annumerabatur, si Circensibus vel Theatralibus ludis: vel arenarum spectaculis, in illis locis in quibus hæc assolent celebrari, marito prohibente vxor interfuisset. Atque it Sempronius Sophus vxorem repudiauit, nil aliud causatus, quàm se ignorante eam ausam ludos spectare, teste *Valerio Maximo l. 6. c. 3.* De forma autem seruata in repudio apud Hebræos, & circa alia de repudij libello ipsis concesso, consulendi sunt *D. Thom. & Doctores 4. d. 33.* & potissimè *Abulens. c. 19. Matth. quæst. 52. & multis sequ.* Quæ consultò omitto, tanquam ad rem moralem præsentem parum conducentia.

Quæstio igitur in præsenti disputanda est. An aliquando licuerit diuortium, seu repudium, quo matrimonij vinculum dissoluebatur, libero manente vtroque coniuge, vt ad alias nuptias transiret? Et primò disputabimus de Hebræis ante legis Euangelicæ promulgationem. Deinde de Gentilibus: tandem de omnibus post legem dictam. 2

Circa Hebræos, an olim fuerit ipsis repudium permissum tanquam licitum, vel potius tanquam minus malum, ad maiora præcauenda, quatuor sunt sententiæ. Prima vtramque partem problematicè tuetur, vtriusque argumenta soluens, & neutram definiens. Sic *D. Thom. 4. d. 33. q. 2. a. 2. quæstiunc. 2.* vbi *Scotus q. 3. Ricardus a. 3. q. 1.* 3 4

Secunda sententia docet repudium fuisse permissum, non tanquam licitum, sed tanquam minus malum ad vitanda maiora. Achilles huius sent. est, id quod Christus Seruator noster Pharisæis dixit *Matth. 19. Quoniam Moyses ad duritiem cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic.* Secundò, quia *c. Gaudemus, de diuort.* dicitur Christum reprobasse repudium antiquum Hebræorum, non ergo fuerat licitum. Atque ita hanc sent. tuentur *D. Hieron. lib. 1. comment. in Matth. cap. 5. & l. 3. cap. 19. Glossa ordinaria super illud Matth. 5. Det illi libellum. Et Lyra in eundem locum. Idem Lyra in illud Matth. 19. Quoniam Moyses. Et ibi Replicator contra 2. additionem Burgensis. Idem Lyra Deuter. 24. paulo post principium. Magister 4. d. 33.* vbi *D. Bonau. a. 1. q. 1. Alensis 3. p. q. 46. membro 2. a. 1 2 & 3. Guillel. Parisiensis t. de Sacramento matrimonij, c. vlt. Hugo Deuter. 24. paulo post princ. Carthus. in illum locum Matthæi 19. Quoniam Moyses. Et ibi Gaguinus. Mayronis 4. d. 33. q. vnica. Scotus 4. d. 33. q. 2. a. 2. concl. 2. Arboreus lib. 16 Theosophiæ c. 2. Castro lib. 2. de lege pœnali, c. 11 in 3. principali argument. Viguerius lib. instit. c. 16. §. 7. vers. 9 impedimento 10. ad fin. Lud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. c. 56. ad fin.* vbi de libello repudij, q 5. Et ex Iurisperitis, tenent *Glossa c. Cùm in lege, verb. Et odio, 23 q. 4. Innoc. cap. Gaudemus, n. 1. de diuort.* vbi *Host. super verb. Qui autem. Cardinalis n. 5. Alex. de Neuo ibi §. Qui autem, nu. 5. Archid. c. Quæcunque, n. 2. vers. In 1. gloss. 23. q. 4. & ibi Bellamera n. 6. vers. In 1 gloss. Tiraquel l. 9 connubial. n. 5. Ioan. à Montegranario inter consilia Baldi consilio 428 col. 2. lib. 5 Roberto Cenalis*, quem refert & sequitur *Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 4. n. 4. Nauar. lib. 2. consiliorum, in 2. edit. tit. de conuersione infidelium, conf. 3 fine. Pet. Gregorius syntagmate iuris p. 2. l. 9. c. 16. n. 1. & p. 3 lib. 22 c. 3. n. 20.* Et est valdè probabilis. 5

Tertia sententia ait nec omnino licitum fuisse, nec omnino prohibitum, sed dispensatum esse à Deo, ne repudium illud culpam venialem excederet. Ita *Caietan. in illud Matthæi 19. Quoniam Moyses, & ibi Auendanus.* Quo autem fundamento ducantur, me prorsus latet. Nam cum vxo- 6

ris repudium sit res grauissima, aut debet esse culpa lethalis, aut nulla ratione dispensationis. Dicere autem Deum dispensasse solum, ne esset culpa lethalis, ad libitum est. Cum nec ex sacris literis, nec ex sanctorum doctrina id constet: nec ratio id suadeat. Imo semper dispensatio legitima ab omni culpa excusat: vel si legitima non sit, à nulla.

7 Quarta sententia (cui tanquam multo probabiliori adhæreo) ait repudium fuisse licitum Hebræis, Deo dispensante in lege naturali, cui repudium aduersabatur. Ducor primò. Quoniam verba *Deuteron. 24. initio*, vbi concedebatur repudij libellum mittere, non permissionem minoris mali, sed concessionem rei licitæ important. ibi: *Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & non muenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de manu sua.* Et *Malach. 2. Cum odio habueris, dimitte: dicit Dominus Deus Israel.* Quod si contendas rem non esse apertam, sed ancipitem, num ea verba solam minoris mali permissionem, an potius concessionem importent. Esto ita sit, id profecto satis esset, vt ea permissione vtentes culpa vacarent: eo vel maximè, quod ex nullo Scripturæ sacræ testimonio constabat solam esse permissionem. Cum iustam ignorantiæ causam haberent. Secundò, quia si repudium esset illicitum, non permitteret Deus tam longi temporis ignorantia populum Israeliticum electum laborare: sed aliquis Propheta reprehenderet: vt alia populi illius scelera carpere Prophetæ solebant. Tertiò, quia indissolubilitas omnimoda matrimonij non est de iure naturæ, & ita matrimonium ratum dissoluitur professione religionis: & matrimonium consummatum infidelium, conuersione alterius ad fidem, nolente altero cohabitare absque contumelia creatorit: sed ea est ex iure diuino, eo quod à Christo eleuatum est ad significandam vnionem Verbi cum humanitate. Sicut probaui lib. 2. disp. 13. n. 7. & seq. Non ergo mirum, si Deus in veteri lege, in qua non erat eleuatum ad hanc repræsentationem, dispensarit vt diuinti posset ob repudium ex aliquibus causis concessum. Et ideo hanc sententiam sustinent *D. Chrysost. seu Auctor operis imperfect. hom. 34. in Matth. Albert. Magnus 4. d. 33. a. 25.* & supponit *D. Th. 1. 2. q. 102. a. 5. ad 3. Durand 4. d. 31. q. 3. a. 1. n 7.* vbi *Paludanus q. 1. a. 2. n. 28. Maiorus q. 2. D. Ant. 3. p. t. 14. c. 10. § 4. Burgensis Matth. 19. addit. 2. & Deuter. 24. addit. 2. Abulens. c. 19. Matt. q. 46. & q. 49. ad 6. q. 51. & 61. Eckius hom. 74. de Sacramentis. Petr. de Soto lect. 13. de matrim. diffic. 2. Ledesma* dicens modo esse communem opinionem. *2 p. 4. punct. 69. art 7. dub. 1. Veracruz 1. p. Spec. a. 10 concl. 1. Guillelm. Borrillon q. 4. d. 13. qu. vn. a. 2. concl 4.* vbi *Celaia q. 3 Palacios ibi, disp 3. concl. 3. Bellarmin. lib. 1. de matrim. c. 17. in solut. ad 14. obiectionem. Maldonado in 19. Matth. n. 8 q. 2. Emman. Sa ibi, n. 8. & c. 5. n 31. Mesina lib. 4. de sacrorum hom continentia, controuers. 1. c. 10. Angles floriby, 1. p. de matrim. q. 7. de bigam. a. 2. diffic. 2. conclus. 1. Petrus de Ledesma de matrim. q. 68 a. 3. concl. 1. & 2.* & dicit videri probabile *Suppl. Gabr. 4 d. 33. q. 1. a. 1.* & dicit fortè ita esse *Enriquez. lib. 11. de matrim. c. 8. n. 13. fine.* Et ex Iurisperitis tenent *Abbas c. Gaudemus, de diuort. n. 10 Gatta repet. 2. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n 203.*

8 Inter Gentiles etiam difficultas est, num fuerit licitum repudium, ipsis legibus eorum permissum. Id enim fuisse licitum, atque ita per illud dissolui matrimonium, suppo-nit *Abulens. c. 19. Matth. q. 76 ad vlt.* ait enim olim dissolutum esse matrim. inter Iudæos & infideles. Quia non erat matrim. ratum. Quod idem affirmat *Veracruz 2. p Spec. a. 13. per totum.* At dicendum est nullo modo fuisse licitum, nec potuisse dissoluere matrimonium. Quod constat. Quia repudium iuri naturæ aduersatur, iuxta quod matrimonium est indissolubile, licet non omnino, qualiter est in-dissolubile in lege Euangelica, vt probaui lib. 2. disp. 13. nu. 7. Quare citra Dei dispensationem dirimi non poterat per repudium. Hanc autem Gentilibus concessam esse nullibi legitur. Atque ideo hanc partem tenent *Sotus 4. d. 33. q. 2. a. 2. concl. 1.*

Post legem autem Euangelicam, nec ipsis Iudæis, nec 9
aliis infidelibus permitti repudium, ac per illud minimè dirimi matrimonium, res est certa. Quia Christus *Matth. 19.* illud reprobauit, & ad statum legis naturalis, in qua matrimonium erat indissolubile, restituit: dispensationemque Hebræis concessam reuocauit; dum dixit: *Quoniam Moyses ad duritiem cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras; ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit mœchatur.* Et *Matth. 5.* ibi: *Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorẽ suam, excepta fornicationis causa, facit eam mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat.* Vbi *Glossa interlinealis* sic ait: *Doctrina Christi concordat legi naturali. Quia tam est tempus perfectionis.* Id-que clarè definitum est *c. Gaudemus, vers. Qui autem, de diuort.* ibi: *Qui autem secundum ritum suum, legitimam repudiauit vxorem. Cum tale repudium Veritas in Euangelio reprobauerit, nunquam ea viuente licitè poterit aliam habere.* Atque ita vniuersi Doctores conueniunt. Quod si obiicias, cùm hoc sit speciale legis Euangelicæ præceptum: non videntur infideles ad eius obseruantiam constringi, donec baptizentur. Sicut nec tenentur ad confessionem, nec ad alia præcepta positiua Euangelij, dempto baptismi præcepto. Soluto est facilis. Id enim verum est de præceptis merè diuinis. At præceptum de indissolubilitate matrimonij est iuris naturæ & diuini, suspensumque in lege Mosaica ex speciali Dei dispensatione. Quam cum Christus irritarit in lege Euangelica, redit matrimonium ad pristinam suam naturã. Quare etiam infideles ad illius indissolubilitatem astringuntur: nisi prout in lege Christi eius dissolutio permittitur. Nempe, si alter ad fidem conuertatur, prout explicatum est libr. 7. vbi de impedimento disparitatis cultus. Vel ex dispensatione Pontificia, dummodo post baptismum non sit consummatum, (vt tanquam probabile defendimus lib. 2. disp. 17. num. 2.) vel si ante consummationem vterque conuertatur, & alter transeat ad religionem (vt ibi disput. 18. latè explicuimus.)

Hinc infertur, Iudæos vel Gentiles nunc repudiantes 10
vxorem, reos esse culpæ mortalis, cùm repudium sit contra ius naturæ, quod omnes obligat. Sic *Abulensis cap. 19. Matth. quæst. 63. Barbosa ff soluto matrim. rubr. 2 p. num. 10.* Existimo autem etiam nunc posse omnes hos culpæ immunes esse ratione ignorantiæ inuincibilis. Quamuis contrarium significet *ibi Barbosa*, dùm ait ante legem Euangelicam, ignorantiam excusasse infideles à culpa repudij, nunc autem reos esse culpæ. Sed sicut tunc excusabat ignorantia: eo quod indissolubilitas matrimonij non procedit ex principiis per se notis, sed ex illis deducitur per remotas consequentias. Ita & nunc excusare potest. Nec obstat sufficienter iam esse promulgatam legem Euangelicam. Quia adhuc stat dari ignorantiam inuincibilem huius præcepti.

Secundò infertur, infideles ad Christianismum conuer- 11
sos, si tempore infidelitatis legitimas vxores repudiarant, cogendos esse ad illas redire, quamuis iam aliud iniissent matrimonium: nisi casus accidat, in quo per conuersionem alterius dirimatur matrimonium infidelitatis tempore contractum. Vt clarè decidit *c. Gaudemus, vers. Qui autem, de diuort.* Et tradunt *Sotus 4. d. 33. q. 3. Durandus 4. dist. 19. q. 2. fin.* vbi *Celaia q. vn. fine. Astens. summ. 2 p. l. 8. t 21. art. 1. q. 6. Ioan. de Friburgo summa confessorum, l. 4. t. 10 quæst. 5. Abulensis c. 19. Matth. q. 63. D. Anton. 3. p. t. 1. c. 6. paulo post principium, puncto 3. Syluest. Matrimonium, 8. q. 10. dicto 7. Roscilla verb. Impedimentum, impedimento 9. num. 6. Armilla verb. Matrimonium, n. 39. Monaldus sum. tit. de matrim.* vbi de dispari cultu, *vers. Item patet ex hu. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30. quæst. 1. §. 4. n. 427. Angles flor ib. de matrim. 1. p. q. 12. de dispar. cultus, a. 2. dub. 3* Secunda autem vxor, quam priori repudiata duxerant, non est legitima, nec talis esse potest, nisi soluto prioris vxoris repudiatæ matrim. accedat nouus vtriusque consensus.

Tertiò

12 Tertiò infertur, vix posse Imperatores Christianos à culpa excusari, qui repudium concesserunt: vt constat ex C. *Instinian. 7. de repudijs*. Duplicem tamē excusationem affert *Barbosa* alios referens *ff. solut. matrim. 2. p. rubr. à n. 10. vsque ad 17.* prior est, eos minimè approbasse, nec permisisse tanquam licita repudia, sed tanquam minus mala, quo grauiora damna præcauerentur. Sicut DD. n. 5. allegati aiunt Moysem ea Hebræis permisisse. Quamuis enim Princeps teneatur prauas consuetudines abolere, & reus sit culpæ, id omittens, dum commodè efficere potest. At secus est, vbi absque maiori damno communis boni id fieri nequit. Vnde rectè *D. Chrysost. hom. 32. super c. 19. Matth.* inquit: *Permittimus quod nolentes indulgemus, quia prauam hominum voluntatem ad plenum prohibere non possumus. Permittitur ergo fieri mala, ne fiant peiora.* Et refertur *c. Hac ratione, 31. q. 1.* Et hanc excusationē approbat, & merito *Barbosa ibi n. 10. & 11.* Posterior est, indissolubilitatem matrimonij non ita arctè in primitiua Ecclesia intellectam esse, quin liceret ex legitima causa, apud Episcopos prouinciales probata, libellum repudij dare. Atque ita non mirum si Iustinianus errauit. Cauendum tamen est à doctrina *Alciati lib. 6. Parerg. c. 20.* inde inferentis, Pontificē posse leges Iustiniani repudia permittentes approbare. Quoniam si matrimonium sit iam consummatum, nullo pacto valet Pontifex in eo dispensare (vt probaui lib. 2. disp. 13. n. 11.) si autem sit ratum, quamuis possit in vno vel altero euentu dispensare: at legem generalem de hoc indicere, nullo modo potest, vt ibi probaui disp. 14. n. 4.

13 Tandem ad argumenta nu. 5. proposita resp. Ad 1. dic, eam permissionem emanasse propter duritiam cordis Iudæorum, at non fuisse permissionem minoris mali, sed minoris boni. Deus enim conniuens populi illius fragilitati ac cordis obstinationi dispensauit, vt liceret illis repudium. Ad 2. dic. *5. Gaudemus*, intelligi de statu legis Euangelicæ, in quo iam repudium cessauit.

DISPVTATIO II.

Vtrùm ob adulterium alterius coniugis dissoluatur matrim. quoad vinculum; ita vt integrum sit innocenti ad alias nuptias transire?

SVMMARIVM.

Refertur error affirmans ratione adulterij dissolui vinculum. n. 1.
Sententia Catholica negans, n. 2.
Soluuntur argumenta. Et euadantur c. Si qua mulier, 31. q. 1. & c. Dixit Dominus, 32. q. 1. c. Concubuisti, & c. Vxor, 32. q. 7. n. 3.

1 DISPVTATIO hæc multum negotij nobis facesseret, nisi præter aliòs antiquiores, nouissimè eam disputassent aduersus hæreticos, & latissimè in suis controuersiis, *Bellarmin. l. 1. de matrim. c. 15. & duplici sequenti: & Valentia lib. vn. de indissolubilitate matrim. c. 3. & duplici sequenti.* Atque ideo breuiter tangam & dissoluam potissima argumenta hæreticorum. Et quidem ex Catholicis aliqui existimarunt omnino dissolui matrim. quoad vinculum, eo propter adulterium alterius coniugis separato: atque ita licere aliud matrim. inire, priori coniuge superstite. Atque ita *Sixtus Senensis lib. 6. biblioth.* refert *Origenem tract. 2. in Matth.* asserentem quosdam sui temporis Episcopos permisisse alias nuptias vxoribus ob virorum adulteria ab ipsis diuertentibus. & tenuere *Tertullian lib. 4. aduersus Marcion. Erasmus in annotat. ad 1. Cor. 7. Caietan. in illud Matth. 19. Quicunque dimiserit. Catharin. lib. 5. annotationum contra Caietanum, in fine.* Isque fuit error Græcorum, vt refert *Guido Carmelita in sua sum. de hæretic.* Ac in errore eodem versantur hæretici nostri temporis, Anabaptistæ, Lutherani, & Caluinistæ. Ducuntur primò, quia Christus *Matth. 19.* ait: *Quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur.* Et refertur *c. Dixit Dominus, 32. q. 1.* vbi Christus apertè concedit dimissionem vxoris ratione adulterij. Nec potest intelligi de sola dimissione quoad thorum & habitationem. Quia non esset ad rem Christi responsio. Pharisæi enim de dimissione quoad vinculum, quam repudium appellabant, interrogauere. Et confirmatur, quia solum damnat Christus ibi criminis mœchiæ, ducentem feminam à viro dimissam, nisi ob fornicationem dimissa sit: illa enim exceptio, nisi ob fornicationem, ad vtramque partem refertur. Quod probat *Durand. 4. d. 35. q. 2. ad 2.* reprobans dicentes tantùm referri ad priorem partem, scilicet ad dimissionem vxoris. Quia exclusa altera parte, exceptio non habet locum. Vt si dicatur, Quicunque dimiserit vxorem excepta fornicationis causa, mœchatur: falsum est. Quia ex sola dimissione illius, non est mœchiæ reus. Ergo ducens dimissam causa fornicationis, minimè mœchatur, sed legitimum erit matrimonium. Secundò confirmatur, quia à repudij improbatione excipit ibi Dominus causam fornicationis. Atque videtur ibi non reprobasse Dominum repudia veteris legis, per quæ soluebatur matrimonium, nisi quando fiebant ex aliis causis, quam fornicationis. Sicut ergo in veteri lege vxore repudiata per fornicationem, licebat viro aliàm ducere, sic licebit in noua. Secundò probatur ex decreto *Zacharia I. Pontif.* & refertur *c. Concubuisti. 32. q. 7.* ibi: *Concubuisti cum sorore vxoris tuæ, neutram habeas, & si illa quæ vxor tua fuerit, conscia sceleris non fuit, si se continere non vult, nubat in Domino cui velit.* Et ex *D. Ambros. 1. Cor. 7.* & refertur *c. Vxor, 32. q. 7.* vbi: *Vxor à viro non discedat, nisi causa fornicationis: quod si discesserit, aut maneat innupta, aut reconcilietur. Ideo non subdit de viro, quod de vxore præmisit. Quia viro licebat ducere aliam.* Et ex *Concilio apud Vermerias*, & refertur *c. Si qua mulier, 31. q. 1.* ibi: *Si qua mulier, in mortem sui mariti consiliata sit cum aliis, & ipse vir se defendendo aliquem illorum occiderit: si probare potest ille vir eam ream esse consilij, potest (vt nobis videtur) ipsam vxorem dimittere. & si voluerit aliam ducere.* Ex quibus locis apertè constat, licere saltem viro ad aliàs nuptias migrare, atque ita dissolui matrimonium quoad vinculum. Tertiò, quia matrimonium solum importat ius vnius coniugis in alterum, quoad thorum & habitationem, vtrumque autem soluitur altero adulterante. Ergo & matrimonium ipsum. Tandem, quia diuortium nouæ legis successit loco repudij veteris legis: vt constat ex *c. 19. Matth.* vbi reprobato antiquo repudio statuit Christus legem de diuortio. Sicut ergo ob repudium antiquum soluebatur matrimonij vinculum: ita ob diuortium nouum: ea sola constituta differentia, quod illud ex pluribus causis liceret, cum hoc ex sola fornicationis causa permissum sit.

Veritas autem Catholica est, nequaquam dissolui matrimonij vinculum ob adulterium, atque ita neutri coniugi licere alio superstite ad alias nuptias transire: quod si transeat, matrimonium esse irritum. Hanc veritatem statuerunt *Innocent. I. Pontifex epist. 3. ad Exuperium Episcopum cap. 6.* habetur tom. 1. Conciliorum, *Canon. 48. Apostolorum, Alex. III. c. Ex parte, de sponsal. Concilium Meluitan. canon. Afric. c. 69. Forojulicnse can. 10. Nannetense can. 12.* Et nouissimè *Florentinum in Armenorum instruct. & Tridentin. sess. 24. de matrim. can 10.* Atque hæc veritas semper in Ecclesia recepta est à sanctis Patribus, vt discurrens per omnia sæcula, varia Sanctorum testimonia afferens eruditissimè probat *Bellarminus in suis controuersiis. lib. 1. de matrim. cap. 6.* Et probatur primò. Quia *D. Paulus 1. Corinth. 7.* eam fuisse veram Christi mentem declarat, sic dicens: *Iis autem, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere. Quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari.* Quo in loco, teste *D. Augustl. 1. de adulter. coniug. c. 2. 3. & 4.* Apostolus non de eadem dimissione loquitur, sed in prioribus illis verbis: *Præcipio vxorem à viro non discedere*, loquitur de dimissione iniustè facta, nimirum, vbi non est causa fornicationis. In posterioribus autem, ibi: *Quod si discesserit*: loquitur de iusta dimissione ex fornicationis causa permissa à Christo *Matth. 19.* alias non daret coniugi optionem, vt post separationem innupta maneret, aut viro suo reconciliaretur; sed cogeret vtique iuxta Domini præceptum, quod immediatè præmiserat, vt ad

2

virum

virum iniustè dimissum rediret. Si ergo vxor à viro adultero recedens, necessariò debet innupta manere, aut viro reconciliari: non soluitur matrimonij vinculum propter adulterium. Idem ex aliis Scripturæ locis latè probat *Bellarm. d. c.16* Deinde probatur rationibus. Prima sit. Quia Christus *Matth.19.* non solum omnes illas causas ob quas Hebræi vxores dimittebant, ad vnam fornicationis reduxit: sed etiam repudij libellum illis ob cordis duritiam concessum omnino sustulit, vt clarè ex contextu patet. At repudij libellum dare nil aliud erat in veteri lege, quam illa vxore repudiata liberum esse viro aliam ducere. Ergo vir diuertens ab vxore fornicanti non potest aliud matrimonium ea viuente inire: alias repudij libellus non omnino sublatus esset. Secunda, quia si ob diuortium causa adulterij celebratum, solueretur matrimonij vinculum, liceret vtrique coniugi tanquam iam soluto ad alias nuptias transire. Atque ita potior esset conditio iniquæ vxoris ob adulterium dimissæ, quam iustæ dimissæ ob morbum diuturnum. Illa enim libera est, vt alij nubat: hæc autem minimè. Insuper adultera ex delicto suo commodum reportaret: pœnaque præstaret immunitatem: contra *l. Relegatorum, § vlt. ff. de interdict & releg.* Tertia, quia alias aperiretur via infinitis repudijs etiam iniustis. Nunc enim cum norint fideles diuortium celebrantes, aut continere, aut reconciliari debere, abstinent ab illo. At si ipsis permissum esset eo celebrato ad aliud matrim. transire, facillimo negotio diuortia fierent, essingerenturque occasiones diuertendi, ac adulteria admitterentur, vt sic matrimonium cessaret. Qua ratione vsus est *D. Hieron. in cap.19. Matth.* & textus *c. Quanto, de diuor. in fin.* Tandem, quia matrimonium semel consummatum inter fideles est omnino indissolubile, propter significationem indissolubilis vnionis Verbi cum humanitate (vt latè probauimus lib.2. disp.13.) non ergo propter adulterium dissolui potuit.

3 Ad argumenta n.1. proposita resp. Ad 1. desumptum ex *c.19. Matth.* relato *c. Dixit Dominus, 32. q.1.* dic Christum non loqui de dimissione quoad vinculum, dum eam ob fornicationis causam concedit: sed de dimissione quoad thorum & habitationem. Nec inde infertur minimè satisfactum esse interrogationi Phariseorum quærentium de dimissione quoad vinculum. Quoniam cum dimissio quoad vinculum claudat potestatem dimittendi vnam, & ducendi alteram; Christus has duas dimissiones seiungens, priorem concessit, posteriori negata. Priorem que restrinxit ad solam fornicationis causam. Ad priorem confirmationem ex eodem textu desumptam, negandum est antecedens. Vnde ea verba, *Nisi ob fornicationem*: dupliciter explicari possunt. Primò cum *D. August. lib.1. de adulter. coniug. cap.9.* vt non accipiantur exceptiuè, sed negatiuè, ita vt sensus sit: Quicunque dimiserit vxorem nisi ob fornicationem, id est, extra causam fornicationis, & aliam duxerit, mœchatur. Ex quo affirmatur quidem adulterium eius, qui vxore dimissa extra causam fornicationis, aliam duxerit: at nil dicitur de ducente aliam priori dimissa extra fornicationis casum. Secundò explicari possunt exceptiuè, at tunc exceptio non debet ad vtramque partem referri, sed ad solam priorem, vt sensus sit: Quicunque dimiserit extra causam fornicationis vxorem, mœchatur. Et qui dimissam quacunque ex causa, etiam fornicationis, duxerit, mœchatur. Sic explicant *D. Thom. 4. d. 35. q. vn. a 5 ad 4. & ibi D. Bonauent. a. vn. q. 4. ad 2. Ricard. a. 3. q. 1 ad 2.* & communiter alij Scholastici. Nec obstat impugnatio Durandi ibi relata. Quia dimittens vxorem extra casum fornicationis dicitur mœchans. Quia est causa fornicationis, vxori. Vt bene docent *D. August. lib. contra Adimant. c. 3. & Theophyl. in cap.19. Matth.* Quod etiam ipsemet Christus explicuit *Matth.5.* sic dicens, *Quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, facit eam mœchari.* Vel retenta eadem acceptione exceptiua, dic cum *Abulensi c.19. Matth. q. 76. ad 4.* in priori parte, ad quam solam referenda est exceptio, supplendum esse, peccat: & sic sensum esse: Qui vxorem præter fornicationis causam dimiserit, peccat: & qui ex quacunque causa dimissam duxerit, mœchatur. Ad 2. confirm. constat ex dictis: non enim excepit Christus causam fornicationis, qui ab hac repudium illæsum & in suo robore relinquens, ceteris causis reprobatis. Sed repudio, quo soluitur vinculum, omnino reprobato, approbauit diuortium quoad thorum & habitationem, & hoc ob solam fornicationis causam. Ad 3. argumentum desumptum ex variis illis textibus, dic decretum illud Zachariæ, intelligi, vt nubat post mortem viri: vel eo viuente, si erat tantum sponsa de futuro, vt explicat *glossa final. to cap. Concubuisti.* Ad reliqua Concilia respondet *Ioan. Fernandez l.1. Thesauri script. c.47. n.1.* eam fuisse permissionem ad vitanda maiora mala. Sicut disp. præced. n.12. hac ratione defendimus leges Imperatorum Christianorum repudia permittentium. Secundò respondet *Maldonado in c.19. Matth.* ea concilia esse apocrypha & spuria. Nec mirum, quia etiam *Gratian. c. Quod proposuisti, 32. q.7. & Magister 4. d.35. & Abulensis c.19. Matth. q.76. ad 1. in fi.* dicunt illud testimonium *D. Ambrosij*, relatum *c. Vxor, 32. q.7.* relatū in 2. argum. non esse ipsius, sed ab hæreticis impositum. Tertiò respondet *idem Maldonado*, intelligenda esse vt marito dimittenti vxorem adulteram liceat aliud matr. contrahere post mortem vxoris adulteræ. Quod si dicas, quid opus fuisset rem tam apertam omnique dubio carentem explicare? Respondetur id expressum fuisse ad declarandam differentiam inter virum & vxorem adulteram, quæ loco pœnitentiæ iubebatur aliquando etiam marito mortuo à nuptiis abstinere. Ne quis ergo idem de marito intelligeret explicatum est. Sed hæc solutio quamuis aliis textibus adductis accommodari possit: & est conformis solutioni *Glossæ proximè citatæ*. At *cap. Si qua mulier*, non patitur hanc declarationem, expresse enim ait, viuenti vxore: quia concedit ipsam vxorem dimittere, & aliam ducere. & subdit, *Vt uobis videtur*, quasi res sit dubia. Vnde priores solutiones satisfaciunt huic textui. Ad 3. dic, matrimonium vltra illā obligationem includere vinculum vtriusque coniugem astringens, ne altero superstite valeat aliud matrim. inire: idque minimè dissolui per adulterium. Ad vltimum dic cum *Abulensi c.19. Matth. q.76. ad 5* non omnino successisse loco repudij. Multæ enim sunt differentiæ, quas ibi refert.

DISPVTATIO III.

Vtrum ratione adulterij alterius coniugis licitum sit diuortium quoad thorum & habitationem: sintque in hoc vtrique coniuges æquales?

SVMMARIVM.

Resertur sent. asserens non esse pares coniuges quoad diuortium, n.1.

Adulterium est causa sufficiens diuortij quoad thorum & habitationem, n.2.

An vxor adultera possit etiam dimitti quoad curam? Et emendatur cap. Admonere, 33 qu 2. n.3.

An sit hoc de iure naturæ, n.4.

An fornicatio infideli ratu tempore admissa sit sufficiens causa diuortij, etiamsi fornicans conuertatur ad fidem, n.5. & ibi, remissiuè, quid si innocens dederat causam, repudiando?

Vir & vxor sunt pares in causa diuortij celebrandi ob adulterium, n.6.

An consuetudo obtinuerit vt vxor nequeat diuortium celebrare ratione adulterij viri: possitq; præualere aduersus hoc ius naturale & diuinum, n.7.

An desideretur monitio, vt vxor possit diuertere à viro adultero, n.8.

An sit præfinitum tempus, quo transacto nequeat propter accusatio adulterij ad diuortium celebrandum, n.9.

Soluuntur argumenta, n.10.

1 DIcit *in illud Matth.19. Quicunque dimiserit vxorem*, censet non esse pares coniuges in iure diuortij celebrandi propter adulterium: sed id solis viris permitti ob vxoris adulterium. Ducitur primò, quia Christus Dominus *Matth.5. & 19.* legem hanc diuortij explicans, de solis viris mentionem fecit. Et eodem pacto illorum tantùm meminere *cap. Significasti, c. Ex literis, & c. Gaudemus, de diuortio.* Nec est similis ratio, vt vxor possit à viro adultero diuertere. Quoniam adulterium vxoris longè grauiorem iniuriam viro infert, propter sobolis incertitudinem, ac viri infa-

infamiam. Secundò, quia repudium in lege veteri solis viris concedebatur. *Deuteron. 24.* cius autem loco successit diuortium in lege noua, vt constat ex *c. 5. Matth.* Tertiò potest probari, quia saltem consuetudo iam inualuit, vt id diuortium non concedatur vxoribus, ob viri adulterium. Vt testatur *D. Basil. in suis canonib. can. 9. & 21.*

2 Prima conclusio sit. Adulterium vxoris est causa sufficiens, vt vir ab ea diuertere possit quoad thorum & habitationem. Constat ex *c. 5 & 19. Matth.* & ex *c. Significasti, c. Gaudemus, c. Ex literis, de diuort.* Et ita conclusio hæc est, de fide, & à nemine in controuersiam adducitur. Et rationes naturales, quibus innititur, afferam n. 4. vbi tractabitur an hoc sit de iure naturæ.

3 Temperant autem aliqui conclusionem, vt quamuis possit maritus vxorem adulteram deserere quoad thorum & habitationem, non tamen possit quoad curam & disciplinam, nisi post peractam ab vxore pœnitentiam septennem. Sic sentiunt *Goffred & Rossens. c. Admonere. 33 q. 1.* prout eos ibi refert *Archid. nu. 3.* Ducuntur que per illum textum, qui est Steph. V. vbi: *Post septem annos pœnitentia peracta, dimittere eam poterat, si voluisset.* Sed iure optimo *Archid. eo n 3. & ibi Bellamera n. 2.* referentes Hugonem & Laurentium, improbant hanc sententiam, dicuntque etiam quoad curam & disciplinam posse adulteram dimitti. Quia indistinctè ait Christus Dominus licere viro ab adultera diuertere, *Matth. 5. & 19.* Nec obstat *d. c. Admonere.* Quia Stephanus (inquiunt) argumentatur à minori ad maius, hoc modo: Si post septennem pœnitentiam poterat vxor adultera omnino dimitti, à fortiori ante illam. Idem tenet *Imola c. Tua, n. 3 de procur.*

4 Sed dubitari potest, num ex natura contractus matrimonij proficiscatur, vt liceat diuortium ratione adulterij, ac proinde illud sit de iure naturæ. Id enim negat *Castro lib. 2. de lege pœnal. c. 4. in fine*, asseritque esse de iure diuino positiuo. Quoniam diuortium hoc ratione adulterij nunquam ante legem Euangelicam innotuit: nullum enim in veteri testamento inuenitur huius legis vestigium. Sed adulteræ pœna fuit lapidari: adultero autem nulla est indicta pœna. At si esset de lege naturæ, fuisset in aliquo veteris testamenti loco declaratum: vt multa alia non æquè necessaria sunt ibi expressa. Sed verius est oriri ex matrimonij natura diuortium hoc, atque ita esse de iure naturæ: Quod docent *Durand. 4. d. 35. q. 1 a. 1. n. 5. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 1 conclus. vn. Victoria sum. de matrim. n. 189. Ledesma 2 p. 4. q. 64 a. 2 paulo post principium. Enriquez l. 11. de matrim c. 17. n. 1. & 6. Petrus de Ledesma de matrim. q. 62. a. 1. statim in principio. Barth. à Ledesma de matrim. dubio 65 conclus. 1.* Probaturque, quoniam ex contractus matrimonij natura oritur, vt coniuges mutuam sibi seruare fidem, quoad thorum & habitationem ac reliqua ministeria, teneantur. At ipsummet ius naturæ dictat, vt frangenti fidem fides seruanda non sit. *c. Peruenit, el 2 de iureiur. c. Si infidelis, 28. quæst. 1. l. Si conuenerit, ff. de pro socio:* ergo ex vi matrimonij & ex ipso naturæ iure coniux, cui alter adulterans fidem frangit, minimè tenetur illi fidem seruare, sed potest ab ipso diuertere. Deinde, quia contractus promissionem includens non obligat suapte natura rebus notabiliter mutatis, qualiter accidit coniuge altero adulterante. Qua ratione textus *cap. Quemadmodum, de iureiurand.* vtitur ad probandum sponsalia diriminalitero sponso fornicante. Cum ergo matrimonij contractus claudat sponsionem redditionis debiti ac mutuæ habitationis, altero coniuge in adulterium lapso, eximetur innocens ex vi naturæ ipsius met contractus ab hac obligatione.

5 Hinc infertur, ob adulterium commissum tempore infidelitatis posse celebrari diuortium. Quoniam infideles legi naturali subiiciuntur. Atque ita docet *D. Thom. 4 dist. 39. qu. vn. in fine totius quæst.* exponens literam Magistri. Et concordant omnes Doctores allegandi. Quando verò alter dedit causam nolens cohabitare, vel repudians, dicendum est disp. 5. n. 9. Maior autem difficultas est, quando coniux ille tempore infidelitatis adulter, iam baptizatus est, an possit dimitti ratione adulterij illius nondum ab altero coniuge remissi. Quidam enim id negant. Quoniam in baptismo plena remissio criminis fit: ac subinde baptizatus non potest accusari de crimine prius admisso. Sic *gloss. c. Quod autem, in fin. 32. qu. 1.* & multi alij teste *Archid. ibi n. 4.* Idem *gloss. 32. q. 6. in summ. verb. Sed ponatur. Monald. sum. 1. de matrim.* vbi de dispari cultu, *vers. Item nunquid. Ioan. de Friburgo summ. confess. l. 4. t. 10. q. 12. Nauar sum. c. 16. n. 29 Matienzo lib. 5 recop. t. 1 rub. gl. 1 n. 102.* Sed absque dubio tenendum est posse dimitti. Id enim expresse videtur definitum *c. Gaudemus, in fin. de diuort.* vbi *Gloss. fin.* reddit optimam rationem. Quia baptismus remittit peccatum in ordine ad Deum, nō tamē vt est viri offensa, cui fracta est fides coniugalis, ac proinde ratione huius offensæ ius habet diuortij. Sicut non obstante baptismo posset resilire innocēs à quocunque alio contractu, altero fidem minimè seruante. Atque ita tenent *ea Glossa final. & ibi Innoc. n. 3. Host. n. 16. Ioan. Andr. n. 22. Anton. n. 21. Abbas n 16. Card. n. 5. oppos. 4. Anchar. n. 19 & 20 Henric n. 16. Alex. de Neuo ibi, §. Qui autem, n. 10. Archid. c. Quod autem, 32. q 1. n. 3. & 4. & ibi Bellamera n. 3. Turrecr. n. 3. Astens. sum. 1. p l. 8. t. 21. a. 2. q 7. Cantera in suis qu. criminalibus quæst. tangentibus punit. delicti, c. 4. n. 51. Barth. à Ledesma dub. 56 de matrim. concl. 4. Vega 1. 10. sum. c. 13. casu 12. & 15.*

6 Secunda conclusio. Coniuges sunt pares in diuortio causa adulterij celebrando: ac proinde sicut vir innocens potest ab adultera vxore diuertere, ita è contra vxor innocens à viro adultero. Hæc est contra sententiam Caiet. n. 1. relatam, cuius sententia prorsus est falsa ac temeraria. Hanc enim partem definit *Innoc. I. epist. 3 ad Exuperium*, & refertur *c. fin. 32. q. 5. & Concil. Meleuitanū can 17* & refertur *c. Placuit, 32. q. 7. D. Augustin. l. 1. de serm. Domini in monte c 28.* & refertur *c Idololatriæ, 28. q. 1. & super epist. 1. D. Pauli ad Cor. c. 7.* & refertur *c. Apollolum, 32. q. 7. D. Hieron. epist. ad Oceanum.* & refertur *c. Præcepit, 32. quæst. 5. D. Ambros. 1. ad Corinth. 7.* & refertur *c. Vxor qu. 7. D. Chrysost.* cuius dictum refertur *c. Si quis vxorem, el 1. in fin. 32. qu 1.* Et constat ex illo loco *1. Corinth. 7. His qui matrimonio iuncti sunt præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam aut viro suo reconciliari.* Qui locus in posteriori illa parte: *Quod si discesserit*, de iusta dimissione per fornicationem viri est necessario intelligendus. Vt probaui disp. præced. nu. 2. Ergo licitum est, vxori diuertere ob viri adulterium. Cum D. Paulus ibi non cogat vxorem ita diuertentem ad redeundum, sed optionem illi concedat aut redeundi aut continendi: & ratio huius conclusionis est, vt colligitur ex *D. Thom. 4. d. 35 q. vn. a. 4.* quia pœnæ legales non ita strictim ponderant quantitatem culparum ob quas imponuntur, sed satis est si in vtroque delicto reperiatur causa sufficiens pœnæ infligendæ. Vt omnia homicidia capitis pœna plectuntur, inter quæ aliqua esse grauiora nemo dubitat. Cum ergo fidei fractio, quæ est ratio diuortij, reperiatur in adulterio tam viri quam vxoris, ob vtrumque concessum est diuortium: licet hoc maiorem matrimonio iniuriam irroget. Atque ideo hanc sententiam tanquam certissimam tuentur, ex Theologis *Magist. 4 d. 35.* vbi *albert. Magnus a. 14. & 19. D. Thom. q vn. a. 4. D. Bonauent. q. 3. Durand. q. 1 a 1. n. 6. Ricard. a. 1. q. 4. Palud. q. 1. a. 5. n. 3 4. Supplem. Gabr. q. vn. a. 2. Vincent. 2. tom. in speculo doctrin. l. 10. c. 41. Caiet.* sibi contrarius, *in opusculo tom. 1. tract. 29. de reddit. debiti inter coniuges altero adulterante, q. vn. D. Antonin. 3 p. t. 1 c. 21. §. 5. initio. Abulens. c. 19. Matth. q 73. Cast. l. 2. de lege pœn. el ix. 4 fin. Petr. de Soto lect 12. de matrim. ad fin. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 4. conclus. 1. Ouandus 4. d. 35. q. vn. propos. 1.* vbi *Celaia q. 1 init. Palacios 4. d. 27. disp. 3 fol. 598. Ledesma 2 p. 4. q. 64 a. 2 paulo post princip. Viguer. lib. instit. c. 19 §. 7. vers. 9. imped. 10. Veracruz 4 p. Specul. a. 3. concl. 1. Nider sum. præcep. 6 c. 4. Pedraza sum. præcep. 6. §. 18. Bellarm. l. 1. de matrim. c. 14. §. Sunt autem. Enriq lib. 11 de matrim. c. 16. n. 3. Man. 1. to sum. 2. edit c. 210. n 2 Barth à Ledesma dub. 68 de matrim. concl. 1. Petr. de Ledesma de matrim. q. 62. a. 1. Angles fi. rib. 1 p. de matrim. q. 9. de diuort. a. 1 diffic. 3. Graffis 2 p. decis. l. 1. c. 12. n. 55. Philiarc. de offic. sacerdot. to. 1 p. 1 l. 2. c. 17 §. Sed dubium est. Vega 1. 10 sum. c. 13 casu 2. Cañedo summa sacræ*

ment c.7. de matrim.n.55. Et ex Iurisperitis docent idem *gl.c. 2.verb. Vincat.32.q.1. & c.Si quis vxorem, el 1. verb. Non ad imperia,32. q.1. Archid.c.Omnes causationes, n.2.32.q.9. Host.c.Intelleximus,n.3.de adul. Abb.c.fin.nu.eod.3.11.& c.Tua,de procur. in fi.Card.c.2.in fin.de diuort.Henric.c.Gaudemus, n.10.co.tit.& ibi Alex.de Neuo,§.Quia vero,n.9.vrapos.c.Exparte, nu.4. de spons. Alb.in suo dutien.lit D.verb.Diuort.col.2.vers. An vir. & vx.Socin.cons.32.vol.2.Decius regula Semper in contract.157.nu.6.ff.de reg.iuris, Affens. sum.2.p.l.8.t.11.a 3.q.2. Parisius cons.54.n.42. vol.4.Barbatius cons.64.n.11.& 12.vol.1.Rosella verb. Diuortium n.9.vbi Sylu.flatim in princ.& Matr.9.q.6.& 9.Tabiena Matrimonium 4.q.7.n.8. Armill.verb.Diuortium,n.1.& verb.Matrim. fine Turrec.c.Apostolus,a.3.nu.32.q.7.Roland.cons.50.nu.5.& 6. vol.1.Castillo l.80. Tauri, lex 13.ad fin. tit.9 p.4.& Lex.1.fin.t. 17.p.7.* vbi *Greg.Lop. verb. Nin deshonra. Montalu l.2.paulo post principium,t.10 p.4.Couar.4 decret.2.p.c.7.§.5.nu.8. Perez l.8. ord.in.t.2.l.15 ad fin. Gaeta repet.c. Ad limina, 30.q.1.§.4.n.205. Villalobos in commun.opin.lit.M verb.Maritus. num.6. Brunel.de sponsal.concl.30 declarat. 8.nu.12. Sebastianus Monticulus de patria potest verb.Matrimonium n.74.* habetur t.8.tract.p.2.Roias singular.214 *fin.Olanus in concord verb.Maritus,n.24.Burgatus cons.218 n.8.vol.2.Cantera in suis q.criminal.q. tangentib. punitionem delicti,c.4.n.38.Barbosa rubr.ff solut.matr.2.p.n.3.Bruner.in suo cõpend.lit.A.verb.Adulterium, vers.* A dulterio arguitur.

7 Hinc infertur, minimè obtinuisse consuetudinẽ, vt vxor nequeat vitũ adulterũ dimittere. Quod docet *Couar. n.prec.allegat.* Et cõstat ex tot Doctoribus antiquis & Neotericis ibi citatis, qui absolute diuortiũ in hoc euentu approbant, nec oppositæ cõsuetudinis meminere. Vnde D. *Basilius,n.1.alleg.* dicens consuetudine obtentũ esse contrarium, est intelligendus, vt velit rarissimè feminas hoc diuortium intentare ob virorũ adulteria. Qui non vsus ius intentãdi minimè aufert: eo vel maximè quod hoc est ius naturale & diuinum (vt probauimus nu.4.) quod est immutabile, nullaque consuetudine vinci potest, *c.1.d.5. & instit.de iure natur.§.Sed naturalia.*

8 Nec desideratur monitio, nempe, vt vir prius moneatur vt abstineat ab adulterio, sed ante omnem monitionem, eo ipso quod adulterii reus est, potest vxor ad diuortium procedere. Et *auth.Vt liceat matri.& auia, §.Quia verò plurimas, vers.Si quis in sua domo collat.* 8. decidens non posse vxorem mittere repudium viro adultero, nisi prius eum moneat, vt à prædicto delicto desistat, & ibi notat *glossa, verb. Non abstinuerit*: non habet locum quoad diuortium. Nam attento iure naturali & canonico sunt coniuges in hoc pares. Vt probaui n.6. Quamuis *prædicta auth.* discrimẽ id constituerit ad repudium, vt vir nulla monitione indigeat, quo vxorem adulteram repudiet, secus verò de vxore. Sic *Barbos. alijs relatis l.2.p.1.in princ.n.98. ff. solut.matrim.*

Tandem id obseruandũ est. Quamuis accusandi ius de adulterio, quod pœnam criminalẽ & ciuilẽ, præscribatur quinquennio, *l.Adulter 5.C.ad lul.de adulter. l.4.t.17.part.7.* quoad diuortium tamen petendum numquam præscribitur. sed integrum est quantocumq; tempore transacto illud petere. Constat ex *c.Admonere,33.q.2.* quod est Stephani V. vbi post septenniũ pœnitentiæ vxoris adulteræ conceditur viro libera diuertendi libertas. Et ibi obseruat *ibi gloss.verb Pœnitentia*, reprobatque aliquos dicentes viginti annorũ spatio præscribi. Quam Glosã sequũtur *Ananias, c, Maritus, de adult.fine, Palud.4.d.35.q.1.a.5.concl.1.num.33. Armon.de antiqu.temporum, p.4.sect. materia ista singularitatis testium n.88. Prosp.Farinacius pract.criminali 1.p.q.10 n.20.*

9 Ad arg.n.1. proposita resp. Ad 1. dic, id non expressisse Christum de feminis, quia frequentius est vt viri petant diuortium. Sicut text, *c.2. de confess.in 6.* decidit reum recusantem positionib. respondere, haberi tamquam confitẽtẽ *glos.ibi verb.Reus*, dicit idem dicendum esse de actore: eo quod æqua sit vtriusq; conditio: nõ tamen expressum esse. Quia frequentius id reo cõtingit. Ad 2. dic, non in omnibus successisse loco repudii antiqui (vt probaui disput. præc.in fine. Atque vna ex differentiis hæc est. Repudiũ enim solis viris concedebatur: diuortiũ autẽ vtriq; coniugi. Cuius rationem tradit *D.Th.4.d.35.q.v.n.a.4.ad.1.* Quia repudiũ permittebatur ad vitandũ homicidium coniugis adulteri: & quia periculum hoc non inueniebatur, nisi in solis viris, ideo illis solis permissum erat. At diuortiũ conceditur ratione fidei coniugalis fractæ, quæ æquè inuenitur alterutro coniuge fornicanti. Atque ideo vtrique æque conceditur diuortium. Ad 3. constat ex dictis n. 7.

DISPVTATIO IV.

An fornicandi voluntas: quæuis fornicatio cõtra naturam siue cum propria vxore, siue cum alia femina, aut masculo, aut bestia, aut feminæ cum femina admissa, aut mollicies: penetratio vasis absque seminatione, vel seminatio intra vas absque penetratione, oscula, amplexus, iustam præbeant diuortio causam?

SVMMARIVM.

Non satis est voluntas sola fornicandi, n.1.
Refertur opinio affirmans non satis esse sodomiam, n.2.
Satis est sodomia, nu 3. & ibi an plus ledat matrimonium copula sodomitica, quam naturalis: & an lex pœnalis sit ob rationem identitatem extendenda.
An etiam sodomia passiua, siue viri siue vxoris præbeat iustam diuortio causam, n.4.
Quid, si vxor abutatur alia femina sodomiticè, n.5.
Quid, si vir teneat sodomiticè cognoscere vxorem, n.6.
Quid, si polluat ipsam extra vas, n. 7.
Quid, si ipsam sodomiticè cognoscat, n 8.
Quid de pollutione extraordinaria cum certis personis, n. 9. vel intra os aut aures.
Quid de peccato mollicies, n.10.
Quid de amplexibus & osculis? Refertur opinio affirmans satis esse ad diuortium. & vt vxor dote priuetur, n.11.
Non sufficiunt. Et soluuntur argumenta contraria, n.12.
Statuũ punctus in termino, An petat in vim. Et an prohibito consequẽti, consentiat prohibitum antecedens quod pœnam? Et hæc non est imponenda, nisi in casibus iure expressis eadem, n. 12.
Quid si in copula sodomitica vel naturali adsit penetratio vasis absque seminatione: vel seminatio intra vas absque penetratione, n.13.
Quid de bestialitate, num.14. & ibi quid de coitu cum femina aut bestia mortuis.
Quid, si vir semen existens in balneo effundat, & matrix femina extrahat, eod. num 14
Soluuntur argumenta, n. 15.

1 IN hac disp. id apud vniuersos auctores constitutissimũ est, nõ sufficere ad diuortium, solam fornicandi voluntatem. Quia quamuis quoad culpa æquetur fornicationi ipsi *c.5. Matth.* & refertur *c.Qui viderit.32. q.5.* at non infert matrimonio damnum, nec fidẽ eius violat, caroque coniugis non diuiditur, dum intra desiderii terminos sistit, opere minimè perpetrato. Atque ita docẽt *Abul.c.5. Matth. q.13.& c.19.q.69. Affens. sum.2.p.l.8.t.11.a.3.q.9. Ioan. de Friburgo sum.confess.l.4.t.22.q.5. Monaldus summa*, vbi de diuortio, *tit. Propter quid fiat diuortium in matrimonio vers.Item extenditur. D. Antonin.3 p.t.1.c.21.§.2. Sylues.v. Diuortium, qu.7. Tabiena Matrimonium, 4.qu.2.n.3. Sotus 4.d.36.qu.vn.a.1.vers. Verum vero, Gaeta repetit.c.ad limina.30.q.1.§.4.nu.214. Veracruz.3.p. Speculi, a.1.ad fin. Palacios 4.d.27.disp.3.col.23.vers. Sed quid si alter fol.603.* Nec refert, si voluntas illa verbis aut aliis signis externis manifestetur (vt bene docet *Abulens. cad.q.233.* Quia adhuc militant rationes dictæ.

2 Verũ de peccato sodomiæ, & aliis cõtra naturã, nũ sufficientẽ causam diuortio præbeant, non modica est difficultas. Et quidẽ sodomiã nõ sufficere ad diuortiũ, opinãtur aliqui. Ducuntur 1. quia ob solã adulterii ciuitam permisit Christus diuortiũ, *Matth.5.& 19.* sodomia autem cõiugati vel coniugatæ nõ est propriè adulteriũ. Et in pœnis benignior est interpretatio accipiẽda, *reg. In pœnis de reg.iuris, in 6.* Secundò, quia cõiuges sola legitima mẽbra, & eorum vsum necessarium ad generationẽ, videntur mutuæ fide sibi ipsis obligare: ac proinde sodomiticus vsus saltẽ patiendo, cum non obstet vsui naturali necessario ad generationem, non videtur contra hanc fidẽ. Non ergo est legitima diuortii causa. Tertio, quia ex copula sodomitica non consurgit affinitas *ca. Extraordinaria. 35.q.3.* Atque

ideo hanc sententiam tuentur *Gl. c. Omnes causationes verb. Sodomita 32.q.1.* (licet non ita clarè) quin ad vtramq; partè possit allegari at communiter DD. pro hac sent. illam allegant, *Innoc. c.1. de adul. nu. 1.* & dicit esse communem sent. *Ylerianus c. Maritus, col. 1.* & tenent *Lud. Rom. subr. ff. solut. matr. nu. 10. Card. d. c. Maritus, in fin. Aluarus Pelag. de planctu Eccl. l. 2. a. 2. col. 5. vers. Sed & secundum canones, in fin. Abul. c. 5. Matth. q. 233. Berrachin. in suo repert. lit. S. verb. Sodomita, vers. 2. Palac. 4. d. 27. disp. 3. col. 25. vers. Verum etiam, f. 604. & d. 35. disp. vn. col. 5. & seq. vers. Vocant in dubium. Gandenus de malefic. t. De multis qualibet dependentibus à statutis, n 25.*

3 At tenendum est sodomiam sufficere ad diuortium. Hæc sent. solet probari ex *c. Meretrices, 32. q. 4.* quod est *D. August. 9. 37. ad c. 31. Deuter.* ibi: *Nomine nur. hic omnis illicitus concubitus atq; illorum membrorum non legitimus vsus prohibitus debeat intelligi.* Sed hoc testimonium nil probat. Quia solum docet D. *Aug.* nomine fornicationis prohibitæ in 6. Decalogi præcepto, comprehendi omnem non legitimũ membrorum genitalium vsum. Quod nullus dubitat. Non autem nomine fornicationis, quæ sufficiens est diuortii causa, docet includi alias clauderetur etiam mollicies: cum sit non legitimus membri vsus. Cuius contrariũ dicemus n. 10. Secundo solet probari testimonio *D. Hier. ad Amandum*, & refertur *c. Omnes causationes, 32. q. 7.* ibi: *Quãdiu viuat vir licet adulter sit, licet sodomita, licet flagitiis omnibus coopertus, & ab vxore propter hæc scelera derelictus.* Vbi æquiparat vitium esse adulterium & sodomiam: supponitque ob hæc vitia posse dimitti. Sed nec hoc testimonium id probat. Quia similiter addit. *flagitiis omnibus coopertus.* Cum tamen ob omnia alia flagitia dimitti non posse certum sit. Insuper, quia *D. Hier.* non asserit licitè ob id diuertere vxorem à viro. Sed id tantum intendit, siue licitè siue illicite diuerterit, non posse eã alii nubere, ptioti viro superstite. 3 solet probari. Quia sodomia est grauius delictũ adulterio, *c. Adulteri, &c. Vsm. 32. q. 7.* Si ergo ob adulterium permittitur diuortium: idem à fortiori dicendum erit de sodomia. Nam legem pœnalem ex rationis identitate, nedum maioritate extendi, ex multis DD. probauimus l. 3 disp. 41. num. 4. Sed hęc quoq; ratio in multis claudicat. Primo, quia etiã mollicies peior est adulterio. Vt de omnibus peccatis contra naturam testatur *D. Th. 2. 2. q. 154. a. 12.* inter quæ comparantur mollicies, vt docet *ibi a. 11.* Cũ tamen non sufficiat ad diuortiũ, vt probauimus n. 10. Secundo, quia esse grauius peccatum in se, nil confert ad diuortiũ. Cũ odium Dei sit blasphemia longe grauiora sint adulterio & ad diuortiũ nõ sufficiant. Sed attẽdendũ est, nũ magis repugner fidei matrimonii, illudq; grauiter offẽdat. At sodomia in hoc sensu leuior est adulterio. Minus enim lædit matrim. per vsum sodomiticum, quam per naturalem: vt rectè animaduertit *Caiet 2. 2. q. 154. a. 12. dub. 1. ad fin.* Quod inde probat: quia per sodomiã vxoris, sola persona quæ est in mariti dominio polluitur: per concubitum autem naturalem, persona & vas, quæ mariti sunt polluuntur: redduntque ex hoc concubitu incerta proles non autem ex priori. Quod si sodomia vitii sit, non plus lædit matrim. quam concubitus naturalis. Quia vtrobiq; prodigitur semen vxori debitum: imo minus, quia ex cõcubitu sodomitico non concipitur proles ex aliena femina, sicut ex concubitu naturali. Quod grauissime vxorem offendit, ac filiis ex matrimon. habitos. Quocirca subdit *Caiet ibi* concubitum sodomiticum cũ aliena vxore, non esse propriè adulterium, nec eius pœnis subiacere. Tandem, quia non est certum, legem pœnalem extẽdendam esse quoad pœnam in ea contentam, ad casum nõ expressum, etiamsi in illo eadem inueniatur ratio: imo oppositũ est verius. Idque docent *Ant. c. fin. n. 58. de consuet. Castro li. 1. de lege pœn. c. 7. docum. 3.* pulchramq; reddit rationẽ: cur argum. à simili vel ab identitate rationis non valeat in lege pœnali: cum tamen in aliis legibus valeat. Quia aliæ leges adeò pendent ex ratione, vt ratio legis dicatur eius mens & anima. Et hinc euenire necesse est, vt vbicunque illa eadem inuenitur ratio, locum habeat eadem lex. At lex pœnalis quoad pœnam non omnino pendet à ratione, sed etiam ex legislatoris talem pœnam indicentis voluntate. Quamuis enim recta ratio crimina punire dictet, nõ tamen cogit ad hanc vel illam pœnam statuendam: sed hoc ex sola legislatoris voluntate pendet, quæ etsi aliquã petat congruentem rationem, non tamen ea necessario cogit ad potius illam, quam aliam pœnam statuendam. Ex quo fit in pœnis argumentum à simili non valere. Vt bene docuit *Gloss regula, In pœnis 49. verb. In pœnis, de regul. iuris in 6.* Et hoc est quod dixit *Molina tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 176. §. Quarto & euertit fol. 1052.* pœnas tantum comprehendere delicta, ob quæ statutæ sunt, non autem alia quamuis grauiora, aut æquè grauia. Hinc etiam benedixit *Suarez 3. 4. art. qu. 67. ar. 8. in comment. § Minus vero dubium est in impedimentis & prohibitionibus, quæ ex iure pendent*, nec congruentiam nec argumenta à simili esse efficacia. Nõ ergo ex identitate rationis, si ea esset, concluditur ob sodomiã dari diuortium. Ratio ergo legitima est, quam breuiter tetigit *Sotus 4. d. 36. qu. vn. art. 1. vers. Vtrum vero*, & clarius expressit in *eadem q. a. 4. immediate ante 1. concluſ.* Quia enim matrimonium eo tendat, vt efficiantur coniuges vna caro, *Genes. 2. & erunt duo in carne vna*; violat perfectè & consummatè fidem matrimonij, carnem suam in alium vel in aliam diuidens, indeque oritur ius diuortii. Violanti enim perfectè fidem matrimonii diuidendo carnem suam alter non tenetur seruare fidem, cohabitans ac debitum ei reddens. Cum autem diuisio hæc carnis perfectè reperiatur in omni concubitu, siue naturali siue sodomitico, hinc est vt vterque sufficientem diuortio causam præbeat. Quare Christus *Matth. 5. & 19.* declarans diuortium licere ratione fornicationis, nomine fornicationis omnem illum concubitum, per quem caro coniugis diuiditur in alium, includit. Quam rationem non obscure significauit. *D. Hieronym. in cap. 19. Matth.* explicans quomodo liceat ratione fornicationis vxorem dimittere & refertur *c. Dixit Dominus, 32. q. 1.* ibi: *Cum illa vnam carnem in alium diuiserit, & se fornicatione à marito separauerit, non debet teneri.* Adde etiam legem diuortii non esse verè pœnalem, sed ex ipsamet contractus matrimonialis natura oriri: vt disp. præcedenti num. 4 probaui, ac proinde non mirum est, si nomine fornicationis claudatur omnis ille concubitus, in quo inuenitur perfecta diuortii ratio, quamuis propriè adulterium non sit. Atque ideo hanc sent. tuentur ex Theologis. *D. Th. 4. d. 35. q. vn. a. 1. ad 4.* vbi *de Bonau. qu. 1. ad fin. Durand. q. 1. a. 1. num. 6. Ricard. à. 1. qu. 1. ad 2. Palud. qu. 1. a. 1. concl. 5. n. 8. Supplem. Gabr. qu. vn. a. 2. post. 2. concl. Vincent. 2. tom. spec. doctrinalis, lib. 10. ca. 41. D. Antonin. 3. p. t. 2. cap. 21. §. 5. Abul.* ibi contrarius *c. 19. Matth. qu. 65. ad 3. & quæst. 66, 67, 68, 70. in fin. Castro l. 2. de lege pœn. c. 4. paulo ante §. Vt igitur, Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 1. vers. Vtrum vero. Pet. de Seto lect. 12. de matrim. ca penult. vers. Tertium est. Ledesm. 2. p. q. 64. art. 2. col. penult. vers. Est tamen not. tandem, Viguer. l. Inst. capit. 16. §. 7. vers. 9. impedim. 10. vers. Ex præmissis patet, Celaia 4. d. 35. qu. 1. argu. 5.* vbi *Quandus disp. vn. propos. 1. fin. Veracruz 3. p. Speculi a. 1. concl. 2. Enrique. lib. 11. de matrim. ca. 8. nu. 13. Angles floribus 1. p. de matrim. q. 9. de diuortio, a. 1. diffic. 2. Graſſis 3. p. decis. lib. 2. c. 84. num. 15. Emman. Sa sum. verb. Diuortium, vers. primo, Petrus de Ledesma de matrimon. q. 62. art. 1. dub. 4. Bartolus à Ledesma dub. 65. de matrim. conclus. 2. Lud. Lopez 2. p. instruct. de matri. ca. 54.* vbi de diuortio quoad habitationem. *paulo post princip. vers. Quintus casus. Vega 1. tom. sum. ca 89. casu 4. Maldonado, ca. 5. Matth. num. 32. Franciſc. Marcus decision. 529. nu. 7. inp. 2. Vela in suo tractat. de pœnis delictor. c. 33. §. Ex predictis namque primo.* Et ex iurisperitis. *Calder. c. maruis, de adulter.* vbi *Ant. n. 3. Abbas num. 3. Ananias num. 5.* & videntur ibi tenere *Ioan. Andr. num. 2. & Anchar. fin.* licet non satis explicent cui potius sententiæ adhæreant. Sed clarè tenet *idem Ioan. Andr. c. Discretum, nu. 5. de eo qui cognou. consang. & ibi Præpos. num. 4. not. 8. fin.* vbi dicunt nomine fornicationis intellexisse Christum omnem concubitum illicitum. *Henric. c. Si vir, n. 5. de adult. Hugo & Laurent. ca. Omnes causationes 32. quæst. 7. & ibi Archi. num. 2. Bellamera num. 1. fine Turrec. nu. 1. Alberic. in suo diction. lit. D. verb. Diuortium. col. 3. vers.*

3.verſ.Vtrum propter aliud vitium,& lit.M.verb.Matrim.8. paulo poſt princ.& ibi Ioan.Baptiſt.in addit.Ioan.de Friburg.ſum.confeſſ.l.4.q.1.22.q.2. *Aſtenſ.ſum.2.p.l.8.t.11.a.3.q. 6. Monal. ſumma*,vbi de diuort.1.propter quid fiat diuortium in matrim.verſ. Item extenditur *Roſel.Matrim.7.nu.1.& verb.Impedim.imped. 9. num.10.Sylu.verb.Diuortium,q.7. Angel.Matrim.4.initio,Tabiena.Matrim.4.q.2.nu.3.Raimundus de Petra forti*, quem refert & ſequitur *Barbatius conſ.64.nu.8.vol.1. Chaſſan.in conſuetud. Burgund.rubr.7.§.3.nu.6.Couar.4.decret.2.p.c.7.§.5.n.6. Franciſ.Marc.deciſ.739.num.4 in 2 part. Anton.Cucus l.5.inſtit.maior.t.12.fin.Iulius Clarus lib.5 recept. §. Sodom.verſ.penult. Menoch.de arbitr.l.2.centur.3.caſu 286.nu.15.Ant.Gabr.to.2. comman.opin.in.mea edit.lib.17.verb. Sodomia crimen,f.306.colu.2. Gaeta repet.c.Ad limina.30.qu.1.§.4.nu.206. Burſatus conſ.118. n.10.vol.1 Cantera quæſt.criminal.in qu.tangentibus punitionem delicti,c.4.n.68.Contadus in ſua pract.* prout refert & ſequitur *Salzedo addit.ad pract.Bernardi Diaz.cap.89.§. Et propter hoc ſcelus,Barboſa rubr.ff.ſoluto matrim.2.p.n.* 30. & dicit eſſe communem opinionẽ *Lambertinus de iure patronatus,l.2.q.9.a.18.fin.*

3 Aliqui (prout refert *Verac.n.prac.allegatus*) teperant hãc ſententiam,vt intelligatur,quando ſodomia eſt actiua,vt ſi vir ſodomiticè feminam aut marem cognoſcat: ſecus ſi vir aut vxor copulam ſodomiticam patiantur. Quia patiens non emittit ſemen, nec vas alteri coniugi debitum tradit, nec generationis membro abutitur. Cæterum tenendum eſt vtroque modo ſodomiam admiſſam præbere iuſtam diuortio cauſam. Quia caro coniugis patientis perfectè diuiditur in aliam agentis,ſicque fides matrimonii violatur. Quod eſſe diuortii fundamentum n.præced. probauimus. Atq; ita docent *Abul.c.19.Matth.q.68.Veracr. ibid.* Atque eſſe cauſam diuortij ſodomiam viri vel feminæ,quæ communiter patitur,docent *Roſell.Matrim.7.n.1. Aſtenſis,Vincent.D.Antonin.Barbatius,Monald.Angles,Vega,nu. prac.allegati.* Et videtur cæteri ibi allegati ſentire. Cum indiſtinctè ſodomiam eſſe cauſam diuortii doceant. Præter Maldonado,qui de ſodomia ſola vxoris loquitur.

4 Imò idem dicendum eſt de ſodomia inter duas feminas commiſſa. Quam eſſe veram ſodomiam teſtatur *D.Th.2.2. q.154.a.11.* & puniri pœna ordinaria, quando inſtrumento aliquo medio ligneo,aut ferreo, aut ex quacunq; alia materia confecto,committitur,docet *Ant.Gom.l.8.o.Taur. nu.34.* Atq; ita eam eſſe ſufficientem diuortii cauſam aſſerunt *Monald.& Ioan.de Friburg.n.3.allegati.* Quod tunc verũ eſſe credo, quando medio aliquo inſtrumento, vel abſq; illo,ſemen immitteretur in vas naturale aut præpoſterum feminæ. Quod fieri poſſe affert ex *Auicenna, Ant. Gom.ibid.* Tunc enim caro feminæ patientis in carnem agentis diuiditur, ac ſi ſodomiticam copulam habitã à maſculo pateretur. Secus tamen eſſet, vbi ſemen aut nõ expelleretur, aut extra vas decideret. Quia tunc ceſſat carnis diuiſio. Vt etiam dicemus n.13.de ſodomia à viro exercita.

5 Alij etiam hoc extendunt, vt ſit iuſta diuortii cauſa, quando vir propriam vxorem tẽtaret ſodomiticè cognoſcere. Quod probari videtur ex *D.Ambroſ.in illud 1.Corinth. 7.Aut viro ſuo reconciliari.* Vbi ſic ait, *Si apoſtatet vir, aut vſum quærat vxoris inuertere, nec alij poteſt nubere mulier, nec reuerti ad illum.* Atque ita docent *Innoc.c.1.num.1. de adult. Decius l.1.n. 8.C.de ſecund.nupt.Barb.at.conſ.64.nu.7.vol.1.Sebaſtian Monticulus de patria poteſtate,verb.Matrimon.n.77.Menoch.de arbitrariis,lib.2.centuria 3.caſu 286.nu.14.Petrus de Soto,Couarr. Ant. Cucus,Ant.Gabriel Salzedo,Vela Barboſa n.3.allegati.* Hoc tamen intelligendũ eſt, niſi vir corrigi velit: vt bene *Enriquez l.11.de matrim.c.17.nu.7.* & quamuis corrigi nolit, adhuc non eſt cauſa perpetui diuortii,ſed ad tempus, vt nu. ſeq. probabo.

6 Præterea aliis placet hoc extendendum, vt ſit iuſta diuortii cauſa, ſi vir proprium vxorem minimè conſentientem extra pudoris clauſtra polluat. Sic docent *Alberic.* referens Laurentium *in ſuo dictionar.lit.M.verb. Matrimonium*, 8.§.1.*in fin. Abulenſis cap.19.Matth.q.65. in fine totius quæſt. D. Antonin.Veracruz, Emman.Sa citati num.3.Barth.à Ledeſma de matrim. dub.65.concluſ.2.* & clarè etiam docent *Palud.& Petrus de Soto eodem num.3. relati*, dicunt enim omne peccatum contra naturam eſſe cauſam iuſtam diuortii. At illa pollutio eſt peccatum contra naturam. Idemque colligitur ex *D.Th. Caſtro, Viguer. Celaia relatis eod.nu.3.* indiſtinctè enim id affirmant de peccato contra naturam. Cæterum verius eſt,id non eſſe cauſam perpetui diuortii. Cuius rationem teddunt *Roſella.Sylueſt.Gaeta*, quia vir non diuidit carnem ſuam in plures, ſed in propriam vxorem. Quod eſſe rationem ac fundamentum diuortii probauimus n.3. Atque ita ſentiunt *Roſell.Matrimonium.7. nu.2. Sylueſt.verb. Diuortium,q.7.Tabiena Matrimonium,4.q.2.nu.3. Gaeta repet. c.Ad limina,30.q.1.§.4.nu.* 212. *Palacios 4.d.35.diſp.vn.colu.8. verſ.Porro autem dubitatio vulgata eſt Gandin n.2.relatus. Suppl. Gabr.4.d.35.q.vn.art.2. concluſ.* 8. Dixi autem non eſſe cauſam diuortij perpetui. Quia ſi vir deſiſtere nollet, poſſet vxor ratione periculi animæ propriæ,ne trahatur ad conniuendum in illo ſcelere, diuertere. Sic *Roſella,Sylueſt.Tabiena,Gaeta,Suppl.Gabr.ibi.* Quod bene addit,id diuortium non eſſe perpetuum,ſed tantum ad tempus,dum vir non reſipiſcit. Quod etiam nu ſeq. ex aliis probauimus in caſu fortiori. Et ratio eſt, quia non qualitas criminis eſt cauſa iuſta diuertendi,ſed inductio ad peccandum. Quare tantum durabit diuortium, donec inductio illa ceſſet. Sicut de viro inducenti vxorem ad alia crimina dicemus hoc eodem libr.diſp.17.n.14.

Ex dictis infertur primò,quid dicendũ ſit de viro com- 7
mittente ſodomiam completam cum vxore inuita. Nam eſſe cauſam iuſtam diuortii teſtantur *D.Antonin,3.p.t.1.cap. 20.§.3.Monald.nu.3.alleg. Aſtenſis ſum.2.p.l.8.t.11.a.3.q.7. Vela n.3.relatus. Ioan.de Friburg.ſumm.confeſſ.lib.4.t.23.q.3.* Et concordant dicentes id, de omni peccato contra naturam, quos nu.præced.retuli. Verum dicendum eſt, non eſſe iuſtam diuortii perpetui cauſam, niſi ad tempus, dum vir deſiſtere à ſcelere illo renuit. Iuxta n.præced. dicta. Idque docent *Tabiena Matrimonium.4.qu.2.num.3. Palacios 4.d.35. diſp.vn.col.5.& ſeq.verſ. Vocant in dubium.* Et colligitur ex ratione tradita per *Roſel.Sylueſtrum,Gaetam,nu.praced. allegato.* Quoniam vir non diuidit in hac copula carnem ſuam in alium.

Secundò infertur. Quid dicendum ſit de pollutione 8
extraordinaria habita cum tertia alia perſona. Eam enim ſatis eſſe ad diuortium teſtantur *Laurentius, c.Omnes cauſationes 32.q.7. Alberic.in dictionar.lit.M.verb.Matrim.8.§.1.in fin. Henric.c.Si vir,in fine,de adult.Abulenſis c.19.Matth.q.70.in fin. Palud.Roſella,Angles,Sylueſt.D.Antonin.Tabiena,Emm.Sa.nu.3. allegati,Gaeta repet.c.Ad limina,30.q.1,§.4.n.211.* Idemq; dicent id aſſerentes quãdo pollutio eſt habita cum propria vxore: & de omni peccato contra naturam. Quos retuli n.7. Et ducuntur,quia eſt grauius peccatum, quam adulterium. Item quia læditur matrimonium: cum prodigatur ſemen viri debitum vxori. Sed dicendum eſt,non ſatis eſſe ad diuortium. Quia non integrè & conſummatè læditur matrimonium: cum non diuidatur caro viri in aliam per concubitum. Quæ diuiſio eſt diuortii radix. Vt nu.3. probaui: vbi etiam dixi nil conferre ad diuortium, eam extraordinariam pollutionem eſſe grauiorem. Atque ita docent *Gl.d.c.Omnes cauſationes,verb.Sodom. Alberic.in ſuo dictionar.lit.D.verb.Diuort.col.3.verſ.Vtrum propter aliud vitium,& lit.M.verb.Matrimon.8.col.2. verſ. Quid ſi aliquis*, vbi & refert *Guilliel.& Hugonem, Lud.Roma,rub.ff.ſolut.matrim.nu.24.Sotus 4.d.36.qu.vn.a.1.verſ. Vtrum vero, Suppl.Gabr.* licet dubitans in hoc magis inclinet. *4.d.35.qu.vn.art.2 poſt.3. concl. Monal. ſum.* vbi de diuort.1. *Propter quid fiat diuortium in matr.verſ. Item extenditur, Aſtenſ.ſum.2.p.l.8.t.11.a.3.q.8.Ioan. de Friburgo ſum.conf.l.4.t.22.q.4. Abul.c.5.Matth.qu.233.Nauarr l. 4.conſ. 1.de diuort.in vtraque edit.conſ.1.fin.Ledeſm.2.p.4.q.64.a.2.col. penult.verſ.Eſt tamen notandum,Enriq.l.11.de matrim.ca.8.n.13. in comment.lit.C.Palac.4 d.35.diſp.vn col.8. verſ. Porro autem dubitatio, Angles flor.1.p.de matr.q.9.de diuort.a.1.diffic.1.Pet.de Ledeſm.de matrim.qu.62.ar.1.dub.* 4. Nec eſſet cauſa diuortii immiſſio ſeminis intra os aut aures maſculi vel feminæ.

Quia non est copula consummata, nec sodomitica, vt dixi l. præced. disp. 17. n. 5.

10 Tertiò infertur, quid dicendũ sit de peccato molliciei, siue viri, siue vxoris. Non desunt qui sentiant sufficere ad diuortium. Ducunturque rationibus, quas confutaui n. præc. Ita sentiunt *Palud. 4. d. 35. q. 1. ar. 1. concl. 3. nu. 8. Abulens. c. 19. Matth. quæst. 67. & q. 70. fine, Garza repetitione ca. Ad limina. 30. quæst. 1. §. 4. num. 213. Veracruc. 3. p speculi, art. 1. concl. 2.* Et idem tenentur dicere docentes generaliter peccatum contra naturam esse causam iustam diuortii, quos retuli num. 7. Sed ex dictis num. præcedenti conuincitur oppositum esse verius. Quod docent omnes Doctores ibi, *vers. Sed dicendum est, pro nostra sententia allegati, & D. Antonin. 3. p. t. 1. cap. 21. §. 5. Rosella Matrimonium, 7. num. 2. Angelus Matrimonium, 4. tit. Tabiena Matrimonium, 4. q. 2. nu. 3. Syluest. verb. Diuortium, qu. 7.* & est communissima sent. quam etiam tenet *Gaudinus n. 2. relatus.*

11 Quartò infertur, quid sentiendum sit de muliere patienti amplexus, & oscula libidinosa, tactus ad mamillas. Id enim esse iustam causam, vt vir ob ea diuertere possit, dotemque lucretur, quam ratione adulterii vxor perdit, iuxta *capit. Herumque, de donat. inter virum & vxor.* quando animus adfuit vxori perueniendi ad adulterium, indeque matrimonii fama grauiter læsa est, asserit *Baldus cap. Tua, num. 4. de procurat.* Et clarè colligitur ex *Bartol. l. 1. num. vn. ff. de extraord. crimin.* vbi reprehendit *Glossam ibi, verb. Propter voluntatem,* dicentem ob basia, id est, oscula libidinosa plecti vxorem pœna extraordinaria. Et dicit imponendam esse pœnam adulterii ordinarium. Quæ tamen est diuortium, & dotis amissio. Idem tenet *Berous rubr. de iudiciis, n. 23. Ioan. Lupus rubr. de donat. inter vir. & vxorem, §. 78. n. 10.* Et loquens de diuortio, subticensque de dote, tenet idem *Felin. c. Præterea, de testibus & attestat num. 3. vers. Et dicas,* & loquentes de dote, docent idem, *Rip. a rubr. de iudiciis, nu. 16. & seqq. Curtius iunior rubr. C. de edendo, nu. 25. & seqq. Et ibi Belognetus à n. 25.* & dicit communem esse sententiam *Bellonus ibi, n. 81.* Et tenet etiam *Castillo l. 81. Taurin. 3. vers. Adde sicut mulier, Bernardus Diaz. regula 216. Matth. de Afflictis in constit. regni Sicil. l. 3. rubr. 46. num. 6. Crottus lib. 2. num 20. ff. solut. matrim. & ibi Pon tan. n. 6. Carrer. in sua practica. 1. De homicidio, §. 6. nu. 254. Catella in memorabilibus iuris, verb. Mulier propter. Lara l. Si quis à liberis, §. Si quis ex his, numer. 77. ff. de liber. agnosc. Surdus de alimentis, t. 7. q. 16. à nu. 31. vsque ad 36.* Et saltem quando non constat adulterium interuenerit nec ne docent idem *Bermondus de publicis concubinar. rubr. de adulterio, n. 78. & sequentibus: & Azebedo lib. 8. recop. rubr. t. 20. nu. 14.* Ducunturque primò, quia feudum amittitur, ob iniuriam illatam domino, turpiter eius vxorem tangendo, *l. 1. §. 1. quibus modis feudum amittatur.* Maiori autem efficit iniuria maritum vxor turpes admittens tactus. Secundò, quia iniuria irrogata viro ob adulterium, in causa est vt soli viro competat accusatio ad diuortium, dotemque amittendam. Sed aliquando maior iniuria irrogatur per osculum, vt si publicum sit, adulterium verò occultum. Ergo sufficiet illud osculum. Nam vbi eadem est ratio, idem ius est. Tertiò, quia statutum puniens in termino censetur, punire in via, vt tradit *Baldus cap. Nam concupiscentiam. paulo post princ. vers. Nota quod cum aliquid, de consist.* oscula autem sunt via ad adulterium. Quartò ex *l. Quod ait lex 23 in princip. ff. ad l. Iuliam, de adult.* quæ probat permitti patri filiam in osculis & amplexibus inuentam necare: vt ibi exponit *Glossa, verb. In ipsis*, à fortiori ergo ob hæc permittetur diuortium, dosque amittetur. Denique ex *l. Consensu, §. 1. C. de repud.* vbi iusta repudij ac iacturæ dotis causa censetur vxorem viro inscio conuiuijs virorum adesse: ergo à fortiori, si oscula & amplexus patiatur, erit iusta diuortij ac dotis amittendæ causa.

12 Cæterum mihi verissimum est, solos tactus quantumuis libidinosos, ac animo perueniendi ad adulterium habitos, eo non sequuto, nec diuortio, nec dotis amissioni iustam præbere causam. Ducor, quoniam diuortii fundamentum ac radix est, carnis in aliam diuisio, vt nu. 3. probaui. Quæ in solis osculis & amplexibus non reperitur. Secundò, ex *l. Consensu, C. de repud. & auth. Vt liceat matrim. §. Præditis itaque, coll. 8.* vbi inter iustas repudii causas minimè referuntur amplexus & oscula. Tertiò, quia pœnæ imponendæ non sunt nisi in casibus iure expressis, *auth. De non eligendo secundo nubentes, §. Cum igitur, collat. 1.* Quod latissimè multis adductis exornat *Menoch. de arbit. l. 2. centur. 3. toto casu 276.* Cum ergo in iure solum cõcedatur diuortium, dosq; amittatur ob adulterium, extendendum non est ad oscula & amplexus. Eo vel maximè, quod si extensio fieret de adulterio ad osculum, esset arguere de maiori ad minus. Quod in pœnalibus quam sit absurdum quis non videat. Quartò, quia verius est, statutum puniens in termino, non censeri punire in via. Quod docent *Decius l. Si fugitiui, n. 48. C. de seruis fugit. Iason. l. 2. in fine, ff. de iurisdict. omnium iudicum.* Quinò, quia licet prohibito consequenti sit prohibitum antecedens, *l. Oratio. ff. de sponsalibus*; non tamen id locum habet quoad pœnam incurrendam. Vt testantur *Glossa clem. 1. verb. Contrahere, de consang.* & ibi scribentes *Cynus, Baldus, & Salice. l. 1. C. Si rector prouincie, Decius c. Nam concupiscentiam, 2. lectura, num. 11. de constit.* Tandem, quia vel certum est non adfuisse adulterium, & tunc non est cur imponatur pœna ordinaria adulterij, quæ est diuortium, ac dotis amissio. Vel id non constat: & tunc cum requiratur ad hoc præsumptio violenta, *cap. Literis, de præsumpt.* nõ debet imponi pœna ordinaria ob oscula & amplexus, non interuenientibus aliis coniecturis, quæ violentam præsumptionem inducant. Illa enim sola minimè probant sufficienter adulterium. Vt dicemus hoc li. disp. 12. num. 47. Nec obstant argumenta contraria num. præcedenti adducta. Nam ad primum dico loqui in feudo, quod facilius amittitur, quam dos. Nam feudum est feudatarii tantum quoad vtile dominium: dos autem est proprium patrimonium mulieris, *l. 3 Sed virum, in fine. ff. de minoribus.* Et quia feudatarius abstinere debet ab omni graui iniuria domini. Quod est speciale in feudo: quam ei infert oscula in eius vxorem. At quoad diuortium, & dotem amittendam, id non est iure cautum. Ad secundum dic, quamuis iniuria sit causa, vt soli marito concedatur accusatio, eam solam non semper esse causam diuortii & dotis amittendæ sed quando eo peruenit, vt caro coniugis in aliam diuidatur per cõcubitum. Adde, nec tam grauem inferri iniuriam per oscula & amplexus, licet quandoq; per accidens magis lædatur fama, eo quod hæc magis publica sint. Et denique, quia ad extensionem legis pœnalis non licet arguere ex rationis idẽtitate, vt probauimus num. 3. Ad 3. dic, eam doctrinam non esse veram, vt proximè probant. Ad 4. similiter dicam *Glossæ* expositionem non esse admittendam. Nam textus clarè sentit oportere filiam deprehendi in ipsis actibus venereis, id est, in ipsa actus turpitudine, vt alijs citatis probat *Barbosa, l. 2. in princ. p. 1. n. 71. ff. solut. matrim.* Ad 5. dic, in eo textu propter eiusmodi circumstantiam loci, & temporis, & personarum, saltem præsumptiue probari adulterium. Tãdem prob. hæc sententia, quia pœna delictõ consummato imposita, ad tentationem producenda non est, *l. Sæpe ita, in fin. ff. de verb. signif.* Atq; ideo hanc sent. loquentes de diuortio, & dotis amissione, sustinent *Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 6. nu. 3. Boschus repet. rub. de iudiciis, n. 3. & seq. Bursatus cons. 435. n. 8. & n. 26. & seq. vol. 4. Cantera quæst. crimin. quæst. tangent punitionem delicti, c. 4. n. 52. Barbosa l. 2. in princip. p. 1. n. 72. & 73. ff. solut. matr. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 295. §. Ad hæc quæstio hæc.* Et loquentes de solo diuortio tenent non sufficere oscula, & alios tactus libidinosos, *Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 1. vers. Verum vero, Angles sorib. 1. p. de matr. q. 9. de diuort. a 1. dissic. 1. p. lac. 4. d. 27. disp. 3. col. 24. vers. Sed nunquid sufficiat, f. 604.* Et loquentes de dote docent idem, *Decius c. Pastor. alij, nu. 33. de iudic. & rubr. cod. t. in 1. lectura, nu. 5. & ibi Hieron. Gigas in addit. vers. Osculum. Et Sylu. Aldobrand. ibi, in additon. verb. Nõ probatur. Idem Decius l. Si fugitiui n. 47. C. de seruis fugitiu. Et rub. c. de edendo, nu. 2. & ibi Bellon n. 83. Cagnol. à num 31. Alciat l. 4. parerg. iuris c. 10. Nau. rub. de iudiciis n. 6. & seq. Michael Calidon. repet. eiusdem rub. nu. 51. &*

seq.

seq. & n. 71. Riminald. 22 repet. n. 10. & seq. Parpal. l. 2. n. 25. ff. solut. matrim. & ibi Corrasius num. 15. Cæsar Costa l. 1. variar. dubitat. iuris c. 39. Vin. Carolus regula, Cum quid, p. 3. limit. 1. num. 15. de regulis iur. in 6. Cestan. de dotibus, c. 9. à num. 36. Hieron. Gratus cons. 50. n. 26. vol. 8. Iul. Clar. l. 5. recept. §. adulterium, nu. 16. vers. Scias etiam. Padilla l. Transigere, n. 87. C. de transact. Menochius de arbitr. lib. 2. centur. 3 casu 276. n. 4. & casu 287. nu. 7. & seq. Perez. in 8. ord. l. 15. l. 2. f. 292. vers. Est dubium verum ex osculo, Salzedo addit. ad regul. 216. Bernardi Diaz. Petr. Greg. syntagm. iuris l. 9. c. 23. a. num. 13. Anton. Gabr. tom. 2. commun. opin. in mea edit. li. 13. §. penult. Gratian. reg. 496. num 15. ampliat. 3. Manuel 1. tom. summ. 2. edit. cap. 99. num. 1. Idemque dicendum est in dubio an interuenerit adulterium. Quia osculatilla & amplexus, nisi aliæ circumstantiæ ac coniecturæ concurrant, non probant adulterium. Vt latius dicemus hoc li. disp. 12. num. 47. Ita docent *Navar. d. rubric. de iudic. numer. 10. & ibi Michael Caldon. numer. 71. Rimin. Alciat. & Cantera, Barbosa num. 74. proxime citati.* Quod si interueniant aliæ circumstantiæ loci & temporis, ex quibus probetur adulterium: tunc secundum omnes erit iusta causa diuortij, condemnabiturque mulier dotis amissione. Hoc tamen non erit ob oscula & alios tactus, sed quia ob prædictas circumstantias probatas præsumitur adulterium. Vt bene obseruant *Navar. eodem num. 10. & Barbosa eodem num. 74.* Ex quo rursus infertur, tutum esse tunc vitum in conscientia, si aliud ei non constet. Quia censetur ea sufficiens adulterij notitia: si tamen ei constat non interuenisse adulterium, tenebitur in foro conscientiæ ad vxorem redire, eique dotem restituere. Quia sententia falsæ præsumptioni innitens eum minimè reddit tutum.

13 Quintò infertur, quid dicendum sit de copula, siue sodomitica, siue naturali, penetrando vas, semine tamen minimè intra illud emisso. De qua disputantem inueni neminem. At censeo eam non esse iustam diuortij causam. Si tamen semen intra vas naturale vel præpositerum immittetur absque eius penetratione, esset iusta diuortij causa: Ducor, quoniam in priori casu non est concubitus consummatus, sed attentatus, & ita non consummat matrimonium. Vt probauimus lib. 2. disp. 21. num. 5. nec caro coniugis in aliam diuiditur, sed diuidi attentauit. Vnde non incurrit diuortij pœnam talis coniux, tanquam non reus perfecti adulterij, perfectæve sodomiæ. At in posteriori est delictum omnino consummatum. Quare talem copulam, si naturalis sit, consummare matrimonium, ex omnium mente diximus eadem disp. 21. num. 2. Sed dices, nulli vsui deseruire priorem huius collarij partem, cum numquam coniugi innocenti possit constare alterum adulterij reum minimè emisisse semen. Id quidem fateor. Quia præsumptio est contra adulterium. At deseruiet ipsimet adultero, qui compensare non tenebitur eam copulam imperfectam, nempe absque seminis immissione cum adulterio alterius coniugis. Vt diximus immissione cum adulterio alterius coniugis. Vt diximus hoc li. disp. 6. num. 3. Quando autem præter intentionem recipitur semen intra vas mulieris: dicam nu. sequenti.

14 Tandem infertur quid dicendum sit de bestialitate. Et eam non præbere iustam diuortio causam, asseruit *Abulensis cap. 5. Matth. q. 253.* Sed melius *ipsemet cap. 19. Matth. q. 65. in solutione ad 3. & qu. 66. & q. 70. in fine, & Veracruz. 3 p. Speculi, a. 1. improbatione primæ conclusionis*, dicunt esse iustam diuortii causam. Cum verè caro coniugis in aliam diuidatur, nempe, in carnem bestiæ, cui copulatur. Sicut quãdo viro vir sodomiticè miscetur. Nil enim refert misceri cum carne eiusdem aut diuersæ naturæ. Cum ad diuortium impertinens sit an possit ex copula sequi generatio: alias sodomitica non esset diuortii causa. At non credo esse iustam diuortii causam, concubitum intra vas cum semina aut bestia mortuis. Quia non est propriè fornicatio, sed nec concubitus cum statua mulieris, quare nõ est vere diuisio carnis in aliam. Similiter non credo esse causam diuortii, si vir in balneo existens semen voluntariè expellat; & matrix alicuius feminę illuc ingredientis illud attraheret. Quia fuit præter intentionem viri, atque ita ex intentione non fuit perfectus concubitus.

Ad argumenta nu. 2. proposita resp. ad 1. dico nomine 15
fornicationis non tantum verum adulterium naturale comprehendi, sed omnem concubitum per quem fit carnis diuisio in aliam; vt nu. 3. probaui. Ad 2. dic etiam obligare corpora, ne alii vsui in naturali tradantur: alias sodomia coniugatæ mulieris non haberet circumstantiam necessario confitendam. Ad 3. dic affinitatem solum oriri ex copula naturali, ex qua potest sequi generatio: hoc ita iure disponente. At diuortium non pendet ex affinitate, nec ex seminum commixtione per copiam naturalem, sed ex carnis in aliam diuisione. Quæ in copula sodomitica reperitur.

DISPVTATIO V.

An dentur aliqui casus, in quibus non liceat diuortium celebrare propter coniugis adulterium?

SVMMARIVM.

Ad triplex caput reducuntur casus, in quibus non licet diuortium ob adulterium, n. 1.

Non licet, quando vterque fornicatus est, n. 2.

Quid, si vir vxorem prostituat? n. 3.

Quid si non innixa sit à viro prostituta? n. 4.

Quid, si vir conscius dissimulet adulterium vxoris, vel suspicatus de adulterio retineat, vel à contra? n. 5.

Quid, si vir causam adulterandi præbeat vxori, denegans alimenta, ipsamve expellens? n. 6.

Quid, si causa adulterij fuit, virum negare debitum vxori? Et explicatur c. Si tu abstines 27. q. 2. n. 7.

Quid, si vir infidelis ad fidem conuersus, ansam fornicandi vxori infidelis dederit, repudians, aut volens ad consortium maritale admittere volentem absque Dei contumelia cohabitare? Et explicatur c. Gaudemus, de diuortiis, n. 8.

Quid, si causa fuit, virum coram iudice negasse matrimonium, ipsam in probatione deficientem succubuisse, & virum absolutum fuisse. & vxorem aly nupsisse, an possit prior vir ab ea diuertere n. 9.

An vir expellens iniusta vxorem ob id adulterantem acquirat dotem? num. 10.

Vtrum sit diuortij causa, si coniux probabiliter credens alterum decessisse ad alias nuptias transeat: desideraturque culpa lethalis in adulterio vel transitu ad nuptias, vt liceat diuortium, n. 11.

Quid, si coniux fornicetur, credens aliam mortuum, n. 12.

Quid, si vxor fuerit violenter cognita, an possit dimitti, n. 13.

Quid, si vxor causam violentiæ dederit, n. 14.

Quid, si solo vxoris, an vir possit diuertere, dotemque lucretur? Referuntur quædam sent. negata, n. 15.

Sententia Auctoris, & emendatur c. Proposito, 32. q. 5. n. 16.

Quid, si coniux alteri commisceatur credens esse suum coniugem, n. 17. & ibi, an credatur eius iuramento.

Quid, si tempore infidelitatis coniux repudians aut repudiatus aliud iniret matr. an sit iusta diuortij causa n. 18.

Quid, si innocens interne vel externe alteri condonet adulterium, n. 19.

An cõdemnatione facta possit coniux reconciliatus accusari de nouo adulterio admisso. Et explicatur De. Benedict. 32. q. 1. n. 20.

An possit tunc accusari de adulterio prius condonato, n. 21.

An adulterium innocentiæ post reconciliationem lapsi compensetur cum adulterio prius condonato, n. 22. remissius.

An casus hi, in quibus non licet diuortium propter adulterium, censeantur iure diuino & naturali excepti, nequeatur Ecclesia restringere facultatem diuertendi ob adulterium, n. 23.

SEPTEM casus ex iure canonico collecti enumerantur ab vniuersis Doctoribus, in quibus nõ licet ob adulterium celebrare diuortium qui ad triplex caput reducuntur. Primum est. Quia alter coniux est eiusdem criminis particeps, aut pariter adulterãs: aut adulterio alterius consensum præbens. Ex quo primus & secundus casus consurgunt. Secundum est. Quia culpa vacat adulterium ac proinde non est formaliter adulterium, sed tantũ materialiter. Ex quo oriuntur tertius, quartus, quintus, & sextus casus. Tertium est. Quia coniux iniuria ob adulterium affectus, illam condonat. Ex quo septimus casus procedit. 1

Primus ergo casus est, quando vterque coniux est ei- 2
usdem criminis particeps: nempe, quia adulterium vterque patrauit. Ita habetur *capit. Significasti de Diuortiis capit.*

Intelexeimus, &c. fin. de adulter. l. Viro atque vxore, ff. soluto matrim. quibus in locis ea redditur ratio. Quod paria delicta mutua compensatione aboleantur. Vnde *D. Aug. l. 1. de serm. Domini in monte, c. 28.* relatus *cap. 132. q. 6.* ait: *Nihil iniquius, quam fornicationis causa dimittere vxorem, si & ipse conuincitur fornicari. Occurrit enim illud: In quo alterum iudicas, teipsum condemnas: eadem enim agis, quæ iudicas.* Et circa hunc casum nil animaduerto. Quia in sequentibus multa circa illum disputanda sunt.

2 Secundus casus est, quando vir vxorem prostituit. Habetur *c. Discretionem, de eo qui cognou. consang.* Et rationem reddam. n. sequenti.

3 Difficultas autem est circa hunc casum. An intelligatur, quando vxor inuita & renitens prostituta est à viro? Id enim affirmat, *gl. eo. c. Discretionem, verb. Præsertim*, & ita explicat illum textum, dum ait: *Præsertim inuitam*: id est, tantum inuitam. Et *c. Significasti, verb. Materiam, de diuortijs Ricard. 4. d. 35. a. 2. q. 1 Astensis. 2. p. sum. l. 8. t. 11. a. 3. q. 12.* Quia quando vxor non coacta prostituta est, rea est culpæ adulterij: ac proinde illud dimitti poterit. Verum omnino tenendum est, sufficere vt de viri beneplacito vxor etiam volens committat adulterium, ne ob id à viro dimitti possit. Quod apertè probat textus *d. c. Discretionem*, ibi: *Præsertim inuitam.* Nam de natura illius dictionis implicatiuæ, præsertim: est asserere certum, & denotare seu implicare idem esse in casu magis dubio contrario (vt probaui l. 2. disp. 39. n. 6. & l. 6. disp. 14. nu. 21) Atque ita vult textus idem dicendum esse, quando vxor volens prostituta est à viro. Nec valet dicere, præsertim, accipi pro tantum quia ea est impropria vsurpatio, Vt docet *Sylua summa, verb. Maxime num. vn.* Proprietas autem verborum seruanda est, nec ab ea recedere licet, nisi quando in significatione propria verificari minimè possunt. Vt ex multis probat *Mantica de coniect. vlt. voluntat lib. 3. t. 5. n. 5.* Et idé probant *l. Cùm mulier viri, 49. ff. solut. matr & l. 2. §. Si publico, ff. ad l. Iul. de adult. l. 6. t. 9. p. 4. l. 7. tit. 17. p. 7.* vbi interdicitur marito accusatio vxoris, propter lenocinium. Deinde, quia cum vir eodem crimine implicetur, perinde est, ac si ipse sit adulterij reus. Tandem, quia iniuria illata viro ob adulterium, est causa & fundamentum diuortij. Quæ cessat ipso consentiente. Nam scienti & volenti non fit iniuria. *Regula. Scienti. de reg. iur. in 6.* Atque ideo huius sententiæ videntur esse *D. To. 4. dist. 35. q. vn. ar. 1.* Et vniuersi alij Doctores, qui indistinctè statuunt hunc casum quando vir prostituit vxorem. Et in propijs terminis contra. *Glossam* docent *Ioan. And. c. Significasti. n. 7. de diuort.* vbi *Anton. n. 7. Abbas, n. 6. Præpos. n. 4. Alex. de Neuo. n. 7. Idem Abbas c. Discretionem, n. 8. de eo qui cognouit consangu.* vbi *Præpositus n. 5. Alex. de Neuo n. 9. Ananias c. penul. n. 3. fine, de adult. Rosella, verb. impedimentum, impedim. 8. n. 14. Syluest. verb. Diuortium, q. 9. casu 1. Tabiena Matrimoniorum, 4. n. 1. casu 2. Armilla verb. Matrimon. nu. 73. casu 2. Nauar. l. 4. conf. in 1. edit. t. de sponsalibus, conf. 19. nu. 3. & in 2. edit. l. 3. t. de conuers. coniug conf. 4. fin. Barsatus conf. 218. n. 6. vol. 2. Cantera quæstion. criminalibus. quæst. tangentibus punitionem delicti, c. 4. n. 42. Quesada in Quæstionibus iuris ciuilis, c. 8. nouo. vn. Lancelotus instit. iuris canonici lib. 2. t. de diuortijs, §. Multum autem interest, verb. Non compellitur.* Et ex Theologis *D. Bona. 4. dist. 35. q. 1. n. 7.* vbi *Paludan. q. 1. casu 2. n. 13. Maioris q. 1. argumento contra 1. concl. casu 8. Supplem. Gabr. q. vn. a. 2. post. 1. concl. casu 2. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 21. §. 6. casu 1. Abulens. c. 19. Matth. q. 65. casu 2. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 1. vers. Secundum casus, Victoria summa de matrim. nu. 289. Petrus de Soto lect. 12. de matrim. §. Igitur textus, Castro lib. 2. de lege pœn. cap. 4. paulo ante §. Vt igitur, Ledesm. 2. p. 4. qu. 64. a. 2. paulo post princ. Veracruz 3. p. Speculi. a. 1. concl. 5. casu 2. Bellarmin. l. 1. de matrim. c. 14. §. Tertium est. Palac. 4. dist. 27. disp. 3. col. 19. f. 601. & dist. 35. disp. vn. col. 3. vers. Caterum si auctoritate. Enriq. l. 11. de matrim. c. 17. n. 4. Manuel 1. to. sum. 2. edit. cap. 240. n. 3. fin. Bart. à Ledesm. de matrim. dub. 65. post 3. concl. casu 2. Graffis 2. p. decis. li. 1. c. 12. nu. 72. casu 3. Vega. 1. tom. sui. c. 13. casu 17. & 18. Iud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. cap. 54.* vbi de deuortio quoad habitationem, *col. 4. vers. Præterea aliud.*

Imo idem dicendum est, si vir adulterij vxoris conscius nolit prohibere cum possit. Idem enim est scientem non prohibere delictum inferioris, cum possit, & consentire, seu in crimen conniuere. Atque ideò tanquam leno punitur is vir, *l. 2. C. ad l. Iuliam, de adult.* Sic *Paluel. Supplementum Gabr. D. Antonin. Sylvest. Tabiena, Armilla, Victoria, Sotus, Ledesma, Castro, Palacios vtroque loco, Enriq. Barth. à Ledesma, Manuel, Vega casu 17. Iud. Lop. n. prac. allegati.* Et impotentiam prohibendi, ne viro id vxoris adulterium imputetur, explicat *Palacios prioris loco vbi allegato*, quando abstinet à prohibitione, ductus timore cadenti in virum constantem. Sed nitius & melius dicit posteriori loco, censeri non posse, quando sine graui damno nequit prohibere. Non autem censebitur conniuens in adulterium, si vxorem de adulterio aliquantulum suspectam retineat. Et ita *d. l. 2.* non punitur hic tanquam leno. Sic *Sotus ibi*, Doctores minimè explicant, quid dicendum sit de vxore conscia adulterij viri, nec prohibente, non tamen politiue consentienti, an possit ob id adulterium recedere à viro. Et existimo non posse, quando assensum præberet viro: propter rationes nu. præced. allatas. Non sic autem credo, quando solum delicti conscio non prohiberet. Tum, quia communiter non audent viros feminæ reprehendere. Tum etiam, quia cum vxor sit inferior, & proinde eius non sit delicta viri prohibere, eius taciturnitas non reputatur consensus. Quod visus est significare *Castro proxime citat.* ait enim virum tacentem censeri consentire: eo quod silentium superioris impedire: potentis, est imperium, Quid autem, si vir sit causa adulterij, simulans se proficisci, & obseruans vxorem, vt eam deprehendat in adulterio? dicam *disp. 12. n. 52.*

Non autem est idem censendum, si vir aliud agens, in- 5
directam occasionem adulterij præbeat. Vt puta vxorem domo iniuste expellendo, eamve deserendo, aut necessaria alimenta denegando. Tùm enim si vxor adulteretur, potest vir diuertere. Sic habetur, *c. Significasti de diuort.* vbi vir, non cogitur adulteram recipere vxorem, non obstante allegata per ipsam exceptione, quod vir in causa fuerit ipsam iniuste expellens, vbi *Gl. verb. materiam*, reddit rationem, quia mulier nulla ad fornicandum adduci debet ratione, *c. Itaque, 32. q. 5.* idem deciditur *c. Ex literis de Diuortio*, vbi non auditur vxor allegans se adulterium admisisse, eo quod vir ei necessaria denegarit alimenta. Vbi *Glos. verb. compulsa*, eam reddit rationem, quod non sit ignoscendum turpiter viuenti prætextu paupertatis, *l. palam, ff. de ritu nuptiar.* Atque ita vniuersi Doctores fatentur. Quod tamen intelligendum est, nisi vir ea intentione vxorem repulisset, alimentis ve priuasset, quo illa necessitate vrgente adulterium perpetraret, Quia tunc perinde est, ac in adulterio conniuere. Sic docent *Palud. Sotus, Castro, Palac. in prioris loco, Vega casu 17. relati nu. 4. Gaeta repet. ca. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 217.*

Alii intelligunt, nisi vir adulterij causam dedisset ne- 6
gando debitum coniugale. Tunc enim ob vxoris adulterium non permittitur ei diuortium. Idque probatur ex *D. Chrysost. hom. 1. in psalm. 50.* & refertur, *c. Si tu abstines, 32. q. 2.* ibi: *Si tu abstines sine vxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam: & peccatum illius tua imputabitur abstinentia.* At quãdo vxor de licentia viri fornicatur, non licet viro diuertere. Quare hanc partem tuentur *Ioannis* (vt refert *Glos. ibi verb. imputabitur*) *D. Thom. 1. Cor. in cap. 7. lect. 2. paulo post princ. Anglet verb. Debitum, n. 7. fin. Barth. à Ledesm. dub. 65. de matrim. ad fin. §. Alij addunt.* Et dicit esse probabilem *Lud. Lop. nu. 4. allegatus.* Et fauet *Guillelmus Borrillong. 4. d. 35. q. vn. a. 2. propos. 8.* vbi negat diuortium viro nolenti cum vxore habitare, si ob id ipsa fornicetur. Et forte in hoc casu intelligitur *Emm. Sa. Sum. verb. Diuortium, vers. Non potest dimittere*, vbi ait non posse dimittere qui dedit adulterandi occasionem. Quod idem repetit, *verb. Debitum coniugale, Vers. A coniuge adultero.* Cæterum hæc limitatio admittenda non est, sed tunc permittitur viro diuortium. Quia hæc causa adulterandi est remota, & potius occasio, cum eo nõ tendant

dant vt femina fornicetur. Quare D. *Chrysost. eo c. Situ abstines*, nomine licentiæ occasionem intellexit. Vt explicat *ibi gloss. verb. Licentiam*. Deinde, quia vrgentior est occasio, quando vxor domo expellitur, alimentisque priuatur. Tunc enim debito, & cohabitatione, ac alimētis defraudatur. Cum tamen ea non obstanti dimitti possit vxor fornicans. Vt n. præc. probauimus. Atque ideo hanc partem defendunt *Gloss. eodem c. Si tu abstines. verb. Imputabitur, Ricard. 4. d. 35. a. 1. q. 1.* vbi *Maioris, q. 1. argum. contra 1. conclus. casu 8. Abulens. c 19. Matth. q. 65. casu 2. D. Antonin. 3 p. t. 1. c. 21. § 6. casu 7. Syluest. verb. Diuortium, qu. 9. fin. Tabiena Matrimonium, num. 1. fin. Armilla verb. Matrimonium, nu. 73. Veracruz 3. p. Speculi, a. 1. conclus. 5. casu 2. Palac. 4. d. 27. disp. 3. col. 23. f. 603. vers. Arbitror autem, Grassis 2. p. decis. l. 1. c. 12. num. 87. Vega 1. 10. sum. c. 13. casu 18. fin.* Quod bene intelligit *Palacios*, nisi vir debitum negasset, eo fine vt illa fornicaretur. Quod consonat dictis n. præced. in fine.

8 Hinc infertur, quid dicendum sit ad quæstionem illā, quam tetigit *D. Th. 4. d. 39. in fine*, explicans Magistri litteram. Num infidelis ad fidem conuersus possit ab infideli diuertere ad fidem conuersō, obiiciens ei fornicationem tempore infidelitatis admissam, occasione data per coniugem innocentem, eò quòd noluerit ad consortium maritale admittere illum volentem cohabitare absque contumelia creatoris? Et posse diuertere negat *D. Thom.* quia fuit in culpa, causáque fuit fornicationis illius. Ipsum sequuntur *Astens. 2. p. sum. l. 8. t. 21. a. 2. q. 7. & Vega tom. 1. sum. c. 13 casu 12.* Et addit *Astensis* idem esse, si infidelis ille repudiatus est vel alter noluit cohabitare in casu dicto. Sed fateor me non videre fundamentum huius doctrinæ solidum esse ratione occasionis illius datæ. Quia nu. 6. probauimus esse occasionem remotam adulterii, expulsionem vxoris iniustam, ac proinde minime obstare diuortio. Sed dicendum est, id esse quoddam repudii genus: cum infidelis ille coniux omnino à consortio maritali excludatur. Et cum infideles existiment dissolui matrimon. per repudium. Non potest fornicatio illa damnati tamquam adulterina. Et iuxta ea, quæ n. 11. dicemus, non potest subinde esse causa diuortii. Deinde, eo ipso quòd infidelis ipse omnino exclusus est, videtur excludens quasi liberam facultatem concedere ad vsum sui corporis, absque matrimonii iniuria. Iuxta ea, quæ num. seq. dicemus. Sed fortiter obstare videtur *c. Gaudemus, de diuort. in fin.* ibi; *Non tamen dimissor poterit obicere fornicationem dimissæ, pro eo quod nupsit alij post repudium: nisi alias fuerit fornicata.* Ex quo constat posse obiici vxori repudiatæ fornicationem admissam post repudium. Illa enim exceptio: *Nisi alias fuerit fornicata*, ne sit inepta, debet intelligi de regula ibi tradita. Nam exceptio semper debet esse de regula, vt multis adductis probat *Euerardus loco, ab exceptione ad regulam, nu. 9.* Verum hoc non obstat. Quia tantum eò pertinet decisio illius textus, vt fornicatio tempore infidelitatis admissa non censeatur deleta per baptismum quoad diuortium ratione illius celebrandum. Et ita ad hoc confirmandum adducitur textus ille à multis DD. id asserentibus (vt vidimus disp. 3. n. 5.) Non autem intendit textus, vt fornicatio admissa post repudium celebratum sit sufficiens diuortii causa, sed intelligendus est de præcedenti repudio. Quæ nullo pacto ab adulterii culpa excusari valet. Nec sic sumpta exceptio illa est extra regulam. Quia textus ille tractat quando coniux infidelis possit dimitti, & positis aliis casibus, dicit non posse dimitti, eò quòd post repudium transierit ad alias nuptias, nisi conuineatur de fornicatione: ratione enim illius, quamuis tempore infidelitatis commissa sit, potest dimitti. Non tamen agit textus, si post repudium commissa fuerit. Et ita exceptio est ab illa regula, infidelis ad fidem conuersus non potest dimittere coniugem legitimum infidelem nolentem conuerti, aut habitare sine Dei contumelia, etiamsi post repudium inierit aliud matrim. Potest tamen dimitti, si fuerit fornicatus, nempe, ante repudium: quando credebatur legitimum permanere matrim.

Secundò infertur, quòd si marito negante coram iu- 9
dice matrimonium, quod quia probari non potuit (vt si fuit clandestinum ante concilium Tridentinum: vel obiere Parochus & testes, coram quibus est celebratum post Tridentinum, & non est in libro scriptum, aut ille non comparet) dissolutum est matrimonium: non potest vxor tunc transiens ad alias nuptias, easque consummans, ratione huius adulterii dimitti à priori viro. Quia eam omnino dimittens, negansque matrimonium, & obtemperans sententiæ dissolutionis illius, dedit causam propinquam adulterij illius. Sic tradunt *Nauar. sum. lat. c. 22. n. 24. Enriq. li. 11. de matrim. c. 17. n. 4. in fin.* Et idem credo, si tunc vxor illa fornicetur. Quia militat eadem ratio occasionis propinquæ datæ.

Tertiò infertur, non esse admitrendum doctrinam gra- 10
uissimorum Doctorum asserentium, si mulier ob sæuitiā viri ab eius consortio aufugiat, & post fugam adulteretur, minimè posse eam à viro de illo adulterio accusari ad dotis amissionē. Cum ipsius causa fuerit vir ipse. Hi Doctores sunt *Ioan. Lopus rubrica de don. inter vir. & vx. §. 20. nu. 4. & 5. & §. 64. n. 3. & c. Per vestras, cod. t. not. ab 3. ad finem ipsius principij. Tiraq. l. 1. connub. p. 1. gl. 1. nu. 24. Conar.* alios referens *4. decret. 2. p. c. 7. § 5. n. 2. Ferrarius in consuetud. Burdeg. lib. 1. tit. 4. § 1. col. 2. ante medium, Lud. Lop 2. p. instruct. de matrim. c. 54.* vbi de diuortio quoad habitationem, *paulo post princip. casu* 2. Et quando vir iniustè vxorem expulit, quæ post fornicata est, docet idem *Cisuento l. 8. 1. Tauri, limit. 4.* Cæterum dicendum est, hanc causam remotam adulterii à viro datam, malè vxorem vexando, iniusteve expellendo, non impedire accusationem adulterii ad dotis amissionem, & vt eam lucretur vir. Quia textus n. 6. allegati non admittunt hanc vxoris exceptionem aduersus accusationem viri. Deinde, quia potius omnia mala perpeti vxor tenetur, quam peccare in corpus, *c. Sacris, de his quæ vi.* Tandem, quia non potest dici culpa mariti commissum fuisse adulterium illud: cum illius culpa ad id minimè fuerit ordinata, *l. Non omne. ff. de statu liber. l. Si is qui. ff. de action. & obligation.* & ita hanc sententiam sustinent *Lara l. Si quis à liberis. §. Siquis ex his, num. 210. & 211. ff. de liberis agnoscen. Surdus de alimentis, t. 7. q. 16. n. 42. Barbosa* aliis relatis, & appellant oppositam sententiam falsam, *l. 2. in princip. p. 1. n. 97. ff. soluto matrim. Azebedo lib. 8. recop. t. 20. l. 4. n. 36.* Esset tamen prior sententia admittenda, quando viri sæuitia aut expulsio eò tenderet, vt vxor fornicaretur. Tūc enim sicut vir non posset de illo adulterio accusare ad diuortium, iuxta dicta nu. 6. ita nec ad dotis amissionem. Quare licet iudex sibi applicaret dotem, eo quòd probata non fuerit ea viri intentio, tenebitur vir in foro conscientiæ eam restituere. Nec excusabit sententia falsæ præsumptioni innitens. Quod si dicas illam intentionem mente retentam esse: atque ita nil posse operari in contractibus, qualis est iste, vt vir lucretur dotem ob adulterium vxoris. Ea enim tacita conditione vir recepit dotem, ad eius restitutionem soluto matrimonio se obligans. Respondeo hic vna cum actu interno expulsionem, aut sæuitiam, quæ causa fuit, interuenisse, illaque actus externos esse.

Tertius casus est, quando vxor probabiliter credens 11
virum decessisse, alij nubit: vel è contra. Tunc enim cōiux superuiuens non potest diuortium celebrare ratione illius adulterij, *c. Cum per bellicam, 34. q. 2.* & concordat *l. Vxor 7. C. de repud.* Et ratio est, quia tunc non est adulterium formaliter, culpaque vacat. Nec sufficeret qualiscumq; culpa, sed oportet eam esse mortalem: vt bene aduertit *Castro l. 2. de lege pœn. c. 4. §. Vt nostram.* Quia pœna diuortij est grauissima, indignaque subinde vt ob leuem culpam incurratur. Est tamen limitandus hic casus, nisi coniux de vita prioris coniugis certificatus steterit in secundo illo matrimonio, debitum reddens aut petens. Quia tunc iam vere, reus est adulterij. Sic *Host. sum. t. de diuort. num. 8. casu 3. Vincent. speculo doctrinali, to. 2. l. 10. c. 42. Astensis summ. 2. p. l. 8. t. 33. a. 3. casu 2. Monaldus sum. ti de diuort. §. Propter quid fiat diuortium, vers. Item sunt quidam casu, casu 3. Palud. 4. d. 35. qu. 1.*

a.2.casu.3.n.14.& ibi Supplementum Gabr.qu.1.a.2.post 1.concl. casu 3.Enriq.6.Significasti,nu.12.de diuortijs,Lex.8.t.9.p.4.& ibi Gregor.Lopez,verb.Si desfues,Montaluus l.6.paulo post princip.t.9 p.4.D.Antonin.3.p.t.1.cap.21.§.6.casu 3. Syluester verb. Diuortium.q.9.casu 2. Veracruz 3.p.Speculi,art.1.concl.5 casu 3.Palacios 4.dist.35.disp.vn.column.4.vers. Tertia limitatio, Abulensis c. 19.Matthæi,q.65.casu 3. Et addit bene *Palacios*,idem dicendum esse, quando coniux iam dubius de prioris coniugis vita, petit debitum. Quia cum illa copula sit spontanea, non vacat adulterij culpa.Quod tamen intelligo, si ante sufficientem adhibitam diligentiam petat debitum, nam ea adhibita si non potest certificari de vita prioris coniugis, potest deinceps petere (vt probaui lib.2. disp. 42.num.47.)

12 Nec si coniux credens probabiliter alium coniugem mortuum, fornicetur, potest à coniuge ratione illius fornicationis dimitti. Quia excusante iusta matrimonij ignorantia, fornicatio illa vacat culpa adulterij, nec tale est formaliter.Quare illius pœna,quæ est diuortium, ac dotis amissio, plectenda minimè est. Sicut accedens ad consanguineam vxoris, ignarus consanguinitatis, quia excusatur ab incestu, non incurrit eius pœnam, quæ est priuatio petendi debitum coniugale, (vt probaui libr. præcedenti disp.32.num.47.& 48.) Præterea, quia *Federicus*, quem refert & sequitur, *Anton.c.fin. num.3. de adulter. & ibi Card. in fine*, docent accusatam vxorem de adulterio non posse damnari pœna legali illius, sed simplicis fornicationis,si probet fuisse tunc famam communem mortis viri.Quia adulterium non committitur absq; dolo, *l.penult. C.ad l.Iuliam,de adult.* Deinde, quia accedens ad coniugatam, existimans eam esse solutam, nequit adulterij pœna puniri *l.5.t.17.p.7.Castillo l.81.Taceri num.8.* Tandem,quia *Albericus in suo dictionario,litera A.verb. Adulterium.vers. id. nisi crediderit*, ait non posse obiici adulterium vxori credenti virum defunctum.Et constat ex *c.Si virgo*, 34.*q.*2.idemque probaui libr.7.disput.101.num.4. vbi & respondi ad *c. Gaudemus, de diuortio*,quod contrarium probare videtur. Imò crediderim, non esse causam vt legitimus vir ab ea vxore diuertat, si existimans eum esse mortuum, aliisque nuptiis celebratis,fornicetur.Quia quamuis non excusetur à culpa adulterij in ordine ad posteriorem virum putatiuum, cum existimet posterius matrimonium esse legitimum. At respectu prioris viri, cuius matrimonio se solutam eius morte probabiliter existimat, non est ea rea adulterij. Diuortium autem priori viro solum conceditur ob iniuriam sibi irrogatam adulterino concubitu, quo eius matrimonium offenditur. Qualis non est hic. Sed obicies hanc coniugem dedisse operam rei illicitæ. Iam satisfeci simili obiectioni l.7. disp.101. nu.3.& l. præced.disp.32.n.24.

13 Quartus casus est, quando vxor fuit violenter cognita. Cum enim culpa vacet adulterium illud, *cap.Ita. & c.Proposito*, 32.*quæst.*5. imputari non debet ad diuortij pœnam.

14 Temperant aliqui, nisi vxor causam violentiæ dedisset. Vt quia non audiuit viro monenti fugam, ne vi hostium opprimeretur.Sic *Cantera,quæst.criminalib.quæst.tangentibus punitionem delicti, c.4 num.*49. Cæterum dicendum est adhuc non posse accusari de illo adulterio ad diuortium aliamve pœnam. Quia *l. Vim passam ff.ad l.Iul.de adult.* indistincte deciditur vim passæ non esse adulterium imputandum. Item, quia nullius criminis vxor rea est, quæ coacta fuit, nec prohibere potuit, *l.Nullum, ff. de reg. iur.*Nec semper imputatur effectus subsequens,vbi culpa præcedit, *c. Quoniam,de conces. præb.* Cum culpa illa inobedientiæ vxoris non fuerit ordinata, vt opprimeretur. Atque ita *Glossa, cap. de pudicitia, verb. Eripi*, 32.*q.*5. mota hac quæstione nil decidit, sed remittit se ad quæstionem Dominicalem, vbi sustinuit adhuc nõ posse dimitti vxorem, Et idem docent *Archid.eo c.De pudicitia, n.vn. & Bellamera n. vn & ibi Ioan.* quem refert ac sequitur, *Greg. Lopez l.7. verb. Por fuerça l.9 p.4.*

Alii autem sunt in contrario extremo, vt intelligatur 15 non solum excusari mulierem à pœna diuortij & dotis amittendæ,quando vi præcisa oppressa est,sed etiam quando metu cadente in feminam constantem. Ducuntur, quia *D. Augustl.lib.1. de Ciuitate Dei cap.*19. & refertur *c.Proposito*,32.*quæst.*5. Lucretiam excusat ab adulterio, dicens solum accedentem ad ipsam fuisse adulterum, eo quod coacta sit. Et tamen non vi præcisa, sed metu solo coacta est.Nec potest dici excusari tunc à culpa adulterij: sentit ergo excusari à pœna illius, quæ est diuortium.Secundò: quia *Baldus l. Eam quam, numero* 25. *cap. de fideicommissis*, docet feminam concipientem ex tyranno coniugato posse prolem instituere. Quoniam talis coitus matris non subiacet pœnæ, excusante violentia. Tertiò,quia vbi lex dolum requirit, non sufficit culpa, *l.1. ff. de sicar.* & notatur *l. In actionibus, ff. de in litem iur. & l. Quod Nerua, ff. depositi.* Adulterium autem quoad pœnam requirit dolum,*l.penult ff.ad l.Iuliam de adulterio.* Qui desideratur,vbi adest metus feminæ constantis. Atque ita docent *Abbas consil.4.num.3.volum.1.Roscella verb.Adulterium,num.*5.vbi *Syluester quæst. vltim. Armilla nu.5.Tabiena quæst,1.num.5.Graffis 2. p. decisionum, lib.1.cap.12.num.72.casu* 2.Et dicit fortè verum *Gregorius Lopez l.7. verb.Por fuerça, tit.9.p.4.*Et fauent *Glossa dict. cap. Proposito,verb. Adultera, & verb.Vnus, & ibi Archid.& Bellamera ad finem*, vbi textum illum intelligunt de metu, & intelligunt vnum tantum fuisse adulterum quoad reatum & pœnam adulterij secundum leges. Quamuis secundum canones sit adulterium. Addunt *Abbas, Syluester & Roscella* idem dicendum, si femina sic metu oppressa ob verecundiam & timorem infamiæ non clamauit. Et hæc sententia probabilis est.

Verum à communissima sententia recedendum mi- 16
nime esse arbitror,quæ docet metum non excusare, quin liceat viro diuortium facere. Quia re vera non excusat à culpa mortali adulterij & fidei fractæ, quæ causa diuortij sunt. Et ad illam culpam mortalem canones attendunt. Vnde caute *Glossa dict. cap. Proposita*, & illam sequentes *Archid. & Bellamera*, dixerunt excusare metum à pœna legali adulterij, quæ dolum desiderat. At secundum canones esse adulterium, quasi senserint non excusare à pœnis canonicis, quæ culpam considerant. Quales sunt diuortium & dotis amissio, *cap. Plerumque, de donat. inter vir. & vxor.* Et per hoc cessant obiecta, quæ de pœnis legalibus probant. Atque ita loquentes de diuortio sentiunt ex Iurisperitis *Goffredus summa, tit. de diuortijs, num.*4. *Hostiensis summa, eodem tit.num.*8. *Albericus in suo dictionario, litera M. verb.Matrimonium,*8.§. *Quid si aliquis coniugum,Henricus cap. Significasti,num.*12. *de diuortijs*, *Monaldus summa,tit. de diuortijs*, §. *Propter quid fiat diuortium*, *vers. Item sunt quidam casus, casu* 5. *Ioannes de Friburgo summa confessorum, lib.*4. *t.*22.*q.*8. *Astensis summa,2.p.l.*8.*t.*23.*a.*3.*casu* 5. *Syluester verb. Diuortium,qu.*9.*casu.*4. *Tabiena Matrimonium.*4.*num.*1.*casu* 5. *Armilla verb.Matrimonium, num.*73 *casu* 5.*Montalsum l.6.ad finem t.*9 *p.*4.*Conar.* 4 *decret.1.p.c.*5.*anuio.num.*3.*Gaeta repetit. c.Ad limina,*30.*qu.*1.§.4.*num.*217.*Azebedo lib.*8.*recopil.t.*20.*l.* 1.*num.* 22. ponderans illam legem, vt velit in hoc regno solum excusari vxorem à pœnis legalibus, quando adulterium fuit ita violentum, vt culpa in eo non fuerit, ibi: *Y si por ventura la muger no fue en culpa,& fuere forçada, no aya pena.* Nam copula, & vtrumque coniungit, petitque virum à culpa excusantem.Et ex Theologis idem tenet *D.Bonauent.*4 *d.*35.*in expositione litera, num.* 2. vbi *Durandus q.*1.*a.*1. *n.*6. *Palud.q.*1.*a* 2. *casu* 5.*num.*16. *Supplementum Gabriel.quæst. vn.a.*2.*post* 1.*conclus. casu* 5. *Vincentius speculo doctrinali, tom.*2. *libr.*10.*cap.*42. *D Antonin.*3.*p.tit.*1.*cap.*21.§.6.*casu* 4. *Soto* 4. *d.*36.*quæst.vn.a.*1.*vers. Et eadem ratione, Castro lib. de pœnali. cap.*4.§.*Vt nostram*: licet enim videatur prima facie oppositum sentire, at clare est huius sententiæ, metum enim appellat ibi violentiam: & ita dicit intelligi de vera & absoluta violentia, vbi nullus interuenit consensus, alias (inquit) sicut nec à culpa ita nec à diuortio excusaretur,*Palacios* 4.*dist.*27.*disp.*3.*col.*21.*f.*602.& *d.*35. *disp. vnic. column.*

colum. 4, versic. Quinta limitatio, Enriquez libr. 11. de matrim. c. 17. n. 5. Bart. à Ledesma, dub. 65. de matrim. post 3. concl. casu 5. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. cap. 38 f. 1049. §. Circa alium casum, Vega 1. tom. sum. c. 13. casu 16. Cañedo summa sacram. vbi de Matrim. *t. 7. n. 58.*

17 Quintus casus est, si coniugi commisceatur alter sub mariti specie latenter, & bona fide ex parte coniugis. Sicut accidit Iacob cum Lia, *Genesis 29.* Tunc enim sicut bona fides excusat concubitum coniugis à culpa adulterij, ita à pœna diuortij *c. In lectum. 34. q. 2.* Ad probandam autem hanc coniugis bonam fidem sufficit eius iuramentũ, habito respectu ad eius honestatem, & alias probabiles coniecturas, vt tradunt *Host. sum. t. De diuortijs, num. 8. casu 3. Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 33. a. 3. casu 3.*

18 Sextus casus est, si matrimonio ab infidelibus inito, datoque libello repudii, coniux dimissus ad aliud transeat matrimonium, non poterit repudians obijcere coniugi repudiato consummationem illius secundi matrimonij, quæ adulterium est, quo ab illo diuertat. Habetur expresse *c. Gaudemus, de diuortijs in fine.* Cuius ratio communiter redditur. Quia infideles existimant matrimonium dissolui per repudium, iuxta eorum ritus celebratum: ac subinde ratione ignorantiæ excusatur copula illa ab adulterio. Ex qua ratione colligitur idem dicendum esse de coniuge repudiante legitime & iustè, secundum eorum existimationem & ritus: si enim post repudium aliud ineat matrimonium, non poterit ob id, diuortium celebrare coniux repudiatus. Quia quamuis textus de solo repudiato loquatur, at eadem militat ratio. Nam vterque coniux legibus matrimonii se solutum existimat. Vtrum vero si post repudium fornicetur, vel detur causa adulterii negata cohabitatione, adiit iusta diuortij causa? dixi num. 8.

19 Vltimus casus est, quando coniux innocens alteri condonat adulterium, & tic reconciliantur. Cum enim diuortium fit in fauorem innocentis, potest innocens cedere iure suo, delictumque condonare, & sic cessabit ius diuortij. Hæc autem remissio est duplex, quædam expressa, quando, scilicet verbis expressis innocens coniux adulterum sibi reconciliat, condonans delictum. De qua reconciliatione loquitur textus, *l. Si maritus, 25. §. Si negauerit, ff. ad l. Iuliam, de adulter.* probans ex tunc minimè audiendum esse maritum de adulterio accusantem. Et notant *Alexand. l. Iuris gentium, §. Si paciscar, ad finem, ff. de pactis Barbosa l. 2. in princip. p. 1. num. 100. ff. soluto matrimonio.* Non tamen satis esset remissio mente retenta, nec signo aliquo externo coniugi nocenti expressa. Quia propositum mente retentum in his contractibus inter homines initis, nullius efficaciæ est, *l. Cum in plures, 62. §. Locator. ff. locati.* Deinde, quia cum remissio illa sit velut quædam iuris diuortij & accusandi donatio, oportet vt firma sit, eam parti, cui fit, intimari. Vt de donatione late disseruimus *lib. 1. disp. 6. & 7.* Alia autem est remissio tacita. Vt si coniux adulterij conscius alium non excluserit à consortio maritali, vel exclusum admisit. De qua reconciliatione nihil in præsenti dicendum est, Quia in sequentibus est specialis disputatio instituenda.

20 Id tamen obseruandum est, si reconciliatione facta coniux ille reconciliatus in adulterium relabatur, posse non obstanti priori illa reconciliatione de nouo eo adulterio illum accusari, & ratione illius celebrari diuortium. Quoniam præcedens venia non trahitur ad futura delicta, sed sola præterita respicit, argumento *l. Non aliter, §. 1 ff. de iudicijs*, vbi quamuis legato ius gentium securitatem concesserit, *l. sanctum, ff. de rerum diuis.* decidit posse eum puniri de legationis tempore admisso delicto. Præterea, quia reconciliatio illa contractum matrimonii ad pristinum vigorem restituit, ac si nullum esset vsque tunc adulterium commissum, sed in eo euentu posset coniux reus noui adulterij dimitti, & de illo accusari: ergo idem dicendum est facta ea reconciliatione. Nec æquum est vt ea criminis futuri impunitatem præstet. Atque ita sentiunt ex Iurisperitis *gloss. cap. Plerumque, verb. Nec reconciliata, in fine, de donat. inter vir. & vxor. & ibi Alexander de Neuo, nu. 6. Præpos. num. 4. fine, Ioannes de Ancona*, quem refert & sequitur *Archid. c. 1. num. 4. 32. q. 6. & ibi Bellamera num. 2. Ioan. Lupus c. Per vestras, in princip. §. 9. num. 18. de donat inter vir. & vxor. Cifuentes l. 80. Tauri, dub. 7. & ibi Castillo num. 2. Greg. Lopez l. 8. verb. En ante, t. 17. part. 7.* Id colligens à contrario sensu ex ea lege, *Couar. 4. decret. 2. p. cap 7. §. 6. num. 7. Villalpand. repet. ad l. 22. tit. 1. p. 7. §. 14. à num. 2. additio ad locum Angeli* quem statim pro contraria parte referam *Azebedo libr. 8. recop. tit. 20. l. 2. num. 11. Barbosa l. 2. p. 1. in principio. num 104. ff. soluto matr. Surdus de aliment. t. 7. q. 16. num. 103.* Et ex Theologis, *Ricard. 4. d. 35. a. 1. q. 1. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 21. §. 5. Sylvest. verb. Diuortium, q. 9. casu 5. Sotus 4. d. 36. qu. vn. a. 1. vers. Dubitatio verò Ledesma 2. p. 4. q. 64. art. 2. paulo ante §. erat secundum dubium, Palacios 4. d. 27. disp. 3. col. 22. f. 603. Angelus flor. 1. p. de matrim. q. 9. de diuort. a. 1. diffic. 2. concl. 6. Enriquez l. 11. de matrim. c. 17. num. 5. Barth. à Ledesma, dub. 65. de matrim. post 3. conclus. §. Et eam est notandum, Manuel 1. tom summa, 2. edit. cap. 240. num 3. Graffis 2. p. decisionum, lib. 1. cap. 11. nu. 72. casu 6. Cañedo sum sacram.* vbi de matrim. *cap. 7. num. 60. casu 6. Lud. Lopez 1. p. instruct. cap. 295. Adde ad predicta.* Vnde non sunt audiendi *Salcetus l. Quoniam, in fine, C. ad l. Iuliam, de adulter. Angelus de maleficijs, verb. Che vica adulterato num. 49.* docentes non posse eum coniugem de nouo illo adulterio accusari. Innituntur que textui, *c. De Benedicto, 32. q. ibi: Nullum ei duntaxat simile committenti periculum allaturus.* Sed respondet bene *Couar. proximè citatus*, eum textum solum velle, ne vir propria auctoritate vxori relabenti damnum inferat, illamve occidat.

Imo *Ioan. Lupus, eo c. Per vestras, in princ. §. 9. n. 22.* ait posse 21
forsan attentari, vt coniux ille reconciliatus relaptus in adulterium possit etiam de adulterio condonato accusari. Sed merito illum improbant *Couar. Barbosa, Azebedo, Surdus Lud. Lop. n. prec. allegati.* Quoniam primum illud adulterium iam est remissione extinctum. At crimen semel transactione aut indulgentia accusatoris extinctum non potest amplius ab eodem in iudicium deduci, *cap. De his, de accusat. & l. Transigere, C. de transact. & c. Sibilic 23. quæst. 4. iunct. gloss. verb. Recidiuo.* Idemque probatur ex *regula l. Qui res, §. Aream ff. de solut.* Et ex doctrina *Bartoli l. Non solum, §. Iniuriarum, n. fin ff. de iniur.*

Vtrum autem si facta reconciliatione qui erat inno- 22
cens labatur in adulterium, compensetur cum priori illo adulterio à se condonato, ita vt ille coniux reconciliatus non possit diuortium petere? dicam disp. 5. q. n. 7.

Tandem obseruandum est cum *Soto 4. d. 36. q. vn. art. 1.* 23
vers. De his autem casibus, & vers. seq. & Petr. de Ledesma de matrim. q. 62. a. 1. dub. 1. circa 2. concl. & Cañedo sum. sacram. vbi de Matrim. *cap. 7. num. 62.* omnes hos casus, in quibus non permittitur diuortium ob adulterium censeri exceptos ex iure ipso naturali & diuino, & non ex Ecclesiæ statuto. Et de duobus primis casibus idem affirmat *Bart. à Ledesm. d. ub. 65. de matrim. post 3. concl. casu 1. & 2.* Quod inde probatur, quia primus casus iuri naturali innititur; nil enim tam naturale est, quam delictorum compensationem admitti. In reliquis autem casibus adulterium minimè imputatur, vel quia iniuria affectus cõdonauit: vel quia non fuit formaliter adulterium, sed culpa vacauit: vel quia alter coniux culpæ particeps fuit, præstando consensum. Quæ omnia sunt iuri naturali consona. Insuper probant *Sotus & Cañedo ibi.* Quia cum Ecclesia non habeat facultatem supra ius diuinum & naturale, nisi hæ exceptiones ex ipsomet iure diuino deducerentur, non posset Ecclesia facultatem celebrandi diuortij ob adulterium concessam iure diuino & naturali restringere, hos casus excipiens. Quod si dicas Christum non iussisse, sed solum permisisse diuortium ob adulteriũ: & ideo nil mirum, si Ecclesia potuerit permissionem hanc restringere. Sicut restrinxit facultatem cõcessam carnibus vescendi. Respondet bene *Sotus*, disparem esse rationem. Quia non fecit Deus singularem permissionem esus carnium, sed gene-

rali-

raliter permisit edere carnes, aliosque cibos, vbi & quando oportet: quasi Ecclesiæ arbitrio relinquens tempora hæc definienda. At de diuortio ob adulterium celebrando, ius ipsum naturale declarans, singularem permissionem concessit, quare Ecclesiæ non est, nisi tanquam iuris diuini & naturalis interpretis, permissionem hanc restringere.

DISPVTATIO VI.

Qualiter accipienda sit compensatio adulterij vtriusque coniugis ante latam diuortij sententiam commissi, ita vt neutri liceat ab altero diuertere.

SVMMARIVM.

Debita compensantur vtriusque coniugis adulterij, num. 1. & remissum quando alter post professus.

Oportet vtriusque adulterium esse liquidum ac certum, n. 2.

Debet vtriusque delictum sufficere ad diuortium. Hoc est compensatio, si alter adulteratur, alter vero molliciem aut pollutionem extra vas cum tertia persona admittat: vel copulam intra vas absque seminatione habeat, n. 3.

Quid, si alter sodomita, alter vero adulter sit? Refertur opinio, n. 4.

Compensantur debita, etiamsi alter adulter, alter vero sodomita. & bestialitatis, ac adulterij reus sit, num. 5. & ibi remissiue, quid quando alter carnaliter, alter vero spiritualiter fornicetur.

Num referat vter coniux prius sit fornicatus, n. 6.

An fiat compensatio adulterij vnius coniugis cum adulterio alterius, iam condonato à coniuge posterius adulterante, n. 7.

Quid si alteruter plura admiserit adulteria, n. 8.

Quid si adulterium vnius sit occultum, alterius vero publicum, n. 9.

An possit vir adulter pacisci cum vxore adultera vt consentiat in diuortium, ne ipsum criminaliter accusit? Et explicantur l. Transigere, C. de transact. quando liceat super adulterium transigere, n. 10.

An adulter volens adulteram accusare, teneatur reddere debitum remissum, n. 11.

An exceptio adulterij sit peremptoria, ita vt possit opponi ante & post litem contestatam, & in modum dilatoria. Explicantur que l. Si maritus, §. Præscriptiones, ff. ad l. Iul. de adult. & l. 7. tit. 17. part. 7. n. 14.

An lata diuortij sententia possit coniux adulter opponere adulterium ab altero ante sententiam commissum, vel de illo actionem intentare remissum n. 23.

1 CVM disp. præc. num. 2. inter casus, in quibus ob adulterium non permittitur diuortiū annumerauerimus quando vterque coniux adulterij reus est. Iam circa hunc casum aliqua disputanda sunt. Et quia lapsus hic in adulterium potest contingere ante & post sententiam diuortij latam: in vtroque euentu disputandum est. Et prius in hac & aliquibus sequentibus disputationibus quando contingit ante sententiam latam, & deinceps quando post. Dubitatur igitur in præsenti, quando contingit ante sententiam latā. Prima conclusio certissima apud omnes est. Quando contingit ante latam diuortij sententiam vtrumque coniugem adulterari, neutri licet ab alio diuertere, sed mutua compensatione ambo adulteria abolentur. Hanc satis probaui disp. præc. num. 2. Quidam temperant nisi posterius fornicans, post adulterium fuerit professus, vel ad ordinem promotus. Sed de hoc dicam disp. 9. num. 16.

2 Duo autem ad hanc compensationem desiderantur. Prius est, vt vtrumque adulterium sit liquidum, constetque alteri coniugi. Si enim vnius adulterium sit liquidum alterius vero minimè, sed dubium, non licet illi, cuius adulterium est certum, dubitatque de sui coniugis adulterio, compensatione vti. Quoniam debiti liquidi ad non liquidum non est compensatio, *l. final. C. de compens.* Sic docent *Hostiens. c. fin. n. 1. de adult. & ibi Ioan. And. n. 1. Anchar. n. 3. Cardin. num. 1. opposit. 1. Ananias n. 1.* Quare si coniux adulter opponeret alii adulterium sibi dubium, falsisque testibus illud probaret, & sic alteri negaretur diuortium, non esset tutus in conscientia. Non enim iuuari potest compensatione adulterij alterius sibi dubij cum suo, quod sibi constat.

Posterius requisitum est. Vt vtrumque delictum sit sufficiens ad diuortium. Adulterium enim consummatum admittens non potest illud compensare cum mollicie alterius, vel pollutione cum tertia persona extra vas, vt sic illi diuortium deneget: sed poterit hic ab illo diuertere. Quia in ordine ad diuortium, ad quod attenditur, delicta non sunt paria, atque ita illorum compensatio non fit. Sic *Ledesma 2. p. 4. q. 64. art. 2. duplici col. ante fin. vers. Est tamen notandum.* Atque idem dicendum est in reliquis casibus, in quibus delictum alterius non est sufficiens ad diuortium. Vt si alter non emisit semen intra vas, licet illud penetrarit, vel habuerit rem cum femina mortua, quos omnes casus numerauī tota disp. 4. potest enim hic ab altero verè adultero diuertere. Eadem ratione, ob eiminum in ordine ad diuortium disparitatem.

Difficultas autem est, quando fornicationes non sunt eiusdem naturæ, sed altera est naturalis, nempe, adulterium, altera verò innaturalis, vt Sodomia. Nam aliqui existimant ad iustam delicti compensationem in hoc casu faciendam, non esse opus vt eadem fornicationis specie vterque coniux sit infectus, sed satis esse, vt sit eodem fornicationis genere, dummodo is, qui compensare, eaque compensationis mutui delicti exceptione se tueri vult, sit leuioris fornicationis specie reus. Vt adulter potest se tueri contra sodomitam, diuortium petentem, si tamen adulter diuortium intentet contra sodomitā, non potest hic se defendere, exceptione compensationis sui delicti cum adulterio alterius allegata. Quia suum delictum est grauius, ac subinde impar delicto alterius. Sic docent *Castro libr. 2. de lege pœnali, cap. 4. paulo ante §. Vt igitur Quando 4. d. 45. disp. vn. propos. 1.* Qui bene explicat hanc minorem fornicationis grauitatem non vtcunque considerandam esse, sed quando altera innaturalis est, altera vero naturalis. Non enim ad hoc disparitas reputaretur, si vir adulteretur cum soluta, vxor autem cum coniugato vel professo. Et pro hac sententia faciunt *Host. c. fin. nu. 4. de adult. Ioan. And. 1. Ant. n. 5. Cardinalis Flatius in prim.* vbi explicantes illum textum reddentem rationem cur adulter adulteram accusare nequeat ad diuortium. Quia paria crimina mutua compensatione tolluntur: expuunt paria, quantitate & qualitate.

Cæterum contraria sententia mihi placet, vt ex vtraque parte detur compensatio, ac subinde neutri coniugi liceat diuortium celebrare. Quia si paritatem criminis in ordine ad diuortium consideremus, (vt re vera considerandā est) vtrumque crimen est æquale. Cum ob vtrumque pariter concedatur diuortium. Si vero consideretur in ordine ad matrimonium, cui iniuria irrogatur, cum grauior sit iniuria illi per adulterium quam per sodomiam illata (vt probaui disp. 4. num. 3.) adulterium grauius delictum erit, atque ita adulter non poterit a sodomita diuertere. Si vero dicas considerandam esse grauitatem secundum se, hoc dici non posse probaui eadem disp. 4. num. 3. Et confirmatur, quia si grauitas fornicationis in se attendenda sit, non erit cur potius dicamus solum attendendam esse, quando altera est naturalis, & altera innaturalis: quam vbi intra fornicationis naturalis limites altera grauior, altera autem leuior est. Quod tamen attendendum esse nullus diceret. Tandem, quia si in compensatione inspeciendū esset vter coniux grauiori fornicatione infectus esset, vt ille non posset aduersus alium hac se exceptione tueri, grauitas illa fornicationis omnino attendenda esset per repugnantiam ad coniugium, atque ita potius dicendum esset adulterum non posse suum delictum compensare cum sodomia alterius, quæ minus matrimonio repugnat. Quo argumento egregie vsus est *Bellarmin. l. d. matrim. cap. 17. §. Respondent nonnulli.* contra aliquos dicentes fornicationem spiritualem, nempe infidelitatem, dissoluere coniugium, non autem corporalem. Eo quod illa grauius peccatum sit. Aduersus quos insurgit dicens, quāuis fornicatio spiritualis sit grauius in se peccatum, cum tamen magis repugnet coniugio fornicatio corporalis, potius ex hac ratione concludeen-

dendum esse fornicationem corporalem dissoluere. Sic ergo in nostro casu dicendum esset. Et ideo hanc sententiam tuentur *Palud. 4. d. 35. q. 1. a. 2. casu 1. num. 11.* vbi *Supplementum Gabr. q. vn. art. 2. post 1. conclus. casu 1. Palacios ibi, disp. vn. statim in princ. corp. Tabiena Matrimonium, 4. n. 1. casu 1. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 217.* Imò idem credo dicendum esse, quamuis alter adulterii, sodomiæ, ac bestialitatis reus esset: alter autem solius adulterii. Neutri enim diuertere liceret: sed daretur compensatio. Quia ad hoc sufficit dari paritatem criminum, quoad hoc quod vterque carnem suam diuiserit contra fidem in matrim. præstitam. Quod est fundamentum diuortij (vt probauí disp. 4. n. 3.) multiplicatio verò maior delictorum minimè hanc compensationi obstat. Vt dicemus n. 6. Vtrum autem detur compensatio, si alter corporaliter, alter verò spiritualiter fornicetur lapsus in hæresim: vel apostatam à fide: dicemus hoc I disp. 16. per totam.

6 Secunda conclusio. Ad hanc mutuam delictorum cõpensationem faciendam, nil refert vter coniugum prius fit lapsus in adulterium. Quia iura solũ põderant vtriumque coniugem simili crimine iam infici, & neutrum matrimonii fidem illæsam seruasse, non habita ratione prioritatis, vel posterioritatis delicti. Vt constat ex textibus hanc compensationem docẽtibus, quos retuli disp. præc. n. 2. Et ita docent *Gl. c. Veniens, verb. Sponte de conuers. coniug. Hostiens. c. Gaudemus, init. de conuers. coniug. Palud. 4. d. 35. q. 2. a. 2 num. 14. Sotus, 4. d. 36. q. vn. a. 1. vers. Dubium autem, Nauarr. l. 4. conf. in vtraque edit. 1. de diuort. conf. 1. nu. 1. Bart. à Ledesma dub. 65. de matrim. post. 3. concl. §. Etiam est notandum, Surdus de alimentis t. 7. q. 16. n. 33. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 54.* vbi de diuort. quoad habitationem, *§. penult. notab. 3. Pet. de Ledesm. de matrim. q. 62. a. 1. dub. 1. fin. Manuel. 1. to. summ. 2. edit. c. a. 240. n. 3.* Cũ *do sum. sacram,* vbi de matrim. *c. 7. nu. 57. casu 1.* Idque verissimum est; & nullum dubitantem inueni. Imò post sententiam diuortij adulterium admissum à coniuge, in cuius fauorem diuortium est celebratum, compensari cum adulterio prioris coniugis dimissi, satis probabiliter docent multi. Vt videbimus disp. 9. Quare falsò *Surdus proximè citatus*, imposuit, *Bolognetto conf. 15. num. 2.* ipsum sentire, exigi vt delicta sint eodem tempore commissa, vt compensatione tollantur.

7 Imò quidam hoc extendunt, vt licet prius adulterium coniugis sit condonatum ab altero coniuge innocente, si post condonationem innocens labatur in adulterium, detur illius compensatio cum adulterio illo priori cõdonato: neutrique diuertere liceat: & priori petenti diuortium obstet exceptio sui adulterij quamuis remissi. Quia quamuis adulterium remissum nequeat in iudicium deduci ad effectum accusationis, potest tamen ad effectum excipiendi contra accusantem ad diuortium. Quædam enim consequi possumus excipiendo, quæ non possumus agendo. Et quia accusans de crimine debet esse eius immunis, *c. Qui crimen. 6. q. 1. & c. 1. 32. q. 4.* Ita tenet *Hugo*, quem refert & sequitur *Turrecr. eo. c. 1. n. 4.* Idem licet satis obscurè docent *ibi Archid. ad fin. vers. Inea glossa*, ibi, *duco, adde & malè, & ibi Bellamera nu. 2. eodem vers.* & ita *Archidiaconum* intelligit, cum sequens, & referens etiam *Laurentium, Greg. Lopez. l. 8. vers. Esse missum, t. 1. p. 4.* At hoc mihi displicet. Et ideo dicendum est cum *glossa eo. cap. 1. in fine, & Astense 2. p. sum. l. 8. t. 35. art. 3. ad fin.* minimè competere coniugi posteriùs adulteranti exceptionem illius adulterij, quod condonauit, nec dari compensationem, sed posse priorem coniugem celebrare diuortium. Quia remittentibus actiones suas, non est dandus regressus. *l. Quæritur, 14. vers. Si venditor. ff. de adilit. edicto.* Deinde, quia (vt optimè docet *Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 1. vers. Dubitatio vero*) reconciliatio contractum matrimonij ad suum pristinum statum reuocauit, ac si nulla esset vsq; tunc fornicatio admissa, in quo euentu posset vtiq; prior coniux reconciliatus, à coniuge post adulterij reo diuertere.

8 Tertia conclusio. Non obstat compensationi adulterij mutui, si alter coniux plurima adulteria, alter verò vnum solum admiserit. Quia cum vterque fregerit fidem, delicta censentur paria. Iura enim fractionis fidei, non autem numeri rationum habent. Hæc videtur contra DD. relatos, nu. 4, fine, dicentes paria crimina quoad compensationem hanc faciendam censeri, quãdo datur æqualitas in quantitate & qualitate. Quos merito reprobat *Anan. c. penult. n. 5. de adult.* Et ideo hanc concl. docent *Sotus 4. d. 36. qu. vn. a. 1. vers. Dubitatio vero, Angel. flor. b. 1. p. de matrim. qu. 9. de diuort. a. 1. diffic. 2. concl. 1. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 54.* vbi de diuort. quoad habitationem. *§. penult. notab. 3. Cas. cdo sum. sacram.* vbi de matrim. *c. 7. n. 57. casu 1.*

9 Quarta conclusio. Quamuis adulterium alterius coniugis sit occultum, solique Deo cognitum, alterius verò publicum, nequit adulter occultus diuortium petere, sed tenetur compensare adulteria. Nam in foro conscientiæ occulto non desideratur probatio per testes, sed sola veritatis cognitio. Quare nil interest an fornicatio secreta sit nec ne, quando ipsi coniugi cõstat se fornicatum fuisse. Præterea vxori adulteræ publicè, cuius vir occultum adulterium perpetrauit, non deficit ius excipiendi vt crimen suum alterius crimine tollat: sed sola deficit probatio. Propter defectum autem probationis, etsi in foro contentioso à causa cadat, non tamen in foro conscientiæ. Sicut qui reuera æs alienum contraxit, licet creditor probare nequeat, reuera debitor est, nec poterit simile debitum sibi ab eodem recuperare, sed compensare tenebitur. Atque ita docent ex iuris per. *Gosfred. sum. t. de diuort. nu. 15. Host. sum. co t. nu. 13. in princ. & c. fin. n. 3. de adult. & ibi Ioan. And. n. 7. Anchar. num. 5. Idem Ioan. Andr. c. Constitutus num. 1. de conuers. coniug. Anton. n. 3. Anchar. n. 3. Abb. n. 8. fin. idem Abb. c. Significasti, in fin. de diuort.* vbi *Alex. de Neuo n. 9. Henric. c. Ex literis, n. 23. de diuort. & c. fin. n. 14. de adult. Albertc. in suo diction. lit. D verb. Diuortium, vers. Quid si vir. & lit. M. verb. Matrimonium, 2. & vers. Quid si aliquis coniugum. Archid. c. Nihil. 33. q. 3. num. 2.* vbi *Bellamera n. 1. Turrecr. n. 1. Ioan. de Friburgo sum. confes. l. 4. t. 22. q. 15. Monald. summ. tit. De diuortijs, §. Propter quid fiat diuortium, vers. Item pone quod vir. Rosella Matrimonium, 7. nu. 1. Sylvest. verb. Diuortium, q. 9. vers. 7. & Matrim. 9. q. 6. fin. Tabiena Matrimonium 4. q 1. casu 1. Armill. verb. Matrimonium, num. 7 4. casu 1. Brunel. de spons. alib. concl. 30. declarat. 8. nu. 12. vers. Primus est. Nauar. l. 5. conf. in 1. edit. t. de adult. conf. 1. n. 3. & 4. & in vtraque edit. l. 4. t. de diuort. conf. 3. n. 1. 2. & 3. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 217. 231. Lancel. instit. iuris can. l. 3. t. de diuortijs, §. Multum autem interest verb. Nisi* Et ex Theologis, *D. Th. 4. d. 25. q. vn. a. 6. ad 5. & ibi D. Bonau. in expos. lit. n. 1. & a. 1. q. 1. in fin. corp. & ibi Palud. q. 1. a. 2. casu 1. n. 11. Vincent. speculo doctrin. to. 2. l. 9. c. 90. & l. 10. c. 42. Abulens. c. 19. Matth. qu. 75. in solut. ad vlt. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 1. vers. Dubium autem:* & quamuis limitet dummodo alter coniux probare possit illud adulterium: intelligitur vt in foro externo audiatur: atque ita *ca. q. a. 6. in fin.* dicit idem esse dicendum, vbi adulterium alterius ita occultum est, vt probari minimè possit *Petr. de Soto lect. 12. de matrim. col. penult. Castro l. 2. de lege pœn. c. 4. §. Vt nostram, Os. and. 1. d. 32. q. vn. propos. 2. casu 1. Pal. æ. 4. d. 27. disp. 3. colu. 22. vers. Sed quid si vir. f. 603. Veracruz 3. p. speculi. a. 6. conclus. 1. Angles flor. b. 1. de matrim. q. 9. de diuort. a. 2. diffic. 7. Pet. de Ledesm. de matr. q. 62. a. 1. dub. 1. fin. Barth. à Ledes. dub. 65. de matrim. post. 3. concl. §. Etiam est notandum, Enriq. l. 11. de matrim. c. 17. n. 3. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 240. nu. 3. Vega 1. to. sum. c. 13. casu 3.* Nec audiendus est *Enriq ibi*, dicens esse culpam venialem, si vir occultus adulter vxorem manifestè adulteram dimittat, accusetve. Quia cum res grauissima sit diuortium celebrare, si occultus adulter iure dimittendi caret, vt omnes DD. allegati fatentur, non potest esse culpa venialis tunc dimittere diuortium celebrando. Atque ideo *Abulens. & Castro eisdem locis citatis*, docent esse culpam lethalem. Cauendum est etiam ab Ouando, qui loco citato ait nõ esse improbabile, asserere occultum adulterum dolentem de suo adulterio posse negare debitum adultero cõiugi manifesto: retenta opinione Caietani, asserentis occultum adulterum non priuari ipso facto iure exigendi. Quam etiam nos tenuimus l. 1. disp. 68. n. 4. Quia iuxta eam opinionem

nionem solum conceditur coniugi occultè adultero, vt non priuet se iure exigendi debitum, donec ab innocente coniuge illius adulterij conscio priuetur. Non tamen ipsi conceditur vt possit diuertere à coniuge similiter adultero, eius adulterij ignaro. Quoniam ius diuertēdi soli coniugi, qui non est infectus simili adulterio, est permissum. Vt diximus n.1. Nec obstat illud adulterium esse occultum, & coniugi publicè adultero ignotum. Quia hoc nil refert si ad forum conscientiæ attendas, in quo sola rei veritas inspicitur. Quod si tandem obiicias *c. Significasti, de diuort. & c. penult. de adult.* vbi videtur peti ad hanc compensationem mutuam, vt vtrumq; adulterium sit notorium. Quod idem videntur docere *Gloss. in c. Significasti, verb. Nisi constaret, & Ioan. And. c. fin. n. 1. de adult. & ibi Host. n. 1. Ant. n. 4.* Id minimè obstat. Quia non agunt de compensatione in foro conscientiæ facienda: sed quando mulier dimissa à viro adit iudicem petitura restitutionem: & vir exceptione adulterij notorij impedit restitutionem. Tūc enim dicunt hi DD. iuxta illorum textuum decisionem, non esse audiendam mulierem, vt restitutio ab ipsa petita concedatur, si contra exceptionem sui adulterij notorij replicet allegans adulterium viri, nisi illud etiam notorium fiat: alias impediretur restitutio, donec vir adulterium probetur, illo autem probato restitutio fiet compensans hinc inde adulteriis. Et sic id explicant *Innocent. in c. Significasti, n. vn. super verb. Constaret, & Host. ibi, in fin.*

6 Vnicum tamen excipiemus casum, in quo viro adultero liceret vxorem æquè adulteram dimittere: nempe, si inter vtrumque coniugem per tranſactionem conuenisset, vt vir non accuset vxorem adulteram ad pœnam capitalem ipsi infligendam, (id enim non obstante suo adulterio potest efficere, quamuis quoad diuortium & pœnam ciuilem cōpensentur adulteria, vt diximus disp. 8. nu. 46.) ea lege vt vxor in locum aliquem honestum se recipiat, vbi separata ab ipsō viro vitam transigat. At absque vxoris consensu id efficere nequit. Quia potest illa eligere pati accusationem. Nec etiam id in pactum deducere potest, quando ius accusandi criminaliter amittit lapsu temporis, vel alia causa: vel quia deficit probatio. Non enim pœna hæc debetur ante iudicis sententiam: nec vxor criminaliter accusari potest deficiente probatione, & si accusetur, non tenetur fateri suum crimen. Nec obstat super adulterij crimen transigi non posse, *l. Transigere, 18. c. de transact. & l. De crimine, 10. C. ad l. Iul. de adult.* Cuius decisionis varias affert rationes *Paulla ea. l. Transigere, a n. 72. vsque ad 79.* sed potissima est, propter frequentiam huius delicti ad accendum ab eo. Quod est adeò verum, vt pactionem etiam gratuitam similiter esse prohibitam statuerint *Alberic. & Grossed. citati per Paullam d. l. Transigere. num. 95. contra Azonem sum. 1. de transact. nu. 4.* Non (inquam) obstat. Quia opinionem *Azonis*, explicans ius ciuile, approbat *l. reg. 22. t. 1. p. 7.* ibi: *Fuera esto de si el yerro fuesse de adulterio. Ca en tal caso, como este, non puede ser fecha auenencia por dineros. Mas bien se puede quitar de la accusacion el marido, si quisiere no recibiendo precio ninguno por ello.* Vnde *Barbosa l. 2 p. 1. in princ. num. 115. ff. solut. matrim.* dicit cum *Gama in suis decisionib. p. 1. decis. 63. num. vn.* non valere remissionem adulterij pecunia factam, vel sub alio pacto lucrum afferēte ipsi marito: secus sub alio quouis pacto carenti eo lucro. Et exemplificat *Gama*, vt est pactum, vt vxor includatur, exulerve. Idemque sequitur *Additionator ad Gamam in additionibus ad illam decisionem, quæ habentur in fine illius tomi.* Et reddit rationem. Quia cū possit vir adulteram præcedenti iudicis sententia occidere, potest transigere, vt minorem pœnam admittat, quo mortem iuste ibi inferendam euadat.

7 Vtrum autem adulter volens adulteram criminaliter accusare, teneatur ei debitum reddere? dicam disput. 14. num. 8.

8 Vltima conclusio. Exceptio adulterij quando de illo agitur ciuiliter, vt quoad diuortium vel dotis amissionem, est peremptoria. atq; ita opponi potest ante & post litem contestatam, & quocumq; tempore vsq; ad sententiam. Sic colligitur ex *c. penult. & c. fin. de adult.* & docent *Innoc. ea cap. penult. ad finem, & ibi Hostien. n. 7. Anton. n. 6. Abbas fin. Anchar. n. 20. Cardinalis n. 1. qu. 2. Ananias n. 10. vers. Vltimo quærit. Ioan. Andr. ea c. fin. n. 3. & ibi Anchar. num. vlt. in fin. Ananias inst. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 6. n. 6.* & Bartolo atque aliis relatis *Barbos. l. Viro atque vxore 40. n. 3. ff. soluto matr.* Quare audiendi non sunt *Ioan. Lupus rubrica de donat. §. 20 nu. 5. & Andr. ab Exea rubr. ff de pactis, num. 377.* dicentes contrarium per *l. Si maritus, §. Præscriptiones ff. ad l. Iuliam, de adult. & l. 7. tit. 17. p. 7.* Sed respondet bene *Couar. & Barbosa*, eos textus accipiendos esse, quādo criminaliter agitur de adulterio. Vnde quando agitur ciuiliter de adulterio, potest etiam post litem contestatam excipi de simili adulterio vel lenocinio mariti. Secus si agatur criminaliter. Et rationem differentiæ tradit *ibi Barbosa.* Quoniam in causa ciuili, ea exceptio diluit omnino delictum adulterij vxoris per virum obiecti, & eum omnino ab actione excludit: vnde habet vim exceptionis peremptoriæ, quæ vsque ad sententiam opponi potest, *l. Peremptorias, C. sent. rescind. non posse.* At in causa criminali exceptio lenocinij non petitum delictum, sed tantum excludit virum à iure accusandi: cuius loco quilibet accusare potest. *§. Item lex. Iul. Inst. de pub. iudic.* Et ideo habet vim exceptionis dilatoriæ, quæ ante litem cōtestatam est opponenda, *l. pen. & l. fin. C. de except.* Potest etiam exceptio similis adulterij opponi in modum & vim declinatoriæ, vt non est audiendus petens diuortium, quia similiter adulteratus est. Sic *Innoc. c. per ea de fin. de adult. & ibi Hostien. n. 8. Anton. n. 6. Abb. fin. Cardin. num. 1. q. 1. Ioan. And. c. fin. n. 3. de adult. & ibi Ananias inst.*

An autem lata diuortij sententia possit coniux reus opponere exceptionem fornicationis ante sententiam ab alio coniuge admissæ, vel actionem de illa intentare? dicam disp. 9. n. 25.

DISPVTATIO VII.

Vtrum quando vterque coniux est adulter, & alter corrigitur, altero in fornicatione persistente, liceat coniugi emendato diuortium: an potius mutuæ illæ fornicationes compensentur?

SVMMARIVM.

Semel adulterium remissum, facta, per alterum relabente in eodem adulterio, ius accusandi illud, si coniunx nullam obtulerit reconciliationem, non amittit. Et quando reconciliatio ipsa censenda sit facta.

Quæ, si nulla reconciliatio præcesserit, an possit coniunx emendatus opponere in adulterio diuortium. Et Reformatur disputationis, num. 2. & 3.

Proponitur sententia Auctoris n. 4.

Subiungitur argumenta n. 5.

1 IN hac disput. id supponendum est tanquam notum apud omnes, nimirum, si ambo coniuges in adulterium lapsi, ad pristinam redierint amicitiam, eaque reconciliatione facta alteruter relabatur in adulterium, posse alterum ratione huius noui adulterij ab eo diuertere. Quia reconciliatio illa matrimonium ad suum antiquum vigorem restituit, perinde ac si nullum esset vsque tunc adulterium admissum. Vnde fit vt coniux postea delinquens reus diuortij fiat. Atque ita tanquam certū fatentur *Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 1. vers. Dubitatio vero, Ledesma 2. p. 4. q. 64. a. 2. paulo ante §. Erat secundum dubium, Pet. de Ledesma de matrim. q. 62. a. 1. d. 2.* Imo & si alter solus sit fornicatus, & coniux innocens remittat adulterium, si ipsemet post remissionem adulteretur, non poterit alteri petenti diuortium obicere adulterium, quod illi condonarat, vt dixi disp. præced. nu. 7. Nec si post remissionem coniux ille reconciliatus, iterum adulterium committat, poterit de adulterio prius remisso accusari, sed duntaxat de eo nouo, vt dixi disp. 5. num. 20. & 21.

Diffi-

2 Difficultas autem eò pertinet. An quando vtroque coniuge fornicante, reconciliatio minime præcessit, sed alterius coniugis emenda altero in fornicatione persistente, possit coniux emendatus diuertere? Qua in re triplicem inuenio sent. Prima ait id minime licére. Ducitur 1. Quia ad diuortium celebrandum nil confert, vter prius, aut posterius, sæpius, aut rarius adulteratus sit. Vt probauimus disp. præced. nu. 6. & 8. Quæ sola ratio vrgere videtur, vt coniux iam emendatus possit à pertinaci diuertere, tanquam ab eo, qui est in vltima mora, & post mutuam delicti compensationem, plurium adulteriorum reus. Secundò quoniam ad diuortium, impediendamque mutui delicti compensationem, nil iuuat alterius coniugis emenda ac pœnitentia, vtpote quæ solum Deo reconciliat, nec abolet iniuriam per adulterium matrimonio irrogatam. Quare integrum est coniugi impœnitenti illud adulterium opponere, dum id minime condonauit reconciliatione facta. Atque ita sentiunt *Ledesma, & Petr. de Ledesma, num. præced. allegati.*

3 Secunda sententia docet, coniugem illum resipiscentè, & iam emendatum, posse diuertere ab adultero incorrigibili, & in fornicatione persistente. Probat, quia iam non censentur paria delicta, vt cõpensatio impediatur. Quandoquidem vnum est emendatum, & alterum perseuerat. Secundò, quia vltima mora nocet, & est quæ trahit ad se periculum & damnum, *l. Illud, ff. de periculo & commodo rei vendita:* & pacta nouissima, 12. C. *de pactis.* Tertiò, quia adulter facta iam pœnitentia, ad pristinum statum est iam restitutus, & factus innocens: poterit ergo diuertere à coniuge postmodum adulterante, ac si ipse adulterij minime reus esset. Sic sentiunt *Goffred. sum. t. de diuort. n. 15.* vbi *Hostiens. in sum. n. 11. in princ. Palud. 4. d. 35. q. 1. a. 2. nu. 12. D. Antonin. 3 p. t. 1. c. 21. § 6. casu 7. Syluest. verb. Diuortium, q. 9. casu 7. Tabiena Matrimonium, 4. n. 1. casu 1. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 1. v. Dubium ergo restat. Castro l. 2. de lege pœn. c. 4. § Vt nostram. Palacios 4. d. 27. disp. 3. col. 23. f. 603. ante v. Arbitror autem. Barth à Ledes. de matrim. dub. 64. § Sed dubium parum hic se offert. Mann. 1. to. 2. edit c. 240 n. 3. Vega 1. tom. sum. c. 13. casu 14.* Et videntur vniuersi hi DD. loqui, siue alter coniux monitus sit, siue non. Quia rationes, quibus innituntur, in vtroque casu id probare videntur. Et *Sotus* expresse dicit, præcipuè si alter cõiux monitus sit. Quare clarè sentit idẽ casu quo admonitio non præcedat.

4 Tertia sent. (quam probabiliorem existimo) ait, posse coniugem emendatum, si admonitus alter coniux in adulterio persistat, diuortium celebrare. Ducor, quia monitio illa & interpellatio, qua adulter adulterum interpellat ac monet, vt corrigantur, simulque habitent, vim habet reconciliationis. Sic enim interpellans & monens reconciliationem offert alteri, & ex parte sua illum reconciliat, & nil referre videtur, si alius nolit acceptare: tenetur enim admittere: quare si post labatur in adulterium, vltima mora sibi nocere debet. & perinde censebitur ac si reconciliatione facta commisisset adulterium: in quo casu diximus n. 1. ex omnium sententia licitum esse diuortium. Et addita hac monitione & interpellatione conuenimus cum DD. secundæ sent. n. præced. relatis. Quam moderationẽ ipsi etiam videntur admittere. Ponderant enim alterum esse correctum, altero pertinaci in adulterio. At non videtur pertinacia, vbi non datur admonitio & interpellatio alterius coniugis, qui pacem ac reconciliationem offert. Et ideo cum hac moderatione admittunt hanc sent. D. Bonauent. 4. d. 35. in expos. lit. n. 1. Vincent. Speculo doctrin. to. 2. l. 10. c. 42. Alberic. in suo dictionario lit. M. verb. Matrimonium, 8. vers. Quid si aliquis coniugum. Archid. c. Nihil, 32. qu. 6. nu. vbi Bellamera n. 1. Turrecrem n. 1. Henric. c. fin. n. 14. de adult. Ioan. de Friburgo sum. confess l. 4. tit. 22. qu. 15. Monaldus sum. t. De diuortius. § Propter quid fiat diuortium, v. Item pone quod vir. Rosella Matrimonium, 7. n. 4. Syluest. Matrimonium, 9. qu. 6 fin. Gaeta Matrimonium, 7. n. 4. Syluest. Matrimonium, 9. qu. 6 fin. Gaeta Matrimonium, 2. p. petit. c. Ad limina, 30. q. 1. § 4. n. 232. Lud. Lopez de matrim. 2. p. instruct. c. 54. § pen. v. Accedit ad hoc.* Et videntur tenere expresse *Nauar. l. 4. cons. in vtraque edit. t. De diuortiis, cons. 3. in fine, & Enriq. li. 12. de matrim. c. 5. fin.* vbi concedunt posse in eo casu ferri sententiam diuortij: sentiunt ergo in legitimã causam præstare: alias sententia esset iniusta. Et solum negant posse ante sententiam coniugem emendatum ad religionem transire, de qua re dicemus disp. 11. n. 13. Quod si viro emendato, & interpellanti vxor adultera coniungi recuset, iusto timore ducta, ne ab ipso interficiatur, & vir offerat sufficientem cautionem, & adhuc mulier nolit, sed persistat in adulterio, adhuc est causa iusta vt vir diuertat. Si autem vir inculpatè non præstet sufficientem cautionẽ, quia fideiussore caret: nec ipso iureiurando astricto satis fit vxori: adhuc adulterium nouum vxoris imputabitur ei ad diuortium à viro iuste celebrandum. Quia ea interpellatio & emenda viri habuit vim reconciliationis sufficientis, vt adulteria præcedentia cõpensatione abolerentur, ac quasi nouus matrimonij status inciperet: licet non sit sufficiens vt vxor cohabitare audeat. Si autem vir potens dare cautionem sufficientẽ renuat: non erit sufficiens reconciliatio. Quare nec poterit diuertere ab vxore postea adulteranti.

Ad argum. n. 2. proposita resp. 1. dic non esse solam eam rationem diuortij in hoc casu, sed adulterium admissum post monitionem & interpellationẽ, quæ vim reconciliationis habet. Ad 2. fateor non sufficere solam emendam, nisi iungatur monitio & interpellatio. Ad arg. nu. 3. relata dicit. At 1. id non constituere disparitatẽ sufficientem ad diuortium, nisi aliqua reconciliatio præcedat. Sicut nec alterum coniugem plurium adulteriorum aut posterioris adulterij reum esse. Vt probaui disp. præc. n. 6. & 8. Ad 2. dic non censeri vltimam moram & pactum nouissimum quoad diuortium, nisi adsit reconciliatio aliqua. Cum ad id non conferat vter vltimò fornicatus sit ante illam reconciliationem. Ad 3. dic restitui per pœnitentiam ad priorem statum in ordine ad Deum. 5

DISPVTATIO VIII.

An fiat compensatio mutui adulterij coniugum, etiam quoad accusationem ciuilem, vt dotis amissionem, & criminalem ad pœnam mortis, ita vt viro adultero non liceat adulteram criminaliter aut ciuiliter accusare?

SVMMARIVM.

Quot sint quæstiones disputanda, n. 1.

Quam pœnam incurrit adultera apud omnes nationes. Et amittit dotẽ, n. 2.

An perdat dotem, si vi aut metu cognita sit vxor, aut vir causam dederit adulterio, iniustè domo expellendo: vel vxor ob eius sauitiam aufugerit: vel ob osculà & amplexus extremos siue, n. 3.

An vir lucretur dotem vxoris, accusans eam criminaliter vel ciuiliter? n. 4.

Quid, si dos nondum tradita viro sit, sed promissa? n. 5.

Quid si sponsa de præsenti, qua nondum matrimon. consummauit, vel viri domum traducta non est, vel nuptiales benedictiones nondum susceperit n. 6.

Quid si matrimonii reperiatur fuisse inualidum? Et explicatur l. 81. Tauri, codice l. 4. t. 19. li. 8. recop. n. 7.

Quid, si promittens dotem stipulatus fuerit sibi reddendam? n. 8.

An vir adulteram necans acquirat dotem sibi lege ob adulterium, an aliunde causam, delatam? nu. 9. & ibi, quid, si post sibi acquisitam, vxorem occidat?

An lucretur vir bona vxoris adultera paraphorna, & alia? n. 10.

An ob adulterium viri comparet vxor donationẽ propter nuptias, n. 11.

Quid, si coniux adulter habeat filios ex illo vel ex altero matrim. n. 12.

An desideretur iudicis sententia, etiam si adulterium sit notorium, vt vir lucretur dotem & paraphorna adultera; vel vxor donationem propter nuptias viri adulteri. Et decedentibus illis ante sententiam, amittant eorum hæredes illa bona? n. 13.

An si adulter coniux testibus falsis se defendat, vel probet simile adulterium alterius coniugis, etiam post latam sententiam sibi applicantem bona, à qua tamen appellatum est, teneatur restituere ea bona, qua alter coniux innocens erat lucraturus? Et idem tractatur de quacumque re in simili euentu, n. 14.

Solus iudex Ecclesiasticus est competens in causa adulterij ad diuortiũ perpetuum vel temporale; & tunc cognoscit de dote lucranda, vel alimentis adulteræ denegandis, tanquam de accessoriis diuortio. Et an posset cognoscere de dote, quando de ea est principaliu quæstio? n. 15.

Quando agitur criminaliter de adulterio ad pœnam sanguinis, cognitio est iudicis secularis. Quando ad alias pœnas, est mixti fori, & datur locus præuentioni, n. 16.

Quæstione mota coram iudice seculari de alimentis adultera præstandis, à qua vir diuertit, si vir exceptionem adulterij opponat, cognoscere debet secularis, & potest ab Ecclesiastico inhiberi, donec de diuortio cognoscat, n.17.

An vir accusans criminaliter vxorem possit postmodum ciuiliter ad diuortium desistve amissionem accusare; vel à ciuili accusatione ad criminalem rediret Refertur quædam opinio, n 18.

Sententia authoris. Et explicatur l.vn. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet, n.19.

An saltem vir qui accusauit criminaliter vxorem, & succubuit, vel desistit, possit nolle recipere vxorem, & aduersus illam iudicem adeuntem, tueri se adulterij exceptione n.20.

Quod vna via non licet, non debet alia concedi. Et actio exceptioni est fauorabilior: sæpeque illa negata hæc conceditur. Et quæries obstat exceptio rei iudicatæ, obstat similiter exceptio litis pendentis. Eodem numero 20. Et ibi, quando sententia lata in accessorio præiudicet in principali.

An si ante vel post sententiam diuortij coniuges reconcilientur, nullo inter ipsos pacto inito, recuperet adulter bona ob adulterium deperdita? nu.21. & ibi, remissio tam in delictis, quàm in contractibus, est fauorabilis & extendenda.

Quid, si pacto inito lucrandi dotem vir remittat adulterium? Et an in foro conscientiæ pretium receptum ob adulterij remissionem sit restituendū. Et explicantur l. Transigere, C. de transact. & l. 22. t. 1. p. 7. num. 22. Et ibi, quid si vir remittat ea lege vt vxor seorsum habitet, an sint ei reddenda bona.

An vxori adultera teneatur vir alimenta præstare? Refertur duplex sententia, n.23. & 24.

Sententia authoris, n.25.

Quid, si iniustè domo expulsa fornicetur, n.26.

An ob oscula & amplexus possit vxor alimentis priuari, n.27.

An lite pendenti ad diuortium, teneatur vir alimenta ac litis expensas præstare vxori, n.28.

Post n.28. inuenies alia summaria.

1 QVo perfectè huius disputationis decisio intelligatur, oportet præmittere pœnas, tam ciuiles, quàm criminales, adulterij. Et ideò quadruplex quæstio disputanda est. Prima de pœnis ciuilibus adulterij. Secunda, an fiat compensatio adulterij vtriusque coniugis quoad pœnas & accusationem ciuilia? Tertia, de pœna criminali, & an maritus licitè interficiat vxorem adulteram? Quarta, an vir adulter possit vxorem accusare ad pœnam capitalem infligendam, vel compensentur adulteria?

2 QVAESTIO I. Quæ sunt pœnæ ciuiles adulterij? Et ne in hac re immoremur circa pœnas adulterio indictas apud vniuersas nationes, consulendus est latè de illis disserens, & ostendens quàm odiosum vbique gentium fuerit, *Menoc. de arbitrar. l. 2. cent. 5. toto casu 419.* Prima ergo vxoris adulteræ pœna est, vt perdat dotem, viroque accrescat, *l. Plerumque. de donat. inter vir. & vxor. l. Consensu, §. 1. C. de repud. l. vnic. §. Taceat, C. de rei vxoriæ action. l. Miles, §. Socer. ad l. Iul. de adult.* Et quamuis *Plautius rubr. C. de edendo. nu. 46.* intelligat *c. d. Plerumque* solum velle vxorem non posse dotem repetere, vt sibi post separationem restituatur, at *Menoch. l. 2. de arbitr. cent. 3. casu 287. n. vlt.* dicit hunc intellectū sustineri non posse. Quia supponit dotem aliquando repeti posse, etiamsi vxor non sit viro reconciliata, nempe soluto matrimonio per alterutrius mortem. Cùm tamen textus non ad tempus limitatum, sed absolutè repetitionē neget. Et similiter eundem reprobat *Barbosa l. 2. p. 1. in princ. nu. 53. ff. soluto matrim.* vniuersi enim textum illum intelligunt, vt propter vxoris adulterium vir lucretur dotem. Atque ita intelligunt *Abb. cap. fin. n. 3. de adult.* & ibi omnes, *Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 6. nu. 1.* & dicit esse receptissimum *Inl. Clar. lib. 5. recept. §. Adulterium, n. 13. vers. Et sciat.*

3 Vtrum autem ab hac pœna excusetur vxor, si vi vel metu cognita sit, dixi disp. 5. n. 15. & seq. Et quid, quando vir causam tribuit adulterio, eam domo expellens, aut ita crudeliter tractans, vt eius sæuitiam timens aufugerit? ibi nu. 10. Et an dotem perdat propter oscula & amplexus, dixi disp. 4. n. 11. & 12.

4 Et quamuis non modica controuersia sit, an attento iure communi habeat hoc verum, siue vir accuset vxorem ciuiliter, siue criminaliter. Et communis sententia habebat id in vtroque euentu esse verum. Vt reprobato Bartolo id tantum admittente quando vxor criminaliter accusatur, docent *Anton. Gomez l. 80. Tauri n. 47. vers. Imo etiam. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 6. n. 4. Iul. Clarus li. 5. recept. §. Adulterium, n. 13. v. Et sciat. Barbosa l. 2. p. 1. in princ. num. 57. ff. soluto matrim.* Imò quando vir accusabat vxorem criminaliter, alio pacto diuidebatur dos. Vt tradunt *ibi Anton. Gom. Couar. & Barbosa.* At attento iure regni huius Castellæ res est certa, viro accusanti ciuiliter vel criminaliter vxoris adulterium, acquiri dotem. Quod constat ex *l. 1. t. 20. lib. 8. noua recopil.* & docent *Ant. Gomez, & Barbosa n. 58. Cantera quæst. crimin. quæst. tangentibus punitionem delicti, c. 4. n. 41. notab. 3.*

Habet etiam idem verum, non tantum quando adulterij tempore dos erat tradita viro, sed etiam quando solum permissa. Nam ob vxoris adulterium applicabitur viro. Cùm iura indistinctè de dote loquantur. Quod docent *Ioan. Lup. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 20. statim in princ. Cifuentes lib. 81. Tauri v. Sed circa præmissa. Castillo* alios referens *l. 81. Tauri, ad fin. Rolandus cons. 50. n. 8. vol. 1. Azebedo li. 8. recop. t. 20. l. 4. num. 40.* Addit bene *Cifuentes* idem esse dicendum, siue promittens dotem fuerit in mora soluendi, siue non. Quoniam ius minimè distinguit. 5

Insuper idem accipiendum est in sponsa de præsenti, quæ ante matrimonij consummationem adulterium admisit: priuatur enim dote, eaque viro acquiritur. Quod attento iure communi probant per *l. Nihil interest, ff. rerum amot. Ioan. Lupus rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 20. n. 1. Anton. Gomez l. 80. Tauri, n. 47 Iul. Clarus lib. 5. receptarum, §. Adulterium, v. Sed hæc omnia.* Quod expressè decidit *l. 3. t. 20. lib. 8. recop. legum huius regni.* Atque ita idem dicendum est, licet sponsa illa de præsenti nondum sit sponsi domum traducta, nec nuptiarum benedictiones receperit. Quod probat generalitas illius legis. Et ex multis alijs probat *ibi Azebedo n. 1. & seq.* & ante ipsum *Cifuentes l. 81. Tauri in fine.* 6

Quando autem matrimonium in facie Ecclesiæ contractum, reperiebatur ob aliquod impedimentum fuisse nullum, non leuis est controuersia inter DD. attento solo iure communi, num dos amitteretur. Quibusdam affirmātibus, alijs verò negantibus. Quos omnes refert *Barbosa l. 2. in princ. p. 1. n. 93. & 94. ff. soluto matrim.* vbi bene vtramque sententiam ad concordiam sic reducit: Si obtenta sent. dote, eaque applicata marito, vxor matrim. fuisse nullum opponat, minimè audietur. *Reg. Res indicata. ff. de regul. iur.* Secus si ante sent. Cum enim verè non fuerit adulterium, nequaquam adiudicabitur marito dos. Quam etiam cōcordiam sequuntur alij, quos ibi refert. At attento iure huius regni Castellæ, constat priuari dote vxorem illam. Quoniam *l. 81. Tauri, hodie l. 4. t. 20. l. 8 recop.* expressè deciditur, eisdem pœnis puniri adulterium commissum in matrimo. existimato, ac si matrim. esset legitimum, Et ita annotant *Anton. Gom. ea l. 81. n. 48. Azebedo ea l. 4. n. 16. Barbosa eo. n. 94.* Quæ tamen lex est intelligenda, quando matrimon. fuit irritum ob aliquod impedimentum: secus si ob defectum consensus, vel metu cadenti in virum constantem initum fuit, ac ideò nullum defectu pleni consensus. Sic latè probans *Castillo l. 81. Tauri. nu. 2. Et ibi Cifuent. paulo post princ. Anton. Gomez n. 48. Azebedo li 8. recop. t. 20. l. 4. n. 25. & 26.* 7

Quod si promittens dotem stipulatus sit eam sibi soluto matrimonio reddendam, minime eam lucrabitur maritus vxore adulterante. *l. Ex morte, versic. Simili quoque modo, C. de pactis conuent.* tradunt *Glossa & DD. l. Si dotem marito, C. de iure dotium.* Sic *Cifuentes l. 81. Tauri, limitatione 2. Azebedo lib. 8. recop. t. 20. l. 4. n. 29.* 8

Similiter dotem vxoris minime lucrabitur vir, authoritate propria ipsam etiam in adulterio repertam interimens. Qui enim propria authoritate ius sibi dicit, etiam lege permittente, legale commodum minimè consequitur. *l. Interdum, §. Qui furem, ff. de furtis.* Quod etiam attento iure communi docet alijs relatis *Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 7. n. 7.* Idemque decidit *l. 82. Tauri, hodie l. 5. tit. 20. lib. 8. recop. legum Castellæ,* vbi definitur virum occidentem propria authoritate adulteros, amittere bona omnia quæ ob adulterium vxoris sibi lege adiudicantur: secus si authoritate iudicis eos sibi traditos enecet. At si sententia iudicis sibi iam bonis adulteræ applicatis, contingat 9

vt

vt vir adulteram etiam ob crimen præcedens occidat, nequaquam tenebitur in foro conscientiæ dotem semel acquisitam restituere. Quia nullo iure cuietur vt post acquisitionem, illam deperdat. Nec si dos marito ex alia causa deferatur à lege, amittet eam interficiens propria authoritate adulteram. Vt cum *Alexan. per eum citato* docet *Couar. n.7. proxime allegato.*

10 Secunda pœna vxoris adulteræ est, vt amittat bona parapherna, ceteraque bona, ac ea viro adiudicentur. Et quidem, si solum ius commune attendamus, controuertitur inter DD. de veritate huius pœnæ. Quidam affirmant: & ducuntur, quia *cap. Plerumque, de donat. inter vir. & vxorem*, dicitur viro adiudicari dotem ac dotalitium vxoris: nomine autem dotalitij intelligunt bona parapherna. Sic *Gloss. eo c. Plerumque, verb. Dotalitium. Felinus c. Pastoralis, nu. 5. vers. Mulier impudica, de iudiciis. Hippol. de Marsi. cons. 134. num. 2. Ead. Rom. singul. 312. alias 315. num. vnic.* vbi *Addition.* multos refert. *Beroius rubr. de iudiciis nu. 22. Couar. 4 decret. 2. p. c. 7. §. 6. nu. 2. Costa c. Sipater, 1 p. verb. Legauit, n. 46. de testam. in 6. Perez li. 8 ordin. t. 15. l. 2. f. 290. Iul. Clarus l. 5 receptar. §. Adulter. n. 15. vers. Adde quod. Bossius pract. crim. t. de coitu damnato, n. 54. Ant. Gabr. to. 1. comm. l. 1 in mea edit. f. 21.* Alij autem id negant. Quia parapherna non dicuntur dotalitium vxoris. Nec in materia pœnali, qualis est hæc, oportet verba extendere, sed potius restringere. Vnde nomine dotalitij intelligitur donatio propter nuptias, quæ olim erat in vsu, & appellabatur dos vxoris, illam enim dabat vir in dotem vxori: (vt dixi lib. 6. disp. 1. n. 1.) & quamuis soluto matrimonio redibat ad virum dantem: at si ex pacto inito esset vxoris in perpetuum, ea adulterante adiudicatur viro, iuxta *d.c. Plerumque.* Atque ideo hanc partem (quæ verior est) sustinent *Abbas d.c. Plerumque, n. 8. Anton. ibi. n. 6. Præpos. n. 5. Decius c. Pastoralis, n. 31. de iudiciis. Angel. verb. Adulterium, n. 3.* vbi *Syluest. q. 6. Tabiena q. 1. n. 2. Armilla verb. Dos, n. 13. Cantera quæst. crim. q. tangentibus punitionem delicti c. 4. n. 8 Barbosa l. 2. p. 1. in princ. n. 56 ff. solut. matrim. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 295. q. 2. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 99 num. 1.* At attento iure regni Castellæ, bona parapherna & reliqua vxoris adulteræ adiudicantur viro, *l. 1. t. 20. lib. 8. noua recop.* notat *Cisneros l. 81. Tauri, vers. In eadem lege. Cantera proxime alleg. Azebedo d. l. 1. n. 18.* imò & bona adulteri lucratur vir per illam legem. *Azebedo ibi, Barbosa n. 64.*

11 Vxor etiam ob viri adulterium lucratur donationem propter nuptias. *l. Consensu, §. Si vero, C. de repud. & auth. vt liceat matri & auia, §. Quia vero plurimas, versic. Si de adulterio.* Et tradunt *Glossa* & communis *c. 1. verb. Receperet, vt lite non contest. Abb. c. Tua, de procur. fine, & c fin. nu. 3. de adult. & c. Plerumque, n. 6. de donat. inter vir. & vxor.* vbi *Alexand. de Neuo n. 7. Ioan. Lupus rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 20. n. 1. Decius reg. Semper in contractibus, 157 n. 6 ff. de reg. iuris. Palud. 4. d. 35. q. 1. a. 5. n. 34. Rosella verb. Diuortium, nu. 14. Angel. verb. Adulterium, n. 3.* vbi *Syluester q. 6. Tabiena verb. Dos, q. 11. nu. 12. & ibi Armilla n. 13. Rolandus cons. 50. 2. nu. 6. vol. 1 Brunel. de sponsal. concl. 30. declarat. 8. n. 12. Perez li. 5 ordin. tit. 1. l. 1. fol. 21. verb. Tres bienes. Quesada quæst. iuris ciuil. c. 18 n. vn. casu 5. Rojas singul. 214 fin. Iul. Clarus li. 5 recept. §. Adulterium, vers. Adde quod. Surdus de alimentis, t. 7. q. 16. n. 30. Barbosa* alios referens *l. 2. p. 1. in princ. n. 98. & rubr. 2. p nu. 38 ff. solut. matrim.* Quamuis minus bene contrarium doceant *Guido Pap. singul. 885. in fin. Tiraq. l. 1. connub. gloss. 1. p. 1. n. 45 fine.*

12 Excipiendus tamen est casus, si vxor habeat filios ex eo aut ex alio matrimonio. Tunc enim maritus dum viuit, habebit vsumfructum illorum bonorum: at eo mortuo succedent filij in bonis adulteræ. Quod attento iure communi bene probat multis relatis *Barbosa l. 2. p. 1. in princ. nu. 62. ff. soluto matrim.* At ius huius regni Castellæ difficultatem facit. Quia *l. 1. a. 20. lib. 8. noua recop.* deciditur filios adulteræ in eius bonis succeſsuros. Sed optimè *Barbosa ibid. n. 63* sic conciliat. Si adultera interficiatur à viro authoritate iudicis sibi eam occidendam tradentis, bona eius statim ad filios pertinent, quoad proprietatem & vsumfructum (tu intellige nisi sint filijfamilias eiusdem viri, tunc enim non ratione adulterij, sed ratione potestatis paternæ retinebit vsumfructum illorum bonorum aduentitiorum, perinde ac si mater non fuisset adultera.) Si verò agatur ciuiliter, ita vt vxor minimè moriatur, obtinebit maritus, dum superstes fuerit vxor adultera, vsumfructum illorum bonorum, etiamsi sint filij ex alio matrimonio nati: ea verò mortua succedent plenè filij in eis.

Rogabis forsan, num desideretur iudicis sententia, quo 13
adultera dotem cæteraque bona amittat? Quia in re facilis ac in promptu videtur solutio, nempe desiderari. Est enim pœna: ac proinde sententiam iudicis postulat. Quod docent *Hostiens. c. Porro, num. 3. de diuort. & ibi Ioan. Andr. nu. 3. Anton. num. 12. Anchar in fin. Alexand. de Neuo num. 10. Præpos. num. 4. Calderin. c fin. de adult. & ibi Abbas n. 6. Cardin. num. 2. vers. Quæro an vir. Ananias* referens *Florianum n. 4. vers. Circa vltimam q. Bald. c. Exparte. na. 8. de consuetud. Ioan. Lupus rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 34. nu. 5. Astensis sum. 2. p. l. 8. t. 33. a. 2. paulo post principium. Bertachinus in suo repert. lit. A. verb. Adulter. vers. Adultera perdit dotem. Couar. 4 decret. 2 p c. 7. §. 6. n. 1. Auiles c. Prætorum, proœmio glossa don Fernando, in fin. Villalobos in communibus opinion. lit. A. verb. Adulterium, n. 94. Perez l. 8 ordinam. t. 15. l. 2. f. 190. vers. Dubium est. Mexia taxa; auu, conclus. 6. n. 93. Cenedo in collectaneis iuris collect. 154. nu. 8. Anton. Gabr. to. 1. commun. opin. l. 1. in mea editione, verb. Adultera, f. 21. col. 1 Emmanuel Sa sum. verb. Diuortium, v. penult. Hieron. Llamas in methodo curationis animarum 3. p. c. 3. § 8. Manuel 1. tom. sum. 2. editione, c. 99 num 1.* Idem docent de donatione propter nuptias, quam vir adulter perdit, *Host. Ioan. Andr. Anchar. Cardin. Ananias ibidem.* Hinc inferunt *Baldus, Ioannes Lupus, Auiles eisdem locis*, hæredes vxoris decedentis ante sententiam non perdere dotem. Quia pœnæ delictorum intentatorum non transeunt ad hæredem, *l. 1. C. ne ex delict. defun.* Sed huic doctrinæ fortiter obstat textus *c. Plerumque de don. inter vir. & vxor.* ibi: *Si mulier ob causam fornicationis iudicio Ecclesiæ aut propria voluntate à viro recesserit, nec reconciliata postea sit eidem: dotem vel dotalitium repetere non valebit.* Vbi æquiparat textus ad lucrum dotis adulteræ viro acquirendum, iudicio Ecclesiæ aut propria voluntate viri vel vxoris diuortium factum esse. Vnde *Abbas ibi, num. 4. Rosella verb. Diuortium, n. 14. Angelus verb. Adulterium, num. 6.* vbi *Syluester quæstion. 6. Tabiena quæst. 1. n. 2. & verb. Dos, q. 13. num. 12.* vbi *Armilla num. 13.* inferunt, ad dotem lucrandam, pariter esse matrimonium separari iudicio Ecclesiæ, vel propria voluntate vxoris recedentis ob proprium adulterium, timore viri vel voluntate mariti ipsam ob adulterium notorium expellentis. Et reddunt rationem, quia adulterio vxoris existenti notorio, potest vir propria authoritate ipsam expellere. Atque concordat *Anton. eo. cap. Plerumque, num. 4.* dicens mulierem separatam ob adulterium iudicio Ecclesiæ, vel absque illo, perdere dotem. Quare videtur attento hoc textu & DD. allegatis, minimè desiderari iudicis sententiam, quo ob adulterium vxoris vir lucretur dotem: & ob viri adulterium vxor donationem propter nuptias. Sed his minimè obstantibus non est recedendum à verissima opinione citata, exigenti sententiam iudicis. Nec illi aduersantur textus & DD. allegati. Pro cuius intelligentia reuocandum est in memoriam, quod probauimus lib. 6. disput. 38. num. 34. nempe, eum cui competit exceptio, ne aliquid soluere constringatur, habere subinde ius retinendi in foro conscientiæ & externo, licet alter repetat. Cum ergo maritus propria authoritate diuertens ab vxore adultera, vel ipsa recedenti, ius habeat excipiendi contra vxorem repetentem dotem, opponens ipsi adulterium, potest retentionis iure vtens, nolle dotem restituere: sed sibi lucrari illam, quamuis sententia minime præcesserit. Quod aperte significat textus *d. cap. Plerumque*, dum non dixit virum in eo casu lucrari dotem, sed vxorem non posse repetere: significant posse maritum ratione exceptionis adulterij, quam habet, vti retentione. Idem clarius significant *Abbas ibi, num. 4. Alexand. de Neuo num. 5.* vbi cautè dicunt mulieri recedenti ob adulterium, vel repulsæ ob adulterium notorium, repetenti dotem,

obstare exceptionem adulterij: atque ita maritum absque adulteræ vxoris accusatione posse consequi dotem, excipiendo modo prædicto. Idem etiam apertè sentiunt *Angelus verb. Adulterium, num. 6. Syluester quæst. 6. Tabiena qu. 1. num. 2.* vbi dicentes in his casibus virum lucrari dotem reddunt rationem: quia si vxor repeteret, obstabit ei exceptio adulterij. Et melius *idem Syluester verb. Dos, qu. 25.* vbi ait sententia diuortij secuta acquiri dotem & paraphernaviro: at propria authoritate expulsa vxore manifestè adultera, ipsáve diuertente, acquiri ipsi viro exceptionem contra vxorem, si dotem repetat. Et quamuis *Abbas, Rosella, Angelus, Syluester hoc eodem nu. citati*, petant adulterium esse notorium, vt vir expellens propria authoritate vxorem, possit dotem retinere: id solum est ad affectum impediendi restitutionem in foro externo, mulier enim spoliata ante omnia est restituenda, vbi adulterium non est notorium. Vt dicemus hoc li. disp. 12. num. 14. At cùm in foro conscientiæ liceat diuertere viro, etiam vbi adulterium non est notorium: vt dicemus eadem disp. 12. n. 31. licebit subinde dotem retinere. Immò *Alexand. de Neuo d. cap. Plerumque, num. 5.* dicit etiam mulieri repetenti dotem obstare exceptionem adulterij non notorij: nec esse quoad dotem statim restituendam: secus si peteret se restitui ad consortium maritale, statim enim restitueretur, nisi de adulterio notorio exceptio opponatur. Et id colligit ex *Antonio eod. cap. Plerumque, num. 3.* dicenti mulierem separatam iudicio Ecclesiæ, vel absque illo, perdere dotem: *tunc to n. 5.* vbi ait ad valorem separationis desiderari iudicium Ecclesiæ, non verò ad lucrum dotis. Vnde non est audiendus *Ananias c. fin. num 3. vers. Circa vltimam quæstionem, de adult.* vbi ait virum non posse propria authoritate retinere adulteræ dotem, donec accedat iudicis sententia. Contrarium enim probauimus ratione exceptionis adulterij quâ obiicere potest vxore dotem repetenti. Ex quibus omnibus fit, vt perfectè & irreuocabiliter vir acquirat vxoris adulteræ dotem, debere iudicis sententiam accedere: vt autem iustè retinere possit ratione exceptionis, quam habet, minime sententiam desiderari. Quòd si roges quid inter vtrumque modum distet? Tres differentias inuenio. Prima est, si vxor possideret bona, non teneretur ante sententiam illis se spoliare, viroque restituere: secus sententia lata. Secunda, si ante sententiam contingeret virum fornicari, cùm mutua delicta compensentur quoad dotis lucrum (vt dicemus num. 29.) caderet à iure excipiendi, & subinde à iure retinendi dotem. At si lata sententia sibi applicanti dotem adulteraretur, non teneretur dotem iam acquisitam restituere vxori, vt bene docent *Mexia tom. 2. panis. conclus. 6. num. 63. Conedo in collectaneis iuris, collect. 154. num 8.* quia priuari illa dote semel acquisita est pœna, & ideo iudicis sententiam desiderat. Item quia non tenetur compensare illud adulterium cum adulterio vxoris præcedenti sententiam, vt redeat ad consortium coniugale. Vt dicemus disp. seq. num. 50. ac subinde nec quoad dotem. Vtrum autem iure actionis aut iudicis officio possit cogi dotem restituere in foro externo? dicemus disp. seq. num. 37. Tertia differentia est, si ante latam sententiam vir propria authoritate vxorem necet, tenebitur dotem ac cætera bona reddere: secus (vt diximus n. 9.) si semel per sententiam sint sibi applicata.

14 Sed quid, si vxor accusata legitimè de adulterio, falsis se tueatur testibus, aut simile viri adulterium probet, sicque absoluatur, an teneatur dotem & cætera bona viro restituere, & diuortio assensum præbere, ac si damnata esset? Difficultas hæc pendet ex ea quæstione. An reus legitimè interrogatus negans veritatem, falsisve testibus se defendens, teneatur pœnam restituere, qua damnandus erat. Quod satis probabiliter affirmant *Sotus l. 1. de iust q. 6. a. 9. vers. Vnum hic autem. Cast l. 2. de lege pœn c. 12. §. Ex his. P. Molina tom. 1. de iust. tract. 2 disp. 95. pag. 587.* Ducuntur, quia iniuste obstitit iuri ad pœnam quod actor obtinuerat. Et sic hæc sententia docet teneri vxorem ea omnia bona, quibus damnanda erat, viro restituere. Cæterum probabilius existimo teneri reum expensas litis, ob id factas, alteri restituere, non autem pœnam. Quoniam actor non habet directè ius ad pœnam, sed indirectè, & per accidens media iudicis sententia. Quia legislator pœnalem indicens legem, per se & directe solum intendit concedere ius ad vindictam de reo sumendam: per accidens autem, & quasi mediatè & indirectè concedere ius, vt inde lucrum pœnæ actori aut fisco accrescat. Ex quo fit, vt reus iniustè se defendens delinquat aduersus iustitiam publicam, & ius reipubliæ, vt id crimen puniatur: non tamen contra iustitiam commutatiuam, in ordine ad pœnam actori applicandam. Et ita sentiunt *Nauar. sum. hisp. cap. 28. addit. ad n. 46. c. 18 lat. c. 18. n. 49. Metinal 1. sum. c. 14. §. 35. f. 178. Angles floribus, 2. p. q de restit. legis pœnal. art. vn. diffic. vnic. concl. 5. f. 248. Aragon 2. 2. q. 62. a. 3. f. 228. col. 1 & ibi Salon controuers. 2. & ibi Bañes a. 3 dub. 2. concl. 6. f. 215. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 159 f. 362. § At Nauar. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 186. n. 6. Graßis 1. p. decis. l. 3 c. 7. n 25.* Imò id verum existimo, licèt iustè damnatus pœna aliqua pecuniaria, appellaret ex causa omnino falsa, aut falsis se protegens testibus, teneretur enim actori expensas litis restituere, nec prosequi litem, sed omittere, vt ex allegatis feratur sententia: eò quòd lis est iniusta: pœnam verò minimè tenebitur restituere, donec ab appellationis iudice confirmetur sententia. Quia prior sententia appellatione suspensa est: & subinde ea non obligat ac perinde censetur, ac si condemnatio minimè facta fuisset. Et suspendi sententiam ex eo constat. Quia vel iudex appellationē admisit, aut inhibuit iudicem à quo: & tunc non est dubium suspendi priorem sententiā. Quamuis enim appellatio esset friuola & inualida, dummodo sit intra legitimum tempus interposita, si iudex illi detulit, siue ex propria ignorantia aut scienter, suspendit, vt multis citatis tradunt *Lancelot. de attentatis 2. part cap. 12. limit 6. num. 20 & limitat. 1. à num 66. Anton. Gomez tom 3. var. cap. 12. num. 32.* Et similiter quando iudex ad quem inhibet iudicem à quo. Vt docet *Lancelotus 12 lim tat. 50. num. 118. & duplici sequenti*, vbi id defendit contra alios, licet appellatio sit interposita transacto appellationis termino. At iudex non admisit appellationem, & adhuc suspendit. Quia tenebatur admittere. Cùm non notoriè constet falsam esse causam, eo vel maximè quod hæc appellatio sit à diffinitiua sententia, in qua non est necessarium exprimere causam: & potest iustificari ex nouis actis, vt tradit alijs citatis *Maranta pract. 6. p. t. Et quandoque appellatur. num. 122. & 153.* Cùm ergo sententia illa sit per appellationem suspensa, non debebitur pœna, perinde ac si sententia lata non esset. Quod videtur tenere *Palacios l. 4. de contract. cap. 5 fol. 273 col. 2 ante vers. Porro frater*, vbi ait non teneri reum ad pœnam, donec vltima sententia damnetur. Quamuis contrarium teneat *Bejà in sua casuum summa casu 65.* Ex his ergo ad quæstionem propositam respondeo, vxorem falsis testibus se tuentem, aut opponendo falso simile adulterium viro, minimè teneri dotem ac alia bona sua viro restituere, sed litis expensas factas causa iniustæ illius defensionis, etiamsi iam sententia damnata sit, quæ per appellationem suspensa est. Quia illa priuatio est pœna non debita vsque ad sententiam iudicis, quæ aut vltima sit, aut in rem iudicatam transierit. Quamuis teneatur non appellare, vel si semel iam appellauit, nil noui intentare. Quæ constant ex ijs, quæ præmisimus. Vtrùm autem idem dicendum sit, quando coniux petit diuortium ob coniugis adulterium, & coniux adulter falsò negat, aut falsis se testibus defendit? dicam hoc libro disput. 12. num. 8.

Solus verò iudex Ecclesiasticus est competens ad cog- 15
noscendum de adulterio, vt ratione illius diuortium celebretur. Vt constat ex *cap. Tua, de procur & cap. vt lite non contestata.* Quia cùm agatur de viribus matrimonij dissoluendis, quod sacramentum est, huiusmodi cognitio est solius iudicis Ecclesiastici. Quod docent *D. Thom. 4. d. 25. q. vn a. 3. ad 5. Anton. eod. c. Tua. n. 2 & c. Cum sit, nu 16. de foro compet. & c. Plerumque, n. 2. de don. inter vir. & vxor.* vbi *Alex de*

Neuo

Nouo n.7. præsertim in princ. notab.1. Cardin. c. fin. n.2. q. penult. de adult. & ibi Anania n. vlt. Lex 7. c. 10. p. 4. Sotus 4. d. 37. q. vn. a. 3. ad fin. corp. v. Colligito ergo. Bertachin. repert. lit. A. verb. adulterio. Adulterium est crimen. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 6. n. 8. Azor. Gomez. l. 8. 0. Tauri n. 47. v. Vnum tamen. Iul. Clarus li. 5. recep. §. fin. q. 37. n. 3. v. Quæro nunquid, Ant. Gabr. to. 1 commun. opin. l. 1 in mea edit. f. 25. v. Adultery causa. Anast. Germon. l. 3. de sacrorum immunit. c. 12. n. 58. Barbosa alios referens, l. 2. p. 1. in princ. n. 140. ff. solut. matri. Viguer. l. instit. c. 16. §. 7. v. 9 imped. 10. Enrig. di. 11. de matrim. c. 17. n. 1. fin. & comment. lit. G Graffis 1. p. decis. l. 2. c. 84. n. 12. Iud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. c. 51. paulo post princ. notab. 2. Vnde non est audiendus Decius cons. 211. n. 2. cõtendens si simul agatur de diuortio & amissione dotis, eam cognitionem esse mixti fori. Quod etiam admittit cum hac moderatione, quando non est quæstio de viribus matrimonij, Afflictis l. 2. constit. rubr 11. §. 2. Sed neuter audiendus est. Imò etsi de sola coniugum separatione ad tempus ob lepram agatur, solus Ecclesiasticus est competens. Vt bene docet Couar. eodem n. 8. contra Rupellan. l. 1. forensium institut. Galliæ c. 25. Quando autem agitur de diuortio coram iudice Ecclesiast. quæstio alimentorum, & dotis amittendæ, tanquam rei accessoriæ pertinet ad eundem: Vt de dote deciditur c. De prudentia, de donat. inter vir. & vxor. Et tenet ibi Glossa loquens de dote, verb. Accessorie. Et de dote & alimentis docent, referentes Federicum Cardinalis & Ananiam proxime citati. Vtrùm autem dum causa principalis vertitur de dote, possit iudex Ecclesiasticus cognoscere, variant Doctores. Atq; affirmant dicentes esse mixti fori: vt si constante matrimonio agat vxor de dote restituendâ, eo quod vir facultatibus labatur, Innoc. d. c. De prudentia. n. vn. & ibi Abbas n. 8. Alex. de Nouo n. 9. & 10. Cardin. c. Ex literis, de pign. n. 5. oppositi. 4. & ibi Imolan. 7. Ducuntur, quia dos valde connexa est matrimonio, & ideo non mirum vt ratione huius connexionis possit iudex Ecclesiasticus qui circa matrim. iudex est, de illa cognoscere. At opposita sentent. vt solitis sit iudicis secularis, est communis & verior. Quam tuentur Glos. d. c. De prudentia, verb. Accessorie. Felin. c. Ecclesia, de constit. n. 38. Ioan. Lupus c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor. not. ab. 2. num 24. Anton. Gomez l. 50. Tauri, n. 53. Molina l. 2. de primog. c. 15. n. 76. & multis alijs citatis, latè probans & satisfaciens contrarijs argumentis Barbosa l. 2. p. 1. n. 46. & seqq. ff. soluto matrimonio. Atque idem dicendum est de causa alimentorum, quando de ea agitur principaliter. Vt bene docet Molina eod. n. 76.

16 At quoties agitur de adulterio ad pœnam sanguinis imponendam, solus iudex secularis est competens. Ecclesiasticus enim ex pœna punire interdicitur. c. Sententiam sanctum. xi. clerici vel monachi. Sic Anton. c. Cum sit, de foro comp. n. 16 & c. Tua, n. 2. de procur. vbi Abb. n. 6. Imola n. 10. Quoad alias verò pœnas est mixti fori, atque subinde datur locus præuentioni. Cum enim sit quædam sacramenti iniuria, non minus pertinet ad Ecclesiasticum iudicem, quàm ad secularem punire illud. Deinde, quia l. Quamuis. C. ad l. Iul. de adult. appellantur adulteri sacrilegi, at sacrilegium est mixti fori. c. Cum sit, de foro comp. Atque ideo ita docent Abbas eo c. Tua, n. 6. Couar. 4 decret. 2. p. c. 7. §. 7. nu. 10. Iul. Clarus & Anast. Germonius relatis prædicti Barbosa alios referens, l. 2. p. 1. in princ. n. 139 & seq. ff. solut. matrim.

17 Ex dictis infertur, quæstione mota de alimentis præstandis adulteræ à viro separatæ coram iudice seculari: virq; excipienti de sufficienti causa diuortij, nempe, de adulterio, debere secularis lite supersedere, donec Ecclesiasticus diuortij quæstionem dirimat: potestq; interim secularem inhibere. Iuxta id quod habetur c. Tuam, de ordine cognit. & c. Si iudex, in fine. de sent. excom. in 6. Sic Federic. quem referunt & sequuntur Cardin. c. fin. qu. pun. de adult. & ibi Anan. in fine.

18 Grauis autem controuersia est, num vir qui accusauit vxorem adulteram criminaliter coram iudice seculari, possit postmodum transire ad accusationem ciuilem petens diuortium ac dotis amissionem? Cuius resolutio pendet ex intellectu l. vn. C. quando ciuilis actio criminali præiudicat. Et quidem Anton. c. Tua, de procur. n. 18. & ibi Imola n. 12. docent imposita per iudicem Ecclesiasticum pœna pœnitentiali, posse secularem adiri, vt contentiosam imponat. Si verò contentiosa imposita sit, si est ciuilis, vt amissionis dotis, vel mixta, vt diuortij, non impediri, quin adire secularem liceat, vt pœna criminali, plectat, imposita verò semel criminali pœna, nullam aliam posse imponi. Et Salicet. auth. Sed hodie, n. 4. ante vers. Item quia, C. ad l. Iul. de adult. tanquàm rem constantem supponit, post accusationem ciuilem adulterij, locum esse criminali.

Sed vt huic quæst. satisfaciamus, supponẽdum est non 19
posse intentari actionem criminalem, & ciuilem principaliter, ex eadem causa consurgentia, antequam alterum iudicij absoluatur, l. vn. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet, l. Interdum, 4. ff. de publicis iudicijs. Qui textus quamuis loquatur, dùm pendenti iudicio ciuili intentatur criminale: at teste Iul. Claro li. 5. recept. § fin. q. 2. inst. procedit indistinctè, siue actio vtraque ab initio intentetur simul, siue iam cœpto & pendenti vno iudicio, aliud intentetur. Idem docet Bossius pract. crim. t. de pluribus violentijs, num. 113. Dixi principaliter. Quia si quis intentet principaliter iudicium criminale, potest deinde incidenter ciuile intentare. Vt accusans criminaliter de furto, potest deinde incidenter petere rem ablatam sibi restitui. Sic Iul. Clarus ea q. 2. v. Et hac quidem conclusio, multos alios referens: idem docet Additionat. ad Marantam pract. 4. p. iudic. d. 1 n. 6 addens posse iudicem ex officio, parte minime petente, ad id compellere. At absoluto altero iudicio, siue criminali siue ciuili, sic distinguendum est: si hæ actiones tendant ad diuersa: vt altera ad satisfactionem, altera verò ad vindictam, tunc finito vno iudicio, licet ex eadem causa intentare aliud: secus si vtrumque iudicium tendat ad idem, nempe, ad vindictam. Et sic intelligitur l. vnic. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet. V. g. actione iniuriarum potest agi criminaliter petendo vindictam ac punitionem iniuriæ: potest etiam agi ciuiliter, vt quando ait se æstimare iniuriam sibi illatam, quia illam passus est mille argenteis nummis, quos sibi applicari petit. Tunc quia hæc iudicia tendunt quos sibi applicari petit. Tunc quia hæc iudicia tendunt ad diuersa, alterum ad vindictam, alterum ad rei familiaris compensam: ideo vno finito, siue criminali, siue ciuili, fas esset aliud intentare. secus si vtrumque ad solam vindictam tenderet. Non enim iniuria affectus petit rei familiaris damnum. Sic docent Bartol. l. 2. §. 1. n. 3. ff. de vi bonorũ raptorum. Abbas c. Tua, n. 5. de procur. & c. De his, nu. 6. de accus. Boerius decis. 289. n. 6. Maranta in sua pract. 4 p. iudiciorum, d. 1. Couarr. alios referens, 2. var. c. 10. n 1. fin. Iulius Clarus li. 5. n. 9. Couarr. alios referens, 2. var. c. 10. n 1. fin. Iulius Clarus li. 5. recept. §. fin. qu. 2. ad fin. dicitque esse commune. Et Barbosa l. 2. p. 1. in princ. n. 138. ff. solut. matrim. Qui bene addit hoc esse verum, siue actor in priori iudicio vincat, siue succumbat. Non dicitur autem finitum vnum iudicium, quando in eo sententia lata est, nisi in rem iudicatã transierit. Quia ratio decisionis est, eò quod posset in vno iudicio sequi absolutio, quæ rei iudicatæ exceptionem in alio pareret: quo propterea superfederetur. Quod minimè habet locum, vbi sententiæ virtus appellatione suspensa est. Ita Bartolo & alijs relatis, dicensque esse omnium, Bossius pract. tit. de pluribus violentijs, n. 113. Ex his infertur decisio nostræ quæstionis. Vir enim accusans criminaliter vxorem de adulterio, non potest postea, etiam eo iudicio finito, accusare ciuiliter ad dotis cæterorumque bonorum amissionem: nec si à iudicio ciuili incipiat, potest ad criminale transire. Quia vtrumque iudicium tendit ad idem, nimirum, ad pœnam adulterij infligendam. Sic Abbas c. Tua, n. 5. de procur. Barbosa l. 2. p. 1 in princ. n. 138. & seq. ff. solut. matrim. Idemq; dicendum est cum Abbate ibidem, & Soto 4 d. 37. q. vnic. a. 3. ad fin. corp. vers. Colligito ergo. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 265. §. penult. & 2 p. de matrim. c. 54. paulo post princip. notab. 2. quando in altero iudicio peteretur separatio thori & habitationis ratione adulterij: in altero vero, pœna criminalis: non enim liceret etiam vno iudicio finito, aliud intentare. Nam vtrumq; iudicium tendit ad idem, scilicet, ad vindictam & pœnam. Quamuis enim diuortium non sit propriè pœna,

sed prosecutio iuris, quod ob alterius adulterium comparant innocens: at in hac actione appellatur pœna & vindicta. Quia non pertinet ea actio ad compensandam rei familiaris iacturam. Quod inde constat: nam *l vn. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet*, decidens actionem ciuilem non præiudicare criminali, appellat actionem ciuilem, de re familiari: vbi *Glossa verb. De re familiari*, ait ideo id esse: quia si ciuilis non esset de re familiari, sed actio iniuriarū, vna præiudicaret alteri. Quia vtraque tendit ad vindictam. Accedit ad hoc, actionem de adulterio ad diuortium tendens appellari criminalem. Vt constat ex *c. Tua, de procur.* vbi textus adulterij actionem dicit esse quasi mixtam ex criminali & ciuili, & ibi *Anton. n. 23.* dicit appellari ciuilem, in quantum tendit ad dotis amissionem: criminalem autem, in quantum imponitur diuortium in pœnam ingratitudinis, & fidei coniugalis violatæ.

20 Imò quamuis posset aliquis existimare, finito vno iudicio, esto non permittatur accusatio adulterij in alio, permitti exceptionem. V. g. vir accusauit criminaliter vxorem de adulterio, destitit, vel succubuit, si postea vxori petenti restitutionem ad consortium maritale opponeret adulterium: videretur alicui exceptione admittendam esse. Quia facilior est causa concedendi exceptionem, quàm actionem, eò quòd reorum causa fauorabilior sit. *Reg. Fauorabiliores, ff. de reg. iur.* Et notant *Dynus reg. Qui ad agendum, 171. de regul. iur. in 6. n. 1. Decius reg. Inuitur, 197. §. Cui damus, n. 2. ff. de reg. iuris.* Vnde fit vt multa possimus cōsequi excipiendo, cum tamen actio denegaretur. *Glossa cap. 1. 32. q. 6. ad fin.* Et hinc etiam est, vt annalia ad agendum sint perpetua ad excipiendum. *l. Licèt, 5. C. de except.* vbi & *glossa final.* & scribentes notant. At dicendum est, nec eam exceptionem admittendam esse. Quia si finitum sit prius iudicium criminale, obstat huic excipienti, in alio exceptio rei iudicatæ. Quamuis enim illa iudicia tendant ad diuersa, criminale ad pœnam, exceptio verò adulterij ad conseruationem sui iuris, ne cogatur maritus ad suum consortium vxorem adulteram admittere: at sententia lata in accessorio, seu incidenti, præiudicat in principali, quando quæstio de principali vertenda est. *Barth. Socinus l. Si quis cum totum, §. Et generaliter, nu. 1. & seqq. ff. de except. rei iudicata.* At in hoc casu iterum admissa ea exceptione, controuertenda est quæstio de adulterio, quod est principalis causa pœnæ criminalis & diuortij. Item, quia in exceptione victus, non potest amplius id, quod in modum exceptionis deduxit in iudiciū, deducere in modum actionis, *l. Duobus, 19 ff. de except. rei iudicatæ*: vbi redditur ratio his verbis: *Eandem enim quæstionē reuocat in iudicium.* Ergo à contrario sensu victus in actione, non potest illud idem per modum exceptionis opponere: eo vel maximè quòd militet eadem ratio: eadem enim adulterij quæstio in iudicium reuocabitur. Nam vt ait *Barth. Socinus proximè citatus eo §. Et generaliter, n. 1.* tunc dicitur eadem causa, quando quod decisum est in priori iudicio, venit disceptandum. In posteriori, licèt agatur ad diuersum finem: vt hic contingit. Si autem prius iudicium nondum absolutum sit, obstabit exceptio litis pendentis. Ea enim obstat, quoties exceptio rei iudicatæ obstaret: teste *Iasone l Nulli, n. 3. v. Adde aliam notabilem differentiam, C. de iudiciis.* Tandem, quia quod vna via prohibetur, non debet alia permitti *l. fin. C. de vsu rei iudic.* Quamuis autem in foro externo ad vitandam litium multiplicationem denegentur actio & exceptio ad diuortium, ob adulterium semel iam deductum criminaliter ad iudicem, verùm in foro conscientiæ, id est licitum. Cùm adulterium illud nondum sit remissum, nec hic casus comprehendatur inter illos, quos tota disp. 5. numerauimus, in quibus ius diuortij celebrandi amittitur in foro conscientiæ.

21 Id tamen obseruandum est, reconciliatione facta inter coniuges, etiam post latam diuortij sententiam, applicata viro bona vxoris adulteræ, si nil in pactum deductum sit, reddenda esse vxori omnia bona ob adulterium amissa. Quod quidem constat, quando reconciliatio præcessit sententiam. Quia vir nondum acquisierat dotem, sed exceptionem, & ratione illius retentionem, (vt num. 13. probauimus) quam exceptionem reconciliatio extinguit, ac subinde ius retinendi. Si verò sententia præcesserat: maior videtur difficultas: quia iam dos & cætera bona erant mariti: & non est cur dici cogamur ea reddenda esse vxori. Potest enim reconciliatio illa intelligi quoad solùm ius diuortij perdendum. Cæterum adhuc est idem dicendum. Quia remissio, siue in pactis, siue in delictis, est suapte natura fauorabilis & extendenda. Vt notat *Dynus regul Odia, n. 2. 5. & 6. de reg. iur. in 6.* Et ratio est clara. Cùm enim pœnæ sint odiosæ, liberatio ab illis remissione obtenta est fauorabilis. Deinde, quia illa remissio cum sit plena & absoluta, restituit omnia ad pristinum statum, vt ante adulterium erant. Præterea, quia cum adulterium sit fundamentum & radix amissionis dotis & diuortij, destructo eo per reconciliationem, destruitur totum ædificium, id est, omnis pœna illi innitens, *5. Cum Paulus, 1. q. 1.* Rursus, quia hoc probare videtur textus *5. Plerumq; de donat. inter vir. & vxor.* ibi: *Si mulier ob fornicationem iudicio Ecclesiæ aut propria voluntate à viro recesserit, nec reconciliata sit eidem: dotem vel dotalitium repetere non valebit.* Vbi *Alex. de Neuo num. 6.* colligit inde vxorem adulteram minimè dotem amittere, siue reconcilietur ante sententiam Ecclesiæ, siue post. Atque huius sententiæ videntur *Ang. verb. Adulterium, n. 3.* vbi *Syluest. q. 6. Tabiena q. 1. n. 2. Armilla n. 4. Emman. Sa sum. verb. Diuortium, §. pen. Hieron. Llamas in methodo curat. animarum, 3. p. c. 8. §. 8.* vbi relatis ijs quæ vxor adultera amittit: subdunt eam facta reconciliatione omnia recuperare, ad pristinumque statum vniuersa redire.

Quod si non absolutè reconciliatio facta sit, sed adiecto pacto vt vir aliquid dotis vxoris lucretur: *Barbosa l. 2. p. 1. in princ. nu. 115. ff. solut. matrim.* ait eiusmodi conuentionem non valere. Quia *l. Transigere, C. de transact.* interdicta est omnis transactio circa adulterij crimen remittendum. Quod *l. reg. 22. p. 7. tit. 1.* explicuit, quando accepto præmio pecuniario venia concederetur. Quod hic inuenitur. Et refert pro se *Auendaño & Ioan. Lupum rubrica de donat. inter vir & vxor. §. 34. nu. 4.* qui tamen id non dicit, sed potius in oppositam partem inclinat. Quia postquam dixit non valere conuentionem, subdit esse super hoc cogitandum. Quia non valet conuentio, quando vxor viro sponderet id quod ad ipsum virum non pertinet: dos autem acquiritur, viro ratione adulterij ipsius vxoris. Vnde mihi certum est post sententiam, qua dos applicata est viro, posse virum remittere vxori adulterium reseruata sibi dote, & ceteris vxoris bonis. Quia id non est pretium veniæ recipere, sed nolle integrè remittere. sed quoad solam diuortij pœnam. Et idem tanquam probabilius credo, licèt sententia lata minimè sit. Quoniam cum habeat exceptionem ne dotem reddat, ac subinde ius retinendi, nil vere dicitur recipere vt veniam concedat, sed partim remittit alia sibi parte reseruata. Qui enim habet ius excipiendi, habet ius retinendi, vt probaui lib. 6. disp. 38. n. 34. Quinimo quod attinet ad conscientiæ forum, si pretio accepto vir remitteret adulterium, non teneretur ante condemnationem illud restituere. Nam leges citatæ nullum verbum continent, quod dominij translationem impediat. Et strictius loquitur *l. Generaliter. ff. de verbor. obligat.* dicens stipulationes turpes nullius esse momenti. Et tamen optimè *Couar. regul. Peccatum, 2. p. §. 2. num. 7.* dicit leges, quæ improbant turpes conuentiones, procedere ad hunc effectum, vt ex eis agi nequeat, nec teneatur quis promissa seruare, non autem vt acceptum sit ante iudicis sententiam restituendum. Quare li. 6. disp. 20. num. 7. cum multis probauimus restituendum non esse pretium acceptum ob crimen iniustitiæ admittendum: in quo versatur turpitudo ex parte dantis & accipientis. Quòd si vir remitteret adulterium, pacto inito vt seorsum habitet vxor, bona essent vxori reddenda: quamuis sententia præcessisset. Quoniam ea remissio est latè & generaliter intelligenda. (vt n. præced. probaui) ac proinde id solum de quo conuentum est, excipi ab ea remissione debet.

22

Tan-

23 Tandem circa has adulteræ pœnas dubitatur: num vir teneatur alimenta præstare vxori adulteræ? Quidam asserunt teneri, etiam facta thori separatione. Quia non desinit esse vxor. Sic dicens esse communè sent. *Ial. Clarus l.5. recept.§. Adulterium, v. Facta autem. Anton. Gabr. to.1. com. opin. in mea edit. l.1.f.21. v. Adulterã vxorem etiam thori separatione.*

24 Alij verò sentiunt vxorem expulsam à viro, ob adulterium non notorium, alendam esse à viro, secus ob adulterium notorium: vnde in priori casu probato postea adulterio, dicunt priuandam vxorem alimẽtis futuris, per sententiam: at præterita esse soluenda. Quia ob adulterium non notorium minimè priuatur vxor iure quod habet in virum, nec alimentis, nisi secuta sententia. Quod probant ex *l. Post contractum, 15. ff. de donat.* Qui textus nil probat: solùm enim decidit valere donationem factam post capitale crimen contractum, donec feratur sententia. Sic docent *Cardin.* relato *Federico, cap. fin q. antepen. de adult. Alex. de Neuo c. Plerumq; n. 9. & 10. de donat. inter vir. & vxor. Rosella verb. Diuortium, n. 11. fan. Ang. verb. Dos, n. 20.* vbi *Sylues. q. 14. dict. 9.* vbi *Armil. n. 18. Tabiena q. 11. n. 12.* & non teneri ad alimẽta, quando adulterium est notorium, docent etiam *Ioannes Lupus c. Per vestras, §. 39. nu. 5. de don. inter vir. & vxor. Rolan. cons. 50. n. 6. vol. 1. Bologn. cons. 23. n. 7. Lara l. Si quis à liberis, §. Si quis ex his, n. 75. ff. de liberis agnos. Surdus de aliment. t. 1. q. 118. n. 5. & t. 7. qu. 16. & 17.* eamque reddit rationem. Quia ob adulterium notorium potest vxorem domo expellere.

25 Cæterum quamuis in foro externo sicut vir non potest negare conuictum vxori adulteræ occultæ, ita nec alimenta, sed cogitur ad vtrumque, donec diuortij sententia feratur: at in foro conscientiæ sicut vir conscius adulterij potest negare conuictum vxori, ita & alimenta. Quia omni iure maritali potest tuta conscientia illam priuare. Atque ita docent *Sotus 4. d. 36. q. vnic. a. 3. ad fin. corp. Barth. à Ledes. de matrim. dub. 67. fin. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 240. n. 4.* Et fatent *Abb. c. fin. n. 3. de adult. & ibi Anan. n. 2.* vbi indistinctè docent virum non teneri præstare alimenta adulteræ. Quod intelligerem, si ipsam expellat ob adulterium illud occultum, vel si non expellat, eo quod commodè non potest, & caret probatione, qua contra ipsam litigantem se tueatur, at non habet eam vt vxorem, sed retinet, donec diuertere possit.

26 Quod si vir causam dederit, expellens iniustè vxorem, quæ postea in adulterium labitur, DD. asserentes virum minime lucrati dotem, (quos retuli disp. 5. nu. 10.) subinde dicent teneri ad alimenta. At sicut ibi diximus acquirere dotem, ita dicendum est non teneri ad alimenta. Quia expulsio illa iniusta minimè excusat adulterium vxoris, nec ipsi imputatur marito, nisi tanquam causæ remotæ. Atque ita docet *Surdus de alimentis, t. 7. q. 16. n. 42.* Quod intelligẽdum est, nisi eo fine vir expulisset, vt vxor adulteraretur. Tunc enim sicut vxor adultera non posset priuari dote, ita nec alimentis: iuxta ea quæ tradidi disp. 5. n. 10.

27 Aliqui extendunt, vt vir non solùm adulteram vxorem minimè teneatur alere, sed etiam si in solis osculis & amplexibus deprehendatur. Nam sicut ob hæc priuatur vxor dote, ita alimentis. Sic *Lara l. Si quis à liberis, §. Si quis ex his, n. 77. ff. de liberis agnosc. Surdus de alim. t. 7. q. 16. n. 35.* Sed sicut non est verum eam priuari dote, (vt probauimus disp. 4. n. 12.) ita nec alimentis priuari potest.

28 Tandem ex dictis infertur, quid in ea quæst. dicendum sit, an vir teneatur ministrare alimenta & litis expensas vxori adulteræ, duranti lite intentata ad diuortium? Qua in re ea omnia ministranda esse, affirmant *Ioan. Lupus de don. inter vir & vxor. c. Per vestras, in princ. §. 39. n. 5. Rebuffus t. tom. ad l. Gallus. tit. de sent. prouisionalib. a. 3. gloss. 1. n. 17. Surdus de alim. t. 1. q. 118. num. 5.* & multi alij, quos refert & sequitur *Zaualos in suis q. communib. q. 734. n. 18. & seqq.* Quibus valde fauet lite pendenti nil innouandum esse. Ve constat ex *toto t. Vt lite pendenti.* Alij verò quos refert *ibi Zaualos n. 17.* id negant, quando adulterium est notorium. Nam tunc nulla alimenta debet vir vxori, vt ex multis DD. retuli n. 24. Sed iuxta ea quæ nu. 25. dixi, arbitror in foro externo cogendum esse virum ea alimenta & litis expensas ministrare vxori vsque ad condemnationem: ac pendente lite nil innouandum: in foro autem conscientiæ virum illius adulterij conscium minimè teneri. Sicut ibi diximus à iure alimenta subministrandi absolutum esse. Quando autem vxor litem diuortij aduersus virum intentaret, dubium non est, quin ei alimenta & litis expensæ à viro ministranda sint: ne expensis destituta à causa cadat. Atque ita multis citatis docet *Barbosa rubr. ff. solut. matrim. 2. p. n. 44. in fine. Gutier. quæst. can. l. 1. c. 24. n. 7. Peguera decis. crimin. 20. n. 5.*

SVMMARIVM.

Quoad pœnas ciuiles compensantur mutua adulteria; & vir adulter non lucratur dotem adulteræ: nec adultera donationem ob nuptias, num. 29.

Adulter occultus non potest tuta conscientia dotem adulteræ lucrari, num. 30.

An vir qui applicuit sibi dotẽ adulteræ fornicatur, teneatur dotem illam restituere remissiuè, n. 31.

Post n. 31 inuenies alia summaria.

QVAESTIO II. An mutua coniugum adulteria compensentur quoad pœnas ciuiles, amissionis dotis, & bonorum adulteræ, & donationis propter nuptias viri adulteri? Difficultatem facit disparitas grauitatis, & iniuriæ illatæ per hæc adulteria. Verum absque dubio dicendum est compensari: sicut & quoad diuortium: ac proinde virum adulterum minimè lucrari dotem, aut alia adulteræ bona: nec vxorem adulteram donationem propter nuptias factam sibi à viro. Probatur ex *l. Viro atque vxore, 40. ff. solut. matrim.* ibi: *Viro atque vxore mores inuicem accusantibus causam repudij dedisse vtrumque pronunciatum est: id ita accipi debet, vt ea lege quam ambo contempserint, neuter vindicetur: paria enim delicta mutua compensatione dissoluuntur.* Vbi *glossa verb. Accusantibus*, explicat, id est, *Obiicientibus in ciuili causa vt in donatione propter nuptias & dote repetitis, si vterque se tueretur ob delictum alterius.* Et fauet *l. 13. fin. n. 9. p.* 4 ibi: *Ca en tales accusaciones como estas el marido è la muger egualmente deuen ser pagados: pero tal egualdad non deue ser cabida en todo ante el juez seglar.* Vbi clare docet in accusatione coram iudice seculari non esse pares coniuges in omnibus, quasi dicat in parte esse, nimirum, quoad accusationem ad pœnas ciuiles, non autem criminales. Et ideo ita docent *Palud. 4. d. 35. q. 1. a. 5. num. 34. Bald. c. Tua, n. 1. in fine, de procurat. Paulus cons. 402. n. vnic. l. 1. Decius reg. Semper in contractibus, 157. n. 5. ff. de reg. iuris Hippolyt. l. Patre vel marito, n. 12. ff. de quæstionib. & l. 1. §. Item diuus, n. 5. ff. ad l. Cornel. de sicariis, & singul. 234. nu. 2. Sylua nuptialis, l. 1. § Non est nubendum, nu. 104. Cifuentes l. 81 Tauri, limit. 3. Ioan. Lupus rubr. de don. inter vir. & vxor. §. 20. n. 2. Riparubr. de iudiciis, n. 26. & l. 2. n. 8. ff. solut. matrim.* vbi *Alciat. n. 7. Beroius cons. 45. num. 5. l. 2 Bernard. Diaz reg. 216. fin. Guillel. Benedictus c. Raymutius, de testam. §. Cuidam Petro, num. 114. Ang. verb. Dos, n. 15.* vbi *Syluester q. 15. Tabiena q. 11. n. 12. Armilla n. 13. Brunel. de sponsal. concl. 30 declar. 8. num. 11. Roland. cons. 50. n. 6. vol. 1. Carrer. de homicid. §. 6. n. 255. Curtius iunior rubr. cap. de edendo n. 28.* vbi *Bolognet. n. 30. & cons. 23. n. 1. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 6. n. 5. Sebast. Monticulus de patria potestate, verb. Matrimonium n. 88. vers. 5. fallit:* habetur tom. 8. tract. p. 2. *Rojas singul. 214. fine. Perez li. 5. ordin. 1. l. 1. fol. 21. verb. Tres bienes, & lib. 8. t. 15. l. 2. ad fin. verb. Lo que quisiere. Quesada in suis quæst. iuris ciuil. c. 18. n. vn. casu 5. Cantera quæst. criminalibus qu. tangent. punitionem delicti, c. 4. nu. 38. v. Sed circa intellectum. Bursatius cons. 218. nu. 8. vol. 2. Brunorus in suo compend. lit. A. vers. Adulterium arguitur. Ant. Gabr. to. 1. com. opin. in mea edit. l. 1. verb. Adultera, f. 25. col. 2. Barbosa l. 2. in princ. p. 1. n. 97. & 99. & l. Viro atque vxore, 40. n. 2. ff. solut. matrim. Gratian. reg. 596. nu. 9. Azebedo lib. 8. recop. t. 20. l. 3. n. 24. & l. 4. n. 30. Surdus de alim. t. 7. q. 16. n. 74. Cencdo in collectan. iuris, collectan. 166. n. 4. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 99. n. 2. Philiarcus de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 4. c. 19. §. Quartò peccat. Vega 1. tom. sum. c. 94. casu 2.*

29

Hinc infertur, sicut vir adulter occultus nequit adulteram publicam vxorem accusare ad diuortium in foro conscientiæ, & si diuertat, tenetur ad illius consortium redire (vt probauimus hoc lib. disp. 6. num. 9.) ita eum non posse

30

accusare ad dotis amissionem: & si accuset, applicetur que sibi dos, teneri restituere. Quoniam delicta illa compensantur, nec leges applicat dotem viro similis adulterij reo, sed innocenti. Quare sent. illa, falsæ præsumptioni eius innocentiæ innitens, cum tutum minimè reddit. Huius sent. sunt aperte *Angel. Syluester, Tabiena, Armillan præced. allegati.* Nam *Angel. & Syluester*, dicunt in hoc casu seruandam esse etiam in foro conscientiæ illam regulam, paria delicta mutua compensatione abolentur, licet alter coniux ignoret adulterium alterius petentis dotem, vel donationem propter nuptias. *Tabiena* autem & *Armilla* dicunt virum lucrari dotem, & vxorem donationem propter nuptias, nisi ambo peccassent etiam occultè.

31 Vtrùm autem vir adulterans post applicatam sibi dotem vxoris adulteræ, teneatur illam restituere: vel possit à iudice cogi? dixi n. 13. & loco ibi annotato.

SVMMARIVM.

Vxori adultera an sit imposita pœna mortis n. 32. & ibi, quid, si matrimonium reperiatur fuisse inualidum?
An quoad accusationem criminalem adulterij, sint pares coniuges? n. 33.
An viro accusante vxorem adulteram, admittatur exceptio adulterij viri? n. 34.
An viro adulteri permissum sit propria authoritate, aut tanquam iudicis ministro, occidere adulteram? n. 35.
An fiat compensatio adulterij viri, vsque coniugis, respectu accusationis criminalis? n. 36.
An peccet vir propria authoritate, vel vt iudicis minister, adulteros necans? Refertur duplex sent. n. 37. & 38.
Peccat mortaliter propria authoritate necans. n. 39.
Idem esset dicendum, si vir esset iudex, & adulteros in crimine apprehensos necaret. n. 40.
An teneatur tum damna ex homicidio subsecuta restituere? n. 41.
Non peccat, quando authoritate iudicis sibi traditos necat. n. 42.
Quid, si in absentia damnarentur adulteri capite, & sententia executio viro committatur. n. 43.
Voluntur argumenta, & enodantur c. Interfectores, & cap. Admonere, 33. q. 2. n. 44.
Post n. 44. inuenies summaria, quæ desiderantur.

32 QVÆSTIO III. Quæ sit pœna criminalis adulterij: & an iustè in foro conscientiæ possit maritus adulteros occidere? Præmittendum est primò, iure Cæsareo maritis non licuisse vxores etiam in adulterio deprehensas interficere: adulteros verò, non quoscunque, sed vel viles, vel infames: aut eos quos ex suspicione ter per scripta admonitos, cum vxoribus in secreto & suspecto loco loquentes deprehendissent. De qua re consulendus est *Couar. 4. dect. 2. p. c. 7. §. 7. n. 1. & 2.* At nouo iure huius regni Castellæ permittitur viro adulterum & vxorem in scelere deprehensos impunè propria authoritate necare. Quod constat ex *l. 3 t. 20. lib. 8. noua recop.* Quod etiam verum habet in matrim. existimato, quod propter aliquod impedimentum reperitur nullum. Nam *l. 81. Tauri, hodie l. 4 tit. 20. lib. 8. recop.* pœnas adulterij ad hunc casum extendit. Atque ita aduertunt *Aut. Gomez ea l. 81. n. 48. Barbosa l. 2. p. 1. in princ. n. 95. ff. solut. matrim.* Hoc tamen accipiendum est cum limitatione, quam n. 7. posuimus, nimirum, nisi matrimonium sit inualidum defectu consensus. Si autem vir vxorem & adulterum accuset, tradendi sunt sententia lata per iudicem ipsi viro, quo, si velit, eos enecet, *l. 3 t. 20. lib. 8. noua recop.*

33 Secundò supponendum est, quamuis coniuges æquales sint quoad accusationem ciuilem ad diuortium celebrandum, & donationem propter nuptias, ac dotem amittendam (vt dixi num. 29.) at quoad accusationem criminalem minime censeri pares. Viro enim conceditur accusare criminaliter vxorem adulteram, non tamen è contra. Habetur expressè *l. 1. C. ad l. Iul. de adult. & l. reg. 1 t. 17. p. 7. & l. 13. fine. tit. 9. p. 4. & cap. Apud uiseticordiam, §. Publico iudicio. 32. q. 1.* quod est *D. Gregorij, hom. 29. in Euang.* Et quamuis aliqui eum textum aliter intelligant, teste *Glossa finali ibi*: at ipsa sic intelligit, & *Greg. Lopez l. 1. verb. Su mujer. t. 17. p. 7.* Atque ita docent ex Iurisperitis *Abbas c. Cum dilectus, n. 28. de ordine cognit. & c. 1. n. 2. Vt lite non contestata, & c. Tue n. 6. de procurat.* vbi *Anchar. n. 2. Imola num. 12. Angelus de maleficijs, verb. Che si adulterato, n. 25. Ioan. Lupus tubr. de don. inter vir. & vxor. §. 20. in fine, Tiraquel. l. 1. connub. glos. 1. p. 1. n. 44.* Et reddit numeris seqq. rationem, probans latissimè detestabiliorē multo esse impudicitiam in femina, quàm in viro, *Couar. 4. decret. 2 p. c. 7. §. 6. n. 5. Greg. Lop. l. 6. verb. Derecho, t. 9. p. 4. & l. 9. t. 17 p. 7. verb. Tal defension. Perez lib. 8. ordin. t. 15 l. 2. ad fin. & li. 5. tit. 1. l. 1 f. 21. verb. Tres bienes. Cantera in suis qu. crimin. q. tangentib. punitionem delicti, c. 4. nu. 46. Olanus in sua concord. lit. M. verb. Maritus, n. 24. Surdus de alim. t. 17. q. 16. num. 74. Azebedo lib. 8. recop. t. 20. l. 3. n. 24. & l. 4. n. 30. Barbosa tubr. 2. p. n. 38. & l. p. 1. in princ. nu. 98. ad fin. ff. solut. matrim.* & multis aliis citatis *Cenedo in collect. iuris, collect. 166. n. 4.* Et ex Theologis, *Sot. 4. d. 36. q. vn. a. 4. in fin. corp. Barth. à Ledes. dub. 68. de matrim. ad fin. Petrus de Ledesma de matrim. q. 62. a. 1. dub. 3.*

Hinc deducitur, viro accusante vxorem adulteram crimi- 34
naliter, minimè admittit exceptionem similis adulterij viri. Quia in hac accusatione sunt dispares. Sic *Anton. c. fin. n. 5. de adult. Couar. Sotus, Cantera, Petr. de Ledes. n. prac. allegati. Idem Sotus 4. d. 37. q. vnic. a. 3. ad fin. corp. Perez. lib. 5. ordin. tit. 1 l. 1. f. 21. verb. Tres bienes.* Et id expressè decidit *l. reg. 3. t. 20. lib. 8. recop.* ibi: *La mujer no se puede escusar de responder à la acusation del marido, o del esposo, porque diga que quiere probar, que el marido o el esposo cometio adulterio.*

Secundò deducitur, minimè audiendum esse *Enriq. l. 11.* 35
de matrim. c. 17. n. 3. lit F. vbi ait audiri exceptionē fœminæ adulteræ accusatæ ad mortem allegantis virum publicè habuisse concubinam. Nec audiendi sunt *Hippolytus l. 1. §. Item diuus, n. 6. ff. de iudic. & l. Patre vel marito, n. 14 ff. de quæst. Carrer. de homicidio, §. 6 n. 248.* dicentes virum cui lex concedit interfectionem adulteræ in scelere deprehensæ, minimè posse ea potestate vti, si ipse adulterio infectus sit. Idque dicit cogitandum *Couar. 4 decret. 2 p. c. 7. §. 7 num. 7.* Sed meritò eos reprobant *Barbosa l. 2. p. 1. in princ. n. 98. ff. solut. matrim. Gratian. reg. 496. n. 9. Azebedo li 8 recop. t. 20 l. 4. nu. 31.* Quia hæc vxoris occisio propria authoritate magis assimilatur accusationi criminali: in qua non sunt æquales maritus & vxor. Nec audiendi sunt *Pacios 4. d. 37 disp. vn. f. 806. vers. Verum si iudex. Gutier. q. pract. l. 2. q. 1. n. 23. Manuel l. 10. sum. 2. edit. c. 106. n. 9. Vega 1. 10. sum. c. 127. casu 3.* vbi dicunt non posse iudicem capite damnare vxorem adulteram, si vir quoque adulter sit. Quod conuincitur minus verum esse. Cùm in hac pœna inferenda sint dispares coniuges: & exceptio simplis adulterij nil iuuet.

Tertiò deducitur, quoad accusationem criminalem 36
non compensari adulteria coniugum: sed non obstante simili adulterio admitti accusationem viri deferentis ad iudicium criminale adulteram vxorem. *Cantera nu. 33. allegg. Cenedo in suis collectan. iuris, collect. 166. n. 4. vers. Ex quibus resolue. Enriq. l. 11. de matrim. c. 17. n. 3. ad fin.* nec ad id requiritur viri emenda, vxore manenti obstinata. Quamuis eam desiderari significet *Enriquez ibi.* Nam iura eam accusationem viro concedunt, nulla sin adulterij exceptione obstanti, vt n. 33. & seq. probauimus.

Difficultas autem specialis in hac re eo pertinet, num 37
liceat marito vxorem & adulterum, in crimine deprehensos, propria authoritate interficere, vt leges illi permittunt: vel saltem quando authoritate iudicis sibi traduntur interficiendi? In qua concertatione duas reperio extremas sententias. Prima ait licite in foro conscientiæ vti virum concessione legis, permittentis adulteros in crimine repertos propria authoritate necare: dummodo non liuore vindictæ, sed iustitiæ zelo perimat. Ducitur primò. Quia legis ciuilis authoritate id efficit: leges autem in foro conscientiæ seruandas esse nemo dubitat. Et confirmatur, quia vt culpa careat sciens, nec potens prohibere: ita illa non vacat potens prohibere magnum damnum si id permittat. Argumento deducto à contrario sensu, ex *l. Culpa caret, & l. Nullum crimen. ff. de regul. iuris.* Si ergo leges illæ solùm permittant impune occidere vxorem, & non concedant tanquam licitum, in pœnam delicti, iniquæ sunt, tanquam permittentes id quod & poterant & tenebantur interdicere. Secundò, quia leges non solum permissionem, sed concessionem significant. Vt constat ex *l. 5. tit.*

20.

20.lib.8 recop.que est l.8.t.Tauri, ibi: *El marido que matare por su propria autoridad al adultero y la adultera, aunque los tome in flagranti delicto y sin tardanca ninguna hecha la muerte, no gane la dote.* Vbi lex tanquà notum supponit, iustè ac licitè in eo euentu mortem inferri. Et *l.3.t.20.lib.8.eiusd.recop.* ibi: *Si el esposo los hallare en uno, que pueda matar si quisiere, a ambos a dos.* Eodem prorsus tenore id concedit, ac quando authoritate iudicis traduntur viro adulteri: nam eadem lex loquens in hoc euentu statim subdit: *Si los acusare, que los meta en su poder, y haga dellos lo que quisiere.* Cùm ergo eadem forma in vtroque euentu loquatur, & in hoc conueniant DD. non solùm esse permissionem, sed concessionem reddentem licitam occisionem: ergo idem dicendum est in illo euentu, quo propria authoritate necat. Tertiò, quia cùm liceat inuasorem ad res proprias tuendas interficere: à fortiori id licere admittendum est, ad tuendum honorem: quem lædere iniustus adulter non veretur. Honos enim rei familiari anteferturr, *l.Iultanus, ff. Si quis omis. cau.* Quartò, quia Nicolaus I. scribens Rodulpho Bituricensi Archiepisc. & refertur *cap Interfectores, 33. qu.2.* sic ait: *Interfectores suarum coniugum sine iudicio, cum non addu, adulterarum: quid aliud habendi sunt, quàm homicida?* Sentit ergo reos homicidij eos minimè censendos, si vxor interfecta adultera sit. Et Stephanus V. Astulpho scribens, & refertur *cap. Admonere, 33. q.2.* illum carpit, quòd vxorem necasset: subditque delicti rationem, his verbis. *Non inuenistu eam cum alio viro rem nefariam facientem.* Ergo sic inuenta posset citra culpam necari. Et ideo hanc sent. tuentur *Castillo l.82.Tauri, n.6 fine, & ibi Anton. Gomez n.52.fine,* iunct. *l.76.in fine. Minchaca in controu.vsufrequent.l.1.c.6.n.2. & seqq.* Et *in controu.illustr.l.1. c.49.n.4 & seqq. Iul. Clarus l.5. recept. §. Homicidium, vers. Sed hac quidem. Azcedo lib.8.rec.op.tit.20.l.1 fin. & l.b.4.t.10 l.1. n.21.* Et *Emman. Sa sum.verb. Homicidium, n.15. vers. Occidere,* refert aliquos hoc tenere, & videtur sententiæ esse probabile: tantùm enim vocat melius oppositum.

38 Secunda sent. extrema docet, virum peccare lethaliter, occidendo adulteros authoritate iudicis sibi traditos vt occidantur. Ducitur, quoniam cùm leges non præcipiant viro, nec etiam iudex, vt adulteros enecet, sed suæ voluntati committant. Vt constat ex *l.3.t.20.lib.8. recop.* cuius verba nu. præced. retuli, non censetur maritus authoritate publica, sed priuata eos interficere: ac proinde à culpa homicidij non excusabitur. Et confirm. quia ideo authoritate priuata peccat eos occidens, quod lex id non concedit, sed solùm permittit. Sed similiter est permissio, si voluerit vir occidere, quando iudicis authoritate sibi traduntur. Ergo vel in vtroque casu vel in neutro peccat. Secundò, quia *D.Thom.4.d.37.q.2 a.1.ad 2.* dicens legem eiusdem permittentem viro adulteros in scelere inuentos enecare, non excusare à culpa; eam subdit rationem: quòd lex non præcipiat, sed viro permittat. Sed similiter non præcipit, sed solùm permittit post latam à iudice sententiam: ergo nec tunc excusabit à culpa. Hanc sustinet *Scotus 4.d.15.q.3 paulo ante solut.ad argum. vers. Esto etiam:* & dicitur also fundamento, quod non refero: quia nullius est momenti. Et dicit esse probabilem *Ouandus 4.d.37.q.vn propos.3.*

39 Prima tamen conclusio sit. Maritus propria authoritate adulteros in delicto repertos enecans, admittit culpam lethalem homicidij. Probatur ex *c.Inter hæc, 33 q 2.* vbi Nicol. I. scribens Albino Archiepisc. dicit licere secundum leges mundanas, non tamen secundum Ecclesiasticas, vxorem adulteram interficere. Secundò, quia *D.August.l.2. de adult coniug.cap.15.* vocat rem nefariam, sic adulteram occidere. Tertiò, quia leges solùm permittunt impunè occidere, parcentes vehementissimo dolori, quo concitatus vir iniuriam sibi irrogatam adulterorum interfectione vindicat. At leges permittentes aliquid impunè fieri, minimè à culpa excusant. Vt latissimè multis exemplis adductis confirmat *Tiraquellus l.9.connub num.1. & seqq.* Tandem, quia iniustum est parte non audita concedere generalem facultatem occidendi reum: leges ergo quæ id concedere videntur, potius permittunt impune id fieri, quam facultatem sic faciendi concedant: ac subinde maritus illarum authoritate adulteros in delicto comprehensos interficiens, homicidij culpa minimè vacabit. Atque ideo hanc partem tuentur ex Theologis *D.Thom.4.d.37 qu.2. a.1.corp.* vbi *D.Bonau.a.2.q.1.Durand. q.2.a 1.n.5.Ricard.a.2. q.1.Palud.q.2.a 1.n.5. & 4.d.35.q 2.a.1. concl.3.n.10.* vbi *Maiorin q.2. §.vlt.Abul.Matth.5.q 113.D.Antonin.2.p.t.7.c.8.§.2. notabili 2.Metina C.de restit.q.3. causa 4.Victoria sum.de matri. n.292.Petr.de Soto lect.13 de matrim. difficult.1. Supplem. Gabr.4. d.37.q.vn a.3.dub.2.* vbi *Sotus qu.vnic.a 3.concl 1. & de iust.l.5. q.1.a.3.ad 1.Guilelm.Borrillon.4.d.37.q.vn.a 2.conclus.3.* vbi *Ouandus q.vnic.propos.2. & ibi Celaia q.penult.Viguer.Institut. c.16.§.7 vers.9.ad fin.Ledes.2.p.4 q 62.a.2.fine. Veracruz 3 p. Speculi, a.q.concl.1.fin. Palacios 4.d.37.disp.vnic.fol.805.v. Cæterum res constans est. Angles floribus 1.p.de matrim. q.11.de impedim.ordinis, a.2.difficult.2. Pedraza sum.precept. 5.§.2. Valentia 2.2.disp.5.q.8.punct.3. §. Secundum est. Aragon 2.2.q.64.a.3.ad 2.* vbi *Salon controuers.2. & ibi Bañes dub.2. in solut. ad 3. Emmanuel Sa sum. verb. Homicidium, n.15.v. Occidere. Ludou. Lopez 1 p instruct.cap 295.§. Pro faciendo. Barth.a Ledesm.de matrim. dub.57.concl 1. Petr.de Ledes.de matrim.q.60.a.1 dub.1. Nauar. l.2.de restit.c.4.p.2 in noua edit dub.8. n.206. Philiarc. de offic. sacerd.to.1.p.2 l.4.c.8 v. Dicimus tertio. Manuel 1 to sum.2. edit. c.206.n.9. Vega 1 to.sum.c.127.casu 3* Et ex Iurisperitis, *Glos. c.Interfectores, verb. Adulterarum, & c. Inter hæc, verb. Liceat, 33. q.2. & Archid.eo c.Inter hæc. statim in prin. ip. Bellamera ibi statim in princ. Abb.c.Si vero, el 1.n.10.de sent. excom. & c.Veniens, el 2.de spons.fine.* Et *c.Interfecisti.nu.2.de homic & ibi Ancar. de falconibus, in addit lit.C. verb. A peccato, & ibi Ananias n.7. Felin.n.4. Idem Felinus c.Quæ in Ecclesiarum, n.4. de constit. Alex. de Neuo c.Plerumque, n. 21 de donat inter vir. & vxor. & c.Veniens, el 2 n.18.de spons.al.* vbi *Cardin.n 2.oppositt.2. Propositt fine. Iason l.Vt vim, n 22.ff.de iust. & iure. Alciat in suo dictionar. lit. A vero. adulterium v. An liceat aliquo casu. & lit.I. verb. Impediment.8 fine. Faber l Gracchus paulo ante fin.C. ad l.Iul.de adult. Fortun.de vlt.fine. illat.11 n 119 Ailensis sum.2.p.l 8 t.20 a.4. q.1. Roscella verb. Impedimentum, impedim.8.n.22. Angelus Homicidium, 1.n.6. & verb. Vxor, n.4. Sylvest. Homicidium 1.q.2.dict. 6. & verb. Lex, q.10.v.4. & Matrim.7.fin. Tabiena verb. Impedim.imped.7 q.1.n.2. Armil. verb. Homicidium, nu.8. Tiraq. l.9. connub.n.4. Hippol l.Patre vel marito, n.9 ff.de quæst. Cisuentes l.82.Tauri dub.4. Turrec.c.Interfectores, 33.q.2. n.1. Nauar sum. biss.c.15.n.1.fin. Conar.4.decret.2.p.c.7.§.7.n.9 Tello l.9.Tauri n.13. Plaza de delictis, l.1.c.36 n.13. Oroscius l Vt vim, n.5. & 6. ff.de iust. & iure. Duenas reg.68 limit.2. Decian.pract.crim.l.9. c.15.fi. Villalobos in commun opin lit.M.n.25. Perez l 8. ord.t.15. l.2.f 293.immediate ante §. Ex qua potestate. Gaeta repet.c.Ad limina, 30.q.1.§.4.n.421. Spino speculo testi.glossa 19.princ.nu.14. Matienz l 5 recop.t.8.l.6.gl 1.n.11. Gutier.q.pract l.2.q.1.n.22.*

Dubitabis forsan, an si maritus esset iudex, liceret ei adulteram vxorem in scelere comprehensam interficere? Id enim forte licere ait *Palud. 4 d.35.q.2. a.1. concl.3. nu.10.* Et satis fauere videtur *D.Thom.4.d.37.q 2. a.1 ad 1.* ait enim ideo virum tunc interficientem peccare, quia non est vxoris iudex. Et suaderi potest, quia iudex reos mortis interficere potest. Talis autem est adultera illa. At dicendum est cum *D.Antonino. & Supplem. Gabriel. citatis num. præced.* id minimè licere. Quia iudicis est malefactores punire, non vtcumque, sed parte audita, sententiaque lata. Nec *D.Thom.* oppositum sensit: nam dixit non licere viro interficere, quia non est iudex vxoris: supple, & esto esset iudex, non interficit vt iudex, sed vt persona priuata. Quia non procedit causa cognita. 40

Hinc deducitur, virum qui priuata authoritate adulteros in scelere repertos enecat, teneri damna restituere, instar aliorum homicidarum. Quia peccat peccato homicidij, & subinde contra iustitiam. Sic *Nauarra l.1. de restit.c.3. p.1.in noua edit dub 8.n.207.* & fauent cæteri allegati n.29. dicentes hoc esse peccatum homicidij: & *Bañes ibi alleg.* dicens hunc peccare contra iustitiam. 41

Secunda conclusio. Maritus adulteros interficiens sententia iudicis sibi traditos, vt eos, si velit, necet, nullius 42

culpæ.

culpæ reus est, si non liuore vindictæ, sed iustitiæ zelo id efficiat. Quia sicut iudex potest carnifici executionem eius sententiæ demandare, nec carnifex peccaret: ita potuit lex id committere marito. Nec refert illum esse necessarium sententiæ executorem: hunc autem liberum. Quia vterque reuera est minister iustam sententiam exequens: & authoritate legis ac iudicis id munus obit. Nec potest dici, id esse permissionem solam. Nam iudex authoritatem præstat illi occisioni, sententia publica damnans, & vinctos tradens adulteros marito, vt si velit, eos enecet: & si quis obstaculo esset interfectioni, arceret illum: quare marito peccante, non posset iudex eiusdem culpæ immunis esse tanquam cooperans morti, illamque fouens: & subinde lex id præscribens foret iniquissima. Et ideo hanc partem defendũt ex Theologis, *D. Thom. Durand. Ricard. Palud. 4. d. 37. qu. 2. n. 7. a. 1. Victoria, Medina, Petr. de Soto, Sot. l. 5. de iust. q. 1. a. 3. ad 1. & 4. d. 37. q. vn. a. 3. conc. 3. Ledesm. Celaia, Veracruz, Palacios f. 806. v. Verum si index. Angles, Aragon, Salon, Bañes, Valentia, Emm. Sa, n. 14. v. Adulteram. Navar. num. 209. Barth. à Ledesma concl. 3. Lud. Lop. §. Ad 1. obiectionẽ. Petr. de Ledesm. dub. 2. Manuel, Philiar. Vega, quos retuli nu. 39. Dziedo l. 1. de liber Christ. c. 10. Victoria relect. de homicid. à n. 11. vsque ad 20.* Et ex Iurisperitis, *Alberic. vtroque loco, Astensis, Rosella, Sylvest. Matrim. 7 fine, Tabiena, Armilla, Turrecr. Conar. n. 18. Tello, Decian. Plaza, Perez, Gaeta, Matien. n. 17. Gutier. n. 23.* quos omnes retuli n. 39.

43 Imò si conuicti adulteri fugam arripiant, & iudex capite eos damnet, committens viro vt vbicumque apprehensos occidere possit, non peccabit vir occidens zelo iustitiæ. Quia iam authoritate iudicis publica fungens, id exequitur. Sic docent *Palacios, Gutier. Manuel, Vega n. præced. allegati.* Temperantque, nisi vir adulter quoque sit. Sed id temperamentum n. 35. reprobauimus.

44 Ad argum. n. 37. propotita resp. Ad 1. dic cum *D. Tho. 4. d. 39. q. 2. a. 1. ad 2.* legem concedentẽ vel iubentem aliquid, aut approbantem excusare à culpa, secus quando tantùm permittit. Ad cõfirm. dic cum *D. Th. 4. d. 33. q. 2. a. 2. quæst. 2. ad 1.* potentẽ prohibere minime peccare, si à prohibitione abstineat, non sperans correctionem, sed grauiora damna probabiliter timens. Vt contingit in præsenti. Ad 2. negandum est leges id concedere, tantùm enim permittunt. Et dum *lex illa 5.* dicit iustè illatam esse mortem, non intelligit, licitè in foro conscientiæ: sed iustè, id est, in casu à lege impunè permisso. Et quamuis *l. illa 3. ibi allegata* videatur eodem tenore loqui, dum permittit authoritate propria viro occidere adulteros: & dum authoritate iudicis id cõcedit. Ex magna reperitur differentia in modo vtriusque concessionis. Nam dum loquitur de occisione authoritate propria, sic ait: *Que pueda matar.* Id est impunè. At quando authoritate iudicis, sic ait: *Que los metan en su poder.* Vbi iudici præcipit, vt occisioni cooperetur, tradens adulteros viro occidendos. Quod iniquũ esset, si vir peccaret. Ad 3. dic licere intuitorem ad lædendum honorem interficere, quando aliter defendi nequit: at vbi iam læsit, id est illicitum. Quia prius ad iustam defensionem, posterius vero ad vindictam spectat. Sic ergo adulterum inuadentẽ vt vxorem violet potest vir vxoris castitatem tuens, interficere, si aliter illud malum cauere nequeat. Id enim est iusta defensione vti. At vbi inuenit adulterantem, non est defensio, sed vindicta: & proinde est illicitum. At 4. dic cum *glossa ea. c. Interfectores, verb. Adulterarum*, supplendum esse maximè, cùm non addit adulterarum: quasi velit in vtroque casu esse peccatum: sed multo grauius, quando vxor innocens esset. Ad *cap. Admonere*, dic non esse causam iniustæ occisionis, non inuentam esse vxorẽ in adulterio: sed causam crudelioris & scelestioris occisionis: cùm vxor ansam minimè dederit. Ad argum. n. 38. proposita resp. At 1. dic, quamuis iudex non præcipiat, at ipsum præbere licentiã, & authoritatem interfectioni illi præstare: ac proinde censeri factam authoritate publica. Ad confirm. constat ex dictis in solut. ad 2. argumentum. Ad 2. respondet bene *Soto 4. d. 37. q. vn. a. 3. post 3. concl. vers. Neminem ergo fallat, ibi D. Thomã* sermonem facere de marito propria authoritate interficienti adulteros: quem ratione legis permittentis ait minimè excusari: quia lex non præcipit, sed permittit. Quamuis autem non præcipiat, quando authoritate iudicis viro traduntur: at ea non est pura permissio, vt explicuimus in solut. ad 2.

SVMMARIVM.

Proponuntur argumenta probantia viro adultero non licere adulteram criminaliter accusare, vt capite damnetur, n. 45.
Sententia Authoris proponitur, n. 46.
Soluuntur argum. n 47. & ibi explicantur l. 6. t. 9. p. 4. & l. 9. t. 17. p. 7.

QVAESTIO vltima. An viro adultero licitum sit in foro 45
conscientiæ vxorem adulteram criminaliter accusare, vt capite damnetur? Pars negans ex eo suaderi videtur, quòd paria delicta coniugum mutua compensatione aboleantur, *c. penult de adult. & l. Viro atque vxore, 40. ff. solut. matrim.* & nil iniquius sit, quam virum eodem vitio laborantem accusare adulteram de eodem crimine. Vt testatur *D. Aug. l. 1. de serm. Dom. in monte, c. 28* relatus *c. 1. 32. qu. 6.* Secundò, quia *l. 6. t. 9. p. 4. & l. 9. t. 17. p. 7.* expresse deciditur virum accusantem adulterium vxoris, repelli per exceptionem similis adulterij. Et pro hac sent. faciunt *Palacios, Gutier. Manuel, Vega*, quos retuli & reprobaui num. 35. cum dicunt non posse iudicem tradere adulteros occidendos viro simili adulterio infecto. Et facit etiam *Enriquez*, quem ibi citaui & reprobaui, dum ait admitti exceptionem concubinam tenentis viri, si vxorẽ accuset de adulterio. Possunt etiam pro hac parte allegari *Tiraqu. l. 1. connub. gloss. 1 p. 1. n. 44. Navar. sum. c. 16. n. 29. Matienzo lib. 5. recop. t. 1. gloss. 1. rubr. n. 102.* vbi absolute dicunt nefas esse viro adultero accusare adulteriũ vxoris. Possunt etiam referri DD. quos disp. 6. n. 6. retuli, qui aiunt non permitti viro occulte adultero accusare vxorem publice adulterantem. Sed reuera non sunt omnes hi DD. huius sententiæ: aperte enim loquuntur de accusatione ciuili quoad diuortium, vel quoad lucrum dotis, in qua vterque coniux æqualis est, ac compensantur adulteria. Vt diximus n. 29.

Dicendum igitur est, virum quantumuis adulteriis co- 46
opertus sit, posse criminaliter accusare vxorem adulterantem, & aduersus eam licite pœnam illam sententia iudicis præcedenti exequi. Ducor, quoniam idem seruandum est in vtroque foro, quando forum externum non instituit falsæ præsumptioni (vt probauimus li. 1. disp. 5. n. 20.) Sed in foro externo admittetur accusatio adulterij vxoris ad pœnam criminalem, repulsa exceptione similis adulterij viri, (vt probaui hac disp. n. 33. & 34.) ergo & in foro conscientiæ id licebit. Et confirmat. quia ideo vir adulter nequit vxorem adulteram accusare quoad diuortium, dotisve amissionem, quia adulteria hæc quoad hanc accusationem ciuilem mutua compensatione abolentur, id ita iure disponente (vt n. 29. probauimus.) At quoad accusationem criminalem contrarium disponitur, datur enim viro vxorem adulteram accusare, non tamen è contra: nec fit compensatio vtriusque adulterij (vt nu. 34. 35. & 36. probauimus.) Ergo licitum est viro adultero criminaliter vxorem adulteram accusare. Et ideo huius sententiæ videtur clare *Cardinal. c. fin n. 1. oppos. 2. de adult.* vbi dicit adulterium viri ipsum priuare iure accusandi vxorem adulteram, quoad diuortium, non tamen quoad pœnam. Expresse etiam videntur huius sententiæ Doctores, quos n. 36. allegaui, dicentes minime compensationem fieri vtriusque adulterij quoad criminalem accusationem. Et in proprijs terminis docet, dicens esse sententiam virorum doctissimorum, *Petr. de Ledesma de matrim. qu. 62. a. 1. dub. 3. Barth. à Ledesma dub. 68. ad fin. de matrim. Enriq. l. 11. de matrim. c. 17 n 3. ad fin.* Nec oportet addere limitationem, quam ipse ponit, nempe, si vir corrigatur, vxor autem in adulterio perseueret. Quia licet vir non corrigatur, nequaquam dari compensationem vtriusque adulterij quoad hanc accusationem criminalem, probaui n. 36. vnde viro minime correcto fas est vxoris adulterium ad iudicium criminale deferre.

Tandem ad argumenta num. 45. proposita resp. Ad pri- 47
mum

mum dic compensationem illam intelligi,& testimonium D.*Aug.* quoad accusationem ciuilem, in qua vterque coniux est æqualis: secus quoad criminalem. Ad secundum dic, leges illas accipiendas esse de accusatione ciuili, non autem de criminali. Vt docent *Greg. Lopez ea l.6. verb. Derechos & ea l.9. verb. Tal defension. & Azebedo lib 8 recop t.20 l 3. fine.* Vel secundo dic cum *Gregorio Lopez eisdem locis*, si intelligantur quoad accusationem criminalem, esse iuri communi contrarias,& corrigi per ius nouum huius regni, *l. 5. t.20. lib.8. recop.*

DISPVTATIO IX.

An coniuge innocente lapso in adulterium post latam diuortij sententiam, fiat compensatio cum priori alterius coniugis adulterio, ac proinde teneatur illi reconciliari, ac dotem atque alia bona ratione adulterij acquisita restituere; nec sententia diuortij transeat in rem iudicatam, sed retractanda sit, quoties constiterit deceptio?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputandæ sunt, n. 1.
An sententia diuortij transeat in rem iudicatam? Refertur duplex sententia, n. 2 & 3.
Sententia Auctoris, & emendatur c. Lator, de sent. & re iudic. n. 4.
Solumntur argumenta, n 5.
Post n. 5 inuenies alia summaria.

1 HACTENVS disputatum est de adulterij vtriusque coniugis compensatione, quando ante latam diuortij sententiam cotingit. Iam occurrit disputatio, quando adulterium coniugis, qui diuortium petijt, eratque innocens, contingit post latam diuortij sententiam. Et quia multum pendet ex ea quæstione, an sententia diuortij transeat in rem iudicatam, ideo illa præmittenda est. Triplex igitur quæstio in hac disputatione est agitanda. Prima, an sententia diuortij transeat in rem iudicatam? Secunda, an ea semel lata, & cognita Ecclesiæ deceptione, possit retractari? Tertia, an fiat compensatio adulterij admissi post diuortij sententiam cum adulterio priori: teneanturque tunc coniuges reconciliari?

2 QVAESTIO I. An sententia diuortij transeat in rem iudicatam: ita vt illa semel lata, & transacto appellationis termino, nempe decennio, neutri coniugi reclamare liceat? Affirmant quidam non transire, donec alteruter coniux separatus mutarit statum, V.g profitendo in religione approbata, vel assumendo ordinem sacrum, Ducuntur 1. quia *c. Lator, de sent. & re iudic.* decernitur sententiam matrimonij nunquam transire in rem iudicatam: atque ideo quandocunque posse contra illam reclamari. Sententia autem diuortij contra matrimonium tendit: per illam enim separatur quoad thorum & mutuam habitationem. Secundò, quia lata diuortij sententia, nec statu coniugum variato, potest innocens agere ad adulteri coniugis inuiti reconciliationem. Quod admittendum minime esset, si sententia illa in rem iudicatam transisset. Sic docent *Host. c. Ex Literis, n 2. de diuort.* vbi *Ioan. Andr. nu. 10. Anton. c. Lator, n. vlt. de sent & re iud* vbi *Imola in fin.*

3 Alij sentiunt absolute transire in rem indicatam. Quia speciale est vt sententia circa vinculum matrimonij liganspecialeest vt sententia circa vinculum matrimonij ligandum vel dissoluendum, minime transeat in rem iudicatam, iuxta *c. Lator, de sent. & re iudic.* ne foueatur peccatum. Si enim reclamari non posset aduersus illam declarantem aliquod matrimonium esse validum, quando transacto appellationis termino constaret de impedimento dirimenti, cogerentur esse tanquam coniuges, qui re vera tales esse nequeunt. Et proinde fornicationis peccatum foueretur. Et si contra declarantem matrimonium fuisse irritum non liceret semper reclamare, quando constaret falsò oppositum esse impedimentum dirimens, permitteretur illis, qui vero matrimonio iuncti sunt, superstite altero coniuge ad alias nuptias transire. Sententia enim declarans prius matrimonium fuisse irritum, ac subinde vtrumque coniugem solutum esse concedit vtrique facultatem ad aliud matrimonium migrandi. At si demus sententiam diuortij transire in rem iudicatam, nullum peccatum fouetur. Nam cùm maneat matrimonij vinculum, neutri licet aliud matrimonium inire, & neuter cogitur ad non suam vel non suum accedere. Quod si ex separatione ansa fornicandi sumatur, id culpæ coniugis fornicantis est tribuendum, & non sententiæ fouenti peccatum. Sententia enim diuortij suas vires conseruanti, potest vterque à fornicatione abstinere. Ergo id priuilegium matrimonij, vt eius sententia non transeat in rem iudicatam, minime ad diuortij sententiam est protrahendum. Nec obstat, posse innocentem semper agere ad nocentis reconciliationem. Id enim non consurgit ex eo quod diuortij sententia minime transierit in rem iudicatam, sed quia coniugi innocenti semper est licitum remittere iniuriam sibi irrogatam, ac ita reconciliare sibi adulterum. Atque ita docent *Abbas ca. Lator, num. 12. de sent. & re iudic. & ibi Alex. de Neuo num. 12. Bellam. num. 3.*

4 At dicendum est, sententiam diuortij non transire in rem iudicatam, in ijs quæ sunt in adulteri coniugis fauorem, bene tamen in ijs quæ in eius odium & innocentis fauorem cedunt, ac proinde minime audiendum illum transacto appellandi termino, volentem allegare iniustitiam sententiæ, reconciliationémve petentem, at innocentem semper audiendum esse, agentem ad reconciliationem adulteri: nec adultero suffragari exceptionem rei iudicatæ. Ducor, quoniam cum sententia diuortij feratur omnino in fauorem innocentis, & ad eius instantiam, & in odium adulteri, cui nullo modo vult Ecclesia fauere, equitas poscit ne in fauorem rei transeat in rem iudicatam, & innocentis perniciem. Iniquissimum enim iure optimo ait *Iurisconsultus l. Euidenter, 16. ff de except. rei iudicatæ*, esse, proficere rei iudicatæ exceptionem ei, contra quem iudicatum est. Deinde, quia si omnino sententia illa transiret in rem iudicatam, quamuis posset iniuriam adulterij condonare innocens, atque ita reconciliare sibi adulterum volentem, ipso tamen renitenti minime posset coram iudice agere ad illius reconciliationem, obstanti sibi exceptione rei iudicatæ. Cuius contrarium dicemus disp. sequenti. Et proinde tunc foueretur peccatum. Nam daretur ansa coniugi fornicandi, vt sic alter diuortium intentaret, solutusque esset lege matrimonij quoad thorum & habitationem. Tandem, quia cum diuortium pertineat ad matrim. non tamen illius vinculum soluens, sed ab obligatione thori & habitationis absoluens, æquum est vt non omnino, sed aliquatenus eius priuilegium participet sententia in diuortij causa non ex toto, sed partim in rem iudicatam transeunti. Sicque docent *Hostiens. c. De illa, n. 3. de diuort.* vbi *Ioan. Andr. n. 3. Anton. n. 4. Præpos. n. 7. Alexan. de Neuo, n 9. Henricus c. Quanto, n 7. de diuort. Felinus c. Lator, in 8. declarat. n. 9. de sent. & re iudic.* & Fanet *Abbas c. Ex litteris, n. 11. fine de diuort.* vbi ait sententiam diuortij non transire omnino in rem iudicatam. Aliqui tamen ex his Doctoribus distant in modo loquendi: nam quidam temperant, vt in fauorem rei non transeat in rem iudicatam, donec legitimè statum mutarit, profitendo in religione approbata. Sic *Anton. & Præpos. ibidem.* Alij autem, vt *Hostiens. Ioan. Andr. Alex. de Neuo Henricus ibidē*, non admittunt eam limitationē: sed dicunt tunc non audiri, potius ob negligentiam petendi reconciliationem tempore debito, quàm eo quod sententia illa in rem iudicatam transierit in fauorem adulteri. Et hic modus loquendi magis mihi placet.

5 Ad argumenta num. 2. proposita respondetur. Ad 1. & 2. dic ea probare non omnino, sed partim transire in rem iudicatam: vt num. præced. explicui. Et similiter respondetur ad argum. num. 3. propositum. Iam enim num. præced. probaui foueri peccatum, si sententia diuortij omnino transeat in rem iudicatam.

SVM-

SVMMARIVM.

Si in sententia diuortij Ecclesia inueniat se deceptam, an retractet sententiam, si neuter coniux mutarit statum. n. 6.
An reus condemnatus possit agere ad illius sententiæ rescissionem, vel solum veniat ex officio iudicis retractandus? Et quando detur maioribus restitutio aduersus sententiam, qua transijt in rem iudicatam, n. 7.
An innocens qui post sententiam nouit alterius innocentiam, teneatur reconciliari, n. 8.
An cognita deceptione postquam innocens mutauit statum, factus sacerdos, vel voto ligatus, vel religiosus, sit restituendus vxori, possitque petere & reddere, n. 9.
An ad hanc restitutionem desideretur vt alter coniux repetat, n. 10.
Quid si vterque coniux iam mutarat statum, an licuit repetere? Refertur quædam sententia, n. 11.
Sententia Authoris, n. 12.
An votum simplex ex causa falsa emissum, quando causa est pars ipsius voti, & coincidit cum re promissa obliget, n. 13. & ibi, qualiter accipienda sit paruitas materiæ voti, vt error circa illam reddat irritum votum. Et an tunc obliget votum rei accessoriæ illi, quæ promissa est?
Qualu debeat esse hic error ne votum obliget, an sat sit non considerari difficultatem voti implendi? n. 14.
An sit regula certa, ne obliget votum vel iuramentum ad id, ad quod vouens non se obligaret, si tempore voti aduertisset, hæc voluntas virtualis? n. 15.
Error circa causam finalem, vel impulsiuam, vel illam cessare, an tollat voti obligationem? n. 16.
Quid, vbi dubitatur num causa sit impulsiua, an finalis, vel vbi plures adsint causæ voti, n. 17.
An professio ex falsa causa, vel ex dolo facta valeat? Refertur duplex sententia, n. 18 & 19.
Non irritatur professio, siue causa falsa sit impulsiua, siue finalis, n. 20.
Solum irritatur, quando est error notabilis circa substantialia, n. 21.
Nil refert eum errorem esse fatuum & crassum, n. 22.
An professio facta à muliere existimante diuortiũ esse iustè celebratum, alioquin non professura, sit valida, si constet diuortium fuisse iniustũ, n. 23.
Post n. 23. inuenies cætera summaria, quæ desiderantur.

6 QVÆSTIO II. An si lata diuortij sententia constet Ecclesiam fuisse deceptam: vt quia inuentum est coniugem condemnatum fuisse innocentem, vel vtrumque pariter nocentem, sit ea retractanda, coniugesque ad pristinum matrimonij statum sint restituendi? Triplex potest esse casus. Primus est, si neuter coniux statum mutarit, nec castitatem vouerit. Secundus, quando alter mutauit statum vouens castitatem, aut factus sacerdos, religiosusve. Tertius, quando vterque statum mutauit. In primo ergo casu, quando res est integra ex parte vtriusque coniugis, quia neuter statum mutauit, conueniunt omnes retractandam esse sententiam, coniugesque reconciliandos. Quia sententia diuortij solum transijt in rem iudicatam, in fauorem innocentis, & odium rei: vt num. 4. probauimus. At in hoc euentu, aut neuter est innocens, sed simili erat labe infectus ante sententiam: aut vterque innocens erat, & proinde sententia illa non potuit in rem iudicatam transire, sed erit reuocanda. Atque ita fatentur omnes DD. num. 9. referendi, & *Palud. 4. d. 35. q. 2 a. 2. n. 18.* Nec aliquem contradicentem inueni.

7 Sed rogabis, quo pacto reus condemnatus per sententiam, quæ in odium ipsius transijt in rem iudicatã, audiendus sit suam innocentiam probare volens, aut alterum coniugem pariter fuisse nocentem? Cùm enim pro sententia, dum de ipsius iniustitia minimè constat, præsumendum sit, ipsi volenti allegare contra illam obstabit exceptio rei iudicatæ, ne audiatur. *Abb. c. Lator, n. 12. de sent. & re iudic. & ibi Alex. de Neuo n. 12. & Felin. ibi declarat. 8. nu. 9.* dicunt iudicem ex officio debere tunc coniuges reconciliare, si periculum fornicationis adsit, quo illud vitetur. Sed huic solutioni obstat: nam etiam quando iam coniux innocens est professus, restituendus est priori coniugi, & ipso petente (vt dicemus n. 9. & 10.) Et ita datur actio coniugi reputato reo. Deinde, quia DD. allegandi n. 9. non dicunt hanc restitutionem faciendam ob periculum incontinentiæ, & solum eo existente: sed generaliter docent retractandam esse sententiam illam, tanquam cognitam iniustam, & ex errore procedentem, tanquam non transierit in rem iudicatam in eo euentu. Ideo melius dicendum est, quamuis audiri nequeat, si ex antiquis actis & allegatis nitatur sententiam illam impugnare: eo quod præsumatur transiisse in rem iudicatam aduersus ipsum: posse tamen audiri illum aduersus illam sententiam, ex nouis testibus, aut ex antiquorũ falsitate volentem probare antiquæ sententiæ iniustitiam, petito beneficio restitutionis ex clausula generali, Si quæ mihi causa iusta subest: cuius meminit *Iurisconsultus l. 1. §. fin. ff. Ex quibus causis maiores.* Quod beneficium conceditur quibuscunque maioribus, vt retractetur sententia, quæ in rem iudicatam transierat. Vt cum *Innocentio, Bartolo,* & plerisque alijs, tradunt *Greg. Lopez l. 19. verb. Contra el Rey, t. 22. p. 3. Padilla l. Sub prætextu, n. 17. C. de iuris & facti ignor. Gutier. de iuram. 3. p. c. 7. n. 8. Ioan. Garcia de nobilit. glossa 6. §. 2. n. 8. Cauallos in suis qu. practic. q. 542. n. 3. & seqq.* Quod quidem locum habet, siue adsit vna sententia, quæ in rem iudicatam transierit, siue tres sententiæ, *Ioan. Garcia ibid. n. 5. Cauallos n. 3. & 4.* Item conceditur hæc restitutio tam reo quam actori. Vt contra Paulum docent *Greg. l. op. Padilla, Gutier. Ioan. Garcia, n. 11. & 12. Cauallos n. 7. ibid.* Et licet ferè omnes doctores eam restitutionem concedant, quando noua allegantur instrumenta prius ignorata: at idem est dicendum, probata denuo veritate, siue ex instrumento, siue ex testibus, vel probata antiqua instrumentorum vel testium. Vt alios referens, & latè probans docet *Ioan. Garcia ibi n. 10. & Cauallos nu. 6.* Sed obiicies nil speciale dari in sententia diuortij, cum omnes aliæ ex simili causa retractentur: ac proinde frustra dici eam non transire in rem iudicatam. Respondeo id esse speciale. Quoniam etiam constante veritate ad omnes sententias, quæ transeunt in rem iudicatam retractandas, non audiotur reclamans aduersus illas, nisi petito beneficio restitutionis ex clausula generali. At vero si veritas aliunde constaret contra diuortij sententiam, posset coniux damnatus absque eo beneficio restitutionis reclamare: imo & iudex ex officio aduersus eam venire: eo quod in eo euentu non transierit in rem iudicatam. At dum id non constat, cum præsumatur iustitia sententiæ, & transitus in rem iudicatam aduersus reum, audiri minimè poterit contrarium ex nouis actis probare volens, nisi beneficio restitutionis ex dicta clausula generali petito.

8 Ex his infertur, alterum coniugem in cuius fauorem lata est diuortij sententia, vbi veritatis innocentiæ alterius coniugis conscius fuerit, teneri in foro conscientiæ ad suum consortium coniugale illum reuocare. Non enim iuuari potest ex sententia lata, quam falsæ inniti præsumptioni, sibi constat. Ita docent *Palud. 4. dist. 35. q. 2. a. 2. n. 18. D. Anton 3. p. tit. 1. c. 21. §. 6. ad finem.*

9 In secundo casu quando iam innocens mutarat statum, factus professus in religione approbata, cognita falsitate est restituendus similiter alteri coniugi, cui debitum reddere tenetur, sed non potest ab eo exigere. Quia votum illud castitatis in professione emissum obligauit illum in quantum ille se obligare potuit, absque alterius coniugis præiudicio. Vt in simili dicitur *c. Placet, de conuers. coniug.* de coniuge, qui existimans alterum defunctum, est professus. Atque ita docent *D. Thom. 4. d. 35. q. vn. a. 5. ad 3. Astensis l. 8. sum. 2. p. tit. 34. a. 2. qu. 3. Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 4. t. 19. q. 4. Abulens. cap. 19. Matth. q. 76. ad 3. Rosella verb. Diuortium, n. 6.* vbi *Syluester q. 21. n. 24. Armilla n. 15. D. Antonin. n. præced. allegatus. Tabiena Matrimonium, 4. q. 5. n. 6. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 5. ad 3. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. num. 215 Graffis 2 p. decision. l. 1. c. 12. n. 62.* Atque idem dicendũ est, si vir erat iam sacro ordine initiatus. Quia eadem est ratio, *D. Bonauent. 4. d. 35. in exposit. lit. nu. 5. Ioan. de Friburgo, Rosella, D. Antonin. Syluester, Armilla, Tabiena, Gaeta, Graffis.* Imò idem dicendum est, ob eandem rationem, quamuis simplici castitatis voto astrictus sit. *Sotus eodem loco, Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 4. t. 22. q. 14.*

10 Vtrùm autem ad hanc restitutionẽ faciendam desideretur, vt alter coniux repetat? *Rosella verb. Diuortium, nu. 6.* iuncto *n. 7.* clarè sentit eam repetitionem minimè desiderari. Quia relata *n. 6.* sent. asserenti desiderari vt alter petat: ait, dic vt num. sequenti: vbi licet vterque statum mutarit, concedit vtrique ius ad petendam alterius restitutionem.

Et

Et videtur tenere, *Sotus num. præced. alleg.* ait enim hanc restitutionem faciendam maximè altero petenti. At contrarium tenet *Ioan de Friburgo sum. confess. l. 4. t. 19. q. 5. Astens. l. 8. sum. 2. p. t. 34. a. 2. q. 4. D. Anton. Tabien. Graf. allegati n. prec.* Ducuntur, quod ea professio tenuerit in vouentis præiudicium. Sed prior sententia placet. Quia ea professio tãquam sine licentia & absque vera causa facta fuit omnino irrita, ac proinde non potuit valere absque noua ratificatione: ac tamquam non professus poterit coniux propria auctoritate cessante scandalo exire & repetere manentem in sæculo (vt de professo absque licentia diximus l. 7. disp. 34. nu. 15.) At si hic professus esset mala fide, decipiens religionem, posset religio ipsum inuitum retinere, altero coniuge non repetente, in fraudis pœnam: at ipse non tenetur, donec damnetur, vt dixi ea disp. 34. num. 16.

11 In tertio casu, quando vterque statum mutarat, dicunt aliqui licere ei qui ideo mutauit, v.g. professionem faciés, quod existimaret diuortium iuste celebratum, alias minimè mutaturus, repetere alium, qui iam professus erat, aut ordine sacro initiatus: & ita si vterque ea falsa causa inductus, professus est, licere vtrique alterum repetere. Sic *Rosella verb. Diuortium, n. 7.* idque probat, eo quod illa professio eo errore facta sit inualida: Idem dicit in simili *Astens. l. 8. sum. 2. p. t. 34. a. 2. q. 5.* vbi relata contraria sententia, subdit *Hugonem* sentire, quando vterque coniux professus est, existimans alterum obiisse, licere vtriq; alterius repetitionem. Quia neuter eo animo religionem ingressus est, vt monachus fieret, altero superstite.

12 Sed dicendum est cum *Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 4. t. 10. q. 6. Syluester verb. Diuortium q. 22. n. 25.* vbi *Armil. num. 16.* neutrum posse alterum repetere. Tum, quia falsum est professionem, cui falsa causa ansam dedit, esse irritam. Vt n. 20. probauimus. Tum etiam, quia vterque sciens alterius ingressum, videtur facto ipso licentiam concedere: secus quando ignorantia ingressus alterius adesset. Vt in simili diximus l. 7. disp. 34. n. vlt. quando vterque coniux licentia non petita profitetur.

13 Sed ne indecisum maneat, an professio illa ex errore diuortii iustè celebrati sit valida, oportet præmittere quæstionem generalem, an error, siue dolus circa causam emittendi votum simplex, aut solemne, illud irritum reddat? Et prius sermo erit de voto simplici, deinde de professione solemni. Et quidem causa vouendi quandoque cum materia ipsa voti coincidit, estque pars ipsius. Vt quando quis vouet religionem vel peregrinationem eo fine, vt sustineat labores illius. Et tunc si error aut deceptio circa rem modicam sit, quia, scilicet, labor est paulo maior mea opinione, obligat votum: secus si circa rem notabilem. Nam in priori casu non cessat voluntas & consensus: qui tamen cessat in posteriori. Cùm nil magis contrarium consensui sit, quàm error, *L. Si per errorem, ff. de iurisd. omn. iud.* nec prior existimatio potest vere error, qui consensui aduersetur, nunc quam. Cùm in re modica sit. Atque ita sentiunt *Sotus l. 7. de iust. q. 1. a. 2. colum. 6. vers. Scisciatur autem, Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 50. fin. Aragon. 2. 2. q. 88. a. 1. f. 967. col. 1. Manuel. 2. to su. c. 92. n. 4. Emanuel Sa sum. verb. Votum, nu. 18. vers. Vouens religionem.* Res autem hæc parui aut magni momenti, in qua est error circa materiam promissam, non absolutè pendenda est, sed respectu ipsius materiæ voti; ac proinde modicus error in quodam voto erit magnus in alio. Vt si vouës peregrinari ad locum, centum leucis distare existimes, & decé aliis distet, modicus est error, nec votũ annullabit: sed si existimaret distare viginti leucis, idem error in distãtia aliarum decem esset notabilis, ac votum cessaret. Quia respectu cẽtum sunt, quid modicum decem: secus respectu viginti. Cassato autẽ huiusmodi voto ob errorem notabilem circa substãtiam, erit similiter irritum votũ circa accidentia & accessoria: quamuis illorum notitia habita fit. Vt quia existimans Romam distare cẽtum leucis, cum tamen distet quadringentis, promittens illuc peregrinari sacco indutus, nec tenetur ad sacci indutionem, nec ad iter illud centum leucarum. Quia neutrum principaliter & independẽter promissum est, sed accessione, & dependenter à Romana peregrinatione: ac subinde principali destructo corruit accessorium, quod eius naturam sequitur. *Regula, Accessorium, de Regulis iuris, in 6.*

Maxime autem aduertendum est, desiderari vt is error circa materiam promissam sit positiuus, nec sufficere vou ẽtem minime aduertisse difficultates, quas postea experitur. Quare votum est validum, licet aliquis postea experiatur difficultates, quas præuidens non vouisset. Alias nullus esset in rebus humanis firmus contractus: sæpe enim contingunt aliqua, quæ si fuissent præscita, non celebrarentur contractus. Et ratio huius est quia, (vt optime docet *Valentia 7. 2. 2. disp. 5. q. 20. punct. 4. §. Ante probat.*) longe distant, aliquid velle conditionaliter, si talis circumstantia subsistat: & velle nulla apposita conditione; at volentem ita disposituisse, vt si nosset eam circumstantiam aliter se habere, non id voluisset. Prior enim modus est conditionalis: includitque expresse actum, quo quis re vera non vult ea circunstantia non ita se habente. At postetior minime est conditionalis, alias suspenderet voti obligationem vsque ad conditionis euentum, sed voluntas absolutè & independenter fertur in illud obiectum, nec includit actus ille, vt simul voluntas nolit circumstantia aliter se habente: sed tantummodo eam non fuisse voluturam, si quandam circumstantiam ignoratam nosset. Cùm ergo res illa promissa, sit simpliciter & absolute voti materia, & independenter à futuro euentu, seu à difficultatibus nõ præuisis, quæ retraherent à voto emittendo: non obstante ea inaduertentia obligabit. Sic *Caiet. sum. verb. Votum, c. Votum emisso quandoque vitiosa est in fine Armil. ibi. num. 11. Sotus l. 7. de iust. q. 2. a. 1. ad 3. vers. Ex his quæ dicta sunt. Nauarr. sum. c. 11. nu. 39. Valentia 2. 2. disp. 6. q. 6. pun. 4. fin. Lud. Lopez 1. p. instruct. c. 44. fine Enman. Sa sum. verb. Votum, n. 19. Vers. Non ideo votũ.* Vnde dum dicit *D. Thom. 4. d. 38. q. 1. a. 3. quæstiunc. 1. ad 1.* id quod emitti votum impediret, si præsens esset tempore quo vouetur, superueniens voto emisso, auferre eius obligationem: intelligendus est (vt bene ait *Sotus proxime citatus*) de eo quod impediret, non quidem fieri votum, ob vouentis voluntatem: sed de eo quod impediret cõsurgere obligationem ex voto tunc facto, v.g. morbus qui impediret valorem & obligationem voti, si voto superueniat, auferet obligationem: at difficultas superueniens, quæ præuisa non impediret voti obligationem, sed illud fieri, non aufert eius obligationem. Quod num. sequenti amplius exponetur.

Hinc infertur intellectus ad regulam, quæ tradi solet à Doctoribus, ad voti obligationem ex vouentis voluntate tacita deprehendendam. Dicunt enim pro regula accipiendum, vt vouens minime obligetur vltra id, ad quod si cogitasset tempore emissi voti, voluisset se obligare: atque ita minime obligari in eo euentu quem excepisset, si ei occurreret, quando promisit, de eo interrogatus tunc, responderet mentem suam non esse, in eo euentu se obligare. Et ratio est, quia votum non obligat plus, quam vouens intenderit se obligare: at in eo euentu virtualiter voluit se non obligare. Sicut enim in generali concessione non veniunt ea, quę quis non esset verisimiliter in specie concessurus, *regula, in generali, de regul. iur. in 6.* ita in promissione ij euentus minime comprehenduntur: quos in speciali, cum his, vel illis circumstantiis propositis, excepisset vouens, dum promisit. Hanc regulam tradunt *Anton. c. Quemadmodum, num. 13. de iureiur. D. Antonin. relatis Innoc. & Abbate, 2. p. t. 10. c. 6. §. 5. Angel. verb. Pactum, n. 4.* vbi *Syluester q. 4. Tabiena q. 2. Armilla n. 2. idẽ Sylu. Votum, 2. q. 17. fin. & Iuramentum, 4. q. 13. fin. & Iuramentum, 3. q. 1. p. 3. Hostiens. sum. t. de iureiur. num. 3. Armilla verb. Iuramentum, n. 35. Palacios. 4. d. 38. disp. 1. f. 818. Nauarr. sum. cap. 18. high. n. 5. lat. num. 7. Angles floribus 2. p. de voto, a. 3. diffic. 3. conclus. 5. f. 91. Enriquez l. 11. de matrim. cap. 14. fin. Franc. Garcia de con-*

tract.1.p.cap.3. Sed hæc regula manifestè aduersatur dictis n. præced. vbi ostendimus nõ impedire voti obligationem eos euentus, qui si præuisi essent, minime votum emitteretur: atque ita non sat esse, vt voti obligatio cesset, vouentem eo euentu præuiso non se obligaturum. Ideo vt hoc clarius percipiatur, dictaque Doctorum concilientur, obseruandum est, hanc conditionalem propositionem, si Petrus præuidisset hoc, non se obligasset ad illud, sumi dupliciter; priori modo, in virtute voluntatis vouendi; posteriori, in virtute aliorũ actuum vel habituum, quæ tunc sunt in vouente. In virtute voluntatis vouendi tunc est ea conditionalis, quando in obiecto tunc volito, non continetur implicitè, & virtute, aliud obiectum, nec alius euentus. V.g. vouet quis dare eleemosynam Paulo pauperi, ex tali vouendi volũtate sequitur, vt nolit dare Paulo iã diuiti effecto. Quia ea non est eleemosyna, & ideo is euentus non includitur in obiecto volito. Exemplum secundi modi, quãdo scilicet, si sciret, nollet se obligare in virtute aliorum actuum vel habituum, est, vt si quando vouit eleemosynam illam Paulo faciẽ dãm, actu vel habitu fures odio habebat, ita vt decreuerit, se nũquam eis benefacturum: tunc si contingat Paulum esse furem, vel postea effici, sequitur fore, vt si vouens tempore promissionis id nosset, nollet illi eleemosynam porrigendam vouere: non quidem, quasi illa cõditio includatur, in virtute voluntatis vouendi. Quia cum Paulus sit pauper, comprehenditur sub obiecto eleemosynæ volito. Sed includitur ea conditio, in virtute alterius actus aut habitus nimirum odii latrones. Itaque tunc conditio illa includitur in virtute voluntatis vouendi, quando euentus ignoratus non clauditur sub obiecto promissionis. Tunc autem includitur in virtute aliorum actuum vel habituum, quando clauditur sub obiecto promisso: at ex aliis actibus vel habitibus vouentis excluderetur is euentus, si tempore promissionis cognitus esset. Hoc ergo supposito, dico primò, quando is, qui vouet, habet eam tacitam conditionem inclusam in virtute voluntatis vouendi, si hoc prænosset, ad id non se obligasse, non manere virtute voti ad id obligato. Et in hoc casu verum dicunt omnes DD. allegati, dum asserunt obligationem voti minime extendi ad eum euentum, quem si præcognouisset vouens tempore promissionis, vel de eo interrogaretur, excepisset. Quoniam obligatio voti minimè extenditur vltra vouentis voluntatem, at in hoc casu euentus ille non cõtinetur in obiecto volito per promissionem. Secundò dico, si ea conditio solum includatur in virtute aliorum actuum vel habituum vouentis, manere illum obligatum virtute voti ad illum euentum, quamuis si prænosset, excepisset vtique illum. Nec in hoc casu intelligendi sunt prædicti Doctores: & in hoc sensu est verum quod diximus & probauimus n. præced. Et prob. amplius, quia quantumcumque promittes virtute odii, quo actu vel habitu est effectus tempore promissionis erga latrones, nullum eis bonum impertiri velit, & recusaret, si nosset: at actu & absolutè, nullaque conditione apposita, obligat se ad largiendam eleemosynam illi pauperi, quem furem esse ignorabat: nec eum esse furem obstat, ne includatur in promissione illa dãdæ eleemosynæ, cum includatur in vera eleemosynæ ratione: eo quod vere pauper est. Non ergo exceptus censetur hic euentus à voto ob illam tacitam conditionem, quod vouẽs si nosset, excepisset, nisi expresiè tempore voti exceperit.

16 Specialis autem est difficultas, quando causa vouendi nec est res promissa, nec pars eius, sed extrinseca, an error circa illam illiusue cessatio impediat valorem, ac voti obligationem? Vt si quis existimans re familiari destitutum se esse, votum religionis emittat, cum tamen vere diues sit, vel cesset ante ingressum ea paupertas. Et quidem *Anchar. c. Ex parte, el 2. n. 4. de conuers. coning.* vniuersaliter tradit errorem causę voti, eiusue cessationem non obstare obligationi voti. Quod probat *illud cap. Ex parte*, vbi declaratur votum fuisse validum, licet causa cessarit. Deinde, quia in voto absque matura deliberatione emisso cessat debitus voti finis, nimirum, honor Dei: cum sit peccatum veniale sic vouere. At votum illud obligat. Sed *idem Anchar. ex c. Magnæ, num. 13. de voto*, dicit cessationem causæ emisso voto superuenientem non extinguere voti obligationem: secus si à principio falsa esset causa. Et *P. Molina tom. 1. de iustitia tract. 2. disp. 209. fol. 121.* dicit errorem causæ, quæ promittentem induxit, regulariter annullare promissionem. Quoniam præsumendum est non esse promittentis animum intendere se obligare ea causa minime subsistente. At dicendum est, errorem causæ finalis, seu eius cessationem extinguere voti simplicis obligationem, secus si causa sit impulsiua. Et quando causa est finalis, probatur, quia vouens non absolute eam rem promissam vult, sed per modum vnius cum illo fine. V.g. Petrus existimans filium suum esse in extremo vitæ discrimine constitutum, vouet quo incolumitatem eius consequatur, peregrinationem Romanam, tunc Petro non est voluntaria absolute peregrinatio illa, nec ab eo sic absolutè promissa, sed per modum vnius cum euasione filii ab eo periculo: si ergo ille finis non extet, quia falsum erat periculum illud, vel tempore promissionis filius obierat, votum minime voluntarium erit, ac proinde non obligabit. Explicatur secunda pars, quando est error circa causam, quæ licet ad vouendum impellat, non tamen est finis primo intentus? nec illum mutat. vel gratia, vouet quis Romam peregrinari ob Dei honorem, inducitur tamen ad vouendum gratia inuisendi fratrem, quem ibi falsò existimat esse, vel licet tũc adesset, iam obiit: quamuis certior fiat de absentia fratris, tenetur ad votum, eo quod finis per se intentus adsit, licet causa impulsiua deficiat. Probatur ex *c. Magnæ, de voto*, vbi deciditur validum fuisse votũ peregrinationis Hierosolymitanæ, licet defecerit causa impulsiua cõcomitans finem illius voti, nimirum, tractare cum Campaniæ Duce de cuiusdam Ecclesiæ liberatione. Deinde, quia error non reddit irritum votum, nisi in quantum aufert consensum aut circa promissionem, aut circa rem promissam: at existente dicto errore sunt voluntaria promissio & res promissa, non tantum quoad suum esse materiale, sed etiam quoad formale, nẽpe quoad finem, ad quem per se ordinatur, in quãtum est res illa promissa. Rursus, quia donatio ex communi omnium sententia non cessat ob solius causæ impulsiuæ defectum, sed quando finalis cessat. Tandem, quia cessante causa finali legis, cessat lex, non autem cessante impulsiua. Vt latè *Tiraquel. tract. cessante causa limit. 1. à n. 1.* votum autem est quædam priuata lex, quam homo sibimet imponit. Atque ideo hanc sententiam clare colligo ex *glossa. cap. Magnæ. verb. Vt venires, de voto*, vbi dicit non obstante causæ cessatione obligare votum, eo quod absque illa votum fieret: vbi clare videtur loqui de causa impulsiua. Et eam tuentur *Anton. cap. Ex parte, el 2. num. 14. de conuers. coniug. Abbas ĝ. cap. Magnæ, nu. 14. Angelus Votum, 3. num. 5. Sylvest. Votum 2 quæst. 9. Manuel 2. tom. sum. cap. 98. numer. 2.* Nec obstat *cap. Ex parte, in contrarium allegatum*, Quia id loquitur de religionis professione: in qua est diuersa ratio. Vt dicemus num. 20. Nec similiter obstat alia ratio in contrarium adducta. Quoniam finis per se voti non est honorare Deum ipso voto immediatè, sed solare promissa: qui finis saluatur, quamuis in modo vouendi detur culpa.

In dubio autem num causa falsa, vel cessans fuerit 17
impulsiua an finalis, præsumitur eam esse impulsiuam, ac proinde minime obligatio voti cessabit. Quia in omni voto causa finalis videtur esse cultus Dei media illa re promissa: cæteræ autem causæ videntur impulsiuæ. Sic *Angel. & Sylvest. n. præc. allegati.* Quod si votum duplicé habeat causam impulsiuã, quãtis vna cesset, obligabit

gabit votum: nisi intenderit vouens aliter nō se obligare, nisi illa duplici causa existēte. Sic *Sylvester. ibid. Angelus Votum 3.n.23. Philiarc. de offic. sacerd. t.1.p.2.l.3.c.16. dub.2.*

18 Hucusque de voto simplici egimus. Maius dubium est de voto solemni, vt de professione religionis, num irritetur ob errorē causæ finalis? Quidam enim eam irritam esse tunc existimant. Quoniam libertum consensum desiderat, sicut & votum simplex. Si ergo defectu consensus est tunc hoc irritum: vt diximus n. 16. erit similiter & illa. Atque ita docent *Anton. c. Ex parte el 2. n. 14. de conuers. coniug.* vbi *Abbas, n.8.* Et clare videtur ibi tenere *Cardin. n.5. opposit.2.* vbi ait errorem circa causam non vitiasse in eo textu professionem. Quia censetur impulsiua. Idem docent *Rosella verb. Diuortium, n.7. Lancelot. instit. iur. canon. l.2. t. de diuortijs, paulo post princ. verb. Falsi.*

19 At *Bart. reperit. auth. Ingressi, num.18. C. de sacros. Eccles.* distinguit, dicitque dolo commisso à religionis prælato irritari professionem: secus si ab alio cōmissus sit. Alii autem censent professionem non irritari, siue ex dolo, siue ex causæ errore fiat. Quia vere non dicitur ille professus deceptus, eo quod cōditionem suam in multo dignioré perfectioremque cōmutarit, *l. Deo nobis. C. de sacros. Eccles.* qua ratione communis omnium sent. habet, minorem dolo inductum ad profitēdum nō restitui, (vt diximus, l.7. disp.37. ita sentiunt *Glo. c. fin. in fin. 20. q.3. & ibi Archid. in fin. Bellam. ibi n.3. Turrec. in fin. Idem Glossa, c. Ex parte, el 2. verb. Falsa, de coūers. coniug. & c. Dudū, verb. Spes, eod. t.* vbi *Ant. n.25. Anchar. n.11. idem Ant. c. Veniens, n.5. eo t. idem Anchar. d. c. Ex parte, el 2. n.4. Abbas c. Cum dilecti, n.7. de empt. & vēdit. Ioā. de Friburg. sum. confess. l.4. t.19. q.6. Navar. l.3. conf. in 1. edit. t. de conuers. coniug. conf.3 n.4. Beroius c. In præsentia. de probat. num. 123. Everard. in suis topicis, loco à matrim spirit. ad carn. nu.1. fin. & seqq. Crott. repet. c. In ciuitate. n.20. de vsuris. Padilla l. Rem. maioru. n.9. C. de rescind. vendit. Flamin. de resignat. benef. l.3. q.3. n.12. Manuel t.10. sum.2. edit. c.239. n.1.* Temperāt aliqui nisi talis dolus sit, qui virū prudentissimū falleret. Sicut enim nō quicunq; metus professionem cassat, sed cadēs in virum cōstantem nec quicunq; dolus, sed is, qui in virum prudētissimum caderet. Idq; colligunt ex *c. Cùm dilectus, de his quæ vi.* ibi: *Cùm talis dolus non tam ad circumuentionem prædictorum Cisterciensium, quam ad fatuitatem eorum debeat retorqueri.* Ergo à cōtratio sensu, quando dolus nō pertinet ad fatuitatē, sed in hominem prudentē merito caderet, vitiabitur professio. *Sic Innoc. eo c. Cùm dilectus, nu. 2. Host. ad fin. super verb. Fatuitatem. Ioan. And. nu.2. & 3. Anton. n.19. Anchar. n.6. Abbas c.12. Imola n.9. Decius. c. In præsentia, n. 37. vers. Et hoc vltimum. de probat.* vbi *Felin n.10. vers. Secundo sciat. Benedict. à Vadis in repertor. Fel. verb. Professio, n.2. Syl. Rellgio-3.q.11 Navar. c. Non dicatis. 12. q.1. in 1. edit. n.63. in 2. vero comment. 2. de reg. n.31. Sfortias Oddus tract. de restitutione in integrum, 2.p.q.61. a.5. n.31.*

20 Cæterum dicendum est professionem nō esse irritā, quāuis ex dolo & errore causæ finalis fiat, alias minimè facienda. Prob. ex *c. fin. 20. q.3.* quod est ex conc. Magontēsi, vbi decidit professionem dolo monachorū factā esse validā, at in doli pœnam priuandos esse successione hæreditatis illius professi, & ex *c. Ex parte el 2. de conuers. coniug.* ibi: *Quamuis falsa sit causa, per quam susceptionem velit prædicta mulier esse inducta: cùm sine qualibet tali causa idipsum religionis obtentu facere potuisset.* Vbi indistinctē dicitur professionē mulieris, quæ falsò existimans se posse à viro leproso recedere, ingressa est monasteriū, validam fuisse, quia poterat absque ea causa profiteri, eo quod matrim. nondum erat consummatum. Itaque solum considerat textus, num per professionem contrahentes liberentur vinculo matr. relicta ac impertinenti ad professionis nullitatem falsitate causæ: & cùm in eo statu non irrogetur iniuria matrimonio, eo quod nondum est cōsummatum, decidit fuisse validā professionem. Et ratio est, cōstituendo differentiam inter votum simplex & spōsalia ex vna parte, & inter matrim. & professionem ex altera. Votum enim simplex cōparatur sponsalibus, quæ non ob solum errorem personæ, sed ob multos alios errores irrita sunt: at professio comparatur matrimonio, quod irritū minime est, ex quocumque errore dante causam contractui ineatur, modò non sit error personæ vel conditionis. Vt probaui l.7. disp.18. nu.18. Et ratio huius differentiæ est, quia modus tendendi voluntatis in obiectum, absolutè, & nulla apposita cōditione illud amantis, est conformis naturæ ipsius obiecti: vnde quando voluntas eligit statum omnino fixum & indissolubilem, vt est professio & matrimonium. electio, ea est secundū modum cōgruentem statui permanenti: at valde incōgruum est & disētaneum, statum sumere depēdenter ab aliis rebus, præter eas quæ sunt de ipsius status substātia. Ex huiusmodi enim dependentia sequeretur, multas professiones & pleraque matrimonia censenda esse irrita. Quod cederet in graue damnum & scandalum reipubl. Quod minime contingit ex eo, quod spōsalia & votum simplex ex tali dependentia irritentur. Ex quo fit vt voluntas absoluta contrahendi matrimonii, aut profitendi, eo quod ipso versatur circa huiusmodi statū perpetuum includat virtualem voluntatem status illius eligendi, etiamsi erretur in quantumcumque magnis circumstantiis illius status. Et per hoc respōdetur ad argu. contrarium, n.18. propositum. Hanc sent. vocātes oppositam, quam n.18. retuli. falsam docēt *Sylvester. verb. Diuortium, q.22. nu.25. & ibi Armill. n.16.* & videntur aperte sentire *el. fin. c. Cum dilectus, de his quæ vi, & c. fin. in fin. 20. q.3. Everard. Crot. & Flamin. n. præced. alleg.* comparant enim professionem matrimonio, dicentes neutrum ex falsa causa & dolo vitiari: Cū tamen cōstet matr. ob solum personæ aut cōditionis errorem irritum reddi. Et fauent omnes DD. quos n. præc. retuli. cum absolutè doceant professionem non reddi irritam, ex falsa causa factam. Nec admitrēda est limitatio, quam aliqui ibi relati ponunt, nisi dolus ille in virum prudētissimum cadat. Quia si nō sit dolus circa substantialia, quātumuis iustus sit, ac in virum prudentissimum cadēs non vitiabit professionem: sicut nec vitiat matrim. Cui in hac parte (vt diximus) æquiparatur. Et ita *Beroius cap. in præsentia, n.25. de probat.* eam reprobat. (Si autem sit deceptio circa substantialia, an id requiratur, dicemus n.22.) Nec obstat simile de metu, qui irritat matri. quando est cadens in virum cōstantem. Nam id decreuit Ecclesia, eo quod tollat perfectam cōsensus libertatem. At dolus cadens in virum sapientissimum, quando non est circa professionis substantialia, nō tollit libertatē requisitam ad professionem, sicut nec ad matrim. cui æquiparatur. Nec obstat etiam argumentum à contrario sensu, ex *c. Cum dilectus, de his quæ vi*, cui DD. opposita innitūtur. Nam respondet bene *Beroius proximè cit.* illud argumētum vim nō habere, quando inde resultaret absurdus intellectus, & rationi dissonans. Vt notant scribentes, *l.1. §. Huius rei, ff. de offic. eius. Everard. in suis topicis, loco à cōtrario sensu, n.7.* Id demum obseruādum cēseo, valde mihi displicere rationem, qua communiter vtuntur DD. n. præc. allegati, ad probandum non vitiari professionem dolo factam: eo quod non dicatur deceptus is, cuius cōditio melior effecta est. Ea etenim ratio optimè cōcludit minime dandam minoribus restitutionē, quoad professionem, sicut conceditur quoad alios cōtractus, in quibus læsi sunt. Quia in aliis contractibus præsumit ius eos ratione minoris ætatis deceptos esse: quod in professione præsumi nequit: eo quod perfectiorem statum elegerint. At quoad valorem professionis solum attenditur, num error & dolus talia sint, vt cōsensum abstulerint nec ne. Et quando consensus tollitur, vt quando circa substātialia contingit dolus, vitiatur professio; & vere dicitur is professus deceptus. Quoniam is status quamuis perfectior liberam electionem desiderat: cui dolus obstitit.

Hinc deducitur, solum errorem, vel dolum circa sub- 21
stantialia irritare professionem, sicut & matrimon. Vt si quis putans se profiteri in quadam religione, v. g. D. Dominici, profiteretur in D. Francisci religione. Aut

quando esset notabilis deceptio circa institutum & substantialia regulæ, quam profiteturille. Talis enim error liberam voluntatem tollit. Cùm nil magis consensui, quàm error aduersetur, *l. Si per errorem ff. de iurisd. omn. iud.* Et amplius constat ex dictis n. præced.

22 Et dum talis error circa substantialia contingit, nil refert fatuus, ne sit, an in virum prudentissimum cadens vtroque enim casu irritabit in foro conscientiæ professionem. Quia verè consensum aufert. Sicut error fatuus quo quis existimaret se ducere Mariam, cum tamè esset alia persona cassaret matrim. Nec est simile de metu. Is enim nunquam voluntarium consensum aufert, sed tantum perfectam libertatem: & ideo iure optimo statutum est, vt solum cassetmatr. & professionem, quando est metus viri constantis. Quare dum DD. n. 19. allegati petunt ad professionis irritationem, vt dolus in virum prudentissimum cadat, loquuntur ad præsumptionem fori externi: quod minimè dolum in alio euentu præsumet. Quod si instes, eum errorē fatuum seu vincibilem non excludere consensum. Cùm minimè excuset à culpa transgressionis præcepti, Quam vtique excluderet, si actus ex eo errore procedens esset inuoluntarius. Admitto non omnino excludere voluntariumtat actus ille est voluntarius indirectè. & in causa. Quale voluntarium minimè sufficere ad valorem sponsalium matrimonii, aut voti, probauimus l. 1. disp. 8. n. 21.

23 Tandem ex his decidenda est quæstio n. 3. proposita. An sit valida professio vxoris, quæ credens falsò diuortium iustè celebratū esse, professa est, viro iam professo, aut in sacris constituto. In quo casu *Rosella. verb. Diuortiū, n. 7.* dicit non esse validā professionem. Quia falsa causa illi ansā dedit: & professio vitiatur ex falsa causa finali. At contradicunt *Syluester. verb. Diuortiū, q. 22. nn. 25. Armill. ibi, n. 16.* Tū quia falsū est vitiari professionē ex falsa causa finali. Tū etiam, quia ea falsa existimatio diuortii iuste celebrati, nō est causa finalis professionis, sed impulsiua. Professionis enim finis communiter est, seruire Deo in religione. Quibus assentior. Quia vel illa professio erat irrita ob falsam causam diuortii iusti. Et hoc non: vt probaui n. 20. aut ob iniuriam irrogatam alteri coniugi. Et hoc etiam nō. Quia iam cum ille professus sit, aut sacris initiatus, ius non habet repetendi: vt probaui num. 12. & quātum est ex parte sua, cessit iure suo, ac proinde nulla afficitur iniuria. Si autem professio illa fieret altero manente in priori statu, nimirū, ante ordinem assumptum, aut religionis ingressum: esset inualida, in quantum est in præiudiciū alterius coniugis: vnde eo repetente, cognita iniustitia sententiæ diuortii, teneretur ad matr. redire, at non posset debitum petere. vt n. 9. probauimus.

SVMMARIVM.

Quando fornicatur coniux, qui erat innocēs. & nondū lata est diuortij sententia, tenetur coniugē adulterū dimissū sibi reconciliare, nu. 24.

Post latam diuortij sententiam, an possit accusari coniux ille reputatus innocens de priori adulterio, n. 25.

Quid. si is qui ante sententiam diuortij fornicatus fuit, sit iam professus, vel in sacris constitutus, n. 26. rem. iussiuē. si nouitius existens vel in minoribus constitutus, vel voto simplici legatus fornicetur.

An si lata diuortij sententia coniux prius innocens adulteretur, sit restituendus alteri coniugi compensatis adulteriis? Referuntur triplex sententia n. 27. 28. & 29.

Propositur sententia auctoris: & explicatur quando iudex officiū suum impertiri debeat, n. 30. & ibi quid, si sententia nondū transijt in rem iudicatam: vel damnatus sit minor, & petat restitui in integrum.

An debeat iudex officio compellere coniugem sic fornicantem, ad reconciliationem, n. 31.

An iudice non cōpellente, teneatur in foro conscientiæ reconciliari, n. 32.

Quid si coram iudice negat adulterium post sent. diuortij, falsisue testibus se tueatur an sit cogendus redire in foro conscientiæ ac fateri veritatem, nu. 33.

An si coniux innocens sit iam separatus sententia Ecclesiæ precedente aut absque ea, & fornicetur post professionem, aut ordinem sacrum assumptum sit restituendus priori adulterio. n. 34. Et ibi, quid si post votum simplex, aut ordines minores, vel nouitiatus tempore.

Quid, si forte sit lata sententia diuortij, nondum tamen mutato statu, & iam sit professus, vel in sacris, velit vt ad eum statum migrare, an sit restituendus alteri coniugi, n. 35.

An si lata diuortij sententia coniux innocens fornicetur, possit iure actionis repetere eum qui prius adulterauerat fuerat, n. 36.

An vxor priuata dote ob adulterium, illum recuperet, sine intrusionis. sine ex officio iudicis, viro postea in adulterium lapso: vel restituere eam teneatur vir, n. 37.

Soluuntur argumenta: & resoluitur c. Ex litteris, de diuort. n. 38.

Qvæstio III. An coniux adulter dimissus sententia diuortii præcedenti, ius habeat repetendi innocentem, si tunc is in adulterium labatur tacmutuo vtrumq; adulterium compensetur? Et quidem, quando ante diuortii sententiam contingeret innocentis lapsus, constat inter omnes DD. n. 17. 18. 29. & 30. referentes, teneri hūc redire ad coniugem dimissum. Nam mutua illa delicta compensatione abolentur, nec refert vter prius adulterii reus fuerit. Vt di. 6. nu. 6. probauimus, & tota illa disp. 24

Imo & iam diuortii sent. lata, potest coniux dimissus, accusare ad matr. instaurandum alterum coniugem, de adulterio ante sent. ab eo commisso. Vt contra *Ioan. And. c. fin. in fi. & ibi Ant. n. 8. de adulter.* tuetur *Anchar. eo c. fin. n. 5.* Ducitur que, quia vbi ad idē competit actio & exceptio, quamuis delictum non fuerit deductum in iudiciū per viam actionis, potest is qui nō deduxit, postea agere. Vt obseruat *Innoc. c. Super spoliatione, n. 2. statim in princ. de ordine cognit.* & constat in compensatione debiti, non opposita exceptione, ad quod recuperandum potest agi postea *l. Vendicatū, ff. de conditione.* Deinde quia quādo re vera, vterque erat adulter, in neutrius fauoré aut odiū sent. transiit in rem iudicatā. Vt n. 7. probauimus. Quidquid tamē sit in foro externo, certum est in foro conscientiæ teneri illum coniugem sibi alterum reconciliare nec sibi sententiam iniuste obtentam suffragari. Cùm enim delicta compensarentur, nullum diuortii ius illi competebat. 25

Quidā autem temperāt, vt coniux fornicans ante sent. diuortii, teneatur redire ad coniugem ob adulterium dimissum, nisi ille dimittens sit iā post fornicationem admissā professus. Tunc enim nec tenetur redire, nec alter coniux potest eum repetere. Quoniam nouus homo per professionem effectus. Sic *Gabel.* relatus ab *Abb. c. Veniens, n. 7. de conuers. coniug.* Idem docent *Paludan. 4. d. 35. q. 2. a. 2. n. 4. & ibi Suppl. Gabr. q. vn. a. 2. post 9. concl. vers. Sed quid si nocens.* vbi tradunt vxore fornicante posse virum postea adulteriū cōmittentem, quāuis non sit lata diuortii sen. religionem ingredi, aut ad sacros ordines promoueri: & ducūtur, quia sicut ante matr. consummationem potest coniux religionem ingredi: quod ius minime perditur fornicādo, sed tenetur reddere, nisi eligat religionis statū. Ita vxore fornicāte post cōsummatū matr. potest innocens ad religionē vel ordines trāsire: & si vir sit adulter, potest vxor ad religionē migrare. Ius aūt hoc efficiēdi non amittitur eo, quod coniux ille innocens labatur postea in adulterium. Quoniā per alterius fornicationē acquisierat ius nō reddēdi: & vouendi: vbi aūt ipse postea fornicatur, amittit ius non reddendi: sed non ius vouendi. Quare tenetur vel reddere, vel statū mutādo vouere. Sed omnino ab hac limitatione recedendū est, & dicendū non licere coniugi innocēti, qui ante diuortii sent. in adulteriū labitur, ad aliū statū transire: quod si transeat posse reuocari aduersum matr. ab altero coniuge, in cuius præiudiciū ille, nequit profiteri, ordinēue assumere. Nam eo ipso quòd ante diuortii sent. adulterium admisit; compensantur delicta, vt dixi n. 24. & redit matrim. ad pristinum statum, in quo neutri coniugi diuertere gratia transeūdi ad alium statū permittitur. Atq; ita docent *Host. Veniens, n. 7. conuers. coniug. & ibi Ioan. Andr. n. 5. Ant. n. 9. Abbas n. 7. Anchar. n. 6. Card. q. 5. Nauar. l. 5. cons. n. 1. edit. 1. De adult. cons. n. 4. & 5. in 2. vero, l. 3. t. de conuers. coniug. cons. 9. n. 2.* Quid verò teneatur facere coniux post ordines vel professionem restitutus alteri coniugi, dixi n. 9. Et an possit mutare statum, quando eius fornicatio contingit post latam diuortii sententiam, dicam num. 35. & quando contingit iam mutato statu, dicam n. 34. 26

Potissima autem quæstio disputanda est. An si lata sententia diuortii contingat innocentem labi in adulterium, compēsentur mutuò delicta, ac proinde compel- 27

Iendas

lendus sit ad coniugē adulterii causa dimissum redire? In qua disp. quatuor inuenio sentētias. Prima ait cōpensari adulteria, & ita iure actionis competere coniugi dimisso repetitionem alterius. Ducitur primo quia *c. Ex literis, de diuort.* expressè habetur celebrato diuortio innocentem coniugem, qui ad alias transiit nuptias, compellendum esse ad priorem vxorem redire. Atque interuenisse diuortii sententiam, notat *ibi gl. Ab inuicem*, colligens eo quòd textus asserat conuocato capitulo de eius cōsilio Episcopū separasse coniuges illos. Quod idem docet *Abb. c. De illa, n. 3. de diuort.* Secūdò, quia coniuges iure diuino nequeūt separari, nisi ratione fornicationis: ergo si vterque fuerit fornicatus, debent iterum coniungi. Nec refert si fornicatio admissa sit ab innocente post diuortii sententiam, quia sententia hominis non aufert ius diuinum compensationem adulteriorum admittens. Et confir. quia posteriori adulterio admisso, facta est compensatio sententiæ commodum extinguens. Pleraque enim sunt, quæ rei iudicatæ præponderant: nimirum, vinculum matrimonii persistens, adulterium innocentis, æquitas compensationis, periculum adulterandi, facilis ad pristinum statum regressus, cui iura fauent, *c. Ab exordio, 25. d.* Tertiò, quia diuortii sentētia minimè præstare debet adulterandi ansam: ergo si innocens, in cuius fauorem lata est, postea adulteretur, reddendus est alteri. Quartò, quia sentētia diuortii tacitam includit conditionem, in fauorem innocentis, nisi ipse velit coniugem adulterum repetere. Ergo in fauorem adulteri includitur etiam tacita conditio, si innocens continens fuerit: ac proinde eo incontinentiæ reo non subsistet sententia. Alias hac non inclusa conditione, esset inæqualis litigantibus, ac subinde iniusta. Tandem, quia non est in pœnam posterioris adulterii, sed ex natura contractus matrimonii, quod tacitam cōditionem claudit, vt altero non seruante fidem, liceat alteri diuertere: & vtroque coniuge fidem frangente compensentur delicta (vt probauimus hoc l. disp. 3. n. 4. & disp. 5. n. 23.) Ergo statim ac innocens labitur in adulterium, integrum est alteri petere recōciliationem, & tenetur ille nulla iudicis coactione expectata admittere. Et ideo hanc partem (quæ valde probabilis est) tuentur ex Iurisperitis, *gloss. c. fin. in fine, de adult. & c. Ex literis, verb. Ab inuicem, de diuort. Host. ad c. Ex literis, n. 2. & c. Veniens, n. 7. de conuers. coniug. & sum. t. de diuort. n. 9. Ioan. Andr. c. fin. n. 5. de adult.* vbi *Ant. n. 8. Anchar. n. 5. Anania n. 3. in solut. ad 1. qu. Idem Ioan. Andr. d. c. Ex literis n. 10.* vbi *Anton. n. 9. Anchar. n. 5. fin. & n. 13. Card. n. 5. oppos. 3. Præpos. n. 12. Henric. n. 14. Idem Præpos. c. De illa, n. 6. de diuort.* vbi *Alex. de Neuo n. 6. Felin. c. Lator. declarat. 8. nu. 9. de sentent. & re iudic. Nauar. l. 4. consil. in vtraque edit. t. de diuort. cons. 1. n. 2. & 3. Lex 6. t. 10. p. 4. Greg. Lop. l. 8. verb. Esse mismo, t. 2. part. 4. Mayneriius, l. In ambiguis pro dote, n. 207. ff. de reg. iuris Couar. 4. decret. 2 p. c. 7. §. 6. n. 5. Gutta repetit. c. Ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 228. Iul. Clar. d. 5. recept. §. Adult. vers. Facta autē thori separatione. Anton. Gabr. t. 1. commun. opin. in mea edit. l. 1. f. 21. col. 2. & f. 25. col. 2. Barbosa l. Vtro atque vxore 40. nu. 3. ff. solut. matr. Surdus de aliment. t. 7. q. 16. nu. 52.* Et ex Theologis, *D. Bonauent. 4. d. 35. a. vn. q. 5.* Et quamuis ibi non satis explicet, an loquatur lata sententia, at ex solutione arg. cōstat. *D. Anton. 3 p. t. 1. c. 21. §. 6. vers. Item nota quod si post diuortium. Palud. 4. d. 35. q. 2. a. 2. n. 14.* limitatque nisi is velit religionē ingredi, aut fieri sacerdos. *Supplem. Gabr. ibi q. vn. a. 2. post 9. concl. vers. Sed quid si innocens, Petr. de Soto lect. 11. de matr. col. pen. Palacios 4. d. 15 disp. vn. dub. 4. col. 20. f. 790.* limitās, si prior coniux iam sit correctus. *Angles florib. 1. p. de matr. q. 9. de diuort. a. 2. diffic. 6. Graffis 2. p. decis. l. 1. c. 12. n. 73. casu 3. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 295. §. Præterea quia non est facilis, vers. Cæterū est prædicta, & 2. Instruct. de matr. c. 54.* vbi de diuortio quoad habitationem, *§. penult. Cañedo summ. Sacram. de matr. c. 7. n. 57. casu 1.* & videtur tenere *Veracruz 3. p. Spec. art. 1. concl. 5. casu 1.* vbi ait fornicantem post diuortii sententiā, compellendum esse ad reconciliationem. Non tamen clarè explicat, an iure actionis, vel ex iudicis officio.

Secunda sententia est aliquorum, quos tacito nomine refert *Palud. n. praced. alleg.* qui sic distinguūt, Si priùs adulterās petat posteriùs adulterū, est sibi reddendus, nisi hic velit ad sacros ordines religionēve trāsire. Quia sentētia hominis nō aufert ius diuinum, præscribens vt fornicans posterius non possit priorē repellere, sed fiat delictorum compensatio. Si verò posteriùs fornicans petat priorem, non est prior cogendus. Quia vltima culpa præiudicat. 28

Tertia sent. asserit, nec ex officio iudicis restituendum esse alteri coniugem innocentem, qui post diuortii sententiam adulterium admisit. Quoniam sent. illa transiit in rem iudicatam, in fauorem innocentis (vt diximus n. 4.) Nec est textus committens iudici, vt ex officio suo id efficiat. Ita *Goffred. sum. t. de diuort. n. 13.* 29

Quarta sent. (qui adhæreo tanquam probabiliori) asserit nullam actionem acquiri coniugi adultero, vt repetat innocentem, qui post diuortii sententiam adulteratus est, atque ita ea delicta minimè compensari: iustegrū tamen esse iudici vt eos conciliet ex officio suo illos cogens, quo fornicationis periculo consulatur. Prob. prior pars, nimirum, non dari actionem. Quia semel bene diffinitum, minimè retractandum est, *c. Quod bene, 6. q. 4.* ex Nicolao I. iuncta *Gloss. verb. Diffinitum*, vbi explicat, à iudice per sententiam. Secundò, quia seruitus semel amissa non renascitur, *c. Queris, de consecr. d. 4. l. Stichum, §. Areani, ff. de solut.* Seruitus autem coniugis innocentis amittitur, lata sententia diuortij. Non ergo ipso postea adulterāte renascitur. Tertiò, quia licet adulterii exceptio per simile adulterium extinguatur, at exceptio rei iudicatæ quæ obstat priori coniugi repetenti, minimè aboletur per crimen post sententiam admissum. Quartò, quia diuortij sententia absoluit innocentem à debito coniugalis societatis: dissoluitque contractū matrimonii quoad ius thori & habitationis: manente vinculo. Quare innocēs postea fornicans, reus erit adulterii in ordine ad Deum, ob vinculum matrimonii perseuerans: non tamen peccabit aduersus coniugem dimissum, nec illi iniuriam inferet, vtpote qui iure in illius corpus destiturus erat per sententiam. Sicut coniux altero conniuente fornicans, reus est adulterii in ordine ad Deum, ratione matrimonii, non tamen in ordine ad coniugem conniuentem, cuius iniuria cessat. Sicut ergo in hoc euentu non datur actio aliqua coniugi conniuenti, vt ob id adulterium petat diuortium, eo quod eius iniuria cesset, quæ fundamentum est actionis ad petēdum adulterii: ita in illo, neganda est actio ad repetendum coniugem fornicantē post sententiam: cùm similiter iniuria cessarit, quæ fundamentum est mutuę delictorum compensationis, & actionis ad repetendum. Quintò, quia sententia diuortij non fertur sub conditione aliqua in fauorem rei, nimirū, si innocens continuerit, cùm omnino in odium ipsius transeat in rem iudicatam, (vt n. 4. diximus) cū ergo absolutē & in perpetuum absolutur innocētem à matrimonii seruitute, ad illam sequens adulterium minimè reuocabit. Eo vel maximè, quòd id iure cautum nō inueniatur: imò omnia iura clament sēnēciam ritè latam reuocandam non esse. Prob. secunda pars, nimirum, officio iudicis coniuges illos reconciliandos, quando est periculum adulterii. Quia iuxta doctrinā *Bart. l. 4. §. Hoc autē iudicium, n. 2. ff. de damno infecto*, quam approbat *Nauar. l. 5. cons. t. de adult. in 1. edit. cons. 2. n. 1. in 1.* verò, *cons. vn. 1.* dicens communiter eam recipi: potest iudex vti officio suo nobili in publicam vtilitatem & miserabilium personarū, & alia pia, quale est falsus animæ. Item, quia delictum superueniens præiudicat rei iudicatæ ob animæ periculum, ex iudicis officio. Et ideo hanc sent. tuentur, ex Iurisperitis *Ioan. relatus à gloss. fin. c. vlt. de adult. gloss. c. Apostolus, verb. Viro 32. q. 7. & ibi Philipp. & Laurentius*, quos refert & sequitur *ibi Archid. nu. vn. super gloss. Mulieri, & ibi Bellam. nu. 2. Innoc. c. De illa, n. vn. vers. De aliis, de diuort. & ibi Ioan. and. n. 2. Abbas c. fin. n. 5. de adult. & c. Ex literis, num. 11. de diuort.* vbi *Alex. de Neuo nu. 19. Alberic. in dictionar. D. verb. Diuortium, §.* 30

Diuortium secundum, vers. post latam sententiam: & lit. M. verb. Matrimonium 8. vers. Quid si aliquis coniugum. Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 4. t. 22. q. 13. Monaldus sum. t. de Diuortio, §. Propter quid diuortium fiat, vers. Item si lata. Sylvest. verb. Diuortiũ, vlt. Montalnus l. 6. fin. t. 10. p. 4. Turrecr. c. Apostolus, 32. q. 7. a. 1. n. 1. Et ex Theologis *D. Tho. 4. d. 35. q. vn. a. 6. ad 4. & ibi Durand. q. 2. a. 2. n. 8. Vincent. Speculo doctrin to. 2. l. 10. c. 44. Abulens. c. 19. Matt. q. 76. ad 4. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 6. ad 3. Enriq. l. 11. de matrim. c. 17. n. 3. Bart. à Ledesma dub. 70. de matrim. ad finem. Petr. de Ledesma de matrim. q. 62. a. 6. dub. vn. concl. 2. Philiarc. de offic. sacerd. t. 1. p. 2. l. 2. c. 17. ad fin. Bernard. Vellosillus,* quem refert & sequitur *Vega l. 10. sum. c. 13. casu 13.* Intelligenda tamen est hæc opinio, quando sententia illa diuortii transijt in rem iudicatam: eo quod decennium appellationi concessum sit transactum vel si fuerint tres sententiæ latæ. Nam si id non ita se habeat, perinde reputandũ est, ac si sententia non præcessisset adulterium posterius. Quia virtus sententiæ est suspensa. Atque ita rationes omnes, quibus hæc sententia innititur, solum probant, quando iam sentẽtia omnem firmitatem obtinet. Similiter est dicendum idem, quando sententia illa trãsierat in rem iudicatam, ob lapsum termini appellãdi: at damnatus erat minor, petitque beneficium restitutionis aduersus lapsum illius termini (id enim beneficium restitutionis sibi competit in hac re, & restituitur ad pristinũ statum, ac si sententia non transisset in rem iudicatam: & ita suspenditur vis illius sententiæ: vt bene *Maranta pract. p. 6. t. Et quandoque appellatur, n. 77. & seqq.*) tunc enim iure actionis posset petere coniugis post adulterantis restitutionem: ac si adulterium illud contigisset suspensa sententia per appellationem. Quia per beneficium illud restitutionis ad eum statum redit sententia. Secus si id beneficium minimè imploret.

31 Debet autem iudex ex officio, licet aliter coniux minimè petat, hos coniuges reconciliare. Quia prælatus vt pastor animarum tenetur periculis incontinentiæ occurrere. Sic *D. Thom. Vincentius, Ioan. de Friburgo, Monaldus, Abul. Sylvest. Petr. de Soto n. p. ac allegati. Greg. Lopez l. 9. verb. Puede t. 10. p. 4. Palacios 4. d. 35. disp. vn. dub. 4. s. 790.* Hoc autem intelligendum non est regulariter: sed solùm, quando manifestum esset periculũ coniugum, & aliorũ scandalum. Sic *Sotus, Bart. à Ledesma, Petr. à Ledesma n. prac. relati. Vega l. 10. sum. c. 13. casu 13.* Imò *Sotus & Bart. à Ledesma* rectè dicunt minimè teneri iudicem vti medio tam rigido, nisi coniux ille prius innocens perditissimè viueret, magnum suis adulteriis scãdalum generans. At posse compellere in pœnam ob eius coniugis scandalum.

32 Hinc deducitur, quid dicendum sit, num in foro conscientiæ teneatur vir fornicans post diuortii sentẽtiam, quæ transijt in rem iudicatam, admittere vxorem ob adulterium à se derelictam? Id enim affirmant aliqui: eo quod adulteria compensentur. Et quia sicut proprium adulterium amittit coniux ius exigẽdi debitum, ita ipso iure recuperat altero adulterante. Sic *Durand. 4. d. 35. q. 2. a. 2. num. 8. Maioris ibi, q. 1. fine. Palud. Supplement ũ Gabr. Petrus de Soto, Nauarr. Henr. Iul. Clarus, Cañudo Angles, Ludou. Lopez,* quos omnes n. 27. retuli. *Tabiena Matrimonium 4. n. 1. casu 1. Armilla verb. Matrimonium, n. 73. casu 1.* Temperant *Durand., Maioris, Palud. & Supplem. Gabr.* nisi vir velit sacros ordines suscipere, & ob id fugiat bigamiam. Addunt *Palud. Maioris, & Supplementum,* vel velit religionem ingredi. Sed verius est minimè teneri donec per Ecclesiam cõpellatur. Quod docent *gloss. c. Apostolus, verb. Viro 32. qu. 7. Abulensis, Sotus, Bart. à Ledesma, Petrus de Ledesma, Enriquez n. 30. relati. Emmanuel Sa summa, verb. Diuortium, nu. 2. vers. Post diuortium.* Et ratio est. Quia ex officio cogi, est in pœnam fornicationis, & ob periculum fragilitatis: eo quod coniux abusus fuerit libertatis priuilegio. Sic enim vocant hoc pœnam, *Sotus, Enriquez, Barth. à Ledesma ibid. Turrecr. c. Apostolus, 32. q. 7. c. 4. n. 1. Philiarcus de officio sacerd. to. 1. p. 2. lib. 2. c. 17. ad finem.* Ad pœnam autem nemo tenetur ante iudicis sententiam. Deinde, quia ad id non tenetur ex iustitia, cum per sententiam é coniugali consortio absolutus sit, nec delicta compensentur in hoc euentu (vt nu. 30. probaui.) Nec etiam ex charitatis lege. Quia hæc non obligat eam detrimento notabili proprio, nec extra grauem necessitatem, cui aliter subueniri potest. Quæ omnia hic desiderantur. Nam graue coniugis detrimentum est admittere. Cùm se matrimonii seruituti, à qua liber erat, submittat, nec possit semel admittendo ad alium statum perfectiorem migrare: & si vir sit quidamittit vxorem, sit bigamus, & magnam honoris iacturam faciet. Nec reputatur grauis necessitas. Potest enim aliis modis fragilitati coniugali consuli.

Secundò infertur, coniugem post sententiam diuortii 33
fornicantem, non teneri crimen fateri coram iudice interrogantem ex indiciis, aut semiplena probatione præcedenti: sicut quando iudex de aliis delictis interrogat: imò nisi præcedat infamia. Quia iudex in hac causa procedit ex officio (alteri enim coniugi denegatur actio: vt dixi n. 10.) quando autem iudex ex officio procedit, infamia desideratur, vt reus teneatur respondere, *c. Inquisitionis, de accus. §. Tertio, & c. Cum oporteat, cod. tit.* Quod si iudice rogatus neget, vel falsis testibus se defendat, atque ita non cogatur ad consortium coniugale redire; existimo eum non teneri in foro conscientiæ. Quia est pœna (vt dixi n. præced.) reus autem falsis probationibus absolutus, minimè tenetur ad pœnam, qua iniustè damnandus erat. Vt probaui disp. præced. n. 14.

Dubitabis forsan, quid dicendum sit, si coniux inno- 34
cens, qui ob adulterũ alterius diuertit, iam mutato statu factus religiosus professus, vel sacro ordine initiatus fornicetur, an restituẽdus sit alteri adultero dimisso repetẽti, vel saltem ex iudicis officio? Triplex potest esse casus. Primus, quã do ante sententiã, statuq; immutato, fornicationem admisit, ac postea statũ mutauit. Secũdus, quando statu mutato contigit fornicatio, siue præcesserit sententia diuortii, siue non, Tertius, quando fornicatus est post sententiam diuortii, nondũ tamen mutato statu, at vult mutare, vel iam mutauit, quando lis intentatur. Et de primo casu dixi nu. 26. In secundo autem casu, quãdo iam factus religiosus professus, fornicatus est, minimè potest à monasterio extrahi propter fornicationẽ. Quia ius acquisitum monasterio nõ perditur ob monachi delictum. At ille coniux innocens ob adulterium alterius notorium potuit religionem ingredi. Sic *gloss. c. Veniens, verb. Sponte, de conuers. coning. & ibi Innoc. n. vn. super verb. Continuit Host. nu. 6. Ioan. Andr. n. 5. Anton. n. 8. Abbas n. 7. Anchar. n. 5. Cardin. qu. 4.* nec explicant hi DD. num sentẽtia præcesserit diuortii: & ita vtroq; casu intelligendi sunt. Quia cùm ob adulterium notorium non præcedenti sentẽtia diuortii liceat coniugi diuertere, & statũ mutare, eo professo iã in religione, ius est acquisitũ monasterio: quamuis sentẽtia diuortii minimè præcesserit. Quare per sequẽtem fornicationem ius illud acquisitum auferri nequit. Idem docet *Palud. 4. d. 35. q. 1. a. 2. n. 14.* explicans, siue præcesserit diuortii sententia, siue non. *Ouand. 4. d. 39. q. vn. propos. 5* Et ait esse contra multos Iurisperitos contrarium sentientes, propter *c. Ex literis, de diuort.* Sed non loquuntur Iurisperiti, quãdo iam professus fornicatus est. Vt constat ex iis DD. quos retuli. Similiter idem dicendum est de viro, qui dimissa vxore ob notoriam fornicationem, ad ordines sacros est iam promotus, si enim eo statu assumpto fornicetur, non est ad vxorem reuocandus. Quia iam status est mutatus, & ius acquisitum est statui illi immutabili, cui per sequentem fornicationem præiudicari nequit. Et tunc delictorum compẽsatio fit, quando res in eodem statu permanent. Atque ita docent *Palud. eod. nu. 14. Archid. c. Si cuius, n. vn. vers. In glossa, ibi iniuriam faciat, 34. p. Cardin. Alex. ibi, & Dominicus ibi, in fine, Gregor. Lopez l. 8. verb. Esse mismo, t. 2. p. 4.* Si tamen sententia diuortii non præcesserat, dum fornicatur, est notitius, vel in solis minoribus ordinibus constitutus, vel solo simplici castitatis voto ligatus, credo cum teneri re-

dire

dire ad vxorem. Cum enim status hic non sit inuariabilis, nec omnino perfectus, nō potuit vxori præiudicare, quæ ins habet vt delicta compēsentur, quoties ante diuortij sententiam contigerit vtrum in simile adulterium labi: at si voto simplici ligatus est castitatis, non poterit petere debitum. Dixi semper, quando non præcedenti sententia recessit ob adulterium notorium: & postea iā professus, vel in sacris constitutus, est fornicatus, non restituendum esse virum vxori. Quia si adulterium non esset notorium, restitueretur vxori tāquam spoliatę, non tamen ob fornicationem sequentem, quæ cum priori minimè cōpensatur, ob mutationem status factam, quæ absque vxoris præiudicio fieri potuit in foro conscientiæ, si vir sit certus de adulterio ab vxore admisso: sed restituetur propter spoliū iniustè factum quoad forum externum, donec via ordinaria probetur adulterium vxoris. Quo probato minime admittetur vxoris exceptio de simili adulterio viri commisso post illum statum assumptum. Quia per illud minime potuit illi statui præiudicari: qui legitime in foro conscientiæ assumptus est, si solum vxoris præiudicium attendamus: quamuis ob scandalum vel alias circumstantias peccare potuit, vt dicemus, disp. 11. per totam. Et talis religiosus, vel in sacris constitutus, sic vxori restitutus, nec petere, nec reddere debitum vxori poterit. Quia cùm certus sit de Adulterio vxoris, certus est suum votum fuisse vndequaq; validum. An verò si probationes adulterii vxoris velit in continenti offerre, sit in hoc casu restituendus? dicemus disp. 12. 22.

35 In tertio autem casu, quando diuortium sententia Ecclesiæ præcedenti celebratum est, & vir tunc fornicatur nondum mutato statu, & postea mutet statum professus in religione, vel in sacris ordinibus cōstitutus: si sustineamus sent. relatam n. 27. nimirum, viro post sententiam fornicante ante mutationem status, acquiri vxori ius & actionem ad repetendum, subinde dicendum est, non obstanti nouo statu eum vxori restituendum esse: sicut si fornicans ante sententiam mutasset statum, iuxta dicta nu. 26. Quia status illa iniusta mutatio, aduersus ius acquisitum vxori, non potuit illi præiudicare. Retenta vero opinione, quam n. 30. sustinuimus, videlicet vxorem omni iure & actione destitutam esse, posse autem inuicem ex officio coniuges illos reconciliare. vt incōtinentiæ periculo consulat: nullo modo poterit iudex eum ad consortium coniugale reuocare: & idem credo, si vir votum simplex castitatis emisisset. Quia votum illud in eo statu, aut circa illum emissum, fuit omnino validum: siquidem ius vxoris nullo pacto obstitit: ac proinde cessat officium iudicis, quod nō fouere debet peccatum, quale esset petere aut reddere cōtra illud votum, quod omnino firmum est: & votum quod perfectius est fouens, aliis mediis occurrere debet periculo incontinentiæ. Quod si obiicias, eum statum non potuisse, assumi, votumue emitti, in præiudicium officii iudicis, cui per fornicationem ius acquisitum erat, vt coniuges illos reconciliaret. Dic hoc ius non acquiri in alterius coniugis fauorem, sed in bonum ipsius coniugis fornicantis, vt eius incontinentia caueatur, & vt bono communi consulatur, cauendo peccata publica, ex quibus scandalum oriri solet. Quare impedire non debet statum perfectiorem. Vnde etiam existimo non posse iudicem illud officium impertiri, quando fornicans post sententiam vellet profiteri, aut ad ordines ascendere. Quia iam incontinentiæ suæ consulit, nouum vinculum seruandæ castitatis sibi imponens, statu perfectiori assumendo.

36 Vtrum autem sicut coniux adulter nō habet ius actionis, vt innocentem post diuortii sententiam fornicātem repetat: neque hic tenetur in foro conscientiæ illum admittere, donec iudicis officio compellatur: ita è contra, si ipse innocens tunc fornicans velit alterum sibi reconciliare, careat iure actionis ac proinde prior adulter possit renuere, donec iudex compellat? *Palud. 4. d. 35. q. 2. a. 2. n. 41. & Greg. Lop. l. 5. verb. De adulterio, t. 10. p. 4.* dicunt posse vtrumuis alterum repetere, & teneri alterum redire. Quoniam compensantur illa delicta. Idem sequitur *Paluccus 4. d. 35. disp. vn. dub. 4. col. 20. fol. 790.* Si ambo sint iam correcti: quod si alter tantum sit correctus, illi ait concedi ius repetendi. Sed loquuntur consequenter ad sententiam n. 27. relatam, quam ipsi tuentur, concedētem priori adultero ius & actionem ad repetendum *Anchar.* vero *c. Ex literis, n. 20. sine, de diuort. & Caeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. nu. 231. Syluester verb. Diuortium, q. vlt. Rosella verb. Matrimonium 7. n. 3. Vincent. Spec. doctrin. to. 2. l. 10. c. 44.* negant permitti innocenti, qui post sententiam fornicatus est, priorē adulterum sibi recōciliare inuitum. Quoniam tunc extinguitur effectus sententiæ diuortii, quæ eam actionem concedebat aduersus coniugem adulterum. Deinde, quia coniuges non ad imparia iudicandi sunt. *c. Gaudemus, de diuort.* Et si delictum eos impares effecit: cum iam æquales sint in delicto admisso, debent etiam esse æquales in iure & actione ad repetendum. Sicut ergo prior adulter caret actione, similiter posterior carebit, vel vtrique ea concedenda est. Sed arbitror hūc innocentem, qui post diuortii sententiam adulterium commisit, adhuc habere actionem & ius ad reconciliādum sibi alterum, illumque teneri, volenti illo innocenti ad vsum matrimonii redire. Quoniam in fauorem prioris innocentis transit sententia in rem iudicatam, quæ sententia minimè retractanda est ob fornicationem ipsius subsequutam: & hinc est vt prior adulter ius non habet ad repetendum. Cùm autem minime transierit in fauorem prioris adulteri, nil est quod ipsi suffragetur, quo minus redire teneatur. Si enim excipere velit de adulterio alterius, obstat sibi simile adulterium, quo infectus est: si autem exceptione rei iudicatæ iuuari velit: non transiit in fauorem ipsius sententia in rem iudicatam (vt n. 4. diximus) Quare non obstat argumentum contrarium. Quia sententia diuortii, in fauorem innocentis solius transiens in rem iudicatam, est causa huius inæqualitatis inter coniuges. Nec innocenti fornicante post diuortii sententiam, reuocantur ad pristinam æqualitatem. Quia delicta tunc minime compensantur, vt n. 30. probauimus.

Tandem id superest explicandum: an si vir ob adulte- 37
rium vxoris, lata iudicis sentēria dotem ipsius acquirat, ac ius diuortii, & post sententiam fornicetur, recuperat iure actionis vxor dotem amissam? Et quidem retenta sent. n. 27. relata dicenti vxorem habere tunc actionem ad repetendum virum, dicendum subinde est habere actionem ad repetendam dotem. Quia compensantur delicta. Quod optime dixit *Greg. l. 8. verb. Esse mismo, t. 2. p. 4.* ait enim viro fornicanti post sententiam diuortii, amplectendam esse sent. quæ tribuit ius vxori: & per consequens fore vt vxor recuperet dotem ob adulterium amissam. Et ideo *Barbosa l. Vir atque vxore 40. n. 3. ff. solut. matr.* docet vtrumque concedi iuri actionis vxori. Et *Mexia tax. pauū, concl. 6. n. 63.* dicit iure expeditum esse vxorem esse per sentētiam iudicis recuperaturam dotē, virumque illa priuandum. At reuenta nōstra sent. n. 30. explicata, dicēti nullam superesse actionem vxori adulterę per sententiam dimissæ. sed solum posse iudicem ex officio reconciliare coniuges: dicēdum est nullo modo esse reddendam vxori dotem. Quia iudex ad instaurandum matr. impertitur suum officium, quo deinceps peccatum incontinētiæ vitetur. Quæ ratio minimè cogit, vt debeat compellere ad reddendam dotem. Cum reconciliatis coniugibus, & dote acquisita viro, periculum incontinentiæ satis vitetur. Quod si nulla præcesserit sententia. sed vir pactum inierit cū vxore adultera, vt lucretur dotem, & sic desisteret ab accusatione criminali adulterii, quod fieri posse diximus disp. præc. nu. 22. Existimo eum postea fornicantem teneri nulla expectata iudicis sentētia dotem restituere vxori, sicut & tenetur illam ac consortium maritale admittere. Quia delicta quoad

vtrumq; compensantur, quãdo committuntur ab vtroque ante latam sententiam: & hoc nõ in solo foro externo, sed etiam in foro cõscientiæ, quãvis delictũ alterius occultum sit. Vt probaui. d. præc. n. 29. & seq. Nec obstat pactum lucrandæ dotis, seu potius illius retinẽdæ. Quia illi iure ipso inest tacita cõditio, nisi cõpensentur delicta viro postmodũ adulterante. Cùm tũciure ita disponere, omnia redeant ad pristinum statum. Sicut *l. Quæro*, 56. §. *Inter locatorem ff locati*, asseritur locatorem fundi nõ teneri soluere pœnam de qua cõuentum est, si intra cõuentionis tempus expellat cõductorem, eo quod biennio non soluerit pensionẽ, vel non excoluerit, vt oportet fundũ. Quia quamuis nil expressum sit in stipulatione, de solutione pensionũ, at verisimilẽ est ita cõuenisse nimirum, sub ea cõditione, si pensionibus paruerit, & vt oportet, coluerit. Sic ergo in nostro casu, quando conuentum est inter virum & vxorem, vt vxor non repeteret dotem, & vir ab accusatione desisteret: quamuis nulla cõditio apposita sit: at intelligitur, nisi vir denuo adulterii reus esset sicque prius delictum vxoris, compensatione tolleretur.

38 Ad argu. n. 27. proposita resp. Ad 1. desumptum ex *c. Ex literis de diuort.* prætermissis solutionibus *Soti 4. d. 36. q. vn. a. 6. ad 3. & Abul. c. 19. Matth. q. 76. ad 4.* quæ mihi non placent, legitima solutio est, in casu illius textus non interuenisse diuortii sentẽtiam. Quod ex eodẽ textu manifeste colligitur, ibi: *Sanè tu conuocato capitulo tuo, cum ex eorum consilio vtrique priuatim continentiam iniunxeris.* Si priuatim, non ergo interfuit sententia. Atq; ita docent *Gosfredus sum. t. de diuort. n. 13. Innoc. eo c. Ex literis, n. vn. super verb. priuatim: Host. ibi init. super eod. verb. Ioan. Andr. n. 10. Anchar. n. 5. Abbas c. fin. n. 4. de adult. Archid. 2. Apostolus 32. q. 7. ad fin. & ibi Bellamera, n. 2.* Ad 2. dic compẽsationem admitti, quãdo vtriusq; fornicatio præcedit diuortii sententiã. Nec ius naturale & diuinũ dictat post sentẽtiam admitti cõpẽsationem. Quia adultero illam alleganti obstat exceptio sententiæ, quæ in fauorem alterius, qui dum lata est innocens erat, trãsiit in rem iudicatam. Et ius ipsum naturale & diuinum præscribit sententiam iustam obseruãdam esse. Ad confirm. negandum est fieri tunc cõpensationem: & commodũ sententiæ extingui. Quia omnibus illis præponderat exceptio rei iudicatæ: & incontinẽtiæ periculo, iudicis officio subueniri potest. Ad 5. dic, iudicis sententiam minimè præstare adulterandi ansam: sed alterum coniugem ob malitiam suã aburi libertate: & ideo dignum esse, vt iudex ex officio suo ad pristinam seruitutem eũ reuocet. At non inde prior adulter actionem ad repetendũ comparat. Ad 4. admisso antecedẽti neganda est consequentia. At non sententia est in iusta ob eam inæqualitatẽ: ea enim proficiscitur ex eo, quod transeat in rem iudicatam in fauorem innocentis, & in odium ipsius rei. Quæ inæqualitas vt faueat innocenti cõtra reum, inuenitur semper in sententia iusta, æqualitas enim seruanda, vt iusta sit, ea est, vt vnicuique reddat quod suum est. Ad vltimũ dic, eam cõditionem includi, quãdo vterque ante sententiam fornicatur: secus quãdo alter post. Ad argum. n. 28. propositum constat ex dictis. Ea enim compẽsatio solum habet locum, quãdo ambo coniuges ante diuortii sentẽtiam adulterium committunt. Ad arg. n. 29. adductum dic, licet non sit textus in hoc speciali euentu: esse regulam generalem vt iudex officium suum impertiatur, quãdo id bonũ commune vel ad vitanda peccata necessarium est, vt n. 30. probauimus.

DISPVTATIO X.

An coniux adulter teneatur quandocunque innocenti volenti reconciliari, vel integrũ illi sit, saltem lata diuortii sententia, ad religionem ordinesve sacros transire, aut votum simplex castitatis emittere?

SVMMARIVM.

Quæ sint quæstiones disputandæ, n. 1.

An possit innocens reconciliare sibi coniugem adulterum inuitũ, dum status non est mutatus, sed res est integra? Referuntur quædã opinio, n. 2.

Potest innocens, etiam sententia diuortij lata, reconciliare adulterũ inuitum, dum non est mutatus status. Nec pœna præstat innocentiæ. Et quod fauore alterius introductũ est, non debet in eius damnum retorqueri. Nec ex proprio delicto est commodum reportandum, n. 3.

An desideretur ad hanc reconciliationem, vt iudex diuortij sententiam, quam semel tulerat, retractet, n. 4.

Soluuntur argumenta. Et enodantur l. Paulus respondit, 22. ff. de re iudic. & l. 1. C. si plures vna sententia, n. 5.

An si coniux innocens statũ mutarit, votumve simplex castitatis emiserit possit coniugem inuitum, qui adulter fuit, reconciliare, n. 6.

An quando nulla sententia processit, & manet innocens in eodem statu, possit adulter illum mutare: aut castitatem in præiudicium alterius vouere, nec possit innocens votum irritare, n. 7.

Quid si solum iudicis secularis sententia præcesserit, destruens adulterum in monasterium, quando possit ea proficere? Et explicatur auth. Sed hodie, C. ad l. Iul. de adulter. n. 8.

Quid distet inter posse adulterum inuito innocenti statum mutare: an solum posse eo inconsulto, nec licentia petita, n. 9.

An possit adulter lata diuortij sententia statum mutare aut voto castitatis se astringere inuito innocenti, aut absque eius licentia, ita vt reuocari minimè possit refertur duplex opinio, n. 10. & 11.

Nequit innocenti inuito, aliam potest reuocari, n. 12.

Similiter nequit absque innocentis licentia, n. 13.

Quid si innocenti consuleret, vt nõ contradicti status mutetur adulteri, aut votum castitatis emittatur: & an tunc, vel quando de licentia expressa emissum est, aut votum religionis, possit innocens irritare. Vel saltem re integra licentiam semel concessam reuocare, n. 14. vbi etiam de aliis voto emissis ab adultero de licentia innocentis.

An de licentia innocentis adultero ingresso in monasterium, vel ad ordines promoto, possit innocens in sæculo manere, etiam voto castitatis non emisso? n. 15. & ibi, an possit innocens profiteri, vel ordines suscipere, manente adultero in sæculo?

An coniuge innocenti reconciliationem nolente post diuortij sententiã, integrum sit adultero statum mutare? Possitq; adhuc adulter reuocari donec professus est, n. 16.

An credatur iuramẽto adulteri dicentis se votum iam emisisse, n. 17.

Soluuntur argumenta, n. 18.

QVOMODO in superioribus disp. de coniuge innocenti quando postea in adulterium lapsus est, quando teneatur priori adultero recõciliari: & quando valeat statum mutare. Iam de coniuge in innocentia persistenti agẽdum est. Et in hac disp. qualiter possit adulterum inuitum reconciliare: & num adulter valeat statum mutare. In seqq. vero, quando possit innocens inuito adultero ad religionem ordinesve transire? Et an desideretur sententia iudicis, vt innocens diuertat. Et an teneatur coniugem adulterum dimittere? In præsenti ergo disputatione duplex quæst. est agitanda. Prior, an possit innocens re integra, id est, statu neutrius coniugis immutato, adulterum inuitum sibi reconciliare? Posterior, quando status alterutrius est iam mutatus?

QVÆSTIO I. An re integra ex parte vtriusque coniugis, quia neuter statũ mutauit, votove castitatis se astrinxit, integrum sit semper innocẽti inuitum adulterũ sibi reconciliare: atque adulter teneatur admittere? Quidã hoc admittunt, vbi diuortii sententia lata non est: secus ea lata. Ducuntur 1. quia sententia diuortii cum matrim. omnino separet, manenti solo vinculo, vtrumq; coniugem æquè absoluit, ab obligatione cohabitandi, & reddendi debitũ, alias claudicaret, nec æqualitatem iustitiæ seruaret. Ergo sicut innocens non teneatur admittere adulterum petentem reconciliationem, ita è contra. Secũdò, quia innocens renuens adultero reconciliari, perstensque vsq; ad diuortii sententiam, & illam admittẽs, visus est iure, quod in adulteri corpus habebat, cedere: & adulter pœnas dedit, quas innocens postulauit. Cum ergo per cessionem illam innocẽs omnino destitutus sit iure, quod in corpus adulteri habebat, nequibit illum ad reconciliationem cogere. Tertio, quia sententiæ semel latæ, quæ vtrique libertatẽ concessit, standũ est, dum à superiori nõ retractatur, *c. Quod semel 6. q. 4.* Quarto, quia nil mirum est, si sententia ipsis condemnatis prosit. Vt constat ex *l. Paulus respondit eos qui, 43. ff. de re iudicat. & l. 1. C. si plures vna sententia*, vbi decidit plures debitores in solidũ obligatos, minimè conueniri posse, nisi pro virili portione, si vna sententia condemnati sunt certæ quantitatis soluendæ, iudice in sententia subscribenti vnumquemque teneri in solidum. Ergo similiter diuortii sententia

tentia aduersus adulterum lata, ipsi proderit immunem eum reddens ab obligatione redeundi ad coniugem innocentem. Et ideo hanc sent. quæ probabilis est, sustinent Hugo relatus à *glossa, c. Ex literis, verb. Redire, de diuortiis. Monald sum. 1. de Diuortio ratione fornicationis, §. An possit vir reconciliare sibi vxorem adulteram inuitam, paulo post princ.* nam licet statim in principio videtur oppositum tenere: at postea relata Hugonis sent. illam non respuit, *Tabiena Matrimonium, 4. q. 5. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 5. ad 3. Nauarr. l. 3. cons. in 1. edit. 1. de regular. cons. 38. n. 1.* quamuis *in 2. edit. l. 4. 1. de diuort. cons. 4. fine*, id temperet, si velit coniux adulter ad religionem transire. Et dicit esse probabilem *Petrus de Ledesma de matrim. q. 62. art. 6. notabil. circa 3. concl.*

3 Cæterùm multò probabilius est, posse innocentem, quamdiu status vtriusque est omnino immutatus, cogere adulterum vt sibi reconcilietur, & teneri adulterum cõniuere, quamuis sententia diuortii præcesserit. Ducor primo, quoniam coniux innocens non priuatur per sententiam iure & dominio, quod habet in adulteri corpus: aliàs prodesset sententia reo, aduersus quem lata est. Quod iniquissimum esse docet *Iurisconsultus l. Euidenter, 16. ff. de except. rei iudicata.* Secundò, quia cùm diuortii sententia sit prorsus in fauorem innocentis & odium adulteri, non est in damnum innocentis & fauorem adulteri retorquenda, concedens huic immunitatem coniugalis obligationis, & illum pristino iure in corpus adulteri priuans. Quod enim in meum fauorem introductum est, non debet in meum damnum retorqueri, *l. Quod fauore, 6. C. de legibus.* Et confirm. quia cùm solus adulter sit condemnatus, ius innocentis integrum ac illæsum manere debet, quo possit adulterum ad pristinã amicitiam reducere, etiam inuitum, argumẽto ex *c. Quidam, de conuers. coniug. & c. Qui dormierit 17. q. 2.* Alias daretur coniugibus ansa fornicandi, vt sic diuerterent liberi à pristina seruitute. Tandem, quia pœna, qualis est diuortium, immunitatem adultero tribuere non debet, *l. Relegatorum 7. ad fin. de interdict. & relegat.* Atque æquitati repugnat adulterum ex delicto suo commodum reportare *l. Itaque, ff. de furtis.* Et ideo hanc sententiam tuentur, ex Iurisperitis, *Laurentius*, quem refert & sequitur *Glossa, c. Ex literis, verb. Redire, de diuort. Goffredus sum. t. de conuers. coniug. n. 8. Et t. de diuortiis, n. 6. Hostiensis summa, t. de conuers. coniug. n. 9. vers. Et nunquid. Et c. Gaudemus, nu. 1. eod. t. & c. Ex literis, n. 2. & c. De illa, nu. 2. de diuort. Innocent. 4. c. De illa, nu. vn. vers. De illis. Ioan. Andr. c. Ex literis, n. 10.* vbi *Abbas in fine, Alexander de Neuo n. 20. & d. cap. De illa, nu. 6. Cardin. d. t. Ex literis, fine*, vbi *Anchar. n. 10. Henricus ibi n. 13. fine, & c. Vxoratus, n. 6. de conuers. coniug. Præpositus c. Ex parte, nu. 4. de sponsalib. Felinus c. Later. declarat. 8. nu. 9. de sentent. & re iudic. Albericus in suo dictionar. lit. M. verb. Matrimonium 8. vers. Quid si aliquis coniugum, & lit. D. verb. Diuortium, §. Diuortium secundum vers. Quæro vtrum coniux. Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 4 t. 22. q. 14. Astexas sum. 2. p. l. 8. t. 11. a. 3. fin. & t. 33. ar. 3. casu 6. Rosella Matrimonium 7. n. 3. & verb. Diuortium, nu. 11. Angelus Matrimonium, 4. n. 3. Syluester verb. Diuortium, qu. 10. Tabiena Matrimonium, 4. q. 15. nu. 6. fine. Brunell. de sponsalib. conclu. 10. declarat. 8. nu. 12. vers. Tertius est. Turrecr. c. Apostolus 32. q. 7. a. 1. num. 1. in solut. ad 3. Greg. Lopez l. verb. De adulterio t. 10 p. 4. Gaeta repet. c. Ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 231. Barbosa rubr. ff. solut. matrim. 2. p. n. 22. fin. & l. 2. p. 1. in prin. n. 100. fin.* Et ex Theologis, *D. Th. 4. d. 35. q. vn. a. 6. ad 3. & ibi D. Bonau. a. vn. q. 5. Durand. q. 2. a. 1. n. 6. Palud. q. 2. a. 3. nu. 16. Maioris q. 1. in fine Sup. Gabr. q. vn. a. 2. concl. 9. & paulo inferius in solut. ad argumentum Goffred: Vincentius speculo doctrinali, to. 2. l. 10. c. 44. fin. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 21. §. 6. vers. Efficitur accusationis. Abulens. c. a 19. Matth. q. 75. Nicol. de Orbellis 4. d. 35. q. 2. §. 2.* vbi *Celaia qu. 1. argum. 4. fine. Palacios disp. vn. col. 17. dub 2. fol. 788. Viguer. l. instit. c. 16. §. 7. vers. 9. impedim. 10. ad fin. vers. Notandum quod. Veracruz 3. p. Spec. a. 6. concl. 1. & 2. Angles florib. 1. p. de matrim. q. 9. de diuort. à 1. diffic. 5. Barth. à Ledesma, dub. 70. de matrim. paulo post princ. Petr. de Ledesma de matrim. q. 62. a. 6. concl. 3. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 2. c. 17. ad fin. Graf. 1. p. decision. l. 2. c. 84. n. 14. & 2. p. l. 1. c. 12. n. 66. Indoct. Lopez 1. p. instruct. c. 295. §. præterea quia non tam facile. Emm. Sa sum. verb. Diuortium, n. 2. vers. Post diuortium. Cañedo sum sacram. de matr. c. 7. n. 65.*

Aliqui hoc intelligunt, modò iudex sententiam diuortii semel latam retractet. Vnde dicunt coniuges reos esse culpæ, si reconcilientur, & matrimonio vtantur ante eam retractationem. Quia alias diuortii sentẽtia nullius esset effectus. Sic *Palacios 4. d. 35. disp. vnica col. 18. f. 789. vers. Seruitus ergo.* Cæterum id minimè desiderari, mihi certissimum est. Quia cum sententia absoluerit innocẽtem in ipsius fauorem à debito coniugali soluendo: satis est, vt possit licitè ad vsum matrimonii redire, eum nolle eo fauore vti. Nec ob id caret sententia suo effectu, qui erat, innocentem liberum esse à coniugis adulteri seruitute, dum eum sibi reconciliare renuit. 4

Ad arg. contraria nu. 2. proposita resp. Ad 1. dic, non absoluere sententiam diuortii vtrumque coniugem, sed solum innocentem in fauorem ipsius, & odiũ adulteri: nec ob id sentẽtiam esse iniustam, vt explicui disp. præc. n. 38. in solut. ad 4. Ad 2. negandum est, innocentem cõniuendo sententiæ diuortio voluisse iure suo, quod habet in alterius corpus, cedere: sed tantum voluit sententiam admittere, quatenus in fauorem suum cedit, ipsum à coniugali seruitute eximens. Ad 3. constat ex dictis. Non enim sententia vtique coniugi, sed soli innocenti libertatem concessit: ac proinde cum innocens sibi adulterum conciliat, non contrauenit sententiæ: sed non vult vti fauore per illam sibi concesso. Ad quartum dic cum *gloss l. ea 1. C. si plures vna sent. in fine. & Bartol. ea. l. paulus respondit, statim in princ.* sententiam illam minimè prodesse condemnato. Quoniam licet virtute sententiæ illius nullus in solidum conueniri possit, eo quòd sententia id minimè expresserit: at priori actione potest agi contra quemlibet debitorum, in solidum. Sic ergo innocens non reconciliat adulterum virtute sententiæ diuortii. Illa enim nec concedit nec aufert ius reconciliãdi: sed innocentem à debito coniugii absoluit: at reconciliat inuitum, ratione vinculi matrimonialis, quod obligat adulterum ad debitum reddendum aduersus quam obligationem nulla exceptione iuuari potest. Cum sententia diuortii ipsum non absoluerit, nec ipsi suffragetur, sed soli innocenti. 5

Quæstio II. An quando res non est integra, quia alteruter coniux iam statum mutauit, votove castitatis simplici se astrinxit, integrum sit innocenti adulterum repetere, & sibi reconciliare? Et quidem, quando res non est integra ex parte innocentis, eo quòd iam statum mutarit factus professus, aut sacris ordinibus initiatus manifestum est, nullum superesse ius innocenti ad re cõciliandum adulterum. Quoniam assumpsit statum immutabilem, & incompatibilem, tradiditque se religioni per professionem, vel Ecclesiæ per ordines ad sacra ministeria: nec potest ab eo statu resilire. Quare eum assumens, omnè à se ius matrimonii abdicauit. Sic *Ioann. de Friburgo sum. confess. l. 4. t. 22. qu. 14. Palacios 4. d. 35. disput. vn. col. 17. dub. 2. f. 788.* Vnde bene *Rosella, verb. Diuortium, num. 11.* vbi *Syluester q. 10. Armilla n. 8.* admittunt fas esse adultero profiteri, quando iam innocens est professus. Et ego addo, vel quando iam ordines sacros suscepit. Idem dicit *Palacios*, si innocens votum simplex castitatis emiserit. At contrarium credo. Quamuis enim peccet contra votum, si reconciliet sibi adulterum: at adulter nullæ se exceptione tueri valet, ne ad innocentem petentem redeat. Votũ enim simplex nõ priuat coniugem vouentem iure iustitiæ, quod habet in corpus cõiugis. Qua ratione diximus l. præc. disp. 6. nu. 7. teneri coniugem reddere debitum alteri sacrilegè petenti contra votum castitatis. Et idẽ est dicendum, si innocens solis minoribus ordinibus sit initiatus. Quia nondũ habet statum immutabilem. Et ita bene dixit *Palacios proximè citat.* quando iã innocens est sacris initiatus: quasi contrarium sentiens, vbi ad solos minores ordines ascẽdisset. Et *Ioã. de Friburg.* 6

quando

quando statum mutauit innocens. Non enim per solos minores ordines assumptos censetur status mutatus.

7 At quando res non est integra ex parte solius coniugis adulteri, est quæstio difficillima, satis confusè à DD. disputatur: ac proinde qua distinctione potero rem hãc expediam. Pendetq; eius decisio ex ea quæstione: nũ fas sit coniugi adultero ad professionem, aut ordines transire, aut voto castitatis se astringere inuito innocenti, aut absque eius licentia, in illius præiudicium? Tres casus distinguendi sunt. Primus est, quando nulla sent. præcessit. Secundus, quando sola iudicis secularis damnantis adulteram vxorem intrusionis in monasterium. Tertius est, quando lata est à iudice Ecclesiastico sent. de diuortio. Et in primo casu, quando nulla præcessit sent. concordes reperio omnes DD. asserentes non posse coniugem adulteram statum mutare, aut voto castitatis in præiudicium innocẽtis se astringere: quòd si id efficiat, posse ab innocenti reuocari, vt ad vsum coniugii redeat. Quia cùm res iudicata minimè sit, nil est quod suffragari adultero possit, quò integrum ei statum mutare, aliquidve, quo innocentem lædat, efficere. Delictum enim ipsius immunitatem præstare minimè debet, ne ex delicto commodum assequatur. *l. Itaque ff. de furtis.* Atque ita fatentur omnes DD. allegandi. An verò vota ab adultero tempore diuortii emitta possit alter coniux irrizare? dixi l. præc. disp 39. n. 41.

8 In secundo casu, quando sola iudicis secularis sent. præcessit detrudens vxorem adulteram in monasterium, vt pœnitentiam agat: extat decisio *auth. Sed hodie, C. ad l. Iul. de adult.* sic se habens: *Sed hodie adultera in monasterium mittatur, quam intra biennium viro recipere licet: biennio transacto adultera tonsa monastico habitu suscepto, vbi dũ vixit, permaneat.* Ex quo textu constat, viro innocenti integrum esse intra biennium à prædicta reclusione vxorem sibi conciliare, nec eam posse ante id tempus transactum in viri præiudicium professionem emittere: quod si emittat, posse à viro reuocari. Atque ita faciendum esse, docent *Glossa c. Gaudemus, verb. In claustrũ de conuers. coniug. & ibi Hostiens. n. 3. Ioan. Andr. n. 3. Ant. fine, Anchar. n. 2. Card. n. vn. q 1. Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 11. a. 3. fin. Rosell. verb. Diuortium, n. 11. Sylu. q. 10.* Et quamuis fere omnes hi DD. non explicent eum textum procedere, lata sent. à iudice seculari: imo *Gloss. verb. Cecidernnt. Rosella & Sylu. ibid.* explicant, quando præcessit sent. vel adultera publicè in adulterio deprehensa detruditur in monasterium. At re vera ita intelligunt illum textum. Nam *Hostiens. Ioan. Andr. Ant. Anchar. Cardin. Astens.* expresse dicunt quãdo non præcessit diuortii sent. sed detrusa est vxor in monasterium ad perpetuam pœnitentiam: iuxta *d. auth. Sed hodie* quod idem petunt reliqui DD. Detrudi autem eo modò nequit vxor, nisi iudicis ministerio, vel professẽtis sententiam seruato integro ordine iudiciario, vel eo omisso: quia vxor publicè in adulterio deprehensa est, ita vt nulla tergiuersatione celari possit. Atque ita intelligunt præcedenti ea sent. illum textum, *Abbas eo c. Gaudemus, nu. 7. Nauarr. l. 3. cons. in 1. edit. 1. de regular. cons. 38. nu. 1. in 2.* verò, *l. 4. t. de diuort. cons. 4. nu. 1.* Et quamuis *Abbas eo c. Gaudemus, num. 7.* dicat minimè sibi placere intellectum prædictorum DD. at id enenit, quia falsò existimat eos intelligere corrigi *d. authent. Sed hodie*, per *d. c. Gaudemus* Nam in *d. auth.* assignatur tempus biennii ad reconciliationem: & *d. c. Gaudemus*, nullum præscribitur tempus. Vnde dicit *Abbas* nõ corrigi: quia loquitur instituta accusatione criminali: at *c. Gaudemus*, quãdo non interuenit ea accusatio criminalis. Sed reuera prædicti Auctores non discordant. Nam manifestè intelligunt *d. auth.* præcedẽti sent. criminali iudicis secularis. Et statim *Host. Ioann. And. Ant. Anchar. & Card.* intelligunt *d. c. Gaudemus*, nullũ præscribens tempus, in diuerso casu: nimirum, quando diuortii sent. præcessit. Ex his ergo Doctoribus constat in casu *d. auth. Sed hodie*, transacto eo biennio, quo noluit eã vir recõciliare, posse vxorem profiteri: ac professione facta nõ posse reuocari à viro: sed sibi imputare debet seram reconciliationẽ. Atq; ita expresse docẽt *Ricard. 4. d. 35. a. 3. q. 2.* vbi *Nicol. de Orbell. q. 2. §. 2. Rosella verb. Diuortium, n. 11.* vbi *Syl. q. 10. Armill. n. 8.* Debet autem hoc intelligi, si eo tẽpore biennii sit iam vxor emendata. Nõ enim debet viro imputari, si eo spatio tenuat fieri reconciliationem, nec in mora esse dicetur: si vxor in adulteriis perstitat. Cùm indignum sit eam tunc admittere. Sic *Nicol. de Orbellis, Rosella, & Syl. ibid.* imò & monitionem postulant *Ricard. & Nicol. de Orbellis*, nempe, vt vir monitus nolit intra biennium vxorem reconciliare. At eam minimè desiderari placet. Quoniã nec *d. auth.* nec alii DD. eam petunt. Cum tamen *Hostiens. Ioã. Andr. Ant. Anchar. & Card.* statim loquentes quando diuortii sent. præcessit, in quo casu nullum est præfixum tempus recõciliationi faciẽdæ, petunt vt vir sæpe moneatur: quasi sentiãt biennium præscriptum *d. auth. Sed hodie*, esse loco monitionis. Si autem vxor nõdum professa sit, transacto quocunq; tẽporis spatio, potest à viro recõciliari. Quoniã in biennium est solũ præscriptũ, vt postea vxori liceat profiteri, nec à viro iã professa repeti possit. Quare dũ professa nõ est, sed res est integra, ius recõciliãdi nõ denegatur viro. Vt optimè animaduertit *Palud. 4. d. 35. q. 1. a. 3. n. 16. allig. d. auth. Sed hodie.* Vnde minus bene dicit *Palacios 4. d. 35. diffi. vn. col. 18 f. 789. ante vers. Neque nocens*, quamuis *d. auth.* præscribat biennium: nullum esse tempus destinatum in foro conscientiæ, si res integra maneat, in quo non liceat innocenti vxorem adulteram cogere ad reconciliationem. atque ita sentit contrarium decidisse pio foro externo *d. authent.* Quia re vera stante decisione *d. auth.* verum est in vtroq; foro posse quandocunque re manente integra vxorem à viro reuocari. Tandem non est audiendus *Salicetus d. auth. Sed hodie, n. 3. oppos. 4. in fine*, dicens corrigi eũ textum per ius canonicũ, quod minime permittit vxorem ad religionem trãsire, viro in seculo manenti, *c. Vxoratus. & toto t. de conuers. coniug.* vnde infert attento iure canonico integrũ esse viro eã vxorem perpetuo sibi reconciliare. Quod idem videtur sentire *Bald. d. auth. n. 2.* reddens enim rationem, cur adultera sic in monasterium detrusa non sit monialis, dicit eam esse: quoniam profiteri nequit viro in seculo manente. At neuter est audiendus. Et omnes DD. relati *d. auth.* decisioni stãdum esse opinantur, & proinde nõ corrigi per ius canonicum. Et ratio est, quia dũ ius canonicum negat coniugibus facultatem trãseundi ad religionem alterutro manente in seculo: intelligitur manente integro & illæso matrimonio, secus vbi adulteriũ alterius coniugis interuenit, vt constabit ex dicendis n. 15. & tota disp. seq.

In tertio casu, nẽpe lata à iudice Ecclesiastico sent. di- 9
uortii, maior est difficultas, nũ liceat adultero absq; innocẽtis licẽtia, aut eo inuito profiteri, sacrisq; ordinibus initiari, ac votum simplex castitatis emittere: atque ita postea nõ liceat innocenti ipsum reuocare? Et id obseruandum est, valde differre, posse adulterum absque licentia innocentis, vel posse ipso inuito. Nam in priori casu poterit adulter in consulto & inscio innocenti, statum mutare: atque eo mutato non poterit ab ipso repeti. At si ante mutationem cõtradicat innocens volẽs sibi adulterum recõciliare, id non poterit efficere adulter, sed tenebitur innocenti acquiescere. In posteriori verò poterit adulter mutare, quamuis contradicat innocens.

Quidam in hac quæst. existimãt posse adulterum, post 10
sent. diuortii latã, profiteri absq; alia innocentis licẽtia, sed ipso cõsulto: atque ita sic professum non posse ab innocenti repeti. Ducũtur, quoniã innocens perstitẽs vsq; ad diuortii sent. alliq; conniuens, videtur adultero facultatẽ profitendi cõcedere, & quoad hoc iure suo cedere. Sic sentiunt *Palud. 4 d. 35. q. 2. a. 3. n. 16. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 6. ad 2. Angles florib. 1. p. de matri. q. 9. de diuort. a. 2. diffic. 5. Enrique. l. 11. de matrim. c. 17. n. 6. ad fin. & l. 12. c. 5. nu. 10. fin. Pet. de Ledesm. de matrim. q. 62. a. 6. not. ab. vn. circa 3. concl. Lop. 1. p. instr. c. 295. §. Præterea quia non tam facile: & 2. p. d. matri. c. 54.* vbi de diuortio quoad habitationem, §. *pen. not. ab. 2.*

Cõiuge

Castedo sum. sacram. de matrim. c. 7. n. 65. Idem expresse sentiunt alij DD. asserentes integrum esse innocenti reconciliari adulterum, donec hic iam professus sit. (Si enim non posset absque innocentis licentia profiteri, posset vtique post professionem reuocari: tanquam is qui illegitime professus est, nec potuit ius innocentis lædere.) Sentiunt etiam non posse inuito innocēti profiteri: cum dicant posse ab illo vsque ad professionem reuocari. Hi sunt Hostiens. c. a. Ex literis, ad fin. de diuortiis, & ibi Ioan. Andr. num. 10. Abbas fine, Anchar. nu. 11. Henricus nu. 15. & c. Vxoratus, n. 6. de conuers. coniug. Alexand. de Neuo d. c. Ex literis, n. 20 & c. De illa, n. 6. ad fin. de diuort. Rosella Matrimonium, 7. num. 3. Angel. Matrimonium, 4. n. 3. & Felin. c. Later, declarat. 8. ñ. 9. fin. d. sent. & re iudic. dubius manet, cogitandumque relinquit. Et videtur tenere Supplem. Gabr. 4. d. 35. qu. vn. art. 2. concl. 9. dicit enim re integra, id est, ante professionem posse adulterum reuocari: at non explicat num res integra debeat esse ex parte innocentis, vel ex parte adulteri. Et idem dicunt Angelus, Sotus, Supplement. Gabr. Enriquez vtroque loco citato, quando res non esset integra: quia iam cōiux adulter est factis initiatus: dicunt enim tunc eum non posse reuocari. Imò & posse adulterum absque innocentis licentia emittere tunc simplex castitatis votū, nec posse ab innocenti reuocari, docent Palud. Supplem. Gabr. ibid. Sotus 4. d. 36. qu. vn. a. 5. ad 3. & a. 6. ad 2. Ind. Lopez vtroq; loco allegato, Petr. de Ledesma proxime citatus. Vnde dicit Sotus eo art. 5. ad 3. si velint coniuges reconciliari, postquam adulter se voto castitatis ligauit, non posse eum, qui vouit, petere nec reddere. Verum aliqui DD. huius sententiæ contrarium docent circa votum simplex dicētes posse adulterum solo voto simplici astrictū, reuocari ab innocente: quando absque eius licentia vouit. Sic Angles & Canedo proxime relatis Enriquez dicens ita sentire aliquos Neotericos, l. de matrim. c. 17. n. 6. ad fin. Addit Petrus de Ledesma cōtra reliquos, etiam tempore nouitiatus nō posse adulterum reuocari. Et hæc sententia est probabilis.

11 Alij verò existimant etiam coniuge innocenti inuito licitum esse adultero, post diuortii latam sententiam, ad religionem transire. Quia sententia illa non solum innocentem, sed etiam adulterum ipsum à coniugalis seruitutis obligatione eximit: quæ sola obstaculo est, ne coniuges statum mutare possint. Insuper probatur omnibus rationibus, quibus sent. n. 2. relata probauit, non posse innocentem sententia diuortii lata cogere adulterium, vt sibi reconcilietur. Et ita omnes Doctores illius sententiæ tenentur hanc affirmare. Et ita docent Hugo relatus à Glossa c. Ex literis, verb. Redire, de diuort. Manald. sum. vbi de Matrim. 1. de diuortio ratione fornicationis, §. An possit vir reconciliare vxorem adulteram mutatam paulo post principiū. Nauarr. l. 4. cons. in 2. edit. t. de diuort. consil. 4. n. 1. iuncto nu. 5. vbi id quod dixerat n. 1. & in 1. edit. l. 3. t. de regular. cons. 38. n. 1. nempe non teneri adulterum lata diuorti sententia redire ad innocentem, temperat, quando adulter vult ingredi religionem. Et refert pro se glo. c. Agathosa, 27. qu. 2. verb. Conuersionis. Sed malè. Quia glossa id non dicit ex propria sententia, sed ex Hugone id affert, addens contradicere anth. Sed hodie, C. ad l. Iul. de adult. Idem tenet Sotus 4. 36. q. vn. art. 5. ad 3. Gaeta repetitæ. Ad summa, 30. q. 1. §. 4. nu. 224. Bart. à Ledesma de matrim. dub. 64. post 3. conclus. vers. Sciendum est secundo. Et est probabile.

12 Prima tamen conclusio sit. Minime permittitur cōiugi adultero transire ad religionem, inuito innocēti, etiam lata diuortii sententia: quod si ingrediatur, potest etiam post professionem reuocari. Hęc cōclusio est cōtra DD. relatos n. præc. Et ratio illius est. Quoniam cùm teneatur adulter reconciliari innocenti id petenti: si eo inuito volenti reconciliationem renuat adulter, & ipso inuito profiteatur, non potest ea professio iuri coniugis innocentis præiudicare. Quare hanc cōclusionem probant omnes rationes adductæ n. 3. quibus probaui teneri adulterum etiam lata sententia reconciliari innocēti. Atque ita DD. ibi relati, pro ea sententia tenentur hanc conclusionem affirmare. Et in terminis docent Laurentius, quam refert & sequitur Glossa c. Ex literis, verb. Redire, de diuort. Goffred. sum. t. de conuers. coniug. n. 8. D. Ant. 3. p. t. 1. c. 21. §. verf. Effectus accusationis. Allensis sum. 2. p. l. 8. t. 11. a. 3. fine, & t. 13. a. 3. casu 6. Sylu. verb. Diuortium, q. 10. & Matrimonium 9. q. 11. Palacios 4. d. 35. disp. vn. col. 7. ante vers. Porro ingratiam, f. 783. Barbosa rubr. 2. p. n. 22. fin. ff. solut. matrim. Graffis 1. p. decisionum l. 2. c. 84. n. 14. & 2. p. l. 1. c. 12. n. 66. Et à fortiori idem docent auctores n. seq. allegandi. Et hanc cōclusionem intelligo, quando innocens contradicit ingressui religionis adulteri, volens eum sibi reconciliare: nam si vtrumque renuat, dicemus n. 16.

Secunda cōclusio. Nec potest coniux adulter ad religionem transire, ignorante & incōsulto innocente, sed eius licentia desideratur. Quia cùm innocens ius habeat cogendi adulterum ad reconciliationem necessariò circa mutationem status adulteri consulendus est, eiusque beneplacitum petendum, ne iuri sibi acquisito præiudicetur. Hæc est contra DD. n. 10. relatos. Sed illam tenēt D. Th. 4. d. 35. q. vn. a. 6. ad 3. & ibi D. Bonau. a. vn. q. 5. ad 2. Alberic. in suo dictionar. lit. M. verb. Matrimonium, 8. verf. Quid si aliquis coniugum. Ioan. de Friburgo sum. confes. l. 4. tit. 22. q. 14. Abulensis c. 19. Matt. q. 75. ad fin. corp. & q. 76. in solut. ad 3. Nicol. de Orbellis 4. d. 35. q. 2. §. 2. Rosella verb. Diuortium, nu. 11. vbi Sylu. q. 10. Armilla n. 8. idem Sylu. Matrimonii 9. q. 11. Brunellus de sponsalib. concl. 30. declarat. 8. n. 12. verf. Tertius est. Veracruz 39. Speculi, a. 6. prob. 3. secunda concl. Bart. à Ledesma dub. 70. de matrim. paulo post princ. Quam conclusionem intelligo (vt dixi nu. 6. præced. fine) quando innocens negaret licentiam volens sibi adulterum reconciliare. Nam n. 16. dicturi sumus, quid possit adulter, quando innocens reconciliationem renuit, licentiamque denegat. Vnde quando sine licentia innocentis profitetur, potest reuocari Alberic. Sylueiter Bart. à Ledesma ibid. 13

Tertia conclusio. Validè mutat statum adulter, post diuortii sententiam, si id sciat innocens, nec cōtradicat, cùm possit. Quia satis videtur data licentia. Sic D. Anton. 6. p. t. 1. c. 21. §. 6. verf. Effectus accusationis. Alberic. Ioan. de Frib. Nicol. de Orbellis n. præc. allegati. Sylues. Matrim. 9. q. 11. Tabiena Matrimonium 4. q. 5. num. 6. De limitatione, quam aliqui ponunt, vt innocēs manens in sęculo teneatur cōtinere: dicemus nu. seq. Vtrum autem votum simplex castitatis aut religionis factum à coniuge adultero post diuortiū celebratum, siue propria auctoritate ipsius coniugis innocentis, siue auctoritate iudicis, de licentia innocentis tacita aut expressa, possit alter coniux irritare vel alia vota tunc de licentia innocentis facta, casu quo posset irritare si facta essent de licentia coniugis, matrim. integro perseuerātis: iuxta dicta l. præc. tota disp. 40. D. Th. 4. d. 35. q. vn. a. 6. ad 3. dicit teneri celebrato diuortio adulterum reconciliari innocenti volenti, nisi de licentia eius votum emiserit. Vbi clarè sentit non posse irritari votum castitatis de licentia innocentis emissum. Quod verissimum esse credo. Quia cum iam matrimonium diuisum sit ex parte vtriusq; coniugis: ex parte enim adulteri diuisum est plenè, eo quod innocēs assensum dedit voto incōpatibili, nempe, castitatis vel religionis, nullum ius reuocandi validè habet innocens: & idem credo, si alia vota post vel ante illud castitatis vel religionis emisit adulter, etiam absque licētia innocentis. Non enim posset innocens voto castitatis religionisve facto ea irritare. Sicut lib. præc. disp. 39. nu. 41. diximus nō posse adulterū irritare vota innocentis tempore diuortii emissa. Quoniam emisso iā voto castitatis aut religionis ab adultero de licētia innocētis, æque liber est à iugo cōiugalis seruitutis, ac ipse innocēs. Quod si postea instauretur matrim. & ad pristinum statū redigatur, cēlebuntur ea omnia vota, sicut si emissa essent ante matrim. Sicut devotis innocētis tēpore diuortii factis diximus d. disp. 39. n. 41. ac proinde idem dicēdum erit de iis votis: quod ibi diximus de votis innocētis. Si autē innocens celebrato diuortio, propria aut iudicis auctoritate, cōcessisset licen- 14

tiam

tiam adultero, alia emittendi vota præter castitatis aut religionis, cum illa non repugnent statui coniugali: ac proinde non reddant adulterum immunem ab obligatione seruituris coniugalis, & reconciliationis, si velit innocens: existimo posse innocentem cogere adulterum vt sibi reconcilietur: ac reconciliatione facta, posse irritare ea vota valide, sed peccando mortaliter, vbi causa iusta irritandi non esset: & absque culpa, vbi causa iusta esset: perinde ac posset, si integro & illæso matrim. facta essent. Iuxta tradita lib. præc. disp. 40. n. 4. & seq. Et hoc, quando maritus esset innocens, & vxor adultera. Et si è contra vxor esset innocens, & vir adulter, facta reconciliatione, idem censendum esset de his votis factis tunc à viro de licentia vxotis. Sicut diximus de aliis votis factis integro matrim. de licentia vxotis, lib. præc. disp. 42. n. 13. Et ratio horum omnium est. Quia ex parte innocentis, & in suum fauorem manet integrum & illæsum matrim. Quod si innocens data licentia adulterio vouendi castitatem aut religionem, re integra, id est, ante votum ab adultero emissum, reuocasset licentiam, credo adulterum teneri reconciliari. Et ita cautè dixit *D. Thom. initio huius n. allegat.* teneri adulterium redire ad innocentem, nisi de licentia eius iam votum emiserit: quasi aliud sentiens quando data licentia nondum votum factum est. Sicut etiam lib. præc. disp. 40. num. 13. diximus reuocare posse licentiam vouendi concessam re integra, quando matri. illæsum est. Quoniam videtur integrum & illæsum ex parte innocentis, dum adulter ea licentia minimè vsus est. Vnde si concessit innocens licentiam vouendi castitatem, votum religionis & alia vota emittendi: & adulter alia vota emittat, potest adhuc nondum emisso voto castitatis, aut religionis, innocens reuocare licentiam, & cogere adulterum ad reconciliationem. Quia adhuc res est integra ex parte matrimonij: cũ per alia vota ipsi non præiudicetur. Et semel facta reconciliatione dicendum erit de potestate irritandi hæc vota, quod proxime diximus, quando solum concessa est licentia ad ea emittẽda. Quia eadem est ratio, cum emissa sint, & instauretur matrimonium, nondum illi præiudicio facto.

15 Quarta conclusio. Vt adulter de licentia innocentis profiteatur, vel ad sacros ordines transeat, non est necessarium, vt innocens etiam ad religionem transeat, votumve castitatis emittat: sed potest manere in seculo absque voto aliquo. Quia textus prohibentes mutationem status alterius coniugis, altero in seculo manente, saltem absque castitatis voto, *c. Sanè, c. Cùm sit. c. significauit, de conuers. coning.* loquuntur, vbi matrim. integrum & illæsum perseuerat: secus vbi est diuortium. Quia cùm innocens liber sit à iugo debiti coniugalis, potest independenter à mutatione status adulteri ad religionem ordinésve transire: quod si id non posset ita libere adulter, prouenit fauore innocentis, ne iure reconciliandi, quod habet, derogetur. Quare renunciante innocenti huic fauori, potent ita liberè vt innocens, transire ad ordines aut religionem. Atque ita *Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 5. ad 5.* dicit posse adulterum dimissum transire ad ordines vel religionem, innocenti manente in seculo. Et hoc credo verum, etiamsi non sit lata diuortii sententia. Nam in foro conscientiæ cessante scandalo potest liberè innocens diuertere ab adultero, & mutare statum, transeundo ad ordines vel religionem (vt disput. sequ. num. 11. & seqq. dicemus.) Quare poterit similiter fauori suo renuncians, eam licentiam concedere adultero, quamuis ipse innocens in seculo maneat absque voto. Vnde dum *Alberic. D. Antonin. & Syluest. nn. 13. allegati*, aiunt posse adulterum de licentia innocentis profiteri: at innocentem teneri continere, non intelligunt, id est, emittere votum continentiæ, sed abstinere ab alio matrimonio: eo quod prius vinculum non soluatur, quando iam consummatum erat. Aliàs nil speciale esset in hoc casu diuortii. Quod idem aperte constat de innocenti, ex *c. Agathosia, 27. q. 2.* vbi decidit coniugem ingressum in religionem, vxore manente in seculo absque voto, restituendum esse vxori, nisi mulier fornicata sit.

16 Quinta conclusio. Si lata diuortii sententia, innocens monitus nolit adulterium sibi reconciliare, potest adulter statum mutare profitendo, & semel iam professus reuocari non poterit. Probatur ex *c. Gaudemus, de conuers. coning.* ibi: *Mulieres quæ lapsu carnis cecidernnt, si mariti earum ante diligenter commoniti, eas conuersas noluerit recipere, in claustris enim religiosis mulieribus studeat collocare, vt perpetuam pœnitentiam ibi agant.* Quem textum ita intelligunt *Host. ibi, 3. Ioan. Andr. nu. 3. Anton. fin. Anchar. n. 2. Cardin. nu. vn. q. 1. Abulensis sam. 2. p. l. 8. t. 11. a. 3 fin.* Sed id minimè probat textus: vt manifestè patet & docet *ibi Panor. n. 7.* reprobans hunc intellectum. Quia non includitur mulier in eo euentu in monasterium, vt profiteatur, sed ne incontinenter viuat. Quare rationem huius conclusionis eam esse existimo. Quoniam innocens reconciliationi non conniuens, videtur concedere licentiam adultero, vt ad religionem transeat: & quamuis reconciliationem denegans refragetur ingressui religionis, est irrationabilis voluntas. Nam innocens lata diuortii sententia non habet ius omnino in adulterium, vt ipsum quasi ligatum habeat, ne possit sibi consulere statum eligendo, si ad reconciliationem minimè admittatur. Solum enim habet ius reconciliandi & reuocandi ad pristinum matrimonii vsum. Quare hac reconciliatione denegata liberum erit adultero ad religionem transire. Atque ita docent *Host. Ioan. Andr. Anton. Anchar. Cardin. Abulens. proximè citati. Vincentius spec. doctrin. to. 2. l. 9. c. 90. ad fin. Abulens. c. 19. Matth. q. 75. ad fin. corp. & q. 76. in solut. ad 3. Veracruz 3. p. Specul. a. 6. prob. 1. secunda concl.* Intelligetamen, quando coniux adulter esset emendatus. Non enim potest tribui innocentis culpæ aut moræ, si adulterum coniugem in dilecto persistentem minimè admittat. Atque ita textus *d. c. Gaudemus*, ait; *Eas conuersas noluerint recipere.* Sic docet *Abulensis ibid.* Item non semel, tantum debet coniux innocens admoneri, sed sæpe. Quod significat textus *d. c. Gaudemus*, ibi: *A te diligenter commoniti.* Et ratio est. Quia tunc vere poterit dici, esse innocentem in mora, & contra rationis limites denegare reconciliationem, & ingressum in religionem: vel si hunc non expresse neget, concedere tacitè licentiam, ac iure suo cedere. Quod ex semel negata reconciliatione dici nequit. Quoniam rationi consonum est, ne statim innocens acquiescat, ne adulter paruipendat suum delictum, ac iterum in illud labendi ansam sumat. Atque ideo hanc monitionem sæpe faciendam esse, vt fas sit adultero ad religionem transire, docent *Hostiens. Ioan. Andr. Anton. Anchar. Cardin. proximè citati & Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 11. a. 3. fine.* Quod si numerum monitionum toges: arbitrio prudentis remittendum censeo, vt iuxta delicti qualitatem & conditionem personarum arbitretur, quando innocens commonitus dicatur esse in mora, nec sit rationi consonum, vt amplius reconciliationem differat, aut licentiam concedere adultero transeundi ad alium statum. Et hanc monitionem ab Episcopo faciendam esse, docent *Hostiens. c. De illa, num. 2. de diuortiis, & ibi Ioan. Andr. num. 3. Anton. num. 4. Præpos. n. 7. Henric. c. Quanto num. 7. de diuort.* Idemque colligitur ex *d. c. Gaudemus*, ibi: *A te diligenter commoniti.* Verum in foro conscientiæ non video cur necessarium sit, hanc monitionem ab Episcopo fieri. Nec prædicti Doctores eam tanquam necessariò ab Episcopo faciendam ponunt: sed dicunt Episcopum debere monere virum, vt vxorem recipiat. Et reliqui Doctores pro hac conclusione allegati solum petunt vt vir monitus reconciliare nolit. Potest autem innocens, qui sic monitus reconciliationem negauit, sententia mutata reuocare adulterum, donec profiteatur: at professione facta audiendus minimè est: sed imputare sibi debet seram reconciliationem. Quia vsque ad professionem, cum res adhuc sit integra, nõ ita iure reconciliandi destitutus est, quin possit ipsum reconciliationis denegatæ pœnitere. Atque ita docent *Hostiens. Ioann. Andr. Anton. præpos. Henric.*

Henric. hoc posteriori loco proximè allegato. Veracruz 3.p. Spec. d. 6. prob. 3. secunda concl. Similiter credo in casu huius conclusionis, integrum esse coniugi adultero, ad ordines transire, votumve castitatis simplex emittere: nec ordinibus assumptis, aut voto emisso, posse illũ ab innocente reuocari. Quia iam res non est integra: nec conqueri potest innocens, qui sæpe monitus non acquieuit. Et in hoc casu admitto sententiam *Soti 4.d.36.q.vn.a.5.ad 3.* vbi ait posse adulterum sententia diuortii lata emittere, siue solemne siue simplex castitatis votum: nec eo emisso posse ab innocenti reuocari ad pristinum matrimonii vsum. Quod idem tradit *Lud. Lopez 2.part. instruct. de matrim. c.54.* vbi de diuort. quoad habitationem, § *penult. notab. 2. & 1. p.c.295.§. Praterea, quia non tam facilè.*

17 Tandem obseruandum est, *Ludouicum Lopez duplici loco n.praced. in fine allegato*, asserere adulterum, qui lata diuortii sententia votum simplex castitatis iurauerit, aut probauerit se emisisse, reuocandum minimè esse; atque ita clarè sentit eius iuramento aut probationi standum esse. Nec loquitur de foro conscientiæ, in quo constat nec iuramentum nec probationem desiderari: sed de foro externo, in quo probatio necessaria est. Et refert pro se *Sotum 4.d.36.q.vn.a.6.ad 2.* sed malè. Quia *Sotus* copulatiuè loquitur, (& bene) si iurauerit, & probauerit se voluisse. Nam cum iuramentum illud sit in præiudicium coniugis innocentis, vtpote quod ius reuocandi impedit, & in fauorem libertatis ipsius adulteri iurantis, illi absque alia probatione standum minimè est Quia licet confessio valeat contra ipsum confitentem, non tamen valet contra tertium, *c.1. de confess.*

18 Ad argumenta n.19. & 11. proposita constat ex dictis n. 3. & 5. vbi satis soluta sunt.

DISPVTATIO XI.

Vtrùm coniugi innocenti integrum sit adultero inuito ad religionem ordinesve transire; siue diuortii sententia lata sit, siue non?

SVMMARIVM.

Quot sunt quæstiones disputanda, n.1.

Integrum est innocenti ad religionem transire, adultero manenti in seculo, etiam absque voto, nu. 2. & remissiùs, quid si vterque sit innocens, & ingrediatur alter absque alterius legitima licentia religionem, & ingrediatur alter absque alterius legitima licentia religionem, ad ordines ve transeat, an tam professus vel sacratus possit reuocari ab vxore iam fornicante, vel ipse possit redire & exigere monasterio ab vxore iam fornicante, vel ipse possit redire & exigere monasterio ab vxore iam fornicante, vel ipse possit redire & exigere monasterium, aut iudex ex officio, quando ipse vir nollet ea pete, & an efficiatur tunc valida illa professio.

Potest similiter innocens votum castitatis emittere. n. 3.

An ad id desideretur sententia diuortij? Refertur quod ita sent. n. 4.

Vt coniux innocens ita proficiatur, vel ad ordines ascendat, vt non possit reuocari, non satis est adulterium alterius coniugis: sed ea non obstante, si occultum sit, restituetur alter coniux. n. 5.

Quid si tunc coniux spoliatus agat iudicio solo petitorio: vel si adulterium sit admissum post spolium; vel si acquat licentia alterius coniugis, quamuis illegitima? n. 6.

An desideretur sententia diuortij, an potius sufficiat adulterium esse notorium, quo impediatur restitutio innocentis ingressi religionem, aut tam ad ordines promoti? Referuntur varia sent. n. 7. 8. & 9.

Proponitur sententia Authoris, quando possit innocens transire ad religionem vel ordines, & vt reuocari nequeat. n. 10.

An vt in foro conscientiæ vtrumque liceat, vel votum castitatis emittere, sat sit certitudo adulterij, quamuis illud occultum sit? Et an hoc casu coniux restitutus in foro externo vxori possit petere aut reddere. n. 11.

Quid si sequutum præiudicium religionis aut ordinis susceptæ? Et an coniux tunc regatus à monachis admittere, vel ab Episcopo concessuro literas dimissorias ad ord. nes, vel ad illos promouere, quam sit coniugatus, teneatur veritatem fate. i. n. 12.

An quando vterque coniux est adulter, & vir emendatus petit ab vxore reconciliationem, & illa remanens in adulterium relabitur, possit vir ad religionem ordinésue transire? Et an tunc possit negare se esse coniugatum. n. 13.

An valeat professio, si admittens ignoraret coniugium, & admissurus non esset eo cognito: & similiter licet à dimissoria ad ordines valeant, quando Episcopus matrimonij conscius eas negaret, & licet coniugi negare matrimonium. n. 14.

An possit vir innocens eodem modo transire ad ordines, quo potest ad religionem? Refertur quadam sent. n. 15.

Potest transire. n. 16. & ibi, quoties licet transire ad religionem, licet ordines.

Soluuntur argumenta. Et explicatur c. Constitutum, de conuers. coning. n. 17

DIsp. præced. actum est de transitu coniugis adulteri ad religionem vel ordines. In hac de coniuge innocenti agendum est. Duplex est agitanda quæstio. Prior de transitu ad religionem. Posterior, de transitu ad ordines. Et quidem in priori quæstione tractanda sunt, aliqua spectantia pariter ad transitũ ad ordines: supposito eum esse licitum (vt dicemus n.16.) ne inutiliter repetantur. Nam eadem prorsus in vtraque quæstione essent repetenda. 1

Quæstio prior. An coniugi innocenti licitum sit ad religionem transire inuito adultero? Conueniunt vniuersi, id licitum esse innocenti. Idque constat ex *c. Constitutus, & c. Veniens, de conuers. coning.* & ex *c. Agathosa, 27.q.2.* quod est *D. Greg l.9. Epist. 44.* Et ratio est. Quia adulter omne ius coniugale amittit, quod solum obstaculo erat ingressui religionis innocentis. Nec oportet adulterum simul ingredi, aut voto castitatis se astringere. Vt diximus disp. præcedenti, n. 15. Vtrùm autem coniux in religione professus, aut ad ordines promotus absque legitima coniugis licentia, si coniux manens in seculo fornicetur, possit repeti, non obstanti fornicatione tunc admissa, cum prius esset innocens in seculo, vel firma & valida reddatur professio ob fornicationem alterius subsequutam: & an tunc possit desetta religione reconciliari; aut possit monasterium ipso inuito obiicere exceptionem fornicationis: aut monasterium non excipiente, possit iudex ex officio excipere? dixi lib.7.disp.36. per totam. 2

Similiter, potest innocens adultero inuito votum simplex castitatis emittere. Quia adulter iure exigendi destitutus id prohibere nequit, *D.Th.4.d.35.q.vnica, a.5. ad 3.* quem omnes sequuntur. 3

Sed dubitatur, num ad id desideretur sententia diuortii? Et quidem DD. asserentes ante sententiam diuortii non licere innocenti debitum negare adultero petenti (quos referam d.seq.num.2.) subinde dicent, nec licere in foro conscientiæ innocenti, ante sententiam diuortii, ad religionem ordinésve transire, aut voto simplici omnimodæ castitatis se astringere. Quia ante illam obstat ius debitum exigendi, quod adulter retinet. Verum ea sententia tanquam falsa ibi reiicietur. 4

Et vt distinctè procedamus, distinguendo ea, quæ in foro externo, & quæ in interno conscientiæ obseruanda sunt. Certum est, vt coniux ita profiteatur, ad ordinesve ascendat, vt reuocari nequeat ab adultero, non sufficere adulterium occultum adulteri dimissi, sed non obstanti eiusmodi adulterii exceptione, restituendum esse in foro externo sic professum, aut sacris initiatum, adultero se spoliatum alleganti, petentique restitutionem. Quoniam exceptio adulterii occulti minimè impedit restitutionẽ. Vt latè disp. seq. differemus. Atque ita fatentur omnes DD.n.7.8. & 9. pro variis sent. allegandi: tantum enim dissident circa qualitatem notorii: & num sufficiat illud esse notorium, an potiùs desideretur sententia diuortii. 5

Intellige tamen, hanc restitutionem faciendam esse adultero spoliato petenti; quando adulter ille volens reuocare ageret iudicio possessorio, nimirum, petens se restitui ad possessionem, qua spoliatus est. Tunc enim priùs restituetur, quam agatur de exceptione adulterii occulti: secus autem, si ageret iudicio petitorio, nimirum, petens vt vir secum habitet. Tunc enim repellitur exceptione adulterii, etiam non notorii, & priùs de exceptione lis agitabitur. Sic *Goffred. sum. tit. de conuers. coning. nu.7. Hostiens. sum. cod. tit. n.9. Ioan. Andr. c. Literis, num.11. de diuortijs. Et ibi Anchar. nu 12. Alex. de Neuo, n.20. Henric. c. Vxoratus, n.6 & 7. de conuers. coniug. Brunel. de sponsal. concl.30 declar. 8.n.12. vers. Quartus casus.* Secundo intellige, nisi adulterium sit post spoliationem commissum. Exceptio enim talis adulterii impediet restitutionem, secus si ante commissum sit. Ita *Goffred. Hostiens. Henr. Brunel. ibid. Astensis 2.p.sum.l.8.t.11 a.2. q.8. Graffis 1.decisionum l.2.c.84.nu.13. & 2.p.l.1.c.12.num.66.* Sed huiusmodi distinctio prorsus displicet: atque eam reprobabo d.seq. in nu.30. Tertiò intellige, nisi de licentia vxoris, quãuis minus legitima, innocens transiret ad religionem 6

gionem ordinesve, tunc enim non esset restituendus vxori adulteræ petenti, licet adulterium sit occultum, sed exceptio illius deber audiri, & eo probato absoluendus est. Quia tunc non est spoliatio: cũ vxor consensum præstiterit. Sic *Nauar. lib. 3. cons. in priori edit. 1. de conuers. coniug. cons. 5. fine: in poster. eod. 1. cons. 14. fin.*

7 Tota autem difficultas est, num desideretur sententia diuortii, an potius sufficiat adulteriũ esse notorium, quo impediatur restitutio coniugis innocẽtis iam professi, ad ordinesve promoti? Triplicem inuenio sent. Prima ait, desiderati sententiam diuortii præcedere: atque ita intelligi *1. Azpilcueta 27. q 2.* concedens innocenti transitum ad religionem, denegansque adultero ius reuocandi. Ducitur, quoniam adulterium notorium non impedit restitutionem, nec concedit ius propria authoritate, minimè expectato Ecclesiæ iudicio, diuertendi. Cuius fundamenta & authores referam disput. seq. nu. 11. Atque ita docent *Goffred. Host. Andr. Anchar. Henric. Astensis, Brunck, n. preced. relati, Graffis 2 p. decision. l. 1. c. 12. n. 66.* Atque idem videntur sentire *Durand. 4. d. 32. q 2. a. 1. num. 5. Abulens. 19. Matth. q. 75. Veracruz 3. p. Speculi a. 6. prob. 3. secund. concl.* vbi aiunt posse innocentem ingredi religionem, post latam diuortii sententiam. Et intelligit bene *Alexand. de Nauo c. Ex literis, n. 20. de diuort.* quando sententia illa transiit in rem iudicatam. Et ego addo, vel nisi triplex diuortii sententia præcesserit. Secus quando sententia illa per appellationem suspẽsa esset. Non enim posset spoliari adulter.

8 Secunda sent. dicit, sufficere adulterium esse notoriũ, ne reuocetur innocens à religione, vel ab ordine sacro suscepto, ad vsum coniugalem. Ducitur, quoniam id satis est ad licitè diuertendum à coniugis habitatione, impediendamque restitutionem. Cuius fundamenta & DD. referam disp. seq. n. 11. Atque ita docent *Glossa c. Azpilcueta, verb. Fornicationis, 27. q 2. Ioan. de Friburg. sum. conf. l. 1. t. 8. qu. 49. Alexan. de Nauo c. Ex literis, n. 20. de diuort. Nauar. lib. 3. consil. 1. de conuers. coniug. in 1 edit. cons. 5. fin. in 2 cons. 14. fin. Nata cons. 116. n. vn. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 2. §. 4. nu. 16. Anton. Gabr. to. 1. communi. opin. in meis edit. lib. 1. verb. Adulterium. fol. 22. col. 2. Cordoba sum. q. 138. Rarthol. à Ledesma de matrim. dub. 64. post 3. concl. §. Secundum est secundò.*

9 Tertia sent. docet, non sufficere qualecumq; notoriũ, sed oportet ita notorium esse adulterum, vt publice coniux habitet cum adultero. Hoc enim solum sufficit, vt cõiux propria authoritate diuortium celebrare possit, absq; restitutionis periculo. Vt bonis ducti fundamentis asserunt multi, quos referam disp. seq. n. 13. Et ideo ita docent *Alberic. in suo reperter. lit. M. verb. Matrim. 8. vers. Quid si aliquis coniugum. Monaldus sum.* vbi de matrim. *1. de diuort. §. Propter quid fiat diuort vers. Item si vterque Ioan. de Frib. sum. confes. l. 4. tit. 12. Gaeta repetit. c. Ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 123.*

10 Hæc tamen diuersitas oritur ex varietate opinionum, circa qu. d. seq. agitandam, quando integrum sit coniugi innocenti propria authoritate diuortium celebrare quoad habitationem: ita vt nec in foro externo sit restituendus? Nam (vt vidimus) vniformiter loquuntur DD. in vtraque q. Et ideo dicendum est, cum *Syluestro verb. Diuortium, q. 23. dict 2. n. 16.* tunc licere innocenti ad religionem transire adultero inuito, ita vt non possit repeti ab adultero, nec ei sit restituendus, quando vel præcessit sententia diuortii, vel ea non expectata, adulterium ita notoriũ est, vt possit innocens propria authoritate deserere consortium & habitationem adulteri, absque metu restitutionis. Quando autem hoc cõtingat, late d. seq. agendum est, vbi n. 14. & seqq. explicabo meam sententiam. Idemque dicendum est de facultate concessa innocenti, assumendi ordines sacros absque restitutionis faciendæ periculo. Quoniam eadem est ratio.

11 Quamuis autem vt impediatur restitutio in foro externo coniugis innocentis professi, aut ad ordines sacros promoti, desideretur vel sententia diuortii, vel adulterium coniugis manentis in sæculo, ita notorium esse, vt possit propria authoritate dimitti: at vt in foro conscientiæ is transitus liceat ad professionem, ordinesve, aut ad votum simplex omnimodæ castitatis, & valida omnino sint professio & votum, satis est occultum coniugis delicti adulterium. Quia id satis est. vt in foro conscientiæ, seclusa scandalo, liceat propria authoritate diuortium celebrare, vt d. seq. nu. 31. dicemus. Atq; ita cessat ius coniugale, & subinde iniuria coniugis derelicti, quæ obstante mutationi status coniugum. Sic docent *Nauar. l. 3. consil. de conuers. coniug. in priori edit. cons. 5. fin. in posteriori, cons. 14. fin. Nata cons. 116. num. vn.* Vnde fit, vt si coniux innocens iam professus, aut sacro ordine initiatus, aut simplici castitatis voto astrictus, iudice cogente restituatur coniugi derelicto, eo quod adulterium sit occultum, aut illud probare nequeat: non possit petere nec reddere debitũ. Quia sententia illa innititur falsæ præsumptioni: & in foro conscientiæ professio & votum fuere omnino valida: cùm sit certus de adulterio coniugis alterius, ac subinde amissionis totius iuris coniugalis. At si solum esset votum simplex castitatis, & semel reconciliaret sibi coniugem derelictum, peccaret contra illud votum reconciliando, eo quod obliget se ad reddendum. at deinceps teneretur reddere, non tamen posset petere. Vt in simili dixi l. præc. disp. 6. n. 14.

12 Intellige tamen licere coniugi transire ad religionem, vel ad ordines, ob adulterũ occultum, si solum attendamus iniuriam & damnum matrimonii, ac coniugis derelicti. Nam cum sit sufficiens causa diuortii, nulla iniuria irrogatur. At aliunde poterit esse culpa, vt ratione scandali, aut detrimenti religionis, aut ordinis sacri. Quoniam si repetat coniux derelictus, restituetur coniux professus, aut sacris initiatus, ex quo detrimentum patietur religio, & grauem iniuriam professio & ordo. Vnde hac ratione esset prorsus illicitum moraliter loquendo, nisi diuortii sententia præcederet. Quoniam cum dubium valde sit, num sufficiat adulterium esse notorium, quo impediatur hæc restitutio, grauis esset iniuria ordinis sacri, & religionis, lite vexati, eo vel maximè, quod dubius valde sit sententiæ euentus: & an coniux restituetur. Quod non in minimam religionis & ordinis iacturam cederet. Quæ existimo hunc coniugem, qui diuortii sententiam non obtinuit, rogatum à monachis, num sit coniugatus, vel ab Episcopo promotiuro ad ordines, aut literas dimissorias ad id concessuro, teneri fateri veritatem, nec posse negare se esse coniugatum. Vt in simili dicunt *Nauarr. & Manuel*, prout n. seq. referam. Nam iustam causam habent interrogandi, & non admittendi ad religionem, vel ordines, talem coniugatum ante diuortii sententiã. Dixi autem esse prorsus illicitum moraliter loquendo, quia si casu contingeret in partibus remotissimis, vbi id periculum non esset: tunc do esse licitum, nec illum teneri fateri se esse coniugatũ cum moderatione, quã n. 14. adhibebo, in fine.

13 Hinc infertur, à fortiori verum esse, quod docent *Nauar. l. 4. cons. in vtraque edit. 1. de diuort. cons 3. fin. & nu. 4. Enriquez. l. 12. de matrim. c. 5. & Manuel 1. to. sum. edit. c. 240. num. 3. ad fin.* nimirum, non licere coniugato adultero, qui iam emendatus petiit ab vxore, similiter adultera, reconciliationem, quam illa denegauit, & mox in adulterium relapsa est, ad religionem transire: nondum obtenta diuortii sententia. Quia etsi multi asserant id esse sufficientem diuortii causam (vt dixi, eandem opinionem amplectens, disp. 7. n. 4.) At id non est certum, sed aliqui tenent contrarium. (Vt ibi dixi num. 2. & 3.) Præterea, quia est dispar ratio, nam diuortiũ nulli tertio præiudicat: ingressus autem religionis grauiter præiudicare potest monasterio. (Vt n. præced. probaui.) Et quamuis timidè hoc dicat *Nauar.* ait enim hoc esse rutius, & *Enriquez*: tantum enim dicit, non debere transire ad religionem vel ordines, donec sequatur diuortii sententia. At existimo esse verissimum: propter rationes dictas. Et quamuis *Nauar. & Enriquez* concedant eum transitum licere sequuta diuortii sententia. Nullo modo id amitterem in hoc casu, nisi vxor, sic relicta excepisset in sententia diuortii, allegans simile

viri

viri adulterium, & adhuc eo probato damnaretur; vel ita occultum esset viri adulterium, vt in iudicium deduci minimè possit. Quoniam alias potest damnum sequi religioni, vel ordini assumpto, si vxor allegaret illud adulterium viri præcedens, ac proinde sententiam retractandam esse, (iuxta ea quæ diximus d.9.nu.9.& seqq.) tamquam falsæ præsumptioni innocentiæ viri innitentem. Ex his infertur, non posse virum in hoc casu negare se esse coniugatũ, intelligendo se non habere vxorem, quæ possit suo ingressui præiudicare, quasi hæc paria sint. Non enim verũ est eam non posse in foro externo reclamare: vt probaui. Atq; ita docent *Nauar. & Manuel proximè citati.*

14 Tandem in hac priori qu. videndum est, nũ si innocens taceat se coniugatum esse, & sic admittatur ad professionem religionis, valeat professio? Quoniam *Nauar. lib.5. consil. tit. de conuers. coniug. in priori edit. cons.6. num.1. in posteriori, cons.11. n.1.* quem sequitur *Manuel 1.to. sum. 2. edit. c.204. n.3.* sic distinguit: Si admittens ad professionem ea mente fuisset, vt admitteret virum fatentem se coniugatum cum muliere, quã iustè dimiserat ob adulterium, valet professio. Secus si contraria mente fuisset. In dubio autẽ præsumitur eum cognita veritate admissurum, nisi in ea religione esset contrarium statutum. Quiã quoad professionem paria sunt, quempiam non esse coniugatum, & talem, qui possit ingredi religionem, ac si coniugatus non esset. De æquipollentibus enim idem est iudicium, *l. fin. ff. mandati, c. Licet ex quadam, de testibus.* Sed displicet omnino hæc distinctio. Et ideo censeo professionẽ in eo euentu esse validã, nisi esset aliquod statutum in ea religione, non solum prohibens, sed irritans professionem: quamuis ea mente affectus esset admitens ad professionem, vt veritate cognita non esset admissurus: nisi in ipsa admissione actum hunc voluntatis eliceret, nolo admittere hunc, si actum hunc voluntatis eliceret, nolo admittere nunquã accidit. Et hoc est coniugatus. Quod moraliter nunquã accidit. Et hoc intelligo, quamuis ille innocens diuerterit ob adulterium occultum alterius coniugis. Quia vel professionem hanc irritat ius coniugis adulterii dimissi: vel statutũ religionis, quando solum prohibet admissionem, non irritans professionem: vel voluntas illa habitualis non admittendi, si coniugium sciretur. Non ius coniugis dimissi. Quoniam eo ipso quod in adulterium labitur, omni iure coniugali destituitur in foro conscientiæ, & liber est innocens ad mutandũ statum (vt nu.11. probaui.) Nec statum religionis. Quia illud suppono non irritare. Et multa fieri prohibentur, quæ tamen contra facta tenent: vt manifestè constat ini voto simplici castitatis, quod matrim. interdicit, non tamen irritat, *c. nuic de voto in 6.* Nec tandem irritat illa voluntas habitualis seu mens, si sciret esse coniugatũ, non admitterem. Quoniã ea mens arguit fore vt nollẽ, si scirẽ, non tamen arguit actu me noluisse: & ideo, nec vorũ simplex irritat, (vt probaui d.9.nu.15.) nedum solemne professionis. Et confirm. quia matrim. non irritat ea voluntas habitualis, nisi sit error circa personã, aut cõditionem, & substantialia contractus. Vt si quis ducat Mariam credens eam ditissimam, alias minimè ducturus, matrim. valet. Et tamen paria sunt matrim. & professio quoad hoc, vt solũ irritentur, quando est error circa substãtialia. Insuper apertè confirmatur. Nullus enim diceret professionem esse inualidã, si professus se ditissimũ aut virtutis studiosissimũ fingeret, cum pauperrimus & vitiis deditissimus esset, qua veritate cognita nullatenus admitteretur ad professionem. Hinc infero, hunc coniugatum, si sententiam diuortii obtinuit, vel in casu ratissimo, quem n.12. in fine explicui, quando moraliter in partibus remotissimis nullus esset timor damni religionis, si nullum sit statutum contrarium in illa religione, posse rogatũ negare se coniugatum. Quia respondet ad mentem interrogantiũ, quia reuera non est talis coniugatus, qualis non posset admitti, sed quoad hoc perinde est, ac si coniugatus minimè esset. Et quamuis monachi non admitterent, si scirent eũ coniugatum, id præsumendũ est euenire, quando non est statutum in illa religione eam admissionem prohibens, vt consulatur dãno, quod probabiliter potest timeri fore, vt religioni contingat. Quod supponimus in hoc casu cessare: quod si aliud intenderent, non esset rationi consona ea voluntas: ac proinde satis est respondere ad mentem debitã, & rationi conformem. Sicut transeuntes per locũ peste infectũ possunt iurare se minimè transisse, quando ita transierunt, vt infici peste non potuerint. Respondent enim ad debitam interrogantiũ mentem. Vt docent *Sylu. Iuram. 5.q.2. Nauar. sum. c.12.n.19.* Atque similiter posset is respondere Episcopo ad ordines promoturo, vel literas dimissorias concessuro, si nõ esse coniugatũ, in casu dicto, quamuis sciret fore vt Episcopus ordines, aut literas dimissorias minimè concederet. Constat ex ratione dicta.

Qvæstio II. An vir innocens possit ad ordines sacros 15
transire, inuita adultera vxore, in iis casibus, in quibus diximus esse ei integrum profiteri? Quidam negant. Et reddit rationem differentiæ *Imo. enim*, quia vxor cuiuslibet viri in sacris constituti tenetur post viri mortem ab aliis nuptiis abstinere, *c. Quia sunt 28. d. & c. Sciat ad 32.* ad quod nequit cogi. Secundò id videtur probari ex *c. Constitutus de conuers. coniug.* vbi habetur conscientiam remordisse virum vxoris adulteræ absque eius licentia initiatũ. Tertiò, quia *extran. Antiq. Ioan. 22. de vota*, habetur nulli licere ad sacros ordines promoueri, nisi vt sacris canonibus permittitur, post initum matrim. At in hoc euentu nullus est canon id permittens. Quartò quia non potest vir ad ordines promoueri, nisi vxore in sæculo relicta promittente cõtinentiam *c. coniugatus, de conuers. coniug.* Quintò, quia cum vir sic initiatus maneat in sæculo, facile potest vxori commisceri, ac pleraque sacrilegia admittere. Et ideo hanc sent. tuentur *Innoc. c. Veniens, in fine de cõuers. cõiug. & ibi Hostien 8. & 9. Ioan. Andr. n.4. & c. Constitutus eod. t. nu.3. Ant. d.c. Veniens. n.4.* Et hoc dicit esse tutius *Cardin. ibi in fin. Astens sum. 2.p. l.8. t.11. a.2. q.9. initio, Ioan. de Friburg. sum. cõfess. l.1. t.8. q.49. Brunellus de sponsal. 30. declarat. 7. nu.11. Gutter. q. canon. l.1. c.25. à n.13. Graffis p.2. decision. l.1. c.12. n.64.*

Cæterum renendum est id licere. Quia ius coniugale 16
æque obstat ingressui religionis, ac susceptioni ordinum. Cum ergo adultera omni iure coniugali destituatur, æque licebit viro ipsa inuita transire ad ordines, ac ad religionem. Atque ideo hanc sent. tuentur, ex iurisperitis, *Glossa c. Constitutus, verb. Ad gradum, de conuers. coniug. & ibi Innoc. nu. vn. super verb. Gradum: Ant. n.4. Abb. n 5. Card. c. Veniens, in fin. eod. t. Goffred. sum. t. de conuers. coniug. nu.8. Francisc. Aretin. cons. 59. n.8. probat. 3. in fin. Syluester verb. Diuortium, p.27. dict. 1. n. 20.* vbi *Armill. num.11. Nauar. l.3. cons. in 1. edit. tit. de conuers. coniug. cons.5. fin. & l.4. t. de sponsal. cons.23. nu.6. in 2. vero, l.3. t. de conuers. coniug. cons.10. n.1. & cons.12. n.3. & cons.14. n.5. Barbosa ff. solut. matr. rubr.2.p. n.25. Ant. Gom. bulla cruciat. claus.10. num.69.* Idque tanquam verum supponere videntur *Archid. c. Si cuius, n. vn. vers. in ea glos.* ibi: *Iniuriam faciat, d.34. & ibi Dominic. in fine: Cardin. Alexandrin. ibi, Greg. Lopez l.8. verb. Esse missus, tit.2.p.4. Hugo de Celso in repertor. legum huius regni, verb. Clerigos, §.10.* vbi dicunt virum innocentem ad ordinem sacrum promotum, relicta vxore adultera, non esse ei restituendum, licet post ordinem assumptum fornicetur. Eandem sent. docent ex Theologis, *Palud. 4.d.27. q.3. a.2. nu.10. & d.35. q 2. a.2. n.14. Supplem Gabr. 4.d.32. q.vn. a.2. concl.6. & post 9. concl. vers. Sed quid si nocens. Abulens. cap.19. Matth. q.75. ad fin. corp. D. Ant 2.p.t.1.c.21. §.1. ad fin. Victoria sum. de matrim. nu.253. Sotus 4.d.27. q.1. a.4. in fine: & d.36. q. vn. a.5. ad 3. Ledesma 2.p.4.q.63. a.1. ad fin. Cordub a sum. q.138. Ouandus 4.d.39. q.vn. propos. it.16. Celaia 4.d.35 q.1. in fine 2. argum. Palacios 4.d.27. d.3. col.12. f 598. pag.1.* & melius *pag. 2. immediatè ante vers. Aduertendum est, & ead. dis. col.29. in solut. ad 14 argum. f.606. & d.35. disput. vn. col.6. immediate ante vers. Dominus igitur verb. Enriquez l. de matrim. c.8 nu.10. initio: & c.17. ad fin. & l.12. c.5. n.10. Petr. de Ledesma de matrim. q.53. a.4. paulo post princ. Barth. à Ledesma de sacram. ordinis, dub.14. fin. Philiarc. de offic. sacerd. to.1. p.2. l.2. c.17. fine, Emm. Sa summ. verb. Diuort. nu.2. vers. Post diuortium, Lud. Lopez 3.p. instruct. de matrim. c.54.* vbi de diuort. in genere, *vers. Notandum autem,*

Manuel 1.to sum.2.edit.c.230.n.2.fi. Vega 1.to. sum.c.89.casu 3. Vnde ea regula generalis est tradenda. Quoties licet viro ad religionem transire, vxore adultera in sæculo manenti, ac renitente, licet similiter sacris ordinibus initiari: nisi aliunde obstaculum adsit, vt quia vir esset bigamus, aut alias irregularis. Hanc reg. tradunt *Goffred. sum.1. de conuers. coniug.n.8. Palud.4. dist.27.q.3.a.2.num.10. D. Antonin.3.p.t.1. c.21.§.1.ad fin. Syluest.verb. Diuort.q.17. dicto 1.n.10.* vbi *Armilla nu.11. Victoria sum.de matr.n.253. Sotus 4.d.27.q.1.a.4.fine. Nauar.l.3. conf.in 2.edit.1.de conuers.coniug.conf.10.n.1. Ouandus 4. d.39.q.vn.propos.16. Enriquez l.11.de matrim.c.8.n.10.uers.& l. 12.c.5.num.10.*

17 Ad argum.n.15. proposita resp. Ad 1. die cum *Abbat.c. Constitutus n.5. de conuers.coning.* tunc vxorem teneri ab aliis nuptiis abstinere, post viri ad sacros ordines promoti obitum, quando eius obtenta licentia initiatus est. Tunc enim censetur ipsa voto castitatis se astringere: secus quando ipsa adulterante. Ad 2. desumptum ex *ca. Constitutus*, respondetur dupliciter, primò fuisse vanum scrupulum & ineptum. Poterat enim absq; scrupulo ad ordines promoueri ob vxoris adulterium. Sic respondẽt *Ioan. And. ibi n.1. Anton.n.3. Card fin.* Secundo respondent *Ioan. Andr. & Anton. ibidem, & Anchar. ibi n.2.* remotdisse conscientiam, eo quod vir fuerat occultè adulteratus: ac proinde compensabantur adulteria. Sed hãc posteriorem solutionem merito reiicit *Card. ibi, in fine*: eo quod non cõstat id ex textu, atque ita fundamento careat, dicere virum fuisse occultè adulteratum. Ad 3. dic, quamuis non sit textus id disponens circa sacros ordines, satis esse id dispositum extare circa transitum ad religionem, vt constat ex dictis num.2. vtrumque enim æqualiter impeditur propter ius coniugale: & vbi transitus ad religionem permittitur, censetur concessus transitus ad ordines, vt num. præc. fine ostendimus. Ad 4. dic eum textum loqui, quando matrimonium est integrum & illæsum, noluit enim ius canonicum concedere transitum ad ordines vel religionem coniugi, ex sola alterius licentia. Secus autem est, quando coniux diuertit ob adulterium alterius. Tunc enim cum liber sit ab omni coniugali onere, potest libere ad ordines aut religionem transire, perinde ac si coniugatus minimè esset. Ad vlt. fateor id periculum subesse, at cum possit Dei gratia tentationibus resisti, licitus est transitus ad ordines.

DISPVTATIO XII.

Vtrùm coniux innocens possit propria authoritate ab adultero diuertere, ita vt nec in foro externo sit ei restituendus; amittatque eo ipso adulter ius exigendi debitum; & qualis adulterii certitudo ad hoc desideretur?

SVMMARIVM.

Quot quæstiones disputantur, n.1.

An coniux innocens possit authoritate propria debitum negare adultero? Refertur resp. ex sent. n.1.3 & 4.

Post quamnam adulterium sit occultum. n.5.

Quid, si iudex præcipiat sub excommunicatione lata innocenti vt debitum reddat, an teneatur innocens obedire? n.6.

An lite diuortij pendente teneatur innocens reddere, n.7.

An coniux adulter sit priuatus iure exigendi debitum, an potius sit priuandus, atque adeo possit adire iudicem, vt compellat innocentem reddere? Et an si innocens diuortium petens, ac dotem adultera sibi applicans, defectu probationum, aut quia falsis testibus falsa negans adultera se tuetur, succumbat: teneatur adultera dotem restituere, ac diuortio consentire, & certo iudice fateri adulterium vtroque sciente, n.8. & vbi etiam remittit, accusatio adulterij ad diuortium est mixta, & criminali accedit.

Soluuntur argumenta, n.9.

Post n.9 inuenies alia summaria.

TRiplicem petit disput. præsens quæstionem agitandam. Prima est, an coniux innocens possit propria authoritate debitum negare adultero? Secunda an possit ei non cohabitare, ac proinde diuortiũ propria authoritate celebrare? Tertia qualis notitia ad hoc desideretur?

2 QVÆSTIO I. Vtrùm coniux innocens possit propria authoritate, minimè iudicio Ecclesiæ expectato, debitum coniugale negare adultero? Quatuor inuenio sententias. Prima ait, desiderari Ecclesiæ sententiam vt possit coniux innocens debitum negare adultero. Ducitur primò, quia negare debitum est pœna adulterii. Vt docet *Glossa c. Porro, verb. Separari, de diuort.* & probant l.1.disp. 68.n.4. in prima ratione: ergo non inferenda est nisi per iudicem, Alias idem cõiux innocens esset actor & iudex, sibique ius diceret in causa propria, contra *l. Nullus 13.c.de Iudæis, & l.vnic. C.ne quis in sua causa iudicet, & l.19.tit.16.p.3.* Et confirmatur, quia est pœna conuentionali (vt dixi hoc l.d.3.n.4.) ea enim lege initum est matrimonium, vt seruanti fidem fides seruanda sit, secus vbi alter coniux eam violarit. Pœna autem conuentionalis non debetur ante iudicis sententiã (vt cum veriori opinione descendimus l.1.d.37.n.4.) Secundò, quia coniux adulter non eo ipso priuatur iure exigendi debitum, sed priuandus est (vt defendimus l.1.d.68.nu.4.) Ergo desideratur iudicis priuantis sententia. Non enim æquum est, vt ipse coniux iniuria adulterii affectus, sit iudex priuans. Tertiò, quia lex vniuersalis nõ applicatur ad casum particularem, nisi media iudicis sententia, cuius est merita causæ discutere, & accusationem actionis exceptionesque rei perpendere. Cum ergo lex de diuortio à Christo *Matth.* 19. lata ob adulterium, sit generalis, omneque adulterium ac vniuersos coniuges amplectatur, desiderabitur iudicis sententia, vt huic speciali adulterio accommodetur. Atq; ita hanc partem tuentur *Hugo relatus à Glossa c. fin. verb. Fornicationis, adulter. Glossa* dicens esse valde probabilem *c.1.verb. Patronus 32.q.1. Innoc.c.pen. fine, de adult. & ibi Anchar.num.4. Turrecr.c. Agathosa fin. super verb. Vxorem 27.q.2. Supplem. Gab.4.55.q.vn. a.2.concl.6 & in solut.ad 2 contra illam, & post solut.ad 4.*

Secunda sententia petit adulterium esse notorium, vt 3
possit innocens propria authoritate debitum adultero negare. Quoniam ad negandam cohabitationem id desiderari fatentur omnes (vt nu.10. & seqq. videbimus.) Et non est maior ratio de cohabitatione, imò minor. Cum ex obligatione soluendi debiti coniugalis otiatur cohabitandi obligatio. Sic tenent *Glossa cap. fin. verb. Fornicationem paulo post principium, & paulo ante finem de adulteriis, & ibi Ioan. Andr n.5. Henric.nu.4. Goffredus sum.1. de diuortiis n.5. Hostien.c. Inquisitionis, paulo post princ. de sentent.excomm. Archid. c.In coniug.c.32.q.1.num.3. & c.Si cuius 34.d.n.vn.vers. In ea Glossa*, ibi: *iniuriam faciat. Præpositus c. Ex parte, n.4. de sponsal. Monald. sum. 1. de matrim. §. De effectu matrimonij ad fin.* & vbi de diuortio, §. *Propter quid diuortium fiat, in fin. Lex regia 8. t.2.p.4.* Imo *Hostien. Præpositus & Monaldus priori loco allegato*, putant adulterium ita notorium esse, vt nullus inficiationi locus esse possit. Vt putà, si adulteri publicè cohabitent.

Tertia sententia fatetur adulterum eo ipso destitutum 4
esse iure debiti exigendi, ac proinde exigendo peccare: ait tamen adultero exigenti teneri innocentem reddere. Ducitur quia duplex ius habet coniux in alterum coniugem; alterũ, vt exigat, & hoc amittitur ob adulterium; alterum, vt sibi exigenti reddatur, quamuis exigendo peccet; & id non perdidit adulterio admisso. Sicut prælatus delinquit, nec ius habet impetrandi aliquid dubium, sit culpa necne: subditus tamẽ id impetrãti audire tenetur. Et similiter coniux voto castitatis astrictus, iure debiti petendi caret, & petendo reus est sacrilegij, at alter coniux petenti reddere tenetur. Sic *Ioan. de Friburgo sum. confess l.4.t.2.q.50.*

Quarta sent. (quam verissimam esse credo, ait, coniugẽ 5
innocentem certum de alterius adulterio, & eo ipso eximi à debiti reddendi obligatione, nec ad id desiderari adulterium esse publicũ, aut Ecclesiæ sententiam. Ducor, quoniam iure naturæ in ipso contractu matrimonii ea conditio imbibita est, vt seruanti fidem fides seruetur, secus eam violanti (vt d.3.n.4. diximus) nec id ex conuentione partiũ, instar meræ pœnæ conuentionalis, consurgit: sed est quasi conditio in contractu ipso inclusa: itaq; quamuis aliqualem pœnæ rationem subeat, respectu adulteri, qui quasi in pœnam fidei fractæ, iure exigendi priuatur, at potius est conditio, quam pœna. Sicut communiter tradunt DD. pœnam à testatore adiectam legato, sub condi-

tione

tione castè viuendi, potiùs conditionis naturam, quam pœnæ sequi. At conditione non seruata in pacto imbibita, alter pacisces est eo ipso liber ab obligatione fidei in pacto præstitæ, nec ad hanc exemptionem aliquid amplius desideratur, quam certa notitia fidei sibi fractæ. Ergo coniux innocens certo sciens sibi violatā esse coniugalem fidem admisso a dulterio, liber est à debiti reddendi obligatione. Secundò, quia cum res hæc, quæ est debitum negare, intra priuatos parietes, & occultè sit agenda, & non publicitatem postulet, instar expulsionis à propria habitatione, non est cur notorium delictū iudicisve sententiam desideret. Tertiò, quia aliàs cogeretur innocens iniuriam sibi ab adultero illatā condonare. Nam reddens debitum condonat (vt disp. 14. probauimus.) Et vir innocens cogeretur damnum bigamiæ pati, quam cognoscens adulteram incurrit. Et ideo hanc sent. sustinent, ex Iurisperitis, *Hostien. c. Porro, nu. 3. de diuor.* vbi *Ioan. Andr. n. 3. Anton. n. 11. Anchar. num. 9. idem Host. c. fin. n. 3. de adult.* vbi *Anton fine, Abbas num. 6. Præpos. c. De illa, n. 7. de diuort. Albericus in suo repertor. lit. M. verb. Matrimonium, 8. vers. Quid si aliquis coniugum. Ioan de Friburg sum. confess. l. 4. t. 22. q. 7. Alens. sum. 2. p. l. 8. t. 11. a. 3. q. 17. Angel. Matrimonium, 4. nu. 1. Syla. verb. Diuortium, q. 8.* vbi *Armilla n. 7. & verb. Matrimonium, n. 76. Tabiena Matrim. 4. q. 4. num. 5. Turrec. 32. q. 7. in sum. a. 1. n. 6. & c. Secularo 33. q. 2. nu. 1. Corar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 5. n. 11. fin. Gaeta repet. c. Ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 216. & 422. Barbosa rubr. 2. p. n. 26. sess. 24. de reform. matrim.* Et ex Theologis, *D. Th. 4. d. 35. q. vn. a. 3. corp. & ibi D. Bonau. a. vn. q. 3. Durand. q. 1. a. 2. num. 7. Ricard. a. 1. q. 3. Palud. q. 1. a. 4. concl. 1. num. 27. & d. 27. q. 4. a. 2. num. 11. D. Ant. 3. p. t. 1. c. 21. §. 5. Abulen. c. 19. Mair. q. 72. Maioris 4. d. 35. q. 2. §. Contra priorem concl. ad fin.* vbi *Nic. de Orbel. q. 2. §. 2. Victor. sum. de matr. num. 290 Sot. 4. d. 36. q. vn. a. 3. conclus. 1. Petrus Soto lect. 12. de matrim. col. penult. Castro l. 1. de lege pœnali, c. 4. §. Vt igitur, Viguerius l. instit. c. 16. §. 7. vers. 9. impedim. 10. Ledesma 2. p. 4. q. 64. a. 3. paulo post principium. Nider in sua sum. præcep. 6. c. 4. Cordub. sum. q. 138. Verac. 3. p. spec. a. 5. concl. 2. Angles storibus 1. p. de matrim. q. 9. de diuort. a. 1. dissic 3. Palacios 4. d. 27. d. 3. col. 14. f. 599. & d. 38. d. vn. col. 15. vers. Si vero forte Bellarm. lib. 1. de matrim. c. 14. §. Secundum est, Enriquez l. 11. de matrim. c. 27. num. 1. Barth. à Ledes. dub 67. de matrim concl. 1. Graffis 1. p. decision l. 2. c. 84. n. 5. Ind. Lop. 2. p. instr. c. 54. de matrim.* vbi de diuortio quoad habitationem, *col. 2. Phoiiart. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. l. 2. c. 17. paulo post princ. Emm. Sa. sum. verb. Diuortium n. 1. Manuel 1. tom. sum. 2 edit. c. 204 n. 4. Petr de Ledesm. de matrim. q. 62. a. 3. not. ab. 1. Vega 1. tom. sum. 13. casu 1.*

6 Quid autem dicendum sit, si iudex sub excommunicatione latæ sententiæ, præcipiat coniugi innocenti certò scienti adulterū occultum alterius, quod probari nequit, vt reddat illi debitum, non constat inter DD. huius sent. Quidā enim dicunt innocentem nō teneri reddere debitū adultero coniugi, donec compellatur per Ecclesiā: atq; ita clarè sentiunt ad id teneri, Ecclesia præcipiente. Quia Ecclesia iustè præcipit: cum iuxta allegata & probata illi non constat alterū coniugē reum adulterii esse. Sic *D. Th. D. Bonau. Durand. Ricard. Allens. Ioan. de Friburgo, D. Ant. Syl. Tabiena, Turre. Nider n. præc. alleg. Armilla verb. Matrim. n. 76. Palacios 4. d. 27. d. 3. col. 18. f. 601.* Alii licet fateātur consultius esse, tunc reddere, vt vitetur excommunicatio in foro externo; dicunt tamen ad id minimè teneri coniugem innocentē certum de alterius adulterio. Quoniam præceptum Ecclesiæ ex falsa præsumptione procedens, minime obligat in conscientia. Sic *Palud. 4. d. 27. q. 4. a. 2. n. 11. & d. 35. q. 2. a. 2 n. 8. Abul. c. 19. Mair. q. 72. in solut. ad 4. Sot. 4. d. 36. q. vn. a. 3. ad fin. corp. vers. Alia est ambiguit. Cath. l. 2. de lege pœn. c. 4. §. Vt igitur Ledes. 2. p. q. 64. a. 3. paulo post princ. Vera. 3. p. spec. a. 5. Ledesi. de matr. q. 62. a. 3. not. 2. Bart. à Ledes. dub. 67. de matr. concl. 3. Vega 1. to sum. c. 78. casu 5.* Idēq; videntur sentire *Host. c. Porro, n. 3. de diuor.* vbi *Ioā. And. n. 3. Ant. n. 12. Anchar. fi. Alex. de Neuo, n 9.* consulunt enim, vt si excommunicetur, patienter sustineat: quasi sentientes coram Deo innocuum illum esse culpæ. Imò *Abul.* dicit non teneri illum reddere, licet maneat excommunicatus vsq; ad mortem,

Quod idem clarè sentit *Palud. 4. d. 27. q. 4. a. 2. n. 11.* ait enim hunc non teneri obedire, at melius esse parēre, quā semper viuere in excōmunicatione. Vnde dicunt *Sotus, Ledesma, Verac Barth. à Ledes. Petr. à Ledesma, Vega*, hunc non esse in foro conscientiæ excommunicatum: atque ita solum in publicō ratione scandali teneri ab iis abstinere, quæ excommunicato interdicta sunt. Alii distinguunt sic. Si innocens possit intra paucos dies probare adulteriū non tenetur parēre iudici, secus si probationes longa temporis mora indigeant. Ita *Angel. verb. Debitum, n. 10.* vbi *Syl. q. 1. causa 3. Armilla n. 4.* Ego existimo hunc ex natura rei minime teneri obedire, nec esse coram Deo excommunicatum. Quoniam sententia illa & præceptum iudicis falsā præsumptione innituntur, atque ita minime obligant in foro conscientiæ in quo veritas innocenti cōstat. At posse teneri ratione scandali vitandi. Vt bene ait *Castro hoc allegat.* addēs totis viribus tenere illud vitare. Et ideo si breui possit adulteriū probare, cum tunc non magnum inde oriatur scandalum, non tenebitur reddere: secus si longa mora necessaria sit. Vt *Aug. l. 3. Inst. & Armilla proximè citati* docent. Quia tunc meritō oriretur grane scandalum: eo vel maxime, quod in excommunicatione per annum insordescens, tanquā iuspectus de hæresi habendus est. *Trid. sess. 25. c. 3. de reform. in fin.* Vnde eum obligatio hæc reddendi debitū minime coniungat ex iudicis præcepto, sed ex obligatione vitandi scandali, iuxta scandalum ex negatione exortum, breuitas, vel temporis diuturnitas, quæ ad probandum adulterium deliberantur, expendenda sunt. Et si coniux innocens in loca remota fugeret, vbi scandalum omnino cessaret, minimè teneretur reddere.

Hinc fit lite diuortii pendente, minime teneri coniugē 7
innocentem, certum de alterius adulterio reddere debitum. Quia quamuis lite pendente nil innouandum clament iura: vt constat ex *toto tit. Vt lite pendente nil innouetur*: at id procedit in foro externo, in quo veritas non constat, donec lis decidatur. Quare coniux veritatis conscius non tenetur exitum luis expectare, quo à debiti redditione abstineat: eo vel maxime, quod si tunc à iudice minime coactus redderet, esset condonatio adulterii, ac ius diuortii petendi extingueretur, vt disp. 14. dicemus. Sic *Rosella verb. Debitum, n. 13.* vbi *Syl. q. 1. causa 3. Enriquez l. 11. de matrim. c. 15. n. 14. Palacios 4. d. 27. disp. 3. col. 18. fol. 601.* at tenebitur reddere si non omnino certus sit de adulterio. Vt bene docent *Rosella, & Syla. ibid.* Quia in hoc dubio non est spoliandus coniux iure exigendi debitum. Vnde non est audienda *lex reg. 8. t. 2. p. 4.* quæ sequens *Goffr. sum. t. de diuortiis, n. 15.* ait teneri lite pendenti innocentem reddere debitū, nisi adulterium sit manifestum. An vero teneatur reddere tunc, præcipienti id iudice, dixi n. præced.

Sed an coniux adulter, dum eius adulterium latitat in- 8
nocentem, sit ipso iure priuatus facultate exigendi debitum, ita vt possit adire iudicem, vt alterum negantem cōpellat reddere? dixi l. 1. d. 68. n. 4. vbi tanquam probabilius sustinui, non esse ipso iure priuatum, donec coniux alter adulterii conscius ipsam priuet: atque ita interim posse adire iudicem, vt ipsum reddere compellat. Atque idem dixi ibi, nu. 5. licet coniux innocens leuibus indiciis, nec sufficientibus ad diuortium celebrandum, suspicaretur adulterium. Quare adulter rogatus à iudice non tenetur fateri suum occultum adulterium, sicut nec alia crimina, nisi iuridice rogatus. Iuxta ea quæ dixi d. 8. nu. 19. fin. At si norit adulter innocentem habere sufficientem sui adulterii certitudinem, vt in foro conscientiæ diuertere possit, quāmuis probare minime valeat, non poterat in conscientia ipsum compellere vt reddat sibi debitum. Et si forte iudex ex falsa præsumptione compulit, tenetur ipse à compulsione desistere. Quoniam nolenti innocente certo de adulterio reddere, destitutus est ipsi omni iure. Et quamuis minime teneatur dotem & bona restituere innocenti, quorum amissione damnandus erat, nisi falso se tueretur, (vt dixi disp. 8. num. 14.) tenetur tamen ad suam libertatem negandi debitum, innocentem reuocare.

Quoniam dispar est ratio. Amissio enim bonorum est mera pœna, ac proinde nullo modo debita, nisi media iudicis sententia: quare ea non existente, quamuis iniuste impedita, non tenetur coniux adulter bona restituere: at quo iure exigendi priuetur, nulla opus est sententia, sed voluntas sola innocentis conscii adulterii sufficit. Quare tenetur huic minime obstare. Tandem non teneri adulterum crimen occultum fateri, nisi quando iudex præcedentibus indiciis, aut semiplena probatione, & ostensis illis adultero, vt sibi constet se iuridice de crimine interrogari (vt in aliis criminibus fatentur DD. communiter:) vel ex eo constat, quod accusatio adulterii ad diuortium celebrandum est mixta, & assimilatur criminali. Vt probaui hoc l. disp. 8. n. 19. fine.

9 Ad argumenta n. 2, proposita respond. Ad 1 constat solutio ex dictis n. 5. in prima ratione. Non enim est propriè pœna, sed quasi conditio imbibita in ipso matrimonij contractu. Ad confirm. dicid esse verum de mera pœna conuentionali, quæ ex partium conuentione consurgit: secus de ea, quæ suapte natura in ipso contractu includitur tanquam conditio. Ad 2. admisso antecedente negãda est consequentia. Quoniam cum hoc sit in fauorem innocentis, & non per modum pœnæ, sed conditionis, satis est vt innocens adulterii conscius adulterum iure exigendi priuet. Ad 3. dic antecedens esse verum de lege merè pœnali, & quando agitur ad pœnam lege decretam infligendam: solius enim iudicis est eam infligere, meritis causæ discussis: secus vbi lex nõ continet meram pœnam, vt ludens pecunia credita in hoc Castellæ regno, nulla indiget iudicis sententia, quo pecuniam perditam minime soluat. Quoniam lex id concedens non est mere pœnalis, sed contractum imitat. Vt diximus l. 1. disp. 31. n. 2.

SVMMARIVM.

An coniux innocens possit ob adulteri habitationem, propria authoritate diuertere? Resoluitur c. Porro, & c. Significasti, de diuort. quæ se non pugnare videntur, n. 10.

Referuntur tres sententiæ n. 11. 12. & 13.

Non satis est ad sit diuertendum, adulterium occultum, & aliter diuertentis concidere restituere coniugi ipsi petenti, imò & prædem spirituale ante bonum conceditur restituere, n. 14.

An sit etiam iuste secunda restitutum quoad debitum coniugale separati coniugi, n. 15. & vbi, quid si matrim. non sit consummatum.

An si coniux adulter occultus vel alter ob causam recedat, & red eat minimè ad mittatur possit petere restitutionem coniugis à se dimissi? Et quid, si dederit expulsus restitutionem non petat? Et explicatur c. De Rosid cle 32. quæst. 3. Et an vir teneatur quærere vxorem fugitiuam n. 16.

Quid si coniux quamuis de causa coniugem repellat, an ipsemet repellens possit restitutionem coniugis à se expulsi petere n. 17.

Quid si coniux non agat sed eo possessorio, sed petitorio, an sit ante omnia restituendus, n. 18.

Quid, si vxor spolians reflicat aduersus exceptionem adulterij occulti à viro spoliante sibi obiectum, allegans simile adulterium occultum ipsius viri, an sit audienda n. 19.

Quid si spolians allegat rei iudicatæ exceptionem an impediatur restitutio n. 20.

Quid si spoliens offert se in continenti probaturum adulterij occulti? Resertur sent. aliorum impetrari restitutionem n. 21.

Non satis est non incitis offerre probationes, nisi quando falsa restitutione subsistet peccatis aut damno quod reparari nequit per eam. Et quid, si coniux certus de adulterio de uiro alterius, sit sum professus, vel in sacris restitutus, vel vxor consistatu religiosa, an sit restituendus coniugi petenti. si tale efficiat in continenti probaturus. Et quid, si sit consanguineus etc. gradus non humano interdictus, aut aliud impedimentum dirimens. & explicatur c. Literas, de rest. spol. n. 22.

Quando dicantur in continenti oblatæ probationes, n. 23.

Eundemur 1 fin. C. Quorum bonorum, reg. Dolo facit. de reg iuris, in 6. l. 27. ff. l. 3. n. 24.

Vt possit coniux adulter expelli, ita vt spolium non sit in foro externo restituendum, exigitur ita notorium adulterium, vt nullum prorsus sit excusationi locus, & quando id contingit, n. 25. & quid, si non sit solutus ad impertinentiam fatentur in iudicio se fornicatum esse n. 5.

Qualiter id notorium, vt impediatur restitutio, sit probandum, n. 26.

Quanto tempore spatio id notorium sit probandum. Et quando est notorium iudici, an sint expectanda probationes, n. 27.

An mulier sit expulsa possit petere restitutionem, allegans simile viri adulterium, n. 28.

Quid, si vir non occidisset vxorem notorie adulteram, sed peteret diuortium, an audienda esset excepto adulterij occulti ipsius viri, allegata à mulere, n. 29.

An si post expulsionem temerariam, coniux expulsus fornicetur non ideo sit restituendus, n. 30.

An in foro conscientiæ liceat quoad habitationem diuertere, ratione adulterij occulti? Et quid importet dolus, libere, n. 31.

An cessante scandalo id liceat, n. 32.

Quid, quando matrimonium est occultum, n. 33.

Qui à sit Ecclesia compellat tunc admittere, n. 34.

An coniux occulte adulter possit tuta conscientia petere sibi ad coniugem, qui diuertit, restitui & restitutione sibi concessa uti. n. 35.

Qualiter à culpa excusetur D. Ioseph, dum virginem ob occultæ adulterij suspitionem dimittere voluit, 36.

Constare cum constat matrim. esse nullum, an possit propria authoritate diuertere, n. 37.

Solutiuntur argumenta. Et concluditur c. Porro, & c. Significasti, de diuortiis. Et confirmatur c. additionis de celebratur spol. in 6. & ex parte de Sponsal. Et impeditur rectitudo, quando est verisimile præsumptio minime possessionis: et quid non communis illi refellat, n. 38.

Post n. 38. immensa summaria quæ desiderantur.

QVÆSTIO II. An quoad habitationem liceat coniugi innocenti propria authoritate diuertere ab adulterio, ita vt adulter restitutionem minimè petere possit? Hæc in re acrem difficultatem ingerunt c. *Significasti*, & c. *Porro, de diuort.* quæ secum pugnare videntur. Nam c. *Significasti*, ibi: *Si notorium est mulierem ipsam adulterium commisisse, ad eam recipiendam præfatus vir cogi non debet.* Habetur ob notorium adulterium posse coniugem dimitti absque spe restitutionis. At c. *Porro*, ibi: *Etiam si parentela esset publica & notoria, absque iudicio Ecclesiæ ab ea separari non potuit.* habetur non esse licitum diuertere absque Ecclesiæ sententia, ob notoriam consanguinitatem. 10

Triplex igitur est sent. prima ait desiderari sententiam iudicis, vt licita sit habitationis separatio. Ducitur 1. quia id expressè decidit c. *Porro, de diuor.* vbi consanguinitas est notoria, in quo casu est ratio vig ntior, vt liceat propria authoritate diuertere ob notoriam consanguinitatem, eò quòd cohabitando sit grauissimum peccandi periculum, cum, si consanguinei reuera sint coniuges, atque ita matrimonium inualidum, sit eis copula prorsus interdicta. Ergo à fortiori non licebit absque sententia Ecclesiæ diuertere ob notorium adulterium. Cùm tunc nullũ sit peccati periculum: copula enim licita omnino est. 2. quoniam separatio habitationis est publica pœna, ac proinde publicum Ecclesiæ iudicium desiderat. Et confirm. quia esto ex natura rei liceret propria authoritate diuertere, at Ecclesia iuste id interdicere potuit, (vt interdixit d. c. *Porro*) nam cùm Ecclesia consentiente initum sit matrimonium, æquum est, vt eius dissolutio, siue quoad vinculum, quando reperitur inualidum, siue quoad habitationem, per diuortium, eiusdem Ecclesiæ authoritate fiat. Quoniam omnis res per quascumque causas nascitur, per eadem dissoluitur, c. 1 *de reg. iuris.* Tandem potest probari rationibus num. 2. allatis, quæ fortiùs in hoc casu militant Et ideo hanc partem sustinent ex Iurisperitis, *Glossa.* c. *Porro*, verb. *Separari, de diuor.* & c. *Gaudemus* verb. *Decidentes, de consecr. coniugal.* & c. *Ex parte* verb. *Manifesta, de sponsal. Gratian.* c. *Sine de coniugij*, §. *In hoc cap.* 24. q. 1. Et videtur tenere *Host.* d. c. *Ex parte*, num. 4. *super* verb. *Manifesta*: & dicit communem *idem Host* d. c. *Porro*, n. 3. Et tenent *Anton.* c *fin.* num. 8. *in fin. de adult.* & c. *Porro*, nu. 12. *de diuor.* vbi *Cardin.* n. 3. *oppos.* 2. *Barbat* c. *Ex parte*, col. 4. *de feudis*, *Turrecr.* c. *Agathosa fin. super* verb. *Vxorem* 27. q. 2. *Gaeta repetit.* c. *Ad limina* 30. q. 1. §. num. 422. Et videtur hanc sequi *Franciscus Marcus* 1. p. *decision. Parlam. Delphin. decis.* 534. nu. 24. Eam enim refert in vltimo loco, quamuis nullam sent. expressè decidat. Et ex Theologis, eandem sustinent *D. Thom.* 4. d 35. q. vn. ar. 3. vbi *Durand.* q. 1. a 2. num. 7. *D. Bonauen. a. vn. q. 3. Richardus* ar. 1. q. 3. *Supplem. Gabr.* q. vn. a. 2. *concl.* 5. & 6. & *in solut. ad* 2. *contra* 6. *concl.* & *post solut. ad* 4. *Abulensis* c. 19. *Matth.* q. 72. *corp.* & *ad* 1. *Viguer. l. Instit.* c. 16. §. 7. *vers.* 9. *imped.* 10. *Castro* l. 2. *de lege pœnal.* c. 4. §. *Vt igitur.* Nider *in sua sum. præcept.* 6. c. 4. *Ouandus* 4. d 35. q. vn. *propos.* 2 *Bellarm.* l. 1. *de matr.* c. 14 *Secundum est. Graff.* 2. p. *decis.* l. 1. c. 12 num. 66 *fin.* & n. 74. *casu* 2. Et à fortiori hanc opinionem tenent omnes DD. quos n. 2. retuli, asserentes ad debitum adultero coniugi negandum desiderati Eccle-

sia

siæ sententiam. Vnde retenta hac opinione, si coniux innocens ab adultero recedat, minimè expectata Ecclesiæ sententia, restituetur vtique adultero reclamanti. Atque ita docent *D.Th. Durand. Abul. in solut. ad 1. eisdem locis citatis.*

12 Secunda sent. docet, sufficere adhoc diuortium propria authoritate celebrandum, si adulterium sit notoriũ. Probat ex *c. Significasti, de dinor.* vbi coniugi dimisso ob adulterium notorium denegatur restitutio: ergo licite potuit adulter notorius dimitti, aliàs ad pristinã matrimonii plenam possessionem restituendus esset. Secundò ex *c. Ex parte, de sponsal.* ibi: *Quia nemini licet vxorem sine manifesta causa fornicationis dimittere.* Ergo à contrario sensu id licet, vbi fornicatio est notoria. Tertiò ex *c. Ad decimas, de restitut. spol. in 6.* vbi canonicos quosdam decimis spoliatos agẽtes vt ad pristinam possessionem restituantur, decidit Pontifex restituendos minime esse, subditóque rationem, eo quòd sit manifestum eas decimas ad canonicos non pertinere. sed ad spoliantem. Et confir. quia ex eo textu elicitur regulam generalem *Glossi ibi verb Præsumuntur, Fraccus n. notab. 6. & n. 11.* vt exceptio notorii defectus tituli obsistat agẽti iudicio possessorio. Tandem, quia no posse dimitti adulterum quoad habitationem, est ratione scandali, quod cessat, quando causa dimissionis est notoria. Ergo tũc nulla iudicis sententia desideratur. Et ideo hanc sent. sustinent *Glossa ca. Agathosa, verb. Fornicationis, 27. qu. 2. Et c. fin. ver. Fornicationis, de adult.* vbi *Ioan. And. n. 5. Anchar. n. 6. Card. nu. 2. vers. Quæro an vir. in fin.* & dicit forte hoc esse verius, *Anan. ibi, n. 3. vers. Et ista sunt.* Et tenent *Abb. c. Conslut. n. 4. de conuers. coniug. & c. Gaudemus, n. 5. & c. Dcilla, n. 2 de dinor. & c. Ex parte. in fine de sponsal.* vbi *Alex. de Nevo n. 10. Præpos. d. c. De illa n. 7. Hieronymus cap. Literas, n. 4. de restit. spoliat. Tiraquel l. Si vnquam, verb. Reuertatur, n. 337 c. de vxor. donat Rosella verb. Diuortium, n. 12. Angelus Matrimonium, 4 n. 1. Armilla verb. Matrimonium, n. 76. Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 4. tit. 22. q. 7. Brunel. de sponsalibus, conclus. 30 declar. 7. num. 11. Nauar. l. consil. de conuers. coniug. in priori edit. cons. 5. sine: in poster. cons. 10. num. 1. & cons. 14. sine: & sum. Lat. c. 22. nu. 23. sine. Greg. Lopez l. 2. verb. Seyendo, t. 2. p. 4. Iul. Clarus l. 5. receptar. §. Adulterium, vers. Alia quoque est pœna. Ant. Gabriel tom. 1. communi. opin. in mea edit. l. 1. f. 21. col. 1. verb. Adulteram mulierem. Surdus de alimentis tit. 7. q. 16. num. 18.* Et ex Theologis, *Nicol. de Orbellis, 4. d. 35 quæst. 2. §. 2. Victoria sum. de matrim. num. 209. Cordub. sum. qu. 138.* Vnde retenta hac opinione, coniux dimissus ob adulterium notorium petens restitutionem, minime audietur. Atque ita docent *Abbas c. Significasti in fin. de diuort. Henric. c. Literas, nu. 4. de rest. spol. Nauar. l. 3. cons. tit. de conuers. coniug. an 1. edit. cons. 6. num. 2. & in 2 cons. 11. n. 2. & cons. 10. n. 1.* Imò *Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 5. n. 12. & Enriquez l. 11. de matrim. c. 17. n. 2. ad fin.* quamuis existiment non posse coniugem dimitti ob notorium adulterium, ac temere facta dimissione recẽsent esse denegandum restitutionem.

13 Tertia sent. petit ad hanc dimissionem iuste faciẽdam, vt adeo notorium sit adulterium, vt nulla prorsus tergiuersatione celari possit, nullusque inficiationi sit locus. Exemplum apponunt *Glossa, Albert. Henric. Maior. Sylvest. Armill. Ioan. de Friburg. D. Anton. Soto. Couarr. Gaeta. Barth. à Ledes. Enriquez. Graſſis. Iud. Lop. Vega*, quos statim referam: vt quando coniux publice moretur cum adulterâti: quibus subscribere videntur *Innoc. c. Significasti, num. vn. init. de diuor. & ibi Præpos. n. 4.* addentes exemplũ, quando est notoriũ facti permanentis, vt si extent filii notorie ex adulterino congressu habiti. Similiter exemplificant *Glossa & Couarruu.* quando coniux est conuictus per sententiam de adulterio. Vel si in iudicio cõiux fassus sit sponte adulterium, *Gloss. Con. Maiorit. Palud. Tabiena. Palacios, Graſſis, Iud. Lopez.* Vel si coniux rediens inueniat vxorem prostitutam in lupanari. Sic *Turrec. Palud. Palacios, Petrus de Ledes.* quos omnes statim referam. Ducitur hæc sent. quia *c. Porro, de diuort.* damnatur diuertens à coniuge ob notoriam consanguinitatem, absque Ecclesiæ sententia. Nó ergo quodcumque notorium ad hoc sufficit. Et ideo hanc sentent. tenent ex Iurisperitis *Glossa ca. 1. verb. Patronus, 32. p. 1. Innoc. ca. Inquisitioni n. 1. de sent. excom.* vbi *Hostien. init. Ioan. Andr. n. 3. Anton. nu. 12. Anchar. n. 3. vers. Quid ergo. Cardin. num. vnic. vers. Quid si adulterium. Idem Innoc. c. Significasti, n. vnic. init. de dinor.* vbi *Præpos. nu. 4. Henric. nu. 6. Albertus in suo repertor. lit. M. verb. Matrim. 8. vers. Quid si aliquis coniugum, Ioan. de Friburg. summ. confess. l. 4. t. 19. qu. 2. Sylvest. verb. Diuortium. qua. 8.* vbi *Armilla. n. 7. Turrec. c. Seculares, nu. 2. 33. q. 2. Catellian. in memor abolitus iuris, verb. Vxor suscepta. Tabiena Matrimonium, 4. q. 4. n. 5. Nata cons. 116. nu. vnico. Couarr. 4. decret. 2 p. c. 7. §. 5. n. 12. Gaeta repart. c. Ad limina 30. q. 2. §. 4. nu. 216. Barbosa rubr. ff. soluto matrim. 2. p. n. 26.* Et ex Theologis, *Maiorit. 4. d. 35. qu. 1. §. Contra priorem conclusionem, ad fin. n. Palud 4 d. 35. qu. 1 a. 4. concl. 2. nu. 28. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 21. §. 5. Soto. 4. d. 36. quæst. vn. a. 3. conclus 2. Veracruz 3. p. spec. a. 5. conclus. 5. Palacios 4. d. 27. d. 3. col. 14. fol. 599. & d. 35. d. vnica, col. 13. vers. Si vero forte. Enriquez l. 11. de matrim. 17. num. 2. iuncto comment. litera l. Petrus à Ledesma de matrim. quæst. 62. a. 3. fine. Barth. à Ledesm. de matrim. dub. 67. concl. 2. Graſſis 1 p. decisionum. l. 2. c. 84. num 9. Iud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. c. 54 de diuortio quoad habitationem, col. 2. Manuel. 1. tom. sum. 2. edit. c. 240. nu. 4. Vega 1. tom. sum. c. 13. casu 1.* Vnde inferunt *Palud. proxime citatus & Palacios 4. d. 35. disp. vnica, col. 13. vers. Si vero forte*, non sufficere, si vxor occultè deprehendatur adulterans: sed oportere publicè deprehendi, puta in lupanari. Et ita intelligunt *l. Palam. 43. §. fin. ff. de ritu nuptiar.* dicentem in adulterio deprehensam quasi publico iudicio damnatam esse. Quod si coniux adulterans non ita notoriè, vt diximus, propria innocentis authoritate expellatur, tãquam temere expulsa restituetur ad pristinam habitationem. Sic *Ioan de Friburg. Alber. Henri. Turrec. D. Ant. Syl. Tabiena. Sot. Iud. Lop. eisdem locis. Idẽ D. Ant. 3. p. t. 9. c. 8. §. 5. Syl. Matrim. 10. q. 2. Tabiena Matrim. 4. q. 9. nu. 10.*

Prima tamen concluſ. sit. Si adulterium sit occultum, 14
non permittitur in foro externo, vt innocens propria authoritate, non expectata Ecclesiæ sententia, diuertat ab habitatione. Quare si adulter cõiux restitutionem petat, ad habitationem, qua spoliatus est, restituetur, nec admittetur exceptio innocentis opponentis adulterium occultũ, donec ad pristinum statũ restituatur coniux dimissus, qua restitutione facta agetur de illa exceptione, & probato adulterio diuortium celebrabitur. Quod si in probatione defecerit innocens, cogetur in matr. perseuerare. Atq; ita hanc restitutionem ante omnia faciendã, decidit expresse, *c. 24. In literis, c. Ex conquæst. c. Idẽ cum quis, de restit. spol.* Causa enim restitutionis quàm plurimis gaudet priuilegiis, *c. finali, de ordin. cognitio.* Et docent vniuersi. Imò & priuilegis, *c. finali, de ordin. cognitio.* Et docent vniuersi. Imò & prælonem ante omnia restituendũ esse decidit textus, *c. In literis, de restit. spoliat.* & colonos, *l. Cum fundũ, ff de vi, & vi armata.* Cuius ea est ratio, quia sine citatione, & actu iudiciali, nemo est à sua possessione remouendus, *c. Licet Episcopus, de præbend. in 6.* Et late prosequitur *Menoch. de recuper. possess. remed. 1. n. 111. & seqq.* & aliàs rationes afferam n. 22.

Aliqui hanc restitutionem spoliati intelligunt non esse 15
quoad omnia faciendam: atque ita docent Ecclesiam nõ debere compellere ad reddendum debitum, coniugem innocentem, quousque causa adulterii obiecti terminetur. Sic aliqui, quos tacito nomine referunt, nec improbãt *Turrec. c. 1. num. 133. qu. 2. Richar. 4. d. 35. a. 1. q. 2. Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 32. a. 3. q. 17.* Verum dicendum est restitutionem quoad omnia faciẽdam. Quia in foro externo est iniusta spoliatio. Atque ita habetur *c. Redimendi, el 1. & 2. qua. 1.* quæ sunt Ioannis & Eusebii Pontificum. Idem constat ex *cap. Literas, de restitut. spoliat.* vbi tanquam quid speciale ob peccati periculum decernitur opposita matrimonii nullitate ob impedimentum consanguinitatis, & oblatis in contrarium probationibus, concedendam esse restitutionem quoad omnia, præter coniugale debitum (vt nu. 22. dicemus.) Ergo extra hunc euentum, plena quoad omnia est restitutio facienda. Atque ita docent *Albericus in suo dictionario. lit. M. verb. Matrim. 9. vers. vlt. Sylvester Matrim. 10. qu. 5. Tabiena Matrimonium, 4. q. 9. n. 10.*

Alij dicunt restitutionem non esse concedendam cõ- 16
iugis, quando ipsamet propria temeritate recessit. Quia

tunc non ipse recedens, sed is à quo recessit, est spoliatus. Sic *Rainerius* relatus ab *Archidiac. c. De Benedicto* 32. *q.* 1. *nu.* 1. At dicendum est, esse concedendam restitutionem coniugi sic temere recedenti, si postea rediens non admittatur. Quoniam ex tunc tam spoliatus intelligitur, *l. Clam. possidere, § Qui ad nundinas, ff. de acquirend. possess. l. Si id quod, § fin. ff. de vi, & vi armata.* Et sic vltima mora nocet, *l. Illud, ff. de ff. de periculo, & comm. rei vendit.* Atque ita docent *Glossa c. Significasti, verb. Materiã, de diuortio, & c. Intelleximus, verb. Spontanea de adulter. Innoc. c. Veniens n. 4. de regular. Speculat. l. De sponsalib. § fin. n. 3. Hostiens. eo c. Intelleximus n. 3. Ioan. Andr. c. Plerumque, de donat. inter vir. & vxor. n. 1. & d. c. Significasti, nu. 7. super verb. Spoliata, vbi Anton. n. 6. Archan. num. 9. Abbas, n. 7. Idem Ant d. c. Intelleximus, num. 12. & vbi Abbas, nu. 5. Card. n. 2. oppos. 3. Anan. nu. 3. Archid. c. De Benedicto. num. 132 quæst. 1. Hugo vbi, & Bellamera ibi, nu. vn. Astensis summa 2. p. l. 8. t. 33. ar. 2. q. 1. D. Antonin. 3. p. t. 9. c. 8. fine. Sylvest. Matrimonium 10. quæst. 3. Ioan de Friburgo summa confess. l. 4. t. 19. quæst. 2. Tabiena Matr. 4. q. 10. nu. 11. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. nu. 239.* Atque idem dicendum est, quamuis vxor ob propriũ adulterium recesserit, si enim rediens non admittatur, est restituenda: nisi ita publicum eius adulterium sit, vt restitutionẽ impediat: vt si publicè cũ adultero moretur. Quoniam cum propter adulterium occultũ restitutio non denegetur, quãuis adultera sit occulta, si rediens expellatur, verè spoliata intelligitur. Sic *Archid. ibi, n. 2. Bellamera. Ioan. de Friburgo, Sylvest. Tabiena ibidem.* Hæc autem restitutio facienda est, si ipsa vxor recedens petat restitutionem. Etenim restitutio non datur nisi petenti, *c. Super causam. 2. q. 5.* Sic *Ioan. de Friburgo ibid. Turrec. c. Seculares 33. q. 2. num. 2.* Hinc infertur intellectus ad *d. c. De Benedicto.* Dum enim ibi dicitur, liberum esse marito recipere vxorem, quæ ob adulterium diuerterat: intelligitur, quãdo adulterium ita publicum est, vt denegetur restitutio. Ita explicant *Archid. & Bellamer. ibidem.* Vel secundò potest intelligi, quando ipsa mulier restitutionem minimè petit. Rursus infertur, minimè teneri virum lege iustitiæ ad vxorem quærendam, quæ sine ipsius viri culpa graui recessit, nec se admitti petit. Quia fugiens & non rediens renunciat suo facto, iuri quod habet ad cohabitationem mutuam. Sic *Sylvest. Matrimonium 10 quæst. 3.* vbi subdit teneri ad id virum lege charitatis, sub præcepto vel consilio, si inde bonum speretur. Non tamen explicat, quando sit præceptũ, & quando solum consilium. Sed dic tunc esse præceptum charitatis, quando vxor non admittit adulterium: vel vir est similis vitij reus, ac potest absque infamiæ nota vxorẽ quærere, & sibi reconciliare: ac inde speratur forè, vt vxor recte vitam instituat, multisque crimínibus abstineat, quorum admittendorum periculo aliàs exposita esset.

17 Sed quid dicendum, si ipse vir vxorẽ spoliet, eam domo expellendo absque iusta causa, an repetens vxorem, si ipsa redire renuat, sit restituendus? *D. Th. 4. d. 41. in fine, in exposit. litera*, negat restitutionem tunc faciendam esse. Idẽ tenuisse *Magistrum Abbatis antiqui* refert *ipse Abbas antiquus*, (vt refert P. *Anor. c. Literas, n 9. de restitut. spoliat.*) Idem *Tabiena Matrimonium 4. q. 9. nu. 10.* Et ratio est. Quoniam tunc vir minime spoliatus est, quod ad restitutionem petendam desideratur. Sed ipsemet sua spoliauit se possessione. Addit *Magister Abbatis*, posse iudicem in hoc casu facere ex officio restitutionem. Sed omnino dicendum est, eum virum restituendũ esse. Quoniam eo ipso quod vxorem à se expulsam repetit, & ipsa repetẽti nõ cõsuet, cẽsetur spoliatus (vt n. præc. dixi.) Nec obstat, si opponatur, expellentem animo amittendi possessionem, eam minime recuperare posse, quamuis animum recuperandi habeat, *l. Si quis vi, § Differentia. ff. de acquir. possess.* Quoniã possessio in matrimonio eo priuilegio gaudet, vt minime amittatur solo facto, ita vt recuperari non possit. Quoniam tanquam accessoria matrimonio, sæpit eius naturam, quæ est vt solo consensu non dissoluatur. Atque ita docent *Glossa c. Literas, verb. Diuertit, de restitut. spol. Innocent c. Veniens, n. 4. de regular. Ioan. Andr. eo c. Literas, nu. 19. & 20.* vbi *Anton, num. 23. Abb. n. 9. Cardin. paulo post princ. versic. In Glossa tertia. Imola nu. 11. Henricus num. 9. Bellamera n. vnico, col. 3. in fine, Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 33. ar. 2. quæ. 1. Lancelotus initit. iuris canon. l. 2. tit. de diuortiis, §. Ergo nisi legitima, vers. Ius manet.*

Limitanda tamen est conclusio posita, aliquibus modis, primò vt spoliatus sit ante omnia restituendus, quando agit iudicio possessorio, allegans, scil. spolium, & petens se restitui si enim agat petitorio non statim restituetur, sed audietur exceptio. Et ratio est. Quia restitutio non conceditur nisi petenti (vt n. 16. diximus.) Ita docent *Glos. c. Agathosa. verb. Quendam 27. q. 2.* ita explicãs eum textum, vbi auditur exceptio viri professi allegantis adulteriũ vxoris: quia vxor non agebat possessorio, sed petitorio iudicio. Et *Glossa c. Significasti, verb. Si notorium, de diuortiis*, vbi *Cardin. n. 2. D. Th. 4. d. 4. in fine, in exposit. litera. Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 33. art. 1. fin. D. Antonin. 3. p. t. 9 ca. 8. § 5. Sylu. Matrim. 10. q. 2. Tabiena Matr. 4. q. 9. n. 10. Nauar. l. 3. cons. 2. couuers. coning. in 1. edit. cons. 6. n. 2. & in 2. cons. 11. n. 2.* Et dixi etiam d. præc. n. 6.

18

Hinc infertur, si vxor petat viri, quo spoliatus est, restitutionem, quamuis vir adulterii occulti vxoris allegans exceptionem, audiendus minime sit ad effectum restitutionis impediendæ: audiendum tamen eum esse, vt compensentur delicta, si contra hanc exceptionem replicet ipsa vxor obiciens simile viri adulterium. Quoniam tunc maritus non petit vxoris restitutionem: sed similis adulterii obiectionem elidit probans delicta esse cõpensanda. Sic *Glos. c. Significasti, verb. Nisi constaret. de diuort.* quæ obscure loquitur. At ita intelligit eã *Abbas* illam approbans, *ibi in fine. Cardin. ibi ad fin. Alexand. d. Neuo, n. 9. Præpos. fine.*

19

Secũdò limitãda est conclusio, nisi spolians exceptionem rei iudicatæ alleget. Tunc enim impeditur restitutio. Sententia enim notorium facit. Sic *D. Thom. 4. d. 14. in fine, in exposit. litera Host. Sum. tit. de restitut. spol. nu. 4. vers. Decimo obstat. Henricus c. Literas, nu. 8. de restit. spol. Astensis sum. 2. p. l. 8. t. 33. a. 2. q. 2. casu 5. d. Anto. Sylu. Tabiena relati n.* 18. Quod bene intelligunt *D. Th. Hostiens. Henricus Astensis*, quando ab ea sententia appellatum minime est. Quia pendenti appellatione sententia nõ operabitur suum effectum. At aduersus hanc limitationem videtur *Glossa eo cap. Literas, verb. Diuort. in fine*: & ita eam intelligit & amplectitur *Anton. ibi num. 25.* Ducunturque, eo quod cùm sententia in causa matrimonii non transeat in rem iudicatam, *cap. Lator, de sentent. & re iudic.* non facit notorium. Sed bene *Imola eo c. Literas, n. 12.* dicit hanc doctrinam Glossæ esse veram, quando in continenti probaretur aliquid contra ipsam sententiam: aliàs in dubio stari debet sententiæ, *c. 1. Vt lite non contest.* Et ita impedietur restitutio.

20

Tertiò limitatur conclusio ab aliquibus, nisi spolians offerat in continenti probationes occulti adulterii: tunc enim restitutionem impediri asserunt. Et potest probari primò, ex *c. Literas, de restit. spoliat.* vbi coniuge diuertenti ob impedimentum consanguinitatis, illiusque probationes in continenti offerente, non restituitur ad copulam coniugalem coniux spoliatus. Secundò ex *l. finali. C. quorum bonorum*, ibi: *Omnibus frustrationibus amputatis. l.* Sentit ergo manifeste textus exceptiones, quæ frustrandi iudicij causa offeruntur, ac differendæ restitutionis, admittendas minime esse. Quales non sunt eæ, quarum probatio in continenti offertur: atq; ita dimittuntur in causis, quæ celeritatem desiderant, *l. Si is à quo ff. vt in possess. legat.* Et conferunt ad hoc quàm plura specialia, quæ probationis in continenti oblatæ affert. *Menochius de recuper. possess. remedio 1. q. 21. num. 240. & sequentibus, & de retinenda, remedio 3. q. 75. nu. 673. & seq.* Tertiò ex *reg. Dolo facit. 59. de regul. iuris, in 6.* vbi dolo faciẽs appellatur, qui petit id, quod restituturus est. Quartò, ex *l. 27. t. 2. p. 3.* ibi: *Fueras cende si aquel que demandasse el señorio de la cosa, quisiesse antes mostrar que era suya. luego: que entonces antes deue ser oydo y librado que el otro que demandasse la tenencia.* Atque ita docent ex Theologis *D. Th. 4. d. 35. q. vn. a. 3.* vbi *D. Bonau. a. vn. q. 2. Durandus qu. 1. art. 2. n. 7. Ricardus a. 1. q. 3. Abulensis c. 19. Matth. qu. 72. D. Antonin. 3. p. t. 14. 21. §. 5. Sot. 4. d. 36. q. vn. ar. 3. concl. 2. fin. Vigerius, l. institt.*

instit. c.16.§.7.verſic.9. impedimento 10. *Veracruz 3.p. ſpeculi a. 1. probat. tertia prima concl.* Et ex iuriſperitis, *Hoſtienſis ſumma t. De diuort.n.7.verſ.Dicas, Alberic.in ſuo dictiona. lit. M. verma Matrimonium*, 8.*verſ. Quid ſit aliquis coniugum. Aſtenſis ſum. 2. p.l.8.t.11.ar. 3.queſt.17. & t. 33. a. 2. init. Sylu. Diuortium, qu.* 8. *Armilla verb. Matrimonium,n. 76.Tabiena Matrimonium*, 4. *q.4 n.5.Gaeta repetit.c.Ad limina* 30.*q.1.§.4.num.216.*

22 Cæterum iure optimo ab hac limitatione recedit *Conar.4.decr.2.p.c.7.§.5.n.12.* illam improbans, & dicens petenti reſtitutionem non obſtare vt quoad omnia reſtituatur,exceptionem adulterij non notorij,quamuis alter obiiciens offerat ſtatim paratas probationes Prob. 1. quia *c.Literas de reſtit. ſpoliat.* tanquam quid ſpeciale ſtatuitur in impedimento dirimenti,vt conſanguinitatis, vxoté ſpoliatam minimè eſſe reſtituendam quoad carnalem copulam, ſi in continenti probationes conſanguinitatis offerantur, ob periculum peccati mortalis, quod admitteret coniux ſciens impimentum, & reddens debitum. Cùm ergo in præſenti non ſubſit id periculũ, nec aliud ex carnali commixtione,concedenda eſt omnimoda reſtitutio, licèt maritus ſpolians offerat in promptu probationes. Argum.ex *l. Ius ſingulare. ff. de legibus.* Et confirm. quia eo *c. Literas*, non obſtantibus probationibus in continenti oblatis,reſtituitur coniux ſpoliatus,quoad habitationem, & reliqua omnia, dempta carnali copula, in qua ſola ſubeſt periculum peccati. Ergo cùm in præſenti id periculum non ſit,reſtituendus eſt omnino coniux. Secundò ex *l.1. C.ſi per vim, vel alio modo*, ibi: *Sine vlla cunctatione reſtituatur Edi. Si quis ad ſe fundum*, ibi. *Eademque protinus reſtituta. C.ad l.Iuliã,de vi.* ſi enim ſine cũctatione,ſi protinus eſt faciẽda reſtitutio; non poterit momento temporis res ipſa detineri. Tertiò,quia ſpoliator ſemper delinquit, donec reſtituat: & ideo niſi purget delictum, reſtituendo non debet audiri circa proprietatem, *c. Frequens. de reſtit. ſpol. in 6.* Et confirmatur,quia in ſpoliantis odium inductum eſt,vt ſtatim poſſeſſionis reſtitutio fiat, *l.Si quis in factum, C. vnde vi.c.Eum qui,de præben.in 6.* & docet *Menochius de recuper. poſſeſſ. remedio* 1. *qu.* 1.*nu.*38. atque ita non debet ex delicto ſuo commodum reportare, contra *l.Auxiliũ*, 38. *ff. de minoribus.* Et ideo nec temporis momento debet res penes ſpoliantem eſſe, *l.Vna,C. ſi de momentanea.* Tandem, quia daretur occaſio delinquendi, & res propria authoritate occupandi, iuſque ſibi dicendi, ſi probationib. in continenti oblatis;reſtitutio impediretur:contra *c. Quãto, de diuort.* Et ideo reſtitutionem minimè differendã eſſe probationibus in promptu paratis, excepto quando opponitur impedimentum dirimens matrim. atque ita eſſe ſpeciale in caſu *d.c.Literas de reſtit. ſpoliat.* propter peccati periculum, tradunt *Gloſſa d.c.Literas,verb. In continenti. Et c.* 1. *verb. Contentionem,eod.t.&c.Super cauſa. verb.Cauſa* 2.*q.*5. *Dynus regula, qui ad agendum.*71.*n.*2. *de regul.iuris in* 6.*Innoc. c. Literas n. vn. verſ.Probationes. de reſtit.ſpoliat.*vbi *Hoſt.n.* 4. 7.8. *Ant.num.*52. *Abbas n.*5.& 18. *Imola n.*13.*verſ.In gloſſa,in continẽti. Idem. Hoſt. c.*1.*n.*4 *de reſt.ſpol.*vbi *Ant.n.*24. *Baldus n.* 2. *Abbas nu.*5. *Beroius nu.*30.& 31. *Idem Baldus ca.in literis,n.* 2. *de reſtit.ſpol.*vbi *Card. n* 2.*verſ.In Gloſſa vltima. Bartol.l.vnic.n.*4.& 5.*C.quorum legatorum,& l.Naturaliter*,§.*Nihil cõmune,n.*2.*ff.de acquir. poſſeſſ.* vbi *Ripa n.* 94.*ſallentia* 22. *Alexan.ibi,n.*20. *Francus c.ſinali,n.*11. *de reſtit.ſpol in* 6. *Boerius deciſio.*248.*n.*2. *Iaſon. conſ.* 162.*nu. vn. col.* 2.*verſ. Secundo principaliter,vol.*4. *Decius conſ.* 84.*nu.*1.*verſ. Ad iſta,vol.*1. *Felin cap. ſin n.*3.*verſ. Dum notat, de libelli oblat. Paliſtra,vol.*1. *Felin cap. ſin n.*3.*verſ. Dum notat,

Quia eadem est affinitatis ratio. At si nouam bigamiæ speciem incurreret : vt quia prius duxerat aliam corruptam, vel bis matrimonium iniserat, credo similiter restitutionem differendam esse. Quia cùm illa noua species sit explicanda, sicut & noua affinitas vel consanguinitas, redderet multo difficiliorem dispensationem, atque ita vir incurreret damnum, quod reparari nequit.

23 Quod si roges, quando dicantur probationes in continenti oblatæ, vt impediatur restitutio quoad carnale commercium, in casu periculi peccati, aut damni irreparabilis, iuxta numero præcedenti dicta? Id certum est, nõ desiderari habere statim secum probationes, quod vulgo dici solet, *Tenerlas en el seno*: sed satis esse, ne longæ dilationes petantur, sed infra breue tempus exhibeantur. Quod colligentes ex eo textu docent *Anton. cap. Litteras, num. 14. de restit. spol. & ibi Abb. n. 6. Imolan.* 10. At in taxãda hac temporis mora, nimirum, quanta debeat esse, dissident Doctores. *Archid. 3 qu. 1. in principio, num. 5.* dixit eam esse tridui. Alij verò dixerunt eam esse 8. dierum. Ducuntúrque decisione, *c. Solet. vers. In prima de sent. excomm. in 6.* quæ id minimè probat, sed quod dicemus n. 27. Sic *Hostiens. sum t. de diuort. num. 7. vers. Dicas. Aliter in suo dictionario, lit. M. verb. Matrim. 8. vers. Quid si aliquis coniug. Assens. sum. 2. p. l. 8. t. 33 a 2. init. Sylues. verb. Diuortium, q. 8. Tabiena Matrim. 4. q. 4. num. 5. Armilla verb. Matrimonium, n 76. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. quæst. 1. §. 4. num. 216.* Sed frequentior ac verior Doctorum sententia habet, in continenti dici aliquid breue temporis spatium arbitrio iudicis taxandum. Si enim exceptio obijceretur, ad cuius discussionem necesse foret testes examinare, vel instrumenta antiqua producere, super quorum veritate disputandum esset, non posset dici probationes in continenti oblatæ. Sic aliis citatis tradit *Menoch de arbitr. l. 2. centur. 1. casu. 12. n. 4.*

24 Nec obstant textus in contrarium adducti num. 21. ad probandum restitutionem semper differri probationibus in continenti oblatis. Quia *c. Litteras*, procedit ratione periculi peccati. Vt probaui n. 22. Et lex illa finalis procedit, quando agitur de adipiscenda possessione, *teste Glos. cap. 1. verb. Contentionem, de restit. spoliat.* quæ enim obstant probationes in continenti oblatæ. Vt multis relatis tradit *Menoch. de adipisc. poss. ff. remedio 1. q. 19. nu. 104. & seqq.* Et eodem modo intelligitur *regula, Adeo facit.* Vbi ibi explicat *Dynus n. m. 5. & Bartolus l. Naturaliter §. Nihil commune, n. 2 ff. de acquir. poss.* Et eod. pacto est intelligenda *l. Illa regia 27.* vt exponit *ibi Greg. Lop. verb. Que se entregasse.* Vnde differtum est in posterioro casu, in quo de recuperanda tam adepta possessione, & per iniustum spolium ablata, agitur.

25 Secunda concl. Vt possit coniux adulter expelli ab habitatione, propria authoritate, minimè expectata Ecclesiæ sententia, ita vt in foro externo non competat adultero beneficium restitutionis, desideratur adulterium ita notorium esse, vt nulla prorsus tergiuersatione celari possit: prout explicuit III. sent. num. 15. relata, quæ placet omnino mihi. Quoniam cùm coniux adulter sit in possessione pacifica, vt illa propria innocentis authoritate spolietur, sibique hæc publica quasi pœna absque iudicis authorite inferatur, nec statim competat sibi restitutio, æquum est, vt ita notorium sit adulterium, quod spoliandi causam præbet, vt oculis pateat. Causam enim restitutionis gaudet multis priuilegiis: ob rationes nu. 14 & 22. allatas. Quid verò, si coniux ob impotentiam spoliatus fateatur in iudicio se fornicatum? dixi l. 7. disp. 112. a n. 15.

26 Quòd si agenti adultero vt restituatur, opponat coniux innocens adulterium ita notorium (vt prædiximus) quo restitutionem impediat: oportet id notorũ probari, vel per euidentiã rei, vt per adulteri ipsius in iudicio confessionem: vnde ad impediendam restitutionẽ nõ potest per testes probari. Eo quod causa restitutionis sit valde fauorabilis, & multis gaudens priuilegiis, *c. finali, de ordine cognit.* Ita *Abbas, c. penult. n. 4. de adult.* Et constat ex textu, ibi: *Mandamus quatenus nisi tibi constiterit vel per euidentiam rei, vel per confessionem legitimam mulieris, quòd adulterata sponte fuisset, ipsum recipere compellas eandem.* Vbi *Glossa. verb. Confessionem*, explicat, *Factam in iure.* Et *verb. Euidentiam.* explicat, *Vt quia publicè fuit fornicata, vel filium ex adulterio susceptum habet testem.* Quã *Glossam* ibi explicantes *Abb. nu. 6. & Anan. n. 10.* dicunt non accipi publicè, ita vt omnibus videntibus sit publicè prostituta : sed si recedens à viro adhæsit publicè cõcubinario, illum in eadem mensa & lecto retinens: vel passim admittebat viros ad adulterandum: vel filium habet, cùm tanto temporis interuallo à marito separata sit, vt ex illo cõcipere nequierit, vt si à partu tempore transactus sit annus, ex quo non habitat cũ marito.

Hoc autem notorium satis est, sit tale iudici vel aliis, dummodo probationes sint in promptu, secus si terminus prolixus petatur. Ita *Innoc. ca. Significasti, nu. vn. vers. Item intelligo, de diuort. Anton. ibi, n 8. Cardin n. 2. Præpos. num. 4.* Vbi *Archid. c. fin. nu. 1. de restit spoliat. in 6. & ibi Dominicus, num. 13. vers. in ea Glossa*, dicunt quando constat iudici de notorio in iure proprietatis defectu, ipsum debere restitutionem denegare, absq; aliis probationibus: vt parcat laboribus & sumptibus litigantium. Et id deducunt ex eo textu, in quo ex confessione petentium decimas sibi restitui, quibus spoliati erant, constabat decimus ad ipsos minime pertinere, & ita Pontifex restitutionẽ denegat. Quando autem non est notorius ex ipsis actis defectus proprietatis, petentis restitutionem, sed est notorius aliis, & ita ea notorietas probanda est breui mora, vt denegetur restitutio: eam breuem moram, credunt quidam esse spatium octo dierum, per *c. Solet, vers. In prima de sententi. excommun. in 6.* ibi: *Nisi eum excommunicatum pro manifesta dicatur offensa: in quo casu terminum octo dierum indulgebitur sic dicens.* Et ita intelligo *Hostiensem in sum. tit. de diuortijs n. 7. Ioan. Andr. c. fin. n. 1. de adulter. & ibi Antonium n. 4. Anchar. n. 3. Cardinal. num. 1. oppositi. 1. Henricum, c. Literas, n. 4. de restit. spoliat.* vbi hoc textu ducti, aiunt notorium dici, quod octo dierum spatio probari potest. Subdunt *Ioan. Andr. Anton. Anthar. Cardin.* alios sentire hoc spatium esse duorum mensium. Et alios opinari esse spatium quo illa instantia durat. Et nullam harum opinionum reprobant. Sed melius *Ananias eo c. fin. nu. 1.* dicit fortè tutius esse, id spatium committi iudicis arbitrio: per notat; *cap. Licet iuncti glos. verb. Mensium, de probat.* Quod consonat iis quæ n. 23. diximus.

Tria hic obseruanda sunt. Primum est, si coniux expulsus ob adulterium ita notorium, vt oculis pateat, & nulla possit tergiuersatione celari, petat restitutionem, allegans adulterium expellentis, ac proinde compensationem faciendam esse; non erit statim restituendus, nisi fuerit simili modo notorium adulterium expellentis, quod per modum compensationis obicit: sed audientur probationes, & si id probauerit, restituetur. Ita per illum textum docent *Glossa ca. Significasti, verb. Nisi constaret, de diuort. & ibi Innoc. n. vnico, eod. verb. Hostiens. in fine Ant. nu. 8. Abbas in fine, Alex. de Neuo, nu. 8. Præpos. n. 4. Ioan. Andr. c. finali nu. 1. de adult* vbi *Anton. n. 4.* Et ratio est, quia coniux expulsus agit tunc, vt in possessionem, qua iustè ob adulterium notorium spoliatus est, restituatur. Quare cum possessio stet pro spoliante, non cogendus est ad eam restituẽdam, nisi constet notoriè de suo adulterio, quod ei per modum compensationis opponitur. 28

Secundum est. Si coniux non repulisset coniugem adulterantem, quamuis notorium, sed peteret diuortium, & adulter ille notorius tueretur se adulterii etiam occulti coniugis petentis diuortium exceptione: audienda est tea exceptio. Quia petens diuortium agit tunc iudicio petitorio. Ita *Ianuc. Abbas, Præpos. Alex. de Neuo, nu. prac. allegati. Ant. c. Significasti, n. 8. de diuort.* 29

Tertium est. Quidam temperant vt coniugi spoliato denegetur restitutio ob adulterium eius notorium, quando id admisit post spolium, secus si ante. Et ita conciliant *cap Porro, & c. Significasti, de diuort.* vt illud, concedens restitutionem in adulterio notorio, intelligatur de commisso ante spolium: hoc autem illam denegans, de commisso postea. Ita *Goffredus summa 5. De conuersionig. nu. 7. fin. & ibi Host.* 30

Host.n.9.Ioan.Andr.d.c.Significasti,nu 8.*Henricus ibi,nu.5.6.& ca.Vxoratus,n.6.de conuers.coniug. Albericus in diction.verb. Matrimonium* 8. *vers. Quid si aliquis coniug. Friburg. in sum. confess. l.4 t.19.q.2. Altens.2. par.sum.l.8.t.11.a.2.qua.8. Brunel. de sponsal.concl.30.nu.12.casu 4.Gatt.c.ad limina,30.qu.1.§.4.nu.216. Graffis 1.p.decis l.2.c.84.nu.13.& 2.p.l.1.c.12.n.66.* Sed meritò reprobant hanc distinctionem *Cardin.d.c.Significasti, n. 2.oppos.1.& ibi Præpos.n.4.* dicẽtes denegari restitutionem ob adulterium spoliati notoriũ, siue admissum ante siue post spolium. Quod nulla sit differentiæ ratio. Imò cùm adulterium spoliati post spoliũ commissum sit leuius, ac minori pœna dignum, vt pote cui iniustè spolians ansam dedit, minùs impedire debet vt sibi coniux spolians restituatur,quam adulteriũ patratum ante spoliũ. Et ita *d.ca. Significasti*, iãquam casum de quo poterat dubitari, decidit adulterium notoriũ spoliati post spolium admissum impedire sibi restitui spoliantem, non obstantem quod spolians ansam dederit:& tanquam manifestum supponit, adulterium admissum ante spolium à fortioti impedire restitutionem:vt pote quod turpiùs ac nulla data occasione est perpetratum. Atque huic etiam sent. fauent *Couarr.4.decret.2.p c.7.§.5.n.12.& Enriq.l 11.de matr c.17.n.2.* vbi indistinctè aiunt non concedendam restitutionem coniugi spoliato,ob adulterium eius notorium.

31 Tertia concl. Coniux adulterii sui coniugis conscius potest in foro conscientiæ,secluso scandalo,ab eius habitatione diuertere,quamuis adulteriũ sit occultum,nec ad id aliqua iudicis sent.desideratur.Prob.ex *cap Dixit Dominus,*32.q.1. quod est *D.Hier. in c.19.Matth* ibi: *Vbicunque fornicatio est, vel fornicationis suspicio, libere dimittitur vxor.* Nam verbum,Libere,est canon latæ sententiæ, & denotat nullam requiri licentiam vel sententiam(vt probaui l.1.d.54 n. 6.)& latè probat *Tiraquel.l.Si vnquam,v.Reuertatur, à n* 134. *vsque ad* 138. Secundò prob.ex *c.De Benedicto.*32.q.1.quod est Pelagij Pont. vbi decidit̃ non compellendum esse virũ recipere vxorem, quæ ab ipso recessit, & fornicata est. At si sent.diuortii desideraretur, compelleretur vtiq; vsque ad illam.Tertiò quia Christus *Matt.5,&19.* absolutè dixit licitam esse dimissionem cõiugis propter adulterium, nõ distinguens inter publicum & occultum. Et licet fiat distinctio *c.Significasti. & c.Porro,de diuort.*intelligũtur tamen ij textus in foro externo. Quartò quia in foro conscientię non tenetur quisquam contractus fidem seruare eiusdem fidei violatori. Quintò quia in foro conscientiæ est licita dimissio coniugis adulteri occulti,quoad thorũ,& debitũ (vt probaui n. 5.) Ergo & quoad habitationem,si scandalum cesset.Cũ maior sit obligatio reddẽdi debiti, & ex illa cohabitandi obligatio cõsurgat. Et ideo hanc conclusionem sustinent.*Abbas c. fin.num.6. de adulter. & ibi Barbatius eius Additionator super verb. Domo. Nata consil.116.nu.vn.Sotus 4.d.36.quæst.vn.a.3.ad fin. corporis Natur.sum.latina c.22.n.23.fin.& l.3.conf.tit.de conuers.coniug.in prior.edit.consil. 5. fine.in posteriori, consil.14. fine, Palacios 4. d. 27.disp. 3. col. 15. vers. At forsan rogitas, f. 599. Barbosa rubr. ff. solnto matrim.2.p.n.26,Enriquez l.11.de matrim.c.17.num.2.* Et colligitur ex *Turrec.32.qu.7. in sum.a.1.nu.6.*& ex *Bellarmin. l.de matrim.c.14.§. Secundum est*, vbi totam ratione cur non liceat hæc dimissio, quando occultum est adulterium, referunt ad scandalum; atque ita clare sentiunt cessante scandalo licitam esse in foro conscientiæ. Idem tenent DD. quos n. seq. referã afferentes id licere cessante scandalo.Et idem Authores d.33.allegandi sentiunt, dũ eam dimissionem concedunt esse licitam, quoties matrimonium est clandestinum, eo quod tunc scandalum cesset. Idem apertè sentiunt *Host.c.Porro,nu. 3. de diuort. & ibi Ioan. And.n.3.Anchar.n.9.Alex de Neuo num.9.* dum dicunt fas esse viro dimittere vxorem, quoad debitũ, & mutuam seruitutem,ob violentã adulterii suspicionem, quãuis in foro externo cogetur redire, donec adulteriũ constet. Quare audiendus non est *Ledesma*,qui *2.p.4.quæst.6 4.a.3.paulo post prine.*ait virum potentem probare adulterium, posse propria authoritate omnino ab vxore recedere:at si non possit probare,solum ei licere negare debitum. Eo quod ius prohibeat recessum quoad habitationem in hoc euentu, *c.Porro,& c.Significasti,de diuort.* Sed audiẽdus non est.Quia hi textus procedunt in foro externo,& ratione scandali.

Hinc deducitur primò cessante scandalo licentiam esse 32
hanc dimissionem. Vt si vir conscius adulterii vxoris, in partes longinquas recedat, vbi matrim. ignoratur. Quia tota ratio prohibitionis huius dimissionis est scandalum. Sic *Turrec.Sotus,Bellar. Barbosa,Enriquez, n.prac. allegati, Angles florib. 1.p.de matr.q.9. de diuort.a.1.diffic.3. Graffis 1.p.decision.l.1.c.84.nu.5. Emm.Sa sum. verb.Diuortium.nu.1. Vega 1.10. sum.c.13.casu 1.Castedo sum.sacram.de matr.c.7.n.56.* Quamuis scrupulosè loquatur *Palud.4.d.35.q.1.a.4. concl.3.nu.19.* dicens posse virum sibi ius dicere, si nequeat adulterium probare. Et timide etiam loquuntur *Veracruz 3.p spec.a.5. concl.3.& Ouand 4.d.35.q.vn.propos.*2. vbi aiunt probabile esse licere hanc dimissionem, si non esset facilis aditus ad iudicem,nec scandalum, secus si esset facilis aditus. Sed hac moderatione non opus est: & semper cessante scandalo licita est talis dimissio.Quia nunquam est facilis aditus ad iudicem. Cùm enim in rebus Ecclesiasticis res cõformes sententiæ desiderentur, diu durant, magnisque sumptibus opus est: ac litis exitus ignoratur: & dum ea durat,cogetur innocens reddere debitum,& cohabitare, & renuens excommunicabitur.

Secundò deducitur,vbi matr.esset clandestinum,posse 33
innocentem propria authoritate recedere. Quoniã cessat scandalum. Sic *Ricard.4.d. 35.a.1.q.3.Supplem.Gabr.qu. vn.a.2.concl.5.Sylvest. verb.Diuort.q.8.* vbi *Armil.nu 7. Altensis sum.2.p.l.8.t.11.a 3.q.17. Turrec.c.Seculares 33.q.2.num.1. Sotus 4.d.36.q.vn. a 3.concl.2.Petr.de Ledesma de matrim.q.62.a 3.fine, Enriquez lib.11.de matr. c.17.num.2.* Sed *D.Antonin.3.p.t.1.c. 21.§.5.* relata hac sententia non videtur illi assentiri: sed subdit videri teneri eum coniugem manifestare id matr. Ecclesiæ,ad vitanda pericula, quæ inde oriri possent. Et *Veracruz 3.p.Specul a.5.in fine probationũ primæ concl.Palacios 4 d.17.d.3.col.14.f.599.Barth. à Ledesma de matrim.dub.67.concl. 2.* dicunt non esse locum huic casui, post decretum *Tridenti sess.24.de matrim.c.1.* irritantis matrimonia clandestina. At verum est locum esse etiam huic casui post Tridentinum:vt bene docet *Enriquez lib.11.de matrim.c.17.n.2.* vt si matrim. iam ita occultum sit, vt probari nequeat. Quia defuncti sunt Parochus & testes, & amissus aut ruptus est liber,in quo contrahentes scripti sunt: fateor tamen rarò hunc casum euenire.

Tertiò infertur, Ecclesiæ compellenti vt innocens ad- 34
mittat ad habitationem coniugem adulterum occultum, donec lis decidatur, non teneri innocentem parere, ex natura rei:sicut nec tenetur, quando compellit, vt reddat debitum, iuxta n.5.dicta. Quoniam in vtroque casu sententia Ecclesiæ innititur falsa præsumptione. At tenebitur parere, dum ad loca remota non se contulerit,ratione scandali, quod in hoc euentu semper subsequetur: cum separatio habitationis publica sit. Quod non contingit in debiti coniugalis negatione, quæ omnino in occulto est.Atque ita intelligo *Sotus 4.d.36.qu.vn.a.3.ad finem corporis*, *vers. Alia est ambiguitas, & Barthol. à Ledesma, dub.67.de matrim concl.3.* dicentes non teneri virum parere Ecclesiæ præcipienti vt debitum reddat vxori adulteræ, posse tamen compelli, vt eam domi retineat, & alat. Quod idem docet *Vega 1.10.sum.c.78.casu 5.* vbi clare constituunt differentiam inter debitum coniugale & habitationem: & videntur sentire obligari ad obediendum quoad habitationem. Sed (vt dixi) hanc obligationem intelligo consurgere ex solo vitandi scandali præcepto, quod communiter ex negatione habitationis oriri solet. Et eodem modo intelligo *Abulensem c.19. Matth.q.72*, docentem teneri innocentem parere Ecclesiæ præcipienti admissionem coniugis adulteri.

Quartò infertur, coniugem adulterum occultum ex- 35
pulsum, qui nouit innocentem esse certum de adulterio, non posse in foro cõscientiæ petere restitutionem ad cohabi-

habitationem: secus si ignoret num coniux innocens certus sit, sicut circa debiti redditionem diximus num. 8. Et omnia quæ ibi diximus circa debitum sunt dicenda circa habitationem. Quia vt innocens in conscientia priuet adulterium debito & habitatione, nulla desideratur sententia, vt probauimus n. 31.

36 Quinto infertur, qualiter excusetur à culpa factum D. Ioseph, qui (vt refertur *Matth.* 1.) voluit à Virginis consortio recedere, ob suspicionem adulterii occulti. Cum enim Virgo esset coniugata, ex partu in vtero concepto non potetat adulterium constare, nisi soli Ioseph, qui norat se eam minimè cognouisse. Et quidem plerique D. Ioseph excusant, dicentes eum noluisse à Virgine recedere ob adulterii suspicionem, sed ob eximiam sanctitatis eius reuerentiam, quasi eius consortio indignum se reputantem Sic *Orig. hom. 1. in diuersos Euang. D. Bernardus homil. in ea verb. Luc. 1. Missus est Angelus. D. Th. 4. d. 35. q. vn. a. 3. ad 2. Ricard. ibi, a. 1. q. 3. ad 1. Paludq. 1. a. 4. concl. 6. nu. 32. Soto 4. d. 36. q. vn. a. 3. ad. 1. Turrec. c. Seculares 33. qu. 2. nu. 2. in solut. ad 1.* Sed non placet hæc excusatio, quoniam videtur ex ipso contextu litteræ *Matth.* 1. colligi, noluisse Ioseph ob reuerentiam, sed ob adulterii suspicionem recedere. Quoniam Angelus excusans Virginem, & suadens Ioseph ne recedat, ea vtitur ratione: *Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Quod si Ioseph reuerentia adductus Virginis, eam deserere statuisset; ob eam rationem, quòd fœtus de Sp. sancto cõceptus sit, ad maiorem reuerentiã induceretur, ac proinde fortiori ratione pararet recessum. Atque ideo ex suspicione adulterii animum recedendi subortum esse, testantur *D. Chrysost. Matth. 1. & in hom. de S. Susanna. D. Aug. Ep. 54. & serm. 26. de verbis Dom. & serm. 18. de tempore Theophyl. & Euthym. Matth. 1. Abulensis Matth. 19. q. 72. ad 2.* & similiter reprobant hunc intellectum. *Maldonatus in eundem locum Matth. 1. Suarez 3. p. q. 29. a. 1. sect. 2.* Vnde melius excusatur Ioseph à culpa, eo quod occulta erat dimissio, & absque scandalo, quæ licita est in foro conscientiæ.

37 Vltimò infertur, quid dicendum sit, quando constat coniugi matrim. fuisse inualidum, vel ob consanguinitatem, ob quodcunque aliud impedimentum dirimens; num liceat illi propria authoritate diuertere, ita vt coniux dimissus minime sit restituẽdus? *Veracruz 3. par. Specul. ar. 9.* dicit minime licere, quando in facie Ecclesiæ, i.e. coram Parocho & testibus, initum est matrim. (vt necessario attento *Trident. decret sess. 24. ca. 1. de matr.* hodie celebrari debet:) si iudex Ecclesiasticus facile adiri potest: secus vbi difficilis esset aditus, & separatio absque scandalo fieri posset. Verum dictis adhærendo, asserendum est, in foro conscientiæ licitũ esse recessum propria authoritate, si absq; scandalo id effici possit, vt in longinqua fugẽdo. At in foro externo concedi restitutionẽ, quãuis impedimentum sit notorium: per *c. Porro, de diuort.* vt numero sequenti contra aliquos dicemus: vbi reddemus rationem differentiæ, cur coniux adulter notorius minimè restituatur: & secus sit, vbi est impedimẽtum notorium dirimẽs matrim. Quod si probationes impedimenti etiam nõ notorii offerantur incontinenti, restitutio concederur quoad omnia, dempta copula carnali, propter peccati periculum: probationibus verò non in continenti oblatis, erit coniux dimissus restituendus quoad omnia. Vt deciditur *c. Lecta de restit. spol.* & satis explicui n. 22. probãs eam decisionem locũ habere in qua cunq; cõsanguinitate, & quocunque impedimento iure etiã humano dirimẽti. Et quãdo dicantur probationes in continenti oblatæ, dixi n. 23.

38 Tandem superest soluere argumenta proposita nu. 11. & 12. Et solutio primi argum. propositi n. 11. & primi propositi n. 12. magnum multis DD. facessit negotium, circa conciliationem textuum *ca. Porro, & si Significasti, de diuort.* qui secum è diametro pugnare videntur (vt n. 10. aduertimus. Et ideo DD. varias conciliationes afferunt. Prima est, vt *cap. Porro* loquatur de notorio, quod certo probari nequit, sed ex præsumptionibus, quale est consanguinitas. Filiatio enim verè probari nequit, sed ex variis præsumptibus. Vt notatur *Michael, de filiis presbyt.* Ar. *capit. Significasti*, de notorio facti quod clare constare potest: quale est adulterium. Ita *Anton. d. c. Porro n. 9.* Sed meritò reiiciunt eam *Abbas eod. cap. Porro, n 9. & ibi Alex. de Nouo n. 11.* Quia notorium illud præsumptionis sufficit, vt Ecclesia declaret illud matrim. fuisse nullum. Vt constat ex *eo cap. Porro, in fine*: ergo à fortiori sufficiet ad repellendum coniugem a petitione restitutionis. Deinde, quia adulterium consummatum, quale ad diuortium desideratur: nequit certò probari; sed ex præsumptionibus constare debet (vt dicemus n. 40.) Secunda conciliatio est: vt *cap. Porrò* non statutum sit, concedendam esse restitutionem vxori expulsæ ob notoriam consanguinitatem: sed id tantum prohiberi, ne vir tunc propria authoritate à se vxorem expellat, etiam si notoria sit consanguinitas. At si re ipsa expelleret, licèt temere fecisset, non esset compellendus ad restitutionem. Quia multa fieri prohibentur, quæ tamen semel facta non cassantur, *l. Patre furioso, ff. de his qui sunt sui iuris.* Quòd si opponas, *eod c. Porrò*, restitui vxorem dimissam ob notoriam consanguinitatem: respondent *Anton. & Dominicus statim allegandi*, consanguinitatem illam non fuisse notoriam: & ideo restitui vxorem dimissam, nec Pontifex affirmat fuisse notoriã, sed quamuis esset notoria, dicit non esse vxorem propria authoritate expellendam. At *d. c. Significasti*, non deciditur posse vxorem notorie adulteram etiam expelli propria authoritate vim: sed vxorem sic expulsam, quamuis temere, minimè esse restituendam. Ita *Anton. d. c. Porro, n. 9. & ibi Abb. n. 9. Alexan. de Nouo n. 11. Cardin. ibi n. 3. oppos. 5. & d. c. Significasti, num. 2. oppos. 1. Imola ib.* Ex *conquæstione nu. 6. de restit. spoliat. Domin. eu. fin. nu. m. 13. eod. t. in 6. Lanfrancus rubr. de causa possess. & proprietat. col. 5. Couar. 4 de ret. 2 p. c. 7. § 5. nu. 12.* Sed hanc rem probat *Iason. Naturaliter. § Nihil commune, nu 46. ff. de acquiren. possess.* Eo quòd esset imponere legem verbis, & non rebus contra *l. 2. in fine. C. communia, de legat.* Et verè mihi displicet. Non enim capere possum, qualiter hæc cohærent: vxor non potest expelli ob notoriam consanguinitatem: & si temere tunc expellatur, non est restituenda. Quia radix huius restitutionis est iniqua spoliatio, ergo si data notoria consanguinitate, est iniqua & temeraria spoliatio, cõcedenda est vxori sic spoliatæ restitutio. Quod non obscurè deducitur ex *ipsomet c. Porro*, vbi postquam dixit Pontifex, data consanguinitate notoria non potuisse vxorem sola viri authoritate repelli, inde colligit vxori restitutionem denegandam non esse his verbis: *Quare ipsum ad eam recipiendam, quæ petit restitutionem, compellas.* Tertia cõciliatio est, diuersam esse rationem inter consanguinitatem notoriã, de qua loquitur textus, *d. c. Porro*, & inter adulterium notorium, de quo est sermo in *d. c. Significasti.* Quoniam exceptio consanguinitatis notoriæ non concludit omnimodum propietatis defectum. Possunt enim tales consanguinei simul habitare tanquam frater & soror, *c. Consultationi, de frigidis & maleficiis*, ad mutua sibimetipsis obsequia exhibenda, ac promde nil mirũ, si ob eam exceptionẽ non permittatur vxoris expulsio, ac vxori concedatur restitutio. Adulterij verò notorium concludit integrum possessionis defectum. Si enim vxorem vir innocens, ac adulterij conscius notorij, domi retineret, censebitur remittere, ac subinde non poterit diuortium petere. Vt d. 14. dicemus. Ita *Anton. c. Ex conquæstione, n. 21. de restitut spoliat. Abb. d. c Porro, num. 9. Alex de Nouo. 11.* Sed hanc conciliationem reprobat *Iason l. Naturaliter, § Nihil commune, n. 46. ff. de acquir. possess.* eo quod non exhauriat difficultatem. Et verè ita res se habet. Nam si ob adulterium licitus est recessus, cum vere maneat matrimonij vinculum, & licita sit copula; cur non licebit recedere ob notoriam consanguinitatẽ. Cùm vinculum matrimonij non sit legitimum: & habitatio instar fratris & sororis sit grauissimo periculo exposita. Quarta conciliatio est, quòd *c. Porrò* loquatur in notorio proprietatis defectu, ad quem concludẽdum est necessariò expectanda sententia, *cap.* verò *Significasti*, in notorio possessionis defectu; qui cum non concernat pro-

proprietatem ipsam, sed solam possessionem, sententia minimè indiget: sed impedit restitutionem. Sic *Aut. d. c. Porro, n. 9. Præpositus. 3 q. 1. in summ. Iason l. Naturaliter, §. Nihil commune, nu. 46 ff. de acquirend. possess.* Sed rationem differentiæ minimè assignant. Et ideo eam reiicit *Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 5 n. 11.* Quinta conciliatio est, vt *c. Porro* loquatur in cõsanguinitate notoria, cuius exceptio minimè restitutionem impedit. At *c. Significasti*, in adulterio notorio, quod restitutioni faciendæ obstat. Sic *Nauar. lib. 3. conf. 1. de conuers. coniug. in priori edit. conf. 6. n. 2. in posteriori, conf. 11. n. 2.* Et rationem differentiæ dicit se reddidisse in suis prælectionibus. Et in quantum ait in consanguinitate notoria desideran sententiam Ecclesiæ, concordant *Gloss. cap. Ex conquestione, verb. Sine iudicio, de restitut. spoliat. & ibi Ant. n. 21.* Sexta conciliatio est, vt *2 Porro*, loquatur in notoria consanguinitate, quæ celari aliquo modo potest. At *c. Significasti*, in ita notorio adulterio, vt nulla tergiuersatione celari queat. Notorium autem tunc solum impedit restitutionem, quando tale est vt nullo modo tegi valeat: vt n. 15. probauimus. Sic conciliant *Sylu. verb. Diuortium, q. 8. Barbosa rubr. ff. sol. matr. 2. p. n. 26.* Sed non explicant qualiter cõsanguinitas notoria possit aliqua tergiuersatione celari. Quod sic explicandum est. Quia *cap. Significasti*, fuit exceptio adulterij, & sic meri facti, quod nullatenus poterat infringi & mutari: atque ita nulla tergiuersatione celari. *l. 1. §. Si vir vxori ff. de acquir. possess.* Sicque si de adulterio constabat, nõ poterat aliqua tergiuersatione celari defectus tituli. At data notoria consanguinitate poterant contraxisse ex dispensatione: & ita iustum habere titulum spoliata vxor: ideoque potuit aliqua tergiuersatione celari defectus tituli, ac proinde restituitur. Sed quamuis verum sit in se, non quodcunque notorium impedire restitutionem, sed quando est tale, vt nulla tergiuersatione celari possit. At valdè difficile est explicatu, qualiter consanguinitas illa possit tergiuersatione celari, ratione dispensationis, quæ potuit validum reddere matrim. Quoniam similiter dici posset adulteriam notorium, quatenus ad diuortium confert, posse tergiuersatione celari: alleganda, nimirum, similе viri spoliantis adulterium: vel ipsum adulterio conniuisse. Quod si dicas id tanquam viri delictum minimè præsumi *l. Merito, 51 ff. pro socio*: Similiter dicam dispensationem non præsumi in fauorem coniugis spoliati ratione consanguinitatis. Cum sit quid facti. Adde etiam obstare fortissimè, illum coniugem ob consanguinitatem spoliatam habere contra se præsumptionem iuris communis irritantis matrim. inter consanguineos: quo in euentu restituendus non est, nisi titulum probet. Vt statim dicemus iuxta *c. Ad decimas, de rest. spol. in 6.* & sic quamuis id coniugium sit in facie Ecclesiæ initum, præsumptio stat contra ipsum, ob resistentiam iuris communis. Atque adeò coniugi spoliato stanti pro illo, incumbit onus probandi dispensationem, qua redditum est validum. Vltima conciliatio est, quam adduxi ex multis DD. n. 30. vt *c. Significasti*, intelligatur quando adulterium est commissum post spolium. Aut *Porro*, quãdo ante spolium. Sed ibi reprobaui. Ex his constat quàm difficilis sit horum textuum conciliatio. Sed placet decisionem *cap. Porro*, esse specialem in consanguinitate, & in quocunque impedimento dirimenti, eadem enim est ratio in quo casu separatio, non tantum tendit ad spoliandum possessione coniugẽ dimissum, sed etiam proprietate ipsoq; matrimonij vinculo. Atq; adeò iusta ratione deciditur *d. c. Porro*, nullum notorium ad id sufficere, sed expectandam esse Ecclesiæ sententiam. Sicut enim eius auctoritate vinculum matrimonij colligatum est, ita eius iudicio oportet dissolui. Per easdem enim causas res nascitur & dissoluitur, *c. 1. de reg. iuris*. Adde etiam, rem hanc esse grauissimam, quia ratione consanguinitatis declaratur vinculũ ipsum matrimonij fuisse irritum, ac proinde vtrumque coniugem tanquã solutum posse liberè ad alias nuptias transire. Quare meritò reseruatur iudicio Ecclesiæ decidenda: & interim coniux spolians cogitur ad spoliatũ redire. At separatio ratione adulterij est quoad sola obsequia coniugalia, manenti vinculo matrimonij illæso: & neutri licet aliud matrim. inire. Et ideo nil mirũ, si Ecclesiæ iudicium non desideret, sed contenta sit adulterio ita notorio, vt nulla possit tergiuersatione celari. Et ita placent mihi quarta & quinta cõciliatio relata, quæ in hoc conueniunt, vt sit speciale in consanguinitate, & quoties agitur de proprietatis defectu, vt contingit in aliis impedimentis dirimentibus. Ad 2. arg. ex propositis n. 11. dic non esse propriè pœnam, sed tanquã conditionem in ipso matrimonij contractu imbibitam. Vt de negatione debiti coniugalis ob adulteriũ dixi n. 5. Ad confirm. dic decisionem *d. c. Porro*, esse specialem in consanguinitate, vt proximè probaui. Ad 1. arg. ex propositis nn. 12. dic, cum textum intelligi de ita notorio adulterio, vt nulla tergiuersatione celari valeat. Ad 2. dic eodem modo intelligi illud *c Ex parte*. Ad 3. & confirmationem dic in *add. c. Ad decimas*, esse speciale: eo quod ius commune resistit possessioni spoliati, quæ resistentia constat ex forma libelli propositi ab ipso ad petendam restitutionem. Vnde *Archid. ibi n. 1. Dominicus n. 13. Francus n. 3.* eam regulam generalem ex eo textu eliciunt, vt restitutio concedenda non sit spoliato; quoties est verisimilis præsumptio iniustæ possessionis contra ipsum, eo quod possessioni illi ius commune resistat: & resistentia illa iuris constat ex libello proposito. Ad vltimum dic non omnino cessare scandalum, nisi quando ita notum est adulterium, vt nullatenus celari possit.

SVMMARIVM.

Vt coniux innocens possit in foro conscientiæ ab adultero diuertere, satis est, si certo norit adulterium, quamuis testibus probare nequeat, n. 39.

Desideratur ea iudicia, quæ in foro externo probata conuincent de adulterio. Et adulterium non potest verè probari, sed probationibus ex præsumptionibus petitis, n. 40.

Desideratur ad concludendum adulterium suspicio violenta. Et euadunt c. Dixit Dominus, 32. q. 2. & c. Maritus, de adulter. n. 41.

An ita sufficiat in foro conscientiæ suspicio violenta, vt non oporteat coniugem sic suspectum audiri, quo diuortium fiat, n. 42.

Quando dicatur suspicio violenta, n. 43.

Sufficit alia similia vehementer viro prudenti suadens, n. 44.

An sufficiat, si solus cum sola in loco secreto & abdito repertus sit, n. 45.

An inducant hanc suspicionem violentam plene probantem adulterium, osculæ & amplexus? Referuntur quædam sent. n. 46.

Sent. Auctorum & explicantur l. Quod ait lex. ff. ad l. Iul. de adult. & c. Nec aliqua, 27. q. 1. n. 47.

Non inducit violentã suspicionem adulterij verba amatoria, nec literæ, nec xenia, nec si quis glorietur se cum vxore alicuius concubuisse, n. 48.

An sufficiat tanquam suspicio violenta, confessio coniugis asserentis proprium adulterium, n. 49.

An sufficiat ea confessio quando cedit in detrimentum professionis, n. 50. & explicatur c. penult. de raptor.

An suspicio violenta probanda sit testibus omni exceptione maioribus, & non singularibus. Et an in foro conscientia sat sit si tam affirmet quidam fide dignus, n. 51.

An vir suspicans vxorem adulterium possit eam cũ testibus obseruare? Et cuius numeri an possit se abstinere, vt illud ingrediens deprehendatur? Et an liceat parentibus, vel heris occasionem permittere, seu non auferre furandi, filiis vel famulis, vt deprehensi corrigantur? Et an vir possit celebrare diuortium ob id adulterium, quod vxorem obseruans permisit, n. 52.

An liceat offerre occasionem filiis vel famulis furandi, & vxori adulterandi, vt corrigantur, c. 53.

An possit vir cum vxore pacisci, vt amasio eius, castitatem violare tentanti, concedat tempus & locum, vt amasius ipse deprehendatur, n. 54.

QVAESTIO III. Qualis notitia adulterij desideretur, vt coniux innocens possit in foro conscientiæ ab adultero diuertere, eique debitum negare? Prima conclusio. Desideratur ad id, vt coniux innocens certus sit de alterius adulterio. Cùm enim possessio stet pro altero coniuge, ea in dubio priuari minimè debet. Et ita omnes DD. n. 5. allegati hanc certitudinem petunt. Nec exigitur vt id testibus probari valeat. Id enim ad forum externum pertinet, quod iuxta allegata & probata ius dicit. 39

Secunda conclusio. Non desideratur certitudo metaphysica, sed satis est moralis, qualis habetur per ea indicia, quæ in foro externo probata conuincerent coniugem de adulterio. Ita *Vincent spec. doctrin. to. 3. d. 10. c. 41. Asiens. sum. 2. p. l. 8. t. 11. a. 3. q. 5. Soto 4. d. 16. q. vn. a. 3. post 3. concl. vers. Circa singulas. Bart. à Ledes. de matrim. dub. 67. in notab. post 1. concl. Pet. de Ledes. de matrim. q. 62. a. 3. notab. 1. Vega 1. to. sum. c. 13. casu 4.* 40

& constat ex D. *Hieron. in c.19 Matth.* & refertur *c. Dixit Dominus, 32.q.1.* ibi: *Vbicunque est fornicatio, vel fornicationis suspicio, libere dimittitur vxor.* Et ratio est, quia cùm adulterium sit ex illis criminibus, quæ in abdito loco & omnino occultè admittuntur *l. Consensu, C. de repudiis*, est difficillimum probatu: nec verè probari potest, sed ex probationibus petitis ex præsumptionibus concluditur. Quod adeò verum est, vt si quispiam nudus supra nudam feminam in ipso actu reperiatur, non verè & metaphysica certitudine constet adulterium consummatum, quale ad diuortium exigitur. Vt multis citatis aduertit *Mascard. de probat. concl. 59. n. 4. & sequentib. & Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 41. n. 12.* Quoniam fieri potest vt femina sit arcta, vel vir impotens, aut minimè seminarit intra vas. Vnde fit vt non tam exactæ probationes petendæ sint, ac in alijs criminibus, quæ oculis patent, palamque perpetrantur. Vt alios referentes docent *Mascard. de probat. concl. 57. nu. 8. Menoch. d. præsumpt. 41. n. 3. & cons. 31. n. 18. & seq. vol. 1.* Tandem id constat ex *c. Literis, de præsumpt.* vbi deciditur posse diuortij sententiam proferri, ob violentam adulterij suspicionem.

41 Tertia conclusio. Non sufficit quæcunque suspitio probabilis, sed desideratur suspicio violenta. Quia hæc sufficit ad condemnandum, *c. Affert, & c. Literis, de præsumpt.* Et mamè in adulterio, quòd verè probari nequit (vt nu. præced. diximus.) Vnde dum *c. Dixit Dominus, 32. q. 1* dicitur, ob fornicationis suspicionem liberè posse vxorem dimitti, intelligitur de suspicione violenta. Ita tradunt *Gloss. cod. c. Dixit Dominus, verb. Suspicio. & c. Maritus, verb. Ex suspicione, de adult.* ita intelligens illum textum dicentem, posse maritum accusare vxorem, ob adulterij suspicionem. Et ibi *Innoc. n. vn. Host. n. vn. Abbas n. 1. idem Host. c. Porro, n. 3. de diuort.* vbi *Ioan. Andr. n. 3. Anton. n. 12. Anchar. n. 9. Alex. de Nevo c. Significasti, n. 3. de diuort. Berous. rubr. de iudiciis, num. 20. fin. Ioan. de Friburgo Summ. confessorum, l. 4. t. 22. q. 2. Astens. sum. 2. p. lib. 8. t. 11. a. 3. q. 5. Sylvest. verb. Diuortium, q. 7. & verb. Adulterium, q. 7. nu. 9.* vbi *Angelus n. 8. Armilla n. vlt. Tabiena Matrimoniũ, 4. q. 2. n. 3. Turrecr. c. Chrisliana, n. 132. q. 5. Collanus de datibus c. 6. nu. 37. Manaldus sum.* vbi de matrim. *t. Propter quid fiat diuortium, vers. Item alia causa. Mascard. de probat. concl. 57. n. 6. Gaeta repetit. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 205. Cantera q. criminalib. q. 1 tangent. ib. punitionem delicti, c. 4. n. 51.* Et ex Theologis D. *Tho. 4. d. 35. q. vn. a. 3. ad 4. D. Bonau. 4. d. 31. a. 2. q. 2. Palud. 4. d. 27. q. 1. a. 3 nu. 17. & d. 15 q. 1. a. 1. n. 9. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 21. §. 5. Vincent. Speculo doctrin. tom. 2. l. 10 c. 41. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 3. post 3 concl. vers. Circa singulas. Viguer. l. instit. c. 16. §. 7. vers. 9. impedim. 10. Enriquez l. 11. de matrim. c. 17. n. 2. Emman. Sa sum. verb. Diuort. n. 3. vers. Sufficit ad separationem. Angles florib. 1. p. de matrim. q. 9. de diuort. a. 1. diffic. 3. concl. 3. Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 295. §. Ad hæc quæstio hæc. Vega 1 10 sum. c. 13. casu 4. Bart. à Ledes. dub. 67. de matrim. In notab. post 1. concl.*

42 Sed quidam non ita simpliciter intelligunt sufficere suspicionem violentam, sed dicunt eam esse sufficientem, vt coniux innocens curet inuestigare alterius adulterium, & eo cognito diuortium celebrare. Et ita intelligunt, *c. Dixit Dominus, 32. q. 1.* dum ibi ait D. *Hieron.* ob adulterij suspicionem liberè dimitti vxorem. Et ducuntur, quia non dixit Christus *Matth. 5. & 19.* ob suspicionem fornicationis, sed ob fornicationem posse diuortium celebrari. Ita *Palacios 4. d. 27. disp. 3 f. 604. col. 24. & sequ. vers. Sed nunquid suspicio. Et d. 35. disp. vn. col. 2. vers. Sed quid si adulterium*, dicit coniugem ob suspicionem violentam posse tantum ad tempus negare debitum, dum explorat veritatem. Idem videtur sentire *Castro de lege pœn. l. 2. c. 4. §. Vt igitur*, ait enim data violenta suspicione posse coniugem innocentem alteri purgationem iniungere, quam si facere neglexerit, aut in ea defecerit, iustè posse illi debitum negare. At D. *Hier. ea c. Dixit Dominus*, expresse auctoritatem Christi. *Matth. 5. & 19.* explicans, ait ob fornicationem vel fornicationis suspicionẽ dimitti libere vxorem. Ac vniuersi DD. n. præc. allegati existimant, suspicionem violentam producere sufficientem notitiam adulterij. Illud enim debet esse cognitũ, vnde cũ dimittitur ob violentã adulterij suspicionẽ, verè ob adulterium dimittitur, quamuis non plenè & indubitata certitudine cognitũ: ea enim est impossibilis (vt dixi n. 40.) est tamen cognitũ certitudine morali, & ex vrgenti præsumptione, quæ virum prudentissimũ ad iudicandũ adulterij induceret. Et quæ probata in foro externo satis esset ad latam sententiam diuortij ferendã. Vt deciditur *c. Literis, de præsumpt.* Et durum est ad aliquid amplius discutiendũ, cõstringere coniugem innocẽtem. Quare displicet prædicta limitatio.

Quod si roges, quãdo dicatur suspicio violẽta sufficiens ad diuortij sententiam? id deciditur *c. Literis, de præsumpt.* ibi: *Solum cum sola, nudum cum nuda, in eodẽ lecto iacentem viderit multis locis secretis, & latebris ad hoc cõmodis, & horis electis. Respondemus quòd ex huiusmodi violenta & certa suspicione fornicationis potest sententia diuortij promulgari.* Et docent omnes. 43

Non tamen id ita strictè accipiendum est, vt sola ea præsumptio explicata, *d. c. Literis*, sit violenta: sed sufficit quæcunq; alia similis, quæ vehementer suadeat cõiugis adulterium. Sic *Castro n. 42. alleg.* Et constat ex dicendis n. seqq. 44

Hinc infertur dici præsumptionem violentã, vt dicatur plenè probatũ adulterium, quando quis solus cum sola in loco abdito inuentus est. Ita *Menoch.* aliis relatis *de præsumpt. l. 5. præsumpt. 41. n. 11. & duplici seq.* Sed ita generaliter id non credo. Nec *Gloss. c. Præterea, verb. Conscios, de testib. & attestat.* quam pro se allegat, ita generaliter loquitur: sed quando quis repertus est solus cum sola in lecto, vel nudus cum nuda. Et ita *Astens. summ. 2. p. l. 8. t. 11. a. 3. q. 5.* dicit non satis esse solum cum sola in locis suspectis reperiri, nisi eodem lecto & hora apta ad concubitum. Quia prior suspicio est probabilis, sed non violenta. Quod idem colligitur ex *c. Literis, de præsumpt.* Et bene docuit *Nauar. rubr. de iudiciis, nu. 10.* dicens id non sufficere, nisi aliæ circumstantiæ adiiciantur loci, temporis, vel personarum. Et licet multi, quos ibi refert, dicant sufficere si in loco secreto deprehendantur se amplexantes & osculantes. At ipse cum aliis ait, id non satis esse, nisi probetur tanto temporis spatio in eo loco secreto eos fuisse, vt possent adulterium committere. 45

Sed vtrum oscula & amplexus efficiant suspicionẽ violentam, ita vt ex eis plenè probetur adulterium? Affirmant quidam. Et ducuntur ex *l. Quod ait lex, 23. ff. ad l. Iul. de adult.* vbi habetur fas esse patri filiam in his actibus inuentam occidere, sicut inuentam in adulterio. Et ex *c. Nec aliqua, 27. q. 1.* Ex quo textu habetur adulterium ita iudicari ex actu impudico & venereo, sicut ex consummato. Quia sunt hæc præparantia ad adulterium. Huius sent. videtur *glossa ea c. Nec aliqua, verb. Concubitu.* dicit enim ex amplexibus & confabulationibus deprehendi aliquam esse corruptam. Et videtur tenere *gloss. d l. Quod ait lex, verb. In ipsis*, vbi ait ex his tactibus argumentum sceleris induci. Idem tenent *Rota cons. 162. n. 4. vol. 4. Decius rubr. de indiciis, n. 5. Felin. c. Præterea, n. 3. vers. Et dicas de testib. & attest. Bellon. rubr. C. de edendo, n. 71.* Et multos referẽtes *Barsatus cons. 218. n. 3. vol. 2. Mascat. de probat. concl. 57. n. 5. & concl. 64. à nu. 1 ad 5.* Et fauet valdè *Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 6. n. 3.* qui dixit mulierẽ reddi valdè suspectam ex osculo, ita vt prudentis arbitrio suspicio hæc pro indubitata & violenta haberi possit. Eiusdem sent. videntur *Sotus 4. d. 35. q. vn. a. 3 post 3 conclus. vers. Circa singulas. Bart. à Ledesma dub. 67. de matrim. in not. ab. post 1. concl. Grassis 1. p. decis. l. 2. a. 84. n. 5. Vega 1. tom. sum. c. 13. casu 4* dicunt enim sufficere si adulteri in eodem lecto reperiantur, aut aliter amplexati. Idem tenet *Azebedo lib. 8. recop. t. 20. rubr. n. 14.* 46

Sed omnino tenendũ est, non induci violentã suspicionem adulterij ex solis osculis & amplexibus, quando alia adminicula non concurrunt. Probatur ex *l. 1 ff. de extraord. crimin.* relata *c. Solicitatores, de pœn. d. 1.* vbi imponitur extraordinaria pœna solicitatori alienæ vxoris. Et *gl. ea l. 1. v. Propter voluntatem*, explicat, licet colloquia & balia interuenerint. Aliàs inde concluderetur adulterium, pœna ordinaria imponenda esset. Secundò, quia *c. Literis, de præsumpt.* multo fortiora exiguntur indicia, vt violentã adulterij suspicionem inducat. Tertiò, quia licèt coniecturis probetur adulterium, at illæ debent esse, vel à natura vel à lege receptæ, probatæque, vt ait *Glossa l. Absentem, 5. verb. Damnari. ff. de pœn.* 47

nis. Oscula autem & amplexus nec à natura, nec à lege pro vrgenti coniectura admittuntur: nec etiam ab homine recipi debent: cum nulla vrgens ratio id suadeat. Nec obstat *l. Quod ait lex*, allegata n. præc. pro contraria sent. quia solũ probat licere patri, iuxta illum textum, impunè occidere filiam repertam in iis actibus impudicis, sicut inuentam in adulterio, non tamen probat inde conuinci adulterium. Similiter non obstat *c. Nec aliqua*, ibi allegatum: quia tantum ex eo probatur illa esse indicia deprauatæ voluntatis adulterandi. Atque ita tenent *Ripa rubr. de iudiciis, n.* 23 *Et ibi Beroius n.* 20. *fine. Nauar. ibi n.* 10. *Michael Caledon. ibi n.* 71. *& seqq. Riminaldus ibi n.* 10. *& seqq. Iul. Clarus lib.* 5 *recept. §. Adulterium, n.* 16. *vers. Et scias. Menochius* alios allegans *de præsumpt. lib.* 5 *præsumpt.* 41. *n.* 28. *& seqq. Perez lib.* 8. *ordinam. t.* 15 *l.* 2. *fol.* 292. *vers. Sed est dubium vtrum ex oscula. Padilla l. Transigere, n.* 87. *C. de transact. Cantera quæstrimin. qu. tangentibus punitionem delicti, c.* 4. *n.* 52. *Barbosa* alios referens, *l.* 2. *p.* 1. *n.* 73. *ff. sol. matrim. Palacios* 4. *d.* 27. *disp.* 3 *f.* 604. *col.* 24. *& seq. vers. Sed nutrim.* 48 *Palacios* 4. *d.* 27. *disp.* 3 *f.* 604. *col.* 24. *& seq. vers. Sed nutrim. Lud. Lopez* 1. *p. instruct. c.* 295. *§. Adhæc quæstio hæc quid suspicio.*

Nec à fortiori sufficient xenia missa ab adultero vxori alienæ, aut verba amatoria, vt probetur adulterium. Quia minora indicia sunt amplexibus & osculis. Ita *Palacios num. prec. alleg.* Nec similiter satis erit, si quis glorietur se cum vxore alicuius concubuisse. Quoniam non valet confessio in alterius præiudicium, *c.* 1. *de confessis, c. Significauit, de adult. l. fin. C. de accusat.* Sic *Abbas c. Quam sit graue, nu.* 2 *notab. vlt. de excessibus prælatorũ. Gaeta repet. c. Ad limina.* 30 *q.* 1. *§.* 4. *n.* 216. *Deliteris verò amatoriis non concordãt DD. Nam quando repertæ sunt literæ amatoriæ ipsius mulieris, probari adulterium asserunt *Parisius conf.* 54 *in fine, vol.* 4. *Mascardus de probat. concl.* 64. *n.* 10. *in fin.* Id autem negat *Enriquez l.* 11. *de matrim. c.* 17. *n.* 2. Sed *Menochius de præsumpt. l.* 5 *præsumpt.* 42. *fine*, censet id iudicis arbitrio remittendum pro literarum tenore. Vnde dicit, si mulier in eis præteritum cõcubitum fateretur, rem esse manifestã cõtra eam: si verò essent literæ quibus virum induceret ad accessum, arguere adulterium committendum, non tamen commissum. Cæterum existimo non sufficienter probari adulterium licet in eis mulier proprium adulterium fateatur. Quia confessio extraiudicialis, qualis est hæc, non plenè probat, sed constituit indicium sufficiens ad torturam. Vt docent *Abbas c. Quam sit graue, n.* 2. *de excessib. prælat.* & multis citatis *Mascardus de probat. concl.* 350. *n.* 1. *& seqq.* Et constabit ex dicendis n. seq. vbi dicemus quid desideretur, vt ea confessio probet.

49 Satis autem est confessio coniugis asserentis proprium adulterium, vt illud probatũ censeatur. Habetur expressè *c. penult. de adult.* ibi: *Mandamus quatenus nisi tibi constiterit, vel per euidentiam rei, vel per confessionem legitimam mulieris, quod adultera sponte fuisset, ipsum recipere compellas eandem.* Quod intelligitur, quando confessio facta est in iudicio. Vt docet *gloss. c.* 1. *v. Patronus, ibi gloss. v. Confessionem. Host. ibi, n.* 1. Idem *gloss. c.* 1. *v. Patronus, ibi gloss. v. Confessionem. Host. ibi, n.* 1. *Abbas c. Quam sit graue, n.* 2. *de excessib. prælat.* & multis citatis *Mascardus de probat. concl.* 350. *n.* 1. *& seqq.* Et constabit ex dicendis n. seq. vbi dicemus quid desideretur, vt ea confessio probet.

Satis autem est confessio coniugis asserentis proprium adulterium, vt illud probatũ censeatur. Habetur expressè *c. penult. de adult.* ibi: *Mandamus quatenus nisi tibi constiterit, vel per euidentiam rei, vel per confessionem legitimam mulieris, quod adultera sponte fuisset, ipsum recipere compellas eandem.* Quod intelligitur, quando confessio facta est in iudicio. Vt docet *gloss. c.* 1. *v. Patronus, ibi gloss. v. Confessionem. Host. ibi, n.* 1. Idem *gloss. c.* 1. *v. Patronus, ibi gloss. v. Confessionem. Host. ibi, n.* 1. Quia hæc facit notorium iudiciale: extra iudicium 32. *q.* 1. Quia hæc facit notorium iudiciale: extra iudicium autem facta non plene probat, sed inducit sufficiens indicium ad torturam. Vt n. præc. probaui.

50 Imò si iam coniux innocens reputatus emiserit professionem, & proprium adulterium ante professionem confessus, & coniugi missum fateatur, vt sic compensentur adulteria, & coniugi manenti in seculo concedatur repetitio illius coniugis iam professi, vt pote qui compensatis adulteriis profiteri nõ potuit. Credendum esse illi confessioni aduersus religionis professionem, & in fauorem instaurationis matrimonij, docet *Host. c. Veniens, n.* 7. *de conuers. coniug. & ibi Ioan. Andr. fine, Ant. fine, Anchar. fine* Et probant ex *c. penult. de raptor.* ex quo constat vxorem professam absque viri licẽtia, ei restituendam fore, si ipsa fateatur ante ingressum fuisse consummatum matrim. vbi *Glossa verb. Mulieris* asserit aliud esse in matrim. carnali, & aliud in spirituali. Quia in illo non statur confessioni mulieris in matrimonij præiudiciũ: secus verò in hoc. Sed aduersus hanc doctrinam fortiter vrget, diuersam longè rationem esse, quando solum diuortium intentatur. Tunc enim solius coniugis adulteri præiudiciũ vertitur: innocens enim potest iniuriam condonare: & sic nil mirum est, si confessioni adulteri plena fides habeatur. At vbi confessio coniugis tendit contra professionem, est in monasterij præiudicium. Et proinde non videtur ei credendum. Confessio enim aduersus ipsummet confitentem valet, non verò contra tertium. 14. *q.* 2. *in princ. & c.* 1. *de confessis.* Deinde quia *c. Vidua, de regular.* decidit nouitiam actibus professarum se ingerentem, censeri professam licèt iureiurando defectum animi profitendi affirmet. Non ergo propriæ confessioni creditur in professionis præiudicium, tertio quia ad matrimonij carnalis dissolutionem minimè statũr coniugum confessioni, *x. Super eo, de eo qui cog. consang.* Et redditur ibi ratio: eo quod sæpe aduersus matr. vt illud dirimatur, coniuges inter se colluderent. Quæ ratio æquè militat in religionis professione. Quare doctrinam prædictã ita vniuersaliter non admittit *Abbas c. Veniens fine, de conuers. coning.* sed tunc demum, quando vxor professa confitens in iudicio præuiana matrimonij consummationem, vel præcedens adulterium, re vera stat pro ipsa professione, & superiori conniuente eam confessioné fecit. Tunc enim non est verisimile eam contra se mentiri: ac subinde cõfessio sibi præiudicat ac monasterio. Atq; ita intelligit *Abbas ibi, c. penult. de raptor.* pro priori doctrina allegatũ. Idé *Abbas eo c. penult. n.* 6. *& ibi Hostiens. n.* 3. *super verb. Cõfessione, & ibi Anan. n.* 6.

51 Quarta conclusio. Quamuis adulterium plenè probari nequeat, at coniecturæ, & præsumptio violenta, quibus probandum est, sunt plenè probanda per testes non singulares, & omni exceptione maiores. Ita multis citatis *Burgus cons.* 435. *nu.* 29. *vol.* 4. An autem dicantur testes singulares, si vicissim dicant se vidisse, vnum post alium: vel testis vnus dicat se vidisse vna die, & in vno loco, & alius alia die, & in alio loco? consule *Mascardum de probat. concl.* 59. *nu.* 17. *& duplici seq. & concl.* 65. *à nu.* 1. *ad* 3. In foro autem conscientiæ existimo sufficientem esse notitiam, quo coniux innocens diuertere possit, si de adulterio sui coniugis certior ficat à persona fidè dignissima, cui meritò prudentissimus quisq; fidem haberet, se vidisse adulterium, aut eius violentam suspicionem testanti. Quoniam hoc certitudinem moralem efficit, quæ satis est, vt probatũ n. 39. & 40.

52 Quinta conclusio. Viro suspicanti adulterium vxoris licitum est illã obseruare, cum testibus idoneis, vt eam possit de adulterio cõuincere. Quoniam id non est eius peccato conniuere, sed vti eius malitia ad proprium commodũ. Secundò, quia aliud est, rogare, consulere, vel iubere malum, quod nunquã licet; & aliud permittere, seu nõ auferre mali occasionẽ, quod aliquando licet ob aliquod maius bonũ. Sicut Deus mala permittit ob maius bonũ. Ita *D. Th. 4. d.* 35. *q. vn. a.* 3. *ad* 4. *Sotus* 4. *d.* 36. *q. vn. a.* 3. *fine. Pet. de Ledesma de matrim. q.* 62. *a.* 3. *notab.* 1. Confert ad hoc quod tradunt *Nauar. sum. c.* 28. *addit. ad n.* 30. *c.* 14. *§. La* 10. *Corduba summ. q.* 5. *corol.* 4. *si Nauarra l.* 3. *de rest. c.* 4. *p.* 1. *dub. vlt. in nouæ edit. n.* 10 4. *Emm. Sa sum. verb. Peccatum, n.* 7. nimirum, non peccare parentes vel heros, qui filiis vel famulis non auferunt aliquã furandi occasionem, cum eos ad furandum propensos norunt, vt sic in furto deprehensi resipiscant. Confert etiam, quia quamuis custodes nemorũ se abscondentes, quo illuc euntes ingrediantur libere, soluantq; pœnã, damnentur tanquã culpæ mort. rei: vt bene docet *Metina C. de rest. q.* 12. At excusantur à culpa, quando eo fine se abscondũt, vt semel deprehensi caueant in futurũ illuc redire. Vt tradunt *Nauar. sum. c.* 17. *bis. p. n.* 124. *lat. n.* 123. *Nauarra eod. dub. vlt. n.* 103. *Corduba sum. q.* 66. *dict.* 2. *vers. Mas el daño. Valẽtia* 2. 2. *disp.* 5. *q.* 6. *puncto* 5. *dub.* 7. *fin. Manuel* 1. *to. sum.* 2. *edit. c.* 124. *n.* 7. *Vega* 1. *to. sum. c.* 120. *casu* 1. *col.* 4. Hinc infertur, virũ posse celebrare diuortiũ ob adulteriũ illud in quo vxorẽ deprehendit. Quãuis id minimè possit ob adulteriũ, quod ipso sciẽte & tacente vxor cõmittit (vt diximus disp. 5. n. 5.) Quoniam id verum est, quãdo non habet iustã dissimulandi causam. Tunc enim est cõsensus. Secus in præsenti euẽtu, in quo nõ dissimulat quasi cõsensum prębẽs, sed vel vt possit ipsam de adulterio cõuincere, vel vt deprehẽsa desistat in futurum.

53 Sed an liceat eo fine offerre occasionem vxori, vt adulteretur, vel filiis aut famulis, vt furentur? *Nauarra n. præced. allegatus, eo dub. vlt. n.* 104. id concedit. Sed melius *Emmanuel Sa verb. Peccatum, nu.* 7. id negat. Quia id non solum est per-

mittere: sed cooperari, & positiue concurrere. Quare non video qua ratione id excusari valeat.

54 Hinc infertur, quid dicendum sit in ea quæst. Num liceat viro pactum cum vxore inire, vt amasio eius castitatē violare tentanti conniueat, concedens tempus & locum non vt adulterium perficiat, sed vt in crimine deprehendatur? Id enim culpa vacare, docent plerique; ducti ex *l. Si quis seruo, 20. C. de furtis, ex l. 8. t. 14. p. 7.* vbi habetur seruo requisito ab aliquo de furto committendo, ipsoque nunciante domino, & de consensu eius portante res aliquas domum persuadentis, vt hic in furto deprehenderetur: dari contra persuadentem actionem furti: vbi lex videtur supponere actionem serui, & pactū cum domino initum, licita fuisse. Aliàs cum de consensu domini res accepta sit, minimè actio furti daretur. Sic *Paulus ea l. Siquis mota ab. t. Iac. de S. Georgio ibi, Ioan. Lupus c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor. in princ. §. 20. n. 1. Cifuentes l. 80. Tauri fine.* vbi *Aut. Gomez n. 61. Castillo prooemio leg. Tauri, f. 6. col. 4. vers. Et nota quod si Castellanus. Gomez. Arias l. 78. Tauri, n. 7. Greg. Lopez l. 8. verb. Alsi so t. 14 p. 7. Matienzo dialogo relatorum, 3. p. c. 33. n. 8. Azebedo lib. 8 recopil. t. 20. l. 1. n. 17.* Sed DD. hi non tractant de foro conscientiæ: dicūt enim id licere ad iniuria afficiendum adulterum aut furti fuaforem. Quod in foro cōscientiæ illicitum esse constat. Sed mens textuum & Doctorum est, vt consensus ille non sit legitimus, & sufficiens, ne suadens furtum possit de furto, & adulter ille de adulterio intentato accusari. Vnde in foro conscientiæ id pactum illicitum esse censeo. Non enim est mera permissio, dum vxor conniuet adulterium molienti, sed est consensus. Ea enim verba sufficerent ad acceptationem cuiuscunque donationis, aut legati, aut muneris sibi iuncti. Permissio enim est actus voluntatis circa negotionem: id est, circa non impediendum, vt referens modos permissionis tradit *D. Thom. 4. d. 33. q. 2. a. 2. quæstiunc. 2. corp.*

DISPVTATIO XIII.

Vtrūm vir teneatur vxorem in adulterio persistentem dimittere: aut resipiscentem admittere? Et idem de vxore respectu viri adulteri?

SVMMARIVM.

Vir innocens non tenetur adulteram emendatam reconciliare. Et explicatur c. Quid autem, 32. q. 1. & c. Si vir, de adult. n. 1.

Quid si iuret fore, vt ipsam non accuset, dimittatve, n. 2.

Fas est viro, vxori adulterā emendata parcere: eamq; sibi reconciliare, quoties voluerit: & quando id consilium sit. Et explicatur c. Si vir, de adult. Et an posse adulterā in crimine persistentē reconciliare, n. 3.

Refertur duplex sententia, n. 4. & 5.

Si solam adulteri rationem attendamus, non est præceptum diuertendi ab adultera, quantumcunque publica, & pertinaci, n. 6.

Obligatio hæc diuertendi aut consurgit ex præcepto correctionis fraternæ, aut vitandæ scandali, aut ex vtroque, n. 7.

Non oritur ex præcepto correctionis fraternæ, & an quando hæc præmissa vxor non resipiscat, sit denunciandæ, n. 8.

Refellitur sententia asserens oriri ex præcepto correctionis, n. 9.

Nā citra ex sola vitandæ scandali obligatione, n. 10.

Non consurgit ex aliquo præcepto Ecclesiastico. Et explicantur c. Si vir, de adult. c. Sicut crudelis, 32. q. 1. & c. Non solum, 28. q. 1. n. 11.

Nec oritur ex periculo incertitudinis prolis vitandæ, n. 12.

Vir retinens vxorem tanquam sororem non satisfacit, n. 13.

An vxor occulti adulteram, nec emendata, sit dimittenda, n. 14.

Non obligat hoc præceptū virum aliter scandalū cauere potentem, n. 15.

Nil refert ad hanc obligationem, vtrūm vir sit innocens nec ne, n. 16.

An vir teneatur aut possit à fomenta adulteræ pertinaci denegare, n. 17.

An teneatur potius excommunicationem sustinere, quàm adulteram non correctam admittere, n. 18.

Obligatio hæc dimittendi adulteram, quando sit sub mortali, n. 19.

An excipiatur vir retinens, ne ipse damnum corporis vel animæ incurrat, n. 20.

Quid, si vxor expulsa, peior efficiatur: aut aliud corporis detrimentum patiatur, n. 21.

Quid, si infamia ipsius viri vel vxoris emergat, n. 22.

Quid, si vxore retenta, sit spes emendæ, n. 23.

Quæ iuer in his casibus teneatur vir scandalum cauere, n. 24.

Rarissimè tenetur vir adulteram dimittere, aut à culpa abstinere, n. 25.

Soluuntur argumenta, n. 26.

An vxor similiter teneatur virum in adulterio persistentem expellere, debitumq; negare? Refertur duplex sententia, n. 27. & 28.

Sententia Auctoris negans. Et explicatur c. si quis vxorem, al 1. 30. q. 2. n. 29.

Disputationem hanc difficilem valde reddunt diuersi admodum loquendi modi Doctorum hac de re differentium. Et quidē duo tanquam certa præmittenda sunt. Prius est, virum innocētem minime teneri vxorem adulteram ad suam pristinam amicitiam reuocare. Vnde cum dicitur *c. Si vir, de adult.* virum debere sibi reconciliare adulteram emendatam, explicat *ibi gloss.* ab omnibus recepta, de honestatis debito. Et eodem pacto intelligēdus est *D. Aug. lib. 2. de adult. coniug. c. 5.* cuius dictum refertur *c. Quod autem, 32. q. 1. ibi: Quū non intelligat debere maritum ignoscere, quod videt ignouisse Dominum?* Quare etiam pœnitentia adulterij facta, potest vxor accusari. Idq; cōstat ex *c. Admonere*, quod est Stephani Pontif. *33. q. 2.* & ex *c. De Benedicto, 32. qu. 1.* Et constat ex dictis hoc l. disp. 3. n. 5. vbi probaui posse adulterium admissum ante baptismum coniugis iam baptizati, ad iudicium deduci, quo diuortium celebretur. Et quamuis (vt ibi dixi) in baptismo discordent Auctores, eo quod sit noua quædam generatio. At circa pœnitentiam, id omnes Theologi fatentur cum *D. Th. 4. d. 35. q. vn. art. 6 ad 2.* Et omnes Iurisperiti cum *Glossa ea c. Admonere, verb. Pœnitentia, & c. fin. verb. Iudicio, de conuers. coniug. & c. Gaudemus, in fine, de diuort. Host. c. fin. n. 1. fine, de diuort. Goffred. sum. t. de diuort. n. 7. Innoc. c. 1. n. 2. de adult. Abbas d. c. Gaudemus, n. 3. Henr. c. Significasti, n. 10. de diuort. Archid. c. Nihil, n. 2. 32. q. 6. Bellamera ibi, n. 2. Turrecr. ibi n. 2. Durandus 4. d. 35. q. 1. a. 2. n. 2. Pet. de Soto lect. 12. de matrim. col. penult. Barbosa ff. solut. matrim. rubr. 2. p. n. 20. 25. Surdus de alimentis t. 7. q. 21. n. 7. & 8. Enriq. l. 11. de matrim. c. 17. n. 2. & 3. Petr. de Ledes. de matrim. q. 62. a. 6. concl. 1.* Quod si obiicias, charitatis lege remittendum esse veniam petenti ac resipiscenti. Respondeo id verum esse, quoad odium animi & aliqua externa benevolentiæ signa: secus quoad pœnas delicto debitas in iudicio exigendas. Vnde non est audiendus *Veracruz qui 3. p. speculi, a. 6. concl. 3. in fine*, aut per *c. Ex litteris, de diuortio*, compellēdum esse virum ad vxorem adulteram resipiscentem admittendam, vt ipsius incontinentiam vitet: quamuis in foro conscientiæ admittere nō teneatur. Sed *id c. Ex litteris* loquitur, quando vir innocens iam in adulterium lapsus est. In quo euentu quando & qualiter sit cogendus, latè diximus hoc lib. tota disp. 9.

1

Quòd si vir iuret vxori, se eam minimè accusaturum de adulterio futuro non valet pactū, nec iuramentum quoad accusationem criminalem: secus quoad ciuilem ad diuortium & dotem petendā. Quippe in priori casu agitur de iuris publici renunciatione: & datur ansa liberè delinquendi, impunitate promissa. Interest enim reipublicæ delicta puniri. In posteriori autem, de renunciatione iuris priuati, ac iniuria, & lucro ipsius viri. Sic videtur decisum *c. Quemadmodum, fine, de iureiurando*, iunctis *Glossa verb. Desistat*, inde colligenti, valere pactum & iuramentum, quatenus tangit rem familiarem, vel iniuriam priuatam, non autē quatenus tangit iniuriam publicam. Et tenent *ibi Abb. n. 14. fine. Alex. de Neuo ibi, § fin. n. 11.* Et ideo ait *Abbas* non absque mysterio dixisse cum textum, debere sic iurantē desistere ab accusatione ad diuortium celebrandum. Idem *Addit. Angeli de maleficiis, verb. Che me ha adulterato, n. 50. Barbosa l. 2. p. 1. in princ. n. 106. ff. solut. matrim.* Vnde *Palud. 4. d. 35. q. 1. a. 1. concl. vlt. G. & Suppl. Gabr. ibi, q. vn. a. 2. concl. 1.* dicentes licitum esse viro vxorem adulteram repellere, licet iurarit non se dimissurum vel accusaturū. Eo quod frangenti fidem non sit fides seruanda. Intelligendi sunt sano modo, nimirum, quando adultera relabitur, nec corrigitur. Tunc enim tanquam fidem frangens potest repelli: nec iuramentum in eo casu relapsus & pertinaciæ intelligitur, nec in eo esset gratum Deo & proinde non obligat. Vt bene docent *Host. eod. cap. Quemadmodum, n. 11. Innoc. ibi fine. Ioan. Andr. n. 9. Abbas n. 24. Card. n. 2. vers. Oppono ad hoc. Henric. fine. Bellam. n. 10.* An autem sit idem, si pactum aut iuramentum fiant de non deferendo crimine perpetrato? consule *l. Si rum, 28. §. Pacta ff. de pactis*, vbi discrimen constituit inter pactū non accusandi de crimine admisso, vel admittendo vt illud valeat: hoc autem non. Idemq; docet *Gloss. d. c. Quemadmodum, v. Crimine.* De qua re consulendi sunt Doctores ibi, & *d. §. Pacta.*

2

Posterius certum in hac disp. est, fas esse viro vxorem adul-

3

adulteram resipiscentem sibi reconciliare. Habetur *c. Si vir, de adult.* & fatentur omnes cum *D. Aug. l. 2. de adult. coniug. c. 6. & 9.* & refertur *c. Quoad autem, & seqq. 32. q. 1.* & ratio est: quoniam separatio est pœna adulterij, & iniuriæ illatæ viro, cuilibet autem licitum est iniuriam sibi illatam condonare: & iam vxore emendata cessat ratio scandali. Subditur autem *eo. c. Si vir*, non sæpe admittendam esse adulteram. Cui videtur aduersari *c. Quemadmodum, ad fin. de iureiurand.* & consilium illud *Matth. 18. Non dico tibi septies, sed vsque septuagies septies. Gloss. eo. c. Si vir, verb. Sed non sæpe: & ibi Host. n. 3. & in sum. t. de adult. n. 5. vers. Repellit etiam. Henric. d. c. Si vir, n. 3. & c. Quemadmodum, nu. 8. de iureiur. Barbosa l. 2. in princ. n. 102. ff. sol. matr.* sic explicant, quamuis possit vir sæpe remittere, at Ecclesia non intercedit pro adultera sæpe relabenti, ne peccandi ansam offerre videatur. Vel potest explicari cum *Soto 4. d. 36. q. vn. a. 2. concl. f. 1.* vt quamuis sæpè concilium sit vxorem adulteram resipiscentem admittere, ne viro destituta, & inopia pressa, libidini vacet, quo quæstum acquiratur: si multoties reconciliata, abutens venia, ad pristinum more canis vomitum redeat, præstabit vtique eam non admittere. Quoniam spem omnem correctionis adimit. Nec id aduersatur consilio Euangelico, quod non intelligitur de pœna externa delicto debita, qualis est diuortium: quando spes veniæ ansam præbet in delicto persistendi, & correctionis spes cessat. Dixi autem, si adultera resipiscat, posse eam à marito admitti. Nam si in adulterio persistat, idem iudicium est, an possit tunc eam vir reconciliare sibi: & an ab ea teneatur diuertere. Quare casu quo tenetur ab ea diuertere, non poterit reconciliare. Vt bene docent *D. Th. 4. d. 35. q. vn. a. 6. corp. Durand. ibi q. 2. a. 2. n. 6. Ricard. a. 3. q. 2. Palud. q. 2. a. 2. n. 11. D. Antonin. 2. p. tit. 1. c. 21. §. 6. vers. Effectus accusationis de adulterio est. Tabiena Matrim. 4. q. 8. n. 9. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 6. concl. vn. Bart. à Ledesm. dub. 70. de matrim. concl. vn.* De qua quæst. statim differendum est.

4 Quæstio autem in præsenti valdè controuersa est, de obligatione viri, dimittendæ vxoris adulteræ minimè resipiscentis: vel ipsius non reconciliandæ sibi. Vtriusque enim idem iudicium est, vt n. præced. in fine obseruauimus. Et primò quidem de viro respectu vxoris adulteræ differendum est. Deinde de vxore respectu viri adulteri. Et de viro satis strictè loquuntur plerique DD. aiserunt enim eum teneri sub culpa lethali vxorem in adulterio persistentem deserere. (Limitationes autem quas aliqui apponunt, examinabimus numeris seqq.) Ducitur primò ex *c. Si vir, de adult.* ibi: *Si vir sciens vxorem suam deliquisse, qua non egerit pœnitentiam, sed permanet in fornicatione, vixerit cum illa, reus erit, & eius criminis particeps.* Idem habetur *c. Quemadmodum, §. vlt. de iureiur.* Idemq; docet *D. August. l. 2. de adult. coniug.* & refertur *c. Non solum, 28. qu. 1. D. Hieron. in comment. ad c. 19. Matth.* & refertur *c. Dixit Dominus, 32. q. 1. D. Chrysost.* & refertur *c. Si quis vxorem, el 1. 32. q. 1 Theod. in pœnit.* & habetur *ibid. c. Si quis vxorem. el 2. Idem D. Chrysost. homil. 32. operis imperf. in Matth.* & refertur *c. Sicut crudelis, 32 q 1.* ibi: *Sicut crudelis & iniquus est, qui castam dimittit vxorem, ita fatuus est & iniustus, qui retinet meretricem. Patronum enim turpitudinis est.* Quod idem dicitur *Prouerb. 18. Qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens.* Secundò, quia *Matth. 1.* dicitur D. Ioseph, eo quod iustus esset, voluisse dimittere Virginem, quam adulterij ream suspicabatur. Tertiò, quia vir non diuertens ab huiusmodi adultera videtur multis nominibus reus criminis. Primò, eo quod violet præceptū Ecclesiæ iubentis eam dimissionē. Vt constat ex textibus allegatis. Secundò, quia scādali maximam ansam præbet: omnes enim merito ac iure optimo suspicabuntur ipsum virū criminis vxoris conscium, ipsi connuere, patrocinariq́ue, ipsumq́ue lenonē esse. Consentire enim videtur erranti, qui ad reseanda quæ corrigi debent, non occurrit, *c. Consentire, 85. d. 3.* quia periculo exponitur, vt proles sit incerta, & non legitimi hæredes illi supponantur. Quod est contra bonum fami hæredes illi supponantur. Quod est contra bonum famigrauem damnum. Et crementi, & cedit in legitimi hæredis grauē damnum. Et ideo virum peccare mortaliter sic retinendo vxorē, videntur clarè sentire *D. Th. 4. d. 35. q. vn. a. 2. & ibi D. Bonau. vn.*

q. 2. Ricard. a. 1. q. 2. Celaia q. 1. arg. 4. Host. c. Porro, n. 3. de diuort. & ibi Ioan. Andr. n. 3. Abb. c. Si vir, n. 1. de adult. Henric. c. Quemadmodum, n. 8. & 9. de iureiur. & ibi Bellam. n. 10. Turrec. c. Apostolus, 32. q. 7. a. 2. n. 2. vbi peccati damnant virum non diuertentem in hoc euentu. Et cum res sit grauissima, nō videntur de culpa veniali intelligendi. Et docent expressè culpā esse lethalem *Coueron. de publicis concubinar. rubr. de adult. nu. 74.* habetur to. 11. tract. p. 1. *Quand. 4. d. 31. q. vn. propos. 1. Perez. lib. 8. ord. t. 25. d. 2. f. 308. §. Quæritur vlterius quanto tēpore. Petr. de Ledesm. de matrim. q. 62. a. 2. concl. 2.* Atque esse tūc peccatum mortale non abstinere à copula coniugali, siue petendo, siue reddendo, docent *Angel. verb. Debitum, n. 8. & ibi Sylu. q. 10. & q. 1. causa 3. & ibi Armil. n. 4. & Rosel. n. 15. Nauar. sum. c. 16. n. 28 Conar. 4. decret. 2 p. c. 7. §. 2. n. 4. Matienzo lib. 5. recop. rubr. gl 1. n. 110 Barbosa l. 2 p. 1. in princ. n. 102. ff. sol. matri. Grassis 1. p. decis. l. 2. c. 84. n. 6.* Et esse mortale non abstinere à copula, non explicando, an petendo, an reddendo, tradunt *Castro l. 2 de lege pœn. c. 4. §. Vt igitur. Bertachin. in suo diction. lit. A. verb. Adult. vers. Adulter vir. Ital. Clarus l. 5. recept. v. Adulterium. vers. Caueat etiam.* Et alij dicunt esse peccatum, subticentes quale, non abstinere à thoro talis vxoris, & vti tali coniugio. Sic *Caiet. sum. verb. Matrim. c. vlt. vers. 10. caput. & in opusc. to. 1. tract. 29. de reddendo debito, altero coniuge adulterante, q. vn. Anchar. c. Porro, n. 9. de diuort. Cardin. c. fin. n. 2. vers. Quæro an vir, de adult. & ibi Henric. n. 3. & c. Significasti, n. 10. de diuort. Anan. eo. c. fin. n. 3 vers. Secundo casu. Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 33. a. 2 q. 1. Aut. Cucus l. inst. maior t. 11. n 121. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 183.* Imò addunt *Anchar. Card. Henr. Astensis*, potius debere virum sustinere excommunicationem Ecclesiæ præcipitis vt reddat, quam debitū reddere.

Alij verò DD. hac distinctione vtuntur. Si vir petat 5
debitum ab vxore adultera non resipiscenti, peccat lethaliter: & similiter reddendo, si est celebratum diuortium, vel moratur publicè cum adultera: secus non. Quia extra hos casus tenetur reddere. Ita *Ioan. de Friburgo sum. confess. l. 4. t. 2. q. 48. §. Sed nunquid Henric. c. fin. nu. 4 de adult. Monald. sum.* vbi de matrim. *c. Defectu matrimonij, ad fin.*

Prima tamen conclusio sit. Si solam adulterij rationem 6
attendamus, nullum extat præceptum diuertendi ab vxore adultera pertinaci, & quantumcunque publica. Constat, quia *Matt. 5. & 19.* vbi Christus Seruator noster explicuit, diuortium esse licitum ratione adulterij, non id præcepit, sed tanquam licitum permisit. Vt constat ex contextu: & docet *D. Aug. l. 1. de serm. Dom. in monte, c. 27. & seq.* & refertur *c. Idololatria, 28. q. 1* Et ratio est, quoniam diuortium est pœna adulterij: ac proinde vir innocens eam pœnam subire minimè tenebitur. Adde, diuortium esse inductum in fauorem innocentis, & supplicium adulterij, ob iniuriam innocenti illatam: atque adeo ius proprium viri est posse diuertere. Potest ergo iure suo cedens condonare iniuriam. Et de hac conclusione nemo dubitat.

Secunda conclusio. Ex duplici capite potest ortum ha- 7
bere hæc obligatio viri, dimittendæ vxoris adulteræ: aut ex præcepto scandali vitandi. Vt quando retinens eam daret ansam suspicādi suo consensu adulterium admitti. Aut ex præcepto correctionis fraternæ: eò quòd vir tanquam caput teneatur corrigere vxorem omni modo sibi possibili. Quare vbi spes est fore: vt ab ea diuertendo resipiscat, videtur ad id teneri. Atq; ita omnes DD. allegati & allegandi, ad alterum ex his duobus præceptis, vel ad vtrumq; referunt obligationem hanc, & inde eam deducunt. Constatque specialiter ex *D. Th. 4 d. 15 q. vn. a. 2.*

Tertia conclusio. Vir non tenetur ab vxore adultera di- 8
uertere, eive debitum negare, ratione præcepti correctionis fraternæ. Ducor, quoniam huic præcepto satisfacit, vxorem admonens, & pœnis inferni illi propositis eam deterrens, pareq́; puniens modo sibi permisso. Quod si hæc non sufficiant, nulla superest moraliter loquendo spes emendæ: imò creditur fore, vt dimissa à viro, liberius vacet libidini, deteriorq́; efficiatur. Si autem in aliquo raro euentu spes aliqua emendæ, vxore expulsa, supersit, præcepta charitatis (quale est correctionis fraternæ) non adeo me-

taphysica & exacta scrutatione & tam scrupulosè accipienda sunt: sed satis est, vt id præceptum minimè obligare censeamus, si moraliter desit spes emendationis. Nec cogendus est vir casus metaphysicos indagare. Præterea, quia non cum tanto detrimento præcepta charitatis obligant, quale vir pateretur, si vxorem adulteram domo expelleret, eive debitum negaret. Quia moraliter loquendo stimulis carnis agitabitur, quibus resistere difficillimum sibi erit: mulierque efferabitur, ac volenti viro eam ad se reuocare renitetur: ac destituetur obsequiis vxoris, quæ maximo sibi emolumento sunt, vt custodiæ domus, educationi filiorum, ac ministeriis domesticis attendat. Præterea, si vxor iudicem adeat restitutionem petens, eam obtinebit (vt latè dixi disp. præced.) Quòd si vir adulterium velit probare, quo diuortium celebretur, magnis sumptibus indigebit, longáque temporis mora, ad tres sententias conformes expectandas: quæ in causis Ecclesiasticis desiderantur. Nec modica infamiæ nota, adulterio vxoris in iudicium deducto, maritus ipse inureturDeinde, quia vbi vxor viro sciente, ita fronte perficata in adulterio pernicax est, vt dictis mediis adhibitis reuocari nequeat, virum despicit, ardentiusque amasium deamat, ac proinde tantum abest vt expulsione à viri consortio, tristitia affecta, in se redeat: quin potius triumphabit, liberioremque vitam vt veneri vacet, libentissimè amplectetur: & si moraliter, prout res euenire solent, loquamur, expulsio hæc fine per correctionem intento, qui est correctio vitæ & resipiscentia à vitiis, frustrabitur. Quòd si in casu rarissimo contrarium speretur, res morales, ac de moribus instituendis præcepta tradita, non casus metaphysicos, & præter communem spem, sed in plurimum contingentes respiciunt, *l. Nam ad ea, ff. de legibus.* Tandem, quia negari non potest acerbissimum esse medium expellere vxorem: atque ità nequaquam credendum est præceptum correctionis fraternæ, quod suaue est, nec adeo exactè obligat, in hoc euentu constringere. Atque ita tenent *Sotus 4. d. 36 q. vn. a. 2. concl. 2. paulo post princ. & vers. De secundo autem. Ledesma 2. p. 4. q. 64. art. 2. ad fin in 2. concl.* Idem videntur sentire *Palud 4. d. 35. q. 1. a. 3. conclus. 4. n. 13. D. Antonin. 4. p tit. 1. c. 20. § 9. Rosella verb. Debitum, n. 16.* vbi aiunt quando adulterium est occultum, eximi virum ab hac obligatione: eo quod cesset ratio scandali: ac proinde totam hanc obligationem præcepto vitandi scandali tribuere videntur. Idemq; aperte sentire videntur, qui vbi adulterium est occultum, ac subinde scandalum non exist, asserunt huic præcepto locum non esse, quos n. 14. referam. Et videtur tenere *Abulensis c. 19 Matth. q. 71.* quamuis enim *in principio Corporis* videatur hoc tribuere præcepto correctionis: at paulo inferius concludens quando obliget hoc præceptum, videtur asserere solam scandali rationem habendam esse: dicens tunc virum huius præcepti violati reum esse, quando existimatur retenta vxore illum adulterio eius connuere, illud fouendo. Quam eandem rationem huius præcepti fere omnes Doctores tradunt, & multi testimonia Sanctorum n. 4. relata, asserunt, dum retentionem vxoris damnant, inniti hac consensus præsumptione, (vt nu. 11. videbimus) atque ita sentire videntur solum vitandi scandali præceptum in hoc casu obligare. Idem apertè tenent *Victoria sum. de matrim. n. 290.* dicens non teneri virum dimittere vxorem, nisi sit adeo incorrigibilis, vt oriatur scandalum, ne videatur consentire. Et *Petr. de Soto lect. 12. de matrim. col penult.* vbi ait ad hoc non teneri virum, dummodo eius adulterio non consentiat, nec omittat quantum in ipso est correctionem: possitque dissimulare, quando corrigere non valet. Atque ita expresse sentit aliis modis corrigendo, huic obligationi satisfieri. Idem tenet *Barth. à Ledesma de matrim. dub. 66. fine,* vbi expresse ait solum obligare hoc præceptum, quando ex cohabitatione oritur scandalum: licèt paulo antea *in 3. concl.* videatur sentire etiam teneri virum ratione præcepti correctionis fraternæ. Vtrum autem quando aliis mediis adhibitis vxor minimè corrigitur, teneatur vir eam Ecclesiæ denunciare: iuxta præceptum euangelicum *Matth. 18.* Ad id teneri dicitur *c. Quemadmodum, §. vlt. vers. Cum scriptura, de iureiurando.* Eúmque mortalis culpæ reum esse, nisi denunciet, tradunt *Glossa cap. Si vir, de adult. verb. Rem. Et ibi Anton. num. 5. Hostiensis num. 2. & in summa, tit. De adulteriis, num. 3. vers. Repellit etiam.* Quod intelligendum est, si prudentis iudicio adsit spes emendationis, quæ est finis correctionis. Vt bene aduertit *Sotus 4. d. 36 quæst. vn. art. 2. conclus. 2. paulo post principium.* additque hanc denunciationem fore, vt vxor respiscat, non autem vt diuortium celebretur. Quia id est ius suum, cui vir renunciare potest. Imo rarissimè teneri virum ad hanc denunciationem faciendam existimo. Quia effeminatus censebitur, & non modicum famæ detrimentum incurret. Quod ab hoc præcepto ipsum excusat, vt dicemus num. 22.

Vnde non consentio *D. Thomæ 4. d. 35 quæst. vn. a. 2. corp.* 9
vbi hanc obligationem tribuit præcepto correctionis fraternæ, & vitandi scandali. Quem sequuntur *D. Bonauent ibi art. vn. q. 2. Cajet. in opusculis, tom. 1 tract. 29. de reddendo debito altero coniuge adulterante, q. vn. Syluest. verb. Debitum, q. 10.* vbi *Armilla n. 16. Nic. de Orbellis 4. d. 35. q. 2. §. 1. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 2. n. 4. Matienzo lib. 3. recop. tit. 1. rubr. gl. 1. n. 101. Barbosa ff. soluto matrim. l. 2. p. 1. in princip. n. 102. Angles flor. 1. p. de matrim. q. 9. de diuort. a. 2. post difficul. 2. dub. 2. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 240. concl. 6. n. 6. Petr. de Ledesma de matrim. q. 62. a. 2. con. l. 2. Cañedo sum. sacram. de matrim. c. 7. n. 64.*

Quarta conclusio. Obligatio est dimittendæ vxoris per- 10
sistentis in adulterio nascitur ex præcepto vitandi scandalum: ne vir censeatur connuens & patrocinãs vxoris adulterio. Constat ex dictis nu. 7. & 8. si enim (vt diximus n. 8.) consurgit ex præcepto correctionis fraternæ, aut vitandi scandali, aut ex vtroque. Cum ergo non consurgat ex præcepto correctionis fraternæ, orietur ex præcepto vitandi scandali. Quod fatentur ferè omnes DD. Et constat ex iis, quæ n. 8. adduxi.

Hinc infertur, audiendos non esse aliquos dicentes præ- 11
ceptum dimittendæ vxoris pertinacis in adulterio, consurgere ex constitutione Ecclesiastica. Ducunturque per textus nu. 4. allegatos, qui retentionem talis vxoris prohibent. Hi sunt *Ioan. de Friburgo summ. confess. lib. 4. t. 2. q. 49. Henric. c. fin n. 4 de adult. Monaldus summa,* vbi de matrim. *tit. de effectu matrimonij, ad finem. Rosella verb. Debitum, nu. 15.* vbi *Syluester quæst. 10. Armilla num. 16.* Sed audiendi non sunt. Quoniam *c. Si vir, de adult.* & reliqui textus nu. 4. relati intuuntur præsumptione consensus viri in adulterium vxoris. Vt docent *Palud. 4. d. 35 q. 1. a. 3. concl. 4. & 2 3.* vbi *Supplement. Gabriel. q. vn. a. 2 post 3. concl. D. Antonin 3. p. t. 1. c. 20. §. 9. Sotus 4 d. 36 q. vn. art. 2. fin. Palacios 4. d. 35. disp. vn. col 10. vers. Porro autem. Ledesma 2 p. 4. q. 64. art. 2 fine.* ac proinde ad vitandam eam suspicionem, & cauendum scandalum, dicunt eam dimissionem faciendam, non nouum præceptum imponendo, sed declarando naturale, quod est de vitando scandalo, quod ex ea suspicione oritur. Vnde tota obligatio hæc ad præceptum de cauendo scandalo referenda est, vt n. præced. dicebam.

Secundò infertur, contra *Petrum de Ledesma de matrim. q.* 12
62. art. 2 concl. 2. si scandalum desit, nullam culpæ mortalis rationem inueniri in hac vxoris persistentis in adulterio retentione, eo quod periculum sit incertitudinis prolis, & falsos hæredes supponendi. Quoniam ad vitandum hoc periculum, non tenetur vir adeo acerbo medio vti: eo vel maximè, quod nulla est spes emendæ ea repulsa, (vt numero 8. probaui) & ita aut ratione huius periculi vitandi debet vir semper ab eius consortio separatus manere: aut quando eam ad se reuocarit, idem erit periculum. Deinde, quia viro culpæ tribui non debet ea incertitudo prolis, cum ipso renitente, & media suauia, ad quæ tenetur corrigendi gratia, adhibente. Nec obscurum indicium est, vt hanc obligationem ex hoc capite non consurgere credi possit: quod tot Doctores antiqui, de hac re differentes, illius non meminerint, sed scandali & correctionis.

Tertiò,

13 Tertiò infertur, audiendos non esse *Card. c. Si vir, inuito, de adult. & ibi Anton. nu. 3.* dicentes satisfacere huic obligationi virum, si vxorem retineat tanquam sororem. Cum enim obligatio hæc oriatur ex præcepto cauendæ suspicionis consensus viri in vxoris adulterium, & scandali inde orti, nec vicinis notum esse possit, an eam vt vxorem an vt sororem retineat, sic ea retenta non cessabunt scandalum & suspicio.

14 Quartò infertur, nec credendum esse aliquibus non eximentibus virum ab hac obligatione, quamuis adulterium vxoris occultum sit, modo ipse vir illius sit conscius. Ducuntur, quoniam agit contra Ecclesiæ constitutionem: & sic dicunt peccare mortaliter tunc virum, siue petendo, siue reddendo. Sic *Angel. verb. Debitum, n. 8.* vbi *Syluest. q. 10. Armilla nu. 4. & 16. Idem Monald. Henric. nu. 11. allegati. Ioan. de Friburgo in sum. confess. lib. 4. t. 2. q. 48. §. Sed numquid:* quamuis hi tres vltimi solam petitionem debiti damnent in hoc casu non autem redditionem, nisi iuxta distinctionem, quam n. 5. retuli. Verum dicendum est virum eximi ab hac obligatione, vbi delictum ita occultum est, vt probari nequeat. Tunc enim cessat ratio scandali: & aliis mediis suasionibus vxor corrigenda est: ne detur ansa vt ipsa conqueratur, ac adulterium occultum diuulgetur. Ita sentiunt *Gl. c. 1. verb. Patronus. 32. q. 1. D. Bonau. q. d. 35. a. vn. q. 2.* vbi *Dian. t. 1. resol

conuenimus cum DD.n.4.allegatis.Et probatur testimoniis Sanctorum ibi relatis. Quoniam ad vitandam eam suspictonem, & scandalum inde consurgens, tenetur vir cum aliqua iuris sui iactura diuertere ad tempus, donec scandalum cesset,aut vxor corrigatur. Vt optimè dicit *Sotus 4.d.46.q.vn.a.2. post 2.concl.vers.Nerum ergo.* Et cum vitare scandalum sit res grauis, nec adsit causa excusans, erit culpa mortalis.

20 Ex hac conclusione deducitur primò excusari virum ab hac dimissione ratione timoris periculi proprij spiritualis. Vt si graubus carnis stimulis impetatus timeat sibi lapsum. Quippe præcepta correctionis fraternæ scandalique vitandi, cum ex sola charitatis lege originem ducant, cum graui detrimento minimè obligant. Præterea, quia cum bene ordinata charitas à seipsa incipiat, potius ius habet vir ad sibi consulẽdum,quam aliis. Tandem,quia tunc suæ obligationi satisfacit vir occurrens scandalo aliis modis, quos n.24.referam.Ita docent *Palud.4.d.35.q.1.a.3.concl.4. n.13.*vbi *Maior.q.1.§. Contra primum concl.in fin. Suppl.Gabr. q.vn.a.2.post 2.concl. D.Anton.3.p.t.1.c.20.§.9 Rosella verb.Debitum,n.15.& 16. Angel.n.8. Sylvest.q.101. Armil.n.16 & verb. Matrim n.75.Tabiena Matrim.4 q.1.n.4. Sot.4.d.36.q.vn.a.2. post 2.Ecol.vers.Nerum ergo.Castro l.2.de leg.q.11 c.4.§.Vt igitur. Nauar.sum.c.16.n.24 Ledes 2.p.4 q.64 a.2.fin.Gaeta repet. c.Ad limina,30.q.1.§ 4.n.18 & 218. Palacios 4.d.35.disp.vn.col 10. vers.Porro autem.Bart.à Ledesm.de matr.dub.66.ad fin. Petr.de Ledes de matr.q.62.a 2.Ecol.2.fin.Graffis 1.p.decis.l.2 c.84.n 6. Matienzo lib.5.recop.t.1 rubric.gl.1.n.10. Man.1.to.sum.c.ult. c.240.n.7.Ecol.7.Lud.Lop.2.p.instruct.de matr.c.54.*vbi de diuortio quoad habitationẽ,*col.5.§.Porro circa præditum. Philiarc.de offic.sacerd.to.1.p.2.l.4.c.19 vers.4.peccat.* Idem dicendum est,si vir morbo aut inopia laboret: ac proinde obsequio & operis vxoris indigeat : non enim tenetur cum eo graui corporis detrimento vxorem expellere , ob easdem rationes.Ita *Sotus,Bart.à Ledes.Pet.de Ledes ibid.*Et cõfert ad hoc,quod docent *Nauar.sum.Lat.c.22.n.22.vers.6. Graffis proximè allegg. Philiar.de offic.sacerd.to 1.p.2.l.2.c.17.paulo post principium*,non teneri virum ad hoc quando nequit absque magno damno publico vel priuato. Vnde malè *Io. de Friburgo sum.confes.l.1.t.2.q.48.* negat licere ratione timoris incontinentiæ viri:& *Menald.sum.*vbi de matr.*1.de effectu matri.ad fin.*dicit oppositũ esse benignius,sed fortè nõ verius.

21 Secundò deducitur, excusari virum ab hac expulsione vxoris,ob damnum spirituale ipsius vxoris.Vt si probabile sit fore vt expulsa efficiatur deterior.Potius enim debet spirituali damno vxoris cõsulere : & potest tunc scandalum vitare modis n.24.explicandis.Ita *Palud.Maior.Suppl.Gabr. D.Antonin.Rosel.n.15.Angel.Sylvest.Tabiena,Armil.Palac.Lud. Lop. Man.n.prax.alleg.Ioan de Friburgo sum confes.l.4.t.22.q.6. Nic. de Orbel. 4.d 35.q.2.§.1. Veracr.3.p.spec.a.2.concl.2. Angles flor.1.p.de matr.q.9.de diuort.a.1.poll difficil.2. dub.1.Gaeta repet. c.Ad limina,30.q.1.§.4.n.218. Bart.à Ledes dub.66.de matr.ad fin. Cañedo sum.sacram.*vbi de matr.*c.7 n.64.* Idem existimo, quando sequeretur detrimentum notabile corporis vxori. Sicut n.præced.dixi de viro. Quamuis enim potius de ipso viro,qui innocens est,ratio sit habenda,quam de vxore,quę culpa sua expellitur , & potest id damnum cauere resipiscens à peccato. At non credo ad id constringendum maritum cum tanto detrimento vxoris, quod etiam aliquo modo ipsum afficit, cum sint vna caro. Et confert ad hoc, quod n.seq.dicemus ex Soto & Abulensi.

22 Tertiò deducitur, similiter nec virum peccare retinendo prædictam adulteram,gratia se vel illam non infamandi. Quia graue detrimentum id reputatur.Sic *Abulens.c.19. Matth.q.71.ad medium. Sotus 4.d.36.q.vn.a.2.ad fin.*

23 Quartò deducitur,excusari etiam maritum non expellentem, eo quod spes probabilis sit fore vt retenta vxore resipiscat. Quia ea correcta scandalum cessabit,& interim potest alia via cauere:ac præponderat bonũ animæ vxoris. Ita *Rainerius 2.p.sum.1.de matr.c.20. Ricard.4.d.35.a 1.q.2. Durand.ibi q.1.a.5.n 8. Palud. D.Ant.Castro, Palacios n.20.alleg. Abul.& Sot.n.prax.relati. Alberic.in suo dict.lit.M.v.Matrim.8. vers.Quid si aliquis coniugum.Bellauter.c.Quemadmodum,n.10. de iurei.Turrec.c.Apostolus,32 q.7 a.2.n.2. Suppl.Gabr.4.d.35. q.vn.a.2.post 3.concl.Tabiena Matrim.4.q.3. n.4.Sylu.Matrim. 9.q.6.& v.Debitum,q.10.*vbi *Ang.n.8.Rosel n.16.Armil.n.16. & verb.Matrim.n.75.Gaeta rep.c.Ad limina 30.q.1.§.4.n.215. Philiarc.de offic.sacerd.to.1.p.2.l.4. c.19.v. 4. peccat.*Quod intelligitur,quãdo breui est spes emendæ.Vt docent *Durand. ibi Syl.verb.Debitum,q.10.&* ibi *Armilla n.16.*Quod clarè etiam significant *Ricar.& Ang.prox.cit. & D.Ant.3.p.t.1.c.10. §.9 in princ.*dum petunt vxorem paratã esse vt corrigatur. Præsumitur autẽ vxor incorrigibilis,quãdo pertinaci animo corrigi renuit:aut quãdo correctionẽ promittens rel.bitur ex cõsuetudine.Ita *Ricar.D.Ant.ibi Syl. v.Debitũ q.10.*

Id tamen monuerim , teneri virum in his euentibus, in 24
quibus ab expulsione vxoris pertinacis in adulterio excusatur, cauere scandalum alijs medijs; quod si ea non sufficiant ad id sedandum , non erit scandalum actiuum, sed passiuum:ac proinde non tribuetur culpæ viro non expellenti.Ita *Palud.Supp.Gab.D.Ant.Tabien.Sotus,Castro,Led. Palac.Bart.à Ledes.Pet.de Ledes.Manuel,Lud.Lop.n.20.alleg.Sylu. verb.Debitum,q.10. Armil. verb.Matrim.n.75.* Medium autẽ hoc erit vxorem acriter increpare,ipsiusq; custodiæ quam cautissimè poterit inuigilare , ac modo sibi licito eam punire.ita vt vicini merito intelligant eum minimè assentiri adulterio,quin potius ægerrimè ferre: & necessitate compulsum,ob causas nu. 20. & tribus sequ. explicatas , ab ea non diuertere.Sic *Sot.Bart.à. Ledesm. Manuel, Lud.Lop.ibid.* Vel medium erit vicinos admonere , se non retinere vxorem , vt eius crimen foueat:sed vt sibi consulat , vel ne ea prostituatur , peiorque fiat: aut alta vrgenti causa coactũ. Ita *Palud.D Anton.Supplem.Gabr.Tabiena,Sylvest. Armil.Castro,Ledesma.Palac.Lud. Lop.Manuel in eisdem locis.*

Vltimò deducitur,rarò obligare præceptum hoc dimit- 25
tendi vxorem adulteram pertinacem , eive debitum negandi,vt bene docet *Abul.c.19 Matth q.71.* Imò rarissimè, vt tradit *Ledes.2.p.4.q.64.a.2.fin.*Nec audiẽdus est in hac re *Petr de Ledes de matrim.q.62.a 2. concl.2.* dicens regulariter obligari sub mortali ad hanc dimissionem. Sed probatur, tum,quia tot causæ excusant,vt vix cõtingere possit aliquã ex ijs non subesse:tum etiam, quia rarissimè non satis scandalo cauendo consuletur alijs medijs adhibitis. Atque ita optimè dixit *Sotus 4.d.36.q.vn.a.2.ad fin.* tot distinctiones adhibere,quo præceptum de adultera dimittenda obliget, vt extenuatissimum relinquatur.

Ad arg.n.4.proposita resp.Ad omnia testimonia adduc- 26
ta in 1.arg.constat ex dictis n.10.& 11. innituntur enim scandalo ac suspicioni consensus viri in adulteriũ vxoris. Ad 2.dic Iosephi iustitiam in eo consistere,quòd aspiciens eximiam Virginis sanctitatem iudicium suspenderit circa adulteriũ ipsius,cuius tam vehemens indicium habebat,& proinde noluerit eam traducere,vt lapidaretur,potiusque elegerit occultam dimissionem.Nec hoc præcepto dimittendæ Virginis poterat constringi.Cum adulterium illud (si quod exisseret) esset occultissimũ & improbabile.Crederetur enim fœtum ex matrim.procreatũ esse: ac proinde ex eo facto nullum potest ad præsentem quæst.argumẽ desumi.Ad 3.constat ex dictis n.11. vbi probauimus nullum extare de hoc præceptum Ecclesiæ. Et exnu.12.vbi diximus periculum incertitudinis prolis non sufficere ad hoc præceptum. Et ex nu.19.vbi ratione scandali,cui alia via occurri satis nequit,nec adest causa iusta excusans,diximus hoc præceptum obligare sub culpa mortali.

QVÆSTIO II. An vxor innocens teneatur similiter di- 27
uertere à viro in adulterio persistenti ? Quidam æque obligari vxorem hoc præcepto arbitrantur. Quod confirmant D.Chrysost.testimonio,& refertur, *c.Si quis vxorem, el 32.quæst.1.in fine,* vbi expresse ait,virum & vxorem non ad imparia iudicari quoad obligationem diuertendi, propter perseuerantiam alterutrius in adulterio. Atque ita docet *ibi glossa verb. Non ad imparia.*Et quando est spes emendæ viri, teneri vxorem , si vir monitus non desistat, adhibere pœnalem medicinam abstinendo ab eius concubitu,

cubitu, docet *Caiet. in opusc. to. 1. tract. 29. de reddendo debito alteri coniuge adulterãte, q. vn. & in sum. verb. Matrim. c. vlt. v. 10.* & ipsum sequens *Pedraz. in sum. precept. 6. §. 18.* Et non debere vxorem à marito huiusmodi debitum petere, & aliàs esse eius criminis participem, docet *Archid. in Coniugio, 32. q. 1. nu. 1.* Et expresse peccare lethaliter vxorem habentem rem cum huiusmodi viro, tradit *Bertachin. in suo dottion. lit. A. verb. Adulter, vers. Adulter vir, & Monald. in sum.* vbi de matrim. *t. de effectu matrimony. ad fin.*

28 Alij verò dicunt, regulariter & in plurimum non teneri ad hoc vxorem. Quoniam cum sit viro subdita, nõ est moraliter spes correctionis viri, sed timor potoris exitus, si ab vxore dimittatur. Et cessat scandalum: teneri verò, vbi esset spes emendæ ex ea dimissione consecuturæ. Quoniã præceptum correctionis fraternæ ipsam obligat, quo media sibi possibilia adhibeat, vt vir ab adulterio resipiscat. Ita docent *Suppl. Gabriel. 4 d. 31. q. vn. a. 2. concl. 4.* vbi *Palac. disp. vn. col. 13 f. 786. vers. Ex istis palam est. Nauar. sum. Lat. c. 22. n. 21. fin. hisp. addit ad n. 11. c. 22. vers. Io sexto, in c. 18. Bart. à Ledesma de matrim. dub. 66. concl. 1. Petr. de Ledesma de matrim. q. 62. ar. 2. Philiarc. de offic. sacerd. to. 1. p. 2. l. 4. c. 19. vers. 4 peccat, & l. 2. c. 17. paulo post princip.* Et clarè videtur sentire *Petr. de Soto lect. 12. de matrim. col. penult.* ait enim, quamuis maior sit obligatio viri in hoc, at etiam vxorem teneri agere quidquid putarit ad hoc conducere, vt virum retrahat ab adulterio.

29 Cæterum existimo nunquam vxorem astringi hoc præcepto dimittendi viri adulteri pertinacis, aut abstinendi ab actu coniugali. Ducor, quoniam obligatio viri ad dimittendam adulteram pertinacem nascitur ex solo præcepto vitandi scandali. Vt probaui n. 8. & 10. Quod in vxore non admittente virum, nec ei debitum negante, cessat prorsus. Cum omnibus manifestum sit vxores ægerrimè ferre vt viri aliis commisceantur, & zelotypia exuri, nec potestatem habere cohibendi viros, cum subditæ sint. Præterea, quia esto obligatio hæc in viris consurgeret ex correctionis fraternæ præcepto: id non adstringeret vxorẽ: eo quod licet corrigere verbo, vbi est spes emendæ, omnibus incumbat: at facto ipso pœnam inferendo, solius superioris est. At negare debitum & recedere à consortio coniugali, est facto ipso corripere, & pœna adulterij punire virum. Non ergo præceptum correctionis fraternæ obligat vxorẽ quæ viro subdita est, vt virum corrigat, ea pœna plectendo: quamuis vxor innocens ratione fidei, sibi non seruatæ à viro adulteranti, possit id efficere. Tertiò, quia si spes moraliter nõ est, vt mulier dimissa à viro resipiscat, imò communiter deterior efficitur: & ex dimissione tot damna ac inconuenientia redundant, vt meritò censuerimus nu. 8. præceptum suauissimum correctionis non obligare virum cum tanto detrimento: quis non videat multò minorem esse spem emendæ viri dimissi, & grauiorem timorẽ, vt honestiorem vitam ducat: & longè maiora damna sequi vxori: quæ tanquam imbecillior multo magis consortio viri eiusque obsequiis indiget? At proinde non constringetur hoc præcepto. Quartò, quia si quis velit dicere, constringi ad hoc vxorem præcepto Ecclesiastico. Vt de viro asserunt DD. n. 11 allegati. Id dici nequit, quamuis in viro id admitteremus. Quia textus ibi allegati de solo viro loquuntur: in quo multo maior ratio inuenitur. Nec obstat *c. Si quis vxorem, el 1. 32. q. 1.* vbi vir & vxor pares efficiuntur. Illud enim intelligendum est, quoad facultatem diuortij celebrandi ratione adulterij, non autem quoad obligationem. Adde non esse textum. Id enim *cap.* desumptum est ex *D. Chrysost.* & testimonia sanctorum in decreto relata, vim textus minimè habent, vt probaui lib. præc. disp. 12. nu. 5. Tandem, quia si vir obligetur adhoc, vt incertitudinem prolis caueat. Vt dicunt aliqui nu. 12. relati. Ea ratio deficit in vxore respectu viri adulterantis. Vxor enim semper certos edit partus, dum adultera nõ est. Et ita indistinctè & vniuersaliter vxorem præcepto hoc nõ obligari tradunt: *Durand. 4. d. 35. q. 1. a. 3. n. 8. & ibi Palud. q. 2. a. 3. concl. 5. n. 24. Nicol. de Orbellis ibi q. 2. §. 1. D Antonin. 3 p. t. 1. c. 20. §. 9. Rosella v. Debitum, n. 16.* vbi *Syluest. q. 10. fin. Armilla n. 16. & verb. Matrimonium, n. 7. Tabiena Matrimonium, 4. q. 3. n. 4. Sotus 4. d. 36. q. vn. art. 2. post 1. concl. verb. De altero vero membro. Gutta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 218. Matienzo lib. 5 recop. t. 1. rubr. gl. 1 n. 101. Enriq. l. 11. de matrim. c. 17. n. 3. in comment. lit. Q. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 240. n. 6. Graffis 1 p. decis. l. 2. c. 84. n. 7. Vega 2. to. sum. c. 13. casu 6. fin.* Et expresse nunquam vxorem ad hoc teneri, docent *Ledesma 2. p. 4. q. 64 a. 2. ad fin. in 1. propos. Emman. Sa sum. verb. Diuortium, n. 6.*

DISPVTATIO XIV.

Vtrùm copula aut alij actus coniugales, aut retentio in proprtia domo, sint adulterij condonatio: ita vt deinceps coniux innocens amittat ius diuertẽdi, accusandive criminaliter aut ciuiliter?

SVMMARIVM.

Reconciliatio coniugis adulteri, alia expressa, alia tacita, n. 1.

An reconciliatio hæc facta solo animo obliget, nec indigeat acceptatione? n. 2.

An reconciliatio expressa facta absque animo remittendi obligat? n. 3.

An reconciliatio tacita efficiatur per copulam? Refertur duplex opinio, n. 4 & 5.

Condonatio tacitè adulterij consurgit ex copula, licet adulterium sit occultum, nec iam licet amplius accusare. n. 6.

Idem quamuis copula habeatur celebrata iam diuortio, n. 7.

An vir adulter criminaliter volens vxorem adulteram accusare, teneatur ei debitum reddere? n. 8.

Desiderantur ad hanc conditionem, vt coniux innocens sit adulterij conscius, n. 9. & vbi, quid si illum obliuiscatur?

Quid, si non sit omnino certus, sed præsumptiones habeat? n. 10.

Quid, si vnum aut alterum adulterium nouit, ac plura alia, aut etiam sodomiam, bestialitatem coniugis alterius ignorat, ipsumve ac hæreticum damnatum esse? n. 11.

An desideretur vt coniux adulter sciat suum adulterium esse notum innocenti? Et remissiuè, an exigatur innocentem scire esse condonationem? n. 12.

Desideratur copulam esse sponte habitam. Et quid, si cogente Ecclesia innocens reddat vel exigat? n. 13.

Reprobatur sententia asserens censeri condonationem, quando adulterio existente notorio coniux innocens reddit ex Ecclesiæ præcepto? n. 14.

Quid, si innocens timore percussus reddat, vel quia seruata debita honestate negare non potest? n. 15.

Quid, si existimãs se teneri, aut deceptus ab aliquo id docti reddat? n. 16.

Quando sit condonatio, retentio coniugis adulteri, aut illius iam expulsi admissio? n. 17.

An sit condonatio illius familiaris vouentis, vt simul edendi, reddendi, audendi? n. 18.

Quid si oscularetur amplexaturue innocens coniugem adulterum, etiam reddens debitum ex Ecclesiæ præcepto? n. 19.

An per copulam & alios actus ex ipso inducatur adulterij condonatio, quamuis adsit intentio non condonandi, an potius præsumptio sint condonationis? Proponuntur argumenta persuadentia esse præsumptionẽ? n. 20.

Proponitur sententia Auctoris. n. 21.

An desideretur illis actibus voluntas scire esse condonationem, iuxta diuortij & accusandi amissio? n. 22.

Quid, si innocens petat, reddatue, aut aliis actibus vtatur, animo non condonandi, an possit in foro conscientiæ diuertere, & possit eligere petere & non reddere, aut reddere? n. 23.

An idem dicendum sit quando post sponsalia errore inita habetur copula? n. 24.

Soluuntur argumenta. n. 25.

HACTENVS disputauimus quando liceat, aut sit præceptum ratione adulterij diuertere: quidque possit tunc vterque coniux circa status sui mutationem. Iam in præsenti differendum est, quando censeatur condonatũ adulterium, ita vt ratione illius diuortium celebrari nequeat, aliaue accusatio criminalis aut ciuilis intentari. Et obseruandum est cum *Barbosa l. 2. in princ. p. 1. n. 100. ad fin. ff. solut. matrim.* reconciliationem coniugis adulteri esse duplicem, quandam expressam, aliam verò tacitã. Expressa est, quando expresse remittitur adulterium. De qua loquitur textus *l. Si maritus, 15. §. Si negauerint. ff. ad l. Iul. de adult.* decidens ex tunc maritum volentem acculare, audiendum non esse. Et notat *Alex. l. Iuris gentium, §. Si paciscar, ad fin. ff. de pactis.* Tacita autem est, quando facto ipso animus condonandi indicatur. Nam facta non minus quam verbum animum indicant. *l. Si tamen, 48 ff. de adul. edicto.* De qua in præsenti est disputatio. 1

Merito tamen dubitabis, an, vt remissio hæc, siue expressa siue tacita adulterij sit ita valida ac firma, vt re- 2

uocari

uocari nequeat, desideretur acceptatio ipsius adulteri? Si enim acceptatio desideretur, reuocari poterit facta in absentia, vel sola mente. Insuper vt copula sit condonatio, non sufficit coniugem innocentem eam habentem, conscium esse adulterij, sed etiã desiderabitur, vt adulter ipse sciat suum adulterium cognitum esse innocenti. Quomodo enim acceptare non potest condonationem, dum eam sibi fieri prorsus ignorat. Qualiter se habet, dum ipsum latet alterum coniugem sui adulterij cõscium esse. Vtrumq; autem aliter se habebit, si acceptatio non desideretur. Et eam desiderari persuadet, quòd ea condonatio videatur contractus quidam inter vtrumque coniugem initus: quo mutuo se obligant, nimirum, innocens ad non petendum diuortium, nec adulterij illius accusandum: adulter verò ad non negandum debitum. Quippe illud reddere non tenebatur, nolenti petente condonare adulterium (vt constabit ex dicendis n. 23.) Deinde, quia ea remissio est quædam donatio iuris acquisiti ad diuertendum, aut accusandum: & celebrato iam diuortio, est quædam iterata concessio adultero exigendi debiti potestatis, qua orbatus erat ratione diuortij: atque ita vera est donatio. Quam, ad sui omnimodam firmitatem, petere acceptationem, latè probaui lib. 1. tota disp. 6. vbi idem de quocunque contractu diximus. Et confirm. quia sicut quando initum est matrim. ac primo concessa potestas exigendi debitum, fuit necessarius vtriusque cõsensus: ità ea potestate propter adulterium amissa, præsertim diuortio celebrato, vt iterum concedatur adultero, desiderabitur consensus innocentis eam concedentis, & adulteri acceptantis. Nec obstat si dicas adulterum teneri acceptare. Cum ea priuatio potestatis sit in fauorem innocentis. Id enim fateor, at non inde conuincitur condonationem illam non posse reuocari ante adulteri acceptationẽ. His tamen minimè obstantibus existimo nullam acceptationem desiderari, ac proinde sufficere, si sola mente fiat condonatio illa adulterij: & non exigi adulterum nosse suum delictum cognitum esse innocenti. Ducor, quoniam vbi nullo pactõ inito, sed sola cessione, qua proprio iuri quisquam renuntiat, interuenienti, aliquid acquiritur cuidã tertio, nulla opus est illius tertij acceptatione, sed sola cessio iuri proprio renunciantis, satis est: vt in hæreditatis repudiatione contingit. Qualitercunque enim occultè hæreditas repudietur, obuenit substituto. Atque ita *l. Sicut maior, 4. C. repud. hared.* dixit repudiantem hæreditatem non posse deinceps illam acquirere, nec esse hæredem, quasi repudiatio illa solo repudiantis actu ad suam firmitatem contenta sit. Cum ergo post adulterium, siue ante celebratum diuortium, siue post, vt adulter recuperet ius pristinum exigendi debiti, satis sit tolli impedimentum voluntatis innocentis vtentis iure suo. Eo enim ipso quòd ille renuntiat iuri diuortij, acquiritur innocenti, sufficiet ea renunciatio quantumuis occulta, & sola mente effecta, nulla adulteri acceptatione expectata. Et confirm. ducta similitudine ex potentiis naturalibus, dum enim potentia visiua illæsa permanet, impeditur̃que quo minus videat, aliquo obstaculo interposito: vt visionem eliciat, nullo alio opus est, quam obstaculi illius remotione, qualitercunque contingat, etiam renitente ipsa potentia. Quòd pariter in potestatibus moralibus reperimus. Iudicis enim potestas per excommunicationem impedita, statim ac excommunicatio cessat, absolutionis beneficio sibi etiam renitenti impenso reuiuiscit, nullo actu ipsius requisito. Cuius ratio est, quia potestas iurisdictionis non omnino extincta erat, (manet enim iudicis officium) sed tantum suspensa, ac impedita ratione excommunicationis. Sic igitur contingit in præsenti, nam cum post adulterium etiam celebrato diuortio maneat vinculum matrimonij, quod radix est mutuæ obligationis reddendi debitum. solumque ius hoc vt sibi reddatur, sit in adultero impeditum, dum innocens iure diuortij vti voluerit: nil aliud opus est, vt adulter pristinum ius recuperet, quam cessatio illius voluntatis innocentis, iure sibi acquisito per adulterium cedentis: & statim ac illo cedit, comparat adulter ius exigendi, nulla ipsius acceptatione desiderata. Denique, quia licet vsus pristini iuris impeditus acquiratur adultero per eam cessionem, ac proinde acceptatio ipsius adulteri necessaria videatur: at cum non acquiratur per aliquam concessionem innocentis, quam instar donationis acceptari oporteat, sed per meram iuris diuortij renuntiationem, quæ obstaculum illius vsus aufert, qua facta, statim eo ipso ex necessitate cõsequitur, vt recuperet adulter illum vsum: nulla acceptatio desideratur. Tantum enim attenditur, quod principaliter agitur, & non quod ex necessitate quadam, velit, nolit, agens inde subsequitur: arg. *l. 2. §. pen. ff. de aqua plunia arcenda*, vbi permittitur alicui torrentem auertere, ne aqua ad suum fundum perueniat: licet inde effectum sit vt vicino noceatur. Quia tantum inspicitur, quod principaliter agitur, nimirum proprium cauere damnum. Ex quibus omnibus colligo, satis esse solam renuntiationem iuris proprij ab innocente quomodocumque etiam sola mente factam, quamuis iam diuortium celebratum esset, vt iam amplius resilire nequeat in foro conscientiæ: quod idem seruaretur in foro externo, si per propriam innocentis confessionem aut per alium modum constaret. Imò quamuis adulter nolit acceptare, ius diuortij & accusationis omnino per illam renuntiationẽ, independenter ab aliqua acceptatione, iam extinctum minimè reuiuiscit. Quod rationes adductæ satis probant. Nec obstant rationes contrariæ. Quoniam ad 1. resp. eam mutuam obligationem non oriri ex aliquo contractu denuo inito: sed ex antiquo matrim. per solam ablationem impedimenti, nempe, quia innocens iure diuortij cedit, ac proinde non requiritur mutuus consensus, qualis initio contractus matrimonij ad illum ineundum desideratus est. Ad 2. constat ex dictis, non enim vsus ille potestatis recuperatur adultero per directam aliquam innocentis concessionem, sed indirectè, & per modum naturalis sequelæ, & renunciatione iuris diuortij consequitur. Ad confirm. constat ex dictis ad 1. rationem.

Quod si innocens remittat adultero delictum ore tenus, cum tamen contrarium animum habeat, nullius momenti erit remissio in foro conscientiæ: ac proinde adhuc diuertere & accusare poterit: & rogatus à iudice, instante vxore poterit condonationem illam negare (vt in simili dixi l. 1. disp. 10. n. 27.) Quia illa renũciatio iuris est mere liberalis, nilq; innocens ab adultero recipit, vt teneatur fictam promissionẽ, seu renunciationẽ, veram efficere, quo contractui stet, & æqualitas inter dantem & recipientem seruetur. 3

De reconciliatione autem tacita difficultas est, an efficiatur per copulam coniugalẽ habitã post adulterij notitiam, ita vt extinguatur ius innocentis ad diuertendum ratione illius adulterij, & accusandũ criminaliter & ciuiliter? Qua in re quidã censent non videri reconciliatũ coniugẽ adulterum, nisi copula illa habita fit post diuortij sententiam, quando (inquam) ante sententiam reddit innocẽs debitum adultero petenti: ac proinde dicunt eam redditionẽ debiti minimè præiudicare innocenti, quo minus possit in posterum adulterium illud ad iudicẽ deferre criminaliter & ciuiliter: & ratione illius diuertere. Ducuntur, quia redditio debiti debet esse spontanea, vt reconciliatio censeatur (vt dicemus n. 13. & seq.) At redditio debiti ante diuortij sententiam non est spontanea, tenetur enim tum innocẽs reddere. Hanc sent. dicit esse valdè probabilem *Gloss. 1. c. verb. Patronus. 32. q. 1.* Et eam sustinẽt *Innoc. c. penult. de adult. in fin. Anchar. c fin. eo. t. n. 4.* qui addit secus esse, si innocens exigat debitum ab adultero etiam ante diuortij sent. Quia cum exigere sit semper voluntarium, censebitur reconciliatio. 4

Alij autem existimant, tunc redditionem debiti præiudicare iuri huic innocentis, ac censeri reconciliationem, quando adulterium adeò notorium est, vt nulli inficiationi locus sit: secus vbi non ita notorium est: at exactionem debiti semper præiudicare. Quippe redditio est sub præcepto, adulterio non ita notorio existenti: exactio autem semper est spontanea. Ita *Goffred. sum. t. de diuort. h. 5. Innoc. 4. Inquisitioni, n. 1. de sent. excom.* vbi *Host. init. Monal. sum.* vbi de

matrim.

matrim. *x. de diuort. §. Propter quid diuortium fiat, fin.* Eiusdem sent videtur *Gl. c. fin. verb. Fornicationis, de adult.* vbi ait innocentem sibi præiudicare reddendo debitũ adultero coniugi, quando adulterium publicum est. Quam *Glos.* approbant dicentes communiter receptam, *Abbas ibi n. 7. Anan. n. 4. circa 4. quæst.* Existimo tamen hos DD. non dicere communiter approbari glossam, quoad illam limitationem, si adulterium publicum sit, nec illius faciunt mentionem, sed quoad id, vt copula sit adulterij condonatio.

6 Prima tamen conclusio sit. Coniux innocens copulam habens cum coniuge adultero, etiam occulto, siue petendo, siue reddendo debitum, (modò adsint conditiones n. 9. & seq. explicandæ) censetur condonare adulterij iniuriam: ac ad pristinam suam amicitiam coniugem adulterum reuocare: ac proinde deinceps non est sibi integrum diuertere, idve adulterium ad iudicium criminale aut ciuile deferre. Et quidem copulam censeri condonationem, probant *Glossa c. fin. verb. Fornicationis, de adulter.* & communiter Iurisperiti, ex *c. 1. & tribus sequ. 32. q. 1.* quæ nil ad rem hanc conducunt: tantum enim in iis sermo habetur de præcepto dimittendæ adulteræ pertinacis. Insuper probant ex *l. Si vxor, 13. § fin. ff. ad l. Iuliam de adult.* vbi habetur vxorem repudiatam, & mox reductam non quasi eodem matrim. durante, sed quasi alio interpotito, minimè accusari posse adulterij admissi in priori illo matrim. Et reddit textus rationem: eo quod aboleuerit vir prioris matrimonij delictum, reducẽdo eam: & quia serò mores accuset, quos vxorem ducendo probauerit. Sed nec hic textus probat. Quia IC. censebant per repudium matrim. dirimi, & integrum esse repudianti ad alias nuptias transire. Atq; ita decidetur ibi, matrimonio iterum inito cum vxore adultera, semel repudiata, non posse eam accusari adulterij in priori matrim. perpetrati: nec reprobari posse mores vxoris, quos vir iterum eam ducens approbat. Quod manifestum est. Quia adulterium solum ius diuortij parit respectu matrim. quo durante admissum est: nec paria sunt approbare mores, ducendo aliquam non ignorato eius vitio: & approbare eius mores, habita copula cum iam verè nupta & cognita adultera: sed hoc re vera multo minus est. Atque ita non valet argum. ductum à maiori ad minus, affirmatiuè: sed tantum negatiuè. Vt latè *Eucardus in suis topicis, loco à maiori, n. 1.* nec audiẽdus est *Cantera*, qui *in suis quæstionibus criminalibus, in quæstionibus tangentibus punitionem delicti, c. 4. n. 43.* hunc intellectum reprobat: eo quod eam feminabis matrimonium iniri nequeat. Sed facilis est solutio: dissolutio enim priori matrim. seu per repudium (vt veteres IC. putabant:) seu per dispensationem Pontificiam, si nondum consummatum erat, potest iterum cum eadem feminam matrimonium contrahi. Sed melius probatur nostra conclusio ex *l. Crimen, 11. C. ad l. Iul. de adult.* ibi: *Crimen adulterij maritum retenta in matrimonio vxore, inferre non posse, neminem dubium est.* Et *l. Quæsitum, 40. §. Item quæritur. ff. ad l. Iul. de adulter.* ibi: *Respondi eum, qui post crimen adulterij intentatum eandem vxorem reduxerit, destitisse videri: & ideo ex eadem lege postea ei ius accusandi non superesse.* Et *l. reg. 8. t. 17. p. 7.* ibi: *Si despues que la muger ha hecho el adulterio, la recibe el marido en su lecho, ò la tiene en su casa como à su muger, non la podra despues acusar.* Et ratio est, tum quia copula illa est actus amicitiæ, & omnino spontanea: non enim innocens coniux certus de adulterio tenetur reddere debitum adultero quantumcunque occulto, (vt probaui hoc lib. disp. 12. nu. 5.) Tum etiam, quia cùm ratio diuortij celebrandi ob adulterium sit diuisio carnis coniugis adulteri in aliam, *c. Dixit Dominus, 32. q. 1.* & per copulam post habitam cum coniuge, restituatur caro diuisa adulteri ad pristinam vnionem, atque iterum efficiatur vna cum carne innocentis. Inde est vt matrimonium separatum ob carnis diuisionem, instauretur carne iam effecta vna per copulam coniugalem: ac subinde scienter & sponte habens eam copulam cum adultero, censetur abolita prioris adulterij iniuria paces perficere. Et ideo hanc conclusionem indistinctè loquentes, & generaliter docentes innocentem habentem rem cum adultero, censeri adulterium condonare, & sibi præiudicare quoad ius accusandi, tenent *D. Bonau. 4. d. 53. a. vn. q. 1. n. 7. Hostiens. sum. t. de adult. n. 5. vers. Repellit etiam. Alber. l. Consensu, n. 9. C. de repudiis, & in suo dictionar. lit. M. verb. Matrimonium, 8. vers. Quid si aliquis coniugum. Abulens. c. 19. Matt. q. 65. c. 6. Sylua nuptialis l. 1. §. Non est nubendum, n. 127. Armilla Matrimonium, n. 73. Greg. Lopez l. 8. v. En su lecho, t. 17. p. 7. Iul. Clarus l. 5. repet. §. Adulterium, n. 18. vers. Caueat etiam. Victoria sum. de matrim. n. 289. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 1. ad fin. corp. casu 6. Petrus de Soto lect. 12. de matrim. col penult. Menochius de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 1. n. 20. Veracr. 3. p. spec. a. 1. post 5. concl. casu 6. Barbosa l. 2. in princ. p. 1. 101. init. ff. soluto matrim.* vbi alios refert. *Couar. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 6. n. 7. init. Padilla l. Transigere, n. 94. C. de transact. Matienzo l. 5. recop. t. 1. rubr. gl. 1. n. 102. Surdus de aliment. tit. 7. q. 16. n. 102. & seq. Cenedo in collect. 21. turis, collect. 137. n. 1.* vbi & alios refert. *Bart. à Ledesma dub. 65. de matrim. post 3. concl. casu 6. Bellarm. l. 1. de matrim. c. 14. §. Tertium est. Grassis 2. p. decis. l. 1. c. 12. n. 7. casu 6. Cañedo sum. de sacram.* vbi de matrim. *c. 7. nu. 60. casu 6. Angles florib. 2. p.* vbi de matrim. *q. 9. de diuort. a. 1. diffic. 2. concl. 6. Enriquez l. 11. de matrim. c. 17. n. 5. casu 6. Iud. Lopez 1. p. instruct. c. 295. §. Adde ad prædicta. Vega 1. tom. summ. c. 1. casu 18.* Et explicantes hanc condonationem esse, etiam quando innocens reddit debitum adultero exigenti, idem docent *Henric. c. Significasti, n. 10. de diuort. Durandus 4. d. 35. q. 1. a. 2. nu. 7. Host. c. fin. n. 5. de adult. & ibi Ant. in fin. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 21. §. 5. ad fin. Rosella verb. Debitum, n. 13. Syluest. verb. Diuortium, q. 8. ad fin. Tabiena Matrimonium, q. 4. n. 5. Armilla verb. Matrimonium, n. 76. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 3. concl. 1. Palacios 4. d. 27. q. 3. col. 18. f. 601. Bart. à Ledesma de matrim. dub. 67. concl. 1.* Idem docent exprimentes petitionem debiti esse condonationem adulterij, *D. Bonauent. 4. d. 32. a. 2. q. 2. Innoc. c. Inquisitioni, n. 1. de sent. excomm. & ibi Host. Ioan. Andr. n. 3. Anchar. n. 3. D. Antonin. Syluest. Bart. à Ledes. proximè citati. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 3. post 3. concl. vers. Quod si roges. Palacios 4. d. 27. disp. 3. col. 12. fol. 603. vers. Ad hæc adulterium. Petr. de Ledesma de matrim. q. 62. art. 3. not. ab. 2. Vega 1. to. sum. c. 13. casu 4.* Et tandem conclusionem eandem docent dicentes per copulam censeri condonatum adulterium, licet occultum sit: quia in foro conscientiæ non est sub præcepto tunc reddere, *Hostiensis c. fin. n. 3. de adult. & ibi Ant. fin. Palud. 4. d. 35. q. 1. a. 4. concl. 1. n. 27. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 3. concl. 1. Palacios 4. d. 27. disp. 3. col. 18. f. 601. Bart. à Ledesma dub. 67. de matrim. concl. 1.*

Nec refert an ea copula contingat ante vel post diuortium celebratum. Nam in vtroque casu censetur reconciliatio, nec in posterum fas erit innocenti in diuortio persistere. Quia rationes n. præc. allatæ in vtroque cœtu æque probant. Ita tenent DD. quos retuli n. 4. & *Sotus 4. d. 36. q. vn. 1. ad fin. corp. casu 6. Bart. à Ledesm. dub. 65. de matrim. post 3. concl. casu 6. Barbosa l. 2. p. 1. in princ. n. 100. ad fin. ff. sol. matr.* 7

Hinc deducitur, maritum adulterum volentem vxorem adulteram criminaliter adulterij accusare, (quod licitum esse diximus hoc lib. disp. 8. nu. 33. & seqq.) non tenere illi reddere debitum. Quamuis enim adulteria compensentur quoad diuortium, ac proinde ratione adulterij vxoris non possit illi debitum negare: at quia non compensantur quoad amittendum ius accusandi criminaliter, sed hoc competit viro etiam similis adulterij reo, ne cadat causa, idque ius amittat, opposita sibi exceptione condonationis adulterij per illam copulam factæ, potest illi negare debitum. Quod si obiicias tunc reddendo non parare sibi præiudicium in hoc iure accusandi, quia tenetur reddere: Et ita non erit condonatio. Iuxta ea quæ n. 16. dicemus. Solutio est in promptu: negari enim non potest valdè dubium ex hoc reddi euentum causæ, maximoque periculo virum exponi perdendæ litis. Cùm præsumptio condonationis aduersus ipsum stet. 8

Duplex tamen cõditio desideratur, vt copula post adulterium habita censeatur illius condonatio, ac proinde ius diuertendi & accusandi extinguatur. Prior est, vt alter coniux innocens sit adulterij conscius. Habetur expresse *l. 5. t. 7. lib. 4. fori regy. & l. 8. ad fin. t. 17. p. 7.* Et ratio est aperta, 9

quia

quia nulla est remissio, vbi est ignorantia iniuriæ, iurisque competentis *l. Manifestissimi, 22. in princ. vers. Sin autem, C. de furtis, l. fin. C. de condict. indeb.* & actus agentium non operantur vltra eorum intentionem, *l. Non omnis. ff. si certū petatur:* at intentio nequit haberi, vbi adest ignorantia. Quare ita docent *Host. sum. 1. de adult. n. 5. D. Bonau. 4. d. 35. a. vn. q. 1. n. 7. Palud. in 4. d. 35. q. 1. a. 2. n. 17. casu 6. & a. 4. concl. 1. n. 27. Et ibi Suppl. Gabr. q. vn. a. 2. post 1. concl. casu 6. Alberic. l. Consensu. n. 9. C. de repud. Astens. sum. 2. p. l. 8. tit. 33. a. 3. casu 6. Abul. c. 19. Matt. q. 65. casu 6. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 21. §. 5. Sylvest. v. Diuortium, q. 8. Sylua nuptialis l. 1. §. Non est nubendum, n. 127. Barbatius cons. 64. n. 12. vers. Et si opponitur, vol. 1. Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 1. ad fin. corp. casu 6. Petr. de Soto lect. 12. de matr. pag. pen. Couar. 4. decr. 2. p. c. 7. §. 6. n. 7. inst. Greg. l. 2. tit. 8. v. Ensuelto, t. 17. p. 7. Iul. Clar. l. 5. recept. §. Adulterium, n. 18. vers. Cauea veniam. Padilla l. Transigere, n. 94. C. de transs. Verac. 3. p. spec. a. 1. post 5. concl. casu 6. Guilliel. Borrilong. 4. d. 32. q. vn. ar. 2. prop. 11. Palacios 4. d. 27. disp. 3. col. 22. f. 603. vers. Adhæc adulterium, & d. 35. disp. vn. col. 5. vers. Sexta limitatio. Angles flor. 1. p. de matr. q. 9. de diuort. a 1. diffic. 2. concl. 6. Bellar. l. 1. de matr. c. 14. §. Tertium est. Bart. à Ledes. dub. 65. de matr. post 3. concl. casu 6. Enriq. l. 11. de matr. c. 17. n. 5. casu 6. Barbosa l. 2. p. 1. in princ. n. 100. ad fin. ff. sol. matrim. Surdus de alimen. t. 7. q. 16. n. 101. Graffis 2. p. decis. l. 1. c. 11. n. 72. casu 6. Cantera q. crimin. q tangentib. punitionem delicti, c. 4. n. 43. Lud. Lopez 3. p. instruct. c. 295. §. Adde ad prædicta. Cæterū sum. sacram. vbi de matr. c. 7. n. 60. casu 6.* Atq; idē dicēdum est, si tempore copulæ coniux innocens fuit prorsus immemor adulterij. Quoniā perinde est, ac si ignoraret. Nec censetur quisquam ius remittere, cuius omnino est oblitus.

10 Si tamen vir non sit omnino certus, sed habeat probabiles adulterij vxoris præsumptiones, ob quas iuste inducatur ad credendum, non præiudicat iuri diuortij, nec accusandi, reddendo debitum, secus exigendo. Quòd si præsumptiones non sint probabiles, in neutro sibi præiudicat, siue reddat, siue petat. Quia ea non appellatur certitudo. Ita *Ant. c. fin. in fin. de adult.* At quamuis hæc posterior pars verissima sit. Quia dum est dubius, tenetur reddere: nec æquum est vt abstineat à iure suo debiti petendi in eo dubio. Non enim censetur quis remittere, quod dubitat ad se pertinere. Vt bene ait *Barbatius n. præced. alleg.* per textum *l. Manifestissimi, 22. in princ. vers. Sin autem, C. de furtis.* Atque ita *Alberic. in suo diction. lit. M. verb. Matrimonium, 8. vers. Quid si aliquis coniugum*, cautè dixit esse condonationem, quando coniux certus de adulterio, commiscetur adultero. Prior verò pars mihi non probatur. Quia præsumptio violenta, quæ sola iustam credendi adulterium ansam præbet, est sufficiens certitudo moralis adulterij in vtroque foro ad diuortium (vt diximus disp. 12. n. 41.) ac proinde cum tunc innocens minimè teneatur reddere, erit redditio debiti voluntaria, & subinde censebitur condonatio.

11 Nec erit perfecta & omnimoda condonatio, si coniux norit coniugis sodomiam, ignoret tamen adulterium, & debitum reddat. Tunc enim poterit agere ad diuortium ratione adulterij ignorati. Cum enim diuersę causæ diuortij sint, condonata sodomia per copulam, non censebitur condonatum adulterium, quod coniugem innocentem prorsus latuit. Et potest confirmari, quia si coniux adulter esset, ac pariter hæresis damnatus, ac innocens solius hæresis conscius illum sibi conciliaret, non censeretur absque dubio condonatum adulterium, sed obillud licita essent accusario ac diuortium. Ita sentit *Barbatius cons. 64 nu. 12. vers. Et si opponitur, vol. 1.* Sed hæc sent. mihi displicet. Et ideo existimo coniugem conscium adulterij alterius coniugis, quamuis eius sodomiam & bestialitatem ignoret, & è contra cōscium sodomię aut bestialitatis, etsi ignarū adulterij, censeri per copulam sponte habitam condonare vtramque iniuriam, ac proinde exingui ius diuortij & accusandi. Ducor ex dictis hoc l. disp. 6. n. 5. vbi probaui cōpensari delicta, & ius diuortii cessare si alter coniux solius adulterij, alter verò adulterij, sodomiæ, & bestialitatis reus sit. Eo quod in his omnibus eadem ratio diuortij inueniatur, nempe, diuisio carnis coniugis in aliam, ac perinde est, ac si alter coniux vnum aut alterum, alter verò plura adulteria admisisset. Si enim in iis omnibus delictis eadem ratio diuortij reperitur: & se habent instar plurium adulteriorum, satis est notitia vnius, vt per copulam postea habitam censeantur omnia remissa. Sicut innocens accedēs ad adulteram, vnius adulterij illius conscius, censetur omnia condonare adulteria, quamuis plurima admiserit latentia innocentem. Nec est simile in adulterio & hæresi: conscius enim adulterij, & illud remittēns, non est visus condonare hæresim, nec è contra. Quia in his criminibus est longè diuersa ratio diuortij. Vt disp. sequ. dicemus. Sicut impetrans dispensationem ad petendum debitum ab vxore ratione affinitatis cum ipsa contractæ, eo quod copulam habuerit cum eius consanguinea, non tenetur mentionem facere omnium accessuum ad consanguineam, sed satis est se accessisse narret. Quia eadem est ratio affinitatis, atque quasi vna censetur affinitas multiplicata: secus si esset multiplex affinitas diuersis modis contracta. Sicut etiam non est opus in votis dispensationis impetratione, referre vices, quibus idem votum iteratum est. Sicut si essent diuersa vincula, vt voti & iuramenti.

Non tamen exigit condonatio hæc, vt coniux adulter 12
sciat suum adulterium cognitum esse innocenti. Vt n. 2. probauimus. An verò desideretur vt innocens norit per copulam remitti adulterium, & extingui ius diuortij? dicemus n. 22.

Posterior conditio requisita vt copula censeatur condo- 13
natio, est, vt sponte habita sit. Quare innocens debitū reddens compulsus Ecclesiæ præcepto, nō videtur remittere, at proinde minimè amittit ius diuortij, & accusandi criminaliter aut ciuiliter. Ratio est. Quoniam hæc condonatio proficisci debet ex liberali innocentis voluntate, at in necessitate nemo liberalis præsumitur, *l. Rem legatam, ff. de adimend. leg.* Ita docent ex Theol. *D. Th. 4. d. 35. q. vn. a. 3. corp. D. Bonau. ibi a. vn. q. 3. Durand. q. 1. a. 2. n. 7. Ricard. a. 1. q. 3. Palud. q. 1. a. 2. n. 17. casu 6. & a. 4. concl. 1. n. 27. Supplem. Gabr. q. vn. a. 2. post 1. concl. casu 6. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 21. §. 5. Abul. c. 19. Matt. q. 72. corp. & ad 3. Sot. 4. d. 36. q. vn. a. 1. ad fin. corp. casu 6. Ledesma 2. p. 4. q. 74. a. 3. paulo post princ. Palacios 4. d. 27. disp. 3. col. 18. f. 601. & d. 35. disp. vn. col. 5. vers. Sexta limitatio. Enriquez l. 11. de matrim. c. 17. n. 5. casu 6. Bart. à Ledesma dub. 65. de matr. post 3. concl. casu 6. & dub. 67. concl. 3. Pet. à Ledes. de matr. q. 62. a. 3. notab. 2.* Et ex Iurisp. *Goffred. sum. 1. de diuort. n. 5. Gl. c. 1. verb. Patronus, 32. q. 1. & c. fin. verb. Fornicationis, de adult. & ibi Host. n. 3. Abb. n. 7. Card. n. 1. vers. Quid si maritus. Anan. n. 4. circa 4. q. Henric. n. 5. & c. Significasti, n. 10. de diuort. Idem Host. c. Inquisitioni, init. de sent. excom. vbi Innoc. n. 1. Ioan. And. n. 3. Card. n. vn. vers. Quid si reddit. Archid. c. Si cuius, n. vn. vers. In glossa, 34. d. Alberic. in suo diction. verb. Matrim. 8. vers. Quid si aliquis coniugum. sic atim in princ. Astens. sum. 2 p. l. 8. c. 1. a. 3. q. 17. Sylu. verb. Diuortium. q. 8. n. 11. ad fin. Tabiena Matrim. 4. q. 4. n. 5. Armilla verb. Matrim. n. 76. Turrecr. c. Seculares, n. 2. 33. q. 2. Gatta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 216.* Quod est verū, quāuis iudex iniustè præcipiat. Cessat enim liberalitas in reddente. Ita *Host. d. c. Inquisitioni, init. Innoc. ibi, nu. 1. Ioan. Andr. n. 3. Card. n. vn. vers. Quid si reddit.* Præterea est verum, quamuis adulterium probare possit, adhuc enim si ex præcepto iudicis reddat, non censetur liberalis, & proinde nō præsumitur condonatio. Quia interim dum lis pendet, cogetur reddere. Quare dum *Sotus & Bart. à Ledesma proximè cit.* & communiter DD. aiunt non esse condonationem, quando innocens compulsus à iudice reddit, eo quod nequeat probare adulterium. Non est limitatio huius sent. quasi intelligatur eam solum esse veram, quando innocens non potest probare: sed exempli gratia id dicunt, non quasi limitantes, sed reddentes rationem, cur iudex præcipiat innocenti vt debitum reddat coniugi adultero. Si, tamen innocens compulsus à iudice reddere debitum, illud aliquando exigat ab adultero, iam ex tunc censetur condonare: & perdit ius accusandi & diuortij. Quoniam exigere est semper voluntarium. Ita *Innoc. c. Inquisitioni, n. 1. de sent. excom. vbi Host, init. Ioan. Andr. n. 3. Anchar. n. 3.*

Hinc

14 Hinc deducitur audiendos non esse aliquos distinguentes, vt innocens reddens ex præcepto iudicis, quando adulterium est notorium, censeatur remittere. Quia non tenetur reddere. Secus vbi adulterium non est notorium. Ita *Anton. c. Inquisitionis, nu. 12. vers. Praedicta sunt vera, de sent. excom. & ibi Anchar. nu. 3.* Sed audiendi non sunt. Quia in neutro casu tenetur obedire iudici inniteni falsa præsumptione, nec coram Deo est excommunicatus (vt dixi hoc lib. disp. 11. n. 6.) At adhuc non est condonatio, quia non liberaliter reddit, sed vt vexationem redimat, & ne saltem in foro externo sit excommunicatus.

15 Secundò deducitur similiter non esse cõdonationem, quando vxor reddit debitum viro, qui adulterii reus est, graui eius metu perculsa. Quia cessat liberalitas. Ita *Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 1. ad fin. corp. casu 6. Barth. à Ledesma dub. 65. de matrim. post 3. concl. casu 6.* vnde rectè dixit *idem Sotus eod. qu. vn. a. 4. ad fin. corp. vers. Ex quo fit*, vxorem sæpè reddentem adultero, pugnis & vi coactam non censeri remittere. Et existimo satis esse, vt non censeatur cõdonatio, quamuis adultet tunc metum non inferat, at vxor meritò timet debitum illi negare, quod eum esse terribilem norit, atq; ita graui metu deterrita reddit. Quia cessat liberalitas. Deinde, quia quo metus sit iustus, non desideratur vera mala illatio, sed sufficit probabilis timor proximæ illationis (vt probaui l. 4. disp. 1. nu. 16. & seq.) Insuper non exigitur vt metus ille sit cadens in feminã constantem, sed satis est sit metus non vanus, sed alicuius momenti. Nam metus leuis, nimirum, qui nõ cadit in virũ constantem, sufficit in foro conscientiæ vt auferat liberalitatem ad donationem requisitam, obligetq; donatarium ad restituendum (vt probaui l. 4. disp. 9. n. 4.) Et ibi dixi de contractibus onerosis. Et est pulchra doctrina *Fabri Instit. de iniurijs, §. fin. vn. 4. & ibi Angeli initio*, ferè in propriis terminis id decidentium. Nam cũ *Glos. ibi, verb. Dissimulatione*, dicat iniuriam remitti, quando eam passus, simul risit, vel comedit, vel lusit, cum illatore iniuriæ: eam temperant, vt intelligatur quando ij actus sunt omnino spontanei, secus si ex quadam honestatis necessitate effecti sint. Vt si ambo coniuges ab aliquo inuitati, eidem mensæ accubuere: vel in Ecclesia osculum pacis sibi ipsis mutuò porrexerunt. Quippe in vtroq; euentu necessitate honestatis compulsi id egere: nec salua honestate id declinare potuerunt. Quam doctrinam aliis relatis approbat *Francisc. Marcus decis. 736. num. 5. p. 2.* Ex quo fit, vt qualiscumq; compulsio actus ex quibus tacita condonatio consurgit, minimè signa condonationis censeantur: nedum metus quamuis in virum constantem nõ cadat. Similiter idem dicẽdum est, quando non ipse vir, sed alius metum incussit. Quia is satis est ad impediendam spontaneam voluntatẽ ad donationem requisitam (vt dixi l. 4. disp. 9. num. 6.) Tãdem idem existimo, quando vir innocens redderet adulteræ, illam meritò ac iure optimo timens. Quamuis enim id illam meritò ac iure optimo timens. Quamuis enim id illam meritò ac iure optimo timens. Quamuis enim id ratum sit, at sunt feminę ita terribiles, & viri ita effeminati, vt meritò illas timeant. Et tunc eadem militat ratio.

16 Tertiò deducitur nec esse condonationem, si coniux innocens reddat adultero, eo quod existimabat se teneri, aut deceptus est ab aliquo id docenti, alias tamen non redditurus. Quia deficit spontanea voluntas. Et colligitur apertè ex DD. n. 4. & 5. allegatis, ideò enim in casu ibi relato censent copulã nõ esse cõdonationem. Quia dicunt innocẽtem teneri tunc reddere. Atque ita ex illis colligitur ea regula generalis, vt redditio debiti nõ sit cõdonatio, quoties coniux, quo præceptũ impleat, debitũ reddit.

17 Secunda conclusio. Coniux innocẽs sponte & scienter retinens adulterũ, censetur illi parcere, ac subinde ius diuortii & accusandi perdit. Quoniam est manifestũ amicitiæ signum. Constat ex *l. Crimen* 11. *C. ad l. Iul. de adult. & l. 8. t. 17. p. 7.* quorum verba n. 6. tetuli. Et docent *Host. sum. t. de adult. n. 5. vers. Repellit etiam, Greg. Lopez ea l. 9. verb. En su lecho.* Quod intellige, scilicet, quando omnino est certus de adulterio, secus si tãtùm suspicionem habeat. Sic *Can-*

tera, q. criminal. quæst. tangent punitionem delicti c. 4. nu. 43. fine. vbi non Montaluum refert. Sed id credo, nisi suspicio sit violenta, iuxta n. 10. dicta secunda intellige, quando est publicum adulterium. Sic *Alberic. in suo dictionar. lit. M. verb. Matrimonium 8. vers. Quid si aliquis coniugũ, casu 6. Duran. d. 4. 35. q. 1. a. 1. nu. 6.* vbi *Supplem. Gabr. q. vn. a. 2. post 1. conclu. casu 6. Astes. sum. 2. p. l. 8. t. 33. a. 3. casu 6. Monald. sum. t. de diuort. §. propter quid fiat diuortium, vers. Item sunt quidã casus, casu 6. Vincentius Spec. doctrin. to. 2. l. 10. c. 42. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 21. §. 6. casu 5. Rosella Matrimonium, 7. limit. Syl. verb. Diuortium, q. 9. vers. 5. Ioan. de Friburgo in sum. confess. l. 4. t. 22. q. 8. Tabiena Matrimonium, 4. n. 1. casu 6. Armilla verb. Matrimonium, num. 73. casu 6. Montal. l. 6. paulo post prin. t. 9. p. 4. & l. 2. ad fin. t. 10. p. 4. Gatta repert. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. nu. 217. Barth. à Ledes. dub. 65. de matrim. post 3. concl. casu 6. Graffis 2. p. decis. l. 1. c. 12. nu. 67.* Et sic intelligendus est *D. Tho. sup. 1. ad Corinth. 7. lect. 2. paulo post prin.* dicens esse reconciliationem, quando fuit retenta vxor post adulterium manifestè à viro deprehensum. Et ratio est quia adulterio existenti occulto, nõ est spontanea retentio, sed ex præcepto. Atque ita non est condonatio, iuxta ea quæ dixi n. præc. Vnde optimè dixit *Abulens. c. 19. Matth. q. 72. in solut. ad 3.* non amittere ius diuortii virum retinentem domi vxorem: dum eius adulterium probare nequit. Et melius *Palud. 4. d. 35. q. 1. a. 2. casu 9. n. 17.* dicit non censeri reconciliationem, dum non statim adulterum expellit ab habitatione. Cùm non possit propria auctoritate id efficere. Immo nec sufficit adulterium esse publicum, sed exigitur ita notorium esse, vt nulla terguersatione celari possit. Id enim, vt propria auctoritate diuerti ab adultero possit, exigi diximus hoc lib. disp. 12. n. 25. Nec obstat posse in foro conscientiæ adulterum occultum expelli (vt diximus eadem disp. 12. nu. 31.) Quoniam oportet cessare scandalum, innocẽti ad partes remotas fugienti (vt ibi dixi nu. 31.) Et præterea posset lis aduersus innocentem intentari: & ideo retinens vt hæc fugiat, non censetur sponte retinere: nec proinde condonare. Tertiò intellige, nisi breui tẽpore retineat, expectãs oppotunitatem petendi diuortii. Ita *Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 1. ad fin. corp. casu 6.* Quarto intellige, desiderari vt innocẽs tetineat adulterum in consortio maritali. Vnde cautè dixit *l. 8. t. 17. p. 7. Si la tiene en su casa como a su muger.* Et DD. omnes hoc nu. 17. in 2. limit. allegati, petentes adulterium esse publicum, explicant etiam, quando retinetur adulter in consortio coniugali. Vnde si essent in eadem domo non se alloquentes, diuisiq̃e à mensa & lecto, quasi duo vicini extranei, non censeretur cõdonatum adulterium. Quia retentio illa non est signum amicitiæ coniugalis, quin potiùs capitalis inimicitiæ. Quod si retineatur adulter in cõsortio coniugali, quãuis occultus sit, & breui tempore, reputabitur cõdonatum adulterium. Intelligo in consortio coniugali quando innocens familiaritatis coniugalis signa adultero ostenderet, nulla necessitate coactus. Iuxta ea quæ numero sequenti dicemus. Quoniam licèt non possit illum innocens propria auctoritate expellere, dum occultus est: at nõ tenetur signa beneuolentiæ coniugalis exhibere. Atque ea exhibita sunt manifesta condonationis signa. Secus si necessitas compelleret, vt vitandi scandali. Tandem est condonatio, quando expulsus adulter admittitur iterum ad consortium coniugale. Signum enim est apertum pacis initæ. Ita *Barbosa l. 2. p. 1. in princ. n. 100. ad fin. ff. solut. matrim.*

Tertia conclusio. Reconciliatio censetur facta, ac adul- 18
terium condonatum, si innocens scienter & sponte, nulla (inquam) necessitate etiam honestatis cõpulsus, familiarem se exhibeat adultero: vt simul ludendo, ridendo, comedendo. Constat ex dictis nu. 15. vbi hos actus censeri condonationem iniuriæ, retulimus ex *Glossa, §. fin. Instit. de iureur. verb. Dissimulatione. Et Fabro ibi, n. 1. & Angel. init.* Et ita explicat *glossa* illum textum decidẽtem dissimulatione aboleri iniuriam. Quam approbat aliis relatis *Iaf. l. 1. n. 15. ff. de pactis. Et Mynsinger. eod. §. fin. nu. 1.* explicat dissimulatione cõdonari iniuriam, quãdo eã passus, familiarẽ se inferẽti

exhibet. Consonatque l. 5. regia tit. 7. l. 4. fori, ibi: *El marido despues que supiere que su muger hizo adulterio, no la tenga à su mesa, ni en su lecho, y el que lo hiziere, no la puede despues acusar.* Idem colligo ex *Veracruz 3. p. specu. 1. post 5. conclus. casu 6.* probat enim per copulam remitti iniuriam udulterii, eo quòd per actum familiaris conuersationis actio iniuriarum extinguatur. Et ex *Palacios 4. d. 35. disp. vn. col. 5. vers. 6. limitatio*, vbi ait esse reconciliationem, copulam habere cum adultero coniuge, aut cum illo coniugali affectu conuersari.

19 Ex his infertur, oscula & amplexus, habita scienter & sponte cum coniuge adultero, esse à fortiori cõdonationem adulterij. Quia sunt actus coniugales. Quòd si innocens coniux ex præcepto Ecclesiæ reddens debitum adultero exigenti, alia haberet, non credo censeri remissionem adulterii. Quia sunt accessorii illi copulæ, & tanquam pars illius; secus quando sponte innocens aggreditur, osculans & amplectens adulterum.

20 Difficultas autem potissima hic agitanda est, vtrùm copula, & alij familiaritatis actus, sponte & scienter cum coniuge adultero habita, ex quibus tacitam adulterij cõdonationem induci diximus, sint eo ipso condonatio, ita vt quamuis coniux innocens habeat animum tunc non condonandi, censeatur in vtroque foro adulterium condonatum, & illicitum diuortium? An potius ea condonatio innitatur præsumptione, ac subinde existente animo contrario non sit in foro cõscientiæ cõdonatio, liceatque adhuc innocenti diuertere? Sicut ante Trid. copula habita post sponsalia efficiebat matrim. *c. Is qui fidem, de sponsal.* non tamen ita eum effectum sortiebatur, quin esset locus in foro conscientiæ cõtrario animo. Sed forum externũ præsumebat eam copulam maritali affectu haberi, ac subinde animo perficiendi matrim. At si reuera copulam habens esset contrario animo affectus, nimirum nõ ineundi matrim. sed fornicandi, non esset matrim. Et quidem videtur non inniti præsumptione, sed re vera illos actus condonationẽ semper esse, quamuis adsit cõtrarius animus. Quia alàs dicẽdum esset, ignorantẽ copulam illam esse conditionem adulterij, ac iuris diuortij cessionem, posse non obstanti copula diuortium petere, & accusare: quamuis sciat copulam illam esse actum amicitiæ. Sicut cõtingit in professione tacita, quam ius præsumit, *c. Viduæ, de regul.* ex delatione habitus, exercitioque actuum solis professis competentium: sciens enim illos actus solis professis conuenire, non censebitur professus, si ignoret inde consurgere professionem. Vt docent *Innoc. eo c. Viduæ, nu. 2. Anton. n. 7. Angel. verb. Nouitius, n. 12. Sylvest. Religio, 3. q. 12. dict. 2. Nauarr. commen. 4. de regul. n 73.* Quòd si id concedamus in condonatione facta per copulam, maximum absurdũ videtur, nemo enim constringendus erit ratione copulæ, aut illorum actuum condonationis, ad persistendum in matrim. Cum communiter ignoretur copulam esse adulterij condonationem, per eamq; ius diuortij & accusationis extingui. Imò doctos id lateat. Vt constat ex opinionibus allegatis, & tot requisitis vt eum effectum habeat. Præterea hanc partem videtur expresse sentire *D. Bonau. 4. d. 32. a. 2.* vbi hęc dicit: *Si innocens petat debitum, priuat se libertate, & ex hoc obligat se ad reddendum. Quia dũ vult sibi debitũ reddi a fornicante, ipse eidem obligat.* Quòd idem apertè videtur sentire *Sotus 4. d. 36. q. vn. a. 3. post 3. conclus. vers. Quod si rogo*, vbi ait nequaquam posse innocentem eligere petere, & non reddere: sed necessariò eligere debere, aut nec petere nec reddere, aut si petierit, reddere. Matrimonium enim claudicare nequit. Quare si debitum petit tãquam coniux à coniuge, debet constrictus manere coniugi lege, nimirum, obligatione reddendi. Et Sotum sequitur *Vega 1. to. sum. c. 13. casu 4.* vbi clarè hi DD. sunt huius sententiæ. Si enim ex voluntate habentis copulam remissio hæc penderet, posset vtique innocens eligere petere, & non reddere absque condonatione.

His tamen minimè obstantibus, dicẽdum est eam con-
21 donationem inniti præsumptione, quare si sit animus nõ condonandi adulterium per copulam, aut reliquos condonationis actus, re vera non erit in foro conscientiæ condonatio, quamuis in foro externo, quòd contrarius gestis animus latitat, indicabitur vera condonatio. Quòd expresse tenet *Enem. Sa sum. verb. Diuortium, num. 7.* vbi ait aliquos sentire innocentem petentem debitum, eo ipso remittere adulterium: at re vera posse peti debitũ absq; animo reconciliandi. Ducor ad hanc partem tuendam. Quia si verba textuum & Doctorum pensemus, aperte hanc esse præsumptionem indicant, dicunt enim innocentem habita copula videri aut censeri condonare: quæ verba sunt præsumptionis, alias dicerẽt re vera condonare. His verbis vtitur textus *l. Quæsitum, 40. §. Item quæritur, ff. ad l. Iuliam de adult.* ibi: *Deliquisse videri.* Et *l. 8. ff. 1. 17. p. 7.* vbi reddens rationem, cur non possit vxor adultera retenta in consortio coniugali, postea accusari, sic dicitur: *Cæpuerque assi la acogio en su casa entendiese que la perdono.* Eisdem verbis vtuntur *Glossa c. 1. verb. Patronus, 32. q. 1. Innoc. c. pen. de adult. in fin. & c. Inquisitionis, de sent. excom. n. 1.* vbi *Ioan. Andr. nu. 3. Ant. n. 12. vers. Prædicta sunt vera. Cardin nu. vnic. vers. Quæro quoad terminos. Abbas c. fin. nu. 7. de adult. & ibi Anania n. 14. circa 4. d. Paul. cons. 402. n. vn. l. 1. Sylvester verb. Diuortium q. 8. ad fi. Cou. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 6. n. 7. initio. Iul. Clar. l. 5. recept. §. Adulterium, nu. 18. vers. Caueat etiam. Ant. Gabr. to. 1. comm. in mea edit. li. 1. f. 23. vers. Adulterium commissum, Barbosa l. 2. p. 1. in princ. nu. 101. init ff. sol. matrim.* Et ex Theologis, *Abul. c. 19. Matth. q. 72. ad 3. D. Antonin 3. p. t. 1. c. 11 §. 5. Sotus 4. d 36. q. vn. a. 1. ad fin. corp. casu 6. Maioris 4. d. 35. q. 1. paulo post princ. casu 6. & ibi Supplem. Gabr. q. vn. a. 2 post 1 conclus. casu 6. Guliel. Borrillong. 4. d. 12. qu. vn. a. 2. propos. 5. Petr. de Soto lect. 22. de matrim. col. pen. Angles floribus 1. p. de matrim. q. 9. de diuort. a. 1. diffic. 2. concl. 6. Iud. Lopez 1. p. instruct. c. 295. §. Adde ad practica Petr. de Ledesma de matrim. q. 62. a. 3. not ab. 2. Barth. à Ledes. dub. 65. de matr. post 3. concl. casu 6. Cruzado sum. sacram. de matrim. c. 7. nu. 60. casu 6.* Secundò, quia si contendas, hanc non esse præsumptionem, sed iuris dispositionem, fortiter obstat nullum esse ius id decidens, sed solum censeri & videri condonationem. Quod præsumptionem denotat. Tertiò, quoniam hæc remissio non verbis, sed factis ipsis inducitur. Actus autem non operantur vltra intentionem agentium, *l. Non omnis ff. si certum petat.* Ergo vbi contraria est intentio, non erit vera remissio. Quartò, quia hæc non est expressa remissio, sed tacita (vt dixi n. 1.) Sicut etiam indui professorum vestes, eorumq; actib. vti, professionẽ tacitam inducũt. Sicut enim sunt indicia animi profitendi ita copula post adulterium est signũ voluntatis condonandi adulterium, & ad petitam amicitiam reuocandi adulterũ coniugem. At professio tacita ex illis actibus collecta innitur præsumptione veri animi. Et ita præsumptionem appellãt *Innoc. c. Viduæ. n. de reg. & ibi Ant. 4. Angel. verb. Nouitius, num. 12. ad secundum. Nauar. comment. 4. de reg. n. 75. vers. Aduertendum quarto.* Vbi addit nõ induci professionem, si exercens illos actus habeat animum non profitendi. Ergo similiter est dicendum in hac tacita adulterij condonatione. 5. si dicas hanc non esse præsumptionem, sed iure ipso naturali ita dictãti, condonationem hanc consequi ipsum actum copulæ; sicut irregularitas consequitur occisionem voluntariam: ac proinde sicut volens occidere efficitur necessariò irregularis, ita eo ipso quòd coniux innocens conscius adulterij accedit ad adulterum, velit, nolit, condonat. Fortissimè vrget, quoties aliquid sequitur factum ipsum, sufficit vt incurratur, actum illum esse voluntarium, quamuis necessitas ad illum exercẽdum compellat. Vt iudex necessitate officij compellente suspendens latronem, irregularis efficitur: & similiter si metu mortis compellatur ab actore ad suspendiũ illud. At coniux necessitate cõpulsus ad copulam, nec cõdonat adulterium, nec iure diuortij & accusandi destituitur (vt diximus nu. 13. & seqq.) Ergo condonatio non sequitur ipsum factum copulæ. Et confir. quia nulla alia ratio conueniens assignari potest, cur dum necessitas cogit, copula illa minimè sit cõdonatio, nisi quia remissionis præsumptionẽ vincit alia fortior, quod

quod nemo in necessitatibus præsumatur liberalis, *l. Rem legatam. ff. de adimendo legat.* Ergo copulam esse conditionē non est ita ex natura rei, vt necessario consequatur non obstanti contrario animo, sed intantum est cōdonatio, in quantum præsumitur animus consonus facto ipsi, quod veniæ concessionem indicat. Ex his ergo omnibus cōcludo, non esse veram condonationem adulterii per copulā, aut alia beneuolentiæ coniugalis indicia exhibita animo non condonandi. Quamuis in foro externo condonatio præsumatur. Quid autem si innocens in iis actibus nec habeat positiuum actum condonandi: nec etiam actum contrarium, nempe, non condonandi, sed negatiuè se habeat, scilicet, neutrum actum eliciendo? Nam in professione tacita, & præsumpta per exercitium actuum professis solis conuenientium, & in matr. præsumpto ante Trident. per copulam sponsalibus superuenientem, desiderabatur animus positiuus profitendi, & matrim. ineundi. Quare existenti animo vere negatiuo, nec erit vera professio, nec verum matrim. Vt bene obseruat *Nauar. cōment. 4. de regular. n. 75. vers. Quoniam autem tria.* Atque ita videtur idem dicendum in hac tacita condonatione per copulā, & alios actus. At existimo sufficere vt innocens negatiuè se habeat: quare dum non habuerit animum expressum non condonandi, dum vtitur copula adulterii, vel aliis actibus amicitiæ in hac disp. expressis, erat vera cōdonatio cessabitque in vtroq; foro ius diuortii & accusandi. Quoniam ad condonationem hanc non tanta & tam expressa voluntas desideratur, ac ad contrahendam obligationem noui status professionis, aut matrimonii per illos actus priores professiones tacita, aut matrimonii præsūpti. Eo vel maximè, quod actus amicitię coniugalis multo maiorem connexionem & affinitatem habeant cum reconciliatione ad pristinam amicitiam, & concessione veniæ, quàm actus professorum exercere, cū animo revera profitendi: & copulam habere cum animo ineundi matrim.

22 Hinc infero quamuis ad hoc vt sit vera professio consurgens ex delatione habitus, & exercitio actuum professorum: & verū matrim. quod nascitur ex copula habita post sponsalia, exigatur scire non tantū illos esse actus professorum & coniugum, sed inde etiā consurgere professionem & matrim. (vt nu. 20. diximus) at vt inducatur vera conditio adulterii per copulam, & alios actus amicitiæ, iusque diuortii & accusandi extinguatur, non desiderari notitiam adeo expressam & distinctam. Quia non est res hæc tam grauis, & impositio nouæ obligationis, qualis est professio & matrim. quæ sunt obligationes maximi momenti. Et maiorem connexionem habēt hi actus cum iniuriæ condonatione (vt nu. præc. diximus.) Quare existimo semper cum adest adulterii scientia & copula, aut alii actus condonationis sponte habentur, consurgere veram remissionem iniuriæ, & aboleri ius diuortii & accusationis, in vtroque foro, nisi contrarius animus adsit. Quia licet expresse & distincte non cognoscat coniux remittens, iis actibus gestis amitti ius diuortii, nec quid sit diuortium, & qualiter possit ratione adulterii celebrari: at nullum quantumuis rusticum latet eos esse actus amicitiæ & pacis, per eosque reditū in pristinam amicitiam & amorem. Quare quicumque videns affectum iniuria colloqui, aut simul vesci cum afficiente, statim quasi naturæ instinctu doctus indicat, eos ad amicitiam restitutos esse, ac iniuriæ quasi immemores, nil prorsus de illa laborare. Quæ scientia ad veram condonationem satis est.

23 Secundo infero, coniugem innocentem petentem debitum ab adultero, aut ipse reddentem, & aliis condonationis signis vtentem, animo non condonandi iniuriam adulterii posse in foro conscientiæ diuortium celebrare & accusare adulterum. Ratio est, quia hic tenetur abstinere à diuortio, & ab accusatione, ratione condonationis adulterii. Quia ea non est ratione animi habiti non condonandi (vt probaui n. 21.) nec ratione cōtractus tacitū inclusi, dum adulter reddit debitum innocanti petenti; cum enim nō teneatur reddere illi; nisi velit ad pristinam matrim. obligationem redire, condonato iure diuertendi per adulterium acquisito, ne claudicet matrim. (vt colligitur manifestē ex doctrina D. Bonau. & Soti, quam n. 20. retuli. Eo ipso quod adulter reddit innocenti petenti, est tacitus contractus, Facio, vt facias: id est, reddo tibi debitum, vt condonata iniuria reddas mihi in posterum. Sed ratione huius contractus minime teneri, inde probatur: quoniam si innocens reddat petenti adultero: nullus est tacitus contractus: adulter enim nil præstat innocenti, quin potius magno afficitur beneficio ab innocente reddente indebitum. Si autem è contra adulter reddat innocenti petenti, in quo casu est tacitus contractus modo exposito, adhuc non tenetur ratione contractus, & promissionis virtute inclusæ in ea debiti exactione. Quia promissio & contractus ficta fuere. Quare solum debet obligari ratione iniustitiæ admissæ contractus fictè, cum teneatur vere contrahere. At nec hac ratione obligari, inde mihi suadeo. Quippe iustitia non obligat ad restituendū vltra damni æstimationem: damnum autem copulæ extortæ per innocentem ab adultero, simulato illo contractu, est adeò exigui momenti, vt pro nihilo prorsus reputetur. E contra verò damnum remittentis est maximum: cedit enim iure diuortii & accusationis, dotem aut donationem propter nuptias acquisitam ob adulterium aut acquirenda amittit: demum perdit libertatem tāsfeundi ad ordines vel religionem, & iterum se seruituti subiicit. Non ergo lex iustitiæ postulat damnum exiguū adulteri decepti, tanto innocentis detrimento compensari. Qua ratione lib. 1. disp. 10. nu. 21. decipientem ficta matrimonii promissione virginem longe inferioris conditionis, quæ iure optimo veram existimauit esse promissionem nō teneri eam ducere, sed alio modo æquale restituere probaui ibiq; satisfeci obiectioni, quæ opponi posset. Hinc infero primò, hunc innocentem petentem debitum à coniuge adultero, animo non cōdonandi, solius venialis culpæ reum esse. Quia nullius momenti est detrimentū illa fictione illatum. Adulter enim eandem libertatem non reddendi in posterum retinet, nisi innocens adulterium condonet, secundo infero, hunc innocentē rogatū a iudice de copula illa, vt cogatur nō diuertere ratione prioris adulterii, quasi illud iam condonatū sit: posse iure etiam dò negare copulā. Quia vere respondet iuxta mentem debitam iudicis, Non enim habuit copulam, quæ sit condonatio, iureq; diuortii priuet. Quod constat ex dictis & allegatis n. 3. Vltimò infero. An possit coniux innocens eligere, petere, & non reddere. Qua in re allegaui n. 20. doctrinam D. Bonau. & Soti id negantiū, cenſentiumq; eo ipso quod petit, teneri eum reddere. Quod quidem admitto, quando non haberet animum non condonandi, tunc enim esset vera adulterii condonatio, & deinceps maneret astrictus ad reddendum, secus existenti eo animo nō condonandi, vt constat ex proxime dictis. Quare non potest eligere petere, & non reddere: absque peccato, veniali quidem, vt proxime dixi: at si eligat nolens condonare adulteriū, tenebit factū. nec deinceps tenebitur reddere:

Tandem dicendum superest; quid in sponsalibus sentiendum sit. An cum post illa inita detegitur aliquod vitium, vel de nouo incurritur, quale cumque illud sit, siue corporis siue animæ, ob quod integrum sit alteri ea dissoluere: censeatur hic remittere, ac proinde fide priorum sponsalium stare obligetur si vitii illius conscius, copulā, amplexus, vel oscula habeat, aliaue signa amicitiæ sponsi propria ostendat? Qua in re sic dicendum existimo. Si memor sponsalium priorū, nec animo ficto, nimirum, nō condonandi, hæc habeat, erit condonatio in vtroq; foro. Vt constat est dictis tota hac disp. & maximè nu. 15. 18. 19. Eadē enim est ratio: Imò nulla iniuria æquiparari potest adulterio, quæ his actibus censetur remissa: imò sicut ad condonationem adulterii per huiusmodi actus non desideratur animus positiuus condonandi, sed satis est non adesse animum contrarium, iuxta dicta n. n. 21. fine: ita à fortiori id sufficiet ad remissionē causæ illius dissoluendi 24

sponsalia, Quæ intelligo, quando hi actus accidunt nondum dissolutis sponsalibus, & remittens non immemor est illius vitii, tempore illorum actuum: si enim oblitus sit reputabitur ac ignorans (vt etiam circa adulterium dixi n.9. Vnde si iam sponsalia dissoluta essent, non erunt remissio huiusmodi actus. In quo est differentia à remissione adulterij, quæ fit per hos actus post diuortium etiam contingentes (vt nu.7. probauimus.) Ratio autem huius discriminis ea est. Quia celerato diuortio adhuc manet vinculum matrimonij, ac sunt illi veri coniuges, quare, hi actus sunt signa amicitiæ coniugalis, & animi instaurandi, ac ad pristinam reuocandi vim illius vinculi, & recedendi à diuortio. Sponsalibus vero iam dissolutis, nullũ vinculum supereſt, nilque est, quod remissa iniuria restaurétur. Quamobrẽ perinde est, ac si hi actus inter omnino extraneos ac disiunctos haberentur. Nec ad hanc remissionem, nondum dissolutis sponsalibus factam, desideratur acceptatio, sed satis est sola mente fiat (vt in adulterij remissione diximus num. 2.) Quia eadem est ratio, manet enim adhuc sponsalium vinculum, sed eius vinculi obligatio impedita est, si innocens velit iure suo vti, quare eo qualitercunque cedente, cum auferatur impedimentum, reuiuiscit obligatio. Si autem alter sponsus nolit acceptare hanc remissionem, oportebit vt hæc voluntas non acceptandi innotescat remittenti, & ab ipso acceptetur. Cum enim iam sponsalia sint omnino integra ac restaurata per priorem illam remissionem etiam internam, vt dissoluantur, mutuo consensu indigent, sicut ad sui primæuam institutionem. His adde quæ dixi lib. 1. tota disput. 66. vbi hanc quæstionem discussi, ac DD. retuli. Et quamuis ibi n. 3. censuerim induci remissionem, tam quoad diuortium, quàm quoad sponsalia, per dictos actus exercitos animo ficto, id est, non verè remittendi. At re melius perspecta existimo non esse condonationem iniuriæ. Ducor ex iis quæ hac disp. n. 21. attuli, An verò ob fictionis iniustitiam obligetur is stare sponsalibus prioribus: perpendendum est iuxta n. 23. dicta. Æstimandum enim est damnum deceptoris, si sponsalibus stans matrimonium perficiat, ac alterius si desistat: & seruata æqualitate, aut ferè, tenetur stare promissis. Quod si notabiliter maius sit damnum decipientis, satis erit si non seruata fide sponsalium, alio modo satisfacit. Nec in hac habenda est ratio inæqualitatis damni contingentis ante priora sponsalia inita, & tunc cognitæ. Illi enim per sponsalia priora, scienter & non ficte contracta, renunciarunt est: sed solius disparitatis ex illo vitio, post sponsalia incidenti, aut præcedenti, incognitio tamen, consurgentis. Quia huic disparitati nec per priora sponsalia, nec per hos condonationis actus, est renunciatum: quippe qui animo nõ condonandi exerciti sint. Demum quoties sponsus non tenetur ratione amici ficti sponsalia perficere, potest rogatus à iudice vel ipsa vel actus condonationis negare. Iuxta dicta num. præced. ad fin.

25 Ad arg. n. 20. proposita cõstat ex dictis n. 22. & 23. ad fin.

DISPVTATIO XV.

Vtrùm ratione adulterij spiritualis, quod est hæresis vel apostasia à fide, in quod alter coniux dilabitur, liceat Catholico diuortium, ac vtrique transitus in alium statum: vt ad professionem: & viro ad ordines?

SVMMARIVM.

Ob alium causam quam adulterium licitum est diuortium. Et ita probantur haretici contrarium docentes, n. 1.

Quid dicit adulterium quoad diuortium celebrandum, ob alia diuortia causas. Et explicatur textus eorum Christi Matth. 5. relatum, ca. 2. de coniug. lepros. docentis ob solam fornicationem licere diuortium. Et ea sola est propria ratio diuortij n. 1.

Quomodo adulter vm spirituale detur diuortium? nec matrimonij vinculum dissoluatur, n. 1.

An liceat tunc diuortium quoad habitationem & copulam, n. 4.

An coniux Catholicus teneatur ab hæretico diuertere, n. 5.

An possit ad propria authoritate efficere, ita vt hæretica denegetur restitutio, n. 6.

An Pontifex statuere possit, vt matrimonium diriматur per alterius coniugis lapsum in hæresim, n. 7.

An sit ratio huius diuortij, quod fornicatio spiritualis claudatur sub nomine fornicationis, ob quam Christus Matth. 5. concessit diuortium? Refertur sententia affirmans. Et generaliter dictum est generaliter intelligendum, n. 8.

In probata ea sententia, traditur ratio, cur ante & post sententiam liceat hoc diuortium. Et qualiter possit Ecclesia nouam diuortij causam statuere? n. 9.

An diuortium hoc sit ex iure diuino, n. 10.

Non licet hoc diuortium ob vnum adulterium spirituale. Vt magis ponitur matrimonio adulterium carnale, quàm spirituale, n. 11.

An detur diuortium ob pertinaciam in alia excommunicatione, n. 12.

An si coniux hæreticus ante sententiam resipiscat, teneatur eum Catholicus admittere? n. 13.

An ante sententiam possit Catholicus pro fieri, ordinesue suscipere ita vt ab hæretico resipiscenti exigatur? ibi n. 14.

An lata sententia possit Catholicus libere diuertere, ac in sæculo manere, vel ijs munus ingredi, Referuntur & sua dicuntur, tenuia &c. Della, de diuort. qua secum pugnare videntur, n. 15.

Refertur triplex sententia, n. 16. 17. 18.

Proponitur sententia Auctoris, vbi aliquæ explicantur & confirmantur & sua dicuntur, tenuia &c. Della. Et Quarto de diuort. n. 19.

An ad hoc desideretur specialis illius sententiæ, vltra quam, quæ hæreticum damnatur hæresim? n. 20.

An lata hac sententia possit Catholicus ad ordines promoueri? n. 21.

An ad id, vel ad professionem exigatur hæreticum quoque professi? n. 22.

Verum hæresis ante sententiam resipiscenti licuit diuortij? post sint 23.

An hæreticus damnatus possit absque Catholici licentia transire ad ordines, vel relig. eorumue repeti, si transiit? n. 24.

An vtroque hæresi damnato, vel si Catholicus sit adulterij reus, compensatione delicta, ita vt non sit locus diuortij remissiui? n. 25.

Num copula & alij actus coniugales, habita post sententiam hæresis, ante vel post sententiam fieri condonentur, ita vt ampliùs non liceat diuortium? Et quid, si Catholicus norit hæresim, non tamen adulterium hæretici, vel solum adulterium noverit? n. 26.

HVCVSQVE actum est de diuortio ob adulterium carnale celebrando. In præsenti disputandum est, quatenus ad adulterium spirituale liceat. Kemnitius nostræ ætatis hæreticus Ecclesiam carpit, quod pluribus ex causis, quam fornicationis diuortium concedat. Aduersatur enim testimonio Christi Seruatoris nostri, qui *Matth. 5. & 19.* testatur ob solam fornicationis causam licitum esse diuortium. Quod refert *Alex. III. c. 2. de coniug. leprosi.* inde probans id permissum non esse ratione lepræ, qua alter coniux inficitur. Veritas tamen Catholica est definita in *Trid. sess. 24. de matrim. can. 8.* ob aliquas alias causas permissum esse diuortium quoad thorum, seu quoad cohabitationem ad certum incertumve tempus. Quod quidem fieri potest duabus de causis. Prior est, absque crimine alterius, Vt cùm gratia altioris status eligendi, mutuo consensu coniuges separantur, continentiam in sæculo vouentes, vel ad religionẽ transeuntes. Vt decernitur toto *tit. de conuers. coniug.* & nos diximus li. 7. vbi de impedim. voti & ordinis. Posterior est, ob crimen: quod est quadruplex. Primum, fornicatio carnalis, de qua egimus hoc li. in superioribus disp. Secundum, fornicatio spiritualis, de qua in præsenti est sermo. Tertium, si alter coniux impellat alterum ad peccandũ. De quo differendum est disp. 17. Quartum, sæuitia alterius coniugis. De qua agetur disp. 18. 1

Nec obstat huic veritati testimonium Christi *Matth. 5. & 19.* relatũ *c. 2. de coniug. leprosi.* docentis non licere diuortium excepta causa fornicationis. Potest enim tripliciter responderi. Primò dictionem exceptiuam nõ firmare regulam in cõtrarium, circa casus alibi exceptos in iure. Vt latè *Enerardus in suis topicis iuris. loco ab exceptatione ad reg. ius. 5.* Quare ex eo loco minime cõuincitur nullã aliam causam esse diuortij, sed nullam aliam esse præter eas, quæ in aliis iuris Ecclesiastici, ius diuinum explicantis locis cõtinentur. Quales sunt omnes n. præc. allatæ, quę in aliis iuris locis exprimuntur. Secundò, solam fornicationem carnalẽ esse causam perpetuæ dimissionis & diuortij absoluti: de quibus Christus loquebatur. (Diuortium enim non est verum, nisi quod animo constituendæ perpetuæ separationis fit. *l. Diuortium, 3. ff. de diuort.*) At propter alia crimina non est licita separatio, nisi dum ea durant. Si enim coniux sæuus sit, aut ad peccandum alliciat coniugem, quã ob causam hic diuertat, cessãte sæuitia & inductione. 2

instaurantur

instauratur matrimonium. Ita explicant *Bellarm. l. 1. de matrim. c. 14. §. Secunda causa est, Palacios. 4 dist. 27. disp. 3. col. 12. f. 598. Ledesm. 2. p. 4. q. 61. a. 6. §. Contra hoc tamen Maldonado. ca. 5. Matth. nu. 32. Petr. de Ledesm. de matr. q. 62. a. 5. in solut. ad 1.* Sed vt hæc solutio omnino verum habeat, addendū est Christum ibi loquutum fuisse de causis dimissionis inuito altero coniuge, & hinc soluetur obiectio, si quis opponat licitum esse diuortium perpetuum quādo communi cōsensu ambo vouent castitatem. Insuper loquutum fuisse de causis, quæ stando in iure naturali & diuino ius perpetui diuortii pariunt: qualis est sola fornicatio carnalis. Atque inde respondebitur obiicienti hæresim lata sententia esse causam perpetui diuortii (vt dicemus. 19.) Nā hæc causa habetur ex solo iure Ecclesiastico, in criminis pœnā (vt dicemus nu. 9. & 10.) Nec dicere tibi loquutum fuisse Christum de hæresi, includendo eam tanquam fornicationem spiritualem sub fornicatione, satisfacit. Id enim n. 9. impugnabimus. Tertiò, & melius dic cum *Bellar. eo c. 14. §. Dicendum est. Maldonado eod. n. 32. & Valentia in suis contro. t. 1. vn. de indissolub. matrim. c. 6.* bifariam intelligi posse, vt coniux à coniuge dimitti possit. Priori modo, quatenus coniux est, id est, ita vt causa dimissionis sit petita ex ipsamet coniugii natura, sitque propria & peculiaris ratio solius matrimonii. Et hoc modo sola fornicatio carnalis est causa diuortii, & sic locutus est Christus de causa diuortii. Sola enim fornicatio carnalis fidei coniugali & substātiæ ipsius matrimonii opponitur. Posteriori modo, vt persona quædam est, cuius consortiū contingit alteri esse pernitiosum. Sicut etiam posset accidere inter alias personas simul habitantes. Et hoc modo multæ aliæ causę possent accidere, ob quas ius diuinum naturale, causa incolumitatis corporis vel animæ, à coniuge discedere concedit. Quæ rationes communes sunt matrimonio, & aliis confœderationibus. Quippe ob hæresim, aut aliud periculū, etiam inter parentes, & filios, fratres, & quacunq; familiaritate coniunctos recessus licet. Atque hinc infertur ratio, cur ob fornicationem concedatur diuortium perpetuum, ob alias tamen causas solum ad tempus quo durant. Quoniam causa in fornicatione est ex ipsa coniugii natura, eo quod fides promissa est violata: & cum hæc sit perpetua, ita & dimissio. Cæteræ autē causæ cum non sint ex natura ipsius coniugii, non sunt perpetuæ: ac proinde tantum dum ipsæ permanent, permittitur diuortium. Solum superest scrupulus, nu. præced tactus. Nam admissis his expositionibus, tnalē probat *Alexan III. c. 2. de coniug. leprof.* ex eo textu Euangelii, non licere à leproso coniuge diuertere, dum morbo illo laborat. Facilis enim esset responsio, ibi agi de ratione peculiari, & propria contractus matrimonii, & quæ est causa perpetui diuortii: atque ita solum concludi hmodi causam non esse lepram: non autem non licere ad tempus durationis morbi diuertere, debitumque negare. Quod inde Pontifex probare intendebat. Sed dic supplendum esse in *eod. c. 2.* solam fornicationem esse causam perpetui diuortii: & solum periculū animæ vel corporis, diuortii temporalis. Quod etiam non imminet ex redditione debiti leproso, nec ex cohabitatione (quād o enim adest periculum infectionis lepræ, non intelligitur is textus, vt probaui lib. præc. disp. 24. n. 17 & 29. Atque ita bene probatur lepram non esse iustam diuortii etiam temporalis causam.

3 Hac ergo veritate Catholica præmissa, nimirum, licitum esse diuortium ob alias causas, quam fornicationem carnalem. Præsens disputatio postulat, an inter has diuortii causas numeretur adulterium spirituale, quale est hæresis, vel apostasia à fide, in quæ alter coniux labitur? Et quidem numerari inter has causas, dum coniux ille in ea lapsus crimina non resipiscit, est concors omniū DD. sententia. Idque constat ex *c. fin. de conuers. coniug. & c. 2 & c. Quanto de diuort. c. non solum. 28. qua. 1. & c. Idolatria eod. 28. q. 1.* Et ex *D. Paulo ad Titum 3.* ibi: *Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita.* Vbi Apostolus de omnibus generaliter loquitur, nec cō-

iuges aut parentes excipit. Et quāuis *c. 2. de diuort.* vbi conceditur Catholico diuertere, sermo fit, quando hæreticus peruertere nititur Catholicū: atque ita hūc casum intelligunt *Ledesm. 2. p. 4. q. 61. a. 6. fin. & Gutier. q. can. l. 1. c. 17. num. 36.* At re vera idem est vbi esset periculum peruertendi. Quia eadē militat ratio, nimirū cauendi animæ periculi. Quod constabit ex dicendis n. 9. vbi ostendemus id periculum esse rationem huius decisionis. Cui sent. aperte accedit. *D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 21. §. 5.* dicens licitum esse diuertere ab hæretico coniuge pertinaci, & præcipuè si alium pertrahit. Et *Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 4. ad 3. Barth. à Ledesm. de matr. dub. 54. concl. 5.* vbi dicunt posse fieri diuortium, & præcipue si viro Catholico periculum immineat peruersionis. Et quāuis *Abul. c. 19. Matt. q. 70.* neger licere diuortiū, eo periculo minimè imminenti. At nō est cur id expectetur. Casus enim est metaphysicus, & ideo semper id periculum subesse censendū est. Vt bene docent *Sotus & Barth à Ledesm. proxime citati.* Nam adeo ex nimia familiaritate eorum quibuscum frequentes sumus, pessimi mores trahūtur vt merito talis quisque præsumatur, quales sunt ij quorum vtitur amicitia. Vt multis allegatis docet *Tir. aq. l. Si connubialis. n. 29.* Vnde emanauit dictū illud Catonis, relatū à *Gl. l. Aediles etiam. 25. verb. conseruorum. ff. de adilit. edict. Ambula cū bonis, mores enim à consuetudine formantur.* Nedum ex consuetudine & familiaritate coniugali id periculum merito semper timendum erit. Vinculum tamē matrimonii minimè per hæresim soluitur. Quæ veritas catholica definita est *c. 2. & c. Quanto de diuort. & in Trident. sess. 24. de matr. can. 5.*

Limitant aliqui (vt referunt *Host. & Ioan. Andr. statim allegandi*) vt liceat diuortium ratione hæresis, quoad mutua obsequia & habitationem: non tamen quoad debitū, Eo quod Christus solam exceperit fornicationem carnalem. At dicendum est quoad omnia esse licitum diuortium. Si enim debitum redderetur hæretico, ex familiaritate immineret idem periculum Catholico. Id quia frustra tolleretur cohabitatio, non sublato iure petendi debiti: cogetur enim indirectè Catholicus ad quandam cohabitationem, si alteri quandocunque petenti cogatur reddere. Deinde, quia *4. 2. de diuortijs*, generaliter & indistinctè asseritur licere Catholico separari. Et subditur non dissolui matrimonij vinculum. Quod si textus intelligeret de sola separatione quoad habitationem, manente obligatione reddendi debitum: superflue adderet non dirimi vinculū. Id enim in dubiū vocari minimè posset. Cum illa debiti redditio sit actus matrimonii. Atq; ideo hoc sustinent. *Host. c. 2. n. 1. de diuort. & ibi Ioan. Andr. n. 2. Anton. n. 8. Abbas fin. Card. n. 1. Anchar. n. 2. Alex. de Neuo n. 7. vrapos. n. 2. Rosella verb. Impedimentum imped. 9. nu. 9. Abulens. c. 19. Matt. q. 70. Franc. Marcus decis. 526. num. 6. p. 2. Barbosa rubr. ff. sol. matr. p. 2. n. 23. paulo post princ. Enrig. l. 11. de matrim. c. 17. n. 6.*

Imo tenetur coniux catholicus diuertere ab hæretico 5
nolenti resipiscere. Ius enim naturæ obligat cauere proprium animæ periculum, in hoc autem euentu grauissimum imminet. Ita *Aflensis sum. 2. p. l. 8. t. 21. a. 2. q. 14. Palacios 4. d. 35. disp. vn. col. 7. vers. Porro in gratiam. f. 785.*

Potest autem Catholicus propria auctoritate recede- 6
re à coniuge hæretico non resipiscenti, nec concedetur restituto hæretico spolium alleganti, obiecta sibi hæresis exceptione. Quod ob periculum conceditur. Sic tradunt *Ant. c. De illa, n. 2. de diuort. Præpos. n. 1. Alex. de Neuo n. 3.* addens (& bene) quamuis hæresis non sit notoria. Et colligūt id ex eo textu, à contrario sensu, ibi: *De illa quæ viro suo labente in hæresim, ipsius consortium sine iudicio Ecclesiæ declinauit, videtur nobis quod mulier ei, cum reuersus fuerit, est reddenda.* Ergo à cōtrario sensu dū non reuersus fuerit, est deneganda restitutio. Nec audiendus est *Abul.* qui *c. 19. Matth. q. 73. in fi. corp.* ait desiderari auctoritatem Ecclesiæ ad hanc dimissionē, alias restitutionem esse concedendam coniugi spoliato.

Nec desunt qui asserant posse Ecclesiam in pœnam 7
hæresis statuere, vt matrimonii vinculum dissoluatur per lapsum alterius coniugis in hæresim. Quia matrim. infidelium dirimitur iure Ecclesiastico per alterius conner-

sionem, altero in sua perfidia persistente: at ex eo solo statuto Ecclesiæ, in quo Pontifex dispensare potest, constituitur differentia inter matrim. fidelium & infidelium. Et ideo hoc sustinent *Hostiens. c. Ex parte, el 2. num. 5. super verb. Ratum, de conuers. coning. & ibi Ioan. Andr. n. 3. Brunel. de sponsalibus, concl. 30. declarat. 5. n. 8.* addit *Ioan. Andr.* hoc maximè esse verum, si matrimonium nondum consummatum sit. Sed merito ab hac sententia quamuis dubius recedit *Abb. eo. c. ex parte. num. 7.* & non dubitans *Barbosa rubr. ff. solut. matrim. 2. p. nu. 19.* Et ideo dicendum est, si matrimonium sit iam consummatum, esse prorsus falsam hanc sententiam. Vt ostendimus lib. 2. disp. 14. num. 8. vbi num. 3. diximus, ex Christi dispensatione dirimi matri. infidelium per alterius conuersionem. Si vero matrimonium sit ratum, est probabile id posse Pontificem. Vt dixi in simili, lib. 2. disp. 14. n. 3. at verius est non posse, vt ibi dixi n. 4.

3 Quamuis autem DD. vniuersi admittant dari diuortium ratione hæresis: at circa rationem huius reddendam discrepant. Quidam enim existimant eam esse: quia est fornicatio quædam spiritualis (licet enim cætera crimina appellentur fornicationes spirituales: at hæresis potissimè talis dicitur, eo quod prima desponsatio fiat cum Deo per fidem. Iuxta illud Osee 1. *Desponsabo te mihi per fidem.* quæ per hæresim violatur. Et ideo *D. Aug. l. 2. de adul. coning.* & habetur *c. Non solum. 28. q. 1.* iuncta *gloss. verb. Simulacrum*, idololatriam, per quam à vera fide recedit, speciali nomine mœchiam appellat) Vnde dicunt hi DD. dū Christus *Matt. 5. & 19.* concessit diuortium ob fornicationem, nomine fornicationis, carnalem & spiritualem comprehendi. Probaturque, quia Christus generaliter de fornicatione loquutus est. At generaliter dictum est generaliter accipiendum, *c. 2. de coning. leprof.* vbi *Glossa verb. Generali*, multis id exornat. Et cùm Christus neutram fornicationem exceperit, vtraque est comprehendenda, *c. Quia circa, de priuil.* ibi: *Cum nihil excepit, & potuerit excepisse.* Deinde, quia si Christus de sola fornicatione carnali loquutus esset, ob solam eam cōcedens perpetuum diuortium, nō posset Ecclesia, vtpote quæ supra ius diuinum nulla fungitur potestate, illud ob hæresim concedere. Vt docent *Abulensis c. 19. Matt. q. 70. in solut. ad 2. Veracruz 3. p. Spec. a. 1. in probat. 2. 3. concl.* Hæc enim ratione, hoc lib. disp. 5 in fine probauimus, non posse Ecclesiam restringere coniugibus facultatem diuortii ob adulterium celebrandi, sed solum declarare casus iure ipso naturali & diuino exceptos. Et ideo huius sententiæ est apertè *D. Augustin. l. 1. de serm. Domini in monte c. 27. & 28.* & refertur *c. Idololatria 28. qu. 1.* ibi: *Quia excepta dominus fecit causam fornicationis: quam fornicationem generalem & vniuersalem intelligere cogimur. Causa itaque fornicationis eam dimittit, velut si aliquem cogat vxor sacrificare idolis. Qui talem dimittit, causa fornicationis eā dimittit.* Idem docent *Host. c. 2. n. 1. de diuort.* vbi *Ioan. Andr. 2. n. Anton. n. 8. Abbas in fine. Anchar. n. 2. Card. n. 1. Alex. de Neuo nu. 7. vt e positiu num. 2. idem Abbas c. fin. n. 1. in fine, de conuers. coning. Supplementum Gabr. 4. d. 35. q. vn. a. 2. concl. 2. Monald. sum. de matr. 1. De diuortio, §. An possit vir reconciliare sibi vxorem adulteram, paulo post princ. Rosella verb. Impedimentum, imped. 9. n. 9. & verb. Diuortium, n. 13.* vbi *Syl. q. 10. Turrecr 32. q. 7. in sum. a. 1. ex. 7. Brunel. de sponsal. concl. 30. declarat. 8. n. 11. Petr. de Soto lect. 11. de matr. ad fin. Castro l. 2. de lege pœn. c. 4. §. Vt nostram. Francisc. Marcus dec. 516. n. 6. p. 2. Barbosa rubr. ff. solut. matrim. 2. p. nu. 18.* Et fauet *Glossa c. 2. de diuort. verb. Vel alio.* Alij tradunt aliam rationem, quòd hæresis sit cōtra bonum prolis, sicut fornicatio carnalis. Non enim educabitur proles in vero Dei cultu à parente hæretico. Item contra animorum commixtionem, sicut carnalis contra corporum. Ita *D. Tho. 4. dist. 35. q. vn. a. 1. ad 3. & ibi Palud. q. 1. a. 1. concl. 2. num. 7. Astensis sum. 2. p. l. 8. t. 11. a. 3. q. 10. Tabiena Matrimonium. 4. q. 2. n. 3.*

Cæterum quamuis has posteriores rationes congruentiam quandam importare existimem. Nullo tamen modo persuadere mihi possum huius rationis legitimam esse, quod hæresis fornicatio spiritualis, & minus credo nomine fornicationis comprehensam esse à Christo *Matth. 5. & 19.* sed ille locus de sola fornicatione carnali accipiendus est. Quod inde probatur, quia vna & eadem res diuerso iure censeri non debet, *c. Quia circa, de Priuileg.* At latissimè diffidet diuortium ob hæresim à diuortio ob fornicationem carnalem. Ergo sub vna causa diuortij quę est fornicatio, non debuit carnalis & spiritualis comprehendi. Secundo, quia Christus de diuortio perpetuo sermonem fecit, & de vnico adulterio tanquam eius sufficienti causa. Quæ in hæresi minimè verificantur, vt nu. 11. & 13. dicemus. Tertio, quia *c. 2. de diuort.* expressè traditur ratio huius, periculum perueritionis coniugis Catholici. Qua ratione dato consonant omnes differentiæ, quę tradi solent inter diuortium causa vtriusque fornicationis celebratum, vt num. 11. & 13. videbimus. Et ideo rationem legitimam huius diuortii esse hoc periculum, nec comprehendi hæresim sub fornicationis nomine, sed solam carnalem docent *Abulens. c. 19. Matth. q. 70. Soto 4. d. 36. q. vn. a. 1. ad 2. Veracruz 3. p. Spec. a. 1. conclu. 3. valatios 4. d. 35. disp. vnic. col. 8. vers. Ex istis colligens, & d. 27. disp. 3. col. 29. in solut. ad 14. f. 606. Bellarm. l. 1. de matrim. c. 14. §. Sed hæc disputatio.* Et hanc rationem periculi tradit *Enriq. l. 11. de matrim. c. 17. n. 6.* Et hæc quidem ratio sufficiens & legitima est, dum non accessit sententia Ecclesiæ hæreticum coniugē damnans: & ideo si tunc resipiscat est necessario ad consortiū coniugale ab ipso catholico admittendus. Vt dicemus nu. 13. sed cum post sententiam Ecclesiæ licitum sit diuortium perpetuum, nec Catholicus teneatur admittere hæreticum, licet maneat ipse Catholicus in seculo, (vt dicemus n. 19.) aut fidem si velit ad religionem transire: iuxta cōmunem sententiam, n. 18. referendam, quantumuis hæreticus tunc emendatus sit: in quo casu iam cessat periculū: necessario est reddenda alia ratio talis diuortii perpetui, quod post hæretici damnationem est licitum. Et eam existimo esse, quod Ecclesia in pœnā hæresis faciat ius coniugi Catholico in perpetuum diuertendi ab hæretico etiā resipiscenti. Et ita hoc diuortium esse pœnam, ait *Castro l. 2. de iusta hæret. punit. c. 7.* nam eo ipso quod aliquis hæresis damnatur, est priuatus omni iure, quod in aliquem habebat, atque absoluuntur subditi ab omni debito fidelitatis. Vt constat ex *c. fin. de hæret. in 6.* ibi *Absolutos si nouerint à debito fidelitatis, dominis, & totius obsequij, quicumque Lapsis manifeste in hæresim aliquo pacto, quatumque firmitate vallato, tenebantur astricti.* Propter quam absolutionem à debito fidelitatis (ait *Castro*) non tenetur fidelis hæretico debitum reddere. Vel si hunc textum non probare hanc pœnam contēdas: ea probatur per *c. fin. de conuers. coning.* & per *cap. de illa, de diuort.* (vt num. 19. ostendemus.) Eandem sententiam tenet *Valentia in suis aduersus hæreticos contro. 1. vnico do indissolubilit. matrim. cap. 6.* vbi ait posse Ecclesiam, in pœnam semel admissi criminis diuortium perpetuum concedere. Vt contingit in hæresi, quando discedit ex peculiari iudicio & sententia Ecclesiæ. Idem docet *Enriquez. lib. 11. de Matrim. c. 17. n. 6.* vbi ait hæresis damnatū censeri inter alias pœnas damnati pœna diuortii. Quod idem aperte colligitur ex DD. quos n. 19. referam, cum dicant eo ipso quod coniux damnatur hæresis, censeri Catholicum diuertentem seperari iudicio Ecclesiæ. Quasi pœna hæc diuortii ipso iure incurratur propter hæresim, more aliarum pœnarum aduersus ipsam statuarum. Et posse hoc Ecclesiam, apertè constat ex eo quod possit coniugem hæreticum, bonorum, & famæ, vitæque ipsius amissione damnare: nedum pœna diuortii, vt immerum fidelis absoluatur ab obligatione debiti coniugalis ipsi reddendi. Insuper, quia Ecclesia priuat iure exigendi debitū coniugem, ob delictum quo cum proprio coniuge affinitatem contrahat, ita vt alter absolutus sit ab obligatione debitum ei reddendi, (vt probaui *l. 6. præc. disp. 9. n. 8.* à fortiori ergo poterit priuare ob hæresim, & absoluere Catholicum ab obligatione reddendi & cohabitandi. Vnde dum *Abulensis & Veracruz n. prænd. allegati* dicunt Ecclesiam non posse nouam diuortii causam instituere: vt verū dicant, intelligendi sunt, nisi in pœnam delicti admissi.

Et

Et per hoc soluitur argumentum 2.nu.præc.propositum, ad ptobandam contrariam sententiam. Nec primũ vim aliquam habet. Quoniã cũ verba propriè vsurpanda sint, nec fornicatio spiritualis sit propriè, sed per metaphoram fornicatio, sub hoc nomine generaliter dicto sola venit vniuersa fornicatio carnalis, quæ propriè talis appellatur.

10 Hinc infertur, iure naturali diuino concedi diuortium ab hæretico coniuge non resipiscenti. Vt bene docet *Palacios 4.d.35.disp.vn.col.7.vers. Porro in gratiam.* Quippe ius naturale concedit ius vitandi proprium animæ periculum, quale immineret catholico non diuertenti ab huiusmodi hæretico. At solo Ecclesiastico, postquam est iam coniux hæreticus emendatus, si hæresis damnatus sit. Vt probaui n. præcedad fin. Quia cùm iam cessarit periculum, nil est vnde ius naturale id concedat. Nec audiẽdus est *Castro l.2.de iusta haret.punit.c.7.col.3.* dicens etiam iure diuino priuari hunc hæreticum iure exigẽdi debiti, sicut per adulterium carnale. Nam spirituale est peius. Audiẽdus (inquam) non est. Quia nullus est locus vbi id ius diuinum explicetur. *Matt.* enim *c.5.& 19.* de sola fornicatione carnali est sermo. Nec obstat spirituale esse peiorem. Quia diuortium non attenditur ex magnitudine peccati in se, sed in ordine ad matri. Cui magis opponitur adulterium carnale. Vt partim n.2. diximus, & dicemus num. seq. Præterea, quia ante sententiam non licet diuertere ab hæretico resipiscentiergo nec post sententiam id liceret, attento solo iure naturali diuino, quod id non distinxit: nisi ius Ecclesiasticum statuisset contrarium in pœnam hæresis, vbi sententia præcessit.

11 Secundò infertur, id interesse inter carnale & spirituale adulterium, vt in illo satis sit vnicus actus, nec oportet expectare correctionem, vt integrum sit innocenti reum coniugem dimittere. Quod ius semel amissum nunquam recuperat adulter per pœnitentiam. In hoc autem non sufficit vnus vel alter actus hæresis, si coniux paratus sit corrigi: sed tunc demum coniux dimitti poterit, quando pertinax est, & correctionem refugit: & si ante sentẽtiam resipiscat, tenetur catholicus illum admittere. Constat ex *c.2.de diuort.* & ex *c.Non solum, 28 qu.1.* Huius rationem tradunt *gloss.c.fin.verb.Iudicio, de conuers.coniug.* & *ibi Anton.fine, Card.n.2.q.3. Sotus 4.d.39.q.vn.art.4.ad 3.* Quia si vxor admittatur à viro post fornicationem carnalem, fieret bigamus: quod secus se habet in spirituali. At hæc ratio nõ est generalis. Non enim procedit in vxore admittente virum adulterum. Et ideo melior est alia ratio quam reddunt. Quia fornicatio spiritualis solam animam coniugis polluit, carnalis verò animam & corpus: & ideo hæc magis è diametro fidei coniugali aduersatur, magisq; coniugem alterum & matrim. offendit. Inter omnes autem præstat ratio, quam nu.2. tradidimus: quod causa diuortii in hæresi, nondum sententia iudicis declarata, est temporalis, cessatque hæretico resipiscenti, nec adest periculum peruersionis coniugis catholici, quod est causa illius diuortii, quando vnus vel alter actus hæresis est, & coniux non est tenax, sed corrigi paratus. Causa autem diuortii in fornicatione carnali, nimirum, violatio fidei coniugalis, est perpetua, & reperitur in vno acta, nec cessat, adultero resipiscenti. Et ideo ita tenent D. *Thom.4.d.35.q. vn.art.1.ad 3. D.Bonauent.4.d.39.in exposit.lit.n.4.* vbi *Palud.q. vn.fine. Vincent.Speculo doctri.to.2.l.10.c.41. Abulens.c.19.Matt. qu.71. Supplement.Gabriel 4.d.32.qu.vn.art.2. conclus.6.& d. 35.qu vn.art.2.post 2.conclus. Sotus 4.d.39.qu. vn.art.4. ad 3.& 4. Cf d.35.q.vn.art.1.ad 2. Nider summ.præcept.6.c.4. Veracruz 3.p.Specul.a.2.in fine. Enriquez l.11.de matrim.c.17.nu.6. Barth. à Ledesm.dub.54.de matrim.concl.5. Ludou.Lopez 1.p.instruct.de matrim.c.53.ad fin.§. Quæritur deinde. Vega 1.tom. sum.cap. 89. casu 1.* Et ex Iurisperitis, *Glossa c.Idololatria, 28.qu.1. verb. Sacrificare. Goffred.sum.tit.de diuortiis.num.7. Hostiens.c.fin.tit.de conuers.coniug.* vbi *Ioann. Andr.n.2. Anton.n.2. Anchar.n.4. Hericus c.Quanto, n.7.de diuort. Alfonsi summ.2.p.l.8.t.11.a.3.q.10. Ioan.de Friburgo summa confess.l.4.t.22.q.2. Turrecr.32.qu.7.in summ.a.1.n.7. Tabiena Matrim.4.q.2.n.3. Gaeta repet.c.Ad limina, 30.q.1.§.4.n.235. Barbosa ff.solut.matrim.rubr.2.p.n.23.*

Tertiò infertur, pertinaciam coniugis in quacumque alia excommunicatione non præbere iustam causam diuertendi. Tum, quia in aliis excommunicationibus non reperitur id peruersionis periculum, quod in hæresi. Tum etiam, quia excommunicatio non interdicit coniugibus participationem. Vt latè dixi lib. præced. 14. per totam. Ita *Lud.Roman.rubrica ff.solut.matrim.n.23.* 12

Quartò infertur aliud discrimen inter fornicationem carnalem & spiritualem. Quòd in illa non tenetur cõiux innocens admittere reum, quantumuis pœnitentem & emendatum. In hac verò, si non dum sent. lata sit, tenetur admittere pœnitentem. Quod satis probaui nu. 11. Et fatentur omnes: solùm enim discrepant, quando præmisso Ecclesiæ iudicio catholicus ab hæretico receſſit, an teneatur admittere illum iam emendatũ. vt n.15. & seqq. 4. videbimus. Et solùm inuenì *Maorem, qui 4.d.35.q.1. paulo post princ.conclus.2.* ait non cogi catholicum ad hæretici resipiscentis admissionem. Quod ante Ecclesiæ sententiam verum non est: nisi vbi timor probabilis esset fictæ, seu non omnimodæ conuersionis, atque ita non cessaret periculum peruertionis Catholici. Vt bene docent *Sotus 4.d.39. q.vn.a.4.ad 3. Ludou.Lop.1.p.instruct.de matrim.c.53.§.vtterea licet matrim. Barthol.à Ledesma dub.54. de matrim.§. penult. Manuel 1.tom.sum.2.edit.c.230.num.2.concl.2. Palacios 4.d.35 disp.vn.col.7.f.783. Vega 1.to.sum.c.89.casu 2.* 13

Nec admittenda est aliquorum DD. dimitatio, qui tunc temporis concedunt admittendum esse hæreticum resipiscentem à coniuge catholico, quando res ex parte catholici est integra: quia, nimirum, quando hæreticus resipiscit, catholicus nõdum statum mutauit, si enim res non esset integra, existente iam catholico professo, non posset reuocari ab hæretico resipiscenti etiam ante iudiciũ Ecclesiæ. Quoniam idem contingit in fornicatione carnali. Sic *Abbas c.fin.n.4.de conuers.coniug. Supplem. Gabr.4.d.32.qu. vn.a.2.concl.6. Angelus* addens quamuis fornicatio spiritualis non sit notoria, *Matrimonium, 4. in fine princip. Francisc. Marcus dec.529.num.7.p.2.* Atque ita clarè sentiunt hi DD. posse catholicum ante hæretici cõuersionem transire ad religionem. Quod in terminis propriis relato *Abbate hic allegato* docent, quando hæresis esset notoria, *Rosella verb. Diuortium, n.13.* vbi *Sylvest.q.10. Armil.n.8.* Sed admittenda non est hæc doctrina. Quia coniux catholicus nequit iure ad religionem transire, donec iudicio Ecclesiæ ab hæretico separatus sit. Vt constat ex *c.fin.de conuers. coniug.* & *c.Dt illa, de diuort.* & rationem reddemus n.19. Si ergo contra ius hæretici nondum damnati transeat, potest ab illo reuocari, cum ab hæresi resipuerit. Nec est simile quod pro se adducunt DD. prædicti, de fornicatione carnali. Quia ob hanc perpetuum diuortium conceditur: ob illam verò ante sententiam Ecclesiæ solum temporale, dum manet pertinacia in hæresi, vt nu.11. & 13. explicuimus. Quare verius est quod dixit *Abulens.c.19. Matt.q.76. corp.paulo post princ.vers. Dicendum quod vtrumque*, nempe, catholicum sic professum posse reuocari ab hæretico resipiscenti. Quia professio non valuit cùm nec reus nec Ecclesia facultatem concesserint. At coniugem sic reuocatum non posse petere debitum, nec eo matrimonio morte soluto aliud inire: teneri tamen reddere. Quia votum castitatis quod emisit in professione, in sui præiudicium tenuit. Sicut in simili de coniuge absque licentia alterius professio deciditur *c.Quidam, & c.Placet, de conuers. coniug.* Atque idem prorsus dicendum est. si coniux ille catholicus ante hæretici damnationem esset ordine sacro initiatus. Quia eadem est omnino ratio. 14

Potissima autem difficultas in præsenti disputanda est de catholico iam iudicio Ecclesiæ separato ab hæretico. Quamuis enim DD. conueniant (vt diximus n.13.) quando nondum lata sententia receſſit: teneri illum ad hæretici resipiscentis admissionem. At quãdo iam lata est sententia, valde dissidẽt. Ansam huius discordiæ præbent duo textus, qui secum pugnare videntur. Alter est *c.fin. de* 15

conuers. coniug. ibi: *Mulier quæ in fide remansit, potest nolente viro, qui ab infidelitate recedit uti, propter quam ab eo fuerat iudicio Ecclesiæ separata, ad religionem libere commolare.* Vbi nomine infidelitatis intelligit textus hæresim, aut apostasiam à fide Vt testantur *ibi glossa, verb. Remansit. Hostiens. ibi, innoc. Abbas ibi, innoc. in casu positione. Cardin. n. 2. oppositi. 1.* vbi solum videtur concedi libera facultas coniugi catholico, transeundi ad religionem, lata iam sententia. Alter vero est *c. De illa, de diuort.* ibi; *De illa, quæ à viro suo labente in hæresim, ipsius consortium sine iudicio Ecclesiæ declinauit, videtur velle quod mulier ei, cum reuersus fuerit, est reddenda: qua & si reuerti noluerit, compellatur: si vero iudicio Ecclesiæ ab eo recesserit, ad recipiendum eum nullatenus decimus compellendam.* Vbi absoluta conceditur catholico facultas diuertendi præmisso Ecclesiæ iudicio.

16 Quatuor in hac disp. opiniones inuenio. Prima ait correctam esse distinctionem traditam *c. De illa, de diuort.* inter coniugem propria auctoritate aut iudicio Ecclesiæ diuertentē, per *c. Quanto, in fine, eod. t.* ac proinde in vtroq; euentu esset cōpellendum catholicum admittere coniugē ab hæresi resipiscentē. Ita *Goffred. sum. t. de conuers. infidelium, n. 4.*

17 Secunda sent. sic distinguit: si coniux catholicus ante Ecclesiæ sententiam diuertat, tenetur in vtroque foro hæreticum emendatum admittere: & similiter si hic vnius aut alterius hæresis damnatus sit: si autem variæ & iteratæ hæresis sit condemnatus, non tenetur illum iam resipiscentē statim admittere, sed bienniū expectandum erit, vt experientia ipsa plenā correctionem comprobet: qua biennio comprobata, tenetur catholicus in vtroque foro eum sibi reconciliare. Quod si intra id biennium signa plenæ emendationis minimè præbeat, integrum erit catholico ad religionem ordinesve transire. Fundamentum huius sent. me prorsus latet. Eam sustinet *Enrique. l. 11. de matr. c. 17. n. 6.* & refert pro illa *in comment. lit. X. Paludanū, Sylvest. & Ledesmam*, qui in locis per illum allegatis id non dicunt, nec alibi inueni. Refert etiam Victoriam, Mantium, Theologos, & Iurisperitos & consultos sic sensisse.

18 Tertia sent. (quæ communis & valde probabilis est) asserit Catholicum propria auctoritate recedentem teneri redire ad hæreticum iam emendatum, diuertentem autem iudicio Ecclesiæ præmisso ad id nō obligare, si velit religionem ingredi, secus si velit in seculo manere. Dicitur per *c. fin. de conuers. coniug.* vbi diuertenti præuio eo Ecclesiæ iudicio non conceditur plena libertas, sed limitata, vt ad religionem transeat. Ergo à contrario sensu ad eam non trāsiens minimè eximitur ab obligatione coniugali. Quòd si opponatur *c. De illa de diuort.* vbi plena exemptio conceditur. Respondet *Glossa eo. c. De illa, in fine*, id corrigi quoad hoc, per *c. Quanto, in fine eod. tit.* & per *d. c. fin.* Hanc sent. tenetur *glossa eo c. fin. verb. Iudicio, & d. c. De illa, in fine, & d. c. Quanto, in fine Hostiens. sum. t. de diuortiis, nu. 12. fine, Et d. c. fin. n. 1. in fine, & d. c. De illa, n. 2. & d. c. Quanto, in fin. Abbas antiquus, Philippus & Iacobus*, quos refert & sequitur *Ioan. Andr. d. c. Quanto, n. fin. & d. c. De illa, n. 3. Anton. d. c. fin. n. 3. innoc. n. 4. ad fin. & d. c. Quāto, n. 11. & d. c. De illa, n. 4.* vbi *Anch. n. 5. Alex. de Neuo, n. 5. & 8. Cardin. d. c. Quanto, num. 3.* vbi *Henric. n. 7. Præpos. d. c. De illa, n. 7. & d. c. Quanto, nu. 5. in fin. Astens. sum. 2. q. 1. §. 1. 11. a. 2. q. 14. Supplem. Gabr. 4. d. 32. q. vn. a. 2 conel. 6. Abulens. c. 19. Matt. q. 76. corp. vers. Dicendum quod veramque. Soto 4. d. 39. q. vn. art. 4. ad 3. Iul. Clarus. 5. recept. §. Hæresis, nu. 15. vers. Item propter hæresim. Veracruz 3. p. Spec. a. 2. concl. 5. Palacios 4. d. 25. disp. vn. col. 7. f. 783. Surdus de alimentis. 7. q. 21. nu. 7. Angles floribus 3. p. de matr. q. 12. de disparitate cultus, a. 2. post 7. dub. diffic. 2. Ind. Lopez 2. p. instr. de matr. ca. 55. §. Licèt matr. & c. 54.* vbi de diuortio, in genere, *vers. Notandum est autem breuiter. Graffis 2. p. decision. l. 1. c. 12. n. 73. Barth. à Ledesma de matr. disp. 54. §. penult. Manuel 2. to sum. edit. c. 230. n. 2. concln. 2. Vega 2. to sum. c. 89. casu 2. Castedo sum. sacrament.* vbi de matrim. c. 7. ad fin. Et censent esse probabilem *Richard. 4. d. 39. a. 2. q. 2. & Tabiena Matrimonium, 4. qu. 5.* vbi hanc & seq. opinionem referunt in numero opinionū, & neutram decidūt. Pro eadem referuntur à *Barbosa rubr. 2. p. n. 19. ff. solet matr. Bursatus, Rojas, Simancas, Franc. Marcus*, sed eā minimè tenēt.

19 Quarta opinio (cui tanquam multo probabiliori adhæreo) asserit id distare inter catholicū recedentem à cōiuge hæretico absque iudicio Ecclesiæ, & recedentem eo præmisso, vt in priori casu teneatur illum emendatum ad confortium coniugale admittere: in posteriori verò minimè, sed possit liberè ab eo diuertere, ac posset adulterio carnali ab altero perpetrato. Prob. primò ex *c. fin. de hæret. in 6.* vbi fidelis absoluitur omnino à debito fidelitatis, & obsequii debiti hæretico iam damnato. Ergo non tenetur coniux fidelis ad debitum coniugale, & cohabitationem hæretico ob contractū matrimonii debita, vbi is dānatus fuerit. Secūdò, ex *c. De illa de diuort.* cuius verba retuli n. 15. vbi hæc sent. apertis verbis decidit. Nec corrigitur per *c. Quanto de diuort.* quod in diuersō casu loquitur, nempe, quando mulier proprio iudicio separata est à viro hæretico, & ideo cogitur ad eum pœnitētem redire. Quibus hoc non satis clarè ibidē exprimatur, sed per coniecturas elici debeat. Nec etiā corrigitur per *c. fin. de conuers. coniug.* quoniam id potius hanc sententiam probat, vt statim ostendam. Deinde, quia argumētum ex illo desumptum à contrario sensu nil probat ad iuris alterius correctionem inducendam, vt ex multis probat *Enerardus in suis topicis, loco à contrario sensu, n. 4.* Tertiò, quia apertissimè videtur hæc sententia decisa, *c. fin. de conuers. coniug.* quo præcedens sent. innititur. Ibi enim in pœnam hæretici iam damnati conceditur Catholico liber transitus ad religionem: ac proinde ad eū cogendus non est: sed dabitur optio, nū velit transire, an potius in seculo vitam à coniuge hæretico reconciliato separatam traducere malit. Vnde non expressit Pontifex licere transitum liberum ad religionem, quasi ad eum solum euentum coarctans diuertendi facultatem, sed explicans casum difficiliorem, supponit minus difficilem. Si enim solùm diceret eximi catholicam à debito reddēdo: non inde sequeretur licētia transeundi ad religionem. Quippe ratione affinitatis, aut cognationis spiritualis, amittit illa contrahens ius exigēdi, ita vt alter non teneatur illi reddere (vt dixi l. præc. disp. 6. n. 8.) cùm tamen non sit integrum huic sic libens ab ea obligatione migrare ad religionem. At vero dicens posse catholicum se libere religioni dedicare, supponit necessario eum omnino exemptum esse ab omni obligatione coniugali, siue reddendi debitum siue cohabitandi. Hæc enim obligatio obstat ingressui religionis, vtpote qui impediret executionem huius obligationis iure debitę. Quarto, ex ratione generali, quia iuris correctio tanquam odiosa est vitanda, in quantum fieri poterit, *c. Cum dilectus, vers. Caterum, de consuetud.* & iura concordare oportet, *l. vnica, C. de inoffic. testam.* Et decreta posteriora, vbi expressè prioribus non aduersantur, sunt ex illis supplenda & intelligenda, quo legum correctio vitetur, *l. Sed & posteriores*, iuncta *gloss. verb. Pertinent. ff. de legibus.* Quæ adeo vera sunt, vt gratia prædictæ correctionis vitandæ, verba ad impropriam significationem trahantur, vt tradunt *Anton. c. Cum dilectus, n. 15. de consuet.* vbi *Imola n. 12. Abbas c. Cum olim, in fine, de sentent. & re iud. Felinus c. Non potest, eod. t. n. 8. vers. Limita duplicater. Alexan. cons. 85. n. 12. l. 4. Rebuff. c. Quoniam, num. 31. de iure patron.* Nedum ea correctio vitanda erit, vbi seruata verborum proprietate caueri potest, vt contingit in præsenti. Et confir. quia saltem negari nequit verba textum esse dubia, quo in euentu, in odiosis, quale est iuris correctio, verba in benigniorem partem intelligenda sunt, *Regula, In pœnis 49. de regul. iuris in 6.* Quòd si roges causam prædictæ differentiæ ea est, quòd ante Ecclesiæ sententiam, causa diuortii sit solùm peruersionis Catholici periculum: ea verò sequuta, pœna qua hæreticus damnatur (vt num. 9. ostendimus.) Quia ergo hæretico emendato cessat id periculum, non verò pœna semel iā incursa, inde est vt cesset diuortium ante sententiam factum, nō verò illam subsequens. Adde, Ecclesiam minimè permittere quenquam pœnis hæretici plecti ante sententiam, *c. Cum secundum leges, in fine, de hæret. in 6.* Cùm ergo diuortium perpetuum sit hæresis pœna, id non sustineret donec Ecclesiastica sententia

accedat

accedat: ac subinde solùm datur Catholico diuertere tempore, quo periculum manet, (prout ius naturale sibi concedit) eoque cessanti per hæretici correctionem, cogitur redire: donec Ecclesia condemnet hæreticum. Et ideo hanc sententiam, sicut & præcedentem, censent esse probabilem *Ricard. & Tabiena, n. præced. ad fine allegati*, (vt ibi notaui.) Eandem videtur tenere *Abb.* obscurè loquens *c. De illa, in fine, & c. Quanto, in fine, de diuort.* Et ita eum intelligit *Conar. statim. allegandus.* Et eam sustinent *Laurentius relatus à glossa c. Quanto, in fine, de diuort. Monald. sum.* vbi de matrim. *t. de dispari cultu, vers. penultim. Angelus Matrimonium, 4. in fine princip. Almain. 4. d. 32. q. vn. Abulensis c. 19. Matth. qu. 72. in fine corp. & q. 73. paulo post princ. Castro l. 2. de iusta haret. punit. c. 7. Conar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 5. n. 5. Matienzo lib. 5. recopil. t. 1. rubr. glossa 1. n. 80. Barbosa rubr. 2. p. num. 20. ff. solut. matrim. Grassis 1. p. decision. l. 2. c. 84. nu. 16. & p. 2. l. 1. c. 12. n. 22. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matrim. c. 54.* vbi de diuortio quoad habitationem, *paulo post princ. vers. Quartus casus* Et videtur tenere *Rosas de haret. 2. p. assert. 40. n. 235.* vbi absolutè docet virum minimè cogendum esse habitare cum vxore reconciliata, per *c. De illa, de diuort.* Et refert pro se *Couarr. & Castro*, qui sunt authores huius sententiæ: vnde apertè est eiusdē opinionis. Eandem videtur tenere *Simancas de Cathol. instit. c. 40. n. 16.* vbi id ipsum ait quod *Rosas*, & subdit, quin etiam posse Catholicum altero coniuge inuito ad religionem transire: vbi tanquam quid minus videtur supponere posse illum manere in seculo. Et idem videtur tenere *Valentia in suis controuers. l. 1. de indiss. habitat. matrim. cap. 6.* vbi ait concedi Catholico ius perpetui diuortii, quando discedit ex peculiari iudicio, & sententia Ecclesiæ.

20 Rogabis autem quando dicitur Catholicus separatus ab hæretico, authoritate ac iudicio Ecclesiæ, ita vt illum etiamsi pœnitentia ductus ad Ecclesiæ gremium redeat, minimè teneatur admittere, iuxta dicta n. præced. an, scilicet, ad id specialis sententia diuortii desideretur. *Quand. 4. d. 39. disp. vna proposit. 3.* dicit tunc esse hanc sententiā, quādo hæreticus in absentia damnatur, ac eius statua comburitur. Quare si per inquisitores reconciliatus sit, tenetur Catholicus eum recipere. Sed hæc sententia caret fundamento. Ideo dicendum est minimè desiderari specialem diuortii sententiam, sed iudicium illud Ecclesiæ requisitum nil aliud esse, quàm sententiam iudicis Ecclesiastici, qua declaratur illum esse hæreticum, qua sententia data sine vlteriori separationis sententia integrum est Catholico omnino diuertere. Et ratio est manifesta, quia cùm diuortium hoc sit quædam pœna hæresim consequens (vt n. 13. probaui) eo ipso quod coniux sententia iudicis declaratur hæreticus, damnatur hac pœna, sicut & amissione bonorum, & cæteris hæreticorum. Ita docent *Castro & Conar. n. prat. allegati, Barbosa rubr. 2. p. n. 21. & 22. ff. solut. matrim. Grassis 1. p. decision. l. 2. c. 84. num. 16. Lud. Lopez 2. part. instruct. de matrim. c. 54.* vbi de diuort. quoad habitationem, *paulo post matrim. c. 54.* vbi de diuort. quoad habitationem, *paulo post princ. vers. Quartus casus Enriq. l. 11. de matrim. c. 17. n. 6.* Et clarè videtur tenere *Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 4. ad 3. vers. Si verò talis*, vbi hæc ait: *Si verò coniux fuit publico Ecclesiæ iudicio hæresis damnata, ac subinde à coniuge separata.* Vbi clarè hanc separationem ponit tanquā consequētem necessario ipsam sententiam, qua hæresis declaratur. Et *vers. Verum verò*, vbi ait diuortiū hoc fieri iudicio Ecclesiæ condemnantis hæresis coniugem. Hoc temperat *Barbosa co. n. 21. & 22.* vt sic intelligatur, aut enim Catholicus petit diuortium propter hæresim alterius, & lata est diuortii sententia: & tunc res est manifesta nil aliud desiderari: aut non interuenit hæc expressa separatio: & tunc exigitur vt publica sententia declaretur cōiux tanquā hæreticus. Quare si in occulto coniux hæreticus reconciliatur per inquisitores, vel quia hæresis est occulta per accidēs, quia nisi tum fuit externa, at probari nequit: vel ob aliam iustam causam, tunc ea sententia non satis est vt liceat Catholico perpetuum diuortium, tanquam iudicio & authoritate Ecclesiæ factum. Quia in his euentibus Ecclesiæ non vult illum coniugem publicè reputari tanquam hæreticum. Allegat pro se *Sotum 4. d. 39. q. vn. 3. 4. ad 3. vers. Si verò talis*, vbi id non dicit expressè; at fauet huic sententiæ, ait enim diuortium hoc Catholico indulgeri ad cauendā infamiam facti, quæ contrahitur ex cohabitatione cum hæretico recōciliato. Sed hæc limitatio nō placet, si enim re vera per sententiam declaretur is cōiux hæreticus, & ac talis habitum pœnitentium induatur, & reconcilietur, quantumuis in occulto id fiat, verificatur præcedere Ecclesiæ iudicium, & sententiam declarantem hæresim, quam declarationē, statim eo ipso necessaria quadam sequela sequuntur pœnæ hæreticis iure statutæ: inter quas diuortium hoc perpetuum numeratur.

Vtrum autem hæretico coniuge iam Ecclesiæ sententia 21
damnato, integrum sit vito Catholico ad ordines trāsire, sicut licet ad religionem: iuxta nostrā sententiam, & etiā iuxta aliam, n. 18. relatam? non constat inter DD. Quidam enim concedentes transitum ad religionem, negāt transitum ad ordines. Ita *Angles & Cañedo, n. 18. allegati, & Ludou. Lop. 2. p. instruct. de matr. c. 54.* vbi de diuortio in genere, *vers. Notandum autem est breuiter*, dicit non ita certum esse posse ad ordines transire: & nil de hoc. Huius sententiæ erunt à fortiori, qui ob adulterium carnale vxoris eam facultatem denegant viro. Quos & eorum rationes retuli hoc l. disp. 11. n. 15. At dicendum est licitum esse eum transitum ad ordines. Quia iuxta nostram sententiam tunc est licitum omnimodum diuortium: sicut ratione fornicationis carnalis. Et ideo potest probari eisdem rationibus, quibus in ea disp. 11. n. 16. probaui hoc in fornicatione carnali. Et DD. ibi relati tradentes regulam generalē, vt liceat innocenti transitus ad ordines, quoties licet ad religionē, sunt pro hac sent. Si vero teneamus cum sent. probabili, n. 18. relata in hac disp. asserenti nō concedi absolutum diuortium altero cōiuge hæresis damnato, sed in solo casu, quo velit Catholicus ad religionem transire: adhuc dicendum est posse similiter ad ordines sacros illū promoueri. Quia eadem videtur ratio, cum vtrobique sit perpetua status mutatio, cum obligatione castitatis perpetuæ. Atque ita ex authoribus illius opinionis, ita docent *Sotus, Palacios, Barth. à Ledesma, Manuel cod. nn. 8. allegati, Vega 1. to sum c. 89. casu 3.* & ex Doctoribus, qui nostram sententiam tenent, docet id ipsum *Barbosa rubr. 2. p. n. 20. ff. solut. matrim.*

Nec oportet vt hæreticus damnatus transeat ad reli- 22
gionem, votove castitatis se astringat in seculo, quo transitus ad illam liceat Catholico. Quia facultas concessa Catholico non debet vim aliquam hæretico coniugi reconciliato inferre. Deinde quia *c. finali. de conuers. coning.* dicitur posse liberè Catholicum ad religionem migrare, quod ei liberum minimè esset, si exigeretur transitus hæretici coniugis. Si enim hic profiteri nollet, ille non posset profiteri. Nec valet, si dicas illum cogendum esse. Nam manere intra claustrum potest quis inuitus: professio autem inuita non potest esse valida. Quia sicut matrimonium carnale, ita & spirituale absque propria voluntate consistere nequit. Et ideo ita tenet *Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 4. in solut. ad 3.* Et idem ob eandem rationem dicendum est, si velit Catholicus ad ordines transire. Nil enim dēsideratur ab hæretico damnato efficiendum.

Nec audiendi sunt *Ioann. Andr. c. fin n. 2. & Anchar. n. 4. de* 23
conuers. coning. limitantes hanc facultatem concessam Catholico diuertenti post sententiā damnantem hæreticū, nisi correctio hæretici præcedat sententiam. Quare hoc discrimen constituunt inter fornicationem carnalem & spiritualem: quod ob illam, etiam præcedenti emenda adulteri, potest ferri sententia diuortii: ob hanc vero minimè. Probant per *c. Non solum, 28. q. 1.* & dicunt colligi ex *eo. c. fin.* Sed hæc limitatio, tanquam fundamento destituta, non est admittenda. Quia *id cap. fin.* absolutam & liberam concedit facultatem Catholico separato iudicio Ecclesiæ: & similiter *c. De illa, De diuort.* Atque CD. n. 18. & 19. allegati absolutè loquuntur. Deinde, quia hoc diuortium est pœna hæresis (vt n. 13. diximus.) At nullam aliam pœnam euitat hæreticus ante sententiam emendatus. Cur ergo hanc euitabit? Nec *c. Non solum*, quod pro se allegat, probat

probat aliquid: solùm enim docet D. *Aug.* author illius, recedendum esse à coniuge in hæresi pertinenti. Quod si inde à contrario sensu ducatur argumentum, vt recedendum sit ad hæreticum iam emendatum: vt vim habeat id argumentum, & ne contraueniatur decisioni, *d. c. fin. & d. c. De illa*, intelligendum est, donec sententia Ecclesiæ accedat qua existente licitum erit Catholico diuortium, quamuis emendatio hæretici sententiam præcesserit.

4 Rursus de ipsomet hæretico damnato, num possit ad religionem ordinesue transire, inuito Catholico, aut saltem eius manentis in seculo licentia obtenta, controuersia inter DD. est. Quidã enim asserunt teneri eum hæreticum sic damnatum redire ad Catholicum petentẽ vt redeat: nisi iam hæreticus professus esset, vel ordines suscepisset: atque ita supponunt id posse illum absque Catholici licentia efficere. Sicut etiam in adulterio carnali contingit. Non enim potest adulter, qui post latam diuortii sententiam professus est, aut ordinibus sacris initiatus, ab innocenti reuocari (Vt ex aliquorum sententia retulimus hoc l. disp. 10. num. 10.) Atque ita docent *Angelus, Matrimonium 4. n. 3. Tabiena Matrimonium 4. q. 5. n. 6.* At licet in adulterio carnali diximus ea disp. 10. n. 12. & 13. non posse adulterum, nec ante, nec post latam diuortii sententiam, statũ mutare inuito innocenti, imò nec sine eius licentia: ita id dicimus in spirituali. Imò quãuis in carnali, opposita sententia esset vera: non haberet locum in spirituali. Quia in illo dicunt DD. illius sententiæ, coniugem innocentem, ad cuius instãtiam fertur diuortii lentẽtia, cedere iure suo, illam petẽdo, tacitamq; concedere licentiã adultero mutandi statum. Quod in adulterio spirituali dici nequit. Quoniam pœna diuortii imponitur propter delictũ hæresis, ipsumque necessario comitatur, vbi sententia declaratum fuerit, licet nil petat Catholicus. Præterea potest hoc probari eisdem rationibus, quibus id in adulterio carnali probaui. Et ideo ita sentiunt *Syluest. verb. Diuortium, q. 10* vbi *Armil. num. 8. Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 4. ad 3. verf. Si vero sic vero, Palacios 4. d. 35. disp. vnica, col. 7. f. 783. Barbosa rubr. 2. p. n. 22. ff. solut. matrim. Barth à Ledesma, dub. 54. de matrim. § penult. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 230. n. 2. concl. 2. Vega 1. to sum. c. 89. casu 3.* Vnde bene inferunt *Syla. & Palacios*, aliter ingredientem in religionem posse à Catholico reuocari. Quia id non potuit efficere in præiudicium Catholici. Et profectio fuit nulla, vt bene ait *Palacios*. At tenebitur seruare castitatem non petendo debitum: & post solutum illud matrim. nõ ineundo aliud. Vt in simili dicitur, *c. Quidam, & c. Placet, de conuersione coniug.* & idem prorsus dicendum est, si Catholico incõsulto hæreticus ille ad sacros ordines promotus fuisset. Est enim eadem ratio. Imò *Sotus, Barth à Ledesma, Manuel, Vega ibid.* dicunt nõ satis esse licẽtiam Catholici, vt hæreticus ille post sententiam possit ad religionẽ transire, sed desiderari vt ipse quoque Catholicus transeat. Nec mirum eos ita opinari: cùm enim non concedant absolutum diuortium in eo euentu, nisi Catholicus ad religionẽ transeat (vt n. 18. retulimus) nil mirum, si censeant non satis esse licentiam Catholici manentis in seculo, vt licitus sit hæretico ingressus religionis. At cum lata sententia aduersus hæreticum, cõcesserim. Catholico diuortium perpetuum (vt probaui n. 19.) existimo sufficere licentiam Catholici manentis in seculo absque quocunque voto, vt possit is hæreticus statum mutare, profitendo in religione, siue assumendo ordinem sacrum (intelligo ex parte iniuriæ cõiugio inferendo, nõ enim tracto de irregularitate contracta ratione sententiæ ad ordines assumẽdos:) & semel iam statu mutato non posse eum à Catholico reuocari. Vt dixi ex disp. 10. n. 15. An vero semel data licentia possit re integra reuocari, & sufficiat Catholicum scire, & non contradicere: vel si Catholicus monitus nolit admittere hæreticum? consule dicta ea disp. 10. n. 14. & 16. in fornicatione carnali: eadem enim dicenda existimo in hac spirituali. Quia quoad hoc eadem est ratio. Cùm in hac post latam sententiam detur diuortium perpetuum in pœnam hæretici, & fauorem Catholici. Vnde concludo cum *Syluest. verb. Diuortium, q. 10. & Armilla ibi, n. 8.* in duplici casu posse illum hæreticum iam damnatum transire ad religionem. Prior est, obtenta Catholici licentia. Posterior, si iam ipse Catholicus sit professus. Ego addo, vel iam ordines sacros susceperit. Quia eadem est ratio.

Vtrum autem detur compensatio, vtroque coniuge 25
damnato hæresis, vel altero sic damnato, altero vero adulterii reo, ita vt neutri diuortium liceat? sermo est habẽdus tota disp. seq.

Tandem videndum est, num copula sponte à Catho- 26
lico habita cum hæretico, post notitiam hæresis, sit condonatio, ita vt amplius non liceat diuertere? Et videtur vera pars negans. Quia diuortium hoc est pœna hæresis, atque ita videtur non posse expressè etiam remitti à Catholico, nedum tacitè per copulam. Sicut si coniux affinitatem cõtrahat cum altero coniuge, coniux innocens petens ab eo debitum, non censetur remittere pœnam, qua alter à debiti petitione ratione affinitatis arcetur: eo quod nec expresse possit illam remittere. Vt dixi lib. 10. disp. 6. n. 9. Cæterum sic distinguendum existimo. Si copula habita est ante sententiam, qua hæreticus cõdemnatur, nullo modo est condonatio, nisi expressus animus condonãdi adesset: cõdonandi (inquam) ius diuertendi, quod post secutam sententiam competet. Quippe nondum ius diuortii acquisitum est Catholico, ac proinde nil est quod remittat: nisi expressus animus ferretur in ius futurũ. Remissio enim ex natura sua ad præsens vel futurum debitũ fertur. Ius verò recedendi ad tempus, quo pertinacia in hæresi durat, remittere nequit Catholicus. Cùm ratione periculi teneatur reddere (vt diximus num. 5.) Si autem is animus expressus adesset, valeret condonatio: etiamsi sola mente fieret, nec expectaretur hæretici acceptatio (vt in fornicatione carnali probaui disp. præced. n. 2.) Nullam enim rationem discriminis quoad hoc inuenio inter vtramque fornicationem. Cùm in vtraque sit fauor innocentis libertas diuertendi, manente ligato hæretico: ac proinde vt id matrimon. restauretur, sufficiat Catholicum cedere iure suo. Nec obstat argum. ductum ex affinitate contracta. Quia ea pœna ita est pœna, vt nullo modo sit in fauorem alterius coniugis, quare ipso inuito potest Episcopo dispensante id impedimentum auferri. At in fornicatione carnali & spirituali ita est pœna adulteri, vt sit etiam fauor innocentis. Quod in adulterio carnali constat, & de spirituali probatur. Indulgetur enim id diuortium Catholico ad cauendam infamiam facti, quam contraheret habitando cum hæretico. Vt bene ait *Sotus 4. d. 39. q. vn. a 4. ad 3. verf. Si vero talis.* Vnde ipso inuito nequit ad impedimentum tolli. Quando autem copula adest post sententiam, si esset animus non condonandi, non esset condonatio, nec teneretur Catholicus reuocare ad pristinam amicitiam illum hæreticum, nec fictio illa culpam venialem excederet (vt de fornicatione carnali dixi disp. præc. n. 23.) & omnia ibi dicta sunt hic dicenda. Si tamen esset animus condonandi; manifestum est ex proxime dictis esse condonationem. Nec tunc requiritur distincta cognitio iuris competẽtis ad diuertendum, sed satis est velle Catholicum reuocare ad cõsortium coniugale illum hæreticum, obliuioni mandantẽ iniuriam illam, & quasi ea postposita velle amicitiam coniugalem. Quia id est virtute omne ius sibi competens ratione illius iniuriæ velle remittere (vt dixi disp. præc. n. 22.) Et hoc nisi errore ductus reconciliationem faceret, existimans se ad eam teneri. Quia non esset spontanea (vt etiam dixi disp. præced. nu. 16.) Demum si neuter animus adesset, nimirum, nec condonandi, nec non condonandi, tunc quamuis in adulterio carnali existimarim disp. præced. num. 21. esse condonationem. At contrarium existimo in fornicatione spirituali: nisi ille nosset ius diuortii sibi competens, & per copulam condonari: tunc enim esset virtute condonare. Ducor, quoniam in adulterio carnali, ratio diuortii est mera iniuria illata innocenti, & carnis diuisio, ac proinde copulam & actus amicitiæ coniugalis, per quæ

caro

carò quasi diuisa iterum vnitur, sequitur ex quadam naturali necessitate condonatio prioris iniuriæ, vbi contraria intentio non repetitur. Et ideo non tam exacta notitia iuris diuertendi, & condonationis sequentis prædictos actus, ac tam expressa condonandi voluntas desiderantur (vt explicui disp. præced. nu. 21. & 22.) At in adulterio spirituali non est ratio diuortii iniuria alteri coniugi illata. Nam omnes subditi absoluuntur à debito fidelitatis seruandæ hæreticis, *c. fin. de hæret. in 6.* Cum tamen illi nulla irrogetur iniuria. Sed potissima ratio est, quod in pœnam fidelitatis Deo debitæ, violatæ per hæreticum, absoluuntur subditi à fidelitate ipsi hæretico debita, vt in quo deliquit, puniatur: ac proinde actus copulæ, & amicitiæ coniugalis, non eam habent connexionem cum huius iuris condonatione, sicut in adulterio carnali: propterea que exigitur maior notitia, & expressior voluntas, vt condonationes sint. Quam rationem differentiæ, aut saltem esse discrimen in hac parte, colligo ex *Soto 4. d. 39. qu. vn. a. 3 in solut. ad 2. ver. Arguitur autem*, vbi proponens argumentum ad probandum, non posse coniugem ad finem redeuntem relinquere infidelem, post copulam subsequentem conuersionem. Sicut cõtingit in adulterio carnali, copula habita post illius notitiam. Respondet exemplum non omnino cõuenire. Quoniam culpa fornicationis (carnalis per carnalem copulam coniugis censetur condonata: fornicatio vero spiritualis minimè. Vbi expresse *Sotus* differentiam in hac condonatione agnouit. An vero sit plena condonatio per copulam, quando coniux innocens fuit conscius adulterii carnalis, non vero spiritualis, vel è contra: dixi disp. præced. n. 11. fin.

DISPVTATIO XVI.

Vtrùm detur cõpensatio, si vterq; contux adulterii spiritualis reus sit: vel alter carnalis, alter vero spiritualis: ita vt neutri diuertere liceat.

SVMMARIVM.

Proponitur duplex sententia circa compensationem inter fornicationem carnalem & spiritualem, n. 1 & 2.
Sententia Auctoris, n. 3.
Quid, si vterque coniux in fornicationem spiritualem lapsus sit? n. 4.
Soluuntur argumenta, n. 5.

1 CIRCA compensationem adulterii carnalis cum spirituali, duplicem inuenio sentent. Prima docet dari compensationem, si hæreticus ad gremium Ecclesiæ redire velit: (dũ enim in hæresi pertinax est, audiri nequit opponens exceptionem adulterii carnalis ab altero coniuge admissi, nec alter ratione periculi tenetur cũ eo habitare) ac proinde resipiscenti hæretico, neutri coniugi licitum esse diuortium. Ducitur, quoniam vtraq; fornicatio est sufficiẽs causa diuortii, idemque quoad illud operatur (vt tota disp. præc. dictum est.) Ergo à fortiori idem operari debet quoad reconciliationem. Proniora enim sunt iura ad coniungendum, quàm ad separandum, *c. 1. in fine, vt lite non contest.* Secundo, quia ideo dum vterque cõiux est adulterii carnalis reus, neutri datur diuortiũ: quia paria delicta mutua compensatione abolentur. Nec iure paria delicta mutua compensatione abolentur. Nec iure optimo alter alteri postea crimen, quo ipsemet infectus est obiicere, (vt probaui hoc lib. disp. 6. n. 1.) At eædẽ rationes militant, altero existente reo adulterii carnalis, altero vero spiritualis. Et ideo hanc tuentur *Goffred. sum. t. de adulteriis, n. 6. & t. de diuortiis, n. 14.* vbi *Hostiens. nu. 10. & c. De illa, in fine. De conuers. coniug. Ioan. Andr. c. fin. num. 4. de conuers. coniug. & vbi Anton. n. 4. Abbas in fin. Anchar. n. 3. Albericus in suo dictionario, litera M. verb. Matrimonium, 8. vers. Quid si aliquis coniugum, ad fin. Ioan. de Friburgo sum. confess. lib. 4. t. 22. qu. 17. D. Antonin. 2. p. t. 1. c. 21. §. 6. vers. Nota etiam. Syluester Matrim. 9. q. 8. §. 8. & verb. Diuortium q. 11. §. 14.* vbi *Rosella nu vlt. Armilla n. 9. Greg. Lopez l. 8 fin. tit. 2. p. 4. Gaeta repetitione c. Ad limina, 30. p. 1. §. n. 234.*

2 Secunda sent. docet, coniugem reum cuiuscumq; fornicationis carnalis posse suum delictum cõpensare cum fornicante spiritualiter & repellere hunc petentẽ diuortium ratione adulterii carnalis obiiciendo ei exceptionẽ adulterii spiritualis ipsius: at fornicantem spiritualiter non posse vti compensatione, quantumuis correctius sit ratione adulterii carnalis: ac proinde adulterum carnaliter posse diuertere ab adultero spiritualiter, nimirum ab hæretico per sententiam damnato, huic tamen minimè esse licitum id diuortium ab illo. Ducitur, quoniam ad iustam compensationem desideratur æqualitas inter res cõpensandas, at fornicatio spiritualis multo grauius delictum est quacumque carnali. Non ergo æquum est, vt hæc delicta compensentur: sed qui fornicatione carnali infectus est, tanquam leuioris criminis reus, poterit ea compensatione iuuari aduersus fornicationem spiritualem perpetrantem. Quæ tamen huic aduersus illum deneganda erit. Ita sentiunt *Palud. 4. d. 35. q. 1. a. 2. casu 1. nu. 11. & ibi Supplem. Gabr. q. vn. a. 2 post 1. propos. casu 1.* (licet præcedentem & hanc sententiam referat, neutramque definiat.) Idem *Castro l. de lege pœn. c. 4. §. Vt nostram. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. nu. 217. Ouand. 4. d. 35. q. vn. propositione 1. & ibi Palacios d. vn. paulo post princ.* Qui tamen limitat, nisi hæreticus sit occultus, adulter vero manifestus. Tunc enim (inquit) forsan dabitur hinc inde compensatio: eo quod adulterium ratione illius circumstantiæ aggrauetur: hæresis vero malitia minuatur.

Neutra tamen sent. mihi placet. Non prior, quia aut 3 nondum lata est sententia aduersus hæreticum: & tunc manifestum est non posse adulterum vti compensatione, obiiciendo exceptionem illius hæresis. Quoniam vt ratione compẽsationis denegetur diuortium, allegato delicto illud petentis, desideratur vtriusq; coniugis delictũ esse sufficientem diuortii causam: (vt probaui hoc l. disp. 6. n. 3.) at hæresis ante sententiam non est sufficiens causa diuortii, nisi ad tempus, dum deest emenda, & illa existẽte, nullo modo (vt dixi disp. præc. nu. 19.) Non ergo datur compẽsatio adulterii cum illa hæresi, sed integrũ erit hæretico nõdum damnato diuertere ab adultero, nõ tamen è contra, nisi ad tempus, dum non corrigitur. Aut iam lata est sententia aduersus hæreticũ: quo in euẽtu vtraq; fornicatio est sufficiens diuortii causa: & in hoc casu absque dubio loquitur prior illa sent. Et nec in hoc casu dari cõpensationẽ inde mihi suadeo. Quia longe diuersa est ratio diuortii in vtroq; delicto: in carnali enim fornicatione est ratio, fides violata, & caro in alia diuisa: in spirituali autem, quod in pœnam hæresis damnatæ absoluatur Catholicus à debito fidelitatis (vt dixi disp. præc. n. 9. Si ergo Catholicus adulter petat diuortium ratione hæresis dãnatæ, non poterit hæreticus quasi compensatione vtens, obijcere illi fidem violatam coniugii per adulterium. Nõ enim adulter tuetur se quo diuortium velit, violatione fidei coniugalis alterius, vt vel sic possit alter allegare eandem fidei violationem adulteri patentis diuortium. Sed intendit diuortium, eo quod hæreticus iusta sententia illo damnatus sit in pœnam sui delicti. Adulteriũ verò altetius nõ tollit pœnam hæretici. Sicut si dominus hæresis damnatus peteret debitum fidelitatis à vasallo, & hic, responderet se ab eo absolutum esse propter hæresim, nil conferret obiectio damni contra hanc exceptionem vasalli, quod ipse vasallus à fide contractus defecisset. Quia absolutio illa à debito fidelitatis nõ consurgit ex fide aliqua homini præstita violataque, sed in pœnam hæresis. Atque ideo Catholico adultero reiecta exceptione adulterii allegata per hæreticum, erit licitum diuortiũ. Similiter si hæreticus damnatus, & iam Ecclesiæ gremio restitutus petat diuortium, propter adulterium Catholici, nil ad rẽ facere videtur, si Catholicus illi opponat exceptionem pœnæ diuortij, quam propter hæresim incurrit. Pœnã enim coniugis hæretici non eximit Catholicum à pœna adulterio debita. Deinde, quia cum diuortium hoc cõmittitur iniuriam, tanquam pœna ex illa consurgens: sicut iniuria irrogata per hæresim non compensatur iniuria adulterij: Illa enim Deo infertur, cui debita fides nõ seruatur, hæc autem homini, nimirum, alteri cõiugi, violandò fidem coniugiũta nec compensantur diuortia in-

do

de consurgentia. Quod si opponas, compensari duo debita eiusdem rationis, quantúvis iniuriæ, ex quibus promanant, non compensentur, sintque diuersissimæ. Vt si debeam Petro mille ratione furti à mẽ perpetrati, & ille totidem mihi, in satisfactionem iniuriæ corporalis, quam mihi intulit, aut eo quod patrem meum interfecerit. Respondeo diuersam esse rationẽ. Quia in debitis est aliquid necessario tradendum creditori, & cum idẽ creditor mihi tantundem tradere teneatur, datur inter huiusmodi debita compensatio. Frustra enim petitur, & esset circulus inutilis, quando aliquid statim restituendum est *l. Volo, 8. ff. de doli mali except. cõrreg. Dolo 59. De reg. iur. in 6.* At in diuortio nil tradendũ est alteri, sed solum reus amittit ius petendi debitum, & habitationem mutuam, manente illæso iure innocentis potentis reum inuitum sibi recõciliare. Quare vbi iniuriæ, ex quibus diuortia manant, sunt diuersæ rationis, diuersíque illatæ: sicut inter illas non datur compensatio, ita nec inter diuortia. Sed si Catholicus adulter velit ad hæreticum damnatum redire, potest ab ipso expelli: eo quod ob adulterium amiserit ius exigendi & cohabitandi. Et similiter si hæreticus hanc reconciliationem petat, poterit adulter tenuere. Quia hæreticus in pœnam priuatus est eo cogendi iure. Et vt exemplo res hæc clarior reddatur, magisque comprobetur: esto exemplum huius. Si vterque spõsus habeat iustam causam dissoluendi sponsalia, at causæ sint diuersæ rationis, non dabitur compensatio, sed vtrique integrum erit altero inuito resilire. Vt si sponsa fornicata sit, sponsus autem lepra laboret. Sponsæ enim fidem petenti obstabit propria fornicatio, sponso autem lepra, ob quę neuter fide sponsaliũ stare tenetur, cum ob diuersas rationes vterq; ius cogendi alterum amiserit. Sic ergo contingit in præsenti, cùm vterque coniux ius cogendi alterum ob diuersæ naturæ rationes perdiderit: liberum erit vtique diuertere, nec dabitur hinc inde cõpensatio. Superest reprobare posteriorem sent. Quæ mihi displicet, eo quod ad diuortium non attendatur grauitas delicti in se, sed in ordine ad matrimonium (vt satis probaui hoc l. disp. 6. n. 5.) At in ordine ad matrim. est grauius adulterium carnale, maioremque iniuriã illi irrogat, plusque illi aduersatur. Vt ex multis probaui disp. præc. n. 2. & 11. & docent etiam *Astens. sum. 2. p. l. 8. t. 21. a. 2. q. 15. Abulensis cap. 19. Matth. q. 76. in fine corp. Bellarminus l. 1. de matrim. cap. 17. §. Respondent nonnulli. Surdus de alimentis, t. 7. q. 21. n. 8.* Si ergo ratione maioris grauitatis delicti nõ compensatur hæresis fornicatione carnali: bene tamen è contra: atque adeo fornicanti carnaliter licet diuertere ab hæretico damnato, non tamen huic ab illo. Vt vult ea sent. Potiùs contrarium omnino dicendũ esset. Vt in simili arguit *Bellarmin. ibid.* contra aliquos dicentes non esse consequens, vt spirituali fornicatione dirimenti matrimonium, corporalis dirimat, eo quod spiritualis sit maius peccatum. Atque ita sit argum. à maioti ad minus affirmatiuè: quod nullius est momenti: vt ex multis tradit *Enerardus loco à maiori ad minus, nu. 1.* Quos redarguit *ibi Bellarmin.* quippe licet fornicatio spiritualis sit maius peccatum in se, at corporalis magis repugnat cõiugio & ideo illa dirimenti matrimonium, à fortiori hæc dirimeret. Demum ex his concludo meam sent. esse, vt si hæreticus sit iam damnatus, possit liberè diuertere ab adultero, & hic ab illo nullamque dari compensationem inter hæc crimina existimo. Si autem damnatus sit, integrum sit illi diuertere ab adultero: at adulter id nequeat nisi dum hæreticus non resipiscit: ita tamen vt ad ipsum resipiscentem redire teneatur, donec sententia ipsum hæresis condemnans accedat. Quod satis probant rationes allatæ. Et ideo non dari compensationem inter huiusmodi fornicationes, docet *Bald. l. 1. Qualiter debet vasallus domino fidelitatem:* & manifeste idem sentit *l. 8. tit. 9. p. 4.* vt bene agnoscit *ibi Greg. Lopez, verb. Perfiando.*

4 Imo existimo compensationem minimè dari, si vterque coniux in hæresim lapsus sit: atque ita qui hæresis nõ est damnatus, poterit omnino diuertere à damnato, & reconciliato: hic autẽ minimè ab illo nisi ad tempus dum non resipiscit, & tenetur ad resipiscentem redire, donec condamnetur. Quia in condemnato inuenitur sufficiens causa diuortii perpetui, in non condemnato autẽ solum ad tempus (vt constat ex dictis disp. præced. n. 19. & 20. Si autem vterque hæresis damnatus sit, integrum erit vtrique altero inuito diuertere, donec mutuo consẽsu ambo ad pristinum matrimonii statum & amicitiam redeant. Quia non sicut inter duo adulteria vtriusq; coniugis datur compensatio, ita inter hæc delicta hæresis. Nam diuortium ratione adulterii est prorsus in fauorẽ coniugis innocentis, ita vt ipse solus hanc pœnam adultera infligere possit. Quare vbi alter non est innocens, eo priuilegio minime gaudet. At in hæresi non datur diuortium, principaliter & directè in fauorem alterius coniugis, sed in pœnam delicti, eo quod debitam fidem hæreticus, non seruauerit Deo, punitur in eo in quo reus fuit, & ita absoluitur alter à fide coniugali ipsi debita (*vt* probaui disput. præc. n. 6.) quamuis indirectè & (vt aiunt) consecutiuè ex pœna cedat in alterius fauorem. At eo quod alter coniux eandem pœnam incurrerit, non eximitur prior à pœna, in quã semel incidit. Nullibi enim cautũ inuenitur, vt ius per pœnam amissum recuperetur altero obnoxio eiusdẽ pœnæ, sed vterque pœna illa punietur. Nec illa pœna imponitur ab altero coniuge, vt contingit in adulterio carnali, in quo pœna diuortij, & priuationis iuris debitum exigendi, imponenda est ab innocente (vt probauimus l. 1 disp. 68. n. 4.) Sed imponitur ab ipsa Ecclesia independenter à voluntate alterius coniugis, Quãuis possit alter eam remittere reconciliando sibi coniugem damnatum. Quod si opponas iam delicta esse paria, ac proinde mutua compensatione abolenda. Respondebitur nu. seq.

Ad argu. n. 1. proposita respondetur. Ad 1. neganda est 5
conseq. Quia hæresim esse sufficientẽ causam diuortii est inter statutum in pœnam, at nullum ius statuit eam pœnam aboleri, & compensari adulterio alterius carnali. Ad 2. dic longe diuersam esse rationem, vt probaui nu. 3. & 4. Nec obstat delicta esse omnino paria vtriusque coniugis hęresis dãnari, vt sic cõpensari debeãt. Quia paria delictæ mutua compensatione aboleri intelligẽdum est, quando pœna delicto correspondens est directè & principaliter inflicta in fauorem alterius. Vt explicaui n. præc. Argum. 2. sententiæ n. 2. propositum est solutum, n. 3.

DISPVTATIO XVII.

Vtrùm propter alia crimina, præter adulteriũ carnale & spirituale, quibus alteruter coniux implicitus est, integrum sit alteri diuertere?

SVMMARIVM.

Refertur duplex sententia, n. 1. & 2.

Ob nulla crimina præter adulteriũ corporale vel spirituale, quãdo eliam ille implicitus non pertrahit alterũ ad illa, est licitum diuortiũ, n. 3.

An causa correctionis liceat tunc diuertere, n. 4.

Diuertere licet ob alia crimina, quando pertrahit coniux ad illa. Et eo dantur c. 2. de diuortijs, n. 5.

Idem, ob lenocinium, n. 5.

Idem quando vir recepit virct peretaces cum periculo vxoris, n. 7.

Idem, coniuge retinente habitare, nisi sub conditione peccandi, n. 8.

Quid, si vir alat vxorem bonis ex furto aut vsura acquisitis? Et quando vxor & familia delinquant en alimenta recipiendo, n. 9.

Non est necessaria iudicis sententia ad hoc ad diuortium, n. 10.

Tenetur coniux diuertere ratione dicti periculi, n. 11.

Qui à, si solum corporis periculum immineat ex vitijs alterius coniugis? remissiue, n. 12.

An sit perpetuum diuortium ratione huius periculi spiritualis? Refertur sententia affirmans, n. 13. Contraria Auctoris, n. 14.

Soluuntur arg. Et ouidius c. Idololatria 28. q. 1. & Omnes canfationes 32. q. 7. Et explicatur, qualiter idem verbum, seu eadem clausula ad diuersa relata possit ea vnã propriè, ad alterũ vero impropriè referri. Et quãdo clausula in fine posita referatur ad omnia præcedentia, n. 16.

CVm actum sit de diuortio ratione adulterii corpo- 1
ralis vel spiritualis; iam de diuortio ob alia crimina agendum est. Et quidem aliqui admittunt diuortium ob alia crimina adulterio paria, quibus alter cõiux implicitus est. Idque potest probari testimonio *D. August. l. 2. de serm. Domini in monte, c. 28.* & refertur *c. Idololatria, 28. 1. q.* ibi: Ex

quo

quo intelligitur quod propter illicitas concupiscentias, non tantũ quæ in stupris cũ alienis viris aut feminis cõmittũtur, sed omnino quæcunque, quæ animã corpore malè vtentẽ pernicioso turpiterq; corrumpunt, possit sine crimine & vir vxorẽ dimittere, & vxor virũ. Vbi aperte ob quodcunque crimen concedit diuort. Secundò auctoritate D. Hier. epist. ad Amandũ, & refertur c. Omnes causationes, 32. q. 7. ibi: Quamdiu viuit vir, licet adulter sit, licet sodomita, licet flagitijs omnibus coopertus, & ab vxore propter hæc scelera derelictus, maritus tamen est reputandus eius, scil. cui alterum virũ recipere non licet. Vbi D. Hier. tanquam manifestũ videtur supponere, posse coniugem ob alia flagitia dimitti. Nec obstat solutio Glossæ ibi, verb. Propter, dicentis, derelictum non de iure, sed de facto. Quippe clausula in fine posita refertur ad omnia præced. (vt probaui l. 6. disp. 22. n. 17.) Et cum ob adulterium & sodomiam intelligatur verbũ illud, Derelictus, de iure, necessario debet eodem modo de alijs flagitijs intelligi. Pro hac sent. referuntur à Barbosa rubr. solut. matrim. 2. p. n. 17. Orig. c. 19. Matt. Ripa rubr. de iudicijs, n. 18. 19. Tiraq. l. 16. connub. n. 37. Brechem l. Inter diuortium, 191. n. 6. ff. de verb. sign. Lara l. Si quis à liberis, §. Si quis ex his, à n. 78. ff. de liberis agnosc. Sed hæc loca consului, præter locum Brechei, eo enim libro careo, & in nullo inuenio hanc sent.

2 Alij censent ob nulla alia crimina licitum esse diuortium, quamuis coniux ad ea coniugem inducat. Ducuntur, quia cum hæc sint iuris positiui, & pœnalia, minime sunt extendenda. At ca. 2. de diuort. limitate concedit diuortium mulieri, quando trahitur ad peruersionem fidei, ibi: Verum si coniugem suam ad infidelitatu maleficium traxerit, à viro potest separari. Et paulò ante, Mulier pro furto, vel alio crimine viri sui, (nisi fidei suæ religionem corrumpere velit) ab eo separari debet. Et ratio disparitatis est. Quod cum fides sit totius Christianæ vitæ fundamentum, periculosius in illa erratur, in reliquis autem non tanti momenti error est: & ideo ob solum periculum deficiendi à fide conceditur diuortium. Negatur autem ob periculum, & inductionem ad alia crimina, ne detur ansa facile dissoluendi matrimonia. Ita Abulenſis c. 19. Matt. q. 70. in solut. ad 3.

3 Prima concl. sit. Ob nullũ crimen aliud à fornicatione carnali vel spirituali, licet coniugibus diuertere, si coniux illo implicitus non pertrahat alterũ ad peccandum. Constat ex c. 2. de diuort. cuius verba n. præc. retuli. Et docet ibi Glos. verb. Vel alio, recepta ab omnibus vtriusque iuris DD. Et D. Tho. 4. d. 39. q. vn. a. 6. corpore, quem vniuersi Theologi sequuntur. Constat etiam ex Conc. Toletano 12. c. 8. & refertur c. Præceptũ, 32. q. 5. Et ex D. Aug. li. 1. de serm. Dom. in monte, c. 32. & habetur c. Si vxorem, 32. q. 5. Et ratio est, quod fornicario spiritualis magnum afferat secum periculum peruertendi fidem alterius coniugis, atque ideo dum coniux ille minime resipiscit, licitum est alteri diuertere. Quod si iam sententia aduersus coniugem illum hæreticum lata sit, in pœnam delicti priuatur consortio coniugali (vt disp. 15. n. 9. diximus.) Fornicatio autem carnalis directe opponitur fidei coniugali, & certitudini prolis. Quæ in alijs criminibus minime reperiuntur. Ex quo fit, quantumuis coniux alijs grauissimis peccatis & sceleribus deditus sit, & incorrigibilis, dum modo coniugem alterum non inducat ad peccandum, minime licere diuortium.

4 Negandum tamen non est, si vxor ijs peccatis implicita sit, licere viro, causa ipsam corrigendi, ad tempus recedere à consortio coniugali, quo ipsa eo solatio destituta, resipiscat. Quia est caput, ipsiusque est vxorem corrigere. Ita D. Tho. 4. d. 39. q. vn. a. 6. in fine corp. Alberic. in suo dictionar. lit. M. verb. Matrimonium, 8. v. Quid si aliquis coniugum, in fine Rainer. verb. Matrimonium, 8. v. Quid si aliquis coniugum, in fine Rainer. 2. p. sum. t. de matr. c. 20. Ioan. de Friburgo sum. confess. lib. 4. t. 22. q. 18. D. Antonin. 3. p. t. 1. c. 21. §. 4. Sylu. Matrimonium, 9. q. vlt. Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 4. ad 4. Gaeta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 235. Petr. de Ledes. de matrim. q. 59. a. 6. sinè. Lud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. ca. 55. §. pen. Emm. Sa sum. verb. Diuortium, n. 1. Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. l. 2. c. 17. init. Hier. Llamas in methodo curat. animarum, 3. p. c. 12. §. fin. Quod etiam non obscure significauit Christus seruator noster Matth. 18. cùm dixit: Si oculus tuus scandalizat te, eruc eum. Vbi D. Hieron. ait velle ibi Christũ, vt si nobis conjuncti, chariq; instar oculorũ, vt parentes, filij, vxor, causa licere vxori admittunt: si commodè possit, ac probabiliter speretur fore, vt vir resipiscat. Quãuis enim ipsi non adeò incumbat virum corrigere, ac è contra: at potest vtiq; prædictis circumstantijs concurrentibus. Quod si quæras de obligatione id remediũ adhibendi. Constat ex dictis disp. 12. vbi late disputaui de obligatione dimittẽdi adulteram vxorem, ad vitandum scandalum suspicionis consensus. Idem enim in alijs criminibus publicis iudicandum est, si idem scandalum oriretur. Et an ratione præcepti correctionis fraternæ hæc obligatio consurgat, ibi disputaui.

Secunda concl. Integrũ est coniugi diuertere, quando 5
ab altero coniuge ad peccandum inducitur, timerque sibi animæ ruinam. Constat, quia iure naturali & diuino, cuiq; permissum est periculum corporis, nedum animæ cauere. Et confirm. quia licitum est à leprosi consortio recedere, quando periculum infectionis coniugi sano imminet (vt probauimus l. præc. disp. 24. n. 29.) Ergo à fortiori, vbi adest periculum infectionis animæ. Nec obstat huic sent. ca. 2. de diuort. vbi solum concedi videtur sic diuertere, quando vir nititur vera religione deserta, ad suam hæresin allicere: negaturq; ob alia crimina id licere. Dicendum enim est cum textum ea, quæ regulariter contingunt attendisse: (hoc namq; leges attendere debent, l. Nam ad ea, ff. de legibus.) Quare cum cõiuge hæresim aut aliam sectam amplecti, infectionis periculum regulariter imminet. Quale rarò contingit coniuge alijs criminibus infecto. Natura enim inditũ est, vt quisque ad suam sectam alios pertrahere tentet, cum existimet id ad animæ salutem necessarium esse: nedum coniugẽ cui tanta familiaritate & amore coniunctus est. At à cæteris sceleribus, quibus coniux inquinatus est, coniugem cæterosque domesticos potius auertere contendit. Id enim ad regimẽ domesticum & propriam incolumitatem valde conducere, non immeritò putat. Inde est, vt id c. 2. de diuort. cõcedat diuertere ob hæresin, non tamen ob alia crimina. Quamobrem si periculum infectionis ex alijs coniugis sceleribus emergeret, eadem diuertendi facultas concedenda est. Quare eam differentiam colligo ex hoc textu, inter hæresim & alia crimina: vt in illa non expectandum sit, vt hæreticus coniux catholicum peruertere nitatur, sed eo existenti in sua pertinacia, licet catholico recedere. Quia id periculum in promptu est (vt dixi disp. 15. n. 3.) At in his expectandum sit, vt coniux vitijs deditus ad ea inducere moliatur. Id enim periculum rarò euenit. Quare hanc sent. sustinẽt ex Iurisperitis, Glossa c. Vxor, verb. Vxor. & c. Idololatria, verb. Sacrificare, 28. q. 1. Innoc. c. 1. n. 1. de adult. & c. 2. n. vn. de diuort. vbi Abbas nu. 3. Alex. de Neuo n. 6. & c. De illa, n. 7. cod. t. vbi Card. fine. Monald. sum. vbi de matrim. 2. de diuort. §. An possit vir reconciliare sibi vxorem adulteram inuitam, paulo post princ. Astensis sum. 2. p. l. 8. t. 21. a. 2. q. fin. Rosella verb. Impedim. impedim. 9. nu. 8. Angel. Matrimonium, 4. initio. Sylu. Matrimonium, 8. q. 10. dict. 6. & Matrimonium, 9. q. vlt. & verb. Diuortium, q. 1. vers. 2. & q. 6. Tabiena Matrimonij, 4. q. 2. n. 3. Armilla verb. Diuortij, n. 3. Nauar. sum. Lat. c. 22. n. 22. v. 2. bisp. c. 28. addit. ad n. 21. c. 22. vers. Lo segundo. Barbatius cons. 64. n. 7. vol. 1. Gaeta repet. cap. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 235. Barbosa rubr. ff. solu. matrim. 2. p. n. 30. Et ex Theologis D. Thom. 4. d. 39. q. vn. a. 6. ad 3. D. Bonau. ea d. 39. in princ. in exposit. lit. n. 4. ita intelligens Magistrum ibi dicentem ob alia crimina dari diuortium. Ricard. ibi fin. in exposit. lit. in fi. Palud. ibi q. vn. a. 3. n. 16. D. Ant. 3. p. t. 1. c. 21. §. 4. Sotus 4. d. 39. q. vn. a. 4. ad 4. Pet. de Soto lect. 12. de matr. ad fin. Ledesm. 2. p. q. 61. a. 6. §. Contra hoc tamen. Veracruz 3. p. spec. a. 1. in notab. circa 4. concl. Bellarm. l. 1. de matrim. c. 14. §. Secundò sine consensu. Maldonado c. 5. Matt. n. 32. Angles florib. 1. p. de matrim. qu. 12. de cultus disparitate a. 2. posit 7. dub. diffic. 3. Enriq. l. 11. de matr. c. 17. n. 7. Lud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. ca. 55. §. pen. Emm. Sa sum. verb. Diuortium, n. 1. Philiarc. de offic. sacerd. tom. 1. p. 2. l. 2. c. 17. init. Hier. Llamas in methodo curat. animarum, 3. p. c. 12. §. fin. Quod etiam non obscure significauit Christus seruator noster Matth. 18. cùm dixit: Si oculus tuus scandalizat te, eruc eum. Vbi D. Hieron. ait velle ibi Christũ, vt si nobis conjuncti, chariq; instar oculorũ, vt parentes, filij, vxor, causa

sint ruinæ, ab eis recedamus. Atque idem dicendum est, quamuis coniux non trahat quasi vim inferens, sed roget, & attenta propria fragilitate timeat alter sibi lapsum. Eadem enim ratio cauendi proprij damni spiritualis militat. Quòd bene docuit *Sylues. verb. Diuortium q.6.* Et procedit hoc, siue vir inducat vxorem ad peccandum, siue è contra vxor virum. Integrum enim erit viro lapsus periculum indè timenti discedere. Quippe eadem ratio locum habet. Vnde *c.2. de diuort.* licitam esse hanc fugam decidit, etiam quando vxor virum allicit ad propriam hæresim. Et idem habetur ex *D. Aug. c. Idololatria, n.28. qu..1.* quando vxor inducit virum ad idololatriam. Et in proprijs terminis docet *Glossa* reprobans Hugonem contrarium docentem, *ca. Vxor, verb. Vxor, 28. q.1. D. Thom. 4. d.39. qu. vnic. a.6. ad 3. Nauar. sum. lat. c. 22. n.22. vers.2.*

6 Hinc deducitur, iustam præbere causam diuertendi vxori ipsi, si vir sit eius leno. Quoniam incitat ad peccandum. Ita *Barsatus cons. 218. n.6. vol.2. Palacios 4. d.35. qu. vnic. col.2. vers. Secunda limitatio.*

7 Secundò deducitur iustâ esse causam, si vir domi admittat viros procaces, & parum pudicos, sitque ita incautus, vt aliquo eorum domi relicto, foras tendat, vxorque solicitetur ab illo, verbis, vel nutibus, aut tactibus, & rogatus vir ab vxore ne eos admittat, negligat. Quia est idem animæ periculum. Ita *Nauar sum. lat. c.22. n.22. vers.3. Hisp. c.28. addit. ad n.21. a.22. v. Lo tercero. Enriq. l.11. de matrim. c.17. n.7.*

8 Tertiò deducitur idem asserendum esse, quando coniux habitare renuit, nisi sub conditione peccati patrandi. Vt si coniux nolit cohabitare, nisi alter latrocinium exercens, diuitias congreget. Sic *D. Thom. 4 d. 39. q. vn. a.6. ad 5. & ibi Palud. q.vn. a.3. n.15.*

9 Quartò deducitur licitum esse similiter vxori recedere à viro, qui rebus ex vsura aut furto acquisitis illi alimenta subministrat. Quia sui sceleris participem, ipsam efficit. Ita *Monaldus n.5. allegat.* Sed immeritò id dicit, nec audiendus est. Quia quando vxor aliunde alimenta non habet, quamuis maritus efficiatur impotens ad restituenda iniustè parta, excusatur parcè iuxta decentiam sui status illis bonis vtens. vt tradunt *Palud. 4. d 15. q.2. a.5. ad fin. & ibi Gabr. q.11. a.3. dub.16. D. Anton. 2 p. t.1. c.12. §.18. Sylu. Vsura, 8. q.2. dict. 3. Armilla verb. Vsura, nu.39. Tabiena Vsura, 6. q.4. Salon. 2.2. q.78. a.3. controu. 8. §. Docent quinto. Valentia 2.2. disp.5. qu.21. punct.3. §. Hic tamen & sequent.* Adde excusari etiam quando habet animum restituendi, cum sui iuris effecta fuerit. Vt docent *Caiet. sum. verb. Restitutio, c. vlt.* vbi *Armilla n.45. Lud. Lopez. 1.p. instruct. c.230. §. vlt. vers. Vltimo dico.* Imò *Nauar. sum. c.17. nu.268.* excusat omnino vxorem, modò non sumptuosius viuat, quàm eius status decet. Quia quasi necessitate coacta ijs bonis vtitur, & potior obligatio est mariti ad eam alendam, quam ad restituendum.

10 Nec est necessaria iudicis sententia ad hoc diuortium. Tum quia non est perpetuum, sed ad tempus (vt dicemus nu.14.) Tum etiam ratione periculi lapsus in peccatum. Sicut disp.15.n.6. idem diximus de catholico diuertente ab hæretico ratione periculi infectionis. Quod etiã significat *D. Augustin.* relatus *c. Idololatria, 28. q.1.* cuius verba n.11. retuli, dum ait omnino diuertendum à coniuge sceleſto. Dictio enim, omnino, est latæ sententiæ, & præcisam necessitatem absque vlla dispensatione importat, (vt diximus lib.1 disp.32.n.6.) Ita *Barbatus cons.64. n.7. vol.1.*

11 Ex quo fit teneri coniugem ratione huius periculi, quando credit fore, vt non possit aliter incolumis cuadere, à coniuge recedere: nec posse per copulam, vel aliter ius hoc discedendi remittere. Sicut disp.15. nu.5. dixi de obligatione Catholici diuertendi ab hæretico. Et constat ex dictis num. præced. Item quia ius naturale diuinum obligat ad cauendum proprium animæ periculum. Quod clarè significauit Christus Dominus noster in testimonio *Matth.*18. quod retuli n.5. ad finem, iuncta expos. *D. Hieron* ibi allegata.

12 Vtrùm autem diuertere liceat, quando ex vitijs alterius coniugis, vt ex latrocinijs & alijs, timetur damnum solum corporis redundans in coniugem innocentem? disputatione sequenti est habendus sermo.

Sed circa præcedentem conclusionem superest disputandum, Num diuortium concessum coniugi, eo quod alliciatur ab altero coniuge ad peccandum, sit perpetuum: an potius ad tempus, dum inductio illa durat? *Innoc. c. De illa, n.vn. verb. De aliis, de diuort.* refert quosdam asserere ob inductionem hanc non dari perpetuum diuortium, sed ad tempus, donec coniux inducens resipiscat: & esse speciale in hæresi, vt ob periculum inductionis ad illam detur diuortium perpetuum. At ipse sentit idem esse in hoc casu. Et sententiam hanc Innocentij refert nil decidens *Ioan. Andr. ibi n.2* & remittit se ad *cap. Ad Apostolicam, de conuers. coniug.* vbi etiam nil dicit. Eandem referunt nil decidentes, quamuis eam videantur sequi, *Anton. c Ex literis, in fine, de diuort.* & ibi *Auchar. in fine.* Et *Veracruz 3. p. Speculi, art.1. conclus.4.* iuncto *notab. circa illam, in fine,* ait probabile esse stando in iure naturæ diuino concedi diuortiũ perpetuum ob inductionem ad alia crimina id tamen denegari ob iuris Ecclesiastici prohibitionem. *c.2. de diuort.* 13

Verissima tamen sententia est, non concedi diuortium perpetuum, sed ad tempus quo inductio illa ad peccandũ durat: ac proinde resipiscente coniuge ad peccatum inducente, & serio conuerso, teneri alterum coniugem ad eum admittendum. Constat ex dictis disp.15.n.2. vbi probauimus non concedi diuortium perpetuum iure diuino, nisi ob solam fornicationem carnalem, vtpote, quæ sola directè aduersatur fidei coniugali. Vnde minus bene *Veracruz nu. præced. allegatus* dixit esse probabile, iure diuino ob inductionem ad peccatum concedi. Si enim iure diuino concederetur, non posset ea facultas restringi ab Ecclesia (vt hoc l.disp.5.nu.23. probauimus.) Præterea ex iure Ecclesiastico non constat, vbi hoc diuortium perpetuum concedatur. Id enim est speciale in hæresi post sententiam latam, in pœnam illius criminis (vt diximus disp.15.n.9.) Et in illa est sub iudice: & ideo quatuor retuli opiniones ea disp.15.n.16. & seqq. Atque ideo hanc partem tuentur *Cardin. c. De illa, in fine, de diuort. Sylues. Matrimonium, 9. qu. vlt. Ricardus, Astensis, Petr. de Soto, Ledesm. nu.5. allegati. Sotus 4. d.39. q.vn. a.4. ad fin. totius a. Bellarm l.1. de matrim. c.14. §. Secunda causa est. Maldonado Matth.5. num.32. Lud. Lopez. 1.p. instruct. de matrim. ca.53. in fine. Palacios 4. d.27. disp.3. col.12 fol. 598. Petr. de Ledes. de matrim. q.62. a.5. an solut. ad 1.* 14

Ad argumenta nu.1. proposita resp. Ad 1. desumptum ex *c. Idololatria, 28. q.1.* dic intelligi *D. Augustin.* quando coniux illis criminibus implicitus nititur alterum ad ea peccata pertrahere, vt diximus nu.5. Atque ita *ipsemet D. Aug. lib.1 retract. c.19.* non vult nos eam sent. relatam *d.c. Idololatria,* absolutè sequi. Ad 2. desumptum ex *eo c. Omnes causationes,* die mentem D. Hieronymi in eo loco non fuisse explicare ob quæ crimina iure permittatur diuortium: sed solùm facto diuortio ob quamuis causam, neutri coniugi integrum esse ad alias nuptias transire. Quare inde non potest argumentum desumi ad probandum ob alia crimina licere diuortium perpetuum. Vel secundò dic cum *Barbatio cons. 64. num. 9. vol.1.* ob sodomiam & adulterium concedi propriè diuortium, quod recessum perpetuum importat: ob alia verò ad tempus, quod impropriè appellatur diuortium. Nec est inconueniens, vt vnum & idem verbum ad diuersa relatum determinet ea iuxta eorum qualitatem, quædam proprie, quædam verò improprie. Vt constat ex *cap. Olim ex literis, & cap. Ab excommunicato de rescript.* quæ reputat singularia ad hoc probandum, *Cardin. eo cap. Ab excommunicato, num.4. notab.5. & eo cap. Olim, 5. notab.10.* Nec etiam obstat clausulam in fine positam referri ad omnia præcedentia. Id enim intelligitur, quando est eadem in illis ratio, & salua recta ratione ad omnia illa referri potest (vt probaui lib.6. disp.22.n.19.) Alias refertur ad id quod potest de iure determinari. Ad argumentum num. 2. propositum constat ex dictis n.5. vbi explicuimus id *cap.2. de diuort.* 15

DISPV-

DISPVTATIO XVIII.

Vtrùm ob coniugis fœuitiã, vel amentiam, liceat alteri diuertere; & qualis cautio desideretur, vt reneatur redire, & quando ob hanc causam liceat alteri transitus ad ordines vel religionem?

SVMMARIVM.

Quæ quæstiones disputanda sint, n. 1.
Propter fœuitiam licet diuertere, licet cautio sufficiens præstetur, nu. 2. & ibi, vt impediatur restitutio, est in continenti probanda fœuitia.
An id propria authoritate efficere possit. n. 3.
An tunc sola cohabitatio an etiam debitum negari possit, n. 4.
Quid, si alter coniux causam fœuitiæ præbuerit. Et explicatur, l. Si mulier, in prine. ff. de eo quod metus causa, n. 5.
Si vir vxori vitæ insidiatur, potest hæc recedere, n. 6.
Quid è contra, si vxor tentet virum necare? Refertur opinio negans, n. 7.
Sententia Auctorũ explicatur: & c. Quidquid, 32. q. 5. n. 8.
An liceat viro recedere ab vxore, cui ita infestus est, vt timeat fore vt ipsam occidat, eo quod vrgentissimam odij causam dederit: concluditur que non mutare domicilium, ipsa ob iustum timorem renuente, n. 9.
Qualis fœuitia ad diuortium exigatur, & an talis, quæ incutiat metum viri constantis, n. 10.
An sufficiant molesta cohabitatio, rixæ, & discordiæ. n. 11.
Quid de vxore, cuius vir tres puteos in vicro nectauit, n. 12.
An satis sint minæ, n. 13.
An sufficiant verbera? Refertur duplex sententia, n. 14. & 15.
Refertur sententia Auctoris & an viro liceat vxorem verberare, n. 16.
An sit huiusmodi fœuitia, si maritus vi debitum exturquat, n. 17.
An liceat coniugi recessus à coniuge in amentiam lapso, n. 18. & ibi de ebrietate.
Num sufficiat fœuitia futura probabiliter præsumpta inter coniuges, eo quod de maiori bonorum parte litem agant, n. 19.
An ea fœuitia præsumatur, viro retinente concubinam, ita vt vxor non teneatur cohabitare, donec cautio præstetur, n. 20.
Quid, si absque fœuitia damnum immineat vxori ex viri latrocinio, aliisve delictis, n. 21.
Quid, si vxor sit venefica, liberorum interfectrix, depradetur ve mariti facultates, quæ causa diuortij expressa sunt, l. Consensu, C. de repud. num. 22.
An sufficiat fœuitia parentum & viri erga vxorem, n. 23.
Desideratur ad hoc diuort. legitima & verisimilis causa timoris, n. 24.
Index interrogatorum est de causis timoris, eiusque arbitrio committitur, an iusta sint, n. 25.
An debeat iudex absque causæ cognitione cogere coniugem, de quo est suspectio, ad præstandam cautionem, sine procedat ex officio, sine ad partis instantiam, n. 26.
An stetur solo iuramento allegantis sufficientem timoris, ratione fœuitiæ, n. 27.
Probanda sunt causæ suspitionis testibus integris, n. 28.
Quid, si de causa suspitionis constet, quod vxor ratione proprij adulterij recesserit, n. 29.
Quid in praxi seruandum sit à iudice, dum petitur diuortium ob fœuitiam, & an sola informatio summaria sufficiat ad separandum coniuges, dum lis durat, n. 30.
Quando fœuitia est tanta, vt cautione subueniri nequeat, est perpetuum diuortium celebrandum, n. 31.
Arbitrio iudicis committitur, quando fœuitia sit tanta, n. 32.
Dum lis circa adulterij coniugis aut maioris bonorũ partem pendet, aut inimicitiæ sunt valde capitales, raro est tutum fidere cautioni, n. 33.
Post n. 33 nouem alia summaria.

1 VT tandem vltimam manum imponamus huic tractatui, superest de diuortio ratione fœuitiæ disputare. Qua in re tres quæstiones agitandæ sunt. Prima, quando fœuitia iustam diuortij causam præbeat, & qualiter probanda sit. Secunda, de cautione præstanda, quo instauretur matrim. Tertia, de transitu ad religionem, vel ordines, coniugis ob fœuitiam recedentis.

2 QVÆSTIO I. An coniugis fœuitia iustam alteri diuertendi causam præbeat, donec cautio sufficiens sibi præstetur: & qualis probatio fœuitiæ desideretur? Prima conclusio sit. Integrum est coniugi diuertere ob alterius fœuitiam tantam, vt absque grauis damni periculo non possit cum illo habitare: donec coniux fœuiens sufficientem securitatis cautionẽ præstet. Et quamuis aliàs restitutio ante omnia facienda sit: excipitur tamen casus, in quo coniux diuertens opponit alterius fœuitiam. Conclusio ab omnibus admittitur, & est expresse decisa *c. Literas, in fine, de restitut. spol.* ibi: *Si vero tanta sit fœuitia, vt muliere trepidanti non possit sufficiens securitas prouideri, non solum non debet ei restitui, sed ab eo potius amoueri, alioquin sufficiente (si fieri potest) securitate prouisa, profecto videtur coniux ante causæ cognitionem retinenda marito. Et c. Ex transmissa, eod. t.* ibi: *Ipsam ei restitui faciatis, recepta tamen sufficienti cautione, quod illi non debeat aliquod malum inferre. Si autem capitali odio ita mulierẽ vir prosequatur, quod merito de ipso diffidat, alicui probæ & honestæ mulieri, vsque ad causæ decisionem custodienda studiosius committatur.* Et *c. 1. Vt lite non contest.* ibi: *Verum quia dicebat mulier se virum habere suspectum.* Iuncta *Glossa verb. Suspectum*, vbi ait hunc esse vnum ex casibus, in quo spoliato viro vxor minimè restituitur. Et ratio est, quod sequi ex restitutione damnum irreparabile vxori posset. In quo euentu restitutionem denegari, probauimus hoc li. disp. 12. n. 22. Est tamen opus in continenti probari fœuitiam, quo restitutio hæc impediatur. Sicut *cap. Literas, de restitut spoliat.* dicitur consanguinitatem, allegatam ad coniugis spoliati restitutionẽ impediendam, probari debere in continenti. Quod procedit ratione periculi peccati (vt diximus eo n. 22.) Et quando dicatur in continenti probari, diximus eadem disp. 12. n. 23. Ita *Gutierrez, quæst. can. l. 1. c. 24. n. 5.*

Vnde potest coniux, id periculum ob alterius fœuitiam timens, propria auctoritate recedere, vel expellere alium, quem timet. Quod docet *Gutier. l. 1. quæst. can cap. 24. nu. 8.* Quod intelligerem, dum esset periculum in mora, vel non esset facilis aditus ad iudicem. Inde enim scandala orirentur. At si alter cautionem securitatis sufficientem præstare velit, qua tutus reddatur coniux, non posset propria auctoritate diuertere, quantumcunque notoria esset fœuitia. Quippe cautione illa satis consulitur periculo. Ita *Barbosa rubr. 1. p. n. 26. in fine. ff. solut. matrim.* 3

Quidam concl. limitant, vt ratione fœuitiæ liceat diuortium, manente obligatione reddendi debiti coniugi fœuienti, si absque reddentis periculo fieri possit. Sic *Ouandus 4. d. 35. disp. vnic. propos. 5.* Et potest id probari. Quia ratione fœuitiæ ius exigendi debiti & cohabitandi non amittitur, sed suspenditur ratione periculi. Ergo vbi id periculum in redditione debiti minime reperitur, ea neganda non erit. Verùm contrarium mihi suadeo. Quia vbi coniux ob culpam propriæ fœuitiæ priuatur consortio maritali, donec resipiscat, sufficientemq; incolumitatis cautionẽ præstet, omnimodum iuseius suspenditur, vt vel sic diligenter incumbat remedio adhibendo. Quare petenti debitum potest alter respondere: Da cautionem necessariam, (prout teneris) vt tutò tecum cohabitem, quod ius tua culpa impedis: alias nolo tibi reddere. Cùm tua malitia priues me iure cohabitandi absque meo periculo. Fidem enim non seruanti fides seruanda non est, *c. Peruenit, el 1. de iureiur.* At coniux fœuiens minimè seruat fidem præstitam in matrimonio cohabitandi. Vnde vt coniux teneatur reddere, non satis est in redditione deesse periculum, sed id etiam abesse debet à cohabitatione, quando ex mariti voluntate id periculum prouenit. Præterea, quia textus nu. 2. allegati concedunt indistinctè separationem, ac indistinctè restitutionem negant, donec cautio detur. Et ita clarè videntur sentire *Palud. 4. d. 39. q. vn. a. 3 n. 13. & Gaeta repet. cap. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. nu. 235.* vbi dicunt coniugem non teneri debitum reddere, nec cohabitare, quando nequit incolumitati suæ consulere, nisi coniugem dimittat. 4

Nec refert quicquam, causam huius fœuitiæ præstitisse alterum coniugem. Vt si vxor adulterium aliudve facinus admiserit, quapropter vir infensus illi est, atque illa non audet ad illum sibi conciliare volentem redire. Danda enim est cautio incolumitatis à viro, alias non tenetur ipsa cohabitare, conciliationemque admittere. Quod aperte constat ex *c. De Benedicto, 32. q. 1.* vbi Pelagius Pontifex iubet adulteram restitui marito, præstita cautione non offendendi. Præterea, quia licet præcedat culpa, non imputantur quæ ex ea procedunt. Vt ex multis notat *Glossa cap. Quia diuersitatem, verb. Suspensus, de concess. prabenda.* Et constat ex *l. Nec timorem, ff. de eo quod metus causa*, vbi decidituir nil referre vt metus grauis sit, ex culpa metum passi eum oriri. Deinde, quia *cap. Veniens, 2. de sponsalibus*, subuenitur metuenti, qui culpabilem causam dedit. Nec obstat, frustra beneficium legis implorare committentem in legem, 5

cap. Quia frustra, de vsuris, & fin. de immun. Eccles. Verum enim est, eum non iuuari quo minus puniatur, bene tamen beneficio legis iuuatur, ne offendatur à priuato, cui vindicta non est permissa, *C. vt nemini liceat se sine iudicis authoritate vindicare, per totum tit.* Nec obstat, *l. Si mulier, in princ. ff. de eo quod metus causa*, vbi quis non potest allegare metum, quem culpa sua patitur. Intelligenda enim est, vbi quis timet aliquod damnum sibi iuste inferendum: secus quando iniuste. Atque ita contra *Angelum l. Qui bona, §. Qui damni. ff. de damno infecto, & Paulum, & Romanum eadem lege, §. Si quis iuxta*, docent *Bartolus eo. §. Si quis iuxta, nu. 1. & ibi Alexand. Abbas c. 1. vt lite non contest. n. 7. & c. Ex transmissa, num. 2. & cap. Literæ, num. 23. de restit. spoliat. Rip. c. 1. nu. 14. vers. An petenti, de iudicio. Iason l. Si super possessione, nu. 6. C. de transact. Ioan. de Imola d. l. Qui bona, §. Qui damni. Felin. rubr. de tregua & pace, n. 10. declarat. 8. Hippol. l. 1. §. Præterea, n. 86 ff. de quæst. Hugo & Turrec. d. c. De Benedicto, n. 3. Ant. Gomez to. 3. var. c. 6. n. 16. §. Sexto facit, vers. Quod notabiliter extende. Auiles cap. 6. Prætorum, Glossa Pobres, nu. 13. Iul. Clarus l. 5. recept. §. fin. q. 47. vers. Sed pone quod pari. Menochius cons. 299. nu. 5. vol. 3. Parisius cons. 54. num. 13. vol. 4. Barbosa rubr ff. soluto matrim. 2 p. n. 27. Lancelotus instit. iuris canon l. 2. tit. de diuortiis, §. Præstanda tamen erit, verb. Restituta. Lud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. c. 54.* vbi de diuortio quoad habitationem, *vers. Si autem loquamur. Grassis 1. p. decisionum, lib. 2. c. 84. n. 10.*

6 Ex his infertur, esse sufficientem causam vt vxor diuertere possit, si vitæ ipsius maritus insidietur, tentans veneno aut alia via ipsam perimere. Constat ex *l. Consensu, & auth. Sed nouo iure, C. de repudiis*, vbi hæc causa repudij assignatur. Præterea, quia id est capitale odium, ratione cuius denegatur restitutio viro spoliato, *c. Literæ, in fin & cap. Ex transmissa, de restit. spoliat.* Nec de hac re aliquis dubitat.

7 At quando è contra vxor vitæ viri insidias parat, quo ipsum perimat an liceat viro diuertere: non conuenit inter DD. Id enim quidam negant. Ducuntur, quia textus *c. Literæ, in fine, c. Ex transmissa, de restitut. spol. cap. 1. vt lite non contest.* qui diuortij ratione sæuitiæ, meminerunt, loquuntur expresse de vxore virum timenti. Et quamuis maritus & vxor sint correlatiua, ac proinde videatur, dispositum in vxore censeri quoque dispositum in marito, *l. vnic. C. de indicta viduit.* At id locum non habet, quando vtriusque correlatiui non est eadem ratio. Vt probat *Everard. in suis topicis, loco à correlatiuis, num. 8.* Esse autem diuersam in hoc casu, manifeste constat. Quia vxor nequit coercere virum, ipsumq; punire, at potest vir ipsam vxorem. Deinde idem probatur ex *c. Quidquid, 32. q. 5.* quod est Nicolai Pont. ibi: *Quidquid mulier contra te cogitauerit, vel si te accusauerit, non est (excepta causa fornicationis) reuicenda.* Atque ideo ita docent *Tancredus*, quem refert & sequitur *Glossa ca. 1. verb. Vel alio, de diuort. & c. Quemadmodum, in fine, de iureiur. & ibi Hostiens. ad fin. Anton. ibi. §. Illud autem. in fine.*

8 Cæterum absque dubio dicendum est idem de marito, cuius vitæ insidias tendit vxor: poterit enim ratione huius sæuitiæ diuertere, quando aliter nequit compescere vxorem, sibique aduersus insidias illius consulere. Ratio est aperta, quia ius naturale vnicuique concedit facultatem vitandi mortis periculũ, nec contractus matrim. obligat ad cohabitationẽ cum tanto vitæ discrimine: eo vel maxime, quod id discrimen ex culpa vxoris proficiscatur. Quæ ratio æque militat in vtroque coniuge, cum alter vitæ alterius insidiatur, nec aliter coerceri possit, nisi diuortio facto. Quare cum vir & vxor sint correlatiua, dispositum in textibus n. præced. alleg. in vxore, cuius vitæ maritus insidiatur, censendum est dispoñ in viro eadem vxoris insidias patienti. Adde, eos textus locutos esse de vxore, eo quod frequentior sit virũ in vxorem sæuitia, & rarò accidat talis sæuitia vxoris in virum: verba autem posita in lege gratia frequentioris vsus non limitant legem (vt probaui li. 6. disp. 19. nu. 10.) Nec obstat *c. Quidquid, allegatum n. præc.* pro contraria sententia. Non enim venit intelligendum, quando sæuitia vxoris tanta est, vt absque periculo vitæ non possit vir cum illa habitare. Dicendumq; est, exceptionem illam fornicationis non excludere casus alios iure exceptos (vt explicans testimonium Christi *Matth. 5. & 19* excipientis solam fornicationem, dixi disp. 15. n. 2.) Præterea aliæ expositiones eius testimonij ibi traditæ seruiunt intelligentiæ *d. c. Quidquid*, quod idemmet dicit. Et ideo hanc sent. sustinent *Hostiens. c. 1. de diuortiis, n. 2.* vbi *Ioa. Andr. n. 3. Anton. n. 7. Abbas nu. 4. Alex. de Neuo nu. 4. Cardin. in fine, Anchar. in fine. Præpositus in fine. Idem Abbas c. Literæ, n. 7. de restit. spol. & c. Quemadmodum, §. Illud autem, nu. fin. de iureiur. Alexand. de Neuo eod. §. n. 14. Palud. 4. d. 35. q. 2. a. 1. n. 9. & d. 39. q. vn. a. 3. n. 14. Astens. sum. 2. p. l. 3. t. 21. a. 2. in fine Hippolyt. l. vn. nu. fin. C. de raptu virgin. Syluest. verb. Diuortium, qu. 6.* vbi *Armilla n. 7. Gatta repet. c. Ad limina, 30. q. 1. §. 4. n. 235. Gutier. l. 3. q. canon. ca. 24. num. 8. Enriquez l. 11. de matrim. cap. 17. n. 7. Barbosa rubr ff. solut. matrim. 2. p. nu. 23. Dionysius de Francisci inter consil. matrimon. toto cons. 58. Lancelot. instit. iuris canon. l. 2. t. de diuort. §. Præstanda tamen erit, verb. Mulieri.* Atque idem asserunt alij, dicentes indistinctè iustam esse diuertendi causam, si alter coniux alterum veneno aut alio modo interficere tentet. Ita *Couar. 4 decret. 2. p. c. 7. § 5. n. 2. Supplementum Gabrielis 4. d. 35. q. vn. a. 2. concl. 8.* vbi *Ouand. q. vn. propos. 5. Veracruz 3 p. Speculi, a. 1. fin. Plaza de delictis l. 1. c. 20. n. 4. Lud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. cap. 54.* vbi de diuortio quoad habitat. *statim in princ. Petrus de Ledesma de matrim. q. 62. a. 1. dubit. 4. Hieron. Llamas in methodo curationis animarum 3. p. c. 8. §. 13. in fine.*

Non tamen excusabit maritum à cohabitatione cum 9
vxore, quod de se timeat fore, vt continere neutiquam se possit, quin eam enecet: eo quod corruptam inuenerit, cum virginem esse existimasset: vel aliquantulum suspicionis de eius adulterio conceperit: vel ob acerbissimum ipsius vxoris ingenium, vel demum ob quamcunque aliam causam, quæ ad diuortium non sufficiens est. Quippe in sua potestate situm est diuina ope implorata, eiusmodi tentationi resistere: ad idque tenetur. Poterit tamen ad aliquantulum temporis diuertere, donec iracundiæ impetus feruens remittat. Nec iuuabit virum, si vxor eam cohabitationem non exigat. Quia præsumitur non sponte, sed metu adductam, ab exactione abstinere se. Debitor autem non excusatur in foro conscientiæ à mora soluendi, quando probabiliter creditur præ pudore, aut metu, debitum non postulari à creditore. Minus etiam eximet à culpa virum sic diuertentem, quod velit alio mutare domicilium gratia dedecoris vitandi ex conuictu vxoris sic corruptæ, aut de adulterio suspectæ: & vxor teneatur ipsum sequi (vt probaui lib. 1. disp. 41. num. 1.) Quoniam si vxor verisimiliter timeat sibi periculum alio migrans cum viro, non tenetur ipsum comitari: quin potius vir ipse tenetur in loco vxori tuto cum ipsa conuiuere. Quod constat ex dictis ea disp. 41. n. 3. & 14. nec causatio illa dedecoris ex prædicto conuictu consurgentis, aliquid confert. Quippe coram Deo id non dedecori, sed decori tribuitur. Sicut dedecus duellum sibi oblatũ recusantis, non liberat à culpa illud acceptantem. Ita docent *Nauar. l. 4. consil. in vtraq; edit. tit. de diuort. in cons. 2. n. 2. 3. & 4. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 240. n. 2. Vega 1. tom. sum. 2. edit. c. 13. casu 1.*

Secũda concl. Non desideratur ad hoc diuort. faciendũ, 10
donec cautio securitatis præstetur, vitæ periculũ ex sæuitia cõiugis dimissi cõsurgens, nec satis est quodcũq; malũ timeri: sed necessariũ est, ac sufficit malum, quod timetur, esse graue, ac tale, quale ad metum viri cõstantis exigitur. Ducor vt non cuiuscunq; mali timor sufficiat. Quia sic diuertere res est grauissima, ac proinde non id ob cuiuscũq; mali timorẽ efficiẽdũ est. Daretur enim ansa passim diuertendi, cũ rari sint cõiuges, inter quos nõ aliquæ discordiæ oriantur. Rursus, quia timoris rei leuis nulla habetur in iure consideratio *l. Metum, la 1. ff. de eo quod metus causa.* Itẽ, quia non quælibet inimicitiæ repellũt testes, ne eorũ testimonio fides habẽda sit, sed graues, vt tradit *Glos. c. Cũ oporteat, verb. Inimicos, de accus.* communiter recepta. Non desiderari autem vitæ periculum inde mihi suadeo. Quia pleraq; alia mala incutiunt metum cadentem in virum constantem

(vt

(vt probaui l.4.disp.5.& aliquibus seqq.)Et constabit hoc ex corollarijs inferendis, vbi referam DD. id diuortium admittentes absque vitæ periculo. Et debere esse talem metum, vt meritò in virum constantem cadat, tradit *Peguera in suis decisionib.criminalib.c.*20.*n.*9. Et in reliquis inimicitijs desiderari, ad petendam incolumitatis cautionē, metum cadentem in virum constantem, expresè tradunt *Bart.l. Quibona,*§.*Si quis quia. in fine ff.de damno infecto, Iason l.Si super possess.n.*6.*C.de transact.* vbi dicunt discordia inter duos orta, illi soli præstandam esse cautionem, qui iusto ad eam petendam timore compellitur, excluso eo, quem vanus timor ad petendum ducit.Et metum viri constantis desiderari,affirmat etiam *Mascard. de prob.conc.*1376.*n.*2.

11 Hinc deducitur, iustam huius diuortij ratione sæuitiæ causam esse,molestam cohabitationem, discordias,& iurgia grauia frequentia inter coniuges. Metus enim huius mali in virum constantem cadit (vt probaui lib.4.disp.6. n.14.) Et ita docet *Enriquez l.*11.*de matrim.c.*17.*n.*7.

12 Secundò infertur, fas esse vxori à viro recedere, qui præ sæuitia tres infantes in vtero eius necauit. Grauissima enim tyrannis hæc.Ità *Palud.*4.*d.*39.*q.vnic a.*3.*nn.*14.*Gaeta repet.c. Ad limina,*30.*q.*1.§.4.*n.*235.

13 Tertiò deducitur, non satis esse minas, quo diuertere liceat,ac securitatis cautionem postulare,nisi minans solitus sit eas exequi. Quare arbitrio iudicis perpendendum erit,num minæ illæ sufficiant, considerato minantis ingenio, ac minandi modo. Quia aliter minæ non incutiunt iustum metum (vt probaui li.4.disp.1.n.20.& 21.) Idem etiam constat ex *l.Hac autem,*4.*ff.si cui plus,* ibi:*Hac autem satisdatio locum habet,si iusta causa esse videtur. Nam iniquum erat omnino caueri, nondum illata controuersia iure. Cum possint elusoria minæ fieri: ideoque eam rem prætor ad cognitionem suam reuocat.*Atque ita tuentur *Addit ad Glossam ibi, super verb.Mina Barth ibi,statim in principio.& ibi Imola,Iason l. Si super poss.ff. n.*6.*C.de transact.Parisius cons.*168.*n.*11.*vol.*4.*Rolandus cons.* 27.*n.*3.*&* 4.*&* 21.*vol.*3.*Anules c.*6.*Prætorum glos. Pobres,n.*6. *Placa de delictis,l.*1.*c.*7.*n.*1.*ad fin.Menoch. l.*2.*de arbitr.centur.* 2.*casu* 140.*n.*4.*Felinus rubr.de tregua & pace,num.*10.*declar.*1. Et alios referens *Mascard.de probat. concl.*1376.*n.*2.*&* 3.

14 Quartò deducitur, quid sentiendum sit in ea quæstione,An iustam diuortij huius causam præbeat, quòd vir vxorem verberarit? Talem enim esse affirmāt quidam.Ducuntur,quia ob hanc causam repudium concedebatur iure ciuili, *l.Consensu,in fine princ.C.de repud.auth. de nuptiis,*§. *Mitiores,coll.*4.& redditur ratio,*ea l.Consensu,*quod eiusmodi supplicium ingenuis inferri dedeceat, seruorumq; proprium sit.Item, quia *Glossa* eadem ratione ducta *c. Sinat,el* 2.7.*q.*1.docet viro non permissum esse vxorem verberare. Demum,quia metus verberū grauium in virum constantem cadit (vt probaui li.4.disp.5.n.4.) Et ideo ita docent *Bartolus l.Cum satis,n.*7.*C.de agricolis,& censitu,l.*11.*Bald.l.*1. *n.*9.*& ibi Iason n.*4.*C.de legatu.Thesaurus decis. Pedemont.*130. *n.*2.*Lancelotus institut.iuris canon. l.*2.*tit. de diuortijs,*§.*Præstandum tamen erit, verb.Committetur.* Et cum hac moderatione,si actis sit verberatio,docent *idem Anton. c.Literas,nu.* 20.*de restit.spoliat.Guido decis.*439.*num.*6.*& cons.*127.*in fin. Ioan.Lupus c.Per vestras, de donat. inter vir. & vxor.notab.*3.*in princ.n.*6.*Sebast. Monticulus tract. de patria potest. verb.Matrimonium,n.*78.habetur tom.8. tract.p.2.*Vincent. de Francis, decis.*244.*in fine,p.*2.*Matienzo lib.*5.*recop.t.*9.*l.*2.*glossa* 1.*n.*51. vbi aliquos textus ad probandum adducit. *Peguera in suis decisionib.criminal.c.*20.*n.*8.*Grassis l.*p *decisionl.*2 *c.*84 *n.*2.*&* 3. Confert ad hoc doctrinam aliquorum afferentium dari acriter verberatæ vxori aduersus maritum verberantem, actionem in factum, vt soluat æstimationem iniuriæ sibi illatæ,denegata tamen actione iniuriarum, quæ infamat. Hi sunt *Ioan. Andr.addit.ad Speculat.in rubr. t.de iniuriis,vers. Est quæstio de vxore. Alexand.l.Diuortio,*§.*Si vir,num.*3.*ff solut. matrim Tiraquel.l.*1.*connub glos.*1.*n.*24.*Catellian.in memorabilibus,vers. Actio iniuriarum,& verb. Vxor atrociter. Couar.*4. *decret.*2.*p.c.*7.§.5.*n.*1.*Placa de delictis,l.*1.*c.*7.*nu* 3.*fine.Ludov. Lopez* 2.*p.instruct.de matrim. cap.*54. vbi de diuortio quoad habitationem, *statim in principio.* Quamuis hoc reprobet *Barbosa rubrica ff sol matrim.* 2 *p.n* 34.

Alij censent verbera inflicta vxori non præstare causam 15
sufficientem huius diuortij,nisi quando ex eis probabiliter potet mortis periculū timeri, & quamuis id ex præteritis non immineat,satis esse ex futuris metui: vel si inde cōtracta sit inimicitia capitalis inter cōiuges.Quia *l.Consensu,C. de repud.*est correcta per *auth.Vt liceat matri & auiæ,*§.*Quia vero quadam,ad fin.collat* 8. à qua desumpta est *auth.Sed nouo iure,C.de repud.*vbi dicitur non permitti repudiū ob verbera,quod *illa l.* Cōsensu cōcedebat:sed aliā pœnā viro indicit. Et ita corrigi affirmāt *Glossa auth.De nuptiis,*§.*Mitiores,verb. Flagellis,coll.*4.*Parisius cons.*54.*n.*37.*vol.*4.*Petr.Greg.Syntagm. iuris,l.*9.*c.*15.*n.*22.*Cuiacius noue l.*22 *col.*4. Et ita videtur nec iure canonico concedi ex eis flagellis diuortiū, nisi in casu prædicti periculi. Quam sent. tuetur *Barbosa rubr.ff. solut. matrim.*2 *p.n.*31 *&* 32. & refert Cardinalem & Ferretum.

Sed vt meam sent. explicem, suppono viro integrū esse 16
vxorē verberare,non passim, ex leuique causa,nec acriter, quāuis magna causa & acri flagellatione cōdigna intercedat:sed raro,vrgentiq; causa postulāte, & moderatè.Quia acris verbefatio,quādo delicti qualitas eam postulat,iudici relinquenda est,cuius est iuridica punitio,delicto q; graui condigna:viro autē respectu vxoris,filiorū,& familię non huiusmodi punitio incumbit, sed domestica & moderata, quæ potius correctionē,quam pœnam spectat. Item quia hac leui,& moderata,& ex causa vrgenti,verberatione,etiam ingenui puniri possunt, nec ea domesticæ punitionis limites excedit. Quamobrem non est cur viro denegetur. Atque ita docent *Host. c.Quemadmodum,ad finem,de iureiur.* vbi *Ioan. Andr.n.*16.*Anchar.n.*12 *Henric.nu* 4 *&* 5.*Anton.ea c. Quemadmodum,*§.*Illud autem,n.fin. Abbas eod.*§.*n vlt.& Alex. de Neuo,n.*13.*Archid c Sinat,el* 2.*n.*4.7 *q.*1.*& ibi Bellamera n.* 4.*& d c.Quemadmodū,n.*6.*idem Abb.c Cum contingat,n.*20.*& ibi Felinus n.*7 *de foro compet. Tiraq.* alios allegans,*l.*1 *connub. glos. l.n.*21 *&* 24.*Rosella verb.Vxor,n.*4.vbi *Angel. nu* 3.*Sylu. q.*3.*Tabiena q.*1.*n.*2.*Armilla n.*2.*Rolandus* alijs relatis.*cons.* 27. *n.*15.*&* 16 *vol.*3.*Thesaurus decis. Pedemont.*120.*n.*3.*Grassis.t.p. decis.l.*24.84.*nu.*2.*Barbosa rubr.ff.solut.matr.* 2.*p.n.*35. Quare merito *Sotus l.*5.*de iust.q.*11.*a.*2.*in fin.Corpori, Aragon* 2.2.*q.*65. *a.*2.*col.*5.*v.De marito solet dubitari,& ibi Salon col* 3.dicunt id solū licere ex causa grauissima.Hoc ergo supposito,primo censeo, quando leuis est verberatio, & ex vrgenti causa, manifestum esse non licere vxori diuertere.Quia vir iustè agit. Idemque credo quando leuis esset verberatio, etiam absque causa.Quamuis enim vir iniuste agat, at ea sæuitia non tanti momenti est: nec verberum leuium timor in virum constantem cadit,sed quando ea grauia sunt (vt diximus l.4.disp.5.n.4.) Atque ita merito DD. n.14. allegati petunt ad hoc,actem esse verberationē.Secundò existimo non licere hoc diuortiū causa verberationis præteritæ,quātumuis atrocis,si casu ex insolito iræ ac perturbationis motu viri contigerit, nec probabilis timor eiusmodi punitionis in posterum exercendæ subsit.Ducor,nam causa huius diuortij ex solo damni futuri timore proficiscitur: cuius signum est, teneri vxorem diuertentē causa sæuitiæ redire ad virum data sibi sufficienti incolumitatis futuræ cautione, *c.Literas,& c.Ex transmissa,de rest spol.* Ergo vbi attenta viri consuetudine,eiusque à natura indito ingenio, excessus ille inopinatus fuit, non erit iusta diuortij ac petendæ cautionis causa. Adde ex vnica verberatione minime sæuitiam concludi.Vt bene docent *Roland. cons.*27. *n.*12.*to.*3. & multis alijs relatis *Riminal.iunior cons.*174.*num.*31. *vol.*2. Præterea, quia ad probandū solitum esse quempiam minas exequi,quo minæ incutiant metū viri constantis, non satis est vnicus executionis actus (vt probaui l.4.disp.1.n. 22.) Vnde meritò *Enriq. n.*11.*alleg* exegit molestam cohabitationem, rixas, & discordias,quæ omnia assiduitatem quandam important. Tandem existimo contra *Barbosam n prec. relatum*, non desiderari quo verberatio grauis causam iustam diuertendi & cautionis exigendæ præstet, vt probabile mortis periculum inferat: sed sufficere eam a-

crem esse, & correctionis marito concessæ limites excedentem (vt sensere DD. nu. 14. allegati) & eam non semel casu accidisse, sed repetitam esse: (duo enim actus consuetudinem probant, vt probaui lib. 4. disp. 1. n. 22. Vel saltem ex ea vnica verberatione coniecturam sumi posse probabilem, attenta mariti natura, fore vt in posterum similiter sæuiat. Ratio est, quia metus verberum acrium in virum constantem cadit (vt probaui lib. 4. disp. 5. n. 4.) Et vnicus actus satis est huiusmodi timori inferendo, quando ex eo coniectura prædicta merito capitur (vt probaui eod. li. 4. disp. 1. n. 22.) Et idem credo, quãdo mulier culpam admisisset ea acri verberatione condignam. Quia adhuc vir sæuit, & terminos correctionis sibi permissæ transgreditur.

17 Quintò deducitur, iustam huius diuortij causam esse sæuitiam viri, quando vi debitum coniugale ab vxore extorquere solet. Ita *Anton. c. Literas, n. 20. de restit. spoliat. Graffis 1. p. decision. l. 2. c. 84. n. 3.* Sed hoc non mihi placet, quia licèt in modo sit aliqualis iniuria, at non est tanta, vt sæuitiæ tribuenti causam diuertendi ascribenda sit. Eo vel maximè, quod si vxor sponte debitum reddat, nulla erit vis; si autem deneget, ius habet maritus cogendi: quod si in modo aliquantulum excedat, non est tantus excessus, & vxor potest vim illam cauere, si sponte reddat, vt tenetur.

18 Sextò deducitur, quid in ea quæstione dicendum sit, an ob furorem coniugis liceat alteri diuertere? Quidam enim negat. Quia *D. Aug. l. 1. de serm. Dom. in monte, c. 31.* & refertur *c. Si vxorem, 32. q. 5.* asserit ob nullum infortuniũ esse coniugem dimittendũ. Ita *Abb. c. 2. n. 3. de coniug. leprof. & ibi Alex. de Neuo n. 3.* & faciunt DD. qui asserũt coniugi amenti reddendũ esse debitũ. Quos retuli l. præc. disp. 23. n. 4. vbi eam quæst. disputaui. Tribuiturq; sent. hæc *Alex. l. Si cũ dotẽ, 23. §. Si maritus, in fine. ff. solut. matr.* sed eam minime tenet: tantũ enim dicit eum textum, concedentem repudium ratione furoris perpetui, correctum esse iure canonico: quod sola morte matrim. cõsummatũ dirimi docet. Sed omnino tenendum est furorẽ coniugis, vbi absq; graui periculo cum illo habitari potest, non præstare iustam diuertendi causam, sed sanum teneri cohabitare, illiq́ue ministrare. Nil enim tam humanum est, quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel vxorem viri participem esse, *l. Si cum dotẽ, 23. §. Si maritus ff. solut. matrim.* Secus existenti eo graui periculo. Quia præualet ius propriæ vitę tuendæ. Et ita intelligitur *d. c. Si vxorem*, quando id periculum non imminet. Ita *Nauar. summa latina c. 22. n. 12. vers. Quinto, hisp. c. 28. addit. ad n. 21. c. 22. vers. Lo quinto. Couar. 4. decr. 2. p. cap. 7. §. 5. n. 3. Veracruz 3 p. Speculi, a. 1. fi. Ant. Cucus l. 5. institut. maior. t. 12. in fine. Thesaurus decis. Pedemont. 130. nu. 2. Barbosa rubr. ff. solut. matrim. 2. p. n. 27. fin. Emm. Sa sum. verb. Diuortium, n. 8. Enriquez l. 11. de matrim. c. 4. fin. & c. 8. nu. 13. & c. 17. n. 7. Graffis 1. p. decision. l. 2. c. 84. in fin. Lud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. cap. 54.* vbi de diuortio quoad habitationẽ. *paulo post princip. casu 3. Philiarcus de officio sacerdotis, to. 1. p. 2. l. 2. c. 17. initio.* Nec credo esse necessarium vitæ periculum, sed satis est aliud gratissimum arbitrio prudentis. Non tamen satis erit molesta cohabitatio & rixæ. Quoniam hæc absque culpa coniugis amentis accidunt. Atque ita quamuis cæteri Doctores allegati asserant desiderari periculum vitæ ex cohabitatione imminẽs. At cæteri *Couar. Lud. Lopez, Graffis, allegati, & Petrus de Ledesma de matrim. q. 62. a. 1 fine Enriquez l. 11. de matrim. c. 8. n. 13.* dixerunt indistincte, quando ex cohabitatione periculum imminet. Et *Ant. Cucus & Veracruz citati*, quando furor est maximus. Et *Thesaurus allegatus*, quando furor est intolerabilis. Quæ omnia in alio periculo graui verificantur. Similiter erit iusta diuertendi causa, si vir sæpe inebrietur cum periculo vitæ vxoris, *Enriquez l. 11. de matrim. cap. 19 nu. 7.* Idem, cum alio graui periculo: & tunc præstanda erit sufficiens cautio in posterum abstinendi ab ebrietate. Idemq́ue censendum est, si è contra vxor sic ebria fiat, nec compesci possit à viro. Quoties autem id periculum abesset; non liceret hac ratione diuortium: sicut nec ob alia crimina, quæ in alterius coniugis perniciem minime vergunt, iuxta dicta disp. præced. num. 3.

Tertia conclusio. Non sola sæuitia præterita iustam diuertendi & petendæ cautionis causam præstat, sed etiam timor futuræ sæuitiæ, & malæ tractationis. Quia in vtroque euentu imminet periculum coniugi. Ita docent *Aymon cons. 31. n. 2. & 3. vol. 1. Cardin. cons. 9. in princ. Couar. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 5. n. 2. Guttier. l. 1. q. canon. cap. 24. n. 9. Barbosa rubr. ff. solut. matrim. 2. p. n. 32. Graffis 1. p. decis. l. 2. c. 84. n. 1. Lud. Lopez 2. p. instruct. de matrim. c. 54.* vbi de diuortio quoad habitationem, *statim in principio.* Idque constat, nam probabilis timor mali proximè inferendi in virum constantem cadit, quamuis nullus metus illatus sit (vt probaui lib. 4. disp. 1. nu. 16. & duplici seq.) Et subiiciunt optimum exemplum *Aymon, Couar. Guttier. Lud. Lopez ibid.* vt quando inter coniuges lis super maiori bonorum parte agitaretur, posset enim tunc futura sæuitia præsumi, perspecta personarum qualitate. Quod ex multis probat *Aymon ibid.* 19

Hinc infertur, posse præsumi hanc causam sæuitiæ. si vir concubinam teneat, ac proinde hac ratione integrum esse vxori diuertere. Quippe non bene conueniunt vxor & concubina, soletq́ue hæc vitæ illius insidiari. Ita docent *Baldus c. 1. n. 3. vt lite non contest. Decius cons. 130. num. 4. vol. 4. Ioan. Lupus c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor. notab. 3. in princ. n. 6. & §. 21. n. 8. Thesaurus decis. Pedemont. 130. nu. 4. Matienzo li. 5. recop. t. 9. l. 2. glos. 1. n. 52.* Et quamuis *Ioan. Lupus & Matienzo* loquantur quando vir domi tenet concubinam, vel eam adducere domum intentat. At idem dicẽdum est, si extra domum propriã, eam teneat. Quia est huiusmodi retentio causa molestæ cohabitationis, & perpetuæ discordiæ inter coniuges. Sic docet *Thesaurus ibid.* & fauent alij qui indistincte de retentione concubinæ loquuntur. Quare vxor redire non tenebitur, donec sibi sufficienter caueatur de expellenda concubina, & in posterum ea non admittenda. Ita *Baldus, Ioan. Lupus, Matienzo ibid.* Adduntq́ue *Ioan. Lupus & Matiẽzo* non teneri redire, nisi data dicta cautione, & pœna apposita, si à fide præstita deficiat. Quæ omnia etiam docet *Graffis 1. p. decis. l. 2. c. 84. nu. 4.* Et hæc doctrina apertè procedit ratione sæuitiæ, secluſa ratione adulterij. Alias falsum esset teneri vxorem præstita cautione redire. Quare licèt vxor esset adultera, ac proinde cõpensatione delictorum facta, non liceret sibi ratione adulterij fugere: id vtique sibi esset integrum ratione sæuitiæ futurę probabiliter præsumptæ ex retentione concubinæ.

Imò quamuis non ex viri sæuitia immineat damnum notabile corporis vxori, sed ex alijs viri sceleribus, potest vxor fugere. V. g. si vir latrociniis deditus sit, ac incorrigibilis, quamobrem periclitatur vxor: vt si timeat ne tanquã consentiens furtis viri, & receptatrix furtorum puniatur, iuxta notata *l. 2. C. de furtis.* Quia cum tanto corporis detrimento non tenetur cum illo habitare. Ita *Palud. 4. d. 32. q. 1. a. 2. n. 7. & d. 39 q. vn. a. 3. n. 14. D. Anton. 3. p. t. 1. c. 20. §. 10. casu 1. Nauar. sum. hisp. c. 28. add. ad n. 21. c. 22. v. Lo tercero. Barbosa rubr. ff. solu. matr. 2. p. n. 29.* Et ita temperandum est quod dicunt *ipsemet D. Anton. 3. p. t. 1. c. 21. §. 4. & Nauar. sum. lat. c. 22. n. 22. v. Tertio*, nimirum, posse vxorem diuertere à viro latrocinijs dedito, & nolente à furtis abstinere. Si enim nullum inde vxori detrimentum confurgat, non poterit recedere. Vt bene animaduertit *Barbosa eod. n. 29. Emm. Sa sum. verb. Diuortium, n. 5.* Idque constat ex dictis disp. præc. n. 3. 20

Secundo infertur, integrum esse viro recedere ab vxore veneficã, liberorum interfectrice, aut viri facultates deprædante. Ita docent *Sot. 4. d. 39 q. vn. a. 4. ad 4. Angles florib. 1. p. de matr. q. 12. de disparit. cultus, post dub. 7. diffic. 3. Lud. Lop. 2. p. instruct. de matr. c. 53. § penult.* Quod quidẽ de vxore liberorũ interfectrice, manifestum est. Quia cedit in graue matrimonij detrimentũ. Item, quia præ nimio liberorum affectu, magis terrentur in illis parentes, quam in se ipsis: atque ideo talis metus in virum constantem cadit (vt probaui li. 4. disp. 4. n. 1.) Quando autẽ, vxor est veneficã, licet crimen illud veneficij non sit ex se causa iusta diuortij, at merito timere potest vir sibi, ne veneficio aliquo lædatur. Sunt enim huiusmodi fœminæ pessimæ, & facile amore alieno captæ, aut ira percitæ, solent maritos veneficijs 21 22

infi-

inficere. Demum, quando vxor substantiam viri deprædatur, non est semper causa sufficiens diuortij, donec cautio præsteturſed quando vel furtū est notabile, vel præsumitur fore tale, ita vt is timor facultates amittendi cadat in virum constantem, nec aliter compesci valet. Vt constat ex dictis n. 10. Quando autem is timor sit viri constantis, dixi li. 4. disp. 5. num. 20. & seqq. Sed nec in hoc est verum: nisi quādo vir notabile damnū in sua persona timet. Non obstat *c. 2. de his qui filios eccles.* vbi negatur diuort. quòd mater filium occiderit. Quia intelligitur de diuortio perpetuo.

23 Quarta concl. Non sola viri sæuitia, sed etiam parentū viri, præbet iustā diuertendi causam vxori, ac petendi cautionem securitatis. Sic docent colligentes ex eo textu, ibi: *Vel parentes eius. Ant. c. Ex transmissa 4. n. 6. de rest. spol. & ibi. Abb. n. 4. Grassis 1. p decis. l. 2. c. 84 n. 3* Quod intelligere quando vir in culpa est illius sæuitiæ, vt si vxorem cum eo periculo retineat in parentum domo, vel parentes in ipsamet propria sui ipsius. Tenetur enim potius incolumitati vxoris consulere, & paci. Iuxta illud *Gen. 2. Propter hanc relinquet homo patrem & matrē. & adhærebit vxori suæ.* Vel si parentes domū viri frequenter adeant, nec vir id periculu vitarit.

24 Quinta concl. Vt fuga ratione sæuitiæ & cautionis petitio, iusta sint, vltra timorē mali grauis, desideratur etiā causa legitima & verisimilis timēdi. Quia id omnino exigitur ne timor vanus sit, & hominis pusillanimis & inconstantis (vt probaui li. 4. disp. 1. n. 15.) ita *Baldus cons. 176. n. 2. vol. 1.*

25 Hinc deducitur, iudicis esse interrogare coniugem, ratione huius timoris diuortiū postulantē, de suspicionis timoris causis: arbitrioq; suo cōmitti diiudicare, num iustæ sint, inspectis personis & causis. Nam quo metus in virum constantē cadat, spectatur causa timoris an probabilis sit, non absolutè, sed respectu subiecti metū patientis, tā quoad grauitatē mali, quod timetur, quā quoad probabilitatē & modū timendi. Pusillanimis enim ex faciliori causa ad timendum ducitur. Quod probaui li. 4. disp. 3. num. 5. Sic *Baldus n. præc. alleg.* Idemque apertè constat ex dictis n. 13.

26 Secundò deducitur, non posse iudicem diuortium ratione sæuitiæ concedere, aut cogere coniugem ad cautionem præstandam non præmissa iuridica causæ cognitione. Quia præsumendum non est quempiam vitæ alterius insidiaturum, nisi constet. Item, quòd cogere ad satisdandum est laboriosum, *l. 2. vers. Sed & si dubitetur. ff. de iudiciis.* Quod vniuersi admittunt quando iudex ad instantiā partis procedit: Quando verò ex solo officio procedit, censent aliqui non desiderari iuridicam causæ cognitionem. Quia cum tunc non desiderentur fideiussores, sed nuda cautio sufficiat, cessat ea ratio, quod fideiussorem dare sit laboriosum. Sic tenent *Dynus l. 2. §. 1. in fine, ff. solut. matrim. Felin. rubr. de tregua & pace, n. 10. declar. 2. Iul. Clar. l. 5. recept. §. fin. q. 47. vers. Sed nunquid potest.* Sed melius eam requiri, docent alij. Tum, quia non est certum iudice procedenti ex officio, solam cautionem nudam exigi (vt dicemus num. 44.) Tum etiam, quia cautio nuda petit bonorum hypothecam cum adiectione pœnæ: (vt dicemus n. 34.) At obligare ad hoc, est re vera grauare. Atque ita docent *Ioan. de Imola l. 2. §. 1. in fin. ff. solut. matrim. Parisius* alios referens *cons. 168. num. 10. vol. 4. Hippolyt.* quem refert & sequitur *Auiles cap. 6. Prætorum, glossa Pobres, n. 9. & 10.* & idem videntur tenere alij, indistinctè docentes requiri causæ cognitionem, vt iudex obliget ad cautionem de non offendendo præstandam. Ita *Bartol. l. Capitalium, §. Ad statuas, nu. vn. ff. de pœnis. Alex. cons. 78. n. 25. vol. 5. Roland. cons. 27. n. 2. & 3. vol. 3. Mensch. de arbitrar. l. 2. centur. 2. casu 140. n. 4. Placa de delictu, l. 2. c. 7. n. 1. fin.* & alijs relatis *Mascard. de probat. concl. 1376. n. 1.*

27 Tertiò deducitur, non standū esse in hac re iuramento petentis cautionē, allegantisq; suspicionē timoris. Quamuis enim timor tanquam passio in animo consistens possit iuramento probari: at cum non solū timor, sed iusta etiam timoris causa sit probanda, illa qualitas iustitiæ aliam probationem petit. Ita multis citatis *Padilla l. Si super possessione, n. 26. C. de transact. Mascard. de probat. concl. 1376. n. 4. & 5.*

28 Imò ea suspicionis causa est probanda testibus omni exceptione maioribus. Ita *Parisius cons. 54. num. 16. vol. 4. & Barbosa rubr. ff solut. matrim. 2 p. n. 27.*

Excipe tamen nisi euidenter de causa suspicionis con- 29
stet. Vt est casus *c. De Benedicto, 32. q. 1.* in quo constabat mulierem commisisse adulterium, quod infert iniuriam grauissimam viro, & domui eius, *l. Miles, §. Si socer, in fine. ff. ad l. Iul. de adulter.* Tunc enim cauendum est absque alia causæ suspicionis probatione. Ita *Alexand. consil. 78. n 28. vol. 5.*

Quartò deducitur iustitia praxis in tribunalibus Eccle- 30
siasticis vigentis. Peritò enim diuortio ratione sæuitiæ cōiugis, iudex petit informationem testium eam probantiū, qua præstita, si sufficiens sit, continuò actum interlocutorium pronuntiat, quo iubet vxorem in loco tuto deponi, dum lis deciditur, & sub pœna excommunicationis iubet viro & eius parentibus, ne illi malum inferant, & sub alijs pœnis pecuniarijs: & moderatur expensas litis atque alimenta vxori præstanda. Ad quod teneri virum diximus disp. 8. n. 28. Sic *Gutier. l. 1. q. canon. c. 24. n 6. & 7.* Et quamuis diuortiū absque aduersæ partis citatione fieri nequeat, *cap. 1. de causa possess.* at separatio ad tempus dum discordia durat, & lis agitatur, solam informationem summariam postulat, argumento *l. Æquissimum, ff. de vsufructu.* Sic *Navarr. l. 4 cons. in 2. edit. tit. de diuort. consil. 5. n. 1.*

Vltima concluſ. Quando sæuitia coniugis est tanta, vt 31
nulla securitatis cautio sufficiens ab alio præstari possit, non est restituendus coniux spoliatus, sed sent. diuortij pronuncianda est. Habetur expresse *c. Literas, in fin. de restit. spol.* Et docent omnes, ac specialiter *ibi Abb. n. 7.* & multos alios referens *Barbosa rubr ff. sol. matr. 2. p n. 26. fine, & n. seq.*

Quando autem sæuitia coniugis tanta sit, vt illi per cau- 32
tionē satis prouideri nequeat, & quæ cautio ad damnum vitandum sufficiat, certa regula præscribi nequaquam potest, sed id iudicis arbitrio decidendum perspectis bene omnibus circumstantijs occurrentibus relinquitur. Argumento ex *l. 1. ff. de iure deliberandi*, ibi: *Cum dicit tempus, nec adiicit diem, sine dubio ostendit esse in iudicis potestate quē diem constituat.* Et *c. De causis, de offic. delegat.*, ibi: *Si tale fuerit negotiū, quod certa exinde pœna canonibus exprimatur, eandē infligas: alioquin ipsos pro delicti qualitate, & causa, secundū tuū arbitriū punire procures.* Cùm ergo in iure (vt constat ex *c. Literas, in fin. & c. Ex transmissa, de restit. spol.*) nec alibi præscriptū sit, quanta esse debeat sæuitia, & qualis cautio sufficiat, totum id negotium arbitrio iudicis librandum erit. Atque ita docent *Host. d. c. Ex transmissa super verb. Diffidat. Abb. d. c. Literas, n. 7. Parisius cons. 54. n. 36. vol. 4. Tiraq. l. Si vnquam, verb. Omnia, vel partem, n. 31 ad fin. C. de reuoc. donat. Bald. cons. 176. n. 2. vol. 1. Conar. 4 decret. 2. p. c. 7. §. 5. nu. 2. fin. Placa de delictu, l. 2. c. 7. n. 1. v. Et primo. Menoch. de arbitr. l. 2. cent. 2. casu 138. in fin. & casu 139. n. 4. & 5. Bursatus cons. 207. n. 29. vol. 2. Gutier. l. 1. q. can. c. 24. n. 10. Canallos in suis cōmun. opin. q. 66. n. 13. & seqq.*

Tandem id obseruandū est, vbi odium est capitale, non 33
debere coniugem cautionis fragilitati fidere. Nec enim cautio maleuolum animum mutat. *§. fin. Instit. de suspect. tut.* nec in hoc casu sufficiens cautio præstari potest. Sic *Aimon cons. 31. n. 4. vol. 1.* exemplificans in vxore litiganti cum viro circa maiorem bonorum partem, in quo casu ait præsumi inimicitias capitales. Et non esse tunc cautioni fidendum, probat ex *c. Accedens, el 2. iunct. Gloss. verb. Inimicis, vt lite non contest.* ibi: *Et licet literas non habuit de conductu, si tamen missæ ei fuissent non debebat se credere suis capitalibus inimicis.* Vbi *Glossa verb. Inimicis*, ait in eo casu non potuisse sufficientem cautionem præstari. Et idem constat ex *Glossa c. Ex parte, el 1. de appellat. verb. Periculosum, in fin.* vbi ait citato ad locum periculosum non satis esse præstare ducatum, vbi *Decius n. 15. v. In fine Glossæ*, dicit non teneri quemquam literis salui conductus fidem habere, quando locus non est tutus propter inimicitias. Quare *Zephalus cons. 384. n. 64. & quatuor seqq. vol. 3.* ait mulierem adulterij accusatam minimè teneri lite pendenti redire ad maritum, quamuis ille cautionem & fideiussores præstet, per *l. Qui ita, §. 1. ff. ad Trebellian.* ex qua habetur in arduis posse quempiam nolle stare fragilitate cautionis, secundum *Paulum & Imolam, ibi.*

SVMMARIVM.

Cautionis nomine, dum in aliquo decreto ponitur absque aliqua additione, comprehenditur simplex cautio, non tamen absque bonorum hypotheca, & appositione pœnæ, & quid, an tunc exigatur iuramentum? explicatur que l.10.t 33.p 7.n.34.

Quid, quando adduntur aliqua particula, vt plenè, idoneè, velle sufficienter, competenter, & alia? n.35.

Quoties petitur cautio ob persona suspicionem, an satis sit nuda? n. 36.

An quoties cautio fideiussoria aut pignoratitia desideratur, sufficiat bonorum hypotheca? n. 37.

An obligatus ad cautionem pignoratitiam vel fideiussoriam satisfaciat sola iuratoria, eo quod præ paupertate vel alia ratione non inuenit fideiussorem, nec habet pignora, creduturque eius iuramento dicenti se non inuenire? n. 38.

Iudex potest ex officio cogere ad cautionē non offendendi præstandā, n 39.

Cautio ratione sæuitiæ à coniuge præstanda debet esse fideiussoria vel pignoratitia, n. 40.

An satisdet sola iuratoria, quando coniux timet iuramentum? n 41.

Quid, si coniux pauper sit aut aduena, & ideo fideiussores non inueniat, nec pignora habeat, an sufficiat eius iuramentū loco cautionis, creditum, sit illi iuranti se aliam cautionem minimè posse præstare, n. 42.

An sufficiat iuramentum, quando vir esset diserertus, & emendata vita? Et generaliter quoties aliquis tenetur fideiussorem aut pignora dare, excusatur, si notoriè idoneus sit? n 43.

An si iudex ex solo officio, coniuge nil petente, compellat ad cautionem hanc præstandam, sufficiat iuratoria, n. 44.

An cautio præstanda adultera, vel alterius criminis rea vxori, debeat esse solum de ea non offendenda ratione delicti præteriti, vel etiam futuri? & explicatur c. De Benedicto, 32. q. 1. n. 45.

An non obstanti ea cautione possit vxor callidari à viro? n 46.

Post n. 46. inuenies summaria, quæ desiderantur.

34 QVÆSTIO II. Qualis cautio à coniuge cuius sæuitia est probata, præstanda sit, ne ratione illius celebretur diuortium, & coniux, qui præ timore diuerterat, ei restituatur? Præmittenda sunt aliquot fundamenta de cautione in genere, vt clarius procedatur. Primum fundamentū sit. Cautionis nomine nisi aliquid addatur, nuda cautio comprehenditur. Habetur *l. Sancimus, C. de verb. sign.* & docent vniuersi DD. nu. seq. allegandi: & latè *Barbosa l. Diuortio, 8. §. Interdum n. 22. ff. sol. matrim.* Nec obstat *l. 10. t. 33. p. 7.* vbi expresse dicitur cautionis nomine intelligi pignora vel fideiussores. Quia ne contradicat iuri cōmuni, quod nunquā in dubio corrigere censetur (vt probaui li. 3. disp. 41. n. 8.) intelligenda est, cum cautio non simpliciter profertur, sed cum aliquo addito: iuxta n. seq. dicenda. Ita *Gregor. Lop ea l. 10. verb. Cautio.* Vel dicit cum Bartolo & alijs per ipsum allegatis intelligi illam legem, quando cautio petitur à lege. & *l. Sancimus*, quando petitur ab homine. Non tamen ea cautio debet esse absque obligatione omnium bonorum. Vt cum *Bart. l. Prim. n. 23. in fin. v. Tertio quæro. ff. de operis noui nunciat.* & multis alijs probat *Iason l. Sancimus, n. 2. C. de verb. sign.* Debet etiam cōtinere pœnam frangenti fidem cautionis iniunctam. Sic *Glossa l. 2. verb. Sola promissione, ff. de iudiciis. Iason ea l. Sancimus, n. 2.* An verò debeat continere iuramentum, dicemus n. 44.

35 Secundum fundamentū. Quando adduntur aliquæ particulæ cautioni, desideratur vt detur cautio fideiussoria vel pignoratitia. Huiusmodi particulę sunt, si addatur, idonea. Constat ex *l. Si mādato Titij, 59. §. fin. ff. mandati*, ibi: *Paulus respondit non videri mandati conditioni paritū, cum in mandato adiectū sit, vt idonea cautio à debitore exigeretur, si neque fideiussor, neque pignora accepta sunt.* Et docēt ibi *Glos. verb. Acceptata. Et gl. c. fi. verb. Idoneam, de pign. & c. Odoar. verb. Idonea, de solut. & c. Ad nostram, el 1. verb. Sufficienti, de iureiur. & c fin. verb. Idoneam, de sent. excom in 6. & c. Quamquā, verb. Idonee, de vsuris, in 6. & c. fin. verb. Et idonee, de pœnis, in 6. & l. Sancimus, 3. verb. Nudam, C. de verb. sig.* vbi *Bart. n. vn. Alberic. in fin. Paul. n. vn. Salicet. n. vn. Iason n. 3. Bald. l. Executorē, 8 n. 16. C. de executione rei iudicate. Felin. d. c. Ad nostrā, n 8. Angel. verb. Cautio, n. vn.* vbi *Sylu. n. vn. Tabiena n. vn. Greg. Lop. l. 10. verb. Cautio, t. 33. p. 7. Quesada in suis quæst. iuris, c. 11. n. 1.* Vnde recedendum est à *glos. c. Prima igitur, verb. Cautione, de consec. d. 4.* vbi simplicem cautionē dici idoneam ait. Quam reprobat *Iason d. l. Sancimus, n. 3.* quia simplex cautio nō intelligitur cū pignoribus, vel fideiussoribus (vt diximus n. præc.) secus quando additur, idonea. Idē exigitur, quādo additur, sufficiens. *Glossa c. Quoniam, §. In alijs, verb. Cautione, vt lite non contest. & c. fin. verb. Cautionem, de pign. & c. 1. in fin. de sequest. possess. & fruct. & c. Ex publico, verb. Sufficienti, de conuers. coniug. & c. Ad nostram, el 1. verb. Sufficienti, de iureiur. & c. Pisanus, verb. Sufficienti, de restit. spoliat. Alberic. Paulus, Iason, Ang. Sylu. Tabiena, Greg. Lop. proximè allegati. Felin. d. c. Ad nostram, n. 8. Socin. reg. 43. fallentia 2. Canallos in suis commun. opin. q. 66. n. 2.* Idē dicendum est si addatur, plena, *Glos. d. l. Si mandato Titij, in fin. Alberi. Iason, Fel. n. 6. Socin. fallent. 3. Greg. Lopez ibid. Dominic. c. fin. an prin. n. 14. v. In ea glossa.* ibi, *Idonee, de vsuris, in 6. Canallos d. q. 66. n. 2.* Idem asseri oportet, si addatur, recta. *Alberic. & Greg. Lop ibid.* Idem, si addatur, competēs. *Glos. l. Si debitori, 21. verb. Competenti. ff. de iudic. & ibi Bald. ad fin. verb. In glossa erit. Paul. Ang. Sylu. Tabiena proximè citati. Felin. d. c. Ad nostram, n. 8.* Quamuis alij, teste *Angelo* dicant tunc desiderari cautionē arbitrio prudentis sufficientem. Idem dicendum est, si addatur, diligens. *Quesada in suis q. iuris c. 11. n. 1.* Idem, quādo lex mandat caueri causa cognita, *l. In omnibus*, iuxta verum intellectū *ff. de iudic.* Ita *Fel. d. c. Ad nostrā, n. 6.* Tandē dicendum est idem, quando lex dicit præstandam cautionem, quam quis præstare potest. Quoniā si tunc sufficeret sola iuratoria, frustra essent ea verba, quā præstare potest. Cùm hæc omnibus sit possibilis. Sic *Abb. c. Per vestras, n. 13. de donat. inter vir. & vxor. Felin. d. c. Ad nostram, nn. 10.* Qui omnino videndus est circa alias particulas, adijci solitas.

Tertium fundamentum sit. Cum cautio interponitur ob suspicionem personæ, semper debet esse cum pignore vel fideiussoribus. *l. Si fideiussor, 7. §. fin. v. Qui satisdare cogātur.* Ita *Glos. penult. l. penult. ff. de petit. hared. Bart. l. Prius, n. 23. ff. de operis noui nunciat. Alberic l. Sancimus, fin. C. de verb. sig.* vbi *Baldus n. 4. Paulus n. vn. Iason n. 5. Socin. reg. 43. fallentia 2. Felin. c. Ad nostram, el 1. n. 6. de iureiur. and. Ang. verb. Cautio, n. vn.* vbi *Sylues. n. vn. Padilla l. Si super possessione, n. 23. C. de transact.* 36

Quartum fundamentum. Non constat inter DD. an in his casibus in quibus desiderantur pignora vel fideiussores, sufficiat hypotheca. Id enim affirmant *glos. l. Si mandato Titij, 59. §. fin. verb. Neq; pignora, ff. mandati. Greg. Lopez l. 10. t. 33. p. 7.* Verum contrarium tenendum est. Quia etiam vbi sola nuda cautio exigitur, est interponenda hypotheca omniū bonorum (vt diximus n. 34.) Ergo ea non sufficit, cum additur particula exigens fideiussoriam vel pignoratitiam. Deinde, quia potior est cautio pignoratitia, quam hypothecaria. Pignus enim transit in creditorē, hypotheca autem minime. *l. Si rem, §. Proprie, ff. de pign. act.* Præstat autem possidere, quàm à possidente petere, *l. Is qui, ff. de rei vendic.* Melius etiam est dare fideiussorem, quam hypothecam, vt constat ex *l. Omnes, §. In hac, C. de Episcop. & cler. & auth. de sanctiss Episc. §. Si quis autem, collat. 9.* vbi conceditur clericis priuilegium ne dent fideiussores, sed promittant cum hypotheca. Et ideo hanc partem sustinent *Oldrad. cons. 68. n. vn. Alberic. l Sancimus, nn. 4. C. de verbor. sign.* vbi relatis Ioan. Andr. Angelo & Paulo, tenet *Iason n. 3. Domin. c. fin. in prin. n. 13. de vsuris, in 6.* vbi & *Francus in prin. n. 21. Fel. c. Ad nostrā, el 1. n. 8. de iureiur. Rebuff. de verb. sign l. 138. §. Et sic cum hac.* 37

Quintum fundamentum. Quoties quis ex necessitate iuris tenetur satisdare, & eo quod aduena aut pauper sit, non potest fideiussorem aut pignora inuenire, satisfacit iuratoriam cautionem præstando, *auth. Generaliter, C. de Episc. & cler.* docentq; *glos. c. fin. de pœnis, in 6. verb. Et idonee, & c. Quamquā, de vsuris, in 6. verb. Idonee. Et c. Odoard. de solut. verb. Idonea, & c. Per vestras, de donat. inter vir. & vxor. verb. Quā potest*, vbi *Abb. n. 5. & c. Ex parte, el 1. n. 4. de verb. sign. & c. Ex publico, n. 11. de conuers. coniug. Decius c. Ex epistola, n. 217. in nouiori edit. de probat. Iason l. Sancimus, n. fin. C. de verb. sign. & l. 1. n. 23. ff. qui satisdare cogātur. Hippol. l. 1. §. Præterea, n. 113. ff. de quæst. & rubr. de fideiuss. n. 116. & l fin. n. 123. ff. de iurisd. omn. iud. Aug. verb. Cautio fin. Sylu. ibi, ad fin. Staphilæus de lit. gratia, 2. p. vers. Quando conceditur iurat. Aula c. 6. Prætorū glos. Pobres, n. 13. Iul. Clarus l. 5. receptarum § fin. quæst. 47. v. Sed quæro quomodo, & multis citatis, respondensq; ad contraria, Roland. cons. 43. n. 21. & seqq. vol. 2. Ant. Gom. l. 3. var. c. 6. n. 17. Barbos.* alios referens *l. Diuort. 8. §. Interdū, n. 26. ff. solut. matr. Brunor. in suo cōpend. lut. C. verb. Cautio*, & plures alios refert *Tiraq. de retract. lignag.* 38

lignag.t.1 §.1.gloss.18.n.16. Statur autem in hac re iuramẽto dicentis se non habere fideiussorem. Sic *Gloss.fin.l.1.ff.qui satisdare cogantur.* Et *c.Quanquã,de vsur.in 6.verb.Idonee.Bald. consil.176.n.2.vol.1.Hippol.l.1.§.Praterea,n.113.ff.de quæstion. Rolan.Ant.Gomez,Aviles,Barbosa proxime citati.Iul.Clarus l.5. recept.§.fin.q.46.v. Sed quomodo probabitur.* Intellige tamen satis esse iuratoriam cautionem, quando alia præstari nequit: si præstans sit vir bonæ famæ: alias non esset eius iuramento fidendum,sed potius debet à iudice cogi vt exulet. Ita *Iul. Clarus eo. §.fin.q.47.vers.Sed quæro quomodo.*

39 Vltimum fundamentum sit.Iudex ex officio etiam parte non petenti potest cogere partes ad cautionem securitatis præstandam. Quia in hoc vertitur publica vtilitas. Vt ex multis probat *Ant.Gomez,statim allegandus.* Atque ita tenent *Parisius cons.168.n.1.& seqq.vol.4. Ant.Gomez tom.3. var.c.6.n.16.§.Sextò facit, v.Tertio extende.* & multis citatis, *Plaça de delictis,l.1.c.7.n.3.statim in princ.*

40 His præmissis sit prima conclusio. Cautio pignoratitia vel fideiussoria desideratur,vt coniux probabiliter timens alterius coniugis sæuitiam teneatur cum illo habitare. Constat,quia *c.Literas,in fine:& c.Ex transmissa.de restit.spol.* petitur expresse cautio sufficiens:nomine autem sufficientis cautionis intelligitur pignoratitia aut fideiussoria (vt probauimus n.35.) Atque ita docent *Glossa c. De Benedicto, verb.Sub cautela,32.qu.1.& d.c.Ex transmissa,verb.Sufficienti, & ibi Innoc.in fin.Host.abt super verb.Recepta Anchar.n.2.Gaeta repet.c.Ad limina,30.qu.1.§.4 num.243.Lancel.instituta iuris can.l.2.t.de diuort.§.Præterea tamen erit,verb.Idonea. Casalos in suis communib.opinion.q.66.n.9.& 10 Manuel in.to.sum. 2.edit.c.240.n.1.Vega 1.tom.sum.2.edit.c.89 casu 4.* Nec satis erit hypotheca bonorum. Quia ea non sufficit,vbi pignora vel fideiussores exiguntur, vt probaui n.37.

41 Secunda conclusio. Si vir iuramentum timeat,ac subinde eo præstito satis consulatur vxoris incolumitati, non est opus alia cautione.Quippe cautio eò tendit,vt cõiugis periculum vitetur. Quoties ergo iusiurandũ ad id sufficit, nil ampliùs desideratur. Ita *Glos.c.De Benedicto,verb.Sub cautela,32.q.1.D.Ant.3.p.t.1. c.21.§.6.fin.Sylu.Matrim.10.q.vlt. Barsatus cons.207.n.27.vol.2.* Idem expresse sentiunt *Host.& Innoc.citati.n.prac.* postquã enim dixerunt exigi fideiussores,aut pignora, subdũt eam cautionẽ præstandã esse,quæ tutiorẽ reddat vxorẽ,& quæ magis timetur à viro.Confert etiam ad hoc,quod arbitrio iudicis relinquatur quæ cautio desideretur ad securitatẽ alterius coniugis(vt probauimus n.32.) Ergo iudice arbitranti satis esse iuratoriam, nulla alia exigenda erit.Conferunt etiam quæ n.43. dicemus.

42 Vtrum autem viro non habente pignora,nec inueniente fideiussores,quia pauper aut aduena est, sufficiat cautio iuratoria de non offendendo? *Manuel 1.to.sum.edit.c.240. n.1.& Vega 1.to.sum.c.86 casu 4* negãt.Ducuntur,quia quãuis in alijs euentibus sufficiat iuratoria cautio eius qui aliã præstando non est.At inter coniuges ea regula locum non habet.Quia fideiussione minimè præstita,vxor assidua formidine ac suspicione opprimetur,pullulabunt q; multa,& non exigui momenti,quæ fœderi & amori cõiugali valdè aduersantur.At *Gutier.l.Nemo potest,nu.297 ff.de legatis 1.* refert se patrocinante pro eo parte vt sufficiat, latam esse aduersam sent.qua per appellationẽ suspensa,litem pendere,atque ideo nil decidit,sed cogitandum relinquit.Cæterum in hac cõtrouersia non est cur recedendũ sit à regula generaliter tradita n.38.vt satisfaciat iureiurando,qui aliã cautionẽ ad quam iure tenebatur,non potest exhibere:sitque credendũ ei iuranti se non esse aliam præstando.Militat enim eadem ratio,quod nemo ad impossibile astringẽdus sit.*Reg.Impossibilium,ff. de reg.iuris: & reg. Nemo potest.cod.* Rursus *Reg.in 6.* Quod etiam manu docuit textus *cap. Literas,in fin.de restit.spol.* vbi decidens cautionem sufficientẽ securitatis præstandam,quo vxor viri sæuitiam metuens, ipsi viro reddatur, subdit textus *(si fieri potest.)* Ergo quãdo ea cautio non est possibilis, sufficiet iuratoria. Quod etiã clarè significat *Host.c.Ex transmissa,de restit.spol.super verb.Recepta,* vbi ait teneri virũ dare pignora vel fideiussores,si potest:non enim (inquit) cuilibet est facile inuenire. Nec obstat ratio,quæ in contrariã partem duxit Manuelẽ. Ea enim formido & suspicio facile deponentur, experientia sumpta pacificæ habitationis cum viro. Quod si in contrarium res se habeat experientia id docente,integrum ei erit diuertere. Tandẽ, quia cum totum hoc negotium sit arbitrariũ (vt diximus n.32.)iudicis erit discernere,an attenta sæuitia probata,& circumstantijs occurrentibus satis consulatur vxoris incolumitati iureiurando præstito: atque ita re se habente coget vxorem ad virum redire: sin minus, ab ea conctione abstinebit,sententiamq; diuortij pronunciabit. Iuxta *cap. Literas in fin.& c.Trãsmissa,de restit.spol.* Vt bene animaduertit *Zanallos in suis communibus opinionib.q.66.n.13.& 14.*

Ex dictis infertur,quãdo vir esset discretus,& emendatę 43
vitę,non esse cum ad aliã cautionẽ,quã iuratoriã obligandũ.Quod ex dictis n.41.satis cõstat. Et bene docet *Rolan. cons.29.in fi.vol.3.* Cõfert *Bartoli* doctrina *l.11. Quicunq;,la 2. statim in prin.C.de fundo patrim.l.11.* vbi ait obligatum satisdare, satisfacere generali bonorũ hypotheca facta,si clarè idoneus sit.Quã etiam amplectuntur *Felin.c.Ad nostrã,el 1. de iureiur.n.10.v. Quid autem si à lege.Aviles c.6. Prætorũ,glossa Pobres, n.11.* Et alios referens *Plaça l.1.de delictis c.7.n.2.in fi.*

Quidam temperãt secundam concl.positam, vt vir te- 44
neatur pignora vel fideiussores exhibere, vt intelligatur, quãdo iudex instanti parte cogit cautionẽ præstare: secus quando ex mero officio, tunc enim satis est nudã cautio. Idq;e colligitur ex *c.De Bened. 32.q.1.* ibi: *Illam vero,siquidem maritus suus sine dolo aliquo forte accipere voluerit,tua ordinatione sub cautela recipiat.* Cùm enim textus agens de cautione præstanda ex solo iudicis officio,cautionis meminerit,nulla particula addita, satis erit sola cautio absque pignore & fideiussore,iuxta nu.34. dicta. Et ita censent *Glossa eo c. De Bened.verb.Sub cautela.Fel.sub.de tregua & pace, n.10.declar.2. Sylu.Matrim.10.q.vlt.Placa de delictis l.1.c.7. n.2.vers.3.Gaeta repet.c.Ad limina,30.q.1.§.4. n.243.* Hanc autẽ nudam cautionem explicant *Felin. & Plaça,* id est,iuratoriam. At *Glos. Sylu.& Gaeta* explicãt nudam promissionẽ. Alij autẽ generaliter docent,quoties cautio petitur ob suspicionẽ personæ(qualis videtur peti in hoc euẽtu) semper desiderari fideiussorẽ aut pignora,etiã iudice ex mero officio procedẽte. Ita multi quos refert & sequitur *Padilla l. Si super possess.nu. 23.& seq. C.de transact.* Sed facilè lis hæc dirimitur. Cùm enim totum hoc negotiũ arbitrio iudicis relinquatur,qui eo solum spectare debet,vt coniux incolumẽ vitam transigat, vt diximus nu. 32. siue ad partis instantiam,siue ex officio procedat, eam tenetur cautionẽ exigere, qua intentum hoc comparandũ existimarit: ac proinde si sat si iuratoria, ea contentus esse debet:sin minus,vlteriorem postulabit.

Cautionẽ autem vxori de ea non offendẽda præstandã à 45
viro,quãdo vxor culpa sua dedit causam sæuitię,vt si adulterium admisit, dicunt quidã debere esse de ea non offendenda ratione adulterij admissi:non autem si in posterum simile delictum perpetret.Et ita intelligunt *c.De Benedicto, 32.q 1.*vt refert *ibi Turrec.n.1.* Sed meritò *Hugo ibi,& Archid. n.3 Bellam. n.vn.idem Turrec. n.1.Covar.4. decret.2.p.c.7.§.6. n.7* eum intellectum reprobantes, docent cautionem debere esse generalem, & amplectentẽ delicta admittenda. Quia ius can. non concedit viro propria auctoritate vindictam. Quod etiam constat ex verbis textus, ibi: *Nullum ei dumtaxat de cætero simile committenti periculum illaturus.*

Demum obseruandum est,eam cautionẽ non impedire, 46
quin viro liceat moderatè punire vxorem, intra limites permissos marito, vt antea licebat. Quia in ea punitione nulla versatur atrocitas, estque rationi consentanea: nec æquum est vt proprium vxoris delictum ipsi immunitatẽ præstet.Atque ita docent *Abbas c.Ex transmissa,n.3.de restit. spol.Parisius cons.54.n.33.vol.4.Roland. cons.27.num.14.& 15. vol.3.Lancelotus instit.iuris can.l.2.t.de diuort.§.Præterea tamen erit,verb.Violentiam.Grassis 1.p.decis.l.2.c.84.n.1.*

SVMMARIVM.

Proponitur arg probãtia celebrato perpetuo diuortio ob furorẽ, vel ratione sæuitiæ,mutri cõiugi licere ad religionẽ aut ordines trãsire,n.47

Pro-

Proponitur sententia Auctoris, num. 42. & 43.
Soluuntur argumenta, n. 50.

47 QVAESTIO III. An celebrato diuortio auctoritate iudicis Ecclesiastici, ratione sæuitiæ aut furoris alterius coniugis, liceat alteri, aut vtriq; ad religionē ordinesve transire? Et pars negatiua inde suaderi videtur. Quod omnes textus de hac re sermonem facientes negent hunc transitum coniugi excepta fornicationis causa. *c. Sunt qui dicunt, c. Multorum, c. Agathosa, 28. q. 2.* Deinde, quia id diuortiū est temporale, ac proinde cessante furore: vel data sufficienti cautione à coniuge sæuo instauratur matrim. *c. Literæ, in fine. Ex transmissa, de restit. spol.* Non ergo licebit transitus ad ordines vel religionem, per quem inducitur diuortium perpetuum, & priuatur alter iure reuocandi matrimo. ad pristinum statum, cessante eo temporali impedimento.

48 Primò tamen dico, ob furorem alterius coniugis, si sanus cum illo habitare possit, manifestum esse, non licere sano transire ad ordines vel religionem. Quia tunc non conceditur diuortiū (vt diximus n. 18.) Et in hoc euentu intelligendus est *Enriq. l. 11. de matrim. c. 17. n. 7.* negans ob furorem alterius licere coniugi sano migrare ad religionem. Idem dicendū est, quando nequit sanus absque vitæ periculo cohabitare; at spes probabilis extat fore, vt coniux furens ad pristinam mentem restituatur, vel saltem vt furor ille ita sedetur, vt possit esse tuta cum illo habitatio. Quia tunc diuortiū est temporale. Nec coniux furens priuari debet absq; culpa sua iure coniugali in perpetuum. Si tamen experientia id manu docente, & peritis medicis id asseuerantibus, desperetur reditus ad pristinum statum, ac furoris impetus extinctio, ac proinde tuta cohabitatio, existimo integrum esse coniugi sano ad religionē transire. Quia cum tunc sit diuortiū absolutū & perpetuū, militat eadem ratio, quæ in diuortio ratione adulterij & hæresis. Solū enim ius coniugale obstat illi ingressui: quod in hoc euentu cessat ratione illius diuortij, eo quod nequeāt illi coniuges simul habitare ratione præfati periculi. Et hanc sent. clarè innuit *Nauar. sum. lat. c. 22. nu. 12. vers. Quinto. hisp. addit ad n. 21. c. 22. v. Lo quinto, in c. 28.* vbi dicens ob furorem non esse licitū diuertere, nisi ob mortis periculum: subdit hæc verba: *Quod dolens respondi cuidam amico religionē intrare volenti, eo quod vxor furere caperat. Quia commode poterat eam à se offendendo arcere* Vbi clarè significat licitum esse ingressum, quando coniux furēs arceri nequit à prædicta offensione, & diffiditur de remedio. Vnde similiter in eo euentu poterit maritus sanus ordinibus sacris initiari. Quia id est permissum, quoties licitus est transitus ad religionem, (vt probauimus hoc li. disp. 11. n. 17.) Quod si postea præter omnem spem coniux is furiosus ad mentem redeat, & sanus iam mutarat statū. factus religiosus professus, vel ad sacros ordines ascenderat: de reuocatione & obligatione huius est idem dicendum, quod diximus hoc l. disp. 9. n. 9. & seqq. quando Ecclesia decepta est in diuortij sententia ferenda. Nam & hic contingit deceptio, cùm ex falsa furoris perpetui existimatione sententia prolata sit.

49 Secundò dico, diuortio celebrato ad tempus tantum ratione sæuitię, ad experiendū num coniux sæuus ingenium mutet, ab iræque impetu se abstineat, aut vt det cautionē sufficientē, qua alter possit tutò cum illo commorari, non posse innocentē ad religionē transire. Quia cum diuortiū non sit perpetuum sed temporale, ius coniugale non est amissum, sed eius executio est temporaliter suspensa. Quod bene docuit *Barbosa rubr. ff. solut. matrim. 2. p. n. 25.* At quādo iudex Ecclesiast. absolutam diuortij sent. pronunciauit, eo quod de coniugis sæuientis correctione desperetur, & arbitretur tantam esse sæuitiam, vt nulla incolumitatis alterius coniugis sufficiens cautio præstetur, integrum est innocenti ad religionem altero inuito transire. Quia id diuortiū est absolutū & perpetuum, (vt diximus n. 31.) sicut quod ratione adulterij celebratur, quamuis hoc sit per se & ex ipsamet contractus coniugalis natura petitum, illud verò per accidens: ac proinde ius omne coniugale extinguitur, quod transitum ad religionem impediebat. Atque ita expresse de coniuge ipso culpæ sæuitiæ reō docet *Nauar. l. 4. cons. in vtraq, edit. 1. de diuort. cons. 5. fine* nedum de innocenti. Et idem videtur sentire *Enriquez l. 12. de matri. c. 5. n. 10. fine.* vbi generaliter tradit facto perpetuo diuortio ob adulterium, vel aliud quodcunque crimen, posse virum licet culpabilem causam dederit, ingredi religionem. Idemque videtur sentire *Barbosa proximè cit.* solum enim id negat innocenti, quando temporale est diuortium. Et in eisdem casibus licitus erit transitus viri ad ordines, vt n. præc. probauimus. Et docet *Enriqu. proxime cit.* Nec innocens semel iam professus, aut in sacris constitutus, reuocari poterit ab altero iam correcto, aut cautionem sufficientem exhibenti. Quia legitimus omnino fuit ingressus nec ex falsa præsumptione procedens, & in pœnam culpæ sæuitiæ alterius, ad tutamen innocentis, cui aliter consuli non poterat, lata est absoluta diuortij sent. Quod de ipso coniuge culpabili tradit *Enriqu proxime allegatus*, dicens eum semel iam mutato statu post diuortij sent. non posse ab innocenti reuocari, sed imputari sibi debere seram reconciliationem. Nec in hoc casu desideratur aliqua licentia coniugis sæuientis, vel transitus ipsius ad religionem, vel votum in sæculo emissum, vt de coniuge adultero, vt innocēs transeat ad religionem ordinesve dixi lib. hoc, disp. 11. nu. 2. Tandem id, quod absolutè docent *Nauar. & Enriquez proxime relati*, nimirum, eundem transitum ad religionem vel ordines esse licitum coniugi illi reo sæuitiæ, lata semel absoluta diuortij sententia, non ita absolutè admitto: sed idem dicendū censeo de eius transitu & reuocatione à statu iam assumpto, quod dixi de adultero, hoc l. disp. 10. n. 10. & seq.

Ad argumenta n. 47. proposita resp. Ad. 1. dico eos tex- 50
tus exponendos esse, sicut disp. 15. nu. 2. explicatum est testimonium Christi ob solam fornicationem concedentis diuortium. Ad 2. constat ex dictis n. præced. mutato enim iam statu non reuocabitur: secus sic.

DISPVTATIO XIX.

Vtrùm in sententia diuortij ferenda inter Indos seruandus sit integrè ordo iudicialis. Et quid possint religiosi ibi commorantes circa hoc? Et an accusationē debeat præcedere secreta monitio: in eaque inscriptio fieri debeat?

SVMMARIVM.

An ad sententiam diuortij, & in causis matrimonialibus inter Indos sit integrè & exactè seruandus ordo iudicialis, adhibita tabellione, & testibus iuramento astrictis, n. 1.
Quid possint religiosi inter Indos, circa causas matrimoniales, n. 2.
An in accusatione adulterij sit necessaria præcedis fraterna correctio, n. 3
An debeat præmitti inscriptio viri accusantis, se obligantis ad pœnam talionis, si in probatione succumbat, n. 4.

PRIMA concl. sit. Satis probabile, & rationi consentaneum mihi videtur, vt seruare non teneantur iudices Ecclesiast. cum Indorū neophytis, in diuortij sent. ferēda, & causis matrimonialibus, figurā ac iudicij strepitū, prout seruāt, & seruare debent cum Hispanis: atq; ita possint simpliciter, & de plano, absque tabellione & scriptura aliqua procedere, & absq; iuramēto testium, quando hæc ob magnas expensas, & Indorū paupertatē, locique distantiā, non possunt cōmode adhiberi: modo tamen prò viribus & posse enitantur de veritate certiores fieri. In hac concl. probanda nolo immorari: quia satis late & optime eam probat ac defendit *Veracr. 3 p. Spec. a. 10. per totū*: vtpotequi huius necessitatis est testis oculatus. Atque *in fine artic.* remedium facile docet, quo habeatur in posterum notitia decisionū iudicū, viteturq; confusio: nimirū, vt iudices ipsi succincte scribant illos quorū negotium est iam decisum. 1

Secunda concl. Religiosi, quibus neophytorū ex Indis cura commissa est à suis prælatis, habentque assensum Episcopi, ad vtendum priuilegijs sibi ipsis concessis circa Indos, possunt in causis matrimonialibus ipsorum, tanquam iudices in vtroque foro procedere: & quamuis vt iudices procedant, non tenentur exactè ordinem iudicij seruare, vbi necessitas omittere compulerit: iuxta dicta n. 2

prx-

præcedenti. Nec in hac conclusione volo immorari: sed eam asserit & confirmat *Veracruz 3. p. Speculi, a. 11. conclus.* 1. 7. & 8. ex variis Pontificum privilegijs.

3 Tertia concl. Quando vir accusat vxorem de adulterio, siue diuortium intentans, siue quamuis aliam pœnam, & è contra, quando vxor maritum, non est opus fraternâ correctionē præcedere. Quia præceptum Christi *Matth.* 18 de præmittenda correctione fraterna, solum habet locum, quando via denunciationis Euangel. proceditur, quæ ad fratris emendationē tendit: secus autem quando via accusationis, quæ ad punitionē criminis ordinatur, & ad conseruandum bonum commune, quod pœna deficiente non modicum detrimentum pateretur. Sic docent *D. Thom. 4. d. 35. q. vn. a. 3. ad 6. Palud. ibi q. 1. a. 4. concl. 5. n. 31. Abulens. c. 19. Matth. q. 72. ad 7. Turrec. c. Seculares, 33. q. 2. n. 4. in solut. ad 4.*

4 Vltima concl. Si accusatio coniugum de adulterio tendat ad solum diuort: nulla desideratur inscriptio accusantis, qua se ad pœnam talionis obliget, si in adulterio probando succubuerit. Quoniam ea accusatio ad nullam pœnam criminalem inferendam tendit. Atque ita docent *D. Tho. 4. d. 35. q. vn. a. 3. ad 5. Ricard. ibi. a. 1. qu. 3. ad 2. Abul. cap. 19. Matt. q. 72. ad 6. Turr. c. Seculares, 33. q. 2. n. 3. in solut. ad 2. Sylu. Matr. 9. q. 10. n. 10.* Qui omnes dicunt secus asserendū esse, quando vir accusat vxorē in foro seculari, vt criminali supplicio plectatur. Sed contrariū dicendū est. Habetur enim expresse *l. Quamuis, 30. C. ad l. Iul. de adult.* ibi: *Nec inscriptionis vinculo contineri, cū iure mariti accusaret, veteres retro principes annuerūt.* Vbi *Gl. verb. Contineri*, ait esse speciale in viro iure mariti accusanti, vt non debeat libellum inscriptionis porrigere. Idem docet *Barbosa l. 2. p. 1 in princ. n. 105. ff. sol. matr.*

DISPVTATIO XX.

Facto diuortio inter coniuges, siue culpa alterius, siue absque illa, siue quia reperitur matrimonium fuisse irritum; apud quem, & cuius expensis, filij educandi sint?

SVMMARIVM.

Attento iure communi antiquo apud quem sunt filij educandi, quando separantur coniuges, n. 1.

Quid, attento iure communi nouiori & regio Castellæ. n. 2.

Qui casus excipiantur, in quibus non sunt alendi filij apud parentem, qui vacauit culpa in diuortio faciendo. n. 3.

Quid quando pater culpabilem causam diuortij præstitit, an eius expensis sint alendi filij apud matrem, n. 4.

Quando matris culpa est celebratum diuortium, an eius expensis sint filij educandi apud patrem? Refertur duplex sent. n. 5. & 6.

Sententia Auctorū explicatur. n. 7.

An coniux culpabilis in diuortio, teneatur ante iudicu sententiam soluere innocenti expensas educationis. n. 8.

Vtrum quando coniux de facto & non de iure diuertit, educanda sit proles apud innocentem, expensis alterius. n. 9.

Quid, quando neuter est in culpa diuortij, vt si mutuo consensu aut alias iuste æquali culpa separentur. n. 10.

Quid, vbi matrimonium reperitur inualidè contractum. n. 11.

1 IN hac disp. sius Cod. attēdamus, in arbitrio iudicis situm erat, vter coniux prolem apud se educaturus esset, matrim. inter coniuges separato. Constat ex *l. vn. C. diuer. facto*, ibi: *Competens iudex æstimabit vtrum apud patrem an apud matrem matrimonio separato filij morari ac nutriri debeant.* Quod arbitriū debet esse, vt vsque ad priustriennio soboles apud matrem educetur; maior autem triennio facta, apud patrem: prout ius decernit circa prolis educationem, *l. Nec filium, C. de patria potest, l. reg. 3. tit. 19 p. 4.* Ita *Specul. t. Qui filij sint legitimi, §. vn. n. 26. Goffred. sum. t. de conuers. infidel. n. 5. Ass. sum. 2 p. d. 8. a. 3. 38. q. 1. Angelus v. Filius, n. 22.* vbi *Sylvest. q. 21. n. 24.* Addunt bene *Goffr. & Assens.* præterquam si iudex inspectis particularibus circumstantijs, aliud expedire arbitraretur; tunc enim ipsius esse dicunt arbitrari, vter coniux apud se educaturus sit prolem, vt *d. l. vn.* deciditur.

2 Si autem ius nouius authenticorū attendamus, quando culpa alterius coniugum diuortiū factum est, apud innoculpa alterius coniugum diuortiū factum est, apud innocentē est educanda proles. Habetur expresse *auth. Vt liceat* C. *diuort. facto.* ibi: *Si pater causam diuortij præstiterit, apud matrem ad secundas nuptias non venientem liberi nutriantur patris expensis; si verò contra, tunc apud patrē, matris locupletis expensis: nisi pater minus idoneus sit, tunc enim apud matrē locupletē nutriātur.* Et idē deciditur *l. reg. 3 t. 19. p. 4.* ibi: *E si acaeciesse que se parta el casamiento por alguna razon derecha, aquel por cuya culpa se partio, es tenudo de dar de lo suyo de que crien los fijos, si fuere rico: quier sean mayores de tres años, quier menores: e el otro que non fue en culpa los deue criar, e auer en guarda por tal razon como sobredicha es. E si se casasse, entonces no los deue auer en guarda, nin es tenudo el padre de darle à ella ninguna cosa por esta razon: antes deue el recebir los fijos en guarda, e criar los, si hunieren riquez: aconque lo pueda fazer.* Atque ita affirmāt omnes DD. n. 5. & 6. allegandi; & *Emm. Sa sum. verb. Diuort. n. vlt.* Vnde ignoro quo fundamento ductus *Enriq. l. 11. de matrim. c. 18. fin.* dixerit contra textus tam expressos, quorum non meminit, prolis educationem præcipuè pertinere ad patrem post diuortium. Nec Auctores quos refert id dicunt.

Excipiuntur tamen aliqui casus ab hac regula. Primus 3
est, si parens innocens in diuortio celebrando infidelis sit, is autem qui in culpa fuit, fidelis. Tunc enim in fauorem fidei, ne proles in infidelitate procreetur, tradenda est coniugi fidei, *c. fin. de conuers. infidel.* Et docent *Angel. & Sylu. n. 1. allegg. Guttier. q. can. l. 1 c. 24. nn. 19.* Secundus, quando culpa viri factum est diuortiū & mulier transijt ad secundas nuptias. Habetur expresse *d. auth. Si pater, C. diuortio facto*, & *l. reg. 2. t. 19 p. 4.* Tertius, quando mater causam diuortij dedit, & ipsa est locuples, vir autem pauper: tunc apud matrem soboles alenda est. Constat ex *d. auth. Si pater*, ibi: *Nisi pater minus idoneus sit.* Quod clarius expressum est in *auth. Vt liceat matri & auiæ, §. Illud, collat. 8.* ibi: *Si vero per causam matris ostendatur solutum matrimonium, tunc apud patrem maneant filij, & alantur: si autem contigerit patrem minus idoneum esse, matrem vero locupletem, apud eam pauperes filios manere & ab ea nutriri iubemus.* Et quamuis textus hic nil declaret, quando è contra pater fuit causa diuortij, & ipse est diues, mater verò pauper: ac credo dicendum esse alendam fore sobolem apud patrem. Militat enim eadem ratio, & sunt correlatiua, pater & mater, quare dispositum in vno censetur in reliquo disponi. Vt in simili dicemus n. 7.

Quamuis autem DD. conueniant, & ex textibus con- 4
stet, celebrato diuortio ob alterius coniugis culpam, educandos esse filios apud insontem: at vtrius coniugis expensis educatio fieri debeat, diffident. Et quidem quando patris culpa diuort. cōtingit, textus allegati n. 2. expresse decidunt patris expensis educandam sobolē apud matrē: & *auth. Si pater*, indistinctè & generaliter loquitur. At *l. reg. 3. t. 19. p. 4.* distinctius loques expressit, siue soboles sit triennio minor, siue maior. Nec de hac re est aliqua controuersia.

Tota verò difficultas est, quando culpa matris diuortiū 5
fit, num ipsa expensas suppeditatura sit, quibus filij apud patrem educentur? Ansam dubitandi non immodicā offert, quòd nullus sit textus id decidens, sicut in patre culpæ obnoxio id decisum est *d. auth. Si pater, C. diuortio facto.* Nam ea verba ibi posita, *Matru locupletis expensis*, non sunt desumpta ex originali *auth. Vt liceat matri & auiæ, §. Illud, collat. 8.* vbi absolute dicitur ex matris culpa orto diuortio alendam esse sobolem apud patrem: *Interjm* autem addidit, *Matris locupletis expensis.* Vt bene animaduertit *Glos. 20 §. Illud. verb. Alantur, & d. auth. Si pater, verb. Matru.* Et cum sit doctor quidam priuatus, auctoritate legis cōfendæ caret. Quare tanquam casus omissus, cuius expensis in eo euentu alenda sit proles, iuris regulis decidendus est, quod vltra triennium primum non imponit matri obligationē alendi sobolem, sed id onus patri subeundum reliquit, præter casus iure expresso, *l. Nescimus, & l. Si quis à liber. §. Si vel parem. ff. de liber agnosc.* Atque ideo hanc partem tuetur *Salicetus l. Alimenta, num. 3 fin. ff. de negotiis gestis.* & dicunt forte in puncto iuris esse veriorem, quamuis contraria opinio sit communior, *Alex. ea l. Alimenta, n. 6. & Boerius cons. 17. n. 11.*

Alij verò censent in eo euentu, matris expensis alen- 6
dam esse sobolem apud patrem: sicut disponitur *auth. Si pater*, C. *diuortio facto*: at argumento contrario posito num. præced. quod fortissimè vrget, minimè respondent,

dempto

dempto *Lara*, cuius solutionem nu. seq. referam, & improbabo. Ita censent *Glos. l. Alimenta, verb. Materna. C. de negotiis gestis, & ibi Bart. n. 1. Paulus n. 3.* & ibi cõmunis, teste *Alex. ibi, n. 6. Glos. d. auth. Si pater, in fin. & ibi Salicet. in fin. Goffred. sum. t. De conuers. infidel. n. 5. Gloss. c. fin. verb. Infidientur, de conu. infidel. & ibi Host. super verb. Apud illos. Ant. n. 11. Card. q. 6. Henr. n. 7. Ast. sum. 2. p. l. 8. t. 38. a. 3. q. 1. Bertachin. in suo dictionar. lit. F. verb. Filius, §. Filius ali debet, vers. Filius debet ali. Angel. verb. Filius, n. 12.* vbi *Sylu. q. 21. n. 24. fin Lara l. Si quis à liberis, §. Si Mater, n. 12. ff. de liberis agnosc. Guttier. q. canon. l. 1. c. 24. n. 19.*

7 Sed si iuxta ius Castellæ regium lis hæc dirimenda sit: manifestum est, matris præstantis causam culpabilem diuortio expensis sobolem apud patrem alendam fore. Quia *l. 3. tit. 19. p. 4.* de vtroque coniuge id decidit. Et ita docet *Lara §. Si mater, nu. prec. alleg. n. 11.* At iure communi attento versatur tota difficultas, & ego existimo probabiliorem esse sententiam, nu. præc. relatam, vt mater cogenda sit ad eas educationis expensas. Sed superest satisfacere fortissimo argum. contrariæ sent. nu. 5. proposito, *Lara co. §. Si mater, nu. 12.* satisfacit dicens *Ironcinum* non immerito, sed ratione naturali ductũ, addidisse ea verba, *Matris locupletis expensis.* Quoniam vxor dotem viro tradit, qua onera matrim. sustinens alat vxorem, filios & familiam: vnde cum diuortio facto dos sit vxori restituenda, æquitas naturalis postulat vt onera dotis sustineat, ac proinde sumptus educationis filiorum expendat. Alias ex suo delicto maximum commodum reportaret vxor: & è contra vir insons graui damno afficeretur. Cum illa dotem recuperaret liberã abonere alendæ sobolis ex eius fructibus? hic autem dote restituta, eius onera ex proprio patrimonio subire cogeretur. Quod quam absurdum sit, latet neminem. Hæc solutio optima esset, si veritas fundamenti probaretur, nimirum, diuortio culpa vxoris facto, dotem ei restituendam fore. Nam si diuortium fiat propter adulterium vxoris, dos acquiritur ipsi viro (vt latè disp. 8. num. 4. & seqq. probaui) si propter ipsius hæresim fiscus eam acquirit: si propter fœmitiam, nec dotem nec alimenta habebit vxor, cum culpa sua seorsum habitet, nec vir insons ob vxoris delictum sit illa priuandus, in fauorem ipsius vxoris (vt diximus li. 10. disp. 4. nu. 20. & seq.) Cum tamen in omnibus his casibus disponatur, *d. auth. Si pater*, matris expensis alendam sobolem: quippe eius culpa diuortium factum est. Et ideo legitima solutio est. Cum pater, & mater, vir, & vxor sint correlatiua, dispositum in vno, censetur in reliquo dispositũ, etiam in lege correctoria & pœnali, vt ex multis probat *Euerard. in suis topicis loco à correlatiuis, n. 7. & 9.* Quare cum *auth. Vt liceat matri & auiæ, §. Illud, col. 8.* patre delinquente alendam fore sobolẽ apud matrem, patris expensis, disponatur iure optimo *Ironcinum* inde desumens *auth. Si pater*, & cõstituens in *C. diuort. facto*, addit ex verba: *Matris locupletis expensis*: quando mater est delinquens. Quasi in illa tanquã in correlatiuo idem dispositũ censeatur. Nec obstat euasio *Salicati l. Alimenta, n. 3. C. de negotiis gestis*, dicentis disparem esse rationem. Quia pater, etiam matre non delinquente, ad eas educationis expensas tenebatur, mater autem minimè: & ideo nil mirum si pater delinquẽs teneatur eas dare, vt in matris domo soboles educetur: at mater rea ad id minime astringatur, vt apud patrem proles alatur. Dispositũ enim in vno correlatiuo non censetur in reliquo disponi, vbi diuersa militat ratio. Vt fatetur & probat *idem Euerard. illo loco à correlatiuis, nu. 8.* Non obstat (inquam) hæc euasio. Quia cum ea dispositio *d. auth. Si pater*, procedat, siue soboles nondum triennii attigerit, siue illud excesserit (vt n. 4. probauimus,) & ante triennium, matris erat alere, & post triennium, patris: sicut hic dans causam culpabilem diuortio, cogitur expensas educationis sobolis minoris triennio dare, ad quas minime secluso proprio delicto tenebatur: ita similiter illa eam culpam contrahens, cogitur ad expensas educationis prolis triennium etiam excedentis, ad quas aliàs astringenda minime erat. Quare textus ille non attendit ad obligationẽ, quam ante delictum coniuges habebant circa expensas educationis prolis ministrandas: sed in pœnam delicti, ob quod diuortium celebratur, statuit, vt eo celebrato auferatur proles à coniuge delinquente, & apud insontem educetur expensis delinquentis, siue ad eas alias teneretur, siue non.

Hinc deducitur, neutrum coniugem delinquentem te- 8
neri hanc pœnam subire, donec iudicis sententia accedat: sed ad eas solas educationis expensas tenebitur, dum non condemnatur, ad quas secluso delicto tenebatur. Id enim est commune legi pœnali, vt ad pœnam persoluendam nequaquam obliget, iudicis sententia non præcedente. Iuxta omnium sententiam.

Quidam extendunt decis. *d. auth. Si pater, C. diuort. facto*, 9
vt soboles educetur apud innocentem, expensis coniugis, cuius culpa diuortium fit: siue diuortium fiat de iure, vt propter adulterium: siue de facto, vt quia absque iusto titulo coniux recedit. Tunc enim expensis coniugis sic recedentis, vtpote qui causa huius iniusti diuortij est, soboles educari debet. Ita *Innoc. c. fin. de conuers. infidel. n. vn. v. Si vero, & ibi Ioan. n. 9. Anton. nu. 11. Abbas in fin. Card. q. 6.* Cæterum his quamuis grauissimis viris minimè assentior. Non enim video cur lex pœnalis extendenda sit, cũ loquatur de coniuge præstante causam diuortij, ibi: *Si pater causam diuortij præstiterit.* At non propriè dicitur diuortiũ, cùm coniux de facto recedit, sed diuortium ius quoddam continere videtur. Deinde, quia *l. reg. 3. t. 19. p. 4.* explicans *d. auth. Si pater* (sic enim *Greg. Lop. ea l. 3. verb. Por cuya culpa*, ait concordare cum *auth. Si pater*) clare loquitur de diuortio iure facto, ibi: *E si acaeciesse que se parta el matrimonio por alguna razon derecha.* Deinde, quia minus delinquit ex passione quadam coniux fugiens, coniuge deserto, quam is qui adulterio alióve scelere admisso causam diuortij iuridicam præstat. Quare non est cur pœna in hunc lata ad illũ excendatur.

Quando autem diuortium neutrius coniugis culpa ce- 10
lebratur, vt si mutuo consensu vterque separetur vt vitam cœlibem ducat voto emisso, vel absque illo: vel quia vterque est damnatus hæresis, vel alter hæresis damnatus, & alter adulter, in quibus casibus vterque est in culpa diuortij, & potest licitè diuertere non compensatis delictis, iuxta dicta disp. 16. n. 3. & 4. Existimo seruandum esse ius Codicis, n. 1. relatum, nempe, vt puer minor triennio à matre educetur, maior verò à patre, nisi iudex aliud arbitretur. Quia in eo euentu nihil immutatum reperitur, sed tantum quando alterius coniugis culpa fit diuortium. Vt constat ex textibus n. 2. allegatis. Atque ita rectè dixit *Henric. c. fin. n. 7. de conuers. infidel.* seruandum esse, quoties non constiterit vtrius ex coniugibus culpa diuortium factum sit.

Tandem quando matrim. bona fide initum est, & post- 11
ea reperitur inualidum, filius interim conceptus est communibus expensis alendus. Quod significare videtur textus *c. 2. qui filij sint legitimi*, ibi: *De parentum facultatibus nutriantur.* Et ratio est, quia soluto matrim. non est cur filius ille debeat esse onerosior patri, quàm matri, cum vterque in bona fide constitutus fuerit: ac proinde onus communiter est ferendum. Atque ita docent *Vitalin. tract. de clausul. t. Sed an iuri alimentorum possit renunciari, nu. 6. casu 3.* habetur hic t. versus fin. illius tract. & ille tract. habetur to. 18. nouiorum tract. ad fin. *Surdus de aliment. t. 1. q. 14. nu. 8. & t. 7. q. 13. n. 18.* Qui bene addit id esse verum, quamuis filius sit minor triennio. Quippe militat ratio dicta. Quod si alter parens fuerit in mala fide constitutus, altero existente in bona: existimo filium alendum esse ab eo, qui in mala fide fuit, nisi pauper sit, alius autem locuples. Quoniam ratio prædicta cessat, & non est cur coniux bonæ fidei grauetur onere alendi filium, sed id onus decipienti imponendum est: nisi pauperras excuset. Quod si vterque malam habuerit fidem, iam filij inde concepti sunt illegitimi: ac proinde de alimentis eorum iudicandum est instar aliorum illegitimorum. Atque hæc ad laudem & gloriam omnipotentis Dei ac intemeratæ Virginis dicta sint. Quibus absoluitur totus de matrimonio tractatus.

FINIS.

INDEX RERVM
QVAE IN HOC OPERE
CONTINENTVR.

Vbi litera *l.* librum, *d.* disputationem libri, *n.* numerum disputationis indicat.

Abbas.

Abbates an possint dispensare in denũtiationibus matrimonij? *Vide*, Dispensare in denuntiationibus

Abbates an sint ordinarij ad assistendum matrimonio, vel hecentiam assistendi dare possint, *Vide*, Ordinarius censetur.

Abbates & alij habẽtes iurisdictionem quasi episcopalem, an possint erga subditos dispensare in iis quæ Tridentinum, sess. 24 c. 6 de reform concedit Episcopis. Et an subditi horum possint ad Episcopum confugere circa hos casus. l. 8 d. 2. n. 12

Abbates ac cæteri habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, an possint secum dispensare, *Vide*, Dispensare secum.

Ablatium.

Ablatius absolutus, *Vide*, Conditio an importet formam.

Abortus.

Abortum procurare, aut medicinas applicare prægnanti ob eius salutem, cum abortus periculo, an liceat, l. 9. tota d. sp. 20. Quid, vt occultetur peccatum matris, ne infametur, ibi n. 10

Absentia.

Absentia sponsi an dissoluantur sponsalia, *Vide*, Sponsalia absentia

Absolutio, & Absolutus.

Absolutio virtute bullæ non præmissa satisfactione, *Vide*, Bullæ absolutio.

Absolutus virtute Iubilei, *Vide*, Iubilei virtute.

Absolutionis reseruatio an ignorantia excusetur in ignorante reseruationem, l. 9. d. 32. 8, 18. Et an sit pœna, ibi 1.

Absolutio in foro conscientiæ, & in foro pœnitentiæ an differant: & quid vtraque sit, l. 8. d. 35. n. 19

Absurdus intellectus.

Absurdus intellectus vitandus est, quamuis literæ vis inferatur, l. 3 d. 39. n. 6

Acceptare, Acceptatio, Acceptio.

Acceptare an possit vnus pro altero, *Vide*, Stipulatio alteri per alterum facta.

Acceptatio promissionis, aut donationis, *Vide*, Promissio ante acceptationem.

Acceptio personarum quando contingat in dispensatione, *Vide*, Dispensationem negans.

Acceptio personarum an sit, cum diuinibus aut nobilibus facilius dispensare in matrimonij impedimentis, l. 3. d. 19. n. 5

Accusare, & Accusatio.

Accusare adulteram, eiusque dotem lucrari an liceat viro similiter adultero. Et vxori liceat criminaliter accusare virum adulterũ. *Vide*, Compensatio, & ibi, an quoad hoc sint pares.

Accusare an liceat viro adulterium ante sententiam admissum, etsi prius in iudicium non fuerit per viam actionis deductum, l. 10. d. 9. n. 25

Accusatio adulterij an aliquo tempore præscribatur, ita vt deinceps ea non permittatur, l. 10. d. 3. n. 9. Et alia de accusatione adulterij, *Vide*, Diuortium, per totum.

Accusatio adulterij quando extinguatur per actus familiaritatis. *Vide*, Adulterium, & ibi de accusatione cuiuscunque iniuriæ.

Accusatio adulterij an prærequirat secretam monitionem, l. 10. d. 19. n. 5. Et in scriptis, ad pœnam talionis, ibi n. 4

Actio, & Actus.

Actio cui datur, conceditur exceptio, & retentio, l. 6. d. 38. n. 14

Actus qui non valet vt sit, quando valeat modo quo valide fieri potest, l. 1. d. 20. n. 3. & d. 21. n. 2 & 4

Actus non operantur vltra agentium intentionem, l. 1 d. 21. n. 1. & l. 2. d. 36. n. 3

Actus præsumitur factus secundum propriam eius naturam. lib. 1 d. 37. n. 4. in dubio præsumitur factus ita vt valeat, l. 1. d. 38. nu. 4 & l. 3. d. 35. n. 19

Actus appellatione non venit actus qui inualidus est, l. 3. d 2 nu. 5 vbi & actus inualidus non dicitur simpliciter talis.

Actus annullatio an sit pœna, l. 3. d. 4 n. 8. & 9. & an liget ignorantes, l 3 d. 17 n. 10

Actus præceptus fieri sub certa forma, quando omissa forma, valeat, siue in ordinario, siue in delegato, l. 3. d. 32. n. 1. & 3

Actus an vitietur ex omissione conditionis, aut modi, l. 3. d. 33. nu. 2. Et quid si forma quæ iure communi inerat, omittatur, ibi n. 3 & 4

Actus si duo fiant eodem die, & non constet vter præcedat, quid præsumatur, l. 3. d. 35. n. 19

Actus voluntatis an possit esse coactus, l. 4. d. 1. n. 2

Actus binus inducit consuetudinem, l. 4. d. 1. n. 12

Actus vno casu permissus, & altero prohibitus, censetur in dubio factus casu permisso. l. 6 d. 9 n. 4

Actus inutiliter gestus, censetur ac si factus non fuisset, l. 6. d. 22 n. 31

Actio ciuilis an extinguat criminalem, vel è contrà: illique præiudicet. l. 10 d. 8 n. 19

Actio & exceptio quoties alicui competunt. & delictum non fuit deductum ad iudicium per viam actionis, nõ possit deduci per viam exceptionis, l. 10. d. 9. n. 25

Actore nil probante, an sit iuramentum deferendum reo in causis coniugalibus, l. 7 d. 13. n. vlt.

Actus coniugalis an sit licitus, & gratiam conferat ex opere operato, l. 9. d. 2. n. 1. & 3. *Vide*, Debitum.

Adoptio.

Adoptio quid sit, l. 7 d. 63. n. 1. Et quotuplex sit, & quis possit adoptare, & quis adoptari, ibi n. 3. Et quot modis soluuntur, ibi n. 4

Adoptio quoad cognationem legalem, quam parit. *Vide*, Cognatio legalis.

Ad præteritum.

Ad præteritum nulla est potentia, l. 5. d. 4. n. 15

Adulter, & Adulterium.

Adulter potest petere debitum ab vxore, l. 1. d. 63. n. 2. Et quid distet inter petere, & exigere, ibi n. 2. An possit exigere dum alterum coniugem latet eius adulterium, nu. 3. & 4. Et quid si alter coniux suspicetur, non tamen certus sit de adulterio, n. 5

Adulterium an sit fornicatio admissa post sponsalia de futuro, l. 1. d. 2. n. 1 & 2. Et an mutet speciem, ibi nu 7. Et an sit ea circumstantia necessario fatenda, n. 4. 5. & 6. Et quid si sponsa ex sponsi voluntate fornicetur, ibi n. 9 fine. Et an filij inde concepti, vel post votum simplex castitatis, sint naturales, ibi n. 8

Adulter an possit circa adulterium suæ vxoris transigere, & vt vxor adultera consentiat in diuortium, ne ipsam accuset, l. 10. d. 6 n. 10

Adulter vir perdet donationem propter nuptias, l. 10. d. 8. n. 11. An desideretur ad id sententia iudicis. Et quid, si falsis testibus se tueatur: vel appellet à sententia, ibi n. 13. & 14. Quid, si habeat filios ex illo vel altero matrimonio, ibi n. 12

Adulter vir an possit accusari de adulterio ante sententiam perpetrato, l. 10 d. 9. n. 25

Adulter coniux quando possit ingredi religionem, aut vouere, aut ad ordines promoueri. *Vide*, Ordo.

Adulter coniux inuitus an possit alteri reconciliari, l. 10. tota d. 10.

Adulter coniux an sit iure exigendi debiti eo ipso priuatus, l. 10 d. 12. n. 8. Et ibi, quid, si negans adulterij falsis se testibus tueatur.

Adulter coniux fuge fugiens, siue reiectus, quando sit restituendus. *Vide*, Restitutio.

Adultera vxor quid perdat per adulterium. *Vide*, Dos, Paraphernæ.

Adultera vxor an possit interfici à viro. *Vide*, Maritus. Et qualiter possit semel accusata criminaliter ad pœnam, accusari ciuiliter, ibid.

Adulteram in adulterio persistentem an teneatur vir dimittere. l. 10. d. 13. à n. 1. vsque ad 26. Et quid de vxore respectu viri adulterij in crimine persistentis, ibi à n. 27. Et quid, si vir iuret vxori, fore vt eam non accuset, ibi n. 2. Et an liceat viro reconciliare sibi vxorem adulteram toties quoties voluerit, ibi n. 3. Et an teneatur vir denegare alimenta ei adulteræ pertinaci, ibi n. 17

Adulterium an sit, necessarioque confitendum, accessus ad vxorem extra legitimum vas, & ita grauius quam similis accessus ad solutam, l. 9. tota d. 8

Adulterium quoad diuortium. *Vide* Diuortium *per totum.*

Adulterij circumstantiam an habeat accessus vel coniugati, vel soluti ad coniugatam, quando vir ille non effendit semen. l. 3. d. 46. n. 19

Adulterij accusatio intra quod solum tempus proponi possit, ita vt deinceps præscribatur, l. 10 d. 3 n. 9

Adulterij accusatio an sit mixta, accedatque criminali, l. 10. d. 8. n. 19. Et quoad eius remissionem, compensationem, & accusationem. *Vide* Diuortium.

Adulterij exceptio an sit perpetua, & possit opponi post litem cõtestatam. l. 10. d. 6. n. 12

Adulterij pœnæ quæ sint apud omnes nationes, l. 10. d. 8. n. 2

An vxor perdat dotem per adulterium. ibi n. 2. Et an perdat eam ob oscula & amplexus: vel quando ea cognita est aut metu. Et reliqua quoad dotem per adulterium amittendam, *Vide* Dos.

Adulterium forti mixti an sit, *Vide* Iudex.

Adulterij compensatio quoad accusationem ciuilem & criminalem & quando reneatur coniux qui postea est adulter, redire ad priorem. & ei restituere dotem, *Vide* Compensatio.

Adulterij transactio, *Vide* Transigi.

Adulterium vxoris quando plectatur pœna mortis. l. 10. d. 8. n. 52

Adulterium qualiter probari possit & debeat, vt celebretur diuortium, vel propria auctoritate coniux reget debitum, vel recedat, l. 10. d. 12. à n. 11

Adulterium coniugati cum coniugata an habeat duplicem malitiam necessariò fatendam, l. 9. d. 15. n. 5. & 6

Adulterium, & quæuis alia iniuria, quando per copulam, oscula & amplexus, & retentionem in domo, & alia familiaritatis signa condonantur remitti. l. 10. tota d. 14. Et quid, si adsit intentio contracta, vel habeat se coniux petere aut reddere, negatiue possitque coniux eligere, petere & non reddere, ibi à n. 20. vsque ad 23. Et an sufficiat remissio interna absque acceptatione, etiam inuito alterio coniuge, ibi n. 2 Et quid, si defit animus remittendi, ibi n. 3

Adulterium spirituale quoad diuortium, & an sit compensatio inter ipsum & carnale, *Vide* Hæresis.

Adulterium quando dirimat matrimonium, *Vide* Crimen.

Ætas.

Ætas ad sponsalia *Vide*, Sponsalia quam ætatem.

Ætas ad professionem, *Vide*, Professio an fieri possit.

Ætas ad iejunandum an debeat esse ita completa vigesimi primi anni, vt ea die qua impletur, non obliget iejunium. l. 2. d. 24. n. 23. Et in dubio de ætate, *Vide*, Dubitans an habeat ætatem: vbi etiam quid ad ordines & beneficia sibi est dubium de ætate.

Affectare.

Affectare est consultò aliquid facere, l. 3. d. 36. n. 6

Affinitas.

Affinitas post matrimonium orta qualiter impediat debiti petitionem & omnia ad hoc spectantia. Vide interfluus. Et qualiter tactus & delectationes impediat, *Vide* Oscula.

Affinitas quid sit, & quotuplex sit eius linea, & eius gradus qualiter computentur, durentque post mortem, oriaturque inter virum & vxorem. l. 7. d. 64 à n. 1. vsque ad 4. 11. Et oriatur ex vasis sola penetratione: aut si sola femina seminet, ac in dubio penetrato vase per quam fiat effusio seminis intra id, ibi à nu. 7. vsque ad 10. Et an ex congressu spadonum oriatur, ibi à nu. 11. Et an extraordinaria pollutione vel tactibus, vel ex copula sodomitica, vel saltem hæc ob criminis fœditatem impediat matrimonium cum consanguinei illius, cum quo habita est, ibi n. 12. 13 & 14. Quid, si semen extra vas fœminæ emissum recipiatur intra, dæmonis ministerio aut alia arte: vel fœmina remittens aut dormiens cognita sit. ibi à n. 15. vsque ad 17. Quid, si copula sit occulta, vel fœmina non seminet. ibi à n. 18 vsque ad 21 Et an oriatur ex matrimonio rato, ibi à n. 23. vsque ad 25

Affinitas an sit quid naturale, vel mere Ecclesiasticum, ita vt tempore infidelitatis oriatur, dirimatque matrimonium. l. 7. tota d. 65

Affinitas an in aliquo lineæ rectæ gradu, seu transuersæ, impediat & dirimat iure naturæ matrimonium. l. 7. tota d. 66

Affinitas quoto gradu olim & nunc dirimat matrim. iure Ecclesiastico. l. 7. tota d. 67. Et an ex matrim. orta, sit per Trident. restricta. ibi n. 3. Et quid, si ex quouis coitu illicito orta sit, siue ante Tridentinum, siue post. Et si restrictio sit ne impediat matrim. nec sponsalia. ibi n. 4. Et an ita restricta hæc sit, vt non sit incestus vltra secundum gradum accessus ad consanguineam eius, cum qua quis est fornicatus, ibi nu. 7. & 8. Et an superueniens sponsalibus, ea dirimat. ibi n. 10

Affinitas an oriatur ex affinitate. l. 7. d. 67. n. 1

Affinitas quæ petat iacta dispensatione explicari, ne subrepticia sit. *Vide* Dispensatio in consanguinitate.

Alienari, & Alienatio.

Alienari an possint bona restitutioni subiecta pro dote filiæ nubentis, aut religionem professuris. *Vide*, Bona restitutioni subiecta.

Alienatio rei dotalis contra prius iuramentum, an firmetur iuramento, *Vide*, Donatio facta contra priu.

Alimenta, & Alere.

Alimenta tenetur præstare vxori, eam absque dote ducens. l. 4. d. 26. n. 31

Alimenta vxori an teneatur vir præstare, lite mota de valore matrimonii. l. 2. d. 41. n. 51

Alere an teneatur vir vxorem, quæ passa est incisionem in matrimonii fauorem, quod postea iudicatum est irritum. l. 7. d. 93. & 22.

Alimenta an teneatur vir præstare vxori. l. 9. d. 4 nu. 9. Et quid, si vxor ei non cohabitet, viro retinente dotem, aut si eam indotatam duxerit. ibi n. 20 & 21. Quid, si vxor recedat, quòd fuerit à viro percussa. ibi n. 22. Quid, si culpa non tendat directè ad separationem: vt si vxor ad perpetuum exterem damnetur. ibi n. 23. Quid, si coniux, culpa sua seorsum habitans velit eam cohabitare. ibi n. 24. Quid, si in separatione neutrius coniugis adsit culpa. ibi n. 25. Quid, si vir sit pauper. ibi n. 27. Et an in extrema necessitate potius teneatur vxor succurrere, quam parentibus & filijs. ibi n. 26. Et quid, si dos sibi promissa non soluatur, eodem l. 9 d. 5 n. 2 Et quid, si sola pars non soluatur. ea d. 5 n. 3 Quid, si soletio cesset ex inopia promittentis. ibi n. 4. & 5. Quid si tunc vxor sit in viri obsequio. ibi nu. 6. Et an vir alere in his euentibus, possit alimenta repetere. ibi n. 7 Et an teneatur alere quando absque dote eam duxit, & si ipsa sit diues, ea d. 5. nu 8 & 9. Et quid quando dos ob hæresim aut aliud vxoris delictum publicatur. ibi n. 10. Et an vxori adulteræ teneatur vir præstare alimenta: & possit illis priuari vxor propter oscula & amplexus. l. 10. d. 8 à n. 14 vsque ad 17. Et an pendente lite sint alimenta & expensæ ministrandæ. ibi n. 18. An teneatur denegare vxori adulteræ pertinaci. l. 10. d. 15. n. 17

Alimenta an vxor viro inopi præstare teneatur. l. 9 d. 4. nu 27. Et quid, si vir sit bannitus, exul vel damnatus ad triremes. ibi n. 28

Alimenta an sint præstanda viduæ transeunti ad secundas nuptias, dum ei dos non restituitur. l. 7. d. 87. n. 30. Et an filij teneantur eam alere vel dotare, si pauper sit, eo l. 7. d. 88. n. 31

Alimentis per eas coram iudice seculari, si exceptio diuortij opponatur, an debeat cognoscere, an possit inhibere. l. 10. disp. 8. n. 17

Alimenta vel legata relicta vxori, an debeantur posteriori, quam post testamentum duxit vir mortua priori. lib. 7. d. 91 à num 58. ad 60

Alimenta apud quem coniugem præstari debeant filijs facto diuortio, siue culpa, siue absque ea fiat, siue quia matrimonium reperitur nullum. l. 10. tota d. 10

Alius.

Vide, Dictio, Alius.

Alternatiuæ.

Alternatiuæ dubiæ vna pars declaratur alteram. l. 3. d. 10. n. 2

Amentes.

Amentes, & mente capti an possint contrahere sponsalia, & matrim. l. 1. d. 8. n. 49 Quid si habeant lucida intervalla. n. 16 Quid in dubio an contraxerint tempore sanæ mentis. nu. 17. Vbi de signis vnde hoc dignoscatur an peccet gaudens lucidis intervallis ineundo matrim. n. 18. Quid de ebrio. n. 19 Quid si tempore sanæ mentis habuit voluntatem. n. 20 An dentur aliqui amentes in via materiæ, & in alijs fruentes vsu rationis, ita vt possint facere, & inire matrim. n. 22. & 23

Amentes facti coniuges an ius habeant petendi debiti: liceatque eos copulare, vel si alter sit amens. l. 9. tota d. 23. Et quid, si hoc ebrij. ibi nu. 22 Et quid si non omnino amentes, sed fatui sint: vulgo tontos. ibi n. 11

Amentes non inter se coniugatos coniungere vt habeant copulam, an sit peccatum, habeatque eadem circumstantias, ac si illi essent sui compotes. l. 9 d. 23. n. 6

Amplexus.

Amplexus & oscula. *Vide*. Tactus.

Amplexus & oscula an probent adulterium. lib 10. d. 12. nnm. 46. & 47.

Amplexus quando sit condonatio adulterij *Vide*, Adulterium.

Anathema.

Anathema sit, vel Excommunicatus sit, an sit excommunicatio latæ sententiæ. l. 7. d. 22. n. 2

Ancilla.

Ancilla. *Vide*, Serua.

Animus.

Animus se obligandi an requiratur in sponsalibus, & voto. *Vide*, Promissio deliberata.

Annalia, & Annus.

Annalia ad agendum, sunt perpetua ad excipiendum. l. 6. d. 38. n. 34.

Annus ad professionem. *Vide*, Professio an possit fieri. &, ad iejunium, Ætas ad iejunandum.

Annulus.

Annulus traditus in Ecclesia sponsæ tempore nuptialium benedictionum, an ipsi acquiratur. l. 6. d. 23. n. 10

Annuli traditio an sit signum sponsalibus, vel matrimonij. l. 1. d. 22 à n. 1. ad 5. Quid si dum tractabatur de matrimonio, puella manum dedit, vel corpus. n. 6

Ann-

Antapochæ, *Vide.* Meliorario facta filio.

Appellare, & Appellatio.

Appellari an possit, dum negatur dispensatio. *Vide*, Dispensationem.

Appellatione pendenti an possit Episcopus, vel Archiepiscopus assistere matrimonio, vel alii licentiam dare. *Vide*, Ordinarius censetur.

Appellatione sponsæ, sponsalium, matrimonii, viri, & vxoris, an veniat sponsa de futuro, aut de præsenti nondum cognita, vel sponsalia de futuro, vel matrim. ratum. l. 1. d. 1. n. 1. & 3.

Appellans sententia iam lata, quoad pœnam pecuniariam damnatur, se falsis testibus tuens, an teneatur eam pœnam restituere. l. 10. d. 8. n. 14.

Arbitrium.

Arbitrium alicuius dum requiritur, & ille non vult arbitrari, vel malè arbitratur, quid faciendum, l. 1. d. 34. n. 12.

Arbiter & arbitrator an possint recusari, l. 7. d. 115. n. 8.

Archiepiscopus, & Archipresbyter.

Archiepiscopus an in diœcesi suffraganei possit assistere matrimonio & alii licentiam dare, & quid appellatione interposita. *Vide*, Ordinarius censetur.

Archipresbyter Ecclesiæ cathedralis an possit assistere matrimonio, & ministrare alia sacramenta in tota diœcesi, l. 3. d. 27. n. 11 & 12.

Archiepiscopus qualiter se habeat ad synodum diœcesanam vel provincialem, an teneatur eius legibus tanquam ea inferior, & ab ipsa excommunicari valeat, ad ipsamque ab eo appelletur, nec in eius decretis dispensare possit, l. 6. d. 17. à nu. 32. vsque in finem, vbi idem tractatur de Episcopo respectu harum synodorum, & qui habeant votum decisiuum in vtraque synodo.

Archiepiscopus an possit adiri à subditis suffraganei, vt retractet sententiam matrimonii bis confirmatam, aut à qua appellatum non est, quando postea error competit, l. 7. d. 100 nu. 9. & 10.

Arcta.

Arcta femina respectu vnius an præsumatur talis respectu omnium, & cognoscibilis ab vno præsumatur ab omnibus cognoscibilis, l. 7. d. 95 n. 12.

Argumentum.

Argumentum à fortiori valet, l. 2. d. 32 n. 8.

Argumentum de toto ad partem, valet, l. 2. d. 41, n. 13.

Argumentum à contrario sensu non valet, quando contrarium est decisum in iure, l. 6. d. 21. n. 9.

Argumentum à maiori ad minus, an valeat in dispensatione, l. 8 d. 28 n. 31, vsque in finem.

Argumentum à contrario sensu non procedit, quando in casu contrario militat eadem vel maior ratio, l. 9. d. 32. n. 11.

Arra quæ est signum Matrimonij.

Arra quæ est signum matrim. contrahendi, an valeat in sponsalibus, l. 1. d. 31. n. 2. An desideretur vt valeat eam tradi, nu. 3. An valeat si quis dicat, Do tibi centum nomine pœnæ, si tradens, n. 4. An arræ receptio propria confessione probetur, n. 5. An possit constitui in quauis quantitate, nu. 7. 8. & 9. Quæ cautela possit dari pro matrimonij securitate, n. 10. An possit arra constitui in specie, vt in fundo, n. 11. & 12. An vtrumque possint arræ constitui, n. 13. & 14.

Arra ad quem pertineat matrim. non sequuto, l. 1. d. 36. n. 1 & 2. An lucretur sponsa per osculum, n. 3. Quid quòd alter inculpabiliter resilit: vel ob religionis ingressum. vel quia reperitur impedimentum, n. 4. & 5. Quid si tradens arram obiit, vel aliter cit impeditus, n. 6. Quid si recipiens arram, alia arra à se non tradita, iniuste resiliat, n. 7. Quid si recipiens arram sit minor, vel detur parentibus, vel curatori, vel alio nomine minoris, num. 8. Quid quando vterque arram dedit, & recipit, nu. 9. An iure canonico correctum sit vt teneatur resiliens ad duplum, vel quadruplum, n. 10. & 11. Quid si pater promittens filii matrim. tradenique arram, faciat quod in se est, & filius nolit, nu. 12. & 13. An arra retenta, facta quod in se est, & filius nolit, nu. 12. & 13. An arra recepta, & pœna dupli, & quadrupli, de qua conuentum est, decepta, & pœna dupli, & quadrupli, de qua conuentum est, debeatur in conscientia, l. 1. d. 37. n. 1. 2. 3. & 4. An si sponsus resiliat iuxta suam conscientiam, quia ignorat sponsæ fornicationem, perdat arram, l. 1. d. 68 n. 10.

Arra, & pœna in religionis ingressu an possit poni, l. 1. d. 39. nu. 1. 5. & 6.

Arra Hispana.

Arras Hispanas an lucretur vxor putativa, quando vterque coniux credidit matrimonium valere, l. 6. d. 20. n. 3.

Arrarum promissio metu facta an valeat. *Vide*, Metus ab intrinseco.

Arræ & sponsalitia largitas quando adsint in matrimonio, qualiter possit vxor eligere. *Vide*, Largitas sponsalitia.

Arræ acquiruntur consummato matrim. l. 6. d. 22 n. 8.

Arræ Hispanæ quid sint, & qualiter differant à donatione propter nuptias, l. 6. d. 1. n. 1.

Arræ an detur in præmium virginitatis, & restituendæ sint ab ea quæ non est virgo, l. 6. d. 27. n. 3. & 4.

Arræ non requirunt insinuationem, licet excedant summam ea indigentem. l. 6. d. 29. n. 3.

Arræ an possint constitui constante matrim. l. 6. d. 28. n. 1. & 2.

Arræ nequeunt decimam bonorum excedere: nec valet renuntiatio, l. 6. d. 29. n. 3. An possint excedere octauam dotis sponsæ partem, nu. 2. Si vxor eas constituit, nequeunt excedere decimam bonorum eius, n. 4. Possunt de bonis præsentibus & futuris promitti, & vxor eligere tunc tempus, n. 5. An arræ absolutè promissæ, censeantur de bonis præsentibus & futuris promissæ. n. 6. Et quid si tempore promissionis arrarum vir carebat bonis, nu. 8. Quid si pro arrarum securitate obliget vir bona præsentia & futura, n. 9. An deficientibus hæredibus necessariis possit vir vltra decimam bonorum arras dare, n. 10. Ad computandam hanc decimam debere attendi quæ viro debentur, & deducendum est æs alienum, nu. 11. Onera & tributa bonorum deducenda sunt, n. 12. Attendendus est valor officiorum vendibilium mariti, & actionum, n. 13.

Arræ si decimam excedant, an solus excessus vitietur. l. 6. d. 29, nu. 14. Quid si detur fundus arrarum vel sponsalitiæ largitatis nomine, & is debitam summam excedat, n. 16. Quid si tertius quidam arras promittat, an possit decimam excedere, n. 17. & 18. Et quid si ille tertius fideiubeat, n. 19.

Arras vxor potest constituere viro, nec possunt decimam bonorum eius excedere. l. 8. d. 29. n. 4.

Arrarum decima an computanda sit iuxta bona quæ vir bona fide possidet, ita vt illis postea euictis non sit minuenda. l. 6. d. 30 n. 1 & 2. Quando bona sunt maioratus, qualiter æstimanda sint ad hanc decimam. l. 6. d. 31. n. 1. 2 3. & 4.

Arræ an minuantur per antapochas, vulgò contrarescripturas, *Vide*, Meliorario facta filio.

Arræ vltra decimam an sint validæ in foro cõscientiæ, l. 6. d. 33. n. 2.

Arrarum vltra decimam excessus an firmetur iuramento, l. 6. d. 34. n. 1. & 2.

Arras non excedere decimam, cui probare incumbat, l. 6. d. 35. à n. 1. ad 5.

Arræ an extrahendæ sint de ea parte, de qua potest vir liberè disponere in præiudicium ascendentium, vel descendentium, l. 6. d. 36. n. 14 & 15. Quid si vir cum arras promisit, carebat descendentibus, qui tamen postea nascuntur, n. 16.

Arras voluntatis assignat vir, l. 6. d. 36 n. 15.

Arræ an soluendæ sint, cum dos non soluitur, aut non integre, l. 6. d. 37. nu. 1. & 2. Quid si dos tradatur æstimata pluris quam valeat, n. 2. Quid si vir partem dotis remittat, n. 3.

Arras an possit donare minor de bonis immobilibus, aut quæ seruando seruari possunt, absque iudicis decreto, l. 8 d. 38. nu. 37. Quando talis donatio ratificetur, n. 38. Quid de aliis bonis mobilibus, n. 39 & 40. Quando possit petere restitutionem, nu. 41. Quid si iuret, n. 43.

Arras an possit donare filius familias inconsulto patre, l. 6. d. 39. n. 11.

Arras an possit mulier quæ secundo non nupsit, descendentes tamen habet, ad libitum distribuere, l. 6. d. 40. n. 2. 3. 4. Quid si solos ascendentes habeat, n. 6. & 7.

Arras mulier secundo nubens an teneatur reseruare filiis prioris matrim. & possit in eis meliorare, l. 6. d. 41. n. 1. & 3. Quid si alius dederit arras nomine viri n. 3.

Artis periti.

Artis periti. *Vide*, Matronæ.

Aspectus.

Aspectus turpes an liceant inter coniuges, l. 9. d. 44. n. 13. Et quid, si adsit pollutionis periculum, d. 45. n. 41. Quid, si sola distillatio sequatur, ibi n. 42.

Aspectus turpes an sint mortalis culpæ, sintque in ipsis faciendæ circumstantiæ, l. 9. d. 46. à n. 20. vsque ad 30.

Aspectus turpes an liceant sponsis de futuro, l. 9. d. 46. n. 55.

Asserens.

Asserenti speciale incumbit probare, l. 1. d. 55. n. 10.

Assessor.

Assessor Episcopi potest esse clericus coniugatus, l. 7. d. 46. nu. 14.

Audire.

Audire turpia vel comœdias, qualis culpa sit. l. 9. d. 46. n. 36.

Auctoritas.

Authoritates sanctorum, legum, conciliorum prouincialium, in decreto Gratiani insertæ, quam vim habeant, l. 9. d. 12. n. 2 & 5.

Auus.

Auus an habeat nepotem in potestate, si concipiatur ante emancipationem filii, licet postea nascatur, l. 7. d. 82. n. 7.

Baptismus.

Baptismum vt infideles recipiant, an possit eis pecunia dari. *Vide*, Simonia an sit donis. An tollat irregularitatem. *Vide*, Bigamia.

Benedicens & Benedictio.

Benedicens nuptias affectus culpa lethali. *Vide*, Matrimonium quem ministrum.

Benedictiones an teneantur recipere infideles coniugati, cum baptizantur. *Vide*, Matrimonium infidelium.

Benedictiones Ecclesiæ an sint iterum recipiendæ, quando matrimonium fuit nullum ob occultum impedimentum, & clam conualidatur, l. 2. d. 37. n. 13.

Benedictionibus non præmissis consummare matrimonium, an sit culpa. *Vide*, Matrimonium consummare.
Benedictiones nuptiales quam antiquæ sint, & quam conuenientes l.7.d. 81.n.1.A quo parocho conferendæ: & quis dicatur ad hoc proprius parochus, & quam suspensionem incurrat alienus eas impertiens vel concedens impertiendi licentiam: & quid circa eas impertiendas concedat bulla, & an per hanc suspensionem sit sublata excommunicatio religionis benedicentibus nuptias impositæ & quæ ignorantia excuset, ibi n.3 4.5
Benedictiones nuptiales omittere an sit mortale: & quando dicatur ex contemptu omitti, l 7 d 81.n.6 Et quid, si infideles coniugati ad fidem conuertantur: an teneantur recipere has benedictiones. eod.n 6. Quod damnum incurratur eas differendo, quoad exemptionem a patria potestate, ita vt nepos maneat sub aui potestate, quando eius pater eum concepit ante eas susceptas, ibi n 7. Et an per eas emancipetur filius etiam quoad sibi odiosa, eodem n.7.
Benedictiones hæ an sint præmittendæ consummationi matrimonii, l.7.d 82.n.8
Benedictiones hæ an sint secundis nuptiis impertiendæ: etiam quando priores inueniantur irritæ, l.7.d.81.à n.14.ad 16. Et illis benedicens an sit suspensus, vel qua pœna puniendus, ibi à n.17 vsque in finem.
Benedictiones hæ quibus temporibus interdicantur, l.7.d.7 nu.1 & 2. Et quam pœnam incurrat sacerdos eas præstans in illis, vel recipientes, ibi n.3.4.& 5 Et an possit Episcopus dispensare in hoc, ibi n.6. Et an interdicantur eo tempore sponsalia de futuro, monitiones & matrimonium, ibi nu 7.& seqq. vsque ad 14. Et an interdicantur traductio sponsæ, conuiuia, & alia lætitiæ signa ibi à n.13.vsque ad 20. Et an prohibeatur matrimonii consummatio, ibi à n 21.vsque ad 24
Benedictiones hæ qualiter tempore interdicti vel cessationis à diuinis, possint conferri. *Vide*, Interdictum. Et qualiter excommunicatus. *Vide*, Excommunicatus. Et qualiter suspensus, *Vide*, Suspensus. Et qualiter interdictis, *Vide*, Interdictus.

Beneficium.

Beneficii fructus an suos efficiat, precans illi ministrando. *Vide*, Distributiones quotidianæ.
Beneficia an per sponsalia amittantur, l.7.d.42.n.1. Et quid per matrim. validum. ibi n.3.& 4. Et an ante matrimonii consummationem, ita vt tunc dissoluto matrim. morte aut profectione vxoris, ea non recuperet vir, ibi n.5.& 6. Et an vacent quoque hus quodcumque, accessus ac regressus ad beneficia, ibi n.7. Quid si illegitimus aut alias impeditus impetrauit dispensationem ad beneficium, vel quicumque ad plura beneficia, & mox inter matrim. an extinguatur dispensatio, ita vt soluto matrim. ei nõ profit, ibi num.8.& 9. Et an peccet mortaliter clericus valedè coniugatus, retinens beneficium, ibi num. 0. Et an eius beneficium possit impetrari ab alio tanquam vacans, ibi nu.11. Et an coniugatus retinens beneficium teneatur restituere fructus postea perceptos, ibi n.12. Et an possit resignare beneficium, ibi n 13.
Beneficia an vacent per matrim. irritum, l.7. tota d.43.
Beneficii incapax est coniugatus quicumque, & laicus. etsi statim initiandus sit, l.7.d.43 nu 14 Et quid, si coniugatus ille vouerat castitatem, ibi n.16 Et quid, si vxor adultera sit, & vir ad ordines promoueatur, eodem l.7.d.42.n.16.
Beneficium recipiens coniugatus non iuuatur regula de triennali possessore: & quid de aliis inhabilibus, l.7.d.42.n.15
Beneficium vt obtineat coniugatus, an possit Episcopus dispensare, l.7.d.42.n.17 18.
Beneficia an possint resignari ab eo, qui est illis priuatus ipso iure, vel est priuandus per sententiam: & facta ea beneficii impetratione, si antea poterat Episcopus dispensare in retentione, adhuc possit, l.7.d.42.n.2
Beneficij incapax est quoque pensionis incapax, l.7.d.44.n.vlt.
Beneficium curatum recipiens non intendens promoueri, vel dubitans, vel sub conditione, nisi quid felicius euenerit, an peccet, & teneatur restituere fructus, lib.7. d.45. à num.1. vsque ad 12.
Beneficium simplex recipiens, siue illi sit annexus ordo sacer. siue non, animo non recipiendi illum, sed ducendæ vxoris, an peccet & teneatur fructus restituere, l.7. d.45. à num.13. vsque in fin. Et quid de recipiente pensionem eo animo, ibi nu.10. Et quid de capellanias, ibi n 15
Beneficium recipiens donec pinguius obtinetur, aut donec permutet resignéve pensione reseruata, an peccet, l.7.d.45. n.12.
Beneficia conferendi potestas. *Vide*, Potestas. Et an beneficii collatio aut præsentatio irrita confirmetur superuenienti dispensatione, l.8.d.7.n.12.
Beneficium principis quando sit latè interpretandum, l.8.d.1.n.4

Bestialitas.

Bestialitas an sit iusta diuortij causa, l.10.d.4.n.14

Bigamia.

Bigamiæ irregularitatis cur inducta sit. & cui dicatur ex defectu sacramentali, l.7.d.83.n.1. Et quotuplex sit, ibi n.2. Et an incurratur per multiplicem concubitum absque matrim. ibi n.3. Et vt incurratur, desideretur semper copula, ac seminis effusio intra vas. & semen fœminæ, ibi n.4.5.6. Et an requiratur vt semina ducta sit corrupta semine recepto intra vas, nec sufficiat, nec requiratur clausti apertio, ibi n.7
Bigamiæ irregularitas quo iure inducta sit. & an possit Pontifex in ea dispensare, l.7.d.86 à n.5. vsque ad 7
Bigamiæ veræ vel interpretatiuæ irregularitas, an possit tolli per Episcopi dispensationem, l.7.d.86.à nu.8. vsque ad 15. Et quid, virtute Tridentini, si ea occulta sit, ibi n 12
Bigamia similitudinaria clerici in sacris constituti, professiue, incuntis matrimonium, an possit tolli Episcopi dispensatione, l.7.d 86 à n.16 vsque ad 22. Et quid, virtute Tridentini, si sit occulta, ibi n. 23
Bigamia simpliciter explicata an sufficiat in impetranda eius dispensatione, nec sit mentio faciendæ de ternis vel vlterioribus nuptiis. Et si concurrant similitudinaria, interpretatiua & vera, sit de omnibus mentio faciendæ, l.7.d 86.n.vlt.
Bigamiæ irregularitas an tollatur per baptismum, & incurratur per matrim. ante illum initum. casu quo si posset intentari, incurreretur, l.7.d.83.n.8. & duplici seq.
Bigamiæ irregularitas an tollatur per religionis professionem, & quæcunque alia l 7.d.86.n 2.3.4.
Bigamia interpretatiua quare sic dicatur, & inducat irregularitatem, l 7.d.84. n 1. Et an incurratur per duplex matrim. irritum, aut alterum ratum valid. um, ibi à num.1. vsque ad 5. Et quid, si contraherens ignoret posteriorem matrimonii nullitatem, ibi n.6 Et an hæc irregularitas sit ex delicto, eod.n.6
Bigamia an incurratur contrahendo cum vidua vel corrupta, & qualis debeat esse hæc corruptio. l.7.d 84.n.6 Et quid, si esset vi cognita, aut ipse putaret eam virginem, cum sit corrupta: vel putaret corruptam, cum sit virgo, ibi n.8. Quid si id matrimonium esset irritum. ibi nu.10. & 11. Et quid si id matrim. sit validum in solo foro externo, ibi num 11. Et quid si sit corrupta ab ipsomet eam ducente, ibi n.13 & 15
Bigamia an contrahatur cognoscendo etiam ignoranter, vel præcipienti Ecclesia, vxorem adulteram, & vi cognitam, l.7.d.84 à n.15. vsque in finem.
Bigamia similitudinaria an incurratur, eum constitutus in sacris aut professus inet matrim. l.7.d.81.à nu.1 vsque ad 8. Et an exigatur copula, ibi nu.6 & 9. Et quid, de decente monialem. vel cum voto castitatis simplici ligatus sit, ducit vxorem, ibi num. 11.12.
Bigamia hæc similitudinaria an incurratur ex solo delicto, l.7.d. 85.n.10

Bimestre.

Bimestre concessum ad deliberandum de religionis ingressu sponsi ante consummationem. *Vide*, Sponsi ante matrimonii consummationem.

Bissextus.

Bissextus. *Vide*, Mensis, vbi fit mentio, &, Professio an possit fieri, & Dies bissextus.

Blanditiæ.

Blanditiæ principum, & superiorum quando inferant metum viri constantis, l 4.d.7.n.3. An inferant metum leuem, ita vt eis extorta sint restituenda à meretricibus, l.4.d.11.n.1.& 2.

Bona.

Bona restitutioni subiecta an possint alienari pro dote filiæ incuntis matrimonium carnale, aut spirituale, l.4.d.16.n.7
Bona fides ex qua ignorantia procedat, *Vide*, Cõfessarius inueniens.

Bulla.

Bullæ virtute an possit commutari iuramentum metu extortum. *Vide*, Iuramentum contra bonos mores. Quid de iuramento soluendi vsuras, vel amissa ludo pecunia credita, *Vide*, Pœna sponsalibus adiecta.
Bullæ priuilegio concedentis receptionem sacramentorum à quolibet sacerdote, nequit assistere matrimonio qui non est proprius Parochus, l.3.d.19.n 3
Bullæ indulto an possit Eucharistia in pascha te peregrinis, adonis, mercenariis porrigi. *Vide*, Habitatio quales requiratur.
Bullæ absolutio concessa minimè satisfactione partis promissa an valida sit, l.3.& n 6 fine.
Bullæ cruciatæ priuilegia an sint strictè interpretanda, lib.8. d.2. n.7
Bullæ vel iubilei virtute quæ vota possint commutari, & specialiter attinentia ad castitatem & religionem. l.8.d.25. à num.1. vsque ad 10. Et an hæc commutatio debeat omnino esse in bonis subsidium, ibi num.1 Et quid, de iuramentis absolutis vel conditionalibus religionis vel castitatis, vel alterius rei reseruatæ: vel quando sit simul votum & iuramentum. ibi nu.11. Et an possit fieri dicta commutatio, & si potens adierit primo Pontificem, & concesserit vel denegarit, vel confessor remiserit prius ad Pontificem, vel norit Pontificem non nisi cum certis causis & in opera certa commutare, ibi nu 12. Et quid, in voto castitatis ad perendum debitum. ibi nu. 9. Et quid de pœna pecuniaria, iam ex voti fractione debita pœnalis, ibi n.14.

Et an possit virtute iubilei commutari votũ in opera, quæ postea vir doctus iudicarit: & an interim hic frangens prius votum sit reus illius, ibi n.15. Et an vota ante iubilei tempus facta possint eo contracto commutari, ibi n.16. Et quid si lucrans iubileum nullum confessionem nunc fecit, quod nullius culpæ lethalis conscius esset: vel intendebat lucrari iubileum, & non lucratus est, an teneatur vota virtute illius commutata, ibi a n. 19. vsque ad 24. Et an hæc commutatio debeat necessario in confessione fieri, ibi n.25. Et an transacto iubilei tempore possint ea vota commutari, quorum quis aut immemor aut memor commutationem non petiit, bi a n.16 vsque ad 18 Et an si quis absolutus est à reseruatis virtute iubilei quem intendebat lucrari, & non lucratus est, reincidat in excommunicationes reseruatas, vel saltem non possit postea à reseruata oblita absolui à quouis confessore, sed à solo superiori, ibi n.21

Bullæ cruciatæ priuilegia an morte Pontificis expirent, l.8.d.28. n.93

Bullæ priuilegia an censeantur reuocari per iubileum, qui vigesimoquinto quoque anno concedi solet, l.8 d 33.n.10

Bullæ virtute an sit eligibilis confessor, cuius licentia est irrita ob vitium occultum, aut est occulte reuocata: aut parochus ob vitium occultum beneficii incapax. l.8.d.34 n.14

Bullæ commissarius. *Vide* Dispensare commissarius.

Calor iracundiæ.

CAlore iracundiæ facta. *Vide*, Iracundiæ calore.

Canere.

Canere turpia quale peccatum sit, l.9.d.46.n.38. & seqq.

Canonicus.

Canonicus cum quo dispensatur ad ordines, an habeat vocem in capitulo, l.8.d.1 n.43

Canonicus quo tempore quis debeat esse, vt possit esse delegatus Pontificis, eiusve legati, l.8.d.27.n.28

Canonico facta cõmissio an transeat ad successorẽ, l.8.d.27.n.12

Cantilenæ.

Cantilenas turpes facere quale peccatum sit, l.9.d.46.n.41.

Capellaniæ.

Capellaniam recipiens animo non suscipiendi ordinem sacrum, sed vxorem ducendi, an peccet, & teneatur restituere fructus, l.7.d.45.n.35

Capitulum.

Capitulum sede vacanti an possit dispensare in casibus occultis concessis Episcopo, in Trid. sess 24 c 6. de reform. l.8.d.2. n.10. Quid si committatur aliquid Episcopo tanquam sedis Apostolicæ delegatis, & an ea potestas sit delegata, eodem nu.10. Alia *Vide*, Dispensare.

Capitulum sede vacanti, quid possit circa matrimonium. *Vide*, Ordinarius censetur.

Captiui.

Captiui apud infideles qualiter possint inire matrimonium. *Vide*, Peregrini an teneantur.

An valide possint inire matrimonium, & constituere procuratorem. *Vide*, Metus ab intrinseco.

Cardinalis.

Cardinalis vt fiat coniugatus, quid exigatur, l.7.d.41. n.4

Cardinales quid possint circa matrimonium. *Vide*, Ordinarius censetur.

Casus.

Casus omissus manet in iuris communis dispositione, l.2.d.34.n.6

Catechismus.

Catechismus quid sit, & per quos actus in eo contrahatur cognatio spiritualis. l.7.d.10.n.1. vsque ad 9. & an ea sit sublata vel restricta per Tridentinum, ibi a nu.10. vsque ad 12. Et an oriatur ex exorcismo, ibi n.5

Causa.

Causa occulta dissoluendi sponsalia, an possit detegi. *Vide*, Sponsalium dissolutionis.

Causa limitata *Vide*, Limitata causa.

Causa iusta dispensandi in denunciationibus, an sola sit suspicio malus impedimenti, l.3.d.9 nu.1 & 2. An sit iusta causa, vt remota honesti

Circumstantia.

Circumstantia sponsalium an sit fatenda, *Vide*, Adulterium.

Circumstantia accessus contra naturam cum propria vxore an sit necessariò fatenda, & sit adulterium: vel satis sit dicere accessum cum esse habitum cum coniuge, l.9.d.18. per totam.

Circumstantiæ personarum in tactibus an sint necessariò fatendæ: & in accessu coniugali, vel ad coniugatam, vbi non est seminis effusio, l.9.d.46.n.17.& 18. Et quid in aspectibus, ibi num. 30. Et quid in verbis turpibus, ibi n.45.

Circumstantia loci sacri in copula, tactibus, aspectibus, desideriis, verbis, an sit fatenda, & quando sit locus sacer. *Vide*, Ecclesia.

Circumstantia an sit fatenda, duplicemque malitiam contineat, quando res duplici præcepto prohibetur aut præcipitur. Vt si vigilia incidat in quadragesimam, vel festum in dominica, vel est præceptum & votum de eadem re, vel votum & iuramentum: vel omittitur officium canonicum debitum ratione ordinis sacri, ac beneficij: vel committitur adulterium coniugati cum coniugata: vel peccatum habet annexam excommunicationem, l.9.d.15.n.5.& 6.

Circumstantia concubitus cum infideli, vel hæretica vel alia cum qua nequit matrimonium initi, an mutet speciem, & sit fatenda, l.7.d.5.à n.5. vsque in finem. Et an ceteræ circumstantiæ dispensatione obeunda ad contrahendum cum ea femina, ibi n.15.& 16.

Circumstantia stupri quando sit fatenda. *Vide*, Stuprum.

Circumstantia quando addunt novam in peccato luxuriæ, l.7.d.14.n.2. ad 5.

Circumstantia copulæ confessoris cum pœnitente an sit fatenda, l.7.2012.d.56.

Circumstantia ordinis sacri an in copula sit fatenda, l.7.d.27.n.19. & 21. Et quid de circumstantia professionis, ibi n.20. Et an simul Sacerdos & professus fornicans, satisfaciat, dicens se esse professum aut initiatum ordine sacro, ibi n.22.23.24.& 28 n.29. Et an professus fornicans satisfaciat, explicans se votum castitatis, aut votum solemne, ibi n 27.n.28. Et an sacerdos sæcularis satisfaciat exprimens se esse in sacris, aut voto castitatis ligatum, ibi n.31.& 32. Et si sit Episcopus vel prælatus religionis, hæc quoque circumstantia explicanda, ibi n 33. Et an religiosus votis solis votis bienalis simplicibus ligatus, satisfaciat dicens se peccasse contra votum castitatis. Et cetera religiosi peccata, quamuis voto non adscripserit, habeant specialem circumstantiam infringendam ratione status, ibi n.34. Et an qui vouit expressè castitatem, & est sacerdos, emittéque dicta vota biennii Soc. Iesu, satisfaciat explicando quidnis horum, ibi num.35 Et quid si presbyter, vel sacerdos, vel habens votum castitatis vouit se non habiturum mulierem, ibi n.36. Et quid si quivis ex his iuravit seruaturum se castitatem, an teneatur hoc quoque explicare, ibi n.37. Et an vota vel iuramenta sæpe repetita constituant novam malitiam necessariò fatendam. Vel si sint iuramentum & votum de eadem re, ibi n.25.& 26.

Civilis actio.

Civilis actio quàndo præiudicet criminali, vel è contra, l.1.d.2.n.19

Clandestinum.

Clandestina sponsalia an sint valida, l.1.d.11.n.1.& 2. An sit peccatum ea contrahere. l.1.d.11.n.1.& 2. An pœna clandestini matrimonii afficiat sponsalia clandestina. Et generaliter pœna imposita contrahenti matrimonium, extendatur ad sponsalia, eadem d.11.n.1.& 2.

Clandestinum matrimonium, an obligetur vt sponsalia, l.1.d.20.nu.2.& 3. Quid si accedat iuramentum, n.4. Quid si damnum sequatur virginitatis aut famæ, & an tunc sit aliquid restituendum, n.5. Quid si contrahentes voluerint se obligare eo modo quo possint, n.6.

Clandestinum matrimonium, quotupliciter dicatur, l.1.d.1.nu.1.2.& 3. Quando tale dicatur quoad pœnas incurrendas. *Vide*, Pœnæ clandestini. An ante Tridentinum fuerit irritum, l.3.d.3.n.1.2.& 3. An sit mortale clam contrahere, num.1. Quid post Tridentinum, n.2. An sit mortale ex solo iure Ecclesiastico, n.7.& 8. An infideles sic contrahendo peccent, n.8. Qualiter Ecclesia potuerit irritare clandestinum. l.3.d.4.nu.1.& 2. An irritarit directè annullando matrim, vel indirectè inhabilitando personas, nu.3.4. & 5 An potuerit irritare vt est Sacramentum, num.6. An irritans clandestinum mutauerit materiam & formam illius, n.7.

Clausula.

Clausula, Non obstante. *Vide*, Leges posteriores.

Clausula generalis posita post casus requirentes speciale mandatum, continet alios similes, nō autem longè maiores expressis, l.2.d.11.n.3.

Clausula in fine posita quando referatur ad omnia præcedentia, l.3.d.7.n.17.

Clausula, Tuo iudicio, prudentiæ, conscientiæ, vt tibi videbitur, an importet non exigi iudicialem cognitionem. l.3.d.8.nu.4. An tunc testes debeant iurare, n.5. An tunc, vel quando committitur res ardua, censetur electa industria personæ, l.3.d.7.nu.12.& 20. An tollatur tunc appellatio. *Vide*, Dispensationem negans.

Clausula generalis an sufficiat, ad derogādum concilio. *Vide*, Tridentino concilio.

Clausula posita in vna parte dispositionis, quando referatur ad omnia in ea contenta, l.6.d.22.n.17.& 19.

Clausula posita ad executionem contractus non immutat eius naturam, l.6.d.29.n.9.

Clausula in fine, vel quacunque dispositionis parte posita, quàndo referatur ad omnia præcedentia, l.2.d.16.fin. & l.10.d.17.n.15.

Clausula posita in vno §. vel versiculo, an referatur ad alium §. vel versiculum. l.7.d.108.n.8.

Clausula Motu proprio. *Vide*, Gratia motu proprio.

Clausula, Ex certa scientia. *Vide*, Gratia motu proprio.

Clausula rescriptorum an censeatur in dubio iuri tertii derogare, l.2.d.7.n.6.fin.

Clausula, Non obstante, an augeat gratiam, supplens qualitates non expressas, l.2.d.24.n.6.

Clausula, Dummodo mulier capta non sit, quomodo intelligatur, l.5.d.25.à n.17.

Clausulæ soliti apponi an censeantur appositæ, etsi non exprimantur. l.2.d.15.n.19.

Clausula, Dummodo non spe facilioris dispensationis copula habita sit, an verificetur, quando alter solus coniux eam spem concepit, l.2.d.15.n.51.

Clausula dispensationis in foro conscientiæ. Discreto viro doctoris, & confessori ex approbatis ab ordinario, explicatur l.2.d.14 à n.15. vsq. ad 17. vbi latè explicantur qualitates necessariæ expediturī has dispensationes & quale privilegium habeant regulares ad id. Et an hæ literæ suo valore fruiticentur, si aperiantur ab eo qui his qualitatibus caret, ibi n.12.

Clausulæ dispensationis fori conscientiæ continentes causam periculi incontinentiæ, vt dispensetur in voto castitatis: vel religionis, explicantur l.2.d.34 n.9. Et qualiter verificetur scandala ortura, vel feminam innuptam manuram, ibi nu.20.

Clausula dispensationis fori conscientiæ præcipiens confessori examinare veritatem precum: & an standum sit dicto eius cum quo dispensandum est. nec alii testes vocandi, etsi confessori contrariū conster, & occulte sit dispensandum, nullo dispensationis testimonio dato, explicatur l.2.d.34 n.21.& 22. Et an hæ dispensationes sint præstandæ ordinario, iuxta decretū Trident. ibi n.13 Et an sit examinanda veritas precum, quando ex notoria, vel ipsi soli confessori nota, ibi n.24 Et quid, si ignorata veritate precum dispenset, cùm tamen sint veræ, an valeat dispensatio, ibi n.25.& 26.

Clausula continens monita & consilia danda à confessore, & an eorum omissio vitet, explicatur l.2.d.34 n.27.

Clausula iubens pœnitentiam imponi, explicatur, & an sit necessaria confessio ad has dispensationes expediendas, siue per doctorem, siue per religiosos virtute privilegii, l.2.d.34.nu.28.29.30. Et an differat absolutio in foro conscientiæ, & in foro pœnitentiæ. ibi n.29.

Clausula insinuans opera, in quæ debet confessor commutare votum castitatis vel religionis, explicatur l.2.d.34 à n.31. vsque ad 41. vbi latè ea opera explicantur

Clausula iubens dilatari literas, & vt aliter non profint explicatur l.2.d.34.n.42.

Clausula legitimationis prolis suscepturæ & suscipiendæ, in solo conscientiæ foro, qualiter intelligatur, l.1.d.34.2 n.43 vsq. 51.

Clausula occultum dicēs esse impedimentum, qualiter intelligatur, & an dicantur occulta impedimenta irregularitas, censuræ quæcunque, quando non sunt notoria nec punita vel delictū, ex quo oriuntur, non est publicum in quantum delictum, vel non scitur publicè ex eo id impedimentum vel censuram oriri, l.2.d.34.n.54.& duplici sequenti. Et quid, si delictum ad forum externum deductum sit, & reus est falsis testibus omnino absolutus, vel à sola instantia, vel delictum est tantùm semiplenè probatum, vel iniquè est ad forum externum delatum: aut parti non est intimata accusatio, ibi n.57.& 58.

Clausula dispensationis in foro conscientiæ ad matrimonium irritum instaurandum, continens vt contrahentes experiantur an possint continenter cohabitare, vel absque scandalo separati, & vt monentur de prioris consensus nullitate, explicatur l.2.d.34.n.60.& 61.

Clausula, Gratis vbique, in dispensatione fori conscientiæ posita qualiter intelligatur, & an possit pœnitentiarius compositionem exigere, quæ in foro externo solvenda erat, quando in dispensatione fori externi qualitas aliqua tacita est, eaque dispensatio petitur in foro interno, l.2.d.34.n.vlt.

Clausula dispensationis cum illegitimo, Dummodo paternæ incontinentiæ imitator non sit explicatur l.2.d.34.n.27.

Clausula defectum dotis continens: vel dotem à viro, vel ab alio supplendam, qualiter intelligatur, l.2.d.35.n.6.& 7.

Clausula continens expediendam esse gratis, dispensationem fori externi, qualiter intelligatur, l.2.d.35.à n.9 vsque ad 14.

Clausula iniungens ordinario vt veritatem precum examinet, qualiter intelligatur, l.2.d.35.à n.15.

Clausula, Non obstantibus, posita in his dispensationibus fori externi, qualiter deroget decreto concilii, l.2.d.35.n.17.

Clausula, Vt iuxta formam Tridentini iterum celebretur hoc matrimonium, qualiter intelligatur, l.2.d.35.n.19.20.

Clau-

Clausula prolem legitimam in foro externo, qualiter intelligatur, l. 8. d. 35. n. 23

Clausula dispēsationis absque causa concessæ, dum ait, Ex quibusdam rationabilibus causis, vel quia asserunt se esse nobiles, vel ex principalioribus, qualiter intelligatur, & an eæ causæ probandæ sint, l. 8. d. 35. n. 24. & 25

Clericus.

Clericum percutiens inuentū cū sponsa de futuro, aut præsenti, an sit excommunicatus, & reseruetur Pontifici absolutio. l. 2. d. 1. n. 6

Clericum percutiens quando ratione ignorantiæ excusetur ab excommunicatione. *Vide.* Ignorantia.

Clerici audientes comœdias an peccent, l. 9. d. 46. n. 41. 42

Clericus omittens recitationem officij, debitam ratione ordinis & beneficij, an peccet duplici malitia necessario fatenda, l. 9. d. 15. n. 5. & 6

Clericus coniugatus an amittat beneficia. *Vide,* Beneficium.

Clericus coniugatus an eo ipso amittat pensiones, l. 7. tota d. 44. Et an capax pensionis, ibi n. 9

Clericus coniugatus an sit capax beneficij, l. 7. d. 42. nu. 14. & 16. Et quid, si vxor adulteretur, ibi n. 16

Clericus coniugatus quibus priuilegiis fruatur, & quot conditiones ad id desiderentur, l. 7. d. 46. n. 1. & 2. Et quid, si non incurrat bigamiam veram ex contracta matrim. ibi nu. 3. Et quid, si tempore delicti non erat bigamus, & postea effectus est, ibi nu. 4. Et an opus sit vt omnes vestes tam interiores quam exteriores deferat clericales, ibi n. 5. Et quæ dicendæ sint vestes clericales, ibi nu. 6. Et quando quæstio moueatur an vestes sint clericales vel hic habeat conditiones requisitas, quis iudex debeat id diudicare, & in quo carcere debeat esse pendenti hac lite, ibi n. 7. Et an perdat priuilegium vnica habitus dimissione, ibi n. 8. Et quid si non deferat tonsuram eo quod capillis careat, ibi nu. 9. Et an debeant habitus & tonsura deferri tempore commissi delicti & capturæ: & quid his post delictum demissis, ibi n. 10. Et an præter duo priuilegia reputetur in omnibus meritè laicus, ibi n. 11. Et an perdat priuilegia per contractum sponsalium, aut matrim. non cōsummatum, ibi n. 13. Et an possit esse vicarius Episcopi, aut assessor, aut delegatus ad causam spiritualem, & qualiter intelligatur, si eum vicarium Episc nominet, ibi n. 14. Et an valeat tempore interdicti interesse diuinis, nu. 15. Et an fruatur immunitate à gabellis & quibusuis muneribus secularibus, ibi n. 16. Et an requiratur sent. aut monitio aliqua, vt seruetur priuilegio canonis & fori, non seruans requisita, ibi nu. 18. & 19. Et an gaudeat in ciuilibus priuilegio fori, n. 21. & 22. Et an possit capi à iudice secularj in causa ciuili, ibi n. 23. & 24. Et an perdat priuilegia vacans negotiationi, ibi n. 25. & 26. Et an semel dimittens habitum, & post iterum sumens recuperet priuilegia, ibi nu. 17. 18. 19. Et an mortua vxore recuperet omnia priuilegia, ibi n. 30. & 31

Clericus initiatus cum dimissoris capitali sede vacante, casu quo nequit eas concedere, an ipso facto absque sententia amittat priuilegia, l. 7. d. 46. n. 20

Clericus cū quo dispēsatur ad matr. an teneatur ad horas, l. 8. d. 8. n. 5

Cogere.

Cogere ad sponsalia, quando, & quis iudex possit. *Vide,* Sponsalia implere recusans.

Cognatio carnalis.

Cognatio carnalis quid sit, & quotuplex, quæ sit eius linea, gradus, stipes, l. 7. d. 50. à n. 1. vsque ad 1. Et eius gradus quibus regulis dignoscantur iure canonico & ciuili: & vtrius iuris computatio seruanda sit, ibi à n. 4. vsque ad 8

Cognatio carnalis an in recta linea dirimat iure naturæ matrim. inter parentes & filios, l. 7. d. 51. nu. 7. 8. Et an possit Deus in hoc dispensare, ibi n. 9. Quid, si soli parentes & filia essent, ibi n. 10.

Cognatio carnalis in recta linea descendentium & ascendentium, an in infinitum dirimat matrim. l. 7. d. 51. n. 11. Et an in 2. gradu, vel vsque ad quartum dirimat iure naturæ, ibi à nu. 15. vsque ad 20. Et an iure Ecclesiastico vsque ad 4. solum gradum, ibi n. 22

Cognatio carnalis an impediat matrim. iure naturæ vel diuino hodie in gradibus in Leuitico interdictis, l. 7. d. 51. à nu. 4. vsque ad 7. & n. 15

Cognatio carnalis in linea transuersa an in aliquo gradu dirimat iure naturæ matrimonium, l. 7. d. 51. à n. 9 vsque ad 15.

Cognatio carnalis quo gradu iure antiquo Ecclesiastico dirimeret matrim. & quo gradu nunc, l. 7. d. 51. à n. 1 vsque ad 3.

Cognatio carnalis an obstet matrimonio, quando contrahentes distant inæqualiter à communi stipite, si remotior distet vltra 4 gradum, l. 7. d. 53. nu 4. Et quid, si alter distet in primo gradu à stipite, alter verò vltra quartum, ibi n. 5.

Cognatio carnalis quæ petat in eius dispensatione explicari, ne subreptitia sit. *Vide,* Dispensatio in consanguinitate.

Cognatio legalis.

Cognatio legalis quid sit, & quotuplex, l. 7. d. 63. à n. 5. Et an oriatur ex imperfecta adoptione, ibi à nu. 8. vsque ad 10. Et quando tur ex imperfecta adoptione, ibi à nu. 8. vsque ad 10. Et quando impediat ac dirimat matrim. ibi nu. 11. vsque ad 16. Et qualiter hoc impedimentum vim habeat, cum legibus inductum sit, ibi n. 17. Et an ad hoc sit opus seruari in adoptione formam legibus præscriptam, ibi n. 18. Et an cognatio hæc matrim. superueniens impediat debiti petitionem, ibi nu. 19. Et an sponsalibus superueniens ea dirimat, ibi n. 20. Et an hoc impedimentum sit ex solo iure humano, ibi n. 21. Et an infideles qui cum eo contraxere sint conuersi ad fidem separandi, ibi n. 22. & 23

Cognatio legalis quamdiu dure, l. 7. d. 63. n. 24. Et an cesset soluta adoptione per emancipationem, vel alio modo, ibi num. 24. Et quid requiratur vt cesset fraternitas legalis, ibi n. 25

Cognatio legalis an sit inter adoptantē & adoptati parentes, quæ impediat matrim. l. 7. d. 63. num. 26. Et an filius adoptiuus possit ducere filiam legitimam adoptantis mortuo patente: aut eo superstite, si alter eorum est emancipatus, ibi n. 27. Et an inter fratres adoptiuos possit esse matrim. ibi n. 28. Et quid, inter duorū fratrum adoptiuorum filios, ibi nu. 29. Quid inter filium adoptiuum & filiam naturalem legitimam adoptantis: vel filium naturalem illegitimum adoptantis cum filia adoptata, ibi num. 30

Cognatio legalis inter adoptantem & adoptati descendentes ad quotum vsque gradum matrim. impediat, l. 7. d. 63. n. 31. & triplici sequ. Et an sit cognatio legalis inter patrem adoptantem & filiā filiæ adoptatæ, ibi num. 35. Et an adoptans possit ducere quāuis filiam illegitimam adoptati, ibi num. 36

Cognatio spiritualis.

Cognatio spiritualis quid sit: & an solo iure Ecclesiæ inducta sit, l. 7. d. 54. n. 1. & 2. Et an ex baptismo & confirmatione oriatur impediens & dirimens subsequens matrim. ibi nu. 5. Et an dirimat sponsalia præc. ibi n. 6. Et an ex aliis sacram. oriatur, ibi n. 6.

Cognatio spiritualis ex catechismo orta. *Vide,* Catechismus.

Cognatio spiritualis an oriatur ex confessione, & sit fatenda circumstantia accessus confessoris ad pœnitentem, l. 7. tota d. 55.

Cognatio spiritualis an extinguatur morte personæ, qua media est contracta, l. 7. d. 54. n. 8

Cognatio spiritualis an oriatur ex baptismo vel confirmatione, quando hæc sacramenta irrita sunt, l. 7. d. 62. n. 5. Et quid quādo baptismus in necessitate collatus est & iteratur solemniter in Ecclesia, ibi n. 4. & 5. Et quid, si quis ratione dubij prioris baptismi rebaptizetur, ibi n. 6. Et an contrahatur si quis nondum integre natus baptizetur, & postea rebaptizetur, ibi n. 7. & 8. Et an contrahatur in solemnitatibus catechismi, quæ adhibentur in Ecclesia, quando puer est domi baptizatus, ibi n. 1

Cognatio spiritualis inter quas personas contrahatur attento iure antiquo, l. 7. d. 54. n. 9. Et quid attento Trid ibi nu. 10. Et an hoc attento transfundatur ab vxore coniuge in alium, ibi n. 11. Et an trahatur inter ipsosmet patrinos, ibi nu. 12. Et an si coniuges simul alienum puerum leuent de sacro fonte, priuētur iure debiti exigendi, ibi n. 13. Et an cognatio spiritualis ante Tridentinum contracta sit modo ablata vel reuiuiscta post Trident. eo modo quo post contracta, ibi n. 14. Et an contrahant cognationem spiritualem compatrinitatis parentes naturales illigitimi, & adoptiui baptizatæ personæ vel confirmatæ cum patrino, Ibi n. 16

Cognatio spiritualis an possit duplici ex parte contrahi, ita vt duo possint ad inuicem esse patrini, l. 7. p. 54. n. 17

Cognatio spiritualis an contrahatur inter patrem baptizantem in necessitate filium illegitimum, & ipsam concubinam, ita vt nequeat inter ipsos consistere matrim. l. 7. d. 62. n. 11. & 12.

Cognatio spiritualis an contrahatur à tenente in baptismo priuato, l. 7. d. 61. à nu. 13. vsque ad fin. Et contrahatur à baptizante in baptismo non solemni, ibi n. 9. & 10

Cognatio spiritualis, quando plures, siue aliqui designentur, siue non, tangunt baptizatum vel confirmatum, quando inter illos cum baptizato vel confirmato & eorum parentibus contrahatur, attento iure antiquo & Tridentino, l. 7. d. 57. à n. 2. vsque ad fin. vbi plurimi casus circa hoc discutiuntur. Et an cognatio spiritualis contracta ante Triden. eo quod tetigere plures duobus sit ablata modo, l. 7. d. 57. n. vlt.

Cognatio spiritualis an possit contrahi per procuratorem, l. 7. d. 59. n. 2. 3. 4. Et an possit per nuntium, ibi n. 5. Et quid, si consuetudo id habeat, ibi nu. 6. Et quid, si procurator ille reuocatus, inscius tamen reuocationis, tenuit infantem, ibi nu. 8. & 9. Et an possit cōtrahi ab vniuersitate mittēte procuratorem, ibi n. 7. Et an cōtrahatur ab ipso procuratore tenente nomine alterius, ibi à n. 10

Cognatio spiritualis an contrahatur ab hæretico baptizante, confirmante, vel tenente, l. 7. d. 60. n. 2. Et quid ab infideli baptizante aut tenente, ibi à n. 3. vsq; ad 9. Quid, si hic sit catechumenus, nu 9. Et an contrahatur saltem quando postea baptismum recipit, ibi n. 11. & 12. Et an contrahatur ab infideli si Christianus simul cum illo leuet puerum, aut alter leuet altero baptizanti, ibi n. 10. Et an contrahatur ab infideli, quando fidelis baptizat, vel confirmat, vel tenet eius puerum, ibi n. 13. & 14. Et an ea cognatio conualescat, infideli postea baptizato: & tunc non possit inire matrim. ibi à n. 15 ad 17

Cognatio spiritualis an contrahatur à non confirmato tenente in baptismo vel confirmatione, l. 7. d. 60. nu. 18. 19. & 20. Et an contrahatur ab Episcopo non confirmato, confirmante, ibi n. 21

Cognatio spiritualis an cōtrahatur à religiosis patrinis baptismi vel confirmationis. & an hi peccent id munus obeūdo, l. 7. d. 60. n. 22

Cognatio spiritualis vt contrahatur à patrinis, an in his certa ætas desideretur, l. 7. tota d. 57

Cognatio spiritualis an contrahatur à patrinis, per solam responsionem, vel necessarium sit tenere puerum, dum baptizatur, vel confirmatur, aut cum de sacro fonte susciperet: & qui tactus requirantur & sufficiant, l.7. tota disp. 56
Cognatio spiritualis superueniens matrim an impediat debiti petitionem à coniuge cum quo contracta est, l.9 tota d.26. Et quid si coniux teneat communem filium in catechismo, n.11
Cognatio spiritualis an sit difficilis dispensationis, nec soleat in ea dispensari, l.8.d.19.n.7
Cognatio spiritualis quæ petat in eius dispensatione explicari, ne subrepitia sit. *Vide*, Dispensatio in consanguinitate.

Cognitio.

Cognitio iudicialis an desideretur quando aliquid committitur prudentiæ, aut conscientiæ? *Vide*, Clausula, Tuo iudicio. Et an desideretur ad dispensandum in denunciationibus matrimonii, l.3.d.8.n.2.4

Cohabitare.

Cohabitare an teneantur coniuges, & ex obligatio oriatur ex natura matrim. ita vt nec pacto tolli possit, l.9.d.4.n 2. vsque ad 4. Et an possint mutuo consensu esse separati, ibi n.5. Et quis iudex possit ad id compellere. *Vide*, Iudex. An possint esse diutius separati, valeatque consuetudo, ibi. Et quando liceat viro peregrè proficisci: & an teneatur secum deferre vxorem, ibi n.7. An possit ratione voti implendi esse. *Vide*, Votum. Et an possit expelli ob dotem non solutam vxor: aut quia ei interdicta est debiti petitio. *Vide*, Vxor.
Cohabitare cum leproso coniuge, aut patienti morbum contagiosum, an teneatur alter coniux. *Vide*, Leprosus, per totum.
Cohabitare cum coniuge furioso an teneatur alter coniux, vel id sit causa diuortii, l.10.d.18.n.18. & ibi, de ebrio coniuge: & an liceat tunc alteri ad religionem transire, ibi n.48
Cohabitare quando non teneatur coniux ratione sæuitiæ alterius. *Vide*, Sæuitia.
Cohabitare an teneatur vxor cum viro habenti concubinam, l.10. d.18.n.10 Et quid, si ex viri latrociniis aliisve delictis damnum immineat vxori, ibi n.11

Commissarius Cruciatæ.

Commissarius Cruciatæ bullæ qualiter possit dispensare circa matrimonium, vel debiti petitionem, aut proles legitimare. *Vide*, Dispensare.

Commissio.

Commissio quando cessat. *Vide*, Delegata potestas.

Commodatarius.

Commodatarius an teneatur, quando dubitat an culpa sua commodatum perierit? *Vide*, Dubitans an res sit sua.

Commutari & Commutatio.

Commutari qualiter possint vota virtute bullæ vel iubilei. *Vide*, Bulla.
Commutari vota per priuilegia religiosorum qualiter possint. *Vide*, Dispensare.
Commutari an possit pœna pecuniaria debita ex voti pœnalis fractione, vel quando à Papa imposita, l. 3.d.16.n.14
Commutatio voti & iuramenti. *Vide* Votum.

Comœdia.

Comœdias facere, repræsentare, aut audire etiam clericos, quando sit peccatum, l.9.d.46.n.40 41

Compensatio.

Compensatio an fiat adulteriorum quoad amissionem dotis, & ob nuptias donationis, ita vt adulter coniux occultus non lucretur, & si post sibi applicata adulteretur, teneatur restituere, l. 10.d.8. a n.29 ad 31. & d.9.n 37. Et an sit compensatio quoad accusationem criminalem, ita vt vito adultero non liceat accusare adulteram, ea d. 8. nu. 33.34.36.45. & 46 Et an sint pares quoad hanc accusationem, ibi n.33. Et quid quoad accusationem ciuilem, ibi n. 29
Compensatio adulteriorum an fiat quoad diuortium: ita vt coniux postea adulterans teneatur redire ad adulterium dimissum, siue sententia diuortii lata sit, siue non, l.10. d.9. à num.14. vsque ad 5. Et quid, si postea adulteranus neget delictum, vel falsis testibus se tueatur. & an teneatur illud fateri, ibi nu. 33. Et quid, si hic sit iam professus, vel in sacris constitutus, vel in minoribus, vel nouitius, vel voto simplici castitatis ligatus, & tunc adulteretur, an sit restituendus priori coniugi dimisso ob adulterium, ibi nu. 34. Et quid, si adulterium hoc acciderit ante statum mutatum, ibi num 35. Et an hic posset adulterans possit repetere prius adulteratorem, vt sibi reconcilietur, ibi num. 36. Et an possit adulter accusari de adulterio ante sententiam perpetrato, ibi n. 25. Alia. *Vide*, Diuortium.
Compensatio an detur inter adulterium carnale coniugis, & spirituale alterius, vt hæresim, quoad diuortium: vel inter hæresim vtriusque coniugis, l.10 d.16

Compositio.

Compositio an possit in aliquo casu peti, quando impetratur dispensatio in foro conscientiæ. l.8.d.34.fin.

Concessum.

Concessum an intelligatur quod concedens de eo interrogatus verisimiliter concessisset, l.7.d 30.n.10, & 11

Concessio.

Concessio generalis. *Vide*, Dispositio generalis.

Concilium.

Concilio vt derogetur, quid exigatur? *Vide*, Tridentino conc.
Concilium dicens in aliquo casu non dispensandum, quid operetur circa Pontificem, l.3.d.45.n.3
Concilii constitutio quando dicatur, & quando Pontificis, l.3.d.5. à n.6. vsque ad fin.
Concilio vt derogetur, an sit necessaria specifica mentio, quando in casu speciali contra concilii decretum dispensatus, l.8.d.35. n.17
Concilia prouincialia inserta & decreto quam auctoritatem habeant, l.9.d.11.n.2. & 3
Concilium prouinciale an sit superius Archiepiscopo, & alia circa hoc. *Vide*, Archiepiscopus.

Concionator.

Concionator an semper teneatur veritatem docere. *Vide*, Confessarius inueniens.

Concubina.

Concubina à viro retenta an præstet causam diuertendi rationem moris sæuitiæ, l.10, d.18.n.10

Conditio.

Conditio dotis soluendæ an remissa censeatur sequuta copula post sponsalia? l.1.d 16, n.13
Conditio obligans ad nuptias, & eas prohibens & aliæ quasi ius reficit, an similiter in conscientiæ foro reficiantur & capiatur legatum, contra expressam testatoris voluntatem, l.1, d.33.nu.2. Quid si vir fœminæ promittat, Si mihi nupseris, dabo tibi centum, n.3. Quid si causa sit iusta promittendi, vt ratione iuuenis, aut nobilitatis, n.4
Quid si in donatione ob nuptias ponatur conditio, Si mihi nupseris. n.5. Valet conditio, appesita abalio, Lego tibi, si tale matrim. inieris, n.6. & 7. An possit poni per viam modi, vt Lego Titio vt Titiam ducat, alias perdat, n.8. An valeat conditio ducendi fœminam de familia: & quid nomine familiæ intelligatur: vel consanguineam, vel aliam quæ absque dispensatione duci nequit. n.9 Quid si dictæ conditiones apponantur in legitima, n. 10. Quid quando præceptum est de matrim. indigno, n.11. Quid si viduæ apponatur conditio vt nubat in digno, num. 12. Quid si virgo grauata vt nubat tali, nubat alij ex patris consensu, nu. 13. Quid si iussus ducere nobilem, prima vice nobilem ducat, & factus viduus ignobilem, vel è contra, nu. 14. Quid si legetur fœminæ, si Titio nubat, & nolit Titius, qui postea velit, & ipsa nolit, an perdat legatum, num. 15 18. Qui iussus contrahere, prius nolit, & postea velit an perdat legatum, & si sit minor, possit restitui, eod nu.15 Quid si testator iubeat aliquam ducere, & legatarius iam illam duxerat, & quo tempore expectandus sit vt conditionem impleat, n.16. Quid si iussus Bertam ducere, prius aliam ducat, & viduus factus ipsam: vel iussus religionem ingredi, prius ducat vxorem, & viduus factus ingrediatur, num. 17. Quid si absque culpa iussi contrahere cum Berta deficiat conditio hæc mixta, quia ipsa non vult, nu. 19. Quid si casu deficiat, vt quia obiit ipsa, n. 24 Quid fauore alimentorum, vt quia legetur fœminæ pauperi dos, vt nubat Petro, & ille obeat, vel fauore libertatis, vel causa pij, vel conditio est partim impleta, num. 25. Quid si apponatur in contractu, vel maioratu, ibidem. Quid si est modus. & quando modi non implementum vitiet dispositionem, ibid. Quid quando conditio mixta deficit testatoris facto, vt si leget Ecclesiæ, si in ea sepeliatur. & decedat excommunicatus, n.26 Quid quando implementum impeditur à quodam tertio, n.27
Quid si fœmina prius alii nubat, an legatarius iussus illam ducere, teneatur eam iam vidquam, & volentem, in vxorem accipere, n. 30 Quid testatore dicente, Lego Mariæ si eam Titius ducat, an debeatur legatum, si per ipsam non stet, n.32 Quid de legato facto virgini maritandæ quod an possit dari ingredienti religionem. *Vide*, Legatum virgini maritandæ.
Conditio, vt vir teneatur habitare in certo loco, vel successor maioratus *Vide*, Pactum vt vir.
Conditionem non inducunt verba exhortationis testatoris, l. 1.d. 33. n. 28
Conditio mixta pendens à duorum voluntate, quando deficiens extinguat legatum; & quid si sit modus. *Vide*, Conditio obligans ad nuptias.
Conditionem hæredis, vel legati satis est extare tempore successionis. l.1.d.33.n.17
Conditionem semel exitisse, satis est. l.1.d 33 n.15
Conditio retrahens à nuptiis, vt si Titia non nupserit, an in conscientia reiiciatur, & possit illa nubens obtinere legatum, l.b.1.d. 34.n 1. Quid si apponatur in contractibus: & cur conditio impossibilis vitiet contractus, & non legata, n.2. An reiiciatur à legato, & donatione causa mortis conditio retrahens à nuptiis, & possit legatarius non obstanti conditione vendicare, n.3. An hoc sit tantum verum casu quo legatarius velit vxorem ducere. n 4 An valeat talis conditio virgini adiecta, vt saltem teneatur non secundo nubere, nec dandum sit legatum absque cautione, n.5.

nu.5. Quid si legantur alicui centum, si nupserit: & ducenta, si non nupserit, an fœminæ nubenti debeantur ducenta, nu.6. Et quid si testator disponat, vt casu quo nubat, nil sibi detur, cod. n.6. An valeat conditio, si aliquis filios non habuerit, vel si absque liberis decesserit, n.7. Quid si extraneo legentur centum, si Maria non nupserit, & iussus sit ea illi restituere, n.8. Quid si legataria si non nupserit, rogata sit alij restituere, nu 9 Quid si patri, tutori, curatori, amico, vel extraneo aliquid legem, si Titia non nupserit, n.10. Quid de conditione auertenti à religionis ingressu, vt si Titia non fuerit religiosa, nu.11. An si legentur mille alicui, si ducat vxorem, & centum, si religionem ingrediatur, consequatur illa mille religionem ingrediens, nu 12. & 13. An liceat minus legare religionem ingredienti, vel adijcere conditionem, ne clericus succedat in maioratu, aut religiosus, nu.14. An valeat legatum factum alicui, si religiosus aut sacerdos fiat, vel si continenter, aut castè, & honestè viuat, num 15. Et an consequatur legatum sic factum qui ingreditur religionem, & postea resilit, nu.16. & 17. Quid si prius ducat vxorem, & post fiat religiosus, n.18. Quid de conditione matrimonij ineundi arbitratu alicuius, vel consensu, n. 19. An omnino reijciatur ea conditio, n. 20. Quid si in legato vltra legitimam pater grauet filium ne ducat vxorem absque matris vel propinqui consensu, n.21. Quid de conditione, vt non ducat sine patris consensu, nu.22. Quid si violanti puellam relinquatur legatum, si de consensu patris illam duxerit, n.23. Quid si ducat, de consilio alicuius, n.24. & 25. Quid importet consilium, & consensus: & quid in eventu mortis, vel distantiæ sit tunc faciendum. *Vide*, Consilium & consensus. Quid si sit conditio, si Titia non nupserit, habeat post mortem suam centum, vel post aliud tempus, nu.26. Quid de conditione non nubendi adiecta viduæ, n.29. Quid si corrupta est, vel viduæ quæ matrim. non consummauit, n 30 Quid si viduo, nu. 31. Quid si vidua arbitratu alicuius nubat, & ille nolit arbitrari, vel male arbitretur, nu.31. Quid si apponatur conditio non ducendi vxorem impotentibus, vt eunuchis, num 33. Quid fauore causæ piæ vel libertatis, nn.34. Quid quando viduitas est limitata quoad tempus, & personas, nu. 35 Quid de conditione nõ nubendi intra certum, vel incertum tempus, vel ante viginti quinque annos, n.36. Quid de legato Titiæ si nupta non erit, nu.37. Quid si ne nubat in certo oppido, n 38. Quid si ne nubat certis personis, nu.39 Quid si ne nubat descendentibus à Mauris, vel Iudæis, n 40 Quid si apponatur conditio, vt nubat nobili, nu. 40. Vbi an satis sit nobilitas ex linea paterna, vel ex priuilegio, & quæ diligentia adhibenda sit. Quando debeatur legatum, si Berta Titio non nupserit, sitque præstanda cautio, n 41. Quid si in priori matrim. peruixit, non verò in posteriori, vel è contra, vel matrim non consummauit, vel fuit nullum, n. 42

Conditio an importet formã, & an ablatiuus absolutus formã importet, l. 3. d. 5 n 2. Conditio negatiua est perpetua, l. 1. d. 34. n. 41

Conditio quæ tacitè inest non reddit actum conditionalem, l. 1. d. 67. n 3. & quando faciat. *Vide*, Expressio.

Conditio mente retenta nil operatur in contractibus, l. 1 d. 65. nu. 1

Conditionis aut modi omissio, *Vide*, Actus an vitietur.

Conditionem aut modum quæ faciant. *Vide*, Dictio, dummodo. Et quando faciat expressio eius quod inest iure communi, *Vide*, Expressio eius.

Conditio retinendi proprium an aduersetur substantiæ professionis, & eam tollat, l. 5. d. 9. n. 14

Conditio quæ admittitur in matrim. vel ab eo reijcitur, similiter in sponsalibus admittitur, vel reijcitur, & l. 5. d. 1. nu 1. Quot conditionum genera possint apponi, n 2. Quot conditionum genera possint apponi, n 3. Quando constat de intentione apponentis conditionem, illi standum est in conscientia: in dubio autem huius intentionis statur præsumptioni fori externi, & quando est præsumptio iuris, transfertur onus probandi in aduersarium, n.4. Qualiter matrimonium conditionem recipiat, cum sit actus legitimus, nu.5. Conditiones generales quæ tacitè insunt, non suspendunt matrim. vt, Contraho tecum si vixerimus, si tu consenseris, n.6 Quid de hac conditione, si Deo & Ecclesiæ placuerit, nu. 9. 10 11. 12. Quid de conditione intrinseca quæ necessariò inest, vt si non es consanguinea, n. 13. An sit excommunicatus cõtrahens cum consanguinea, hac conditione, si non es consanguinea, nu.14

Conditio necessariò eventura, si Sol eras orietur, an suspendat matrim. l. 5. d. 2. n. 1. 2 Quid si contrahentes credebant esse contingentem, n. 3. Quid si conditio in se necessaria est respectu nostri incerta, n.4. Quid si habeat diem incertum, vt si Titius moriatur, n.5. Quid si non apponatur tanquam conditio, sed vt temporis præfinitio, & quando hoc contingat: an id sit cum quis dicit, Contraham tecum si pater meus moriatur, n. 6. Quid si conditio non sit necessaria secundum ordinem naturæ, sed ex suppositione, si Antichristus misceatur, n. 7

Conditio impossibilis an reiiciatur à matrim. illudque legitimum maneat, l. 5. tota d. 5. An conditio impossibilis reputata possibilis à contrahentibus, reiiciatur, nu. 8. An hæc reputata possibilis vitiet matrim. vel suspendat, nu.9. Quid si imprudenter existimata est possibilis, nu.10. An deliberetur scientia decreti statuentis conditionem impossibilem haberi pro non adiecta, nu. 11. Et sit in vtroque coniuge desideretur scientia, n. 12

Conditio impossibilis apposita de præsenti, aut præterito, an reiiciatur à matrim. l. 5. d. 4. nu. 2. 3. Quid de conditione impossibili per naturam, nu. 5. Quid si partim est possibilis, partim impossibilis, eodem n. 5. Quid si conditio sit de iure impossibilis, n. 6. 7. Quid si referatur in tempus futurum, vt si aliquando liceat matrim. inter consanguineos, n. 8. Quid si est dubium, an sit impossibilis, nu. 9. An incurrat excommunicationem contrahens sub conditione, si licet consanguineam ducere, nu. 10 Quid de condicione de facto impossibili, num. 12. 13 14 Quid de conditione per accidens impossibili, vt ex lapsu temporis, vt si corruptus dicatur, Contraho tecum si es virgo, nu 15. 16 Quid de hac conditione, si filia tua viuit, casu quo nunquam nata sit, n. 18 Quid de conditione impossibili contra matrim. substantiam: vt, Contraho tecum si fueris Angelus, si venetis ad exequias meas, si non ascenderis capitolium, n. 19

Conditio, si es virgo contraho tecum, est valida, l. 5. d. 4. n 17

Conditio si Pontifex, aut princeps dispensauerit, an sit impossibilis, & quæcunque alia à principis voluntate pendens, l. 5. d. 5. nu. 5. & 12. An nomine huius principis intelligatur solus supremus, nu. 31. An obliget promissio matrim. sub tali conditione, eadem d. 5. à num. 1. ad 7. & à nu. 11. ad 13. Quid si impedimentum non sit dirimens, an solus Pontifex in eo dispenset, nu. 29. & 40. Quid si Episcopus possit in eo dispensare, n. 31. An peccent sub hac conditione contrahentes, n. 8. & 16. Quid si aliqui se obligent ad alios contractus, sub conditione pendenti à voluntate principis, & sub pœna. n. 9. & 16. Quid de legato vel maioratu sub conditione. *Vide*, Legatum cuius conditio. Quid si non exprimatur ea conditio, si Pontifex dispensauerit, ead d. 5. nu. 13. 16. & 17. Quid si matrim. de præsenti sit initum inter sic impeditos, sub ea conditione, si Pontifex dispensarit, n 14 Quid si secundo consanguinitatis gradu coniuncti sint, nu. 15. An obliget talis promissio vt vera sponsalia: vel si quis promittat infideli matrim. si conuertatur nu. 22. 23. 24. An sit conditio generalis tacitè intellecta, si conuertatur infidelis, n 24. An liceant tactus & oscula inter eos sic contrahentes. *Vide*, Sponsus sub conditione.

Conditio, si patri placuerit, an in dubio sit de præterito, aut futuro, l. 5. d. 7. n. 1 An si adiiciatur matrimonio, quando ea conditio est de præsenti, aut præterito, sit validũ ex impleta, licet contrahentes ignorent implementũ. n. 2. Quid si crederent patri displicere, n. 3. An satis sit virtute placuisse patri, vel vt modo placeat. nu 4. Quid si tunc displiceat, at post placeat. n 5 Quid si conditio sit de præterito, & aliquando placuit, & aliquando non. nu. 6. Quid si pater taceat, vel obtulerit, nu 7. Quid si conditio sit de futuro, & pater prius dissentiat, & post consentiat, n. 8. 9 Quid si tunc patet taceat. n. 11 12. & 13. Quid si patet tunc decessisse, à nu. 15. ad 19. An oporteat conditionem verificari coram Parocho & testibus, num. 20

Conditio honesta de præsenti, aut præterito non suspendit matrim. l. 5. d. 6. n. 1 Si est de futuro, suspendit, nu. 2. Si ex interuallo adiiciatur matrim iam inito, non suspendit, n. 3. 4. An conditio honesta non relata in arbitrium alterius suspendat, vt si tantam dotem dederis, videaturque ab ea recessum per copulam. nu. 5. & 6 An suspendat quando refertur in alicuius extranei arbitrium, numer. 7. An sub conditione celebrans matrim. vel sponsalia, vel quemcunque contractum, possit ante aduentum conditionis resilire. n. 8

Conditione honesta contractum matrim. an efficiatur purum impleta conditione absque nouo consensu, l. 5. d. 8. a n 3. ad 7 An sit opus contrahentes scire esse impletam conditionem, n. 6. Quid si contrahentes sint inhabiles, & ineant matrim. sub conditione si Pontifex dispensarit, an sit matrim. absque nouo consensu obtenta dispensatione, n. 2. 6 9. & 10. Quid si aliquis duas feminas ducat de præsenti sub conditione honesta. & ea simul impleta: vtrum illorum matrim. præualeat, n. 12. 13. 14. & 15. Quid si conditio vtraque nõ simul impleatur, n 16. Quid quando cum vtraque fuerunt contracta sponsalia, & ambæ conditiones, simul, vel successiuè implentur, n. 17 18. Quid quando contrahatur coram Parocho & testibus sub conditione de futuro, an impleta conditione sit opus coram eis contrahere. n. 20. Quid si matrim. sit de præsenti sub conditione de futuro, an post Tridentinum fiat validum impleta conditione. n. 21 & 22. An oporteat conditionẽ implere coram parocho, & testibus, n. 23. & 24. An necessarium sit vt videant parochus & testes dispensationem qua contrahunt consanguinei, & mandatum procuratoris, n 24. Quid si pendenti ea conditione se cognoscant affectu vxorio. n. 25

Conditio apposita in promissione matrimonij infideli, si conuertatur. *Vide*, Conditio, si Pontifex.

Conditio an sit implenda coram Parocho & testibus, vt valeat matrimonium. *Vide*, Conditione honesta contractum.

Conditio contraria substantiæ matrimonij, aut eius bonis illud vitiat, l. 5. d. 9. n. 3. Id est de iure naturali, nu 4. Quid si non aduersetur præsenti matrimonio, sed alij, n. 5. Quid si talis conditio sit de præsenti aut præterito, nn. 6. & 7. Quid si per eam conditionem non intendatur principaliter aliquid contra eius substantiam,

tiam,n.8.Quid si adiiciatur suspensiuè,& non in modum obligationis,n.9 Quid si illa conditio contraria sit impossibilis,nu. 10 Quid de hac conditione,si te adulterandam tradideris,n.11. Quid de hac,si prolem neces,occulès,aut manibus priues,nn.12, Quid de hac,si prolem abiiciamus,& alendã exponamus,n.13.
Conditio contraria substantiæ quãdo est honesta,vt,si ambo seruemus castitatem,an vitiet matrim.l.5.d.10. n.1 & 2. Quid de hac,si voueas,nec te petiturum,nec redditurum,nu.3. Quid de hac,si nunquam petas,n.4.Quid de pacto non cohabitandi,vel certis diebus abstinendi à copula, nu.5 Quid,de conditione,vt liceat ante,vel post consummationem ingredi religionem,n.6. Quid de conditione quæ iure communi, vel consuetudine inest,vel vt teneatur vtrique aut alteri religionem ingredi,ibid.
Conditio vt alter coniux non teneatur reddere, quoties alteri nõ licet exigere,an vitiet matrim. l.5. d.11.n 1 & 2. Quid de conditione,vt coniugi liceat debitum negare, quoties alter caret iure iustitiæ ad petendum,n.3.
Conditio vt infideles possint dare libellum repudii sua lege permissam,an vitiet matrim l.5.d.12 nu.2 & 3.Quid de conditione,vt eis liceat iuxta legem suam pluralitas vxorum, n.4. Quid si animo tetinebat propositum dandi libellum repudii,n.5.
Conditio contraria substantiæ apposita ab altero solo contrahente,an vitiet,l.5.d.13.n.1.ad 3.
Conditio turpis an reiiciatur à matrim.l.5.d 15 num.1.n 3.4.Quid quando est de præsenti, aut præterito,n.5.Quid quando ex coniecturis colligitur contrata voluntas,n.6. An oporteat vtrumque contrahentem nosse cõditionem esse turpem,& reiici,n.7.
Conditio,si mecum concubueris,an reiiciatur à matrimonio, l.5. d.16 n.1.2.& 3.Quid de hac,si permiseris coitum,n.4. Quid de his,si te virginem inuentro,si primo coitu mihi placueris,n. 5.6. 7.& 8.Quid si aliquis dicat,Contraho tecum,vel dabo tibi centum, si mecum cubueris, & an per copulam videatur cecessum a conditione,n.9.
Conditiones impertinentes an reiiciantur à matrimonio,l.5.d 18. n 1.& 3.Quid de his,si non es coelebs,cæca,fœditate infigni notata,si es pulchra,bene moratæ,n.2 3.
Conditio adiecta sponsalibus,quando est turpis,vel impossibilis, an ea vitiet vel reiiciatur,l.5.d 17.n.1.& 2. Quid si fit contraria substantiæ matrimonii,eodem l.5 d 14.n 1 2.& 3.

Conditionalia.

Conditionalia sponsalia. *Vide,* Sponsalia conditionalis.
Conditionalis contractus. *Vide,* Contractus conditionalis.

Confanatio.

Confanatio adulterii,aut alterius iniuriæ,quando censeantur facta per actus familiaritatis *Vide,* Adulterium.

Confessio.

Conferre an teneatur filios vestes sibi, aut suæ vxori donatas à parentibus. *Vide,* Vestes pretiosæ,& quoti fiant.

Confessarius.

Confessarius inscius impedimenti matrimonii impedimentum an teneatur admouere?,l.2.d.38 n.1.& seq .Quid quãdo pœnitens credit aliquid deesse mortale quod non est.n 4 Quid si coniux credens bona fide valere matrim.neget debitum, an confessarius conscius impedimenti possit dicere vt reddat debitum.n 8. An possit dicere illum esse verum coniugem.eod.n. 8. Quid si ea ignorantia sit circa ius naturale,n 9. Quid si sit in damnum proximi,vt in vsura, vel re alia næ detentione,n.10 Quid si pœnitens suspecteret monitionem, ac medium sit difficile, periculumque adsit scandali,aut infamiæ.eod.n 10 An possit confessarius in aliud tempus differre hanc monitionẽ & sit consilium paulatim monere,n.11. An teneatur admonere, quando est spes fore vt alios admoneat,num 13. Quid si pœnitens interroget,vel scrupulum fingat,nu 14.Quid si sit scandalum,vel sequatur damnum publicum,n.15 Quid si speretur fore vt post profit,nu 16 Quid si confessarius possit probare impedimentum.nn.17. Quid si spes non proficiendi prouenerit ex pœnitentis malitia,n.18. Quid si in concionibus publicis, n.19.
Confessarius an possit Episcopus exponere in abbatum diœcesi. *Vide* Ordinarius confitetur.
Confessarii delegati an possint extra diœcesim audire confessiones?,l.1.d 14 n 1.2.
Confessarius in debeat admonere pœnitentem habentem impedimentum affinitatis vel cognationis spiritualis ad petendum deb tum,si ipse ignorat,l.9.d 27.n. 10.
Confessarius habens rem cum pœnitente, an teneatur hanc circumstantiam fateri,l.7. tota d 55.
Confessarius Episcopi an possit ipsum absoluere, & cum ipso dispensare in omnibus, in quibus potest Episcopus cum subditis, etiam in casibus occultis Episcopo concessis per Tridentinum, sess.24.c.6. de reform.l.2.d 5.n 3.
Confessarius quando non legitimauit prolem, vt sibi concessum erat in dispensatione matrimonii pro foro conscientiæ. *Vide,* Dispensare.
Confessarius & parochi an possint dispensare in ieiuniis, vel ea eatium obseruatione festorum ac votis, l.2.d 9 n.10.27.
Confessarius cui committitur dispensatio in foro conscientiæ, si declarauit dispensationem esse validam aut subreptitiam, an possit retractare sententiam: vel possit alius confessarius adire vel possit diuidi dispensatio,vt alius dispenset, & alius legitimet prolem,l.2.d.27 n.40 Et an morte concedentis expiret commissio illi facta. *Vide,* Delegata potestas.
Confessarius circa omnia quæ debet facere in expedienda dispensatione sibi commissa in foro conscientiæ. *Vide,* Clausula.
Confessarius occultè renocatus, vel cuius licentia est irrita ob vitium occultum,an sit eligibilis per bullam,l.2.d.34.n.24

Confessio & Confitenda.

Confessio vtriusque sponsi impedimenti, satis est ad sponsalia etiam iurata diuimenda,l. 2.d.72.n.2.Sufficiet etiam cõfessio sponsi oprantis celebrari matrim.n.3 Non autem recusantis,nu 1.& 4. Et an probet confessio alterius dicentis se accessisse ad sponsam, nec defloratæ *Vide,* Credendum an sit sponso. Et quid si vtrique fateatur. *Vide ibidem.*
Confessio coniugum ficti consensus,vel impedimenti. *Vide,* Centulo nullitas 5,& Probatio ad dissoluendum.
Confessio delicti cum circumstantia excusans qualiter valeat, l.3. d.15.n 9.10
Confessio dotis receptæ de qua constat ,facta per virum, an censeatur donatio facta vxori, quando simulatè sit causa honoris, l.6.d 9.n. 2 Quid si fiat ante matrim.& constet de animo donãdi,an valeat,vel morte cõfirmetur,n 3. Quid si fiat ante matrim. nec constet de animo donandi nu. 4. Quid si fiat constante matrim.an censeatur facto animo donandi,num. 5. An confirmetur morte viri,possitque reuocari, ẽo. 6. Quid in casibus in quibus valet donatio inter coniuges , an possit hæc donatio præsumpta reuocari,n.7.Quid si fiat à viro ignobilium, aut seniori,nu.8. An referat esse elapta tempora exceptionis non numeratæ pecuniæ, n. 9 An talis donatio præsumpta firmetur iuramento, & præiudicet creditoribus, & censeatur donatio, quando vir fatetur se dotem ab extraneo recepisse, nu. 9 Quid quando dos fuit ante matrim promissa,& eo cõstante fassus vir se eam recepisse,n.10
Confessio facta Parocho putatiuo, vel excommunicato. *Vide,* Titulo legitimo caret.
Confessionis secretum an obliget,quando aliquid sub cõfessionis sigillo committitur. *Vide,* Denunciati impedimenta.
Confessionis sigillum an violet confessor qui ex confessionis scientia ducitur ad externum regimen.vt ad negandum suffragium, & deponendum ab officio,l.3.d.16.2 nu.1 ad 4. Quid si ipse pœnitenti extra confessionem manifestet peccatum.n 3. An teneatur sacerdos vi scientiæ confessionis ad denegandum indigno suffragium,Eucharistiam,ordines,n.6.& 7. An eligens hunc indignum incurrat pœnas iuris,nu.6 Quæritur Parochus vel ordinarius se debeat habere scientia in confessione impedimentum ordinum vel matrimonii,indigentatem ad Eucharistiam, à n. 8. ad 13 An possit repellere talem etiam petentem,nu. 14. An possit tunc occulte monere,& teneatur nu 15.& 16
Confessio an possit audiri ex ratihabitione. *Vide,* Licentia sacerdoti confessa.
Confessio vagorum cui debeat fieri *Vide,* Vagi an dicantur.
Confitenda an sit sponsalium circumstantia. *Vide,* Adulterium.
Confessio ofim sit necessario præmittenda matrimonio a contrahente in peccato mortali ,l.7.d.9.n.14
Confessio an sit necessario præmittenda ad expediendas dispensationes fori conscientiæ , etiam per priuilegia regularium. *Vide,* Clausula.
Confessio an sit necessaria ad commutanda vota,vel absoluendum à reservatis virtute bullæ vel iubilei,l 2.d.15.n. 13 Et quid virtute priuilegiorum religionis,l 2.d 16.n.11
Confessio coniugis impotentis allegantis se post matrim. alias feminas cognouisse, an satis sit ad diuortium: & si sit minor , an possit contra illam confessionem restitui,l.7.d.11.n.14
Confessione actoris an possit reus vti in suum commodum,quando allegata per reum contradicunt illi confessioni, lib. 7. d. 112 num. 16
Confessio coniugis an sufficienter probet adulterium ad diuortium,etiam si tendat contra professionem religionis, l.10.d. 12 n.49.& seq.

Confirmatio.

Confirmatio præsentati an possit fieri extra diœcesim, *Vide,* Institutio præsentati.

Coniectura.

Coniecturis duobus concurrentibus vincit posterior,l.6. d. 25.n.16
Coniectura dissensus. *Vide,* Dissensus coniectura.

Coniuges.

Coniuges contrahentes in mortali. *Vide,* Matrimonium quem ministrum.
Coniuges obtinentes dispensationem, num possint interrogari an se cognouerint. *Vide,* Impedimentum manifestare.
Coniugum vter debeat prius interrogari,l.2.d 31.n.11
Coniuges nolentes consummare,nec denunciationes facere. *Vide,* Matrimonium consummare.

Coniugatus & Coniux.

Coniugatus qualiter possit ad religionem transire. *Vide* Religio.

Qua-

n.13. Qualiter possit ad ordines. *Vide*, Ordo. Et qualiter ad Episcopatum. *Vide*, Episcopatus. Et qualiter ad Cardinalitium. *Vide*, Cardinalis.
Coniugatus clericus. *Vide*, Clericus coniugatus.
Coniux innocens an possit adulterium inuitum reconciliare sibi, siue status sit mutatus, siue non, l.10. tota d 10
Coniux adulter an priuetur eo ipso iure debiti exigendi. & quid, si falsis se probationibus tueatur, etiam quoad dotē, l 10. d.12. n 8
Coniux vt possit negare debitum, vel propria auctoritate diuertere, qualem notitiam adulterij alterius coniugis debeat habere, l 10. d.12 à n.19. vsque ad 30
Coniux suspicans adulterium vxoris, an possit ipsam obseruare, aut illi offerre occasionem vt illam deprehendat, vel cum ipsa pacisci vt conniueat amasio violare castitatem tentanti, vt ipsum deprehendat, l. 10. d.12. n.52. 53 & 54
Coniux diuertens à coniuge adultero, an possit eligere petere, & nō reddere: & quando per copulam vel alios familiaritatis actus censeatur remittere *Vide*, Adulterium.
Coniux transiens ad secundas nuptias, qualiter teneatur filiis prioris matrimonii bona reseruare. *Vide*, Filius.
Coniux petens matrim. dissolui ratione impotentiæ. an teneatur speciem impotentiæ aut causam allegare, l. 7. d.108. n. 10
Coniux impotens an possit proclamare aduersus matrimonium, l.7. tota d 114
Coniux. *Vide*, Debitum, diuortium, maritus, restitutio, tactus, vir, vxor.

Consensus.

Consensus tacitus ex quibus actibus inducatur id sponsalibus. *Vide*, Sponsalia quam ætatem: & ibi, an opus sit nolle priora fuisse nulla.
Consensus, & consilium. *Vide*, Consilium & consensus.
Consensus ad matrim. an ita requiratur, vt de potentia Dei absoluta nequeat absque illo consistere, l. 1. d. 26, n 1, 2. 3, & 5. An fuerit inter primos parentes absque illorum consensu, n. 4.
Consensus in matrimonium an ita sit necessarius, vt in republica Ecclesiastica, vel regulari non sit potestas coniungendi aliquos matrimonio absque eorum consensu, l 2. d 27 num. 1. & 2. An possit princeps ob commune bonum aliquos compellere vt matrimonio iungantur n 3
Cōsensus matrimonialis quod sit obiectū. l 2 d.28 n 2. 3. & 4. Qualiter virgo in copulā consenserit, n. 4. An sit de fide virginē contraxisse matrim. n. 1. De fine matrimonii, *Vide*, Matrimonium quē finem. de eius Bonis. *Vide*, Matrimonium aliqua bona.
Consensus verbis, vel signis an debeat necessariò explicari ad matrim. l. 2. d 30. nu 1. An externa signa sint sola conditio sine qua non, & ita Deo reuelante consensus, si matrim. num. 2. &. 3. An sufficiat consensum signis exprimi. vel requirantur verba vt valeat, l. 2. d. 31. à n. 2. ad 5. An contractum solis signis sit sacramentum, eod d. 31. num. 7. & 8. An requirantur verba de necessitate præcepti, ea disp. 31. n. 9. & 10
Per quæ verba, vel signa contrahantur, n. 1
Vter coniugum debeat prius interrogari, n 12
Consensus coniugum an necessario sint simul præstandi. l 2. d. 32. n. 2. & 3. An credendum sit quando alter non statim consentit, alteri dicenti se reuocasse consensum, n 4. An sufficiat quodcunque temporis interuallum inter vtriusque consensus, nu 6. & 7. Et quid quando contrahitur per procuratorem, n 7 Quid quando consensus alterius fuit fictus, vel metu graui extortus, an sufficiat hunc postea consentire, nu 8. & 9 An requiratur intimari tunc defectum consensus alteri coniugi, vel possit ipso ignorante innouari consensus, n 10. An satis sit interne innouari, nu 11. Quid quando vtriusque consensus fuit fictus, aut nullus ratione metus, n. 11. Quid in sponsalibus fictis, eod. n. 11. An satis sit quæcunque temporis distantia intercedat, n. 12. An debeat reiterari coram Parocho & testibus innouari consensus, num. 13. An hæc sint per Tridentinum correcta, n. 16. & 17
Consensus quo duo credentes subesse impedimentum dirimens, consentere in matrimonium, an sufficiat. l 2. d. 35, num 1. & 2. An credendum sit his dicentibus se non consensisse, n 3
Consensus quo aliqui putantes validum fuisse prius matrim. illud ratificant. an sufficiat, l. 2. d. 34, n 1 & 2. Quid si illi consciī ratificarent adhuc n 3
Consensus cum occulto impedimento. *Vide*, Matrimonium cum occulto impedimento. An tunc sit iterandum coram Parocho & testibus. *Vide*, Matrimonium initum coram Parocho.
Consensum neganti in matrimonio quando credatur. *Vide*, Certitudo nullitatis.

Consanguinitas.

Consanguinitas. *Vide*, Cognatio carnalis.

Conseruatores.

Conseruatorū potestas an expiret morte cōcedentis, l. 8. d, 28, n 45

Consilium.

Consilium & Consensus in quo distent. l. 2 d. 34. n. 24. Quando teneatur aliquis sequi consilium, n. 25. Quid si absit is cuius consensus, aut consilium petitur, n. 26. Quid si is vigo testatore decesserit, n. 27

Constat.

Constat, quid significet. l. 3, d. 15. n. 3

Constitutio.

Constitutio quando sit odiosa, aut fauorabilis: & restringenda, aut amplianda, l. 1. d. 1. n. 4
Constitutio concilii. *Vide* Concilium.
Constitutiones suas an possit Pontifex reuocare quoad effectus etiam ex illis incursos, l. 8. d. 7 n. 4
Constitutio pœnalis & odiosa est amplianda, quando in animarum fauorem ad vitandum peccatum lata est, l. 7. d 9 n. 8
Constitutio limitans vel corrigens mensuram censetur corrigere vel limitare rem mensam, l. 7. d. 10. n 10
Constitutio declarans aliam recipit omnes interpretationes, quas declarata recipit, l. 7. d. 46. n. 21

Consuetudo.

Consuetudo vt deroget legi circa sacramentalia, an ind geat scientia principis, l. 7. d 82. n 18 19 20
Consuetudo an possit efficere licitam pluralitatē vxorum, l. 7 d. 80. num. 10
Consuetudo an possit inducere impedimenta matrimonium impedientia aut dirimenta, l. 7. d. 4 à n. 1. vsque ad 10. Et an possit aliquod impedimentum abolere, ibi à n 10 vsque ad fin.
Consuetudo quæ dicatur rationabilis, vt possit inducere legem, vel illam abrogare, l 7 d. 4, n. 14. & quando possit obrogare legem dicentem, Non obstante quauis consuetudine, & illam reprobantem, ibi n 13. & 14 Et an tunc exigatur scientia principis, ibi n. 14. Et an in dubio cōsuetudo derogans legi præsumatur rationabilis, & posteri videntes consuetudinē, ac ignorantes eius causam, excusentur, ibi n. 14
Consuetudo an probetur, si vnus doctor eam esse asserat, lib. 7. d. 17. n 8
Consuetudo obtinens seruum esse qui ducit ancillam, an valeat, l. 7. d. 21. n. 4
Consuetudinem inducit binus actus. l 4, d. 1. n 22

Consulere.

Consulere an liceat minus malum ad vitandum maius, ad illudque inducere, & opem ferre, l 7. d 11. à n. 14. vsque ad 24. Et an liceat illius minoris mala perpetrandi materiam offerre, & complicem inducere, vt simul perpetret id peccatum, ibi n. 19. Et an volentem rapere bona mea, liceat ad illa tuenda inducere, vt aliena rapiat, ibi n. 25. Et an liceat malum consulere ad vitandum æquale, teneaturque hic testituere, ibi n. 26. Et an liceat alicui peccatum veniale patrare, ad vitandum in se vel in alio grauissimum, ibi n. 27. Et an habenti votum castitatis, vel alia matrimonio obstantia liceat suadere matrim. quando passim in venerea labitur. ibid, n. 29
Consulens an teneatur, quando absque suo consilio dubitat, num damnum sequatur. *Vide*, Dubitans num res sit sua.

Consummare

Consummare matrimonium. *Vide*, Matrimonium consummare.

Contemptus.

Contemptus quādo dicatur constituens culpā lethalem in iis, quæ ex solo contemptu culpam lethalem debēt habere, l. 7, d. 82. n. 6

Contractus.

Contractus verba. *Vide*, Verba contractus.
Contractus quando pariat obligationem naturalem, vel ciuilem *Vide*, Obligatio naturalis.
Contractus quando firmetur iuramento. *Vide*, Iuramentum contra bonos mores. Et ibi quando ob publicam, vel priuatam vtilitatem censeatur prohibitus.
Contractus an vitientur per conditionem impossibilem, vel retrahentem à nuptiis *Vide*, Conditio retrahens à nuptiis.
Contractus dolo initi. *Vide*, Sponsalia dolo.
Contractus inualidus an veniat appellatione contractus. *Vide*, Actus appellatione.
Contractus an celebrandus sit, & celebratus censeatur secundum leges loci in quo initur. *Vide*, Peregrini an teneantur.
Contractus quando firmandus est iuramento, an id debeat absque metu præstari. *Vide*, Iuramentum præstitum metu.
Contractus metu initi. *Vide* Metu initi contractus.
Contractus alii à donatione valent inter coniuges, l. 6. d. 1. n 11
Contractus conditionalis an obliget ante conditionis euentum, ita vt resilire non liceat, l 5. d. 6. n. 8
Contractus quo aliqui se obligant cum certa pœna, sub conditione pendenti à voluntate principis, an obligent, vel pœna, l. 5 d. 5. n. 9. & 16
Contractus gesti contra prius iuramentum, an firmentur iuramento. *Vide*, Donatio facta contra prius.
Contractus minoris, & pupilli. *Vide*, Minor quādo aliquis dicatur.

Contrafcripturas.

Contrafcripturas, quas latinè Antapochas dicimus. *Vide*, Melioratio facta filio.

Conuentionalis.

Conuentionalis pœna. *Vide* Pœna conuentionalis.

Copula.

Copula vi extorta post matrim. ratum an illud consummet, l. 2. d. 32. n. 3.

22. nu. 1.3. & 4. An possit saltem sponsa vi oppressa ingredi religionem. n. 5. & 6. Quid si proles sequuta sit, n. 7. An sponsus copulam vi extorquens possit ingredi religionem, nu. 8. Quid si vir ante consummationem tradat sponsam alteri deflorandam, an possit ingredi religionem, n. 9. Quid quando metu sponsa cognita est an possit eam ingredi, n. 11. & 12. An sponsus peccet cogens sponsam reddere debitum, nu. 13. 14. 15. & 16. An sponsa vi oppressa, vel quauis alia possit semen expellere, n 17

Copula, Et casus similes coniugis, l. 3. disp. 39. n. 5

Correctio, & Correctoria.

Correctio iuris. *Vide*, Recedendum est a propria, & Legum correctio, & Leges posteriores.

Correctoria lex an extendenda sit, quando per eam reducitur ad ius commune, l. 1. d. 11. n. 2

Correlativa.

Vide, Dispositum in vno.

Credendum.

Credendum est promittenti matrim. dicenti se reuocasse consensum, si alter statim non repromittat, l. 1. d. 3. n. 14

Contrahenti matrim. si alter statim non consentiat, credendum est fatenti reuocationem, l. 2. d. 42. n. 4. An sit credendum dicenti se non contracturam si eam causam nosset, l. 1. d. 61. n. 6

Credendum an sit sponso dicenti se accessisse ad sponsam, & non consummasse, l. 2. d. 21. n. 8. Quid si vterque id fateatur, eo l. 2. d. 23. n. 1, & 2

Credendum an sit coniugibus falso existimantibus subesse impedimentum, si dicant se non consensisse, l. 2. d. 33. n. 4

Credendumne sit neganti verum consensum in matrimonio. *Vide*, Certitudo nullitatis.

Credendum an sit alicui in foro interno. *Vide*, Foro interno.

Credendum an sit fatenti votum, vel sponsalia, & dicenti se fidè promisisse. *Vide*, Parochus impedimentum.

Credendum an sit dicenti se habere licentiam vt alienus sacerdos assistat suo matrim. vel vt sibi ministret alia sacramenta, vel vt omittantur denunciationes, & si opponatur sacerdoti defectus licentiæ, cui incumbat probare. *Vide*, Licentiam dicenti.

Credendum an sit interpreti in matrimonio. *Vide*, Præsentia Parochi & testium.

Credendum an sit iuramento coniugis dicentis se credidisse esse suum coniugem eum cum quo copulam habuit, l. 10. d. 5. n. 17

Credendumne sit iuramento coniugis dicentis se vouisse castitatem, l. 10. d. 10 n. 17

Credendum an sit professo dicenti se fictè professam, vel noluisse intra quinquennium ratificare professionem, l. 7. d. 37. n. 14

Credendum an sit habentibus copulam, & negantibus semen esse emissum, l. 7 d. 94. n. 9

Credendum an sit dicenti se habere commissionem ad dispensandum, aliudve faciendum, l. 8 d. 17 à n. 17. Et an credatur dicenti se ex iusta causa dispensare, ibi n. 16

Crimen.

Crimen adulterij solum an matrim. impediat, l. 7. d. 78. n. 1

Crimen adulterij cum promissione futuri matrimonij, aut contractu ipsius de præsenti cum adultera, quando dirimat matrim. lib. 7. tota d. 79

Crimen machinationis mortis alterius coniugis quando dirimat matrim. l. 7. tota d. 78

Criminalia actio.

Criminalis actio quando præiudicet ciuili, vel è cõtra. l. 10. d. 8 n. 19

Culpa.

Culpa sua nemini prodesse debet, nec ex ea debet commodum reportare, l. 1. d. 12, n. 6. vltima nocet, l. 9. d. 4 n. 14.

Culeus.

Culeus disparitas qualiter dissoluat matrim. *Vide*, Infidelis.

Curialis.

Curialis falsum narrans contra relationem partis, quas pœnas incurrat, l. 8. d. 21. n. 58

Custodes.

Custodes nemoris an possint se abscondere, vt ingrediens in nemus veritum deprehendatur, l. 10. d. 11. n. 52

Dæmon.

DÆmonis scientia vel an liceat, l. 7 disp. 96. n. 4.

Debet, Debitor, Debitum.

Debet, formam importat, l. 2, disp. 13. n. 2

Debet, an importet præceptum, & necessitatem, l. 4. d. 23. n. 2

Debitor absque termino, quando teneatur soluere, l. 1. d. 28 n. 2

Debitor an possit repudiare hæreditatem, vel legatum. *Vide*, Repudiare hæreditatem.

Debitum reddere an teneantur, sponsi ante bimestre. *Vide*, Sponsi ante matrimonij consummationem,

Debitum an possit reddere qui scit occultè matrimonium esse nullum: & quo medio vetur. *Vide*, Matrimonium coniux.

Debitum an teneatur coniux reddere ante Ecclesiæ benedictiones, vel sit culpa: & semel consummato matrimonio non præmissis denunciationibus: vel antequam consummetur. *Vide*, Matrimonium consummare.

Debitum coniugale soluere vel petere, an licitum meritoriumque sit, ac gratiam ex opere operato conferat, l. 9, d. 1. n. 1. 2, & 3

Debitum petere aut reddere, an sit sub præcepto, l. 9, d. 2. n. 2, & 3

Et an in hoc sint coniuges pares, ibi n. 1. Et quando dicatur coniux petere interpretatiue, vt teneatur alter reddere, ibi n. 4. Et an vxor teneatur reddere viro non petenti expresse, ibi n. 5. Et quid, quando est periculum incontinentiæ, an sit tunc ex iustitiæ lege debitum reddendum coniugi nõ petenti, ibi n. 6, & 7. Et an hæc obligatio reddendi, ac ius ad petendum, oriatur ex matrimonio, ibi n 8. Et quando sit mortale negare debitum: & an semper petat coniux animo obligandi, ibi à n. 9. vsque ad finem: vbi etiam quid, si sæpe debitum petatur. De quo etiam eodem l. 9. d. 24. n. 6

Debitum reddere ita vt impediatur generatio, qualis culpa sit, l. 9, d. 20. n. 1. Et quid, si aliquid sumatur ad conceptionem impediendum. *Vide*, Virgo. Quid, quando sumitur aliquid vt abortus sequatur, vel cum eius periculo. *Vide*, Abortus.

Debitum an possit negari vxori ob dotem non solutam, l. 9. d. 5. n. 1

Debitum tempore ebrietatis, aut amentiæ tempore, aut quando coniuges tantam sunt factu, vulgo tontos. *Vide*, Amentes.

Debitum an sit soluendum coniugi lepra, morbo Gallico, aut alio contagioso infecto, l. 9. d. 24. à n. 14 vsque ad 22. Et an possit sanus tuta conscientia reddere, cum periculo etiam vt proles nascatur leprosa, ibi n. 23. 24, & 25. Et an sit obligatio habitandi cũ leproso, & alia obsequia ei exhibendi, ibi à n 26 vsque ad 30

Debitum an sit reddendum cum periculo propriæ salutis, vt si coniux febrim aut alium dolorem patiatur, aut tempore proximo post prandium, aut in balneo, vel paulo post egressum, l. 9. d. 24. à n 1. vsque ad 13

Debitum an possit negari coniugi qui est fur incorrigibilis, aut possit vxor tunc fugere, l. 9. d. 24. n. 7

Debitum negare ob filiorum multitudinem, vel ad vitandum damnum in bonis fortunæ vel famæ, vel ob vtilitatem in illis comparandam: vel ne filius nascatur ex maculato alterius coniugis sanguine, l. 9 d. 25 per to tam.

Debitum solui aut peti qualiter ratione cognationis spiritualis impediatur, *Vide*, Cognatio spiritualis. Et an interdicatur coniugibus qui filium patrini facere, l. 7. d. 54. n. 13

Debitum qualiter impediat affinitas superueniens matrimonio, ita vt huic incestuoso ei reddi debitum petitio, lib. 7. d. 29. à nu. 1. vsque ad 9. Quid, si incestus aut cognatio spiritualis sint occulta, ibi n. 1. Quid, si alter fuit causa, vel consensit, vt alter coniux contraheret affinitatem vel cognationem spiritualem, ibi nu. 3. Quid si talis incestuosus aut affectus quocunque alio impedimento impedienti contrahat aliud matrim. an possit petere, ibi n. 5 Quid si sit incestuosus cum propriis consanguineis, ibi nu. 6. & 7. Quid si cognoscat affinem suæ vxoris, vel feminam cum qua habet impedimentum publicæ honestatis, ibi nu. 4. Quid, si cognoscat consanguineam personam coniugis vltra 2. gradum, ibi num. 13. & 14. Quid, si vterque coniux sit incestuosus cognoscens personam consanguineam alterius, aut contrahat cognationem spiritualem cum altero, eodem li. 9. tota d. 26. Et an teneatur ingredi religionem, vel possit redere coniux, qui nondum consummato matrim. hanc cognationem vel affinitatem contraxit, eo l. 9. tota d. 29. Et an sententia iudicis exigatur, vt hic iure petendi priuetur, eodem l. 9 tota d. 30. Et quid, si femina vi, vel metu, vel consensu viri cognita sit, ibi tota d. 31. Et quid, si adsit ignorantia facti, quia scilicet, ignoratur incestus, vel cognatio, vel ignorantia iuris statuentis hanc pœnam priuationis petendi debiti, vel ignoretur ipsa pœna, eodem l. 9. d. 31. à n. 43. vsque in fin. *Vide*, Incestuosus.

Debitum an possit petere ducens consanguineam in 3. vel 4. gradu eius, quam carnaliter cognouerat, l. 9. n. 27. n. 25. Et quid, si post matrimonium cognoscat consanguineam in 3. vel 4. gradu vxoris, ibi n. 13. & 14

Debitum peti an impediatur cognoscendo consanguineam sponsæ, vel consanguineum sponsi post matrimonium ratum, & nondum consummatum, l. 7. d. 15. n. 6

Debitum an possit petere cognoscens affinem sui coniugis, vel eam cum qua habet impedimentum publicæ honestatis, lib. 9. disp. 26 n. 4

Debitum an petere possit, qui cum impedimento quocunque tantum impedienti matrimonium, illud contraxit, l. 9. d. 17. nu. 5. Et quid, si, cum admiserit incestum cum consanguineis coniugis, transeat eo matrimonio soluto ad aliud, an possit petere debitum, eo n 5

Debitum peti an impediat cognatio legalis superueniens matrimonio, l. 7. d. 93. n. 19

Debitum peti an impediat quodcunque impedimentum dirimens superueniens matrimonio, l. 9. d. 22. n. 43

Debitum peti an impediant vota castitatis, religionis, non nubendi, assumendi ordinis sacri? & circa reliqua vota pertinentia, *Vide*, votum.

Debitum reddere quando sit peccatum, ex eo quòd petens peccet petendo, l. 9. tota d. 6

Debitum petere an aliquando liceat, quando vtrique coniugi est interdicta petitio, l. 7. tota d. 7

Debitum reddere impeditus ob alterius coniugis crimen, an possit

Debitum reddere impeditus ob alterius coniugis crimen, an possit tunc vti petitione, & sic coniungi, l. 9. d. 6. nu. 11. Et an possit reddere ob vitanda odia & scandala, ibi n. 15.
Debitum an teneatur vxor reddere viro sacris initiato, aut professo ad ipsam remocato, l. 7 d. 38. n. 22.
Debitum petere an possit is, cum quo absque legitima causa dispensatur in voto solemni ordinis sacri vel religionis, l. 8 d. 1. n. 4. & 20.
Debitum ad reddendum coniux se impotentem medijs illicitis reddens qualiter peccet: sitque circumstantia necessariò fatenda, si ex crebro cum alia concubitu aut pollutionibus accidat, l. 9. d. 3. n. 1. 2. & 3. Quid, si ex abstinentijs id accidat, ibi n. 5. Et an ob id excuseturi coniux à ieiunio, ibi n. 10.
Debitum ad reddendum vt fiat coniux potentior, an teneatur vti calidis, aliisve medicinis, l. 9. d. 5. n. 6.
Debitum an propria auctoritate negati possit coniugi adultero, l. 10 d. 12. à n. 2. ad 5. Et quid, si iudex reddi præcipiat, vel lis pendeat, ibi n. 6 & 7. Et an adulter sit ipso iure priuatus exactione debiti: & quid, si falsis testibus se tueatur, & alterū compellat, ibi n. 8.
Debitum reddere coniugi compellere & cohabitare. an sit vtriusque iudicis, l. 9. d. 4. n. 7. Et an possit iudex Ecclesiasticus inuocato seculari auxilio vi adducere vxorem ad mariti domum, & procedere contra laicum detinentem vxorem, ibi n. 6. & 8
Debitum petere vt omni culpa vacet. & similiter reddere, an debeat esse causa prolis, aut causa debiti reddendi, l. 9. d. 8. n. 1. Et an satis sit gratia habendi successoris, nu. 2. Et an opus sit referre actu vel habitu in Dei cultum. ibi n. 3. Et quid, si intentio habēdæ prolis nec adsit, nec excludatur, ibi n. 4. Et an sit obligatoria redditio quocumque fine petatur, ibi n. 5. Quid, si bono fine cœptum sit peti vel reddi, & finis varietur in copula, ibi num. 6. Et quando finis est mortalis vel venialis, quotuplex culpa sit mortalis vel venialis, ibi n. 7. & 9. Et an possit esse vt matrim. sit mortale ratione finis, non tamen ipse actus ob eundem finem. ibi n. 7. Et an actus coniugalis sit aliquando mortalis ratione finis. & si finis non sit mortalis, ibi nu. 8. Quale peccatum sit, si alij fines extranei secundariò intendantur, n. 11. Quid, si bonum vtile intendatur, n. 12. Quid, si bonum sacramenti, n. 13. 14. & 15.
Debitum petere vel reddere, quando in concubitu optant coniuges prole carere, aut plures filios non habere, qualis culpa sit, l. 9. d. 8. n. 19.
Debitum petere vel reddere causa vitandæ fornicationis, an liceat, l. 9. tota d. 9.
Debitum petere vel reddere causa sanitatis tuendæ vel restaurandæ an liceat, l. 9. tota d. 10.
Debitum petere vel reddere causa voluptatis, aut acceptare voluptatem in ipso actu, an liceat. l. 9. tota d. 11.
Debitum petere aut reddere vitiato situ, quale peccatum sit, l. 9. d. 16. à n. 1. vsque ad 8.
Debitum petere aut reddere intra vas præposterum, non animo ibi consummandi, vel si in eius valis superficie reficiet vir verenda, vel ea in os seminæ intromittat, vel nolit vxor virum tempore seminationis extrahere membrum, quale peccatum sit, l. 9. d. 17. à n. 2. vsque ad 5.
Debitum coniugale an reddatur illicitum, quando impotentia superuenit matrimonio. & an tunc liceant tactus: vel quando possunt coire, non tamen verum semen emittere coniuges: vt quia vir post matrim. factus est eunuchus, vel valde senex, l. 7. d. 102. n. 5. 6. & 7. Et quid, si femina matrim. inito nequit virum fœtum edere, vel absque propriæ vitæ periculo parere, ibi n. 8. 10 & 11. Et quid, si femina recipiat, & statim ob infirmitatem expellat semen. l. 9. d. 17. n. 21. & 23.
Debitum an culpa sit, quando semen vtriusque coniugis non simul concurrit: & an simul concurrere sit necessarium ad generationem, l. 9. d. 17. n. 7. 8. & 9. Et an oporteat tardiorem ad seminationem, se tactibus prouocare, ibi n. 8. Et an vir citius seminans teneatur expectare vt femina semiuet: vel peccet se ad prius seminandum prouocans: possitque continuare quando femina nondum seminauit, ibi n. 9. 10. & 11. Et an femina quæ nondum seminauit, possit virili iam membro extracto se tactibus ad seminandum prouocare, ibi n. 12
Debitum an sit peccatū, quādo vir ex parua distillatione, vel ex naturæ festinatione, aliquid seminis extra vas effūdit, l. 9. d. 17. n. 11.
Debitum petere aut reddere an liceat, quādo post initum matrim. dubitatur an impotentia præcesserit, an potiùs subsecuta sit, an sit temporalis, an perpetua: & an sit vera: & quando cum hoc dubio initur matrim. l. 7 tota d 103.
Debitum petere aut reddere an liceat, si nec per aspectum, nec alio modo potest probari impotentia viri in foro externo, vt diximus matrimonium, l. 7. d. 102. n. 12.
Debitum petere aut reddere an liceat, quando mulier virgo aut arta tenuit incisionem aut medicamina, quibus potest iudicio medicorum reddi apta viro, l. 7. d. 93. n. 16.
Debitum petere aut reddere, siue priori coniugi siue posteriori, quando liceat coniugibus separatis ratione impotentiæ, quando deprehenditur postea alterum fornicatum, aut ad alias nuptias transisse. *Vide*, Impotentia.
Debitum dum soluitur, an teneatur vir ad seminis emissionem, vel qualis culpa sit ante seminationem se retrahere, siue vxor seminarit, siue non, l. 9. d. 19. à n. 1. vsque ad 7. & n. 9. Et quid vbi aliquis superueniret, vel hostis, vel alias esset vitæ periculum, an possit vir se retrahere, etiam cum effusionis extra vas periculo, ibi n. 6. Et quid, quando duo fornicantur, an possit quis se retrahere ante seminationem, quando iam femina seminauit. possitque hæc siue vi siue sponte cognita se retrahere, ne semen recipiat aut retineat, ibi n. 7.
Debitum tempore menstrui petere an liceat. l. 9. d. 21. à nu. 1. vsque ad 11 Et quid, quando vir fluxum seminis patitur, ibi nu. 9. Et an liceat tunc reddere, ibi a n 11. vsque in finem.
Debitum petere vel reddere tempore prægnationis an liceat, l. 9. d. 22. a n 1. vsque ad 7. Et quid, post partū ante purificationem, ibi n. 8. vsque ad 12. Quid, dum puer lactatur, ibi à n. 13. vsq; ad fin.
Debitum petere aut reddere an liceat, vbi dubitatur de valore matrimonii. vel lis pēdet, vel alteri cōstat eius nullitas, l. 9. d. 25. n. 6.
Debitum petere vel reddere tempore excōmunicationis alterius, vel vtriusque coniugis an liceat: & reliqua participatio tam in diuinis quam in humanis, l. 9. tota d 14.
Debitum petere vel reddere in loco publico an liceat, l. 9. d. 15 n. 1 Et quid de tactibus, n 2
Debitum petere vel reddere in loco sacro, & qualis sit locus sacer, an liceat. l. 9. d. 15 a n. 3. vbi etiam agitur de tactibus.
Debitum an liceat petere & reddere post mutuum coniugum pactum, etiam iuramento firmatum, de non petendo nec reddendo, l. 9 d 37 n. 20.
Debitum petere vel reddere priori bimestri ante matrimonij consummationem, vel tempore feriarum quo interdicuntur benedictiones, vel ante ipsas Ecclesiæ benedictiones: vel ante præmissas denunciationes. quando dispensatum est ne præmittantur. qualis culpa sit, l. 9 d 12. n 1. & l. 7. d. 7 n. 21. & duplici seq.
Debitum petere vel reddere, diebus feriatis. vel rogationum, vel ieiunioru, an liceat: & quid, si fit in contemptum diei festi, & quando dicatur talis contemptus, l. 9 tota d 12.
Debitum petere vel reddere ante vel post Eucharistiæ sumptionem, quando sit culpa. l. 9 tota d. 13.

Declaratoria littera.

Declaratoriæ literæ quæ impetrandæ sunt. quando in dispensatione consanguinitatis solius gradus remotioris facta est mentio, explicatur latè l. 8 d. 24 à n 23. vsque ad 33.

Decretum.

Decretum quam auctoritatem habeat, quoad testimonia sanctorum, conciliorum prouincialium, aut legum in eo inserta, l. 9. d. 12. n. 2. & 3.

Delectatio.

Delectatio in cogitatione alterius personæ, tempore concubitus coniugalis, quando sit mortalis, l. 9. d. 17. n. 6.
Delectatio quando dicatur venerea, l. 9. d. 46. n. 5.
Delectatio morosa in actu coniugali ablatis coniugis an liceat. l. 9. d. 44. a n. 3. vsque ad 7. Et quid, si sit pollutionis periculum, ea l 9 d 45. n. 19. Et quid, si distillatio sequatur, ea d. 45. n. 41.
Delectatio morosa an liceat coniugibus, quando ratione voti, aut affinitatis, aut dubij de valore matrimonij, aut alia de causa non licet copula. l. 9 d 44. n. 19 & sequentibus.
Delectatio in spōsis de copula futura. vel in viduis de præterita. vel sub conditione. si persona illa esset cōiux, an liceat, l. 9. tota d. 47.

Delegare, delegata potestas, & delegatus.

Delegare an possit Episcopus quæ sibi non iure ordinario, sed vt gentis necessitatis ratione competunt. *Vide*, Episcopus an possit delegare.
An possit causas matrimoniales, & dispēsationem in denunciationibus matrimonij delegare. *Vide*, Dispēsare in denūciationibus.
Delegare an possit is cuius industria eligitur, idque contingat, cùm dicitur in commissione, Tuo iudicio, tuæ prudentiæ. *Vide*, Clausula tuo iudicio.
Delegare ordinarius potest, non autem delegatus nisi principis supremi, l. 3. & 1. n. 1.
Delegatus ad vniuersitatem causarum reputatur ordinarius, & potest subdelegare, n. 2.
An possit solam vnam aut alteram causam subdelegare, n. 3.
Quis dicatur delegatus ad vniuersitatem causarum: & quis ad generalitatem causarum: & an hic possit subdelegare, n. 4.
An possit quicumque delegatus subdelegare ex facultate ordinarij delegantis, n. 5. & 6.
An ordinarius possit delegare quæ sibi specialiter lege conceduntur, n. 6.
An satis sit licentia tacita ordinarij, vt delegatus subdeléget, & quando hæc contingat, n. 7.
An possit ordinarius concedere delegato vt nomine suo subdeleget, n. 8.
An possit delegatus subdelegare cum subdelegandi potestate, instat ordinarij, n. 9.
An delegatus inferioris principe ad vnam causam possit articulum illius subdelegare, n. 10.
An ordinarius possit totam suam iurisdictionem alteri committere. & parochus incōsulto Episcopo vicecuratum instituere, n. 11.

An parochi proprietarij possint dare alteri facultatem assistendi matrimonio cum facultate subdelegandi, n. 12.
An non proprietarij possint alteri sacerdoti licentiam assistendi matrimonio concedere, n. 13.
Quid si ad breue tempus ab Episcopo, vel Parocho proprietario instituantur, n. 14.
An parochi non proprietarij possint ad breue tempus vicecuratum instituere, n. 15.
An delegatus à parochio non proprietario possit alij licentiam assistendi matrimonio concedere, n. 16.
An Parochi non proprietarij possint dare licentiam assistendi matrimonio cum facultate subdelegandi hanc licentiam, n. 17. An possint duo delegati sic dicere, Ex nunc concedimus licentiam illi sacerdoti quem tu elegeris, n. 18. Quando Parochus præsens assumit vicarium, an possit hic delegare, nu. 19. Quid si Episcopus aut eius vicarius committat sacerdoti vt recipiat informationem & testes de aliquorum capacitate ad matrimonium, & eos capaces repertos, matrimonio coniungat, an possit hic sacerdos delegare, n. 20.
Quid de sacerdote cui parochus delegat vt assistat alicui matrimonio, vel omnibus matrimonijs parochiæ, n. 21.
Delegata potestas est odiosa, nec extendenda de casu ad casum, l. 3 d. 35. n. 9.
Delegata iurisdictio voluntaria an possit extra territorium exercere, l. 3. d. 34. n. 1. 2. 3 4.
Delegati gesta an valeant dum mors delegantis ignoratur: vel delegans non potuit delegare, & erat communis error: vel est reuocatus, & ignoratur. *Vide*, Titulo legitimo carens.
Delegati reuocationē an necesse sit ipsi intimari, l. 3 d. 30. n. 11 & 13.
Delegatus quando possit subdelegare: & quando sit delegatus ad vniuersitatem vel generalitatem causarum. *Vide*, Delegare ordinarius.
Delegare an possit Episcopus dispensationem, quam in casu speciali ratione solius necessitatis concedere potest, l. 8 d. 6. n. 20.
Delegare an possit officialis Episcopi dispensationem sibi commissam à Pontifice, vel receptionem testium, l. 8 d. 27. fin.
Delegata potestas an sit, cum committitur aliquid in Tridentino, vel alibi Episcopis tamquam sedis Apostolicæ delegatis, vel dicit Pontifex, Auctoritate nostra hoc fac, l. 8. d. 2. n. 10.
Delegata potestas Episcopis an transeat in capitulum sede vacanti, l. 8. d. 2. n. 10.
Delegata potestas à superioti an possit ab eo eiúsve superioti reuocari, l. 8. d. 33. n. 7.
Delegata potestas ad dispensandum, aliúdve faciendum, quando cesset morte eius cui delegatur; & quando censeatur facta nomine personæ delegati, & quando nomine eius dignitatis, & qualiter in dubio censeatur facta, l. 8 d. 27 à n. 1. vsque ad 11.
Et an commissio facta legato, vicario Episcopi, capituli, abbatum, aut canonico transeat ad successorem, ibi à nu 8 vsque ad 12. Et quid, quando committitur nudum ministerium aut arbitrium, ibi nu 14. Quid, quando non moritur delegatus, sed eius officium cessat, aut ad altam dignitatem transfertur, ibi à nu 22. vsque ad 28.
Delegata potestas quando cesset morte delegantis re integra, siue litteræ à sede Apostolica dimanantes, dimanent per modum legis vel contractus, siue etiam contineant iurisdictionem ordinariam, l. 8 d. 28. à n. 1. vsque ad 8.
Quando dicatur res ingrata siue in litteris gratiæ, siue iustitiæ, siue vna dispensatione, aut causa, siue pluribus commissis, ibi à nu. 8. vsque ad 29.
Quid de potestate delegata ad litteras iustitiæ, an pereat morte concedentis, vel officij cessatione, ibi à n. 30. vsque ad 44.
An valeant gesta dum ignoratur delegantis mors: & quid, si delegans, vel Episcopus sint excommunicati, an valeant gesta per delegatum vel vicarium, ibi n. 31.
Quid, si delegatus subdeleget, an morte delegati viuo ordinatio, aut morte ordinarij viuo delegato, cesset iurisdictio subdelegati, ibi à n. 36. vsque ad 38.
Et an expiret potestas hæc delegata ab ipso iure, aut ex consensu partium, possit delegatus ille procedere, ibi n. 39. & duplici seq.
Quid si ea iurisdictio delegata accessoria gratiæ iam factæ, vel committatur nomine dignitatis delegantis, vel sit potestas conseruatorum, n. 43 & 44.
Quid de præceptis superiorum, ibi n. 47. Quid de gratijs concessis ad beneplacitum personæ, vel dignitatis, vel vtriusque, & quando censeantur sic concessæ, ibi à n. 48 vsque ad 65.
Quid, si gratia concedatur donec concedens aliquid fecerit, vel donec reuocarit, vel donec aliud ordinarit, nec ante mortem id fecit, nec reuocauit, nec aliud ordinarit, ibi n 51.
Et an gratia concessa ad concedentis beneplacitum expiret eo functo officio, excommunicato, suspenso, aut facto furioso, ibi nu 59 & duplici sequenti.
Et an gratia absolutè concessa expiret morte concedentis re integra, siue sit facta, siue facienda, n. 64 vsque ad 70.
Et quid de gratijs sic concessis à legato, vel vicario, ibi n. 84.
Quid de licentia audiendi confessiones, ibi à n. 71. vsque ad 73.
Quid de licentia eligendi confessoris, ibi n. 74. 75.
Quid de licentia celebrandi in priuato oratorio, prædicandi aut faciendi alias prohibita, & non residendi, dispensandi, testandi, & licentijs aliorum superiorum, ac literis dimissorijs ad ordines, ibi à n. 76 vsque ad 85.
Quid de commissionibus dispensandi factis in foro conscientiæ confessario, vel in foro externo ordinario, an expirent morte concedentis re integra, ibi à n. 86. vsque in finem.
Et an expirent omnes hæ facultates, quando dispensatio nondum est scripta, eodem l. 8 tota d. 29.
Delegata potestas circa commutationem, dispensationémve votorum, an extendatur ad iuramenta etiam concurrenti vinculo vtroque: & potestas in eis dispensandi extendatur ad commutandum, l. 8. d. 2. à n. 14. vsque ad 21.
Delegatus an validè rem gerat, dum ignoratur mors delegantis qui re integra obijt, l. 8. d. 28 n. 31.
Delegatus Pontificis eiúsve legati vt quis possit esse, an requiratur in eo dignitas tempore quo delegationis literæ impetrantur, an tempore quo illi præsentantur, an potiùs vtraque, l. 8. d. 27 n. 28.
Qualis sit hæc dignitas. *Vide*, Dignitas.

Deliberatio.

Deliberatio qualis desideratur ad sponsalia, votum, & promissionem. *Vide*, Promissio deliberata.

Delictum.

Delictum alicuius non debet operari immunitatem, l. 1. d. 35. n. 6.

Demonstratio.

Demonstratio in matrim. apposita, & causa, an illud vitient, quando aduersantur eius substantiæ, vel suspendant, l. 5. d. 19 num. 1. & 2.
Quid si demonstratio apponatur per modum conditionis, n. 3.
Quid de modo, à n 4. ad 10.

Denunciare, Denunciationes.

Denunciare impedimenta occulta matrimonij an teneatur qui ea nouit, l. 5. d. 13. n. 1 & 2.
Quando sit præmittenda correctio fraterna, & dicatur non esse spem emendæ, n. 3.
Quando incipiat terminus denunciationis faciendæ, n. 3.
Quid si ex impedimenti detectione sequatur scandalum, n. 4.
Quid si impedimenti conscius acceperit sub secreto naturali, n. 5.
Quid si extra confessionem acceperit, sub sigillo tamen confessionis, & genu flexo, vel in confessione animo solum hoc dicendi: & an hoc secretum obliget strictius quam naturale, n. 6.
Quid quando aliquis solum audiuit impedimentum, n. 7.
Quid si nouit contrahentes impetrasse dispensationem pro solo conscientiæ foro, n. 8.
An ipsimet contrahentes interrogati, teneantur impedimentum manifestare. *Vide*, Impedimentum manifestare.
Denunciationes matrim. an sint de eius essentia, l. 3. d. 5. n. 1. 2. & 3.
An sit mortale eas omittere, n. 5. & 6.
Quid veniam omittere, n. 7.
Quid si non fiant in vtriusque sponsi parochia, vel non tribus festis continuis, n. 8.
An debeant fieri in parochia vtriusque contrahentis, l. 3 d. 6 à nu. 1. ad 4.
An à proprio vtriusque parocho debeant fieri, ex d. 6 n. 5.
An in parochia vbi coniuges diutius habitarunt, n. 6.
An in moderna parochia sit necesse fieri, & quid si in antiqua iam non habitabant consanguinei, n. 7.
An debeant fieri tribus festis continuis, & inter ipsa debeat esse interuallum, n 8.
Quid si vna denunciatio fiat ex ordinarij dispensatione, an debeat statim celebrari matrimonium, n 8.
An debeant fieri inter missarum solemnia, n. 9.
An possint fieri die non festiua concurrenti magna multitudine, num 10.
Denunciationum matrimonij dispensatio. *Vide*, Dispensare in denunciationibus, & ibi, de cognitione causæ ad dispensandum, & quid quando Episcopus non vult dispensare. *Vide*, Dispensationem negans.
Denunciationes nolentes facere, nec consummare. *Vide*, Matrimonium consummare.
Denunciationes in matrimonio an possint meru mortis omitti. *Vide*, Dispensationem negans.
Denunciationibus non præmissis matrimonium consummare. *Vide*, Matrimonium consummare.
Denunciare an teneantur qui nouerunt impedimentum, ac in eo pro solo conscientiæ foro dispensatum, l. 8 d. 34. n. 44.
Denunciationes an repetendæ sint, quando ijs factis matrim. differtur, vel si matrim. in quo sunt factæ, fuit irritum, & instaurat in foro externo, l. 8. d. 35 n. 20.

Dicere, & Dictio.

Dicere nemo præsumitur quæ in corde non habet, l. 3 p. 15. n. 9.
Dictio, Quam, Præter, Nisi. *Vide*, Verba negatiua.
Dictio, Omnino, quid importet, l. 1 d. 31 n. 6.
Dictio aduersatiua, Sed, At, hispanè *pero*, quid importet, l. 6. d. 21, n. 18.

Dictio-

Dictiones implicatiuæ quid importent, lib. 1. d. 59. n. 6 & l. 6. d. 14. n. 11.
Dictio, Deinde, quid importet, l. 1 d. 7. n. 17.
Dictio, Alius, quid importet, l. 3 d. 20. n. 1 & 3.
Dictio, Dummodo, vel, Hac conditione vt, an constituat conditionem, vel modum, l. 3 d. 23. n. 2.
Dictio, Prorsus. *Vide*, Prorsus.
Dictio, Nullatenus. *Vide*, Nullatenus.
Dictio taxatiua qualiter non excludat casus similes, l. 7. d. 31 n. 4.
Dictio, Quilibet, & Quicumque, quid importet, & an comprehendat etiam personas inhabiles, l. 7. d. 37 n. 11 & 12.
Dictio, Penitus, & dictio, Nullus, an importet ipso iure, l. 8. d. 11. n. 75. & 76.

Dies.

Dies bissextus pro vno computatur, lib. 1 d. 24 num 17 *Vide*, Bissextus.
Dies in fauorabilibus an satis sit incepta, l. 1. d. 14 n. 12.
Dies termini an computetur in termino, lib. 1 d. 14 n. 16 l. 7. d. 37. num. 2.
Dies quot habeat mensis. *Vide*, Mensis vbi fit mentio.

Dieta.

Dieta quid sit, l. 2. d. 16 n. 1.

Dignitas.

Dignitas quo tempore requiratur in delegato Pontificis, eiúsve legati. *Vide*, Delegatus.
Dignitatem requisitam, vt possint esse delegati Pontificis, eiúsve legati, an habeant capitulum sede vacanti, eiúsve vicarius, aut vicarius Episcopi nondum confecrati, & Abbatum ac aliorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, l. 8. d. 27. à n. 31. vsque ad 35.

Dignus.

Dignus trahit ad se minus dignum, l. 3 d. 29. n. 8.

Dimissoria litteræ.

Dimissoriæ litteræ ad ordines an expirent obitu concedentis, l. 8. d. 28. n. 8.

Diœcesanus.

Diœcesani nomine quis comprehendatur. *Vide*, Vicarius generalis.

Disparitas

Disparitas contrahentium an sit coniectura dissensus. *Vide*, Dissensus coniectura.

Disparitas cultus

Disparitas cultus an matrimonium impediat *Vide*, Infidelis.

Dispensare, Dispensatio, & Dispensandi potestas.

Dispensare an possit Pontifex in sponsalibus. *Vide*, Papa an possit.
An possit Episcopus. *Vide*, Episcopus an possit.
An possit in matrim. rato, vel consummato *Vide*, Papa in matrim. consummato.
Dispensare in quibus possit Episcopus *Vide*, Episcopus.
Dispensare an possit habeas priuilegium dispensandi in Episcopi casibus, quando Episcopo concedantur ratione solius necessitatis, l. 2. d. 40. n. 9.
Dispensare an possit vicarius Episcopi in matrim. impedimento, vel in alijs in quibus potest Episcopus, l. 2. d. 40 n. 12. Et quid de denunciationibus matrimonij. *Vide*, Dispensare in denunciationibus.
Dispensare debeas in consanguinitate an possit rogare de copula occulta. *Vide*, Impedimentum manifestare.
Dispensare vt possit Episcopus, qualis habitatio in eius diœcesi requiratur *Vide*, Habitatio qualis.
Dispensare in denunciationibus matrimonij attento iure antiquo an possit Episcopus, l. 3 d. 7 n. 1. & 2. Quid attento Tridentino, num 3.
Quid de habentibus iurisdictionem Episcopalem: & magistro scholarum Salmanticæ, n. 4.
An possit Episcopus breuiare, vel prolongare tempus denunciationum, n. 5.
An possit dispensare ne fiant diebus festiuis, n. 6.
An possit Episcopus alterius sponsi cum vtroque dispensare, n. 7.
An possit vicarius Episcopi generalis in illis dispensare, n. 9. & 10.
Quid de vicarijs D. Ioannis, n. 11.
Quid de vicario foraneo, n. 12.
Quid si Episcopus sibi reseruarit hanc dispensationem, n 13.
An possit parochus in illis dispensare, n. 15. 16. & 17.
Si dispenset, an possit puniri, n. 17.
An possit Episcopus delegare hanc dispensandi facultatem, n 18. 19. 20 & ibi. an possit delegare causas matrimoniales.
An possit vicarius Episcopi delegare, n. 21.
Dispensatio in matrimonij denuntiationibus exigit iustam causam sub mortali, l. 3. d. 8 n. 1. & 2.
An desideretur iudicialis cognitio causæ, n. 3 & 5.
An dispensatio in lege superioris illicui commissa exigat causæ cognitionem, n 3. iuncto n. 7.
An hæc causæ cognitio, & dispensatio possint fieri absque ordine & figura iudicij, & testibus non iuramentis, nec receptis in forma iudicij, n. 5.
An possit hæc informatio causæ, & dispensatio, & institutio, & confirmatio præsentati à patrono, fieri extra diœcesim, n. 6.
Quid si lis orta esset circa illud matrimonium, vel institutionem, vel quoties in causa voluntatiæ iurisdictionis emergit aliqua causa probatio, n. 6.
Quid differt inter informationem ad dispensandum in foro conscientiæ, & iudicialē, quando hæc non exigit iudicialem causæ cognitionem, n. 7.
Quæ sint causæ iustæ. *Vide*, Causa iusta dispensandi.
An sit mortale, quando dispensatione obtenta ne præmittantur denunciationes, consummatur matrim. ijs non præmissis. *Vide*, Matrimonium consummare.
Dispensationem negans Episcopus in denunciationibus, vel in alia re, quando adest iusta causa, an peccet, l. 3. d. 10. 2 n. 2. ad 6.
An sit acceptio personarum dispensare cum vno, & non cum alio concurrentibus eisdem causis, n. 2. & 7.
An possit ei cum quo dispensat imponere pecuniariam multam: & similiter dum dispensat in alijs rebus, n. 8. 9. & 10.
An sit præceptum imponere eleēmosynam dum dispensat vt aliquis pisceturr diebus festiuis, n 11. iuncto n 8.
An possit appellari, si nolit Episcopus dispensare, in denunciationibus, vel quoties aliquid committitur prudentiæ & iudicio, à n. 12 ad 24.
An superior ad quem appellatur, teneatur dispensare, n. 22.
An si neget iniustè dispensationem, vel non sit aditus ad ipsum, possit matrim. omissis denunciationibus celebrari, à n. 25. ad 30.
Quid si aliquis diu distulit matrim. ad quod tenetur, & nō potest absque scandalo omittere communionem, nec expedit ipsum absoluere donec impleat, an possint omitti denūciationes, n. 28.
An parochus eas omittens timore mortis, peccet, n. 31.
Dispensatio quando exigat causæ cognitionem iudicialem. *Vide*, Dispensatio in matrimonij denunciationibus.
Dispensationem an teneatur procurare is cuius culpa euenit impedimentum ne sponsalia perficiantur, l. 1. d. 56 n. 4.
Dispensatio an tempet contineat aliquid iure communi non concessum, l. 1 d. 37. n. 5.
Dispensatio quando continet, vt dispensetur in matrimonio, quo iterum publicè seruata forma Tridentini celebretur. *Vide*, Matrimonium intrum coram parocho.
Dispensationem an inducat dissimulatio principis, l. 1. d. 38. n. 11.
Dispensationem habens pro solo conscientiæ foro an teneatur rogatus detegere impedimentum. *Vide*, Impedimentum manifestare.
An qui dispensationis huius conscij sunt, teneantur impedimentum detegere. *Vide*, Denunciare impedimenta.
Quid de parocho, vel ordinario illam scienti, vel si is coram ordinario aut notario fateatur impedimentum, & dispensationem, vel an matrim. cum ea dispensatione contractum, sit in foro externo diriměndum, profitique pro foro externo. *Vide*, Parochus impedimentum.
Dispensatio an prosit ignoranti à tempore concessionis, & possit reuocari. *Vide*, Gratia ignoranti.
Dispensationis spe an careant ineuntes matrim. inualidum ignoranter, omissis denunciationibus, non tantum quando fuit impedimentum consanguinitatis, sed quoduis aliud fuerit, l. 3. d. 42. n. 7. *Et vide alia circa hoc*, eod. l. 3 d. 45. n. 1. & 3.
Dispensationes in quibus allegatur non inueniri virum cui fœmina dignè nubat, qualiter intelligantur, l. 4. d. 26 n. 27.
Dispensationis expensas quis teneatur facere, & illam procurare. *Vide*, Expensas dispensationis.
Dispensationem qui contrahunt consanguinei, an sit opus vt videant Parochus & testes *Vide*, Conditione honesta cōtractum.
Dispensandi potestas quando cesset mortè aut cessatione officij delegantis vel delegati *Vide*, Delegata potestas.
Dispensandi potestas concessa Episcopo circa beneficia an restringatur ad simplicia, l. 8 d. 1. n. 8.
Dispensandi potestas an sit latè interpretanda, & ad quos casus extendatur, l. 8. d. 2 à n. 1. vsque ad 6.
Et an extēdatur ad casum de quo est dubium an extēdatur, ibi n. 9.
Dispensandi potestas concessa in Trid. sess. 24. c. 6. de reform. Episcopis, an sit odiosa, nec antea cōpetierit Episcopis, l. 8. d. 1. n. 11.
Dispensandi potestas vel commutandi circa vota vel iuramenta. *Vide*, Delegata potestas, & *hic suprà*.
Dispensandi potestas in quodam casu, eo tacito, timore ne facultas denegetur, an sit subreptitia, l. 2. d. 11. n. 24.
Dispensandi potestas in aliquo gradu, an comprehendat eum, licet is sit duplici ex parte, vel coniunctus ei sit alius inferior; & an potens dispensare in 2. gradibus, vel altero consanguinitatis, & altero affinitatis, possit quando ambo gradus in eodem reperiuntur, l. 8 d. 14 n. 9. & 10.
Et an potestas dispensandi in gradu consanguinitatis extendatur ad eundem affinitatis, ibi n. 19.
Et an potestas dispensandi in affinitate, includat potestatem dispensandi in publica honestate simul concurrente, licet sit ex matrimonio rato, ibi n. 41.
Et an dispensandi potestas in aliquo gradu consanguinitatis vel affinitatis includat mixtum, nempe, quando contrahentes distant inæqualiter à stipite, ibi n. 34.
Dispensare an possit Pontifex in iure diuino absolutè & natu-

rali, loquendo de propria dispensatione, & quando dispensat in iure diuino naturali pendenti a propria voluntate, an sit vera dispensatio, vel tantum declaratio, l. 8 d. 6. a num. 2. vsque ad 7. & num. 13.
Dispensare an possit Papa in voto solemni ordinis facti, aut professionis: & quæ causa exigatur, l. 8. tota d. 8.
Et an si dispenset absque causa, valeat matrimonium, nec peccent hi volentes petendo debitum, ibi n. 4. & 10. Et quis dispenset vt postea petant debitum, ibi nu. 10.
Dispensare an possit Papa vt matrim. ad tempus iaceatur, l. 8. d. 8. n. 9.
Dispensare an possit Papa in impedimentis iure diuino & naturali dirimentibus matrimonium, l. 8. d. 6. n. 11. & 12.
Dispensare in impedimentis iure humano dirimentibus matrimonium an sit solus Pontificis, l. 8 d. 6 a n 14. vsque ad 17.
Et in speciali in quibus impedimentis possit dispensare, explicatur ibi n. 12.
Et an possit dispensare in ætate ad matrim. requisita, l. 7. d. 104. n 11.
Et an possit dispensare vt fidelis cum infideli contrahat, eo l. 7. d. 72. num. 10.
Dispensare an possit Papa in radice matrimonij, ita vt legitimet prolem habitam quoad temporalia & spiritualia, perinde ac si ex legitimo matrim. orta esset: & quando censeatur sic dispensare: & an alias possit directè legitimare quoad temporalia: & an princeps secularis possit hoc modo dispensare in matrimonij radice, l. 8. d. 7. a n 1. vsque ad 11.
Dispensare an possit Papa in matrimonio rato, vel tempore infidelitatis consummato, l. 8. d. 6. n. 22.
Dispensare an possit Papa in pluralitate vxorum, l. 7. d. 80. n. 9.
Dispensare an possit Papa in irregularitate bigamiæ. *Vide*, Bigamia.
Dispensare an soleat Papa in cognatione spirituali, l. 8. d. 19. n. 7.
Dispensare an censeatur Papa vel Princeps supremus, vel quicumque inferiores admittentes ad actum iure prohibitum, vel illum fieri patientes, l. 8. tota d. 4.
Dispensare secum an possint Papa, Princeps secularis, vel prælati alij, aut quicumque habentes potestatem delegatam dispensandi, vel possint committere confessario, vt cum eis dispenset, l. 8. tota d. 3.
Dispensare an possit legatus à latere circa impedimenta matrimonium dirimentia, l. 8. d. 6. a n. 14. vsque ad 17.
Et an habeat maiorem facultatem quoad dispensandum in sua prouincia, quam Episcopi in sua diœcesi, l. 8. d. 9. n. 21.
Et an valide dispenset absque causa in casibus sibi commissis, eodem l. 8. d. 17. n. 5.
Et an possit secum, vel censeatur dispensare admittendo ad actum, vel illum patiendo. *Vide hoc supra.*
Dispensare an possit Episcopus in impedimentis dirimentibus matrimonium, in casu magnæ necessitatis: & sit eius facultas in hoc amplior quam commissarij cruciatæ, l. 8. d. 6. n. 14. & 15. Et quid extra casum tantæ necessitatis, ibi à n. 14. vsque ad 17.
Dispensare an possit Episcopus in impedimento cuius est impetratæ dispensatio subreptitia, l. 8. d. 6. n. 21.
Dispensare an possit Episcopus quando impedimentum est dubium: & an tunc necessaria dispensatio, l. 8. d. 6. n. 18.
Dispensare an possit Episcopus virtute Tridentini, sess. 24. c. 5. de matrim. vt ij qui bona fide contraxere matrim. irritum, iterum iuncant, l. 8. d. 6 n 19.
Dispensare an possit Episcopus in impedimentis impedientibus matrimonium, l. 7. d. 27. n. 10. vsque ad 15.
Dispensare an aliquando possit Episcopus in votis absolutis castitatis & religionis, & alijs reseruatis: & non nubendi & assumendi ordinis facti, l. 8. tota d. 9. vbi late explicantur hæc vota, & quando reseruata sint, vel materia in quam ea commutantur.
Dispensare an possit Episcopus in votis pœnalibus & conditionalibus castitatis & religionis, & alijs reseruatis: & quæ dicantur conditionalia, & quæ pœnalia, l. 8. tota d. 10.
Dispensare an possit Episcopus in votis castitatis emissis post matrimonium, l. 8. d. 11. per totum
Dispensare an possit Episcopus in votis castitatis ad petendum debitum, l. 8. tota d 12.
Et quid cum coniugato absque vxoris licentia initiato, ibi nu. 4. Et quid cum vouente castitatem animo ingrediendi religionem, qui nondum consummauit, vel priori bimestri, vel si alter adulteretur, vel si fuit votum religionis, ibi n. 6.
Et quid, si hæc vota post matrim. emissa sint, l. 8 tota d. 11.
Dispensare in omnibus votis an possit Episcopus seclusa reseruatione, l. 8. d. 9. n. 3.
Dispensare an possit Episcopus circa iuramenta castitatis & religionis, l. 8. tota d. 13.
Et an iuramentum semper contineat implicitum votum, ibi nu. 4. Et an concessis omnibus iuramentis & votis, præter vota castitatis & religionis, vel omnibus votis, nulla exceptione facta, censeatur concessa iuramenta religionis & castitatis, ibi n. 6. & 7.
Dispensare an possit Episcopus in cognatione spirituali, & affinitate ad petendum debitum, l. 8. d. 11. à n 10. vsque ad fin.
Dispensare an possit Episcopus in votis nouitiorum, siue ante ingressum, siue postea illa emiserint, l. 9. d. 39. n. 44.
Dispensare an possit Episcopus in ætate ad matrimonium requisita, l. 7. d. 104. n. 12.
Dispensare an possit Episcopus, cùm dispensatio committitur à Pontifice officiali diœcesis, l. 8. d. 17. nu. 30. & 31. vbi quid, si qui priùs erat officialis seu vicarius Episcopi, factus sit Episcopus eiusdem diœcesis.
Dispensare an possit Episcopus, vt coniugatus habeat beneficium, l. 7. d. 42. n. 17. & 18.
Dispensare an possit Episcopus, vt benedictiones nuptiales conferantur tempore prohibito, l. 7. d. 7 n. 6.
Dispensare an possit Episcopus in lege Papæ vel Concilij, quando in ea conceditur dispensatio, nec explicatur cui, l. 8. d. 3. nu. 2. vsque ad 6.
Et quando sit constitutio Papæ, quandóve Concilij. ibi à nu. 6. vsque in finem
Dispensare an possit Episcopus in aliqua bigamia. *Vide*, Bigamia.
Dispensare an possit Episcopus in retentione beneficij cum illo qui est eo priuandus, & si alter illud impetrarit a Pontifice, si vacarit, l. 7. d. 42. n. 2.
Dispensare an possit Episcopus attento iure antiquo, vt plures adhiberentur patrini in baptismo vel confirmatione, l. 7. d. 57. nu. 2. Et quid attento Tridentino, ibi n. 7.
Dispensare an possit Episcopus cum familiari tricunali in interstitijs, vel natalium defectu, l. 8. d. 1. n 15.
Dispensare an possit Episcopus vel alij prælati in voto, in lege propria, vel superioris, imponendo multam aliquam pecuniariam, l. 8. d. 14. n 1. & 2.
Dispensare an possit Episcopus & alij prælati, quando est res in qua possunt dispensare, & prius adiitus Pontifex est, siue concesserit dispensationem, siue denegarit, siue denegare solitus sit, l. 8. d. 14. a n 3. vsque ad 7.
Et quid, si denegauit Episcopus, & remisit ad Pontificem, an possit postea Episcopus, postquam ille se Pontifici præsentauit, dispensare, ibi n 8.
Et an tunc is casus dicatur occultus, nec deductus ad forum contentiosum, ibi n. 5.
Dispensare an possit Episcopus nondum consecratus in casibus occultis concessis per Trident sess. 24. de reform. c 6. l 8 d 2. n. 11. Et an capitulum sede vacanti id possit, ibi n. 10.
Et quid de Abbatibus, & alijs habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem? & an subditi horum possint ad Episcopum confugere circa hos casus: & an ea potestas sit odiosa, & restringenda. & competierit Episcopis ante Tridentinum, ibi nu. 12. Et an superiores religionis id possint, ibi n. 13.
Et quando dicatur casus occultus. *Vide*, Clausula.
Dispensare an possint Episcopus, & quicumque alij dispensare potentes iure ordinario, vel ex priuilegio, in votis, in pœna pecuniaria id ex voti fractione debita, vel à Papa imposita, l. 8. d. 10. n. 14.
Dispensare qualiter possit Episcopus in lege propria, etiam iurata & à Papa confirmata, & quando in contractum trahuit, l. 8. d. 17. a n. 27 vsque ad 31.
Et qualiter possit in lege synodi diœcesanæ, vel ipse, vel Archiepiscopus, & in lege synodi prouincialis. *Vide*, Archiepiscopus.
Dispensare Episcopus. *Vide supra.*
Dispensare an possit capitulum sede vacanti, & in quibus. *Vide*, Capitulum.
Et an possit dispensare, quando dispensatio committitur officiali diœcesano vel Episcopi, l. 8. d. 17. n 33
Dispensare qualiter possint Abbates, & alij habentes iurisdictionem quasi Episcopalem. *Vide*, Abbas, *& alia hic supra.*
Dispensare qualiter possit vicarius Episcopi aut capituli sede vacanti, aut Abbatum & aliorum prælatorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, quando Pontifex committit dispensationem expediendam officiali Episcopi aut diœcesis, l. 8. d. 17. a n. 29. vsque in fin.
Et an sit idem vicarius Episcopi, & officialis. ibi n. 29.
Et an huic commissa dispensatio possit per Episcopum expediri, vel per ipsum vicarium amotum ab officio, vel factum Episcopum eiusdem diœcesis, ibi n. 30 & 31.
Et an has dispensationes possint expedire, & esse delegati Pontificis vicarius capituli, & habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, vel ipsummet capitulum, vel vicarius Episcopi nondum consecrati. ibi à n. 32. vsque ad n. 35.
Et quid, si duo sint vicarij: an possit alteruter aditi, & si alteri sit rescriptum præsentatum, & possit ipsemet vel alter corrigere sententiam, postquam deceptus declarauit dispensationem esse subreptitiam aut validam. ibi à n 36. vsque ad 38.
Et an possit rescriptum diuidi, vt alter dispenset in impedimento, alter verò legitimet prolem. ibi n 38.
Et an hæc procedant etiam in confessario, cui committitur à sacra pœnitentiaria dispensatio expedienda in foro conscientiæ, ibi n. 40. Et an possit vicarius remoueri ab Episcopo, ne expediat has dispensationes, & possit eas expedire substituendus ab Episcopo, vel ab ipso vicario, & an possit vicarius hoc delegare, ibi à n. 41. vsque in finem.

Et an commissiones hæ factæ vicario transeant ad successorem eo mortuo, vel amoto ab officio, ibi n. 8. 9 & 10.
Et an hæ commissiones dispensandi in impedimentis matrimonij censeantur factæ nomine Pontificis, aut nomine sedis. l. 8. d. 28. n. 45 & 46.
Et an hoc mandatum dispensandi sit dispensatio, eo l. 8 d. 30. n. 12. Et an in alijs possint hi vicarij dispensare, eo l. 8. d. 6. n. 20.
Dispensare commissarius Cruciatæ an possit in affinitate consurgente ex copula fornicaria, vt ineatur matrimonium, vel initum instauretur, & legitimare prolem susceptam & suscipiendam: & qualiter hæc legitimatio intelligatur, vel si oblitus est legitimare, possit alius commissarius vel idem mox postea id efficere, l. 8. d. 6 à n. 11. vsque ad 16.
Et qualiter debeat dispensare non adhibitis testibus, ibi n. 27.
Et an possit dispensare ad petendum debitum in affinitate aut cognatione spirituali, eodem l. 8. d. 15. n. 13.
Dispensare an possint parochi & confessarius. *Vide*, Confessarius.
Dispensare qualiter debeat confessarius quando ipsi committitur dispensatio à sacra pœnitentiaria: & qualiter se debeat habere circa legitimandam prolem. *Vide*, Clausula, & Confessarius, & *hic supra*.
Dispensare prælati religionis in votis nouitiorum an possint, siue ea in seculo, siue in religione emiserint: an potius id sit solius Episcopi, l. 9. d. 19. n. 44.
Dispensare prælati religionum. *Vide supra*.
Dispensare religiosi per sua priuilegia an possint in impedimentis dirimentibus apud Indos, l. 8. d. 6 n. 28.
Et qualiter intelligatur priuilegium Soc. Iesu ad dispensandum, vt permaneant in matrim. prius inito in gradibus iure humano interdictis, quando tempore infidelitatis contraxerunt, ibi n. 29.
Sit circa quæ vota vel iuramenta possint dispensare, cæve commutare, eodem l. 8. d. 16. n. 1. 2. & 7.
Et quid possint circa dispensationem ad petendum debitum in voto castitatis vel religionis, & in affinitate ac cognatione spirituali, d. 16. à n. 3 vsque ad 9.
Et an hæc facultas intelligatur cum solis subditis Episcopi diœcesis in qua sunt, ibi n. 10.
Et an necessariò debeat esse in confessione, ibi n. 11.
Et an possint dispensare vel commutare, quamuis petens impetrarit prius aliam dispensationem à Pontifice, vel Pontifex denegare sit solitus, aut aditus denegatit, vel religiosus noluerit dispensare, sed remiserit ad Pontificem. Vel oorit Pontificem tantum in opera certa commutare, eodem l. 8 d. 14. n. 7.
Dispensatio quid sit: & in quo differt ab interpretatione, abrogatione, derogatione, & irritatione legis, & priuilegio, l. 8. d. 1. n. 1. & 2.
Dispensatio an sit latè interpretanda, an stricte cum omnibus suis limitationibus & ampliationibus. l. 8. d. 1 à n. 3. vsque in fin.
Et quid de dispensatione in causa matrimonij, an sit fauorabilis & extendenda, ibi n. 39.
Et quid de dispensandi potestate. *Vide hic supra*. Dispensandi potestas.
Dispensatio cum illegitimo ad ordines, an sit ad omnes ordines, & vt sit capax beneficij: & quid, quando est dispensatio totalis, l. 8. d. 5. à n. 26. ad 28.
Dispensatio ad plura beneficia an extendatur ad non residendum: & in defectu ætatis ad curatum, an extendatur ad non recipiendos ordines tempore præfixo: & ad non residendum aut extendatur ad recipiendos fructus, l. 8. d. 1 n. 19. & 20.
Dispensatio cum Episcopo vt consecrationem differat, an extendatur vt retineat beneficia: & dispensatio cum canonico ad fatur vt retineat beneficia: & dispensatio cum canonico ad fadatur vt retineat beneficia: & dispensatio cum canonico ad fadatur vt retineat beneficia: & dispensatio cum canonico ad fad

rum impedimentorum impertarij l.8.tota d.23. Quid, si vnum est publicum, & alterum occultum, ibi n.7 & 8.

Dispensatio an irrita sit, si absque speciali mandato impetretur, l.8. tota d.26. Et an prosit ignoranti, vel à solo acceptationis tempore, ibi n.5. Et an impetrata ab altero contrahenti prosit vtriquè, etiam altero ignorante, ibi n.6. & 7. Et quid de literis ad beneficia & lites, ibi n.1.

Dispensatio an irrita sit, vel saltem illicita, eo quòd sine causa legitima sit concessa, l.8 tota d.27. & 28. Et quid, si sit aliqualis causa, at non sufficiens, & prælatus iudicauit sufficientem, ea d.27. n.2.7. & 9 Et an valeat, si non sit præmissa cognitio causæ, at reuera adesset causa, ea d.27 n.10. Et an præsumatur causa in vtroque foro in principe, vel quocumque alio dispensante, ea d.27.n. 14 & 15. Quid, quando Episcopus, vel Archiepiscopus dispensat in propria lege, aut synodi prouincialis vel diœcesanæ, & qualiter se habeat ad has synodos, ea d.27.a n.27. vsque in fin. his an peccent dispensans absque causa, impetrans dispensationem, & ea vtens, tota d.28.

Dispensatio alicui commissa in lege superioris an intelligatur, si iusta causa adsit, l.8.d.27.n.4.

Dispensatio an semper debeat esse ob bonum cõmune, l.8.d.29 n.1.

Dispensatio in impedimentis matrimonij quas causas exigat *Vide* Causa. Et quas dispensatio in votis matrim. impediẽtibus. *Vide ib.*

Dispensatio quando sine causa concedatur, qualiter intelligatur clausula cõtinens causas, & an ex sint probãdæ, l.8.d.35.n.4.25.

Dispensatio an cesset cessante causa. *Vide*, Causa. Et quo tempore causæ verificandæ sint. *Vide ibid.*

Dispensatio an extinguatur morte concedentis, vel morte officialis diœcesani cui expedienda committitur. *Vide*, Delegata potestas.

Dispensatio an expiret, si literæ expeditæ non sint, dum Pontifex obijt: indigeatque ad sui valorem vel ad probationem in foro externo scriptura, l.8.tota d.29. Et an literæ suffragentur ex tũc quãdo expediuntur, an à tempore cõcessæ dispẽsationis, ibi n.9.

Dispensatio in voto castitatis etiam solemni, vel non nubendi, vel religionis, ad matrim. ineundum an extinguatur priori matrim. inito, licet sit irritum vel non consummatum, l.8.d.31 à num.1. vsque ad 12. Quid, quando dispensatur in his votis ad contrahendum cum certa persona, vel cum duobus voto astrictis ad contrahendum inter se, an extinguatur priori matrimonio inito: nec liceat illis virtute eius dispensationis contrahere cum alia persona, ibi n.13 & 14.

Dispensatio in voto religionis ad ineundum matrim. an prosit vt vouens possit manere in seculo absque matrim l.8.d.31.n.7.

Dispẽsatio in voto ad contrahẽdum cum certa persona, an aliquãdo extendatur ad contrahendum cum alia, l.8.d.31.n.13.& 14.

Dispensatio cum monacho qui habitum dimisit, vt secum facilius dispensetur, an sit subreptitia tacito hoc, l.8.d.25 n.penult.& vlt.

Dispensatio in voto religionis tacendo fuisse simul votum perfectionis, an subreptitia sit, l.8.d.21.n.23.

Dispensatio semel concessa siue in foro externo, siue interno, an possit reuocari, l.8 tota d.33. Et an si superior delegauit facultatem, possit ipse, vel eius superior absque causa reuocare, ibi n.7.

Dispensatio in dubio an censenda sit subreptitia, an valida, l.8.d. 21.n.25.

Dispensatio an exigat verba, l.8.d.4.n.1.

Dispensatio in foro conscientiæ an prosit ne matrim. initum separetur detecto impedimento in foro externo: & impeditus teneatur id fateri rogatus à iudice, & nescientes teneantur illud denuntiare, l.8.d.34.n.43.& 44.

Dispensatio in impedimento criminis semiplenè probati, qua cautela impetranda sit, ne crimen in literis manifestatum ab impetranti, noceat ipsi in foro externo, l.8.d.14.n.22.

Dispensatio in foro conscientiæ an ita gratis expediri debeat, vt in nullo euentu liceat compositionem exigere, l.8.d.14.fin.

Dispensatio in foro externo an sit ita gratis expedienda, vt nec stipendium nec munera recipi possint ab officiali diœcesano eam expedienti, l.8.d.14.n.10 vsque ad 14.

Dispensationis expensas an vterque contrahens soluere teneatur, & quid, si alter resiliat ob ingressum religionis, vel ob aliam causam, l.8 tota d.36.

Dispensatio an sit committenda vicario diœcesis vtriusque contrahentis, vel satis sit in precibus mentionem fieri diœcesis alterius, l.8.d.31 n.5.

Dispensatio fori externi an sit ab officiali diœcesano expedienda, præmissa causæ cognitione iudiciali, an sat sit extraiudicialis. Et an si expediatur officiali ignorante veritatem illius, cum tamen vera sit, valeat, l.8 d.15.n.15 & 16.

Dispensatio in foro conscientiæ commissa confessario qualiter sit ab eo expedienda. & an valeat, si ignarus causæ dispenset, cùm tamen causa vera sit: & alia quæ ad confessarium hunc pertinent. *Vide supra.*

Dispensatio commissa in foro externo officiali diœcesano qualiter debeat ab ipso expediri. & multa ad hoc spectantia, *Vide supra.*

Dispensationis fori interni & externi clausulæ qualiter intelligantur. *Vide*, Clausula.

Dispensationem sibi commissam an possit officialis diœcesanus delegare, l.8.d.27 fin.

Dispensationem competentem Episcopo ratione vrgentis necessitatis an possit ipse delegare, l.8 d.6.n.20.

Dispensatio cum consanguineis vt matrim. ineant, an efficiat, vt postea habita copula inter illos ante matrim. initum non sit incestuosa, l.7.d.67.n.9.

Dispensatio an extendatur vt liceat illa vti extra dispensantis territorium, l.8.d.31.n.16.& 17.

Dispensatio ad plura beneficia in diuersis diœcesibus sita, cuius Episcopi sit, an vtriusq; diœcesis, an alterutrius, l.8.d.31.n.16.&17.

Dispensatio cum illegitimo. *Vide*, Legitimatio.

Dispensatio ad beneficium non confert ius ad illud, l.7.d.42.n.9.

Dispensatio cum clerico irregulari ad beneficia, an extinguatur ipso ad matrimonium tranſeunte, l.7.d.42.n.8 &9.

Dispensationis verba an iuxta supplicam sint intelligenda. l.8.d.21. num.37.

Dispensatio an extendatur ad casum sub eius verbis non compreh̃ensum, quãdo ex errore inculpabili est impetrata, l.8.d.21.n.39.

Dispensationem impetrans curialis, aut solicitator falsum narrans contra relationem partis, quas pœnas incurrat, l.8.d.21.n.38.

Dispensatio irregularitatis ex homicidio, taccendo occisum esse presbyterum, an valeat, l.8.d.21.n.22.

Dispensatio irregularitatis ex celebratione excommunicati celebratis, an petat multiplicem celebrationẽ explicari, l.8.d.24.n.7.

Dispositio, & Dispositum.

Dispositio quando sit fauorabilis, aut odiosa. *Vide*, Constitutio quando sit odiosa.

Dispositio iuris ciuilis an seruanda sit in foro canonico, vbi iur cãnonicum nil disponit. *Vide*, Leges seruandæ.

Dispositio generalis est generaliter intelligenda, l.1.d.31.n.7.

Dispositum in vno correlatiuo quando censeatur in altero dispositum, l.1.d.31.n.1.

Dispositio quando sit Pontificis, & quando concilij, l.8.d.5.à nu.6. vsque in fin.

Dispositum an censeatur, quod si aduertisset testator disposuisset, l. 7.d.90.n.10.& 11.

Dissensus.

Dissensus coniectura, est disparitas contrahentium, l.3.d.15.n.7.

Dissimulatio.

Dissimulatio principis an inducat dispensationem, l.2.d.38.n.12.

Distillatio.

Distillatio in quo differt à pollutione, l.9 d.45.n.2. Et an sit mortale dare causam notabilẽ distillationi: aut illam commotionemve procurare, ibi n.31. Et eodẽl.9 d.17.n.17. Et quid, si sequatur ex tactibus, aspectibus, verbis ve turpib. inter cõsuges, ea d.45 n.41.

Distributiones.

Distributiones quotidianæ an debeantur ei, qui peccat assistens diuinis, vt si sit excommunicatus, suspensus: Et quoties clericus arcetur à ministerio ob delictum, an acquirat fructus illi ministerio debitos, l.3.d.51.n.10. iuncto n.12.

Diuortium.

Diuortium an fiat confessione alterius coniugis. *Vide*, Probatio ad dissoluendum.

Diuortium vnde dicatur, & quotupliciter sumatur, & de varijs eius ritibus apud Romanos, l.10 d.1.n.1.& 2.

Diuortium an æquè possint vir & vxor celebrare, l.10 d.1.nu.1. & seq Et an obstet contrahendo contraria, ibi nu.7. Et an exigatur monitio, ibi n.8.

Diuortium ratione adulterij an soluat matrimonij vinculum, ita vt liceat ad aliud tranſire, l.10 d.2.n.1.& 2.

Diuortium an possit celebrari ratione adulterij, nõ tantum quoad torum & habitationem, sed etiam quoad curam. l.10.d 3 n.1.&2. Et an sit de iure naturæ, n.4. Et an tãt sit adulterij tempore infidelitatis admissi, ibi n.5. Et intra quod tẽpus possit peti, ibi n.9.

Diuortium an possit peti ob solam coniugis voluntatem fornicandi, l.10.d.4.n.1. Et an ob sodomiam siue viri, siue vxoris cum alio vito, vel vxoris cum alia femina, ibi à n.2. vsque ad 5. Quid, si non effuadatur semen in copula naturali vel sodomitica, sed penetratur vas, vel immittatur intra semen, absque vasis penetratione, ibi n.13 Et quid, si casu incidat semen intra vas, vt effusum in baloco attrahat matrix feminæ, ibi n.14. Quid de copula sodomitica vel effusione seminis extra vas cum propria vxore, ibi nu.6.7.& 8. Quid de pollutione extraordinaria cum alia femina, vel mollitie, vel intra os aut aures, ibi n.9.& 10 Quid de osculis & amplexibus, ibi n.11.& 12. Quid de coitu cum femina mortua vel bestia, ibi n 14.

Diuortium an possit fieri quando de consensu coniugis, aut ipso sciente & dissimulante, alter fornicatur, l.10.d.5.a n.1.vsque ad 5. Et quid, si vir det causam fornicandi nolens cum vxore habitare, sed eam expellens, aut denegans alimenta aut debitum, ibi n. 6.& 7 Et quid si dedit ansam, eo quod negauit matrim. ibi n.9.

Diuortium an liceat, quando infidelis ad fidem conuersus dedit ansam infideli fornicandi, nolens cum eo habitare, sed repudians. l.10.d.5.n.8. Et quid, si tunc infidelis repudiatus ad aliud matrimonium tranſeat, ibi n.12.

Diuor-

Diuortium an liceat, quando coniux credens alterum obijsse, aliud matrim init, aut fornicatur: & qualis culpa requiratur ad diuortium. l 10. d. 5 n. 11. & 12. Et quid, si fuit vi cognita, ibi nu. 11. Et quid. si vxor dedit causam violentiæ. ibi n. 14. Et quid. si solo metu coacta est, ibi n 15. & 16. Quid si cõiux commisceatur alteri credens esse suum cõiugem: & an credatur eius iuramento, ibi n 17.

Diuortium an possit peti, quando separatum matrimonium ratione impotentiæ detecto errore instauratur, si alter fornicatus sit, aut ad aliud matrim transierit, id consummans: & si vtrique id acciderit, detur compensatio, l. 7 tota d 101.

Diuortium an possit peti ex confessione coniugis impotentis spoliati allegantis se post id matrim alias feminas cognouisse: & si confitens sit minor, possit restitui contra hanc confessionem, l 7. d. 111. à n. 15 vsque in fin.

Diuortij & adulterij iudex an sit Ecclesiasticus & secularis: & quæstione mota de alimentis, excipienti altero de diuortio, an possit inhiberi iudex secularis, l. 10 d 8. à n 15 vsque ad 17.

Diuortium si petant infideles subiecti principi Christiano, vel agatur de vitibus matrimonij inter eos, vel si alter sit fidelis, alter verò infidelis, quis sit iudex competens, l 7 d. n. 9.

Diuortij causa acta an possit transire ad accusationem criminalem adulterij, vel è contra, l. 10. d 8 nu 18. 19. & 20 vbi an sit rem per modum exceptionis possit allegari id adulterium deductum ad criminale iudicij, contra adulteram petentem viri restitutionẽ.

Diuortij sententia an transeat in rem iudicatam, l. 10. d. 9. à n. 2. vsque ad 4.

Diuortij sententia an retractanda sit, Ecclesia inueniente se deceptam, siue coniuges mutarint statum, siue non: & an teneantur coniuges tunc reconciliari, l. 10. d. 9 à nu. 6. vsque ad 11. Et an ea sententia sit rescindenda ex iuditis officio, an ad partis instantiam. ibi n 7.

Diuortio celebrato an possit innocens reconciliare adulterum coniugem inuitum, l. 10. tota d. 10.

Diuortium an possit celebrari propria auctoritate, vel indigeat iudicis sententia quoad debitum adultero denegandum, lib. 10. d. 11. à n. 2. Et quid quoad separandam habitationem, ibi à n 10. Et quid, si iudex præcipiat coniugi vt debitum reddat: vel an reddendum sit lite pendenti, ibi n 6. & 7. Et an adulterij accusatio sit mixta, & criminali assimiletur, l. 10 d. 8 n. 19.

Diuortium an liceat coniugi propria auctoritate, quando illi constat matrim esse nullum: & an dimissus sit restituendus, l. 10 d. 12. num. 37.

Diuortium qualem adulterij notitiam desideret, l. 10. d. 11. nu. 39. & seqq.

Diuortium quando censeatur remissum ratione copulæ vel aliorum familiaritatis actuum. *Vide*, Adulterium. Et quando censeatur remissum eo celebrato ob hæresim. *Vide*, Hæresis.

Diuortium an liceat quando alter coniux remisit adulterium etiam sola mente. l 10. d. 5. n. 19. Et quid, si post reconciliationem reconciliatus labatur in adulterium, an possit de illo nouo & de præcedenti remisso accusari, ibi nu. 20. & 21. Et an possit tunc reconcilians lapsus in adulterium, illud recompensare cum adulterio à se prius condonato, eodem l 10. d. 6. n. 7.

Diuortium ob adulterium an possit ab Ecclesia restringi: & casus in quibus tunc diuortium non licet, an sint de iure naturali, l. 10. d 5. n. 21.

Diuortium an liceat vbi vterque coniux est adulteratus, vel detur compensatio, l 10 d. 6 n 1. Et an ad cõpensationem desiderentur vtrumque adulterium esse certum, ibi n. 2. Et quid, si alter mollities vtrumque adulterium esse certum, ibi n. 2. Et quid, si alter mollitiem passus sit vel pollutionem cum femina extra vas, vel intra absque semine concubuerit: vel alia fornicatione pollutus sit, quæ non sufficiat ad diuortium, ibi n 3. Et quid. si alter sit bestialis aut sodomita, aut vtroque vitio infectus, & alter solum adulter, ibi nu. 4 & 5. Et an referat vter coniugum prius adulteratus sit, ibi n 6. Vel vter plura adulteria admiserit, ibi n. 8. Et an compensetur adulterium coniugis cum adulterio à se prius condonato, ibi nu 7. Et quid, si alterius adulterium sit occultum, alterius verò publicum, ibi nu. 9. *Vide*, Compensatio. Vbi, an coniux fornicans separatione facta teneatur ad priorem redire.

Diuortium an possit celebrare adulter pactiendo cum adulteta, vt consentiat, & ipsam non accusabit. l. 10. d. 6. n. 10.

Diuortium an possit celebrare adulter coniux emendatus, quando alter corrigi non vult, l. 10. d. 7. n. 1. & triplici sequenti.

Diuortium ratione hæresis quando liceat: & an detur compensatio, quando vterque comux est hæreticus, vel alter hæreticus, alter verò adulter. *Vide*, Hæresis.

Diuortium an liceat ob alia crimina, siue coniux pertrahat ad illa, siue non: & quid, si coniux nolit habitare absque conditione peccandi, vel si alat coniugem bonis intustè acquisitis, l. 10. tota d. 17. Quid, si viros procaces domi admittat, ibi n. 7.

Diuortium ratione lenocinij viri an liceat, l. 10. d. 17. n. 6.

Diuortium an fiat ob pertinaciam alterius coniugis in excommunicatione, l. 10. d. 15. n 11.

Diuortium an liceat, eo quod maritus se vendiderit, l. 7. d 15 n. 15.

Diuortium ratione sæuitiæ, & qualiter tunc liceat ad ordines vel religionem transire. *Vide*, Sæuitia.

Diuortium ob sæuitiam parentum viri, vel ob timorem futuræ sæuitiæ, vel quia vir est latro, aut alia delicta admittit; ob quæ timet sibi vxor: vel ratione verberum, vel quia agitur inter coniuges lis circa maiorem bonorum partem, vel quia est vxor venefica: vel liberos interficit, vel deprædatur viri substantiam, an liceat. *Vide*, Sæuitia.

Diuortium an liceat, quãdo vir de se timet fore vt vxorem interficiat vel vult cũ vxore alsò migrare. & ipsa renuit, l. 10. d 18. n. 9.

Diuortium ratione furoris vel obiectatis, & an liceat tunc alteri ad religionem transire, l 10. d. 18 n 18. & 48.

Diuortium qualiter teneatur coniux celebrare altero in adulterio persistente. & alia ad hoc spectantia *Vide*, Adultera.

Diuortij sententia inter Indos, vel aliæ causæ matrimoniales, an exigant obseruari ordinem iudiciarium, l. 10. d. 19 n. 1.

Diuortio facto filij vbi debeant educari, siue culpa contingat, siue absque ea, siue quia matrim. reperitur nullum. l. 10. tota d. 10.

Diuortio facto quando liceat ad ordines transire. Et quando ad religionem vel votum. *Vide*, Ordo.

Doliet.

Doctori attestanti consuetudinem an sit credendum, l. 7. d. 17. n 8.

Doctrina Christiana.

Doctrinæ Christianæ ignorantia an possit matrim impedire *Vide* Parochus impedimentum. Et ibi, an possit aliquis censuris compelli eam addiscere.

Dolus.

Dolus quando requiritur, an sufficiat ignorantia quantumuis crassa, l 10. d. 31. n. 36. *Vide*, Error. Dolus in contractu. Sponsalia dolo.

Domicilium.

Domicilium qualiter acquiratur. *Vide*, Habitatio qualis requiratur.

Dominium.

Dominium an possit transferri per actum internum, l. 1, d. 3. n. 3.

Dominus.

Dominus an possit offerre occasiones, vel non auferre seruis vel famulis, vt deprehensi resipiscant, l. 10. d. 12 n. 52.

Dormiens.

Dormiens an possit aliquando amittere gratiam, l. 9. d. 45. n. 11.

Donans, Donatarius, Donare, Donata, & Donatio.

Donantis, & donatarij hæredes quid possint circa donationem non acceptatam, dum viuerent donans, & donatarius. *Vide*, Promissio ante acceptationem

Donare an censeatur soluens, ex falsa causa. *Vide*, Soluens ex falsa causa.

Donata à consanguineis coniugum, & ab amicis illorum participantur, l. 6 d. 26. nu. 2. Quando donatur vtique coniugi ab extraneo, nec alterius contemplatione, est donum diuidendum. n. 3 Idem si donetur vtique ab æquè amicis, vel æquè consanguineis vtriusque, eodem nu. 3. Quando donans est consanguineus solius coniugis donatarij, aut amicus, soli donatario acquiritur donum, nu. 4 Idem, quando est æquè vtriusque consanguineus, num. 5 Idem quando alter coniux consanguineus donantis, non est causa proxima illius donationis, nu. 6 Idem, quando coniugis donatarij extant benemerita erga alterius coniugis consanguineum donantem, nu. 7. Quid si obsequia aut beneficia collata essent de communibus bonis, nu. 7 Quando solius mariti extant merita erga donantem vxori, acquiritur ea donatio soli marito. nu. 8 Quando constat de donantis voluntate, illi standum est, num. 9 Quid quando consanguineus alterius coniugis consummato matrimonio donat alteri, an acquiratur coniugi cui donat, vel consanguineo cuius contemplatione donat, à n. 10 ad 16. Quid si à consanguineis alterius, donetur vtique coniugi, nu. 11. Quid de donatis à socero nurui, nu. 17. An esto donata vxori à viri consanguineis, censeantur viro donati, si vir donationis conscius non renocet, censeatur ea vxori donare, & morte confirmetur talis donatio, num. 18. 19. An donata sponsæ à consanguineis sponsi, vel è contra, censeantur sponsalitia largitas, & instat illius acquirantur, num. 21. & 22. An ea donatio habeat tacitam conditionem, si matrimonium sequatur, num. 23.

Donatio inter coniuges quotuplex sit. Et quid sit donatio ante nuptias, vel propter nuptias, sponsalitia largitas, & arra. l. 6. d. 1. n 1. An donatio inter coniuges sit irrita, possitque ad libitum reuocari, nu. 2. An ita sit nulla, vt teneatur coniux donatarius statim restituere, vel possit expectare vt morte confirmetur. n. 1 An valeat facta ante consummatum matrim. & receptas Ecclesiæ benedictiones. n. 4 Quid si fiat post annum à contracto matrimonio vel facta ante annum illum, confirmetur eius lapsu, num. 5. Quid de donatione ante matrim. facta, cuius effectus differtur in matrimonij tempus, nu. 6. Quid si fiat per interpositas personas. n. 8. Quid si ij coniuges diu separati habitarint, n 9. Quid si donetur coniugi per eum qui aliquo modo alterum coniugem attinet per patriam potestatem: vt si socer det nurui, n. 10. Quid de cæteris contractibus inter coniuges. n. 11.

Donatio inter virum & vxorem putatiuos, siue vterque, siue alter sciat, aut ignores non valere matrim. an valida sit. l 6 d. 2. per totam. An valeat legatum factum tali vxori, quando solus vir le-

ganis erat conscius nullitatis: & idem sit in dote, & aliis contractibus, n. 3. 4. 5. Quando talis donatio est irrita, an confirmetur morte donantis, n. 9.

Donatio coniugum valet inter Imperatorem & Imperatricem: Regem, & Reginam, & Principes non recognoscentes superiorem, l. 6. d. 1. n. 1. Item quando ex donatione non fit recipiens ditior. Vt si donetur causa sepulturæ, n. 2. Item quando donatur coniugi redditus ad capellaniam: vel ad oleum & cerам ad templum illuminandum: vel ad alia ad Dei cultum. n. 2. An si coniux donatarius rem inutiliter expendat, aut partem illius tenearur donatione revocata, integrè restituere. Et quod tempus inspiciendum sit ad discernendum an donatarius coniux factus sit re donata ditior, n. 3. Valet donatio vt coniux soluat pro cognato sportulas, vel expensas pro studio, aut nuptiis consanguinei. n. 4. Quid si in his calibus coniux rem donatam consecuatur, & tantundem de suis bonis in ea re consumpsisset, n. 4. Valet ad refectionem ædium alterius coniugis incensarum, nu. 5. Similiter quando donatur coniugi, vt donum illud largiatur alteri. nu. 6. Quid quando donatur, vt donum acquiratur alteri coniugi, tempore soluti matrimonii, n. 8. Quid si vxor donet viro gratia honoris, vel dignitatis adipiscendæ, vel studiorum præparandorum: vel licentiæ, aut doctoratus obtinendi vel pro militia, aut nobilitate acquirenda, n. 9. Quid si vir remittat vxori promissam dotem, aut illius partem, aut aliud debitum, num. 10. Quid si ad certum terminum debeat aliquid vxori, & ante illum soluat: vel constante matrim. ei dotem restituat, n. 10. Quid si vir remittat vxori vsuras dotis non solutæ, num. 11. Quid si vir donat vxori quid annuum ad alimenta, licet non sit traditum, an morte confirmetur, n. 12. Quid si viro donet vxor exilii causa, n. 13. Quid si alteruter coniux vtatur seruis, vel animalibus alterius, vel in domo alterius gratis causa donationis habiter, n. 14. An donatio remuneratoria valeat inter coniuges, l. 6. d. 6. n. 1 & 11.

Donatio ex qua donans non fit paupertior, valet inter coniuges, l. 6. d. 4 n. 1. Quid si legatarem, aut donantem causa mortis coniugi, roget ille vt leget, aut donet illud alteri coniugi, nu. 2. Quid si coniux donet coniugi rem alienam, n. 3. Quid si donet coniugi quæ erat prodigè consumpturus, n. 4. Quid si donet rem alterius coniugis eam donationem permittentis, n. 5. Quid si donet coniugi fructus ex prædio percipiendos, n. 6. Quid de repudiatione, aut cessione hæreditatis, vel legati, in fauorem alterius, vel si coniux iussus coniugi hæreditatem restituere, statim restituat absque deductione quartæ partis. *Vide* Repudiare hæreditatem.

Donatio dotis, qua vxor constante matrim. dotem viro constituit, an valeat, l. 6. d. 7. n. 1. An vir vel constante matrim. vel ante, possit dotare vxorem, n. 1. Quid quando sunt coniuges dispares, n. 3. & 4. An hæc dos feminæ à viro constituta habeat dotis privilegia, n. 5. An valeat hæc dos quando ante vxorem defloraт. n. 6. Quid quando Pontifex dispensat in impedimento ea lege vt vir dotet vxorem, nu. 7. Quid quando est consuetudo dotandi, n. 8. Vel est pro pacis bono inter consanguineos vtriusque coniugis, n. 9. An hæc dos minuat legitimam ascendentium, vel descendentium. *Vide*, Dos data per virum.

Donatio an sit confessio facta à viro dotis receptæ. *Vide*, Confessio dotis receptæ

Donatio causa mortis inter coniuges valet, nec per eam transfertur dominium, l. 6. d. 10. n. 1. Quid si adiiciatur pactum de nõ reuocando n. 2. Quid si mutuo sibi coniuges donent ea lege vt superstes dum vixerit, fruatur alterius bonis, an possit fieri in præiudicium legitimè ascendentium, n. 3 An desideretur traditio vt hæc donatio causa mortis valeat, n. 4. An depotatione viri vel vxoris confirmetur quoad dominium, nec possit reuocari, eiusque bonis publicatis non publicetur, n. 4. Quid si facta publicatione vir reuocet donationem, n. 5. An hæc donatio trahatur retro ad tempus donationis, morte donantis secuta, n. 6.

Donatio inualida coniugum an firmetur iuramento, l. 6. d. 13. n. 1. & 2. vsque ad 7. An similiter confirmetur homagio, vulgo, *Plaito omenaje*, n. 8. & 9.

Donatio præsumpta consurgens ex dotis receptæ confessione, an firmetur iuramento, l. 6. d. 12. à n. 1. ad 4.

Donatio facta contra prius non donandi iuramentum, inter coniuges, an firmetur iuramento. l. 6 d. 13 à n. 1. ad 5 Vbi tractatur, an tractatus gestus contra prius iuramentum, & alienatio rei dotalis contra iuramentum non alienandi, firmetur iuramento. Et quid si per prius iuramentũ non sit ius tertio acquisitum, cuius interesset contractum seruari, n. 6. Quid si is cum quo contrahitur, ignorabat prius iuramentum, n. 7.

Donatio irrita inter coniuges firmatur naturali donantis morte, l. 6. d. 14. nu. 1.

Quid quando mors est violenta, vel donantis iam defuncti memoria damnatur, eod. n. 1.

Quid de donatione inter coniuges putatiuos, eod. nu. 1. Quid de donatione ante matrim. facta, collata in tempus matrimonii. n. 2. An confirmetur in præiudicium legitimæ ascendentium, vel descendentium, n. 3. An ex hac donatione detrahatur Scidia, n. 4. An sit propriè legatum, & desideret hæreditatis adimonem, n. 5. An exigatur traditio rei donatæ, nu. 6. Vbi an sat sit possessio absque traditione. An satis est quo quis tempore dum donans superstes est, tradisio fiat, n. 7. Quid si donans reuocarit traditionem, vel dum tradidit, pactum iniecit, vt sibi conualescenti res donata redderatur, n. 8. An si coniux promittat aliquid coniugi, & tradat, consumatur morte, n. 9. Quid si vir donet vxori domum ab vtroque habitatam, vel res domi existentes, nec intercurrat alia traditio, n. 10. An in donatione coniugum reciproca, desideretur traditio n. 11.

An satis sit traditio facta, n. 12. 14 Confessio dotis receptæ, per virum facta, an consecutur traditio, nu. 13. Quid si donans retineat vsumfructum, n. 15. Quid si vxor sit debitrix viri, & vir animo donandi remittat debitum, n. 16. Quid si tradat instrumenta rei donatæ, n. 17. Vel faciat instrumentum donationis, n. 18. Vel faciat rem sibi debitam in alterum transferri, n. 19. An desideretur donantem prius obire, n. 20. Quid si simul perierint coniuges, & constet, aut dubium sit nam donans prius obierit, n. 21. Quid quando non simul perierint, sed diuersis in locis, n. 22. Quid si in hoc casu sibi mutuo donassent, vel ea lege, vt qui prius decederet, bona donata obtineret, eo n. 24. An attento iure Castellæ præsumatur in dubio vxor prius mortua, nu. 25. An desideretur insinuatio, vt hæc donatio morte confirmetur, quando debita ad summam excedit, n. 24. An si excedat absque insinuatione, solus excessus non confirmetur morte, nu. 25.

Donatio viri & vxoris vt morte confirmetur, debet donans in eadem voluntate permanere, nec tacite nec expresse reuocare dum viuit, l. 6. d. 15. n. 1. Et requiritur euidenter cõstare de reuocatione, eo n. 2. Vbi an reuocetur quoad inutiliter etiam expensa: & si quid priùs reuocetur, & postea approbetur, cod. nu. 1. An desideretur simul traditionem reuocari, nu. 2. An donatio consurgens ex confessione dotis receptæ reuocetur confessione reuocata, nu. 3. Quid facta alienatione rei quam vir fatetur se in dotem recepisse, & aliis modis quibus donatio expressa inter coniuges reuocatur, nu. 4. An reuocetur reuocata donatio inter coniuges, alienatione, impignoratione, hypothecatione rei donatæ, n. 5. Quid generalis institutione facta omnium bonorum, vel ea re alis legata, n. 6. Quid si coniux leget coniugi quæ priùs ei donarat, an videatur à donatione recedere: & quid referat habere vi donationis morte cõfirmatæ, vel vi legati, n. 7. An testator non verbis legati, aut fideicommissi, sed verbis dubiis, recedat à donatione, n. 8. Quid si vtatur verbis legati, aut fideicommissi, n. 9. An reuocetur diuortio facto inter coniuges, nu. 10. Quid si coniux donatarius mortem minet in donantis detrimentum, vt si vxor donatarii sit adultera, vel inhonesta permittat, vel extra domum pernoctet, n. 11. Quid si causam ingratitudinis committat donatore sciente, aut ignoranti, n. 11. An reuocetur eo modo quo legatum: & per inimicitias: & quid si ad amicitiam rediciat, n. 12. & 13. Quid si culpa donantis inimicitiæ ortæ sint, n. 13. Quid si donans potuit reuocare, nec reuocauit, cum fecerit codicillum, vel solam partem reuocarit, nu. 14.

Donatio coniugatorum an confirmetur morte ciuili qua vir exulat l. 6. d. 17. n. 2. & 3. Quid si vir fiat seruus pœnæ, aut hominis, n. 4. An vir possit tunc reuocare, vel eius bonis publicatis publicetur ea donatio, & si postea reuocet, an sibi, vel fisco cedat, n. 5. Quid si vxor donaret viro, an morte simili ciuili vxoris confirmetur ea donatio, n. 6.

An confirmetur professione religionis, à nu. 7. ad 10. An possit donans. post professionem reuocare eam donationem. n. 11.

Donatio morte confirmata inter coniuges non retrotrahitur quoad dominium, sed quoad fructus perceptos à tempore traditionis, l. 6. d. 16. n. 1. & 2. Quid si excedat debitam summam absque insinuatione, & donans in testamento confirmet, nu. 3. & 5. An possit ea donatio morte confirmata, vsucapi ante confirmationem, nu. 4. Transfertur dominium talis donationis à tempore mortis, non expectata hæreditatis aditione, n. 5.

Quid si reuocetur donatio, vel morte non confirmetur, an teneatur donatarius restituere omnes fructus perceptos? Et ea morte confirmata, comparet donatarius solos fructus industriales, à n. 6. ad 10.

Donatione non confirmata morte, aut reuocata, an restituendi sint fructus percepti, l. 6. d. 16. à n. 6. ad 10.

Donatio inter coniuges non est amatè tractanda, tamquam inter infestos, l. 6. d. 3 n. 2.

Donatio mutua coniugum an possit fieri in præiudicium legitimè ascendentium, vel descendentium, l. 6. d. 10. n. 3.

Donatio inter coniuges, vel inter patrem & filium precibus importunis extorta, an sit restituenda. *Vide*, Restitui an debeant.

Donatio remuneratoria an sit, quando merita non pariunt obligationem iustitiæ, l. 6. d. 6 n. 1. & 3. An exigat exprimi ob bene mérita fieri, n. 3.

An sit necessaria meritorum probatio, eo n. 3. Exigitur vt ea merita nõ sint alias debita, & sint insignia, n. 4 & 5. Et donatio debet esse meritis æquipollens, nu. 6. Qualis debeat esse hæc æquipollentia. à n. 7. ad 10 An valeat donatio remuneratoria inter coniuges, n. 1. & 11. An si vxor ante matrimonium, absque spe matrimonij donet viro, possit vir matrim. secuto remunerare, n. 11.

Donatio remuneratoria an minuat legitimas ascendentium vel descen-

descendentium, extrahaturque de toto hæreditatis acervo, l. 6. d. 36. n. 1. 4. Et si fiat filio, an computetur in Castella in tertia & quinta bonorum parentum portione, n. 5.
Donatio remuneratoria non revocatur natiuitate liberorum, l. 6. d. 36. n. 16.
Donatio remuneratoria an reseruetur filijs prioris matrimonij. l. 6. d. 41. n. 1. & 5. Et quid de habitis titulo oneroso, n. 1.
Donatio quando donans cogitabat de liberis, non revocatur eis natis, l. 6. d. 39. n. 16.
Donationes minutæ factæ à parentibus, an extrahendæ fiat ex ea parte de qua possunt libere in præiudicium legitimæ disponere, l. 6 d. 36. n. 8. ad 13. Quid si fiant alicui ex filijs, n. 12.
Donatio in dubio, & quoties alia coniectura capi potest non præsumitur, l. 6 d. 25. n. 10.
Donatio causa mortis an transferat statim dominium, l. 6. d. 4. n. 2.
Donatio propter nuptias non est in viu, & succedit loco arrarum: & quid sit, & quid donatio ante nuptias. l. 6. d. 2. n. 1.
Donatio ante acceptionem. *Vide*, Promissio ante acceptionem.

Dos.

Dotis partem an lucretur vir si decedat vxor incognita. vbi est statutum vt lucretur, si decedat sine liberis: *Vide*, Statuto stante.
Dotis soluendæ conditio. *Vide*, Conditio
Dos vbi non promittitur, an censeantur omnia bona promitti in dotem, l. 1. d. 59 n. 3 4. Et an videatur tacitè actum de dote danda, col l. d. 60. n. 1 & 2.
Dos secundum cuius loci consuetudinem & leges celebranda sit. *Vide*, Peregrini an teneantur.
Dos metu promissa an valeat, vel sit constituenda alia dos. Et vtrum locum habeat pœna in contractu dotis apposita *Vide*, Metus ab intrinseco.
Dos promissa fœminæ seruienti, an debeatur si adhuc fuit. Modo honestè seruiret, si nouem annis transactis, tum maior vigintiquinque annis sit, formicetur, l. 4. d. 24. n. 12.
Dos an sit sub præcepto danda per parentes, quando filiam possunt exhæredare. l. 4 d. 26. n. 1. Quid quando patet filiam matrimonio collocat, nec dos promissa est, n. 2.
Quid si filia ex patris consensu nupserit, dote non promissa, n. 3 & 4. Quid si incompetens dos data sit, n. 4. Quid si filia diues sit, n. 5. Ex quibus bonis censeatur patrem filiæ bona habentem, dotare, vel si alius doret, an possit à patre dotem repetere, n. 6. An filiæ religionem ingredienti, aut filio volenti ad ordines ascendere, teneatur pater dotem, aut patrimonium constituere, nu. 7 An bona alienari prohibita, possint ob has causas alienari, num. 7 In qua quantitate teneatur pater dotem assignare n 8. An filia absque patris consensu nubens, sit ab ipso dotanda, à n 10. & 19. An filio ducenti vxorem inuito patre, teneatur pater alimenta præstare, & eius vxori, nu. 10. & 11. An ducens vxorem sine dote, teneatur eam alere, n 12. Quale matrimonium dicatur indignum. *Vide*, Indignum.
Dotis receptæ confessio dotis.
Dos data per virum vxori an minuat legitimam ascendentium, vel descendentium, vel extrahatur de ea parte de qua potest vir libere disponere, l. 6 tota d. 8.
Dos constante matrimonio, vel ante, an possit dari per virum vxori, vel è contra, & an sit vera dos habens dotis privilegia. *Vide*, Donatio dotis.
Dos tradita viro bonam habenti fidem, per mulierem conscium nullitatis matrimonij, non est restituenda etiam soluto matrimonio, l. 6. d. 2. n. 5.
Dos an possit vxori restitui, constante matrimonio, l. 6. d. 5. n. 10.
Dos constituta per virum fœminæ, quam esse virginem credebat, an restituenda sit, ea non existenti virgine, l. 6. d. 27. n. 5. & 3.
Dos vltra taxam legis Castellæ, à quodam tertio promissa, vel si is fideiubeat, an valeat, vel fideiub. l. 6. d 29. n. 19.
Dos an amittatur ob adulterium, quando vir dedit causam, expellendo vxorem, l. 10 d 5. n 10. Et quid, si metu cognita sit, ibi nu 15. & 16.
Dos an amittatur ab adultera, siue ciuiliter, siue criminaliter accusetur. cum multis extensionibus & limitationibus, l. 10. d. 8. n. 2. Et quid. si vir in terticiat vxorem propria auctoritate in adulterio repertam, siue dos effectiam sibi applicata, siue non: & an teneatur in foro conscientiæ eam restituere, ibi n. 9
Dos adulteræ an amittatur ante omnem iudicis sententiam: & similiter donatio ob nuptias adulteri: & an decedente adultera ante sententiam, amittant eius hæredes dotem, l. 10. d 8. nu. 13. Et quid, si falsis testibus se defendat adultera, vel probet simile viri adulterium falsum, & si per sententiam damnata sit, & appellauerit, ibi n. 14.
Dos an recuperetur cum cæteris bonis, coniugibus semel reconciliatis. l. 10. d 8. n. 21.
Dos an perdatur à vidua ob fornicationem. d. 7. d. 90. n. 9.
Dos & alimenta an sint a filijs præstanda matri secundo nubenti l. 7. d. 88 n. 12.
Dos viduæ an amittat prælationem per transitum ad secundas nuptias. l. 7. d. 88. n. 14.
Dos an amittatur ab vxore patienti oscula & amplexus, l. 10. d. 4. n. 11. & 12.
Dos an possit repeti à viro pertinaci in excommunicatione, l 9. d. 14 n. 15.
Dos an acquiratur à viro, quando vxor est adultera. & similiter ipse nec quoad hoc compensantur adulteria. *Vide*, Compensatio.
Dotis causa quando pertineat ad iudicem Ecclesiasticum, l. 30. d. 8 n 15.
Dos an possit integra recuperari, quando vir prodigè consumpsit, alendo vxorem: vel quando erat pauper, & fecit sumptus. pecuniamque mutuo accepit ad alendam vxorem, l 9. d. 4. n. 28. & 29.
Dotis non solutæ causa an vxor possit expelli, vel non traduci, l. 9. d 5 à nu. 11. ad 18. Et quando non teneatur alere defectu dotis. *Vide*, Alere.
Dotis defectus, vel augmentum eius faciendum, quando allegatur vt causa dispensandi in matrimonio. *Vide*, Clausula.

Dubitans, & Dubium.

Dubitans de promissione an habuerit debitam deliberationem. an teneatur, l. 1 d. 8. n. 10. Quid quando dubius est num promiserit, d. 9. n. 11. Quid vbi dubitat de animo se obligandi, eadem d. 9. n. 12. & 13. Quid si dubitet an vsum rationis habuerit tempore promissionis, ead. d. 9. n. 11. & 14. Quid si aliquis credat se vouisse, l. 2. d. 41. nu. 34 Quid si certo sciatle vouisse, at dubitat num voto teneatur, quia dubitat an materia & finis sint legitima, eadem d. 41. n 35.
Dubitans num res sit sua, bona fide possidens an teneatur restituere. l. 2. d. 42. à nu. 10. ad 21 In dubio in materia iustitiæ melior est possidentis conditio. nu. 12. Quid in materia aliarum virtutum, n. 31. & 32 Quid si negligens fuerit in veto domino inquirendo, n. 13. Quid teneatus iudex in hoc signo facere. nu. 14 Quid si res in nullius possessione sit. Vt si quis iciat rem esse alienam, & dubitet inter quatuor personas cuius sit, nu. 15 Quid iudex tunc facturus sit, n. 16. Quid si aliquis dubitet an suo consilio, vel actione operatus sit, vel alias aliter esset facturus. n. 17. Quid si dubitet depositarius, vel commodatarius an culpa sua depositum, vel commodatum perierit, nu. 18. Quid si apposita diligentia potius dubitans credat rem esse alienam, n. 19. An possit dubitans, possidensque bona fide, re vti, aut illam distrahere. nu 20. 21. & 22. An si vendat, teneatur admonere emptorem de dubio, & si non admoneat, restituere, nu 21. An possessio dubia, aut mala fide cœpta suffragetur, reddatque meliorem possidentis conditionem. nec teneatur restituere. qui sic possidere cœpit, vel emit, n. 24. 25. 28. Quid si aliquis iniuste abstulit rem à possidente bona fide, dubitans an res sit sua. n. 26. Quid si ex voluntate possidentis, nu. 28 Vt quid de emente mancipia Guineæ ab eo qui emit ab asportantibus An bonæ fidei emptor dicatur nesciens rem esse furtiuam, at emit ab eo quem multa forte ablata vendere fama est, nu 27. Quid si dubius emat, vt domino restituat, an tunc possit pretium deducere, n. 29. An dum sunt diuersæ opiniones, sit in hoc dubio melior possidentis conditio, teneaturque iudex, vel doctor consulens illi fauere. n. 30.
Dubitans de vouendi modo, certus de voto. vt an vouerit castitatem, vel se non fornicaturum, aut nō ducturum vxorem, vel an vouerit religionem in communi, vel tantum determinatam: vel si vouit castitatem, & religionem, an vouerit castitatem dependenter à religione, ad quid teneatur, l. 2. d. 44. n. 3.
Dubitans an sit impositum præceptum vel lex, an teneatur, l. 2. d. 14 n 36 Quid si certus sit de præcepto, dubitat autē an obligetur, vel derogatū sit legi, & in dubiis an locus sit epicheiæ, n. 37.
Dubitans an habeat ætatem requisitam ad iciunium, ordines, vel beneficia, an teneatur iciunare & abstinere ab ordinibus, & beneficio, l. 2. d 41 n 38.
Dubitans de pubertate, aut minoti ætate, an possit voti personalis, aut realis irritationem à parte obtinere, l. 2. d 1 n. 39.
Dubitans an audita fuerit hora duodecima noctis, an possit, si dies illa vel sequens sit iciunii, edere carnes. vel cœnare, vel si tunc edat, possit die sequenti sumere Eucharistiam. Et quid si sit opinio, vel sint diuersa horologia, vel cœperit sonare duodecima. nondum tamen audita sit vltimus horæ pulsus, l. 2. d. 43. n. 40.
Dubitans de matrimonii valore, quando bona fide est initum ex parte vtriusque, an possit petere & reddere, l. 2 d. 41 à n. 43 ad 47. Quid si sit scrupulus, aut dubium practicum, quando sit sufficiens dubitandi ratio. n. 42. Quid si nulla diligentia possit adhiberi ad vincendum dubium, nu. 47.
An coniux hic dubitans possit reddere priori bimestri nondum consummato matrimonio. n. 48. Quid si alter coniux sit adulter, nu. 49. Quid lite mota de matrimonii nullitate, an interim restituenda sit vxor: vel quid agendum in foro externo, vel in interno quoad debitum coniugale, & quid si diuersæ latæ sint sententiæ, aliæ pro matrimonio, aliæ contra, n. 50.
An lite hac pendenti teneatur vir vxorem alere, nu. 51. Quid si alter coniux asseueret alteri, se habere impedimentum occultum, vel non consensisse. n. 51. Quid si debitum petat dubitans à non dubitante, n 56. Quid si vterque bona fide contrahens dubitet, nu. 54 & 55. Quid si dubitās contraxerit mala fide, eodem l. 2. d. 42. nu. 1 & 2. An teneatur reddere alteri bona fide petenti. ead. d 42. n. 2. Quid si ille coniux malæ fidei petat, an teneatur alter bonæ fidei reddere, ead. d. 42. n. 3. An hic possessor bonæ fidei possit petere,

tere & reddere, n. 4. An illud matrim. sit dirimendum, n. 5. Quid si vterque dubius contraxerit. n. 7. & 8. Quid si postea inueniantur rationes probabiles suadentes valuisse matrimonium, nu. 9. Quid si impedimentum possit propria voluntate amoueri, vt si sit seruitutis ignorata, an in eo dubio, vel lite pendenti, liceat petere & reddere, l. 2. d. 43. n. 1. vsque ad 5. Quid si nullum sit Ecclesiæ præceptum cogens ad reddendum, ea d. 43 nu. 6. 7 & Quid si non sit dubium, sed opinio nullitatis matrimonij. l. 2. d. 44. n. 1. 2. 3. Quid si adsit opinio tam nullitatis, quam valoris matrimonij, ea disp. 44. num. 4 Quando vero possit haberi opinio, vel certitudo nullitatis, vel dubium. *Vide*, Certitudo nullitatis matrimonij.

Dubium quando est, vter coniugum prius obierit, quid præsumatur. *Vide*, Donatio irrita inter coniuges.

Dubium quando est, an semper sit melior conditio possidentis. *Vide*, Dubitans num res sit sua. Et an sit tutius eligendum, l. 2. d. 41 n. 9.

Dubium quando est an actus amentis habentis lucida intervalla, fuerit gestus tempore lucidi intervalli. *Vide*, Amentes.

Dubium quando est an sit matrimonium, & de verbis ac intentione, quid iudicandum *Vide*, Verbà quæ sint.

Dubium, scientia, fides, opinio, scrupulus, suspicio, quid sint, l. 2. d. 41. n. 1. Et potius ratio dubitandi attendenda est, nu. 3. Quid sit dubium practicum & speculativum, n. 4. An liceat habere contrarium iudicium practicum speculativo, nu 5. An operari cum conscientia dubia practicè, sit peccatum. & pertineat ad speciem peccati de qua est dubium, nu 6. & 8. An liceat operari cum dubio speculativo, n. 8. An in dubijs tutius eligendum, n. 9.

Dubitans an contrariam intentionem habuerit, an teneatur in foro conscientiæ stare præsumptioni iuris aliquid præsumentis, l. 7. d 37. n. 12.

Dubium quando est de impedimento matrimonij. an sit necessaria dispensatio, & possit Episcopus dispensare, l. 2. d. 6 n. 18

Dubium quando est, an censeantur priuilegia principum iuri tertij derogare, l. 8. d. 7 n. 6. fin.

Dubium quando post matrim. contractum superuenit, impotentia, illud præcesserit, an potius subsecuta sit: vel an sit vera, vel an sit perpetua, an potius temporalis, vel quando cum eo dubio initum est matrim. an impediatur eius valor aut licitus vsus, l. 7. d. 103. per totum.

Duo.

Duo impedimenta difficilius tollantur, quam vnum, l. 6. d. 13 n 3.

Duo specialia quando possint concurrere, l. 6 d. 12. n. 5.

Duo vincula. *Vide*, Vincula duo.

Ebrietas, & Ebrius.

EBrietas an sit iusta diuortij causa, l 10. d 18. nu 18 Et an priuet iure exigendi debiti. l 9 d 23. n 11.

Ebrietatis tempore an possit perdi gratia, l. 9. d. 45 n 31.

Ebrius an sponsalia & matrim. contrahere possit. *Vide*, Amentes.

Ecclesia.

Ecclesia an possit cogere ad matrim. *Vide*, Consensus in matrim.

Ecclesia quæ loca includat, vt in ipsis sint sacrilega copula & pollutio, l. 9. d. 15. n. 23 & seqq. Et an, si sit destructa, gaudeat hoc priuilegio, ibi n 37. Et an cogitationes, desiderta, nutus, confabulationes, aspectus, tactus inhonesta in loco sacro sint sacrilega, ac loci circumstantiæ farendæ sint, ibi à nu. 15. vsque ad 22. Et an actus coniugalis polluat Ecclesiam, ibi n. 7 Et an aliquando liceat intra Ecclesiam, ibi n. 8 vsque ad 14. vbi an casu quo est licitus, polluat Ecclesiam. Et an solo iure Ecclesiastico inductum sit, vt effusio sanguinis aut seminis polluant Ecclesiam, non autem alia crimina, ibi n 9.

Eleemosyna.

Eleemosyna imposita, e. Licet, de feriis, piscanti in diebus festis, an sit in præcepto. *Vide*, Dispensationem negans.

Eleemosynæ per parentes factæ tempore vitæ, aut mortis, an extrahendæ sint de ea parte in qua possunt in præiudicium filiorum, vel ascendentium disponere, l. 6. d 36 n 3. 6. Quid si sint minutæ, à n. 8. ad 12.

Eligens.

Eligens indignum ex confessione notum, an incurrat pœnas iuris, l 3. d. 16. n. 6.

Emens.

Emens dubitans an res sit furtiua. *Vide*, Dubitans num res sit sua: & ibi, de emente mancipia Guineæ.

Epicheia.

Epicheiæ legum an sit locus in dubijs. *Vide*, Dubitans an impositum sit præceptum.

Episcopus, Episcopatus

Episcopus an possit relaxare iuramentum metu extortum, vel soluendi vsuras. *Vide*, Iuramentum contra bonos mores Quid de iuramento soluendi amissa pecunia credita, vel soluendi pœnam sponsalium. *Vide*. Pœna sponsalibus adiecta.

Episcopus an possit in sua diœcesi, quod Pontifex in toto orbe, & dispensare in sponsalibus, l. 1. d 61. n 3.

Episcopus an possit dispensare in impedimento, cuius est obtenta dispensatio subreptitia, l. 2. d 38. n. 11.

Episcopus an possit dispensare quando delictum est deductum ad forum contentiosum, & falsa informatione, aut probatione, aut probationis defectu reus absolutus est, l. 2. d 17. n. 12.

Episcopus an possit dispensare in impedimentis dirimentibus matrim quando sunt occulta, & matrim. est iustum, l. 2. d. 40. n. 1. 2 & 3. Quid si vterque, aut alter contra mala fide contraxerit aut non fuit præmissæ monitiones, & quando sit mala fides, n. 4. Quid si contrahentes sint diuites, n. 5. Quid si duo sint impedimenta, nu. 6. Et an possit aliquando dispensare ante initum matrim. nu 7. Quæ media prius tentari possint, nu. 7. Quid si possit adiri nuncius Apostolicus, vel habens dispensandi potestatem, vt commissarius cruciatæ, nu 8. An possit hæc dispensatio pro foro externo, n. 10 Quando impedimentum dicatur occultum, n. 11. An possit vicarius Episcopus in illis dispensare, n. 12.

Episcopus an possit delegare casus qui nõ sibi iure ordinario competunt, sed ratione necessitatis, l. 2 d. 40. nu 13. & 14. An tales iurisdictio dicatur ordinaria *Vide*, Iurisdictio annexa. An possit generaliter Episcopus hoc casu delegare: & occultos papales sibi concessos in Trident. sess. 24. c. 6 de reform.

Episcopus an dispensare valeat in denunciationibus matrimonij, & generaliter delegare. *Vide*, Dispensare in denunciationibus. Et ibi, an possit delegare causas matrimoniales.

Episcopus an possit dispensare in lege Pontificis, vel concilij. l. 2. d. 40. n. 3.

Episcopus in voto castitatis an possit aliquando dispensare ad matrimonium contrahendum, l. 2. d. 40. n. 7.

Episcopus an teneatur dispensare aliquando: an possit imponere mulctam pecuniariam ijs cum quibus dispensat, & an possit ab ipso nolente dispensare appellari, vel sine dispensatione res fieri. *Vide*, Dispensationem negans.

Episcopus an possit negare ordines ob peccatum occultum. *Vide*, Ordines negare. Et quando inuenit impedimentum matrimonij. *Vide*, Parochus impedimentum.

Episcopus an possit aliquando dispensare, vt matrim. absque Parocho celebretur. *Vide*, Matrim. an sit validum absque Parocho.

Episcopus excommunicatus ordines celebrans an conferat executionem *Vide*, Titulo legitimo carens.

Episcopus quando possit dispensare, vel absoluere iuxta Trident. sess. 24. c. 6. de reform. qualis nimirum habitatio in sua diœcesi exigatur, vt quis sit illius subditus *Vide*, Habitatio qualis requiratur.

Episcopus an validè assistat matrimonio, vel concedat assistendi licentiam, pendenti appellatione. *Vide*, Ordinarius censetur.

Episcopus an possit exponere confessarios in diœcesi Abbatum. *Vide*, Ordinarius censetur.

Episcopus an possit iurisdictionem ordinariam conferre. *Vide*, Vicarius generalis.

Episcopi nomine an includatur vicarius P. *Vide*, Vicarius generalis.

Episcopus an possit absoluere à suspensione Parochi assistentis clandestino: & à quauis alia suspensione. *Vide*, Suspensus triennio.

Episcopus an teneatur alere Clericum quem bona fide absque vero patrimonio initiauit. l. 6. d. 32. n. 7. & 8. Quid si patrimonium casu pereat, n. 8.

Episcopatus an dirimat matrim & quo iure, etiam si ad illum promotus nondum sit consecratus, nec in ordine sacro constitutus. l. 7. d. 28 n. 15.

Episcopatui an sit annexa continentia iure diuino aut Ecclesiastico, l. 7. d. 27. n. 7.

Episcopus in quibus possit dispensare, & qualiter. *Vide*, Dispensare.

Episcopus an possit in sua diœcesi impedimenta matrimonij statuere, l. 7. d. 1. n 9. & 10

Episcopus an teneatur in confessione fornicationis explicare se esse Episcopum. l. 7. d. 27. n 33.

Episcopus an possit adiri a subditis Abbatum, & aliorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, ci. casus in quibus potest dispensare cum suis subditis, l. 8 d. 6. n. 12.

Episcopus promouens ad primam tonsuram vel minores ordines, eos quos norit nolle ad vlteriores ordines ascendere, an peccet, l. 7. d. 31. n. 18. Et an debeat à promouendis vel à parentibus iuramentum petere, an bona intentione promoueantur, vt ad ordines vlteriores ascendant, ibi n. 19.

Episcopus an possit exemptos togere impedientes reuocationem coniugis ex suo monasterio, l. 7. d. 35. nu. 21. Et an in hoc & alijs casibus, in quibus habet iurisdictionem in ipsos, possit eos censuris compellere, ibi n. 22. & 23.

Episcopus vt coniugatus possit fieri, quid requiratur, l. 7. d. 41. nu. 1. 2. 3.

Episcopus cum quo dispensatur, vt consecrationem differat, an possit retinere beneficia, l. 8. d. 1 n 24.

Episcopus vel alius prælatus mittens subditum vt ab alieno Episcopo instituat, an censeatur illi committere vices suas, vt cum eo dispenset in irregularitate vel alio impedimento, l. 8. d. 1. n. 25.

Episcopi confessor quid possit circa ipsum. *Vide*, Confessarius.

Episcopus an possit delegare dispensationes, quas ratione solius necessitatis potest concedere, l. 8. d. 6. n 20.

Episcopus multam pecuniariam an possit imponere, cum dispensat in lege propria, vel superioris, vel voto, l.8. d.14. n.1. & 2.
Episcopus an tamquam delegatus procedat, dum in Tridentino vel alibi committitur aliquid ipsi, tamquam Sedis Apostolicæ delegato, vel dū dicitur, Auctoritate nostra dispēsa, l.8. d.21. n 10.

Epistola.

Epistola, vel responsum Principis, quando legem constituat, l.2. d. 31. n 6.

Error.

Error non prodest, sed inspicitur veritas, vbi quis dat operam rei illicitæ. l.5. d.42. n.1.
Error communis quando det iurisdictionem. *Vide*, Titulo legitimo carens
Error circa causam voti vel iuramenti, an illud irritet. *Vide*, Votum. Et an Professionem *Vide*, Professio.
Error in quo differt ab ignorantia, & an vtrumque dirimat matrimonium, l.7 d 18. n.1 Et an error personæ desideret præsiam personæ cognitionem, ibi num 2. Et quo iure dirimat matrimonium, ibi n.5 11. Et quid, si hic error sit concomitans, nec dans causam contractui, ibi n.6. Et an contrahens matrimonium teneatur dirigere intentionem in personam præsentem, quæcumque illa sit, ibi nu.13. Et an valeat matrimonium inter infideles cum illo errore, nu.14 Et an possit Ecclesia statuere ne dirimat, ibi n.15.
Error qualitatis an dirimat matrimonium, l.7 d.18. n.8 Et an possit Ecclesia statuere vt dirimat, ibi n.9. Et quid, si det causam contractui, ibi à n 17. vsque ad 23. Et quando in errorem personæ redundet, ita vt nunc irritet matrimonium, ibi à n 25. vsq; ad fin.
Error nominis an dirimat matrimonium, l.7. d.18. n.37
Error seu dolus antecedens & concomitans, incidens in contractum, & dans illi causam, quid sit, l.7. d.18 n.4.
Error conditionis seruilis *Vide*, Seruitus & Seruus.
Error nominis aut diœcesis eius, cum quo dispensandum est, an vitiet dispensationem, l.8 d.21. n 37. & duplici seq.
Error in gradu coniunctionis vel impedimento quando vitiet dispensationem *Vide*, Dispensatio.
Error an faciat extendi rescripta ad casum, qui sub eorum verbis non comprehenditur. l.8 d.21. n 39.

Erubescimus.

Erubescimus sine textu loqui, l 2 d 39 n 6.

Etiam, Et.

Etiam *Vide*, Dictiones implicatiuæ. &, Copula, &.

Eucharistia.

Eucharistiam an possint recipere dubitantes an cum biberunt, audita fuerit duodecima noctis hora, vel qui biberunt dum cœpit audiri *Vide*, Dubitans an audita.
Eucharistia virtute bullæ, aut priuilegiorum religionis an possit ministrari in paschate aduenis, peregrinis, mercenarijs. Et an hi tenentur recipere in heri parochia, & peregrini in Ecclesia Cathedrali. *Vide*, Habitatio qualis requiratur.
Eucharistia die quo est suscepta, vel quando die sequenti est suscipienda, an liceat actus coniugalis, l 9. tota d.13.

Eunuchus.

Eunuchorum matrimonium an valeat, l.7. d.92 à n.14. vsque ad 18. Et an vir factus eunuchus post matrim. possit eo vti, eodem l.7. d.102. n 6. & seq

Exceptio.

Exceptio firmat regulam in contrarium in casibus non exceptis, qui alio iure excepti non sunt, l 6. d.40. n.8.
Exceptio adulterij an sit perpetua, & possit opponi etiam post litem contestatam, l 10. d.6 n 11.
Exceptio adulterij contra vxorem petentem viri restitutionem, an possit opponi deducto prius adulterio ad iudicium criminale, l. 10 d 8. n.10.
Exceptio litis pendentis obstat, quoties optat exceptio rei iudicatæ, l 10 d.8. n.10.
Exceptio est fauorabilior actione: & sæpe hac negata, conceditur illa, l.10. d.8. n.10.
Exceptio & actio quando alicui competunt. *Vide*, Actio.

Excommunicans, Excommunicatio, Excommunicatus, Excommunicare.

Excommunicans non in scriptis, quando excommunicatio caret effectu, an suspensus sit, l. 3. d.2. n.5.
Excommunicatio imposita contrahenti cum consanguinea, an includat contrahentem sponsalia. *Vide*, Clandestina sponsalia. Et an ducentem consanguineam sub aliqua conditione, l.5 d.1. nu. 14. & d 5 n 11. & d 4 n.10. & d 5 n.17. & 18.
Excommunicatio in clam contrahentes. *Vide*, Pœna matrimonij clandestini.
Excommunicatio in religiosos solemnizantes matrim. an sit correcta per Tridentinum, l.3 d 48. n.8.
Excommunicatio in facientem, an includat mandantem, l 3. d 49. num. 2.
Excommunicationis metus an cadat in virum constantem. *Vide*, Metus mortis.
Excommunicationem an incurrat impedicus. *Vide*, Matrimonium an possit esse coactum.
Excommunicatio an possit ferri absque monitione, vbi præcessit mandatum sub excommunicationis pœna, l.2. d. 24. n.28.
Excommunicatio an liget coniugem conscium impedimenti, & obid negantem debitum, & innocentem probatum nocentem, l.2. d 39 n 9.
Excommunicatus an sit percutiens clericum inuentum cum sponsa. *Vide*, Clericum percutiens
Excommunicatus Parochus, suspensus, vel irregularis, an validè assistat matrimonio, l 3. d 21. n.1. 3 & 4
Et an validè det licentiam assistendi matrimonio, n 6. & 7. Quid si si talis instituat vicecuratum, eod. n.7. Quid si det licentiam ministrandi alia sacramenta, n 6. 7. & 9.
An peccet licentiam concedens, n.8. An validè concedat licentiam assistendi sacerdoti excommunicato, n.4 Quid de Parocho cui est interdicta sacramentorum administratio, n. 10 11. & 12.
Excommunicatus an possit excommunicare, & alia ad iurisdictionem pertinentia exercere. *Vide*, Titulo legitimo carens.
Excommunicatus assistens horis, vel ministrans beneficio, an lucretur fructus & distributiones. *Vide*, Distributiones.
Excommunicans coniuges an possit interdicere participationem inter illos, l. 9 d.14. n 7.
Excommunicare an possit Episcopus religiosos exemptos impedientes reuocationem cōiugis in suo monasterio & in alijs casibus in quibus habet iurisdictionē in ipsos, l 7. d 33. n. 11. & seq.
Excommunicationis, suspentionis, vel interdicti pœnæ cur non exigant sententiam iudicis, l. 9 d 30. n 1 & 2.
Excommunicatio an incurratur, vbi est ignorantia iuris vel facti, vel ipsius excommunicationis & qualis debeat esse hæc ignorantia vt excuset. *Vide*, Ignorantia.
Excommunicatio vt valeat, exigit monitionem præcedentem sub excommunicationis pœna, l. 9. d. 32. n 14.
Excommunicationis vtriusque vel alterius coniugis tempore, qualiter liceat participatio etiam in diuinis inter ipsos, l 9. tota d.14 Et an ea ab excommunicante interdici valeat, ibi n 7.
Excommunicatiō in qua coniux est pertinax, an sit causa diuortij, l.10. d.15. n.12.
Excommunicatio quando incurratur ob matrim. initum cum consanguineis, vel affinibus, aut professis, aut ordine sacro insignitis, l.7 tota d.48. Et quid de mandantibus, consulentibus, auxilianibus, ibi n.3. Quid de parocho assistenti, ibi n.4 Quid de contrahentibus cum alijs impedimentis. ibi n.14. Quid de religioso Soc. Iesu nondum professo, contrahenti matrimonium, ibi n.17.
Excommunicatio quando incurratur ob participationem cum excommunicato in crimine criminoso, l.7. d 48 n 3.
Excommunicationem an incurrat dispensans in votis reseruatis, l.8. d. 9 n 1. Et quid de remigibus in triremibus Maurorum, l. 9. d. 31 n.6.
Excommunicationem an incurrat curialis aut solicitator, vel scriptor narrans in dispensatione falsum, contra relationem partis, l.8. d 21. n.58.
Excommunicatus sæpius celebrans, an debeat in irregularitatis dispēsatione explicare multiplicem celebrationem, l.8. d 24. n.7.
Excommunicatus an validè contrahat matrim. l.7. d 9. n.1. & 2. Et quotuplex peccatum mortale admittat, num. 3. & 4 Et quid. si sit excommunicatio minor. ibi n.5. Et quid de contrahente cum ligato excommunicatione maiori vel minori, ibi à n.6 vsque ad 10. Et quale peccatum sit, quando ambo sunt excommunicatione maiori vel minori ligati, ibi n.11. Et an excommunicatus licitè contrahat sponsalia, etiam iuramento firmata, ibi n.12.
Excommunicatus nondum denunciatus an licitè ministret sacramenta. & licitè ab eo petantur. l 7. d.9. n 8.
Excommunicatus an licitè recipiat benedictiones nuptiales. l.7. d. 9. n.13.
Excommunicatus sit, vel Anathema sit, an excommunicationem latæ sententiæ importent, l.7. d.12. n.2.

Exemplaris substitutio.

Exemplaris substitutio an possit fieri à matre secundò nubente, & antea facta expiret, l.7. d. 88. à n.12. vsque ad 25. Et quid de pauc transeunte ad secundas nuptias, ibi n 26.

Exempti.

Exempti *Vide*, Excommunicare.

Exemplum.

Exemplum non arctat regulam. l.1. d 57. n.6.

Exhæredare.

Exhæredari an possit filia inuitis parentibus nubens. *Vide*, Filia inuitis parentibus nubens Quid si clam contrahat. *Vide*, Hæreditate priuari. Et an necessaria sit iudicis sententia. *Vide*, Iudicis sententia.

Exorcismus.

Exorcismus an pariat cognationem spiritualem, l.7. d.10. n.5.

Expensa.

Expensas dispensationis, & quatenus alias an teneatur restituere consanguineus recedens à promissione data matrimonij. Vel is cuius culpa sponsalia dissoluuntur, lib. 5. d. 5 à num. 32 ad 34.

Au

An teneatur hic procurare dispensationem, n. 35.36. Cuius expensis, n 37. Quid de grauato in legato, vel maiorato vt ducat consanguineam, an teneatur suis expensis dispensationem procurare, n. 21.
Expensæ litc pendenti diuortij & alimentarum sint ministrandæ vxori, l. 10 d 8. n 28.
Expensas dispensationis vter coniux soluere teneatur. *Vide*, Dispensatio.

Expressio, & Expressum.

Expressio eius quod iure communi, & tacitè inest, quando importet conditionem, & eius omissio vitiet actum, l. 3. d 32. n 3. & 4.
Expressa nocent, non expressa autem, minimè, l. 6 d. 36. n. 2.
Expressi, & tacuti idem est iudicium. *Vide*, Taciti & expressi.
Expressum quid dicatur, l. 5. d. 35. n 2.
Expressio falsi quando vitiet dispensationem. *Vide*, Dispensatio.

Ex studio facere.

Ex studio aliquid facere, quid importet, l. 7. d 20. n. 6.

Falsa.

FActa calore iracundiæ. *Vide*, Iracundiæ calore.
Facti alieni promissio *Vide*, Promissio facti.
Factis magis quam verbis offenditur voluntas, l. 2. d. 11. n. 10.
Factum contra legem pro infecto habetur. l. 3. d. 5. nu. 2. & 4. Quid quoad damnum facientis, l. 3. d. 2. n. 3. & 7.

Facultas.

Facultas dispensandi. *Vide*, Dispensandi potestas.
Facultas delegata. *Vide*, Delegata potestas.
Facultas legitimandi. *Vide*, Legitimare.

Fama.

Fama an sufficiat ad impedicndum matrim. & qualiter distet à rumore. *Vide*, Sponsalia vt dissoluantur. Quid ad dissoluendum matrim. vt alter contux teneatur credere. *Vide*, Certitudo nullitatis. An sit sufficiens probatio ad dissoluendum: & an probet mortem viri: & quas conditiones debeat habere fama, vt probet. *Vide*, Probatio mortis.

Familia.

Familiæ nomine quid intelligatur in legato, vt aliquis ducat personam de familia, l. 1. d. 33. n 9.

Famuli.

Famuli an teneantur recipere Eucharistiam in parochia heri. *Vide*, Habitatio qualis requiratur.
Famulus non petens salarium triennio, an illud amittat in foro conscientiæ, l 7 d. 37. nu. 17.
Famulis an possit offerri aut non offerri occasio peccandi, vt deprehensi puniantur & resipiscant, l 10 d. 12. n 52 & 53.

Fauorabilis.

Fauorabilis quando sit constitutio. *Vide*, Constitutio.

Feriarum tempora.

Feriarum tempora quibus interdicuntur benedictiones nuptiales quæ sint, & quæ eis prohibeantur. *Vide*, Benedictio.

Festum.

Festum in dominica occurrens an constituat circumstantiam necessariò farendâ in omittente tũc audire sacrum, l. 9. d. 13. n. 5. & 6.

Ficta, Fictio, & Fingens.

Ficta matrimonia. *Vide*, Matrimonium fictum.
Ficta sponsalia. *Vide*, Promissio deliberata.
Ficta professio. *Vide*, Professio ficta.
Fictio non operatur plus quam veritas. l 4. d. 18. n 15.
Fingens virginitatem. *Vide*, Virginitatem fingens.

Fideiussio, & Fideiussor.

Fideiussio vxoris non seruatis iuris solemnitatibus an valeat in cõscientia? & si soluat, teneatur alter restituere, l. 4. d. 9. n. 14.
Quid si vxor promittat viro morti vicino se soluturam eius debita? an teneatur soluere, siue iurauit, siue non, & si soluat, an teneatur alter restituere, n 15. Quid si promittat viro se soluturam quicquid legauerit, eo n. 15. An fideiussio vxoris metu reuerentiali viri facta, obliget in conscientia: vel possit ipsa abscondere bona, aut quia egestate premitur, sitque necessaria iuramenti relaxatio, n. 14.
Fideiussor an possit interuenire in sponsalibus, l. 1. d 38. n. 1. An obligetur ad pœnam, vel interesse, eodem n 1.
Fideiussor non obligatur in plus, quam principalis, l. 1. d. 38. n. 1.
Fideiussor non obligatur, nisi principalis obligetur saltem naturaliter, l. 6. d. 38. n. 21.

Fidelis.

Fidelis coniux matrim. in oppidis infidelium, an ligetur impedimentis dirimentibus fidelium aut principis infidelis, l. 7. d. 3. n. 7. & 10.
Fidelis coniux si petat diuortium à coniuge infideli, aut è contra, vel disputetur de matrimonij viribus, quis sit iudex competens, l 7. d 3 n 9
Fidelis factus coniux qualiter possit dissoluere matrim. tempore infidelitatis iuitum, vel cum infideli habitare *Vide*, Infidelis.

Fides.

Fidem frangenti fides seruanda non est, l. 1. d. 32. n. 5. & l. 6. d. 37. n. 2.

Filius, & Filius.

Filia inuitis parentibus nubens non clandestinè, an possit exhæredari, l. 4. d. 24 n 2. & 3 Quot conditiones desiderentur, vt possit ob id exhæredari, n 4. An exigatur vt pater se obtulerit ad filiam maritandam, vel fac sit eam esse meretricem, n 5. An exigatur vt sit in lupanari, n. 6. Quid si pater vel mater luxuriosè viuant, nu. 7. Quid si mater sit correcta, & an correctio hæc debeat esse tempore conditi testamenti, vel mortis, n. 8.
Quid si filia meretrix sit maior viginti quinque annis, n. 9. Quid si inuitis parentibus mancipio nubat, nu. 10. Quid de filio inuitis parentibus ducente vxorem, an possit exhæredari, nu 11. An attento iure Castellæ possit filius vel filia inuitis parentibus inire matrimonium, exhæredari, ibi nu. 14 & 15. An filia, vel propinqua heri contrahens sponsalia, vel matrim. cum famulo, possit exhæredari, n. 16.
An iure canonico sint leges permittentes exhæredari filiam non clam nubentem inuitis parentibus, correctæ, eodem l 4. tota d. 25 Quando autem possit dote priuari. *Vide*, Dos an sit sub præcepto. Quando peccet sic nubens. *Vide*, Filius.
Filia volens ingredi religionem, an sit dotanda à patre. *Vide*, Dos an sit sub præcepto.
Filius an validè ducat vxorem contra parentum voluntatem. l. 4. d 21. n. 2. & 3. An possit cogi paterno præcepto, vel increpatione paterna, n 4. & 5 An possit pater impedire matrimonium, & minari exhæredationem, vel incurrat excommunicationem, nu. 6. 7 & 9
Quando iustè impediat. *Vide*, Causa iusta dispensandi.
Filius iniens matrim. inuitis parentibus an possit exhæredari. *Vide*, Filia inuitis parentibus. An teneatur obedire parentibus nomine ipsius promittentibus matrimonium: vel aliquod matrim. præcipientibus, l. 4 d. 25. n. 1. 3. 4 5. & 6.
An teneatur ad illud matrim. ex vi paterni præcepti, nu. 7. Quando peccet filius inuitis aut infcijs parentibus ducens vxorem, à nu. 8. ad 11.
Filius natus ex concubitu cum à fœna sponsa de futuro, vel voto castitatis ligata, an sit naturalis *Vide*, Adulterium an sit fornicatio. Et de filijs legitimis. *Vide*, Legitimi filij.
Filius promittens patri se soluturum eius debita, aut legata, an teneatur: possitque si minor sit, petere restitutionem: & similiter possit ex donatione & fideiussione restitui, l. 4. d 9. n. 16.
Filius volens ad ordines promoueri, an possit matrimonium à patre petere. *Vide*, Dos an sit sub præcepto.
Filies an teneatur conferre vestes donatas sibi, aut vxori à parentibus, ad nuptias *Vide*, Vestes pretiosæ, & quotidianæ.
Filius an teneatur ministrare patri, & possit à patre cogi, l. 6. d 39. num 5 An possit volens recedere, ab eo includi, vel possit inuito patre se vendere, n. 6.
Filiusfamilias an obligetur ex contractu pecunia credita, quamuis iuret: vel ex mutuo, l. 6. d 36. n. 19.
Filiusfamilias an obligetur ex contractu, l. 6. d. 39. n. 1. An possit pater irritare eius obligationem homini factam, eo n. 1.
An si sit impubes, possit contrahere saltem circa castrensia, vel quasi, n. 2. An obligetur si promiserit alicui se certo tempore ministraturum, & possit amoueri à patre, n. 4.
An possit cogi ministrare patri: & teneatur cum ipso habitare, & recedere volens possit impediri, nu 5. & 6. An possit contrahere circa aduentitia in quibus pater est vsufructuarius, vel proprietatem alienare, aut hypothecæ subijcere, saltem ex patris licentia, n. 7. An in regno Castellæ possit alienare proprietatem terræ patris aduentitiorum, n. 8 & 9.
An possit pater irritare vota filijfamilias maioris 25 annis, n. 10.
Qualiter possit arras promittere *Vide*, Arras.
Qualiter sponsalitiam largitatem *Vide*, Largitatem sponsalitiam.
Filiusfamilias non exijt a patris potestate ratione ætatis, l. 6. d. 39. n. 10.
Filijs prioris matrimonij quæ reseruentur. *Vide*, Lucra quæ reseruentur.
Filius an possit agere contra patrem detinentem vxorem, l. 9 d. 4. n. 28 & 29.
Filij an teneantur suis bonis soluere mutuum acceptum à patre ad ipsos alendos, quando pater soluendo non est, l. 9. d. 4. n. 28. & 29.
Filij concepti à coniugibus mutuo castitatis voto aut professione astrictis, aut altero ad ordines promoto, an sint legitimi, l. 10. tota d. 38.
Filijs & famulis an possit permitti vel offerri occasio peccandi, vt deprehensi resipiscant, l. 10. d. 12 n. 52. & seq.
Filij apud quem parentem educari debeant facto diuortio, siue culpa, siue absque ea, huc quia matrim reperitur irritum, l. 10. d. 20. per totum.
Filij an sequantur conditionem patris an matris, quoad nobilitatem & seruitutem. l. 7. tota d 24.
Filius ex patre nobili & matre ancilla an sit nobilis, l 7. d. 24. n. 3 & 4.
Filius an possit necessitatis tempore à matre vel ab auo vendi. l. 7. d. 24. n. 16.
Filius genitus antequam pater benedictiones Ecclesiæ receperit, vel aliter sit emancipatus, licet post hæc facta nascatur, an sit sub aui potestate, l. 7. d. 24. n. 7.

Filii an teneantur alimenta aut dotem præstare matri inopi secundò nubenti, l. 7. d. 88. n. 32
Filii an educandi sint apud matrem secundò nubentem, vel apud patrem ad alias nuptias transeuntem, l. 7. d. 88 à n 17. vsq; ad 21.
Filiis an sint reseruanda bona à parentibus transeuntibus ad secundas nuptias, & quæ sint hæc bona, & omnia ad hoc pertinentia, & an possint hæc bona alienati aut hypothecari à parentibus, latè l. 7. d 89. à n. 1. vsque ad 40. Et quid, si filii moriantur superstitibus nepotibus, aut filii suscepti non sint, ibi à n. 34. ad 38. Et an si filius instituat in testamento suum parentem, ea bona sint reseruanda, ibi nu. 41. & 42. Et quid si filii consentiant secundis nuptiis parentis, tacitè vel expressè ibi à n. 43. vsq; ad 48 Et quid, si parens mortuus consentiat, ibi à n. 49. ad 57. Et quid, si secundò nubens sit minor, aut filii moriatur intra ætatem pupillarẽ, ibi n. 58 & 59. Quid, si secundo nubat de licentia principis, ibi n. 60. Quid, si non secundò nubat, sed fornicetur. *Vide*, Vidua.
Filius si de tertia bonorum parte disponat, an ea extrahenda quoque sit de proprietate bonorum, quam habet in bonis paternis, quæ peruenerunt ad matrem, qua ea priuatur ob transitum ad secundas nuptias, l. 7. d. 89. n. 39
Filius genitus aut natus post dispensationem à parentibus obtentam ad ineundum inter se matrimonium, an sit naturalis, & legitimetur per subsequens matrim. l. 8. d. 7. n. 19
Filius natus ex matrim irrito, contracto bona alterius parentis fide, an sit legitimus quoad vtrumque parentem, & vtrique succedat: & patens malæ fidei sit legitimus quoad ipsum, eique filio succedat, l. 8. d. 34. n. 46
Filius an legitimetur per matrim. in articulo mortis initum, etiam in fraudem substituti, l. 7. tota d. 105.

Finalis causa & finis.

Finalis causa, & impulsiua quid sit? & an semper illa sit, qua cessante non fieret dispositio, l. 3. d. 36. n. 14
Finis matrimonii. *Vide*, Matrimonium ad quem finem.
Finalis causa & impulsiua quid sit, & in dubio qualis præsumatur, l. 8. d. 21. n 9. & 10

Fœmina.

Fœmina vim passa an possit semen expellere. *Vide*, Semen an possit expellere.
Fœmina virginitatem fingens *Vide*, Virginitatem fingens.
Fœmina ætate respectu vnius viri an præsumatur talis respectu omnium, & cognoscibilis ab vno præsumatur cognoscibilis ab omnibus, & vir potens ad corruptam præsumatur potens ad virginem, l. 7. d. 93. n. 12. 27. & 28
Fœmina separata à viro ratione arctitudinis aut maleficii, alterius impotentiæ, quoties in vno alio matrimonio. vel fornicatione admissa, restituenda sit priori viro, vt experiatur. *Vide*, Impotẽtia.
Fœmina an aliquando inspicienda sit à medicis, ad diiudicandum an viro apta sit, l. 7. d. 113. n. 21

Forenses.

Forenses qualiter teneantur ad gabellas, & ad panis tazam, & ad alias leges. *Vide*, Peregrini an teneantur.

Forma.

Forma debet impleri specificè & propriè, & non per æquipollens, l. 2. d. 31. n. 19
Formam importat, necessarium, l. 2 d 31. n. 2. Et idem verbum, deber, eo n. 2. Idem, quando imponitur verbum annulans: vel dicitur aliter fieri non posse, l. 4. d. 17. n. 4
Formam an importet conditio, & ablatiuus absolutus, l. 3. d. 5. n. 2. Et id quod potest præcedere, & subsequi actum, num. 3. An eam importet ordo, l. 8. d. 34 nu. 27. Quid quando exprimitur quod iure inest. *Vide*, Expressio ius.

Fornicatio.

Fornicationem admittentes an teneantur seminare, vel non se retrahere, quando alteriam seminauit, l. 9. d. 19. n. 7

Forus.

Forus conscientiæ, & externus idem seruat, vbi non est falsa præsumptio, nec lex est pœnalis, l. 1. d. 5. n. 10
Forus internus fidem adhibet testanti pro se, & contra se: non autem externus, l. 2. d. 45. n. 1
Fori leges non obligant nisi proberur earum vsus, l. 6 d. 5. n. 5
Forum conscientiæ & pœnitentiæ quid sint, & qualiter differant, l. 8. d. 34. n. 19

Fraus.

Fraus nemini patrocinari debet, l. 1 d. 42. n. 5 & l 3. d. 18, n. 29. Quãdo dicatur fraus illicita. *Vide*, Iure suo vtens.

Frigiditas.

Frigiditas vnde dignosci possit, l. 7. d. 94. n. 5. & 6. *Vide*, Impotentia.

Fructus.

Fructus beneficii an lucretur, peccans ministrando, vt si sit excõmunicatus. *Vide*, Distributiones.
Fructus donationis ea cassata, vel reuocata, ac lucretur coniux. *Vide*, Donatio morte confirmata. An fructus teneatur restituere qui beneficium simplex, vel curatum accipit absque animo sacerdotium suscipiendi. *Vide*, Beneficium.

Frustra.

Frustra expectatur euentus, cuius nullus est effectus, l. 4. d. 51 nu. 9

Furdamentum.

Fundamento sublato corruit ædificium, l. 3. d. 4. n. 6

Furiosi.

Furiosi. *Vide*, Amentes, & Cohabitare.

Gabella.

GAbellas qualitet teneantur forenses soluere. *Vide*, Peregrini an teneantur legibus.

Graci.

Græcis nunquam licuit, nec Latinis matrim. inire post sacrum ordinem, l. 7. d. 28. n. 3. Et an Græcus sacris initiatus possit mortua vxore aliam ducere, ibi n. 4. Quid differt inter Ecclesiam Græcã & Latinam, circa vsum matrim. ante ordines contracti, ibi n. 5. An peccent Græci ad sacros ordines promoti vtentes matrimonio antea inito, ibi n. 6

Gratia.

Gratia vt valeat, vel quæuis dispensatio, non desideratur scriptura, nisi lex eam petat, l. 3. d. 35 n. 10
Gratia non expirat ante reuocationem, l 3 d 30. n. 11
Gratia an prosit ignoranti à tempore concessionis, l. 6 d 36 n 1 & 2. Quid quando priuilegiũ non conceditur per modũ rescripti, sed per modũ statuti, aut constitutionis. n. 3. An reuocari possit ante notitiã eius cui cõceditur, n. 4. An desideretur etiam notitia priuilegii in eo in cuius præiudiciũ cedit, n. 5 An satis sit notitia nuncii, aut procuratoris, quo mediante priuilegium impetratur, nu. 6. An satis sit vt quidam tertius intimet priuilegium, vel requiratur nuncius destinatus, n. 7. Quid si Parochus cõcesserat licentiã assistendi matrim. cuidam sacerdoti: & ille ignarus licentiæ assistat, vel admonitus à quodam qui casu audiuit, an validũ sit, n. 8. Quid si reuocata sit licentia, sacerdosque ignarus reuocationis assistat. Et an possit ad libitum reuocari, nu. 9
Gratiæ verba ita operari debent, vt nec vna syllaba sit superflua, l 3 d. 26. n. 6
Gratia an possit amitti somni vel ebrietatis tempore, lib. 9. disp. 45. num. 31
Gratia motu proprio concessa an sit latè interpretanda: & qualiter motus proprius non ampliet gratiam, l. 8. d. 21. n. 5. Et quando censeatur motu proprio concessa, licet sit ad instantiam partis, ibi n. 6. Et an testibus probetur eam esse motu proprio concessam, ibi nu. 9. Et an hæc clausula suppleat vitium contingens in tacendo vero, aut exprimendo falso: & confirmet gratiam cõtra concedentis mentem, eodem l 8 d. 21. n 47. ad 51 Et an hæc clausula possit apponi ab ordinariis vel legatis: & quid tunc operetur: eadem d. 21. n. 48, Et an clausulæ Motu proprio, & Ex certa scientia efficiant, vt posterior dispensatio, non facta prioris mentione, minimè sit subreptitia, eodem l. 8 d. 21, n. 8, Et an clausula Ex certa scientia testibus probetur, & quid operetur, eodem l. 8. d. 4, à n. 5. vsque ad 6
Gratia quando expiret morte concedentis, vel eius finito officio, vel excommunicato, vel facto furioso: vel morte eius cui cõceditur expediẽda, aut eius finito officio. *Vide*, Delegata potestas.
Gratia ad sui valorem aut probationem an indigeat scriptura. *Vide*, Dispensatio.

Habitans, Habitatio, Habitare.

HAbitans in duplici parochia an possit indifferenter coram alterutrius parocho matrim. inire, & vtrique fateri, l. 3. d. 24. nu 1. 2 4. 5. An requiratur æqualis habitatio omnino in vtraque parochia, num. 3. An quando sunt duo parochi in solidum vnius parochiæ, possit alteruter altero inuito ministrare sacramenta, num 6
Habitatio qualis acquiratur ad domicilium acquirendum, l. 3. d. 25. n. 1 & 2. An domicilium habitationis semel acquisitum, deperdatur sola animi mutatione, n. 2. Domicilium originis an acquiratur natiuitate in loco in quo parẽtes casu erant: vel quale si tunc domicilium originis. nu. 3. Domicilium originis est immutabile, habitationis verò potest mutari, num. 4. An parochus domicilii originis possit assistere matrim. nu 6. & 7. Domicilii nomine quale in dubio intelligatur, nu. 7. Qualis habitatio requiratur ad acquirendam parochiam ad matrim. concessionem, vel vt Episcopus possit dispensare, à n. 9. ad 13. Non requiritur actu habitare per maiorem anni partem, sed sufficit eo animo incipere habitare, num. 14. Quid si habeat aliquis animum habitandi in diœcesi per maiorem anni partem, & breui in singulis domibus habitet, eo nu. 14. Quid dum mulier nubit viro ad eius parochiam statim transfirura, an possit parochus illius mulieris assistere matrimonio. Quod si irritum fit, & eadem die, cùm iam in viri domum transierit, ratificetur, an possit idem parochus assistere, num. 15. An si alienigena se transferat in aliquam diœcesim animo habitandi perpetuo, cœperitque habitare, & postea animum mutet, possit ab Episcopo illius diœcesis ad ordines promoueri, num. 16. An licet virtute bullæ, & priuilegiorum religionis ministrare Eucharistiam in die Paschatis aduenis, vagis, & peregrinis breui spatio habitantibus in aliqua parochia, nu. 17. An hi teneantur ad Ecclesiam matricem confluere, eo n. 17. Quid de mercenariis ad breue tempus locantibus operas, vel an debeant ad heri parochiam confluere, n. 18.

INDEX RERVM.

Habitare coniuges simul, qualiter teneantur. *Vide*, Cohabitare.
Habitatio absolutè relicta vxori an perdatur ea secundò nubente, l. 7. d. 91 n. 30

Habitus.

Habitum mutare sine licentia mutua an possint coniuges: vt indui habitu beatarum vel ecclesiæ, l. 9. d. 3. n. 9

Hæredes & Hæreditas.

Hæredes donantis an possint revocare donationem nondum acceptatam, vel hæredes donatarij acceptare, post vtriusque mortem. *Vide*, Promissio ante acceptationem.
Hæreditate priuati an possit filia, vel filius clam contrahens, l. 3. d. 47. n. 2. Quid si filia, sit sui iuris, vidua, que, siue in domo paterna, siue extra habitet, n. 3. Quid si digno nubat, nu. 4. Quid si excedat ætatem viginti quinque annorum, nu. 5. Quid si etiam ex parentum consensu nubat, n. 6. An incurrat tunc eam ipsa quam testes alias pœnas contentas in l. 69 Taurini vel saltem iudex possit eas infligere, n. 7. Quid si pater malitiosè matrimonium differat, n. 8. Quid si ex filia non consummato matrimonio proficiatur religionem, & an oporteat consummari, vt incurratur ea pœna, n. 9. Quid si matrimonium clandestinum sit inualidum, n. 10. An hæc pœna indigeat iudicis sententia, n. 10. An iure canonico attento seruanda sit hæc pœna exhæredationis, n. 11. & 12. Quid de filia inuitis parentibus nubenti, non tamen clandestinæ. *Vide*, Filia inuitis parentibus.
Hæreditatis renuntiatio *Vide*, Renunciatio.
Hæreditatem repudiare. *Vide*, Repudiare.
Hæreditas quando alicui auferatur & vocantur hæredes ab intestato, vel fiscus, an amittatur in foro conscientiæ ante iudicis sententiam, l. 7. d. 87. n. 8

Hæresis & Hæreticus.

Hæresis quando sit sufficiens causa diuortij, ita vt alteri liceat trãsire ad ordines vel religionem: vel etiam ipsi hæretico: & quando id diuortium censeatur remissum per copulã vel alios actus, l. 10. tota d. 15. Et quid, si coniux hæc exercens potis alterius adulterium, non tamen hæresim, an remissio censeatur: vel è contrà notis hæresim, non tamen adulterium, eodem l. 10. d. 14. n. 11. Et an sufficiat remissio per actum interim, ea d. 14. n. 16
Hæresis an competenter quoad diuortium adulterio carnali coniugis vtriusque, vel si alter adulter, alter verò hæreticus sit, l. 10. tota d. 16
Hæreticus an valide ineat matrimonium cum infideli, l. 7. d. 71. n. 4. Et quid cum catholico, eodem l. 7. d. 72. à num. 1. Et quid de sponsalibus, ibi n. 1. Et qualis culpa sit, ibi nu. 4. Et an liceat in Germania & aliis locis, in quibus fideles cum hæreticis permixti viuunt, ibi nu. 5. Et an sint licita pacta in ijs matrimoniis inita, ut quidam filij fidei, alij verò hæresi adhæreant, ibi n. 6.

Hermaphroditus.

Hermaphroditus an capax sit matrimonij: & iuxta quem sexum: & an possit parochus absque Ordinarij licentia interesse eius matrimonio: & quando femina, quando vt iudicandus sit: & an sit capax ordinum & professionis, l. 7 tota d. 106.

Hemagium.

Homagium, vulgò, *Plevio emmage*, an sit iuramentum: & quam vim habeat, l. 6. d. 12. n. 30. & 31.

Honestas publica.

Honestas publica quid sit, & quo iure matrim. dirimat, l. 7. d. 68. nu. 1. An oriatur inter infideles, ita vt post baptismum nequeant ducere cõsanguineam sponsæ habitæ infidelitatis tempore, n. 2. An oriatur cum affinibus sponsæ de futuro, num 3. Et quid, cũ consanguineis illegitimè natis alterius sponsi, ibi n. 4. Et quid, quando sponsalia sunt irrita, attento iure antiquo & nouo Tridentini, ibi à n. 5 vsque ad 10. Et quid, quando sunt irrita ex solo cõsensus interni defectu, vel alterius, qui probari nequit in foro externo, ibi à n. 13. vsq; ad 15. Et quid, si in eo euentu sponsalia sint clãdestina, ibi n. 16. Et quid, si impedimentum illud omnino occultum, vel sponsalia occulta fallis testibus probentur, ibi n. 17.
Honestas publica an oriatur, quando quis est frigidus vel maleficiatus, & in tenella ætate contrahit sponsalia: & an ea sint valida, l. 7. d. 68. n. 12.
Honestas publica an oriatur, quando parentes vel alij contrahunt sponsalia pro filiis, atque infantibus, vel maioribus septennio, absentibus vel præsentibus tacentibus, l. 7. d. 68. n. 18. Et quid, si non constet de ratificatione filiorum absentium, ibi n. 19
Honestas publica ex sponsalibus orta est impedimentum perpetuum, nec alterius sponsi morte extinguitur: nec cessat, si communi consensu soluantur sponsalia, l. 7. d. 68. n. 20. & 21
Honestas publica non dissoluit priora sponsalia, l. 7. d. 68. nu. 23. Et quid, si post sponsalia cum certa persona, ineat sponsus matrim. cum eius sorore, an si nondum consummarit, vel etiam consummarit, teneatur priorem ducere, vel saltem ex eo matrimonio irrito oriatur publicæ honestatis impedimentum in consanguineis huius posterioris sponsi, & quid, si priorem tantum cognouisset, non data a fide de matrim. ibi nu. 24. Et quid, si quis fidem dedit de matrimonio ineundo feminæ, & postea eius fratri eandem ducit, an ante matrimonij consummationem vel post liceat priori fratri eandem ducere, ibi n. 25.
Honestas publica an oriatur ex conatu ad copulam, l. 7. d. 68. n. 22
Honestas publica an oriatur ex sponsalibus incertis vel conditionalibus, l. 7. tota d. 69. vbi de variis conditionibus agitur.
Honestas publica orta ex sponsalibus, ad quorum gradum extendatur, attento iure antiquo & nouo Tridentini, l. 7. d. 68. nu. 8, 9. & 10. Et an in solo primo gradu, siue lineæ transuersæ siue rectæ impediat, ibi n. 10. Et an sit restricta etiam quoad sponsalia præcedentia Tridentinum, ibi n. 11
Honestas publica an oriatur ex matrimonio rato, an potiùs affinitas, l. 7. d. 64 n. 23, 24. & 25.
Honestas publica an oriatur ex matrimonio irrito, l. 7. d. 70. nu. 5. 6. & 7. Quid, si matrim. illud sit inter puberem & impuberem, vel inter duos impuberes, ibi num. 8. Quid, si sit irritum ratione metus, ibi nu. 9. Quid, si sit irritum ratione erroris personæ, ibi n. 10. Quid, si sit irritum ratione defectus consensus interni, ibi n. 11. Quid, si sit irritum, quia clandestinum, ibi num. 13. Et quid, si sit cum incerta persona, ibi n. 12. *Vide supra.*
Honestas publica an oriatur ex matrim. rato inito per parẽtes vel alios filiis præsentibus & tacentibus, vel absentibus, l. 7. d. 70. n. 14
Honestas publica an oriatur ex matrimonio conditionali ante conditionis euentum, vel post, l. 7. d. 70. n. 19. 20 & 21
Honestas publica ex matrimonio non contrahitur cum affinibus sponsæ de præsenti, l. 7. d. 70. n. 16
Honestas publica ex matrimonio rato, est perpetua, nec morte alterius dissoluitur, l. 7. d. 70. n. 17
Honestas publica ex matrimonio rato an restricta sit per Tridentinum, an duret vsque ad quartum gradum, l. 7. d. 70. n. 15
Honestas publica quæ petat in eius dispensatione explicari. *Vide*, Dispensatio.

Hora canonica.

Horas canonicas debitas ratione ordinis & beneficii quotuplex peccatũ sit omittere, & an vtrũque sit confitendũ, l. 9. d. 15. n. 5. & 6
Horas canonicas recitare an teneatur meru ordinatus, l. 7. d. 29 n. 7
Horas canonicas an recitare teneatur, qui infans est factis initiatus, vel ante pubertatem, l. 7. d. 30 n. 12. & 13
Horas canonicas an teneantur recitare initiati sacris vel professi, cum quibus dispensatum est vt matrim. ineant, l. 8. d. 8. n. 5. & 15

Iciunium.

IEiunium an requirat ætatem ita impletam, vt die qua impletur, non obliget. *Vide* Ætas.
Et in dubio ætatis. *Vide*, Dubitans an habeat ætatem. Et in dubio an sonuerit hora duodecima, sitque sequens dies, vel si cœpit sonare. *Vide*, Dubitas an audita fuerit.
Iciunij locale an obliget peregrinos. *Vide*, Peregrini an teneantur.
Iciunium an licitè frangatur, vt vir potens sit ad copulam, l. 9. d. 5 n. 10. Et an vxor excusetur à iciunio, ne reddatur deformis, ac viro displiceat, ibi n. 11. Et an excusetur ob viri iubentis soluere præceptum, ibi n. 15
Iciunium an licitè soluat mulier nubilis, ne reddatur deformis, l. 9. d. 5 n. 12
Iciunium vigiliæ occurrens in quadragesima soluere, an sit circũstantia necessariò fatenda, l. 9. d. 15. n. 5. & 6
Iciunium qua ætate senili non obliget. & an sit discrimen inter masculos & fœminas, l. 7. d. 32 n. vlt.

Ignorans, & ignorantia.

Ignorans suam iurisdictionem. *Vide*, Iudex si in fundamento. &, Gratia an prosit ignoranti.
Ignorans censetur ruibans, l. 2. d. 36, n. 2
Ignorans quando ligetur pœna nullitatis actus. *Vide*, Pœna annullationis.
Ignoranti doctrinam an possit matrimonium negari. *Vide*, Parochus impedimentum.
Ignoranti aliquo an possit auferri iurisdictio ab eo. *Vide*, Iurisdictio non adimitur.
Ignorantia qualiter probetur. *Vide*, Iuramẽto probãtur, &, Scientia.
Ignorantia concomitans an sit causa inuoluntarij, l. 2, d. 24. n. 3
Ignorantia laborans pœnitens. *Vide*, Confessarius inueniens.
Ignorantia non est probabilis quando omittuntur iure requisita, l. 3. d. 42. n. 2
Ignorantia qualis excuset, dum textus dicit, Si quis ausus fuerit, vel præsumpserit, l. 3. d. 48. n. 7
Ignorantia facti & iuris an excuset, l. 5 d. 3. n. 13
Ignorantia an præsumatur in foro externo: & qualiter probetur, l. 9. d. 32. n. 4. & 5
Ignorantia crassa & supina quid sit, l. 9. d. 32. n. 32. 35
Ignorantia legis excusat à pœna ipsius quando actus nullo alio iure vetitus erat, l. 9. d. 32. nu. 7. Quid si erat alio iure prohibitus, an ignorantia iuris non excommunicationem ferentis excuset ab ipsa, ibi num. 7. 8. & 9. Quid, si sciatur ius, at ignoretur ipsa excommunicatio, ibi n. 12. & 13
Ignorãtia iuris an excuset in foro interno & externo, l. 9. d. 32. n. 10
Ignorantia non excusat ab irregularitate ex significatione orta, l. 9. d. 32. n. 15. Quid, vbi ex delicto, & à suspensione, & interdicto, & aliis pœnis, quando sciatur rem aliàs esse vetitam, at ignoretur ius nouum illas pœnas statuens, ibi n. 16. & 17
Ignorantia reseruationis peccati in illud committente, an efficiat vt non sit reseruatum, l. 9. d. 32. n. 18

Ignoran-

Ignorantia pœnæ in casu in quo fuit interdict. & irregularitatis, & aliarum, an excuset ab illis, si absit cognitio iuris sem prohibentis. l. 9. d. 32. n. 20. & 21

Ignorantia facti, aut qualitatis facti, an excuset à pœna: etiam si detur opera rei illicitæ. Vt si volens laicum percutere, cædat ex errore clericum, l. 9. d. 32. n. 23. & 24. Quid in irregularitate homicidii casualis, ibi n. 25. Quid, si ignorantia sit concomitãs: & an hæc excuset ab excommunicatione, irregularitate & obligatione restitutionis, ibi nu. 26. Quid si volens percutere Petrũ clericũ, cædat Ioannẽ clericum, credens esse Petrum: vel casu proiiciens lapidẽ vt cædat Petrũ, percutiat Ioannẽ, ibi n. 27. Et quid, si cædat laicum putans esse clericũ, n. 28. Et quid, si non sit dolus, sed crassa ignorantia, & lata culpa, ibi nu. 41. Et quid, si videat tonsuram aut vestes clericales, aut barbam rasam, ibi n. 41. & 42

Ignorantia iuris vel facti, excusans à mortali, excusat ab excommunicatione, irregularitate, suspensione, interdicto & aliis pœnis, l. 9. d. 32. n. 29. Item si sit vincibilis, modò non sit crassa & supina, ibi n. 31

Ignorantia qualis excusat, quando imponitur pœna facienti sciẽter, vel ei qui ausus fuerit, vel ausu temerario fecerit, vel præsumpserit, l. 9. d. 32. à n. 35. vsque ad 40

Ignorantia facti, vel iuris, vel pœnæ, circa affinitatem vel cognationem spiritualem, quando excuset coniuges, ne ipsis interdicatur debiti petitio, l. 9. d. 32. à n. 43. vsque ad finem.

Ignorantia in quo distet ab errore, & an diximat matrimoniũ, desiderioq; præviam illius personæ cognitionem, l. 7. d. 18. nu. 1. & 2

Ignorantia crassa an sufficiat, quando dolus requiritur, l. 9. d. 32. n. 36

Ignorantia vt quis restituatur in integrum, an probetur iuramento, l. 7. d. 37. n. 27

Ignorãtia matrimonii inter cõsanguineos vel affines, vel aliud impedimentũ dirimens habentes, qualis debeat esse, ne eius taciturnitas matrimonii reddat dispensationem subreptitiã: & qualis debeat esse, quando id matrim. ignorãter fuisse contractũ allegatur vt causa iusta dispensationis, l. 8. d. 25. à n. 25. vsq; ad 32

Illico.

Illico fieri quando dicatur quid dicatur, l. 1. d. 51. n. 14

Illegitimi.

Illegitimi an sint concepti ex coniugibus mutuo castitatis voto astrictis, aut iam professis, aut altero professo, aut ad ordines promoto, l. 9. tota d. 18

Illegitimi eum quibus absolutè dispẽsatur ad beneficium, an possint beneficio semel accepto aliud admittere eo demisso, l. 8. d. 31. n. 6. & 11. Et quæ debeant explicari in dispensatione cum illegitimo. *Vide*, Legitimatio. Et qualiter intelligatur clausula in eius dispensatione apponi solita, Dummodo paternæ incontinentiæ imitator non sit, l. 8. d. 64. n. 27

Impedire, Impedimentum, Impedire, & Impeditus.

Impediens legatum. *Vide*, Restitui an debeant.

Impediens matrimonium. *Vide*, Matrimonium an possit esse contractum. An possit pater impedire. *Vide*, Causa iusta dispensandi.

Impedimẽta denũciare matrimonii. *Vide*, Denũciare impedimẽta.

Impedimentum manifestare occultum proprium, an teneantur ipsimet volentes inire matrimonium? vel ad ordines promoueri, l. 3. d. 24. n. 1. & 2. An iudex absque probationibus possit interrogare, non ad puniendũ, sed vt alter impleat id ad quod tenetur, eod. nu. 2. An possit interrogare obtinentes dispensationem in consanguinitate, an se cognouerint, n. 3. Quid si habens occultum impedimentum obtinuerit dispensationem in foro conscientiæ an teneatur illud detegere ordinario interroganti, n. 4

Impedimentum matrimonii quando inuenit Parochus. *Vide*, Parochus inuenions impedimentum.

Impedimentũ duplex difficilius tollitur. *Vide*, Duo impedimenta.

Impedito non currit tempus, l. 1. d. 33. n. 7

Impedimentum dirimens si adueniat matrimonio iam inito, an debiti petitionem, l. 6. d. 32. n. 43

Impedimenta matrim. dirimenta qualiter possit Papa statuere. *Vide*, Papa. Et qualiter possit Princeps secularis. *Vide*, Princeps. Et qualiter possit Episcopus, *Vide*, Episcopus. An an possit consuetudo. *Vide*, Consuetudo.

Impedimentum impediens aut dirimens an efficiat, vt nullo modo excusetur matrim. cum illo initum, l. 7. d. 5. n. 2. & triplici seq.

Impedimentum matrimonii an efficiat, vt cupula inter impeditos contineat circumstantiam mutantem speciem, ac necessariò fatendam, l. 7. d. 5. à n. 5. vsque in finem, vbi latè de singulis impedimẽtis, & de copula cũ infideli vel hæretica. Et an sublata prohibitione per dispensationem, cesset circũstantia, ibi n. 15. & 16

Impedimenta matrimonium dirimenta quot sint, & de eorum conuenientia, l. 7. d. 6. n. 2. 3. & 4

Impedimenta impedientia matrim. quot sint, l. 7. d. 6. n. 5. Et quæ sint interdictum Ecclesiæ impediat: & quis possit interdicere, ac quibus ex causis, n. 6. Et qualiter sponsalia, ibi nu. 7. Et qualiter leuatio proprii filii de fonte, vel illius baptizatio, ibi num. 8. Et qualiter presbyteri interfectio, ibi n. 9. Et qualiter solemnis pœnitentia, ibi n. 10. Et quid de sanctimonialis ductione, ibi n. 11. Et quid de interfectione proprii filii, ibi n. 12

Impedimẽta impedientia & non dirimẽtia an obligẽt hodie ad cũlpam contrahentẽ cũ illis, l. 7. d. 17. à n. 7. vsq; ad 9. Et quis possit in eis dispensare, ibi à n. 10. vsq; ad 15. Et an illa impediant petitionem debiti post matrim. cum aliquo illorum initũ, ibi nu. 16

Impedimentum matrimonii ratione temporis festiarum. *Vide*, Feriarum tempora.

Impedimentum temporis interdicti, aut cessationis à diuinis ad licitè contrahendum. *Vide*, Interdictum. Et qualiter impediat interdictum iudicis, ibidem.

Impedimentum excommunicationis. *Vide*, Excommunicatus.

Impedimentum catechismi. *Vide*, Catechismus.

Impedimentum voti. *Vide*, Votum.

Impedimentum vxoricidii & viricidii. *Vide*, Vxoricidium.

Impedimentum incestus. *Vide*, Incestus.

Impedimentum erroris personæ. *Vide* Error.

Impedimentum erroris qualitatis vel fortunæ. *Vide*, Error.

Impedimentum erroris seruilis conditionis. *Vide*, Error.

Impedimentum voti solemnis. *Vide*, Votum solemne.

Impedimentum ordinis sacri. *Vide*, Ordo.

Impedimentum publicæ honestatis. *Vide*, Honestas publica.

Impedimẽtum consanguinitatis, cognationis spiritualis & legalis, *Vide*, Cognatio carnalis, Cognatio spiritualis, Cognatio legalis.

Impedimentum affinitatis. *Vide*, Affinitas.

Impedimentum ligaminis. *Vide*, Nuptiæ.

Impedimentum disparitatis cultus. *Vide*, Infidelis.

Impedimentum criminis. *Vide*, Crimen.

Impedimentum impotentiæ. *Vide*, Impotentia.

Impedimentum matrimonii dubium an egeat dispensatione, & an in eo dispenset Episcopus, l. 8. d. 6. n. 18

Impedimenta pluta an sint in eadem dispensatione narranda. *Vide*, Dispensatio.

Impedimentum, cuius est impetrata dispensatio in foro conscientiæ, an sit fatendum iudici roganti in foro externo: vel ad edicta denuntiandum, l. 8. d. 38. n. 43

Impedimentum quando dicatur occultum. *Vide*, Clausula.

Impedimentum quando opponitur contra matrim. an sit deferẽdum iuramentum reo, actore nil probante, l. 7. d. 113. n. 28

Impeditus. *Vide*, Ignorans.

Impossibile.

Impossibile an dicatur quod dendet à Principis voluntate. *Vide*, Conditio si Pontifex dispensauerit.

Impotens, & Impotentia.

Impotentes cognita impotentia post matrimonii contractum, an possint permanere vt frater & soror, & vti tactibus: & quando ante matrim. norunt impotentiam, an teneãtur sic habitare, ita vt neutri altero inuito liceat resilire: & quid, si alter solus norit: & an impotentibus liceat matrim. ad hunc effectũ solum habitandi instar fratris & sororis inire, l. 7. d. 97. à n. 4. vsque in fin.

Impotens coniux an possit contrà matrimonium proclamare, l. 7. tota d. 114

Impotentia coeundi cui dicatur frigiditas: & an reperiatur in feminis, l. 7. d. 92. n. 1. Et an si sit temporalis & ignota alteri, diximat matrim. vel contrahens peccet, ibi à n. 2. vsque ad 5. Quid, si tantùm sit maxima difficultas, ibi n. 6. Et an impotentia seminãdi intra vas naturale seminæ, & in femina seminandi, diximat matrim. ibi à nu. 7. vsque ad 10. Et an valeat, si femina conscia impotentiæ seminandi viri cedat iure suo, ibi n. 12. Quid, si impotentia consurgat ex nimio calore vel abominatione, ibi n. 13

Impotentia ad patiendum absque vitæ feminæ periculo, vel quando mortuos patit filios, vel quando femina seminari nequit, vel præ arctitudine aut latitudine vasis nequit cognosci, aut suscipere retinereve semen, an diximat matrimonium, l. 7. d. 92. nu. 11. 27. 28. 29. Et quid quando medici id iudicarunt, & postea pepe-rit mulier absque periculo. eod. l. 7. d. 93. n. 11

Impotentia senum an diximat matrimonium, l. 7. d. 92. à n. 19. vsque ad 24

Impotentia eunuchorum an diximat matrimonium, l. 7. d. 92. à n. 14. vsque ad 18

Impotentia sterilium an diximat matrim. l. 7. d. 92. n. 25. & 26.

Impotentia ex statu morbi consurgens, eo quòd contrahens sit in mortis articulo, an diximat matrimonium tunc initum: & id matrimonium legitimet prolem antea habitam, etiam in fraudem substituti, l. 7. d. 105. per totam.

Impotentia ratione ætatis puerilis, an diximat matrim. & quo inter: & an Papa vel Episcopus in hac ætate dispensent: & quota ætas ad matrim. desideretur: & an sit peccatum, ante illam cõtrahere: & in dubio an præsumatur malitiam supplere ætatem, l. 7. d. 104. à n. 1. vsque ad 13. Quid, si in ætate legitima adhuc desit potentia generandi, ibi n. 14. & 15. Et quanto tempore expectandum tunc sit ad discernendum, an impotentia sit perpetua: & in hoc casu triennium iure quæsitum, à quo tempore incipere debeat, ibi à n. 16. vsque ad 19. Et an vt malitia suppleat ad matrim. petitam, satis sit vt ante ætatem adsit generandi potentia, aut sufficiés ad consensũ discretio: an potius vtrũq; requiratur, ibi à n. 20. vsq; ad 23. Et ex quibus signis probetur hæc potentia, tam in masculis quàm in feminis, vt diudicentur matrimonii capaces ante ætatem legitimã: & an credatur iuramento pueri dicentis se se ni-

nam cognouisse: & ad hoc inspiciendæ sint partes verendæ. ibi à nu.24.vsque ad 36. Et quando dicantur pueri vel puellæ pubertati proximi,ibi à n.40.vsque in finem.

Impotentia naturalis respectu vnius, & non omnium an detur, & respectu illius dirimat matrim.l.7.d.93.à n.1.vsq; ad 6.Et quid, si ob magnitudinem vel grossitiem membri virilis nequit vir cognoscere feminam à se ductam, an sit irritum matrimoniũ, ibi n.4.Et quando censeatur impotentia perpetua respectu huius:& an talis censeatur, quando nequit absque miraculo, vel absque peccato, vel absque congressu cum viro potẽtiori auferri,ibi n.7.9.& 10. Et an si impotentia illa respectiua auferatur diuino miraculo,prius matrim. sit validum,ibi n.8.Et an eo ipso quod femina illa est cognita ab alio vito, vel iudicatur ab alio cognoscibilis, sit præsumptio iuris & de iure,vt ab hoc possit cognosci,ibi n.11.& 12.13. Et in dubio an sit cognoscibilis à priori viro,sicut à posteriori,an valeat matrim. ibi nu.14. Et an cẽseatur perpetua,nec valeat matrim.si possit incisione aut medicamentis tolli absque corporis periculo: vel est dubium de hoc, at femina renuit illa,ibi n.15.Et quid,si ea potentia medicamentis acquisita durabit breui,ibi n.19. Et quid intelligatur nomine corporalis periculi,ibi à n.16.vsque ad 19.Et an valeat matrim.si medici iudicent non posse arctitudini feminæ subueniri absque incisione periculosa,& femina illam pati velit: aut iam eam passa non obiit,& constet nulli eam periculo exposita;teneaturque vir euentum bonæ expectare,ibi n.20 Et quid, si iudicarunt medici non posse feminam parere absque mortis periculo,& ob id est iudicatum matrim.esse irritum: & postea absque eo periculo pariat,ibi n. 21 Et an valeat matrim.ante incisionem, si iudicent medici posse feminam absque periculo reddi aptam per incisionem,ibi num.23.Et an vir teneatur alere feminam, quæ in matrimonij fauorem passa est incisionem, & manet læsa,si adhuc iudicetur matrimonium irritum; ibi n.22.

Impotentia ratione virginitatis feminæ nullam arctitudinem,patientis.sed eo quòd virgo sit,nequit à viro penetrari, an dirimat matrim respectu huius viri,l.7.d.93 nu 24.25. 26. Et an eo ipso quòd vir est potens ad corrupteas, præsumatur in dubio potens ad virginem,& valeat matrim. ibi n. 27. & 28. Et an possit vir instrumento aliquo clausira virginis reserare: & si id intẽtet,sit ea in loco tuto cõstituenda,ibi n.29. Et an hæc virgo vel fœmina arcta iam nupta teneatur incisionẽ pati,vt apta reddatur viro,quando medici iudicant posse absque periculo fieri,etiam si non constet de potentia viti ad corrupteas: & qualiter possit potẽtia hæc probari,ibi à nu.30.vsque ad 35. Et an femina renuente incisionẽ,aut medicamina,liceat illis vsus matrimonij,ibi n.36.

Impotentia ratione frigiditatis viri aut arctitudinis feminæ omnimodæ vel respectiuæ, quando est causa vt separetur matrim. sit ne his cõiugibus interdicendus transitus ad aliud, & si transeant,peccent,nec valeat matrimonium,l.7.d.19.n.37.

Impotentia ex maleficio proueniens,*Vide*, Maleficium.

Impotentia perpetua siue absoluta, siue respectiua,siue naturalis, siue ex maleficio orta,& licèt sit sola veri feminis emittendi intra vas impotentia, quo iure dirimat matrim.l.7.tota d 98

Impotentia perpetua cognita vtrique contrahenti an dirimat matrimonium,l.7.d.97.à n.1. vsque ad 3.

Impotentiæ ratione separatum matrim.siue impotẽtia sit naturalis absoluta,aut respectiua,siue ex maleficio,an instaurandum sit,quando coniux impotẽs transit ad alias nuptias, aut fornicatus est,& si vir sic separatus sit iam professus aut sacris initiatus,l.7.tota d.99 Quãta cautela debeant iudices discutere causas,ex quibus impotentia consurgit,ad iudicium ferendum: & an teneantur explicare speciem impotentiæ, & causam suæ sententiæ,ibi n.2.& 29 Quid efficere debeat iudex: vbi inuenit frigidum ad alias nuptias transiisse,& si femina ab eo separata alij nupserit, sit à posteriori viro statim separanda,& dum lis discutitur,liceat ei petere & reddere,ibi à n.8.vsque ad 10. Et an si ea femina nõdum nupserit. sit ei permittendum ad aliud matrim. transire:& si transeat,sit separãda,nec liceat ei petere nec reddere ibi n 11.& 31. Qualis probatio copulæ fornicariæ,aut consummationis posterioris matrimonij huius frigidi sufficiat,vt prius matrim. instauretur, & an præsumptio iuris & de iure oriatur ex sententia matrim. quæ non transit in rem iudicatam, vel ex posteriori matrim.prius esse odio dissolutũ,ibi nu.13. Quid efficere debeat iudex,quando femina ratione arctitudinis separata alij nupserit, an statim debeat prius matrim. instaurare, licet vir separatus aliam duxerit: & si non duxerit,sit ei interdicendum ducere,ibi à n.15.ad 18. Qualis probatio copulæ cũ hac femina ratione arctitudinis separata sit adhibenda,vt instauretur prius matrim.posteriori dissoluto,ibi n.19.Et an separato matrim.ratione maleficij detur licentia vtrique coniugi ad aliud transeũdi,nec posteriori inito instauretur prius, ibi à num.10.vsque ad 24.Et quid,si sententia prioris matrim.non sit legitimè lata, de eo dissoluẽdo,ibi n.23.Quid si femina respectu cuius erat maleficium,vt ab ea separatus cognoscat postea, ibi n.25. An si solũ allegata sit in genere impotentia coniugis, & ob id dissolutum matr.sit instaurandum,si coniux impotens ad aliud transeat, & quid ad hoc diudicandũ discussurus sit iudex,ibi nu.27.& 28.Et an quoties prioris matrim. instauratio est facienda, differri debeat donec vterque cõiux pœnitentiã agat de periurio admisso in prioris matrim.dissolutione, ibi nu 30. Et quoties femina sit priori viro restituẽda, à quo tanquã arcta est separata, ibi à n 31. vsq; ad 34 Quid, quãdo femina est separata ratione frigiditatis viri, aut maleficij generalis, aut ratione impotẽtiæ respectiuæ, & adhibitis medicamentis nequit vir eam cognoscere,ibi n.35. Et an durante triennio experientiæ possit prior vir eam cognoscere,sit interdicendum posteriori viro inire aliud matrim. & si aliud ineat,sit separandus,ibi nu. 36.Et quid,si facta separatione iam alter coniux est professus,aut profiteri vult, sit restitutio faciendaꝛ& quid,si ante separationem immissum erat semen intra vas fœminæ absque corruptione,vel matrix illud attraxit, ibi n. 37. Et quid, si existens coniuge priori professo alter ad alias nuptias transiisset,ibi n 38.Quid, si vir sit iam sacris initiatus,an deprehensa deceptione circa impotentiam,sit restituendus vxori; & si vxor nolit repetere, teneatur vouere castitatem, ibi n.39. Et an hic restitutus vxori possit petere & reddere, ibi n.40

Impotentiæ sententia bis confirmata an ita transeat in rem iudicatam,vt non sit amplius instaurandum prius matrimonium: & qualiter, quóve remedio,& coram quo iudice, sententiæ retractatio petenda sit,l.7.tota d.100

Impotentia quando fuit causa separationis matrimonij,& petitur id instaurari detecta falsitate, & sequentis matrimonij consummatione aut fornicatione, aut aliũde, an possit alter diuortium petere ob illam consummationem aut fornicationem impotẽtis,aut si id contigerit potenti, possit id diuortium petere impotens.& si vtrisque contingat, detur compensatio,l.7.tota d.101

Impotentia superueniens matrimonio rato aut consummato, an ipsum dirimat,aut saltem quando est ratum,præbeat iustam dispensandi causam,l.7.d.102 à n.1.vsque ad 4

Impotentia pariendi absque periculo fœtus, vel proprio, vel seminandi intra vas,vel verũ semẽ iotta emittendi, an superueniens matrim.impediat licitum eius vsum,l.7.d.102.à n. 5. vsque ad 11.

Impotentia quando nequit probari in foro externo,an liceat coniugibus vsus matrimonij.l.7.d.102. fin.

Impotentia quando est dubium an præcesserit, & si subsequuta sit matrimonium,an sit vera,& an sit perpetua an temporalis, quid præsumatur,& an tunc valeat matrim. l.7.d. 103. per totam. Et an in hoc dubio liceat matrim.inire,& in eo inito vti, ibi n.10

Impotentiæ signa euidentia, vel verisimiliter euidentia, quæ sint. l.7.d.107. à n. 1. vsque ad 8

Impotentiam coniux allegans vt dissoluatur matrimonium,an teneatur speciem impotẽtiæ aut causam allegare, l.7. d.108.n.10

Impotentiæ probationes ad dirimendũ matrim.an potius debeant esse superfluæ, quã diminutæ,l 7.d.107 n.1.Et quales debeãt esse, & an requiratur iuramentũ propinquorũ vel coniugũ, & triẽnii experiẽtia,quando signa sunt euidẽtia,vel verisimiliter euidẽtia, ibi n.3.& 4.Et an vtroque coniuge fatente impedimentũ, sit id triennio expectandũ, & adhibendus matronarũ aspectus, & iuramentũ coniugũ, & septimæ manus propinquorũ aut vicinorũidq; iuramentũ debeat necessariò esse tactis euangeliis, & de quibus debeat iuramentũ hoc esse,eod.l.7.d 108.à n.1.vsq; ad 16. Et an impotente transeunte postea ad aliud matrim. vel fornicante,censendi sint consanguinei,& coniuges periuri,& puniẽdi,ea d.108 à n.17. vsque ad 19.Quid quando alter coniux fatetur impotentiã, alter verò negat,hic femina virgo sit, siue corrupta,siue vir,siue ipsa proclamet, initio matrim. vel postea, an ad id dissoluendum requiratur triennium, & iuramentum propinquorum septimæ manus, aspectus matronarum, & quot, & qualium, & viri coniugi sic tunc habenda fides: & quando censeatur inito matrim.proclamati. l. 7. tota d. 109. De qualitate autem & numero matronarum, & de aliis quæ ad ipsas spectãt, *Vide*, Matronæ.Alia circa probationem potentiæ ante pubertatem. Et,qualis debeat esse probatio ad instaurandum prius matrimonium,ratione impotentiæ separatum.*Vide supra*.

Impotentiæ probatio an petat triennii experientiæ quãdo statim de illa cõstat,& quæ sint signa ex quibus statim cõstat.l.7.d 107. à n.1.vsque ad 8.Et an semper id triẽnii desideretur in maleficii impedimento,& vltra id aliquod aliud tẽpus ad pœnitẽtiã agẽdã,ibi n. 9.& 10.Alios casus in quibus disputatur de huius triẽnii necessitate,*Vide sup.* Et an in senibus expectandũ sit hoc triẽniũ, eod.l 7.d.108.n.11 Et quoties triẽniũ exigitur,an debeat esse cõtinuũ, & ita integrũ, vt aliquid desit, supplendũ omnino, &c. eod.l 7. tota d. 111. Et à quo tẽpore incipit triẽniũ hoc, tam in impedimento naturali, quã in maleficio, l.7.d.110.à n.1.vsq; ad 7. Et an si alter plenã pubertatẽ adeptus non sit, incipiat à plena pubertate, quæ 12.anno in puellis incipit,ibi n 8 9. & 10.Et an hoc triẽniũ cõcedatur, quãdo dissolutũ matrim, ratione impotẽtiæ,instauratur deprehensa Ecclesiæ deceptione,& tũc numeretur à die huius restitutionis,eod. l. 7. d.99. n.34.& dupl. seqq.

Impuberes.

Impubes pubertati proximus iurans contractum. *Vide*, Minor quando aliquis dicatur.Et ibi, de eius contractibus, & quando possit irritari iuramentum.

Impuberum sponsalia. *Vide*, Sponsalia impuberum.

Impulsus.

Impulsus causa. *Vide*, Finalis causa, & l.8.d.21.n.10 & 20

In.

In continenti aliquid fieri, quando dicatur, l.1.d.31.n.14
In continenti quod fit, dicitur inesse. l.2.d.21.n.11.13
In dubio an sit melior conditio possidentis. *Vide*, Dubitans num res sit sua.
In dubio an sit tutius eligendum, l.3.d.41.n.9
In dubio à proprietate verborum recedendum non est. l.1.d.23.n.7
In facie Ecclesiæ matrimonium contrahere quid sit. *Vide*, Parochus impedimentum.
In generali mandato non veniunt ea, per quæ Dominus incidit in pœnam, l.3.d.35.n.31
In iure patria sunt non esse & non apparere, l.1.d.63.n.2. & 9
In utroque foro idem seruatur, vbi externus non iuuatur falsæ præsumptioni, l.1.d.5.n.20
In necessitate nemo liberalis existit, l.10.d.14.n.13

Incestuosus & incestus.

Incestuosus coniux cum consanguinea alterius coniugis, vel contrahens cognationem spiritualem cum altero, siue vtrumque contingat vtrique coniugi, siue alteri soli, qualiter possit petere & reddere debitum *Vide*, Debitum.
Incestuosus cui interdictũ est petere debitum ratione cognationis vel affinitatis, an possit aliquando petere, l.9.d.7.2 n.1. Et an teneatur alteri manifestare impedimentum, vel significare ne eius petitionem expectet, ibi n.8. & 9. Et an possit alterum pronocare vt petat, ibi n.10.
Incestuosus hic an iratus exigendi perdat, vt alter non teneatur reddere, l.9.d.6.n.8. Et an si coniux innocens semel consentiens petit, censeatur alteri remittere, vt iam deinceps licèat illi petere, ibi n.9. Quid, si hic impetrarit dispensationem absque alterius coniugis consensu, an teneatur alter illi reddere, ibi n.10. Et an peccet alter reddendo, & similiter priori dimisso ante consummatum matrim ibi n.11.12.13 & 14. Et quid, si alter adulteretur, an possit hic incestuosus illi reddere, ibi n.14. Et esto non teneatur reddere, possit ad vitanda odia & scandala, ibi n.15
Incestus an sit concubitus cum impedimento quocunque dirimenti, l.7.d.5.2 n.5. vsque ad finem.
Incestus an sit concubitus cum consanguinea, postquam est obtenta dispensatio ad contrahendum cum illa, l.[illegible] n.15. & 16. & d.67.nu.9
Incestus cum consanguineis vxoris, vel viri, an impediat matrim, vel debiti petitionem, l.7.d.15.n.1. & 2. Et quid de ipsis consanguineis vxoris vel viri, cum quibus incestus est commissus & vsque ad quem gradum, ibi n.3. & 4. Et quid, si sit copula cum consanguineis sponsi vel sponsæ de futuro, & vsque ad quem gradum, ibi n.5. Et quid, si cum consanguineis sponsi vel sponsæ de præsenti nondum matrim consummato & vsque ad quem gradum: & an ea copula impediat debiti petitionem, ibi n.6. Quid, si copula sit cum affini, extra affinitatem ex fornicatione, ibi n.7. Quid si cum cognata legali vel spirituali, ibi n.8. Et an exigatur incestũ scienter admissum esse, ibi n.9. Et quid si femina cognoscatur inuita, aut timore graui coacta, ibi n.10. Quid, si copula sit cum affine non sit consummata, ibi n.11. Quid, si copula cum cõsanguinea coniugis, si post coniugem illũ mortuum, & an desideretur concurrere adulterium & incestum, ibi n.12. Et quid, si incestus sit occultus, ibi nu.13. Et an desideretur sententia iudicis, ad incurrendum hoc impedimentum, ibi n.14. Et quid, si incestus sit cum consanguineis propriis, ibi à n.15. vsque ad 17
Incestus an sit accessus ad consanguineam vltra secundum gradum eius, cum qua quis fornicatus est, l.7.d.67 n.7. & 8
Incestus an sit explicandus in dispensatione consanguinitatis, vel affinitatis, vel cognationis spiritualis. *Vide*, Dispensatio.

Indefinita.

Indefinita oratio legis quãdo æquipolleat vniuersali, l.3.d.44.n.2

Indi.

Indi qualiter contrahant matrim. verbis valde æquiuocis. *Vide*, Verba quæ sint. An valent dum ipsi non respondent, sed gubernator prò eis. *Vide*, Sponsalia & matrim. an contrahantur. Quid si Parocho careant, aut vagi sint *Vide*, Religiosi in nouo orbe.
Indorum priuilegium vt possint in tertio vel quarto gradu contrahere explicatur, l.8.d.24.n.35
Indi in causis matrimonialibus, & diuortii, an sint exempti ab ordine iudiciario seruando, l.10.d.19.n.1. Et quid possint religiosi apud eos commorantes circa has causas, ibi n.2. *Vide*, Infidelis.

Indignum matrimonium.

Indignum matrim. quod dicatur, l.3.d.26.2 n.22. vsque ad 27

Indulgentia.

Indulgentia vnius mensis quot dies includat, l.3.d.24.n.10
Indulgentiæ à falsis prælatis concessæ an valeant. *Vide*, Titulo legitimo careus.

Industria.

Industria personæ quando eligatur. *Vide*, Clausula, Tuo iudicio.

Inferior.

Inferior quãuis non possit legẽ superioris tollere, at potest illã adtuare, imponẽs nouas pœnas in illius violatores, l.3.d.47.n.11.

Infidales.

Infideles dum baptizantur, an teneantur recipere benedictionem Ecclesiæ: & fiat matrim. prius contractum, sacramentum. *Vide*, Matrim. infidelium. An peccent clam contrahendo. *Vide*, Clandestinum matrim. An si sint temporaliter Ecclesiæ subiecti, teneantur coram Parocho & testibus contrahere. *Vide*, Matrim. an sit validum absque Parocho. Et an validè contrahant apponentes conditionem, dummodo liceat habere plures vxores, vel dare, libellum repudii. *Vide*, Conditio vt infideles.
Infideles. *Vide*, Indi.
Infidelis si vouit castitatem, an teneatur non petere debitum, l.9.d.33.n.6.
Infideles conuersi ad fidem an sint cogendi redire ad vxores, quas repudiarant, l.10.d.1.n.31
Infidelibus an possit Papa impedimenta matrimonii statuere, l.7.d.6.n.3. Et an statuta ab ipso comprehendant infideles sibi subditos. eod. l.7.d.3.n.8
Infideles contrahentes in locis fidelium, an validè contrahant, si habeant impedimentum dirimens foi principis infidelis, vel principis fidelis cui subsunt. l.7.d.2.nu.10
Infideles quoad diuortium: & quis sit iudex, vel quando ad fidem alter tam conuertus est, vel quando agitur de vinculo matrimonii inter illos. *Vide*, Diuortium.
Infideles an validè contrahant, quando est error personæ, l.7.d.18. num.14.
Infideles quando validum ineant matrim. l.7.d.73.à n.1 vsque ad 7. Quid, si repudiata vxore ad fidem cõuertantur, ibi n.4. Quid, si pluribus matrimoniis copulati fuerant tempore infidelitatis, ibi n.5. & melius eod. l.7.d.80.n.14
Infideles an validè in quauis ætate ineant matrim. l.7.d.104.n.10
Infideles contrahentes cum impedimento impotentiæ, an valide contrahant, l.7.d.98.n.7
Infidelis an valide contrahat post baptismum cum fideli, cuius consilio eius coniugem interfecit, vel si infidelis vxorem suam enecet, vt cum adultera contrahat. l.7.d.78.n.3. & 4.
Infidelis promittẽs matrim. aut de facto contrahens cum persona infideli aut fideli coniugata, & adulterans ante vel post baptismũ, an incurrat impedimẽtum dirimens, l.7.d.79.n.41. & 43.
Infideles coniuncti cum ascendentibus vel descendentibus vltra primum gradum, an sint separandi, l.7.d.51 num.21. Et quid, si cum fratribus vel sororibus. eod. l.7.d.52.n.12
Infideles qui cum impedimento cognationis legalis matrim. iniere, an sint post baptismum separandi, l.7.d.63 n.22. & 23.
Infidelis post baptismum an possit ducere cõsanguineas proprias intra quartum gradum, l.7.d.65.n.2
Infidelis an ex matrimonio vel fornicatione contrahat affinitatem, ita vt conuersus ad fidem nequeat ducere consanguineam prioris vxoris vel mulieris cum qua fornicatus est. Et aliqua spectantia ad hoc, l.7. tota d.65
Infidelis an contrahat aliquod vinculum ex matrimonio rato, vel ex sponsalibus: ita vt post baptismum nequeat ducere consanguineam eius, cum qua matrimonium ratum vel spõsalia iniit, l.7.d.65.n.6 & 7
Infideles coniuncti in primo affinitatis gradu lineæ rectæ an sint post baptismum separandi, l.7.d.66.n.8
Infidelis an sit capax cognationis spiritualis, quando baptizat, vel tenet filium fidelis, vel fidelis eius filium. *Vide*, Cognatio spiritualis.
Infidelis matrim. cum fideli quo iure interdicatur, & sit irritum, l.7. tota d.71. Quid inter fidelem & catechumenũ, ibi n.2. Quid inter fidelem & fictè baptizatum, ibi num.3. Quid, si hæreticus contrahat cum infideli, ibi nu.4. Quid, inter Indos recens conuersos, ibi n.9. Quid, si apponatur conditio, si infidelis conuertatur, an valeant sponsalia, ibi n.4. Quid de matrimonio fidelis cum hæretica. *Vide*, Hæretici.
Infidelis ad fidem conuersus an possit habitare cum coniuge infideli, siue spes conuersionis eius subsit, siue non, & quando teneatur diuertere, l.7.d.73.à n.7. vsque ad finem. Et quid, si post conuersionem haberet rem fidelis cum infideli, an amitteret ius diuertendi, ibi n.8
Infidelis si conuertatur ad fidem, altero nolente conuerti aut cohabitare sine Christi contumelia ac pertractione ad peccatum, an possit dissoluere matrim. prius, & ad aliud transire, l.7.d.74. n.1. & seq. Et an dissolutio illa sit ex priuilegio Christi, ibi n.4. & 10. Et an desideretur sententia iudicis, ibi nu.11. Et an semper exigatur moneri infidelem, ibi à n.12. vsque ad 15. Et quæ certitudo habenda sit de infidelis obstinatione, ibi n.16. Et an opus sit iudicem præfigere terminum infideli, intra quem conuertatur, ibi n.17. Et quid, si infidelis inducias petat, vt conuertatur, ibi n.18. Et quando dicetur infidelem nolle habitare sine contumelia creatoris aut pertractione ad peccatum, ibi n.6.
Infidelis matrim. an dissoluatur statim, ac altero conuerso ad fidẽ renuit ipse conuerti, vel modo debito habitare: an potius quãdo fidelis trãsit ad secũdas nuptias, l.7.d.75.2 n.1. vsque ad 5. Et an teneatur infidelis conuersus admittere infidelem qui conuertitur, antequam ipse statum mutarit, ibi n.4. Et quid, si post fidelis

conuersionem exerceat infidelis actum infidelitatis, ibi n.10 Et an dissoluatur per hoc quod trãsĕat infidelis ad aliud matrimonium, ibi n.7. Et quid, si infidelis fornicetur, & post conuertatur ad fidem, ante transitum fidelis ad secundas nuptias, ibi n. 8. Et quid, si fidelis contraxerit aliud matrimonium, & eo effecto viduo conuertatur infidelis, an teneatur eum admittere, ibi n. 10.
Infidelis an validè matrimonium ineat, antequàm suus coniux ad fidem conuersus mutet statum, l. 7. d. 75. n. 6
Infidelium matrimonium consummatum an dissoluatur altero conuersio professente religionem, l. 7. d. 76. nu. 8. 9. & 10. Et quid, per sacros ordines, vel votum simplex fidelis, ibi n. 11. & 12
Infidelis cõiux conuersus ad fidem, an possit transire ad religionẽ, ordines, aut votum castitatis emittere, infideli tenente cõuersationi: & ad id desideretur monitio, l. 7. d. 76. n 1. & 3. Et quid, si infidelis postea reducatur ante mutationem status fidelis, ibi n. 4. & 5. Et quid, si fidelis ad professionem ordinésve transierit, aut votum castitatis emiserit, cum infidelis conuertitur, ibi n. 6. Et quid, si in religione adhuc erat nouitius, ibi n. 7
Infidelis an validè contrahat, postquam suus coniux factus fidelis aliud iniit matrimonium, vel ad professionem ordinésve transiit, aut simplex castitatis votum fecit: vel saltem possit tunc infidelis, si ad fidem conuertatur, religionem ingredi, l. 7. d. 77. n. 1. & 2. Et an peccet transitus tunc ad alias nuptias, ibi à n. 3. vsque in finem.
Infideles coniugati conuersi ad fidem an debeant nuptiales benedictiones recipere, l. 7. d. 81. n. 6
Infidelem an fidelem patrem sequi proles debeat, l. 7. d. 73. fin.

Inhabilitas.

Inhabilitas quando sit pœna. *Vide*, Pœna.
Inhabilitas contrahentium clam. *Vide*, Pœna matrim. clandestini.

Iniuria.

Iniuriæ condonatio quando censeatur actus familiaritatis, l. 10. d. 24 n. 15

Insinuatio.

Insinuatio an requiratur in donatione inter coniuges excedenti summam. *Vide*, Donatio irrita inter coniuges. An in actis, & sponsalitia largitate. *Vide*, Acta, & Largitas sponsalitia.

Institutio.

Institutio præsentati, & confirmatio an possit fieri extra dioecesim l. 3. d. 2. n. 6

Integra res.

Integra res esse quando dicatur in litteris gratiæ vel iustitiæ, l. 2. d. 28. a n. 8. vsque ad 30

Intellectus.

Intellectus absurdus. *Vide*, Absurdus intellectus.

Interdictum, & Interdictus.

Interdictum quando ignorantia excusante non incurratur, *Vide*, Ignorantia.
Interdictum an incurratur ob culpam venialem, l. 9. d. 32. n. 19.
Interdicti tempore an licitè matrim. ineatur, l. 7. d. 8. n. 1. & 2. Et an validum sit, n. 4 Et quid tempore cessationis à diuinis: & an possint tunc sacramenta tempore interdicti licitè celebrari, ibi n. 1. Et an possint tunc denunciationes matrimonii fieri, ibi nu. 7. Et an possint matrim. & alia sacramenta tempore interdicti licitè ministrari in Ecclesia specialiter interdicta, ibi nu 6. Et quid, si contrahentes matrim. sint specialiter interdicti, ibi n. 5.
Interdicti tempore an possint benedictiones nuptiales conferri etiam clausis ianuis, & submissa voce: & quamuis ecclesia sit specialiter interdicta, l. 7. d. 8 à num. 9. vsque ad 11. Et an liceat cum hac moderatione benedictiones nuptiales, & alia sacramẽta, & diuina officia celebrare extra ecclesiam tempore interdicti, ibi n. 13. Et quid, tempore cessationis à diuinis, ibi n. 14.
Interdicti tempore an liceat in festis in quibus iure suspenditur in c. Alma mater, de sent. excomm. in 6. celebrare benedictiones nuptiales, & alia diuina officia publice & solemniter, l. 7. d. 8. n. 15. Et an si tunc sic celebrentur in die Paschatis, in quo alio interuentum est benedictiones nuptiales celebrari, peccetur contra interdictum, ibi nu. 16. Et quid, si non celebretur missa illorum festiuitatum propria, ibi nu 17. Et quid, si ecclesia sit specialiter interdicta, vel sit cessatio à diuinis, ibi n. 18.
Interdicti tempore an possit diuinis interesse clericus coniugatus, l. 7. d. 46. n. 15.
Interdictum Ecclesiæ, quo iudex interdicit matrim à quo & quibus de causis possit imponi, l. 7. d. 6. n 6. Et qualiter tunc impediantur sponsalia, ibi nu. 7. Et qualis culpa sit contra illud contrahere, l. 7. d. 16. n. 1.
Interdictum quando est matrimonium, præcepto aut constitutione Pontificis, an eo ipso reddatur irritum, si contra id interdictum ineatur, l. 7. tota d 2
Interdictis viro vel fœminæ, an liceat illis benedictiones nuptiales recipere, l. 7. d 8. n. 19. *Vide etiam hic supra.*
Interdictus ingressu Ecclesiæ, an licitè recipiat benedictiones nuptiales, l. 7. d. 9. n. 15.

Interesse.

Interesse an possit peti sponsalibus dissolutis. *Vide*, Pœna sponsalibus adiecta.

Interpres, Interpretatio, & Interpretari.

Interpres in matrimonio. *Vide*, Præsentia Parochi.
Interpretatio stricte facienda est obligationẽ, l. 1. d. 9. n. 11
Interpretari libros turpes, qualis sit culpa, l. 9. d. 45. n. 43

Interrogari.

Interrogari vter coniugum prius debeat, l. 2. d. 31. n. 12
Interrogari an possint de impedimento occulto volentes matrim. inire, ad ordines promoueri. Vel consanguinei impetrantes dispensationẽ an se cognouerint. *Vide*, Impedimentũ manifestare.

Iocalia.

Iocalia data inter sponsos. *Vide*, Largitas sponsalitia.

Ioseph.

Ioseph sanctissimus Virginis sponsus cur voluerit eam dimittere, & qualiter culpa liberetur, l. 10. d. 12. n 36

Iracundia.

Iracundiæ calore gesta an valeant, l. 1. d. 8 n. 4. & 11

Irregularis, & Irregularitas.

Irregularis occultus petens ordines, an interrogatus teneatur irregularitatem manifestare. *Vide.* Impedimentum manifestare.
Irregularis an sit Sacerdos ducens viduam, sub conditione impossibili, vel turpi, l. 5. d. 5. n. 22
Irregularis ministrans beneficio an lucretur fructus, & distributiones. *Vide*, Distributiones.
Irregularis an sit genitus à parentibus coniugatis, mutuo castitatis voto aut professione dirimctis: aut patre ad ordines sacros promoto, l. 9 tota d 38
Irregularis an sit liber ducens ancillam, l. 7. d. 19. n. 14
Irregularis an sit coniugatus, qui ad ordines promouetur, l. 7, tota d. 49
Irregularis, cum quo dispensatur ad ordines vel beneficium. *Vide*, Illegitimi.
Irregularitas quando ignorantia excusante non incurratur. *Vide*, Ignorantia.
Irregularitas an incurratur ob leuem culpam, an exigat latam, l. 9. d. 32. n. 34. Et an pro culpa veniali incurratur, & similiter suspensio & interdictum, ibi n. 19
Irregularitas bigamiæ. *Vide*, Bigamia.
Irregularitas quæcunque an tollatur per religionis professionem, l. 7. d. 86. n. 2 & duplici seq.
Irregularitatis dispensatio ex homicidio incursæ, sacerdo occisum fuisse presbyterum, an valeat, l. 8. d. 22. n. 22
Irregularitatis dispensatio excommunicati, suspensi, vel interdicti sæpe celebrantis, an petat multiplicem celebrationem explicati, l. 8. d. 24 n. 7
Irregularitas quando dicatur occulta, vt possit in ea Episcopus dispensare. *Vide*, Clausula.

Irritare.

Irritare an possit pater votum, quando dubitatur qua ætate emissum sit *Vide*, Dubitans de pubertate,
Irritare iuramentum, *Vide* Minor quando aliquis dicatur.
Irritare vota realia post ætatem 25. annorum facta, & obligationẽ hominis factã, an possit pater. *Vide*, Filius familias an obligetur.
Irritatio votorum, *Vide*, Votum.

Iubeo.

Iubeo, an importet necessitatem, & habere actionem ad rem, l. 6. d. 4 n. 9

Iubileum.

Iubilei virtute absolutus an teneatur illud consequi, l. 1. d. 45. n. 9

Iudex.

Iudex quando, & qualis debeat cogere implere sponsalia. *Vide*, Sponsalia impleri recusans.
Iudex an terminum præfigere possit sponsalibus perficiendis, l. 1. d. 31. n 9. An possit prorahere, vel restringere tempus expectandi sponsum absentem. n 4
Iudex an, & qualis possit compellere partem ad remittendam iuramentum soluendi vsuras vel merum extortum, l. 1. d. 32. n. 18. Vbi an possit iudex laicus hoc iuramentum remittere.
Iudex an possit aliquid circa terminum legalem. *Vide*, Terminum.
Iudex qui sub excommunicatione præcipit sponso vt intra bimestre consummet & eo transacto excommunicauit illum, qui nõ obediuit: qualiter se debeat habere cum illo ingredienti postea religionem, l. 1 d. 24. n. 18
Iudex si in fundamento suæ iurisdictionis erret, eam ignorans, non valet quod agit, l. 2 d 36. n. 3
Iudex quid debeat facere in dubio cuius res sit. *Vide*, Dubitãs num res sit sua. Et ibi, quid quando sunt diuersæ opiniones.
Iudex qua cautela vti debeat, vt informetur de malitioso impedimenti suspitione. *Vide*, Causa iusta dispensandi. Et ibi quando dispensat in denunciationibus, quid teneatur facere Quid, quãdo vult inuestigare impedimentum, vel petitur fœminam in loco tuto deponi. *Vide*, Parochus impedimentum.
dex quando possit de occultis interrogare, *Vide*. Impedimentum manifestare.
Iudex qualis possit pœnas inferre laicis clam contrahentibus, l. 1. d. 54. n. 1. 2. & 3. Quid si non constet de matrimonii clandestinitate, de eaq; sit quæstio, vt filius censeatur legitimus ob bonam

parentum fidem,n.4. Quando sit quæstio iuris, & quãdo facti, eod.n.4. An iudex ecclesiasticus possit inhibere secularem, ne testes deponant coram eo,vel ne puniat clam contrahentes,nu. 6. Quid si ecclesiasticus non puniuit condignè laicum clam cõtrahentem, vel admittentem aliud crimen mixti fori,an possit secularis iterum punire. Et è contra,quando secularis prius puniuit minus dignè,n.7.& 8

Iudex laicus an possit cognoscere de causa spirituali, quando non est quæstio iuris,sed facti. *Vide supra.*

Iudicis authoritas,& qualis,an exigatur ad dissoluenda sponsalia. *Vide*, Sponsalia iudicis.

Iudicis sententia egeat suspensio triennalis imposita parrocho assistenti matrim. clandestino : & pœna testium.& amissio bonorum contrahentium : non autem inhabilitas ad sic contrahendum,l.3.d.33.n.1. Quid de exhæredatione,n.2.3.4.& 5. Quid de illegitimitate qua afficiuntur filii nati ex matrim. clandestino irrito,ignorantibus parentibus impedimentum, n.7.& 8

Iudex secularis vel ecclesiasticus qualiter possit coniuges cogere ad cohabitationem & debitum reddendum. *Vide*, Debitum.

Iudex ecclesiasticus an possit præcedere contra laicum detrimentum vxorem alterius, l.9.d.4.n.8

Iudex an permittere debeat coniuges communi consensu separatos,l.9.d.4.n.5

Iudex diuortii & adulterii an sit solus Ecclesiasticus : & quæstione mota de alimentis,excipiente altero de diuortio,an possit inhiberi secularis,l.10.d.8.à n.15 vsque ad 17

Iudex ecclesiasticus an possit principaliter cognoscere de causa dotis & alimentorum,vel saltem accessorie, quando cognoscit de diuortio,l.10.d.8.n.15

Iudex quando suum officium impertiri debeat, partibus non petentibus,l.10.d.9.n.30

Iudex excommunicans coniuges, an possit illis participationem mutuam interdicere,l.9.d.14.n.7

Iudex qualiter se debeat habere, dum petitur diuortium ratione sæuitiæ,& qualem causæ cognitionem debeat præmittere, l.10. d.18.a nu.15. vsque ad 31. Et an possit cogere ex officio ad cautionem non offendendi præstandam,ibi n.39

Iudex qualiter se debeat habere,& an possit omittere ordinem iudiciarium in causis Indorum matrimonialibus,l.10.d.19.n.1

Iudex quis sit competens, quando in terris fidelium agitur de diuortio,aut viribus matrimonii infidelium, aut quando alter est iam fidelis,l.7.d.3.n.9

Iudex an possit occultè dimittere innocentem sibi cognitum, quando iuxta allegata & probata est nocens, l.7.d.37.n.15.

Iudex quis sit competens ad diiudicandum, an vestes clerici coniugati sint clericales,& an is habeat conditiones petitas ad gaudendum priuilegio fori : & dum hoc discutitur,in quo carcere custodiendus sit.l.7.d.46.n.7

Iudex an possit interrogare consanguineos vel affines, cum quibus dispensat ad matrimonium,an habuerint copulam,l.8.d.15.a n. 13.vsque ad 16

Iudex an possit cogere maleficos benedictione quadam maleficiũ auferre,l.7.d.95.n.10. Et an possit crines malefici torquendi abscindere,aut eius corpus lauare, vt tormentũ sentiat,l.7.d.96.fi.

Iudex an debeat permittere impotentes habitare tanquam fratẽ & sororem, l.7.d.97.n.7

Iudex quid debeat efficere quando separato matrimonio ratione impotentiæ, inuenit alterum vel vtrumque coniugem fornicatum esse,aut ad alias nuptias transisse. *Vide*, Impotentia.

Iudex coram quo agitur de sententia matrimonii bis confirmata, aut à qua non est appellatum, retractanda, qualiter se debeat habere : & an ex officio possit retractare: & quis iudex sit competens, *Vide*, Matrimonium.

Iudex separans matrimonium ratione impotentiæ an debeat in sententia speciem impotentiæ, & causam suæ sententiæ exprimere, l.7.d.99.n.2.& 29

Iudex quas probationes exigere debeat ad separandum matrimonium ratione impotentiæ. *Vide*, Impotentia.

Iudex secularis an possit coniugem spoliatum habitatione alterius restituere, l.7.d.112.n.13

Iudex quid possit ex officio in causis coniugalibus, & in aliis in quibus officium iudicis exuberat, & in iis quæ testimonio artis peritorum decidendæ sunt.l.7.d.113.à n.21. vsque in finem.

Vide, Ordinarius,& Vicarius.

Iudicialis cognitio.

Iudicialis cognitio per quã clausulam non requiratur. *Vide*, Clausula, Tuo iudicio. An exigatur in dispensatione denunciationum. *Vide*, Dispensatio in matrimonii denunciationibus.

Iuramentum & Iurans.

Iuramentum an firmet professionem non acceptatam, *Vide*, Stipulatio alteri per alterum facta.

Iuramentum absq; animo se obligandi. *Vide*, Promissio deliberata.

Iuramentum impertrandum est vt minus obliget in dubio,l.1.d.9. n.11.

Iuramentũ æquiuocè an possit præstari,iurando se non promisisse, ab eo qui promissioni non tenetur stare, l.1.d.10.num.27. & 28. Quid dum aliquis mutuo recipit nũmos,& non tenetur eos soluere,n.27. Quid de rogato à custodibus,an veniat ex certo loco:si ille non sit peste infectus,n.27. Quid de clerico rogato,an portet aliquid vt cogatur soluere gabellas ad quas non tenetur, n.27.Quid de eo à quo petunt latrones,vt iuret se daturum pecunias,an possit iurare se daturum,intelligens,si teneor ; & ita non soluere,eod.l.1.d.11.n.2. Quid de muliere scienti aliquem non esse virum suum,ob idque neganti debitum : & vt absoluatur,cogitur iurare se reddituram, an possit iurare intelligens, si teneor,ea d.11.n.2. An intercedente causa iusta, aut metu,possit aliquis contrahens ficte matrim. iurare, velle se eam feminam in vxorem,intelligendo,si teneor,ea d.11.n.2

Iuramentum quando faciat vt actus inualidus valeat eo modo quo valere potest,l.1.d.10.n.2

Iuramentum contra bonos mores,quando non obliget,l.1.d.31.n. 1. An ex iuramento inique extorto consurgat aliqua obligatio homini,vel soli Deo,n.2. An egeat relaxatione,quando non valet,vel non obligat,n.1. An distet inter hæc,iuramentum obligat:&,confirmat contractum,n.3. Quando non firmat contractum,manet contractus inualidus,sicut antea:at quãdo firmat, manet irreuocabilis,n.4. Et quando non firmat,cõcessa relaxatione,potest venire aduersus contractum:secus,quando firmat, n.5. Nec datur absolutio,quando confirmat, nec repetitio, nec impletur momentanea solutione:secus quando non confirmat, nu.6. An quando non confirmat,possit res soluta repeti absque iuramenti relaxatione, quamuis iuramentum sit de non repetẽdo.n.7. Quando cõtractus ob publicam vtilitatem prohibetur, non firmatur iuramento,secus quando ob priuatam,n.8. Nec in priori casu iuramentum obligat,nec indiget relaxatione,nu.9. An si prohibitio feratur in personas,& non in ipsum contractũ, firmetur iuramento,num.10. Quando censeatur contractus ob publicam vel priuatam vtilitatem interdictus, n.11. Quando in creditore recipicate versatur turpitudo, obligat iuramentum, sed non confirmat contractum:& potest relaxari. n. 12. An hæc turpitudo debeat esse contra ius naturale,n.13. Cum turpitudo non est in recipienti, nõ impletur momentanea solutione postea repetendo,n.14. Cum est turpitudo in recipienti,potest Episcopus relaxare. Vt in iuramento soluendi vsuras, vel metu extorto,etiamsi iuretur id quod alias erat in præcepto, n.11. An sit necessarium vt relaxatio cõcedi possit,eam peti antequam periurium incurratur non impleendo,num 16. An tale iuramentum possit per bullam,aut religiosorum priuilegia commutari,n.17 Quando metus est leuis, an concedatur relaxatio, *Vide*, Iuramentum præstitum metu. An index possit cogere creditorem, vt iuramentum hoc remittat *Vide*, Iudex an & qualis.

Iuramentum præstitum metu an confirmet contractus iure inualidos,vt renunciationem legitimæ, contractus minorum,l.4.d. 20.n.1. An tunc obliget iuramentum, & sit necessaria relaxari, nu.3.& 4. Quid si metus sit leuis,an possit ab Episcopo relaxari, vel per bullam,& impleatur momentanea solutione,n.7.8.& 9. An matrim. metu extortum firmetur iuramento,ibi nu. 11.& 12. Vel tale iuramentum obliget,indigeatque relaxatione,à nu 14. & 17. An faciat valere vt sponsalia,n.16.& 18. Quid si apponatur per verba de futuro, vt de non contrauenendo illi matrim. nu. 19 Quid si de eo rato habendo nouo consensu,n.20. An sponsalia metu graui contracta firmentur iuramento,l.4.d.21.n.1.Vel tale iuramentum indigeat relaxatione,ead.d.21.n.2.& 3. Quid si metus sit leuis,n.4. Quid de iuramento accedenti promissioni dotis,arrarum,constitutioni procuratoris,voto professionis metu factis,ead.d.21.n.5.6

Iuramentum sequitur naturam contractus cui adiicitur, & eius conditiones,l.6.d.11.n.5

Iuramentum an confirmet actum contra prius iuramentum, *Vide*, Donatio facta contra prius.

Iuramentũ in contractibus impuberum, aut minorũ,quãdo obliget,possitque à parte irritari. *Vide*, Minor quãdo aliquis dicatur.

Iuramentum licet non sit contra bonos mores,non semper relaxatione indiget,l.4.d.21.n.7.

Iuramentum non supplet duo vitia.l.4.d.20.n.5.

Iuramentum rei impossibilis,vel illicitæ,si postea fiat possibilis,aut licita,an obliget,l.1.d.30.n.5.& 6.

Iuramentum an firmet sponsalia impuberum. *Vide*, Sponsalia impuberum.

Iuramentum in Dei honorem principaliter præstitum, an possit remitti per eum,in cuius fauorem cedit. *Vide*, Sponsalia mutuo consensu.

Iuramentum soluendi amissa ludo pecunia credita. *Vide*, Pœna sponsalibus adiecta.

Iuramentum intelligitur rebus non mutatis,l.1.d.57.n.1

Iuramentum adiectum sponsalibus *Vide*, Sponsalia iurata. Et si adsit metus. *Vide*, Iuramentum metu.

Iuramentum habens tacitam cõditionem, non indiget relaxatione,ea non impleta l.1.d.67.fine.

Iuramentum contractibus adiectum,quando, & à quo, & in virtute bullæ,aut priuilegiorum possit relaxari. *Vide*, Iuramentum contra bonos mores.

Iuramento probantur quæ in animo latent ; vt scientia & ignorantia, l.1.d.62.fine.
Iuramento an firmetur pœna sponsalium. *Vide*, Pœna sponsalibus adiecta.
Iuramento an firmetur donatio inter coniuges. *Vide*, Donatio inualida, & Donatio præsumpta.
Iuramento rogatus de contractu gesto cum minori, vel de lucro, obtento in ludo prohibito, an teneatur fateri, l.6.d.53.n.15.
Iurans sponsalia, an teneatur prius contrahere quam ingrediatur religionem : aut possit licitè illud inire animo ingrediendi ante consummationem, siue votum religionis, siue castitatis emiserit *Vide*, Sponsalia iurans.
Iurans se aliquam ducturum, an teneatur ipsam nolentem dotare. *Vide*, Sponsalia dote.
Iuramentum an sit deferendum reo in causis coniugalibus, actore nil probante vel si opponatur impedimentum, l.2.d.113.fin.
Iuramentum quoties petitur in iure, tactis euangeliis, an satis ea tangere cubito sit : vel aliam sacram scripturam tangi : vel præsentem esse Euangeliorum librum absque tactu : & si in actis notatis fiat mentio solius iuramenti, præsumatur id tactis euangelijs præstitum, l.7.d.10.2.n.14
Iuramentum quod omnino seruari nequit, quando obliget ad partem, l.9.d.35.n.6
Iuramentum factum tertio concernens pietatem, an possit ab eo remitti, l.9.d.37.n.20.& l.8.d.9.n.12
Iuramentum an obliget ad id, ad quod iurans si aduertisset, non se obligasset, l.10.d.8.n.15.
Iuramento coniugis dicentis se credidisse esse suam coniugem, eum cui commixtus est, an credatur, l.10.d.5.n.17
Iuramentum & votũ de eadem re violans, an duplex peccatũ necessario secundum amittat, l.9.d.15.n.5. & 6.& l.7.d.2.n.20. Et quid, quando iuramenta vel vota multiplicantur, eod.d.27.n.25.
Iuramento dicentis se non inuenire fideiussorem an credatur, vt ab eo præstando excusetur, l.10.d.18.nu.38. Et an credatur iuramento aliegantis timorem ratione sæuitiæ, ibi n.27
Iuramentum obligati ad dandam cautionem fideiussoriam, an sufficiat, quando fideiussorem non habet, l.10.d.18.n.38. Et quid, si est sufficienter idoneus, vel emendatæ vitæ : vel si iudex cogat ex officio ad cautionem, ibi n.41.& 44.
Iuramentum an probet ignorantiam, vt quis restituatur in integrum, l.7.d.37.n.27.
Iuramento dicentis se fictè promissum, aut noluisse ratificare professionem intra quinquennium, an sit credendũ, l.7.d.37.n.44.
Iuramento pactum an probetur, defectus legitimæ intentionis contrahendæ paternitatis, dum tenet in baptismo vel confirmatione, l.7.d.1.2.n.8.& 9.
Iuramentum an sit fidei interpositio, l.7.d.79.n.28.& 29.
Iuramentum an semper includat votum, & circa illorum dispensationem quando sunt rei seruandæ. *Vide*, Dispensatio.
Iuramentum an possit commutari virtute facultatis commutandi vota *Vide*. Delegata potestas.
Iuramenta qualiter relaxari vel commutari valeant per religiosorum priuilegia, *Vide*, Dispensare. Et qualiter commutari valeant virtute bullæ vel iubilei. *Vide*, Bulla.
Iuramentum quas causas exigat vt relaxetur. *Vide*, Causa.
Iuramentum non nubendi, donec pater voluerit, an mortuo patre obliget, l.8.d.28.n.15
Iuramenta quoad potestatem dispensandi. *Vide*, Dispensandi potestas.

Iurisdictio.

Iurisdictio annexa ex priuilegio perpetuo dignitati, vel officio an sit ordinaria, & delegabilis, l.2.d.40.n.14 Quid si sit iurisdictio conferendi reseruata principi in signum supremæ iurisdictionis, n.15. Quid si res sit magni momenti, vt beneficia conferre, n.16.
Iurisdictio voluntaria, & contentiosa quid sint, l.3.d.19.n.7. Quãdo voluntaria assumat naturam contentiosæ, n.7. Qualiter voluntaria possit exerceri extra diœcesim, aut territorium : non autem contentiosa, nu.8. Quid si sit iurisdictio voluntaria delegata, an possit exerceri extra territorium tam circa matrimonium, quam circa confessiones audiendas, eod n.8. Quid si voluntariæ admisceatur contentiosa, eod. nu.8. An requiratur licentia iudicis territorii, & qualis, & consensus litigantium, vt iurisdictio contentiosa possit extra territorium exerceri, eod n.8. Cum exigitur cognitio causæ iudicialis, nequit extra territorium exerceri. n.9.
Iurisdictio non admittur ignoranti, l.3.d.30.n.11.
Iurisdictio an possit concedi incertæ, & non determinatæ personæ, l.3.d.31.n.18.
Iurisdictio non prodest eam ignoranti, nec potest conferri actu interno, l.3.d.36.n.8.
Iurisdictio metu extorta an valeat. *Vide*, Præsentia Parochi & testium.
Iurisdictione concessa, conceduntur ea sine quibus illa exerceri nequit : & concessa re, concedi videntur necessaria ad illam comparandam, l.3.d.19.n.4.
Iurisdictionem ordinariam quis conferat. *Vide*, Vicarius generalis.
Iurisdictio ordinaria an pereat morte concedentis re integra. l.8.d.28.n.4. & duplici seq.
Iurisdictio delegata. *Vide*, Delegata potestas.

Ius.

Ius ciuile an seruandum sit in foro Ecclesiæ. *Vide*, Leges seruandæ.
Iura non decipientibus, sed deceptis subueniunt, l.4.d.15.n.4
Iuris correctio. *Vide*, Recedendum est à propria.
Iure suo spoliati nemo debet absque culpa, l.2.d.22.n.6.
Iure suo vtens non committit vere fraudem, nec vere dicitur illum fraudem admittere, l.3.d.18.n.29.
Iure pro se introducto nemo compellitur vti, l.9.d.2.nu.2.

Laicus.

Laicus statim initiandus an possit beneficium obtinere, l.7.d.42.n.14.

Largitas sponsalitia.

Largitas sponsalitia quid sit ? & quando conueniunt sponsi vt ad donantem in nullo casu reuertatur, an statim acquiratur donatario, l.6.d.18 n.1. Vbi nullum est pactum, olim reputabatur donatio simplex, & irreuocabilis : hodie autem habet tacitam cõditionem si sequatur matrimonium, n.2. Quando matrimonũ non sequitur culpa donantis, an teneatur soluere quod promisit, & restituere sponsalitiam largitatem quam accepit, perdatque quam dedit, & quid si casu, vt alterius morte non sequatur, & interueniat osculum, aut copula, aut hæc non interueniat, n.3.& 4. Quid si culpa donatarii non sequatur matrim. vel absque vtriusque culpa, vt ingressu religionis, nu.3. An sponsa lucretur aliquid per osculum præcedês iocalium donationem, n.5. Quid si sponsa non sit virgo, eodem n.5. Quid osculum, aut copulam quæ præcedunt sponsalia nu.6. Quid si sponsalia sint conditionalia, & ante conditionis aduentum accedat osculum, aut copula, n.7. Quid si adsit solus amplexus, n.8. An sponso repetenti iocalia incumbat probare se dedisse ob matrimonii causam : & sponsæ adfuisse osculum aut copulam, & culpa sponsi dissolui sponsalia, n.9. An hæc sint correcta iure Castellæ, num.10. An vt sponsalitia largitas, acquiratur, requiratur animus donandi in sponso, & valet pactum vt non acquiratur, n.11. An exigatur insinuatio, si ea donatio debitam summam excedat, nu.12. An in foro conscientiæ procedat hæc legum dispositio, n.13
Largitas sponsalitia integre acquiritur sponsæ matrimonio consummato, l.6.d.19.num.1. Non requiritur traductio ad domum vel benedictiones Ecclesiæ sequutas esse, nu.2. Per solum matrimonium ratum absque osculo nil lucratur sponsa, nu.3. Quid si sequuta sit traductio ad sponsi domum, vel benedictiones Ecclesiæ receptæ fuit, nu.4. An accedenti copula post sponsalia lucretur aliquid iocalium sponsi, nu.5. Quid si ante sponsalia sit copula, vel post sponsalia conditionalia nõ impleta conditione, n.6. An sponsus lucretur sponsalitiam largitatem sibi donatam à sponsa, per matrimonii consummationem, à n.7 ad 10.
Largitas sponsalitia an acquiratur per osculum, aut matrimonũ consummatum, quando sponsalia, & matrimonium fuere nulla, l.6.toto d.20.
Largitas hæc sponsalitia an acquiritur sponso vel sponsæ, quando non culpabiliter absque vtriusque culpa, vt voto, vel ingressu religionis, vel aliis modis licitis dissoluuntur sponsalia, l.6.d.21.à n.2. ad 5. Quid si mutuo consensu. num.6 & 7. An alter præbens iustam dissoluendi causam, vt quia foraicatus est, perdat totum quod donarat, & restituat quod accepit, n.8.
Largitas hæc sponsalitia, & arræ si sint in matrim, an detur electio sponsæ consummati matrim. & intra quod tempus, l.6.d.22.n.1. An si donatio hæc sint inualida, mortisq; confirmetur, acquiratur valor simul cum arris, eo n.1. An vbi semel elegerit, possit variare, n.2. Quid si electio caruerit effectu, n.3. Transacto tempore ad electionem concesso, an admittatur purgatio moræ, nu.4. An vxore, vel eius hæredibus eligentibus arras, restituenda sit sponsalitia largitas eiusdem æstimationis, ac quando donata est, n.5. Per quæ verba censeatur facta electio arrarũ aut sponsalitiæ largitatis, an per hæc, Volo arras vel accipere, vel habere, vel eligere, n.6. An si solæ arræ interueniant in matrimonio, lucretur sponsa per osculum mediatatem : vel si vtrumque interuenerit, sponsa possit eligere, n.17.18.
Largitas sponsalitia an valida sit quando sponsa nullam dotem affert, & qualiter tunc sit taxanda, l.6.d.24.n.6.
Largitas sponsalitia quo tempore donari debeat, an possit donari post matrimonium de præsenti, l.6.d.23.nu.1. Quid si donetur post traductionem sponsæ ad sponsi domum, non dum consummato matrimonio, nu.2. Quid si consummatum sit, at benedictiones non sint receptæ, n.3 & 4. An casu quo non valeat hæc donatio, confirmetur morte, n.5. Quid si sponsus ante consummatum matrimonium mittat nuncio iocalia sponsæ : & antequam nuncius perueniat consummet, n.7. Quid si donetur tempore benedictionum matrimonio non consummato, nu.8.& 9. Quid de annulo tunc dato vt benedicatur, n.10.
Largitas sponsalitia an possit in quauis quantitate donari, l.6.d.24.n.1. Vbi an possit excedere decimam bonorum sponsi patrem. Quid si fieret ante sponsalia, ea lege vt nunquam rediret ad donantem, n.2. Quid si dos magna fictè promittatur, vel soluatur matrim-

ante dotē promissam, solutam, n. 3. Qualiter vbi dos nulla promittitur, sit taxanda sponsalitia largitas. nu 6. An hæc taxa liget forenses, vel regnicolas habētes bona extra regnum: vel si puella regnicola nubat externo, n. 5. An possit excedere taxam. quando à quodam tertio promittitur, vel valeat fideiussio, l. 6. d. 29. n. 18. & 19. An si excedat taxam, valeat excessus in foro conscientiæ, eo l. 6. d. 35. n. 2. An tunc solus excessus virietur, d. 29. nu. 15. & 16. An minuenda sit, si dos tota, aut pars euincatur, d. 30. nu. 3. Qualiter æstimanda sit dos, quando est maioratus in dotem traditus, d. 31. n. 5. An si excedat taxam, firmetur iuramento, d. 30. n. 3. An firmetur, si excedat id de quo potest sponsus disponere in præiudicium ascendentium, vel descendentium, d. 36. n. 28

Largitas sponsalitia an sit donatio voluntatis, l. 6. d. 36. nu. 17. An extrahatur de toto hæreditatis acervo, vel sola de ea parte de qua potest sponsus liberè disponere. Et revocetur natis liberis, d. 36. n. 17. An reseruetur filiis prioris matrimonii, d. 41. n. 4.

Largitas sponsalitia an restituenda sit ab ea quæ virgo non est, l. 6. d. 27. nu. 3. & 4.

Largitas sponsalitia an sint vestes, & cætera quæ mittit sponsus sponsæ. *Vide*, Vestes pretiosæ & quotidianæ. An sint donata à consanguineis. *Vide*, Donata à consanguineis.

Largitatem sponsalitiam an possit minor promittere, l. 6. d. 38 nu. 42. & 43. Quid de filiofamilias, d. 39. n. 31

Lectus quotidianus.

Lectus quotidianus quando sit dandus viduo coniugi ex bonis alterius coniugis defuncti, & qualis debeat esse: & quando eum perdat per transitum ad secundas nuptias, & an reseruetur filiis prioris matrimonij, l. 7. d. 87. n. 23.

Legatum.

Legatum pauperi consanguineo, quando sit pium. *Vide*, Votum ducendi.

Legatum sub conditione obligandi ad nuptias, *Vide*, Conditio obligans ad nuptias. De legato obligandi ad religionem, vel ab ea auertenti, vel si minus legetur religionem ingredienti, & de aliis circa conditionem ingressus religionis. Et an obtineant legatū factum ingredienti religionem, ingrediens postea exiens. *Vide*, Conditio retrahens à nuptijs.

Legatum virginibus matitandis, an possit dari, vel debeatur ingredientibus religionem, l. 2. d. 33. n. 19. Quid si ex coniecturis deprehendatur testatorem intellexisse de nuptijs temporalibus, vt si nubat aliqua Caio: vel legetur extraneo, si illa nupserit, vel negatiuè, si illa vidua nupserit. num 30. Quid quando vt nubat Caio, & Caius moritur, an debeatur si ipsa ingrediatur religionem, vel si ipsa moriatur, an possit dari alij religionem ingredienti. n. 30. Quid si legatum sit indefinitè virginibus maritandis, n. 31. & 32. An possit dari iam maritatis. n. 32.

Legatum sub conditione, vel modo alicubi habitandi. *Vide*, Pactum vt vir.

Legatum petens consilium vel consensum alicuius. *Vide*, Consiliū & consensus. Et quando petit arbitrarium. *Vide*, Conditio retrahens à nuptijs: &, Arbitrium alicuius.

Legatum fœminæ si Titio non nupserit, quando debeatur, & an sit præstanda cautio. *Vide*, Conditio trahens à nuptijs.

Quid si sub conditione, si Iudæo non nupserit quæ diligentia præstanda sit, l. 2. d. 34 n. 40.

Legatum an sit fauorabile, & latè explicandum, l. 1. d. 8 n. 24

Legatum quando vocatum censeatur ob inimicitias. *Vide*, Donatio viri & vxoris.

Legatū impediens precibus importunis *Vide*, Restituī an debeant.

Legatum inter coniuges putatiuos, an valeat, l. 6. d. 2. per totam.

Legatum repudiare. *Vide*, Repudiare hæreditatem.

Legatum, cuius conditio pendet à voluntate principis, an reputetur impossibile, & ita reiecta cōditione valeat, l. 3. d. 1. n. 19 & 20

Cui incumbat tunc impetrare dispensationem. n. 21. Quid si expressa non sit conditio, si Pontifex dispensauerit, nu. 25. 26. & 27.

Quid de legato relicto filiabus cum onere, ad quod subeundum deficeretur Pontificis licentia, n. 10 & 16

Legatum sub conditione non transcundi ad secundas nuptias, an debeatur intra annum à morte legantis, l. 7. d. 87. n 29

Legatum quando alicui aufertur, & applicatur fisco vel hæredibus ab intestato, an exigatur sententia iudicis. l. 7. d. 87. n. 8.

Legatum absolutè relictum à viro, an perdat vidua fornicans. *Vide*, Vidua.

Legatum vsusfructus vxori, dum honestè & vidualiter vixerit quando relictum est. & si secundo nupserit, legata sunt centum, an luxuriosè viuens, & postea secundò nubens consequatur hæc centum. l. 7. d. 90 nu. 11.

Legatum vsus fructus vxori si transeat ad secundas nuptias, an perdat transiens ad tertias, & vlteriores, l. 7. d. 89 n. 54

Legatum annuum sub conditione non secundò nubendi, vel alia, an debeatur integrè anno quo legatarius nubit. vel non impletur conditionem: vel si initio anni moriatur. l. 7. d. 91. n. 10

Legatum coniugi absolutè relictum vsusfructus, vel alimentorum. an cesset ea transeunte ad secundas nuptias. l. 7. d. 91. nu. 12

Legatum sub conditione castè viuendi, an perdatur per secundas nuptias, l. 7. d. 91. à num. 14. vsque ad 30. Et quid, si transeatur ad tertias vel vlteriores, ibi nu. 24. Quid, si id matrimonium dedecoret personā ratione ætatis, aut habitus tertij ordinis D. Francisci assumpti. aut quia cum longè inferioris conditionis persona, ibi n. 26. & 29. Et quid, si mulier illa alia ratione redderetur infamis, ibi n. 27

Legatum sub conditione negatiua perpetua relictum, vt non nubendi, castè viuendi, quia cautione præstita sit dandum: & quos fructus teneatur restituere non seruans illam, l. 7. d 91. nu. 6. Et quid, si conditio sit distributiua. vt, donec nubat, vel dum caste viuat, ibi nu. 7. & 9. Et an differant hæ formulæ, Donec, quousque, quamdiu, si vidua erit, si vidua permanserit, viduitatem seruauerit, cum vidua erit, stante vel manente vidua, ibi n 8

Legatum relictum à coniuge sub conditione, si lectum meum custodierit, vel, donec custodierit, an amittatur per secundas nuptias, l. 7. d. 91. n. 23

Legatum sub cōditione castè & honestè viuendi, an perdatur per vnicam fornicationem, l. 7. d. 91. à n. 31. vsque ad 34. Et an recuperetur postea honestè viuendo, ibi n. 35. Et an perdatur per tactus turpes, ibi à n. 38. vsque ad 40.

Legatum relictum sub conditione non nubendi an amittatur per fornicationem, vel per sponsalia, vel per matrim. irritum, vel per validum non consummatum, l. 7. d. 91 à n. 41. vsque ad 45.

Legatum relictum fœminæ, dum vitam vidualem seruauerit, etiam si sit legatum alimentorum, an perdatur ea ingrediente religionem, l. 7. d. 91. n. 46

Legatum relictum maritandis feminis honestis, an possit dari ei quæ semel est fornicata, l. 7. d. 91. n. 36.

Legatum coniugi quamdiu cum filijs steterit, an debeatur, si secundo nubat, l. 7. d. 91. n. 47. & duplici seq. Quid, si legatum relictum sit, dum steterit in domo viri, ibi n. 51

Legatum habitationis relictum vxori, an cesset per secundas nuptias, l. 7. d. 91. n. 30

Legatum relictum alicui dum steterit cum testatoris vxore. an debeatur, si recedat ea transeūti ad secundas nuptias, l. 7. d. 91. n. 52.

Legatum puellis maritandis an possit dari viduis secundo nupturis. l. 7. d. 91. à n. 54. vsque ad 57

Legatū vel alimēta vxori relicta an debeantur posteriori, quā post testamentū mortua priori testator duxit. l. 7. d. 91. à nu. 58. ad 60.

Legatum feminis maritandis an possit dari eis quæ nondum sunt ætate nubiles, l. 7. d. 91. n. 61. Et an possit peti ante ætatē nuptiis aptam, ibi n. 62

Legatum feminis matitandis an possit dari iam maritatæ, l. 7. d. 91. à n. 63. ad 66

Legatum certæ personæ maritandæ an debeatur quoad residuum, quando testator eam in matrimonio collocauit minoti summa data, l. 7. d. 91. n. 67

Legatum feminis maritandis, an dari possit ingredientibus religionem, l. 7. d. 91. n. 68.

Legatus Apostolicus.

Legatus Pontificis quid possit circa matrimonium, & an possit omnia quæ Episcopus. *Vide*. Ordinarius censetur, *& ibi*. in quo distet potestas à latere, & quando non est à latere,

Legatus etiam à latere qualiter possit circa impedimenta matrimonii & circa alia dispensare: & an in hoc ampliori potestate, quam Episcopus gaudeat. *Vide*, Dispensare.

Legati officium an expiret morte Papæ, l. 8. d. 28. n. 92

Legato etiam à latere facta commissio an transeat ad successorem, l. 8. d. 72. n. 11.

Legere.

Legere turpia qualis sit culpa, l. 9 d. 46. n. 44.

Legitimare, & Legitimi.

Legitimare prolem antea susceptam an competat matrimonio clandestino valido, l. 3. d. 44. nu 1. & 2. An standum sit iuri ciuili, aut canonico, circa legitimationem prolis per subsequens matrim. n. 2. Vnde habeat matrim. subsequent eam legitimationem facere, & an ea sit fauorabilis. nu. 2

Legitimi filij an sint, nati ex matrim clandestino inualido, bona fide inito, l. 3. d. 42 nu 1. 2. An habeat locū hæc pœna ob quamuis causam sit inualidum clandestinū. n. 3. & 4. Quid quādo nullitas matrimonii fuerit talis, vt præmissis denunciationibus non posset impedimentum detegi. n. 5. Quid si matrim. fuerit clandestinum ob solam denuntiationum omissionem. n. 6. An filij nati ex matrim. clandestino valido sint legitimi. n. 8. Quid si matrimonium clandestinum inualidum bona fide initum publicetur, approbeturque ab Ecclesia tanquam validum, quia nullum est detectum impedimentum, an filij tam ante illam approbationem, quàm post geniti, sint legitimi, l. 3. d. 43. nu. 1. 2. 3. & 4. An hæc pœna indigeat iudicis sententia, *Vide*, Iudicis sententia.

Legitimare potens adulterinum, & incestuosum, vel spurios in genere. an possit quando vtrumque vitium simul concurrit, l. 3. d. 2. à n. 27. vsque in finem.

Legitimare qualiter possit Pontifex aut princeps secularis, etiam dispensando in radice matrimonii. *Vide*, Dispensare.

Legitimare qualiter possit commissarius bullæ cruciatæ. *Vide, ibid.*

Legitimare prolē antea conceptam etiam in fraudem substituti, an sufficiat matrim. in articulo mortis contractum, l. 7. tota d. 105.

Legiti-

Legitimatio facta in foro conscientiæ, virtute dispensationis pro eo solo foro concessæ, qualiter intelligatur *Vide*, Clausula.
Legitimatio prolis facta virtute dispensationis ad matrim. an valeat, quando post ea parentes id matrim. non inierè. l. 8. d. 7. n. 13. Et an legitimetur proles, si ordinarius vel cõfessor nõ legitimet, ibi n. 16 Et an possit postea idem vel alius legitimare, ibi n. 17.
Legitimatio prolis an fiat per matrim. subsequens: & an sit naturalis, quando concepta vel nata est post dispensationem à parentibus obtentam ad matrimonium ineundum, l. 8. d. 7. n. 19
Legitimatio spurii an exigat mentionem qualitatis spurietatis & adulterii vtriusque parentis, l. 8. d. 14. n. 3 & 5. Quid, si in qualitate erretur ex communi errore, ibi n. 18
Legitimus an sit filius quoad vtrumque parentem, & vterque quoad ipsum: ac sit successio mutua, quando ex matrimonio irrito contracto bona alterius fide habitus est, l. 8. d. 34. n. 46
Legitimus. *Vide*, Illegitimi
Legitimè.
Legitimè impedito non currit tempus, l. 1. d. 53. n. 7
Leprosus coniux.
Leprosus coniux, aut quouis alio morbo contagioso infectus, quod ius habeat ad debitum coniugale, cohabitationem, & alia obsequia. *Vide*, Debitum.
Lex.
Lex quando dicatur odiosa, vel fauorabilis, l. 1. d. 1. n. 4
Lex correctoria. *Vide*, Correctoria lex.
Lex non extenditur ad casum quem eius ratio à principio non comprehendit, l. 2. d. 37. n. 3
Lex imponens pœnam scienter facienti, aut præsumenti, quam ignorantiam exigat, vt pœna non incurratur, l. 2. d. 40. n. 4
Lex edita ad vitanda inconuenientia, an cesset cessante fine, l. 3. d. 3. n. 9
Lex vbi frequentioris vsus causa aliquid discernit, non excludit casum minus frequentem. l. 3. d. 10. n. 3
Lex pœnalis est extendenda, ne reddatur frustratoria, l. 3. d. 49. n. 4.
Lex pœnalis & correctoria est extendenda ob identitatem rationis in ea expressæ, l. 3. d. 14. n. 4
Leges seruandæ sunt in foro etiam canonico, vbi ius canonicum nil disponit, l. 2. d. 6. n. 14
Leges in decretis relatæ quando vim canonis habeãt, l. 1. d. 18. n. 31
Leges posteriores quando per priores explicandæ sint: vel per earũ rationes licet habeant clausulam, Non obstante, l. 2. d. 14. n. 6.
Leges generales negatiuę sunt generaliter intelligẽdæ, l. 2. d. 14. n. 7
Lex partitarum nunquam censetur corrigere ius commune, nisi res sit aperta, l. 3. d. 41. n. 8
Leges fori non obligant nisi probetur earum vsus, l. 6. d. 1 n. 5.
Leges seruantes lucra filiis prioris matrimonii, non sunt correctiæ iure canonico, l. 6. d. 41. n. 1
Legum correctio quantum debeat vitari. *Vide*, Recedendum est à proprio. Vbi, an impropriantur verba ad eam vitandam. Et an inducatur per tacitos intellectus, licet alias clausula nil operetur, l. 2. d. 11. n. 13
Legem an faciat sententia Principis. *Vide*, Sententia Principis. Et an epistola vel responsum. *Vide*, Epistola.
Legis intellectus sumitur ex proœmio, l. 2. d. 37. n. 3
Legum epicheiæ an sit locus in dubiis: & an tunc ob iget lex. *Vide*, Dubitans an sit impositum.
Legis pœna an ex actu nullo incurratur, *Vide*, Pœna clandestini.
Legibus qualiter teneantur peregrini, transeuntes, & vagi. *Vide*, Peregrini an teneantur.
Legem superioris qualiter possit inferior pœnis nouis adimuare, l. 3. d. 47. n. 12
Lex an obliger ignorantes, & qualis ignorantia excuset ab eius pœna. *Vide*, Ignorans & ignorantia.
Lex pœnalis an extendatur ex rationis identitate, l. 10. d. 4. n. 3
Leges inferiæ in decreto, quã auctoritate habeant. l. 9. d. 11. n. 1. & 5
Legis verba, gratia frequentioris vsus expressa, an ipsam restringant, ne extendatur ad casus similes. l. 9. d. 14. n. 16
Lex quando possit abrogari consuetudine, & alia ad hoc spectantia. *Vide*, Consuetudo.
Legis ad principium debeant trahi sequentia, vbi aliud non apparet, l. 7. d. 8. n. 12
Lex pœnalis & odiosa est amplianda, quando in animæ fauorem ad vitandum peccatum est lata. l. 7. d. 9. n. 8
Lex limitans vel corrigens mensuram, censetur limitare vel corrigere rem mensam, l. 7. d. 10. n. 1.
Lege vna tollitur vitiũ duplex ex vna radice nascẽs, l. 7. d. 10. n. 10
Lex declarans aliam recipit omnes interpretationes, quas lex declarata recipit, l. 7. d. 46. n. 21
Lex statuens vt rapta nubens raptori amittat lucrum sibi delatũ, an sit iure canonico correcta, l. 7. d. 11. à n. 17. vsque ad 19
Leges iuris Cæsarei communis an obligent in Hispania, l. 7. d. 87. num. 19
Lex priuans aliquem hæreditate vel legato, an semper indigeat sententia iudicis, l. 7. d. 87. nu. 8
Liber.
Liber vt scribantur nomina contrahentium. *Vide*, Parochus impedimentum.
Libros turpes scribere, legere, vel interpretari, qualis culpa sit, l. 9. d. 46. n. 42. & 44
Liberè.
Liberè posse aliquid fieri, quid importet. l. 1. d. 54. n. 6 & l. 10. d. 12. num. 31.
Libertas.
Libertas an possit seruis concedi pro tempore determinato, & semel concessa reuocari, l. 7. d. 19. n. 3
Libertas quando acquiratur à seruis ex matrimonii contractu, aut docalibus instrumentis. *Vide*, Serua & seruus.
Licentia.
Licentia assistendi matrimonio, vel ministrandi alia sacramenta concessa per excommunicatũ, irregularem, suspensum, vel concessa excõmunicato, irregulari *Vide*, Excõmunicatus parochus.
Licentia ficta ad assistendum matrimonio, vel ad audiendas confessiones, dum fictio ignoratur, an sufficiat, l. 3. d. 22. n. 44
Licentia data à Parocho contra Ep. scopiaut synodi prohibitionem, ad assistendum matrimonio, an prosit vt matrimonium valeat. Et quid, si ipsemet Parochus contrà eandem prohibitionem interhit, l. 3. d. 31. n. 1 & 2
Licentia, si non omnino seruentur in ea præscripta, an prosit valori matrimonii, vt si detur licentia sacerdoti assistendi, dummodo sponsos moneat ne consumment donec denũciationes præmittantur: & si ille assistat non facta ea monitione. l. 3. d. 33 num. 24 Quid si detur licentia illos coniungendi præmissis denuntiationibus, vel si inuenerit non adesse impedimentum: vel si impedimentum non habuerint sponsi. n. 3. & 4
Licentia requisita ad actum an debeat esse expressa, l. 3. d. 25. n. 16. & n. vlt. An debeat præcedere, nu. 18. An in dubio præsumatur eam præcessisse, n. 29.
Licentia sacerdoti concessa ad assistendum matrimonio, quotupliciter sit tacita, & quando sit ratihabitio de præsenti, l. 3. d. 35. n. 1 Et quando dicatur expressa, n. 2. & 3.
Licentia specialis quotupliciter visurpetur. Et an speciale sumatur aliquando pro expresso, n. 4. An requiratur licentia specialis vt alienus sacerdos interfit matrimonio, ibi nu 6 & 7 An sufficiat Parochum generaliter concedere licentiam administrandi sacramenta, n. 8. An requiratur licentia specialis, id est, expressa, vel sufficiat licentia ad aliquos actus dignitetè, n. 9. Non exigitur licentia in scriptis, nu 10. An sufficiat licentia Parochi, ad exercendum omnia ad animarum curam pertinentia, quando interdictum esset parocho delegato. nu. 12 & 13. An sufficiat ratihabitio. & etiam ad concessiones & cætera sacramenta, à n. 15. ad 21. An licentia ad assistendum matrimonio necessariò debeat præcedere, n. 18. An si eadem die qua matrim initur, concedatur licentia, præsumatur hanc in dubio præcessisse. n. 19. An ratihabitio de præsenti confertat licentiam pro eo solo actu, quem superior vidit, n. 22. Quid si verè tunc prælatus interne non consentiret, exterius tamen taceret, n. 23.
Licentia concessa ignoranti eam, vel reuocata eo nescience, quid operetur. Et an possit ad libitum reuocari. *Vide*, Gratia ignorati.
Licentia metu, aut dolo extorta. *Vide*, Præsentia Parochi & testiũ.
Licentia testandi *Vide*, Testandi licentia.
Licentia precibus importunis obtenta *Vide*, Restitui an debeant.
Licentiam assistendi matrimonio, qui possint delegare. *Vide*, Delegare ordinarius potest. An possit vicarius. *Vide*, Vicarius generalis.
Licentiam dicenti se habere vt alienus sacerdos assistat matrimonio, an sit credendum. l. 3. d. 37. n. 1. & 2. Quid de dicenti se absolutum esse ab excommunicatione, nu. 2. & 3. Quid de dicenti se habere licentiam faciendi alieno sacerdoti, vel recipiendi ab eo sacramenta, n. 1. 2. iuncto n. 6. Quid si persona sit fide digna, n. 1. Quid de dicenti se obtinuisse dispensationem vt omittantur denunciationes, vel vt alienus sacerdos benedicat nuptias, n. 4. Si opponatur sacerdoti absque licentia interfuisse matrimonio, cui incumbat onus probandi. n. 5
Licentia ad vouendum quando sit taciturnitas viri vel superioris, & alia de hac licentia. *Vide*, Votum.
Licentiam ad implendam votum de re vetita, qualiter & quando teneatur petere subditus. l. 9. d. 43. à n. 3.
Licentia testandi an faciat conualescere testamentum antea factum, l. 8. d. 1, num. 9. Et an fiuatur primo testamento, ita vt amplius reuocari nequeat, ibi n. 17, & 18. Et an morte concedentis expiret, eod. l. 8. d. 28. n. 82.
Licentia ad ordines recipiendos, & quæuis alia superiorum licentiæ, an morte concedentis expirent. *Vide*, Delegata potestas.
Licentia ad ordines ab alieno Episcopo accipiendos an extendatur, vt cum initiato possit dispensari in iis, in quibus potest proprius Episcopus, l. 8. d. 1. n. 25.
Licentia ad carnes edendas an extendatur ad ova & lacticinia, & licentia ad ova an extendatur ad lacticinia. l. 8. d. 1. n. vlt.
Licentia importat facultatem ratione regulatam, l. 8. d. 8. n. 12
Ligaminis impedimentum.
Ligaminis impedimentum. *Vide*, Nuptiæ.
Limitata causa.
Limitata causa limitatum producit effectum, l. 3. d. 5. n. 2.

Lis.

Lite pendenti in matrimonio, quid agendum sit, *Vide*, Dubitans de matrimonii valore.
Litis pendentis exceptio, *Vide*, Exceptio.
Lite pendenti alimenta an sint præstanda vxori, *Vide*, Alimenta.
Lite pendẽti super diuortio an sit debitũ reddendum, l.10.d.12 n.7
Lite pendenti initum matrimonium, aut contra iudicis prohibitionem, an sit separandum, l.7.d 2.n.14. & 15

Litera.

Literæ quæ à sede Apostolica manant, quando morte concedentis, vel eius cui expediendæ committuntur, expirent, *Vide*, Delegata potestas.
Literæ declaratoriæ. *Vide*, Declaratoriæ literæ.
Literæ ad beneficia vel lites an possint impetrari absque speciali mandato, l.8.d.26.nu.1. Et quid de literis ad dispensationes, ibi à n.1
Literæ sacræ pœnitentiariæ an suo valore frustrentur, si aperiantur ab eo qui non est doctor, l. 1.d.34.n.12

Locus sacer.

Locus sacer quis dicatur, vt sit sacrilega copula vel pollutio in eo habita, & quando hoc sit, *Vide*, Ecclesia.

Loth.

Loth qualiter à culpa vindicetur offerendo Sodomitis filias, vt à peccato nefando eos auerteret. l.7.d.11.n.28

Lucra.

Lucra quæ reseruntur filiis prioris matrimonij. l.6.d.41.n.1. Quid de arris datis à viro, vel ab alio nomine eius, nu.2. & 3. Quid de sponsalitia largitate, n.4. Quid de donatione remuneratoria, n. 2. iuncto n.5. An hæ leges sint correctæ iure canonico. n.1
Lucris tenuntur ære an possit vxor, vel vir in fauorem mutuum, vel alterius, vel in præiudicium creditorum, aut legitimè adiecendentium, vel descendentiũ. *Vide*, Vxor an possit tuta cõscientia.
Lucra constante matrimonio acquisita an perdat vidua fornicans. *Vide*, Vidua.
Lucra rapiæ nubentis raptori. *Vide*, Lex.

Ludens & Ludus.

Ludens pecunia credita an teneatur soluere, & soluenti teneatur alter restituere, detur que repetitio, licet iurarit se soluturum. *Vide*, Pœna sponsalibus adiecta.
Ludens cum minori an teneatur lucrum restituere, l.6.d.38.nu.30. An habens aliquid à minori sine licentia curatoris, teneatur restituere, n.31
Ludens ludo prohibito cui concederur actio ad repetendum, an possit vbi solut. occulta compensatione vti, l.6.d 38 num 32. An possit non soluere. num.33 & 34. An alter negans lucrum coram iudice, teneatur restituere. n 35
Ludus ad quem aliquis precibus importunis trahitur. *Vide*, Restituere an debeat.

Magister.

Magister scholarum Salmanticus an possit dispensare in denuntiationibus matrimonii, *Vide*, Dispensare in denuntiationibus.

Maior.

Maior quando restituj possit contra sententiam quæ transit in rem iudicatam, l.10.d 9.n.7

Maioratus.

Maioratus successor quam diligentiam debeat adhibere ne perdat maioratum ducens Iudæam contra testatoris præceptum, l.1.d. 34.n.40
Maioratus bona qualiter computanda sint ad arras, & sponsalitiam largitatem. *Vide*, Largitas sponsalitia, & Arrarum decima.
Maioratus cum conditione, Si successor ducat consanguineam. *Vide*, Legatum cuius conditio.

Mala.

Malis ex duobus minus est eligendum, l.2.d 39.n.12.& d.41.n.45.

Maleficium, & Maleficus.

Maleficium potentiam cocundi impediens an dirimat matrimonium, l.7.d.94.n.7. & 8. Et an censeatur perpetuum ac dirimẽs nium, l.7.d.94.n.7. & 8. Et an censeatur perpetuum ac dirimẽs matrimonium, si solo alio maleficio auferri possit, vel à solo matrimonium, si solo alio maleficio auferri possit, vel à solo Deifico, licit è tamen: vel per miraculum, vel per exorcismos Ecclesiæ: vel quando triennio durat. ibi à n.9. vsque ad 12. Et qualiter maleficus impediri possit coeundi potentia in vtroque sexu. ibi à n.1. vsque ad 3. Et aliquando contingat impediri respectu ibi à n.1. vsque ad 3. Et aliquando contingat impediri respectu omnium, ibi n.4. Et ex quibus signis cognoscetur an sit frigidi omnium, ibi n.4. Et ex quibus signis cognoscetur an sit frigidi omnium, ibi n.5 & 6. Et ex quibus cognoscetur id impedire respectu omnium, eodem l.7.d 99.n.24. in fine.
Maleficium procurans illius cum quo postea matrimonium init, an possit petere ratione illius matrim. dissolui, l.7.d. 94.n.13.
Maleficium maleficio dissolui an liceat, vel aliis vanis rebus, licèt vti rebus vanis & superstitiosis, protestatione præmissa non ve vti rebus vanis & superstitiosis, protestatione præmissa non ve ritis illis tanquam vanis, l.7.d 95. à num.1. ad 4. Et ex quibus vtendi illis tanquam vanis, l.7.d 95. à num.1. ad 4. Et ex quibus vtendi dignoscetur quæ media sint licita, quæ vana, ibi n.5. Et an liceat dignoscetur quæ media sint licita, quæ vana, ibi n.5. Et an liceat à maleficio parato petere vt maleficium maleficio soluat: vel petere, vt absolutè soluat, quando aliter aliter non nescit alio modo soluere: vel tere, vt absolutè soluat, quando nescit alio modo soluere: vel nouit quædam media licita. & quædam illicita: vel est dubiũ an nouit quædam media licita. & quædam illicita: vel est dubiũ an nouit modum licitum: possintque iudices maleficum cogere, nouit modum licitum: possintque iudices maleficum cogere, vt benedictione quadam maleficium auferat, ibi à nu.6. vsque ad 13. Et an ab alio malefico, qui non est illius maleficij author, liceat dissolutionem illius petere: vel quando medio licito potest tolli, liceat id à dæmone petere, ibi n.14. & 15
Maleficij signum destruere. vt dæmon nocere desinat. an liceat: & quotupliciter signo apposito ex pacto cum dæmone soleat malefici nocere, l.7.d 96.à nu 1. vsque ad 3. An possit interrogari alius maleficus, an norit in quo id maleficium consistat, & si id à dæmone didicerit, fas sit ea scientia vti ad maleficiati medelam, ibi nu.4. An liceat id signum destruere, quando damnum id in ipsum maleficum aut quendam tertiũ redundare debet, ibi n.5
Maleficij ratione separatum matrimonium quando sit instaurandum: & an separatis coniugibus ratione maleficij, sit aliud interdicendum: & ad id separandum requiratur semper triennũ & alia spectantia ad separationem ratione maleficij, & instaurationem matrimonij separati. *Vide*, Impotentia.

Mandans, & Mandatum.

Mandans an verè dicatur facinus, ligetur que pœna in facientes iura, l.3.d.49.n.1 & 2.
Mandatum morte finitur, & similiter donandi mandatum: vnde mandatarius tenetur restituere donum mandatum alicui, nec datum tempore vitæ donantis, hæredibus mandantis, l.1.d.6.n. 7 Quid si culpa sua distulerit mandatarius exequi donandi mãdatum. nu.8. Quid si causa sit pia dotis, aut scholasticorum, an mandatum morte finiatur. n.9. Quid si talis sit constitutus procurator ad donandum, eo n.9.
Mandatum datum procuratori. *Vide*, Matrim. per procuratorem.
Mandatum est ad vnguem obseruandum, l.12.d.11.n.17
Mandati fines diligenter obseruandi sunt, l.8.d.30.n.12
Mandatum dispensandi an sit dispensatio, l.8.d.30.n.12.

Maritus.

Maritus an lite pendenti teneatur alere vxorem. *Vide*, Alimenta.
Maritus si neget verè se consensisse. *Vide*, Certitudo nullitatis.
Maritus an lucretur partem dotis stante statuto vt mortua vxore sine liberis, eam acquirat, quando decedit sponsa incognita. *Vide*, Statuto stante.
Maritus an aliquando teneatur sequi vxorem. *Vide*, Vxor an teneatur sequi virum.
Maritus adulter. *Vide*, Adulter.
Maritus accedens ad adulteram an perdat ius accusandi, & diuortij, l.1.d.66.n.1.
Maritus an possit cogere vxorem ad copulam. *Vide*, Copula vi extorta.
Maritus tenetur alere vxorẽ quam sine dote duxit, l.4.d.26.n.12
Mariti nomine an veniat sponsus. *Vide*, Appellatione sponsæ.
Maritus an possit habitum mutare, vt indui vestibus eremitæ absque vxoris licentia, l.9.d 3.n.9
Maritus quoad vota prope a vel vxoris, vel promissionem factam homini ab vxore *Vide*, Votum.
Maritus quoad obligationem cohabitandi. *Vide*, Cohabitare. Et quoad obligationem reddendi debiti coniugalis. *Vide* Debitũ, vbi tractatur etiam de peccatis in petendo vel reddendo admissis. Et quid teneatur facere vt reddatur potentior ad copulam: vel quando peccet se impotentem reddens: & quando sit hæc iusta causa soluendi ieiunij *Vide*, Debitum.
Maritus quando teneatur alere vxorem, & quando possit ei denegare alimenta. *Vide*, Alimenta.
Maritus in extrema necessitate filiorum, parentum, & vxoris, an teneatur vxorem cæteris præferre, l.9.d.5.n.26.
Maritus an possit expellere vxorem ob dotem non solutam, l.9.d. 5.à n.11. vsque ad 18. Et an possit ob id negare debitum, ibi n.1. Et quid, quando ipsis est interdicta debiti petitio, ibi n.19.
Maritus an possit vendicare vxorem, & è contra, l.9.d.4.n.9
Maritus factus impotens post matrimonium, qualiter possit accedere ad vxorem, & habere tactus cum ea. *Vide*, Debitum.
Maritus cognoscens vxorem inuitam, post mutuum castitatis votum, peccat contra iustitiam, l.9.d.40.n 20
Maritus adulter perdit donationem propter nuptias, l.10.d.8.n.11. & 12. Et an requiratur iudicis sententia, n.13. Et quid, si falsis testibus se tueatur, vel falsò probet simile vxoris adulterium, an teneatur restituere donationem propter nuptias, saltem si illius amissionis damnatus erat, & appellau t, ibi n.14.
Maritus qualiter possit ab accusatione ciuili ad criminalem adulterij transire, vel è contra. *Vide*, Diuortium.
Maritus an licitè vxorem adulteram interficiat, l.10.d 8.à nu.37. vsque ad 43 Et an tunc teneatur restituere damna, ibi nu.41. Et quid, si ipse quoque adulter sit, ibi n.35.
Maritus adulter qualiter possit accusare adulteram, vel eius dotem luerari. *Vide*, Compensatio.
Maritus an teneatur quærere vxorem fugientem, l.10.d.12.nu.16
Maritus in quibus possit cum vxore excommunicata participare, vel si ipse solus sit excommunicatus, vel vterque, l.9.d.14.à n.14. Et qualiter possit vxor cum ipso viro excommunicato participare, ibi à n.1. vsque ad 14. Et an possit excommunicans interdicere hanc participationem, ibi nu.7. Et an vir excommunicatus possit vxorem sibi restitui petere, ibi n.23. & 24.

Maritus an possit fugere, quando timet fore vt vxorem necet: & vult tunc domicilium mutare, & ipsa renuit, l.10.d.18.n.9.
Maritus an possit se vendere, l.7.d.15.à n.1.vsque ad 9.
Maritus an possit simul cum vxore esse patrinus in baptismo vel confirmatione, l.7.d.57.n.5.
Maritus potens ad corruptam, an præsumatur potens ad virginem, possitque illam virginem, quam duxit, aperire instrumento aliquo. *Vide*, Impotentia.
Maritus. *Vide*, Coniugatus.

Mater.

Mater an possit stipulari pro filio, *Vide*, Stipulatio alteri per alterum facta.
Mater an sponsalia possit pro filio contrahere. *Vide*, Sponsalia, & matrimonium an contrahantur.
Mater. *Vide*, Pater.

Matrimonium.

Matrimonium quotupliciter appelletur, l.1.in procemio, nu.4.
Matrim. quando sit causa pia. *Vide*, Votum ducendi aliquam.
Matrimonium an possit contrahere qui simul mutus & surdus, vel simul cæcus est, l.1.d.8.n.12
Matrimonium ebriorum & amentium. *Vide*, Amentes.
Matrim. fictũ contrahens an peccet mortaliter, l.1.d.11.n.2. & ibi, an aliquando excusetur licet iuret. An secundum matrimonium initum post illud fictum, valeat, num.1. An hic fingens teneatur verè contrahere. n.3.4. & 5. Quid si femina non sit virgo, num.6. Quid si non adsit copula, n.7. Quid si sint dispares, vel concurrant alia fraudis signa, n.8. Quid si timeatur scandalum, vel malus exitus, nu.9. An possit abiolui antequam verè contrahat, n.10. Quid si protestationem ficti consensus permiserit, l.1.d.45.n.24. An vt conualidetur id matrimonium, exigatur nouus cõsensus illius qui verè consenserat, & externum signum illius fingentis *Vide*, Consensus coniugum.
Matrim. inire ante legitimã ætatem. *Vide*, Sponsalia quam ætatẽ.
Matrimonium quibus verbis contrahatur. *Vide*, Verba quæ sint.
Matrimonium in dubio an sit iudicandum validum, vel consistere. *Vide*, Verba quæ sint.
Matrimonium clandestinum. *Vide*, Clandestinum matrimonium.
Matrimonium impuberum, vel puberis cum impubere. an habeat vim sponsalium, l.1.d.21.n.2. & 3. Quid post Tridentinum, n.5.
Matrimonium an sit quando parentes, aut alii respondent, & proferunt verba. *Vide*, Sponsalia & matrim. an contrahantur.
Matrimonium quando est contractum ab impuberibus, an possint reuelare. *Vide*, Sponsalia impuberum.
Matrimonium vt impediatur, quæ probatio sat sit. *Vide*, Sponsalia vt dissoluantur.
Matrimonium quid sit, l.1.d.1 nu 1.8. Quot reperiantur in matrimonio, & quid illorum sit in quo consistat essentia matrimonii, à n 2.ad 6. An vinculum matrimonii sit relatio realis, n. 7.
Matrimonium aliud ratum, & aliud legitimum, & aliud consummatum: & quid sint hæc, l.2 d.1 n 9
Matrimonium an sit homini naturale, & quare sit indissolubile. l.2 d.2.n.3.
Matrimonium an sit sub præcepto, l.2.d 3 n.1.2 & 3. An pereuntibus cæteris teneantur monachi ad matrimonium. n.4. Quid si esset necessarium ad virandas seditiones, n.4.
Matrimonium quando sit instituendum in lege naturæ, l.2.d.4.n.2. & 3. Quando in lege noua, n.4. & 5. Ad quid institutum sit ante peccatum, & post. & in lege noua. n.1.
Matrimonium quam materiam & formam habeat, l.2.d.5.à nu.1. ad 6. An sit sacramentum dum est in facto esse, & quæ sit tunc eius materia, n.7
Matrimonium quem ministrum habeat, l.2.d.6.nu.1. & 2. An esset sacramentum ante Tridentinum, celebratum absque sacerdote, n.1.2. An contrahentes in mortali peccent mortaliter ex ratione qua ministrant, n.3. & 4. Quid de sacerdote affecto culpa lethali assistenti, aut benedicenti nuptias, n.5.
Matrimonium in lege naturæ, & veteri an fuerit sacramentum l.2. d.7.n.1. & 2.
Matrimonium infidelium an sit sacramentum, l.2.d.8.n.1. Quid si ex Pontificia dispensatione contrahat infidelis cum catechumena. n.2. An dum infideles conuertuntur, efficiatur prius matrim. sacramentum. eisque gratiam det, l.2.d.9. à n.3. ad 5. Nec tenentur cum baptizantur, coram Parocho & testibus iterum celebrare, nec recipere benedictiones, quamuis possint. n.1. & 2.
Matrim fidelium an in lege noua sit sacramentũ, l.2.d.10.n.1. & 2. Quid sit in eo sacramentum, quid res sacramenti, & quid res & sacramentũ, n.3. Quos effectus habeat gratia sacramentalis matrimonii, n.4. An sit vnicũ sacramentum, n.5. An separari possit à matrim ratio sacramenti ex cõtrahentium intentione, vt si duo vellent inire matrim. ea intentione vt nõ esset sacramentũ, n.6.
Matrimonium per procuratorem, an petat certam in procuratore ætatem. *Vide*, Procurator. Validum erat ante Tridentinum, l.2. d.11. n.2. An satis esset mandatum generalis expressis aliquibus petentibus speciale mandatum. & similiter ad sponsalia an sufficiat id mandatum, n.3. An exigatur personam cũ qua est ineundũ matrim. exprimi, n.4. An talis procurator possit substituere ad matrimonium, vel sponsalia, n.5. Quid si antè matrim. sit reuocatum mandatum procuratore ignorante, & quid in aliis negotiis, n.6. An in aliis contractibus per nuncium, vel epistolam celebratis, prosit reuocato ignorante nuncio, n.7. Quid præcedenti iuramento non reuocandi, n.8. Quid si sola mente reuocetur, n.9. Quid si solo facto reuocetur: & quando id cõstet, n.10. Quid si misso procuratore mittens nec consentiat, num.11 Quid si efficiatur furiosus, & talis permaneat dum procurator contrahit, n.12. Quid si cum misit procuratorem, finxerit consensum, at post verè consentiat, vel prius consenserit, & tempore intermedio dissentiat, at tempore quo procurator contrahit, consentiat, nu.13. Quid si procurator longo transacto tempore contrahat. *Vide*, Consensus coniugum. Potest procurator constitui absque scriptura, n.14. An sit opus vt procuratores vtriusque coniugis sint diuersi sexus, nu 15. Quibus verbis vti debeat procurator, n.16. Quid si procurator excedat mandatum? Vt si dicatur, Seruata forma Tridentini, vel præmissis denunciationibus, & procurator iis omissis contrahat, nu.17. & 18. An matrim. per procuratorem valeat post Tridentinum, n.19. & 20. An exigatur illi dari potestatem coram parocho & testibus. num 21. & 23. Vel vt hi videant scripturam mandanti, n.24 An sit sacramentum, n.26. & 27. Quis sit tunc minister, quæ materia, & forma, n.28 An peccet procurator existens in mortali, n.29. An coniuges debeant esse in gratia, tempore quo procurator est contractarus, n.30 An hi possint postea per se ipsos iterũ cõtrahere, n. 31. An matrim. per procuratorẽ det gratiã vt causa Physica, n.32.
Matrimonium per epistolam an esset validum iure antiquo, & qualiter celebrandum esset, l.1.d.12. num.1. Quid post Tridentinum, n.2 & 3. An sit sacramentum, n 4.
Matrimonium quo iure sit indissolubile. Et vnde indissolubilitas eius proficiscatur, l.2 tota d.13.
Matrimonium ratum & consummatum qualiter significatione differant, & an essentialiter, l 2.d.13.n.1.
Matrimonium ratum an solo iure humano dirimat sequens consummatum, l.2 d.14 n.5 fine.
Matrimonium professione religionis quando est tantùm ratum, dirimitur, l 2.d.18.n.1. & 3. Quid per vota tertii ordinis diui Francisci, vel Beatarum, n.4. Quid per vitam Eremiticam, nu.5. Quid per vota Coadiutorum formatorum Societatis Iesu, n.6. Quid per professionem clericorum, aut monialium, aut equitũ ordinum militarium, & an sint veri religiosi, n.7. & 8. Quid per ordinem sacrum, aut Episcopatum, n.9. Quo iure, quâve ratione matrim. dirimatur per professionem l.2.d.19, n.1 2. & 3.
Quid si ambo sponsi communi consensu proficeantur, an dissoluatur matrimoniũ ratum, eodem l. 2, d.26, n.1.& 3. Quid si manens in seculo voueat continentiam, eadem d.20. num.4. Quid conferat scire, dissoluatur vinculum, nec ne, d.20 n.1. *Vide*, Matrim. quando dicatur consummatum Et an liceat quandocunque ante matrimonij consummationem ingredi religionem. *Vide* Sponsi ante matrimonii consummationem.
Matrimonium quando dicatur consummatum: an sufficiat semen non receptum in vase. l.2.d.21. nu.1. Quid si arte, aut dæmonis ministerio recipiatur in vase, n 2. Quid si adsit penetratio absque semine, n.4. & 5. Quid sola femina seminante, nu.6. An saltem quando sponsus post matrimonium ratum defloratit sponsam, non seminans teneatur non ingredi religionem. nu.7. An credendum sit dicenti se non seminasse, n.8 An exigatur semen vtriusque coniugis, n.10 & 11. An copula præcedens matrimonium. illud consummet, n.12. & 13. De copula vi extorta. *Vide*, Copula vi extorta.
Matrimonium an requirat mutuum consensum, l.2, d.25 nu.1. An ille sit causa matrimonii efficiens, vel formalis, n.2. De consensu ficto, amentis, surdi & muti, ebrii, n.3 *Vide*, Consensus.
Matrimonium beatæ Virginis. *Vide*, Consensus matrimonialis.
Matrimonium aliqua bona ipsum excusantia an debeat habere. l. 2. d.29. à n.2. ad 6.
Matrimonium quem finem debeat habere vt validum sit, an irritetur ex fine peruerso, l.2. d.29. n.8. Quid si non intendantur omnia tria bona matrimonii, à n 9. ad 12. Ad quem finem institutum sit, n.14. Qualis finis debeat esse in contrahentibus matrimonium ne peccent: & quid vbi finis est mortalis, vel venialis, vel excludantur matrimonii fines, à n.15. ad 19
Matrimonium qualiter signis contrahatur, & an tunc sit sacramentum: & an verba sint necessaria. *Vide*, Consensus verbis.
Matrim. an sit quando aliqui putabant se habere impedimentum. *Vide*, Consensus quo duo credentes. Quid si contrahant ex errore quo putabant prius matrimonium esse validum. *Vide*, Cõsensus quo putantes esse validum.
Matrimonium cum occulto impedimento celebratum, an obtẽta dispensatione sit iterũ renouandũ, vel satis sit vt renouetur cõsensus scientis impedimentum, l.2.d.37 n.1. & 2. An sufficiat illos consensus esse internos, n.3. An opus sit alterum cõiugũ certiorem facere de nullitate prioris matrimonii, l.2.d.36. per totam. Quid quando est impedimentũ erroris vel cõditionis. n.1. Quid si ingenuus contrahat ignoranter cũ serua, & post manumissionem a se ignoratam consentiat verbo, vel facto, ead.d.36.n.2.4.

An

An oporteat, vt matrimonium ratificetur per copulam, esse scientiam nullitatis illius, ea d. 36. nu. 9.

Matrimonium initum coram parocho & testibus, invalidum tamen ob occultum impedimentum an sit ablato impedimento, iterum coram illis celebrandum, l. 2. d. 37. n. 1. 2. 3. & 6 An idem sit in quocumque impedimento occulto, vt metus, aut erroris conditionis, aut defectus ætatis impediméto, à n. 4. ad 6. Quid si matrim. sit mala fide initum, n. 8. Quid si in dispensatione impedimenti contineatur, vt dispensetur, vt possit iterum celebrari matrim publicè seruata forma Tridentini, n. 9. Quid si parochus aut testes nouerant impedimentum tempore contracti prioris matrimonii, vel post norint, n 10. Quid si parochus sciret in cõfessione, eo n. 10. An dicatur occultum impedimentum existente periculo detectionis illius in foro externo, vel sit probabile, & quando dicatur probabile, nu 11. Quid si impedimentum sit deductum ad forum contentiosum, & defectu probationis, aut falsa informatione sit absolutus reus, n 11. An reualidato occultè hoc matrimonio, sint iterum benedictiones recipiendæ, n. 13. An sufficiat copula ad illud reualidandum, nu. 14.

Matrimonium coniux sciens esse nullum, an possit, dum impetratur dispensatio, reddere debitum si mortem timeat, vel ab Ecclesia compellatur excommunicatione. l. 2. d. 39. à nu 1. ad 8. An coram Deo ille coniux sit excommunicatus, vel quicũque alius innocens, qui secundum allegata & probata excommunicatur, n 9. An impedimento cessante teneatur obedire Ecclesiæ denuo contrahens ad vitandum scandalum, n. 10. An teneatur obedire quoad cohabitationem, num. 11 An sit bonum medium fugere dum impetratur dispensatio, nu 13. Vel si matrim. sit ratum, impetrare dispensationem Pontificis, vel ingredi religionem, & an is teneatur ingredi, n. 14. Vel petere diuortium si causa subsit, n. 15. An possint illi simul habitare tãquam frater & soror vel possit vxor non se accommodans pati concubitum, n. 16. An autem possit tunc Episcopus dispensare. *Vide*, Episcopus.

Matrimonium cum ancilla ignorata *vide*, Matrimonium cum occulto impedimento. Matrim. quando confessarius inuenit esse nullum, an debeat admonere. *Vide*, Confessarius inueniens.

Matrimonium quando est dubium, aut pendet lis. *Vide*, Dubitans de matrimonii valore.

Matrimonium fuisse nullum, vel validum, qualiter probetur, *Vide*, Probatio ad dissoluendum.

Et quando alter coniux teneatur fcredere alteri dicenti se fictè cõsensisse, vel quando teneatur dubitare, *vide*, Certitudo nullitatis.

Matrimonium ad aliud ineundum, qualis probatio desideretur. *Vide*, Probatio ad dissoluendum, &, Probatio mortis.

Matrimonium filiorum quando possit pater impedire. *vide*, Causa iusta dispensandi.

Matrimonium consummare non præmissis denunciationibus iusta dispensatione omissis, vel absque illa, an sit mortale, l. 3. d. 11. n. 1. 2. & 3. An sola prima vice consummare, sit culpa, nu. 4. 5 An tũc teneatur alter reddere, ibid. Quid quando coniuges nolunt cõsummare, nec facere denuntiationes, n. 6 An sit aliqua culpa cõsummare ante Ecclesiæ benedictiones, eodem l. 3. d. 11 à n. 1. ad 7. Quid si fiat ex contemptu, & quando sit talis contemptus, n. 8. Quid si sit scandalum, vel excommunicatio in ea diœcesi in consummantes ante Ecclesiæ benedictiones, n. 9. & 10. An dato esse veniale, consummare, sit sola prima vice, nu 11. An tunc sit culpa, reddere petenti, nu. 11 An tunc teneatur alter coniux reddere, n. 13.

Matrimonium vt celebretur, an exigatur licentia ordinarii. *Vide*, Parochus impedimentum.

Matrimonium in facie Ecclesiæ contrahere quid sit. *Vide*, Parochus impedimentum.

Matrimonium an possit impediri ob ignorantiam doctrinæ. *Vide*, Parochus impedimentum.

Matrimonium contractum dispensatione pro foro conscientiæ, an sit soluendum, vbi impedimentum delatum fuerit ad forum externum, l. 3. d. 15. n. 15. & 17.

Matrimonium an sit validum absque Parocho & testibus, quando semel coram eis est initum, & reperitur nullum ob occultum impedimentum. *vide*, Matrimonium initum coram Parocho.

Matrimonium an sit validum in articulo mortis, vbi non est aditus ad parochum, & in hæreticorum locis, & in nouo orbe, vbi non est parochus: & dum tutores volunt puellam indigno matrimonio collocare. l. 3. d. 17. nu 3. 4 An possit in mortis articulo quilibet sacerdos assistere, n 5. An possit Episcopus ob magnam nebet sacerdos assistere, n 5. An possit Episcopus ob magnam necessitatem dispensare, ne coram parocho & testibus celebretur, n 6 Quid si matrimonium publice celebretur, an valeat absque parocho & testibus, n. 7. Quid inter infideles existentes in terra infidelium, aut principis Christiani, n 8. Quid si cõiuges ignorabant inuincibiliter decretum Tridentini. n. 9 & 10 Quid de illis qui inuincibiliter decretum Tridentini. n. 9 & 10 Quid de rabant inuincibiliter decretum Tridentini non est receptum, vel non incolis locorum vbi Tridentinum non est receptum, vel non est publicatum, l. 3 d. 18. num 1. Quid autem de peregrinis illac transeuntibus, vel de incolis ad alia loca vbi Tridentinum obligat, diuertentibus: vel de capitolis, aut mercatoribus existentibus apud infideles. *vide*, Peregrini an teneantur legibus.

Matrimonium an requirat præsentiam proprij parochi, l. 3. d. 19. n. 1. & 2. Quid quando femina nubens est statim transitura ad vir parochiam. an sit legitimus parochus habitationis fœminæ, & si reperiatur nullum, ille debeat assistere, licet iam sit in viri parochia, eod. n. 2. An virtute bullæ, aut priuilegiorum concedentium sacerdoti ministrare sacramenta, possit assistere matrimonio, n. 3. An satis sit parochus alterius contrahentis, n. 4. Quid si sit in aliena parochia, nu. 10. 11 13. 14. An habens licentiam à parocho assistendi matrimonio, valide assistat extra parochiam concedentis, n. 15. An saltem peccet, & puniri possit parochus, n. 17. & 18.

Matrimonium sine parocho sacerdote, vel commissum alij qui non est sacerdos, an valeat. *vide*, Parochus non sacerdos. Quid coram parocho excommunicato, suspenso, irregulari, vel interdicto: vel de eius licentia: vel data licentia excommunicato, vel irregulari. *vide*, Excommunicatus parochus.

Quid coră parocho careati legitimo titulo: vel si licentia fuit ficte cõcessa: vel adfuit ratihabitio de præsenti absq; vero cõsensu interno? *Vid* Titulo legitimo carẽs. Alia de parocho. *Vid* Parochus.

Matrimonium vagorum, & forensium. *vide*, Vagi an dicantur. Et ibi. de nauigantibus aut quærentibus domicilium.

Matrimonium Indorum. *vide*, Religiosi in nouo orbe.

Matrimonium habet hoc speciale, vt ex simplici prohibitione, non censeatur irritum, l 3 d. 32 n. 1.

Matrimonium qualiter possit iniri per interpretem. *vide*, Præsentia parochi & testium.

Matrimonia præsumpta cessarunt per Tridentinum, l. 3. d. 40. n. 3. An sponsalia per iuramentum transierit olim in matrimonium, Et ita hodie sic celebrata coram parocho & testibus, sint matrimonium, nu. 4. 5. Quid si sponsalia sint inita coram parocho & testibus, quando per copulam transeant in matrimonium, vel per alios actus, per quos olim transibant. n. 6. 7. An matrimonia impuberum, aut puberis cum impubere contractum coram parocho & testibus, transeat in matrimonium per copulam habitam legitima ætate, vel per consensum occultum, à n. 8 ad 10.

Matrimonium inualidum ineuntes omissis denunciationibus, quando careant spe dispensationis, l. 3. d. 42. n 7.

Matrimonium impuberum coram parocho & testibus. *vide*, Matrimonia præsumpta.

Matrimonium metu initum. *vide*, Metus ab intrinseco, & cætera quæ eo verbo Metus, sequuntur.

Matrimonium captiui, aut detrusi in carcerem an valeat. *vide*, Metus ab intrinseco. Quid si extrahatur carcere, vt ducat vxorem. *vide*, Metus iuste illatus.

Matrimonium indignum. *vide*, Indignum matrimonium.

Matrimonium an possit esse coactum mandato pontificis, aut principis, aut esse sub præcepto. l. 4. d. 22. num. 1. An patet possit obligare, vel impedire, & impediens incurrat excommunicationem, filiusque validè, & absque peccato ducat vxorem inuitis parentibus. *vide*, Filius an valide. Quando impediens matrimonium incurrat excommunicationem, ea d. 22 n. 8 9. 10.

Matrimonium sub conditione. *vide*, Conditio. Et sub demonstratione, modo, & causa *vide*, Demonstratio.

Matrimonij appellatione, mariti & vxoris, sponsalium, & sponsæ, quid veniat. *vide*, Appellatione sponsæ.

Matrim. promissio in absentia, *vide*, Promissio matrim. inabsentia.

Matrimonio fauens opinio *vide*, Opinio fauens.

Matrimonij alieni promissio *vide*, Promissio facti alieni.

Matrimonij impedimentum sciens in confessione parochus, quid debeat facere. *vide*, Confessionis sigillum.

Matrimonij clandestini pœnæ. *vide*, Pœnæ matrimonij clandestini. Vbi de legitimatione per illud.

Matrimonium quoad eius vsum. *vide*, Debitum. Et quoad diuortium. *vide*, Diuortium. Et quoad impedimenta impedientia & dirimẽtia: & quoad potestatẽ illa statuendi. *vide*, Impedimentũ.

Matrimonium an sit irritum, si contra Pontificis interdictum ineatur, l. 7. tota d. 2. Et an initum contra iudicis interdictum, aut lite pendenti, sit separandum, ibi n 14. & 15.

Matrimonium iniri cum impedimento impedienti aut dirimentã an liceat cogente metu, l. 7. d. 5. n 2. & triplici seq.

Matrimonium initum cum impedimento dirimenti an duplicem habeat culpam, l. 7. d. 5. n. 1.

Matrimonium inire vel consummare in temporibus feriarum, quibus benedictiones prohibẽtur, an sit peccatũ, l. 7. d. 7. n. 11 12. 13. & 21 & duplici seq. Et quid de monitionibus matrim. ibi n. 8.

Matrimonium an possit iniri tempore interdicti, vel cessationis à diuinis: & initum sit validum. *vide*, Interdictum. Et quid quando ab excommunicato, vel cum excommunicato contrahitur. *vide*, Excommunicatus.

Matrimonium initum à suspenso. *vide*, Suspensus.

Matrimonium iniens cum habente votum castitatis, vel aliud votum impediens matrimonium, an peccet, l. 7. d. 11. n. 11.

Matrimonium inens cum corrupta credens eam virginem, an teneatur consummare, l. 7. d 18 n. 10.

Matrim an faciat vacare beneficia vel pensiones *vide*, Beneficium.

Matrimonium interdictum esse iure naturæ in aliquo gradu, & esse iure naturæ iuitum, non est idem, l. 7. d. 11. n. 3.

Matrimonium ita iure naturæ prohiberi vt sit irritum, vnde colligatur, l.7.d.31.n.5.
Matrimonium fidelis personæ cum hæretico. *vide*, Hæreticus.
Matrimonium secundum quod benedictiones nuptiales. *Vide*, Benedictio. Et quãdo licitum sit & quo iure interdictum durãte primo. *Vide*, Nuptiæ. Et quoad irregularitatem. *Vide*, Bigamia.
Matrimonium quoad dispensationem. *Vide*, Dispensatio.
Matrimonium an possit licitè iniri, quando est dubium an sit impedimentum, l.8.d.6.n.18.
Matrimonium initum cum dispensatione pro solo conscientiæ foro, an detecto impedimento in foro externo sit separandum, l.8.d.34 n.45.
Matrimonium irritum quando instauratur virtute dispensationis concessæ pro solo conscientiæ foro. *Vide*, Clausula.
Matrimonium irritum quando in foro externo instauratur, an sint denunciationes repetendæ, l.8.d.31.nu 19. & 20. Et an benedictiones nuptiales sint tunc repetendæ. *Vide*, Benedictio.
Matrimonium quando differtur post denunciationes factas, an sint ex repetendæ. l.8.d.31.n.20.
Matrimonium Hermaphroditi. *Vide*, Hermaphroditus
Matrimonium senum, eunuchorum, & sterilium, an valeat. l.7.d.92 à n.14.vsque ad 26.
Matrimonium in mortis articulo initum an validum sit, ac prolem antea susceptam legitimet, etiam in substituti ipsius fraudem, l.7.tota d.105.
Matrimonium quam ætatem petat. *Vide*, Impotentia
Matrimonium ratione impotentiæ separatum, qualiter instaurandum sit, quando Ecclesia inuenit se deceptam. *Vide*, Impotentia.
Matrimonium an sit interdicendum coniugibus separatis ratione frigiditatis viri aut arctitudinis fœminæ, & si aliud ineant, an valeat, l.7.d.93.n.37.
Matrimonij vsus an liceat coniugibus, quando mulier virgo aut arcta renuit incisionem aut medicamina, quibus possit apta viro reddi, l.7.d.3.n.36
Matrimonij sententia bis confirmata, aut à qua nõ est appellatum, an transeat in rem iudicatam, ita vt comperto errore retractari nequeat: & qualiter, & quo remedio. & coram quo iudice est petenda sententiæ retractatio, l.7.tota d.100. Et an in his casibus possit probari iniustitia sententiæ, tam ex meritis causæ, quã ex ordinis processu, ibi nu.2. Et an iudex ex officio teneatur retractare sententiam, ibi n.3. fit an possit audiri impugnãs hanc sententiam absque causæ cognitione. & citari debeat pars, posseque appellari, si iudex non præmittat causæ cognitionem: & in dubio an causa iusta sit, possit impugnans audiri, ibi nu 5. Et quoties audiendus sit volens prędictam sententiam impugnare, ibi n.6. Et an præsumatur pro ea sententia a qua appellatum non est, ibi nu 7. Et an transeat in rem iudicatam, quoad instantiam causæ, ita vt nouo libello nouaque querela vtendum sit, ibi nu.8. Et an hæc noua querela possit coram Archiepiscopo proponi inter subditos suffraganei, vel de huius sententiæ retractatione coram illo agi, ibi n.9. & 10. Et an trãseat in rem iudicatam quoad expensas, quarum succumbens damnatus est, ibi nu.11. Et an transeat in rem iudicatam respectu tertij opponentis contra matrimonij valorem, ibi nu.12. Et an transeat in rem iudicatam in sponsalibus, & in matrim. quod per nouum consensum contrahi legitimè potest: & an sit præsumptio iuris & de iure noui consensus in hoc matrimonium, quando ab ea sententia non est appellatum ibi n.13. Et an transeat in rem iudicatam, quando sententia lata est in matrimonij fauorem. ibi nu 14. Et an transeat, quãdo coniux allegauit impotentiam in genere. & succubuit: ac proinde non possit deinceps allegare impotentiam specificã, ibi n.15 Et an sententia diuortij transeat in rem iudicatam, ibi n.16.
Matrimonium separati petens ratione impotentiæ, an speciem impotentiæ & causam allegare debeat, l.7.d.108 n.20.
Matrimonium dissolui an possit petere coniux impotens, aut femina arcta, l.7.tota d.114.

Matrona.

Matronæ de virginitate fœminæ deponturæ quæ artis petitia fulgere debeant: & cuius ætatis: & an debeant esse nobiles: & quod testimonium de earum peritia accipiendum sit, l.7.d.113 à nu.1. vsque ad 4. Et cuius sit earum electio: possintque recusari ipsæ, & artis periti, arbiter, & arbitrator: & exigatur causa, siue à iudice, siue à parte eligantur, ibi à n.6. vsque ad 9 Quid debeant aspicere & tangere, & quo alio medio vti debeant ad diudicandam virginitatem: & quæ huius signa sint, ibi n 10. & 11. Et an debeãt diligenter examinati, fintque virginitatis rationem reddituræ, ibi nu.12 An sint iuraturæ, præsenti citataque parte, & de certa scientia deponturæ, ibi a num.13 vsque ad 15. Quot matronæ sint adhibendæ, & an aliquando sufficiat vna: & idem de artis peritis, ibi n.16. & 17. Et an æque credatur illis affirmantibus, ac totidem negantibus, ibi nu.18. Quando contraria deponunt, quibus potius credatur, ibi n.19 An si æquales peritia & numero deponant virum frigidum, vel fœminam corruptam: & aliæ cum potentem, vel eam virginem, quibus habeatur fides, ibi n.20. Et an fœmina sit aliquando à medicis inspicienda, ibi nu.21 Et an publicatis attestationibus possint aliæ matronæ præsentari, siue à parte, siue ex iudicis officio. & etiam ista iam sententia: atque idem sit de omnibus causis decidendis iudicio artis peritorum, ibi n 22. & 23. Et an in causa coniugali, & in alijs in quibus iudicis officium exuberat, possit iudex suum officium interponere in iis, quæ potest pars intentare: & in iis multa suppleat: & possit corrigere dicta matronarum & artis peritorum: & postea ex officio facere impotentem inspici, ibi à n. 24. vsque ad 27. Et an in causis coniugalibus, actore nil probante, sit iuramentum deferendum reo, ibi n.28.

Maxime.

Vide, Dictiones implicatiuæ.

Medicus.

Medicus an aliquando inspicere debeat feminam ad diiudicandam eius arctitudinem, l.7.d.113.n 21.
Medicus applicans medecinas dubias, quando est desperata salus, an peccet. l.9.d.20 n.17.
Medicus an licitè applicet medicamenta necessaria ad prægnantis salutem, cum periculo fœtus, l.9 tota d.19.

Melioratio.

Melioratio tertii an fiat irreuocabilis homagio, id est, *pleito omẽnaje*, l.6.d.11 n.8. & 10.
Melioratio facta filio absque aliqua causa, vel causa matrimonii incerti potest reuocari, secus si facta sit cum tertio ex ea commodum reportanti l.6.d.21.nu.1 Nec potest reuocari, si filius melioratus causa matrimonii incerti inest pactum de matrimonio. & patet asserat illum esse melioratum, vt fœmina ei nubat, vel ampliorem dotem constituat, hic irreuocabilis, licet filius remittat, nu. 2 An possit si ita consentire nouam conditionem apponi, nu 3. An possit remittere promissionem de non meliorando, vt certum matrimonium ineant, n.4 An prosint antapochæ, vulgo *contra escrituras*, quibus filij pollicentur se melioratione non vsuros, n.5. Quid de promissione alicuius donationis faciendæ ab alio ratione nutus matrimonii, eod n.5. An valeant inipsius remittentis præiudicium, teneantque eam quantitatem remittere. si sobole careat, nu.6. An noceat vxori quoad ætas, vel quoad alia, eo nu.6. An recipiens facte patrimoniam ad ordines. antapocha facta illud reddendi, teneatur, vel possit reddere. n.7. & 8.
Melioratio causa dotis, an valeat in Castella, in foro conscientiæ, nec restituenda sit. l.6.d.33.n.5 iuncto n.1

Mensis.

Mensis vbi mentio, quot dierum debeat esse, l.1.d.14 n.14.15. & 20. Et computantur de momento ad momentum dies, n 16. An dies termini computetur in termino, nu.16. Quid si bissextus contingat in eo mense, num 17. & 18. An suspensus per mensem possit celebrare vltima die Februarij in quo est bissextus, nu.18. Quot dies habeat bimestre concessum sponsis ad deliberandum de religionis ingressu, n.21.

Mercenarij.

Mercenarij an debeant Eucharistiam recipere, & alia sacramenta in parochia heri. *Vide*, Habitatio qualis requiratur.

Meretrix.

Meretrices an teneantur restituere extorta blanditijs, vel fraudibus. *Vide*, Blanditiæ principum.
Meretrici promittes prodigè, an teneatur. *Vide*, Promittes prodigè.

Metus.

Metus quid sit, l.4.d.1 n.7. Diuiditur in quintuplicem, nu.8. Et in cadentem in virum constantem & inconstantem, & quibus nominibus appellari soleant hi metus, nu.9. Quot conditiones petat metus cadens in virum constantem, & an oporteat malum quod timetur esse graue, nu 10. An hæc gravitas mali consideretur secundum se, vel respectiuè ad minus malum. nu.12.13. & 14. Metus viri constantis potest accipi generalissime, aut proprie vt iura eum considerant, n.13 Quid si timidus leue malum valde timeat, an sit timor viri constantis, n.14. An exigatur, vt sit timor viri constantis, ne timens credat leuiter malum sibi imminere, n.15. An sufficiat probabilis timor proximæ illationis mali, vel requiratur vera illatio, nu.16. An probabilis suspicio metus habeatur pro metu, n.17. An timor violentiæ inferendæ vitiet electionem, n.18. An exigatur vt minans possit malum exequi, nu. 19. An desideretur vt solitus sit minas exequi. & in eodem genere mali, n 20 & 21. Quid si tantum semel minas sit executus, nu. 22. Quid in dubio an solitus sit exequi, n.22. Quid si in alio officio, aut matrimonio male tractauit non obtemperantem sibi, eo n.22. Quid si timens possit facile occurrere illi malo, n.23.
Metus vt sit cadens in virum constantem, an petat eligi minus malum, ad vitandum maius, l.4.d.2 n.1.2. & 3
Metus viri constantis an dicatur absolutè, vel respectu patientis metum, ita vt minor metus sufficiat in fœmina, l.4.d 3 n.1. & 2. Ad annullandum matrimonium fœminæ, an sufficiat metus cadens in mulierem constantem, n.2. An inter ipsos vtros consideranda sit ætas, & innata animi fortitudo, vt minor metus sufficiat in puero, sene, homine imbecilli. num 4. An minor sufficiens in fœmina, & in pusillanimi intelligatur non ex parte mali quod timetur, sed ex parte probabilitatis mali contenti. num.5.

Metus viri constantis an petat timere malum in propria persona, vel sufficiat timeri in filio, l. 4 d. 4. n. 1. Quid si timeatur in coniuge. n. 3. Quid in parentibus, n. 5. Quid in ascendentibus, nu. 6. Quid in fratribus, n. 7. Quid in consanguineis, n. 8. Quid in amicis, n. 9. Quid in domesticis, n. 10. Quid in affinibus, n. 11. Ad quotum gradum extendatur hæc consanguinitas, & affinitas ad hunc effectum, n. 12.

Metu facta sunt voluntaria, & conditionaliter inuoluntaria, l. 4. d. 1. n. 5. An potius voluntariis accedant, n. 4. & 5. Quando metus excuset à culpa, n. 6.

Metus quis cadat in virum constantem, relinquitur iudicis arbitrio, & in foro conscientiæ, cuiuscunque viri pendentis, l. 4. d. 5. n. 1. An hoc arbitrium sit quoad mala quæ talis timoris obiecta sunt, vel quoad quid, n. 2. An aut ero iure Castellæ sit correctū. n. 3

Metus mortis, mutilationis, grauis cruciatus, grauisque verberum cadit in virū constantem, l. 4. d. 5. nu. 4. Similiter metus armorum, licet portans, ea deponat, vel illis non vtatur, n. 5. Idem de metu seruitutis vel amittēdi instrumenta, quibus libertas est probanda, n. 6. Idem de metu captiuitatis, nu. 7. Et grauis exilii, n. 8. Et carceris, nu. 9. Amissionis status, n. 10. Honoris, ac verberū. n. 11. Quid de timore stupri in viro, vel femina quamuis nec virgo, nec honesta sit, nu. 12. Quid de timore periurii, eo nu. 12. Quid de timore infamiæ, n. 13. 14 & 15. Quid de metu excommunicationis, n. 16. 17. & 18. Quid de metu amittēdi bona, à nu. 20. ad 25. Quid de timore amittēdi institutā bonorū, n. 26. Quid de timore amittendi magni lucri, n. 27 & 28. Quid de metu quo aliquis timet fore vt impediatur ne se beneficio opponat, n. 28.

Metus reuerentialis an cadat in virum constantem, annullētque matrimonium, quando expresso contrahentium consensu celebratur, l. 4 d. 6. à n. 4. ad 7. Quid si timor hic reuerentialis sit patris respectu puellæ, aut filii impuberis, n. 8. Quid si suam maledictionem minetur, eo n. 8 An cautius consuetandum sit quādo minæ sunt patris, eo n. 8. An solus metus reuerentialis paternus absque minis rescindat contractus, n. 9. Quid si contractus initus sit cum eo cui debetur reuerentia, n. 10. Quid si filius aut vxor est valde opremperans patri, aut viro, nu. 11. Quid, si pater aut vir non minetur, at nimis crudelis sit in sibi non obtemperantes, n. 12. Quid de vultu terribili viri potentis, non tamen minantis, n. 13. Quid si filia timens ne patris indignationem incurrat, alicui nubat, non præcedentibus minis, n. 14. An solus metus reuerentialis satis sit ad alios contractus rescindēdos. & annullandum matrimonium, quando interuenit exornis læsio, vt si magna sit disparitas, n. 15. Quid de professione metu reuerētiali facta, n. 17, & 18. An satis sit hic metus cum minis, vel desideret minantem solere minas exequi, nu. 20 & 21. Quid in dubio istius consuetudinis, n. 22. Respectu quarum personarum detur hic metus reuerentialis, vt respectu matris, fratris, sororis, patrui, &c à n. 24. ad 34. An metus reuerentialis absque minis annullet consensum tacitum consurgentem ex præsentia cum tacitumitate, à n. 35. ad 38. Quid de professione tacita, n. 39. An obliget metus reuerentialis restituere. *Vide*, Restituenda an sint.

Metus sufficiens ad rescindendum alios contractus, sat est ad irritandum matrim. immo & minor. l. 4. d. 6. num. 2 iuncto n. 15. fin.

Metum an inferant preces non importunæ principis, aut superiorius non soliti sæuire, l. 4 d. 7. n. 1. In dubio non præsumitur eum sæuire. n. 2. An preces importunæ inferant metum viri constantis, sufficientem ad annullandum matrimonium, & alios contractus, à nu. 4. ad 7. Quæ dicantur preces importunæ, num. 8. Quando obliget in foro conscientiæ ad restituendum, & annullent contractum. *Vide*, Restitui an debeant.

Metum quando inferant blanditiæ. *Vide*, Blanditiæ principum.

Metu initi contractus, an sint ipso iure nulli, vel annullandi; & quid conferat scire hoc. l. 4. d. 8. n. 1. 2. & 4. An per ipsos transferatur dominium. n. 3 & 5. Quibus casibus metu gesta sint nulla: dominium. n. 3 & 5. Quibus casibus metu gesta sint nulla: n. 6. Rescindantur contractus metu gesti, siue is in cuius fauorem celebrantur, siue alius eo inscio metum intulerit, num. 7. Quid si metum passus inciderit culpa sua in metum, nu. 8. Quid si metum passus inciderit culpa sua in metum, nu. 8. Quid si metum passus non posset iustè incutere: vt si vir minetur si incutiens metum non posset iustè incutere: vt si vir minetur si adulterā inuenerit in delicto: & quid si solam accusationem adulteræ inuenerit in delicto: & quid si solam accusationem. n. 9. Res metu extorta est cum iustibus restituenda, n. 11. nem. n. 9. Res metu extorta est cum iustibus restituenda, n. 11.

Metus leuis an obliget ad restitutionem. *Vide*, Restituenda an sint.

Metus ab intrinseco prouenies, vel qualiscunque non incussus ad extorquendum matrimonium, non illud irritat, l. 4. d. 12 n. 3. Valet matrimonium metu præsentaneæ mortis ex morbo, naufragio, &c. n. 4. Idem si medici dicant contrahentem obiturum, n. 4. Idem si medici dicant contrahentem obiturum, num. 5. Valet matrimonium detrusi in carcerem, si non ad id detrusus sit, n. 6 Idem de matrimonio captiui apud hostes, n. 7. An possit hic constituere procuratorem ad matrimoniū, eo n. 7. Quid si morte damnatus mortem euadat, nu. 8. Quid tus eligat ducere meretricem, quo mortem euadat, nu. 8. Quid si alius ei offerat immunitatem, si talem feminam ducat, nu. 9. si alius ei offerat immunitatem, si talem feminam ducat, nu. 9. Quid si iudex capto iustè vitam condonet, si ducat ipsius iudicis filiam, alioquin ei mortis pœnam minetur, n. 10. Quid si ille iniuste damnatus sit. nu. 11. Quid de consuetudine vt vir remittat adulterium vxori, si profiteatur: vel vt homicidium remittat adulterium vxori, si profiteatur: vel vt homicidium remittat adulterium vxori, si profiteatur: vel vt homicidium

tractu n. 8. An valeat contractus pupilli aut minoris absque tutoris authoritate gestus, in eius vtilitatem, & sit in eius optione illo stare n. 9. An possit sine curatoris authoritate maiorâ instituere, n. 10. An possit petere restitutionem, licet authoritate curatoris & iudicis decreto deficienti contraxerit, n 11. Quando beneficio restitutionis vti possit, nu. 12. Quid si minor iuret contractum, per se, vel procuratorem: an possit petere restitutionem, licet iudicis decreto deficienti alienet immobilia, n. 13. Quando possit non obstanti iuramento petere restitutionem ob enormissimam lasionem, nu. 14. Quid si iuramentum illud præstetur ab impubere pubertati proximo, n. 15. & 16. An id iuramentũ indigeat relaxatione, positiõ à parentibus iniuratis, siue fiat à minore, siue ab impubere, etiam de peculio castrensi, vel quasi, nu. 17. An minor, vel pupillus ex contractu gesto absque curatoris, vel tutoris quem habent, authoritate, obligentur naturaliter, cod. l. 6. d. 38 n. 10. & 11. Idem dicendum est de pupillo, num. 19. Quid si pupillus non sit factus ditior, vel tutorem habeat, n. 21. & 23. Quid si non sit pubertati proximus, n. 24. Quid si cum ipso tutore contrahat, n. 25. Quid si promissio fiat de alienandis immobilibus, vel mobilibus quæ seruando seruari possunt, idque absque iudicis decreto, nu. 26. Quid si pupillo, vel puberi interdicta sit bonorum administratio, num. 27. Quid de prodigo, eo nu. 27. An pupillus obligetur naturaliter ex mutuo, n. 28. Quid ex contractu inito pecunia credita, & an talis contractus firmetur iuramento, n. 29. An pupillus obligatus naturaliter tradens rem, transferat dominiũ, n. 36. An habens aliquid à minori, vel lactans in ludo, teneatur restituere. *Vide*, Ludens cum minori.

Minor, cui beneficium restitutionis concederetur, an possit vti compensatione occulta, quando magnis expensis indigeret ad rem recuperandam, l. 6. d. 38 nu. 32. An casu quo potest restitutionis beneficium implorare, possit non soluere, num. 33 & 34. Quid si petat coram iudice beneficium restitutionis, & defectu probationum succumbat, an teneatur alteri negans restituere, peccetque negando, n. 35.

Minor an possit promittere arras. *Vide*, Arras. Et an sponsalitium largitatem. *Vide*, Sponsalitium largitatem.

Minor ad quem effectum reputetur maior in spiritualibus, & in aliis in quibus talis reputatur: & an sit ad effectum ne in iis restituatur, l. 7. d. 37. n. 29. in solutione ad confirm. 5. argumenti.

Minor an restituatur in matrimonio, professione, & aliis spiritualibus, l. 7. d 37. n. 21. & 22.

Minor restitui ne possit contra quinquennium præscriptum in Tridentino ad reclamandum contra professionem. *Vide*, Tridentinum.

Minor an possit aduersus propriam confessionem restitui, l. 7. d. 22 n. 17. Et quid, contra sententiam, l. 10, d. 9. n. 7.

Minus.

Minus agitur cum lege, quàm cum homine, l. 3. d. 31. n. 2.

Mixtum.

Mixtum quando sub simplici comprehendatur, l. 8. d. 2. n. 28.

Modus

Modus appositus in matrimonio *Vide*, Demonstratio.

Modi omissio an vitiet actum. *Vide*, Actus an vitietur.

Modum quæ faciant. *Vide* Dictio dummodo.

Momentanea.

Momentanea quando non sint in consideratione, l. 6. d. 4 n. 17.

Monachus.

Monachus dimittens habitum vt facilius impetret dispensationem, an ea iouetur, si tacuerit animum quo dimisit, l. 8. d. 25. n. penult. & n. vlt.

Monitiones.

Monitiones matrimonii. *Vide*. Denunciationes.

Mora.

Mora vltima quando non noceat, l. 6. d. 21 n. 7.

Mora vltima nocet, l. 8 d. 4. n. 22.

Mors.

Mors cõiugis qualiter probetur. *Vide*, Probatio mortis. Et ibi qualiter probetur professio alterius ante matrim. consummatum.

Motus proprius.

Motus proprius Clem. VIII. an violetur, si volentem religioso donare roget ille vt det cuidam tertio. Vel si contra votum paupertatis, vel si cõuentus repudiet legitimã monachi. l. 6. d. 2. n. 7.

Motu proprio gratia concessa quos effectus habeat. *Vide*, Gratia.

Mulcta.

Mulcta an possit imponi iis cum quibus dispensatur. *Vide*, Dispensationem negans.

Mulctam pecuniariam an possit imponere dispensans ei cum quo in aliqua lege dispensat, l. 8. d. 14. n. 1 & 2.

Mulier.

Mulier nubere optans an possit soluere iciunium, ne fiat deformis, l. 9 d. 3 n. 12.

Multa.

Multa prohibentur fieri, quæ tamen facta tenent, l. 3. d. 31. n. 2.

Mutatio.

Mutatio animi non præsumitur, l. 5. d. 23. n. 4.

Mutus.

Mutus, & surdus, & cæcus, an possit contrahere sponsalia, & matrimonium, l. 2. d. 8 n. 22.

Naturales. Naturalis, Naturaliter.

NAturales an dicantur filij nati ex concubitu contra sponsalia, vel votum, l. 2. d. 2. n. 8

Naturalis obligatio an obliget in foro conscientiæ, l. 2. d. 7. n. 14. & 15. Qualiter diuidicetur an oriatur ex contractu naturalis, aut ciuilis obligatio, ibi n. 16 An oriatur ex donatione non accepta. *Vide*, Stipulatio alteri per alterum. An oriatur ex contractu pupilli, aut minoris. *Vide*, Minor quando aliquis dicatur.

Naturalia præualent accidentalibus, l. 3. d. 23 n. 7. & 8

Naturaliter quando aliquis obligatur. *Vide*, Naturalis obligatio.

Necessarium, & Necessitas.

Necessarium, formam importat, l. 2. d. 31. nu. 2. Potest per æquipollens impleri, quando non est necessarium, quoad substantiam, sed quoad probationem, l. 2. d. 31. n. 5

Necessitas caret lege. l. 3 d. 10 n. 27

Negatio.

Negatio magis negat, quàm affirmatio affirmet, l. 3 d. 22. n 1

Nemo.

Nemo ex culpa sua commodum reportare debet: nec priuari iure suo absque culpa, l. 2. d. 22. n 6

Nemo dat quod non habet, l. 3 d. 22. n. 37

Nemo præsumitur malus. l. 4 d. 7. n. 2

Nihil.

Nihil refert quid ex æquipollentibus fiat, l. 2. d. 31 n. 5.

Nihil agit, an inducat nullitatem actus ipso iure, l. 7. d. 19. n. 3

Nisi.

Nisi, quid significet. *Vide*, Verba negatiua.

Nobilia, & Nobilitas.

Nobilis, *Vide*, Filius.

Nobilitas allegata vt causa dispensandi, qualiter intelligatur, vel quando contrahentes dicunt se esse ex principalioribus ciuitatis, l. 8. d. 19 n. 6

Non.

Non entis nullæ sunt qualitates, l. 3. d. 1. n. 5

Non expressa non nocent, l. 6. d. 36. n. 2

Non potest an tollat potentiam, & differat à non posse, impediatque obligationem naturalem, l. 6. d. 38 n. 10

Non obstante. *Vide*, Clausula.

Notarius.

Notarius an possit acceptare donationem. *Vide*, Stipulatio alteri per alterum facta.

Notarius falsus existimatur verus. *Vide*, Titulo legitimo carens.

Notarii subscriptio an sit necessaria in libro parochi. *Vide*, Parochus impedimentum.

Notarius scribens iuramentum, nec explicans tactis Euangeliis id præstitum, an vbi forma hæc requiritur, censeatur sic recepisse. l. 7. d. 108 n. 24.

Nouitiatus.

Nouitiatus an sit repetendus à transeunti ab vna religione ad aliam. l. 7. d. 37. nu 47

Nouitiatus an sit repetendus, quoties professio est nulla, & est ratificanda. l. 7. d. 37. a n. 45

Nouitiatus qua ætate possit inchoari & perfici, vt sit validus, l. 7. d. 37. n. 49

Nouitiatus exigit voluntatem nouicii & admittentis, lib. 7. d. 37. num. 56

Nouitiatus an sit nullus, quando non est præmissa informatio petita à Sixto V. in suo motu proprio, l. 7. d. 37. n. 54. & 55.

Nouitiatus annus an exigatur in religionibus militaribus, ad professionis valorem, l. 7. d. 44 n. 8

Nullatenus.

Nullatenus, quid significet, l. 6. d. 31. n. 7

Nullus.

Nullus an importet nullitatem ipso iure, l. 8. d. 11. n. 75. 76

Nuptiæ.

Nuptiæ secundæ quoad earum benedictiones. *Vide*, Benedictio. Et quoad bigamiam, Bigamia.

Nuptiæ secundæ primis non dissolutis an sint iure naturæ irritæ, l. 7. tota d. 80. Et qualiter antiquis patribus fuerint licitæ, ibi n. 11. Et an tunc liceret infidelibus, ibi nu. 13. Et an nunc sint infidelibus licitæ, vel irritent primas secundas, ibi n. 14. Et an Pontifex possit in hoc dispẽsare, vel consuetudo excuset ibi n. 9 & 10.

Nuptiæ secundæ, & viteriores, primis dissolutis, an sint licitæ, & sacramentum, l. 7. tota d 81. & ibi remissiuè, qualis certitudo mortis prioris coniugis exigatur.

Nuptiæ secundæ intra annum luctus initæ quibus pœnis subiacerent iure ciuili, l. 7 d. 87 à nu. 1. vsque ad 10. Et an eas incurrat contrahens, si sit minor, ibi n. 17 Quid, si prius vel posterius matrim. fuit irritũ, aut non consummatum, ibi n. 18. & 19. Et an eas incurrat vir secundam vxorẽ ducẽs, ibi n. 20. Et an eæ sint iure canonico correctæ, ibi à n. 21 Et an vidua secundò nubens intra annum luctus amittat lectum quotidianum, & vestes viduales sibi datas, & alimenta sibi debita, dum dos non restituitur, ibi

ibi à n.30.vsque ad 32. Et an legatum sub conditione non nubẽdi debeatur intra annum, ibi n.29.
Nuptiæ secundæ quibus pœnis subiaceant in fauorem filiorum prioris matrimonij, quoad bonorum reseruationem, & quoad filiorum educationem. *Vide*, Filius. Quoad tutelam. *Vide*, Tutela. Quoad executionem & restandi potestatem. *Vide*, Testamentum. Quoad potestatem substituendi, vel qualiter excludatur secundò nubens per substitutionem pupillarem tacitam. *Vide*, Substitutio. Et quoad alias pœnas in fauorem eorundem filiorum, l.7.d.58.3 n.1. ad 3. & à n. 31. ad 36. Et an ex pœnæ sint correctæ iure canonico, ibi à n.38. vsque in finem. Et an perdatur lectus. *Vide*, Lectus.
Nuptijs secundis pœnas statutas an incurrat vidua fornicans, teneaturque reseruare bona filiis prioris matrimonij. *Vide*, Vidua.

Obligatio.

Obligatio naturalis. *Vide*, Naturalis obligatio.
Obligatio an strictè interpretetur, l.1.d 9.n.11.
Obligatio habitandi in certo loco. *Vide*, Pactum vt vir.
Obligatio semel extincta non reuiuiscit. l.1.d.48.n.1.
Obligatio quando cesset lapsu termini: & quotupliciter ponatur terminus *Vide*, Sponsalia termino præfixo.
Obligationem filij homini factam, an possit pater irritare. *Vide*, Filiusfamilias an obligetur.

Obreptio.

Obreptio an distinguatur in rescriptis à subreptione, l 8.d 21.n.2. Et qualiter vitiet literas gratiæ vel iustitiæ, siue contingat verum tacendo, siue falsum narrando. *Vide*, Dispensatio.

Occasio.

Occasionem offerre, vel non auferre peccandi alicui, vt deprehensus resipiscat, an liceat, l.10.d.12 n.32.& 33.
Occasionem offerre minoris mali ad vitandum maius, an liceat, l.7 d.11.n.19.

Occultans. Occultum.

Occultans defectum virginitatis vt nubat. *Vide*, Virginitatem fingens.
Occultum quid dicatur, dum Trident sess 24.c.6. de reform concedit Episcopo casus occultos: & in concessionibus ad dispensandum super occultis, l.2.d 37.n.11. Et quando dicatur impedimentum occultum, vt possit matrimonium cum illo publicè initum, postea clam celebrari n.11.
Occultum impedimentum manifestare. *Vide*, Impedimentum manifestare.
Occultus an dicatur casus, quando Episcopus denegauit dispensationem, & remisit petentem ad Pontificem, cui ille se præsentauit, l.8.d.14.n.9
Occultum quando dicatur impedimentum, aut quando censuræ dicantur occultæ. *Vide*, Clausula.

Odiosa.

Odiosa quando sit constitutio, & quando fauorabilis, l.1.d.1 n 4.

Officialis diœcesanus.

Officialis diœcesanus est idem quod vicarius generalis diœcesis, l 8.d.27.n.19.
Officialis. *Vide*, Ordinarius.

Officium.

Officium parochi circa matrimonium, & quid possit, & quando recurrere debeat ad ordinarium. Et officium ordinarij, & quando eius licentia desideretur. *Vide*, Parochus impedimentum.
Officium iudicis quando intercuenire debeat partibus non petentibus, l.10.d 9.n.30.
Officium pœnitentiarij, vel legati, an expiret morte Pontificis, l 8.d 28.n.92.
Officij diuini omissio debiti ratione ordinis & beneficij an habeat duplicem circumstantiam necessariò fatendã, l 10.d.25 n.5.& 6.
Officium canonicum an recitare teneatur metu ordinarius. l.7.d.29. n.7. Et quid, si in infantia vel ante pubertatem sit ordinatus, l.7. d.30.n.12. & 13.

Omnino.

Omnino, quid importet. l.1.d.32.n 6.

Opinio.

Opinio fauens matrimonio, aut causæ piæ, vnius authoris, an præferatur communi, l 1.d 18.n.7.
Opinio an præferatur veritati. l.2.d.33.n.2.
Opinio parum probabilis, & tuta potest ratione magni periculi amplecti, l 2.d.36. n.8.
Opinio quando est nullitatis matrimonij, an liceat petere, & reddere. *Vide*, Dubitans de matrimonij valore.
Opinio communis, aut verior an dicatur ex multitudine authorũ. l.1. d.44.n.2.
Opiniones cum sint diuersæ, an melior sit conditio possidentis, l 2. d 41.n 30.
Opinionibus existentibus diuersis, si negans aliquid sufficere ad matrimonij, aut confessionis valorẽ, sit vera coram Deo, an hæc matrimonij, aut confessionis valorẽ, sit vera coram Deo, an hæc sacramenta collata iuxta contrariam opinionem reputatam probabilem, sint valida, l 3.d.22 n.vlt.
Opinione vti in materia & forma, & in iis ex quibus pendet valor sacramenti, an sit licitum, l 1.d.20.n.4.

Ordinaria, & Ordinarius.

Ordinaria iurisdictio à quo conferatur. *Vide*, Vicarius generalis.
Ordinarius dispensans in denunciationibus an possit imponere mulctam: possitq; ab eo appellari si dispensationem neget. Et an sine eius licentia possint tunc omitti. *Vide*, Dispensationem negans. Et qua cautela vti debeat vt informetur de suspicione malitiosi impedimenti. Et quid teneatur facere, dum dispensat, *Vide*, Causa iusta dispensandi.
Ordinarius an possit inquirere de impedimento occulto, vel dum dispensat in consanguinitate de copula occulta. *Vide*, Impedimentum manifestare. Et si norit in confessione impedimentum. *Vide*, Confessionis sigillum.
Ordinarius coram quo opponitur impedimentum quid facturus sit. *Vide*, Parochus impedimentum. Et ibi, quid si norit esse dispensatum in eo in foro conscientiæ.
Ordinarius censetur vt possit interesse matrimonio, & dare licentiam illi assistendi, Episcopus in sua diœcesi, & Archiepiscopus in sua, l 3 d.2 .n 1 An sit talis Archiepiscopus in diœcesi suffraganei, n.2 & 3 Quid si Episcopus nolit aliquos coniungere matrimonio, an Archiepiscopus ad quem appellatur, id possit, vel alij sacerdoti licentiam dare, etiam antequam sententia transeat in rem iudicatam, pendentique decennio ad appellandum concesso. n 4 Quid si Episcopus lite mota aliquos vellet matrimonio coniungere, & pars aduersa appellaret, pendentique appellatione illos coniungi concederet, an valeat matrimonium, eo num. 4. An capitulum sede vacanti possit matrimonio interesse, vel alij licentiam dare, nu 5 Quid de Abbatibus n 6. An possit Episcopus in eorum diœcesibus confessores exponere, aut interesse matrimonio, aut alij licentiam dare, nu. 6. Quid de Cardinalibus in Ecclesia sui tituli, & quam iurisdictionem in ea habeant. n.7. Quid de Pontificis legato in tota suæ legationis prouincia. Et an possit omnia quæ Episcopus in sua diœcesi, nu.8. In quo differant potestates legati à latere, & non à latere, ibidem. Quid de vicarijs *Vide* Vicarius generalis.
Ordinarius an possit delegare. *Vide*, Delegare ordinarius.
Ordinarij nomine an comprehendantur vicarij *Vide*, Vicarius generalis. De officio eius circa matrimonium, *Vide*, Parochus impedimentum.
Ordinaria iurisdictio an expiret morte concedentis re integra, l.8. d.28.n 4 5.& 6
Ordinarius dispensationem expediens qualiter possit legitimare prolem: & si ipse non legitimauit, possit successor. *Vide*, Legitimatio.
Ordinarius conscius impedimenti, & dispensationis in foro conscientiæ, an possit dissimulare, & permittere vt impediti matrimonio copulentur, l.8 d.34.n 43
Ordinarius dispensationem fori externi expediens, an possit iura consueta recipere, aut dona aliqua, l 8 d. 35. n 9. & sequentibus vsque ad 4
Ordinarius hic an teneatur iudicialem causę dispensationis cognitionem præmittere, nec aliter valeat dispensatio, quamuis causa sit in se vera, l.8.d.35 n.15 & 16.
Ordinarius. *Vide*, Iudex, & Vicarius.

Ordo, Ordinandus, Ordinatus, Ordines.

Ordinandus an teneatur detegere impedimentum occultum. *Vide*, Impedimentum manifestare.
Ordinatus ab Episcopo excommunicato, hæretico, schismatico, suspenso *Vide*, Titulo legitimo carens.
Ordines sacri an dirimant sponsalia. *Vide*, Sponsalia ordinis suscepuone.
Ordines an possit Episcopus negare ob irregularitatem occultam, l 3 d. 25. n.8 & 12.
Ordines recepturus ab Episcopo, quale domicilium originis, aut habitationis debeat habere. l 3 d. 23 n 1.2 & 3.
Ordines filio appetenti an teneatur pater matrimonium assignare. *vide*, Dos an sit sub præcepto.
Ordines recipiens ficto patrimonio, dato chirographo reddendi, an teneatur reddere, l 8 d.32 n 7.& 8. An renunciatio patrimonij cuius titulo initiatur, valida sit. n 7.
Ordo an importet formam. l 8 d 34. n 27.
Ordo iudiciarius an sit seruãdus in diuortio Indotũ, l.10.d.19 n 1.
Ordines recipiens cum dimissoriis capituli sede vacanti non potentis eas concedere, an ipso facto amittat absque iudicis sententia priuilegia, l 3 d 46 n.20.
Ordo sacer habet continentiam annexam, obligantem à nuptiis & ab omni actu venereo abstinere. l.7. d.27.n.1.& 3. Et an iure diuino an solo Ecclesiastico sit ordini etiam Episcopali annexa continentia, ibi à num. 4. vsque ad 7. Et an sit ex voto, an ex sola Ecclesiæ constitutione, ibi n. 9 & 10 Et an si promotus ad ordines, ignorauit votum illis esse annexum, aut voluit vouere, teneatur ad castitatem, ibi n 11 & 12. Quid, si ordo fuit irritus. ibi n 13. Et an promoti ad ordines teneantur duplici obligatione ad castitatem, nempe, ex voto & ex Ecclesiæ præcepto, ibi n 14.
Ordinis sacri votum solemne an consistat in vera traditione, & sit per se & ex natura res solemne, l.7 d.27.n.16.& 17. Et an differat specie à voto simplici, vel à solemni professionis voto, ibi n.18.

Ordinis sacri, siue solius, siue cum alio voto simplici, siue cum professione religionis, circumstantia an sit explicanda in confessione fornicationis. *vide*, Circumstantia.
Ordo sacer, quo iure matrimonium subsequens dirimat, l. 7. d. 28. nu. 1. & 2 & à nu. 9. vsque ad 12. Et quid de ordine Episcopali, ibi n. 13 Et quid apud Græcos *vide*, Græci
Ordo sacer metu assumptus, siue ante matrimonium; siue post, an obliget ad castitatem, ac dirimat subsequens matrimonium: & obliget ad horas: & sic ordinatus fruatur priuilegiis clericalibus, l. 7. tota d. 29.
Ordo sacer in infantia, aut ante pubertatem assumptus, an obliget ad continentiã, & ad horas, & irritet matrimonium subsequens: & sic initiatus fruatur priuilegiis clericalibus, l. 7. tota d. 30.
Ordines minores, aut prima tonsura, an obstent matrimon. subsequenti, l. 7. d. 31. nu. 2 & 3. Et an possit Ecclesia illis annectere votum castitatis dirimens matrimonium: vel initiatos his ordinibus ad id cogere, sub amissionis priuilegij clericalis pœna, ibi, nu. 4. Et an si hos recipiens credat illis annecti votum castitatis, teneatur ad id, ibi n. 5.
Ordinibus minoribus aut prima tonsura initiati an peccent retrocedendo, aut matrim. ineundo, l. 7. d. 31. à n. 7. vsque ad 14. Et an eos aut primam tonsuram recipiens, absque animo vlterius ad ordines ascendendi, sit reus culpæ, ibi n. 15 & 16. Et quid, si solus adsit animus vitandæ iurisdictionis secularis, ibi n. 17.
Ordines minores aut primam tonsuram conferentes Episcopi ijs, quos norunt nolle alios ordines assumere, an peccent, l. 7. d. 31. n. 18. Et an possint à promouendis vel ab eorum parentibus iuramentum petere, an bona intentione id faciant, vt ad ordines superiores ascendant, ibi n. 19.
Ordines an possint conferri coniugato, ante vel post consummatum matrimonium, siue vxoris licentia, l. 7. d. 38. nu. 1 & 2 Quid, si ante consummationem habeat animum ingrediendi religionem, ibi n. 3. Et an id liceat ex Pontificis licentia, ibi num. 4. Et quid de prima tonsura, & ordinibus minoribus, ibi nu. 5. 6 & 7. Et an ab eo exigendum sit votum continentiæ, si velit prima tonsura initiari, ibi n. 8 & 9.
Ordines coniux recipiens ante matrimonium consummatum absque vxoris licentia an teneatur ingredi religionem, l. 7. d. 38. à nu. 17 Et si non ingrediatur, aut eos suscipiat post consummatum matrimonium, ad quid teneatur, ibi num. 20. Et an vxor teneatur ei reddere, ibi à n. 22.
Ordines coniux recipiens absque vxoris licentia, an sit irregularis, vel aliam pœnam incurrat, l. 7. tota d. 47. Et an si ante motum proprium Sixti V. incurrat suspensionem per illum reseruatam, possit absolui ab inferioti, postquam Clemens VIII. reuocauit eam constitutionem, ibi n. 21 & seq.
Ordines vir recipiens absque vxoris licentia qualiter possit ab ipsa reuocari, & si Papa factus sit, l. 7 d. 28 à n. 11. Et quid, si licentia fuit metu aut dolo extorta, ibi, nu 13. Et quid, si sola vxoris dissimulatio adfuit, ibi n 14. & 15 Et an non repetente vxore possit ipse redire ibi n 16.
Ordines vir assumens absque vxoris licentia, an sit ipsi postea fornicanti restituendus, l. 7. d. 36. n. 4.
Ordines vt conferantur viro an sufficiat vxoris licentia, vel quid amplius desideretur. l. 7. tota d. 39.
Ordines recipiens ex vxoris licentia, non concurrentibus aliis iure requisitis, an possit reuocari, l. 7. d. 39 à n. 10 Et iam reuocatus ad quid teneatur, ibi n. 12.
Ordines assumere, vel religionem ingredi, an possit coniux innocens, aut votum emittere, tam in foro conscientiæ, quam externo, existente altero adultero: & an possit rogatus ab Episcopo, vel religiosis, an sit coniugatus, negare se esse coniugatum: & in foro externo postea reuocatus ad quid teneatur. l. 10. tota d. 11. Et quid, si ante alterius fornicationem ingrediatur, & postea alter fornicetur, ibi nu. 2. Et quid, si de licentia adulteri manentis in seculo ingrediatur, an possit reuocari, ibi n. 6. Et an hic sit capax beneficij, transiens ad ordines ob vxoris adulterium, l. 7. d. 42. num. 16.
Ordines assumere, vel religionem ingredi, an possit coniux adulter, quando iam innocens statum mutauit, vel votum castitatis emisit: & an possit tunc adulter votũ emittere. l. 10. d. 11. n. 6. Quid, si non mutauit statum, aut non præcessit sententia, ibi n 7. Quid, si sententia iudicis secularis præcesserit, ibi n. 8. Quid, si sententia diuortij, ibi à n. 9. vsque ad 13 Quid, si innocente sciente, & non contradicente, n 14. Et an talis licentia tacita vel expressa possit reuocari, nu. 14. Et an talis innocens, concedens hanc licentiam adulterio, teneatur votum emittere, aut religionem ingredi, ibi nu. 15 Et an si innocens monitus renuat reconciliationem possit adulter statum mutare, possitque reuocari, donec profiteatur: & an votum simplex castitatis, vel alia vota emissa tempore diuortij ab adulterio de licentia innocentis, possint ab ipso irritari, ibi n. 14. Et an credatur iuramento dicentis se vouisse, ibi n 17.
Ordines assumere coniugi an liceat, quoties ipsi licet ad religionem transire, l. 10. d. 11. n. 16.
Ordines an liceat viro recipere, ratione furoris aut sæuitiæ vxoris, l. 10. d. 18. n. 48. & 49.
Ordines qualiter possit recipere coniux ratione hæresis alterius, vel propriæ. *vide*, Hæresis.

Oscula.

Oscula an liceant inter sponsos sub conditione. *vide*, Sponsus sub conditione.
Oscula & tactus inter impotentes ad copulam, quando præcessit matrimonium, & impotentia est arte medicabilis, an liceat, l. 9. d. 17. n. 19.
Oscula & tactus inter coniugatos absque pollutionis periculo, quando liceant, l. 9. d. 44 nu. 8. & seq Et quid de aspectibus & verbis turpibus, ibi n 13 Et quid, quando tactus sunt, incipiendo copulam sodomiticè, vel intromisso membro intra os fœminæ: aut in loco publico fiunt. ibi remissiuè, nu. 14 Et quid de coniuge se tangente, ibi n. 15. & seq.
Oscula, & tactus, & delectationes, an liceant inter coniuges; quando ratione voti, aut affinitatis, aut quia est dubium de valore matrimonij, aut quacunque alia ratione non licet copula, l. 9. d. 44 n. 19 & seq.
Oscula & tactus inter coniuges, & aspectus ac verba turpia, an reddantur illicita, ob pollutionis periculum, l. 9. d. 45. à nu. 33 vsque in finem Et quid, si solum sit distillatio, ibi n 41.
Oscula & tactus inter solutos, quando & qualis culpa sint, l. 9 d. 46. n. 2. & multis seqq Vbi & de tactu secummet. Quando delectatio ex illis consurgens dicatur venerea & libidinosa, ibi num. 5. Et an in illis sit necessariò confitenda personæ circumstantia, ibi num 18.
Oscula & tactus inter sponsos de futuro an liceant etiam cum pollutionis periculo. l. 9. d. 46. à n. 46. vsque in finem.
Oscula & tactus in loco publico cum vxore, qualis culpa sint. l. 9. d. 15 n. 2. Et quid in Ecclesia *vide*, Ecclesia.
Oscula & tactus habita ab altero cum vxore, an sint iusta diuortij causa, & vt ea dotem perdat. l. 10. d. 4. n. 11 & 12.
Oscula quando sint adulterij vxoris condonatio. *vide*, Adulterium.

Pactum.

PActum an sit promissio. *vide*, Promissio simplex an obliget.
Pactum quando non valet, nec pœna valida est. *Vide*, Pœna non valet.
Pactum quando pariat obligationem naturalem. *Vide*, Naturalis obligatio.
Pactum vt vir in certo loco habitet cum vxore, an valeat. l. 1. d. 40. nu. 1. & 2. Quid si de nouo causa superueniat, an possit vir non stare illi pacto etiam iurato, nu. 3. & 4. An valeat pœna appositæ, vt incurratur à viro alio migrante, nu. 5. An tunc vxor teneatur virum sequi, nu. 6 Quid de ea condtione appositæ in maioratu, nu. 7. Quid si aliquid legetur cuidam dum in certo loco habitauerit: vel sub conditione ibi habitandi. n 8.
Pacta nouissima sunt seruanda. l. 10 d. 7. n. 2.
Pactum non petendi, nec reddendi initum inter coniuges, qualiter obliget, l. 9. d. 37. n. 18. & seq

Papa.

Papa an possit in sponsalibus dispensare. *Vide*, Sponsalia dispensatione.
Papa in matrimonio consummato fidelium an possit dispensare, l. 2. d. 13 n. 11 Quid in rato, l. 2 d. 14. nu 1. & 2. An possit generaliter statuere, vt matrim. ratum dirimatur per sequens consummatum, n. 1. & 4. An desideretur causa, l. 2 d. 15. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6. An exigatur ad hoc mutuus contrahentium consensus, nu. 7. An satis quæcunque causa iusta, l. 2 d. 16. n 1. Quæ sint causæ iustæ, ea d. 16. à n. 2 ad 9. An possit dispensare in matrim consummato infidelium, dum ad fidem redeunt, l. 1. d. 17. n. 1 & 2.
Papæ potestas ordinaria, & absoluta quid sit. *Vide*, Potestas ordinaria.
Papa in quibus possit dispensare, & quando admittens ad actum, vel permittens actum, censeatur dispensare *Vide*, Dispensare.
Papa an possit approbare leges repudij, l. 10 d. 1 n 12.
Papa an possit impedimenta matrimon. etiam dirimentia statuere absque causa, ita vt teneat factum, l. 7. d. 1. à n. 1. vsque ad 6. Et an possit aliquos in particulari reddere inhabiles ad contrahendum inter se, ibi num 7. Et an possit certam personam reddere omnino inhabilem ad matrimonium, ibi n. 8.
Papa an possit infidelibus impedimenta matrimonij statuere, l. 7. d. 1. n. 3.
Papa interdicens matrimonium, an eo ipso irritet illud initum contra id interdictum, l. 7. tota d. 2. Et an dato id matrimon. esse validum, sit separandum, ibi num 14. Et an separandum sit, si lite pendenti sit initum, ibi nu. 15. Et an sponsalia sint valida contra eam prohibitionem, ibi n. 9.
Papa an possit statuere vt error qualitatis dirimat matrimonium, l. 7. d. 18. n. 9. Et an possit auferre impedimentum erroris personæ, ibi n 15.
Papa factus maritus absque vxoris licentia an sit reuocandus, l. 7. d. 38. n. 11. & 10.
Papa an possit reuocare constitutiones suas quoad effectus ex eis secutos. l. 8. d. 7. n. 4.
Papa an irritet vota religiosi etiam solemnia, l. 8. d. 8. n. 7.

Papa an nunquam soleat in cognatione spirituali dispensare, l. 3. d. 19. n. 7.
Papæ delegatus eiúsve legati vt quis possit esse, an requiratur dignitas tempore quo Pontifex commisit, an tempore præsentationis rescripti, an vtroque. l. 8 d. 27. n. 28.
Papa dum in litteris Apostolicis dicit, Volumus, vel referuamus nobis, quid importent hæc, l. 8 d. 28 n. 27. 63. vbi etiam an executio sit personalis.
Papa qualiter possit legitimare. *Vide*, Dispensare.

Par, & Paria.

Par in parem non habet imperium, l. 3 d. 24 n. 6.
Paria sunt in iure aliquid nunc esse, & apparere denuo, & non esse, & non apparere, l. 1. d. 63. n. 2. 9.

Parapherna.

Parapherna an perdat vxor adultera, l. 10. d. 8. n. 16.

Parens.

Parens qui mala fide matrimonium irritum iniit, an censeatur legitimus respectu filij nati ex coniugio inito cum bona alterius fide, l. 8 d. 14. n. 46.
Parentes an possint offerre vel non auferre occasionem furandi filiis & famulis, vt deprehensi resipiscant, l. 10. d. 12. n. 52. & 53.

Parochus.

Parochus assistens matrimonio, aut benedicens nuptias in peccato mortali, qualiter peccet. *Vide*, Matrimonium quoad ministrũ.
Parochus an possit dispensare in denunciationibus matrimonij *Vide*, Dispensare in denunciationibus. An peccet si timore mortis omittat denunciationes. *Vide*, Dispensationem negans.
Parochus impedimentum ignorans an possit propria authoritate assistere matrimonio, l. 3. d. 45. n. 2. Quid si contrahentes sint alienigenæ, n. 1. An opposito impedimento possit interdicere matrimonium, & de impedimento cognoscere, n. 3. Qua prudentia sit vtendum, dum opponitur impedimentum, ad illud explorandum; vel cum petitur feminam in loco tuto reponi, nu. 4. Quid si contra priora sponsalia velit quispiam aliam ducere, an possit Parochus assistere, nu 5. Quid si quispiam prius affirmet impedimentum, & postea neget, nu. 6 Quid si is cui impedimentum sponsalium cum alia opponitur, affirmet se fictè consensisse, sintque dispares contrahentes, nu 7. Quid quando Parocho constat de impedimento extra confessionem, & contrahentes illud negant: vel impedimentum est occultum, & publicè petunt matrimonium, vel fatentur votum, & negant se illo obligari, quia fictè vouerunt, vel ex alia causa, & quid in iuramento metu extorto, n. 8. & 9. Quid si votum, vel delictum ex sola ipsorum cõfessione constat, an credatur dicenti se fictè consensisse, vel fatenti simul circumstantiam excusantem, n. 10. An possit publicè petenti, matrim. ministrare quando ipse nouit impedimentum occultum, & quid de ipso ordinario, vel de Parocho ab ordinario compulso, nu 15. Quid si Parochus, vel ordinarius notit dispensationem esse impetratam in foro conscientiæ, nu. 13. 14. 15. An initum matrim. cum dispensatione pro solo conscientiæ foro, separandum sit detecto impedimento in foro externo, nu. 15. & 17. Quid si coram ordinario, vel notario fateatur aliquis impedimentum, & simul dispensationem pro foro conscientiæ, n. 16. An possit Parochus vel ordinarius interdicere matrimonium ob doctrinæ Christianæ ignorantiam, nu. 18 & 19. Vel censuris compellere ad addiscendam eam, nu 19. An nullo opposito impedimento sit incundum matrim. in facie Ecclesiæ: & quid per faciem Ecclesiæ intelligatur, nu. 20. Quid teneatur Parochus interrogare, quæ verba proferre, n. 25. An teneatur habere librum, & quid in eo scripturus sit: vel quando alius de licentia Parochi assistit matrimonio: vel dum religiosi, in nouo orbe funguntur Parochi officio, teneantur ad id: & an sit necessaria Parochi, & notarij subscriptio, n. 22.
Parochus an teneatur habere librum in quo scribat contrahentium nomina, vel qui funguntur officio Parochi, vel qui de eius licentia assistit matrimonio, l. 3. d. 25. n. 21.
Parochus sciens in confessione impedimentum. *Vide*, Confessionis sigillum.
Parochus an debet esse proprius, & vtriusque contrahentis & intra propriam parochiam vt assistat matrimonio. *Vide*, Matrim. an propriam parochiam vt assistat matrimonio. Quid si sit excommunicatus, suspensus, interrequirat præsentiam. Quid si sit excommunicatus, interdictus, vel irregularis. *Vide*, Excõmunicatus Parochus Quid si legitimo titulo careat, vel ficte licentiam dederit. *vide*, Titulo si legitimo careat An satis sit Parochus originis, vel qualis habitatio exigatur. *vide*, Habitatio qualis requiratur. &, Habitans duplicem parochiam &. Quid quando sunt duo Parochi.
Parochus non sacerdos an valide assistat matrimonio, l. 3. d. 40 n. 2. & 3. An peccet, nu. 4. An possit licentiam assistendi concedere 2. & 3. An peccet, nu. 4. An possit licentiam assistendi concedere sacerdoti, n. 6. & 7. An possit non sacerdoti, n. 9 & 10. An possit sacerdoti non approbato ab ordinario, excommunicato, vel irregulari, n. 10.
Parochus vagorum, forensium, nauigantium, & quærentium domicilium. *vide* Vagi an dicantur.
Parochus non proprietarius, vel alius sacerdos assistendi matrim. licentiam habens an possit delegare. *vide*, Delegare ordinarius potest.
Parochus an possit vicecuratum instituere. *Vide supra*.
Parochus assistens matrimonio, vel dans licentiam, contra ordinarij prohibitionem. *Vide*, Licentia data.
Parochus an teneatur in matrimonio verba proferre, & sint de essentia *Vide*, Verba Parochi.
Parochus qualiter debeat esse præsens, & quid si casu, vi, vel dolo, vel per interpretem intelligat cõsensum. *Vide*, Præsentia Parochi.
Parochus assistens clandestino, vel quinis alius sacerdos an sit suspendendus, l. 3. d. 48 num. 1. 2 Quid de Parocho id matrim. nod prohibente, n. 1. An possit tempus triennij quo suspendendus est, augeri, vel minui, n. 2 An correcta sit hæc triennij suspensio per Tridentinum, & hodie sit tantum pœna arbitraria, n. 3. & 4 An Parochus assistens matrimonio omissis denunciationibus, vel non prohibens, aut quinis alius sacerdos assistens, sit triennio suspendendus, num. 5 Quid si libro careat, vel non interroget de consensu, n. 5. Quid si Parochus interfit aliis matrim interdictis sibi à iure, vel iudice, vel vagorum, vel forensium absque licentia ordinarij, eo n. 5. Quid si alienus Parochus, vel alius sacerdos interfit matrimonio absque proprii licentia, an sit suspendendus, n. 6. An ignorantia crassa excuset ab hac suspensione, n. 7. An per hanc pœnam corrigatur excommunicatio, Clem. 1. de priuileg. in religiosos solemnizantes matrimonium lata. n. 8.
Quid si sacerdos proprius, vel alienus non interfit, sed det assistẽdi licentiã sacerdoti, aut non sacerdoti, l. 3. d. 49 nu. 1 2. & 3. Quid si non sacerdos assistat absque licẽtia proprij Parochi, ea d. 49 n. 1.
Parochus an sit suspensus si assistat absque Episcopi licentia, matrimonio publico eorum qui absque Parocho & testibus contraxerant, l. 3. d. 46 n. 1. & 4. vbi an sit alia pœna plectendus.
Parochus suspensus triennio, quia interfuit clandestino, an si iterum assistat, confundantur hæc tempora *Vide*, Suspensus ad certum tempus Et an sit suspensus a beneficio, sicut est ab officio, vel possit illo priuari *Vide*, Suspensus ab officio.
Parochi licentia ad assistendum matrimonio quando non ad vnguem seruatur. *vide*, Licentia si non omnino seruetur.
Parochi officium circa matrim. *vide*, Parochus impedimentum.
Parochus an teneatur in libro notare patrinum solius catechismi fuisse, puero iam domi baptizato, l. 7. d. 10. n. 13.
Parochus assistens matrimonio, in quo est error qualitatis dans causam matrimonio, an incurrat suspensionem, l. 7. d. 18 n. 12.
Parochus assistens matrimonio inter consanguineos aut affines, aut professos, aut sacris initiatos, an incurrat excommunicationem, l. 7. d. 48. n. 4.
Parochus benedicens sponsis alienæ parochiæ, quam pœnam incurrat: vel si secundis nuptijs benedicat. *vide*, Benedictio.
Parochi an possint dispensare in iejuniis, esu carnium, festis, votis: & an id possit confessarius, l. 8. d. 9. n. 27.
Parochus incapax beneficij illius ad defectum occultum communiter ignoratum, vel confessor cuius licentia est irrita ob vitium occultum, vel occultè est reuocata, an sit eligibilis per bullam, l. 8. d. 34. n. 14.
Parochus conscius impedimenti, & dispensationis in foro conscientiæ, an possit dissimulare, & impeditos matrimonio coniungere, l. 3. d. 38. n. 43.

Participans in crimine.

Participans in crimine criminoso cum excommunicato quando incurrat excommunicationem, l. 7. d. 48. n. 3.

Pater.

Pater an possit iuste impedire matrimonium filii, l. 1. d. 14. num. 4. *vide*, Causa iusta dispensandi &, Filius an validè.
Pater an possit promittere sponsalia pro filiis: & quid de matre, *vide*, Sponsalia. Matrimonium an contrahatur. &, Promissio facti alieni.
Pater promittens dare vnam ex filiabus. *vide*, Sponsalia cum vna ex pluribus.
Pater vel mater promittentes dona filio, si opera virtutis exequatur, vel à vitijs desistat, an peccent. *vide*, Simonia an sit donis.
Pater vel mater an possint dare filiis licentiam testandi. *vide*, Testandi licentia.
Pater an possit irritare votum filii cuius ætas est dubia. *vide*. Dubitans de pubertate. Et an possit irritare iuramentum appositum in contractu pupilli. *vide*, Minor quando aliquis dicatur.
Quid de votis realibus filii maioris, vel obligatione homini facta, *vide*, Filiusfamilias an obligetur.
Pater an possit cogere filium, vt sibi ministret vel recedere volentem impedire. Et quid possit circa eius contractus. *vide*, Filiusfamilias an obligetur. An possit impedire ne se vendat, vel illum includere, l. 6. d. 38. n. 7.
Pater an teneatur dotare filias *Vide*, Dos an sit sub præcepto. & *ibi*, Quid de filia volẽti religionẽ ingredi, vel filio ordines appetenti.
Pater an possit remittere filio vsumfructum non computando in tertia & quinta bonorum patre. *vide*, Vsusfructus remissio.

Patria potestas.

Patria potestas an cesset in filio coniugato, quoad odiosa & fauorabilia, & idem, si filius dignitatem adeptus sit, l. 7. d. 81. n. 7. Et an filius conceptus ante patris emancipationẽm vel dignitatem, licet postea natus sit, existat sub potestate aui, eo n. 7.

Patrinus.

Patrinus, vt sit quis in baptismo vel confirmatione, an sufficiat quæcunque ætas, an qua sit rationis vsus, l. 7. tota d. 61.

Patrini an possint duo mutuo esse, l. 7. d. 54. n. 27.

Patrini quoad cognationem spiritualem contrahendam. *vide*, Cognatio spiritualis.

Patrini an plures esse possint in baptismo, attento iure antiquo, vel nouo Tridentini: positis; Episcopus attento vtroque iure in hoc dispensare, l. 7. d. 57. à n. 1. vsque ad 7. Et an possint esse patrini duo viri vel duæ fœminæ, ibi num. 4. Et an mortale sit, adhibere plures patrinos, aut duos vitos, vel duas fœminas, ibi n. 6. Et an hæc habeant etiam locum in confirmatione, ibi n. 9.

Patrini an possint esse simul vir & vxor, l. 7. d. 57. n. 5.

Patrino iuranti se non habuisse intentionem contrahendæ paternitatis, an sit credendum, l. 7. d. 58. n. 8. & 9.

Patrini an possint esse religiosi, l. 7. d. 60 n. 11.

Patrinus in baptismo vel confirmatione an possit esse parens filij, vel maritus vxoris, l. 9. d. 26. n. 5.

Pauperes.

Paupertatis votum. *vide*, Voto paupertatis.

Peccatum.

Peccatum minimum patrare an liceat alicui, ad vitandum matrimonium in alio, l. 7. d. 11. n. 27.

Penitus.

Penitus, an importet ipso iure, l. 8. d. 21. n. 75. & 76.

Pensio.

Pensio an possit solui, & recipi salutio literis non expeditis, l. 8. d. 18. n. 5.

Pensiones an vacent per matrimonium, l. 7. tota d. 44.

Pensionis an sit capax coniugatus, & qualiter possit eam tuta conscientia habere, l. 7. d. 44. n. 9.

Pensionis incapax est, qui est incapax beneficij. l. 7. d. 44. n. vlt.

Pensionem recipiens animo ducendæ postea vxoris, an peccet, l. 7. d. 55. n. 20.

Peregrini.

Peregrini an teneantur legibus, & consuetudinibus loci per quem transeunt, quando in suo oppido eædem vigent, vel eliciunt scandalum, vel diuerterunt illuc animo commorandi, l. 3. d. 18. nu. 3. Quid quando diuertunt per modum transitus, & ea non seruantur in suo oppido. n. 4. 5 & 6. Quid si leges illæ sint iuris communis, at in suo oppido non obligant, n. 7. Quæ mota in loco transitus decideretur, peregrini vt teneantur illius legibus, num 8. 9. Quoad contractus solennitatem an teneantur legibus loci contractus, & consuetudinibus illius, & secundum illas censeatur in dubio contractus celebratus, nu. 10. Quid in dote & testamento, nu. 11. An foreuses teneantur ad gabellas loci contractus, nu. 12. An si vendant triticum in Castella, teneantur eius pragmaticam taxantem pretium seruare, nu. 13. Quid si legum transgressio cederet in damnum loci transitus, n. 14. Quid de vagis, an teneantur legibus loci transitus, nu. 15. An peregrini teneantur ad leges domicilij: vbi contraria vigent in loco vbi reperiuntur, n. 17. & 18. Quid si leges sint iuris communis, & ibi non obligent, num. 21. An Lusitanus transiens per Castellam possit in sabbato intestina animalium edere, num 19. An Græcus possit celebrare in Ecclesia Latina in pane fermentato, vel Latinus in Græca in pane azymo. Et quid si inter Latinos inueniatur Ecclesia Græca, vel inter Græcos Latina, num. 20. An proficiscens in die festo ad locum vbi non est festiuus ille dies, possit non audire missam, & exercere seruilia, num. 21. Quid quoad ieiunium, & esum carnium de proficiscente in die ieiunij ad locum vbi carnes eduntur, perueniturus, nu. 22. Quid si exeat loco vbi carnes eduntur, perueniturus ea die in suum domicilium vbi ieiunatur, num. 23. An si incolæ lococum vbi Tridentini decretum non obligat, diuertant per modum transitus ad locum vbi obligantur incolæ ad id decretum, possint absque parocho & testibus contrahere, nu. 25. & 26. Quid si incolæ lococum vbi obligat, contrahant vbi non obligat. n. 27. & 28. Quid si in fraudem illius decreti abierint, nu. 29. Quid de captiuis, aut mercatoribus existentibus apud infideles, à n. 31. vsque ad finem.

Peregrini Eucharistiam an debeant recipere in Ecclesia matrice in paschate, vel possint à religiosis recipere. *vide*, Habitatio qualis requiratur.

Peritiæ artis

Peritiæ artis qualiter possint recusari, & alia circa eas. *vide*, Matronæ.

Pia causa.

Pia causa quando sit matrimonium: & quando legatum relictum consanguineo pauperi. *vide*, Votum ducendi aliquem.

Pignus

Pignus an possit interuenire in sponsalibus, lib. 1. disp 38. à num 1. ad 4.

Piscans.

Piscans halecia diebus festiuis an teneatur ad eleemosynam iniunctam, c. Licet, de feriis, *vide*, Dispensationem negans.

Placito omenaje.

Placito omenaje. *vide*, Homagium.

Pœna.

Pœna non valet, quando pactum principale est irritum, l. 1. d. 7. n. 17. & 19.

Pœna imposita matrimonio an claudat sponsalia *vide*, Clandestina sponsalia.

Pœna adiecta pacto habitandi in certo loco. *vide*, Pactum.

Pœna sponsalibus adiecta non valet, & est vetitum eam apponere, l. 1. d. 30. n. 2. Quid si ab aliis apponatur pœna: vel ab altero contrahente cum extraneo, à nu. 3 ad 7. Quid quando promissio nullam matrimonij necessitatem inducit: quia promittunt parentes sub pœna se facturos, & curaturos, n. 4. Quid de pœna circa conditionem abstinendi à matrimonio: vt, si nupsero promitto talem pœnam, n. 8. Quid circa matrim. non dissoluendum, vel non petendum diuortium, nu. 9. Quid fauore matrimonij, vt si vir promittat pœnam si tenuerit concubinam, nu. 10. Quid si pœna sit modica, n. 11. An possit peti interesse, à n. 12. ad 16. Si pœna soluatur, an sit restituenda in foro conscientiæ. Et idem de lucro in ludo pecunia credita, & an detur repetitio, l. 1. d. 31. n. 1. & 2.

Quid si ludens iurauit se soluturum, an teneatur soluere, possitque repetere, & obtinere iuramenti relaxationem, eo l. 1. d. 32. nu. 24. & 25. Vbi & quid per bullam. Quid de pœna sponsalibus adiecta, an firmetur iuramento, vel sit saltem illius iuramenti necessaria relaxatio, ea d. 32. n. 20. 21. & 22.

Pœna in religionis ingressu an possit apponi. *vide*, Arræ & pœna.

Pœna consistens in lucro non acquirendo, quando valeat in sponsalibus. *vide*, Conditio obligans ad nuptias, &, Conditio retrahens à nuptiis.

Pœna non contrahitur, vbi deest culpa, l. 1. d. 36 n. 4.

Pœna conuentionalis an debeatur in foro conscientiæ. l. 1. d. 37. à num. 1. ad 4. An debeatur integra, vel quatenus interest, num. 4. An possit præscribi, n. 5.

Pœna scienter facienti, aut præsumenti. *vide*, Lex imponens pœnã.

Pœna legis quando incurratur ex actu nullo. *vide*. Pœna clãdestini.

Pœna an sit annullatio actus, l. 3. d. 4. n. 8. & 9.

Pœna annullationis quando liget ignorantes, l. 3 d. 17. n. 10.

Pœna quando sit inhabilitas, l. 3. d. 17. n. 11.

Pœna imponi non debet nisi iure expressa sit, l. 1 d. 44. n. 1.

Pœna in facientem, an liget mandantem. Et Mandans, ac consulens an verè faciant, l. 3. d. 49. n. 1 & 2.

Pœna priuans iure non quæsito, an indigeat iudicis sententia, l. 3. d. 13. num 8. Quid quando aliquid non imponitur per modum pœnæ, sed conditionis requisitæ, eo n. 8.

Pœna in contractu dotis an valeat. *vide*, Motus ab intrinseco.

Pœnæ clandestini matrimonij vt incurrantur an saris sit, sed denunciationes omittantur, l. 3. d. 1. n. 5. 6. & 7. Quid si matrim publicè celebratur omissis denunciationibus, nu. 9. & 10. Quid si coram parocho & testibus, non tamen rogatis, n. 11. Quid si matrim. clandestinum sit nullum, quia absque parocho & testibus celebratur, an subiiciatur clandestini pœnis, l. 3. d. 1. n. 1. 3. 4. & 5. Traditur regula ad cognoscendum, quando pœna legis incurratur ob actum irritum, nu. 2. Quid si tale matrim. irritum consummetur, eo l. 3. d. 1. nu. 6. Quid si matrim. sit irritum ratione alicuius impedimenti, n. 7.

Pœnas eligentis indignum, an incurrat eligens indignum ex confessione notum, l. 3 d. 16. n. 6.

Pœnæ matrimonij clandestini quoad illegitimitatem filiorum. *vide*, Legitimi filij, &. Legitimare prolem. An sit pœna ipsius, vt mulier spoliata à viro, non sit in possessionem restituenda, li. 3. d. 45. n. 1. An carere debeant clam contrahentes, si inualidum sit matrimonium, spe dispensationis. *vide*, Dispensationis spe. An sit mentio facienda in dispensatione talis matrimonii. Quidque prosit dicere Tridentinum, vt careant spe dispensationis, an liget Pontificem ne dispenset, l. 3 d. 45. n. 3. An sit talium pœna, esse inhabiles simpliciter ad contrahendum, vel tantum ad clam contrahendum, eo l. 3. d. 46. n. 1. & 2. An opus sit iudicis declaratione, vt matrim. clam contractum dissoluatur, ea d. 46. num. 2. & 3. An clam contrahentes absque parocho & testibus sint puniendi arbitrio ordinarii, peccetque ordinarius non puniens, ea d. 46. n. 6. An contrahentes clam omissis denunciationibus, & testes assistentes puniendi sint aliqua pœna, ea d. 46 nu. 7. & 8. An expediat vt synodales constitutiones hos excommunicent, n. 9. An valeat, si ea constitutio præcipiat taliter excommunicatos vitari, n. 10. An trahendi sint in perpetuam seruitutem, n. 11. De pœna exhæredationis quam hi incurrunt. *vide*, Hereditate priuati. Quæ sint pœnæ exhæredationis quam hi incurrunt. *vide hoc supra*. Quæ sint pœnæ parochi, vel alterius sacerdotis assistentis. *vide*, Parochus assistens clandestino. An pœnæ clandestini indigeant iudicis sententia *vide*, Iudicis sententia. Quis iudex possit eas imponere. *vide*, Iudex qualis.

Pœnæ iuris ciuilis & canonici an sint in vtroque tribunali seruandæ, l. 3. d. 54.

Pœnis diuersis impositis variis legibus eidem delicto, an vna alteram corrigat, l. 3. d. 48. n. 3. 4. & 8.

Pœnis minus condignè punitus à iudice seculari, vel ecclesiastico, an possit iterum puniri ab alio, vbi crimen est mixti fori. *vide*, Iudex qualis.

Pœna priuatiua an exigat sententiam iudicis, vt incurratur, l. 9. d. 30. n. 1. & 2.

Pœna an incurratur, quando actus est merè gestus, l. 9 d. 31. n. 4

Pœna quando excusetur ratione ignorantiæ. *Vide*, Ignorantia, vbi de qualitate ignorantiæ, etiam quando pœna imponitur scienter facienti.

Pœna an sit reseruatio alicuius peccati, & excusetur ignorantia, l. 9. d. 32. n. 18

Pœna delicto imposita non extenditur ad delicti attentionem, l. 10. d. 4. n. 12

Pœnæ adulterii. *Vide*, Adulterium.

Pœnam an teneatur restituere reus se falsis testibus protegens: & appellans postquam semel damnatus est, l. 10. d. 8. n. 14

Pœna non præstat immunitatem, l. 10 d. 10. n 3

Pœna sacerdotis benedicentis nuptiis tempore vetito, & recipientis eas, quæ sit, l. 7. d. 7. n. 4. & 5. Et quæ pœna benedicens sponsæ alienæ parochiæ, vel secundis nuptiis. *Vide*, Benedictio.

Pœna reseruationis an cesset reuocata constitutione reseruanti, l. 7. d. 49. n 11. & 12

Pœnæ ciuiles lege inductæ contra secundas nuptias, *Vide*, Nuptiæ, vbi, & an eas incurrat vidua foreleans.

Pœna qua coniuges se obligant ad abstinendum à secundo coniugio, vel votum pœnale quod quis emittit, si non impleuerit fidem sponsalium, an valeat, l. 7. d. 88. n. 17

Pœna à testatore imposita, siue in legato, siue in hæreditate perdenda, an obligèt in foro conscientiæ ante iudicis sententiam, l. 7 d. 91. n. 2. 3 & 4

Pœnæ à testatore impositæ secundis nuptiis, an sint correctæ iure canonico, l. 7 d 91. n 1

Pœnæ curialis, solicitatoris, scriptoris narrantis falsum contra relationem partis, quæ sint, l. 8. d. 21. n. 58

Pœna aliqua pecuniaria an possit imponi ab Episcopo aut aliis prælatis, iis cum quibus dispensant in lege propria, superioris, aut voto, l. 8. d. 24 n. 1 & 2

Pœnalis lex. *Vide*, Lex.

Pœnitentiarius.

Pœnitentiarii officium an expiret morte Papæ, l. 8. d. 28. n 92

Pollicitatio.

Pollicitatio & promissio in quo differant, l. 7. d. 97. n. 19

Pollutio.

Pollutio Ecclesiæ. *Vide*, Ecclesia.

Pollutio. *Vide*, Semen.

Pollutio habita à cõiuge, an sit iusta diuortii causa. *Vide*, Diuortiũ.

Pontifex.

Pontifex. *Vide*, Papa.

Possessio, & Possidens.

Possessio mala fide capta, an suffragetur in dubio ipsi dubitanti. *Vide*, Dubitas num res sit sua.

Possidens bona fide, & dubitans. *Vide*, ibid.

Potentia.

Potentia coeundi ante pubertatem, ex quibus signis probetur, l. 7. d. 104 à n. 14 vsque ad 36

Potest.

Potest, negatione præmissa, quid importet, & an differat à non possit. *Vide*, Non potest

Potestas.

Potestas ordinaria, & absoluta principis, quid sit, l. 1. d. 15. n. 3

Potestas delegata. *Vide* Delegata potestas.

Potestas dispensandi. *Vide*, Dispensandi potestas.

Potestas patria. *Vide*, Patria potestas.

Potestas conferendi beneficia concessa Episcopo, an sit fauorabilis & extendenda, l. 8. d. 2. nu. 3. Et an potestas dispensandi ipsi concessa circa beneficia restringatur ad simplicia, ibi n. 8

Potestas conseruatorũ an expiret concedentis morte, l. 8. d. 28. n 43

Potestas legitimandi. *Vide*, Legitimare.

Præceptum.

Præcepta superiorum, & licentiæ, an ipsorum morte expirent, vel depositione officii, l. 8. d. 28. n. 47 & 85

Præceptum nullum est iuris diuini in lege Euangelica, quin sit etiam iuris naturæ, demptis præceptis fidei & sacramentorum, l. 7. d. 51, n. 1

Præcepta duo de eadem re violans, an peccet duplici malitia necessario fatenda, l. 9 d. 15. n. 5. & 6

Prælatus.

Prælatus repudians hæreditatem, vel legatum, absque solennitate. *Vide*, Repudiare hæreditatem. & ibi, an solus prælatus non implens conditionem, vel recipiens pensionem ab emphyteuta qui ceciderat in commissum, præiudicet monasterio, vel Ecclesiæ.

Prælatus religionis, vel Episcopus mittens subditum, vt ab alieno initietur, an censeatur illi committere vices suas ad dispensandum cum eo in impedimentis ord̃num, l. 8. d. 1. n. 25

Prælatus religionis an habeat iurisdictionem quasi Episcopalem in subditos, l. 8. d. 17. n. 9. Et an possit secum dispensare, vel id cõmittere suo confessario. ibi n. 1 2 3 & 9

Prælatus religionis quid possit circa dispensationem. *Vide*, Dispensare.

Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, in quibus dispensare possint. *Vide*, Dispensare.

Præscribi.

Præscribi an possit pœna conuentionalis. *Vide*, Pœna cõuentionalis.

Præscriptio.

Præscriptio salarii famulorum non petentium illud intra triennium, an procedat in foro conscientiæ, l. 7. d. 37. n. 17

Præsentia.

Præsentia parochi & testium vt valeat matrim. non satis est corporea, sed desideratur vt illi vsum rationis habeãt, & intelligãt eõsensus contrahentiũ, l. 3. d. 39. n. 1. Satis est aliquo sensu percipiãt, vt si videant signa, licet non audiant verba, n. 2. Satis est per interpretẽ intelligere consensum, & potest matrim. per interpretẽ celebrari, n. 3. Creditur dicto talis interpretis, n. 4. Quid si parochus & testes habuere animũ attendendi, casuq; vagentur tempore contractus, n 5. Quid si parochus consulto nollet attendere, n. 6. Quid si vi interfuit, n. 7. 8. & 9. An desideretur testes ad id faciliter vocari, n 8. & 10. Quid si parochus dolo ad aliud vocetur, n 10 Quid si casu tunc transeat, n. 11. An peccent mortaliter contrahentes coram parocho vi detento, aut casu transeunti, aut dolo ad aliud vocato. Et quid in testibus. n. 12 Quid si licentia assistendi matrimonio vi extorqueatur, aut iuridictio, an valeat, n. 13. Quid si dolo extorqueatur licentia. n. 14

Præsentia an in dubio præsumatur. *Vide*, Promissio ante acceptationem.

Præsertim.

Præsertim, quid importet. *Vide*, Dictiones implicatiuæ.

Præsumere, & Præsumptio.

Præsumere quid importet. *Vide*, Lex imponens pœnam scienter.

Præsumptio semper in dubio sumitur ita vt actus valeat. Et quando duo actus fiunt eodem die, præsumitur præcedere requisitum ad actus valorem, l. 3. d. 35. n. 19

Præsumptio prioris partis non sumitur in dubio, l. 4. d. 7. n. 2

Præsumptio iuris & de iure quando inducatur. & quid sit, l. 7. d. 37. n 8. & 9. Et an admittat indirectam probationem in contrariũ, ibi n 33. Et an illa sufficiat ad condemnandum exclusa appellatione, ibi n. 21. Et quotuplex sit præsumptio, ibi n. 7. Et an restitutionis in integrum beneficium excludat, ibi n. 22. Et an sit iuris & de iure, qua Tridentinum præsumit ratificari professionem non reclamando in quinquennium *Vide*, Tridentinum.

Præsumptione iuris an standum sit in foro conscientiæ, quando quis dubitat an contrariam intentionem habuerit, l. 7. d. 37. n. 12

Præsumptio iuris & de iure nequit ex actibus futuris sumi, sed ex solis præteritis, l. 7. d 88. n. 17

Præsumptio iuris & de iure, an oriatur ex sententia matrimonii, quæ non transit in rem iudicatam, vel ex posteriori matrim. ab impotenti inito, dissolutionis prioris ex odio, l. 7. d. 99. n. 13

Præsumptio iuris & de iure an sit noui consensus, quando potest matrimonium nouo consensu perfici, nẽc appellatur à sententia illud approbanti intra legitimum tempus, l. 7. d 100. n. 13

Præsumptio in fauorem alicuius inducta, non habet locum, quoties in eius damnum redundat, l. 7. d. 103. n. 1

Præter.

Præter, quid significet. *Vide*, Verba negatiua.

Preces.

Præces importunæ, aut superioris quando metum inferant. *Vide*, Metum an inferant preces.

Princeps.

Princeps an possit cogere ad matrim. *Vide*, Consensus in matrim.

Principis præceptum intelligitur saluo iure alterius, l. 1 d 47. n. 3

Principis potestas ordinaria, & absoluta. *Vide*, Potestas.

Principis sententia an legem constituat. *Vide*, Sententia principis. Quid de eius epistola, vel responso. *Vide*, Epistola.

Principis dissimulatio an inducat dispensationem. *Vide*, Dispensationem an inducat.

Princeps fidelis an possit impedimenta matrimonii statuere, l. 7 d. 3. à n. 1. vsque ad 4. Et ibi, an Ecclesia hoc possit sibi reseruare. Et an possit ea statuere respectu infidelium sibi subditorũ, ibi n. 8

Princeps infidelis an possit statuere impedimenta matrimonii, l. 7. d. 5. n. 5. Et quid inter Indos, ibi nu. 6. Et an talia impedimenta comprehendant fideles ibi commorantes: vel ligentur impedimentis quæ sunt apud fideles, nu. 7. & 10

Principis beneficium seu priuilegium quando sit latè interpretandum, l. 8. d. 1. n. 4

Princeps superiores & inferiores an censeantur dispensare, quoties admittunt ad actum iure prohibitum, vel illum fieri patiuntur, l. 8, tota d. 4

Princeps secularis an possit legitimare prolem ex matrimonio irrito habitam, etiam quoad Ecclesiastica, dispensando in matrimonii radice, l. 8. d. 7. n. 11

Princeps in dubio an censeatur iuri tertii derogare, l. 8. d. 7. n. 6. in fine.

Princeps dum dispensat, qualiter in eo præsumatur causa, & similiter dum inferiores dispensant, l. 8, d. 17. n. 14. & 15

Principes magni qui appellentur in Tridentino, vt cum eis dispensetur in secundo gradu, l. 8 d 19. n. 3

INDEX RERVM.

Principale intentum.

Principale intentum semper inspicitur, l.6.d.2.n.12

Priori.

Priori sublato tollitur posterius, l.1.d.4.n.6

Priuilegium.

Priuilegium habens ad dispensandum in casibus Episcopi etiam matrimonialibus, an possit dispensare in illius quibus ratione solius necessitatis potest Episcopus, l.2.d.40.n.8

Priuilegium an prosit ignoranti. Et semel illi concessum possit renocari. *Vide*, Gratia.

Priuilegium an semper contineat aliquid iure communi non concessum, l.2.d.27.n.15

Priuilegij verba an semper debeant aliquid operari. *Vide*, Gratiæ verba.

Priuilegio pro se introducto quãdo quis teneatur vti, l.9.d.6.n.14

Priuilegium cuius ratio inest vni soli, & inde ad alios deriuatur, eo mortuo cessat, l.7.d.47.n.4

Priuilegia clericalia an amittantur absque sententia à sodomita, vel ordinario cum dimissoris capituli sede vacanti, quando eas concedere nequit, l.7.d.46.n.10

Priuilegia clericalia qualiter amittantur per contractum matrimonij. *Vide*, Clericus.

Priuilegium an exigat causam, & in quo à dispensatione differat, l.8.d.1.n.1

Priuilegium principis quando sit latè interpretandum, l.8.d.1.n.4

Priuilegia bullæ & iubilei an sint latè intelligenda, l.8.d.1.n.7

Priuilegium in dubio an censeatur iuri tertij derogare, l.8.d.7.n.6. fine.

Priuilegia religiosorum circa quæ vota & iuramenta concedant facultatem dispensandi, & cum quibus. *Vide*, Dispensare. Vbi etiam, an ad id exigatur confessio? & quid concedant circa petitionem debiti cum ligatis voto, affinitate, vel cognatione spirituali.

Priuilegium regularium aperiendi breuia sacræ pœnitentiariæ explicatur, l.8.d.14.n.11 & 10

Priuilegium an possit reuocari: & in indigeat speciali mentione, quando per modum contractus concessum est, & vt fiat pecuniaria recompensatio, l.8.d.31.per totam.

Priuilegium Indorum, vt possint in tertio & in quarto gradu matrimonio coniungi, explicatur, l.8.d.14.n.35

Priuilegia an sint interpretanda iuxta verba supplicæ, l.8.d.21.n.37

Probare. & Probatio.

Probare artat, non excedere bonorum decimam an incumbat vxori, & eius hæredibus, an vito. l.6.d.35.à n.1. vsque ad 5

Probatio ad dissoluendã sponsalia, & impediendum matrimonij, qualis requiratur. *Vide*, Sponsalia vt dissoluantur.

Probatio ad dissoluendum matrimonium, an exigat testes omni exceptione maiores, l.2.d.45.n.30.& 31. An sat sit fama, num. 32. Quando sufficiat confessio vtriusque, vel alterius coniugis fatẽtis impedimentum, n.33.34. & 35. Ad diuortium an satis sit confessio coniugum, n.36. An matrim. initum esse probetur etiam ad vitandam concubinatus pœnam confessione coniugum, n.37

Probatio mortis alterius coniugis vt superstes possit aliud inire matrimonium. an fiat longissima absentia, l.2.d.46.n.1. An auth. Hodie, C. de repudiis, sit correcta iure canonico, & possit iudex punire feminam secundò nubentem non seruata solemnitate illius, n.1. An eidem probatio quæ ad mortem, exigatur ad probandam professionem alterius coniugis ante matrimonij consummatum, n.4 An desideretur certus nuncius de morte. vel satis sit in vtroque foro alia moralis certitudo, n.5.& 6. Iudicis arbitrio relinquitur hæc probatio, n.7. An possint testes non citato parte probare hanc mortem, n.8. An sufficiat vnus testis, nu. 10.11 & 12. An fama sit satis, n.13.14.& 15. Quas conditiones sit habitura fama vt probet, n.16

Probatio eorum quæ in cotde latent, *Vide*, Scientia.

Probatio metus *Vide*, Metus qualiter probetur.

Probatio adulterij ex quibus concludatur, l.10.d.11.à n.39

Probatio causarum an exigatur, quando eæ tantum generaliter referuntur, vel dicendo, Vt asserunt, vel per verbum impersonale, Vt asseritur, l.8.d.15.n.24.& 25

Probatio potentiæ coeundi ante pubertatem *Vide*, Potentia.

Probatio qualis debeat esse copulæ fornicariæ, aut consummationis posterioris matrim. quando tatione maleficij, aut cuiusuis impotentiæ separatum, est restaurandum matrimonium. *Vide*, Impotentia.

Probatio iniustitiæ sententiæ in causa coniugali, transacto termino ad appellandum, an fieri possit tam ex meritis causæ, quam ex processus ordine. l.7.d.100.n.2

Probationes impotentiæ ad diuimendum matrimonium. *Vide*, Impotentia.

Procurator.

Procurator ad donandum an possit donare mortuo constituente. *Vide*, Mandatum morte.

Procurator tam ad matrimonium, quam ad alia negotia quam ætatem debeat habere. l.3.d.41.nu.8. Cætera de hoc procuratore. *Vide*, Matrimonium per procuratorem.

Procuratoris constitutio facta à captiuo, vel metu, an valeat. *Vide*, Metus ab intrinseco.

Prodigus.

Prodigus cui est interdicta administratio, an obligetur naturaliter, l.6.d.38.d.37

Professio, & Professus.

Professio tacita, & ratificatio prioris irrita. *Vide*, Sponsalia quam ætatem.

Professio qualiter dirimat matrim. *Vide*, Matrimonium professione.

Professio an possit fieri ante annum nouitiatus, & ante sexdecim annos, quando alter sponsus post matrim. ratum, religionem ingreditur, *Vide*, Sponsalia ante matrimonij consummationem. Quid quando transit professus de vna religione in aliam, l.2.d.24.n.6. & 10. Quid ex consensu nouitij, & religionis ibi. An ille annus nouitiatus debeat esse completus de momento: & similiter sexdecim ætatis anni requisiti ad profitendum. Et an requiratur annus, & dies Et quid in anno bissextili, n.22

Professio ficta, aut metu extorta an possit solo actu interno ratificari, l.2.d.24.n.14. Quid, si fuerit professio etiam ex parte monasterij, l.2.d.25.n.4. An desideretur esse monasterium professionem priorem fuisse nullam, n.4

Professio alterius coniugis qualiter probetur ad dissoluendum matrimonium ratum. *Vide*, Probatio mortis.

Professio religionis an sit nulla ob metum reuerentialem. l.4.d.6. n.17.18.35 & 39

Professio metu facta an firmetur iuramento. *Vide*, Iuramentum præstitum metu.

Professus fictè an teneatur verè profiteri, vel possit fugere, l.2.d.39.n.11 l.4.d.25.n.5

Professio quoad essentiam voti solemnis quid contineat, & quoad diriment. matrimonium, & quoad essentiam religionis in quo consistat. *Vide*, Votum.

Professio ex dolo vel ex falsa causa facta, vel errore circa causam finalem, an sit irrita, l.10.d.9.n.11.& 18. vsque ad 23

Professio facta à coniuge existimanti diuortium esse iuste celebratum an valeat, l.10.d.9.n.13

Professionis circumstantia siue solius, siue cum sacro ordine, aut alio voto concurrenti, an sit explicanda in confessione fornicationis. *Vide*, Circumstantia.

Professio an possit esse imprudens, vt tunc non valeat, sed incipiat valere tempore futuro vel sub conditione emitti, aut possit Ecclesia supplere consensum. l.7.d.36.n.16

Professio quoad reclamationem contra eam. *Vide*, Tridentinum.

Professio tacita difficilius præsumitur valida quam expressa, l.7.d.37.n.14. Et an ablata sit per Tridentinum, ibi n.2.

Professio tacita an præsumatur intra quinquennium exercendo actus professorum, quando professio expressa fuit irrita, l.7.d.37.n.10.

Professio an possit reddi irrita statuto religionis, l.7.d.37.n.30.

Professio irrita an ve ratificetur, sit repetendus nouitiatus. *Vide*, Nouitiatus.

Professio tacentis morbum an sit valida, si eo detecto non admitteretur, & qualiter ille peccet, l.7.d.37.n.53.

Professio irrita ratificanda an exigat consensum nouum professi scientis priorem professionem fuisse irritam, l.7.d.37.nu.59. Et an exigatur noua superioris acceptatio, ibi à n.60. Et an sint ceremoniæ solitæ adhiberi repetendæ, ibi n.66.

Professio facta in religionibus militaribus non transacto nouitiatus anno, an valeat, l.7.d.44.n.8.

Professio religionis vt liceat coniugi, quid exigatur, quando iam consummatum est matrimonium, l.7.d.25.n.1.& 2. Et an sit necessaria licentia Episcopi, ibi nu.3. Et an satis sit si alter coniux iuuenis in religione inclusus maneat, etsi non profiteatur, ibi n.4. Et an satis sit vt profiteatur allumpto habitu D. Ioannis equitum, ibi nu.4. Et an sat sit votum temporale castitatis coniugis senis manentis in seculo, ibi n.5. Et an id votum cõtinentiæ manentis in seculo efficiatur solenne professore altero coniuge, ita vt eo mortuo nequeat manens in seculo validè inire matrimonium, ibi n.6.7.& 8. Et an si coniux senex sit suspectus de incõtinentia, sufficiat vt in seculo manens continentiam promittat, ibi n.9. Et quid, si manẽs in seculo sit iuuenis, sed non suspectus de incontinentia, ibi n.10. Quid, si vxor senex manens in seculo, nõ de incontinentia, sed de aliis prauis moribus suspecta sit, ibi n.11. Vbi etiam tractatur, an vir iam professus sit tunc reuocandus. Et an si coniux senex manens in seculo cum castitatis voto turpiter viuat, sit cogendus religionem ingredi, ibi n.12. Et an quando coniux ingressus religionem de legitima coniugis licentia manentis in seculo cum castitatis voto, exit ante professionem, sit reddendus manẽti in seculo, & hic liber maneat à voto, ibi n.13. Et an si coniux manens in seculo vult ratã habere professionem alterius absque sua voluntate factam, teneatur si iuuenis sit, ingredi religionem, & quid, si tunc incontinenter viuat, ibi, n.14. Et qua ætate dicatur coniux senex, ibi nu.15. & 16.

Professio religionis absque licentia alterius coniugis facta an sit valida, & saltem id votum solemne religionis habeat vim voti simplicis religionis aut simplicis castitatis, lib.7. tota d.34. Et

an liceat huic coniugi reuocato petere debitum, & reuocanti liceat denegare debitum reuocato, ibi nu. 4. Et an eo mattimonio dissoluto liceat huic reuocato ad aliud transire, & si transeat, sit validum, ibi n. 5.

Professio facta à coniuge quando alter iuuenis manens in seculo vouit continentiam, an valeat: & quid, quando non vouit, l. 7 d. 35 nu 2. 3. & 4 Et an professus hic, qui defectu alicuius iure requisiti reuocatur, teneatur, altero coniuge mortuo redire ad religionem: nec validè possit matrimonium inire, ibi nu. 5. Et an hic reuocatus possit petere debitum, aut teneatur reddere. Et an alter teneatur ei reddere, ibi n. 6 & 7.

Professio an liceat coniugi innocenti, altero adulteranti: vel adulteranti, quando celebratum est diuortium, vel innocens reconciliari renuit. *Vide*, Ordo.

Professus an reuocari possit, & coniugi manenti in seculo restitui, quando manens est iuuenis, & vouit castitatem, l. 7. d. 35 n. 8 & 9. Et quid, si hoc votũ sit temporale, ibi n. 30. Et an sit locus reuocationi, quando nõ vouit manens in seculo, ibi à n. 11. ad 14.

Professus coniux an possit propria authoritate exire, quando potest reuocari, l. 7 n. 35. n. 15.

Professus coniux de alterius licentia, quando defectu alicuius requisiti potest reuocari, an hæc reuocatio fiat iure actionis, an potius ex iudicis officio, l. 7 d. 36. nu. 17 & 18 Et an si res est integra, possit coniux ipse qui licentiam dedit, reuocare, ibi n. 19. Et an sit locus reuocationi, eo quod Episcopus professionem non dederit: & quid, si illam dedit, ibi num. 19. & 20. Et an possit Episcopus excommunicatione lata cogere religiosos exemptos ad hanc reuocationem, ibi n. 21. & 22.

Professus quando est alter coniux de licentia alterius manentis in seculo, an hic cogendus sit religionem ingredi, si nullum votum castitatis emisit, aut si illud emisit, & est senex, nec de incontinentia suspectus, l. 7. d. 35. nu. 24. Et quid, si sit iuuenis, aut si senex est de incontinentia suspectus, ibi n. 25. & triplici sequenti.

Professus coniux sine licentia coniugis an possit ab illo reuocari, quamuis vterque communi consensu vouerit continentiam in seculo, l. 7. d. 34. nu. 6. Et an liceat illi talem professum de religione rapere, ibi n. 7.

Professus absque coniugis licentia, & ab eo reuocatus, an teneatur eo mortuo ad religionem redire, l. 7. d. 34. n. 11. & 12. Et quid, si coniugem pœniteat reuocationis, ibi n. 13. Et an possit exire cõiuge postea consentiente professioni, ibi n. 16. Et si is permanere velit, quid teneatur facere manens in seculo consentiens, ibi nu. 17 Et quid, si coniux nunquam in vita consensit, an eo mortuo possit hic professus exire, ibi nu. 18 Et an vt ea professio mortuo altero ratificetur, desideretur scire hunc coniugem priorem professionem fuisse nullam, & acceptari denuo à superiori, ac repeti nouitiatum, eo n. 18. Et quid quando ignarus mortis perseuerauit, ac statim ac conscius fuit, vult resilire, ibi nu. 19. Et quid, quando conscius mortis perstitit, ibi num. 20. Et quid, quando coniux spoliatus conscius eius professionis non reuocauit, sed tacuit, nec consentiens, nec dissentiens, ibi n. 21. Et quid, si dum vixit, consensit, ibi n. 22.

Professus quando est coniux sine alterius licentia, an possit alter eo inuito profiteri, l. 7. d. 34. nu. 23. Et quid si vterque coniux absque alterius licentia profiteatur, siue conscius siue ignarus professionis alterius, an valeat professio, ac neuter alterum reuocare possit, ibi n. 24.

Professus coniux ex alterius licentia metu extorta, an possit ab altero reuocari, l. 7 d. 35. nu. 1. Et an hic reuocatus possit petere & reddere, ibi n. 2. Et an hæc professio valuerit saltem vt simplex religionis votum, ibi n. 3. Et an hic reuocatus teneatur redire ad religionem, post coniugis mortem, ibi n. 4. Et an peccet exiens propria authoritate, ibi n. 5. Et an valide iuxat matrim. ibi n. 6. Et an si non fuit reuocatus, dum viueret coniux, possit eo mortuo exire, ibi n 7. Et an dicenda sint Ionnia de coniuge sic professo, ac si absque licentia professus esset, ibi n. 8.

Professus ex alterius coniugis licentia dolo extorta, an possit reuocari, l. 7. d 35. nu. 9. Et an ea professio valeat, ibi n. 10 Et an si non reuocetur, possit altero mortuo, ibi n 11. Et an idem omnino sit in hoc casu, ac quando nulla fuit data licentia, ibi n 12.

Professus sciente coniuge, ac dissimulante, an valeat reuocari: nec professio sit valida: possitque ipse altero mortuo exire: ac idem dicendum sit, ac quando absque licentia, l. 7. d. 35. à n. 11. ad 16.

Professus absque coniugis licentia, an possit postea altero fornicante reperti, vel exire inuito monasterio l. 7. d. 36 à nu 1 vsque ad 3 Et quid, si ordinatus est absque licentia, an sit restituendus vxori fornicanti. ibi n. 4.

Professus coniux absque coniugis licentia, an transacto quinquennio possit reclamare: & quid requiratur ad eam professionem ratificandam, l. 7. d 37. à n. 69

Professus vt possit reclamare contra professionem, quot conditiones exigantur tam in professione tacita quam expressa, l. 7. d 17 nu 1 Et à quo die numeretur quinquennium intra quod reclamare licet, in vtraque professione: ibi n. 2. Et an possit ad reclamare licet, in vtraque professione: ibi n. 2. Et an possit ad dicti si intra quinquennium dimisit habitum ex iusta causa, ibi n. 85. Et quid, si iniuste dimisit, & iterum assumpsit, ibi nu. 4. Et an dubitans an intra quinquennium voluerit ratificare professionem, teneatur in foro conscientiæ stare illa professione, ibi n. 12. Et an possit hic qui intra quinquennium non reclamauit, nec ratificauit professionẽ, fugere, ibi nu. 11. Et an possit superior ipsum occultè eiicere, ibi n. 13. Et an possit ei credere, ibi n. 14. Et an hic, vel qui fictè professus est, destitutus remedio ad reclamãdum transacto tam quinquennio, teneatur ratificare professionem, ibi à n. 36. Et an teneatur regulam & vota seruare, eo n. 16. Et an dũ nõ ratificat, possit alimenta monasterii recipere, suffragium præstare, prælaturam admittere, & ad ordines promoueri, ac priuilegiis religionis vti, ibi n. 41. & 43. Et an denuo ratificans professionem, possit retinere locum, & cetera priuilegia antiquitatis prioris professionis, ibi n. 67 & 68. *Vide*, Tridentinũ.

Professus ejectus an teneatur ad votum religionis, & ad alia ante professionem facta, l. 8. d. 9. n. 21.

Professus. *Vide*, Religio & Religiosus.

Prohibitum.

Prohibitum an censeatur antecedens quoad pœnam, prohibito consequenti, l. 10. d. 4. n. 12.

Prohibito aliquo prohiberetur omne id per quod venitur ad illud, l. 1. d. 13 n. 1 & 2.

Promissio, & Promissum.

Promissio mere interna an sit sit ad sponsalia, l. 1. d. 3. nu. 1. An saltem obliget stando in iure positiuo, aut naturæ, n. 1. 4. 5.

Promissio ducendi aliquam facta Deo. *Vide*, Votum ducendi.

Promissio ad sponsalia an exigatur mutua, l. 1. d. 5. nu. 1. An satis sit alterum tacite repromittere, & quando sint signa tacitæ repromissionis, n 2 An acceptatio alterius sit censenda repromissio, n. 4. & 5. Quando alter solus promittit, an maneat obligatus, n. 7. & sequentibus. Quid differ inter manere obligatum ex vi promissionis, aut sponsalium, nu. 8. Quid si alter diu differat repromittere, nu. 11 Quid si gratuitæ promissioni accedat repromissio gratuita, an sint sponsalia, n 13. Quid si post interuallum alter repromittat, ibi n. 14. An credendum sit dicenti se mutasse voluntatem, n. 14. Quando dicatur promissio gratuita, & quando respectiua, nu. 15. An illa promissio sub mutua matrimonii obliget ad mortale, n 18. & 26.

Promissio simplex an obliget ad mortale, & frangens teneatur restituere l. 1. d. 5 n 18. & seq. Quid deficienti animo se obligandi, & quando deficere dicatur, n. 21. Quid si non exprimatur causa, n. 22. Quid rebus mutatis, n. 23. Quæ sit materia grauis vt talis fractio sit lethalis, n. 24. An omittere votum sacrum promissum sit mortale, nu. 25. Quid sit promissio simplex, nu. 27. An sit pactum, n 20.

Promissio ante acceptationem, & donatio facta absenti an possint reuocari. Et idem de quocunque contractu, & an do in iure cõmuni, l. 1. d. 6. n 2. Quid iure regio Castellæ, n, 18 & 19. An opus sit intimari donationem per nuncium ad id destinatum, nu 3. Quid iure Castellæ, nu. 20. An satis sit acceptatio relata in promittentis arbitrium, ibi nu. 4. An post donantis mortem possit acceptari: Vel possint hæredes donatoris reuocare, n 5 An hæredes donatarii possint ipso mortuo acceptare, n. 6. Quid de mãdato donandi. *Vide*, Mandatum donandi An iure naturæ sit reuocabilis donatio ante acceptationem, n 10. Quid si fiat præsenti, & tacenti, n. 11 An in dubio præsentia præsumatur, n. 11. Qualis præsentia esse debeat, n. 12. Quid fauore causæ piæ, n. 16 An in dubio censeatur votum. illa promissio facta causæ piæ. n 17. Quid si fiat infanti, n. 15 An ex promissione non acceptata oriatur obligatio naturalis, vel iure canonico, vel si firmetur iuramento, vel iure regio Castellæ, vel si notarius, aut alius nomine absentis stipuletur. *Vide*, Stipulatio alteri per alterum facta.

Promissio matrimonii in absentia, nullo absentis nomine acceptãte, an valeat, l. 1. d. 6. 23. Quid, quando matrim est causa pia, n. 25. Quid si fiat præsenti & tacenti. n. 26. Quid si fiat infanti, nu. 27. An desideretur intimari per nuncium ad id destinatum, nn. 28 An sufficiat fieri acceptationem coram nuncio à promittẽte misso, n 29 An coram eodem nuncio fieri debeat, n. 31. Quid accedenti iuramento, n. 32. Quid quando coram persona communi acta, & petenti promissionem, & ille intimat, n. 30. Quid si alius accepet, &. Promissio alio acceptanti nomine absentis, quãdo non est circa matrim. *Vide*, Stipulatio alteri per alterum facta. Quando est de matrim si promissio sit non grauis. an possit reuocari ante absentis acceptationem, licet sit causa pia. l. 1. d. 7. n. 31. Quid si acceptans, aliquid repromittat nomine proprio, & an possit hic fidem datam remittere, n 32. Quid si promissio fiat nuncio misso ad perendam matrimonii sponsionem, n. 33. Quid si nuncius deferat nuncium promissionis alterius, an satis sit coram illo repromittere, nu. 34 Quid si coram alio fiat repromissio, nu. 35. Quid si sit gratuita promissio, & aliquis accepet pro absenti, n 36. An sat sit præsentia huius qui pro absenti acceptate debet, ibid. An possit hic remittere, n. 37. Quid si matrimonium sit causa pia, n. 38. Quid si adsit iuramentum, n. 39.

Promissio deliberata an esse debeat ad sponsalia, votum, & quamcumque promissionem, & quanta deliberatio exigatur, l. 1. d. 8. n. 4. 5. Quid præmeditari debeat promittẽs, & an exigatur mora temporis, nu. 7. An sit certum signum defectus deliberationis, si statim

ſtatim promittentē pœniteat,n.8. Quid in dubio an fuerit deliberatio.n.10 An ſat ſit deliberatio virtualis,n.21 An exigāt ſponſalia,& votum animum promittendi, & ſe obligandi, eo l.1 d.9 à n.1. ad 5. An ſit ſponſalia fictè contrahere, culpa mortalis, ea d.9 n.3 An iuramentum ſine animo ſe obligandi,obliget, ea d.9.n.8.& 9. Quid in dubio. *vide*, Dubitās de promiſſione. An ſaltem ficta promiſſio obliget ratione iniuriæ, quādo eſt gratuita, l.1.d.10 n.1. Quid quando ea ſpe eſt defloratā virgo, ea d.10.n.2.3.4 Quid ſi vir ſit nobiliot,n.6. Quid ſi nobiliot verē promittat. Quid ſi fœmina ex modo ſpondendi potuit intelligere fraudem.n.7. Quid ſi adſit iuramentum,n.8. Quid ſi ſequatur ſcandalum,n.9. Quid ſi timeatur malus exitus,n.10. Quid ſi vir decipiatur in virginitate,vel alia qualitate,n 11. Quid ſi dolo cognito accedat ad eam.nu.12. Quid ſi defloratā,formicetur cum alio, vel aliquid ſuperueniat ob quod poſſent ſponſalia diſſolui.& an tunc teneatur deflorator reſtituere,n.13. Quid ſi ſoli tactus & oſcula fuerint,n.14. Quid ſi fœmina nolit ei nubere, aut parentes reſiſtant: vel ipſe aliam duxerit, aut ordinem ſacrum aſſumpſerit,n.15. An ſi aliud matrim. inierit,teneatur viduus factus illam ducere,nu.16. An quando defloratos eſt ditior, aut alia fraudis ſigna apparuerūt,teneatur reſtituere, ead d.10.n.18.& 19. Quid fœmina ignoranti exceſſum, aut quando merito credere debuit fictè promittēti,n.20 & 21. Quid de promittente ficte corrupex matrimonium, ſi tradat corpus,nu.22 23.& 24. Quid quando contrahentes ſunt æquales, & nullum aliud damnum ſequitur, an fictè promittens teneatur verē contrahere,n.25.& 26.

Promiſſio inter impares de ineundo matrimonio, an ſit nulla, vel poſſit diſſolui, quando eſt vero animo inita,l.1.d.24. nu.1.& 3. Quid quando magnum ſcandalum,vel malus exitus, vel odium inter ipſos timetur,n.3. Quid ſi pater reſiſtat,num.4. Quid ſi ſint pares,& timeatur ſcandalum,n.2.

Promiſſio prodiga. *vide*, Promittens prodigè.

Promiſſio facti alieni an attento iure communi valeat, l.1.d.24.n.2.In quibus caſibus valeat.n 3. Quid quando adiicitur pœna,n.4. Quid ſi ſit factum eius quem promittens cogere poteſt.nu.5. Quid circa matrimonium,n.6. Quid ſi accedat iuramentum.n.7. Quid attento iure canonico,n 8. Quid in foro conſcientiæ.& an oriatur obligatio naturalis,n 9. Quid attento iure regni Caſtellæ,n.10. Ad quid teneatur promittens alienum factum, vel matrimonium,n.11. An impleat tepide & ſimulate petens,nu 12. An ſi fuerit negligens,teneatur reſtituere,n 13. Quando euadat pœnam. *vide*, Promittens factum alienum.

Promiſſio facta tempore inhabili, non obligat tempore habili, l.1. d.50 n.6.

Promiſſio an deobliget rebus mutatis exiſtente in mora promittente,quando ante moram non erant mutatæ, l.1.d.64 n.5.

Promiſſio dotis fœminæ honeſtæ ſeruienti. *vide*, Dos promiſſa.

Promiſſio matrimonij ſub conditione. Si Pontifex diſpenſet. *vide*, Conditio ſi Pontifex.

Promittens quando non tenetur implere, qualiter poſſit iurare. *vide*, Iuramentum æquiuoce.

Promittens prodige meretrici, an teneatur, licet iurarit,l 1.d.24.n.1.& 5.

Promittens factum alienum, vel matrimonium, ſub certa pœna, ad quid teneatur. *Vide*, Promiſſio facti alieni An faciens quod in ſe eſt, eximatur à pœna. attēto iure communi, l.1.d.25.n 1.2. & 3. Quid ſi addatur alterum cum effectu facturum,nu.4. Quid teneatur reſtituere ſi certo promiſerit, dubitans tamen de alterius voluntate,n.5. Quid ſi conſtet illum in omni euentu ſe obligaſſe,& quando id conſtabit,n.6. Quid ſi promiſerit certum fideiuſſorem, & ille nolit,n.7 Quid attento iure regio Caſtellæ nu.8. An perdat pœnam conſiſtentem in non acquirendo lucro, vt legatum,l 1.d.33.n.23.

Promittens matrimonium vni ex pluribus. *vide*, Sponſalia cum vna ex pluribus.

Promittens vere, vel ficte,fœminæ violatæ, vel viduæ.quando poſſit ingredi religionem,ſiue ante,ſiue poſt,ſiue numquam votum emiſerit:& quando teneatur ducere. *vide*, Sponſalia contrahens.

Promiſſio facta homini ab vxore de licentia viri, an poſſit à viro irritari,l.9.d.40.n.15.

Promiſſio ab ipſo domino facta ſeruo, vel è contrā, quam obligandi vim habeat,l.7.d.24.n.21.& 22.

Promiſſio futuri matrimonij poſt coniugis obitum an ſit licita & valida,l.7.d.79 n.40.

Promiſſio & pollicitatio in quo diſtent,l.7.d.79.n.19.

Proprietas.

Proprietas verborum ſeruanda eſt, quoties verba in propria ſignificatione poſſunt verificari.l.10.d.5.n.4.

Proſunt.

Proſunt,quid importet,l 3 d.13 n 8.

Proteſtatio.

Proteſtatio qua alter coniux proteſtatus eſt fictum conſenſum,an probet diſſenſum,l.2.d.45 n.17.18.& 19. Quid in contractibus aliis pendentibus ex duorum voluntate.n 19. An ſatis ſit ſi altero præſenti.& tacenti fiat proteſtatio.n. 20. Quid ſi poſt proteſtationem ſequatur copula,n.21. Quid ſi iuſta cauſa adſit non intimandi proteſtationem, vt metus, vel ſcandalum, licet à tertio quodam incutiatur metus,n.22. Quid ſecuta copula poſt hanc clanculariam proteſtationem ex iuſta cauſa factam,num.23.Ad quid hæc conferant pro foro vel interno vel externo. An excuſet hæc proteſtatio ficte conſentientem, ne vere conſentire teneatur,quando alias teneretur,n.24.

Proximus.

Proxime accingēdus quāſo pro accincto habeatur,l.9.d.22.n 2.

Pubertati proximus.

Pubertati proximus quando aliquis dicatur, poſſitque iurare contractum. *vide*, Minor quando aliquis dicatur.

Pubertati proximus quis dicatur,l.7.d.104.à n.37. vſque in finem.

pupillus.

Pupillus qualiter obligetur ex contractu. etiam iurato; & an poſſit irritari a parte, vel tutore eius iuramentum. *vide*, Minor quando aliquis dicatur. Pupillaris ſubſtitutio. *Vide*, Subſtitutio.

Qualitas.

QValitas adiuncta verbo, intelligitur iuxta verbi tempus, l.6. d.29.n.6.

Quam.

Quam,quid ſignificet. *vide*, Verba negatiua.

Quando.

Quando lex vnum diſponit, & alterum præſupponit, vt habeat locum diſpoſitum,debet verificari præſuppoſitum, l.6.d.22.n.38.

Quarta.

Quarta debita coniugi pauperi ex bonis alterius coniugis, an reſeruetur filiis prioris matrimonij.& de quinto extrahatur & debeatur,ſi coniux habeat patrem diuitem,l.7.d.89.n.83.

Qui, Qua, Quod.

Qui vult antecedens, vult conſequens,l 1 d.9.n 4.

Qui de vno dicit,de alio negare videtur, l.3. d.17.n.6.

Qui ſentit commodum,debet ſentire onus, l.3.d.18 n 14.

Qui habet actionē ad rem,rem ipſam habere videtur.l.4.d.8.n.15.

Quæ latent in corde,& animo conſiſtunt,qualiter probentur. *Vide*, Scientia.

Quæ caſu abſunt,non dicuntur abeſſe,l.3 d.18.n.14.

Quæ ſpeciali nota digna ſunt, niſi ſpecialiter notentur, videntur neglecta,l.3 d.35.n 11.

Quod fauore alicuius introductum eſt, non debet in eius damnum retorqueri,l.1 d.55.n.6.l.10.d.10.n 3.

Quod in continenti fit, dicitur inceſſe,l.2.d.31.n 11.& 13.

Quod nullum eſt,non poteſt ratificari,l 2.d.38 n.3.

Quod nullum eſt,nullum producit effectum,l 3.d.1 n.5.

Quod non mutatur,quare ſtare prohibetur,l.3.d.1.n.7.

Quod modico tēpore durat,quaſi non eſſe reputatur,l.3.d.18.n 6.

Quod de vno cōiurxorum dicitur,ad aliud extēditur.l.3.d.28.n 8.

Quod non eſt veriſimile,non eſt credibile,l.3 d.26.n 2.

Quod à principio eſt voluntatis, poſtea fit neceſſitatis, l.4 d.15.n 6.

Quod in gratiam alicuius conceſſum eſt, non eſt in eius diſpendium retorquendum.l.4 d.18.n.15 iuncto n.18.

Quod iuris eſt de toto quoad totum, eſt de parte quoad partem, l.6.d.22.n.19.

Quod principaliter intenditur,ſemper inſpicitur,l 6.d.25 n.38.

Quod vna via prohibetur,non debet alia concedi.l.10.d 8.n.19.

Quicunque, & Quilibet.

Quicunque & quilibet,quid importent: & an comprehendant etiam perſonas inhabiles,l.7 d.17 n.31.& 32.

Quinquennium.

Quinquennium præſcriptum in Tridentino ad reclamandum contra profeſſionem. *Vide*, Tridentinum.

Quoties.

Quoties alicui competit actio & acceptio. *vide*, Actio.

Quoties obſtat exceptio rei iudicatæ, obſtat etiam exceptio litis pendentis.l.10.d.8.n.20.

Raptus, & Rapta.

RApta mulier rapeori nubens an amittat lucrum ſibi lege delatum,l 7.d.12.à n.27.vſque ad 29.

Raptus quando attento decreto Tridentini dirimat matrimoniū, ſubiaceatque eius decreti pœnis,l.7.tota d 15 Et quid,ſi fœmina rapiat virum,ibi n.16 Et an is raptus irriret ſimilites ſponſalia inter raptorem & raptam,ibi n.17.& 18.

Raptus attento iure communi quando impediat matrimonium.l. 7 d.12 à n 41.vſque ad 49.

Raptus malitia in quo conſiſtat in foro conſcientiæ, & quando ſit ſpecies diſtincta luxuriæ neceſſario fatenda, l.7.d.12.à n.30. vſque ad 38.

Raptus propriæ ſponſæ an ſit peccatum mortale, l.7 d.12.n.39.

Raptus quo fœmina rapit virum vel fœminam,an ſubdatur pœnis raptus,l.7 d.12.à n.24 vſque ad 26.

Raptus vt ſubiiciatur pœnis iuris ciuilis quæ deſiderentur, l.7.d. 12.à n.2. vſque ad 23. Et quibus pœnis ſubdatur,attento iure canonico antiquo & ciuili,ibi n.1.

Ratificari, & Ratificatio.

Ratificari non poteſt quod eſt nullum,l.2.d.36.n.3.

Ratificatio ſponſalium,profeſſionis, & voti,tacita. *Vide*, Sponſalia quam ætatem.

Ratihabitio.

Ratihabitio. *vide*, Licentia sacerdoti concessa. Et quando est de præsenti, deestque animus & consensus in prælato debente habere ratum, an aliquid profit. l. 3. d. 22. n. 64.

Ratio.

Rationis vsus an adueniat septennio, l. 1. d. 16 n. 2. An detur in vna materia, & non in alia. *vide*, Amentes. Qualis desideretur ad sponsalia. *vide*, Sponsalia quam ætatem.

Recedendum.

Recedendum est à propria significatione; vt vitetur correctio legum, l. 2. d. 17. n. 6.

Recusatio.

Recusatio matronarum & artis peritorum, arbitri & arbitratoris, an possit fieri, l. 7. d. 113. à n. 6. vsque ad 9.

Religio, & Religiosus.

Religionis ad ingressum an liceat donis inuitare. *vide*, Simonia an sit donis

Religionem ingrediens an possit obtinere legatum virgini maritandæ. *vide*, Legatum virgini maritandæ.

Religionem ingrediens, & postea exiens an obtineat legatum sibi relictum, si fiat religiosus. *vide*, Conditio retrahens à nuptijs.

Religionis ingressus conditio impediens, vel ad illam obligans. *vide*, Conditio retrahens à nuptijs.

Religionis voto quando satisfaciat nouitius exiens? *vide*, Votum religionis.

Religionis ingressus qualiter dissoluat sponsalia. *vide*, Sponsalia religionis ingressu.

Religionem qualiter liceat ingredi post matrimonium ratum. *vide* Matrimonium: professione religionis. &, Matrimonium quando dicatur consummatum. Et, Copula vi extorta.

Religionis fauor, magnus est, l. 2. d. 24. n. 22.

Religionem ingredi an teneatur coniux sciens matrim. ratum esse nullum, nec potens probare, cogiturque ab Ecclesia ad consummandum, l. 2. d. 39. n. 14.

Religionē ingredienti an teneatur pater dotē dare, & pro ea possint alienati bona restitutioni subiecta. *vide*, Dos an sit sub præcepto.

Religiosi an sint equites ordinum militarium. *vide*, Matrim. professione religionis.

Religiosi fungentes officio parochi an debeant habere librum. *vide* Parochus impedimentum.

Religiosi an possint confere Eucharistiam in paschate aduenis, peregrinis, mercenarijs, & an incurrant excommunicationē. si absque licentia dent Eucharistiam alij religioso, l. 3. d. 25. n. 17. 18.

Religiosi in nouo orbe Indiarum possunt, si curam animarum gerunt, in locis à suis superioribus designatis, subditos matrimonio coniungere, l. 3. d. 26 n. 1. Quid si subditi non sint indigenæ, sed ibi habitant, nu. 2. Quid de vagis, n. 3 Quid de transeuntibus illuc si Parocho careant. Et an possit eos matrimonio coniungere, quicumque sacerdos per eorum domicilium transiens, n. 4. Cuius & qualitet sit impetranda licentia, n. 4. Quid de Indis Parochum absentem habentibus, nu. 5. An ad coniungendum vagos, teneantur licentiam ab ordinario petere, nu. 6. & 7. An dictam facultatem possit Episcopus reuocare, n. 4.

Religiosi an possint audire confessiones extra diœcesim in qua expositi sunt, subditorum illius, l. 3 d. 34. n. 1. & 2.

Religiosus obtinens licentiam recipiendi, aut retinendi aliquid precibus importunis, an violet paupertatem, l. 4. d. 10. nu. 9. An eam violet, vel motum proprium Clem. VIII. si volentem sibi dare. roget vt alteri det. *vide*, Motus proprius.

Religionis professio an deleat bigamiam, & alias irregularitates. *vide*, Bigamia.

Religionis statuto an possit quispiam ad professionem reddi inhabilis, l. 7. d. 37. n. 30.

Religionis prælatus *vide*. Prælatus.

Religionis priuilegia ad dispensandum & aperiendum breuia, & ad quædam alia. *vide*, Priuilegium, *& hic suprà*.

Religio & Religiosus. *vide*, Professio. Et, Monachus. Et specialiter quando coniux vterque vel alter possit ad religionem transire, & quando transiens possit reuocari: & reuocatus an possit petere & reddere. & ad quid obligent ea vota in ea professione emissa, *vide*, Professio.

Religiosi apud Indos commorantes quid possint circa eorum causas matrimoniales, l. 10. d. 19. n. 2.

Religiosus voto vel constitutione astrictus ad non edendas carnes sextis, an reus sit violatæ præcepti Ecclesiastici de carnibus sextis non edendis feria sexta, si natali Domini incidente ea feria illas non edendis feria sexta, si natali Domini incidente ea feria illas non edendis feria sexta, si natali Domini incidente ea feria illas edat. l. 7. d. 8. n. 16. Et an possit dispensare qui potest in constitutione, vel in voto, vel qui potest irritare votum, ibid

Religiosus an peccet si sit patrinus, & contrahat cognationem spiritualem, l. 7. d. 60 n. 21.

Religiosi quicunque ineuntes matrimonium, qualiter subiiciantur excommunicationi. *vide*, Excommunicatio.

Religiosus fieri quando liceat defloranti virginem, aut feminam infamanti, l. 8. d. 36. à n. 8. vsque in finem.

Religiosus fieri vouens an possit impetrata dispēsatione ad ineundum matrim. illud non inire mancendo in seculo, l. 8. d. 31. nu. 7.

Religiosus electus an teneatur ad votum religionis, & reliqua ante professionem emissa, l. 8. d. 9. n. 21.

Religiosus cum quo dispensatur ad matrim. an teneatur ad horas, l. 8 d. 8. n 11. Et an valeat matrim. ratione bonæ fidei, vel alia ratione, si absque causa concedatur ea dispensatio, & liceat debitū petere, ibi n. 10. vbi & quis cum eo dispenset, vt debitum petat. Et an possit cum eo Papa dispensare, vt ineat matrimonium, donec prolem habeat, & ea habita redeat ad religionem, ibi n. 9.

Remiges.

Remiges Christiani in triremibus Maurorum, an peccent & incurrant excommunicationem. l. 9. d. 31. n. 6.

Remissio.

Remissio debiti facta, quia creditor desperat se alias recuperaturum, vel si debitor mentiatur. dicens se paratum esse ad soluendum, an valeat, & quid si quidam tertius conueniat creditorem, illi pollicens se curaturum vt debitum soluatur, si partem remittat, l. 4. d. 9. n. 17.

Remissio vsusfructus facta per patrem filio. *vide*, Vsusfructus remissio.

Remissio tam in delictis quàm in contractibus est fauorabilis & extendenda l. 10 d. 8. n. 11.

Remissio adulterij & iniuriæ per quos actus facta censeatur. *vide*, Adulterium.

Remuneratoria donatio.

Remuneratoria donatio *vide*, Donatio remuneratoria.

Renunciatio.

Renunciatio hæreditatis facta metu reuerentiali, an valeat in foro conscientiæ, l. 4. d. 8. n. 13.

Renunciatio patrimonij ad ordines suscipiendos dati. *vide*, Ordines recipiens.

Renunciatio dispensationis semel obtentæ an cesset per eius renunciationem. *Vide*, Dispensatio.

Reprasentare.

Repræsentare turpia qualis culpa sit, l. 9 d. 46. n. 41.

Repudiare.

Repudiare hæreditatem, vel legatum, vel restituere eam absque deductione quartæ iussum post mortem restituere, in fauorem alterius coniugis vt ille succedat, an sit donare l. 6. d. 4. nu. 1. Quid si mortuo testatore repudietur talis hæreditas, vel legatum, vt acquiratur alteri coniugi, n. 2. An debitor possit in fraudem creditorum, repudiare in foro externo, n. 2 Quid in foro conscientiæ. Et an hic debitor repudians teneatur ad lucrum cessans & damnum emergens, & cautidici ipsi consulentes, n. 8. An succedens in ea hæreditate, sit tutus, nu 9. An vxor possit renunciare lucra, ne soluat debita, n. 10. An possit prælatus hæreditatem ecclesiæ, vel monasterio delatam repudiare absque solemnitate, n. 11. Quid in legato, nu. 12. An prælatus non implens conditionem sub qua aliquid legatur Ecclesiæ, ipsi præiudicet, vt illud amittat, nu. 13. Quid si recipiens pensionem ab eo quem priuare poterat ob eam non solutam, præiudicet Ecclesiæ, vt amplius priuare nequeat, n. 13. An prælatus sic repudians, peccet & incurrat excommunicationem, n 14. An teneatur damnum resarcire possitque Ecclesia restitui, n. 15. An omnia hæc habeant locum, etiam quando est cessio hæreditatis, vel legati in alterius fauorem, n. 16. 17.

Repudium.

Repudium ratione adulterij an modò liceat, l. 10. d. 2. n. 1 & 2.

Repudium an olim licuerit Gentibus. vel Iudæis: & quid post legem Euangelicam, l. 10 d. 2. à nu. 3. Et de varijs eius ritibus apud Romanos, ibi num. 2. Et an leges illius possit Papa approbare, ibi num. 12.

Res integra.

Res integra quando dicatur in literis gratiæ & iustitiæ, l. 8. d. 28. à n. 8. vsque ad 30.

Rescriptum.

Rescripta gratiæ vel iustitiæ, qualiter ex vero tacito vel falso expresso irritentur. *vide*, Dispensatio, & omnia quæ toto eo verbo dicuntur, pertinent ad rescripta.

Reseruatio.

Reseruatio absolutionis an sit pœna, & excusetur ignorantia, l. 9. d. 32, n. 18.

Reseruatio an cesset etiam quoad præterita, reuocata constitutione reseruanti, l. 7. d. 49 n. 11. 12.

Reseruatio personalis an sit, cùm dicit Pontifex, Reseruamus nobis, & extinguatur eius morte, l. 8. d. 18 n. 63.

Reseruatio bonorum filijs prioris matrimonij qualiter fiat, transeunti parente ad secundas nuptias. *vide*, Filius.

Resignatio.

Resignatio beneficij. *vide*, Beneficium.

Resolutum.

Resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris, l. 4. d. 8. n. 11.

Responsum.

Responsum principis an sit lex. *vide*, Epistola.

Responsum iuxta interrogata est intelligendum, l. 3. d. 8. n. 3.

Restituendum, Restituere, Restitui.

Restituenda an sint extorta metu leui, l. 4. d. 9. à nu. 1. ad 4. an fal-

rem officio iudicum succurratur metum leuem passo, numer. 5. Quid si possessor rei metu extorsit, sit immunis culpæ metus, n. 6. Quid si metus incussus non sit ad extorquendam donationē, vel contractum, nu. 7. Quid si metus iustè incutiatur, minando damnum, quod iustè inferri non potest, n. 8 An potens iustè accusare, teneatur restituere extorta ne accuset, nu. 9. Quid si fictè minaretur se accusaturum, nu 9 Quid de viro minanti mortem, vel accusationem adultero deprehenso cum vxore, eo n. 9. Quid de pretio recepto ne deferatur crimen perpetrandum, nu. 10. An metus reuerentialis obliget ad restituendum eo extorta, num 11. Quis dicatur metus reuerentialis ad hunc effectum, n. 12. Quid de fideiussione vxoris metu viri facta. *Vide*, Fideiussio vxoris. Quid de filio sic promittente parentibus. *Vide*, Filius promittens. Quid de remissione debiti. *Vide*, Remissio debiti. An quæ precibus importunis obtenta obligant ad restitutionem, similiter obligent metu reuerentiali extorta, n. 18.

Restituenda an sit dos constituta per virum fœminæ creditæ virgini, l. 6 d. 27. n. 5. & 1.

Restituendum an sit, ob iniustitiæ crimen admittendum, acceptum, l. 6. d. 20. n. 7.

Restituere an teneatur qui accipit vt desistat à iusta accusatione, vel alio damno, quod iustè posset inferre, quando fictè illud minatur l. 4 d. 9. n. 9.

Restituere an teneatur mandatarius qui distulit donare, si interim mandans obierit. *Vide*, Mandatum morte.

Restituere quando teneatur defloratus virginem, ficta matrimonij promissione? Vel clam contrahens, defloransque. *Vide*, Promissio deliberata.

Restituere an debeat promittens factum alienum, si negligens sit, vel certò promittat cum dubius sit. *Vide*, Promittens factum alienum.

Restituere quando debitor teneatur creditore non petente. *Vide*, Debitor absque termino.

Restituere an teneatur accipiens pœnam in sponsalibus promissam? Vel lucrum pecunia credita amissum. *Vide*, Pœna sponsalibus adiecta.

Restituere qualiter teneatur dubitans an res sit sua? & dum scit esse alienam, & dubitat cuius inter personas determinatas sit? Et dū cernit dubium an res sit furtiua *Vide*, Dubitans num res sit sua. Et ibi, de dubitante, an ex suo consilio, vel cooperatione secutum sit damnum, vel culpa sua depositum, aut commodatū petierit.

Restituere an teneantur meretrices blanditiis, aut dolo extorta. *Vide*, Blanditiæ principum.

Restituere an teneatur accipiens patrimonium fictè sibi datum ad ordines recipiendos, l. 6 d. 3 1. n. 7. & 8.

Restituere quando teneatur ludens cum minore. *Vide*, Ludens.

Restitui an debeant precibus importunis obtenta, in foro conscientiæ, l. 4. d. 10 nu 1. 2. 3 4. Quid de virginem deflorante precibus importunis, nu. 5 iuncto n. 1 & 3 An extorta metu leui reuerentiali, necessariò restituenda, debeant similiter restitui, si precibus importunis extorqueantur, n. 6. An donatio inter conuges iis precibus extorta, sit valida, morteque confirmetur, vel donatio inter patrem & filium sic extorta valeat, & censeatur meliorata, & quid de testamento sic extorto, nu. 7. Quid de impediente legatum precibus importunis, nu. 8. An licentia sic obtenta à religioso ad recipiendum excuset à proprietatis vitio. n. 9. An sufficiat taciturnitas superioris id scientis, nu 9. Quid de trahente ad ludum precibus importunis, n. 10.

Restitutio.

Restitutio an sit faciēda à deflorante virginem, l. 7. d. 14 n. 11. & 12.

Restitutio an sit facienda pretij accepti ob adulterij remissionem, l 10 d 8. n 22.

Restitutio an sit facienda hæreditatis vel legati, quando lex auferens ei applicat filio, vel hæredibus ab intestato, l. 7. d 37. n. 8.

Restitutio an competat minoribus contra sententiam, quæ in rem iudicatam transiit. l 10 d. 9. n. 7.

Restitutio an concedatur minoribus, circa matrimonium, professionem, ac reliqua spiritualia, l. 7. d. 37. n. 21. & 22.

Restitutio an competat minoribus contra propriam confessionem, l 7 d 112. n. 17.

Restitutio an competat minoribus contra lapsum quinquennii concessi ad reclamandum aduersus professionem irritam. *Vide*, Tridentinum.

Restitutio coniugi spoliato ob adulterium, & prædoni, quando cōcedatur: & quoad quæ. l 10. d. 12. n. 10. & seqq Et an spoliatus agens iudicio petitorio, sit ante omnia restituendus, n. 18. Quid, si vxor spoliata replicet aduersus exceptionem adulterij occulti, n. 19 Quid, si spoliatus alleget exceptionem rei iudicatæ, nu. 20. Quid, si in continenti offerat probationes, & quando dicatur in continenti offerre, n 21 22. & 23. Et an cōiux qui recessit, si redire non admittatur, possit petere restitutionem, nu 16. Et an coniux repellens possit eam petere, n 17. Et qualiter debeat probari notorium, vt impediatur restitutio, n 16. Et quāto temporis spatio probādum sit: & si notorium sit iudici, sint expectādæ probationes, n. 17 Et an mulier tunc expulsa possit petere restitutionem, n 18. Et quid, si post expulsionem temeratiam coniux expulsus fornicetur, an sit restituendus, n. 30. Et an coniux spoliatus ob adulterium occultum possit tuta conscientia petere restitutionem, & ea sibi concessa vti, n 35. Et an impediatur restitutio, quando est verisimilis præsumptio iniustæ possessionis, quod ius commune illi resistat, ibi n. 18 Et quid, si vir non reiecisset vxorem notorie adulteram, sed peteret diuortium, an audienda sit exceptio adulterij occulti allegata à muliere, n. 19.

Restitutio an concedatur adulteræ dimissæ ante omnia, quando coniux dimittens est iam professus, vel in sacris, vel voto ligatus, l. 10. d. 12. n. 22.

Restitutio qualiter concedatur coniugi dimisso, quando allegatur consanguinitas aut aliud impedimentum diuino vel humano iure dirimens matrimonium, l 10. d. 12. n. 23.

Restitutio an concedatur coniugi excommunicato, l. 9. d. 14. n. 23. & 24.

Restitutio spolij an sit facienda, quoties nondum consummato matrimonio alteruter sponsus recedit, prætendens impotentiam, aut aliam causam: & vt hæc restitutio concedatur, quid ab altero probandum sit, l. 7. tota d. 112. Et an saltem possit tunc iudicis officium implorari, vt recedens cogatur redire? & quid differat id fieri hac via vel via restitutionis, nu. 1. & 13. Quid, si sponsa non sit in sponsi domum traducta, nu. 9. Quid, si sponsus sit adeò seuerus, vt de defloratione timeatur, n 10 Et an hæc restitutio possit fieri per iudicem secularem, n. 12. Et an hæc restitutio impediatur per confessionem coniugis præsumpti impotentis, allegantis, ac in eo iudicio probantis se altas feminas cognouisse post id matrimonium, ibi à n. 15. vsque in fin.

Restitutio coniugis quoties est facienda priori, quando separatum est matrimonium ob impotentiam. & ea deprehenditur falsa ex posteriori matrim aut fornicatione. *Vide*, Impotentia.

Restitutio in integrum an detur contra præsumptionem iuris & de iure l. 7. d. 37. nu. 22. Vbi an censeatur excluta quibusuis verbis, non facta speciali mentione de ea.

Reus.

Reus falso se tuens & à sententia lata appellans, an teneatur restituere pœnam, l. 10 d. 8. n 14

Reus an possit vti in suum commodum confessione actoris, quando allegata per reum contradicunt illi cōfessioni, l. 7. d. 112. n. 16.

Reo an sit iuramentum deferendum in causis coniugalibus, nil probante actore, l. 7. d. 113. n. vlt.

Rubrica.

Rubrica quando faciat vt textus restringatur iuxta illam, l. 7. d. 13. n. 3 & 18.

Rumor.

Rumor impedimenti quando sufficiat ad impedienda sponsalia, & quomodo distet à fama. *Vide*, Sponsalia vt dissoluantur.

Sacerdos.

SAcerdos affectus mortali assistens matrimonio, vel benedicens nuptias, an peccet *Vide*, Matrim. quem ministrum.

Sacerdos Græcus in Ecclesia Latina, & Latinus in Græca, qualiter possint celebrare. *Vide*, Peregrini an teneantur.

Sacerdos quilibet apud Indos an possit interesse matrim. *Vide*, Religiosi in nouo orbe.

Sacerdos assistens matrimonio ex parochi licentia, an validè assistat extra parochiam *Vide*, Matrim. an requirat præsentiam.

Sacerdotis nomine quando veniant diaconus & subdiaconus, l. 3. d. 10. n. 9. & 11.

Sacramenta an liceat petere ab excommunicato tolerato, nec tunc peccet excommunicatus ministrans, l. 7. d. 9 n. 8.

Sacrilegium.

Sacrilegium quando sint ratione loci sacri, copula etiam coniugalis, tactus, aspectus, nutus, desiderij, verba. *Vide*, Ecclesia.

Sæuitia.

Sæuitia coniugis qualiter præstet causam diuortij: & qualis sæuitia debeat esse, & qualis timor & an sufficiant minæ, vel verbera, & quamuis alter coniux dederit causam sæuitiæ: vel si coniux vi retineat concubinam: vel immineat periculum vxori ex latrocinijs vel aliis viri delictis, vel si vxor sit venefica, aut liberorum interfectrix, vel deprædetur viri substantiam, & qualis cognitio causæ desideretur: & an stetur iuramento coniugis dicentis se timere, l 10 d 18 à n 1. vsque ad 33 Et qualis cautio præstāda sit, & qualiter iudex possit cogere ad eam præstādam, ibi à n. 34. vsque ad 46. Et an ratione sæuitiæ liceat coniugi diuertenti trāsire ad religionē vel ordines, ibi n. 49 Et an furor sit causa vel ebrietas, ibi n. 18. Et an liceat tūc trāsire ad religionem, ibi n. 48.

Sæuitia parentum viri, vel timor futuræ sæuitiæ coniugis, an sufficiat ad diuortium, l. 10 d. 18. n. 19. & 23 Et quid, si agatur lis inter coniuges de maiore bonorum parte, ibi n. 19.

Salarium.

Salarium famulis debitum an præscribatur triennio in foro conscientiæ, l. 7. d. 37. n. 17.

Sanctorum testimonia.

Sanctorum testimonia, vel legum, aut conciliorum prouincialium allegata in decreto quam auctoritatem habeant, l. 9. d. 12. n 2. & 5.

Scandalum.

Scandalum vitius nasci permittitur, quam veritas relinquatur, l. 1. d. 43. n. 10.

Scandala oriuntur nisi celebretur matrim. allegata vt causa dispensandi quando verificentur. *vide*, Causa.

Scientia, & Scienter

Scientia, & ignorantia, & quæ in animo consistunt, qualiter probentur, l. 1 d. 61 fine, & melius l. 3 d. 15. n. 8. 12.

Scienter facienti pœna imposita. quando afficiat ignorantem. *vide*, Lex imponens pœnam. Scientia a dæmone habita an liceat vti, l. 7. d. 96. n. 4.

Scribere.

Scribere turpia qualis culpa sit, l. 9 d. 46. n. 41.

Scriptura.

Scriptura an desideretur ad valorem priuilegii, aut concessionis. *vide*, Gratia vt valeat.

Sed.

Sed, quid significet. *vide*, Dictio aduersatiua.

Semen.

Semen fœminæ an desideretur ad generationem, & illud ministrarit B. Virgo in Christi incarnatione, l. 1. d. 11. n. 11.

Semen an possit expellere vim passi, l. 2 d. 21. n. 17.

Semen, quando alter citius emittit, quid faciendum, & quid liceat tunc alteri coniugi. *vide*, Debitum.

Semen extra vas voluntarie effundere, cur mortale sit in femina, l. 9. d. 17. n. 11. Quid si est parua distillatio, vel ex naturæ festinatione in concubitu prouenit, ibi nu. 1. Et cur non liceat pollutionem procurare ad tuendam vitam, ibi n. 11 Et quid, si semen sit iam ex lumbis decisum, ibi n. 16. Et quid, si sit in fluxu, an teneatur homo illud impedire, eo n. 16.

Semen quando intra vas nequit coniux emittere, aut alter nequit retinere, quid liceat coniugibus. *vide*, Debitum.

Semen vbi femina effudit, an teneatur alter effundere, siue inter coniuges, siue inter fornicantes. *vide*, Debitum.

Semen solet retinere matrix sufficiens ad generationem, alio expulso. l. 9. d. 17 n. 13.

Semen an teneatur femina post coitum anxiè seruare, l. 9. d. 20 n. 4. Et an peccet mingens vel se erigens, vt illud effundat, ibi n. 3.

Semen & distillatio qualiter differant, & vnde cognoscetur, an sit vera seminis emissio an distillatio. l. 9. d. 45. n. 1.

Semen emittere inuoluntarie an referat, siue in vigilia, siue in somnis fiat. l. 9. d 45. n 3

Semen emittere quando sit mortale, & reddat causam mortalem, quando non est in se volitum, l. 9. d. 45 à n. 4 & seq. Et an sit tũc in se peccatum, an solum in causa, ibi n. 17. Et quid, si ante euentum pollutionis adfit pœnitentia causæ, an sit noua culpa pollutio, & fatẽda, ibi n. 28 & 29. Et an sit tenuis obligatio vitãdæ talis pollutionis, ibi n. 5 Et quid si detur causa notabilis distillationis ibi n. 31. Et quando tactus inter coniuges vel sponsos de futuro sint illiciti, ratione periculi seminis effundẽdi. *vide*, Osculum.

Senex.

Senex quando aliquis dicatur, & an eadem ætate femina dicatur vetula, & eadem ætas in vtroque sexu desideretur, vt ratione senectutis excusentur a officio. l. 7. d. 32. n. 15 16 & 17.

Senes an validè matrim. incant, l. 7. d 92 à n. 19. vsque ad 24. Et an possint vti matrim. antea inito; quando præ senectute nequeant seminare, aut extra vas effundunt, eod. l. 7. d. 102 à n. 5. vsque ad 7. Et an in senibus expectandum sit triennium experientiæ, eod. l. 7. d. 103 n. 23.

Sententia.

Sententia principis, aut senatus supremi an faciat legem, l. 1 d. 14. n. 4. Quid de epistola, vel responso principis, *vide*, Epistola.

Sententia lata in accessorio quando præiudicet in principali, l. 10. d. 8. n. 10.

Sententia diuortij *vide*, Diuortium.

Sententia matrimonij. *vide*, Matrimonium.

Sententia spõsalium an transeat in rem iudicatam, l. 7. d. 100. n. 13.

Seruus, Serua, Seruitus.

Seruus ducens liberam ipsius seruitutis ignaram, an possit ipsa inuita resilire, l. 4. d. 11. n. 4. & 5.

Serua an acquirat libertatem cum filijs, si eam dominus ducat in vxorem, l. 7. d. 20. nn. 10. 11. 12. Et quid, si dominus ei dotalia instrumenta conficiat, ibi n. 9.

Seruitus ignorata an dirimat matrim. l. 9. d 19. nu. 2. Et an cessata libertate ad tempus valeat matrim. ibi n 3. Et quid, dũ ignoratur seruitus eius, cui post certũ tempus est cõcessa libertas, ibi n. 4. Et quid, si error conditionis sit cõcomitans: & an ita sit nullum matrim. cum errore seruitutis. vt vtrique liceat retrocedere: & an postea ratificetur id matrim. si coniux seruus manumissus an postea ratificetur id matrim. si coniux seruus manumissus an postea ratificetur id matrim. si coniux seruus manumissus

Spolium.

Spolij restitutio in causa coniugali. *Vide*, Restitutio.

Sponsalia

Sponsalia vnde dicantur, & quotupliciter, l.1.d.1.nu.1 Quid sint, & quas conditiones exigant ad sui valorem, n.7. An sint sacramentales, n.8. Quid ipsorum nomine intelligatur. *vide*, Appellatione sponsæ

Sponsalia violans fornicando, an admittat adulterium, vel circumstantiam fatendam. *vide*, Adulterium.

Sponsalia an requirant promissionem externam. *Vide*, Promissio mere interna. Cetera circa promissionem requisitam ad sponsalia, *vide*, Promissio. Vbi de promissione in absentia. Et de deliberatione. Et de animo, & quid in dubio, vel si ficta.

Sponsalia cæci, surdi, muti. *vide*, Mutus.

Sponsalia amentium, & ebriorum. *vide*. Amentes.

Sponsalia clandestina. *Vide*, Clandestina sponsalia.

Sponsalia sub conditione. *Vide*, Conditio. Vbi de conditione, si Pontifex dispensauerit. Et de sponsalibus contractis cum duabus sub conditione. *vide*, Conditione honesta.

Sponsalia conditionalia an obligent ante conditionis euentum, l. 5.d.6.n.8.

Sponsalia contracta in diem sunt statim absoluta, at non obligant ante aduentum diei, l.5.d.19.n.11.

Sponsalia metu inita. *vide*, Metus sponsalia inita.

Sponsalia fatenti, & dicenti se ficte consensisse quando sit credendum. *Vide*, Parochus impedimentum

Sponsalia per iuramentum an olim tranierint in matrim. *Vide*, Matrimonia præsumpta.

Sponsalia coram parocho & testibus celebrata, quo pacto transeant in matrim. *Vide*, Matrim. præsumpta.

Sponsalia per procuratorem. *Vide*, Matrim. per procuratorem.

Sponsalia conditionalia, an transeant hodie in sponsalia absoluta, per copulam, l.1.d.16.nu.12. An censeatur per copulam remissa conditio dotis soluendæ, n.13.

Sponsalia qui possint contrahere, l.1.d.15.nu.1. An ea dirimat, si sit impedimentum non dirimens, sed solum impediens matrimonium, n.2. Quid si sit impedimentum tempotale, n.2.

Sponsalia an valeant inter impares, vel possint ob hoc dissolui. *Vide*, Promissio inter impares.

Sponsalia quam ætatem requirant, l.1.d.16.à nu.1.ad 4. An inita à minoribus septennio, conualescant expressa, aut tacita ratificatione, n.5. Quæ fiat huius ratificationis signa, an habitatio mutua, vocare se sponsos, missio munerum. Et an exigatur expressa ratificatio, vbi deest habitatio mutua, n.6. De alijs signis. *Vide*, Annulus. An desideretur notitia nullitatis priorum sponsalium, vt per eos actus ratificentur, & similiter scire per eos actus ratificari, n.7. An idem sit de voto, & professione ratificandis quando non valuerunt, vel ratificentur, licet quis ratificet, existimans valuisse, vel scrupulo agitatus, ea n.7. An malitia supplear ætatē, n.8. & 9. Quid in dubio an vsus rationis sit in puero, n.10. & 11. An sufficiat vsus rationis ante septennium, n.13.14. An vsus rationis ante septennium sufficiens ad peccatum mortale, sufficiat ad sponsalia, n.15. & 16 An sit culpa ante ætatem legitimam ea inire. eo l.1.d.17.à n.1.ad 4 Quid de matrim. ea d.17.n.3. & 6.

Sponsalia an obligent sub mortali, l.1.d.27.n.1.2.

Sponsalia contracta nullo præfixo termino, quando obligent, l.1. d.28.n.1.& 2.

Sponsalia quibus verbis contrahantur. *vide*, Verba.

Sponsalia quibus verbis iurarentur. *Vide*, Annulus, & *Vide*, Sponsalia quam ætatem.

Sponsalia & matrimonium an ineantur si parentes respondeant præsentibus & facientibus filijs, l.1.d.23.à nu.1.ad 4. Quid si alij respondeant, n.6.& 7. An sufficiat tacita ratihabitio, quando alij respondent, n.8 Quid si mater respondeat, n.9 Quid si filius sit sui iuris, n.10 Quid si filius sit spurius etiam ex concubitu damnato, n.11. Quæ differentia sit, si pater vel filius respondeat quoad forum conscientiæ, n.12. An hæc immutata sint per Tridentinum, n.13. Quid si consuetudo habeat vt verbis gubernator respondeat, vt apud Indos, nu.14. Quid si parentes pro infantibus aut absentibus filijs contrahant, an satis sit vt doli capaces & conscij ratificent tacitè, nu.16 & 17 An in hoc casu sit differentia, hinc parentes, siue alij pro ipsis contrahant, nu.17.

Sponsalia cum vna ex pluribus, an sint legitima. l.1.d.26.n.1 Cuius sit eligere, nu.2 & 6. Quid si omnes præter vnam obeant, an teneatur pater promittens vnam ex filiabus, illam dare, nu.2.& 3. An sponso habenti copulam cum vna ex illis, teneatur pater illam dare, nu.4. Quid si pater promiscuè Mariam, & si nequeat, eius sororem, nu.5. An si sponsus cognoscat vnam ex illis, consurgat matrimonium, à n.7. vsque ad 11. Quid attento Tridentino, an sponsalia illa conditionalia transeant in absoluta, vel in matrimonium per copulam, n.11. An conditio soluendæ dotis censeatur remissa per copulam, eo n.13.

Sponsalia implere recusans an sit per iudicem cogendus, etiam secuto scandalo, l.1.d.29.n.1.2.& 3 An oporteat scandalum probari, n.6. An debeat esse stricta coactio, n.7. An sit absoluendus, si fuerit pertinax, n.8. An possit vterq; iudex ad sponsalia cogere, n.9.

Sponsalia sub pœna inita. & sub cõditione soluendi interesse, *Vide*, Pœna sponsalibus adiecta. Et de arra illis appositi, *Vide*, Arra quæ est signum. Et de pignoribus, *Vide*, Pignus. Et de fideiussoribus, *Vide*. Fideiussores.

Sponsalia religionis ingressu, vel alterius, vel vtriusque etiam professione non secuta, an omnino dirimantur, l.1.tota d.41.

Sponsalia iurata an possit non petita relaxatione iuramenti religionem ingredi, vel teneatur prius inire matrim. l.1.d.34.n.1.3. & 4 An possit si post iurata sponsalia vouerit religionem, inire matrim. animo fumo ingrediēdi ante cõsummationem? Et similiter vouēs castitatē an peccet eo animo contrahēs, n.6 7.& 8. An post votū castitatis contrahēs animo, teneatur ingredi, n.9. Vbi de absoluta virtute iubilei, an teneatur illud cõsequi, n.9 An qui iurauit spõsalia, nec votū aliquod emisit, possit ducere vxorē animo ingrediēdi religionem ante cõsummationem, n.11 & 12.

Sponsalia contrahens, & sub ea spe virginem defloraus, an possit ingredi religionem ante contractum matrim. l.1.d.44.n.1.2. & 3. Quid quando non est copula, ac sequitur notabilis infamia, n.4 Quid quando est vidua, nu.5. Quid quando defloratus, fictè promisit, adhuc teneatur eam ducere, num.6. An possit ducere, & ante consummationem ingredi religionem, n.7. Quid si ea iniuria illata votum religionis emisisset, n.8.

Quid si ante defloratione, & matrimonij promissionem, votum emisisset castitatis, vel religionis, an adhuc votum obliget, l.1.d. 40.n.1 An teneatur tunc contrahere, vel votum seruare, n.2. & 4. Quid si fœmina etat confera voti, n.5.

Sponsalia castitatis voto an dissoluantur. l.1.d.46.n.5.7.& 9. Quid si sit votum religionis, nu.1. Quid si votum castitatis præcedat, n.3. Quid de proposito cælibatus absque voto, nu 4 An peccet sic vouens castitatem post sponsalia, n.10. Et an possit inire matrimonium, vel teneatur religionem ingredi, n.12 & 13. An tale votum ad aliquid astringat, n.14.& 15.

Sponsalia ordinis susceptione an dissoluantur vel licitum sit spondēti ad eos promoueri, aut per votum suscipiendi illos dissoluātur, l.1.d.47.n.1.2.& 3 Quid si promoueatur spõsus ad episcopatum eo n.3. Quid teneatur facere emittēs post sponsalia votum suscipiēdi ordines sacros, n.4. An alter maneat tūc liber, eo n.4.

Sponsalia matrim. alio secuto an dirimantur, licet sit irritum, l.1. d.48.n.1 Quid si matrim. dissoluatur morte alterius, aut professione, an obligēt priora sponsalia, n.2.& 3 Quid si priora spõsalia fiat iuramento firmata, n.4 Quid si virgo esset violata, n.5.

Sponsalia priora an dissoluantur per posteriora cum copula, l.1.d. 49.à n.1 ad 6. Quid si existat iusta causa dissoluendi priora, vel contingat ea dissolui, n.2. An existente copula cum secunda cõsanguinea prioris ita dissoluantur, vt neutram ducere liceat, n.3.

Sponsalia non iurata an per posteriora iurata dissoluantur, l.1. d.50.n.1.2.& 3 Quid si esset iusta causa dissoluendi priora, aut ea dissolui contingat, n.4.5.& 6.

Sponsalia impuberum an dissoluātur altero ante vel post pubertatem resilienti, l.1.d.51.n.6. An satis sit mutuus cõsensus ante pubertatē, n.7. An prius adeptus pubertatē, possit statim resilire, n. 8 & 9. Quid si pubes cum impubere cõtrahat, n.10. Quid si cum infante, n.11. Quid patre contrahēti pro impubere, n.12. Quid si impuberes per verba de præsenti, n.13. An solū liceat resilire, statim adepta pubertate, & quando dicatur aliquid statim fieri, vel in continēti, n.14. An desideretur nouus consensus, post pubertatē, vt spõsalia incāt omnino irrenocabilia, n.15. Quid si impubes ante pubertatē dissentiat, nec dissens ū mutet, & factus pubes nõ amplius recordetur, n.16 Quid si factus pubes dissēserit interne. an satis sit, aut sit opus cotā iudice reclamare, n.17. An hęc procedāt etiā in foro cõscientiæ, n.18 & 19. An spõsalia impuberū firmētur iuramēto, n. 21.& 22 An desideretur vt sint doli capaces. & qñ tales dicātur, n.23.& 24 An exigatur iuramēti relaxatio, n.25.

Sponsalia vera an possint ratione scandali dissolui, aut quia timetur odium inter coniuges, aut consanguineos, aut quia sunt disparis, aut quia pater resistit. *Vide*. Promissio inter impares.

Spõsalia mutuo cõsensu dissolui an possint, l.1.d.52.n.1.& 2. Quãdo tales cõsensus defectu plenę libertatis non excuset, n 3. Quid quando alter solus resilit, n.4. An ex eo quod sponsus differat & renuat implere spõsalia, cēsetur resilire, vt alter maneat liber, n. 5 Quid, si sponsalia iuramento in fauorem partis firmētur, n.6. Quid si iuramēti fiat in Dei honorē, an possit remitti per illū in cuius fauorē cedit, n 7.& 8. Quid si vterque spõsus iurarat, n 9.

Spõsalia termino præfixo nõ impleta an obligēt eum per quem nõ stetit. l.1 d.53 n.4.& 5. Quotupliciter possit assignari terminus in obligationibus, & quãdo eius lapsu expiret, n.2. Quãdo cēseatur terminus adiectus ad finiēdū, & quãdo ad sollicitādā obligationē, n.3. Quid quãdo lapsus est terminus culpa vtriusq;, vel alterius tātū. n.6 Quid alter legitimè impedito. n.7 Quid si vtroq; n 8. Quid termino præfixo à iudice, & qñ præfigere possit, n 9.

Spõsalia absentia sponsi an dissoluantur, iuxta dispositionem iuris ciuilis, l.1.d.54.n.1. vsque ad 4. An possit iudex tempus præfinitum iure ad expectandum, restringere, vel protrahere, n.4. An sit correctum iure canonico, n 5.& 6. Quid si iurata sint sponsalia, n.7. An exigatur licētia iudicis, n.8. An idē seruetur in foro interno & externo, n 9. An sufficiat quæuis absentia, n.10. Quid si sponsus

Sponsus in loco propinquo, vel sit spes de proximo reditu, n. 11. & 12. Quid si alter de alterius licentia in longinquũ profectus sit, n. 13.

Sponsalia, volente sponso mutare domicilium, an dissoluantur, l. 1. d. 1. n. 14.

Sponsalia nõ implens, vel si eius culpa dissoluãtur, an teneatur alteri ad expensas, siue iuste, siue iniuste resiliat, l. 3. d. 5. n. 32. 33. & 34.

Sponsalia fornicatione alterius sequetati, an diriman tur, l. 1. d. 15. n. 1. & 2. Quid per præcedentem, n. 2. Quid per spiritualem, vt hæresim, n. 3. Quid per tactus, amplexus, & oscula, n. 5. Quid si sponsa vi præcisa sit cognita, vel sponsus vi fornicetur, nu. 7. & 8. Quid si vterque sponsus fornicetur, an compensentur delicta, n. 9.

Sponsalia superuenienti impedimento dirimenti soluuntur, l. 1. d. 56. n. 1. Quid impedienti, n. 2. & 3. An is cuius culpa euenit impedimentum, teneatur dispensationem procurare, n. 4.

Sponsalia morbo, infamia, aut dãnatione criminis turpis an dissoluantur, an fœditate notabili etiam iurata soluantur: vt oculorũ, aut nasi amissione, paralysi, lepra l. 1. d. 57. num. 1. Quid de morbo contagioso, vel subsequenti, vel præcedenti ignorato nu. 2. Quid de epilepsia, nu. 2. Quid de vnius oculi amissione, num. 3. Quid si femina pulcherrima, fiat deformis: vel quæcũs alia notabilis deformitas superueniat, nu. 4. An soluantur sponsalia in his casibus ex parte vtriusque, n. 5. Quid si os male oleat, vel nota famæ superueniat, vt si criminis turpis alter damnetur, nu. 2.

Sponsalia morum asperitate, vel stultitia superuenienti, an dissoluantur, l. 1. d. 58. num. 1. Quid de causis sufficientibus ad diuortium matrimonij celebrandum, vel grauibus inimicitijs inter sponsos ortis, n. 3.

Sponsalia paupertate sponte superuenie ti, an dissoluantur, siue dos promissa sit, siue non, l. 1. d. 59. nu. 1. vsque ad 4. Quid si iuramento firmentur, nu. 5. Quid de sponsi paupertate, nu. 6. Quid si alter fiat notabiliter ditior, n. 7. An dote non promissa, censeantur omnia bona promitti in dotem, n. 3. & 4.

Sponsalia dote non promissa, etiam iurata an obligent, si mulier dites nolit eam affligere, l. 1. d. 60. nu. 1. & 2. Quid si virgo absque dotis promissione deflorata fuerit, nu. 2. Vbi non promittitur dos, an censeatur tacite promissa, n. 1. & 2.

Sponsalia dispensatione Pontificis aut Episcopi, an dissoluantur, l. 1. d. 61. per totam.

Sponsalia vinculo fortiori, aut incompatibili, an dissoluantur, l. 1. d. 62. n. 1. & 2.

Sponsalia noua causa superuenienti, quæ à principio ea contrahi impediret, an dissoluantur, l. 1. d. 62. n. 3. Quid si essent iurata, n. 4. Quid si quando causa superuenit, alter in mora fuisset, n. 5. An credatur dicenti fore vt illa causa à principio existens, impediret, n. 6.

Sponsalia ex præcedentibus causis ignoratis an dissoluantur, l. 1. d. 63. n. 1. & 2. Quid si ob fornicationem sponsæ, aut sponsi præcedentem, à n. 3. ad 9. Quid si contrahens eo fuit affectu, vt si sciret, adhuc contraheret, nu. 6. Quid si fiat iurata, n. 8. Quid si denuo sponsa sciat sponsum esse valde vitijs deditum, n. 10.

Sponsalia dolo dante causam contractui, an fiat ipso iure nulla, & similiter alij contractus bonæ fidei, l. 1. d. 64. nu. 3. An tantum ex parte decepti sint nulli, nu. 3. Quando dolus det causam contractui, nu. 1. Quid si quidam tertius deceperit, vel ipse contrahens à se deceptus sit, n. 4. & 5. Quid quãdo dolus non dedit causam, nu. 2. An, si nosset vitiũ, adhuc esset cõtractus posset dissoluere, eo l. 1. d. 65. n. 1. & 2. Quid si dubius sit de voluntate, ea d. 65. n. 4.

Sponsalia iurata vt dissoluantur ex causa iusta, an desideretur iuramenti relaxatio, l. 1. d. 67. n. 1. & 2.

Sponsalia ios dissolvendi an amittatur, si sponsus conscius causæ, ad sponsam accedat. *Vide*, Sponsus accedens ad sponsam.

Sponsalium dissolutio an pollit peti ab eo qui simili causa laborat, alteri tamen occulta. Vt, sponsa fornicans occulte, aut morbo Gallico laborans occulto, an possit ob simile sponsi vitium petere dissolutionem, l. 1. d. 68. n. 9. An occultus fornicator possit alterum ignarũ cogere vt stet sponsalibus *vide*, Sponsus an possit.

Sponsalia iudicis auctoritate, an necessariò dissoluenda sint, quando occurrunt iustæ causæ: vel propria auctoritate solui possint, l. 1. d. 69. n. 1. & seqq. Qualis certitudo facti in vtroque foro sufficiat, n. 9. Quis iudex competens sit huius dissolutionis, nu. 10.

Sponsalia in foro conscientiæ quam certitudinem causæ requirant, vt dissoluantur, l. 1. d. 37. n. 1. 2. & 3.

Sponsalium dissolutionis causa occulta inf. manas, an possit proponi coram iudice ad ea dissoluenda, l. 1. d. 70. n. 1. & 2.

Sponsalia vt dissoluantur, & matrim. impediatur contrahi, an sufficiat vnus testis, l. 1. d. 71. num. 1. Quid si non creatus sit, sed per partem producentem oblatus, vel se ingesserit. n. 2. Quid si nollit publice, & parte præsenti testificari, sed clam, nec nomine publicato: vel publice velit casu quo suam turpitudinem aperit. n. 3. Quid si testis sit denunciet, vel accuset, vel propriam turpitudinem detegat, nu. 4. Quid si testis sit criminosus, nu. 5. An accipiendum sit contrahentium iuramentum, in supplementũ probationis, nu. 6. Quid quando allegatur causa dissolutionis, qua stante non est peccatum inire matrimonium, an sat sit vnus testis ad impediendum, n. 7. Quid si sponsalia sint iurata, n. 8. Qua circumspectione debeat talis testis deponere, n. 8. Quid quando testis non deponit, sed solum denũciat, n. 9. An oporteat testem illum iurare, n. 10. An exigatur illum certò scire, vel sat sit vnus testis de auditu, si alter testis absque iuramento affirmet, nu. 11. Quid si impedimentum sit consanguinitatis. Et qualiter cõsanguinei ad hanc probationem admittantur, eo n. 11 Quid si testis sit vilis: quidque in teste considerandum sit: aut factum sit ita occultum, vt aliter probari nequeat, n. 13. An sat sit fama impedimenti, n. 14. Quid si sponsalia sint iurata, nu. 14. Quid si fama constet iudici, vt priuato, & an possit tunc absque ordine iudiciario inquirere, nu. 15. Quid si in contrarium sint clariores probationes, nu. 16. An contra famam admittatur probatio consanguineorum: vel iuramentum sponsorum, nu. 17. An sufficiat rumor, & quo differt a fama, n. 18. Quid de confessione vtriusque, vel alterius sponsi, n. 18. *Vide*, Confessio vtriusque.

Sponsalia errore cõtracta, vel si causa dissoluẽdi adsit, an obligẽt, si postea habeatur copula, vel actus familiaritatis. l. 10. d. 14. n. 14.

Sponsalia inita contra prohibitionem matrimonij factam à Pontifice an valeant, l. 7. d. 2. n. 15.

Sponsalia inire tempore feriarum, quibus interdicuntur benedictiones, an liceat, l. 7. d. 7. n. 7.

Sponsalia etiam iuramento firmata an licite contrahat excommunicatus. l. 7. d. 9. n. 12.

Sponsalia inita inter raptorẽ & raptã an valeãt. l. 7. d. 13. n. 17. & 18.

Sponsalia fidelis cum persona hæretica an valeant. l. 7. d. 72. n. 3. Et quid, si ea contrahat fidelis cum infideli, sub conditione, si conuertatur, eo l. 7. d. 71. n. 4.

Sponsalia tempore infidelitatis inita an pariant vinculum naturale, quod post baptismum impediat matrimonium, l. 7. d. 65. n. 7.

Sponsalia quoad publicam honestatẽ inducẽdam. *Vide*, Honestas.

Sponsalium sententia an trãseat in rem iudicatam, l. 7. d. 10. n. 13.

Sponsalia an probentur testibus singularibus, l. 8. d. vltima, fine.

Sponsalitia largitas.

Sponsalitia largitas. *Vide*, Largitas sponsalitia.

Sponsus, & Sponsa.

Sponsis de futuro an liceant tactus, aspectus, ac verba turpia, l. 9. d. 46. à n. 46. vsque in finem.

Sponsi de futuro an possint delectari in copulæ futuræ tempore matrimonij cogitatione, vel tactuum, l. 9. d. 47. à n. 1. vsque ad 6.

Sponsi de præsenti aut futuro excommunicati, aut quando alter est excommunicatus, an possint participare, l. 9. d. 14. n. 8.

Sponsus an possit sponsam cogere ignaram fornicationis sponsi, vel alterius causæ, ob quam iuste poterat resilire, vt impleat sponsalia, l. 1. d. 68. num. 7. & 8. Quid si causa simili laboret, vt si sponsa sit fornicata occulte, possit ob simile vitium alterius petere dissolui sponsalia, n. 9.

Sponsus accedens ad sponsam conscius eius fornicationis, vel cuiusuis causæ dissoluendi, an possit dissoluere sponsalia, l. 1. d. 66. n. 2. Quid si sponsus habuerit animum non remittendi, num. 3. Quid quando sponsalia fuerunt nulla, num. 4. Quid si virginem existimatam defloraras sub ea conditione. Si virgo es, promitteris matrimonium, & non erat virgo. & post notitiam defectus habuit copulam cum illa, n. 4.

Sponsi ante matrimonij consummationem an habeant bimestre ad proficiendum, vel ad deliberandum de religionis ingressu, l. 2. d. 24. nu. 2. 3. & 4. An possit iudex hac ratione annum nouitiatus coarctare, eo n. 4. An esto bimestre concedatur ad proficiendum, fit correctum per Tridentinum, nu. 6. & 7. Quid si sponsa duodennis ingrediatur, an teneatur sponsus quadriennio exspectare, donec proficeatur, nu. 8. Quid si prætextu religionis sponsus de vna religione in alias vagetur, num. 9. An id bimestre sit præcisum, ita vt iudex non possit illud coarctare, vel prolongare, vel sit arbitrarium, n. 10. & 11. Quot dies debeat habere illud bimestre. *vide*, Mensis. An si non intendat ingredi religionem, teneatur intra bimestre reddere debitum, nu. 24. & 25. Ad quid detur id bimestre, nu. 25. Quid si ante bimestre non transeat ad religionem, an possit eo transacto ingredi, n. 26. & 27. Qualiter se debeat habere iudex qui sub excommunicatione præcepit intra bimestre consummare, si sponsus post illud transeat, n. 28.

Sponsus cogens sponsam, an peccet. *Vide*, Copula vi extorta.

Spõsis sub cõditione an liceãt tactus, & oscula. l. 5. d. 5. n. 38. 39. & 40.

Sponsa an veniat nomine vxoris in statuto vt vir lucretur partem dotis, vxore decedenti, l. 1. d. 1. n. 5.

Sponsa de futuro an teneatur sponsum sequi, l. 1. d. 54. n. 14.

Sponsa vim passa an possit expellere semen, l. 2. d. 21. n. 17.

Sponsæ nomine quid intelligatur *Vide*, Appellatione sponsæ.

Spurij.

Spurii an sint nati post votum castitatis, aut post sponsalia cum alia inita, l. 1. d. 2. n. 8.

Statim.

Statim, vel illico, vel incontinenti, quando aliquid fieri dicatur, l. 1. d. 51. n. 14.

Statutum.

Statuto stante vt vir mortua vxore sine liberis lucretur partem dotis, an si moriatur sponsa incognita lucretur, l. 1. d. 1. n. 5.

Statutum puniens in termino an censeatur punire in via, l. 10. d. 4. n. 11. & 12.

Sterilis.

Sterilis an validè matrimonium ineant, l. 7. d. 92. n. 25. & 26.

Stipulatio.

Stipulatio alteri per alterum facta, an valeat iure communi, & satis sit mandatum generale d. l. 7. n. 4. An stipulatio eius qui potest pro absenti stipulari, operetur irrevocabilitatem. nu. 3. Quoteuplicitèr fieri possit hæc stipulatio, nu. 2. Quis possit pro alio stipulari. d. n. 5. & 9. Quid de notatio, n. 11. Quid favore causæ piæ, & dotis, n. 10. An in contractibus mutuo obligatoriis possit vnus pro alio stipulari. n. 13. An ex stipulatione non acceptata, vel alteri per alterum facta oriatur obligatio naturalis, num. 17. 18. Quid iure canonico, n. 20. & 21. Quid si adsit iuramentum, nu. 23. & 24. Quid si promissio fiat Deo per modum voti. num. 25. Quid si attento iure Castellæ, nu. 27. 28. Quid in matrimonio. *vide*, Promissio alio acceptante. An vt aliquis dicatur stipulari pro absenti, sat sit stipulantis præsentia absque alio actu, n. 36.

Studiosè facere.

Studiosè aliquid facere quid importet in iure, l. 7. d. 20. n. 6.

Stuprum.

Stuprum an inueniatur sine raptu, & an necessario sit confitendum, quando raptus non intercedit: & in quo differat à rapeu. l. 7. tota d. 14. Et an stuprator teneatur restituere patri virginis deflorate, ibi n. 11. & 12.

Stylus.

Stylus curiæ facit ius, l. 3. d. 29. n. 17.

Subarratio.

Subarratio. *vide*, Annulus.

Subreptio.

Subreptio & obreptio. *vide*, Obreptio.

Substitutio.

Substitutio exemplaris an possit fieri à matre secundò nubente, & antea facta expiret. l. 7. d. 88. à nu. 22. vsque ad 25. Et quid, in patre, ibi n. 26.

Substitutio pupillaris tacita an excludat matrem secundò nubentem: & quæ sint coniecturæ eius exclusionis, l. 7. d. 88. à nu. 27. vsque ad 30.

Successio.

Successio mutua an sit inter vtrumque parentem & prolem, quando matrimonium fuit irritum, & bona alter in bona fide fuit, l. 8. d. 34. n. 46.

Suffragari.

Suffragati quid importet, l. 8. d. 29. n. 11.

Superior.

Superiorum præcepta an expirent ipsis mortuis, aut functis officio, l. 8. d. 28 n. 47. Et quid de licentiis, ibi n 85.

Superior delegans suas vices, an possit absque causa reuocare. & quid de superiore delegantis, l. 8. d. 33. n. 7.

Superfluum.

Superfluum in decretis nil esse debet, nec vna syllaba, l. 3. d. 46. n. 6.

Superstitio.

Superstitio vtendo rebus vanis. *vide*, Maleficium.

Surdus.

Surdus an possit inire sponsalia, & matrimonium. *vide*, Mutus.

Suspensio, & Suspensus.

Suspensio parochi assistentis clandestino. *vide*, Parochus assistens.

Suspensus per mensem in quo est bissextus. *vide*, Mensis.

Suspensus an sit excommunicans voce. *vide*, Excommunicans non in scriptis.

Suspensus ad certum tempus si eo tempore durante, incurrat similem suspensionem, an confundantur hæc duo tempora, l. 3. d. 50. n. 1. 2. & 3.

Suspensus ab officio an sit suspensus à beneficio, l. 3 tota d. 51. An possit priuari beneficio, nu. 13. An parochus suspensus ab officio eo quod interfuerit clandestino, sit suspensus à beneficio, vel possit eo priuari, n. 14.

Suspensus assistens hostis an lucretur distributiones, vel si ministrat beneficio, acquirat fructus. *vide*, Distributiones quotidianæ.

Suspensus triennio, vel ad certum tempus, quia interfuit clandestino, an possit ab Episcopo absolui, l. 3. d. 52. nu. 1. 2. An possit Episcopus dispensare in hac suspensione, virtute Trid. sess. 24. c. 6. de reform. n 5. An à suspensione ad arbitrium Episcopi lata in sess. 24. c. 1. de matrimonio, possit absoluere, n. 4.

Suspensio an excusetur ob ignorantiã, & qualem. *vide*, Ignorantia.

Suspensio an incurratur ob culpam venialem, l. 9. d. 31. n. 19.

Suspensio sacerdotis benedicentis nuptiis alieni parochiani, vel secundis nuptijs. *vide*, Benedictio.

Suspensus an licitè ineat matrimonium, aut benedictiones nuptiales recipiat. l. 7. d. 9 n. 15. Et ibi, quid, si ipsi & ecclesiæ ingressus interdictus sit.

Suspicio.

Suspicio violenta an probet adulterium, & quando sit talis, l. 10. d. 12 n. 41. & sequentibus.

Synodus.

Synodus diœcesana vel prouincialis qualiter se habeat ad Episcopum vel Archiepiscopum: & quis in ea dispenset, habeatque votum decisiuum. *vide*, Archiepiscopus.

Tabellio.

TAbellio an possit acceptare pro absenti, l. 1. d. 7. n. 11.

Tacere, & Tacitum.

Tacens quando censeatur consentire, l. 1. d. 5. num. 5. An censeatur consentire in obligatione contrahenda, quando adest alius actus positiuus. l. 1. d. 12. n. 6.

Tacita signa consensus & repromissionis quæ sint. *vide*, Sponsalia quam ætatem.

Taciti & expressi idem est iudicium, l. 1. d. 65 n. 1. & l. 4 d. 6. nu. 36.

Taciturnitas.

Taciturnitas veri, aut expressio falsi qualiter irritet dispensationes & alia rescripta *vide*, Dispensatio.

Taciturnitas viri scientis votum vxoris an sit licentia vouendi: & idem de alijs superioribus, l. 9. d. 40. n. 9.

Tactus.

Tactus an liceat post sponsalia sub cõditione, l. 5. d. 5. à n. 38. ad 40.

Tactus siue inter solutos, siue inter sponsos de futuro, siue inter coniugatos, siue secum. *vide*, Osculo.

Taxativa dictio.

Taxativa dictio an excludat casus similes, l. 7. d. 31. n. 6.

Temporalia.

Temporalia ad agẽdũ, sunt perpetua ad excipiendũ, l. 6. d. 38. n 34.

Tempus.

Tempus non currit legitimè impedito, l. 1. d. 53 n. 7.

Tempus iure præscriptum an debeat de momento ad momentum computari. l. 2 d. 24. n. 16.

Tempus an currat ignoranti & impedito, quando non in negligentiæ odium est statutum, l. 7. d. 37. n. 19.

Terminus.

Terminus obligationi præfixus, quando apponatur ad finiendam obligationẽ, ciusq; lapsu cesset. *vide*, Sponsalia termino præfixo.

Terminus denunciationis ad edicta, in ipsis signatus, quando incipiat. *vide*, Denunciare impedimenta.

Terminum legalem quando iudex possit coarctare, vel prorogare. l. 1. d. 24. n. 11. 12.

Termini dies an computetur in termino. *vide*, Dies termini, & l. 7. d. 37. n. 1.

Testamentum.

Testamentum an conficiendum sit secundum leges & consuetudines loci in quo conficitur. *vide*, Peregrini an teneantur.

Testamentum precibus importunis extortum quando valeat in foro conscientiæ. *vide*, Restitui an debeant.

Testamentum exequendi facultatem an perdat vidua transiens ad secundas nuptias, vel potestatem nomine viri testandi, ab ipso sibi concessam, l. 7. d. 88. n. 14. & 15.

Testandi licentia.

Testandi licentia concessa per patrem filio, est valida, & an desideretur iuramentum. Et qualiter possit filius ea licentia obtenta disponere de illis bonis, vel matorum instituere, l. 6 d. 4. n. 19. An mater coniugata possit absque viri licentia eandem facultatem concedere, n. 20. An possit ea licentia reuocari, n. 21.

Testandi licentia an expiret morte Papæ concedentis, l. 8. d. 28 nu. 82. *vide*, Licentia, & Testamentum.

Testator an censeatur disponere, quod si aduerteret, disposuisset, l. 7. d. 90. n 10 & 11.

Testimonia sanctorum.

Testimonia sanctorum, legum, conciliorum prouincialium in decreto inserta, quam auctoritatem habeant, l. 9. d. 12. n. 2 & 5.

Testis.

Testis vnus, & qualis, an sufficiat ad impediendum matrimonium, & dissolvenda sponsalia. *vide*, Sponsalia vt dissoluantur.

Testes an probent mortem coniugis parte non citata, & an sufficiat vnus testis. *vide*, Probatio mortis.

Testes deponentes de fama, notorietate, vel consuetudine, an debeant iurare, l. 2 d. 46. n 16.

Testes ad informationem conscientiæ iudicis, vel ad testificandum de causa dispensandi, an debeant iurare, & recipi in forma iudicij. l. 3 d. 8. n. 5.

Testes an requirantur in matrimonio, vt sint duo, vel satis sit parochus cum vnico teste, l. 3. d. 41 nu. 1. An debeant rationis vsum habere. Et an debeant esse moraliter præsentes, n 2. An sufficiat vi detentos esse, vel dolo ad aliud vocatos, vel casu transeuntes, vel si consensum intelligant per interpretem. n. 2. An debeant simul physicè cum parocho interesse, vel satis sit moralis simultas, n 3. An sufficiant qualescũque testes, etiam infames, excommunicati, curiosus ætatis, aut sexus, num 4. & 5. An expediat testes omni exceptione maiores adhibere? Et lite agitata de matrimonij contractu, an credatur quibusuis testibus, nu. 6. An debeant testes esse rogati. n. 7.

Testium matrimonij clandestini pœnæ quæ sint. *vide*, Pœnæ matrimonii clandestini.

Testium vitia occulta an liceat detegere, l. 1 d 70. n. 1.

Tetubans.

Tetubans pro ignoranti habetur. l. 2. d. 36. n. 1.

Titulus.

Titulo legitimo carens, habens putatiuũ, an validè exerceat actus spectan-

spectantes ad forum externum, l. 3. d. 22. nu. 4. & 5. An ille sit verus iudex, aut parochus, n. 5. An desideretur error cõmunis. n. 6. An satis sit error principis concedentis illi titulũ. n. 7. Quid si sit error crassus, vel supinus, nu. 8. Quid si vitium tituli in eo loco occultum sit, cum tamen in alio sit notorium, n. 9. Quid si olim in eo loco fuerit notorium, tunc autem sit occultum, nu. 10. An valeat sententia excommunicationis prolata à tali iudice existimato, n. 11. An gesta in foro conscientiæ vt absolutio sacramentalis, valeant, n. 12. & 13. An hæc sint vera etiam in iudice delegato, & ita non desideretur publica vtilitas, n. 15. & 16. Quid si delegatio sit inualida non ob delegati vitium, sed quia subrepticia est, n. 17. 18. & 19. Quid si impedimentum habentis titulum putatiuum, sit iuris diuini, vt si non sacerdos absoluat, vel femina creetur summus Pontifex, n. 21. 27. & 28. Quid de iudice carenti rationis vsu, n. 29. An valeant gesta, si habens titulum putatiuũ esset ante officij adeptionem excõmunicatus, n. 22. & 30. Quid si iurisdictio sit ligata ratione excommunicationis, nu. 29. 31. & 32. Quid si in alio loco sit denunciatus, vel notorius clerici percussor? vel in eodem loco quondam talis fuerit, nunc autem sit occultus, n. 33. Quid si occultè excommunicatus alium excommunicet, vel absoluat ab excommunicatione, n. 34. An gesta per hunc excommunicatum valeant in temporalibus, & spiritualibus, n. 35. An Episcopus excommunicatus conferat ordinis executionem, nu. 35. An valeant gesta per iudicem excommunicatum, siue sit ordinarius, siue delegatus, n. 24. & 36. An talis vtẽs iurisdictione peccet contra iustitiam, n. 36. Quid si impedimentum sit hæreos. n. 25. 37. & 38. An valeant gesta per occultè excommunicatum quãdo ex speciali delegatione audit confessiones, n. 26. & 39. An valeant gesta per occultè excommunicatũ & iudicem putatiuum, licet non fiant ratione publici officii, sed priuati, nu. 26. & 39. An valeant gesta, respectu etiam scientium impedimentum, nu. 40. 41. & 42. Et quid si tale impedimentum sit excommunicationis, n. 43. An valeat confessio illi facta per scientem excommunicationem, n. 44. An gesta per hunc, vel habentem titulum, sint semper retractanda, n. 45. 45. Vbi quid de suspenso. irregulari, & interdicto. An si excommunicatio sit in alio loco denunciata, valeant gesta respectu scientium, n. 45. Quid de confessione facta illi scienter, n. 46. An desideretur titulus collatus à superiori, n. 48. & 49. An satis sit conferre titulũ à quocumque superiori, vt ab Archiepiscopo subditis suffraganei, n. 50. An gesta per delegatum valeant quando est error in persona delegantis crediti veri prælati, aut iudicis, n. 51. Quid si verus superior delegatet casu quo nõ posset, vel si delegans haberet titulum non verum, n. 51. An satis sit ad titulum electio facta à potenti eligere, absque superioris confirmatione, num 52. Quid si peccetur in electionis forma, quia non seruatur solemnitas & forma iure præscripta, n. 53. An valeant indulgentiæ cõcessæ à falsis prælatis, & instrumenta confecta à falsis notariis, n. 48. & 54. Quid si titulus adfuit, amissus tamen est ob delictũ, n. 48. & 54. Quid si titulus adfuit, amissus tamen est ob delictũ, & sit communis error, nu. 56. Quid si priuatio tituli sit occulta facta ab homine; vel occultè reuocetur licentia audiendi cõfessiones, n. 57. & 58. Quid si confessor sit ad annum approbatus, & transacto anno audiat confessiones, vel virtute bullæ reuocatæ, cuius reuocatio ignoratur. nu. 58. An gesta per delegatum qui mortem delegantis re integra ignorabat, valeant? Vel si nouit se reuocatum, at communiter ignorabatur, n. 59. iuncto n. 55. Quid de vicario Episcopi in remotis locis defuncti, cõcedenti literas dimissorias, ad ordines, vel accepranti beneficij resignationem, vel exercenti alios actus, dum Episcopi mors ignoratur communiter, siue ipse vicarius eam sciat, siue ignoret, n. 59. iuncto n. 55. Quid si vicarius, vel delegatus sit reuocatus, n. 59. Quid de matrim inito coram parocho intruso, non habenti titulum à legitimo superiori, vel habenti titulum inualidum ob vitium occultum, n. 60. Quid si contrahentibus notum sit illum non esse verum parochum, n. 61. Quid si laicus crediturs sacerdos assistat matrimonio ex licentia parochi nu. 61. Quid si parochus intrusus det sacerdoti licentiam assistendi matrimonio, n. 61. Quid si parochus occultè reuocarit licentiam, nu. 61. Quid si eo ipso a parochus occultè reuocarit licentiam, nu. 61. Quid si eo ipso a miserat curatum, vt quia non est promotus intra annum, vel curatum, vt quia non est promotus intra annum, vel recepit incompatibile beneficium, n. 61. Quid de quodam qui à concilio oppidano substitutus est vice parochi ablentis. & bienio ministrauit sacramenta, n. 63. Quid si licentia audiendi cõfessiones, vel assistendi matrimonio, sicte concedatur: vel sit ratihabitio de præsenti, at prælatus vere non consentiat, n. 64. An ratihabitio de præsenti, at prælatus vere non consentiat, n. 64. An existentibus opinionibus, an aliquis sit legitimus parochus, vel existentibus opinionibus, an aliquis sit legitimus parochus, vel licentia sit legitima, vel priuilegium bullæ id cõtineat, vel sit reuocatum, & opinio negans sit cotã Deo vera, an dum ea veritas latet, & probabili sapientum opinione credatur oppositum, valeant consessio, matrimonium, & alia per hunc gesta, n. 65.

Trahens ad ludum

Trahens ad ludum, quando teneatur restituere. *vide*, Restitui an debeant.

Transigi.

Transigi an possit à viro adultero cum vxore adultera. vt conniueat in diuortium, ne ipsam criminaliter accuset. & quando liceat super adulterio transigere. l. 10. d. 6. n. 10.

Transigi an possit super adulterio, eo remisso hac lege: vt vir lucretur dotem: & an pretium receptum ob eam remissionem sit restituendum, l. 10. d. 8 n. 12.

Tridentinum Concilium.

Tridentino Concilio, vel alij moderno vt derogetur, an requiratur mentio specialis, vel sufficiat generalis clausula, Non obstanti quocunque concilio generali. an sufficiat clausula, Non obstanti quocunque decreto, l. 1. d. 26. n. 7.

Tridentinum Concilium statuens quinquennium ad reclamandũ contra professionem, quas cõditiones exigat ad id, l. 7. d. 17. n. 1. Et an procedat in professione tacita & expressa, eo n. 1. Et à qua die numeretur id quinquennium in vtraque professione: & an dies termini in termino computetur, ibi n. 2. Et an possit audiri qui iuste dimisit habitum, vel si iniustè, iterum sumpsit, ibi n. 3. & 4. Et an id decretum fundetur in præsumptione, cuius sit iuris & de iure, ibi a n. 9. & n. 15. Et an id decretum procedat in foro conscientiæ, ibi n. 9 Et an possit audiri ex officio iudicis trãsacto quinquennio ille professus, ibi nu. 5. Et an possit audiri remedio restitutionis, ibi à n. 11. Et an id quinquennium procedat à die scientiæ, ibi à n. 18. Et an si professus ille eo quinquennio nõ ratificauit professionem, possit fugere: vel si dubitet; & possit superior et credere, atque ipsum occulte dimittere, ibi à n. 11. vsque ad 14. Et an præsumatur ratificata professio exercitis actibus professorum ante id quinquennium. ibi nu. 10. Et an restitutio concedatur maioribus & minoribus conscis intra quinquennium nullitatis professionis, ibi n. 14. Et quid, si intra illud ratificarunt, ibi n. 14 Et quid, si ignorantia sit iuris, aut crassa, ibi n. 15. Et quid, si ignorantia vel impedimentum durarunt vltra quinquennium: & quantum temporis sit postea concedendum ad reclamandum, atque numerandum id quinquennium à die cessantis impedimenti. ibi n. 16 & 34. Et an ignorantia iuramẽto probetur, ibi n. 17. Et an maior qui intra quinquennium sciuit, & potuit reclamare. & non habuit animum ratificandi, possit iurare propriam ignorantiam, ibi n. 18 Et an id decretũ, quatenus negat professis reclamationem post quinquennium, loquatur de inhabilibus ad profitendum perpetuo, vel ad tempus, iuxta motum proprium Sixti V. aut alio modo, ibi à n. 30. Et an de coniugato professo absque sui coniugis licentia, ibi à n. 69.

Triennium.

Triennium iure concessum ad experiendam coniugis impotentiam. *Vide*, Impotentia.

Turpia.

Turpia audire vel aspicere qualis culpa sit. *Vide*, Audire, &, Aspectus. Et qualis ea canere, componere, vel repræsentare. *Vide*, Canere, & Cantilena, & Comœdia, & Repræsentare. Et qualis, ea interpretari. *Vide*, Interpretari. Et qualis, pingere *Vide*, Pingere. Et qualis, scribere. *Vide*, Scribere Et qualis, ea loqui, l. 9. d. 44. n. 13. & d 45. n 40. 41. & d 46. à n 31. & n. 53.

Tutela.

Tutela matris an per datur ipso iure per transitum ad secundas nuptias, ita vt peccet eam retinens l. 7. d. 88 à nu. 4 vsque ad 11. Et quid, si matrimonium sit irritum, ibi n. 7. Et quid de tutela testamentaria, ibi n 8. Et quid, si vir dederit nubendi licentiam, ibi n. 9. Et quid, per sponsalia, vel matrimonium non consummatum, ibi nu. 6. & 7 Et an hæc procedant in patre ad aliud matrimonium migranti, ibi n 12. Et quas pœnas incurrat mater secundò nubens, quæ cum esset filiorum tutrix, secundò nupsit non reddita ratione, nec petito tutore, ibi n. 13. Et an hoc sit iure canonico correctum, ibi n 41

Tutela an perdatur à vidua fornicanti. *Vide*, Vidua.

Tutela patris respectu filij & administratio bonorum eius in quo distent, l. 7 d 88. nu. 12. Et an hæc perdat transiens ad secundas nuptias, eod. n. 12.

Tutius.

Tutius in dubio quando sit eligendum, l. 2. d. 41. n. 9.

Vagi.

VAgi an dicantur carentes domicilio habitationis, licet habeant originis, l. 3. d 21. n. 1. Quid de illis qui pristinum domicilium deferentes nauigant, vel iter faciunt quærentes vbi sedem figant, n. 1. Quid si destinarint, vbi domicilium sint constituturi. & dereliquerunt prius, an. dum nõ deuenere ad locum domicilij noui, dicantur vagi, n. 3. An qui relicta prioti parochia non destinauit ad quam migraturus sit, dicatur vagus, licet hospiteretur in aliqua parochia, dum quærit domum, n. 4. An vagi possint cuicumque parocho fateri, & vbicumque pro delictis alibi admissis puniri, n 5. 6. & 7. An vagos & forenses possit parochus matrimonio coniungere absque ordinarii licentia, vel si alter solus talis sit, n. 8 & 9. Quis sit hic ordinarius à quo petenda est licentia, n 10. Quis parochus possit matrimonio vagorum assistere, n. 11. Quid si in fraudem fiant vagi, eo n. 11. Quid si alicubi esset deputatus cõfessor pro vagis, an solus ille possit eorũ matrimonio assistere, n. 12. An si quis domicilium deserens, iret agri, aut nauiget, vt nouũ acquirat, vel deserta priori parochia dum domum quærit, hospiteretur ad breue tempus in aliquo loco, coram quo parocho debeat inire matrimonium, nu. 13. An si alter vagus, alter verò incola sit, possit quilibet parochus eos matrimonio

tilimonio coniungere, n. 14. An quilibet parochus valide det licentiam assistendi matrimonio vagorum, nu 15. An peccet vagos, vel forenses coniungens absque ordinarij licentia, n. 16. An valeat tale matrimonium, n. 17. Qualiter possint religiosi assistere matrimonio vagorum, vel aliorum apud Indos. *vide*, Religiosi in nouo orbe.

Vagi an teneantur legibus, & consuetudinibus loci in quo sunt. *Vide*, Peregrini an teneantur.

Variare.

Variata solemnitate iuris, si non varietur substantia, non variatur dispositio. l. 3. d. 1. n. 9.

Vbi.

Vbi ius non distinguit, nec nos distinguere debemus, l. 2. d. 22. n. 2.

Vendere.

Vendere, aut alienare rem, an liceat dubitanti num res sit sua. *Vide*, Dubitans num res sit sua.

Verba.

Verba cõtractus debent iuxta illius naturam intelligi, l. 1. d. 5. n. 10.

Verba quæ sint quibus matrimonium contrahitur. Vbi dubium est, an stetur in conscientia intentioni, l. 1. d. 18. n. 1. Quid si verba non explicent consensus, intendentibus sponsis per ea contrahere, n. 2. An Indi ratione vsus contrahant sponsalia his verbis, Sepeliam te, cum morieris, vel matrimonium his verbis, Ducam te, alio respondente. Forte & ego te ducam, nu. 3. An in foro externo stetur communi verborum intelligentiæ. Et quæ coniecturæ attendendæ sint. Et in dubio vtri contrahentium faueatur, n. 4. In dubio an sit matrimonium, quid sentiendum sit in vtroque foro, n. 5. & 6. Quid quando intentio non constat. & verba sunt de præsenti, quoad sonum & significationem, vt, Accipio, habeo, teneo te vt vxorem: ex nunc prouidebo tibi vt vxori: ex nunc reputabo te vt vxorem: vel si dicenti verba, alter respondeat. Placet, vel, volo, nu. 10. Quid quando ob adiunctum sunt de futuro: vt, Accipio te in crastinum, n. 11. An sint sponsalia, Accipiam, ducam te, nõ adiecto verbo, promitto, nu. 11. Quid de his verbis, Promitto me desponsaturum, nu. 13. Quid de his, Ex nunc te habebo in vxorem. vel, Ducam. & an tunc esto sit matrimonium, sit sacramentum, nu. 14. & 15. Quid non addita particula, Ex nunc, sed habebo te in vxorem, num. 16. 17. & 18. Quid de his, Non derelinquam tempore alia, n. 19. Quid, Post hæc, vel, Ex nunc eris meus, vel esto meus, n. 20. Quid, volo, vel placet te habere in vxorem, à num. 21. ad 27. Quid si addatur, Ex nunc, n. 28. Quid, Volo te esse vxorem, n. 29.

Verba negatiua, vt, Nullam aliam à te ducam, an constituant sponsalia, l. 1. d. 19. n. 1. Quid, Nullam, sed te ducam, nu. 2. Quid, Nullam aliam ducam, nisi te, n. 3. 4. & 5. Quid Nolo aliam, nisi te, n. 6. & 7. Quid, Nullam aliam, quam te, n. 8. Quid, Nullam aliam, præter te, n. 9 & 10.

Verba sponsalium aut matrimonij an possint per alios proferri. *Vide*, Sponsalia. & matrimonium an contrahatur.

Verba testatoris exhortationis non inducunt conditionem, l. 1. d. 33 n. 28.

Verba debẽt impropriari, vt vitetur legum correctio, l. 1. d. 17. n. 6.

Verba cum effectu sunt intelligenda. l. 1. d. 37. n. 11.

Verba priuilegij operati debent, nec vna syllaba debet esse superflua, l. 3. d. 26. n. 6.

Verba parochi an sint necessaria ad matrimonij valorem, l. 3. d. 38. n. 2. 3. & 4. An sint de necessitate præcepti. n. 2. 6. & 7. An si audito consensu, dicat parochus, Ego vos coniungam, sit matrim. n. 5. An possit parochus verba proferre per interpretem. n. 8. An parochus debeat interrogare de mutuo cõsensu, n. 9. An debeat interrogare sponsandos an laborent aliquo impedimento. n. 10.

Verba præsentis temporis dispositionem inducunt ipso iure, l. 4. d. 8 n. 2.

Verba in lege posita, accipienda sunt iuxta communem vsum. & ille est proprietati præferendus, l. 6. d. 23 n. 3.

Verba debent intelligi iuxta subiectam materiam. & naturam contractus, l. d. 6. 21. n. 18.

Verba quantumcunque generalia, & de habilitate sunt intelligenda, l. 5. d. 5 n. 25.

Verba apposita in contractu ex tabellionum vsu, an aliquid operentur, l. 6. d. 27. n. 6.

Verba apposita in contractu, quando aliud non exprimitur, intelliguntur secundum iuris dispositionem. l. 6. d. 27. n. 5.

Verba gratia frequentioris vsus posita in lege, nec eam limitant, nec in alijs mutant iuris dispositionem. l. 6 d. 19. n. 10.

Verba turpia an sint inter coniuges illicita. l. 9 d. 44. nu. 13. Et quid, si adsit pollutionis periculum, aut distillationis, eod. l. 9. d. 45. n. 40. & 41.

Verba turpia an liceant sponsis de futuro, l. 9. d. 46. n. 31.

Verba turpia inter solutos, aut gestibus, aut nutibus indicare turpia, qualis culpa sit. Et sitne in illis confitenda circumstantia personæ, l. 9 d. 46 n. 31.

Verborum proprietas seruanda est, quoties verba in sua propria significatione possunt verificari, l. 10. d. 5. n. 4.

Verba posita in lege gratia frequentioris vsus non restringunt legem, ac ad casus similes extendatur, l. 9. d. 14. n. 16.

Verbum idem potest in eadem clausula referri ad diuersa, & accipi æquiuocè, respectu vnius propriè, & respectu alterius impropriè, l. 8. d. 7. n. 16. & l. 10. d. 17. n. 35.

Verba in narratione posita non continentius. l. 7. d. 22. n. 29.

Verbum, Nihil agit, inducit nullitatem actus, l. 7. d. 19. n. 7.

Verbũ, Volumus, quid importet in literis apostolicis, l. 8. d. 28. n. 17.

Verbum, Suffragari, quid importet, l. 8. d. 29. n. 11.

Verbum, Reseruamus nobis, an importet reseruationem personalem, ita vt reseruantis morte expiret, l. 8. d. 28. n. 63.

Verbera.

Verbera an sint causa diuortij & qualiter vxor possit à viro verberari, l. 10. d. 18. n. 14. & duplici sequenti.

Verisimile.

Verisimile quod non est, non est credibile, l. 3. d. 46. nu 2.

Veritas.

Veritas inspicitur, nec error excusat, vbi aliquis dat operam rei illicitæ, l. 3. d. 42. n. 1.

Vestes.

Vestes pretiosæ, & quotidianæ datæ vxori consummato matrim. an censeantur donatæ, & valeat ea donatio: vel accommodatæ ad vsum, sintque viro restituendæ soluto matrimonio, l. 6. d. 15. à nu. 2. ad 10. Quid de annulo & aliis iocalibus datis per virum vxori. n. 11. An vestes quotidianæ sint tradendæ vxori ex bonis viri, & quid de pretiosis. n. 12. Quid si vxor donet viro vestes, n. 4. Quid si vestes quotidianæ datæ vxori excedãt dotis fructus, n. 15. Quid si vir mittens vestes pretiosas vxori exprimat se donare, nu 14. Quid si fatentur eas esse vxoris. nu. 15. Quid extante consuetudine, vt animo donandi mittat. nu. 16. Quid si non sit consuetudo, vt vir mittat vestes pretiosas vxori, nu. 17. Quid si vxor aliqua viro donarat, virique vestes pretiosas mittat, nu. 18. Quid si vir sit nobilis aut dues: vel vxor nobilis, ipse autem plebeius, n. 19. Quæ dicantur vestes quotidianæ, & quæ pretiosæ, à nu. 20. ad 25. Quid attento iure communi, & antiquo Castellæ, de vestibus donatis per sponsum de futuro, aut præsenti, sponsæ, ante matrimonij consummationem, nu 17 & 28. Quid attento iure nouiori Castellæ an vestes & quæcunque alia missa inter sponsos de futuro, vel præsenti ante matrim. consummatum, censeantur sponsalitia largitas, & instar illius acquirantur n. 29 & 30. Quid si excedant decimam bonorum sponsi partem, n. 31 Quid si socer donet vestes nurui, an nurus sibi comparet, vel censeantur donatæ filio. t. n. atque in sua legitima computare. n. 31 & 33. An sint sponsalitia largitas, nu 33. Quid de vestibus datis filiæ per patrem nuptiarum tempore, nu 34. Quid si non tradat pater has vestes vltra dotem. n. 35. Quid si sit pater, aut socer valde dives, aut nobilis. n. 36. An sint conferendæ ex vestes, tales, quales tempore collationis fuerint, nu. n. 37. Quid si animus soceri fuerit, donare nurui, & non filio vel vice animus dubius sit. n 38.

Vestes clericales quæ sint dicendæ. l. 7. d. 46. n. 6.

Vestes viduales an sint dandæ viduæ de bonis viri: & perdantur à vidua secundò nubente, l. 7. d. 87. n. 31.

Vicarius.

Vicarius Episcopi an possit dispensare? *Vide*, Dispensare an possit vicarius. Et an in denunciationibus, vel delegare? *Vide*, Dispensare in denunciationibus. & ibi, de aliis vicariis.

Vicarius Episcopi an valide munus obeat, dum mors Episcopi ignoratur. *Vide*, Titulo legitimo carens.

Vicarius an valide conferat beneficia extra diœcesim, l. 3. d. 34. n. 1 & 2.

Vicarius an possit absoluere à suspensione Tridentini, sess. 24. c. 1. de matrimonio, lata in parochum assistentem clandestino. l. 3. d. 51. n. 3.

Vicarius generalis Episcopi an sit ordinarius, l. 1. d. 19. num 2. & 3. Quid de vicario Capituli, vel Abbatum, vel aliorum habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, nu 4. An comprehendantur omnes hi vicarij nomine ordinarij in Tridentino & alijs decretis mentionem ordinarii facientibus. n. 5. An sit ordinarius vicarius, quoad non competentia ex officio vicarii, sed ex speciali commissione. à nu 6. vsque ad 8. Quis possit conferre iurisdictionem ordinariam. n. 8. iuncto n. 2. An appelletur à vicario generali ad Episcopum. n. 9. An vicarius foraneus sit delegatus. n. 10. Quis dicatur generalis, & quis foraneus. n. 11. An appelletur à foraneo ad Episcopum. nu. 12. Quare iurisdictio ordinaria vicarij extinguatur morte Episcopi. n. 13. An possit vicarius generalis audire cõfessiones, & exponere confessarios. n. 14. & 15. An possit dare literas excommunicationis pro rebus perditis. n. 15. An vicarius comprehendatur nomine Episcopi in decretis de Episcopo mentionem facientibus: & quid nomine diœcesani comprehendatur, eo n. 16 iuncto n. 14. An possit assistere matrimonio, & alijs assistendi licentiam dare, & cognoscere de causis matrimonialibus, nu. 17 & 18. Quid de vicarijs ordinum militarium & aliorum habentium iurisdictionem Episcopalem. n. 19. Quid de vicario foraneo. n. 20.

Vicarius reuocatus morte Episcopi an valide assistat matrimonio, & licentiam concedat, l. 3. d. 30. nu. 1. & 2. Quid quoad negotia cœpta. n. 3. Quid si mors non sit intimata vicario, vel ignoret il-

lam

lam, cùm communiter scitur. Vel sciat illam, cùm communiter ignoretur, n. 4. Quid dum Episcopus est excommunicatus, an sit suspensa iurisdictio vicarij, n 5. & 6 Quid quoad negotia cœpta. n 7. Quid quando Episcopus est suspensus, vel interdictus, n. 8 An tunc cesset prorsus, vel suspensa sit iurisdictio vicarij, possitque procedere in causa vicario delegata. n. 9. Quid si vicarius excommunicato Episcopo assistat matrimonio, vel alij committat, n 10 Quid si Episcopus excommunicatus vicarium, aut parochum constituat, aut parochus excommunicatus vicecuratum: & sic instituto matrimonio assistat, n 10 Quid si vicarius sit ab Episcopo revocatus. & revocatio cõmuniter ignoretur ipso scientes: vel communiter sciatur ipso ignorante, n. 10. & 11. Quid de revocato delegato. n. 11 iuncto n 13. An sat sit qualiscumque revocationis notitia in ipso vicario, n. 12. & 13.

Vicarius parochi præsentis an possit subdelegare. *Vide*, Delegare ordinarius

Vicarius Episcopi an possit esse clericus cõiugatus, l. 7. d. 46 n. 14. Et qualiter intelligatur, si eũ vicariũ nominet Episcopus, eo n. 14.

Vicarius Episcopi an possit dispensare, l 8 d 6. n. 10.

Vicarius Episcopi an sit idem quod officialis. Et omnia quæ spectant ad expediendas dispensationes, quæ committuntur officiali diœcesano. *Vide*, Dispensare.

Vicarius Episcopi. *Vide*, Iudex, & Ordinarius.

Videre turpia.

Videre turpia. *Vide*, Aspectus.

Videtur.

Videtur, fictionem importat, l. 3 d. 49. n. 2.

Vidua.

Vidua trãsiẽs ad secũdas nuptias quæ perdat, & quibus pœnis subiiciatur *Vide*, Nuptiæ. Et an perdat vestes viduales. *Vide*, Vestes.

Vidua fornicans, aut tactus inhonestos patiẽs, an amittat tutelam, & teneatur reseruare filijs bona ex viri substantia acquisita, perinde ac si transiisset ad secundas nuptias, & idem de viro fornicante: & amittat legatum absolutè à viro relictum: perdatque dotem ac lucra constante matrim. acquisita: subiaceatque omnibus pœnis, quibus subditur secundò nubens, l. 7 tota d 90. Et an ex pœnæ sint correctæ iure canonico, ibi n. 1.

Vidua instituta vsufructuaria. dum honestè & vidualiter vixerit, & si transeat ad secundas nuptias, legatis el cẽtum, an si priùs luxuriosè viuat, & postea mutat, lucretur hæc cẽtum, l. 7. d. 90. n. 12.

Vidua an licitè delectetur in copula præterita, l 9 d. 47 à n. 1. vsque ad 7.

Vinculo.

Vincula duo incompatibilia vbi concurrunt, fortius præualet, l. 1. d. 46. n 7. & d. 62. n. 1 2.

Vincula duo sunt vno fortiora, l. 3. d. 19. n. 20.

Vir.

Vir an lucretur partem dotis, stante statuto vt lucretur decedenti vxore sine liberis, si decedat sponsa incognita, l. 2. d. 1. n. 5.

Vir an teneatur aliquando sequi vxorem. l. 3 d. 41. 14. & 15.

Vir adulter. *Vide*, Aduleer. Et accedens ad adulteram. *Vide*, Maritus accedens.

Viri nomine an intelligatur sponsus de futuro, aut de præsenti, ante matrim consummatum l. 1. d. 1. n 2 & 3.

Vir fornicans an teneatur reseruare filijs bona, quæ ex vxoris defunctæ substantia acquisiuit, perinde ac si ad secundas nuptias transiisset. *Vide*, Vidua.

Vir. *Vide*, Maritus, & Virgo.

Virginitas. & Virgo.

Virginitatem fingens & vtens mediis quibus illius defectum tegat, an peccet. l. 6 d. 17. à n. 7. ad 10.

Virgo Maria an semen ministrarit in incarnatione Christi, l. 2 d. 21 n. 11. Qualiter eius matrim fuerit verum, num virginitatis propositum excluserit. *Vide*, Consensus matrimonialis.

Virginem deflorans ficte promittens matrim ad quid teneatur. *Vide*, Promissio deliberata. Quid si matrim clandestinum cum ea fuerit initum *Vide*, Clandestinum matrim an obliget. An possit fuerit initum *Vide*, Clandestinum matrim an obliget. An possit religionem ingredi si sub spe. & matrimonij promissione defloruit *Vide*, Sponsalia contrahens Quid si prius emisisset votum religionis, aut castitatis. *Vide*, ibid. Quid si postea aliud matrim. inierit, an viduus effectus teneatur ad illam ducendam. *Vide*, Sponsalia matrim. alio subsecuto. Quid, vbi prius essent contracta cum alia sponsalia. *Vide*, Sponsalia priora. Quid si virgo tracta cum alia sponsalia. *Vide*, Sponsalia priora. Quid si virgo deflorata ab eo qui iniit matrimonium, cùm tamen sit corrupta, an teneatur illud consummare. l. 7. d. 18 n. 10.

Virgo reputata an possit vitium defloratoris tegere, vt nubat: etiam cum periculo vt vir intelligat partum esse suum, l. 9. d 20. nu 11. Et an possit venena sterilitatis sumere, ne concipiat: quia habet partus periculosos, vel vt suæ famæ & vitæ periclitanti consulat, ibi n. 1. & 10.

Viricidium.

Viricidium an impediat matrimonium. l. 7. d. 16. à n. 5. vsque ad 7. Et quid de vxoricidio, à n. 1. vsque ad 4.

Vita

Vita hominis an præsumatur durare centum annis, l. 1. d. 46. n. 1.

Vitium.

Vitium duplex ex vna radice ortum vna lege tollitur, lib. 7. d 10. n 10.

Vna & Vnum.

Vna & eadem res diuerso iure censeri non debet. l. 6 d. 22. n. 18.

Vnum pro alio, inuito creditore reddi nequit, l. 1. d. 44. n. 3.

Volo

Volo quid importet *vide*, Verba quæ sint. Et an importet electionem. & dispensationem, l. 6. d. 12 à n. 7. ad 15.

Volumus.

Volumus, positum in litteris apostolicis, quid importet, l. 8. d. 28. num. 27.

Voluntas.

Voluntas regulatur à potestate, l. 1. d. 55. n. 10.

Votum.

Votum ducendi aliquam, si inde vtilitas multa sequatur, an obliget. l. 1. d 4. nu. 1. Quid quando animo ingrediendi religionem ante consummationem, n. 2. Quid si sic fiat. Nisi Deus aliquid salubrius mihi inspiratit. nu. 3. Quid si vouens se fragilem sentiat & vocat vt vitet fornicationem, nu. 6. & 7. Quid si matrim sit causa pia, n 10. & 11. Quando matrim. sit causa pia, vel relictum consanguineæ pauperi, n. 9. Quid si votum sit disiunctiuum ducendi pauperem, vel ingrediendi religionem, n. 13.

Votum an sit validum de omni actu virtutis, l. 1. d. 4. n. 4.

Votum non ludendi, quando ludus est virtutis actus, an obliget, l. 1 d 4 n. 5.

Votum præcludens aditum ad bonum perfectius, si includat in se bonum quod est materia voti, an obliget, l. 1 d. 4. num. 11. & 13. fine.

Votum an possit irritari, quando est dubia ætas. *Vide*, Dubitans dẽ pubertate.

Votum filijfamilias reale excedentis vigintiquinque annos, an possit pater irritare. l 6 d 39. n 10.

Votum an præsumatur, dum pauperi absenti aliquid promittitur. *Vide*, Promissio ante acceptationem.

Votum certo pio loco factum, an possit commutari absque eius consensu, l. 1. d. 7. n. 25.

Votum quam deliberationem requirat. & an animum se obligandi *vide*, Repromissio deliberata. Et quid in dubio. *vide*, Dubitans de promissione. Et *vide*, Dubitans de vouendi modo.

Votum ratificans quando ductus est scrupulo, vel quia credebat prius esse validum, an teneatur. *vide*, Sponsalia quam ætatem. Et ibi, an requiratur scire prius fuisse irritum.

Votum castitatis, vel religionis emittens, an possit ducere vxorem animo ingrediendi religionem ante consummationem: Et si eo animo ducat, an teneatur ingredi. *vide*, Sponsalia iurans.

Votum religionis an impleatur, si quis tempore nouitiatus exeat, l 1. d 34 n. 17.

Votum religionis, aut castitatis emittens, post virginem defloratam, vel ante, ad quid teneatur. *vide*, Sponsalia contrahens.

Votum an dissoluat sponsalia, siue sit castitatis, siue religionis. *vide*, Sponsalia castitatis voto. Quid, si sit suscipiendi ordines sacros. *vide*, Sponsalia ordinis susceptione.

Votum de re illicita, vel impossibili, l. 1. d. 50. n. 5. 6.

Voto religionis astrictus qui vxorem duxit, & intra bimestre non consummauit. an teneatur postea ingredi, l 1. d. 24.

Votum fatens, & dicens se fictè vouisse, an sit credendum. *vide*, Parochus impedimentum.

Votum metu factum qualiter firmetur iuramento. *vide*, Iuramentum præstitum metu.

Votum paupertatis an adueniens, si religiosus precibus importunis obtineat licentiam dandi, vel accipiendi, vel retinendi, l. 4. d.

4.d.10 n.9. Quid si religiosus volentem sibi donare roget, aut iubeat vt det alteri, l.6.d.4.n.9.

Votum esse solemne in quo consistat, & qualiter differat in professione emissum a voto simplici, l.7.d.25 a nu.1. vsque ad 14. Et an professio sit contractus vltro citroque obligatorius, ibi n.12. Et an fiat immediate Deo: & an votum simplex soles Deus accepiat, secus de solemni, ibi n.13. Et an essentia huius voti consistat in traditione & circumstantiæ ab Ecclesia petitæ sint conditiones non quibus non, ibi n.14. Et an voti solemnis essentia sit de iure diuino naturali, & solemnitas quoad circumstantias ab Ecclesia adiectas sit de iure humano, ibi nu.16. Et an differat specie à voto simplici, ibi nu.19. Et qualiter promissionem & simul traditionem contineat, ibi n.20.

Votum solemne religionis quo iure matrimonium dirimat, l.7.10 & d.26.

Votum solius castitatis emissum absque aliis votis in religione approbata an sit solemne, ita vt dirimat matrimonium subsequens, l.7.d.25.n.21.

Votum solemne dirimens matrim. an sit promissio trium votorum in religione approbata, non obligando se illi religioni, sed religioni in generali, an potius solius voti simplicis vim habeat, l.7.d.25.n.22.

Vota seminariū, vulgò Beatarū, vel fratrum tertij ordinis D. Francisci & D. Dominici, qui non in communi viuunt, & eremitarū, an sint solēnia, & matrim. subsequens dirimant, l.7.d.25.n.23.

Vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ qualiter sint de essentia status religiosi, l.7.d.25.n.8. & 9. & qualiter approbatio Papæ se habeat ad religionis institutionem, ibi n.10.

Vota biennii Soc. Iesu qualiter verè ea emittētes cōstituāt religiosos ex natura rei, & traditionem contineant, l.7.d.25.n.11. & 15.

Vota simplicia, exceptis Societatis Iesu, non continent traditionem, etsi fiant in manu alicuius, l.7.d.25.n.17.

Voti solemnis, professionis aut ordinis sacri, aut votorum simplicium Societatis Iesu circumstantia an sit explicanda in confessione fornicationis. *Vide*, Circumstantia.

Votum solemne ordinis vel professionis, quoad potestatem dispensandi in illis, & causas requisitas. *Vide*, Dispensare.

Vota solēnia religiosi & simplicia an possit Papa irritare, l.8.d.8.n.7.

Votum solemne ordinis sacri. *Vide*, Ordo. Et professionis. *Vide*, Professio.

Votum simplex castitatis, religionis, assumendi ordinis sacri, non ineundi matrimonii, & iuramentum harum rerum, qualiter matrim. impediant, l.7. d.11.a n.1. vsque ad 6. Et an valeat matrimonium, quando vterque contrahens est his votis ligatus, ibi n.10. Et an peccet contrahens cum ligato his votis, ibi n.13. Et an liceat cum his votis nubere, animo firmissimo ingrediendi religionem ante consummationem, saltem quando sponsalia sunt iurata, ibi n.8.

Vota hæc quando sunt pœnalia, & nondum est pœna incursa, vel conditionalia, an in diem, vt post patris obitum, & conditio non est impleta, nec dies aduenit, an impedita ut matrimonium, l.7.d.11.n.7. & l.8.d.10.n.11.

Vota hæc an impediant matrimonium, an potius illud liceat vouenti venereis tentationibus vexato, passimque succumbenti, l.7.d.11.n.8.

Vota hæc habenti an liceat consulere ac suadere matrimonium, quando passim in venerea prolabitur, l.7.d.11.n.19.

Vota hæc habenti rogantique an valeat matrimonium cum illis initum quid liceat respondere, l.7.d.11.n.12.

Votum castitatis emissum post matrimonium ratum, animo ingrediendi religionem, an obliget ad religionem, & ad non consummandum etiam reddendo, l.8.d.11.n.4.fin.

Votum castitatis ante matrimonium factum non impedit debiti redditionem, postquam iam semel est consummatū matrimonium, l.9.d.33.n.1. Et quid ante consummatum matrimonium, priori bimestri, vel post consummatum, si adsit iusta diuortii causa, eo l.9.d.6.n.14. & 15. Et an is qui non vouit, possit his temporibus reddere, ibi n.12. & 15.

Votum castitatis habens tenetur reddere, etsi alter mortaliter deliquerit ineuns matrim. cum ipso, l.9.d.33.n.1. Et an possit petere, vel ob id totum extinguatur, ibi nu.3.4 & 5. Et quid, si tempore infidelitatis id votum emissum sit, ibi n.6. Quid si vterque ante matrimonium vouerat castitatem, ibi n.8. Quid si post tale votum alter fornicetur, ibi n.9.

Votum castitatis habens an possit aliquoties petere, & quando, l.9.d.7.nu.1. & 2. Et an teneatur alteri significare suum impedimentum, ne petat, aut possit significare, ne eius petitionem exspectet, ibi n.9. Et an possit prouocare alium, vt petat, vel alius qui non vouit, prouocare eum, vt petat, ibi n.10.

Votum castitatis, & virginitatis, an sint idem: an potius hoc amissa semel virginitate deobligat, ac inito postea matrimonio liceat petere, l.9.d.33.n.7.

Votum castitatis habens an sit monendus à confessore ne petat, si id ignoret, l.9.d.33.n.10. Et an id votum sit omnino seruandum mortuo altero coniuge, sitque sacrilegium fornicari, ibi n.11.

Votum castitatis si emissum sit ab vtroque coniuge seorsum, an possint aliquando neutro peccante commiscere, vel facere sibi mutuo signa, l.9.d.7.n.11. & 12.

Votum castitatis habens an peccet prima vice reddendo debitum & teneatur, si matrim. ineat, ingredi religionem, l.9.d.34.n.2. & 3. Et quid si id votum emittatur post matrim. ratum, vel animo ingrediendi religionem, ibi n.4. Et quid, si reddat priori bimestri post initum matrimonium: vel altero adulterante, ibi n.5.

Votum castitatis post matrim. factum sine alterius coniugis licentia, ad quid obliget, l.9.d.35.a n.23. vsque ad 30. Et an sit licitū, ibi à n.36. vsque ad 38. Et an sit indicandum alteri coniugi, vt approbet, vel ipso approbante obliget, eodem l.9.d.35.nu.26.

Votum castitatis habenti coniugi petenti an sit reddendum, l.9.d.6.n.7. Et an peccet reddens casu quo ad id non tenetur, vt priori bimestri ante matrimonii consummationem, vel altero fornicante, ibi n.11.12.13. Et esto non liceret reddere, an liceret tunc vti petitione, ibi n.12.

Votum coniugibus habentibus de castitate seruanda, an liceant delectationes & tactus. *Vide*, Osculo.

Votum religionis habens si matrim ineat, tenetur non consummare, l.9.d.13.nu.14. Et an semel consummato possit petere & reddere, etiam si se professurum promiserit, ibi n.15. Et an teneatur mortuo coniuge, vel vbi est causa diuortii, religionem ingredi, ibi n.16. & 17.

Votum religionis an censeatur emittere aut profiteri, & ita nequeat debitum petere, induitas habitum monachalem animo perseuerandi, l.9.d.33.n.18. & 19.

Votum religionis sine alterius coniugis licentia emissum, post matrim. ratum, consummatumve, an impediat debitum petere aut reddere, l.9.d.35.num.10. vsque ad 13. Et an id votum licitè emittatur, ibi n.32.

Votum ordinis sacri assumendi ante matrim. emissum, an impediat petere & reddere, vbi semel est consummatum matrimonium, l.9.d.31.nu.35. Et an mortua coniuge vel adulterante, teneatur hic ad ordines promoueri, ibi n.16. & 17. Et an teneatur ante consummationem ingredi religionem, eo l.9.d.34.num.6. Vbi an peccet consummans ad sui petitionem, vel post alterius adulterium, vel priori bimestri.

Votum ordinis sacri suscipiendi emissum post matrimonium absque alterius coniugis licentia, qualiter impediat actum coniugalem, l.9.d.35.n.14. Et an licitè emittatur, ibi n.33.

Votum non ineundi matrimonij an impediat petere aut reddere, l.6.d.31.n.21. & 22. Et ad quid obliget mortuo altero cōiuge, ibi n.23. Et an peccetur in prima consummatione, eo l.9.d.34.n.7.

Votum non ineundi matrimonij post matrimonium emissum absque alterius coniugis licentia, ad quid obliget, l.9.d.35.n.16. Et an licitè emittatur, ibi n.34.

Votum non petendi debiti factum post matrimonium absque alterius coniugis licentia, ad quid obliget, l.9.d.35.n.18. vsque ad 22. Et an licitè emittatur, ibi à n.36. vsque ad 38.

Votum religionis, ordinis sacri suscipiendi, non ineundi matrimonij, de licentia alterius coniugis emissum, ad quid obliget: & an licentia illa aliquid conferat, l.9.d.36.n.1.

Votum castitatis de licentia alterius coniugis emissum, an obliget ad non petendum. & abstinendum à quouis actu venereo, & ab alio matrimonio, & an aliquando huic vouenti liceat petere, l.9.d.35.n.2.

Votum castitatis emissum de licentia alterius coniugis, an priuet concedentem licentiam iure petendi, ita vt alter non teneatur ei reddere, l.9.d.36.n.4. & 5. Et quid, si concedens licentiam adulteretur, vel sit priori bimestri ante consummatum matrimonium, ibi n.6. Quid, si licentia sit de vouenda omnimoda castitate: vel si coniux qui vouit, postea remittat, & de iure petendi, ibi n.7. Et an tale votum sit licitum, ibi n.8. Et quid, si is qui vouit petat etiam priori bimestri, vel quando alter adulteratur, vel sit data licentia ad omnimodam castitatem vouendam, ibi nu.10. & 11.

Votum castitatis, vel religionis, vel non ineundi matrim. ab vtroque coniuge seorsum emissum, vel viri votum de ordine sacro suscipiendo, & mulieris de castitatis seruanda: vel vnius coniugis de castitate seruanda, & alterius de ingressu religionis, ad quid obliget, l.9.d.37.nu.1. Quid, si vterque post matrim. vouit castitatem seorsum, an possit reddere priori bimestri ante matrimonij consummationem, vel altero adulterante, ibi num.2. Et quando censeatur votum factum mutuo consensu, ibi nu.3. Et quid si vterque coniux non mutuo consensu, per modum pacti, sed seorsum, de licentia tamen alterius vouit castitatem, an possit petere aut reddere, ibi n.4.

Votum religionis communi consensu ab vtroque coniuge emissum an impediat petere & reddere, etiam tempore nouitiatus, l.9.d.37.n.5.

Votum abstinendi ab alio matrimonio ineundo communi consensu emissum, an impediat petere & reddere, l.9.d.37.n.6.

Votum viri suscipiendi ordines, mulieris verò castitatis, communi consensu emissum, ad quid obliget, l.9.d.37.n.7.

Votum alterius coniugis castitatis, alterius verò religionis, communi consensu emissum, ad quid obliget, l.9.d.37.n.8.

Votum castitatis communi consensu à coniugibus emissum, ad quid obliget, l. 9. d. 37. n. 9. & 10. Quid, si alter fornicetur, ibi nu. 11. Et an peccent ramquam si esset soluti, si commisceantur an potius sit explicandum in confessione copulam fuisse cum vxore, ibi n. 13. Et an per id votum absoluantur à mutuis obsequiis, & cohabitatione, ac possit alter ingredi religionem, ibi n. 14. Et an si iterum dent sibi potestatem corporum, liceat eis petere & reddere, ibi n. 15. Et an censeantur dare petendo debitum, ibi n. 24. Et an sit licitum tale votum, ibi n. 16. & 17. Et quid, si tàcitum sit pactum nec petendi, nec reddendi, etiam iuramento firmatum, ibi n. 18. & seq. Et an si alter voto castitatis astrictus sit, aut vterque, non tamen mutuo consensu, possit id peccatum remittere, ibi n. 20. Et an semel vel iterum concumbentes censeantur id pactum remittere, ibi n. 21.

Vota qualiter possit emittere coniux innocens, vel ad religionem aut ordines tranlire absque adulteri licentia: & quando adulter absque innocentis licentia. *Vide*, Ordo.

Votum magnæ abstinentiæ, vel peregrinationis viri vel vxoris, an sit ipso iure irritum: suntque in hoc pares, vt neuter sine alterius licentia id votum emittere valeat. l. 9. d. 3 n 7. & 8. & d. 4. nu. 15.

Votum in subsidium terræ sanctæ, vel peregrinandi illius, an possit alteruter coniux altero inuito emittere, ita vt alter irritare nequeat. l. 9. d. 4. n. 16. & 17.

Vota omnia vxoris constante matrim. emissa absque viri licentia, an possit vir irritare, l. 9. d. 39. à nu. 2. vsque ad 5. Et quid, si ante matrimonij consummationem fiat emissa animo ingrediendi religionem, vel simul promittendo religionem, ibi n. 10. Quid, si vir adulterium admittat, aut diuortium celebratum sit: siue ante, siue post diuortium sint emissa, ibi n. 7. & 8. & 27. Et an liceat eam iniuriam remittere, aut matrim. inire, si coniux norit fore vt vota irritentur. ibi n 7. & 8.

Vota vxoris emissa tempore quo vterque coniux mutuo consensu vouit castitatem, vel mutare statum, aut religionem ingredi; an possit vir irritare, l. 9. d. 42. n. 10.

Vota vxoris, filij, religiosi, emissa in tempus solutæ potestatis superioris, an possint irritari, l. 9. d. 39. à nu. 14. vsque ad 21. Et quid de voto religionis hic emisso ab vxore, vel à filio impubere, ibi n. 19. Quid de voto castitatis vxoris, ibi nu. 18. Et quid, si id votum vel alia emissa fiant ante consummationem matrim. animo vel voto ingrediendi religionem, & in illa implenda, ibi nu. 20. Et quid de voto seruij in tempus libertatis, ibi n. 17.

Votum castitatis communi consensu emissum, aut alia vota communi consensu facta, an possint à viro irritari: vel si sit votum religionis, vel si communi consensu ipse voueat religionem aut ordinem sacrum, mulier verò castitatem. l. 9. d. 40. à n. 19. vsque ad 23.

Votum castitatis vxoris constante matrim. emissum absque viri licentia, an possit vir irritare: & eo irritato an vxor fornicans sit sacrilega: atque eo soluto matrim possit aliud inire, lib. 9. d. 39. à num. 10. vsque ad 12. Quid, si id votum factum sit ante matrimonium, ead. d. 19. n 27. Quid, si licentia viri sit emissum, eod. l. 9. d. 40. nu. 16. & 17. Et an id votum emissum tempore matrimonij absque licentia viri, & ab eo irritatum, reuiuiscat soluto matrimonio. eo l. 9. d. 39. n. 37. Et an reuiuiscat, si fiat in tempus soluti matrimonij: ead d. 39. n. 38. Et quid, si fiat tempore diuortij, ibi n. 41.

Votum religionis ab vxore factum tempore matrimonij absque licentia viri, an possit vir irritare. l. 9. d. 39. num. 29. Et quid, si ante matrim. sit emissum, ibi n. 28. Quid, si cum viri licentia, eod. l. 9. d. 40. num. 4. Et quid, si tempore diuortij: & an reuiuiscat, d 39. num. 31. Et quid, si communi consensu, d 40. num. 21. & 22. Et quid, si femina impubes malitia supplente ætatem nubat, & ante consummationem voueat religionem, an possit vir irritare, l. 9. d. 41. n 8.

Vota vxoris facta ante initum matrim. an possit vir irritare, l. 9. d. 39. à n. 22. vsque ad 29. Et quid de obligatione facta homini; ibi num. 30.

Vota vxoris qualiacunque sint, facta tempore diuortij, an possit vir irritare, ita vt non reuiuiscant, l. 9. d 39 n. 41.

Vota vxoris per virum irritata, qualiacunque sint, an reuiuiscant, l. 9. d 39. à n 32. vsque ad 41. Et qualis potestas exigatur in superiore, vt non reuiuiscant. ibi nu. 34. Et an si iterum consentiat superior, vt non reuiuiscant. ibi nu. 34. Et an si iterum consentiat superior, reuiuiscant: & quando non fuerit vera irritatio, sed suspensio, ibi n. 35.

Vota vxoris tempore prioris matrimonij facta, quando posterior vir possit irritare, qualiacunque sint, etiamsi cum prioris viri licentia sint facta: vel mutuo consensu tempore prioris matrim. facta sint. & generaliter de superiore successore respectu votorum facta sint. & generaliter de superiore successore respectu votorum subditi, l. 9. tota d. 41. Et quid, si vxor ante matrim. erat sub potestate patris vel tutoris, vel illis catebat, at erat in tali ætate, vt si illos haberet, possent votum irritare, an possit similiter vir, ibi n. 4 & 5.

Vota viri qualiter possint ab vxore irritari, ita vt non reuiuiscant qualiacunque sint, etiam castitatis: & si mutuo consensu facta sint, vel de sola vxoris licentia, vel facta tempore diuortij, vel tempore quo mutuo consensu vouerant castitatem, l. 9. d. 42. à n. 1 vsque ad 15. Et quid de factis ante matrim. ibi nu. 18 Et quid de votis factis in tempus soluti matrim. ibi n. 11. Et quid de factis tempore prioris matrim. cum licentia, vel sine licentia prioris vxoris, ibi à n. 16

Vota vxoris de licentia viri facta, aut promissionem factam homini, etiam si sint castitatis, an possit vir irritare, & generaliter quicunque superior vota ex sua licentia facta, l. 9. d. 40 à nu. 2. Et an si de facto irritet, teneatur iterum dare licentiam, ibi num. 8. Et quid de votis castitatis aut religionis, aut alijs mutuo consensu emissis, ibi à n. 19 Et an talia vota reuiuiscant, ibi n. 24. & 25. Et an tàcitumitas cogaito voto reputetur licentia, ibi nu. 9. & 10. vbi de alijs casibus, in quibus potest dubitari, an censeatur votum de superioris licentia factum. Et quid, si tempore diuortij fiant de licentia innocentis, l 10. d. 10 n. 14.

Votum irritari emissum de licentia superioris, an subditus petens peccet. l. 9. d. 40. n 11.

Voti irritatio an sit; Nolo vt facias, vel nolo pro nunc vt faciat, quando superior scit votum: vel alias prohibet materiam, vel oppositum præcipit, l 9 d 43. nu. 10 Et quid, si inscius voti petitam ad exequendum licentiam deneget, vel materiam interdicat, ibi n 2.

Votum religiosi transeundi ad religionem strictiorem, cur superior nequeat irritare, l 9. d 39. n 9.

Vota in seculo facta ab ijs qui Soc. Iesu ingrediuntur, an suspendantur, reuiuiscantque iis expulsis post vota biennij. l 9 d. 39. nu 42. Et quid, si superior illa irritet, vel vota post biennium emissa, ibi n. 43.

Vota nouitiorum an subiiciantur dispensationi aut irritationi prælati religionis aut Episcopi, l 9 d 39 nu. 44 Et quid si tempore quo vouerunt, habebant patrem vel tutorem, vel erant in ætate, vt, si haberent, possent illi irritare, possint prælati religionis irritare. l. 9. d. 41 n. 11.

Vota quæ nouitius noluit commutare cum professione, an possit postea superior irritare, ita vt non reuiuiscant, l 9. d. 39. n. 44.

Votum emissum à subdito de re vetita, an ita illum obliget, vt teneatur petere licentiam, & non tantum semel, ad illud exequendum, teneaturque explicare votum, l 9. d 43 à nu 3. Et quando superiore inscio voti prohibente materiam excusetur subditus ab impletione, & quid si iterum det licentiam, ibi n 3 7 & 9.

Voti commutatio quando facta est, nec impletur materia subrogata loco prioris voti, vel non aderat animus implendi tempore commutationis, an teneatur vouens ad prius votũ, l. 8. d 9 n 21. Et an hic cui votum commutatũ est, possit propria auctoritate ad prius votum redire, eod num 21. Et an vbi semel hic rediit ad votum, possit iterum ad commutationem redire, eo l. 8. d. 31. n. 3.

Votum quod religiosus ante professionem emiserat, an ipsum obliget, si culpa sua electus sit, l. 8. d 9 n. 21.

Votum non commutans partim, sed in eò omnino dispensans, cum vtraque potestate gaudeat, an peccet, l 8. d 9. n. vlt.

Vota castitatis, religionis, & alia reseruata an censeantur in generali votorum concessione inclusa, an potius speciali mentione indigeant, l. 8. d. 9 n. 2.

Votorum reseruatio est odiosa & restringenda, l 8. d. 9 n. 5.

Vota reseruata commutans, aut in eis dispensans, an incurrat excommunicationem, l. 8. d. 9. n. 1.

Votum vel iuramentum factum in fauorem tertij, an possit ille tertius remittere, l 8. d 9. n. 13.

Voti pœna pecuniaria debita an possit commutari à potente commutare vota, vel si sit à Papa imposita, l. 8. d. 16. n 14.

Votum religionis emittens & impetrans dispensationem vt nubat an possit manere in seculo absque nuptiis, l. 8. d. 31. n. 7.

Voti dispensatio ad contrahendum cum certa persona, an aliquando extendatur ad contrahendum cum alia. l 8 d 31. n 13. & 14.

Votum quoad potestatem in eo dispensandi, & an hæc extendatur ad iuramenta, & ad commutandum, & quis possit in eis dispensare. *vide*, Delegata potestas. Dispensandi potestas. Et quæ in eius dispensatione sint necessariò explicanda, *vide*, Dispensatio. Et quæ causæ desiderentur ad dispensandum in eo, *vide*, Causa. Et quid possit fieri circa vota & iuramenta virtute bullæ vel iubilei, *vide*, Bulla.

Votum de re partim possibili, partim impossibili, vel partim bona, & partim mala, vel indifferenti, vel si partis impossibilitas superueniat post votum, an obliget. l. 9. d. 35. à n. 1. vsque ad 9.

Votum ieiunij omnibus vitæ diebus ad quid obliget. l 9. d. 35. n. 5.

Votum eundi Hierosolymam absque vestibus, vel cum bufone in ore, ad quid obliget, l. 9. d. 35 n. 7.

Votum non peccandi non obligat nisi ad partem possibilem, l. 9. d 35. n. 25.

Votum ex falsa causa emissum quando sit irritum, l. 10. à 9. nu. 13. & seq. Et quando dicatur materia parua circa quam est error, & an tunc obliget ad tem promissam accessoriam voto principali, ibi nu. 19. Et an satis sit, non considerasse difficultates quæ voti emissionem impediterent, ibi nu. 14. Et an sit regula, vt votum vel iuramentum non obliget ad id, ad quod vouens vel iurans non se obligasset, si meminisset, ibi n. 15. Et quid, si sit error circa causam finalem vel impulsiuam voti, ibi nu. 16. Et quid, si sint plures

causæ

causæ, vel dubiterur an sit causa finalis vel impulsiua, ibi n. 16. & 17 Et quid de professione, à n. 18. vsque ad 23.

Votum & iuramentum de eadem re violans, an peccet duplici malitia necessariò fatenda. l. 9. d. 15. n. 5. & 6.

Voto vel constitutione regulari astrictus ad non edendas carnes in feriis sextis, an illas edens in feria sexta, in qua iacidit natale Domini, sit reus præcepti Ecclesiæ iubentis ab illis abstinere in feriis sextis, l. 7. d. 8. nu. 16. Et an possit in hoc dispensare, qui potest dispensare in constitutione vel voto, illúdve irritare, ibid.

Votum an deobliget: quádo emisso voto superuenit aliquid, quod minùs bonum & contra consilium reddat materiam voti, inhabilemque ad votum: & qualiter castitas sit apta voti materia, in eo qui passim in venerea labitur, l. 7. d. 11. n. 9.

Votum pœnale ad quod quis se obligat, si non steterit sponsalibus, an obliget, l. 7. d. 88. n. 37.

Vota multiplicata an in eorum fractione constituant nouam malitiam necessariò fatendam, l. 7. d. 27. n. 25. Et quid, si sint votum & iuramentum de eadem re ibi n. 16.

Vox.

Vox vnius, vox nullius, l. 2 d. 46 n. 11.

Vsus.

Vsus rationis an sit possibilis in vna materia, & non in alia, l. 1. d. 8. n. 22. & 23.

Vsus rationis an adueniat septennio, l. 1 d. 16. n. 1.

Qualis desideretur in sponsalibus. *Vide*, Sponsalia quam ætatem.

Vsufructuarius, & Vsufructus.

Vsusfructus remissio facta per patrem filio, an censeatur melioratio, vel possit reuocari tamquam inofficiosa, l. 6. d. 4 n. 18.

Vsufructuarius an transmittat ad hæredes fructus nondum perceptos, l. 7. d 89. num. 40.

Vsusfructus vxori legatus *Vide*, Legatum.

Vt.

Vt, an faciat conditionem, vel modum, l. 3. d. 33. n. 2.

Vtile.

Vtile facit valere inutile, quod ab ipso separari nequit, l. 6. d. 29. nu. 16. Per inutile quando videatur, l. 9. d. 35. n. 3.

Vxor.

Vxor an teneatur sequi virum, vbi est pactum vt vir teneatur habitare in certo loco. *Vide*, Pactum vt vir. Quid quando non est id pactum, an teneatur sequi virum ex quacumque causa alio migrantem, vel quia exulat, vel excommunicatur, vel quia vagatur. l. 1. d. 41. à n. 1 ad 11. An vir teneatur aliquando sequi vxorem, n. 14. & 15. An sponsa de futuro teneatur sponsum sequi, l. 1. d. 54. n. 14.

Vxor an teneatur virum bannitum suis bonis alere, l. 1. d. 45. n. 13.

Vxor lite pendenti, an sit alenda, l. 2. d. 41. n. 51. Quid si dotem non attulit, l. 4. d. 26 n. 21.

Vxor promittens metu dotem, an teneatur denuo constituere, l. 4 d. 11. n. 25.

Vxor an possit tuta conscientia renunciare lucra constante matrimonio quæsita, vt ab ære alieno soluendo eximatur, l. 6. d. 4. nu. 10. An possit in fauorem viri renunciare, vel vir in fauorem vxoris. eo l. 6. d. 5 à n. 2. ad 9 An possit conueniri inter coniuges ante initum matrimonium, ne lucra diuidantur, ea d. 5 nu 1. An ea renunciatio possit fieri in præiudicium legitimè ascendentium, vel descendentium, n. 10. An vxor possit renunciare in fauorem viri ea lucra, ex contractu cum quodam tertio, ea d. 5. n. 11.

Vxor an omnia obsequia debeat viro. l. 6. d. 6. n. 13. & 14.

Vxor an acquirat fructus rei sibi à viro donatæ. *vide*, Donatio morte confirmata.

Vxor an possit arras viro constituere. l. 6 d. 29. n. 4. Vbi an possint decimam bonorum eius excedere.

Vxor quæ teneatur reseruare filiis prioris matrimonij. *vide*, Lucra quæ reseruentur.

Vxoris nomine quid claudatur, an sponsa de præsenti aut futuro, l. 1 d. 1. n. 2. & 3.

Vxoris fideiussio, & quid si promittat viro se eius debita, aut legata soluturam: Et quando possit abscondere bona. *vide*, Fideiussio vxoris.

Vxor an possit expelli, vel non traduci à viro, ob dotem non solutam, l. 9. d. 5. à num. 11 ad 18. Et an possit vir post expulsionem agere, vt dos sibi soluatur, ibi nu. 14. Et an possit expelli, quando debiti petitio interdicta est, ibi num 29. Alia de obligatione cohabitandi. *Vide hic infrà*, &, Cohabitare.

Vxor an teneatur sequi virum, & valeat pactum vel consuetudo in contrarium, l. 9. d 4. n. 11.

Vxor an possit fugere, quòd à viro castigetur, & qualiter sit à viro tractanda, l. 9 d. 4 n. 12.

Vxor an teneatur ad obsequia aliqua viro præstanda, l. 9. d. 4. n. 18.

Vxor an possit habitum mutare, vt indui habitu beatarum, absque viri licentia, l. 9 d. 1. n 9.

Vxor an possit vendicare virum, & è contrà, l. 9 d. 4 n. 9.

Vxor quando teneatur virum alere. *vide*, Alimenta. Et quando vir possit vxori denegare alimenta. *vide*, ibid.

Vxor an sit in extrema necessitate præferenda parentibus & filiis viri, l. 9 d 4 n. 26.

Vxor an teneatur soluere ex sua dote debita à viro contracta pro ipsa & familia alenda, quando bona viri non supersunt: nec possit tunc integram dotem recuperare, l 9 d 4 n 28. & 29.

Vxor cui vir tradidit censum soluendu creditoribus ipsius viri, si ea in alenda familia expendat, nec vir postea soluendo sit, an teneatur suis bonis satisfacere creditoribus, l. 9. d. 4. n. 30.

Vxor quoad omnia legata, & vsumfructum, absolutè vel sub conditione sibi relicta, quando perdat per fornicationem vel transitum ad secundas nuptias. *vide*, Legatum. Et quoad alias pœnas quas ob secundas nuptias incurrit. *vide*, Nuptiæ. Et an eas incurrat fornicans. *vide*, Vidua.

Vxor per adulterium quid perdat, & quas pœnas incurrat. *vide*, Dos. & Paraphernæ. Et an possit interfici à viro, & qualiter possit accusari. *vide*, Maritus. Et quid lucretur per viri adulterium. *vide*, Adulter. Et an compenseturs eius adulterium cum adulterio viri. *vide*, Compensatio.

Vxor quoad vsum matrimonij, quando nequeat petere nec reddere, & quando teneatur reddere, & quando in eius vsu peccet. *vide*, Debitum. Et ibi, quando vir factus est impotens. Et an excuseturà ieiunio ratione matrimonij aut præcepti viri. *vide*, Ieiunium. Et quoad tactus, siue secum, siue cum viro. *vide*, Oscula.

Vxor quando est excommunicata, vel ipse vir, vel vterque, qualiter possint participare, vel cum ijs cum quibus vir participat. *Vide*, Maritus.

Vxor an possit venena sterilitatis accipere, ne concipiat: quia filijs abundat, aut quia in partu solet periclitari. l 9. d. 2. n. 2. & 10.

Vxor qualiter possit vota viri irritare. *Vide*, Votum.

Vxor clerici coniugati in minoribus constituti, vel qui post matrimonium legitimè sactis initiatur, an gaudeat priuilegijs clericalibus, l. 7. tota d. 47.

Vxorum pluralitas. *Vide*, Nuptiæ.

Vxor arcta vni, vel ab vno cognoscibilis, an præsumatur omnibus arcta, vel ab omnibus cognoscibilis, & vir potens ad corruptam, an præsumatur aptus ad virginem, l. 7. d. 91. n. 12. 27. 28.

Vxor separata ratione impotentiæ viri, quoties est restituenda viro, detecto errore. *Vide*, Impotentia.

Vxor separata à viro ratione impotentiæ, quæ deprehensa est falsa, viro iam professo, vel sacris initiato, si nolit eum repetere, an teneatur vouere continentiam, l. 7. d 99. n. 39.

Vxor cuius vir est sacris initiatus, an possit valide eo mortuo ad alias nuptias tranfire, l. 7. tota d. 40.

Vxor an teneatur reddere debitum initiato sacris ordinibus, aut professo ad ipsam reuocato, l. 7. d 38 n. 11.

Vxorem fugientem an teneatur vir quærere. l. 10. d 11. n. 16.

Vxor an licitè alimenta capiat ex bonis per vsuram à marito acquisitis. l. 10 d. 17 n. 9.

Vxor an possit diuertere ob verbera, & quando possit verberari, l. 10 d. 18 n. 14. 15. & 16.

Vxor an possit diuertere, quia vi extorqueatur debitum, vel si timeat concubinam viri, l. 10 d. 18. n. 17. & 20.

Vxor si ex latrocinijs vel alijs viri delictis timeat damnum, an teneatur cum eo habitare. l. 10. d. 18. n. 21.

Vxor an non obstante cautione incolumitatis data à viro possit ab ipso castigari. l. 10 d. 18. n. 46.

Vxor an possit se vendere, l. 7. d. 23. n. 9. & 10. Et quid, si consentiat venditioni mariti, ibi n 7.

Vxoricidium.

Vxoricidium an impediat matrimonium, l. 7. d. 16 à nu. 1. vsque ad 4. Et quid de viricidio, ibi à n. 5. vsque ad 7.

INDEX
LOCORVM
QVI
EX IVRE PONTIFICIO,
CONCILIO TRIDENTINO,
ET
Motibus propriis, & iure Cæsareo, ac Regio Castellæ in hoc opere notabiliùs explicantur.

Ex Decretalibus.

C Ap. Querelam, de elect. l. 3. d. 22. n. 54
C. Ex tenore, de tempor. ordin. explicatur l. 3. d. 15. n. 22. iuncto num. 8
C. Sedes, de rescript. explic. l. 3. d. 18. n. 29
C. Dubium. el 2. de elect. explicat. l. 3 d. 22 n. 14.
C. 2. de ordinatis ab Episc. qui renunc explicatur lib. 3. disp. 22. num. 35.
C. fin. de bigamis, explicatur l. 3. d. 5. n. 12
C Accedens, de procur. explicatur l. 4. d. 22. n. 22
C. 1. de pactis, explicatur l. 1. d. 7. n. 22
C. Qualiter, de pactis, explicatur l. 1. d. 7. n. 22
C. 1. de his quæ vi, explicatur l. 1. d. 9. n. 14
C. 2. de his quæ vi, explicatur l. 4. d. 1. n. 19
C. finale, de transact. l. 2 d. 1 (. n. 5. in solutione ad 9.
C. vltimum, § finali, de offic. deleg. explicatur l. 2. d. 40. n. 17
C. Cùm Berchold us, de sententia, & re iudic. explicatur l. 3. d. 31. num. 10
C. Literas, de rest. spol. explicatur el 2. d. 39. n. 9. & d. 41. n. 50. & l. 3 d. 45. n. 1
C. Ex conquestione, de restit. spoliat. explicatur l. 2 d. 41. n. 50. & l. 3. d. 45. n. 1
C. Ex transmissa, de restit spoliat. explicatur l. 2. d. 41. n. 50. & l. 3. d. 45. n. 1
C. Licet, de feriis, explicatur l. 3. d. 10. n. 11
C. Quoniam, § Porro, vt lic e non contest. explicatur lib. 2. d. 46. num. 9
C Licet ex quadam, de testibus, l. 1 d. 71. n. 11
C. Quemadmodum, de iureiur. explicatur lib. 2. tota d. 55. & 57. & maximè n. 6. & d. 63. n. 2
C Pervenit, de iureiur. explicatur l. 2. d. 46. n. 11
C. Debitores, de iureiur. explicatur l. 2. d. 31. n. 15
C. Verum, de iureiur. l. 2. d. 31. n 1. & 15
C. Si verò, de iureiur. explicatur l. 2. d. 31. n 1 & 15
C. Tuam, de ordine cognit. explicatur l. 3 d. 54. n 4
C Consultationibus, de iure patr. l. 3 d. 24 n. 14
C. Aqua, de consec. Eccles. l. 3. d. 35. n. 14
C. Maiores. § Item quæritur, de baptis. l. 4. d. 1. n. 5
C. Cùm virum, de regular. l. 4 d. 6. n 19
C. Ex publico, de conuers. coniug l. 2. tota d. 34
C. Cùm dilecti, de donat. l. 2. d. 41. n. 33
C. Ex parte, de sponsal l. 3. d. 40 n. 5
C. Veniens, 2. de sponsal. l. 4. d. 13. n. 9
C. Ad id, de sponsal. l. 4. d. 18. n. 6
C. Sicut, de sponsal. l. 2. d. 9 n. 40
C. Is qui fidem, de sponsal. l. 2. d. 31. n. 2
C. Ex parte, de sponsal. l. 3. d. 18. n. 21
C. Ex literis, 2. de sponsal. l. 2. d. 29. n. 4
C. Requisiuit, de sponsal. l. 2. d. 29. n. 4
C Gemma, de sponsal. l. 2. tota d. 30 & duplici sequenti,
C. Commissum, de sponsal. l. 2. d. 43. n. 5. & 10
C. 2. de sponsal. l. 2 d. 32. n. 2
C. Sicut de sponsal. l. 2. d. 33. n. 16
C. De illis, de sponsal. l. 2. tota d. 34
C. Cùm in tua, de sponsal. l. 2. d. 31. n. 14
C. Cùm locum, de sponsal. l. 2. d. 30. n. 2
C. Præterea, 2. de sponsal. l. 2. d. 32 n. 2
C. Consultationi, de sponsal. l. 2. d. 31. n 6. & l. 3. d. 22. n. 14
C. Tuæ, de sponsal. l. 2. d. 30 n. 2. & d. 32. n. 6
C. Si inter, de sponsal. l. 2. d. 31. n. 6. 9. 10. 12. & d. 32. n. 5.
C. Iuuenis, de sponsal. l. 2. d. 41. n. 9
C. In præsentia, de sponsal. l. 2. tota d. 46
C. finale, de clandest. desponsat. l. 3. toto d. 43. n. 5.
C. 2. de clandest. desponsat. l. 2. d. 43. n. 5
C. 1. de desponsat impub. l. 2. d. 23. n. 5. & l. 4. d. 27. n. 3
C. 2. de desponsat. impub. l. 2. d. 27. n. 4. & 6
C. Ex literis, de desponsat. impub. l. 4. d. 29. n. 2 & 3
C. Duo pueri, de desponsat. impub. l. 2. d. 69 n. 11
C. De illis. 2. de desponsat. impub. l. 2 tota d. 51 & 69. n. 11
C. A nobis, de desponsat. impub. l. 2. tota d. 51. & 69. n. 11
C. Quod nobis, qui filii sint legitimi, l. 3. tota d. 43
C. 2. qui filii sint legitimi l. 3. d. 2, n. 12
C. De illis, de conditione apposita. l. 2. d. 33. n. 4
C. finale, de condit. appos. l. 3. tota d 3. 4. & 5. & à d. 9. vsque ad 17
C. Veniens, qui clerici, vel vouent. l. 2. d. 6. n. 33. & d. 46. n. 12. d. 58 n. 4 & d. 73. n. 3
C finale, qui clerici, vel vouentes, l. 3 d. 9. n. 14
C. 1. de nuptiis. contracto contra interd. Ecclesiæ, l. 2. d. 23. n. 15
C. Gaudemus, de diuortiis, l. 2. d. 8. n. 2
C. Licet, de sponsa duorum, l. 2. d. 24. n. 4 & d. 31. n 6
C. Quia circa, de consanguin. l. 2. d. 38. n. 12
C. Dominus, de secundis nuptiis, l. 2. d. 42. à n 42. vsque in finem: & triplici disp. seq. & tota d. 46
C. Laudabilem, de frigidis & maleficiis, l. 2. d. 41. n. 53
C. 2 de coniug. seruor, l. 2. d. 43. n. 9
C. Accidentibus, de excess. præl. 2. l. 3. d. 29. n. 22
C. Qualiter & quando, de accusat. l. 3. d. 14. n. 5
C. Mulieres, de sent. excom. l. 3. d. 49. n. 4
C. Nuper, de sent. excom. l. 3. d. 47. n. 4
C. Si concubinæ, de sent. excom. l. 2. d. 41. n. 4
C. Inquisitioni, de sent. excom. l 2. d. 42. à n. 42. & triplici d. seq.
C. 3. de sent. excommun. l. 2. d. 2. n. 5
C. Significauit, de Iudæis, l. 3. d. 49. n. 4
C. Ad audientiam, de homic. l. 2. d. 42. n. 9
C. 2. de hæret l 2. d. 38. n. 10
C. Qui scandal. zauerit, de regulis iuris, l. 3. d. 38 n. 39
C. Innotuit, de elect. explicatur l 2. d. 26. n. 4
C. Cùm Vintoniensis, de elect. l. 9. d. 6. n. 9
C. Quoniam Abbas, de offic. deleg. l. 2. tota d. 27
C. Gratum, c. Relatum, c. Licet vndique, de offic. deleg. l. 2. d. 28. à n. 2. vsque ad 47
C. Super literis, de rescript. l. 2. d. 22. à n. 5. vsque ad finem.
C. Postulasti, de rescript. l 2. d 21. n. 10. & 17
C. Ad hæc, & cap finale, de rescript. l. 2. d. 27. n. 37
C. Literas, de filiis presbyter. l. 9. d. 38 n. 7
C. Nuper, & cap. finale, de bigam. l. 7. tota d. 85
C. Veniens, de iureiur. l. 2. d. 17. n. 3
C. Quemadmodum, § fin. de iureiur. l. 9. d. 35. n. 6
C. Tua, el 2. de iureiur. l. 9. d. 37. n. 12. & 17
C. penult. de præscript. l. 2. d. 21. n. 6. & 18
C. Cùm venisset, de testibus & attest. l. 2. d. 28. n. 40
C. Lator & cap. Tenor, de sentent. & re iudic. explicatur l. 7. tota d. 100. & l 10. d 9 n. 4
C. Ex transmissa, & c. Ex parte, de restit. spoliat. l. 7. tota d. 111. & maximè, n 8. & l. 10 tota d. 18
C. Literas, de restit. spoliat. l. 10. d. 11. n. 12. & tota d. 18. & l. 7. d. 51. n. 8
C. Laudabilem, vt lite pend. l. 7. d. 2. n. 15
C. 1. de cleric. coniug. l. 7. tota d. 42. & 43
C. Quod à te, eodem tit. & iisdem disputationibus.
C. 2. eodem tit l. 7. d. 42. n. 16
C. Ioannes, eodem tit. l. 7. d. 42. n. 18. & d. 46. n. 11.

C. Laudabilem, de conuers. infidel. l. 7. tota d. 78
C. fin. de obseru. ieiun l. 7. d. 8. n. 16
C. fin. de institut. l. 8. d. 5 n. 16
C. Cùm ad monasterium, de statu monach. l. 3. d. 8. n. 11
C. Graue, de præbend. l. 8. d. 17. n. 16
C. Cùm nostris, de constit. præb. l. 8. d. 18. fin.
C. Quod super, de voto, lib 9 disp. 4. n. 14
C. Consulti, & c. Super eo, de regul. l. 9. d. 33. n. 19
C. Veniens, eodem tit. l. 9. d. 37. n. 17
C. 1 de conuers. coniug l. 7. d. 32. n. 2. & 3 & tota disp. 35
C. Cùm sis, & c. Ad apostolicam, & c. Vxoratus, eod. tit. l. 7. tota d. 32. & seq.
C. Quidam, & c. Placet, eod. tit. l. 7. d. 34. per totam
C. Accedens, eod. tit. l. 7. d. 35. a n. 1 vsque ad 9
C. Veniens eod. tit. l. 7. d. 35. a n. 9 vsque ad 12. & tota d. 36
C. Consuluit, eodem tit. l. 7. d. 35. a n. 13. vsque in finem
C. Coniugatus, eodem tit. l. 7 tota d. 38. 39. & 40
C. Sanè, eodem tit. l. 7. d. 41. per totam
C. Charissimus, eodem tit. l. 9. d. 36. n. 9
C. Constitutus, eodem tit. l. 10. d. 11. n. 17
C. finale, eodem tit. l. 10. d. 35. n. 19
C. 1. de sponsa. l. 7. d. 4. n. 11
C. Inuenis, eodem tit. l. 7. d. 64. n. 13
C. Ex parte, eodem tit. l. 10. d. 11. n. 18
C. Fraternitati, de eo qui cogn. consa. l. 7. d. 64. n. 13
C. 1. eodem tit. l. 7. tota d. 13. & l. 9. a d. 27. vsque ad 31
C. 2. eodem tit. l. 7 d. 35. n. 5
C. Discretionem eod. tit. l. 9 tota d. 31
C. Quanto, de diuort. l. 7. d. 74. & triplici sequenti, & l. 10. d. 15 n. 19
C. Gaudemus, eodem tit. l. 7. d. 74. & triplici sequenti, & d. 101. n. 4. & l. 10. d. 5 n. 8
C. De illa, eodem tit. l. 10. d. 15. n. 19
C. 2. eodem tit. l. 10. d. 15 n. 3. & d. 17. n. 5
C. Porrò, & c. Significasti, eodem tit. l. 10. d. 2. n. 38.
C. finale, eodem tit. l. 7. d. 32. n. 8
C. Ex litteris, eodem tit. l. 10. d. 9. n. 18
C. 1. de eo qui duxit. l. 7. d. 78. n. 1. & tota d. 79
C. Super hoc, eodem tit. l. 7 tota d. 78
C. Veniens, & cap. finale, eodem tit. l. 7. tota d. 79
C. De infidelibus, de consang. l. 7. d. 52. n. 8
C. finale, eodem tit. l. 7. d. 53. n. 5
C. Quod dilectio, eodem tit. l. 8 d. 1. n. 33
C. Quod super, eodem tit. l. 7. tota d. 4
C. 1 & cap. Vir, de secundis nuptiis, l. 7. tota d. 82
C. finale, eodem tit l. 7. d. 87. a n. 21. & d. 88. a n. 18
C. 1. & 4 qui cleric. vel vou. l. 7. d. 86. n. 17. 18 & 20
C. Veniens, eodem tit. l. 8. d. 9. n. 14
C. Rursus, eodem tit. l. 7. d. 15. n. 14
C. Per venerabilem, qui filii sint legit. l. 8. d. 1 n. 32. & 33
C. 1. de matrim. contracto coat. int. l. 7. d. 2. n. 14
C. 2. eodem tit l. 7. tota d. 2
C. 1 & 2. & fin. de coniug. fer. l. 7. tota d. 19 & 20
C. Per vestras de donat. inter vir. & vxor. l. 9. d. 5 n. 18
C. Pleramque eodem tit. l. 10. d. 8. n. 2
C. 2. de desponsat. impub. l. 7. d. 104. n. 11. & 13
C. De illis, el 2. & c. Puberes. eodem tit. l. 7. d. 104. n. 10. & 31
C. penultimum, eodem tit. l. 7. tota d. 2
C. Duo pueri, eodem tit. l. 7 d. 15. n. 5
C. Tua fraternitas, de sponsa duorum, l. 7 tota d. 2
C. Laudabilem, de frigid. lib. 7. tota disp. 99. 108. 109, 110. & 111
C. 2 eodem tit l. 7. tota d. 107. & duplici sequenti
C. Fraternitatis, eodem tit. l. 7. d. 95. a n. 7. vsque in finem: & tota d. 99. & 100.
C. finale, eodem tit. l. 7. tota d. 108 & triplici sequenti
C. 1. & 2. de coniug. leprof. l. 9. d. 4. num. 12. & d. 24. a nu. 14. & l. 10. disp. 1. n. 2. 8. 9
C. Si vir, de cognat. spirit. l. 9. d. 25 a n. 6. vsque in finem
C. 1 & cap. Super eo, eodem tit. l. 7. tota d. 4
C. Contracto eodem tit. l. 7. tota d. 10
C. Nuper, & c. Si concubinæ. de sentent. excommun. l. 7 disp. 48. n. 4
C. Cùm illorum, eod tit. l. 9. d. 32 n. 10
C. Si verò, el 2. eodem tit. l. 9. d. 32 n. 41
C. Olim, de verb. signif. l. 8. d. 1 n. 4
C. Porrò, de priuileg. l. 8 d. 1. n. 11
C. Cùm causa, de raptor. l. 7. d. 34. n. 7
C. penultimum, eodem tit. lib. 10. d. 12. num. 50. & lib. 7. disp. 12. num. 15
C. Maritis. de adulter. l. 10. d. 12. n. 41
C. Si vir, eodem tit. l. 10. d. 13. n. 13. & 15

Ex libro sexto Decretalium.

CAP. Si tibi absenti. de presbyt. in 6. explicatur l. 1. d. 7. n. 22. & l. 3. d. 36. n. 4
C. Licet de procur. in 6 l. 5. d. 7. n. 19
C. vnicum, de desponsat. impub. in 6. lib. 1. disp. 20. num. 3. & tota disp. 23
C. Is qui, de sepult. in 6. l. 3. d. 23. n. 19
C. Romana, de appell. in 6. l. 3. d. 20 n. 9
C. 2. de offic. vicar. in 6. l. 3. d. 29 n. 16
C. Quamuis pactum. de pactis in 6. l. 4 d. 20. n. 5
C. 2. de constit. in 6. l. 9. d. 32. ferè per totam
C. Si gratiosè, de rescript. in 6. l. 8. d. 28 a n. 48. vsque ad 63
C. Susceptum, eodem tit & lib. 8 d. 23. n. 35. & 36
C. Si eo tempore, eodem lib. & tit. l. 8. d. 21. n. 61. & 71
C. Gratia, eodem lib. & tit. l. 8. d. 21. n. 60
C. Si super gratia, de offic. delegat. in 6. l. 8. d. 28 n. 43
C. finale, eodem lib. & tit. l. 8. d. 28. n. 27
C. Commissi, de elect. in 6. l. 7. tota d. 45
C. 1. de filiis presbyt. in 6. l. 8. d. 31. n 6. & 11
C. 2. eodem lib. & tit. l. 8. d. 22. n. 2. & 3. 6. & 7
C. Ad decimas, de restit. spol. in 6. l. 10. d. 12. n. 30
C. Beneficium, de regular. in 6. l. 9. d. 31. n 19
C. Constitutionem, eodem tit & lib. l. 7. d. 25. n. 22
C. vnicum. de voto, in 6. l. 7. d. 25. n. 36. & d. 27. n. 17
C. vnicum de cleric. coniug. in 6. l. 7 tota d. 46
C. Cui de non sacerdotali, de præb. in 6. l. 8. d. 22. n. 31. & 36
C. Si cui nulla, eodem libro & titul. lib 8. d. 28. a num. 64. vsque in finem
C. vnicum, de sponsal. in 6 lib 7. disp. 66. cum duplici sequenti, per totas
C. 2. de cognat. spirit. in 6. l. 7. tota d. 10
C. Almа mater, de sent. excomunqu. in 6. lib. 7. disp. 8 a nu. 11. vsque in finem
C. Ne aliqui, de hæret. in 6. l. 8. d. 18. n. 27
Regula is qui facet, de regul. iuris, in 6. l. 3. d. 6. n. 11
Regula non est obligatorium, de regul. iuris in 6. l. 1. d. 31. n. 5
Regula quæ contra, de regul. iuris in 6. l. 3. d. 5. n. 4
Regula qui sentit, de regul. iuris, in 6. l. 3. d. 18. n. 24
Regula tatihabitionem, de regulis iuris, in 6. l. 3. d. 31. n. 24.
Regula quod ob gratiam, de regulis iuris, in 6. l. 4. d. 18. n. 18
Regula actus legitimi, de regulis iuris in 6. l. 3. d. 1. n. 5
Regula ignorantia facti, de regulis iuris in 6. l. 3. d. 3. n. 13
Regula, ignorantia, de regulis iuris, in 6. l. 9. d. 42. n 10
Regula, lata culpa, eodem lib & tit. l. 9. d. 31. n. 15
Regula, vtile per inutile, eodem lib. & tit. l. 9. d. 35. n. 5
Regula, dolo, eodem lib. & tit. l. 10. d. 12. n. 24
Regula, accessorium, eodem tit. & lib. l. 7. d. 8. num. 20. & disp. 19. num 11
Regula, cùm quid vna via, eodem l. b. & tit. l. 7 d 37. n. 22

Ex Clementinis.

CLem. vnica, de consang. lib 2. disp. 12. nu. 2. & lib. 5. disp. 1 nu. 14. disp. 12. num. 14. & d. 4. n. 10. & d. 5. n. 17. 18. lib. 7. tota disp. 43
Clem. 1 de priuileg. l. 5. d. 25. n 17. & d. 28. n. 8
Clem. Dudum. de sepult. l. 3. d 34. n. 2
Clementina 2. de rescript. l. 8 d. 27. a n. 29. vsque ad 37

Ex Extrauagantibus.

EXtrauagans, Ad vitanda scandala. ex Concilio Constantiensi, explicatur l. 7. d. 9. n. 7. & 8
Extrauagans, Antiquæ, Ioannis 22. de voto l. 7. tota d. 49
Extrauagans, Et si dominici, de pœnitent. & remiss. l. 8. d. 9. n. 1

Ex Decreto.

CAP. Quæ contra, d. 3. l. 3. d. 18. n. 16
C. Illis, d. 22. l. 3 d 18. n 16
C. Duo mala, d. 23. l. 2. d. 39. n 12
C. Quisquis, d. 41. l. 3. d. 18 n. 16
C. Ephesius, distinct. 43. l. 2 d 38 n 19
C. finale, d 46. l. 3. d 20 n. 8
C. Domino laudo, 50. distinct. l 3 d. 10. n. 7
C. Vt const. tuerentur, 50 dist. l. 3. d. 10. n. 7
C. Error, dist 83. l. 2 d. 38 n 19
C. Quam pio. 1. quæst 1. l 1. disp. 19 n. 7
C. Dalbertum, 1. q. 4. l. 3 d. 22 n. 35
C. Quanto, 2. q 7. l. 3 d. 20. n. 7
C. Consanguineorum, 3. q. 4 l. 3. d. 12. n. 14
C. Infamis, 3. q. 7. l. 3. tota d. 16 n 22
C. finale, 6. q. 2. l. 3. d. 16. n. 5
C. Ab excommunicatis, 9 q 1 l. 3. d 22 n. 35
C. Lugdunensis, 9. q. 2. l. 3. d. 35. n. 24
C. Cùm accessionе, 12. q 2. l. 6. d. 4. n. 11. & 12
C. Puellæ, 20 q 1. l. 4. d. 6. n 19
C. Præsens, 20 q. 3. l. 4. d. 6. n 19
C. Inter cætera, 22 q 4 l. 4. d 20. n. 13
C. Iuramenti, 22. q 5. l. 1. d. 5 n. 20
C. Quacunque arte, 22. q 5. l. 1. d. 9. n 10
C. Pueri, 22. q. 5. l 1. d. 31. fine
C. Parvuli, 22. q 5. l. 1. d. 31. fine
C. Audiuimus, 24. q 1. l. 3. d 22 n. 34
C. Scripsit, 27 q. 1. l. 2. d 23. n. 7
C. Beata Maria, 27. q 2. l. 1. d. 28 n.

INDEX LOCORVM IVRIS.

C. Omne itaque, 27. q. 2. l. 1. d. 28 n. 4
C. Si quis diuinis, 30 q. 5. l. 2. d. 28. n. 21, & l. 3 d. 40. n. 5
C. 1. 30. q. 5. l. 3. d. 3. n. 4
C. Aliter, 30. q. 5 l 3. d. 12. n. 14
C. Nulli, 30. q. 5. l. 3. d. 12. n. 14
C. Aliquando, 32. q. 2. l. 3 d. 29. n. 13
C. Aliquando, 32 q. 5. d. 13. n. 5
C. Neque furiosus, 32. q. 7. l. 2 d. 8. n. 15
C. Omnes accusationes, 32. q 7. l. 4. d. 5. n. 29
C. Sæculares, 33. q. 2. l. 2. d. 69 n 11
C. S virgo, 34. q. 2. l. 2 d. 41. n. 13
C Cum per bellicam, 34 q. 2. 2. d. 46. n. 9
C. Videtur, 31. q 6. l. 3. d. 3 n. 4
C Quis aliquando, de pœnitentia, d. 2 l 3. d. 14. n. 5
C. De his, d. 38 l. 7. d. 31. n. 4
C. Si fr, & c. Quia sunt, d. 28 l. 7. & 40 per totum.
C. Diaconi, d. 28. l. 7, d. 28. n. 7
C Quoniam, d. 31. l. 7 d. 28 n 7
C. Seriatim, d. 31. l. 7. d. 31. n. 9
C. Si qui verò, d. 31. l. 7. d. 41. n. vlt.
C. Lector, d. 34 l. 7. d 36. n. 11
C. Volumus, d. 81. l. 7 d. 39 n. 8
C. Proposuisti, d. 82. l. 9 d. 11, n. 8
C. Quoniam multos, 11. q 3. l. 9 tota d. 14
C. Quia tua 12. q 2. l. 7. q 42 n. vlt.
C. Si quis suadente, 17. q 4. l. 9. d. 32, n. 41
C. Nec aliqua, 27, q. 2. l. 10. d. 21 n 47
C. De filia, 27. q. 2. l. 9. d. 14. n. 17
C. Qui dormieris, 27. q. 2. l. 9 d. 27. n. 1
C. Agathosa, 27 q. 2. l. 10. tota d. 21
C. Statum. 27. q 2. l. 7 d. 21 à n. 41. vsque ad finem.
C. Si vir & vxor, 27. quæst. 2. lib. 7. disp. 31. num 3. & lib. 9. disp. 37. num. 17
C Lex diuinæ. 27. q. 2. l. 7. d. 64. n. 22
C. Si quis gentilis, 28. q. 2. l. 7. d. 37. n. 4
C. Iudæi, 28 q. 2. l 7. d 75 à nu. 11
C 1. 28. q. 2. l. 7. d. 74 n. 7
C. Idolatria, 28. q. 2. l 10. d 17. n. 15
C. Si vir & vxor, 27, q 2. l. 9. d. 39. n. 17
C. Si quis ingenuus 29. q. 2. l. 7. tota d 19.
C. Finale, 29 q. 2 l. 7 d 21 n. 10
C. Ad limina, 30. q 2. l. 9. d. 29 à n. 2. vsque ad 5
C Peruenit, 30 q 3 l. 7. d 10. n. 5
C. Pitacium, 30 q. 3. l. 7. d. 32. n. 8
C. Si qua mulier, 32. q. 2 l. 10. d. 2. n 3
C. Relatum, 32 q 2 l. 7 tota d. 79
C. 2 & c. Illud verò. 32. q. 2. l. 7. d. 78. n 2
C. Si quis virtute, 32. q. 2. l 7. tota d. 78
C. Quomodo, & c. De his, & c. Hac ratione. 32. q. 2. l. 7. d. 81. num. vltimo.
C Dixit Dominus, 32. quæst. 2, lib. 10. disp. 2 numer. 3. & disp. 12. num. 41
C. De Benedicto, 32. quæst. 2. lib. 10. d. 12, n. 16 & d. 18. n. 9. 45. & d. 5. num. 10
C. Sicut crudelis. 32. q. 2 l. 10. d. 13, n. 11
C. Quod autem, 32. q 2. l. 10. d. 13. n. 2.
C S. quis vxorem, el 2. 32 q. 2. l. 10. d 13 n. 29
C Liberorum, & c. Origo, 32. q 4 l. 9. d. 32. n. 8
C. Obliciuntur, 32. q. 4 l. 7. d 30 n. vlt.
C. Finale, 32. q. 4. l. 7. d. 24. n. 8
C Proposito, 32 q. 5. l. 10 d. 5 n. 26
C Quidquid, 32. q 5. l. 10. d. 18. n. 8
C. Si vxorem 32 q. 5. l. 10. d 18. n. 18
C. Quod proposuisti, 32. q. 7. l. 7. d 80. n. vlt.
C Si quis viduam, 2. q. 7 l. 7 d. 25. n. 17
C. Omnes causationes, 32 q. 7. l. 10. d. 17. n. 25
C. Vxor, & c. Concubuisti, 32. q. 7 l 10. d. 2 n. 3
C. finale, 33. q 2. l. 7. tota d. 94. & d. 99. à n 20. vsque ad 27
C Admonere, 33. q. 2. l. 10. d. 3 num. 3 & d. 8. num. 44 & lib. 7. tota disp. 15
C. Interfectores, 33. quæst 2. lib. 10. disput. 8 num. 44. & lib. 7. tota disp. 16
C. Vir cum propria, 32 q. 4. l 9 d. 2. n. 4
C. 2. cap. Si fratres, cap. Si causa, cap. Christiano, 33 q. 4. lib. 9. d. 12. num. 8
C. Senatis, 33. q. 4 l. 9. d. 13. n. 10
C. Non oportet, el 1. & el 2. & d. Non licet, & c. Nec vxorem, 33. q. 4 l. 7. tota d. 7
C. De incestis, 35. q. 5. l. 7. d. 25. n. 27
C. Quædam lex. 35. q. 3 l. 7. d. 54. n. 8.
C. Extraordinaria, 35 q 3 l 7 d. 64. n. 9
C. Neque eam, 35 q 3. l. 7. d 65. n. 14
C. Primo gradu. 35. q 5. l. 7. d. 50. n. 4
C. Si duo. 35. q. 6 l. 7. d. 25. n. 17
C. finale, 35. q 8. l 7. d. 15. n. 17
C. Si quis virginem, 36 q. 2. l. 7. d. 12. n. 2
C. Si tu abstines, 37. q 2. l. 10. d. 5. n. 7
C. Non solum, 38. q. 2. l 10. d. 13. n. 11

Ex Concilio Tridentino.

SESS. 21. c. 14 de reformat, l. 3. d. 8. n. 7
Sess. 22. c. 2. de reform l. 6. d 31. n. 8
Sess. 25. c. 15. de reform. l. 3. d. 29. n. 16
Sess. 24. c. 2. de matrim. l. 2. tota d. 22 & 20. 21. n. 3. & d. 23. t. 35. d. 26 n. 22, & l. 2. d. 31. n. 16. 17. & tota d. 37. & toto l. 7
Sess. 24. c. 3. de matrim. l. 2. d. 40. n. 4. & l. 3. d. 42 n. 7. & disp. 45. n. 2 & 3
Sess 24 c. 7. de matrim. l. 3. tota d. 25. & 26
Sess. 24. c. 9. de matrim. l. 4. d. 22. n. 8. 9. 10
Sess. 24. c. 6. de reform l. 2. d. 37. nu 11. & 12. & d. 40. nu. 17. & l. 3. d. 23 n. 12
Sess. 24. c 10. de reform. l 3. d. 29 n. 21
Sess. 25. c. 15 de regularibus, l. 2. d. 24. n. 6. 16, & 22
Sess 25 c 3. de reform. l. 3 d. 29. n 16
Sess 25. c. 18 de reform l. 3. d. 8. n. 7
Sess 7. c 10. de reform. l. 7. d 46. n. 10
Sess. 22. c. 5. de reform l 8 d. 34. n. 23
Sess. 23. c 6. de reform. l. 7. tota d. 46
Sess. 23. c 9. de reform. l. 8. d. 2. n. 25
Sess. 24. de matrim. cap. 2. explicatur lib. 7. disp 20. à num. 20 vsque in finem, & d. 54. à n. 20. vsque ad finem, & d. 57. à n 4. vsque in finem.
Sess. 24. de matrim. c. 3. l. 2. d 68. à num. 20. vsque in finem, & d. 70. à n. 5 vsque in finem.
Sess. 24. de matrim. c. 4. l. 7. d. 7. à n. 4. vsque ad 9. & l. 9. d. 27. nu 13. 14. 15
Sess. 24. de matrim. c. 5. l. 8. d. 6. n. 19 & d. 19. n. 2. 3. 4. & d. 25. à n. 21, vsque ad 36
Sess 24. de matrim. c. 6. l. 7. tota d. 23
Sess. 24. de matrim. c. 20. l 7. tota d. 7
Sess 24. c. 8. de reform. l. 8. d. 2. n 20 & triplici sequenti, & d. 4. nu. 3 & d. 14. n. 9. & d. 34 à n. 34 vsque ad 37
Sess. 25. de regularibus, c 15. l. 7. d. 37. n. 45. & sequentibus, & d. 44. num. 8
Sess. 25. de regular. c. 19. l 7. tota d. 37

Ex propriis motibus Pontificum.

MOtus proprius Pii V. de Indis conuersis ad fidem. qui aliud matrimonium inierant ignari mortis priorum coniugum, l. 2. d. 41 n. 53
Motus proprius eiusdem circa matrimonium publicè contractũ, quod ob occultum impedimentum reperitur postea nullum an sit iterandum coram parocho & testibus l. 2 tota d. 37
Motus proprius eiusdem circa administrationem Sacramentorum faciendam per religiosos in nouo Indiarum orbe, l. 3. tota d. 26
Motus proprius Clementis VIII. ne religiosi dent munera, l. 6. d. 4. n. 7
Motus proprii Sixti V. & Gregorii XIV. de non admittendis ad religionem illegitimis, vel minoribus sexdecim annis, absque informatione, vel criminosis, explicatur l. 7. d. 37. à n. 30. vsque ad 34. & n. 54. 55
Motus proprius Pii V. contra Sodomitas, explicatur l. 7. disp. 46 num. 10
Motus proprius Pii V. de non necessaria expressione gradus propinquioris, & de impetrandis postea literis declaratoriis, explicatur l. 8. d. 24. à n. 25. vsque ad 34
Motus proprius Sixti V. contra malè promotos ad ordines, & Clementis VIII. cum reuocantis, explicatur l. 7. d. 49. n. 10. & duplici sequenti.

Ex iure Cæsareo. ff. Veteri.

LEG. 1. de his qui notantur infamia, l. 1. d. 2. n. 8
L. 1. §. 2. ff. si vsus fructus petatur, l. 2. d. 9. n. 7
L. Oratio, ff. de sponsalibus, l. 1. d. 2. n. 3
L. Sæpè, ff. de sponsalibus, l. 1 tota d. 54
L. Si quis tutor, ff de ritu nupt. l. 2. d. 2. n 3
L. Eos, ff. de ritu nupt. l. 2. d. 35. n. 5
L. Si quis in senatorio, ff. de ritu nupt. l. 2. d. 35. n. 5
L. Celsus, ff. de recept. arbit. l. 2. disputat. 53. n. 10
L. Cum in plures. §. locator horrei. ff locati, l. 1. d. 65. n. 3
L. finali 5, ff. de legibus, l. 2. d. 14. n. 4
L. Lecta versus dicebam, ff. si certum petatur, l. 2. d. 21. n. 23
L. Quid ergo. §. Cum autem, ff. de his qui notantur infamia. l. 3. d. 2 n. 8
L. Cum ii. ff. de transact l. 5. d. 8 n. 7
L. 3 ff. de officio præsidis. l. 3. d. 29. n. 16
L. Barbarius. ff. de officio prætoris, l. 3, tota d. 21
L. 1. ff. de officio eius, l. 3. d. 31. n. 6

INDEX LOCORVM IVRIS.

L. 1. ff. de officio proconsulis, l. 3. d. 34. n. 51.
L. 1. § Hæc autem verba, ff. de his qui deiecerunt, lib. 3. disput. 23. num 19
L. 1 § 1 ff. de iudiciis, l. 3. d. 36. n. 10
L. Fructus percipiendo, ff. de vsuris, l. 6. d. 16 n 10
L. Quod pupillus, ff. de condict indebiti, l. 6. d 32. n. 16
L. Contra iuris ff. de pactis, l. 6. d. 38. n. 36
L. Metum autem præsentem, ff. de eo quod metus causa, l. 4. d. 2. n. 16. & d. 8. n 15
L. Finalis, § Si fœnerator, ff. de eo quod metus causa. l. 4. d. 5. n. 28
L. Quisin carcerem. ff. de eo quod metus causa, l. 5. d. 8. n. 30
L. Si cum exceptione, §. In hac actione. ff. de eo quod metus causa, l. 4 d 8 n 10
L. Si mulier, ff. de eo quod metus causa, lib. 4 d 8. num. 9. & d. 12. num. 23
L. Nec timorem, ff. de eo quod metus causa, l. 4. d 8 n 9
L. Et inter eos, ff. de donat. inter virum & vxor l 4. d. 8. n 7
L. Hæc ratio, fine, ff. de donat. inter vir. & vxor. l 6. d. 4. n 1
L. Itemque, ff. de donation. inter virum & vxorem, lib. 6. disp. 4. num. 2
L. Mortis, ff de donat. inter vir & vxor. l 6 d. 10. n. 1
L. Sed interim, in principio. ff de donat. inter vir. & vxor. lib. 6. d. 10. n 6
L. Cum hic status, in principio, ff. de donat. inter vir. & vxor. lib 6. d 35. n. 16
L. Seruus communis, ff. de donat. inter vir. & vxor. l 6. d. 26. n. 10
L. Si sponsus, verb. Generaliter tenendum est, ff. de donat. inter vir. & vxor. l 6. d. 29. n 16
L. Si mulier, in principio, ff. de eo quod metus causa, explicatur l. 10 d. 2. n. 5
L. Beneficium. ff. de constitut. princip. explicatur l 2. d. 1 n 4
L. Barbarius, ff. de offic. præt. explicatur lib. 1. disput. 4. numero 2, & 11
L. Mors, & l. Et quia, ff. de iurisdict. omni iudic. l 2 d 13 à n 1. vsque ad 47

Ex ff. Nouo.

L Ex. Vulgaris, § Si quis argenti, ff. de furtis, explicatur l. 9. d. 31 num 19
L. Si maritus, §. Præscriptiones, ff. ad l. Iuliam, de adult. explicatur l 10 d. 6. n. 12
L. Paulus respondit, ff. de re iudicata, explicatur l 10. d. 10. nu. 5.
L. Si vxor, ff. ad l. Iuliam, de adult. l 10. d 14. n. 6.
L. Si seruus communis, ff. de stipulat. seru. l. 8. d. 27. n 10
L. 1. ff. de aqua pluuia, l. 7. d. 101. fine.
L. Si vxor, ff. ad l. Iuliam, de adult. l 1. d. 1 n 3
L. 2 ff. de donat l. 1. d. 6. n 7
L. Stichum, ff. de solut. l 1. d. 7. n 19
L. Qui sic, ff. de solut. l. 1. d. 35. n 14
L. 1. ff. ad l. Iuliam maiestatis. l 1 d. 8 n 11
L. 1 §. Idem autem, ff. de aqua pluuia arcenda, lib. 3. disput. 18. num. 29
L. Item apud Labeonem. §. Air prætor, ff. de iniuriis, lib. 3. disp. 35. num. 11
L. 2. § Quæ onerandæ ff. quarum rerum act l 4. d 6. n. 16
L. penultima. ff. de furtis, l 4. d. 6. n. 16
L. Qui autem, ff. quæ in fraudem credit. l. 6. d. 4. n. 8. & 9.
L. Si mortis causa inter virum, ff. de donat. causa mortis, l. 6. d. 10. num. 6
L. Pupillus, ff. de action. & oblig l 6. d. 38. n 36
L. Continuus, ff. de verb oblig. l 1. d. 5. n. 16
L. Si ita stipulatus, § 5. Chrysogonus, ff. de verb. oblig. lib. 1. disp. 7. num 3
L. Eum qui, §. Quoties, ff. de verb. oblig l 1. d. 28. n. 3
L. Titia, ff. de verb. oblig, l. 1. tota d. 30 & duplici sequenti.
L. Si ita stipulatus fuero te sisti, ff. de verb. oblig. lib. 1. disput. 33. num. 4
L. Boues, §. Hoc sermone. ff. de verb. signific. l 1. d. 13 n. 14
L. Bonorum appellatio. ff. de verb signific l. 6 d. 30. n. 4
L. Nihil interest, ff. ad l. Cornel. de sicar. l. 3. d. 49. n. 4
Regula, Nihil tam naturale, ff. de regulis iur. l. 1. d. 7. n. 37
Regula, Quicquid. ff. de regulis iuris, l. 1. d. 8. n. 11
Regula, In omnibus obligationibus, ff. de regulis iuris, lib. 1. d. 18. num. 3
Regula, Qui potest inuitis, ff. de regulis iuris, libro 3. disputat. 39. num. 15
Regula, Is damnum dat, ff. de regul. iur. l. 3. d. 49. n. 4
Regula, Velle, ff. de regul. iuris. l 4. d. 6. n. 16
Regula, Non fundatur. ff. de regul. iuris, l 6. d 4 n 8, & 9
Regula, In personam. ff. de regulis iuris, explicatur lib. 7. disp. 14. num. 12.

Ex Institut.

L Ex. Cum tale, ff. de condit & demonst. l. 1. tota d. 33. & 34
L. Titio centum, §. Titio centum, el 2. ff. de condit. & demonstrat. l 3. d. 40. n. 2
L. Hæres meus, in principio, ff. de condit. & demonst. lib. 3. disp. 2 num 8
L. Si ita legarum, §. Illi si volet, ff. de legat. 1. l 3. d. 2. n. 7
L. Quæsitum, § finali, ff. de legat 3. l 3. d 12. n. 14
L. Vxori, § finali, ff. de leg. 3. l 6 d 25. n. 16
L. Is qui putat, ff. de acquir hæred l. 2. d 33. n. 4
L. Qui in aliena, § Celsus, ff. de acquir hæred. l 4 d 8. n. 10
L. Qui habet, in principio, ff de testel. l 3 d. 13. n. 8
L. Non tantum, § Si emancipatus, ff. de bonor. possess. contra tabul. l. 4. d 24. n 13
L. Si Mæuia, ff. de hæred. instituend. l 3. d 2. n. 18
L. Magis puto, § Si pupillus. versu. Fundum, ff. de rebus eorum, l. 6 d. 4. n. 12
L. Si inter virum, ff de rebus dubiis, l. 6. d 14. n 21
L. Obligari, in principio, ff. de authorit tut. l. 6 d 38. n 36
L. Filiæ meæ, ff. soluto matrim. explicatur l 7. d. 103. fine

Ex Codice.

L Ex. Optimam, Cod. de contrahenda, & commit. stipulat l 1 d. 6 n. 11
L 1. C. de sponsalibus, l 1. d. 27. n. 2
L 1. C de sponsalibus, l 1 tota d. 34
L finalis, C. de sponsalibus, l 1. d 21. nu 3, & tota d. 35, & sequent.
L 2. C. de repudiis, l 1, tota d. 34
L Licet, C. de repudiis, l 3. d 36. n. 10
L. Reprehendendæ. C. de instit. & substitut. l 1 d 34 n. 19
L. Non dubium. C. de legibus, l 3. d 3. n 4
L. 1 C. de sentent & interloquut. l 3 d. 21. per totam
L 1 C. de rescind. vendit. l 4. d 8 n. 10
L finalis, §. finali, C de bonis quæ liberis, l. 6. d. 4. n. 17
L finalis, C. de dote cauta, l. 6. d. 9. n 21
L. 1 C. de dotis promiss. l. 6. d. 1 n. 3
L Si voluntate, C. de dotis promiss. l. 8. d. 9. n. 11
L Si à sponso, C. de donat ante nuptias, l. 6. d. 18. & sequentibus vsque ad 26
L. 2. C. quis alteri, l. 6. d. 25, n. 26
L. finalis, in fine, C. de vsu, & vsufruct. l. 6. d 26. n. 20
L. Res vxoris C. de donat. inter vir. & vxor. l. 6. d 27. n. 8
L. finalis, C. quæ res pignori, l. 6. d 29. n. 7
L. 1. C. de inoffi. stipul. l. 6. d. 38. n. 36
L. Si curatorem, C. de in integrum restit. l. 6. d 38. n. 6
L finalis, C. de sacrof. Eccles. l. 1. d. 46. n. 1
Auth. Hodie, C. de sacrosanct. eccles. l. 1. d 46. n 2
Auth. Sacramenta puberum, C. si aduersus venditionem, lib. 4. d 21. n. 5
Auth. Sed si post, C. de inoffic. testam. l. 4. d. 14. n. 15
L. finalis. C. ad Senatus consult. Velleian. l 9. d. 5. n. 18
L. Transigere, C. de transact. l. 10 d. 6. n 10, & d 8. n 21
L vnica, C. quando ciuilis actio criminali præiudicat, lib. 10. d 8 num. 19
L 1. C. si plures vna sententia, l. 10. d. 10. n. 5
Auth. Sed hodie, C ad l. Iuliam, de adult. l. 10. d. 10. n. 8
L finalis, C. quorum bonorum, l. 10. d. 12. n. 14
L vnica, & auth. si pater, C. de diuortio facto, l. 10. d. 10. per totam
L. vnica, C de raptu virgin. l. 7. d. 12. à n. 1. vsque ad 19
Authent. Ad hoc, C. de libertate latina, l. 7. tota d. 20
L fin. C. de seruis fugit. l. 7. d. 14. n. 12
L. 2. C. de libertis, l. 7. d. 24. n. 13
L. 2 C. de patribus qui filios distraxerunt, l. 7. d 14. n. 16
L 1. C. de communi seruo manumisso, l. 7. d. 14. n. 17
L Interpositas, C. de transact. l. 7. d. 14. n. 22
L. 1. C. de secundis nupt l. 7. tota d. 37
Auth. Cui relictum, C. de indicta viduit. l. 7. d. 37. n. 19
L. finalis. C. quando mulier tutelæ officio, l. 7. d. 38. 2 num. 4. vsque ad 12
L 1. C. vbi pupilli educari debeant, l. 7. d. 38. 2 n. 16. vsque ad 20
L Feminæ, C. de secund. nupt, l. 7. tota d. 39

Ex Authenticis, in Codice non Insertis.

AVth. de sanctissim. Episcopis, §. Sed & hoc præsenti, collat. 9. l 1. d. 34. n 32
Auth. de tabellionibus, immediatè ante §. vltimum, lib. 3. disp. 22. num. 54
Auth. vt cùm de appellatione cognoscitur, §. Aliud quoque, l. 4 tota d. 24
Auth. de testit. & ea quæ parit §. finali, explicatur l. 7. tota n. 50

Ex

INDEX LOCORVM IVRIS.

Ex Institutis.

§. Conditione, Instit. de verb. oblig. l. 3. d. 2. n. 4

Ex iure Regio Castellæ. Ex septem partibus.

L. Ex 11. tit. 23 p. 2. l. 3. d. 18 n. 16
L. 2. fine, tit. 4 p. 3. l. 3. tota d. 22
L. 25. tit. 4. p. 3. l. 6. d. 38. n. 36
L. 26. tit. 11. p. 3. l. 6. d. 11. n. 10
L. 84. tit. 18. p. 3. l. 1. d. 25. per totam, & tota d. 36
L. 115. tit. 18. p. 3. l. 3. d. 22. n. 54
L. 7. tit. 1. p. 4. l. 2. d. 29. n. 9
L. 8. tit. 1. p. 4. l. 1. tota d. 54
L. 10. & 11. tit. 1. p. 4. l. 4. d. 24. n. 15
L. 8. tit. 9. p. 4. l. 2. d. 46. n. 9
L. 1. tit. 11. p. 4. l. 1. tota d. 35. & 36
L. 3. tit. 11. p. 4. l. 6. d. 18. usque ad 26
L. 3. tit. 5. p. 5. l. 1. d. 8. n. 10
L. 12. tit. 22. p. 5. l. 1. d. 35. n. 8
L. 39. tit. 11. p. 5. l. 1. tota d. 30. & duplici sequenti
L. 5. tit. 31. p. 5. l. 6. d. 29. n. 7
L. vltima, fine tit. 14. p. 1. l. 4. d. 9. n. 9
L. 5. tit. 7. p. 6. l. 4. tota d. 24
L. 27. tit. 16. p. 6. l. 6. d. 38. n. 36
L. 1. tit. 17. p. 7. l. 1. d. 2. n. 3
L. 27. tit. 21. p. 3. l. 10. d. 12. n. 24
L. 1. tit. 5. p. 4. l. 7. 10. 12. d. 20
L. 6. tit. 9. p. 4. l. 10. d. 8. n. 47
L. 3. tit. 11. p. 4. l. 7. tota d. 50
L. 1. fin. tit. 13. p. 4. l. 7. d. 20. n. 18
L. 3. tit. 19. p. 4. l. 10. tota d. 20
L. 1. tit. 22. p. 4. l. 7. d. 24. n. 17
L. 3. tit. 22. p. 4. l. 7. d. 20. n. 3
L. 4. tit. 22. p. 4. l. 7. d. 24. n. 22
L. 26. tit. 13. p. 3. l. 7. tota d. 39
L. 19. tit. 16. p. 6. l. 7. d. 38. à n. 16. usque ad 20
L. 22. tit. 4. p. 7. l. 30. d. 6. n. 10, & d. 8. n. 22
L. 7. tit. 27. p. 7. l. 10. d. 6. n. 12
L. 9. tit. 17. p. 7. l. 10. d. 8. n. 47
L. 3. tit. 30. p. 7. l. 7. d. 32. à n. 1. usque ad 29
L. 10. tit. 33. p. 7. l. 10. d. 18. n. 34

Ex legibus Tauri, & nouæ recopilationis Castellæ.

L. Ex 6. Tauri, hodie, l. 5 recop. tit. 8 l. 1. explicatur l. 6. d. 10. n. 3. & d. 36 per totam, & d. 39. n. 9
L. 11. Tauri, hodie, l. 9. tit. 8 l. 5. recop. explicatur l. 1. d. 2. n. 8
L. 16 Tauri, hodie, l. 10. tit. 6 l. 5. recop. explicatur l. 6. d. 4. n. 18 & d. 36. n. 5
L. 10. Tauri, hodie l. 13. tit. 6 l. 5. recop explicatur l. 6. tota d. 36
L. 39. Tauri, hodie. l. 13. tit. 4. l. 5. recop. explicatur l. 2. d. 10. n. 25
L. 49. Tauri, hodie, l. 1. tit. 2. l. 5. recop. explic l. 5 d. 47 per totam
L. 51. Tauri, hodie, l. 5. tit. 2 l. 5. recop. explicatur l. 6. d. 40. n. 7
L. 52. Tauri, hodie, l. 4 tit. 2. l. 5. recop. explicatur l. 6 tota d. 28. & sequentibus usque ad 26
L. 8 tit. 9 l. 5. recop. explicatur l. 5. tota d. 22
L. 12 tit. 1. l. 4 recop. explicatur l. 6 d. 34. n. 4
L. 1. fine, tit. 2. l. 5 recop expl. catur l. 6. tota d. 24
L. 3. tit 9 l. 5. recop. explicatur l. 6 d. 16. n. 4
L. 22. tit. 11. l. 5. recop explicatur l. 6. d 38. n 29
L. 1. tit 16 l. 5. recopil. explicatur l. 1. d. 6. à nu. 18. usque ad 21. & d. 7. n. 18. & d. 14. n. 10
L. 8. & 9. tit. 7. l. 8. recopil. explicatur l. 1. d. 31 n. 2. & 3
L. 8 tit 1. l. 5. recop. quæ est l. 47. Tauri, explicatur l. 7. d. 82. n. 7
L. 2. tit. 8. l 5. recop. quæ est l. 6. Tauri, l. 7. d. 89. n. 39
L. 5. tit. 9 l 5. recop. l. 7. d. 90. n. 8
L. 2. tit 20. l. 8 recop. l 30. d. 8 n. 11
L. 4. tit. 20 l. 8. recop. quæ est l. 81. Tauri, l. 10. d. 8. n. 7

FINIS.

ANTVERPIÆ

Ex Typographiâ HENRICI AERTSÍ.

ANNO M. DC. XXVI.


SANCHEZ
1626

